PUB. VERGILIJ MARONIS OPERA, QUAE QUIDEM EXSTANT, ...

Publius Vergilius Maro, Georg Fabricius, ...

Digitized by Google

6
18-f
1

7
6 M
12

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

19-9-13

19
9
8

18.7.2

Digitized by Google

6-18 61

Digitized by Google

Digitized by Google

P V B.

VERGILII MARONIS OPERA, quæ quidem exſtant, omnia:

CVM IVSTIS ET DOCTIS IN BVCOLICA, Georgica, & Aeneida, Commentarijs Tib. Donati & Seruij Honorati, ſummâ curâ ac fide à Georgio Fabricio Chemnicenſe *primò collectis & emendatis.*

ACCESSERVNT IISDEM, PROBI GRAMMATICI, Pomponij Sabini, Phil. Beroaldi, Ioan. Hartungi, Iod. Vuillichij, Georg. Fabricij, Bonfinis, Ioan. Ludouici Viuis, Adriani Barlandi, & aliorum, Annotationes vtiliſsimæ.

Omnia ab innumeris mendis vindicata; quædam etiam ex Autographis nouiſsimè caſtigata:

Studio
M. LVDOVICI LVCII,
Baſileenſis Academiæ
Profeſſoris.

Vnà cum locuplete rerum ac verborum
INDICE.



Cum Cæſ. Maieſt. gratiâ & priuilegio.

BASILEÆ,
PER SEBASTIANVM
HENRICPETRI.

COLL. ROM. SOC. IESV * BIBL. SEC.
VITTORIO EMANUELE · BIBLIOTECA · IN ROMA
Digitized by Google

Amplissimis & Præstantissimis Viris:

D. APOLLINARI ECKENSTEINIO, *Senatori Basileensi,*

D. IOHAN. IACOBO, D. IOHAN. VVERNERO, D. IOHAN. RODOLPHO, HVBERIS, *Fratribus germanis, & Civibus Basileensibus spectatissimis,*

Affinibus, Fautoribus, & Amicis meritissimis,

S. P. D.

BIBLIOTHECA ROMA

QVum Typographo nostro, Viro Senatorio, & de publica re bene-merendi cupidissimo, visum esset, sub incudem revocare Opus Vergilianum, variis doctorum, tam veterum, quàm recentiorum, Commentariis illustratū, isq; eam ad rem qualiquali industria mea uti vellet, quo emaculatiora omnia, eoq; etiam Iuventuti studiosæ gratiora, in publico apparerent: visum mihi quoque est, Viri præstantissimi, sub amplissimi nominis vestri auspiciis, ista in publicum edere; & non tam Opus ipsum, ab Authore suo tot seculorum consensu celebratissimo, Vobis per se satis commendatum, quàm meum, quicquid in illud studii collatum est & operæ, Vobis commendare. Idq; ut facerem, impulit me, cum singularis vestra virtus, & erga bonas literas amor, quibus & ipsi dudum liberales animos vestros excoluistis: tum præsertim propensus in me, nihil tale de Vobis promeritum, animus: quem non tam ipsi Mihi videmini adversum me concepisse, quàm hereditario quodam iure, à Domino Socero & Parente vestro acceptum, adhuc conservasse. Parentem vestrum D. IOHAN. RODOLPHVM HVBERVM, *quem dico? [illegible] virum dico? cuius in Deum pietatem, pro vera Religione zelum, erga Patriam affectum verè patrium, adversum miseros beneficentiam, in peregrinos humanitatem, erga bonos quosvis benevolentiam tam grato animo prædicant omnes, ipsi paulò familiarius noti, quàm devoto pectore desiderat civitas nostra universa. Qua tanti Viri laude*

a cumu-

et meâ commendatione plus nimio sunt maiores: ita, qui priuatus illius fuerit in me animus, malo ipsius, quam meis, vobis commemorare verbis: quibus tum Reip. Consul, ad me, in Theologiâ tyronem, ante annos iam sexdecim, propriâ manu exaratâ epistolâ optime-Latinâ ob Theses de Salutari Iesu Christi cognitione sibi à me oblatas, pro sua erga me beneuolentiâ, se dignas gratias mihi agere, æquum & dignum duxisse, *est professus*; Me vero à se amici optimi, & meorum studiorum fautoris beneuoli officia exspectare *iussit. Quæ summa in me beneuolentia, cùm, vti antè dixi, hereditario propè iure ad vos transmissa, & in hoc vsq; tẽpus relicta videatur: dabitis, credo, mihi veniam, si ipse quoq; meæ vicissim erga vos obseruantiæ indicium aliquod, publicâ hac nominis vestri compellatione, exstare, vti debui, sic volui. Accipite igitur, Viri præstantissimi, à me hoc, quicquid est muneris, non quidem vestris honoribus condignum, sed pro meâ tenuitate tamen officiosum: & me in posterum etiam vestro fauore complecti pergite. Deum Ter opt. & max. precor: vt Vos vniuersos ac singulos, gloriæ nominis sui diu superstites esse velit, tibi verò in-primis, mi optime Dn.* IOHANNES-IACOBE, *constantiam, in patienter sufferendis afflicti corporis incõmodis, benignè adaugere dignetur. Dab. è museo meo, a. d. V. Idus Augusti, Anno à Christo è Virgine nato, MDCXIII.*

V. Amplit. & Præst.

studiosissimus

M. LVDOVICVS LVCIVS,
Basil. Acad. nunc Professor.

Digitized by Google

GEORGIVS FABRICIVS CHEMNICENSIS, VALENTINO GRAVIO, SENATORI FRIBERgensi, *amico suo S. D.*

TIBERII Donati Commentarios, quos in Vergilij Æneida sanè eruditos scripsit, vt emendarem atque ederem, non inuitus feci. Quámuis enim, post Ioannis Pontani mortem, in cuius Bibliothecâ latuerant, aliquot ante annos sint à Neapolitanis editi; mendis tamen ita repleti erãt; vt & editi, & non editi viderentur. Quam etiam causam fuisse existimo, quare & illi, qui haberent, minùs fruerentur; & vix paucis, vel planè nullis in Germaniâ cogniti essent. Itaque, quum tam veterem, & tam copiosum interpretem, fœdum deprauatumq; haberi, ideoq; in obscuris esse dolerem; quantum diligentiâ & studio efficere potui, tantum curaui, vt ex horrido cultus, & ex tenebris cum quodam splendore in lucem rediret; laborem suspiciens minimè quidem iucundum mihi; sed nec ingratum, neq; inutilem futurum ijs, qui in Vergilij lectione aut interpretatione versantur. Siquidem huius viri industriâ adiuti, cùm multò rectiùs optimum & sapientissimum poëtam intelligent; tum copiam & varietatem orationis, cæterasq; dicendi virtutes, propiùs intuebuntur. Neq; enim (vt vulgus interpretum solet) minuta quædam & læuia persequitur; sed oratione auget, & illustrat ea, quæ & excitare, & alere discentium ingenia possunt. Videmus autem, huic interpreti suum quoddam in explicando atq; enarrando consilium fuisse; quemadmodum & cæteris, qui in hoc genere διδασκαλικῶν sunt versati, penè omnibus. nam, pro varietate rerum, varias quisq; ad exponendum & enodandum materias elegerunt. cuius diuersitatis in commentando causam vt perspiciant omnes: pauca de Vergilio, & de poëtis, hoc in loco perstringenda sunt. Quid est sapientiæ vel doctrinæ, cuius lumen aliquod in Vergilio non eluceat? Quid ornatus atque elegantiæ, quod idem non perfecerit & consummauerit? Quid exemplorum in vitâ, vel ad extollendam virtutem, vel ad deprimendum aduersum, quod ille non ita proposuerit; vt, ad res præclaras & honestas plurimùm impellat; & à factis turpibus deterreat vehementissimè? Quamobrem, vt Philosophorum deus à quibusdam Plato; ita poëtarum Plato, Vergilius, ab Alexandro Seuero, Romanorum Imp. appellatus est: & ab eodem, velut ab Alexandro Macedone Homerus, in delicijs & thesauris habitus atque collocatus. Nam & Imperatore grauissimo, & Rege fortissimo, dignissimus sanè vterq; poëta fuit. Augustus ipse Cæsar, quantum Vergilio tribuerit, omnes sciunt: talis vir, atque imperator eiusmodi, vt nemo ingeniosos & doctos homines plus amauerit; nemo doctior atque cultior vllis temporibus princeps exstiterit: adeò vt, quidquid in ingenijs excellẽs, in studijs elaboratum, in literis perfectum fuerit, id omne illius ætate, quasi vere quodam copiosissimo, vigeret atque effloresceret. Ne-

que solùm in Regum atq; Imperatorum aulis, magni & honorati poëtæ fuerunt; sed in Bibliothecis etiam doctorum, ὥσπερ πατέρες τῆς σοφίας καὶ ἡγεμόνες, (ut Plato in Lyside scribit) principem locum tenuerunt semper. Philosophis nemo est qui non tribuat plurimum: sed hi ipsi sua alijs decreta non putarunt se probare potuisse; nisi authoritate stabilirent poëtarum. Imò verò, si rectum iudicium faciendum est, quid aliud poëtæ sunt, quàm philosophi? tempore fortasse, & numero, & argumentis differunt; rebus atque proposito homines efficiendi meliores, non sunt diuersi. Et philosophi, quid fieri debeat; poëtæ, quid possit fieri, aut factum sit, ostendunt. Meritò igitur

Cura ducum quondam fuerant, Regumq;, Poëtæ:

eamq;, vt dicere cœperamus, dignitatis opinionem retinuerunt etiam apud eruditos. Rerum quidem sacrarum, tam scriptores, quàm interpretes, ita frequenter poëticis quasi oraculis utuntur: vt nulli studiorum generi plus videantur tribuisse. Iurisconsulti legum quarundam dignitatem amitterent; si poëtarum authoritate destituerentur. Medici certè poëtis debent plurimum: neque sanè id eos fateri pudet. In cursu siderum, & naturis rerum locorumq; describendis, earumq; artium inuentores atq; auctores notitiâ æquant poëtæ; orationis pulchritudine longè superant. Nihil de Grammaticorum Rhetorúmve scholis dicam: quibus si adimas exempla poëtica; nudi erunt, & artem suam tueri non poterunt. Inuenerunt imperatores, agricolæ, nautæ, architecti, pictores, & alia artificum nomina, quibus artem ex acutissimorum hominum scriptis amplificarent & excolerent suam. In eorum igitur authorum monumentis, quibus omnium mortalium iudicio, & tot seculorum consensu, sapientiæ & eruditionis laus est tributa, accidere necesse est; vt semper aliquid nouum & obseruatione dignum sese offerat. & in hoc à deterioribus scripta optimorum discernuntur; quòd nunquam sinè admiratione ac fructu lectorem attentum dimittant. Rare factum est; vt, ad vnum hunc poëtam explicandum, tot hodie extent, tot olim scripti sint à viris eruditis libri. quorum tametsi perpauci ad posteritatem peruenerint: facilè tamen coniicimus, idem penè in Vergilio effecisse Latinos, quod in Homero suo conati sunt Græci; vt eum omnibus & artis, & ingenij, quasi coloribus pingerent & exornarent. Nam, ut prætercam Octauium Auitum, qui multis voluminibus, quos ab alijs acceperit Poëta uersus, annotauit; Arusianum Messum, qui formas loquendi resoluit, & libellum elocutionum composuit; Festum Auienum, qui fabulas illius omnes iambico carmine descripsit; Arianum, qui Tiberij temporibus metaphrasim Georgicorum edidit: quanta, obsecro, iactura facta est, amissis illis, qui non vulgarem doctrinæ opinionem habuerunt, & ueterum, idoneorum sanè hominum, iudicijs sunt ornati? Sunt autem, de quibus nos legimus aut suspicamur, nominati in primis: Antonius Gnipho, Iulius Hyginus, Annæus Cornutus, Velius Longus, Æmilius Asper, Martius Salutaris, Ruffus Apronianus, Aruntius Celsus, Flauius Caper, Alexander, Vrbanus, Carminius, Victorinus. Commemorantur & alij; sed aut obscuri, aut non certi nominis interpretes: & in sextum librum, qui reconditæ doctrinæ plenus est, à plerisque integri tractatus, seu (vt ipsi vocarunt) πραγματεῖαι conscriptæ fuerunt. Neque defuerunt diligentes homines, qui thematum inde materias, & orationum argumenta auditoribus proposuerunt: vnde declamationum Titiani & Calui apud veteres fit mentio; & Diuus ipse Augustinus, se idem in Rhetorum

scholis

ſcholis puerum feciſſe, confitetur; & quod in eo ingenij gloriolam cupidè nimis quæſiuerit, iam ſenex dolet. Fulgentius librum reliquit, in quo præcepta vitę ac morum è Vergilio exquiſiuit: & eum nomine poëtam, reuerâ philoſophum ἠθικώτατον fuiſſe, probauit. Verùm ut ad eos, de quibus nobis aliquid reliqui eſt, interpretes tandem veniamus: exſtant M. Valerij Probi, in minora Vergilij opera, particulæ & fragmenta quædam. melior enim pars in Æneida deſideratur: ſicuti etiam Donati in ſermones ruſticos, & libros de agricultura, explicationes. Relictus eſt ex omnibus vnus, vel propè inter omnes olim ſingularis & præcipuus, Seruius Maurus Honoratus. ſed apparet eius commentarijs plurima adſuta eſſe, quæ (ut ei ætati ſuppares de illo iudicant) grammatico iuxta doctrinam mirabili, & literatorum omnium maximo, & doctori Vrbis, neque digna ſunt; neque eſſe uidentur adſcribenda: qualia ſunt, (vt de innumeris pauca proferã) in prima Ecloga, vbi ſic legitur: *Tityrus hinc aberat; ipſe te, Tityre, pinus, Ipſi te fontes, ipſa hæc arbuſta vocabant.* Hoc in loco, *Tityrus, Vergilius: Pinus, id eſt, Roma vel Cæſar: Fontes, poëtæ vel ſenatores: Arbuſta, fruteta, id eſt, ſcholaſtici.* Hæc Seruij eſſe, quis dicere audeat? plus-quàm puerilia ſunt, & alicuius inelegantis atque imperiti ludimagiſtri βδελυρία. In octauum Æneidos: *Amnes* (inquit) *dicti, quia ἀμ, id eſt, circùm nant, id eſt, circumfluunt in modum cornuum flexorum.* Et paulò pòſt: *Oliua per etymologiam ab ἐλαία, id eſt, oleâ, dicta; quæ miſericordia dicitur, id eſt, ἔλεος.* Exemplorum in re ineptâ ſat eſt. Hæc autem, & his ſimilia, cùm nec Seruij viderentur eſſe, nec in libris paulò vetuſtioribus inuenirentur; ſuſtulimus atque reiecimus. Alia multa, quæ in exponendo vel planè abhorrerent à ſententiâ poëtæ, vel cùm alijs eiuſdem interpretis locis pugnarent, reliquimus iudicijs doctorum: & nunc ideò monuimus, vt & ſtudium noſtrum ſedulò probaremus; &, quid de hac operâ, quàm nauauimus, exſpectandum eſſet, ingenuè teſtarentur. Hæc quidem de Seruio. Tib. verò Donatum, cuius gratiâ hunc laborem primùm adgreſſi ſumus, vt multò quàm antea politiorem, ita planè integrum, dare non potuimus. Nam & in commentarijs ipſis deſunt nonnulla: & intercidit liber ille totus, in quo deorum hominumque nomina, gentium mores, locorumque ſitus, vrbium regionumque deſcriptiones, & his ſimilia, complexus eſt; tum hiſtorias, per duodecim Æneidos libros diſperſas, in vnum veluti corpus collegit. qui quidem ſolus ſi exſtaret aliorum iacturam & interitum ſtudioſis hominibus magnâ fortaſſe ex parte reſarciret. In ijs autem, quæ nobis cùm in Donato relicta ſunt, tum in Seruio remanſerunt, reſtituendis atque emendandis, quid ſimus cõſecuti, alij iudicabunt. Hoc verè adfirmare poſſumus; hanc Heinrici Petri impreſſionem, omnium hodie editionibus, copiâ & bonitate anteferendam. Neque ſanè prætereundum eſt; eos, qui vtrumque interpretem ἐν ἐπιτομῇ nobis dederunt, malè conſuluiſſe publicis rationibus & ſtudioſis literarum: & in-primis ille, qui Donatum in eam, quam hactenus habuimus, breuitatem contraxit, peſſimè eſt de magiſtro ſuo meritus; atque in eo, quòd modò addidit quæ viſa ſunt, modò detraxit quæ non placuerunt, ac in eligendo pro bonis & neceſſarijs mala leuiaque poſuit, planè aperuit & imperitiam, & arrogantiam ſuam. Hanc autem in vtroque interprete caſtigando operam, Valentine Grau:, qualiſcunque eſt, tuo potiſſimùm nomine Studioſis commendare volumus: vt, ſi quid indè vtilitatis aut commodi caperent, tibi eſſe acceptum ferendum ſcirent. hoc enim totum amori in me tuo, & perfectæ toties beneuolentiæ defero. Quanquam

non modò in me, atque meos priuatim, officiosus & benignus fuisti; sed publicè quoque erga omnes, qui virtute & literis delectantur, animum declaras egregium: dum nihil prius esse ducis, aut antiquius; quàm tueri studiosos, ornare bonos, colere eruditos. Vides enim cum paucis, quid adiumenti & dignitatis recta adferant studia; si in Rebusp. vigeant & maximi fiant: quantum contrà damni & dedecoris; si in vrbibus iaceant atque negligantur. Equidem prædicandum censeo, & maximis laudibus tollendum in Misenensibus Fribergum: quòd semper hospitium, & quasi portus fuerit eruditorum. Quanta enim vrbis vestræ laus est, excepisse Ragium Æsticampianum; fouisse Petrum Mosellanum; accersiuisse Iacobum Sobium; amâsse Ioannem Riuium; habuisse Adamum Siberum? Quod institutum quamdiu retinebit; (faciet id autem, quamdiu sapiet) non deerunt illi prudentes magistratus, & ciues boni: quo autem tempore mutauerit; multis ornamentis spoliabitur, & incommodis non paruis adficietur. Sed, vt opinor, te Senatore, non desiderabunt patronum studia literarum: quæ tibi quoque & decus attulerunt, & dignitatem. Quòd si in proposito, vt facis, ac suceptâ vitæ ratione permanseris: cùm alios imitatione tui accedens; tum virtus tua apud omnes longè reddetur. Vale. Misenæ Hermundurorum, è ludo illustri: Idib. Augusti, Anno M. D. XLVII.

AVCTO-

Plotinus philosophus.
Pontificales libri.
Porphyrius, *scripsit librum, quem appellauit solem. 5. Eclog.*
Probus, *scripsit libellum de connexione temporum. 7. Aeneidos: Vnde idem Vergilij interpres, grammaticus illustris, & in intelligendis pensitandisq; veterum scriptis bene callidus, & suæ ætatis præstanti scientiâ, virq; perfectissimus: contestantibus Gellio & Macrobio. Dicitur M. Valerius Probus.*
Propertius.
Ptolemæus.
Punica historia, *authoris non nominati.*
Pythagoras.

Q

QVintilianus, *scripsit Declamationes. 3. Aeneid.*

R

RVffus Apronianus, *De Vergilij antiquis interpretibus vnus: quem ex recentioribus sæpissimè adducit Sabinus, qui breuiter in Vergilium scripsit.*

S

SAlustius, *scripsit Historias, quarum maxima pars desideratur.*
Sappho.
Scaurus Grammaticus: *nominatur Qu. Terentius Scaurus. Huius libellum de Orthographiâ primi ediderunt Basilienses, inuentũ in Laurissanâ bibliothecâ, à Ioanne Sichardo. Hunc inter interpretes Vergilij, nescio quo autore, ponit Lilius Gyraldus.*
Seneca, *scripsit De ritu & sacris Aegyptiorum.*
Serenus Lyricus.
Simonides.
Siro Epicureus, *Vergilij & Varij poëtarum præceptor. 6. Eclog. & 6. Aeneid. Alij legunt, Silo: sed & Cicero lib. 6. Epist. ad Torquatum, & 2. lib. de Finib. Sironem nominat. fuit enim celebre illius in vrbe nomen.*
Sisenna grammaticus.
Sisenna historicus.
Solinus.
Sophocles.
Statius.
Suetonius Tranquillus, *scripsit De puerorum lusibus. 5. Aeneid. cuius & Acron meminit. De vestium generibus. 7. Aeneid. De vitijs corporalibus. 3. Eclog. & 7. Aeneid.*

T

TAges Hetruscus, *scripsit Aruspicinæ libros, & Sacra Aruntia. 8. Aen. Hos libros ex linguâ Hetruscâ vertendos curarunt Romani: testis Isidorus. Disciplinas Etruscas Tagetis & Bacitidis, quindecim voluminibus explanauit quoq; Labeo. ita author ad Chalcidium.*
de Templorum ædificijs, *non nominatus author. primo Aeneid.*
Terentianus grammaticus.
Terentius Comicus.
Thales Milesius.
Theocritus.
Theophrastus.
Thucydides.
Tiberius Donatus, *commentatus in Vergilium: cuius meminit Priscianus in initio lib. 15. de Aduerbio.*
Tiberianus poëta.
Titianus, *scripsit Chorographiam, 4. Aeneid. Declamationes ex Vergilio. 10. Aeneid. Vide Caluus. De agriculturâ, vt citatur à Diomede.*
Trogus historicus.
Tucca poëta.

V

VAlgius poëta, *quem Tibullus Homero comparat.*
Varro Atacinus poëta. *1. Eclog. & 1. Georgic. & 10. Aeneid. Scripsit Satyras, vt author est Horatius: item libros quatuor de Argonautis edidit, vt scribit Probus. Pro Atacinus, modò Taconus, modò Traconus, perperam in exemplaribus legitur. Citant eius versus, Nonius, & Charisius, & Priscianus.*
Varro Terentius, *scripsit αἴτια 8. Aeneid. imitatione fortasse Callimachi. Librum mirabilium, 3. Georgic. hic fortasse ille est, quem alij Admiranda Varronis appellant. De gradibus. 5. Aeneid. De ludis Theatralibus tertio Georgicor. & 10. Aeneid. Libros rerum diuinarum ad C. Cæsarem Pon. Max. 1. Georgic. & 1. 3. 6. Aeneid. de gente pop. Romani ad Atticum: in quibus dicit quid à quaque gente traxerit. 3. Georgic. & 7. 9. Aeneid. De familijs Troianis. 5. Aeneid. Hos libros, vbi de Entello agit, Varroni tribuit: vbi de Nante, adscribit Higino. Hoc esse vitium exemplaris arbitror. Libros λογιστορικῶν. 5. & 12. Aeneid. Ad Ciceronem. 5. Aeneid.*
Varius poeta, *scripsit Thyestem Tragœdiam. 3. Eclog. hanc alij Vergilij fuisse volunt; sed à Vario editam pro suâ, vt Donatus ait. De hac ita Seruius:* Aiunt adamâsse Vergilium Varij poetæ vxorem, quæ doctissima fuit: & illi Tragœdiam, quam fecerat, dono dedisse: Illam verò, tanquam à se scriptam, viro donâsse, & virum pro suâ edidisse. *Aliter Horatiani interpretes, supra illum locum, Scribere quod Cassi Parmensis opuscula vincat:* Hic est Cassius (*inquiunt*) qui in partibus Cassij & Bruti Trib. mil. militauit; quibus vi[illegible] Athenas se contulit. Q. Varius, ab Augusto missus, vt eum interficeret, studentem reperit: & perempto eo, scrinium cum libris tulit. Vnde multi crediderunt, Thyestem Cassij Parmensis fuisse. scripserat enim multas alias Tragœdias Cassius. Quintilianus ait, cuilibet Græcorũ eam comparari posse.
Velius Longus, *nõ apud Seruium, sed apud Charisium, inter expositores Vergilij refertur. inquit enim:* De quâ etiã Velius Longus in secundũ Æneid. satis commentatus est. *& meminit eiusdem 3 Saturnal. Macrobius.*
Verrius Flaccus, *scripsit Epistolas de re grammaticâ. 8. Aeneid.*
Victorinus Grammaticus, *quem in Georgica aliquid scripsisse conijcimus, ex 4. Georg.*
Vitruuius.
Vrbanus, *Vergilij commentator, cuius aliquoties Seruius meminit.*

X

XEnocrates.
Xenophon.

Hi sunt authores, Valentine Graui, quorum vel inuentis vel testimonijs Seruius est vsus: quos collegimus, cùm propter libros & opera ipsorum, quæ perierunt, (ea enim tantùm in recensendo nominauimus) tum propter interpretes antiquos, quorum in epistola ad te fecimus mentionem. Quos ne temerè congessisse videremur, significare voluimus Lectori, quorum literis & authoritate freti atq; confisi, eos posuissemus. Si quæ obiter in mentem ex aliorum scriptis venerunt, ea quoq; adiecimus. Vale, & hoc, quidquid est, boni consule.

PVB.

PVB. VERGILII MARONIS VITA,

EX SERVII MAVRI HONORATI GRAM-*matici, in P. Vergilij Maronis Aeneidem, Commentariorum Libro primo.*

IN exponendis autoribus hæc consideranda sunt. Poëtæ vita: titulus operis: qualitas carminis: scribentis intentio: numerus librorum: explanatio. Vergilij vita hæc est. Ortus fuit patre Vergilio; matre verò Maiâ. Fuit ciuis Mantuanus, quæ ciuitas est Venetiæ. Diuersis in locis literis operam dedit: nam & Cremonæ, & Mediolani, & Neapoli studuit. Adeò autem verecundissimus fuit, vt ex moribus cognomé acciperet. (nam dictus est Parthenias) omni vitâ probatus. Vno tamen morbo laborabat: nam impatiens libidinis fuit. Primum à Vergilio hoc distichon factum est in Balistam latronem:

Monte sub hoc lapidum tegitur Balista sepultus:
Nocte, die, tutum carpe viator iter.

Scripsit etiam octo libros hos: Cirin, Ætnam, Culicem, Priapea, Catalecton, Epigrammata, Copam, Diras. Postea, ortis ciuilibus bellis, inter Antonium & Augustum, Augustus victor Cremonensium agros, qui pro Antonio senserant, dedit militibus suis: qui cùm non sufficerent, his addidit agros Mantuanos, sublatos non propter ciuium culpam; sed propter vicinitatem Cremonensium. vnde ipse in Bucolicis:

Mantua væ miseræ nimiùm vicina Cremonæ.

Amissis ergo agris, Romam venit: & vsus patrocinio Pollionis & Mæcenatis, solus agrum, quem amiserat, recipere meruit. Tunc ei proposuit Pollio, vt carmen Bucolicum scriberet: quod eum constat triennio scripsisse, & emendâsse. Item proposuit Mæcenas Georgica; quæ scripsit & emendauit septem annis. Postea ab Augusto Æneidem propositam, scripsit annis vndecim: sed nec emendauit, nec edidit: vnde eam moriens præcepit incendi. Augustus verò, ne tantum opus periret, Tuccam & Varium hac lege iussit emendare, vt superflua demerent; nihil adderent tamen. Vnde & semiplenos inuenimus eius versiculos: vt, *Hic currus fuit.* & aliquos detractos: vt in principio, nam ab Armis non incepit; sed sic:

Ille ego, qui quondam gracili modulatus auenâ
Carmen, & egressus syluis vicina coëgi,
Vt quàmuis auido parerent arua colono,
Gratum opus agricolis: at nunc horrentia Martis
Arma virumq; cano.——

Et in secundo constat hos versus esse detractos:

——Aut ignibus ægra dedêre.
Iamq; adeò super vnus eram cùm lumina Vestæ
Seruantem, & tacitam secretâ in sede latentem
Tyndarida aspicio: dant clara incendia lucem
Erranti, passimq; oculos per cuncta ferenti.
Illa sibi infestos euersa ob Pergama Teucros,
Et Danaûm pœnam, & deserti coniugis iras
Præmetuens, Troiæ & patriæ communis Erinnys,
Abdiderat sese, atq; aris inuisa sedebat.
Exarsere ignes animo; subit ira cadentem
Vlcisci patriam, & sceleratas sumere pœnas.
Scilicet hæc Spartam incolumis, patriasq; Mycenas
Aspiciet; partoq; ibit regina triumpho;
Coniugiumq;, domumq;, patres natosq; videbit,
Iliadum turba, & Phrygijs comitata ministris?
Occiderit ferro Priamus, Troia arserit igni,
Dardanium toties sudârit sanguine littus?
Non ita. namq; etsi nullum memorabile nomen
Fœmineâ in pœnâ; nec habet victoria laudem
Extinxisse nefas: tamen & sumpsisse merentis
Laudabor pœnas, animumq; explêsse iuuabit
Vltricis flammæ, & cineres satiâsse meorum.
Talia iactabam, & furiatâ mente ferebar,
Cùm mihi se non ante alias, &c.——

Perijt autem Tarenti, in Apuliæ ciuitate. nam dum Metapontum cupit videre, valetudinem ex solis ardore contraxit. Sepultus est autem Neapoli; in cuius tumulo ab ipso compositum est tale distichon:

Mantua

Digitized by Google

Mantua me genuit: Calabri rapuêre: tenet nunc
Parthenope. cecini pascua, rura, duces.

Titulus, est *Aeneis*, deriuatum nomen ab Ænea: vt à Theseo, Theseis. sic Iuuenalis:
Vexatus toties rauci Theseide Codri.

Qualitas carminis patet: nam est metrum heroicum, & actus mixtus: vbi & Poëta loquitur, & alios inducit loquentes. Est autem heroicum, quod constat ex diuinis humanisq; personis, continens vera cum fictis. nam Æneam ad Italiã venisse, manifestũ est: Venerẽ verò locutam cũ Ioue, missúmve Mercuriũ, cõstat esse compositum. Est autem stylus grandiloquus; qui constat alto sermone, magnisq; sententijs. Scimus enim, tria esse genera dicendi: humile, medium, grandiloquum. ¶. Intentio Vergilij hæc est: Homerum imitari, & Augustum laudare à parentibus. nam est filius Actiæ; quæ nata est de Iuliâ, sorore Cæsaris. Iulius autem, ab Iulo, filio Æneæ, originem ducit: vt confirmat ipse Vergilius, dicens:
A' magno demissum nomen Iülo.

De numero librorum nulla hîc quæstio est; licèt in alijs inueniatur autoribus. nam Plautum alij dicunt scripsisse fabulas vigintiunam; alij quadraginta; alij centum. ¶. Ordo quoq; manifestus est: licèt quidam superfluè dicant, secundum primum esse; tertium secundum; & primum tertium: ideo, quia primùm Ilium concidit; pòst errauit Æneas; indè ad Didonis regna peruenit: nescientes, hanc esse artem poëticam, vt, à medijs incipientes, per narrationem ad prima redeamus; & nonnunquam futura præoccupemus, vt per vaticinationem. Quod & Horatius sic præcepit in Arte poëticâ, dicens:
Vt iam nunc dicat, iam nunc debentia dici
Pleraq; differat, & præsens in tempus omittat.

Vnde constat, peritè fecisse Vergilium. Sola superest explanatio, quæ in sequenti expositione probabitur. Hæc quantum ad Æneidem pertinet, dixisse sufficiat: nam in Bucolicis & Georgicis alia ratio est, licet eadem sit obseruatio. Sciendum præterea est; quòd, sicut nunc dicturi thema proponimus, ita veteres incipiebant carmen à titulo carminis sui: vtpote, *Arma virumq; cano.* Lucanus: *Bella per Aemathios.* Statius: *Fraternas acies, alternaq; bella.*

TIBERII CLAVDII DONATI, AD TIB. CLAVDIVM MAXIMVM DONATIANVM *filium, de Pub. Vergilij Maronis vitâ.*

PVB. Vergilius Maro parentibus modicis fuit; & præcipuè patre Marone: quem quidam opificem figulum; plures, Magi cuiusdam viatoris, initio mercenarium, mox ob industriam generum, tradiderunt. quem cùm agricolationi, reique rusticæ & gregibus præfecisset socer; syluis coëmendis & apibus curandis reculam auxit. Natus est, CN. Pompeio Magno, & M. Licinio Crasso, primùm Coss. Iduum Octobrium die, in pagò, qui Andes dicitur, qui est à Mantuâ non procul. Prægnans eo mater somniauit Maia, enixam se laureum ramũ, quem contractâ terra cõfestim cerneret coaluisse & excreuisse ilicò in speciem maturæ arboris, refertæ varijs pomis & floribus: ac sequẽti luce cũ marito rus propinquum petens, ex itinere diuertit, atq; in subiectâ fossâ partu leuata est. Ferunt, infantem, vt fuit editus, nec euagisse; & adeò miti vultu fuisse, vt haud dubiam spem prosperioris genituræ iam tum indicaret. Et accessit aliud præsagium. Siquidem virga populea, more regionis in puerperijs eodem statim loco depacta, ita breui coaluit; vt multò antè satas populos adæquârit: quæ Arbor Vergilij ex eo dicta, atq; consecrata est, summâ grauidarum fœtarum religione, suscipientium ibi & soluentium vota. Initia ætatis, id est, vsque ad septimum annum, Cremonæ egit; & decimoseptimo anno virilem togam cepit, illis Coss. iterum, quibus natus erat: euenitque, vt eo ipso die Lucretius poëta decederet. Sed Vergilius Cremonâ Mediolanum; & indè paulò pòst Neapolim transijt: vbi cùm literis, & Græcis, & Latinis, vehementissimam operam dedisset; tandem omni curâ, omnique studio indulsit Medicinæ, & Mathematicis. Quibus rebus quũ ante alios eruditior peritiorq; esset, se in vrbem contulit: statimq; magistri stabuli equorum Augusti amicitiam nactus, multos variosque morbos incidentes equis curauit. At ille, in mercedem, singulis diebus panes Vergilio, vt vni ex stabularijs, dari iussit. Interea à Crotoniatis pullus equi, miræ pulchritudinis, Cæsari dono fuit missus: qui omnium iudicio spem protendebat virtutis & celeritatis immensæ. Hunc quum aspexisset Maro, magistro stabuli dixit; natum esse ex morbosâ equâ, & nec viribus valiturum, nec celeritate: idque verum fuisse, inuentum est. Quod cùm magister stabuli Augusto recitâsset, duplicari ipsi in mercedem panes iussit. Quum item ex Hispaniâ Augusto canes dono mitterentur, & parentes eorum; dixit Vergilius, & animum, celeritatemq; futuram. Quo cognito, mandat iterum Vergilio augmentari panes. Dubitauit Augustus, Octauij'ne filius esset, an alterius; idque Maronem aperire posse, arbitratus est: quia canum & equi naturam, parentesque cognôrat. Amotis igitur omnibus arbitris, illum in penitiorem partem domus vocat; & solum rogat, an sciat quisnam esset, & quam ad felicitandos homines facultatem haberet. *Noui*, inquit Maro, *te Cæsarem Augustum, & fermè æquam cum dijs immortalibus potestatem habere, vt quemuis felicem facias. Eo animo sum*, respondit Cæsar, *vt, si verum pro rogatu dixeris, beatum te, felicemq; reddam. Vtinam*, ait Maro, *interroganti tibi vera dicere queam.* Tunc Augustus: *Putant alij, me natum Octauio; quidam suspicantur alio me genitum viro.* Maro subridens: *Facilè*, inquit, *si impunè licenterq;, quæ sentio, loqui iubes, id dicam.* Affirmat Cæsar iureiurando, nullum eius dictum ægrè laturum; immò non nisi donatum ab eo discessurum. Ad hæc oculos oculis Augusti infigens Maro: *Faciliùs*, ait, *in cæteris animalibus, qualitates parentum, à mathematicis & philosophis cognosci possunt; in homine nequaquam possibile est: sed de te coniecturam habeo similem veri, vt, quid exercuerit pater tuus, scire possim.* Attentè exspectabat Augustus, quid'nam diceret. at ille: *Quantũ ego rem intelligere possum, pistoris filius es*, inquit. Obstupuerat Cæsar; & statim, quo id pacto fieri potuerit, animo voluebat. Interrumpens Vergilus, *Audi*, inquit, *quo pacto id coniicio. Cùm quædam enuntiârim, prædixerimq;, quæ intelligi scíriq; non nisi ab eruditissimis summisq; viris potuissent: tu princeps orbis, item & item panes in mercedem dari iussisti. quod quidem aut pistoris, aut*

naii pistore, officium erat. Placuit Cæsari facetia. *Ac deinceps*, inquit Cæsar, *non à pistore; sed à rege magnanimo dona fe-*
ret: illumque plurimi fecit, & Pollioni commendauit. Corpore & staturâ fuit grandi; aquilino colore; facie
rusticanâ: valetudine variâ: nam plerunque ab stomacho & faucibus, ac dolore capitis, laborabat: sanguinem
etiam sæpiùs eiecit: cibi vinique minimi. Fama est, eum libidinis pronioris in pueros fuisse. Sed boni ita eum
pueros amâsse putauerunt, vt Socrates Alcibiadem, & Plato suos pueros. Verùm inter omnes maximè di-
lexit Cebetem & Alexandrum: quem, secundâ Bucolicorum Eclogâ, Alexim appellat: donatum sibi ab A-
sinio Pollione. vtrumque non ineruditum dimisit: nam Alexandrum Grammaticum; Cebetem verò &
Poëtam. Vulgatum est, consueuisse eum cum Plotiâ Hieriâ. sed Asconius Pædianus affirmat, ipsum postea
maioribus natu narrare solitum, inuitatum quidem se à Vario ad communionem mulieris: verùm pertina-
cissimè recusâsse. Cætera sanè vitâ, & ore, & animo tam probum fuisse constat, vt Neapoli Parthenias ap-
pellaretur vulgò: ac si quando Romæ, quò rarissimè commeabat, viseretur; in publico, sectantes, demon-
strantesque se, subterfugere solitum in proximum tectum. Bona autem cuiusdam exsulantis offerente Au-
gusto, non sustinuit accipere. Possedit propè centies sestertiûm ex liberalitatibus amicorum: habuitq; domū
Romæ in Æsquilijs, iuxta hortos Mæcenatis: quanquam secessu Campaniæ Siciliæq; plurimùm vteretur.
Quæcumque ab Augusto peteret, repulsam nunquam habuit. Parentibus quotannis aurum ad abundan-
tem alitum mittebat: quos iam grandis amisit: ex quibus patrem oculis captum, & duos fratres germanos,
Silonem impuberem, Flaccum iam adultum: cuius exitum sub nomine Daphnidis deflet. Inter cætera stu-
dia, Medicinæ quoq;, ac maximè Mathematicæ, operam dedit. Egit & causam vnam omnino; nec amplius,
quàm semel. Nam & in sermone tardissimum, ac penè indocto similem fuisse, Melissus tradidit. Poëticam
puer adhuc auspicatus, in Balistam ludi gladiatorij magistrum, ob infamiam latrociniorum coopertum la-
pidibus, distichon fecit:

> *Monte sub hoc lapidum tegitur Balista sepultus:*
> *Nocte die tutum carpe viator iter.*

Deinde Catalecton, & Moretum, & Priapeia, & Epigrammata, & Diras; item Cirin, & Culicem. quum esset annorum XVI. cuius materia talis est: Pastor fatigatus æstu, cum sub arbore obdormîsset, & serpens ad illum properaret è palude, culex prouolauit: atq; inter duo tempora aculeum fixit pastori. At ille, continuò culicem contriuit: & visum serpentem interemit: ac sepulchrum culici statuit, & distichon fecit:

> *Parue culex, pecudum custos, tibi tale merenti*
> *Funeris officium, vitæ pro munere, reddit.*

Scripsit etiam, de quâ ambigitur, Ætnam. & mox, cùm res Romanas inchoâsset, offensus materiâ, & nominum asperitate, ad Bucolica transijt: maximè vt Asinium Pollionem, Alphenum Varium, & Cornelium Gallum celebraret. quia in distributione agrorum, qui post Philippensem victoriam veteranis, triumuirorum iussu, trans Padum diuidebantur, indemnem se præstitissent. Deinde Georgica, in honorem Mæcenatis, edidit: cùm sibi, vixdum noto, opem tulisset aduersus Claudij veterani militis, vel (vt alij putāt) Arij centurionis, violentiam: à quo in altercatione litis agrariæ parum abfuit quin occideretur. Nouissimè autem Æneidem aggressus est, argumentum varium & multiplex, & quasi amborum Homeri carminum instar: præterea nominibus ac rebus Græcis Latinisq; commune: & in quo quod maximè studebat, Romanæ simul vrbis & Augusti origo contineretur. Quum Georgica scriberet, traditur quotidie meditatos manè plurimos versus dictitare solitus, ac per totum diem retractando ad paucissimos redigere: non absurdè carmen se vrsæ more parere dicens, & lambendo demum effingere. §. Æneida, prosâ priùs oratione formatam, digestamq; in duodecim libros, particulatim componere instituit: vt quidā tradunt. Alij eius sententiæ sunt vt existiment, eum, si diutiùs vixisset, quatuor & viginti libros, vsq; ad Augusti tempora, scripturū, atq; alia quædam percursurum: Augusti verò gesta diligentissimè exsecuturum: quippe qui, dum scriberet, ne quid impetum moraretur, quædam imperfecta reliquit: alia leuissimis versibus veluti fulsit; quos per iocum pro tigillis vel tibicinibus interponi à se dicebat, ad sustinendum opus, donec solidæ columnæ aduenirent. §. Bucolica triennio, Asinij Pollionis suasu, perfecit. Hic Transpadanam prouinciam regebat: cuius fauore, cùm veteranis Augusti militibus Cremonensium & Mantuanorum agri distribuerentur, suos Vergilius non amisit. factâ enim distributione, suos, seu Claudio, seu Ario datos, recuperauit. Hunc Pollionem maximè amauit Marò: & dilectus ab eo, magna munera tulit: quippe qui, inuitatus ad cœnam, captus pulchritudine & diligentiâ Alexandri Pollionis pueri, eum dono accepit. Huius Pollionis filium, C. Asinium Cornelium Gallum oratorem clarum, & poëtam non mediocrem, miro amore dilexit Vergilius. Is transtulit Euphorionem in Latinum, & libris quatuor amores de Cytheride scripsit. Hic primò in amicitiâ Cæsaris Augusti fuit: postea in suspicionem coniurationis contra illum ductus, occisus est. Verùm vsqueadeò hunc Gallum Vergilius amârat, vt quartus Georgicorum, à medio vsq; ad finem, eius laudem contineret: quem postea, iubente Augusto, in Aristæi fabulam commutauit. §. Georgica septennio, Neapoli: Æneida, partim in Siciliâ, partim in Campaniâ XI. annis confecit. §. Bucolica eo successu edidit, vt in scenâ quoq;, per cantores, crebrâ pronuntiatione recitarentur. At cùm Cicero quosdam versus audîsset: & statim acri iudicio intellexisset, non communi venâ editos: iussit ab initio totam Eclogam recitari. quam cùm accuratè pernotâsset, in fine ait: *Magna spes altera Romæ.* quasi ipse linguæ Latinæ spes prima fuisset, & Maro futurus esset secunda. quæ verba postea Æneidi ipse inserüit. §. Georgica, reuerso ab Actiacâ victoriâ Augusto, atq; reficiendarum virium causâ Atellæ commoranti, per cōtinuum quadriduum legit: suscipiente Mæcenate legendi vicem; quoties interpellaretur ipse vocis offensione. Pronuntiabat autem maximâ cum suauitate, & lenocinijs miris. Seneca tradidit, Iulium Montanum poëtam solitum dicere, inuoluturū se quædam Vergilio, si & vocem posset, & os, & hypocrisim. Eosdē enim versus, eo pronuntiante, bene sonare: sine illo inarescere, quasi mutos. §. Æneidos vixdum cœptæ tanta exstitit fama; vt Sextus Propertius non dubitârit sic prædicare:

> *Cedite Romani scriptores, cedite Graij:*
> *Nescio quid maius nascitur Iliade.*

Hic quidam addiderant ex Propertio versiculos, quos de Gallo quodam in acie interfecto scribit. sed id preter rē, ex ignoratione historiæ, factum est: neq; in libris paulò vetustiorib. inueniūtur.

Augustus

Augustus verò, cùm iam fortè expeditione Cantabricâ abesset, & supplicibus, atq; etiam minacibus per iocũ literis, efflagitaret, vt sibi de Æneide (vt ipsius verba sunt) vel prima carminis hypographa, vel quodlibet colon mitteret: negauit se facturum Vergilius. cui tamen multò pòst, perfectâ demum materiâ, treis omnino libros recitauit, secundum videlicet, quartum, & sextum. Sed hunc præcipuè ob Octauiam: quæ cùm recitationi interesset, ad illos de filio suo versus, *Tu Marcellus eris*, defecisse fertur, atq; ægrè refocillata, dena sestertia pro singulo versu Vergilio dari iussit. Recitauit & pluribus: sed neq; frequenter; & fermè illa, de quibus ambigebat, quò magis iudicium hominum experiretur. Erotem, librarium & libertum eius exactæ iam senectutis, tradunt referre solitum, quondam in recitando eum duos dimidiatos versus complêsse ex tempore. Nam cùm hactenus haberet, *Misenum Aeolidem*, adiecisse, *Quo non præstantior alter.* Item huic, *Aere ciere viros*, simili calore iactatum, subiunxisse, *Martemq; accendere cantu*: statimq; sibi imperâsse, vt vtrumq; volumini adscriberet. ∮ Bucolica Georgicaq; emendauit. Anno verò ætatis quinquagesimosecundo, vt vltimam manum Æneidi imponeret, statuit in Græciam & Asiam secedere, triennioq; continuo omnem operam limationi dare: vt in reliquâ vitâ tantùm philosophiæ vacaret. Sed cùm, aggressus iter Athenis occurrisset Augusto, ab Oriente Romam reuertenti; vnà cum Cæsare redire destinauit. At cùm Megara, viciнũ Athenis oppidum, visendi gratiâ, feruentissimo sole, peteret, langorem nactus est: quem non intermissa nauigatio auxit, ita vt grauior indies, tandem Brundusium aduentârit: vbi diebus paucis obijt, decimo Calendas Octobris: * Cn. Plantio, Q. Lucretio, Coss. Qui cùm grauari morbo sese sentiret, scrinia sæpè, & magnâ instantiâ, petiuit, crematurus Æneida. quibus negatis, testamento comburi iussit, ut rem inemendatam, imperfectamq;. Verùm Tucca & Varius monuerunt, id Augustum non permissurum. Tunc eidem Vario ac simul Tuccæ, scripta sub eâ conditione legauit, ne quid ederent, quod à se editum non esset, & versus etiam imperfectos, si qui erant, relinquerent. Voluit etiam sua ossa Neapolim transferri, vbi diu & suauissimè vixerat: ac extremâ valetudine, ipse sibi Epitaphium fecit distichon. Translata igitur, iussu Augusti, eius ossa, prout statuerat, Neapolim fuêre, sepultaq; viâ Puteolanâ, intra lapidem secũdum: sepulchroq; id distichon, quod fecerat, inscriptum est:

** alij, Cn. Sestio, legunt.*

Mantua me genuit; Calabri rapuêre: tenet nunc
Parthenope: cecini pascua, rura, duces.

Hæredes fecit, ex dimidiâ parte, Valerium Proculum, fratrem ex alio patre: ex quartâ, Augustũ: ex duodecimâ, Mæcenatem: ex reliquâ, L. Varium & Plotium Tuccam: qui eius Æneidem, post obitum, prout petiuerat, iussu Cæsaris emendarunt. Nam, nullius omnino sententiâ crematu Æneis digna visa fuit. De quâ re Sulpitij Carthaginensis exstant huiusmodi versus:

Iusserat hæc rapidis aboleri carmina flammis
Vergilius, Phrygium quæ cecinêre ducem.
Tucca vetat, Variusq; simul: tu maxime Cæsar
Non finis, & Latiæ consulis historiæ.
Infelix gemino cecidit propè Pergamos igni,
Et penè est alio Troia cremata rogo.

Exstant & Augusti, de ipsâ eâdem re, versus plures & clarissimi, quorum initium ita est.

Ergo'ne supremis potuit vox improba verbis
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes,
Magnaq; doctiloqui morietur Musa Maronis?

Et paulò pòst:

Sed legum seruanda fides: suprema voluntas
Quod mandat fieriq; iubet, parêre necesse est.
Frangatur potiùs legum veneranda potestas:
Quàm tot congestos noctesq; diesq; labores
Hauserit vna dies.—— Et ea quæ sequuntur.

Nihil igitur, auctore Augusto, Varius edidit, quod & Maro præceperat: sed summatim emendauit, vt qui versus etiam imperfectos, si qui erant reliquit. Hos multi mox supplere conati, non perinde valuerunt, ob difficultatem: quòd omnia ferè apud eum hemistichia, præter illud, *Quem tibi iam Troia peperit*, sensum vidêtur habere perfectum. Nisus Grammaticus audisse se à senionibus dicebat, Varium duorum librorum ordinem commutâsse; &, qui tùm secundus erat, in tertium locum transtulisse; etiam primi libri correxisse principium, his demptis versibus:

Ille ego, qui quondam gracili modulatus auenâ
Carmen, & egressus syluis vicina coëgi,
Vt quàmuis auido parerent arua colono,
Gratum opus agricolis: at nunc horrentia Martis
Arma virumq; cano.——

Nec Vergilius, qui colum linguæ Latinæ fuit, caruit obtrectatoribus. In Bucolicis enim duas Eclogas, sed insulsissimè, Paro quidam deridet, & sic deridendo incipit:

Tityre, si toga calda tibi est, quo tegmine fagi?

Sequentis:

Dic mihi Damœta, cuium pecus? an'ne latinum?
Non verùm Aegonis, nostri sic rure loquuntur.

Alius, recitante eo ex Georgicis: *Nudus ara, sere nudus*: subiecit, *Habebis frigora, febrem.*

Est & aduersus Æneida liber Carbilij Pictoris, titulo Æneidomastix. M. Vipranius eum à Mæcenate suppositum, appellabat nouæ κακοζηλίας repertorem, neq; tumidum, neq; exilem; sed communibus verbis opus illud confecisse. Herennius vitia eius tantùm contraxit: Perilius Faustinus furta. Sunt & Qu. Octauij Auiti ὁμοιοτήτων octo volumina, quibus annotatur, quos & vnde versus transtulerit. Asconius Pædianus,

libro quem contra obtrectatores Vergilij ſcripſit, pauca admodum ei obiecta ponit: & eaq; circa hiſtoriam ferè. & quòd pleraq; ab Homero ſumpſiſſet. ſed hoc crimen ſic defendere aſſuetum ait: *Cur nõ illi quoq; eadem furta tentarent? Verùm intellecturos, facilius eſſe, Herculi clauam, quàm Homero verſum ſurripere. & tamen deſtinâſſe defendere, vt omnia ad ſatietatem maleuolorum decideret.* Refert etiam Pædianus, benignum, cultoremq; omnium bonorum atq; eruditorum fuiſſe: & vſq; adeò inuidiæ expertem fuiſſe, vt, ſi quid eruditè dictum inſpiceret alterius, non minùs gauderet, ac ſi ſuum fuiſſet: neminem vituperare; laudare bonos: eâ humanitate eſſe; vt, niſi peruerſus maximè quiſq;, illum non diligeret modò, ſed amaret. Nihil proprij habere videbatur. Eius bibliotheca non minùs alijs doctis patebat, ac ſibi: illudq; Euripidis antiquum ſæpè vſurpabat, *τὰ τῶν φίλων κοινὰ*, hoc eſt, *Communia amicorum eſſe omnia.* Quare coæuos omnes poëtas ita adiunctos habuit: vt, cùm inter ſe plurimùm inuidiâ arderent, illum vnà omnes colerent: Varius, Tucca, Horatius, Gallus, Perpertius. Anſer verò, quoniam Antonij partes ſecutus eſt, illum non obſeruâſſe dicitur. Cornificius, ob peruerſam naturam illum non tulit. Gloriæ verò adeò contemptor fuit: vt, cùm quidam verſus quoſdam ſibi aſſeriberent, eaq; re docti haberentur, non modò ægrè non ferret, immò voluptuoſum id ſibi eſſet. Cùm enim diſtichon, quod laudem felicitatemque Auguſti continebat, feciſſet, valuisq; non nominato auctore infixiſſet; (id erat huiuſmodi:

Nocte pluit totâ, redeunt ſpectacula manè:
Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet.)

diu quæritans Auguſtus, cuius nam hi verſus eſſent; eorum auctorem non inueniebat. Bathyllus verò, poëta quidam mediocris, tacentibus alijs, ſibi aſſcripſit. Quamobrem donatus honoratusq; à Cæſare fuit. Quod æquo animo non ferens Vergilius, iiſdem valuis affixit quater hoc principium: *Sic vos non vobis.* Poſtulabat Auguſtus, vt hi verſus complerentur. quod cùm fruſtra aliqui conati eſſent; Vergilius propoſito diſticho ſic ſubiunxit:

Hos ego verſiculos feci; tulit alter honores:
Sic vos non vobis nidificatis aues:
Sic vos non vobis vellera fertis oues:
Sic vos non vobis mellificatis apes:
Sic vos non vobis fertis aratra boues.

Quo cognito, aliquandiu Bathyllus Romæ fabula fuit; Maro verò exaltatior. Quum is aliquando Ennium in manu haberet, rogareturq;, quid nam faceret? reſpondit, ſe aurum colligere de ſtercore Ennij. habet enim poëta ille egregias ſententias ſub verbis non multùm ornatis. Interroganti Auguſto, quo pacto ciuitas feliciter gubernaretur: *Si prudentiores* (inquit) *temonem tenuerint, & boni malis præponantur. Itaq; optimi ſuos habeant honores: nulli tamen aliorum iniuſti quidquã fiat.* At Mæcenas: Quid, inquit, *Vergili, ſatietatem hominí non affert? Omnium rerum,* reſpondit, *aut ſimilitudo, aut multitudo ſtomachum facit, præter intelligere.* Idem interrogauit: *Quo pacto quis altam felicemq; ſuam fortunam ſeruare poteſt?* Cui Maro: *Si, quantùm honore ac diuitijs alijs præſtantior ſit, tantò liberalitate & iuſtitiâ alios ſuperare nitatur.* Solitus erat dicere; *Nullam virtutem commodiorem homini eſſet patientiâ: ac nullam aſperam adeò eſſe fortunam, quam prudenter patiendo vir fortis non vincat.* Quam ſententiam in quinto Æneidos inſeruit:

Nate deâ, quò fata trahunt, retrahuntq;, ſequamur:
Quidquid erit, ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt.

Cùm quidam eius amicus, Cornificij in eum maledicta, & inimicitias, ſibi enarraret: *Quam putas,* inquit, *eſſe huiuſce maleuolentiæ cauſam? Nam neq; vnquã Cornificium offendi, & eum amo.* An, inquit, *Heſiodi ſententiæ non meminiſti, vbi ait: Architectũ architecto inuidere, & poëtã poëtæ?* *De malis,* inquit, *Græcus ille intellexit: nam boni eruditiores amãt. Sed magnâ cum mea laude & gloriâ vindictam in manu habeo. maiore enim curâ virtuti intendam: atq; quò elegantior ego fiam, eò vehementiùs inuidiâ rumpetur.* §. Erat Auguſto familiaris Filiſtus quidam Orator, & poëſim mediocriter doctus: cui multiplex variumq; ingenium erat; qui omnium omnia dicta reprehendere conabatur: non vt verum dignoſceret, quod Socrates facere conſueuit: ſed vt eruditior videretur. Hic Vergilium, vbicunque conuenire dabatur, maledictis ſalibusq; vexabat. Quare ille ſæpe tacibundus diſcedebat; aut ſuffuſus pudore tacebat. Verùm cùm, Auguſto audiente, elinguem illum diceret, vt cauſam etiam ſuam, ſi linguam haberet, defendere nequiret: *Tace,* inquit, *rabula: nam hæc mea taciturnitas defenſorem cauſarum mearum Auguſtum fecit, & Mæcenatem: & eâ tubâ, cùm volo, loquor; quæ vbiq; & diutiſſimè audietur. Tu loquacitate non modò aures hominum, ſed muros rumpis.* Auguſtus verò Filiſtum graui vultu increpauit. Tunc Maro: *Si tempus, Cæſar,* inquit, *tacendi hic ſciret; rarò loqueretur: tacendum enim ſemper eſt, niſi cùm taciturnitas tibi noceat aut oratio alijs proſit. Nam qui contendit, & an contentionis finis vtilis ſit non nouit: ſtultis illum annumerandum ſapientes putant.* Poſteaquàm Auguſtus ſummâ rerum omnium potitus eſt: venit in mentem, an conduceret, tyrannidem omittere, & omnem poteſtatem annuis Coſſ. & ſenatui Rempublicam reddere? In quâ re diuerſæ ſententiæ cõſultos habuit Mæcenatem & Agrippam. Agrippa enim, vtile ſibi fore, etiam ſi honeſtũ non eſſet, relinquere tyrannidẽ, longâ oratione contendit: quod Mæcenas dehortari magnoperè conabatur. quare Auguſti animus & hinc ferebatur, & illinc. Erant enim diuerſæ ſententiæ, varijs rationibus firmatæ. Rogauit igitur Maronem, an cõferat priuato homini, ſe in ſuâ Republicâ tyrannũ facere? Tum ille: *Omnibus ferme,* inquit, *Rempublicã aucupantibus, moleſta ipſa tyrannis fuit, & ciuibus quia neceſſe erat propter odia ſubditorum, aut eorum iniuſtitiam, magnâ ſuſpicione magnoq; timore viuere. Sed ſi ciues iuſtum aliquem ſcirent, quem amarent plurimùm: ciuitati id vtile eſſe, ſi in eo vno omnis poteſtas foret. Quare, ſi iuſtitiam, quod modò facis, omnibus in futurum, nulli hominum factâ compoſitione, diſtribues; dominari te, & tibi conducet, & orbi. Beneuolentiam enim omnium habes: vt deum te & adorent, & credant.* Eius ſententiam ſequutus Cæſar, principatum tenuit. §. Audiuit à * Solone præcepta Epicuri, cuius doctrinæ ſocium habuit Varium. Quamuis diuerſorum Philoſophorum opiniones libris ſuis inſeruiſſe, de animo maximè, videatur; ipſe tamen fuit Academicus. nam Platonis ſententias omnibus alijs prætulit. §. Nunc quoniam de auctore ſummatim diximus, de ipſo iam carmine dicendũ videtur. quod bifariam tractari ſolet: hoc eſt, & ante opus, de ipſo opere. Ante opus: titulus, cauſa, intentio. Titulus: in quo quæritur, cuius ſit Cauſa, vnde ortũ ſit, & quare hoc potiſſimũ ſibi ad-

Hoc loco Heſiodi carmina græca abſurdè fuerunt appoſita: in antiquis certè, etiã impreſſis, exemplaribus nullis habentur.

** Hoc Epicureo multi Romam familiariter vſi ſunt: eiuſq;*

sibi adscribendum Poëta præsumpserit. Intentio, in quâ cognoscitur, quid efficere conetur Poëta. In ipso opere sanè tria spectantur: numerus, ordo, explanatio. Quámuis igitur multa ψευδεπιγραφῶς, id est, falsâ inscriptione, sub alieno nomine sunt prolata; vt Thyestes tragœdia huius Poëtæ, quam Varius edidit pro suâ: & alia huiuscemodi: tamen Bucolica liquidò Vergilij esse, minimè dubitandum est: præsertim cùm ipse Poëta, tanquam hoc metuens, principio huius operis, & in principio Æneidos, & in alio carmine, suum esse testatus sit, sic dicens:

Ille ego, qui quondam gracili modulatus auenâ; & reliqua, Et:
Carmina qui lusi pastorum, audaxq; iuuentâ,
Tityre, te patulæ cecini sub tegmine fagi.

Bucolica autem & dici, & rectè appellari, vel hoc solum indicium suffecerit: quòd hoc eodem nomine apud Theocritum censeantur. Verùm ratio quoq; demonstranda est. Tria sunt pastorum genera, quæ dignitatem in Bucolicis habent: quorum qui minimi sunt, αἰπόλοι dicuntur à Græcis; ijdem à nobis Caprarij: paulò honoratiores, qui μηλονόμοι ποιμένες, id est, Opiliones dicuntur: honestissimi & maximi, βουκόλοι, quos Bubulcos dicimus. Vnde igitur magis decuit pastorali carmini nomē imponi; quàm ab eo gradu, qui apud pastores excellentissimus inuenitur? Causa dupliciter inspici solet: ab origine carminis, & à voluntate scribentis. Originem autem Bucolici carminis, alij ob aliam causam ferunt. Sunt enim, qui à Lacedæmonijs pastoribus Dianæ primum carmen hoc redditum dicant: cùm eidem deæ, propter bellum, quod toti Græciæ illo tempore Persæ inferebant, exhiberi per virgines de more sacra non possent. Alij ab Oreste, circa Siciliā vago, id carminis genus Dianæ redditum loquuntur, per ipsum atq; pastores: quo tempore de Scythiâ cum Pylade fugerat, surrepto numinis simulachro, & celato in fasce lignorum. vnde Fascelidem Dianam perhibent nuncupatam: apud cuius aras Orestes, per sacerdotem eiusdem numinis, Iphigeniam, sororem suam, à parricidio fuerat expiatus. Alij Apollini Nomio, pastorali scilicet deo: quâ tempestate Admeti boues pauerat. Alij Libero, Nympharum scilicet & Satyrorum, & id genus numinum principi; quibus placet rusticum carmē. Alij Mercurio, Daphnidis patri, pastorū omniū principi, et apud Theocritū & apud hūc ipsum Poëtā. Alij in honorē Panos scribi putant peculiariter, pastoralis Dei; itē Sileni, Syluani, atq; Faunorū. Quæ cùm omnia dicantur: illud erit probatissimum, Bucolicum carmen originem ducere à priscis temporibus, quibus vita pastoralis exercita erat: & ideò, velut aurei seculi speciem, in huiusmodi personarum simplicitate cognosci: & meritò Vergilium, processurum ad alia carmina, non aliunde cœpisse; nisi ab eâ vitâ, quæ prima in terris fuit. Nam postea rura culta: & ad postremum, pro cultis & feracibus terris, bella suscepta. Quod videtur Vergilius in ipso ordine operum suorum voluisse monstrare: cùm pastores primò; deinde agricolas canit; & ad vltimum bellatores. ¶. Restat vt, quæ causa voluntatem attulerit Poëtæ, Bucolica potissimū scribendi, consideremus. Aut enim dulcedine carminis Theocriti, & admiratione eius illectus est: aut ordinem temporum est sequutus circa vitam humanam, vt suprà diximus. aut cùm tres modi sint elocutionis, quos χαρακτῆρας Græci vocant, ἰσχνὸς, qui tenuis; ἁδρὸς, qui validus; μέσος, qui moderatus intelligitur: credibile erat, Vergilium, qui in omni genere præualuerit, Bucolica primùm, Georgica secūdùm, Æneida tertiùm voluisse conscribere. Aut ideò potiùs primò Bucolica scripsit: vt in eiusmodi carmine, quod & paulò liberius, & magis validum, quàm cætera, est, facultatem haberet captandæ Cæsaris indulgentiæ; repetendique agri, quem amiserat, ob hanc causam. Die tertio Iduum Martiarum, C. Cæsare in Curiâ interfecto, cùm Augustum Cæsarem, penè puerum, veterani milites, non abnuente Senatu, sibi ducem constituissent: exorto bello ciuili, Cremonenses, cum cæteris eiusdem studij, aduersarios Augusti Cæsaris adiuuerunt. vnde factū est, vt, cùm victor Augustus in eorum agros veteranos deduci iussisset: non sufficiente agro Cremonensiū, Mantuani quoq;, in quibus erat Vergilius, maximam partem suorum finium perdiderint: eò quòd vicini Cremonensibus fuerant. Sed Vergilius, Augusti familiaritate meritoq; carminum fretus, Centurioni Ario obsistere ausus est. Ille statim, vt miles, ad gladium manum admonuit. cumq; se in fugam proripuisset poëta: non priùs persequendi finis fuit; quàm se in fluuium Vergilius coniecisset, atq; in alteram ripam enatâsset. Sed postea, per Mæcenatem, & per Triumuiros agris diuidundis, Varium & Pollionem, & Cornelium Gallum, famâ carminum commēdatus Augusto, & agros recepit; & deinceps Imperatoris familiari amore perfruitus est. ¶. Intentio libri quàm σκοπὸν Græci vocant, in imitatione Theocriti poëtæ constituitur: qui Siculus & Syracusanus fuit. Est intentio etiam in laude Cæsaris, & principum cæterorum, per quos in sedes suas redijt. vnde, vt & delectationem, & vtilitatē finis contineret; secundùm præcepta cuncta confecit. Quæri solet, cur non plures, quàm decem Eclogas, conscripserit? Quòd nequaquam mirandum videbitur ei, qui considerauerit varietatem scenarum pastoralium, quæ vltra hunc numerum non potest proferri: præsertim cùm ipse Poëta, circumspectior Theocrito, vt ipsa res indicat, videatur metuere, ne illa Ecloga, quæ Pollioni inscribitur, minùs rustica videatur. cùm ipsam sic præstruat ipse, dicens:

Sicilides Musæ, paulò maiora canamus.

& item similiter in alijs duabus facit. Illud tenendum esse prædicimus: in Bucolicis Vergilij, neq; nusquam, neque vbique, aliquid figuratè dici, hoc est, per allegoriam. vix enim, propter laudem Cæsaris, & amissos agros, hæc Vergilio conceduntur: cùm Theocritus, quem hic noster toto studio imitari conatur, simpliciter omnino conscripserit. ¶. Quod autem in ipso carmine tractari solet, est Numerus, Ordo, Explanatio. Numerus Eclogarum manifestus est. nam decem sunt: ex quibus propriè Bucolicæ septem esse creduntur. nam tres vltimæ, propriè Bucolicæ dici non debent: Pollio scilicet, Silenus, & Gallus. Prima igitur, continet conquestionem publicam, & priuatam gratulationem de agro: & dicitur Tityrus. Secunda, amorem pueri: & dicitur Alexis. Tertia, certamen pastorum: & dicitur Palæmon. Quarta, genethliacum: & dicitur Pollio. Quinta, epitaphium: & dicitur Daphnis. Sexta, metamorphosin: & dicitur Varius, vel Silenus. Septima, delectationem pastorum: & dicitur Corydon, vel Melibæus. Octaua, mores diuersorum sexuum: & dicitur Damon, vel Pharmaceutria. Nona, continet Poëtæ conquestionem de amisso agro: & dicitur Mœris. Decima, desiderium Galli circa Polymniam Cytheridem: & dicitur Gallus. ¶. Quod ad ordinem

amicū suū, quadam ad Torquatum epistolâ, vocat Cicero. Quanquam & in eâ, & in II. lib. de Fin. scriptū sit, Sironem: quo modo nos hic quoque legendū censemus. nec aliter in vetustissimo Seruij grāmatici codice, qui eiusdem aliquoties meminit, inuenimus. De Tragœdiæ huius auctore, assentior Helenio potiùs & Porphyrioni: qui eā scribunt C. Cassij Parmensis fuisse, quem iussu Augusti interfecit Varius, eiusque scripta pro suis edidit.

ſpectat: illud ſcire debemus; in primâ tantùm, & in vltimâ Eclogâ, Poëtam voluiſſe ordinem ſeruare: quoniam in alterâ principium conſtituit; vt in Georgicis ait:

Tityre, te patulæ cecini ſub tegmine fagi.

In alterâ oſtendit finem: quippe qui dicat:

Extremum hunc, Arethuſa, mihi concede laborem.

Verùm inter ipſas Eclogas, naturalem certumque ordinem nullum eſſe, certiſsimum eſt. etſi ſunt qui dicant, initium Bucolici carminis, non *Tityre* eſſe; ſed,

Prima Syracuſio dignata eſt ludere verſu.

Supereſt explanatio: ad quam antequam veniamus, illud dixerim; tenue eſſe Bucolicum carmen, & vſq; adeò ab heroico charactere diſtare: vt verſus quoque huius carminis, ſuas quaſdam cæſuras habeant, & ſuis legibus diſtinguantur. Nam cùm tribus probetur metrum; menſurâ, ſcanſione, modificatione: non erit Bucolicus verſus; niſi in quo & pes primus partem orationis abſoluerit; & tertius Trochæus fuerit & cæſura; & quartus pes, Dactylus magis, quàm Spondæus, partem orationis terminauerit; quintus & ſextus pes, ex integris dictionibus fuerint. Quod Vergilius, à Theocrito ſæpè ſeruatum, victus operis difficultate, neglexit: in ſolo principio, incertum induſtriâ an caſu, has cæſuras ſeruauit. Nam *Tityre*, dactylus, partem orationis abſoluit: *Tu patulæ recu*, tertium Trochæum, citra præpoſitionem, quàmuis decompoſitâ dictione, concluſit: *Bans ſub*, quartum Spondæum, pro Dactylo: cùm ſubiunxit, *Tegmine fagi*, terminatis partibus orationis, integrum comma perfecit. cuius rei diligentiam, licet in omnibus fermè Theocriti verſibus admirari. Qui verò ſupradicta acri iudicio diligenterque conſiderârit; facilè intelliget, quæ in Georgicis intentio, quiique finis fuerit: nec minùs etiam in Æneide. §. Poëmatici ſtyli genera tria ſunt. Aut enim actiuum, vel imitatiuum; quod Græci δραματικὸν appellant: in quo perſonæ loquentes introducuntur, ſinè poëtæ interlocutione: vt ſunt Tragœdiæ & Comœdiæ. Δρᾶν enim græcè *agere* dicitur. quo genere ſcripta eſt prima, *Tityre*: & *Quò te Mœri pedes.* Aut enarratiuum; quod Græci διηγηματικὸν appellant: in quo poëta ipſe loquitur, ſinè interpoſitione perſonæ; vt tres primi Georgicôn libri; item Lucretij carmina. Aut commune vel mixtum; quod Græci μικτὸν appellant: vbi & poëta ipſe loquitur, & introductæ perſonæ; vt eſt Vergilij Æneis.

PROBVS GRAMMATICVS DE POETÆ VITA.

PVBLIVS *Vergilius Maro, natus Idibus Octobribus, Craſſo & Pompeio Coſſ. matre Maiâ Pollâ; patre Vergilio ruſtico: vico Andico, qui abeſt à Matuâ millia paſſuum* III. *tenui facultate nutritus. Sed cùm iam ſummis eloquentiæ doctoribus vacaret: in belli ciuilis tempora incidit, quod Auguſtus aduerſus Antonium geſſit: primumq; poſt Mutinenſe bellum veteranus. Poſtea reſtitutus, beneficio Alpheni Varij, Aſinij Pollionis, & Cornelij Galli; quibus in Bucolicis adulatur: deinde, per gratiam Mæcenatis, in amicitiam Cæſaris ductus eſt. Vixit pluribus. In otio ſecutus Epicuri ſectam, inſigni concordiâ & familiaritate vſus Quintilij Tuccæ & Vari. Scripſit Bucolica, annos natus octo &* XX. *Theocritum ſecutus: Georgica, Heſiodũ & Varronẽ: Aeneida, egreſſus bello Cantabrico. Pro quâ ingenti induſtriâ, ab Auguſto vſq; ad ſeſtertiũm centies honeſtatus eſt. Deceſsit in Calabriâ, annũ agens quinquageſimumprimũ: hæredibus Auguſto & Mæcenate, cum Proculo minore fratre. in cuius ſepulchro, quod eſt in viâ Puteolanâ, hoc legitur Epigramma:*

Mantua me genuit: Calabri rapuere: tenec nunc
Parthenope. cecini paſcua, rura, duces.

Aeneis ſeruata eſt ab Auguſto: quàmuis ipſe teſtamento cauiſſet, ne quid eorum, quæ non edidiſſet, exſtaret. Quod *Seruius Varius hoc teſtatur Epigrammate:*

Iuſſerat hæc rapidis aboleri carmina flammis
Vergilius, Phrygium quæ cecinêre ducem.
Tucca vetat, Varusq; ſimul: tu maxime Cæſar
Non ſinis, & Latiæ conſulis hiſtoriæ.

VITÆ VERGILII
FINIS.

SENTEN.

Digitized by Google

SENTENTIÆ ALIQVOT EX SERVII HONORATI COMMENTARIJS SELECTÆ, & NOTATU DIGNÆ.

Æterna non sunt, quæ ab hominib. facta. 1345 c.
Aliud clausum in pectore, aliud in linguâ promptum habere. 1159 c.
Amicitiæ antiquiores, firmiores. 1639 b.
Amor omnis, furoris plenus. 120 b.
Aspera sunt, quæ cum veritate dicuntur: falsa plena solent esse blanditijs. 1687 c.
Auaro nulla maior pœna, quàm perdere pecuniam. 871 c.
Bella inchoare, quorumlibet est; finire, paucorum. 799 c.
Bella, quæ fatali ratione proueniunt, grauia. 1413 b.
Communia non dolenda 1359 b.
Conscientia benefacti ad gloriam sufficit. 1364 c.
Conscientiæ nocentes semper puniunt. 1019 c.
Contra naturam quæ sunt, non fiunt; sed fieri videntur. Stoicum est. 669 b.
Desiderare, per quod possis perire, insanum. 1169 c.
Dij cœpta secundent. 1145 c.
Felicitas temporum, ex nascentium meritis comprobatur. 515 a.
Fides cum felicitate deficit. 653 c.
Forti viro dolor, virum fortem fugam suadere. 577 b.
Fortis & pius non timet bellicum timorem. 634 c.
Forti honestius, fugere mala velle, quàm timere. 1399 a.
Forti, & dolori & pudori est, victum se dicere. 531 c.
Fortuna non discitur. 1261 c.
Fortuna tam labores, quàm felicitatem, pro temporum qualitate mutat. 1623 a.
Fuga, miserrimum & vltimum præsidium. 1451 c.
Furor & ira mentem præcipitant. 588 c.
Furor est, non credere, numina curare mortalia; neq; ab his sperare auxilium. 841 c.
Gloriosum, pro amico perire. 1383 b.
Imperium alienum cædibus occupare, vituperabile. 1047 c.
Ingenio nihil excellentius. 26 c.
Iniquissimum est, eum morti tradere, qui tuam affinitatem exoptat. 1690 c.
Innocens, veniam petens, beneuolentiam numinum meretur. 485 b.
Innocentibus succurrere, plus est, quàm nocentium delicta punire. 403 c.
Insania est, illuc reuerti, vnde vix euaseris. 1690 c.
Insanorum est, contra se sentire. 538 b.
Mala leuiora, quæ ex opinione contingunt. 197 a.
Miseris subuenire, honestum. 1275 a.
Mori vltrò, viro forti nefas non est 1548 a.
Morte nihil præstantius. 310 b.
Omne quod abundat, vile est. 175 c.
Opulentia semper otiosa. 873 a.
Profutura frustra poscuntur, aduersis sequentibus. 677 c.
Priuignum amare, crimen est: virtus, maritum. 1047 c.
Prudentum ea sunt, quæ non nisi consilio & ratione deprehenduntur. 829 a.
Puniri propter alterius negligentiam, iniquum. 1029 b.c.
Quantò magis celatum est aliquid; tantò magis requiritur. 806 b.
Quantò quid minutius, tantò densius. 925 b.c.
Quies & otium, senectæ sors. 998 b.
Quoties simul multa cogitamus; vix aliquid comprobamus. 1641 a.
Regem pietate & iustitiâ ornatum esse oportet. 489 c.
Regni nouitas timorem semper habet. 491 a.
Reip. amori nihil præponendum. 325 b.
Res eadem, mortalis & immortalis esse nequit. 1343 a.
Rex quod promittit, videtur Resp. polliceri. 559 c.
Salus inter incerta audacter speratur. 473 a.
Securitas omnis in portu est. 1185 c.
Stultus, qui iniuriâ non mouetur. 1663 b.c.
Tolerabilius, non incipere; quàm incepta deserere. 26 a.
Victoria dolo quæsita turpissima. 583 a.
Victoria, quæ viribus non potest, fauore deorum & precibus conquiri debet. 1629 a.
Vitia fugienda; & virtutes sectandæ. 1072 a.
Vitia naturæ, non mutari; sed mitigari possunt. 387 b.
Vindicta propriâ manu quæsita, dulcis. 383 c.
Virtus plerumq; temporis decoloratur infelicitate. 1071 b.
Virtutes amandæ, vt vitæ breuitas famâ & gloriæ meritis possit augeri. 1500 c.
Virtutes suas prædicare apud inscientes, non est arrogantis. 459 a.
Vitæ humanæ incerta omnia. 1277 a.

SENTENTIARVM EX COMMENTARIJS SERUIJ FINIS.

EPITHETA.

EPITHETA, QVÆ APVD VERGILIVM NOVA VIDENTVR, VETVSTIORIBVS QVOQVE IN VSV FVISSE: EXPLICATA

per Adrianum Barlandum.

MVLTA *quoq; epitheta apud Vergilium sunt, quæ ab ipso facta creduntur. sed & hæc à Veteribus tracta monstrabo. Sunt autem ex his alia simplicia, vt* Gradiuus, Mulciber: *alia composita, vt* Arcitenens, Vitisator. *Sed priùs de simplicibus dicam.* ET discinctos mulciber Afros.] *Mulciber est Vulcanus: quòd ignis sit, & omnia mulceat ac domet. Actius in Philoctete:* Heu Mulciber arma ignauo inuicta es fabricatus manu. *Et Egnatius, de rerum naturâ libro primo:* Deniq; Mulciber ipse furens altissima cœli contingit. HOEDI'QVE petulci Floribus insultent.] *Lucretius in secundo:* Præterea teneri tremulis in vocibus hœdi, Corniferas norunt matres, agniq; petulci. *Illud audaciæ maximæ videri possit, quod ait in Bucolicis,* Et liquidi simul ignis: *pro puro vel lucido, seu pro effuso & abundanti. nisi prior hoc epitheto Lucretius vsus fuisset, in sexto:* Hac etiam fit vti de causâ mobilis ille Deuolet in terram, liquidi calor aureus ignis. Tristis, *pro amaro, translatio decens est: vt,* Tristesq; lupini. *Et ita Ennius, in libro Sabinarum quarto:* Neq; triste quæritat sinapi, neq; cepe mœstum. Auritos lepores, *non Maro primus vsurpat: sed Afranium sequitur; qui in prologo, ex personâ Priapi ait:* Nam quod vulgo prædicant, aurito me parente natum, non ita est. §. *Et vt composita subiungam: quod ait Vergilius,* Vidit, Thuricremis cùm dona imponeret aris: *iam Lucretius in secundo dixerat,* Nam sæpe ante deûm vitulus delubra decora Thuricremas propter mactatus concidit aras. QVAM pius Arcitenens.] *Hoc epitheto vsus est Næuius, belli Punici lib. secundo.* Deinde pollens sagittis inclytus Arcitenens, sanctusq; Delphis prognatus Pythius Apollo. *Idem alibi,* Cùm tu Arcitenens, sagittis pollens dea. *Sed & Hostius, libro secundo belli Histrici:* Dia Minerua, simul autem inuictus Apollo, Arcitenens, Latonius. ETIAM Syluicolæ Fauni.] *Næuius, libro primo belli Punici:* Syluicolæ homines, belliq; inertes. *Actius in Bacchis:* Syluicolæ, ignota inuisentes loca. DESPICIENS mare veliuolũ.] *Liuius in Helenâ:* Tu, qui permẽsus ponti maria alta veliuola. *Ennius in decimoquarto:* Cùm procul aspiciunt hostes accedere ventis Nauibus veliuolis. *Idem in Andromache:* Rapit & exalto naues veliuolas. VITISATOR seruans, curuam sub imagine falcem.] *Actius in Bacchis:* O' Dionyse pater, optime vitisator, Semelâ genitus Euchiâ. ALMA'QVE curru noctiuago Phœbe.] *Egnatius, de rerũ naturâ libro primo:* Roscida noctiuagis astris labentibus Phœbe, Pulsa loco cessit, concedens lucibus altis. TV nubigenas inuicte bimembres.] *Carnificius in Glauco:* Cẽtauros fodère bimembres. CAPRIGENVM'Q. pecus, nullo custode, per herbas. *Pacuuius in Paulo:* Quamuis caprigeno pecori grandior gressio est. *Actius in Philoctete:* Caprigenûm trita vngulis. *Idem in Minotauro:* Taurigeno semine ortũ fuisse, an humano. *Decenter & his epithetis Vergilius vsus est: pro sagittâ,* volatile ferrum: *& pro Romanis,* gentẽ togatam. *quorũ altero Sueuius; altero Laberius vsus est. Nam Sueuius in libro quinto ait:* Volucrumq; volatile telum. *Ac Laberius in Ephebo:* Licentiam ac libidinem vt tollam, petis, togatæ stirpis. *Idem infrà:* Idcirco ope dilatatum est dominium togatæ gentis.

IN VERGILIVM A' GEORGIO FABRICIO EDITVM

Hiobus Madebungus Annebergensis:

Laudabunt alij præclara volumina iuris,
Humanarum vincula rerum.
Hippocratis libros alij, aut monumenta Galeni,
Lumina quot habet ars medicorum.
Extollent multi sua sidera, quos iuuat astra,
Et cælorum noscere cursus.
Sunt quibus Euclides cura vnica circulus, & quos
Delectat descriptio terræ.
Sacra Poëtarum capiunt nos carmina, nostrum
Perpetuò celebrare Poëtas.
Siue quòd illorum sermo numerosior aures
Suauiter oblectat, reficitq;
Seu quòd ab hoc puro iampridem largiter omnis
Defluxit sapientia fonte.
Hinc causas rerum, si rectè inspexeris, hinc &
Morum percipies grauitatem.
Virtutum exempla, & verborum lumina cernes,
Dicendi vim deniq; cunctam.
Crede mihi, sunt hæc ea sacræ semina mentis,
Aethereis de sedibus ille est
Spiritus, hac vera digni sunt laude Poëtæ,
Sunt meritò & sacra nomina vatum.
Ausonia hos inter palmam das iure MARONI,
Maiorem quo non habet, aut qui
Tanto, hoc neglecto, me iudice dignus honore.
Suauis, & est aptus numerus: res
Non leuis aut turpis: præcepta hic plurima veræ
Virtutis docet, officijq;.
Est sermo purus, sunt & lectissima verba,
Omnia summo exculta labore.
Dumq; tua Aenea celebratur carmine virtus
Diuino, pietasq; fidesq;,
Admiscet (mirùm) penè omnia facta nepotum,
Romanæ simul inclyta gentis.
Quæ cuncta in nostro sunt admiranda POETA,
Omnibus hæc licet obuia non sint.
Interpres, quo sunt conscripta hæc numine, eodem
Certè opus est agitante calescat.
Talis DONATVS, *talis quoq;* SERVIVS: *alter*
Res tractat, verba explicat alter.
FABRICIVS *dedit hos, patriæ spes magna, decusq;*
Nec minor ille futurus vtroq;.

MATTHIAS MARCVS DABERCVSIVS:

Τὸν μὲν ἐγὼ ἄλλοι ἄγαμαι, ὡς χρήσιμον ἄνδρα,
ὃς μεγάλης [illegible] βιβλία [illegible].
ἀλλά γε καὶ παρ᾽ ἐμοὶ [illegible] τιμῆς,
τῶν πάνυ ὀρθῶσαι γράμματ᾽ [illegible].
τοῦδε Φαβρικίου χάριν οἶδα μὲν, ὅς μέγ᾽ ὄνειαρ
ἀμοῖς [illegible] ἴδμεν [illegible].
ἀλλ᾽ ἐπανορθώσας τὰ διάστροφα, [illegible]
γραμματικοῖς πᾶσιν τίμιος [illegible].

IN

IN
P. VERGILII MARONIS BVCOLICA.

I. DIOMEDES GRAMMATICVS, DE *ortu Bucolici carminis.*

BVCOLICA dicuntur poëmata, carmine pastorali composita. Instituta autem sunt, sicut quidam putant, in Laconiâ; vel (vt alij) in Siciliâ: nam inter Lacedæmonios & Siculos, varia fuit conditio. Sed quod ad Laconas pertinet, hæc eorum fuit origo. Quo tempore, aduentante Xerxe in Græciam, omnes, desertâ Laconiâ, metu barbarorum perterriti, in diuersas partes fugisse dicuntur; & cùm virgines timore laterẽt: ex hoc euenisse, vt eo die, quo solitus erat chorus virginum Dianæ Caryatidi hymnum canere, nemo ad solenne sacrum inueniretur. Tunc itaq; pastores, ex rure in vrbem conuenerunt; &, ne ritus sacrorum interrumperetur, pastorali carmine composito, Deæ honorem celebrauerunt: vnde etiam βουκολισμὸς dictus. ¶ A' Siculis autem origo quæ trahitur, hæc est. Antequàm Hiero rex Syracusas expugnaret, morbo Sicilia laborabat, varijs & assiduis ceremonijs Dianam placantes, finẽ malis inuenerunt: eandẽ Lyen cognominauerunt, quasi solutricem malorũ. Indè res in consuetudinẽ tracta est: vt greges rusticorũ theatrũ ingrederẽtur, & victoriam canerẽt. Habitus verò huiusmodi videbatur. Erat panis magnus, omnium ferarum imagines complexus, cum vino & folle leguminum omnis generis: erat corona in capite, & in manu pedum clauatum. atq; ita victorum omnium fores multitudo carmine circuibat: victoriam, quam adepti fuerant, canebant; & de eo folle limina frugibus spargebant. Nonnulli & in Italiam, & in Lydiam, & in Aegyptum, transisse creduntur: quos Lydiastas & Bucoliastas appellarunt. Quanquam est & alia opinio: circum pagos & oppida, solitos fuisse pastores, composito carmine, precari pecorum, & frugum, omniumq; rerum prouentum: atq; inde in hunc diem manere nomen, & ritum Bucolicorum. Putant autem quidam, hoc carminis primùm Daphnin composuisse; deinde alios complures: inter quos Theocritum Syracusanum, quem noster imitatur.

II. *SERVII MAVRI HONORATI GRAMMATICI, in Bucolica Maronis, Commentariorum liber.*

BVCOLICA, vt ferunt, dicta sunt à custodiâ boum, id est, ἀπὸ τῶν βουκόλων: præcipua enim sunt animalia apud rusticos, boues. Huius autem carminis origo varia est. Nam alij dicunt, pro tempore, quo Xerxes Persarum rex inuasit Græciam, cùm omnes intra muros laterent, nec possent more solito Dianæ sacra persolui, peruenisse ad montes Laconas rusticos, & in eius honorem hymnos dixisse. vnde natum carmen Bucolicum, ætas posterior elimauit. Alij dicunt, Orestem, cùm Dianæ Fascelitidis simulachrum, raptum ex Scythiâ aduceheret, & ad Sciciliam esset tempestate delatus, completo anno, Dianæ festum celebrâsse hymnis, collectis nautis suis, & aliquibus pastoribus conuocatis; & exinde permansisse apud rusticos consuetudinem. Alij, non Dianæ, sed Apollini Nomio, consecratum carmen hoc volunt, quo tempore Admeti regis pauit armenta. Alij, rusticis numinibus à pastoribus dicatum hoc asserunt carmen; vt Pani, Faunis, ac Satyris. ¶ Et hic est huius carminis titulus. Qualitas autẽ hæc est; scilicet humilis character. Tres enim sunt characteres; humilis, medius, grandiloquus: quos omnes in hoc inuenîmus Poëtâ. Nam in Aeneide grandiloquum habet; in Georgicis medium; in Bucolicis humilem: pro qualitate negociorum, & personarum. Nam personę hîc rusticæ sunt, simplicitate gaudenets; scilicet à quibus nihil altum debet requiri. Adhibetur autem ad carmen bucolicum: quod debet quarto pede terminare partem orationis, qui pes sistit dactylus; meliorem efficit versum: vt, *Nos patriæ fines, & dulcia.* Primus etiam pes, secundùm Donatum, dactylus esse debet, & terminare partem orationis: vt, *Tityre.* Quam legem Theocritus vehementer obseruat: Vergilius non adeò. Ille enim, in paucis versibus ab istâ ratione deuiauit: hic, eam in paucis secutus est. Terentianus, cùm de hoc metro doceret:

Plurimus hoc pollet Siculæ telluris alumnus;
Noster rarus eo pastor Maro.

Digitized by Google

¶ Intentio Poëtæ hæc est: vt imitetur Theocritum Syracusanum, meliorem Moscho, & cæteris qui Bucolica scripserunt. vnde est:

Prima Syracusio dignata est ludere versu
Nostra, neq; erubuit syluas habitare, Thaleia.

Et aliquibus locis per allegoriam agit gratias Augusto, vel alijs nobilibus, quorum fauore amissum agrum recepit. In quâ re tantùm dissentit à Theocrito. Ille enim, vbique simplex est: hic, necessitate compulsus, aliquibus locis miscet figuras: quas peritè plerunque etiam ex Theocriti versibus facit; quos ab illo dictos constat esse simpliciter. Hoc autem fit poëticâ vrbanitate. Sic Iuuenalis: *Actoru Aurunci spolium.*
Nam Vergilij versum, de hastâ dictum, figuratè ad speculum transtulit. ¶ Et causa scribendorum Bucolicorum hæc est. Cùm pòst occisum 3. Idus Martias, in Senatu, Cæsarem, Augustus, eius filius, contra percussores patris & Antonium, ciuilia bella mouisset: victoriâ potitus, Cremonensium agros, qui contra eum senserant, militibus suis dedit. qui cùm non sufficerent; etiam Mantuanorum iussit distribui: non propter culpam; sed propter vicinitatem. vnde est:

Mantua væ miseræ nimiùm vicina Cremonæ.

Perdito ergo agro, Vergilius Romam venit: & potentium fauore meruit, vt agrum suum solus reciperet. Ad quem accipiendum profectus, ab Ario Centurione, qui eum tenebat, penè est interemptus; nisi se præcipitâsset in Min ium. vnde est ἀλληγορικῶς

Ipse aries etiam nunc vellera siccat.

Postea, ab Augusto missis triumuiris, & ipsi integer ager redditus est; & Mantuanis pro parte. Hinc est, quod cùm in primâ Eclogâ legimus recepisse agrum; postea eum querelantem inuenimus: vt,

Audieras & fama fuit: sed carmina tantum
Nostra valent Lycida, tela inter Martia; quantum
Chaonias dicunt aquila veniente columbas.

¶ Nec numerus hic dubius est, nec ordo librorum: quippe cùm vnus sit liber. De Eclogis tantùm multi dubitant: quæ licèt decem sint; incertum tamen est, quo ordine scriptæ sint. Pleriq; duas certas volunt, ipsius testimonio: vltimam; ut, *Extremum hunc:* & primam; vt in Georgicis,

Tityre, te patulæ cecini sub tegmine fagi.

Alij primam illam volunt:

Prima Syracusio dignata est ludere versu.

Sed est sciendum, septem Eclogas esse meras rusticas: quas Theocritus decem habet. Hic in tribus à bucolico carmine, sed cum excusatione, discessit; vt in genethliaco Salonini, & in Sileni theologiâ, & in Gallo: vel, vt ex insertis altioribus rebus posset placere; vel, quia tot varietates implere non poterat. ¶ Poëtæ vitam in Aeneide diximus. Operis explanatio, in sequentibus comprobabitur. Sanè sciendum, Vergilium octo & viginti annorum scripsisse Bucolica. vnde etiam ipse in fine Georgicorum:

Audaxq; iuuenta,
Tityre, te patulæ cecini sub tegmine fagi.

Et dicit Donatus, (quod etiam in Poëtæ memorauimus vitâ) in scribendis carminibus, naturalem ordinem secutum esse Vergilium. Primò enim, pastoralis fuit in montibus vita: pòst, agriculturæ amor: indè, bellorum cura successit. Notandum quoque, Bucólica, vel Geórgica, cùm apud Græcos in fine habeant accentum, apud nos in tertiâ à fine habere. nam vt in vltimâ sit, latinitas vetat: vt in penultimâ non sit, breuitatis efficit ratio. Etiam hoc sciendum; & personas huius operis, ex maiori parte, nomina de rebus rusticis habere conficta: vt *Melibœus*, ὅτι μέλει αὐτῷ τῶν βοῶν, id est, quòd curam gerit boum: & *Tityrus*: nam Laconum linguâ, Tityrus dicitur aries maior, qui gregem anteire consueuerit. sicut etiam in Comœdijs inuenimus: nam Pamphilus, est totus amans; Glycerium, quasi dulcis mulier; Philumena, amabilis. Personæ, sicut suprà dixi, rusticę sunt, & simplicitate gaudentes. vnde nihil in his vrbanum, nihil declamatorium inuenitur: sed ex re rusticâ sunt omnia, negotia, comparationes, & si qua sunt alia. Hinc est, quòd annos à frugibus computat: vt,

Post aliquot, mea regna videns mirabor, aristas.

Hinc etiam illæ comparationes sunt:

Nam neq; me tantùm venientis sibilus Austri,
Nec percussa iuuant fluctu tam littora, nec quæ
Saxosas inter decurrunt flumina valles.

III. PROBVS GRAMMATICVS, DE BVcolici carminis ratione.

BVCOLICORVM, omnis origo triplex esse fertur. Primùm à Lacedæmonijs. Nam cùm Xerxes Græciam affectaret, & terribilis esset: relictis ciuitatibus, omnis Græciæ gens in deserta loca refugerunt. pòst, cùm apud Marathonem victus recessisset: Lacedæmonijs reuersis in Peloponnesum, religiosior fuit cura Dianæ Caryatidis colendæ.

Nam

Digitized by Google

Nam forte ipso die reuerterunt in patriam victores, quo fieri sacra eidem deæ competebat. Sed quoniam præsentia virginum deesset, quæ ea celebrare consueuerant: ne sacrificium intermitteretur, pastores ex vicinis agris contraxerunt, & per eos sacra expedierunt, adhibitis carminibus etiam rusticis. Ritum autem sacrorum Bucolicon appellarunt: non quoniam solùm boum pastores ipsi fuerint; sed quoniam boues pecora præstarent magnitudine. Hoc idem carmen Astrobicon dictum est; à formâ sedilis, quo aduecti fuerant, qui illa cantaturi erant. Sunt autem Astraba vehicula, dicta παρὰ τὸ μὴ στρέφεσθαι. quo titulo & Plautus fabulam inscripsit, in quâ mulieres in eiusmodi vehiculis inductæ.

¶ Altera causa ad Siculos pertinet. Ante Gelonis tyrannidem, Syracusis lue pecora interibant. quibus refouendis votum fecerunt: eiusq; voti compotes, templum Dianæ instituerunt: quam Lyæam vocauerunt; propterea quòd malis essent absoluti. ad eius dedicationem plurimi pastores confluxerunt, cum vtribus vino plenis, & panibus figuras ferarum vel pecorum referentibus: eiq; instituerunt, vt, qui conuenerant, laudes deæ decantarent; coronato, qui eas rectius prosequeretur: contenderent autem eâ formâ ornati, vt cornua fronti adiuncta, tæniâ obligarent, cum vtre & reticulo, quo panificia haberent cum clauâ: is qui vicisset, præmium haberet, quod is, qui victus erat, contulisset. permissumq;, vt indè irent, &, quibus certauerant, eisdem illis fausta ominarentur. Quod genus religionis, hodie conuersum est in quæstum. ijdem sunt enim, qui Bucolistæ nominantur.

¶ Tertia opinio, ad eosdem Siculos pertinet; sed ex aliâ ratione. Nam Orestes, post parricidium furens, responso didicit; quòd deponeret furorem ita demum, si, recuperatâ sorore Iphigeniâ, ablueretur fluuio, quod septem fluminibus confunderetur. Diu vexatus, cùm in Tauricâ Iphigeniam reperisset: venit ad fines Rheginorum. Ibiq; inuento flumine, elutus traiecit in Siciliam: & iuxta Syracusas, à somnio admonitus, simulachrum Deæ, quod secum de Tauricâ aduexerat, templo posito consecrauit; quam appellauit Fascelitim: quòd fasce lignorum tectum de Tauricâ simulachrum extulisset. Eius Deæ nomen breui adprobatum: propterea quòd plurima pecora muneri quisq; conferebat. Quæ cùm incremẽtassent: nõ defuerunt, qui gratuitam custodiendis operam adhiberent; contenti, tanquam constitutâ, mercede lactis, vel casei. Huius autem fluminis, apud quod purgatus est Orestes, Varro meminit, Humanarum X. sic: *Iuxta Rhegium, fluuij sunt continui septem: Latapadon, Migodes, Eugyon, Stacteros, Polme, Meleissa, Argeades. In his à matris nece dicitur purgatus Orestes; ibiq; diu fuisse ensem, & ab eo ædificatum Apollinis templum: cuius loco Rheginos, cùm Delphos proficiscerentur, re diuinâ factâ, lauream decerpere solitos, quam ferrent secum.* Item Cato, in Originibus tertio: *Rhegini Taurocini vocantur, de fluuio qui præterfluit. Id oppidum Aurunci primò possederunt: Indè Achæi, Troiâ domum redeuntes. In eorum agro fluuij sunt sex; septimus, fines Rheginorum atq; Taurinum dispescens. fluuio nomen est Paccolico. Orestem, cum Iphigeniâ atq; Pylade, dicunt maternam necem expiatum venisse. & non longinqua memoria est, cùm in arbore ensem viderint, quem Orestes abiens reliquisse dicitur.* Fascelitis autem Dianæ, Lucilius quoq; in tertio Satyrarum, meminit, sic:

Et sæpe quod antè
Optasti, freta Messanæ & Rhegina videbis
Mœnia, tum Liparas Fascelinæ templa Dianæ.

¶ Carmen Bucolicũ legem habere videtur, vti versûs eius quartus pes partem orationis finiat: quod Theocritus custodiuit. Nam Vergilius in primo versu attendit; sequentem protinùs aliâ formâ fecit. Bucolica Theocritus facilius videtur fecisse: quoniam Græcus sermo sic videtur diuisus, vt Doris dialectos, quâ ille scripsit, rustica habeatur. Opportunum fuit ergo ei, qui pastores inferebat, eâ linguâ disputâsse. Vergilio tantò factum opus maius; quantò, vnâ linguâ loquens, sensus rusticos aptare elaborauit, sinè reprehensione sermonis. Sunt quædam propria: Heroico carmini, sublimia; sed Bucolico, humilia. quæ aptè diuisisse Vergilius notatus est. Nam cùm Aeneas Didoni gratias ageret, eiusque se, quamdiu natura rerum stetisset, memoriam habiturum confiteretur, sic ait:

In freta dum fluuij current, dum montibus vmbra *Lustrabunt, conuexa polus dum sidera pascet.*

Sic & Tityrus, cum beneficijs Augusti gratias ageret, rerum naturæ perpetuitatem pastori congruentibus sensibus tractauit, sic:

Antè leues ergo pascentur in æthere cerui. *Et freta destituent nudos in litore pisces.*

In hoc etiam carmine quosdam versus posuit, qui possent heroico carmini aptari: vt sunt;

Huc ades ô formose puer, tibi lilia plenis *Pallentes violas & summa papauera carpens,*
Ecce ferunt Nymphæ calathis, tibi candida Nais *Narcissum & florem iungent bene olentis anethi.*

Et quoniam intelligebat, sublimius se dixisse: nouissimum versum attenuauit, quo rustico sensui carmen aptius fecit.

¶ Vergilius autem, vt Bucolica scriberet, causam eiusmodi habuit. Antonius Octauiam, sororem Augusti, vxorem habebat: & prouinciam sortitus est, Aegyptum. vbi cùm Cleopatram adamasset, & vxorem duxisset, repudio Octauiæ dato; & speraret de imperio Alexandriæ constituendo. hostis publicus appellatus est. quem prosecutus Augustus, exercitum in Orientem ducebat: reumq; bello superauit, apud Actiacum Apollinem. Italiæ ergo ciuitatibus diuersas partes sequentibus; Cremonenses & Mantuani, neutri sunt auxiliati. sed hoc Augustus indignatus; Veteranis, quorum operam in bello habuerat, agros Cremonensium diuidi iussit; & si non suffe-

 cissent,

P. VERGILII M. BVCOLICORVM ECLOGA PRIMA, SIVE TITYRVS.

Interlocutores, Melibœus & Tityrus.

MELIBOEVS.

TITYRE, tu patulæ recubans sub tegmine fagi,
Syluestrem tenui Musam meditaris auenâ:
Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua.
Nos patriam fugimus: tu Tityre, lentus in vmbrâ
Formosam resonare doces Amaryllida syluas.
TI. O Melibœe, deus nobis hæc otia fecit.
Namq; erit ille mihi semper deus: illius aram
Sæpè tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.
Ille meas errare boues, (vt cernis) & ipsum
Ludere, quæ vellem, calamo permisit agresti.
ME. Non equidem inuideo; miror magis: vndiq; totis
Vsq; adeò turbatur agris. en ipse capellas

A SER. TITYRE, tu patulæ recubans sub tegmine fagi.] *Introducitur pastor quidam, iacens sub arbore, securus & otiosus, dare operã cantilenæ: alter verò, qui cum gregibus ex suis pellitur finibus: qui cùm Tityrum respexisset, ita exorsus est. Sub personâ Tityri, Vergilius intelligitur: sub Melibœi, plebs Mantuana, vel Cornelius Gallus. Quòd autẽ sub fago dicitur iacère, allegoria est honestissima: quasi sub arbore glandiferâ, quæ victus causa fuit. Antè enim homines glandibus vescebantur. vnde etiam fagus dictus est, ἀπὸ τοῦ φαγεῖν, id est, à manducando. Hoc videtur dicere: Iaces sub vmbrâ fagi in agris tuis, tuas retinens possessiones, quibus aleris sicut glandibus antea mortales. A' lite, ô Vergili, sub protectione Augusti,* B *securus quiescis.* PATVLÆ.] *Patulum dicitur, quod patet naturaliter: vt nares, arbor. Patens verò est, quod clauditur & aperitur: vt ostiũ, & oculi.* SYLVESTREM musam.] *id est, rusticum carmen.* TENVI auenâ.] *culmo, stipulâ: vnde rustici cantare consueuerunt. ut alibi:* Stridenti miserum stipulâ disperdere carmen. *Dicendo autem,* tenui auenâ, *humilis styli genus latenter ostendit, quo in Bucolicis utitur.* MEDITARIS.] *quod Græci μελετᾶν dicunt, κατ' ἀντίστοιχον* meditor *dixerunt Latini: L enim & D, interdum sibi inuicem cedunt. Sic Sella pro Seda dicitur, à sedendo.* NOS patriæ fines linquimus.] *non voluntate, sed vi Cæsaris & militũ eius compulsi, victo Antonio.* ET dulcia arua.] *Vnicuiq; propria terra dulcis videtur. Nec enim omnis res delectationem habens, dulcis appellatur. Allegoricè voce* C *vtitur Mantuanorum, qui suis possessionibus expellebantur.* NOS patriam fugimus.] *Plus est, quã si diceret, relinquimus. Sic Horatius:*

Teucer Salamana patremq;
Cùm fugeret.

LENTVS.] *id est, otiosus, securus. ut,* Qui nũc lenti consedimus aruis. IN vmbrâ.] *allegoricè, sub tutelâ Imper. Augusti.* RESONARE doces Amaryllida syluas.] *id est, carmen tuum, de amicâ Amaryllide compositum, doces syluas resonare. Et melius est, vt simpliciter intelligamus. Malè enim quidam allegoriam volunt: Tu carmen de vrbe Româ componis, celebrandum omnibus gentibus. Plus enim stupet Melibœus, si ille ita securus est, ut tantùm de suis amoribus cantet.* O' Melibœe.] *scilicet, quid miraris?* DEVS.] *id est, Cæsar.* HÆC otia.] *hãc securitatem, vel felicitatem.* NAMQVE erit ille mihi semper deus.] *Iteratio ipsa excludit adulationis colorem.* SEMPER.] *id est, & post mortem, & dum viuit. Alij enim Imperatores, post mortem in numerũ referuntur deorum: Augustus autem templa viuus emeruit. Horat.*

Præsenti tibi maturos largimur honores,
Iurandasq; tuum per nomen ponimus aras.

Sic Lucanus de Nerone: Sed mihi iam numẽ. ILLIVS.] *Octauij Cæsaris.* IMBVET agnus.] *Imbuere, est propriè inchoare & initiare. Nemo autem vnam eandemq; rem sæpe inchoat. Sed constat, sæpe pascua mutare pastorem, sicut etiam in Georg. legimus.*

—Itque pecus longa in deserta sine vllis
Hospitijs, tantum campi iacet.

Vnde necesse est, pastores totiens aras imbuere, quotiens mutauerint pascua. Inuenimus etiam apud antiquiores, Imbuere, esse, non inchoare; sed perfundere & madefacere, secundùm quod absolutus est sensus, vt sit; sæpe perfundet. ERRARE.] *id est, pasci: vt,* Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ. LVDERE.] *scribere: vt,* Carmina qui lusit pastorum. *Horat.*

Poscimus si quid, vacui sub vmbrâ
Lusimus tecum.

CALAMO agresti.] *rustico stylo, sicut suprà: Tenui auenâ.* NON equidem inuideo.] *Excusat se: ne frequens interrogatio felicitatis alienæ, ex inuidiâ venire videatur: dicit, se admirari potius, quàm inuidere.* VSQVE ADEO'.] *in tãtũ.* TVRBATVR agris.] *Turbatur sine vllâ discretione culpæ, vel meriti. Et inuidiosè tẽpora Augusti carpit latenter. Sana verò lectio est, Turbatur: ut sit impersonale, quod ad omnes pertinet generaliter, nam Mantuanorum fuerat communis expulsio. Si enim Turbamur legeret; videretur ad paucos referri.*

POM. Sabi. TITYRE, tu patulæ, &c.] *Tityri & Melibœi personas de Theocrito poetâ sumpsit; non sinè ratione. Nam* Tityrus, *Libycâ linguâ hircus appellatur:* Melibœus, *cura boum diligens. Et allegoricôs intelliguntur. Per Tityrum, intelligimus Vergilium: per Melibœum, Cornelium Gallum; qui natus fuit inter Cremonam & Mantuam. Admiratur is, quòd Vergilius solus agros recuperauerit. Asconius Pedianus ait; Vergilium edidisse Bucolica, annos natum 28.* FAGI.] *Hanc fagum intelligit vetustissimam arborem; quam sub nomine Battari deplorat in Diris.* PATVLÆ.] *semper patentis, & ad vmbram faciendam expositæ.* MEDITARIS.] *Meditari, canere est; vt meminit Plinius.* TENVI auenâ.] *fistulâ: quia pastores fistulâ canunt.* DVLCIA arua.] *Propter patriam, quæ dulcis est.* AMARYLLIDA.] *Vergilius Mantuæ amauit Lydiã, quam appellat Galateã, Romæ, Amaryllida.* DEVS.] *Augustus; quem appellat deũ, à beneficio accepto: vel Roma, vt ait Aproniamus.* TENER.] *agnus intactus.* IMBVET.] *madefaciet.* CALAMO.] *stipulâ.* AGRESTI.] *Nam fistulæ solebant fieri ex buxo, vel ex loto.* TVRBATVR.] *Impersonalis vox est. Voces impersonales passiuæ vocis, Probus ait fieri ab omnibus verbis.* EN.] *Particula demonstrantis est.*

VAR. Lect. SYLVESTREM tenui musam meditaris auenâ.] *Multi quidem, atq; hi literatissimi uiri, Quintiliani secuti auctoritatem, Agrestem, loco hoc legendum censuêre. Sed falluntur. Quintilianus enim citauit ex Sileno illud:* Agrestem tenui meditabor arundine musam. *quem uersum librarius cùm describeret, ubi* Agrestem tenui, *notauit; pro eo quod scribendum fuit,* Meditabor arundine musam, *subiecit ex Tityro,* Musam meditaris auenâ: *deceptus similitudine vocum vtriusque carminis, &* Tenui *dictione vtroq; versu secundâ.* VSQVE adeò turbatur agris.] *In peruetéri quidem codice quodam, Turbatur, legere est: sed in Romano illo antiquissimo, Turbamur, non inuenustè legitur.*

Digitized by Google

A

tur. SAEPE sinistra cauâ prædixit ab ilice cornix.] *Versus hic in veteribus, quos sequimur, codicibus non habetur. In aliquot, alterâ manu suppositiitius est: vt in oblongo, & in Longobardico: in quo etiam, Dicebat, pro Prædixit, habetur.*

IOAN. Scop. LVDERE, quæ vellem, calamo permisit agresti.] *Sciendum est, legem fuisse latam, vt nullus aliquid componeret, nisi priùs ad ædiles accessisset, & scribendi veniam, cùm illi prius scriptoris vires perpendissent, moxq; secundùm ingenij capacitatem & doctrinam dabant componendi potestatem, impetrâsset: deinde præcrant recitandis, & recitata emptitabant. De quâ lege Vergilius intellexit in Bucol.* Ludere, quę vellem, calamo permisit agresti: *id est, ne excederem à stylo agresti vltra legem, & veniam impetratam; donec essem maturus ad altiora reponẽda.* Quod Eclogâ sextâ quoq; *cùm ad Cynthium, id est, Apollinem, id est, Augustum (quoniam Augustus Apollo dictus est, ac Apollinis filius existimatus) accessisset, gratiam altiora componendi impetraturus, innuit:*

Cùm canerem reges, & prælia, Cynthius aurem
Vellit, & admonuit: Pastorem, Tityre, pingues
Pascere oportet oues, deductum dicere carmen.
Nunc ego (namque super tibi erunt, qui dicere laudes,
Vare, tuas cupiant, & tristia condere bella)
Agrestem tenui meditabor arundine musam.
Non iniussa cano:

quod Augustus, deorum more aurem capútq; commouens, abnuit, atq; recusauit.

AD R. Ban. DEVS nobis hæc otia fecit.] *Quoniam mortales tunc maximè deum imitentur, cùm benè faciunt: idcirco, si Principis cuiuspiam fauore atq; liberalitate indicabimus effectum, vt, omni paupertatis metu deposito, liceat nobis otiosè in literario studio vitam exigere; merè congruet illud Vergilij Bucolicum:*

Deus nobis hæc otia fecit.

Et quod paulò post sequitur:

Ille meas errare boues (vt cernis) & ipsum
Ludere, quæ vellem, calamo permisit agresti.

Protenus æger ago: hanc etiam vix Tityre, duco.
Hîc inter densas corylos modò namq; gemellos,
Spem gregis, ah, silice in nudâ connixa reliquit.
Sæpè malum hoc nobis (si mens non læua fuisset)
De cœlo tactas memini prædicere quercus.
Sæpè sinistra cauâ prædixit ab ilice cornix.
Sed tamen, iste deus quis sit, da Tityre nobis.
TI. Vrbem, quam dicunt Romam, Melibœe putaui
Stultus ego huic nostræ similem, quò sæpe solemus
Pastores ouium teneros depellere fœtus.
Sic canibus catulos similes, sic matribus hœdos
Nôram: sic paruis componere magna solebam.
Verùm hæc tantùm alias inter caput extulit vrbes,
Quantum lenta solent inter viburna cupressi.
ME. Et quæ tanta fuit Romam tibi causa videndi?
TI. Libertas: quæ sera, tamen respexit inertem,

SER. PROTENVS.] *porrò tenus: id est, longè à finibus. vnde est paulò post:*

At nos hinc alij sitientes ibimus Afros.

Nam Protenus, per e, aduerbium loci: per i, Protinus, aduerbium est temporis, id est, Statim. AEGER.] *Et corpore & animo Aeger dicitur. vt:*

Esto, ęgrâ nulli quondam flexère mariti.

Sed Aegrotus, corpore tãtùm. AGO.] *Propriè: nam agi dicuntur pecora.*

SPEM gregis.] *id est, marem & fœminam. Reparatio enim gregis, in sexu vtroq; consistit.* AH, silice in nudâ.] *Ad hoc pertinet præmissa dolentis interiectio. Nam solent herbas substernere parientibus: vt ipse in Georg. dicit;*

Et multâ duram stipulâ, filicumq; manipulis
Sternere.

CONNIXA.] *pro eo quod est, enixa, id est, partu soluta. nam hiatus causâ mutauit præpositionem: sicut, Seclud te curas, pro excludite.* SI mens non læua fuisset] *id est, stulta, contraria. Et sensus hic est: Perdituros nos quandoq; agros, manifesta prædicebant signa: sed nos mentis imprudentiâ intelligere nequiuimus.* DE cœlo tactas memini prædicere quercus.] *Mirè compositum augurium. nam quercus, in tutelâ Iouis est: & huius arboris fructu olim homines vescebantur. Per quercus ergo, agri; per fulmen, ira Iouis; per iram Iouis, ira Cæsaris; per damnũ arborũ, damnum agrorũ figurabatur. Hæc quercus ergo tacta, id est, afflata leuiter fulmine. ut Cicero:* Tactus est ille, qui hanc vrbẽ cõdidit Romulus. *Significat, nutu Imperatoris posse agros eorũ perire, apud quos fulminatæ sunt arbores. nam agri, causa uictus sunt; sicut olim quercus. Quòd autẽ ait, Tactas: ostendit, temporale fore damnum; quale patiuntur arbores leuiter fulminatæ. Et bene, Prædicere, quasi præloqui & prædiuinare: cùm ita manifestum constet esse augurium.* DA] *id est, dic. sic contra:* Accipe nunc Danaûm insidias: *id est, audi.* VRBEM, quam dicunt Romã] *Quæritur, cur de Cæsare interrogatus, Romam describat? & aut simplicitate vtitur rusticâ; vt ordinem narrationis plenè non teneat, sed per longas ambages ad interrogata descendat: aut certè, quia nullus, qui continetur, est sine eâ re qua continetur; nec potest vlla persona esse sinè loco. Vnde necesse habuit, interrogatus de Cæsare, locum describere, in quo eum viderat. Est autem longum ὑπέρβατον: Vrbem, quam dicunt Romam. Hic illum vidi iuuenem, Melibœe.* B *Roma ante Romulum fuit; & ab eâ Romulus nomen adquisiuit. Sed de flauâ & candidâ Româ Aesculapius; Ilia nomen nomen Latio facit. Tantùm conditricis nomine omnes Romani vocantur; Marinus Lupercorum poëta dixit.* STVLTVS ego.] *id est, rusticus, qui nesciui iudicare.* NOSTRAE.] *Mantuæ.* QVO] *id est, ad quam: nam aduerbium posuit pro nomine. ut, Genus vnde Latinum id est, à quo.* OVIVM teneros.] *Periphrasis agnorum.* DEPELLERE.] *id est, à lacte remouere.*

SIC canibus catulos similes, sic matribus hœdos Nôram; sic paruis componere magna solebam.] *Vult, vrbem Romam, non tantùm magnitudine; sed etiam genere, differre à cæteris ciuitatibus: & esse velut quendam alterum mundum, aut quoddam cœlum, in quo Cæsarem deum vidit.* C *Qui enim comparat cani catulum, vel hœdum capellæ; magnitudinis facit, non generis differentiam. Qui autem dicit, Leo maior est cane, & generis facit, & magnitudinis differentiam, sicut nunc de vrbe Româ fecit. Putabam, inquit, antè, ita Romam comparandam esse alijs ciuitatibus, vt solet hœdus capræ comparari. Nam quámuis maior esset; tamen eam ciuitatem esse ducebam. Nũc vero probaui, eam etiam genere distare: nam est sedes deorum. Hoc autem eum dicere, ille comprobat versus:* Quantum lenta solent inter viburna cupressi. *Nam Viburnum, breuissimum est, & formâ & genere à cupresso remotum virgultum: Cupressus verò, arbor est maxima. Hoc autem genus argumentationis, & apud Aristotelem lectum est, & apud Ciceronem.* COMPONERE.] Comparare. ET quæ tanta fuit.] *Ad magnum enim aliquid nimia necessitas venire compellit. Vnde quasi miratur, hominem rusticum Romam videre potuisse.* LIBERTAS] *amor libertatis. Etenim aliter dicit seruus, Libertatem cupio; aliter ingenuus. Ille enim, carere vult seruitute: hic, habere liberam vitam, pro suo scilicet arbitrio agere. Sicut nunc Vergilius sub personâ Tityri dicit, se amore libertatis Romam venire compulsum: & item latenter carpit ea tempora, quibus libertas non nisi in vrbe Româ erat. Aut certè*

simpli-

Digitized by Google

A *simpliciter intelligamus, hoc loco Tityrũ, sicut pastorẽ locutũ: nam vbiq; cum Theocritus mercenarium inducit. Itẽ Vergilius:*

Tityre, dum redeo (breuis est via,) pasce capellas.

QVÆ sera tamen respexit inertem.] *desidem, sese non requirentẽ. Nam culpat suam inertiã, quòd nõ antè Romam ierit, & sit vsus puer libertate; quã vti cœpit prouectioris ætatis.*

ÆGER.] *Ad corpus & ad animam refertur: vt meminit* **POM. Sabi.** *Cic. Tuscul. 2.* AGO.] *Agere, est, ducere pecora.* HIC] *ibi.* CONNIXA.] *dixit, quia gemellos peperit.* SPEM gregis.] *Nam spes gregis est in partu, & in fœcunditate pecorum.* RELIQVIT.] *Quia partus, cùm cadit in lapide, læditur.* QVERCVS tactas.] *Quoties arbores fructiferæ fulminantur, malum portentum inducunt. Cùm fulminatur olea, sterilitatem portendit: cùm quercus, exilium.* QVO.] *in quã vrbe, scilicet Mantuã.* INTER viburna.] *quæ tenuia virgulta sunt, & genistæ genus mollioris: ex quã scopæ fiunt.*

SPEM gregis, ah silice in nudâ connixa reliquit.] **ADR. Bat.** *Hoc nunc etiam vulgo infelix omen habetur. vnde per iocum vsurpabimus apud literatiores: quoties innuemus, cuipiam, qui periculum incidit, multò antè prædictum, ita futurum, vt tandem veniret in magnum malum. Non excidit mihi, legisse me* B *apud commentatorem Vergilij, versum hunc suppositium esse: sed quoniam in omnibus penè libris inest, visum est admonere lectorem. Eiusdem est generis, quod præmittitur:*

Sæpè malum hoc nobis, si mens non læua fuisset,
De cœlo tactas, memini prædicere quercus.

SIC canibus catulos similes.] *Ad indicandam rerum dissimilitudinem, conueniet illud:*

Sic canibus catulos similes, sic matribus hœdos
Verùm hęc tãtùm alias inter caput extulit vrbes,
Quantùm lenta solent inter viburna cupressi.

Huic locus erit, si quando significabimus, vrbem quampiam ædificiorum dignitate opibusq; alias longè superare. qualis nostra hac tempestate est Antuerpia Brabantiæ, ciuitas templorum priuatarumq; ædium artificiosissimâ structurâ mirabilis, & ob portus commoditatem florentissima: Ad quam nõ Hollandi solùm, atque Flandri, populi finitimi; sed Hispani etiam, & Galli, & Angli, & Itali, confluunt, vt mercimonia sua venditẽt. Cæterũ mihi hæc vrbs impẽsiùs placet; quòd in eâ primos ediderit vagitus Petrus Egidius, vir latinè doctissimus, mihiq; propter egregiam doctrinam valde coniunctus.

CANDIDIOR postquã tõdenti barba cadebat.] **IOAN. Scop.** *Cuius erit ordo, & sensus: postquam barba candidior; non, libertas candidior, (vt aiunt) id est, candida, (ne sit comparatiuũ pro positiuo) uel aliquantò cãdidior.* CADEBAT.] *Vtitur imperfecto; vt rem significaret imperfectam, quæ adhuc erat: & hoc, vt suæ tempus denotaret ætatis, quo Romam venit. Erat enim annos natus viginti-tres: quo tempore pili grossiores erumpunt, & lanugo illa candidior cadebat. Possemus etiam ad personatos referre recitantes, qui senum gerebant personas barbatas: vt inferiùs;* Fortunate senex. *sed priorem magis commendo sententiam.*

Candidior postquam tondenti barba cadebat.
Respexit tamen, & longo pòst tempore venit.
Postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.
Namq; (fatebor enim) dum me Galatea tenebat,
Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.
Quàmuis multa meis exiret victima septis,
Pinguis & ingratæ premeretur caseus vrbi:
Non vnquam grauis ære domum mihi dextra redibat.
ME. Mirabar, quid mœsta deos Amarylli vocares,
Cui pendère suâ patereris in arbore poma.
Tityrus hinc aberat. ipsæ te, Tityre, pinus,
Ipsi te fontes, ipsa hæc arbusta vocabant.
TI. Quid facerem? neq; seruitio me exire licebat,
Nec tam præsentes alibi cognoscere diuos.
Hìc illum vidi iuuenem, Melibœe, quotannis
Bis senos cuî nostra dies altaria fumant.
Hìc mihi responsum primus dedit ille petenti:

SER. CANDIDIOR postquã tondenti barba cadebat.] *Aut mutatio personæ est: vt quendã senem rusticũ accipiamus loquentẽ, nõ Vergiliũ, per allegoriã. nam, vt diximus, viginti-octo annorũ scripsit Bucolica. Aut certè mutãda est distinctio: vt sit, nõ barba candidior, sed libertas. Nam viginti & octo annorum barbam potest quis mittere; sed non canam. Et bene, candidior* C *libertas: vt intelligamus, etiam antè in libertate, sed non tali, fuisse Vergilium.*

vt inuidiosè patrimonium suũ dixerit peculiũ, ac si seruus esset: qa se diu apud Mãtuam seruisse memorauit. Sanè Peculi. pro peculij, per synæresim dictũ est. EXIRET victima septis.] *Septa propriè sunt loca, in campo Martio, inclusa tabulatis; in quibus stans populus Romanus, suffragia ferre consueuerat. Sed quoniã hæc septa, similia sunt ouilibus: duo hæc inuicem pro se ponuntur; vt hoc loco, septa pro ouilibus posuit. Item Lucanus contrà:*

ET longo pòst tempore venit. Postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.] *Iungendum est hoc totum. nam duplici ratione tempus ostendit, quo eum libertas respexerit: id est, quando cœpit secare barbam, & relictã Galateã, Amaryllidis amore detineri. Ἀλληγορικῶς autem hoc dicit: Posteaquam, relictã Mantuã, Romam me contuli. Nam Galateam, Mantuam vult esse; Romam, Amaryllida. Et bene tempora, quasi rusticus, computat, à barbæ sectione.* LONGO post tempore.] *Aut ἀρχαϊσμός est: (antiqui enim; Post, Ante, Circùm, etiam ablatiuo iungebant: quod hodie facere minimè possumus) aut, Longo-pòst, vna est pars orationis: vt sit sensus: Venit tempore longo pòst. sicut Multominùs, multomagis, postmodò. Horat.*

Postmodò quod mî obsit clarè multumq; locuto.

Et Longo pòst, vt postposita videatur esse præpositio, & in vnitatem coacta. FATEBOR enim.] *Hoc per parenthesim dictum est.* NEC spes libertatis erat, nec cura peculi.] *nec sperare poteram libertatem in oppressâ ciuitate, nec habere curam patrimonij. Peculi autem, aut antiquè dixit: quia omne patrimonium apud antiquos peculium dicebatur; à pecoribus, in quibus eorum constabat vniuersa substantia. vnde etiam pecunia dicta est, à peculio. Aut certè & hoc ad morsum temporũ pertinet. nã modò tãtùm serui peculium dicimus,*

Et miserè maculauit ouilia Romæ. *Iuuenalis.*
Antiquo quæ proxima surgit ouili.

PINGVIS.] *Melius ad victimam, quàm ad caseum, refertur.* INGRATÆ vrbi.] *Quia, cum alimenta ciuitatibus præstentur ex rusticorũ labore, in his rustici etiã deridentur à ciuibus, & multa perdunt, & aduectarũ rerũ precia iniqua suscipiunt.* AMARYLLI.] *Vocatiuus græcus est: qui breuis est, quotiescũq; nominatiuus in Is terminatur; vt Amaryllis, Pieris. Horatius:* Dulcem quæ strepitum Pieri temperas. CVI.] *id est, in cuius honorem.* SVA poma.] *id est, ipsius arboris poma propria.* QVID vocares.] *Hoc Vergilij personæ conuenit.* MOESTA Amarylli.] *quæ nemine lætabare poẽtã.* CVI pẽdère.] *id est, tibi: quia laudari à te non meruerũt.* TITYRVS.] *Vergil.* PINVS.] *Roma, vel Cæsar.* FONTES. *Poëtæ, vel Senatores.* ARBVSTA.] *Fructeta scholastici vocabant.* SERVITIO.] *ab seruitio. Seruitiũ, est conditionis indiciũ.* LICEBAT.] *id est, nec deesse officio poterã.* IVVENEM.] *Cæsari dicit Octauianũ Augustum Decreuerat enim senatus, ne quis eum puerũ diceret: ne maiestas tanti imperij minueretur.* DIES.] *id est, principia mensium; vel idus omnium mensium.* FVMANT.] *id est, sacrificant.* RESPONSVM dedit.] *id est, permisit liberè viuere.* PRIMVS.] *id est, ante quem nullus sit.*

POM. Sabi. CANDIDIOR.] *Per hoc significat Vergilius ætatem, quâ Romam uenit: cùm scilicet candidior barba, id est, lanugo, cadit. Quod clariùs indicat, cùm ait, Cadebat, per tempus imperfectum. Quia Vergilius Romam uenit, annos natus viginti-tres: quo tempore pili grosiores & fusci erumpunt, & lanugo illa candidior cessat. Malè quidam hoc verbum referunt ad libertatem. Est tamen alius sensus, meo iudicio melior: ut intelligamus candidiorem barbam, id est, iam canum. Licèt enim pro Tityro Vergilium intelligamus: fingit tamen poëta, Tityrum & Melibœum, duos senes esse, simul colloquentes. vnde paulò pòst Melibœus, Tityrum bis* Fortunatum senem *appellat. Bene ergo, inquit; Libertas, quæ sera. nam si ad iuuenem viginti-trium annorum referretur, non esset sera dicenda.* NEC cura peculi.] *Peculium appellatur patrimonium; ab eo, quòd antiqui omnes opes in pecoribus habebant: quâ de causâ & ipsa pecunia nomen habuit. & ideò, cùm nummus percussus fuit, figurâ pecoris signatus est.* VICTIMA.] *Antiqui lacte uescebantur: pecora seruabant, non macellis; sed vt plurimùm sacrificijs: & ea mactabant, quæ erant magis pinguia.* MEIS septis.] *Septa, ouilia dicuntur; à sepiendo. Sepire autem, circuire est.* NON vnquam.] *nunquam.* MIRABAR, &c.] *Solet absentiâ amantis puella torqueri, & mœsta esse. Vota facit, deos vocat pro amatoris reditu. Volunt quidam, hoc ad laudem Vergilij referri; quòd eum Roma opperita sit. Non placet; nec verisimile est, vt Roma, dea & regina gentium, adeò indiga virorum fuerit, cùm in eâ florerent omnium disciplinarum studia; vt exspectaret Vergilium poëtam anxia & sollicita, ac si literæ tantùm in Vergilio essent. Et cùm legamus, Vergilium fuisse mãsuetum & modestum: credibile non est, etiam se in præsentiã tantùm iactâsse. Simpliciter ergo legenda carmina; & sunt velut interpellatio rustica. Nam sermo Tityri interruptus est.* A

ADR. Bar. NONVNQVAM grauis ęre domum mihi dextra redibat.] *Si quis innuet, se in gymnasio quopiam politiores literas infeliciter docuisse, vixq; teruncium sibi ex professione accessisse; dicet illud:*

Nonunquam grauis ære domum mihi dextra redibat.

Vsurpat Rodolphus Agricola, in epistolâ quapiam.

Pascite, vt antè, boues, pueri; submittite tauros,
ME. Fortunate senex! ergo tua rura manebunt,
Et tibi magna satis: quámuis lapis omnia nudus,
Limosoq; palus obducat pascua iunco.
Non insueta graueis tentabunt pabula fœtas:
Nec mala vicini pecoris contagia lædent.
Fortunate senex! hîc inter flumina nota,
Et fontes sacros, frigus captabis opacum.
Hinc tibi, quæ semper vicino ab limite sepes
Hyblæis apibus florem depasta salicti,
Sæpè leui somnum suadebit inire susurro.
Hinc altâ sub rupe canet frondator ad auras.
Nec tamen interea raucæ, tua cura, palumbes,
Nec gemere aëria cessabit turtur ab ulmo.
TI. Antè leues ergo pascentur in æthere cerui,
Et freta destituent nudos in littore pisces:
Antè, pererratis amborum finibus, exul
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim:
Quàm nostro illius labatur pectore vultus.
ME. At nos hinc alij sitienteis ibimus Afros;
Pars Scythiam, & rapidum cretę veniemus Oaxen,

SER. PASCITE.] *id est, vt antè eratis, ô pueri; sic & modò pascite in pace.* SVBMITTITE tauros.] *id est, exercete terram & sobolem.* FORTVNATE senex.] *Nõ ad ætatem Vergilij refert; sed ad fortunatum olim futurum, præsago usus est verbo. Nam apud Philosophos, senes dicuntur, qui spem futuri temporis habent in victu.* ET tibi magna satis.] *Ordo est: Magna satis pascua; subauditur, erunt.* QVAMVIS lapis.] *id est, quámuis sit mons & lacus. nam à mõte vsq; ad lacũ, & vndè vsq; ad arborẽ quandam, fuerat ei terra donata.* PALVS.] *id est, æquor.* OBDVCAT.] *tegat.* IVNCO.] *fœno.* LIMOSO.] *flumine Mincij.* GRAVEIS.] *Accusatiuus pluralis: quasi graues, id est, grauidas; scilicet non enixas.* CONTAGIA lędent.] *Morbi vel pestilentiæ corrumpent. Vnde contingit, vt, vnâ aliquo morbo moriente, omnes idem morbus corruptas interimat. Dicit ergo, quòd nec insolita pascua tentaturæ sunt pecudes; nec ex alicuius infirmitate corrumpendæ.* HIC inter flumina.] *Inter Padum & Minciũ, ubi nutritus es vel cognitus.* NOTA.] *chara.* FONTES sacros.] *quia omnibus aquis Nymphæ sunt præsidentes.* FRIGVS opacũ.] *quia æstiuo tempore sub umbrâ fit frigus. Opacum autem, utrùm pro opacis locis, incertũ est; an pro valde frigidum. nam vnum frigus, est hyeme: alterum, quo refrigeramur æstate.* AB limite.] *Limes, est agri terminus.* SEPES.] *subaudi, fiet.* HYBLÆIS.] *Hybla, vel Hyble, oppidum est Siciliæ; quod nunc Megara dicitur: vel locus in Atticâ, ubi optimum mel nascitur. & posuit speciem pro genere.* DEPASTA florem.] *depastum florem habens. hypallage.* SALICTI.] *virgulti genus; dictum eò, quòd salit & surgit citò. Salictum, vbi sunt multæ salices.* LEVI susurro.] *dulci murmure. Hic vocat rusticum ad dulcia, quæ sunt in rebus, quibus delectatur.* SOMNVM inire.] *id est, dormire.* FRONDATOR.] *id est, rusticus: vel animal, quod frondibus vescitur. Nam tria genera sunt frondatorum. Frondator, qui arbores amputat, & de frondibus manipulos facit, hyemis tempore animalibus ad pastum offerendos: & qui manibus uitium folia auellit, quò ardor Solis vuam maturiorem reddat:* B *aut auis, quæ in frondibus habitat, & his vescitur; vel etiam palumbes, quæ in frondibus nidificant.* AD auras.] *i. in die.* RAVCÆ.] *βραγχίδαι.* PALVMBES.] *columbæ, quas vulgus Titas vocat: & non dicuntur latinè; sed multorum auctoritas latinum facit. Cicero in elegiâ, quæ Talemastis inscribitur:*

Iá mare Tyrrhenũ lõgè, penitusq; palumbes
Reliquit.

GEMERE.] *canere. propriè tamen dicitur de turture.* TVRTVR.] *& masculino, & fœminino genere inuenitur: vt hic,* Aëria turtur cessabit. *& Plaut. in Mostel.* Tu tibi istos habeas turtures. C AB vlmo.] *Vlmus est lignũ, sub quo vinea fit.* IN æthere cerui.] *id est, Auium more antè cerui volabunt, & pisces sinè aquâ viuent: hoc est, antè rerũ natura mutabitur, quàm nos Cæsaris posimus obliuisci.* FRETA.] *maria; à feruore dicta.* DESTITVENT.] *id est, derelinquent.* PERERRATIS.] *lustratis, vel errore confusis.* AMBORVM.] *id est, Germanorum & Parthorum.* EXVL.] *id est, Parthus & Germanus; Cæsar scilicet, quo duce, Germanis & Parthis victis, milites Ararim, Germaniæ flumen, biberunt.* ARARIM.] *Arar fluuius est Galliæ, fluens in flumen Rhodanum.* TIGRIM.] *Tigris, Armeniæ fluuius, influens Persicum sinum. Itaq; per Tigrim & Ararim, vult diuersa loca inter se significare. Dicit enim, priùs Parthum ex Arare bibiturum, & Germanum ex Tigri; quàm sibi obliuionem futuram non amissi agri, Cæsaris beneficio.* ILLIVS.] *id est, Augusti Cæsaris.* LABATVR.] *respuatur, vel obliuioni tradatur.* SITIENTEIS ibimus Afros.] *Tropus παράδοξον. Ab Afris enim, Libyam, quæ aquâ indiget, intelligi vult. Est enim calidissima regio, & penè inhabitabilis.* SCYTHIAM.] *regio septentrionalis est frigidissima.* ET rapidum cretæ veniemus Oaxen.] *hoc est, lutulentum; quòd rapiat cretam. Creta, terra alba dicitur. Nam Oaxis fluuius est Mesopotamiæ; qui velocitate suâ rapiens albam terram, turbulentus efficitur. Vel Oaxis, fluuius Scythiæ: in Creta insulâ non est;*

sed

A *sed aqua, creteri coloris est. Oaxen Eratosthenes ait Apollinis & Anchiales filium. Hunc Oaxen, in Cretâ oppidum condidisse, quod suo nomine nominauerit, Varro ait: vt,*

Quos magno Anchiale partus adducta dolore,
Et geminis capiens tellurem Oaxida palmis.
Scindere dicta fuit.

POM. Sabi. FORTVNATE senex.] *Senex, inquit: quia sumpsit personam Tityri, vt ait Probus.* NVDVS lapis.] *incultus.* NON insueta.] *Cùm pecora esuriunt, tunc morbi nascuntur. Et cùm Mantuani perdidissent agros, abundè pabula pro pecoribus non habebant. Vergilius, qui agros recuperauit, abundè habebat. Nunc duo notat, & insuetum pabulum, & pestem vicini pecoris, propter esuriem, non posse nocere pecori Vergilij. Pecora enim summoperè læduntur, cùm vnam tantùm ouem morbus inuaserit. Omnes autem morbi pecoris sunt contagiosi.* AB limite.] *Limes, est terminus paulùm eleuatus in agris.* SEPES.] Quia *aluearia ponuntur prope sepes, vt vitent ventos.* HYBLÆIS apibus.] *In Hyblâ oppido Siciliæ, & in Hymetto Atticæ regionis monte, optima est mellificatio: vt scribit Plinius.* FLOREM salicti.] *Salix amat loca humida. eius flos apibus vtilissimus, & iucundus.* LEVI susurro.] *scilicet apum.* B NEC tamé interea, &c.] *Vbicunque apud antiquos erat villa: illic & turris erigebatur pro palumbibus.* NEC gemere.] *Nam turtur, quando canit, gemere videtur & conqueri.* ANTE leues ergo.] *Probus ait: Tityrus, cùm beneficijs Augusti gratias ageret, rerum naturæ perpetuitatem congruentibus sensibus explicat. Aeneas non aliter sinè maiestate verborum gratias agit Didoni, cùm ait:*

In freta dum fluuij current, dú montibus vmbræ
Lustrabunt, conuexa polus dum sidera pascet,
Semper honos, nomenq; tuũ, laudesq; manebũt.

ANTE pererratis.] *More pastorum loquitur, qui rarò sibi constant.* Araris, *in Germania fluuius non est, sed in Galliâ.* Tigris, *fluuius non est in Parthiâ; sed in Mesopotamia: ortum habent ex maiori Armeniâ.* Ambi, *populi sunt Arabiæ. Ergo non mirum est, si & alius pastor Melibœus de Oaxe errauerit.* EXVL.] *Germanus vel Parthus.* AMBORVM finibus.] *Arabum.* SITIENTES Afros.] *Id est, ad Africam desertam, vbi non est aqua.* RAPIDVM Oaxem.] *Oaxis fluuius est Mesopotamiæ, labens ex eo tractu, qui est inter mare Caspium & Hircanum, & Bactra, principium Indorũ.* CRETE.] *Creta oppidum est Scythiæ. Valer. Flac. lib. 1. sic ait:*

Quoties paucos ad littoris ictus
Deficiens, Scythicũ metuens Pontũq; Cretáq;.

Oaxus oppidum Cretæ insulæ, cõditum ab Oaxe, filio Apollinis & Antilenes, vt meminit Plisthenes.

Sed & illud perpensione dignum, cur aëriam dixerit turturem Vergilius, eo versiculo; CABL. Rhod.

Nec gemere aëria cessabit turtur ab vlmo.

ex Seruij interpretamento. Nam syllabæ mensus, penthemimeri defenditur. Aëriam dici coniectio; quoniam (vt scribit Origenes Homil. 2. ex Hieronymi tralatione) turtur semper in iugis montium, & arborum verticibus, commoratur. Vnde, inquit, turturis appellatione, sanctus intelligitur spiritus; vbi de magnis & occultioribus mysterijs agitur, quæ capere haud possunt multi.

VICINI pecoris contagia lædent.] *Innuimus hoc versu, bonos malos fieri, si cum malis ac pestilentibus hominibus versari cœperint.* ANTE leues ergo pascentur.] *Si cuius memoriã nullo tempore apud nos interituram indicabimus, conueniet illud:* ADRI. Bar.

Antè leues ergo pascentur in æthere cerui,
Aut freta destituent nudos in littore pisces;
Quàm nostro illius labatur pectore vultus.

Et penitus toto diuisos orbe Britannos.
En vnquam patrios longo post tempore fines,
Pauperis & tuguri congestum cespite culmen,
Post aliquot (mea regna) videns, mirabor, aristas?
Impius hæc tam culta noualia miles habebit?
Barbarus has segetes? en quò discordia ciues
Perduxit miseros! en quîs consueuimus agros!
Insere nunc Melibœe pyros, pone ordine vites.
Ite meæ, quondam felix pecus, ite capellæ:
Non ego vos posthac, viridi proiectus in antro,
Dumosâ pendêre procul de rupe videbo.
Carmina nulla canam: non, me pascente, capellæ
Florentem cythisum, & salices carpetis amaras.
Hîc tamen hanc mecũ poteris requiescere noctem,
Fronde super viridi: sunt nobis mitia poma,
Castaneæ molles, & pressi copia lactis.
Et iam summa procul villarum culmina fumant.
Maioresq; cadunt altis de montibus vmbræ.

SER. PENITVS.] *id est, omnino.* DIVISOS.] *quia olim iuncta fuit cõtinẽti Britãnia. Est enim insula, sita in Oceano septẽtrionali: & à poëtis alter orbis terrarũ dicitur.* EN vnquã.] *Vergilius alio loco diuidit per interpositionem:* C *vt infrà in ipso libro,*

En erit vnquam.
Ille dies?

quod significat, vnqámne? hoc est, aliquando. TI. TVGVRI.] *à tegendo dictum.* CESPITE.] *id est, terrâ cum propriâ herbâ euulsâ.* CVLMEN.] *eò quòd culmo; id est, stipulâ, tegitur. Sic prisca rusticanorum ætas habitabat. Ideo culmina dicta sunt tecta: quia veteres ædificia de culmo contegebant, id est, paleis è messibus.* POST aliquot aristas.] *Post multa tempora. &, quasi rusticus, per aristas numerat annos.* MEA regna.] *id est, ubi dominatus sum. vel, senem se dicit agros suos recepturum.* ARISTAS.] *Gradatim dictum, ex tropo metalepsi: vt per aristas, messes; per messes, æstates; per æstates, annos numeret.* IMPIVS miles.] *Proprium militis epitheton. Iratus Melibœus, impium militem dicit: seu quòd agrum suum teneat: seu quòd ciuile gesserit bellum; qui pro Antonio arma portauit, qui bella ciuilia gessit. Hîc læsit Vergilius Octauianum Augustum: tamen secutus est veritatem. Dum miles, portando arma, vicit alios; impius nocendo dictus est.* NOVALIA.] *id est, noua rura, quæ per singulos annos renouantur per semina. vel etiam noualia dicuntur, vnde sylua tollitur.* HABEBIT.] *In spe ponitur.* QVO.] *ad quam miseriam.* INSERE.] *Sibimet ipse imperat, & ἀποστροφὴν facit ad seipsum: dolendo, vel inuidendo, non habere se id, quod Tityrus.* PONE ordine vites.] *Quia quadrato ordine vites ponuntur.* QVONDAM felix pecus.] *quando manebat mihi hæreditas: vel, quàm diu ego felix fui aliquando in finibus nostris. Hic videt se pastor exclusum esse: & videt se non habere illud, quo Tityrus vtitur.* DVMOSA.] *id est, rigidâ, spinosâ.* PENDERE.] *Quia, cùm pascuntur, quasi pendent.* CARMINA.] *Quia non libet rustico canere, carenti possessione.* CYTHISVM.] *Genus fruticis est, seu herbæ, quæ nascitur inter campos & syluas, in Cythisâ ciuitate.* AMARAS.] *ad nostrum saporem: nam capris dulces sunt.* MITIA.] *matura: quæ non remordent, cùm mordentur.* CASTANEÆ.] *id est, mala antiquiora.* MOLLES.] *id est, maturæ.* PRESSI.] *emulcti, & in caseum coacti.* FVMANT.] *ad vesperũ cœna præparanda.* MAIORESQVE cadunt.] *duplicantur. Quia, dum duplicantur vmbræ, nox imminet. Cùm sol cadit, maiores sunt vmbræ: vt,*

Et Sol crescentes decedens duplicat vmbras.

quemadmodum, cùm oritur, quia ex transuerso nos ferit, longiùs iacit vmbras.

POM. Sabi. ET penitùs toto.] *L. Anneus sic ait: Cæsar, omnib. terrã mariq; captis, respexit Oceanũ: quasi hic orbis Romanus nõ sufficeret, aliũ cogitauit. classe igitur cõparatâ, Britanniã petiit. Est aũt Britannia, insula in Oceano, magno circuitu: vt per se alter orbis videatur.* CESPITE.] *Cespes est terra*

tum

Digitized by Google

tum herbâ mixta. CVLMEN.] appellatur tectum: quia apud antiquos tecta fiebant è culmis, id est, stipulis. NOVALIA.] Noualis dicitur ager, qui alternis annis seritur; vt Plinius ait. IMPIVS miles.] Quia Nulla fides pietasque viris, qui castra sequuntur; vt ait Lucanus. EN quò discordia.] Per hoc intelligit Probus, Mantuanos hæsisse Cremonensibus vicinis, vt Octauio Cæsari non fauerent contrà Antonium & Cleopatram. ME pascente.] id est, custodiente. FLORENTEM cythisum.] Cythisus parua arbuscula est, quæ facilè vbiq; prouenit. Columella ait: Cythisum quàm plurimum habere expedit; quod gallinis, apibus, ouibus, caprisq;, & omni generi pecudum, vtilissimum dicimus. Hic cythisus, & hoc cythisum, ideo ita appellatur: quòd hic frutex, inuentus in Cymo insulâ, indè translatus in omnes Cycladas, mox in vrbes Græcas, magno crescit prouentu. Propter quod mirari se scribit Plinius, tam rarum esse in Italiâ. Canus est aspectu, breuiterq;, si quis exprimere velit similitudinem, angustioris folij frutex.

EN quò discordia ciues Perduxit miseros!] In perueteri exposito codice Vaticano, & in Lõgobardico, Perduxit, omnino legitur, vt vulgata habent exemplaria. Sed in Romano, in Mediceo, & quibusdam alijs, Produxit, habetur: id quod alij viderint. EN quîs consueuimus agros!] Veteres quidem plerique omnes codices ita habent, vt vulgò legitur: Romano excepto, in quo scriptum est; His non consueuimus agris? Dumosa de rupe procul pendêre videbo. Hic etiam numerus mutatus in codicibus aliquot manuscriptis, in quibus legitur: Dumosâ pendêre procul de rupe videbo. & ita legitur apud Arusianũ, in elocutionum libello. In Mediceo libro, vno mutato vocabulo, Frõdosâ pendêre procul de rupe, scriptum est. Hîc tamen hâc mecũ poteris requiescere noctẽ. In Romano libro, & in Mediceo, Poteras, exactâ specie scriptũ est: quod valde placet. In Lõgobardico, in Mediceo, & plerisq; alijs, Hac mecũ poteras requiescere nocte, ablatiuo casu habetur: vt pleraq; etiam vulgata habent exemplaria. Sed, Hanc noctem, agnoscit Arusianus Messus.

ALLEGORICA ECLOGAE PRIMAE interpretatio, per Ioan. Lud. Viuem.

Tityre, tu patulæ recubans. Hac Eclogâ gratitudinem suam testatur Poëta, aduersùs Cæsarem Octauianum. Ac primò felicitatem commemorat. est enim genus gratitudinis, agnoscere, bene secum agi: hinc perfecta gratitudo, à quo. Sed vbi felicitatem tuam recordaris, breuis est illius gradus ad benefactorem. Eam uerò inductâ narrat personâ: in quo vitatur species iactantiæ. nam quod addit ipse deinceps, aliâ ex prouocatione facit: maleuoli & ingrati significationem præbiturus, si vel tacuisset omnino, vel leuiter esset assensus. Felicitas autem hæc est: quòd in omnium trepidatione, sit quietus ipse ac securus, in periculo tutus. quod recubandi verbum ostendit. Locus ipse, non solùm animi tranquillitatem notat; sed delectationem: Sub tegmine, sub vmbrâ patulæ ac latè diffusæ arboris; & quidem glandiferæ, vnde olim gentibus cibus. simul attingit rem gestam, de quâ in Mœri:

Certè equidẽ audierã, quà se summittere colles
Incipiunt.

Oblectamenti signum est euidentissimum, cãtiones, non gemebundæ, aut querulæ; sed de suis amoribus: cum cæteri, velut relegati, aliam quærant patriam, naturali atq; antiquâ relictâ. Tityrus autem, in altissimo otio, requiescit sub vmbrâ. DVLCIA arua.] Ad miseratione maiorem facit: vt illic, Et moriens dulces reminiscitur agros. AMARYLLIDA.] Hæc Roma est: vel Octauianus, quem ipse tenui auenâ canebat, hoc est, bucolico carmine. O Melibœe, deus nobis, &c.] Nondum quidem pro deo habebatur, colebaturq; Octauianus; cum hæc Vergilius caneret. propterea dixit, Mihi nam si iam tum fuisset, superflueret pronomen illud emphaticon: quod pòsitum alioqui est magnâ de causâ. Deus est homo homini, à quo iuuatur; inquit Plinius. & antiquitas deos ex beneficijs finxit, etiam brutas animantes; vt Aegyptij feles, canes, boues, ibes. Græci verò, inuentores rerum vtilium; Mineruam oleæ, Bacchum vini, Aesculapium medicinæ. DEVS nobis.] Gratitudinem patefacit. simul inuidiam omnem submouet à felicitate, licèt propriâ. nam si Deus fecit, habenda illi gratia: non inuidendum Vergilio; sed gratulandum potiùs. Quis enim vel dei damnet iudicium; vel inuideat? aut oderit eos, quibus faueant dij? SÆPE tener nostris.] Non solùm animo & gratitudine, erit mihi Octauianus deus; sed cultu & ceremonijs. Gentilicia sunt hæc; nec Christianis imitanda. quod quidam nostræ professionis impiè faciunt: qui incommunicabilem Dei appellationem, ac penè cultum, miseris ac infirmissimis mortalibus communicant. ILLE meas.] Redit ad narrationem beneficiorum. quid ille non mihi reddidit, cui omnia erant belli turbine excussa? reddidit fortunas, nempe agros, & boues: tum libertatem; nam permisit boues errare, quò vellent: cultum animi; nempe Musas ipsas, vt cantem: non quæ ille præscribit, de ingentibus à se rebus gestis; sed pro arbitratu meo, carmen pastoricium, & agreste. tu hæc cernis omnia: nihil necesse habeo multis explicare. B NON equidem inuideo.] Suspicioni occurrit, ne inuidere videatur felicitati, in tantâ omnium miseriâ: sed mirari se testatur, quòd ille communẽ calamitatẽ potuerit effugere. EN ipse capellas.] Ego verò non solùm turbor; sed exturbor & expellor cũ tenui re ac familiâ. & ad miseratione maiorẽ, ostendit se abire, impeditum atq; onustum filiâ, & vxore recens enixâ geminos, spem propagandi generis. Nam si vsquam est quies necessaria; maximè est puerperis, & teneris infantibus. Ad affectum autem paternum facit; quòd pueri illi sint spes generis; quò grauiùs laturus sit iacturam eorum: ideoq; periculum transferendi & migrandi laboriosiùs sit, ac molestius. Hæc tanta amplificatio miseriæ, auget Vergiliũ felicitatem; ac proinde laudes Octauiani: vt se plurimum debere Augusto manifestiùs contestetur, & per hoc gratitudinem suam declaret: quò ille maximi fieri suum beneficium gaudeat, optimeq; censeat esse collocatum, alliciaturq;, ad benefaciẽdum homini tam grato. Ad dandum enim inuitat, qui se accepisse profitetur. SÆPE malũ.] Auertit inuidiam crudelitatis huius à Cæsare, in fata & deorum voluntatem: quam pronuntiatam sibi ait ostento; si animum voluisset aduertere. SI mens non læua fuisset.] C Culpa mea est, qui potuissem parêre cœlestibus monitis: sed obsurdescebam ad manifestas deorum voces. DE cœlo tactas.] Effugere licuisset tantam calamitatem: si, cùm primùm viderunt fulgure ictas quercus, hoc est, Brutos, Cassium, & alios Cæsaris percussores, proscriptos victosq; (in quorum partibus Cremonenses erant) longiùs discessissent à contagio viciniæ, tanquam à pestilentiâ; aut victorem conciliassent sibi aliquâ ratione. VRBEM, quam dicunt Romam.] Responsio pastoralis. Rogatus de Cæsare, de Româ respondet, lõgis ambagibus; sed acutè tamen & callidè. magnitudinẽ enim Octauiani effert; describendâ Româ, quæ illius imperio regatur. QVAM dicunt Romam.] Et hoc rusticè: tanquam illis non admodum sit nota Roma; sed ex leui quadam auditione: vt agricolis omnibus, paululùm longinqua, quantumuis ampla & illustria, ignota sunt. non enim curiosi sunt, nec auidi cognoscendi res exteras. HVIC nostræ similem.] Vt enim rudes sunt atque inexpertes, omnia metiuntur ex suis rebus. QVO sæpe solemus.] Vrbem plenam nobilitatis, ducum, heroum, sedem imperij, stultus existimabat similem pastoriciæ vrbis, & planè ouilis cuiusdam: vt ingenium, eloquentiam, humanitatem, educationem Romani populi, Mantuani arbitraretur esse similem. ET quæ tanta fuit.] Rustica locutio, & interrogatio congruens pastoriciæ admirationi. pastores enim & agricolæ facilè quiduis mirantur: quia causas ignorant. LIBERTAS.] Speciosus titulus, & qui

facilè

A *facilè vel in pastorum pectora penetret. nec magis poterat Octauiano blandiri, quàm quòd per eum fateatur se esse libertatem assecutum: qui suspectus esset, tanquam ademisset eam omnibus. Libertatem & opes auctas sibi declarat, Augusti beneficio: sed libertatem, vti par est, anteponit.* RESPEXIT inertem.] *Meritò inertem: nam libertatem, quam ipse per se nunquam esset cõsecutus, Augusti est nactus beneficio.* CANDIDIOR postquam.] *Bucolica scripsit Vergilius iuuenis, tempe ante annum trigesimum. Natus est enim, Pompeio & Crasso primùm Coss. quo anno, vsque ad triumuiratum, sunt anni viginti-tres. Porrò triumuiratus decem annos durauit. Itaque hyperbole est, ex affectu Vergilij: qui tamdiu sinè libertate & peculio vixisset, vt sibi in ea seruitute consenuisse videretur. Sed referri tamen* Candidior *potest ad libertatem, quasi pulchra, & speciosa, & benigna: quod quibusdam magis placet.* NAMQVE, fatebor enim.] *Mantuæ nec liber esse poteram, nec diues: quàmuis non paucas ederem ingenij significationes, & eruditionis, haud vtique pauciores quàm Romæ. sed nullum erat precium virtuti & bonis artibus inter eos, qui illas, vt non intelligerent, ita nec curarent.* MIRABAR, quid mœsta deos.] *Sensus difficilis: sed peculiaris*
B *significatur Romanorum fauor erga Vergilium. Mirabar, quid causæ esset rei, cur Roma vniuersa pro te deos inuocaret, vt essent tibi propitij, Augustum scilicet & proceres: & cui iuberes salua esse sua poma in arbore, ne quis quid de bonis Vergilij raperet.* TITYRVS hinc aberat.] *Atqui, cùm hinc es profectus Romam, magnum tui desiderium omnibus reliquisti, summis, infimis, mediocribus: vt causa non fuerit, cur hinc discederes. Vel,* Hinc, *id est, Româ: vt non referatur ad locum, in quo sunt, sed de quo loquuntur.* QVID facerem?] *Hoc ad illud videtur pertinere, quòd Vergilius Mantuæ esset omnibus charissimus, nec opus illi fuisset Romam proficisci. Ideo respõdet:* Quid facerem, *quò minùs irem Romam? quid agerem potiùs, aut commodiùs? neque enim libertatem essem vnquam nactus; nec deos nouissem, hoc est, Romanos proceres, adeò propitios & fauentes ingenijs.* HIC illum vidi.] *Tanti profectò fuit, Romam adisse. nam illum vidi magnum Iuuenem, Octauianum: pro cuius salute, duodenos dies annis singulis vota suscipio. Iuuenis erat tùm Cæsar Octauianus, nempe quinque & viginti annorum plus minus: adolescentes etiámnum, qui eius essent ætatis, nominabantur.* HIC mihi responsum primus.] *Ipse vltrò & primus; non rogatus ab*
C *vllo ex Rom. magnatibus.* PASCITE, vt antè.] *Pergite in studijs cœptis, & augete illa, me auctore.* FORTVNATE senex] *Tali auctore & tutore, ingenij tui monimenta semper manebunt. Vel simpliciter de agris intelligendum, in laudem Cæsaris. Senex dicitur, ad decorum personæ. nam inducuntur senes pastores. quò pertinere & illud potest:*

Candidior postquam tondenti barba cadebat.

Vel, senex, nomen est dignitatis pastoralis; sicut præcipuus, vel maximus, vel dominus, vel pater. QVAMVIS lapis.] *Simpliciter & sinè figurâ intelligendum: agros quidem Vergilij esse septos vndique, hinc monte, illinc palude; sed suffecturos ipsi, & gregi eius: nec futurum opus, vt aliud foris quærat, ad se & pecus suum alendum. Tum addit ex eâ munitione ingentem commoditatem: quòd damna viciniæ non peruenient ad te animalia, quæ solèt errare; cuiusmodi sunt pecudes, & apes.*

NON insueta graues.] *Vallatus his patronis, quantùmlibet agri alijs tuis vicinis adimantur, eris ipse incolumis: nec existimationi ingenij erit quod timeas, fauentibus tibi columinibus totius eruditionis.* FORTVNATE senex.] *descriptio est rusticarum voluptatum: quæ oculis, auribus, somno, & refrigeratione capiuntur; tum fructu pastionum.* HIC inter flumina nota.] *Facit hoc ad felicitatem, consenescere in patriâ, vel vbi diu assueueris: vt est apud Claudianum:*

Felix, qui patrijs æuum transegit in aruis.

ANTE leues ergo.] *Huc pertinent superiora, ad testificationem gratitudinis erga Octauianum.* QVAM nostro illius labatur pectore vultus.] *Ille vultus, quo mihi & fortunas restituit, & libertatem dedit, & animum auxit.* AT nos hinc alij.] *Post gratitudinem, sequitur affectus commiserationis, de alijs: si quo modo possit animum Cæsaris flectere, & alijs suis municipibus propitiorem reddere.* DIVISOS orbe Britannos.] *Orbem vocabant olim, terram continentem, quæ Oceano alluitur. Insulæ Oceani, extra orbem dicuntur esse: non item insulæ maris Mediterranei, vt Sicilia, & Sardinia, & Cyclades, & eiusmodi. Magna calamitas, quæ propinquâ migratione reparari non quibat. quærendæ erant Romanis ciuibus sedes, extra orbem Romanum.* EN nunquam patrios.] *Affectus naturalis exulum & profugorum, vt spem quandam vsurpent reuisendi aliquando, quæ relinquunt: &, cùm reuisunt, admirantur, atque exhilarescunt. Idem contingit post longas peregrinationes.* POST aliquot, mea regna, &c.] *Rustica annorum notatio: nõ ex Olympiadibus, vt apud Græcos; neq; ex Consulibus, vt apud Romanos: sed ex temporum annuis qualitatibus. sicuti Claudianus inquit:*

Frugibus alternis, non Consule, computat annũ.

IMPIVS has segetes.] *Magnæ indignationis est; quæ ciuis elaborauit, ea possidere barbarum, & quidem impium.* EN quò discordia ciues.] *Bella ciuilia non solùm Romæ publica, & in summâ imperij; sed etiam intestina, in singulis municipijs. Et est sententia indignationi conueniens.* EN quìs consueuimus agros.] *Ita euenit in plerisq; humanis rebus: vt ij fruantur nostris laboribus, qui sunt indignissimi, aut quos minimè omnium vellemus. de quo Solomon conqueritur, in Concionatore. Hoc cùm cõmune sit omnibus, vnicuiq; pro statu & conditione sua, maximè misericordiã elicit. facilè enim mouemur in malis, quæ ad nos peruenire posse existimamus.* INSERE nunc.] *Omnia hæc sunt pathetica, plena commiserationis. mouent enim misericordiam, mala, quæ nos vrgent, & bona, quæ amittimus. Ostendit vices rerum humanarum, & ignorantiam futuri.* ITE meæ quondam.] *Discessus à rebus charis, etiam audientibus vel spectantibus miserabilis est.* NON ego vos posthac.] *Tam erat graue pastori illi, consueta oblectamenta, & vitam, cui à puero assueuerat, relinquere; quàm Cæsari, suum imperium. Hæc omnia ita canit Vergilius, propter eam causam, quã modò attigimus: vt Augustum ad misericordiam, erga municipes suos Mantuanos, adduceret.* HIC tamen hac mecum.] *Benignitas, & hospitalitas rustica; & inuitatio ad opes, quas suppeditaturus sit ipsi. Probitatem suam ostendit erga miserum: Octauianum allicit ad miserandum, exemplo suo. Noctem dicit impendere: ideo quiescendum. per quod innuit, non procul abesse finem turbationis illius, & malorum.*

ECLOGA SECVNDA:
ALEXIS.
POETA.

FORMOSVM pastor Corydon ardebat Alexin,
Delicias domini: nec, quid speraret, habebat.
Tantùm inter densas, vmbrosa cacumina, fagos

SER. FORMOSVM pastor Corydon.] *Corydonis in personâ, Vergilius intelligitur: Cæsar, Alexis in personâ inducitur.* ARDEBAT.] *impatienter diligebat.* ALEXIN.] *quem dicunt Alexandrum. Fuit seruus Asinij Pollionis: quem Vergilius, rogatus ad prandium, cùm vidisset in ministerio omnium pulcherrimum, dilexit, eumq; dono accepit. Cæsarem quidam acceperunt, formosum in operibus & gloriâ. Alij, puerum Cæsaris: quem si quis laudâsset, gratam rem Cæsari fecisset. Nam*

Digitized by Google

Assiduè veniebat. ibi hæc incondita solus,
Montibus & syluis, studio iactabat inani.
CO. O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas:
Nil nostrî miserere: mori me deniq; cogis.
Nunc etiam pecudes vmbras & frigora captant:
Nunc virides etiam occultant spineta lacertos:
Thestylis & rapido fessis messoribus æstu
Allia, serpyllumq; herbas contundit olenteis.
At mecum raucis, tua dum vestigia lustro,
Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.
Nonne fuit satius, tristeis Amaryllidis iras
Atq; superba pati fastidia? nonne Menalcam?
Quámuis ille niger; quámuis tu candidus esses.
O formose puer, nimiùm ne crede colori.

set. Nam Vergilius dicitur in pueros habuisse amorem. nec enim turpiter eum diligebat. Alij, Corydonem, Asinij Pollionis puerum, adamatum à Vergilio ferunt; eumq; à domino ipsi datum, Corydonem à Vergilio, ficto nomine, nuncupari, ex eo genere auis, quæ Corydalis dicitur, dulce canens: Alexin verò puerum, quasi sinè responsione, ac superbum. Hunc autem dilectum fuisse Pollionis: & Vergilium gratum se illi facturum existimâsse, si eum laudaret, cuius formâ Pollio delectabatur, qui eo tempore Transpadanam Italiæ partem tenebat, & agris pracrat diuidendis. DELICIAS domini.] *id est, qui suo domino, Cæsari, vel Pollioni, in delicijs erat.* NEC, quid speraret.] *id est, nec spem potiundi habebat.* TANTVM.] *tantùmmodò.* ASSIDVE.] *id est, sæpiùs.* INCONDITA.] *incomposita, subitò dicta, agrestia, vel insanæ mentis dicta verba. Vel, Incondita, id est, inconscripta: vt Salust. in Iugurt.* At illi quibus vires aderant, ruere cuncti ad portas, incondita tenere. MONTIBVS.] *qui amorem ei præstabant.* IACTABAT. *id est, fundebat incassum.* INANI.] *Præ amore nihil sibi procurans: sed in absentem iuuenem loquebatur.* CRVDELIS.] *inexorabilis: qui non flecteris meo amore, nec te potiundum præbes. Vel allegoricôs: Crudelis Cæsar, qui non flecteris meis scriptis, & non das ereptos agros.* ALEXI.] *id est, Cæsar.* MORI.] *Præ contemptu.* FRIGORA.] *non aprica loca.* LACERTOS.] *Genus serpentis.* THESTYLIS.] *nomen rusticæ mulieris, quæ messoribus æstu fatigatis, diuersa genera herbarum contundens, pulmentarium parat: vel concubina Corydonis. Vel* Testilis, *id est, fictilis: rusticum nomen, ab eo, quòd in fictilibus ponat cibum rusticis.* RAPIDO æstu.] *vehementi, feruenti.* FESSIS.] *Vel labore, vel æstu. vel, Fessis, id est, feruentibus, vehementi ardore fatigatis, vel laboris instantiâ.* ALLIA serpyllumq;.] *herbas calidas, quæ æstum repellunt. Nam, vt etiam Plinius dicit in natur. histor.* Omnis medicina, aut à contrario, aut à simili, quæritur. *Vnde etiam calor potest, aut frigore, aut alio calore, depelli. Hinc est, quòd in vltimâ Eclogâ, cùm amator remedium quærit ardori, dicit se iturum ad Scythiam, aut ad Aethiopiam: vt,* Aethiopum versemus oues sub sidere Cancri. *quarum regionum altera, est frigidissima: altera, est feruens calore. Sanè Serpyllum herba est, quæ in græco aspirationem habet: quam Græci ἕρπυλλον dicunt. In multis enim nominibus, quæ in græco aspirationem habent, nos pro aspiratione, S ponimus. indè est, quòd pro herpillo, serpillum; pro ἕξ, sex; pro ἑπτὰ, septem.* AT mecum raucis.] *At si per d fuerit, erit ἀσύμφατον, vt sit: Dum tua lustro vestigia, ad me arbusta resonant, cum raucis cicadis. Sed melius est, vt At coniunctio sit, & ita intelligamus: Thestylis herbas tritas messoribus parat; verùm mecum resonant arbusta, cum raucis cicadis.* TRISTEIS Amaryllidis iras.] *Bene addit, tristeis. Plerumq; enim (vt ait Terentius)* amantium iræ amoris integratio est. *vt veram iram ostenderet, non fictam illam, quæ aliquid gratiæ habere consueuit. Vnde Horat.*

Vrit grata proteruitas.

SVPERBA fastidia.] *Ex fastidio enim venit omnis superbia.* NONNE Menalcam?] *Tres dicitur amâsse Vergilius: Alexandrum, quem donauit ei Pollio; & Cebetem puerum, cum Leriâ puellâ. quos à Mæcenate dicitur accepisse. vnde volunt quidam, per Amaryllida, Leriam; per Menalcam, Cebetem intelligi.* O formose puer.] *Bene dicit Donatus suspendendum O, & sic dicendum; Formose puer: vt intelligamus, per iram tum aliud voluisse dicere; sed in hæc verba, ne Alexin offenderet, amoris necessitate compulsum.* NE crede.] *Ne cõfide. Sallust.* Virtuti satis credebát, *id est, confidebant.* A

POM. Sabi. *Opus Bucolicum Virgilius dicauit Pollioni: quod non sinè ratione fecisse videtur: nam acceptus fuit in gratiam Augusti, per Cornelium Gallum, & Pollionem. Asinius Pollio, qui & Proprætor fuit Galliæ Cisalpinæ; puerum formâ præstantem, nomine Alexandrum, habebat. eum cùm cognosceret amari vehementissimè à Vergilio, poetæ dono dedit. Mæcenas puerum habebat domi, Cebetem, natione Aegyptium. vt scribit Apronianus; quem dono dedit Vergilio, amanti eum. Vergilius nunc appellat Alexin; & seipsum appellat Corydonem,* B *vt scribit Apuleius. Ego tamen puto, Alexin, vt videbimus paulò pòst, intelligi pro Alexandro Pollionis. Legimus, Vergilium fuisse procliuem in amores puerorum. nam aiunt, cùm recitaret quartum librum Aeneidos, non potuisse se continere ab osculo Marcelli, nepotis Octauij.* DELICIAS.] *Nam antiqui pueros emptos delicias appellabant, vt est apud Martialem.* O crudelis.] *inexorabilis.* VIRIDES lacertos.] *Lacerti sunt frigidissimi omniũ serpentũ.* THESTYLIS.] *Nomen est ministræ, quæ operarijs pulmentum præparat. Allia Per simplex l scribendum est, ut est apud Pomponium.* HERBAS olentes.] *Scilicet mentham, nepetem, sansucum, satureiam, & alias odoriferas herbas.* AMARYLLIDIS.] *Amaryllida fuisse Plitiam Hieriam aiunt: cum quâ vulgatum fuit poetam coisse. Sed Pedianus Asconius scribit, illam affirmâsse iuramento, inuitatum Vergilium ab Alpheno Varo ad talem libidinem, pertinacissimè recusâsse. Volunt alij, hanc puellam donatam Vergilio, vnà cum Cebete, à Mæcenate.* NONNE Menalcan?] *Per Menalcan intelligit Cebetem puerum: qui quanquam, teste Aproniano, Aegyptius esset; non carebat gratiâ. Et profectò, si qui sunt ex Aegypto qui placeant, cæteros gratiâ antecellunt; vt Martialis ait.* NIGER.] *fuscus.* C CANDIDVS.] *Qui fortè Syrus, vel Cappadox; qui albi sunt.*

IOAN. Scop. *Maro, quem meritò diuinum poëtam Macrobius nuncupat, multa adeò ingeniosè conscripta posteris reliquit: quòd doctissimum quemque, licet iugi exercitatum lectione, defatigant. Et quámuis in eo ipso dilucidando, enodandoq; grauem tulerint laborem Interpretes: multa tamen diligentiori curâ, remotioriq; doctrinâ digna, intacta, tanquam intellectu facilia, omiserunt. Sed, ne loquendo tempus frustremur, ad Maronis carmen perueniamus.* FESSIS messoribus æstu Allia, serpyllumq; herbas contundit olentes.] *Quid in hoc carmine interpretes & viri senserint disertissimi; cuiq; cùm circunferantur, videre licet. Nos verò hoc ideo à Vergilio, rerum omnium scio, dictum putamus; in æstu messores Allia, serpyllumq;, quò serpentes, cùm illorum morsus dormientes impensè timeant, odore repellant, subscœnitare solere. quod Macer his carminibus, cùm de Serpyllo loquitur, indicat:*

Nidor combusti serpentes effugat omnes,
Et quoduis animal infundens ore venenum,
Hoc ideo miscere cibis messoribus est mos,
Vt, si fortè sopor fessos depresserit illos,
Vermibus à nocuis tuti requiescere possint:
Pestiferos morsus bibitum iuuat.

Quid ergo clarius, & quorsum ipse poëta dixerit? Alter enim ab alte-

Digitized by

A ab altero mutari videtur: cum subcœnare, merendareq́; , vel prandere, messores allia serpyllumq́; soleant. De allio quoq; sic idem Macer sentit:

> In quarto posuêre gradu: mansum, vel inunctũ,
> Curat, quos serpens, vel scorpius intulit ictus:
> Et nocui vermes triti pelluntur odore.
> Sanat & appositum morsus cũ melle caninos.
> Et bibitum vermes ventris, tineasq; repellit.
> Ex oleo, cum teste suâ si decoquis illud,
> Morsus pestiferos reddes cum vnguine sanos.

Possem, quod Serapio de Simplicibus, cap. 299. & Plinius 21. & quod alij de Serpyllo cõscripserint, hîc cõtexere: sed silentio, cùm nihil ad Maronis carmen pertineat, transibo. Hoc tamẽ de allio nõ supprimam: quòd Auicenna cũ vino dandum præcipit, aduersùs serpentum morsus: &, vt Galenus ait, Allium est theriaca rusticorum. quod Horatius exsecratur in Epodo.

> Alba ligustra cadunt; vaccinia nigra leguntur.
> Despectus tibi sum; nec, qui sim, quæris Alexi:
> Quàm diues pecoris niuei, quàm lactis abundans.
> Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ:
> Lac mihi non æstate nouum, non frigore desit.
> Canto, quæ solitus, si quando armenta vocabat,
> Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.
> Nec sum adeò informis: nuper me in littore vidi,
> Cùm placidum ventis staret mare. non ego Daphnim,
> Iudice te, metuam; si nunquam fallit imago.
> O' tantùm libeat mecum tibi sordida rura,
> Atq; humileis habitare casas, & figere ceruos,
> Hœdorumq́; gregem viridi compellere hibisco.
> Mecum vnà in syluis imitabere Pana canendo.

SER. ALBA ligustra cadunt.] Et rusticè, & amatoriè, ex floribus facit cõparationẽ. Ligustrum aũt, flos est candidissimus, sed vilissimus. Vel, Ligustra flores papauerum sunt, vel arborum. Vaccinia verò, sunt violæ, quas purpurei coloris esse manifestũ est. QVA'M diues pecoris niuei.] Tria sunt, quibus amatores possunt

B placere; diuitijs, pulchritudine, cantilenâ: quib. omnibus se valere cõmemorat. Et multi (secundùm Homerum, qui ait, καὶ γάλα λευκὸν) legunt, Niuei quàm lactis: sed melius est, Quàm diues pecoris niuei. Nam cãdidæ oues, in ingẽti sunt precio. Vnde in Georgicis legimus: Cõtinuoq; greges villis lege mollibus albos. Itẽ alibi: Munere sic niueo lanæ, si credere dignum est. MILLE meæ Siculis errant in montibus agnæ.] Theocr. ἀλλ' οὗτος τοιοῦτος ἐὼν βοτὰ χίλια βόσκω. Errant autem, cùm securitate pascuntur. Et quòd ait, Agnæ, & à sexu, & ab ætate laudauit. nam ex fœmineo sexu in pecoribus copiosior possessio prouenit. LAC mihi non æstate nouum, non frigore desit.] Multò melius, quàm Theocr. qui non lac, sed caseum dixit: τυρὸς δ' οὐ λείπει μ', οὔτ' ἐν θέρει, οὔτ' ἐν ὀπώρᾳ, οὐ χειμῶνος ἄκρω. Sed caseus, quia seruari potest, non mirum est, si quouis tempore habeatur. Hoc verò laudabile est, si quis habeat lac nouum, id est, colostrum: quod neutri generis est: nam fœminini esse penitùs nõ potest. Sanè, hunc versum, malè distinguens Vergiliomastix, vituperat. Lac mihi non æstate nouum, non frigore: de-

C sit. id est, semper mihi deest. AMPHION Dircæus in Actæo Aracyntho.] Amphion & Zetus fratres fuerunt, ex Ioue & Antiopâ. sed Zetus, rusticus fuit: Amphion verò, musicæ artis peritus. Sanè Aracynthus, mons est Thebanus: vnde actæo, pro littorali, debemus accipere; (vt, At procul in solâ secretæ Troades actâ) non Atheniensi: licèt Athenæ ἀκτὴ primò dictæ sint. quanquam pleriq;, Actæo Aracyntho, Atheniensi accipiant: non quòd Aracynthus apud Athenas est, sed vt ostendatur rustici imperitia. Nam Theocritus ad exprimendam rusticam simplicitatẽ, multa aliter, quàm res habeat, dicit. Hac ratione potest & Oaxis, Cretæ fluuius accipi: cùm sit, vt diximus, Mesopotamiæ, vel Scythiæ. NEC sum adeò informis.] Verecundè suam commemorat pulchritudinem. Sic Cic. in Cœlianâ: Vt eum pœniteat, non deformem esse natum. nam pulcherrimum voluit dicere. IN littore vidi, Cùm placidum ventis staret mare.] Negatur hoc per rerum naturam fieri posse. sed Theocritum secutus est, qui hoc dicit de Cyclope: ἦ γὰρ πρᾶν ἐς πόντον ἐσέβλεπον, ἦς δὲ γαλάνα. Sed illi est excusatio: vel quia ingentem habet oculum Cyclops; vel quia filius Neptuni est. vnde, quia ait, In littore; volunt quidam, in aquâ à fluctibus derelictâ, id est, in lacunâ littoris, cum se videre potuisse. quam rem illud excludit: Cùm placidum ventis staret mare. Sed ideo in mari imago non cernitur; quia non stat. quòd si stet; non potest etiam nobis imaginem reddere. NON ego Daphnim.] Daphnis filius fuit Mercurij, formosissimus puer: qui primus dicitur pastor fuisse.

IVDICE te.] ac si diceret, qui meam despicit pulchritudinem. SI nunquam fallit imago.] Nulla enim res ita decipit, quemadmodum imago. nam & in speculo, contraria ostendit vniuersa; & in aquâ, remum integrum quasi fractum videmus. quod etiam Cicer. in Tusculan. plenius docet. O' tantùm libeat.] Vtinam libeat tibi mecum habitare. TIBI sordida rura.] id est, quæ tu putas sordida. nam, Tibi, bis accipimus. ATQVE humileis habitare casas.] Sanè meliùs Habito illam rem, quàm, Habito in illâ re, dicimus. Nam etiam principalitas huius verbi frequentatiui, accusatiuum regit: vt, Habeo illam rem. Indè fit, Habito illam rem; non, in illâ re: vt, Habitare casas. CASAS.] quæ mapalia dicuntur. FIGERE ceruos] Aut furcas, quæ figuntur ad casæ sustentationem: quæ dictæ ceruí, ad similitudinem cornuum ceruinorum. aut, quod melius est, Figere ceruos, id est, venari & iaculari, intelligamus: vt magis ad voluptatem eum, quàm ad laborem, inuitare videatur. VIRIDI hibisco.] Ad hibiscum compellere, scilicet à lacte depulsos. Hibiscus autem, genus est herbæ: & sic dixit, Compellere hibisco, i. ad hibiscum; It clamor cœlo, id est, ad cœlum. IMITABERE Pana canendo.] Exemplo numinis, in agris mecum poteris canere. Nam Pan, deus est rusticus, in naturæ similitudinem formatus. vnde & πᾶν dictus est, id est, omne. Habet enim cornua, in radiorum Solis & cornuum Lunæ similitudinem: rubet eius facies, ad ætheris imitationem: in pectore nebridem habet stellatam, ad stellarum imaginem: pars eius inferior hispida est, propter arbores, virgulta, feras: caprinos pedes habet, vt ostendat terræ soliditatem: fistulam septem calamorum habet, propter harmoniam cœli, in quâ septem soni sunt, vt diximus in Aeneide; Septem discrimina vocum: καλαύροπα habet, id est, pedum, hoc est, baculum recuruum, propter annum, qui in se recurrit. quia hic totius naturæ deus est. A' poëtis fingitur cum Amore deo luctatus, & ab eo victus: quia, vt legimus, Omnia vincit amor. Ergo Pan, secundùm fabulas, amâsse Syringam nympham dicitur: quam cùm sequeretur, illa, implorato terræ auxilio, in calamum conuersa est: quem Pan, ad solatium amoris, incîdit, & sibi fistulam fecit. Sanè sciendum, Pâna, pa habere accentum. Græca enim monosyllaba, quæ ad nos transeunt, crescunt in obliquis casibus, & in genitiuo & datiuo tantùm singularibus vltimæ syllabæ accentum dant: vt Pânos, pâni; Lyncos, lynci. Plurales etiam isti duo habent accentum; licèt ad nos transire non possint.

POM. Sabi. ALBA ligustra] Seruius in Ligustri ac Vicinij expositione, vt in plerisque alijs, errat. Scribit enim, Ligustrum, lilium esse album; Vaccinium verò, florem nigri coloris, qui Græcè hyacinthus dicitur. Atqui Ligustrum (vt Dioscorides, Theophrastus & Plinius referunt) arbor est, quam Græci Cyprum vocant, oliuæ folijs, sed viridioribus & crassioribus, vt sunt folia ziziphi, flore candido odorato. In Italiâ hanc arborem Ligustrum vocant: vtunturq́; floribus eius mulie-

 res. Hac

¶ Intentio Poëtæ hæc est: vt imitetur Theocritum Syracusanum, meliorem Moscho, & cæteris qui Bucolica scripserunt. vnde est:

Prima Syracusio dignata est ludere versu
Nostra, neq; erubuit syluas habitare, Thaleia.

Et aliquibus locis per allegoriam agit gratias Augusto, vel alijs nobilibus, quorum fauore amissum agrum recepit. In quâ re tantùm dissentit à Theocrito. Ille enim, vbique simplex est: hic, necessitate compulsus, aliquibus locis miscet figuras: quas peritè plerunque etiam ex Theocriti versibus facit; quos ab illo dictos constat esse simpliciter. Hoc autem fit poëticâ vrbanitate. Sic Iuuenalis: *Actoru Aurunci spolium.*
Nam Vergilij versum, de hastâ dictum, figuratè ad speculum transtulit. ¶ Et causa scribendorum Bucolicorum hæc est. Cùm post occisum 3. Idus Martias, in Senatu, Cæsarem, Augustus, eius filius, contra percussores patris & Antonium, ciuilia bella mouisset: victoriâ potitus, Cremonensium agros, qui contra eum senserant, militibus suis dedit. qui cùm non sufficerent; etiam Mantuanorum iussit distribui: non propter culpam; sed propter vicinitatem. vnde est:

Mantua væ miseræ nimiùm vicina Cremonæ.

Perdito ergo agro, Vergilius Romam venit: & potentium fauore meruit, vt agrum suum solus reciperet. Ad quem accipiendum profectus, ab Ario Centurione, qui eum tenebat, penè est interemptus; nisi se præcipitâsset in Min ium. vnde est ἀινιγματικῶς:

Ipse aries etiam nunc vellera siccat.

Postea, ab Augusto missis triumuiris, & ipsi integer ager redditus est; & Mantuanis pro parte. Hinc est, quod cùm in primâ Eclogâ legimus recepisse agrum; postea eum querelantem inuenimus: vt,

Audieras & fama fuit: sed carmina tantum
Nostra valent Lycida, tela inter Martia; quantum
Chaonias dicunt aquila veniente columbas.

¶ Nec numerus hîc dubius est, nec ordo librorum: quippe cùm vnus sit liber. De Eclogis tantùm multi dubitant: quæ licèt decem sint; incertum tamen est, quo ordine scriptæ sint. Pleriq; duas certas volunt, ipsius testimonio: vltimam; ut, *Extremum hunc:* & primam; vt in Georgicis,

Tityre, te patulæ cecini sub tegmine fagi.

Alij primam illam volunt:

Prima Syracusio dignata est ludere versu.

Sed est sciendum, septem Eclogas esse meras rusticas: quas Theocritus decem habet. Hic in tribus à bucolico carmine, sed cum excusatione, discessit; vt in genethliaco Salonini, & in Sileni theologiâ, & in Gallo: vel, vt ex insertis altioribus rebus posset placere; vel, quia tot varietates implere non poterat. ¶ Poëtæ vitam in Aeneide diximus. Operis explanatio, in sequentibus comprobabitur. Sanè sciendum, Vergilium octo & viginti annorum scripsisse Bucolica. vnde etiam ipse in fine Georgicorum:

Audaxq; iuuenta,
Tityre, te patulæ cecini sub tegmine fagi.

Et dicit Donatus, (quod etiam in Poëtæ memorauimus vitâ) in scribendis carminibus, naturalem ordinem secutum esse Vergilium. Primò enim, pastoralis fuit in montibus vita: pòst, agriculturæ amor: indè, bellorum cura successit. Notandum quoque, Bucólica, vel Geórgica, cùm apud Græcos in fine habeant accentum, apud nos in tertiâ à fine habere. nam vt in vltimâ sit, latinitas vetat: vt in penultimâ non sit, breuitatis efficit ratio. Etiam hoc sciendum; & personas huius operis, ex maiori parte, nomina de rebus rusticis habere conficta: vt *Melibœus*, ὅτι μέλει αὐτῷ τῶν βοῶν, id est, quòd curam gerit boum: & *Tityrus*: nam Laconum linguâ, Tityrus dicitur aries maior, qui gregem anteire consueuerit. sicut etiam in Comœdijs inuenimus: nam Pamphilus, est totus amans; Glycerium, quasi dulcis mulier; Philumena, amabilis. Personæ, sicut suprà dixi, rusticę sunt, & simplicitate gaudentes. vnde nihil in his vrbanum, nihil declamatorium inuenitur: sed ex re rusticâ sunt omnia, negotia, comparationes, & si qua sunt alia. Hinc est, quòd annos à frugibus computat: vt,

Post aliquot, mea regna videns mirabor, aristas.

Hinc etiam illæ comparationes sunt:

Nam neq; me tantùm venientis sibilus Austri,
Nec percussa iuuant fluctu tam litora, nec quæ
Saxosas inter decurrunt flumina valles.

III. PROBVS GRAMMATICVS, DE BVcolici carminis ratione.

BVCOLICORVM omnis origo triplex esse fertur. Primùm à Lacedæmonijs. Nam cùm Xerxes Græciam affectaret, & terribilis esset: relictis ciuitatibus, omnis Græciæ gens in deserta loca refugerunt. pòst, cùm apud Marathonem victus recessisset: Lacedæmonijs reuersis in Peloponnesum, religiosior fuit cura Dianæ Caryatidis colendæ. Nam

Digitized

Nam fortè ipso die reuerterunt in patriam victores, quo fieri sacra eidem deæ competebat. Sed quoniam præsentia virginum deesset, quæ ea celebrare consueuerant: ne sacrificium intermitteretur, pastores ex vicinis agris contraxerunt, & per eos sacra expedierunt, adhibitis carminibus etiam rusticis. Ritum autem sacrorum Bucolicon appellarunt: non quoniam solùm boum pastores ipsi fuerint, sed quoniam boues pecora præstarent magnitudine. Hoc idem carmen Astrobicon dictum est, à formâ sedilis, quo aduecti fuerant, qui illa cantaturi erant. Sunt autem Astraba vehicula, dicta παρὰ τὸ μὴ στρέφεσθαι. quo titulo & Plautus fabulam inscripsit, in quâ mulieres in eiusmodi vehiculis inductæ.

¶ Altera causa ad Siculos pertinet. Ante Gelonis tyrannidem, Syracusis lue pecora interibant. quibus refouendis votum fecerunt: eiusq; voti compotes, templum Dianæ instituerunt: quam Lyæam vocauerunt; propterea quòd malis essent absoluti. ad eiùs dedicationem plurimi pastores confluxerunt, cum vtribus vino plenis, & panibus figuras ferarum vel pecorum referentibus: eiq; instituerunt, vt, qui conuenerant, laudes deæ decantarent; coronato, qui eas rectiùs prosequeretur: contenderent autem eâ formâ ornati, vt cornua fronti adiuncta, tæniâ obligarent, cum vtre & reticulo, quo panificia haberent cum clauâ: is qui vicisset, præmium haberet, quod is, qui victus erat, contulisset. permissumq;, vt indè irent, &, quibus certauerant, eisdem illis fausta ominarentur. Quod genus religionis, hodie conuersum est in quæstum. ijdem sunt enim, qui Bucolistæ nominantur.

¶ Tertia opinio, ad eosdem Siculos pertinet; sed ex aliâ ratione. Nam Orestes, post parricidium furens, responso didicit; quòd deponeret furorem ita demum, si, recuperatâ sorore Iphigeniâ, ablueretur fluuio, quod septem fluminibus confunderetur. Diu vexatus, cùm in Tauricâ Iphigeniam reperisset: venit ad fines Rheginorum. Ibiq; inuento flumine, elutus traiecit in Siciliam: & iuxta Syracusas, à somnio admonitus, simulachrum Deæ, quod secum de Tauricâ aduexerat, templo posito consecrauit; quam appellauit Fascelitim: quòd fasce lignorum tectum de Tauricâ simulachrum extulisset. Eius Deæ nomen breui adprobatum: propterea quòd plurima pecora muneri quisq; conferebat. Quæ cùm incremẽtassent: nô defuerunt, qui gratuitam custodiendis operam adhiberent; contenti, tanquam constitutâ, mercede lactis, vel casei. Huius autem fluminis, apud quod purgatus est Orestes, Varro meminit, Humanarum X. sic: *Iuxta Rhegium, fluuij sunt continui septem: Latapadon, Migodes, Eugyon, Stacteros, Polme, Meleissa, Argeades. In his à matris nece dicitur purgatus Orestes; ibiq; diu fuisse ensem, & ab eo ædificatum Apollinis templum: cuius loco Rheginos, cùm Delphos proficiscerentur, re diuinâ factâ, lauream decerpere solitos, quam ferrent secum.* Item Cato, in Originibus tertio: *Rhegini Taurocini vocantur, de fluuio qui præterfluit. Id oppidum Aurunci primò possederunt: indè Achæi, Troiâ domum redeuntes. In eorum agro fluuij sunt sex; septimus, fines Rheginorum atq; Taurinum dispescens. fluuio nomen est Paccolico. Orestem, cum Iphigeniâ atq; Pylade, dicunt maternam necem expiatum venisse. & non longinqua memoria est, cùm in arbore ensem viderint, quem Orestes abiens reliquisse dicitur.* Fascelitis autem Dianæ, Lucilius quoq; in tertio Satyrarum, meminit, sic:

Et sæpe quod antè
Optasti, freta Messanæ, & Rhegina videbis
Mœnia, tum Liparas Fascelinæ templa Dianæ.

¶ Carmen Bucolicũ legem habere videtur; vti versûs eius quartus pes partem orationis finiat: quod Theocritus custodiuit. Nam Vergilius in primo versu attendit; sequentem protinùs aliâ formâ fecit. Bucolica Theocritus faciliùs videtur fecisse: quoniam Græcus sermo sic videtur diuisus, vt Doris dialectos, quâ ille scripsit, rustica habeatur. Opportunum fuit ergo ei, qui pastores inferebat, eâ linguâ disputâsse. Vergilio tantò factum opus maius; quantò, vnâ linguâ loquens, sensus rusticos aptare elaborauit, sinè reprehensione sermonis. Sunt quædam propria: Heroico carmini, sublimia; sed Bucolico, humilia. quæ aptè diuisisse Vergilius notatus est. Nam cùm Aeneas Didoni gratias ageret, eiusque se, quamdiu natura rerum stetisset, memoriam habiturum confiteretur, sic ait:

In freta dum fluuij current, dum montibus vmbræ *Lustrabunt, conuexa polus dum sidera pascet.*

Sic & Tityrus, cum beneficijs Augusti gratias ageret, rerum naturæ perpetuitatem pastori congruentibus sensibus tractauit, sic:

Antè leues ergo pascentur in æthere cerui, *Et freta destituent nudos in litore pisces.*

In hoc etiam carmine quosdam versus posuit, qui possent heroico carmini aptari: vt sunt;

Huc ades ô formose puer, tibi lilia plenis *Pallentes violas & summa papauera carpens,*
Ecce ferunt Nymphæ calathis, tibi candida Nais *Narcissum & florem iungent bene olentis anethi.*

Et quoniam intelligebat, sublimius se dixisse: nouissimum versum attenuauit, quo rustico sensu carmen aptius fecit.

¶ Vergilius autem, vt Bucolica scriberet, causam eiusmodi habuit. Antonius Octauiam, sororem Augusti, vxorem habebat: & prouinciam sortitus est, Aegyptum. vbi cùm Cleopatram adamâsset, & vxorem duxisset, repudio Octauiæ dato; & speraret de imperio Alexandriæ constituendo: hostis publicus appellatus est. quem prosecutus Augustus, exercitum in Orientem ducebat: eumq; bello superauit, apud Actiacum Apollinem. Italiæ ergo ciuitatibus diuersas partes sequentibus; Cremonenses & Mantuani, neutri sunt auxiliati. sed hoc Augustus indignatus; Veteranis, quorum operam in bello habuerat, agros Cremonensium diuidi iussit; & si non suffe-

P. VERGILII M. BVCOLICORVM ECLOGA PRIMA, SIVE TITYRVS.

Interlocutores, Melibœus & Tityrus.

MELIBOEVS.

TITYRE, tu patulæ recubans sub tegmine fagi,
Syluestrem tenui Musam meditaris auenâ:
Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua.
Nos patriam fugimus: tu Tityre, lentus in vmbrâ
Formosam resonare doces Amaryllida syluas.

TI. O' Melibœe, deus nobis hæc otia fecit.
Namq; erit ille mihi semper deus: illius aram
Sæpè tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.
Ille meas errare boues, (vt cernis) & ipsum
Ludere, quæ vellem, calamo permisit agresti.

ME. Non equidem inuideo, miror magis: vndiq; totis
Vsq; adeò turbatur agris. en ipse capellas

A SER. TITYRE, tu patulæ recubans sub tegmine fagi.] *Introducitur pastor quidam, iacens sub arbore, securus & otiosus, dare operâ cantilenæ: alter verò, qui cum gregibus ex suis pellitur finibus: qui cùm Tityrum respexisset, ita exorsus est. Sub personâ Tityri, Vergilius intelligitur: sub Melibœi, plebs Mantuana, vel Cornelius Gallus. Quòd autē sub fago dicitur iacêre, allegoria est honestissima: quasi sub arbore glandiferâ, quæ victus causa fuit. Antè enim homines glandibus vescebantur. vnde etiam fagus dictus est, ἀπὸ τοῦ φαγεῖν, id est, à manducando. Hoc videtur dicere: Iaces sub vmbrâ fagi in agris tuis, tuas retinens possessiones, quibus aleris sicut glandibus antea mortales. Aliter, ô Vergili, sub protectione Augu-*
B *sti, securus quiescis.* PATVLÆ.] *Patulum dicitur, quod patet naturaliter: vt nares, arbor. Patens verò est, quod clauditur & aperitur: vt ostiū, & oculi.* SYLVESTREM musam.] *id est, rusticum carmen.* TENVI auenâ.] *culmo, stipulâ: vnde rustici cantare consueuerunt. ut alibi:* Stridenti miserum stipulâ disperdere carmen. *Dicendo autem,* tenui auenâ, *humilis styli genus latenter ostendit, quo in Bucolicis utitur.* MEDITARIS.] *quod Græci μελετᾷ dicunt, κατ' ἀντίστοιχον* meditor *dixerunt Latini: L enim & D, interdum sibi inuicem cedunt. Sic Sella pro Seda dicitur, à sedendo.* NOS patriæ fines linquimus.] *non voluntate; sed vi Cæsaris & militū eius compulsi, victo Antonio.* ET dulcia arua.] *Vnicuiq; propria terra dulcis videtur. Nec enim omnis res delectationem habens, dulcis appellatur. Allegoricè voce*
C *vtitur Mantuanorum, qui suis possessionibus expellebantur.* NOS patriam fugimus.] *Plus est, quā si diceret, relinquimus. Sic Horatius:*

Teucer Salamana patremq;
Cùm fugeret.

LENTVS.] *id est, otiosus, securus. ut,* Qui nūc lenti consedimus aruis. IN vmbrâ.] *allegoricè, sub tutelâ Imper. Augusti.* RESONARE doces Amaryllida syluas.] *id est, carmen tuum, de amicâ Amaryllide compositum, doces syluas resonare. Et melius est, vt simpliciter intelligamus. Malè enim quidam allegoriam volunt: Tu carmen de vrbe Româ componis, celebrandum omnibus gentibus. Plus enim stupet Melibœus, si ille ita securus est, ut tantùm de suis amoribus cantet.* O' Melibœe.] *scilicet, quid miraris?* DEVS.] *id est, Cæsar.* HÆC otia.] *hāc securitatem, vel felicitatem.* NAMQVE erit ille mihi semper deus.] *Iteratio ipsa excludit adulationis colorem.* SEMPER.] *id est, & post mortem, & dum viuit. Alij enim Imperatores, post mortem in numerū referūtur deorum: Augustus autem templa viuus emeruit. Horat.*

Præsenti tibi maturos largimur honores,
Iurandasq; tuum per nomen ponimus aras.

Sic Lucanus de Nerone: Sed mihi iam numē. ILLIVS.] *Octauij Cæsaris.* IMBVET agnus.] *Imbuere, est propriè inchoare & initiare. Nemo autem vnam eandemq; rem sæpe inchoat. Sed constat, sæpe pascua mutare pastores, sicut etiam in Georg. legimus:*

—— Itque pecus longa in deserta sine vllis
Hospitijs, tantum campi iacet.

Vnde necesse est, pastores totiens aras imbuere, quotiens mutauerint pascua. Inuenimus etiam apud antiquiores, Imbuere, esse, non inchoare: sed perfundere & madefacere, secundùm quod absolutus est sensus, vt sit, sæpe perfundet. ERRARE.] *id est, pasci: vt,* Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ. LVDERE.] *scribere: vt,* Carmina qui lusit pastorum. *Horat.*

Poscimus si quid, vacui sub vmbrâ
Lusimus tecum.

CALAMO agresti.] *rustico stylo, sicut suprà:* Tenui auenâ. NON equidem inuideo.] *Excusat se: ne frequens interrogatio felicitatis alienæ, ex inuidiâ venire videatur: dicit, se admirari potiùs, quàm inuidere.* VSQVE ADEO.] *in tā ū.* TVRBATVR agris.] *Turbatur sine vllâ discretione culpæ, vel meriti. Et inuidiosè tēpora Augusti carpit latenter. Sana verò lectio est, Turbatur: ut sit impersonale, quod ad omnes pertinet generaliter. nam Mantuanorum fuerat communis expulsio. Si enim Turbamur legeretur, videretur ad paucos referri.*

POM. Sabi. TITYRE, tu patulæ, &c.] *Tityri & Melibœi personas de Theocrito poëtâ sumpsit; non sinè ratione. Nam* Tityrus, *Libycâ linguâ hircus appellatur:* Melibœus, *cura boum diligens. Et allegoricôs intelliguntur. Per Tityrum, intelligimus Vergilium: per Melibœum, Cornelium Gallum; qui natus fuit inter Cremonam & Mantuam. Admiratur is, quòd Vergilius solus agros recuperauerit. Asconius Pedianus ait; Vergilium edidisse Bucolica, annos natum 28.* FAGI.] *Hanc fagum intelligit vetustissimam arborem, quam sub nomine Battari deplorat in Diris.* PATVLÆ.] *semper patentis, & ad vmbram faciendam expositæ.* MEDITARIS.] *Meditari, canere est; vt meminit Plinius.* TENVI auenâ.] *fistulâ: quia pastores fistulâ canunt.* DVLCIA arua.] *Propter patriam, quæ dulcis est.* AMARYLLIDA.] *Vergilius Mantuæ amauit Lydiā, quam appellat Galateā, Romæ, Amaryllida.* DEVS.] *Augustus; quem appellat deū, à beneficio accepto: vel Roma, vt ait Apronianus.* TENER.] *agnus intactus.* IMBVET.] *madefaciet.* CALAMO.] *stipulâ.* AGRESTI.] *Nam fistulæ solebant fieri ex buxo, vel ex loto.* TVRBATVR.] *Impersonalis vox est. Voces impersonales passiuæ vocis, Probus ait fieri ab omnibus verbis.* EN.] *Particula demonstrantis est.*

VAR. Lect. SYLVESTREM tenui musam meditaris auenâ.] *Multi quidem, atq; hi literatissimi uiri, Quintiliani secuti auctoritatem,* Agrestem, *loco hoc legendum censuêre. Sed falluntur. Quintilianus enim citauit ex Sileno illud:* Agrestem tenui meditabor arundine musam. *quem uersum librarius cùm describeret, ubi* Agrestem tenui, *notauit; pro eo quod scribendum fuit,* Meditabor arundine musam, *subiecit ex Tityro,* Musam meditaris auenâ: *deceptus similitudine vocum vtriusque carminis, &* Tenui *dictione vtroq; versu secundâ.* VSQVE adeò turbatur agris.] *In peruetteri quidem codice quodam, Turbatur, legere est: sed in Romano illo antiquissimo, Turbamur, non inuenustè legitur.*

ter. SAEPE sinistra cauâ prædixit ab ilice cornix.] *Versus hic in veteribus, quos sequimur, codicibus non habetur. In aliquot, alterâ manu suppositititius est; vt in oblongo, & in Longobardico: in quo etiam, Dicebat, pro Prædixit, habetur.*

IOAN. Scop. LVDERE, quæ vellem, calamo permisit agresti.] *Sciendum est, legem fuisse latam, vt nullus aliquid componeret, ni priùs ad ædiles accessisset, & scribendi veniam, cùm illi priùs scriptoris vires perpendissent, moxq; secundùm ingenij capacitatem & doctrinam dabant componendi potestatem, impetrâsset: deinde præerant recitandis, & recitata emptitabant. De quâ lege Vergilius intellexit in Bucol.* Ludere, quę vellem, calamo permisit agresti: *id est, ne excederem à stylo agresti vltra legem, & veniam impetratam; donec essem maturus ad altiora reponêda. Quod Eclogâ sextâ quoq; cùm ad Cynthium, id est, Apollinem, id est, Augustum (quoniam Augustus Apollo dictus est, ac Apollinis filius existimatus) accessisset, gratiam altiora componendi impetraturus, innuit:*

Cùm canerem reges, & prælia, Cynthius aurem
Vellit, & admonuit: Pastorem, Tityre, pingues A
Pascere oportet oues, deductum dicere carmen.
Nunc ego (namque super tibi erunt, qui dicere laudes,
Vare, tuas cupiant, & tristia condere bella)
Agrestem tenui meditabor arundine musam.
Non iniussa cano:

quod Augustus, deorum more aurem capútq; commouens, abnuit, atq; recusauit.

ADR. Ban. DEVS nobis hæc otia fecit.] *Quoniam mortales tunc maximè deum imitentur, cùm benè faciunt: idcirco, si Principis cuiuspiam fauore atq; liberalitate indicabimus effectum, vt, omni paupertatis metu deposito, liceat nobis otiosè in literario studio vitam exigere; mirè congruet illud Vergilij Bucolicum:*

Deus nobis hæc otia fecit.

Et quod paulò post sequitur:

Ille meas errare boues (vt cernis) & ipsum
Ludere, quæ vellem, calamo permisit agresti.

Protenus æger ago: hanc etiam vix Tityre, duco.
Hîc inter densas corylos modò namq; gemellos,
Spem gregis, ah, silice in nudâ connixa reliquit.
Sæpè malum hoc nobis (si mens non læua fuisset) B
De cœlo tactas memini prædicere quercus.
Sæpè sinistra cauâ prædixit ab ilice cornix.
Sed tamen, iste deus quis sit, da Tityre nobis.
TI. Vrbem, quam dicunt Romam, Melibœe putaui
Stultus ego huic nostræ similem, quò sæpe solemus
Pastores ouium teneros depellere fœtus.
Sic canibus catulos similes, sic matribus hœdos
Nôram: sic paruis componere magna solebam.
Verùm hæc tantùm alias inter caput extulit vrbes,
Quantum lenta solent inter viburna cupressi.
ME. Et quæ tanta fuit Romam tibi causa videndi?
TI. Libertas: quæ sera, tamen respexit inertem,

SER. PROTENVS.] *porrò tenus: id est, longè à finibus. vnde est paulò post:*

At nos hinc alij sitientes ibimus Afros.

Nam Protenus, per e, aduerbium loci: per i, Protinus, aduerbium est temporis, id est, Statim. ÆGER.] *Et corpore & animo Aeger dicitur. vt:*

Esto, ęgrâ nulli quondam flexêre mariti.

Sed Aegrotus, corpore tantùm. AGO.] *Propriè: nam agi dicuntur pecora.*

SPEM gregis.] *id est, marem & fœminam. Reparatio enim gregis, in sexu vtroq; consistit.* AH, silice in nudâ.] *Ad hoc pertinet præmissa dolentis interiectio. Nam solent herbas substernere parientibus: vt ipse in Georg. dicit;*

Et multâ duram stipulâ, filicumq; maniplis
Sternere.

CONNIXA.] *pro eo quod est, enixa, id est, partu soluta. nam hiatus causâ mutauit præpositionem: sicut, Seclude curas, pro excludite.* SI mens non læua fuisset.] *id est, stulta, contraria. Et sensus hic est: Perdituros nos quandoq; agros, manifesta prædicebant signa: sed nos mentis imprudentiâ intelligere nequiuimus.* DE cœlo tactas memini prædicere quercus.] *Mirè compositum augurium. nam quercus, in tutelâ Iouis est: & huius arboris fructu olim homines vescebantur. Per quercus ergo, agri; per fulmen, ira Iouis; per iram Iouis, ira Cæsaris; per damnũ arborũ, damnum agrorũ figurabatur. Hæc quercus ergo tacta, id est, afflata leuiter fulmine. vt Cicero:* Tactus est ille, qui hanc vrbẽ cõdidit Romulus. *Significat, nutu Imperatoris posse agros eorũ perire, apud quos fulminatæ sunt arbores. nam agri, causa victus sunt; sicut olim quercus. Quòd autẽ ait, Tactas: ostendit, temporale fore damnum; quale patiuntur arbores leuiter fulminatæ. Et bene, Prædicere, quasi præloqui & prædiuinare: cùm ita manifestum constet esse augurium.* DA] *id est, dic. sic contra:* Accipe nunc Danaûm insidias: *id est, audi.* VRBEM, quam dicunt Romã.] *Quæritur, cur de Cæsare interrogatus, Romam describat? & aut simplicitate vtitur rusticâ; vt ordinem narrationis plenè non teneat, sed per longas ambages ad interrogata descendat? aut certè, quia nullus, qui continetur, est sine eâ re quæ continet; nec potest vlla persona esse sinè loco. Vnde necesse habuit, interrogatus de Cæsare, locum describere, in quo eum viderat. Est autem longum ὑπερβατὸν: Vrbem, quam dicunt Romam. Hîc illum vidi iuuenem, Melibœe. Roma ante Romulum fuit; & ab eâ Romulus nomen adquisiuit. Sed de flaui & candidâ Româ Aesculapius; Ilia nomen nomen Latio facit. Tantùm conditricis nomine omnes Romani vocantur, Marinus Lupercorum poëta dixit.* STVLTVS ego.] *id est, rusticus, qui nesciui iudicare.* NOSTRÆ.] *Mantuæ.* QVO.] *id est, ad quam: nam aduerbium posuit pro nomine. vt,* Genus vnde Latinum: *id est, à quo.* OVIVM teneros.] *Periphrasis agnorum.* DEPELLERE.] *id est, à lacte remouere.* SIC canibus catulos similes, sic matribus hœdos Nôram; sic paruis componere magna solebam.] *Vult, vrbem Romam, non tantùm magnitudine; sed etiam genere, differre à cæteris ciuitatibus: & esse velut quendam alterum mundum, aut quoddam cœlum, in quo Cæsarem deum vidit. Qui enim comparat cani catulum, vel hœdum capellæ; magnitudinis facit, non generis differentiam. Qui autem dicit, Leo maior est cane, & generis facit, & magnitudinis differentiam, sicut nunc de vrbe Româ fecit. Putabam, inquit, antè, ita Romam comparandam esse alijs ciuitatibus, vt solet hœdus capræ comparari. Nam quámuis maior esset, tamen eam ciuitatem esse ducebam. Nũc vero probaui, eam etiam genere distare: nam est sedes deorum. Hoc autem eum dicere, ille comprobat versus:* Quantum lenta solent inter viburna cupressi. *Nam Viburnum, breuissimum est, & formâ & genere à cupresso remotum virgultum: Cupressus verò, arbor est maxima. Hoc autem genus argumentationis, & apud Aristotelem lectum est, & apud Ciceronem.* COMPONERE.] Comparare. ET quæ tanta fuit.] *Ad magnum enim aliquid nimia necessitas venire compellit. Vnde quasi miratur, hominem rusticum Romam videre potuisse.* LIBERTAS.] *amor libertatis. Etenim aliter dicit seruus, Libertatem cupio; aliter ingenuus. Ille enim, carere vult seruitute: hic, habere liberam vitam, pro suo scilicet arbitrio agere. Sicut nunc Vergilius sub personã Tityri dicit, se amore libertatis Romam venire compulsum: & item latenter carpit ea tempora, quibus libertas non nisi in vrbe Româ erat. Aut certè* C

simpli-

Digitized by Google

A *simpliciter intelligamus, hoc loco Tityrũ, sicut pastorẽ locutũ: nam vbiq; eum Theocritus mercenarium inducit. Itẽ Vergilius:*

Tityre, dum redeo (breuis est via,) pasce capellas.

QVÆ sera tamen respexit inertem.] *desidem, sese non requirentẽ. Nam culpat suam inertiã, quòd nõ antè Romam ierit, & sit vsus puer libertate: quâ vti cœpit prouectioris ætatis.*
ÆGER.] *Ad corpus & ad animam refertur: vt meminit*
POM. Sabi. *Cic. Tuscul. 2.* AGO.] *Agere, est, ducere pecora.* HIC] *ibi.* CONNIXA.] *dicit, quia gemellos peperit.* SPEM gregis.] *Nam spes gregis est in partu, & in fœcunditate pecorum.* RELIQVIT.] *Quia partus, cùm cadit in lapide, læditur.* QVERCVS tactas.] *Quotie s arbores fructiferæ fulminantur, malum portentum inducunt. Cùm fulminatur olea, sterilitatem portendit: cùm quercus, exilium.* QVO.] *in quã vrbe, scilicet Mantuã.* INTER viburna.] *quæ tenuia virgulta sunt, & genistæ genus mollioris: ex quâ scopæ fiunt.*

SPEM gregis, ah silice in nudâ connixa reliquit.]
ADR. Bat. *Hoc nunc etiam vulgo infelix omen habetur. vnde per iocum vsurpabimus apud literatiores: quoties innuemus, cuipiam, qui periculum incidit, multò antè prædictum, ita futurum, vt tandem veniret in magnum malum. Non excidit mihi, legisse me*
B *apud commentatorem Vergilij, versum hunc suppositiuum esse: sed quoniam in omnibus penè libris inest, visum est admonere lectorem. Eiusdem est generis, quod præmittitur:*

Sæpè malum hoc nobis, si mens non læua fuisset,
De cœlo tactas, memini prædicere quercus.

SIC canibus catulos similes.] *Ad indicandam rerum dissimilitudinem, conueniet illud:*

Sic canibus catulos similes, sic matribus hœdos
Verùm hęc tãtùm alias inter caput extulit vrbes,
Quantùm lenta solent inter viburna cupressi.

Huic locus erit, si quando significabimus, vrbem quampiam ædificiorum dignitate opibusq; alias longè superare. qualis nostra hac tempestate est Antuerpia Brabantiæ, ciuitas templorum priuatarumq; ædium artificiosissimâ structurâ mirabilis, & ob portus commoditatem florentissima: Ad quam nõ Hollandi solùm, atque Flandri, populi finitimi; sed Hispani etiam, & Galli, & Angli, & Itali, confluunt, vt mercimonia sua venditẽt. Cæterũ mihi hæc vrbs impẽsiùs placet; quòd in eâ primos ediderit vagitus Petrus Egidius, vir latinè doctissimus, mihiq; propter egregiam doctrinam valde coniunctus.

CANDIDIOR postquã tõdenti barba cadebat.] IOAN. Scop.
Cuius erit ordo, & sensus: postquam barba candidior; non, libertas candidior, (vt aiunt) id est, candida, (ne sit comparatiuũ pro positiuo) uel aliquantò cãdidior. CADEBAT.] *Vtitur imperfecto; vt rem significaret imperfectam, quæ adhuc erat: & hoc, vt suæ tempus denotaret ætatis, quo Romam venit. Erat enim annos natus viginti-tres: quo tempore pili grossiores erumpunt, & lanugo illa candidior cadebat. Possemus etiam ad personatos referre recitantes, qui senum gerebant personas barbatas: vt inferiùs;* Fortunate senex. *sed priorem magis commendo sententiam.*

Candidior postquam tondenti barba cadebat.
Respexit tamen, & longo pòst tempore venit.
Postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.
Namq; (fatebor enim) dum me Galatea tenebat,
Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.
Quàmuis multa meis exiret victima septis,
Pinguis & ingratæ premeretur caseus vrbi:
Non vnquam grauis ære domum mihi dextra redibat.
ME. Mirabar, quid mœsta deos Amarylli vocares,
Cui pendère suâ patereris in arbore poma.
Tityrus hinc aberat. ipsæ te, Tityre, pinus,
Ipsi te fontes, ipsa hæc arbusta vocabant.
TI. Quid facerem? neq; seruitio me exire licebat,
Nec tam præsentes alibi cognoscere diuos.
Hîc illum vidi iuuenem, Melibœe, quotannis
Bis senos cuî nostra dies altaria fumant.
Hîc mihi responsum primus dedit ille petenti:

SER. CANDIDIOR postquã tondenti barba cadebat.] *Aut mutatio personæ est: vt quendã senem rusticũ accipiamus loquentẽ, nõ Vergiliũ, per allegoriã. nam, vt diximus, viginti-octo annorũ scripsit Bucolica. Aut certè mutãda est distinctio: vt sit, nõ barba candidior, sed libertas. Nam viginti & octo annorum barbam potest quis mittere; sed non canam. Et bene, candidior*
C *libertas: vt intelligamus, etiam antè in libertate, sed non tali, fuisse Vergilium.*

ET longo pòst tempore venit. Postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.] *Iungendum est hoc totum. nam duplici ratione tempus ostendit, quo eum libertas respexerit: id est, quando cœpit secare barbam, & relictâ Galateâ, Amaryllidis amore detineri.* Ἀλληγορικῶς *autem hoc dicit: Posteaquam, relictâ Mantuâ, Romam me contuli. Nam Galateam, Mantuam vult esse; Romam, Amaryllida. Et bene tempora, quasi rusticus, computat, à barbæ sectione.* LONGO pòst tempore.] *Aut* ἀρχαϊσμὸς *est: (antiqui enim, Post, Ante, Circùm, etiam ablatiuo iungebant: quod hodie facere minimè possumus) aut, Longo-pòst, vna est pars orationis, vt sit sensus: Venit tempore longopòst. sicut Multominùs, multomagis, postmodò.* *Horat.*

Postmodò quod mî obsit clarè multumq; locuto.

Et Longo pòst, vt postposita videatur esse præpositio, & in vnitatem coacta. FATEBOR enim.] *Hoc per parenthesim dictum est.* NEC spes libertatis erat, nec cura peculi.] *nec sperare poteram libertatem in oppressâ ciuitate, nec habere curam patrimonij. Peculi autem, aut antiquè dixit: quia omne patrimonium apud antiquos peculium dicebatur; à pecoribus, in quibus eorum constabat vniuersa substantia. vnde etiam pecunia dicta est, à peculio. Aut certè & hoc ad morsum temporũ pertinet. nã modò tãtùm serui peculium dicimus,*

vt inuidiosè patrimonium suũ dixerit peculiũ, ac si seruus esset: qa se diu apud Mãtuam seruisse memorauit. Sanè Peculi, pro peculij, per synæresim dictũ est. EXIRET victima septis.] *Septa propriè sunt loca, in campo Martio, inclusa tabulatis; in quibus stans populus Romanus, suffragia ferre consueuerat. Sed quoniã hæc septa, similia sunt ouilibus: duo hæc inuicem pro se ponuntur; vt hoc loco, septa pro ouilibus posuit. Item Lucanus contrà:*

Et miserè maculauit ouilia Romæ. *Iuuenalis.*
Antiquo quæ proxima surgit ouili.

PINGVIS.] *Meliùs ad victimam, quàm ad caseum, refertur.* INGRATÆ vrbi.] *Quia, cum alimenta ciuitatibus præstentur ex rusticorũ labore, in his rustici etiã deridentur à ciuibus, & multa perdunt, & aduectarũ rerũ precia iniqua suscipiunt.* AMARYLLI.] *Vocatiuus græcus est: qui breuis est, quotiescũq; nominatiuus in Is terminatur; vt Amaryllis, Pieris. Horatius:* Dulcem quæ strepitum Pieri temperas. CVI.] *id est, in cuius honorem.* SVA poma.] *id est, ipsius arboris poma propria.* QVID vocares.] *Hoc Vergilij personæ conuenit.* MOESTA Amarylli.] *quæ nemine lætabare poẽtã.* CVI pẽdère.] *id est, tibi: quia laudari à te non meruerũt.* TITYRVS.] *Vergil.* PINVS.] *Roma, vel Cæsar.* FONTES. *Poëtæ, vel Senatores.* ARBVSTA.] *Fructeta scholastici vocabant.* SERVITIO.] *ab seruitio. Seruitiũ, est conditionis indiciũ.* LICEBAT.] *id est, nec deesse officio poterã.* IVVENEM.] *Cæsarẽ dicit Octauianũ Augustum. Decreuerat enim senatus, ne quis eum puerũ diceret: ne maiestas tanti imperij minueretur.* DIES.] *id est, principia mensium; vel idus omnium mensium.* FVMANT.] *id est, sacrificant.* RESPONSVM dedit.] *id est, permisit liberè viuere.* PRIMVS.] *id est, ante quem nullus fit.*

POM. Sabi. CANDIDIOR.] *Per hoc significat Vergilius ætatem, quâ Romam uenit: cùm scilicet candidior barba, id est, lanugo, cadit. Quod clarius indicat, cùm ait, Cadebat, per tempus imperfectum. Quia Vergilius Romam uenit, annos natus viginti-tres: quo tempore pili grossiores & fusci erumpunt, & lanugo illa candidior cessat. Malè quidam hoc verbum referunt ad libertatem. Est tamen alius sensus, meo iudicio melior: ut intelligamus candidiorem barbam, id est, iam canum. Licèt enim pro Tityro Vergilium intelligamus: fingit tamen poëta, Tityrum & Melibœum, duos senes esse, simul colloquentes. vnde paulò post Melibœus, Tityrum bis* Fortunatum senem *appellat. Bene ergo, inquit; Libertas, quæ sera. nam si ad iuuenem viginti trium annorum referretur, non esset sera dicenda.* NEC cura peculi.] *Peculium appellatur patrimonium; ab eo, quòd antiqui omnes opes in pecoribus habebant: quâ de causâ & ipsa pecunia nomen habuit. & ideò, cùm nummus percussus fuit, figurâ pecoris signatus est.* VICTIMA.] *Antiqui lacte uescebantur: pecora seruabant, non macellis; sed vt plurimùm sacrificijs: & ea mactabant, quæ erant magis pinguia.* MEIS septis.] *Septa, ouilia dicuntur à sepiendo. Sepire autem, circuire est.* NON vnquam.] *nunquam.* MIRABAR, &c.] *Solet absentiâ amantis puella torqueri, & mœsta esse. Vota facit, deos vocat pro amatoris reditu. Volunt quidam, hoc ad laudem Vergilij referri; quòd eum Roma opperita sit. Non placet; nec verisimile est, vt Roma, dea & regina gentium, adeò indiga virorum fuerit, cùm in eâ florerent omnium disciplinarum studia; vt exspectaret Vergilium poëtam anxia & sollicita, ac si literæ tantùm in Vergilio essent. Et cùm legamus, Vergilium fuisse mãsuetum & modestum: credibile non est, etiam se in præsentiâ tantùm iactâsse. Simpliciter ergo legenda carmina; & sunt velut interpellatio rustica. Nam sermo Tityri interruptus est.* A

ADR. Bar. NONVNQVAM grauis ęre domum mihi dextra redibat.] *Si quis innuet, se in gymnasio quopiam politiores literas infeliciter docuisse, vixq; teruncium sibi ex professione accessisse; dicet illud:*

Nonunquam grauis ære domum mihi dextra redibat.

Vsurpat Rodolphus Agricola, in epistolâ quapiam.

Pascite, vt antè, boues, pueri; submittite tauros,
ME. Fortunate senex! ergo tua rura manebunt,
Et tibi magna satis: quámuis lapis omnia nudus,
Limosoq; palus obducat pascua iunco.
Non insueta graueis tentabunt pabula fœtas;
Nec mala vicini pecoris contagia lædent.
Fortunate senex! hîc inter flumina nota,
Et fontes sacros, frigus captabis opacum.
Hinc tibi, quæ semper vicino ab limite sepes
Hyblæis apibus florem depasta salicti,
Sæpè leui somnum suadebit inire susurro.
Hinc altâ sub rupe canet frondator ad auras.
Nec tamen interea raucæ, tua cura, palumbes,
Nec gemere aëria cessabit turtur ab ulmo.
TI. Antè leues ergo pascentur in æthere cerui,
Et freta destituent nudos in littore pisces:
Antè, pererratis amborum finibus, exul
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim:
Quàm nostro illius labatur pectore vultus.
ME. At nos hinc alij sitienteis ibimus Afros;
Pars Scythiam, & rapidum cretę veniemus Oaxen,

SER. PASCITE.] *id est, vt antè eratis, ô pueri; sic & modò pascite in pace.* SVBMITTITE tauros.] *id est, exercete terram & sobolem.* FORTVNATE senex.] *Nõ ad ætatem Vergilij refert; sed ad fortunatum olim futurum, præsago usus est verbo. Nam apud Philosophos, senes dicuntur, qui spem futuri temporis habent in victu.* ET tibi magna satis.] *Ordo est: Magna satis pascua; subauditur, erunt.* QVAMVIS lapis.] *id est, quámuis sit mons & lacus. nam à mõte vsq; ad lacũ, & indè vsq; ad arborẽ quandam, fuerat ei terra donata.* PALVS.] *id est, æquor.* OBDVCAT.] *tegat.* IVNCO.] *fœno.* LIMOSO.] *flumine Mincij.* GRAVEIS.] *Accusatiuus pluralis: quasi graues, id est, grauidas; scilicet non enixas.* CONTAGIA lędent.] *Morbi vel pestilentiæ corrumpent. Vnde contingit, vt, vnâ aliquo morbo moriente, omnes idem morbus corruptas interimat. Dicit ergo, quòd nec insolita pascua tentaturæ sunt pecudes; nec ex alicuius infirmitate corrumpendæ.* HIC inter flumina.] *Inter Padum & Minciũ, ubi nutritus es vel cognitus.* NOTA.] *chara.* FONTES sacros.] *quia omnibus aquis Nymphæ sunt præsidentes.* FRIGVS opacũ.] *quia æstiuo tempore sub umbrâ fit frigus. Opacum autem, utrùm pro opacis locis, incertũ est; an pro valde frigidum. nam vnum frigus, est hyeme: alterum, quo refrigeramur æstate.* AB limite.] *Limes, est agri terminus.* SEPES.] *subaudi, fiet.* HYBLÆIS.] *Hybla, vel Hyble, oppidum est Siciliæ; quod nunc Megara dicitur: vel locus in Atticâ, ubi optimum mel nascitur. & posuit speciem pro genere.* DEPASTA florem.] *depastum florem habent. hypallage.* SALICTI.] *virgulti genus; dictum eò, quòd salit & surgit citò. Salictum, vbi sunt multæ salices.* LEVI susurro.] *dulci murmure. Hic vocat rusticum ad dulcia, quæ sunt in rebus, quibus delectatur.* SOMNVM inire.] *id est, dormire.* FRONDATOR.] *id est, rusticus: vel animal, quod frondibus vescitur. Nam tria genera sunt frondatorum. Frondator, qui arbores amputat, & de frondibus manipulos facit, hyemis tempore animalibus ad pastum offerendos: & qui manibus uitium folia auellit, quò ardor Solis vuam maturiorem reddat: aut auis, quæ in frondibus habitat, & his vescitur; vel etiam palumbes, quæ in frondibus nidificant.* AD auras.] *i. in die.* RAVCÆ.] *βραγχῶδες.* PALVMBES.] *columbæ, quas vulgus Titas vocat: & non dicuntur latinè; sed multorum auctoritas latinum facit. Cicero in elegiâ, quæ Talemastis inscribitur:* B

Iã mare Tyrrhenũ lõgè, penitusq; palumbes
Reliquit.

GEMERE.] *canere. propriè tamen dicitur de turture.* TVRTVR.] *& masculino, & fœminino genere inuenitur: vt hic,* Aëria turtur cessabit. *& Plaut. in Mostel.* Tu tibi istos habeas turtures. AB vlmo.] *Vlmus est lignũ, sub quo vinea fit.* IN æthere cerui.] *id est, Auium more antè cerui volabunt, & pisces sinè aquâ viuent: hoc est, antè rerũ natura mutabitur, quàm nos Cæsaris possimus obliuisci.* FRETA.] *maria; à feruore dicta.* DESTITVENT.] *id est, derelinquent.* PERERRATIS.] *lustratis, vel errore confusis.* AMBORVM.] *id est, Germanorum & Parthorum.* EXVL.] *id est, Parthus & Germanus: Cæsar scilicet, quo duce, Germanis & Parthis victis, milites Ararim, Germaniæ flumen, biberunt.* ARARIM.] *Arar fluuius est Galliæ, fluens in flumen Rhodanum.* TIGRIM.] *Tigris, Armeniæ fluuius, influens Persicum sinum. Itaq; per Tigrim & Ararim, vult diuersa loca inter se significare. Dicit enim, priùs Parthum ex Arare bibiturum, & Germanum ex Tigri; quàm sibi obliuionem futuram non amissi agri, Cæsaris beneficio.* ILLIVS.] *id est, Augusti Cæsaris.* LABATVR.] *respuatur, vel obliuioni tradatur.* SITIENTEIS ibimus Afros.] *Tropus συνεκδοχή. Ab Afris enim, Libyam, quæ aquâ indiget, intelligi vult. Est enim calidissima regio, & penè inhabitabilis.* SCYTHIAM.] *regio septentrionalis est frigidissima.* ET rapidum cretæ veniemus Oaxen.] *hoc est, lutulentum; quòd rapiat cretam. Creta, terra alba dicitur. Nam Oaxis fluuius est Mesopotamiæ; qui velocitate suâ rapiens albam terram, turbulentus efficitur. Vel Oaxis, fluuius Scythiæ: in Creta insulâ non est;* C

sed

Digitized by Google

A *sed aqua, eretri coloris est. Oaxen Eratosthenes ait Apollinis & Anchiales filium. Hunc Oaxen, in Cretâ oppidum condidisse, quod suo nomine nominauerit, Varro ait: vt,*

Quos magno Anchiale partus adducta dolore,
Et geminis capiens tellurem Oaxida palmis.
Scindere dicta fuit.

POM. Sabi. FORTVNATE senex.] *Senex, inquit: quia sumpsit personam Tityri; vt ait Probus.* NVDVS lapis.] *incultus.* NON insueta.] *Cùm pecora esuriunt, tunc morbi nascuntur. Et cùm Mantuani perdidissent agros, abundè pabula pro pecoribus non habebant. Vergilius, qui agros recuperauit, abundè habebat. Nunc duo notat, & insuetum pabulum, & pestem vicini pecoris, propter esuriem, non posse nocere pecori Vergilij. Pecora enim summoperè læduntur, cùm vnam tantùm ouem morbus inuaserit. Omnes autem morbi pecoris sunt contagiosi.* AB limite.] *Limes, est terminus paulùm eleuatus in agris.* SEPES.] *Quia aluearia ponuntur prope sepes, vt vitent ventos.* HYBLÆIS apibus.] *In Hyblâ oppido Siciliæ, & in Hymetto Atticæ regionis monte, optima est mellificatio: vt scribit Plinius.* FLOREM salicti.] *Salix amat loca humida. eius flos apibus vtilissimus, & iucundus.* LEVI susurro.] *scilicet apum.* B NEC tamé interea, &c.] *Vbicunque apud antiquos erat villa: illic & turris erigebatur pro palumbibus.* NEC gemere.] *Nam turtur, quando canit, gemere videtur & conqueri.* ANTE leues ergo.] *Probus ait: Tityrus, cùm beneficijs Augusti gratias ageret, rerum naturæ perpetuitatem congruentibus sensibus explicat. Aeneas non aliter sinè maiestate verborum gratias agit Didoni, cùm ait:*

In freta dum fluuij current, dũ montibus vmbræ
Lustrabunt, conuexa polus dum sidera pascet,
Semper honos, nomenq; tuũ, laudesq; manebũt.

ANTE pererratis.] *More pastorum loquitur, qui rarò sibi constant. Araris, in Germania fluuius non est, sed in Galliâ. Tigris, fluuius non est in Parthiâ, sed in Mesopotamia: ortum habens ex maiori Armeniâ. Ambi, populi sunt Arabiæ. Ergo non mirum est, si & alius pastor Melibœus de Oaxe errauerit.* EXVL.] *Germanus vel Parthus.* AMBORVM finibus.] *Arabum.* SITIENTES Afros.] *Id est, ad Africam desertam, vbi non est aqua.* RAPIDVM Oaxem.] *Oaxis fluuius est Mesopotamiæ, labens ex eo tractu, qui est inter mare Caspium & Hircanum, & Bactra, principium Indorũ.* CRETE.] *Creta oppidum est Scythiæ. Valer. Flac. lib. 1. sic ait:*

Quoties paucos ad littoris ictus
Deficiens, Scythicũ metuens Pontũq; Cretâq;.

Oaxus oppidum Cretæ insulæ, côditum ab Oaxe, filio Apollinis & Antilenes, vt meminit Plisthenes.

CAEL. Rhod. *Sed & illud perpensione dignum, cur aëriam dixerit turturem Vergilius, eo versiculo;*

Nec gemere aëria cessabit turtur ab vlmo.

ex Seruij interpretamento. Nam syllabæ mensio, penthemimeri defenditur. Aëriam diti coniecto, quoniam (vt scribit Origenes Homil. 2. ex Hieronymi tralatione) turtur semper in iugis montium, & arborum verticibus, commoratur. Vnde, inquit, turturis appellatione, sanctus intelligitur spiritus, vbi de magnis & occultioribus mysterijs agitur, quæ capere haud possunt multi.

ADR. Bar. VICINI pecoris contagia lædent.] *Innuimus hoc versu, bonos malos fieri, si cum malis ac pestilentibus hominibus versari cœperint.* ANTE leues ergo pascentur.] *Si cuius memoriã nullo tempore apud nos interituram indicabimus, conueniet illud:*

Antè leues ergo pascentur in æthere cerui,
Aut freta destituent nudos in littore pisces;
Quàm nostro illius labatur pectore vultus.

Et penitus toto diuisos orbe Britannos.
En vnquam patrios longo pòst tempore fines,
Pauperis & tuguri congestum cespite culmen,
Post aliquot (mea regna) videns, mirabor, aristas?
Impius hæc tam culta noualia miles habebit?
Barbarus has segetes? en quò discordia ciues
Perduxit misericors! en quîs consueuimus agros!
Insere nunc Melibœe pyros, pone ordine vites.
Ite meæ, quondam felix pecus, ite capellæ:
Non ego vos posthac, viridi proiectus in antro,
Dumosâ pendêre procul de rupe videbo.
Carmina nulla canam: non, me pascente, capellæ
Florentem cythisum, & salices carpetis amaras.
Hîc tamen hanc mecũ poteris requiescere noctem,
Fronde super viridi: sunt nobis mitia poma,
Castaneæ molles, & pressi copia lactis.
Et iam summa procul villarum culmina fumant.
Maioresq; cadunt altis de montibus vmbræ.

SER. PENITVS.] *id est, omnino.* DIVISOS.] *quia olim iuncta fuit côtinêti Britânia. Est enim insula, sita in Oceano septêtrionali: & à poëtis alter orbis terrarũ dicitur.* EN vnquã.] *Vergilius alio loco diuidit per interposi-* C *tionẽ: vt infrà in ipso libro,*

En erit vnquam.
Ille dies?

quod significat, vnqamne? hoc est, aliquando. TVGVRI.] *à tegendo dictum.* CESPITE.] *id est, terrâ cum propriâ herbâ euulsâ.* CVLMEN.] *eò quòd culmo, id est, stipulâ, tegitur. Sic prisca rusticanorum ætas habitabat. Ideo culmina dicta sunt tecta: quia veteres ædificia de culmo contegebant, id est, paleis è messibus.* POST aliquot aristas.] *Post multa tempora. &, quasi rusticus, per aristas numerat annos.* MEA regna.] *id est, vbi dominatus sum. vel, senem se dicit agros suos recepturum.* ARISTAS.] *Gradatim dictum, ex tropo metalepsi: vt per Aristas, messes: per messes, æstates: per æstates, annos numeret.* IMPIVS miles.] *Proprium militis epitheton. Iratus Melibœus, impium militem dicit: seu quòd agrum suum teneat: seu quòd ciuile gesserit bellum: qui pro Antonio arma portauit, qui bella ciuilia gessit. Hic læsit Vergilius Octauianum Augustum: tamen secutus est veritatem. Dum miles, portando arma, vicit alios: impius nocendo dictus est.* NOVALIA.] *id est, noua rura, quæ per singulos annos renouantur per semina. vel etiam noualia dicuntur, vnde sylua tollitur.* HABEBIT.] *In spe ponitur.* QVO.] *ad quam miseriam.* INSERE.] *Sibimet ipse imperat, & ἀποστροφὴ facit ad seipsum; dolendo, vel inuidendo, non habere se id, quod Tityrus.* PONE ordine vites.] *Quia quadrato ordine vites ponuntur.* QVONDAM felix pecus.] *quando manebat mihi hæreditas: vel, quàm diu ego felix fui aliquando in finibus nostris. Hic videt se pastor exclusum esse: & videt se non habere illud, quo Tityrus vtitur.* DVMOSA.] *id est, rigidâ, spinosâ.* PENDERE.] *Quia, cùm pascuntur, quasi pendent.* CARMINA.] *Quia non libet rustico canere, carenti possessione.* CYTHISVM.] *Genus fruticis est, seu herbæ, quæ nascitur inter campos & syluas, in Cythiâ ciuitate.* AMARAS.] *ad nostrum saporem: nam capris dulces sunt.* MITIA.] *matura: quæ non remordent, cùm mordentur.* CASTANEÆ.] *id est, mala antiquiora.* MOLLES.] *id est, maturæ.* PRESSI.] *emulcti, & in caseum coacti.* FVMANT.] *ad vesperũ cœna præparanda.* MAIORESQVE cadunt.] *duplicantur. Quia, dum duplicantur vmbræ, nox imminet. Cùm sol cadit, maiores sunt vmbræ: vt;*

Et Sol crescentes decedens duplicat vmbras.

quemadmodum, cùm oritur, quia ex transuerso nos ferit, longiùs iacit vmbras.

POM. Sabi. ET penitùs toto.] *L. Anneus sic ait: Cæsar, omnib. terrâ mariq; captis, respexit Oceanũ: quasi hic orbis Romanus nõ sufficeret, aliũ cogitauit. classe igitur cõparatâ, Britanniã petit. Est aũt Britannia, insula in Oceano, magno circuitu: vt per se alter orbis videatur.* CESPITE.] *Cespes est terra tum*

Digitized by Google

tum herbâ mixta. CVLMEN.] *appellatur tectum: quia apud antiquos tecta fiebant è culmis, id est, stipulis.* NOVALIA.] *Noualis dicitur ager, qui alternis annis seritur; vt Plinius ait.* IMPIVS miles.] *Quia* Nulla fides pietasque viris, qui castra sequuntur; *vt ait Lucanus.* EN quò discordia.] *Per hoc intelligit Probus, Mantuanos hæsisse Cremonensibus vicinis, vt Octauio Cæsari non fauerent contrà Antonium & Cleopatram.* ME pascente.] *id est, custodiente.* FLORENTEM cythisum.] *Cythisus parua arbuscula est, quæ facilè vbiq; prouenit. Columella ait: Cythisum quàm plurimum habere expedit; quod gallinis, apibus, ouibus, caprisq;, & omni generi pecudum, vtilissimum dicimus. Hic cythisus, & hoc cythisum, ideo ita appellatur: quòd hic frutex, inuentus in Cymo insulâ, indè translatus in omnes Cycladas, mox in vrbes Græcas, magno crescit prouentu. Propter quod mirari se scribit Plinius, tam rarum esse in Italiâ. Canus est aspectu, breuiterq;, si quis exprimere velit similitudinem, angustioris folij frutex.*

EN quò discordia ciues Perduxit miseros!] *In peruetusti exposito codice Vaticano, & in Lõgobardico,* Perduxit, *omnino legitur, vt vulgata habent exemplaria. Sed in Romano, in Mediceo, & quibusdam alijs,* Produxit, *habetur: id quod alij viderint.* EN quîs consueuimus agros!] *Veteres quidem plerique omnes codices ita habent, vt vulgò legitur: Romano excepto, in quo scriptum est;* His non consueuimus agris? Dumosa de rupe procul pendêre videbo. *Hic etiam numerus mutatus in codicibus aliquot manuscriptis, in quibus legitur:* Dumosâ pendêre procul de rupe videbo. *& ita legitur apud Arusianũ, in elocutionum libello. In Mediceo libro, vno mutato vocabulo,* Frõdosâ pendêre procul de rupe, *scriptum est.* Hic tamen hâc mecũ poteris requiescere noctẽ. *In Romano libro, & in Mediceo,* Poteras, *exactâ specie scriptũ est: quod valde placet. In Lõgobardico, in Mediceo, & plerisq; alijs,* Hac mecũ poteras requiescere nocte, *ablatiuo casu habetur: vt pleraq; etiam vulgata habent exemplaria. Sed,* Hanc noctem, *agnoscit Arusianus Messus.*

ALLEGORICA ECLOGAE PRIMAE interpretatio, per Ioan. Lud. Viuem.

Tityre, tu patulæ recubans. *Hac Eclogâ gratitudinem suam testatur Poëta, aduersùs Cæsarem Octauianum. Ac primò felicitatem commemorat. est enim genus gratitudinis, agnoscere, bene secum agi: hinc perfecta gratitudo, à quo. Sed vbi felicitatem tuam recordaris, breuis est illius gradus ad benefactorem. Eam uerò inducta narrat persona: in quo vitatur species iactantiæ. nam quod addit ipse deinceps, aliâ ex prouocatione facit: maleuoli & ingrati significationem præbiturus, si vel tacuisset omnino, vel leuiter esset assensus. Felicitas autem hæc est: quòd in omnium trepidatione, sit quietus ipse ac securus, in periculo tutus. quod recubandi verbum ostendit. Locus ipse, non solùm animi tranquillitatem notat; sed delectationem:* Sub tegmine, *sub vmbrâ patulæ ac latè diffusæ arboris; & quidem glandiferæ, vnde olim gentibus cibus. simul attingit rem gestam, de quâ in Mœri:*

Certè equidẽ audierã, quà se summittere colles
Incipiunt.

Oblectamenti signum est euidentissimum, cãtiones, non gemebundæ, aut querulæ; sed de suis amoribus: cum cæteri, velut relegati, aliam quærant patriam, naturali atq; antiquâ relictâ. Tityrus autem, in altissimo otio, requiescit sub vmbrâ. DVLCIA arua.] *Ad miserationẽ maiorem facit: vt illic;* Et moriens dulces reminiscitur agros. AMARYLLIDA.] *Hæc Roma est: vel Octauianus, quem ipse tenui auenâ canebat, hoc est, bucolico carmine.* O Melibœe, deus nobis, &c.] *Nondum quidem pro deo habebatur, colebaturq; Octauianus, cum hæc Vergilius caneret. propterea dicit,* Mihi. *nam si iam tum fuisset; superflueret pronomen illud emphaticon: quod pòsitum alioqui est magnâ de causâ. Deus est homo homini, à quo iuuatur; inquit Plinius. & antiquitas deos ex beneficijs finxit; etiam brutas animantes; vt Aegyptij feles, canes, boues, ibes. Græci verò, inuentores rerum vtilium; Mineruam oleæ, Bacchum vini, Aesculapium medicinæ.* DEVS nobis.] *Gratitudinem patefacit. simul inuidiam omnem submouet à felicitate, licèt propriâ. nam si Deus fecit; habenda illi gratia: non inuidendum Vergilio; sed gratulandum potiùs. Quis enim vel dei damnet iudicium, vel inuideat? aut oderit eos, quibus faueant dij?* SÆPE tener nostris.] *Non solùm animo & gratitudine, erit mihi Octauianus deus; sed cultu & ceremonijs. Gentilicia sunt hæc; nec Christianis imitanda. quod quidam nostræ professionis impiè faciunt: qui incommunicabilem Dei appellationem, ac penè cultum, miseris ac infirmissimis mortalibus communicant.* ILLE meas.] *Redit ad narrationem beneficiorum. quid ille non mihi reddidit, cui omnia erant belli turbine excussa? reddidit fortunas; nempe agros, & boues: tum libertatem; nam permisit boues errare, quò vellent: cultum animi; nempe Musas ipsas, vt cantem: non quæ ille præscribit, de ingentibus à se rebus gestis; sed pro arbitratu meo, carmen pastoricium, & agreste. tu hæc cernis omnia: nihil necesse habeo multis explicare.* B NON equidem inuideo.] *Suspicioni occurrit, ne inuidere videatur felicitati, in tantâ omnium miseriâ: sed mirari se testatur, quòd ille communẽ calamitatẽ potuerit effugere.* EN ipse capellas.] *Ego verò non solùm turbor; sed exturbor & expellor cũ tenui re ac familiâ. & ad miserationẽ maiorẽ, ostendit se abire, impeditum atq; onustum filiâ, & vxore recens enixâ geminos, spem propagandi generis. Nam si vsquam est quies necessaria; maximè est puerperis, & teneris infantibus. Ad affectum autem paternum facit; quòd pueri illi sint spes generis; quò grauiùs laturus sit iacturam eorum: ideoq; periculum transferendi & migrandi laboriosiùs sit, ac molestius. Hæc tanta amplificatio miseriæ, auget Vergilij felicitatem; ac proinde laudes Octauiani: vt se plurimum debere Augusto manifestiùs contestetur; & per hoc gratitudinem suam declaret: quò ille maximi fieri suum beneficium gaudeat, optimeq; censeat esse collocatum; alliciaturq;, ad benefaciẽdum homini tam grato. Ad dandum enim inuitat, qui se accepisse profitetur.* SÆPE malũ.] *Auertit inuidiam crudelitatis huius à Cæsare, in fata & deorum voluntatem: quam pronuntiatam sibi ait ostento; si animum voluisset aduertere.* SI mens non læuà fuisset.] C *Culpa mea est, qui potuissem parêre cœlestibus monitis: sed obsurdescebam ad manifestas deorum voces.* DE cœlo tactas.] *Effugere licuisset tantam calamitatem: si, cùm primùm viderunt fulgure ictas quercus, hoc est, Brutos, Cassium, & alios Cæsaris percussores, proscriptos victosq; (in quorum partibus Cremonenses erant) longiùs discessissent à contagio viciniæ, tanquam à pestilentiâ; aut victorem conciliassent sibi aliquâ ratione.* VRBEM, quam dicunt Romam.] *Responsio pastoralis. Rogatus de Cæsare, de Româ respondet, lõgis ambagibus; sed acutè tamen & callidè. magnitudinẽ enim Octauiani effert; describendâ Româ, quæ illius imperio regatur.* QVAM dicunt Romam.] *Et hoc rusticè: tanquam illis non admodum sit nota Roma; sed ex leui quadam auditione: vt agricolis omnibus, paululùm longinqua, quantùmuis ampla & illustria, ignota sunt. non enim curiosi sunt, nec auidi cognoscendi res exteras.* HVIC nostræ similem.] *Vt enim rudes sunt atque inexpertes, omnia metiuntur ex suis rebus.* QVO sæpe solemus.] *Vrbem plenam nobilitatis, ducum, heroum, sedem imperij, stultus existimabat similem pastoriciæ vrbis, & planè ouilis cuiusdam: vt ingenium, eloquentiam, humanitatem, educationem Romani populi, Mantuani arbitraretur esse similem.* ET quæ tanta fuit.] *Rustica locutio, & interrogatio congruens pastoriciæ admirationi. pastores enim & agricolæ facilè quiduis mirãtur: quia causas ignorant.* LIBERTAS.] *Speciosus titulus, & qui*

facilè

A *facilè vel in pastorum pectora penetret. nec magis poterat Octauiano blandiri, quàm quòd per eum fateatur se esse libertatem assecutum: qui suspectus esset, tanquam ademisset eam optimibus. Libertatem & opes auctas sibi declarat, Augusti beneficio: sed libertatem, vti par est, anteponit.* RESPEXIT inertem.] *Meritò inertem: nam libertatem, quam ipse per se nunquam esset cõsecutus, Augusti est nactus beneficio.* CANDIDIOR postquam.] *Bucolica scripsit Vergilius iuuenis, nempe ante annum trigesimum. Natus est enim, Pompeio & Crasso primùm Coss. à quo anno, vsque ad triumuiratum, sunt anni viginti tres. Porrò triumuiratus decem annos durauit. Itaque hyperbole est, ex affectu Vergilij: qui tamdiu sinè libertate & peculio vixisset, vt sibi in eà seruitute consenuisse videretur. Sed referri tamen* Candidior *potest ad libertatem, quasi pulchra, & speciosa, & benigna: quod quibusdam magis placet.* NAMQVE, fatebor enim.] *Mantuæ nec liber esse poteram, nec diues: quamuis non paucas ederem ingenij significationes, & eruditionis, haud vtique pauciores quàm Romæ. sed nullum erat precium virtuti & bonis artibus inter eos, qui illas, vt non intelligerent, ita nec curarent.* MIRABAR, quid mœsta deos.] *Sensus difficilis: sed peculiaris*
B *significatur Romanorum fauor erga Vergilium. Mirabar, quid causæ esset rei, cur Roma vniuersa pro te deos inuocaret, vt essent tibi propitij, Augustum scilicet & proceres: & cui iuberet salua esse sua poma in arbore, ne quis quid de bonis Vergilij raperet.* TITYRVS hinc aberat.] *Atqui, cùm hinc es profectus Romam, magnum tui desiderium omnibus reliquisti, summis, infimis, mediocribus: vt causa non fuerit, cur hinc discederes. Vel,* Hinc, *id est, Romã: vt non referatur ad locum, in quo sunt, sed de quo loquuntur.* QVID facerem?] *Hoc ad illud videtur pertinere, quòd Vergilius Mantuæ esset omnibus charissimus, nec opus illi fuisset Romam proficisci. Ideo respõdet: Quid facerem, quò minùs irem Romam? quid agerem potiùs, aut commodiùs? neque enim libertatem essem vnquam nactus, nec deos nouissem, hoc est, Romanos proceres, adeò propitios & fauentes ingenijs.* HIC illum vidi.] *Tanti profectò fuit, Romam adisse. nam illum vidi magnum iuuenem, Octauianum: pro cuius salute, duodenos dies annis singulis vota suscipio. Iuuenis erat tùm Cæsar Octauianus, nempe quinque & viginti annorum plus minus: adolescentes etiámnum, qui eius essent ætatis, nominabantur.* HIC mihi responsum primus.] *Ipse vltrò & primus, non rogatus ab*
C *vllo ex Rom. magnatibus.* PASCITE, vt antè.] *Pergite in studijs cœptis, & augete illa, me auctore.* FORTVNATE senex.] *Tali auctore & tutore, ingenij tui monimenta semper manebunt. Vel simpliciter de agris intelligendum, in laudem Cæsaris. Senex dicitur, ad decorum personæ. nam inducuntur senes pastores. quò pertinere & illud potest:*

Candidior postquam tondenti barba cadebat,

Vel, senex, nomen est dignitatis pastoralis, sicut præcipuus, vel maximus, vel dominus, vel pater. QVAMVIS lapis.] *Simpliciter & sinè figurâ intelligendum: agros quidem Vergilij esse septos vndique, hinc monte, illinc palude; sed suffecturos ipsi, & gregi eius: nec futurum opus, vt aliud foris quærat, ad se & pecus suum alendum. Tum addit ex eâ munitione ingentem commoditatem: quòd damna viciniæ non peruenient ad te animalia, quæ solẽt errare; cuiusmodi sunt pecudes, & apes.*

NON insueta graues.] *Vallatus his patronis, quantùmlibet agri alijs tuis vicinis adimantur, eris ipse incolumis: nec existimationi ingenij erit quod timeat, fauentibus tibi columinibus totius eruditionis.* FORTVNATE senex.] *descriptio est rusticarum voluptatum: quæ oculis, auribus, somno, & refrigeratione capiuntur, tum fructu pastionum.* HIC inter flumina nota.] *Facit hoc ad felicitatem, consenescere in patriâ, vel vbi diu assueueris: vt est apud Claudianum:*

Felix, qui patrijs æuum transegit in aruis.

ANTE leues ergo.] *Huc pertinent superiora, ad testificationem gratitudinis erga Octauianum.* QVAM nostro illius labatur pectore vultus.] *Ille vultus, quo mihi & fortunas restituit, & libertatem dedit, & animum auxit.* AT nos hinc alij.] *Post gratitudinem, sequitur affectus commiserationis, de alijs: si quo modo possit animum Cæsaris flectere, & alijs suis municipibus propitiorem reddere.* DIVISOS orbe Britannos.] *Orbem vocabant olim, terram continentem, quæ Oceano alluitur. Insulæ Oceani, extra orbem dicuntur esse: non item insulæ maris Mediterranei, vt Sicilia, & Sardinia, & Cyclades, & eiusmodi. Magna calamitas, quæ propinquâ migratione reparari non quibat. quærendæ erant Romanis ciuibus sedes, extra orbem Romanum.* EN nunquam patrios.] *Affectus naturalis exulum & profugorum, vt spem quandam vsurpent reuisendi aliquando, quæ relinquunt: &, cùm reuisunt, admirantur, atque exhilarescunt. Idem contingit post longas peregrinationes.* POST aliquot, mea regna, &c.] *Rustica annorum notatio: nõ ex Olympiadibus, vt apud Græcos; neq; ex Consulibus, vt apud Romanos: sed ex temporum annuis qualitatibus. sicuti Claudianus inquit:*

Frugibus alternis, non Consule, computat annũ.

IMPIVS has segetes.] *Magnæ indignationis est, quæ ciuis elaborauit, ea possidere barbarum, & quidem impium.* EN quò discordia ciues.] *Bella ciuilia non solùm Romæ publica, & in summâ imperij, sed etiam intestina, in singulis municipijs. Et est sententia indignationi conueniens.* EN quis consueuimus agros.] *Ita euenit in plerisq; humanis rebus: vt ij fruantur nostris laboribus, qui sunt indignissimi, aut quos minimè omnium vellemus. de quo Solomon conqueritur, in Concionatore. Hoc cùm cõmune sit omnibus, vnicuiq; pro statu & conditione sua, maximè misericordiã elicit. facilè enim mouemur in malis, quæ ad nos peruenire posse existimamus.* INSERE nunc.] *Omnia hæc sunt pathetica, plena commiserationis. mouent enim misericordiam, mala, quæ nos vrgent, & bona, quæ amittimus. Ostendit vices rerum humanarum, & ignorantiam futuri.* ITE meæ quondam.] *Discessus à rebus charis, etiam audientibus vel spectantibus miserabilis est.* NON ego vos posthac.] *Tam erat graue pastori illi, consueta oblectamenta, & vitam, cui à puero assueuerat, relinquere; quàm Cæsari, suum imperium. Hæc omnia ita canit Vergilius, propter eam causam, quã modò attigimus: vt Augustum ad misericordiam, erga municipes suos Mantuanos, adduceret.* HIC tamen hac mecum.] *Benignitas, & hospitalitas rusticæ; & inuitatio ad opes, quas suppeditaturus sit ipsi. Probitatem suam ostendit erga miserum: Octauianum allicit ad miserandum, exemplo suo. Noctem dicit impendere: ideo quiescendum. per quod innuit, non procul abesse finem turbationis illius, & malorum.*

ECLOGA SECVNDA:
ALEXIS.
POETA.

FORMOSVM pastor Corydon ardebat Alexin,
Delicias domini: nec, quid speraret, habebat.
Tantùm inter densas, vmbrosa cacumina, fagos

833. FORMOSVM pastor Corydon.] *Corydonis in personâ, Vergilius intelligitur: Cæsar, Alexis in personâ inducitur.* ARDEBAT.] *impatienter diligebat.* ALEXIN.] *quem dicunt Alexandrum. Fuit seruus Asinij Pollionis: quem Vergilius, rogatus ad prandium, cùm vidisset in ministerio omnium pulcherrimum, dilexit, eumq; dono accepit. Cæsarem quidam acceperunt, formosum in operibus & gloriâ. Alij, puerum Cæsaris: quẽ si quis laudâsset, gratam rem Cæsari fecisset. Nam*

A *ab altero mutari videtur: cum subcœnare, merendareq́, vel prandere, messores alliā serpyllumq́ soleant. De allio quoq; sic idem Macer sentit:*

In quarto posuêre gradu: mansum, vel inunctũ,
Curat, quos serpens, vel scorpius intulit ictus:
Et nocui vermes triti pelluntur odore.
Sanat & appositum morsus cũ melle caninos.
Et bibitum vermes ventris, tineasq; repellit.

Ex oleo, cum teste suâ si dec[illegible]uis illud,
Morsus pestiferos reddes cum vnguine sanos.

Possem, quod Serapio de Simplicibus, cap. 299. & Plinius 21. & quod alij de Serpyllo cõscripserint, hîc cõtexere: sed silentio, cùm nihil ad Maronis carmen pertineat, transibo. Hoc tamẽ de allio nõ supprimam: quòd Auicenna cũ vino dandum præcipit, aduersùs serpentum morsus: &, vt Galenus ait, Allium est theriaca rusticorum. quod Horatius exsecratur in Epodo.

Alba ligustra cadunt; vaccinia nigra leguntur.
Despectus tibi sum; nec, qui sim, quæris Alexi:
Quàm diues pecoris niuei, quàm lactis abundans.
Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ:
Lac mihi non æstate nouum, non frigore defit.
Canto, quæ solitus, si quando armenta vocabat,
Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.
Nec sum adeò informis: nuper me in littore vidi,
Cùm placidum ventis staret mare. non ego Daphnim,
Iudice te, metuam; si nunquam fallit imago.
O' tantùm libeat mecum tibi sordida rura,
Atq; humileis habitare casas, & figere ceruos,
Hœdorumq; gregem viridi compellere hibisco.
Mecum vnà in syluis imitabere Pana canendo.

SER. ALBA ligustra cadunt.] *Et rusticè, & amatoriè, ex floribus facit cõparationẽ. Ligustrum aũt, flos est candidissimus; sed vilissimus. Vel, Ligustra flores papauerum sunt, vel arborum. Vaccinia verò, sunt violæ, quas purpurei coloris esse manifestũ est.* QVA'M diues pecoris niuei.] *Tria sunt,* B *quibus amatores possunt placere; diuitijs, pulchritudine, cantilenâ: quib. omnibus se valere cõmemorat. Et multi (secundùm Homerum, qui ait, καὶ γάλα λευκὸν) legunt,* Niuei quàm lactis: *sed melius est,* Quàm diues pecoris niuei. *Nam cãdidæ oues, in ingẽti sunt precio. Vnde in Georgicis legimus:* Cõtinuoq; greges villis lege mollib⁹ albos. *Iti alibi:* Munere sic niueo lanæ, si credere dignum est. MILLE meæ Siculis errant in montibus agnæ.] *Theocr. ἀλλ' οὗτος τοιοῦτος ἐὼν βοτὰ χίλια βόσκω. Errant autem, cùm securitate pascuntur. Et quòd ait, Agnæ, & à sexu, & ab ætate laudauit. nam ex fœmineo sexu in pecoribus copiosior possessio prouenit.* LAC mihi non æstate nouum, non frigore defit.] *Multò melius, quàm Theocr. qui non lac, sed caseum dixit: τυρὸς δ' οὐ λείπει μ', οὔτ' ἐν θέρει, οὔτ' ἐν ὀπώρᾳ, οὐ χειμῶνος ἄκρῳ. Sed caseus, quia seruari potest, non mirum est, si quouis tempore habeatur. Hoc verò laudabile est, si quis habeat lac nouum, id est, colostrum: quod neutri generis est: nam fœminini esse penitùs nõ potest. Sanè, hunc versum, malè distinguens Vergiliomastix, vituperat.* Lac mihi non æstate nouum, non frigore: de-
C fit. *id est, semper mihi deest.* AMPHION Dircæus in Actæo Aracyntho.] *Amphion & Zetus fratres fuerunt, ex Ioue & Antiopâ. sed Zetus, rusticus fuit: Amphion verò, musicæ artis peritus. Sanè Aracynthus, mons est Thebanus: vnde actæo, pro littorali, debemus accipere; (vt,* At procul in solâ secretæ Troades actâ) *non Atheniensi: licèt Athenæ ἀκτὴ primò dictæ sint. quanquam plerîq;, Actæo Aracyntho, Atheniensi accipiant: non quòd Aracynthus apud Athenas est, sed vt ostendatur rustici imperitia. Nam Theocritus ad exprimendam rusticam simplicitatẽ, multa aliter, quàm res habeat, dicit. Hac ratione potest &* Oaxis, *Cretæ fluuius accipi: cùm sit, vt diximus, Mesopotamiæ, vel Scythiæ.* NEC sum adeò informis.] *Verecundè suam commemorat pulchritudinem. Sic Cic. in Cœlianâ:* Vt eum pœniteat, non deformem esse natum. *nam pulcherrimum voluit dicere.* IN littore vidi, Cùm placidum ventis staret mare.] *Negatur hoc per rerum naturam fieri posse. sed Theocritum secutus est, qui hoc dicit de Cyclope: καὶ γὰρ θην οὐδ' εἶδος ἔχω κακόν, ὥς με λέγοντι· ἦ γὰρ πρᾶν ἐς πόντον ἐσέβλεπον, ἦς δὲ γαλάνα. Sed illi est excusatio: vel quia ingentem habet oculum Cyclops: vel quia filius Neptuni est. vnde, quia ait, In littore; volunt quidam, in aquâ à fluctibus derelictâ, id est, in lacunâ littoris, eum se videre potuisse. quam rem illud excludit:* Cùm placidum ventis staret mare. *Sed ideo in mari imago non cernitur, quia non stat. quòd si stet; non potest etiam nobis imaginem reddere.* NON ego Daphnim.] *Daphnis filius fuit Mercurij, formosissimus puer: qui primus dicitur pastor fuisse.*

IVDICE te.] *ac si diceret, qui meam despicit pulchritudinem.* SI nunquam fallit imago.] *Nulla enim res ita decipit, quemadmodum imago. nam & in speculo, contraria ostendit vniuersa; & in aquâ, remum integrum quasi fractum videmus. quod etiam Cicer. in Tusculan. pleniùs docet.* O' tantùm libeat.] *Vtinam libeat tibi mecum habitare.* TIBI sordida rura.] *id est, quæ tu putas sordida. nam, Tibi, bis accipimus.* ATQVE humileis habitare casas.] *Sanè meliùs Habito illam rem; quàm, Habito in illâ re, dicimus. Nam etiam principalitas huius verbi frequentatiui, accusatiuum regit: vt, Habeo illam rem. Indè fit, Habito illam rem; non, in illâ re: vt, Habitare casas.* CASAS.] *quæ mapalia dicuntur.* FIGERE ceruos] *Aut furcas, quæ figuntur ad casæ sustentationem: quæ dictæ ceruí, ad similitudinem cornuum ceruinorum. aut, quod melius est, Figere ceruos, id est, venari & iaculari, intelligamus: vt magis ad voluptatem eum, quàm ad laborem, inuitare videatur.* VIRIDI hibisco.] *Ad hibiscum compellere, scilicet à lacte depulsos. Hibiscus autem, genus est herbæ: & sic dixit, Compellere hibisco; i. ad hibiscum;* It clamor cœlo, *id est, ad cœlum.* IMITABERE Pana canendo.] *Exemplo numinis, in agris mecum poteris canere. Nam Pan, deus est rusticus, in naturæ similitudinem formatus. vnde & πᾶν dictus est, id est, omne. Habet enim cornua, in radiorum Solis & cornuum Lunæ similitudinem: rubet eius facies, ad ætheris imitationem: in pectore nebridem habet stellatam, ad stellarum imaginem: pars eius inferior hispida est, propter arbores, virgulta, feras: caprinos pedes habet, vt ostendat terræ soliditatem: fistulam septem calamorum habet, propter harmoniam cœli, in quâ septem soni sunt, vt diximus in Aeneide;* Septem discrimina vocum: *καλαύροπα habet, id est, pedum, hoc est, baculum recuruum, propter annum, qui in se recurrit. quia hic totius naturæ deus est. A' poëtis fingitur cum Amore deo luctatus, & ab eo victus: quia, vt legimus,* Omnia vincit amor. *Ergo Pan, secundùm fabulas, amâsse Syringam nympham dicitur: quam cùm sequeretur, illa, implorato terræ auxilio, in calamum conuersa est: quem Pan, ad solatium amoris, incîdit, & sibi fistulam fecit. Sanè sciendum, Pâna, pa habere accentum. Græca enim monosyllaba, quæ ad nos transeunt, crescunt in obliquis casibus, & in genitiuo & datiuo tantùm singularibus vltimæ syllabæ accentum dant: vt Pânos, pâni; Lyncos, lynci. Plurales etiam isti duo habent accentum; licèt ad nos transire non possint.*

ALBA ligustra] *Seruius in Ligustri ac Vicinij expositione, vt in plerisque alijs, errat. Scribit enim, Ligustrum, lilium esse album; Vaccinium verò, florem nigri coloris, qui Græcè hyacinthus dicitur. Atqui Ligustrum (vt Dioscorides, Theophrastus & Plinius referunt) arbor est, quam Græci Cyprum vocant, oliuæ folijs, sed viridioribus & crassioribus, vt sunt folia ziziphi, flore candido odorato. In Italiâ hanc arborem* Ligustrum *vocant: vtunturq; floribus eius mulie-* POM. Sabi.

Dixit Damœtas; inuidit stultus Amyntas.
Præterea duo nec tutâ mihi valle reperti
Capreoli, sparsis etiam nunc pellibus albo,
Bina die siccant ouis vbera: quos tibi seruo.
Iampridem à me illos abducere Thestylis orat:
Et faciet. quoniam sordent tibi munera nostra.
Huc ades, ô formose puer: tibi lilia plenis
Ecce ferunt nymphæ calathis: tibi candida Nais,
Pallentes violas & summa papauera carpens,
Narcissum & florem iungit bene olentis anethi:
Tum casiâ, atq; alijs intexens suauibus herbis,
Mollia luteolâ pingit vaccinia calthâ.

A tionem: vt virorum labra; mulierum labia dicantur. QVID non faciebat Amyntas?] Quemadmodum mihi per omnia obsequebatur? & ex affectu alterius hûc tentat cogere. DISPARIBVS septé cōpacta cicutis.] inæqualibus cannis. nam & harmonia, inæqualis est. Cicuta autem, est spatium, quod est inter cannarum nodos. COMPACTA,] coniuncta: vt, Turrim compactis trabibus, quam eduxerat ipse. ET dixit moriens: Te nunc habet ista secundum.] Commendat munus, & ex eo, quòd ei hæreditarium datum est; & ex eo, quòd inuidiam meruit. Nam res optimæ, & difficilè donantur à viuis, & acceptæ facilè merentur inuidiam. PRÆTEREA duo nec tutâ mihi valle reperti.] Commendat à difficultate. sic in primo: Relliquias Troiâ ex ardente re-
B ceptas. SPARSIS etiã nunc pellibus albo.] qui habent adhuc maculas, à primâ ætate venientes. Accessu enim temporis, mutant colorem: & eorum maculæ, esse gratiæ minoris incipiunt. Ergo hoc dicit: Seruo tibi capreolos, qui adhuc sunt pellibus albo sparsis. QVOS etiam nunc tibi seruo.] id est, quos adhuc tibi seruo: licèt roger à Thestyli amicâ, quæ hos à me cupit abducere. SICCANT.] sugunt. ORAT abducere.] orat vt abducat. Figuratum est: vt, Donat habere, id est, donat vt habeat. ET faciet.] Noluit dicere, Et faciam: ne, quem amabat, offenderet, si se velle dare alteri munus diceret, quod ei parauerat. HVC ades ô formose puer.] Tantum honoris habet puero; vt ei dicat etiam numina obsecutura. PLENIS ecce ferunt Nymphæ calathis.] κάλαθος, græcum est: nam latinè quasillus dicitur. Cicero in Philipp. 3. At verò huius domi inter quasilla appendebatur aurum. CANDIDA Nais.] vel pulchra, vel dea. Nam dij vmbris contrarij sunt; quas nigras esse constat. hinc est: Candidus insuetum miratur limen olympi. PALLENTES violas.] amantium tinctat colore. Horatius: Et tinctus violâ pallor amantium. Vnde nō præter affectionem amantis, eos flores Nymphas dicit offerre, qui sunt aman-
C tibus similes. PAPAVERA carpens, Narcissum, & florem.] Papauer, Narcissus, Anethus, pulcherrimi pueri fuerunt; qui in flores suorum nominum versi sunt: quos ei offerendo, quasi admonet, ne ipse etiam tale aliquid vnquam ex amore patiatur. TVM casiâ.] herba suauissimi odoris, vt sequentia indicant; quam Græci κασίαν dicunt. Et sic dictum
POM. Sabi. est; Tum casiâ atque alijs intexens suauibus herbis: vt in Sallust. Leonem atque alias feras. MOLLIA luteolâ pingit vaccinia calthâ.] mollia vaccinia pingit, id est, componit, de calthâ luteolâ. Nam nisi Luteolâ septimus sit casus, non stat versus. Mollia autem, tactus plumei scilicet. & hoc dicens, ex colorum diuersitate quærit ornatum.

PAN primus.] Pan, Mercurij filius, fertur amâsse puellam Syringam; quæ fugiendo, vt seruaret castitatem, demutata fuit in herbam. Pan eam obseruauit, cùm hæc sit in stipulâ: stipulâ legit, & ad memoriã pristini amoris fecit fistulam. Fistula, antiquo tempore, fuit septem ordinibus calamorum cōpacta; vt est in marmoreis scyphis Romæ. septé fuére, propter inæqualitaté, varietatéq; vocũ. Alexander, qui Vergilium exponit, ait, ab hac similitudine Apollinem fecisse citharã septem chordas. POENITEAT.] pro, pœnitebit. TRIVISSE.] pro Contriuisse. nam labra Alexandri tenella erant. DAMOETAS.] fuit discipulus Mercurij. PALLENTES violas.] Violarum genera tria sunt. Est viola purpurea; quæ nomen græcum tenet, & appellatur ἰάνθις. vnde & vestis hyanthina. Hoc apud Plinium corruptè legitur: vbi debet esse hyantyna, cùm loquitur de violis, est hyacinthina. Hanc eandem violam dixêre aliqui, à colore vaccæ, vaccinium; vt scribit Apuleius. Secunda est lactea; quæ meliùs in hortis prouenit. Tertia est coloris palliduli; & hæc prima omnium florum ver nuntiat. Pallentes ergo violas: loquitur de tertio genere violarum. NARCISSVM.] Narcissum, Amaranthi filium, de genere Erichthei, ex insulâ Eubœâ, interfectum scribunt ab Eupo, eius amatore: ex cuius sanguine nata fuit herba, quæ flores gignit eiusdem nominis. Floribus narcissi ferunt primùm coronatas erinnyas, id est, furias. quare Poëtæ consuêuere tale diadema fanaticis tribuere. Narcissus duplex est flos; & purpureus, & albus. BENE olentis anethi.] Quia anethum habet acutissimum odorem. TVM casiâ.] Casia herba est. lege Theophrastum. CALTHA] Est proxima violæ, & ab eâ parum differt: vincit tamen numero foliorum.

PAN primus calamos cerâ coniungere plures Instituit: Pan curat oues.] in Rom. cod. Primùm legitur, aduerbialiter. sed Primus, omnino meliùs; vt in alijs habetur. SPARSIS etiam nunc pellibus albo.] Antiquissimus ille codex maioris notæ, membrum vnum ita distinguit: Sparsis etiam nunc pellibus. Inde vltimam ex versu dictionem cum subsequenti iungit, hoc pacto: Ambo Bina die siccant ouis vbera. QVOS tibi seruo.] in Romano codice, Quod, habetur. VAR. Lect.

Narcissus flos, vt Achusilaus refert, à Narcisso Amaranthi. qui fuit Erechtheis, ex insulâ Eubœâ, interemptus ab Epope. Ex cruore eius flores, qui nomen eius acceperunt, procreati. A pictore Narcissi floribus Erinnyas, id est, furias, primas esse coronatas, aiunt. PROB.

NEC te pœniteat.] Si quem pœnitebit laboris in studijs exhausti, is hoc carmine monebitur: ADR. Bar.

Nec te pœniteat, calamo triuisse labellum.
Hæc eadẽ vt sciret, quid nō faciebat Amyntas?

SORDENT tibi munera nostra.] In eum, qui nostra videbitur aspernari.

Ipse ego cana legam tenerâ lanugine mala,
Castaneasq; nuces, mea quas Amaryllis amabat.
Addam cerea pruna, & honos erit huic quoq; pomo!
Et vos ô lauri carpam, & te proxima myrte.
Sic positæ quoniam suaueis miscetis odores.
Rusticus es Corydon; nec munera curat Alexis:
Nec, si muneribus certes, concedat Iolas.
Eheu, quid volui misero mihi? floribus Austrum
Perditus, & liquidis immisi fontibus apros.
Quem fugis, ah demens? habitarunt dij quoq; syluas;

SER. CANA legam tenerâ lanugine mala.] Mala dicit cydonia: quæ lanuginis plena sunt; sed non præter obliquitatem. nam, vt in Aeneide diximus, apud Cretenses infamiæ genus inuentibus fuerat, non amatos fuisse. Et verecundè rem inhonestam supprimit; quam Theocritus apertè commemorat. CASTANEASQVE nuces.] Bene speciem addidit. nam Nuces generaliter dicuntur, omnia tecta corio duriore: vt auellanæ, amygdalæ, iuglandes, castaneæ. sicut contrà di-

b 2 tuntur

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Dardaniusq; Paris. Pallas quas condidit arces,
Ipsa colat: nobis placeant ante omnia syluæ.
Torua leæna lupum sequitur; lupus ipse capellam;
Florentem cythisum sequitur lasciua capella,
Te Corydon ô Alexi. Trahit sua quemq; voluptas.
Aspice, aratra iugo referunt suspensa iuuenci,
Et sol crescenteis decedens duplicat vmbras.
Me tamen vrit amor. Quis enim modus adsit amori?

cuntur poma, omnia molliora. MEA quas Amaryllis amabat.] *Ne eas viles existimes, quas Amaryllis est amare dignata: nam apud illam in ingenti fuerunt honore.* CEREA pruna.] *aut cerei coloris; aut mollia. Horat.* Cerea Telephi Laudat brachia. HONOS erit huic quoque pomo.] *si à te dilectum fuerit: sicut castaneæ in honore fuerunt amatæ Amaryllidi.* O' lauri.] *Licèt Horatius dixerit; Sub lauru meâ: melius tamen est, iuxta secundam formam inflectere. nam meliùs sonat.* PROXIMA myrte.] *vel vicina lauro; vel ad odorem proxima. potest enim vtrumque intelligi.* SIC positæ quoniam suaueis miscetis odores.] *quoniam permixtione vestrâ suauem odorem creatis.* RVSTICVS es Corydon.] *Arguit se stultitiæ, quòd cum se sperat placare muneribus, qui potest habere meliora. nam suprà ait,* Delicias domini. IOLAS.] *vel ditior amator; vel eius dominus.* EHEV, quid volui misero mihi?] *Quomodo eum discedere dicit, quem suprà cum eo diximus non fuisse: nam ait,* solus Montibus & syluis. *sed ratione non caret. Epicurei enim dicunt (quod etiam Cicero tractat) geminam esse voluptatem: vnam, quæ percipitur; & alteram imaginariam, scilicet eam quæ nascitur ex cogitatione. Vnde ita debemus accipere, hunc vsum per cogitationem illâ imaginatiâ voluptate; quâ & cernere, & alloqui videbatur absentem. sed postquam obiurgatione suâ in naturalem prudentiam est reuersus, caruit vtique illâ imaginariâ voluptate; vbi nunc sibi se obfuisse dicit, per hanc ratiocinationem:* Rusticus es Corydon; nec munera curat Alexis: Nec, si muneribus certes, concedat Iolas. FLORIBVS Austrum.] *quo faciliùs arescunt.* FONTIBVS apros.] *qui puros fontes cœnosos efficiunt.* QVEM fugis, ah demens?] *Iterum per phantasiam, quasi ad præsentem, loquitur: &, quasi ille dixisset, syluas; hic infert:* Habitarunt dij quoque syluas. DARDANIVSQVE Paris.] *Et Paris habitauit syluas; qui de dearum pulchritudine iudicauit.* PALLAS, quas condidit arces, Ipsa colat.] *Ideo dea artium Minerua dicitur: quia de capite Iouis nata est. sed quia dea est artium, & ingenij; ideo ista finguntur. Nihil enim est excellentius ingenio: quippe quo regimur vniuersa.* TORVA leæana lupum.] *Theocriti sunt isti versus.* ἁ αἲξ τὸν κύτισον, ὁ λύκος τὰν αἶγα διώκει, ἁ γέρανος τ' ἄροτρον, ἐγὼ δ' ἐπὶ τὶν μεμάνημαι. *Et bene se reuocat ad rusticas comparationes: penè enim fuerat lapsus, dicendo;* PALLAS quas condidit arces. *Leæna autem dictum est, sicut dracæna. Et quod ait,* Torua leæna lupum sequitur; *verum est. nam necesse est, vt, veniente lupo, aduentus agnoscatur leonis.* LASCIVA.] *voluptuosa, & desidiosa.* TE Corydon, ô Alexi.] *don ô A, Antibacchius est. sed ô breuis fit: quia vocalis sequitur. sic Homerus:* πλάγχθη ἐπεὶ Τροίης ἱερόν. TRAHIT sua quemque voluptas.] *Notabatur à Criticis, quòd hanc sententiam dederit rustico, supra bucolici carminis legem, aut possibilitatem.* ARATRA iugo referunt suspensa iuuenci.] *Horat.* Vidère fessos vomerem versum boues Collo trahentes languido. *Et hoc vult dicere: Omnia, excepto amore, finiuntur.* SOL crescentes decedens duplicat vmbras.] *Variauit: nam ait suprà;* Maioresque cadunt altis de montibus vmbræ. *Duplicat autem, id est, auget. Sallust.* Et Marius victus duplicauerat bellum. ME tamen vrit amor.] *cùm iam calor sit Solis exhaustus.*

POM. Sabi. TENERA lanugine.] *Mala omnia in primis diebus habent lanuginem. de cydoneis non intelligo.* ET vos, ô lauri.] *dabo tibi poma mixta lauro & myrto, quæ augebunt illis odorem.* IOLAS.] *Per blanditias intelligitur Asinius Pollio.* AVSTRVM.] *Quia flores cadunt flante vento; & potissimùm Austro.* APROS.] *id est, fues.* PALLAS quas condidit arces, &c.] *Pallas appellatur, ab hastæ quassatione, id est, vibratione; quòd sit bellicosa.* πάλλειν *enim, quatere est. Hæc primùm ædificiorum vsum inuenisse dicitur; vt scribit Probus.* TORVA leæna.] *Nam in omni genere ferarum, ferociores fœminæ. Et non solùm lupum sequitur leæna; sed omnes alios catulos.* LASCIVA capella.] *improbula: quia semper per præcipitium quærit pabula.* TRAHIT.] *appetit.* A

VAR. Lect. RVSTICVS es Corydon; nec munera curat Alexis.] *Es quidem, secundâ personâ passim legitur; præterquam in Romano codice: vbi Est habetur, personâ tertiâ.* NEC, si muneribus certes, concedat Iolas.] *in Romano codice,* Certet *legitur: quod non placet.* EHEV, quid volui.] *In singulis penè codicibus, variè scriptam inuenias interiectionem hanc Eheu. Hîc mihi non displicet, quòd in Romano codice integra interiectio duplicata est,* Heu heu. PERDITVS, & liquidis.] *In Romano codice,* Perditos, *per os, scriptum habetur.* PALLAS quas condidit arces, Ipsa colat.] *In Romano codice,* quæ condidit, *legitur.* B

PRN. PALLAS.] *Ab hastæ quassatione dicta, id est, vibratione; quòd sit bellicosa.* πάλλειν *enim, quatere vocant Græci. Hæc primùm ædificationis vsum inuenisse dicitur.*

AND. Bar. PALLAS quas condidit arces.] *Si quis dicet, libenter se vrbis delicias alijs relinquere; sibi verò ruris amœnitatem magis placere: Aut etiam significabit, rem quampiã sibi displicere: accommodabit illud;*

—Pallas quas condidit arces,
Ipsa colat: nobis placeant ante omnia syluæ.

TRAHIT sua quemque voluptas.] *Quum innuemus, non vno omnes studio duci; sed alijs alia placere, atque (vt Terentius ait) quot homines, tot esse sententias: quadrabit illud;*

Trahit sua quemque voluptas. C

Huc allusisse videtur Aulus Gellius, in primo noctium Atticarum, cùm dicit: Alius ait, hoc me primùm doce. Item alius, hoc volo (inquit) discere; illud nolo. Hic à symposio Platonis incipere gestit, propter Alcibiadæ comessationem: ille à Phædro, propter Lysiæ orationem. Est etiam (inquit) proh Iupiter, qui Platonem legere postulet, non vitæ ornandæ; sed linguæ orationisque comendæ gratiâ: nec vt modestior fiat; sed lepidior. *Hactenus Gellius. Cuius verba adscripsimus, non doctioribus istis, & libros domi habentibus, vnde discant: sed pueris potissimùm hæc elucubramus. atque vtinam sic propediem omnes in literis proficiant, vt ijs meis non sit opus. Sed nescio quo pacto sunt plerique omnes ad Latinas literas perdiscendas cunctatiores: & quasuis nugas, atque syllogismorum captionumq; dialecticarum laqueos, citiùs amplectuntur; quàm id, sine quo nulla disciplinarum satis feliciter discitur.* SOL crescentes discedēs duplicat vmbras.] *Hoc versu vtemur in congressibus apud amicos: quum indicabimus, ob Solis occasum, finem colloquio, aut deambulationi faciendum.* QVIS enim modus adsit amori?] *Quum significabimus, in omni re penè facilius, quàm in amore, seruari modestiam, applicabimus illud:*

Quis enim modus adsit amori?

Id enim habet amor, vt suos sacrificulos exerceat.

QVA

Ah Corydon Corydon, quæ te dementia cepit?
Semiputata tibi frondosa vitis vitis in vlmo est.
Quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget vsus,
Viminibus, molliq; paras detexere iunco?
Inuenies alium, si te hic fastidit Alexis.

A SER. QVÆ te dementia cepit?] i. cur amoribus vacas, cùm multa sint, quæ debes in agro perficere? SEMIPVTATA tibi frondosa vitis in vlmo est.] Plus est, quàm si imputata diceret. Tolerabilius est enim, nõ incipere aliquid; quàm incepta deserere. Hinc est illud in primo: Méne incepto desistere victam? Itẽ in Georg. Atq; opere in medio defixa reliquit aratra. Sanè geminã arguit negligẽtiam & quòd semiputata vitis sit; & quòd frondosa vlmus. nam vtrunq; obest. vnde est in Georgicis: Bis vitibus ingruit vmbra. Et aut simpliciter intelligimus hunc locum; vt suam arguat negligentiam: aut certè illud est; Non mirum, me esse dementem, qui habeo vites semiputatas. Nam in sacris dicitur; quòd corripiatur furore, qui sacrificauerit de vino, quod est vitibus imputatis. QVIN tu.] quinimò, hortantis est. QVORVM indiget vsus.] id est, quæ vsus rusticus requirit. Sanè &, Eget illâ re, dicimus; vt, Eget ille senatu: &, Eget illius rei. Indè est, Indiget: nam & hoc vtrique iungitur casui. DETEXERE.] multũ texere, finire, perficere. nam De, modò non minuentis est, sed augentis.
B INVENIES alium, si te hic fastidit Alexis.] alium Alexim, alium puerum formosissimum, qui te minimè spernat. Et volunt quidam, hoc loco esse allegoriam antiquã in Augustum: vt intelligamus, Inuenies alium imperatorem, si te Augustus contemnit pro agris rogantem, sed meliùs simpliciter accipimus hunc locum: nam nihil habet, quod possit ad Cæsarem trahi. Illud verò paulò pòst, penè apertè dicetur in Augustum Cæsarem: Quoniam sors omnia versat.

ALLEGORICA INTERPRETAtio Eclogæ Secundæ, per Ioan. Lud. Viuem.

Cornelius Gallus, poëta fuit illâ ætate insignis, quem Augustus Cæs. administrationi reip. & bellis gerendis admouit. Huius familiaritatem ambibat Vergilius, vt qui maximè, de quo est illud:

Gallo, cuius amor tantùm mihi crescit in horas;
Quantùm vere nouo viridis se subijcit alnus.

Sed impediebatur negotijs ab Augusto iniunctis, & familiaritate ipsius Principis, qui illum secum, quocunque proficisceretur, abducebat: tum aliqua fortasse contemptu Galli de Vergilio;
C quem poëta locis quibusdam significat: vt erat Gallus prouincijs atque exercitibus præfectus; Vergilius autem rusticus, & poëta. quæ ars apud maiores nullo in precio fuerat: temporibus Augusti honorem cœperat nancisci; quòd eâ delectaretur Princeps. vt in Hispaniâ carmen vernaculum, sub Ioanne secundo, rege Castellæ. De his amoribus ac desiderijs, quibus frui non potest, composuit hanc Eclogam queribundam. Initium hoc est amicitiarum, & inuitatio. nam etsi Gallus Cornelius amicissimus aliquando fuerit Vergilij: à primo tamen, nondum tanto ingenio percognito, credibile est, principi viro, & eruditissimo, sorduisse rusticum municipalem, leui tantum poëtæ titulo commendatũ. FORMOSVM.] Quid formosius, quàm animi lineamenta, vt dicunt Stoici, & amico suus amictus? & doctus docto, candido vtique? Aliter enim inuideret figulus figulo, iuxta vetus Hesiodi dictum. DELICIAS domini.] Dominus apud pastores est is, cuius est pecus: sicut in conuiuio, qui præbet illud. Itaque pastoricio more, Principem Octauianum, dominum appellauit: non quidem ex eius voluntate, qui vetuit se, & ioco, & serio, dominum nuncupari; sed ex rusticâ consuetudine. Charus admodum fuit Gallus Cornelius Augusto: sed postea reiectus est ab amicitiâ; vt Eclogâ decimâ dicetur. NEC quid speraret.] Nam aberat in negotijs Octauij, bellis & reip. administratione occupatissimus. TANTVM inter densas.] Sæpè requirebat eum longis itineribus; profectione Romã, & alias ad ciuitates: tum prouocatione carminum rusticorum. sed surdis canebat. O crudelis Alexi.] Et auertebant Gallum negotia Principis sui; nec ipse magnifaciebat beneuolentiam poëtæ. NVNC & pecudes.] In tantâ pace Italiæ, in tantâ quiete omnium, & securitate, Octauiani virtute partâ, ego solus inquietus ago, cupidus fruendi tui: geris & procul cum alijs bella in quibus videor mihi militare; & geris mecum, non respondens amori meo erga te. NON'ne fuit satius.] Mihi quidem, ad fructum familiaritatis, satius fuisset, aliquem amâsse inferioris notæ amicum; qui cum potuissem versari, miscere sermones, oblectare me ex animi mei sententiâ. nihil enim iucundius, quàm pares amici. TRISTES Amaryllidis iras.] Indignatio est, affectus, ex amoris impatientiâ. Melius, inquit, fuisset, etiam morosos, & iracundos, & difficiles diligere; modò datum esset, non torqueri desiderio, & cõspectu atq; alloquio charo frui. scissem enim, accõmodare me illorũ moribus: illi autem, humilitatem meam non despexissent. QVAMVIS ille niger.] Quàmuis ille imperitus, & rusticus, & pauper; tu contrà eruditus, vrbanus, locuples, potens. O formose puer.] Ne nimiùm fidas fortunæ dotibus: ex quibus, quæ ingentes sunt, sæpenumerò concidunt; mediocres, aut paruæ, conseruantur. Tum amicitiæ magnorum sæpe dissoluuntur; coluntur autẽ inter mediocres. quis enim appetat amicitiam eius, quo frui per magnitudinem nunquam liceat? Aequalitatem esse in amicitiâ oportet: vt alter altero ex animi sui sententiâ fruatur. DESPECTVS tibi sum.] Fortasse ingenio meo non perinde delectaris. at quæras ab ijs, qui hac de re iudicium ferre possint, quâ sim eruditione; quàm præditus omni cultu animi, omnibus disciplinis. Hasce animi dotes atq; opes, pastoricijs opibus explicat; vt detet titulum suscepti argumenti. CANTO, quæ solitus.] Nec solùm artes humanitatis teneo: sed pango etiam carmen, antiquorum: simile ac par, ita vt idem videri possit. Viuentibus enim satis magna videtur gloria, æquari posse cum superioribus: cùm non rarò superent. NEC sum adeò informis.] Etsi rusticis parentibus; non tamen moribus, vel rusticanis, vel aspernendis: tamen nec corpore pudendo, hoc est, cultu corporis & formatione; vt pudere te possit, si inter Romanos proceres familiariùs tecum verser. NVPER me in littore vidi.] Nam & versatus sum cum Octauiano, Mæcenate, Pollione, Tuccâ, Varro: & cepi experimentum mei, ex illorum iudicio. CVM placidũ ventis staret mare.] Proximâ pace, cùm in armorũ quiete omnes se domum recepissent, positis armis, & summotis tumultibus; vt appareat, eos per otium potuisse de me iudicare. Nam, quemadmodum quieta aqua imaginem recipit, & reddit: ita mens in quiete rectè statuit; non item in motu, & agitatione. Aptè vocauit Italiam, mare; & ventos bellorũ, turbines. NON ego Daphnin.] aliquem alium poëtam, exultum & expolitum vsu vrbano. IVDICE te metuam.] Si modò velis vacare, ad carmina vtriusque nostrûm cognoscenda. SI nunquam fallit imago.] Si mihi non imponunt iudicia illorum. O tantùm libeat.] Nihil restat, nisi vt non respuat ingenium ruri natum alitumq; : carmen quoq; de re pastoriciâ. Sunt enim & in hac materiâ, atq; hoc vitæ genere, suæ voluptates, in ducendo grege & venatu. sumat solùm experimentum conuersationis huius mediocrium amicorum: videbit, quantum in eâ insit dulcedinis. PANA canendo.] Nec desunt nobis dij: vt hominem non pudeat, quod Deus iudicauit se non indignum. illumq; habemus nos & auctorem, atque institutorem vitæ huius, & tutorem, & socium. NEC te pœniteat.] Apertè ostendit, hunc esse Corn. Gallum, qui carmen pastoricium composuit. Expertus quidem erat Gallus carmen rusticum, sed non vitam rusticanam. HÆC eadẽ vt sciret.] Poëta aliquis non parui nominis, nec ingenij; qui pastoricium carmen affectabat, nec poterat tamen assequi. EST mihi.] Magna in hoc genere facultas, non vnus calamus, aut fistula, sed

septem coniuncta & compacta: & quidem dispares, quas inflare ad concentum, maximæ est artis. nam si in vnâ, peritia est laudabilis; quid in septem pariter, & disparibus? DAMOETAS dono mihi.] *Theocritus est hic Dametas; vel si quis fuit Vergilij hac in re peritissimus magister, & præcipuus.* DIXIT Damœtas.] *Non cuiuslibet iudicio secundus iudicatus est Vergilius; sed illius ipsius, qui esset primus.* INVIDIT stultus Amyntas.] *Huic successioni principatus inuidit Amyntas, meritò stultus, qui id affectaret, quod esset sibi à naturâ, vel à negligentiâ negatum: & inuideret, quibus esset cōcessum, vel qui ipsi parassent sibi industriâ.* PRÆTEREA duo, nec tutâ.] *Duo poëmata, Bucolicum & Georgicum, magnâ curâ & difficultate excussa; quæ statuerat dicare Gallo Cornelio. quo munere cùm ille non videretur magnopere capi: dicit, translaturum se inscriptionem ad Pollionem, aut Mæcenatem, à quibus rogatur.* BINA die siccant.] *Elaborationem significat operum: quasi exhauriunt geminum studium parentis, diurnum & nocturnum.* HVC ades ô formose puer.] *Maximas ruris delicias ostentat: vt eum teneat cupido rusticandi. Carminis rustici suauitatem significat, & vitæ agrestis: quæ quoniam naturales sunt, maiores ac diuturniores, quàm vrbicæ, quæ constant artificio humano. imò vrbanæ ipsæ ab ijs petuntur, quæ ruri & in agris nascuntur.* PALLENTES violas.] *Delectatio est in colore, atque odore florum. fructus autem, in malis, castaneis, prunis, & huiusmodi. Flores ad pastoriciū poëma pertinent, fructus ad Georgicū.* RVSTICVS es Corydon.] *Fastidit Gallus Cornel. hominem rusticum vrbanus, humilem potens, locuples munera sordida & humilia. Et maiorem habet animi concitationem conuersio sermonis ad se, tanquam ad alteram personam.* NEC si muneribus certes.] *Quid tu tandem afferes, ad alliciendum Alexim; quod ille non copiosius & præstantius Romæ inueniat? etiam in ipso Cæsare? vel si bella sint canenda, & magnorum heroum res gestæ. Augustus enim poëmata conscripsit; inter quæ etiam tragœdiam Aiacem: de quâ est illud,* In spongiam decubuisse Aiacem suum; *apud Tranquillum.* EHEV quid volui.] *Inanem operam sumo: fundo carmina, vbi non est auris: spargo flores spiranti austro, quos rapiat: inutiliter perdo tempus, & corrumpo mihi aliarum amicitiarū pulcherrimas occasiones, dū huic vni studeo.* QVEM fugis ah demens.] *Dementem rustico more vocat, inconsideratum. vel reuerâ demens est, qui se potiorem esse reitur, quàm deos. Fugis & hominem rusticum, & carmen rusticum. at qui his duobus delectati sunt aliquando magni principes, & heroës.* DARDANIVSQVE Paris.] *Heros propemodum æqualis dijs filius tanti Regis, & formosissimus: cuius iudicium tres deæ subierunt. si exemplum deorum imitari non potes: moueat te exemplum hominis.* PALLAS quas condidit arces.] *Canant alij sanè res bellicas grandi carmine; vel iactent se rebus bello gestis, suis, aut maiorum suorum: nobis nec origo, nec vita rustica, videtur pœnitentia; nec consilij nostri piget, qui pastoricia & agrestia cantamus. Hoc vti maneat propositum, optat sibi, sicut illic:*

Rura mihi & rigui placeant in vallibus amnes
Flumina amem, syluasq, inglorius.

TORVA leæna lupum, &c.] *Sententia generalis, collectâ ab exemplis; quæ dicitur dialecticis Inductio, & additâ gradatione fit concinnior. Sensus est: Age tu mecum, Corneli Galle, vt tibi libuerit: fugias, asperneris me: ego tamen, nescio quo animi mei nutu, ad tui beneuolentiam feror; nec eam deponam, qualemcunque te experiar aduersum me. rapior enim naturæ meæ tractu, vt leæna ad lupum; lupus ad capellam; capella ad cythisum: quisque ad id, quod naturæ suæ sentit esse congruum & expediens.* TRAHIT sua quemque voluptas.] *Voluptas proposita, tanquam finis, trahit animum. Finis enim est impulsor actionis; proposito primus, exsecutione postremus: in eo namque sistitur.* ASPICE aratra iugo.] *Omnia quietem recipiunt, animata, inanimata, etiam cælum ipsum: sensu pastoricio, qui existimant, illud humano more per noctem conquiescere: solum amoris desiderium quietem non nouit: donec re carâ perfruatur. Talis est hominum vita, quoad iungatur & vnum fiat cum Deo.* AH Corydon Corydon, &c.] *Magnitudinem amoris, dementiam nominauit: quòd sui sit oblitus, & extra se positus. & à Philosophis furor nuncupatur. Colligit autem dementiam, quod opera relinquat inchoata, & prætermittat occasiones perficiendi; seligitur inutilia: quo tempore posset ea parare, quæ paulò pòst futura essent vsui.* SEMIPVTATA tibi.] *Verte te ab opera tua capiat: ex his pete huic desiderio solatium: absolue Georgica, & Aeneidem, quæ opera perdent tibi inchoata.* QVIN tu aliquid.] *Aut leuioris operæ collige materiam; aut eorum, quæ scis hoc tempore precium habere ac gratiam.* INVENIES alium, si te.] *Tu quidem amabis Gallum; quia te rapit pronitas animi tui: sed illis operibus absolutis, si ab hoc non redamare, inuenies alium, cui sis carus.*

AH Corydon Corydon, quæ te dementia cepit?] *In amentiam siquidem amantes sunt amentes. Indicat hoc perpulchrè Terentianus Charea: qui cùm in plateâ conspexisset puellam, tam impotenter cœpit ardere, vt apud Parmenonem in verba proruperit, quæ non nisi ab amente dici solent:* Ego nescio hercle, neque quò eam, neque quorsum eam; ita prorsus sum oblitus mei. *Venustior fiet versus, si accommodabitur in adolescentem, sterilibus vacantem studijs; cuiusmodi est Poëtica. Nam hoc seculo vulgus tales minus sapere dicit; qui se, posthabito quæstuoso Legum studio, ad Poëticam applicauerunt.* Quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget vsus, VIMINIBVS, mollique paras detexere iunco.] *Hoc versu ignauos, & nihil agentes, ad laborem aliquem hortabimur frugiferum; quo famem propulsare possint.* INVENIES alium, si te hic fastidit Alexis.] *Hoc commodissimum erit, quotiescunque arrogantiorem amicum, familiaritati nostræ renunciantem, vicissim nos contemnemus. Ad puellam etiam subtristem, quòd ab amatore culo sit illusa destitutaq.*

A

B

ADR. Bar.

C

ECLOGA TERTIA;

PALÆMON. DAMOETAS. MENALCAS.

PALÆMON.

DIc mihi Damœta, cuium pecus? an Melibœi?

DA. Non, verùm Aegonis: nuper mihi tradidit Aegon.

ME. Infelix ô semper oues pecus! ipse Neæram

Dum fouet, ac, ne me sibi præferat illa, veretur:

SER. DIc mihi Damœta, cuium pecus?] *Transit in Eclogam plenam litigij, & pastoralium conuitiorum. Qui enim Bucolica scribit, curare debet ante omnia, ne similes sibi sint Eclogæ. quod etiam Vergilius fecit. nam prima habet vnius otium; & alterius, qui de suo agro pellitur, conquestionem. Secunda, amantem exprimit rusticum. Hæc verò, lites habet, & altercationem. Vnde etiam dramatico charactere scripta est. nam nusquam Poëta loquitur; sed introductæ tantùm personæ. Nouimus autem, tres esse characteres dicendi: vnum ἐξηγηματικόν, in quo tantùm Poëta loquitur; vt est in*

A est in tribus libris Georgicorum: alium δραματικὸν, in quo nusquam Poëta loquitur, vt est in Comœdijs & tragœdijs: tertiũ μικτὸν, vt in Aeneide: nam & poëta illic, & introductæ personæ loquuntur. Hos autem omnes characteres, in Bucolico esse conuenit carmine: sicut liber etiam iste demonstrat. nam habet illum exegematicum, in quo tantùm Poëta loquitur: vt, Sicelides Musæ, paulò maiora canamus. Habet mixtum: vt, Extremum hunc Arethusa mihi concede laborem. nam etiam Gallum illic inducit loquentem. Habet dramaticum: vt in primâ Eclogâ: item in hac, quam miro ordine, ex rebus communibus veniente, composuit. Habet enim in ipso quasi primo occursu, lites & iurgia. Indè quæritur iudex: quo præsente, habeant conflictum & disceptationem. Sequitur indè sententia, quæ vniuersa concludit. CVIVM pecus?] ab amaritudine cœpit. nam dicendo, Cuium pecus? ostendit, eum esse mercenarium. Est autem Theocriti carmen: εἰπέ μοι, ὦ κορύδων, τίνος αἱ βόες; ἦ ῥα φιλώνδα; οὐκ, ἀλλ' αἴγωνος. Cuium autem, antiquè ait, vitans ὁμοιοτέλευτον, ne diceret, Cuius pecus? quod modò trium est generum: sicut meus, mea, meum; ita cuius, cuia, cuium. Teren. Quid virgo, cuia est? NON, verùm Aegonis.] Amarè etiam hîc, riualis eius pecora esse dicit, vt & diuitias illius ostendat, & dicat, duras esse huius partes: siquidem riualis eius, traditis ouibus, solus amicæ communis amoribus vacet. MIHI tradidit] meæ fidei commisit & credidit. INFELIX ô semper ouis pecus!] ordo est: ô infelix pecus semper ouis! id est, semper futurum imbecille. NEÆRAM.] amicam communem suam & Menalcæ. Dum fouet.] dum amplectitur. Præferat illa, veretur.] ac si diceret: ideò timet ab eâ discedere, quia scit me præferri, si ipse discesserit.

SER.

Hic alienus oueis custos bis mulget in horâ:
Et succus pecori, & lac subducitur agnis.
DA. Parciùs: ista viris tamen obijcienda memento.
Nouimus & qui te, transuersa tuentibus hircis,
Et quo (sed faciles Nymphæ risère) sacello.
ME. Tum credo, cùm me arbustum videre Myconis,
Atque malâ vites incidere falce nouellas.
DA. Aut hic ad veteres fagos, cùm Daphnidis arcum
Fregisti, & calamos: quæ tu, peruerse Menalca,
Et cùm vidisti puero donata, dolebas:
Et si non aliquà nocuisses, mortuus esses.
ME. Quid domini faciant, audent cùm talia fures?
Non ego te vidi Damonis, pessime, caprum
Excipere insidijs, multùm latrante Lycisca?
Et cùm clamarem; Quò nunc se proripit ille?
Tityre coge pecus: tu post carecta latebas.
DA. An mihi cantando victus non redderet ille,
Quem mea carminibus meruisset fistula caprum?
Si nescis, meus ille caper fuit: & mihi Damon

BIS mulget in horâ.] quod vix per totum diem potest in ouibus fæcundis fieri. Nam pro laude in Georgicis posuit, bis ad diẽ mulgeri oues; dicẽs: B Quod surgẽte die mulsère, horisq; diurnis, Nocte premunt: quod iam tenebris & sole cadente, Sub lucem exportant calathis. Quid autem sit Bis mulget in horâ, ipse dicit: Et succus pecori, & lac subducitur agnis. PARCIVS.] Meliùs hic distinguitur, licet possit dici etiam; Parciùs ista. Sensus autem est: Noli valde hæc obijcere: tamen scias, viris fortibus obijciendas rapinas. Ipse enim ait in nono: Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto. NOVIMVS & qui te.] subaudi, corruperit, quod suppressit verecundè: licèt Theocritus apertè ipsam turpitudinem ponat & exprimat: ἦ οὐ μέμνασ' ὅτ' ἐγὼ τυ κατήλαον, καὶ τὺ σεσαρὼς εὖ ποτι κεῖ-

C ναν; TRANSVERSA tuentibus hircis.] Hircos, id est, capros, libidinosa constat esse animalia. Vnde Horatius: Libidinosus immolabitur caper & agna tempestatibus. Quod etiam Plinius secundus dicit: Hirci, si casu aliquo coeuntes vident, adeò indignantur, vt in eos penè impetum faciant. Hinc est, Transuersa tuentibus hircis, id est, vestram turpitudinem indignantibus. Alij hoc improbant, & legunt, Hirquis. Hirqui autem sunt oculorum anguli, secundum Suetonium Tranquillum de vitijs corporalibus, vt sit sensus: Nouimus qui te corruperit, hirquis transuersa tuentibus. & est ὑπαλλαγὴ, pro, oculis in hirquos retortis: quam rem solet libido perficere. vnde Iuuenal. Oculosq; in fine trementes. Persius: Patranti fractus ocello. Sacello.] id est, in loco sacro. nam diminutiuè protulit. SED faciles nymphæ risère.] Ideò, inquit, indulsère Nymphæ, quia mites sunt, & exorabiles. Sic in Georg. Et faciles venerare Napæas. TVM credo.] Et rusticè, & naturaliter respondet. Non enim antè purgat obiecta, sed alia obijcit. Ita enim itali facere consueuerunt: cùm aut non potuerint, aut noluerint obiecta dissoluere. ARBVSTVM.] Quidam locum, in quo arbores sunt, volunt accipere: sicut salictum. MALA falce.] quâ tu malè vteris. Et dictum est ex affectu vtentis: sicut,

Inutile ferrum
Cingitur.

In hoc autem maximum nefas est, quòd ait, Vites nouellas: nam vetulæ & cum vtilitate inciduntur. Fuerat autem capitale supplicium, arbores alienas incidere. ARCVM & calamos.] Nam habent arma pastores; vt in Georgicis docuit: Armaq;, Amyclæumque canem, Cressasq; pharetras. PERVERSE Menalca.] aut conuerse ad turpitudinem: aut intelligamus fuisse quendam Menalcam nobilem, vt istum peruersum Menalcam dixerit, illius comparatione. Sic Sallust. Scæuus iste Romulus. ALIQVA nocuisses.] id est, aliquatenus, aliquâ ratione. QVID domini faciant, audent cùm talia fures?] Plerunque personæ suis nominibus exprimuntur: plerunq; per officia designantur. vt, si dicas, Philosophus; nomen ipsum ponis. Si autem velis dicere, sapientiæ operam dans; personam exprimes per officium: sicut hoc loco. Nam pro seruo, furem posuit: furta enim specialiter seruorum sunt. Sic Plautus de seruo: Homo trium literarum, id est, fur. NON ego te vidi.] Manifestè eum furti arguit, dicendo, Vidi. EXCIPERE.] dolo capere: vt, Excipit incautum insidijs. LATRANTE Lyciscâ] Lyciscæ sunt, vt etiam Plinius dicit, canes nati ex lupis & canibus, cùm inter se fortè miscentur. PRORIPIT.] ingerit, immittit. ILLE.] fur. TITYRE] alius pastor. COGE.] id est, collige, & in vnum redige. POST carecta latebas.] loca caricis plena. Carex autem, herba est acuta & durissima asparago similis vt alibi: Et carice pastus acutâ. Sanè hoc loco quidam volunt superfluam esse allegoriam, dicentes, rem nusquam lectam esse de Vergilio. aiunt enim hoc: Varus, tragœdiarum scriptor, habuit vxorem literatissimam; cum quâ Vergilius adulterium solebat admittere: cui etiam dedit scriptam Tragœdiam; quam illa marito dedit, tanquam à se scriptam. Hanc recitauit pro suâ Varus. quam rem Vergilius dicit per allegoriam. Nam tragœdiæ præmium caper fuerat. Horat. Carmine qui Tragico vilem certauit ob hircum. Sed meliùs simpliciter accipimus. Refutandæ enim sunt allegoriæ in Bucolico carmine, nisi (vt suprà diximus) ex aliquâ agrorum perditorum necessitate descendant. MEVS caper.] debitus merito victoriæ.

CVM Daphnidis arcum, &c.] Daphnis (vt vult Parthenius, in volumine quod de Amantibus composuit,) fuit Amyclæi filia; quam Iupiter cùm per vim stupraret, scribit conuersam fuisse in laurum. ARCVM.] Pastoralia arma sunt, hastilia, arcus, sagittæ, & canes. LYCISCA.] Nomẽ est canis, P O MI. Sabi.

vel fictum à poliâ, ex lyco, id est, lupo: vel, vt Apronianus ait, quasi Lacessa, vt sit ex Laconiâ; quoniam ex eâ regione optimi veniunt canes. POST carecta.] *Carex genus fruticis.*

CAEL. Rhod. AB hoc euentu putant eruditi, *& Sex. Pompeius docuit cum Censorino, pueros dici hirquitalos, vbi primùm ad virilitatem accedunt; sicq; Venereorum appetentia opportuna: ex hircorum libidine, aut odoris insuauitate: quem nunc tragum vocant, nunc hircum, aut (vt Catullus) caprum. At quoniam præpingues hirci minùs fœcundi sunt: indè, cùm vites non ferunt, dicuntur τραγᾶν, id est, hircescere. Porrò, quia contrudit libido oculos in angulorum angustias, quos vocant hirquos, auctore Suetonio in vitijs corporalibus; indè à Vergilio scriptum volunt;* Transuersa tuentibus hirquis. *Quoniam libidinis, quæ in hirco præferuida est, illic promantur signa. etiam si Apuleius grammaticus, quòd illi hæreant oculi, hirquos dici opinatur. Alij* Hircis *defendunt: quoniam id animal oculos habeat ad nares conuersos. Proindéq; apud Aristotelem, τὰ τραγικὰ πρόσωπα, non laruas interpretamur; quod fecit Theodorus: sed tragicas facies, ad hanc hircorum naturam referentes. quoniam tragœdorum personæ nihil minus, quàm oculos ad nares valeant inflectere.* A

ADR. Bar. QVO nunc se proripit ille.] *Si quis dicit, scribétve parùm cohærentia, vt imperiti in templis concionatores solent; quadrabit illud:*

Quò nunc se proripit ille.

Ad hunc sensum memini vsurpare Erasmum, in Moriæ declamatione.

SER. REDDERE posse.] *scilicet, ne suo iudicio videretur esse superatus.* CANTANDO tu illum?] *imperitus peritum.* CERA iuncta fuit?] *Suprà:*

Pan primus calamos cerâ côiungere plures Instituit.

IN triuijs.] *Cõsuetudo enim fuerat, vt per triuia & quadriuia vlularet, & flebile quiddam in honorem Dianæ cantarent rustici; ad reddendam Cereris imitationem, quæ raptam Proserpinam in triuijs clamore requirebat. Nouimus autem, eandem esse Proserpinam, quam Dianam. sic in Aeneide:*

Nocturnisque Hecate triuijs vlulata per vrbes.

Ipse fatebatur, sed reddere posse negabat.
ME. Cantando tu illum? aut vnquam tibi fistula cerâ
Iuncta fuit? non tu in triuijs, indocte, solebas
Stridenti miserum stipulâ disperdere carmen?
DA. Vis ergo inter nos, quid possit vterque vicissim
Experiamur? ego hanc vitulam (ne fortè recuses
Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fœtus)
Depono: tu dic, mecum quo pignore certes.
ME. De grege non ausim quicquam deponere tecum.
Est mihi namque domi pater, est iniusta nouerca:
Bisq; die numerant ambo pecus; alter & hœdos.
Verùm id, quod multò tute ipse fatebere maius,
(Insanire libet quoniam tibi) pocula ponam
Fagina cælatum diuini opus Alcimedontis:
Lenta quibus torno facili superaddita vitis,
Diffusos hederâ vestit pallente corymbos.
In medio duo signa, Conon: & quis fuit alter?
Descripsit radio totum qui gentibus orbem;
Tempora quæ messor, quæ curuus arator haberet.

dos.] *Malè quidam principium accipiunt. Alter enim, de duobus dicimus, non de tribus. vnde Alter de nouercâ intelligamus. Nec nos moueat, quòd Alter dixit de fœminâ. nam & in subauditione ponuntur ea, quæ non possumus dicere: & scimus, quia, quoties hæc duo genera iunguntur, masculinum præponderat fœminino.* B INSANIRE libet quoniam tibi.] *vel, sub sponsione contendere: vel, quod melius est, carmina componere. nam insani dicuntur poetæ; quia sunt diuino furore conciti.* POCVLA ponam Fagina.] *quasi rem maximam.* DIVINI opus Alcimedontis.] *Laus ab artifice. Cicero:* Polycleti esse dicebant. Quibus torno facilis.] *Donatus sic legit. Legitur tamen &* Torno facili, *ad excludenda duo epitheta: quod est in latinitate vitiosum, si sit, lenta facilis vitis.* CORYMBOS.] *vuas hederarum.* CONON.] *Dux fuit: cuius nomen dicit, quia in omnium ore versatur. Nam Philosophi tacet; quod non potest facilè ad rusticum peruenire. & bene ea dicit Philosophi, quæ ad rusticum pertinent: vt,* Tempora quæ messor, quæ curuus arator haberet. C RADIO.] *id est, virgâ philosophorum, quâ geometræ lineas indicant. Inuenta autem hæc est ars, tempore, quo Nilus plùs æquo crescet, confudit terminos possessionum: ad quos innouandos, adhibiti sunt Philosophi, qui lineis diuiserunt agros. Indè Geometria dicitur: cùm non tantùm terræ, sed etiam maris, & cœli, & aëris spatia, metiri consueuerit. Significat autem, aut Aratum, aut Ptolemæum, aut Eudoxum.*

MISERVM carmen.] *triste, flebile; quale canunt stipulæ; & quod congruit ad imitationem matris orbatæ.* VIS ergo inter nos.] *aut, nostrâ comparatione: aut, quod melius est, nullo iudice præsente. postea enim ex improuiso Palæmon aduenit.* VICISSIM experiamur.] *id est, amœbæo carmine. ἀμοιβαῖον autem est, quoties hi, qui canunt, & æquali numero versuum vtuntur, & ita se habet ipsa responsio, vt aut maius, aut contrarium aliquid dicant: sicut hîc sequentia indicabunt.* EGO hanc vitulam.] *Subdistingue, vt ita intelligamus; ne eam vilem existimes.* BIS venit ad mulctram, binos alit vbere fœtus.] *vt eam laudare ex fœtu, & ex ætate videatur. Malam enim quidam quæstionem mouent, dicentes, vitulam paruam esse: nec congruere, vt eam iam enixam esse dicamus; sed debere modò iuuencam subaudiri: vt sit, Ego hanc iuuencam depono, vitulam ne fortè recuses. nam & vitula, à viridiore ætate dicta est; sicut virgo: vt paulò pòst ipse dicturus est;* Si ad vitulam spectes, nihil est quòd pocula laudes. *Item:* Et vitulâ tu dignus, & hic. *Vnde & iuuencam subaudire non possumus: sed secundùm superiorem sensum intelligamus. Vitula enim, est nomen ætatis; non quòd tantùm ante partum vaccæ possideant.* MVLCTRAM.] *& fœminino genere dicimus, hæc Mulctra; & neutro hoc Mulctrâle. Vnde est in Georgicis:* Implebunt mulctralia vaccæ. *Alij faciunt discretionem: vt sit mulctra, tempus, quo mulgentur animalia; mulctrale, vas, in quod mulgêtur.* DEPONO.] *in sponsione colloco, sequestro.* QVO pignore.] *Quâ sponsione: quia pignus sponsioni est.* DE grege non ausim quicquam deponere tecum.] *Suprà enim eum aliena pascere dixit animalia: vt,* Dic mihi Damœta, cuium pecus? INIVSTA nouerca.] *Epitheton generale nouercarum.* BISQVE die numerant ambo pecus.] *& dum vadit ad pascua, & dum indè reuertitur.* ALTER & hœ-

POM. Sabi. AD mulctram.] *Mulctra est vasculum, vbi exprimitur lac.* POCVLA fagina.] *è fago.* ALCIMEDONTIS.] *Alcimedon architectus argentarius fuit.* LENTA vitis.] *flexibilis: nam facilè flectuntur vites.* CORYMBOS.] *Corymbi sunt fructus hederarum.* CONON.] *Fuit Samius Mathematicus. Sed quia plures fuerunt mathematici, eleganter induxit rusticum errantem. Alius Conon Mathematicus, Aegyptius natione, Ptolemæo assiduus, libros de Astrologiâ septem reliquit. Quis fuerit alter post Cononem, & quem intelligat, incertum est: nisi velit significare duos Cononas, vt diximus. Suspicantur aliqui, quem dicit alterum, aut fuisse Archimedem Syracusanum, optimum geometram; qui fuit discipulus secundi Cononis: quidam Eudoxum Cnidium Astrologum: quidam Aratum: quidam Hesiodũ, apud quem & idem ferè est versus* Tempora quæ messes, quæ curuus arator haberet. RADIO.] *stylo. Quia antiqui stylo pingebant, antequam vsus penicilli haberetur.*

A VAR. Lect. AVT vnquam tibi fistula cerâ Iuncta fuit?] *In Romano libro, & in aliquot alijs, legere est*, Vincta fuit. *placet tamen*, Iuncta, *multo magis. In Mediceo autem libro*, Haud, *aduerbium negandi est.*

PRO. CONON.] *Samius Mathematicus, Aegyptius natione, Ptolemaeo libros de Astrologiâ septem reliquit. Sed quoniam fuerunt Mathematici; eleganter rusticum errantem inducit, dicentem:* Quis fuit alter? *Alter enim, accipitur vnus ex duobus. Porrò alterum post Cononem, quem dicat, incertum est. Sed suspicantur Archimedem; quòd Cononis discipulus. Quidam Eudoxum Cnidium; qui de Astrologiâ disputauerit. Quidam Aratum: in quem fides videtur nutare; quoniam Prognostica fecerit. Quidam Hesiodum, quòd dixerit, πληϊάδων ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων: quod & hic;* Tempora quae messor, quae curuus arator haberet.

VAR. Lect. INSANIRE libet quoniam tibi.] *Hoc totum, omnes ferè per interpositionem legunt. In Longobardico tria tantùm verba parenthesi includuntur*, (Insanire libet quoniam). *In Mediceo, vnâ commâ clauduntur verba duo tantùm*, Insanire libet, *eâdem sententiâ.* QVIBVS torno facil.] *Facili, quidem in veteribus omnibus exemplaribus, vno excepto Rom. scriptū est: in eo enim*, fragilis *habetur.* DIFFVSOS hederâ vestit pallēte corymbos.] *Multi libri habent*, hędera, *per ae diphthongum primâ syllabâ.*

IPSE fatebatur; sed reddere.] *Si quem dicemus fassum quidem, se nobis pecuniam debere; verùm non habuisse quod redderet: accommodum fuerit illud;* ADR. Bat.

Ipse fatebatur, sed reddere posse negabat.

QVID possit vterque.] *Si duo non illiterati, certamen inituri, dicent periculum faciendum, quantum vterque valeat dicendo: non ineleganter vsurpabunt illud;*

Quid possit vterque, vicissim experiamur.

NON ausim quicquam deponere tecum.] *Est certamen cum aliquo abnuentis.* NEC dum illis labra admoui; sed condita seruo.] *Apud doctiores hoc versu indicabimus auarum, qui arculae inclusis nummis vti non audet; quin fame potiùs mauult interire; quàm vel teruncium ingenti detrahere aceruo. Sed & prius dimidium accommodum fuerit, cùm artis cuiuspiam imperitos nos esse fatebimur.*

DA. Needum illis labra admoui; sed condita seruo.
Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit;
Et molli circùm est ansas amplexus acantho:
Orpheaque in medio posuit, syluasq; sequenteis.
Needum illis labra admoui; sed condita seruo.
Si ad vitulam spectes; nihil est quod pocula laudes.
ME. Nunquam hodie effugies: veniam, quocunque vocaris.
Audiat haec tantùm, vel qui venit, ecce, Palaemon.
Efficiam, posthac ne quenquam voce lacessas.
DA. Quin age, si quid habes: in me mora non erit vlla.
Nec quenquam fugio. tantùm, vicine Palaemon,
Sensibus haec imis (res est non parua) reponas.
PA. Dicite: quandoquidem molli consedimus herbâ;
Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos;
Nunc frondent syluę, nunc formosissimus annus.
Incipe Damoeta; tu deinde sequere Menalca.
Alternis dicetis: amant alterna Camoenae.
DA. Ab Ioue principium Musae: Iouis omnia plena.
Ille colit terras: illi mea carmina curae.
ME. Et me Phoebus amat: Phoebo sua semper apud me
Munera sunt; lauri, & suaue rubens hyacinthus.

SER. B NEC dum illis labra admoui.] ὑπαλλαγή: *pocula enim labris adhibemus: vt*, Dare classib. Austros. *Et tantam in eis dicit venerationē; vt necdū illis vsus fuerit.* IDEM ME Alcimedon. *Irrisio est, facta iteratione verborū. & miré omnia in vituperationem trahit, quae ille laudauit.* ET nobis fecit.] *ac si diceret: Putas te solum habere pocula? cui enim Alcimedon non fecit? Tu, pro reuerentiâ, ea non tangis: ego ideò, quia vilia esse existimo.* MOLLI acātho.] *quia ille dixerat;* Lenta vitis Acanthus, genus est floris. SYLVASQVE sequēteis.] C *non, secutas; sed, quasi adhuc sequenteis: vt peritiam artificis laudet.* NVNQVAM hodie effugies.] *ac si diceret: Ne contendas, excusationes quaeris: non quia vilia aestimas pocula.* VENIAM.] *descendam.* AVDIAT haec tantùm.] *subaudi, aliquis. Tantùm autem, ideò: quia suspicatur, eum victum non posse cedere. qui ita etiam ante certamen est contumax.*

VEL qui.] *Quasi requirentis est, cùm subitò venit Palaemon. Alij distin. vnum: Vel qui, venit. Bene autem dubitat: ne eum ipse immisisse videatur; & sit credibile, quòd ad eius iudicet gratiam. Hoc etiam Damoetas sentiens, dicit:* Nec quēquam fugio, *id est, consentio etiam ad editicium iudicem. Editicius enim est iudex, quem vna pars eligit.* VICINE Palaemon.] *Beneuolum reddit, ex vicinitatis commemoratione. Terentius:* Vel virtus me tua, vel vicinitas; quod ego in propinquâ parte amicitiae puto. ET nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos.] *Ipse alibi:* Parturit almus ager. *Sanè bene subdit;* Nunc frondent syluae: *referens ad arbores steriles. nam, Parturiunt, de pomiferis dicimus. Vult autem tempus exprimere, quo & deliciae sunt in agris, & rustici minùs laborant: vt sit duplex ad cantilenam inuitatio.* ALTERNIS dicetis.] *quia quasi iratus fuerat, quòd Damoetae prior locus dabatur; idcirco ait;* Alternis dicetis. *In amoebaeo enim carmine, difficilior pars respondentis est: qui non pro suo arbitrio aliquid dicit, sed aut maiorem, aut contrariam formal responsionem; vt diximus suprà.* CAMOENAE.] *Musae: quibus à cantu nomen est inditum.* AB Ioue principium Musę.] *vel, Musae meae ab Ioue est principium: vel, ô Musae, sumamus ab Ioue principium. Est autem Arati, qui ait:* ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, τὸν οὐδέποτ᾽ ἄνδρες ἐῶμεν ἄρρητον. μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί, πᾶσαι δ᾽ ἀνθρώπων ἀγοραί, μεστὴ δὲ θάλασσα, καὶ λιμένες. πάντη δὲ Διὸς κεχρήμεθα πάντες. IOVIS omnia plena.] *Lucan.* Iuppiter est, quodcunq; vides, quocunq; moueris. *Ipse alibi:* Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus Mens agitat molem. *Ipse enim est spiritus, sine quo nihil mouetur aut regitur.* COLIT terras.] *amat. Caeterùm superior colitur, nō colit inferiorem. sic alibi:* Vnam Posthabitâ coluisse Samo, *id est, amâsse. Nec mirum, si rusticus sumpsit ab Ioue principium; quem amare terras constat, & habere carminum curā.* ET me Phoebus amat.] *Aut simile est, quod dicit; quia vnicuiq; deus is quem colit summus videtur: vt,* Summe deûm, sancti custos Soractis Apollo: *vt Apollinem exaequauerit Ioui. aut certè ordo sit talis; Me & Phoebus amat: vt & plus dicat; nec Ioui videatur Apollinē comparare.* SVA munera.] *ipsi grata: id est, laurus & hyacinthus. Nam scimus, & Daphnē, Ladonis fluminis Arcadiae filiam, dilectam ab Apolline; & Terrae miseratione in laurum conuersam: & Hyacinthum amatum tàm à Boreâ, quàm ab Apolline. qui cùm magis amore Apollinis laetaretur: dū exerceretur disco; ab irato Boreâ eodem disco est interemptus, & mutatus in florem nominis sui.*

MOLLI acantho.] *Acanthus herba est, quae crepidines marginum, assurgentiumq; puluinorum toros vestit.* SOM. Pabi. ORPHEAQVE.] *Orpheus, Oeagri filius, sonitu lyrae & cantu, trahebat animata & inanimata.* SYLVASQVE sequenteis.] *cantu Orphei.* A Ioue principiū.] *Vult Apronianus, vt per Iouem & Apollinem intelligamus Octauiū Caesarem; qui Ioui & Apollini templa fecerit. Apud Antiquos poëtas hoc seruatum est, vt nullum inciperent opus; nisi inuocato Caesaris numine: vt Papinius scribit. Hoc principium Arati est, qui ait;* A Ioue principium magnus deducit Aratus. IOVIS omnia

Digitized by Google

omnia plena.] *Iupiter est, quodcunq; vides, ait Lucan.* MVNERA sunt, lauri.] *Daphne, Ladonis fluuij Arcadiæ filiâ putata: vt alij, filia Penei fluminis: ab Apolline amatâ, in laurum conuersa.* HYACINTHVS.] *puer amatus ab Apolline.*

VAR. Lect. DVO pocula fecit.] *In longobardico,* Fæcit, *cum notâ diphthongi scriptum est: ne quid à Facio deteratur. Sed vsus per E simplex scribit.* SI ad vitulam spectes, nihil est quòd pocula laudes.] *Et* Spectes, *&* Laudes, *coniunctiuo modo, in omnibus ferè legitur exemplaribus. In Longobardico verò, & Mediceo,* Spectas, *&* Laudas. DICITE: quandoquidem molli consedimus herbâ] *Ita quidem absq; In, particulâ præpositiuâ, in exemplaribus aliquot habetur. In nonnullis autem antiquissimis legere est,* Quandoquidem in molli.

ET me Phœbus amat.] *Apollo, in terrâ sol: sine quo fruges, neque oriuntur, neque maturescunt.* LAVRI.] *Laurum ei gratam accipere debemus, quòd Daphnem (vt vult Parthenius, in volumine quod de amantibus composuit) Amyclæ filiam dilexit: quam, ne per vim stupraret, Iupiter in arborem laurum conuertit.*

CAEL. Rhod. *Ab indagine verò, dici Musa videtur: quippe, ex sapientum sententiâ, gnosticæ copiæ mater, est indagatrix inopia. At Platonicorum sententia nobilis, Musarum nomine cœlestes intelligit cantus. Quo argumêto & Camœnas dici quandoq; opinâtur. Hasce verò à Ioue proficisci: quoniâ, vti est apud Plotinû, mundi totius animum frequenter Iouis appellatione nuncupet Platonis schola. cui calculû adijciat illud Platonici Maronis:*

Principio cœlum ac terras, camposq; liquentes,
Lucentemq; globum lunæ, Titaniaq; astra,
Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

Inde namq; colligi, vt ab Ioue, mundi totius spiritu ac mente: quoniam cœlestes moueat sphæras ac regat, musici cantus, Musarum nomine significati, exoriantur & profluant. Quam rem innuit illud quoque: Ab Ioue principium Musæ: Iouis omnia plena. *Quoniam vigeat vbiq; Iupiter, ac impleat omnia: & cœlum, citharam velut quandam, (vti est ab Alex. traditum Milesio) verset agitetq;, cœlestes indè hac harmonicos proliciens cantus.* A

ADR. Bar. SI ad vitulam spectes, nihil est quod pocula laudes.] *Cùm significabimus, veteres illos in dicendi facultate ita absolutos fuisse, vt vix aliquam neotericis laudem reliquerint: non inconuenienter accommodabimus illud:*

Si ad vitulã spectes, nihil est quod pocula laudes.

EFFICIAM posthac, ne quenquam voce lacessas.] *Minæ in petulantes filios discipulosq;: sed & generatim in maledicum.* SENSIBVS hæc imis: res est nô parua.] *Cùm innuemus, de re quapiam maturiùs consulendum: huic versiculo locus fuerit:*

Sensibus hæc imis (res non est parua) reponas.

❡ Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos:
NVNC frondent syluæ, nunc formosissimus annus.] *Hoc carmine licebit indicare vernum tempus: quo lætari omnia, & quasi arridere prætereuntibus videntur.* B AMANT alterna Camœnæ.] *Qui significabit, cum intermissione studium, ac veluti respirandum esse à laboribus: dicet illud:*

Amant alterna Camœnæ.

Eundem sensum habet versiculus ille, qui nulli non est hodie in ore: Quod caret alternâ requie, durabile non est. IOVIS sunt omnia plena.] *Vbi indicabimus, nusquam nô esse, nihilq; non videre deum: competet illud.*

Iouis sunt omnia plena.

DA. Malo me Galatea petit, lasciua puella,
Et fugit ad salices, & se cupit antè videri.
ME. At mihi sese offert vltrò meus ignis Amyntas:
Notior vt iam sit canibus non Delia nostris.
DA. Parta meæ Veneri sunt munera: namque notaui
Ipse locum, aëriæ quò congessêre palumbes.
ME. Quod potui, puero syluestri ex arbore lecta
Aurea mala decem misi: cras altera mittam.
DA. O quoties, & quæ nobis Galatea locuta est!
Partem aliquam venti diuûm referatis ad aures.
ME. Quid prodest, quod me ipse animo nô spernis Amynta:
Si dum tu sectaris apros, ego retia seruo?
DA. Phyllida mitte mihi, meus est natalis, Iola:
Cum faciam vitulâ pro frugibus, ipse venito.
ME. Phillida amo ante alias: nam me discedere fleuit,
Et, longùm formose vale, vale, inquit, Iola.
DA. Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres,
Arboribus venti, nobis Amaryllidis iræ.
ME. Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis,
Lenta salix fœto pecori, mihi solus Amyntas.
DA. Pollio amat nostram, quàmuis sit rustica, Musam:
Pierides vitulam lectori pascite vestro.

SER. ANTE videri.] *à me, antequam lateat. Horat.* Nunc & latêtis proditor intimo Gratus puellæ risus ab angulo. OFFERT vltrò.] *Iste plus dicit, lege amœbæi carminis.* DELIA.] *Deliâ, alij amicã priorê volût: alij Dianã, quæ est à Delo: & est canibus nota, per quos venemur, quasi dea venationis. Nam si ad amicã referas, hoc dicit: sic ad me frequêter Amyntas venit, vt canibus meis notior sit, quã amicâ Delia.* PARTA.] *præparata.* MEÆ Veneri.] *meæ amicæ.* AERIÆ.] *aërij coloris.* CONGESSERE.] *nis ædificauêre.* AVREA mala decê misi.] *Plus dicit. nam, cùm ille dixisset, se esse missurû; iste iam misisse confirmat. Aurea autem, aurei coloris. Et volunt quidam, hoc loco esse allegoriã ad Augustû, de decê Eclogis. quod superfluû est.* Quæ enim necessitas hoc loco allegoriæ? DIVVM referatis ad aures.] *Ita, inquit, dulcè locuta est mecum Galatea, vt deorum auditu eâ digna sint verba.* ANIMO non spernis.] *id est, libentissimè amas. & est λιτότης figura. sicut,* Munera nec sperno. *Et multi hunc locû allegoricôs accipiunt, vt videatur Augusto dicere:* Quid prodest, quia me diligis, si, ad câpidos hosteis pergens, in otio me relinquis? *Dicitur enim Vergilius sequi voluisse Augustû, côtra Antoniû ad Actiaca bella properantê.* RETIA seruo.] *quæ res in venatione minus possidet voluptatis.* AMYNTA.] *Vocatiuus græcus est. Et sciêdum, græca nomina in As exeûtia, siue crescât, siue non crescant in genitiuo, vocatiuum in A mittere, vt Aeneas, Aeneæ, ô Aenea; Pallas, Pallantis, ô Pallante,* Non hæc ô Palla dederas pmissa parêti. PHYLLIDA mitte mihi.] *amicam cômunê, causâ natalis diei: in cuius tantùm sacrificio, licebat voluptatib. operâ dare. Nâ in alijs sacrificijs erat castitatis obseruatio. quod etiam sequentia indicant, vbi dicit,* C Cùm faciam vitulâ: *id est, cùm pro frugib. sacrificare cœpero, tu tantummodò venito. Sanè, cùm Natalis apud maiores plenû nomen fuerit, posteritas, Natalis dies, dicere cœpit. Nam, cùm Horatius dixerit,* Natalis grate numeras: *Iuuenal, ait,* Natali Coruine die mihi dulcior hęc dux. CVM faciâ vitulâ pro frugibus, ipse venito.] *cum sacrificauero. Et figuratè,* Faciam vitulâ, *aiunt,* Faciâ thure, Faciâ agnâ. *Horat. in 1. Carminû:* Seu poscat agna, siue malit hœdo. *Dicitur autê hoc sacrificiû ambaruale, quòd arua ambiat victima. Sic ipse in Georg.* Terque nouas circû felix eat hostia fruges. *sicut amburbale, vel amburbiû dicitur sacrificiû, quo vrbê circuit & ambit victima.* VALE, inquit, Iola.] *Hic pastor, aut habuit duo nomina: (nam suprà eum Menalcam dixit) aut certè Iolam eum, quasi pastorem optimum appellauit, à quodam pastore nobilissimo. sicut virum fortem, plerunq; Achillem; adulterum, Parim vocamus. Sanè, Longùm vale, ità ait, vt Toruùm clamat: pro aduerbio nomen ponens.* VALE, vale, inquit.] *Le cor-*

ripis

Digitized by Google

A ripit sequens vocalis: *vt*, Te Corydon, ô Alexi. TRISTE.] *tristis res.* DVLCE.] *dulcis res.* SATIS.] *segetibus.* DEPVLSIS.] *à lacte prohibitis. vt,* Depulsos à lacte domi quæ clauderet agnos. POLLIO amat nostrá, quàmuis sit rustica, musam.] *Blanditur iam Pollioni patrono: quem tragœdiarum & historiarum scriptorem Horatius fuisse testatur. nam in 2. Carminum dicit de historijs:*

Periculosæ plenum opus aleæ
Tractas, & incedis per igneis.
Suppositos cineri doloso. *Item paulò pòst:*
Paulùm seueræ musa tragœdiæ
Desit theatris.

quem carmen suum, licèt rusticum, tamen amare confirmat. Sanè alij legunt Pollio, vt prima producatur: alij, Polio. PIERIDES vitulã lectori pascite vestro.] *i. pascite eius armēta, quia legit hoc carmē: vel, vitulã ei nutrite pro præ-* POM. Sabi. *mio.* GALATEA.] *Per Galateã intelligit Lycorim, à Gallo amatam.* DELIA.] *dicitur Diana: cuius numen præest canibus, ad vigiliam nocturnam adhibitis: & ideò nocturna Diana, placatur sanguine catuli.* AVREA mala.] *vel ab aureo colore. Vel dicit Chrysomela, quæ alio vocabulo dicuntur Ar-* B *meniaca. Vel dicit volema; quæ sunt de generibus pyrorum, & aurei coloris. Vel intelligit mala Assyria, id est, mala Medica; quæ etiam aurei sunt coloris. In Asyriâ & Mediâ, illa mala syluestria sunt. Vel simpliciter intelligit.*

AVREA mala decē misi.] *in Rom. cod. familiari quadam mutatione ex E in I, atq; ita vicissim ex I in E, scriptum est,* Decim, *per i, vltimâ syllabâ. Et ita in veteri Liuiano cod. Decim scribitur. Aetas tamen nostra maluit Decem enuntiare, per E, vtramq; syllabam.* VA Ri. Lect. CVM faciam vitulâ.] *In antiquis aliquot exemplaribus.* Vitulâ *quidem est, ablatiuo casu: in Rom. tamen, & in Mediceo,* Vitulam. *In Longobardico, altera manu & atramento, apex A literæ superadditus.* Vitulâ *verò legendũ, ablatiuo casu, rectè Seruius admonet.* QVAMVIS sit rustica.] *Sic quidem in veteribus aliquot exemplaribus, præsertimq; in Longobardico, legitur. Sed non displicet,* Quamuis est rustica: *quod habetur in Rom. codice.*

DVM tu cõsectaris apros, ego retia seruo.] *Hoc vtinam duntaxat legeretur, non etiam sic agerent homines! Dicetur in eum, qui ex re quapiam ingentem pecuniam accipit; ne obolum quidem impartiens laborum socijs.* AD Ri. Ban. POLLIO amat nostram.] *Cùm innuemus, hominem quempiam amare, atq; magnifacere, à nobis etiã parùm venustè scripta: dicemus illud,*

Pollio amat nostram, quàmuis sit rustica, musam.

ME. Pollio & ipse facit noua carmina. pascite taurum,
Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam.
DA. Qui te Pollio amat, veniat quò te quoque gaudet:
Mella fluant illi, ferat & rubus asper amomum.
ME. Qui bauium non odit, amet tua carmina Meui:
Atque idem iungat vulpeis, & mulgeat hircos.
DA. Qui legitis flores, & humi nascentia fraga,
Frigidus, ô pueri fugite hinc, latet anguis in herbâ.
ME. Parcite oues nimiùm procedere: non bene ripæ
Creditur. ipse aries etiam nunc vellera siccat.
DA. Tityre, pascenteis à flumine reice capellas:
Ipse, vbi tempus erit, omneis in fonte lauabo.
ME. Cogite oueis pueri: si lac præceperit æstus,
Vt nuper; frustra pressabimus vbera palmis.
DA. Eheu, quàm pingui macer est mihi taurus in eruo!
Idem amor exitium est pecori, pecorisq; magistro.
ME. His certè neque amor causa est: vix ossibus hærent.
Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.
DA. Dic, quibus in terris (& eris mihi magnus Apollo)
Treis pateat cœli spatium, non ampliùs, vlnas.

SER. NOVA carmina.] *magna mirãda.* PASCITE taurum.] *Hic auget: nam ille vitulam dixerat.* QVO te quoque gaudet.] *subaudi, venisse. Peruenerat autē ad Consulatũ, post triumphũ Dalmaticũ. nam vicerat Salonas, ciuitatem Dalmatiæ. Horat.*

Cui laurus æternos honores.
Dalmatico peperit triumpho.

AMOMVM.] *flos est Assyrius. vt Lucanus:* Vicinæ messis amomum. QVI Bauiũ nõ odit.] *pro pœnâ ei contin-* C *gat, vt diligat Meuiũ, priorem poëtam. nam Meuius & Bauius pessimi fuerunt poëtæ; inimici tàm Horatio, quàm Vergilio. vnde Horatius:*

Malâ soluta nauis exit alite
Ferens olentem Meuium.

MVLGEAT hircos.] *faciat ea, quæ contra naturam sunt.* FRAGA.] *mora, quæ in herbis nascuntur. ideò dixit,* Humi nascentia. LATET anguis in herbâ.] *ἀλληγορία est. nam videtur hoc ad Mantuanos dicere, qui inter milites versabantur armatos; quos, sicut anguis, mortem inferre posse, non dubiũ est.* NON bene ripæ Creditur: ipse aries etiam nunc vellera siccat.] *Allegoria, ad illud, quod suprà diximus, pertinēs: quia, post acceptos agros, ab Ario centurione penè est interemptus; nisi se præcipitâsset in fluuium.* PARCITE oues nimiùm procedere.] *Id est prohibete, seruate ne procedant. vt,* Gnatis parce tuis. TITYRE, pascenteis à flumine reice capellas.] *id est, ô Mantua, noli modò velle aliquid agere de repetendis agris: nam, cùm opportunum fuerit, ego o*mneis lauabo, *id est, purgabo omneis apud Cæsarem; cùm de Actiaco bello reuersus fuerit: Et bene,* In fonte: *ipse enim, per amicos Cæsaris agrum meruerat, tanquã per riuulos quosdam. nunc autem Mantuanis beneficium dicit se, ab ipso Imperatore, meriturum.* REICE capellas.] *Rēīcē cã. proceleusmaticus est pro dactylo: & sic est positus, vt* Gēnŭă lăbant: *item,* Arĭĕtăt in portas. Cogite oueis.] *in ouilia colligite.*

et, Titrye coge pecus. PRÆCEPERIT.] *prè occupauerit. nã naturale est, vt lac augeatur frigore, calore minuatur.* VIX ossibus hærent.] *vix ossa eorum cohærent.* TENEROS oculus mihi fascinat agnos.] *Dicit causam macici: & per trãsitum, pulchrum se habere pecus significat; quod vtiq; meruit fascinari.* ERIS mihi magnus apollo.] *Relicto certamine, sibi proponunt ænigmata. Benè autem ait, Eris mihi Apollo: quia in rebus incertis, solâ opus est diuinatione.* TREIS pateat cœli spatiũ, non ampliùs, vlnas.] *Vlna, propriè est spatium, in quantum vtraq; extenditur manus. Dicta vlna, ἀπὸ τῶν ὠλενῶν, id est à brachijs. vndè & [illegible] dicitur. licèt Suetonius vnum cubitum velit esse tantummodò. Sanè hæc quæstio variè soluitur. nam alij dicunt, significare eum sepulchrum Cælij, luxuriosi cuiusdam; qui, venditis omnibus rebus, & cõsumtis, tantummodò sibi spatium reseruauit, quod sepulchro sufficeret: & voluisse eum errorem facere ex* cœli & Cælij *similitudine; vt sit: Die mihi, vbinam sepultus est Cælius, cuius tribus vlnis continetur sepulchrum? Alij verò volunt puteum significari, qui est in Syene, parte Aegypti: quem ad hoc nimiæ altitudinis Philosophi effoderunt, vt probarent, locum illum esse solum, quem recto sol intuitu irradiaret. Nam octauo Calend. Iulias die, quando in centro suo est sol, lumine suo tàm imã quoq; illius putei, quàm summam terram irradiat. Sed neutrum horum cõuenit rustico. Vnde simpliciter intelligendus est cuiuslibet loci puteus: in quē tùm quis descenderit, tantũ cœli conspicit spatium; quantum putei latitudo permiserit. Alij dicunt, clypeum Aiacis trium vlnarum, in quo expressa cœli forma fuit. Alij specum in Siciliâ, per quod rapta est à Dite Proserpina. Alij, mundum in sacro Cereris. Asconius Pedianus dicit, se Vergilium dicentem audisse, in hoc loco se Grammaticis crucem fixisse, volens experiri, quis eorum studiosior inueniretur: volens intelligi de Cælio Mantuano, vt suprà dictum est.*

AMO-

AMOMVM.] *Ex Assyriâ ad nos trâsfertur. herba est: & est etiam arbor, similis citro.* QVI Bauium, &c.] *Ad comparationem Pollionis.* IVNGAT vulpeis.] *Ad fœtorem pertinet: hoc est, sit semper fœtidus.* CREDITVR.] *Impersonalis est vox.* IPSE aries.] *De seipso intelligit: qui se præcipitem in Mincium dedit fluuium, cùm eum insequeretur Milienus Toro primipilaris, cui per sortem euenerat Vergilij ager.* IN pingui ervo.] *Ervum est herba, genere scilicet leguminis, coloris rubri: pabulum idoneum bubus impinguandis.* FASCINAT.] *In aliquibus mortalibus tanta est in acie oculorum potentia: vt ipso intuitu, non tantùm macilentiam & morbos inferant, visis rebus; sed etiam enecent; vt est apud Plinium.* TREIS pateat cœli spatium.] *Volunt alij.* Cæli, *pro* cœli, *legere: & eum intelligere, qui cùm omnia consumpserit, tantummodò spatium terræ trium vlnarum reliquerit sibi pro tumulo. Alij intelligunt Cœlum quendam, qui fuerit staturæ paruæ; vtpote qui non excesserit vlnas duas. Ego intelligo, locum esse debere, in aliquâ parte orbis, adeò demissum; vt indè intuentes minimum aeris spatium videant. Non intelligitur, quid sibi velit dicere.*

VAR. Lect. QVI Bauium non odit.] *Hoc quoque nomen pronunstiatione Græca per V: quippe digammon habetur in Romano* libro, Vauium. ET mulgeat hircos.] *In Romano libro, & in altero peruetēri,* Mulceat, *per C scriptum est. In Longobardico, vt omnino discernitur; ita quoq; legebatur: verùm alterâ manu & atramento factum est* Mulgeat, *per g.* REIICE capellas.] *Seruius dicit,* Reice ca, *proceleusmaticum esse. Antiquiq; omnes cod.* Reice. *scribunt, vnico* I. OMNES in fonte lauabo.] *Fonte, quidem vetera habent exemplaria, Romano excepto, in quo,* Fronte *legitur. quod alij viderint.* COGITE oues pueri, si lac præceperit æstus.] *In antiquis aliquot exempl. cum antiquissimo maioris notæ,* Æstas *legitur. quod non placet.* EHEV, quàm pingui macer est mihi taurus in eruo.] *Romanus liber vnà cum Longobardico, & aliquot alijs, legunt,* In aruo. *In aliquot, in quibus* Ervo *scriptum fuerat, A litera supernè addita.* EXITIVM est pecori, pecorisq; magistro.] *Verbum* Est, *in hoc versu, valde inconstans reperitur apud libros manuscriptos. Nam veluti plebeius notatus, modò in hanc, modò in illam transfertur tribum. In Romano enim,* Exitium est: *In Medico, & quibusdam alijs,* Pecori est: *In Oblongo, Vaticano, & in Longobardico,* Magistro est, *habetur.* NON ampliùs vlnas.] *In Rō. lib.* vlnas, *eâ mutatione, quâ nūc quoq; vocabula multa, & in L. transmutāt: &* Vallus, *&* Vānus, *apud veteres idem est.* A B

SER. DIC, quibus in terris inscripti nomina regnum Nascâtur flores.] *Quia soluere non potuit; ipse aliam obijcit quæstionem. Et captiosè,* Qu bus in terris, *dixit. Hyacinthus enim vbiq; nascitur, flos, qui natus est primò de Hyacinthi sanguine; postea de Aiacis sicut & Ouidius docet. Est autem rubrum quasi lilium; designans primam Hyacinthi literam.* Regum *autem* nomina, *non quoniam ipsi reges fuerâti sed quia regum filij. vt,* Magnum reginæ sed enim miseratus amorem: *cùm de Ariadne diceret, Pasiphaës reginæ filiâ. Sanè multi volunt,* Nomina regum, *pro* Nomine regis, *positum: vt sit, quemadmodum illud in Terentio;* Non perpeti meretricum contumelias: *cùm de vnâ loqueretur. Nam flos iste, Hyacinthi tantùm; & non Aiacis, nomen retinet. Tamen sciendum; ænigmata hæc, sicut ferè omnia, carere apertâ solutione.* PHYLLIDA solus habeto.] *Amicam communem. quod plus est, quàm esse Apollinem. Nam esse Apollinem, impossibile est; quod ille promiserat: hic verò possibilia pollicetur.* NON.] *Hic distinguendum est; vt sit sensus: Officij iudicis est, ferre sententiam; non eorum qui inter se contendunt. Vnde malè quidam totum iungunt:* Non nostrum inter vos tantas componere lites. *Nam negaret, se facturum esse quod faciet. Iudicaturus enim est, tot esse pares, dicens:* ET vitulâ tu dignus, & hic. Componere.] *finire. vt,* Ante diem clauso componet vesper olympo, *id est finiet.* ET quisquis amores, aut metuet dulces, aut experietur amaros.] *Et tu & hic digni estis vitulâ, & quicunque similis vestri est. Nam suprà vnus dixerat:*

Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres,
Arboribus venti; nobis Amaryllidis iræ. *Item alter:*
Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis,
Lenta salix fœto pecori; mihi solus Amyntas.

Ad cuius amatoris similitudinem pertinet, Aut metuet dulces. *namque hic Menalcas, & amabat, & amabatur: sed tanquam prudens timebat, ne vnquam posset amor ille dissolui. & contrà, Damœtas amaritudinem amoris expertus fuerat, ex amicæ Amaryllidis iracundiâ.* Metuet dulces.] *timebit pro dulcibus, ne eos amittat.* SAT prata biberunt.] *Aut intelligimus hunc exisse, vt iuberet pueris suis, vt arua irigarent; quod illis cantantibus factum est: & reuerâ dicit,* Riuos claudite. *aut certè allegoricôs hoc dicit; Iam cantare desinite: satiati enim audiendo sumus.*

ME. Dic, quibus in terris inscripti nomina regum
Nascantur flores: & Phyllida solus habeto.
PA. Non, nostrum inter vos tantas componere lites.
Et vitulâ tu dignus; & hic: & quisquis amores,
Aut metuet dulces, aut experietur amaros.
Claudite iam rivos pueri: sat prata biberunt.

POM. Sabi. INSCRIPTI nomina regum.] *Suspicātur lectores de hyacintho. Hyacinthus ab Apolline adamatus fuit, propter nimiam pulchritudinem: & ab ipso per ignorantiam occisus disco, conuersus est in florem sui nominis, qui in se habet literas treis, vt sit vox gemētis. Plinius ait: Hyacinthum comitatur fabula duplex, luctum præferens eius, quem Apollo dilexit, aut ex Aiacis cruore editum; ita excurrentibus venulis, vt Græcarum literarum figurâ exprimatur.* NOMINA regū.] *dicit, quia vterque genus habebat regium.*

INSCRIPTI.] *Hyacinthus enim, ab Apolline adamatus, propter nimiam pulchritudinem, & ab ipso per ignorantiam occisus disco, conuersus est in florem, qui in se literas habet Hya; vt si vox plorantis. Quidam ex Aiacis sanguine.*

VAR. Lect. C NASCANTVR flores.] *In Oblongo codice, in Mediceo, Longobardico,* Nascantur, *est fatendi modo: in Rom.* Nascâtur, *coniunctiuo.* AVT metuet dulces.] *In Med. cod.* Metuat, *scriptum est, specie non ineleganti. Sed,* Metuet, *cum altero* Experietur, *conuenit.*

NON nostrum inter vos.] *Si quis rogabitur, vt litigantes duos, pluresve in gratiam restituat: hoc versu, si nolit, negabit.*

Non nostrum inter vos tantas componere lites.

VITVLA tu dignus.] *Hoc Vergilij dicto apud studiosos locabimur in eum; qui, ob nimium aliquod facinus, se putabit dignum, qui amplissimis donetur præmijs.*

ALLEGORICA ECLOGAE TERTIAE interpretatio, per Ioan. Lud. Viuem.

Nactus Vergilius gratiam Augusti, Pollionis, Mæcenatis, Galli, & aliorum Procerum; multos habuit doctos, qui sibi eum fauorem inuiderent. Ecloga hæc, est contentio ac iurgium Vergilij, sub Damœtæ nomine, & poëtæ alicuius ex eius inuidis, sub Menalcæ nomine: qui illius apud Romanos principes auctoritatem gratiamq; eleuaret; anteferret autem suam. DIC mihi Damœta.] *Imitatio est Theocriti, ita vt eisdem quoque vtatur verbis. Initium sumitur ab inimicâ insectione, & quasi contemptu: vt Menalcas Damœtam ostendat, non dominum esse gregis; sed mercede conductum. Cuius est, inquit, carmen hoc pastoricum? an Melibœi poëtæ alicuius ignobilis, Mæuij puta, vel Bauij? Non, inquit; sed Aegonis per quem significat*

Digitized by Google

A *ficat insignem aliquem poëtam; nempe Gallum, aut Cinnam.* INFELIX ô semper ouis pecus.] *miserum semper carmen pastoricium, quod in manus indignas deuenit. Dum enim Cinna, & Pollio, & Gallus, & alij, qui eo multum valent, suntque eius quasi domini, de gratiâ & auctoritate Principis populiq; contendunt mecum: alienus hic inuenit locum, vt se Musarum studio ingerat: & canit carmen pastoricium, sinè succo & gratiâ: & , tanquam fur, detrahit huic arti suam venustatem, effutiens ex tempore qualescunq; versus.* PARCIVS ista viris.] *Vir, nomen est sæpè dignitatis: refertur enim & ad virtutem, vimq; animi aut corporis, vt Cic. 11. Philip.* Virum illa causa desiderabat. *Itaq; se virum dicit: quasi alter homo sit nequam & vilis non vir.* OBIICIENDA memento.] *Memineris, quæ de te possint dici: ne in maledicentiâ sis adeò intemperans.* NOVIMVS & qui te.] *Nam & carmen tuum vidimus ineptũ ac ridiculum: quod populus contemnẽs ac indignans legit; proceres autem faciles & generosi riserunt. Mirè expressit modũ intuendi in contemptu aut indignatione; nempe limis oculis: quo modo tradit Plin. leones aspici se non ferre.* TVM credo, cùm me.] *Credo, per se positum, ironiam plerumq; significat: quod apud Cic. & alios est frequens. Itaq; quod*

B *hic Menalcas dicit, non de se vult intelligi; sed de Damœtâ inimico. Obijcis, inquit, mihi carmen incompositum & incommodum: quid faceres, si ego nouam & bonam materiam imperito versu cantâssem, atq; infelici, vt tu? Mycon de arboribus scripsit. itaque res agrestes persequebatur Vergilius, vt quidem est inimici sensus, malo & indocto carmine: tum etiam nouas vites, hoc est, res Augusti & populi Roman.* AVT hîc ad veteres fagos.] *Recriminatur Damœtas Menalcam: quasi poëtam aliquẽ bonum calumniatus sit; & fauori ac muneribus illi collatis inuiderit; læseritq; eum, quacunque potuerit, magnâ rabie odij atque inuidentiæ.* QVID domini faciant, audent cùm talia fures.] *Dominus ad seruũ refertur; & inter pastores, ad alienum & conducticium: hic, ad augendum atrocitatem iurgij, dominis opponit fures: quod indignius est, quàm mercenarij. Quid nõ audeant dicere ac facere domini: cùm fures & nebulones perditissimi audeãt ista? Quod est multò acrius; quàm si dixisset per propria relatiua.* NON ego te vidi.] *Arguit eum esse furem, & compilatorem Græcorum ac Latinorum; reclamantibus alijs poëtis, furtumq; exprobrantibus.* QVO nunc se proripit ille?] *Bene expressit morem loquendi rusticum: & habet indignationis vim, pronomen ille.* TV post

C carecta latebas.] *obtegebas te, & furtum tuum, obtentu aliquo tenui versuum, abs te vel immixtorum alienis, vel immutatorum. Ita enim latebas, vt non omnino falleres. nam post carecta: quæ sunt nec alta, nec densa, vt occultare possint.* AN mihi cantando.] *Omittit poëta reijcere crimen in aduersarium: & ad odiosam furti obiectionem respondet: idq; pastoricio more, per interrogationem: se non esse inferiorem priscis poëtis; victosq; esse illorum plerosque omnes ab se cantando, seq; artis præmium ac decus ab illis extorsisse, elegantiâ suorum carminum.* SI nescis, meus ille caper.] *Decus hoc poëmatis, quod tu surripuisse me criminaris, ne sis inscius, meum est, meo ingenio partum. nec alij vates id negant: sed tribuente hoc mihi vel auctoritate vetustatis præpediuntur; vel receptâ in vulgus opinione. Populus enim nouis scriptoribus non multum tribuit: peritiam æstimat annis, vt inquit Horatius.* CANTANDO tu illum?] *Subiicentia ex indignatione. Nunquam tu eam habuisti eruditionis facultatẽ; nec maioribus assueuisti fistulis: sed vulgari ac triuiali peritiâ cantandi præditus, apud vilem plebeculam Mantuæ, alijsq; in municipijs frigidis, profundebas miseras cantiunculas. Operæ precium est, annotare verba singula, quæ habent magnam acrimoniam conuicij. Solebas tu homo indocte, non canere; sed disperdere carmen miserum, vile, ac miserandum: vel miserum, quod in tuas manus incidisset. non inter eos, qui possent iudicare; sed in triuijs, quò conuenit turba mulierum, puerorum, otiosorum. idq; non fistulâ, vel cannâ, in quo est aliquid solertiæ; sed stipulâ: & ea non suauiter, aut leuiter recinenti; sed stridenti.* VIS ergo inter nos.] *Nullus esset finis iurgij, & conuiciorum: sponsione est certandum de eruditione.* EGO hanc vitulam.] *Ego, quem tu alienum appellauisti, & mercede conductum, depono hanc vitulam: vt scias, me habere peculium. tu dic, quid depones?* DE grege non ausim.] *Vergilius ait, se pecude sponsurum: hoc est, de præstantiâ argumenti, ac materiâ carminis. Menalcas negat, sibi licere eâ de re certare; sed certaturum libenter pro poculis affabrè tornatis: id est, de nitore & artificio, & nouitate gratiæ. Necdum illis, inquit, labra admoui; sed condita seruo.* DESCRIPSIT radio.] *Benè, Radio: nam Mathematici formas suas, in puluere, delineabant radio.* ET nobis idem.] *Nec elegantiam, facetumq; dicendi genus, deesse sibi ait, & recentem expolitionem ac venustatem; nec recusaturum super eâ re certamen: sed nihil hoc esse, si cum solidâ atque vtili materiâ conferatur. splendor enim & ornatus verborum, quasi flores sunt quidam: sensus autem, fruges.* AVDIAT hæc tantum vel qui.] *Modò ne sine iudice: ne infitieris postea & tergiuerseris, postquam te vicero. sit quilibet iudex; vel hic Palæmon imperitus, si alius desit. tanta est fiducia.* DICITE: quandoquidem.] *Aptissimum tempus canendis versibus descripsit; nempe ver: & animi non tranquillitatem modò, sed etiam alacritatem.* AB Ioue principium Musæ.] *Vetusto more: ab Ioue enim exordiebantur orationes omnes; vt apud multos legimus. sic in 10. Aeneid.*

Præfatus diuos solio rex infit ab alto.

Hoc est solenne carmen, præfari olim solitum; de quo in antiquis memorijs legimus. Quantò illi sapientius auspicabantur, ab imploratione sui ficti numinis; quàm qui inter nos verum numen ne nominare quidem sustinent? A quo iustius capiant Musæ principium; quàm ab auctore ac parente suo Ioue? à quo ingenia humana; quàm à Deo, illorum conditore ac tutore? IOVIS omnia plena.] *Ex Arato. Iupiter implet omnia munere ac beneficio suo: alioqui non perdurarent. quoniam ergo beneficij illius sunt omnia; à quo potius exordiamur?* ILLE colit terras.] *Illius nutu ac cõcessione excoluntur terræ.* ILLI mea carmina curæ.] *Scio, illum ad curam suam peculiarem recepisse mea carmina. ab illo sunt enim sublimes quidam raptus ingenij mei, dum carmen compono: vnde poëma meum curæ illi esse sentio.* ET me Phœbus amat.] *Ex contentione carminis amœbæi, Ioui opponit Phœbum; patri filiũ; summo deorum, deum quidem minorem; sed qui peculiaribus pastoribus præsit, (vt qui fuerit pastor: vnde νόμιος dictus) & cantantibus: est enim dux Musarum. Ad Augustum alludit: qui iuuenis, rebus magnis gestis, creditus est Apollinis filius; sequenti verò ætate, Apollo est dictus. Suet.* PHOEBO sua semper apud me.] *Hinc colligit, se esse charum Phœbo; quòd illum gratis muneribus colat; nempè lauro & hyacintho, adamatis ipsi. Grati sunt Deo, qui illum ritè colunt accepto sacrificio; nempe puris animis.* MALO me Galatea petit.] *Lusus & delicias suas cum Augusto subsignificat. Malo est ab eo impetitus; quod est magnæ atque arctæ familiaritatis: & subduxit se ad salices; & tamen vult videri, quò abierit, vt is sequatur. omnia sunt familiarium colludentium. Multa & magna fauoris signa præbuit Vergilio Cæsar Octauianus: sed occultauit ea. interdum ostendit tamen, quà possint illa repetere, & ad se redire. quod est Principum, cùm in magnam gratiæ partem aliquem statuerunt sensim recipere.* AT mihi sese offert.] *Amoribus amores oponit alicuius ex nobilibus Romanis; quem significat sibi esse familiarissimum: adeò vt vel ipsis canibus sit notior; quàm Luna, dea venationum.* PARTA meæ Veneri.] *Non solùm se diligi ostendit; verùm se muneribus colere amicos, delectumq; sibi materiam, quâ fauorem Augusti erga se magis & magis promereatur quotidie.* QVOD potui, puero.] *Et se quoque misisse agrestia munera, carmen scilicet rusticum; breuiterq; missurum aliud. Per*

aurea mala decem, ſunt qui decem Eclogas intelligant. nos id in medio relinquimus. O' quoties & quæ.] *Secreta Augusti colloquia ſignificat, plena beneuolentia: quæ cuperet nota fieri Romanis proceribus, vt ab illis fieret pluris, qui tam gratus eſſet Principi.* QVID prodeſt.] *Eleuatio eſt, & irriſio iactantiæ fauoris Auguſtæ. Quid iuuat, quòd Auguſtus tibi ex animo bene vult: ſi non admouet magnis ac præclaris rebus, ſed ſinit te in ignobilitate & obſcuritate ſtudiorum cõſeneſcere?* PHYLLIDA mitte mihi.] *Sine me, Auguſte, inuitare ad has meas epulas natalicias, hoc eſt, ad conuiuium ruſticum, Pollionem: vt ei opus hoc paſtoricium dicem. Tu verò inuitaberis, cùm vitulâ ſacrificabo pro frugibus: hoc eſt, carmine maiore cantaberis.* PHYLLIDA amo ante alias.] *Significat, ſibi quoque eſſe charum Pollionem: & cùm digrederetur, grauiter tuliſſe, & præ mœrore eſſe collacrymatum, longamq; ſalutationem dixiſſe: vt ſolet inter amicos fieri. Lacrymæ, & geminatio ſalutationis, & prolatio, & epitheton formoſi; charitatis ſunt ſigna indubitata.* TRISTE lupus.] *Non ſolùm ſe amare Mecœnatem aut Pollionem; ſed venerari: nihilq; ſibi eſſe triſtius, quàm illius animum alienatum ab ſe.* DVLCE ſatis humor.] *Sibi verò nihil eſſe illorum, & alloquijs, & conſpectu iucundius.* POLLIO amat noſtram.] *Iam apertè ſinè figurâ Pollionē nominat, grata eſſe illi ſua carmina ruſtica. O' Muſæ, Pollionem, qui tam libenter veſtra legit, ijsq; delectatur, alite vitulam: ſuppeditate Veneres, ſiue carmine, ſiue proſâ.* POLLIO & ipſe facit noua carmina.] *Non delectatur ruſtico poëmate: ſed facit ipſe carmen noui generis, nouiq; argumenti: quo profligabit inimicos ſuos, & inuidos impetet cornu, verſuum acumine; & ſparget pedibus arenam: ad terrorem æmulorum, puluerem excitabit: vt tantam ferociam indocti metuant, & puluis eis obijciatur ante oculos. Fuit Aſinius Pollio, vir valde doctus, & acris iudicij, ſed moroſi, ac difficilis. Cicero: æmulus, imitator veteris elocutionis. ſcripſit orationes multas, & tragœdias. Liuium dixit Patauinitatem ſapere: & Portium Latronem ſuâ linguâ diſertū eſſe. De hoc multa in declamationib. Seneca.* QVI te Pollio amat.] *Vt ſe bene cupere oſtendat Pollioni: bene precatur eius amicis, felicitatem aurei ſeculi, cùm omnia bona vbiq; prouenirent.* QVI Bauiū non odit.] *Iam ex rabie, quia toties Vergilius amicitiam Pollionis iactâ-rat, hominis ingenioſiſſimi; meminit Bauij & Meuij, infelicium poëtarum: quaſi horum ſit Vergilius ſimilis. Et tacitè etiā Pollionem perſtringit. nam hoc eſt naturale, vt amicos inimicorum hac ſolâ de cauſâ oderimus; alioqui bonos & amabiles. Et obijcit poëtas inimicos: quò magis vrat eum. Et, quemadmodū Damœtas erat copiam rerum ſuauium precatus; ita hic imprecatur rem inanem & ridiculam; vt, qui verſibus ineptorum poëtarum capitur, is iungat vulpes aratro, & mulgeat hircos: in Vergilium & Pollionem, quorum alter alterius probabat ingenium; quaſi mutuum muli ſcaberent.* QVI legitis flores.] A
Qui formoſis artibus datis operam, fugite hunc poëtam venenoſum. PARCITE oues.] *Arius Centurio collocatus erat in agris Vergilio ademptis. vbi autem ex vrbe Vergilius reuertiſſet cū edicto Cæſaris, quo Arius iubebatur agris cedere: Centurio, militari iracundiâ percitus, diſtricto gladio impetum fecit in Vergilium, qui fugiens, cùm alter non faceret inſequendi finem: conijcit ſe in Mincium amnem, & nando ad vlteriorem ripam peruenit.* TITYRE paſcentes.] *Monet vel mercenarium ſuum, vel Mantuanos omnes; vt cautè agant, & deuitent periculum: ad tempus ſe reperturū occaſionem, quo apud Cæſarem ipſum, efficacem reſtitutionē agrorū omnium impetret: nec eſſe opus tribunorū aut legatorum fauore; ſed ſe ab ipſo fonte petiturum.* COGITE oues pueri.] *Deſinite grandia vobis promittere, & ſperare quæ ſunt inania. Tutius erit, vt cogatis oues; & quæ vobis reliqua ſunt, conſeruetis diligenter: ne, ſi turbo aliquis belli rurſum ingruat, vt nuper, vniuerſus fructus peculij pereat.* EHEV, quàm pingui.] *Non credo ſignificari à poëtâ, res ſuas eſſe difficiles, in tanto fauore Auguſti: imò ſatis ſibi ſuas res placere, oſtendit. Itaq; inſectatio eſt aduerſarij: Miror, te, in tantâ gratiâ procerum, in tātâ eruditione, & applauſu omnium, tam macrum pecus paſcere, tam habere rem tenuē.* B
Amor ſcilicet, hoc eſt, nimia de ſe fiducia, & ſibi pluſ ſatis placere, nocet poëtæ, & rebus eius. Vel ſic: Miror, te, in tantâ ingenij vbertate, tam tenue atq; exile carmen pangere: certè vel immodico tuimetipſius amore dementatus es; vel captus alterius amore deliras: vt idem amor, & ingenium tibi perturbet, & carmen deprauet. HIS certe neque amor.] *Demonſtrat Menalcas Vergilij pecus: atqui his, inquit, quæ non ſunt admodum pinguia & curata, amor non obeſt. neq; enim te in eo peccare eſt credibile, de quo me reprehendis. quid ergo eſt? Faſcinum eſſe in cauſâ dicit, per deriſum: vt, quam cauſam Vergilius attulerit, in alterum quoq; poſſit competere; ne obijciat maledictum commune.* DIC, quibus in terris.] *Satis iurgiorum: nec vllus eſſet finis. Proponit ergo quæſtionem, more vulgari, inſolubilem, ad perturbandum aduerſarium; vt eâ confixus decedat.* DIC, quibus in terris.] *Iſta ex fabulis proponit, tanquam imperio: quod paſtores faciunt, ſi quid ab vrbanis audiuerunt, parùm inter ſe tritum.* ET eris mihi magnus Apollo.] *Vterq; in alterum acerbè. Menalcas nihil affectabat magis, quàm ingenij gloriam. ideò Damœtas dicit: aſſequêre, quod optas tantopere: eris mihi Apollo ipſe. Vergilius autem, gratiam* C
& beneuolentiam Romanorum captabat. ideò Menalcas: & ſolus fruêre tuâ Phyllide, (quam alibi vocat Amaryllida) ſinè vllâ contradictione: nam ipſe tibi cedam. AVT metuet dulces.] *Grande præmium meretur, quiſquis fauores principum, & auram populi, ſapienter metuerit; vel deſpectum, odiumq; pertulerit fortiter.*

SER. SICELIDES Muſæ, paulò maiora canamus.] *Aſinius Pollio, ductor Germanici exercitus, cùm poſt captas Salonas, Dalmatiæ ciuitatem, primò meruiſſet lauream; pòſt etiam conſulatum adeptus fuiſſet: eodem anno ſuſcepit filium; quem à captâ ciuitate, Saloninū vocauit. cui nūc Vergilius γενεθλιακὸν dicit. Quem conſtat natum riſiſſe ſtatim: quod parentibus omen fuit infelicitatis. nā ipſum puerum inter ipſa primordia, id eſt, nono die, perijſſe, manifeſtū eſt. Sicelides autem, græcum eſt: nam latinè Sicilienſes facit: id eſt, Theocritiæ. nam Theocritus Syracuſanus fuit: quem in hoc opere Vergilius imitatur, vt diximus ſuprà.* PAVLO' maiora canamus.] *Bene, paulò dicit. nam licet hæc Ecloga diſcedat à bucolico carmine: tamen inſerit ei aliqua apta operi. Ergo, non maiora; ſed paulò maiora.* MYRICÆ.] *virgulta ſunt humilia & ſterilia. quod vulgò tamariciū dicitur.* SI canimus ſyluas, ſyluæ ſint conſule dignæ.] *id eſt, miſcetur illis*

ECLOGA IIII.
POLLIO.

SICELIDES Muſæ, paulò maiora canamus:
Non omnes arbuſta iuuant, humileſque myricæ.
Si canimus ſyluas; ſyluæ ſint Conſule dignæ.
Vltima Cumæi venit iam carminis ætas:
Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo.
Iam redit & Virgo; redeunt Saturnia regna:
Iam noua progenies cœlo demittitur alto.
Tu Modò naſcenti puero, quo ferrea primùm
Deſinet, ac toto ſurget gens aurea mundo,
Caſta faue Lucina: tuus iam regnat Apollo.
Teque adeò decus hoc æui, te conſule inibit
Pollio, & incipient magni procedere menſes.
Te duce, ſi qua manent ſceleris veſtigia noſtri,
Irrita perpetuâ ſoluent formidine terras.

A illis honos, vt digna sint consule, id est, filio cõsulis, Asinij Pollionis. VLTIMA Cumæi venit iam carminis ætas.] Sibyllini: quæ Cumana fuit, & secula per metalla diuisit: dixit etiam, quis quo seculo imperaret: & Solem vltimum, id est, decimum voluit. Nouimus autem, eundem esse Apollinem. vnde dicit: Tuus iam regnat Apollo. Dixit etiam, finitis omnibus seculis, rursus eadem renouari. quam rem etiam Philosophi hac disputatione colligunt, dicentes: Completo magno anno, omnia sidera in ortus suos redire, & referri rursus eodem motu. Quòd si est idem siderum modus: necesse est, vt omnia, quæ fuerunt, habeant iterationem. Vniuersa enim ex astrorum motu pendêre, manifestum est. Hoc secutus Vergilius, dicit reuerti aurea secula, & iterari omnia quæ fuerũt. AB integro.] vel denuò, vel ab initio. Cato de suo consulatu. Omnia ab integro paranda erant. SECLORVM.] συναίρεσις, pro, Seculorum. Et seculum, quidam centum annorum definiunt; quidã centũ decem. Horatius: Certus vndenos decemq; per annos. REDIT & virgo.] Iustitia, quæ Erigone fuit, filia Themitis: dum inter homines versaretur, propter eorum scelera terras reliquit. Quam ideò virginem dicunt: quòd sit incorrupta Iustitia. Et permiscet laudes tam pueri Pollionis,
B quàm Augusti. nam felicitas temporum, ad Imperatoris laudem pertinet. SATVRNIA regna.] aurea secula. Quia Saturnus aureo seculo regnâsse dicitur. IAM noua progenies cœlo demittitur alto.] Vt videantur homines, non ex mortalibus nati; sed ex numinibus, & quasi cœlo lapsi. Et hinc cõijcit, fore aurea secula; quòd Augustus imperat: vel quòd talis est natus puer: vel, quòd consul est Pollio. vnde est; Te consule inibit. QVO.] deest, Nascente. nam hoc dicit: Faue ei Lucina, cuius ortus secula immutabit; aureis scilicet ferrea. CASTA faue Lucina.] Modò Lucinam Dianam accipimus. Sic Horat. Siue te Lucinam probas vocari. Terentius Iunonem dicit Lucinam: vt, Iuno Lucina fer opem. Tamen ambæ vnum sunt. Sanè hic Dianam, Lucinam non immeritò designat. Prior enim genita, parturienti matri Apollinẽ, tulisse auxilium dicitur. Nigidius de Dijs, lib. 4. Quidã deos, & eorum genera, tẽporibus & ætatibus; inter quos & Orpheus: primum regnum Saturni; deinde Iouis; tum Neptuni; inde Plutonis, nonnulli etiam, vt magi aiunt, Apollinis fore regnũ. In quo videndũ est, ne ardorẽ (siue illa ἐκπύρωσις appellanda est) dicant. Quidam hoc loco, (Casta faue Lucina; tuus iam regnat Apollo) Octa-
C uiã, sororem Augusti, significari affirmãt; ipsumq; Augustum, Apollinem. TVVS iam regnat Apollo.] vltimum seculum ostendit, quod Sibylla Solis esse memorauit: & tangit Augustum; cui simulachrum factum est, cum Apollinis coniunctis insignibus. INIBIT.] inchoabit, exordium accipiet; aureum scilicet seculũ. Et ideò, Inibit, non Inijt: quia consul designatus erat. Quidã Saloninũ, Pollionis filiũ, accipiũt: alij Asiniũ Gallum, fratrem Salonini; qui priùs natus est, Pollione cõsule designato. Asconius Pedianus, à Gallo audisse se refert, hanc Eclogam in honorẽ eius factam. INCIPIENT magni procedere menses.] Illud tangit, quòd Iulius & Augustus mẽses, in honorem Cæsaris & Augusti, acceperunt nomina: nam antea Quintilis & Sextilis dicti sunt. & hoc etiam trahit ad argumentum aurei seculi. Possumus &, Magni, pro Pulcri, accipere; id est, aurei seculi. TE duce.] vel Augusto, vel Pollione, vel Salonino auctore. SCELERIS vestigia nostri.] Benè, nullum vult esse præsentium temporum vitium; sed reliquias dicit esse superioris ætatis. Sic in Georgicis, cùm laudaret Augustum, & carpsisset tempora vicina, dicens;

Vicinæ ruptis inter se legibus vrbes
Arma ferunt, sæuit toto Mars impius orbe: intulit,
Fertur equis auriga, neq; audit currus habenas:

vt ostenderet, tantas esse reliquias præteritorum malorum; vt ne ab optimo quidem rectore sedari posse viderentur. Vestigia autem scelerum, dicit bella ciuilia: quæ gessit Augustus, contra M. Antonium, apud Mutinam; contra Luciũ Antonium, fratrẽ huius Antonij, apud Perusium; contra Sex. Pompeium filium Pompeij in freto Siciliensi; contra Brutũ & Cassium, in Thessaliâ; contra Antonium & Cleopatram in Epiro, apud Actium promontorium, iuxta Leucaten. IRRITA.] ad nihilum deducta vestigia. Et non dicit; Iam irrita soluent terras formidine: sed, fient irrita, & soluent terras timore vel formidine. PERPETVA.] longâ. POM. Sabi.

In præsenti Eclogâ laudat consulatum Asinij Pollionis: cui tantum tribuit, vt imperium Augusti Cæsaris eo tẽpore visum sit nasci; id est, accepisse vires: quia vltima ferè bella, quæ restabant ad quietem gentiũ, fuerunt Dalmatica. L. Annæus sic ait: Dalmatæ plerunque sub syluis agunt; indè in latrocinia promptissimi. Hos iampridem martius, incensâ vrbe, detruncauerat: postea Asinius Pollio gregibus, armis, agris mulctauit. hic secundus fuit Pollio. Igitur, postquam ex victoriâ Dalmaticâ redijt, consul factus est. Contigit ei eodem tempore, suscepisse filium: quem à Salonis, vrbe Dalmatarum, Saloninum appellauit. sed nunc nõ de hoc intelligit Poeta; sed de Octauio. SICELIDES musæ.] Quia Theocritus, princeps Bucolicorum, Siculus fuit. MYRICÆ.] virgulta sunt in Italiâ ferè; quas alio nomine appellamus Tamaricas. VLTIMA Cumæi.] vel à Sibyllâ, quæ Cumæa fuit: (Cumæ, ciuitas est in Locrensi agro, qui est Ioniæ Asiæ minoris) quam aliqui, à vicinitate loci, Erythræam appellauerunt. (Erythræ, ciuitas est Ioniæ.) Cui cùm esset facta copia ab Apolline, petendi quæ vellet: dicitur cepisse arenam manibus, & impetrâsse annorum numerum: verùm hac conditione; vt patriã excederet, nunquam ampliùs reuersura. Hæc profecta est ad Auernum Campaniæ: & hic multa de imperio Romano scripsit. Ergo nunc Vergilius, vel de Cumæâ Sibyllâ, quæ post quatuor secula futuram dixit nouam generationem: vel intelligit, quod melius est, de Hesiodo poëtâ; cuius pater fuit Dius, natione Cumæus. Hesiodus autem, libris suis quatuor seculorũ facit mentionẽ. Plato dixit, vt meminit M. Tullius in Hortẽsio; finito magno anno, qui est nostrorum annorum 12. milliũ, rursus redire & creari omnia à principio, quemadmodũ fuerunt. Primum seculũ fuit aureũ: in quo mortales habitabant mixti cũ cœlestibus; & omnia libera fuerunt, sinè insidijs, sinè latrocinijs, sinè inuidiâ, sinè homicidijs. Hoc seculum, tanquam finito magno anno, scilicet aureũ, Vergilij in tam felicissimo consulatu Asinij Pollionis prædicat redire. IAM redit & virgo.] Diximus, seculo aureo habitâsse cœlestes cum mortalibus: & ipsam virginem, id est, Iustitiam, Pietatem & Fidẽ, affuisse semper hominibus; & coactam fuisse sceleribus & fraudibus hominum, relinquere terrã. LVCINA.] Appellatur Diana; à luce, quã præbet infantibus: vel à luco, qui erat sub Exquilijs. TVVS iam regnat Apollo.] Apollo ad laudẽ Asinij Pollionis; propter literas, quib. præest: vel, quia Pollionum familia ab Apolline manauit. Vel intelligit, quòd in consulatu Asinij Pollionis fuit dicatum templum Apollini, in palatio: in quo templo fuit bibliotheca prima, quæ Romæ publicata est, præsidente Asinio Pollione. qui & adeò facili linguâ fuit; vt principatum habuerit suo tempore inter Oratores, facilitate sermonis. MAGNI menses.] id est, aurea secula. Asconius Pedianus, lib. 2. De præturâ vrbanâ, putat, Vergiliũ intellexisse de Iulio & Augusto; qui tum à Diuo Iulio & Augusto Cæsare nomina acceperunt. Magni, aut ad dignitatem Cæsarum dicit: aut magni, id est, noui. Antea à numero dicebãtur Quintilis & Sextilis. ait Vergilium locutũ, propter nouam mutationem. VESTIGIA sceleris.] id est, reliquiæ. TE duce.] te consule. PROB.

CVMÆI.] vel à Sibyllâ, quæ Cumana; & post quatuor secula παλιγγενεσίαν futuram cecinit. Vel Cumæi carminis, id est, Hesiodi; à patre Dio, qui Cumæus fuit. Hesiodus autem, libris suis quatuor seculorum facit mentionem. VAR. Lect.

SICELIDES Musæ.] Animaduertendum, antiquos plerosq; libros, Sicilides, eâdem vocali tribus primis syllabis, scriptum ostendere, vti etiam in primitiuo nomine, Sicilia scriptitamus. HVMILESQVE myricæ. In medio lib. Humilesq; genistæ, positum est. Seruius, Myricæ agnoscit. VLTIMA Cumæi.] Veteres pleriq; libri, scriptionẽ Græcam

CAEL. Rhod. retinêt, in vocabulo Cymęi. Ita 6. Aeneid. Cymęa Sibylla. Sæpè vtiq; in poëtis enarrandis ingerunt se, quæ si altiùs perpendas, intercutaneam requirunt eruditionem: etiamsi nocturnos intendentibus oculos, plerunq; videntur extrita ac vulgaria. cuiusmodi Vergilianum illud ex Bucolicis:

Si canimus syluas, syluæ sint consule dignæ.

Quâ in parte, scientissimus poëta morem respicit veterem, quo Consulibus syluarum & colliũ iniungebatur cura: ne cõpingendis nauibus materia vnquam deesset. Quæ sanè prouincia minor dicebatur: vt à maioribus distingueretur, quas Cõsulibus decebant. Proinde in Cæsare Tranquillus, ab optimatibus datã scribit operam, vt prouinciæ futuris Consulibus minimi negotij, id est, syluæ colleisq;, decernerentur. Apud Iureconsultos, de prouincijs mentio minoribus est, in quîs syluarum statuitur cura. Et Seruius grammaticus, in Aeneid. 1. Africã dicit consularẽ prouinciam, in quâ non comperiantur cerui. Syluam barbaricam, intelligit consimuicam Colum. lib. 12. A

NON omnes arbusta iuuant, humilesq; myricæ.] ADR. Bar. Hoc versu dicemus, non omnes delectari rebus rusticis, atq; humili oratione: & ideò dicendũ esse interdũ de vrbis delicijs bellisq;, & ab humili sermone assurgendũ, nonnunquã paulò altius scriptori, vt varietate placeat lautiusculis. IAM redit & virgo; redeunt Saturnia regna.] Si quis indicabit, ætate suâ, pulsis bellis, & profligatis terrâ mariq; prædonibus, felicius seculum esse: rectè accomodauerit illud;

Iam redit & virgo; redeunt Saturnia regna.

Qualia sub Saturno fuerint secula, nullus, credo, paulò humanior nescit. TVVS iam regnat Apollo.] cùm innuemus, nihil nõ assecuturũ, cuius amicus sit magistratus, aut vrbis præfectus: accommodum fuerit illud, Tuus iam regnat Apollo.

Ille deûm vitam accipiet, diuisq; videbit
Permistos heroas; & ipse videbitur illis:
Pacatumq; reget patrijs virtutibus orbem.
At tibi prima, puer, nullo munuscula cultu,
Erranteis hederas passim cum baccare tellus,
Mistaq; ridenti colocasia fundet acantho:
Ipsæ lacte domum referent distenta capellæ
Vbera; nec magnos metuent armenta leones.
Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores:
Occidet & serpens, & fallax herba veneni
Occidet; Assyrium vulgò nascetur amomum.
At simul heroum laudes, & facta parentis
Iam legere, & quæ sit poteris cognoscere virtus.
Molli paulatim flauescet campus aristâ,
Incultisq; rubens pendebit sentibus uua,
Et duræ quercus sudabunt roscida mella.
Pauca tamen suberunt priscæ vestigia fraudis,
Quæ tentare Thethin ratibus, quæ cingere muris
Oppida, quæ iubeant telluri infindere sulcos.
Alter erit tum Tiphys, & altera quæ vehat Argo.
Delectos heroas: erunt etiam altera bella,
Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.
Hinc, vbi iam firmata virum te fecerit ætas,
Cedet & ipse mari vector, nec nautica pinus
Mutabit merces: omnis feret omnia tellus.
Non rastros patietur humus; non vinea falcem.
Robustus quoque iam tauris iuga soluet arator.

SER. ILLE deûm vitam accipiet.] Sicut suprà, artificiosè laudẽ cõfundit, vt posiit esse cõmunis: nam ad quemuis potest referri Ille: vel ad Augustũ, vel ad Saloninum. PACATVMQVE reget patrijs virtutibus orbẽ.] Vel Augustus Cæsaris, vel Saloninus Pollionis virtute, pacatũ orbem tenebit. Et mira laus vtriusq; est: & eius qui pacauit; & qui pacatũ tuetur. vel certè, Patrijs illis, deest Ab; id est, ab illis. AT tibi prima, puer, nullo munuscula cultu.] Rhetoricè digesta laudatio. Non enim improuidè in principio vniuersa consumpsit: sed paulatim fecit laudi cum ætate procedere. MVNVSCVLA.] Bene, in rebus minoris ætatis, vsus est diminutione, vt Nullo cultu, id est, inarata, sed suâ sponte nata. ERRANTEIS hederas.] vaganteis. Vnde antiqui Lyrici dixerunt flexipedes hederas; quòd hac & illac vagantur. Mirè autem puerum laudat, ex ipsis muneribus. nam hedera indicat futurum poëtã: vt, Pastores hederâ nascentẽ ornate poëtam. CVM baccare.] Baccar, herba est, quæ fascinum depellit. vt, Baccare frontem Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro. per quod pulchrum indicat puerũ. RIDENTI acantho.] læto, suaui, iucundo, fulgenti. ut, Ridet argento domus. vel, quod hians & patens nascitur. Et est herba, quæ in Aegypto inuenitur. COLOCASIA.] Hanc herbam videtur in honorẽ Augusti creuisse: quæ Romæ, post deuictam ab eo Aegyptum, innotuit. Et dicendo, Fundet, abundantiam floris ostendit. IPSÆ lacte domum referent.] Quid enim est aptius infanti lacte? Et magna laus in hoc est, quòd ait, Ipsæ referent, id est, suâ sponte. NEC Magnos metuent armenta leones.] Bonâ vsus est moderatione, dicens. Erunt quidem magni leones; sed minimè armentis nocebũt. BLANDOS.] iucundos, vt puero. CVNABVLA.] lectuli, in quibus infantes iacẽre consueuerũt: vel loca in quibus nascuntur, quasi cynabula. nam κύνω, est græcè eniti. ET fallax herba veneni.] Nõ cicutã dicit, quæ omnib. nota est: sed illam sardoniam, quæ apiastri similis, homines decipit. vel aconita: vt, Nec miseros fallunt aconita legentes. ASSYRIVM vulgò nascetur amomum.] Amomum, herba est suauissimi odoris, quæ tantùm in Assyriâ nascitur. VVLGO.] passim omnibus locis. HEROVM laudes & facta parentis.] Si fuerit \infi?v. ere, melior sensus est: Quæ erunt heroum laudes, tui virtutes parentis. Et bono ordine, primò Poëtas, deinde Historicos, deinde Philosophos, legendos dicit. B IAM legere.] i. cùm cœperis imbui studijs liberalibus. QVÆ sit, poteris cognoscere virt9.] Accessu. n. ætatis, quãta sit virtus, agnoscitur, & cuius gloria. MOLLI.] fertili. FLAVESCET.] albescet. ARISTA.] Seges inculta, q̃ à nullo colitur. INCVLTISQVE rubens pẽdebit sentibus vua.] i. vbiq; sit vua. RVBENS.] matura. SENTIBVS.] spinis & asperis frontetis. ET duræ quærcus sudabunt roscida mella.] id est, quæ C hodie roscida, olim quercus sudabũt. SVDABVNT.] defluẽt. ROSCIDA mella.] id est, fragrantia. SVBERVNT.] id est, erunt, sed latẽter. PRISCÆ fraudis.] ad suorũ temporũ excusationẽ, sicut diximus suprà. Aut fraudẽ pro solertiã posuit. QVÆ tentare Thethin ratibus, q̃ cingere muris Oppida.] A' sequentibus ostẽdit præcedẽtia: quæ vitauit, quasi laudi incongrua. Nam per nauigationem, ostendit fore auaritiam; quæ homines nauigare cõpellit: per muros, bella significat: per agriculturam, famis ostendit timorem. ALTER erit tum Tiphys.] vel reuerâ Tiphys; vel qualis Tiphys. Argonautarum gubernator. Sanè specialia pro generalibus ponit: nam per Tiphym, quemcunq; gubernatorẽ accipimus: per Argo, quamcunq; nauem: per Troiam, quamcunq; ciuitatem: per Achillem, quemcunq; virũ fortem. Videtur tamen locus hic dictus κατ' ἀνακάμψιν, id est, per omnium rerum reuolubilitatem, ex siderum ratione venientẽ; vt diximus suprà. Sanè fabula de hoc gubernatore talis est. Pelias, cùm accepisset responsum ab Apolline, fore, vt ab eo priuaretur regno & vitâ, quæ altero pede nudo ei sacrificãti occurrisset; fortè vidit Iasonẽ modò peruenisse: quidã Iunonẽ, transmutatam in anni speciem, eredẽs mortalem, petentem, per vadum fluminis transferret; alteram ex caligis in limo amiserat. Igitur Pelias, metuens ex responsione factã, iussit eum Colchos proficisci, ad petendã aureã pellẽ arietis, qui Phryxũ & Hellen Colchos pertulerat. qui, fabricatã naui, quã, ab Argo fabricatore, Argo appellauit, contractãq; iuuene

A Luuentute Græcit, Tiphyn habuit gubernatorē. Quidam tamē Argo à celeritate dictam volunt: vnde, verso in latinum verbo, Argutos, celeres dici. Socij verò Iasonis, Minyæ appellati sunt: vel ab Argo huius nominis Colchorū, vel, quòd multi, ex quadam Minyā nati, Iasoni se coniunxerint, vel, quod Minya Iasoni altera auia fuerit. Qui autem cum Iasone profecti sint, apud eos, qui de fabulis scripserunt, plenius inuenitur. HEROAS.] Quidam à terrâ dictos volunt: quòd terra ἔρα dicta sit: vnde initiò nati creduntur homines, qui nomen à matre traxerant. VIRVM te fecerit ætas.] Aetas hoc loco modum annorū significat: vt, Ætas Lucinam iustosq; pati hymenęos. nam subdidit, Desinit ante decem, post quattuor incipit annos. Aliàs pro tempore posita: vt, Veniet lustris labentibus ætas. CEDET & ipse mari vector.] Necessariò, siquidem omnis feret omnia tellus. Nauigatio enim, ex commercij ratione descendit. Sanè Vector, tam is qui vehitur, quàm qui vehit, dicitur: id est, & nauta, & mercator. MVTABIT merces.] quia Antiqui res rebus mutabant.

POM. Sabi. ILLE.] Octauius Cæsar. MVNVSCVLA.] quasi in primâ ætate data. ERRANTEIS hederas.] quia hedera serpendo errāt. CVM Baccare.] Baccaris appellatur nardum rusticum. Baccaris radix oderata est: odor cinnamomo proximus: gracili & humido prouenit solo. Ex hoc antiqui vnguēta fecêre.

B COLOCASIA.] in Aegypto nobilissima nascitur: cynamon vocant, folio lato, cibo optima, inde afferebatur in vasculis. ET fallax herba veneni.] id est, omnis herba, è quâ possit fieri venenum. ET duræ quercus.] In quercubus primùm fuerunt inuenta mella. THETIM.] mare. TIPHYS.] gubernator nauis Iasoniæ. ARGOS.] prima nauis fuit, quæ vexit Argonautas, appellata à celeritate. Ideò Homerus appellat κύνας ἀργὰς, id est, canes celeres. Inde dicuntur arguti, qui multum ac celeriter loquuntur; indè arguta hirūdo. CEDET & ipse mari vector.] nō erūt amplius mercatores.

VAR. Lect. PACATVMQVE reget patriis virtutibus orbem. Quamuis vetustissimi libri aliquot, Patris, legant: magis tamē acceptum, Patrijs, intelligo. AT tibi.] In Romano libro, Ac tibi. Et ita inferiùs, vbi, At simul, Ac simul, habetur. cùm tamen in antiquis alijs libris, At, vtrobiq; legatur. ASSYRIVM & vulgò nascetur amomum.] In Longobardico libro legere est, Assyrium & vulgò: vt, Thessalis & rapido. QVÆ iubeant telluri infindere sulcos.] In Romano libro legere est, Tellurem infindere sulco. In oblongo Vaticano, sulcis. Longobardicus, Mediceus, & aliquot alij, vulgatam sequuntur lectionem.

PROB. TIPHYS.] gubernator nauis Argus. ARGO.] à celeritate dicta est. Sic & Homerus, qui κύνας ἀργὰς, celeres dixit. Indè Arguti, qui multum ac celeriter loquuntur: vt, arguta hirundo.

ADR. Bar. DVRÆ quercus sudabunt.] quoties indicabimus, nunquam euenturum aliquid; aut tam rarò solere contingere, vt stultissimum videatur sperare: licebit vsurpare illud,

Duræ quercus sudabunt.

Et hunc in modum scitè vsurpabimur: Id quod speras, futurum equidē puto, cū duræ quercus sudabunt roscida mella. Huic affine est Græcorū adagiū: Ad Græcas calēdas. quod in Prouerbiorū Chiliade, primus interpretatus est Erasmus Roterodamus, nostrâ ætate decus linguæ Latinæ. ITERVM ad Troiam magnus mittetur Achilles.] Qui volet innuere, virū magnitudine animi excellētē, & de quo nō minus sit patriæ exspectandū, quā Græcis olim ab Achille: nō ineleganter citauerit illud; Iterū ad Troiā magnus mittetur Achilles.

Nec varios discet mentiri lana colores:
Ipse sed in patris aries iam suaue rubenti
Murice, iam croceo mutabit vellera luto;
Sponte suâ sandyx pascenteis vestiet agnos.
Talia secla, suis dixerunt, currite, fusis,
Concordes stabili fatorum numine Parcæ.
Aggredere o magnos (aderit iam tempus) honores,
Chara deûm soboles, magnum Iouis incrementum.
Aspice conuexo nutantem pondere mundum,
Terrasque tractusq; maris, cœlumq; profundum:
Aspice venturo lætentur vt omnia seclo.
O' mihi tam longæ maneat pars vltima vitæ,
Spiritus &, quantum sat erit tua dicere facta!
Non me carminibus vincet, nec Thracius Orpheus,
Nec Linus: huic mater quàmuis, atque huic pater adsit:
Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo.
Pan etiam Arcadiâ mecum si iudice certet,
Pan etiam Arcadiâ dicet se iudice victum.
Incipe parue puer risu cognoscere matrem:
Matri longa decem tulerunt fastidia menses.
Incipe parue puere: cui non risêre parentes,
Nec deus hunc mensâ, dea nec dignata cubili est.

SER. DISCET mētiri lana colores.] Cùm enim tingitur, mentitur alienum colorem. IPSE sed in pratis aries &c.] Hoc in honorē vel laudē Augusti refert. Traditur enim in libris Etruscorum; si hoc animal miro & insolito colore fuerit infectum, omniū rerum felicitatē Imperato-

C ri portendi. Ipse autem, quod addidit, non vacat. Nam sunt quædam pronomina, quæ addita nominibus faciunt dignitatem: vt, Ipse modò Æneas, & Turnus ego. Sanè in Numæ legibus cautū est: vt, si quis imprudēs occidisset hominē, pro capite occisi, & natis eius, in cautione offerret arietem. Ergo hîc benè videtur arieti dignitatē dare, dicēdo Ipse: qui oblatus, homicidā crimine homicidij possit exsoluere. IAM.] significat, Modò. MVRICE.] Cochlea est, similis cochlidijs, vnde tingitur purpura. MVTABIT.] tinget, inficiet per naturā. LVTO croceo.] colore rubicūdo. & est ὑπαλλαγὴ, pro croco luteo. nā crocū lutei coloris est. vnde & aluta, pellis alba per naturā. SANDYX.] herba est, de quâ sandycinus tingitur color. TALIA secla suis dixerunt currite fusis.] Ordo est: Talia secula currite, fusis suis Parcæ dixerunt. CVRRITE.] voluite. Melius est, Currite imperatiuum esse modum: vt sit sensus: Dixerūt Parcæ concordes, suis fusis, id est, vaticinationibus. CVRRITE talia secla.] Hoc ordine & euentu vestro estote. STABILI.] hîc immutabili, & semper manenti. FATORVM numine.] Fata dicta à fando: quia quæ Parcæ dixerunt, hæc credebantur euenire mortalibus. Numine autem, id est, potestate, diuinitate, ac maiestate. PARCÆ.] quæ & Furiæ infernales, dictæ Parcæ, κατ' ἀντίφρασιν: quia nulli parcunt. CONCORDES stabili fatorū numine Parcæ.] Nam & quod vna dixerit, duæ sequuntur: & fixa sunt statuta fatorum. Horat.

Quod semel dictum stabilique rerum
Terminus seruet.

IOVIS incrementū.] nutrimentum. & est vulgare, quod bucolico conuenit carmini. Sanè Iouem meritò puerorum dicunt incremēta curare: quia, Cū pueri togam virilem sumpserint, ad capitolium eūt. Nam & in nouo. Ascanius, in Numanū intendens sagittam, Iouem magis inuocauit: Iuppiter omnipotens audacibus annue cœptis. NVTANTEM mundum.] Nutat, præsentibus malis: lætus est, bonis futuris. sicut pòst lætari illum dicit: & bene quasi renascentem describit. CONVEXO.] curuo, inclinato. TRACTVS.] à magnitudine dictū accipitur. Et bene per hæc omnia mūdum diuisit. O' mihi tā longę maneat pars vltima vitę.] Vtinam possim frui vitā longissimâ & habere tantum spiritum: quantus posset sufficere, ad tuæ virtutis commemorationem. NON me carminibus vincet, nec Thracius Orpheus.] Genere styli sese Orpheo, vel Lino, meliorem fore, commemorat. Nam non sibi arrogat, sed hoc dicit: Tanta est materies tuæ laudis, vt etiam humile ingenium in eâ re supra omneis possit excellere. LINVS.] Linus, cùm nomen hominis dicimus, breuis est. Statius: Medio Linus intertextus acantho. Cùm autem li-

num dicimus, filium significantes, Li longa est: cùm producatur apud Græcos. ADSIT.] pro, faueat. PAN etiam.] Redit ad rustica numina. nam satis excesserat, dicendo Linum poëtam, Orpheaq; theologum. ARCADIA iudice.] quæ ei fauet: vbi colitur. RISV cognosceee matrem.] Alludit ad id quod factum est: & rem naturalem ait. Sicut enim maiores, se sermone cognoscunt: ita infantes, parentes risu se indicant agnoscere. Ergo hoc dicit: Incipe parentibus arridere, & eis spe boni ominis detrahere sollicitudinem; vt & ipsi tibi arrideant. TVLERVNT.] Alij abstulerint legunt vt sit sensus: Si riseris; abstulerint decem menses matri tuæ longa fastidia. Matri enim decem menses attulerunt longa fastidia: quia prægnantes solent fastidia pati. DECEM meuses.] quia mares in decimo nascuntur mense; fœminæ verò in nono. CVI non risêre parentes, Nec Deus hunc mensâ, Dea nec dignata cubili est.] Sicut Vulcano contigit: qui cùm deformis esset, & Iuno ei minimè arrisisset, ab Ioue est præcipitatus in insulam Lemnum. Illic nutritus ab simijs: cùm Ioui fulmina fabricâsset, non est admissus ad epulas deorum. postea, cùm rogaret, vt vel Mineruæ coniugium sortiretur, spretus ab eâ est. Vnde diuinos honores non meruit: ad quos aut per conuiuium numinum, aut per coniunctionem venitur dearum. Hinc est, quòd Iunoni, in primo, Aeolus agit gratias; quòd per eius beneficium diuinos honores meruit: vt, TV das epulis accumbere diuûm. Alij dicunt: quòd cùm Vulcanus parentes suos diu quæreret, nec inueniret; sedile fecit tale, vt cum eo qui sedisset, surgere non posset. in quo cum adsedisset Iuno, nec posset exsurgere: Vulcanus negauit se soluturum omnino; nisi priùs parentes suos sibi monstrâsset. atque ita factum est, vt in deorum numerum reciperetur. NEC deus hunc mensâ.] Alij ita intelligunt, quasi tam citò extinctus sit, vt nec veneri, nec liberos potuerit operari. Proinde, nobilibus pueris editis: in atrio domus, Iunoni lectus, Herculi mensa ponebatur. NEC deus.] id est, Iupiter. NEC dea.] id est, Minerua.

POM. Sabi. MVRICE.] Murex, est genus conchæ, cuius sanguine tingebatur ostrum. SVAVE] ad colorem refertur, non ad odorem. SANDYX.] Sandaraca nascitur in insulâ maris rubri. potest etiam & artificiosè fieri ex cerusâ in fornace decoctâ. color debet esse flammeus. Hæc si torreatur, quâ parte rubrica est admixta, sandyx fiet: extra quam animaduerto Vergilium, inquit Plinius, existimâsse herbam igitur sandyx, color est igneus. ORPHEI.] Datiuus est Atticus. Orpheus filius fuit Calliopes & Oeagri regis Ciconum in Thraciâ. LINO.] Linus peritissimus cytharæ, Apollinis & Calliopes filius, Orphei discipulus. hic cùm vxorem erudiret, periit: in cuius honorem cytharæ chordas dedicauit. PAN.] Mercurij & Penelopes filius fuit: primus carmen pastorale fistulâ composuit. In Lycæo, monte Arcadiæ, colitur. plerique eum appellauerunt Iouem Lycæum. RISV.] Refertur ad parentes, non ad puerum. Tunc enim potissimum signum est amoris parentis erga filios, cùm parentes blandiuntur natis per risum. CVI non risêre parentes.] Vulcanum intelligit; qui natus turpis & deformis, mœstitiam attulit parentibus, id est, Ioui & Iunoni: quare deiectus est è cœlo, & decidit in Lemnum insulam, & fregit costam. vnde claudos, appellamus Vulcanos. Alij dicunt, deiectũ fuisse de cœlo à Ioue, cùm voluisset ferre auxilium matri Iunoni, laboranti per iram Iouis. DEA nec dignata cubili est.] Vel Intelligit Iunonem matrem, quæ nunquam passa est filium, propter turpitudinem, secum esse: vel intelligit Palladem, cùm spreuit coniugium Vulcani.

PROB. PAN etiam.] Pan, Mercurij & Penelopes filius, fistulam carmenq; composuit, simplici iteratione eadem consectatur: vt ibi: Oceanitides ambæ, Ambæ auro, pictis incinctæ pellibus ambæ Nunc casuum & generũ permutatione: vt,

Ærea cui gradibus surgebant limina, nexæq;
Ære trabes, foribus cardo stridebat ahenis.

Item: Cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurũ,
Aurea purpuream subnectit fibula vestem.

Ne sit mirum, hanc quoq; iterationem à Poëtâ frequentatam.

TALIA secla suis dixerunt currite fusis.] In Mediceo libro legere est, dixerunt currere: vt sit, dixerunt, pro edixerunt, vel affirmauerunt. Neque illud prætereundum est, quòd ætate maximè nostrâ cœptum est scribi seculum, absq; diphthongo. cuius quidem scripturæ rationem grammatici nonnulli subiecêre; à sequendo nomen deductum esse. CHARA deûm soboles.] In Romano libro, suboles per u prima syllaba legitur. CARA, in alijs antiquis libris etiam clara, legitur. TERRASQVE, tractusq; maris.] Sunt antiqui libri, in quibus Terram, vnitatis numero, legas. sed multò magnificentius est, plurali dicere. ASPICE venturo lætêtur vt omnia seclo.] In Romano libro, lætantur est, indicandi specie: quod magis implet aures. O`mihi tam longæ maneat pars vltima vitæ.] In Longobardico, & in Mediceo, tum longè scriptum est. Sed enim, tam longæ vitæ, casta omnino lectio est; quam Seruius etiam agnoscit. ORPHEI Calliopea.] In Romano libro, & in Mediceo. Orphei legitur, per synæresin. In alijs, Orphei. In Longobardico etiam, Orphei priùs scriptum erat: indè abrasis literis, factum est Orphei. PAN etiam Arcadiâ mecum si iudice certet, Pan etiam Arcadiâ dicat se iudice victũ.] Non infitior, vtrunq; versum in Romano libro, in Mediceo, & aliquot alijs, eodem modo legi, Pan etiam Archadiâ: licet in Romano, versus inferior vnâ abundet literâ. Sed enim mihi non displicet, quod in Oblongo libro legitur: Pan deus Arcadiâ mecum si iudice certat, Pan etiam Arcadiâ dicat se iudice victum. MATRI longa decem tulerũt fastidia menses.] Tulerunt, quidem in Romano libro legitur. In Longobardico, & in oblongo, tulerant. In Mediceo, & aliquot alijs per veteribus, tulerint. Neq; desunt, qui (teste Seruio) abstulerint, legant. CVI non risêre parentes.] Antiquissima omnia exemplaria, in quibus omnibus scriptum obseruauimus, cui, datiuo casu legunt. In aliquot etiam, quoi, Catulliano more, ad pinguem sonum vso; tantùm vt ab illo Qui distingueretur. DEA nec dignata cubili est.] In Rõ. lib scriptum est, cubil' est, Plautino more. In altero peruetéri, cubili, absq; verbo est. A VAR. Lect. B

AND. Bar. O`mihi tam longæ.] Si quis vitam sibi prorogari tantisper optabit, dum hoc vel illud viderit, aut hanc aut illam disciplinam cognouerit: illud accommodet licebit. O mihi tam longæ maneat pars vltima vitæ Spiritus!

¶ Nõ me carminib. vincet, nec Thracius Orpheus, NEC Linus.] Hoc cuiuspiam notabimus in perceptis disciplinis, aut certè gustatis, iactantiam, quæ omnino intolerabilis: nisi is, qui sese insolentiùs iactat, apprimè doctus sit. Superioribus affinem habent sensum, quæ proximè apud poëtam sequuntur: Pan etiam Arcadiâ, dicat se iudice victum. C

IOAN. LVD. VIVES IN Eclogam quartam.

SICELIDES Musæ.] Asinius Pollio bellum gessit cum Illyrijs. quo verò tempore cepit Salonas, illorum vrbem, natus est ei filius: quem ideo Saloninum appellauit. Vergilius, cùm in versibus Sibyllinis legisset, nasciturum per illa tempora admirabilem quendam puerum, qui orbem renouaret; vaticinium accommodauit puero. nam ex alijs gentibus non arbitrabatur futurum, propter magnitudinem imperij Romani. sed puer in tenerâ ætate mortuus est. Alterum enim Asinius habuit filium, hæredem familiæ; qui dictus est Asinius Gallus. Itaque omnia sunt de Christo, de quo & nos interpretabimur; & vendicabimus suo domino possessionem. Taceant impij: nam vel simplici verborum sensu, absque vllis omnino allegorijs, de nullo prorsus alio potest intelligi, quod hîc dicitur; quàm de Christo SICELIDES Musæ.] Propter Theocritum Siculum, quem in hoc carmine potissimum æmulatur, Musas Sicilienses appellat carmen rusticum. PAVLO maiora canamus.] Non enim omnes pastoriciâ materiâ delectantur

A tur, hoc est, humili. SI canimus syluas.] Quòd grandem materiam syluestri Musâ canimus, mirandum non est: nam & ipsæ syluæ prouinciæ sunt sæpenumero cõsularis, dignæ quæ à Consule Romano curētur. vt Suetonius scribit, Caio Iulio Cæsari prouinciam in consulatu datam, syluas & colles. VLTIMA Cumæi.] De Sibyllis diximus fusè in Augustinū. Aduētus Domini nostri tanta res fuit, vt prænuntiari cõuenerit Iudæis & gentibus: vt priores exspectarent; præsentes reciperēt; posteri crederēt. Ideò sicut apud Iudæos fuerūt Prophetæ: ita apud gētiles Sibyllæ dictæ, quasi cõsciæ diuini consilij. Vaticinij autem aduentare tempus colligebat Vergilius, quòd Sibyllarū multa carmina ita erant cõposita: vt primis versuum literis, aut postremis, personā vel tempus designarent: vt Cic. in lib. de Diuin. docet. & apud Eusebiū est vaticinium Sibyllæ, de iudicio Christi postremo, ad eundem modū: quod Augustinus citat lib. de Ciuitate Dei 18. IAM redit & virgo.] Dixerat aliquid forsan Sibylla de diuā Virgine: id poëta ad virginem Iustitiam transfert. aut forsan de ingenti iustitiâ Christi, & aureo seculo: quod etiam describit Esaias propheta cap. 9. Erit in nouissimis diebus, & quæ sequuntur. SATVRNIA regna.] In quibus magnâ cū quiete & pace viuebatur, in æqualitate omnium, sinè B superbiâ, iracundiâ, & inuidiâ: qualis esset indubiè populus, qui Dei iussis parēret. IAM noua progenies.] Nō potuit ab homine Christiano, disertioribus verbis explicari descensus filij Dei ad nos. TVVS iam regnat Apollo.] Lucina Diana est, à ferendâ luce nascentibus. Apollo eius frater. Orat Dianam, vt faueat puero nascenti, libens ac propitia, nempe in regno fratris sui Apollinis. Augustus existimatus est Apollinis filius: postmodùm etiam Apollo nominatus. TE consule inibit.] Pollio Asinius consul fuit cū Cn. Domitio Caluino in Triumuiratu, An. V. C. 714. ante Christum natum 27. TE duce.] Peccatū originis delebitur virtute Christi: vt in Baptismo per fiduciam erga illum. Bene expressit vestigia. sceleris nam originis scelus, vestigiū est à parentibus trāsmissum in posteros. SOLVENT formidine.] Fiducia enim erga illum, qui est Deus, omnē excludet timorem supplicij ob culpā, siue propriam, siue hæreditariam. PERPETVA.] Quàm benè! nunquā enim intermittebatur, quin nos vexaret. Et hos versus ad eundem modum interpretatur D. Augustinus in Ciuit. Dei. ILLE deûm vitam.] Puer diuinā vitā viuet; & videbit heroas, & semideos suos, quos ille constituet: & ipse ab eis, non corporeis modò oculis videbitur; sed (quod potius ac beatius est) mentis: de quibus est, C Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis! PACATVMQVE reget.] Data omnia filio in manus à patre, frequens est in sacris carminibus, & alijs libris mysticis: & patrem subijcere omnia filio. AT tibi prima puer.] Describit cursum Ecclesiæ Christi, hoc est, regni Christi in terris. Regnū enim Dei in Euangelio, inter cætera, Ecclesiā quoq; significat. In nascēte Ecclesiâ, nullo cultu, sed opere spiritus Dei, nata sunt dona dulcissimi & suauissimi odoris: tot Apostoli, discipuli, martyres, bonus odor Domino in omni loco. IPSÆ lacte domū.] Fructuosissimi fuerunt. Nunquam prodibant, quin domum reuerterent cùm magno prouentu Domino. NEC magnos.] Neq; grex Christi metuet principes & monarchas, minantes & frementes: inter ipsos autem incredibilis erat concordia, pax, nullum inuidiæ aut superbiæ venenum. IAM simul heroum.] Sequenti ætate, institutā doctrinā Dei, exemplis Christi, disciplinā Apostolorum, extendet se pietas latissimè: non iam ad munuscula, & res minutas; sed ad colligendam messem, vindemiam, mel. Ingredientur Iudæi, & magna multitudo gentium. Flauescet paulatim arista gentilis tenera; & in spinis humanæ cõtumaciæ colligetur vua suauis; & in durā ignorātiā nascetur dulcedo mellis. PAVCA tamen suberunt.] Non ita poterit induci Christianismus in animos hominū; quin multa etiamnum remaneant vestigia veterum errorum, diffidentiæ, auaritiæ, inimicitiarum, belli, crudelitatis, ambitionis, arrogantiæ. hinc nascetur studium nauigandi, & commutandi merces ad quæstū; hinc mœnia vrbibus, ex simultatibus & diffidentiā: hinc agricultura solicita. Hæc enim per se non mala sunt: sed prauus noster affectus est in illis. ALTER erit.] Redibunt pristina incommoda nauigationum & bellorum: vnde mala tam multa in genere humano. HINC vbi iam firmatâ virum.] Vel de cœlesti beatitudine, vel de perfectis Christianis, id dicitur à Sibyllâ; in quorum animis est tranquillitas incredibilis, & ætas aurea. Nec ad cupiditates exercebunt res naturales, sed necessitates ineuitabiles: quemadmodū Paulus scenas faciebat; & patres in Aegypto exercebant humum. nec erūt de ijs rebus vilibus soliciti: sed eorum conuersatio erit in cœlis, contenti ad vsum rebus qualibuscunq; obuijs, facileq; parabilibus. quo fiet, vt copia sit rerū omnium: vnoquoq; ad suos vsus sumente; nō trahente ad improbas cupiditates. TALIA secla suis.] Vel hoc dixerunt fata, ex votis hominum, vt talia essent secla: vel ipsa id iusserunt. regnum enim Christi, regnum omniū seculorum: nec vnquam sumet finem. Fatum enim, voluntas est & iussum Dei. CONCORDES stabili.] Fortasse nimium curiosum videri posset, si per hasce Parcas concordes numine & voluntate fatorum, intelligi Sibyllam voluisse diceremus, tres personas in diuinitate. sed hæc ne attingamus: ne obtundamur, vel impiorum, vel morosorum vociferatione ac quiritatione. AGGREDERE o magnos.] Optat initium tantorum operum; & dicit instare tempus. siue tempus hoc, est prænotatum à Sibyllâ siue occasio rerum gerendarum, quæ ex qualitate negotiorum nascitur. CHARA deûm soboles.] Nihil apertius de Christo: chara soboles Dei, & patris incrementum. De quo enim mortali dici potest, quòd sit monumentū Iouis? quis potest Deo dare incrementum? at Christus Deus, Dei filius, gloria est patris: quia sapientia & virtus illius. ASPICE.] Tempus est remedij, quando ruunt iam omnia: & instat discrimen extremū; quod erat in genere humano planè prostrato & afflicto. hoc est tēpus, de quo loquebar modò. ASPICE venturo.] Vt non solùm homines; sed Angeli, & ipsæ res mutæ, exhilarentur aduentu Christi. Nam ipsa vniuersitas mundi, vt inquit Paulus, liberabitur à seruitute corruptionis. O mihi tam longæ.] Infinita sunt acta Christi, & ineffabilia: longissimā vitā opus esset, ad ea explicanda. Vtinam tandiu viuam dum tua facta cecinerim! vel optat sibi longam vitam, vt talem possit materiam scribere. At ea est de ingenio tuo confidentior respondet: NON me carminibus.] Eiusmodi materiam cantantem, nec vincet Orpheus, nec Linus, nec Pan. quid enim sunt, quæ illi canūt, præ his ipsis? Fiducia est ergo in materia; nō in ingenio. HVIC mater.] Etiāsi adiuuentur Orpheus à Calliope, matre Musâ; Linus à Phœbo, deo carminū. PAN etiam Arcadiâ.] Non oblitus est decori. pastori enim maior & præstātior est Pan; quàm Calliope & Phœbus. Ita iam ad summum peruenit: non videtur ei plus posse addi; postquam pastorū deum nominauit. ARCADIA.] Vbi natus, vbi educatus, vbi colitur: ita vt vel sub iniquo sibi iudice, & alteri fauente; victurū se confidat. Magnum est, inimico iudici se approbare posse; vt inquit Plinius. INCIPE parue puer.] Illa quidē olim futura, certa, & indubitata: nūc verò incipe exhilarare matrē risu tuo, ne des ei fastidium tuā tristitiā. satis sit fastidiorū exhaustū decē mēsibus, quibus te vtero gestauit. Menses hi lunares sunt; nō ciuiles. TVLERVNT.] Permissiuum est, cõcedentis præteritū, vt retineat futurū. velut apud Ciceronē: Quę malùm seruitus hæc est voluntaria? fuerit aliqua necessaria. & Salust. Egeris, oro te Cicero, perfeceris quidlibet: satis est perpessos esse nos. CVI non risere.] Grammatici de his versibus satis multa disserunt; & nos in Augustinū. sed breuiter, meā sententiā, per deum intelligi conuenit Genium, cui mensa parabatur: vnde, Genio indulgere. & per deam, Iunonem, cui sternebatur lectus. Cum ablactabatur infans, significat periculum esse vitæ in puerili tristitiā: quòd ij dij infantium tutelares nō fauent. Quòd ita accidit: nā & puerulus hic celeriter est extinctus; nec passus est deus illū viuere: in quem poëta magnæ auctoritatis trāstulisset, quę prophetissa dixerat de filio Dei. Atq; hos versus postremò suspicor à Verg. additos post pueri mortē.

ECLOGA V. DAPHNIS.

MENALCAS, MOPSVS.

MENALCAS.

CVR non, Mopſe (boni quoniam conuenimus ambo,
Tu calamos inflare leueis; ego dicere verſus)
Hîc corylis miſtas inter conſedimus vlmos?
MO. Tu maior: tibi me eſt æquum parêre, Menalca:
Siue ſub incertas Zephyris motantibus vmbras,
Siue antro potiùs ſuccedimus. aſpice vt antrum
Sylueſtris raris ſparſit labruſca racemis.
ME. Montibus in noſtris ſolus tibi certet Amyntas.
MO. Quid, ſi idem certet Phœbum ſuperare canendo?
ME. Incipe Mopſe prior; ſi quos aut Phyllidis igneis,
Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri.
Incipe: paſcenteis ſeruabit Tityrus hœdos.
MO. Immò hæc, in viridi nuper quæ cortice fagi
Carmina deſcripſi, & modulans alterna notaui,
Experiar: tu deinde iubeto certet Amyntas.
ME. Lenta ſalix quantum pallenti cedit oliuæ;
Puniceis humilis quantum ſaliunca roſetis,
Iudicio noſtro tantum tibi cedit Amyntas.
Sed tu deſine plura puer: ſucceſsimus antro.

SER. CVR nō, Mopſe, boni quoniam cōuenimꝰ ambo.] *Inducuntur duo amici paſtores canere ad delectationē. vnde & ſe laudāt, & ſibi inuicē cedunt.* Menalcas, *Vergilius hîc intelligitur, qui obitū fratris ſui Flacci deflet; vel, vt alij volunt, interfectionē Cæſaris.* Mopſus *verò, Aemilius Macer, Veronēſis Poëta, amicus Vergilij.* Boni *autem, docti: & figuratè ait,* Boni ambo, Tu calamos inflare leueis, ego dicere verſus. *Aut, leueis verſus, id eſt, ſubtiles. ſed melius eſt,* Calamos leueis. Dicere *ſanè, pro canere: vt,* Dianā teneræ dicite virgines. *Ponitur & pro Nominare: vt,* Italiam dixiſſe ducis de nomine gentem. *Boni dicere: ita Græci, ἀγαθὲ ποιμένων.* HIC corylis mixtas inter conſedimus vlmos.] *Ordo eſt: Cur non, Mopſe, hîc conſedimus inter vlmos mixtas corylis: ſcilicet vt canamus? Sanè* Inter *præpoſitio, quia poſtpoſita eſt, mutauit accentum: ſicut* Circùm. TV maior.] *vel natu; vel merito.* SIVE ſub incertas Zephyris motantibus vmbras.] *Dicit quidem verecundè, ſe illi obtemperare debere: oſtendit tamen, quid ſibi placeat. Nā ex ipſâ laude antri, & ex arborū vituperatione, quarū incertas vmbras dicit, oſtendit, ſuā ſententiā eſſe meliorē. Incertæ autem vmbræ ſunt, & ex ſolis circuitu, & ex mobilitate ventorū: quod ipſe etiā dicit,* Zephyris motātibus. *Sanè* Succedimus, *& datiuo & accuſatiuo caſibus, ſecutus tàm veterem, quàm noſtram conſuetudinem, ſuo more iungit: ſiue vmbras ſuccedimus, ſiue antro. cùm alibi, ſecutus antiquos, datiuo tantū ſuccedere iunxerit:* Ac noſtris ſuccede penatibus: *&,* Succeſſitq; gemens ſtabulis. *Salluſtius tamē, Succedere accuſatiuo iunxit: ſed vbi propè ſignificat:* Cùm murum hoſtium ſucceſsiſſet, pœnas dederat, *hoc eſt, cùm propè murum acceſſiſſet. Succedere autē, idē ſignificat, quod & ſubire, id eſt, penitus intrare.* LABRVSCA.] *vitis agreſtis; quæ quia in terræ marginibus naſcitur, labruſca dicta eſt, à labris extremitatibus agrorū: vel, quòd ſapore acerbo labra lædat.* MONTIBVS in noſtris.] *ac ſi diceret, in noſtro territorio.* TIBI certet.] *Vſurpatū eſt: nam hodie, Certo tecū dicimus.* QVID ſi idē certet Phœbum ſuperare canendo?] *Offenſus cōparatione inferioris, hoc dixit: licèt nō amarè Menalcas dixerit:* Solus tibi certet Amyntas. *quod tamen quia hic aſperè accepit, ille paulò pòſt curat, dicens:* Lenta ſalix quantum pallenti cedit oliuæ. PHYLLIDIS ignes.] *Phyllis Sitonis filia, regina Thracū fuit. Hæc Demophoontem, Theſei filium, regem Athenienſium, redeuntem de Troiano prælio, dilexit, & in coniugiū ſuum rogauit. Ille ait, antè ordinaturū ſe rem ſuā; & ſic ad eius nuptias reuerſurum. Profectus itaq; cùm tardaret: Phyllis, & amoris impatientiâ, & doloris impulſu, quòd ſe ſpretam eſſe credebat, laqueo vitam finiuit, & conuerſa eſt in arborem amygdalum ſine folijs. Poſtea reuerſus Demophoon, cognitâ re, eius amplexus eſt truncum: qui, veluti ſponſi ſentiret aduentum, folia emiſit. Vnde etiam φύλλα ſunt dicta à Phyllide; quæ antè πέταλα dicebantur.* ALCONIS laudes.] *Hic Cretenſis ſagittarius fuit, comes Herculis: ita peritus, vt ictus eius nō falleretur. namq; poſitos ſupra capita hominum annulos traijciebat: capillos ſpiculis ſagittarum rumpebat: ſagittas ſinè ferro poſitis ex aduerſo gladiorū lāceariúmve mucronibus findebat. cuius cùm filium draco inuaſiſſet, tantâ arte direxit ſagittam, vt ea currēs, in ſerpentis deficeret vulnere, nec tranſiret in filiū.* IVRGIA Codri.] *Codrus, dux Athenienſium fuit: qui, orto bello inter Laconas & Athenienſes, cùm reſpondiſſet oraculum, illos poſſe vincere, quorum dux ab hoſtibus fuiſſet occiſus, & hoſtes ſcientes à Codro abſtinerent; habitu humili profectus eſt ad hoſtium vicina tētoria: & illîc iurgio eos in ſuam cædem inſtigauit: &, à nullo agnitus, fecit locū oraculo. nam Athenienſes eo prælio vicerunt.* CORTICE fagi.] *Vbi enim debuit magis ruſticus ſcribere?* MODVLANS alterna.] *Secundùm rhythmum componens.* Alterna *autem, varia, propter muſicā: cuius ſonus varius inuenitur, ex pedum diſsimilitudine. Significat autē, cantaturum ſe epicedion, & epitaphion. Nam ἐπικήδειον eſt, quod dicitur cadauere nondum ſepulto: vt,* Extinctū Nymphæ crudeli funere Daphnim. *ἐπιτάφιον autē, poſt completam ſepulturam dicitur: vt,* Daphnis ego in ſyluis, hinc vſq; ad ſydera notus. LENTA ſalix quantū pallenti cedit oliuæ.] *Ruſticis vtitur comparationibus. Salix autē, viliſsima eſt arbor, oliua cōparatione.* SALIVNCA.] *herbæ genus, quam Orci tunicam vulgò vocāt.* ROSETIS.] *vbi roſæ naſcuntur.* IVDICIO noſtro tantum.] *ac ſi diceret: quid alij ſentiant, videris. Et benè ſatisfecit, in quo reprehēſus eſt, quòd Mopſo Amyntam comparâſſet.* DESINE plura puer.] *omitte, ceſſa te excuſando, & talia dicendo: & ſubauditur, obtendere vel dicere. Sic:* Deſine Menalios. *Et Salluſtius:* Bellum, quibus poſſet cōditionibus, deſineret.

POM. Sabi. HIC corylis miſtas, &c.] *Corylus, arbuſcula eſt, ex quâ antiqui faciebant faces nuptiales, vt inqt Plinius.* SI quos aut Phyllidis ignes.] *Theſeus ex Phædrâ ſuſcepit Athamantem & Demophoōtem. Demophoontem amauit Phyllis, quæ, faſtidia longa exſpectatione amatoris, laqueo ſe in arbore ſuſpendit. arbor ſtatim aruit. Sed aiunt reuiruiſſe, ac ſi amorem ſenſiſſet, cùm Demophoon eam amplecteretur. Hæc arbor quæ fuerit, non ſatis conſtat. volunt aliqui, eſſe amygdalum.* AVT Alconis.] *Alcon, Cretenſis ſagittarius, cùm filium Phalerū circuiſſet, fertur ſagittis interemiſſe ſerpentem, filio nō læſo.* AVT iurgia Codri.] *Codrus, rex Athenienſium, iubente oraculo, ſe deuouit, & ab hoſtibus Lacedæmonijs interfectus eſt.* SALIVNCA.] *genus virgulti aſperi.*

VAR. Lect. CONVENIMVS ambo.] *In oblongo codice* Conſedimus *legitur, omnino corruptè.* IVBETO certet Amyntas.] *In Romano lib. & in Mediceo legitur,* Iubeto vt certet.

ADR. Bar. TV maior; tibi me æquū eſt parêre.] *Hoc hodiernis tēporibus vſurpantes ſtudioſi literarum, innuent credendum eſſe, & locū dandum grandiori: ſiquidē nullo non ſeculo adhuc habitus eſt honor ſenectuti.* LENTA ſalix quantū pallenti.] *Si quē cui multis partibus in ſtudijs doctrinæ præferendum cenſebimus: locus erit his verſibus,* Lenta ſalix, quantum pallenti cedit oliuæ; Puniceis humilis quantū ſaliunca roſetis; Iudicio noſtro, tantum tibi cedit Amyntas.

EXTIN-

Extinctum Nymphæ crudeli funere Daphnim
Flebant: vos coryli testes, & flumina Nymphis:
Cùm complexa sui corpus miserabile nati,
Atq; deos atq; astra vocat crudelia mater.
Non vlli pastos illis egêre diebus
Frigida, Daphni, boues ad flumina: nulla neq; amnem
Libauit quadrupedes; nec graminis attigit herbam.
Daphni, tuum Pœnos etiam ingemuisse leones
Interitum, montesq; feri, syluæq; loquuntur.
Daphnis & Armenias curru subiungere tigres
Instituit: Daphnis thyasos inducere Baccho,
Et folijs lentas intexere mollibus hastas.
Vitis vt arboribus decori est, vt vitibus vuæ;
Vt gregibus tauri, segetes vt pinguibus aruis:
Tu decus omne tuis. postquam te fata tulerunt,
Ipsa Pales agros, atq; ipse reliquit Apollo.
Grandia sæpe quibus mandauimus hordea sulcis,
Infelix lolium & steriles nascuntur auenæ:
Pro molli violâ, pro purpureo narcisso,
Carduus & spinis surgit paliurus acutis.
Spargite humum folijs, inducite fontibus vmbras,
Pastores: mandat fieri sibi talia Daphnis.
Et tumulum facite, & tumulo superaddite carmen:

A SER. EXTINCTVM Mo. Nymphæ crudeli funere Daphnin.] *Multi dicũt, simpliciter hoc loco defleri Daphnin, quendã pastorẽ: quẽ mater sua, cõpressa à Mercurio, et enixa abiecit. Hunc pastores inuenerunt inter lauros, & Daphnin vocauerũt: quem Pan musicen docuisse dicitur. qui, cũ & venationis et musices peritissimus esset, adamatus à Nymphâ est, iureiurãdo etiã adstrictus, ne cũ aliá concũberet. Hic, dum boues persequitur, ad regiã peruẽnit: & ob pulcritudinẽ appetitus, cũ Regis filiâ consuetudinẽ miscuit. Hoc cũ Nympha re*B*scisset, luminibus eum orbauit. Alij dicũt, significari per allegoriã C. Iuliũ Cæsarem, qui in senatu à Cassio & Bruto viginti-tribus vuulneribus interemptus est. vnde &* crudeli funere *volunt dictum. Sed, si de C. Cæsare dictum est: multi, per matrem, Venerẽ accipiunt; per leones & tigres, populos quos subegit; per thyasos, sacra quæ Pontifex instituit; per formosum pecus, populũ Romanũ. Alij dicunt, Quintilium Varum significari: cognatũ Vergilij. de quo etiam Horatius:* Ergo Quintilium perpetuus sopor Vrget. *Tamen,* crudeli funere, *ad quemuis potest referri.* Quidam dicunt, *Vergilium fratris sui Flacci mortem deflere.* VOS coryli testes, & flumina nymphis. *Benè testimonijs vtitur, in rebus incredibilibus. Nam fletum facilè deorum persona non recipit. Et bonis vsus est gradibus. fleuerunt Nymphæ, quibus insita est naturaliter pietas: homines, ad quos mortis peruenit dolor: pecudes, quæ licèt ratione careant, tamẽ non carent sensu: feræ, crudelitate gaudentes. Quã rem rursus, quia incredibilis est, testimonio comprobat, dicens:* Hoc & montes loquuntur, & syluæ. *Quòd autem ait,* Coryli testes & flumina, *vsurpatum est: nam testes flumina non dici*C*mus. Quæ enim in Is exeũt, neutrum in E mittunt; vt Agilis, Agile. sed nec hoc teste, & hæc testia possumus dicere. Vnde per diffinitionem debemus dicere: coryli & flumina, quæ res testes mihi sunt. sic Horat.* Testis Metaurum flumẽ. *Propert. 2. Eleg. 9.* Testes sunt sidera nobis. ASTRA vocat crudelia.] *quæ accelerauerunt Daphnidis mortem. Per astra, hominum fata moueri, atq; impleri vel mutari, putabant.* COMPLEXA sui corpus miserabile nati.] *Lugentium est, vt & corpori inhæreant.* NVLLA quadrupes.] *Hic & hæc Quadrupes dicimus. vt ipse alibi:* Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit. MONTES'QVE feri syluæq; loquuntur.] *ἀπὸ κοινοῦ dixit. Et notandum, quòd, cùm dicere cœperit eius apotheosin, contrà lætitiam rebus omnibus dat, quas nunc in mœrore fuisse memorauit.* DAPHNIS & Armenias curru subiungere tigres.] *Hoc apertè ad Cæsarem pertinet: quẽ constat primùm sacra Liberi patris transtulisse Romam.* CVRRV.] *pro currui.* THYASOS.] *saltationes, choreas.* INDVCERE Baccho.] *id est, Liberalia instituit. Sunt enim thyasi, cœtus virginum atq; puerorum bacchantium, plangentibus Nymphis. Dicunt etiam, thyasos esse hastas, varijs sertis inductas: quibus baccæ mulieres in sacris Liberi patris vtebantur.* VITIS vt arboribus.] *Locus Theocriti est: τᾷ δρυῒ ταὶ βάλανοι κόσμος, τᾷ μάλιδι μᾶλα, τᾷ βοὶ δ' ἁ μόσχος, τῷ βουκόλῳ αἱ βόες αὐταί. Bene, vt pastores, similitudines de rebus agrestibus sumunt.* TVIS.] *sic tu es Romanis, Cæsar: sic pastoribus Daphnis.* PALES.] *dea pabulorũ, secunda dea pastoralis.* RELIQVIT Apollo.] *Apollinem dicit νόμιον, id est, pastoralẽ: nam Admeti regis pauit armenta. Et hoc dicit: Nec pabula nascentur, nec pecora.* GRANDIA hordea.] *Vsurpatiuè metri causâ dixit. nam triticũ, hordeum, vinum, mel, numeri tantùm singularis sunt. vnde plurali in prosâ vtinõ possumus. Vina tamen possumus dicere, Ciceronis exẽplo; qui ait in Præturâ:* Vina, cæteraq; quæ in Asiâ facilè comparantur. MANDAVIMVS.] *id est,* Commendauimus, *vel seminauimus. Et rectè dicitur seminauit.* INFELIX lolium.] *inutile, infœcundum. Qui lolium manducãt, cæcitatem patiuntur.* ET steriles nascuntur auenæ.] *Sterileis auenas, secundùm situm dixit Italiæ. nam in Thraciâ fructuosæ sunt. Hæc autem dicit contingere, vt ostendat, terram quoque dolere Daphnidis mortem.* PVRPVREO narcisso.] *Duo ὁμοιοτέλευτα. Et* Purpureo, *nunc specioso.* PALIVRVS.] *herba est asperrima & spinosa: vel, vt quidam volunt, spina alba.* SPARGITE.] *implete. vt,* Spargitur & tellus lachrymis. *Et dicit, ornandum esse locum sepulchri, ex voluntate defuncti.* INDVCITE fontibus vmbras.] *Facite nemora circa fonteis. Et hoc ideò, quia (vt diximus) heroum animæ habitant, vel in fontibus, vel in nemoribus. vt,*

Lucis habitamus opacis,
Riparumq; toros, & prata recentia riuis
Incolimus.

SVPERADDITE carmen.] *Duos versus carmen vocauit. nec mirum: cùm etiam de vno carmine dixerit. vt,*

Et rem carmine signo,
Æneas hæc de Danais victoribus arma.

POM. Sabi. MONTES'QVE feri.] *Inculti.* DAPHNIS & Armenias.] *Bacchus cùm triumphauit de Indis; eius currum vexerunt tigres. Armenias tigres dixit, à propinquitate regionis: nam tigres nascuntur in Hircaniâ. vt alibi Vergilius:*

Hyrcanæq; admorunt vbera tigres.

THYASOS inducere Baccho.] *Thyasi, sunt saltationes, quæ fiebant in sacris Bacchi.* HASTAS.] *id est, thyrsos. Thyrsus, baculus Bacchi, circundatus pampinis.* INFELIX lolium.] *Theophrastus libro 7. Lolium ineunte hyeme prouenit; nunquam vere: folio lanuginoso. Volunt etiam, ex semine lini fieri lolium. Brutis pabulo est: siccatur aliquando, vt fœnum; inutile cibis hominum.* ET steriles dominantur auenæ.] *Auena, vt inquit Theophrastus, venit cultis. Columella: Auena autumno sata, partim cæditur in fœnum; vel est pabulum, dum adhuc viret: partim semini custoditur. Carduus spinoso surgit caule: eius radix ad cibum transit amœnissima.* PRO purpureo Narcisso.] *Narcissus caule surgit lilij; sinè folio, sinè membranâ, veluti vasculo: seritur radice, quæ carnosa & rotunda est: floret post Arcturum. Paliurus, est parua herba: magis serpit, quàm tollat se in caules; & est spinosa. Acradis dicitur prius; syluestris est arbor.*

VAR. Lect. FRIGIDA Daphni boues ad flumina: nulla neque amnem.] *In Longobardico legitur:* Ad flumina vlla neque amnem. POENOS etiam ingemuisse leo.] *In Romano libro legere est,* Gemuisse. *sed* Ingemuisse, *maiorẽ habet vim; & numerus ipse magis delectat.* ARMENIAS

curru

Digitized by Google

curru subiungere Tigres.] *Ita quidem legendum. Sed in Romano libro legitur,* Armenia, *puto scriptoris negligentiâ. reliquæ dictiones permixtæ sunt, & punctis malè distinctæ. Est enim,* Currus vbi iungere tigres. INDVCERE Baccho.] Baccho, *passim habetur in impressis libris. In antiquis omnibus,* Bacchi: *vt sit, Thyasos Bacchi. In Longobardico, vltima litera abrasa est. Et, o, repositum alienâ manu, & atramento. videtur verò* Bacchi *fuisse prius.* GRANDIA sæpe quibus mandauimus hordea sulcis.] *In aliquot cod. antiquis legere est:* Sæpe quidem mandauimus. INFELIX lolium, & steriles dominantur auenæ.] Dominantur, *in impressis tantùm codicibus legitur. In antiquis verò omnibus, quotquot habere contigit,* Nascuntur, *eius loco positum obseruaui.* PRO molli violâ, pro purpureo narcisso.] *In Romano libro additum est,* Et: *legiturq́;* Pro molli violâ, & pro purpureo narcisso. *Sed absque eâ particulâ copulatiuâ, lectio mihi videtur elegantior.* INDVCITE fontibus vmbras.] *Ita pleraque antiqua legunt exēplaria; quod etiam in vulgatis codicibus habetur. In Rom. tamen,* aras, *non* vmbras, *legitur: & aliquot exemplaria, non* fontibus, *sed* frondibus, *habent.* A

AND. Bar. TV decus omne tuis.] *Si quem egregiè eruditum, aut claris ortum natalibus hominem, indicabimus, præclaris facinoribus familiarem, ex quâ sit ortus, illustriorem facere: congruet illud,* Tu decus omne tuis. POSTQVAM te fata tulerunt, Ipsa Pales agros, atq; ipse reliquit Apollo.] *De interprete doctissimo, cuius interitu significabimus collapsum propè literarũ studium.* INFELIX lolium, & steriles dominantur auenæ.] *Si quod innuemus gymnasium, vbi, pulsis rectis studijs, barbaries & garrulitas forensis omnia occupauerit, adducemus illud:* Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.

Daphnis ego in syluis; hinc vsq; ad sidera notus;
Formosi pecoris custos, formosior ipse.
ME. Tale tuum carmen nobis, diuine Poëta,
Quale sopor fessis in gramine: quale per æstum
Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo.
Nec calamis solùm æquiparas; sed voce magistrum.
Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo.
Nos tamen hæc quocunq; modo tibi nostra vicissim
Dicemus, Daphninq́; tuum tollemus ad astra.
Daphnin ad astra feremus: amauit nos quoq; Daphnis.
MO. An quicquam nobis tali sit munere maius?
Et puer ipse fuit cantari dignus; & ista
Iampridem Stimichon laudauit carmina nobis.
ME. Candidus insuetum miratur limen Olympi,
Sub pedibusq; videt nubes & sidera Daphnis.
Ergo alacreis syluas, & cætera rura voluptas,
Panaq; pastoresq; tenet, Dryadasq; puellas.
Nec lupus insidias pecori, nec retia ceruis
Vlla dolum meditantur. amat bonus otia Daphnis.
Ipsi lætitiâ voces ad sidera iactant
Intonsi montes; ipsæ iam carmina rupes,
Ipsa sonant arbusta: deus, deus ille, Menalca.
Sis bonus o felixq; tuis! en quattuor aras:
Ecce duas tibi Daphni, duoq; altaria Phœbo.

SER. DAPHNIS ego in syluis; hinc vsq; ad sidera notus.] *In syluis notus; etiam hinc vsque ad sidera.* FORMOSI pecoris custos, formosior ipse.] *Si ad Cæsarē referas, hoc dicit: Boni populi optimus imperator.* TALE tuũ carmen.] *Laudant se inuicem; vt diximus suprà. Et, Tale, deest Videtur, vel aliud quid.* QVALE sopor.] *qualis res. vt,* Dulce satis humor. FESSIS.] *fatigatis labore.* NEC calamis solùm æquiparas, sed voce magistrum.] *Videtur allegoria quasi ad Theocritum & Vergilium respicere. Hinc est:* Tu nunc eris alter ab illo. *Fabula de Calamo talis est. Veteres Zephyro vento vnam ex horis coniugem assignant; ex qua & Zephyro, Carpon filium, pulcherrimi corporis, editum dicunt: quem cùm Calamus, Meandri fluuij filius, amaret: à Carpo, mutuâ vice, etiam ipse adamatus est. Sed Carpos cùm in Meandrum fluuiũ cadens esset extinctus; Calamus patrē propter hoc scelus auersatus, aufugit; rogauitq́ Iouem, vt finem suis luctibus daret; sibiq́ mortem præstaret, vt amato post obitum iungeretur. quem, miseratione Iupiter ductus, in harundinalet calamos verti iussit, qui semper circa oras fluminum nasci solent. Carpon verò, in fructus rerum omnium vertit: vt semper renasceretur.* ERIS alter ab illo.] id *est, tu solus, post illum, bucolicum carmen scribis.* QVOCVNQVE modo.] *prout possumus. & dicit, se Daphnidis dicturum apotheosin. vt,* Daphninq; tuũ tollemus ad astra. TVVM.] *quem tu diligis.* TALI munere.] *Si amicum laudaueris.* PVER ipse.] *Modò Daphnin intelligimus. nam Cæsar, non puer occisus est; sed maioris ætatis.* IAMPRIDEM Stimichon, &c.] *Ac si diceret, scio esse optima, quæ dicturus es: frustra ea verbis extenuas. quia ille suprà verecundè dixerat:* Quocunq; modo tibi nostra vicissim. *Quidam per Stimichonem, Mæcenatem accipiunt: nōnulli patrē Theocriti, Stimichonē dicunt.* CANDIDVS.] *id est, deus. vnde cōtrà nigros, mortuos dicimus. significat benignos & bonos: sicut cōtrà malos, nigros dicimus. Horat.* Hic niger est, hũc tu Romane caueto. *Sæpè tamē Candidũ, pro pulchro ponit. vt,* Cādida Dido: &, Cādida Maia. INSVETVM miratur.] *quasi nouus Deus. Et quibusdā videtur, per allegoriā, Cæsarē dicere: qui primus diuinos honores meruit, & Diuus appellatus est.* SVB pedibusq; videt nubes & sidera.] *Meritò eius ostēdit, qui summos circulos & cœli secreta cōscēdit.* ERGO alacreis syluas.] *Omnia tenet voluptas, quæ superiùs occupauerat mœror, quòd ad sidera abijt. Nam suprà ait:* Ipsa Pales agros, atq; ipse reliquit Apollo. *Antiqui aũt,* Ergò, *pro Meritò, dicebant: sicut et hic accipitur. Plautus in Persâ:* Satin' tu vsq; valuisti? Haud p. bè. Ergo ædepol palles. *Itē in Milite: Hiccine Achillis est, inquit, mihi. Imò eius frater, inquā, est. Ergo mecastor pulcher.* TENET.] *i. habet, moratur, amplectitur.* NEC retia ceruis Vlla dolũ meditātur.] *Adeò placet simplicitas Daphnidi, vt etiam ille dolus, qui voluptati antè fuerat, conquiescat: scilicet venationis. & est καθ' ἐξοχήν.* INTONSI mōtes.] *syluosi, incædui.* DEVS, deus ille, Menalca.] *Hoc sonat; Deus, Deus est Daphnis: quasi vox syluarum sit. Et multi sic distinguūt;* Ipsa arbusta sonāt, Deus: *& subiungūt,* Deus ille, *Menalca. vt sit sensus: Si enim rupes & arbusta deum dicunt: deus est, ô Menalca.* SIS bonus o felixque tuis.] *pastorib. si Daphnim accipis. si Cæsarē; benè ait, tuis: suis enim percussorib. nocentissimus fuit. nam Augustus, eius filius, omneis est persecutus.* Felix *aũt, propitius: vt,* Sis felix, nostrũq; leues quęcunq; laborē. *Itē econtrà Iuno:* Quæ potui infelix. *i. irata. Deos enim vel felices, vel infelices, ex rebus, quas præstant, vocamus.* EN quattuor aras: Ecce duas tibi Daphni, duoq; altaria Phœbo.] *Feci, inquit, aras quatuor: tibi, ô Daphni, duas; & duas aras Apollini, quæ sint altaria. Nouimus. n. Aras dijs esse superis & inferis consecratas: Altaria verò, esse superorũ tantùm deorũ; quæ ab altitudine cōstat esse nominata. quæ nūc dat Apollini, quasi deo: Daphnidi verò, aras ponit. Nā licèt eũ dixerit deum: tamē mortalē fuisse, manifestũ est. Sanè quæritur; cur duo altaria Apollini se positurũ dicat: cum cōstet, supernos deos impari gaudere numero; inferos verò pari. vt,* Numero deus impari gaudet. *quod etiā Pontificiales indicāt libri. Sed constat, secundũ Porphyrij librũ, quē Solē appellauit, triplicem esse Apollinis potestatē; & eundē esse Solem apud superos, Liberũ patrē in terris, Apollinē apud inferos. Vnde etiam tria insignia circa eius simulachrum videmus: Lyram, quæ nobis cœlestis harmoniæ imaginem mōstrat: Griphenaum; quod* B C

A quod & terrenum numen ostendit: Sagittas, quibus infernus deus & noxius indicatur. Vnde & Apollo dictus est, ἀπὸ τοῦ ἀπολλύειν. Hinc est, quòd & Homerus eundem, tàm pestilentiæ dicit, quàm salutis authorem. & Horatius ait: Condito mitis placidusque telo, Supplices audi pueros Apollo. Vnde Vergilius, rationis huius peritus, per Altaria, supernum numen ostendit: per parem numerum, infernam indicat potestatē. Varro, dijs superis altaria, terrestribus aras; inferis focos dicare affirmat. Alij, Altaria, eminentia ararum, & ipsa libamina. vt, Paterisq; altaria libant.

POM. Sabi. En quattuor aras.] Ara, ab ariditate dicta: quia in eis adoletur ignis. Altaria, ab alendo.

VAR. Lect. QVALE sopor fessis.] In Romano libro, Lassis. hoc alterum ex his, paraphrasis esse debuit. DRYADASQVE puellas.] In Romano libro, Dryades, Latino declinatu. NEC retia ceruis Vlla dolum meditantur.] In codicibus aliquot antiquis, malum, non dolum est. quia verò retia positum est, magis placet, dolum. IPSA iam carmina rupes.] In Romano libro, & copula, particula inserta est: Ipsa & iam carmina, rupes, quod non placet. DEVS, deus ille Menalca.] In Longobardico, & in Mediceo, Ipse legitur.

B En quattuor aras, Ecce duas tibi Daphni, duoque altaria Phœbo.] Vide an eruditè admodum legatur in Longobardico: Ecce duas tibi Daphni, duas altaria Phœbo. vt, Altaria per appositionem legamus, conueniantq; omnia cum eo quod dictum est, En quatuor aras: postea distinguat, Ecce duas tibi Daphni: duas autē Phœbo: quę tamē Altaria sint. Illud addam, in antiquis aliquot codicibus, duo altaria, absq; particulâ copulatiuâ. Huiusmodi pleraq; inuenies, numeri variandi causâ, poni à poëtis.

DAPHNIS ego in syluis.] Qui supernè iactabit, ob doctrinam, nomē suum per omnes ferè terras propagatum esse: non insciti videbitur hoc versu:

Daphnis ego in syluis, hinc vsq; ad sidera notus.

NEC calamis solùm æquiparas; sed voce magistrū.] Hoc versu laudabitur discipulus, doctrinâ præceptore suo non inferior. AN quicquam nobis tali sit munere maius?] Attollitur vltima huius versiculi; nihil tamen vetuerit, eo significare, munus, ab amico transmissum, nobis fuisse gratissimum. IPSE fuit cantari dignus.] Si quem virum diu cernas iure ab optimis laudatum scriptoribus: conueniet illud: Ipse fuit cantari dignus. ISTA iampridem Stimichon laudauit carmina nobis.] Solent impensiùs placere nobis, quæ intelleximus doctissimis aliquando viris probata, ad id conueniet illud:

Ista iampridē, Stimichon laudauit carmina nobis.

CANDIDVS insuetum miratur.] Ruri habitantibus id vsu euenire solet: vt, si quando in vrbem aliquam primùm commeauerint, ad omnia ædificia mirabundi resistant, in quibus plus operæ, quàm in suis illis casulis, consumptum putent. In eam sententiam quadrabit illud: Candidus insuetum miratur limen olympi.

SER. BINA.] duo. NOVO.] vel recenti vel primo tempore lactis incipiente expressum. QVOTANNIS.] singulis quibusque annis. DVO.] vetustè dixit; vt Ambo: Nam sæpè senex spe carminis ambo Luserat. Hodie significantiùs, Duos, & Ambos, dicemus. PINGVIS oliui.] quòd Græci λιπαρὸν dicunt, & oliui, & olei. Nam & olea, & oliua, dicitur. HILARANS.] Participium est, ab eo quod dicitur Hilaro, id est, lætum facio. Sanè sciendum, nomen, vnde venit, id est, Hilarus vel hilaris, à Græco descendere: nam ἱλαρὸς facit. ANTE focū, si frigus, &c.] Non frigori calorem opposuit: sed messem, quæ est tempore caloris.

Pocula bina, nouo spumantia lacte quotannis,
Craterasq; duos statuam tibi pinguis oliui:
Et multo in-primis hilarans conuiuia Baccho,
Ante focum, si frigus erit: si messis, in vmbrâ:
Vina nouum fundam calathis aruisia nectar.
Cantabunt mihi Damœtas & Lyctius Ægon:
Saltanteis satyros imitabitur Alphesibœus.
Hæc tibi semper erunt, & cùm solennia vota
Reddemus Nymphis, & cùm lustrabimus agros.
Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit,
Dumq; thymo pascentur apes, dum rore cicadæ;
Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt.
Vt Baccho, Cererique; tibi sic vota quotannis
Agricolæ facient: damnabis tu quoq; votis.
MO. Quæ tibi, quæ tali reddam pro carmine dona?
Nam neq; me tantùm venientis sibilus Austri,
Nec percussa iuuant fluctu tam littora, nec quæ
Saxosas inter decurrunt flumina valles.
ME. Hac te nos fragili donabimus antè cicutâ.
Hæc nos, Formosum Corydon ardebat Alexin:
Hæc eadem docuit, Cuium pecus, an Melibœi?
MO. At tu sume pedum; quod me, cùm sæpe rogaret,
Non tulit Antigenes; & erat tùm dignus amari:
Formosum paribus nodis atq; ære, Menalca.

&, In freta dum fluuij current. SEMPER.] & futurum, & præteritū significat. BACCHO, Cererique.] Hæc enim duo sunt numina, quæ & rustici maximè colunt, & quorum nomina communia sunt mortalibus cunctis. sic in Georg. Vestrō si munere tellus Chaoniam pingui glandem mutauit aristā. Cererem, propter aridos; Liberum, propter humidos fructus. Itaq; nunc Daphnim dicit colendum, propter pecudum prouentus. DAMNABIS tu quoq; votis.] id est, cùm tu deus præstare aliqua hominibus cœperis, obnoxios tibi eos facies ad vota soluenda: quæ antequam soluantur, obligatos & quasi damnatos homines retinent. Alij, Damnabis, alligabis, vel absolues. vtrumque enim sensum habet verbum Damno. Vel, Damnabis, reos voti facies.

C VINA nouum fundam calathis.] Ordo est: Vina fundam calathis, id est, calicibus; quæ vina sint nouum nectar, id est, magna dulcedo. Aruisia autem, est Chia; à promontorio Chij insulæ Aruisio. Vel illud: Vina aruisia, nouum nectar, calathis fundam. Alij nouum mustum intelligunt: vel mirum, quale nunquā habuerit; vt, Pollio & ipse facit noua carmina. LYCTIVS Ægon.] Cretensis: vt, LYCTIVS Idomeneus, Saltanteis Satyros imitabitur Alphesibœus.] pastor quidā. Sanè, vt in religionibus saltaretur, hæc ratio est: quòd nullā maiores nostri partē corporis esse voluerunt, quæ non sentiret religionem. nam cantus, ad animum; saltatio, ad mobilitatem pertinet corporis. SOLENNIA vota.] anniuersaria sacra, quæ certis diebus celebrantur. ET cùm lustrabimus agros.] sic suprà: Cùm faciam vitulâ pro frugibus. Lustrare, hîc circuire. Dicitur enim ambaruale sacrum. DVM iuga montis aper.] sicut REDDAM pro carmine dona.] Ille eum suprà tantùm laudauerat: hîc & laudat, & de munere etiam cogitat. NAM neq; me tantum.] Quædam per comparationem laudata, maiorem emphasin habent, si negatio actiua à parte orationis incipiat. vt, Non sic aggeribus ruptis c.s.a.e.ex. nec sic immissis aurigæ vndantia lora. SIBILVS.] Hîc sibilus dicitur res ipsa: nam Sibila ora, participialiter dictum est, pro sibilantia. HAC te nos fragili donabimus antè cicutâ.] Bene anticipat & offert munus, quod ille se facturum esse promiserat. CICVTA.] fistulâ. vt, Septem compacta cicutis. Et fistulæ qualitatem, per principia Eclogarum ostendit. vt, Hæc nos, Formosum Corydon ardebat Alexin. SVME pedum.] virga incurua; vnde retinentur pecudum pedes. NON tulit Antigenes: &

nes; & erat tum dignus amari.] *Aut paſtorem quendam pulcherrimum dicit: aut Choraulam ſignificat, quem legimus admodum à Vergilio fuiſſe dilectum.* Non tulit *autem; non impetrauit.* Amari, *pro, qui amaretur.* FORMOSVM paribus nodis.] *Et ab arte, & à naturâ laudauit: vel ab ære. vt ſi dicas; Pulcher eſt equus ſellâ, pulcher eſt frenis.* PARIBVS nodis.] *id eſt, naturâ formoſum, hoc eſt, pulchrum ære artificium. Vel,* Paribus nodis, *id eſt, pari interuallo.*

POM. Sabi. POCVLA bina.] *Manes antiquorũ placabantur & euocabantur lacte, admixto vino.* VINA Aruiſia.] *Aruiſium, eſt mons Chij inſulæ. Apud antiquos, in ſummâ laude vinũ Chium fuit: quàmuis legerim alios, qui ponunt Aruiſium in continenti contra Leſbum, &c.* LYCTIVS Aegon.] *à Lyctto oppido.* ET cùm luſtrabimus agros.] *Antiqui quotannis luſtrabãt agros: & ab circumeundo, id eſt, ambiendo, ambaruualia ſacra appellabant; & ſacerdotes ambaruuales.* DVM rore cicadæ.] *Cicadæ non habent alium cibum, quàm matutinum rorem.* DAMNABIS.] *id eſt, cùm vota non fient, damnabis nos, tanquam vanum numen.* PEDVM.] *appellatur paſtorale baculum, in cuius altero ex cacuminibus, eſt appoſitum æs, ſiue ferrum.*

VAR. Lect. CRATERAS'QVE duos ſtatuam tibi.] Duos quidẽ *in codicibus aliquot veteribus legitur: quàmuis in Oblongo, & pleriſq; alijs,* Duas, *inſolito genere legatur. In Romano tamen,* duo, *ad ſibilum euitandum: quòd* Statuam *ſequitur. In altero peruetéri, dictio abraſa eſt.* Duo *tamen priùs fuiſſe apparet.* HILARANS conuiuia Baccho.] *In Mediceo libro:* Hilarans altaria Baccho. *reliqui omnes,* Conuiuia. VINA nouum fundam calathis aruiſia nectar.] *In Oblongo quidem,* infundam *legitur. Sed id mihi negotium faceſſit, quòd* Aruiſia *dictio nuſquam legatur. Eodem modo in libris antiquis: ſiquidem in antiquiſſimo notæ maioris, & in* Oblongo, Aruiſia *legitur. In altero verò peruetéri, atque itidem in Longobardico, mediæ illæ literæ abraſæ ſunt: vt, quid haberet antiqua lectio, non diſcernas. In Mediceo,* Aruſia, *mediâ tamen abraſâ ſyllabâ, legitur. Sunt alij libri, in quibus* Aretuſia *legas: alij, qui corruptius quid oſtendant.*

ADR. Bar. ANTE focum, ſi frigus erit: ſi meſsis, in vmbrâ.] *Hoc, amicum hybernis menſibus foci: æſtate verò, propulſandi æſtus gratiâ, vmbræ ſubmonebimus vt meminerit. ſed & in otioſos, nulliúſq; rei manum admouentes, quid congruentius?* SALTANTEIS Satyros imitabitur Alpheſibœus.] *Quadrabit in ebrium, cui iam plus poto ſaltare ſolùm libet.* QVÆ tibi, quæ tali reddam pro carmine.] *Quum ſignificabimus, non habere nos, quo literati munus amici compenſemus: non intempeſtiuum fuerit illud;*

> Quæ tibi, quæ tali reddam pro carmine dona?
> Nam neq; me tantùm venientis ſibilus Auſtri,
> Nec percuſſa iuuant fluctu iam littora; nec quæ
> Saxoſas inter decurrunt flumina valles.

Hac bucolicâ comparatione vtemur; quoties aut lectione nobiliſsimi ſcriptoris, aut literatiſsimi amici epiſtolâ, incredibili dicemus affectos voluptate.

IOAN. LVDOVICI VIVIS, Eclogam quintam.

Vt ſuperiore Eclogâ de ortu Seruatoris cecinit, ex verſibus Sibyllinis; quos Salonino applicauit malè cohærentes: ita hîc de nece atq; aſcenſu eiuſdẽ domini & dei, ex alijs Sibyllæ carminibus: quæ C. Iulio Cæſari attribuit, tametſi ſub Daphnidis nomine. Sunt, qui aiunt, defleri à poëtâ fratris ſui mortem: ſed vaticinia ſunt Sibyllæ ab illis verſibus: Extinctũ Nymphæ. *& pòſt:* Candidus inſuetum miratur limen olympi. *Admiſcet poëta de ſuo nonnulla, ex ignorantiâ veri ſenſus: vt quadraret vaticinium, quod applicabatur.* MONTIBVS in noſtris ſolus.] Quoniam *Mopſus dixerat, potius eſſe, vt ſub antro cantarent: iocatur Menalcas, ſenior cum iuniore; dicens, non auſurum ſe id facere. Mopſum enim inuictum eſſe in illis montibus cantando: nec quenquam inter paſtores illius regionis inueniri, qui cum eo certet in montibus; præter Amyntam. Is* A *erat adoleſcens, æqualis Mopſo, & æmulus.* QVID ſi idem.] *Commotus eſt Mopſus, ad mentionem æmuli tam importunam: ſed reſpondet comiter, vt ſenis: Non magna eſt laus, certare, ſed vincere. quemuis poſſe cum Hercule congredi, ſed non ſuperare.* INCIPE Mopſe prior.] *Seriò iam loquitur ſenior, & oſtendit materias cantatu dignas: ſiue de amorum impatientiâ; ſiue de artis præſtantiâ, ſeu de pietate patriæ.* TV deinde iubeto.] *Cum ſtomacho: Hæc ego poſteaquam cecinero, videbis eſſe talia, vt pudeat te de Amyntâ facere mentionem. Habet indictionem vox illa* Deinde; *ſicut Græcè* ἔπειτα. LENTA ſalix quantum.] *Senſit, offenſum eſſe Mopſum: idcirco oſtendit, iocoſe illud dixiſſe; & præfert eum Amyntæ.* IVDICIO noſtro.] *Quod rem non vniuerſaliter pronuntiat; ſed ita ſibi videri. Argumentum eſt manifeſtius, non ſubeſſe adulationem; ſed bonâ fide illum loqui. Mopſum aũt par eſt acquieſcere illius iudicio, de quo læſum eſſe arbitrabatur.* EXTINCTVM Nymphæ.] *Daphnidis nomen inducit: ſiue quòd Daphnis fuit quidam Mercurio genitus, adoleſcens formoſiſſimus: ſiue quòd vir Siculus, agris & pecore locuples; ad quem paſtoricij carminis inuentionem nonnulli referunt. Ait ergo, vniuerſam rerum* B *naturã condoluiſſe Chriſto morienti: primùm Nymphas ipſas, id eſt, cœleſtes illas mentes.* VOS coryli teſtes.] *Cœlum, & res inferiores, motu ac perturbatione ſuâ teſtatæ ſunt, quemadmodum ſuperiora eſſent affecta.* CVM complexa ſui.] *Poſt deos ſtatim ſubijcit Romã matrẽ, dijs proximã.* ATQVE deos, atque aſtra.] *Hoc more gentilitio, nobis abominando. illi enim Iouem ſuum, cùm non concederet res ex voto, & ferum, & crudelem nuncupabant: noſter verò, hoc eſt, verus, attingit à fine vſq; ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter.* NON vlli paſtos.] *Conſternatio paſtorum, hoc eſt, Apoſtolorum Chriſti, & ceſſatio doctrinæ Euãgelicæ in Chriſti morte: vt nec fuerint, qui docerent; nec ipſi auditores voluerint audire, alienatis omnium mentibus à ſalute.* DAPHNI, tuum Pœnos.] *Vel leones, hoc eſt, beſtiæ immaniſſimæ, & à ſenſu humanitatis abhorrentes, indoluerunt neci Chriſti: multi videlicet Iudæorum & gentilium; vt Centurio, & Pilatus, & qui reuertebantur Hieroſolymas, percutientes ſua pectora.* MONTES'QVE feri.] *Nam leonum mugitibus montes reſonabãt, & ſyluæ, vt procul exaudiri poſſent ab hominibus. Coryli & flumina de luctu Nympharum teſtata ſunt: quoniam aliter ſcire nequiuiſſemus: non enim inter illas verſamur, montes & ſyluæ,* C *de leonibus: nam illi vſum & ſocietatem noſtram fugiunt. Forsitan & alluſio eſt, ad ruptionem petrarum, & apertionem monumentorũ, & terræ-motum.* DAPHNIS & Armenias.] *Chriſtus nouæ ſempiternæ religionis fuit auctor: indomita & ferociſſima tigrium colla cicurauit, & aſſuefecit iugum ferre.* THYASOS inducere Baccho.] *Ad hiſtoriam hoc pertinere dicit Seruius, quòd Cæſar primus ſacra Liberi patris Romæ inſtituit. Nõ memini legere me hoc apud alium quenquam: nec eſt veriſimile. nam ante Cæſarem ſacra erant Bacchi Romæ. ſed nos propoſitam interpretandi rationem ſequemur. De Bacchi ſacris potiſſimùm meminit: & has antiqui ad animorũ purgationem pertinere crediderunt: & ideo Liberum appellatum, quòd curis & moleſtijs liberaret animos.* VITIS vt arboribus.] *Chriſtus caput eſt mundi, & decus vniuerſarum mentium.* POSTQVAM te fata tulerunt.] *Non hoc eſt ita intelligendum, vt poſt Chriſti mortem ſint deſerta omnia. nam ſtatim ſubiungitur:* Spargite humum folijs. *ſed quòd in ipſo Chriſti ſupplicio ceſſârit cœleſtis doctrina, & informatio ad pietatem; quaſiq; Apoſtolorum mentes exaruerint, & ſuccreuerit in illis pro fiduciâ metus, & deſertio, & fuga à vitâ & ſalute ſuâ. de quibus eſt, quod ſequitur:* GRANDIA ſæpe quibus.] *Apoſtoli, quibus primis, doctrinâ atq; inſtitutione Chriſti excultis, mandata & concredita fuerant ſemina æternæ felicitatis, cùm ipſis percipienda, tum tranſmittendæ in alios ac diuulgandæ, flores extulerunt primùm, & à ſemine degenerantes,*

A *rantes, & à fructibus mox insecutis.* SPARGITE humum folijs.] *Post Christi autem resurrectionem, sequitur rerum vniuersarum innouatio ac reparatio, & noua lætitia, pastoribus ostensa: nempe Apostolis, quos Dominus gregi suo pastores dedit.* ET tumulum facite.] *Memoriam sempiternam mortis Christi, quam Ecclesia semper habet præ oculis. quid enim aliud est tumulus, quàm monimentum mortis?* ET tumulo superaddite carmen.] *Hæc erit mortis Christi sua perscriptio, hoc elogium.* DAPHNIS ego, in syluis.] *Ne adscribatis, vt reliquis mortuis: Hic situs est ille. Iste enim vixit, non solùm in terris, sed etiam inter sidera notus, & charus hominibus atque angelis.* HINC vsque ad sidera.] *Filius Dei de cœlo descendit, vt homo fieret: rursus, factus homo, à terrâ ascendit in cælum. Christus ergo homo, à terris cœpit esse notus, & peruenit vsque ad cælum.* FORMOSI pecoris custos.] *Ipse formosissimus, purissimus, optimus, non nisi formosos, puros, bonos, ad pascua & regnum suum admittit: ipse tales eos facit, qui se illi reformandos prorsum ac refingendos concredunt. De hoc est versus in Psalmo XV. quo Dominus ipse loquitur:* Sors hæreditatis meę cecidit mihi in præclaris; etenim hæreditas mea præclara est mihi.

B *Sortitus est Christus angelos, & sanctos homines. Isti sunt pecus pastoris speciosissimâ formâ præ filijs hominum, in cuius labijs gratia est diffusa.* TALE tuum carmen.] *Sic carmen de nece Cæsarianâ, acerbâ alioqui amicis Octauiani, & quæ multis nocuit, nemini profuit: tam gratum fuit pastori. quid erit nobis commemoratio supplicij Christi? à quo in genus humanum redundauit salus sempiterna.* NEC calamis solùm æquiparas.] *Quia Mopsus, indignabundus æmuli mentione, dixerat;* Tu deinde iubeto certet Amyntas: *nunc Menalcas, spreto æmulo, parem illum magistro pronuntiat. & hæc laus gratior est Mopso: prior enim illa,* Lenta salix quantum, *&c. ad leniendum irritatum animum videri poterat prolata, & apposita. nunc, sumpto carminis experimento, verior est, & certioris iudicij ex re natâ, non ex tempore.* FORTVNATE puer.] *Exclamatio, non ex approbatione solùm tamen, sed admiratione quoque.* NOS tamen hæc quocunque modo.] *Adeò Mopsi carmen probat, vt se paria facturum neget: sed quocunque modo vicem suam cantandi expleturum.* DAPHNIMQVE tuum.] *Quia abs te priùs commemoratum & laudatum: vel, quia tu illius heredi Octauiano ex familiaribus.* AMAVIT nos quoque Da-

C phnis.] *Non potest hoc de Vergilio intelligi: quem credo Cæsari nunquam esse cognitum, ac ne visum quidem. Erat enim Vergilius puer adhuc, cùm Cæsar est occisus. nec Cicero quicquam vidit vel audiuit Virgilij, qui vix duobus annis superstes fuit Cæsari. Commentitium porrò est illud, quod scribit nescio quis in Vergilij vitâ, vt alia illic permulta, hausta de vulgi sermonibus & fabellis: exclamâsse Cic.* Magnæ spes altera Romæ. *Itaque sub personâ dicuntur Menalcæ, senioris Virgilij. dubium tamen, vter est Virgilius. Meritò autem laudes illius celebrat, à quo fuerit dilectus. Quid non debet, qui diligitur? qui non fortunas amantis respicit; sed amantem ipsum?* AN quidquam nobis.] *Responsio mollis, iuxta Sapientis sententiam, frangit iram. Iam placatior Mopsus, & blandior, respondet ad id quod dixerat:* Quocunque modo. *Imò non dubito, inquit, quin cantio tua futura sit optima; & quòd de tam fœcundâ materiâ, & quòd iampridem laudatâ mihi à Stimichone, quem ego existimo posse eâ de re censere. Itaq; magni muneris loco erit mihi, eam audire.* CANDIDVS insuetum.] *Priùs decantauit Sibylla mortem; hic ascensum in cœlum, & æternitatem regni. Humanitas Christi in cœlum sublata, gaudet spectare subiecta sibi esse omnia: quod ex sacris oculis discimus.* NVBES & sidera.] *Cœlestia omnia, & terrestria.* ERGO alacreis syluas.] *Ex ascensu Christi in cœlum maxima dimanauit lætitia: in Apostolos primùm misso sacrosancto Spiritu; indè in homines omnes.* Ascendens, *inquit,* in altum, captiuam duxit nostram captiuitatē; dedit dona hominibus. NEC lupus insidias pecori.] *Pax Christi, quæ exsuperat omnem sensum superiorum cum inferioribus, ferocium cum mansuetis, astutorum cum simplicibus, exæquante omnia charitate, & reddente tuta omnia & secura.* AMAT bonus otia Daphnis.] *Charitas enim, peculiare præceptum est Christi, & pax, & hæreditas.* IPSI lætitiâ.] *Spiritus sanctus diffusus est in cordibus nostris, per Iesum Christum, inquit Paulus. hac lætitiâ repleti, agnoscimus qui sit Christus Iesus; & profitemur Deum esse.* Nemo enim dicit, Domine Iesu; nisi in Spiritu sancto. *& in Euangelio:* Beatus es Simon Barona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi; sed Pater meus, pui est in cœlis. Montes *verò, id est, proceres Ecclesiæ, & doctissimi quique:* Rupes, *id est, mediocres, & arbusta, hoc est, plebs infima: omnes Christi diuinitatem apertè profitentur, & adorant.* MENALCA.] *Ad afflictum, & lugentem mortem Christi, dicitur:* Quid tu fles? *quin lætissimo es animo? Deus enim ille est.* Quid *quæris viuentem inter mortuos? Deus est, viuens in æternum. Vnde & lætitia redit cordibus, & spes optima beatitudinis. quod & proximo precatur versu, vt omen confirmet, velitq; ratum esse, quod nos de illo nobis pollicemur, ex ipsius præceptis ac iussis.* SIS bonus ô felixque tuis.] *Bene tuis, qui tibi fidunt; qui se tibi, quoad possunt, adiungunt, & in tuum patrocinium confugiūt, tanquam in asylum: & fac planè tuos illos omnes, qui te implorant.* EN quattuor aras.] *Hoc fortasse Vergil. de suo addit, more gentilitio. Et multus est in mentione Apollinis: vel propter carmen pastoritium; vel quia poëtarum omnium est deus; vel propter Cæsarem Augustum. Quòd si hoc quoq; est ex Sibylla: significatur adoratio humanitatis Christi in Daphnide, & diuinitatis in Apolline. Idcircò de Daphnide aras dixerit; de Apolline altaria. hæc enim dicuntur esse deorum supremorum; sicut aræ illorum, qui ex mortalibus sunt facti dij. Quin & Christus ipse Phœbus est, hoc est, sôl iustitiæ ac veritatis.* ET multo in primis.] *Sacra Christi, non vt mortui cum mœrore, celebrantur cum silentio & luctu; sed cum lætitiâ & hilaritate, vt viuentis, & regnantis, & interpretis sempiterni pacis nostræ & gratiæ apud Patrem.* HÆC tibi semper erunt.] *Sacrificium Christi, & cultus eius in Ecclesiâ, non accipiet finem; nisi cum humano genere, & vicibus naturæ rerum.* Hic est, *inquit,* calix noui & æterni testamenti. *Paulus:* Quoties panem illum edetis, & de calice bibetis, mortem Domini annunciabitis, donec veniat. TV Baccho, Cererique.] *Vt dijs maximè necessarijs in vitâ, & sinè quibus homines propagare non possunt æuum: ita & tibi fient nota. Nec tu minus, quàm illi, poteris: nam quemadmodum illi annuunt optatis; ita & tu facies.* HAC nos, Formosum.] *Hinc colligi aliquibus posset, Menalcam esse Vergiliū, sed non videtur: nam non solet Vergilius eam personam, quam sumit, anteferre alteri.* TV maior: tibi me est ęquum parêre, Menalca.] *Et laus illa,* Nec calamis tantùm æquiparas, sed voce magistrum; *in Vergilium potiùs competit. Fortasse duo sunt pastores alij, prætermissâ Vergilij personâ.*

ECLOGA VI.

SILENVS.

PRIMA Siracuſio dignata eſt ludere verſu
Noſtra, nec erubuit ſyluas habitare Thalia.
Cùm canerem reges & prȩlia, Cynthius aurem.
Vellit,& admonuit: paſtorem,Tityre,pingueis
Paſcere oportet oues,deductum dicere carmen.
Nunc ego namq; ſuper tibi erunt,qui dicere laudes,
Vare,tuas cupiant,& triſtia condere bella)
Agreſtem tenui meditabor arundine Muſam.
Non iniuſſa cano: ſi quis tamen hæc quoq;,ſi quis
Captus amore leget: te noſtræ, Vare,myricæ,
Te nemus omne canet: nec Phœbo gratior vlla eſt,
Quàm ſibi quæ Vari præſcripſit pagina nomen.
Pergite Pierides: Chromis & Mnaſylus in antro
Silenum pueri ſomno vidère iacentem,
Inflatum heſterno venas,vt ſemper,Iaccho.
Serta procul tantùm capiti delapſa iacebant.
Et grauis attritâ pendebat cantharus anſâ.
Aggreſsi (nam ſæpè ſenex ſpe carminis ambo
Luſerat) injiciunt ipſis ex vincula ſertis.
Adddit ſe ſociam,timidisq; ſuperuenit Ægle,

SER. PRIMA Syracuſio dignata eſt ludere verſu.] *Character mixtus. nam & Poeta præfatur: & cantare Silenus inducitur.* SYRACVSIO.] *quia theocritum præcipuè ſequitur; quámuis multi alij bucolica ſcripſerint.* LVDERE verſu.] *vt ipſe ait:* Carmina qui luſi paſtorum. *Noſtra Romana, inquit, Muſa non erubuit ſe ſyluis antè committere, id eſt, imitari Theocritũ Syracuſanum, & Bucolica ſcribere. Syracuſio autem, græcè ait: nam Græcè ουρανίου, ουρανίοι&; vt ῥώμη, ῥωμαῖ&: Latinè Syracuſanos, & Romanos, dicimus.* NOSTRA.] *id eſt, Romana: vt,* Tuquoque littoribus noſtris. DIGNATA eſt.] *Sic dixit, quaſi ex loco ſuperiore. Oſtendit ergo, ſed primum, poſt Theocritum, bucolica ſcripſiſſe.* SYLVAS habitare] *ſicut,* Atq; humileis habitare caſas. THALIA.] *Muſa ſcilicet. & græcè ait θάλεια. nã latinè Thaléa debuit dicere; ſicut κυθέρεια, Cytheréa. ſed propter euphoniam contempſit ius regulæ, & in græcitate permanſit.* CVM canerem reges & prælia.] *cùm canere vellem. & ſignificat, aut Aeneidem, aut geſta regum Albanorum, quæ cœpta omiſit, nominum aſperitate deterritus. Alij Scyllam cùm ſcribere cœpiſſe dicunt: in quo libro Niſi & Minois regis Cretenſium, bellum deſcribebat. Alij de bellis ciuilibus dicũt, alij de tragœdiã Thyeſtis.* CYNTHIVS.] *Apollo. à Cyntho monte Deli, in quo natus eſt.* AVREM vellit.] *id eſt, mouit. vt alibi:* Poſteſq; à cardine vellit. *Aurem aũt ideò, quia memoriæ conſecrata eſt; vt frons Genio, digiti Mineruæ, genua Miſericordiæ.* PINGVEIS.] *figuratè, Pingueis paſcere, id eſt, paſcere vt pingueſcant.* DEDVCTVM dicere carmen.] *tenue, id eſt, bucolicum. tranſlatio à lanâ, quæ deducitur in tenuitatem. Sanè,* Cùm canerem reges & prælia. &; deductum dicere carmen, *quidam volunt hoc ſignificâſſe Vergilium: ſe quidem altiorem de bellis & regione ante bucolicum carmen, elegiſſe materiam; ſed conſideratâ ætatis & ingenij qualitate mutâſſe conſilium, & arripuiſſe opus mollius: quatenus vires ſuas leuioribus præludẽdo, ad altiora narranda præpararet.* NVNC ego] *Ordo eſt: Nunc ego agreſtem tenui meditabor arundine Muſam: id eſt, carmen ruſticum ſcribam.* NAMQVE ſuper tibi erunt.] *ſuperabundabũt tibi, inquit, ô Vare, qui ambiant tua facta deſcribere. Hic autem Varus Germanos vicerat; & exinde maximam fuerat, & gloriam, & pecuniam conſecutus: per quem Vergilius meruerat plurima. Alij Varum eum dicunt, qui in Germaniâ cum tribus legionibus interijt, amiſsis ſignis: quæ poſtea Germanicus, filius Druſi am: * fugateq; Aſinio Pollione, ab Auguſto Alferum Varum legatum ſubſtitutum, qui tranſpadanæ prouinciæ & agris diuidendis præeſſet: qui curauit, ne ager, qui Vergilio reſtitutus fuerat, à veteranis auferretur.* TRISTIA condere bella.] *Epitheton perpetuum bellorum.* CONDERE.] *componere. vt è contrario incondita.* NON iniuſſa cano.] *vel ab Apolline, vel ab Auguſto, vel à Mæcenate. Siue: nihil altum mens inchoat. Et hoc ideò, quia dixerat,* Aurem vellit. HÆC quoq;.] *Licet vilia, ſicut Theocriti. Et hoc dicit: Si quis, licet ruſtica, legere fuerit iſta dignatur, tuas tamen in his laudes inueniet.* A *nam per myricas & nemora, Bucolica ſignificat.* NEC Phœbo gratior vlla eſt.] *nec enim pagina vlla Apollini eſt gratior, quàm quæ nomen Vari geſtat in titulo. Quod ideò dicit: quia hanc Eclogam conſtat in honorem Vari eſſe perſcriptam. Dicitur autẽ ingenti fauore à Vergilio eſſe recitata: adeò vt, cùm eam poſtea Cytheris meretrix cantâſſet in theatro, quam in fine Lycoridem vocat, & ſpectaret Cicero; ſtupefactus, cuius eſſet, requireret; & cùm eum tandem aliquando vidiſſet, dixiſſe dicitur,* B *& ad ſuã, & ad illius laudem;* Magnæ ſpes altera Romæ. *Quod iſte poſtea ad Aſcanium tranſtulit: ſicut commentatores loquuntur.* PERGITE Pierides.] *Hortatur Muſas, ad referenda ea, quæ Silenus cantauerat pueris. Nam vult exſequi ſectam Epicuream; quam didicerãt, tàm Vergilius, quàm Varus, docente Sirone. & quaſi ſub perſonâ Sileni, Sironem inducit loquentem. Chromin autem Mnaſylum, & ſe Varum vult accipi. quibus ideò coniungit puellam, vt oſtendat plenam ſectam Epicuream, quæ nihil ſine voluptate vult eſſe perfectum. Sanè hoc de Sileno, non dicitur fictum à Vergilio; ſed à Theopompo tranſlatum. Is enim apprehenſum Silenum à Midæ regis paſtoribus dicit, crapulâ madenſem, & ex eâ ſoporatum, illos dolo aggreſſos dormientem vixiſſe: poſtea vinculis ſpontè labentibus liberatum, de rebus naturalibus & antiquis, Midæ interroganti reſpondiſſe. quem Alij Mercurij filium; alij Panos & Nymphæ; alij, ex guttis cruoris Cœli natum eſſe, dixerunt.* CHROMIS autem & Mnaſylus.] *nomina Satyrorum.* PVERI.] *Nonnulli,* Pueri, *non abſurdè putant dictum: quia Sileni, priuſquam ſeneſcant, Satyri ſunt. Verùm ergo ætate pueros, an vt miniſtros & familiares, ſolemus cõmuniter pueros vocare?* C INFLATVM.] *impletũ.* VENAS] *figuratè.* SEMPER.] *hoc benè addidit. id eſt, conſuetudine vini non interdũ temulentum eſſe.* IACCHO.] *vino: à Libero patre, qui etiam Iacchus vocatur. Nam Bacchus, à bachatione, id eſt, inſaniâ, dictus. Vnde & comites eius Bacchæ. Alij à Bacche nymphâ: quæ cũ Brome, ſorore ſuâ, eũ nutriuerat in monte Nyſâ, Aryſâ nutrice.* SERTA procul.] *modò propè, id eſt, iuxtá. Nam intulit,* Tantùm capiti delapſa: *vt oſtenderet, non longiùs prouolutam eſſe coronam. vt eſt;* Procul aërea ramo dependet. ATTRITA anſâ.] *frequenti ſcilicet potu.* PENDEBAT.] *manibus non emiſſa ſignificat.* AGGRESSI.] *Ordo eſt: Chromis & Mnaſylus aggreſsi Silenum; nam luſerat ambo ſpe carminis. Et Spere, id eſt, pollicitatione. Item alius ordo: Aggreſsi ſpe carminis injiciunt ipſis ex vincula ſertis.* AMBO.] *vetuſtè; vt alibi:* Verùm vbi ductores acie reuocaueris ambo. *Et:* Eminus ambo Imbraſidas. *vt,* craterasq; duo ſtatuam. *Cùm hodie, ſub eâdem ſignificatione, Ambos & Duos dicamus.* IPSIS ex.] *ex ipſis; vt,* Tranſtra per & remos, *id eſt, per tranſtra.* TIMIDIS.] *pro timentibus. Nam timidus eſt, qui ſemper timet: timens verò, qui ad tẽpus formidat ex cauſâ. Aut, reuerâ Timidis: quia pueris timor naturaliter per ætatem eſt inſitus. Et timentibus, ne, dum vincula injecerent, expergeſieret.*

PRIMA

Digitized by Google

A POM. Sabi. PRIMA Syracusio, &c.] *Syracusæ, ciuitas in Sicilia, olim maxima & potentissima: patria Theocriti poëtæ.* SILENVM pueri] *Per Silenum volunt intelligere Sironem Epicureum: quoniam Epicurei hortulo contenti vixerunt, id est, rusticana simplicitate. Silenus, nutritor Bacchi fuit: ab eo nobiliores habitatores Nisi, Sileni appellati: quo nomine dicuntur & agrestes Fauni. Diodorus ait, Silenum fuisse regem sub Baccho in Aphrica.* CANTHARVS.] *vas vinarium.* NEC Phœbo gratior vlla est.] *Si quem innuere volet, qui scriptore aliquo præcipuè delectetur: congruet illud:*

Nec Phœbo gratior vlla est,
Quàm sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen.

Et mihi præ cæteris placuit semper Terentius: quo sospite, nunquam sentiet exitium Latina lingua.

Ægle Naiadum pulcherrima: iamq; videnti
Sanguineis frontem moris, & tempora pingit.
Ille dolum ridens, Quò vincula nectitis? inquit:
Soluite me pueri: satis est potuisse videri.
Carmina, quæ vultis, cognoscite: carmina vobis;
Huic aliud mercedis erit. simul incipit ipse.
Tum verò in numerum, Faunosq;, ferasq; videres
Ludere: tum rigidas motare cacumina quercus.
Nec tantum Phœbo gaudet Parnassia rupes:
Nec tantum Rhodope miratur, & Ismarus Orphea.
Namq; canebat, vti magnum per inane coacta
Semina, terrarumq;, animæq;, marisq; fuissent,
Et liquidi simul ignis: vt his exordia primis
Omnia, & ipse tener mundi concreuerit orbis:
Tum durare solum, & discludere Nerea ponto
Cœperit, & rerum paulatim sumere formas:
Iamq; nouum terræ stupeant lucescere Solem,
Altiùs atque cadant summotis nubibus imbres:
Incipiant syluæ cùm primùm surgere, cumque
Rara per ignotos errent animalia montes.
Hinc lapides Pyrrhæ iactos, Saturnia regna,

SER. VIDENTI.] *pro, vigilanti.* SANGVINEIS frontem moris et tēpora pingit.] *Multi ob hoc dictū putant, quòd rubeus color deorum sit. Vnde & triumphantes facie miniatā; & in capitolio Iupiter in quadrigas miniatus. Et benè,* Pingit, *non Inquinat. Nam iā vigilanti dixerat. Sanè fabula de Moro talis est. Pyramus & B Hisbe fuēre, vt formā pares; ita à more coniuncti: quòs vicinos paries diuidebat, quibus vnà præstabat colloquiū. cùm amor creuisset ad cupiditatem; placuit, vt vtriq; noctu extra domos procederēt; locumq; coëundi statuerent ad arborem, quæ antè erat albis fructuosa pomis. & cùm prior venisset Hisbe ad locum, vidit leænam. dum ergo mortem fugit, vestem reliquit: in quā veste fera exercuit iram suā, cruorisq; feræ alicuius paulò ante reliquit vestigia in pallio puellæ. quā veste visā Pyramus cruentatā, tunc ratus est interfectam esse Hisbem; & ob amoris ardorem se interfecit. Ex quorum cruore dicitur arbor infecta. nam quæ antè gerebat poma alba, nunc sanguinea.* RIDENS.] *irridēs.* QVO.] *ad quam rem.* SOLVITE me pueri.] *quia putauerant, eum coronā ligari posse.* SATIS est potuisse videri.] *Sufficit enim, quia potui à vobis, qui estis homines, videri. Quod ideò dicit: quia semidei, cùm volunt, tantùm videntur; vt Fauni, Nymphæ, Silenus. Potest & aliter intelligi:* C Soluite me: *Sufficit enim, quod talis vobis visus sum, vt & ligari possim.* HVIC aliud mercedis erit.] *Nymphæ minatur stuprum latenter: quod verecundè dixit Vergilius. Hæc autem omnia de Sileno, à Theopompo, in eo libro qui Thaumasia appellatur, conscripta sunt. Ipse addidit ad commendationem.* IN numerum ludere.] *id est, saltare ad modum rhythmi & cantilenæ. vel, ad certam modulationem.* FAVNOS.] *Fauni ab effatione dicti: quòd voces de sacris reddebant. quod in VII. Aeneid. plene habet.* LVDERE.] *illo cātante.* MOTARE cacumina.] *quasi hoc genus saltationis velit esse in arboribus cacuminum motu.* PARNASSIA rupes.] *mons est Thessaliæ, Apollini consecratus.* RHODOPE & Ismarus.] *montes Thraciæ, in quibus Orpheus consueuerat canere. Et hoc dicit: Non tantum isti montes gaudent cantante Apolline vel Orpheo, quantum cantante Sileno lætatus est mundus. Namq; etiam paulò pòst dicturus est.* Et inuito processit vesper Olympo. NAMQVE canebat vti magnū per inane coacta Semina.] *Variæ sunt Philosophorum opiniones de rerum origine. Nam alij dicunt, omnia ex igni procreari, vt Anaxagoras. alij, ex humore, vt Thales Milesius: vnde est,* Oceanumq; patrem rerum. *alij, ex quatuor elementis, vt Empedocles: secundùm quem ait Lucretius:* Ex imbri, terrā, atque animā nascuntur & igni. *Epicurei verò, quos nunc sequitur, nihil horum comprobant: sed dicunt duo esse rerum principia, corpus, & inane. Omne enim quod est, aut continet, aut continetur. & corpus volunt esse ἀτόμους, id est, quasdā minutissimas partes, quæ τομὴν, id est, sectionem, non recipiunt. vnde & ἄτομοι dictæ sunt: quas Lucretius minutiores dicit esse illis corpusculis, quæ in infusis per fenestram radijs Solis videmus. Dicit enim, illas nec visum posse recipere. Inane verò dicunt spacium, in quo sint atomi. De his itaq; duobus principijs, volunt quatuor ista procreari; ignem, aërem, aquam, terram; & ex his cætera: vt illa duo elementa sint; hæc verò quatuor στοιχεῖα, id est, composita ex illis duobus, præstent originem alijs omnibus rebus. Hæc autem ratione comprobant, ex atomis & inani cōstari omnia; quòd nihil est in rerum naturā, quod non & corpus habeat & recipiat sectionem: & quia recipit sectionē, indicet etiam inanitatem.* VTI per inane coacta Semina.] *Canebat, inquit, mundi principium, id est, quemadmodum coactæ & collectæ atomi per magnum inane, fuissent origo ignis, aëris, terrarum, & maris. nam semina, ἀτόμους dicit. Dicimus autem, hæc Atomus, & hæ Atomi.* ANIMÆQVE.] *id est, aëris: vnde & venti sunt.* ET liquidi simul ignis.] *puri: id est, ætherei, quem Cicero ignitum liquorem dicit. Lucretius:* Deuolet in terram liquidi color aureus ignis. VT his exordia.] *ex seminibus, hoc est, atomis.* PRIMIS.] *pro, principijs. Quæ enim Græcè ἀρχὰς, nos Principia appellamus.* OMNIA, & ipse tener mundi cōcreuerit orbis.] *Antè orbis, & sic omnia quæ in orbe sunt: sed mutato ordine, ait primò* Omnia; *& sic* Orbis. TENER.] *id est, recens factus.* CONCREVERIT.] *Collectus & informatus sit.* TVM durare solùm, & discludere Nerea ponto.] *Canebat etiam, quemadmodum se durare cœperit solum, & mixtam sibi antè aquam suâ contractione discluderet. Sanè* Solum, *si nominatiuus est,* Durare *absolutè accipiemus; & omnia, quæ infrà dicuntur, ad solum, & rerum terrestrium, referentur. si accusatiuus; ad Mundi orbem cuncta pertinebunt.* ET rerum paulatim sumere formas.] *Canebat etiam, quemadmodū terra rerum sumpserit formā.* IAMQVE nouum terræ stupeant lucescere Solem.] *Canebat, quemadmodum posthæc stupeant terræ Solis ortū. Alij,* Terræ, *ad homines referūt; pro, qui in terrā sunt.* ALTIVS atq; cadant summotis nubibus imbres.] *id est, quemadmodū cadant imbres, nubibus in altū leuatis. naturale enim est, vt nubes, cùm cœperint Soli esse vicinæ, eius calore soluātur in pluuias. Vnde & in Georgicis ait, de signis serenitatis:* At nebulæ magis ima petunt. INCIPIVNT syluæ.] *Bonum sanè secutus est ordinē, vt post Solis & pluuiarum cōmemorationē, ortas dicat syluas, & animalia cuncta procreata.* ANIMALIA.] *animātia, τὰ ζῶα.* HINC lapides Pyrrhę.] *Quæstio est hoc loco. nam relictis prudentibus rebus de Mūdi origine, subitò ad fabulas transitū fecit. Sed dicimus, aut exprimere eū voluisse sectā Epicuri, quæ rebus serijs inserit semper voluptates: aut fabulis plenis admirationis puerorū corda mulceri. Nam fabulæ, causâ delectationis inuentæ sunt: vt ipse in Georg. testatur, dicens:* Cætera quæ vacuas tenuissent carmina mētes. *Sanè fabula talis est. Iupiter, cùm perosum haberet, propter feritatē Gigantum, genus humanum; scilicet quòd ex illorū sanguine editi erant mortales; diluuio inundauit ter-*

tis terras, omneſq; homines necauit, exceptis Pyrrhâ et Deucalione, qui in monte Atho liberati ſunt. Sed hi, ex reſponſo Themidis, ſaxis poſt tergum iactis, genus humanum reparauerunt. Et Pyrrha quidem, reparauit fœminas; Deucalio, mares. Alij dicunt, Iouem Lycaonem, quòd ei filium ſuum appoſuiſſet epulandũ, ipſum quidem fulmine peremiſſe; feciſſe verò diluuium, quo homines perirent; exceptis Pyrrhâ, Epimethei filiâ, & Deucalione, Promethei filio: qui Parnaſſi montis altitudine defenſi à diluuio ſunt, & hominũ genus, vt ſuprà dictũ eſt, reparauerunt. Sunt qui dicunt, non ex illis lapidibus homines factos: ſed, quia iacuiſſent ſentibus atq; fructibus tecti, lapidibus excitatos. Quòd autem dicit, regna Saturnia, fabularũ ordinem vertit. Nam quo tempore Saturnus regnauit in terris, nõ fuit diluuiũ; ſed ſub Ogyge, rege Thebanorũ. ſecundũ aũt diluuium fuit, ſub Deucalione & Phyrrâ. Sanè ſciendum, & per diluuium, et per ἐκπύρωσιν, ſignificari temporum mutationem. Alij, Saturnia regna pro Iouis accipiunt; cuius regno diluuium factum volunt, ſub Deucalione & Pyrrhâ: non aureo ſeculo, quo Saturnus regnauit.

POM. Sabi. IN numerum.] in carmina & cantilenam Sileni. PER inane.] Iane, appellatur propriè chaos. Formam naturæ, tenui primùm & inani mole diſperſam, refert Silenus coactam in quatuor elementa: ex quibus omnia poſtea formata, Stoici tradunt. Euripides in Cadmo tragœdiâ aërem chaos appellauit: Hermes è rebus Terram genitricem tradit, quæ victum ferat. Ennius de animâ & viuacitate ſic loquitur: Qua parere ſolet genus pennis condecoratum, Et pòſt indè venit diuinitùs inſinuans ſe Ipſa anima. Zenõ Chius ait: Animaliũ ſemen ignis eſt: is eſt, qui dicitur anima, ac mens & ſpiritus. è cœlo eſt hic calor; unde innumerabiles & immortales ignes. Epicharmus de mente humanâ ſic loquitur: Hic eſt de ſolo ſumptꝰ ignis. Sol ipſe totus, mentis eſt naſcendi cauſa. Duplex ignis eſt, à quo calidũ & humidum, frigidum & aridũ. Ideò natura in generatione calorẽ immiſcet frigido, & humori aritudinem. Subiungit Pacuuius, Ennij ſorore genitus, animam ἰταίρῳ adiungat. Ennius ait: Corpus eſſe terram, quæ deperit animâ, ignem. ex tali mixturâ, quę eſt veluti vinculũ, appellatur Venus, quæ omnia gignit. Viere, apud antiquos, vincire eſt, id eſt, ligare. unde Venus. ANIMÆ.] Per animam intelligit aërem, vt Lucretius, per ἀνέμους, ponit ventos & aërem. IGNIS liquidi.] id eſt, puri & purgati. Dicimus enim liquidũ mel, id eſt, purũ & purgatũ, & tranſlucidũ. Liquidum, quodcunq; purũ eſt: Liquens, quodcunq; liqueſcit. ET ipſe tener.] Confitetur generationem mundi ſecundùm opinionem Democriti, ſub quo mundus fuit infans. NOVVM ſolem.] Quia ſol iſte nouus eſt; et non fuit ab æterno. HINC lapides Pyrrhę iactos.] Deucalion & Pyrrha, cùm diluuio defeciſſet genus humanum, iactu lapidum recuperauêre. Hoc ſcilicet volunt ſignificare poëtæ, vt oſtendant, poſt illud ſeculum homines fuiſſe duros & ferreos.

PRO. NAMQVE canebat vti.] Hactenus breuiter. Nunc vt omnis quæſtio tractetur, quæritur; an Poëta quatuor ſolis, & his in omnibus principia rerum conuenire confirmet? tunc deinde; an reuolutis ſuper eadem re ſenſibus, paria percurrat; an verò diuerſa confundat? Vt igitur ſenſum plenè intelligamus, hoc quod eſt ab eo verſu, Namq; canebat vti magnũ per inane coacta Semina: propriũ in Vergilio eſt, vt nihil magnum ſuâ auctoritate confirmet; ſed aut à Muſis conceptum dicat, aut admirabile famæ tribuat. Hoc quidam diffidentiæ dicunt. Nam ſi confirmet, inquiunt, opiniones hominũ; ad credendum faciliùs nos inducent. Sed Poëta fortiùs probat, cùm ſuæ opinioni etiam famam conſentire pronunciat: vt eſt illud; Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam. & illud; Fama eſt Enceladi ſ.f..c. & illud; Dædalus, vt fama eſt, f. M.r. & illud; Namque ferunt famâ Hippolytũ p.q.a.n. & illud: Quid loquar, aut Scyllã Niſi.q.p.ſ. Quæ niſi famæ autoritas fulciat, fabuloſa videntur, & inania. Hîc aũt famâ Sileni, eiq; autoritate, quæ canit, confirmat. Omnem igitur hanc rerũ naturæ formã, tenui primùm & inani mole diſperſam refert in quatuor elementa cõcretam: & ex his omnia eſſe poſtea effigiata, Stoici tradunt; Zenon Citiæus, ac Speuſippus Solæus, & Cleanthes Thaſius: qui principẽ habuerunt Empedoclem Agrigentinũ; qui de his ita ſcribit: τέσσαρα δὲ πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε, ζεὺς ἀργὴς, ἥρη τε φερέσβιος, ἠδ' ἀϊδωνεὺς, νῆστις θ' ἣ δακρύοις γε τέγγει κρούνωμα βρότειον. Vt accipiamus ζεὺς ἀργὴς ignem, qui ſit ζέων & cãdens; A
quod ignis eſt propriũ, de quo Euripides: ὁρᾷς τὸν ὕψου, τὸν δ' ἄπειρον αἰθέρα, καὶ τὴν πέριξ γῆν ὑγραῖς ἔχονθ' ἐν ἀγκάλαις; τοῦτον νόμιζε ζῆνα. Ennius: Aſpice hoc ſublime candens, quẽ vocãt omnes Iouẽ. ἀργὴς aũt, id eſt, λαμπρὸς ἢ ταχύς. Nam & Homerus, καὶ κύνας ἀργούς: & Argus vndiq; lucens & videns. Hoc idem Vergilius exſecutus ait; Et liquidi ſimul ignis: purum demonſtrans; non liquentem: Et liquidũ ſuper æthera lapſæ, æquè purum. Item: Quod fieri ferro, liquidóue poteſt electro, puri coloris. Vbi aũt ait, liquido diſtendunt nectare cellas. Nec enim liquenti pro fluenti dixit; ſed puro. in hoc enim cõmendatio eſt operis apũ: nec enim laus eſt mellis, ſi fluat; ſed gloria, ſi lucidũ viſatur. ἥρην aũt φερέσβιον, terram tradit; quod victũ ferat: de quâ Homer. ζείδωρος ἄρουρα. Vnde τὴν ἄρουραν quidã ἔραν appellarunt. ἠδ' ἀϊδωνεὺς, Ditem patrem gloſſa ſignificat. Sed accipere debemus aëra, quem Euripides in Cadmo χάος appellauit, ſic: οὐρανὸς ὑπὲρ ἡμᾶς κατοικῶν φοῖβον ἀνθρώποις ἄλλον, τὸ δ' ἐν μέσῳ τοῦ οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς, οἱ μὲν ὀνομάζουσι χάος. Quia quibuſdã videtur, aëra, qui ex ſummâ montiũ & imâ terrarũ ſegnis fiat, cũ reliquo, qui ſuperincubat, eſſe obtuſiorem; atq; ita vicem inferiorum obtinere. B
Hoc aũt adnotâſſe Vergiliũ aiunt, in ſexto: Totâ paſſim regione vagantur Aëris in cãpis lætis, atq; omnia luſtrant: vt poſt mortem ſoluto corpore, vmbræ in hac obuerſentur caligine; animæ vltimo aëri, & puriori tranſmittantur. Νῆστιν τε aquã ſignificat, quæ ſcilicet ſincero habitu cuncta cõfirmet. Nam creditur id eundem hominem, quem acceperit, ſeruare. Cicero autem ἀϊδωνέα pro terrâ interpretatur, ἥρην pro aëre. verſâ vice lib. 2. de Deorum naturâ, Aër, inquit, vt Stoici diſputant, interiectus inter mare & cœlũ, Iunonis nomine conſecratur; quæ eſt ſoror, & cõiunx Iouis: quòd ei ſimilitudo eſt ætheris, & cum eo ſumma cõiunctio. Effœminarũt aũt eum, Iunoniq; tribuerũt; quòd nihil eſt eo mollius. Sed Iunonem à iuuando credo nominatã. Hæc de aëre. Infrà de terrâ ſic: Terrena autem vis omnis atq; natura, Diti patri dicata eſt; qui diues, vt apud Græcos Πλούτων: quia & recidũt omnia C
in terras, & oriuntur ex terris. Idem hoc Homerus ſignificat ſic: τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται, ἕκαστος δ' ἔμμορε τιμῆς, ἤτοι ἐγὼν ἔλαχον πολιὴν ἅλα ναιέμεν αἰεὶ παλλομένων, ἀΐδης δ' ἔλαχε ζόφον ἠερόεντα, ζεὺς δ' ἔλαχ' οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσι, γαῖα δ' ἔτι ξυνὴ πάντων καὶ μακρὸς ὄλυμπος. Vt ad Iouem æther pertineat, mare ad Neptunũ, Ditis imperia apud inferos, terram cõmunem omnibus remanſiſſe. In quo animaduertendũ eſt, quòd Homerus conſentiat Empedocli & Heracleoni, Cicer. diuerſâ opinione. Ariſtoteles quatuor elementa ait, aquam & terrã ponderibus ſuis deorſum ferri; ignem et aëra tenuitate ſuâ ſubleuari: & his quatuor elementi quintũ, quaſi proprium, æthera addit priuatã mole diſcretũ. Idẽ Ariſt. ait, nõ eſſe idem, ignẽ & æthera: diuerſitatemq; eorum comprobari ex eo; quòd ignis omnia cõſumat, æther omnia conſeruet & nutriat. Anaxagoras his quatuor elementis conſtitutis, rectorem adiũgit, ſiue ſpiritũ, ſiue Deũ, ſiue mentẽ: per hæc quatuor regantur. Hic Anaxagoras Abderites fuit, Democrito popularis & diſcipulus (quanquã alij Dionyſium Cyzicenũ; quidam Ariſtot. magiſtrũ eius affirment) vir nobilis, amicus Alexandri, apud Perſas comes. Hic animũ principium omniũ ſenſuum facit. quem ſecutus Plato in lib. περὶ ψυχῆς, ſic ait: ἀλλ' ἀκούσας μέν ποτε ἐκ βιβλίου τινὸς ὡς ἔφη Ἀναξαγόρου ἀναγινώσκοντος, καὶ λέγοντος, ὡς ἄρα νοῦς ἐστιν ὁ πάντα διακοσμῶν τε, καὶ πάντων αἴτιος, ἔδοξέ μοι εὖ ἔχειν, τὸν νοῦν εἶναι πάντων αἴτιον. καὶ ἡγησάμην, εἰ τοῦτο οὕτως ἔχοι, τὸν δὲ νοῦν κοσμοῦντα πάντα κοσμεῖν. Quod æquè Vergilius idem ſecutus eſt: Spiritus intùs alit, totamq; infuſa per artus Mens agitat molem. Nam quòd Anaxagoras νοῦν

A *hunc spiritū dixit, et quoniā incidimus in hūc locū: par est praesenti quaestioni, summatim videamus, quid in his quoq; agat Vergilius. Versus ita se habent:* Principiò coelum ac terras, camposq; liquentes, Lucentemq; globum Lunae, Titaniaq; astra Spiritus intùs alit. *Quòd ibi Anchisen facit disputantem, quòd hîc Silenū deum; non nisi quòd poëta Ennius Anchisen augurij, ac per hoc diuini quiddā, habuisse praesumit:* Sic doctus Anchises, Venus quē pulchra dearū Fari donauit diuinum pectus habere. *Neuius belli Punici lib. 1. sic:* Postquā auem aspexit templo Anchises, sacra immensa penatiū ordine ponūtur, immolabat auream victimā pulchrā. *Vergilius sic:* Et si pietate meremur, Da deinde auguriū pater, atq; haec omnia firma. *Nisi enim petijsset omnia, nunquam confirmari optâsset. Dehinc visâ stellâ ait:* Vestrū hoc auguriū, vestroq; in n. t. c. *Idem Vergilius in 3. Aeneid. vbi primùm Italiā: quo auspicati sunt, ac templū in arce Mineruae, cōditum ab Idomeneo & Salentinis. De quâ re haec tradit Varro, qui (sic Menippeus, non à magistro, cuius aetas longè praecesserat, nominatus, sed à societate ingenij, quòd is quoq; omnigeno carmine satyras suas expoliuerat) in tertio rerū humanarum*
B *refert:* Gentis Salentinae nomen tribus è locis fertur coaluisse: è Cretâ, Illyrico, Italiâ. Idomeneus è Cretâ, oppido Lyctio pulsus, per seditionem, bello Magnensiū, cum grandi manu ad regē Clinicū venit, ad Illyricū: ab eo itē acceptâ manu, cum Locrensibus plerisq; profugis in mari cōiunctus, amicitiâq; per similē causam sociatis, Locros appulit, vacuatâ eo metu vrbe: ibiq; possedit aliquot oppida, & cōdidit: in queis Vria, & castrū Mineruae nobilissimum. In tres partes diuisâ copiâ, in populos 12 Salentini dicti, quòd in salo amicitiá fecerint. Cùm ad hác igitur arcem siue oppidū equos animaduertisset Anchises, vt augur exclamat: Bellū ô terra hospita portas, Bello armantur equi, bellū haec armenta minátur. Sed tamen ijdem olim curru succedere sueti Quadrupedes, & frena iugo concordia ferre; Spes est pacis, ait. *Apertè igitur Anchises de rebus diuinis alibi loquitur, vt hîc Silenus. Quaeramus igitur, an et ibi, sicut hîc, quatuor principia designet?* Principiò coelum ac terras, camposq; liquentes, Lucentēq; globū Lunę, Titaniaq; astra, Spiritus intùs alit. *Nam terram simpliciter dixit: in campis*
C *liquentibus mare significat. caeterùm coelū quo dixit, si pro igni accipimus, vbi aër? sin verò coelum pro aëre, vbi ignem requiremus? Aemilius Asper, cùm hunc locū adnotaret, sic ait:* Hęc membra naturae sic solet iungere, vt in tria diuidat. Nam & alibi maria ac terras coelumq; profundū. *& Homerus: ἐν μὲν γαῖαν ἔτευξ', ἐν δ' οὐρανόν, ἐν δὲ θάλασσαν. Sed & Homerū: ipso hoc loco possumus probare, quatuor elementorū mentionē fecisse: nam ἐν μὲν γαῖαν ἔτευξ' Achilles significatur, vt homo terrenus, cui arma fiebant: ἐν οὐρανόν, aërem scilicet, in quo ista fiebant. Ignē extrinsecus adhibemus in ipso Vulcano. Similiter & Ennius in Medeâ exule, in his versibus:* Iuppiter, tuq; adeò summe Sol, qui res omnes Inspicis, quiq; tuo lumine mare, terram ac coelū contines, inspice hoc facinus, priusquā fiat, prohibe scelus. *Iam & hîc Iuppiter & Sol, pro igni, qui mare, terrā & coelum continet, nō dubiè coelū pro aëre dixerit. Ita vt Vergilius:* Daedalus, vt fama est, f. M. r. Praepetibus p. a. s. coelo. *Nā Daedalū volantem aër sustinuit; ignis prodidit, vt Icarū. Et in eodem:* Geminae cum fortè colūbae Ipsa sub ora viri coelo venêre volantes. *Nam & auium volatus in aëre. Et Lucretius manifestiùs, cùm ait:* In hoc coelo, qui dicitur aër. *Quanquā quod ad Homeri versus pertinet, ἥλιον ἀκάμαντα ignem quidā velint significari: quoniā Sol nihil aliud esse credatur, quàm lumen igni permixtū. Hoc & Anaxagorae Clazomenio visum Socrates reprehendit, vt Xenophon in 4. ἀπομνημονευμάτων sic refert: ἐκινδύνευσε δ' ἂν ἴσως, καὶ παραφρονῆσαι ὁ ταῦτα μεριμνῶν, οὐδὲν ἧττον ἢ Ἀναξαγόρας παρεφρόνησεν, ὁ μέγιστον φρονήσας ἐπὶ τῷ τὰς τῶν θεῶν μηχανὰς ἐξηγεῖσθαι. ἐκεῖνος γὰρ λέγων μὲν τὸ αὐτὸ πῦρ τε καὶ ἥλιον, ἠγνόει δὲ ὅτι τὸ μὲν πῦρ οἱ ἄνθρωποι ῥᾳδίως καθορῶσι, εἰς δὲ τὸν ἥλιον οὐ δύνανται ἀντιβλέπειν. καὶ ὑπὸ μὲν τοῦ ἡλίου καταλαμπόμενοι τὰ χρώματα μελάντερα ἔχουσι, ὑπὸ δὲ τοῦ πυρὸς οὔ. ἠγνόει δὲ, ὅτι καὶ τῶν ἐκ τῆς γῆς φυομένων, ἄνευ μὲν τοῦ ἡλίου αὐγῆς οὐδὲν δύναται καλῶς αὔξεσθαι, ὑπὸ δὲ τοῦ πυρὸς θερμαινόμενα πάντα ἀπόλλυται. φάσκων δὲ τὸν ἥλιον διάπυρον λίθον εἶναι, καὶ τοῦτο ἠγνόει, ὅτι λίθος μὲν ἐν πυρὶ ὢν οὔτε λάμπει, οὔτε πολὺν χρόνον ἀντέχει, ὁ δὲ ἥλιος τὸν πάντα χρόνον ἁπάντων λαμπρότατος ὢν διαμένει. Igitur secūdùm exempla apud Vergiliū, cùm coelū pro aëre positū intelligimus, ignē in eo interpretabimur quod ait:* Titaniaq; astra. *ea enim esse ignea per ipsū probāda in primis, quod ait:* Vbi maximus Atlas Axē humero torquet stellis ardentibus aptū. *Deinde:* Me patris Anchisae, quoties astra ignea surgunt. *Item:* Nam ne quaerant astrorū ignes. *Item:* Gnosiaq; ardētis decedat stella coronae. *Item Cic. in 2. de Deor. nat. sic:* Quem complexa summa pars coeli, quae aether dicitur, & suum retinet ardorē tenuē, & nullâ admixtione concretum, & cum aëris extremitate cōiungitur. In aethere autem astra voluuntur; quae se & nixu suo conglobata cōtinent, & formâ ipsâ figurâq; sua momenta sustentát. sunt enim rotunda: quibus formis, vt dixisse antè videor, minimè noceri potest. Sunt aūt stellae naturâ flammeae: quae circa terrae, maris, aquarū vaporibus alantur, ijs qui à Sole ex agris tepefactis & ex aquis excitantur: quibus altae renouataeq; stellae, atq; omnis aether refundunt eadē, & rursus trahunt in idem, nihil vt ferè intereat, aut admodum paululum, quod astrorum ignes & aetheris flāma consumant. Ex quo nostri euenturum putant id, de quo Panętium addubitare dicebát, vt ad extremum omnis mundus ignesceret: cùm, humore consumpto, neq; terra ali posset, nec remanere aër, cuius ortus, aquâ omni exhaustâ, esse non posset. Itaq; relinqui nihil praeter ignem: à quo rursum animáte, ac de eo renouatio mundi fieret, deniq; ornatus orietur. *Sin verò coelum pro igni in his versibus intellexerimus, quem eundem mundum & κόσμον dictū probat Varro in Cynicis, quem inscripsit Dolium aut Ceria, sic:* Mūdus domus est maxima homuli, quē quinq; altitonae flāmeae zonae cingunt, per quam limbus pictus bis sex signis stellis mirantibus altus in obliquo aethere Lunae bigas acceptat: & appellatur à caelaturâ coelum: Graecè ab ornatu κόσμος: Latinè à puritie mundus. *Si ergo coelum pro igni acceperimus, superest in eo quod ait:* Spiritus intùs alit; *aërem dictum praesumamus. Hic est etiam, qui nobis viuendi spiritum commeatū largitur. Hoc illum & Ennius appellauit in Animalib9:* Corpore tartáreo prognata plaude virago, Quoi per imber & ignis spiritus & grauis terra. *Item Lucilius in 29. Satyrarum:* Hoc cùm feceris, cum caeteris reus vnà tradetur lupo nō aderit ἄρχων hominem, & stochijs simul priuabit eū igni & aquâ interdixerit, duo habet stochia: id malueris, priuabit tamen. *Et Cic. in eo libro, quo suprà:* Principiò enim terra sita in mediâ parte mundi, circunfusa vndiq; est hac animabili spirabiliq; naturâ, quoi nomē est aër. *Vt Vergilius in versibus superioribus: Terrarumq; animaeq; cum significaret aëris. Ergo in his quoq; versibus spiritum pro aëre accepimus. Quatuor elemētorum facta descriptio: ad quam imaginem Varro mundo ouum comparauit in Logistorico, qui inscribitur Tubero de origine humanâ, sic dicens:* Coelum est testa, item vitellū, vt terra, inter illa duo humor, quasi lim9 inclusus veri, in quo calor. *In eodem etiam lib. Varro interpretatur vitellum appellatum: quia nutriat vitalia. Nam & quod ait Virg.* Ni faciat, maria ac t. c. q. p. Quippe f. t. s. u. q. a. *non, vt Asper putat, mundum in tres partes diuisit, Nam pro aëre venti hîc extrinsecus accipiuntur: ad quod argumentū collegimus Ennij exemplum de Annalibus 3.* Sic densis aquila pennis obnixa volabat Vento, quem perhibent Graium genus aëra lingua.

Item cùm ait Virg. Quin aſpera Iuno, Quæ m.n.t.q.m. c.e.q.ſ. *Nec hic triũ tantùmodo elementorũ intelligẽda autoritas: nam Iunonis nomen inſigne poſitum eſt aëris; & exemplo ſuperiore Ciceronis, quo eam Ioui iunctam, vt aërem æthe ri vicinum declarauit. Item Homeri verſus eũdem referunt intellectũ, cùm Iupiter caſtigans ait:* ἦ οὐ μέμνῃ ὅτε τ' ἐκρέμω ὑψόθεν, ἐκ δὲ ποδοῖιν ἄκμονας ἧκα δύω, περὶ χερσὶ δὲ δεσμὸν ἧκα χρύσεον ἄρρηκτον, σὺ δ' ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσιν ἐκρέμω. *Hæc Iupiter Iunoni dixit cõminatus. Quæ enim poſſunt Iunonis videri ſuſpendia, niſi librati aëris elementa? quæ ſunt pedibus dimiſſa pondera; niſi terræ, mariq́ iacẽtia? Quis aureus laqueus, niſi igneus? Quid enim, ſi nomen Iunonis Græcè pronunties ſæpius, nõnne iteratum inciditur? quinimò conſequitur nomen aëris, id eſt, vt incipiat* ἤρα; *atq́ identidem reuolata, fiat aër. Sic etiam apud Homerum, vbi dij armis diſceptant, Iuno Dianæ ademp ſit: quæ Luna confuſa aëris denſitate conſueuit pati obſcuritatem. Quanquam & eandem Lunam ſiue Dianam, & eandem Iunonem videri, ibi dicat Cicero in 2. de Deorum natura:* Sic Luna à lucendo nominata; eadem eſt Lucina. Itaq; vt apud Græcos Dianam, eandemq́ luciferam: ſic apud noſtros Iunonem Lucinam in pariendo inuocant: quæ eadẽ Diana anniuaga dicitur: non à venando; ſed quòd in ſeptẽ vagatur tanquã venatibus: Diana dicta: quia noctu quaſi diem efficeret, Adhibetur aũt ad partus, quòd ij mature- A ſcũt, aut ſeptẽ nonnunquã, aut plerunq; nouẽ Lunæ curſibus: qui quia menſa ſpatia conficiunt, menſes nominati. *Varro etiam in Logiſtorico, quem inſcripſit Meſſalla de valetudine, ait;* antiquos agreſtes, venandi peritos, cùm plurimum in ſyluis agerent: quòd veluti Dianâ duce ad inueſtigãdas feras paterent. Deuianam appellâſſe deã; mox Dianã: quòd intelligerent eandẽ eſſe, quæ diẽ naſcentibus daret. *Planè trinam eſſe mundi originẽ, & Lucretius confitetur, dicens:* Principiò maria ac terras cœlumq́; tuere, Quorũ naturã triplicem, tria corpora texta. *Et alio loco:* Omnia perſonitus arcet terrã, mare, cœlũ. *Affranius etiã in Augure:* Modò poſteaquàm arripui trabes, hũc noſtrũ augurem mare, cœlũ, terrã, ruere ac tremere diceres. *Conſentit & Pherecydes; ſed diuerſa adfert elementa:* ζῆνα, *inquit,* καὶ χθόνα καὶ κρόνον, *ignẽ ac terrã, tempus ſignificans: & eſſe æthera qui regat terrã, quã regatur tempus, in quo vniuerſa pars moderetur. Sunt qui binis principijs mundũ diſcriminẽt. Nã Xenophanes Colophonius, terrã & aquã prodidit. Quãquã ab Homero hæc eſt tractata opinio:* ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε. *Conſentit in numero Euripides; ſed ſpeciem diſcriminat: terram enim & aëra inducit principia; ſorori declarauit.* B

SER.

Caucaſeaſq́; refert volucres, furtũq́; Promethei.
His adiungit, Hylam nautæ quo fonte relictum
Clamaſſent; vt littus Hyla Hyla omne ſonaret.
Et fortunatam, ſi nunquam armenta fuiſſent,
Paſiphaën, niuei ſolatur amore iuuenci.
Ah virgo infelix, quæ te dementia cepit?
Prœtides implerunt falſis mugitibus agros:
At nõ tam turpes pecudum tamen vlla ſecuta eſt
Concubitus; quàmuis collo timuiſſet aratrum,
Et ſæpè in læui quæſîſſet cornua fronte.
Ah virgo infelix, tu nunc in montibus erras:
Ille latus niueum, molli fultus hyacintho.
Ilice ſub nigrâ pallenteis ruminat herbas; (phæ
Aut aliquã in magno ſequit̃ grege. claudite Nym-

CAVCASEASQVE refert volucres, furtumq́; Prometheî.] *Et hic fabulæ ordinẽ vertit, quæ talis eſt. Prometheus, Iapeti & Clymenes filius, poſt factos à ſe homines, dicitur auxilio Mineruæ cœlũ aſcendiſſe: & adhibitâ faculâ ad rotam Solis, ignem furatus; quem hominibus indicauit. Ob quam cauſam irati dij, duo mala immiſerũt terris; febres & morbos. ſicut & Sappho & Heſiodus memorant:* ἄλλα δὲ μυρία λυγρὰ κατ' ἀνθρώπους ἀλάληται. πλείη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν, πλείη δὲ θάλασσα. *Quod tangit & Horatius, dicens:* Poſt ignem æthereâ domo Subductum, macies & noua febrium Terris incubuit cohors. *Ipſum etiam Prometheum, per Mercuriũ, in monte Caucaſo, religauerũt ad ſaxum: & adhibita eſt aquila, quæ eius cor exederet. Hæc aũt omnia, nõ ſinè ratione finguntur. Nam Prometheus vir prudentiſſimus fuit: vnde etiam Prometheus dictus eſt,* ἀπὸ τῆς προμηθείας, *à prouidentiâ. Hic primus aſtrologiã Aſſyrijs indicauit: quam, reſidens in monte altiſſimo Caucaſo, nimiâ curâ & ſolicitudine deprehenderat. Hic aũt mons poſitus eſt circa Aſſyrios, vicinus penè ſideribus. vnde etiam maiora aſtra demonſtrat, & diligenter eorum ortus occaſusq́ ſignificat. Dicitur aũt aquila cor eius exedere: quòd* ἄχος *eſt ſolicitudo: quâ ille affectus, & quaſi corroſus, ſiderum omnes deprehenderat motus. Et hoc quia per prudentiam fecit, duce Mercurio, qui prudentiæ & rationis deus eſt; ad ſaxum dicitur eſſe religatus. Deprehendit præterea rationem fulminum eliciendorũ & hominibus indicauit. vnde cœleſtem ignẽ dicitur eſſe furatus. Nam quadam arte, ab eodem monſtratâ, ſupernus ignis eliciebatur: qui mortalibus profuit, donec eo bene vſi ſunt. Nã poſtea, malo hominum vſu, in perniciem eorum verſus eſt: ſicut in Liuio lectum eſt de Tullio Hoſtilio, qui eo igni exuſtus eſt cũ omnibus ſuis. Numa verò Pompilius impunè eo vſus eſt, tãtùm in ſacris deoũ. Hinc eſt, quòd igne rapto, ab iratis numinibus, morbi dicuntur immiſſi. Ergo ſecundùm fabulam* ὑστερολογία *eſt. nam priùs fuit, vt Prometheus crimen admitteret; pòſt pateretur ſupplicia. qui tamen poſtea, præcepto Iouis, occiſã per Herculem aquilã, liberatus eſt. Alij hunc ferulâ ignem de cœlo ſubripuiſſe ferunt; & ideò à Ioue religatum ad Caucaſum, & volucri obiectum: quem poſtea ab ipſo Ioue reſolutum, quòd eum monuiſſet à Thetide abſtinere; quòd de eius ſemine naſceret̃, qui eũ regno pelleret, ſicut ipſe Saturnum patrem. Cui poſt ſacramentum, quo eum nunquam ſe ſoluturum iurauerat, annulum de ipſis vinculis, clauſo de mõte Caucaſo lapide, dedit; ad pœnæ præteritæ indiciũ.* HIS adiungit Hylam.] *Hylas, Thiodamãtis filius, ob ſpeciem Herculi fuit chariſſimus: quẽ ſecutus nauigantem cum Argonautis, in finibus Ionijs, iuxta Mœſiam, apud fontẽ Calociamnis, cùm aquatum iſſet, à Nymphis raptus eſt; nec vſquã potuit reperiri. Poſtea, cùm eſſet cognitũ, quod periſſet in fonte, ei inſtituta ſunt ſacra: in quibus mos fuerat, vt eius nomen* C *clamaretur in fontibus. ad quam imitationem nunc dicit:* Vt littus Hyla Hyla omne ſonaret. *Per tranſitum rem veram tetigit: tertio enim ab ephebo puer, in monte, continentibus vniuerſis, nomen eius clamabatur. Sanè poſtrema ſyllaba La breuis eſt, ideò, quia vocalis vocalem ſequitur. Nã omnis vocatiuus Græcus, à maſculino veniens, A terminatus, longus eſt: vt Aenea, Hyla, Palla. Ordo tamen eſt: His adiungit, quomodo Hylã nautæ clamaſſent in fonte relictũ.* PASIPHAEN.] *Cretenſium reginam, Minois vxorem: quæ tauri amore flagrauit; & enixa Minotaurum, crimen dementiæ ſuæ publicauit.* AMORE.] *quidam pro* in amore *accipiunt.* AH virgo.] *Ad hoc pertinet, quod ait,* Solatur: *vt, quòd amat taurum, fortunæ magis videatur eſſe, quàm morum. Virgo autem, vt diximus ſuprà, à viridiore ætate appellatur. Nam iam mater fuerat Phædræ, Ariadnes, & Androgei. Caluus in Io:* AH virgo infelix, herbis paſcêris amaris. *Quidam,* Virgo: *non quòd virum illo tempore non haberet; ſed quia talis ei pœna iam virgini deſtinata ſit, intelligunt: ob iram ſcilicet Veneris; quæ irata Soli, quòd ſe, ut quidam volunt, Anchiſæ, aut, vt alij, Marti coniunctiam prodidiſſet, ſobolem eius inhoneſtis amoribus ſubiecit: vt Circen, Medeam, Paſiphaën. Et hoc dicitur: In illâ commiſerabili dementiâ, feliciores fuiſſe, quæ ſe animalia credebant; quàm Paſiphaën: quæ cùm ſciret ſe hominem, taurum ſectabatur.* QVÆ te dementia cepit?] *Hic obiurgare magis, quàm conſolari videtur: an quia conſolantis & hoc officium eſt, vt merentem ſtrictim etiam obiurget.* PROETIDES implerunt falſis mugitibus agros;]

A gros.] Prætides, Præti & Sthenobœæ siue Antiopæ secundùm Homerum filiæ fuerunt: Lysippe, Ipponoe, Cyrianassa. Hæ se cùm Iunoni in pulchritudine prætulissent, vel, vt quidam volunt, cùm essent antistites, ausæ sunt vesti eius aurum detractum in vsum suum conuertere: illa irata hunc furorem earum immisit mentibus, vt putantes se vaccas, in saltus abirent, & plerunq; mugirent, & timerent aratra. Has Melampus, Amythaonis filius, pactâ mercede, vt Cyrianassam vxorem cum parte regni acciperet, placatâ Iunone, infecto fonte, vbi solitæ erant bibere, purgauit, & in pristinum sensum reduxit. COLLO timuisset aratrum.] Terentius: Syre, tibi timuit. LÆVI.] humanâ scilicet. ILLE latus niueum.] Quis eam amari non intelligat? FVLTVS hyacintho.] Apud veteres vnusquisque eo, super quod iacebat, fultus dicebatur. Lucilius VIII. Et puluino fultus. Virgilius: Atque harum effultus tergo. f. q. l. u. ILICE sub nigrâ.] vel vmbrosâ, vel reuerâ nigrâ: nam talis est. PALLENTEIS.] vel aridas, vel quæ ventris calore propriâ viriditate caruerint. RVMINAT herbas.] remouit, & denuò consumit. Sic Ouidius:

Atque iterum pasto pascitur antè cibo.

B Ruminatio autem, dicta est à rumâ, eminente gutturis parte: per quam demissus cibus, à certis reuocatur animalibus. ALIQVAM.] id est, vaccam. IN magno sequitur grege.] Ac si diceret: Habes aliquid spei; siquidem nouit amare, quem diligit. Notandum autem, gregem eum de bobus dixisse; cùm propriè armenta dicamus: licèt grex sit quorumlibet animalium congregatio. Sic Cicero in Philippicis: Fudit apothecas; cecidit greges armentorum. CLAVDITE Nymphæ.] Meliùs hoc à personâ Pasiphaës dictum accipimus: vt dicat Silenus, hoc illam aliquando dixisse.

POM. Sabi. CAVCASEASQVE refert volucres.] Prometheus, cùm finxisset homines ex luto, & spiritum immisisset, omni industriâ quæsiuit, vt ignem mortalibus daret. Itaque appositis ad radios Solis ferulis, ignem cepit. Iupiter furem persequutus est vsque ad Caucasum: in quo prehensum affixit; & vulturem immisit, qui corda semper renascentia deuoraret. Hercules, cùm esset Argonauta, auem interemit: Prometheum tamen non est ausus soluere vinculis. Iupiter cùm ab eo monitus esset, ne duceret coniugem Thetidem, vnde esset futura proles, expulsura patrem regno; accepto tali beneficio, liberauit: & pro munere dedit ei coronam, quæ significaret vincula; & annulum cum lapillo, qui significaret saxa Caucasi montis. HIS adiũgit Hylam.] Hylas, Thiodamãtis filius, Herculis puer, cum Argonautis nauigauit. Argonautæ cùm in Mysiam regionem descendissent; Hercules propinquos montes petijt, comitante Hylâ. Iuno ceruum obtulit. puer venandi studiosus, insequutus est ceruum: qui ad fontem duxit, & in aquam insilijt. Puer sudore perfusus, volens se aquâ diluere, à Nymphâ raptus fuit. Hercules interea quærebat: cum omnia lustrâsset, & non inueniret; magno murmure ac gemitu, rursus Hylam, & rursus Hylam per longa reclamat

Auia; responsant syluæ, & vaga certat imago.

Scribunt alij, Hylam aquatum descendisse in Ascanium Mysiæ lacum: vnde & regio Ascania; ex quâ Ascanius Phrygum dux venit. Alij sic scribunt: Mons Prusiadi imminet; vbi Hylas Argonauta, cùm aquatum iret, raptus fuit. Strabo: Prusienses festa celebrant, & vagi per montes currunt, clamantes Hyla Hyla. Herodotus ait: In sinu Magnesio locus est, in quo relictus est Hercules, ab Iasone cum Hylâ dimissus aquatum. Locus dicitur ἀφεταί; quæ vox significat Dimissio. ET fortunatam.] Pasiphaë, Solis filia, amore albi tauri capta, ope Dædali voto potita est. PROETIDES.] Ex Prœto rege Arginorum, & Sthenebœâ Amphidamantis filiâ, puellæ natæ, Iunonem contempserunt: ideò per furorem exterritæ, se factas boues credentes, Argos reliquerunt; postea à Melampode, Amithaonis filio, sanatæ. CAVCASEASQVE refert volucres.] Caucasus mons est, qui porrigitur à mari Pontico vsq; ad superiorem Indiam.

AH virgo infelix tu nunc in montibus erras: Ille latus niueum, molli fultus hyacintho, Ilice sub nigrâ, pallentes ruminat herbas, Aut aliquam in magno sequitur grege.] Hisce versibus contemptum veteris amiculæ significabimus: aut, si libebit in vsum verecundiorem trahere, vsurpari poterit; cum indicabimus, aliquem pristinis neglectis amicitijs, aliò transtulisse amorem. In illos etiam accommodabitur, qui, studijs doctrinæ neglectis, diuersa sequuntur. ADR. Bas.

Dictææ, Nymphæ nemorum iam claudite saltus;
Si quà fortè ferant oculis sese obuia nostris
Errabunda bouis vestigia. forsitan illum,
Aut herbâ captum viridi, aut armenta secutum,
Perducant aliquæ stabula ad Cortynia vaccæ.
Tum canit Hesperidum miratam mala puellam:
Tum Phaëthontiadas musco circundat amaræ
Corticis, atq; solo proceras erigit alnos.
Tum canit errantem Permessi ad flumina Gallum,
Aonas in montes vt duxerit vna sororum:
Vtq; viro Phœbi chorus assurrexerit omnis:
Vt Linus hæc illi diuino carmine pastor,
Floribus atq; apio crines ornatus amaro,
Dixerit: Hos tibi dant calamos (en accipe) Musæ,
Ascræo quos antè seni; quibus ille solebat
Cantando rigidas deducere montibus ornos.
His tibi Grynæi nemoris dicatur origo;
Ne quis sit lucus, quo se plùs iactet Apollo.
Quid loquar? aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est,

SER. C DICTÆÆ.] Dictis, mons in Cretâ, in quo Pasiphaë amâsse taurum dicitur. CLAVDITE saltus.] scilicet, ne latiùs euagetur; eóq; minùs possit inuestigari. SI qua.] pro Si, vel Si quo modo. ERRABVNDA bouis vestigia.] Illud expressit, quod vno verbo Homerus ait; ἕλικας βοῦς, hoc est, flexibilibus, seu flexis pedibus incedentes. Et est participium, propè contra rationem figuratum. Vel, errabunda, errantia: vt ludibunda, ludens. Cicero: Omnia ludibundus conficiens.

NOSTRIS.] Et hic, nostris: vt Terentius in Heaut. Quomodo minimo periculo id demus adulescẽtulo, id est, des. AD Cortynia.] Benè. Nam apud Gnoson imperabat Minos, eius maritus, in Cretâ. vnde illuc taurum non vult venire; sed ad Cortynõ, oppidum Cretæ. vbi fuerunt aliquando Solis armenta. TVM canit Hesperidum miratam mala puellam.] mala, quibus acceptis à Venere, Hippomenes vicit Atalantam, puellam Scyriam, cursu potentem; quæ multos sponsos superatos occiderat. quod pleniùs in Aeneidos tertio libro memorauimus; vbi etiam de ipsis malis fabula relata est. PHAETHONTIADAS.] Clymenes & Solis filias: quæ dum extinctum fratrem flerent, conuersæ sunt in arbores: vt hoc loco dicit, in alnos: vt in decimo, in Populos. vbi etiam pleniùs hanc dicimus fabulam. Mira autem est canentis laus: vt quasi non factam rem cantare; sed ipse eam cantando facere videatur. Sanè ingeniosè, hominis mentionem cum re, quæ animam non habet, miscuit. Sorores Phaëthontis succinam fleuisse, dicitur. AMARÆ corticis.] Alibi ait: Raptus de subere cortex. quod magis sequi debemus, vt masculino vtamur. ALNOS.] Quidam alnos, poëticâ consuetudine, pro populis accipiunt. PERMESSI ad flumina Gallum.] Helicon mons est Bœotiæ; quæ & Aonia dicitur. de hoc plurima cadunt flumina; inter quæ etiam Permessus: iuxta quem dicit ambulantem Gallum, ab vnâ Musâ ad cæteras esse deductum, & illic factum

Digitized by Google

poëtam: qui eleges ſcripſit; qui & triumuiris præpoſitus fuit, ad exigendas pecunias ab his municipijs, quorum agri in tranſpadana regione non diuidebantur. AONAS.] Aones originem ab eo loco ducunt vbi nunc maritima Venetia eſt. DVXERIT.] produxerit. VNA ſororũ.] Muſarum. VIRO.] Gallo. PHOEBI chorus.] id eſt Muſæ. ASSVRREXERIT.] i. honorẽ præbuerit: vt Tinolus & aſſurgit, quibꝰ & rex ipſe Phaneus, id eſt, cedit. VT Linus.] Apollinis filius, quem ſuprà memorauit. ordo autem eſt: hæc illi vt Linus dixerit. DIVINO carmine.] id eſt, vaticinante. ASCRÆO quos antè ſeni.] Heſiodo, qui Aſcræus fuerat, de vico Bœotiæ: quem dicuntur Muſæ, paſcentem pecus, raptũ de monte Parnaſſo, poëtam feciſſe, munere calamorũ. Cui etiam bis pueritiam de ſenectute præſtitiſſe dicitur. Ideò ait: Quos antè ſeni. GRYNÆI nemoris dicatur origo.] Miraculum Apollinis, qui ſerpentem ibi occidit. Grynæum nemus, eſt in finibus Ionij, Apollini à Gryno filiũ conſecratum. vel à Gryno, Myſiæ ciuitate: vbi eſt locus, arboribus multis, iocundo gramine, floribusq́ varijs, omni tempore veſtitus; abundans etiam fontibus: quæ ciuitas nomen accepit à Gryno, Eurypili filio; qui regnauit in Myſiâ, & aduerſus Troianos Græcis auxilium tulit Eurypilus namq; filius Telephi, Herculis & Angei, ex Aſtyoche Laomedontis filiâ, fuit: qui Grynũ procreauit. Is cùm patris occupâſſet imperium, & bello à finitimis tentaretur: Pergamum, Neoptolemi & Andromachæ filiũ, ad auxiliũ de Epiro prouocauit, à quo defenſus, victor duas vrbes condidit: vnam Pergamũ, de nomine Pergami; alterã Grynũ, ex reſponſo Apollinis. Aliquãdo Calchas & Mopſus dicuntur, de peritiâ diuinandi, inter ſe habuiſſe certamen. & cùm de pomorum cuiuſdam arboris contenderent numero, ſtetit gloria Mopſo: cuius rei dolore Calchas interijt. Hoc autem Euphorionis continent carmina; quæ Gallus tranſtulit in ſermonem Latinũ. vnde eſt illud in fine, vbi Gallus loquitur: Ibo, & Calchidico quæ ſunt mihi condita verſu Carmina. Nã Calchis ciuitas eſt Eubœæ, de quâ fuerat Euphoriõ. DICATVR.] id eſt, laudetur. NE quis ſit lucus, quo ſe plus iactet Apollo.] Senſus hic eſt: Si tu Grynæum laudaueris nemus, in nullo ſe tantùm iactabit Apollo. QVO ſe plùs iactet.] in quo plus glorietur Atalanta, Hippomenes, Gallus, Linꝰ, Permeſſus, Phaëthontides, Melampus, Paſiphaë, Prœtides. QVID loquar? aut Scyllam Niſi, quam fama ſecuta eſt.] Scyllæ duæ fuerunt: vna, Phorci & Creteidos Nymphæ filia, pulcherrima. quam cum amaret Glaucus, deus marinus, dum ipſe amaretur à Circe, & eam contemneret; illa irata, fontem, in quo ſe Scylla ſolebat abluere, tinxit venenis. in quem quum deſcendiſſet puella, mediâ ſui parte in ferã mutata eſt. Hanc poſteà Glaucus fecit deam marinam: quæ claſſem Vlyſſis, & ſocios, euertiſſe narratur. Quidã Scyllam hanc à Neptuno amatam dicunt; & per Amphitriten, cõiugem Neptuni, metuentem pellicis formam, venenis Circes in mõſtrum marinum eſſe mutatam. Altera verò Scylla, fuit Niſi, Megarenſium regis, filia: contra quos dum, deuictis iam Athenienſibus, pugnaret Minos, propter filij Androgei interitum, quem Athenienſes & Megarenſes dolo necauerãt; adamatus eſt ab Scyllâ, Niſi filiâ: quæ vt hoſti poſſet placere, comam purpureã paternis abſciſſam ei obtulit: quam Niſus ita habuerat conſecratam, vt tamdiu regno potiretur, quamdiu illam habuiſſet intactam. Poſtea & Scylla, à Minoë cõtempta, dolore in auem Cirim conuerſa eſt: & Niſus extinctus, deorum miſeratione, in aquilam Piſcariã mutatus eſt. quæ aues hodie, vt ipſe in Georgicis docet, flagrant inter ſe magnâ diſcordiâ. Modò ergo Vergilius, aut poëtarum more miſcuit fabulas, & nomẽ poſuit pro nomine; vt diceret Scyllã Niſi, pro Phorci: ſicut alibi; Domitus Pollucis habenis Cyllarus: cùm Caſtor equorum domitor fuerit. Item; Et manibus Progne pectus ſignata cruentis: cùm Philomelæ, nõ Prognæ, abſciſſa ſit lingua. Aut certè ſit ὕστερον πρότερον, vt vtriuſq; fabulæ videatur facere commemorationem: vt intelligamus; Quid loquar aut Scyllam Niſi, aut quam fama ſecuta eſt Cãdida ſuccinctã latrantibus inguina monſtris Dulichias vexâſſe rates? B Aut certè bis accipiendum eſt. Quid loquar, aut Scyllam Niſi, aut quam fama ſecuta eſt? vt eſt illud in primo: Non ignara mali, miſeris ſuccurrere diſco.

POM. Sabi.

TVM canit Heſperidum.] Intelligit Atalãtem, Echenei filiam, virginẽ velociſſimam; quam multi petebant: & cautum erat, vt is haberet, qui curſu ſuperâſſet; & qui victus, interiret. Indignata Venus, quæ fœdera eius neſciret, hortata eſt Hippomenem, vt eam peteret: deditq́ tria mala aurea, lecta ex arbore, quam Heſperides vltra Oceanum ſeruabant. Cùm cœpit currere, in latus vnum malũ abijcit longius; item aliud; prope finem, tertium. dum virgo colligere deſiderat, curſu ſuperata eſt. Hippomenes, cùm impatientiùs virginitatem vellet eripere, ſeceſſerunt ambo in loco matris Deûm: & ibi in leones demutati ſunt, qui ducunt currum Cybeles. TVM Phaëthõtiades.] Solis filiæ, ſorores Phaëthontis, apud Eridanum, flendo mortem fratris, conuerſæ ſunt in populos arbores. PERMESSI ad flumina] Permeſſus, fluuius Bœotiæ, quæ Ionia dicitur: iuxta quem Gallus, ab vnâ Muſâ deductus, ad cæteras ducebatur. AONAS in montes.] Ferunt Aonas populos petijſſe regionem, quæ poſtea Venetia eſt appellata. APIO C amaro.] Apium, herba, criſpa habet folia. honor ei in Achaiâ datus. Nam victores Nemei certaminis, apio coronabantur. ASCRÆO ſeni.] Aſcra, vicus Bœotiæ; vbi natus Heſiodus. GRYNÆI nemoris.] Grynæũ nemus, eſt idẽ quod Clariũ.

SER.

Candida ſuccinctã latrantibus inguina monſtris:
Dulichias vexâſſe rates; & gurgite in alto
Ah timidos nautas canibus lacerâſſe marinis?
Aut vt mutatos Terei narrauerit artus?
Quas illi Philomela dapes, quæ dona parârit:
Quo curſu deſerta petiuerit, & quibus antè
Infelix ſua tecta ſuperuolitauerit alis?
Omnia, quæ Phœbo quõdam meditante beatus
Audijt Eurotas, iuſsitq; ediſcere lauros.
Ille canit: pulſæ referunt ad ſidera valles.
Cogere donec oues ſtabulis, numerũq; referre
Iuſsit, & inuito proceſſit veſper olympo.

DVLICHIAS.] Ithaceſes à mõte. Dulichiũ, inſula eſt: vbi mons eſt Ithacus: in quâ fertur habitâſſe Vlyſſes. eòq; & ipſe Dulichius, & Dulichias habuiſſe rates, dicitur. VEXASSE rates.] κατὰ ἀντίφρασιν dictum eſt. Nam non vexauit, ſed euertit. quod Probus vult hac ratione defendere: dicens, vexâſſe, venire ab eo quod eſt veho, vecto, vexo: vt vexâſſe, ſit portâſſe, & ſinè dubio pro arbitrio ſuo euertiſſe. Vexâſſe eſt enim vis quædam alieni arbitrij. non enim ſui potens eſt, qui vehitur. Bene ergo inclinatũ verbũ eſt: nã qui fertur, & raptatur, & huc atq; illuc diſtrahitur, vexari propriè dicitur. Cato in Orat. de Achæis: Cumq; Annibal terram Italiã laceraret atq; vexaret. Cicero in Verrin. Sed vt à barbaris prædonibus vexata eſſet. Item: fana vexata, direptæ vrbes reperiuntur. TIMIDOS.] nonnulli pro Timẽtes accipiũt: Et bene, ah timidos, ex dolētis perſonâ. TEREI.] pro Terei. Nam per ſynæreſin dictũ eſt: ſicut ſuprà,

Furtûq; Promethei, pro Promethei. Tereꝰ aũt, rex Thraciæ fuit: qui cùm Athenienſibus tuliſſet auxiliũ, ac Pandionis Athenarũ regis filiam, Prognem nomine, duxiſſet vxorẽ; & poſt aliquãtum tempus ab eâ rogaretur, vt ſibi Philomelam ſororem ſuam videndam accerſeret: profectus Athenas, dum adducit puellam, eam vitiauit in itinere; & ei linguam, ne ſaevinus indicaret, abſcidit, incluſamq́ in ſtabulis reliquit: ementitus coniugi, eam periſſe naufragio. Sed Philomela rem, in veſte ſuo cruore deſcriptam, miſit ſorori. Quâ re cognitã, Progne Itym filium interemit, & patri epulandum appoſuit. Alij, Tereum finxiſſe ſocero dicunt, Prognen vxorem mortuam; & petiſſe Philomelã in matrimonium: & hoc dolore compulſam Prognen, occidiſſe filium, & epulandum patri appoſuiſſe. Quas cùm Tereus, agnito ſcelere, inſequeretur; omnes in aues mutati ſunt: Tereus, in vpupam, Itys, in phaſianum; Progne, in hirundinẽ; Philomela, in luſciniam.

Quidam

A Quidam tamen, eos nauibus effugisse periculum, & ob celeritatem fugæ, aues appellatos volunt. PHILOMELA dapes.] Atqui hoc progne fecit. sed aut abutitur nomine: aut illi imputat, propter quam factum est. Et benè auis & hominis miscuit mentionem. QVÆ dona pararit.] quòd satiato Tereo, caput & pedes filij, vxor intulerit. QVO cursu.] Licèt volatum accipere debeamus: tamen, Deserta petiuerit, potest ad hominem referri. SVPERVOLITAVERIT.] hoc ad auē pertinet. MEDITANTE] canēte. EVROTAS] fluuius Laconum, qui ab Apolline audita suas edocet lauros, quibus eius plenæ sunt ripæ. Ibi namque templum Apollinis est. nam hunc fluuium, Hyacinthi causâ, Apollo dicitur amâsse. LAVROS] multi pro vatibus accipiunt. ILLE] Silenus. REFERVNT.] vel ferunt, vel proferunt: quo verbo aliter in sequenti versu vtitur. COGERE donec oues, &c.] Ordo est: cogere donec oues stabulis vesper iussit, & inuito olympo processit. REFERRE.] recensere. ET inuito processit vesper olympo.] Et ex eo, quòd dies inuitus abscessit: & ex eo, quòd nimio audiendi desiderio vesper exortus est, cantilenæ voluptas ostenditur. Est etiam Solis laudatio: cuius lucis claritas tanta est, vt eâ olympus lætetur. OLYMPO.]

B id est, cœlo.

POM. Sabi. AVT vt mutatos Terei.] Tereus, rex Thracū, Prognē, Pandionis regis Athenarum filiam, duxit: ex quâ genuit Ityn. Reuersus Athenas, Philomelæ formâ captus, ementitus est Prognem interijsse, vt aliam duceret: & voto potitus est. Violatæ puellæ linguam amputauit, ne scelus aperiret; & in remoto loco ablegauit. Illa in telâ scripsit facinus. quòd cùm cognouisset Progne; filium Itim occidit, & marito epulandum dedit: indè cum sorore aufugit. Tereus vindex persequebatur. Omnes demutati in aues: Progne, in hirundinem; Philomela, in lusciniam; Tereus, in vpupam; Itys in carduelem. AVDIIT Eurotas.] Eurotas, fluuius est Laconiæ, vt Callimachus ait. serpit per Laconum fines: fontes agit è Mænalo; vt alij volunt, è Taygetis. Confunditur cum Alpheo, rursusque discedit. Ripæ eius lauro opacantur: quas ait Apollinis edidisse voces, cum in eodem loco carmina referret.

PROB. QVAS illi Philomela dapes] Progne filium communem Itym, per membra laceratum, Tereo præbuit epulandum. Confessa deinde quòd fecisset, cum sorore effugit. Tereus vindex persequebatur. sed omnes demutati sunt in aues: Progne, in hirundinem; Philomela, in lusciniam; Tereus, in vpupam.

C EVROTAS.] Εὐρώτας amnis, vt Callimachus ait, in flumina serpit prope Laconum fines. Fontes autem agit ex monte Mænalo. confunditur Alphæo; rursusque discedit. Ripæ eius lauro opacantur: quas ait Apollonius edidisse voces, cum easdem bucolico carmine referret. Beatum dixit, ob potentiam Laconum.

CON. Fauen. Licet interdum animaduertere, aliquibus in locis prætermissa, aliquibus superaddita esse verba scriptorum malè eruditorum vitio, cùm apud poëtas, tum apud solutâ oratione scribentes. Vti in 7. Bucol. eclogâ, quos apponam, versuum vltimus tradendus obliterandusque ex albo Virgiliano; veterum exemplarium testimonio, & rationis vinculo, arguitur. Versus hi sunt: Tum verò in numerū, faunosque ferasque videre Ludere; tum rigidas motare cacumina quercus.

Nec tantum Rhodope miratur & Ismarus Orphea;
Quantum omnis mundus gaudet cantante Sileno.

Nã igitur, quẽ dixi, versus, in duobus libris, altero vetustissimo, in primis, altero mediæ antiquitatis, in publicâ Vaticanâ bibliothecâ, nō inuenitur; sed superadditus à nescio quo structuræ ignaro, ex Honorati cōmentario, ita dicentis: Nam ita gaudebat mundus, vt indè dicat; Et inuito processit vesper olympo. Atque vt è Virgilianâ familiâ libentiùs illum eijciâs: primâ in Sileno syllabam claudicantem aduerte; quæ corripi, ratione contrà nitente, non potest: cùm à Græcis dipthongū excipiat. sic enim ab illis Silenus scribitur, σειληνός. vnde à quibusdam malè cum y scribendus præcipitur: à quibusdam malè l duplici exaratur. Constructio aūt pulcherrima in hunc modum: Nec tantùm Phœbo gaudet Parnasia rupes; quantùm fauni, feræ, quercus, Sileno gaudent. Nec tantùm Rhodope miratur & Ismarus Orphea: quantū fauni, feræ, quercus, mirantur Silenū. De Silenis aūt, non iniucunda quædā dicturus fuerā ex Pausania: nisi me amicus meus monuisset, ea iā in cōmentarios fuisse relata. hoc tamen dixero; Silenum historici etiam nomen esse, Plutarcho & Ciceroni: qui inter cætera, quæ composuit, opus de Aetnâ condidit; vt testis est Stephanus, in Palice.

VAR. Lect. CHROMIS & Mnasylus.] In Romano libro scribitur Mnasillus, duplicato l, & per i: præterea Valerius Probus Mnasilos, per os, legit. SPE carminis ambos Luserat.] In libris antiquis, Ambo legitur. IAMQVE videti.] In aliquot antiquis libris, Nāque videti. QVÒ vincula nectitis?] In antiquis aliquot libris, Quid vincula. MOTARE cacumina quercus.] Motare quidē in antiquis alijs libris: sed in Lōgobardico, Mutare, habetur. NEC tantùm Rhodope miratur.] In Rom. libro, & in Oblongo, Mirantur, legitur. ALTIVS atque cadunt.] In Rom. libro, Vtque, legitur: sed Atque receptū. Rara per ignotos errent animalia montes.] In Rom. libro legitur. Per ignaros. AONAS in mōtes vt duxerit vna sororū.] In antiquo libro manuscripto legere est absque In præpositione: Aonios montes vt duxerit vna sororum. VTQVE viro Phœbi chorus assurrexerit omnis] Apud Arusianum Messium legas, Atque verò Phœbi. QVID loquar aut Scyllā Nisi.] In Rom. libro, Vt Scyllā, habetur: quod non placet. Vetustus etiā liber manuscriptus ita legit, Quid loquar? An Scyllā Nisi, aut quā fama secuta est. IVSSITQVE ea dicere lauros.] Sunt veteres libri, in quibus calmos, nō lauros, habetur.

IOAN. LVDOVICI VIVIS.

Ecloga hæc est de reconditis rebus: nempe de primordijs rerū, & theologiā gentiliciā. Virtus Musarum denotatur, quæ norunt omnia: celebrant deos & heroes, & magnos viros, vt Gallum & Varum: tum in intima naturæ penetrant. Idcircò dictæ sunt ἀπὸ τοῦ μοσάειν, quod est, perquirere & cognoscere. omnium rerum habent scientiam. Nam ridicula est indoctorum sententia; qui Musas ad carmina & cantiunculas solùm pertinere existimant: quippe peritia rerum diuinarum atque humanarum, est Musa, quod & Virg declarat 2. Georg.

Me verò primùm dulces ante omnia Musæ,
Quarum sacra gero, ingenti percussus amore,
Accipiant, cœlique vias & sidera monstrent.

Porrò Silenos duos fuisse, accepimus: alterum vetustissimum, Bacchi pædagogum & institutorem; alterū multò posteriorem illo sapientē, Cyri temporibus: cuius illa fuit, ad Crœsum Lydorū regē, sententia; Optimū non nasci; proximū citò mori. Bacchus, deus est poëtarum, vt Apollo. & Parnassus, mons Musarū, duos habebat vertices: alterū, Phœbo sacrum; alterū, Baccho: id est, ad hæc tàm folijs lauri, quæ arbor erat Phœbi; quàm hederæ, quæ Bacchi, vates coronabantur. Itaque per Silenū, Bacchi magistrū, Musam ipsam intelligi par est; à quâ doctus sit deus poëtarū Bacchus. Idcircò & eclogam hanc, excedere aiunt materiā pastoralē. PRIMA Syracusio deducta.] Hos versus ego quidē sic intelligo: Nostra Thalia, hoc est, Musa, quæ agris præest, primùm dignata est ludere versu Theocriteo, & ad res agrestes canendas se conferre. Nostram vocat, vel propter hoc carmen: vel quia ipse pastor, tū origine, tū operis sui argumento. VARE, tuas cupiant.] Quintilius Varus, dux exercitus, qui magnos sæpè Germanorum exercitus fudit, ad postremū ab Arminio Germano, ingenti clade est affectus: in quâ ipse mortē sibi consciuit, non sustinens post tantam ignominiā viuere. quod tamen cùm accidit, iam Vergilius erat mortuus. CAPTVS amore leget?] Quàm modestè Vergilius de se ipso! non quòd hæc lectorē, inquit, mereantur, nisi huc veniat beneuolentiā mei adductus. TE nostræ, Vare, myricæ] Celebraberis, dum carmen hoc nostrū bucolicū à quopiā legetur. NEC Phœbo gratior vlla est.] Nulli carmini tàm fauorē suū, & gratiā, & venustatē, Phœbus inspirat, quàm ei, quod de Varo cantatur. CHROMIS & Mnasylus.] Adolescētes duo, qui dormiētes sopitosque auo suo excitātes Nim

tât Musas. INFLATVM hesterno.] *Sic debebat comitē & pædagogū Bacchi; tū magnū poëtā: de quo est in Satyrā Horatij;* Laudibus arguitur vini vinosus Homerus: *tum Ennius, & alij. & prouerbiū:* Aquá bibēs, bonū carmē nō facies. HESTERNO fœtere mero, *inqt, cur sit Martial.* qui putat Acerrā: Fallitur, in lucē semp Acerra bibit. SERTA pcul.] *Seculū negligēs poëtici decoris, & humanitatis; nec quisquam coronari cupiebat. Sensus huius versus est: nihil fuisse iuxta illū, nisi serta, quæ capiti delapsa procul iacebāt. Istud verò ad illud pertinet, quod postea dicit;* Inijciunt ipsis ex vincula sertis: *quoniā aliud ad manū non habebāt, quo ligarēt senem.* NAM sæpè senex.] *Non est cessandū, in parandâ peritiâ, si primus conatus non succedat; alij tentandi.* Labor omnia vincit Improbꝰ. INIICIVNT ipsis ex vincula sertis.] *Honestas ipsa eruditionis, generosa cepit ingenia, vt vellent detinere apud se Musas, atq; eas expergefacerēt, alij gloriæ cupiditate, alij præstantiores cupiditate sciendi. Serta enim, ad honorē doctrinæ pertinent: siue ea sit pulchritudo cognitionis, siue excellēdi desideriū.* ADDIT se sociam.] *Virilibus illis animis, admiscent se molles ac fœminei: qui in quærēdis disciplinis quæstū, aut aliquid simile spectāt.* TIMIDISQVE supuenit.] *anxijs & sollicitis, ne se Silenus exsolueret, & abiret.* SANGVINEIS frontem.] *Pueri ligant & detinent Silenum: sed puella illudit, & deridendum præbet. Nobilia ingenia, curâ & labore excolunt, ac detinent apud se Musas: viles homines, & animis abiectis, deformāt ac dehonestāt, atq; ita tractant, vt ad vulgū irridendas exponāt.* IAMQVE videti.] *Pueri excitant, vt canant: puella iā excitato illudit. Eruditionē, quā excellētes animi excudūt, degeneres ad voluptates & pecuniā conuertūt.* ILLE dolū ridēs.] *Causantur multi, fugacē esse doctrinā, nec posse retineri facilè. culpa est in nobis, qui exerceri nolumus: nō in rebus, quæ paratæ sunt semper nobis, ac expositæ.* SATIS est potuisse videri.] *Satis est, Musas esse à vobis semel inuētas: nō fugient posthac, sed faciles se vobis ac libentes dabūt.* CARMINA, q̄ vultis.] *Vos viri accipietis eruditionē, quā eligetis: hoc erit precium laboris vestri. animo aūt fœmineo, pecunia erit curæ sue preciū.* TVM verò in numerū.] *Omnes exhilarat facunda eruditio: quod de Orphei lyrâ est traditū. & huic inuentionē ciuitatū assignat M. Cicero.* FAVNOSQVE, ferasq; videres.] *Cicurantur enim, & māsuescūt ferocia ingenia, ab eruditione.* TVM rigidas motare cacumina quercus.] *Allusio ad ea, quæ de Orpheo dicuntur. Cic. pro Arch.* Syluæ & solitudines voci respōdent: bestię sæpè immanes cantu flectuntur, atq; subsistūt. NEC tantùm Phœbo.] *Phœbꝰ quidē & Orpheus suauiùs cātāt. sed plus inest eruditionis & cognitionis rerū in cātu Sileni; ideo maior ex eo delectatio.* NAMQVE canebat vti.] *Rerū initia, et origines vltimas, ex recōditissimis philosophiæ. Nullâ est hîc opus allegoriâ: ipsa per se sunt satis magna, & cantari digna.* A DISCLUDERE Nerea pōto.] *mari separare Nereū à terrâ.* HINC lapides Pyrrhæ iactos.] *Post mundū conditū, persequitur cursum vitæ deorū, hominū. non dissonant hæc à principio; sed sequuntur, & cohærent.* ET fortunatā, si nunquā armēta fuissent.] *Sensus obscurus; fortassis hic est: Inducit Pasiphaēn, solantē se ab amore iuuēci. ita vt, quæ sequuntur verba, sint ipsius Pasiphaës;* Ah virgo infelix! *quibus seipsam de absentiâ tauri consolatur, & furorem reprehendit. in secundâ autem personā, ex affectu: vt,* Ah Corydon Corydon, quæ te dementia cepit? *Mox sequitur prima persona:* Si quà fortè ferant oculis sese obuia nostris. *Id est, si huc tentet venire: si ad me iter conuertat:* Claudite, *inquit, saltus; ne veniat. Forsan enim veniet: & vel quærens herbā viridem, vel sequens vaccā aliquā. ideò arcete illū intra nemora: vt furor hic tā fœdi amoris, absentiâ saltē sedetur, neu irritetur aspectu.* TVM canit errantē.] *Nihil est in hoc opere toto dictū venustius, aut grandiore Musarū afflatu decantatū. Magna laus Cornelij Galli, qui item poëta fuit: de quo in Alexi, & postea in Gallo.* ERRANTEM.] *versantē in studijs sapientiæ: vagantem ingenio per loca Musis sacrata.* AONAS in B montes vt duxerit.] *Studiū disciplinæ vnius, paulatim ducit ad aliarū cognitionē.* VTQVE viro Phœbi.] *Ingenium admiratæ sunt Musæ ipsæ; statim visum cognitūq; cœperūt amare, seq; illi faciles, benignas, amicissimas præbuerūt.* VT linus hæc illi diuino carmine pastor.] *Diuinū carmē, quasi excellens: vel quia heros ipse Calliopes filius: vel diuinans, vt ait Seruius.* HIS tibi Grynæi nemoris dicatur origo.] *Grynæū nemus est in Ioniâ, Phœbo sacrum. De hoc nemore, & gestis in eo, nempe de diuinatione Mopsi & Chalchantis, tū de deo ipso Apolline, scripsit poëma Euphorion Chalcidēsis. Hoc è Græco magnâ felicitate Latinū fecit Gallus; magis argumentum & figuram tractationis secutus, quàm verba: vt tàm suum fecerit, quàm Virgilius Aeneida, vel Bucolica, in quibus Theocritum & Homerum æmulatus est. Teneamus hoc, quod nobis proderit Eclogâ decimâ. Ideò dicit: hisce fistulis acceptis, dicatur tibi origo laudū Grynæi nemoris; vt tu sis auctor potiùs & inuentor illarū, quàm Euphorion: quò fiat, te cantante ac celebrante nemus illud; vt, cùm multa habeat Phœbus templa alia & nemora, nullo tamen glorietur magis, & sibi placeat, quàm illo, sic abs te commendato.* OMNIA quæ Phœbo quando.] *Dubium est, an hæc eadem, quæ cecinit, sint ex illis* C *cantilenis Phœbi; vt conclusio deniq; illum hæc & reliqua omnia cecinisse, quæ Phœbus modulari sit solitus: an separatim, præter iam dicta, cantauerit Silenus omnia, quæ Phœbus recinerit, cùm pastor Admeti greges pasceret. Magis hoc placet.* BEATVS Eurotas.] *Quia tali voce fruebatur.*

ECLOGA VII. MELIBOEVS. CORYDON, ET THYRSIS.

FOrtè sub argutâ consederat ilice Daphnis,
Compulerantq; greges Corydon & Thyrsis in vnum:
Thyrsis oues, Corydon distētas lacte capellas:
Ambo florētes ætatibus, Arcades ambo;
Et cantare pares, & respondere parati.
Huc mihi, dum teneras defendo à frigore myrtos,
Vir gregis ipse caper deerrauerat: atq; ego Daphnin
Aspicio. ille vbi me contra videt: ocyùs, inquit,
Huc ades ô Melibœe; caper tibi saluus, & hœdi:
Et si quid cessare potes, requiesce sub vmbrâ.
Huc ipsi potum venient per prata iuuenci.
Hîc viridis tenerâ prætexit arundine ripas
Mincius, eq; sacrâ resonant examina quercu.
Quid facerē? neq; ego Alcippē, nec Phyllida habebā,
Depulsos à lacte domi quæ clauderet agnos:

SER. FORTE sub argutâ consederat ilice Daphnis.] *Ecloga hæc penè tota Theocriti est. Nam & ipsam transtulit; & multa ad eā de alijs congessit.* ARGVTA.] *modo canora, stridulâ. alibi, argutum breuē significat: vt,* Argutumque caput. DAPHNIS.] *Diuinum hunc inducit: quippe filium Mercurij, vt diximus suprà. Nam hinc est, quod paulò pòst dicturus est;* Caper tibi saluus & hœdi: *quasi diuinus.* COMPVLERANTQVE.] *Compellere, propriè est in vnū locum, vel diuersa, vel diuersorum generū animalia, cogere. Cicero in Pisone:* Omni pecore cōpulso. FLORENTES ætatibus.] *hoc est, ætate florente.* ARCADES ambo.] *Non reuerā Arcades; (nam apud Mantuā res agitur) sed sic periti, vt eos Arcades putares. Nam & paulò pòst dicturus est:* Soli cātare periti Arcades. ET cātare pares, & respōdere parati.] *hoc est, qui possint etiam continuū carmē dicere. Nam hoc est cantare: vt,* Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnim. *vel,* Candidus insuetū miratur limen olympi. *& ἀμοιβαῖον referre: vt,* Et me Phœbus amat; Phœbo sua semper apud me Munera sunt lauri. CANTARE *autē* parati, pro,

Et certamen erat, Corydon cum Thyrside, magnum.
Posthabui tamen illorum mea seria ludo.
Alternis igitur contendere versibus ambo
Cœpêre: alternos Musæ meminisse volebant.
Hos Corydon: illos referebat in ordine Thyrsis.

A *pro, parati vt cantarent & responderent. vel,* Pares parati, *quasi pariter parati.* HIC mihi dum.] *scilicet circa eam patem, in quâ Daphnis sedebat.* TENERAS defendo à frigore myrtos.] *Variè hic locus exponitur. nã alij simpliciter accipiũt: dum myrtos tego & tucor, ne eas frigus exurat. Alij, quia æstatis illud fuisse asseritur tempus, dicunt: Defendo à frigore, & tego contra frigus futurum. Alij dicunt: dum defendo, id est, dum mihi ad defensaculum præparo myrtos à frigore, id est, quæ sint fine frigoribus. solent enim pastores vendicare sibi loca aliqua, propter frigus futurum.* VIR gregis.] *abusiuè: nam tantùm hominum est. sicut alibi:* QVEM legère virum.] *Item Horatius:* Et olentis vxoris mariti. *ἀκυρολογία est: quod tamen ad Theocriti imitationem dictum est, qui ait: ὦ τράγε τᾶν λευκᾶν αἰγῶν ἄνερ.* HVC ades.] *Alij pro imperatiuo accipiunt, cuius pronunciatio similis est indicatiuo. Terentius:* Adesdum, paucis te volo. CAPER tibi saluus & hœdi.] *aut, quia in capro est spes hœdorum: aut intelligimus istum etiam hœdos perdidisse, sed nescis-*
B *se, quod tamen ille quasi diuinus indicat. Potest tamen etiam scire, sed leuius damnum maioris contemplatione contemnere.* ET si quid cessare potes.] *Si potes tibi vel breue otiũ persuadere. Nam loquitur ad hominem amantem laboris.* REQVIESCE sub vmbrâ.] *mecum scilicet.* HVC ipsi potum venient per prata iuuenci.] *Ipsi, id est, sponte suâ. & intelligimus, istum, præter capellarum gregem, iuuẽcos habuisse peculiares. aut certè, Ipsi, referamus ad hædos & caprum: vt,* Per prata iuuenci. PRÆTEXIT.] *prætegit. vt,* Non tamen Anna nouis prætexere f. f. MINCIVS.] *fluuius. Intelligamus Venetiam, quæ est haud longè à Mincio; cuius est delicias commemoraturus. Alij dicunt, loca ipsa, Prata iuuenci appellari.* EQVE sacra.] *& de sacrâ: vt,* Eque chao dẽsos diuûm enumerabat amores, *id est à chao. Sacra autem quercus, aut ipsa, quam vult intelligi: aut vniuersum genus, quod & Ioui erat olim sacrum.* NEQVE ego Alcippen, neq; Phyllida habebam.] *Has duas intelligamus esse amicas cantantium. Nam hoc dicit: nec Alcippen habebam, vt ille; nec Phyllida vt alter: aut, vt plerique putant, nomen villicæ.* CLAVDERET agnos.] *Ergo varium pecus habuit.* CERTAMEN erat Corydon cũ Thyr-
C side.] *Figuratè locutus est; magnum certamen ille cùm illo erat: ac si dicat, magna contentio est cum Cicerone Vergilius. Et videtur nominatiuũ pro genitiuo posuisse.* POSTHABVI.] *postposui.* MEA seria.] *necessitatem capri inquirendi, vel hædorum.* LVDO.] *cantilenæ: vt,* Ludere, quæ vellem, calamo permisit agresti. ALTERNIS igitur contendere versibus ambo.] *Hoc est quod ait suprà:* Respondere parati. ALTERNOS Musæ meminisse volebát. [*Si* Volebát: *sensus est; Musæ vtriusq; meminerant: vt,* Amát alterna Camœnæ. *sed multi* Volebã *legunt, vt sit sensus: Optabam, ô Musæ. meminisse alternos, id est, omnia quæ dixerũt teneræ. Nã & in fine dicturus est;* Hęc memini. REFEREBAT.] *Amœbei carminis lege, vt diximus suprà.*

POM. Sabi. FORTE sub argutâ, &c.] *Hanc eclogam penè totam è Theocrito trãstulisse videtur. Sed volunt, per Daphnim intelligere Cæsarem; per Corydonem Vergiliũ; per Thyrsim, Macrũ poetã. Alij volũt, Macrũ cõtendere cum alio poetã de ortu Cæsaris, sub iudice Melibæo, q sit Vergilius. Neutrũ mihi placet.* ARGVTA.] *stridulã, propter ventũ.* ARCADES ambo.] *Nã in Arcadiã sunt optima pecuaria, propter montes: ergo optimi pastores.* DEFENDO.] *Aproniamus ait: Defendere, hic est vindicare. Nam frigus arbuscUlas nouellas lædit.* MINCIVS.] *fluuius est Venetiæ regionis, ortus è lacu Benaco: labitur per Mantuam. Mantua & Cremona sunt in Venetiã regione.* MEA seria.] *necessaria, inquit Aproniamus.*

AD Ri Bar. ARCADES ambo, Et cãtare pares, &c.] *Si quando loquemur de duob. apprimè literatis viris, in eãdẽ etiã terrã natis: appositè respondetur illud;* Arcades ambo, Et cantare pares, & respõdere parati. *Quales fuisse veteres illos legimus, Catullũ, & Plinium: atq; hac etiã tempestate noscimus Erasmuũ Roterodamũ, & Martinũ Dorpiũ. Quibus viris, quũ cõmunis sit patria Holãdia; cõmune etiã studiũ est: vt à vulgari hominũ doctrinã, & dicẽdi scribendiq; nitore, quàm possint, longissimè absint.* Et certamẽ erat Corydon cum Thyrside.] *Quũ innuemus, inter duos pertinaciùs concertatum: accõmodabimus illud;* Et certamẽ erat Corydon cũ Thyrside magnum. POSTHABVI tamen illorũ mea seria ludo.] *Quũ dicem⁹, nos aut comœdiarũ festiuitate, aut lepôre dialogorũ quorũdã, sic allectos; vt illorũ lectiones habuerimus præpositam nostris rebus serijs: non inconcinniter vsurpauerimus illud;* Posthabui tamen illorum mea seria ludo.

Co. Nymphæ, noster amor, Libethrides, aut mihi carmen,
Quale meo Codro, côncedite: (proxima Phœbi
Versibus ille facit) aut, si non possumus omnes,
Hic arguta sacrâ pendebit fistula pinu.
Th. Pastores hederâ crescentem ornate poëtam
Arcades; inuidiâ rumpantur vt ilia Codro.
Aut si vltra placitum laudàrit, baccare frontem
Cingite; ne vati noceat mala lingua futuro.
Co. Setosi caput hoc apri tibi Delia paruus,
Et ramosa Mycon viuacis cornua cerui.
Si proprium hoc fuerit, læui de marmore tota
Puniceo stabis suras euincta cothurno.
Th. Sinum lactis, & hæc te liba Priape quotannis
Exspectare sat est: custos es pauperis horti.
Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu,
Si fœtura gregem suppleuerit, aureus esto.
Co. Nerine Galatea thymo mihi dulcior hyble,
Candidior cygnis, hederâ formosior albâ.
Cùm primùm pasti repetent præsepia tauri,

SER. NYMPHÆ, noster amor, Libethrides.] *Libethros fons est, vbi coluntũr Musæ, à fonte Bæotiæ Libethro, poëta, qui primus harmoniã tradidit, & arcẽ Musis consecrauit. Alij, locũ, in quo Hesiodus natus est. Alij, templũ Libethridũ Musarum dicunt, quod à Pierio, Apollinis filio, consecratũ est. & sic ait Libethrides, ac si diceret Hippocrenides, à fonte Hippocrene. Quòd autem poëtæ inuocent Nymphas (sicut hoc loco: itẽ in fine;* Extremũ hũc Arethusa mihi concede laborẽ) *hæc ratio est: quòd, secundũ Varronẽ, ipsæ sunt Nymphæ, quæ & Musæ. Nam & in aquã consistere dicuntur, quæ de fontibus manat: sicut existimauerũt, qui Camænis fontẽ consecrarunt. Nam eis non vino, sed aquã & lacte sacrificari solet. nec immeritò: nã aquæ motus musicã efficit, vt in hydrauliã vides mus. Sanè sciendum, quòd idem Varro tres tantũ Musas esse cõmemorat: vnam, quæ ex aquæ nascitur motu: alterã, quã aëris icti efficit sonus: tertiam, quæ merã tantũ voce consistit. Et multi volunt, in hac Eclogã esse allegoriam: vt Daphnis sit Cæsar; Corydon Vergilius; Thyrsis verò, qui vincitur, Vergilij obtrectator, scilicet aut Bauius, aut Anser, aut Meuius pessimi poëtæ.* CODRO.] *Codr⁹ poëta eiusdem temporis fuit; vt Valgius in Elegis suis refert.* PROXIMA Phœbi.] *subaudi, Carmina.* AVT si non possumus omnes.] *Secundũ illud dixit:* Non omnia possumus omnes. *Nã debuit dicere: Aut si ego non possum.* ARGVTA.] *iuxta quam frequenter canitur: ac per hoc, loquaci, garrulã.* SACRA pinu.] *matri deûm consecratã. sic suprà:* Sacra quercu, *scilicet*

Ioui

Ioui dicatã. Et ἀσεμνολόγως fecit, tanquam eam cõsecret. CRESCENTEM poëtã.] *Verecundè locutus est, non iam poëtam dicens, sed nascentem. Sanè hoc loco carmen exprimitur ἀμοιβαῖον. Nam cùm Corydon petijsset, vt esset Codri similis: hic se adeò Codrum superare dixit, vt in se eius inuidiam possit mouere. Hederã autem coronantur poëtæ, quasi Libero consecrati; qui etiam vt Bacchæ insaniunt. Sic Horatius:*

Vt malè sanos ascripsit Satyris Faunisq́; poëtas.

Vel quòd semper virent hederæ, sicut carmina æternitatem merentur. RVMPANTVR vt ilia.] *Sicut etiã in Aeneide diximus, hoc Ile & hæc Ilia facit. Vnde Iuuenalis ait:* Vis frater ab ipsis Ilibus? *Nam Maryllus mimographus contempsit artẽ, ad iocũ mouendũ; & parasito dixit:* Tu Hectorẽ imitaris, ab Ilio nunquã recedis? *Est aũt hoc dictũ, per amaritudinẽ rusticã.* VLTRA placitũ] *id est, nimiè. Irrisoriè, vltra quàm placeo & mereor.* MALA lingua.] *fascinatoria, nocẽdi scil. studio.* SETOSI.] *deest, Cõsecrat: vt Aeneas hæc de Danais. Et, si* Apri, *tanquã venator: si* Capri, *tanquã pastor.* PARVVS.] *vel humilis, vel pauper, vel minor ætate.* RAMOSA cornua.] *vt,* cornibus arboreis. MYCÕ.] *vel eius filius, vel patronus.* VIVACIS cerui.] *Vt enim Plinius dicit in naturali historiã cũ se cerui grauatos ætate cognouerint, serpẽtes requirunt: vt eos flatu ad se tractos cũ comederint, iuuenescãt, & reuertantur rursus in ætatẽ priorẽ. Diu enim viuere dicuntur.* SI propriũ hoc fuerit.] *Quod suprà petierat scilicet, vt talia carmina faceret, qualia Codrus effecerat. Propriũ sanè veteres, perpetuũ, stabile, firmũ. Terentius:* Ego deorũ vitã ea-propter sempiternã esse arbitror, quod eorũ voluptates ꝓpriæ sunt, *id est, firmæ & perpetuæ. Et in Phormione:* Curaui ꝓpriã vt potiretur. *Et ipse,* Propriáq; dicabo. *&,* Da patriã Thymbræe domũ. *Alij hunc Myconẽ alienũ pecoris custodẽ volunt, & sic dicere: Interim hoc tibi caput Delia dedito: si proprium hoc meũ pecus fuerit, plus dabo, id est, ẽ simulacrũ faciam.* LAVI.] *id est, polito.* DE marmore tota.] *Solẽt enim plerunq; caput tãtũ, vel thoraca facere. Sanè in libris Sacrorũ refertur, Sacrum dici, quod ritè sacratur: vt ædis ærea simulacra, dona. Hic ergo cũ dicit,* Læui de marmore tota Puniceo stabis suras euincta cothurno: *eodẽ modo & de Priapo dictũ debemus accipere. Hic etiam caput apri pro dono offertur. dona autẽ oblata numinibus, tamdiu sacra sunt, & dona possũt dici, quamdiu non fuerint profanata.* SVRAS euincta cothurno.] *ideo singulari vsus est numero: quia hoc genꝰ calceamenti, vtriq; aptum est pedi. sic in 1. Aeneid.* Purpureoque altè suras vincire cothurno. EVINCTA.] *vel simpliciter, vel valde. vt,* Eduramque pinum. SINVM lactis.] *Sinus, genus est vasis: quod cùm significamus, Si producitur. cùm verò gremiũ significamus, Si corripimus. Varro, de vitã Pop. Rom.* Aut lepestã aut galeolã, aut sinũ dicebãt. Tria enim ꝓ quibus nũc *ἀμφορεὺς* dicitur. *Atta in Megalensibus:* nempe ad mensam, vbi sermo de sinu solet suboriri. *Sanè notandũ, haberi considerationẽ diuinarum personarũ. Nã ille suprà cum veneratione locutus est, apud numen seuerũ: contrà hic iocatur; quia loquitur numini, quod iocis gaudere manifestũ est.* Priapus *autẽ, deus Lampsacenus est Hellesponti, qui hortos tuetur.* LIBA.] *placenta.* PRO tẽpore.] *pro necessitate, pro copia rei nostræ, pro viribus quæ sũt hoc tẽpore.* SI fœtura gregẽ suppleuerit.] *si tot agnos habuero, quot oues. hoc est enim gregem suppleri per fœturam. Fœtura enim est prouentus: Ipse fœtus verò, quod nascitur.* NERINE Galatea.] *Amica Corydonis nobilis. Et hoc dicit: O amica quæ talis es, qualis fuit Galatea Nympha; quam cùm Polyphemus Cyclops adamãsset, primũ cõcubitũ eius precibus expetiuit; mox vim adhibere conatus est: quem illa, in mare se præcipitãdo, effugit. Cyclops aũt, cùm eã de mari non posset euocare, Acin, quem Nympha diligebat, ictu petræ interemit: cuius cruorem Galatea vertit in fluuium, qui eius retinet nomen. Nerine autem, patronymicum est græcum. Nam fœminina patronymica, aut in As exeunt, vt Peliasː aut in Eis, vt Atreis: aut in Ne, vt Nerine, Adrastine. Alij pro Nereis accipiunt.* THYMO mihi dulcior hyble.] *Vel odore hyblæi thymi, vel melle hyblæo: vt à materiã rem ipsam dixerit. Nam apibus, non hominibus dulcis est thymus.* HEDERA formosior albã.] *quia sunt & nigræ hederæ: vt,* Aut hederæ pandunt vestigia nigræ. *Nigra autem, vel alba hedera, non ex folijs, sed ex ligno cognoscitur.* CVM primùm pasti repetent præsepia tauri.] *id est, cùm possessores noui cœperint assignatos possidere agros.*

A

B

LIBETHRIDES.] *vt meminit Varro, dicũtur à terrestri loco Musæ, vt Olympiades, Pimpliades, Thespiades, Heliconides. Apronianus:* Libethris fõs est, Heliconis, sacer Musis. *Strabo:* In Helicone mõs Caballinus, Libethridũ Nympharũ spelũca: vnde patet manãsse, q̃ Libethrũ & Pierã Musis sacrarũt. SACRA pinu.] *Quia pinus sacra est Cybelæ, vt patet per distichon Martialis:* Poma sumꝰ Cybeles, ꝓcul hinc discede viator, Ne cadat in miserũ nostra ruina caput. BACCARE.] *Baccaris, herba est, cõtra fascinationẽ.* MYCÕ.] *aliquis venator. Venatores capita brutorũ apponebãt ante portas tẽpli Dianæ.* SINVM lactis.] *Sinꝰ, vt ait Apronianꝰ, vas est: cuiꝰ diminutiuũ Stella.* HÆC liba.] *sacrificia lactea.* NERINE.] *Nomẽ patronymicũ est, deductũ à Nereo. Patronymica omnia, apud nos terminationẽ græcã seruãt.* GALATEA.] *alba dea interpretatur.* THYMO.] *Thymũ, herba est, similis origano.* HYBLE.] *mõs Siciliæ, vbi sunt multæ apes.* HEDERA.] *est triplex, cãdida, nigra, & quæ vocatur helix. Cãdida necat arbores: in tantã excedit crassitudinẽ, vt arbor fiat: folia habet magna et latissima.*

POM. Sabi.

C

RVMPANTVR vt ilia Codro.] *Si gestiemus præclarum aliquod facinus edere, vt gloriæ nostræ inuidentibus homuncionibus oculi doleant: citabimus illud;* Inuidiã rũpãtur vt ilia Codro. CANDIDIOR cygnis, hederã formosior albã.] *Hoc carmine mulieris cuiuspiam laudabimus formã. Huc haud dubiè respexit Gulielmus Goudanus, traducens apologũ Aesopi, de coruo & vulpeculã. Quem apologum cum nuper auditoribus meis enarrarem, visus mihi sum, nõ huius temporis scriptorem, sed veterum aliquem interpretari. Est enim ita purè atq; eleganter traductus: vt vel ipse Terentius (si reuiuiscat) nollet aliter, atq; ipse traduxerit, transferre.*

ADR. Bar.

SER. TVI Corydonis.] *Plenum affectus est: vt,* Si quis amatæ Tangit honos animum. SARDOIS herbis.] *In Sardiniã enim nascitur quædam herba, vt Sallustius dicit, quæ sardoa dicitur, apiastri similis. Hæc herba comesa, ora hominũ rictus dolore contrahit & quasi ridentes interimit. Vnde vulgò, Σαρ*

Si qua tui Corydonis habet te cura, venito.
TH. Immò ego Sardois videar tibi amarior herbis,
Horridior rusco, proiectã vilior algã:
Si mihi non hæc lux toto iam longior anno est.
Ite domum pasti, si quis pudor, ite iuuenci.
CO. Muscosi fontes, & somno mollior herba,
Et quæ vos rarã viridis tegit arbutus vmbrã,
Solstitium pecori defendite: iam venit æstas
Torrida: iam læto turgent in palmite gemmæ.
TH. Hic focus, & tædæ pingues: hîc plurimus ignis
Semper, & assiduã postes fuligine nigri.
Hîc tantùm Boreæ curamus frigora, quantùm
Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.

δόνιος γέλως. HORRIDIOR.] *spinosior.* RVSCO.] *virgulta breuia sunt, acutis folijs & pungentibus: vnde & in sacris scopæ fieri solent.* ALGA.] *Herba est, quæ in mari nascitur.* LVX.] *id est, dies.* ITE domum pasti, si quis pudor, ite iuuenci.] *Quia ad pascendum auidissimi sunt. Ideò autem increpat tauros, tardè redeuntes ad stabula: quia superiùs ille dixerat, tunc amicam suã venire debere, cùm tauri ad præ*

CO. Stant & iuniperi, & castaneæ hirsutæ:
Strata iacent passim sua quæq; sub arbore poma:
Omnia nunc rident: at, si formosus Alexis
Montibus his abeat, videas & flumina sicca.
TH. Aret ager: vitio moriens sitit aëris herba:
Liber pampineas inuidit collibus vmbras.
Phyllidis aduentu nostræ nemus omne virebit,
Iuppiter & læto descendet plurimus imbri.
CO. Populus Alcidæ gratissima, vitis Iaccho,
Formosæ myrtus Veneri, sua laurea Phœbo.
Phyllis amat corylos: illas dum Phyllis amabit,
Nec myrtus vincet corylos, nec laurea Phœbi.
TH. Fraxinus in syluis pulcherrima, pinus in hortis,
Populus in fluuijs, abies in montibus altis:
Sæpiùs at si me Lycida formose reuisas,
Fraxinus in syluis cedet tibi, pinus in hortis.
ME. Hæc memini, & victum frustra contendere Thyrsim:
Ex illo Corydon, Corydon est tempore nobis.

A *ad præsepia fuissent reuersi.* MVSCOSI fontes.] *Lanugine viridiore cooperti.* RARA Arbutus.] *Aut genus arboris frondibus rarit: aut quomodo dicimus rarum hominē, pro egregio & bono.* DEFENDITE.] *prohibete, excludite. Horatius:* Et igneam defendit æstatem capellis vsq; meis. *Duo ergo significat. nam aliter patriam dicimus defendere, aliter hostes: vt,* Huncoro defende furorem. IAM venit æstas.] *Iam aduenit, iā propinquat. Non enim dicit adesse, cùm adhuc turgere gemmarum palmites dicat. & benè serò frondere vites commemorat in Venetiâ: quæ est prouincia frigidior.* TORRIDA.] *calore sicca.* HIC focus B & tædæ pingues.] *Contraria iste dicit. Pingues autem tædas ait, desudantes picem. Nonnulli* Hinc *legunt; vt sit intellectus: quia in domo suâ semper ignis sit, ideò subiectum,* Hinc, *&c. vt est,* Hinc omnis largo pubescit vinea fœtu, *hoc est, ex hac causâ. Sanè,* Hinc, *alij Propterea; alij, loci significationem accipiunt.* SEMPER.] *quantum ad hyemis spatium pertinet.* CVRAMVS.] *quidam Timemus accipiunt.* NVMERVM lupus.] *Quia solum considerat lupus prædam. Et subauditur, ouium, vel similium.* TORRENTIA flumina ripas.] *Quæ aucta, riparū munimina spernunt. Et totum prouerbialiter dictum est.* STANT & iuniperi.] *modò plenæ sunt: aliàs horrent; vt,* Stant lumina flammâ: *aliâs verò, stant; vt,* Stant manibus aræ. *Valerius Flaccus, Iuniperum iuuenem pyrum dicit. Verè autem Iuniperus, est quasi aculeis prædita, baccas ad piperis speciem gerens.* CASTANEÆ hirsutæ.] *adhuc intra suos echinos locatæ.* PASSIM.] *abundanter.* RIDENT.] *lætæ sunt: vt,* Mixtaq; ridenti colocasia fundet acantho. *Horat.*

Ilie terrarum mihi præter omnes
Angulus ridet.

MONTIBVS.] *è montibus.* FLVMINA sicca.] *ὑπερβολικῶς. etiam inges aquas, & perpetuò fluentes, siccari conspicias.* ARET ager.] *Ordo est: aret ager, & sitit herba, moriens vitio aëris: id est, pestilentiâ corrupti aëris affligitur.* LIBER pampineas.] *Sciendū, Vergilium pampinos nunquam cum genere dicere: sed Varronem fœminino genere frequentiùs.* INVIDIT collibus vmbras.] *Exsiccatæ sunt vites nimio æstu, & folia amiserunt. vt,*

Tene, inquit, miserande puer, cū læta veniret,
Inuidit fortuna mihi?

Nam Inuideo tibi illam rem, dicimus: vt, Inuidet imperiū. IVPPITER & læto descendet plurimus imbri.] *Sic alibi:* Coniugis in gremium lætæ descendit. *Aër enim in pluuias soluitur.* FORMOSÆ myrtus Veneri.] *Myrtum ideò dicatam Veneri volunt: quia, cùm à mari exisset, latuit in myrto, ne nuda conspiceretur. Vel, quia fragilis est; vt amor inconstans. Vel, quia iucundi odoris: vt,*

Sic positæ quoniam suaueis miscetis odores.

FRAXINVS in syluis cedet tibi, pinus in hortis.] *Benè singulis loca sua consignauit. Non sic erunt pulchræ arbores in suis locis, hoc est, sibi aptis, creatæ, sicut tu, si ad me frequenter venire curaueris.* POPVLVS Alcidæ gratissima.] *quia eā velatus ab inferis rediit: quam Homerus ἀχερωΐδα dicit. ab Acheronte ad superos translata: quā coronā vsus, duplici colore foliorum, geminos labores superorum inferiorumq; testatus est. De hac sanè arbore, fabula talis est: Leuce, Oceani filia, inter Nymphas pulcherrima fuit. hanc Pluton adamauit, & ad inferos rapuit: quæ postquam, apud eum completo vitæ suæ tempore, mortua est: Pluto ei; tam in amoris, quàm in memoriæ solatium, in Elysijs piorum campis, Leucen nasci arborem iussit: ex quâ, sicut dictum est, Hercules se, reuertens ab inferis coronauit.* HÆC memini.] *Et Memini illam rem dicimus, & Memini illius rei. vt,* Nec veterum memini, lætorve malorum. *Item:* Numeros memini. EX illo Corydon, Corydon est tempore nobis.] *victor, nobilis supra omneis. quam rem, quasi rusticus, implere non potuit.*

IMMO ego Sardois.] *Sardon, herba est, apiastro similis, tactu aspera. Eius succo aspersa, contrahuntur: & si aspersus fuerit alicuius vultus, adeò contrahitur; vt videatur ridendo mori. vnde appellant Sardonium risum.* HORRIDIOR rusco.] *Ruscus similis est asparago, in asperitate. Plerique cacuminata asparagorum appellauere ruscos. Asparagus autem herba, ab asperitate non dicitur; sed à linguâ Chaldæâ. Chaldæi appellant Asparagos herbam, quæ crescit in virgulta.* MVSCOSI fontes.] *Muscus dicitur illa lanugo viridis, quæ nascitur in aquis.* ARBVTVS.] *est arbor non magna, cuius cibo vescebantur antiqui, antequam esset vsus tritici; vt meminit Lucretius.* GEMMÆ.] *Gemmas in vitibus, rustici appellant oculos. sunt autem nodi palmitum, cùm incipiunt tumescere.* TÆDÆ pingues.] *Tæda arbor, vnde manat pix.* AVT torrentia flumina ripas.] *Torrentes non curant ripas, id est, alueum: quia vndique fluunt.* CASTANEÆ hirsutæ.] *id est, spinosæ, vt ait Apronianus: vt alibi,* Hirsuti secuerunt corpora vepres. *Hirsutum etiam significat pilosum: vt,* Hirsutumque supercilium. *Echinus appellatur ille folliculus, vbi sunt inclusæ castaneæ.* POPVLVS Alcidæ.] *Alcides dicitur Hercules: aut ab viro Alcæo, Amphitryonis patre: aut à colle Alceo, qui est in agro Thebano: aut ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, id est, à fortitudine. Pindarus ait, Herculem ab initio fuisse appellatum Alciden: postea verò, cùm serpentes, missos à Iunone, manu suffocâsit in cunis, appellatum volunt Heracleum, id est, gloriam Iunonis. κλέος gloria, ἥρα interpretatur Iuno: postea mutantur literæ apud nos; vt, cùm Græcè Heracleos, latinè factus Hercules. Probus ait, appellatum Herculem, quòd semper fuerit victor portentorum omnium, quæ obijciebat Iuno. Physici interpretantur Herculem pro tempore. ideò populum arborem ei assignant allegoricôs: scilicet, vt, quia bicolor sit populus; sic partes temporis, id est, noctis & diei, accipere possumus.* EX illo Corydon.] *Loquutio rusticana semiplena, non finita. Scilicet hoc dicit: ex illo tempore, quo certasti, intellexi Thyrsim inferiorem Corydone.*

POMP. Sabi.

POPVLVS Alcidæ.] *Alcides Hercules, ab Alcæo auo: ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, id est, fortitudine. Pindarus, initiò Alciden nominatum; postea Herculem, dicit, ab Herâ, quam Iunonem dicimus: quòd eius imperijs opinionem famamq; virtutis sit consecutus. In huius tutelâ populus; Liberi, vites; Veneris autem, myrtus. Physici Herculem tempus dicunt interpretantes: ideoq; populum ei assignari allegoricôs: vt, quia bicolor sit, partes temporis accipere possimus, id est, noctis atque diei.* PROB.

Musicam, si veram expendas atque legitimam, vniuersis hominibus CAEL. Rhod.

hominibus conferre plurimùm, constans bene sentientium opinio est. Arcadibus verò, inquit Polybius, & necessaria maximè. Proinde ita receptum moribus apud eos est, vt non pueros modò; verùm & adolescentes, ac iuuenes, ad trigesimum vsque ætatis annum, eâ disciplinâ imbuendos curent; cùm sint alioqui difficilis vitæ homines, austerioriúq;. Cantu & choreis Libero patri ludos concelebrant, singuli pro ætatis ratione. Denique vita omnis, id genus cantionibus studijsq; impenditur. Cæteras artes apud eos ignorâsse, nulla prorsum ignominia est. Musicam nescire nemo potest: quia necessariò discitur. Eius imperitiam fateri, illîc turpissimum est: nec id lasciuiæ causâ, vel deliciarum; sed vt labores assiduos in colendis agris, & vitæ præterea duriciem atque asperitatem, & austeriores mores, ex cœli tristitiâ quadam prouenientes, hac quasi dulcedine remolliant ac contemperent. Huius autem rei argumentum ingens ex Cynæthensibus est: qui cùm instituta maiorum pertinaciùs aspernari cœpissent, in eam breui feritatem abiêre, vt in nullâ Græciæ totius ciuitate scelera maiora, aut crudelitatis exempla ederentur immitiora. Ex ijs verò, quæ ex Polybij historiâ subsignauimus, dilucere manifestiùs opinor, cur vates Mantuanus, in Bucolico ludicro, subinde in cantilenæ mentione, Arcadas plurimis efferre laudibus non desinat: vt etiam ita enunciet; Soli cantare periti Arcades. Et rursum: Arcades ambo, Et cantare pares.

VAR. Lect. Superiori Eclogâ, vsque ad eum versum, qui incipit, Naiades indigno cùm Gallus a. p. desunt omnes paginæ, in libro illo antiquissimo maioris notæ. Quantum verò ad idyllij pertinet inscriptionem: animaduertendum, in vitâ Virgilij, quæ Donato ascribitur, vbi singularum Eclogarum argumenta & tituli recensentur, hæc corruptè legi; Septima Pharmaceutria: Octaua Amores diuersorum sexuum: & dicitur Damon. Ea tu ita restitue: Septima Amores diuersorum sexuum, & dicitur Corydon: Octaua Pharmaceutria, & dicitur Damon. Sunt tamen, qui, pro Corydone, Melibœum inscribant. COMPVLERANT'QVE greges Corydon & Thyrsis in vnum.] In antiquo libro manuscripto, Gregem, vnitatis numero habetur. HIC mihi dum teneras.] In Mediceo, Huc, scriptum est. EQVE sacrâ examina quercu.] In Longobardico priùs erat, Atque sacra. CRESCENTEM ornate poëtam.] In Longobardico, & in Mediceo, legere est, Nascentem. Crescentem verò omnino castior lectio existimatur. AVT si vltra placitum laudârit.] In Longobardico legitur, placidum; quod non admittimus. SINVM lactis, & hæc te liba Priape quotannis Exspectare sat est.] In pluribus quidem antiquis libris legitur Te: sed in Oblongo, Tibi.

ADR. Bar. SI qua tui Corydonis habet te cura.] Si quis literatus, è dolore laborans, ob quem publico abstinere cogatur, literarum studiosum amicum per epistolam orabit, si se amet, vt adeat: non infestiuiter vsurpabit illud; Si qua tui Corydonis habet te cura, venito. PROIECTA vilior algâ.] In homines, qui neque sibi, neque alijs sunt vtiles. Huius prouerbij, nescio, meminerítne Erasmus. HÆC lux toto iam longior anno est.] Hoc videri solet pueris in scholis sedentibus. Et amatoribus (vt Flaccus ait) mentitur annus. ITE domum pasti, si quis pudor.] Homines omnium rerum saturos, hoc versiculo monebimus, vt domum concedant: ne ebrij in plateis conspecti, omnibus sint ridiculo. HIC focus.] Cum significabimus, nos, domi habentes perpetuo igni calentem foculum, nihil curare, quantum foris sæuiat gelu: accommodabimus illa:

Hîc focus & tedę pingues, hic plurimus ignis
Semper, & assiduâ postes fuligine nigri:
Hîc tantum Boreæ curamus frigora, quantũ
Aut numerũ lupus, aut torrẽtia flumina ripas.

SI formosus Alexis.] Videmus euenire nonnunquam in publicis gymnasiis, viri multâ doctrinâ præditi abitione, vt ipse quoque, qui antè fuit studiorum ardor, abeat, irrepatq; in illius locum desidia, morbus teterrimus: quo qui correptus est, nihil molitur dignum famâ, & laude perenni. Ad hanc sententiam quadrabit illud: A

Si formosus Alexis
Montibus his abeat, videas & flumina sicca.

POPVLVS Alcidæ gratissima, vitis Iaccho, Formosæ myrtus Veneri, sua laurea Phœbo.] His versibus dicemus, varios rebus varijs delectari: atque appositissimè in studijs accommodabimus, si quando videbimus duos literarum per studiosos adolescentes: quorum vnus versu, alter prosâ oratione magis delectetur.

IOAN. LVDOVICI
Viuis.

Cùm esset Romæ, poëtarum duorum certamini fingit se interfuisse Vergilius: ex quibus credibile est, alterum fuisse sibi charum; Gallum putà, vel Varum, aut Asinium, quem laudatione suâ euehit: vt alterum deprimat, fortasse ex æmulis. HIC mihi dum teneras.] Dum deditus sum studijs Musarum mansuetiorum, amisi præcipuam partem patrimonij. eâ causâ Romam veneram. ATQVE ego Daphnin aspicio.] Aliquem ex eruditis amicis Cæsaris vult intelligi, qui illum bono esse iussit animo de amissis agris. itaque ad securè otiosèq; cantantium certamen audiendum, atque arbitrandum, inuitat. CAPER tibi saluus.] Non solùm quod perdidisti, sed id quod adhuc possides: omnia tibi salua, & plura his. ET si quid cessare potes.] Si domo potes aliquandiu abesse, nec habes illic negocium, quod eò te necessariò reuocet; quiesce paulisper sub vmbrâ, Romæ inter nos, in otio & tranquillitate animi, procul à litibus & iurgijs. HVC ipsi potum.] Omnia negotia vltrò huc confluent, vt decidantur: hîc aderit princeps ipse, & ductores omnes copiarum: ipse quoque Arius centurio, expulsor tuus: omnia hîc reperies, & conficies ex sententiâ. MINCIVS.] Ad tegendam allegoriam, nominatus est Mantuæ fluuius. QVID facerem?] Ambiguitas & perplexitas. non equidem domi habebam, qui rem meam familiarem custodiret. ET certamen erat.] Et alioqui certamen erat vatibus spectatu dignum, & præ quo meritò esset cura domus negligenda: ita vt illa potiùs existimarem seria, pecus autem meum, nugas. nec sinè causâ: plus enim poterat prodesse Vergilio attentio ad illa, quæ inter potentes illos Romanos inciderant de ingenio & eruditione certamina; quàm omnis circa rustica cum censum diligentia. NYMPHÆ.] Poëticus spiritus cœlestis est; ideò semper diuos aut Musas inuocant. NOSTER amor.] Vt, ingenti perculsus amore: vnde nascitur diuinus furor, qui euehit animum supra naturæ suæ vires: de quo Plato in Ione, qui est de poëtico furore dialogus. AVT mihi carmen, quale meo Codro.] Componit se ad imitationem maximi alicuius, & probatissimi vatis. PROXIMA Phœbi Versibus ille facit.] Deus ille Musarum, Phœbus. Moderatiùs pastor, quàm illi, per hyperbolem. de Homero Silius: B C

Et cantu Musas, & Phœbum ęquauit honore.

Et de Vergilio Propertius:

Tale facis carmen doctâ testudine; quale
Cynthius impositis temperat articulis.

AVT si non possumus omnes.] Si non est cœlitùs datum. Etenim, vt vulgatum est, nascũtur poëtæ; non fiunt. certâ quadam ingenij qualitate opus est, ad hanc facultatem: ita vt maximi sint sæpenumerò poëtæ, alijs in rebus omnibus ineptissimi. Ergo studium & diligentia non prosunt; nisi ad hoc sit à naturâ fictus & appositus. PASTORES hederâ.] Corydon opem diuinam implorat: Thyrsis à maledicentiâ exorditur, & inuidum suum incessit. SETOSI caput hoc Apri.] Quantò Corydon rectiùs, simpliciùs, & ex agresti pietate, rursum pergit deos colere? longè iste meliùs ac commodiùs, quàm alter. SVRAS euinctà cothurno.] Quia venatrix, & quæ in syluis inter spinosa & lutosa loca versaretur. NERINE

Galatea

A Galatea mihi.] *Post Deos, ad suos amores de Augusto: quem optat Romam primo quoque tempore redire, cùm primùm finem bello imposuerit, & exercitum deduxerit in agros.* SI quæ tui Corydon.] *Si nos perpetuos amicorum tuorum as mas.* IMMO ego Sardois.] *Ait se non solùm optare reditum Augusti, vt Corydonem; sed absentiam non posse diutiùs perferre.* HÆC lux.] *Hic dies absentiæ tuæ: optat noctem quietis à bello & negotijs; vt frui liceat Cæsaris alloquijs & fauore.* ITE domum pasti.] *Rusticis non per horas distinguuntur tempora: sed per signa illis familiaria, per æstates, per messes: meridies, per quietam pecoris; vesperus, per reditum pecoris domum. Vellet igitur, pecus ipsum domum se referre; vt sciret noctem appetere; rustico planè more, quasi rerum signa sint etiam causæ.* SI quis pudor.] *Consuetudo rustica. Alloquuntur enim illi equos, boues, canes familiares, similiter vt si essent homines: & admonent, & laudant, & reprehendunt, & mittunt, & reuocant.* MVSCOSI fontes.] *Ab amoribus ad petitionem suam: quod defendi optat ab amicis Octauiani, in feruore distributionis agrorum, & irarum militarium.* HIC focus & tædæ pingues.] *Ille defendi se postulat ab æstu: hic se à frigore abesse tutum; sibi esse opes & amicitiam potentum; nec
B metuere calamitatem vllam, aut aduersos casus; immò negligere, ac pro nihilo habere.* STANT & iuniperi.] *Præsentiâ Asinij Pollionis omnia sunt tuta, quieta, florentia, iucunda, in Insubriâ & Padanâ regione; cui ille præfuit. At si is discedat; arescent vel ipsi fluuij.* STANT, *inquit,* iuniperi.] *Arboribus pax: nec inuenitur, qui vel fructus sponte suâ de arboribus delapsos audeat surripere. si abeat Pollio, cõfestim sequetur ruina & tristitia.* ARET ager.] *Ille de præsentiâ ad absentiam; à lætis ad mœsta: hic vice versâ, de aduentu Augusti Cæsaris. quasi non præsentiâ Pollionis exhilarescant campi; & sint pacata omnia; sed Octauiani, quem per Phyllida vult intelligi.* POPVLVS Alcidæ.] *Alij dij alijs rebus delectantur, aut fauent: vnde ijs ipsis rebus honos ac precium. sed interea dum Octauiano placuerit poësis; plus in eâ erat decoris, quàm in reliquis artibus. Aut sic de Pollione: Varij varijs carminum generibus capiuntur: sed dum Pollio amabit rusticum, nullum ei anteponetur; quantùmuis à magnis diuis probatum.* FRAXINVS in syluis.] *Contemptum arborum præ se fert: quoniam aduersarius arbores laudarat. & mallè significat honorem potentum, à quibus colatur ac visitetur.* HÆC memini & victum.] *Corydon deos veneratur; Thyrsis inimicum incessit: exorditur Corydon à pietate; Thyrsis à rabie: inuocat deam castam Corydon; Thyrsis deum obscœnum. Corydon canit res lætas; alter tristes: ille optat; hic se deuouet: meritò igitur victoria est penès Corydonem.*

SER.

ECLOGA VIII. PHARMACEVTRIA. DAMON, ALPHESIBOEVS.

PASTORVM Musam, Damonis & Alphesibœi,
Immemor herbarum quos est mirata iuuenca,
Certanteis, quorum stupefactæ carmine lynces,
Et mutata suos requierunt flumina cursus:
Damonis Musam dicemus, & Alphesibœi.
Tu mihi, seu magni superas iam saxa Timaui,
Siue oram Illyrici legis æquoris; en erit vnquam
Ille dies, mihi cùm liceat tua dicere facta?
En erit, vt liceat totum mihi ferre per orbem
Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno?
A' te principium; tibi desinet. accipe iussis
Carmina cœpta tuis: atque hanc sine tempora circùm
Inter victrices hederam tibi serpere lauros.
Frigida vix cœlo noctis discesserat vmbra,
Cùm ros in tenerâ pecori gratissimus herbâ est;
Incumbens tereti Damon sic cœpit oliuæ.
DA. Nascere, præque diem veniens age Lucifer almum:
Coniugis indigno Nisæ deceptus amore
Dum queror, & diuos (quanquam nil testibus illis
Profeci) extremâ moriens tamen alloquor horâ.

PASTORVM Musam, Damonis.] *Apud Theocritum est vna Ecloga, quæ appellatur φαρμακεύτρια: in quâ inducitur mulier quædã, sacris quibusdam peruertens mentem amatoris, à quo spernebatur. Quam Vergilius transtulit, ad huius Eclogæ vltimam partem. Prima enim eius pars, conquæstionem solam habet amatoris decepti; quem nubendo alteri, antiqua spõsa fefellerat.* MVSAM.]
C *cantilenam amorum, quos inter se cecinerunt.* IMMEMOR herbarum quos est mirata iuuẽca.] *Qui cantilenæ suauitate coẽgerunt etiam ea animalia obliuisci pascuorum, quæ sunt pascendi auidissima. Nam suprà ait:* Ite domum pasti, si quis pudor, ite iuuẽci. STVPEFACTÆ carmine lynces.] *Animalia tanquam Pantheræ, in tutelâ Liberi. Et paulatim ad argumenta procedit, dicens: Iuuencæ oblitæ sunt pascuorum; stupuerunt feræ; flumina etiam sensu carentia, cursus proprios retardarũt.* REQVIERVNT flumina cursus.] *quietos esse fecerunt. sic Sallustius:* Paululum requietis militibus. *Quiesco enim duplicem habet significationem: & aliter dico, Quiesco ego; & aliter, Quiesco seruum, id est, quiescere facio. Caluus in Io:* Sol quoque perpetuos meminit requiescere cursus. DAMONIS Musam.] *Bene repetit: ne longum hyperbaton sensum confunderet. vt in Georgicis repetit:* Huc pater ô Lenæe. TV mihi, seu magni superas iam saxa Timaui.] *Vbi vbi es, ô Auguste: siue Venetiæ fluenta transcendis (nã Timauus fluuius est Venetiæ) siue per Illyricum nauigas mare; id est, per Dalmatiam: putas vnquã erit tempus, quo mihi liceat tua facta describere? putas.* EN erit.] *Ecce iam aderit: nam*

En vnũ optantis est; aliud confirmantis. SOLA Sophocleo tua carmina digna cothurno.] *ac si diceret: Quanquam impar sit ingenium meũ laudibus tuis: nam tuæ laudes merentur exprimi Sophocleo tantùm cothurno. Sophocles autem, tragœdiographus fuit altisonus. Alij ideò hoc de Pollione dictum volunt: quòd & ipse vtriusque linguæ tragœdiarum scriptor fuit.* Cothurnus *autem, calceamentum tragicum: cuius vsum quidam Sophoclem primum scenæ intulisse volunt.* A' te principium, tibi desinet.] *Sic & Homerus:* ἐν σοὶ μὲν λήξω καὶ ἐκ σέο ἄρξομαι. *Horatius:* Primâ dicte mihi, summâ dicende Camœnâ. IVSSIS Carmina cœpta tuis.] *Suprà enim dixerat;* Nõ iniussa cano. ATQVE hanc sine tempora circùm Inter victrices hederam tibi serpere lauros.] *Allegoricôs dicit. Debet enim carmen meum florere inter tuos plures triumphos. nam victores Imperatores, lauro; hederâ coronantur poëtæ. Verecundè autem ait,* serpere, *hoc est, humiliter procedere. Alij ideò lauri & hederæ simul mentionem factam accipiunt; quoniam Apollo, carminum deus, idem Liber pater putatur. Quidam sicut dictum est, in Pollionem dictum trahunt; qui tunc Illyricum petebat, expugnaturus Salonas; & indè ad orientem, aduersus Antonium profecturus. Lauro autem triumphantes coronantur; hederâ poëtæ. Pollio, & imperator est, & poëta. Cur tamen triumphantes lauro coronentur, hæc ratio est: quoniam apud veteres à laude habuit nomen: Nam Laudum dicebant. Vel quòd hanc in manu habuit Iupiter, quando Titanas vicit. Vel, quòd eâ arbore Præfecti militum, Fidenatibus victis, se coronassent sub Romulo. Vel, quòd semper viret. Hederâ au-*

derâ autem ideò coronantur Poëtæ: quoniam poëtas ſæpè vino plurimo manifeſtum eſt vti: ſicut & de Ennio ait Horatius, & Lyrici omnes in ſuis carminibus loquuntur. Et hæc herba nimiùm frigida eſt, & vini calorem temperat. nam ideò & capiti imponitur. Varro ait, Liberum patrem, propter calorem vini, hederâ coronatum. Idem Varro etiam Muſas ait hederâ coronari. FRIGIDA vix cœlo noctis deceſſerat vmbra.] *Statim ſimul atq; deceſſerat. & bene oſtendit, amatorem totâ nocte vigilaſſe. Siquidem ortum luciferum primus aſpexit; & ad eum, vt ad Veneris ſtellam, locutus eſt. κατὰ χρονικὸς autem, nox, aut vmbra, pro tenebris poſita.* CVM ros gratiſsimus.] *Maſculini eſt generis. ſecundùm quod etiam in Aeneide ait:* Spargit rapida vngula rores Sanguineos. INCVMBENS.] *propter amorem non ſe ſuſtinens.* TERETI.] *Teres, eſt rotundum & oblongum: vt columna, arbor. Alij,* tereti oliuæ, *baculum de oliuâ accipiunt.* NASCERE.] *quia dixerat.* Frigida vix cœlo n. d. u. *id eſt, priuſquam nox occidit.* PRAEQVE diem veniens age Lucifer almum.] *Præueniens age diem clariſsimum. ſic alibi:* Ducebatque diem. *& hoc dicit: Naſcere, dum queror, coniugis Nyſæ indigno amore deceptus, & moriens alloquor diuos: quanquàm mihi nihil profuerit, quòd ſum eos ſæpe teſtatus. Quam rem ſecundùm Epicureos ait, qui dicunt:* Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira. CONIVGIS.] *non quæ erat: ſed quæ fore ſperabatur. ſic in quarto Aeneidos:* Quos ego ſum toties iam dedignata maritos. INDIGNO.] *antiquè dictum accipiunt,* indigno, *pro magno. vt* indignas hyemes. *Vel, pro impari: quia plus amabat, & minùs amabatur.* DECEPTVS.] *pro captus.* AMORE.] *aut in amore, aut ob amorem.* QVANQVAM nil teſtibus illis Profeci.] *Sic hoc dicit, tanquam iuſiurandum inter eam & Nyſam interceſſerit.* EXTREMA moriens tamen alloquor horâ.] *id eſt, paulò pòſt moriturus. ſic in quarto:* Incubuitque thoro, dixitq; nouiſsima verba. A

PASTORVM Muſam, &c.] *Loquitur Vergilius.* TV mihi ſeu.] *Loquitur ad Cæſarem.* Timauus *fluuius, per ſaxa præceps inter montes primùm labitur: indè per regionem Aquileienſem fertur in mare. Quámuis quidam intellexerunt, Timauum eſſe fluuium Patauinum; quem appellant Brendeſiam, antiquiore vocabulo* Meduacum. SAXA Timaui.] *Noricos intelligit.* ORAM.] *littus.* ILLYRICI æquoris.] *Illyrij populi, à Chaonibus & Theſprotis incipientes, vſque ad Hiſtrum & Danubium. Latitudo eſt, à Macedoniæ & Thraciæ montibus, vſque ad Pæonas, in Ionium mare. Nomen habent ab Illyrico, Polyphemi filio; qui genitus fuit è Cyclope & Galateâ, vt ait Apronianus.* SOPHOCLEO cothurno.] *à Sophocle, poëta tragico.* Cothurnus, *Thracũ calceamentũ.* VICTRICES lauros.] *Quia victores lauro coronabantur: quã poſtea deponebant in gremio Iouis Capitolini.* NASCERE.] *Queritur amator, à Nyſâ puellâ deceptus: quam ſperabat ſibi futuram coniugẽ, & nunc alij nupſit.* B

POM. Sabi.

SOLA Sophocleo tua carmina digna cothurno.] *Cum ſignificabimus, cuiuſpiam verſus digniſsimos, qui laudentur à poëtis laudatiſsimis: mirè conueniet illud:* Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno. *Sophocles autem, fuit poëta tragicus nobiliſsimus: quem ſcribit Val. Max. Oedipode ſuo Coloneo, omnium eiuſdem ſtudij poëtarum præripere gloriam potuiſſe.*

ADR. Bar.

Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.
Mænalus, argutumq; nemus, pinosq; loquenteis
Semper habet, ſemper paſtorum ille audit amores;
Panaq;, qui primus calamos non paſſus inerteis.
Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.
Mopſo Nyſa datur: quid non ſperemus amantes?
Iungentur iam gryphes equis, æuoq; ſequenti
Cum canibus timidi venient ad pocula damæ.
Mopſe nouas incide faces: tibi ducitur vxor.
Sparge marite nuces: tibi deſerit heſperus Oetam.
Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.
O digno coniuncta viro, dum deſpicis omneis:
Dumq; tibi eſt odio mea fiſtula, dumq; capellæ,
Hirſutumq; ſupercilium, promiſſaq; barba:
Nec curare Deûm credis mortalia quenquam.
Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.
Sepibus in noſtris paruam te roſcida mala
(Dux ego veſter eram) vidi cum matre legentem.
Alter ab vndecimo tunc me iam ceperat annus:

SER. INCIPE Mænalios.] *id eſt, Arcadicos: nã Mænalus mõs eſt Arcadiæ. Dicitur aũt hic verſus intercalaris; qui frequenter poſt aliquantulos interponitur verſus. ſicut intercalares aut menſes vocantur, qui interponuntur, vt ratio Lunæ Soliſq; conueniat. Fecit aũt hunc verſum ad imitationẽ Theocriti; qui frequenter dicit in Pharmaceutria: ἶυγξ ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα:* O turbo, maritum meum domũ adducito. *ſicut hic in ſequẽtibus:* Ducite ab vrbe domũ mea carmina, ducite Daphnin. MEA tibia.] *mea Muſa.* MAENALVS.] *ille mons.* ARGVTVMQVE nemus.] *garrulum, ſtridulũ. vt,* Fortè ſub argutâ cõſederat ilice Daphnis. PINOSQVE loquenteis.] *Ideò hoc auſus eſt dicere, quia dicturus eſt:* Semper paſtorum ille audit amores. *ſic etiã in primâ Eclogâ:* Formoſam reſonare doces Amaryllida ſyluas. *ſic in Aeneide:* Dant ſonitum rauci per ſtagna loquacia cygni. PANAQVE, qui primus, &c.] *Pan, Arcadiæ deus eſt, (vt,* Pan Deus Arcadiæ venit) *qui fiſtulâ canere primus inuẽnit: quia calamos in vſum cantilenæ adducens, inertes eſſe non paſſus eſt. id eſt, otioſos, ſinè arte. Et,* non paſſus inerteis, *deeſt, eſſe.* MOPSO Nyſa datur.] *Honeſta turpi, pulchra deformi.* QVID non ſperemus amantes?] *Speremus, pro Timeamus. vt,* Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem. *Vel, quid non ſperemus peruerſi accidere, cùm hoc mihi acciderit? Difficile eſſe putamus, qui aliquid amamus, vt ea, quæ amamus, aſſequi poſsimus.* IVNGENTVR iam gryphes equis.] *verùm idem iugum ſubibunt? vt dicuntur iungi iumenta: an coitu iungentur? Gryphes autem, genus ferarũ, in Hyperboreis naſcũ mõtibus: omni parte leones ſunt; alis & facie aquilis ſimiles, equis vehementer infeſti: Apollini conſecrati.* AEVOQVE ſequenti.] *id eſt, acceſſu temporum non ſolùm pulchræ deformibus nubent; ſed etiã cõtraria naturæ animalia iungentur. Notandũ ſanè, Aeuum hic pro Tempore. vt ipſe alibi;* Tantũ æui lõginqua v. m. u. *Salluſtius:* In quîs longiſsimo æuo plura de bonis falſa in deterius cõpoſuit. *Aliàs Aeuum pro Annis. vt,* vos ô quibus integer æui ſ. a. C CVM canibus timidi venient ad pocula damæ.] *Alludit ad perſonas. nam Mopſum quaſi canem, Nyſam quaſi damã vult. &* Damas *maſculino genere poſuit, vt alibi:* Timidi damæ, ceruique fugaces. *Horat. fœminino ait:*

Et ſuperiecto pauidæ natarunt
Æquore damæ.

Et hoc, ne ὁμοιοτέλευτον faceret, dicendum, Timidi damæ. MOPSE nouas incide faces.] *quæ ſolent præire nubentes puellas. Sanè Varro in Aetiis dicit, ſponſas ideo faces præire; quòd antea non niſi nocte nubentes ducebantur à ſponſis. quas etiam ideò lunã ait nõ tangere: ne à ſacrilegio inhærent, ſi depoſituræ virginitatem calcent rem Veſtæ, id eſt, numini caſtiſſimo, conſecratam.* TIBI ducitur vxor.] *id eſt, ſub tuo nomine alijs ducitur: vt eam nõ ipſi, ſed alijs ſeruituram ſignificet eſſe, ſcilicet eius corruptoribus.* SPARGE marite nuces.] *Idē Varro, ſpargendarũ nucũ hanc dicit eſſe rationẽ: vt Iouis omine matrimoniũ celebretur: vt nupta matrona ſit ſicut Iuno.* Nam

Digitized by Google

A Nam nuces in tutelâ sunt Iouis. vnde & iuglandes vocantur, quasi Iouis glãdes. Nam illud vulgare est, ideò spargi nuces, vt à rapientibus pueris fiat strepitus; ne puellæ vox, virginitatẽ deponentis, possit audiri. Modò tamen ideò ait: Sparge marite nuces: vt eũ culparet infamiæ. nam meritorij pueri, id est, catamiti, quibus licenter vtebãtur antiqui, recedentes à turpi seruitio, nuces spargebãt, id est, ludũ pueritiæ: vt significarent, se puerilia cũcta iam spernere. Dicitur etiã, ideò à nouo marito nuces spargi debere, quòd proiectæ in terrã, tripudium solistimum faciant; quod auspicium ad deformandã * optimũ est. Vel, ideò à pueris aspergendas nuces cum strepitu & conuitio flagitari, ne quid noua nupta audiat aduersum, quod dies nuptiarum dirimatur. Quidam putant, quòd hæc esca ad incitandam Venerẽ faciat. Sanè fabula, de Nucis origine talis est. Dion rex Laconiæ fuit, qui habuit vxorem Imphiteam, Prognai filiam: quæ cùm Apollinem summo cultu & reuerentiâ hospitio recepissent, ille, remunerari volens circa se hospitium cultum, tribus filiabus eorum, quæ Orphe, Lyco, & Caræa, appellatæ sunt, diuinationem concessit: adiecto, ne proditrices numinum esse vellent, néve quærerent, quod esset nefas scire. Pòst Liber pater adueniens, à Dione, vel eius vxore, receptus hospitio est:
B qui cum amatã à se Caræã coitum nescuit. Sed cùm indè ægrè Liber profectus esset; cogente amoris impatientiâ, denuò ad hospites redit, causam prætendens dedicandi, quod ei rex vouerat. Sed Lyco & Orphe, intellecto circa sororem Caræam Liberi amore, eam custodire cœperunt; ne cum Libero ei esset copia coëundi. quas cùm Liber pater moneret, terreretq́; vt saltim præcepta Apollinis custodientes, pertinacem diligentiam compescerent: videretq́; ab his & sororem acriùs custodiri, & suum secretum studiosiùs inquiri; Orphen & Lyco, immisso furore, ad Taygetam montem raptas, in saxa conuertit: Caræam verò, quam amauerat, in eodem monte, in arborem sui nominis vertit; quæ latinè Nux dicitur. quod postea Diana ita factum Laconas docuit. vnde templum Caryatidi Dianæ à Laconibus consecratum. TIBI deserit hesperus Oetam.] montem Thessaliæ, in quo Hercules exustus est volens, postquam se exuere non potuit tunicâ Nessi Centauri, cruore tinctâ; & pòst in cœlum receptus est. De hoc monte stellæ videntur occidere; sicut de Idâ nasci. vt, Iamque iugis summæ surgebat Lucifer Idæ. Et hoc dicit: Tibi, id est, propter te nox aduenit. In eodem monte, Hesperus coli dicitur; qui Hymenæum, speciosum puerum, adamâsse dici-
C tur: qui Hymenæus fertur, in nuptijs Ariadnes & Liberi patris, vocem perdidisse cantando. Ex cuius nomine nuptiæ dictæ sunt. O digno coniuncta viro.] Iam insultat puellæ. Ergo sic pronuntiandum, vt habeat contemtum. VIRO.] Mopso, rustico & deformi; qualem tu quæsîsti. DVM despicis omneis.] iracundè dicit, eam omneis despicere, cum se solùm despiciat. MEA fistula.] Cantilena. DVM'QVE capellæ.] scilicet, tibi sunt odio. HIRSVTVM'QVE supercilium.] Vtrùm naturâ, an quòd tibi ita videtur? Per incultum corpus, ostendit fortitudinem suam. PROMISSA'QVE barba.] Demissa. NEC curare Deum credis mortalia quenquam.] Superbia tua damnata est turpi marito: dum credis nullum deorum curare mortalia. Quartum secundùm Scoticos dixit. ROSCIDA mala.] matutinis roris humore perfusa. Sanè, vnde Melus græcè traxerit nomen, fabula talis est. Melus quidam, in Delo insulâ ortus, relictâ patriâ, fugit ad insulam Cyprum: in quâ eo tempore Cinyras regnabat, habens filium Adonem. Hic Melum sociatum Adoni filio iussit esse. cumq́; eum videret esse indolis bonæ, propinquam suam, dicatam & ipsam Veneri, quæ Pelia dicebatur, Melo coniunxit. Ex quibus nascitur Melus: quem proptereà, quòd Venus Adonis amore teneretur, tanquam amati filium, inter aras præcepit nutriri. Sed postquam Adonis apri ictu extinctus est, senex Melus; cùm dolorem mortis Adonis ferre non posset, laqueo se ad arborem suspendens, vitam finit: ex cuius nomine Melus appellatus est. Pelia autem, coniux eius, in eâ arbore se appendens, necata est. Venus, misericordiâ eorum mortis ducta, Adonis luctum continuum præstitit: Melum in pomum sui nominis vertit: Peliam, coniugem eius, in columbam mutauit: Melum autem puerum, qui de Cinyræ genere solus superarat, cùm adultum vidisset, collectâ manu, redire ad Delum præcepit. Qui cùm ad insulam peruenisset, & rerum ibi esset potitus, Melon condidit ciuitatem: & cùm primus oues tonderi, & vestem de lanâ fieri instituisset, meruit, vt eius nomine oues μῆλα vocarentur. Græcè enim oues μῆλα appellantur. DVX ego vester eram.] Aut dux vobis præibam: aut capellas alloquitur. CVM matre legentem.] Deest pronomen: & ideò, vel huius, vel puellæ matrem, intelligere possumus. ALTER ab vndecimo tunc me iam cœperat annus.] id est, tertiusdecimus. Alter enim, de duobus dicimus: vt vnus sit ab vndecimo, duodecimus; alter, tertiusdecimus. Nam pubertati vicinum se fuisse significare vult: quod de duodecimo anno procedere non potest.

VERSVS Mænalios.] id est, pastorales: à Mænalo, monte Arcadiæ; vbi sunt optima pecuaria. MOPSO Nysa datur.] turpissimo, deformi, pigro; honesta, formosa, diligens, Nysa puella nubit. SPEREMVS.] timeamus. IVNGENTVR iam gryphes.] Gryphes, feræ sunt ingentis magnitudinis: capita habent aquilæ; cætera membra leonis: & sunt alatæ: & sunt in tutelâ Apollinis. DAMÆ.] animalia sunt de genere capreolorum. NOVAS faces.] Genus arboris est, quod vocatur Spina; auspicatissima nuptiarum facibus. quoniam indè fecerunt faces pastores, qui rapuerunt Sabinos; vt autor est Massurius: postea autem carpinus & corylus, familiarissimæ, facibus accessêre. SPARGE marite nuces.] Nuces ideò spargebantur in nuptijs; vt à Ioue inciperent auspicium. Nuces in tutelâ Iouis sunt. vnde iuglandes appellantur, id est, Iouis glandes. Spargebantur in limite primo domus, venienti vxori à marito. HESPERVS.] siue Vesper, dicitur stella, quæ præcedit solẽ in sero. appellatur aliter Vesperugo. OETAM.] Oeta, mons est Thessaliæ; in quo occidere videtur sol: quemadmodum ex Idâ, monte Phrygiæ, oriri. HIRSVTVM'QVE supercilium.] Per hoc intelligit fortitudinem. ALTER.] dicitur secundus: vt suprà dixit, Tu eris alter ab illo. Et cùm Fronto esset appellatus alterum decus eloquentiæ; significat eum fuisse primum post Ciceronem. ROSCIDA mala.] rore aspersa. POM. Sabi.

MOPSO Nysa datur.] Cùm inuenimus, deformi marito formosam contigisse vxorem; & ineruditio, scriptorem eruditum; quâ re nihil esse potest magis ridiculum: applicabimus illud; Mopso Nysa datur. Ego quoque profusius ridere soleo; quoties videam apud sacrificulos quosdam illiteratissimos, diui Hieronymi atque Augustini scripta: quæ illi quidem manibus contrectare possunt; intelligere non possunt: vt qui ne delibauerint quidem vnquam literas. Vnde fit, vt nec horarias preces suas intelligant; quas quotidie in templis tractant. QVID non speremus amantes?] Amor ad industriam excitat animum, artiumq́; magister est optimus: qui, vix quisquam dixerit, nedum ego, quantus fuerit in priscis illis Philosophis: qui disciplinarum gratiâ totas regiones pedibus obierunt, tot etiam transmiserunt maria. NEC curare deûm credis mortalia quenquam.] in hominem incredibiliter peccantem, minimeq́; horrentem diuinum numen. AD. Bar.

Iam fragileis poteram à terrâ contingere ramos.
Vt vidi! vt perij! vt me malus abstulit error!
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
Nunc scio, quid sit amor: duris in cotibus illum

SER. IAM fragileis poteram à terrâ contingere ramos.] nedum magnos et altos. & hoc dicit: Tãtæ altitudinis eram, iam vt possem attingere minores & fragileis adhuc arboris ramos. Et bene tum

Iſmarus,aut Rhodope,aut extremi Garamantes,
Nec noſtri generis puerum, nec ſanguinis edunt.
Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.
Sæuus amor docuit, natorum ſanguine matrem
Commaculare manus: crudelis tu quoq; mater.
Crudelis mater magis; an puer improbus? ille,
Improbus ille puer: crudelis tu quoq; mater.
Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.
Nunc & oues vltrò fugiat lupus: aurea duræ
Mala ferant quercus: narciſſo floreat alnus:
Pinguia corticibus ſudent electra myricæ:
Certent & cygnis vlulæ: ſit Tityrus Orpheus,
Orpheus in ſyluis, inter Delphinas Arion.
Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.
Omnia vel medium fiant mare: viuite ſyluæ:
Præceps aërij ſpeculâ de montis in vndas
Deferar. extremum hoc munus morientis habeto.
Deſine Mænalios, iam deſine tibia verſus.
Hæc Damon: vos, quæ reſponderit Alpheſibœus,

ne cum annis iungit habitum corporis: nam & in iure, pubertas ex vtroq; colligitur. VT vidi, vt perij.] *Theocriti eſt, ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην. Vnum eſt temporis; aliud qualitatis. nam hoc dicit: Mox vidi, quemadmodum perij. Vel, primum, vt Poſtquam; duo ſequentia, pro admirandi ſignificatione, poſita ſunt.* MALVS error.] *Diffinitio amoris: nam amor errare plerunque compellit.* NVNC ſcio, quid ſit amor.] *vel quaſi iam iuuenis; vel quaſi ſpretus. Grauior enim amor fit ex deſpectione, vel ex deſperatione. Terent.* Perij: quantò minus ſpei eſt, tantò magis amo. ISMARVS, aut Rhodope.] *Montes ſunt aſperrimi: Iſmarus in Epiro; Rhodope, in Thraciâ. & periitè vituperat amorem ab origine; item à geſtis rebus. vt,* Sæuus amor docuit. *Nam de exitu circa deum vituperatio non cadit.* EXTREMI Garamantes.] *Populi ſunt Africæ.* Extremi *autem, ſæui; quaſi à conſortio humanitatis remoti. vt,* Extremiq; hominum Morini, Rhenusque bicornis. NEC noſtri generis puerum, nec ſanguinis edunt.] *id eſt, nihil habentem in ſe humanitatis. nam non dicit, non mortalem.* EDVNT.] *pariunt. vt in ſeptimo:* Sub luminis edidit oras. SÆVVS amor docuit, natorum ſanguine matrē Commaculare manus.] *quaſi nouam artem inſinuauit, & infudit. Et bene fabulam omnibus notam, per tranſitum tetigit. Quis enim ignorat, Medeam ab Iaſone contemptâ, ſuos filios interemiſſe?* COMMACVLARE.] *polluere.* CRVDELIS tu quoq; mater.] *Vtitur autē optimâ moderatione. nam nec totum amori imputat; ne defendat parricidam: nec totum matri; ne amorem eximat culpæ. ſed & illam, quæ paruit, & illum, qui coēgit, incuſat. Alij, hoc loco, cū Amore matrem Venerem culpari volunt. Eam enim crudelem, quia permiſit: illum autem improbum, qui ſupra modū noceat; ita vt ad parricidia quoq; ſui violentiâ, plures impulerit.* IMPROBVS ille puer: crudelis tu quoq; mater.] *Nō eſt ſuperflua hæc verborum iteratio. nam ſyllogiſmus eſt plenus: qui conſtat ex propoſitione, aſſumptione, & concluſione. Multi ſic diſtinguunt: quia & intentio loquentis ab initio ſic fuit; vt à ſæuitiâ amoris inciperet, in ſecundo loco accuſaret matrem: ita tamen, vt criminis eius inuidiam, crudelitati amoris adſcriberet: & ideò geminandū* Ille. OVES vltrò fugiat lupus.] *Optat omnia fieri contra naturam.* AVREA.] *vel ſpecioſa; vel matura & aurei coloris. vt ſcilicet, quia illa pulcherrima turpiſſimo marito nupſit, quod bene contra naturam videbatur, cùm eſſet ipſa honeſta: conſequens ſit, vt ſint & alia contra naturam: vt fugiat lupus oues; & ferant quercus aurea mala; & reliqua quæ dicit.* PINGVIA electra.] *id eſt, ſuccinæ gemmæ.* MYRICÆ.] Genus *arbuſculæ viliſſimæ humile; quam Tamaricem vulgò dicimus. quas vulgò Vlucos vocant.* CERTENT & cygnis vlulæ.] *aues, ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν, id eſt, à fletu, nominatæ.* SIT Tityrus Orpheus.] *viliſſimus ruſticus, Orpheus putetur in ſyluis; Arion verò inter delphinas. Hic Arion Lesbius citharœdus optimus fuit: qui quū à Periandro rege Corinthiorum petiſſet, vt ſibi liceret peragrare alias ciuitates; permiſſu eius per multa oppida, collectis beneficio cātilenæ opibus, Corinthum petere cœpit. In cuius neci cùm nautæ & ſeruuli cōiurâſſent; Apollo ei in ſomnis monuit, cytharœdi habitu arrepto, canēs cytharâ vt vitaret inſidias: auxiliū ei nō de futurū promit-*

lent. In quē cū coniuratorū manus inuolâſſet; petit ab eis Arion, vt ſibi cytharâ canere liceret. Quod cùm ab illis permiſſum eſſet; ad eius cantilenam conuenêre delphines. Is, vbi ſomnio fidem factā vidit, in mare ſe præcipitauit: & exceptus ab vno delphine, ad Tænarum Laconiæ promontorium prouectus eſt; ibiq; ad memoriam caſuū ſuorum, in templo Apollinis, delphini ſignum, inſidentemq; ſe cum cytharâ, poſuit. Exinde Corinthū petijt, & vniuerſa narrauit. In tempore autem hoc, etiam nauis, in quâ nauigauerat tum inſidiatoribus, ſuperuenit: quos cū Rex de Arione requiſiſſet; illiq; eū mortuū mentirentur: produci Arionē iuſſit; ipſos ait cruci adfigi. Sed Apollo, tā Delphinū, quàm cytharā, ob amorē Arionis, inter ſidera collocauit. A B DELPHINAS.] Nas *ideò breuis eſt: quia græca declinatio eſt. ſicut,* Arcadas accēſos monitu. *nā omnia græca nomina, q̄ nominatiuū in es terminant; vt Arcades, Naiades, Delphines, accuſatiuū plurale corripiūt.* OMNIA vel mediū fiāt mare.] *aut omnis terra operiatur fluctib. maximis, vt nihil ſit niſi mare. aut mediū χάος. optat enim cōfuſionem omniū elementorū.* VIVITE ſyluę.] *valete: nam nō bene optantis eſt, ſed renūtiantis.* PRÆCEPS aërij. &c.] *Ordo eſt: Præceps deferar in vndā, de ſpeculâ aërij mōtis.* EXTREMVM hoc munus moriētis habeto.] *i. moriar in inuidiā tuā. nā amore ait,* Munus. *ſic Mezentius:* Et hęc tibi porto Dona priùs. *Vel, Extremū hoc munus meū habeto, quòd morior.* HÆC Damō.] *ſubaudi dixit, vel cecinit.*

MALVS error.] *amor.* ISMARVS aut Rhodope.] *Iſmarus & Rhodope ſunt mōtes Thraciæ: inde in 5. lib.* Iſmarij cōiunx lōginqua Dorycli. GARAMANTES.] *extremi populi in Africâ.* COTIBVS.] *pro, cautibus.* PINGVIA corticib9.] *Spartū eſt genus geneſtæ, folio anguloſo, grano rubro et rotūdo, minore q̄ ſint ceraſia.* Electrū, *appellat gummi, quod ſudat ex corticib. arborū: & cū ſit ſuccū, appellat ſuccinū electrū: foſſiciū, genus eſt metalli.* VLVLÆ.] *ſunt aues ſimiles bubonib. ab vlulatib. appellatæ.* INTER Delphinas Ariō.] *Ariō Metymnæus fuit, ex Lesbo inſulâ citharœdus. cū in piratas incurriſſet, impetrauit, vt ſub eodē habitu, quo in ſcenā prodire conſueuerat, ei canere liceret. Qui cū ſuauitate canēdi delphines elicuiſſet; deſiliit in mare: & à delphinis exceptus, perlatus eſt Tænarum, promontorium Laconiæ. indè Corinthum petijt, vt fraudem nautarum Periandro, tyranno Corinthi, aperiret. primus dithyrambum cecinit. Hæc apud Herod. lib. 1.* POM. Sabi. C

IAM fragiles poterā à terrā cōtingere ramos.] *Elegātiſſimus hic verſiculus, ad ſignificandū puerū maiuſculū, vſui fuerit; ſi pro ratione ſententiæ verbum mutare voluerimus.* NVNC ſcio, q̄d ſit amor.] *Si q̄s amatoriarū ſatur leuitatū, in amorē, vtpote in rem pernicioſiſſimā, volet inuehi, vſurpabit illud;* Nūc ſcio, q̄d ſit amor, duris in cotib9 illū Iſmar9, aut Rhodope, aut extremi Garamātes, Nec noſtri generis puerū, nec ſanguinis ędūt: *& q̄ proximè ſequuntur apud poëtā.* OVES vltrò fugiat lup9.] *Cùm indicabimus, rē aliquā nūquā euēturā, quā alius putet poſſe contingere: cōpetet illud.* Oues vltrò fugiat lup9, *ſubaudi priùs:* Aurea durę mala ferāt querc9, *& q̄ proximè ad poëtā ſequuntur, in eundē ſenſum.* EXTREMVM hoc mun9.] *Si q̄s graui morbo implicitus, mortēq; quotidie exſpectās, amico quippiā legabit: poterit illud allegare,* Extremū hoc mun9 moriētis habeto: ADR. Bar.

SER. DICITE Pierides.] *Bene animos erigit audito-*

Dicite Pieriedes: non omnia poſſumus omnes.
AL. Effer aquam, & molli cinge hæc altaria vittâ,

rum, dicendo; Superiora vtcunq; dicta ſunt: ſequentia non

Verbenasq; adole pingueis, & mascula thura:
Coniugis vt magicis sanos auertere sacris
Experiar sensus: nihil hîc nisi carmina desunt.
Ducite ab vrbe domũ mea carmina, ducite Daphnin.
Carmina vel cœlo possunt deducere lunam:
Carminibus Circæ socios mutauit Vlyssis.
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.
Ducite ab vrbe domũ mea carmina, ducite Daphnin.
Terna tibi hæc primùm triplici diuersa colore
Licia circundo; terque hæc altaria circùm
Effigiem duco: numero Deus impare gaudet.
Ducite ab vrbe domũ, mea carmina, ducite Daphnin.
Necte tribus nodis ternos Amarylli colores:
Necte Amarylli modò; &, Veneris, dic, vincula necto.
Ducite ab vrbe domũ mea carmina, ducite Daphnin.
Limus vt hic durescit, & hæc vt cera liquescit,
Vno eodemq; igni: sic nostro Daphnis amore.
Sparge molam, & fragileis incende bitumine lauros.
Daphnis me malus vrit: ego hanc in Daphnide laurum.
Ducite ab vrbe domũ mea carmina, ducite Daphnin.
Talis amor Daphnin, qualis cùm fessa iuuencum
Per nemora, atque altos quærendo bucula lucos,
Propter aquæ riuum viridi procumbit in vluâ

A SER. tia non nisi à numinibus poterant explanari. Sanè ita debemus accipere, pastores hos referre, quod aliquando in Arcadiâ auxdierint. vnde & superiùs ait: Incipe Mænalios mecum mea tibia versus, id est, Arcadicos. NON omnia possumus omnes.] sic Cic. Vnum sustinere vix pauci possunt, vtrunque nemo. EFFER aquam.] Hîc inducit mulierem, sacris quibusdam peruertentem mentem amatoris, à quo spernebatur. MOLLI vittâ.] laneâ scilicet. VERBENASQVE.] Verbenæ dicuntur virgul-
B tæ, quæ semper virent, iocundi odoris. Alij verbenas, virgulta religioni apta. Alij propriè, oliuarũ ramos. nã idcirco & pingueis ait: quamuis hoc, & de palmâ, & de lauro dici possit. Alij rorẽ marinũ dicũt. Omnia tamẽ hæc à viriditate, verbenæ appellantur. ADOLE.] in è le. sed κατ' εὐφημισμὸν dicitur: nam Adole, est auge. PINGVEIS.] florentes, virentes. MASCVLA thura.] quæ in modũ testiculorũ sunt. CONIVGIS.] Apud Theocritũ, non cõiugis; sed alicuius adulescentuli persona subest: sicut suprà dictum est. SANOS sensus.] qui modò sani sunt, id est, non amanteis: vnde contrà amanteis, insanos vocamus. MAGICIS sacris.] quibus alienãtur animi quadã violentiâ, ab his qui eorũ vsum habent. AVERTERE.] à sanitate mutare. aut Auertére ait, pro conuertere, vt sit mutata præpositio: aut certè in me conuertere. EXPERIAR.] coner, probem, incipiam. SENSVS.] hoc est animum, ex quo sensus nostri sunt crebri. NIHIL hîc nisi carmina desunt.] Tanquam omnibus, quæ imperauerat, paratis carmina sola deesse dicit. nam hoc sequitur, Ducite ab vrbe domum mea carmina. DVCITE.] pro adducite. DAPHNIN.] Hunc Daphnin, pulcherrimum inter pastores,
C & ephebum, & ab omnibus amatum fœminis, multi scriptores asserunt: cuius mentionem Vergilius, peritus antiquitatis, non incassum locis plurimis facit. Hunc igitur cùm Nympha Nomia amaret, & ille eam sperneret, & Chimæram potiùs sequeretur: ab iratâ Nymphâ amatrice luminibus orbatus est, deinde in lapidem versus. Nam apud Caphaledituanum oppidum, saxum dicitur esse, quod formam hominis ostẽdat. Alij hunc Daphnin Pipleam amâsse dicunt: quam cùm, à prædonibus raptam, Daphnis per totum orbem quæsîsset, inuẽnit in Phrygiâ, apud Lityerſem regem seruientem: qui hac lege in aduenas sæuiebat, vt, cùm multas segetes haberet, peregrinos aduenientes secum metere faceret, victosq; iuberet occîdi. Sed Hercules, miseratus Daphnidis, venit ad regem; & auditâ conditione certaminis, falcem ad metendum accepit, eâq; Regi caput amputauit. Ita Daphnen à periculo liberauit; & ei Pipleâ, quam alij Italiam dicunt, reddidit: quibus, dotis nomine, aulã quoq; regiam condonauit, ferali sopito metendi carmine. CARMINA vel cœlo possunt deducere lunam.] Vel, id est, etiam: vt, Vel Priamo miseranda manus. Est autem argumentum à maiore ad minus. Si hæc possunt facere carmina: cur non etiam facilia impleantur? Quid enim facilius, quàm vt Daphnis ex vrbe rus redeat, & ciuitatem deserat rusticus? Et bene potentiã carminũ narrat, quæ pro eâ vel fieri possint, vel facta sint. FRIGIDVS.] nocens. vt, Frigida Saturni sese quò stella receptet. CANTANDO.] dum ei incantatur: nã gerundiuus modus ab omni verbo similiter procreatur. Vnde modò Cantando à passiuo ait, cùm suprà ab actiuo dixerit: vt, Cantando tu illum? Tale est illud in Sallustio: Cùm ipse ad imperandum Tilidium vocaretur, id est, vt imperaretur. Sanè veteres, Cantare, de magico carmine dicebant. vnde & Excantare, est magicis carminibus obligare Plautus in Bachid. Nam tu quidem cuiuis excantare cor facilè potes. TERNA.] tria: id est, tria alba, tria rosea, & tria nigra. LICIA circundo.] Bene vtitur Licijs: quæ ita stamẽ implicant, vt hæc adulescentis mentem implicare cõtendit. EFFIGIEM duco.] Amatoris dicit effigiẽ. sic Dido: Effigiemq; toro locat, haud ignara futuri. Hoc faciunt malefici, hoc est, effigiem amatoris circumferunt; vnam ex lino, aliam ex luto, tertiam ex cerâ. NVMERO Deus impare gaudet.] Aut quemcunq; superorum, iuxta Pythagoreos, qui ternarium, numerum perfectum, summo Deo assignant, à quo initium, & medium, & finis est. Aut reuerâ Hecatem dicit, cuius potestas triplex esse perhibetur. vnde est: Tria virginis ora Dianæ. Quamuis omnium propè deorum potestas triplici signo ostendatur; vt Iouis trifidũ fulmen, Neptuni tridens, Plutonis canis triceps. Apollo, idem sol, idem Liber. Vel, quod omnia ternario numero continentur: vt Parcæ, Furiæ; Hercules etiam trinoctio conceptus; Musæ ternæ. Aut, Impare, quemadmodumcunque. nam septem chordæ, septem planetæ, septem dies, nominibus deorum, septem stellæ in septentrione, & multa his similia. Et, impar numerus immortalis; quia diuidi integer non potest: par numerus mortalis; quia diuidi potest. Licèt Varro dicat, Pythagoreos putare, imparem numerum habere finem, parem esse infinitum: ideò medendi causâ, multarumq; rerum, impares numeros seruari. Impare autem, propter metrum ait: nam, ab hoc Impari, dicimus. NECTE.] coniunge: vt ita implicetur mens amatoris; sicut implicantur & connectuntur illi colores inuicem. TRIBVS nodis.] alligationibus. TERNOS colores.] lanæ. AMARYLLI.] Vocatiuus græcus. Hæc Amaryllis est ea, quam Græci ἀμμμυῖδα dicunt. VENERIS dic vincula necto.] Anapæsticus est trimeter hypercatalecticus. Hoc autem metrum est Cupidini consecratũ. LIMVS vt hic durescit.] Se de limo facit, Daphnidem de cerâ. Fecerat illa duas imagines: alteram ex limo, qui igne fit durior; alteram ex cerâ, quæ igne soluitur: vt videlicet mens amatoris ita duresceret ad illam, quam tunc amabat, omnesq; alias, sicut limus ad ignem: & ad se ita molliretur & solueretur amore, vt cera ad ignem liquescit. SIC nostro Daphnis amore.] subaudi, Durescat & liquescat: vt scilicet, quam appetit deserens, me potiùs amet. SPARGE molam.] far & salem. Hoc nomen de sacris tractum est. Far enim pium, id est, mola casta, salsa, (vtrumq; enim idem significat) ita fit. Virgines Vestales tres maximæ, ex Nonis Maij, ad pridie Idus Maias, alternis diebus, spicas adoreas in corbibus messuarijs ponunt; easq; spicas ipsæ virgines torrent, pinsunt, molunt, atq; ita molitum condunt. Et eo farre virgines ter in anno molam faciunt; Lupercalibus, Vestalibus, Idibus septembribus: adiecto sale cocto, & sale duro. Igitur, quod in sacris mola casta dicitur, ideo Vergilius in V. Æneid. farre pio enuntiauit. Quid enim est pium, nisi castum? Quoniam Piare, est propitiare: quod accidere

dere non poteſt, niſi caſtè inſeruitum erit rebus ſacris. Hic autem, dicendo, Sparge molam, rem ipſam proprio nomine memorauit. Vnde in II. Aeneid. Et ſalſæ fruges. & in IV. Ipſam molam. ET fragileis incende bitumine lauros.] id eſt, lauros diuino igne conſume. nam bitumen ex fulmine dicitur procreari. Vnde iuxta Babyloniam, quia frequentia cadunt fulmina, hoc re lacus redundat; adeò vt indè fabricaſſe muros Semiramis dicatur. Et bene, quod conglutinat & ardet, ad veneficium aſſumitur; vt glutinetur & ardeat ad amorem maritus. IN Daphnide laurum.] Aut ἀρχαϊσμός eſt, pro, in Daphnidem; aut intelligamus, ſupra Daphnidis effigiem eam laurum incendere, propter nominis ſimilitudinem. BVCVLA.] Bouis eſt diminutio. Sanè Bos anomalum nomen eſt. Nam hic Bos, & ô Bos, producit, ſicut his Bubus, & ab his Bubus. nam reliqui omnes caſus, breuem habent ſyllabam primam. PROPTER aquæ riuum.] iuxta.

POM. Sabi. EFFER aquam.] Alpheſibœus loquitur, & inducit mulierem, quæ magicis carminibus & herbis allicit amatorem, vt ſuprà de fœmina, & difficili viro, qui nolebat pati mulierem. ET maſcula thura.] Nouellæ arboris thus candidius eſt, veteris odoratius, optimum in mediâ Arabiâ naſcitur: vnde putant felicem Arabiã appellatã. quidã in inſulis melius prouenire dicũt: ſed Iuba negat. Quod ex eo rotunditate guttæ depẽdit, maſculũ vocatur: cũ aliàs ferè mas nõ vocetur, vbi non ſit fœmina: religioni tributũ, ne ſexus alter vſui pareter. Maſculã alij putãt à ſpecie teſtiũ appellatũ. Hoc ex Plin. et Theophr. TERNA tibi,] Incantatrices omnia perficiunt numero ternario: & adhibent incantationibus licia cũ plumbo, quibus ligent, id eſt, vinciant, & nodos faciant. Liciũ appellamus filũ ſiue ſtamen. LIMVS vt hic.] Ex cretâ & cerâ fiebant imagines amatoriæ: & exiguo igni admouebantur. Imago cretacea fiebat dura: vt eo modo indureſceret mens erga alios amãtes. Cerea fiebat liquida: vt eo modo flueret mẽs, & molleſceret erga ſe. SPARGE molam.] Mola appellatur molitũ far ad ſacrificia: addito ſale, dicitur mola ſalſa, vt ait Varro. BITVMINE.] Lacus eſt in Iudæâ, qui appellatur Aſphaltites: quia bitumen dicitur Aſphaltum: immẽſo eſt ambitu, vt ait Cornel. Tacitus: ſpecie maris, ſapore corruptior, grauitate odoris accolis peſtifer: vento impellitur nullo: peritos & imperitos nandi tollit: certo anni tempore bitumen egerit. Acer ſuâpte naturâ liquor, & ſparſo aceto concreſcit: primùm manu trahitur: indè nullo iuuante influit, nec aêre, nec ferro. Sed cruore perfuſo ſcinditur: verùm cruorem menſtrualem fœminarum fugit. Iordanis fluuius per lacum labitur, & non miſcetur. A

ADR. Bar. NON omnia poſſumus omnes.] Hũc verſũ cõpoſuiſſe dũtaxat fuerit ſatis. Nã m adagiorũ Chiliadib9, interpretat9 eſt eundẽ Eraſmus. NIHIL hîc niſi carmina deſunt.] De gymnaſio dicitur in quo politioris literaturæ ſtudiũ deſideratur. B

Perdita, nec ſeræ meminit decedere nocti:
Talis amor teneat; nec ſit mihi cura mederi.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.
Has olim exuuias mihi perfidus ille reliquit,
Pignora chara ſui: quæ nunc ego limine in ipſo,
Terra, tibi mando: debent hæc pignora Daphnin.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.
Has herbas atq; hæc Ponto mihi lecta venena,
Ipſe dedit Mœris: naſcuntur plurima Ponto.
His ego ſæpè lupum fieri, & ſe condere ſyluis,
Mœrin, ſæpe animas imis excire ſepulchris,
Atque ſatas aliò vidi traducere meſſes.
Ducite ab vrbe domũ mea carmina, ducite Daphnin.
Fer cineres Amarylli forâs, riuoq; fluenti,
Transq; caput iace: ne reſpexeris. his ego Daphnin.
Aggrediar: nihil ille Deos, nil carmina curat.
Ducite ab vrbe domũ mea carmina, ducite Daphnin.
Aſpice, corripuit tremulis altaria flammis
Sponte ſuâ, dum ferre moror, cinis ipſe: bonum ſit.
Neſcio quid certè eſt: & Hylax in limine latrat.
Credimus? an, qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt?
Parcite, ab vrbe venit, iam parcite carmina, Daphnis.

SER. PERDITA.] amore conſumpta. SERÆ meminit decedere nocti.] i. e tenebræ illam occupãt. NEC ſit mihi cura mederi.] Aut, nolim ei magicis artibus ſubuenire: aut, nolim cũ ipſo cõcumberẽ. Ab vtroq; enim medicina amantib. venit. PERFIDVS.] nunc ſcil. perfidus. LIMINE in ipſo.] in loco ſacro; ſicut ſuprà diximus, Veſtæ. Nam Terra ipſa dicitur quæ & Veſta. Beneficiũ autẽ ita adminiſtratur, vt in limine ponantur eius exuuiæ, cui beneficium fit. PONTO.] in Ponto. Et modò prouinciam dicit hoc nomine; nõ mare. MIHI lecta.] Ordo eſt: mihi dedit: non, mihi lecta. HIS ego ſæpè lupũ fieri.] Eſt enim opinio, quoſdã homines artibus quibuſdã in lupos mutari. SYLVIS.] pro, in ſyluis. ATQVE ſatas aliò vidi traducere meſſes.] Magicis quibuſdam artibus hoc fiebãt. vnde eſt in duodecim tabulis: Neue alienam ſegetem pellexeris. Quod & Varro, & multi ſcriptores, fieri deprehenſum animaduertũt. NE reſpexeris.] Noluit enim ſe videri numina; niſi ex ſummã neceſſitate. vnde pro miraculo dictũ eſt: Alma parens confeſſa deam. quod non faceret, niſi in periculo filij. NIHIL ille deos, nil carmina curat.] Sanè eſt, quòd putat artẽ magicam nil valere. Quidam ſic intelligũt: quàmuis ille hæc omnia contemnat. ASPICE.] Hoc ab aliâ dici debet. TREMVLIS.] criſpantibus. ALTARIA.] altaria dicuntur, & quæ continent, & quæ continentur ab eis: nũc verò, ipſa quæ ponuntur. SPONTE ſuâ.] ſinè igne ſubitò ex ipſis cineribus flamma emerſit. Hoc vxori Ciceronis dicitur cõtigiſſe: cùm poſt peractum ſacrificium libare vellet, in cinere viſa eſt flamma: quæ flamma eodẽ anno conſulem futurum oſtẽdit eius maritum: ſicut Cicero in ſuo teſtatur poëmate. BONVM ſit.] Ideò optat, vt hoc ſignũ bonum ſit: quia ignis medius eſt, et qui poſſit etiã nocere. NESCIO quid certè eſt.] Hoc non iungendum ſuperiori. eſt enim aliud prodigium. IN limine latrat.] In loco vbi amati veſtes obruerat. Canis enim latratus præ gaudio, domini demõſtrat aduentum. IPSI ſibi ſomnia fingunt.] Omnia quæ ſuprà dixerat de arte magicâ, deſtruit, dicendo, hæc vera deſiderantibus tantùm videri. quod per prouerbium eſt locutus.

POM. Sabi. NEC ſit mihi cura mederi.] Medela puellarum erga amatores, eſt cõcubitus. Has herbas in Põto, propter Caucaſum mõtem dicit, in quo legebantur varia genera herbarũ. Ideò Circe & Medea, quæ Ponticæ fuerunt, incantationibus valuerũt. Nam in præſentiâ Pontum intelligit, ſuperiorẽ partẽ maris Pontici, vbi incipit Caucaſus. IPSE dedit meus.] Per meum, intelligit fortè Vergilium: quoniam apud Latinos duo fuerunt magici, Vergilius & Catullus; vt ait Plinius. PER cineres.] Periculum afferebat cinis incantati ignis proiectus. C

PROB. GRYPHES.] feræ, quæ habent capita aquilæ, cætera mẽbra leonis, cum alis, ingentis magnitudinis; in tutelâ Apollinis. MÆNALIOS.] paſtorales, à Mænalo monte Arcadiæ: quæ regio plurima paſcua habet. ARION.] Methymnæus citharœdus: cũ in piratas incurriſſet, impetrauit, vt ſub eodẽ habitu, quo in ſcenã prodire aſſueſſet, canere ei liceret. Qui cùm cantu delphinas elicuiſſet, & in mare ſe præcipitauiſſet, exceptus ab ipſis, perlatus dicitur in terram eſſe.

CAEL. Rhod. Epicuri ſcholæ ſunt, quæ ſtatuunt, eã magnitudine eſſe ſolẽ, quã videtur. Cæterùm, nõ peruidiſſe illos, quanta indè cõſequeretur abſurditas, admiratione dignum. Si enim, inquit Cleomedes, in cœleſtiũ orbiũ contẽplatione tantus ſit ſol, quãtus apparet, profectò multæ ſimul in ipſo magnitudines erunt. ſiquidem exoriens & occidẽs maior videtur. Porrò nõ apud omnes eodẽ exoritur tẽpore: nã cùm ſit globatã ſpecie terra; alijs apud alios oritur & ocidit, & mediũ cœli tenet. Quamobrẽ cùm accidat, eundẽ apud alios oriri, & apud alios in medio cœli exiſtere, ſimul

Digitized by Google

A *mul & maior & minor fiet: maior videlicet, quibus oritur; minor, quibus est in medio cœli, horâ eâdē. quod vtiq; in eo absurdissimū planè cēseri debet. Horū namq; effectuum ratio ea proditur à scientissimis: Maior, inquiunt, nobis sol exoriēs & occidens videtur, & minor in cœli cōstitutus meditullio; propterea quòd in horizonte, per aërē densiorē & humectiorē, ipsum videmus. Eiusmodi namq; est vicinus terræ aër. In medio aūt cœli, quia in puriore cernimus, emissus ab oculis ad ipsum radius nō reflectitur, quod in alio cōtingit situ. Argumēto sunt, quæ in aquâ visuntur, grādiora corpulētioraq; : nā & ex puteis altioribus sol cōspectus, idipsum patitur. Eisdē porrò rationib9 colligitur, cur in medio cœli sol constitutus, nobis videatur propior: oriēs verò aut occidēs, remotior. Hæc siquidē aëris efficit qualitas: humectiore namq; crassioreq; cōspectus, lōgiùs abesse creditur: per purū verò, interuallo videtur propinquiore. Proinde, inquit Posidonius, si fieri posset, vt per parietes, aliáue solida corpora, vt de Lynceo prodit fabula, sol conspiceretur; multò amplior se nobis ingereret, & ampliore distare interuallo crederetur. Visum porrò insigniter falli, indicio esse potest, colorū subindè in sole mutatio; quod aëris affectio facit. Adde, quòd, cū à mōtis cacumine occidit aut oritur, præ se fert nobis speciē*
B *cacumen tangentis: propterea doctissimus poëta;*

Iamq; iugis summę surgebat Lucifer Idę. *Et alibi:*
Tibi deserit Hesperus Oetam.

De ternario verò, quid hîc exsequamur potissimū? An illud inprimis; Trinitatē Pythagoricos philosophos rerū omnium mēsurā esse voluisse? Credo ratione illâ, quòd summus rerū opifex ternario numero vniuersa dispensat. Imò verò etiam res ipsæ, numero eodem ternario pronoscuntur. ad quod respiciens poëta nobilis, Numero, *inquit,* deus impare gaudet. *Siquidem ineffabile illud agens creat primò singula, rapit mox, ac deniq; perficit. Singula quoq; in primis ab illo perenni fonte effluūt, dum nascuntur: deinde in eundē refluūt, dum originem mox suā repetunt: postremò perficiuntur, vbi in suum redierint principium. Idipsum vaticinatus* Orpheus, *Iouem principium, mediū & finem vocauit vniuersi: principiū, vt producit: mediū, vt producta retrahit ad se ipsum: finem, vt redeūtia perficit. Et quia de* Olympo *facta mentio est, scribit Cælius Mintianus Apuleius,* Olympū *etiā dici Iouem: vnde Næuius,* Panditur interea domus altitonantis Olympi. *Ex quo Virg.* Omnipotentis Olympi. *Quod si est, falluntur, qui legendum arbitrantur;* Omnipatentis Olympi. *Nam & Ennius ait:*
C Decessit Olympius antro. *Auctor quinetiam Diodorus est, Iouem esse* Olympium *cognominatum, ab* Olympo *præfecto, abs quo ingenij cultum acceperit.*

VAR. Lect. SVOS requierunt flumina cursus.] *Verbū,* Requierunt, *eâ loquendi figurâ nōnullis negotiū facessit. &,* liquerunt, *libri aliquot manuscripti legūt. Verùm exēplaria probatoria,* Requierūt, *habent.* DECESSERAT vmbra.] *Ita antiqua plurimùm legunt exēplaria. Sed in oblongo libro,* Discesserat, *habetur. magis tamē placet à Decedo ductū.* CVM ros in tenerâ pecori gratissimus herbâ est.] *In Lōgobardico, in Mediceo, & alijs antiquis, non habetur* Est. PROMISSAQVE barba.] *Quámuis* Promissa *minimè displiceat, quòd eo significato frequenter apud Latinos auctores inueniatur: in antiquis tamē omnibus codicibus, quotquot habui,* Prolixa *legitur.* TVM me iā ceperat annus.] *In Lōgobardico codice,* Tā iā me ceperat. *In aliquot alijs,* accepe*rat, &* adacceperat *habetur.* POTERAM terrā cōtingere ramos.] *In Lōgobardico exēplari,* Coniūgere, *habetur.* ISMARVS, aut Rhodope, aut extremi Garamātes.] *Sunt antiqui libri, qui legunt:* Aut Tmarus, aut Rhodope. TERQVE hæc altaria circùm.] *In libro Longobardico legitur,* Hanc. *Sed enim* Hæc *melius.* NECTE Amarylli modò.] *Cuperē ego maximè vetus exēplar, vnde plerią;* Modos, *pro* modò, *legendū persuaderet. Nā in his antiquissimis libris, quotquot præ manibus mihi fuēre,* Modò *passim scriptū animaduerti.* ET fragilis incende bitumine lauros.] *In oblongo libro peruetere, non* lauros, *sed* ramos *legitur.* PROCVMBIT in herbâ.] *In Longobardico legere est,* In vluâ, *sed* herbâ *vsitatius.* NE respexeris.] *In Oblongo libro Vaticano,* Nec *habetur.* PARCITE, ab vrbe venit, iā parcite carmina, Daphnis.] *In Oblōgo Vaticano transpositæ dictiones,* Iam carmina parcite: *quod tantundem est.*

ADR. Bar. NIHIL ille deos.] *In hominē abhorrentē à studijs poëticæ, atq; historiæ veteris, quadrabit illud:* Nihil ille deos, nil carmina curat. *Erit quoq; vsui, cū dehortabimur quempiam, ne ad hominem crassiore ingenio, & à Musis alienissimum, carmen mittat: quo ille non magis delectetur, quā optimo vino canis.* QVI amant, ipsi sibi somnia fingūt.] *Nimiùm cupiētes, solent nonnunquā credere id esse, quod non est. Vnde homines ad rem attentiores, opibusq; duntaxat accumulādis studentes, nonnunquam somniant, reperisse se aurum: idq; credentes per somnium, falso gaudio ducuntur. Ad hoc faciet illud Vergilianum:* Qui amant, ipsi sibi somnia fingunt.

IOAN. LVDOVICI VIVIS.

Pastores duo cantant: alter indignatur, quòd laus & honor, & præmia Musarum, ad indignos atq; immerentes deferantur, dignis posthabitis: alter, quoniam quidem fauorem & decus simpliciter à bonis artibus consequi se non posse animaduertit, technis, calliditate atq; astu quærit. In vtroq; suam causam agit Vergilius: nam & malos poëtas insectatur; & crassum sæpenumerò nobilitatis iudicium reprehendit. IMMEMOR herbam.] *Tale carmen, vt Orphico par, muta & bruta moueat: querulū tamē est; nec vota sua cōsequitur.* CERTANTES.] *Non ad contrariā cōtentionem & inimicā, sicut proxima Ecloga; sed ad manifestationē suæ querimoniæ.* TV mihi seu magni.] *Ad Apollinem, qui res gessit in Illyrico; quò iter est per Venetam regionem, à Galliā Padanā: vnde est ad illud bellum missus. Versus sunt lepidissimi, & supra nitorem rusticum.* SOLA Sophocleo.] *Non solùm res tuas in bello gestas celebrare; sed ingeniū & Musas: nam scripsit Pollio tragœdias.* A' te principium.] *Principium mei carminis, huius videlicet pastoricij, abs te iussum, desinet, cùm libuerit tibi. Vel sic: Principium carminum meorum, abs te iussum, finis de te.* ATQVE hanc sine.] *Hanc gloriam Musarum patere inter triumphos tuos connumerari, & laudari te, tanquā ducem inuictū, & tanquam poëtā excellentem.* NASCERE, præq; diem.] *Inuocat lucem aduersùs tantas tenebras iudiciorū, & quòd aurorā esse dicit, significat initium esse mutandorum iudiciorum.* ET diuos.] *Proceres, purpuratos, crassa Minerua.* EXTREMA moriens.] *Desperatio ex indignitate: vnde & impatientia.* INCIPE Mænalios.] *Mænalus, mons est Arcadiæ: vbi poëtæ plurimi & optimi: & Pan, præses pastorum, ac pastoricij carminis institutor.* QVÆ non speremus amātes?] *Quis non quiduis se consecuturum speret? quando enim Mopso, pastori ex notā infimā, datur Nympha elegantissima; id est, decus eruditionis & fauor ingenio crasso atque imperito: quid erit, quod non quiuis consequatur, siue viribus, siue meritis: contendat modò?* O' digno coniuncta viro, dum despicis omnes!] *O' famam, & laudem, & aurā popularem temerariā! meritò cadis in indignissimos: quoniam despicis dignos, & fastidiosissima es aduersùs omnes: nihil enim publicâ laude morosius, nihil absurdius aut ineptius.* DVMQVE tibi est odio.] *Transit populus ad pessimos, hoc est, sui simillimos, dum bonos odit dissimiles: vt P.R. à Catone ad Vatinium, in præturā mandādā.* DVMQVE capellæ.] *Dū sunt odio tibi simplicia, vera, solida, profutura: falsa autem & speciosa solùm consectaris.* NEC curare deum credis.] *Ita iudicas, ita agis, vt nullum numen cœleste videaris revereri: adeò vt multi ex tuis operibus colligant, nullam esse prouidentiam deorum: quòd tu ad malos transfers bonorum præmia: & innocentiam calumnijs, pœnis, supplicijs afficis. Atqui ostendit se deorum prouidentia, quòd tali marito nubis, qualem mereris: quòd propter tuam stoliditatem in damna incidis innumera, & imprudens à dijs puniris.* SEPIBVS in nostris.] *Primus amor studiorum, & gloriæ.* ALTER ab vndecimo.] *Duodecimus, quasi sequens vndecimū: vt,* Tu nunc eris alter ab illo, *& alter vicesimus, quasi viginti vnus. Pro Milone:* Centesima lux

ma lux est hæc ab interitu P. Clodij, &c, vt puto, altera, id est, centesima prima. IAM fragiles poteram.] *Iam aliquid poteram in literis commentari.* NVNC scio quid sit amor.] *Amorem nominamus, omnem animi cupiditatem; siue auri, siue decoris, gloriæ, magistratus, Veneris. Et cùm illâ inualuit animi carnificina; multa sunt agenda & patienda fœda, crudelia, seruilia, vt quod cupis, assequare. Cupiditas, velut sæuus tyrannus, vexat, & torquet animum.* NEC nostri generis.] *Non est humanitatis hominum; sed immanitatis belluarum.* OMNIA vel medium fiant mare.] *Ex indignitate desperatio, & odium in res humanas, vt Timonis, qui dictus est μισάνθρωπος.* A

ECLOGA IX. MOERIS.

LYCIDAS.

Mœ. QVo' te Mœri pedes? an, quò via ducit, in vrbem?

O Lycida, viui peruenimus aduena nostri (Quod nunquã veriti sumus) vt possessor agelli

Diceret: Hæc mea sunt, veteres migrate coloni.

Nunc victi tristes: quoniam sors omnia versat,

SER. QVo' te mœri pedes? an, quò via ducit, in vrbem?] *Hæc Ecloga dramatico charactere scripta est: & continuum non habet carmen; sed de diuersis locis Theocriti aliqua ad eum contulit. Sanè hoc côtinet. Vergilius, postquam penè occisus est ab Ario cêturione, Romã reuertês, mãdauit procuratoribus suis, vt tuerêtur agros suos, & ad præsens obsequerêtur Ario. Modò ergo Mœris procurator eius, secundũ præceptũ patroni, portat hœdos Mantuã, quos Ario offerat. Sequitur alter pastor, & eum, quò pergat, interrogat. Ille deflet suas miserias: & hinc iam variè præstatur occasio cantilenæ.* QVO' te Mœri pedes?] *subaudi, ducunt: & est ζεῦγμα, à posterioribus. Quidam hunc ordinem tradunt: Quò te Mœri pedes? an in vrbem? quò ista via ducit. Sanè, alij ordinem huius Eclogæ ita exponunt. Cùm immunitatem agrorum Vergilius impetrâsset; lis est exorta de finibus, inter ipsum, & eos, qui in proximo agros acceperant, ex quibus Clodius quidam dixit, se litem omnem amputaturum, interfecto Vergilio: quem Poëta, stricto gladio se insequentê fugit in tabernã carbonariã; & beneficio institoris ex aliã parte emissus, seruatus est. Inducitur ergo Mœris, familiaris Vergilij, referens Lycidæ periculum suũ & Menalcæ; quem nunc pro Vergilio debemus accipere.* VIVI peruenimus.] *id est, diu viuendo ad ista peruenimus. & ostendit, plerunque obesse hominibus vitæ longinquitatem, quæ interdum causa est miseriarum. Sensus autem talis est: vsque eò nos longa vita produxit, vt audiremus dicêntem; Migrate, hæc mea sunt.* ADVENA.] *qui aduenerit in nostros agros. Et aut Clodium, aut Arium significat.* QVOD nunquam veriti sumus.] *Quia inopinata grauiora sunt mala. Vnde ait Dido:* Hunc ego si potui tãtum sperare dolorem, Et perferre soror potero. NVNC victi.] *id est, impotes voti: nam quo modo victores dicimus voti compotes; qui quicquid volunt, faciunt: sic victos è contrario voti impoten. qui nô possunt facere, quod volunt. Cæterum, quo modo victi sunt Mantuani; qui nec bella gesserunt.* TRISTES.] *ideò, quia dixit,* Nunc victi. SORS omnia versat.] *id est, instabilis est. Et nisi hoc ad personam rusticam redigas, asperè contra Augustum dictum est, cuius felicitatem, sicut omnia, dicit posse mutari.* B

POM. Sabi. QVO' te Mœri pedes?] *Queritur de ereptis sibi agris: ergo debuit esse prima Ecloga. Nam priùs debet queri damnum, & inde testari beneficium: ergo præponi debuit. Sed Vergilius noluit, ne inciperet à querelis, ne offenderet Cæsarem. Vergilij agros acceperant 60. veterani. Pro Mœri intelligitur Vergilius: & pro Lycida siue cornelius Gallus, siue alius Vergilij amicus. Alij accipiunt per Mœrim, procuratorem Vergilij, qui ferat hœdos Milieno Toroni primipilari: & Menalcam Vergilium.* PEDES.] *scilicet ducunt.* VIVI.] *Quia euaserant iram militum, cùm præcipitarent se in Mincium.* QVOD nunquam veriti sumus.] *Mala quæ veniunt præter opinionem, grauiora sunt.* SORS.] *fortuna.*

ADR. Bat. QVò te Mœri pedes?] *Cum non spectamus certum quod agamus, conueniet illud:* Quò te Mœri pedes, an quo te via ducit in vrbem? SORS omnia versat.] *Cum innuemus fortunam, in omni re plurimum domari, non intempestiuum fuerit illud: Sors omnia versat.*

Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus hœdos.

LY. Certè equidem audieram: quà se subducere colles

Incipiunt, mollíq; iugum demittere cliuo,

Vsque ad aquam, & veteris iam fracta cacumina fagi,

Omnia carminibus vestrum seruasse Menalcam.

Mœ. Audieras, & fama fuit: sed carmina tantùm

Nostra valent, Lycida, tela inter Martia; quantùm

Chaonias dicunt aquilâ veniente columbas.

Quòd nisi me, quacunque nouas incidere lites,

Antè sinistra cauâ monuisset ab illice cornix;

Nec tuus hic Mœris, nec viueret ipse Menalcas.

LY. Heu, cadit in quenquam tantum scelus? heu, tuâ nobis

Penè simul tecum solatia rapta, Menalca!

Quis caneret Nymphas? quis humum florentib. herbis

Spargeret? aut viridi fontes induceret vmbrâ?

Vel quę sublegi tacitus tibi carmina nuper,

Cùm te ad delicias ferres Amaryllida nostras!

Tityre, dum redeo (breuis est via) pasce capellas:

SER. ILLI.] *Ario centurioni.* QVOD nec bene vertat.] *quæ res eius in perniciem vertatur: id est, malo omine hoc munus accipiat. Tractum autem hoc ab Hectore & Aiace. Nam Hector dedit Aiaci gladiũ, quo se Aiax postea interemit. Hector verò balthеum accepit ab Aiace, quo circa muros patriæ tractus est. Postea indè & illud comicũ natum est:* Dij bene vortãt quod agas. *Plerũq. n. bona in peius: mala mutantur in melius.* SVBDVCERE colles Incipiunt.] *id est, ex alto in campos dissolui. Alij, sursum ducere, intelligunt. Alij, medium cliuum accipiunt, ex quo superior pars subducitur in collem surgentem, inferior in subiectam planitiê molliter deprimitur. vsq. ad eũ autem locum perticam militarem Octauianus Musca porrexerat, limitator ab Augusto datus, id est, per quindecim millia passuum agri Mantuani, cùm Cremonensis non sufficeret: offensus à Mantuanis, quòd pecora eius in agro publico aliquando clausissent. Alij, Subducere, pro Desinere accipiunt. nam permansit dicendo, Demittere iugũ: quasi hoc colles faciant, quod illis accidit per naturam. Alij, agrũ sui volunt descripsisse Vergilium: vt ostêderet, ex vtrâq; parte esse cliuosum: vt, cũ ab vnâ parte ad cacumê ascêderis, ab aliâ vsq; ad aquã descendas. Et quidam tales agros lapidosos dicunt: sicut ipse de suo ait;* Et tibi magna satis quàmuis lapis omnia nudus. VSQVE ad aquam.] *Mincij fluminis scilicet.* OMNIA.] *quæ suprà dixit. Intelligimus autê, aut Vergilij tantùm agrũ; aut totius Mantuæ, esse descriptũ. Alij dicunt, Vergilium ostendere voluisse, quòd Mantuanis per iniquitatem Alpheni Vari, qui agros diuisit, præter palustria, nihil relictum sit: sicut ex oratione Cornelij in Alphenum ostenditur: cùm iussus tria millia passus à muro in diuersa relinquere, vt octingentos passus aquæ, quâ circũdata est, admetireris, reliquistis, &c.* SERVASSE.] *recuperasse.* VESTRVM Menalcam.] *id est, Vergiliũ, cuius causâ agri Mantuanis redditi sunt.* AVDIERAS; & fama fuit.] *Beneuolentiam quidem Augusti etiam fama vulgauit: sed eam belli Actiaci necessitas impediuit. Sed carmina tantùm nostra valent, Lycida, tela inter Martia, quãtùm, &c.] Hoc etiam Cicero ait in Milonianâ:* Silent enim leges inter arma. *Sensus est: hoc tempore, id est, in hoc bello, poëmata nostra non valdè admittuntur.* Carmina *autem nonnulli accipiunt, quibus sibi Pollionê* C

ipsem

A *intercessorem apud Augustum conciliauerat; quo fugato, rursus de prædijs suis fuerat Vergilius expulsus.* CHAONIAS dicunt aquilâ veniéte columbas.] *Minora enim auguria maioribus cedunt, nec vllarum sunt virium, licèt priora sint. Chaonias autē, Epiroticas. Nam in Epiro dicitur nemus fuisse, in quo responsa dabāt columbæ. Quod ideò fingitur: quia lingua Thessalâ Peliades, & columbæ, & vaticinatrices vocātur. Herodotus hanc columbam de Aegypto venisse ait.* QVACVNQVE.] *subaudi, ratione. & bene augurij peritiam dat ei, de quo suprà ait:* His ego sæpe lupum fieri, & se condere syluis Mœrim, sæpè animas imis excire sepulchris. NOVAS lites.] *magnas: id est, militaria iurgia.* INCIDERE.] *pro, Decidere.* ANTE sinistra cauâ monuisset ab ilice cornix.] *Ante sinistra, indiuisè legendum. Et discendo, Monuisset, oscinem fuisse demonstrat. Sanè hoc ad augurialem pertinet disciplinam. Augures enim designant spatia lituo, & eis dant nomina: vt prima pars dicatur antica; posterior postica: item dextra, & sinistra. Modò ergo cornicē de nulla harum parte venisse dicit: sed ab anticâ ad sinistram partem volâsse: & in cauâ ilice consedisse: quæ res agrorum damnum significabat. Ilex enim, glandifera arbor est, quæ quando vitiosa est, vitium possessionis ostēdit fore per milites, clamore gaudentes & litibus; sicut cornix est. Nam hæc auis, & clamore lætatur, & alias frequenter inuadit. Hoc ergo nunc dicit: Augurio se esse admonitum, vt abstineret ab occursu litigiosi militis, qui recepturus fuerat possessionē.* TVVS Mœris.] *i.e. tuus amicus.* IPSE Menalcas.] *id est, Vergilius: qui dum agros suos defendit, penè occisus est.* HEV, cadit in quenquam tantum scelus?] *Postquam audiuit, occidi potuisse Vergilium, quasi obstupuit. Et hoc generaliter dicit. Potest in quenquam tantum scelus venire, vt Vergilium necare contendat?* PENE simul tecum solatia rapta, Menalca.] *Cum suis enim solatijs perit poëta, qui necdū editis carminibus moritur. Vergilius autem illo tempore nondum aliquod opus scripserat. & dicendo,* Solatia, *latenter tempora carpit Augusti, quibus carmina non oblectamento fuēre, sed solatio: quod infelicium esse consueuit. Vel, Tua solatia, tua carmina, quibus cōsolamur.* QVIS humum florentibus herbis Spargeret.] *Sic est dictū, vt,* Tum Phaëtontiadas musco circūdat amaræ Corticis, atque solo proceras erigit alnos. SPARGERET.] *id est aspersam floribus caneret.* FONTES induceret vmbrâ.] *tegeret, cooperiret.* VEL quæ sublegi

C tacitus tibi carmina nuper.] *subaudiendū, nesciente te sublegi, intercepi. Et bene, rusticâ affectione reminisci se illorum carminum fingit, quæ aliquando à Vergilio, licèt inuito, Romā eunti abstulerat. Nā* sublegi, *est, furatus sum: vnde & Sacrilegus dicitur, qui sacra legit, i.e. furatur. Plaut. in Milite:* Quę et iā nostrū hūc sermonē sublegerat. DELICIAS nostras.] *i. cōmunē amicā.* TITYRE, dū redeo (breuis est via) pasce capellas.] *Theocriti sunt versus, ad verbū trāslati: sed tamē Vergilij negotiū cōtinentes. Nā allegoricôs imperat suis, vt rē tueātur, nec tamē audeāt cōtra Arij præceptū venire. Sed hoc aut de ipso Vergilij carmine Lycidas retulit: aut, vt alij putāt, cōuersus ad gregalē suū Tityrū dicit. Et bene, dū promittūt se cantaturos, nihilominus dicūt. Sanè quæritur, vtrū in his tribus versib. perfectū carmē sit; an initiū alterius carminis imperfecti.* τίτυρ' ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε βόσκε τὰς αἶγας, καὶ ποτὶ τὰν κράναν ἄγε τίτυρε, καὶ τὸν ἐνόρχαν, τὸν λιβυκὸν κνάκωνα φυλάσσεο, μή τυ κορύψῃ.

QVOD nec bene vertat.] *h.e. fors malè vertat; sc. vt hoc donū vertatur in perniciē Milieni. Ideò apud amicos, Dij bene vertāt, prouerbiū est: quia plerunq; malam bonū, & bona in malū. Vt apud Homerū Hector dedit Aiaci gladiū, quo postea Aiax interēptus fuit. Et Aiax dedit Hectori baltheū, quo postea ligatus, tractus fuit.* ILLI.] *Milieno Toroni.* CERTE equidē.] *Vergilius, recuperatis ab Cæsare agris, accessit Māuā: & cum repeteret à militib. milites impetū in eū fecerūt, vt occiderent. Ergo hæc Ecloga facta fuit post impetū factū à militibus: & ideò sequitur illā primā,* Tityre. VSQVE ad aquā.] *ad riuuli. Fagus prope aquā erat.* FAGOS.] *In Diris dicit, Battarū, i. fagū, q̃ erat tanquā numē agri, fuisse cæsam à militibus: & grauiter dolet; nā sub eā cātabat carmina.* MENALCAM.] *sc. Vergiliū, recuperâsse carminib. agros, audierā.* CHAONIAS colūbas.] *Chaones dicti à Chaone Troiano, vt idē lib. 3. populi sunt Epiri apud quos Dodone sylua erat, in quā supra quercus & fagos colūbæ dabāt respōsa.* COLVMBAS.] *scil. valere. auguriū colūbarū cedit aquilis. In Thessaliâ, columbæ Peliades vaticinatrices vocātur.* QVACVNQVE.] *viā vel parte.* NOVAS lites.] *magnas.* ANTE sinistra cauâ.] *Cauâ, i. antiquâ. Cicero lib. diuinationū ait:* A dextrâ coruus, à sinistrâ cornix facit auguriū. *Augures designāt cæli spatia lituo, vt, quæ euenīāt, cognoscāt, inquit: Nisi fuissē monitus augurio, milites interemissent me. Nā insequente Milieno Torone, Vergilius proiecit se in Minciū.* TANTVM scelus.] *homicidiū in Vergiliū nostrū, i. Menalcā.* HEV tua nobis.] *Si tu perîsses, perissent omnia nostra solatia, i. carmina tua.* QVIS caneret.] *si cecidisses.* SPARGERET.] *sc. cantu.* INDVCERET.] *opacaret, tegeret.* SVBLEGI.] *furatus sum. Sublegere, furari est.* AMARYLLIDA.] *id est, Lydiam, amorem nostrū.* TITYRE, dum redeo.] *Ex Theocrito sunt.* BREVIS est via.] *Tollit molestiam.*

CARMINA tantū Nostra valēt, Lycida, tela inter Martia; quantū Chaonias dicunt aquilâ veniente columbas.] *Hoc versu indicabimus, frigere studia inter strictos gladios; neq; esse, quod magnoperè quispiā poëma studeat dedicare principi, in re bellicâ occupato. Quod innuere etiam videtur Horatius, cū ait:* Nec cùm venari volet ille, Aeolijs poëma panges. *Et paulò post:* Quoties educet in agros, Aeolijs onerata plagis, iumenta canesque: Surge, & inhumanæ senium depone Camœnæ. ADRI. BAR.

POM. SABI.

HEV, cadit in quenquam tantum scelus?] *Hoc versu exaggerabimus crimen; quod maius putabimus, quàm vt in hominem cadere posit.* PENE simul tecùm solatia rapta, Menalca.] *Hoc versiculo significabimus, veteris discessu amici nobis ademptum, quicquid antè solatij habuimus atque delectationis: nihil enim dulcius est, quàm habere, cum quo partiri curas dulcissimas, ac nugari suauiter interdum possit. Qualis hic mihi amicus fuit Ioannes Borsalus, vir nullo non præconio maior: qui simul ac in Selandiam Canonicus factus migrauit, à me censui dimidium animæ meæ, & studiorum ac laborum meorum calcar, & quasi quendam socium & comitem, distractum.*

111 Et potum pastas age Tityre; & inter agendum
Occursare capro (cornu ferit ille) caueto.
MOE. Immò hæc, quæ Varo necdum perfecta canebat:
Vare, tuum nomen; (superet modò Mantua nobis:
Mantua væ miseræ nimiùm vicina Cremonæ)
Cantantes sublime ferent ad sydera cygni.
LY. Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos:
Sic cythiso pastę distentent vbera vaccæ.
Incipe, si quid habes: & me fecêre poëtam
Pierides: sunt & mihi carmina: me quoque dicunt
Vatem pastores: sed non ego credulus illis.
Nam neque adhuc Varo videor, nec dicere Cinnâ
Digna; sed argutos inter strepere anser olores.

INTER agendum.] *dum agis, & honesta locutio est, si dicamus: Inter canendum hoc sum loquutus. Afranius:* Inter loquēdum. *Ennius:* Inter ponendum. IMMO.] *pro, Vel.* NEC dū perfecta.] *nimiæ familiaritatis est signum, quòd ei recitabat carmen nondum ad limam reductum. Dicit autem carmen, quod quasi cœperat in honorem Vari cōponere: & per transitum ponit diuersa schedia.* SVPERET modò Mātua nobis.] *supersit, reddatur. & hoc dicit: Si nobis Mantua fuerit reddita, faciam vt te celebrent omnes poëtæ.* MANTVA væ miseræ nimiùm vicina Cremonæ.] *Bene ingemit Mantuanorum infelicitatem, quibus sola obfuit*

MOE. Id quidem ago, & tacitus, Lycida, mecum ipſe, voluto:
Si valeam meminiſſe: neque eſt ignobile carmen.
Huc ades ô Galatea: quis eſt nam ludus in vndis?
Hîc ver purpureum: varios hîc flumina circùm
Fundit humus flores: hîc candida populus antro
Imminet, & lentæ texunt vmbracula vites.
Huc ades: inſani feriant ſine littora fluctus.
LY. Quid? quæ te purâ ſolum ſub nocte canentem
Audieram? numeros memini; ſi verba tenerem.
MOE. Daphni, quid antiquos ſignorum ſuſpicis ortus?
Ecce Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum:

fuit vicinitas Cremonenſium. Nam Caſſij, Bruti, & Antonij copias, Cremonēſes ſuſceperūt. Quos etiam ipſos bene excuſat, dicens. Miſeræ Cremonæ: quæ etiam ſi vellet, minimè tamen tãtis copijs poſſet reſiſtere. NIMIVM vicina.] *id eſt, vſque ad periculum. Nā ortis bellis ciuilibus inter Antonium & Auguſtum, Auguſtus victor Cremonenſium agros, quià pro Antonio ſenſerant, dedit militibus ſuis: qui cùm non ſuffeciſſent; his addidit agros Mantuanos: non propter ciuium culpam; ſed propter vicinitatem.* VARE, tuum nomen.] *Ordo eſt: Vare, tuum nomen ſublime ferent ad ſydera cantantes cygni, id eſt, poëtæ. Sic Horatius de Pindaro:* Multa Dircæum leuat aura cygnum. *Sanè blanditur Alpheno Varo: qui, Pollione fugato, legatus Tranſpadanis præpoſitus eſt ab Auguſto.* SIC tua Cyrnæas fugiant examina taxos.] *Venenata arbor eſt taxus, quæ abundat in Corſicâ. Hæc autem inſula græcè Cyrne dicitur, à Cyrno, Herculis filio. vnde fecit hanc deriuationem, Cyrnæas taxos, id eſt, Corſicanas: quibus paſtæ apes, mel amariſſimum faciunt.* DISTENTENT vbera.] *plurimum lactis reportent.* ME quoque dicunt Vatem paſtores.] *Magnâ verecundiâ ſuum meritum extenuat. Nec enim ait,* Probât, *ſed,* dicunt: *nec* Docti, *ſed* paſtores; *quibus tamen ipſe non credo.* VARO videor.] *Varus poëta fuit, de quo Horatius:* Varus ducit molle atque facetum. *Item:* Scribêris Varo fortis, & hoſtium victor. *Nam Varus dux fuit, cui ſuprà blanditur: qui nonnulla carmina ſcripſit. Nonnulli ſanè Alphenum Varum volunt: qui licèt Iuriſconſultus, & ſucceſſor Seruij Sulpicij eſſet; etiam carmina aliqua compoſuiſſe dicitur. Sed hoc, teſte Horatio, falſum eſt; qui Varum poëtam laudat.* CINNA digna.] *Etiā Cinna Poëta fuit optimus, qui ſcripſit Smyrnā; quem libellum decem annis elimauit.* SED argutos inter ſtrepere anſer olores.] *Argutos, canoros: vt,* Fortè ſub argutâ, *&c. alludit ad Anſerem quendam Antonij poëtam, qui eius laudes ſcribebat; quem ab hoc per tranſitum carpſit. De hoc etiam Cic. in Philippicis dicit:* Ex agro Falerno Anſeres depellantur. *Ipſum enim agrum ei donârat Antonius. Et bene, illos poëtas optimos dicit: ſe anſerem, rudem & leuis ingenij: nec debere aut poſſe ſe illos imitari.* INTER ſtrepere.] *Sane poteſt & compoſitè, & ſeparatim proferri.* ID quidem ago.] *id eſt, vt carmen in memoriam poſſit redire.* SI valeam meminiſſe.] *vt etiam in Aeneide diximus, ideò iſta iunxit tempora: quia defectiuum verbum eſt,* Memini. Valeam *autem, id eſt, poſſim. vt in Aeneide,*

——Quæ plurima fando Enumerare vales.——

HVC ades ô Galatea.] *Theocriti verſus ſunt:* [Greek text illegible] *quibus inducit Cyclopem vſum, cùm in ſcopulo ſedens, amicam ſuam Galateam de fluctibus inuitaret ad terras. Cyclops enim dicitur Nympham amâſſe Galateam: quæ cùm Acin, quendam paſtorem, amaret, & Polyphemum ſperneret: ille iratus Acin necauit, qui poſteà Galateæ miſeratione in fontem mutatus eſt, qui hodieq; latinè Acinius dicitur.* QVIS eſt nam ludus in undis?] *Ludus, voluptas. Et ad maiorem terrarum laudem dicit, in mari nullam eſſe voluptatem. Nam hæc eſt plena laus, quæ etiam contrariarum rerum continet vituperationem. Et ſuas laudes ex ſequentibus rebus dicit.* LENTÆ.] *flexibiles.* VMBRACVLA.] *Cicero:* vmbraculiſq; ſylueſtribus. INSANI fluctus.] *id eſt, magni: vt,* Inſano iuuat indulgere dolori. PVRA ſub nocte.] *ſerenâ.* NVMEROS memini.] *metra vel rhythmos: vel certè numeros verſuum.* DAPHNI, quid antiquos ſignorum ſuſpicis ortus? Ecce Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum.] *Cùm Auguſtus Cæſar ludos funebres patri celebraret, die medio ſtella apparuit: ille eam eſſe confirmauit parentis ſui: vnde ſunt verſus iſti compoſiti.* Dionæi *autē, longè repetitum eſt, à matre Veneris Dione. Sanè aſtrū græcè dixit: nam ſtellam debuit dicere. Bæbius Macer, circa horā octauā, ſtellā ampliſſimā, quaſi lemniſcatis coronatam, ortam dicit: quā quidam ad illuſtrandā gloriā Cæſaris Iuuenis pertinere exiſtimabant. Ipſe animam patris ſui eſſe voluit: eiq; in Capitolio ſtatuam, ſuper caput auream ſtellam habentem, poſuit. inſcriptum in baſi fuit,* Cæſari Emitheo. *Sed Vulcanius aruſpex in concione dixit cometen eſſe; qui ſignificaret exitum noui ſeculi, & ingreſſum decimi: ſed, quòd inuitis dijs ſecreta rerum pronuntiaret, ſtatim ſe eſſe moriturum. Et nondum finitâ oratione, in ipſâ concione concidit. Hoc etiam Auguſtus in lib. 2. Memor. vitæ ſuæ, complexus eſt. Et hæc Mœris, non vt ſua, ſed Vergilij, refert, in honorem Auguſti compoſita.* A B

ET potum paſtus.] *id eſt, duc ad fontem.* ET interagendum.] *id eſt, dum agis capellas, caueto occurſare capro: quia ferit.* QVÆ Varo.] *hoc dicit: laudas carmina Menalcæ: imò quis caneret, quæ Menalcas de Varo cœpit?* SVPERET modò Mantua.] *non eripiatur nobis Vergilius. Per hoc notandum, quòd incepit de Varo componere: ſi Mantua non ibit in prædam, (intellige de agris ſuis,) ô* Quintili *Vare, nomen tuum cygni in aſtra ferent.* CYGNI.] *olores, qui bene canunt.* MANTVA væ miſeræ.] *Perſuaſione Cremonenſium, Mātuam nō miſere auxiliū Auguſto.* SIC tua Cyrnæas.] *Cyrnus, Corſica dicitur. inſula eſt in mari Liguſtico.* Taxus, *arbor eſt ſaporis amari & venenati: ab eâ toxicū dicitur, quaſi taxicū. Et ideò ſcribūt, mel Corſicū eſſe amari ſaporis.* EXAMINA.] *apū.* SIC cythiſo paſtę.] *Cythiſus in cibo multū lactis creat.* DISTENTENT vbera vaccæ.] *Bene illi optat.* ILLIS.] *paſtoribus.* NAM neque adhuc Varo.] *De Varo poëtâ notum eſt. De Cinnâ meminit Suetonius, quòd ſcripſerit Smyrnam. Anſer inter cygnos, non canit, ſed ſtrepit.* HVC ades.] *A Theocrito accepit: qui inducit Cyclopem, ſedentem in ſcopulo, & vocātem amicam ſuam Galateam. & inquit: Nullus ludus, id eſt, nulla voluptas, eſt in mari; ſed in terrâ, vbi ſunt flores, &c.* INSANI.] *magni.* SINE.] *permitte.* SVB nocte purâ.] *ſinè nubibus.* NVMEROS.] *ſonum.* ECCE Dionæi.] *Dione, vt inquit Pedianus, mater eſt Veneris. Hoc aſtrum cometes fuit. Plinius ait:* Cometes in vno totius orbis loco colitur, ſcilicet Romæ; admodum fauſtus Diuo Auguſto iudicatus: qui apparuit ludis, quos faciebat Veneri genetrici, non multò poſt obitum patris. CÆSARIS.] *Auguſtus in Epiſtolis ait:* Ipſis ludorū meorum diebus, ſidus crinitum, per ſeptem dies, in regione cœli ſub ſeptentrione eſt conſpectum: id oriebatur contra vndecimam horam diei, clarumq; & omnibus terris conſpicuum fuit. Eo ſidere ſignificari vulgus credidit, Cæſaris animam inter deorū immortalium ſidera receptam: quo nomine id inſigni ſimulachro capitis eius, quod mox in foro conſecrauimus, adiectum eſt. DIONÆI.] *Veneri.* ASTRVM.] *quo ſegetes aſpexit: tempus meſſis, quo ludi facti fuêre. inde Quintilis menſis; Iulius dictum eſt.* POM. Sabi. C

OCCVRSARE capro (cornu ferit ille) caueto.] *Dicetur in hominem maledicum ac præferocem, quem haudquaquam impunè laceſſas. Ab hoc nihil diſſidet illud Horatianum:* Fœnum habet in cornu. MANTVA vę miſeræ.] *Plurimum mali ſæpè eſt ciuitati, à vicinâ ciuitate. Ad hoc ſignifican-* ADR. Bar.

A *ficandum conueniet illud:* Mantua væ miseræ nimiùm vicina Cremonæ. *Quod non intempestiuiter tunc quoque vsurpabimus, cùm innuemus, minimè conuenire inter vicinos, qui in eâdem arte versantur. Siquidem inter hos artificij similitudo, æmulationem ferme solet conciliare. Vnde dicitur etiam hodie vulgo nostrati: Figulus figulo, faber inuidet fabro, sutori sutor, poëta poëtæ, & causidico causidicus.* NON ego credulus illis.] *Hoc dicetur, cùm indicabimus, nos minimè fidem habere verbis cuiuspiam intemperantiùs garruli. solet enim non rarò euenire, vt pleraq; mentiatur, quisquis multum loqui conetur. Huic omnino simile Terentianum illud in Andriâ:* Mihi quidem non fit verisimile. ARGVTOS inter strepere anser olores.] *Hoc quoq; prouerbij interpretatus est Erasmus.* HVC ades, ô Galatea.] *Cùm nõ longè à mari habitãtem amicum admonebimus, vt in vrbem commigret, vbi stridẽtes Aquilone procellas non sit auditurus: vtemur hoc carmine:*

Huc ades ô Galatea, quis est nam ludus in vndis?

HIC ver purpureum.] *Contrà, si quãdo, ortâ in vrbe quapiam periculosâ seditione, monebimus amicum, vt vitato strepitu, intestinisq; discordijs, ad ruris se cõferat delicias, tradatq; se otio & tranquillitati: vsurpare licebit illud,*

Hic ver purpureum, varios hîc flumina circum
Fundit humus flores: hîc candida populus antro
Imminet, & lentæ texunt vmbracula vites.
Huc ades, insani feriant sine littora fluctus.

NVMEROS memini, si verba tenerem.] *Cùm indicabimus, nos non posse satis ad verbum memoriter narrare, quæ apud authorem aliquem legerimus: non alienum fuerit illud,* NVMEROS memini, si verba tenerem. *Est apud Vergilium, Lycidæ pastoris, iuuenis, meminisse se quidem modulatam aliquam imaginem ῥυθμοῦ amici, verùm non tenere verba carminis.*

SER.

Astrum, quo segetes gauderent frugibus, & quo
Duceret apricis in collibus vua colorem.
Insere Daphni pyros: carpent tua poma nepotes.
Omnia fert ætas; animum quoque, sæpè ego longos
Cantando puerum memini me condere soles.
Nunc oblita mihi tot carmina: vox quoq; Mœrin
Iam fugit ipsa: lupi Mœrin vidêre priores.
Sed tamen ista satis referet tibi sæpe Menalcas.
LY. Causando nostros in longum ducis amores:
Et nunc omne tibi stratum silet æquor, & omnes
(Aspice) ventosi ceciderunt murmuris auræ.
Hinc adeò media est nobis via: namq; sepulchrum
Incipit apparere Bianoris. hîc, vbi densas
Agricolæ stringunt frondes, hîc Mœri canamus.
Hic hœdos depone: tamen veniemus in vrbem.
Aut si, nox pluuiam ne colligat antè, veremur,
Cantantes licet vsq; (minùs via lædet) eamus.
Cantantes vt eamus, ego hoc te fasce leuabo.
MOE. Desine plura puer, & quod nunc instat, agamus:
Carmina tùm melius, cùm venerit ipse, canemus.

QVO segetes gauderent frugibus.] *Ad mensem alludit Iuliũ, qui dictus est in honorem Cæ-* B *saris, quo & vuæ et frumẽta maturescunt.* CARPENT tua poma nepotes.] *ac si diceret, nihil est quod posiis timere. nam illud respicit, quod suprà inuidiosè ait:* Insere nũc Melibœe pyros, pone ordine vites. OMNIA fert ætas.] *id est, aufert. Nam intelligimus eum subitò obticuisse, nec, quod cœperat, implere potuisse.* ANIMVM quoque.] *etiam memoriam.* LONGOS soles.] *i. e. æstiuos dies finire: vt,* Treis adeò incertos cæcâ caligine soles. CONDERE] *finire, vsq; ad occasum ducere.* OBLITA.] *aut omissa: aut figuratè, quorum ego oblitus sum. Et ostendit, Mœrin nullum suum, sed omnia Menalcæ carmina retulisse.* VOX quo-C que Mœrin Iam fugit ipsa.] *His versibus ostendit, vigorem cantandi, quem priùs habuerit, perdidisse: & per allegoriam, obsessum malis animum demonstrat.* LVPI Mœrin vidêre priores.] *Hoc etiam Physici confirmant, quòd voce deseratur is, quem prior videret lupus. Vnde etiam prouerbium hoc natum est;* Lupus est in fabulâ: *quotiens superuenit ille, de quo loquimur, & nobis sui præsentiâ amputat facultatem loquendi.* CAVSANDO.] *causas nectendo, differs nostra desideria.* TIBI stratum silet æquor.] *In tuam gratiam & hoc dicit: Vt posiis canere, cuncta siluerunt.* ÆQVOR.] *spatium campi.* VENTOSI ceciderunt murmuris auræ.] *frondes scilicet arborum: ostendens, vel ipsas auras quieuisse, quibus nihil omninò moueatur. quod quidẽ ex Theocrito sumptum est:* τὰ δ' ἐμὶν κατὰ κύματα φαίνετ' ἄσυχα καχλάζοντα. BIANORIS.] *Hic est, qui & Ocnus dictus est. de quo ait in decimo:* Fatidicæ Mantus & Thusci filius amnis. *Cõditor Mantuæ dictus est Bianor, quasi animo & corpore fortissimus: ἀπὸ τῆς βίας, καὶ ἀνορέας.* STRINGVNT frõtes.] *amputant, decutiunt. Ipse in Georgicis:* Sed tamen & quernas glandes tunc stringere tempus. TAMEN veniemus in vrbem.] *etiamsi paululùm quiescentes, dederimus operam cantilenæ. Et deest, hodie.* NOX pluuiá ne colligat antè veremur.] *Aer enim aut cũ ortu solis, aut cũ occasu mutatur frequenter: quod Aeneide etiam sæpiùs indicatur.* VSQVE eamus.] *iugiter eamus: sed* cantantes. *Ita enim minorem itineris sentiemus laborem.* HOC te fasce leuabo.] *si cantantes ierimus, hœdorũ te onere ipse releuabo: nam fascem ait onus. sic in Georgicis:* Iniusto sub fasce viam dum carpit. DESINE plura puer.] *ac si diceret, nimij desiderij es. Et, Plura, deest Dicere: vt esset, Desine plura dicere.* QVOD nunc instat, agamus.] *Nos centurionem placemus: nam cãtare otiosorum est.* CVM venerit ipse.] *Vel Vergilius, cuius aduentu sperabat securitatem: vel ipse Augustus, qui Actiacis bellis fuerat occupatus.*

POM. Sabi.

INSERE Daphni.] *Nõ est quòd timeas: omnia bene prouenient.* FERT.] *aufert.* ANIMVM.] *i. e. memoriã.* NEPOTES.] *In codice Aproniani hoc scriptũ erat,* Nepotes hi. *Quidã volunt, Vergiliũ intellexisse, quòd serò pyrus afferat poma.* Quidã *autem legũt, vt, pyrus diu durabit. Nepotes intellexit posteros: vt alibi;* Et maneat nostros ea cura nepotes. *Et alibi.* Animâq; nepotis His saltẽ accumulẽ donis. *Et alibi:* Famamq; & facta nepotũ. APRICIS.] *calidis. Vt alibi:* Et apricis statio gratissima mergis. *Et alibi:* Et apricis coquitur vindemia saxis. TOT carmina.] *quæ dicebas.* MIHI.] *Mœri.* FVGIT.] *relinquit.* LVPI] *Cũ lupus prior viderit aliquẽ, taciturnitatẽ facit loquendi. Vnde prouerbiũ, cùm de aliquo loquimur;* Lupus est in fabulâ: *quia cùm loquimur de aliquo, & is aduenit repẽtinus, silere cogit.* MENALCAS.] *Vergilius.* CAVSANDO.] *dũ causas annectis.* DVCIS.] *differs.* STRATVM.] *placidũ.* ET omnes.] *omnia silent, vt posiis canere. è Theocrito sumptũ est.* NAMQVE sepulchrum.] *Non longè à Mãtuâ, viâ publicâ, erat tumulus Bianoris.* Bianor *alio nomine dicitur* Ocnus: *filius fuit Mantûs, qui Mantuã vrbem à nomine matris dixit.* STRINGVNT.] *amputant. Vt alibi:* Stringere comas. *Et alibi:* Et fragili iã stringeret ordea culmo. *Significat & colligere: vt,* Quernas glandes tũ stringere tẽpus. *Et cõponere: vt,* Stringere remos. *Et implere: vt,* stringere ripas. *Significat & vulnerare: vt,* Stringere pectora ferro. TAMEN.] *veniemus etiãsi paululũ tardauerimus propter cantilenã.* MINVS via lædet.] *Omnis labor cãtilenâ leuatur.* FASCE.] *Ponit pro honore hœdorũ.* QVOD nunc instat agamus.] *scil. placemus Militum Toronem.* AVT si nox pluuiam.] *Solet tempus mutari in occasu Solis. ideò inquit: si veremur pluuiam ex occasu Solis, eamus, sed cantando.*

PROB. CHAONIAS columbas.] *Quoniã colũbæ in Chaoniâ, regione Epiri, in quercu arbore sedisse dicũtur, & humanâ voce dedisse respõsa: & ita bonũ augurium erat, si coruus dextrâ, cornix sinistrâ volaret: vt Cicero in diuinationibus.* Quorum à dextris coruus, sinistrâ cornix facit auguriũ. DIONÆI Cæsaris.] *Sic vocata Venus, siue mater Veneris est. Diuũ Iulium significat, cuius capiti in statuâ stella addita est.*

VAR. Lect. NEC dũ perfecta.] *Libri aliquot antiqui,* Nondũ perfecta, *legunt: sed,* necdum *magis acceptum.* DISTENTENT vbera vaccæ.] *Sunt libri antiqui, in quibus,* Distẽtans, *legitur. Sed* distentent, *pleniorem ostendit vbertatem.*

ADR. Bar. OMNIA fert ætas; animũ quoq;.] *Quoties innuemus, in senibus corporis vires cõsenescere atq; deficere: memoriam etiã minui: cõgruet illud,* Omnia fert ætas; animũ quoq;.

SÆPE ego longos.] *Cùm iactare quispiã volet, in studijs transactã sibi adolescentiã: tẽpestiuiter vtetur illo;* Sæpe ego longos Cantãdo, memini puerum me cõdere soles. NVNC oblita mihi tot carmina.] *Cũ senes iã, indicabimus nobis excidisse omninò quæ aut pueri, aut adolescentes didicerimus: cõueniet illud;* Nunc oblita mihi carmina, vox quoque Mœrim Iam fugit ipsa. *Vtitur Diuus Hieronym⁹ in epistolâ ad Nepotianũ.* LVPI Mœrim vidêre priores.] *Cùm hoc prouerbiũ meis illinirẽ lucubratiunculis, frater meus germanus, iuuenis, nõ abhorrẽs à studijs Humanitatis, dixit mihi idẽ ab Erasmo enarratũ: q si reliquos quoq; omnes Vergilij versus, adagionis speciẽ præ se ferentes, aut cõgessisset antehac, aut nũc per otiũ posset; meo cõsuluisset labori, nullâ venustioris literaturæ studiosorũ iacturâ.* NVNC omne tibi stratũ.] *Cùm significabimus, nullis flãtibus ventis nõ esse nauigãdi facultatem: aptè quadrabit illud;* Nunc omne stratũ silet æquor: & omnes (Aspice) ventosi, ceciderũt murmuris auræ. CANTANTES licet vsq; (minùs via lędet) eamus.] *Cantiunculæ amæniores, & facetus sermo, vel lõgissimũ iter breue facit, atq; ita iucundũ, vt eundi laborẽ nõ sentiẽtes, minimè defatigemur. Ad hoc significandum valebit illud:* Cantantes licet vsq; (minùs via lædat) eamus. *Cũ nuper ego, frigore anni medio, Louanio Bruxellam versùs irem: priùs omninò in vrbẽ ipsam ventũ est, quã vllus ad me defatigationis sensus peruenerit. Nã mecũ illò, demulcẽdi atq; laxãdi animi gratiã, venerat Ioan. Munterius Gandauiensis, homo doctus omninò, atq; φιλοξένος; qui mihi cùm fuerat pro vehiculo in viã: quemadmodum dona est, in vtriusq; linguæ studijs, non iniucundus socius.* EGO hoc te fasce leuabo.] *Adiutare onera amico cupientes, dicemus illud;* Ego hoc te fasce leuabo. DESINE plura puer.] *Cùm admonebimus quempiam silentij, ad mensam sedentes, vbi famelicis nobis, haud libeat priùs fabulari, quã iratũ ventrẽ placauerimus: nõ intempestiuiter vsurpabimus illud;* Desine plura puer, & quod nũc instat agamus. A

IOAN. LVDOVICI VIVIS.

Ecloga hæc est de eo tẽpore, quo Vergilius procurabat sibi agros restitui. Tota est allegorica: & manifesta est allegoria. CERTE quidẽ audierã.] *Descriptio hæc est agrorũ poëtæ, qualis primã Eclogã.* SVPERET modò, &c. *Salua sit nobis Mãtua, sicut in tertio Aeneidos:* Quid puer Ascanius? superatne, & vescitur aurâ Aethereâ? ET me fecêre poëtã Pierides.] *Sentio in poëticos spiritus, nõ tã institutione, quàm diuino afflatu.* NAM neq; adhuc Varo.] *Nõ iudico me poëtã; etsi vulgus id asserat. quoniã nondũ videor mihi canere, quæ Varus & Cinna possint approbare. Cinna poëta fuit, qui scripsit Smyrnã, poëma triginta annis presũ, vt Quintilianus ait. Sed videtur admodũ illo sęculo placuisse: nã multi grãmatici nobiles in illud scripserũt cõmentarios: quos omnes vicit Cato grãmaticus; vt refert Suetonius Trãquillus in Grãmaticis. nũc tãti operis nihil exstat, præter versiculos duos; quos in primo Georgicorũ citat Serui⁹.* IGNOBILE carmẽ.] *Indignũ quod noscatur: quasi incognobile.* HVC ades ô Galatea.] *Versus sunt Cyclopis ad Galateam, sumpti ex Theocrito. Allegoria est ad Augustũ, precantis, vt ex bello maritimo redeat in Italiã. nã sæpè Galateã pro Augusto vsurpauit. vt in tertiã Eclogã:* O' quoties, & q̃ nobis Galatea locuta est! B DAPHNI, quid antiquos.] *Nihil opus est, ad arandũ, ferẽdum, metendũ, obseruare posthac veteres illos, & consuetos ortus atq; obitus siderũ; vt Arietis, Vergiliarũ, Coronæ, Caniculæ: sufficit pro illis omnibus, vna stella Iulij Cæsaris: nec op⁹ est, vt alia imploremus numina; præter numen faustũ & propitium Augusti, sub quo procedunt nobis omnia felicissimè. Et quia de ortu & obitu signorum loquitur: rectè proposuit de nocte illum cecinisse, & serenâ nocte: tum enim optimè cursus astrorũ obseruãtur, vt fecerũt Assyrij & Aegyptij.* PROCESSIT Cęsaris astrũ.] *ortũ est iampridẽ, & in cursu suo procedit.* ET nunc omne stratũ.] *Hortatur vt canat; vt dedat se studijs Musarũ, in pace Italiæ: nã bello Actiaco, quod Octauianus gessit aduersùs M. Antoniũ, tametsi ciuili, tamẽ Italia quieta erat in parte Cæsarianis. Quanquã non erãt bella impedimento poetæ nostro; sed agrorũ ademptio.* HINC adeò media est nobis.] *Arbitror hoc ad verã descriptionẽ pertinere, vt sepulchrũ Bianoris mediã fuerit viã inter agros Vergilij & Mantuani.* DESINE plura puer.] *Vrgentibus negocijs familiaribus, omittamus cantilenas: tùm canemus cõmodiùs, cum Vergilius recuperatis agris domũ redierit: vel, postquã redierit in Italiã Augustus, reddetur nobis cum illo studiũ Musarum.* C

ECLOGA X. GALLVS.

EXTREMVM hunc Arethusa mihi concede laborem.
Pauca meo Gallo, sed quæ legat ipsa Lycoris,
Carmina sunt dicẽda, neget quis carmina Gallo?
Sic tibi, cùm fluctus subterlabêre Sicanos,
Doris amara suam non intermisceat vndam.
Incipe, solicitos Galli dicamus amores,
Dum tenera attondent simæ virgulta capellæ.
Non canimus surdis: respondent omnia syluæ.
Quæ nemora, aut qui vos saltus habuêre, puellæ
Naiades, indigno cùm Gallus amore periret?
Nam neque Parnassi vobis iuga: nam neq; Pindi
Vlla moram fecêre, neq; Aonie Aganippe.
Illum etiam lauri, etiam fleuêre myricæ:
Pinifer illum etiam solâ sub rupe iacentem
Mænalus, & gelidi fleuerunt saxa Lycæi.
Stant & oues circùm, nostrî nec pœnitet illas:

ADR. Bar. GALLVS.] *Hic est Gaius Asinius Gallus, orator, Asinij Pollionis filius: qui ante omnes primus Aegypti præfectus fuit, poeta eximius. Nam & Euphorionem transtulit in Latinum sermonem, & amorum suorum de Cytheride scripsit libros quatuor. Hic primùm in amicis Augusti Cæsaris fuit: postea, cùm venisset in suspicionem, quòd contra eum coniuraret, occisus est. Fuit amicus Vergilij adeò, vt quart⁹ Georgicorũ, à medio vsq; ad finem, eius laudes teneret: quas postea, iubente Augusto, in Aristæi fabulã commutauit. Hic Gallus amauit Cytheridem meretricem, libertã Volumnij. quæ, eo spreto, Antonium euntem ad Gallias est secuta: propter quod dolorẽ Galli nunc videtur cõsolari Vergilius. Nec nos debet mouere, quòd, cum mutauerit partem quarti Georgicorum, hanc Eclogam reliquit. Nam licèt consoletur in eã Gallum: tamen altiùs intuenti vituperatio est. Nam & in Gallo Impatientia turpis amoris ostenditur: et apertè hîc Antonius carpitur, inimicus Augusti; quem contra Romanum morem Cytheris est in castra comitata.* EXTREMVM laborẽ.] *non quod mihi laboriosum est, (nam scribere, apud poëtas lusus est. vt,* Et ipsum ludere quæ vellem calamo permisit agresti.) *sed rem tibi labo.*

A laboriosam: scilicet vt Nympha, virginitate gaudens, præstet de amoribus cantilenam. Vnde & rogat, dicens: Concede. Et verecundè pauca postulat. & eam adiurat etiã: Sic tibi cùm fluctus subter-labêre Sicanos. Per Arethusam autem, Musam Siculam, id est, Bucolicum Theocritium inuocat carmen. Sanè Arethusa, secundùm latinitatem, in penultima habet accentum: secundum rationem græcam, in tertiã à fine: sicut Creusa & Creũsa. PAVCA meo Gallo.] non ad cæterarũ Eclogarum comparationem: sed pauca, quantum ad Galli pertinet scripta, quæ (vt suprà diximus) de suo amore composuit. IPSA.] quæ amantis spreuit amorem. LYCORIS.] pro, Cytheris. Licet enim poëtis, alia nomina pro alijs ponere. SIC tibi, cũ fluctus subter-labêre Sicanos.] Varia enim opinio est. nam alij dicunt, ad Arethusam Nympham Siciliæ, Alpheum de Elide venire per maria: secundùm quos alibi dixit, Alpheum fama est huc Elidis amnẽ Occultas exisse vias subter mare. Alij dicunt, ipsam Arethusam, iam in fontem mutatam, Alpheum fugere, & de Elide ad Siciliã venire: quod nunc est secutus. Sanè dicitur quodam tempore patera aurea in Arethusã inuenta, quam Olympionides in Alpheum miserant: vt, cùm Olympiæ hostiæ cæduntur, cruor è mari in Alpheum infusus in Arethusam exeat. SICANOS.] Sicilia, antè Sicania dicta à Sicano, Terræ filio. DORIS amara.]

B Mater nympharum est, quam pro mari posuit. Vel Doris, Oceani filia, coniux Nerei. SOLLICITOS.] sollicitatos, plenos sollicitudinis, post Cytheridis abscessum, quam Lycorim vocat. Fuerunt enim vno tempore nobiles meretrices tres: Cytheris, Origo, Arbuscula. Hor. Explosa Arbuscula dixit: Idem: vt quondã Marseus amator Originis, ille Qui patrium mimæ donat fundumq; laremq;. SIMÆ.] Græcum nomen est: id est, pressis naribus. vnde & Simias dicimus. quod epitheton Theocritus dat præcipuè apibus. ὡς τὺ νιν, αἱ σιμαὶ λεπτοῖσι φέρβον ἰοῖσιν, κέδρον ἐς ἁδεῖαν μαλακοῖς ἄνθεσι μελίσσαι. Et dicit, Simæ virgulta capellæ, hic poëtam quasi pastorẽ posuit. RESPONDENT omnia syluę.] κατ' ἠχώ, i. e. p vocis imitationẽ, nos solantur. Et mirã breuitate sensus huius versus explicatus est. QVÆ nemora.] Hinc carmẽ videtur incipere. Est quædã Theocriti Ecloga, in quâ suos amores deflere Daphnis inducitur: vel, vt alij, quidam pastor Daphnin amore mortuum deflet. huius omnẽ ordinem ad hanc Eclogam transtulit. πᾶ ποκ' ἄρ', ἦσθ' ὅκα Δάφνις ἐτάκετο, πᾶ ποκα νύμφαι, ἢ κατὰ Πηνειῶ καλὰ τέμπεα ἢ κατὰ Πίνδω. SAL-

C TVS habuêre puellæ Naiades.] Nymphas simpliciter accipiamus. Nam si propriè loqueretur, Oreades diceret. Naiades enim, fontium; Oreades, montium; Dryades, arborum nymphæ sunt. Sanè, quia diximus easdẽ esse Nymphas, quas Musas, videtur hoc dicere: Quia si cum ipso fuissent Musæ, id est, si dedisset operam scribendis carminibus; non incidisset in tantas amoris angustias. vel, cur eum amantẽ Musæ deseruerint; cùm, propter ingenium, earum esset antistes. INDIGNO.] vel meretricio, vel magno. nam & Ennius ait: Indignas turres, id est, magnas. Alij Indigno: non quia Cytheris pulcra non fuerit; sed quia Gallus ab eâ spretus sit. NEQVE Parnassi iuga, neque Pindi.] Parnassus mos Bœotiæ, Pindus Thessaliæ, Apollini & Musis consecrati. AONIE Aganippe.] nominatiui sunt singulares. Aganippe autem, fons est Bœotiæ, quæ & Aonia dicitur. Aoniæ autem, breuis fit Ni: quia sequitur vocalis vocalem. Callimachus, Aganippen fontem esse dicit Permessi fluminis. SOLA sub rupe.] desertâ. Mænalus autem & Lycæus, sunt montes Arcadiæ. STANT & oues circùm.] scilicet circa Gallum, eius amorem stupentes. Sensus autem est: Sicut oues, ô Galle, circa te stare non pœnitet; ita nec te illarum pœniteat. nam etiam Adonis quondam ouium exstitit pastor. Et quod ait, Nostrî: miscuit suam personam, vt frequenter facere consueuit: nam erat integrum, Tui nec pœnitet illas. Alij, pœnitet, Pudet accipiunt.

EXTREMVM hunc Arethusa mihi, &c.] Conquestio est cum Gallo poëtâ, de agris. Arethusa, fons in Ortygiâ, quæ erat insula ante insulas Syracusas. Alpheus fluuius ex Elide, per subterraneos meatus magnum spatiũ maris metitur; & Arethusam facit fontem. Volunt quidam, Alpheum insequutum fuisse fugientem ab amore Arethusam. Hoc dicit propter Theocritum, qui Siculus fuit. EXTREMVM laborem.] Galli. PAVCA.] Cornelius Gallus primus, vt dixi, Aegypti procurator, Diuo Augusto præcipuus omniũ amicorũ. Postea, cum in suspicionẽ cõiurationis venit, vt aiunt, volente Augusto interfectus fuit: siue, vt alij volunt, ex dolore venenum hausit. Vergilio charissimus omniũ fuit: Cytheridẽ Volumniã, Caij Volumnij libertam, adamauit adeò intẽperanter; ut, illã discedẽte, statuerit veneno finire vitã. De eius amore quatuor libros scripsit sub nomine Lycoridis. Vergilius in hac Eclogâ eũ consolari vult de discessu amicæ, quæ aufugerat, et à Marco Antonio ducta est in Gallias. NEGET quis.] negabit; quasi dicat, nullus. DORIS.] pro mari ponit, quæ Nympha est marina. Cõcede, inquit: & bene illi optat, vt mare non misceat illi aquam. SOLLICITOS nimium.] affectatos & cupidos. SIMÆ capellæ.] Simus dicitur ille, qui habet pressas nares: indè capellæ simæ, & simia animalia. RESPONDENT.] resonant. NAIADES puellæ.] Simpliciter pro Nymphis, id est, Musis, intelliguntur. Et hoc dicit: si Musæ vixissent, nõ ita perijsset Gallus. Conqueritur ergo de Musis, quòd non fauerint. INDIGNO amore.] quia non merebatur amari à Gallo. PARNASSI.] mõtis Phocidis, vbi colũtur Nymphæ. PINDI.] montis Thraciæ, prope Phocidem. AGANIPPE.] fons Bœotiæ, sacer Musis. MÆNALVS.] mons Arcadiæ, vbi colebatur Pan. SVNT & oues circùm.] Ipsæ oues stupent amorem Galli, id est, stant circùm. POM. Sabi.

NON canimus surdis.] Si quis præceptor innuet, ea, quæ docet, ab auditoribus memoriæ mandari: allegabit illud, Non canimus surdis. ILLVM etiam lauri, illum etiam fleuêre myricæ.] Si quãdo significabimus, in hominis docti atq; eloquentis morte, nullum studiosorum fuisse, qui non lachrymas dederit: accommodabimus illud; ADR. Bar.

Illum etiam lauri, illum etiam fleuêre myricæ,
Pinifer illum, etiam solâ sub rupe iacentem
Mænalus, & gelidi fleuerunt saxa Lycæi.

SER. NEC te pœniteat pecoris, diuine poëta.] Allegoricè hoc dicit: nec te erubescat Bucolica scribere. ADONIS.] A habet accentũ: quia Græcum est nomen, tamen etiã latinè sic dicimus: nam Adon nusquam lectum est. Et est de hoc fabula talis. In Cypro insulâ regnauit Cinyras, habens filiam Myrrã nomine: quæ Solis irâ in amores incidit patris; cum quo etiam, ministerio nutricis, concubuit. Namq; nutrix

Nec te pœniteat pecoris, diuine Poëta.
Et formosus oueis ad flumina pauit Adonis:
Venit & vpilio: tardi venêre bubulci:
Vuidus hybernâ venit de glande Menalcas.
Omnes, vnde amor iste, rogãt. tibi venit Apollo:
Galle quid insanis? inquit: tua cura Lycoris,
Perq; niues alium, perq; horrida castra secuta est.
Venit & agresti capitis Syluanus honore,
Florentes ferulas, & grandia lilia quassans.
Pan deus Arcadiæ venit; quem vidimus ipsi
Sanguineis ebuli baccis; minioq; rubentem!
Et quis erit modus? inquit: amor non talia curat:
Nec lachrymis crudelis amor, nec gramina riuis,
Nec cythiso saturantur apes, nec fronde capellæ.

Myrræ, dixit Cinyræ, esse quãdam puellam, quæ eius amorẽ flagraret, & concubitũ noctè in tenebris, propter verecundiam expeteret virginalẽ. Hoc Cinyras, incitatus libidine, pollicitus est. Cupiens deinde videre vultum puellæ, lumen iussit inferri, visamq; filiã persequi cum gladio cœpit, vt interficeret. Quæ grauida de patre, confugit in syluas, ibiq; mutata est in arborem nominis sui. Sed infantem conceptũ

Digitized by Google

Triſtis at ille tamen, cantabitis Arcades, inquit,
Montibus hæc veſtris ſoli cantare periti
Arcades. ô mihi tũ quàm molliter oſſa quieſcant,
Veſtra meos olim ſi fiſtula dicat amores.
Atque vtinam ex vobis vnus, veſtriq́; fuiſſem
Aut cuſtos gregis, aut maturæ vinitor vuæ.
Certè ſiue mihi Phyllis, ſiue eſſet Amyntas,
Seu quicunq; furor (quid tũ, ſi fuſcus Amyntas?
Et nigræ violæ ſunt, & vaccinia nigra)
Mecum inter ſalices lentâ ſub vite iaceret:
Serta mihi Phyllis legeret; cantaret Amyntas.
Hîc gelidi fontes, hîc mollia prata Lycori,
Hîc nemus, hîc ipſo tecum conſumerer æuo.
Nunc inſanus amor, duri me Martis in armis,
Tela inter media, atque aduerſos detinet hoſtes.
Tu procul à patriâ (nec ſit mihi credere) tantum,

etiam in cortice retinuit, & poſtmodum dente apri exciſum emiſit in lucem: quia à Nymphis educatus, Adonis cognominatus eſt. Quem quia Venus adamauit, Mars in aprũ transfiguratus occidit: quem multi, miſeratione veneris, in roſam conuerſum dicunt. Eſt etiam alter ordo huius fabulæ. Ex Aegypto, Epiuiotaſterius & Yon fratres, ad inſulã Cyprum profecti ſunt, atque ibi ſortiti vxores, ex quorum genere Celes procreatus eſt, qui habuit Erittomã filiam. Hæc cũ eſſet nimiæ caſtitatis, & ob hoc à Mineruã & Dianã diligeretur; Veneri eſſe cœpit inuiſa. Quæ cũ puellæ caſtitati inſidiaretur, in amorẽ eius impulit Iouẽ. Quẽ dolũ poſtquãIuno animaduertit: vt fraudẽ fraude ſuperaret, petit à Venere, vt in amorem puellæ Adonẽ inflãmaret. quem poſteaquã nullã fraude ſollicitare in eius amorem potuit: obiectis quibuſdam nebulis ipſum Adonem in penetrale virginis produxit. ita pudicitiã puella per vim & fraudem caruit. Sed hanc Diana irata, circa Ciſſeũ fluuium, in pauonem mutauit: Adonis verò, vbi cognouit, ſe amatam Iouis vitiãſſe, metuens profugit in montis Caſij ſyluas: ibiq́ immixtus agreſtibus verſabatur. quem dolo Mercurij monte deductum, cùm aper, quem fabulæ Martem loquuntur, vehementer vrgeret, & ab Adone vinceretur: repentè fulmen Iupiter iecit, & Adonem morti dedit. Sed cùm Venus, illuſum ſibi, & mortem amati Adonis ſæpè quereretur: Mercurius miſeratus, imaginem Adonis, vt viuere crederetur, ad ſuos reduci fecit. Iuno autem à Ioue petijt, vt Adonis in lucis patrijs æuũ degeret. Tum Diana puellæ Erinomæ formam priſtinam reddidit: quæ tamen ex Adone Taleũ filiũ procreauit, & cũ viro permãſit. VENIT & vpilio.] *propter metrũ ait* Vpilio, *nã* Opilio *dicimus. & græco vſus eſt ſchemate; ſicut illi dicũt* ὄρεα, *pro eo quod eſt* ὄρη: *&* ὄνομα, *pro eo quod eſt* ὄνομα. TARDI venêre bubulci.] *id eſt, ſtulti. Terẽt. in* ἑαυτὸν τιμωρουμένῳ. Tardus eſt, *id eſt, ſtultus. nam porci citò ambulant. Alij, pro Fatigati accipiunt. Quidã dicunt ideò Tardi: quia porci nunquam paſcuntur, niſi radicitus effodiant herbam. Subulci autem, paſtores porcorum.* VVIDVS hybernã venit de glande Menalcas.] *vuidus pinguis. & Humidum eſt, quod extrinſecus habet aliquid humoris: vuidum verò, quòd intrinſecus: vnde & vuæ dictæ ſunt. quod tamen plerunq; confundunt poetæ.* Hybernã *autem* de glande, *de collectione glandis: quia per hyemem colligitur.* AMOR iſte.] *tam impatiens, tam turpis. Alij ſic intelligunt: quòd non dignus illo, à quo faſtidiebatur.* GALLE quid inſanis?] *vult ſpem amoris deſperatione ſanare.* TVA cura Lycoris.] *Penè irriſoriè dictũ eſt,* Tua cura, *id eſt, pro quâ tu ita es ſollicitus: ea te reliquit, & alium eſt ſecuta. Bene autẽ, cùm alij interrogent, quaſi deus Apollo diuinat.* PERQVE horrida caſtra.] *Horrida ſemper: nunc propter bella ciuilia. Et ſubtiliter hîc tangit Antonium, vt diximus ſuprà.* QVASSANS.] *concutiẽs.* QVEM vidimus ipſi.] *verùm quia præſentia numina agreſtium, & ipſe, & Fauni. An quia ſolent numina plerunq; ſe ruſticis offerre. vnde eſt:* Satis eſt potuiſſe videri. *Notandum ſanè, quòd ea numina, plerunq; quæ amauerunt, dicit ad amatorem venire. nã Apollo amauit Daphnen, Pan Syringam, Syluanus cupreſſum.* SANGVINEIS ebuli baccis, minioq; rubentẽ.] *Ebulum, genus eſt herbæ, ſambuco ſimile.* Minio *autem, ideò, quia facie rubrã pingitur Pan, propter ætheris ſimilitudinem. Aether autem, eſt Iupiter. Vnde etiam triumphantes habent omnia Iouis inſignia; ſceptrum, palmatam togam, quâ vtebantur illi, qui palmam merebantur. vnde ait Iuuenal.* In tunicâ Iouis. *Faciem quoq; Iouis de rubricâ illinunt, inſtar coloris ætherei. minium enim rubrica eſt.* A AMOR non talia curat.] *Quaſi expertus in Syringâ loquitur.* TRISTIS at ille.] *Alij tamen ſuperioribus iungunt. ſed melius, vt ſic legamus:* Tamen cantabitis. *vt ſit ſenſus: Licèt ego duro amore conſumar; tamen erit ſolatium: quia meus amor erit veſtra cantilena quandoq. Videtur enim, neq; obiurgationes, neque conſolationes recipere, obſtinatè moriturus. Nihil enim ad dicta ab eis reſpondit.* ARCADES.] *paſtores. Et* ἀπὸ κοινοῦ *oſtẽdit Vergilius, quantũ ei præſtet, amorẽ eius canẽdo.* OSSA quieſcãt.] *Hinc cõfirmat ſe eſſe moriturũ.* OLIM.] *futuri tẽporis eſt modò.* AVT cuſtos gregis.] *ac ſi diceret: Quid mihi cũ vrbibus, vbi ſunt meretrices tã pulchræ, quã perfidæ?* VINITOR] *vel cuſtos, vel cultor vinearũ.* QVICVNQVE furor.] *Omnis enim amor plenus furoris eſt.* B QVID tũ, ſi fuſcus Amyntas?] *Quaſi ei obiectũ ſit, quòd Amyntas fuſcus eſſet, ſic reſpondit:* Quid deinde *ſi fuſcus eſt?* MECVM inter ſalices.] *videlicet alternatim, vel quiſquis ille vel ille fuerit.* HIC gelidi fontes, hîc mollia prata Lycori.] *ac ſi diceret: Quid te iuuat inter frigora Gallicana demorari? Et cũ optãſſet aliud, iterũ ad amatũ redijt.* IPSO æuo.] *i. flore ætatis.* NVNC inſanus amor.] *Hinc vſq; ad finẽ amatoris incõſtantia exprimitur; cui electa diſplicent ſtatim.* TELA inter media, atque aduerſos detinet hoſtes.] *Ex affectu amantis, ibi ſe eſſe putat, vbi amica eſt: vt,* Meus facſis poſtremò animus. NEC ſit mihi credere, tãtum.] Tãtum, *quidam, Tam longè abeſt, vt nolim credere, te tam longè abeſſe. Vel certè ordo eſt: Tu es tantum procul à ciuitate, quæ ſolebas ſolis vrbibus frui. & per parẽtheſim dictũ eſt;* Nec ſit mihi credere, *id eſt, quod vtinã non credam. Terentius in Heauton.* Miſerumq; nimis credere eſt. *Hi autem omnes verſus Galli ſunt, de ipſius tranſlati carminibus.*

ADONIS.] *puer Veneris, paſtor fuit. De Adoni Probus:* POM. Sabi. *Adonis, filius fuit Phœnicis & AlpheſibϾ, filiæ Agenoris, qui Arabiã tenuit. Antimachus ait regnãſſe in Cypro. Philoſtephanus ait, ex Ioue, tamẽ ſinè fœminæ illius accubitu. Venandi* C *ſtudioſus, ab apro interemptus. Eum paſtorẽ, inquit Probus, nõ inuenimus fuiſſe; ſed amatoriam Veneris inductam hiſtoriam.* OPILIO.] *cuſtos ouis.* TARDI.] *Quia omnes armentarij lento grado incedunt.* VVIDVS.] *pinguis.* GALLE.] *Loquitur Apollo. Vergilius non eo tempore, quo Lycoris diſceſſit à Gallo, ſcripſit hanc Eclogam: ſed longè pòſt; & fingit tanquã præſentẽ.* HORRIDA caſtra.] *propter frigus.* PAN deus Arcadiæ.] *Pan, qui apud Arcadas colitur, idẽ Inuus vocatur; ſol eſt. ideò cũ barbã & cornibus naturã huius refert, qui ſuperiora & inferiora colluſtrat. Caprini pedes in eo ſignificant, vim ſolis in terra finiri. Miniatus nũc veniebat Pan, i. e. feſtiuus & hilaris. niſi dicas, quia ſol rubicundus eſt, vt minium: mihi non placet. Nam Romani diebus feſtis faciẽ Iouis minio liniebant. Camillus miniatus triumphauit. Diodorus autor eſt, primores Aethiopũ ſolitos inficere corpora minio, cũ læti in mediũ procedebant: in tanto precio ac religione miniũ habebatur. Miniũ in argentarijs metallis, in Hiſpaniã primũ inuentũ fuit: materies eſt foſſiticia: coloris rubicundi, durũ & arenoſum. optimũ verò affertur ex Epheſiã regione apud Colchos, & ex Aethiopiã. Minium autem primæ loturæ, placere ſolet: ſed in ſequenti loturã melius eſt. Qui verò miniũ putant rubricã vel cinnabarim, etiã errant. Eſt aũt cinnabaris, ſanies draconis, mixta cum ſanguine elephantino, quæ miſcetur antidotis. Miniũ autẽ, præſentaneũ eſt venenũ.* EBVLI.] *Ebulũ, eſt paruum virgultũ, ſimile ſambuco.* ET quis.] *Loquitur Pan.* TALIA.] *dolorem & la-*

A *& lachrymis.* TRISTIS.] *respōdet Gallus.* HÆC.] *scilicet carmina mei amoris.* O' mihi tum.] *cum cantabitis: O' mihi tum quàm molliter ossa quiescent, vt moriar,* VINITOR.] *appellatur ille, qui vineam custodit ac fodit: ex cuius artificio prouenit vinū.* SEV quicunq; furor.] *id est, amor.* SVNT & vaccinia nigra.] *& tamen amantur. Vaccinia virgulta sunt, quæ pro aucupijs feruntur: hîc pro genere violarum. Et ergo, inquit, poterā esse in syluis, & amare.* LYCORI.] *Lycorim inuitat ad amœnitatē syluarum.* INSANVS amor.] *marores, quē pati non possum. Incōstantia amantis exprimitur vsq; ad finem: nam quæcunq; ei placent, statim displicent.* TV procul à patriâ.] *Ex Elegiâ Galli translati sunt versus hi.* NEC sit mihi credere.] *quod vtinam non credam.*

ADR. Bar. VVIDVS hybernâ venit de glande Menalcas.] *Cōmunem indoctos & barbaros, qui nihil tenēt mundioris literaturæ.* ET nigrę violę sunt, & vaccinia nigra.] *Si quis male audiet, quod facie sit atrā: in cōmendationē atri coloris, eleganter adducet illud:* Et nigrę violę sunt, & vaccinia nigra. HIC gelidi fontes, hîc mollia prata Lycori, Hîc nemus, hîc ipso tecū cōsumerer æuo.] *His versibus vtemur, quoties indicabimus, nos oppidi cuiuspiā amœnitate peculiariter delectari; quale in Brabantiā Louaniū: cuius famā amœnitatis, latiùs diffudit gymnasiū, quod habet his nostris temporibus, in omni penè disciplinarū genere ita florēs, vt huic vix Athenas prætulerint. In Flādriā autē Gandauū oppidū, præterquā quòd amœnū, etiā multis nobiliū virorū ædificijs, antiquorum operū æmulū: cui quidem, fateor, me semper plùs cæteris fauisse: quòd olim hîc didici Latinæ linguæ rudimēta, cùm puer vndecim natus annos, à patre meo (felicis memoriæ) illò essem deductus, traditusq; erudiendus Petro Scoto: quem virum illius ciuitatis, ingenio atq; doctrinâ præstantissimū, audeo dicere. Sed ad institutum recurro, ne quis me dicat in medijs commentarijs Panegyricum scribere: quanquam video summos scriptores, nonnunquam voluptatis causâ, & vt marcentem quasi stomachum lectoris excitent, in digressiones exspatiari. Ego verò hîc nonnihil à proposito digressus sum, vt grati discipuli officio fungerer, non vt vel ipse voluptatem aliquam caperem, vel lectori oblectamenta quærerem.*

Alpinas ah dura niues, & frigora Rheni
Me sinè sola vides. ah te ne frigora lædant!
Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plantas!
Ibo, & Chalcidico quæ sunt mihi condita versu
Carmina, pastoris Siculi modulabor auenâ.
Certum est, in syluis, inter spelæa ferarum
Malle pati, tenerisq; meos incidere amores
Arboribus: crescent illę, crescetis amores.
Interea mistis lustrabo Mænala Nymphis;
Aut acres venabor apros: non me vlla vetabunt
Frigora, Parthenios canibus circundare saltus.
Iam mihi per rupes videor, lucosq; sonanteis
Ire: libet Partho torquere Cydonia cornu
Spicula: tanquam hæc sit nostri medicina furoris:
Aut deus ille malis hominum mitescere discat.
Iá neq; Hamadryades rursus, nec carmina nobis
Ipsa placent: ipsæ rursus concedite syluæ.
Non illum nostri possunt mutare labores;
Nec si frigoribus medijs Ebrumq; bibamus,
Sythoniasq; niueis hyemis subeamus aquosæ:
Nec si, cùm moriens altâ liber aret in vlmo,
Aethiapum versemus oues sub sidere Cancri.
Omnia vincit amor: & nos cedamus amori.
Hæc sat erit diuæ vestrum cecinisse Poëtam,
Dum sedet, & gracili fiscellam texit hibisco,
Pierides: vos hæc facietis maxima Gallo:
Gallo, cuius amor tantùm mihi crescit in horas:
Quantùm vere nouo viridis se subijcit alnus.
Surgamus: solet esse grauis cantantibus vmbra,
Iuniperi grauis vmbra: nocēt & frugibus vmbrę.
Ite domum saturæ, venit hesperus; ite capellæ.

BVCOLICORVM FINIS.

SER. AH dura.] *quæ & amatorem spernis, & Gallicana potes frigora sustinere.* ME sinè sola

B vides.] *Hinc est:* Sola domo mœret vacua. *nam meretrix sola esse non potest.* AH te ne frigora lædant.] *Inconstantem animum expressit, miserātem & optantem.* TENERAS plantas.] *ostendit illam pulcrā.* IBO, & Chalcidico quæ sunt mihi cōdita versu Carmina, pastoris Siculi modulabor auenâ.] *Eubœa insula est, in quâ Chalcis ciuitas, de quâ fuit Euphorion, quem transtulit Gallus. & hoc dicit:* Ibo, & Theocrito stylo canam carmina Euphorionis. *Alij dicūt, ideò magis per Chalcidem Theocritum significari,*

C *quòd de Chalcide profecti sint, qui Naxum in Siciliâ condiderunt. Alij volunt, ipsum Theocritū de Siciliâ ad Chalcidem postea migrâsse. Circa hanc Chalcidem ille euripus est; septies in vno die æstu maris fluit ac refluit. Sinus ipse, in quo supra dicta loca constituta sunt, Salenaus dicitur.* SPELÆA.] *Græcè ait pro speluncis.* CRESCENT illæ.] *quasi ei iterum displicet, ne cum arboribus eius crescant amores.* MISTIS Nymphis.] *ἀναμιγὰ, pro Immistis Nymphis. Multis enim vnus miscetur.* PARTHENIOS canibus circundare saltus.] *Parthenius mons est Arcadiæ, dictus à virginibus, ἀπὸ τῶν παρθένων, quæ illîc venari consueuerunt. Vel à Parthenio Iouis filio, Arcadis fratre. Vel quòd ibi virginitas Callistonis delibata sit. Vel quòd Partheniæ Lacedæmonij, duce Phalāto, ibi aliquādo consedissent, prius quàm in Italiam nauigarent, ac Tarentum conderent.* VETABVNT frigora.] *quasi amore ardēs loquitur.* TANQVAM hæc sit nostri medicina furoris.] *Iam quasi ad se recurrit, & illud, quod supra audijt, respicit.* Amor non talia curat. IAM neque.] *Amantis animum expressit: cui, quod antè placuit, statim displicet.* HAMADRYADES.] *Nymphæ, quæ cum arboribus & nascūtur, & pereunt: ἀπὸ τῶ ἅμα καὶ τῆς δρυός. qualis fuit illa, quam Erisichthon occidit: qui cum arborem incideret, & vox indè erupit & sanguis; sicut Ouidius docet. Dryades verò sunt, quæ inter arbores habitant. Oreades, quæ in montibus. Sanè ab ouibus, Nymphæ peribelides; à fluminibus, Naiades; à pratis, Limoniades; ab alimoniâ infantium, Curotrophæ nominantur. Hoc autem ad superiora pertinet, quia dixerat:* Mistis lustrabo Mænala Nymphis. NEC carmina nobis ipsa placent.] *Quia dixerat:* Carmina pastoris Siculi modulabor auenâ. IPSÆ rursus concedite syluæ.] *Propter illud:* Iam mihi per rupes videor lucosq; sonanteis. Concedite *verò hîc, Abite. Suprà aliter,* Concede laborem. NEC si frigoribus medijs, Ebrumque bibamus.] *Manifestè hoc dicit, amore se carere non posse, nec si Ebrū Thraciæ fluuium medijs frigoribus bibat; nec si æstibus nimijs fuerit in ardenti prouinciâ. Dicit autem hoc secūdū Physicos, qui morbos, aut contrarijs, aut à similibus asserunt posse depelli. Sic Theocritus:* Ἕβρον πὰρ ποταμὸν τετραμμένος ἐγγύθεν ἄρκτω, ἐν δὲ θέρει πυμάτοισι πὰρ αἰθιόπεσσι νομεύοις. SYTHONIASQVE niueis.] *Sython mons est, vel gens Thraciæ.* LIBER.] *corticis pars est interior.* VERSEMVS.] *pascamus: quomodò, qui pascit, huc & illuc agit pecus; quod est versare. vt est in Aeneide:* Tu currū deserto in gramine versas. *Aut, exerceamus & tractemus. vt in vndecimo:* Consilio versare dolos ingressus. *Et item.* Seu versare dolos, s.c.o.m. OMNIA vincit amor.] *Cæteris enim faciliùs, quàm amori, repugnatur. Quod eleganter Plautus explicuit:* Qui amans egens ingressus est princeps in amoris viam, superauit ærumnis suis ærumnas Herculis: nam cum leone, cum excetrâ, cum apro Ætolico, cū auibus Stymphalicis, cum Antheomede luctari malueram, quàm cū amore. HÆC sat erit.] *Iam ad Musas loquitur.* Gracili fi-

ſcellam texit hibiſco.] *Ac ſi diceret: hac re occupatus, minimè canerem. Allegoricôs autem ſignificat, ſe compoſuiſſe hunc libellũ tenuiſsimo ſtylo.* QVANTVM vere nouo viridis ſe ſubijcit alnus.] *Vere nouo, vel generaliter: vel, ſibi nouo. Viridis autem, pro tenera. Et hoc dicit: Amo, inquit, Gallum: ſed latenter, ſicut arbores creſcunt. nã cõparatio iſta hoc ſignificat: ſcil. propter Cæſarẽ.* SVBIICIT.] *vel, ſurſum iacit: vel, ſubter iacit.* ET frugib. vmbrę.] *Quantò magis hominibus? vnde eſt in Georgicis:* ET ruris opaci Falce premes vmbrã. *Et itẽ alibi:* At vmbra nocet. ITE domum ſaturę, venit heſperus, ite capellę.]*Verecundè ſe capellarum dicit eſſe paſtorem, i.e. viliſsimorum animalium. Nam Bucolica ſcribens, debuit ſe dicere boum eſſe paſtorẽ, ſed vitans arrogantiam, vltimum ſe eſſe voluit; non principem, in ſcribendis Bucolicis. Quãuis alij dicant, ideò eum etiam capellarum ſe memoraſſe paſtorem; quod apud nonnulos de capris, propter abundantiam lactis vel fœtuum, maior fructus putetur. vt ipſe ait;* Denſior hinc ſuboles. *Et item;* Quò minor eſt illis curæ mortalis egeſtas.

POM. Sabi. ET flumina Rheni.] *Rhenus fluuius eſt, qui labitur ex Alpibus, et intrat mare. Mari Germanico erat terminꝰ ex vtrâq; ripâ; nunc habitant Galli ex vtrâq; parte.* IBO, & Chalcidico.] *Euphorion, poëta Chalcidenſis fuit; cuius in ſcribendo ſequutus colorẽ videtur Cornelius Gallus in Elegiã. Sic ait Probus. Quidam aiunt, Gallũ tranſtuliſſe Euphorionem: ſed errãt. Chalcis, vrbs eſt prima Eubœæ.* PASTORIS Siculi.] *Theocriti. Quæ verò cecini verſu Chalcidico, canam paſtorali, i.e. bucolico.* SPELÆA.] *ſpelũcas.* INCIDERE.] *inſcribere.* LYMPHIS.] *ſi Lymphis: luſtrabo & Mænala, & Lymphas. ſi Nymphis, id eſt, cum Nymphis luſtrabo montes.* PARTHENIOS ſaltus.] *Parthenius fluuius Arcadiæ, dicatus à virginibus Dianæ venatrici ſacris; à Græco, ἀπὸ τῶν παρθένων. Vnde Dianam Partheniam dicimus. & eſt fluuius ſupra regionẽ Põti.* CYDONIA.] *pro, Cydonea, i.e. Cretenſia. Cydon, vrbs Cretæ, vbi ſunt optimi calami. Vſus arcus & ſagittarũ, primũ repertus in Oriente.* CORNV Partho,] *Sagittis & arcu Oriens vtitur. Parthia in Oriẽte eſt.* FVRORIS.] *amoris.* IAM neque.] *Inconſtantiã ſuã dicit.* HAMADRYADES.] *Dryades ſimul cũ roboribus. Nymphæ, quæ pariter cũ laboribus, & creſcere, & decreſcere traduntur.* CONCEDITE]*valete.* NON illũ.] *Dat cauſam quare.* HEBRVMQVE.] *Hebrus, fluuius Thraciæ frigidiſsimus; in quẽ ferũt proiectũ fuiſſe caput Orphei à mulieribus.* SYTHONIASQVE niues.] *Sythonis, Thraciæ regio eſt; à Sythone Phyllidis patre dicta, quæ Demophoonta adamauit: in quâ regione natus fuit Orpheus, vt ait Apronianus.* LIBER.] *vocatur interior cortex arboris, vt inquit Apronianus.* ÆTHIOPVM verſemus oues.] *paſcamus, cuſtodiamus. Aethiopia, poſita ſub meridie, quæ ardore Solis aduritur: quẽadmodũ Gethæ, Scythæ, Thraces, frigore aduruntur.* HÆC ſat erit.] *Ad Muſas loquitur Vergilius.* HIBISCO.] *Hibiſcũ, genus iunci eſt, aut viminis. Plinius: videtur ſcribere aliud genus. nã ait:* Hibiſcũ à paſtinacâ gracilitate diſtat, damnatum in cibis: ſed medicinæ vtile eſt. *Theophraſtus de hibiſco herbâ ſic ait:* Hibiſcum eſt herba, folio maluæ, maiori tamẽ; piloſiorq; caule, fructu maluæ. Vſus eius ad rupta & tuſſes, è vino dulci; & ad vlcera, in oleo. *ſed veriſimilius eſt, vt de vimine intelligamus.* DVM ſedet.] *ſcilicet poëta.*

PROB. ARETHVSA.] *Fons in Siciliâ, à quo Muſam videtur cognominare: quoniã Bucolica, carmẽ Siculum. vel quia amoris cauſa Alpheus, Piſæ fluuius, per mare defluens, in eã cõuenit.* ET formoſus.] *Adonis vt Heſiodus ait, Phœnicis & Alphesibϧæ, Agenoris Choãtis; qui Syriã Arabiamq; tenuit imperio, vt Antimachus ait. Regnauit in Cypro: vt Philoſtephanus lib. quo quæſtionis poëticæ reddidit cauſas, ex Ioue, ſine vllius fœminæ accubitu procreatũ. Hunc venandi ſtudioſum fuiſſe, & ab apro interijſſe; atq; ita plurimis cognitũ. Paſtorẽ non inueni fuiſſe: ſed amatoriã Veneris induxit hiſtoriam.* CHALCIDICO verſu.] *Euphorion, elegiarũ ſcriptor, Chalcidenſis fuit; cuius in ſcribendo ſecutus colorẽ videtur Cornelius Gallus.* HAMADRYADES.] *Nymphæ, quæ pariter cum arboribus, & creſcere, & decreſcere traduntur.* A

VAR. Lect. ILLVM etiã lauri, etiam fleuêre myricæ.] *In Romano libro legitur:* Illũ etiam lauri, illũ fleuêre. *In Lõgobardico vnâ plus dictione plenior verſus eſt:* Illũ etiam lauri, illum etiã fleuêre myricæ. VENIT & vpilio.] *Antiqui libri, Lõgobardicus, neq; non Mediceus,* Opilio *legunt, per o.* TARDI venêre bubulci.] *In Romano libro, in Mediceo, & aliquot alijs,* Subulci, *legitur.* VVIDVS hybernâ venit de glande Menalcas.] *In Romano libro,* Vmidus, *& abſq; aſpiratione.*

ADR. Bar. CERTVM eſt in ſyluis.] *Cũ ſeruus quiſpiã innuet, immitius ſe tractari ab hero duro; malleq; ſe, vel inter feritate formidabili vrſas, leonesq;, in ſolitudinibus verſari, quã tale diutiùs monſtrũ perpeti: dicet illud;* Certũ eſt in ſyluis inter ſpelęa ferarũ, Malle pati. LIBET Partho.] *Si quis indicabit, luſibus vocare ſeiet, quod in animo eſt, moleſtiæ pellats vſurpabit illud;* Libet Partho torquere Cydonia cornu Spicula, tanquam hæc ſit noſtri medicina doloris.

OMNIA vincit amor: & nos cedamus amori. *Hoc carmine potentiã amoris licebit indicare; de quâ ſunt nõ inelegãtes apud Apuleiũ, in quarto de Aſino, verſiculi quos nõ pigeret ſubſcribere; niſi prõptũ eſſet cuilibet, apud autorẽ ipſum legere: qui Philippi Beroaldi, viri in literis nõ poſtremi nominis, curâ, priſtinum decorem nuper adeptus, hodie paſsim proſtat.* B

IOAN. LVDOVICI VIVIS.

Cornelius Gallus magni fuit ingenij aut dexterrimi; poëta inſignis: cõciliatus Auguſto, euectus eſt ad Aegypti præfecturã: in quã cũ eſſet accuſatus, quòd moliri diceretur quædã cõtra Auguſti voluntatẽ, ipſe ſe interfecit. Mortẽ hãc Vergilius deflet, ſub titulo amorũ. SED q̃ legat ipſa Lycoris.] *ipſe Auguſtꝰ, tãtopere Gallo charus.* NEGET quis carmina Gallo.] *Vel tali viro; vel tali amico; vel tãto poëtæ.* QVÆ nemora, aut qui.] *Vbi erat Galli ſtudiũ erga poëticen? quod ſi in eo pſeuerâſſet: nec ſe dediſſet tãtopere amicitijs potentũ; nec effeciaſſet ad ea negotia, quæ illi neci attulerũt.* Habuêre: *detinuêre, ne accurreretis ad morientẽ, opẽ latura.* NAM neq; Parnaſſi.] *Omnia.n. Græca ſtudia peruia ſibi fecerat Gallus. Nõ ergo fuit impedimẽto cognitio literarũ, & poëtarũ Græciæ; quò minùs pſeuerares in cœptis tã feliciter ſtudijs.* ILLAM lauri, & fleuêre myricæ.] *omnes doluerũt mortẽ Galli. Lauri, h.e. poëtæ ac ſtudioſi: myricæ, plebes: ſaxa, i.e. infimi in vulgo, et imperitiſſimi ac rudiſſimi.* STANT & oues.] *carmẽ Bucolicũ, quod ille cecinit.* NOSTRI nec pœnitet.] *Nec illud carmen ita eſt à nobis tractatũ, vt pœniteat illud in noſtras manus incidiſſe.* NEC te pœniteat.] *Nõ pœnitet illud noſtri, nec te pudeat illius: licèt tãtus in poëticã ſis, & tã admirabilis; vt diuinus poſſis exiſtimari.* VENIT & vpilio.] *Deſcribit omniũ, & plebis, et procerũ, admirationẽ, quã ob cauſã perierit Gallus: nã incredibile videbatur, aliquid eũ cogitâſſe cõtra voluptatẽ Auguſti, tantũ virũ, tam prudentẽ, & tam Auguſto amicum, aut, Auguſtũ tali amico nocere voluiſſe.* GALLE q̃d inſanis?] *Apollinis erat, arcanũ detegere, qui eſſet vaticinio præditus. is iubet Gallũ magno animo caſum omnẽ exſpectare. Auguſtũ Cæſarẽ eſſe ab eo alienatũ, operâ eorũ, qui Gallo ipſi malè vellent. h.e. quod dicit: ſecutũ eſſe alios in rebus inimicis atq; hoſtilibus, aduerſùs Gallum.* ET quis erit modus?] *Quis erit finis anxietudinis & mœroris huius? Amor dominandi in principe cæcus eſt: contra quem ſi quis fingatur aliquid tentâſſe, implacabilis eſt offenſio: nulla ſatisfactio ſufficit.* NEC gramina riuis, nec cythiſo.] *Similitudo eſt hæc prioris dicti. Senſus eſt: quemadmodum nec gramina ſaturantur riuis; ita nec amor lachrymis.* TRISTIS at ille tamen.] *Mæſtus de amiſsis, amico & vitâ: & iam mori certus, cõmendat ſtudioſis memoriam ſui, quando ea ſola reſtat ex tantâ fortunâ.* ATQVE vtinam ex vobis.] *Vtinã manſiſſem in ſtudijs literarũ, & vitã priuatâ: fuiſſem vel eruditus; vel ſi hoc conſequi non eſſet datũ, ſtudioſorũ aſſecla.* SERTA ſiue mihi Phyllis.] *Nõ defuiſ-*

A *sent in vitâ illâ oblectamenta, si non tam speciosa, vt in hoc splendore dignitatis, at non minùs suauia.* SERTA mihi Phyllis legeret.] *Duo adessent: serta, id est, honor ingenij: cãtus, id est, delectationes.* HIC gelidi fontes.] *Et cantarem hæc, atque celebrarem res Augusti: Veni Auguste ad delectamenta Italiæ tuæ, veni ad triumphos, & fructũ tuarum victoriarum.* NVNC insanus amor.] *Sic ego in tantâ pace & quiete vixissem: nunc ex amicitiâ Augusti viuo inter hostes capitales, qui mihi conflarunt hanc calamitatem; & inter media arma, quæ caput & vitam meam impetunt.* TV procul à patriâ.] *Tu mutatus erga me procul à solitâ tuâ humanitate & benignitate, à ciuilitate Romanâ.* NEC sit mihi credere tantum.] *Nec sit mihi fas credere tantũ flagitium: sed sic narrant.* ALPINAS ah dura.] *Mutatus in duriciem barbaricam: non contra alios, erga quos clementissimus es, sed contra me vnum. De Augusti clementiâ, Seneca, libro de clemẽtiâ.* AH te ne frigora lædant.] *Iam de me non sum solicitus; sed de te: ne immutato ingenio isto tuo clementissimo, fias inuisus.* IBO, & Chalcidico.] *Scribam Augusto, me rediturum ad vitam priuatam, acturum procul ab vrbibus & congressu populorum, inter literas & syluas.* INTER spelæa ferarũ malle

B *pati.] Solari desiderium, quod me semper de Cæsare sequetur, quocunque me recepero.* TENERIS'QVE meos.] *Poematis mandare amores meos, qui crescent simul cũ ipsis carminibus.* NON me vlla vetabunt frigora.] *Venena detractionum & insimulationũ nõ impediẽt meas delectationes.* TAMQVAM hæc sit nostri medicina furoris.] *Ironia est; quasi verò sic possem mederi huic meo casui; aut amori meo erga Augustum.* IAM neque Hamadryades.] *Inconstantia tumultuantis affectus: vt aspernetur concupita; & concupiscat paulò antè damnata.* NON illum nostri.] *Cupidinem dominandi, & zelum, ne quis attingat principatum, aut lædat, aut imminuat eius dignitatem & auctoritatem: hanc, inquam, cupiditatem nulla res poterit mitigare.* DVM sedet.] *dum agit in otio literarum. vt illic:* Studijs florentem ignobilis oti. ET gracili.] *Exercent stylum tenuem ac demissum; nempe de pastoriciâ materiâ.* HÆC facietis maxima Gallo.] *Sunt hæc quidem ex se parua: sed si vos aspiratis operi, & additis Genium, quem liber victurus debet habere; fiunt maxima in laudem Galli. Vel, parua hæc, vobis fauentibus, videbuntur Gallo maxima; optanti, vt fistula poëtarum cantet amores suos.* GALLO, cuius amor.] *Vergilius, amicus verus & constans, quem viuum dilexerat, non dissimulat se mortuum diligere: &, quod plus est, augeri illius desiderium, non in dies modò, sed etiam in horas.* SVBIICIT.] *Vel, rursum iacit, hoc est profert: à subsum, quasi sursum, more prisco. vel, Subijcit, hoc est, subtus iacit: nam arbores, tantùm ferunt sub terrâ extendere radices, quantum ramos supra terram.*

MODESTINI IVRISCONSVLTI, IN PRIMVM Georgicorum, Argumentum.

Quid faciat lætas segetes; quæ sidera seruet
Agricola; vt facilem terram proscindat aratris;
Semina quo iacienda modo, cultusq; locorum,
Edocuit; messes magno olim fœnore reddi.

VERGILIVS *in operibus suis diuersos est secutus poetas: Homerum, in Aeneide; quem licèt longo interuallo, sequutus est tamen: Theocritum, in Bucolicis; à quo non longè abest: Hesiodum, in his libris; quem penitùs reliquit. Hic autẽ Hesiodus, fuit de Ascrâ ciuitate, qui scripsit, ad fratrem suum Persen, librum, quem appellauit ἔργα καὶ ἡμέ-*

C *ραι, id est, opera & dies. Hic autem liber continet, quemadmodũ agri, & quibus temporibus sint colendi: cuius titulũ transferre noluit: sicut Bucolicorum transtulit: sicut Aeneidem appellauit, ad imitationem Odysseæ, & tamẽ eum per periphrasin primo expressit versu, dicẽs; Indicabo, quo opere, & quibus tẽporibus, ager colendus sit. Ingenti autẽ egit arte, vt potentiam nobis, sui indicaret ingenij; coarctãdo lata, & angustiora dilatando. Nam cùm Homeri & Theocriti prolixitatem in breuitatem collegerit: vnum Hesiodi diuisit in quatuor. quod ratione non caret. Nam omnis terra (vt etiam Varro docet) quadrifariàm diuiditur. Aut enim aruus est ager, id est, sationalis: aut consitus, id est, aptus arboribus: aut pascuus, qui herbis tantùm & animalibus vacat: aut floreus, in quo sunt horti, apibus congruentes & floribus. Malè autem quidam, Georgicorum duos tantùm esse asserunt libros; dicentes, Georgiam esse γῆς ἔργον, id est, terræ operam; quam primi duo continent libri: nescientes, tertium & quartum, licèt Georgiam non habeant; tamen ad vtilitatem rusticam pertinere. Nam & pecora & apes habere, studij est rustici: licèt possimus agriculturam etiam in his duobus sequentibus inuenire. Nam & farrago sinè culturâ non nascitur: & in hortis colendis non minorem, quàm circa terras, constat impendi laborem. Et hi libri didascalici sunt. vnde necesse est, vt ad aliquem scribantur. Nam præceptum, & doctoris, & discipuli personam requirit. Vnde ad Mæcenatem scribit: sicut Hesiodus ad Persen, Lucretius ad Memmiũ. Sanè agriculturæ huius præcepta, non ad omneis pertinent terras: sed ad solũ suũ Italiæ, & præcipuè Venetiæ; teste ipso Vergilio, qui ait:* Tibi res antiquæ laudis & artis Ingredior: *cùm de Italiâ diceret.* QVID faciat lætas segetes.] *fertiles, fœcundas. Id est, quæ res terras pingueis efficiat. nam Segeti modò pro terrâ posuit. sicut alibi:* Horrescit strictis seges ensib9. *Pingues autẽ efficit terras, (sicut paulò pòst dicturus est) cinis, intermissio arãdi, incensio stipularũ, stercoratio. Vnde etiã* Lætas *ait. Nam fimus, q per agros iacitur, vulgò Lætamẽ vocatur. Sanè,* Quid faciat, *nõ interrogat; sed pollicetur.* QVO sidere terram.] *quo tempore: ex sideribus enim tẽpora colliguntur. Et sciendũ; quatuor primis versibus, textum sequentium quatuor librorum per ordinẽ cõtineri. Sanè Sidus propriè est, quod in se plures cõtinet stellas: sed à Poëtis confusè ponitur.* TERRAM vertere.] *ἀναστρέφειν, arare.* VLMIS'QVE adiũgere vites.]

P. VERGILII M. GEORGICORVM LIBER Primus.

AD MÆCENATEM.

QVID faciat lætas segetes: quo sidere terram
Vertere, Mæcenas, vlmisq; adiungere vites
Conueniat; quæ cura boum, qui cultus habendo
Sit pecori; atque apibus quanta experientia parcis:
Hinc canere incipiam. Vos ô clarissima mundi

Subauditur, Quo sidere. *Et hoc secundùm Italiæ situm loquutus est: in quâ vites altiùs eleuantur. sic alibi:* Non eadem arboribus pendet vindemia nostris. *Hoc autem rustici Maritare dicunt.* QVÆ cura boum, qui cultus habendo Sit pecori.] *Aut in sequenti ἐπεξήγησίς est, vt hoc sit:* Qui cultus habendo Sit pecori: *quod est,* quæ cura boum. *Aut certè κατ' ἐξοχὴν ait, Boues: & postea intulit cætera pecora: vt maius animal separaret à minoribus. sicut de hominibus facit, dicens:* Relliquias Danaûm, atq; immitis Achilli. Habendo *autem, dum habetur. vt alibi:* Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo. *Datiuum ergo pro genitiuo posuit: nam Habendorum pecorum facit; sicut, Apium parcarum.* Et cultum *hîc habitudinem corporis significat: aliâs ornatum. Sallustius:* cultu corporis ornata egregio. *Et:* cultu quàm maximè miserabili Romam venit. *Aliâs ad animum refertur. vt:* Queis neque mos, neq; cultus erat. *Sallust.* Indocti incultique vitam, sicuti peregrinantes, transegêre. HABENDO pecori.] *id est, ad hoc vt habeatur pecus.* EXPERIENTIA.] *vsu nata doctrina, hoc est, ἐμπειρία, vel notitia.* PARCIS.] *adseruatricibus frugi, quæ mella custodiunt.* HINC canere incipiam.] *pro, Dehinc, vel Deinceps. Non ergo ab apibus; sed, quid faciat lætas segetes.* VOS ô clarissima mundi Lumina, Liber, & alma Ceres.] *Stoici dicunt, nō esse nisi vnum deum, & vnam deam: eandemq; esse potestatem, quæ, pro ratione officiorum nostrorum, varijs nominibus appellatur. Vnde eundem Solem, eundem Liberum, eundem Apollinem vocant. Item Lunam, eandem Dianam, eandem Cererem, eandem Iunonem, eandem Proserpinam dicunt: secundùm quos, pro Sole & Lunâ, Liberum & Cererem inuocauit.*

QVID faciat lætas segetes.] *In primis quatuor carminibus proponit, & materiam dicit. Quorum primus est liber, de cultu agrorum: secundus, de curâ vinearum: tertius, de pecoribus: quartus, de apibus.* QVO sidere.] *Quia curæ aruorum necessaria est siderū obseruatio.* QVÆ cura boum.] *quemadmodum debent haberi boues ad arandum, & ad cultū agrorum.* PECORI.] *ouillo, caprillo, & equino.* APIBVS parcis.] *Quia apes sunt parcissimæ, & nihil sine ordine conficiunt.* VOS ô clarissima mundi.] *Inuocatio poëtæ ad solem & lunam. Apollo, Phœbus, Sol, & Liber: qui ita appellatus videtur; quia liberè peruagetur per aërem. Sol & is est, qui cuncta creat. hunc appellant deorum & hominum parentem: ipse est totius mundi anima; & vehemens rector siderum ac cœli: qui annum semper renascentem ex vsu naturæ temperat, cæteris sideribus lumen serenat, tenebras aufert, lucem ministrat. Bacchum eum dixêre etiam, vini repertorem. Per Cererem intelligūt lunā; quæ à creando, Ceres nominatur.* A CON.

QVID faciat lętas segetes.] *Prædiuisione, quam Græci προδιαίρεσιν vocant, quid quoq; libro præcipiat, significat. Hîc enim rationē aruorum, cultibus agrestibus necessariā, ex siderū obseruatione, relaturū se promittit: secundò demonstraturum, quemadmodū vitibus vlmi maritentur, & quæ cū his olearum cura agi debeat: tertiò, armētorum pecorumq; rationem: quartò, apum, indicaturum. Dicturus quidem de aruis, ait:* PROB.

Quid faciat lætas segetes, quo sidere terram
Vertere, Mæcenas.

De arboribus: Vlmisq; adiungere vites Conueniat. *De pecoribus & armentis:* Quæ cura boum, quis cultus habendo Sit pecori. *De apibus:* Atq; apibus quanta experientia parcis. B

Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum:
Liber, & alma Ceres, vestro si munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit aristâ,
Poculaq; inuentis Acheloïa miscuit vuis:
Et vos, agrestum præsentia numina, Fauni:
Ferte simul, Fauniq; pedem, Dryadesq; puellæ,
Munera vestra cano. Tuq; ô, cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percussa tridenti,
Neptune: & cultor nemorum, cui pinguia Ceæ
Tercentum niuei tondent dumeta iuuenci.
Ipse nemus linquens patrium, saltusq; Lycæi,
Pan ouium custos, tua si tibi Mænala curæ,
Adsis ô Tegeæe fauens: oleæq; Mineruа
Inuentrix: vnciq; puer monstrator aratri:
Et teneram ab radice ferens Syluane cupressum.
Dijq;, deæq; omnes, studium quibus arua tueri,

SER. LABENTEM.] *currentē, vel citò trāseuntem.* QVÆ ducitis annum.] *Quorum cursu tēpora computātur. nam per Lunam, mensis: per Solem, annus ostenditur. Vel certè, deducitis per duodecim sidera. Aut, Ducitis, pro Finitis: vt,* Noctem custodia ducit. *Et alibi:* Hîc noctem ludo ducunt. ALMA Ceres.] *Alma, ab alendo: Ceres, à creando dicta. Quámuis Sabini, Cererem panē appellent; Liberū, Lebasium. Dictum autem, quia græcè λοιβή dicitur res diuina. Vel simul Liberum & Cererem posuit; quia templa eis simul posita sunt, & ludi simul eduntur.* VESTRO si munere.] *Quoniam sinè cibo & potione viuere non possumus. Vel,* Munere, *beneficio: vt,* Munere victor amici. Si *autem, hic pro siquidem: nam* Si *modò confirmantis. Terentius:* Non, si rediret pater, ei veniam daret. CHAONIAM pingui glandem mutauit aristâ.] *Epiroticam: à loco, in quo abundant glandes, quibus antea homines vescebantur. Vel, quòd ibi quercus Ioui Dodonæo sacrata, quæ hominibus responsa reddebat. Ex hac, cùm fuisset excisa, columbæ, quæ vaticinabantur, volâsse dicuntur. & modò speciem pro genere posuit. Non enim, aut in Epiro tantùm glandes fuerunt; aut de solo Acheloo homines potare consueuerunt.* PINGVI aristâ.] *Aristam modò pro frumento posuit: & affectatè ait, pinguem aristam; cùm propriè Arista ab ariditate sit dicta.* POCVLAQVE inuentis Acheloïa miscuit vuis.] *Achelois, Terræ fuisse filius dicitur: vt solet de his dici, quorum per antiquitatem latent parentes. Hic cùm de Melpomene, vel (vt quidā dicunt) de Calliope, Sirenas habens filias, amisisset, & mœrore conficeretur, auxiliū matris orauit, vt sibi seni luctus remediū præstaret. quæ miserans filium, patefactis antris intra se obruit: cui postea vt perennē famam nominis daret, in Aetolicâ regione, fluuium eiusdem vocabuli nasci fecit; quem nonnulli de Pindo, monte Thessaliæ, orirì asserunt. Circa hunc Staphylus, Oenei pastor, cùm animaduerteret ex capris vnam esse pinguissimā, intellexit, id pabuli vbertate fieri. Secutus itaq; eandem, cùm vidisset vuis vesci, admiratus & nouitatē, & dulcedinē, decerptū fructū protulit Regi: qui cū liquorē expressisset, à suo nomine vocauit Oenon; ab inuētore, Staphylen. Sed Hercules, cū propter vxorē Deianiram cū Acheloo cōtenderet, cornu eius vnū fregit, quod græcè κέρας dicitur. Sed hîc* Acheloïa *nō præter rationē dixit. Nam, sicut Orpheus docet, & Aristophanes comicus, & Euphorus historicus, tradūt, Acheloū generaliter, propter antiquitatē fluminis, omnē aquā Veteres vocabāt. Ergo, quia Achelous Græciæ fluuius est; aut species est pro genere; aut secundùm antiquitatē est locutus.* ET vos agrestum præsentia numina, Fauni.] *id est, propitia. vt:* Nec tam præsentes alibi cognoscere diuos: *quorū præsentia fauor est. Et bene, de diuersis rebus dicturus, diuersa inuocat numina. Hoc enim & in Sacris fieri solebat, vt post specialia, ad eam rem, de quâ agebatur, inuocata numina, omnes dij vel deæ confusè inuocarentur.* Præsentia: *quoniam dicuntur vsque ad ea tempora, quibus fuit Faunus, qui dictus est à fando, visa esse numina.* Quidam Faunos *putant dictos ab eo, quòd frugibus faueant. Cincius & Cassius aiunt, ab Euandro Faunum deum appellatum; ideoque ædes sacras, Faunas primò appellatas, postea Fana dic-* C

Digitized by Google

A *na dictæ & exeo, qui futura prædicerit, Fanaticos dici.* FERTE simul Faunique pedem.] Ferte, *aut simul venite, aut date carmini meo facultatem, quod vtiq; pedibus continetur, vt sit,* Ferte pedem, *metricam præstate rationem.* DRYADES'QVE puellæ.] *Dryades, à quercubus: quod iam suprà dictum est.* CVI prima frementem Fudit equum magno tellus percussa tridenti.] *Fabula talis est. Quum Neptunus & Minerua de Athenarum nomine contenderent; placuit dijs, vt eius nomine ciuitas appellaretur, qui munus melius mortalibus obtulisset. Tunc Neptunus, percusso littore, equum, animal bellis aptū, produxit: Minerua, iactâ hastâ, oliuā creauit, quæ res est melior comprobata, quia pacis insigne. Vt autem modò Neptunū inuocet, causa eius muneris facit: quia de equis est dicturus in tertio, alioquin incongruum est, si, de agriculturâ loquuturus, numen inuocet maris. Equū autem à Neptuno progenitum, alij Scythium, alij Syronem, alij Arionē, dicunt fuisse nominatum. Et ideò dicitur equū inuenisse: quia velox est eius numen, & mobile, sicut mare. Vnde etiam Castor & Pollux, quia eorum velocissimæ stellæ sunt, equos in tutelâ habere dicūtur. Sanè hunc Equum, cuiuscūq; nominis, alij apud Arcadiam, alij in Thessaliâ, editum dicunt: in quo etiam montem altissimū*
B *ostendunt, vbi primùm equus visus sit, in tantū, vt ob hanc caussam à Thessalis Neptuno equestre certamen memorent institutum. Vnde, vt apud Græcos, ἵππιος ποσειδῶν, à nobis Equester Neptunus. Alij, hanc eandem de Equo opinionem, variè afferunt. Nam primùm equum, & mox pullum equinum matre editum tradunt: quidam marem magis pullum initiò editum volūt: nōnulli Saturno, cùm suos deuoraret, pro Neptuno, equum oblatum deuorandum tradunt; vnde Illyricos quotannis, ritu sacrorū, equum solere equis immergere: hoc aūt ideò, quòd Saturnus humoris totius, & frigoris deus sit.* Prima *aūt, multi pro olim accipiunt: vt,* Prima quod ad Troiam p. c. ss. a. *Alij* Prima *ideò, quòd post Scythium, Arionem genuit. Ergo* Prima, *aut proprium; quia & Pegaso fontem in Bœotiâ icta eius vngula fudit: aut prima tellus, id est, littus: vt,* Primâq; vetāt cōsistere terrâ. *Nonnulli verò ob hoc,* Cui prima frementem fudit aquam, *legunt: quòd veteres, murmura aquæ, fremitū dicebant. Ennius.* Ager oppletus imbrium fremitu. *Et denuò:* Ratibusque fremebat imber Neptuni. *Quoniam Neptunus, & fluminibus, & fontibus, & omnibus aquis præest: vt ipse docet;* Aut preceps Neptuno immiserit Eurus. *Sed melius,* Equum: *propter armēta* ET cultor ne-
C morum, cui pinguia Ceę.] *Aristæum inuocat, id est, Apollinis & Cyrenes filium, quem Hesiodus dicit Apollinem pastoralem. Hic (vt etiam Sallustius docet) post laniatum à canibus Actæonem filium, matris instinctu, Thebas reliquit; & Ceam insulam tenuit primò, adhuc hominibus vacuam: pòst, eâ relictâ, cum Dædalo, ad Sardiniam transitum fecit. Huic opinioni Pindarus refragatur: qui eum ait de Ceâ insulâ in Arcadiam migrâsse, ibiq; vitam coluisse. Nam apud Arcadas pro Ioue colitur: quòd primus ostenderit, qualiter apes debeant reparari, vt ait Poëta de hoc ipso Aristæo:* Tempus & Arcadij memoranda inuenta magistri Pandere. Cultor *autem, pro Incola. Cea verò, insula in Aegeo mari.* DVMETA.] *frutieta.* IPSE nemus linquens patrium Pan.] *Pindarus, Pana ex Pelenope filium dicit. vnde multi* Patrium, *pro* Paternum *accipiunt: eò quòd Pan, non Arcas, sed Ithacesius sit: vt à patre, non à patriâ, vox hæc videatur detorta: quia in Arcadiâ natus.* LYCAEI.] *montes Arcadiæ.* PAN ouium custos.] *Ideò Lycus Pan ouium custos; quòd lupos ab ouium gregibus depellat.* SI tibi] *siquidem.* MAENALA.] *mons est Arcadiæ: dictus ἀπὸ τῶν μήλων, id est, ab ouibus, quibus plenus est.* TEGEAE.] *Vocatiuus est à deriuatione Tegei oppidi Arcadiæ. &* Tegee, *in Inachis est:* Tegeęe, *pæon tertius.* FAVENS] *pro Volens, & per hoc, Propitius. Fauere enim, veteres etiam Velle dixerunt. Ennius:* Matronæ mæros complent spectare fauentes. *Nonnunquam Fauere & pro Tacere ponitur: vt idem Ennius.* Ore fauentes. *& Vergilius in V.* Ore fauete omnes. OLEAE'QVE Minerua inuentrix.] *Eo tempore, quo aduersùs Neptunum de nomine ciuitatis cōtendit: quod iam suprà dictum est. Cui fabulæ hoc adduunt quòd, postquam Minerua, inuentâ oleâ, Neptunum vicerit, indignè ferens Alirrothius, Neptuni filius, oleas cœpit excidere. Cui, dum hoc facit, ferrum de manubrio decidit, & ei caput amputauit. Neptunus verò, dolens filij sui obitum, Martem homicidij cœpit arguere. Inde effectum est, vt Mars & Neptunus de hac re iudicium apud Athenas experirentur. vnde locus, vbi iudices sederunt, ἄρειος πάγος; iudices Atheniensium, Areopagitæ appellantur.* VNCI'QVE puer monstrator aratri.] *Alij Triptolemum; alij Osirim volunt. quod magis verum est, vt dicit Propertius & Tibullus. nam Triptolemus frumenta diuisit: quod munus ei Ceres dedit, propter humanitatem patris Icari; qui eam, cùm Proserpinam, captam in coniugium à Plutone, quæreret, in Atticâ suscepit hospitio. Alij talē de hoc Triptolemo fabulam tradunt. Ceres, cùm Proserpinam filiam quæreret, ad Eleusinum regem deuenit, cuius vxor Cyntinia puerum Triptolemum pepererat: seq; nutricem, pueri amore ducta, simulauit reginæ. Sed nutrix recepta, cùm vellet alumnum suum immortalem reddere, interdiu eum lacte diuino alebat, noctu in ignem clàm obruebat. Itaque, præterquam solebant mortales, crescebat. Id sic fieri cùm pater admiraretur, nocturno tempore obseruauit. Cùm Ceres vellet puerum in cinere & igne abscondere; pater exclamauit. illa irata, Elisinum exanimauit: Triptolemo, alumno suo, æternum beneficium dedit. Nam ad fruges portandas, currum draconibus iunxit, deditq; ei; quibus ille vectus, orbem terrarum frugibus obseuit. Quem, postquam domum rediit, cùm Cephalus rex interficere voluisset: per cognita iussa Cereris, Triptolemo regnum tradidit. qui, accepto regno, oppidum constituit, & ex patris nomine Eleusinum nominauit: Cererisq; sacra primus instituit, quæ θεσμοφόρια græcè dicuntur. Varro, de scenicis originibus vel in Scauro: Triptolemum dicit Nigidius feræ barbaricæ sub Virginis signo aratorem; quem Orona Aegyptij vocant: quòd Oron, Osiridis filium, ab hoc educatum dicunt. Ergo Osiris significatur, vt Philostephanus περὶ εὑρημάτων: vel Epimenides, qui postea Buzyges dictus est, secundùm Aristotelem. Benè autem tacuit de nomine, & generaliter ait,* puer. *Nam non vnus aratrum in toto orbe monstrauit; sed diu est in diuersis locis.* ET teneram ab radice ferens Syluane cupressum] *Syluanus, deus est syluarum. hic amauit puerum, Cyparissum nomine, qui habebat mansuetissimam ceruam. hanc cum Syluanus nesciens occidisset, puer est extinctus dolore: quem amator deus in cupressum, arborem eius nominis, vertit; quam pro solatio portare dicitur. Sanè in Bucolicis alium illi habitum dedit:* Venit & agresti capitis Syluanus honore. *Quidam Syluanum primum instituisse plantationes dicunt: ideò* tenerâ ab radice *Poëtam dixisse. An* ab radice tenerâ: *quia cæsa cupressus dicitur non renasci, ... inualida: an ab radice tenens.* DII QVE, deæq; omnes.] *Post specialem inuocationem, transit ad generalitatem: ne quod numen prætereat more Pontificum, per quos ritu veteri, in omnibus sacris, post speciales deos, quos ad ipsum sacrum, quod fiebat, necesse erat inuocari, generaliter omnia numina inuocabantur.* STVDIVM quibus arua tueri.] *nomina hæc numinum in Indigitamentis inueniuntur, id est, in libris Pontificalibus: qui & nomina deorum, & rationes ipsorum nominum continent; quæ etiam Varro dicit. Nam (vt suprà diximus) nomina numinibus ex officijs constat imposita. verbi caussâ, vt ab occatione deus Occator dicatur, à sarritione, deus Sarritor, à stercoratione, Sterquilinius; à satione, Sator. Fabius Pictor hos deos enumerat, quos inuocat Flamen sacrum Cereale faciens Telluri & Cereri: Veruactorem, Reparatorem, Imporcitorem, Insitorem, Obaratorem, Occatorem, Sarritorem, Subruncinatorem, Messorem, Conuectorem, Conditorem, Promitorem.* TVERI.] *pro, Tuendi; aut Tuendorum.*

LABEN-

POM. Sabi. LABENTEM annum.] Quia luna menses, sol annum conficit: & simul intelligas. Nam sol & luna, id est, calor & humor, omnia generant. Nocturno enim rore, Luna calorem Solis temperat; & contrà sol humiditatem lunæ ad generationem accendit. Varro sic ait: Liber & Ceres agricolarum numina: quia fructus eorum propter cibum & potum mortalibus sunt necessarij. COELO.] Hoc propter sidera cœlum dicitur: quia nobis est celatum. Vel dicitur cælum, à cælando, id est, pingendo: quia sit stellis pictum. Ponitur cœlum pro aëre. Cœlo venère volantes, apud Vergilium, id est, per aërem. LIBER, & alma Ceres.] Sol & luna appositiuè, clarissima lumina mundi, quæ omnem generationem faciunt. Appellatione mundi, cœlum & terram intelligimus. Mundus appellatur, quòd nihil eo sit mundius, & pulchrius, & ornatius: & Græcis, ab ornatu, κόσμος dicitur. DVCITIS.] perficitis. ALMA.] ab alendo dicitur: quia alit. NVMINE] auxilio & adiumento. TELLVS] mater terra. GLANDEM.] Antiquissimi, priusquam esset vsus tritici, glande vescebantur & arbutis; vt scribit Lucretius. CHAONIAM.] id est, Dodonæam. Chaones, antiquissimi habitatores fuerunt Epiri: dicti, vt Vergilio placet, à Chaone Troiano. Apud eos sylua est Dodona, in quâ vocalis quercus, cum oraculo Iouis Dodonæi. PINGVI.] fertili tritico & nutribili. ARISTA.] appellatur ab ariditate: quia seges, cum arescit, secatur. Spica, siue spicus, dicitur à spe. Nam cum fruges in spicam exit, spem præbet mortalibus. POCVLA Acheloia.] id est, aquam. INVENTIS vuis.] id est, vino. Staphylus, Sithnei filius, natione Aetolus, pastor Oenei regis Aetoliæ fuit: is capellam sæpenumero secedentem à grege obseruauit, & quadam die insecutus est; comprehenditq; vuas comedentem. Lætus pastor illi nouitate, pomum incognitum ad regem pertulit: humor indè expressus est, & seruatus fuit. Deinde rex Libero patri, apud eum hospitato, liquorem apposuit: qui modum colendi regem docuit, & instituit, vt ab Oeneo οἶνος vinum appellaretur, & vua σταφυλὴ diceretur. Achelous fluuius Aetoliæ, primus erupisse in terram fertur: ex eo aqua Acheloia nominatur; & sæpenumerò aquam nomine Acheloi vsurpant. Nunc intelligitur, vel quòd aqua vino miscetur: vel quòd vndis Acheloi amnis radices vitium madefactæ, vuas dederunt. Primæ enim vineæ fuerunt ad ripas Acheloi. FAVNI.] rustici dij sunt, qui syluas inhabitant: sic dicti, quia futura fantur. Ex quibus Faunus rex Aboriginum, Pici filius, qui genitus erat Saturno, primus in Latio ad ciuilitatem mortales redegit, ædificia erexit, lucos sacrauit, & nomina locis dedit. ab eo Fana, id est, templa, appellantur. pro deo habitus est, cuius oraculum in Albuneâ, Laurentinorum syluâ, fuit. Eum præsentem in suburbano rustici sæpenumerò intuebantur: ideò Vergilius præsentia numina dicit. Patrem & auos inter Deos consecrauit. & sororem suam Faunam, quam Bassus appellat Fatuam, duxit vxorem. Fatua dicta est, quæ facta mulieribus prædicebat: & eius vir Faunus, viris canebat. Varro scribit: Fatuam pudicissimam fuisse: quam nemo mortalium virilis sexus, præter virum suum vidit. idcirco solæ mulieres deæ castissimæ sacrificabant in operto, & Bonam Deam appellauerunt Romani, id est, Fatuam; cuius templum in Auentino erat. SATYRI.] Dij syluestres, & lasciui, saltatione gaudent. vnde Satyra nominatur. DRYADES.] Nymphæ roboris, siue quercus; quæ & Hamadryades dicuntur. nascuntur & intereunt cum arbore, id est, quercu, siue robore. PRIMA tellus.] id est, Petrea. Petrei campi in Thessaliâ sunt; appellati à loco, qui dicitur Petra. Is locus à Neptuno tridente percussus est, & emisit equum, qui Scythios est vocatus: & ideo Neptunus, à Romanis, equestris appellatur, & à Græcis, ἵππιος: quia princeps est originis equorum. Poetæ tradunt, ab Neptuno Ariona (sic est nomen equi) Adrasto regi datum fuisse: & à Iunone Xanthum, Cyllarum, Polluci & Castori. TVQVE cui.] Inuocat Neptunum: quia Neptunus mare interpretatur, id est, Oceanus; qui est pater omnium. Nam ex humore generatio est, id est, ex aquâ. Vnde Vergilius in alio loco, ex sententia Homeri: Oceanumque patrem rerum, Nymphasque sorores. Cea, insula est in mari Aegeo; in quâ pecorum & armentorum grauis pestilentia fuisse dicitur, propter interitum Actæonis. Aristæus, Apollinis & Cyrenes filius, monstrante patre, in insulam profectus est; & sacrificio facto, aram Ioui Ionio constituit: quo placato, pestis sedata fuit. Aristæus in insulam decessit, ab Insulanis pro deo habitus, & Nomius appellatus est: & Aegaros; quòd agresti studio, & curâ pecorum non mediocriter profuerit mortalibus. Hoc traditur à Varrone Attacinio, in Argonautis. Ex hac insulâ, ad delicias & delectationes fœminarum, venit vestis; vt Varro meminit: & Cea appellata, vt apud Propertium. Pan à Romanis Inuus dicitur, hinuli pelle tegitur: quæ cum sit distincta varijs maculis, stellas significat. & nomen Panos vniuersam naturam repræsentat; & eius interpretatione mundus intelligitur. πᾶν Græcè omne significat. Huius dei sacra Euander, ex Arcadiâ in Latium detulit: ibiqúe Lycæus Iupiter appellatur. custos ouium est, vt Silius meminit. Mænalus & Lycæus, montes Arcadiæ sunt. Arcadiæ situs, veluti ipsâ iubente naturâ, ad nutrienda pecora est. Tegea est vrbs Arcadiæ. eiusdem nominis aliam Etruria fuit; quam Arcades condiderunt. TVA si tibi Mænala curæ.] Per hoc intelligit; si sunt tibi curæ pecora: quia Mænalus pecuaria habet. TVA.] Quia & Pan est Arcadicus: & Mænalus mons est Arcadiæ. MINERVA.] dea oliueti, huc accede. Certamen fuit inter Neptunum & Mineruam, de nomine Athenarum. Neptunus tridente terram percussit, & statim erupit fons salsi haustus; qui fons in arce Athenarum est, sub nomine Neptuni: & eodem in loco, ictu cuspidis, oleam arborem eduxit; quæ cùm vtilior visa sit mortalibus, nomini eius cesserunt Athenæ, id est, appellatæ fuerunt à nomine Palladis. PVER monstrator aratri.] Plinius ait: Bouem aratro iunxit * Bizeser Atheniensis: vt alij volunt, Triptolemus. Triptolemus, puer Atticus, vectus volucri curru per aërem, dicitur primus dissemināsse fruges: & Bizeser Atheniensis primus aratro iunxit boues. Tamen traditur in Aegypto Osiris, primus omnium mortalium arâsse terram bubus: propterea illi duo boues ab Aegyptijs coluntur. Eorum numina sunt, Apis, qui colitur in Memphi vrbe: & Meuri, qui colitur in Heliopoli. & sacris Isidis præferuntur spicæ, & rustici messis tempore spicarum manipulos Isidi consecrant. Fuit autem Isis, Osiridis soror. Cratis pastor, capellâ quadam eximiâ de grege ad libidinem vtebantur. cùm obdormîsset in ripâ fluminis; capellæ maritus caper, nactus occasionem vlciscendi, adacto cornu pastorem in aquam deiecit: ab eo flumen Cratis appellatur. Natus è capellâ partus, è concubitu pastoris; cuius pars inferior caprina erat; & superior hominis fuit. in syluâ expositus est. adultum verò cùm pastores conspexissent; vt deum venerati sunt: & ab sylua Syluanum appellauerunt. Syluanus puerum Cyparissum adamauit: qui cùm ceruam, quam diligenti & miro studio enutriuerat, occidisset, mœrore affectus interijt. Syluanus defunctum lachrymans, amplexatus est: & tamdiu in amplexu tenuit; donec, miseratione deorum, puer in arborem sui nominis demutatus est: ideò apud antiquos in limine domus, in quâ luctus erat, cupressus figebatur. DIIQVE deæque omnes.] Duodecim dij agricolarum sunt, vt Varro author est. Iupiter; iuuans pater. Tellus; terra mater. Sol & Luna; quorum tempora obseruantur. Liber & Ceres; quorum fructus, propter cibum & potum, necessarij sunt. Rubigus & Flora; quibus propitijs, neque rubigo frumenta, neque arbores corrumpit, nec non tempestiuè florent: itaque Rubigalia & Floralia instituta sunt. Minerua & Venus: sub alterâ, cura oliueti est; sub alterâ, cura horti: quo nomine rustica Vinalia institu-

A

B

C

* Briges.

Digitized by Google

institutâ Lympha & Bonus euentus: quoniam sine aquâ, omnis terra arida est: & sine bono euentu, frustratio est, non cultura. Vergilius Venerem praetermittit: quia de hortis non est scripturus.

PROB. VOS ô clarissima mundi lumina, &c. Liber & alma Ceres.] Hoc loco vult intelligi Lunam, Cererem: à creando dictam, quia maturet fruges: Solem, Liberum, quia libere peruagetur per aëra, neque ei fulgor aliorum siderum lumina perstringat: vel quia maturet vineas. VESTRO si munere tellus Chaoniam.] Chaonia dicta glans, à Chaoniâ regione Epiri, in quâ Dodonaei Iouis est oraculum, à loco dictum Dodone, eius regionis. Itaque columbas existimant etiam ab eâ regione Chaonias dictas; & in oraculo fuisse vocales, & responsa dedisse consulentibus. Traditur etiam quercus arbor, sacrata itidem Iouis, fuisse aequè vocalis, vt Dodones & responsa dedisse apud idem oraculum: quod testatur Vergilius, dicens: Atq; habitae Graijs oracula quercus. Vnde dici Chaoniam glandem, ipse declarat, cùm dicit: Chaoniique patris glandes. Appellata autem est ea regio, à Troiano Chaone, Chaonia; vt ipse testatur: Chaoniamque omne Troiano à Chaone dixit. POCVLAQVE inuentis Acheloia.] Aetolus pastor Staphylus, cùm Oenei capellas in pabulum deduceret, notauit vnam praecipuè, secedentem à grege, laetiorem caeteris, recipientem se serius in praesepia. cuius rei vt causam cognosceret, secutus est eam clàm, & in remotâ stirpe animaduertit vuam edentem, pomum ei incognitum: & sustulit, regique pertulit Oeneo. qui expresso humore delectatus, cùm eum vetustate cognosceret mitescere, Libero patri apposuit, accepto à se hospitio. Cuius rei cultum cùm demonstraret Liber: vt perpetua inuentorum esset gloria: constituit, vt ab Oeneo Oenon appellaretur vinum; à Staphylo, vua Staphyle. Achelous autem, est flumen Aetoliae. Ita, quantum ad Acheloum pertinet, aqua intelligi poterit: quem ideò potissimùm nominauit, quòd prius in Graeciam videtur fluxisse. vua autem significauit vinum. ET vos, agrestum, praesentia numina, Fauni.] Eundem Pana, eundem Inuum, eundem Faunum, quidam interpretantur: quòd ei in Italiâ quidam annuum sacrum celebrant; quidam menstruum. Existimatur autem Faunus fuisse rex Aborigenum, qui ciues suos mitiorem vitam docuerit, ritu ferarum viuentes: & primus loca certa nominibus, & aedificia quaedam locosque sacrauerit: à quo & Fana sunt dicta: ipse autem receptus in deorum numerum creditur. Itaque etiam oraculum eius in Albuneâ, Laurentinorum syluâ, est. Plures autem existimantur esse etiam praesens: ideirco rusticis persuasum est incolentibus eam partem Italiae, quae suburbana est, saepè eos in agris conspici. DRYADESQVE puellae.] Dryadas puellas dicit, quas alij Hamadryadas vocant: & eas cum quercu nasci & interire simul, sed diuturnas esse; & indè Hamadryadas dictas. quercus enim Graecè appellatur δρῦς; ἅμα significat simul. TVQVE ô, cui prima frementem, &c.] Campi in Thessaliâ sunt Petrei, in quibus locus, Petra nomine, percussus tridente Neptuni, equum, qui Scyphos vocatur, edidit. Romani autem, Neptunum equestrem vocant; Graeci Hippicon Posidona: quòd aestimetur princeps originis equorum. Et ideirco etiam poetae tradunt, ab eo donatum equum Adrasto Arionta, & Iunoni Xanthum in Cyllaron; quos illa dederit Castori & Polluci. Sed harum fabularum, & opinionis huius, initium est natura. Nam quia animalium materia liquore constat, & ea praecipuè, effusa etiam in terram, causa est generationis: est naturae equestris adeò, vt equas certum sit plerumque è vento concipere. Animalium verò seminis, hoc est, liquoris vniuersi, deus existimatur Neptunus: & equorum eò magis, quòd pernicies eis conueniens sit, quae aquis accidit. ET cultor nemorum.] Insula est Cea, in Aegeo mari, in quâ sunt vrbes quatuor: Iulis, Carthea, Loepessa, Coresos. Ibi existimatur fuisse pestilentia pecorum & armentorum grauis, propter interitum Actaeonis. Aristaeus, monstrante Apolline patre, profectus est in insulam Ceam: & ibi sacrificio facto, aram Ioui Icmaeo constituit: qui, placatis floribus & aestu, qui necabant & armenta & pecora, liberauit eâ. Ipse autem post excessum vitae, imperante oraculo, ab innocentibus eam insulam, relatus in numerum deorum, appellatus est Nomius, & Aegotes: quòd agresti studio, & cura pecorum armentorumque non mediocriter profuerat hominibus. Traditur haec historia de Aristaeo, in corpore Argonautorum, à Varrone Atacino. DVMETA.] & aspera loca, & montuosa dicuntur. IPSE nemus linquens patrium.] Pana, Inuum Latini interpretantur: cuius religionem Italiae fertur intulisse Euander. Sed creditur, propter duo argumenta, sub eius nomine & vocabulo Iupiter coli, id est, mundus. quorum vnum est, quòd Pan significat omne, id est, vniuersam naturam: alterum, quòd hinnuli pellis, quâ tegitur, varietate maculis imitetur stellas. Maenalus & Lycaeus, montes sunt Arcadiae: Tegaea, eiusdem oppidum; cuius nomine est in Thuscia ab exulibus Arcadiae vrbs condita. OLEAEQVE Minerua Inuentrix.] Putant eam quidam, & Neptunum, contentionem de Athenis habuisse, vtrius vrbs nomine appellanda esset. Neptunum tridente percussisse arcem, & indè prosiluisse aquam salsi haustus, & hodieque fontem in eâ arce Neptuni appellari: Mineruam ictu cuspidis in idem oleam euocasse; quae quia vtilis esset hominibus, ei cessisse Athenas. VNCIQVE puer monstrator aratri.] Quidam putant Triptolemum Atticum dici; quem in volucri curru, tradunt poetae, fruges terrae reddidisse. Quidam Brassen; qui primus inuenisse existimatur arandi vsum. Sed constat, multis annis antè, & fruges in Aegypto inuentas esse, & arasse primùm Osirim duobus bubus: quorum nomina nunc sunt sacra sub eis, qui religionis causâ eodem vocabulo appellari videntur, Apis & Memphis: quorum alterum Memphitae colunt, Apim; alterum Hieropolitae, Memphim. ET teneram ab radice f. s. c.] Syluanum quidam sic ortum ferunt. Cratis pastor in Italiâ, cùm iuxta flumen aliquod pasceret capellas, & vnam earum incurrere soleret, hoc est, libidine suâ in eam saeuiret: & obdormiisset in ripâ sedens, somnique pondere caput quasi deiectum subindè nutaret: caper, qui soleret eam capellam salire, impetu in eum facto, cerebroque cum cornibus discusso, abiecit eum in flumen; quod, in facti memoriam, Cratis est appellatum. Cùm autem ex capellâ puer esset natus, cuius pars inferior erat caprina; eumque dominus educaret, augeretque eâ re familiaritatem: vt animaduertit adultae esse aetatis educator, timens ne feritas eius noceret filiis, clàm eum tollit in syluam, & ibi destituit. Quem, quia in syluâ primùm agrestes conspexêre, vt deum venerati, Syluanum appellarunt.

Quique nouas alitis non vllo semine fruges,
Quique satis largum coelo demittitis imbrem.
Tuque adeò, quem mox quae sint habitura deorum
Concilia, incertum est: vrbisne inuisere Caesar,
Terrarumque velis curam: & te maximus orbis
Authorem frugum, tempestatumque potentem
Accipiat, cingens maternâ tempora myrto:
An deus immensi venias maris, ac tua nautae

SER. QVIQVE nouas alitis.] id est, omnes qui hoc potestis. NON VLLO semine.] id est, alio quo. & hoc dicit: quia à nobis iacta semina vestris seminibus alitis. Semina autem dicit deorum, coeli temperiem, pluuias, & rorem. Vel, Non ullo semine, ab hominibus scilicet iacto: quippe solo naturae subest. SATIS.] segetibus: vt, Sata laeta, boumque labores. LARGVM coelo demittitis imbrem.]

Numina sola colant: tibi seruiat vltima Thule:
Teq; sibi generum Tethys emat omnibus vndis:
An'ne nouum tardis sidus te mensibus addas;
Quà locus Erigonem inter, chelasq; sequenteis
Panditur. ipse tibi iam brachia contrahit ardens

brem.] *per hæc aquam & terram significare vult.* TV'QVE adeò, quem mox quę sint habitura deorum Concilia, incertum est] *Adeò, hic præcipuè. Quidam* Adeò *abundare putant, antiquâ figurâ: vt,* Omne adeò genus in terris. *Et iam adulatur Augusto, quem inter deos inuocat. Nec totum tamen dandum est adulationi; sed & veritati. Nam cùm omnes Imperatores post mortem sint inter deos relati; Augustus viuus diuinos honores emeruit. quod etiam Horatius testatur, dicens:*

Præsenti tibi maturos largimur honores,
Iurandasq; tuum per nomen ponimus aras.

Vnde malè quidam culpant Vergilium, dicentes, eum auiditate laudandi citum interitum Augusto optâsse; cùm eum constet ad rem, quæ tunc fiebat, respexisse. Mox *tamen, possumus pro* Postea *accipere: vt Horat.* Mox daturos Progeniem vitiosiorem, *id est, postea. Potest etiam* Mox *ad vitæ humanæ breuitatem referri. nam ipse ait in decimo:* Phœbe, diu (res si qua diu mortalibus vlla est,) *Viximus. Sanè sciendum, mirè eum laudâsse; quòd ait:* Quem mox quæ sint habitura deorum Concilia, incertum est: *id est, nondum scimus, quis deus esse velis. nam deum fieri, maximum est: In potestate autem habere, quis deus velis fieri, plus esse quàm maximum, cõstat.* VRBIS'NE inuisere Cæsar.] *Vtrùm velis terrarũ, an maris, an cœli imperium possidere.* ET te maximus orbis.] *vtrúmne te pro Ioue coli velis.* AVTHOREM frugum.] *Qui frugibus & cæteris rebus originẽ præstes.* TEMPESTATVM'QVE potentem.] *Aut bonarum tempestatum: vt,* Vnde hæc tam clara repentè Tempestas? *aut Tempestatum, ait, temporum: sicut vbiq; Sallustius.* MATERNA myrto.] *quæ in honorem est Veneris, à quâ Augustus originem ducit per Caium Cæsarem.* AN Deus immensi venias maris.] *id est, an pro Neptuno coli te velis. Et* Immensi maris, *cuius mensura non potest comprehendi.* Venias *autem, aliqui pro* Sis *accipiunt; ac si græcè diceret ἔσῃ siue ὑπάρχεις. Ire, veteres pro* Esse *dicebant.* NVMINA sola colant.] *Sola, id est, magna, præcipua: id est, supra alios deos marinos. quasi melior sis futurus, & Neptuno, & cæteris dijs marinis.* THVLE.] *insula est Oceani, inter Septentrionalem & Occidentalem plagam, vltra Britanniam, iuxta Orcadas & Hiberniam: in quâ, Sol cùm in Cancro est perpetui dies sine noctibus esse dicuntur. Præterea, miracula de hac insulâ feruntur: sicut apud Græcos Ctesias & Diogenes apud Latinos Sammonicus dicit* GENERVM] *pro Marito positum multi accipiunt: iuxta Sappho, quæ in lib. qui inscribitur Epithalamia, ait: χαῖρε νύμφα, χαῖρε τίμιε γαμβρὲ πολλά pro, νυμφίε. Sic & Pindarus in Isthmijs.* TETHYS emat omnib9 vndis] *Tethys vxor est Oceani, Nympharum mater. Quòd autem ait,* Emat, *ad antiquum nuptiarum pertinet ritum; quo se maritus & vxor inuicem emebant: sicut habemus in Iure. Tribus enim modis apud Veteres nuptiæ fiebant: vsu; si verbi gratiâ mulier anno vno cũ viro, licet sinè legibus, fuisset: farre, cùm per Pontificem Max. & Dialem Flaminem, per fruges & molam salsam coniungebantur: (vnde Confarreatio appellabatur: ex quibus nuptijs patrimi & matrimi nascebantur) coemptione verò, atq; in manum conuentione; cùm illa in filiæ locum, maritus in patris veniebat: vt, si quis prior fuisset defunctus, locum hæreditatis iustum alteri faceret. Et bene,* Seruiat: *quia, quandocunque in manum conuenerat, omnia protinus, quæ doti dabantur, marito seruiebant. Hanc Tethyn Cicero in Timæo Salaciam dicit.* TARDIS sidus te mensibus addas] *id est, æstiuis. Vel quia optat, vt diu viuat: vel quia Virgo & Libra δυσανάφορα, id est, tardè orientia, dicuntur. Et* Tardis: *an quia aureo seculo longiores dies dicuntur fuisse; an post multos tardosq; menses, vt deus fiat: an id,* Aut incipient magni procedere menses, *per hunc magnus?* QVA locus Erigonem inter, chelasq; sequenteis.] *Aegyptij duodecim esse asserunt* signa: *Chaldæi verò vndecim. nam scorpium & libram vnum signum accipiunt: chelæ enim scorpij libram faciunt. Iidẽ Chaldæi volunt, æquales esse partes in omnibus signis; sed pro qualitate sui aliud signum viginti, aliud quadraginta habere: cùm Aegyptij tricenas esse partes in omnibus velint. Modò ergo secundùm Chaldæos locutus est, dicens, posse eum habere locum inter scorpium & virginẽ. Nam Erigone ipsa est virgo. Sciendum deinde est, voluisse maiores, in his signis esse deorum domicilia. vt Solis est leo, Lunæ verò cancer. Cæterorũ verò quinque planetarum bina sunt signa, prout se ratio siderum sequitur. Nam primus circulus à terrâ, Lunæ est: secundus Mercurij, tertius Veneris, quartus Solis, quintus Martis, sextus Iouis, Saturni vltimus. Sed remotis Sole & Lunâ, quorum domicilia leo & cancer: hi quinq; ordine, quo eorum sunt circuli, bina possident signa: vnum à sequentibus, & vnum à superioribus: vt Mercurij sint virgo & gemini; Veneris, libra & taurus; Martis, scorpius & aries; Iouis, sagittarius & pisces; Saturni, capricornus & aquarius.* A *Vnde per hæc loca siderum, Augustum & fortem, propter scorpium; (id est Martis domicilium) & iustum, propter libram; & prudentem, propter vicinam virginem, (id est, Mercurij domicilium) esse significat.* B *Vel certè ideò inter scorpionis brachia, quæ sunt libra, & Erigonum, quæ est Virgo: quia libra, æquitas; Virgo, iustitia. Sanè hæc Erigone Icari filia fuit, tantæ pietatis in patrem: vt, cùm eum vidisset mortuum, omnis se luctu ac mœrore conficeret. Ob quam rem, misericordiâ deorum, inter signa, locum Virginis, sub Iustitiæ vocabulo, iussa est obtinere. Chelas autem sequentes ideò ait; quia, sicut dictum est, ipsæ sunt libra. Bene autem Augusto inter virginem & scorpium, hoc est, inter iustitiam & virtutem, locum tribuit: (nam chelæ, scorpij brachia sunt; quæ sexaginta partes in cœlo sunt) vt solum fore significet.* PANDITVR ipse.] *ordo est,* Quà locus ipse panditur. Ipse *autem, suâ sponte.* TIBI.] *in tuum honorem & gratiam. Ideò autem Augusto meritò iuxta Scorpium locum assignat: quia sidus hoc supra Romã positum creditur. Varro tamen ait se legisse, Empedoti cuidam Syracusano, à quadam potestate diuinâ mortalem aspectu detersum; eumq; inter cætera tres portas vidisse, tresq; vias: vnam, ad signum Scorpionis, quâ Hercules ad deos ipse duceretur: alteram, per limitem, qui est inter leonem & cancrum: tertiam, inter aquarium & pisces. Arguté itaq; eam viam & sedẽ tribuit Augusto, forti Imperatori, quam habuit deus fortis.* C

TV'QVE adeò.] *Inuocat Cæsarem Augustum, inquiens: ô Cæsar, incertum est, quæ concilia deorum sint habitura te. Visne succedere Ioui, & gubernare vrbem tuam Romam, & omnes terras; ex quo totus orbis accipiat te dispensatorem temporum, & authorem seminum? Nam Iupiter est, qui tempora dispensat, & semina mortalibus præbet.* TV.] *ô Octaui, adsis mihi, & faueas.* QVEM] *te Cæsarem.* MOX.] *statim petiturus es astra: nam cæli te cupiunt.* Incertum est *ô Cæsar vel'isne succedere Ioui, vt sis arbiter temporum. Et ô Cæsar, vísne capere curam vrbis Romæ: est enim in tuâ voluntate & arbitrio, an Iupiter esse velis.* VRBIS.] *tuæ Romæ.* TERRARVM.] *Tanquam Iupiter.* MAXIMVS.] *totus orbis accipiet te.* POTENTEM.] *dispensatorẽ & arbitrum.* TEMPESTATVM.] *temporum. Quia omnia trutinat & dispensat Iupiter. quia si fruges erunt, habebimus propter causam tuam: intuitu tuo est fertilitas frugum.* TEMPORA.] *id est, coronabetis coronâ myrteâ. Myrtus dicata est Veneri. A. Posthumius, triumphans de Sabinis, qui primus ouans ingressus est vrbem: quoniam rem leuiter sinè cruore gesserat, myrto Veneris victricis coronatus incessit. postea ouantium fuit corona.* MATERNA myrto.] *Myrtus primùm visa fuit in Italiâ, in tumulo Elpenoris, qui erat Circeis. Tradunt, Romanos & Sabinos, inituros bellum, iactâ myrto pacificatos fuisse: vnde & loco, monumentum Veneris Cluacinæ mansit. cluere enim, pugnare*

POM. Sabi.

A gnare est. & in circo intimo vetus ara, sub titulo Veneris Myrteæ fuit. MATERNA.] Augustus originem habuit ab Iulo: qui fuit siue filius, siue nepos Aeneæ: cuius mater venus. AN deus.] hoc est, an vis succedere Neptuno, vt tua sit vxor Amphitrite: cuius numen colant omnes nautæ. & ipsa grandæua Tethys, Oceani vxor, dabit tibi in dotem omnes aquas, & partes maris remotissimas. quas intelligit, cùm dicit; Vltima Thule. MARIS.] Oceani. EMAT.] Translatio est ab eo, quòd dote maritus emi videtur. TVA sola.] non alicuius numinis dei marini: sed te solum nautæ colant, ô Cæsar. THVLE.] Insula est vltima Oceani Britannici. Fieri tamen potest, quòd à sinistris nulla sit insula, siue flectas ad zephyrum, siue ad boream. A dextris verò, inter boream & eurum, & nauigando ad ortum Solis, multæ occurrunt insulæ post Thulem, quarum plerasq; inhabitant homines minimæ staturæ: eos credunt esse Pygmæos, & pugnare cum anseribus & gruibus: quarum autem magna copia in illis regionibus est. sed de pugnâ nihil certi habebatur. Fibulis exiguis vtuntur, quæ sunt tectæ, desuper paruum habentes foramen: cùm tempestas venit, includunt se in cymbâ, & operculo foramen obducunt, & permittunt se à procellis ferri, cùm serenauit. Est & magna insula sub B ipso septentrione, quà ad ortum opponitur, & non longè à continenti, in quâ rarò, aut nunquam illucescit dies: animalia ibi omnia sunt alba, & præcipuè vrsi: & aues, quas à falcatis vnguibus Falcones appellamus, sub hoc aëre degere inuenimus. Prope glacialis Oceani oras, habitant syluestres homines, Vgari siue Vgri: Scythæ quidem sunt, & à cæteris mortalibus semoti. apud eos neq; aurum, neq; argentum cognoscitur, neq; æs: cum proximâ gente mercimonia permutant, aut cum Zauolocensibus. Sic narrauêre mihi, qui ad origines Tanaïs habitant. OMNIBVS vndis.] id est, dabit tibi in dotem totum Oceanum, & imperium aquarum habebis. Vult significare, quæcunque fuerint in toto orbe, & aquæ & terræ, futura erunt Octauij Cæsaris. Ergo propter magnitudinem & amplitudinem imperij Romani dixit: Ipsa Tethys dabit tibi in dotem omnia maria. vbi Iupiter cedet tibi in omnibus terris, imperabis & mari & terris. datur ergo optio, in tuo arbitrio & sententia est; an Iupiter esse velis, qui mari & terris tibi cedet: an Neptunus. Hoc, vt dixi, ad amplitudinem populi Romani respexit; & ad Cæsarem dixit, qui erat imperaturus toti terrarum orbi. ANNE nouum.] Vis ne esse nouum sidus, inter Virginem & Librā? Totus tibi se aperit Scorpius, qui cùm ma-C gnitudine sua cætera signa antecellat, contrahit se plùs iusto, vt det tibi locum, ô Cæsar Auguste. Scorpius Herculem momordit: ideò, volente Iunone, astris illatus est, & propter magnitudinem membrorum in duo signa diuiditur: prior pars Chelæ appellatur, quæ sunt brachia, & Libra appellata: posterior pars nomen non mutauit, quia Scorpius dicitur. Per Erigonem intelligunt virginem. Inter Virginem & Libram intelligit Saturnum & Iouem. Saturnus in Scorpione; Iupiter in Virgine est. Saturni sidus cùm triginta annis cursum suum perficiat, tardum vocatur. Saturni anni mensis constat ex duobus annis & semis: ideò poëta, tardis mensibus, dicit. Iupiter nunquam corrumpitur: semper iucundissimus est: omnium astrorum venena temperat. Iupiter Mercurium placabilem reddit, sed interdum Mercurius venena mortalibus effundit. Erigone, filia Icari, pastoris Attici fuit: quæ ob pietatem, quam erga parentem habuit, inter astra relata fuit, & Virgo appellatur. aiunt quidam, Virginem esse eam, quæ fuit filia Astræi, id est, Iustitia: quæ seculo aureo & argenteo inter homines habitauit: postea, cùm non posset ferre scelera mortalium & cædes, vnà cum Fide migrauit ad cœlum. Et cùm homines cœperunt præcipites ire ad vitia, ferreum seculum inchoauit. Quicquid igitur eris, ô Auguste, adsis mihi numen: te inuoco, auxilium numinis imploro. Serò enim ad inferos non descendes: quoniam & ipsi inferi te futurum regem non sperant: nec tibi sit voluntas illîc regnandi, licèt in admiratione sint Elysij campi, id est, loca beatorum & piorum: licèt Proserpina nolit regredi ad matrem, tu tamen caue Cæsar, ne illuc eas. Hoc totum dicit Vergilius, quòd inferi & inferorum numina nullum adiumentum agriculturæ afferre possunt: & Augustū vult esse cœlestem, vt sit æternum monumentum per oculos hominum: quæ sub pedibus nostris sunt, non videmus. ANNE.] Quia suprà dixit; vis ne cedere Ioui an Neptuno? nunc dicit; an nouum vis esse sidus, id est, admirabile & magnum. NOVVM.] quia, quæ noua sunt, admirationem faciunt nobis, vt plurimùm videmus. QVA.] eâ parte quâ. PANDITVR.] aperitur. INTER Erigonē.] Virginem. Virgo inter pedes Bootis locata est, in parte septentrionali, inter Libram & Leonem; & protenditur extra circulum æquinoctialem: in manu spicas habet frumenti. Et Libra sustinet circulum æquinoctialem. Septentrio est altissima pars cœli. IAM.] Tempus finitum significat. Iam ita decretum est in cœlo: ipse ardens Scorpius cupit te. Ardens, suâ caliditate: quia Cancer & Scorpius sunt signa ardentissima in cœlo. sunt enim in æquinoctiali, vbi Sol insistit: ideò nimiâ caliditate ardens contrahit se, vt tibi cedat, & relinquit tibi locum cœli.

ACCIPIAT, cingens maternâ tempora myrto.] PROB. Myrtus est arbuscula, Veneris subiecta tutelæ. Cæsar autem Iulius: quia trahit ab Aeneâ genus: idcircò materna myrtus dicta est à Vergilio. TIBI seruiat vltima Thule.] Superior sensus declarat, ambigi inter deos, vtrùm Ioui succedere debeat Cæsar, frugum tempestatumq; arbiter futurus agrestibus, & omnibus vrbibus venerabilis. Sequens, an etiam Neptuno, qui ei det Amphitriten vxorem Neptuni, futuram Cesaris coniugem. Tethyn matrem ait dubitare, generatam ex Oceano. Insulæ sunt in Oceano septentrionali, iunctæ Britanniæ vltimis partibus, Orcades: quarum vltima est Thule. Significat quoq; hanc seruituram Cæsari, consecuturo honores cœlestes. ANNE nouum tardis sidus te mensibus addas.] Tardis mensibus ideò, quòd domicilium Saturni tradant astrologi libram, quod est signum æquitatis; cuius mensis est biennij & sex mensium; cuius loco futurum Cæsarem dicit. Chelas dicit Scorpionis brachia. Erigonem dicit virginem, quæ Iustitia, Astræi filia: quæ cum morata esset aureo & argenteo seculo cum hominibus, ferreo seculo se recepit in cœlum: quia vltrà in terris sedem non habuerit, nec sustinuerit se hominum miscere sceleribus. Erigone autem, Icari fuit filia, pastoris Attici: quæ relata est in numerum siderum; non signorum. Siderum enim extra signiferum circulum sunt: signa tantùm duodecim placet esse astrologis.

QVIQVE nouas alitis nonnullo semine fruges.] VAR. Lect. In Romano libro perperam est, Non vllo de semine: quod alibi, Nullo de semine, habetur.

Illud quoq; parte hac, vt conniuens, minimè transiluerim, CAEL. Rhod. ad horas porrò Iunij ac Iulij longissimas referri illud Vergilianum posse, ex Georgicis:

An'ne nouum tardis sidus te mensibus addas?

TEQVE sibi generum Tethys emat omnibus IOAN. Stop. vndis.] Sic nos, omissâ interpretum sententiâ, intelligendum omninò putamus: Tethys emat te sibi generum, id est, accipiat. Emere namque, (vt Festus inquit) quod nunc est, antiqui accipiebant pro sumere. Quæ quidem significatio huic Maronis loco admodum competere videtur, & mihi nimiùm placet.

Scorpius, & cœli iustà plus parte relinquit.
Quicquid eris, (nam te nec sperent Tartara regē,
Nec tibi regnandi veniat tam d ra cupido:
Quámuis Elysios miretur Græcia campos,

SER. ARDENS Scorpius.] Ardens ad illud refertur: quia Martis est domicilium. nam Scorpij sidus frigidū est, quippe cuius Nouember est mensis. Vel, Ardens, ad virus eius vel ad cupiditatem Augusti recipiendi. IVSTA plus par-

Nec repetita ſequi curet Proſerpina matrem)
Da facilem curſum, atq; audacibus annue cœptis,
Ignaroſq; viæ mecum miſeratus agreſteis
Ingredere, & votis iam nunc aſſueſce vocari.
Vere nouo, gelidus canis cum montibus humor
Liquitur, & Zephyro putris ſe gleba reſoluit,

parte.] *Secundũ Chaldæos, qui Scorpium dicunt ſpatium duorum ſignorum tenere. Ergo & loci ſpatio te inuitat.* QVICQVID eris.] Ordo *eſt:* Quicquid eris, *da facilem curſum. cætera enim per parentheſim dicta ſunt.* NEC ſperent Tartara regem.] *Nec ſperent, dixit: quaſi beneficium de quocunq; venerit.* Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido.] *Allegoricôs dicit, illum nec debere mori velle, nec poſſe.* Dina *autem, pro magna, vel vehemens.* QVAMVIS Elyſios miretur Græcia campos.] *licèt præferantur inferi à Græcis poëtis.* NEC repetita ſequi curet Proſerpina matrem.] *Ceres, cùm raptã à Plutone Proſerpinam filiam diu quæſiſſet; tandem aliquando eam eſſe apud inferos comperit: pro quâ re cùm Iouis imploráſſet auxilium, ille reſpondit; poſſe eam reuerti, ſi nihil apud inferos guſtauiſſet. Illa autem iam punici mali in Elyſio grana guſtauerat: quam rem Aſcalaphus, Stygis filius, prodidit. vnde Proſerpina ad ſuperos remeare nó potuit. Hinc ait Lucanus:* Quæ te detineât Ætnæa dapes. *Quam neceſſitatem modò Vergilius Proſerpinæ tribuit voluntati. Sanè Ceres à Ioue poſtea meruiſſe dicitur, vt Proſerpina ſex eſſet cum matre menſibus, ſex cum marito. quod ideò fingitur: quia Proſerpina ipſa eſt, quæ & Luna, quæ toto anno ſex menſibus creſcit, ſex deficit: ſcilicet per ſingulos menſeis quindenis diebus: vt creſcit apud ſuperos, deficiens apud inferos eſſe videatur. Et,* Nec ſequi curet, *ad admirationem Elyſiorum poſuit; quòd matri prælati ſunt.* DA facilem curſum.] *meo ſcilicet poëmati.* AVDACIBVS annue cœptis.] *Verecundè ſuas vires extenuat; & commendat operis difficultatem.* IGNAROSQVE viæ mecum miſeratus agreſteis Ingredere.] *Aut mecum viæ, id eſt, rationis aut artis ignaros, intelligas: aut, ruſticis ignaris faue mecum, id eſt, quibus etiam ego his ſcriptis plurimum collaturus ſum. aut mecum ignaros agricolas miſerare; aut eis mecum faue.* IAM nunc.] *id eſt, adhuc viuus. nã (vt diximus) Auguſtus viuus diuinos honores emeruit.* VERE nouo gelidus canis quum montibus humor Liquitur.] *Nouum, multa ſignificat. nam & recens aliquid nouum dicitur: vt,* Lac mihi non æſtate nouum, *id eſt, recens. Nouum dicitur & magnum: vt,* Pollio & ipſe facit noua carmina. *Modò autem, Nouum ver ideò ait: quia anni initium menſis eſt Martius. Et ſciendum, decem tantùm menſes fuiſſe apud maiores. Martium autem anni principium habere voluerũt, propter Martem ſuæ gentis auctorem. quod multis firmatur auctoribus. Nigidius in Sphærá græcanicá, nouũ annum æquinoctium vernale memorat. Varro epiſtolic. quæſt.* Inter menſem Februarium, qui tunc eſſet extremus; & inter calendas Martias, quæ tunc erant primæ. *Atta:* Annum nouum voluerunt eſſe primum menſem Martium. *Et alibi:* Maiores Martium primum habuerunt. *Aprilis verò dictus eſt, quaſi terras tepore aperiens. Maius, à Maia: Iunius à Iunone. quanquam alij à maioribus & iunioribus hos duos menſeis velint eſſe nominatos. nam antea populus Romanus in centurias iuniorum & ſeniorum diuiſus fuerat. Reliqui iam à numero nominabantur:* Quintilis, *Sextilis, September, October, Nouember, & December. Et hi erant tantùm decem menſes: duo verò propter rationem ſignorum anni intercalabantur, qui poſtea à Iano & Februo nominati ſunt. Februus aũt, Ditis eſt pater, cui eo menſe ſacrificabatur. Quintilis & Sextilis mutati ſunt poſtea, in honorem Iulij Cæſaris & Auguſti: vnde ſunt Iulius & Auguſtus. Sic* Ouidius *in Faſtis:* Ergo vere nouo: *& anni initium accipiamus, & primam partem veris. Nam anni quatuor ſunt tempora, diuiſa in ternos menſeis. & ipſorum temporum talem faciunt diſcretionem: vt primo menſe veris, Nouum dicatur ver; ſecũdo, Adultum; tertio, Præceps: ſicut & Salluſtius dicit vbiq. Item noua æſtas, adulta, præceps. ſic autumnus nouus, adultus, præceps. item hyems noua, adulta, præceps, vel extrema. vnde eſt:* Extremæ ſub caſum hyemis, iã vere ſereno. *Sanè ſciẽdum, Xenophontem ſcripſiſſe vnum librum* Oeconomicum; *cuius pars vltima agriculturam continet: de quã parte multa ad ſuum hoc opus Vergilius tranſtulit; ſicut etiam de Georgicis Magonis Afri, Catonis, Varronis, Ciceronis quoq; lib. 3. Oeconomicorum, qui agriculturam continet: nam primus præcepta habet, quemadmodum debeat materfamilias domi agere; ſecundus, quemadmodum foris paterfamiliâs. Illud quoq; ſciẽdum eſt, in his libris non eſſe obſcuritatẽ in quæſtionibus, ſicut in Aeneide, niſi in paucis admodũ locis. Sed in hoc tantùm eſſe difficultatẽ, vt res poſitas intelligamus, id eſt, τὸ καίριον: ſicut hæc prima quoq; eius præcepta ſignificant. Nam hoc dicit, agrum fertilem, id eſt, pinguem & herboſum, bis debere arari: ſemel verno tempore, vt & herbæ adhuc teneræ, & ſinè ſemine euellantur; & æſtatis calore, vt ſuperfluus humor ſiccetur, vel glebarum putrefiat durities: & ſemel autumnali, cum ſeminibus. Agrum verò tenuem & ſterilem autumnali tantùm tempore arandum: ne, ſi etiam verno araueris, exiguus eius humor* B *ſiccetur æſtate.* CANIS mótibus.] *albis ex niue.* LIQVITVR.] *defluit. Liquor, quum nomen eſt,* Li *breuis eſt: quum ad verbũ venerit, producitur; vt Liquor, liqueris, liquitur. nam mutauit naturam: ſicut humus,* hu *breuis eſt; humanus, producitur: item Iter, i producitur; Iturus corripitur.* ET Zephyro putris ſe gleba reſoluit.] *Quo tempore Fauonij flatu arua laxãtur, quæ fuerant præcluſa frigoribus. Ipſe alibi:* Rura gelu tum claudit hyems. PVTRIS gleba.] *ſolubilis, quam tepor efficit & aratrum.*

POM. Sabi.

PLVS iuſtâ parte.] *id eſt, plus tibi tribuit partis, quàm ſibi relinquat: vt vix habeat, vbi maneat ipſe Scorpius. hoc eſt, cùm magnus ſit Scorpius, plus loci relinquit tibi, quàm ipſe teneat.* QVICQVID eris.] *Concluſio eſt.* TARTARA.] *Inferorum loca. Plato lib. 4. ait Tartarum eſſe vnum de fluminibus inferorum.* REGEM.] *id eſt, poſt mortem tu non petes campos Elyſios; ſed in cœlum, inter aſtra.* QVICQVID eris.] *ſcilicet in cœlo: ſiue Iupiter, ſiue Neptunus, ſiue magnum ſidus.* QVAMVIS Elyſios miretur.] *quantũ velit, admirãdo efferat, tollat, et laudet loca beatorũ apud inferos: nihilominus non accedas tu, ô Cæſar, ad tartara.* NEC repetita ſequi curet.] *paruifaciat regredi ad matrẽ: quia eſt contenta locis illis.* C REPETITA ſequi.] *Contra hiſtoriam refert Vergilius. Ceres de raptu Proſerpinæ filiæ queſta eſt apud Iouem. Iupiter promiſit, vt filiam abduceret, ſi nihil apud inferos comediſſet. Aſcalaphus, Orphnes & Acherõtis filius, interrogatus, dixit, Proſerpinam tria grana mali Punici deuoráſſe. quo indicio Iupiter, miſertus fortunæ Cereris, inſtituit, vt Proſerpina cum matre ſex menſibus eſſet. & totidem cum Plutone marito apud inferos. Et ſic eſt: nam & ipſa luna interpretatur, quæ modò videtur, modò non. Aſcalaphus, quia contra Cererem teſtificatus fuerat, in auem bubonem demutatus fuit. Sed puto, Vergiliũ voluiſſe in præſentiã intelligere amorem vxoris erga maritum: quoniam vxor libentiſſimè marito hæret; præſertim ſi placet.* DA.] *cùm in cœlo es, ô Cæſar.* FACILEM curſum.] *Translatio eſt pulcherrima, ab equis; vel à nauigatione tracta. Facilè enim curſum habẽt nautæ, cùm aura aſpirat. Da, id eſt, aſpira mihi, fer mihi opẽ ſcribenti. et precatur iã Cæſarem Auguſtũ, tanquam Deũ; beneuolentiã ab eo captans.* ANNVE.] *feliciter te concede nobis.* COEPTIS.] *principijs.* AVDACIBVS.] *Quia primus Latinorum Vergilius agriculturam carmine ſcripſit.* AGRESTES.] *agricolas & colonos.* IGNAROS.] *inſcios.* VIÆ.] *Perſtat in translatione: quia dixit, Da curſum; ſcilicet agricolandi; quemadmodũ debent coli agri, & iaci ſemina.* INGREDERE.] *feliciſſimè accede.* ASSVESCE vocari.] *inuocari à nobis.* IAM nũc.] *id eſt, viuus.* VOTIS.] *id eſt, per vota. Hoc eſt, ô Cæſar, incipe iam*

A cipiam uiam venire in vota hominum, tanquam numen. VERE nouo.] *Ver incipit quarto idus Februarij, id est, initio veris.* CVM.] *quando.* HVMOR gelidus.] *id est, glacies congelata, siue nix: quæ congelatur gelu diuturnitate.* LIQVITVR.] *liquescit, & defluit.* E canis montibus.] *albis, propter glaciem.* ET gleba.] *id est, terra quæ arata fuit.* PVTRIS.] *quia in puluerem facilè conuertitur: id est, ferè puluerulenta.* ZEPHYRO.] *Zephyrus ventus spirat ab Occasu. alio nomine Fauonius appellatur, à fouendo: quia suâ tepiditate cuncta fouet.* RESOLVIT.] *pro dissoluitur.*

IVSTA plus parte reliquit.] *à Scorpione: quia Scorpius duorum signorum spatium teneat: in cuius brachijs duobus posita statera, signum Libræ, quam Græci ζυγὸν vocant. hoc enim spatium ab eo detineri, & Ouidius testatur, cùm ait:* Est locus, in geminos vbi brachia côcauat arcus Scorpius, & caudâ flexis vtrinq; lacertis Porrigit in spatium signorum. QVICQVID eris: nam te nec sp. t. r.] *Tartarum ait Vergilius, apud inferos locum præcipitem, infinitæ altitudinis; cùm ait:* Tum Tartarus ipse Bis patet in præceps tantum, tenditq; sub vmbras. *Elysios campos dicit apud inferos, in quos recipiuntur piorum animæ: quos alij putant esse insulas fortunatorum. Nam quòd negat Proserpinam sequi voluisse matrem, contra historiam refert. Cognito enim eius raptu, Ceres Ioui detulit querelâ: qui permittit matri filiam abducere, si nullum cibum ore apud inferos contigisset. Cùm autem indicium fecisset Ascalaphus, Orphnes & Acherontis filius, eã tria grana mali punici in horto Ditis deuorâsse; mutatus est in auem bubonem. Iupiter autem permisit, sex mensibus cum matre filiam esse, & totidem cum viro.*

Depresso incipiat iam tùm mihi taurus aratro
Ingemere, & sulco attritus splendescere vomer.
Illa seges demum votis respondet auari
Agricolæ, bis quæ solem, bis frigora sensit:
Illius immensæ ruperunt horrea messes.
Ac priùs ignotum ferro quàm scindimus æquor,
Ventos, & varium cœli prædiscere morem,
Cura sit, ac patrios cultusq; habitusq; locorum,
Et quid quæq; ferat regio, & quid quæq; recuset.
Hîc segetes: illîc veniunt feliciùs vuæ:
Arborei fœtus alibi; atq; iniussa virescunt
Gramina. nónne vides, croceos vt Tmolus odores,
India mittit ebur, molles sua tura Sabæi?
At Chalybes nudi ferrum, virosaq; Pontus

SER. DEPRESSO aratro ingemere.] *Aliud pendet ex alio: nam altius impressum aratrum boues cogit in gemitum. quod genus arationis*
B *in pingui conuenit terræ: nã contrà paulò pòst de infœcundã terrã dicturus est;* Tenui fat erit suspendere sulco. MIHI.] *Aut vacat; vt Cicero:* Qui mihi accubantes in conuiuijs: *aut Mihi, hoc est, rustico amanti terras.* TAVRVS.] *bouem fortissimum accipimus: nam tauri difficilè ad aratra iunguntur.* ATTRITVS splendescere vomer.] *quoniam à frequenti aratione teritur & splendidior fit. Lucretius:* Occulto decrescit vomer in aruo. *Cato in Orat. ad filiũ:* Vir bonus est, M. fili, colẽdi peritus; cuius ferramenta splendent. *Dicimus autem, & hic vomer, & hic vomis: sed ab vtroq; huius vomeris facit.* ILLA seges.] *Seges modò terra: vt,* Nec pecori opportuna seges. DEMVM.] *nouissimè, verè, specialiter.* VOTIS.] *Immane est, quò ait, Votis: nam plerunq; plus optamus, quàm speramus posse contingere.* RESPONDET.] *aut satisfacit, aut consentit: vt,* Dictis respondent cætera matris.
C AVARI.] *id est, quámuis auari. Et plus est, quàm si dixisset, Parci. Nigidius:* Quia, qui parcior est, suo contentus est, quod auarus non facit. BIS quæ solem, bis frigora sensit.] *Quæ bis dierum calorem, & noctium senserit frigora. per quod duplicem ostendit arationem; vernalem & autumnalem. nec enim ad tempora æstatis vel hyemis referre possumus, quod ait,* Bis solem, bis frigora: *quia non sunt in Italiâ in vno anno duæ æstates & duæ hyemes, sicut geometræ dicunt esse in quadam parte Indiæ, in insulâ Taprobane. Aut, sicut quidam dicunt, ideò bis: vt semel cum fructibus, semel vacua, solem & frigus perpessa accipiamus.* IMMENSA.] *infinitæ.* RVPERVNT horrea.] *Plus est, quàm si diceret, Impleuerunt. Hoc est, vt non habeat, vbi reponat.* AT priùs ignotum ferro quàm scindimus æquor.] *id est, antequam faciamus veruactum. Aequor autem modò terram accipe, ab æqualitate dictam: vt,* Præcipitemq; Daren ardens agit æquore toto. *vnde & maria, æquora dicuntur.* VENTOS.] *quia diuersis locis diuersi præualent venti. & hoc dicit: Debes scire, ager cui vento subiaceat.* VARIVM cœli prædiscere morem.] *id est, aëris. Lucretius:* In hoc cœlo, qui dicitur aër. *& hoc dicit: Debes etiam cœli qualitatem nosse, vtrùm pluuijs gaudeat, an tepore vel frigore.* PATRIOS cultusq; habitusq; locorum.] *Duas res dicit: sciendum est, ager & quemadmodũ à maioribus cultus sit, & quid meliùs ferre consueuerit. namq; habitus locorũ, possibilitates vel naturas accipiamus; quas Græci τὰ ἔθη dicunt. Alij, patrios, naturales exponunt.* VENIVNT.] *crescũt vel proueniũt. vt,* Et pulchro veniens in corpore virtus. ARBOREI fœtus.] *id est, poma. Et Arboreum aliqui duobus modis accipiunt. Aliter enim in Aeneide, de telo;* Ingẽs arboreum. *Cornificius:* vt folia, quæ frugibus arboreis tegmina gignuntur. INIVSSA virescunt Gramina.] *Benè, iniussa: nã frumenta iussa nascuntur. vnde est:* Atq; imperat aruis. *Et nunc hic vnum* Alibi *deest, vt fiat, Atq; alibi iniussa virescunt gramina.* NONNE vides.] *Aut Mæcenati dicit, aut rustico: & argumentatur, quasi hoc dicens: Si vna prouincia ferre non potest omnia; quantò magis vnus ager?* VT Tmolus.] *mons est Ciliciæ, in quo nascitur crocum præcipuè. nam loca commemorat, vbi plus prouenit, & melius aliquid. nam crocum & in Africâ nascitur, sed non tale, nec tantum, quantum vel quale in Ciliciâ. Sed Tmolus est mons etiam Lydiæ, circa oppidum Sardis: qui diuersis floribus abundat. vnde multi de Tmolo croceos odores, similes croco accipiunt. Alij non dixisse eum, crocum apud Tmolum nasci, sed vinum Tmoleticum, croceí odoris. Nam & crocum in Ciliciâ apud Corycum nasci, Salustius meminit.* INDIA mittit ebur.] *Et in Africâ fuerunt elephantes; sed maiores in Indiâ. hinc est quod ait Terentius:* Elephantis quem Indicis præfecerat, *id est, maximis. Et, India mittit, quasi pendit.* MOLLES sua tura Sabæi.] *Sabæi, populi sunt iuxta Syriam & Arabiã: dicti Sabæi, ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι; quòd apud eos tus nascitur, quo deos placamus. Molles autem ideò ait, quòd sub aëre clementiore sunt: nam, vt ait Lucanus,*

Quicquid ad Eoos tractus mundique teporem
Labitur, emollit gentes clementia cœli.

Aut certè, quia Alexander Macedo dicitur obscœnos omneis, de exercitu suo segregatos, illic concidisse. Aut ideò molles, quòd fœmineos cultus vestesq; gerũt. Sanè Tus, modò sine aspiratione dicimus: (nam antiqui thus dicebant, ἀπὸ τοῦ θύειν, quod displicuit) Tura enim à tundendo dicta esse voluerunt, à glebis tusis, cum quibus dicitur fluens de arboribus coalescere. AT Chalybes nudi ferrum.] *Subauditur vbiq; mittũt. Chalybes populi sunt, apud quos nascitur ferrum. vnde abusiuè dicitur chalybs, ipsa materies: vt,* VVLNIFICVSQVE chalybs. *Nudi autem, aut apud quos arbores non sunt: aut verè nudi, propter ferri cædendi studium. nã legimus:* Brontesque, Steropesque, & nudus membra Pyragmon. VIROSAQVE pontus Castorea.] *Fibri, canes sunt Pontici, quorum testes apti sunt medicaminibus: propter quos, vbi se requiri senserunt, eos secant. de his Cicero:* Redimunt

se eâ parte corporis, propter quam maximè expetuntur. *Iuuenalis:* Qui se eunuchum ipse facit, cupiens euadere damno Testiculi. Castores *autem, à castrando dicti sunt.* Virosa *autem, aut fortia, aut certè venenata. nam licèt sint multis morbis remedio; tamen prægnantes, eorum odore, abijciunt & egerunt partum. & Virosa dicta, ab eo quod est virus. Alij fortia accipiunt, à viribus.*

POM. Sabi. IAM tum.] *id est, eo tempore, in vere: id est, primo vere.* INCIPIAT Taurus.] *id est, fortis bos.* INGEMERE.] *balatum edere, propter laborem.* DEPRESSO aratro.] *impresso, scilicet in terram, & accipe aratrum pro vomere: id est, depresso vomere in terram. Primum vomeris genus, culter vocatur, qui terram secat, id est, futuris sulcis vestigia præscribit. Secundum genus, est rostratum. Tertium, toto porrectum dentali, sed exiguâ cuspide. Quartum, in mucronem fastigiatum, & acie laterum herbas cædit. Inter omnia obseruanda sunt, vt vomis graue pondus habeat, & boues sint pingues. Mar. Cato sic ait:* Agrum bene colito, bene arato, bene stercorato. *Vomis & vomer, cinis & ciner, cucumis & cucumer, dicimus. Vomer, deterescit sub terrâ, & ex eo splendescit. Sic est natura metallorum, vt, quæ tritiora sint, tàtò meliora videantur: & vetustas etiam facit precium, dummodò non sint rubigine obducta. Lucretius:* Deterescit vomer in agris. *Probus ait:* Noualem significat, qui alternis annis cessat, & sub exitu hyemis, hoc est veris initio, proscinditur; & æstate, quæ sequitur, siccatur: deinde sub introitu hyemis semente factâ, sequenti æstate reddit fructum. Ergo bis sensit hyemem, bis æstatem: & quà deficit, & quà fert fructum. *Plinius sic ait:* Quarto seri sulco Vergilius existimatur voluisse, cùm dixit optimam esse segetem, quæ bis solem bis frigora sensisset. Spissius solum, sicut plerumq; in Italiâ, quarto sulco seri, melius est. BIS solem, bis frigora sensit.] *id est, vt quater aretur terra. Nam gleba quater inuersa, bis frigora, bis calores accipit.* SEGES.] *dicitur ager, qui aratus est, & nondum satus. Quando semen accepit, id est, quãdo satus est, dicitur noualis.* VOTIS.] *desiderio. Agricola appellatur* auarus: *quia ex agro fœnus exspectat. Vsura, vocabulum commune. Ager, qui vere aratur, appellatur veruactum: quia vere actum aruum, id est, versum est.* ILLIVS.] *agricolæ auari: qui quater, vt dictum est, terram exarat; & qui seruat nostra præcepta.* IMMENSÆ.] *magnæ messes, maximus prouentus, & magni fructus.* HORREVM.] *significat locum, in quo triticum ponitur, dictum ab horrore. Is enim locus, in eminentiore parte villæ sitæ domus esse debet, & oppositus septentrioni. Septentrio autem, qui est frigidus, facit horrorem. Hinc horrea: quia frigida esse debent & sicca, ne fruges putrescant.* AT priusquam scindimus.] *pro, scindamus, tempus præsens pro futuro: id est, aremus.* ÆQVOR.] *id est, campum. significat omnem æqualitatẽ.* IGNOTVM.] *id est, vt diligẽti curâ & studio inspiciamus, an tempus sit arandi. &* cura sit nobis, *id est, diligentia.* PRÆDISCERE.] *antè intelligere.* VENTOS.] *id est, sub quo vento sit bona aratio.* VARIVM morem cœli.] *id est, varios motus stellarum & astrorum.* COELI.] *aëris.* PATRIOS cultus.] *id est, in quâ patriâ sit: id est, age culturam regionis, vbi sumus.* PATRIOS.] *non modò Romanos, sed vbicunque coluntur agri.* HABITVS.] *naturas & qualitates.* LOCORVM.] *regionum.* QVID ferat quæcunque regio.] *id est, quid peculiare habeat quæcunq; regio.* RECVSET.] *non ferat, non gignat, non pariat.* HIC.] *in hoc loco proueniunt optimè segetes, illic optimè vites: id est, in aliquo loco bene ponuntur & proueniunt vineta; alio fruges & sata.* ARBOREI fœtus.] *id est, arbores pomiferæ.* INIVSSA.] *id est, sponte. Iussa enim agricolarum, sunt artificia, gramina, glebæ.* NONNE vides.] *Loquitur Poëta, quæ præcipuè in his regionibus nascãtur: nõ quòd in alijs locis non proueniant; sed in quibusdã locis sint quædã peculiaria. ergo ea primùm cõsiderãda maximâ diligentiâ.* TMOLVS.] *mons Lydiæ, id est, Mæoniæ; vbi nascitur optimũ crocũ, & optimũ vinum. Columella ait,* Tmolon & Corytiõ florere croco. EBVR.] *dens est elephantis. India magnos habet elephantos. Mediam & Arabiam preciosis rebus illustrẽ haberi; sed nec nostrã ciuitatem prædictis egere stirpibus, compluribus locis vrbis: ita casiam frondentem conspicimus iam, thuream plantam, florentesq; hortos myrrhâ & croco. His tamen exemplis nimirum admonemur, curæ mortalium obsequentissimam esse Italiam. Nobilitas eboris, est in magnitudine & candore. In Scythiâ inueniuntur dentes serpentini, qui videtur esse æmuli dentium elephantinorum: materia tamen est spissa & ponderosa. In Oceano Scythico capiuntur monstra marina, quibus insunt dentes paulò infra magnitudinem elephantinorum. vtuntur ipsi dentibus illis ad ornamentum, quemadmodum nos ebore. Cortex dentium serpentinorum, est aspera: inueniuntur nunc terram fodiendo; sed serpentes nusquam visi fuerunt: puluis hausta in vino aut in aquâ, venenis aduersatur: sapor est amarus.* SABÆI.] *Saba est metropolis Arabiæ, vbi thus gignitur.* MOLLES.] *Quia totus oriens sub molli plagâ cœli est. Arabes in ipso Oriente sunt, vt Lucanus ait:* A

> Quicquid ad Eoos tractus, mundiq; vapores B
> Labitur, emollit gentes clementia cœli.

CHALYBES.] *natio Pontica, vbi priùs fuit inuentum ferrum, & ideò vocatũ chalybs.* NVDI.] *asperi, inculti & horridi: quia laboriosi, cùm sine vestibus sint, horrescunt. Vnde syluestres homines dicimus nudos, id est, horridos. Probus ait:* Nudi, quòd in ferrifodinis à nudis ferrum quæritur. VIROSA Pontus.] *dicit: quia in Ponto gignitur aconitum herba, quod est virus, id est, venenum.*

PROB. ILLA seges demum votis respondet auari Agricolæ, &c.] *De eo agro loquitur, quem noualem vocamus: alternis autem cessat: sed sub exitu hyemis semente factâ, sequenti æstate reddit fructum. Ergo bis sentit frigus: semel æstate, deficiente hyeme: initio veris; iterum post sementem. Bis solem: semel æstate, quà cessat; iterum, quà fructus refert. Ipse autem substituet huius rei causam progressu operis: cùm præcipiet, vt sub introitu hyemis sterilis ager proscindatur. Illum enim, qui est fertilis, sub exitu hyemis proscissum, ideò putat relinqui oportere cessantem, vt siccetur æstu: ne, si luxuriantis soli natura fertilis efficiatur, inter fruges herbæ nascantur. Rursum eum, qui fertilis est, idcirco sub hyemem proscindendum putat; quòd humorem cœlestem hybernumq; accipiendo, esse fœcundior possit.* C CROCEOS vt Tmolus odores.] *Tmolus Lydiæ mons est: quem non idcirco nominat vtique, quòd solus crocum ferat; sed quòd præcipuè. Pelusiacam lentem dicit, & Sicyoniam baccam oliuam: non quòd Sicyone tantùm nascãtur, aut Pelusij solùm, lentes; & India mittat ebur: sed & Africa. Sed maiores sunt in Indiâ elephanti. Sabæi, natio est Arabiæ: quos molles, vitio sermonis, quia parùm viriliter loquantur, dicit. Chalybs, natio Põtica, in quâ sunt ferrifodinæ: ibi autem à nudis ferrum quæritur. Pontus fert & castora; sed non solus. fibri enim testes, hoc nomine appellantur. Quod animal cùm etiam in alijs regionibus, quàm in Ponto, nascatur: non tamen tanta est vis testium, quanta Ponticorum fibrorum.*

VAR. Lect. AC patrios cultusq; habitusq; locorum.] *In Oblongo Vaticanæ bibliotheca lib.* Cultus, habitusq., *legitur, particulâ* Que *semel tantùm positâ. In Longobardico, quæ post* Cultus *adscripta erat, abrasa est. Vetera exemplaria reliqua,* Cultusq; habitusq; *legunt.* ET quid quæque ferat regio, quid quæque recuset.] *In nonnu*[illegible] *in antiquis libris legere est,* Quid ferre recuset. HIC segetes, illîc veniũt felicius vuæ.] *Antiquos a*[illegible] *modũ libros vidi, in quibus versus hoc numero legitur:* Hîc segetes veniunt, vuæ felicius illîc. ATQVE iniussa virescunt Gramina.] *In Longobardico exemplari abrasa est dictio* Iniussa, *eiusq; loco repositum,* inuisa. *Sed* Iniussa, *omnino lectio castior est.*

Eliadum

Digitized by Google

Castorea, Eliadum palmas Epeiros equarum?
Continuò has leges, æternaq; fœdera certis
Imposuit natura locis, quo tempore primùm
Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem:
Vnde homines nati, durum genus. Ergo age terræ
Pingue solum primis extemplò à mensibus anni
Fortes inuertant tauri: glebasq; iacentes
Puluerulenta coquat maturis solibus æstas.
At si non fuerit tellus fœcunda; sub ipsum
Arcturum tenui sat erit suspendere sulco.
Illic, officiant lætis ne frugibus herbæ:
Hîc, sterilem exiguus ne deserat humor arenam.
Alternis idem tonsas cessare nouales,
Et segnem patière situ durescere campum.
Aut ibi flaua feres mutato sidere farra,

A SER. ELIADVM palmas Epeiros equarum?] hysteron proteron est. nam hoc dicit: Epeiros creat equas optimas, quæ apud Elidē palmas merentur, in Iouis Olympici curuli certamine. Sanè Epeiros Græcè profertur: vnde etiam E habet accentum. nam si Latinum esset, Epirus, Epiri, pi haberet: quia longa est. Nec mireris equas currere: nam (vt dicit Plinius) velociores sunt ideò, quòd in cursu vrinam faciunt.

CONTINVÒ has leges.] iugiter, in æternum, ad perpetuum, sicut sequentia indicant. Nam dicturus est, Æternaq; fœdera mundi. DEVCALION vacuū lapides iactauit in orbem.] Iam transit ad fabulam: & poeticè dicit, ista tùm primùm statuta, quæ ab initio mundi constat fuisse. VNDE homines

B nati, durū genus.] Expressit τὸ αἴτιον, id est, causam: nam & Græcè populi λαοὶ dicuntur, à lapidibus. λᾶαι enim lapides dicuntur. ERGO age terræ pingue solum.] Iam redit ad causam. PRIMIS à mensibus anni.] hoc est, quod dixit, Vere nouo. PVLVERVLENTA coquat maturis solibus æstas.] quæ glebas soluit in puluerem. & reddit causam, cur hoc debeat fieri. Maturis autem solibus, est, vehementer feruidis, magnis. SVB ipsum arcturum.] id est, autumnali tempore, quo Arcturus oritur. Et sciē tum, quòd Sub præpositio, quando tempus significat, accusatiuo gaudet: vt hoc loco, Sub arcturum, id est, circa arcturum. Idem: Aut vbi sub lucem densa inter nubila sese. &, Sub noctem cura recusat. & item, Sub lucem exportant calathis. Hoc aūt est, tum, cùm iam pluere cœpit. Arcturus enim, pluuiarum & tempestatum sidus est: Arcturus aūt, idem Arctophylax: quia post vrsæ caudam locatus sit. Idem Bootes: quòd boues cū plaustro agat. Alij Arcadem fuisse aiunt, Callisthonis & Iouis filium, qui cùm matrem, in figuram vrsæ irâ Iunonis transfiguratam, vellet occidere, ambos à Ioue in cœlum esse translatos: ille Arcturus, illa Helice dicta. Alij Icarū hunc volunt esse, qui à pastoribus, quos vino tunc primùm reperto ebrios fecerat, ve-

C lut dato veneno, fuerat occisus. Oritur aūt Arcturus, ante XV. Calē. Octobr. atq; exinde pluuiæ incipiunt: quod ipse aperuit dicendo: Hìc sterilem exiguus ne deserat humor arenam. Arcturum aūt pluuiarum & tempestatum esse autorem, & Plautus ostendit in Rudente, cùm eundem ipsum dicentem facit: Increpui hybernū, & fluctus moui maritimos, Vehemens sum exoriens; cùm occido, Vehementior. TENVI suspēdere.] pro, tenuiter suspendere. SVLCO.] id est, aratione. ILLIC.] in terra pingui. OFFICIANT.] noceant, obstent. HERBÆ.] quæ internatæ segetem lædunt. HIC.] in sterili, in tenui & infœcundā. Quia, si pressiùs aratur terra tenuior, humor ad inferiora desidet. Et hoc est, quod suprà diximus: omnia præcepta quæ commemorat, ad illud pertinent, quod ait: Quid faciat lætas segetes. STERILEM.] pro, Otiosum: vt interdū Lentus, pro Cessante. vt, Segnisq; secundo defluit amne. ARENAM.] aridam terram, quæ est sicut arena. ALTERNIS.] id est, alternatim. IDEM.] scilicet agricola. TONSAS nouales.] agros messos. Dicimus autem, & has nouales, & hæc noualia. Propriè nouales sunt arua primùm proscissa, & primùm segetem ferentia. PATIERE.] pro, patieris. SITV durescere campum.] segnem, cessantem. Et situ, pro otio: vt redeat in vires priores. Sanè sciendum, & Ciceronem in dialogis, & cæteros Philosophos tractare, non quid debeat fieri, sed quid potissimum. quam rem nunc Vergilius sequitur. Nā cùm dicat multa remedia agrorum recreandorum, ponit præ omnibus intermissionem. vnde eam rem frequenter iterat. AVT ibi flaua feres mutato sidere farra.] Si te terrarum cogit angustia, & non habes, vbi intermisso agro rursus feras: ibi frumenta feras, vnde legumina sustulisti. aut si tibi est opus frumento, stercora sparge & cinerem: vel incende stipulas. SIDERE.] modò anno. FARRA.] genus est frumenti optimi. Dicitur frumentum à frumine; quod est gulæ prominens pars.

CASTOREA.] id est, testiculos fibrorum. Fibri, animalia sunt in Ponto, quæ, periculo vrgente, testiculos sibi amputant, gnari ob id se peti. Medici testes castoreum vocant. Animal ipsum horridum, morsu arbores iuxta flumina, vt ferro, edit. Hæc antiqui scribunt: & nos in Scythiâ animal vidimus, & Itinerario nostro descripsimus. Fiber, animal est paruum, infra magnitudinem porcelli: pedes habet breuissimos: vnde fit, vt currere non possit. Ventricosus est fiber: cùm vocem dat, infans esse creditur. Dentes habet peracutos, sed minimè mordet. Habitat ripas Borysthenis amnis, qui è palude inaccessibili oritur: tria domicilia, id est, cauernas, in ripis per gradus excauat, vt, cum fluuius intumescat, superiora petat: quoniam prope aquas habitare gaudet: pascitur pomis, & arborum corticibus. Fibri inter se differunt in colore: pili differentia est. qui nigriores sunt, vt domini à cæteris venerantur: proxima nobilitas illis est, qui non sunt adeò nigri: qui ruffescunt, serui sunt. Ita obseruandum est à Scythis. Hi, id est, serui, poma legunt: hi cædunt cortices. indè duo iunguntur, in quorum dorsum alij ex bacillis veluti cratem conficiunt, & posteà poma & cortices superimponunt. Illi aūt, qui subiêre, iuncti procedūt pari gressu vsq; ad regiam, & ibi exonerantur. Cùm domini capiuntur, mœrore quodā afficitur plebs, & luctum incessu vultuq; indicat. Si domi nutriūtur, tantus inest eis pudor, vt domū neq; stercore neq; vrinā maculent: & si egredi non datur, queritur, clamat, donec potestas ei fiat exeundi. Et quantò nobilior, tantò modestior est fiber. Cauda fibri est pedalis, aut paulò ampliùs: in longitudine formam habet linguæ humanæ, sed tamen amplitudo modum non superat. Scythæ comedunt, & in delicijs habent, & etiam sale condiunt, vt nos de petasonibus. Est enim ita pinguis cauda, vt apud nos lardum. Pilos non habet: cortex verò similis est cortici piscium, qui sunt sine squamā. Fibri, si requiras similitudinem, sunt similes lutris. EPIRVS.] nunc dicitur Albania. PALMAS.] in cursu equorum. Elis, ciuitas, vbi fiebant ludi quinquennales, conuentu totius Græciæ, ex palæstrā & cursibus equorum. Equi in Epiro optimi, & pernices in cursu habentur. Sed equas genere fœminino ideò dixit: quia in omni grege & armēto fœminæ optimæ sunt eligidæ. ELIADVM equarum.] Quia in Elide ciuitate currebant equi. CONTINVÒ.] semper, assiduè. Naturæ benignitas imposuit has leges certis in locis, & hæc fœdera fecit, has pactiones, vt quæ nascerentur in vno loco *. Deucalion, filius Promethei, vxorem habuit Pyrrham sororem patruelem, filiam Epimethei, ex oraculo Themidis, quod in Parnasso erat, iactu lapidū post terga, reparauit genus humanum, diluuio extinctū. Oraculum Themidis in vno ex Parnasii iugis erat: quod vbi intrarunt Deucalion & Pyrrha, orauerunt quomodo posset restitui genus humanum. Responsum est, vt post terga iacerent ossa magnæ parentis. Parens aūt omnium, est terra. Vnde Lucretius: Atq; ideò maternum nomen adepta, Terra tenet. Ossa verò, sunt lapides, ex quibus homines geniti sunt. ideò ait: Durum genus. Ouidius sic meminit: Vnde genus durū sumus, experiensq; laborū; Et documenta damus, quâ simus origine nati. Et Columella: Nos fœcunda manus, viduo mortalibus orbe, Progenerat nos, abruptæ tum montibus altis Deucalioneæ cautes

POM. Sabi.

peperêre: ſed ecce Æternùm duruſq; vocat labor. VACVVM hominibus.] quia mortales diluuio perierant. VNDE.] ex iactis lapidibus. PRIMIS menſibus.] Dicunt alij, menſe Martio: ſed pace eorum, Pingue ſolum, pingues & ſicci agri, in calidioribus locis, menſe Ianuario proſcinduntur. Menſe Martio, induſtrius & diligens agricola, illud oraculum Vergilianum obſeruare debet. Ventos & varium cœli prædiſcere morem, Cura ſit, &c. Nam ex diligentiâ mitigatur peſtifera lues in agris, & prouidentia cultoris exilitatem & maciem ſoli vincit. PRIMIS menſibus.] id eſt, Ianuario & Februario. FORTES tauri.] id eſt, validi iuuenci, benè inuertant fœcundam terram. SOLIBVS.] ardentibus caloribus. MATVRIS.] feſtinis. COQVAT.] coquendo proficiat, & comburat omnes. Humus quàmuis lætiſsima, tamen inferiorem partem ieiuniorem habet; eamq; partem attrahunt ex ſiccitate maiores glebæ: quò euenit, vt infœcundior materia, mixta pinguiori, ſegetem minùs vberem reddat. Ideò glebæ debent inuerti, vt & frigoribus hyemis, & caloribus æſtatis decoquantur: vtrumque enim terram fœtificare, id eſt, fœtam facere, cogit. PVLVERVLENTA.] Quia proprium æſtatis eſt, habere puluerem, id eſt, ſicciſſimam eſſe. MATVRIS ſolibus.] Quia ſoles, id eſt, ardores, ſunt maturi, id eſt, feſtini, æſtiuo tempore. Tepidioribus locis, à brumâ proſcindi arua oportet; frigidioribus, ab æquinoctio verno: & maturiùs ſiccâ in regione, quàm humidâ; denſâ, quàm ſolutâ; terrâ pingui, quàm macrâ. Vbi ſiccæ & graues æſtates, & terra cretoſa aut gracilis; vtiliùs inter ſolſtitium & autumni æquinoctium aratur. Vbi leues æſtus, frequentes imbres, pingue herboſumq; ſolum, ibi meliùs caloribus altum, & graue ſolum, etiam hyeme moueri ſolet: tenue valde & aridum, paulò ante ſationis tempus, id eſt, poſt arcturum. Lex itaque eſt in generali: Lutoſam terram non tangito; vi omni arato: Priuſquàm aret, proſcindito. Vtile eſt, quòd inuerſo ceſpite herbarum radices necantur. Quidam vtique ab æquinoctio verno proſcindi volunt. Arcturus, ſtella eſt in caudâ minoris Vrſæ, quam quidam Helicen putauerunt, quæ fuit Iouis nutrix, & Septentrio nunc dicitur. Antiqui, boues validos appellabant triones, quaſi terriones: hinc & à ſeptem ſtellis, Septentrio dicitur. Ideò poëtæ finxerunt plauſtrum, cuius principium appellauerunt Booten, quaſi à bubus. duæ fuerunt Iouis nutrices, Cynoſura & Helice: quæ beneficio illius affixæ polo Boreali fuerunt. ἄρκτος dicitur vrſa, & οὐρὰ cauda: indè Arcturus. Quidam putant eſſe Arctophylacem, qui eſt Bootes. Poëtæ hæc omnia confundunt, Aſtrologi obſeruant. Arcturus oritur decimoquinto calendas Octobris. Columella ait vndecimo: & tunc incipiunt cadere pluuiæ. Pinguis ager proſcindendus menſe Martio, cùm omnes herbæ eruperunt: & adeò frequentibus ſulcis, vt non dignoſcatur, in vtram partem vomis actus ſit: qui acutus eſſe debet, vt radices ſecet. Omnes vliginoſi campi, poſt idus Aprilis proſcindendi. Hoc tamen ſeruandum eſt, ne, cùm aramus, lutoſus ager tractetur, & ne exiguis imbribus madidus: tale ſolum habile ſationi non eſt. Cauendum, ne nimia ſiccitas & nimius humor noceat: medium ſequamur, id eſt, vt neque careant ſucco, neque abundent vligine. AT ſi non fuerit tellus fœcunda.] Probus ait: Vergilius monet, vt ſub introitum hyemis, ſterilis ager proſcindatur: & idcirco putat, quòd humorem cœleſtem hybernumq; accipiendo, eſſe fœcundior poſsit.

A Fertilis ager, ſub exitu hyemis proſcindi debet, & relinqui, vt ſiccetur æſtu proximo: ne luxuriantis ſoli naturâ, inter fruges herbæ naſcantur. FOECVNDA.] id eſt, fertilis. SVSPENDERE.] ſcilicet glebas, & arare. TENVI.] ſpiſſo & frequenti; non nimis elato. SVB arcturũ.] id eſt, exſpectare finem Septembris: quia tunc oritur Arcturus. ILLIC.] in pingui agro. LÆTIS.] benè prouenientibus, & fertilibus. OFFICIANT.] noceant. HIC.] in ſolo macilento. HVMOR exiguus.] id eſt, paucitas humoris. ALTERNIS idem.] agricola patere ceſſare nouales. Hoc nouale, aut hæc noualis, dicitur ager, qui alternis annis ſeritur. TONSAS.] id eſt, poſitas nouales. SEGNEM.] ſterilem. DVRESCERE.] id eſt, non arare, vt ſit durus campus: id eſt, patiêre requieſcere per aliquot annos, dum terra reſumat vires, exhauſtas à frugibus. SITV.] ſqualore. Squalidus dicitur campus, non aratus: id eſt, patiêre vt campus ſit ſqualidus. AVT vbi flaua ſeres.] Probus putat, non minùs eſſe vtilem ad ſationem farris agrum, ex quo alius fructus ſublatus ſit; quàm eum qui per vices ceſſat. FLAVA.] rubicunda farra, quæ antiqui dicebant adorea: & à farre dicitur farina. MVTATO ſidere.] quia non eodem tempore ſeritur. B

PROB. ELIADVM palmas Epirus equarum.] Copioſiſsimam eſſe palmis Epirum ſignificat: nec tamen ſolam eas ferre: dicit enim, & Idumæas. Quæri ſolet, quare equarum potiùs, quàm equorum dicat. Ipſe rationem conſilij ſui explicat, cùm ait in libro tertio: Seu quis Olympiacæ m. p. p. Paſcit e. ſ. q. fortis ad a. i. corpora præcipuè matrum legat. CONTINVÒ has leges, &c. DEVCALION vacuũ, &c.] Deucalionã putàt Promethei fuiſſe filium, & habuiſſe in matrimonio ſororem patruelem Pyrrham, Epimethei filiam, his temporibus, quibus ira Iouis, inundatâ Græciâ, cataclyſmo perdidit humanum genus. Qui cum perlati eſſent in montem Parnaſſum, cuius tantum duo vertices eminebant, vt ibi eſſet oraculum Themidos, intrauerunt, adorantes, quemadmodum poſſent reſtitui homines: quibus reſponſum eſt, iactanda his eſſe parentis magnæ oſſa poſt terga diſcinctis, capitibuſq; velatis. Interpretati autem cùm eſſent, terram parentem, oſſa eius lapides: iecerunt poſt ſe, ex quibus hominum genus renatum eſt. Cuius etiam Ouidius meminit, cùm ait: Inde genus durum ſumus, experienſq; laborum; Et documenta damus, quâ ſimus origine nati. SVB ipſum Arcturum.] Arcturus, C eſt ſtella in caudâ maioris Vrſæ, quam Græci Elicem vocant: dicta à caudâ & vrsâ: ἄρκτος enim Græcè vrſa dicitur; cauda οὐρὰ: cuius ortu hyems incipit. HIC ſterilem exiguus ne deſerat humor arenam.] Quidam aſpirant harenam; quia hæreat: cui ſcilicet digammon adiunctum eſt, quòd etiam hauriat, hoc eſt, in ſe receptum humorem trahat. Huius hanc eſſe naturam teſtatur Vergilius, dicens: Collectum humorem bibulâ deducit arenâ. Bibula enim, quia bibat, dicitur. AVT ibi flaua ſeres, &c. ſyluamq; ſonantem.] Putant, non minùs eſſe vtilem ad ſationem farris agrum, ex quo alius fructus ſublatus ſit; quàm eum qui vicibus ceſſat.

VAR. Lect. PVLVERVLENTA coquat maturis ſolibꝰ æſtas.] In Rom. libro legere eſt, Maturis frugibꝰ. Seruius, Solibus agnoſcit: cũ alijs plerisq; codicibus antiquis. AT ſi nõ fuerit tellus fœcũda.] In Lõgobardico, Et: ſed At melius. AVT ibi fl. In Rom. libro, Mutato ſemine, legitur. Sed Sidere agnoſcit Seruius. Et reliqui libri omninò Sidere legunt.

Vnde priùs lætum ſiliquâ quaſſante legumen,
Aut tenueis fœtus viciæ, triſtiſq; lupini
Suſtuleris fragiles calamos, ſyluamq; ſonantem.
Vrit enim lini campum ſeges; vrit auenæ:
Vrunt Lethæo perfuſa papauera ſomno.
Sed tamen alternis facilis labor: arida tantùm
Ne ſaturare fimo pingui pudeat ſola néue
Effœtos cinerem immundum iactare per agros.
Sic quoq; mutatis requieſcunt fœtibus arua:

SER. LÆTVM legumen.] fertile. & lætus, prout res fuerit, accipimus: vt, lætus homo, id eſt, hilaris: lætum pecus, id eſt, pingue: lætum legumen, vt diximus, fertile. & ſic in reliquis. SILIQVA.] thecâ leguminis. QVASSANTE.] id eſt, quaſſâ. LEGVMEN.] dicitur, quòd manu legatur, nec ſectionem requirat. frumenta verò ſunt, omnia quæ ex ſe emittunt ariſtas. Nam quod ſuprà ait Farra, frumenta accipimus: ſpecies eſt enim pro genere. AVT tenues fœtus viciæ.] Mirè ait, tenues,

nam

Nec nulla interea eſt inaratæ gratia terræ.
Sæpè etiam ſterileis incendere profuit agros,
Atq; leuē ſtipulam crepitátibus vrere flāmis:
Siue indè occultas vires, & pabula terræ
Pinguia concipiunt; ſiue illis omne per ignem
Excoquitur vitiū, atq; exſudat inutilis humor:
Seu plures calor ille vias, & cæca relaxat
Spiraméta, nouas veniat quà ſuccus in herbas:
Seu durat magis, & venas aſtringit hianteis,
Ne tenues pluuiæ rapidíue potentia Solis
Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat.
Multū adeò, raſtris glebas qui frangit inertes,
incuruis ęuū tribuêre ligones.

A *nam vitiis vix ad triplicem peruenit fructū: cùm alia legumina prouentū habeant feliciſsimū & fertilē.* TRISTISQVE lupini.] *amari: cùm in guſtu ſit amarū triſte. nā incoctus amarus eſt. Ennius:* Neq; ille triſte quęritat *ſinapi. Nonnulli propriè calamos lupinorū, alas dici putant. vt Aelius:* Alæ ex lupino, ſurculi ſinè folijs. *Cato in Originib.* Alæ ex lupino. *Tamen Varro, de linguâ Lat. alam culmū fabæ dicit.* VRIT enim lini campū ſeges.] *Bene excepſit linū, auenas, papauer: & dicit, poſt hæc frumenta ſerenda non eſſe. nam licèt manu legantur, & ſint inter legumina, viribus tamen frumentis exæquātur. Cælius lib. 3. ſeri arenā oſtēdit. Sed videtur Poëta, velut interrogatus, cur linū, & quæ ſequuntur, dicat non ſeri debere, reſpondiſſe:* Vrit enim. *Quia* Enim *cauſalis coniūctio eſt.* LETHÆO perfuſa papauera ſomno.] *plena obliuionis. nā Ceres, Ioue admonente, dicitur, cibo papaueris,*
B *obliuionis oblita, (& reuerā papauer gignit ſaporem) cùm iam Proſerpinā, raptā à Plutone, ex inferno recipere non potuiſſet.* ALTERNIS facilis labor.] *Redit rurſus ad præceptum, quod ſcit eſſe pcipuū: id eſt, ad intermiſsionē.* ALTERNIS.] *intermiſsis, ſubaudi agris.* FACILIS.] *vtilis.* NE.] *pro Non.* SALVTARE.] *recreare, reparare.* FIMO pingui.] *vel humido, vel fertili.* SOLA.] *terras.* EFFOETOS pagros.] *continuâ fertilitate laſſatos: ſicut & frequenti partu effœta dicitur mulier.* CINEREM immundū] *Dicit ad diſcretionē illius, quo vtuntur puellæ: de quibus cineribus in Bucolicis;* Fer cineres Amarylli foras. MVTATIS fœtibus.] *vt omni anno proferant, ſed diuerſa. nam eadem ferre ſemper non poſſunt, niſi intermittant.* REQVIESCVNT fœtibus arua.] *non nihil etiā roborātur: quod intermiſsio efficit arationis. quā rem rurſus repetit, dicendo:* Nec nulla interea eſt inaratæ gratia terræ. *nam λιτότης figura eſt: id eſt, maxima & præcipua: vt,* Munera nec ſperno. INARATÆ.] *non ſatæ. Vnde eſt illud:* Alternis idem tonſas ceſſare nouales. *Alij* inaratæ *accipiunt, quæ eſt pabulo pecoribus.* INCENDERE pfuit agros.] *non agros, ſed ea quæ in agris ſunt: id eſt, ſtipulas, vel quiſquilias: hoc eſt, purgamenta, ter-*
C *rarū & alia inutilia, concremare. nā, vt videmus, ſi in agris, qui incendendi ſunt, deſint ſtipulæ, aliunde illuc nutrimenta portātur incendij. Alij, non Sæpè profuit; ſed Sæpe incendere, accipiunt.* ATQVE leuē ſtipulā crepitantibus vrere flammis.] *ἐπίθετον poëtica, vel ſuperflua Verbi repetitio. Nā ſtipula per ſe leuitatem ſignificat. Vnde leuē ſtipulā vocamus.* Crepitātibus *vero, ſonātibus.* SIVE indè.] *Indè, id eſt, ex igni.* OCCVLTAS vires.] *arcanâ quadā ratione celatas. In hoc autē ſenſu ſequitur Heracliti opinionē, qui dicit omnia ex igne procreari: quem nunc terris alimenta præbere commemorat.* VITIVM.] *quod fœcunditatem impedit.* EXSVDAT inutilis humor.] *Nouè locutus eſt: nā nō ipſe humor, ſed terra deſudat. Vnde Exſudat, pro Exſudatur accipim9. Poteſt ergo, Exſudare, & quod emittitur, & quod emittit, accipi.* CÆCA relaxat Spiramenta.] *breues cauernas, per quas ſudor manat: quæ tenuitate ſui non poſſunt videri. Ergo occulta & latētia.* NOVAS.] *quæ antè non fuerant.* RELAXAT.] *aperit.* DVRAT.] *Actiuū eſt hic: dicimus enim, duro, & duro.* HIANTEIS.] *apertas & patentes.* NE tenues pluuiæ.] *aut lentæ & penetrabiles: aut epitheton eſt aquarū. q. quæ enim naturaliter tenues ſunt. ſic alibi:* Aut in aquas tenueis dilapſus abibit. *Alij, tenues, inutiles, ieiunæ, macræ: quibus contrariū, pingues; vt eſt, tenuis vbi argilla.* RAPIDI.] *feruidi & ardentes.* ACRIOR.] *validior.* BOREÆ.] *venti Aquilonis.* PENETRABILE frigus.] *quod omnia penetrat.* ADVRAT.] *Et ad Solem, & ad frigus pertinet. Nam vno ſermone duo diuerſa concluſit; quæ tamen vnum ef-*

fectū habent. nā & frigoris finis eſt caloris initiū; & ſummus calor, frigoris eſt principium. Vndè quaſi vnus effectus eſt, et frigoris, & caloris. Hoc eſt quod Græci dicunt, ἀκρότητες ἰσότητες. MVLTVM adeò.] *Ordo eſt: Multū adeò iuuat arua.* RASTRIS.] *Et hos raſtros dicimus, & hæc raſtra. Legimus enim:* At iſtos raſtros interea tamē depone; *in Terentio. Item:* Raſtraq; & incuruis ęuū tribuêre ligones. *Et raſtra dicta, quòd terram radant.* GLEBAS inertes.] *pigras, nihil creantes. Et tranſit ad aliud præceptum.*

PRIVS.] *antea.* LÆTVM.] *fertilē.* SILIQVA.] *vaginā, in quâ grana includūtur.* Legumina *dicūtur à legendo, id eſt, euellendo.* QVASSANTE.] *quia quatitur à vento.* FOETVM.] *id eſt, herbam.* TENVES.] *à tenuitate calami.* FRAGILES.] *Virgulta lupinorum facilè franguntur.* TRISTIS.] *mæſti, ab effectu: quia faciunt hominem mæſtum.* SYLVAM.] *ſcilicet lupinorum Virgulta.* VRIT enim lini.] *Saſerna putat, iuuari & ſtercorari agros lupino, fabâ, viciâ, eruiliâ, lente, cicerculâ, piſo. De lupino & viciâ palumbari, Columella aſſerit: ſi ea viridis ſecetur, & confeſtim aretur terrâ; & ſi legumen falce ſecetur, priuſquàm inareſcat; folia vomis reſcindat, & obruat: hoc modo pro ſtercore eſt radici leguminum. ſi relinquuntur, vim terræ abſumunt, & præſertim fabarum. & ideò ſtatim, peractâ meſſe leguminum proſcinditur terra. Tremulus Scrofa ait, Terræ obeſſe cicer; quia ſit ſalſæ naturæ: & linum; quia feruidæ. Vergilius addit auenam & papauera: Columella, milium & panicum.* VRIT.] *conſumit.* SEGES lini.] *ſtipula lini; quod eſt naturæ feruentiſsimæ.* LETHÆO ſomno.] *Somnus rerum obliuionem facit: & λήθη obliuionem ſignificat. Ideò ait, papauera perfuſa ſomno lethæo, id eſt, obliuioſo. Stercus optimum, ſcribit Caſsius, volucrum eſſe, præterquam paluſtrium. Varro putat fimum turdorum optimum, & merularum. Caſsius ſcribit, poſt columbinum eſſe hominis, & caprillum, ouillum, aſininum. Equorum verò fimum in prata optimum eſſe, quia ordeo veſcuntur, & multum herbæ. Purgamenta cortis, & totius villæ, pro ſtercore ſunt. Omne ſtercus, quod putrefactum eſt, maximè vtile agris putat Columella: ideò ſeponendum in loco effoſſo, vt anno requieſcat. Stercus ſuillum, deterrimum eſt. In Galliâ Ciſalpinâ, cinis pro ſtercore eſt.* ALTERNIS.] *id eſt, in nouali agro.* SOLA.] *id eſt, agros ſatiare ſtercore pingui, ac per hoc fertili.* EFFOETOS.] *id eſt, exinanitos & euacuatos.* IMMVNDVM.] *non cribellatum.* SIC quoque mutatis.] *Ignis, ſi libet altiùs repetere, ac de elemento loquitur, omnia generat. Nam ab eo ſolum accipit: à quo omnis generatio manat. Et nulla eſſet genitura, niſi ſol vim ſuam immitteret: qui ideò anima mundi appellatur, atque mens. Et anima ipſa, quæ eſt, de ſole naſcitur. Ideò Epicharmus, de mente humanâ loquens, ait:* Iſtic eſt de ſole ſumptus ignis. *Et Zenon Citticus:* Animalium ſemen ignis eſt. *Phyſici putant, mundum ipſum igni conſumendum; de quo Panætium addubitare legimus: & id fieri conſumpto humore, id eſt conſumptâ omni aquâ: quæ cùm fuerit exhauſta; aër, qui ex eius tenuitate conſtat, eſſe non poterit; & terra, quæ humore nutritur, peribit: remanebit ignis, à quo rurſum mundus, idémque ornatus orietur ab hoc elemento igneo. Ad vſum mortalium eſt ignis, ſiue gratiâ Promethei, ferulis ad ſolem appoſitis, nobis datus; ſiue ex motu factus; ſiue ex colliſione ventorum in fragminibus arborum accenſus. vndecunque venerit, genitalis eſt; & tanta vis, vt per ſe conceptum poſſit facere in animalibus. Hiſtorici ſcribunt, Ochryſiam, nobilem mulierem, conceptiſſe ex cinere genitali prope ignem,*

POM. Sabi.

gnem, peperisséque Seruium Tullum; cui postea caput arsit: voluit enim Vulcanus testimonium facere, se patrem pueri esse. Agricolæ id obseruant: cùm volunt terram fœcundiorem habere, arbores in agris igni consumunt; &, vt diximus, ex cineribus fertilitatem nasci putant. CREPITANTIBVS.] Quia stipula, quando comburitur, dat crepitum. OCCVLTAS.] scilicet, quæ ignorantur à nobis. INDE.] ab illa combustione, illis flammis. PINGVIA.] id est, fertiles cibos. EXCOQVITVR.] consumitur. VITIVM.] scil. quod potuisset esse in ipsa terrâ, exsudat, euanescit paulatim, propter ignem. INVTILIS.] superfluus. RELAXAT.] aperit. CÆCOS.] id est, occultos meatus. SPIRAMENTA.] id est, cauernulas occultas. QVA.] ex quibus spiramentis & vijs. SVCCVS.] id est, nutrimentū. DVRAT.] condensat, scil. terram cauernosam. HIANTES.] apertas. TENVES.] quia tenues pluuiæ in æstate potissimùm inducunt ardorem. RAPIDI.] velocissimi, qui penetret ad A
illas cauernas. ACRIOR.] id est, vehemēs, ac per hoc nimia. PENETRABILE.] quod facilè penetrat. MVLTVM adeò rastris.] Dicit, agrum fieri fertilem diligentiâ agricolæ. ADEO.] valde. INERTES.] infœcundas. FRANGIT.] fossione & aratro.

PROB. LETHÆO perfusa papauera somno.] Lethæū somnum dicit; eò quòd excutiat memoriā sopitis. Lethe enim est obliuio. Papauer autē, quod in segete nascitur, facit somnum.

VAR. Lect. VNDE priùs lætum siliquâ quassante legumen.] Quamuis Seruius, Lætum, agnoscit: vide tamen, an rectè in Romano libro, Lectum, legatur. Requiescūt fœtibus.] in Romano libro, Requiescent fœtibus, futuro tempore scriptum: in alijs, præsenti.

Vimineasq; trahit crates, iuuat arua. neque illum
Flaua Ceres alto nequicquam spectat Olympo:
Et qui proscisso quæ suscitat æquore terga,
Rursus in obliquum verso prorumpit aratro,
Exercetque frequens tellurem, atque imperat aruis.
Humida solstitia, atque hyemes orate serenas
Agricolæ. hyberno lætissima puluere farra,
Lætus ager. nullo tantùm se Mœsia cultu
Iactat; & ipsa suas mirantur Gargara messes.
Quid dicam, iacto qui semine comminus arua
Insequitur? cumulosq; ruit malè pinguis arenæ?
Deinde satis fluuium inducit, riuosque sequentes?
Et cùm exustus ager morientibus æstuat herbis:

SER. VIMINEAS crates.] Instrumenta rustica, ad agrorum scilicet exæquationem: quam rustici Lypicem vocant. IVVAT.] vel adiuuat, vel quasi delectat. FLAVA Ceres.] Flaua dicitur, propter aristarū colorem in maturitate. & Ceres nomen est, quod in polysyllabis in nominatiuo singulari producit vltimam; cùm in obliquis corripiat. ALTO.] de alto. Alto autem olympo, aut poëticè dictum de cœlo, illi fauere Cererem: aut verè altam segetem esse; non paleis tantùm inanem, sed granem frumento. nam ideò flaua Ceres. NEQVICQVAM.] id est, non sinè causâ. nam semper duæ negatiuæ, vnam confirmatiuam faciunt. Vnde malè quidam locum illum legunt in Terentio: Pater adest; caue ne te tristem esse sentiat. si enim hoc est; dicit: Vide vt te tristem esse sentiat. quod procedere minimè potest: sed ita intelligendum est; Caue te tristem esse sentiat: nam & Ne, & Caue, prohibentis est. SPECTAT.] respicit. ET qui proscisso.] Propriâ voce vsus est. cùm enim primò agri arantur, quando duri sunt, proscindi dicuntur: cùm iterantur, obfringi: cùm tertiantur, lirari. QVÆ suscitat æquore terga.] id est, vertit. Et propriè suscitat: quia iacent inexerciti. Terga autem, superficiem: vt Homerus, νῶτα θαλάσσης. TERGA.] id est, terram quam arauerat. RVRSVS in obliquum verso perrumpit aratro.] scilicet autumnali tempore, quo iam cum seminibus aratur. nam hoc præcipit: vt, quum denuò aramus, tunc per obliquum aratra ducamus. Nemo enim vno tempore bis arat. EXERCETQVE.] Quidam Exercet, pro Tractat, accipiunt: vt, Ferrum exercebant vasto c. i. a. FREQVENS.] pro, frequenter. ATQVE imperat aruis.] id est, vt tantum ferant, quantum ipse desiderat. & hoc est, quod ait suprà: Illa seges demum votis respondet auari Agricolæ. Alij, ne liberiùs ferant, quæ volunt; sed quod fuerit satum, tradant. HVMIDA solstitia, atque hyemes orate seneras.] Bene ad votum se transtulit: neque enim rusticus aliud potest facere hîc, nisi optare. Nam duo sunt solstitia: vnum æstiuum, VIII. Calend. Iulij die; quo tempore remeare sol ad inferiores incipit circulos: & aliud hyemale, VIII. Calend. Ianuarij die, quo tempore sol altiores incipit circulos petere. Vnde hyemalis solstitij dies minimus, sicut æstiui maximus inuenitur. Videtur ergo contrarium esse, quod dicit: Optate pluuias per solstitia, & per hyemem serenitatem: cùm (vt diximus) vnum æstiuum sit, & aliud hyemale solstitium. Sed scien-dum modò, annū in quatuor partes esse diuisum: in duo solstitia, & duo æquinoctia; vnum vernale, & aliud autumnale: quæ Græci ἰσημερίας vocant. B
Sunt autem hæc, VIII. Calend. Aprilis, & VIII. Calend. Octob. die: quia annus olim in duas tantùm partes diuidebatur; hoc est, in æstiuum & in hyemale solstitium, & in duo hemisphæria: vt intelligamus, omnia eum tempora voluisse complecti. Nam hoc dicit: Optandum rusticis, vt autumnali & hyemali tempore sit serenitas: quæ duo tempora pro vno habebantur, secundùm hemicycli rationem, vt diximus. Vernali verò & æstiuo tempore, vt sint pluuiæ: quæ & ipsa duo tempora pro vno erant. Tamen, si diligenter attendamus, poëticâ licentiâ est vsus: vt pluralem numerum pro singulari poneret. nam solstitia pro solstitio, & hyemes pro hyeme posuit. Dicit autem, optanda hæc, quæ per naturam non sunt; quò possit vtriusq; temporis asperitas mitigari: & æstatis calor, pluuijs: & frigus hyemis, serenitatis tepore. Sanè quidam, humida solstitia atque hyemes orate serenas, pro hyemali tantùm solstitio accipiunt: hoc est, ea solstitia, quæ humida, hyberni C
temporis ratione, esse necesse est. Nam æstatis solstitia humida esse non possunt. Vt sub vna significatione dictum sit, humida solstitia atq; hyemes: quod ostendunt subsequentia, hyberno lętissima puluere farra. Neq; enim aliquid de æstatis solstitio vel tempore memorauit. Sed verior expositio hoc habet, Humida solstitia atq; hyemes orate serenas. Agricolæ: non quòd humida esse debeant: sed humida solstitia, epitheton hyemis est. & modò hoc dicit: Solstitia illa, quæ humida sint naturaliter, id est, hyberna, ô agricolæ, & hyemes serenas orate: nisi enim serenū cœlū fuerit; nec seri poterit, nec arari. vt ipse dixit in sequentib. hyberno lætissima puluere farra. Nisi enim serenū fuerit, puluis è terrâ leuari non poterit. Ergo hoc dicit: Solstitia hyberna, & nō solùm solstitia, id est, solstitiorū solâ tempora; sed omnes hyemes, serenas optandas. HYBERNO puluere.] hybernâ serenitate: eò quòd nimia serenitas puluerē creat. Et est carmen rusticorū antiquū: Hyberno puluere, verno luto, grādia farra, Camille, metes. LÆTVS ager.] hyberno scilicet sereno. Quia vbi hoc contigerit, ne hæc quidē loca, quæ fertilia sunt, vt est Mœsia & Gargara, (quæ dicturus est in sequētibus) certēt cum illo prouentu. NVLLO tantùm se Mœsia cultu. Cōstat quidem, Mœsiam circa culturā esse diligentem: sed non ei cultus suus tantum prodest, quantū hyberna serenitas. Mœsia aūt, prouincia est Thraciæ, vicina Scythiæ. Mœsia verò, ciuitas Phrygiæ, haud lōgè à Troiā: quā magis debemus accipere ꝓpter Gargara, mōtes Phrygios. Vnde apparet, & in Asiâ esse regionē, quæ

Mœsia

Digitized by Google

A *Mysiâ dicatur. Sanè Gargara, multi auctores græci, sicut Serenus Sammonicus tradit, altitudinem Idæ montis, & per hoc, abusiuè, omnes summitates montium, Gargara appellant: esse etiam Gargara ciuitatē, in radicibus Idæ montis, in prouinciâ Mysiâ Asiæ: quam constat naturaliter uliginosam, & ob hoc frugum feracem, in tantū, vt multi Poëtæ græci, Gargara, abusiuè, pro cuiusuis rei multitudine vel copiâ posuerint. Ergo potest & hic sensus esse: cùm ea sit anni temperies, vt hyems serena sit, & solstitium humidum, fructus optimè prouenire: hæc autem adeò agris esse necessaria; vt sine his, ne illi quidem fœcundissimi Mysiæ agri, responsuri sint opinioni fertilitatis, quæ de his habetur.* Cultu *autem, ideò addidit, tanquam diceret: omnis seges, quæ tempestiuos humores habuerit, æquabitur fœcunditati aruorum Mysiorum: quæ propterea, quòd non quærant solstitiales imbres; sed naturali & proprio humore lætentur, maximum & præcipuum cultum habent: & ita vberes ibi fructus proueniunt, vt fœcunditatem agrorum suorum etiam Gargara ipsa mirentur.* MIRANTVR Gargara messes.] *Phantasia est poëtica, rei inanimatæ sensum dare. sic alibi:* Miraturque nouas frondes, & non sua poma. *Sanè Rubellius Blandus & Quadrigarius*

B *historici, dicunt, Gargarum flumen vocari in finibus Thurinis: ad illud fuisse oppidum mediocre, quod Garga nunc vicus est, quem Troës obscuri centum. quinquaginta, ignoto & incerto duce, insederunt: scilicet nomine à vertice Idæo translato, à quo ciuitas etiam in finibus Troicis Gargara appellatur.* QVID dicam?] *Oratorium schema, quædam recusare, quasi non sufficiat materiæ; deinde referre. Et, quid dicam, quemadmodum iuuat arua qui insequitur.* COMMINVS.] *id est, statim, sine intermissione. Non est ergo, ex propinquo: qui significatus frequentissimus est in Cisalpinâ Galliâ. Vulgò enim dicunt; Vado ad eum, sed comminus. Vnde Vergilius magis patriam consuetudinem videtur secutus. Veteres enim, non in tempore, sed in loco, Comminus ponebant, id est, Iuxtà: vt est,* Comminus obtruncant ferro. *Cui contrarium est, Eminus, id est, longè.* INSEQVITVR.] *prosequitur, & non sinit quiescere.* RVIT] *euertit, dissipat. nam modò agentis: vt* Vnà eurusque notusque ruunt. *nam aliter dictum est:* Ruit alto à culmine Troia. MALE pinguis.] *non pinguis, id est, sterilis. Nam* Malè *apud Vergilium sæpè pro* Non *significat: vt,* Malè sana sororem. DEINDE satis fluuium inducit.] *Post*

C *commemoratam generalem agriculturam, transit ad species, & culturas venientes ex tempore. nam arare, cinerem iacere, incendere, æternum est: irrigare autem, nonnisi nimiæ siccitatis est: sicut siccare etiam, aut ex magnis pluuijs, aut ex fluminis eruptione compellimur.* SATIS.] *segetibus, agris satis, id est, seminat. nam participium est.* RIVOSQVE sequentes.] *id est, iuges: aut secuturos: aut certè riuorum est epitheton. quia, quà duxerit, sequuntur.* EXVSTVS ager.] *scilicet æstatis calore.* MORIENTIBVS herbis. *Secundùm Pythagoricos: qui dicunt, omne, quod crescit, habere animam. vnde est,* Atque interfice messes.

POM. Sabi. CRATES.] *he tracta per terrā, æquât terrā.* NEQVICQVAM.] *id est, nō frustra: id est, bene proueniēt sata; & tūc Ceres bene videt nos.* ÆQVORE.] *in planicie.* FREQVENS.] *frequiter arando.* SVSCITAT.] *reuoluit.* IMPERAT.] *id est, præcipit.* ALTERNIS idē tōsas, &c.] *Requiritur* suprà. *Plinius ait: Vergilius alternis cessare arua suadet: & hoc, si patiātur ruris spatia, vtilissimū proculdubio est, quod si neget conditio, far serendum, vnde lupinum, aut vicia, aut faba sublata sint, & quæ terram faciant lætiorem. Vbi dicit* legumen, *intelligit præsertim de fabâ. Suprà sic quoque: Mutatis magna gratia terræ est requiescenti, quæ mutet fœtus, id est, partum. Pulcherrima translatio: id est, cùm pro frugibus paris herbas inutiles. Suprà,* crates vimineas. *Plinius sic ait: Sunt genera terræ, quorum vbertas pectinari segetem in herbâ cogat cratis, & hoc genus dentatæ stylis ferreis.* SOLSTITIA.] *scilicet æstiua. Octauo Calendas Iulij solstitium æstiuum est; quod pluuium Poëta esse cupit: vt faciliùs accepto humore, terra bonam frugem pariat. Plinius ait: Octauo Calendas Iulij, maxima dies totius anni, & nox breuissima, solstitium conficiunt: quod fit in octauâ parte Cancri. Sol ab eo incipit flecti ad Austrum, qui ascenderat ad Aquilonem. Serena hyemalia magnum prouentum frugum portendunt. Vergilius ex libro vetustissimorū carminum hoc accepit, vbi scriptum inuenitur:* Hyberno puluere, verno luto, grandia farra Camille metes. SERENAS.] *ac per hoc frigidas: nam frigus in hyeme prodest satis.* FARRA.] *Per farra intelligit alias sementes, vt ordeum, &c. Hoc dixit poëta, antiquitatem secutus.* LÆTISSIMA.] *fertilissima.* Mysia *regio est Hellesponti, nominata à Mysis, qui è Thraciâ illuc migrauerūt: quæ subacta fuit Telepho, & postea Teutranti. Homerus appellat Mysiam fertilem. Est et alia Mysia post Macedoniam, quæ à terminis Adriatici vsq; ad Ponticum extenditur mare: nunc appellatur Seruia, Bosina, & magna pars Valachorum. & ea duplex fuit, Superior & Inferior. Poëta intelligit de Mysia Telephi. Mysia cōtigua Macedoniæ, apellatur Horreum Cereris.* Gargara *duobus in locis sunt, & in Mysiâ, & montis Idæ cacumine: hoc nomine appellantur vtraque fertilia. Ouidius in Arte amandi scribit:* Gargara quot segetes, quot habet Metymna racemos. CVLTV.] *id est, nullo prouentu frugum. Gargara non mirantur se nullo cultu, si Italia habuerit humida solstitia, & serenitates hyemales.* Comminus *refertur ad tempus, &* statim *significat.* RVIT.] *inuertit, & eruit.* ARENÆ malè pinguis.] *id est, sterilis. Nam terra sterilis est similis arenæ. Arena semper singulariter pronuntiatur: & apud probatissimos autores nunquam inuenies contrarium, vt Cæsar scribit.* SATIS.] *segetibus.* SEQVENTES riuos.] *id est, aquas, quas facilè sequuntur.* EXVSTVS.] *sitibundus: quia non fuerunt pluuiæ.* ÆSTVAT.] *id est, nimium calescit.* MORIENTIBVS.] *languētibus herbis. Quia herbæ dicuntur mori, quando languescunt.*

NVLLO tantum se Mysia cultu, &c.] *Mysia, natio est coniuncta barbaris, contingens Adriaticum sinum. Sed & altera huius nominis terra, iuncta Troadis, aliquādo subiecta regi Telepho, & antè Teuthranti. Gargara appellatur caput Idæ Phrygiæ.* PROB.

Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam
Elicit: illa cadens raucum per læuia murmur
Saxa ciet, scatebrisq; arentia temperat arua.
Quid? qui, ne grauidis procumbat culmus aristis,
Luxuriem segetum tenerâ depascit in herbâ,
Cùm primùm sulcos æquant sata? quiq; paludis
Collectum humorem bibulâ deducit arenâ?
Præsertim incertis si mensibus amnis abundans
Exit, & obducto latè tenet omnia limo:
Vnde cauæ tepido sudant humore lacunæ.
Nec tamē hæc, (cū sint hominūq; boūq; labores,
Versando terrā experti) nihil improbus anser,

SER. ECCE.] *id est, ex improuiso.* SVPERCILIO.] *altitudine, summitate terrarum. Alij, Supercilia, loca in obliquum declinata, quæ supernè habeant alia fastigia ex accidenti, dicunt.* TRAMITIS.] *Tramites sunt conualles, quæ de lateribus vtrinque peruiæ limitant montes: quæ solent etiam Saltus nuncupari. Sed hîc tramitem, nunc pro valle ac saltu accipere debemus, & pro supercilio, simpliciter edito loco: ut ἴχνος ὑψηλόν. nam ideo ait, cliuosi.* ELICIT.] *Ab eliciendo, & apud antiquos, hodieq; in aliquibus prouincijs, Elices appellantur sulci ampliores, ad siccandos agros ducti. vnde Poëta ipso verbo vti voluit. Nam & scrutatores vel*

Strymoniæq; grues, & amaris intyba fibris
Officiunt, aut vmbra nocet. Pater ipſe, colendi
Haud facilem eſſe viâ voluit: primusq; per artem
Mouit agros, curis acuens mortalia corda:
Nec torpere graui paſſus ſua regna veterno.
Ante Iouem nulli ſubigebant arua coloni:
Nec ſignare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat: in medium quærebant: ipſaq; tellus
Omnia liberiùs, nullo poſcente, ferebat.
Ille malum virus ſerpentibus addidit atris,

res vel repertores aquarũ (*Aquilices dicuntur*) *Barinulas dixerunt.* RAVCVM per lęuia murmur Saxa ciet.] *Non ſolùm vtilitati hãc rem dicit fore; ſed etiã voluptati. Murmur aũt, ſonũ aquæ.* LÆVIA.] *lubrica, detrita, nitida.* SCATEBRIS.] *ebullitionibus, quæ fiunt, quum aqua in aliquas rimas defluxerit. vnde etiam vaſã æſtuantia ſcaturire dicuntur. & vulgò vaſa, vbi calida ſolet fieri, Scutræ appellantur.* TEMPERAT.] *ruſticus ſcilicet.* QVID?] *ſubaudi, De illo dicendum eſt: aut, Quantum illi prodeſt?* GRAVIDIS ariſtis.] *Grauidas ariſtas, periphraſticôs, pro ſpicis poſuit. Dicimus autem, & hic ſpicus, & hoc ſpicum. Cicero in Arato:* Spicum illuſtre ferens inſigni corpore virgo. *Sed ſcire debemus, in vſu eſſe à maſculino vtrunq; numerum: à neutro verò rarò, & tantum ſingularẽ inueniri: nam pluralis nuſquã lectus eſt.* CVLMVS.] *iunctio ſpicarum.* LVXVRIEM ſegetum.] *Bene, luxuriem: vt oſtendat, rem ſuperfluam & nocituram, niſi amputetur, officere. Et bene,* luxuriem depaſcit; *non ſegetem. Sanè Luxuriem, iuxta antiquos muliẽ dictum putant; cùm Luxuria dicatur.* CVM primùm ſulcos æquant ſata.] *id eſt, quum adhuc herbæ ſunt teneræ, id eſt, antequam cogantur in culmos. Et per iſta tempus oſtendit. Sanè eſt Vergilij hoc hemiſtichion vnum de inuictis.* QVIQVE paludis.] *Et hic, iuuat arua, ſubaudiendum.* DEDVCIT.] *ſiccat, detrahit. ſic paulò pòſt:* Riuos deducere nulla Relligio vetuit, *id eſt, ſiccare.* BIBVLA arenâ.] *quia omnis arena bibula eſt.* INCERTIS mẽſibus.] *inopportunis. Incerti autem menſes ſunt, veris & autumni. nam & hyemis certum eſt frigus; & æſtatis certus eſt calor: veris verò & autumni, nunc frigus, nunc calor eſt. Quidam incertos menſes, pro quibuſcunq;, qui afferant variam tempeſtatem, accipiunt.* EXIT.] *Exire propriè dicuntur flumina, cùm abundant extra ripas: vt,* Cùm ſpumeus amnis Exijt. OBDVCTO limo.] *ſuperlito, ſuperfuſo.* LATE.] *Valde ac multum: id eſt, per plurimum ſpatium.* TENET.] *occupat, & operit.* VNDE.] *ex quo, vel ob quam rem.* TEPIDO humore.] *ſtante, noxio, inutili. Vel hoc eſt, incertis menſibus. Videtur enim de æſtate dicere, Tepido humore.* LACVNÆ.] *foſſæ ſunt, in quibus collecta aqua ſtare conſueuit: id eſt, quaſi lacus minores.* NEC tamen (hæc cùm ſint hominumq; boumq; labores] *Ordo eſt: nec tamen nihil officiunt. & hoc dicit: Licèt hæc omnia, quæ dixi, arando ſint experti, & hominum, & boum labores; tamen ſunt adhuc aliqua, quæ obſunt, niſi prouideris: ſcilicet, ne aues obſint, aut vmbræ arborum.* IMPROBVS anſer.] *inſatiabilis, nulli probãdus. & dicit anſeres agreſtes.* STRYMONIÆQVE grues.] *Thraciæ, à fluuio vel lacu Strymone, qui fuit circa Amphipolin ciuitatẽ.* AMARIS.] *nocentibus: vt,* Hoſtis amare qd increpitas? INTYBA.] *Vt etiã Donatus dicit, malè quidã intyba auẽ quãdã amari iecoris accipiunt. nã intyba dicit cicorea, quorũ radices multæ & tenues ambiunt ſegetes, & necãt.* FIBRIS.] *Abuſiuè ait: quòd radices intyborũ hâc atq; illâc decurrũt, vt fibræ per iecur, id eſt, venæ quædã et nerui. Alij fibras ꝓpriè dicunt, rei cuiuſq; extremitates. Sicut Cicero in Gabiniũ:* Fibræ cincinnorum madentes. *Et in Tuſculanis:* Nõ ſolùm ramos amputare miſeriarũ, ſed omnes radicum fibras euellere. *Vnde et iecinoris extremæ partes, fibræ à nonnullis appellantur. Benè ergo Vergilius, intyborum, vel radicum, vel foliorum extremitates, fibras dixit. Alij herbas aſſerunt: vt Nigidius Cõmentar. grammatic.* φορβὴ: *ſed antea fibra dicta eſt: ut nunc etiam ruſtici dicunt. Poteſt ergo hic Fibris, pro Herbis accipi: quando ipſa intybus, herbæ ſpecies eſt.* AVT vmbra nocet.] *vt,* Nocent & frugibus vmbræ. VIAM.] *rationem & artem colendi.* MOVIT agros curis acuẽs.] *Dicturus eſt, Iouẽ feciſſe multa, quæ poſſunt in vituperationem venire: & ex hoc dolore defendit, quòd dicat, voluiſſe eũ ingeniũ mortalibus ex neceſſitate præſtare, ne torperent ocio: quod ex rerum abundantiâ procreatur. Et,* Mouit agros, *tanquam ipſe colat agros, vt ille colit terras. Vel,* Mouit, *id eſt, iuſſit coli, terram vertere.* CVRIS.] *ſollicitudinibus.* ACVENS.] *exercens.* VETERNO.] *pigritiâ, otio: quia plerunq; otioſos ſolet hic morbus inceſſere. Plautus in Addicto:* Opus facere nimiò quàm dormire mauolo: veternum metuo. *Veternus autem dicitur morbus intercus, id eſt,* ὕδρωψ: *qui homines efficit pigros. & dicitur hic intercus, huius intercutis.* A ANTE Iouem.] *ante regnum Iouis.* NVLLI.] *vetuſtè pro* Non *ſignificat. Terentius in Hecyrâ:* Si non quærit, nullus dixeris. *vt ipſi alibi:* Nulla Venus non vlli animum flexêre. B *Tale eſt:* & nil mea carmina curas: *pro, non curas.* SVBIGEBANT.] *domabãt, molliebant; ac per hoc colebant.* LIMITE.] *termino. vt,* Limes agro poſitus. NEC ſignare.] *notare: propterea quòd, cùm agri colonis diuiderentur, foſſa ducebatur ab Oriẽte ad Occidentem; quæ cardo nuncupabatur: & alia de Septentrione ad meridiem, qui decimanus limes vocabatur: & alij minores erant in obliquum diſcreti, qui lineares appellabantur; & agros per centurias ſiue per iugera diuiſos coërcebant.* PARTIRI.] *Diuidere, & deſignare.* FAS erat.] *licebat.* IN medium quærebant.] *in commune: id eſt, in publico. Vt ipſe alibi:* Conſulite in medium. IPSA tellus.] *vltrò, ſponte ſua. vt,* Ipſæ lacte domum. OMNIA liberiùs.] *quia ſuprà ait:* Atq; imperat aruis. *Alij,* liberiùs, *pro liberaliùs, accipiunt. Bene vtrunq; tunc enim liberè cuncta ſponte proferebant: nunc autem, imperante alio, per laborem culturæ ſeruiunt.* ILLE.] *Iupiter ſcilicet, adeptus imperium.* MALVM virus.] *Bene addidit* malum, *ad diſcretionem, epitheton. nam virus & bonum & malum eſt; ſicut venenum: nam idem eſt. Venit autem à græco. nam illi* φάρμακον *medium habent, id eſt, bonum & malum. Sanè virus hodie tres tantùm habet caſus: hoc virus,* C *hoc virus, ô virus: antiqui, huius viri, dicebant. Lucret.* Tetri primordia viri. *Nonnunquam pro fœtore ponitur virus: vt apud Lucilium:* Anſeris herbilis virus. ADDIDIT.] *aut abundat: aut addidit, quia habebant antè nonnihil veneni.* ATRIS.] *modò noxijs: id eſt, ad tenebras & mortem mittentibus.*

ELICIT.] *deducit.* SVPERCILIO.] *è ſummitate.* POM. Sabi. CLIVOSI tramitis.] *id eſt, pendentis viæ.* ILLA.] *ſcilicet aqua.* CIET.] *id eſt, emittit, & facit raucum murmur.* SAXA læuia.] *id eſt, minuta.* Scatebræ *dicuntur bullæ aquarum. Aqua ſcatere dicitur, cùm è terrâ erumpens ampullas facit. Nunc intelligit, quòd aqua, penetrans per cauernulas agrorum, quaſdam facit ampullas. Scatebræ, à ſcatendo dictæ.* Culmus, *appellatur apex herbarum.* OCCVMBAT.] *ne lãgueſcat.* DEPASCIT.] *detõdere facit.* LVXVRIEM.] *ſuperfluitatem herbarum in agris.* CVM.] *quando, eo tempore.* Palus *dicitur illa, in quã aqua aliquãdo non ſtat:* ſtagnũ, *quæ ſemper ſtat.* BIBVLA arenâ.] *propter ſiccam terram.* INCERTIS menſibus.] *Ambigui menſes appellantur, veris & autumni: quia tunc incerta eſt qualitas veris. æſtate verò & hyeme, certiſsima eſt: quia illa calida eſt; hæc frigida.* OBDVCTO.] *id eſt, ſuperinducto limo, id eſt, luto.* VNDE.] *ex quo amnis flexu.* LACVNÆ.] *id eſt, foſſæ, ad recipiendum humorem terræ.* TEPIDO.] *Quia aqua quando terræ ſitienti miſcetur, caleſcit.* NEC tamen hæc.]

A hæc.] *Licèt laboris hominum atque boum sint experti talia pericula suprà dicta, restant adhuc quæ nocent: vt aues, vt intyba, & vmbra arborum.* OFFICIT.] *nocet.* NEC nihil.] *multum.* Anser *appellatur* improbus: *quia semper vociferatur.* Strymon *est fluuius Thraciæ, ad quem solent afluere anseres & grues.* INTYBA.] *id est, cicorea.* Fibræ *appellantur radices herbarum.* FACILE.] *faciliter. Quia sub Saturno, quando omnia sponte prouenirebant, homines erant pigri & desides. Iupiter, vt mortalium desidiam pelleret, voluit, vt agri & vites, & similia, nonnisi per cultum fœtificentur.* MOVIT.] *arauit.* CORDA.] *id est, ingenia hominum.* TORPERE.] *squalescere.* GRAVI.] *id est, pigro veterno.* Veternus *grauem significat somnum, vt Probus meminit; quem Medici lethargum vocant. ponitur pro desidiâ & squalido situ. vnde veternus pro desidiâ senectutis accipi solet.* DEPASCIT in herbâ.] *Plinius ait: Luxuria segetum dente pecoris castigatur. Depastæ fruges nullam in spicâ iniuriam sentiunt. Et alibi:* Quæ *depasta sunt, iterum excitari surculo necessarium est.* ANTE Iouem.] *quasi quòd Iupiter fuerit primus, qui excoluit agros, secundùm opinionem poëtarum: quæ falsa est.* SVBIGEBANT.] *id est, arabant agros.*

B SIGNARE.] *defendere & designare terminos, scilicet agros.* Limitem *pro termino accipit.* IN medium.] *id est, in communi quærebant victum: vt nunc faciunt Scythæ, vergentes ad Orientem. De agrorum diuisione & vrbium ædificatione sic loquitur Lucretius:*

> Ingenio qui præstabant, & corde vigebant,
> Condere cœperunt vrbes, arcemq; locare.
> Et pecudes atq; agros diuisêre subindè,
> Pro facie cuiusq; & viribus, ingenioq;:
> Nam facies multum valuit, viresq; vigebant.

POSCENTE.] *qui terram arat, poscere videtur ab ea fructum: & cogit eam fœtificare, si est cogenda.* LIBERIVS.] *per quandam libertatem.* ILLE.] *scilicet Iupiter: vt homines essent curiosi.* ADDIDIT virus.] *id est, venenum: vt homines inuenirent artes, quæ cauerent à venenis.*

STRYMONIÆQVE.] *Dictæ sunt à Strymone, Thraciæ flumine, vbi maximè per æstum morantur.* NEC torpere graui passus sua regna veterno.] *Veternum, grauem somnum volunt intelligi, spectantem ad interitum; quem Medici lethargum vocant.* PROB.

RIVOSQVE sequentes.] *In Rom. libro legere est,* VAR. Lect.
Riuosque fluentes: *sumptum id numerum ex paraphrasi.* ECCE supercilio cliuosi tramitis vndam Elicit.] *In Romano libro,* Eligit *scriptũ: eâ scilicet cognatione, quæ intercedit inter g & c: cùm* Elicit *omninò sit casta lectio.* NEC signare quidem.] *In Romano libro,* Ne signare quidem, *legitur.*

> Prædariq; lupos iussit, pontumq; moueri:
> Mellaq; decussit folijs, ignemq; remouit:
> Et passim riuis currentia vina repressit:
> Vt varias vsus meditando extunderet artes
> Paulatim, & sulcis frumenti quæreret herbam,
> Et silicis venis abstrusum excuderet ignem.
> Tunc alnos fluuij primùm sensêre cauatas:
> Nauita tùm stellis numeros & nomina fecit,
> Pleiadas, Hyadas, claramq; Lycaonis Arcton.
> Tùm laqueis captare feras, & fallere visco
> Inuentum: & magnos canibus circundare saltus.
> Atq; alius latum fundâ iam verberat amnem
> Alta petens, pelagoq; alius trahit humida lina.
> Tùm ferri rigor, atq; argutæ lamina ferræ:
> (Nam primi cuneis scindebant fissile lignum.)
> Tùm variæ venêre artes. Labor omnia vincit
> Improbus, & duris vrgens in rebus egestas.
> Prima Ceres ferro mortales vertere terram

PRÆDARIQVE lupos iussit.] *vtrùm, vt ipsi prædas faciant; an vt ipsi capiantur?* PONTVMQVE moueri.] *ventis scilicet. Cicero:* Mare mouetur ventis, ne potescat. MELLAQVE decussit folijs.] *quia est opinio, fluxisse arboribus mella.* IGNEMQVE remouit.] *non penitùs sustulit, non extinxit; sed occulit. vnde est:* Quærit pars semina flammæ Abstrusa in venis silicis. PASSIM.] *abundanter, vbiq.* RIVIS.] *fluminibus.* VT varias vsus.] *vsus, à*
G *χρῆμα. vt, cùm opus rebus esset, excogitarentur artes, per quas inuenirentur.* MEDITANDO.] *ab agente est; id est, dum meditatur.* EXTVNDERET.] *studiosè reperiret & colleret.* FRVMENTI herbam.] *periphrasis segetis. vt,* Nec graminis attigit herbam. QVÆRERET.] *ipse vsus. Et quæreret, quasi adhuc quod non esset: id est, quasi intus in silicis quæreret.* ET silicis venis.] *Propriè dictum. Quadrigarius:* Inter venas saxi. ABSTRVSVM.] *latentem, & quasi diuinitus absconditum. Et hoc est quod dixit:* Ignemq; remouit. *Sanè Absconditum dicitur, non absconsum: quia conditum facit, non consum.* ALNOS.] *arboris species. & per hoc lintres fluuiales ostendit.* PLVVII.] *id est, qui in fluuijs nauigãt.* SENSERE cauatas.] *Hoc est, quod ait,* paulatim. NAVITA.] *Pro, Nauta: sicut Mauors, pro Mars.* NVMEROS & nomina fecit.] *Numeros, aut currendi modos, id est, ortus & occasus. quod si est, quasi rem Philosophorum prætermisit: nam tantùm de nominibus dicit, vt pleiadas, hyadas. Aut certè reuerâ ait numeros. nam Hipparchus scripsit de signis: & commemorauit etiam, vnũquodq; signum, quot claras, quot fœcundæ lucis, quot obscuras stellas habeat. secundùm quod bene, commemoratis signis, quasi notum, stellarum numerum prætermisit. Aut numeros, quia Septentrionem dicimus.* Nomina *fecit verò notamina. Plautus in Menechmis:* Iuuentus fecit nomen pæniculo mihi. *Et in eo, quòd dicit, nautam stellis numeros & nomina fecisse, significat, necessitate quærendarũ rerũ, quæ antè sponte suâ cunctis prouenirebant, homines nauigandi peritiã & studium reperisse: & ex eo quod sequitur, id quod præcedit, ostendit. Nauigandi quippe peritiam sequitur studium motus, & rationes syderum cognoscendi, propter tempestatem maris, & ventorum motus.* PLEIADAS.] *Signum est ante genua Tauri, quod Græci οὖθαρ dicunt, id est, perimen. Quidam autem non omniũ boum οὖθαρ, sed eorum tantùm, qui sunt ita, vt Cyprij, gibberem: sicut Aristoteles quoq; refert. sed & gibber ipsum οὖθαρ nominat. Sed Pleiades ortu suo primæ nauigationis tempus ostendunt. Vnde græcè Pleiades dicuntur, ἀπὸ τοῦ πλεῖν: latinè Vergiliæ, à verni temporis significatione, quo oriuntur. vel quòd Pleiones & Atlantis filiæ sint. Sunt autem septem: Trygete, Arcyone, Celænis, Sterope, Merope, Electra; quæ excisum filium dolens lucere desijt. quidam Steropen volunt non apparere, velut erubescentem: quòd sola è sororibus, cum Sisypho mortali concubuerit.* HYADAS.] *Hyades, signum est, & in fronte Tauri, quod ortu suo efficit pluuias: vnde stellæ ipsæ, Hyades vocantur, ἀπὸ τοῦ ὕειν. quas Latini exinde Suculas appellauerũt. Alij Hyadas, à porcis, quas Græci hyadas dicunt, à nobis sues appellãtur: non à pluuijs, quas ὑετοὺς vocant, dictas accipiunt. nam ideò & suculas dici, à suibus. Hæ sunt in frõte Tauri in formã Y litteræ. Vnde etiam Yadas dici volũt. Has alij septẽ, alij quinq; dicũt, his nominibꝰ: Pytho, Synecho, Baccho, Cardie, Niscis.* CLARAMQVE Lycaonis Arcton.] *Helicẽ dicit, id est, maiorem Septentrionem. nã minor, Cynosura dicitur. Lycaonis autem, subaudi filiam: vt,* Deiphobe Glauci. *Lycaon enim, rex Arcadiæ, habuit filiã Callistho: quam cùm vitiâsset Iupiter, Iuno in vrsam conuertit: & postea Iupiter miseratus, in signum Septentrionis cæleste trãstulit.* Claram *ergo, notam: vt,* tuus ô clarissime Frater Pandare. *vel quia non vel numquam occidit, ideò claram: vel quia illâc alia obscurior est.* TVM laqueis captare feras,

Digitized by Google

feras & fallere viſco Iuuentum.] captare, occupare velle. & vnus ſenſus eſt diuiſus, interpoſitione alterius. Nam laqueis captare feras, ad venationē pertinet; id eſt, illaqueare feras incuruatis arboribus: fallere viſco, ad aucupium. Item ad venationem; Et magnos canibus circundare ſaltus. Malè autem de aucupio quidam hoc reſpuunt, totum referentes ad venationem: & dicunt, fallere viſco, pro viſceratione poſitum. Conſtat enim, luparios, carnibus tinctis veneno, lupos necare. quod ideo non procedit: quia hoc Viſcum, huius viſci facit; ſicut templum templi. Vnde eſt, fallere viſco. Viſcus verò, id eſt caro, viſceris facit, vt pecus pecoris. Et, ſi de carne loquebatur, viſcere debuit dicere, Lucretius: Permixtus viſcere ſanguis. Item ipſe: Viſcus gigni, ſanguenq; creari. Primò de nautis, & nauigio inuento: poſtea de venatione dixit: nunc de piſcatoribus loquitur. cuncta enim hæc neceſsitas inuenit. ATQVE alius latum funda iam verberat.] Ordo eſt: iam alius & fundâ. Genus eſt retis, dictum à fundendo: id eſt, iaculum, quod dicitur βόλος. ALTA petens.] Nonnulli, alta petens, ad maris piſcationem applicant: vt prima pars, fundâ iam verberat amnem fluminis, piſcatio videatur; Alta petens, pelagoque alius trahit humida lina, de mari dixerit. TRAHIT humida lina.] Verriculum ſignificat. Et trahit rectè, quia hoc genus retis tragum vocatur. FERRI rigor.] Duritiees ferri: vnde enſes rigidi fierent. Vnde & rigidus homo dicitur. ARGVTÆ ſerræ.] Stridulæ, ſonoræ: vt, arguto pectine. Et dicitur Perdix, ſororis Dædali filius, inueniſſe circinū & ſerram. SCINDEBANT fiſſile lignū.] Quod findi poteſt: aut, ſcidēdo fiſsile faciebāt: aut, ibi ſcindebāt, vbi fiſsile erat. TVM variæ venere artes.] Ex neceſsitate ſcilicet diuerſarum rerū, quibus homines, repreſſâ ſpontaneâ cūctarum rerum origine, & terrarum fructificatione, cœperunt egere. LABOR improbus.] Vel magnus: vel nulli probabilis; nullus enim eſt amator laboris. vel indefeſſus, aſsiduus, ſinè moderamine. ET duris vrgens in rebus egeſtas.] Prior eſt egeſtas, quàm paupertas. Paupertas enim honeſta eſſe poteſt; Egeſtas autem turpis eſt. Perſius:

Magiſter artis, ingeniјq; largitor
Venter, negatas artifex ſequi voces.

POM. Sabi. PRÆDARI.] vt lupi prædarentur pecora; præſertim ouilla. MOVERI pōtum.] id eſt, tempeſtatem facere: quia antea maria tranquilla erant. FOLIIS.] in Aetnâ ait: Mellaq; lentis Penderent folijs. IGNEM.] Iupiter abſtulit ignem mortalibus, & abſcondit in ſilicibus. Lucretius de inuentione ignis ſic ait:

Illud in his rebus tacitus ne fortè requirat:
Detulit in terram fulmen mortalibus ignem,
Primitus vnde omnis flammarum debitus ardor.

Item paulò pòſt, putat ignem conceptum ex vi ventorum, cogentem ramos arborem inter ſe atteri; in hæc verba:

Emicat interdum flammai feruidus ardor,
Mutua dum inter ſe rami ſtipeſq; teruntur:
Quorū vtrunq; dediſſe poteſt mortalibus ignem.

FLVENTIA.] currentia. VSVS.] conſuetudo atq; experientia. EXTVNDERET.] cum labores reperiret. ARTES.] quemadmodum omnia poſſemus parare & præcauere. PAVLATIM.] Nunc incipit narrare, quas artes homines inuenerint. EXCVDERET.] id eſt, ex percuſsione extraheret. FLVVIIS.] Fluuios intelligit omnes aquas. ALNOS.] id eſt, nauigia ex arboribus: id eſt, lintres. TVM.] eo tempore, quando Iupiter omnia denegauit. NAVITA tùm ſtellis.] id eſt, nauita cœpit obſeruare, quæ aſtra eſſent contraria nauigantibus; & quæ propitia. NVMEROS.] id eſt, per obſeruationem dinumerauit ſtellas. PLEIADES.] in caudâ Tauri ſunt ſtellæ XV, quæ appellantur Pleiades, filiæ Atlantis & Pleiones. Aliqui, pro Atlante, Oceani eſſe volunt: à Latinis Vergiliæ appellantur: quia earum ortus ver nunciat. HYADES.] ſtellæ ſunt VII. in cornibus & in ore Tauri: dictæ à pluendo; quia ὕειν eſt pluere. niſi dicantur, vt Ouidius ſcribit, ab Aphyâ fratre. Latini appellant Suculas, à ſuibus: A
quia ſues gaudent luto, id eſt, pluuiâ. Calliſtho, filia Lycaonis, regis Arcadiæ, fuit ſtuprata à Ioue: peperit in ſyluis Arcadem: Iuno demutauit eam in vrſam, quæ Arctos dicitur. Filius adultus, cùm venaretur, factus eſt obuiam matri in ſyluis, & in eam tetendit arcum. Iupiter miſeratus eſt è cœlo ſortem, & ambo fixit polo Boreali: & ideò ibi depinguntur ab aſtrologis, Vrſa maior, & Vrſa minor. PLEIADAS, Hyadas.] id eſt, pluuioſas ſtellas. CLARAM.] id eſt, ſeptentrionem, qui ſemper lucet. VISCVM.] oritur aut in pyris, aut in quercubus. In pyris, naſcitur ſuâpte naturâ: in quercubus, ex ſtercore turdorum. AMNEM.] habentem latum alueum. LINA.] id eſt, retia. FERRI.] Ante vſum ferri erat vſus æris: quo fiebant omnia inſtrumenta ruſticana. SERRA.] fit ex lamina longa. ARGVTÆ.] id eſt, ſtridulæ & ſonoræ. TVM.] Poſtea. IMPROBVS.] continuus; ac per hoc magnus. EGESTAS.] penuria. IN duris.] in neceſsitatibus. De rudi antiquitate ſic ait Lucanus:

Vulgiuago vitam tractabant more ferarum,
Nec robuſtus erat curui moderator aratri
Quiſquam, nec ſcibat ferro mollirier aruum, B
Nec noua defodere in terram virgulta, neq; altis
Arboribus veteres decidere falcibus comas.
Quod Sol atq; imbres dederant, quod terra creârat
Sponte ſuâ, ſatìs id placabat pectore donū.
Glandiferas inter curabant corpora quercus
Plerunq;: & quæ nunc hyberno tempore cernis
Arbuta, puniceo fieri matura colore;
Plurima tunc tellus, etiam maiora ferebat.
Multaq; præterea nouitas tùm florida mundi,
Pabula dira tulit miſeris mortalibus ampla.
At ſedare ſitim fluuios fonteſq; vocabant.

PRIMA Ceres.] Plinius in ſeptimo lib. inquit, Cererem tritici inuentricem fuiſſe. FERRO.] aratro & ligonibus.

PLEIADAS, hyadas, &c.] Pleiades Vergiliæ dicuntur, (vt quibuſdam liquet) quia ſint Atlantis & Pleiones filiæ: vel ἀπὸ τοῦ πλεῖν dictæ, idcircò, quod earum ortu prima cura ſit nauigio, quarum mentionem facit Ouid. in Phænomenis, dicens de Perſeo:

Pleiades antè genus ſeptem radiata feruntur,
Sed tantum apparent ſub oppacâ ſeptima nube.

Hyades exiſtimantur eſſe in cornibus tauri, aut in ore: quas C
imperiti Suculas appellant, arbitrantes ἀπὸ τῶν ὑῶν Hyadas dictas. Sed errant: dictæ ſunt enim ἀπὸ τοῦ ὕειν, hoc eſt, à ſpargendo. eſt enim pluuium ſidus: hoc non temerè oritur, vt non imbres ſequantur. LYCAONIS arcton.] Dicit Vrionem: & vulgarem ſequitur hiſtoriam. Iupiter enim Calliſtho Lycaonis filiam, creditur, mutatus in Dianam, compreſsiſſe: quæ grauida, mutata in vrſum irâ Iunonis, peperit puerum Arcada: quem Iupiter, ne venans matrem feriret, mutatum in eādem formam, cum eâ inter ſidera retulit. Sunt autem ibi duæ vrſæ, maior & minor: maior Helice, minor Cynoſura vocatur,

VAR. Lect. EXTVNDERET artes.] Antiqua aliquot exemplaria, Excuderet legunt: eaq; dictio, neſcio quâ priùs abraſâ, in Longobardico libro, ſuperinducta. Sed enim Extunderet, in probatioribus libris Romano, Mediceo, & alijs habetur. ET ſilicis venis.] Antiqua omnia exemplaria, quæ præ manibus fuêre nobis, Vt ſilicis legunt.

PRIMA ceres ferro mortales vertere terram Inſtituit.] Prima Ceres omne agriculturæ genus hominibus indicauit. ſuperfluam enim quæſtionem mouent commentarij, dicentes, Oſirim vel Triptolemum aratrum inueniſſe. nam aliud eſt, vnam rem inuenire; & aliud, omnem agriculturam docere: quod fecit Ceres. Nam ferrum dicendo cuncta generaliter ruſticorum arma complectitur. Sanè ſolum hoc nomen eſt in polyſyllabis, quod vltimam producat in nominatiuo, & eam in obliquis corripiat: vt Ceres, Cereris.

SACRA

Instituit, cùm iam glandes atq; arbuta sacræ
Deficerent syluæ, & victum Dodona negaret.
Mox & frumentis labor additus: vt mala culmos
Esset rubigo, segnisq; horreret in aruis
Carduus: intereunt segetes: subit aspera sylua,
Lappæq;, tribuliq;: interq; nitentia culta
Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.
Quòd nisi & assiduis terram insectabere rastris,
Et sonitu terrebis aues, & ruris opaci
Falce premes vmbras, votisq; vocaueris imbrem:
Heu, magnum alterius frustra spectabis aceruum,
Concussâq; famem in syluis solabere quercu.
Dicendum & quæ sint duris agrestibus arma,
Queîs sinè nec potuère seri, nec surgere messes.
Vomis, & inflexi primùm graue robur aratri,
Tardaq; Eleusinæ matris voluentia plaustra,

A SER. SACRÆ deficerent syluæ.] *Emphasis est: id est, etiam sacræ: quarum sterilitas, cæterarum quoque significat infœcunditatem.* Arbuta *autem sunt rubra poma syluarũ, quæ Plinius vnedones vocat: quòd asperitate sui plura edi non possint.* VICTVM Dodona negaret.] *Dodona ciuitas Epiri est, iuxta quam nemus est Ioui sacratum, & abundans glandibus semper: de cuius nemoris arboribus columbæ oracula petentibus dare consueuerant: & ideo κατ᾽ ἐξοχὴν, Dodonæ efficit mentionem.* Quia dixit, Chaoniam pingui glandem mutauit aristâ: *sunt enim Chaones in Epiro, perinde vt Dodona. Et totum; quod dicit hic, hoc est: Priùs homines, vt legimus,* B *pasti glandibus sunt; nec aliud ad victum quærebant. Cùm igitur iam deficerent glandes, & non solùm qualibet syluæ, sed etiam sacræ, victum hominibus negarent; & cum alijs syluis; ipsa quoque Dodona ciuitas, quæ iuxta se nemus Ioui consecratum habebat, glandes vsibus humanis subtraheret: Ceres prima omne genus agriculturæ hominibus indicauit.* LABOR additus.] *Aut datus: vt nihil mali antè habuerint. aut reuerà additus: quia antè erat quidem labor; sed tantùm herbarum, intyborum: postea accessit rubiginis, carduorum. Labor autem, quem Græci κονίαν dicunt.* ESSET.] *Comesset, Consumeret: vt,* Est mollis flamma medullas. Rubigo *autem, genus est vitij, quo culmi pereunt: quod à rusticanis calamitas dicitur. Hoc autem genus vitij ex nebulâ nasci solet, cùm nigrescunt & consumunt frumenta. Indè & Rubigus Deus: & sacra eius decimo Kalend. Maias, Rubiginalia appellantur. Sed hæc res abusiuè rubigo dicitur. Nam propriè rubigo est (vt Varro dicit) vitium obscœnæ libidinis, quod vlcus vocatur. id autem abundantiâ & superfluitate humoris solet nasci, quæ græcè σατυρίασις dicitur.* SEGNIS carduus.] *Inutilis, infœcundus.* HORRERET.] *abundaret, vt totum* C *agrum impleret.* SVBIT.] *succedit loco intereuntium.* ASPERA sylua.] *Notandum, etiam de herbis syluam dictam.* LAPPÆQVE.] *Species herbæ hirsutæ.* TRIBVLIQVE.] *Genus spinæ, quod donec viret, mollia folia habet; vbi maruerit, asperantur in spinas. Hos tribulos sparsisse, pugnaturus cum Romanis, Hannibal dicitur, fugamque simulâsse: quem cùm Romani insequerentur ignorantes, & fugere credentes, in hoc genus fraudis incurrerunt, & ab hostibus in prælium recurrentibus cæsi sunt.* INTERQVE nitentia culta.] *quæ ideò coluntur, vt niteant: aut quæ per cultum nitere debeant.* INFELIX lolium] *Infœcundum. contrà,* Felicemque trahit limum. STERILES auenæ.] *Ad discretionem earum quæ seruntur. Nam in multis prouincijs, etiam inter fructuum genera numerantur.* Dominantur *verò, eminent; quia & validiores & altiores sunt.* QVOD nisi & assiduis terram insectabere rastris.] *Iam concludit; & hoc dicit: Nisi sæpè sarrieris; (propter illud,* Et amaris intyba fibris Officiunt) *Nisi aues fugaueris; (propter illud,* Improbus anser Strymoniæque grues) *Nisi falce amputaueris ramos; (propter illud,* Aut vmbra nocet) *Nisi votis inuocaueris pluuias: (propter illud,* Humida solstitia, atque hyemes orate serenos) *sinè caussâ ingentes frumenti alienì aceruos aspicies. Per quod ostendit, rusticum suâ inertiâ famem, non anni vitio sustinere. Sanè ad illud retulit, quod suprà ait: in medium* quærebant. *at nunc sibi quisque; nec ad nos pertinet aceruus alienus.* INSECTABERE.] *Pro insectatus fueris. Futurum indicatiui, pro futuro subiunctiui.* RASTRIS.] *Sarculis.* TERREBIS.] *Pro terrueris.* PREMES vmbras.] *Coartabis & imminues, cõpesces.* VOTIS.] *Sacrificijs, precibus.* VMBRAS.] *Id est, ramos arborum, incumbentes segetibus, amputant.* VOTISQVE vocaueris imbrem.] *Vt inuoces, fore tibi pluuiam.* ALTERIVS aceruum.] *Qui hæc accuratè egerit.* FRVSTRA spectabis.] *In alio cernens, quod ipse non habeas.* FAMEM solabere.] *Ac si diceret, Ne glandibus quidem satiaberis: sed tantùm famem produces. quia dixerat,* Et victum Dodona negaret. DICENDVM & quæ sint duris agrestibus arma.] *Quasi magnum opus aggredior: vt,* nunc veneranda pales. DVRIS agrestibus.] *Quia in labore durant.* ARMA.] *Id est, instrumenta: vt alibi,* Cerealiaque arma. QVEIS sine.] *Sinè quibus.* SERI.] *Seminari.* SVRGERE.] *Crescere.* VOMIS.] *Et ab eo quod est vomer, & ab eo quod est vomis, vomeris facit. sed rationis est, vt vomer. nam vomis vsurpatum est. rarum enim est, vt in is exeuntia, ri in obliquis recipiant: vt cinis, puluis. Talis est & in græcis ratio: nam Actin & actis dicunt, Delphin & delphis, Eleusin & Eleusis: sed verius in n desinunt: quod in obliquis habent; vt Actînos, Eleusinos, delphînos.* INFLEXI primùm graue robur aratri.] *Periphrasticῶs aratrum. nam inflexi posuit: quia in abundat.* graue *autem* robur, *propter sulcos altiùs imprimendos. & graue robur est, cui vomer accommodatur.* TARDAQVE Eleusinæ matris voluentia plaustra.] *Eleusin ciuitas est Atticæ prouinciæ, haud longè ab Athenis: in quâ cùm regnaret Celeus, & Cererem filiam quærentem liberalissimè suscepisset hospitio; illa, pro remuneratione, ostendit ei omne genus agriculturæ. filium etiam eius Triptolemum, recèns natum, per noctem igne fouit; per diem diuino lacte nutriuit: & eum, alatis serpentibus superpositum, per totum orbem misit, ad vsum frumentorum hominibus indicandum.* Voluentia *autem* plaustra, *id est, volubilia: aut quærendum est, quid sit voluentia plaustra.* Eleusinæ matris, *id est, qualia ostendit Ceres apud Eleusina: aut certè, qualibus mater deûm colitur. nam ipsa est etiam Ceres. Romæ quoque sacra huius de plaustris vehi consueuerant.* voluentia *autem, quæ voluuntur: quod venit à voluo, non voluor.*

POM. Sabi. SACRÆ.] *id est, non cæsæ. Quia antiquo tempore non cædebantur arbores glandiferæ, & arbuti, propter cibum.* DODONA.] *sylua est in Chaoniâ, quæ est pars Epiri: templum habet Iouis Dodonæi, cuius oraculum in fago erat; & in eius fagi comâ columba dabat responsa Dodona sylua, arbores habet glandiferas.* VICTVM.] *id est, cibaria; Ioue præcipiente.* MOX.] *deinde.* FRVMENTIS.] *id est, generibus frumentorum; quæ à fruendo dicuntur.* RVBIGO.] *genus est herbæ.* ESSET.] *comederet, & consumeret.* CVLMOS.] *id est, segetem.* SEGNIS.] *quia tardè crescit carduus, qui necat sata.* HORRET.] *propter spinas, quas habet.* SEGETES.] *sata.* ASPERA sylua.] *multitudo herbarum.* CVLTA.] *sata pulcherrima.* RVBIGO.] *Numa Pompilius, re-*

lius, regni ſui anno vndecimo, inſtituit duo ſacra: Farricalia, dicta à torrendo farre; & Rubigalia, à nocumento rubiginis. Rubigalia verò celebrantur ſeptimo Calendas Maij: quia eo tempore ſegetes rubigo occupat. Hoc tempus Varro terminauit, Tauri partem 10. obtinentem. Et idem Varro libro quinto, ad Ciceronem ait: Rubigalia dicta à Rubigo deo, cui ſecundùm ſegetes ſacrificatur. Eſt autem rubigo vitium, quod culmis frumentorum innaſcitur. Et idem Varro ait, rubiginem eſſe vitium, quod oritur ex nimio humore. Plinius ait: Lolium, & tribulum, & carduum, & lappam, non magis quàm rubum, inter frugum morbos potiùs, quàm inter ipſius terræ peſtes numerandum. Et idem: Inter vitia ſegetum eſt & luxuria, cuius oneratâ fertilitate procumbunt ſegetes. Commune omnium ſatorum vitium eſt vrtica: nocet & rubigo, quæ frequentiſſima in roſcido conuallibuſq́ue eſt. Nocet & ventus, cùm florent ſata: nocet & creber ſol è nube, cùm maturuerunt. Nocent & vermiculi, qui temporis humiditate gignuntur. Triticum & ordeum ex incuriâ in lolium mutantur: idquè per imbres etiam prouenit, in locis humidis præcipuè. Infelix *appellatur, quòd & degenerat à tritico patre; qui felix eſt, propter cibum. Theophraſtus de auenâ ait: Auena terram vehementer extenuat. Auena in Scythiâ frumenti vicem præſtat vulgò. Et militantibus admittur auena in furnis: indè ex eâ fit farina: & cùm opus eſt, admixtâ aquâ, ſiue frigidâ, ſiue calidâ, comeditur. Fit & ex eâ etiam potus, admixtione feruentis aquæ, lacti ſimilis: qui ſi dulcis eſſet, pro lacte ſumetur. ſapore tantùm à lacte differt: quia acris eſt. potum appellat pars Scytharum Pragam, & pars Buſiam.* TRIBVLI.] *in terrâ repunt. Tribulus à ſemine triangulari nomen habet.* LAPPA.] *folia habent ampla.* NITENTIA.] *pinguia: id eſt, inter pulchras ſegetes.* STERILES.] *quia auenæ faciunt terram ſterilem.* AVES.] *quæ ſolent populari agros: id eſt, anſeres & grues.* SONITV] *aliquo tinnitu. Agricolarum inſtrumenta ſunt* plauſtra, *id eſt, vehicula. Tribula à tribus lateribus nominantur, quibus in areâ vtuntur.* Trahea, *agricolarum inſtrumentum à trahendo, Scythæ appellauerunt* Sang. *ſed eſt pulchrioris formæ, & ſupra glaciem vtuntur: rotas non habet, ſed trahitur.* Sarcum, *à ſerendo.* Ligo, *quia terram legit.* Bidens, *à duobus dentibus.* Pala, *quaſi paga: à pagendo, id eſt, figendo; g immutato.* Rutrum, *dicitur à ruendo: & fit hoc modo à penultimo gerundij: vt rutum, rutrum; & aratum, aratrum.* Dentale, *quia vt dens terram mordet,* Stiua, *à ſtando: quia ſupra eam regula ſtat.* Manicula, *quia bubulci manu tenetur; & eſt quaſi temo inter boues.* Bura, *à bubus. alij hos curuum appellant. Sub medio iugo cauum eſt, à Cauo dictum, quia cauatum eſt, vt cauum collum.* Iugum, *à iungendo: & inde iumenta appellata. Irpices ſunt regulæ cum pluribus dentibus; quos item, vt plauſtra, boues trahunt, vt eruant glebas.* Raſtri, *à radendo: qui & rutra nominantur.* Raſtelli, *ab eâdem voce declinantur: qui & alio nomine dicuntur ſtirpices; quia ſtirpes vellant.* Falces, *à metendo farre nominatæ, mutatis literis.* Seculæ, *à ſecando.* Sirpiculæ, *quibus ſecantur, quæ creſcunt in agris ſpinæ.* Vannus, *quæ & vallus dicitur, cribrum eſt, in quo contextæ ſunt virgæ: & eſt formæ oblongæ, in quo frumenta purgantur. nomen habet, quia in eo inſtrumento virgæ ſunt, vt pali in vallo.* PLAVSTRA.] *Probus ſic ait: Imperiti ea* ploſtra *appellant. ſunt enim vehicula, quorum rotæ non ſunt radiatæ, ſed tympana cohærentia axi, & cantho ferreo iuncta. Axis autem cum rotâ voluitur; non rotæ circa eiuſdem axis cardinem adhibentur. Hoc vehiculum in ſacris arcanæ Cereris Eleuſinæ fuit: & id ducunt boues.* Vomis *dictus, quia terram vomat. Cornelius Celſus cenſet, exiguis vomeribus & dentalibus terram ſubigendam; quod paruis bubus adminiſtrari poſſit: ſed Columella hoc præceptum contemnit. In Scythiâ aratris non alligantur boues; ſed equi: & currus paruus duarum rotarum aratrū trahit. Vomerum genera quatuor: primum, quo terra proſcinditur; ſecundum, eſt roſtratum: tertium, exiguæ cuſpidis: quartum, acutioris mucronis, & grauis, ſecans radices herbarum.* DVRIS agreſtibus.] *ſqualidis, & obduratis labore & frigore.* ARMA.] *inſtrumenta ruſticana.* SINE queîs nec potuêre ſeri, nec ſurgere meſſes.] *pro quibus: & ſcribitur* queis, *per diphthongum.* GRAVE robur aratri.] *Albinus Aedilis Curulis diem dixit Caio Furio Chreſino liberto, quòd ex paruo agello magnum fructum percipiebat. is proceſſit in forum cum inſtrumentis, quibus vtebatur: quæ fuêre, graues ligones, ponderoſi vomeres, boues ſaturi; & ita reſpondit prætori: Hæc ſunt veneficia & latrocinia mea; vigilias & ſudores oſtendere non poſſum.* INFLEXI.] *curui.* MATRIS.] *Eleuſine ciuitas Atticæ, vbi myſtica Cereris celebrabantur: & vbi Ceres Triptolemum, Celei filium, morbo liberatum, edocuit triticū ſerere: qui ſerpentibus alatis vectus per totum orbem, diſperſit triticum.* A B

CVM iam glandes atque arbuta.] *Arbuta ſunt arbuſculæ, quæ in ſyluis frequenter naſcuntur; quæ plerique vnedones vocant. Dodona, locus continens; quercus quæ continetur, erat dicta. eſt autem templum Dodonæi Iouis in Chaoniâ, parte Epiri, quæ hoc nomine appellatur.* TARDAQVE Eleuſinæ matris voluentia plauſtra.] *Imperiti ea* ploſtra *appellant. Sunt enim vehicula, quorum rotæ non ſunt radiatæ; ſed tympana cohærentia axi, & iuncta cantho ferreo. axis autem cum rotâ voluitur: nam rotæ circa eiuſdem cardinem adhibentur. Hoc vehiculum in ſacris Cereris arcanæ, quæ Eleuſis appellatur, ab oppido Eleuſine Attico: & id ducunt boues. Eſt præterea oliuæ viridis ſiliqua, folliculus, in quo faba naſcitur.* PROB. C

DEFICERENT ſyluæ.] *In libris vetuſtis, nonnullis admodum vetuſtis,* Defuerant *legitur: ſed* deficerent, *magis placet.* VT mala culmos Eſſet rubigo.] *In Romano libro, & hîc, & alibi,* Robigo, *per o, primâ ſyllabâ, ſcriptum eſt.* TERTIVM inſectabere.] *In Mediceo libro,* Herbam inſectabere, *ſcriptum eſt.* FRVSTRA ſpectabis aceruum.] *In Mediceo, non* Spectabis, *ſed* Exſpectabit, *habetur.* VAR. Lect.

Tribulaq;, traheæq;, & iniquo pondere raſtri,
Virgea præterea Celei, viliſq; ſupellex,
Arbuteæ crates, & myſtica vannus Iacchi.
Omnia quæ multò antè memor prouiſa repones,
Si te digna manet diuini gloria ruris.
Continuò in ſyluis magnâ vi flexa domatur
In burim, & curui formam accipit vlmus aratri.
Huic à ſtirpe pedes temo protentus in octo,
Binæ aures, duplici aptantur dentalia dorſo.
Cæditur & tilia antè iugo leuis, altaq; fagus,
Stiuaq;, quæ currus à tergo torqueat imos,
Et ſuſpenſa focis exploret robora fumus.
Poſſum multa tibi veterum præcepta referre;

SER. TRIBVLAQVE.] *Genus vehiculi, omni parte dentatum, quo teruntur frumenta matura in areâ: quo maximè in Africâ vtebantur.* TRAHEÆQVE.] *Vel tabula eſt, vt quidam dicunt, quæ trahentibus bubus ſolet areæ induci, ad pabulum colligendum: vel vehicula ſine rotis, quas vulgò tragas dicunt. & cauſâ metri in hoc nomine epentheſin fecit: vt Nauita, & Mauors, pro Nauta, & Mars.* INIQVO pondere raſtri.] *Pro, iniqui ponderis, id eſt, magni: ſcilicet vt ſinè labore ruſtici glebas poſſint infringere.* VIRGEA præterea Celei viliſq; ſupellex.] *Id eſt, vaſa de vimine, qualia Ceres Celeo aliquando monſtrauit: vt qualos, corbes, & cæte.*

Ni refugis, tenuesq; piget cognoscere curas.
Area cumprimis ingenti æquanda cylindro,
Et vertenda manu, & cretâ solidanda tenaci;
Ne subeant herbæ, neu puluere victa fatiscat.

A *& cætera.* Vilis *autem* supellex] : *quoniam de genistis, vel iunco, vel albâ vite, solent fieri. Sanè hæc corbis dicendum est, fœminino generè, secundùm Tullium : qui ait, in Sestianâ* : Messoriâ se corbe contexit. Supellex *autem vsurpatum est : nam artis est, hæc supellectilis. Genitiuus enim, aut par debet esse nominatiuo, aut vnâ syllabâ maior: vt, Musa musæ, doctor doctoris. Si duobus maiorem inuenerimus, contra artem id esse manifestum est : vt anceps, præceps, & pauca alia.* ARBVTEÆ crates.] *Ex arbuto factæ.* ET mystica vannus Iacchi.] *Id est, cribrum areale. Legimus tamen & vallus, secundùm Varronem : quod idem nihilominus significat. Mystica autem Iacchi ideò ait ; quòd Liberi patris sacra, ad purgationem animæ pertinebant : & sic homines eius mysterijs purgabantur, sicut vannis frumenta purgantur. Hinc est quod dicitur, Osiridis membra, à Typhone dilaniata, Isis cribro superposuisse. nam idem est Liber pater, in cuius mysterijs vannus est : quia, vt diximus,* B *animas purgat. Vnde Liber ab eo, quòd liberet, dictus : quem Orpheus à gigantibus dicis esse discerptum. Nonnulli Liberum patrem apud Græcos λικνίτην dici adserunt. vallus autem apud eos λικμὸς nuncupatur, vbi de more positus esse dicitur, postquam est vtero matris editus.* OMNIA quæ multo ante m. p. r.] *Benè non vult rusticum tunc quærere, quæ dixit, dicturúsve est, cùm iam opus sint.* SI te digna manet d. g. r.] *Id est, si te*
SER. *capit dignitas ruris, vel agri colendi gloria.* IN burim.] *in curuaturam : nam buris est curuamentum aratri: dictum quasi βοὸς οὐρά, quòd sit in similitudinem caudæ bouis. Alij Burim curuaturam temonis quæ suprà est, & quod est infrà, vtrum dicũt. Buris enim vt curuetur, antè igni domatur, & amburitur. vnde &, quæ naturaliter inueniuntur curua, ita dicuntur. Varro ait ;* Totum burim indlci ab vrbe. ANTE memor prouisa repones.] *Antequam agriculturam exerceas, antè præparabis hæc omnia, quæ in illius rei sunt vsum necessaria.* PROVISA.] *Id est præparata.* REPONES.] *Recondes, & salua custodies.* MANET.] *Exspectat.* DIVINI gloria ruris.] *Id est, si tu gloriam diuini ruris vis adipisci : aut*
C *si id tibi concessum est cælitus, vt gloriam ruris habeas.* Diuini *autem, à dijs conditi: vel quia Terra, dea dicitur.* CONTINVO.] *Principiò, statim; aut priusquam agriculturam cœperis.* VI.] *Virtute.* DOMATVR.] *Vsui seruire cogitur.* FORMAM.] *Modũ.* HVIC.] *Id est, aratro.* A' STIRPE.] *scilicet arboris: hoc est,* nec non & sterilis quæ stirpibus exit ab imis. *Alibi pro ipsâ arbore :* Sed stirpem Teucri n. d. s. s. *Vel alibi dicitur abitio : A' radice, vel imâ summitate.* TEMO.] *Ad quem ligantur, vel iunguntur boues.* PEDES protentus in octo.] *Subaudi, aptatur.* BINÆ.] *Duæ, quibus latior sulcus efficiatur.* DVPLICI aptantur dentalia dorso.] *Dentale est lignum, ad quod vomer includitur.* Duplici *autem dorso dicitur, aut lato : vt,* At duplex agitur per lumbos spina. *aut reuerâ Duplici, cuius vtrunque eminet latus. Nam ferè huiusmodi sunt omnes vomeres in Italiâ. Dentale verò, est lignum, in quo vomer inducitur.* IVGO.] *Id est, ad iugum.* LEVIS.] *Ideò leuis, ne boues laborent.* Stiua. *Manica aratri, quâ regitur gubernaculum. Cicero in Scaurianâ:* Ab stiuâ ipsâ mecum homines colloquebantur. CVRRVS imos.] *Currus autem dixit, propter morem prouinciæ suæ, in quâ aratra habent rotas, quibus iuuantur.* A' TERGO.] *Post tergum.* TORQVEAT.] *Vertat.* SVSPENSA focis exploret robora fumus.] *Probatæ enim soliditatis sunt ligna, si in fumo minimè rimas effecerint. namque ad exsudandum fumũ adhibita, si rimas faciunt & scissuras, mala sunt & infirma. Totus autem hic locus de aratro Hesiodi est: τρῖμον ἄρ' ὑπο-τομῆς μεμνημένος ὥριον ἔργον, ὁλμὸν τρίποδα τάμνειν, ὕπερον δὲ τρίπηχυν, ἄξονα δ' ἑπταπόδην.* POSSVM multa tibi, v p. r.] *Doctrinam suam commendat : veterum aut Hesiodi, qui primus de agriculturâ scripsit, aut aliorum antiquorũ.* Tibi *autem, id est, ô Mecænas, inquit : vel ô Agricola : hoc est enim,* Tibi. NI refugis.] *Quia alibi ait,* sordida rura: *vel quia pòst dicturus est de minoribus animalibus.* TENVESQVE piget c. c.] Tenues, *modicas. & potest hoc ex affectu alterius dictum accipi: Nisi graue tibi sit.* TENVES.] *Leues.* PIGET.] *Pigrum est.* INGENTI æquanda cylindro, Et vertenda manu, & cretâ solidanda tenaci.] *Hæc per Hysteron proteron posuit. prius enim est, vt manu terra vertatur : deinde solidetur glareâ : postremò æquetur* cylindro, *id est, lapide tereti, in modum columnæ. qui à volubilitate nomen accepit. Sanè* Area, *locus est vacuus, aut naturâ, aut studio factus : ne quid inde edi nascive possit. quasi qui exaruerit.* Cum primis *autem, id est, interea ; quod maximè necessarium est. vel inter prima opera & officia.* SVBEANT.] *Succedant, enascantur. ὑπαντᾶν enim est verti.* NEV puluere victa fatiscat.] *Hypallage est, pro,* Ne victa fatiscat *in puluerem : id est, dissoluatur.* Fatiscat *autem, significat, adfatim hiscat.* TVM.] *Id est, etiam.*

INIQVO.] *dentato & magno. Celeus nunc acci-* POM. Sabi.
pitur pro optimo agricolâ : nam ille fuit pater Triptolemi, qui primus seuit triticum. MYSTICA vannus Iacchi.] *Isis fratrem suum Osirim, id est, Liberum patrem, mutilatum à Typhone, vano collegit, id est, cribro. hac de causâ potuit vannus adhiberi in mysticis, id est, arcanis sacris Bacchi. Mystica dicuntur à mysterio, vt inquit Varro. Orgia, Bacchi erant secreta.* REPONAS.] *id est, condas.* GLORIA diuini.] *id est, beati.* FLEXA.] *scilicet vlmus.* DOMATVR.] *cæditur, & transit in buram.* HVIC.] *buri.* TEMO.] *vocatur, vbi ligantur boues.* STIRPE.] *vltimâ parte.* DVPLICI.] *latâ & amplâ.* DENTALIA.] *dicitur lignum, in quo figitur vomis. Et dentalia dicitur vomis aliquando.* ANTE.] *priùs.* STIVA.] *manicula, quâ tenetur aratrum.* CVRRVS.] *quia priùs apud Antiquos subijciebantur rotæ aratris.* EXPLORET.] *id est, siccet ligna, iam cæsa & suspensa ad fumum.* TENVES.] *viles & rusticanas.* AREA cum primis.] *id est, posteaquam ista omnia feceris.* CYLINDRVS.] *appellatur lapis magnus & teres, quo agricolæ faciunt & solidant aream. Columella sic ait : Area si competit, ita constituenda est, vt vel à domino, vel certè à procuratore despici possit. ea quæ optima est, silice constrata: quòd & celeriter frumenta deteruntur ; nec cedente solo, pulsibus vngularum tribularumque. & eadem ventilata mundiora sunt, lapillisque carent, & glebulis, quas per trituram ferè terrena remittit area. quæ si terrena erit, primùm radatur per mixtis paleis, tum amurcâ, quæ salem non excepit. extergetur panniculis, vel molari lapide condensetur : & rursus superiectis paleis inculcetur ; atque ita solibus in siccando relinquatur. Prope aream debet esse nubilarium ædificium, appellatum à subijciendâ messe per nubium tempus.* TENACI.] *id est, argillâ.* SVBEANT.] *id est, nascantur herbæ in areâ.* FATHISCAT.] *aperiatur victa siccitate.*

VAR. Lect. ET mystica vannus Iacchi.] *In Romano libro,* Mystica vallus, *legitur.* PROVISA repones.] *In Mediceo libro,* Reponas, *per modũ imperandi.* EXPLORET robora fumus.] *In Romano libro, & in Oblongo vetustissimo,* Explorat *legitur.* TENVESQVE piget cognoscere curas.] *In Oblongo libro,* Causas, *habetur.* AREA cum primis ingenti est æquanda cylindro.] *In Mediceo libro, & plerisque aliis veteribus versus iste ita legitur:* Area cum primis ingenti æquanda cylindro, *absq;* Est. A

SER.

Tùm variæ illudunt pestes: sæpè exiguus mus
Sub terris posuitque domos, atque horrea fecit:
Aut oculis capti fodère cubilia talpæ:
Inuentusque cauis bufo, & quæ plurima terræ
Monstra ferunt: populatque ingentem farris aceruum
Curgulio, atque inopi metuens formica senectæ.
Contemplator item, cùm se nux plurima syluis
Induet in florem, & ramos curuabit olenteis:
Si superant fœtus, pariter frumenta sequentur,
Magnaque cum magno veniet tritura calore.
At si luxuriâ foliorum exuberat vmbra,
Nequicquam pingueis paleæ teret area culmos.
Semina vidi equidem multos medicare serentes,
Et nitro priùs, & nigrâ perfundere amurcâ,
Grandior vt fœtus siliquis fallacibus esset,
Et quàmuis igni exiguo properata maderent.

VARIÆ illudunt pestes.] *Per ludũ nocent: quasi ludendo & sine labore seuiũt.* SÆPE exiguus mus.] *Nitela, mus agrestis rubeus: cuius Cicero meminit in Sestianâ. Et quia hîc Vergilius viliũ animalium mentionem facit: inde præmisit,* Ni refugis tenuesq; piget cognoscere curas. *Dicendo aũt,* exiguus mus, *multum ex ipsâ deminutione nominis, & numeri singularis enunciatione, addidit dignitatis. risus enim est quidam poëta, qui ait;* Prætextam in cistâ mures rosere Camilli. POSVITQVE domos, atque horrea fecit.] *Vltra meritum rei locutus est.* AVT oculis capti fodère cubilia talpæ.] *Hoc est, oculis debiles & muta. Cùm enim talpæ cæci nascantur, quomodo capti oculis? illi enim capti dicuntur, qui aliquando viderunt. Et mutauit genus. nam hæc talpa dicitur. sicut etiam de damis fecit: vt,* Et timidi venient ad pocula damæ. INVENTVS.] *pro, qui inuenitur.* CAVIS.] *hîc pro principali positum. Aliter enim* Insonuere cauæ. g. q. d. c. Cauis, *Cauernis, & locis cauatis.* BVFO.] *Rana terrestris, nimiæ magnitudinis.* MONSTRA.] *Id est, & alia purgamenta terrarum.* POPVLATQVE.] *veteres, Populo, Munero, Aucupo, Lucto, dicebant. nos, additâ R literâ, pronuntiamus.* FERVNT.] *Gignunt.* FARRIS.] *Frumenti. Et hîc speciale posuit pro generali. nam non solùm far, sed etiam alias fruges & segetes, hæc monstra vel vermes populantur.* CVRGVLIO.] *Varro ait, hoc nomen per Antistæchon dictum, quasi Gurgulio: quoniam penè nihil est, nisi guttur.* INOPI metuens formica senectæ.] *Senectus semper alienum requirit auxilium: nam* inopi, *non tantùm ad formicam pertinet; sed generale est epitheton senectutis. vel, ne inops in senectute sit. Et hoc iuxta opinionem poëticam dixit.* CONTEMPLATOR item.] *Prognosticon est anni futuri fertilis, vel infœcundi.* Contemplator *autem, imperatiui modi tempus est: futurum pro præsenti,* Contemplare: *vt alibi,* Contemplator aquas dulces. *Terentius,* Loquitor paucula, *pro, loquere.* NVX plurima.] *Id est, longa. significat autem amygdalum. sed hoc græcũ est, τὸ ἀμύγδαλον, καὶ τὰ ἀμύγδαλα. Et* plurima: *sicut,* plurima ceruix: &, qui plurimus vrbi imminet. SYLVIS.] *quidam pro arboribus accipiunt: vt,* pomaque, & Alcinoi syluæ. *& alibi,* Syluarumq; aliæ pressos propaginis arcus. INDVET in florem.] *Cùm flos induet nucem, id est, vestiet, in florem se effundet. Figuratè hoc dixit. Et benè elegit arborem, quæ folijs prima vestitur.* RAMOS curuabit olentes.] *Multitudine & densitate foliorum.* Olentes *autem, odoriferos.* SI superant fœtus.] *Id est, si flores in fructus vertuntur, & si ipsi crescant & abundent. nam propriè,* superant, *Abundant est.* PARITER frumenta sequentur.] *Et frumenta copiosa prouenient.* Pariter, *hîc, pro Similiter, antiquè dixit: vt Plautus in Aulularia,* Pariter moratus, vt pater auusque eius fuit, *hoc est,* ὁμοίως. Magnaq; cum magno veniet tritura calore.] *Aut æstus nimios futuros significat, cum abundantiâ frugum. Aut certè, per calorem, festinationem operis significat: vt alibi,* Feruet opus. B VMBRA.] *pro fronde: vt alibi,* ingentem sustinet vmbram. *vt ostendat, eo anno, pro copiâ frugum, festinatam & studiosam trituram futuram.* LVXVRIA foliorum exuberat.] *Superabundat, & amplior est.* NEQVICQVAM pingues paleæ teret area culmos.] *Non pingues, id est, sine frugibus: vt alibi,* Nequicquam seros exercet noctua cantus, *id est, non. Et notandum, paleam dictam numero singulari, contra artem. nam ea quæ ex pluribus constant, numeri sunt tantùm pluralis, secundùm artem: vt cancelli, bigæ, scopæ: licet abutantur poëtæ.* Pinguis *sanè, &, quamuis pinguis, potest accipi.* Area *verò, pro, in area.* SEMINA vidi equidem multos medicare serentes.] *Incipit dicere de medicãtis leguminibus, quemadmodum & maiora fiant, & modico igni soluantur. Benè autem ait,* equidẽ; *quod multi pro* Ego *accipiunt, id est, ego quidem: vt à præiudicio inchoaret. Nam hoc dicit: Equidem hæc vidi fieri, sed sic quoque legumina degenerant, nisi singulis quibusque annis hoc fiat. Indè enim est,* Sic omnia fatis In peius ruere, ac retrò sublapsa referri. C Medicare, *antiquè dixit: nam maiores, Medico, & Medicor, dicebant: vt Populo, & Populor. quæ verba modò ab vtrâque significatione tantùm passiuæ sunt declinationis. Sed vt Medicare diceret, pro Medicari, metri necessitas fecit. Sanè Medicor, accusatiuum regit: vt, medicor illam rem. Medeor verò illi rei, dicimus: nam Medeor illam rem, figuratum est.* SERENTES.] *aut Saturos, aut serere volentes: vt,* & terruit Auster eunteis. *vel,* serentes, *serere incipientes.* ET nitro prius.] *Nitrum ex aquâ in modum salis coalescit, & ad solem liquescit: quod aptum est ad lauandum.* ET nigra perfundere amurca.] *Olei sordibus: sed his quæ præcedunt. nam sordes, quæ sequuntur oleum, feces vocantur. Et Amurca, per C scribitur; & per G pronuntiatur: vt C Gaius, CN. Gneus. Et* perfundere, *pro, vidi perfundentes.* GRANDIOR vt fœtus.] *Id est, maiora grana.* SILIQVIS fallacibus.] *Quæ fallere plerunque consuẽrunt. Interdum enim leguminum folliculi cum inanes sint; maiores videntur.* EXIGVO.] *Mo dico.* PROPERATA maderent.] *Festinanter coquerentur.* Maderent *verò, antiquè; pro, cocta essent, & cito.* LECTA.] *Id est, cum labore electa.*

TVM

A POM. Sabi. TVM.] *nisi bene area solidetur.* ILLVDVNT.] *id est, nocent.* PESTES.] *quæ messes prædantur.* TALPÆ capti.] *id est, priuatæ oculis.* BVFO.] *id est, rana magna & terrestris.* CAVIS.] *id est, hiatibus terræ.* CVRCVLIO.] *est niger, & habet similitudinem formicæ: sed nunc dicitur* tiniola. TINEA.] *est paruus vermiculus.* SENECTÆ.] *scilicet suæ dat signa futuræ fertilitatis.* ITEM.] *similiter.* CONTEMPLATOR.] *ô agricola. Contemplatur ille, qui est in contemplationibus.* NVX.] *auellana: quæ dicitur ab Auellâ, oppido Campaniæ, vbi plurimùm abundat.* CVRVABIT.] *fertilitate fructuum.* FOETVS.] *id est, nuces, sunt in abundantiâ.* PARITER.] *similiter sequentur frumenta cum maximo prouentu.* TRITVRA magna.] *affluens & abundãs. Theophrastus inquit: In prouerbio est;* Annus fructificat, non tellus: *qualis enim fuit status aëris, talia semina redduntur.* VMBRA.] *auellanæ.* EXVBERAT.] *abundat: id est, si arbores habent, habebũt multa folia.* PINGVEIS.] *id est, pulchros.* SEMINA vidi equidem.] *Columella, cùm loquitur de fabis, sic ait: Priscis autem rusticis, nec minùs Vergilio, priùs amurcâ vel nitro macerari eam, & ita seri placuit. Plinius ait: Vergilius nitro & amurcâ perfundi iubet fabã, & sic grandescere ideò ait;* Grandior vt fœtus: *quã ratione videri potest de fabis specialiter loqui. Nam faba, propter duritiem putaminis, aliquando cũ tellure solidescit: ideò medicari oportet. Quidam vrinâ & aquâ macerant fabã priùs, quàm serãt. Faba est, gratus cibus Galliæ Cisalpinæ; ait Plinius: & Vergilius Cisalpinus fuit; ideò de fabis solũ locutus est.* SEMINA.] *fabarum.* SERENTES.] *id est, volentes serere, fabã medicãtur.* PERFVNDERE.] *macerare. Amurca, est fex olei.* FOETVS.] *id est, faba: scilicet vt semẽ grandius esset.* FALLACIBVS.] *Quia interdũ in magnis siliquis solent esse parua semina.* MADERENT.] *decoquerẽtur.* QVAMVIS.] *Licet fabæ sint coctiles: tamẽ meliùs è coctilibus adhuc proueniunt, si medicatæ seruntur.* EXIGVO.] *paruo igne.* Nitrum non multũ à sale *differt, de quo diligẽtissimè Theophrastus scribit: fit apud Medos; canescentibus siccitate conuallibus optimum & candidum fert Macedonia. Proximum sali abundantissimè fit; sed deterius. In eo tenuitas probatur: ideò spuma melior in aceruo lapidescit, ex quo fiunt vasa Aphronitrum in speluncis Asiæ distillat, & sole siccatur: quæcunq; fuerint intrò aspersa, virorem seruabunt, & citiùs coquentur.*

VAR. Lect. TVM variæ illudunt pestes.] *In Romano libro, & aliquot alijs antiquis,* Illudant, *habetur.* POSVITQVE domos.] *In Longobardico libro,* Domus *est, vt quartæ sit declinationis.* POPVLATQVE ingentem farris aceruum Curgulio.] *In Mediceo libro non habebatur* Que *particula; quæ supernè addita est alienâ manu. Ante verò* Populat, *punctus est, qui Periodum claudit. Scribendum verò per C* Curculio, *licet G audiatur.* AT si luxuriâ foliorum exuberat vmbra.] *In Mediceo libro,* Exuberet, *cõiunctiuo modo legitur. In Romano libro,* Luxuriæ. *Quod ego prius fuisse crediderim,* Luxuriæ, *à nominatiuo luxuries. In reliquis sanè libris* Luxuria *legitur.* NE quidquam pingueis paleæ teret area culmos.] *In Romano libro, & in Mediceo,* Paleâ terit, *legitur; &* Paleâ *ablatiuum non temerè agnoscit Seruius.*

Vidi lecta diu, & multo spectata labore,
Degenerare tamen: ni vis humana quotannis
Maxima quæque manu legeret. Sic omnia fatis
In peius ruere, ac retrò sublapsa referri!
Non aliter, quàm qui aduerso vix flumine lembum
Remigijs subigit: si brachia forte remisit,
Atq; illum in præceps prono rapit alueus amni.
Præterea tam sunt Arcturi sidera nobis,
Hœdorumq; dies seruandi, & lucidus anguis:
Quàm quibus in patriam ventosa per æquora vectis
Pontus, & ostriferi fauces tentantur Abydi.
Libra die, somniq; pares vbi fecerit horas,
Et medium luci atq; vmbris iam diuidit orbem:
Exercete viri tauros, serite ordea campis,

SER. SPECTATA.] *probata: vt,* Et rebus spectata iuuentus. DEGENERARE tamẽ.] *Cùm ex bonis fuerint seminibus, mala effici & praua. Tamen in nascendo degenerare: vt sequatur; si lecta & probata degenerant, quid si nõ legas?* Degenerare tamen: *ἀναπόλουθον. nam cùm nõ proposuerit, quàm lecta & spectata, vel quamquam, vel licèt: intulit, tamen.* C NI vis humana.] *Possibilitas. Sallustius:* Sed nostra omnis vis in animo & corpore sita est. *Aut certè, multitudo. Tamen verius est, & melius, quod ait: vt vis, quasi violentia sit in rebus, quæ contra naturam vertuntur in melius. Sic enim violentiam fieri naturæ, omnia in deterius commutantis. Et hoc est, quod ait;* Labor omnia vincit improbus. MANV legeret.] *Hinc quidam volunt dictum legumen.* SIC omnia fatis in peius ruere.] *Ab argumento: adeò omnia in peius cottidie recidunt.* Ruere *autem, figuratè, pro Ruant.* AC retro sublapsa referri.] *pro, sublabi & referri. & videtur bis idem dixisse.* NON aliter quàm qui aduerso flumine Lembum.] *Ostendere vult; vsque ad perfectionem laborem debere: nec tantùm laborem procedere; quantùm leuem remissionem in deterius cuncta deducere.* ADV. flum.] *Contrarium & cursum fluminis.* LEMBVM.] *genus nauiculæ admodum breue.* SVBIGIT.] *Aut, sursum agitat: vt,* Et corpora saltu Subijciunt in equos. *Aut certè,* Subigit, *est vrget, impellit.* ATQVE illum in præceps.] *Atque, id est, statim. Alij quidam superfluam coniunctionem volunt. Et hoc dicit: Ita omnia, quæ terra profert, nisi continuum inerit studium agricolæ exerceat, licèt medicentur, & grandia plerunque nascuntur, in peius ruunt; & sic feruntur, sicut qui contra cursum fluminis & vim natum agere vult: si aliquantulum manus & brachia remiserit, & fessus vel modicè ab opere cessauerit, statim, agente vi fluminis, & naturali cursu relabitur; nec potest sursum ire, sed in præceps vadit. Nam propriè* præceps *id significat.* PRÆCEPS prono rapit alueus amni.] *Sensus comparatione finitur.* PRÆTEREA tam sunt arcturi sydera nobis.] *Iam dicit, astrologiam rusticum; ita vt nauigantem, nosse debere: vt, sicut nauigandi tempus, & ventorũ atq; tempestatum motus, ille ex siderum compositione cognoscit; ita & iste, terram colendi congrua tempora, & casus diuersos, vel caloris scilicet, vel frigoris, aut pluuiarum, ex stellis agnoscat.* Arcturus *autem, stella est in signo Booti, post Septemtrionem: cuius ortus & occasus tempestates grauissimas faciunt. Vnde ait,* Sidera, *id est, tempestates: Vt alibi,* Scit triste Mineruæ Sidus. HOEDORVMQVE dies.] *Benè autem Hœdos Arcturo iunxit, qui & ipsi pluuias faciunt. alibi,* Pluuialibus hœdis. SERVANDI.] *Obseruandi. Auriga, signum est, haud longè à Septemtrione, cuius pedem cum cornu tauri vna stella coniungit: quem aurigam pater Mercurius inter sidera locauit. Hic in manu sinistrâ fert Hœdos; in humeris capram Amaltheam, Hœdorum matrem; quæ aluisse dicitur Iouem. Hinc Hœdos quidã Iouis conlactaneos dicunt. Sanè nõnulli hunc Aurigam, Myrtilum, quem Pelops occidit, accipiunt: vel certè Eriolus Conium, qui natus est ex semine Vulcani; quod, dum stuprum Mineruæ inferre conatur, fudit in terram. Hoc quoq; signum, tam ortu, quàm occasu suo, efficit tempestates. Bene autem ait,* dies: *quia & magnitudine sui multis diebus oritur: & tempestas aut præcedit signum, aut sequitur, aut cum eo est. Sanè sciendum omnes astrologos, pro ratione climatum, dissentire in ortu syderum. sed ipsa dissensio vltra septem dies non procedit: septem enim sunt ipsa climata. Hinc est; quòd solem ad vnumquodque signum alij*

quintodecimo Kalend. die dicant venire: alij quartodecimo: alij infrà, vſque ad octauum. nec quiſquam procedit vlteriùs. LVCIDVS anguis.] Tres ſunt angues in cœlo. vnus, qui in ſeptentrione eſt: alter, Ophiuchi: tertius, Auſtralis, in quo ſunt Crater & Coruus: de quo nunc propriè ait, Anguis. nam ὄφις dicitur græcè. Et ſcimus, angues aquarum eſſe, terrarum ſerpentes. Hæc autem ſigna generaliter poſuit. non enim hæc tria tantùm; ſed omnia præcipit obſeruanda. QVIBVS in patriam ventoſa per æquora vectis.] Sic ab agricolis obſeruanda eſſe dicit; ſicut ab his, qui in periculoſiſſimis maris locis nauigant. VENTOSA Æquora.] In quibus venti dominantur. VECTIS.] His qui vehuntur, vult ſignificare: quia latina locutio non habet præſens participium paſſiuæ ſignificationis. PONTVS & oſtriferi fauces tentantur Abydi.] Seſtos & Abydos, ciuitates ſunt Helleſponti: quæ anguſto & periculoſo mari ſegregantur. In his anguſtijs, Leander ad Ero natare conſueuerat. Nam illa Seſtias, hic de Abydo fuit. qui cùm frequenter ad amatricem amator nataret; tempeſtate obrutus interijt. cuius cum cadauer exanime ad litus, in quo Ero de turre exſpectare ſolebat, eſſet adpulſum: puella ſe præcipitauit in mare; & ita vitam finiuit. Vnde elegit locum periculoſiorem: quem pro omni poneret pelago. Sanè ſecundùm artem, hæc Oſtrea, Oſtreæ, dicimus. Nullum enim habet latinitas nomen animalis, quod neutri ſit generis: ſicut græcè τὸ κῆτος, καὶ τὰ κήτη. Licèt & Horatius dixerit, Oſtrea Circeis, Miſeno oriuntur echini. & Iuuenalis: Grandia quæ medijs iam noctibus oſtrea mordet. Quos tamen poſſumus græcè locutos accipere. ita enim dicunt: τὸ ὄστρεον, καὶ τὰ ὄστρεα. Oſtriferi autem: quòd ibi plurimum oſtreorum ſit. Fauces verò, anguſtiæ. LIBRA die.] Hîc iam incipit diſputare de cognitione temporum ex ſideribus. DIE.] Non eſt Apocope, pro diei: ſed ſecundùm antiquos, regularis genitiuus eſt. Nam, vt ſæpe diximus, obliqui caſus, numeri ſingularis, nominatiuo plurali maiores non debent eſſe. quod verum eſſe Salluſtius probat, qui in proſâ ait; Dubitauit aciê pars. Hinc eſt & illud: Curruque abſciſſa duorum Suſpendit capita. Plautus in Amphitr. Neque nox quoquam concedit die, pro, diei. Sed modò, dies, diei, dicimus. Vnde, iuxta præſentem vſum, die poſuit, pro diei. SOMNI'QVE.] Id eſt, noctis. nam ab officio temporis, ipſum tempus oſtendit. Dicit autem æquinoctium autumnale: quod fit, ſole in librâ poſito. Vernale enim æquinoctium, in ariete efficit ſol poſitus. Hoc autem dicit: frumenta ſerenda eſſe autumnali tempore; legumina verò, vſque ad veris initium. ET medium luci.] Diei. ATQVE vmbris.] Nocti. Quomodo Zodiacus circulus, qui æquinoctia duo facit, orbem diuidit, & luci dixit partem cœli Septentrionalis: (de quo ait; Hic vertex nobis cœli ſublimis.) vmbris verò Auſtralem circulum; qui dicitur eſſe infimus & demerſus: de quo ait, At illum ſub pedibus Styx atra videt, manesque profundi. DIVIDIT orbem.] Vt orbem videlicet cœli medium teneat Sol, mediũ Luna. EXERCETE viri tauros.] Id eſt, ad aratra iungite, cogite laborare. Tauros autem, boues fortes accipe. SERITE ordea campis.] Ordeum oſtendit in campeſtribus locis ſerendum. & Ordea vſurpatiuè ait. ſciendum tamen, in his tres tantùm caſus vſurpari: hæc ordea, hæc ordea, ô ordea: ſicut vina, vina, vina; & mella, mella, mella. Sanè reprehenſus Vergilius dicitur à Bauio & Mæuio hoc verſu: Hordea qui dixit, ſuperest, vt critica dicat.

POM. Sabi. LECTA.] ſcilicet ſemina. DEGENERARE.] id eſt, decreſcere. Ni cura adhibeatur, triticum tranſit in lolium, hordeum in auenam, & braſſica in rapas. LEGERET.] id eſt, eligeret. MAXIMA.] ſcilicet ſemina; quod faciunt Tranſalpini. VIS.] diligentia. Diſpoſitio ſatorum eſt natura. SVBLAPSA] id eſt, quæ ceciderunt. REFERRI retrò.] id eſt, decreſcere & peioreſcere. ADVERSO.] contra curſum fluminis. REMIGIVM.] à mouendis remis. LEMBVM.] nauem. & dicitur ſolùm in fluminibus. PRÆCEPS.] id eſt, alueus A
ſubmergit illum nauigantem. VIDI lecta diu.] Cornelius Celſus ait: Vbi mediocris eſt fructus, optimam quamque ſpicam legere oportet, & ſeparatim ex eâ ſemen reponere. Cùm meſſis amplior prouenerit; eligendum ſemen quod magnitudine & pondere iam ſubſedit: nam id plurimum poteſt. Niſi hac diligentiâ vteris, frumenta degerant. Neque enim dubium eſt, inquit Columella, ex robuſto ſemine poſſe fieri non robuſtum. Quod verò protinùs exile natum ſit, nunquam robur accipere manifeſtum eſt. Ideò Vergilius, cùm & alia, tum & hoc, de ſeminibus præclarè diſſeruit, VIDI lecta diu, &c. Rutili coloris granum probatur integrum eſſe, extrinſecus album, & intus candidum; leue ac vacuum intelligi debet. Illud, inquit Varro, animaduertendum, ne ſemen ſit vetuſtum. Anaxagoras putat ſemina ex aëre eſſe: Theophraſtus, ex aquâ. Quidam volunt ſemina eligi ab illis, quibus ſpica à folijs diſtat: quia humor in folijs magis concipitur. Et ex humore naſcitur putredo: ex quâ fit exitium, appellatum ærugo; à quibuſdam rubigo: & prouenit in cauis locis, vt meminit Theophraſtus, & vbi venti ſilent. Attendendum & hoc, nihil eſſe putridum ſine alieno calore. Vermes in radicibus ſatorum creantur, cùm humeſcenti radici infun- B
ditur caliditas: gignuntur etiam, cùm humor effundi nequit, preſſus aëris ſiccitate. Vergilius etiam monet obſeruare aſtrologiam agricolas. PRÆTEREA.] ſcilicet, quæ dixi. ARCTVRI.] ſeptentrionis. Arcturus oritur 14. Calendas Octobris, cuius ortus indicat pluuiam. HOEDORVM.] Dicit tandem, eſſe obſeruandam Aſtrologiam ab agricolis; vt ſeruatur à nautis: quia vtriſque nocet tempeſtas. In Helleſponto duo ſunt oppida, Seſtos & Abydos; in quibus, propter ſaxa, gignuntur oſtrea. CAPRA.] Amalthea, ſiue Adraſtea: quia Ioui lac præbuit, cum hœdis propter beneficium locata eſt in cœlis. Plinius ait, 4. Calend. Octobris oriri Capellam, & ſequenti die hœdos: tales ortus pluuiam indicant. LVCIDVS anguis.] de dracone intelligit, qui cuſtodiunt mala aurea in hortis Heſperidum; quem Hercules ad gloriam victoriæ cœlo affixit. & videtur colligare geminam Arctoñ; quámuis aliqui aſtrologi ſeparent Serpentem à Dracone. LVCIDVS.] propter mala Heſperidum aurea, quæ cuſtodiuit. PATRIAM.] ſcilicet Ponticam. PONTVM.] ſcilicet Euxinum. CYZICVM.] dicitur alio nomine Burſia. PATRIAM.] vel Scythiam, vel Paphlagoniam, Cappadociam. FAVCES.] introitus; nauigantes ſcilicet verſùs C
Pontum. LIBRA.] Sol quãdo in Libra eſt, æquinoctium facit. Aequinoctium aũt autumnale eſt, quod ferè conficitur octauo Calend. Octobris. DIES.] huius diei, huius dij, huius die, huius dies. LIBRA.] id eſt, Sol exiſtens in Libra. PARES.] duodecim. SOMNI.] noctis: quia in nocte ſomnus eſt. LVCI.] diei & nocti totidem horas.

PROB LEMBVM.] genus nauigij. HOEDORVM'QVE greges.] Adraſtea capella, quæ educauit Iouem cũ hœdis: ob hoc beneficiũ in ſideribus ſacrata eſt: quorũ ortũ pluuiæ ſequuntur. ET lucidus anguis.] Draco exiſtimatur, puellarũ Heſperidum pomarij cuſtos, relatus inter ſidera, interſecare duos ſeptẽtriones: quæ omnia genera ſtellarũ tempeſtatem ſignificant. Ait ergo, tàm agreſtibus obſeruãda eſſe cœleſtia ſigna quàm nauigantibus: quia vtrìq; noceant tempeſtates. Oſtriferũ autẽ dicit Abydũ, quòd ibi oſtrea generantur copioſiſſima. LIBRA die ſomniq; pares u. f. h.] Aequinoctium autumnale deſcripſit. Somnus enim noctem ſignificat. Vernum æquinoctium fit in Ariete; autumnale in Librâ.

VAR. Lect. ATQVE illũ in præceps prono rapit alueus amne.] In Romano lib. Trahit alue⁹ legitᵘʳ. Medicus & reliqui, rapit, habẽt: eſt & amni. Legitᵘʳ etiã, Atq; illũ in prono præceps rapit alueus amne: quod nequaquã approbatur. LIBRA dies, ſomniq; pares vbi f. h.] In Romano libro ſcriptũ eſt, Libra diei. p Ei diphthongũ. In reliqs die, veteri declinatione, quæ genitiuũ per abiectionẽ s literæ enunciare ſolebat. Bona tamen literatorũ, qui nunc vigent, pars, Die, malunt legere.

VSQVE

Vsque ad extremum brumæ intractabilis imbrem.
Necnon & lini segetem, & Gereale papauer,
Tempus humo tegere, & iamdudum incũbere aratris;
Dum siccâ tellure licet, dum nubilla pendent.
Vere fabis satio: tunc te quoq; Medica putres
Accipiunt sulci, & milio venit annua cura:
Candidus auratis aperit cum cornibus annum
Taurus, & aduerso cedens Canis occidit astro.
At si triticeam in messem, robustaq; farra
Exercebis humum, solisq; instabis aristis:
Antè tibi Eoæ Atlantides abscondantur,
Gnosiaq; ardentis decedat stella Coronæ;

A SER. VSQVE sub extremum brumæ.] *id est. non vsq; ad Brumæ finem; sed circa. Nam Bruma finitur VIII. Calẽd. Ianuarij die: & iste non vsq; ad ipsum diem dicit serendũ.* INTRACTABILIS.] *propter frigus duræ & asperæ. & Bruma dicta, à breuioribus dieb⁹.* NECNON & lini segetem.] *Atqui suprà ait:* vrit enim lini campum seges. *quid igitur? suo tempore; non eo anno, quo cessare debet.* CEREALE papauer.] *Vel quod est esui, sicut frumentum. vel quo Ceres vsa est ad obliuionem doloris. Nam ob raptum Proserpinæ, vigilis, gustato eo, acta est in soporem. Vel, quia Miconem Atheniensem dilexerit Ceres; &, transfiguratum in papauerem, tutelæ suæ iusserit reseruari. vel quia pani aspergatur.* TEMPVS.] *tunc scilicet est.* IAMDVDVM.] *Quamprimũ. hoc dicit: serendum*
B *esse eo tempore, non quo pluit; sed quo iminent pluuiæ.* INCVMBERE aratris.] *Insistere arationi.* DVM siccâ tellure licet.] *Dum adhuc nondum pluit; sed etiam est vicinum.* DVM nubila pendent.] *Dum penè iam videntur nubila pendêre, & exspectare vt effundant pluuias.* VERE.] *tempore veris.* FABIS.] *Contra rationem dictum: quia fruges omnes numeri singularis sunt.* SATIO.] *Sementis. & declinatur, sicut Nauis.* TVNC te quoque medica putres accipiunt sulci.] *Ad ipsam herbam ἀποστροφὴν facit. Hæc autem herba à Medicis translata est in Græciam, quo tempore eam Xerxes inuaserat. Huius plena Venetia est: &, vt dicit Dionysius, trium foliorum est, semperq; virent.* Quòd autem ait, putres sulci; *naturam ipsius herbæ respicit. nam vno anno frequenter seritur, & sexies aut amplius secatur: postea aliquot annis sponte procreatur: quod etiam sequens indicat versus. nam dicendo,* Et milio venit annua cura, *ostendit, Medicæ curam non esse annuam. Hæc autem herba vulgò dicitur Scylla.* PVTRES.] *subacti: vel initio anni, id est, vere; vel post annum. quidam enim Medicam post decennium seri dicunt.* VENIT annua cura.] *Vere scilicet.* CANDIDVS auratis aperit cum cornibus annum
C Taurus.] *Quo tempore annum aperit candidus Taurus, qui est auratis cornibus. nam,* Aperit cornibus, *non procedit. non enim à capite, aut à fronte; sed à dorso oritur, id est, à medio sui, vnde incipit apparere. nam eâ parte, quâ mutilatus est, oritur; non à fronte.* Aperit *autem ideò ait: aut quia Aprili mense Sol in Tauro est, quo cuncta aperiuntur: & hoc melius. Sed aliud est, aperire annum, aliud inchoare: nam nullus dubitat, Martio mense, vt suprà diximus, annum inchoari. Aut certè,* aperit annum, *dixit: quia vnumquodque signum potest inchoare annum, & finire: vt* aperit annum *dixerit, scilicet suum. nam & à Tauro vsque ad Taurum, & a Geminis vsque ad Geminos, annus est.* AVERSO astro.] *duplex lectio est. nam alij* aduerso *legunt. cum Cane enim nascitur Syrius, qui est terris aduersus: de quo legimus,*

Ille sitim morbosque ferens mortalibus ægris.

Nascitur. *vt,* aduerso, *sit pestifero, & contrario mortalibus. Si autem* auerso *legerimus;* cum *subaudiamus necesse est: vt,* Atque Ixionij vento rota constitit orbis, *id est, cum vento. Vt sit sensus: Quo tempore etiam canis cedens occidit cum auerso astro, id est, cum Argo: quæ & ipsa media est, sicut Taurus: & à puppi oritur, cui Canem constat esse coniunctum.* CEDENS.] *aut locum dans; vt & Argo occidat: nam Canis occasum, & Nauis occasus sequitur. aut certè,* cedens Canis, *non recedens, sed incedens, accipimus, & se mouens. Tempora enim, quo in Tauro sol est, etiam Canis ad ortum festinat. Quòd autem ait,* occidit, *ad aspectum nostrum retulit. nam ortus & occasus duo sunt: Vnus ἡλιακὸς, id est, Solaris: & alter κοσμικὸς, id est, mundanus. vnde fit, vt ea signa, quæ cum sole oriuntur, à nobis non possint videri; & ea quæ videmus, quantum ad solis rationem pertinet, videantur occidere. secundùm quod nunc ait,* occidit canis. *Nam canis παρανατέλλον est Cancri, id est, cum eo oritur. Cancer autem, quo tempore Sol in Tauro est, post horam quartam diei oritur. Nam Taurus & Gemini, binas horas tenent. Nigidius, commentario* Sphæræ Græcanicæ: *Oritur enim Canicula cum Cancro; in columen venit cùm Geminis; occidit cum Tauro. Sic ergo fit, vt Canis nobis occidat. quantum autem ad Solis pertinet cursum, in ortu esse videatur. Secundùm hanc rationem etiam paulò pòst dicturus est;* Antè tibi Eoæ Atlantides abscondantur. *Nam* Eoas *ait, in ortu Heliaco positas: vnde &* Tibi abscondantur *intulit. Hunc Canem alij Icari putant, patris Erigonæ; qui mortem patris filiæ nuntiauit. Alij hunc esse quondam custodem Europæ, quem nulla fera potuit effugere: quiq; à vulpibus quondam liberauerit Thebas.* TRITICEAM in messem.] *Ad messem tritici, vel segetis.* ROBVSTAQVE farra.] *Frumenta, quæ plus habent virium, quàm legumina, quo tempore nobis Atlantides occidunt, sunt serenda.* ATLANTIDES.] *licèt septem fuisse dicantur: sex tamen videntur in cœlo, quæ Nouembri mense nobis incipiunt non videri. Cùm enim Sol in Scorpione fuerit, oriente Scorpione, occidit Taurus, in quo Vergiliæ sunt, id est, sexto Idus Nouembris.* Ergo Eoæ manè abscondantur: *non est enim Atlantidum epitheton, Eoæ; sed, Eoæ matutinæ. modò enim vesperâ, modò mediâ nocte modò manè oriuntur. vnde &* tibi abscondantur, *id est, spectando nec occident. Alij ita exponunt; Eoas appellatas, quasi quæ semper manè oriantur. Ergo antè occidere Vergiliæ debent, quàm serò sit: quæ Vergiliæ alioquin sunt Eoæ, cùm oriuntur, non cum occidunt. Has autem alij volunt, Iouis; alij, Liberi nutrices: alij verò, ipsas fuisse adserunt Hesperidas.* EXERCEBIS.] *Pro, exercueris.* SOLISQVE instabis aristis.] *Non leguminibus; sed solis segetibus.* INSTABIS.] *pro institeris.* ARISTIS.] *Et hìc, sicut suprà, per aristas, frumenta significat.* GNOSIAQVE ardentis decedat stella coronæ.] *Et hoc ad superiora pertinet. Cum enim Coronæ pars oritur, occidit Taurus, in quo Vergiliæ sunt.* Decedat *autem, non pro occasu dixit; sed, Soli cedat: quo in Scorpione posito, cum ortu ipsius oritur. Fabula verò de Coronâ talis est. Cùm Liber pater Ariadnen, Minois, regis Cretæ filiam, vxorem duceret: Vulcanus ei coronam obtulit, quam ille ad vxoris insigne inter sidera collocauit. Et stellam, per poëticam licentiam dixit. Cæterùm sex sunt stellæ, quibus in cœlo declaratur Corona. Alij hanc fabulam ita adferunt: Theseum, cùm ad interimendum Minotaurum Cretam venisset, miseratam eius Ariadnen, auxilium ei, ad occidendũ, filio ducto, Minotaurum præstitisse; Theseum verò Ariadnen, vtpote salutis auctorem, secum auexisse: qui cùm ad Naxum insulam delati essent, Ariadnen, ibi, vel consultò, vel necessitate, vel monitu Mercurij, à Theseo derelictam: quàm cùm Liber pater adamâsset, coronam ei dempti pudoris, dicitur obtulisse; quam etiam inter sidera postea collocauit.* Gnosiâ *autẽ Cretica, ab vrbe Cretæ, quæ Gnosis dicitur. Et stella dicitur Cretica: quia ad laudem illius, quæ Cretici regis filia fuit, in cœlo est posita ipsa corona.*

POM. Sabi. BRVMÆ.] *Bruma vocatur intractabilis, propter gelu: quia tunc non aratur. Bruma dicitur, à breuitate diei, id est, vsq; ad extremas pluuias hyemales. Plinius, seri vere linum, & auenam, & papauer, iubet. Papauer duplex est; cuius semen est album atq; nigrum. Ex semine nigro papaueris, Scythæ & Sarmatæ multa condimenta faciunt. Scythæ, vbi nos ponimus lac amygdalorum, ipsi vtũtur lacte papaueris. Cereale dicit: quia Ceres papauere vsa est.* SICCA.] *Quia debemus serere, quando tempus serenum est.* PENDENT.] *id est, priusquàm pluat.* VERE.] *Duo tempora serendi sunt: autumnale & vernum. sed de leguminibus intelligendum. Et Scythia vere serit triticum, & postea mittit in Octobri.* MEDICA.] *à Mediâ nomen habet. Bello Persico Persæ in Græciam tulerunt, quod fuit sub Dario. similis est trifolio: tanta est eius dos, vt vnus satis duret ad tricenos annos. Columella ait: Locum, in quo Medicam proximo vere saturus es, proscindito circa Calendas Octobris, & totâ hyeme putrescere sinito: deinde Calendas Februarij diligenter iterato, & lapides omnes eligito, glebasq; effringito: circa Martium tertiato, & occato. Cùm sic terram subegeris, aras latas pedum denûm, & longas pedum quinquagenûm facito; vt per semitas aqua ministrari possit. deinde vetus stercus inijcito, & mense vltimo Aprilis serito; vt singuli cyathi seminis aream occupent.* PVTRES.] *bene resoluti.* MILIO.] *Quia milium seritur per singulos annos, & Medica trigesimo quoq; anno. Tempus hoc notatur, cùm Sol Taurum ingreditur, quod est 11. Calendas Maij. Taurus is, qui vexit Europam, fuit.* CANIS.] *Erigoneus est, qui pridie Calend. Maij, vt inquit Columella, totus præceps occidit. ideò Vergilius dixit,* Auerso astro. AVRATIS.] *claris cornibus.* APERIT.] *Eo tempore omnia aperiuntur. Vnde & Aprilis dicitur, ab aperiendo.* Auerso.] *quasi in præcipitium dato.* ROBVSTA.] *quia corpus robustum facit.* INSTABIS.] *Agricolæ semper debet inspicere aristas: quia meliores segetes sunt, si in aristas exeunt, quàm in folijs. Id est, vt segetes habeant aristas graues.* ATLANTIDES.] *Vergiliæ. Hesiodus tradit vnum serendi tempus, à Vergiliarum occasu. scribebat tamen hoc in Bœotiâ: vbi ita seri oportebat. Columella ait: Placet nostro Poëtæ, adoreum atq; triticum non antè seminare, quàm occiderint Vergiliæ: id autem est altero & XX die post autumnale æquinoctium. per quod intelligi debet, tritici sationẽ dierum esse VI & XL. Et hoc obseruare debemus, serendum esse secundùm naturam loci. Plinius ait: Vergilius triticum & far à Vergiliarum occasu seri iubet: ordeum inter æquinoctium autumni & brumam: viciam, phaselos & lentem, Boote occidente: quò fit, vt horum siderum, aliorumq; exortus & occasus, digerendi sint in suos dies.* EOÆ.] *Oriente sole Vergiliæ occidunt. Columella ait:* Solis & aduersos metuant Atlantides ortus. *XX. Calend. Nouembris occidunt Vergiliæ.* EOÆ.] *Quia occidunt oriente sole: qui dicitur Eous, ab Eoo monte Orientis.* GNOSIA.] *Cretensis, à Gnoso, ciuitate Cretæ. Theseus adamatus ab Ariadnâ, eius ope Minotauros interemit, & cum puellâ nauigauit: quam postea dormientem in Indiæ insulâ, id est, Naxo, reliquit. Liber pater puellam inuenit, & statim adamauit: & coronâ gemmatam, capiti suo detractam, puellæ dedit, & in cælo affixit. Corona autem decidit ibid. Octobris.* ARDENTIS.] *gemmata & lucida.* A

PROB. CEREALE papauer.] *Cereale ait, quia in segete nascitur.* ANTE tibi Eoæ Atlantides abscondantur, &c.] *Si in hoc exercebitur terra, vt triticum accipiat: priùs, inquit, occidant Vergiliæ, & corona Ariadnes, quàm sementẽ faciat.* B *Matutini exortus Eoa significat. Eos enim, præcedit aurora. Atlantis autem filiæ, sunt Vergiliæ: idcirco Atlantides vocantur. Ariadnes autem coronæ, talis historia traditur. Adamatus Theseus ab Ariadne, cùm eius operâ interfecto Minotauro Labyrinthi euasisset errorem, & corruptam in insulâ Diâ dormientem reliquisset; Liber eam adamauit, & eius capiti coronam detractam misit in cœlum: quæ sidus facta est, quod est post Erigonem. Ipsam autem Ariadnem, matrimonio sibi iunctam, Liberam appellauit, immortalitate donatam.* Gnosia *autem dicit, ab oppido Gnoso Cretæ.*

VAR. Lect. ET iamdudum incumbere aratris.] *In Mediceo libro, & aliquot alijs antiquis exemplaribus, legere est,* Incumbere rastris. ET aduerso cedens Canis occidit astro.] *In Romano quidem, & in Longobardico,* Aduerso: *& alijs verò,* Auerso. *In Mediceo,* Auerso incedens.

Debita quàm sulcis committas semina, quamq;
Inuitæ properes anni spem credere terræ.
Multi ante occasum Maiæ cœpêre: sed illos
Exspectata seges vanis elusit auenis.
Si verò viciamq; seres, vilemq; faselum;
Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis:
Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes:
Incipe, & ad medias sementem extende pruinas.
Idcirco certis dimensum partibus orbem
Per duodena regit mundi Sol aureus astra.
Quinque tenent cœlũ zonæ: quarũ vna corusco
Semper sole rubens, & torrida semper ab igni:
Quàm circùm extremæ dextrâ læuâq; trahuntur
Cæruleæ, glacie concretæ, atq; imbribus atris.
Has inter, mediamq; duæ mortalibus ægris
Munere concessæ diuûm: & via secta per ambas,
Obliquus quà se signorum verteret ordo.
Mundus vt ad Scythiam, Riphæasq; arduus arces
Consurgit, premitur Libyæ deuexus in Austros.
Hic vertex nobis semper sublimis: at illum
Sub pedibus Styx atra videt, manesq; profundi.

SER. SVLCIS.] *Arationibus.* COMMITTAS semina.] *Quasi custodibus fidis.* INVITÆ terræ.] *Quæ quasi coacta rusticorum labore, & non sponte, fructus profert. Alij, si non suo tempore feratur.* ANNI spem.] *Vnde tu annum speres posse deducere.* ANTE occasum Maiæ.] *Ante occasum Atlantidum. & hoc est quod ait,* quàm Atlantides abscondãtur. *nam Maia vna est de ipsis Atlantidibus.* VANIS.] *Vacuis.* ELVSIT.] *Decepit.* SI verò viciamq; seres.] *In quodam adespoto Græco, sic positum est:* φακοῦς δὲ καὶ φάσηλον ὄροβον ὁμοίως δὲ μετὰ ἀρκτοῦρον δύοντα ἅμα μέχρι τροπῶν. VILEMQVE faselum.] *plurimùm abundantem. nam omne quod abundat, vile est: vt,* Vilibus aut onerat pomis. NEC Pelusiacæ curam aspernabere lentis.] *Pelusium vnum est de septem ostijs Nili, vbi primùm lens inuenta dicitur; vel vbi optima nascitur. Vnde κατ' ἐξοχὴν locutus est.* Aspernabere *autem, id est, contemnes.* LENTIS.] *Ac si dicat; Etiam inter alia lentem feras.* HAVD obscura.] *Non obscura, hoc est, clara.* MITTET tibi signa Bootes.] *Si viciam, & faselum, & lentem serere volueris occidente Boote debes incipere.* C CADENS.] *Occidens: verno scilicet tempore. Tunc enim Bootes occidit.* Quòd *autem subijcit;* Incipe & ad medias sementem extende pruinas: *Omnia cõplexus est tempora: & Vernum scilicet, quo legumen seritur: & Autumnale, quo frumentum. Et multi volunt, ita hanc partẽ astrologiæ librâsse Vergilium: vt in omnibus vtrunq; tempus significaret; Vernale & autumnale. vnde & suprà bina signa memorauit: Taurum cum Cane; Atlãtidas cum coronâ. Tamen, quantum ad necessitatem huius loci pertinet, hæc dixisse sufficiat. nam maioris prudentiæ est, ad subtilem harum rerum scientiam peruenire: adeò vt sequentẽ rationem zonarum Metrodorus philosophus vix quinque expresserit libris, insertis tàm Astronomiæ, quàm Geometriæ partibus: sine cuius lineis haud facilè zonarum deprehenditur ratio. Idem etiam Metrodorus asserit, frustra culpari à plerisq; Vergilium, quasi ignarum astrologiæ: cùm eum constet*

operis

Digitized by Google

A operis lege compulſum, vt quædam exponeret quæ obſcura videntur, ideò quia à naturali ordine ſunt remota. Vt autem omnia non diceret, ruſticarum perſonarum habuit conſiderationem, & ipſius eſt operis breuitate compulſus. AD medias pruinas.] Hoc eſt quod ſuprà ait, vſque ſub extremum brumæ. Medias autem pruinas, abuſiuè, ipſas hyemes poſuit. medium enim, pro legitimo dixit. DIMENSVM partibus orbem.] Annum diuiſum in quatuor tempora. Et per duodecim ſigna, duodecim menſes accipimus. PER duodena.] Multi pro duodecim accipiunt: vt, bina manu lato. c. a. F. &c. ſeptenaque tela. Alij, quia quotannis per eadem meat: duodena ergo, ſæpiùs duodecim ſigna. ZONÆ.] Id eſt, plagæ, vel circuli: quorum primus Septentrionalis, vel, vt quidam volunt, Aquilonius. ZONÆ.] Circuli, qui cœlum ac terram, velut zonæ, cingunt. Tranſlatiuè: nam propriè Zonæ in terris. ſed pro paralellis, id eſt, circulis, poſuit: Septentrionalis, Aeſtiualis, Aequinoctialis, Brumalis, Auſtralis. CORVSCO ſemper ſole rubens.] Coruſco, ardenti, hoc eſt, æquinoctiali. & benè à mediâ cœpit: vt neceſſariò extremas & habitabiles conceſſas mortalibus diceret. TORRIDA.] Sicca: quòd nunquam ſol indè diſcedat. QVAM circùm extremæ.]
B Benè extremæ addidit, id eſt, Borios & Notios: ne eas, quæ circa igneam ſunt, intelligeremus: quas conſtat eſſe temperatas, vicinitate caloris & frigoris. quarum vnam nos habitamus: alteram antipodes: ad quos hinc torrente Zona, hinc frigidis ire prohibemur. Antipodes autem dicuntur, quòd contra nos poſiti ſunt contrarijs veſtigijs. Terram enim dicunt vndiq; cœlo & aëre cingi. Per has autem duas Zonas in obliquum vertitur ſignifer circulus, qui ſolis continet curſum. Vnde etiam fit, vt duæ Zonæ frigidiſſimæ ſint, ad quas numquam accedit: vna feruens, à quâ penè nunquam recedit: duæ temperatæ, ad quas viciſſim venit. TRAHVNTVR.] pro extēduntur, aut ſinè intermiſſione vertuntur. CÆRVLEÆ.] frigore ſcilicet: quia ipſe color conuenit frigori. DVÆ mortalibus ægris.] Sicut dictum eſt, temperatæ, ex calido medio, & frigidis extremis circulis. PER ambas.] Cùm vitet vtranque temperatam, ipſa præpoſitio per, pro inter accipienda eſt. QVÀ.] per quam. MVNDVS vt ad Scythiam] Iam hic definitio eſt noſtri climatis, id eſt, noſtræ habitationis: quæ à Septentrione incipiens, in Auſtriali deſinit plagâ. RIPHÆAS arces.] Scythiam dicit: cuius ſunt montes Riphæi. Quoniam Borius circulus totus ſupra terram eſt: ideoque ab aratro hic apparens, il-
C le idem Auſtralis vocatur obſcurus. Sanè aliqui mundum pro cœlo accipiunt hoc loco, qui mundum nomen volunt eſſe vniuerſæ naturæ. CONSVRGIT, premitur.] Deeſt, ita: vt ſit, ad Scythiam conſurgit, ita premitur in Auſtros. LIBYÆ deuexus in Auſtros.] quoniam Notius circulus totus infra terram eſt. & premitur, quaſi deprimitur. ARDVVS.] Excelſus, & ſummo vertice arctatus. HIC vertex nobis ſemper ſublimis.] Id eſt, hæc pars mundi à nobis ſemper videtur. hoc eſt, Scythia, quæ Septentrioni ſubiacet. AT illum ſub pedibus Styx atra videt] Id eſt, axem notiū, id eſt, auſtralem, qui à nobis numquam videtur: ſicut Boreus, id eſt, Septentrionalis, ſemper videtur. Et ſicut variæ Philoſophorum opiniones ſunt: ita & hîc variè loquitur. Nam alij dicunt, à nobis abſcedentem ſolem ire ad Antipodas. alij negant, & volunt illic tenebras eſſe perpetuas. Mirè autem ait, quaſi de de inferis, Styx atra videt, maneſque profundi; vt oſtenderet, il[illegible] quod dicunt philoſophi, recedentes hinc animas, & illic a[illegible] ſortiri. Vnde & Lucanus ait: Regit idem ſpiritus artus Orbe alio. Quod veriſimile eſt; quia dicūtur animas aut igni, aut vento, aut aquâ purgari. quod vt fiat neceſſe eſt, [illegible] per frigidas plagas, aut per igneam tranſeant. Et li[illegible] hoc à Vergilio dictum per poëticam licentiam velint: tamen ſciendum eſt, eum poëticæ licentiæ inſeruiiſſe philoſophiam.

POM. Sabi. SPEM anni.] id eſt, ſpicas frumētorum. PROPERES.] acceleres. Spica, dicitur à ſpe. Ariſta, ab arendo, ſeu areſcendo. MAIÆ.] eſt vna ex Vergilijs. Vnam ponit pro omnibus. VANIS.] leuibus. ELVSIT.] decepit. Faſeli ſeruntur ab idibus Octobris, vſq; ad Calend. Nouembris. VILEM.] quia eſt cibus ruſticorum. ASPERNABERE.] euitabis. LENTIS.] Columella ait: Lens, priuſquam ſeratur, fimo arido permiſceri debet. Plinius ſic: Lens amat ſolum tenue magis, quàm pingue, & cælum ſiccum. Duo ſunt genera eius: Aegyptium, rotundius nigriuſq; alterum ſuâ figurâ, id eſt, rubrum, & non eſt rotundum. Peluſium eſt oppidum Aegypti. CADENS.] occidens. Bootes occidit 3. Nonas Martij, quo die Vindemitor apparet. Bootes dicitur à bubus. Arctophylax etiam dicitur, qui plauſtrum vehit: ideò ruſtici Septentrionem appellant. Getulicus in Epigrammatibus de Britannis ſic ait:

Non Aries illum verno ferit aëre cornu,
Gnoſia nec Gemini præcidunt cornua Taurum,
Sicca Lycaonius reſupinat plauſtra Bootes.

SOL aureus.] lucidus. DIMENSVM.] diuiſum. 12 ſunt ſigna, per quæ meat Sol toto anno: Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius & Piſces. QVINQVE tenent cœlum zonæ.] Tenent, id eſt, occupant mundum. QVARVM vna.] æquinoctialis. RVBENS.] propter ſolem. TORRIDA.] aduſta & ſicca. QVAM] torridam. DEXTRA.] meridianâ. LÆVA.] ſeptentrionali. TRAHVNTVR.] extendūtur. CONCRETÆ.] In fine regionis ſeptentrionalis perpetua eſt glacies. In Oceano Victor: Ad Oceanum venies, glacies vbi nunquam deſinit. IMBRIBVS.] Aeſtate in Scythiâ multū pluit. ATRIS.] Duo dicit, propter pluuias & tenebras, quæ illîc ſunt. MEDIAMQVE] id eſt, æquinoctialē. MVNERE.] dono deorum. SECTA.] facta via. Secta dicit ſigniferum circulū, qui zodiacus appellatur, qui à brumali circulo obliquus ad ſolſtitialem venit: & tranſuerſus ita, vt brumalem tangat Capricorno; ſolſtitialem Cancro: æquinoctialem Librâ & Ariete. OBLIQVVS] idcirco dixit: quia hic ipſe circulus 12 ſigna cœleſtia voluit. ÆGRIS] patientibus. QVA.] per quē circulum. VERTERET.] volueret ſe. Zonæ, regiones & plagæ cœli ſunt, quas Aemylius Aſper 5. digitis comparauit. In pollice, zona eſt ſeptētrionalis; & inhabitabilis propter rigorē. In ſequenti digito, eſt zona auſtralis: nam cùm Sol ad eā peruenit, æſtiuū facit tēpus. quæ temperata eſt: quoniā inter rigorē & ardorem media eſt. In digito medio, zona eſt æquinoctialis. in hanc bis anno declinat Sol, & duplex æquinoctium facit. inhabitabilis eſſe creditur, propter nimios ardores. In quarto digito, zona eſt hyemalis, cùm ad illam Sol tranſcendit, hyemem facit. & hæc eſt etiā tēperata: quia media eſt inter æquinoctialē aduſtā, & auſtralem frigidam. In minimo digito quinta zona depingitur, auſtralis: quæ adeò depreſſa eſt, vt infra horizontē deſcendat. Horizon appellatur tantum ſpatium cœli, quantum oculi circumſpicere poſſunt. Circulus zodiacus, ſignifer eſt, vnde Sol tranſuerſus per tres medias zonas fertur. Tranſtulit hoc Vergilius, vt meminit Probus, ab Eratoſthenis libro, qui inſcribitur Hermes. Et Homerus videtur id velle exprimere in clypeo Achillis, quinq; oribus in extremo zonæ torridæ. Vergilius etiam meminit in 7. In medio dirimit plaga Solis iniqui. Cauſa caloris & lucis ſol eſt: eius autem talis eſt curſus, vt nec citra ſolſtitialem circulum ad nos accedat, nec vltra brumalem protendat. Radij autem eius vbi deficiūt, ibi neceſſe eſt eſſe frigus, cum tenebris. deficiunt autem, brumâ ad ſeptentrionem, & æſtate ad meridiem. Nam aiunt frigus poſtremarum zonarum ad vicinas tranſire, & ſimiliter calores mediæ zonæ. item, ſi hoc verū eſt, hyeme in meridie magnus debet eſſe dies; & contrà in Scythiâ, æſtate. VT.] ſicut. MVNDVS.] id eſt, cœlū. CONSVRGIT.] eleuatur. AD Scythiam.] quæ eſt altior pars orbis. Herodotus lib. 4. ſcribit: Ex puellâ filiâ Terræ, quæ femorū tenus formā hominis habebat, & in reliquo formā viperæ, & Hercule, genitos treis; Agathyrſum, Helonū, & Scythā. et ex tertio nomē propagatum eſt per multas regiones. Ipſa Scythia adeò magna eſt, vt penè ſit par Indiæ. Rhipæi montes, vel

Riphæi,

Riphæi, in Oriente ſunt: in eâ parte quæ altior eſt, propter ſeptentrionem. *Bene Vergilius dixit in alio loco:* Riphæo tunditur Euro. *Vltra hos montes, ſunt maximi calores. homines habitant in cauernis, vt calores euitent: & propter ardorem Solis, eſt maxima aëris intemperies. & hi montes in Scythiâ eſſe intelliguntur. Sunt & alij montes in ſeptentrione, verſùs occidentem; altitudine, latitudine, & longitudine, æmuli Alpium noſtrarum: in quibus continua eſt glacies, & ſempiternæ niues: vltrà nihil ſpatij terrarum eſt; Oceanus obſidet. Capiuntur illic falcones nobiles, id eſt, eri, qui dicũtur domini falconum. Hi montes ponuntur in ſuperiore Noruegiâ. fortè Coſmographi noſtri, cùm dicunt Riphæos montes, de iſtis intelliguntur.* SIC] *eodem modo, quo extollitur, deorſum inclinatur.* AVSTROS.] *in polum meridianum.* Libyæ illam partem *intelligit, quæ eſt ſupra Aethiopiam. Auſter ventus ſpirat à meridie.* VERTEX.] *ſeptentrio.* SVBLIMIS.] *altus.* ILLVM.] *meridianum polum.* ATRA.] *obſcura & tenebroſa.* STYX.] *id eſt, depreſſitas locorum, & loca infima.* PROFVNDI.] *in abyſſo poſiti.*

PROB. MVLTI ante occaſum Maię.] *Multi ante occaſum Vergiliarũ ſementem fecerant; ſed inanè meſſem ſuſtulerunt. Maia autè vna eſt ex Vergilijs.* SI verò viciamq; ſeres, vilemq; phaſelum.] *Ciceris eſt genus, quod phaſelum vocant. Vicia, eſt æquè leguminis genus, lentis magnitudine.* Peluſiacam lẽtem *dicit, à Peluſio oppido Aegypti, à quo fluminis Nili vnũ oſtium Peluſiacum dicitur. Optima lens in Aegypto naſcitur.* BOOTES.] *eſt ſtella in Arctophylacis (vt pleriq; putant) baltheo: vt alij indicant, in humero: dicta à bubus. Nam triones, quos Græci duas vrſas vocant, Helicem & Cynoſurum, in barbaricâ ſphærâ plauſtrum eſſe, quod ducatur è bubus iunctis. Cuius rei teſtis eſt Getulicus, cùm ait de Britannia:*

Non Aries illum verno feret aëre cornu,
Gnoſia nec gemini præcidunt cornua Taurũ,
Sicca Lycaonius reſupinat plauſtra Bootes.

QVINQVE tenent cœlum zonæ.] *Mundi caloris & luminis ſol cauſa eſt. Eius autem talis eſt curſus, vt neq; intra ſolſtitialem circulum ad nos accedat, nec vltra brumalem procedat. Radij autem eius vbi deficiunt, ibi neceſſe eſt eſſe frigus, cum tenebris. deficiunt autem eius radij brumâ, ad ſeptentrionalem circulum: ibi ergo frigus eſt cum obſcuritate. Sol autem, qui brumalem & ſolſtitialem circulum conficit, annuum curſum, totam hanc mediam regionem vrit; quæ Latinè vocatur plaga aduſta. Ex eâ quæ ſeptentrionalis eſt, ibi deficiunt Solis radij: & quia frigida eſt, & obſcura; frigus in proximam regionem peruenit, & miſcetur calori, qui ex aduſtâ regione in eandem fertur: & efficitur temperata regio: in quâ ſumus, quæ eſt habitabilis. Alteræ duæ inhabitabiles; ſed phyſicâ ratione nobis ſunt incognitæ. Prohibemur enim tranſire aduſtæ regionis calorem. Sed quia meridiam brumâ animaduertimus, vltra ſolem magnum ſpatium cœli vacare ſcimus; & in contrariam nobis partem eius radios ferri; & quemadmodum hîc, ita illic deficere: vbi defecerunt, eſſe frigus cum tenebris. Et indè aliquam partem ferri in proximum locum; & ex aduſtâ regione, quæ finitur brumali ſolſtitiali circulo, in eundem peruenire vaporem: & vtroq; mixto, perinde temperatam efficere regionem mediam frigidæ & aduſtæ. Quinq; ergo ſunt zonæ in regione cœli & terræ: duæ extremè frigidæ, ſeptentrionalis & auſtrina: vna aduſta, duæ temperatæ, inter frigidam & aduſtam, cingentes eam, & intercidentes frigidis: quarum altera Anterumene vocatur.* VIA ſecta per ambas.] *dicit ſigniferum circulum, qui à Brumali obliquus, ad ſolſtitialem, Cancro; æquinoctialẽ, Librâ & Ariete.* OBLIQVVS quà ſe ſignorum verteret ordo.] *Idcirco dixit, quia hic ipſe circulus 12. ſigna cœleſtia voluit. Clima noſtrum, hoc eſt, in climate zonæ noſtræ, ſicut ſe habet; vt ſimus ad ſeptentrionẽ ab eâ parte, quã Scythia eſt, & Riphei mõtes: cui cõtraria eſt inclinatio ad Africã. Ergo hoc ſentit, cũ ait:* Illîc, vt perhibẽt, aut intẽpeſta ſilet nox
Semper, & obtentâ denſantur nocte tenebræ.

QVINQVE tenent cœlum zonę.] *in quinq; zonas mundum eſſe diuiſum, accipimus; quas ſecundùm clima noſtri orbis ſic efformabimus: vt læuam manum contra ora noſtra ponamus: atq; vbi ſit pollex, ibi ſit zona, quæ appellatur Græcè ἀρκτικὴ; quæ in ſe habet arctos, id eſt, vrſas. Eadem Latinè ſeptentrionalis cognominatur: quòd in eâ parte cœli poſita ſit, quæ vento ſeptentrione afflatur. Ea pars ſemper ſuprà vertitur, hoc eſt, nunquam in Oceanum demergitur. quod etiam Homerus ſignificat, cùm ait:* A

ἄρκτον θ' ἣν καὶ ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν,
ἥ τ' αὐτοῦ στρέφεται, καί τ' ὠρίωνα δοκεύει,
οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο.

Et Vergilius: Arctos Oceani metuentes æquore tingi. *Nam & zona inhabitabilis eſt, propter nimios rigores. Pollici proximus digitus, obſeruabitur in vicẽ zonæ, quæ Græcè appellatur θερινὴ, à nobis æſtiualis: quòd ſcilicet ſol, cùm in eandem zonam declinauit, longiores dies efficit. ibi enim ſolſtitiũ facit æſtiuum, 8. Calend. Iul. Hæc zona habitabilis, propter temperiem; & multi ſolis, & illius vicinitate zonæ, quam ſeptẽtrionalem nuncupauimus. Medius autem digitus, ſignificabit zonam, quæ Græcè dicitur ἰσημερινὴ, Latinè æquinoctialis. Sed & Sol in hanc zonam bis anno venit, & toties æqualitatem facit diei & noctis, 8. Calend. April. & 8. Calend. Octob. Hæc zona inhabitabilis: nam propter nimios ardores, loca ſubiecta habet exuſta. Quartus dein digitus, ſignificabit zonam, quæ appellatur χειμερινὴ, à nobis hyemalis: quòd ſcilicet, cùm illam ſol tranſcendit, hyemem facit, & breuiores dies agit. Nam ſibi ſolſtitium efficit: quod eſt 8. Cal. Ianuar. Hanc quoq; zonam inhabitari, credibile eſt: quoniam & ipſa pars temperata inter æſtiuum & iſomerinem poſita eſt; quemadmodum eius ſuprà fecimus mentionẽ: æſtiualis, inter æquinoctialem & ſeptentrionalem. Et in hac zonâ ſi qui inhabitant, appellantur à nobis Antichthones: ὡς τὴν ἐναντίαν χθόνα οἰκοῦντες. Digitus minimus, habet quintam zonam, appellatam νότιον: quoniam ex illâ parte cùm afflat ventus, humidum facit aërem: & humorem colligens corpus, Notia dicitur. Hæc plaga Auſtralis appellatur, depreſſior quàm vt à nobis videri poſſit; & ideò infra horizontem deſcendit. Horizon autem, qui definit ſphæram ſuperiorem: qui & idem à nocte diſterminat. Hæc quoq; præſumenda inhabitabilis, propter rigores, quos patiatur, neceſſe eſt: quoniam longè ſegregatur. Circulus autem zodiacus, qui Loxos appellatur, per tres zonas medius fertur: per quem ſol currit. Sic ergo, quoniã ad vltimas non peruenit frigidas, relinquit* C *mediam zonam: quoniam ſæpè onerat, ignem facit. Huius zonæ mentionem facit Vergil. 7. cùm vellet ex verbis Ilionei Latinos confirmari, neminem eſſe in orbe toto, qui ignoraret, quãto bello & Aſia & Europa conflixiſſet: quandoquidẽ ſcire poſſent etiam, qui vltra Oceanum extimum agitarent, quiq; diuiſi plagâ æquinoctiali zonam illam, quam ἰσημερινὴν diximus, incolerent: quam veriſimile eſt in aliquibus habitari. Sunt autem, qui hîc declarantur, verſus huiuſmodi:*

Quanta per Idæos ſæuis effuſa Mycenis
Tempeſtas ierit campos, quibus arctos vterque,
Europæ atque Aſiæ fatis concurrerit orbis,
Audijt, & ſi quem tellus extrema refuſo
Summouet Oceano, & ſi quem extenta plagarũ
Quattuor in medio dirimit plaga Solis iniqui.

Hanc tamen vniuerſam diſputationem, certum eſt, Vergilium tranſtuliſſe ab Erathoſthene: cuius liber eſt hexametris verſibus ſcriptus, qui Hermes inſcribitur. Quidam verò orbem terrarum deſcripſerunt in formam literæ ω, & in lineamentis, quæ per circuitum ambiunt literas, formam referunt Oceani; quem rectè ſφαῖραν τοῦ κόσμου dixerunt. ὠκεανὸς autem, ab ὠκὺς dicitur, ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα, καὶ πᾶσαι κρῆναι, φρείατα μακρὰ νάουσιν. In mediâ autem parte linea quæ deducitur, Atlanticum. Oceanum fertur tranſmittere: quod mare traditur ſubiectum eſſe plagæ æquinoctiali: & ſic diuiſas eſſe duas partes orbis, quarũ nos habitemus eam, quæ ſit ab Oriente dextra

Digitized by Google

A dexterior: atque esse verisimile, vt aduerso tam pari tractu gens alia hominum inhabitet. Si tamen velimus omnem diligētiam, in examinandis Homeri carminibus, adhibere: ibi quoque videbimus descriptionis huius ordinem. Clypeus enim Achillis quinq; orbibus intextus fuit, quorum sic meminit:

—— ἦ δ' ἄρ' ἔτι πέντε
θοωρικτὰ πτύχας ἤλασε κυλλοποδίων
τὰς δύο χαλκείας, δύο δ' ἔνδοθι κασσιτέροιο,
τὴν δὲ μίαν χρυσῆν, τῇ ῥ' ἔσχετο χάλκεον ἔγχος.

Nam examinemus colorem metallorum, & conditionem zonarum: & poterimus rectè comparare, cur κασσίτερον, id est, plumbi albi zonas dixerit, septētrionalem & australem, vt scilicet frigidas, & canâ niue oppletas: Aëreas autem, quæ refulgent, habentes temperaturam candoris & rutili coloris, dixerit æstiualem & hyemalem: Auream autem, sine dubio ignem. nam est sic dictum: Fert aurea sidera clamor. Et à Pindaro: ὁ δὲ χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ. Et Vulcanus, vt ignis deus, virium suarū beneficium, in illâ zonâ voluerit aurum clypeo superponere.

VAR. Lect. CÆRVLÆA glacie concretæ.] In plerisq; veteribus exemplaribus legere est casu recto, numero multitudinis, Cæruleæ, puncto mox intersito: vt, quod sequitur, Glacie concretæ, atq; imbribus atris, B expositio sit, cur zonæ illæ cæruleæ sint. In cod. Med. priùs Cæruleæ legabatur: sed indè aliena manu linea superinducta, vt vltima litera fieret A. Sunt etiam libri manuscripti, in quibus cæruleę & glacie legatur.

CAEL. Rhod. Sunt certè planetæ septem, quorum virtutem stellæ omnes consequuntur: quando ita demum se illi habeant ad stellas alias, vt se habet ad corpus anima, seu comprobant Mathematici. At planetæ solem sequuntur maximè: ad cuius interualla nunc directi sunt, nunc stationarij, aut retrocedentes: quandoque etiam radijs eiusdem occulti, rursumq; emergentes. Igitur & stellas omnes solem sequi, astruendum est. At sol meridianæ propior terræ sinè dubio est: ergo & portio illa meritò indicari superior debet. Sed nec illud ignorandum, dici quandoq; alio item modo, supremum vel infimum in cælo, ex stellarum cursu: nam cœli medium in meridie, vocatur supremum; & mediū in hemisphærio inferiori, vocatur infimum. Atq; ita ab Metaphysicis capi, sciunt eruditiores. Hæc scrupulosiùs paulò consectari collibuit: tum quia mira hominum naturæ capacium subtilitas arrisit plurimùm: tum vt interioris doctrinæ candidatos ampliùs commonerem, quid astrui posset super illis doctissimi poëtæ carminibus, ex libro Aeneidos primo:

Et iam finis erat, cùm Iuppiter æthere summo
Despiciens mare veliuolum, terrasq; iacentes,
Littoraq; & latos populos, sic vertice cœli
Constitit, & Libyæ defixit lumina regnis.

Sed quis non videt illud quoq;, quid ad ea, quæ attulit Aurelius Macrobius, auctor excellentissimus: addi possit, in carminum illorum expositione, quæ primo Georgico leguntur:

Hic vertex nobis semper sublimis: at illum
Sub pedibus Styx atra videt, manesq; profundi.

Platonis tamen sententia fuisse videtur, in mundo ex se non dici supernum, orbicularitatis ratione: quoniam sit hæc vndiq; vniformis. dici tamen in eo sursum deorsumq;, quo ad nos: quæ superna nuncupamus, supra caput surrecta; è diuerso autem inferna, quæ pedibus subijciuntur.

Maximus hîc flexu sinuoso elabitur anguis
Circùm, perq; duas in morem fluminis arctos,
Arctos, Oceani metuentes æquore tingi.
Illîc (vt perhibent) aut intempesta silet nox
Semper, & obtentâ densantur nocte tenebræ:
Aut redit à nobis aurora, diemq; reducit;
Nosq; vbi primus equis oriens afflauit anhelis,
Illîc sera rubens accendit lumina vesper.
Hinc tempestates dubio prædiscere cœlo
Possumus: hinc messisq; diem, tempusq; serendi:
Et quando infidum remis impellere marmor
Conueniat; quando armatas deducere classeis;
Aut tempestiuam syluis euertere pinum.
Nec frustrà signorum obitus speculamur & ortus,
Temporibusq; parem diuersis quattuor annum.
Frigidus agricolam si quando continet imber,
Multa, forent quæ mox cœlo properanda sereno,
Maturare datur: durum procudit arator
Vomeris obtusi dentem; cauat arbore lintres;
Aut pecori signum, aut numeros impressit aceruis.

SER. MAXIMVS anguis.] Vel quia ipse cæteris est maior: Vel quia ad Scythiam: vel quia inter duas arctos. Sanè hunc draconem quidam occisum, & inter sidera collocatum à Mineruâ dicunt: Alij hunc esse, quem Hercules custodientem mala aurea Hesperidum occidit. HIC.] Pro illîc. CIRCVM perq; duas.] C Et circum enim, est & Per: nam per vtranq; labitur, id est, inter duas maiorem caudâ tangens, aluo complectens minorem. IN morem fluminis Arctos.] Hesiodus ποταμῷ ῥέοντι ἐοικώς. OCEANI metuētes æquore tingi.] Hoc refertur ad fabulam. Nam hæ duæ pellices Iunonis fuisse dicuntur: quas postquam Iupiter in siderum retulit numerum, Iuno rogauit Tethin, suam nutricem, ne vnquam eas pateretur occidere. Vnde nunc metuentes dixit, scilicet nutricem Iunonis. Sunt autem hæ, Helice, & Cynosura. De Helice, Lycaonis filiâ, amatâ à Ioue & à Iunone in vrsam mutatâ, suprà dictum est. Cynosura, quòd caudam caninam habeat: hanc Helicem vocitatam quidam ferunt, Dianæ comitem, iraq; eius, quòd grauida esset inuenta, in vrsam esse mutatam, atq; eiusdem rursus misericordiâ syderibus insertam. Quidam prodidêre, has Nymphas fuisse Cretenses, Iouis nutrices, & ob meritum consecratas: quæ ideò non occidunt: quia secundùm clima nostri cœli Arcticus circulus, in quo cardo cōuertitur, infra horizontem non venit. Nam reliqua signa dicuntur omni nocte in Oceano tingi. ILLIC.] In Australi id est, obscuro axe. Scilicet poëta: nam in rebus dubijs suam denegat fidem. INTEMPESTA.] Inaestuosa, alta, densa, crassa: qualis est intempesta. Posse autem hoc fieri in aliquâ parte mundi, vt penè sibi totum vindicet nox, probat Britannia: quæ lucis dines, vix quoddam spatium noctibus cedit. Aut, intempesta silet: quia Epicurei dicunt, non ire Solem per alterum hemisphærium; sed semper his ab ortu colligi scintillas, & fieri orbem solis. OBTENTA.] Obducta. Et obtenta, sicut ostenta: ab eo enim quod est Ostendor, veteres participium Ostentus, non ostensus, dicebant. Ipse alibi; prætentaque Syrtibus arua. Terentius in Eunucho: An ego occasionem mihi ostentam tam breuem. Similiter & illud in Phormione: Neq; me nunc domum reciperem, ni mihi esset spes ostenta huiusce habendæ. REDIT à nobis.] Id est, ad illos. & hoc secundùm Stoicos, qui dicunt, Solem vicissim per vtrunq; hemisphærium ire, & alternis noctem facere. SERA.] pro, serò. vt, Seramque dedit per membra quietem. ACCENDIT lumina vesper.] Bene poëticè: vt ipse vesper accendat, non homines, & sæpè hac figurâ vtitur: Iam falcem arbusta reponunt. DIEMQVE reducit.] Vt, quando discedit à nobis, & dies clauditur, tunc illîc fit aurora. AFFLAVIT anhelis.] Cursu anhelātibus. SERA.] Nocti vicina. VESPER.] Stella, quæ & Venus, & Lucifer dicitur. Nā Vesper eò, quòd quibusdā mensib. vespere: Lucifer autē dicitur, quòd quibusdā manè oriatur. HINC tempestates.] Id est, ex hac causâ, ex hac ratione astrologiæ, ex hac tēporū scientiâ, vel syderū obseruatione. Et hoc contra Epicureos, qui dicunt, aceruum stellarum sinè causa esse. Et iam conclusio est. Nam hoc dicit: Non sinè causâ intuemur ortus siderum & occa-

Digitized by Google

occasus: hinc enim vniuersa noscuntur. DVBIO cœlo.] Id est, etiam dubio cœlo. Et benè, dubio: nam idem alibi cœli fraudem dixit; quod nunc prospera, nunc aduersa ingerit. PRÆDISCERE.] prauidere. MESSISQVE diem.] Pro tempore. TEMPVSQVE serendi.] Id est, autumnale. INFIDVM.] Cui nullus potest, aut debet committere fidem. nam subitò fallit hominem. MARMOR.] Mare. QVANDO armatas deducere classes.] Id est, quando sit tempus, ad agēdum nauale prælium. ARMATAS deducere classes.] aut quia in puppibus infigebant arma nauigantes, vt, præfigere puppibus arma. aut, instructas armamentis suis. TEMPESTIVAM pinum.] Opportunam. nam tempore importuno hæ cæsæ arbores citò termites faciunt. ita enim ligni vermes vocantur. nam hac re etiam rustici Lunæ cursum obseruare dicuntur; meliùs enim arbores Lunâ decrescente cæduntur. NEC frustra signorum obitus s.e.o.] Perseuerauit contra Epicureos. Obitus autem, Occasus. TEMPORIBVSQVE parem d.q.a.] De rebus contrarijs fecit declamationem, dicendo parem ex diuersis, vel semper sibi conuenientem. Reverâ enim nihil est tam cõtrarium inter se, quàm æstas & hyems: & tamen de his annus efficitur. FRIGIDVS agricolam.] Non generaliter frigidus: sed, quando frigidus fuerit. & quasi titulus est; Agricolam nunquam vacuum esse debere. CONTINET.] Vt non possit, propter frigus & imbrem, agriculturam exercere. Continet autem; Detinet & impedit. MVLTA forent quæ mox cœlo properanda sereno, Maturare datur.] Ordo est: Multa maturare datur, quæ forent in serenitate properanda, sereno cœlo. Nam malè quidam, forent, esse temporis præsentis volunt: vt sit sensus, Multa sunt properanda, quæ mutare datur, mox cœlo sereno, id est, in vsum cœli sereni. Quod non est idoneum. licèt reuerâ fore tantùm semper futuri sit temporis. nam foret, & præteritum, & præsens, & futurum complectitur. Sallustius: Ni virtus fidesq; vestra spectata mihi foret, id est, esset. Et ordo est: Multa maturare datur, & diligenter facere: quæ velis cœlo sereno properanter facere, non diligenter poteris facere, dum festinas, & tardiùs ad laborem redibis. Oportet ergo, vt, dum domi resides, ea quæ tibi preparare potes, & necessaria vides, parare studeas: vt, cùm fuerit serenitas data, statim ad laborem prodeas. Sanè maturare duas res significat, aut in otio, & suo tempore facta, maturata dicuntur: aut accelerata, & ante tempus acta; quod hîc significat. Cato, properare dicit eos, qui prima quæq; ordine suo maturare transigunt: festinare autem illos, qui multa incipiunt, eaq; adnectendo, nec terminando, præpediant. Aulus Gellius: Maturè, veluti celeriter dicimus. Nigidius, maturè fieri, quod neq; citò, neq; tardè fiat. quod hinc debet intelligi; quia poma, quæ neq; acerba sunt, neq; putida, matura dicuntur. PROCVDIT.] Cudendo extenuat: Id est, producit tundendo. & benè, quia proposuerat multa, enumerat singula. VOMERIS obtusi.] Hebetis. & obtusum est, quicquid sine acumine est vel calore. vt, non obtusa adeò gestamus p. p. Antiqui tamen n litteram addebant: quod nos propter euphoniam in aliquibus detraximus; vt obtusus in aliquibus remansit, vt tunsus. Obtusi autem, reuerberati & acumine carentis. DENTEM.] Acumen. ARBORE.] De arbore. LINTRES.] Fluuiales nauiculas. Sanè non sine ratione lintrium meminit: quia pleraq; pars Venetiarum, fluminibus abundās, lintribus exercet omne commercium; vt Rauenna, Altinum. Vbi & venatio, & aucupia, & agrorum cultura, lintribus exercetur. Alij lintres, in quibus vua portatur, accipiunt. AVT pecori signum, aut numeros impressit aceruis.] Id est, facit aut characteres, quibus pecora signantur: aut tesseras, quibus frumentorum numerus designatur. nam numeros pro literis posuit, quibus numeri continentur. Sed hoc non de æstate; quâ signari vel fruges, vel animalia solent: sed de hyeme, quâ imber frigidus esse potest. Loquitur autem hoc, secundùm ea, quæ aliter dicuntur, aliter audiuntur, vt dictum est. A.

HIC.] in septentrione. Anguis instar fluminis ambit, circundat duas arctos; maiorem & minorem, in polo Boreali positas. Anguis iste autem, fuit ille, qui custodiuit mala Hesperidum; aut qui Erichthonium nutriuit filium Mineruæ, & à Mineruâ propter beneficium cœlo sacratus. Sed putauerunt antiqui, stellas ex Oceano oriri, & in Oceano occidere: ac si fessi propter cursum, quæsiuissent potu refici & recreari. Iuno, cùm vidisset in cœlo Callistho, qui est septentrio, dicitur accessisse ad Tethym: eamq; orâsse & impetrâsse, ne potum concederet Callistho: & ideò sæpenumerò nunquam occidit, & semper videtur. IN morem.] similis flumini. TINGI.] mergi. ILLIC.] in polo meridiano. INTEMPESTA nox.] dicitur, quasi sine tempestate & tumultu, & quiete. SILET.] Quia in tenebris est silētium. OBTENTA.] longa. AVRORA.] lux, sol. Apud illos meridianos est dies, quando est nobis nox: & nox apud illos, quādo dies est nobos. AFFLAVIT.] inspirauit in nostro hemisphærio. ILLLIC.] In meridie. VESPER.] tarda hora. HINC.] ex obseruatione astrorum. TEMPESTATES.] futura tempora. DVBIO.] quia non semper idem. QVANDO.] quo tempore. MARMOR.] mare. IMPELLERE.] tractare. EVERTERE] cedere. TEMPESTIVAM.] opportunam. Ex pinu fiūt nauigia, propter spissitudinem materiei. SPECVLAMVR.] videmus. TEMPORIBVSQVE paré diuersis quattuor.] Nam est ver, æstas, autumnus, hyems. Lucretius quatuor anni tempora ponit. Varro ait: Dies primus veris est in Aquario; æstatis, in Tauro; autumni in Leone; hyemis, in scorpione. Ver habet dies LXXX & vnum: Aestas, LXXXVI: Autumnus, LXXX & vnum: Hyems, LXXXVIIII. Veris principium, VII. idus Februarij: æstatis VII. idus Maij: autumni, VII. idus Augusti: hyemis, VII. idus Nouembris. CONTINET.] detinet. DATVR.] conceditur. MATVRARE.] proficere. PROPERANDA.] accelerāda. PROCVDIT.] acuit. DVRVM procudit arator.] quia ferreum est. LINTRES.] scyphos ad vtensilia. Lintres appellantur scyphi oblongi, cauati in arbore. & dicuntur gabatæ etiam. NVMEROS impressit.] mensuras. ACERVIS.] cumulis leguminum.

POM. Sabi.

B

C

Exacuunt alij vallos, furcasq; bicornes:
Atque Amerina parant lentæ retinacula viti.
Nunc facilis Rubeâ taxatur fiscina virgâ:
Nunc torrete igni fruges, nunc frangite saxo.
Quippe etiam festis quædam exercere diebus,
Fas & iura sinunt. riuos deducere nulla
Relligio vetuit, segeti prætendere sepem,
Insidias auibus moliri, incendere vepres,
Balantumq; gregem fluuio mersare salubri.
Sæpè oleo tardi costas agitator aselli
Vilibus aut onerat pomis, lapidemq; reuertens
Incusum, aut atræ massam picis vrbe reportat.
Ipsa dies alios alio dedit ordine Luna
Felices operum. quintam fuge: pallidus Orcus,

SER. AMERINA retinacula.] Virgas, de quibus vites religantur. quæ virgæ abundant circa Amerinum oppidum Italiæ, cuius crebram in Roscianā facit Cicero mentionē. Alij, genus salicis dicunt, dispari colore à ceterâ salice: nam est rubra, & ad connectēdum aptior; quia præter morem lenta est: quæ nunc quoq; Amerina à rusticis dicitur. LENTA.] flexuosæ. Hîc computat ea, quæ quilibet domi potest facere, dum ab agriculturâ pluuijs impeditur, aut nimium frigus terram constringit. cuncta enim vtilia sunt humano vsui, quæ hîc dicit, & quouis tempore possunt fieri. EXACVVNT.] Repurgant, & reformant in altitudinem pristinam. VALLOS.] Fossas, & muros de terrâ factos & glebis

Digitized by Google

A glebis, qui fiunt in circuitu cohortium & vinearum: aut quibus aquæ ducuntur de locis aquosis. Vallos, quos aliqui palos; Græci χάρακας; Homerus σκόλοπας, Aelius Gallus de verbis ad Ius ciuile pertinentibus, vallos, tegulas grandes, quæ supra colliciias infimæ ponuntur, appellat. Alij vallos hîc quadridentes dicunt: nam vallos, qui scolopes dicuntur, ante muros poni. vt, rescindit vallũ, & scalas ad mœnia p. BICORNES.] Duorum cornuum. FACILIS.] de quâ facilè aliquid fiat. Vnde faciles homines, qui hâc & illâc citò ducũtur. Ergo Facilis, quæ citò legitur, vel soluitur. RVBEA virga.] Quæ abundat circa Rubes Italiæ oppidum. Horatius: Indè Rubos fessi peruenimus. An à robo, cuius meminit; ferat & robus asper amomum. FISCINA.] genus est vasis, id est, corbula breuis: quas perferunt, qui arbusta vindemiant. Lucilius in quinto: Fiscina fallaci cumulo. Nonius in Andromachâ: Quod tu, mi Gnate, quæso, vt in pectus tuum demittas, tamquam vindemiator in fiscinam. Plautus in Mercatore: Vobiscum habete cum porcis, cũ fiscinâ. NVNC torrete igni fruges, n. f. s.] præparate panem, quo vtamini in serenitate, ne ea res impedimento sit posteà. multi tamen de certo frugum genere dictum volunt.
B Nam far, minium, panicum, moli, nisi antè fuerint tosta, non possunt. Nam quod ait, saxo frangite, potest accipi, & pinsere, quod significat pilo tundere; quia & vulgò cauatum saxum, pilum dicimus. quæ omnia fieri oportet, propter facilitatem molendi. Multi hysterologiam putant: quia antè est molere, quàm coquere. Nonnulli tradunt, rusticos solitos, si quando ad excudendas fruges essent imbribus impediti, spicas integras condere: &, prout indiguisset vsus, hyeme torrere: quò facilius à glumâ suâ separatum triticum molerent. alij non accipiunt ὕστερον πρότερον: sed, modò hoc, modò illud facito: vt diuersa dixisse videatur. QVIPPE etiam festis quædam exercere diebus.] Non mirum est, rusticum aliqua facere debere per pluuias: cùm sint quædam, quæ facere possit etiam festis diebus. Sunt enim aliqua, quæ si festis diebus fiant, ferias polluant. quapropter & Pontifices sacrificaturi, permittere calatores suos solent: vt, sicubi viderint opifices adsidentes, opus suum prohibeant, ne pro negotio suo, & ipsorum oculos, & cerimonias drũm attaminent. feriæ enim operæ deorum creditæ sunt. Sanè ferijs terram ferro tangi nefas est: quia feriæ deorum causâ instituuntur. festi dies, hominum quoque. FAS & iura sinunt.] Id est, diuina humanáque
C iura permittunt. Nam ad religionem, fas; iura, pertinent ad homines. Et non sinè causâ hoc dictum à Vergilio, gnaro totius sacrorum ritus, ponitur. religiosi enim esse dicuntur, qui faciendarum prætermittendarumq; rerum diuinarum, secundùm morem ciuitatis delectum habent, nec se superstitionibus implicant. Cùm ergo hîc dicit, festis quædam exercere diebus fas & iura sinunt, & nulla religio vetuit; ostendit, multa, quæ ad rem diuinam pertinent ex præcepto, & posse fieri, & vitari; ab his scilicet, qui religiosi, vt suprà dictum est, appellantur. quem morem Poëta, agendo aliud, subtiliter docuit; Riuos deducere nulla Relligio vetuit; segeti prætendere sepem; Insidias auibus moliri, incendere vepres. DEDVCERE.] Id est, siccare. Nam irrigare, inducere est. vt, Deinde satis fluuium inducit. Sanè sciendum, secundùm Varronem, contra religionem esse; vel si irrigentur agri, vel lauentur animalia festis diebus Nymphæ enim sinè piaculo non possunt moueri. Sed scimus necessitati religionem cedere: Vnde peritè Vergilius ait, Balantumq́ue gregem fluuio mersare salubri, id est, salutifero. Nam dictum est in tertio, scabie tentari animalia, nisi lauentur. De irrigatione verò, nihil ad hunc pertinet locum: quia deducere, vt diximus, siccare significat. Sed qui disciplinas Pontificum interius agnouerunt, à die festo sinè piaculo dicunt posse fieri, quæ supra terram sunt, vel quæ omissa nocent, vel quæ ad honorem deorum pertinent, & quidquid fieri sine institutione noui operis potest. vt riuorum inductionem sic accipiamus, per fossam vel pratum purgatum deducere, id est, emittere: quoniam cautum in libris sacris est; ferijs denicalibus aquam in pratum ducere, nisi legitimam, non licet: cæteris ferijs, omnes aquas licet deducere. Ergo hîc, vt aliquibus videtur, deducere, purgare est, & sordes emittere, quæ præcludant aquam. ideoq; à Pontificibus, vt nouum, fieri non permittitur ferijs; ita vetus purgari permittitur. Alij hoc secundùm augurale alicuius dictum tradunt: quòd etiam in bello obseruetur, ne nouum negotium incipiatur. Ergo riuos deducere, non est nouum negotium. & potest hoc illuc referri: quique paludis Collectum humorem, bibulâ deducit arenâ. Sanè quæ feriæ, à quo genere hominum, vel quibus diebus obseruentur, vel quæ festis diebus fieri permissa sint, si quis scire desiderat; libros pontificales legat. VETVIT.] prohibuit. PRÆTENDERE sepem.] Circundare, & opponere. Et subaudi, nulla religio vetuit. INSIDIAS auibus moliri.] Id est, aucupia facere. INCENDERE vepres.] Hoc etiam, sicut & priora, licet festis diebus agere. BALANTVMQVE gregem.] Id est, ouium. MERSARE.] Frequenter mergere, propter scabiem. FLVVIO salubri.] non est epitheton amnis, sed ad factum refertur. SÆPE oleo.] Et hîc aut coniunctio esse debuit; vt est, illa Notos atque atra volans in nubila fugit, pro, & in Notos: aut esse, Sæpe aut oleo, aut vilibus onerat pomis. & benè rusticorum laudat industriam. COSTAS aselli.] Aut reuerâ costas: aut clitellas. vt Horatius; Hinc muli Capuæ clitellas tempore ponunt. AGITATOR.] Verberator. Dictus ab agendo: ac per hoc asinarius dicitur. VILIBVS pomis.] Abundantibus; quia vulgò nascuntur: vt, Vilemq́ue faselum. LAPIDEMQVE reuertens incusum.] Molam manualem cudendo asperatam. & benè verbum vulgare vitauit. MASSAM picis vrbe reportat.] Aut qui oleum vel poma portauerat ad vrbem. aut certè ideo ait, reportat: quia pix in agris nascitur, & in vrbe distracta, in agrum à plerisque reportatur. Varro dicit, antiquos nundinas feriatis diebus agere instituisse; quò facilius commercij causâ ad vrbem rustici commearent. & benè per hæc omnia, quæ superiùs dixit, ostendit, ferias non pollui. IPSA dies alios alio dedit ordine luna.] Plenissimè de lunæ diebus omnibus expressit Hesiodus: ἤματα δ' ἐκ διόθεν πεφυλαγμένος εὖ κατὰ μοῖραν πεφραδέμεν δμώεσσι· τριηκάδα μηνὸς ἀρίστην, ἔργα τ' ἐποπτεύειν ἠδ' ἁρμαλιὴν δατέασθαι. quam rem breuiter iste prælibat. Sed est ita: ipsa quoque luna omnes dies felices dedit; sed alios alijs rebus aptos. Indè ait, felices: & hoc est, ad opera sumenda aptos felicibus operis. Alij felices, pro fœcundis accipiunt: vt, feliceinq́ue trahit limum. ALIO ordine.] Hoc est, non omnes dies facit æquales; sed diuersi ordinis & modi: cùm ipsa sit vna & eadem. FELICES operum.] Quibus feliciter possunt opera exerceri; vel ad opera sumenda. vel certè felices, aptos felicibus operibus. QVINTAM fuge.] Vt quinta luna nullius operis initium sumas. Dicitur enim hic numerus Mineruæ esse consecratus, quam sterilem esse constat. Vnde etiam omnia sterilia, quintâ lunâ nata esse dicuntur: vt, Orcus, Furiæ, Gigantes. PALLIDVS orcus.] Quia pallidos facit. nam ipse niger est. Probus, orchus legit. Cornutus vetat aspirationem addendam. Hesiodus orcum quintâ lunâ dicit natum. Celsus, vt Iurisiurandi deum, pallidum dictum; quia iurantes trepidatione pallescunt. nam apud Orcum defunctæ animæ iurare dicuntur; ne quid suos, quos in vitâ reliquerunt, contra fata adiuuent. ORCVS.] Pluton, deus inferni. EVMENIDESQ. satæ.] id est, natæ. &, vt sæpe dictum est, κατ' ἀντίφρασιν Eumenides vocantur: Quòd non habent bonam voluntatem, id est, mentem: sicut Parcæ, quia nulli parcant. NEFANDO.] Sacrilego. COEVM.] Nomina sunt Gigantum. Per Cœum autem,

& sæpe

Digitized by Google

& Iapetum, & Typhœum, omnes gigantes intelligimus: quos quintâ lunâ dicit esse natos. ET coniuratos cœlum rescindere fratres.] *Othum & Ephialtem dicit, qui fuerunt filij Neptuni; & nouem digitis singulis crescebant mensibus. quâ freti altitudine, cœlum voluerunt euertere: sed confixi sunt sagittis Apollinis & Dianæ.*

POM. Sabi. EXACVVNT.] *extenuant.* VALLOS.] *palos.* RETINACVLA.] *ligamina.* Ameria *est oppidum Sabinorũ, vnde fortè hæc ligamina petebantur, vt ibi meliùs prouenieunt.* Rubiorum *oppidum fuit in Campaniâ; vnde rubea afferebantur vimina, pro fiscellis: seu ab ipso colore ruboris. virumque placet.* FISCINA.] *fiscella. Casta dicuntur: quia illîc castè milites debent viuere.* TORRERE.] *Hic mos torrendi fruges, & molendi, remansit apud Scythas, qui modò auenam, modò triticum in furnis desiccant; & indè ad cibaria militum moliunt. Posca, dicitur vinum aquatum: aliter dicitur lorum. Bucellatum dicimus panem bis coctum. Prandium, quasi parandium: quia debemus accipere, quod paratum est. & erat militare.* Fruges. *dicuntur à fruẽdo.* QVIPPE etiam festis.] Columella *ait: Sunt enim quædam, vt ait poëta, quæ festis exercere diebus fas erat, &c.* Quanquam *pontifices negent segetem sepiri debere, vetentq́ lanarum causâ lauari oues; nisi propter medicinam. Ideò Vergilius ait:* Fluuio mersare salubri, *id est, medicinali. Sunt enim vitia, quorum causâ pecus vtile sit lauare. Ferijs autem ritus maiorum etiam illa permittit, far pinsere, faces incendere, candelas sebare, vineam conductam colere; piscinas, lacus, fossas veteres tergere & purgare; prata sicilire, stercora æquare, fœnum in tabulata componere, fructus oliueti conductos colligere; mala, ficos, pyra pandere; caseum facere; arbores serendi causâ collo vel mulo clitellario afferre.* Clitella *dicitur mansitum; sed vinclo aduehere non permittitur. Alia omnia negocia, præter hæc, facere non licet. M. Porcius Cato, mulis, equis & asinis, nullas esse ferias ait: & permittit boues coniungere, lignorum & frumentorum aduehendorum causâ. Nos apud Pontifices legimus: Ferijs tantùm Dominicalibus mulos coniungere non licere; in cæteris licere.* A

FAS.] *sacra.* IVRA.] *humana scil.* PRÆTENDERE.] *opponere,* MOLIRI.] *id est, capere aues, & aucupari auibus. intelligit de auibus, quæ segetes depopulantur.* VEPRES.] *spinas.* GREGEM.] *scilicet morbosum.* MERSARE.] *lauare propter sanitatem, ne intereat pecus: ideò* salubri. BALANTVM.] *ouium.* AGITATOR.] *ille qui agit asinum.* COSTAS.] *dorsum.* TARDI.] *Quia asini sunt tardi, propter melancholiam: ideò frigidissimæ naturæ sunt. & omnis tarditas prouenit ex humore melancholico.* LAPIDEM.] *molendinarum.* POMIS.] *hæc feruntur ad vrbem.* REVERTENS.] *ad vrbem, ad villam.* ATRÆ.] *nigræ: quia pix est nigra.* ORCVS.] *inferorum deus & simulachrum. Orcus propriè est obscuritas inferorum.* EVMENIDES.] *furiæ. Quintus numerus dicitur Mineruæ sacer: ideò quintâ lunâ omnia gignuntur sterilia. In hoc loco Vergilius imitatur Democriti ostentationẽ, qui de lunaribus diebus scripsit.* B EVMENIDES satę] *natæ, Alecto, Tisiphone, & Megæra.* NEFANDO.] *pernicioso.* TVM.] *in quintâ lunâ.* COEVMQVE.] *Cœus gigas fuit.* CREAT.] *creauit.* FRATRES.] *Otum & Ephialtem.*

Ter sunt conati imponere Pelio Ossam,
Scilicet, atque Ossæ frondosum inuoluere Olympum:
Ter pater exstructos disiecit fulmine montes.
Septima post decimam felix, & ponere vites,
Et prensos domitare boues, & licia telæ
Addere nona fugæ melior, contraria furtis.
Multa adeò meliùs gelidâ se nocte dedêre,
Aut cùm sole nouo terras irrorat Eous.
Nocte leueis meliùs stipulæ, nocte arida prata
Tondentur: nocteis lentus non deficit humor.
Et quidam seros hyberni ad luminis ignes
Peruigilat, ferroq; faces inspicat acuto,
Interea longum cantu solata laborem
Arguto coniunx percurrit pectine telas,
Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem,
Et folijs vndam trepidi despumat aheni.
At rubicunda Ceres medio succiditur æstu,
Et medio tostas æstu terit area fruges.
Nudus ara, sere nudus: hyems ignaua colono.
Frigoribus parto agricolæ plerunque fruuntur,
Mutuaque inter se læti conuiuia curant.
Inuitat genialis hyems, curasq; resoluit:
Ceu pressæ cùm iam portum tetigêre carinæ,

SER. PELIO.] *Monti Thessaliæ. Pelio, o longa est; sed fit breuis sequente vocali: vt,* sub Ilio alto. OSSAM.] *Alium montem Thraciæ.* OLYMPVM.] *Tertium montem Macedoniæ: & tertium, quasi maiorem, inuoluere ait.* PATER.] *Iupiter.* DISIECIT.] *Deiecit.* SEPTIMA post decimam felix.] *Aut septimamdecimã dicit: aut hoc dicit; Felix quidem est septima, sed felicior decima: vt primum locum decimæ tribuat, quæ sit valde felix; secundum septimæ, quæ post decimæ fœlicitatem sit secunda: vt eâ nulla sit felicior, exceptâ decimâ. Aut certè sicut quidam volunt, quartamdecimam dicit, vt felix sit septima duplicata, id est, cuius numerus post decimam inuenitur: quo die vererá meliùs vites ponimus.* DOMITARE boues.] *Instruere, quo modo possint ferre laborem arandi, & sciant ad iugum pariter incedere.* NONA fugæ melior.] *Non, vt quibusdam imperitis videtur, Vergilius aut fugam seruis suadet, aut eis indicat dies, quibus se à rapinis abstineant. Nam & fugam, de profectione & cursu legimus: vt,* Simulat rua fugâ, simul æquora verrunt. *vnde velocem equum, fugacem dicimus. & fuga potest etiam honesta esse: vt si quis hostem, si quis imminentem tyrannum, si quis sæuum iudicem fugiat.* CONTRARIA furtis.] *illûc spectat, vt domino sit spes inueniendi, quod amiserit; & , seruus rapere aliquid aufugiens formidet.* ADEO.] *Valde. Terentius:* Adolescentem adeò nobilem. MELIVS se nocte dedêre.] *Per noctem meliùs nostro obsequuntur labori.* Nocte *autem, non est aduerbium, sed nomen, ablatiuiq; casus: adeò vt ei Horatius iunxerit præpositionem: vt,* Vt iugulent homines surgunt de nocte latrones. *nam aduerbium* noctu *facit, sicut* diu. *Salustius:* Diu noctuq; laborare, festinare. SOLE nouo.] *Oriente die, & sole adhuc recenti, needum feruenti.* C IRRORAT.] *Illustrat. Aut simpliciter, irrorat. matutino enim tempore ros cadit. Et dicit hoc loco, & die & noctu insistendum labori.* EOVS.] *Id est, Lucifer: de quo etiã Cinna in Smyrnâ sic ait:*

Te matutinus flentem conspexit Eous,
Et flentem pauló vidit pòst Hesperus idem.

ARIDA prata.] *Iam matura.* TONDENTVR.] *Secantur.* NON deficit.] *Non deserit. Vnde & qui deserunt exercitum, ad hostes transeuntes, defectores vocantur.* SEROS ignes.] *Nocturnos.* FACES inspicat.] *Incidit ad spici & aristarum imaginem.* ARGVTO.] *Sonoro, stridulo.* AVT dulcis musti Vulcano decoquit humorem.] *Hypermetrus versus est: vnde & sequens à vocali inchoat. Bene autem ait,* decoquit humorem, *id est, rem superfluam. sicut suprà posuit;* Luxuriem segetum tenerâ depascit in herbâ. AHENI.] *Vasis in quo coquitur vinum. Et trepidum dicitur: quia quod bullit, quasi tremere videtur.* Aheni: Ex ære facti. CERES.] *Frumentum.* MEDIO æstu.] *Id est,*

Digitized by Google

A *Id est, per diem, quando æstus est.* NVDVS ara, sere nudus.] *Sic Hesiodus: γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν, γυμνὸν δ' ἀμάειν. Id est, adeò sereno cælo, vt vestimentis non egeas. Sanè quidam post hoc hemistichium dicitur subsecutum,* Habebis frigore febres. *Nam nõ dicit, nudum esse debere, quasi aliter non oporteat aut possit: sed sub tantâ serenitate dicit hæc agenda, vt & amictus possit cõtemni.* HYEMS ignaua colono.] *Quæ ignauum reddit colonum.* PARTO.] *Parato.* AGRICOLÆ plerunque fruuntur.] *Dicit, agricolas per hyemem his frui, quæ æstate parauerint.* Plerunque *autem dicit: quia dicturus est aliqua, quæ rusticus etiam hyeme possit efficere.* CONVIVIA.] *aut mittere sibi inuicem; aut vicissim parare.* GENIALIS hyems. *Cõuiualis, voluptuosa. Nam quotiens voluptati operam damus, indulgere dicimur genio. vnde & è contrario habemus in Terentio:* Suum defraudans Genium. *Genium autem dicebant antiqui, naturalem deum vniuscuiusq; loci, vel rei, aut hominis.* CVRASQVE resoluit.] *Quiescere facit à labore & curis.* PRESSÆ carinæ.] *Onerariæ.* CVM iam portũ t.] *Dat comparationem de nauigantibus: quòd, sicut illi, expletâ iam nauigatione, & positis in sicco nauibus, lætantur, & epulis vacant; sic*
B *etiam rustici, finitis completisq; æstiuis laboribus, hyeme conuiuia celebrant, & à curis soluuntur.*

POM. Sabi. PELIO.] *Vocalis longa, nunc sequente aliâ fit breuis: vt,* Insulæ Ionio in magno. *Ait etiam Vergilius in Aetnâ:* Pelion Ossa creat, summus tremit Ossan Olympus. *Nã omne quod supereminet, videtur creare quod subest.* INVOLVERE.] *miscere superimponẽdo.* FRONDOSVM.] *umbrosum. Septimus numerus duplicatus, decimũquartũ facit: & septimus numerus post decimum numeratus, est quartus decimus. illa dies est felix operibus; & ægrotantibus infelix.* LICIA.] *fila, quæ pendunt.* FVGÆ.] *itineri. Nonâ lunâ securũ est iter: quia est contra furta & latrones.* MVLTA adeò.] *crescente lunâ, omnia pubescunt: decrescente, omnia tenuantur. Omnis enim luna, cùm humor augescit, atq; intumescit, & etiã ipsum mare facit. Hoc signũ nocturnis ordinibus fauet; Luna, Mars, Venus: diurnis; Sol, Mercurius, Saturnus, Iupiter. Multa per hæc carmina Vergilius intelligit; inuigilandũ esse, propter nocturna opera, atq; diurna.* EOVS.] *oriens sol.* TONDENTVR.] *truncantur.* LENTVS.] *Quia citò non labitur, & diu durat.* INSPICAT.] *acuit, à spicæ similitudine.* LONGVM.] *continuũ.* PECTEN.] *instrumentũ ad pectenda stamina.*
C HVMOREM.] *Ideò decoctum vinum diutiùs durat: quia si quod aquosum inhæret, igni consumptum est.* HVMOREM.] *vltima syllaba abundat, & liquescit in sequentẽ vocali in alio carmine.* FOLIIS.] *ramo pampinoso. Ahena, dicuntur caldaria. At rubicunda debet esse messis, quando omnis humor nocturnus euanuit.* TOSTAS.] *metitur, secatur seges, priusquàm vaporibus aduratur. Cunctatio enim non est sinè damno. Grana culmis arescentibus decidunt. tùm aues & formicæ, & cætera talia, prædam faciunt.* RVBICVNDA.] *matura.* MEDIO æstu.] *in mediâ æstate.* NVDVS ara.] *Sereno tẽpore est arandum atq; serendum, cùm sol apricat terram; quâ homines possint esse sine vestibus.* HYEMS.] *pluuia.* FRVVNTVR.] *ad delectationem vtuntur.* PARTO.] *fructu acquisito.* LENTI.] *otiosi, vel læti: i. e. ebrij.* GENIALIS.] *voluptuosa.* INVITAT.] *ad consumendũ parta.* RESOLVIT.] *remittit curas rusticorum. Ceu perfecto cursu nautæ coronant nauigia: sic agricolæ, perfecto opere agriculturæ.* PRESSÆ.] *onerariæ carinæ.*

VAR. Lect. EXSTRVCTOS disiecit fulmine mõtes.] *In Romano libro legere est,* Deiecit. FELIX & ponere vites.] *In Longobardico,* Felix est ponere vites.

CAEL. Rhod. *Erat in manibus nuper Maronis Georgicũn liber primus, eò gratior nobis, quòd columellæ testimonio poëta hic vt in alijs, summus; ita & agricolationis disciplinam carmine potentem fecit. Quo nomine eum plerique omnes bene literati, approbantq; obseruant, veluti ναῶν ἱερά, id est, templorũ sacra. Ita est doctrina multifarius, & morum sanctitudine præcellens. Ibi ergo hosce versus legebamus, vbi lunariũ ratio dierũ pertractatur.*

Septima post decimam felix & ponere vites,
Et prensos domitare boues, & licia telæ
Addere.

Quæsitũ diu & anxiè in eruditorũ scholis, quid sit, quod poëta nobilis ait: Septima post decimã felix. *Seruius multa quidem affert: sed quia dictorum rationes minùs protulit, posteris ampliùs quærendi curã iniecit non mediocrem. Nos ergo, quæ apud cœlestium rerũ peritos obseruauimus, hinc iam attexere pergemus. Illud autem traditur primùm; Lunæ calorẽ esse imbecilem prorsus, adeò vti nequaquã ita vnquã augescat, vt siccitatem queat inducere; cæterùm ad humefactionem vsq; modò progredi. Vnde & illud consecutione quadam manifestum, pro luminis copiâ, & ex eo etiam caloris corpora humectari. Consimiliter ad defectum tendente lumine, humectationis detrimenta fieri, & caloris. Sciendum & illud: lunam priore dichotomiâ excalfacere plus atq; humectare, quàm sequenti ratione (vt prætexuimus) augescentis aut decrescentis luminis. Ex ijs deprehendêre periti rerum, increscentis lunæ spatia, esse plãtationibus velut decretoria: quoniam humoris exsuperantiâ semen madescens, celeriùs vendicet incrementa. Vbi verò deteritur lumẽ, cædi optimè materiam, quæ arescat tũc, attenuetúrue: propterea nec carie computrescat. Quamobrẽ apud Maronẽ, quum septima post decimam nominatur, neutiquã decimamseptimam intelligi posse: quámuis id non abnuat interpres. Hanc siquidem ponendis vitibus incommodam censeri, propè in confesso est, ob luminis detrimẽta. Verùm probabilius id, aut septimam significari, quæ fit post decimam prima, & melior, id est, quartamdecimam: quæ dies comprobari omniũ calculis potest, lunâ tum plenam faciente visitationẽ: aut dies collaudâsse duos credamus poëtam, agricolationis peritissimum, septimũ ac decimum: sed hunc eo ampliùs. Septima vtiq; luna, dimidio orbe cæsa conuisitur. Decima amphicyrtos, id est, vtrinq; gibbosa. Et vtrobiq; humor affatim, calorq; radicibus affundi facilè potest. Quòd verò septimâdecimâ die, subuectari in areàm fruges, poëta Hesiodus prodit; non aliunde videri natũ potest: (quod item ex Procli interpretatione liquet) quàm quòd à circumacto lunari orbe protoliuntur ferè ventorũ afflatus, euentilandis frugibus peraccommodi. Scire tamen licet, M. Maniliũ Astronomicôn quarto, septimam post decimã, ex Maronis imitationẽ, pro decimâseptimâ accepisse. sic enim de Cancri partib. scribit:*

Prima rapit, nec ter quintæ clementior vsus,
Septima post decimã luctum, & vicesima portat.

In collectaneis Rei rusticæ apud Græcos ita lego: Esse qui statuãt, augescẽte modò lunâ plantationi incumbendum; tendente verò in damna lucis, haudquaquã. Alij, ab quartâ in octauam decimã rectè plantari, autumant. Nec deesse, qui ab decimâ ad vicesimam quippiã fieri id genus vetent: ὅπως μὴ τὸ φῶς αὐτῆς συγκαταχωσθῇ τοῖς φυτοῖς. Illa verò rectior obseruatio, lunâ inferna permeante id agere: supra terram autem positâ, cædere materiam.

Puppibus & læti nautæ impósuêre coronas.
Sed tamen & quernas glandes tum stringere tempus,
Et lauri baccas, oleamq; cruentaq; myrta.
Tunc gruibus pedicas, & retia ponere ceruis,
Auritosq; sequi lepores, tum figere damas,
Stupea torquentem Balearis verbera fundæ,
Cùm nix alta iacet, glaciem cùm flumina trudunt.

SER. IMPOSVERE coronas.] *Aut tuami coronas: aut spiras similiter accipimus.* SED tamen & quernas g.] *Sunt aliquæ deriuationes, ex vsu magis, quã ex ratione venientes: vt quernus, ficulnus, iligneus, colurnus, à corylo, ilice, ficu, quercu.* CRVENTA.] *Matura.* Cruenta *autem ideò, quia matura cruoris colorem imitantur.* PEDICAS.] *Laqueos,*

 qui.

quibus pedes illaqueantur. AVRITOS lepores.] Maiores aures habentes. Horatius aliter ait: Doctum & auritas fidibus canoris Ducere quercus. Senſum audiendi habentes. BALEARIS fundæ.] Hiſpanicæ: à Balearibus inſulis Hiſpaniæ vbi inuenta eſt funda. QVID tẽpeſtates autumni.] Verno & autumnali tempore fiunt tempeſtates, quando nec plena æſtas eſt, nec plena hyems. Vnde medium & confine vtriuſq; temporis, ex coniunctione contrariarũ rerum, tempeſtates efficit. Sanè ſciendum, vltimas partes, tam autumni, quàm veris, ſignificare, quibus fiunt procellæ. quod de autumno hic indicat verſus: Atque vbi iam breuiorque dies, & mollior æſtas. de vere hic: Spicea iam campis cũ meſſis inhorruit. Deinde ait, Ruit: Id eſt præcipitatur, in fine eſt. Et in hoc talis eſt ſenſus: Quid dicam, quantum oporteat ſollicitum & ſtudioſum eſſe agricolam, tempore autumni & veris? VIGILANDA viris.] Vigilanter prouidenda. SPICEA meſſis.] Spicos, de maturis frugibus, abuſiuè dicimus. Nam propriè eſt ſpicus, cùm per culmi folliculum, id eſt, extremum tumorem, ariſtæ adhuc tenues in modum ſpiculi eminent. INHORRVIT.] Intremiſcit. FRVMENTA lactentia.] Adhuc tenuia, & lactis plena. Sanè ſciendum, Varronem in libris diuinarum rerum dicere; Lactantem deum eſſe, qui ſe infundit ſegetibus, & eas facit lacteſcere. Et ſciendum, inter lactantem & lactentem hoc intereſſe: quòd Lactans eſt, qui lac præbet; Lactens, cui lac præbetur. IN viridi ſtipulâ.] Stipulæ nomine, pro culmo abutitur. FLAVIS.] Maturis ſegetibus. ET fragili culmo.] Id eſt, quæ in fragili culmo erant. STRINGERET.] Secaret. vt, Hîc vbi denſas Agricolæ ſtringunt frondes. OMNIA ventorum concurrere.] Inter ſe. vt, Mutati tranſuerſa fremunt. SVBLIME expulſam eruerent.] Per ſublime portarent erutam ſegetẽ. TVRBINE nigro.] Tempeſtate noxiâ. Horatius: Hic niger eſt, hunc tu Romane caueto. CVLMVMQVE leuem.] Culmus dicitur ipſe calamus: ſtipulæ verò, folia ambiunt culmen. AGMEN aquarum.] Impetus: vt, Leni fluit agmine Tibris. Eſt autem hic ſubauis poëtica, ad deſcribendam tempeſtatem. COLLECTÆ ex alto nubes.] Ab Aquilone, qui vtique de alto flat, id eſt, à ſeptentrione. & tempeſtates grauiſſimas facit. Nam Auſter humilis eſt. vt,

> Mundus vt ad Scythiam, Riphęasq; arduus arces
> Conſurgit, premitur Libyæ deuexus in Auſtros.

RVIT arduus æther.] Tonitribus percrepat. vt, Cœlique ruina. CAVA Flumina.] Profunda & alta. Lucanus: Rutubamq; cauũ. FRETIS ſpirantibus.] In motu poſitis. Alibi, Quà vada non ſpirant, nec fracta remurmurat vnda. CORVSCA Fulmina.] Coruſcãtia. vt, Sibila lãbebant linguis vibrãtibus ora. MOLITVR.] Agitat, & iacit. TERRA tremit.] Terramotus efficitur. Vel, Tremit terra, Tremere videtur, & pauẽt hi qui terrã colunt. HVMILIS pauor.] Qui humiles reddit. vt, Pallidus Orcus.

> Quid tempeſtates autumni, & ſidera dicam?
> Atque vbi iam breuiorq; dies, & mollior æſtas,
> Quæ vigilanda viris? vel cùm ruit imbriferum Ver,
> Spicea iam campis cùm meſſis inhorruit; & cùm
> Frumenta in viridi ſtipulâ lactentia turgent?
> Sæpè ego, cùm flauis meſſorem induceret aruis
> Agricola, & fragili iam ſtringeret ordea culmo,
> Omnia ventorum concurrere prælia vidi;
> Quæ grauidam latè ſegetem ab radicibus imis
> Sublime expulſam eruerent: ita turbine nigro
> Ferret hyems culmumq; leuem, ſtipulasq; volanteis.
> Sæpè etiam immenſum cœlo venit agmen aquarum,
> Et fœdam glomerant tempeſtatem imbribus atris
> Collectæ ex alto nubes: ruit arduus æther,
> Et pluuiâ ingenti ſata læta, boumq; labores
> Diluit: implentur foſſæ & caua flumina creſcunt
> Cum ſonitu, feruetq; fretis ſpirantibus æquor.
> Ipſe pater, mediâ nimborum in nocte, coruſca
> Fulmina molitur dextrâ: quæ maxima motu
> Terra tremit; fugêre feræ; & mortalia corda
> Per genteis humilis ſtrauit pauor: ille flagranti

A

POM. Sabi.

CORONAS.] per omnia nauigia. Stringere dicit, quæ in hyeme fiunt. STRINGERE.] legere, colligere. TVNC.] hyeme. CRVENTA myrta.] rubicunda. PEDICAS.] laqueos. AVRITOS.] habentes lõgas aures. FIGERE.] ſagittis ſcil. Funda reperta fuit in Balearibus inſulis. TRVDVNT.] id eſt, rumpunt: quia tũc eſt durior, & frãgitur propter frigus. Glacies quando finditur, tunc eſt durior. QVID dicã.] Ex occaſu & ex ortu ſiderum ruinæ cœli fiũt: aliquãdo humor cõcretus in pruinas, aliquãdo coactus in niues, aliquãdo glaciatus in grãdines. & alia ſidera ſunt nũtia flatus, alia vaporis, alia frigoris. Nec meantiũ, i. e. planetarũ, hæc tantũ vis, ſed & fixarũ ſtellarũ eſt. Nã occaſus Vergiliarũ pluuiũ facit: & idẽ facit hœdorũ exortus. Autumno tẽpeſtates proueniũt, & fulmina. SIDERA.] i. Arcturũ, Suculas, & Coronã. BREVIOR.] in hyeme. MOLLIOR æſtas.] remiſsior calor. RVIT.] Quia ruit imber; & potiſſimũ in menſe Martio. Spica dicitur, à ſpici ſimilitudine: aut quòd debeat eſſe effigiata ad formã ſpiculi: aut à ſpe. CVM meſſis inhorruit.] fit aſpera, cũ eſt matura. FRVMENTA turgẽt.] tumeſcũt. LACTENTIA.] tenera. Lactẽtes pueri, dicũtur teneri. SÆPE ego, cũ flauis meſſorẽ induceret.] Nõ debet eſſe in meſſe cũctatio. ſi verò procellæ vẽtorũ, aut turbines inceſſerint, maior pars ſeminũ ad terrã defluit; propter quod craſtinari non debemus. timendũ id maximè eſt. Nã illo meſſis tẽpore, zona Orionis exoritur; quæ imbres vomit: & ab imbrib. nomẽ habet Oriõ. Et idẽ Vergilius: Nimboſus Orion. STRINGERET.] ſecaret. ORDEA.] frumenta. GRAVIDAM.] plenam. ERVERENT.] extirparẽt. AGMEN.] copia aquarũ. COLLECTÆ ex alto.] vel dicit aërẽ: vel potiùs ex mari, quoniam nubes è mari & lacub. aquã ſuſcipiũt. Aether nũc ponitur pro aër. vt Lucretius: In hoc cœlo, q dicitur aër. Aër. n. vnde pluuia cadit, infra lunã eſt: æther autem, ſupra omnes circulos. DILVIT.] lauat & diſſipat. SATA lęta.] pinguia. ÆQVOR.] mare. SPIRANTIBVS fretis.] ſe mouentibus aquis. NIMBORVM.] Quia fulmina cauſantur in nimbis. QVO.] propter quæ fulmina terra tremit maximo motu. HVMILES.] timidas.

B

C

VAR. Lect.

CVM nix alta iacet, glaciẽ cùm flumina trudunt.] In Romano libro, Tegit, vnâ tamen corruptâ literâ. ſed, Iacet, omnino melius. OMNIA ventorum concurrere prælia vidi.] In Romano libro, Conſurgere, habetur. Sed Concurrere, caſtior lectio cognoſcitur. NIMBORVM in nocte.] Sunt quidã libri antiquiſſimi, in quibus, Nimborum nocte, abſq; In, legatur. Sed Nimborum in nocte, vt in Medicæo & plerisq; alijs habetur, longè numeroſius & elegantius mihi videtur. AVT ATHO, aut Rhodopen.] In Romano libro, in Medicæo, & aliquot alijs antiquis, Athon ſcriptum eſt, refragante ſyllabâ.

SER. ILLE flagranti aut Atho, aut Rhodopen.] Secundùm Epicureos per tranſitum loquitur: qui dicunt, fulmina non iudicio

> Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo
> Deijcit: ingeminant Auſtri, & denſiſſimus imber
> Nunc nemora ingenti vento, nunc littora plangit.
> Hoc metuens, cœli menſes, & ſidera ſerua;
> Frigida Saturni ſeſe quo ſtella receptet;

deorum, ſed ex nubibus fieri. nam montes quid neceſſe fuerat fulminari? Athos autem, mons eſt Græciæ; Rhodope, mons Thraciæ.

Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes.
In primis venerare deos; atq; annua magnæ
Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis.
Extremæ sub casum hyemis, iam vere sereno,
Tunc agni pingueis, & tunc mollissima vina;
Tunc somni dulces, densæq; in montibus vmbræ:
Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret,
Cui tu lacte fauos, & miti dilue Baccho.

A AVT alta ceraunia.] *Mötes sunt Epiri, à crebris fulminibus dicti. κεραυνὸς enim fulmen est. Est autem aliud fulmë quod colorat, aliud quod transfigit, aliud quod afflat: vt est,* Ex quo me diuûm pater, atq; hominum rex, Fulminis afflauit ventis. INGEMINANT Austri.] *Repetunt suos flatus venti.* PLANGIT.] *Resonare facit. Alij legunt,* planguntq; *vt sit, nemora & litora plangunt, id est, resonant.* HOC metuens, cœli menses & sidera serua.] *Id est, duodecim signa, quibus menses cognoscimus.* Sidera autë, *vel tempestates, vel planetarum motus. Sciendû autem (vt diximus) de planetis quinq;, duos esse noxios; Martem & Saturnû: duos bonos, Ioué & Venerem: Mercurius verò talis est, qualis ille cui iungitur. Vnde etiã fingitur minister esse deorû: quòd eorû obtemperet potestati. Hinc est quod dicit,* Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes: *Id est, vtrùm in septentrionalem, an in Australem partë inclinetur: aut cui planetarû co-*
B *hæreat, vt qualitatem Mercurij ex illo possis agnoscere.* Cyllenius *autem* ignis, *propter stellã Mercurialem dicitur: quia in Cylleno mõte Arcadiæ dicitur natus esse Mercurius.* FRIGIDA Saturni sese quò stella receptet.] *Id est, nocens. vt,* Frigidus, ô pueri, fugite hinc, latet anguis in herbâ. *Ideò autë hoc dicit: quia Saturnus deus pluuiarû est. Vnde etiã senex fingitur: nam senes semper nouimus esse gelidos. Hic autem in Capricorno facit grauissimas pluuias; & præcipuè in Italiâ. Vnde & Horatius ait:* Seu tyrannus Hesperiæ Capricornus vndæ. *vt in Scorpio grandines; itë in alio fulmina, in alio ventos. Vnde præcepit, nos scire debere, in quod se signum recipiat sidus Saturni. Sanè peritè ait,* receptet: *vt ex frequentatiuo verbo nobis ostëderet, Saturnû bis ad vnûquodq; signum reuerti: quod alij planetæ minimè faciunt. Solus enim est, qui & longiùs à sole discedat, & bis ad vnumquodq; signum recurrat.* QVOS ignis cœli Cyllenius erret in orbes.] *Ordo est: in quos orbes cœli erret Cyllenius ignis. Et bene,* erret.: *nam planetæ vocantur ἀπὸ τῆς πλάνης, id est, ab errore. nã interdû ad austrum, interdû ad septentrionë, plerunq; contra mundû, nonnunquã cum mundo feruntur.* IN primis venerare deos.] *Post hæc cognita, da præcipuè operam sacrificijs,*
C *quibus tempestates & pluuiæ possint repelli. Et mirè hoc statim subiunxit: quia occurrebat; quid prodest, tempestates futuras videre? Et benè ait* in primis. *præcipuè, & ante omnia. nam alia neglecta possunt habere emendationë: tempestas à dueniës, nisi antè prauideris, vniuersa subuertit.* ANNVA sacra refer Cereri.] *Anniuersaria magna, sicut in Aeneide;* Annua quę differre nefas. *Et Ambaruale sacrificiû dicit.* LÆTIS operatis in herbis.] *Aut dans operam conuiuijs: aut, postquã opera cuncta compleueris.* EXTREMÆ sub casum hyemis.] *Circa finë hyemis, antequã ver incipiat.* IAM vere sereno.] *Ver, pluuiale tëpus est: sed circa finë incipit esse serenû: Dicit ergo,* vere sereno; *vt sit iam tunc & ver, & serenum.* TVNC agni pingues.] *Subaudi sunt: qui aut epulis, aut sacrificijs sunt apti.* MOLLISSIMA vina.] *Carentia asperitate, & defæcata.* DENSÆQVE in montibus vmbræ.] *Quia tunc incipiunt arbores frondescere.* TIBI.] *In honorë tuû, & in tuam grãtiã.* CVI tu lacte fauos, &c.] *Id est, Cui tu liba de lacte, melle, & vino. Nã superfluû est, quod quidã dicunt, cõtra religionë dixisse Virgiliû, licere Cereri de vino sacrificare. Pontificales nanq; hoc non vetant libri. Quod autem ait Plautus in Aulularia, cuius ipsi vtuntur exemplo;* Cererine nuptias facturi estis? qui? quia temeti nihil allatum intelligo: *non est huic loco contrariû. nam aliud est, sacrificiû; aliud, nuptias Cereri celebrare: in quibus reuerâ vinum adhiberi nefas erat. quæ Orci nuptiæ dicebantur, quas præsentiâ sui pontifices ingenti solennitate celebrabant. Alij hunc locum aliter accipiunt, vt* miti baccho *non sit septimus casus, sed datiuus: & duo numina intelligamus, Liberi & Cereris. nam suprà quoq; ait;* In primis venerare deos. *vt sit sensus: cui Cereri, & miti Baccho, fauos lacte dilue: id est, eis sacrifica melle & vino permistis.*

POM. Sabi. DEIICIT.] *dissipat.* Athos *mons Macedoniæ, imminens mari Aegeo: nûc dicitur mons Sãctus; in quo sunt triginta monasteria religionis Christianæ.* Rhodope *est mons Thraciæ.* Ceraunia *appellantur cacumina montis Epiri, ab altitudine: quia sæpenumerò fulminãtur.* INGEMINANT.] *fiunt maiores, & sæuiunt.* DENSISSIMVS.] *copiosus.* PLANGVNT.] *resonãt & sibilãt.* HOC.] *tales tëpestates & ruinas, ô agricola.* MENSES.] *tempora cœli.* SERVA.] *obserua omnia sidera tã mala, quã bona,* Saturni *stella est frigida. Saturnus, summus omniû planetarû est: ideò rariùs videtur: pigrè incedit: tricesimo anno ad sedis suæ principia reuertit. Frigidû est sidus; & ideò triste & infœcundû. Cû in Capricorno est, grauissimas facit pluias, in Scorpione, turbines & grandines. Saturnus & Mars nocent mortalibus. Infra Saturnû, duob. tonis est Mercurij stella, Stilbon dicta: quæ ab alijs intelligitur etiã Apollinis stella: modò præcedit, modò sequitur solë, nusquã ab eo nimis remota est: & illius astri vim accipit, cui hæret. ideò dicitur nuntius & minister deorû. Mercurius, stella est prospera & salutaris. Traditur Mercurius instituisse menses, & cursus astrorû demonstrâsse, quidã volunt eû à Venere fuisse edoctum.* FRIGIDA.] *tarda.* IGNIS Cyllenius.] *stella Mercurij. dictus à Cyllene monte Arcadiæ.* ORBES.] *circulos.* COELO.] *p cœlû, & in cœlo.* DEOS.] *scil. agricolarû, de quib. diximus in principio.* MAGNÆ.] *i. e. antiquæ Cereri: quæ est omnium antiquissima, & prima initiari constituit.* OPERATVS.] *studiosus.* LÆTIS.] *pinguib.* SVB casu.] *in fine hyemis, prope ver.* AGNI.] *qui maiorë cõmoditatë dant mortalib.* MOLLISSIMA.] *placida: quia defæcata, & deposuerunt omnë austeritatë.* DENSÆ vmbrę.] *propter frõdes arborû.* CVNCTA tibi.] *omnis tua pubes rusticula, & omnis villa.* ADORET.] *tractû est à farre, quod adoreum dicebatur. indè adorare, i. e. farre placare Liba Cereri dabantur ex lacte, melle, & vino.* DILVE.] *purga, laua.* MITI.] *dulci vino.*

PRO. FRIGIDA Saturni sese quò stella receptet. Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes.] *Omnibus stellis sol, & lumë dat, & calorem. infra Solem autem, Veneris stella est, tribus hemitonijs seposita intercedentibus. Superior Sole, Martis stella est, quæ Pyrois appellatur, tono intercedente altior. Indè hemitonio superior est Iouis, quæ appellatur Phaëthõ. Summa est Saturni: quæ quia propior est crystallo, hoc est, cœlo, in eã deficit calor Solis. Rapit enim eum ad se Pyrois: quæ stella ardore suo horrorem ac frigorem, Saturno veniente in Iouem, temperat. Cyllenius autem, Mercurij stella est, quæ duobus tonis infra Saturnum est, & vocatur Stilbon. Ait ergo; obseruandum esse agrestibus, vt vitare possint tempestates, occasus stellarum, & quo quæq; sit signo.*

Terq; nouas circum felix eat hostia fruges:
Omnis quam chorus, & socij comitentur ouantes,
Et Cererem clamore vocent in tecta: neque antè
Falcem maturis quisquam supponat aristis;
Quàm Cereri tortâ redimitus tempora quercu,

SER. FELIX hostia.] *Id est, fœcunda. Et dicit Ambaruale sacrificium; quod sæpe de porcâ fœcundâ & grauidâ fieri consueuerat. vel felicem dicit, cuius sacrificio & immolatione fœcunditas agrorum merebatur.* OMNIS quam chorus.] *Chorus propriè*

Det motus incompositos, & carmina dicat.
Atque hæc vt certis possimus discere signis,
Aestusque, pluuiasque, & agenteis frigora ventos:
Ipse pater statuit, quid menstrua Luna moneret:
Quo signo caderent Austri: quod sæpe videntes
Agricolæ, propiùs stabulis armenta tenerent:
Continuò ventis surgentibus, aut freta ponti
Incipiunt agitata tumescere, & aridus altis
Montibus audiri fragor, aut resonantia longè
Littora misceri, & nemorum increbescere murmur.
Iam sibi tum curuis malè temperat vnda carinis,
Cùm medio celeres reuolant ex æquore mergi,
Clamoremq; ferunt ad littora; cumque marinæ
In sicco ludunt fulicæ; notasque paludes
Deserit, atque altam supra volat ardea nubem.
Sæpè etiam stellas, vento impendente, videbis
Præcipites cœlo labi; noctisque per vmbras

est coetuorum cantus atque saltatio. CEREREM clamore vocent] *Inuocent dari copiam frumentorum.* TORTA redimitus] *Id est, habens in memoria victum priorem, à quo Cereris reuocatus est benignitate. Nam olim homines glandibus vescebantur.* DET motus incõpositos.] *Id est, saltationem aptam religioni, nec ex vlla arte venientem. Sallustius:* Saltare elegantiùs, quàm necesse est probæ. CARMINA dicat. *Hymnos.* MENSTRVA luna.] *Vnde & μὴν dicitur.* CADERENT austri.] *Desinerent venti. Ex hoc etiam loco prognostica sunt translata de Arato, & pauca de multis.* PROPIVS stabulis armenta tenerent.] *scilicet propter repentinos casus tempestatis, aut grandinis, vel terremotus. aliorũmue. Et dicit, quòd videntes agricolæ possint hæc ventura præscire.* VENTIS surgentibus.] *Flare incipientibus. Vnde est è contrario,* Cũ venti posuêre, *id est, flare desierunt.* AVT freta ponti.] *Littora pelagi, quæ feriuntur fluctibus. Duo autem dicit naturalia. Futura enim tempestate, & ante ventum, fluctus mouetur; & fragor auditur ex syluis, arcanâ quadam ratione naturæ.* ARIDVS fragor.] *Sonitus, qualis solet fieri ex aridis, cùm franguntur, arboribus. Ergo* aridus, *nimius. omne enim, quod aridum est, cùm frangi cœperit, nimium efficit sonum. Fragor etiam, à fractarum rerum nominatus est sonitu.* AVT resonantia longe Littora misceri] *δὶς τὸ αὐτὸ, id est, bis idem dixit.* Misceri *autem, perturbari. vt,* Miscet agens telis. INCREBESCERE murmur] *sæpè & crebros fieri sonitus.* IAM sibi tum curuis malè temperat vnda carinis.] *Scias, inquit, in pelago esse grauissimam tempestatem, cùm mergi ad littora confugiunt. Poëticè autem ait,* Iam sibi tum vnda malè temperat curuis carinis, *id est, sibi non parcit, sed crescit in perniciem suam. nam in carinam scindendam consurgit, & nauigantum perniciem.* TEMPERAT.] *seipsam sibi.* CVM medio celeres reuolant ex æquore mergi.] *Scias, inquit, in pelago esse grauissimam tempestatem, cùm mergi ad littora confugiunt. Mergi autem sunt nonnulli, quos coruos aquaticos vocant.* CLAMOREMQVE ferunt.] *Id est, si cum clamore reuertuntur. nam plerunq; plura dicit signa, è quibus vnum non sufficit, sed omnia animaduertẽda. vt,* Tũ cornix plenâ pluuiâ vocat improba voce, & sola in siccâ secum spatiatur arenâ. MARINÆ fulicæ.] *Ad discretionem fluuialium. Fulicæ autem sunt aues aquaticæ, anatibus paulò minores, sed corporis formâ cõsimiles.* ALTAM supra volat ardea nubem.] *Ardea dicta est, quasi ardua: quæ cùm altiùs volauerit, significat tempestatem. Lucanus:* Aut siccum quòd mergus amat: quodq; ausa volare Ardea, sublimis pennæ confisa natandi. PRÆCIPITES cœlo labi.] *Sequitur vulgi opinionem. non enim omnia prudenter à poeta dicenda sunt. Quòd autem videmus è cœlo stellas quasi labi, ἀπόρροιαι sunt ignis ætherei,*

quæ fiunt, cùm vehementior A *ventus altiora conscenderit, & trahere exinde aliquas particulas cœperit, quæ simulant casum stellarum. Nam stellæ cadere non possunt: quarũ natura est, vt fixæ sint semper. vnde & stellæ vocantur. Sanè sciendum est, vt ait Aratus, ab illâ parte ventum flaturum, in quam ille ignis ceciderit.*

EAT] *circundet.* HOSTIA.] *porca lactens, id est, tenera, & fœcunda, & grauida, mactabatur Cereri.* FELIX.] *propitia.* POM. Sabi. QVAM.] *hostiam.* CHORVS.] *rusticorũ.* OVANTES.] *læti & hilares.* TECTA] *Columella:*

Te Bacchum, teq; Lyæum,
Lenæumq; patrem canimus, sub tecta vocantes. B

In tectis semina reponuntur: ideò in tecta vocabant falcem, id est, non fiebat messis. QVERCV.] *coronâ torquentur rami, cùm fit corona.* QVERCV.] *Quia cùm Ceres, repertis frugibus, damnauit quercum & glandes.* INCOMPOSITOS.] *inconcinnos, sinè aliquâ arte.* DICAT carmina.] *id est, cantet hymnos de laude Cereris.* AGENTES.] *facientes niuem & gelicidia.* MENSTRVA.] *mensis. Mene dicitur Luna, à quâ mensis.* CADERENT.] *desinerent.* QVOD.] *id est, signa, ventos hyemem. frigora.* TENERENT.] *continerent.* PROPIVS.] *vicinius.* STABVLIS] *pro, stabula, vsurpauit: nam sic debuit dicere.* SVRGENTIBVS.] *incipientibus flare, cùm vnda maris intumescit, ventus exspectatur.* ARIDVS.] *non magnus fragor.* INCREBESCERE.] *insibilare magis atq; magis.* IAM sibi.] *Nunc docet, quando vnda accommodat se ad nauigia.* TEMPERAT.] *parat se.* Mergi *sunt aues aquaticæ, quæ solâ carne vescuntur. Cùm petunt littora, tempestatem significant. & dicuntur à submergendo, quod sæpiùs faciunt. Dum piscantur, reuolant, & faciunt clamorem.* Fulicæ *matutino clangore tempestatem significãt, inquit Plinius. Item, mergi anatesq;, pennas rostro purgantes, ventum portendunt: cæteræq; aquaticæ aues concursantes, &* C *in mediterranea festinantes: mergi maria aut stagna fugientes: item ardea in medijs arenis tristis.* CLAMOREMQVE ferunt ad littora.] *scilicet fulicæ.* ARDEA nubem.] *Ardea, siue ardeola, auis est aquatica, quæ pro fœtu cum soricibus pugnat. Ardeolarum tria sunt genera.* SÆPE etiam.] *Plinius ait: Fieri videntur discursus stellarum nunquam temerè, vt non ex eâ parte truces venti cooriantur: ex his tunc procellæ, & in mari terrisq; fiunt.* IMPELLENT] *Sol causa est, vt stellæ talẽ effigii præbeãt mortalibus.* LABI.] *quia videtur cadere.*

ATQVE hæc vt certis possimus discere signis.] VAR. Lect. *In Romano libro,* Possemus dicere, *legitur.* QVID sæpe videntes.] *In antiquis aliquot exemplaribus,* Quod *habetur; lectio à Seruio agnita. In Romano tamen, & in Mediceo,* Quid, *indiffinitum.* IAM sibi tum curuis malè temperat.] *In Romano libro,* Iam sibi tum à curuis, *legitur, vnâ plùs præpositione.*

Flammarum longos à tergo albescere tractus;
Sæpè leuem paleam, & frondes volutare caducas;
Aut summâ nantes in aquâ colludere plumas.
At Boreæ de parte trucis cùm fulminat, & cùm
Euriq; Zephyriq; tonat domus: omnia plenis
Rura natant fossis, atque omnis nauita ponto
Humida vela legit. nunquam imprudentibus imber
Obfuit: aut illum surgentem vallibus imis
Aëriæ fugêre grues; aut bucula cœlum

SER. SÆPE leuem.] *Dat aliud signum: quod fit, quãdo, futuro ventorum motu, sponte suâ leuis palea voluitur.* ET frondes.] *arborum minores & leuiores.* NANTES.] *natãtes.* COLLVDERE.] *moueri. Terent.* Conigrum istum maximum finito in aquâ ludere, *id est, moueri. Vergil.* Ludere pendẽtes pueros. AT Boreæ de parte trucis cùm fulminat.] *Hoc vult dicere: Vbiq; grauissimas & ingentes efficit pluuias, tempestas*

Suspiciens, patulis captauit naribus auras;
Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo,
Et veterem in limo ranæ cecinêre querelam,
Sæpiùs & tectis penetralibus extulit oua,
Angustum formica terens iter: & bibit ingens
Arcus; & à pastu decedens agmine magno
Coruorum increpuit densis exercitus alis.
Iam varias pelagi volucres, & quæ Asia circùm
Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri,
Certatim largos humeris infundere rores,

A *pestas ab his mota ventis.* OMNIA plenis Rura natant fossis.] *operiuntur terræ aquis, & fossæ, vbicunque fuerint implentur. & est hîc μεταφορὰ: dicit enim natare rura, cùm terra immobilis sit.* LEGIT.] *id est, colligit.* NVNQVAM imprudentib. imber Obfuit.] *Alij In vacare volunt: alij augêdi habere significationem, vt sit: Nunquam imber valdè prudentibus obfuit. quæ res valdè non sunt idoneæ. Vnde melius est ita intelligere: Nunquã imber obfuit non antè prouisus: tam clara sui signa dat, vt* imprudentibus, *ignaris accipiamus. nam hoc dicit: Nunquam nescienti nocet imber: quia se designat antè venturum. & scimus leuiora esse mala, quæ ex opinione contingunt.* AERIÆ fugêre grues.] *aut aërij coloris, aut in altũ volantes. Dicit aũt grues de vallibus fugere, non pluuiam de vallibus surgere.* SVSPICIENS patulis.] *Hic locus omnis de Varrone est. ille.n. sic:*

B
Tum liceat pelagi volucres, tardæq; paludis,
Cernere inexpleto studio certare lauandi,
Et velut insolitum pennis infundere rorem:
Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo,
Et bos suspiciens cœlum (mirabile visu)
Naribus aërium patulis decerpsit odorem:
Nec tenuis formica cauis non euehit oua.

Eodem modo Aratus: πολλάκι λιμναῖαι ἢ εἰνάλιαι ὄρνιθες, ἄπληστον κλύζονται ἐνιέμεναι ὑδάτεσσιν, ἢ λίμνην περὶ δηθὰ χελιδόνες ἀΐσσονται· καὶ βόες ἤδη τοι πάρος ὕδατος ἐκ Διόθεν οὐρανὸν εἰσανιδόντες, ἀπ' αἰθέρος ὠσφρήσαντο, καὶ κοίλης μύρμηκες ὀχῆς ἐξ ὠὰ πάντα θᾶσσον ἀνηνέγκαντο. *Nam & Varro & Vergilius Aratum secuti sunt.* ET veterem in limo ranæ.] *Fabula duplex est. nam, vt* Ouidius *dicit, Ceres cùm Proserpinam quæreret, ad releuandam sitim, accessit ad quendam fontem. tunc eam Licij rustici à potu prohibere cœperunt: & conturbantes pedibus fontem, cùm contra eam mitterent turpem naribus sonum, illa irata eos conuertit in ranas: quæ nunc quoq; ad illius soni imitationem coaxant. Sed hoc non est valdè aptum: nam illud magis insultatio fuerat, quàm querela; & pœnam sacrilegij iustè pertulerant. Vnde magis Aesopus sequendus est, qui dicit:*

C *Cùm Iupiter reges omnibus animalibus daret, & ranis dedisset colendum breuissimum lignum: illæ questæ, & aspernatæ sunt eum. Iupiter igitur iratus, hydrum eis dedit, qui vescitur ranis.* BIBIT ingens.] *Sequitur rursus vulgi opinionem.* A' pastu decedens agmine magno.] *Dicit etiam coruos, propter futuram inundationem, à pastu fugere.* INCREPVIT.] *insonuit.* EXERCITVS.] *multitudo.* IAM varias pelagi volucres, & quæ Asia circùm Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri.] *Hæc est vera lectio; & sensus talis est: Iam varias volucres pelagi, & eas quæ circùm Asia prata rimantur in dulcibus stagnis Caystri, videas certatim largos humeris infundere rores. nam si* Iam variæ *legeris, sensus nullâ ratione procedit.* Caystrus *autem Asiæ fluuius est: Asia verò, palus. Vnde fecit per deriuationem possessiuum: quod possessiuum, quantum ad literam, simile est primitiuo suo: nam de prouinciâ, prata Asiatica diceret, non Asia prata. & de palude Asia, A longa est; de prouinciâ breuis: vt,* Europâ atq; Asiâ pulsus. *& est Homericus versus:* Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα. RIMANTVR.] *pascuntur in pratis, cibum per terræ rimas requirentes. nam rimari tractum est à porcis, qui glandes rimantur de rimis terrarum.* HVMERIS infundere rores.] *perfundere humeros largis aquis, & quasi se irrigare.*

POM. Sabi TRACTVS.] *discursus stellarum: & videntur mutari de loco ad locum, quod non est.* VOLITARE.] *scilicet videbis.* CADVCAS.] *siccas & leues.* COLLVDERE.] *ludere in summâ parte aquæ.* AT Boreæ de parte.] *Plinius ait: Cùm æstate vehementiùs tonuerit, quàm fulxerit; ventos ex eâ parte denũtiat: si minùs tonuerit, imbrẽ. Cùm sereno cælo fulget, pluuiæ erunt: & atrocissimæ cadit, cùm ex omnibus partibus cæli fulgurauerit. cùm ab Aquilone tãtùm, in posterum diem aquã portendet: cùm à Septentrione, ventũ. Cùm ab Austro, vel Coro, vel Fauonio, nocte serenã fulgurauerit, ventũ & imbrẽ ex eisdẽ regionibus demõstrabit. Tonitrua matutina ventũ significãt, & meridiana imbrẽ.* EVRI.] *ab ortu.* ZEPHYRI.] *ab occidẽte.* HVMIDA] *madefacta.* LEGIT.] *colligit.* IMPRVDENTIBVS.] *Signa venturæ pluuiæ adeò clara sunt, ut etiã imprudentes nõ fallant: & dat exempla.* ILLVM] *imbrẽ. Grues cùm volãt ad sublimia, exspecta imbrem.* BVCOLICA.] *Plin. ait: Signa pluuiæ esse, cùm boues ad cælũ hiant, aut cùm se lambunt; & hirundo cùm iuxta aquã volitat, vt pennã aquã cõtingat.* AVRAS.] *spiritũ, ventũ.* ARGVTA.] *canora.* QVERELAM.] *Plinius ait: Ranæ præter solitũ vocales, pluuiam denuntiãt. Latona, in Lyciã nutriens Apollinẽ & Dianã, cùm haberet penè exhausta vbera, & sitiret; accessit ad Melam fontẽ: & cùm vellet bibere, prohibuit eam Neocles pastor. cùm aũt illa pertinacior instaret, et cõcursu etiam aliorũ pastorum prohibita est. Igitur irata demutauit Neoclem & socios in ranas: & statim cœperũt lamentari. Ideò ait,* Veterem querelam. *Iupiter omnibus animantibus regẽ dedit, præterquàm ranis; & iussit, vt semper in limo essent. Sed ranæ, cùm per imprudentiam saltu exsiluissent; factũ est, vt scelera & iurgia earũ cognosceret hydrus, qui delinquentes deuorat.* TECTIS.] *cauernulis suis.* Arcus *cœlestis haurit aquã, & postea effundit.* INCREPVIT.] *clangorem alarum fecit: tunc est signum pluuiæ.* VIDEAS.] *videbis errare aues aquaticas.* RIMANTVR.] *pascuntur.* CAYSTER.] *fluuius est Phrygiæ, in quo multi natant cygni. Pratũ est prope Caystrũ, quod appellatur* Asium. *Cygni, quando perfundunt humeros largis aquis, pluuiam indicant.*

ET quę Asia circum Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri.] *Asia, correptâ primâ litterâ dicitur, in quâ quoddam pratum Asium, iuxta Caystrum, appellatur.* PROB.

ET veterem in limo.] *In libris aliquot antiquis,* Aut veterem, *legitur. In vulgatis,* &, *vtrunq; procedit.* VAR. Lect.

Euanescit primo quoq; tempore iris: quia generatio eius est in materiã iam defluã. CAEL. Rhod. Quippe vbi *primò eleuatur vapor, diu pstat priùs, q̃ frigore extrudatur calidũ fastigiis, & denseetur in nube. Vbi verò iam nubes est, diu perseuerat: nec statim residẽt partes, vt cõuertantur in aquã. Verũ vbi id obuenerit, nõ diu pòst insequitur pluuia.* Quia *verò cõcipitur iris in portionib. aquosæ nubis, q̃ iam ad ima ferũtur: tam diu apparet, donec appluat id. quã ob rem deficit mox. Hac de causã vel imperiti, eãdem horã ingruere præsagiũt pluuiã, quã sese ostẽtãrit iris, q̃ vbi euanescere incipit, vertitur in pallorẽ, visunturq; in nubibus virgæ intermixtæ descendẽtes: q̃a tũc diffluit roratio per guttas grãdiores.* Quod *de pluuiæ diximus p̃sagio, lucẽ infert (opinor) Vergilianо versiculo:* Et bibit ingens Arcus, *Georgicõn primo. quẽ locũ per incuriã plerique negligũt. Meminit etiã Seneca, Naturaliũ primo:* Quanquã, *inq̃t,* nõ easdẽ, vndecũq; apparuerit, minas affert: à meridie ortus magnã vim aquarũ vehet. vinci enim nõ poterũt vehemẽtissimo Sole: tantũ est illis viriũ. si circa occasum refulsit, rorabit, & leuiter impluet. si ab ortu circáve surrexerit, serena promittit. *Ex ijs etiam clariùs se aperiunt Plautini salsi ex Curculione, de anu vini vas exsiccante:*

Ecce aũt bibit arcus; pluet credo herclè hodie.

Item apud Elegiacum poëtam legimus:

Cæruleus pluuias cur bibit arcus aquas?

Nunc caput obiectare fretis, nunc currere in vndas,
Et studio incassum videas gestire lauandi.
Tùm cornix plenâ pluuiam vocat improba voce,
Et sola in siccâ secum spatiatur arenâ,
Et caput obiectat querulum venientibus vndis.
Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ
Nesciuêre hyemem; testâ cùm ardente viderent
Scintillare oleum, & putres concrescere fungos.
Nec minùs ex imbri soles, & aperta serena
Prospicere, & certis poteris cognoscere signis.
Nam neq; tùm stellis acies obtusa videtur,
Nec fratris radijs obnoxia surgere Luna;
Tenuia nec lanæ per cœlum vellera ferri.
Non tepidum ad Solem pennas in littore pandunt
Dilectæ Thetidi Halcyones: non ore solutos
Immundi meminêre sues iactare maniplos.
At nebulæ magis ima petunt, campoq; recumbunt:
Solis & occasum seruans, de culmine summo
Nequicquam seros exercet noctua cantus.
Apparet liquido sublimis in aëre Nisus,
Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.

SER. NVNC caput obiectare fretis.] *mergere sub aquis caput.* CVRRERE in vndas.] *se in aquã mittere, & natare.* INCASSVM.] *quia plumarum cõpositio aquã minimè admittit ad corpus.* STVDIO gestire lauãdi.] *Lætitiam suã habitu corporis significare. nam vt homines lætitiam suam verbis; ita aues corporis gesticulatione exprimunt.* TVM cornix plenâ.] *rauca contra naturam suã. Et vocat, poëticè: non enim vocat; sed denuntiat pluuiam. Et notandũ, cornicem raucâ voce, & solã, pluuiã prædicere: coruos verò serenum, & plures, & voce tenui ac purissimã, contra naturã suam. vt,* TVM liquidas corui presso ter gutture voces.] *Altiùs autẽ cornices alijs auibus sonant: sed cùm pluuiam denuntiant, tenues formant voces.* SPATIATVR] *discurrit.* NEC nocturna quidem.] *Dicit, nec puellas quidem, carpentes lanas nocte, ignorare venturam tempestatem; si sciant hoc, quod nunc dicit.* PENSA.] *lana, quæ ad pensum datur puellis, intra constitutos dies paranda.* TESTA cum ardente.] *Propter vilitatem noluit dicere lucernam; sed nec lychnum. quemadmodũ in Heroico carmine,* Dependent lychni, *dixit. medius enim in his stylus est libris, sicut diximus suprà.* PVTRES concrescere fungos.] *Nam vt dicit Plinius, cùm aër humidus esse cœperit; fauilla, quæ cum fumo solet egredi, prohibita aëris crassitate, in lucernis residet, & quasdam velut fungorum imitatur imagines.* EX imbri soles.] *serenitates. & versâ vice dat prognostica, quibus agnoscamus è tempestuoso cœlo futurã serenitatem.* APERTA serena.] *Aër enim dẽsatur nubilo; & rarescit sereno. vt,* Densat, erant quæ rara modò; *& quæ densa, relaxat.* NEC fratris radijs obnoxia surgere Luna.] *subaudi, à superioribus obtusa Luna. nam hoc dicit: Nec Luna videtur obtusa, quæ est radijs Solis obnoxia. nam (vt dicunt Physici) ab eo accipit lumen.* TENVIA.] *Proceleusmaticus est, pro dactylo. quam rem quotiescunque facit Vergilius; seruat locum synæresi: vt,* Tẽnŭĭă; *item,* Gẽnŭă lăbant. *Nubes tenues, pro velleribus accipiendæ.* DILECTÆ Thetidi Halcyones.] *Ceyx, filius Luciferi, habuit coniugem Halcyonem: à quâ cùm prohibitus iuisset ad consulendum Apollinem, super statu regni sui naufragio perijt. cuius corpus cùm ad vxorem Halcyonem delatum fuisset; illa se præcipitauit in pelagus. postea Thetidis & Luciferi miseratione conuersi sunt ambo in aues marinas, quæ Halcyones vocantur. Et sciendum, quòd cùm de muliere dicitur, hæc Halcyone facit: cùm de auibus, hic & hæc Halcyon, hi & hæ Halcyones. Istæ autem aues nidos faciunt in mari, mediâ hyeme: quibus diebus tanta est tranquillitas, vt penitùs nihil in mari possit moueri. Indè etiam dies ipsi Halcyonia vocantur.* NON ore solutos] *scilicet manipulos, quod sequitur. Alij,* soluto ore *accipiunt, id est, nimium patenti.* IMMVNDI sues.] *luto gaudentes. Horatius:* Et amica luto sus. NEBVLÆ magis ima petunt.] *deprimũtur ad valles.* NEQVICQVAM exercet.] *id est, non. Persius:* Nequicquam fundo suspiret nummus in imo. *Item Vergilius:* Et summo clypei nequicquam vmbone pependit. SEROS exercet noctua cantus.] *Noctua auis est lucifuga: quæ significat pluuiã, si cecinerit post Solis occasum. De hac talis est fabula: Nictymene, postquam cũ patre cõcubuit, & agnouit facinus, in syluis*

A *se abdidit, & lucem refugit: vbi deorũ voluntate cõuersa est in auem, quæ pro tãto scelere omnibus auibus est admirationi.* NISVS.] *Nisus, rex Megarẽsium, pater Scyllæ, in auem mutatus. de quo pleniùs dictũ est in Bucolicis.* PœNAS dat.] *aduersante sibi patre. Scylla, eiusdẽ Nisi filia, quæ patri suo abscissã comã purpureã Minoi obtulit, cõtra patrẽ pugnanti, & inde in [illegible] cõuersa est: quas aues dicit nũc discordes nimis esse inter se.*

POM. Sabi. INCASSVM.] *frustra.* GESTIRE.] *gesticulatione quadam ludere.* CORNIX.] *Quãdo Cornix recrastinat pleno gutture, pluuiã significat.* SPATIATVR] *deãmbulat.* NEC nesciuêre.] *cognouêre. quia vidẽt in funiculis laternarũ esse fungos, quod est signum futurorum ventorum. Plinius ait: Terrenũ ignes portendũt Palladi. Namq; murmurantes, tempestatũ nuncij sentiuntur, & fungi in lucernis. Et si flexuosè volitat flamma, significat ventum; lumina cùm ex se flammam elidunt, aut vix accendũtur; item cùm in eo pendentes scintillæ coacervantur, vel cùm collectibus ollas carbo adhærescit: cùm ignis discutit fauillam, scintillámve emittit: vel cũm cinis in foco concrescit, & cùm carbo vehementer perlucet.* PENSA.] *staminas quia pendent.* HYEMEM.] *pluuiam futuram.* TESTA.] *lucerna accensa, quæ erat cretacea.* PVTRIS.] *pro putrido in funiculis lucernarum.* NEC minùs.] *Nunc incipit de signis serenitatis.* SERENA.] *serenitatem.* SOLES.] *calores.* ACIES.] *stellarum aspectus si est purus, liquidus & clarus. qui cùm suâ effigie perlucet, serenum erit: si contrà, pluuiã indicat.* TVM.] *quando futurum est serenum.* OBTVSA.] *tenebrosa.* ACIES.] *aspectus.* SVRGERE.] *Videtur Luna surgere obnoxia radijs fratris; radijs solaribus. Cùm Luna fulget vero candore, tunc non est obnoxia radijs solaribus; & serenitatem significat: id est, cùm videtur Luna non esse contra radios solares.* OBNOXIA.] *contraposita.* TENVIA.] *gracilia.* LANÆ.] *nubium, ad lanæ similitudinem: tunc est signum serenitatis. Nubes cùm sereno cœlo feruntur, à quacunque parte id fiet, venti exspectantur. si eodem loco globabuntur, appropinquantesquè Soli discutiantur, & hoc ab aquilone fiat, ventos: si ab austro, imbres. Occidente Sole, si ex vtrãque parte cœlum patet; tempestatem significat. si nubes, vt vellera, spargentur ab Oriente; aquam interdum præsagient. Cùm in cacuminibus montium nubes consident; hyemabit. si cacumina pura fient; serenabit. Nube grauidâ candicante, quod vocant tempestatem albam; grando imminebit; cœlo quámuis sereno.* HALCYONES.] *Cùm halcyones pandunt alas, futura est pluuia: cùm non pandunt, serenum. Varia opinio de origine halcyonis est. in alterã Ouidius sequitur Nicandrum; in alterã Theodorum: vt Probus meminit. Ceyx, Luciferi filius, vxorem duxit Halcyonem, Aeoli filiam. is cùm ad oraculum nauigaret, naufragio perijt. cuius cadauer delatum ad littus cùm vxor vidisset, in mare se præcipitauit: & ambo demutati fuerunt à Tethyde, in aues marinas halcyones. Aliter sic narratur: Halcyone, filia Scyronis fuisse putatur. cui cùm pater præciperet, vt maritum quæreret; arbitrata est, permutari sibi, vt concumberet cum quibus vellet. ita ab irato patre deiecta fuit in mare, & demutata in halcyonem auem. Quæ vt Plinius asserit, paulò amplior passere est, colore cyaneo, maiore ex parte purpureis & candidis admixta pennis,* B C

colle

A collo gracili & procero. Nidos facit septem diebus ante finem brumæ, instar pili, & spongiarum similitudine, qui nec nisi ictu valido franguntur. Parit oua quina: cùm excludit fœtus, tuta nauigatio est in mari. Ab eâ dies halcyonij appellantur, qui incipiunt octauo Calendas Martij: quorum meminit Varro & Columella. Quando tempestas in mari oritur, volitat supra nidum clamando, ac si querelam effunderet. timet enim, ne domus submergatur. Scyron, Polyphemonis filius fuit, latro nominatissimus in Atticâ regione. Ab eo Scyronia saxa, vbi latrocinabatur, appellata sunt. à Theseo interfectus fuit. DILECTÆ.] charæ. PENNAS.] alas. SOLVTO.] libero. IMMVNDI.] sordidi. MANIPLOS.] faces fœni. Plinius ait: Pluuiam significant turpes porci, alienos sibi manipulos fœni lacerantes: & cùm nõ lacerant, serenat. IMA.] planiciem. NOCTVA.] quæ est bubo. NEQVICQVAM.] frustra canit noctua. Noctua auis est, quæ si canit imbre aut sereno, tempestatem significat: si garrula est post occasum Solis, serenum portendit. Nisi poëta velit & aliud significare: id est, cùm nubes occidente Sole incumbunt campis, velant si noctua canit, serenum erit. Nyctimene concubuit cum patre: &, cognito scelere, in sylvis tamdiu delituit, donec demutata fuit in noctuam. eius pœna est, quòd cæteras aues habeat infestas. OCCASVM.] tardam horam. NISVS.] volitans per aërem, serenum portendit. Nisus, rex Megarensium, fuit bello petitus à Minoë, Cretensium rege. Scylla eius filia, capta amore Minois, crines fatales patri secuit. Pater, dum filiam in ultionem insequitur, demutatus fuit in accipitrem, & filia in cirim. Nisus, vt Plinius meminit, de genere aquilarum est. De his auibus diximus diffusiùs in Ciri. SVBLIMIS.] in summo aëre volitans. LIQVIDO.] puro aëre. CIRIS.] habet rubros pedes, cuis parua. CAPILLO.] paterno.

NEC minùs ex imbri soles.] Antiqui aliquot libri, Ex imbres soles, legũt. SVBLIMIS in aëre Nisus.] In Romano libro, In ęthere. Sed omnino melius, In aëre. INTER se folijs strepitant.] In Mediceo, & antiquis ferè omnibus exemplaribus legitur, Inter se in folijs. VAR. Lect.

Quacunq; illa leuem fugiens secat æthera pennis,
Ecce inimicus atrox magno stridore per auras
Insequitur Nisus: quà se fert Nisus ad auras,
Illa leuem fugiens raptim secat æthera pennis.
Tùm liquidas corui presso ter gutture voces,
Aut quater ingeminant, & sæpè cubilibus altis,
Nescio quâ præter solitum dulcedine læti,
Inter se folijs strepitant: iuuat imbribus actis
Progeniem paruam, dulcesq; reuisere nidos.
Haud equidem credo, quia sit diuinitus illis
Ingenium, aut rerum fato prudentia maior.
Verùm vbi tempestas, & cœli mobilis humor,
Mutauêre vias; & Iuppiter humidus austris
Densat, erant quæ rara modò, &, quæ densa, relaxat:
Vertuntur species animorum, & pectora motus
Nunc alios, alios dum nubila ventus agebat,
Concipiunt: hinc ille auium concentus in agris,
Et lætæ pecudes, & ouantes gutture corui.
Si verò solem ad rapidum, lunasq; sequenteis
Ordine respicies: nunquam te crastina fallet
Hora, neque insidijs noctis capiêre serenæ.
Luna reuertenteis cùm primùm colligit igneis,
Si nigrum obscuro comprenderit aëra cornu;
Maximus agricolis, pelagoque parabitur imber.

SER. ILLA.] id est, Scylla. FVGIENS.] patrem scilicet. B ÆTHERA.] aërem. ATROX.] crudelis & immitis. STRIDORE.] sonitu alarum. NISVS.] auis. TVM liquidas corui presso ter gutture voces, Aut quater ingeminant.] Plinius in naturali historiâ dicit, coruos obliuiosos esse, & plerunq; minimè ad nidos suos reuerti. sed quadã ratione naturæ hæc cõgerunt ad suos nidos, quæ vermes possint creare: ex quibus relicti eorũ pulli aluntur interdum. Horum obliuionẽ probat etiam ex rebus, quas cùm absconderint, derelinquunt. quod etiã mustelæ dicũtur efficere, et mures. INGEMINANT.] repetunt voces præter consuetudinẽ, læti ex venturâ propinquitate serenitatis. IVVAT.] C delectat. HAVD equidem credo.] Proponit sibi quæstionem acerrimam, & de intimâ philosophiâ: quam tamen totam facilitate dissoluit. Nam quærit: cur homines, quos constat esse prudentiores animalibus, per se non sentiant qualitatem futuram aëris, sed eam magis ex alijs animantibus colligant? Et hoc dicit, homines prudentiam habere naturalem, & suo iudicio lætos esse vel tristes. quæ res in hæc animalia cadere non possit: quæ nihil suum habent, naturã aëris sequuntur, & pro eius qualitate aut læta videntur, aut tristiciam prædicere aëris naturam videntur, sed eam vel prosperam, vel aduersam sequuntur. Nos verò, & læti esse inter nubila possumus, & in serenitate solliciti. SIT diuinitus illis Ingenium.] id est, nõ est illis diuinitus concessum ingenium, nec prudentia, quæ est maior rerum fato. Alibi:

Metus omnis & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, strepitũq; Acherontis auari.

MVTAVERE vias.] Dicit, quia animalia & aues, animos cũ cœli & aëris qualitate cõmutant: vt quæ serenitate gaudẽt, tempestate turbentur. IVPPITER humidus.] id est, aër. vt Horatius: Manet sub Ioue frigido Venator, id est, aëre. VERTVNTVR.] species animorũ mutantur, aut lætitiâ in tristitiam, aut tristitiâ in lætitiam. NVNC.] id est, in serenitate. DVM nubila vẽtus agebat.] dum essent imbres & pluuiæ. AVIVM concentus.] commistus cantus, id est, symphonia. LÆTÆ pecudes.] aëris serenitate gaudentes. SOLEM ad rapidũ.] velocem. Et notandum, hæc signa magis fida & subtiliora esse, quæ ex Sole & Lunâ colligimus. LVNASQVE sequẽteis Ordine respicies.] Nõ, ordinẽ respicies; sed, ordine, id est, rationabiliter ordinem sequẽtes. Luna enim Solis circulum sequitur, licèt ipsa sit inferior. Donatus dicit, Lunas noctes accipiẽdas, sed malè. Non.n. signa, q̃ dicturus est, ex nocte, sed ex Lunâ colligimus. Ergo lunas poëticè dixit pluraliter, pro varietate ratius luminis, & augmẽti, & temporum. NVNQVAM te crastina fallet Hora.] [illegible] est: ne hora quidẽ te decipiet. CAPIERE.] decipieris. & est [illegible]: etiãsi sit serena nox, & futura immineat tẽpestas: nõ tamen te poterit noctis serenitas decipere, quin possis prauidere futuros imbres, ex Lunæ qualitate reuertẽtis. CVM primũ colligit igneis.] cũ incipit renasci. OBSCVRO cornu.] non clarè lucẽti. MAXIMVS agricolis pelagoq; parabitur imber.] id est, si non habuerit pura cornua, & inter eam nigrum aërem videris, erit vbiq; pluuia. sicut suprà: Omnia plenis Rura natãt fossis atq; omnis nauita ponto Humida vela legit.

LEVEM.] paruum. AVRAS.] aërem. RAPIDVM.] pro ipsâ rapidâ & festinã. SECAT.] volat. Cùm corui clarè sonant, serenum portendunt. Plinius ait: Corui singultu quodam latrantes, seq; concientes, id est, vorantes, si continuabunt, tempestatem significant: si verò carptim vocem resorbebunt, ventosum imbrem: cùm secùs fuerit, serenum. TER.] id est, sæpiùs canunt. LIQVIDAS.] claras. CVBILIBVS.] nidis q̃ sunt in ripis. STREPITANT.] crocitant in rupibus. ACTIS.] fugatis. PROGENIEM.] pullos. ILLIS.] bestijs & brutis. FATO.] volente fato data sit illis prudẽtia. TEMPESTATES.] tẽpora, ruina cœli, grandines & niues. HVMOR cœli.] aqua. VVIDVS.] humidus aër. DENSAT.] vnde Densesco fit. RELAXAT.] aperit. SPECIES.] qualitates & naturæ in brutis & hominibus. PECTORA.] brutorum. HINC.] ex ipsorum mutatione. CONCENTVS.] cantus. GVTTVRE.] id est, quando corui clarè canunt. Nunc venit ad rationem lunarem, & omnia signa Lunæ. Plinius ait: PHIL. Sabi.

Quas tam

Quartam lunâ maximè obseruat Ægyptus. si splendens exorta puro nitore fulserit, serenitatem portendit: si rubicunda, ventos: si nigra, pluuiam. in quintâ lunâ, cornua eius obtusa, pluuiam: erecta & infesta, ventos: quartæ lunæ cornu septentrionale acuminatum atq; rigidum, ventum ex eâ parte: inferius, austrum: vtraq; recta, noctem ventosam: si quartæ orbis rutilus, ventos & imbres. *Varro sic ait:* Si quarto die Luna erit directa, tempestatem in mare præsagit: si plenilunio per dimidium pura erit, dies serenos significat: si rutila, ventos: nigrescens, imbres: si caligo orbis nubem incluserit, ventos. Quà se rumpit nascēs Luna, si cornu superiorē abstracto surget, pluuias decrescens dabit: si inferiore autē in plenilunio, si plenū circa se habebit orbē, ex quà parte is maximè splēdebit, ex eâ ventum ostendet. Si quādo quarta nō apparuerit, vento Fauonio flante, hyemalis toto mēse fuerit: si sextadecima flammea apparuerit, asperas tempestates. *Lunæ obseruationes sunt octo: quarta, septima, vndecima, quartadecima, XIX, XXI, XXIIII, XXIX.* A RAPIDVM.] *est epitheton Solis & cœlestium corporum. nisi intelligat* rapidum, *pro occidenti: quia rapit se ab oculis nostris.* SEQVENTES.] *pro, Lunam sequentem. Lunas etiam pro noctibus si intelligis:* Rapidum solem, *id est, occidentem.* ORDINE.] *ratione.* Horam, *pro tempore ponit.* NOCTIS serenæ.] *Quia, quāmuis sit nox serena, sequens dies est pluuiosus.* REVERTENTES.] *cùm Luna renouatur: & intelligit nouilunium. Vnde nascens Luna, si cornu obtuso surget, id est, non claro, maximi imbres sunt facti: subrubicundo, venti.* REVERTENTES.] *Quia Luna semper renouatur.* COMPREHENDERIT.] *habebit.*

At si virgineum suffuderit ore ruborem,
Ventus erit: vento semper rubet aurea Phœbe.
Sin ortu quarto (namq; is certissimus author)
Pura, nec obtusis per cœlum cornibus ibit:
Totus & ille dies, & qui nascentur ab illo,
Exactum ad mensem, pluuiâ ventisq; carebunt,
Votaq; seruati soluent in littore nautæ,
Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ.
Sol quoq; & exoriens, & cum se condet in vndas,
Signa dabit: Solem certissima signa sequentur,
Et quæ manè refert, & quæ surgentibus astris.
Ille vbi nascentem maculis variauerit ortum,
Conditus in nubem, medioq; refugerit orbe,
Suspecti tibi sint imbres. namq; vrbet ab alto
Arboribusq; satisq; Notus, pecoriq; sinister.
Aut vbi sub lucem densa inter nubila sese
Diuersi erumpent radij, aut vbi pallida surget
Tithoni croceum linquens aurora cubile:
Heu, malè tùm mites defendet pampinus vuas:
Tam multa in tectis crepitans salit horrida grando.
Hoc etiam, emenso quum iam decedet Olympo,
Profuerit meminisse magis. nam sæpè videmus
Ipsius in vultu varios errare colores.
Cæruleus pluuiam denuntiat, igneus Euros:
Sin maculæ incipient rutilo immiscerier igni,
Omnia tum pariter vento, nimbisq; videbis
Feruere. non illâ quisquam me nocte per altum

SER. SI virgineum suffuderit ore ruborem.] *si ruborem forinsecus habuerit. nam de interiori parte*, infuderit *diceret.* AVREA.] *id est, pulchra: vt,* At non Venus aurea contrà. PHOEBE.] *id est, luna. venit autem ab eo quod est Phœbus. Et sciendum, quædam propria nomina fœmininum ex se facere tantùm; non etiam neutrum: vt Phœbus Phœbe, Iulius Iulia, Tullius Tullia. non vt appellatiuum, doctus, docta, doctum.* SIN ortu quarto.] *Aratus tertiam dicit animaduertendam esse Lunam, hic quartam: non illud improbans; sed hoc magis probans. nam ad hoc pertinet:* Namque is certissimus author. OBTVSIS cornibus.] *Verba Arati sunt: ...* EXACTVM ad mensem.] *Vsque ad mensis vltimam partem. vnde & Exacti menses dicuntur, qui circa partum sunt. Ipse in sequentibus:* Exactis grauidæ cùm mensibus errant. GLAVCO.] *Glaucus, piscator fuit de Anthedone ciuitate: qui cùm captos pisceis super herbam posuisset in littore; & illi recepto spiritu rursus mare petijssent; sensit quandam herbarum potentiam, quibus esis conuersus est in numen marinum.* ET Panopeæ.] *Panopea, est nympha marina.* ET Inoo Melicertæ.] Inoo *est patronymicum, à matre Ino.* Melicerta, *proprium nominis. Sanè Ino & Melicerta filius, postquam sunt in numina commutati, græcè Palæmon & Leucothoë sunt appellati; Latinè Portunus, & Mater Matuta. His ergo numinibus dicit mox sacrificaturos nautas in littore, eis diebus, quibus prædicta serenitas affuerit: eò quòd sint in mari seruati.* SOL quoque & exoriens, & cum se condet in vndas.] *Dicitur enim occidens se in mari tingere.* SIGNA dabit.] *pluuiarum, vel serenitatis.* CERTISSIMA signa.] *de quibus nemini necesse sit dubitare.* ET quæ manè refert.] *ortu diei.* SVRGENTIBVS astris.] *superueniente nocte.* MACVLIS variauerit ortum.] *Non clarâ & purâ luce resplendens in ortu suo.* CONDITVS in nubem.] *id est, si orbis eius quasi concauus fuerit. quod ipse exprimit, dicens:* Medioque refugerit orbe. *id est, non fuerit plenus in sui medio.* VRGET.] *imminet, & insistit.* SATIS.] *segetibus.* NOTVS.] *ventus.* SINISTER.] *noxius.* SVB lucē.] *oriēte dic.* DENSA inter nubila.] *operto sole nebulâ.* DIVERSI erumpent radij.] *abscondito & operto Sole,* B *diuersi radij per nubem erumpent.* TITHONI croceum.] *Tithonus, frater Laomedontis regis, amatus est ab Aurorâ: cumq; optâsset prolixiorem vitam, conuersus est in cicadam.* MALE defendet pampinus vuas.] *id est, non defendet: nam decussis pampinis, etiā vuæ vim grandinis patiuntur.* TAM multa in tectis.] *Dicit: quòd si oriente Sole pallida aurora fuerit, sicut sæpè videmus diluculo sub eius ortu pallidam lucē fieri; signū hoc sit tempestatis indubitāter.* EMENSO Olympo.] C *peracto, perlustrato cœlo, cùm iam descēdet ad occasum.* PROFVERIT meminisse magis.] *ideo* magis *addidit: quia à Sole venientia vespertinā signa, meliora sunt.* CAERVLEVS pluuiam denuntiat.] *Breuiter collecta conclusio.* OMNIA tùm pariter.] *vbiq; & pluuiæ & venti erunt.* FERVERE.] *æstuare & impleri. cuncta hæc erunt in occasu consideranda.* NON illâ quisquam me nocte per altum.] *Gratiorem sensum fecit, interpositā suæ personæ commemoratione: nam hoc dicit: nulli se suadere illâ nocte nauigare.*

POM. Sabi. SVFFVDERIT.] *id est, si erit rubicūda. Rubor est in pueris & virginibus.* PHOEBE aurea.] *pulchra Luna.* PVRA.] *clara.* OBTVSIS.] *obscuris.* EXACTVM.] *vsque ad finem mensis.* SERVAT.] *propter serenitatem.* GLAVCO, Panopeæ.] *Glaucus, Anthedonius fuit piscator: quā cùm pisces in algā exposuisset, illi spiritu recuperato exsiluerunt in mare. Glaucus demens voluit gustare herbam: & cùm gustâsset, in mare etiam ipse exsiluit, & demutatus fuit in deum marinum.* INO.] *fugiens iram Athamantis mariti, è rupe Lechæâ in mare Corinthium se præcipitauit, cum filio Melicertâ, & ambo sunt conuersi in deos marinos. Ino dicta Leucothea, & à Latinis Albunea dea, dicta mater Matuta: vnde Aurora Matuta, & Matutina hora dicitur. Melicerta, eius filius, dictus Palæmon, & Latinè Portumnus.* PANOPEA.] *est vna ex Nereidibus, nymphis marinis.* INOO.] *filio Inus & Athamantis.*

SOL

A SOL quoque.] *Non sunt spernenda tempestatis præsagia. Nam Democritus nuntiauit fratri, vt quàm citißimè raperet messem sub tectum: post paucas horas repentinus imber fidem fecit. Plinius de Sole ait:* Purus oriens, atq; non feruens, serenum diem nuntiat: calidus, hybernum: pallidus, grandinem. si eadem facit, id est, pura oritur, quà occidit, certior serenitatis fides. Concauus oriens, pluuiam prædicit: idem ventos, cùm ante exorientem eum nubes rubescant: si nigræ rubentibus interuenerint, pluuias: cùm orientis aut occidentis radij rubent, pluuias coire. contra occidentem si rubescunt nubes, serenitatem futuri diei: si enim exortu spargētur, partim ad austrum, partim ad aquilonem, & pura circa eum serenitas fit, licèt & pluuias, tamen & ventos significabunt. si in ortu aut occasu contracti cernuntur radij, imbrem: si in occasu pluet, aut radij nubes trahent in se: asperam proximo die tempestatē. Cùm eo oriente radij nō illustres eminebunt, quàmuis circundatâ nube, nō pluuiam portendunt: si ante exortū nubes gloriabuntur, hyemem asperam: si ab ortu repellentur, & ad occasum abibunt, serenitatē.
B Si nubes Solem circuncludent, quantò minus luminis relinquent, tantò turbidior tempestas erit: si verò etiam duplex orbis fuerit, eò atrocior. quòd si ex ortu aut occasu fiet ita, vt rubescant nubes, maxima ostēdetur tempestas: si non abibunt, & incumbēt, à quocunq; vento fuerint, eum portendent: si à meridie, & imbrem. Si oriens cingetur orbe, ex quâ parte is se aperit, exspectetur ventus: si totus refluxerit æqualiter, serenitatem dabit. Si in exortu longè radios per nubes porrigit, & medius erit inanis, pluuiam significabit: si ante ortū radij se ostendent, aquam & ventum: si circa occidentē candidus circulus erit, noctis leuem tempestatē: si nebula, vehementiorem: si cadente Sole ventus fiat, & circulus fuerit ex eâ regione, quâ eruperit, ventum magnū. Manè quando oritur, astra: quando occidit, austrum pro humiditate accipit. Et humiditas pro nocte ponitur: quia tūc absentia Solis humiditas est. Ille Sol oriens si variauerit se, & absconditur in nube, & videtur esse quasi concauus, erunt pluuiæ. ORBE.] *quia videtur esse quasi cōcauus.* VRGET.] *impellit.* ALTO.] *mari.* NOTVS.] *Auster, qui spirat à meridie.* SINISTER.] *inimicus & infelix.* PECORI.] *& præsertim ouillo.* SVB lucem.] *ante ortum.* NVBILA.] *nubes densas, vt non permittant exire radios solares.* AVRORA.] *oriens Sol.* TITHONI.] *marito, qui fuit frater Laomedontis: id est, si ortus Solis erit pallidus, exspecta grandinem in magnâ copiâ.* CROCEVM.] *roseum & rubicundum.* SALIT.] *saltat per tecta: & sic per vineas.* HOC etiam.] *Nunc de occidente Sole dicit.* EMENSO.] *cùm Sol vult discedere ab oculis nostris, scilicet profuerit. Veriora sunt signa occidentis, quàm orientis.* IPSIVS.] *scilicet Solis occidentis.* CÆRVLEVS.] *subalbidus, igneus, rubicundus.* IGNI.] *si cum rubore Solis erunt nubeculæ, vel nigræ vel albæ immistæ, magnæ sunt futuræ pluuiæ.* OMNIA.] *ex omni parte.* NIMBIS.] *propter pluuias.*

DIVERSI erumpent radij.] *In Romano libro,* rumpunt, *bisyllabum præsenti tempore. in Medic. & aliquot alijs peruetustis,* diuersi erūpent. *est &* diuorsi. AVT vbi pallida surgit.] *In Mediceo, & aliquot alijs antiquis,* Surget, *futuro tēpore.* SIN maculę incipiēt.] *In antiquis aliquot,* incipiūt: *& superius,* decedit. *sed futurū in vtroq; receptū magis.* VAR. Lect.

Ire, neq; à terrâ moneat conuellere funem.
At si, cùm referetq; diem, condetq; relatum,
Lucidus orbis erit: frustra terrebere nimbis:
Et claro syluas cernes Aquilone moueri.
Denique, quid vesper serus vehat, vnde serenas
Ventus agat nubes, quid cogitet humidus Auster,
Sol tibi signa dabit. Solem quis dicere falsum
Audeat? ille etiam cæcos instare tumultus
Sępe monet, fraudēq; & operta tumescere bella.
Ille etiam exstincto miseratus Cæsare Romam,
Cùm caput obscurâ nitidum ferrugine texit,
Impiaq; æternam timuerunt secula noctem.
Tēpore quāquā illo tellus quoq;, & æquora ponti:
Obscœniq; canes, importunæq; volucres
Signa dabant. quoties Cyclopū efferrere in agros
Vidimus vndantem ruptis fornacibus Ætnam,
Flammarumq; globos, liquefactaq; voluere saxa!
Armorum sonitum toto Germania cœlo
Audijt, insolitis tremuerunt motibus Alpes.
Vox quoq; per lucos vulgò exaudita silentes
Ingens: & simulachra modis pallentia miris
Visa sub obscurum noctis; pecudesq; locutæ
Infandum: sistunt amnes, terræq; dehiscunt:
Et mœstū illachrymat templis ebur, æraq; sudant.
Proluit insano contorquens vortice syluas

SER. AT si cùm referetq; diē, cōdetq; relatū.] *Hoc ad futuræ serenitatis pertinet signū. nam si de ipso die dicas, de quo præmisit, stultißimū est.* CLARO Aquilone.] *serenifico: quia est & nubilus, sicut ferè omnes venti. Horatius:*

Albus vt obscuro deterget nubila cœlo
C Sæpe Notus, neq; parturit imbres perpetuos.

DENIQVE quid Vesper serus vehat.] *Conclusio est, quæ hoc continet: Signa, quæ possumus ex stellis vel ex ventis colligere, meliùs ex Sole colligimus.* QVID cogitet humidus Auster.] *id est, in quā partem se flectat: vtrum ad serenitatē, an ad pluuias, vt diximus suprà.* QVIS dicere falsum.] *id est, fallacem. Sallust. in Catilinar.* Ambitio multos mortales falsos fieri coegit. TVMVLTVS.] *coniurationes, & latentes insidias.* ILLE etiam exstincto miseratus Cæsare Romā.] *Bonum epilogi reperit locū: vt in Augusti gratiam defleat Cæsaris mortem. Constat autem, occiso Cæsare in senatu, pridie Idus Martias, Solis fuisse defectum, ab horâ sextâ vsq; ad noctem. Quod quia multis protractum est horis, dicit in sequētibus:* Æternam timuerunt secula noctem. FERRVGINE texit.] *Ferrugo, est purpura nigrior Hispana. alibi:* Et ferrugine clarus Hiberâ. IMPIA secula.] *quibus fuerat Cæsar occisus.* ÆTERNAM timuerunt noctē.] *propter diuturnum & prolixum Solis defectum, id est, timuerunt, ne semper ille defectus maneret.* TEMPORE quanquā illo tellus.] *ac si diceret: Quanquam illo tempore non solùm Sol defecerit, sed etiā diuersæ res & elementa, quasi fleuerint Cæsaris mortem, & inaudita portenta fuerunt: vt ex reliquorum comparatione non tantùm mirum videatur, Solem defecisse.* ÆQVORA ponti.] *Nō sinè causa addidit,* ponti: *quia sunt & cāpi æquora. vt,* Ac priùs ignotū ferro quàm scindimus æquor. IMPORTVNÆQVE volucres.] *in alienum tēpus ruentes: vt striges, aut bubones noctis gaudentes, per diem possent videri.* VIDIMVS vndātē ruptis fornacibus Ætnam.] *Malum enim omen est, quoties Aetna, mōs Siciliæ, nō fumum, sed flammarum egerit globos. & (vt dicit Liuius) tāta flamma ante mortem Cæsaris ex Aetnâ monte defluxit: vt non tantùm vicinæ vrbes, sed etiā Rhegina ciuitas afflaretur.* Vndantē aūt, *vndæ modo flāmas euomentē.* LIQVEFACTA saxa.] *igne soluta.* SONITVM toto Germania cœlo Audijt.] *Benè Germania, quam vicerat Cæsar, vt, eo occiso, in rebellionē videretur exsurgere.* INSOLITIS tremuerunt motib. Alpes.] *Aut nouis. i. nunquā antea in Alpib. factis motib. magnis, & maiorib. solito.* SVB obscurū noctis.] *circa noctis ob-*

ctis obscurum. PECVDES'QVE locutę Infandum.] *aut, infanda verba protulerunt; aut, hoc ipsum infandũ fuit, quòd sint contra naturam locutæ.* EBVR.] *scilicet simulachrorum.* AERA'QVE sudāt.] *signa sunt laboris futuri.* INSANO.] *magno. vt,* Quid tātùm insano iuuat indulgere labori? *Et sciendum, flumina, cùm supra modum crescunt, nō tantùm ad præsens inferre damnum; sed etiam alia futura significare.*

POM. Sabi. FVNEM.] *quo ligantur naues.* DIEM.] *Si Sol erit purus in ortu & in occasu, erit serenitas.* RELATVM.] *datum nobis.* MOVERI.] *agitari. Aquiloni ponit pro Septentrione.* VESPER.] *Tu potes cognoscere à Sole, quid serus vesper, id est, tarda hora ferat.* VENTVS.] *septentrio: id est, omnia tempora futura poteris cognoscere ex ipso Sole.* TVMVLTVS.] *id est, insidias.* BELLA.] *cædes, rapinas.* MONET.] *nunciat.* OPERA.] *celata.* TVMESCERE.] *insurgere.* ILLE etiam exstincto.] *Omnia ista simulantur à Vergilio, vt laudet Cæsarem. Plinius sic ait:* Prodigiosi & longiores Solis defectus, qualis occiso Cęsare Dictatore, totius ferè anni pallore continuo. EXSTINCTO.] *interēpto.* CAPVT.] *vultum suum.* SOL nitidus.] *Quia per se nitidus est.* FERRVGO.] *Appellatur color ferri. Ab alijs dicitur ferrugo, nigra purpura.* SECVLA.] *Tanta obscuritas Solis fuit, & tam diuturna; vt gentes timerent perpetuam noctem: quando per spatium illius anni obscuritas fuit tempore ante mortē Cæsaris.* TERRA.] *propter terræmotum.* ÆQVORA.] *propter tempestatem.* IMPORTVNÆ.] *id est, sæuæ: quia nocturnæ, vt noctuæ, vt bubones, vt striges.* CANES.] *quia locutæ fuerunt. Suetonius ait:* Pridie idus Martij, auem, cũ laureo ramo Pompeianę curię se inferentem, volucres varij generis, ex proximo nemore persecutę, ibidē discerpserunt. IMPORTVNÆ.] *improbæ, quæ persecutæ fuerũt auē, quā in Pompeianā curiā dilacerauerũt.* CYCLOPVM.] *Cyclopes officinam habent in cauernis Aetnæ.* EFFERVERE.] *inquietos esse, & signa dare.* NVDANTEM.] *emittentem riuos.* RVPTIS.] *apertis.* FORNACIBVS.] *officinis Cyclopum. Interdum ex Aetnā riui flammarum manauerunt vsq. & solùm ab his contactum, nunquam parit herbas.* VOLVERE.] *emittere.* LIQVEFACTA.] *pumices, & saxa decocta, & resoluta in liquorē.* ARMORVM sonitum.] *Tale prodigium legitur fuisse Cimbrico bello.* INSOLITIS motibus.] *præter naturam & rationem philosophantium: sed ita iubentibus miraculis, quæ volebant audiri propter mortem Cæsaris.* INGENS.] *terribilis. Voces spirituum, aut sunt exiguæ, aut terribiles: quia propriè spiritus nō loquuntur; sed ferè sibilant, & aliquando clamant, vt terreant.* LVCOS.] *id est, per sacrata nemora, & dijs dicata.* SIMVLACHRA.] *phātasmata nocturno tēpore, meliùs. Versus est ex Lucretio poëtâ, qui ait:* Sed simulachra modis pallentia miris. PECVDES.] *Boues sæpenumerò in prodigijs locuti fuerunt.* SISTVNT amnes.] *scilicet suos cursus. Tiberis stagnum fecit ante mortem Cæsaris; vt Horatius in secũdâ* Odâ. AMNES.] *& hoc propter Tiberim.* DEHISCVNT.] *& hoc propter terræmotum. Hiatus cæli, dicitur chasma. Hiatus terræ, duplici de causâ fiunt; è vento exhalāte, & terræmotu.* ILLACHRYMAT.] *sudat.* EBVR.] *simulachrum. Simulachra eburnea & ænea in templis sudabant.* PROLVIT.] *Fluuiorum rex dicitur Eridanus ab eo, quòd solus Eridanus est inter XL. & octo signa cœlestia constitutus. sed tamen alij dixerunt esse Nilum, & non Eridanum.* PROLVIT.] *inundatio Padi fert secũ domos rusticorũ, & stabula pastorũ.* PROLVIT.] *id est, proluēdo euertit.* INSANO.] *i. magno & violento.* CONTORQVENS.] *contorquēdo voluens.* VORTICE.] *voragine aquarũ. Vertex dicit summitas aquarũ, & cōtorta in se aqua. Et sic vertex, summitas: in homine caput; & in montibus cacumen.*

Fluuiorum rex Eridanus, camposq; per omneis
Cum stabulis armenta tulit. nec tempore eodem
Tristibus aut extis fibræ apparere minaces,
Aut puteis manare cruor cessauit, & altæ
Per noctem resonare lupis vlulantibus vrbes.
Non aliâs cœlo ceciderunt plura sereno
Fulgura: nec diri toties arsēre cometæ.
Ergo inter sese paribus concurrere telis
Romanas acies iterum vidēre Philippi.
Nec fuit indignum superis, bis sanguine nostro
Emathiam & latos Æmi pinguescere campos.
Scilicet & tempus veniet, cùm finibus illis
Agricola, incuruo terram molitus aratro,
Exesa inueniet scabrâ rubigine pila:
Aut grauibus rastris galeas pulsabit inanes:
Grandiaq; effossis mirabitur ossa sepulchris.
Dij patrij, Indigetes, & Romule, Vestaq; mater,
Quæ Thuscũ Tiberim, & Romana palatia seruas:
Hunc saltem euerso iuuenem succurrere seclo
Nec prohibete. satis iampridem sanguine nostro
Laomedonteæ luimus periuria Troiæ.
Iampridem nobis cœli te regia, Cæsar,
Inuidet, atq; hominũ queritur curare triumphos.

SER. FLVVIORVM rex Eridanus.] *Padum dicit. Fluuiorum autē rex, per Italiam: aut certè per totum orbem. secundùm quod dicit Lucanus, qui ait, cùm de isto flumine loqueretur:*

Non minor hic Nilo, si non per plana iacentis
Ægypti Libycas Nilus stagnaret arenas.
Non minor hic Istro, nisi quòd, dum permeat orbē,
Ister, casurus in quælibet æquora fonteis
Accipit, & Scythicas exit non solus in vndas.

Dicit ergo, tantùm tunc excreuisse Eridanum; vt etiam syluas moueret, & erueret arbores. CVM stabulis armēta tulit.] *Et ipsa stabula subuersa secum trahit, & armenta simul.* TRISTIBVS extis.] *visceribus pecorũ, tristia portendentibus.* FIBRÆ minaces.] *Fibras dicit venas aliquas, quæ si apparent in visceribus, malum omen erat: quæ nunc apparuēre.* AVT puteis manare cruor.] *nec cessauerunt eodem tempore, aut fibræ minaces apparere, aut puteis manare cruor.* ALTÆ vrbes.] *magnæ.* NON aliâs cœlo ceciderunt plura sereno Fulgura.] *Omen est in eo; & quia sereno cœlo missa sunt fulgura; & quòd plura missa sunt.* DIRI cometæ.] *crinitæ stellæ, & pessimæ: quia sunt & bonæ, (vt diximus in Aeneide) factæ ex Ioue vel Venere. quam rem plenissimè Auienus exsequitur.* PARIBVS.] *Quia in ciuili bello, Romani contra Romanos, eisdem & similibus telis armisq; pugnauerunt. Lucanus:* Pares aquilas, & pila minantia pilis. ITERVM vidēre Philippi.] *Ciuitas est Thessaliæ, in quâ primò Cæsar & Pompeius, postea Augustus & Brutus cum Cassio, dimicauerunt.* NEC fuit indignum superis.] *Quasi exclamatio est ad deos.* EMATHIAM & latos Æmi.] *Emathiam, Thessaliam dictam, ab Emathio rege. Aemus autem mons est Thessaliæ.* PINGVESCERE campos.] *aut fœcũdos fieri ex humano cruore: aut* pinguescere *dixit, quasi humana corpora terra deuorans, pinguis effici potuerit: sicut ex carnium commixtione frequenter humana caro pinguescit.* INCVRVO.] *vna pars orationis est.* SCABRA rubigine.] *asperâ. vnde & scabies dicitur, à corporis asperitate.* GALEAS inaneis.] *concauas: vt,* Galeam ante pedes proiecit inanē. GRANDIA ossa.] *aut multa, aut ingentia; qualia antiquorum heroum.* DII patrij, Indigetes, & Romule, Vestaq; mater.] Patrij dij *sunt, qui præsunt singulis ciuitatibus, vt Minerua Athenis, Iuno Carthagini.* Indigetes *autem, propriè sunt dij ex hominibus facti, quasi in dijs agentes. Abusiuè autem dij omnes possunt dici Indigetes, tanquam nullius rei egentes. Romulum autem ideò inuocat: quia*

ipse

A ipse iam inter deos colebatur. & rectè eum ad Augusti salutem inuocat, quasi ex eo descendentis; & qui illius sit orbis Imperator, quam Romulus condiderat. VESTAQVE mater, Quæ Thuscum Tiberim & Romana palatia seruas.] Poëticè. Nam verum nomen numinis, quod vrbi Romæ præesset, sciri sacrorum lege prohibetur. quod ausus quidam Tribunus plebis enunciare, in crucem est sublatus. HVNC iuuenem, euerso.] Orat, vt possit sedare tanta prælia, & bella ciuilia; & malis finem imponere, & penè iam ruenti mundo subuenire. SALTEM.] vt Augustum dij conseruent; cuius temporibus pax vniuerso orbe erat. NE prohibete.] id est, ne prohibeatis. IAM PRIDEM.] olim. SANGVINE nostro.] id est, Romanorum. LAOMEDONTEÆ luimus periuria Troiæ.] Excusat Augusti tempora, & eum dicit suis viribus non compensare damna Reipublicæ; quæ ex maiorum vitijs descendisse confirmat. Horatius:

Negligis immeritis vocituram postmodò natis
Te fraudem committere.

ATQVE hominum queritur.] Cùm cœlesteis possis mereri.

POM. Sabi. CAMPOS.] planicies Galliæ Cisalpinæ. HAVD.] non, nec. TEMPORE eodem.] Id est, eodē tempore fibræ non
B cessauerunt apparere minaces: portenderunt mortem Cæsaris. LVPI.] dederunt vlulatus per vrbes. NON aliàs.] alio tempore. DIRI cometæ.] id est, crudeles. Cometæ, criniti dicuntur à Latinis: generantur ex nimio ardore Solis, aliquando rubicundi, aliquando albi, aliquando pallidi, aliquando flammei: & secundùm vim caloris, & adhærentium siderum, formas capiunt. Modò in mucronem desinunt: modo in palmam cum magnâ caudâ: modò oblongorum doliorum effigiem habent, & conformantur. Quoties Cometæ apparent; exspecta euersionem regni, famem & pestes. Silius: Regnorum euersor rubuit lethale cometes. Ergo inter sese paribus, &c.] Conclusio est prodigiorum. PARIBVS concurrere telis.] Romanorum tela dicuntur pila, & apta ad iaculandum. Paribus dicit, propter bella ciuilia. vnde apud Lucanum: Signa pares aquilas, & pila minantia pilis. CONCVRRERE telis.] Pugnare armis; Romanorum pilis scilicet. ITERVM vidêre Philippi.] Philippi, campi sunt in Macedoniâ; quæ à Thraciâ diuiditur monte Aemo, qui vsq; ad mare Ponticum porrigitur. Post montem sunt Thomi. altitudo eius immensa est, in cuius cacumine, vt aiunt, venti non spirant. Emathia, Macedonia appellata est, ab Ema-
C thione, fratre Memnonis. qui fuit filius Auroræ & Tithoni; vt Probus asserit. Macedonia, appellata est à Macedone: quia eum ei regioni præfecerat Osiris rex Aegyptiorū. antea pars Thraciæ erat. Bis est à Romanis certatum in campis Philippis: primùm à Cæsare & Pompeio; postea ab Octauio & M. Antonio contra Brutum & Cassium. & ideò fatales populo Romano habiti fuêre. ITERVM.] tēpore Octauij & Antonij. NON fuit indignum.] exclamat Poëta. PINGVESCERE.] stercorare. quàmuis in sanguine pinguedo sit; terram tamen sterilem reddit. Sed intelligit de cadaueribus, quæ putrefacta impinguant solum. NOSTRO.] Romano. FINIBVS.] Quia campi Philippi sunt in finibus Macedoniæ; vnde incipit Aemus, qui est in fine Macedoniæ. MOLITVS.] vertendo terram. PILA.] tela consumpta. RVBIGO est in ferro: ærugo in ære & in argento, & viridescit. SCABRA.] aspera. Quia rubigo est aspera aspectu, & tactu. MANES.] sinè capitibus. EFFOSSIS sepulchris.] id est, inuerso cespite ipsius terræ. GRANDIA.] copiosa. Accipit sepulchra, pro terrâ inuersa. Quodcunq; tegit cadauer, dicitur sepulchrum. Exclamat Poëta pro Octauio. DII patrij, Indigetes.] de Iano, Fauno, Euandro, Aeneâ, Carmentâ, & cæteris, intelligit; qui ex hominibus dij habiti sunt. Et Indigetes dicuntur, id est, inter deos agentes. Vestam coli per omnes curias, Romulus instituit. Eius templum inter Capitolium & Palatium fuit, rotundâ effigie: in quo seruabatur, vt plerique volunt, Palladium; vt alij, dolia duo. Quidam autem scribunt; ignorari etiam à Pontificibus & Vestalibus, quòd in templo seruabatur: tamē notum fuit, vrbem Romam seruari, seruato templo Vestæ; & contrà, ruinam, non seruato. Propter quod, si intellexerimus ibi conditum Palladium, non erraremus. nam Troia, Palladio ablato, capta & incensa fuit: mansisset tamen, vt in fatis erat, si inuiolatum & immotum Palladium fuisset seruatum. INDIGETES.] semidei, & indè geniti. ROMVLE.] qui condidisti hanc vrbem, ad perpetuum imperiū. MATER.] vrbis Romæ. THVSCVM.] quia ex Apennino labitur. PALATIA Romana.] id est, totam vrbem. Per Palatium, intelligit totam vrbem: quoniam in Palatio fuit antiqua Romanorum sedes. Et in Palatio hospitatus fuit Hercules, apud Euandrum: & ideò institutum in Vrbe fuit, vt sedes Consulum in palatio esset, & deinde sedes Cæsarum publicæ. HVNC.] Octauium principem. EVERSO seclo.] Euertebatur seclum, & in ruinâ erat, propter cædem multorum millium hominum, qui ceciderant in bellis ciuilibus: & Diuus Octauius succurrit, & tranquillauit orbem. SECLO.] ætati penè in ruinam datæ. Seclum, accipit pro ætate. LVIMVS.] satis dedimus pœnas. SANGVINE nostro.] id est, Romano. PERIVRIA Laomedonteæ Troiæ.] Aut intelligit, Laomedōtem promisisse magna præmia Apollini & Neptuno, qui Pergama condiderunt; & fidem postea non seruâsse, & ita fuisse periurum: aut intelligit, Laomedontem non seruâsse fidem Herculi. Propositum erat ab eo præmium, qui interemisset pistrim. aliter pristim, cui per sortem ex Troianis dabantur virginalia corpora deuoranda. Id cōtigit regiæ familiæ: namque Esione, Laomedontis filia, ad hoc facta erat. Incursu Argonautarum per Phrygium mare, Hercules ad scopulos Sigæi monstrum illud horrendum interemit; &, regiâ puellâ liberata, Troiam pergit. Præmium, id est, armentum equarum, Regi vsq; ad reditum è Colchis commendauit: qui cùm in tempore per fraudem negaret, pœnas luit. Nam indignatus Hercules, obsessâ Troiâ, Laomedontem interemit; Priamo reliquit vrbem: quia traditur Priamus semper censuisse, danda esse præmia Herculi. Huius historiæ testis est Valerius Flaccus lib. 1. & Diodorus lib. 6. CÆSAR.] Octaui. REGIA cœli.] Sic loquitur: turpis puella inuidet formosæ pulchritudinem; ità & nunc cœlum inuidebat mortalibus Cæsarem, quòd curaret in terris triumphare, & non in cœlo: cùm apud homines per nefas sint bella, & multorum malorum facies. QVERITVR.] lamentatur. CVRARE.] te scilicet.

GRANDIAQVE effossis mirabitur ossa sepulchris.] Referunt quidam, ideò grandia ossa poëtam dicere: quia olim fuerunt homines grandiores. vt Homerus indicat; & Iuuenalis: Terra malos homines nunc educat atque pusillos. Nos verò non ad illam ætatem referendum censemus: sed grandia ossa interpretamur, gaudium Romanorum. & hoc non ad corporis proceritatem atq; magnitudinem; sed ad facinora & gesta referimus. IOAN. Scop.

Quippe vbi fas versum atq; nefas; tot bella p orbē,
Tam multæ scelerum facies: non vllus aratro
Dignus honos; squallent abductis arua colonis;
Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem.
Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum:
Viciniæ ruptis inter se legibus vrbes
Arma ferunt: sæuit toto Mars impius orbe.
Vt cùm carceribus sese effudêre quadrigæ,

SER. VBI fas versum atq; nefas.] apud homines scilicet; qui spernunt licita, appetentes illicita. ABDVCTIS colonis.] ad bella scilicet: vt, Et latos vastant cultoribus agros. RIGIDVM falces conflantur in ensem.] Ita orbem bella turbant: vt hi, qui priùs agriculturæ insistebant, cogantur, deficientibus iam armis, instrumenta colendorum agrorum, & metēdarum segetum, in arma conuertere. HINC mouet Euphrates, illinc

Digitized by Google

Addunt se in spatia; & frustra retinacula tendens
Fertur equis auriga, neq; audit currus habenas.

Germania bellum.] *Vndiq; mouetur belli.* Euphrates *namq; orientis est fluuius:* Germania *autem, occidentis prouincia.* Arma ferunt vicinæ vrbes.] *hoc est, & externa, & ciuilia bella deseuiunt.* VT cùm carceribus.] *Hoc vult dicere: Res quidem publica habet optimum Imperatorem: sed tanta sunt vitia temporum præteritorum, quæ in dies singulos aucta sunt: quemadmodum in processu equorum cursus augetur; vt ea, licèt optimus rector, refrenare non possit: sicut & auriga, à feruenti cursu, equos non potest plerunq; reuocare.* ADDVNT se in spatia.] *id est, currendo plùs eorum cursus augetur.* CVRRVS.] *id est, equi. Sanè sciendum, translationem hanc esse, non comparationem: quæ si ponatur in fine, vitiosum est.*

POM. Sabi. QVIPPE.] *Reddit causam.* VBI.] *apud mortales.* VERSVM.] *pro, euersum est fas.* BELLA.] *scilicet ciuilia.* FACIES scelerum.] *multiplicium malorũ inter mortales.* ARATRO.] *Quia, cùm bellum est, non tuta sunt suburbana.* ARATRO.] *id est, agriculturæ sanctissimæ: quoniam mortalibus est necessaria.* SQVALENT.] *id est squalida sunt, & induxerunt squalorem: horrida sunt & inculta, remotis colonis. Antiqui ex Agricolis eligebant milites; non ex popinis & tabernis, vt nunc fit. Squalet ager, cùm est incultus. Optimi milites erant agricolæ: quia indurati ad labores, & Solis calores, & frigora.* RIGIDVM.] *Quia omnia tela rigorem faciunt aspicientibus.* Euphrates *fluuius, terminus erat Parthorum & Romanorum. Et intelligit, hinc imminens Parthicum bellum, hinc Germanicum; alterum, æmulatione regnandi in Oriente ferox; alterum immanitate populorum terribile. Bellum Parthicum reliquerat imperfectum Marcus Antonius, reuocatus ad bella ciuilia: primũ gessit Sylla felix. Romani appellabant omnes Persas Parthos; quamuis Parthica prouincia esset Persidis.* Euphrates *fluuius oritur in Armenia: labitur postea per mediam Mesopotamiam; & immergitur mari Persico. Germanicum bellum primus gessit Cæsar, superato Rheno.* VRBES.] *omnes scilicet inter se vicinæ.* RVPTIS legibus.] *Leges franguntur, propter bella ciuilia, & propter violatos terminos. Ergo, cùm omnes vrbes sint discordes bello ciuili, necesse est vt Mars sæuiat.* IMPIVS.] *ferus.* VT cùm sese.] *Probat per comparationem, magis aperit, cùm ait:* Sęuit Mars. *Auriga effusos cum impetu equos retinere non potest: quia equi in ipso cursu indignati, cupiditate currendi, frenis non parent. Ideò hoc vult concludere: opus est Octauio Augusto, qui sistat equos; id est, bella omnia finiat, & tranquillum atq; pacatũ reddat orbem terrarum.* QVADRIGÆ.] *Antiqui currebant quadrigis & bigis. Carceres dicuntur loca, vnde dato signo emittuntur equi ad cursum.* ADDVNT in spatia.] *id est, in ipso spatio currendi sumunt vires.* ET frustra retinacula, &c.] *Cùm auriga attrahit habenas, & equi repugnant, eas tendit.* TENDENS.] *Contrahens ad se: quia equi non parent.* FERTVR equis auriga.] *ab equis.* CVRRVS.] *ipsi equi ducentes currum, non parent retinaculis.* A B

VAR. Lect. ADDVNT se in spatia.] *In codice Mediceo, & aliquot alijs antiquis, legere est,* Addunt in spatia, *absque* Se *pronomine: id quod ab eruditis quibusdam est agnitum.*

MODESTINI IVRISCONSVLTI, IN SECVNDVM Georgicorum, Argumentum.

Hactenus aruorum cultus, & sidera cœli:
Pampineas canit ille comas, collesque virenteis,
Descriptasque loci vites, & dona Lyæi,
Atque oleæ ramos pomorum ex ordine lectos.

GEORGICORVM LIBER SECVNDVS.

Hactenus aruorum cultus, & sidera cœli:
Nunc te, Bacche, canam; nec non syluestria tecum
Virgulta, & prolem tardè crescentis oliuæ.
Huc pater ô Lenæe (tuis hîc omnia plena
Muneribus: tibi pampineo grauidus autumno

SER. HACTENVS aruorum cultus & sidera cœli: Nunc te, Bacche, canam.] *Mirè iterauit illum versum:* Quid faciat lætas segetes, quo sidere terram. *In hoc autem libro exsequitur culturam agri consiti, qui omnium arborum continet genera. Et sciendum est, Vergilium vites quoq; arbores dicere: vt,* Nec secius omnis in vnguem Arboribus positis secto via limite quadret. *Et,* Hactenus, *vt multi volunt, vna pars orationis est; & est aduerbium, significans Hucusq; alij duas partes volunt, pronomen & aduerbium; vt sit, tenus hac: sicut,* Et Crurum tenus à mento palearia pendent. *sed melius est, vnam partem accipere orationis,* Hactenus. SIDERA cœli.] *ἐκ παραλλήλου: nec enim sunt alibi, quàm in cœlo, sidera.* BACCHE.] *inuentori pro vitibus posuit; de quibus κατ᾽ ἐξοχὴν in hoc libro loquitur. nam vites præcipuæ sunt: licèt & aliarum arborum faciat commemorationem.* NEC non syluestria tecum Virgulta.] *id est, infœcundas arbores, quibus præcipuè in Italia vites cohærent.* TARDE crescentis oliuæ.] *Res enim diu duratura, tardiùs crescit.* HVC pater ô Lenæe.] *Pater, licèt generale sit omnium deorum, tamen propriè Libero semper cohæret. Nam Liber pater vocatur. Lenæus autem, ἀπὸ τοῦ ληνοῦ, id est, à lacu. Nam quod Donatus dicit, ab eo quòd mentem leniat; non procedit. nec enim potest græcum nomen, latinam etymologiam recipere.* TVIS hîc omnia plena Muneribus.] *tuis muneribus hîc sunt omnia plena, & ea vbiq; requiruntur.* PAMPINEO autumno.] *cuius temporis vites & folijs & fructibus plenæ sunt; & sub quo maturæ fiũt. &* pampineo, *pro pampinoso: vt,* Nemora inter frondea, *id est, frondosa.* C

POM. Sabi. HACTENVS aruorum cultus.] *Hactenus ego cecini cultus aruorum.* SIDERA.] *signa cœlestia, quæ debent seruari ab Agricola. Probus ait: Bacchari, est furere. Vnde & Bacchæ dicuntur, quæ per furorem sacra Liberi patris celebrant. Et ipse* Bacchus *à furore vocatur; quem suis cultoribus incutit. Dicitur & Lenæus; quòd Græci torcular Lenon appellant.* VIRGVLTA.] *arbores.* PROLEM tardè crescentis oliuæ.] *id est, oleam.* Tardè crescentis, *ab Hesiodo accepit Vergilius; qui negat, oleæ satori fructum ex ea percipere. ideo ait,* Tardè. *sed ita non est. Nam, vt inquit Plinius, oliua etiam in plantarijs fructificant.* PATER.] O Bacche: *hic omnia sunt plena tuis muneribus.*

Floret ager: spumat plenis vindemia labris)
Huc pater ô Lenæe veni; nudataq; musto
Tingue nouo mecum direptis crura cothurnis.

SER. TIBI floret ager.] *in honorem tuum exsultat, & lætus est. nam autumnali tempore reuerà florere non potest ager.* VINDEMIA.] *cùm vindemiam numero singulari*

Principiò arboribus varia est natura creandis:
Namq; aliæ, nullis hominum cogentibus ipsæ
Sponte suâ veniunt, camposq; & flumina latè
Curua tenent: vt molle siler, lentæq; genistæ,
Populus, & glaucâ canentia fronde salicta.
Pars autem posito surgunt de semine: vt altæ
Castaneæ, nemorumq; Ioui quæ maxima frondet
Aesculus, atq; habitæ Graijs oracula quercus.
Pullulat ab radice alijs densissima sylua:
Vt cerasis, vlmisq;, etiam Parnassia laurus
Parua sub ingenti matris se subijcit vmbrâ.
Hos natura modos primùm dedit: his genus omne
Syluarum fruticumq; viret, nemorumq; sacrorum.
Sunt alij, quos ipse viâ sibi repperit vsus.

A *gulari dicimus, vnius anni significamus: cùm plurali, multorũ. vt messẽ, messes, hyemẽ, hyemes. hæc enim semel tantùm annis singulis contingũt. Multi tamen volunt,* vindemiam *esse totius orbis generaliter,* vindemias *singularum partium: vt plus significet singularis, quàm pluralis numerus. sicut plus est, cùm dicimus,* per terram pluit, *quàm,* per terras. *tunc enim omne elementum per singularem numerum, non terras aliquas, significamus.* MVSTO.] *mustum numero tantùm singulari dicimus, sicut & vinum. licèt* Ouidius *abusiuè dixerit* musta. *sed hoc ille plus fecit, quòd & &* musta *dixit: cùm (vt diximus) de his nominibus tres casus tantùm vsurpari consueuerint.* TINGVE nouo mecũ.] *Pulchrè inuocat Liberum patrem adesse sibi, canenti de ratione vinearum, & venire in auxilium. & poëticè dicit, hoc Li-*
B *berum patrem secum agere; quod ipse, ab agricolis debere fieri, carmine demonstraturus est: cùm dicit;* Tingue mecum. DIREPTIS crura cothurnis.] *latis: quod est genus calceamenti poëtici. nam hoc vindemiæ tempore fieri debere, ipse demonstraturus est.* PRINCIPIO arboribus.] *Creandarum arborum naturaliter, sunt tria genera. aut enim suâ sponte nascuntur: aut ex seminibus fortuitò iacentibus surgunt: aut ex radicibus pullulant. nam cætera vsus inuenit, fauente natura.* SPONTE suà.] sponte, *modò nomen est: quia iunctum est ei genus; quo caret semper aduerbiũ.* VENIVNT.] *crescunt. vt alibi:* Illic veniunt feliciùs vuæ. CAMPOSQVE & flumina latè curua tenent.] *Per trãsitum ostendit, in quibus locis arbores sponte suâ nascãtur: scilicet in humidis. nam terra, mater est rerum omniũ, & seminum cunctorum creatrix.* VT molle siler.] *arboris genus est. Et notandum genus neutrum, de arbore: quod est admodum rarum.* GLAVCA canentia fronde salicta.] *Locum salicum, pro ipsis arboribus posuit. Benè autem ait, &* glauca, *&* canentia: *nam salix ab vnâ parte alba est; ab alterâ viridis. Sanè est* [illegible], Glaucâ canentia. PARS surgunt.] *pro surgit.* DE semine.] *quacunq; ratione proiectio, vel ab*
C *auibus, vel ab hominibus: ne incipiat esse industriæ. Dicit quippe, plerasq; arbores ex semine nasci: non studio hominum iactio; sed quocunq; modo & euentu.* NEMORVMQVE lo. *ui* quæ maxima frondet Æsculus.] *Ordo est: nemorumq; maxima Aesculus, quæ Ioui frondet: id est, quæ crescit in Dodonæo nemore, quod erat Ioui cõsecratũ.* ATQVE habitæ Graijs oracula quercus.] *Nã in Dodonæo nemore, arbores dantes responsa, fuisse dicũtur.* Habitæ *aũt* Graijs: *vel quasi nõ credẽs dixit; vel quasi Italus, qui loca illa nesciret: vel reuerâ quondam habitæ; quia illo tempore iam silebant.* PVLLVLAT ab radice.] *Mira in singulis est proprietas. nam ait: Sponte suâ veniunt; surgunt de semine; pullulant ab radicibus.* VT cerasis.] *Hæc cerasus, his cerasis facit. Nam Cerasus, ciuitas est Ponti: quam cùm delêsset Lucullus, genus hoc pomi indè aduexit, & à ciuitate Cerasum appellauit. Nam arbor cerasus, pomum cerasum, di-citur. Hoc autem etiàm ante Lucullum erat in Italiâ; sed durum & cornum appellabatur: quòd postea, mixto nomine, Cornocerasum dictũ est.* PARNASSIA laurus.] *à Parnasso monte, Apollini consecrato.* PARVA sub ingẽti.] *id est, radice maioris, minor crescit et surgit: sicut videtur in lauris.* HOS natura modos primùm dedit.] *Bene, primùm: nam (suprà diximus) fauor naturæ fuit, etiã ad alios inueniendos vsus. cõtra naturã enim, nihil hominum inuentũ valeret.* VIA.] *ratione. vt,* Inueni Germana viã. REPPERIT.] *admuenit. & dicit, illa, quæ priùs dixerat, ex ipsa naturâ omnem originem ducere: hæc autem, quæ sequuntur, vsu & studio admuenta esse; non obsistente tamen etiam in his naturâ.*

AGER tibi.] *propter nomen tuum.* LABRIS.] *quia spumant lacus pleni vuarum.* TINGVE.] *deturpa.* DIREPTIS.] *ablato calceamento.* Cothurnus, *est calceamenti venatorij genus, cuius effigies in simulachris Liberi patris & Dianæ videtur. nunc Scythæ vtuntur: & ita fuitur, vt vtrique sit aptus pedi.* PRINCIPIÒ.] *Incipit declarare materiam. Plinius libro 16. ait:* Arbores, quas naturæ debeamus, tribus modis nascuntur: sponte, semine, & radice. *Columella ait:* Placet igitur, sicut Vergilio, nobis quoque esse duo genera surculorum: quorum alterum suâ spõte gignitur, & alterum curâ mortalium procedit. Illud quod non ope humanâ prouenit, materię est magis aptum: hoc cui labor adhibetur, idoneum fructibus. COGENTIBVS.] *id est, nullâ arte.* FLVMINA.] *id est, ripas fluminum curuas.* SILER.] *arbor est, quæ amat aquas, similis ferè salici.* GENISTÆ lentæ.] *flexibiles. Omnis materia apta ad ligandum, dicitur lenta, id est, flexibilis.* Salicta *omnia glaucescunt: quia habent folia canescentia.* PARS autem.] *Sunt quædam arbores, quæ proueniunt ex semine.* Æsculus *glandes gignit, & est dedicata Ioui. ideo eam sæpenumerò fulmina feriunt.* QVERCVS.] *In Dodone syluâ Epeiri, quercus est vocalis: id est, Iupiter ex orbe columbæ in quercu dat responsa.* AB radice.] *Proueniunt etiam arbores ex radicibus aliarum arborum: cùm pullulant stolones; qui sunt pulli arborum & virgulta.* DENSISSIMA.] *id est, multi filij proueniunt.* CERASIS.] *Lucullus, rediens è Mithridaticâ victoriâ, ex Ceraso, vrbe Ponti, arborem transtulit, cui ab oppido nomen est cerasus. Pomum autem eius appellatur cerasum; ut meminit Probus.* PARNASSIA laurus.] *dedicata Apollini, qui in Delphis Parnassi montis Phocidis colitur: & est Delphicum oraculum Apollinis. ideo Parnasiia, id est, Apollinea dicitur.* HOS.] *scilicet tres modos.* HIS.] *modis.* SYLVARVM fruticumq; viret.] *viridescit, & nascitur. nemora sacra nunc non habemus.* VSVS.] *ex ingenio & artificio maiorum.* POM. Sabi.

SVNT alij, quos ipse viâ sibi repperit vsus.] *In Longobardico exemplari,* Viam, *legitur, accusatiuo casu.* VAR. Lect.

Hic plantas tenero abscindẽs de corpore matrum,
Deposuit sulcis: hic stirpes obruit aruo,
Quadrifidasq; sudes, & acuto robore vallos.
Syluarumq; aliæ presso propaginis arcus
Exspectant, & viua suâ plantaria terrâ.
Nil radicis egent aliæ: summumq; putator
Haud dubitat terræ referens mandare cacumen.
Quin & caudicibus sectis (mirabile dictu)
Truditur è sicco radix oleagina ligno.

SER. HIC plantas tenero.] *Inter plantas & plantaria hoc interest: quòd plantæ raptæ sunt de arboribus: plantaria verò, quæ ex seminibus nata, cum radicibus & terrâ propriâ transferuntur: ut,* Et viua suâ plantaria terrâ. SVLCIS.] *fossis. ut,* Ausim vel tenui vitem committere sulco. HIC stirpes obruit aruo.] *altius deponit ualidiores cum radicibus plãtas.* QVADRIFIDASQVE sudes.] *ita robustas, ut possint in quattuor partes diuidi.* ET acuto robore.] *pro, acuti roboris, acu*

Et sæpè alterius ramos impunè uidemus
Vertere in alterius, mutatamq; insita mala
Ferre pyrum, & prunis lapidosa rubescere corna.
Quare agite ô, proprios generatim discite cultus,
Agricolæ, fructusq; feros mollite colendo.
Neu segnes iaceant terræ: iuuat Ismara Baccho
Conserere, atq; oleâ magnum uestire Taburnum.
Tuq; ades, inceptumq; unà decurre laborem,
O decus, ô famæ meritò pars maxima nostræ
Mæcenas, pelagoq; volans da uela patenti.
Non ego cuncta meis amplecti versibus opto:
Non, mihi si linguæ centum sint, oraq; centum,
Ferrea uox. ades, & primi lege littoris oram,

ris, accipimus. & bis idem dixit: nam & valli, & sudes, idem sunt. SYLVARVMQVE aliæ.] *Propago præcipuè vitibus congruit. Vnde apparet, syluas cum etiam de vitibus dicere.* ARCVS.] *Benè ait: nam ita reflectuntur propagines uitium, cùm in terra ponuntur; vt medio sui in terrâ iaceant, & utrinq; capita terrâ excedant.* ET viua suâ plantaria terra.] *& aliæ syluarum exspectant plantaria, cum suâ terrâ viuâ, idest, naturali: vt,* Viuoque sedilia saxo. *Inde est,* Mutata ignorent subitò ne semina matrem. QVIN & caudicibus sectis.] *Caudicibus, posuit, pro codicibus: sicut caulem pro cole, sauricem pro sorice dicimus. Fit autem, quod nunc dicit de oliuâ & myrto: quarum sicci stipites secantur vsq; ad medullam; & terræ infosti, ex se arbores gignunt. quod sine dubio mirum est.* TRVDITVR.] *urgente naturâ procreatur: ut,* Trudunt de cortice gemmæ. È sicco ligno.] *ex arido.* RADIX oleagina.] *Deriuatum ab oleâ.* IMPVNE videmus.] *sinè damno sui. & loquitur de insitione. Sanè insitas arbores dicimus: insertas verò causas, aut fabulas.* LAPIDOSA corna.] *dura. alibi:* Lapidosaq; corna Dant rami. GENERATIM.] *per singula genera. generaliter autem, est simul omnia. γενικῶς, καὶ κατὰ γένος.* FRVCTVS feros.] *qui non sunt apti humanis vsibus: siue feros, syluestres & incultos.* MOLLITE.] *aptos facite.* COLENDO.] *uel cultu.* SEGNES terræ.] *pigræ, infœcundæ. & docet, posse industriâ etiam loca asperrima ad fertilitatem produci.* ISMARA.] *montes Thraciæ.* VESTIRE.] *implere significat.* TABVRNVM.] *mons est Campaniæ. Per hos montes significat, etiam mõtosa & aspera loca tenenda esse.* TVQVE ades Mæcenas.] *adesto, & inceptum fauorem omnibus libris impendito: nam ubique eum inuocat.* O decus, ô famæ meritò pars maxima nostræ.] *Horatius:* O & præsidium, & dulce decus meum. PELAGOQVE volans da vela patenti.] *Simplici generi carminis præsta fauorem. vt* Vela *fauorem accipiamus:* Patens pelagus, *carminis facilitatem. Hoc autem carmen facile esse, ipse significat, dicens:* In manibus terræ, *hoc est, in facili & in promptu res posita est.* NON ego cuncta meis amplecti versibus opto.] *id est, non sum uniuersa dicturus: nec enim possum: quare & suam verecundè extenuat possibilitatem & Mæcenatis auribus ex sui carminis breuitate blanditur. Alij aliter accipiunt. Constat, Mæcenatem fuisse literarum peritum, & plura composuisse carmina. Nam etiam Augusti Cæsaris gesta descripsit: quod testatur Horatius, dicens:*

Tuque pedestribus Dicens historijs prælia Cæsaris Mæcenas, meliùs, ductaq; per vias
Regum colla minacium.

vt hoc nunc dicat: Inceptumq; vnà decurre laborem, *id est, adesto, & simul scribamus. Licèt enim, quæ tu scribis, esse constet ingentia, meum autem carmen & breue sit, & totum id explicare non possim: debes tamen fauere minoribus, vt,* Pelagoq; volans da vela patenti, *sit, Ingentia scribe: &* Primi lege littoris oram, *sit, Faue minora scribenti.* NON mihi si linguæ centum.] *Lucretij versus. sed ille,* ænea vox, *ait; non ferrea.* PRIMI lege littoris oram.] Lege, *nauticus sermo est,* (vt Littoraq; Epiri legimus) *qui nũc & ad nauigandum, & ad lectionem potest referri. nam hoc dicit: Faueto principio, uel humilitati carminis mei.*

PLANTAS.] *plantaria à radicibus arborum.* HIC.] *alius agricola.* STIRPES.] *uocantur, ubi sunt immotæ radices: quæ si obruantur, caudicem emittunt, & aliquando defixi pali per vallos viridescunt.* QVADRIFIDAS.] *Palus viridis si fuerit paulatim fissus in quatuor partes, & anima si oblita terrâ: si defigatur, crescit in arborem.* ACVTO.] *Sæpenumerò emissa hasta, & defixa in terram, creuit in arborem. quemadmodum, cum hasta cornea fuit iacta à Romulo, creuit in magnam cornum.* ARCVS.] *Cùm caput alicuius rami è matre non cæditur, sed inflexo capite instar arcus terrâ obruitur, arbor fit: Appellatur hæc* propago: *nam propagines dicuntur uiua plantaria, à porro pagendo, id est, figendo.* VIVA.] *vitiaria.* NIL radicis.] *quia rami nascuntur sine radice. Theophrastus scribit:* Arborum, herbarum & fruticum, est radix, caulis, caudex, ramus, surculus, planta. Radix est, vnde alimentum attrahitur à terrâ. Caulis est, ad quem alimentum defertur: & intelligitur, quod supra terram simplex exsurgit. idem in Arborum genere appellatur Caudex. Ramus dicitur, quod è caudice exit. Surculus dicitur, quod è ramis oritur. Planta, res est varia, atque multiplex. Præter hæc sunt, cortex, medulla, nerui, vena, flos, pediculus, & fructus. SECTIS.] *incisis.* CAVDICIBVS.] *truncis.* OLEAGINA.] *olea.* TRVDITVR.] *exit è sicco ligno.* ET sæpè alterius.] *Dicit de viribus insitionis. nam mutant genus arbores: in malis enim inseritur pyrus.* GENERATIM.] *per genera omnia arborum.* MOLLITE.] *facite domesticos culturâ.* FEROS.] *syluestres.* SEGNES.] *sine culturâ & inertes.* IVVAT.] *iucundum est.* BACCHO.] *vitibus.* ISMARVS.] *et hæc Ismara. Ismarus, oppidum est Thraciæ in maritimis, quod dicitur expugnâsse Vlysses, post captum Ilium. unde uinum accepit à Marone, Euanthis filio. Plinius ait:* Vino antiquissima claritas Maroneo, Thraciæ maritimâ parte genito; vt est autor Homerus: cuius tanta vis esse perhibetur, vt vna mensura requirat viginti aquæ. VESTIRE Taburnum.] *quia vestitur ager arboribus. Taburnus, est mons Apuliæ, fertilis oleæ. Propè est oppidum Oriolum.* TVQVE ades.] *Inuocat auxilium Mæcenatis.* VNA.] *mecum.* FAMA.] *quia est à te mea fama.* VOLENS.] *propitius ac fauens.* VELA.] *fauorem.* PELAGO.] *Materiæ: metaphora est. Ouidius:* Nauiget hinc aliâ iam mihi linter aquâ. CVNCTA.] *quæ dici possent in meis versibus.* AMPLECTI.] *describere.* NON si.] *Excusat se.* FERREA vox.] *id est, indefessa.* ADES.] *adesto.* PRIMI littoris.] *Perstat in translatione.* LEGE.] *id est, iam ego sum in hoc principio.* Oram *dicimus finem, quo naues alligantur, & regionem.* LITTORIS.] *id est, materiæ primæ.*

PROB. IVVAT Ismara Baccho Conserere, atq; oleâ magnũ vestire Taburnum.] *Thracia uino fertilis est: cuius nationem quandam appellat Homerus. Aliter, oppidum est Ismarus, quod expugnauit Vlysses, cùm à Troiâ discederet; & victor uinũ accepit à Marone, cuius pater Cupithus traditur, quod Cyclopi dedit. Eius aũt tanta vis existimatur, vt metrũ eius vini, viginti etiã metra sustineat aquæ. Ergo, quia tam efficax est natura in vino Thraciæ, præcipit eã conserendam vitẽ. Taburnus, mõs est Apuliæ regionis, quæ fertilis est oleâ.*

In manibus terræ, non hîc te carmine ficto,
Atq; per ambages, & longa exorsa tenebo.

SER. *In manibus terræ.] Id est, in facili & in promptu est terrarũ descriptio. quod πρόχειρον Græci dicunt. Non hîc te car-*

Sponte ſuâ quæ ſe tollunt in luminis auras:
Infœcunda quidem, ſed læta & fortia ſurgunt:
Quippe ſolo natura ſubeſt: tamen hęc quoq; ſi quis
Inſerat, aut ſcrobibus mandet mutata ſubactis:
Exſuerint ſylueſtrem animum, cultuq; frequenti
In quaſcunq; uoces artes, haud tarda ſequentur.
Nec non & ſterilis quæ ſtirpibus exit ab imis,
Hoc faciet, uacuos ſi ſit digeſta per agros.
Nunc altæ frondes, & rami matris opacant,
Creſcentiq; adimunt fœtus, uruntq; ferentem.
Iam quæ ſeminibus iactis ſe ſuſtulit arbos,
Tarda uenit, ſeris factura nepotibus umbram:
Pomaq; degenerant ſuccos oblita priores,
Et turpeis auibus prædam fert vua racemos.
Scilicet omnibus eſt labor impendēdus: & omnes
Cogendæ in ſulcum, ac multâ mercede domandæ.
Sed truncis oleæ meliùs, propagine uites
Reſpondent, ſolido Paphiæ de robore myrtus.

A te carmine ficto.] *id eſt, ſimpliciter uniuerſa deſcribam: neq; vt in Aeneide, aliquibus figmentis, aut vllis utar ambagibus.* ET longè exorſa.] *Lōgè exorſa dicit, procemia longè repetita: quæ conſtat eſſe uitioſa.* SPONTE ſuâ.] *Ad illud, quod omiſerat, redit: & exſequitur qualitatem trium generum, quæ ſuprà memorauit; arborum ſcilicet ſponte natarum, procreatarum ex ſemine, & earum quæ de radicibus pullulant.* INFOECVNDA.] *fœtu carentia. Et per tranſitum rem phyſicam tangit. Nam ſemen ſalicis eſum, dicitur infœcunditatem mulieribus gignere. Et ſuprà ait,* Glaucâ canentia fronde ſalicta. LÆTA & fortia.] *quaſi in* B *ipſis arboribus genus ſit fœcunditatis.* QVIPPE ſolo natura ſubeſt.] *quia, vt ſuprà diximus, naturaliter rerum omnium mater eſt terra, & uniuerſa intra ſe continet ſemina. hinc eſt,* Quippe ſolo natura ſubeſt. *Natura enim dicta eſt ab eo, quòd naſci aliquid faciat. Mirè autem ait,* Subeſt, *id eſt, ineſt latenter: quia non apparet. Vnde Epicurei dicunt, nihil eſſe, quod non habeat originem ſui: nam hoc eſt, gigni de nihilo, De nihilo in nihilum nil poſſe reuerti.* HÆC quoque.] *videlicet infœcunda, ſed fortia.* INSERAT.] *ſi quis eis fructiferarum arborum ſurculos inſerat.* SCROBIBVS mandet mutata ſubactis.] *Nos Scrobes genere dicimus maſculino; licèt Lucanus dixerit contra artem:* Exiguâ poſuit ſcrobe. *Duas autem hic res dicit: videlicet, vt aut inſerantur infœcundæ arbores fœcundis & fructiferis, aut certè mittentur de ſuis locis, & foſſis immittantur. vtrunq; enim eis infœcunditatem aufert.* SYLVESTREM animum.] *naturalem aſperitatem & infœcunditatem.* ARTES.] *fœcunditates ex arte venientes.* HOC faciet.] *id eſt, erit fœcunda, ſi fuerit indè tranſlata.* DIGESTA.] *poſita & plantata: id eſt, ſi liberum ſpatium habeat.* NVNC altæ frondes.] *hoc eſt, frondes & rami arborum, ex quibus oriuntur, nocent eis,* C *& ſuis vmbris earum fœcunditatem auertunt & prohibent.* VRVNTQVE ferentem.] *quæ ferre poteſt ſi ei vmbra non noceat.* IAM quæ ſeminibus iactis.] *id eſt, quæ ex ſemine quocunq; modo iacto orta eſt.* Iam *particula, hîc pro* prætereà *ponitur, & tempus quidem ſignificat: vt,* IAM tempus agi res. NEPOTIBVS.] *arbuſculis, quæ ex eâ oriuntur.* FACTVRA vmbram.] *ſui magnitudine & opacitate.* POMAQVE degenerant.] *modò degenerant, in peius vertuntur: aliàs, in melius.* Poma *autem arborum ex ſemine procreatarum dicit: quas conſtat, niſi inſitæ aut tranſlatæ fuerint, non reſpondere qualitati ſeminis ſui.* FERT vua racemos.] *Vuam pro vite poſuit: id eſt, fructum pro arbore. Sanè racemus botryonis eſt pars: & Βότρυος græcum eſt. & ſic vuam pro vite poſuit: ſicut Horatius pro vino. nam ait:*

Cæcubum, & prælo domitam Caleno
Tu bibes vuam.

COGENDÆ in ſulcum.] *in ordinem componendæ; aut certè arandæ.* MVLTA mercede.] *multo labore. à ſequente, quod præcedit, intellige.* SED truncis oleæ meliùs.] *quia ſuprà ait:* Truditur è ſicco radix oleagina ligno. *Et iam redit ad eos modos, quos inuenit*

induſtria. Dicendo autē, Melius, *oſtendit, etiam alias arbores poſſe ex trūcis procreari. Sanè Olea, eſt arbor ipſa, vnde deriuatum eſt oleum: oliua verò, fructus ipſe, vnde eſt oliuum. Legimus tamen & oliuam de arbore: vt,* Incūbens tereti Damon ſic cœpit oliuæ. SOLIDO Paphiæ de robore myrtus.] *ficus & olea.* Paphiæ *autem, Venereæ; à Papho inſulâ, in quâ Venus colitur. Veneri autem myrtus eſt conſecrata: vel quòd hæc arbor gaudet littoribus; & Venus è mari dicitur procreata: vel quòd, vt medicorum indicant libri, hæc arbor apta eſt mulierum neceſſitatibus plurimis.*

POM. Sabi. IN manibus.] *in ipſo opere.* FICTO.] *poëtico.* AMBAGES.] *poëtica oblectamenta, & fabulas.* EXORSA.] *principia fabularum. De arboribus loquitur, quæ ſponte naſcuntur: quæ quàmuis infœcundæ ſint, naturâ ſunt robuſtiores.* SE tollunt.] *id eſt, quæ creſcunt.* LÆTA.] *viuacia.* FORTIA.] *robuſtiora.* HÆC.] *ſcilicet quæ maturè prouenire, ſi quis inſerat.* SVBACTIS.] *effoſſis foueis. Scrobes veriùs appellantur foſſæ, quàm terra effoſſa. Columella ait: Ante annum, quàm poma diſponere voles, ſcrobes fodito: ita ſole pluuiâq; macerabuntur; &, quod poſueris, citò comprehendet. ſed ſi, quo anno ſcrobes feceris, & ſemina ponere voles, ante duos menſes fodito, & ſtramentis eas completo, & incendito. quò latiores patentioresq; ſcrobes feceris, hoc erunt lætiores ſapidioresq; fructus.* SVBACTIS.] *bene factis & præparatis.* MVTATA.] *tranſlata, per inſitionem, aut trāſlationem.* EXSVERINT.] *deponent omnem ſylueſtritatem.* NEC non.] *Nunc loquitur de ſtolonibus. nam ſiue arbores, ſiue herba ſunt; aërem requirunt ad incrementum.* EXIT.] *erumpit ab radicibus aliarum arborum.* HOC faciunt.] *id quod aliæ tranſlatæ ſylueſtres.* DIGESTÆ.] *ordinatæ.* NVNC.] *donec ſunt ſub matre.* OPACANT.] *ſcilicet ſtolones.* CRESCENTI.] *ſcilicet ſtoloni.* FOETVM.] *id eſt, fructum.* VRVNT.] *conſumunt & enecant: quia non eſt acceſſus aëris.* NEPOTIBVS.] *ſcilicet poſteris noſtris.* DEGENERANT.] *arbor ex ſemine tardo prouenit, & degenerat citiſſimè, ex ramo, ſurculo & ſagittâ. Plinius ait: Ex ſemine nata tardè proueniunt, & degenerantia inſitione reſtituenda.* PRIORES.] *dulcedinem quam habebant in matre.* TVRPIS vua.] *id eſt, ſylueſtris: hoc eſt, vilis & inſuauis vitis. Vuæ ſylueſtres ſcilicet nō valent.* IMPENDENDVS.] *dandus labor maximè. & nunc loquitur vniuerſaliter de omnibus rebus.* OMNES.] *arbores.* IN ſulcum.] *ad culturam.* DOMANDÆ.] *à feritate eximendæ, non ſinè magnâ mercede.* TRVNCIS oleæ.] *Truncus oleæ defixus in ſcrobem, bene prouenit. Sagitta, ſi in longum terra obruitur, propago fit.* PAPHIÆ.] *Venereæ. Inſula Cypros ſacrata eſt Veneri, in quâ oppidum Paphos eſt, cum templo Paphiæ Veneris; cuius meminit Cornelius Tacitus. Myrtus eſt in tutelâ Veneris: ideò Paphia appellata.*

VAR. Lect. IN quaſcunq; voces artes.] *In codicibus aliquot antiquis legere eſt:* In quaſcunque voles artis. *In quibuſdam,* Velis. *ſed enim,* Voces, *magis omninò placet eruditis.*

Plantis eduræ coryli naſcuntur, & ingens
Fraxinus, Herculeæq; arbos vmbroſa coronæ,
Chaonijq; patris glandes: etiam ardua palma
Naſcitur, & caſus abies viſura marinos.
Inſeritur verò ex fœtu nucis arbutus horrida,

SER. PLANTIS & duræ coryli naſcuntur.] *Duras dixit, non ad lignum; ſed ad fructū ipſarum referens. Alij eduræ legunt, quaſi non duræ: vt paulò pòſt,* Enodes trunci. *id eſt, ſinè nodis. ut E modò minuentis, nō augentis habeat ſignificationem. Sanè coryli propriè dicuntur.*

Et ſteriles platani malos geſsêre valentes:
Caſtaneæ fagos: ornuſq; incanuit albo
Flore pyri: glandemq; ſues fregêre ſub vlmis.
Nec modꝰ, inſerere atq; oculos imponere, ſimplex.
Nam quà ſe medio trudunt de cortice gemmæ,
Et tenues rumpunt tunicas: anguſtus in ipſo
Fit nodo ſinus: huc alienâ ex arbore germen
Includunt, vdoq; docent inoleſcere libro.
Aut rurſum enodes trunci reſecantur, & altè
Finditur in ſolidum cuneis via: deinde feraces
Plantæ immittuntur: nec longum tempus, & ingẽs
Exijt ad cœlum ramis felicibus arbos:
Mirata eſtq. nouas frondes, & non ſua poma.
Præterea genus haud vnum nec fortibus vlmis,
Nec ſalici, lotoq;, nec Idæis cypariſſis.

nam auellanæ, ab Auellâ, Campaniæ oppido, vbi abundant, nominatæ ſunt. HERCVLEÆ.] ipſi alibi: Herculeâ bicolor cum populos vmbrâ. nam cùm Hercules ab inferis rediret, hanc primam arborem dicitur contemplatus eſſe, & ſe inde coronâſſe, conuenientè colore arboris illi euentui, quo à tenebris in lucem commeauit. CHAONII patris.] Iouis Epirotici. ARDVA palma.] aut alta, aut ad quam difficilè peruenitur. CASVS abies viſura marinos.] Eſt enim abietis ſpecies apta nauibus, quam Sapinum vulgò vocant. EX fœtu nucis arbutus horrida.] Verſus dactylicus: nam malè quidam horrens legunt. Horrida autem, hiſpida. Et iam tranſit ad inſitionem, quæ duplex eſt. nam aut inſitio dicitur, cùm fiſſo trunco, ſurculus fœcundæ arboris ſterili inſeritur: aut oculorum impoſitio, cùm inciſo cortice, libro alienæ arboris germen inſerimus. ET ſteriles platani malos geſsêre valentes.] Dicit, quid in quam arborem debeamus inſerere: in arbuto nucem; in platano malum; in orno pyrum. Sed Caſtaneæ fagos, eget expoſitione. non enim in caſtaneâ fertili infœcunda fagus inſeritur. vnde aut ὑπαλλαγὴ eſt; vt ſit, Caſtaneæ fagos, pro, Fagi caſtaneas geſsêre: aut eſt mutanda diſtinctio; vt ſit, Et ſteriles platani malos geſsêre valentes Caſtaneæ: hoc eſt, infœcundæ arbores platani, fortes ramos caſtaneæ portauerunt: Fagos ornuſq; incanuit albo Flore pyri. Secundùm quam diſtinctionem, Fagos, licèt breuis ſit gos, finalitatis tamen ratione producitur. Fagos enim incipit eſſe nominatiuus caſus græcus ſingularis: nam pluralis, noſter eſt accuſatiuus. Alij neutrum probant; & ita accipiunt: Caſtaneæ flore fagos incanuit, pyri flore ornus incanuit: vt ſimiliter Fagos nominatiuus ſit græcus. GLANDEMQVE ſues fregêre ſub vlmis.] id eſt, vlmi, inſertis ſibi ſurculis quercuum, glandes tulerunt. NEC modus inſerere.] aut, non eſt ſimplex & fortuita ratio; ſed ea quæ ingenti labore colligitur. aut hoc dicit; non eſt idem inſerere, quod & oculos imponere: quarum rerum diſcretionem hoc loco memorat, ſicut nos diximus ſuprà. TRVDVNT.] propellunt, eijciunt. TVNICAS.] id eſt, libros arboru interiores. HVC includunt.] quia ait, ex aliena arbore. & eſt mutatio. ideo non ait: Hîc includũt, ſed Huc. ſic Cicero: Includuntur in carcerem condẽnati: vtiq; qui illuc fuerãt aliunde deducti. INOLESCERE.] concreſcere, ſυμφύειν. LIBRO.] Liber dicitur, pars corticis interior. AVT rurſum.] Rurſum hîc non habet ſignificationem iterandi; ſed abundat. ENODES trunci.] ſinè nodis. RESECANTVR.] abſcinduntur. ALTE.] profundè. FINDITVR in ſolidum.] vt ſolida ſit ipſa fiſſio, & non habeat rimas, aut aliquas ſciſſuras. FERACES.] fertiles & fructiferæ; ſcilicet immittũtur. PLANTÆ.] ſurculi: nã abutitur plantis, pro ſurculis arborũ fertilium. NEC lõgum tempus.] nec multa mora. EXIIT ad cœlum arbos.] nam hoc genere inſitæ arbores citiſſimè creſcunt. RAMIS felicibus.] fructiferis & fertilibus. MIRATA eſtq; nouas frondes, & non ſua poma.] Ingens phantaſia, ſanè, Mirata eſtq;, legendum eſt, vt ſtet verſus. PRÆTEREA genus haud vnum.] Docet nunc, etiam in ſingulis arborum ſpeciebus eſſe aliquam varietatem. LOTOQVE.] Lotos, Nympha quædam fuit: quam cùm amatã Priapus perſequeretur, illa deorum miſeratione in arborem conuerſa eſt, quæ vulgò faba Syriaca dicitur.

POM. Sabi. EDVRÆ.] molles. PLANTIS.] Corylus genus arboris eſt, ex quâ antiqui nuptiales faces faciebant. ſi, cùm tenera

A eſt, intorta fuerit; firma vincula faciet. ARBOR.] populus. Hercules populeâ coronâ vſus eſt, oleaſtri. Populus (vt meminit Plinius) eſt ſub tutelâ Herculis: comam habet pulcherrimam. Aut, Herculeæ coronæ, id eſt, comæ. CHAONII patris.] Iouis. Regionem Epiri Helenus, à Chaone Troiano, Chaoniam appellauit. Quidam ſcribunt, Chaonibus populis Thraciæ. CHAONII.] Epirotici. ASPERA.] ardua & nodoſa. ABIES.] ex quâ fiebant nauigia, quæ à pinu & cupreſſu fiunt etiam. FORTV.] eſt caſus datiui: id eſt, inſeritur nuci. Plinius ait: Omnia ſunt experti mortales: quippe cùm Vergilius inſitum nucibus arbutum & malum platanis dicat. VALENTES.] fructiferos. Fagus inſeritur caſtaneis: pyrus inſeritur orno. SVES.] quia glans inſeritur vlmis: & inſitio fit lunâ creſcente. MODVS.] ſcilicet inſitionis ordo. B GEMMÆ.] oculi & tumores parui, qui incipiunt exire tempore veris. TRVDVNT.] edunt. TVNICAS.] Libros tenues, & cortices. nam liber, etiam cortex eſt. SINVS.] id eſt, amputatur truncus, ſiue ramus, in nodo æqualiter. ANGVSTVS ſinus.] parua planicies. HVC.] in ſinu. GERMEN.] ſurculum. quia debemus accipere ſurculum ex arbore, quando germinat, id eſt, quando oculos emittit. VDO libro.] cortice vlmi madido, ſuperinducto luto. MOLLESCERE.] creſcere. ENODES.] ſinè nodis. Nunc de truncis, vbi non ſunt nodi. FINDITVR.] vt vulnus altè deſcendat. IN ſolidũ.] vſq; ad partem duriorem. CVNEIS.] cum cuneis. FERACES.] ſurculi ſumpti de arbore fructiferâ. IMMITTVNTVR.] pro, demittuntur. ARBOS.] quæ facta eſt per inſitionem. FELICIBVS.] fertilibus. NON ſua.] ſed adoptiua, per inſitionem. PRÆTEREA genus.] Vlmus eſt montana & campeſtris, vt Theophraſtus ſcribit: vt verò inquit Columella, vlmus Gallica, quæ dicitur * azmas; procera & læta eſt: & alia vlmus noſtra peculiaris, quæ magnitudine inferior eſt. vlmi ſemen * exſamera vocatur. SALIX.] Duplex eſt: aquatica; & alia quædam parua, quam Arcades helicã vocant. Duplex eſt cypariſſus: mas & fœmina. Cypariſſus, puer fuit Chius: qui cùm ceruum, quem vnicè diligebat, iaculo interfeciſſet ignarus; mediâ vitam finiuit deſperatus: quod eius dolor leniri medicinâ Apollinis, à quo amabatur, non poterat. & ab ipſo Apolline dicitur demutatus fuiſſe in luctuoſam arborem cupreſſum. Aſclepiades ait; Boream, regem Celtarum, in tumulo filiæ ſuæ Cypariſſæ ſeruiſſe cupreſſum, ab eâ re, luctuoſa habita arbor eſt. HAVD.] non eſt vnum. NEC fortibus vlmis, Nec ſalici lotoq;, &c.] Quia vites, cùm maritantur, ducunt maritos vlmos: ſeu, quia materia eſt bene carnoſa, & robuſta. LOTOQVE.] Lotos, eſt arbor aquatica. Cypariſſus appellatur. Idæa: quia magna copia cupreſſi eſt in nemore Idæo, vbi fuit mater deûm. Ida autem, eſt mons Cretæ inſulæ. Lotos, Nympha fuit, amata à Priapo: quæ, dum pudicitiam ſuam defenderet, in arborem ſui nominis demutata eſt. In Africâ dulcia fert poma: qui guſtant, non ampliùs ab eâ diſcedunt. hinc illi Homerici Lotophagi. ideò Silius ait: Quæ dulcis paſcit lotos, nimis hoſpita bacca. Lotos, Indianæ Lucinæ area, durauit propè quingentos annos. Diana, dicta eſt à luco, Lucina. Nomina Lucinæ fecit cognomina luco: Ouidius in Faſtis. Hic lucus erat in Exquilijs. Eccleſia S. Laurentij in Luciná, dicitur à virgine quadam Chriſtianâ. Alia Lotos fuit in Vulcanali, quod Romulus conſtituit: cuius radices in forũ vſq; Cæſaris penetrarũt. Alia Lotos Romæ dicebatur capillata, & antiquiſſima omniũ: quoniã Veſta. C

* Aliàs, actinia.
* Aliàs, ſamera.

Digitized by Google

A *Vestaliū virginū capillus ad eā deferebatur. Est & Faba græca, vt inquit Plinius, quā Romæ, à suauitate fructus, cerasiorū penè naturā Loton appellāt: præcipuè in domibus expetitur, ramorū petulātiā, breui caudice, lātissimā exspatiantiū vmbrā.*

Nec pingues vnam in faciem nascuntur oliuæ,
Orchites, & radij, & amarā pausia baccā,
Pomaq; & Alcinoi syluæ: nec surculus idem
Crustumijs, Syrijsq; pyris, grauibusq; volemis.
Non eadem arboribus pendet vindemia nostris,
Quam Methymnæo carpit de palmite Lesbos.
Sunt Thasiæ vites, sunt & Mareotides albæ:
Pinguibus hæ terris habiles, leuioribus illæ.
Et passo Psithia vtilior, tenuisq; Lageos,
Tentatura pedes olim, vincturaq; linguam:
Purpureæ, preciæq;: & quo te carmine dicam
Rhetica? nec cellis ideo contende Falernis.
Sunt & Amineæ vites, firmissima vina.
Tmolus & assurgit quibus, & rex ipse Phanæus,

SER. VNAM in faciem.] *in eandem similitudinem.* ORCHITES.] *genus oliuæ. à græcā etymologiā, sed obscœnā, id est, à testiculis, qui ὄρχεις dicuntur.* RADII.] *oliuæ sunt, ita à lōginquitate nominatæ.* AMARA pausia baccā.] *oliua à pauiendo dicta, id est, à tundendo. aliter enim ex se oleum non facit. Amarā autem baccā, viridi. vt alibi:* Floribus atq; apio crineis ornatus amaro, *id est, viridi. nam de pausiā viride oleum fit. Vnde contrà dicitur dulce, quod non est viride.* POMAQVE.] *subaudi à superioribus, non vnam nascuntur in faciem.* ALCINOI syluæ.] *id est, pomiferæ arbores. Nā*
B *Alcinous rex Phæacum fuit, diligēs cultor hortorum. vnde per eius syluas, arbores pomiferas intelligimus, de quo Homerus ait, quòd haberet, ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ, αὐτὰρ ἐπὶ σταφυλῇ σταφυλή, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ.* CRVSTVMIIS.] *Crustumia pyra sunt ex parte rubentia, ab oppido Crustumo nominata.* SYRIISQVE pyris.] *Syrijs, id est, nigris.* GRAVIBVSQVE volemis.] *id est, magnis. nam & volema, ab eo quòd volam impleant, dicta sunt. Vola autem est medietas palmæ, vel pedis. vnde & Inuolare dicimus.* Volema *autem, gallicā linguā, bona & grandia dicūtur. sed magis dicta sunt ab eo, quòd volam impleant.* NON eadem arboribus pendet vindemia nostris.] *id est, vites quoq; diuersæ sunt.* Nostris *autem, Italicis. Et bene* pēdet *dixit: nulla enim vitis in Italiā est, quæ nō pendeat.* METHYMNÆO carpit de palmite Lesbos.] *Lesbos insula est in Aegeo mari, cuius ciuitas Methymna, habens preciosissimum vinum.* THASIÆ vites.] *à Thaso insulā nominatæ.* MAREOTIDES albæ.] *Aegyptiæ. Mareotis enim pars est Aegypti: &* dicendo Albæ, *ostendit etiam esse purpureas, vel alterius coloris.* PINGVIBVS hæ terris habiles.] *pinguibus Thasiæ, leuioribus Mareotides. nam ordinem positum sequimur,*
C *cùm apertè aliquid non commemoratur.* PASSO psithia vtilior.] *Bene,* vtilior: *vt ostendat, etiam de aliā vuā posse passum fieri, sed meliùs de psithiā.* Passum *autem dicitur à patiendo. nam mustum decoquitur, & indè fit passum. hinc* defrutum *dictum, quòd defraudetur, & quasi fraudem patiatur.* TENVISQVE Lageos.] *Lageos est, quæ latinè leporaria dicitur. nam λαγὼς Græcè lepus dicitur.* Tenuis *autem, penetrabilis, quæ citò descendit in venas.* TENTATVRA pedes.] *Terentius:* Neq; pes, neq; mens suum satis officium facit. OLIM.] *aduerbium est cuiuslibet temporis.* PVRPVREÆ.] *purpurei coloris.* PRECIÆQVE.] *hæ citò maturescunt. vnde & preciæ dictæ sunt, quasi præcoquæ: quòd ante alias coquantur.* QVO te carmine dicam Rhetica?] *Hanc vuam Cato præcipuè laudat, in libris quos scripsit ad filium. contrà Catullus eam vituperat, & dicit nulli rei esse aptam; miraturq; cur eam laudauerit Cato. Sciens ergo vtrumq; Vergilius, medium tenuit, dicens:* Quo te carmine dicam Rhetica? NEC cellis ideò contende Falernis.] *id est, licèt sis à Catone laudata, tamen vino te Campano præferre non debes.* Cellis *autem, apothecis dicit: nam cellas vinarias dicimus. Et* Falernus *mons est Campaniæ, in quo optima vina nascuntur.* SVNT & Amineæ vites, firmissima vina.] *Amineum vinum dictum est, quasi sine minio, id est, rubore: nam album est. Sanè* Amineæ *dici, versus probat: qui stare non potest si* Aminneum *dixerimus.* TMOLVS assurgit.] *Duplex est hoc loco expositio. Nam alij volūt: sine vitio in subauditione esse posita, quæ apertè dicere nō possumus: vt sit, Quibus vinis assurgit, id est, cedit, & Tmolus & Phanæus. quod si apertè dicatur, est vtrūq; vitiosum. Tamē vinū de Græco traxit: nā οἶνος dicunt. Pleraq; aūt subaudiri, quæ apertè dicere nō possumus, & ipse alibi docet, dicens de Alecto:* Nec dextræ erranti deus abfuit. *quòd penitus dicere nō possumus; cùm Alecto fœmininum sit. & Sallustius, qui ait:* Quia Sertorio triplices insidiæ per idoneos saltus positæ erāt: prima. *& subaudiendū reliquit, insidia: quod penitus dicere nō possumus. Alij aūt ad superiora referūt, vt* Quibus, *nō ad vina referatur, sed ad vites: vt sit;* Quibus vitibus cedit *Tmolus et Phanæus, mōtes vitibus cōsiti. et est figura, qualis illa in Aeneide:* Me puer Ascanius, capitisq; iniuria chari, Quem regno Hesperiæ fraudo: *scilicet Ascanium, non, quem caput.* Tmolus *autem, mons est Ciliciæ: &* Phanæus, *mons est in promōtorio Chij, dictus à Phanæo rege.* Assurgit *verò, cedit significat: quod tractum est à sedentibus, qui in honorē alicuius assurgere consueuerūt.* REX ipse Phanæus.] *De Lucilio tractum hoc est, qui ait: χῖος ὁ δυνάστης οἶνος.*

POM. Sabi. PINGVES.] *propter oleū.* VNAM in faciē.] *in vnum genus.* ORCHITES.] *Olearū sunt genera decē, quæ in notitiā peruenerūt: Pausia, siue posia, Sergia, Rhegia, Picena, Sidicina, Maiorina, Transmarina, Radius (quæ ab longitudine nomen habet) & Orchis: quæ à similitudine testiculorū dicitur. nā ὄρχις testiculus nominatur. idonea est cibo. pausia, oleū egregij saporis facit. Pinguiū ergo oliuarū sunt plura genera.* POMAQVE.] *Nūc de pomis Alcinoi, regis Phæacū, in Corcyrā. is dicitur possedisse pomaria pulcherrima. Alcinous, ex Arete nepte, fratris sui Rhexenoris filiā, fertur genuisse Nausicaā, quæ Vlyssi inopi in littore opē tulit. Dicit* poma, *& postea* syluas; *vt varietatem in syluis pomorū designet. Columella ait, curandū esse, vt generosis pyris pomaria cōseramus. ea sunt: Crustumina, Rhegia, Signina, Tarētina (quæ Syria dicuntur) Fauoniana, Laterana, Dolobelliana, Volema, Nalsa. Crustumina, omniū pyrorū gratissima. Syria, sunt purpurea. Volema, Vergilius à Catone sumpsit; quæ dicūtur & Sementina, & mustea. Nominātur aūt Sementina & mustea, quòd tardè maturescūt: Volema quia volā, id est, manū implent.* NON eadē arboribus.] *Nunc de vitibus loquitur, & de generibus vuarum.* ARBORIBVS nostris.] *ex vitibus maritatis.* LESBOS.] *est insula maris Ionij, vini ferax: in quā est vrbs Methymna, quæ fuit patria Arionis citharœdi, ab eā vinū Lesbium.* QVAM.] *scilicet vindemiā.* PALMITE] *de vite.* THASOS.] *est insula, vnde vitis Thasia.* MAREOTIDES.] *Mareotis palus est in Aegypto: vnde vitis Mareotica. Plinius sic ait:* Vergilius Thasias, & Mareotidas, & Lageas, cōpluresq; externas dixit, quæ nō reperiūtur in Italiā: sed Vergilius more poetico vagatur. HÆ.] *Mareoticæ.* ILLÆ.] *scilicet Thasiæ.* HABILES.] *idoneæ, & bene proueniūt.* LEVIORIBVS.] *tenuibus, & nō fertilibus, scilicet ad triticū.* PSITHIA.] *Genus vuæ, idoneū ad passum faciendum.* Passum *autem, intelligitur vinū spissum & dulcissimum; quod ita fieri iubet Mago:* Vuam præcocem bene maturam legito; acina maculata aut acida reijcito; palis suspendito, & sinas insolare: caueto ne irroretur. sic insolatam & passam premito, & in dolium ponito. PASSO.] *vino.* LAGEOS.] *est genus vitis, vnde fit vinum*

quod inebriat. TENVIS.] id est, parua vua. TENTATVRA pedes.] Terentius: Nec pes nec lingua suum officium præstant. VINCTVRA.] ligatura: quia ebriut non potest loqui. PVRPVREÆ.] genus est vuæ purpureæ, inter nigrum & album. PRECIÆ.] Vuæ sunt duo genera, magnitudine acini disterminantur, quibus est plurima materies: & est vua ollis aptissima. RHETICA.] Temperatis locis bene prouenit, in maritimis Alpibus frequens. Plinius sic ait: In Veronensi agro, &c. Rhetica Falernis tantùm posthabita à Vergilio nostro: ex eâ nunc dicitur vinum grupellum, rubri coloris. Sunt & in Rhetiâ optima vina alba, non cedentia Gauranis & Surrentinis: quæ appellantur à loco, Traminia. QVO carmine.] Hoc dicit, quia laudata fuit à Catone. SVNT & Amineæ vites.] Aminearum vitium quinque sunt genera: quorum principatum habet minor Aminea; quæ cùm vento austro lædatur, cæteris ventis alitur: vt in Vesuuo, Surrentinis collibus. in cæterâ Italiâ, non nisi arbori accommodatur. Prima ex Amineis citò maturescit, & putrescit. TMOLVS.] mons Lydiæ: Amineis consitus vitibus est. Sunt & Amineæ optimæ in Chio insulâ: vnde intelligimus, vinum Chium esse Amineum. In Chiâ insulâ est portus, nomine Phanæus. ideo Vergilius in hoc loco, ex Phanæo significat vinum Chium: quod etiam Aruisium appellatur. PHANÆVS rex.] à quo habet nomen portus Chij.

PROB. NON eadem arboribus pendet vindemia nostris, Quam Methymnæo carpit de palmite Lesbos.] Lesbos est insula Asiæ, in sinu Aegæo, conspicua Troadi & Thraciæ: à Lesbbe, filio Macharis, appellata: in quâ est oppidum, quod appellatur Methymna, ex quo fuit Arion citharœdus. Palmitem significat vitem. SVNT Thasiæ vites, sunt & Mareotides albæ.] A' Thaso dicitur insulâ: vnde Thasiæ. Mareotidas, Aegyptiacas intelligimus, à palude Mareotide, quæ est in Aegypto. Psithiæ genus vitis, & Lageos, & preciæ, & purpureæ. Argites aiût dicta est à candore. TMOLVS & assurgit quibus, & rex ipse Phanæus.] Tmolum vult intelligi Lydiæ montê, omnino sterili. Phanæû, portû vult esse insulæ Chiæ, & significari inde Chiû. Aminæum, Rhodia & Bumasthos, genera sunt vuarum. Rhodia, à loco dicta: Bumasthos, quòd vnitetur papillas vaccæ. Ionius fluctus, dicitur Adriaticum mare: quod Ionium est ab Ione dictum. A

VAR. Lect. NASCVNTVR oliuæ Orchites, & radij, & amarâ pausia baccâ.] Quámuis Seruius, Orchites, agnoscit: in Mediceo tamen, Longobardico, & alijs antiquis libris manuscriptis, quos ego vsq; in hoc tempus viderim, Orchades habetur. ET quo te carmine dicam Rhetica? nec cellis ideò contende Falernis.] In libris aliquot antiquis legere est, Ne cellis adeò: vt etiam citatum est ab Arusiano. Quòd nescio quid elegantius habere videtur. adeò pro tamen. Quámuis ideò Seruius agnoscit. TMOLVS & assurgit quibus, & rex ipse Phanæus.] In antiquis aliquot libris manuscriptis legere est absq; Et particula, Tmolus assurgit quibus.

CAEL. Rhod. Sed vt ista certiore metiamur modulo; sciendum ampliùs, non vnam priscis fuisse oliuitatem: siquidem prima fuit, Columellâ tradente, in quâ acerbum exprimebatur oleum ex necdum maturescentibus baccis. æstiua dicebatur hæc. Sequens habebat Nouembris finem: indè oleum erat virens, ex viridibus manans oliuis. Tertia Decembrî fiebat mense: huius erat maturum oleum. Vltima fuit mensis Ianuarij: Alduem oleum appellat Dioscorides, vt à viridi separetur, cuius confectionem pluribus idem exsequitur. Seruius in II. Georg. illud enarrans; B

Et amarâ pausia baccâ.

Amarâ, inquit, id est, viridi: nam de pausiâ viride oleum fit, vnde contrà dicitur dulce, quod virens non est.

Argitisq; minor: cui non certauerit vlla,
Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos.
Non ego te dijs & mensis accepta secundis
Transierim Rhodia, & tumidis Bumaste racemis.
Sed neq; quá multæ species, nec nomina quæ sint,
Est numerus: neq; enim numero cóprédere refert:
Quem qui scire velit, Libyci velit æquoris idem
Discere quàm multæ Zephyro turbentur arenæ;
Aut vbi nauigijs violentior incidit Eurus,
Nôsse quot Ionij veniant ad littora fluctus.
Nec verò terræ ferre omneis omnia possunt.
Fluminibus salices, crassisq; paludibus alni
Nascuntur, steriles saxosis montibus orni:
Littora myrtetis lætissima: deniq; apertos
Bacchus amat colles; Aquilonem & frigora, taxi.
Aspice & extremis domitum cultoribus orbem,
Eoasq; domos Arabum, pictosq; Gelonos.
Diuisæ arboribus patriæ: sola India nigrum
Fert hebenum: solis est turea virga Sabæis.
Quid tibi odorato referam sudantia ligno,

SER. ARGITISQVE minor.] quantum ad speciem solam pertinet. CVI non certauerit vlla.] id est, nulla se in his quæ sequuntur, cóparare contendat. AVT tantùm fluere.] id est, tam abundans esse. DIIS & mésis accepta secundis.] grata sacrificijs & mensis secundis: pomorum scilicet. RHODIA.] Rhodos insula est, cuius nunc vinû laudat. TVMIDIS racemis.] turgétibus. BVMASTE.] Vua in mammæ bouis similitudinem. QVVM multæ species.] Scit apud diuersos lecta esse innumera vitium genera, quibus offensus ait; Colligere tanta vitium genera, nec utile est, nec possibile. Qui enim conatur vniuersa cognoscere, debet etiam impossibilia scire, vt arenarum vel fluctuum numerum. REFERT.] aut, interest: aut prodest. LIBYCI æquoris.] id est, Africanî. ipse alibi: Littus arenosum Libyæ. NEC verò terræ.] Aut generale est, sicut ait in primo: Et quid quæq; ferat regio. aut ad superiora pertinet, vt talis sit sensus: Non prodest nôsse cûcta vitiû genera: nec enim omnia procreâtur in omnibus terris. CRASSIS plaudibus alni.] lutosis naturaliter. STERILES saxósis montibus orni.] Non solùm in omnibus terris minimè nascuntur: sed etiam ea, quæ propria sunt singulis regionibus, non vbiq; in eis prouenifit; sed distinctis proprijsq; locis nascuntur: vt quædâ iuxta flumina, quædâ in mótibus, nonnulla in locis palustribus oriantur. Si ergo vna regio arbores sibi naturaliter insitas, nó in quibuscúq; locis, sed distinctis & certis profert: multò magis vna prouincia vel regio, non potest vniuersas arbores diuersi generis cótinere. LITTORA myrtetis lætissima.] Locum posuit pro ipsis arboribus: sicut salictum pro salicibus. nam myrtetum est locus: ipsa arbor autem, myrtus vocatur. C APERTOS Bacchus amat colles.] Hinc est, quòd vites amant montium latiora, vel scopulos. nam dicit, Bacchum colles amare: vt significet, vineas in montibus plerumq; fertiliores exsistere: licèt etiam planities plurimæ vino sint fertiles. ET frigora taxi.] Taxus est arbor venenata. & Taxi hîc pluralis est numerus. & hoc dicit: Bacchus amat colles, id est, vites vberiores sunt in montibus: Taxi amant Aquilonem, qui est ventus frigidus. ASPICE & extremis.] intuere & extremum orbem cum suis cultoribus domitum. nam subaudimus Cum. & per transitum maiestatem Romani laudat imperij. EOASQVE domos Arabû.] Arabia, Panchaia, & Sabæorum gens eadem est, apud quam tus nascitur: vt, Solis est turea virga Sabæis. Item: Totaq; turiferis Panchaia pinguis arenis. Plautus: Arabico ture. PICTOSQVE Gelonos.] id est, stigmata habentes. & sunt populi Scythiæ: vt, Pictiq; Agathyrsi. DIVISÆ arboribus patriæ.] regiones: vt, Italiam quæro patriam. SOLA India nigrum fert hebenum.] Atqui

& in

Digitized by Google

A *& in Aegypto nascitur. sed Indiam, omnem plagam Aethiopiæ accipimus. Sanè & hæc hebenus, & hoc hebenum, dicitur. hic neutro vsus est. Lucanus autem ait:* Hebenus Mareotica vastos Non operit postes. *Hebenus autem, arbor est, quæ cæsa durescit in lapidem.* SOLIS est turea.] *Apud Sabæos tus nascitur: qui (vt suprà dictum est) ijdem sunt, & Arabici, & Panchaici.* ODORATO sudantia ligno.] *id est, quorum ligna odoriferum succum referunt.*

POM. Sabi. ARGITIS.] *dicitur ab argento, id est, candore.* MINOR argitis.] *minor Aminea: quæ habet nomen à candore argenti.* FLVERE.] *quia ex illâ minore prouenit multum vini, quod diu durat.* RHODIA.] *Rhodos insula est, quæ prima apparuit in mari, dicata Phœbo. in eâ primùm dicitur reperta vitis.* DIIS & mensis secundis.] *propter primitias; & quia afferebatur vua Rhodia in secundis mensis.* BVMASTE.] *Bumastos genus vuæ dicitur, quòd magnitudine mammillas vaccæ imitetur.* SPECIES.] *scilicet vuarũ. Plinius ait:* Genera vitium numero comprehendi posse, vnus existimauit Democritus, cunctas sibi in Græciâ professus: cæteri, innumera atq; infinita esse prodiderunt genera vitiũ. NON refert.] *non vtile est, nominare omnes vuas: quoniã nec numerũ vuarum & vitium.*
B ARENÆ.] *Non potest sciri numerus arenarum: & sic vitium impossibile est genera comprehendere.* LIBYCI æquoris.] *ex aliâ parte Africæ, vbi sunt solitudines arenariæ.* LIBYCI æquoris.] *Libycorum camporũ, vbi est tantùmmodò solitudo arenosa; vbi vento impelluntur cumuli arenarũ, Zephyro præsertim.* ZEPHYRVS.] *Zephyrus est ventus, qui spirat ab occidente, & cõcitat mare Ionium: quod incipit à Tarento, & extenditur vsq; Corinthũ. Corinthos ex eâ parte, quæ vergit ad nos, mare Ioniũ habet. Eurus ventus cùm spirat, tempestatem facit in Ionio, & in Adriatico.* NEC vero.] *Quòd terræ omnia nõ possunt ferre, inquit, in omnibus locis; & denegatâ naturâ soli, frustratur agricola.* CRASSIS.] *quia aqua palustris est crassior aquâ fontanâ.* ALNI.] *arbores altissimæ.* ORNI. *arbores quæ gaudent saxis.* MYRTVS.] *prouenit in littore.* BACCHVS.] *Vineta debent esse in collem vergentem ad orientẽ hybernũ, vti insolentur in hyeme. Bacchus, iste est, ipsa vineta.* COLLES.] *in quibus non est tanta pinguedo; & sunt patentiores ad solem.* TAXVS.] *est arbor, ex cuius succo antiqui faciebant toxicũ; appellatũ quasi taxicum.*

Hoc genere arboris abundat Thessalia: indè est, quòd aiunt Thessala venena. ORBEM domitũ extremis cultoribus.] *Vult dicere Vergilius, Artificiũ esse per totũ orbẽ terrarũ. & incipit in extremo septentrione: & ex artificio omnia meliora sunt.* EXTREMIS.] *vltimis, habitantibus extremas partes orbis terrarũ.* ARABAS.] *quos accipit pro extremis Orientalibus.* EOAS.] *orientales. Arabes inter Orientẽ & meridiẽ sunt: à parte superiori habent mare Persicũ; ab inferiori rubrũ. Itaq; porrigitur inter duo maria: sicut & Italia inter Adriaticũ & Tyrrhenũ. accipit Vergilius extremũ orientẽ.* GELONOS pictos.] *Geloni populi sunt Schytiæ, nominati à Gelono filio Herculis. Rufi sunt, & cæsijs oculis, & dites. Picti appellãtur, propter vestes versicolores. & etiã Agathyrsi, qui sunt Gelonis finitimi, ijsdẽ vestibus vtũtur.* SABÆIS.] *Arabibus. Indica arbor est* Hebenus, *cuius materia est nigra, seu nigricans. eius duo sunt genera: accedit postea & tertia hebenus, folio & ramo similis terebintho, fructu amygdalis. In Bactris peculiaris est; & ibi terebinthũ putant. Nascitur & in alijs locis hebenus; sed laudatissima in Indiâ. Herodotus, ab Aethiopibus dari hebenũ pro tributo regibus Persarũ, dixit. Primus Romæ in triumpho Mithridatico ostendit Pompeius Magnus. vritur odore iucundo: eius lignũ nigrũ est, & preciosum. Lucanus dixit hebenum Mareoticã, ex Aegypto.* DIVISÆ.] *scil. sunt.* TVREA virga.] *Theophrastꝰ ait: Gignũtur in Arabiâ, circa Sabã Metropolim, tus, myrrha, casiæ, cinnamomũ: tus & myrrha in mõte, & in radice montis. Turis arbor non magna est, altitudine quinq; cubitorum: multos habet ramos, folia pyri, quibus est color rutæ. Ei est cortex læuis, vt lauro. In Hierichuntis vallibus Iudææ,* Balsamus *est modica arbor, vt scribit Cornelius Tacitus: cuius vt quisq; ramus intumuit, si vim ferri adhibeas, pauent venæ fragmine. ideò lapidibus aut testa aperiuntur rami. humor qui indè liquescit, balsamũ appellatur, & in vsu medicamentorũ est. Volũt quidã, bene indictum fuisse Iudæis: & ob eam rem euersas Hierosolymas: quia vectigal balsami Romanis tradere negauerint.* ODORATO.] *precioso, quod etiam vritur ad odorem.* LIGNO.] *ex ipso balsamo.* SVDANTIA.] *paulatim liquescentia.*

EOASQVE domos Arabum, pictosque Gelonos.] *sunt Scythæ, dicti ab Herculis filio Gelono, & Echidnâ: vt in I V. Herodotus refert.* Hebenũ, *lignum est nigrum, preciosum.* PROB.

C SER. BALSAMAQVE.] *Vacat* Que. *vt alibi:* Dixitq;, & p̃lia voce diremit. *Sanè* Balsamum *est ipsa arbor: opobalsamũ, succus collectus ex arbore. nam ὀπὸς dicitur succus; ξύλον lignũ: vnde Xylobalsamũ, lignũ ipsius arboris. Probatio aũt opobalsami hæc est, vt dicit Plinius: si cõtra solem feratur, & corruptũ nõ sit, manum ferentis exurit.* ET baccas semper frondentis acanthi.] *Acanthus arbor est in Aegypto, semper frondens, vt oliua, laurus. & Acanthus dicta, quasi spinis plena. ἄκανθος enim spina est: nam est spinosa arbor. Abundat hæc etiã in Cyrenaicâ insulâ.* VELLERAQVE vt folijs.] *Apud Indos & Seres sunt quidã in arboribus vermes, qui bombyces appellantur; qui in aranearũ morem fila tenuissima deducunt: vnde est sericũ. nam lanam arboreã non possumus accipere, quæ vbiq; procreatur.* DEPECTANT.] *decerpãt. Sed alij* Depectãt *legunt. quod si est: Seres posuit pro Sericus: trabes pro trabs. sic Lucanus:* Sub iuga iam Seres, iã barbarus isset Araxes.

Balsamaq;, & baccas semper frondentis acanthi?
Quid nemora Æthiopum molli canentia lanâ?
Velleraq; vt folijs depectant tenuia Seres?
Aut quos Oceano propior gerit India lucos,
Extremi sinus orbis, vbi aëra vincere summum
Arboris haud vllæ iactu potuêre sagittæ?
Et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris.
Media fert tristeis succos, tardumq; saporem
Felicis mali; quo non præsentius vllum,
Pocula si quando sæuæ infecêre nouercæ,
Miscueruntq; herbas, & non innoxia verba,
Auxilium venit, ac membris agit atra venena.
Ipsa ingens arbos, faciemq; simillima lauro:
Et, si non alium latè iactaret odorem,
Laurus erat: folia haud vllis labentia ventis:
Flos apprima tenax. animas, & olentia Medi
Ora fouent illo; & senibus medicantur anhelis.
Sed neq; Medorum syluæ, ditissima terra;
Nec pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hermus,

OCEANO propior gerit India lucos.] *Gerit, pro, habet. vt alibi:* Virginis os habitumq; gerens. *Hæc enim habet arbores magnas, quæ est iuxta Oceanum. hinc,* Extremi sinꝰ orbis. NON tarda.] *id est, strenuissima. sũt est λιτότης figura.* MEDIA fert tristeis succos.] Di *sinè sibilo proferenda est: græcum enim est nomen. & Media prouincia est. Tristeis autem, amaros: vt,* Tristesq; lupini. TARDVMQVE saporem.] *Apud Medos nascitur quædam arbor, ferens mala, quæ Medica vocantur: quam per periphrasin ostendit, eius supprimens nomen. Hanc plerique citrum volunt, quod negat Apuleius, in libris quos de arboribus scripsit, & docet, longè aliud esse genus arboris. Tardum autem saporem dicit, vix intelligibilem: quod illi ad carnem mediam citri referunt. nam prima & interior facilè suum ostendit saporem.* FELICIS mali.] *Secundùm eos, qui dicunt citrum fœcundum. nam hæc arbor, omnẽ*

penè

penè tempore plena eſt pomis, quæ in eâ partim matura, partim acerba, partim adhuc in flore ſunt poſita. Aut certè Felicis, ſalubris: nulla enim efficacior res eſt ad venena pellenda. SÆVÆ nouercæ.] Aut illæ quæ ſæuæ ſunt: aut epitheton eſt omnium nouercarum. NON innoxia verba.] λιτότης figura eſt: id eſt, nocentiſsima. & eſt augmentum: quaſi parũ putent, venena miſcere; niſi etiam magicos cantus addiderint. MEMBRIS agit atra venena.] Radices, nuces, lupini, citrum, apium, proſunt contra futurum; non contra iam acceptũ venenum. vnde etiam antiquitus, ante vllas alias epulas, hæc ſolebant menſis apponere. Apparet ergo, non eum de citro loqui in præſenti, cum dicit; Membris agit atra venena: iam data. FACIEMQVE ſimillima lauro.] Figura Ciceronis, qui ait in Cæſarianis: Sed ſimillimũ deo iudico. Sanè etiam hoc probat, citrũ non eſſe. nam citri arbor, & malũ non poteſt creſcere; & multò habet folia maiora, quàm laurus. Si non aliũ latè iactaret odorẽ.] Et infinitum emittit ſuũ odorem, & longè aliũ quàm laurus. FLOS apprima tenax.] Apprima, id eſt, maximè. & eſt nomẽ pro aduerbio: ſicut, Et pede terrã Crebra ferit. pro crebrò. ANIMAS.] δύσπνοιαν, id eſt, pulmonis vitioſum anhelitũ. quod exprimit, ſubdens: Senibus medicantur anhelis. OLENTIA ora.] putentia: id eſt. δυσωδίαν oris. Notandũ ſanè, huic vni tãtùm arbori incubuiſſe Vergiliũ. & expreſsiſſe, vbi ſit, qualis ſit, cuius poteſtatis: ſicut in Quarto, de herbâ amello. Quod, qui de arboribus aut herbis ſcripſerunt, in omnibus exſequũtur. SED neq; Medorũ ſyluæ.] Iam incipit laus Italiæ: quam exſequitur ſecũdùm præcepta rhetorica. Nam dicit, eam & habere bona omnia, & carere malis vniuerſis. GANGES.] Indiæ fluuius, per quem prouincia ſignificatur. HERMVS.] Lydiæ fluuius, arenas aureas trahens.

POM. Sabi. ACANTHI.] Probus ait: Acanthus herba eſt ſpinoſa, folia habens lata & rugoſa. Verum dicit; ſed non eſt hic herba. Plinius ſic ait: Spinę albę ſimilis eſt ſpina illa, quam Gręci acanthon vocant, minoribus multò folijs, & aculeatis per extremitates, & araneosâ lanugine obductis: quâ collectâ, etiam veſtes quædã bombycinis ſimiles fiunt in Oriente. De eâdem acantho voluit intelligere Vergilius in fine primi libri Æneidos. Et paulò poſt idem Plinius: Pyrrhacanthi baccę cõtra ſerpentũ ictus bibuntur. Hæc enim acanthus, propter aculeorum ſimilitudinẽ, pyrrhacanthos nominatur. quodcũq; enim in acumen ſurgit, à flãmâ appellari poteſt. nam & apud Græcos ariſta, quæ eſt in ſpicâ frumenti, pyrrhos dicitur: & ſepulchra, propter acumen & ſimilitudinem ſpinarum & flãmæ, pyrrhamides nuncupantur. Ergo acanthos, & pyrrhacanthos, idẽ eſt: & græcè acanthos dicitur ſpina. FRONDENTIS.] nunquam deponentis folia. ÆTHIOPVM.] Aethiopia Aegypto contermina, inſignes habet arbores, laniferas quoq;. Autore Plinio, in Tylo inſulâ maris Perſici, ſunt arbores (goſampinos vocant) lanigeræ: folia habent infœcunda: quæ niſi minora eſſent, vitiũ poterant videri. Ferunt cucurbitas, amplitudine mali cotonei: quæ maturitate apertæ, oſtendũt lanuginis pilas; ex quibus precioſa lintea conficiunt. Et Iuba tradit, circa fruticem lanuginem eſſe, linteaq; indè fieri, Indicis præſtantiora. Aethiopia ſita eſt ab oriente hyberno, ad occidentem hybernum, ſub ipſo meridiano: & in eâ parte, quæ imminet mari meridiano, excelſus eſt mons, qui æternis ardet ignibus. CANENTIA.] albeſcentia. MOLLI.] tunc eſt bona lana, cùm eſt mollis. VELLERA.] Seres primi ex illâ immani Scythiâ cognoſcuntur lanificio ſyluarum nobiles, perfuſam aquã depectentes frondiũ caniciẽ. mites quidem ſunt; ſed & ipſi feris perſimiles, cœtum reliquorum mortalium fugiunt, cùm commercia exſpectant. DEPECTANT.] pectant. INDIA.] in extremã Indiã ſunt arbores laniferæ. OCEANO.] ſcilicet orientali. EXTREMI.] quia India ad Oceanũ eſt, finis terrarũ ad orientẽ. & hoc dicit propter quaſdã inſulas, in quibus ſunt arbores laniferæ. VBI.] in qua parte Indiæ, ſunt arbores altiſsimæ, adeò vt ſuperent iactũ ſagittarũ, quæ ſunt emiſſæ ab arcu. A quemadmodũ in Scythiâ, vbi ſunt populi Moſſynœci, ſunt arbores adeò altæ, vt certent cum ipſo aëre in altitudine. ILLA gens.] Indica, vbi ſunt optimi ſagittatores, & non poſſunt arbores ſuperare. QVIDEM.] certè. NON eſt tarda.] id eſt, diligens in ſagittãdo. MEDIA.] Nunc dicit de malo Medico, id eſt, melangulo: ex Theophraſto & Plinio. Malus medica, ſiue Perſica, ſiue Aſſyria, folia habet penè vt portulaca, & aculeos vt pyrus, aut ſpina. pomũ eius aliâs non manditur, ſed odoratiſsimũ eſt. folia inter veſtes poſita, teredines arcent. Vtile pomũ eſt, cùm quis potionem hauſerit, ad nares admoueri, vt nauſeã comprimat. Caro cõmanducata ſuauẽ facit halitũ: ſemen detractum vere ſeritur in areas; indè ad riguũ, molle ac tenue trãsfertur ſoliũ. Poma arbor omni tẽpore fert, alijs ſubnaſcẽtib9, alijs matureſcẽtibus. Grana huius mali, Parthorũ reges decoquent in eſculentis. Prob9 ait, appellari rhododaphnen hanc arborẽ. nec mirũ: nã aſpectu & folijs ſimilis eſt lauro. Hæc aliter dicitur mal9 Citria, & mal9 Aſſyria. Media, eſt prouincia iũcta Meſopotamiæ. TRISTEIS.] amaros. TARDVM.] hebetem. DENTES.] Quia hebetat dentes ſuccus mali Medici. FELICIS.] propter duas rationes: quòd eſt contra venenũ præſentaneũ remedium. B PRÆSENTIVS.] præſentaneũ remedium contra venena, malum Medicũ. ideò Plinius inquit, venenis medetur. hæc eſt inter omnes peregrinas arbores ſalutaris. QVO.] ſcilicet malo Medico. PRÆSENTIVS.] magis præſentaneum. INFECERE.] veneno & incantationibus. NON innoxia.] id eſt, noxia, propter incantationes. & eſt duplex venenum. AGIT.] expellit. ATRA.] liuida: ab effectu; quia veneno necati fiunt liuidi & nigri, vt Iuuenalis ait. IPSA.] arbor Medica. FACIEM ſimillima.] id eſt, in ipſo aſpectu videtur eſſe laurus. LABENTIA.] quia nunquam cadunt folia, etiamſi ſpirent venti. APPRIMA.] in principio. ANIMAS.] ſpiritum & flatum. FOVENT.] ſedant grauem anhelitum, & graueolentiam. ANHELIS.] ſuſpirioſis, & qui non poſſunt graue exhalare. SED neq; Medorum ditiſsima.] pariendo tales arbores. PVLCHER Ganges.] regiones orientis dicit. Ganges, eſt fluuius Indiæ. huius origo eſt à montibus, qui ſunt in ſuperiore Indiâ, verſùs ſeptentrionem. PVLCHER.] Primus Romanam claſſem, per alueum Gangis, Traianus Cæſar duxit, ex Indico ſinu. Traianus bellum geſsit contra Indos. Gangetici populi indè dicuntur. Pulcher: quia eſt maximus fluminum orientalium. HERMVS.] fluuius Mæoniæ: labitur ex Tmolo monte: ramenta fert auri. C ideò turbidus: quia habet aurum mixtum.

BALSAMAQVE.] Balſamum, eſt liquidum medicamentũ, colorum curationi neceſſarium, quod ex arboribus deſtillat in modum picis. PROB. Acanthus eſt herba ſpinoſa, folia lata habens, & rugoſa. QVID nemora Æthiopum molli canentia lanâ, Velleraq; vt folijs depectant tenuia Seres?] Exiſtimantur beſtiolæ quædam, quas bombyces vocant. Quidam indicant, ex arũdinum folijs ſeras veluti lanam facere: & indè fieri ſerica. Seres autem, natio eſt in vltima Indiâ. MEDIA fert triſtes ſuccos, tardumq; ſaporem.] Pars Parthorum Media eſt appellata à Medo, filio Medeæ & Aegæi; vt exiſtimat Varro: qui quatuor libros de Argonautis edidit. Arbor autem, quæ deſcribitur à Vergilio, naſcitur quidẽ & in Italiâ: ſed nõ eſt eiuſdem effectus, cuius in Media: & appellatur Rododaphne. NEC pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hermus.] Ganges, fluuius eſt Indiæ: Hermus Lydiæ, qui fert aurum.

QVO non præſentius vllum.] VAR. Lect. In Lõgobardico libro, Præſtãtius legitur. Sed Præſentius magis placet eruditis. MISCVERVNTQVE herbas.] In Obõgo pueteri libro, atq; etiã in Longobardico, Miſcuerãt legitur: quod minimè placet. In altero antiquo, Miſcuerint, habetur. Sed ego nunquam lectionem primam reijcerem: cùm in Bucolicis Tulerunt: & apud Terentiũ, Emerunt, de eâdem figurâ legatur.

LAVDI-

Laudibus Italiæ certent: non Bactra, neq; Indi,
Totaq; turiferis Panchaia pinguis arenis.
Hæc loca non tauri ſpirantes naribus ignem
Inuertère, ſatis immanis dentibus hydri.
Nec galeis, denſisq; virûm ſeges horruit haſtis.
Sed grauidæ fruges, & Bacchi Maſſicus humor
Impleuêre; tenent oleæq;, armentaq; læta.
Hinc bellator equus campo ſeſe arduus infert:
Hinc albi, Clitumne, greges, & maxima taurus
Victima, ſæpè tuo perfuſi flumine ſacro
Romanos ad templa deûm duxère triumphos.
Hîc ver aſſiduum, atq; alienis menſibus æſtas:
Bis grauidæ pecudes, bis pomis vtilis arbos.
At rabidæ tigres abſunt, & ſæua leonum
Semina: nec miſeros fallunt aconita legentes;
Nec rapit immenſos orbes per humum; neq; tanto
Squameus in ſpiram tractu ſe colligit anguis.
Adde tot egregias vrbes, operumq; laborem;

A SER. LAVDIBVS Italiæ certent.] *Figuratè: nam* Certo tecū, *dicimus.* BACTRA.] *regio iuxta Aſſyrios: vnde & populi Bactriani.* PANCHAIA.] *Arabia, vt ſuprà diximus. Arabia autem eſt regio, vbi & templum Triphyllai Iouis habent; vt ſcribit Euemerus. ipſe alibi:* Panchæis adoleſcent ignibus aræ. TAVRI ſpirātes naribꝰ ignē.] *Quales fuerūt in Colchide, ciuitate Scythiæ. nā hoc habet fabula: Iaſō Colchos profectꝰ, ad tollēdū vellus aureū, quod dicârat Marti Phryxus; fretus Medeæ auxilio, & peruigilē draconē occidit, & eius dentes ſeuit, iunctis tauris ignē flantibꝰ. Vnde nati armati, quāprimum fecerunt impetū in Iaſonem fruſtrà: poſtea mutuis vulneribus*
B *conciderunt. Has autem ei conditiones Aeëta rex propoſuerat: cui Apollo reſponderat, tandiu eum fuiſſe regnaturum, quamdiu illud vellus fuiſſet in templo.* SATIS.] *ſeminatis.* HYDRI.] *ſerpentis. Hic eſt anguis, quem Cadmus in Bœotiâ occidiſſe fertur: cuius denteis ipſe partim ibidem ſeuit, partim Aeëtas in Colchide. ex quibus vtrinq; ſeges armatorū hominum enata eſt.* SEGES horruit.] *non placuit. Seges autem; quia de ſemine.* GRAVIDÆ fruges.] *largæ, abundantes.* MASSICVS humor.] *id eſt, vinum Campanum, à Maſſico monte Campaniæ.* ARDVVS.] *celſus & eminēs.* HINC alibi Clitumne greges.] *Clitumne, vocatiuus eſt. Clitumnus autem fluuius eſt in Meuaniâ, quæ pars eſt Vmbriæ, partis Thuſciæ: de quo fluuio dicit Plinius in hiſtoriâ naturali; quòd animalia, quæ cum potauerint, albos fœtus creant.* MAXIMA taurus victima.] *Quia triumphantes de albis tauris ſacrificabant.* SÆPE tuo perfuſi flumine ſacro.] Flumine, *fluento. Perfuſi autem tauri, qui ante triumphantes vſq; ad templa ducebantur. aut certè* Perfuſi greges *intelligamus: quod ad equos triumphales poteſt referri.* DVXERE triumphos.] *ſi equi, duxerunt: ſi boues, deduxerunt.* HIC ver aſſiduum.] *verna temperies: nam ver pro-*
C *priè aſſiduum eſſe non poteſt, ſeu longum. Horatius:* Ver vbi lōgum tepidasq; præbet Iuppiter vmbras. ALIENIS menſibus æſtas. *id eſt, quando alibi hyems, in Italiâ penè æſtas eſſe videtur.* BIS grauidæ pecudes.] *Verum eſt. indè enim eſt in Bucolicis:* Lac mihi non æſtate nouum, non frigore deſit. BIS pomis vtilis arbos.] *id eſt, biferæ ſunt arbores.* AT rabidæ tigres abſunt.] *malum Armeniæ.* ET ſæua leonum.] *malum Libyæ.* SEMINA.] *genera. & eſt Lucretij ſermo, nam quòd ait* Sæua, *aut cruenta accipimus, aut reuerà ſæua ſemina. Vt enim ait Plinius, animalia, quæ ſunt cum acutis vnguibus, frequenter párere non poſſunt: vitiantur enim intrinſecus, ſe mouentibus pullis.* NEC miſeros fallunt aconita legentes.] *Mirâ arte vſus eſt, vt excuſaret rem, quam negare non poterat. nam aconita naſcuntur in Italiâ: ſed ea non obeſſe dicit, quia ſunt omnibus nota. vnde dicit:* Nec fallunt legētes: *vel quia ea ſcientes vitant & reijciunt; quod omnes ſcire ſignificat. Aconita autem nata dicuntur eſſe de ſpumis Cerberi, quo tempore Hercules eum ab inferis traxit. Quod quia in ſaxis & cotibus naſcitur, aconitum dicitur; ἀπὸ τῆς ἀκόνης, id eſt, à cote. Etiam dicimus τὸ ἀκόνιτον, καὶ τὰ ἀκόνιτα.* NEQVE tanto Squameus.] *Sunt quidem ſerpentes in Italiâ; ſed non tales, quales in Aegypto, aut in Africâ.* IN ſpiram.] *in collectionem volubilitatis: quod eſt à funibus tractum.* ADDE tot egregias vrbes.] *Laudat Italiam à ciuitatibus; quas & plures habet, & maximas, & opportuniſſimè collocatas.* OPERVMQVE laborem.] *quæ ſunt in muris & mœnibus vrbium, alijsq; ædificijs & templis.*

POM. Sabi. BACTRA.] *numero multitudinis declinantur. &, vt Q. Curtius ait; Bactrianæ regionis caput eſt, quæ eſt ſupra Perſidem vrbs. ſita eſt ſub mōte Paropamiſo: cuius terminos præterit Bactrus amnis, qui vrbi & regioni nomen fecit.* INDI.] *propter fertilitatem & numerum populorum.* PANCHAIA.] *regio eſt Perſidis, dicta à Panchæo rege. Quidā dixerunt eſſe Arabiæ partem.* PINGVIS.] *quia tus eſt pingue, vt reſina.* HÆC loca.] *Italiæ ſcil. Nūc ad laudes Italiæ.* TAVRI.] *Per hoc proponit Italiā Colchidi: vbi Iaſon ſeuit dentes ſerpentinos: vnde nati homines armati, qui inter ſe dimicarunt.* INVERTERE.] *id eſt, inuerterunt terram in Colchide regione.* IMMANIS.] *feri draconis, cuſtodientis aureum vellus. Iaſon, caſo dracone, ope & ingenio Medeæ, aratro tauros alligauit, qui è naribus ignem efflabant: campumq; in Colchide arauit, in quo dentes draconis ſeuit: ex quibus armata phalanx erupit.* VIRVM.] *virorum: id eſt, nunquā armati exiluerunt ex terrâ Italâ.* GRAVIDÆ.] *fructiferæ. in agris Italis proueniunt fruges fertiles.* HVMOR.] *Fundanus apud Varronem, in Re ruſticâ, ſic loquitur:* Quod far comparem Campano? quod triticum Apulo? quod vinum Falerno? oleum Venafrano? nonne arboribus ita conſita Italia eſt, vt tota pomarium eſſe videatur? BACCHI Maſſicus humor.] *Sed apud antiquos indifferenter ponuntur, Maſſica & Falernū; vt apud Silium lib. 3.* GRAVIDÆ fruges.] *fertilia genera tritici, & optima genera vinorū, impleuêre ſitum Italiæ.* TENENT oleæ.] *& hoc in Venafrano agro potiſſimum.* LÆTA.] *pinguia.* TENENT.] *occupant.* ARMENTA læta.] *pinguia. optimi boues proueniunt in Italiâ ad arandum.* ARDVVS.] *cum magno hinnitu.* CLITVMNE.] *Clitumnus fluuius Vmbriæ, propè Meuaniā labitur: apud quē tauri pingues & candidi fiunt, vt meminit Plinius & Silius. & Italia ipſa adeò gregem bubulū adamauit, vt nomen ab eo acceperit. Dicitur autē Italia, ab itulis, id eſt, vitulis. Et apud Romanos capitale erat, bouem interimere: reſeruabatur enim hæc victima Ioui. Paulꝰ Aemylius in triumpho Macedonico, CXXX. boues cum auratis cornibus ſacrificauit. In triumpho autem mactabantur boues; ſicut in ouatione oues.* GREGES.] *bubuli.* MAXIMA.] *quia cædit Ioui, & in triumphis.* DVXERE.] *quia in triumphis mactabantur.* TEMPLA.] *ad tēplū Iouis Capitolini.* HIC ver aſſiduū.] *Vult ſignificare, eſſe in Italiâ temperiem maximam. In Italiâ, propter aëris temperiem, ſemper videtur eſſe vernum tempus: quod nihil aliud eſt, quàm æſtas in alienis menſibus. ideò inquit,* Aſſiduum, *id eſt, perpetuum.* BIS grauidę pecudes.] *& hoc eſt propter temperiem, ex quâ fit generatio; non ex calore adurente.* POMIS.] *Multæ ſunt arbores in Italiâ, quæ propter benignitatem Solis ſunt biferæ & triferæ.* ABSVNT.] *ab Italiâ.* RAPIDÆ.] *veloces. omniū animaliū enim velociſſima eſt tigris: & cætera animalia deuorat atq; interficit. Et dicitur tigris ſagitta, linguâ Parthicâ. in Italiâ nō naſcuntur, ſed proueniunt in Africâ, & in Europâ, ad Meſtū amnem, terminum Macedoniæ & Thraciæ.* ACONITA.] *id eſt, in Italiâ non naſcūtur venenoſæ herbæ.* LEGENTES.] *colligentes.* ANGVIS.] *Dicit, in Italiâ non eſſe magnos ſerpentes, qui deuorant animalia. in Aegypto magni ſunt ſerpentes, & in Africâ; vt crocodili, &c.* HINC bellator equus.] *Hirpini equi in pugnâ præſtantiſſimi & potentiſſimi habebantur; indè Apuli; poſtea Lucani. nam, præter*

vireti

vires, ipsâ corporis magnitudine cæteros præcellunt equos. ORBES.] *vt crocodilus: vt ille, qui fuit interemptus ad Bagradam, à Regulo, in primo bello Punico.* SPIRAM.] *circuitionem.* ADDE tot egregias.] *Quis magnificentiam Italarum vrbium scriberet? quis multitudinem populorum? Scripserunt multi origines Italiæ, Græci ac Latini. De innumerabili populo Italiæ sic loquitur Plinius:* Hæc est Italia, quæ Lucio Æmilio Paulo, & Caio Attilio cõsulibus, nuntiato Gallico tumultu, sola sinè externis vllis auxilijs, atq; etiam sinè Transpadanis, equitum triginta millia, peditum LXX. milla armauit. *Et Diodorus libro 3.* Romam quasi prȩuidentes futurum Annibalis bellum, censum fecêre & ciuium suorum & sociorum: deciesq; centena millia hominum, qui erát bello apti, descripserunt. *Et idem ait:* Non sit mirum alicui, quòd tot copias comparauerit Ninus, & postea Semiramis; quot copias & Dareus & Xerxes: cùm ex solis Syracusis Dionysius tyrannus centum viginti millia peditum armauerit, & XII. millia equitum, & naues omnis generis CCCC. vno eduxit portu. OPERAM.] *ædificiorum.* A

PROB. NON Bactra, neq; Indi.] *Bactra, oppidum Indorum. Panchaia, regio, à rege Panchæo dicitur.* HINC albi, Clitumne, greges & maxima taurus Victima, sæpe tuo perfusi flumine sacro.] *Clitumnus est Etruriæ flumen, à fonte nauigabilis.* NEC miseros fallunt aconita legentes.] *Aconita sunt venenorum genera, quæ ferè in petris nascuntur Scythiæ, iuxta Mæotidam paludem. Existimatur autem esse ex spumâ Cerberi, quam is perfuderit, pertractus ab Hercule in lucem. Aconita autem græcè cautis nomine dicuntur: illam enim ἀκόνην appellant.*

VAR. LECT. TENENT oleæq;, armentaq; læta.] *In Mediceo, & antiquioribus aliquot libris, & ijs præsertim qui particulam* Que *gemmare gaudent, legere est:* Tenent oleæ, armentaque læta. AT rabidȩ tigres absunt.] *Non displicet, quod in Mediceo, & antiquis alijs legitur,* At rapidȩ tigres. *ea animalia, & pernicitate cursus, & truculentiâ notantur.*

Tot congesta manu præruptis oppida saxis;
Fluminaq; antiquos subterlabentia muros.
An mare quod suprà memoré, quodq; alluit infrà?
An'ne lacus tantos? te Lari maxime, teq;
Fluctibus & fremitu assurgens Benace marino?
An memorem portus? Lucrinoq; addita claustra?
Atq; indignatum magnis stridoribus æquor?
Iulia quà ponto longè sonat vnda refuso,
Tyrrhenusq; fretis immittitur æstus Auernis?
Hæc eadem argenti riuos, ærisq; metalla
Ostendit venis, atq; auro plurima fluxit.
Hæc genus acre virûm, Marsos, pubéq; Sabellam,
Assuetumq; malo Ligurem, Volscosq; verutos
Extulit: hæc Decios, Marios, magnosq; Camillos,
Scipiadas duros bello: & te, maxime Cæsar,
Qui nunc extremis Asiæ iam victor in oris
Imbellem auertis Romanis arcibus Indum.
Salue magna parens frugum, Saturnia tellus,
Magna virûm: tibi res antiquæ laudis & artis
Ingredior, sanctos ausus recludere fonteis,

SER. CONGESTA manu.] *ædificata & cõstructa. & hic ipsas vrbes, non solùm ex suâ magnitudine, sed etiam ex opere nobili laudat.* PRÆRVPTIS saxis.] *excelsis & magnis. & subaudi* Adde, *scil. ad laudem Italiæ.* FLVMINAQVE antiquos subterlabentia muros.] *Quod laudat etiam Cicero in Republicâ.* MARE quod suprà.] *id est, mare Adriaticum.* QVODQVE alluit infrà.] *id est, Tyrrhenũ.* TE Lari maxime.] *Larius est lacus vicinus Alpibus, qui, iuxta Catonẽ in Originibus, per sexaginta tenditur millia. Et Larius, Lari vocatiuũ facit; sicut Iulius Iuli, Mercurius Mercuri.* TEQVE Fluctibus, & fremitu assurgens Benace marino?] *Benacus lacus est Italiæ, qui magnitudine sui tempestates imitatur marinas.* Assurgẽs *aũt, vocatiuus est casus, vt sit: Memorẽ & te, ô Benace assurgẽs, id est, tumescens fremitu marino. aut certè* [illegible] *est, id est, casus pro casu: assurgens, pro, assurgentem.* AN memorem portus, Lucrinoq; addita claustra.] *In Baiano sinu Campaniæ, contra Puteolanam ciuitatem, duo lacus sunt; Auernus & Lucrinus: qui olim, propter copiam piscium, vectigalia magna præstabant. Sed cùm maris impetu plerunque irrumpens exinde pisceis excluderet, & redemptores grauia damna paterentur, supplicauerunt senatui: & profectus C. Iulius Cæsar, ductis brachijs, exclusit partem maris, quæ antè infesta esse consueuerat; reliquitq; breue spatium per Auernum, quà & piscium copia posset intrare, & fluctus non essent molesti. quod opus Iulium dictum est. Sed hic ambitiosè* vndam Iuliam *appellauit, frementem contra moles à Iulio oppositas.* INDIGNATVM magnis stridoribus æquor.] *Indignatum, à solitâ exclusum licentiâ, & indignationem suam stridoribus prodens. Indignatum ideò dixit: quia, quo tempore in Lucrinum lacum mare immissum est, indè terrâ effossâ, contigit inter ipsum Lucrinum & Auernum, vt duo lacus miscerentur: & tanta tempestas ortâ est, vt prodigij loco habita sit; ac nuntiatum, simulachrum Auerni sudâsse: propter quod Pôtifices ibi piacularia sacra fecerunt. Iulia autem vnda, Puteolanum portum significat.* TYRRHENVSQVE fretis æstus.] *Aestus quidem dixit Auerni: quoniam per Lucrinum lacum mare Tyrrhenum influit in Auernum.* AVRO plurima fluxit.] *id est, copiosior fuit in rem preciosiorem.* B ASSVETVMQVE malo Ligurem.] *id est, labori.* VOLSCOSQVE verutos.] *Italiæ populi sunt, iaculo vtentes in modum veru: vel quia verutis pugnant.* EXTVLIT hæc Decios.] *creauit. Decij autem duo fuerunt: quorum vnus bello Latino, alter Gallico, se pro republicâ deuouerunt.* MARIOS.] *Marij multi fuerũt: quorum vnus fuit septies consul.* CAMILLOS.] *Abusiuè pluralem numerũ pro singulari: nam Camillus vnus fuit, qui à Gallis sublata signa reuocauit.* SCIPIADAS duras bello.] *Scipiadas pro Scipionibus dixit; sicut Amazónidũ pro Amazonũ alibi posuit. Scipiones aũt duo fuerũt, auus & nepos: quorum vnus leges victæ Carthagini imposuit; alter eandẽ diruit. Hæc aũt omnia pleniùs in sexto memorauimus.* C IMBELLEM auertis Romanis arcib9 Indum.] *id est, auertẽdo reddis imbellẽ.* Romanis aũt arcib9, *à Romanis vrbib9, à Romano imperio.* SALVE magna parẽs.] *Posteaquã eã diutiùs laudauit, vertit se ad eã, & bene dicit eã laudãs.* SATVRNIA tellus.] *Nã in Italiã Saturnus regnauit.* MAGNA virûm.] *virorũ fortiũ. & iã cõcludit, laudãs eã à viris, à fertilitate rerũ, à Saturni imperio.* TIBI res antiquȩ laudis & artis Ingredior.] *tibi, in tuam vtilitatem scribo carmen Georgicum.* Antiquæ *autem* laudis, *vel magnæ, vel quòd apud antiquos in ingenti honore fuit agricultura.*

POM. Sabi. MVROS.] *Per hoc vult significare sumptum in aquæductibus.* AN mare suprà.] *id est, Adriaticũ.* INFRA.] *mare Tyrrhenũ. Inter ista duo maria est Italia. Per maria aũt, vult intelligere insulas Italiæ, & lacus, qui sunt in Italiâ amœnissimi.* LARI.] *Larius & Benacus, magni & nominati sunt lacus in Galliâ Cisalpinâ, quorum littoribus nihil est amœnius atque deliciosius: & in Padum amnem se onerant.* BENACE.] *Propter magnitudinem, quando impellitur vento, imitatur æstus maris.* PORTVS.] *propter portum Lunæ, qui erat ex artificio factus: & portus Brundusij ex naturâ. nondum erat portus Antij, qui superauit portum Lunæ.* CLAVSTRA.] *Cæsar partem maris in sinu Baiano mœnibus cinxit, ad delicias, quod spatium fuit ostrearum viuarium pulcherrimum: appellatúmque Lucrinum, quòd etiam*

lucrum

Digitized by Google

A *lucrum afferebat. In eodem spatio erat & Lucinus portus, ante Auernum: nunc Vergilius vt Iulium Cæsarem laudet, ambitiosè appellat vndam Iuliam.* INDIGNATVM.] *quia clausum erat mare, ac si esset in vinculis.* IVLIA.] *Cæsarea.* PONTO.] *mari.* TYRRHENVS.] *quia mare, vbi est Lucrinus, dicitur Tyrrhenum.* AVERNVS.] *est lacus in Baiano agro; dictus quia contrarius sit auibus. nam cùm aues suprà volant, decidūt.* RIVOS argenti.] *Plinius sic ait:* Italia omnium metallorum fertilitate nullis cedit terris; sed vetitum id vetere consulto patrum, Italiæ parci iubentium. RIVOS.] *Translatio est ab antiquâ inuentione metallorum. Lucretius ait:* Olim, cùm homines agrestes venatu delectabantur, & non haberent vsum canum, neque instrumenta ad capiendum feras; incendebant montes ac syluas, vt indè agerent ceruos & capreas: deinde feras illas fumo & incendio attonitas capiebant. ex hoc incendio frequenti factum est, vt in locis metalliferis liquefactæ venę, argenti & auri facerent riuos. *Prima rusticana instrumenta fuerunt ex ære, indè auro, postea ex ferro. Plurima vena fluxit ex auro per Italiam: & refert ad inuentionem metallorum.* HÆC genus acre virûm.] *Lau-*

B *dat Italiam à re militari.* PVBEM Sabellam.] *Samniticam. Samnites à Sabinis originem trahunt.* LIGVREM.] *Ligurum metropolis est Genua.* MALO.] *laboribus & vigilijs, propter militiam.* Volsci *dolonibus vtebantur in bello, id est, verutis.* EXTVLIT.] *genuit.* DECII.] *Duo fuerunt, pater ac filius; & ambo se pro victoriâ deuouerunt.* MARIOS.] *multitudinem pro singulari ponit. Vult enim intelligere Marium septies consulem, Syllanæ factioni aduersantem: nisi intelligat patrem, ac filium, & fratrem.* CAMILLOS.] *Camillus alter Romulus appellatus est: quia vrbem à Gallis Senonibus liberauit, illosq; profligauit. eius etiam filius præclara gessit.* SCIPIADAS.] *maiorem Africanum, ac minorem dicit. Ideò ait* duros, *obduratos in bello, & præstantes in re militari.* CÆSAR.] *Blanditur Cæsari Augusto, ac si Indiam domuisset. victor enim in oriente fuit; sed tamen ad Indos non peruenit: sed, postquam pacato orbe terrarum Romæ imperabat, Indorum legatio ad eum Romam venit; vt Florus meminit.* ASIÆ.] *in extremo oriente & Indiâ, quæ est in extremâ Asiâ: & de Arabiâ intelligit, quam domuit per Caium Aquilium; & Aethiopiam, quam domuit per M. Petronium. Sed puto intelligere eum de Indiâ.* AVERTIS.] *quasi sub*

C *iugum mittis.* IMBELLEM.] *effœminatum. Vno epitheto notamus omnes Asianos, imbelles, delicatos & luxuriosos.*

ARTIBVS.] *Laus Romanorum est: artem enim Romanam appellat, peritiam rei militaris.* SALVE.] *Adorat Italiam: laudatq́ue à fertilitate, ab hominibus præstantissimis, & à diuitijs.* SALVE.] *Dionysius in hanc sententiam libro primo:* Ipse verò nullam terram vbertate rerum Italiæ comparabo, in quâ vidi trium fructuum culturas, æstiuam, hybernam, autumnalem: & hoc in Campano agro. *Messapij, Dauni, Sabini, oleis abundant: Etruria, Albani, Falerni, vitibus: denique nihil est, quod ad hominis vitam pertinet, quod non abundantissimè ferat Italia. Non mirum ergo, si tam vberrimam terram Saturniam appellauerunt. Saturnum veteres putabant largitorem omnium felicitatum: copiosa loca & fertilia Saturno dedicabant: montes & saltus Pani: prata & loca virentia Nymphis: littora & insulas, dijs marinis. Igitur Italia omnium rerum fertilis, Saturnia appellata fuit; non ab illâ fabulâ, quòd in Latio Saturnus latuerit, quem veteres sanguine humano placabant. hunc morem postea aboleuit Hercules. Habet item non vnius generis metalla, & venationes, & piscosa maria, aërisq; temperiem. Appianus, dominam gentium appellat Italiam. & Plinius ait:* Meritò principatum naturæ obtinet Italia, rectrix parensque mundi altera; fœminis, ducibus, militibus, seruitijs, artium præstantiâ, ingeniorum claritatibus, situ ac salubritate cœli atque temperie, accessu cunctarum gentium facili, littoribus tortuosis, benigno ventorum afflatu, ferorum animalium innocentiâ. Quicquid est, quo carere vita nō debeat, nusquam est præstantius, quàm in Italiâ: fruges, vinum, oleum, vellera, lina, vestes, iuuēci. SATVRNIA.] *fertilis.* VIRVM.] *virorum.* TIBI.] *ad tuum honorem.* ANTIQVÆ laudis.] *id est, agriculturam.* RECLVDERE.] *aperire. Primus, qui carmine scripsit agriculturam, fuit Vergilius. prosâ prius multi scripserunt; & primus fuit M. Cato.*

AN mare quod suprà memorem? quodque alluit infrà.] *Cingit Italiam ab septentrione Adriaticus sinus; à meridie Thuscum mare. Adriaticum superum appellant; Thuscum inferum.* AN NE lacus tantos? te Lari maxime, teque Fluctibus, & fremitu assurgens Benace Marino.] *Vterq; lacus est in Italia. Larius Vmbros tangit, & peruenit vsq; Comum. Benacus est, ex quo Mincius flumen oritur, quod præterfluit Mantuam.* HÆC genus acre virûm Marsos, pubemq; Sabellam, &c.] *Sabelli, gens est Italiæ: Apuli ijdem appellantur, & Dauni.* Volsci veruti *ideò dicuntur, quòd dolonibus in prælio soliti sint vti.* PROB.

Ascræumq; cano Romana per oppida carmen.
Nunc locus aruorum ingenijs, quæ robora cuiq;,
Quis color, aut quæ sit rebus natura ferendis.
Difficiles primùm terræ, collesq; maligni,
Tenuis vbi argilla, & dumosis calculus aruis,
Palladiâ gaudent syluâ viuacis oliuæ.
Indicio est tractu surgens oleaster eodem
Plurimus, & strati baccis syluestribus agri.
At, quæ pinguis humus, dulciq; vligine læta;
Quiq; frequens herbis, & fertilis vbere campus:
Qualem sæpè cauâ montis conualle solemus
Despicere: huc summis liquuntur rupibus amnes,
Felicemq; trahunt limum; quiq; editus Austro,
Et filicem curuis inuisam pascit aratris.
Hîc tibi præualidas olim, multoq; fluentes
Sufficiet Baccho vites; hîc fertilis vuæ,
Hîc laticis: qualem pateris libamus & auro;
Inflauit cùm pinguis ebur Tyrrhenus ad aras;
Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.
Sin armenta magis studium, vitulosq; tueri,
Aut fœtus ouium, aut vrenteis culta capellas;
Saltus, & saturi petito longinqua Tarenti;
Et qualem infelix amisit Mantua campum,

SER. ASCRÆVM carmen.] *Hesiodicum. nam Hesiodus Ascræus, de ciuitate Ascrâ fuit.* NVNC locus aruorum.] *Nunc, inquit, tempus est naturam agrorum describere.* INGENIIS.] *naturis. Multi culpant hoc loco Vergilium, quòd in vnum coēgit quatuor librorum propositiones: nam & de aruo, & de cōsito, & de pascuo, & de florido, isto loco cōmemorat. Quod ideò non est reprehendendum: quia nō ea latè exsequitur: sed carptim & breuiter transit, quæ latiùs explanat in singulis.* QVÆ robora cuiq;.] *quæ sit vniuscuiusq; possibilitas.* QVIS color.] *quæ species. sicut dicimus,* Quo *colore ille recitauit, id est, specie. Ilicèt breuiter etiam sit dicturus de colore terrarū.* DIFFICILES.] *penè steriles, & partim creantes.* COLLES maligni.] *id est, infœcundi. quin malignum Veteres infœcundum dicebant: vt ipse alibi:* Quale per incertam lunam sub luce maligná Est iter in syluis. TENVIS vbi argilla.] *sinè humore: quia est & pinguis.* DVMOSIS.] *spinosis, & vepribus plenis.* CALCVLVS.] *lapis breuis terræ admixtus. dictus Calculus, quòd sinè molestiâ sui breuitate calcetur.* VIVACIS oliuæ.] *diu viuentis. hinc suprà:* Tar-

Pascentem niueos herboso in flumine cygnos.
Non liquidi gregibus fontes, non gramina desunt:
Et quantum longis carpent armenta diebus,
Exiguâ tantum gelidus ros nocte reponet.

prà : Tardè crescentis oliuę. *Res enim diu duratura, tardè crescat necesse est.* TRACTV.] *plagâ, regióe.* OLEASTER.] *olea syluestris.* PLVRIMVS.] *abundans.* STRATI agri.] *operti.* BACCIS syluestribus.] *oliuis ex oleastro natis.* DVLCI'QVE vligine læta.] *vligo propriè est naturalis terræ humor, ex eâ nunquã recedens. Bene aũt* Dulci *addidit, ad discretionẽ amaræ. Vliginosus ergo ager, est semper humidus. nam vuidus dicitur, qui aliquando siccatur.* HVC.] *illuc.* FELICEM'QVE trahunt limũ.] *terrarum scilicet: id est, fertilem. nam fluminum limus est noxius.* FILICEM curuis inuisam.] *Filicis radices sibi inuicem nexæ, etiã cùm auulsæ fuerint, renascuntur.* OLIM.] *quouis tẽpore.* PATERIS & auro.] *id est, pateris aureis.* ἓν διὰ δυοῖν *facit: vt,* Molemq; & monteis. PINGVIS Tyrrhenus.] *victimarũ scilicet carnibus: vt Plautus in Aul.* Tibi dabitur pinguior fidicina. *quia propter assidua sacrificia pingues fiunt.* INFLAVIT ebur.] *Tibiarũ dicit, quibus in aurem sacerdotis cani solebat.* LANCIBVS pandis.] *aut patulis, aut extorũ pondere curuatis.* FVMANTIA reddimus exta.] *Sacerdotũ vsus est verbo. Reddi enim dicebantur exta, cùm probata & elixa aræ superponebantur.* AVT vrenteis culta capellas.] *Omne enim, quod momorderint, vrunt & exsiccant. vnde est:* Et admorso signata in stirpe cicatrix. SATVRI.] *aut fœcundi; aut quod est iuxta oppidum Saturum. Tarẽtum enim & Saturũ, vicinæ sunt sibi Calabriæ ciuitates. Horatius:* Me Satureiano vectari rura caballo. ET qualem infelix amisit Mantua campum.] *quando scilicet Augustus agros Mãtuanos, cũ agris Cremonensium, militibus suis dedit. Dicit autẽ campum, aptum ad pascenda animalia.* NIVEOS cygnos.] *candidos.* HERBOSO flumine.] *pratis iuxta flumen positis.* LIQVIDI fontes.] *puri, sinè pestilentiâ.* ET quantũ longis carpent armẽta diebus, Exiguâ tantũ gelidus ros nocte reponet.] *Vt in Aeneid. diximus, hoc dicit Varro: tantam vbertatem fuisse in Rosulano agro, postquam Velinus siccatus est lacus; vt ibi longam perticam magnitudo superaret herbarum.*

POM. Sabi. ASCRÆVM carmen.] *Hesiodicũ. Ascra vicus est Bœotiæ, in quo creditur natus Hesiodus: qui in suo volumine aliqua præcepta de agriculturâ ponit.* ROMANA per oppida.] *id est: ego dicam præcepta, quæ tradidit Hesiodus, sed Romanâ linguâ.* NVNC locus.] *nunc de qualitatibus terrarũ.* INGENIIS.] *naturis & qualitatibus.* COLOR.] *nam colore cognoscitur, & sapore.* FERENDIS rebus.] *in prouentu fructuum.* DIFFICILES.] *Dat præcepta.* ARGILLA.] *creta.* CALCVLVS.] *lapillus.* OLIVA Palladia.] *quam inuenit Pallas. Theophrastus ait:* Sed aliud solũ alijs arboribus cõuenientius est; vt & diuidere solẽt. argillosum enim atq; magis candidum, fertile oleis notatur. id enim multũ vaporis flatusq; cõtinet: quod natura olearũ desiderat. *Itẽ alibi:* Oleæ verò & fici, siccius, atq; multi caloris, amant solũ. Ad summã, quæ sicca sunt, siccũ quærũt agrũ: quæ humida, humidũ. *Plinius:* Glareosum solũ oleis aptissimũ, vt in Venefrano: & pinguissimũ, vt in Bæticâ. TENVIS.] *subtilis, est argilla pura.* VIVACIS.] *quia non amittit folia.* EODEM tractu.] *eâdem regione. Tractũ appellamus conuallem.* VLIGINE.] *humore. Nunc de fertili & pingui loquitur. Vliginem appellamus humorem, & terram cũ humore.* A VBERE.] *vbertate.* QVALEM.] *scilicet statum terræ.* HVC.] *in conuallem, in quã defluunt aquæ è montibus.* FELICEM limum.] *fertilem.* EDITVS.] *expositus. Vbicunque est filix, est pinguedo soli.* INVISAM.] *quia arata non possunt filicem superare.* LATICIS.] *vini.* LIBAMVS.] *sacrificamus.* PANDIS.] *curuis.* FVMANTIA.] *calida.* PINGVIS.] *aut ab rusticitate, aut ab saturitate. Aut dicitur pinguis, ab inflatione: nam qui sonat, inflat buccas.* TYRRHENVS *dicit: quia tuba (vt Silius testatur) reperta fuit à Tyrrhenis. aut intelligit fistulam. in sacrificijs autem optima adhibentur vina.* SIN armenta magis.] *Nunc loquitur de armentis.* VRENTEIS culta capellas.] *quia morsus caprarum desiccat.* SALTVS.] *loca dumosa.* SATVRI.] *pro saturij.* Taras, *Neptuni filius. Lacedæmon, qui fuit ex Saturiâ, Minois regis Cretensis filiâ, genuit Tarentum: qui, facto naufragio, à delphino exceptus, delatus fuit in Italiam; vt in municipio Tarentinorum talis historiæ simulacrum visitur. is duas vrbes condidit: alteram nominatiuà* B *matre Saturiam; alteram à nomine suo Tarentum: quod postea Lacedæmones, duce Phalanto, ampliauerunt. Quidam scribunt, Tarentum fuisse filium Neptuni & Saturiæ. ideò dicit Saturi; quod à matre conditoris est epitheton. In Tarentino agro fluuius est Galesus, apud quem greges ouilli & alia armenta optimè prouenıunt.* MANTVA infelix.] *quia amisit agrũ cum Cremonensibus: de quâ re queritur Vergilius in Bucolicis. Octauius Augustus promisit veteranis militibus agros Mantuanos & Cremonenses.* IN flumine.] *scilicet Mincio.* CARPENT.] *depascentur, comedent in magnis diebus.* GELIDVS.] *nocturnus.* REPONET.] *regenerabit.*

PROB. ASCRÆVM'QVE cano Romana per oppida carmen.] *Ascra, vicus est Bœotiæ: in quo existimatur natus Hesiodus, qui scripsit* ἔργα καὶ ἡμέρας*: quo libro agri quoq; cultus rationem stringit. Et ideò dicit Ascræum carmen Vergilius per Romana oppida se canere.* INFLAVIT cùm pinguis ebur Tyrrhenus ad aras.] *Pinguis Tyrrhenus, Thuscus tibicen significatur: vel quòd non sit subtilis musica barbara; vel quòd tumeant buccæ inflantes tibias, quæ significantur ebore dicto.* SALTVS, & saturi petito longinqua Tarenti.] *Tarentum, oppidum in Italiâ, condiderunt Parthenidæ, hoc* C *est, exules Lacedæmoniorum, duce Phalanto. In finibus autem Tarentinorum est locus, quem Saturium vocant; vnde etiam paludem Saturam: cuius etiam in 7. mentio est, cùm ait Verg.* Quà Saturæ iacet atra palus, &c. *Saturi ergo Tarenti, à Saturio loco; vel à Saturâ palude dixit. Quidam dicunt, tum ob agri bonitatem, tum ab loco quodam Saturo, qui est prope Tarentum, Saturum cognominatum. Dicitur autem, Tarentem, Neptuni filium, Lacedæmoniâ ciuitate, ex Saturniâ, Minois Cretensium regis filiâ, procreâsse filium. Hunc proiectum, naufragio, facto delphinus in Italiam euexisse dicitur: cuius hodieq; testimonium manet. nam in municipio Tarentinorum, hominis effigies in delphino sedentis est. à Saturiâ vxore eum locum Saturia appellâsse fertur: & postea ei loco, ex suo nomine, nomen Tarentum imposuisse. Ideò* infelicem Mantuam *dicit: quia Mantuanis, qui à Romanis desciuerant, agri adempti sunt.*

Nigra ferè & presso pinguis sub vomere terra,
Et cui putre solum, (namq; hoc imitamur arando)
Optima frumentis: non vllo ex æquore cernes
Plura domum tardis decedere plaustra iuuencis.
Aut vnde iratus syluam deuexit arator;
Et nemora euertit multos ignaua per annos:
Antiquasq; domos auium cum stirpibus imis
Eruit: illæ altum nidis petière relictis.

SER. NIGRA ferè.] *non per omnia nigra; sed penè.* PINGVIS terra.] *crassi & abundantis humoris.* PVTRE solũ.] *solubile.* HOC imitamur arando.] *hæc arando inspicimus, & videre solemus.*

OPTIMA frumẽtis.] *subaudi, est huiusmodi terra.* ÆQVORE.] *id est, agro, vel campo.* PLVRA domũ tardis.] *Plura, comparatiuum est: nam dicit, huiusmodi terrã tantæ fertilitatis esse; vt ex nullo*

Digitized by Google

Aut rudis enituit impulso vomere campus.
Nam ieiuna quidem cliuosi glarea ruris
Vix humiles apibus casias roremq; ministrat:
Et tophus scaber, & nigris exesa chelydris
Creta, negant alios æquè serpentibus agros
Dulcem ferre cibum, & curuas præbere latebras.
Quæ tenuem exhalat nebulam, fumosq; volucres,
Et bibit humorem, & cùm vult, ex se ipsa remittit:
Quæq. suo viridi semper se gramine vestit;
Nec scabie & salsâ lædit rubigine ferrum:
Illa tibi lætis intexet vitibus vlmos:
Illa ferax oleæ est, illam experiêre colendo
Et facilem pecori, & patientem vomeris vnci.
Talem diues arat Capua, & vicina Veseuo
Ora iugo, & vacuis Clanius non æquus Acerris.
Nunc, quo quamq; modo possis cognoscere, dicam.
Rara sit, an supra morem si densa, requiras;
Altera frumentis quoniam fauet, altera Baccho:
Densa magis Cereri, rarissima quæq; Lyæo:
Antè locum capies oculis; alteq; iubebis
In solido puteum demitti, omnemq; repones

A nullo agro amplius agricola aliquis frumenti colligat, quàm ex eâ quæ huiuscemodi est. DOMVM decedere.] id est, ad domum redire. TARDIS iuuencis.] grauatis pondere ex copiâ frumenti. AVT vnde iratus.] scilicet, infœcûditati diuturnæ. ANTIQVASQVE domos.] Aut retrò antiquas, aut charas. Sallustius: Tantum antiquitatis curæq; maioribus pro Italicâ gente fuit. Est autē labaoris in istâ descriptione. ENITVIT.] fertilitate iucûdus extitit. IMPVLSO vomere.] immisso aratro, scilicet ab agricolis.

B IEIVNA glarea.] sicca & sterilis terra. VIX humiles apib9 casias, roremq;.] Casia & rosmarinus apibus aptæ sunt herbæ. TOPHVS scaber.] lapis asperrimus. vnde & scabies dicta, ab asperitate. NIGRIS chelydris.] nocentibus. NEGANT.] scilicet Nicander & Solinus, qui de his rebus scripserût. DVLCEM ferre cibû.] Ordo est: æquè dulcem, hoc est, tam dulcê. QVÆ tenuem exhalat nebulam.] Nûc dicit agrum omnium rerû feracem. Quatuor quippe imitatur genera agrorû, qui solus potest, quod illi quatuor: sicut sequêtia indicât. FVMOSQVE volucres.] quasi fumos, scilicet ex humore. QVÆQVE suo semper.] naturali scilicet, nô coacto. nam tùm ager alia, quàm ei natura dederit, aut ampliùs profert; per studiû culturæ cogi videtur. Hic aût de eo dicit, qui herbis naturaliter abundat. VIRIDI se gramine vestit.] id est, herbis semper est plena: non per semen acceptis, sed naturaliter prolatis. NEC scabie & salsâ lædit rubigine ferrum.] propriè est. nam rubigo quasi scabies ferri est. TALEM diues arat Capua.] ideò diues, quia talem arat. ET vicina Veseuo.] Vesuuus môs est Liguriæ, sub Alpibus positus. Nam Campaniæ môs quidâ Vesuuius dicitur, pro quo multi Veseuum positum volunt. ET vacuis Clanius non æquus Acerris.] C Acerræ, ciuitas est Campaniæ, haud longè à Neapoli; quâ Clanius præterfluit fluuius: cuius frequês inundatio eam exhaurit. vnde ait Vacuis, id est, infrequentibus. SVPRA morem.] abundanter, plus æquo. Isti autem versus incomparabiles sunt: tantam habent sinè perissologiâ aliquâ repetitionem. DENSA magis Cereri.] Bene addidit Magis: nam hoc vult ostendere, quid vbi meliùs nascitur. Potest enim & frumentû in rarâ, & vinum in densâ: sed non feliciter nasci. LOCVM capies.] eliges: vt, Aut capere, aut captas iam despectare videntur. IN solido.] ne ager sit concauus.

POM. Sabi NIGRA ferè.] Pullam terram antiqui dicebant, teneram & nigram. Columella ait: Ex his nonnihil meliùs resolutâ humo, quàm densâ prouenit, quod noster quoque Vergilius, cùm & alias fœcûdi arui laudes retulisset, adiecit etiâ: Et cui putre solû. neq; enim aliud est colere, quâ resoluere & fermêtare terram. ideoq. maximos questus ager præbet idem pinguis & putris: quia cùm plurimû reddit, minimû poscit: & quod postulat, exiguo labore & impensa côficitur. Cleophanes argeum cômendat solû. PVTRE.] resolubile, quando habet imitatione arenæ fossæ. OPTIMA.] humus talis scilicet est. ÆQVORE.] aruo. TARDIS.] fessis: quia plaustra sunt plena frugibus. SYLVAM.] Loquitur de cæsis. IRATVS.] sterilitate loci, vbi habet maximos labores. DEVEXIT.] amputauit, & portauit domû. Columella ait: Nemorosi, fruticosiq; tractus duplex est cura: vel exstirpandis radicitùs arboribus, ac remouêdis; vel si raræ sunt, tantùm succidêdis, incendêdisq; & arandis. EVERTIT.] radicitùs scilicet euellendo arbores. IGNAVA.] inculta, inarata & sterilia. ANTIQVAS.] propter nemus antiquû. NIDIS.] relicta domo. ENITVIT.] splenduit. IMPVLSO.] actio vomere. NAM ieiuna quidē.] Nunc de sterili terrâ. IEIVNA.] sterilis. GLAREA.] arena. HVMILES.] repentes humi. De casiâ candidâ loquitur; ex cuius rore apes nutriuntur, qui est in floribus. ROREM.] marinû. TOPHVS.] dicit, quòd purus tophus & creta serpentes continet. sic est ordo: Tophus & creta negant alibi, quàm apud se, cibû dulcem serpentibus prouenire. hoc scilicet vult intelligere; nulla esse loca magis aptâ serpentibus, quàm in quibus tophus asper est, & creta. SCABER.] asper. EXESA.] corrosa. NEGANT.] ista duo. ÆQVE.] similiter. LATEBRAS.] cauernulas, in quibus latitant serpentes. SVO.] quod ex se gignitur. SCABRÆ.] asperitates. SALSA rubigine.] calida; quia & arida: quoniam omnia arida sunt calida. FERAX.] fertilis, ad oleas & vlmos. FACILEM.] bonâ pecoribus & arationi. TALEM.] scilicet terrâ. CAPVA.] Plinius ait: Campanû agrum aptû esse vitibus & tritico. VESEVVS.] siue Vesbius, siue Vesuuius, siue Vesulus, mons est Campaniæ, bonitate vini celebratus, flammâ è cacumine montis vomit, instar Aetnæ Siculæ. sub Tito Cæsare, cùm latè ab eo flamma propinqua loca vastaret, mortê attulit duobus clarissimis viris; Valerio Basso poetæ, & C. Plinio, qui illuc accesserant contemplaturi causam incendij. ORA.] regio. VICINA Veseuo.] monti: in quâ regione est Nola. Acerræ, vrbs est Campaniæ. ÆQVVS.] quia sæpenumerò inundat Acerras: quæ olim in plano erant, nunc in môte. Clanius, fluuius est iuxta Acerras: nomen habet à Clanio Gigante, vt Metrodorus ait. VACVIS.] quia propter inundationê incolæ fugiebât. NVNC quo.] Dat præcepta, quibus possimus cognoscere quâlis terræ qualitatê. ALTERA.] Docet experiri, rarû, an spissum solum sit, hoc modo: Facito in solidâ terrâ fossam, & indè repleto eâdem terrâ, & calcato pedibus: si terra nô æquabit superficiem fossæ, rara est: si superabit, spissa est. Rara est idonea pecori & vitibus: spissa est idonea tritico. Columella ait: Sed si vel: s scrobib9 effossis egestam humû recondere, & calcare: si abundauerit, certum est esse pinguê: cùm defuerit, exilem: cùm æquauerit fossam, esse mediocrem. quanquâ ista, quæ nûc retuli, non tam vera possunt videri. si sit pulla terra, meliùs prouentus frugum annotantur. Ex aquâ cœlesti natura terræ cognoscitur. quæ imbrê statim sorbet, rara est: quæ difficulter bibit, spissa est. Cognoscitur etiam terra i. su cuspidis: & quando herbas creat sponte validas, tunc terra est spissa: quâdo creat languidas arbores, si in raro solo tophus subest, aut arena, omne alimentû remanet in radicibus arborû. SVPRA morê.] supra omnê consuetudinê, & plus æquo. ALTERA.] densa. ALTERA.] rara. LYÆO.] vitibus. CAPIES.] contemplare priùs oculis. ALTE.] profundè. REPONES.] recondes.

PROB. TALEM diues arat Capua, & vicina Veseuo Ora iugo, & vacuis Clanius non æquus Acerris.] Vesuuius mons est in Campaniâ, vino fertilis; quem Veseuum iugû dicit. Eiusdê Campaniæ flumen Clanius iuxtâ, Acerræ nomine: sed

A Deniq; in os ſalſi venit humor ſæpè ſaporis,
Cùm mare verſamur propter,dilutaq; contrà
Cùm tuimur miſceri abſinthia,tangit amaror.

Apronianus legit, ſenſu amaro. *Higinus tamen & Gellius*, amaror. *et melius eſt.* PINGVESCIT.] *Quomodo cognoſcatur pinguis terra, ſcribit Columella, & ait:* Itaq; conſiderandũ erit, vt ſolũ quod ex colore deſtinamus, pingue ſit. Per ſe tamen id parum eſt, ſi dulcedine caret. Quod vtrũ ſatis expedit, à nobis ratione cõtingit diſcere. Nã perexigua cõſpergitur aquâ gleba, manuq; ſubigitur: ac, ſi glutinoſa eſt, quámuis leuiſsimo tactu preſſa inhęreſcit, & (vt ait Vergilius) eadẽq; illiſa humo nõ diſsipatur: quę res nos admonet, eſſe tali materię naturalẽ ſuccũ & pinguedinẽ. IACTATA.] *tractata.* FATISCIT.] *ſicceſcit et diſſoluit.* LENTESCIT.] *hæreſcit, & fit ſpiſſa & flexibilis.* HABENDO.] *ſubigendo, terendo, & tractãdo. et eſt imitatio Lucretij:* Annulꝰ in digito ſubter tenuatur habẽdo. HVMIDA dat ſignũ.] *In prouẽtu herbarũ, humida, pinguis, & dulcis.* LÆTIOR.] *fertilior præterquàm ſit iuſtum.* PRÆVALIDAM.] *feracem.* QVÆ grauis.] *Hoc facilè cognoſcitur.* PROMPTVM
B eſt.] *facilè eſt cognoſcere colores terræ.* NIGRAM.] *pullã, tenerã & reſolubilem. M. Cato ait:* Terrã carioſam caue ne plauſtro, néve pecore impellas. *Plinius ait:* Vno vocabulo dixit aridã, et fiſtuloſam, ſcabrã, caneſcentẽ, exeſam, pumicoſam. *Et idẽ Cato ait tenerã terrã: per quã intelligere debere agricolã obſeruat, quicquid optari debet, ſcilicet tẽperatæ vbertatis, mollis, facilis, culturæ madidæ, nec ſitientis, & poſt vomerẽ niteſcẽtis.* SCELERATVM.] *noxium.* EXQVIRERE.] *ſcire. ſed cognoſcitur per ipſas arbores.* TAXI'QVE.] *Taxus prouenit in Theſſaliã, propter frigus.* NOCENTES.] *quia nocent ſucco & vmbrã.* NIGRÆ.] *Quia eſt alba et nigra.* SCROBIBVS.] *foſsis: i. facere foſſas in mõteis.* SVPINATAS.] *inuerſas.* AQVILONI.] *frigoribus. Nõ debẽt poni primo anno vites in ſcrobibus; ſed ſecũdo.* LÆTVM.] *fertile.* PVTRI.] *reſolubili. Columella:* Ante annũ, q̃ poma diſponere voles, ſcrobes fodito. ita Solẽ pluuiaq; macerabũtur & qđ poſueris, citò cõprehẽdent. ſed ſi, quo anno ſcrobes feceris, & ſemina ponere voles, ante duos menſes infodi ſcrobes; & poſteà ſtramentis eas completo, & incendito. quo latentiores patentioreſq; ſcrobes feceris, hoc erunt lautiores ſapidioreſque fructus.

SI deerit.] *In Mediceo, & antiquis alijs,* Deerũt: *&* Derunt, *factã ſynæreſi ex duobus ee, in vnũ.* CRASSA'QVE terga Exſpecta.] *In Romano libro legas,* Exerce. *ſed longè melius,* Exſpecta, *vt in cæteris libris habetur.* NEV ſe pualidam.] *In Romano libro, in Mediceo, & aliquot alijs,* Nec *habetur. In quibuſdã alijs,* Ne. IPSO tacitum ſe pondere prodit.] *Antiqua omnia exemplaria,* Tacitã *habẽt.* ET quiſquis color: at ſceleratum exquirere frigus Difficile.] *In libris nonnullis admodũ vetuſtis legere eſt:* Et quis cui ve color ſceleratum. *In Mediceo:* Et quis cuiq; color ſat. VAR. Lect.

Aduertenda verò parte iſtã Vergiliani loci expoſitio ex Hieronymo. Vergilius, inquit, alter Homerus apud nos, patriæ ſuæ ſequens conſuetudinem, ſceleratum frigus appellat. Vergilij ex ſecundo Georg. carmen eſt: CAEL. Rhod.

——at ſceleratum exquirere frigus
Difficile eſt.

ET magnos ſcrobibus concidere montes.] *In libro Romano,* Circundare montis, *legitur. In Mediceo abſq; &* *legitur:* Excoquere, magnos ſcrobib. cõcidere mõtes. VAR. Lect.

Arua ſolo: id venti curant, gelidæq; pruinæ,
Et labefacta mouens robuſtus iugera foſſor.
At ſi quos haud vlla viros vigilantia fugit:
Ante locum ſimilem exquirunt, vbi prima paretur
Arboribus ſeges; & quo mox digeſta feratur:
Mutatam ignorent ſubitò ne ſemina matrem.
Quin etiam cœli regionem in cortice ſignant:
Vt, quo quæq; modo ſteterit, quà parte calores
Auſtrinos tulerit, quà terga obuerterit axi,
Reſtituant. adeò in teneris conſueſcere multũ eſt!
Collibus, an plano melius ſit ponere vites,
Quære priùs. ſi pinguis agros metabere campi,
Denſa ſere: in denſo non ſegnior vbere Bacchus.
Sin tumulis accliue ſolum, colleſq; ſupinos;
Indulge ordinibus, nec ſeciùs omnis in vnguem
Arboribus poſitis ſecto via limite quadret.
Vt ſæpè ingenti bello cùm longa cohorteis
Explicuit legio, & campo ſtetit agmen aperto,
Directæq; acies; ac latè fluctuat omnis
Ære renidenti tellus; necdum horrida miſcent
Prælia, ſed dubius medijs Mars errat in armis.
Omnia ſint paribus numeris dimenſa viarum:
Non animũ modò vti paſcat proſpectus inanem.
Sed quia non aliter vires dabit omnibus æquas
Terra; nec in vacuum poterũt ſe extendere rami.
Forſitan & ſcrobibus quæ ſint faſtigia, quæras:
Auſim vel tenui vitem committere ſulco;
Altiùs ac penitùs terræ defigitur arbos:
Æſculus in primis; quæ quantũ vertice ad auras
Æthereas, tantum radice in tartara tendit.

SER. ET labefacta mouens.] *ἀναμοχλεύων; mouens & labefaciens.* ANTE locum ſimilẽ exquirunt.] *Dicit, in tranſlatione arborum, ſimilem terram eſſe requirendam.* VBI prima paretur Arboribus ſeges.] *id eſt: vbi arbores, antehac fructuoſæ, vel etiam agreſtes, degeneres effectæ, fructuoſæ & ſapori cõgrui exſiſtere poſsint. Et*
C *benè, quia de ſeminario loquitur, arborũ ſegetem appellauit.* DIGESTA.] *ordinata: vt,* Digerit in numerũ. MATREM.] *terrã; vt,* Antiquã exquirere matrem. QVA terga obuerterit axi.] *Septentrioni. nam græcè ἄμαξα dicitur.* COLLIBVS an plano.] *Atqui ſuprà ait:* Deniq; apertos Bacchꝰ amat colleis. *ſed etiam in vallibus poni poſſe vites, ſuperiùs indicauit: vt,* Hic tibi prævalidas olim, multoq; fluentes Sufficient Baccho vites. *Vnde modò vtrumq; complectitur; & dicit, quemadmodũ in collibus vites ponere debeamus.* METABERE.] *eligere & longè alia ſignificatio eſt,* Metor metaris (*vnde Lucanus:* Heſperios audax veniam metator in agros) *& alia,* Metior metiris. *Illud enim, metatus ſum: hoc, menſus ſum facit: vt,* Menſum de pollice florem, DENSA.] *pro, denſè: vt,* Et pede terram Crebra ferit, *prò crebrò.* INDVLGE ordinibus.] *id eſt, da operam, & ordines effice largiores. nam de plano ait:* Denſa ſere. IN vnguem.] *ad perfectionem. & eſt tranſlatio à marmorarijs, qui iuncturas vnguibus probãt. Horatius:* Ad vnguem Factꝰ homo. ARBORIBVS poſitis.] *vitibus ordinatis.* SECTO.] *ducto: vnde & ſectæ philoſophorum dicuntur, id eſt, ductus.* QVADRET.] *conſentiat, congruat. tranſlatio à quadris lapidibus, qui ſibi inuicem bene conueniunt.* FLVCTVAT.] *ſplẽdet.* NVMERIS.] *ordinationibus.* VTI paſcat.] *delectet: vt,* Atque animũ picturà paſcit inani. VIRES æquas.] *id eſt, fertilitatem æqualem omnibus viribus.* IN vacuum.] *in apertum & patulũ.* EXTENDERE.] *excreſcere.* FORSITAN & ſcrobibꝰ quę ſint faſtigia, quæras.] *et etiã ſuprà diximus,* Scrobes *maſculini ſunt generis. Nam & Cicero in Oeconomicis ſic dicit: & Plautus ait,* Sexagenos ſcrobes. *Minor autẽ eſt Lucani & Gracchi authoritas. nam Lucanus ait:* Exiguâ poſuit ſcrobe. *Gracchus:* Abundæ foſſa ſcrobis eſt. *quod exemplũ in Terentiano eſt.* QVÆ ſint faſtigia, quæras.] *Faſtigiũ, & ſummæ, & infimæ partis poſſumus dicere: ſicut altũ, & mare, & cœlum, dicimus. Hinc eſt,* Cœlũq; profundũ: *cùm & puteus ſit* profun-

Profundius. AVSIM.] *ausus sim, vel audebo.* SVLCO.] *id est, fossæ.* ÆSCVLVS inprimis.] *arbor est glandifera: quæ licet ab esu habeat deriuationem, tamen per æ scribitur, sicut et cælatum, quod est participium, licet à Celo celas sit dictum.* TANTVM radice in tartara tendit.] *id est, quantùm altior summitate sua cõsurgit: tantùm etiã radicib. ima terræ profundiùs penetrat.*

POM. Sabi. CVRANT.] *faciunt in glebas resupinatas.* GELIDÆ.] *Columella:* Ponere quæ canis iaceant vrenda pruinis. PRVINÆ.] *sunt in hyeme, et dicũtur frigora labefacta, resolubilia & putrefacta.* EXQVIRVNT.] *Columella ait:* Animaduertendũ, vt vitiariũ simile sit positioni futuræ vineę. & idẽ ait: In trãsferendis seminibus, similẽ statũ cœli lociq́; & ipsius vitis habitum obseruemus: cùm plerũq; degeneret surculus, si aut situs agri, aut aëris qualitas repugnat; aut si etiã ex arbore i iugũ deferẽ. ita de frigidis in frigida, de calidis i similia, de vinetis ĩ vineta trãsferamꝰ. SEGES.] *seminariũ.* DIGESTA.] *ordinata, postquã coaluit.* MATREM.] *qualitatem soli: quia debet esse simulis natura soli.* MVTATA.] *translata.* REGIONEM.] *statũ cœli.* AVSTRINOS.] *meridianos.* AXEM.] *septentrionem intelligit.* MVLTVM est.] *vtile est.* METABERE.] *mensurabis.* DENSA.] *pro, densè.* VBERE.] *fertilitate.* SI tumulis accliue solũ.] *si solũ est in colle.* INDVLGE ordinibꝰ.] *i. facito ordines.* QVADRET.] *adæquetur, paretur pari interuallo.* IN vnguem.] *ad omnem perfectionem.* LIMITE secto.] *ordine.* VT sæpe ingenti bello, &c.] *Comparatio est.* Legio *dicta est ab eligendo.* A AGMEN.] *ordo explicitus in legione per cohortes.* DIRECTÆ.] *ordinatæ.* ÆRE.] *armis splendentibus.* FLVCTVAT.] *quia velutí in fluctibus est, propter milites.* NVMERIS.] *spatijs, vt sit idẽ interuallũ.* Columella: Ordinetur vinea paribus interuallis. NON animũ.] *talis ordo non debet disponi ad delectationem, sed ad vtilitatem.* PASCAT.] *delectet.* NON aliter.] *nisi per hanc dispositionem.* VACVVM.] *in aërem.* FASTIGIA.] *profunditates in fossis, quando ponimus arbores.* AVSIM committere.] *quasi dicat, non: imò altiùs debemus defodere arbores.* Æsculus diu durat. *In Ianiculo fuit æsculetum Hortensij dictatoris, non oratoris: cuius arboris radices tendunt in profundum.*

MVTATA ignorent subitò ne semina matrẽ.] *Aliquot abhinc annos, omnes ad vnũ conuenẽre, vt* Mutata *scriberent, & ad semina referri vellent: cùm tamẽ in veteribus omnibus exemplaribus manuscriptis,* Mutatam *quippe matrem, legatur.* DIRECTÆ'QVE acies.] *In Romano libro, & hîc, & alibi,* Derectæ *legitur: eademq́ lectio est in Mediceo.* ÆRE renidenti te lus.] *In libris aliquot,* Retinenti, *syllabâ refragante, legitur. Sed enim* Renidenti, *cum Romano libro, & quibusdam alijs legendum.* VAR. Lect. B TERRA, neque in vacuum poterunt se extendere rami.] *In Romano libro, absq; pronomine,* se, *legitur,* Poterunt extendere. *In Mediceo tamen, & alijs, id pronomen habetur.*

Ergo non hyemes illam, non flabra, neq; imbres
Conuellunt: immota manet, multosq́; per annos
Multa virûm voluens durando secula vincit.
Tum fortes latè ramos & brachia tendens,
Huc illuc, media ipsa ingentem sustinet vmbram.
Neue tibi ad solem vergant vineta cadentem;
Neue inter vites corylum sere; neue flagella
Súma pete, aut sumina defringe ex arbore plãtas:
(Tantus amor terræ) neu ferro læde retuso
Semina; néue oleæ syluestres insere truncos.
Nam sæpè incautis pastoribus excidit ignis,
Qui furtim pingui primùm sub cortice tectus,
Robora comprendit, frondesq́; elapsus in altas,
Ingentem cœlo sonitum dedit; indè sequutus
Per ramos victor, perq́; alta cacumina regnat;
Et totum inuoluit flammis nemus, & ruit atram
Ad cœlum piceâ crassus caligine nubem:
Præsertim si tempestas à vertice syluis
Incubuit, glomeratq́; ferens incendia ventus.
Hoc vbi, non à stirpe valent, cæsæq́; reuerti
Possunt, atq; imâ similes reuirescere terrâ:
Infelix superat folijs oleaster amaris.
Nec tibi tam prudens quisquam persuadeat autor,
Tellurem Boreâ rigidam spirante mouere.
Rura gelu tum claudit hyems; nec semine iacto
Concretam patitur radicem affigere terræ.
Optima vinetis satio est, cùm vere rubenti
Candida venit auis longis inuisa colubris:
Prima vel autumni sub frigora; cùm rapidus Sol
Nondũ hyemẽ contingit equis, iam præterit æstas.
Ver adeò frondi nemorum, ver vtile syluis:
Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt.
Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther

SER. FLABRA.] *Hoc nomen tantùm pluralem recipit numerum. ab eo verò, quod est flamina, flamen possumus accipere: licèt sit vitandum, propter aliã significationẽ. nam dicitur flamen Dialis, flamen Martialis.* NEVE inter vites corylum sere. *Radices enim eius nocẽt vitibus.* NEVE flagella Summa pete.] *Flagella dicũtur summa arborũ partes, ab eo, quòd ventorũ crebros sustinent flatus.* AVT summã defringe ex arbore plantas.] *Dicit, non esse summitatem vitium amputandã, vt tantùm plantæ fiant.* TANTVS amor terræ.] *id est, sic diligẽter à rusticis ager est colendus.* FERRO retuso.] *obtuso, quo vites quassantur potiùs, quàm putantur.* NEVE oleæ syluestres.] *Nõ quòd non prosit; sed, vt etiã ipse dicit, propter casum incendij.* INCAVTIS pastoribus.] *negligentibus, & circa alia occupatis.* RVIT atram nubem.] *egerit, emittit, & ruere facit. nam modò* Ruit *actiuã habet significationem.* A vertice.] *ab Aquilone: vt,* Hic vertex nobis semp sublimis. FERENS.] *flans: vt,* Fieret vento mota ne qua ferẽti. HOC vbi.] *subaudi, cõtigerit.* INFELIX.] *infœcũdus & sterilis.* SVPERAT.] *superest: vt,* Quid puer Ascanius superatne? NE tibi tam prudens.] *Dicit, quo tempore vites sint ponendæ: & probat, tolerabiliùs autumno, meliùs verno. nam dicturus est,* Ver adeò frondi nemorũ, ver vtile syluis. NEC semine iacto.] *ἀντίπτωσις est, per assumptionẽ casus. nam ex ablatiuo, id est,* Semine, *assumendus est nominatiuus, hoc est,* Semen. *& erit sic:* Nec semine iacto, *patitur semen radicẽ terræ affigere.* CONCRETAM radicẽ.] *Antè enim quasi gutta quædam ex terrã & humore procreatur, quæ postea tenditur in radicem.* VERE rubenti.] *floribus splendido.* CANDIDA venit auis.] *i. ciconia.* LONGIS inuisa colubris.] *id est, odiosa eis. nam interficit illos, & comedit. Iuuenalis:* Serpẽte ciconia pullos Pascit. VERE tumẽt terræ.] *Asper simpliciter accipit, vt* Terræ C *nominatiuus pluralis sit; quæ dicũtur verno tumere, & semina poscere. Donatus verò,* Terræ *genitiuum vult esse singularem, vt sit sensus, mutatã distinctione:* Vere tument, *syluæ scilicet, à superioribus terræ & genitalia semina poscunt: id est, genitalia semina requirunt terrarum. sed meliùs Asperum sequimur, vt* Genitalia semina, *quæ nos iacimus, intelligamus; non quæ syluæ ex terrã suscipiunt. Genitalia autem dicimus semina, quibus aliquid procreatur & gignitur.* TVMENT.] *suspendũtur.* TVM pater omnipotens.] *Interdum pro aëre Iuno, & pro æthere Iupiter accipitur: aliquotiens & pro aëre, & pro æthere, Iupiter. Iuno verò pro terrã & aquã ponitur, sicut hoc loco intelligimus. nam æther nõ habet pluuias. Vnde ætherẽ pro Ioue accipimus, cui attribuuntur aër & æther: quæ duo mixta terræ & humori (pro quibus Iuno ponitur) vniuersa procreant. Dicit autẽ, verno tempore esse pluuias, quibus cuncta nascuntur. vnde & fœcundis imbribus dixit, quibus terra fœcundatur.*

FLABRA.]

Digitized by Google

A POM. Fabi. FLABRA.]ſcilicet ventorum. NEPOTES.]vincit longam poſteritatem nepotum. ſic intelligendum putat Apronianus. DVRANDO.]ſuâ diuturnitate. NEVE tibi ad Solem, &c.] Nunc docet, quomodo debeant eſſe expoſitæ vites & vineta: quem cœli ſtatum vineæ exſpectare debeāt. Diſſenſio eſt: Saſerna maximè probauit Solis ortum; mox deinde meridiē, tum occaſum. Tremellius Scropha, præcipuam poſitionem meridianam cenſet. Vergilius, de induſtriâ repudiat occaſum. Democritus & Mago, ſeptentrionem laudant. Columella ſic ait: In locis frigidis meridiano vineta ſubijciantur, tepidis orienti aduertantur: ſi tamen non infeſtabuntur auſtris eurisq́;, velut oræ marinæ in Bętica. ſin autem regiones prædictis ventis fuerint innoxiæ, meliùs aquiloni vel fauonio committentur. nam feruentibus prouincijs, in Aegypto & Numidiâ, vni ſeptentrioni rectiùs opponentur. SERE.]pro, ſeras. CORYLVM.] ex corylo fiebāt faces nuptiarum. FLAGELLA.]capita minorum ſarmentorum, vbi naſcitur vua, vocant flagella: capita maiora, vocant palmas. RETVSO.] non acuto. Columella ait: debere ferramenta eſſe acutiſſima, ad cædendas arbores. OLEA.]cum oleâ. noli interponere oleaſtris: quia B oleaſtri multos habent ramos, & frequentes: & cùm caſu quodam in oliueto ſuſcitatur incendium, magnum afferūt oleaſtris periculum: & cùm arbores cumbuſtæ, cæſæ propiùs radices, pullulant, & ſimilis rurſus naſcitur arbor. ſola olea mutat ſpeciem: tranſit enim in oleaſtrum. PINGVIS.]vnctuoſo cortice. oliuarum folia viridia, cùm comburuntur, ſonant: ideò dicit ſonitum. NEMVS.]Oliuetum dicimus, non oletum, vt puto. RVIT.]emittit & impellit. CRASSVS.]denſus. ignis eſt caliginoſus, cùm eſt in materiâ viridi. PICEA.]fumoſa & obſcura. VERTICE.]ab ipſis cacuminibus. GLOMERAT.] quia propter ventos creſcit incendium. HOC vbi.] ſcilicet, euenerit incendium. REVERTI.] non poſſūt renaſci ſimiles: quia efficitur oleaſter. INFELIX.]ſterilis. HOC tibi.] Aliqui agricultores præceperunt, arandum eſſe in hyeme: vt Columella in ſuis carminibus. RIGIDAM.]frigidā & rigentem. BOREA.] non idem qui & aquilo. CLAVDIT.] aſtringit. GELV.] gelicidijs & frigoribus terræ. AFFIGERE.]inhærere terræ. OPTIMA ſatio.]Semina & propagines ponēdæ ſunt vere. RVBENTI.]florēti, propter Solē & clarū, & inſolitū. CANDIDA auis.]ciconia, quæ eſt candida, & vorat ſerpentes. Volunt quidā, Ibidē in Aegypto è genere ciconiarū eſſe; ſed colore differre: eſt enim nigra ibis. Sed tamē incompertū eſt, vnde veniant ciconiæ. ſed puto ab Aegypto & Africâ, vbi ſunt frequētes paludib. Columella ait: Vere vel autumno tempeſtiuè deponitur vinea. Plinius: Vere, ſi aut pluuius aut frigidus ſtatus cœli eſt, aut ager pinguis aut campeſtris, aut vliginoſa planicies: rurſus autumno, ſi ſicca, ſi calida eſt aëris qualitas, ſi exilis atq; aridus campus, ſi macer, præruptus vt collis. Vernæ poſitionis dies ferè 10. ſunt; ab idibus Februarij vſq; ad æquinoctiū: rurſus autumnales, ab idibus Octobris: rurſus autumnales, in Calendas Decembris. Theophraſtus lib. 3. Cauſarū, multa ſcribit de ſatione vernâ & autumnali. CANDIDA venit.] ſcil. ex paludibus, quæ ſunt inter Aegyptū & Aethiopiam. PRIMA.] ſcil. poſitio & ſatio. RAPIDVS.]velox, propter breuitatē dierū. & vult notare, a Calendis Octobr. ad principiū hyemis. PRÆTERIT.] præterijt. VER.]Deſcriptio veris temporis, quod laudat. TVMENT.] propter humorē cœleſtem. TVM pater.] Iupiter. ÆTHER.] Ponit hîc pro aëre & cœlo: ſcil. immixto calore. TERRA.] interpretatur Iuno, & Iupiter, aër: vnde eſt omnis generatio, propter calorem. OMNIPOTENS.] quia ex elemento igneo omnia facta ſunt, vt diximus in primo libro. FOECVNDIS.] quia fœcundam reddunt terram.

MVLTOQVE per annos Multa virûm voluens durando ſecula vincit.] In Romano libro legere eſt, Multosq; nepotes, Multa virûm. AVT ſummas deſtringe ex arbore plantas.] in veteribus aliquot libris, Summas omnino legitur. In quibus &, Deſtringe, non Deſtringe, habetur. In Romano verò, & aliquot alijs antiquioribus, Summa, vnitatis numero, ſexto caſu, legitur. TELLVREM boreâ rigidam ſpirante mouere.] In Romano libro, Moueri legitur: quod minimè diſplicet. VAR. Lect.

Coniugis in gremium lætæ deſcendit, & omneis
Magnus alit magno commiſtus corpore fœtus.
Auia tùm reſonant auibus virgulta canoris;
Et Venerem certis repetunt armenta diebus.
Parturit almus ager; Zephyriq; tepentibus auris
Laxant arua ſinus; ſuperat tener omnibus humor;
Inque nouos ſoles audent ſe germina tutò
Credere: nec metuit ſurgentes pampinus Auſtros,
Aut actum cœlo magnis Aquilonibus imbrem;
Sed trudit gemmas, & frondes explicat omneis.
Non alios primâ, creſcentis orgine mundi
Illuxiſſe dies, aliúmue habuiſſe tenorem
Crediderim. ver illud erat: ver magnus agebat
Orbis, & hybernis parcebant flatibus Euri:
Cùm primùm lucem pecudes hauſêre, virumque
Ferrea progenies durum caput extulit aruis,
Immiſſæq; feræ ſyluis, & ſidera cœlo.
Nec res hunc teneræ poſſent perferre laborem;
Si non tanta quies iret frigusq; caloremq;
Inter, & exciperet cœli indulgentia terras.
Quod ſupereſt, quæcunq; premes virgulta per agros,
Sparge fimo pingui, & multâ memor occule terrâ:
Aut lapidem bibulum, aut ſqualenteis infode conchas.
Inter enim labentur aquæ, tenuisq; ſubibit

BER. CONIVGIS in gremium lætæ deſcēdit.] in terram, quæ intelligitur per Iunonem; in gremium C ſuum. ALIT.] nutrit, fouet. COMMISTVS corpore.] pro, corpori. vt, Hęret pede pes. item alibi: Et magno ſe corpore miſcet. Licet poſſimus accipere; Commixtus terræ magno ſuo corpore, id eſt, æthere. AVIA virgulta.] in quibus non eſt via, vel, deſerta. TVM.] vere ſcil. RESONANT auibus canoris.] Rem dicit naturalem: quòd veris tempore ampliùs ſolent aues cantus edere, tam ex ſerenitate temporis; quàm ex herbarū, frondiumq́; innouatione, & naturalis voluptatis. CERTIS dieb.] ſtatutis, legitimis, à naturâ arcanâ quadā ratione diſpoſitis vt tractat Lucretius: qui dicit, rationem hanc ex æthereo calore deſcēdere. ALMVS ager.] ab eo quòd nos alat. ZEPHYRI.] Fauonij. alibi; Zephyro putris ſe gleba reſoluit. Horatius: Soluitur acris hyems gratâ vice Veris & Fauoni. NOVOS ſoles.] Vernales dies. NEC metuit ſurgentes pampinus Auſtros.] Variè dicit. nam ſuprà ait: Audēt ſe germina tutò Credere. AVT actum cœlo magnis Aquilonibus imbrem.] id eſt, nullos calores, aut etiam pluuias, tunc vites timent: quippe temperie. TRVDIT gēmas.] propellit, effundit in folia. NON alios primâ.] Hoc ſecundùm licentiam poëticam dixit: nam falſum eſt. Conſtat enim, poſt factum mundi, ex qualitate curſu Solis, tempora eſſe diuiſa. TENOREM.] ductum: hîc, continuationi. VER illud erat.] Abſoluta locutio: quicquid illud fuit, ver fuit. VER magnus agebat orbis.] id eſt, magnus orbis tunc vernale tempus ducebat, in ſui ſcilicet primordio. Poteſt & Magnum orbem, zodiacum circulum dicere; qui temporum diuiſionem facit. Quod ſi eſt, Agebat, prò circumagebat, accipiendum erit. HYBERNIS.]aſperis, ſæuis. FERREA progenies.] procreata ex lapidibus

Digitized by Google

quod inebriat. TENVIS.] id est, parua vua. TENTATVRA pedes.] Terentius: Nec pes nec lingua suum officium præstant. VINCTVRA.] ligatura: quia ebrius non potest loqui. PVRPVREÆ.] genus est vuæ purpureæ, inter nigrum & album. PRECIÆ.] Vuæ sunt duo genera, magnitudine acini discernuntur, quibus est plurima materies: & est vua ollis aptissima. RHETICA.] Temperatis locis bene prouenit, in maritimis Alpibus frequens. Plinius sic ait: In Veronensi agro, &c. Rhetica Falernis tantùm posthabita à Vergilio nostro: ex eâ nunc dicitur vinum grupellum, rubri coloris. Sunt & in Rhetiâ optima vina alba, non cedentia Gauranis & Surrentinis: quæ appellantur à loco, Traminia. QVO carmine.] Hoc dicit, quia laudata fuit à Catone. SVNT & Amineæ vites.] Aminearum vitium quinque sunt genera: quorum principatum habet minor Aminea; quæ cùm vento austro læditur, cæteris ventis alitur: vt in Vesuuio, Surrentinis collibus. in cæterâ Italiâ, non nisi arbori accommodatur. Prima ex Amineis citò maturescit, & putrescit. TMOLVS.] mons Lydiæ: Amineis consitus vitibus est. Sunt & Amineæ optimæ in Chio insulâ: vnde intelligimus, vinum Chium esse Amineum. In Chiâ insulâ est portus, nomine Phanæus. ideo Vergilius in hoc loco, ex Phanæo significat vinum Chium, quod etiam Aruisium appellatur. PHANÆVS rex.] à quo habet nomen portus Chij.

PROB. NON eadem arboribus pendet vindemia nostris, Quam Methymnæo carpit de palmite Lesbos.] Lesbos est insula Asiæ, in sinu Aegæo, conspicua Troadi & Thraciæ: à Lesbbe, filio Macharis, appellata: in quâ est oppidum, quod appellatur Methymna, ex quo fuit Arion citharœdus. Palmitem significat vitem. SVNT Thasiæ vites, sunt & Mareotides albæ.] A' Thaso dicitur insulâ: vnde Thasias. Mareotidas, Aegyptiacas intelligimus, à palude Mareotide, quæ est in Aegypto. Psithiæ genus vitis, & Lageos, & preciæ, & purpureæ. Argites aũt dicta est à candore. TMOLVS & assurgit quibus, & rex ipse Phanæus.] Tmolum vult intelligi Lydiæ montẽ, omnino fertilẽ. Phanæũ, portũ vult esse insulæ Chiæ, & significari inde Chiũ. Amineum, Rhodia & Bumasthos, genera sunt vuarum. Rhodia, à loco dicta: Bumasthos, quòd imitetur papillas vaccæ. Ionius fluctus, dicitur Adriaticum mare: quod Ionium est ab Ione dictum. A

NASCVNTVR oliuæ Orchites, & radij, & amarà pausia baccà.] Quámuis Seruius, Orchites, agnoscit: in Mediceo tamen, Longobardico, & alijs antiquis libris manuscriptis, quos ego vsq; in hoc tempus viderim, Orchades habetur. ET quo te carmine dicam Rhetica? nec cellis ideò contende Falernis.] In libris aliquot antiquis legere est, Ne cellis adeò: vt etiam citatum est ab Arusiano. Quòd nescio quid elegantius habere videtur. adeó pro tamen. Quámuis ideò Seruius agnoscit. TMOLVS & assurgit quibus, & rex ipse Phanæus.] In antiquis aliquot libris manuscriptis legere est absq; Et particula, Tmolus assurgit quibus. VAR. Lect.

CAEL. Rhod. Sed vt ista certiore metiamur modulo; sciendum ampliùs, non vnam priscis fuisse oliuitatem: siquidem prima fuit, Columellâ tradente, in quâ acerbum exprimebatur oleum ex necdum maturescentibus baccis. æstiua dicebatur hæc. Sequens habebat Nouembris finem: indè oleum erat virens, ex viridibus manans oliuis. Tertia Decembrĩ fiebat mense: huius erat maturum oleum. Vltima fuit mensis Ianuarij: Aldum oleum appellat Dioscorides, vt à viridi separetur, cuius confectionem pluribus idem exsequitur. Seruius in II. Georg. illud enarrans; B

Et amarâ pausia baccâ.

Amarâ, inquit, id est, viridi: nam de pausiâ viride oleum fit, vnde contrà dicitur dulce, quod virens non est.

Argitisq; minor: cui non certauerit vlla,
Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos.
Non ego te dijs & mensis accepta secundis
Transierim Rhodia, & tumidis Bumaste racemis.
Sed neq; quá multæ species, nec nomina quæ sint,
Est numerus: neq; enim numero cóprédere refert:
Quem qui scire velit, Libyci velit æquoris idem
Discere quàm multæ Zephyro turbentur arenæ;
Aut vbi nauigijs violentior incidit Eurus,
Nôsse quot Ionij veniant ad littora fluctus.
Nec verò terræ ferre omneis omnia possunt.
Fluminibus salices, crassisq; paludibus alni
Nascuntur, steriles saxosis montibus orni:
Littora myrtetis lætissima: deniq; apertos
Bacchus amat colles: Aquilonem & frigora taxi.
Aspice & extremis domitum cultoribus orbem,
Eoasq; domos Arabum, pictosq; Gelonos.
Diuisæ arboribus patriæ: sola India nigrum
Fert hebenum: solis est turea virga Sabæis.
Quid tibi odorato referam sudantia ligno,

SER. ARGITISQVE minor.] quantum ad speciem solam pertinet. CVI non certauerit vlla.] id est, nulla se in his quæ sequuntur, cóparare contendat. AVT tantùm fluere.] id est, tam abundans esse. DIIS & mẽsis accepta secundis.] grata sacrificijs & mensis secundis: pomorum scilicet. RHODIA.] Rhodos insula est, cuius nunc vinũ laudat. TVMIDIS racemis.] turgétibus. BVMASTE.] Vua in mammæ bouis similitudinem. QVVM multæ species.] Scit apud diuersos lecta esse innumera vitium genera, quibus offensus ait; Colligere tanta vitium genera, nec vtile est, nec possibile. Qui enim conatur vniuersa cognoscere, debet etiam impossibilia scire, vt arenarum vel fluctuum numerum. REFERT.] aut, interest: aut prodest. LIBYCI æquoris.] id est, Africani. ipse alibi: Littus arenosum Libyæ. NEC verò terræ.] Aut generale est, sicut ait in primo: Et quid quæq; ferat regio. aut ad superiora pertinet; vt talis sit sensus: Non prodest nôsse cũcta vitiũ genera: nec enim omnia procreãtur in omnibus terris. CRASSIS plaudibus alni.] lutosis naturaliter. STERILES saxosis montibus orni.] Non solùm in omnibus terris minimè nascuntur: sed etiam ea, quæ propria sunt singulis regionibus, non vbiq; in eis proueniũt; sed distinctis proprijsq; locis nascuntur: vt quædã iuxta flumina, quædã in mõtibus, nonnulla in locis palustribus oriantur. Si ergo vna regio arbores sibi naturaliter insitas, nõ in quibuscũq; locis, sed distinctis & certis profert: multò magis vna prouincia vel regio, non potest vniuersas arbores diuersi generis cõtinere. LITTORA myrtetis lætissima.] Locum posuit pro ipsis arboribus: sicut salictum pro salicibus. nam myrtetum est locus: ipsa arbor autem, myrtus vocatur. C APERTOS Bacchus amat colles.] Hinc est, quòd vites amant montium latiora, vel scopulos. nam dicit, Bacchum colles amare: vt significet, vineas in montibus plerunq; fertiliores exsistere: licèt etiam planities plurimæ vino sint fertiles. ET frigora taxi.] Taxus est arbor venenata. & Taxi hîc pluralis est numerus. & hoc dicit: Bacchus amat colles, id est, vites vberiores sunt in montibus: Taxi amant Aquilonem, qui est ventus frigidus. ASPICE & extremis.] intuere & extremum orbem cum suis cultoribus domitum. nam subaudimus Cum. & per transitum maiestatem Romani laudat imperij. EOASQVE domos Arabũ.] Arabia, Panchaia, & Sabæorum gens eadem est, apud quam tus nascitur: vt, Solis est turea virga Sabæis. Item: Totaq; turiferis Panchaia pinguis arenis. Plautus: Arabico ture. PICTOSQVE Gelonos.] id est, stigmata habentes. & sunt populi Scythiæ: vt, Pictiq; Agathyrsi. DIVISÆ arboribus patriæ.] regiones: vt, Italiam quæro patriam. SOLA India nigrum fert hebenum.] Atqui

A & in Aegypto nascitur. sed Indiam, omnem plagam Aethiopiæ accipimus. Sanè & hæc hebenus, & hoc hebenum, dicitur. hîc neutro vsus est. Lucanus autem ait: Hebenus Mareotica vastos Non operit postes. Hebenus autem, arbor est, quæ cæsa durescit in lapidem. SOLIS est turea.] Apud Sabæos tus nascitur: qui (vt suprà dictum est) ijdem sunt, & Arabici, & Panchaici. ODORATO sudantia ligno.] id est, quorum ligna odoriferum succum referunt.

POM. Sabi. ARGITIS.] dicitur ab argento, id est, candore. MINOR argitis.] minor Aminea, quæ habet nomen à candore argenti. FLVERE.] quia ex illâ minore prouenit multum vini, quod diu durat. RHODIA.] Rhodos insula est, quæ prima apparuit in mari, dicata Phœbo. in eâ primùm dicitur reperta vitis. DIIS & mensis secundis.] propter primitias; & quia afferebatur vua Rhodia in secundis mensis. BVMASTE.] Bumastos genus vuæ dicitur, quòd magnitudine mammillas vaccæ imitetur. SPECIES.] scilicet vuarũ. Plinius ait: Genera vitium numero comprehendi posse, vnus existimauit Democritus, cunctas sibi in Græciâ professus: cæteri, innumera atq; infinita esse prodiderunt genera vitiũ. NON refert.] non vtile est, nominare

B omnes vuas: quoniã nec numerũ vuarum & vitium. ARENÆ.] Non potest sciri numerus arenarum: & sic vitium impossibile est genera comprehendere. LIBYCI æquoris.] ex aliâ parte Africæ, vbi sunt solitudines arenariæ. LIBYCI æquoris.] Libycorum camporũ, vbi est tantùmmodò solitudo arenosa; vbi vento impelluntur cumuli arenarũ, Zephyro præsertim. ZEPHYRVS.] Zephyrus est ventus, qui spirat ab occidente, & cõcitat mare Ionium; quod incipit à Tarento, & extenditur vsq; Corinthũ. Corinthos ex eá parte, quæ vergit ad nos, mare Ioniũ habet. Eurus ventus cùm spirat, tempestatem facit in Ionio, & in Adriatico. NEC verò.] Quòd terræ omnia nõ possint ferre, inquit, in omnibus locis; & denegatá naturá soli, frustratur agricola. CRASSIS.] quia aqua palustris est crassior aquá fontaná. ALNI.] arbores altissimæ. ORNI. arbores quæ gaudent saxis. MYRTVS.] prouenit in littore. BACCHVS.] Vineta debent esse in collem vergentem ad oriente hybernũ, vti insolentur in hyeme. Bacchus, ist est, ipsa vineta. COLLES.] in quibus non est tanta pinguedo; & sunt patentiores ad solem. TAXVS.] est arbor, ex cuius succo antiqui faciebant toxicũ; appellatũ quasi taxicum.

Hoc genere arboris abundat Thessalia: indè est, quòd aiunt Thessala venena. ORBEM domitũ extremis cultoribus.] Vult dicere Vergilius; Artificiũ esse per totũ orbẽ terrarũ. & incipit in extremo septentrione: & ex artificio omnia meliora fiunt. EXTREMIS.] vltimis, habitantibus extremas partes orbis terrarũ. ARABAS.] quos accipit pro extremis Orientalibus. EOAS.] orientales. Arabes inter Orientẽ & meridiẽ sunt: à parte superiori habent mare Persicũ; ab inferiori rubrũ. Itaq; porrigitur inter duo maria: sicut & Italia inter Adriaticũ & Tyrrhenũ. accipit Vergilius extremũ orientẽ. GELONOS pictos.] Geloni populi sunt Schytiæ, nominati à Gelono filio Herculis. Ruffi sunt, & cæsijs oculis, & diteς. Picti appellãtur, propter vestes versicolores. & etiã Agathyrsi, qui sunt Gelonis finitimi, ijsdẽ vestibus vtũtur. SABÆIS.] Arabibus. Indica arbor est Hebenus, cuius materia est nigra, seu nigricans. eius duo sunt genera: accedit postea & tertia hebenus, folio & ramo similis terebintho, fructu amygdalis. In Bactris peculiaris est; & ibi terebinthũ putant. Nascitur & in alijs locis hebenus; sed laudatissima in Indiã. Herodotus, ab Aethiopibus dari hebenũ pro tributo regibus Persarũ, dixit. Primus Romæ in triumpho Mithridatico ostendit Pompeius Magnus. vritur odore iucundo: eius lignũ nigrũ est, & preciosum. Lucanus dixit hebenum Mareoticã, ex Aegypto. DIVISÆ.] scil. sunt. TVREA virga.] Theophrastus ait: Gignũtur in Arabiá, circa Sabá Metropolim, tus, myrrha, casiæ, cinnamomũ: tus & myrrha in mõte, & in radice montis. Turis arbor non magna est, altitudine quinq; cubitorum: multos habet ramos, folia pyri, quibus est color rutæ. Ei est cortex leuis, vt lauro. In Hierichuntis vallibus Iudææ, Balsamus est modica arbor, vt scribit Cornelius Tacitus: cuius vt quisq; ramus intumuit, si vim ferri adhibeas, pauent venæ fragunt. ideò lapidibus aut testa aperiuntur rami. humor qui indè liquescit, balsamũ appellatur; & in vsu medicamentorũ est. Volũt quidã, bene indictum fuisse Iudæis; & ob eam rem euersas Hierosolymas quia vectigal balsami Romanis tradere negauerint. ODORATO.] precioso, quod etiam vritur ad odorem. LIGNO.] ex ipso balsamo. SVDANTIA.] paulatim liquescentia.

EOASQVE domos Arabum, pictosque Gelonos.] sunt Scythæ, dicti ab Herculis filio Gelono, & Echidnã: vt in IV. Herodotus refert. Hebenũ, lignum est nigrum, preciosum. PROB.

Balsamaq;, & baccas semper frondentis acanthi?
Quid nemora Æthiopum molli canentia lanâ?
Velleraq; vt folijs depectant tenuia Seres?
Aut quos Oceano propior gerit India lucos,
Extremi sinus orbis, vbi aëra vincere summum
Arboris haud vllæ iactu potuêre sagittæ?
Et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris.
Media fert tristeis succos, tardumq; saporem
Felicis mali; quo non præsentius vllum,
Pocula si quando sæuæ infecêre nouercæ,
Miscueruntq; herbas, & non innoxia verba,
Auxilium venit, ac membris agit atra venena.
Ipsa ingens arbos, faciemq; simillima lauro:
Et, si non alium latè iactaret odorem,
Laurus erat: folia haud vllis labentia ventis:
Flos apprima tenax. animas, & olentia Medi
Ora fouent illo; & senibus medicantur anhelis.
Sed neq; Medorum syluæ, ditissima terra,
Nec pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hermus,

C SER. BALSAMAQVE.] Vacat Que. vt alibi: Dixitq;, & plia voce diremit. Sanè Balsamum est ipsa arbor: opobalsamũ, succus collectus ex arbore. nam ὀπὸς dicitur succus; ξύλον lignũ: vnde Xylobalsamũ, lignũ ipsius arboris. Probatio ait opobalsami hæc est, vt dicit Plinius: si cõtra solem feratur, & corruptũ nõ sit, manum ferentis exurit. ET baccas semper frondentis acanthi.] Acanthus arbor est in Aegypto, semper frondens, vt oliua, laurus. & Acanthus dicta, quasi spinis plena. ἄκανθα enim spina est. nam est spinosa arbor. Abundat hæc etiã in Cyrenaicá insulâ. VELLERAQVE vt folijs.] Apud Indos & Seres sunt quidã in arboribus vermes, qui bombyces appellantur; qui in aranearũ morem fila tenuissima deducunt: vnde est sericũ. nam lanam arboreã non possumus accipere, quæ vbiq; procreatur. DEPECTANT.] decerpũt. Sed alij Depectãt legunt. quod si est: Seres posuit pro Seres, sicut trabes pro trabs. sic Lucanus: Sub iuga iam Seres, iã barbarus isset Araxes. OCEANO propior gerit India lucos.] Gerit, pro, habet. vt alibi: Virginis os habitumq; gerens. Hæc enim habet arbores magnas, quæ est iuxta Oceanum. hinc, Extremi sinus orbis. NON tarda.] id est, strenuissima. nã est λιτότης figura. MEDIA fert tristeis succos.] Di, sine sibilo proferenda est: græcum enim est nomen. & Media prouinciæ est. Tristeis autem, amaros: vt, Tristesq; lupini. TARDVMQVE saporem.] Apud Medos nascitur quædam arbor, ferens mala, quæ Medica vocantur: quam per periphrasin ostendit, eius supprimens nomen. Hanc plerique citrum volunt, quod negat Apuleius, in libris quos de arboribus scripsit; & docet, longè aliud esse genus arboris. Tardum autem saporem dicit, vix intelligibilem: quod illi ad carnem mediam citri referunt. nam prima & interior facilè suum ostendit saporem. FELICIS mali.] Secundùm eos, qui dicunt citrum fœcundum. nam hæc arbor, omni

penè tempore plena eſt pomis: quæ in eâ partim matura, partim acerba, partim adhuc in flore ſunt poſita. Aut certè Felicis, *ſalubris: nulla enim efficatior res eſt ad venena pellenda.* SÆVÆ nouercæ.] *Aut illæ quæ ſaue ſunt: aut epitheton eſt omnium nouercarum.* NON innoxia verba.] *ἀντίφρασις figura eſt: id eſt, nocentiſſima. & eſt augmentum: quaſi parũ putent, venena miſcere; niſi etiam magicos cantus addiderint.* MEMBRIS agit atra venena.] *Radices, nuces, lupini, citrum, apium, proſunt contra futurum; non contra iam acceptũ venenum. vnde etiam antiquitus, ante vllas alias epulas, hæc ſolebant menſis apponere. Apparet ergo, non eum de citro loqui in præſenti, cum dicit;* Membris agit atra venena: *iam data.* FACIEMQVE ſimillima lauro.] *Figura Ciceronis, qui ait in Cæſarianis:* Sed ſimillimũ deo iudico. *Sanè etiam hoc probat, citrũ non eſſe. nam citri arbor, & multũ non poteſt creſcere; & multò habet folia maiora, quàm laurus.* Si non aliũ latè iactaret odorẽ.] *Et infinitum emittit ſuũ odorem, & longè aliũ quàm laurus.* FLOS apprima tenax.] *Apprima, id eſt, maximè. & eſt nomẽ pro aduerbio: ſicut,* Ex pede terrã Crebra ferit. *pro crebrò.* ANIMAS.] *ἀσθμα, id eſt, pulmonis vitioſum anhelitũ. quod exprimit, ſubdens:* Senibus medicantur anhelis. OLENTIA ora.] *putetia: id eſt. δυσωδίας oris. Notandũ ſanè, huic vni tãtùm arbori incubuiſſe Vergiliũ, & expreſſiſſe, vbi ſtet, qualis ſit, cuius poteſtatis: ſicut in Quarto, de herbâ amello. Quod, qui de arboribus aut herbis ſcripſerunt, in omnibus exſequũtur.* SED neq; Medorũ ſyluæ.] *Iam incipit laus Italiæ: quam exſequitur ſecũdùm præcepta rhetorica. Nam dicit, eam & habere bona omnia, & carere malis vniuerſis.* GANGES.] *Indiæ fluuius, per quem prouincia ſignificatur.* HERMVS.] *Lydiæ fluuius, arenas aureas trahens.*

POM. Sabi. ACANTHI.] *Probus ait:* Acanthus herba eſt ſpinoſa, folia habens lata & rugoſa. *Verum dicit, ſed non eſt hic herba. Plinius ſic ait:* Spinę albę ſimilis eſt ſpina illa, quam Gręci acanthon vocant, minoribus multò folijs, & aculeatis per extremitates, & araneosâ lanugine obductis: quâ collectâ, etiam veſtes quædã bombycinis ſimiles fiunt in Oriente. De eâdem acantho voluit intelligere Vergilius in fine primi libri Æneidos. *Et paulò pòſt idem Plinius:* Pyrrhacanthi baccę cõtra ſerpentũ ictus bibuntur. *Hæc enim acanthus, propter aculeorum ſimilitudinẽ, pyrrhacanthos nominatur. quodcũq; enim in acumen ſurgit, ab flãmâ appellari poteſt. nam & apud Græcos ariſta, quæ eſt in ſpicã frumenti, pyrrhos dicitur: & ſepulchra, propter acumen & ſimilitudinem ſpinarum & flãmę, pyrrhamides nuncupantur. Ergo acanthos, & pyrrhacanthos, idẽ eſt: & græcè acanthos dicitur ſpina.* FRONDENTIS.] *nunquam deponentis folia.* ÆTHIOPVM.] *Aethiopia Aegypto contermina, inſignes habet arbores, laniferas quoq;. Autore Plinio, in Tylo inſulâ maris Perſici, ſunt arbores (goſampinos vocant) lanigeræ; folia habens infœcunda: quæ niſi minora eſſent, vitiũ poterant videri. Ferunt cucurbitas, amplitudine mali cotonei: quæ maturitate apertæ, oſtendũt lanuginis pilas; ex quibus precioſa lintea conficiunt. Et Iuba tradit, circa fruticem lanuginem eſſe, linteaq; indè fieri, Indicis præſtantiora. Aethiopia ſita eſt ab oriente hyberno, ad occidentem hybernum, ſub ipſo meridiano: & in eã parte, quæ imminet mari meridiano, excelſus eſt mons, qui æternis ardet ignibus.* CANENTIA.] *albeſcentia.* MOLLI.] *tunc eſt bona lana, cùm eſt mollis.* VELLERA.] *Seres primi ex illâ immani Scythiâ cognoſcuntur lanificio ſyluarum nobiles, perfuſam aquâ depectentes frondũ caniciẽ. mites quidem ſunt; ſed & ipſis feris perſimiles, cœtum reliquorum mortalium fugiunt, cùm commercia exſpectant.* DEPECTANT.] *pectant.* INDIA.] *in extremã Indiâ ſunt arbores laniferæ.* OCEANO.] *ſcilicet orientali.* EXTREMI.] *quia India ad Oceanũ eſt finis terrarũ ad orientẽ. & hoc dicit propter quaſdã inſulas, in quibus ſunt arbores laniferæ.* VBI.] *in qua parte Indiæ, ſunt arbores altiſſimæ, adeò vt ſuperent iactũ ſagittarũ, quæ ſunt emiſſæ ab arcu. quemadmodũ in Scythiâ, vbi ſunt populi Moſſynæci, ſunt arbores adeò altæ, vt certent cum ipſo aëre in altitudine.* ILLA gens.] *Indica, vbi ſunt optimi ſagittatores, & non poſſunt arbores ſuperare.* A QVIDEM.] *certè.* NON eſt tarda.] *id eſt, diligens in ſagittãdo.* MEDIA.] *Nunc dicit de malo Medico, id eſt, melangulo: ex Theophraſto & Plinio. Malus medica, ſiue Perſica, ſiue Aſſyria, folia habet penè vt portulaca, & aculeos vt pyrus, aut ſpina. pomũ eius aliâs non manditur; ſed odoratiſſimũ eſt. folia inter veſtes poſita, teredines arcent. Vtile pomũ eſt, cùm quis potionem hauſerit, ad nares admoueri, vt nauſeã comprimat. Caro cõman ducata ſuauẽ facit halitũ: ſemen detractum vere ſeritur in areas, indè ad riguũ, molle ac tenue trãsfertur ſolũ. Poma arbor omni tẽpore fert, alijs ſubnaſcẽtib9, alijs matureſcẽtibus. Grana huius mali, Parthorũ reges decoquent in eſculentis. Prob9 ait, appellari rhododaphnen hanc arborẽ. nec mirũ: nã aſpectu & folijs ſimilis eſt lauro. Hæc aliter dicitur mal9 Citria, & mal9 Aſſyria.* Media, *eſt prouincia iũcta Meſopotamiæ.* TRISTES.] *amaros.* TARDVM.] *hebetem.* DENTES.] *Quia hebetat dentes ſuccus mali Medici.* FELICIS.] *propter duas rationes: quòd eſt contra venenũ præſentaneũ remedium.* PRÆSENTIVS.] *præſentaneũ remedium contra venena, in malum Medicũ. ideò Plinius inquit, venenis medetur. hæc eſt inter omnes peregrinas arbores ſalutaris.* B QVO.] *ſcilicet malo Medico.* PRÆSENTIVS.] *magis præſentaneum.* INFECERE.] *veneno & incantationibus.* NON innoxia.] *id eſt, noxia, propter incantationes. & eſt duplex venenum.* AGIT.] *expellit.* ATRA.] *liuida: ab effectu; quia veneno necati fiunt liuidi & nigri, vt Iuuenalis ait.* IPSA.] *arbor Medica.* FACIEM ſimillima.] *id eſt, in ipſo aſpectu videtur eſſe laurus.* LABENTIA.] *quia nunquam cadunt folia, etiamſi ſpirent venti.* APPRIMA.] *in principio.* ANIMAS.] *ſpiritum & flatum.* FOVENT.] *ſedant grauem anhelitum, & grauceolentiam.* ANHELIS.] *ſuſpirioſis, & qui non poſſunt graue exhalare.* SED neq; Medorum ditiſſima.] *pariendo tales arbores.* PVLCHER Ganges.] *regiones orientis dicit. Ganges, eſt fluuius Indiæ. huius origo eſt à montibus, qui ſunt in ſuperiore Indiâ, verſus ſeptentrionem.* PVLCHER.] *Primus Romanam claſſem, per alueum Gangis, Traianus Cæſar duxit, ex Indico ſinu. Traianus bellum geſſit contra Indos. Gangetici populi indè dicuntur.* Pulcher: *quia eſt maximus fluminum orientalium.* HERMVS.] *fluuius Mæoniæ: labitur ex Tmolo monte: ramenta fert auri. ideò turbidus: quia habet aurum mixtum.* C

BALSAMAQVE.] *Balſamum, eſt liquidum medicamentũ, colorum curationi neceſſarium, quod ex arboribus deſtillat in modum picis.* Acanthus *eſt herba ſpinoſa, folia lata habens, & rugoſa.* QVID nemora Æthiopum molli canentia lanâ, Velleraq; vt folijs depectant tenuia Seres?] *Exiſtimantur beſtiolæ quædam, quas bombyces vocant. Quidam indicant, ex arũdinum folijs feras veluti lanam facere: & indè fieri ſerica. Seres autem, natio eſt in vltima Indiâ.* MEDIA fert triſtes ſuccos, tardumq; ſaporem.] *Pars Parthorum Media eſt appellata à Medo, filio Medeæ & Aegei; vt exiſtimat Varro: qui quatuor libros de Argonautis edidit. Arbor autem, quæ deſcribitur à Vergilio, naſcitur quidẽ & in Italiã: ſed nõ eſt eiuſdem effectus, cuius in Media: & appellatur Rododaphne.* NEC pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hermus.] *Ganges, fluuius eſt Indiæ: Hermus Lydiæ, qui fert aurum.* PROB.

QVO non præſentius vllum.] *In Lõgobardico libro,* Præſtãtius *legitur. Sed* Præſentius *magis placet eruditis.* VAR. Lect. MISCVERVNTQVE herbas.] *In Obõgo purteri libro, atq; etiã in Longobardico,* Miſcuerãt *legitur: quod minimè placet. In altero antiquo,* Miſcuerint, *habetur. Sed ego nunquam lectionem primam reijcerem: cùm in Bucolicis* Tulerunt: *& apud Terentiũ,* Emerunt, *de eâdem figurâ legatur.*

LAVDI-

Digitized by Google

Laudibus Italiæ certent: non Bactra, neq; Indi,
Totaq; turiferis Panchaia pinguis arenis.
Hæc loca non tauri spirantes naribus ignem
Inuertêre, satis immanis dentibus hydri.
Nec galeis, densisq; virûm seges horruit hastis.
Sed grauidæ fruges, & Bacchi Massicus humor
Impleuêre, tenent oleæq;, armentaq; læta.
Hinc bellator equus campo sese arduus infert:
Hinc albi, Clitumne, greges, & maxima taurus
Victima, sæpè tuo perfusi flumine sacro
Romanos ad templa deûm duxêre triumphos.
Hîc ver assiduum, atq; alienis mensibus æstas:
Bis grauidæ pecudes, bis pomis vtilis arbos.
At rabidæ tigres absunt, & sæua leonum
Semina: nec miseros fallunt aconita legentes;
Nec rapit immensos orbes per humum; neq; tanto
Squameus in spiram tractu se colligit anguis.
Adde tot egregias vrbes, operumq; laborem;

A SER. LAVDIBVS Italiæ certent.] *Figuratè i. nam* Certo tecũ, *dicimus.* BACTRA.] *regio iuxta Assyrios: vnde & populi Bactriani.* PANCHAIA.] *Arabia, vt suprà diximus. Arabia autem est regio, vbi & templum Triphyllai Iouis habent, vt scribit Euemerus. ipse alibi:* Panchæis adolescent ignibus aræ. TAVRI spirãtes naribꝰ igñe.] *Quales fuerũt in Colchide, ciuitate Scythiæ. nã hoc habet fabula: Iasõ Colchos profectꝰ, ad tollẽdũ vellus aureũ, quod dicârat Marti Phryxus; fretus Medeæ auxilio, & peruigilẽ dracone occidit, & eius dentes seuit, iunctis tauris ignẽ flantibꝰ. Vnde nati armati, quãprimũm fecerunt impetũ in Iasonem frustrà: postea mutuis vulneribus* B *conciderunt. Has autem ei conditiones Aeëta rex proposuerat: cui Apollo responderat, tamdiu eum fuisse regnaturum, quamdiu illud vellus fuisset in templo.* SATIS.] *seminatis.* HYDRI.] *serpentis. Hic est anguis, quem Cadmus in Bœotiâ occidisse fertur: cuius denteis ipse partim ibidem seuit, partim Aeëtas in Colchide. ex quibus vtrinq; seges armatorũ hominum enata est.* SEGES horruit.] *non placuit. Seges autem; quia de semine.* GRAVIDÆ fruges.] *largæ, abundantes.* MASSICVS humor.] *id est, vinum Campanum, à Massico monte Campaniæ.* ARDVVS.] *celsus & eminẽs.* HINC alibi Clitumne greges.] *Clitumne, vocatiuus est. Clitumnus autem fluuius est in Meuaniâ, quæ pars est Vmbriæ, partis Thusciæ: de quo fluuio dicit Plinius in historiâ naturali; quòd animalia, quæ cum potauerint, albos fœtus creant.* MAXIMA taurus victima.] *Quia triumphantes de albis tauris sacrificabant.* SÆPE tuo perfusi flumine sacro.] Flumine, *fluento. Perfusi autem tauri, qui ante triumphantes vsq; ad templa ducebantur. aut certè* Perfusi greges *intelligamus: quod ad equos triumphales potest referri.* DVXERE triumphos.] *si equi, duxerunt: si boues, deduxerunt.* HIC ver assiduum.] *verna temperies: nam ver pro-* C *priè assiduum esse non potest, seu longum. Horatius:* Ver vbi lõgum tepidasq; præbet Iuppiter vmbras. ALIENIS mensibus æstas. *id est, quando alibi hyems, in Italiâ penè æstas esse videtur.* BIS grauidæ pecudes.] *Verum est. indè enim est in Bucolicis:* Lac mihi non æstate nouum, non frigore desit. BIS pomis vtilis arbos.] *id est, biferæ sunt arbores.* AT rabidæ tigres absunt.] *malum Armeniæ.* ET sæua leonum.] *malum Libyæ.* SEMINA.] *genera. & est Lucretij sermo. nam quòd ait* Sæua, *aut cruenta accipimus, aut reuerà sæua semina. Vt enim ait Plinius, animalia, quæ sunt cum acutis vnguibus, frequenter párere non possunt: vitiantur enim intrinsecus, se mouentibus pullis.* NEC miseros fallunt aconita legentes.] *Mirâ arte vsus est, vt excusaret rem, quam negare non poterat. nam aconita nascuntur in Italiâ: sed ea non obesse dicit, quia sunt omnibus nota. vnde dicit:* Nec fallunt legẽtes: *vel quia ea scientes vemuant & reijciunt; quod omnes scire significat. Aconita autem nata dicuntur esse de spumis Cerberi, quo tempore Hercules eum ab inferis traxit. Quod quia in saxis & cotibus nascitur, aconitum dicitur; ἀπὸ τῆς ἀκόνης, id est, à cote. Etiam dicimus τὸ ἀκόνιτον, ὡς τὰ ἀκόνιτα.* NEQVE tanto Squameus.] *Sunt quidem serpentes in Italiâ; sed non tales, quales in Aegypto, aut in Africâ.* IN spiram.] *in collectionem volubilitatis: quod est à funibus tractum.* ADDE tot egregias vrbeis.] *Laudat Italiam à ciuitatibus; quas & plures habet, & maximas, & opportunissimè collocatas.* OPERVMQVE laborem.] *quæ sunt in muris &*

mœnibus vrbium, alijsq; ædificijs & templis.

POM. Sabi. BACTRA.] *numero multitudinis declinantur. &, vt Q. Curtius ait; Bactrianæ regionis caput est, quæ est supra Persidem vrbs. sita est sub mõte Paropamiso: cuius terminos præterit Bactrus amnis, qui vrbi & regioni nomen fecit.* INDI.] *propter fertilitatem & numerum populorum.* PANCHAIA.] *regio est Persidis, dicta à Panchæo rege. Quidã dixerunt esse Arabiæ partem.* PINGVIS.] *quia tus est pingue, vt resina.* HÆC loca.] *Italiæ scil. Nũc ad laudes Italiæ.* TAVRI.] *Per hoc proponit Italiã Colchidi: vbi Iason seuit dentes serpentinos: vnde nati homines armati, qui inter se dimicarunt.* INVERTERE.] *id est, inuerterunt terram in Colchide regione.* IMMANIS.] *feri draconis, custodientis aureum vellus. Iason, cæso dracone, ope & ingenio Medeæ, aratro tauros alligauit, qui è naribus ignem efflabant: campumq; in Colchide arauit, in quo dentes draconis seuit: ex quibus armata phalanx erupit.* VIRVM.] *virorum: id est, nunquã armati exiluerunt ex terrâ Italâ.* GRAVIDÆ.] *fructiferæ. in agris Italis proueniunt fruges fertiles.* HVMOR.] *Fundanus apud Varronem, in Re rusticâ, sic loquitur:* Quod far comparem Campano? quod triticum Apulo? quod vinum Falerno? oleum Venafrano? nonne arboribus ita consita Italia est, vt tota pomarium esse videatur? BACCHI Massicus humor.] *Sed apud antiquos indifferenter ponuntur, Massica & Falernũ; vt apud Silium lib. 3.* GRAVIDÆ fruges.] *fertilia genera tritici, & optima genera vinorũ, impleuêre situm Italiæ.* TENENT oleæ.] *& hoc in Venafrano agro potissimum.* LÆTA.] *pinguia.* TENENT.] *occupant.* ARMENTA læta.] *pinguia. optimi boues proueniunt in Italiâ ad arandum.* ARDVVS.] *cum magno hinnitu.* CLITVMNE.] *Clitumnus fluuius Vmbriæ, prope Meuaniã labitur: apud quẽ tauri pingues & candidi fiunt, vt meminit Plinius & Silius. & Italia ipsa adeò gregem bubulũ adamauit, vt nomen ab eo acceperit. Dicitur autẽ Italia, ab itulis, id est, vitulis. Et apud Romanos capitale erat, bouem interimere: reseruabatur enim hæc victima Ioui. Paulꝰ Aemylius in triumpho Macedonico,* CXXX. *boues cum auratis cornibus sacrificauit. In triumpho autem mactabantur boues; sicut in ouatione oues.* GREGES.] *bubuli.* MAXIMA.] *quia cadit Ioui, & in triumphis.* DVXERE.] *quia in triumphis mactabantur.* TEMPLA.] *ad tẽplũ Iouis Capitolini.* HIC ver assiduũ.] *Vult significare, esse in Italiâ temperiem maximam. In Italiâ, propter aëris temperiem, semper videtur esse vernum tempus: quod nihil aliud est, quàm æstas in alienis mensibus. ideò inquit,* Assiduum, *id est, perpetuum.* BIS grauidæ pecudes.] *& hoc est propter temperiem, ex quâ fit generatio; non ex calore adurente.* POMIS.] *Multæ sunt arbores in Italiâ, quæ propter benignitatem Solis sunt biferæ & triferæ.* ABSVNT.] *ab Italiâ.* RAPIDÆ.] *veloces. omniũ animaliũ enim velocissima est tigris: & cætera animalia deuorat atq; interficit. Et dicitur tigris sagitta, linguâ Parthicâ. in Italiâ nõ nascuntur, sed proueniunt in Africâ, & in Europâ, ad Nestũ amnem, terminum Macedoniæ & Thraciæ.* ACONITA.] *id est, in Italiâ non nascũtur venenosæ herbæ.* LEGENTES.] *colligentes.* ANGVIS.] *Dicit, in Italiâ non esse magnos serpentes, qui deuorant animalia. in Aegypto magni sunt serpentes, & in Africâ; vt crocodili, &c.* HINC bellator equus.] *Hirpini equi in pugnâ præstantissimi & potentissimi habebantur; indè Apuli; postea Lucani. nam, præter*

vires, ipsâ corporis magnitudine cæteros præcellunt equos. ORBES.] *vt crocodilus: vt ille, qui fuit interemptus ad Bagradam, à Regulo, in primo bello Punico.* SPIRAM.] *circuitionem.* ADDE tot egregias.] *Quis magnificentiam Italarum vrbium scriberet? quis multitudinem populorum? Scripserunt multi origines Italiæ, Græci ac Latini. De innumerabili populo Italiæ sic loquitur Plinius:* Hæc est Italia, quæ Lucio Æmilio Paulo, & Caio Attilio cõsulibus, nuntiato Gallico tumultu, sola sinè externis vllis auxilijs, atq; etiam sinè Transpadanis, equitum triginta millia, peditum LXX. milla armauit. *Et Diodorus libro 3.* Romam quasi prçuidentes futurum Annibalis bellum, censum fecêre & ciuium suorum & sociorum: deciesq; centena millia hominum, qui erãt bello apti, descripserunt. *Et idem ait:* Non sit mirum alicui, quòd tot copias comparauerit Ninus, & postea Semiramis; quot copias & Dareus & Xerxes: cùm ex solis Syracusis Dionysius tyrannus centum viginti millia peditum amauerit, & XII. millia equitum, & naues omnis generis CCCC. vno eduxit portu. OPERAM.] *ædificiorum.* A

PROB. NON Bactra, neq; Indi.] *Bactra, oppidum Indorum. Panchaia, regio, à rege Panchæo dicitur.* HINC albi, Clitumne, greges & maxima taurus Victima, sæpe tuo perfusi flumine sacro.] *Clitumnus est Etruriæ flumen, à fonte nauigabilis.* NEC miseros fallunt aconita legentes.] *Aconita sunt venenorum genera, quæ ferè in petris nascuntur Scythiæ, iuxta Mæotidam paludem. Existimatur autem esse ex spumâ Cerberi, quam is perfuderit, pertractus ab Hercule in lucem. Aconita autem græcè cautis nomine dicuntur: illam enim κόνιν appellant.*

VAR. Lect. TENENT oleæq;, armentaq; læta.] *In Mediceo, & antiquioribus aliquot libris, & ijs præsertim qui particulam* Que *geminare gaudent, legere est:* Tenent oleæ, armentaque læta. AT rabidę tigres absunt.] *Non displicet, quod in Mediceo, & antiquis alijs legitur,* At rapidę tigres. *ea animalia, & pernicitate cursus, & truculentiâ notantur.*

Tot congesta manu præruptis oppida saxis;
Fluminaq; antiquos subterlabentia muros.
An mare quod suprà memorẽ, quodq; alluit infrà?
An'ne lacus tantos? te Lari maxime, teq;
Fluctibus & fremitu assurgens Benace marino?
An memorem portus? Lucrinoq; addita claustra?
Atq; indignatum magnis stridoribus æquor?
Iulia quà ponto longè sonat vnda refuso,
Tyrrhenusq; fretis immittitur æstus Auernis?
Hæc eadem argenti riuos, ærisq; metalla
Ostendit venis, atq; auro plurima fluxit.
Hæc genus acre virûm, Marsos, pubemq; Sabellam,
Assuetumq; malo Ligurem, Volscosq; verutos
Extulit: hæc Decios, Marios, magnosq; Camillos,
Scipiadas duros bello; & te, maxime Cæsar,
Qui nunc extremis Asiæ iam victor in oris
Imbellem auertis Romanis arcibus Indum.
Salue magna parens frugum, Saturnia tellus,
Magna virûm: tibi res antiquæ laudis & artis
Ingredior, sanctos ausus recludere fonteis;

SER. CONGESTA manu.] *ædificata & cõstructa. & hîc ipsas vrbes, non solùm ex suâ magnitudine, sed etiam ex opere nobili laudat.* PRÆRVPTIS saxis.] *excelsis & magnis. & subaudi* Adde, *scil. ad laudem Italiæ.* FLVMINAQVE antiquos subterlabentia muros.] *Quod laudat etiam Cicero in Republicâ.* MARE quod suprà.] *id est, mare Adriaticum.* QVODQVE alluit infrà.] *id est, Tyrrhenũ.* TE Lari maxime.] *Larius est lacus vicinus Alpibus, qui, iuxta Catonẽ in Originibus, per sexaginta tenditur millia. Et Larius, Lari vocatiuũ facit; sicut Iulius Iuli, Mercurius Mercuri.* TEQVE Fluctibus, & fremitu assurgens Benace marino?] *Benacus lacus est Italiæ, qui magnitudine sui tempestates imitatur marinas.* Assurgẽs *aũt, vocatiuus est casus, vt sit: Memorẽ & te, ô Benace assurgẽs, id est, tumescens fremitu marino. aut certè antiptosis est, id est, casus pro casu; assurgens, pro, assurgentem.* AN memorem portus, Lucrinoq; addita claustra.] *In Baiano sinu Campaniæ, contra Puteolanam ciuitatem, duo lacus sunt, Auernus & Lucrinus: qui olim, propter copiam piscium, vectigalia magna præstabant. Sed cùm maris impetus plerunque irrumpens exinde pisceis excluderet, & redemptores grauia damna paterentur, supplicauerunt senatui; & profectus C. Iulius Cæsar, ductis brachijs, exclusit partem maris, quæ antè infesta esse consueuerat; reliquitq; breue spatium per Auernum, quà & piscium copia posset intrare, & fluctus non essent molesti. quod opus Iulium dictum est. Sed hîc ambitiosè* vndam Iuliam *appellauit, frementem contra moles à Iulio oppositas.* INDIGNATVM magnis stridoribus æquor.] Indignatum, *à solitâ exclusum licentiâ, & indignationem suam stridoribus prodens. Indignatum ideò dixit; quia, quo tempore in Lucrinum lacum mare immissum est, indè terrâ effossâ, contigit inter ipsum Lucrinum & Auernum, vt duo lacus miscerentur: & tanta tempestas orta est, vt prodigij loco habita sit; ac nuntiatum, simulachrum Auerni sudâsse: propter quod Põtifices ibi piacularia sacra fecerunt. Iulia autem vnda, Puteolanum portum significat.* TYRRHENVSQVE fretis æstus.] *Aestus quidem dixit Auerni: quoniam per Lucrinum lacum mare Tyrrhenum influit in Auernum.* AVRO plurima fluxit.] *id est, copiosior fuit in rem preciosiorem.* B ASSVETVMQVE malo Ligurem.] *id est, labori.* VOLSCOSQVE verutos.] *Italiæ populi sunt, iaculo vtentes in modum veru: vel quia verutis pugnant.* EXTVLIT hæc Decios.] *creauit. Decij autem duo fuerunt: quorum vnus bello Latino, alter Gallico, se pro republicâ deuouerunt.* MARIOS.] *Marij multi fuerũt: quorum vnus fuit septies consul.* CAMILLOS.] *Abusiuè pluralem numerũ pro singulari: nam Camillus vnus fuit, qui à Gallis sublata signa reuocauit.* SCIPIADAS duras bello.] *Scipiadas pro Scipionibus dixit; sicut Amazonidũ pro Amazonũ alibi posuit. Scipiones aũt duo fuerũt, auus & nepos: quorum vnus leges victæ Carthagini imposuit; alter eandẽ diruit. Hæc aũt omnia pleniùs in sexto memorauimus.* C IMBELLEM auertis Romanis arcib⁹ Indum.] *id est, auertẽdo reddis imbellẽ.* Romanis *aũt* arcib⁹, *à Romanis vrbib⁹, à Romano imperio.* SALVE magna parẽs.] *Posteaquã eã diutiùs laudauit, vertit se ad eã, & bene dicit eã laudãs.* SATVRNIA tellus.] *Nã in Italiã Saturnus regnauit.* MAGNA virûm.] *virorũ fortiũ. & iã cõcludit, laudãs eã à viris, à fertilitate rerũ, à Saturni imperio.* TIBI res antiquę laudis & artis Ingredior.] tibi, *in tuam vtilitatem scribo carmen Georgicum.* Antiquæ *autem* laudis, *vel magnæ, vel quòd apud antiquos in ingenti honore fuit agricultura.*

POM. Sabi. MVROS.] *Per hoc vult significare sumptum in aquæductibus.* AN mare suprà.] *id est, Adriaticũ.* INFRA.] *mare Tyrrhenũ. Inter ista duo maria est Italia. Per maria aũt, vult intelligere insulas Italiæ, & lacus, qui sunt in Italiâ amœnissimi.* LARI.] *Larius & Benacus, magni & nominati sunt lacus in Galliâ Cisalpinâ, quorum littoribus nihil est amœnius atque deliciosius: & in Padum amnem se onerant.* BENACI.] *Propter magnitudinem, quando impellitur vento, imitatur æstus maris.* PORTVS.] *propter portum Lunæ, qui erat ex artificio factus: & portus Brundusij ex naturâ. nondum erat portus Antij, qui superauit portum Lunæ.* CLAVSTRA.] *Cæsar partem maris in sinu Baiano mœnibus cinxit, ad delicias, quod spatium fuit ostrearum viuarium pulcherrimum: appellatumque Lucrinum, quòd etiam*

lucrum

Digitized by Google

A *lucrum afferebat. In eodem spatio erat & Lucinus portus, ante Auernum: nunc Vergilius vt Iulium Cæsarem laudet, ambitiosè appellat vndam Iuliam.* INDIGNATVM.] *quia clausum erat mare, ac si esset in vinculis.* IVLIA.] *Cæsarea.* PONTO.] *mari.* TYRRHENVS.] *quia mare, vbi est Lucrinus, dicitur Tyrrhenum.* AVERNVS.] *est lacus in Baiano agro; dictus quia contrarius sit auibus. nam cùm aues suprà volant, decidūt.* RIVOS argenti.] *Plinius sic ait:* Italia omnium metallorum fertilitate nullis cedit terris, sed vetitum id vetere consulto patrum, Italiæ parci iubentium. RIVOS.] *Translatio est ab antiquâ inuentione metallorum. Lucretius ait:* Olim, cùm homines agrestes venatu delectabantur, & non haberent vsum canum, neque instrumenta ad capiendum feras, incendebant montes ac syluas, vt indè agerent ceruos & capreas: deinde feras illas fumo & incendio attonitas capiebant. ex hoc incendio frequenti factum est, vt in locis metalliferis liquefactæ venę, argenti & auri facerent riuos. *Prima rusticana instrumenta fuerunt ex ære, indè auro, postea ex ferro. Plurima vena fluxit ex auro per Italiam: & refert ad inuentionem metallorum.* HÆC genus acre virùm.] *Lau-*
B *dat Italiam à re militari.* PVBEM Sabellam.] *Samniticam. Samnites à Sabinis originem trahunt.* LIGVREM.] *Ligurum metropolis est Genua.* MALO.] *laboribus & vigilijs, propter militiam.* Volsci *dolonibus vtebantur in bello, id est, verutis.* EXTVLIT.] *genuit.* DECII.] *Duo fuerunt, pater ac filius; & ambo se pro victoriâ deuouerunt.* MARIOS.] *multitudinem pro singulari ponit. Vult enim intelligere Marium septies consulem, Syllanæ factioni aduersantem: nisi intelligat patrem, ac filium, & fratrem.* CAMILLOS.] *Camillus alter Romulus appellatus est: quia vrbem à Gallis Senonibus liberauit, illosq; profligauit. eius etiam filius præclara gessit.* SCIPIADAS.] *maiorem Africanum, ac minorem dicit. Ideò ait* duros, *ob duratos in bello, & præstantes in re militari.* CÆSAR.] *Blanditur Cæsari Augusto, ac si Indiam domuisset. victor enim in oriente fuit; sed tamen ad Indos non peruenit: sed, postquam pacato orbe terrarum Romæ imperabat, Indorum legatio ad eum Romam venit; vt Florus meminit.* ASIÆ.] *in extremo oriente & Indiâ, quæ est in extremâ Asiâ: & de Arabiâ intelligit, quam domuit per Caium Aquilium; & Aethiopiam, quam domuit per M. Petronium. Sed puto intelligere eum de Indiâ.* AVERTIS.] *quasi sub*
C *iugum mittis.* IMBELLEM.] *effœminatum. Vno epitheto notamus omnes Asianos, imbelles, delicatos & luxuriosos.*

ARTIBVS.] *Lens Romanorum est: artem enim Romanam appellat, peritiam rei militaris.* SALVE.] *Adorat Italiam; laudatque à fertilitate, ab hominibus præstantissimis, & à diuitijs.* SALVE.] *Dionysius in hanc sententiam libro primo:* Ipse verò nullam terram vbertate rerum Italiæ comparabo, in quâ vidi trium fructuum culturas, æstiuam, hybernam, autumnalem: & hoc in Campano agro. *Messapij, Dauni, Sabini, oleis abundant: Etruria, Albani, Falerni, vitibus: denique nihil est, quod ad hominis vitam pertinet, quod non abundantissimè ferat Italia. Non mirum ergo, si tam vberrimam terram Saturniam appellauerunt. Saturnum veteres putabant largitorem omnium felicitatum: copiosa loca & fertilia Saturno dedicabant: montes & saltus Pani: prata & loca virentia Nymphis: littora & insulas, dijs marinis. Igitur Italia omnium rerum fertilis, Saturnia appellata fuit; non ab illâ fabulâ, quòd in Latio Saturnus latuerit, quem veteres sanguine humano placabant. hunc morem postea aboleuit Hercules. Habet item non vnius generis metalla, & venationes, & piscosa maria, aëriisq; temperiem. Appianus, dominam gentium appellat Italiam. & Plinius ait:* Meritò principatum naturæ obtinet Italia, rectrix parensque mundi altera: fœminis, ducibus, militibus, seruitijs, artium præstantiâ, ingeniorum claritatibus, situ ac salubritate cœli atque temperie, accessu cunctarum gentium facili, littoribus tortuosis, benigno ventorum afflatu, ferorum animalium innocentiâ. Quicquid est, quo carere vita nō debeat, nusquam est præstantius, quàm in Italiâ: fruges, vinum, oleum, vellera, lina, vestes, iuuēci. SATVRNIA.] *fertilis.* VIRVM.] *virorum.* TIBI.] *ad tuum honorem.* ANTIQVÆ laudis.] *id est, agriculturam.* RECLVDERE.] *aperire. Primus, qui carmine scripsit agriculturam, fuit Vergilius. prosâ prius multi scripserunt; & primus fuit M. Cato.*

AN mare quod suprà memorem? quodque alluit infrà.] *Cingit Italiam ab septentrione Adriaticus sinus; à meridie Thuscum mare. Adriaticum superum appellant, Thuscum inferum.* ANNE lacus tantos? te Lari maxime, teque Fluctibus, & fremitu assurgens Benace Marino.] *Vterq; lacus est in Italia. Larius Vmbros tangit, & peruenit vsq; Comum. Benacus est, ex quo Mincius flumen oritur, quod præterfluit Mantuam.* HÆC genus acre virùm Marsos, pubemq; Sabellam, &c.] *Sabelli, gens est Italiæ: Apuli ijdem appellantur, & Dauni.* Volsci veruti *ideò dicuntur, quòd dolonibus in prælio soliti sint vti.* PRO II.

SER. ASCRÆVM carmen.] *Hesiodicum. nam Hesiodus Ascræus, de ciuitate Ascrâ fuit.* NVNC locus aruorum.] *Nunc, inquit, tempus est naturam agrorum describere.* INGENIIS.] *naturis. Multi culpant hoc loco Vergilium, quòd in vnum coëgit quatuor librorum propositiones: nam & de aruo, & de consito, & de pascuo, & de florido, isto loco cōmemorat.* Quod ideò non *est reprehendendum. quia nō ea late exsequitur; sed carptim & breuiter transit, quæ latiùs explanat in singulis.* QVÆ robora cuiq;.] *quæ sit vniuscuiusq; possibilitas.* QVIS color.] *quæ species. sicut dicimus,* Quo colore ille *recitauit, id est, specie. Licèt breuiter etiam sit dicturus de colore terrarū.* DIFFICILES.] *penè steriles, & partim creantes.* COLLES maligni.] *id est, infœcundi. quum malignum Veteres infœcundum dicebant: vt ipse alibi;* Quale per incertam lunam sub luce malignâ Est iter in syluis. TENVIS vbi argilla.] *sinè humore: quia est & pinguis.* DVMOSIS.] *spinosis, & vepribus plenis.* CALCVLVS.] *lapis breuis terræ admixtus. dictus Calculus, quòd sine molestiâ sui breuitate calcetur.* VIVACIS oliuæ.] *diu viuentis. hinc su-*

Ascræumq; cano Romana per oppida carmen.
Nunc locus aruorum ingenijs, quæ robora cuiq;,
Quis color, aut quæ sit rebus natura ferendis.
Difficiles primùm terræ, collesq; maligni,
Tenuis vbi argilla, & dumosis calculus aruis,
Palladiâ gaudent syluâ viuacis oliuæ.
Indicio est tractu surgens oleaster eodem
Plurimus, & strati baccis syluestribus agri.
At, quæ pinguis humus, dulciq; vligine læta;
Quiq; frequens herbis, & fertilis vbere campus:
Qualem sæpè cauâ montis conualle solemus
Despicere: huc summis liquuntur rupibus amnes,
Felicemq; trahunt limum; quiq; editus Austro,
Et filicem curuis inuisam pascit aratris.
Hìc tibi præualidas olim, multoq; fluentes
Sufficiet Baccho vites; hîc fertilis vuæ,
Hîc laticis: qualem pateris libamus & auro;
Inflauit cùm pinguis ebur Tyrrhenus ad aras;
Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.
Sin armenta magis studium, vitulosq; tueri,
Aut fœtus ouium, aut vrenteis culta capellas;
Saltus, & saturi petito longinqua Tarenti;
Et qualem infelix amisit Mantua campum,

Pascentem niueos herboso in flumine cygnos.
Non liquidi gregibus fontes, non gramina desunt:
Et quantum longis carpent armenta diebus;
Exiguâ tantum gelidus ros nocte reponet.

prà: Tardè crescentis oliuę. *Res enim diu duratura, tardè crescat necesse est.* TRACTV.] *plagâ, regiōe.* OLEASTER.] *olea syluestris.* PLVRIMVS.] *abundans.* STRATI agri.] *operti.* BACCIS syluestribus.] *oliuis ex oleastro natis.* DVLCI'QVE vligine læta.] *vligo propriè est naturalis terræ humor, ex eâ nunquã recedens. Bene aūt* Dulci *addidit, ad discretionē amaræ. Vliginosus ergo ager, est semper humidus. nam vuidus dicitur, qui aliquando siccatur.* HVC.] *illuc.* FELICEM'QVE trahunt limū.] *terrarum scilicet: id est, fertilem. nam fluminum limus est noxius.* FILICEM curuis inuisam.] *Filicis radices sibi inuicem nexæ, etiā cùm auulsæ fuerint, renascuntur.* OLIM.] *quouis tēpore.* PATERIS & auro.] *id est, pateris aureis.* ἓν διὰ δυοῖν *facit: vt,* Molemq; & monteis. PINGVIS Tyrrhenus.] *victimarū scilicet carnibus. vt Plautus in Aul.* Tibi dabitur pinguior fidicina. *quia propter assidua sacrificia pingues fiunt.* INFLAVIT ebur.] *Tibiarū dicit, quibus in aurem sacerdotis cani solebat.* LANCIBVS pandis.] *aut patulis, aut extorū pondere curuatis.* FVMANTIA reddimus exta.] *Sacerdotū vsus est verbo. Reddi enim dicebantur exta, cùm probata & elixa aræ superponebantur.* AVT vrenteis culta capellas.] *Omne enim, quod momorderint, vrunt & exsiccant. vnde est:* Et admorso signata in stirpe cicatrix. SATVRI.] *aut fœcundi, aut quod est iuxta oppidum Saturum. Tarētum enim & Saturū, vicinæ sunt sibi Calabriæ ciuitates. Horatius:* Me Satureiano vectari rura caballo. ET qualem infelix amisit Mantua campum.] *quando scilicet Augustus agros Mātuanos, cū agris Cremonensium, militibus suis dedit. Dicit autē campum, aptum ad pascenda animalia.* NIVEOS cygnos.] *candidos.* HERBOSO flumine.] *pratis iuxta flumen positis.* LIQVIDI fontes.] *puri, sinè pestilentiâ.* ET quantū longis carpent armēta diebus, Exiguâ tantū gelidus ros nocte reponet.] *Vt in Aeneid. diximus, hoc dicit Varro: tantam vbertatem fuisse in Rosulano agro, postquam Velinus siccatus est lacus; vt ibi longam perticam magnitudo superaret herbarum.*

POM. Sabi. ASCRÆVM carmen.] *Hesiodicū. Ascra vicus est Bœotiæ, in quo creditur natus Hesiodus: qui in suo volumine aliqua præcepta de agriculturâ ponit.* ROMANA per oppida.] *id est: ego dicam præcepta, quæ tradidit Hesiodus, sed Romanâ linguâ.* NVNC locus.] *nunc de qualitatibus terrarū.* INGENIIS.] *naturis & qualitatibus.* COLOR.] *nam colore cognoscitur, & sapore.* FERENDIS rebus.] *in prouentu fructuum.* DIFFICILES.] *Dat præcepta.* ARGILLA.] *creta.* CALCVLVS.] *lapillus.* OLIVA Palladia.] *quam inuenit Pallas. Theophrastus ait:* Sed aliud solū alijs arboribus cōuenientius est; vt & diuidere solēt. argillosum enim atq; magis candidum, fertile oleis notatur. id enim multū vaporis flatusq; cōtinet: quod natura olearū desiderat. *Itē alibi:* Oleæ verò & fici, siccius, atq; multi caloris, amant solū. Ad summā, quæ sicca sunt, siccū quærūt agrū: quæ humida, humidū. *Plinius:* Glareosum solū oleis aptissimū, vt in Venefrano: & pinguissimū, vt in Bæticâ. TENVIS.] *subtilis, est argilla pura.* VIVACIS.] *quia non amittit folia.* EODEM tractu.] *eâdem regione. Tractū appellamus conuallem.* VLIGINE.] *humore. Nunc de fertili & pingui loquitur. Vliginem appellamus humorem, & terram cū humore.* VBERE.] *vbertate.* QVALEM.] *scilicet statum terræ.* HVC.] *in conuallem, in quā decurrunt aquæ è montibus.* FELICEM limum.] *fertilem.* EDITVS.] *expositus. Vbicunque est filix, est pinguedo soli.* INVISAM.] *quia arata non possunt filicem superare.* LACTICIS.] *vini.* LIBAMVS.] *sacrificamus.* PANDIS.] *curuis.* FVMANTIA.] *calida.* PINGVIS.] *aut ab rusticitate, aut ab saturitate. Aut dicitur pinguis, ab inflatione: nam qui sonat, inflat buccas.* TYRRHENVS *dicit: quia tuba (vt Silius testatur) reperta fuit à Tyrrhenis. aut intelligit fistulam. in sacrificijs autem optima adhibentur vina.* SIN armenta magis.] *Nunc loquitur de armentis.* VRENTEIS culta capellas.] *quia morsus caprarum desiccat.* SALTVS.] *loca dumosa.* SATVRI.] *pro saturij.* Taras, *Neptuni filius. Lacedæmon, qui fuit ex Saturiâ, Minois regis Cretensis filiâ, genuit Tarentum: qui, facto naufragio, à delphino exceptus, delatus fuit in Italiam; vt in municipio Tarentinorum talis historiæ simulacrum visitur. is duas vrbes condidit: alteram nomin auitæ matre Saturiam; alteram à nomine suo Tarentum: quod postea Lacedæmones, duce Phalanto, ampliauerunt. Quidam scribunt, Tarentum fuisse filium Neptuni & Saturiæ. ideò dicit Saturi; quod à matre conditoris est epitheton. In Tarentino agro fluuius est Galesus, apud quem greges ouilli & alia armenta optimè prouenmunt.* MANTVA infelix.] *quia amisit agrū cum Cremonensibus: de quâ re queritur Vergilius in Bucolicis. Octauius Augustus promisit veteranis militibus agros Mantuanos & Cremonenses.* IN flumine.] *scilicet Mincio.* CARPENT.] *depascentur, comedent in magnis diebus.* GELIDVS.] *nocturnus.* REPONET.] *regenerabit.*

PROB. ASCRÆVM'QVE cano Romana per oppida carmen.] *Ascra, vicus est Bœotiæ: in quo existimatur natus Hesiodus, qui scripsit* ἔργα καὶ ἡμέρας: *quo libro agri quoq; cultus rationem strinxit. Et ideò dicit Ascræum carmen Vergilius per Romana oppida se canere.* INFLAVIT cùm pinguis ebur Tyrrhenus ad aras.] *Pinguis Tyrrhenus, Thuscus tibicen significatur: vel quòd non sit subtilis musica barbara; vel quòd tumeant buccæ inflantes tibias, quæ significantur ebore dicto.* SALTVS, & saturi petito longinqua Tarenti.] *Tarentum, oppidum in Italiâ, condiderunt Parthenidæ, hoc est, exules Lacedæmoniorum, duce Phalanto. In finibus autem Tarentinorum est locus, quem Saturium vocant; vnde etiam paludem Saturam: cuius etiam in 7. mentio est, cùm ait Verg.* Quà Saturæ iacet atra palus, &c. *Saturi ergo Tarenti, à Saturio loco; vel à Saturâ palude dixit. Quidam dicunt, tum ob agri bonitatem, tum ab loco quodam Saturo, qui est prope Tarentum, Saturum cognominatum. Dicitur autem, Tarentem, Neptuni filium, Lacedæmoniâ ciuitate, ex Saturniâ, Minois Cretensium regis filiâ, procreâsse filium. Hunc proiectum, naufragio, facto delphinus in Italiam euexisse dicitur: cuius hodieq; testimonium manet. nam in municipio Tarentinorum, hominis effigies in delphino sedentis est. à Saturiâ vxore eum locum Saturia appellâsse fertur: & postea ei loco, ex suo nomine, nomen Tarentum imposuisse.* Ideò infelicem Mantuam *dicit: quia Mantuanis, qui à Romanis desciuerant, agri adempti sunt.*

Nigra ferè & presso pinguis sub vomere terra,
Et cui putre solum, (namq; hoc imitamur arando)
Optima frumentis: non vllo ex æquore cernes
Plura domum tardis decedere plaustra iuuencis.
Aut vnde iratus syluam deuexit arator;
Et nemora euertit multos ignaua per annos:
Antiquasq; domos auium cum stirpibus imis
Eruit: illæ altum nidis petiêre relictis.

SER. NIGRA ferè.] *non per omnia nigra; sed penè.* PINGVIS terra.] *crassi & abundantis humoris.* PVTRE solū.] *solubile.* HOC imitamur arando.] *hec arando inspicimus, & videre solemus.*

OPTIMA frumētis.] *subaudi, est huiusmodi terra.* ÆQVORE.] *id est, agro, vel campo.* PLVRA domū tardis.] *Plura, comparatiuum est: nam dicit, huiusmodi terrā tantæ fertilitatis esse; vt ex mille*

A *nullo agro amplius agricola aliquis frumentū colligat, quàm ex eâ quæ huiuscemodi est.* DOMVM decedere.] *id est, ad domum redire.* TARDIS iuuencis.] *grauatis pondere ex copiâ frumenti.* AVT vnde iratus.] *scilicet, infœcūditati diuturnæ.* ANTIQVASQVE domos.] *Autretera antiquas, aut charas. Sallustius:* Tantum antiquitatis curæq; maioribus pro Italicâ gēte fuit. *Est autē in Iacis in istâ descriptione.* ENITVIT.] *fertilitate iucūdus exstitit.* IMPVLSO vomere.] *immisso aratro, scilicet ab agricolis.*

Aut rudis enituit impulso vomere campus.
Nam ieiuna quidem cliuosi glarea ruris
Vix humiles apibus casias roremq; ministrat:
Et tophus scaber, & nigris exesa chelydris
Creta, negant alios æquè serpentibus agros
Dulcem ferre cibum, & curuas præbere latebras.
Quæ tenuem exhalat nebulam, fumosq; volucres,
Et bibit humorem; & cùm vult, ex se ipsa remittit:
Quæq; suo viridi semper se gramine vestit;
Nec scabie & salsâ lædit rubigine ferrum:
Illa tibi lætis intexet vitibus vlmos:
Illa ferax oleæ est; illam experiêre colendo
Et facilem pecori, & patientem vomeris vnci.
Talem diues arat Capua, & vicina Veseuo
Ora iugo, & vacuis Clanius non æquus Acerris.
Nunc, quo quamq; modo posis cognoscere, dicam.
Rara sit, an supra morem si densa, requiras;
Altera frumentis quoniam fauet, altera Baccho:
Densa magis Cereri, rarissima quæq; Lyæo:
Antè locum capies oculis; alteq; iubebis
In solido puteum demitti, omnemq; repones

arboribus, ac remouēdis; vel si raræ sunt, tantùm succidēdis, incendēdisq; & arandis. EVERTIT.] *radicitùs scilicet euellendo arbores.* IGNAVA.] *inculta, inarata & sterilia.* ANTIQVAS.] *propter nemus antiquū.* NIDIS.] *relicta domo.* ENITVIT.] *splenduit.* IMPVLSO.] *acto vomere.* NAM ieiuna quidē.] *Nunc de sterili terrâ.* IEIVNA.] *sterilis.* GLAREA.] *arena.* HVMILES.] *repentes humi. De casiâ candidâ loquitur; ex cuius rore apes nutriuntur, qui est in floribus.* ROREM.] *marinū.* TOPHVS.] *dicit, quòd*

B IEIVNA glarea.] *sicca & sterilis terra.* VIX humiles apib⁹ casias, roremq;.] *Casia & rosmarinus apibus aptæ sunt herbæ.* TOPHVS scaber.] *lapis asperrimus. vnde & scabies dicta, ab asperitate.* NIGRIS chelydris.] *nocentibus.* NEGANT.] *scilicet Nicander & Solinus, qui de his rebus scripserūt.* DVLCEM ferre cibū.] *Ordo est: æquè dulcem, hoc est, tam dulcē.* QVÆ tenuem exhalat nebulam.] *Nūc dicit agrum omnium rerū feracem. Quatuor quippe imitatur genera agrorū; qui solus potest, quod illi quatuor: sicut sequētia indicāt.* FVMOSQVE volucres.] *quasi fumos, scilicet ex humore.* QVÆQVE suo semper.] *naturali scilicet, nō coacto. nam cùm ager alia, quàm ei natura dederit, aut ampliùs profert; per studiū culturæ cogi videtur. Hic aūt de eo dicit, qui herbis naturaliter abundat.* VIRIDI se gramine vestit.] *id est, herbis semper est plena: non per semen acceptis, sed naturaliter prolatis.* NEC scabie & salsâ lædit rubigine ferrum.] *propriè est. nam rubigo quasi scabies ferri est.* TALEM diues arat Capua.] *ideò diues, quia talem arat.* ET vicina Veseuo.] *Veseuus mōs est Liguriæ, sub Alpibus positus. Nam Campaniæ mōs quidā Vesuuius dicitur, pro quo multi Veseuum positum volunt.* ET vacuis Clanius non æquus Acerris.]
C *Acerræ, ciuitas est Campaniæ, haud longè à Neapoli; quā Clanius præterfluit fluuius: cuius frequēs inundatio eam exhaurit. vnde ait* Vacuis, *id est, infrequentibus.* SVPRA morem.] *abundanter, plus æquo. Isti autem versus incomparabiles sunt: tantam habent sinè perissologiâ aliquâ repetitionem.* DENSA magis Cereri.] *Bene addidit* Magis: *nam hoc vult ostendere, quid vbi meliùs nascitur. Potest enim & frumentū in rarâ, & vinum in densâ; sed non feliciter nasci.* LOCVM capies.] *eliges: vt,* Aut capere, aut captas iam despectare videntur. IN solido.] *ne ager sit concauus.*

POM. Sabi NIGRA ferè.] *Pullam terram antiqui dicebant, teneram & nigram. Columella ait:* Ex his nonnihil meliùs resolutâ humo, quàm densâ prouenit, quod noster quoque Vergilius, cùm & alias fœcūdi arui laudes retulisset, adiecit etiā: Et cui putre solū. neq; enim aliud est colere, quā resoluere & fermētare terram. ideoq; maximos quęstus ager præbet idem pinguis & putris: quia cùm plurimū reddit, minimū poscit: & quod postulat, exiguo labore & impensa cōficitur. *Cleophanes argeum cōmendat solū.* PVTRE.] *resolubile, quando habet imitatione arenæ fossæ.* OPTIMA.] *humus talis scilicet est.* ÆQVORE.] *aruo.* TARDIS.] *fessis: quia plaustra sunt plena frugibus.* SYLVAM.] *Loquitur de exhis.* IRATVS.] *sterilitate loci, vbi habet maximos labores.* DEVEXIT.] *amputauit, & portauit domū. Columella ait:* Nemorosi, fruticosiq; tractus duplex est cura: vel exstirpandis radicitùs

purus tophus & creta serpentes continet. sic est ordo: Tophus & creta negant alibi, quàm apud se, cibū dulcem serpentibus prouenire. hoc scilicet vult intelligere; nulla esse loca magis apta serpentibus, quàm in quibus tophus asper est, & creta. SCABER.] *asper.* EXESA.] *corrosa.* NEGANT.] *ista duo.* ÆQVE.] *similiter.* LATEBRAS.] *cauernulas, in quibus latebant serpentes.* SVO.] *quod ex se gignitur.* SCABRÆ.] *asperitates.* SALSA rubigine.] *calida; quia & arida: quoniam omnia arida sunt calida.* FERAX.] *fertilis, ad oleas & vlmos.* FACILEM.] *bonā pecoribus & arationi.* TALEM.] *scilicet terrā.* CAPVA.] *Plinius ait:* Campanū agrum aptū esse vitibus & tritico. VESEVVS.] *siue Vesbius, siue Vesuuius, siue Vesulus, mons est Campaniæ, bonitate vini celebratus. flammā è cacumine montis vomit, instar Aetnæ Siculæ. sub Tito Cæsare, cùm latè ab eo flamma propinqua loca vastaret, mortē attulit duobus clarissimis viris; Valerio Basso poetæ, & C. Plinio, qui illuc accesserant contemplaturi causam incendij.* ORA.] *regio.* VICINA Veseuo.] *monti: in quâ regione est Nola. Acerræ, vrbs est Campaniæ.* ÆQVVS.] *quia sæpenumerò inundat Acerras: quæ olim in plano erant; nunc in mōte. Clanius, fluuius est iuxta Acerras: nomen habet à Clanio Gigante, vt Metrodorus ait.* VACVIS.] *quia propter inundationē incolæ fugiebāt.* NVNC quo.] *Dat præcepta, quibus possimus cognoscere quāuis terræ qualitatē.* ALTERA.] *Docet experiri, rarū, an spissum solum sit, hoc modo. Facito in solidâ terrâ fossam, & indè repleto eâdem terrâ, & calcato pedibus: si terra nō æquabit superficiem fossæ, rara est: si superabit, spissa est. Rara est idonea pecori & vitibus: spissa est idonea tritico. Columella ait:* Sed si vel scrobib⁹ effossis egestam humū recondere, & calcare: si abundauerit, cērtum est esse pinguē; cùm defuerit, exilem; cùm æquauerit fossam, esse mediocrem. quanquā ista, quæ nūc retuli, non tam vera possunt videri. si sit pulla terra, meliùs prouentus frugum annotantur. *Ex aquâ cœlesti natura terræ cognoscitur. quæ imbrē statim sorbet, rara est: quæ difficulter bibit, spissa est. Cognoscitur etiam terra ictu cuspidis: & quando herbas creat spontè validas, tunc terra est spissa: quādo creat languidas arbores, si in raro solo tophus subest, aut arena, omne alimentū remanet in radicibus arborū.* SVPRA morē.] *supra omnē consuetudinē, & plus æquo.* ALTERA.] *densa.* ALTERA.] *rara.* LYÆO.] *vitibus.* CAPIES.] *contemplare priùs oculis.* ALTE.] *profundè.* REPONES.] *recondes.*

TALEM diues arat Capua, & vicina Veseuo Ora iugo, & vacuis Clanius non æquus Acerris.] *Vesuuius mons est in Campaniâ, vino fertilis; quem Veseuum iugū dicit. Eiusdē Campaniæ flumen Clanius iuxtà, Acerræ nomine; sed* PROB.

 A

Gigantis nomine Olenius dictus est. Ideò autem dicit (ut Metrodorus ait) non æquus Acerris, quòd eas sæpè inundet: quæ vacuæ idcirco dicantur, quòd penè desertæ sunt.

VAR. Lect. AVT vnde iratus syluam deuexit arator.] *In Medico libro*, Deiecit, *legitur.* ET tophus scaber, & nigris.] *Ita in veteribus libris habetur: malè verò qui* Scaber, nigrisque *scribere curauerunt.* ILLA ferax oleæ est.] *In Romano libro, & in Medicæo,* Oleo, *legitur. & ita in quodam alio vetustissimo.* NVNC, quoquamque modo.] *In libris ferè omnibus antiquis,* Quocunque modo, *legitur. Quæ lectio minimè recepta est.* ALTE'QVE iubebis In solido puteum demitti.] *In Medicæo,* Videbis, *legitur.*

Rursus humum, & pedibus summas æquabis arenas:
Si deerint; rarum, pecoriq; & vitibus almis
Aptius vber erit. sin in sua posse negabunt
Ire loca, & scrobibus superabit terra repletis;
Spissus ager: glebas cunctantes, crassaq; terga
Exspecta, & validis terram proscinde iuuencis.
Salsa autem tellus, & quæ perhibetur amara.
Frugibus infelix (ea nec mansuescit arando;
Nec Baccho genus, aut pomis sua nomina seruat)
Tale dabit specimen. tu spisso vimine qualos,
Colaq; prælorum fumosis deripe tectis.
Huc ager ille malus, dulcesq; à fontibus vndæ
Ad plenum calcentur: aqua eluctabitur omnis
Scilicet; & grandes ibunt per vimina guttæ.
At sapor indicium faciet manifestus; & ora
Tristia tentantum sensu torquebit amaror.
Pinguis item quæ sit tellus, hoc deniq; pacto
Discimus. haud vnquam manibus iactata fatiscit:
Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo.
Humida maiores herbas alit, ipsaq; iusto
Lætior: ah nimiùm ne sit mihi fertilis illa;
Neu se præualidam primis ostendat aristis.
Quæ grauis est, ipso tacitam se pondere prodit;
Quæq; leuis, promptum est oculis prædiscere nigram,
Et quisquis color: at sceleratum exquirere frigus
Difficile est. piceæ tantùm taxiq; nocentes
Interdum, aut hederæ pandunt vestigia nigræ.
His animaduersis, terram multò antè memento
Excoquere, & magnos scrobibus concidere monteis:
Antè supinatas Aquiloni ostendere glebas,
Quàm lætum infodias vitis genus. optima putri

SER. APTIVS vber erit.] *aptior vbertas & fertilitas.* GLEBAS cunctantes.] *validas, graues, & magnas: vt,* Auidusque refringit Cunctantem. EXSPECTA.] *proba: vt,* Et reb⁹ spectata iuuentus. NEC mansuescit arádo.] *dum aratur. Alibi de arboribus ita:* Exsuerint syluestrem animũ SVA nomina.] *propriã generositatẽ: vt,* Et nos aliquod nomenq; decusque Gessimus. TALE specimẽ.] *talẽ probationẽ.* SPISSO vimine.] *pro spissis viminis.* QVALOS, colaq; prelorum.] Qualos, *id est, corbes, per quos vinũ defluit: qui & ipsi à colando dicti sunt. Prælaaũt, trabes sunt, quibus vua iam calcata premitur.* ELVCTABITVR.] *cũ morâ egredictur.* AMAROR.] *amaritudo. & est sermo Lucretij & vera lectio: nã multi* amaro *legũt; vt sit,* Sensu amaro. LENTESCIT.] *cohæret.* HABENDO.] *dum habetur.* HVMIDA.] *quæ humore abundat, & aquã.* IVSTO lætior.] *vltra modũ, plùs quàm oportet.* AH nimiũ ne sit mihi fertilis illa.] *id est: ne herbæ, plùs quàm oportet crescẽtes, spem adimant frumentorũ. Vnde ait in primo:* Luxuriem segetũ tenerâ depascit in herbâ. PRIMIS aristis.] *herbis surgentibus, quarũ luxuries futuris frugib. nocet; quas culmi tenues ferre nõ possunt.* IPSO tacitã se pondere prodit.] *id est, si manu teneatur eius aliqua pars, statim sciri potest ex põdere, grauẽ & validã esse terrã.* ET quisquis color.] *Vera lectio est:* Quisquis color *Nam malè quidam* Et quis cuiq. *legũt, excludentes* At: *vt sit,* Et quis cuiq; color sceleratũ exquirere frigus Difficile est. *Alij* Colos *legunt; vt excluso S fiat σωματοποιΐα, & scandamus;* Et quis cuiq; colo' at sceleratũ: *vt sit, quemadmodũ,* Inter se coijsse viros & decernere ferro. *quod nõ procedit. Tunc enim r in s mutatur, cùm lõgâ opus est syllabâ; vt labor labos, honor & honos. Hic aũt non solùm longã nõ facit syllabã: sed etiã excluditur s cũ superiori vocali. vnde legendũ est,* Et quisquis color: *quod nec obscuritatẽ affert, nec fidẽ derogat lectioni.* SCELERATVM.] *nocens, omnia exurẽs.* EXQVIRERE frigus Difficile est.] *id est, terrã, cui frigus dominatur, exquirere difficile est.* HEDERÆ pandũt vestigia.] *hederæ indicãt frigus. nam vestigia, indicia dicit.* NIGRÆ.] *dicit, ad albarũ discretionẽ: vt,* Hederâ formosior albâ. HIS animaduersis.] *Id est, agri qualitate deprehensã.* TERRAM multò antè memẽto Excoquere.] *Hoc dicit: nõ esse eo anno ponendas vites, quo fodiuntur scrobes; sed post annũ: vt calore, & frigore, & labore rustici, possit terra putrefieri.* INFODIAS.] *obruas.* VITIS genus.] *id est: ita fac scrobes, vt eodẽ anno, quo factæ fuerint, hyeme cõtegantur; & anno sequenti vites ponas.*

OPTIMA putri.] *id est: & quia rem difficilẽ videbatur præcepisse; addit:* Id vẽti curãt, gelideq; pruinæ. *per quod docuit nos, oportere vt solibus & pruinis coquatur. Ita alibi:* Vt cui putre solum.

POM. Sabi. HVMVM.] *egestã antè puteo.* ÆQVABIS.] *calcabis.* VBER.] *fertile.* REDIRE.] *reponi. id est, si terra superabit, & nõ poterit recondi in ea loca, vnde est egesta.* SCROBIBVS.] *fossis.* TERGA.] *spissam terram.* SALSA aũt tellus, & quæ perhibetur, &c.] *Docet, quomodo debeamus cognoscere qualitatẽ terrarũ. Salsa tellus, inutilis est. Sapor, est admixtio partis siccæ & terrenæ in humore. aliter sic: Sapor, est partis siccæ per humorẽ exigui caloris percolatio. Saporũ genera hæc sunt: dulce, pingue, austerũ, acerbũ, acre, salsum, amarũ, acidũ. Dulcis sapor, est linguæ cõfertus humor: & gignitur ex pinguedine terræ. Austerus, dicitur asper, qui humorẽ abstergit. Acerbus, qui resiccat, aut leniter densat humorẽ. Acer, qui deliquãdi & mordendi vim habet; aut qui calorẽ humoris conserti loco superno excernit; aut ex sapore deniq; vim ardentem sortitur. Salsus, qui siccat & mordet. Amarus, qui humorẽ corrumpit, aut corrigit. Acidus, mordet & adurit. Hæc ex Theophrasto. Plato aliter diffinit genera saporum, per vim atq; naturam: Democritus, per figuras. Sed hoc adnotare debemus: Simplicia saporẽ non habent, nisi per admixtionẽ: vt aër, ignis, aqua. neq; odorẽ habent. ideò veteres dixerunt, talẽ esse aquam qualis est terra corrupta, per quam fluit.* MANSVESCIT.] *nõ fit mitis, dum aratur.* BACCHO.] *vino & vitibus. nõ seruat genus primũ: & poma degenerãt, & transferũt ad alias qualitates: quia in terrã salsã omnia degenerãt & descrescũt.* SPECIMEN.] *Dicit, quomodo debeamus cognoscere saporẽ. Columella ait:* Saporẽ terrę sic dignoscemus. ex eâ parte agri, quæ maximè displicebit, effossæ glebæ, in fictili vase madefactę, dulci aquâ permisceantur, ac more feculenti vini diligẽter colatæ gustu explorẽtur. nam qualẽ traditũ ab eis retulerit humor saporẽ, talẽ esse dicemus eius humi. *Circa hoc experimentũ multa sunt, quæ dulcẽ terrã, & frumentis signent habilẽ.* SPECIEM.] *talem probationẽ.* QVALOS.] *canistros vimineos.* TESTIS.] *scilicet villæ rusticorum.* HVC.] *in qualis.* AGER.] *scilicet qui displicet.* Colũ *est instrumentũ, per quod vinũ colatur & fluit.* CALCENTVR.] *misceantur.* AD plenũ.] *optimè.* ELVCTABITVR.] *egredietur.* VIMINE.] *scilicet canistri.* Prælum, *quo vua premitur, & alia omnia.* TENTANTVM.] *gustantium aquam.* TORQVEBIT.] *quia in amaritudine retorquemus os.* SENSV.] *gustu.* AMAROR.] *Imitatio est Lucretij, qui ait:*

Deniq;

Digitized by Google

A Deniq; in os salsi venit humor sæpè saporis,
Cùm mare versamur propter; dilutaq; contrà
Cùm tuimur misceri absinthia, tangit amaror.

Apronianus legit, sensu amaro. *Higinus tamen & Gellius*, amaror *et melius est*. PINGVESCIT.] *Quomodo cognoscatur pinguis terra, scribit Columella, & ait*: Itaq; considerandű erit, vt solű quod ex colore destinamus, pingue sit. Per se tamen id parum est, si dulcedine caret. Quod vtrű satis expedit, à nobis ratione cõtingit discere. Nã perexigua cõspergitur aquâ gleba, manuq; subigitur: ac, si glutinosa est, quámuis leuissimo tactu pressa inhęrescit, & (vt ait Vergilius) eadẽq; illisa humo nó dissipatur: quę res nos admonet, esse tali materię naturalẽ succũ & pinguedinẽ. IACTATA.] *tractata*. FATISCIT.] *siccescit et dissoluit*. LENTESCIT.] *hæres cit, & fit spissa & flexibilis*. HABENDO.] *subigendo, terendo, & mactãdo. et est imitatio Lucretij*: Annulꝰ in digito subter tenuatur habẽdo. HVMIDA dat signũ.] *In prouentu herbarũ, humida, pinguis, & dulcis*. LÆTIOR.] *fertilior præterquàm sit iustum*. PRÆVALIDAM.] *feracem*. QVÆ grauis.] *Hoc facilè cognoscitur*. PROMPTVM
B est.] *facilè est cognoscere colores terræ*. NIGRAM.] *pullã, tenerã & resolubilem. M. Cato ait*: Terrã cariosam caue ne plaustro, nève pecore impellas. *Plinius ait*: Vno vocabulo dixit aridã, et fistulosam, scabrã, canescentẽ, exesam, pumicosam. *Et idẽ Cato ait tenerã terrã: per quã intelligere debere agricolã obseruat, quicquid optari debet; scilicet tẽperatæ vbertatis, mollis, facilis, culturæ madidæ, nec sitientis, & post vomerẽ nitescitis*. SCELERATVM.] *noxium*. EXQVIRERE.] *scire. sed cognoscitur per ipsas arbores*. TAXIQVE.] *Taxus prouenit in Thessaliã, propter frigus*. NOCENTES.] *quia nocent succo & vmbrã*. NIGRÆ.] Quia *est alba et nigra*. SCROBIBVS.] *fossis: i. facere fossas in montis*. SVPINATAS.] *inuersas*. AQVILONI.] *frigoribus. Nõ debẽt poni primo anno vites in scrobibus: sed secũdo*. LÆTVM.] *fertile*. PVTRI.] *resolubili. Columella*: Ante annũ, q̃ poma disponere voles, scrobes fodito. ita Sole pluuiaq; macerabũtur & qđ posueris, cito cõprehẽdent. sed si, quo anno scrobes feceris, & semina ponere voles, ante duos menses infodi scrobes; & postea stramentis eas completo, & incendito. quo latentiores patentioresq; scrobes feceris, hoc erunt lautiores sapidioresque fructus.

SI deerit.] *In Mediceo, & antiquis alijs*, Deerũt: *&* Derunt, *factã synæresi ex duobus e, in vnũ*. CRASSAQVE terga Exspecta.] *In Romano libro legas*, Exerce. *sed longè meliùs*, Exspecta, *vt in cæteris libris habetur*. NEV se prualidam.] *In Romano libro, in Mediceo, & aliquot alijs*, Nec *habetur. In quibusdã alijs*, Ne. IPSO tacitum se pondere prodit.] *Antiqua omnia exemplaria*, Tacitã *habẽt*. ET quisquis color: at sceleratum exquirere frigus Difficile.] *In libris nonnullis admodũ vetustis legere est*: Et quis cui've color sceleratum. *In Mediceo*: Et quis cuiq; color at. VAR. Lect.

Aduertenda verò parte istã Vergilianæ loci expositio ex Hieronymo. Vergilius, inquit, alter Homerus apud nos, patriæ suæ sequens consuetudinem, sceleratum frigus appellat. Vergilij ex secundo Georg. carmen est: CAEL. Rhod.

—at sceleratum exquirere frigus
Difficile est.

ET magnos scrobibus concidere montes.] *In libro Romano*, Circundare montis, *legitur. In Mediceo absq;* & *legitur*: Excoquere, magnos scrobib. cõcidere mõtes. VAR. Lect.

Arua solo: id venti curant, gelidæq; pruinæ,
Et labefacta mouens robustus iugera fossor.
At si quos haud vlla viros vigilantia fugit:
Ante locum similem exquirunt, vbi prima paretur
Arboribus seges; & quò mox digesta feratur:
Mutatam ignorent subitò ne semina matrem.
Quin etiam cœli regionem in cortice signant:
Vt, quo quæq; modo steterit, quâ parte calores
Austrinos tulerit, quâ terga obuerterit axi,
Restituant: adeò in teneris consuescere multũ est!
Collibus, an plano melius sit ponere vites,
Quære priùs. si pinguis agros metabere campi,
Densa sere: in denso non segnior vbere Bacchus.
Sin tumulis accliue solum, collesq; supinos,
Indulge ordinibus, nec seciùs omnis in vnguem
Arboribus positis secto via limite quadret.
Vt sæpè ingenti bello cùm longa cohorteis
Explicuit legio, & campo stetit agmen aperto,
Directæq; acies, ac latè fluctuat omnis
Ære renidenti tellus; necdum horrida miscent
Prælia, sed dubius medijs Mars errat in armis.
Omnia sint paribus numeris dimensa viarum:
Non animũ modò vti pascat prospectus inanem.
Sed quia non aliter vires dabit omnibus æquas
Terra, nec in vacuum poterũt se extendere rami.
Forsitan & scrobibus quæ sint fastigia, quæras:
Ausim vel tenui vitem committere sulco;
Altiùs ac penitùs terræ defigitur arbos:
Æsculus in primis; quæ quantũ vertice ad auras
Æthereas, tantum radice in tartara tendit.

SER. ET labefacta mouens.] *ἀναμοχλεύων*; *mouens & labefaciens*. ANTE locum similẽ exquirunt.] *Dicit, in translatione arborum, similem terram esse requirendam*. VBI prima paretur Arboribus seges.] *id est: vbi arbores, antehac fructuosæ, vel etiam agrestes, degẽneres effectæ, fructuosæ & sa-*
C *pori cõgrui exsistere possint. Et benè, quia de seminario loquitur, arborũ segetem appellauit*. DIGESTA.] *ordinata: vt*, Digerit in numerũ. MATREM.] *terrã; vt*, Antiquã exquirere matrem. QVA terga obuerterit axi.] *Septẽtrioni. nam græcè ἄμαξα dicitur*. COLLIBVS an plano.] *Atqui suprà ait*: Deniq; apertos Bacchꝰ amat colleis. *sed etiam in vallibus poni posse vites, superiùs indicauit*: vt, Hic tibi prævalidas olim, multoq; fluentes Sufficient Baccho vites. *Vnde modò vtrumq; complectitur; & dicit, quemadmodũ in collibus vites ponere debeamus*. METABERE.] *eligere & longè alia significatio est*, Metor metaris (*vnde Lucanus*: Hesperios audax veniam metator in agros) *& alia*, Metior metiris. *Illud enim, metatus sum; hoc, mensus sum facit: vt*, Mensum de pollice florem. DENSA.] *pro, densè: vt*, Et pede terram Crebra ferit, *pro crebrò*. INDVLGE ordinibus.] *id est, da operam, & ordines effice largiores. nam de plano ait*: Densa sere. IN vnguem.] *ad perfectionem. & est translatio à marmorarijs, qui iuncturas vnguibus probãt. Horatius*: Ad vnguem Factꝰ homo. ARBORIBVS positis.] *vitibus ordinatis*. SECTO.] *ducto: vnde & sectæ philosophorum dicuntur, id est, ductus*. QVADRET.] *consentiat, congruat. translatio à quadris lapidibus, qui sibi inuicem bene conueniunt*. FLVCTVAT.] *splẽdet*. NVMERIS.] *ordinationibus*. VTI pascat.] *delectet: vt*, Atque animũ picturã pascit inani. VIRES æquas.] *id est, fertilitatem æqualem omnibus viribus*. IN vacuum.] *in apertum & patulũ*. EXTENDERE.] *excrescere*. FORSITAN & scrobibꝰ quę sint fastigia, quæras.] *vt etiã suprà diximus*, Scrobes *masculini sunt generis. Nam & Cicero in Oeconomicis sic dicit: & Plautus ait*, Sexagenos scrobes. *Minor autẽ est Lucani & Gracchi authoritas. nam Lucanus ait*: Exiguã posuit scrobe. *Gracchus*: Abundæ fossa scrobis est. *quod exemplũ in Terentiano est*. QVÆ sint fastigia, quæras.] *Fastigiũ, & summæ, & infimæ partis possumus dicere: sicut altũ, & mare, & cœlum, dicimus. Hinc est*, Cœlũq; profundũ: *cùm & puteus sit*

Profundus. AVSIM.] ausus sim, vel audebo. SVLCO.] id est, fossa. ÆSCVLVS inprimis.] arbor est glandifera: quæ licet ab esu habeat deriuationẽ, tamẽ per æ scribitˢ. sicut et cælatũ, quod est participiũ, licet à Celo celas sit dictũ. TANTVM radice in tartara tendit] id est, quantùm altior summitate sua cõsurgit, tãtùm etiã radicib. ima terræ profundiùs penetrat.

POM. Sabi. CVRANT.] faciunt in glebas resupinatas. GELIDÆ.] Columella: Ponere quæ canis iaceant vrenda pruinis. PRVINÆ.] sunt in hyeme, et dicũtur frigora labefacta, resolubilia & putrefacta. EXQVIRVNT.] Columella ait: Animaduertendũ, vt vitiariũ simile sit positioni futuræ vineę. & idẽ ait: In trãsferendis seminibus, similẽ statũ cœli lociq́; & ipsius vitis habitum obseruemus: cùm plerũq; degeneret surculus, si aut situs agri, aut aëris qualitas repugnat: aut si etiã ex arbore i iugũ deferẽ. ita de frigidis in frigida, de calidis i similia, de vinetis ĩ vineta trãsferam⁹. SEGES.] seminariũ. DIGESTA.] ordinata, postquã coaluit. MATREM.] qualitatem soli: quia debet esse simil is natura soli. MVTATA.] translata. REGIONEM.] statũ cœli. AVSTRINOS.] meridianos. AXEM.] septentrionem intelligit. MVLTVM est.] vtile est. METABERE.] mensurabis. DENSA.] pro, densè. VBERE.] fertilitate. SI tumulis accliue solũ.] si solũ est in colle. INDVLGE ordinib⁹.] i. facito ordines. QVADRET.] adæquetur, paretur pari interuallo. IN vnguem.] ad omnem perfectionem. LIMITE secto.] ordine. VT sæpe ingenti bello, &c.] Comparatio est. Legio dicta est ab eligendo. A AGMEN.] ordo explicitus in legione per cohortes. DIRECTÆ.] ordinatæ. ÆRE.] armis splendentibus. FLVCTVAT.] quia veluti in fluctibus est, propter milites. NVMERIS.] spatijs, vt sit idẽ interuallũ. Columella: Ordinetur vinea paribus interuallis. NON animũ.] talis ordo non debet disponi ad delectationem, sed ad vtilitatem. PASCAT] delectet. NON aliter.] nisi per hanc dispositionem. VACVVM.] in aërem. FASTIGIA.] profunditates in fossis, quando ponimus arbores. AVSIM committere.] quasi dicat, non: imò altiùs debemus defodere arbores. Æsculus diu durat. In Ianiculo fuit æsculetum Hortensij dictatoris, non oratoris: cuius arboris radices tendunt in profundum.

MVTATA ignorent subitò ne semina matrẽ.] Aliquot abhinc annis, omnes ad vnũ conuenêre, vt Mutata scriberent, & ad semina referri vellent: cùm tamẽ in veteribus omnibus exemplaribus manu scriptis, Mutatam quippe matrem, legatur. DIRECTÆQVE acies.] In Romano libro, & hic, & alibi, Directæ legitur: eademq́; lectio est in Mediceo. ÆRE renidenti te lus.] In libris aliquot, Retinenti, syllabâ refragante, legitur. Sed enim Renidenti, cum Romano libro, & quibusdam alijs legendum. TERRA, neque in vacuum poterunt se extendere rami.] In Romano libro, absq; pronomine, se, legitur, Poterunt extendere. In Mediceo tamen, & alijs, id pronomen habetur. VAR. Lect. B

SER. FLABRA.] Hoc nomen tantùm pluralem recipit numerum. ab eo verò, quod est flamina, flamen possumus accipere: licèt sit vitandum, propter aliã significationẽ. nam dicitur flamen Dialis, flamen Martialis. NEVE inter vites corylum sere. Radices enim eius nocẽt vitibus. NEVE flagella Summa pete.] Flagella dicũtur summa arborũ partes, ab eo, quòd ventorũ crebros sustineant flatus. AVT summâ defringe ex arbore plantas.] Dicit, non esse summitatem vitium amputandã, vt tantùm plantæ fiant. TANTVS amor terræ.] id est, sic diligẽter à rusticis ager est colendus. FERRO retuso.] obtuso, quo vites quassantur potiùs, quàm putantur. NEVE oleæ syluestres] Nõ quòd non prosit, sed, vt etiã ipse dicit, propter casum incendij. INCAVTIS pastoribus.] negligentibus, & circa alia occupatis. RVIT atram nubem.] egerit, emittit, & ruere facit. nam modò Ruit actiuã habet significationem. A vertice.] ab Aquilone: vt, Hic vertex nobis semp sublimis. FERENS] flans: vt, Fieret vento mota ne qua ferẽti. HOC vbi] subaudi, cõtigerit. INFELIX.] infœcũdus & sterilis. SVPERAT.] superest: vt, Quid puer Ascanius superátne? NEC tibi tam prudens.] Dicit, quo tempore vites sint ponendæ: & probat, tolerabiliùs autumno, meliùs verno. nam dicturus est, Ver adeò frondi nemorũ, ver vtile syluis. NEC semine iacto.] ἀνάπτυξις est, per assumptionẽ casus. nam ex ablatiuo, id est, Semine, assumẽdus est

Ergo non hyemes illam, non flabra, neq; imbres
Conuellunt: immota manet, multosq́; per annos
Multa virûm voluens durando secula vincit.
Tum fortes latè ramos & brachia tendens,
Huc illuc, media ipsa ingentem sustinet vmbram.
Neue tibi ad solem vergant vineta cadentem;
Neue inter vites corylum sere; neue flagella
Sũma pete, aut summa defringe ex arbore plãtas:
(Tantus amor terræ) neu ferro læde retuso
Semina; néue oleæ syluestres insere truncos.
Nam sæpè incautis pastoribus excidit ignis,
Qui furtim pingui primùm sub cortice tectus,
Robora comprendit, frondesq́; elapsus in altas,
Ingentem cœlo sonitum dedit: indè sequutus
Per ramos victor, perq́; alta cacumina regnat,
Et totum inuoluit flammis nemus, & ruit atram
Ad cœlum piceâ crassus caligine nubem:
Præsertim si tempestas à vertice syluis
Incubuit, glomeratq́; ferens incendia ventus.
Hoc vbi; non à stirpe valent, cæsæq́; reuerti
Possunt, atq; imâ similes reuirescere terrâ:
Infelix superat folijs oleaster amaris.
Nec tibi tam prudens quisquam persuadeat autor,
Tellurem Boreâ rigidam spirante mouere.
Rura gelu tum claudit hyems; nec semine iacto
Concretam patitur radicem affigere terræ.
Optima vinetis satio est, cùm vere rubenti
Candida venit auis longis inuisa colubris:
Prima vel autumni sub frigora, cùm rapidus Sol
Nondũ hyemẽ contingit equis, iam præterit æstas.
Ver adeò frondi nemorum, ver vtile syluis:
Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt.
Tum pater omnipotens fœcundis imbribus ęther

nominatiuus, hoc est, Semen. & erit sic: Nec semine iacto, patitur semen radicẽ terræ affigere. CONCRETAM radicẽ.] Antè enim quasi gutta quædam ex terrâ & humore procreatur, quæ postea tenditur in radicem. VERE rubenti.] floribus splendido. CANDIDA venit auis.] i. ciconia. LONGIS inuisa colubris.] id est, odiosa eis. nam interficit illos, & comedit. Iuuenalis: Serpẽte ciconia pullos Pascit. VERE tumẽt terræ.] Asper simpliciter accipit, vt Terræ C nominatiuus pluralis sit; quæ dicũtur verno tumere, & semina poscere. Donatus verò, Terræ genitiuum vult esse singularem, vt sit sensus, mutatã distinctione: Vere tument, syluæ scilicet, à superioribus terræ & genitalia semina poscunt: id est, genitalia semina requirunt terrarum. sed meliùs Asprum sequimur, vt Genitalia semina, quæ nos iacimus, intelligamus; non quæ syluæ ex terrâ suscipiunt. Genitalia autem dicimus semina, quibus aliquid procreatur & gignitur. TVMENT] suspendũtur. TVM pater omnipotens.] Interdum pro aëre Iuno, & pro æthere Iupiter accipitur: aliquotiens & pro aëre, & pro æthere, Iupiter. Iuno verò pro terrâ & aquâ ponitur, sicut hoc loco intelligimus. nam æther nõ habet pluuias. Vnde æther ẽ pro Ioue accipimus, cui attribuuntur aër & æther: quæ duo mixta terræ & humori (pro quibus Iuno ponitur) vniuersa procreant. Dicit autẽ, verno tempore esse pluuias, quibus cuncta nascuntur. vnde & fœcundis imbribus dixit, quibus terra fœcundatur.

FLABRA.]

Digitized by Google

A POM. Sabi. FLABRA.]ſcilicet ventorum. NEPOTES.]vincit longam poſteritatem nepotum. ſic intelligendum putat Apronianus. DVRANDO.]ſuâ diuturnitate. NEVE tibi ad Solem, &c.] Nunc docet, quomodo debeant eſſe expoſita vites & vineta: quem cœli ſtatum vineæ exſpectare debeât. Diſſenſio eſt: Sarſena maximè probauit Solis ortum, mox deinde meridiê, tum occaſum. Tremellius Scropha, præcipuam poſitionem meridianam cenſet. Vergilius, de induſtriâ repudiat occaſum. Democritus & Mago, ſeptentrionem laudant. Columella ſic ait: In locis frigidis meridiano vineta ſubijciantur, tepidis orienti aduertantur: ſi tamen non infeſtabuntur auſtris euriſq́ velut oræ marinæ in Bętica. ſin autem regiones prædictis ventis fuerint innoxiæ, meliùs aquiloni vel fauonio committentur. nam feruentibus prouincijs, in Aegypto & Numidiâ, vni ſeptentrioni rectiùs opponentur. SERE.]pro, ſeras. CORYLVM.] ex corylo fiebât faces nuptiarum. FLAGELLA.]capita minorum ſarmentorum, vbi naſcitur vua, vocant flagella: capita maiora, vocant palmas. RETVSO.] non acuto. Columella ait: debere ferramenta eſſe acutiſſima, ad cædendas arbores. OLEA.]cum oleâ. noli interponere oleaſtris: quia B oleaſtri multos habent ramos, & frequentes: & cùm caſu quodam in oliueto ſuſcitatur incendium, magnum afferût oleaſtris periculum: & cùm arbores cumbuſtæ, cæſæ propiùs radices, pullulant, & ſimilis rurſus naſcitur arbor. ſola olea mutat ſpeciem: tranſit enim in oleaſtrum. PINGVIS.]vnctuoſo cortice. oliuarum folia viridia, cùm comburuntur, ſonant: ideò dicit ſonitum. NEMVS.]Oliuetum dicimus, non oletum, vt puto. RVIT.]emittit & impellit. CRASSVS.]denſus. ignis eſt caliginoſus, cùm eſt in materiâ viridi. PICEA.]fumoſa & obſcura. VERTICE.]ab ipſis cacuminibus. GLOMERAT.] quia propter ventos creſcit incendium. HOC vbi.] ſcilicet, euenerit incendium. REVERTI.] non poſsût renaſci ſimiles: quia efficitur oleaſter. INFELIX.]ſterilis. HOC tibi.] Aliqui agricultores præceperunt, arandum eſſe in hyeme: vt Columella in ſuis carminibus. RIGIDAM.]frigidâ & rigentem. BOREA.] non idem qui & aquilo. CLAVDIT.] aſtringit. GELV.] gelicidijs & frigoribus terræ. AFFIGERE.]inhærere terræ. OPTIMA ſatio.]Semina & propagines ponĕdæ ſunt vere. RVBENTI.]florĭti, propter Solĕ & clarû, & inſolitû. CANDIDA auis.]ciconia, quæ eſt cĕdida, & vorat ſerpentes. Volunt quidâ, Ibidĕ in Aegypto è genere ciconiarû eſſe: ſed colore differre: eſt enim nigra ibis. Sed tamĕ incompertû eſt, vnde veniant ciconiæ. ſed puto ab Aegypto & Africâ, vbi ſunt frequĕtes paludib. Columellâ ait: Vere vel autumno tempeſtiuè deponitur vinea. Plinius: Vere, ſi aut pluuius aut frigidus ſtatus cœli eſt, aut ager pinguis aut campeſtris, aut vliginoſa planicies: rurſus autumno, ſi ſicca, ſi calida eſt aëris qualitas, ſi exilis atq; aridus campus, ſi macer, præruptus vt collis. Vernæ poſitionis dies ferè 20. ſunt; ab idibus Februarij vſq; ad æquinoctiû: rurſus autumnales, ab idibus Octobris: rurſus autumnales, in Calendas Decembris. Theophraſtus lib. 3. Cauſarû, multa ſcribit de ſatione vernâ & autumnali. CANDIDA venit.] ſcil. ex paludibus, quæ ſunt inter Aegyptû & Aethiopiam. PRIMA.] ſcil. poſitio & ſatio. RAPIDVS.]velox, propter breuitatĕ dierû. & vult notare, a Calendis Octobr. ad principiû hyemis. PRÆTERIT.] præterijt. VER.]Deſcriptio veris temporis, quod laudat. TVMENT.] propter humorĕ cœleſtem. TVM pater.] Iupiter. ÆTHER.] Ponit hîc pro aëre & cœlo: ſcil. immixto calore. TERRA.] interpretatur Iuno, & Iupiter, aër: vnde eſt omnis generatio, propter calorem. OMNIPOTENS.] quia ex elemento igneo omnia facta ſunt, vt diximus in primo libro. FOECVNDIS.] quia fœcundam reddunt terram.

MVLTOQVE per annos Multa virûm voluens durando ſecula vincit.] In Romano libro legere eſt, Multoſq́; nepotes, Multa virûm. AVT ſummas deſtringe ex arbore plantas.] in veteribus aliquot libris, Summas omnino legitur. In quibus &, Deſtringe, non Deſtringe, habetur. In Romano verò, & aliquot alijs antiquioribus, Summa, vnitatis numero, ſexto caſu, legitur. TELLVREM boreâ rigidam ſpirante mouere.] In Romano libro, Moueri legitur: quod minimè diſplicet. VAR. Lect.

BER.

Coniugis in gremium lætæ deſcendit, & omneis
Magnus alit magno commiſtus corpore fœtus.
Auia tùm reſonant auibus virgulta canoris;
Et Venerem certis repetunt armenta diebus.
Parturit almus ager, Zephyriq́; tepentibus auris
Laxant arua ſinus; ſuperat tener omnibus humor;
Inque nouos ſoles audent ſe germina tutò
Credere: nec metuit ſurgentes pampinus Auſtros,
Aut actum cœlo magnis Aquilonibus imbrem;
Sed trudit gemmas, & frondes explicat omneis.
Non alios primâ, creſcentis origine mundi
Illuxiſſe dies, aliúmue habuiſſe tenorem
Crediderim. ver illud erat: ver magnus agebat
Orbis, & hybernis parcebant flatibus Euri:
Cùm primùm lucem pecudes hauſère, virumq́ue
Ferrea progenies durum caput extulit aruis,
Immiſſæq́; feræ ſyluis, & ſidera cœlo.
Nec res hunc teneræ poſſent perferre laborem;
Si non tanta quies iret frigusq́; caloremq́;
Inter, & exciperet cœli indulgentia terras.
Quod ſupereſt, quæcunq; premes virgulta per agros,
Sparge fimo pingui, & multâ memor occule terrâ:
Aut lapidem bibulum, aut ſqualenteis infode conchas.
Inter enim labentur aquæ, tenuiſq́; ſubibit

CONIVGIS in gremium lætæ deſcĕdit.] in terram, quæ intelligitur per Iunonem; in gremium C ſuum. ALIT.] nutrit, fouet. COMMISTVS corpore.] pro, corpori. vt, Hęret pede pes. item alibi: Et magno ſe corpore miſcet. Licet poſitiuus accipere; Commixtus terræ magno ſuo corpore, id eſt, æthere. AVIA virgulta.] in quibus non eſt via: vel, deſerta. TVM.] vere ſcil. RESONANT auibus canoris.] Rem dicit naturalem: quòd veris tempore ampliùs ſolent aues cantus edere, tam ex ſerenitate temporis, quàm ex herbarû frondiumq́ innouatione, & naturalis voluptatis. CERTIS dieb.] ſtatutis, legitimis, à naturâ arcanâ quadâ ratione diſpoſitis: vt tractat Lucretius: qui dicit, rationem hanc ex æthereo calore deſcĕdere. ALMVS ager.] ab eo quòd nos alat. ZEPHYRI.] Fauonij. alibi, Zephyro putris ſe gleba reſoluit. Horatius: Soluitur acris hyems gratâ vice Veris & Fauoni. NOVOS ſoles.] Vernales dies. NEC metuit ſurgentes pampinus Auſtros.] Variè dicit. nam ſuprà ait: Audĕt ſe germina tutò Credere. AVT actum cœlo magnis Aquilonibus imbrem.] id eſt, nullos calores, aut etiam pluuias, tunc vites timent: quippe temperie. TRVDIT gĕmas.] propellit, effundit in folia. NON alios primâ.] Hoc ſecundùm licentiam poëticam dixit: nam falſum eſt. Conſtat enim, poſt factum mundi, ex qualitatĕ curſu Solis, tempora eſſe diuiſa. TENOREM.] ductum: hic, continuationĕ. VER illud erat.] Abſoluta locutio: quicquid illud fuit, ver fuit. VER magnus agebat orbis.] id eſt, magnus orbis tunc vernale tempus ducebat, in ſui ſcilicet primordio. Poteſt & Magnum orbem, zodiacum circulum dicere; qui temporum diuiſionem facit. Quod ſi eſt, Agebat, prô circumagebat, accipiendum erit. HYBERNIS.]aſperis, ſæuis. FERREA progenies.] procreata ex lapidibus

quod inebriat. TENVIS.] *id eſt, parua vua.* TENTATVRA pedes.] *Terentius:* Nec pes nec lingua ſuum officium præſtant. VINCTVRA.] *ligatura: quia ebrius non poteſt loqui.* PVRPVREÆ.] *genus eſt vuæ purpureæ, inter nigrum & album.* PRECIÆ.] *Vuæ ſunt duo genera, magnitudine acini diſterminantur, quibus eſt plurima materies: & eſt vua ollis aptiſsima.* RHETICA.] *Temperatis locis bene proueniunt, in maritimis Alpibus frequens. Plinius ſic ait:* In Veronenſi agro, *&c.* Rhetica Falernis tantùm poſthabita à Vergilio noſtro: ex eâ nunc dicitur vinum grupellum, rubri coloris. Sunt & in Rhetiâ optima vina alba, non cedentia Gauranis & Surrentinis: quæ appellantur à loco, Traminia. QVO carmine.] *Hoc dicit, quia laudata fuit à Catone.* SVNT & Amineæ vites.] *Aminearum vitium quinque ſunt genera: quorum principatum habet minor Aminea; quæ cùm vento auſtro lædatur, cæteris ventis alitur: vt in Veſcuo, Surrentinis collibus. in cæterâ Italiâ, non niſi arbori accommodatur. Prima ex Amineis citò matureſcit, & putreſcit.* TMOLVS.] *mons Lydiæ: Amineis conſitus vitibus eſt. Sunt & Amineæ optimæ in Chio inſulâ: vnde intelligimus, vinum Chium eſſe Amineum. In Chiâ inſulâ eſt portus, nomine Phanæus. ideo Vergilius in hoc loco, ex Phanæo ſignificat vinum Chium, quod etiam Aruiſium appellatur.* PHANÆVS rex.] *à quo habet nomen portus Chij.*

PROB. NON eadem arboribus pendet vindemia noſtris, Quam Methymnæo carpit de palmite Lesbos.] *Lesbos eſt inſula Aſiæ, in ſinu Aegæo, conſpicua Troadi & Thraciæ: à Leſbbe, filio Macharis, appellata: in quâ eſt oppidum, quod appellatur Methymna, ex quo fuit Arion citharœdus.* Palmitem *ſignificat vitem.* SVNT Thaſiæ vites, ſunt & Mareotides albæ.] *A' Thaſo dicitur inſulâ: vnde Thaſias.* Mareotidas, *Aegyptiacas intelligimus, à palude Mareotide, quæ eſt in Aegypto.* Pſithiæ *genus vitis, &* Lageos, *&* preciæ, *&* purpureæ. Argites *aũt dicta eſt à candore.* TMOLVS & aſſurgit quibus, & rex ipſe Phanæus.] *Tmolum vult intelligi Lydiæ montẽ, omnino fertilẽ. Phanæũ portũ vult eſſe inſulæ Chias & ſignificari inde Chiũ. Aminæum, Rhodia & Bumaſthos, genera ſunt vuarum. Rhodia, à loco dicta: Bumaſthos, quòd imitetur papillas vaccæ. Ionius fluctus, dicitur Adriaticum mare: quod Ionium eſt ab Ione dictum.* A

VAR. Lect. NASCVNTVR oliuæ Orchites, & radij, & amarà pauſia baccâ.] *Quámuis Seruius,* Orchites, *agnoſcit in Mediceo tamen, Longobardico, & alijs antiquis libris manuſcriptis, quos ego vſq; in hoc tempus viderim,* Orchades *habetur.* ET quo te carmine dicam Rhetica? nec cellis ideò contende Falernis.] *In libris aliquot antiquis legere eſt,* Ne cellis adeò: *vt etiam citatum eſt ab Aruſiano.* Quòd *neſcio quid elegantius habere videtur,* adeò *pro* tamen. *Quámuis* ideò *Seruius agnoſcit.* TMOLVS & aſſurgit quibus, & rex ipſe Phanæus.] *In antiquis aliquot libris manuſcriptis legere eſt abſq;* Et *particula,* Tmolus aſſurgit quibus.

CAEL. Rhod. B *Sed vt iſta certiore metiamur modulo; ſciendum ampliùs, non vnam priſcis fuiſſe oliuitatem: ſiquidem prima fuit, Columellâ tradente, in quâ acerbum exprimebatur oleum ex necdum matureſcentibus baccis. æſtiua dicebatur hæc. Sequens habebat Nouembris finem: indè oleum erat virens, ex viridibus manans oliuis. Tertia Decembri fiebat menſe: huius erat maturum oleum. Vltima fuit menſis Ianuarij: Alduum oleum appellat Dioſcorides, vt à viridi ſeparetur, cuius confectionem pluribus idem exſequitur. Seruius in II. Georg. illud enarrans;*

Et amarâ pauſia baccâ.

Amarâ, *inquit, id eſt, viridi: nam de pauſiâ viride oleum fit, vnde contrà dicitur dulce, quod virens non eſt.*

Argitiſq; minor: cui non certauerit vlla,
Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos.
Non ego te dijs & menſis accepta ſecundis
Tranſierim Rhodia, & tumidis Bumaſte racemis.
Sed neq; quã multæ ſpecies, nec nomina quæ ſint,
Eſt numerus: neq; enim numero cõprẽdere refert:
Quem qui ſcire velit, Libyci velit æquoris idem
Diſcere quàm multæ Zephyro turbentur arenæ;
Aut vbi nauigijs violentior incidit Eurus,
Nôſſe quot Ionij veniant ad littora fluctus.
Nec verò terræ ferre omneis omnia poſſunt.
Fluminibus ſalices, craſsiſq; paludibus alni
Naſcuntur, ſteriles ſaxoſis montibus orni:
Littora myrtetis lætiſsima: deniq; apertos
Bacchus amat colles; Aquilonem & frigora taxi.
Aſpice & extremis domitum cultoribus orbem,
Eoaſq; domos Arabum, pictoſq; Gelonos.
Diuiſæ arboribus patriæ: ſola India nigrum
Fert hebenum: ſolis eſt turea virga Sabæis.
Quid tibi odorato referam ſudantia ligno,

SER. ARGITISQVE minor.] *quantum ad ſpeciem ſolam pertinet.* CVI non certauerit vlla.] *id eſt, nulla ſe in his quæ ſequuntur, cõparare contendat.* AVT tantùm fluere.] *id eſt, tam abundans eſſe.* DIIS & mẽſis accepta ſecundis.] *grata ſacrificijs & menſis ſecundis: pomorum ſcilicet.* RHODIA.] *Rhodos inſula eſt, cuius nunc vinũ laudat.* TVMIDIS racemis.] *turgẽtibus.* BVMASTE.] *Vua in mammæ bouis ſimilitudinem.* QVVM multæ ſpecies.] *Scit apud diuerſos lecta eſſe innumera vitium genera, quibus offenſus ait;* Colligere *tanta vitium genera, nec vtile eſt, nec poſsibile. Qui enim conatur vniuerſa cognoſcere, debet etiam impoſsibilia ſcire; vt arenarum vel fluctuum numerum.* REFERT.] *aut, intereſt: aut prodeſt.* LIBYCI æquoris.] *id eſt, Africani. ipſe alibi:* Littus arenoſum Libyæ. NEC verò terræ.] *Aut generale eſt, ſicut ait in primo:* Et quid quæq; ferat regio. *aut ad ſuperiora pertinet; vt talis ſit ſenſus: Non prodeſt nôſſe cũcta vitiũ genera: nec enim omnia procreãtur in omnibus terris.* CRASSIS plaudibus alni.] *lutoſis naturaliter.* STERILES ſaxoſis montibus orni.] *Non ſolùm in omnibus terris minimè naſcuntur: ſed etiam ea, quæ propria ſunt ſingulis regionibus, non vbiq; in eis proueniũt; ſed diſtinctis proprijsq; locis naſcuntur: vt quædã iuxta flumina, quædã in mõtibus, nonnulla in locis paluſtribus oriuntur. Si ergo vna regio arbores ſibi naturaliter inſitas, nõ in quibuſcũq; locis, ſed diſtinctis & certis profert: multò magis vna prouincia vel regio, non poteſt vniuerſas arbores diuerſi generis cõtinere.* LITTORA myrtetis lætiſſima.] *Locum poſuit pro ipſis arboribus: ſicut* C *ſalictum pro ſalicibus. nam myrtetum eſt locus: ipſa arbor autem, myrtus vocatur.* APERTOS Bacchus amat colles.] *Hinc eſt, quòd vites amant montium latiora, vel ſcopulos. nam dicit, Bacchum colles amare: vt ſignificet, vineas in montibus plerunq; fertiliores exſiſtere: licèt etiam planities plurimæ vino ſint fertiles.* ET frigora taxi.] *Taxus eſt arbor venenata. &* Taxi *hìc pluralis eſt numerus. & hoc dicit: Bacchus amat colles, id eſt, vites vberiores ſunt in montibus: Taxi amant Aquilonem, qui eſt ventus frigidus.* ASPICE & extremis.] *intuere & extremum orbem cum ſuis cultoribus domitum. nam ſubaudimus* Cum. *& per tranſitum maieſtatem Romani laudat imperij.* EOASQVE domos Arabũ.] *Arabia, Panchaia, & Sabæorum gens eadem eſt, apud quam tus naſcitur: vt,* Solis eſt turea virga Sabæis. *Item:* Totaq; turiferis Panchaia pinguis arenis. *Plautus:* Arabico ture. PICTOSQVE Gelonos.] *id eſt, ſtigmata habentes. & ſunt populi Scythiæ: vt,* Pictiq; Agathyrſi. DIVISÆ arboribus patriæ.] *regiones: vt,* Italiam quæro patriam. SOLA India nigrum fert hebenum.] *Atqui*

& in

A *& in Aegypto naſcitur. ſed Indiam, omnem plagam Aethiopiæ accipimus. Sanè & hæc hebenus, & hoc hebenum, dicitur. hîc neutro vſus eſt. Lucanus autem ait:* Hebenus Mareotica vaſtos Non operit poſtes. *Hebenus autem, arbor eſt, quæ cæſa dureſcit in lapidem.* SOLIS eſt turea.] *Apud Sabæos tus naſcitur: qui (vt ſuprà dictum eſt) ijdem ſunt, & Arabici, & Panchaici.* ODORATO ſudantia ligno.] *id eſt, quorum ligna odoriferum ſuccum referunt.*

POM. Sabi. ARGITIS.] *dicitur ab argento, id eſt, candore.* MINOR argitis.] *minor Aminea, quæ habet nomen à candore argenti.* FLVERE.] *quia ex illâ minore prouenit multum vini, quod diu durat.* RHODIA.] *Rhodos inſula eſt, quæ prima apparuit in mari, dicata Phœbo. in eâ primùm dicitur reperta vitis.* DIIS & menſis ſecundis.] *propter primitias; & quia afferebatur vua Rhodia in ſecundis menſis.* BVMASTE.] *Bumaſtos genus vuæ dicitur, quòd magnitudine mammulas vaccæ imitetur.* SPECIES.] *ſcilicet vuarũ. Plinius ait:* Genera vitium numero comprehendi poſſe, vnus exiſtimauit Democritus, cunctas ſibi in Græciâ profeſſus: cæteri, innumera atq; infinita eſſe prodiderunt genera vitiũ. NON refert.] *non vtile eſt, nomi-*
B *nare omnes vuas: quoniã nec numerũ vuarum & vitium.* ARENÆ.] *Non poteſt ſciri numerus arenarum: & ſic vitium impoſsibile eſt genera comprehendere.* LIBYCI æquoris.] *ex aliã parte Africæ, vbi ſunt ſolitudines arenariæ.* LIBYCI æquoris.] *Libycorum camporũ, vbi eſt tantùmmodò ſolitudo arenoſa, vbi vento impelluntur cumuli arenarũ, Zephyro præſertim.* ZEPHYRVS.] *Zephyrus eſt ventus, qui ſpirat ab occidente, & cõcitat mare Ionium, quod incipit à Tarento, & extenditur vſq; Corinthũ. Corinthos ex eá parte, quæ vergit ad nos, mare Ioniũ habet. Eurus ventus cùm ſpirat, tempeſtatem facit in Ionio, & in Adriatico.* NEC vero.] *Quòd terræ omnia nõ poſſunt ferre, inquit, in omnibus locis; & denegatã naturã ſoli, fruſtratur agricola.* CRASSIS.] *quia aqua paluſtris eſt craſsior aquâ fontanâ.* ALNI.] *arbores altiſsimæ.* ORNI. *arbores quæ gaudent ſaxis.* MYRTVS.] *prouenit in littore.* BACCHVS.] *Vineta debent eſſe in collem vergentem ad orientẽ hybernũ, vti inſolentur in hyeme. Bacchus, iſt eſt, ipſa vineta.* COLLES.] *in quibus non eſt tanta pinguedo; & ſunt patentiores ad ſolem.* TAXVS.] *eſt arbor, ex cuius ſucco antiqui faciebant toxicũ; appellatũ quaſi taxicum.*

Hoc genere arboris abundat Theſſalia: indè eſt, quòd aiunt Theſſala venena. ORBEM domitũ extremis cultoribus.] *Vult dicere Vergilius, Artificiũ eſſe per totũ orbẽ terrarũ. & incipit in extremo ſeptentrione: & ex artificio omnia meliora ſunt.* EXTREMIS.] *vltimis, habitantibus extremas partes orbis terrarũ.* ARABAS.] *quos accipit pro extremis Orientalibus.* EOAS.] *orientales. Arabes inter Orientẽ & meridiẽ ſunt: à parte ſuperiori habent mare Perſicũ, ab inferiori rubrũ. Itaq; porrigitur inter duo maria: ſicut & Italia inter Adriaticũ & Tyrrhenũ. accipit Vergilius extremũ orientẽ.* GELONOS pictos.] *Geloni populi ſunt Schytiæ, nominati à Gelono filio Herculis. Ruſſi ſunt, & cæſij oculis, & dites. Picti appellãtur, propter veſtes verſicolores. & etiã Agathyrſi, qui ſunt Gelonis finitimi, iiſdẽ veſtibus vtũtur.* SABÆIS.] *Arabibus. Indica arbor eſt* Hebenus, *cuius materia eſt nigra, ſeu nigricans. eius duo ſunt genera: accedit poſtea & tertia hebenus, folio & ramo ſimilis terebintho, fructu amygdalis. In Bactris peculiaris eſt; & ibi terebinthũ putant. Naſcitur & in alijs locis hebenus; ſed laudatiſsima in Indiâ. Herodotus, ab Aethiopibus dari hebenũ pro tributo regibus Perſarũ, dixit. Primus Romæ in triumpho Mithridatico oſtendit Pompeius Magnus. vritur odore iucundo: eius lignũ nigrũ eſt, & precioſum. Lucanus dixit hebenum Mareoticã, ex Aegypto.* DIVISÆ.] *ſcil. ſunt.* TVREA virga.] *Theophraſtꝰ ait: Gignũtur in Arabiã, circa Sabã Metropolim, tus, myrrha, caſiæ, cinnamomũ: tus & myrrha in mõte, & in radice montis. Turis arbor non magna eſt, altitudine quinq; cubitorum: multos habet ramos, folia pyri, quibus eſt color rutæ. Ei eſt cortex læuis, vt lauro. In Hierichuntis vallibus Iudææ,* Balſamus *eſt modica arbor, vt ſcribit Cornelius Tacitus: cuius vt quiſq; ramus intumuit, ſi vim ferri adhibeas, pauent venæ fragmine. ideò lapidibus aut teſta aperiuntur rami. humor qui indè liqueſcit, balſamũ appellatur; & in vſu medicamentorũ eſt. Volũt quidã, bene indictum fuiſſe Iudæis; & ob eam rem euerſas Hieroſolymas: quia vectigal balſami Romanis tradere negauerint.* ODORATO.] *precioſo, quod etiam vritur ad odorem.* LIGNO.] *ex ipſo balſamo.* SVDANTIA.] *paulatim liqueſcentia.*

EOASQVE domos Arabum, pictoſque Gelonos.] *ſunt Scythæ, dicti ab Herculis filio Gelono, & Echidnã: vt in IV. Herodotus refert.* Hebenũ, *lignum eſt nigrum, precioſum.* PROB.

Balſamaq;, & baccas ſemper frondentis acanthi?
Quid nemora Æthiopum molli canentia lanã?
Velleraq; vt folijs depectant tenuia Seres?
Aut quos Oceano propior gerit India lucos,
Extremi ſinus orbis, vbi aëra vincere ſummum
Arboris haud vllæ iactu potuêre ſagittæ?
Et gens illa quidem ſumptis non tarda pharetris.
Media fert triſteis ſuccos, tardumq; ſaporem
Felicis mali; quo non præſentius vllum,
Pocula ſi quando ſæuæ infecêre nouercæ.
Miſcueruntq; herbas, & non innoxia verba,
Auxilium venit, ac membris agit atra venena.
Ipſa ingens arbos, faciemq; ſimillima lauro:
Et, ſi non alium latè iactaret odorem,
Laurus erat: folia haud vllis labentia ventis:
Flos apprima tenax. animas, & olentia Medi
Ora fouent illo; & ſenibus medicantur anhelis.
Sed neq; Medorum ſyluæ, ditiſsima terra;
Nec pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hermus,

C SER. BALSAMAQVE.] *Vacat* Que. *vt alibi:* Dixitq;, & ꝑlia voce diremit. *Sanè* Balſamum *eſt ipſa arbor: opobalſamũ, ſuccus collectus ex arbore. nam ὀπὸς dicitur ſuccus; ξύλον lignũ: vnde Xylobalſamũ, lignũ ipſius arboris. Probatio aũt opobalſami hæc eſt, vt dicit Plinius: ſi cõtra ſolem feratur, & corruptũ nõ ſit, manum ferentis exurit.* ET baccas ſemper frondentis acanthi.] *Acanthus arbor eſt in Aegypto, ſemper frondens, vt oliua, laurus. & Acanthus dicta, quaſi ſpinis plena. ἄκανθος enim ſpina eſt: nam eſt ſpinoſa arbor. Abundat hæc etiã in Cyrenaicâ inſulâ.* VELLERAQVE vt folijs.] *Apud Indos & Seres ſunt quidã in arboribus vermes, qui bombyces appellantur; qui in aranearũ morem fila tenuiſsima deducunt: vnde eſt ſericũ. nam lanam arboreã non poſſumus accipere, quæ vbiq; procreatur.* DEPECTANT.] *decerpũt. Sed alij* Depectat *legunt. quod ſi eſt: Seres poſuit pro Seris, ſicut trabes pro trab. ſic Lucanus:* Sub iuga iam Seres, iã barbarus iſſet Araxes. OCEANO propior gerit India lucos.] *Gerit, pro, habet. vt alibi:* Virginis os habitumq; gerens. *Hæc enim habet arbores magnas, quæ eſt iuxta Oceanum. hinc,* Extremi ſinꝰ orbis. NON tarda.] *id eſt, ſtrenuiſsima. nã eſt λιτότης figura.* MEDIA fert triſteis ſuccos.] *Di, ſine ſibilo proferenda eſt: græcum enim eſt nomen. & Media prouincia eſt. Triſteis autem, amaros: vt,* Triſteſq; lupini. TARDVMQVE ſaporem.] *Apud Medos naſcitur quædam arbor, ferens mala, quæ Medica vocantur: quam per periphraſin oſtendit, eius ſupprimens nomen. Hanc plerique citrum volunt, quod negat Apuleius, in libris quos de arboribus ſcripſit; & docet, longè aliud eſſe genus arboris. Tardum autem ſaporem dicit, vix intelligibilem: quod illi ad carnem mediam citri referunt. nam prima & interior facilè ſuum oſtendit ſaporem.* FELICIS mali.] *Secundùm eos, qui dicunt citrum fœcundum. nam hæc arbor, omni*

pend

penè tempore plena eſt pomis; quæ in eâ partim matura, partim acerba, partim adhuc in flore ſunt poſita. Aut certè Felicis, *ſalubris: nulla enim efficacior res eſt ad venena pellenda.* SÆVÆ nouercæ.] *Aut illæ quæ ſæuæ ſunt: aut epitheton eſt omnium nouercarum.* NON innoxia verba.] *λιτότης figura eſt: id eſt, nocentiſſima. & eſt augmentum: quaſi parū putent, venena miſcere; niſi etiam magicos cantus addiderint.* MEMBRIS agit atra venena.] *Radices, nuces, lupini, citrum, apium, proſunt contra futurum; non contra iam acceptū venenum. vnde etiam antiquitus, ante vllas alias epulas, hæc ſolebant menſis apponere. Apparet ergo, non eum de citro loqui in præſenti, cum dicit;* Membris agit atra venena: *iam data.* FACIEMQVE ſimillima lauro.] *Figura Ciceronis, qui ait in Cæſarianis:* Sed ſimillimū deo iudico. *Sanè etiam hoc probat, citrū non eſſe. nam citri arbor, & multū non poteſt creſcere, & multò habet folia maiora, quàm laurus.* Si non aliū latè iactaret odoré.] *Et infinitum emittit ſuū odorem, & longè aliū quàm laurus.* FLOS apprima tenax.] *Apprima, id eſt, maximè. & eſt nomē pro aduerbio: ſicut,* Et pede terrā Crebra ferit, *pro crebrò.* ANIMAS.] *Δύσπνοιαν, id eſt, pulmonis vitioſum anhelitū. quod exprimit, ſubdens:* Senibus medicantur anhelis. OLENTIA ora.] *putētia: id eſt. δυσωδίαν oris. Notandū ſanè, huic vni tātùm arbori incubuiſſe Vergiliū, & expreſſiſſe, vbi ſtet, qualis ſit, cuius poteſtatis: ſicut in Quarto, de herbâ amello.* Quod, *qui de arboribus aut herbis ſcripſerunt, in omnibus exſequūtur.* SED neq; Medorū ſyluæ.] *Iam incipit laus Italiæ: quam exſequitur ſecūdùm præcepta rhetorica. Nam dicit, eam & habere bona omnia, & carere malis vniuerſis.* GANGES.] *Indiæ fluuius, per quem prouincia ſignificatur.* HERMVS.] *Lydiæ fluuius, arenas aureas trahens.*

POM. Sabi. ACANTHI.] *Probus ait:* Acanthus herba eſt ſpinoſa, folia habens lata & rugoſa. *Verum dicit; ſed non eſt hic herba. Plinius ſic ait:* Spinę albę ſimilis eſt ſpina illa, quam Gręci acanthon vocant, minoribus multò folijs, & aculeatis per extremitates, & araneoſâ lanugine obductis: quâ collectâ, etiam veſtes quædā bombycinis ſimiles fiunt in Oriente. De eâdem acantho voluit intelligere Vergilius in fine primi libri Æneidos. *Et paulò pòſt idem Plinius:* Pyrrhacanthi baccę cōtra ſerpentū ictus bibuntur. *Hæc enim acanthus, propter aculeorum ſimilitudinē, pyrrhacanthos nominatur. quodcūq; enim in acumen ſurgit, ab flāmâ appellari poteſt. nam & apud Græcos ariſta, quæ eſt in ſpicâ frumenti, pyrrhos dicitur: & ſepulchra, propter acumen & ſimilitudinem ſpinarum & flāmæ, pyrrhamides nuncupantur. Ergo acanthos, & pyrrhacanthos, idē eſt: & græcè acanthos dicitur ſpina.* FRONDENTIS.] *nunquam deponentis folia.* ÆTHIOPVM.] *Aethiopia Aegypto contermina, inſignes habet arbores, laniferas quoq;. Autore Plinio, in Tylo inſulâ maris Perſici, ſunt arbores (goſampinos vocant) lanigeræ; folia habent infœcunda: quæ niſi minora eſſent, vitiū poterant videri. Ferunt cucurbitas, amplitudine mali cotonei: quæ maturitate apertæ, oſtendūt lanuginis pilas; ex quibus precioſa lintea conficiunt. Et Iuba tradit, circa fruticem lanuginem eſſe, linteaq; indè fieri, Indicis præſtantiora. Aethiopia ſita eſt ab oriente hyberno, ad occidentem hybernum, ſub ipſo meridiano: & in eâ parte, quæ imminet mari meridiano, excelſus eſt mons, qui æternis ardet ignibus.* CANENTIA.] *albeſcentia.* MOLLI.] *tunc eſt bona lana, cùm eſt mollis.* VELLERA.] *Seres primi ex illâ immani Scythiâ cognoſcuntur lanificio ſyluarum nobiles, perfuſam aquâ depectentes frondū caniciē. mites quidem ſunt; ſed & ipſis feris perſimiles, cœtum reliquorum mortalium fugiunt, cùm commercia exſpectant.* DEPECTANT.] *pectant.* INDIA.] *in extremâ Indiâ ſunt arbores laniferæ.* OCEANO.] *ſcilicet orientali.* EXTREMI.] *quia India ad Oceanū eſt finis terrarū ad orientē. & hoc dicit propter quaſdā inſulas, in quibus ſunt arbores laniferæ.* VBI.] *in qua parte Indiæ, ſunt arbores altiſſimæ, adeò vt ſuperent iactū ſagittarū, quæ ſunt emiſſæ ab arcu. quemadmodū in Scythiâ, vbi ſunt populi Moſſynæci, ſunt arbores adeò altæ, vt certent cum ipſo aëre in altitudine.* ILLA gens.] *Indica, vbi ſunt optimi ſagittatores, & non poſſunt arbores ſuperare.* QVIDEM.] *certè.* NON eſt tarda.] *id eſt, diligens in ſagittādo.* MEDIA.] *Nunc dicit de malo Medico, id eſt, melangulo: ex Theophraſto & Plinio. Malus medica, ſiue Perſica, ſiue Aſſyria, folia habet penè vt portulaca, & aculeos vt pyrus, aut ſpina. pomū eius aliâs non manditur; ſed odoratiſſimū eſt. folia inter veſtes poſita, teredines arcent. Vtile pomū eſt, cùm quis potionem hauſerit, ad nares admoueri, vt nauſeā comprimat. Caro cōmanducata ſuauē facit halitū: ſemen detractum vere ſeritur in areas; indè ad riguū, molle ac tenue trāsfertur ſolū. Poma arbor omni tēpore fert, alijs ſubnaſcētib⁹, alijs matureſcētibus. Grana hui⁹ mali, Parthorū reges decoquent in eſculentis. Prob⁹ ait, appellari rhododaphnen hanc arborē. nec mirū: nā aſpectu & folijs ſimilis eſt lauro. Hæc aliter dicitur mal⁹ Citria, & mal⁹ Aſſyria.* Media, *eſt prouincia iūcta Meſopotamiæ.* TRISTES.] *amaros.* TARDVM.] *hebetem.* DENTES.] *Quia hebetat dentes ſuccus mali Medici.* FELICIS.] *propter duas rationes: quòd eſt contra venenū præſentaneū remedium.* PRÆSENTIVS.] *præſentaneū remedium contra venena, malum Medicū. ideò Plinius inquit, venenis medetur. hæc eſt inter omnes peregrinas arbores ſalutaris.* QVO.] *ſcilicet malo Medico.* PRÆSENTIVS.] *magis præſentaneum.* INFECERE.] *veneno & incantationibus.* NON innoxia.] *id eſt, noxia, propter incantationes. & eſt duplex venenum.* AGIT.] *expellit.* ATRA.] *liuida: ab effectu; quia veneno necati fiunt liuidi & nigri, vt Iuuenalis ait.* IPSA.] *arbor Medica.* FACIEM ſimillima.] *id eſt, in ipſo aſpectu videtur eſſe laurus.* LABENTIA.] *quia nunquam cadunt folia, etiamſi ſpirent venti.* APPRIMA.] *in principio.* ANIMAS.] *ſpiritum & flatum.* FOVENT.] *ſedant grauem anhelitum, & graueolentiam.* ANHELIS.] *ſuſpirioſis, & qui non poſſunt graue exhalare.* SED neq; Medorum ditiſſima.] *pariendo tales arbores.* PVLCHER Ganges.] *regiones orientis dicit. Ganges, eſt fluuius Indiæ. huius origo eſt à montibus, qui ſunt in ſuperiore Indiâ, verſùs ſeptentrionem.* PVLCHER.] *Primus Romanam claſſem, per alueum Gangis, Traianus Cæſar duxit, ex Indico ſinu. Traianus bellum geſſit contra Indos. Gangetici populi indè dicuntur.* Pulcher: *quia eſt maximus fluminum orientalium.* HERMVS.] *fluuius Mæoniæ: labitur ex Tmolo monte: ramenta fert auri. ideò turbidus: quia habet aurum mixtum.*

BALSAMAQVE.] *Balſamum, eſt liquidum medicamentū, colorum curationi neceſſarium, quod ex arboribus deſtillat in modum picis. Acanthus eſt herba ſpinoſa, folia lata habens, & rugoſa.* PROB. QVID nemora Æthiopum molli canentia lanâ, Velleraq; vt folijs depectant tenuia Seres?] *Exiſtimantur beſtiolæ quædam, quas bombyces vocant. Quidam indicant, ex arūdinum folijs ſerat veluti lanam facere: & indè fieri ſerica. Seres autem, natio eſt in vltima Indiâ.* MEDIA fert triſtes ſuccos, tardumq; ſaporem.] *Pars Parthorum Media eſt appellata à Medo, filio Medeæ & Aegæi; vt exiſtimat Varro: qui quatuor libros de Argonautis edidit. Arbor autem, quæ deſcribitur à Vergilio, naſcitur quidē & in Italiâ: ſed nō eſt eiuſdem effectus, cuius in Media: & appellatur Rododaphne.* NEC pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hermus.] *Ganges, fluuius eſt Indiæ: Hermus Lydiæ, qui fert aurum.*

VAR. Lect. QVO non præſentius vllum.] *In Lōgobardico libro,* Præſtātius *legitur. Sed* Præſentius *magis placet eruditis.* MISCVERVNTQVE herbas.] *In Oblōgo pueteri libro, atq; etiā in Longobardico,* Miſcuerāt *legitur: quod minimè placet. In altero antiquo,* Miſcuerint, *habetur. Sed ego nunquam lectionem primam reijcerem: cùm in Bucolicis* Tulerunt: *& apud Terentiū,* Emerunt, *de eâdem figurâ legatur.*

LAVDI-

Digitized by Google

Laudibus Italiæ certent: non Bactra, neq; Indi,
Totaq; turiferis Panchaia pinguis arenis.
Hæc loca non tauri spirantes naribus ignem
Inuertêre, satis immanis dentibus hydri.
Nec galeis, densisq; virûm seges horruit hastis.
Sed grauidæ fruges, & Bacchi Massicus humor
Impleuêre: tenent oleæq;, armentaq; læta.
Hinc bellator equus campo sese arduus infert:
Hinc albi, Clitumne, greges, & maxima taurus
Victima, sæpè tuo perfusi flumine sacro
Romanos ad templa deûm duxêre triumphos.
Hîc ver assiduum, atq; alienis mensibus æstas:
Bis grauidæ pecudes, bis pomis vtilis arbos.
At rabidæ tigres absunt, & sæua leonum
Semina: nec miseros fallunt aconita legentes;
Nec rapit immensos orbes per humum; neq; tanto
Squameus in spiram tractu se colligit anguis.
Adde tot egregias vrbes, operumq; laborem;

A SER. LAVDIBVS Italiæ certent.] *Figuratè: nam* Certo tecû, *dicimus.* BACTRA.] *regio iuxta Assyrios: vnde & populi Bactriani.* PANCHAIA.] *Arabia, vt suprà diximus. Arabia autem est regio, vbi & templum Triphyllai Iouis habent; vt scribit Euemerus. ipse alibi:* Panchæis adolescent ignibus aræ. TAVRI spirãtes narib⁹ ignê.] *Quales fuerũt in Colchide, ciuitate Scythiæ. nã hoc habet fabula: Iasõ Colchos profect⁹, ad tollẽdũ vellus aureũ, quod dicârat Marti Phryxus, fretus Medeæ auxilio, & peruigilẽ dracone occidit, & eius dentes seuit, iunctis tauris ignẽ flantib⁹. Vnde nati armati, quãprimum fecerunt impetũ in Iasonem frustrà: postea mutuis vulneribus* B *conciderunt. Has autem ei conditiones Aeëta rex proposuerat: cui Apollo responderat, tandiu eum fuisse regnaturum, quandiu illud vellus fuisset in templo.* SATIS.] *seminatis.* HYDRI.] *serpentis. Hic est anguis, quem Cadmus in Bœotiâ occidisse fertur: cuius denteis ipse partim ibidem seuit, partim Aeëtas in Colchide. ex quibus vtrinq; seges armatorũ hominum enata est.* SEGES horruit.] *non placuit. Seges autem; quia de semine.* GRAVIDÆ fruges.] *largæ, abundantes.* MASSICVS humor.] *id est, vinum Campanum, à Massico monte Campaniæ.* ARDVVS.] *celsus & eminẽs.* HINC alibi Clitumne greges.] *Clitumne, vocatiuus est. Clitumnus autem fluuius est in Meuaniâ, quæ pars est Vmbriæ, partis Thusciæ: de quo fluuio dicit Plinius in historiâ naturali; quòd animalia, quæ cum potauerint, albos fœtus creant.* MAXIMA taurus victima.] *Quia triumphantes de albis tauris sacrificabant.* SÆPE tuo perfusi flumine sacro.] Flumine *fluento. Perfusi autem tauri, qui ante triumphantes vsq; ad templa ducebantur. aut certè* Perfusi greges *intelligamus: quod ad equos triumphales potest referri.* DVXERE triumphos.] *si equi, duxerunt: si boues, deduxerunt.* HIC ver assiduum.] *verna temperies: nam ver pro-* C *priè assiduum esse non potest, seu longum. Horatius:* Ver vbi lõgum tepidasq; præbet Iuppiter vmbras. ALIENIS mensibus æstas. *id est, quando alibi hyems, in Italiâ penè æstas esse videtur.* BIS grauidæ pecudes.] *Verum est. indè enim est in Bucolicis:* Lac mihi non æstate nouum, non frigore desit. BIS pomis vtilis arbos.] *id est, biferæ sunt arbores.* AT rabidæ tigres absunt.] *malum Armeniæ.* ET sæua leonum.] *malum Libyæ.* SEMINA.] *genera. & est Lucretij sermo. nam quòd ait* Sæua, *aut cruenta accipimus, aut reuerâ sæua semina. Vt enim ait Plinius, animalia, quæ sunt cum acutis vnguibus, frequenter parere non possunt: vitiantur enim intrinsecus, se mouentibus pulsis.* NEC miseros fallunt aconita legentes.] *Mira arte vsus est, vt excusaret rem, quam negare non poterat. nam aconita nascuntur in Italiâ: sed ea non obesse dicit, quia sunt omnibus nota. vnde dicit;* Nec fallunt legẽtes: *vel quia ea scientes remouent & reijciunt; quod primes scire significat. Aconita autem nata dicuntur esse de spumis Cerberi, quo tempore Hercules eum ab inferis traxit. Quod quia in saxis & collibus nascitur, aconitum dicitur; ἀπὸ τῆς ἀκόνης, id est, à cote. Etiam dicimus τὸ ἀκόνιτον, καὶ τὰ ἀκόνιτα.* NEQVE tanto Squameus.] *Sunt quidem serpentes in Italiâ, sed non tales, quales in Aegypto, aut in Africâ.* IN spiram.] *in collectionem volubilitatis: quod est à funibus tractum.* ADDE tot egregias vrbeis.] *Laudat Italiam à ciuitatibus; quas & plures habet, & maximas, & opportunissimè collocatas.* OPERVMQVE laborem.] *quæ sunt in muris & mœnibus vrbium, alijsq; ædificijs & templis.*

POM. Sabi. BACTRA.] *numero multitudinis declinantur. &, vt Q. Curtius ait; Bactrianæ regionis caput est, quæ est supra Persidem vrbs. sita est sub mõte Paropamiso: cuius terminos præterit Bactrus amnis, qui vrbi & regioni nomen fecit.* INDI.] *propter fertilitatem & numerum populorum.* PANCHAIA.] *regio est Persidis, dicta à Panchæo rege. Quidã dixerunt esse Arabiæ partem.* PINGVIS.] *quia tus est pingue, vt resina.* HÆC loca.] *Italiæ scil. Nũc ad laudes Italiæ.* TAVRI.] *Per hoc proponit Italiã Colchidi: vbi Iason seuit dentes serpentinos: vnde nati homines armati, qui inter se dimicarunt.* INVERTERE.] *id est, inuerterunt terram in Colchide regione.* IMMANIS.] *scil. draconis, custodientis aureum vellus. Iason, cæso dracone, ope & ingenio Medeæ, aratro tauros alligauit, qui è naribus ignem efflabant: campumq; in Colchide arauit, in quo dentes draconis seuit: ex quibus armata phalanx erupit.* VIRVM.] *virorum: id est, nunquã armati exiluerunt ex terrâ Italâ.* GRAVIDÆ.] *fructiferæ. in agris Italis proueniunt fruges fertiles.* HVMOR.] *Fundanus apud Varronem, in Re rusticâ, sic loquitur:* Quod far comparem Campano? quod triticum Apulo? quod vinum Falerno? oleum Venafrano? nonne arboribus ita consita Italia est, vt tota pomarium esse videatur? BACCHI Massicus humor.] *Sed apud antiquos indifferenter ponuntur, Massica & Falernũ; vt apud Silium lib. 3.* GRAVIDÆ fruges.] *fertilia genera tritici, & optima genera vinorũ, impleuêre situm Italiæ.* TENENT oleæ.] *& hoc in Venafrano agro potissimùm.* LÆTA.] *pinguia.* TENENT.] *occupant.* ARMENTA læta.] *pinguia. optimi boues proueniunt in Italiâ ad arandum.* ARDVVS.] *cum magno hinnitu.* CLITVMNE.] *Clitumnus fluuius Vmbriæ, prope Meuaniã labitur: apud quẽ tauri pingues & candidi fiunt, vt meminit Plinius & Silius. & Italia ipsa adeò gregem bubulũ adamauit, vt nomen ab eo acceperit. Dicitur autẽ Italia, ab itulis, id est, vitulis. Et apud Romanos capitale erat, bouem interimere: reseruabatur enim hæc victima Ioui. Paul⁹ Aemylius in triumpho Macedonico, CXXX. boues cum auratis cornibus sacrificauit. In triumpho autem mactabantur boues; sicut in ouatione oues.* GREGES.] *bubuli.* MAXIMA.] *quia cadit Ioui, & in triumphis.* DVXERE.] *quia in triumphis mactabantur.* TEMPLA.] *ad tẽplũ Iouis Capitolini.* HIC ver assiduũ.] *Vult significare, esse in Italiâ temperiem maximam. In Italiâ, propter aëris temperiem, semper videtur esse vernum tempus: quod nihil aliud est, quàm æstas in alienis mensibus. ideò inquit,* Assiduum, *id est, perpetuum.* BIS grauidę pecudes.] *& hoc est propter temperiem, ex quâ fit generatio; non ex calore adurente.* POMIS.] *Multæ sunt arbores in Italiâ, quæ propter benignitatem Solis sunt biferæ & triferæ.* ABSVNT.] *ab Italiâ.* RAPIDÆ.] *veloces. omniũ animaliũ enim velocissima est tigris: & cætera animalia deuorat atq; interficit. Et dicitur tigris sagitta, linguâ Parthicâ. in Italiâ nõ nascuntur, sed proueniunt in Africâ, & in Europâ, ad Mœsiũ amnem, terminum Macedoniæ & Thraciæ.* ACONITA.] *id est, in Italiâ non nascũtur venenosæ herbæ.* LEGENTES.] *colligentes.* ANGVIS.] *Dicit, in Italiâ non esse magnos serpentes, qui deuorant animalia. in Aegypto magni sunt serpentes, & in Africâ; vt crocodili, &c.* HINC bellator equus.] *Hirpini equi in pugnâ præstantissimi & potentissimi habebantur: indè Apuli; postea Lucani. nam, præter*

Digitized by Google

vires, ipsâ corporis magnitudine cæteros præcellunt equos. ORBES.] *vt crocodilus: vt ille, qui fuit interemptus ad Bagradam, à Regulo, in primo bello Punico.* SPIRAM.] *circuitionem.* ADDE tot egregias.] *Quis magnificentiam Italarum vrbium scriberet? quis multitudinem populorum? Scripserunt multi origines Italiæ, Græci ac Latini. De innumerabili populo Italiæ sic loquitur Plinius:* Hæc est Italia, quæ Lucio Æmilio Paulo, & Caio Attilio cõsulibus, nuntiato Gallico tumultu, sola sinè externis vllis auxilijs, atq; etiam sinè Transpadanis, equitum triginta millia, peditum LXX. milla armauit. *Et Diodorus libro 3.* Romam quasi preuidentes futurum Annibalis bellum, censum fecêre & ciuium suorum & sociorum: deciesq; centena millia hominum, qui erãt bello apti, descripserunt. *Et idem ait:* Non sit mirum alicui, quòd tot copias comparauerit Ninus, & postea Semiramis; quot copias & Dareus & Xerxes: cùm ex solis Syracusis Dionysius tyrannus centum viginti millia peditum armauerit, & XII. millia equitum, & naues omnis generis CCCC. vno eduxit portu. OPERAM.] *ædificiorum.* A

PROB. NON Bactra, neq; Indi.] *Bactra, oppidum Indorum.* Panchaia, *regio, à rege Panchæo dicitur.* HINC albi, Clitumne, greges & maxima taurus Victima, sæpe tuo perfusi flumine sacro.] *Clitumnus est Etruriæ flumen, à fonte nauigabilis.* NEC miseros fallunt aconita legentes.] *Aconita sunt venenorum genera, quæ ferè in petris nascuntur Scythiæ, iuxta Mæotidam paludem. Existimatur autem esse ex spumâ Cerberi, quam is perfuderit, pertractus ab Hercule in lucem. Aconita autem græcè cautis nomine dicuntur: illam enim ἀκόνην appellant.*

VAR. Lect. TENENT oleæq;, armentaq; læta.] *In Mediceo, & antiquioribus aliquot libris, & ijs præsertim qui particulam Que geminare gaudent, legere est:* Tenent oleæ, armentaque læta. AT rabidę tigres absunt.] *Non displicet, quod in Mediceo, & antiquis alijs legitur,* At rapidę tigres. *ea animalia, & pernicitate cursus, & truculentiâ notantur.*

Tot congesta manu præruptis oppida saxis;
Fluminaq; antiquos subterlabentia muros.
An mare quod suprà memorē, quodq; alluit infrà?
An'ne lacus tantos? te Lari maxime, teq;
Fluctibus & fremitu assurgens Benace marino?
An memorem portus? Lucrinoq; addita claustra?
Atq; indignatum magnis stridoribus æquor?
Iulia quà ponto longè sonat vnda refuso,
Tyrrhenusq; fretis immittitur æstus Auernis?
Hæc eadem argenti riuos, ærisq; metalla
Ostendit venis, atq; auro plurima fluxit.
Hæc genus acre virùm, Marsos, pubéq; Sabellam,
Assuetumq; malo Ligurem, Volscosq; verutos
Extulit: hæc Decios, Marios, magnosq; Camillos,
Scipiadas duros bello, & te, maxime Cæsar,
Qui nunc extremis Asiæ iam victor in oris
Imbellem auertis Romanis arcibus Indum.
Salue magna parens frugum, Saturnia tellus,
Magna virùm: tibi res antiquæ laudis & artis
Ingredior, sanctos ausus recludere fonteis;

SER. CONGESTA manu.] *ædificata & cõstructa. & hic ipsas vrbes, non solùm ex suâ magnitudine, sed etiam ex opere nobili laudat.* PRÆRVPTIS saxis.] *excelsis & magnis. & subaudi* Adde, *scil. ad laudem Italiæ.* FLVMINAQVE antiquos subterlabentia muros.] *Quod laudat etiam Cicero in Republicâ.* MARE quod suprà.] *id est, mare Adriaticum.* QVODQVE alluit infrà.] *id est, Tyrrhenũ.* TE Lari maxime.] *Larius est lacus vicinus Alpibus, qui, iuxta Catonẽ in Originibus, per sexaginta tenditur millia. Et Larius, Lari vocatiuũ facit; sicut Iullus Iuli, Mercurius Mercuri.* TEQVE Fluctibus, & fremitu assurgens Benace marino?] *Benacus lacus est Italiæ, qui magnitudine sui tempestates imitatur marinas.* Assurgẽs *aũt, vocatiuus est casus, vt sit: Memorẽ & te, ô Benace assurgẽs, id est, tumescens fremitu marino. aut certè antiptosis est, id est, casus pro casu: assurgens, pro, assurgentem.* AN memorem portus, Lucrinoq; addita claustra.] *In Baiano sinu Campaniæ, contra Puteolanam ciuitatem, duo lacus sunt, Auernus & Lucrinus: qui olim, propter copiam piscium, vectigalia magna præstabant. Sed cùm maris impetu plerunque irrumpens exinde pisceis excluderet, & redemptores grauia damna paterentur, supplicauerunt senatui: & profectus C. Iulius Cæsar, ductis brachijs, exclusit partem maris, quæ antè infesta esse consueuerat: reliquitq́ breue spatium per Auernum, quà & piscium copia posset intrare, & fluctus non essent molesti. quod opus Iulium dictum est. Sed hic ambitiosè* vndam Iuliam *appellauit, frementem contra moles à Iulio oppositas.* INDIGNATVM magnis stridoribus æquor.] *Indignatum, à solitâ exclusum licentiâ, & indignationem suam stridoribus prodens. Indignatum ideò dixit: quia, quo tempore in Lucrinum lacum mare immissum est, indè terrâ effossâ, contigit inter ipsum Lucrinum & Auernum, vt duo lacus miscerentur: & tanta tempestas orta est, vt prodigij loco habita sit; ac nuntiatum, simulachrum Auerni sudâsse: propter quod Põtifices ibi piacularia sacra fecerunt. Iulia autem vnda, Puteolanum portum significat.* TYRRHENVSQVE fretis æstus.] *Æstus quidem dixit Auerni: quoniam per Lucrinum lacum mare Tyrrhenum influit in Auernum.* AVRO plurima fluxit.] *id est, copiosior fuit in rem pretiosiorem.* B ASSVETVMQVE malo Ligurem.] *id est, labori.* VOLSCOSQVE verutos.] *Italiæ populi sunt, iaculo vtentes in modum veru: vel quia verutis pugnant.* EXTVLIT hæc Decios.] *creauit. Decij autem duo fuerunt: quorum vnus bello Latino, alter Gallico, se pro republicâ deuouerunt.* MARIOS.] *Marij multi fuerũt: quorum vnus fuit septies consul.* CAMILLOS.] *Abusiuè pluralem numerũ pro singulari: nam Camillus vnus fuit, qui à Gallis sublata signa reuocauit.* SCIPIADAS duros bello.] *Scipiadas pro Scipionibus dixit: sicut Amazonidũ pro Amazonũ alibi posuit. Scipiones aũt duo fuerũt, auus & nepos: quorum vnus leges victæ Carthagini imposuit; alter eandẽ diruit. Hæc aũt omnia pleniùs in sexto memorauimus.* C IMBELLEM auertis Romanis arcib9 Indum.] *id est, auertẽdo reddis imbellẽ. Romanis aũt arcib9, à Romanis vrbib9, à Romano imperio.* SALVE magna parẽs.] *Posteaquã eã diutiùs laudauit, vertit se ad eã, & bene dicit eã laudãs.* SATVRNIA tellus.] *Nã in Italiã Saturnus regnauit.* MAGNA virùm.] *virorũ fortiũ. & iã cõcludit, laudãs eã à viris, à fertilitate rerũ, à Saturni imperio.* TIBI res antiquę laudis & artis Ingredior.] *tibi, in tuam vtilitatem scribo carmen Georgicum. Antiquæ autem laudis, vel magnæ, vel quòd apud antiquos in ingenti honore fuit agricultura.*

POM. Sabi. MVROS.] *Per hoc vult significare sumptum in aquæductibus.* AN mare suprà.] *id est, Adriaticũ.* INFRA.] *mare Tyrrhenũ. Inter ista duo maria est Italia. Per maria aũt, vult intelligere insulas Italiæ, & lacus, qui sunt in Italiâ amœnissimi.* LARI.] *Larius & Benacus, magni & nominati sunt lacus in Galliâ Cisalpinâ, quorum littoribus nihil est amœnius atque deliciosius: & in Padum amnem se onerant.* BENACE.] *Propter magnitudinem, quando impellitur vento, imitatur æstus maris.* PORTVS.] *propter portum Lunæ, qui erat ex artificio factus: & portus Brundusij ex naturâ. nondum erat portus Antij, qui superauit portum Lunæ.* CLAVSTRA.] *Cæsar partem maris in sinu Baiano mœnibus cinxit, ad delicias, quod spatium fuit ostrearum viuarium pulcherrimum: appellatúmque Lucrinum, quòd etiam lucrum*

Digitized by Google

A lucrum afferebat. In eodem spatio erat & Lucinus portus, ante Auernum: nunc Vergilius vt Iulium Cæsarem laudet, ambitiosè appellat vndam Iuliam. INDIGNATVM.] quia clausum erat mare, ac si esset in vinculis. IVLIA.] Cæsarea. PONTO.] mari. TYRRHENVS.] quia mare, vbi est Lucrinus, dicitur Tyrrhenum. AVERNVS.] est lacus in Baieno agro; dictus quia contrarius sit auibus. nam cùm aues suprà volant, decidũt. RIVOS argenti.] Plinius sic ait: Italia omnium metallorum fertilitate nullis cedit terris; sed vetitum id vetere consulto patrum, Italiæ parci iubentium. RIVOS.] Translatio est ab antiquâ inuentione metallorum. Lucretius ait: Olim, cùm homines agrestes venatu delectabantur, & non haberent vsum canum, neque instrumenta ad capiendum feras; incendebant montes ac syluas, vt indè agerent ceruos & capreas: deinde feras illas fumo & incendio attonitas capiebant. ex hoc incendio frequenti factum est, vt in locis metalliferis liquefactæ venę, argenti & auri facerent riuos. Prima rusticana instrumenta fuerunt ex ære, indè auro, postea ex ferro. Plurima vena fluxit ex auro per Italiam: & refert ad inuentionem metallorum. HÆC genus acre virùm.] Lau-
B dat Italiam à re militari. PVBEM Sabellam.] Samniticam. Samnites à Sabinis originem trahunt. LIGVREM.] Ligurum metropolis est Genua. MALO.] laboribus & vigilijs, propter militiam. Volsci dolonibus vtebantur in bello, id est, verutis. EXTVLIT.] genuit. DECII.] Duo fuerunt, pater ac filius; & ambo se pro victoriâ deuouerunt. MARIOS.] multitudinem pro singulari ponit. Vult enim intelligere Marium septies consulem, Syllanæ factioni aduersantem: nisi intelligat patrem, ac filium, & fratrem. CAMILLOS.] Camillus alter Romulus appellatus est: quia vrbem à Gallis Senonibus liberauit, illosq; profligauit. eius etiam filius præclara gessit. SCIPIADAS.] maiorem Africanum, ac minorem dicit. Ideò ait duros, ob iuratos in bello, & præstantes in re militari. CÆSAR.] Blanditur Cæsari Augusto, ac si Indiam domuisset. victor enim in oriente fuit; sed tamen ad Indos non peruenit: sed, postquam pacato orbe terrarum Romæ imperabat, Indorum legatio ad eum Romam venit; vt Florus meminit. ASIÆ.] in extremo oriente & Indiâ, quæ est in extremâ Asiâ: & de Arabiâ intelligit, quam domuit per Caium Aquilium; & Aethiopiam, quam domuit per M. Petronium. Sed puto intelligere eum de Indiâ. AVERTIS.] quasi sub
C iugum mittis. IMBELLEM.] effœminatum. Vno epitheto notamus omnes Asianos, imbelles, delicatos & luxuriosos.

ARTIBVS.] Laus Romanorum est: artem enim Romanam appellat, peritiam rei militaris. SALVE.] Adorat Italiam: laudatque à fertilitate, ab hominibus præstantissimis, & à diuitijs. SALVE.] Dionysius in hanc sententiam libro primo: Ipse verò nullam terram vbertate rerum Italiæ comparabo, in quâ vidi trium fructuum culturas, æstiuam, hybernam, autumnalem: & hoc in Campano agro. Messapij, Dauni, Sabini, oleis abundant: Etruria, Albani, Falerni, vitibus: denique nihil est, quod ad hominis vitam pertinet, quod non abundantissimè ferat Italia. Non mirum ergo, si tam vberrimam terram Saturniam appellauerunt. Saturnum veteres putabant largitorem omnium felicitatum: copiosa loca & fertilia Saturno dedicabant: montes & saltus Pani: prata & loca virentia Nymphis: littora & insulas, dijs marinis. Igitur Italia omnium rerum fertilis, Saturnia appellata fuit; non ab illâ fabulâ, quòd in Latio Saturnus latuerit, quem veteres sanguine humano placabant. hunc morem postea aboleuit Hercules. Habet item non vnius generis metalla, & venationes, & piscosa maria, aërisq; temperiem. Appianus, dominam gentium appellat Italiam. & Plinius ait: Meritò principatum naturæ obtinet Italia, rectrix parensque mundi altera; fœminis, ducibus, militibus, seruitijs, artium præstantiâ, ingeniorum claritatibus, situ ac salubritate cœli atque temperie, accessu cunctarum gentium facili, littoribus tortuosis, benigno ventorum afflatu, ferorum animalium innocentiâ. Quicquid est, quo carere vita nõ debeat, nusquam est præstantius, quàm in Italiâ: fruges, vinum, oleum, vellera, lina, vestes, iuuẽci. SATVRNIA.] fertilis. VIRVM.] virorum. TIBI.] ad tuum honorem. ANTIQVÆ laudis.] id est, agriculturam. RECLVDERE.] aperire. Primus, qui carmine scripsit agriculturam, fuit Vergilius. prosâ prius multi scripserunt: & primus fuit M. Cato.

AN mare quod suprà memorem? quodque alluit infrà.] Cingit Italiam ab septentrione Adriaticus sinus; à meridie Thuscum mare. Adriaticum superum appellant; Thuscum inferum. AN NE lacus tantos? te Lari maxime, teque Fluctibus, & fremitu assurgens Benace Marino.] Vterq; lacus est in Italia. Larius Vmbros tangit, & peruenit vsq; Comum. Benacus est, ex quo Mincius flumen oritur, quod præterfluit Mantuam. HÆC genus acre virùm Marsos, pubemq; Sabellam, &c.] Sabelli, gens est Italiæ: Apuli ijdem appellantur, & Dauni. Volsci veruti ideò dicuntur, quòd dolonibus in prælio soliti sint vti. PROB.

SER. ASCRÆVM carmen.] Hesiodicum. nam Hesiodus Ascræus, de ciuitate Ascrâ fuit. NVNC locus aruorum.] Nunc, inquit, tempus est naturam agrorum describere. INGENIIS.] naturis. Multi culpant hoc loco Vergilium, quòd in vnum coëgit quatuor librorum propositiones: nam & de aruo, & de cõsito, & de pascuo, & de florido, isto loco cõmemorat. Quod ideò non est reprehendendum: quia nõ ea latè exsequitur; sed carptim & breuiter transit, quæ latiùs explanat in singulis. QVÆ robora cuiq;.] quæ sit vniuscuiusq; possibilitas. QVIS color.] quæ species. sicut dicimus, Quo colore ille recitauit, id est, specie. licèt breuiter etiam sit dicturus de colore terrarũ. DIFFICILES.] penè steriles, & parùm creantes. COLLES maligni.] id est, infœcundi. quin malignum Veteres infœcundum dicebant: vt ipse alibi: Quale per incertam lunam sub luce malignâ Est iter in syluis. TENVIS vbi argilla.] sine humore: quia est & pinguis. DVMOSIS.] spinosis, & vepribus plenis. CALCVLVS.] lapis breuis terræ admixtus. dictus Calculus, quòd sine molestiâ sui breuitate calcetur. VIVACIS oliuæ.] diu viuentis. hinc suprà: Tar-

Ascræumq; cano Romana per oppida carmen.
Nunc locus aruorum ingenijs, quæ robora cuiq;,
Quis color, aut quæ sit rebus natura ferendis.
Difficiles primùm terræ, collesq; maligni,
Tenuis vbi argilla, & dumosis calculus aruis,
Palladiâ gaudent syluâ viuacis oliuæ.
Indicio est tractu surgens oleaster eodem
Plurimus, & strati baccis syluestribus agri.
At, quæ pinguis humus, dulciq; vligine læta;
Quiq; frequens herbis, & fertilis vbere campus:
Qualem sæpè cauâ montis conualle solemus
Despicere: huc summis liquuntur rupibus amnes,
Felicemq; trahunt limum; quiq; editus Austro,
Et filicem curuis inuisam pascit aratris.
Hîc tibi præualidas olim, multoq; fluentes
Sufficiet Baccho vites; hîc fertilis vuæ,
Hîc laticis: qualem pateris libamus & auro;
Inflauit cùm pinguis ebur Tyrrhenus ad aras;
Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.
Sin armenta magis studium, vitulosq; tueri,
Aut fœtus ouium, aut vrenteis culta capellas;
Saltus, & saturi petito longinqua Tarenti;
Et qualem infelix amisit Mantua campum,

Digitized by Google

prã: Tardè crescentis oliuę. *Res enim diu duratura, tardè crescat necesse est.* TRACTV.] *plagâ, regiõe.* OLEASTER.] *olea syluestris.* PLVRIMVS.] *abundant.* STRATI agri.] *operti.* BACCIS syluestribus.] *oliuis ex oleastro natis.* DVLCI'QVE vligine læta.] *vligo propriè est naturalis terræ humor, ex eâ nunquã recedens. Bene aũt* Dulci *addidit, ad discretionẽ amaræ. Vliginosus ergo ager, est semper humidus. nam vuidus dicitur, qui aliquando siccatur.* HVC.] *illuc.* FELICEM'QVE trahunt limũ.] *terrarum scilicet: id est, fertilem. nam fluminum limus est noxius.* FILICEM curuis inuisam.] *Filicis radices sibi inuicem nexæ, etiã cùm auulsæ fuerint, renascuntur.* OLIM.] *quouis tẽpore.* PATERIS & auro.] *id est, pateris aureis.* ἓν διὰ δυοῖν *facit: vt,* Molemq; & monteis. PINGVIS Tyrrhenus.] *victimarũ scilicet carnibus: vt Plautus in Aul.* Tibi dabitur pinguior fidicina. *quia propter assidua sacrificia pingues sunt.* INFLAVIT ebur.] *Tibiarũ dicit, quibus in aurem sacerdotis cani solebat.* LANCIBVS pandis.] *aut patulis, aut extorũ pondere curuatis.* FVMANTIA reddimus exta.] *Sacerdotũ vsus est verbo. Reddi enim dicebantur exta, cùm probata & elixa aræ superponebantur.* AVT vrenteis culta capellas.] *Omne enim, quod momorderint, vrunt & exsiccant. vnde est:* Et admorso signata in stirpe cicatrix. SATVRI.] *aut fæcundi, aut quod est iuxta oppidum Saturum. Tarẽtum enim & Saturũ, vicinæ sunt sibi Calabriæ ciuitates. Horatius:* Me Satureiano vectari rura caballo. ET qualem infelix amisit Mantua campum.] *quando scilicet Augustus agros Mãtuanos, cũ agris Cremonensium, militibus suis dedit. Dicit autẽ campum, aptum ad pascenda animalia.* NIVEOS cygnos.] *candidos.* HERBOSO flumine.] *pratis iuxta flumen positis.* LIQVIDI fontes.] *puri, sine pestilentiã.* ET quantũ longis carpent armẽta diebus, Exiguã tantũ gelidus ros nocte reponet.] *Vt in Aeneid. diximus, hoc dicit Varro: tantam vbertatem fuisse in Rosulano agro, postquam Velinus siccatus est lacus; vt ibi longam perticam magnitudo superaret herbarum.*

Pascentem niueos herboso in flumine cygnos.
Non liquidi gregibus fontes, non gramina desunt:
Et quantum longis carpent armenta diebus,
Exiguâ tantum gelidus ros nocte reponet.

POM. Sabi. ASCRÆVM carmen.] *Hesiodicũ. Ascra vicus est Bœotiæ, in quo creditur natus Hesiodus: qui in suo volumine aliqua præcepta de agricultura ponit.* ROMANA per oppida.] *id est: ego dicam præcepta, quæ tradidit Hesiodus, sed Romanâ linguâ.* NVNC locus.] *nunc de qualitatibus terrarũ.* INGENIIS.] *naturis & qualitatibus.* COLOR.] *nam colore cognoscitur, & sapore.* FERENDIS rebus.] *in prouentu fructuum.* DIFFICILES.] *Dat præcepta.* ARGILLA.] *creta.* CALCVLVS.] *lapillus.* OLIVA Palladia.] *quam inuenit Pallas. Theophrastus ait:* Sed aliud solũ alijs arboribus cõuenientius est: vt & diuidere solẽt. argillosum enim atq; magis candidum, fertile oleis notatur. id enim multũ vaporis flatusq; cõtinet: quod natura olearũ desiderat. *Itẽ alibi:* Oleæ verò & fici, siccius, atq; multi caloris, amant solũ. Ad summã, quæ sicca sunt, siccũ quærũt agrũ: quæ humida, humidũ. *Plinius:* Glareosum solũ oleis aptissimũ, vt in Venefrano: & pinguissimũ, vt in Bæticâ. TENVIS.] *subtilis, est argilla pura.* VIVACIS.] *quia non amittit folia.* EODEM tractu.] *eâdem regione. Tractũ appellamus conuallem.* VLIGINE.] *humore. Nunc de fertili & pingui loquitur. Vliginem appellamus humorem, & terram cũ humore.* VBERE.] *vbertate.* QVALEM.] *scilicet statum terræ.* HVC.] *in conuallem, in quã desfluunt aquæ è montibus.* FELICEM limum.] *fertilem.* EDITVS.] *expositus. Vbicunque est filix, est pinguedo soli.* INVISAM.] *quia arata non possunt filicem superare.* LATICIS.] *vini.* LIBAMVS.] *sacrificamus.* PANDIS.] *curuis.* FVMANTIA.] *calida.* PINGVIS.] *aut à rusticitate, aut à saturitate. Aut dicitur pinguis, ab inflatione: nam qui sonat, inflat buccas.* TYRRHENVS *dicit: quia tuba (vt Silius testatur) reperta fuit à Tyrrhenis. aut intelligit fistulam. in sacrificijs autem optima adhibentur vina.* SIN armenta magis.] *Nunc loquitur de armentis.* VRENTEIS culta capellas.] *quia morsus caprarum desiccat.* SALTVS.] *loca dumosa.* SATVRI.] *pro saturij.* Taras, *Neptuni filius. Lacedæmon, qui fuit ex Saturiâ, Minois regis Cretensis filiâ, genuit Tarentum: qui, facto naufragio, à delphino exceptus, delatus fuit in Italiam; vt in municipio Tarentinorum talis historiæ simulacrum visitur. is duas vrbes condidit: alteram nominauit à matre Saturiam, alteram à nomine suo Tarentum: quod postea Lacedæmones, duce Phalanto, ampliauerunt. Quidam scribunt, Tarentum fuisse filium Neptuni & Saturiæ. ideò dicit Saturi; quod à matre conditoris est epitheton. In Tarentino agro fluuius est Galesus, apud quem greges ouilli & alia armenta optimè prouenniunt.* B MANTVA infelix.] *quia amisit agrũ cum Cremonensibus: de quâ re queritur Vergilius in Bucolicis. Octauius Augustus promisit veteranis militibus agros Mantuanos & Cremonenses.* IN flumine.] *scilicet Mincio.* CARPENT.] *depascentur, comedent in magnis diebus.* GELIDVS.] *nocturnus.* REPONET.] *regenerabit.*

PROB. ASCRÆVM'QVE cano Romana per oppida carmen.] *Ascra, vicus est Bœotiæ: in quo existimatur natus Hesiodus, qui scripsit* ἔργα καὶ ἡμέρας: *quo libro agri quoq; cultus rationem strinxit. Et ideò dicit Ascræum carmen Vergilius per Romana oppida se canere.* INFLAVIT cùm pinguis ebur Tyrrhenus ad aras.] *Pinguis Tyrrhenus, Thuscus tibicen significatur: vel quòd non sit subtilis musica barbara; vel quòd tumeant buccæ inflantes tibias, quæ significantur ebore dicto.* SALTVS, & saturi petito longinqua Tarenti.] *Tarentum, oppidum in Italiâ, condiderunt Parthenidæ, hoc est, exules Lacedæmoniorum, duce Phalanto. In finibus autem Tarentinorum est locus, quem Saturium vocant; vnde etiam paludem Saturam: cuius etiam in 7. mentio est, cùm ait Verg.* C Quà Saturæ iacet atra palus, &c. *Saturi ergo Tarenti, à Saturio loco; vel à Saturâ palude dixit. Quidam dicunt, tum ob agri bonitatem, tum ab loco quodam Saturo, qui est prope Tarentum, Saturum cognominatum. Dicitur autem, Tarentem, Neptuni filium, Lacedæmoniã ciuitate, ex Saturniâ, Minois Cretensium regis filiâ, procreâsse filium. Hunc proiectum, naufragio, facto delphinus in Italiam euexisse dicitur: cuius hodieq; testimonium manet. nam in municipio Tarentinorum, hominis effigies in delphino sedentis est. à Saturiâ vxore eum locum Saturia appellâsse fertur: & postea ei loco, ex suo nomine, nomen Tarentum imposuisse. Ideò infelicem Mantuam dicit: quia Mantuanis, qui à Romanis desciuerant, agri adempti sunt.*

SER. NIGRA ferè.] *non per omnia nigra; sed penè.* PINGVIS terra.] *crassa & abundantis humoris.* PVTRE solũ.] *solubile.* HOC imitamur arando.] *hoc arando inspicimus, & videre solemus.*

Nigra ferè & presso pinguis sub vomere terra,
Et cui putre solum, (namq; hoc imitamur arando)
Optima frumentis: non vllo ex æquore cernes
Plura domum tardis decedere plaustra iuuencis.
Aut vnde iratus syluam deuexit arator,
Et nemora euertit multos ignaua per annos:
Antiquasq; domos auium cum stirpibus imis
Eruit: illæ altum nidis petiêre relictis.

OPTIMA frumẽtis.] *subaudi, est huiusmodi terra.* ÆQVORE.] *id est, agro, vel campo.* PLVRA domũ tardis.] *Plura, comparatiuum est: nam dicit, huiusmodi terrã tantæ fertilitatis esse; vt ex nullo*

Digitized by Google

A *nullo agro amplius agricola aliquis frumentũ colligat, quàm ex eâ qua huiuscemodi est.* DOMVM decedere.] *id est, ad domum redire.* TARDIS iuuencis.] *grauatis pondere ex copiâ frumenti.* AVT vnde iratus.] *scilicet, infœcũditati diuturnæ.* ANTIQVASQVE domos.] *Aut retentã antiquas, aut charas. Sallustius:* Tantum antiquitatis curæq; maioribus pro Italicâ gẽte fuit. *Est autẽ ἐκ[illegible] in istâ descriptione.* ENITVIT.] *fertilitate iucũdus exstitit.* IMPVLSO vomere.] *immisso aratro, scilicet ab agricolis.*

Aut rudis enituit impulso vomere campus.
Nam ieiuna quidem cliuosi glarea ruris
Vix humiles apibus casias roremq; ministrat:
Et tophus scaber, & nigris exesa chelydris
Creta, negant alios æquè serpentibus agros
Dulcem ferre cibum, & curuas præbere latebras.
Quæ tenuem exhalat nebulam, fumosq; volucres,
Et bibit humorem, & cùm vult, ex se ipsa remittit:
Quæq; suo viridi semper se gramine vestit;
Nec scabie & salsâ lædit rubigine ferrum:
Illa tibi lætis intexet vitibus vlmos:
Illa ferax oleæ est, illam experiêre colendo
Et facilem pecori, & patientem vomeris vnci.
Talem diues arat Capua, & vicina Veseuo
Ora iugo, & vacuis Clanius non æquus Acerris.
Nunc, quo quamq; modo possis cognoscere, dicam.
Rara sit, an supra morem si densa, requiras;
Altera frumentis quoniam fauet, altera Baccho:
Densa magis Cereri; rarissima quæq; Lyæo:
Antè locum capies oculis; alteq; iubebis
In solido puteum demitti, omnemq; repones

arboribus, ac remouẽdis; vel si raræ sunt, tantùm succidẽdis, incendẽdisq; & arandis. EVERTIT.] *radicitùs scilicet euellendo arbores.* IGNAVA.] *inculta, inarata & sterilia.* ANTIQVAS.] *propter nemus antiquũ.* NIDIS.] *relictâ domo.* ENITVIT.] *splenduit.* IMPVLSO.] *acto vomere.* NAM ieiuna quidẽ.] *Nunc de sterili terrâ.* IEIVNA.] *sterilis.* GLAREA.] *arena.* HVMILES.] *repentes humi. De casiâ candidâ loquitur; ex cuius rore apes nutriuntur, qui est in floribus.* ROREM.] *marinũ.* TOPHVS.] *dicit, quòd*

B IEIVNA glarea.] *sicca & sterilis terra.* VIX humiles apibꝰ casias, roremq;.] *Casia & rosmarinus apibus aptæ sunt herbæ.* TOPHVS scaber.] *lapis asperrimus. vnde & scabies dicta, ab asperitate.* NIGRIS chelydris.] *nocentibus.* NEGANT.] *scilicet Nicander & Solinus, qui de his rebus scripserũt.* DVLCEM ferre cibũ.] *Ordo est: æquè dulcem, hoc est, tam dulcẽ.* QVÆ tenuem exhalat nebulam.] *Nũc dicit agrum omnium rerũ feracem. Quatuor quippe imitatur genera agrorũ; qui solus potest, quod illi quatuor: sicut sequẽtia indicãt.* FVMOSQVE volucres.] *quasi fumos, scilicet ex humore.* QVÆQVE suo semper.] *naturali scilicet; nõ coacto. nam cùm ager alia, quàm ei natura dederit, aut ampliùs profert; per studiũ culturæ cogi videtur. Hic aũt de eo dicit, qui herbis naturaliter abundat.* VIRIDI se gramine vestit.] *id est, herbis semper est plena: non per semen acceptis, sed naturaliter prolatis.* NEC scabie & salsâ lædit rubigine ferrum.] *propriè est. nam rubigo quasi scabies ferri est.* TALEM diues arat Capua.] *ideò diues, quia talem arat.* ET vicina Veseuo.] *Veseuus mõs est Liguriæ, sub Alpibus positus. Nam Campaniæ mõs quidã Vesuuius dicitur, pro quo multi Veseuum positum volunt.*
C ET vacuis Clanius non æquus Acerris.] *Acerræ, ciuitas est Campaniæ, haud longè à Neapoli; quã Clanius præterfluit fluuius: cuius frequẽs inundatio eam exhaurit. vnde ait* Vacuis, *id est, infrequentibus.* SVPRA morem.] *abundanter, plus æquo. Isti autem versus incomparabiles sunt: tantam habent sinè perissologiâ aliquâ repetitionem.* DENSA magis Cereri.] *Bene addidit* Magis: *nam hoc vult ostendere, quid vbi meliùs nascitur. Potest enim & frumentũ in rarâ, & vinum in densâ; sed non feliciter nasci.* LOCVM capies.] *eliges: vt,* Aut capere, aut captas iam despectare videntur. IN solido.] *ne ager sit concauus.*

POM. Sabi. NIGRA ferè.] *Pullam terram antiqui dicebant, teneram & nigram. Columella ait:* Ex his nonnihil meliùs resolutâ humo, quàm densâ prouenit. quod noster quoque Vergilius, cùm & alias fœcũdi arui laudes retulisset, adiecit etiã: Et cui putre solũ. neq; enim aliud est colere, quã resoluere & fermẽtare terram. ideoq. maximos questus ager præbet idem pinguis & putris: quia cùm plurimũ reddit, minimũ poscit; & quod postulat, exiguo labore & impensa cõficitur. *Cleophanes argeum cõmendat solũ.* PVTRE.] *resolubile, quando habet imitationẽ arenæ fossæ.* OPTIMA.] *humus talis scilicet est.* ÆQVORE.] *aruo.* TARDIS.] *fessis: quia plaustra sunt plena frugibus.* SYLVAM.] *Loquitur de cæsis.* IRATVS.] *sterilitate loci, vbi habet maximos labores.* DEVEXIT.] *amputauit, & portauit domũ. Columella ait* Nemorosi, fruticosiq; tractus duplex est cura: vel extirpandis radicitùs

purus tophus & creta serpentes continet. sic est ordo: Tophus & creta negant alibi, quàm apud se, cibũ dulcem serpentibus prouenire. hoc scilicet vult intelligere; nulla esse loca magis apta serpentibus, quàm in quibus tophus asper est, & creta. SCABER.] *asper.* EXESA.] *corrosa.* NEGANT.] *ista duo.* ÆQVE.] *similiter.* LATEBRAS.] *cauernulas, in quibus lateant serpentes.* SVO.] *quod ex se gignitur.* SCABRÆ.] *asperitates.* SALSA rubigine.] *calida; quia & arida: quoniam omnia arida sunt calida.* FERAX.] *fertilis, ad oleas & vlmos.* FACILEM.] *bonã pecoribus & arationi.* TALEM.] *scilicet terrã.* CAPVA.] *Plinius ait:* Campanũ agrum aptũ esse vitibus & tritico. VESEVVS.] *siue Vesbius, siue Vesuuius, siue Vesulus, mons est Campaniæ, bonitate vini celebratus. flammã è cacumine montis vomit, instar Aetnæ Siculæ. sub Tito Cæsare, cùm latè ab eo flamma propinqua loca vastaret, mortẽ attulit duobus clarissimis viris; Valerio Basso poetæ, & C. Plinio, qui illuc accesserant contemplaturi causam incendij.* ORA.] *regio.* VICINA Veseuo.] *monti: in quâ regione est Nola.* Acerræ, *vrbs est Campaniæ.* ÆQVVS.] *quia sæpenumerò inundat Acerras: quæ olim in plano erant, nunc in mõte.* Clanius, *fluuius est iuxta Acerras: nomen habet à Clanio Gigante, vt Metrodorus ait.* VACVIS.] *quia propter inundationẽ incolæ fugiebãt.* NVNC quo.] *Dat præcepta, quibus possimus cognoscere quãuis terræ qualitatẽ.* ALTERA.] *Docet experiri, rarũ, an spissum solum sit, hoc modo: Facito in solidâ terrâ fossam, & indè repleto eâdem terrâ, & calcato pedibus: si terra nõ æquabit superficiem fossæ, rara est: si superabit, spissa est. Rara est idonea pecori & vitibus: spissa est idonea tritico. Columella ait:* Sed si vel in scrobibꝰ effossis egestam humũ recondere, & calcare: si abundauerit, certum est esse pinguẽ: cùm defuerit, exilem: cùm æquauerit fossam, esse mediocrem. quanquã ista, quæ nũc retuli, non tam vera possunt videri. si sit pulla terra, meliùs prouentus frugum annotantur. *Ex aquâ cœlesti natura terræ cognoscitur. quæ imbrẽ statim sorbet, rara est: quæ difficulter bibit, spissa est. Cognoscitur etiam terra ictu cuspidis: & quando herbas creat spontè validas, tunc terra est spissa: quãdo creat languidas arbores, si in raro solo tophus subest, aut arena, omne alimentũ remanet in radicibus arborũ.* SVPRA morẽ.] *supra omnẽ consuetudinẽ, & plus æquo.* ALTERA.] *densa.* ALTERA.] *rara.* LYÆO.] *vitibus.* CAPIES.] *contemplare priùs oculis.* ALTE.] *profundè.* REPONES.] *recondes.*

TALEM diues arat Capua, & vicina Veseuo Ora iugo, & vacuis Clanius non æquus Acerris.] *Vesuuius mons est in Campaniâ, vino fertilis; quem Veseuum iugũ dicit. Eiusdẽ Campaniæ flumen Clanius iuxtà, Acerræ nomine; sed* PROB.

A Deniq; in os ſalſi venit humor ſæpè ſaporis,
Cùm mare verſamur propter; dilutaq; contrà
Cùm tuimur miſceri abſinthia, tangit amaror.

Apronianus legit, ſenſu amaro. *Higinus tamen & Gellius*, amaror. *et melius eſt.* PINGVESCIT.] *Quomodo cognoſcatur pinguis terra, ſcribit Columella, & ait:* Itaq; conſiderandū erit, vt ſolū quod ex colore deſtinamus, pingue ſit. Per ſe tamen id parum eſt, ſi dulcedine caret. Quod vtrū ſatis expedit, à nobis ratione cōtingit diſcere. Nā perexigua cōſpergitur aquâ gleba, manuq; ſubigitur: ac, ſi glutinoſa eſt, quámuis leuiſsimo tactu preſſa inhęreſcit, & (vt ait Vergilius) eadéq; illiſa humo nō diſsipatur: quę res nos admonet, eſſe tali materię naturalē ſuccū & pinguedinē. IACTATA.] *tractata.* FATISCIT.] *ſicceſcit et diſſoluit.* LENTESCIT.] *hæreſcit, & fit ſpiſſa & flexibilis.* HABENDO.] *ſubigendo, terendo, & tractādo. et eſt imitatio Lucretij:* Annul⁹ in digito ſubter tenuatur habēdo. HVMIDA dat ſignū.] *In prouētu herbarū, humida, pinguis, & dulcis.* LÆTIOR.] *fertilior præterquàm ſit iuſtum.* PRÆVALIDAM.] *feracem.* QVÆ grauis.] *Hoc facilè cognoſcitur.* PROMPTVM
B eſt.] *facilè eſt cognoſcere colores terræ.* NIGRAM.] *pullā, tenerā & reſolubilem. M. Cato ait:* Terrā carioſam caue ne plauſtro, néve pecore impellas. *Plinius ait:* Vno vocabulo dixit aridā, et fiſtuloſam, ſcabrā, caneſcentē, exeſam, pumicoſam. *Et idē Cato ait tenerā terrā: per quā intelligere debere agricolā obſeruat, quicquid optari debet; ſcilicet tēperatæ vbertatis, mollis, facilis, culturæ madidæ, nec ſitientis, & poſt vomerē niteſcētis.* SCELERATVM.] *noxium.* EXQVIRERE.] *ſcire. ſed cognoſcitur per ipſas arbores.* TAXI QVE.] *Taxus prouenit in Theſſaliâ, propter frigus.* NOCENTES.] *quia nocent ſucco & vmbrâ.* NIGRÆ.] Quia *eſt alba et nigra.* SCROBIBVS.] *foſsis: i. facere foſſas in mōteis.* SVPINATAS.] *inuerſas.* AQVILONI.] *frigoribus. Nō debēt poni primo anno vites in ſcrobibus; ſed ſecūdo.* LÆTVM.] *fertile.* PVTRI.] *reſolubili. Columella:* Ante annū, ꝙ poma diſponere voles, ſcrobes fodito. ita Solē pluuiaq; macerabūtur & qđ poſueris, citò cōprehēdent. ſed ſi, quo anno ſcrobes feceris, & ſemina ponere voles, ante duos menſes infodi ſcrobes, & poſtea ſtramentis eas completo, & incendito. quo latentiores patentioresq; ſcrobes feceris, hoc erunt lautiores ſapidioresq́ue fructus.

SI deerit.] *In Mediceo, & antiquis alijs,* Deerūt: & Derunt, *factâ ſynæreſi ex duobus ee, in vnū.* CRASSA'QVE terga Exſpecta.] *In Romano libro legas,* Exerce. *ſed longè melius,* Exſpecta, *vt in cæteris libris habetur.* NEV ſe p̄ualidam.] *In Romano libro, in Mediceo, & aliquot alijs,* Nec *habetur. In quibuſdā alijs,* Ne. IPSO tacitum ſe pondere prodit.] *Antiqua omnia exemplaria,* Tacitā *habēt.* ET quiſquis color: at ſceleratum exquirere frigus Difficile.] *In libris nonnullis admodū vetuſtis legere eſt:* Et quis cui've color ſceleratum. *In Mediceo:* Et quis cuiq; color at. VAR. Lect.

Aduertenda verò parte iſtâ Vergiliani loci expoſitio ex Hieronymo. Vergilius, inquit, alter Homerus apud nos, patriæ ſuæ ſequens conſuetudinem, ſceleratum frigus appellat. Vergilij ex ſecundo Georg. carmen eſt: CAEL. Rhod.

——at ſceleratum exquirere frigus
Difficile eſt.

ET magnos ſcrobibus concidere montes.] *In libro Romano,* Circundare montis, *legitur. In Mediceo abſq; &* *legitur:* Excoquere, magnos ſcrobib. cōcidere mōtes. VAR. Lect.

Arua ſolo: id venti curant, gelidæq; pruinæ,
Et labefacta mouens robuſtus iugera foſſor.
At ſi quos haud vlla viros vigilantia fugit:
Ante locum ſimilem exquirunt, vbi prima paretur
Arboribus ſeges; & quò mox digeſta feratur:
Mutatam ignorent ſubitò ne ſemina matrem.
Quin etiam cœli regionem in cortice ſignant:
Vt, quo quæq; modo ſteterit, quâ parte calores
Auſtrinos tulerit, quâ terga obuerterit axi,
Reſtituant. adeò in teneris conſueſcere multū eſt!
Collibus, an plano melius ſit ponere vites,
Quære priùs. ſi pinguis agros metabere campi,
Denſa ſere: in denſo non ſegnior vbere Bacchus.
Sin tumulis accliue ſolum, colleſq; ſupinos;
Indulge ordinibus, nec ſeciùs omnis in vnguem
Arboribus poſitis ſecto via limite quadret.
Vt ſæpè ingenti bello cùm longa cohorteis
Explicuit legio, & campo ſtetit agmen aperto,
Directæq; acies; ac latè fluctuat omnis
Ære renidenti tellus; necdum horrida miſcent
Prælia, ſed dubius medijs Mars errat in armis.
Omnia ſint paribus numeris dimenſa viarum:
Non animū modò vti paſcat proſpectus inanem.
Sed quia non aliter vires dabit omnibus æquas
Terra; nec in vacuum poterūt ſe extendere rami.
Forſitan & ſcrobibus quæ ſint faſtigia, quæras:
Auſim vel tenui vitem committere ſulco;
Altiùs ac penitùs terræ defigitur arbos:
Æſculus in primis; quæ quantū vertice ad auras
Æthereas, tantum radice in tartara tendit.

SER. ET labefacta mouens.] *ἀναμοχλεύων; mouens & labefaciens.* ANTE locum ſimilē exquirunt.] *Dicit, in tranſlatione arborum, ſimilem terram eſſe requirendam.* VBI prima paretur Arboribus ſeges.] *id eſt: vbi arbores, antehac fructuoſæ, vel etiam agreſtes, degēneres effectæ, fructuoſæ & ſapori cōgrui exſiſtere poſsint. Et*
C *benè, quia de ſeminario loquitur, arborū ſegetem appellauit.* DIGESTA.] *ordinata: vt,* Digerit in numerū. MATREM.] *terrā; vt,* Antiquā exquirere matrem. QVA terga obuerterit axi.] *Septentrioni. nam græcè ἄμαξα dicitur.* COLLIBVS an plano.] *Atqui ſuprà ait:* Deniq; apertos Bacch⁹ amat colleis. *ſed etiam in vallibus poni poſſe vites, ſuperiùs indicauit: vt,* Hic tibi præualidas olim, multoq; fluentes Sufficient Baccho vites. *Vnde modò vtrumq; complectitur; & dicit, quemadmodū in collibus vites ponere debeamus.* METABERE.] *eligere & longè alia ſignificatio eſt,* Metor metaris *(vnde Lucanus:* Heſpetios audax veniam metator in agros) *& alia,* Metior metiris. *Illud enim,* metatus ſum; *hoc,* menſus ſum *facit: vt,* Menſum de pollice florem, DENSA.] *pro, densè: vt,* Et pede terram Crebra ferit; *pro crebrò.* INDVLGE ordinibus.] *id eſt, da operam, & ordines effice largiores. nam de plano ait:* Denſa ſere. IN vnguem.] *ad perfectionem. & eſt tranſlatio à marmorarijs, qui iuncturas vnguibus probāt. Horatius:* Ad vnguem Fact⁹ homo. ARBORIBVS poſitis.] *vitibus ordinatis.* SECTO.] *ductio: vnde & ſectæ philoſophorum dicuntur, id eſt, ductus.* QVADRET.] *conſentiat, congruat. tranſlatio à quadris lapidibus, qui ſibi inuicem bene conueniunt.* FLVCTVAT.] *ſplēdet.* NVMERIS.] *ordinationibus.* VTI paſcat.] *delectet: vt,* Atque animū picturâ paſcit inani. VIRES æquas.] *id eſt, fertilitatem æqualem omnibus viribus.* IN vacuum.] *in apertum & patulū.* EXTENDERE.] *excreſcere.* FORSITAN & ſcrobib⁹ quę ſint faſtigia, quæras.] *vt etiā ſuprà diximus,* Scrobes *maſculini ſunt generis: Nam & Cicero in Oeconomicis ſic dicit: & Plautus ait,* Sexagenos ſcrobes. *Minor autē eſt Lucani & Gracchi authoritas. nam Lucanus ait:* Exiguâ poſuit ſcrobe. *Gracchus:* Abundæ foſſa ſcrobis eſt. *quod exemplū in Terentiano eſt.* QVÆ ſint faſtigia, quæras.] *Faſtigiū, & ſummæ, & infimæ partis poſſumus dicere: ſicut altū, & mare, & cœlum, dicimus. Hinc eſt,* Cœlūq; profundū: *cùm & puteus ſit*

I 3 *profun-*

A POM. Sabi. FLABRA.] *ſcilicet ventorum.* NEPOTES.] *vincit longam poſteritatem nepotum. ſic intelligendum putat Apronianus.* DVRANDO.] *ſuâ diuturnitate.* NEVE tibi ad Solem, &c.] *Nunc docet, quomodo debeant eſſe expoſitæ vites & vineta: quem cœli flatum vineæ exſpectare debeãt. Diſſenſio eſt: Saſerna maximè probauit Solis ortum, mox deinde meridiẽ, tum occaſum. Tremellius Scropha, præcipuam poſitionem meridianam cenſet. Vergilius, de induſtriâ repudiat occaſum. Democritus & Mago, ſeptentrionem laudant. Columella ſic ait:* In locis frigidis meridiano vineta ſubijciantur, tepidis orienti aduertantur: ſi tamen non infeſtabuntur auſtris euriſq;, velut oræ marinæ in Bętica. ſin autem regiones prædictis ventis fuerint innoxiæ, meliùs aquiloni vel fauonio committentur. nam feruentibus prouincijs, in Aegypto & Numidiâ, vni ſeptentrioni rectiùs opponentur. SERE.] *pro, ſeras.* CORYLVM.] *ex corylo fiebãt faces nuptiarum.* FLAGELLA.] *capita minorum ſarmentorum, vbi naſcitur vua, vocant flagella: capita maiora, vocant palmas.* RETVSO.] *non acuto. Columella ait:* debere ferramenta eſſe acutiſſima, ad cædendas arbores. OLEÆ.] *cum oleâ. noli interponere oleaſtris: quia* B *oleaſtri multos habent ramos, & frequentes: & cùm caſu quodam in oliueto ſuſcitatur incendium, magnum afferũt oleaſtris periculum: & cùm arbores cumbuſtæ, cæſæ propiùs radices, pullulant, & ſimilis rurſus naſcitur arbor. ſola olea mutat ſpeciem: tranſit enim in oleaſtrum.* PINGVIS.] *vnctuoſo cortice. oliuarum folia viridia, cùm comburuntur, ſonant: ideò dicit* ſonitum. NEMVS.] *Oliuetum dicimus, non oletum, vt puto.* RVIT.] *emittit & impellit.* CRASSVS.] *denſus. ignis eſt caliginoſus, cùm eſt in materiâ viridi.* PICEA.] *fumoſa & obſcura.* VERTICE.] *ab ipſis cacuminibus.* GLOMERAT.] *quia propter ventos creſcit incendium.* HOC vbi.] *ſcilicet, euenerit incendium.* REVERTI.] *non poſſũt renaſci ſimiles: quia efficitur oleaſter.* INFELIX.] *ſterilis.* HOC tibi.] *Aliqui agricultores præceperunt, arandum eſſe in hyeme: vt Columella in ſuis carminibus.* RIGIDAM.] *frigidã & rigentem.* BOREA.] *non idem qui & aquilo.* CLAVDIT.] *aſtringit.* GELV.] *gelicidijs & frigoribus terra.* AFFIGERE.] *inhærere terræ.* OPTIMA ſatio.] *Semina & propagines ponẽdæ ſunt vere.* RVBENTI.] *floréti, propter Solẽ & clarũ, & inſolitũ.* CANDIDA auis.] *ciconia, quæ eſt cãdida, & vorat ſerpentes. Volunt quidã, Ibidẽ in Aegypto è genere ciconiarũ eſſe; ſed colore differre: eſt enim nigra ibis. Sed tamẽ incompertũ eſt, vnde veniant ciconiæ. ſed puto ab Aegypto & Africâ, vbi ſunt frequẽtes paludib. Columella ait:* Vere vel autumno tempeſtiuè deponitur vinea. *Plinius:* Vere, ſi aut pluuius aut frigidus ſtatus cœli eſt, aut ager pinguis aut campeſtris, aut vliginoſa planicies: rurſus autumno, ſi ſicca, ſi calida eſt aëris qualitas, ſi exilis atq; aridus campus, ſi macer, præruptus vt collis. *Vernæ poſitionis dies ferè 10. ſunt, ab idibus Februarij vſq; ad æquinoctiũ: rurſus autumnales, ab idibus Octobris: rurſus autumnales, in Calendas Decembris. Theophraſtus lib. 3. Cauſarũ, multa ſcribit de ſatione vernâ & autumnali.* CANDIDA venit.] *ſcil. ex paludibus, quæ ſunt inter Aegyptũ & Aethiopiam.* PRIMA.] *ſcil. poſitio & ſatio.* RAPIDVS.] *velox, propter breuitatẽ dierũ. & vult notare, a Calendis Octobr. ad principiũ hyemis.* PRÆTERIT.] *præterijt.* VER.] *Deſcriptio veris temporis, quod laudat.* TVMENT.] *propter humorẽ cæleſtem.* TVM pater.] *Iupiter.* ÆTHER.] *Ponit hîc pro aëre & cœlo: ſcil. immixto calore.* TERRA.] *interpretatur limo, & Iupiter, aër: vnde eſt omnis generatio, propter calorem.* OMNIPOTENS.] *quia ex elemento igneo omnia facta ſunt, vt diximus in primo libro.* FOECVNDIS.] *quia fœcundam reddunt terram.*

MVLTOQVE per annos Multa virûm voluens durando ſecula vincit.] *In Romano libro legere eſt,* Multoſq; nepotes, Multa virûm. AVT ſummas defringe ex arbore plantas.] *in veteribus aliquot libris,* Summas *omnino legitur. In quibus &,* Deſtringe, *non* Defringe, *habetur. In Romano verò, & aliquot alijs antiquioribus,* Summa, *vnitatis numero, ſexto caſu, legitur.* TELLVREM boreâ rigidam ſpirante mouere.] *In Romano libro,* Moueri *legitur: quod minimè diſplicet.* VAR. Lect.

Coniugis in gremium lætæ deſcendit, & omneis
Magnus alit magno commiſtus corpore fœtus.
Auia tùm reſonant auibus virgulta canoris;
Et Venerem certis repetunt armenta diebus.
Parturit almus ager; Zephyriq; tepentibus auris
Laxant arua ſinus; ſuperat tener omnibus humor:
Inque nouos ſoles audent ſe germina tutò
Credere: nec metuit ſurgentes pampinus Auſtros,
Aut actum cœlo magnis Aquilonibus imbrem:
Sed trudit gemmas, & frondes explicat omneis.
Non alios primâ, creſcentis orgine mundi
Illuxiſſe dies, aliúmue habuiſſe tenorem
Crediderim. ver illud erat: ver magnus agebat
Orbis, & hybernis parcebant flatibus Euri:
Cùm primùm lucem pecudes hauſère, virumque
Ferrea progenies durum caput extulit aruis,
Immiſſæq; feræ ſyluis, & ſidera cœlo.
Nec res hunc teneræ poſſent perferre laborem,
Si non tanta quies iret frigusq; caloremq;
Inter, & exciperet cœli indulgentia terras.
Quod ſupereſt, quæcunq; premes virgulta per agros,
Sparge fimo pingui, & multâ memor occule terrâ:
Aut lapidem bibulum, aut ſqualenteis infode conchas.
Inter enim labentur aquæ, tenuiſq; ſubibit

BIB. CONIVGIS in gremium lætæ deſcẽdit.] *in terram, quæ intelligitur per Iunonem; in gremium* C *ſuum.* ALIT.] *nutrit, fouet.* COMMISTVS corpore.] *pro, corpori. vt,* Heret pede pes. *item alibi:* Et magno ſe corpore miſcet. *Licet poſſimus accipere; Commixtus terræ magno ſuo corpore, id eſt, æthere.* AVIA virgulta.] *in quibus non eſt via: vel, deſerta.* TVM.] *vere ſcil.* RESONANT auibus canoris.] *Rem dicit naturalem: quòd veris tempore ampliùs ſolent aues cantus edere, tam ex ſerenitate temporis, quàm ex herbarũ frondiumq; innouatione, & naturalis voluptatis.* CERTIS dieb.] *ſtatutis, legitimis, à naturâ arcanâ quadã ratione diſpoſitis; vt tractat Lucretius: qui dicit, rationem hanc ex æthereo calore deſcẽdere.* ALMVS ager.] *ab eo quòd nos alat.* ZEPHYRI.] *Fauonij. alibi;* Zephyro putris ſe gleba reſoluit. *Horatius:* Soluitur acris hyems gratâ vice Veris & Fauoni. NOVOS ſoles.] *Vernales dies.* NEC metuit ſurgentes pampinus Auſtros.] *Variè dicit. nam ſuprà ait:* Audẽt ſe germina tutò Credere. AVT actum cœlo magnis Aquilonibus imbrem.] *id eſt, nullos calores, aut etiam pluuias, tunc vites timent: quippe temperie.* TRVDIT gẽmas.] *propellit, effundit in folia.* NON alios primâ.] *Hoc ſecundùm licentiam poëticam dixit: nam falſum eſt. Conſtat enim, poſt factum mundi, ex qualitate curſu Solis, tempora eſſe diuiſa.* TENOREM.] *ductum: hîc, continuatione.* VER illud erat.] *Abſoluta locutio: quicquid illud fuit, ver fuit.* VER magnus agebat orbis.] *id eſt, magnus orbis tunc vernale tempus ducebat, in ſui ſcilicet primordio. Poteſt &* Magnum orbem, *zodiacum circulum dicere; qui temporum diuiſionem facit. Quod ſi eſt,* Agebat, *prò* circumagebat, *accipiendum erit.* HYBERNIS.] *aſperis, ſæuis.* FERREA progenies.] *procreata ex lapidibus*

Sylueſtres vri aſſiduè, capræq; ſequaces
Illudunt; paſcuntur oues, auidæq; iuuencæ.
Frigora nec tantum canâ concreta pruinâ,
Aut grauis incumbens ſcopulis arentibus æſtas;
Quantum illi nocuêre greges, duriq; venenum
Dentis, & admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix.
Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
Cæditur; & veteres ineunt proſcenia ludi;

A *randa ſunt.* STIRPIBVS.] *ſolidioribus palmitibus, id eſt, truncis. Alij* ſtirpem *pro ipſâ materie vitium poſitam volunt: vt idem alibi;* Et admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix. DVRA exerce imperia.] *aut, laborioſa: aut, quaſi durum ſit ipſis vitibus ferro amputari.* TEXENDÆ ſepes etiam.] *Alij hîc diſtinguunt; alij ſeparant:* Texendæ, ſepes etiam, & pecus tenendum. DVM frons tenera.] *Vera lectio eſt,* frondis. *Lucretius:* Frondiferasque domos auium. *Apud antiquiores enim, ſingularis nominatiuus erat, Frondis: hodie verò, & à fronte, & à fronde, vnus eſt nominatiuus, Frons; vt frons frontis, & frons frondis: ſicut & lens, à lentè, & à lende: capitis breuiore pediculo.* INDIGNAS hyemes] *ſæuas.* SOLEMQVE potentem.] *intolerabilem, grauem.* SYLVESTRES vri.] *boues agreſtes, qui in Pirenæo naſcuntur monte, poſito inter Gallias & Hiſpanias. Sunt autem, exceptis elephantis, maiores cæteris animalibus: dicti vri, ἀπὸ τῶν ὀρῶν, id eſt, à montibus.* B CAPREÆQVE ſequaces.] *perſequutrices, ſeu quòd vites perſequantur. vt,* malęq; ſequacibus vndis. INCVMBENS ſcopulis] *id eſt, etiam ſaxa calore penetrans.* ADMORSO.] *participium eſt; ac ſi diceret, abroſo.* NON aliã ob culpã.] *Victimæ numinibus, aut per ſimilitudinem, aut per contrarietatem immolantur. Per ſimilitudinem; vt nigrum pecus Plutoni. Per cõtrarietatem; vt porca, quæ obeſt frugibus, Cereri: & caper, qui obeſt vitibus, Libero: item capra Aeſculapio, qui eſt deus ſalutis; cùm capra nunquam ſinè febre ſit.* OMNIBVS aris.] *Non ſinè cauſâ dixit. nam cùm numinibus cæteris variè, pro qualitate regionum, ſacrificetur; vt Veneri Paphiæ tantùm de ture; (vnde eſt;* Haud equidem tali me dignor honore.) *Genitrici verò Veneri, id eſt, Romanæ, etiam de victimis: Libero vbique caper immolatur. quia vites, quæ in honore ipſius fuerant, ab eo comeſtæ ſunt; iratus Liber pater, eum occîdi fecit, & ei tolli vtrem: in quo mitti vinum fecit, pro eius vindictâ.* VETERES ineunt proſcenia ludi.] *Primi ludi theatrales, ex Liberalibus nati ſunt: ideò* veteres *ait. Proſcenia autem, ſunt pulpita ante ſcenam, in quibus ludicra exercentur.* προσκήνια. VETERES ludi.] *Dionyſia enim antiquiſſimi ruſtici, confectâ vindemiâ faciebant.* C

POM. Sabi. ATTOLLVNT animos.] *habent incrementum.* SAXO.] *quinquelibrali.* HOC munimen.] *tale auxilium lapidis.* CANIS.] *canicula, quæ oritur octauo calendas Auguſti: quo tempore hiat terra.* SEMINIBVS.] *intelligit ſæpiùs fodiendum eſſe.* TERRAM.] *vineam; aut arandam.* CAPITA.] *vitium poſitarum.* BIDENTES.] *ſignificat foſſionem.* LVCTANTES.] *validos & pingues: quia tunc luctantur.* TVM.] *ſupereſt, ſcilicet.* CALAMOS.] *arundines. In hoc loco, ait Columella, ſic notatum eſt à me; plerunque teneram vineam meliùs adminiculo modico, quàm vehementi palo, acquieſcere: arundines binas ſingulis vitibus applicabimus: at ſi regionis conditio permittit, de veteribus haſtilia ſumas.* RASÆ.] *politæ virgæ. hæc iam applicantur adminicula, vt per ea vites prorepant.* VALENTEIS.] *validas, ad ſuſtinẽdos palmites.* ASSVESCANT.] *Leuiter diſponenda eſt vitis, præſertim nouella, vt ramuli illæſi diffundantur: vt diſcant poſſe aſcendere per tabulata vlmorũ. Columella ait:* Cùm deinde adoleſcere incipient vlmi, falce formandæ ſunt; & tabulata inſtituenda. Hoc enim nomine vſurpant agricolę ramos, truncosq; prominẽtes: eosq; vel propiùs ferro compeſcunt, vel longiùs *promittunt, vt vites laxiùs diffundantur.* Tabulata, *ſunt rami extenti in arbores.* LÆTVS ad auras.] *diũ creſcit.* PVRVM.] *aërẽ.* ACIE.] *acumine falcis.* INTERQVE legendę.] *legendæ ſunt vncis manibus.* PARCENDVM.] *eſt teneris vitibus. ſed Columella iubet, multò melius eſſe, quouis tempore vitibus falcẽ admouere; ne ſuperuacuis ſarmentis vitis ſterileſcat.* STRINGE.] *trunca.* BRACHIA.] *ſarmenta & ramulos.* IMPERIA.] *falcem & ferrum. & eſt tranſlatio.* FLVENTEIS.] *ſuperuacuos.* PECVS.] *præſertim caprillum, quod rodit vites.* FRONS.] *frondis, dicebant antiqui.* IMPRVDENS.] *impatiens laboris.* CVI.] *Plus nocent vineæ morſus pecoris, quàm intẽperies aëris: quia vitis deſiccatur.* VRI.] *Vros fert Sarmatia & Scythia. Boues ſunt ſylueſtres, magnitudine iuuencorum, colore inter ruffum & pallidum, aſpectu medio inter ceruos & mulos. Miræ ſunt velocitatis: caro earum dura eſt, & ſapida, vt in delicijs haberetur: gregatimq; incedunt, appellanturq; linguâ Scythicâ bubri quod nomen immutatis literis Plinius pronuntiauit, cùm ait:* Imperitum vulgus bubalorum nomen indidit. *Per vros intelligit animalia ſylueſtria, & boues.* ILLVDIT.] *per ludum nocent.* CANA pruinâ.] *rore matutino; quod nocet vineis.* ÆSTAS.] *magni calores.* VENENVM.] *In morſibus venenum eſt; & morſus ſunt venenoſi.* ADMORSO.] *ſcilicet ab animalibus.* PROSCENIA.] *Proſcenia appellantur loca ante ſcenam.*

PROB. TABVLATA per vlmos.] *Rami ſunt, qui vites ſuſtinent: per tranſlationem: quia ruſtici cùm putant, ſupra eos ramos ſtant, hoc eſt, tabulas.* NON aliã ob culpam Baccho caper omnibus aris Cæditur.] *Poſtquam mortale animalium genus cœpit carne veſci: ex his quæ frugibus nocerent, vel aliquos læderent fructus, prima exiſtimatur hoſtia fuiſſe ſus; ſecunda caper. ille, quia terram roſtro, protrudendo ſemen erueret: hic, quia vitem læſerat. Itaq; etiam Ouidius, in XV. teſtimonium fert huic opinioni, dicente Pythagorâ:*

——— Et prima putatur
Hoſtia ſus meruiſſe necem: quia ſemina pando
Eruerit roſtro, ſpemq; interceperit anni.
Vite caper morſâ Bacchi mactatus ad aras
Dicitur vltoris. nocuit ſua culpa duobus.

Præmia autem poſuiſſe Theſidas, cùm dicit, ingenteis pagos & compita circùm; *Athenienſes ſignificat, à rege Theſeo dictos. Itaq; ludus, quia præmiũ victori erat caper, qui græcè τράγος tragœdia cœpit appellari: genus quoddam carminis, ab antiquis cauſâ ſpectaculi inſtitutum.*

VAR. Lect. SVPEREST deducere terrã.] *in Romano libro,* Diducere. *In aliquot alijs,* Educere. *Sed vulgata caſtior.* FVRCASQVE bicornes.] *In Romano libro legere eſt,* Furcasq; valentes: *quod mihi nõ ſatis facit: tametſi in aliquot alijs libris ea lectio reperiatur.* PALMES agit.] *In mediceo libro* aget, *futuro tẽpore, legitur.* IPSA acie falcis nondũ tentanda.] *In Romano libro numerus ita habet:* Ipſa acie nondum falcis. *In aliquot alijs,* Ipſa acies, *legitur.* ET ramos cõpeſce fluẽtes] *In antiq. lib. Rom. legere eſt,* ramos cõpeſce valentes. ET pecus omne tenendum eſt.] *In Romano libro,* Tuendũ, *habes. In Mediceo,* Tenendum, *abſq;* Eſt. AVT grauis incumbens ſcopulis arentibus æſtas.] *in libro Mediceo,* Aeſtus *legitur.* ET admorſo ſignata.] Admorſo *quidẽ in veteribus aliquot libris habetur. In plerisq; verò d litera abraſa eſt; imperitè, vt mihi videtur: niſi ſit, quod in antiquis alijs.* A'morſu, *legitur. Sanè Romanus liber* Admorſu, *vnicâ dictione, verbali nomine legit. In Mediceo priùs ſcriptum erat,* Admorſu, *per u: indè alio atramento factum eſt, vt* Admorſo *dicat.*

Præmiaq; ingenteis pagos & compita circùm
Theſidæ poſuêre; atque inter pocula læti

SER. PRÆMIAQVE ingenteis pagos & compita circùm.] *id eſt, per quadriuia: quæ compita appel-*

Mollibus in pratis vnctos saluêre per vtres.
Nec non Ausonij Troiâ gens missa coloni
Versibus incomptis ludunt, risuq; soluto,
Oraq; corticibus sumunt horrenda cauatis:
Et te, Bacche, vocant per carmina læta, tibiq;
Oscilla ex altâ suspendunt mollia pinu.
Hinc omnis largo pubescit vinea fœtu:
Complentur vallesq; cauæ; saltusq; profundi,
Et quocunque deus circùm caput egit honestum.
Ergò ritè suum Baccho dicemus honorem

appellantur, ab eo, quòd multæ viæ in vnam confluant) & villas, quæ pagi ἀπὸ τῶν πηγῶν, id est, à fontibus, circa quos villæ consueuerant condi: vnde & pagani dicti sunt, quasi ex vno fonte potâtes. COMPITA.] *vnde ludi compitalitij vocantur.* THESIDÆ.] *Athenienses, qui primi ludos instituêre liberales.* MOLLIBVS in pratis vnctos.] *vel oleo, vel lixiuiâ.* In pratis *autem ideò; ne læderentur cadentes.* Vtres *verò fiebant, ad insultationem etiam mortuorum caprorum: ne quid ex eis esset, quod nô sentiret iniuriâ.* SALVERE.] *secundùm artem dixit. nam antiqui Salio, salivi, dicebant; nûc autê & Salui. vnde Cicero ait in Milonianâ:* Cùm hic de rhedâ, reiectâ penulâ, desiluisset. *Sic etiâ ab eo, quod est Cano, non cecini, sed canui dicebant. vnde Salust.* Cornua occanuerunt. NEC non Ausonij, Troiâ gens missa.] *id est, etiam Romani hos ludos celebrant & cantant. Nam hoc est,* Versibus incomptis ludût; *id est, carminibus Saturnio metro côpositis: quod ad rhythmû solû vulgares componere consueuerunt. Horat.* Libertasq; recurrêtes accepta per annos Lusit amabiliter. RISVQVE soluto.] *cachinno.* ORAQVE corticibus sumût.] *Quia necesse erat, pro ratione sacrorum, aliqua ludicra & turpia fieri, quibus posset populo risus moueri: & qui ea exercebant, propter verecundiæ remedium hoc adhibuerût, vt personas factas de arborum corticibus sumerent, ne agnoscerentur.* ET te, Bacche, vocant.] *hymnos in tuum honorem canunt.* TIBIQVE oscilla.] Oscillorum *autem variæ sunt opiniones. nâ alij hanc asserunt fabulam. Icarus Atheniensis, pater Erigones, cùm acceptum à Libero patre vinum mortalibus indicaret, occisus est à rusticis: qui cùm plùs æquo potassent, inebriati venenum se accepisse crediderant. Huius canis est reuersus ad Erigonem filiam: quæ cùm, eius comitata vestigia, peruenisset ad patris cadauer, laqueo vitam finiuit. Hæc deorû voluntate inter astra relata est, quam Virginem vocant. Canis quoq; ille est inter sidera collocatus. Sed post aliquantum tempus, Atheniensib. morbus immissus est talis, vt eorum virgines quodam furore ad laqueum compellerentur: respondit'q; oraculû, sedari posse illâ pestilentiam, si Erigones & Icari cadauera requirerentur. quæ cùm diu quæsita nusquam inuenirentur: ad ostendendam deuotionem suam, Athenienses, vt etiam in alieno ea quærere viderentur elemento; suspenderunt de arboribus funem: ad quem se tenentes homines, hâc atq; illâc agitabantur; vt etiam quasi in aëre illorum cadauera quærere viderentur. Sed cùm indè plerique caderent: inuentum est, vt formas, vel personas, ad oris sui similitudinem facerent, & eas pro se suspensas mouerent. Vnde & Oscilla dicta sunt, ab eo, quòd in his cillerentur, id est, mouerentur ora. nam cillere, est mouere. Vnde & Furcillæ dictæ sunt, quibus frumenta cillentur. Alij dicunt, oscilla esse membra virilia, de floribus facta; quæ suspendebantur per intercolumnia, ita vt in ea homines, acceptis clausis personis, impingerentur, & ea ore cillerent, id est, mouerent, ad risum populo cômouendum. & hoc in Orpheo lectum est. Prudentioribus tamen aliud placet: qui dicunt, sacra Liberi patris ad purgationem animæ pertinere. Omnis autem purgatio, aut per aquas, aut per ignem fit, aut per aerem. sicut & in sexto ait:*

—— Aliæ panduntur inanes
Suspensæ ad ventos: alijs sub gurgite vasto
Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.

Vt nunc per oscilla, genus purgationis, quod maximum est, videlicet aëris, intelligamus: nam primum aquæ, secundum ignis, tertium aëris est. MOLLIA.] *aut pensilia: vt,* Pilentis matres in mollibus ibant. *aut mobilia. & videtur Vergilius illorum opinionem sequi, qui in honorem Liberi patris putant oscilla suspendi; quòd eius sit pendulus fructus.* A Oscilla *autem dicta: quoniam capita & ora bestiarum, in summis porticibus tegebantur: siue quia hunc vsum Osci dicuntur frequenter exercuisse, & per Italiam sparsisse.* HINC.] *id est, post hæc sacra celebrata.* LARGO.] *abundanti & fertili.* ERGO ritè suum Baccho dicemus honorem.] *Iustè igitur Liberi sacra celebrabimus.* HONESTVM.] *pulchrum.*

THESIDÆ.] *Athenienses. Ludi in honorem Bacchi fuerunt instituti ab Atheniensibus, hac de causâ. Bacchus vtrem, plenum vini dulcis, Icaro pastori Atticæ regionis dedit. is fossoribus apposuit: quia dulcedine delectati, intemperantiùs biberunt. facti ebrij, arbitrati bibisse venenum, Icarum interfecerunt. cuius filia Erigone, cognitâ cæde, duce cane, suspendit se in pinu; & canis, obseruando cadauera dominorum, inediâ interijt. Propter hoc scelus inexpiatum, Athenienses pestilentiâ vexati sunt: & virgines Atticæ, furore actæ, suspendio se necabant. Responsum est ab Apolline, vt cædem Icari & eius filiæ vlciscerentur. quæsiti homicidæ, & inuenti, pœnas dederunt: & annuos ludos instituêre Baccho, cum memoriâ furoris. suspendebantur enim imagines virginum in pinubus, aut in alijs arboribus.* POM. Sabi. B PRÆMIA.] *caprum, qui erat præmium in ludis.* LÆTI.] *ebrij.* PER vtres.] *Vtres adhibebantur, ad memoriam illius vtris, in quo Icarus dedit vinû fossoribus.* AVSONII coloni.] *Intelligit veteres Latinos, Albanos, & Romanos.* VERSIBVS incomptis.] *rhythmis.* SOLVTO.] *propter ebrietatem.* ORA horrenda.] *id est laruas & personas. Personati enim erant, qui in theatro hos ludos referebant.* VOCANT.] *postquam sunt personati.* CARMINA læta.] *significantia ebrietatê.* OSCILLA mollia.] *fœmineas imagines. Os oris, in diminutione habet oscillum. oscilla etiam, paruam aram significat. Columella, cû ait, oscilla lupinorum.* OSCILLA.] *non vera ora: id est, laruas. hinc oscillorum frequens celebratio per Italiam erat: & hi ludi fiebant post ferias Sementinas.* PVBESCIT.] *crescit.* FOETV.] *largo prouentu.* PROFVNDI.] *magni.* HONESTVM.] *pulchrum. quia oculus domini impinguat equos: sic oculus Bacchi vineas reddit fœcundas & fertiles. Sacra Cybeles non sacrificabantur, nisi græcâ linguâ.* C

NEC nô Ausonij Troiâ gens missa coloni, Versib. incôptis ludût, &c.] *Hic ritus Oscillorû iactationes frequês in Italiâ, ab Atticis est traditus. Celebratur autê ferijs Semêtinis; ex hac causâ ab Atheniensib. institutus. Icarus, pastor Atticus, cùm à Libero patre accepisset vinû, deputandû venale; & pciperet ignorantibus adhuc vsum huius, vt parcè biberêt: illi, sapore delectati, côtumaces fuerût pcepto. Itaq; cùm & corpus eorû solueretur, & sermo, ebrietate: arbitrati, se venenû accepisse, interfecerût Icarû. Canis autê eius, sinè domino reuersus ad Erigonê filiâ, dux fuit quærêti patrê. Illa autê, cognitâ morte Icari, suspendio se necauit. Canis, non recedens à corpore domini, inediâ consumptus est. Cùm autem subita pestilentia in Atticâ incidisset; & noui generis virgines, alienatâ mête, suspêdio se necarent in syluis: consultû est oraculum Apollinis, de fine tam luctuosi furoris. Responsum est; remedium futurum, præsens supplicium eorum, qui occiderant Icarum. Quibus côquisitis & interfectis, sacratis inter sidera Icaro, filiâ & cane: planè numinibus sacrificium institutum est, quo oscilla imitarentur suspendia Atticarum virginum. Elæam Græci dicunt oliuam: ex quâ premitur oleum, quod Elæon vocatur. Eleos autem, dicitur misericordia: quæ quia contingit eis quibus pax datur, olea pacis signum est.* PROB.

Asco-

CAEL. Rhod. A *Ascoliasmus, saltatio erat, Bacchi dicata festis: quæ vocant Ascolia: quòd theatri medio vtres, quos vocant ἀσκοὺς, inflatos obunctosq́, vno tantùm insilirent pede, vt delabentes risum excitarent. Hoc agere, apud Græcos dicitur ἀσκωλιάζειν. Ad quod apertissimè Vergilius respexit, Georgicôn II. illo versu:*

Mollibus in pratis vnctos saliêre per vtres.

Quod ineruditè nimis, ᾗ ἀναγώγως, id est, ineducatè, non perpendunt interpretes, negligentiâ prorsum fustuario dignâ. Aduertendum quoque, qui vni tantùm innitentes pedi saltant, quod vel tempestate nostrâ frequentissimum est, dici item ἀσκωλιάζειν; & saltandi modum, ascoliasmum. Sed nunc non ab vtre inclinatur vocabulum; verùm ab scolon: quod impedimentum itineris signat, quod claudicantibus euenit, atque surrectum palum.

ERGO ritè suũ Baccho dicemus.] *In veteribus aliquot cod. legere est,* Suos honores: *quod rem splendidiorẽ efficit.* VAR. Lect.

Carminibus patrijs, lancesq́; & liba feremus;
Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram:
Pinguiaq́; in verubus torrebimus exta colurnis.
Est etiam ille labor curandis viribus alter;
Cui nunquã exhausti satis est. namq́; omne quotannis
Terq́; quaterq́; solum scindendum; glebaq́; versis
Aeternùm frangenda bidentibus: omne leuandum
Fronde nemus. redit agricolis labor actus in orbem:
Atque in se sua per vestigia voluitur annus.
Et iam olim, seras posuit cùm vinea frondeis,
Frigidus & syluis Aquilo decussit honorem:
Iam tum acer curas venientem extendit in annum
Rusticus; & curuo Saturni dente relictam
Persequitur vitem attondens, fingitq́; putando.
Primus humum fodito, primus deuecta cremato
Sarmenta; & vallos primus sub tecta referto.
Postremus metito. bis vitibus ingruit vmbra:
Bis segetem densis obducunt sentibus herbæ.
Durus vterque labor. laudato ingentia rura;

SER. CARMINIBVS patrijs.] *id est, Romanâ linguâ. Pleraque enim sacra, pro gentium qualitate, pleraq́ secundùm suum ritum coluntur. Nam hymni Libero apud Græcos græcâ, apud Latinos latinâ voce dicuntur. Hymni verò matris deûm, vbiq́ propriam, id est, græcam linguam requirunt.* DVCTVS B cornu stabit.] *placebit. tunc enim est aptum sacrificium, cùm animal dedicatum victimæ, patiens inuenitur. vnde alibi sic ait:* Et statuam ante aras auratâ fronte iuuencum, *id est, placere faciam. Contrà Lucanus:* Discussâ fugit ab arâ Taurus. *Nam improbant aruspices hostiam, quæ admota altaribus reluctatur.* SACER hircus.] *exsecrabilis: vt,* Auri sacra fames. VERVBVS colurnis.] *id est, de corylo factis. & hoc propterea: quia, sicut caper est inimicus vitibus, qui Libero immolatur, ita etiam eis nocent coryli. Vnde & suprà ait:* Néue inter vites corylum sere. EST etiã ille labor.] *Iam paulatim tendit ad vitium vituperationem: dicens, & infinitum esse earum laborem: vt,* Cui nunquam exhausti satis est: *& incertum fructum, vt,* Et iam maturis metuẽdus Iuppiter vuis: *& ipsum etiam fructum perniciosum, vt,* Bacchus & ad culpam causas dedit. EXHAVSTI.] *exhaustionis, finitionis. quod quia asperum visum est, se ad fi-* C *guram transtulit, dicens,* Exhausti: *vt,* Seruantissimus æqui: *pro, æquitatis.* OMNE solum.] *continens scilicet vites.* ÆTERNVM.] *semper, perpetuò. & absolutè locutus est.* LEVANDVM.] *releuandum, spoliandum. Omne autem nemus dicit, & arborum, & vitium. vnde paulò pòst dicturus est:* Bis vitibus ingruit vmbra. REDIT agricolis labor actus in orbem.] *id est, in anni circulũ labor se inuicem sequitur rusticorum.* OLIM.] *quandoq. significat autem finale tempus autumni.* SERAS frondes.] *serò cadenteis. Tardè enim spoliantur vites frondibus.* FRIGIDVS & syluis Aquilo decussit honorem.] *Varronis hic versus est.* ACER rusticus.] *non quilibet, sed acer & diligens.* CVRAS venientem extendit in annum.] *quasi in tempore alieno præmeditatur futurum laborem.* CVRVO Saturni dẽte.] *id est, falce, quæ est in eius tutelâ. Nam Saturnus dicitur patri Cœlo virilia falce amputâsse, quæ in mare cadentia, Venerem creauerunt.* Quòd ideò *fingitur: quia nisi humor de cœlo in terras descenderet, nihil crearetur. Alij, Saturnum deum esse temporum dicunt; quæ, sicut falx, in se recurrunt. Alij verò dicunt, Saturnum in progressu nihil nocere: cum retrogradus est, esse periculosum, ideoq́ eum habere falcem in tutelâ: quòd & ipsa protenta nihil valet; retrò verò acta, quicquid ei occurrit, secat.* RELICTAM.] *scilicet à se, paulò antè desertam.* FINGIT.] *componit: vt,* Fingitq́; premẽdo. PRIMVS humum fodito.] *id est: ad laborem, primum te esse cõuenit, vltimum, ad fructus legendos. Vinum enim, factum de vuis immaturis, citò acescit. & in hoc loco est vitium vituperatio: quarum fructus, aut immaturi collecti depereunt; aut, si earum fuerit exspectata maturitas, nihilominus pereunt. nam dicturus est:* Et iam maturis metuendus Iuppiter vuis. VALLOS primus sub tecta referto.] *id est, vitium sustentacula, quæ nonnullis locis sub tecta portantur, ne imbribus citò depereãt.* METITO.] *vindemiato. Et per hoc dicit, maturam vuam debere colligi.* BIS vitib. ingruit vmbra.] *scilicet & ipsius vitis, & arboris: quæ amputanda est, vt demptis folijs sol admittatur, quò possint vuæ maturescere.* BIS segetem densis obducunt sentibus herbæ.] *Semel autumnali, & semel vernali tempore.* DVRVS vterq; labor.] *Et euellendarum herbarum, & secandarum frondium.* LAVDATO ingentia rura; Exiguum colito.] *Hoc etiam Cato dicit ad filium, in libris de agriculturâ. Quòd ideò dictum est: vel quia maiores, agros incultos, Rura dicebant, id est, syluas & pascua; agrum verò dicebant eum, qui colitur: vt intelligamus; Laudato ingenteis syluas; colito agrum minorem. vel, quod melius, quia ait in primo;* Alterius idem tonsos cessare nouales, Et segnem patiêre situ durescere campum. *quod fieri non potest, nisi fuerint spatia maiora terrarum. nam & Cato, vt diximus, & Cicero in Oeconomicis, ob hoc laudant prædia latifundia: vel quia, vt Donatus dicit, etiam non culta præstant aliquid dominis.*

POM. Sabi. PATRIIS.] *Romanis.* SACER.] *exsecrabilis.* PINGVIA.] *quia nõ nisi pinguia animalia mactabantur in sacris.* COLVRNIS.] *ex corylo factis. nam à corylo fit colurnus.* EST etiã.] *Significat, in culturâ vinearũ esse cõtinuũ laborẽ.* CVI nũquã exhausti.] *i.e. semper debemus laborare.* EXHAVSTI.] *finiti laboris: quia cõtinuus labor.* SCINDENDVM.] *fodiendũ.* ÆTERNVM.] *assiduè.* NEMVS.] *Accipit nemus pro vineâ i.e. depampinanda est vinea, & toto anni curriculo agricola debet esse in labore.* ORBEM.] *quia cõtinuus est labor.* VESTIGIA.] *i.e. distincta sunt officia agricolarũ & vinitorũ, p tẽpora anni.* HONOREM.] *folia arborũ.* IAM tũ.] *ab eo tẽpore.* CVRAS.] *labores in sequentẽ annũ.* ATTONDENS.] *& tũc fit putatio: quæ fit p varia, secũdum qualitatẽ regionum & locorum.* FALCE.] *dens Saturni appellatur: quia falce Saturnus vsus est.* PVTANDO.] *purgãdo.* PRIMVS humũ fodito.] *Optimum est præceptum.* VALLOS.] *palos & sustentacula vitiũ.* POSTREMVS metito.] *quia nunquam debemus secare vuas, nisi bene maturas.* BIS.] *Per hoc denotat depampinationem. Vinea non est depampinanda in vltimo vere; quia subnascentur alia folia. & seges non purgatur in principio; quia rursus aliæ herbæ innascuntur. nisi intelligat, bis depampinandam vineam, & bis purgandam.* INGENTIA.] *magna.* PRO.

Digitized by Google

VAR. Lect. In verubus torrebimus exta colurnis.] *In libro Mediceo*, Torquebimus, *legitur: quod ipsius rei ministerium videtur exprimere. Sed enim* Torquebimus, *receptius.* Et iam olim seras.] *In Romano libro legere est*, Ac iam olim. *in aliquot alijs*, At iam *quarum lectionum nullam improbârim.* Cvras venientem extendit in annum Rusticus.] *In Romano libro, pro* Rusticus, Agricola *legitur: magis verò placet*, Rusticus. A

SER. Rvsci.] *Ruscum virgultum est, vnde vites ligantur. Et commemorat labores, qui licèt circa alia, tamen pro viribus exercentur.* Incvltiqve exercet cura salicti.] *Quasi cum indignatione ait:* Causâ vitium, curatios etiam sponte nascentium rerũ fatigat. Iam falcem arbusta reponunt.] *id est, iam putatæ sunt; nec falcem requirunt.* Iam canit extremos effœtus vinitor antes.] *Melius est*, Effœtus *legere; quàm* Effœtos *vt quidam volunt. Et* Antes, *alij extremos vinearum ordines accipiunt: alij macerias, quibus vinea claudũtur: quæ materiæ fiunt de asiis, id est, de siccis lapidibus: vnde & Assæ tibiæ dicuntur, quibus canitur sinè chori voce. Dicuntur autem Antes, à lapidibus eminentioribus, qui interponuntur ad materiem sustentandam: licèt Cato de re militari primo, Pedites quatuor agminibus, equites duobus antibus duces. Nã propriè Antes sunt eminentes lapides, vel columnæ vltimæ, quibus fabrica sustinetur. & Antes appellantur, ἀπὸ τοῦ ἀντιτάσσειν: ad quam etymologiam, etiam extremos ordines vinearum possumus trahere, qui antè stant. Hoc autem dicit: Iam canit rusticus labore finito: tamen deesse non potest, quod circa culturam vitium exercere adhuc debeat. Et quod dicit*, Iam canit extremos antes; *ita sentiendum, quasi dicat: Iam, quod vltimum & finitum esse videtur in vineis, cultor rusticus compleuit. Nam & vltimam partem vineæ, per columnas & macerias struxit. Vltimum enim videtur esse: & indè, quasi iam securus sui laboris, canit & gaudet. tamen adhuc debet esse sollicitus, nec vnquam in omnibus esse securus.* Pvlvisqve mouẽdus.] *Genus ipsum culturæ, Pulueratio vocatur; quo imminutæ glebæ vitibus applicantur.* Matvris metuẽdus Iuppiter vuis.] *aër, more suo; cuius varietas laborem plerunq; decepit rusticorum. Et tacitè videtur admonere, quod in primo apertè dixit;* In primis venerare deos; *sacrificijs tempestates esse pellendas.* Non vlla.] *id est, nulla. alij* Nonnulla *legunt, id est, aliqua; non, vt in vitibus, nimia.* Neqve illæ Procuruam exspectant falcem.] *vt putentur: quod tamen ad curam anniuersariam refert. nam necesse est, licèt tardè, oliuam putari.* Rastros.] *ad fodiendum scilicet. quia, cùm trahitur rastrum per agros, omnem spurcitiam secum colligere videtur. Negligentiam autem ferunt oleæ, quum iam cœperint esse valentiores: nam adhuc paruæ nimiam curam requirunt.* Avrasqve tulerunt.] *Ferre auras, propriè est, assuescere aëris varietati; quæ obest rebus teneris nimiùm.* Ipsa satis tellus.] *Hoc dicit: aratum oliuetum, & oleis prodest, & exinde frumenta gignuntur.*

Exiguum colito: nec non etiam aspera rusci
Vimina per syluam, & ripis fluuialis arundo
Cæditur, incultique exercet cura salicti.
Iam vinctæ vites; iam falcem arbusta reponunt:
Iam canit extremos effœtus vinitor antes.
Sollicitanda tamen tellus, puluisq; mouendus:
Et iam maturis metuendus Iuppiter vuis.
Contrà, non vlla est oleis cultura: neque illæ
Procuruam exspectant falcem, rastrosq; tenaces;
Cùm semel hæserunt aruis, aurasq; tulerunt.
Ipsa satis tellus, cùm dente recluditur vnco,
Sufficit humorem, & grauidas cum vomere fruges.
Hoc pinguem & placitam paci nutritor oliuam.
Poma quoque, vt primum truncos sensère valenteis,
Et vires habuêre suas, ad sidera raptim.
Vi propriâ nituntur, opisque haud indiga nostræ.
Nec minùs interea fœtu nemus omne grauescit;

Svfficit humorem.] *scil. cùm subministrat arboribus.* Gravidas cum vomere fruges.] Cùm, *abundat. nã hoc dicit, Subministrat fruges vomere, id est, per vomerem. Ennius:* Effudit voces proprio cum pectore sancto, *id est, proprio pectore: nam* cum *vacat. Vrbanus tamen sic accipit;* Grauidas cum vomere, *id est, statim post arationem.* Hoc.] *hac re.* Nvtritor.] *pro nutri posuit, imperatiui passiui futurum, pro præsenti actiui.* B Et vires habuêre suas.] *Quia tenera virgulta solent religari validiorib. fustibus: sicut suprà ait de vitibus;* Vitib. eniti, quarũ & cõtemnere vẽtos. Foetv nemus omne grauescit.] *Fœtu, i. vtilitate: nã omnis vtilitas fœtus est. Illuc autẽ tẽdit laus ista syluarũ: vt & probet, nõ mirũ esse, si et poma, et oliuæ, sinè vllâ culturâ pbeãtur, & crescat vituperatio vitiũ, in quas tãtus impẽditur labor.*

POM. Sabi. Colito.] *bene colito.* Rvsci.] *Ruscus genus est rubotũ tenue, spinis minoribus, & non aduncis.* In ripis.] *quia arũdo amat aquam.* Ivnctæ vites.] *iugata vinea.* Arbvsta.] *arbores in, quibus extenduntur vites.* Antes.] *ordine anteriores vineaũ.* Effectvs.] *perfectos & emeritos.* Vva.] *quia sit humida.* Ivppiter.] *Ruina cœli & aëris est timenda, cùm sint vuæ maturæ.* Non vlla.] *nulla est cultura.* Falcem. *quod non obseruatur: quia sterilescunt, cùm non putantur oleæ: sed non verberantur. Ideò præcipit Cato:* Oleã stringito, neu verberato. Avras tulêre.] *id est, qualitatem aëris: id est, cùm creuerunt.* Reclvditvr.] *foditur aratro, non bidentibus.* Svfficit.] *administrat humorẽ.* Hoc.] *hac ratione.* Nvtritor.] *pro* nutrito: *antiquus loquendi modus est.* C Poma quoque.] *Poma dulcescunt, si arboris radices veteri vrinâ aspergantur.* Trvncos.] *id est, postquam creuerunt arbores pomiferæ.* Propria vi.] *naturâ suâ.* Havd.] *non.* Operis.] *auxilij.* Interea fœtu.] *fructibus: quia grauida fit arbor, cùm habet poma.*

PROR. Antes effœtos.] *Ordines ad vindemiam factos dicit: & tùm maximè subitos imbres periculosos esse.*

VAR. Lect. Iam canit extremos effœtus vinitor antes.] *Carminus huius lectio in antiquis libris varia est. nam in libro Romano*, Iam canit effœtos extremus vinitor. *verùm id improbatur à Seruio, qui mauult* Effœtus *legere. In Longobardico, atq; etiã in Medicio*, Canit effœtus extremos: *Aliqui, timentes syllabæ, dictionum ordinẽ transmutarunt, multaq; ita, vt vidimus, toto opere ausi sunt aggredi.*

SER. Aviaria.] *secreta nemora, quæ aues frequentant.* Sangvineis baccis.] *Baccas sanguineas, accipimus poma syluestria.* Tondentvr cythisi.] *virgulta, à Cytho insulâ, vbi abundant, nominata.* Et dubitant homines serere, atq; impendere curas.] *id est, non est necesse hominibus, his arboribus & syluis culturam impendere; quippe suâ sponte proueniunt. & hoc dicit, vt ex obliquo vitium vituperatio subaudiatur.* Qvid maiora sequar?

Sanguineisq; inculta rubent auiaria baccis.
Tondentur cythisi; tedas sylua alta ministrat:
Pascunturq; ignes nocturni, ac lumina fundunt.
Et dubitant homines serere, atq; impendere curas?
Quid maiora sequar? salices, humilesq; genistæ,
Aut illæ pecori frondem, aut pastoribus vmbram
Sufficiunt, sepemq; satis, & pabula melli.
Et iuuat vndantem buxo spectare Cytorum,
Mariciæq; picis lucos: iuuat arua videre,

Digitized by Google

A quar?] quid de maioribus multum dicam arboribus? cùm minora quæq; virgulta humanis vſibus multam commoditatem præſtent, ſinè vllo cultu prouenientia. AVT illæ.] ſcilicet, ſalices & geniſtæ. Multi tamen Et Tiliæ legũt: vt tria dixerit; ſalices, tilias, & geniſtas. VNDANTEM buxo ſpectare Cytorũ.] Montē Macedoniæ, in quo abundat buxus: quæ mota vento, æſtus imitatur vndarum. MARICIÆQVE picis.] à loco, in quo abundãt pices. NON vlli obnoxia curæ.] non debitricia; nihil labori noſtro debētia. IPSÆ Cau-

Non raſtris hominum, non vlli obnoxia curæ.
Ipſæ Caucaſeo ſteriles in vertice ſyluæ,
Quas animoſi Euri aſſiduè franguntq; feruntque,
Dant alios aliæ fœtus: dant vtile lignum;
Nauigijs pinos, domibus cedroſq; cupreſſoſque.
Hinc radios triuêre rotis: hinc tympana plauſtris
Agricolæ, & pandas ratibus poſuêre carinas.
Viminibus ſalices fœcundæ; frondibus vlmi.
At myrtus validis haſtilibus, & bona bello
Cornus; Ityræos taxi curuantur in arcus.
Nec tiliæ læues, aut torno raſile buxum,
Non formam accipiunt; ferroq; cauantur acuto.
Nec non & torrentem vndam leuis innatat alnus
Miſſa Pado: nec non & apes examina condunt,
Corticibuſq; cauis, vitioſæq; ilicis alueo.
Quid memorandum æquè Baccheia dona tulerunt?
Bacchus & ad culpam cauſas dedit: ille furenteis
Centauros letho domuit, Rhœtumque, Pholumque,
Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem.
O' fortunatos nimiùm, ſua ſi bona norint,

vt Theophraſtus & Plinius tradunt, quæ vbiq; proueniunt; optima gallinis & equis impinguandis, & apibus. TEDAS.] id eſt, & caprinos & corylos: hac de cauſa: quia apud antiquos tedæ & faces nuptiales fiebant ex caprinis & corylis. NOCTVRNI.] ſiue intelligat propter ligna, quæ ſunt fomenta ignium: ſiue meliùs, propter ſcirpos. Scirpi fragiles ſunt, & paluſtres: è quibus, detracto cortice, candelæ luminibus & funeribus ſeruiunt: & ex eis etiam fiunt vela nauigiorum; & præſertim Pado. ET dubitant.] quaſi dicat: etſi ſpontè proueniũt

B caſeo.] Caucaſus mons eſt Scythiæ: poſitus hîc pro quibuslibet aſperrimis montibus. STERILES in vertice ſyluæ.] Steriles dicit, comparatione pomiferarum arborum. HINC.] de ſyluis ſcilicet. nam de cupreſſo, aut de cedro, nullus vnquam efficit rotas, aut radios. TRIVERE.] tornauêre, compoſuêre de torno. TYMPANA.] tecta vehiculorũ. PANDAS.] curuas. VIMINIBVS ſalices fœcundæ.] Legitur &, Fœcundo frondibus vlmi. AT myrtus validis haſtilibus.] alibi: Et paſtoralem præfixâ cuſpide myrtum. ET bona bello Cornus.] Apta eſt enim etiam cornus haſtilibus. ITYRÆOS taxi curuantur in arcus.] hoc eſt, in ſimilitudinem arcuum Ityræorum. Ityræos autem dicit, Parthicos. NEC tiliæ læues.] Ordo eſt: nec non, hoc eſt, etiam. MISSA Pado.] pro, in Padum. Species eſt pro genere. VITIOSÆQVE ilicis alueo.] carioſæ. Vult autem probare, etiam putres arbores habere aliquam vtilitatem. Sanè hîc, pro alueo, κατὰ συναίρεσιν, Aluo dicitur. QVID memorandum æquè.] id eſt, quid ſimiliter laudandum tulerunt dona Liberi; ſicut ſyluæ multa ſponte procreantes? Alij, Et quæ legunt: vt ſit ſenſus: Quid dicendum eſt, quæ tulerunt, id eſt, attulerunt, ipſa etiam dona Baccheia? vt hoc dicat: parum eſt, quòd

C vites tantum laborem requirunt; etiam munera earum cauſas præſtant furoris. ILLE furenteis Centauros.] Atqui in Aeneide ait:

Mars perdere gentem
Immanem Lapithum valuit.

Sed hoc ſoluit Horatius, dicens: Nec ſe Mars meliùs cum Marte confundet Thyoneus Prælia. Nam reuerà, licèt irarum cauſas Mars habuerit, Lapithæ tamen & Centauri in furorem ſunt ebrietate compulſi. Deinde, hoc loco Centauros ait in furorem actos à Libero; non Lapithas. MAGNO Hylæum Lapithis cratere minantem.] Bonum σχῆμα: ita enim pinguntur, quaſi poculis bella tractantes. O' fortunatos nimiùm, ſua ſi bona norint, Agricolas!] Non eſt abruptus tranſitus ad laudem vitæ ruſticanæ: ſed ad ſuperiora pertinet. Poſt vituperationem quippe vini, iſta quaſi conſolatio eſt; per quam oſtenditur, quantas voluptates ruſticis natura præſtiterit. Quòd autem ait, Fortunatos nimiùm: non ad fortunam, ſed ad fortunæ pertinet quantitatem. nam hoc dicit: Quantum in ſe eſt, maximas eis natura præſtitit voluptates: quas ſi noſſent, eſſent non fortunati, ſicut nunc ſunt; ſed nimiùm fortunati.

POM. Sabi. AVIARIA.] propriè dicimus loca auium. & etiam loca, vbi animalia includimus, dicuntur: quæ antiquiſſimi leporaria dixerunt. Stabula autem, in quibus includũtur aues, appellauerunt: poſtea ornithones. Auiaria nunc pro ſyluis. BACCIS ſanguineis.] vt corna. CYTHISI.] Cythiſus arbuſcula eſt,

in ſyluis res; non debent homines dubitare & impendere curas in ſerendo. vel ſic: ſi meliùs ſylueſtria proueniunt; dubitant homines ſerere? ILLÆ.] vt ſalices. PASTORES.] qui ſolent æſtiuare ſub ſalice. HVMILES.] depreſſas: quia parua eſt. SVFFICIVNT.] miniſtrant. SEPEM.] Quia ex geniſtis colliguntur ſepes; & ex floribus paſcũtur apes. CYTORVM vndantem.] fertilem. dicimus, hæc cytorus, & hoc cytorum. Cytorus eſt oppidum Ponti, fertile buxo. MARICIÆ picis.] Maricia eſt oppidũ Locridos, piceis frequens. IVVAT.] vtile eſt. NON obnoxias.] non obligatas raſtris, ſed laboribus hominum. CAVCASEO.] Caucaſus eſt mons, qui dicitur idem Caſpius, in ſuperiore Indiâ, ſeptentrionem verſùs. Scriptores græci, blandientes Alexandro Macedoni, cùm rex perueniſſet ad partem Tauri montis, quæ incipit paulò infrà Colchidem, à mari pontico verſùs mare Caſpium, dixerunt, Alexandrũ perueniſſe ad Caucaſum. qui poſt illos ſcripſerunt, hanc partem montis Tauri appellauerunt Caucaſum, vbi ſunt portæ Caſpiæ: id eſt, arctiſſimi tractus & côualles. ANIMOSI.] fortes. ALIÆ.] arbores. FOETVS.] vtilitates. NAVIGIIS pinos.] Ex pinu fiunt optima nauigia. Cupreſſo, buxo, citro, ornabant domos antiqui. RADII.] appellantur in mediâ parte rotarum. TYMPANA.] dicuntur teſtudines ſupra radios. CARINÆ.] dicuntur teſtudines nauium. HASTILIBVS myrtus.] Hoc natum eſt à fabulâ. nam ferunt, haſtilia, quibus transfixus fuit Polydorus in Thraciâ, myrtea fuiſſe. CORNVS.] q̃a ex corno fiũt ſagittæ. ITYRÆOS.] Ityræ, ſunt populi in oriente. & totus oriens vtitur arcu & ſagittis. PADO.] per Padum. CONDVNT.] examina ſua in alueo. ALVEO.] cauernâ. VITIOSÆ ilicis.] corruptæ: quia aliter non fit cauerna. QVID memorandum.] quid memoriâ repetã ſyluas, quæ tulerunt vites? Bacchus docuit exprimere vuas; non ſerere vites. Plinius: Accepimus nuper in Scythiâ homines aquâ inebriari; vbi eſt melicratũ, optimus potus. FVRENTES.] ebrios. LETHO.] morte. dicit, pugnã Centaurorum fuiſſe ex ebrietate. CRATERE.] vaſe. O' fortunatos.] Felicitas & beatitudo agricolarum.

ET iuuat vndantem buxo ſpectare Cytorum.] Cytorus eſt oppidum Ponticum, fertile buxo, non ſolùm, ſed præcipuè. MARICIÆQVE picis lucos.] Maricia eſt oppidũ Loridos, piceis frequens. ITYRÆI.] natio Scytharum eſt. PROB.

AVT paſtoribus vmbram.] In veteribus omnibus libris ſcriptum obſeruaui, Vmbras, numero multitudinis. VAR. Lect. CEDROSQVE cupreſſoſque.] In Romano, in Mediceo, & alijs antiquioribus libris legitur, Cedrumque, cupreſſoſque: quanquam in Longobardico, Cupreſſos, abſque particula enclitica ſcriptum ſit, ſcriptoris negligentiâ. ITYREOS taxi curuantur in arcus.] inuenies omnino in

m aliquot

aliquot libris antiquis, Curuātur, *&, ex Strabone. Sed in Mediceo,* Torquentur, *habetur.* VITIOSÆQVE ilis cis aluo.] *In Romano libro legitur* Alveo: *quod mirificè placet.* A

Agricolas! quibus ipsa, procul discordibus armis,
Fundit humo facilem victum iustissima tellus.
Si non ingentem foribus domus alta superbis
Manè salutantum totis vomit ædibus vndam:
Nec varios inhiant pulchrâ testudine postes,
Illusasq; auro vesteis, Ephyreaq; æra;
Alba nec Assyrio fucatur lana veneno,
Nec casiâ liquidi corrumpitur vsus oliui.
At secura quies, & nescia fallere vita,
Diues opum variarum aut latis otia fundis.
Speluncæ, viuiq; lacus: at frigida tempe,
Mugitusq; boum, mollesq; sub arbore somni.
Non absunt illîc saltus ac lustra ferarum,
Et patiens operum, paruoq; assueta iuuentus.
Sacra deûm, sanctiq; patres, extrema per illos
Iustitia excedens terris vestigia fecit.
Me verò primum dulces ante omnia Musæ,
Quarum sacra fero, ingenti perculsus amore,

SER. PROCVL discordibus armis.] *id est, longè à ciuitatibus, plenis iurgio & rapinis.* IVSTISSIMA tellus.] *propriè. Nā si iustus est, qui, quod accipit, reddit: terra vtiq; iustissima est, quæ maiore fœnore semina acceptares stituit.* SI non ingentem foribus domus alta superbis.] *Vt etiam in laude fecit Italiæ: non solùm vitam laudat rusticam; sed etiam cōtrariam, id est, vrbanam, vituperat. Nam ista, quæ de vrbibus dicit, opinabilia sunt bona: non etiam vera, vt rusticā sunt. Multum enim interest inter verum, & opinatum malum, seu bonum. vnde Iuuenalis:* Pauci dignoscere possunt Vera bona. MANE salutantum.] *hoc est, si non patiantur aduenientem multitudinem, sicut faciunt hi, qui in vrbibus consistentes, frequentiam multorum quotidie patiuntur.* INHIANT.] *habere desiderant. & dicimus, Inhio illam rem.* PVLCHRA testudine.] *id est, Indicā, vnde postes ornabantur, vel lectuli, Lucanus:* Foribus testudinis Indæ,

Terga sedent fuluo maculas distincta smaragdo. ILLVSASQVE auro vestes.] *id est, in quibus artifex ludens auro aliqua depinxerat. Malè autem quidam* inclusas *legunt.* EPHYRÆAQVE æra.] *Corinthia: quæ laudat etiam Cicero. nam Ephyrus est Corinthus.* ALBA nec Assyrio fucatur lana veneno.] *Assyrij, populi sunt adiacentes Syriæ, apud quos primùm vsus inuentus est purpuræ.* VENENO.] *colore.* NEC casiâ liquidi corrumpitur vsus oliui.] *Casia herba est, de quâ fit vnguētum. Mirè autem ait,* vsus oliui corumpitur. *nam oleum gentralem vsum habet, quod cùm in vnguentum fuerit corruptum, vni rei tantùm esse aptum incipit.* NESCIA fallere vita.] *aut quia innocentes sunt: aut quia immobilis est status vitæ eorum. Vrbanorū enim fortuna, aut insidijs, aut proscriptione variatur.* LATIS otia fundis.] *Fundus dicitur ab eo, quòd rerum omnium sit fundamentum.* SPELVNCÆ, viuiq; lacus.] *id est, bona naturalia, non, sicut in vrbibus, labore quæsita. vnde & Iuuenal.* Speluncas dissimiles veris. FRIGIDA Tempe.] *Tempe sunt propriè loca amœna Thessaliæ: abusiuè, cuiusuis loci amœnitas.* MOLLESQVE sub arbore somni.] *μαλακοὶ δ᾽ ὑπὸ δένδρεσιν ὕπνοι.* ILLIC saltus, & lustra ferarum.] *id est, venationes, quæ penitùs in vrbibus non sunt. Bene autem,* lustra ferarum: *qui sunt in vrbibus lustra meretricum.* PARVOQVE assueta.] *id est, non vt vrbanæ: quæ est segnis & prodiga.* Sacra deûm, sanctiq; patres. *Duo dicit: sacra deorum sancta apud illos sunt; sancti etiam parentes.* EXTREMA per illos Iustitia excedēs terris vestigia fecit.] *Hoc & Aratus dicit, Iustitiam primò in vrbibus, postea tantùm in agris fuisse. vbi eam induxit loquentem, cur abscedat è terris: ἡ δ᾽ ἔτ᾽ ... καταλείπει, οἵαν χρύσειοι πατέρες γενεὰν ἐλίποντο χερειοτέρην.* ME verò primum dulces ante omnia Musæ Accipiant.] *Diu quæsitū est, vtrùm philosophiæ, an rusticitatis vita, esset felicior. vnde nunc dicit, primam esse philosophiam: post ipsam, rusticam vitam. Suam autem personam, pro quacunq; ponit. sicut paulò pòst:* Rura mihi placeant: *Mihi, pro Cuilibet posuit. si in primo:* Non illâ quisquam me nocte per altum Ire. *In tertio:* Ne mihi tunc molles sub diuo carpere so-

mnos. *& hoc est, quod dicit Horatius in Arte poëticā:* Hoc amet, hoc spernat promissi carminis author. QVARVM sacra fero.] *Poëta enim, quasi musarū sacerdos est.*

POM. Salu. ARMIS.] *ciuilibus scilicet, ideò Vergilius scripsit Georgica, vt persuaderet trāquillitatem & pacem: quia agricultura nō potest exerceri tēpore belli.* MANE salutātum.] *Clientes apud antiquos summo manè salutabant principes ciuitatis. qui mos nostro tempore remansit apud Scythas.* ALTA.] B *sublimis & magna, & superbis foribus. Triclinia, habebant pauimenta è marmore.* VOMIT.] *emittit.* VNDAM.] *multitudinem salutantium.* INHIANT.] *per suspiria inhiando cupiunt. & dicimus, Inhio huic rei, vult datiuum.* TESTVDINE.] *aureâ & eboreâ.* ILLVSAS.] *intextas.* EPHYRÆA.] *Corinthia. Ephyre, dicebatur Corynthus, quæ est vrbs in Achaiâ.* FRICATVR.] *nō immergitur, aut fucatur.* VENENO Assyrio.] *Tyrio colore. Venenum accipit pro sanie: sanie enim extractâ ex conchilijs, colorem dabant lanis. Antiquissimo tempore laudatissimus color purpureus erat, in Tyro vrbe Phœniciæ. Phœnicia, est prouincia Syriæ. Syria aliquando appellata fuit Assyria; licèt diligentiores separent. Lana, non tingitur purpureo colore. Vel dicit,* Assyrio: *quia Babylon, Assyriæ caput, diuersos colores in vestibus inuenit.* OLIVI.] *Rustici solēt se vngere simplici oleo, nullâ admixtâ casiâ. Casia, odoratissimus est frutex. & loquitur propter vnguenta, in quibus miscetur casia ad odorem.* TEMPE.] *vallis est in Thessaliâ amœnissima, quam interfluit Peneus amnis liquidissimus. nunc accipit Tempe, pro locis amœnis & nemorosis.* SVB arbore.] *in æstate.* EXIGVO.] *paruo contenta.* Sacra deûm *innocentissimè colunt agricolæ.* ME verò.] *Duo optat: scilicet esse philosophum, vt cognosceret causas rerum, quo nihil est præclarius; aut rusticum & agricolam.* C

PROB. EPHYRÆAQVE æra] *Corinthia. Ephyra enim priùs, dicta est postea Corinthus.* FRIGIDA Tempe.] *Tempe sunt loca nemorosa frigida, fontana.*

VAR. Lect. TOTIS vomit ædibus vndam.] *in Mediceo libro,* Vomat *scriptum: quod nescio quid elegantius sonat.* ILLVSASQVE auro vestes.] *In lib. aliquot Antiq. legere est,* Inclusasque auro. ALBA nec Assyrio.] *in Mediceo, & aliquot alijs antiquis,* Neque Assyrio, *legitur.* ET nescia fallere vita.] *In Romano lib.* Vitam, *legitur.* AT securâ quies: *&,* At frigida tempe.] *In Longob.* Ac, *vtrobique scriptum.* NON absunt illis saltus, ac lustra ferarum.] *Vetera omnia exemplaria, quotquot habere contingit, non* Illis, *sed* Illîc, *legunt: quod mirificè placet. idq; etiam Seruius agnouisse videtur.* PARVOQVE assueta iuuentus.] *In Romano libro legitur,* Exiguoque assueta. QVARVM sacra fero ingenti perculsus amore.] *In libro Longobardico tantùm legitur,* Perculsus. *Sed in Romano, in Mediceo, & alijs antiquioribus,* Percussus.

CAEL. Rhód. *Audi L. Florum ita scribentem: Corinthus, Achaiæ caput, Græciæ decus, inter duo maria, Ionium & Aegeum, quasi spectaculo exposita. Et infrà, vbi ruinas eiusdem felici breuitate transcurrit:* Quid signorum? *quid vestium? quidue tabularum raptum, incensum, proiectum est? quan-*

tas

Digitized by Google

A *tas opes victor abstulerit & cremârit, hinc scias: quòd, quicquid Corinthij æris toto orbe laudatur, incendio superfuisse comperimus. Nam & æris notam preciosiorem, ipsa opulentissimæ vrbis fecit iniuria: quia incendio perustis plurimis statuis atque simulachris, æris, auri, argentiq; venæ in commune fluxêre. Hinc æra Ephyreia celebrata Vergilio: quibus cùm vehementiùs caperetur Augustus, etiam dici Corinthiarius cœpit.*

Accipiant, cœliq; vias & sidera monstrent,
Defectus Solis varios, Lunæq; labores:
Vnde tremor terris: quâ vi maria alta tumescant
Obicibus ruptis, rursusq; in seipsa residant:
Quid tantùm Oceano properent se tinguere soles
Hyberni: vel quæ tardis mora noctibus obstet.
Sin, has ne possim naturæ accedere parteis,
Frigidus obstiterit circùm præcordia sanguis;
Rura mihi, & rigui placeant in vallibus amnes:
Flumina amem, syluasq; inglorius. ô vbi campi,
Sperchiusque, & virginibus bacchata Lacænis
Taygeta! ô qui me gelidis in vallibus Hæmi
Sistat, & ingenti ramorum protegat vmbrâ!
Felix qui potuit rerum cognoscere causas!
Atque metus omneis, & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, strepitumq; Acherontis auari.
Fortunatus & ille, Deos qui nouit agresteis:
Panaque, Syluanumq; senem, Nymphasq; sorores!
Illum non populi fasces, non purpura regum
Flexit, & infidos agitans discordia fratres:

SER. COELIQVE vias.] *aut artes: vt alibi;* Inueni germana viam. *aut certè circulos, quibus sidera cõtinẽtur.* DEFECTVS Solis varios.] *Atqui vno modo tantùm sol nobis deficere videtur: tunc scilicet, cùm plena luna è regione eius obstiterit radijs, & eos nobis fecerit non videri. Vnde varios accipimus defectus: non quia variâ ratione contingunt; (nam ratio vna est, vt diximus,) sed quia vel varijs tempo-* B *ribus fiunt, vel variè. Nam interdum duobus, interdũ quatuor, interdum pluribus deficit digitis.* VARIOS.] *Secundùm Epicurum; qui ait, non vnam causam pronuntiandam, quia sol deficere videatur; sed varias. Potest enim fieri, vt extinguatur; vt longiùs recedat; vt aliquod eum corpus abscondat.* LVNÆQVE labores.] *vel errores: quia non rectà incedit. vel defectus, qui contingunt lunæ; quoties terræ altitudo, interueniens radijs Solis, eam illuminari non patitur: à quibus dicitur lumen accipere.* VNDE tremor terris.] *Variæ sunt opiniones. nam alij dicunt, ventum esse in concauis terræ; qui motus, etiam terram mouet. Sallustius:* Venti per caua terræ citati. *Lucanus:* Quærentem erumpere ventum credidit. *Alij aquam dicunt genitalem sub terris moueri, & eas simul cõcutere, sicut vasa aquæ: vt dicit Lucretius. Alij σφογγώδη terram volunt, cuius plerunque latentes ruinæ, superposita vniuersa concutiunt.* QVA vi maria alta tumescant, obicibus ruptis.] *Alij sic accipiunt, quòd ruptis obicibus, id est, Calpe & Atlante, montibus Hispaniæ & Mauritaniæ, Oceanus eruperit, & ista fecerit maria. quod non procedit. Si* C *enim hoc esset: non diceret* Tumescant; *sed* Tumuerunt, *cùm eruperunt Oceani maria. vnde Aestuaria Oceani accipimus, qui per Hispanias & Gallias infinitum erumpit, contemptâ lege riparum, ad quas rursus recurrit. Cuius rei opiniones, Lucanus in primo commemorat dicens:*

Ventus ab extremo pelagus sic axe volutet,
Destituatq; ferens, an sidere mota secundo
Tethyos vnda vagæ lunaribus æstuet horis:
Flammiger an Titan vt alentes hauriat vndas,
Erigat Oceanum, fluctusq; ad sidera tollat.

QVID.] *ob quam causam.* OCEANO properent se tinguere soles hyberni.] *Circulorum hoc efficit ratio; vt etiam in Aeneide diximus.* TARDIS mora noctibus.] *id est, æstiuis noctibus tardè venientibus.* SIN has ne possim.] *id est, partes Physicæ philosophiæ, ex quâ sunt illa quæ dixit.* FRIGVS obstiterit.] *Secundùm physicos dicit; qui dicunt, stultos homines frigidioris esse sanguinis: prudentes verò, calidi. Vnde & senes, in quibus friget, & pueri, in quibus needum calet, minùs sapiunt.* INGLORIVS.] *comparatione scilicet philosophiæ. sic in Aeneide:* Et mutas agitare inglorius arteis. *non quòd nulla gloria medicinæ esset; sed quòd minor, quàm diuinitatis & augurandi; quæ ei obtulerat Apollo munera: vt,* Augurium citharamque dabat, celeresq; sagittas. SPERCHIVS.] *fluuius Thessaliæ.* TAYGETA.] *mons Laconum, Libero & Baccho consecratus.* HÆMI.] *montis Thessaliæ: in quo etiã sunt tempe.* FELIX, qui potuit.] *Repetitio est superioris coloris. nam hoc dicit: Et rustici felices sunt, & qui tribuunt operam philosophiæ.* RERVM causas.] *id est, Physicam philosophiam.* INEXORABILE fatum.] *Alibi:* Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatũ. FATVM.] *id est, ex Fato venientia.* SVBIECIT pedibꝰ.] *calcauit.* ACHERONTIS auari.] *omnẽ mundũ in mortẽ trahentis.* DEOS qui nouit agrestes.] *qui abstinet à ciuicis malis, & aut rura habitat, aut cum suis numinibus rura descripsit.* NYMPHASQVE sorores.] *Non Panis sorores, aut Syluani; sed inter se sorores: vt,* Aetnæos fratres, *inter se scilicet.* NON populi fasces.] *id est, honores, qui à populo præstantur. Propriè autem locutus est, vt fasces populi, regum purpuram diceret.* INFIDOS agitans discordia.] *Discordiam posuit pro auaritiâ: ab eo quod præcedit, id quod sequitur. Infidos autem fratres ideò ait, quòd auaritiæ causâ dissentiunt.*

SIDERA.] *per hoc carpit astrologiam. Defectus Solis, est ex interuentu lunæ: defectus lunæ, est ex interpositione terræ.* VARIOS labores.] *eclipses.* QVA viâ.] *quâ ratione nascantur procellæ in mari.* OBICIBVS ruptis.] *Obices dicuntur perticæ: id est, portis reclusis, vbi sunt venti clausi.* RVRSVSQVE in se ipsa residant.] *tranquillescant.* SIN has.] *Si non potuero consequi philosophiam & astrologiam.* HYBERNI.] *quia in hyeme sunt breues dies.* OCEANO.] *quia sol post cursum diurnum mergitur in Oceano.* SOLES.] *dies hyemales.* NATVRÆ.] *hæc naturalia.* PRÆCORDIA.] *Empedoclis sententia est; qui ait vim animi esse sanguinem circa præcordia. ille autem, cui sanguis frigidus est; naturâ est tardi ingenij, & hebetis: & ille, qui sanguis est calidus, est prompti & celeris ingenij.* EXIGVI.] *riui, in quibus est maior amœnitas, quã in magnis.* INGLORIVS.] *sine famâ.* SPERCHIVS.] *est fluuius Thessaliæ.* TAYGETOS.] *est mons Laconiæ, Baccho sacer.* LACÆNIS.] *Lacedæmonijs.* HÆMI.] *Hæmus est mons Thraciæ, qui extenditur vsque ad mare Ponticum: in cuius radicibus prope mare erant Tomi, vbi Ouidius exulauit. sed hoc dicit pro æstiuo tempore.* FELIX.] *Laus est philosophiæ, & philosophi.* CAVSAS.] *quare iuuat.* METVS omnis.] *timores, qui poscunt nasci in hac vitâ.* INEXORABILE.] *ineuitabile.* ACHERONTIS auari.] *Auarus est infernus; quia omnia accipit, & nihil dat. quasi dicat: non debemus curare mortem bene viuendo.* FORTVNATVS & ille est.] *id est, qui non curat scelera hominum.* AGRESTES.] *qui potest esse contentus paruo.* NYMPHAS.] *vt Napæas, Dryadas, &c.* ILLVM.] *qui est contentus paruo.* FASCES.] *id est, non ambitio consulatus.* PVRPVRA.] *Traditur Romulus primus purpurâ vsus apud Romanos: & soli Consules erant ornati purpurâ: & postea ipsi prætores.* FRATRES.] *quia diuites inter se digladiantur.* POM. Sabi.

DEFECTVS Solis varios, lunæque labores.] PROB.

Deficit

Deficit sol, cùm eius orbem subit luna, obstat radijs. Lunæ autem defectio fit: quia non suo lumine lucet, sed eo quod à sole accipit: cùm in umbram terræ venit. Aestus autem maris, ad lunæ motum & rationem fiunt. Sed lunæ sunt quinque motus: diurnus, menstruus, annotinus, altitudinis. hi extremi ad mare pertinent. Terræ autem tremoris tres causæ sunt. nam aut ventis inclusis, exitum quærentibus, fundamenta quassantur; vt ijs labefactis superiore continuentur: aut igni, quem inesse terræ, Aetna docet exusta, cùm cadunt, sonus ipsorum subsidit: aut aquis, cùm id quod sustinent, delabi in liquorem patiuntur, sed consumptis terris latulæ constituuntur. QVOD tantum Oceano properent se tinguere soles Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet.] *Breuem diem facit, cùm octauâ parte maior est ea pars circuli, quâ subiecta terris est brumalis; & superior eâdem minor & æquinoctialis circuitus.* SIN has ne possim naturæ accedere partes, Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis.] *Significat, sanguine circùm præcordia ducto animum. Empedoclis sententia.* SPERCHIVS.] *Thessaliæ flumen.* TAYGETA.] *Laconices, vbi venantur virgines.* LACÆNIS.] *Lacon enim, Lacæna facit: Lacedæmon, Lacedæmonius. Lacon regio est: Lacedæmon oppidum Spartæ dicitur, vnde Spartanæ sunt eædem virgines.* A

VAR. Lect. QVA vi maria alta tumescant.] *In Longobardico,* Tumescunt *legitur.* OCEANO properent se tingere soles.] Tinguere (*vt in veteribus habetur*) *scribendum esse, ostendit* distinguo. RVRA mihi, & rigui placeant in vallibus amnes.] *In Romano libro,* Rigidi *legitur.* ATQVE metus omnis, & inexorabile fatum Subiecit pedibus.] *In Romano libro legitur,* Ineluctabile fatum. *quod & alibi positum à Vergilio. magis tamen eruditi probant, quod varium est, ad fertilioris facundiæ copiam.*

Aut coniurato descendens Dacus ab Istro:
Non res Romanæ, perituraq; regna: neque ille
Aut doluit miserans inopem, aut inuidit habenti:
Quos rami fructus, quos ipsa volentia rura
Sponte tulêre suâ, carpsit, nec ferrea iura, B
Insanumq; forum, aut populi tabularia vidit.
Sollicitant alij remis freta cæca, ruuntq;
In ferrum: penetrant aulas, & limina regum.
Hic petit excidijs vrbem, miserosq; penates;
Vt gemmâ bibat, & Sarrano dormiat ostro:
Condit opes alius, defossoque incubat auro.
Hic stupet attonitus rostris: hunc plausus hiantem
Per cuneos (geminatus enim) plebisq; patrumque
Corripuit: gaudent perfusi sanguine fratrum:
Exilioque domos & dulcia limina mutant;
Atque alio patriam quærunt sub sole iacentem:
Agricola in curuo terram dimouit aratro.
Hinc anni labor, hinc patriam paruosq; nepotes
Sustinet; hinc armenta boum, meritosq; iuuencos.
Nec requies, quin aut pomis exuberet annus,
Aut fœtu pecorum, aut cerealis mergite culmi,
Prouentuq; oneret sulcos, atque horrea vincat.

SER. AVT coniurato descendens Dacus ab Istro.] *i. Non eum sollicitat coniuratio Barbarorum. Ister autem, fluuius est Scythiæ.* NON res Romanæ, perituraq; regna.] *Regna, scilicet Barbarorum. nam duo dicit: Rusticum nec Romanum imperium mouet, id est, ad ambitum cogit; nec Barbarorum regna peritura. Non enim Romano maledixit imperio: licèt hoc alij dictum velint ex generali sententiâ venire, quòd omnis imperij magnitudo periculis subiacet. vnde etiam Iuuenalis ait:*

Ad generum Cereris sinè cæde & sanguine pauci
Descendunt reges, & siccâ morte tyranni.

NEQVE ille aut doluit miserans inopem, aut inuidit habenti.] *Cicero in Tusculanorum libro quinto hoc tractat, dicens:* In quem cadit vna mentis perturbatio, posse in eũ omnes cadere: sicut potest omni virtute pollere, cui virtus vna contigerit. *Vnde nunc Vergilius noluit dare rustico misericordiam: ne ei daret etiam cæteras animi passiones; quas nouimus, & à bonis, & à malis venire rebus. A' bonis opinatis, duas: vnam præsentis temporis, vt gaudium; vnam futuri vt spem. A' malis similiter duas: vnam præsentis, vt dolorem, & vnam futuri, vt metum: quas passiones esse animi, non dubium est. Vnde & ipse ait in sexto:* Hinc metuunt, cupiuntq;, dolent, gaudentq;. *Sallustius etiam Catilinæ bello ait:* Omnes homines, qui de rebus dubijs consultant, ab odio, amicitiâ, irâ, atque misericordiâ vacuos esse decet: nam animus haud facilè verum prouidet, vbi illa officiunt. *Ergo aut secundùm tractatum Ciceronis hoc dixit: aut, quod absolutius est, intelligamus ideò rusticum paupertatem non dolere; quòd eam malum esse non credit, sed munus deorum. Lucanus de paupertate:* Et munera nondum Intellecta deûm. *Est & aliud quod possimus accipere: ideò rusticum nec bonis nec malis alienis moueri; quia eius non interest: quippe qui ab vrbibus est remotus.* NEC ferrea iura.] *dura, inexorabilia, immutabilia.* INSANVMQVE forum.] *litigiosum.* POPVLI tabularia.] *vbi actus publici continentur. Significat autem templum Saturni, in quo ærarium fuerat: & vbi reponebantur acta, quæ susceptis liberis faciebât pariter. Iuuenalis:*

Tollis enim, & titulis actorum spargere gaudes
Argumenta viri.

FRETA cæca.] *subitò in tempestatem surgentia.* PENETRANT aulas.] *id est, profitentur satellitium.* ET limina regum.] *Limina dicit, interiorem familiaritatem: sic Turnus:* Stirpem admisceri Phrygiam, se limine pelli. HIC petit excidijs vrbem.] *incertum, alienam an suam.* VT gemmâ bibat.] *id est, gemmeo poculo, non gemmato.* SARRANO ostro.] *id est, Tyriâ purpurâ. quæ enim nunc Tyros dicitur, olim Sarra vocabatur: à pisce quodam, qui illic abundat, quem linguâ suâ Sar apellant. Iuuenalis:* C

Aut pictæ Sarrana ferentem
Ex humeris aulæa togæ.

HIC stupet attonitus rostris.] *scilicet, vt concionetur.* PLAVSVS hiantem Per cuneos (geminatus enim) plebisq; patrumq; Corripuit.] *Ordo est: corripuit enim hunc geminatus per cuneos plausus, & plebis, & patrum.* EXILIO.] *voluntario scilicet, propter auaritiam.* SVB alio sole.] *sub alio climate.* HINC anni labor.] *id est, ex agricultura habet totius anni substantiã.* HINC patriam sustinet.] *Donatus villam intelligit; non reuerâ patriam.* MERITOS iuuencos.] *laboris sui consortes.* NEC requies.] *id est, nunquam potest rusticus omni ex parte destitui.* CEREALIS mergite culmi.] *Manipulos, spicarum mergites dicimus.*

POM. Sabi. DACVS.] *cui non curat militare. Dacia, prouincia est citra & vltra Histrum: nostro tempore dicitur Volochia: incolæ Rolochi appellantur. Volochia Italia: quia Daci Italicè loquitur. Hister appellatur Danubius, postquam ad Vgriam venit. Habent originem ab Vgris, qui habitant ad Oceanum glacialem; & nunc sunt potentissimi.* CONIVRATO.] *quia semper accolentes Histrum coniurabant contra Romanos, cum quibus fuit perpetuum bellum: quos Domitianus vicit: vnde cognomen accepit.* NON res Romanæ.] *id est, non mouetur rusticus aliquâ ambitione.* FERREA iura.] *duras leges. nam in ferendis legibus arma interdum mouebant.* INSANVM.] *litigiosum.* TABVLARIA.] *septa in campo Martio; septa*

A tio, ſepta tabulis id eſt, non quærit conſulatum. SOLLICITANT remis.] tentant aleam marinam, propter opes. AVLAS.] propter ambitionẽ. HIC.] alius. EXCIDIIS.] bello. MISEROS.] qui per excidiũ quæritur. GEMMA.] gẽmeo poculo; vt cryſtallo & myrrhã. SARRANO oſtro.] purpurã. Sarra appellabatur antiquo tempore Tyros, vrbs Phœnicia, à piſce cui tale nomen eſt linguã Perſicã. INCVBAT.] inuigilat, poſtquã inuenit. inde Incubones, q thesauris inuigilãt. ROSTRIS.] in foro Romano, vbi erãt roſtra. & hoc nomen ſumptũ fuit à roſtris Antiatum. HIANTEM.] ambientem. CORRIPVIT.] inuoluit. GEMINATVS.] multiplex. CVNEOS.] ꝑ turbã. EXILIO.] ꝑ exiliũ quia cõmiſerũt ſcelera. SOLE.] quia mutãt regiones. AGRICOLA.] Nũc de felicitate ruſticorũ dicit. MOLITVS.] ſcilicet, eſt. LABOR.] Ipſa agricultura: nõ datur requies agricolis aliquo tempore. Manipuli ſpicatum, mergites appellantur.

PROB. VT gemmâ bibat, & Sarrano dormiat oſtro.] Tyriam purpuram vult intelligi, Sarranum oſtrum. Tyrum autem Sarram appellatam, Homerus docet: quem etiam Ennius ſequitur, cùm dicit: Pœnos Sarrâ oriundos.

VAR. Lect. HVNC plauſus hiantem Per cuneos (geminatur enim) plebiſque patrumque corripuit.] Romanus liber, Mediceus, Longob. & pleriq; alij, Geminatus, legunt. quod etiam approbatur à Seruio.

Venit hyems, teritur Sicyonia bacca trapetis:
Glande ſues læti redeunt; dant arbuta ſyluæ:
Et varios ponit fœtus autumnus; & altè
Mitis in apricis coquitur vindemia ſaxis.
Interea pendent dulces circùm oſcula nati:
Caſta pudicitiam ſeruat domus; vbera vaccæ
Lactea demittunt; pinguesq; in gramine læto
Inter ſe aduerſis luctantur cornibus hœdi.
Ipſe dies agitant feſtos: fuſoſq; per herbam,
Ignis vbi in medio; & ſocij cratera coronant.
Te libans Lenæe vocat; pecoriſq; magiſtris
Velocis iaculi certamina ponit in vlmo:
Corporaq; agreſti nudant prædura palæſtrâ.
Hanc olim veteres vitam coluêre Sabini:
Hanc Remus, & frater. ſic fortis Hetruria creuit,
Scilicet, & rerum facta eſt pulcherrima Roma,
Septemq; vna ſibi muro circumdedit arces.
Ante etiam ſceptrum Dictæi regis, & antè
Impia quàm cæſis gens eſt epulata iuuencis;
Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.
Necdum etiam audierant inflari claſsica; necdum
Impoſitos duris crepitare incudibus enſes.
Sed nos immenſum ſpatijs confecimus æquor:
Et iam tempus equûm fumantia ſoluere colla.

SER. SICYONIA bacca.] oliua, à ciuitate Laconiæ Sicyone, vbi abundat olea. TRAPETIS.] molis oliuaribus. & declinatur trapetum, ſicut templum. Terentianus. Quo ſuper inſidens trapetos ſi-

B gna gyris temperat. quod metrum aptum eſt oliuam terentibus. ARBVTA.] poma ſylueſtria. PENDENT circùm oſcula nati.] id eſt, non ſolùm alijs rebus, ſed etiam filiorum aſpectu & frequẽtiã gaudent. Contrà illud: Exilioque domos & dulcia limina mutant. CASTA pudicitiam domus.] non, vt in vrbibus, impudica. IPSE dies agitat.] Hîc eſt ſuſpendẽdum, & ſic inferendum, Feſtos. nam hoc dicit: Omnes dies ſic habet, vt feſtos putes. Alij dicunt, Feſtos dies cum religione concelebrant. AGRESTI palæſtrâ.] ruſticâ luctatione. Palæſtra autem dicta, vel ἀπὸ τῆς πάλης, id eſt, à luctatione: vel ἀπὸ τοῦ πάλλειν, hoc eſt, à motu vrnæ: nam ducti ſorte

C luctantur. SIC fortis Hetruria creuit.] Iuxta hiſtoriam. nam conſtat, Thuſcos vſque ad fretum Siculum omnia poſſediſſe. ANTE ſceptrum.] id eſt, antequam regnaret Iupiter qui eſt in Dictæo Cretæ monte nutritus. IMPIA quàm Cæſis gens eſt epulata iuuencis.] Arati eſt hoc, qui dicit, maiores bouem comedere nefas putâſſe. πρῶτοι δὲ βοῶν ἐπάσαντ᾽ ἀροτήρων. NECDVM Impoſitos duris crepitare incudibus enſes.] Iuuenalis: Neſcierant primi gladios excudere fabri. IAM tempus equûm fumantia ſoluere colla.] Allegoricè hoc dicit: debemus fatigato ingenio parcere & finem facere carmini. Sanè non eſt comparatio, ſed translatio: ſicut & in fine primi libri legimus. Et multi volunt, ideò dixiſſe eum hoc loco, finem carmini Georgico ſe eſſe facturum: quod duo ſequentes libri paſtorales ſunt, non Georgici: vt etiam in primâ huius carminis parte commemorauimus.

POM. Sabi. SICYONIA bacca.] Sicyon, ciuitas antiquiſſima Atticæ regionis, eſt fertilis oleæ. TRAPETIS.] Trapetum, appellatur mola olearia. LÆTI.] pingues, propter glandẽ. COQVITVR.] perficitur & maturatur. LACTEA.] habẽtia lac. LÆTO gramine.] abundanti prato. CORONANT.] bene implent. IGNIS vbi in medio.] Quando ruſtici faciebant ſacra Pali, quæ Palilia appellantur, tranſiliebant ſaltu ignem. LENÆE.] ô Bacche. IACVLI.] ſignum ad iaculandum ponunt in vlmo, aut in aliã arbore. PRÆDVRA.] durata caloribus & gelu. HANC olim.] Laus ruſticanæ vitæ. CREVIT.] habuit incrementũ. PVLCHERRIMA.] eſt facta caput orbis. REGIS Dictæi.] Iouis. Dicte, eſt ciuitas Cretæ: vnde Dictæus Iupiter. IVVENCIS.] Antiqui erant contenti (vt Columella meminit) cibo olerum & ferinâ carne: ideò apud illos capitale erat, bouem interimere. HANC vitam.] ruſticanam. AVREVS Saturnus.] in ſeculo aureo. CLASSICA.] tubas, id eſt, nondum erant bella. CONFECIMVS.] abſoluimus & peregrinauimus. ÆQVOR.] translatio eſt. EQVVM.] pro, equorum. FVMANTIA.] defatigata.

PROB. TERITVR Sicyonia bacca trapetis.] Sicyoniam baccam, oliuam dicit. Trapetum, torcular eſt olei. DICTÆI regis.] Iouis: à Dicte monte Cretæ, in quo educatus creditur.

VAR. Lect. INTEREA pendent dulces circùm oſcula nati.] Omnes antiqui libri hoc ordine legunt. Interea dulces pendent. CORPORAQVE agreſti nudat perdura palæſtrâ.] In Romano libro, in Mediceo, & antiquiſſimis alijs, Nudant, numero multitudinis legitur.

MODESTINI IVRISCONSVLTI, IN TERTIVM Georgicorum, Argumentum.

Teq; Pales, & paſtorum memorande per orbem,
Et pecorum cultus, & gramine paſcua læta,
Queis habitent armenta locis, ſtabulentur & agni,
Omnia diuino monſtrauit carmine Vates.

Digitized by Google

GEORGICORVM LIBER TERTIVS.

TE quoque, magna Pales, & te, memorande, canemus,
Pastor ab Amphryso: vos syluæ, amnesque Lycæi.
Cætera, quæ vacuas tenuissent carmina mentes,
Omnia iam vulgata. quis aut Eurysthea durum,
Aut illaudati nescit Busyridis aras?
Cui non dictus Hylas puer? & Latonia Delos?
Hippodameque humeroq; Pelops insignis eburno,

SER. TE quoq; magna Pales, &c.] Inuocat deam pabuli, dicturus de animalibus: sicut de frumentis, & de vitibus dicturus, Cererem inuocauit & Liberum. Sanè non est mirandum, vsum esse eum procemio, sicut est vsus in primo. nam nunc aliud quodammodo inchoaturus est carmen, pastorale scilicet, post completum Georgicum. Deinde, etiã si vnum sit, scimus concessum esse scribentibus, vt iteratione procemij legatum reficiant interdum laborem. Nam & Liuius frequenter innouat principia. vt, Incensâ à Gallis vrbe: &, completis consulibus. Et Cicero in Verrinis, qui in Frumentariâ conciliauit auditorum animos, iteratione principij: vt, Omnes qui alterum iudicant, & reliqua. Pales autem, dea est pabuli: quam alij Vestam, alij Matrem deûm vocant. Hanc autem Vergilius genere fœminino appellat: alij, inter quos Varro, masculino: vt hic Pales. Huic sacra soluuntur XII. Calend. Maias die, quæ Palilia vocantur. AB Amphryso.] Amphrysus fluuius Thessaliæ, circa quem spoliatus Apollo diuinitate, ob occisos Cyclopas, Admeto regi pauisse armẽta dicitur. vnde eum nunc inuocat, qui νόμιος vocatur: vel ἀπὸ τῶν νομῶν, id est, à pascuis: vel ἀπὸ τῶν νόμων, id est, à lege chordarum. SYLVÆ, amnesq; Lycæi.] κατ᾽ ἐξοχὴν montem Arcadiæ posuit: vel quia pecorosa est, vel quia Pan illîc est rusticum numen. CÆTERA, quæ vacuas tenuissent carmina mentes, Omnia iam vulgata.] id est: fabulæ, quæ delectationi esse poterant, & occupare mentes curis solutas, iam descriptæ à multis, in omnium ore versantur. QVIS aut Eurysthea durum?] Eurystheus rex fuit Græciæ, Persei genus, qui Iunonis instinctu imperabat Herculi, vt varia monstra superaret, quibus posset perire. Vnde eum durum appellauit, qui potuit ad complendum odium nouercale sufficere. AVT illaudati nescit Busyridis aras?] Busyris rex fuit Aegypti: qui cùm susceptos hospites immolaret, ab Hercule interemptus est; cùm etiã eum voluisset occidere. Huius laudes scripsit Isocrates. Vnde Illaudati participium est, pro nomine: vt sit illaudabilis, non qui laudatus non sit; sed qui laudari non meruerit. vt est illud in 7. Aeneid. Diues inaccessos vbi Solis filia lucos; pro inaccessibiles: non ad quos nullus accessit; sed ad quos accedere nullus debeat. ARAS.] in quibus ille hospites immolabat. CVI non dictus Hylas puer?] Cui autem, id est, à quo. Horatius: Scriberis Vario fortis & hostium; pro à Vario. Hylas autem, fœcius Herculis fuit, qui aquatum profectus, raptus est à Nymphis in Mysiâ. LATONIA Delos.] insula, in quâ Latona enixa est Apollinem & Dianam: quam insulam antè vagam, Apollo (vt in tertio legimus; Mycone celsâ, Gyarosque reuinxit: vbi fabulam eius plenius diximus) stabilem fecit. HIPPODAMEQVE.] Græca, quæ in η exeunt, plerunq; ipsum η in ia soluunt. vt, ἱπποδάμη, Hippodamia; πελοπία, Pelopia. Fabula talis est. Hippodame filia fuit Oenomai, regis ciuitatum Elidis & Pisæ. hic equos habuit velocissimos, vtpote ventorum flatu creatos: qui procos filiæ multos necauit, sub hac conditione, prouocatos ad curule certamen, vt aut victus traderet filiam, aut victor necaret. Cùm postea Pelopen amâsset Hippodamia, corrupit Myrtilum aurigam patris, primæ coitus pactione. qui factis cereis axibus, cùm victore Pelope à puellâ promissum posceret præmium, ab eius marito est præcipitatus in mare, cui nomen imposuit. Nã ab eius nomine Myrteum dicitur pelagus. HVMEROQVE Pelops insignis eburno.] Tantalus, pater Pelopis, volens deorum tentare diuinitatem, eis inuitatis filium suum epulandum apposuit: à quo omnes dij abstinuerunt, exceptâ Cerere, quæ brachiũ eius consumsit. Postea dij, petente Tantalo, cùm voluissent eius filium reuocare ab inferis, Ceres ei eburnũ brachiũ restituit. Quod ideò fingitur: quia Ceres ipsa est terra, quæ corpora vniuersa consumit, ossa tantùm reseruans. A

POM. Sabi. TE quoque.] ô Apollo, qui fuisti pastor gregis Admeti. Amphrysus est fluuius Thessaliæ, vbi Apollo pauit armenta regis Admeti. PALES.] dea pastorum. Lycæus, mons Arcadiæ. & Arcadia, multa pecuaria habebat: ideò amnes Lycæi. VACVAS.] otiosas mentes audientium. & hoc dicit propter fabulas. DVRVM.] inexorabilem: quem Hercules nunquam potuit placare. Eurystheus fuit rex Argiuorũ, Persei filius: qui ad omnia pericula Herculem cogebat. BVSYRIDIS aras?] loca vbi habitabat Busyris, qui fuit filius Neptuni, qui hospites immolabat; quiq; relictus fuit ab Osiride in custodiam Aegypti. ILLAVDATI.] ac per hoc sæui & crudelis. HYLAS.] Thyodamantis filius, in Mysiâ, ad Ascanium fluuium, à Nymphis adamatus, raptus fuit. DELOS.] Latona peperit in Delo: vnde insula, mobilis priùs, facta est immobilis. & peperit sub oliuâ. HIPPODAME.] Hippodamia, filia Oenomai, quam Pelops vxorem duxit. Pelops, Tantali filius fuit, qui habuit humerum eburnum: quia priorem deuorârat Ceres. B

PROB. TE quoquè magna Pales, & te memorande canemus Pastor ab Amphryso, vos syluæ amnesque Lycæi.] Pales, dea est pastorum, cui diem sacrum appellant Parilia, transpositâ literâ: quæ si suo loco esset, Palilia potiùs dicerentur. qui dies natalis est vrbis Romæ, quæ à pastoribus est condita. Huius autem, cuius deæ esset, etiam ritus declarat. nam & ignes transiliunt, accensis stramentis, more agresti. ibi hunc diem colentes, lacte libant; qui fructus ex pecore tollitur. AMPHRYSO.] flumen est Thessaliæ; cuius regionem quandam Molyssi incolunt. quorum rex fuit Admetus Pheretis filius: cuius pecora & armenta Apollo pauit, iussus seruiendi contumeliâ X annis luere temeritatem, quâ Cyclopas perdiderat, qui fulmen fecerant: quia indignabantur eo percussum Asclepium. Is ergo inuocat eum cum Pale. LYCÆI.] Lycæus, mons Arcadiæ regionis, quæ pecorum præcipuè est studiosa. QVIS aut Eurysthea durum.] Euristheus fuit rex, cuius imperio Hercules intolerabilia stipendia sustinuit. AVT illaudati nescit Busyridis aras.] Busyris, Neptuni filius, rex Aegyptiorum fuit, aduenas ad aras immolare solitus: quem Hercules interfecit. CVI non dictus Hylas puer, & Latonia Delos?] Hylas, Theiodamantis, filius, Dryopum regis; quorum gens subiecta Parnasso fuit: qui, patre interfecto, Herculem sequutus, studio eius virtutis ardens, cùm ex comitatu Argonautarum in Mysiâ Hercules recessisset, ad materiam quærendam remi, quem fractum volebat reficere; & Hylas, ad hauriendam aquam, Ascanij fluminis vrnam extulisset: dum accedit ad ripam, adamatus à Nymphis est. propter hunc Hercules comites deseruit, nec secutus est Iasonem, vt refert Apollonius in Argonautis. Eius fluminis Nympha Melia, Eunica partus est. C LATONIA Delos.] Quia ibi

A VAR. Lect. *ibi peperit Apollinem & Dianã, in ipsâ palmæ & oleæ arbore.* CÆTERA quę vacuas tenuissent carmine mêtes.] *Quâmuis,* Carmina *non improbârim: in codicibus tamen aliquot manuscriptis legitur* Carmine, *septimo casu.*

Acer equis: tentanda via est, quâ me quoq; possim
Tollere humo, victorq; virûm volitare per ora.
Primus ego in patriam mecum (modò vita supersit)
Aonio rediens deducam vertice Musas.
Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas;
Et viridi in campo templum de marmore ponam,
Propter aquam, tardis ingens vbi flexibus errat
Mincius, & tenerâ prætexit arundine ripas.
In medio mihi Cæsar erit, templumq; tenebit.
Illi victor ego, & Tyrio conspectus in ostro,
Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus.
Cuncta mihi Alphæum linquens, lucosq; Molorchi,
Cursibus & crudo decertet Græcia cæstu.
Ipse caput tonsæ folijs ornatus oliuæ
Dona feram: iam nunc solenneis ducere pompas
Ad delubra iuuat, cæsosq; videre iuuencos:
Vel scena vt versis discedat frontibus; vtq;
Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.

SER. ACER equis.] *victor etiam Oenomai.* VIA.] *ratio.* ME quoq;.] *id est, sicut se alij sustulerunt carminis merito.* VICTOR.] *effector propositi & voti: sic paulò post,* Illi victor ego. VOLITARE.] *laudari ab omnibus.* PRIMVS ego in patriam.] *Ideò primus, quòd ante illũ nullus Mantuanorum Poëta fuit: aut quia nullus indè talis emersit.* MODO.] *tantummodò.* AONIO vertice.] Bœotio. *Aonia ipsa est Bœotia, in quâ est* B *mons Helicon, Musis dicatus.* IDVMÆAS palmas.] *abundantes, quales sunt & quãtæ apud Idumen, ciuitatẽ Phœnicis Lucan.* Et arbusto palmarum diues Idume. PROPTER aquã.] *id est, iuxta aquã.* VIRIDI in campo.] *hic est campus, de quo ait:* Et qualẽ infelix amisit Mantua campũ. IN medio mihi Cæsar erit, templũq; tenebit.] id est, *templũ ipsi dabo. Et verbo vsus est pontificali. nam qui templum dicabat, postem tenens, dare se dicebat numini; quod ab illo necesse fuerat iam teneri, & ab humano iure discedere.* Quòd *autem dicit,* In medio, *eius templũ fore significat. Nam ei semper sacratus numini locus est, cuius simulacrum in medio constituitur. alia enim ad ornatum tantùm pertinent.* TYRIO conspectus in ostro.] *in habitu pontificis; cuius se officium dicit in templi consecratione sumpturum.* CENTVM quadrijugos agitabo ad flumina currus.] *id est, vnius diei exhibebo Circenses ludos: quia (vt Varro dicit, in libris de rebus populi Romani) olim* XXV. *missus exhibebantur; sed vigesimusquintus dicebatur ærarius, eò quòd de collatione populi exhibebatur. qui desijt esse, postquam conferendæ pecuniæ est cõsuetudo sublata. Vnde hodieq; permansit, vt vltimus missus appellaretur ærarius.* C *Ergo* centum currus, *secundùm antiquitatẽ dixit; sicut etiã* ad flumina. *Olim enim in littore fluminis Circenses agitabantur, in altero latere positis gladijs, vt ab vtrâque parte esset ignauiæ præsens periculum. vnde & Circenses dicti sunt, quia exhibebantur in circuitu ensibus positis: licèt alij à circumeundo dicant Circenses vocari.* CVNCTA mihi Alphæum linquẽs.] *mihi. i. ad honorẽ meũ. & hoc dicit: Ex alijs agonibus ad me certatura Græcorũ multitudo cõueniet. Per* Alphęũ *autẽ, Iouis Olympici agonẽ significat. nã Alphæus fluuius est Elidis, quæ ciuitas iuxta Pisam est, in quâ colit' Olympicus Iupiter.* LVCOS Molorchi.] *i. syluam Nemæam, in quâ celebratur agon in honorem Archemori, cuiusdam pastoris.* Molorchus *autẽ pastor fuit, qui Herculẽ, venientem ad occidendũ Nemæum leonem, suscepit hospitio. Eos autem ludos accipimus per Alphæum, qui Olympici dicuntur: per lucos Molorchi, eos, qui Nemeæ vocentur.* CRVDO.] *duro: vt,* Seu crudo fidit pugnam committere cæstu. TONSÆ oliuæ.] *minutis folijs compositæ: vt,* Tonsisque ferunt mantilia villis. *Habiturum se autem coronam tonsilem dicit, vt Cicero, cum saltatrice.* DELVBRA.] *deorum templa.* IVVAT.] *delectat.* CÆSOS iuuencos.] *immolatos in sacrificium.* VEL scena vt versis discedat.] *Apud maiores, theatri gradus tantùm fuerunt: nam scena de lignis tantùm ad tempus fiebat. Vnde hodieq; consuetudo permansit, vt componantur pegmata à ludorum theatralium editoribus. Scena autem quæ fiebat, aut versilis erat, aut ductilis. Versilis tunc erat, cùm subitò tota machinis quibusdã conuertebatur & aliã picturæ faciẽ ostendebat. Ductilis tunc, cùm tractis tabulatis hâc atq; illâc, species picturæ nudabatur interior. vnde peritè vtrumq; tetigit, dicens;* Versis discedat frontibus: *singula singulis complectens sermonibus. quod Varro & Suetonius cõmemorãt.* PVRPVREA intexti tollant.] *Hoc secundùm historiam est locutus. Nam Augustus, postquam vicit Britanniam, plurimos de captiuis, quos adduxerat, donauit ad officia theatralia. Dedit etiam aulæa, id est, velamina, in quibus depinxerat victorias suas: & quemadmodũ Britanni, ab eo donati, eadẽ portarẽt vela; quæ reuerà portare consueuerant. quã rem mirâ expressit ambiguitate dicẽs,* Intexti tolliãt. *nam in velis ipsi erant picti, qui ea portabant.* Aulæa *aũt dicta sunt, ab aulâ Attali regis, in quâ primùm inuenta sunt vela ingentia, postquam is populum Romanum scripsit hæredem.*

POM. Sabi. ACER equis.] *quia vicit Hippodamiam.* TOLLERE humo.] *famâ ac nomine volare per ora virorum. & hoc est carmen Ennij.* PRIMVS.] *quasi quòd primus Vergilius Poëta elegans fuerit apud Latinos.* PATRIAM.] *in Italiam, aut Mantuam.* AONIO vertice.] *Parnasso.* PALMAS Idumæas.] *victoriam poëtices. Idume, regio fuit inter Phœniciam & Iudæam: ex hac profecti coloni, habitauerunt Hierosolymis cum Iudæis, vbi sunt multæ palmæ. Phœnix dicitur palma à Græcis: vnde Phœnices dicuntur.* VIRIDI.] *herbido campo.* MINCIVS] *est fluuius Mantuanus.* PRÆTEXIT.] *cooperuit.* CÆSAR.] *ego dicabo hoc templum Cæsari. quia ponebatur ara in medio templo, illi deo, cui dedicatum templum.* TENEBIT.] *tuebitur ipse Augustus Cæsar.* OSTRO.] *quià sacerdotes in sacris erant purpurati. Græci vtuntur colore albo, vt non imitentur antiquos: & neq; flectunt genua adorando.* CONSPECTVS.] *conspicuus.* CENTVM quadrijugos.] *celebrabo ludos Circenses, qui erant ex cursibus equorũ, vt Plinius in epistolis, & Cicero: dicti, quia in circo fiebant. & Olympici ijdẽ sunt: & currebant in gyrum equi.* CVNCTA.] *omnis Græcia.* Alphæus *amnis sub Olympo est, vbi fiebãt ludi Olympici.* MOLORCHI.] *id est, Arcadiam. & per hoc notat ludos Isthmiacos, qui fiebant Neptuno: vel ludos, qui consecrati erant Ino & Melicertæ, in ludo Corinthiaco: vel ludos in honorem Herculis, qui fiebant in Arcadiâ, propter memoriam interempti leonis. Hercules, interempto leone, hospitatus fuit apud Molorchũ, et illic inebriatus.* CÆSTV.] *Cæstus est genus periculosi certaminis, quo valuit Pollux. Apud antiquos in Græciâ, finitis Circẽsibus, fiebat palæstra & cæstus.* OLIVA.] *quæ est signũ pacis. antiqui idibus Iulijs coronabãtur oliuâ.* POMPAS.] *sacrificia et ludos.* CÆSOS.] *propter sacrificia.* SCENA.] *versatilis fiebat ex ligno, vt Plinius 11.* BRITANNI intexti.] *vel intexti in ipsis aulæis: vel quòd Brittanni intexũt.*

PROB. PRIMVS ego in patriam mecum (modò vita supersit) Aonio rediens deducam vertice Musas, Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas.] *Terram, quæ nunc Bœotia vocatur, habuerunt antè Hyantes, Leleges, Temices, Phœnices, Aones: vnde adhuc Aonia dicitur. Est autẽ in eâ Helicon, mons sacer Musis; in cuius vertice Musis fons expressus dicitur, vngulâ Pegasi: quem alij Aganippen, alij*

Hippocrenem vocant. Indè ergo se deducturum Musas dicit: quia pòst Mantuanorum carmina scripserit. Idumæas autē palmas, ab Idumæorum gente, id est, Iudæorum; quæ regio est in Syriâ Palæstinâ. Locum autem hunc dixit: non quòd ibi tantùm sint palmæ; sed præcipuæ. VBI flexibus errat Mincius.] *Mincius, flumen ex Benaco lacu fluens, præterit Mantuam.* CVNCTA mihi Alphæum linquens, lucosque Molorchi, Cursibus & crudo decertet Græcia cæstus.] *Eos significat ludos, qui in Achaiâ celebrantur quinto quôque anno; & appellantur Olympia: & eos, qui in Arcadiâ, & dicuntur Nemeæa. Alphæus enim flumen est Achaiæ, iuxta quem Elis oppidum; extra quod Olympij Iouis templū. ibi celebrantur quinquennalia certamina gymnica. Lucos Molorchi, Nemeæa dicit. Molorchus fuit Herculis hospes, apud quem is diuersatus est, cùm proficisceretur ad leonem Nemeæum necādum. Qui cùm immolaturus esset vnicum arietem, quem habebat, vt Herculem liberaliùs acciperet: impetrauit ab eo Herculet, vt eum seruaret, immolaturus vel victori, tanquam Deo; vel victo & interfecto leoni: cùm solutus esset, vel odio Iunonis, ne ei cælestes honores contingerent; vel fatigatus. exprerectus, mirâ celeritate damnum correxit: sumptâq; piceâ coronâ, quâ honorantur, qui in Nemeæa vincunt, superuenit. Itaque & Molorcho, paranti sacrificium Manibus; vbi & arietem immolaturus erat. vnde Nemeæa instituta sunt: postea Archemoni manibus sunt renouata à septem viris, qui Thebas petebant. Sed Molorchi mentio est apud Callimachum, in Aetiois libris.* A PVRPVREA intexti tollant aulæa Britanni.] *Plerunque ludis Imperatoris, quas proximè gentes deuicit, earū habitum & figuram aulæis intexunt; quò sæpiùs redintegretur memoria virtutis, quam populo ostendant. Britannos autem, pro qualibet gente dixit.*

VAR. Lect. ILLI victor ego.] *In Rom. & Med. & aliquot antiq. cod.* Illîc *legitur.* ET crudo decernet Græcia cæstu.] *In Rom. cod.* Duro cæstu *legitur.*

In foribus pugnam ex auro solidoq; elephanto
Gangaridûm faciam, victorisq; arma Quirini.
Atq; hîc vndantem bello, magnumq; fluentem
Nilum, ac nauali surgenteis ære columnas.
Addam vrbes Asiæ domitas, pulsumq; Niphatem,
Fidentemq; fugâ Parthum, versisq; sagittis:
Et duo rapta manu diuerso ex hoste trophæa,
Bisq; triumphatas vtroq; ab littore gentes.
Stabunt & Parij lapides, spirantia signa,
Assaraci proles, demissæq; ab Ioue gentis
Nomina, Trosq; parens, & Troiæ Cynthius author.
Inuidia infelix Furias, amnemq; seuerum
Cocyti metuet, tortosq; Ixionis angues,
Immanemq; rotam, & non exsuperabile saxum.
Interea Dryadum syluas, saltusq; sequamur

SER. SOLIDO elephanto.] *ex ebore integro, nō sectili.* GANGARIDVM faciam victorisq; arma Quirini.] *Gangaridæ populi sunt, inter Indos & Assyrios habitantes, circa Gangē fluuium. vnde etiā Gangaridæ dicti sunt. Hos deuicit Augustus. vnde est:* Imbellem auertis Romanis arcibus Indum. *Gangaridûm autem, pro Gangaridarū, dixit: quia hic Gāgarida facit.* Quòd *autē ait,* Victoris arma Quirini; *non est contrarium. nam, vt etiam in primo Aeneidos diximus, Suetonius Tranquillus hoc de Augusto commemorat:* Quodam tempore tres partes populi, consentiente senatu, obtulisse ei tria nomina; Quirini, Augusti, Cæsar. s. Ille, ne vnum eligendo alias offenderet partes: primò Quirinus est dictus; indè Cæsar; pòst in nomine Augusti permansit. *vnde eum Vergilius omnibus istis nominibus appellat. Nam hîc Quirinum, Romulum non possumus accipere: quia Gangaridas penitùs ignorauit.* VNDANTEM bello Nilum.] *quasi non vndas, sed bella portantem: propter Antonij & Cleopatræ grauissimum prælium.* MAGNVM'QVE flumen.] *pro, magnè; nomē pro aduerbio: vt,* Toruūq; repentè Clamat. AC nauali surgēteis ære colūnas.] *Augustus, victor totius Aegypti, quā Cæsar pro parte superauerat, multa de nauali certamine sustulit rostra ærea: quib. cōflatis, quatuor effecit colūnas: q̄ postea à Domitiano in Capitolio sunt positæ; quas hodieq; cōspicimus. vnde ait:* Naualì surgētes ære columnas. *Nam rostratas Iulius Cæsar posuit, victis Pœnis nauali certamine: è quibus vnam in rostris, alteram ante circum videmus, à parte ianuarum.* NIPHATES.] *Et fluuius est, & mons: vt,* Et Cimini cū monte lacum. *Per eum autem, populos iuxtà habitātes accipimus. nam nec fluuius vnquam, nec mons potest pelli.* FIDENTEM'QVE fugâ Parthum.] *Bene, fidentem: tunc enim meliùs iaculantur sagittas.* RAPTA manu trophæa.] *raptim & sinè labore quæsita.* DIVERSO ex hoste.] *orientis & occidentis, accipimus. vnde ait,* Ab vtroq; littore: *orientis, propter Gangaridarū; occidentis, propter Britannorum triumphum.* STABVNT & Parij lapides, spirantia signa.] *in templo Cæsaris, statuas maiorum eius dicit se esse positurū: quas commendat, & à pretioso marmore, & ab arte, dicens,* Spirantia signa. *sic alibi:* Viuos ducent de marmore vultus: *item,* Par úsve lapis circundatus auro. ASSARACI proles.] *Ponam, inquit, eorum statuas, qui à Ioue vsq ad Assaracū, & ab Assaraco vsq ad Augustū, originem ducūt. Assaracus autem, auus Anchisæ, pater Capis fuit.* B TROS'QVE parens.] *Troianorū rex, Ganymedis pater: à quo & Troia nominata est.* TROIÆ Cynthius author.] *vel Apollinē dicit, propter muros Troiæ ab eo conditos: vel Cynthium regē Troiæ, quem in Troicis suis Nero cōmemorat.* INVIDIA infelix.] *quæ inuidētes efficit infelices. Dicit autē, se talia scripturum, vel facturum, quæ magnitudine sui mereantur inuidiam: ipsam tamen inuidiam nihil esse nocituram, timore pœnarum.* AMNEM'QVE seuerum.] *tristem. contrà Terentius:* Tristis seueritas inest in vultu, atq; in verbis fides. TORTOS'QVE Ixionis angues.] *quibus videlicet Ixion est religatus ad rotam; postquam illicitos Iunonis petiuit amplexus.* NON exsuperabile saxum.] *quod contra montem Sisyphus voluit. &* non exsuperabile *dixit: non quod exsuperari non potest, sed quod exsuperare non valet summum montis cacumen.* C INTEREA Dryadum syluas.] *id est, donec laudandi Cæsaris tēpus aduenìat, interim Georgica scribā.* SALTVS'QVE sequamur intactos.] *Hoc ait, quòd ante ipsum nullus latinè carmen Georgicum scripsit.*

POM. Sabi. PVGNAM.] *bella, quæ gessit Augustus cum Indis.* SOLIDO elephanto.] *ebore.* GANGARIDVM.] *Ganges est fluuius Indiæ: vnde Gangarides, accolentes Gangem.* EVPHRATES.] *erat terminus Romanorū et Parthorū. Legatio Indorū et Pori regis ad Augustū venit. ideò hoc dicit Vergilius, per spatium vnius anni.* QVIRINI.] *Quirinus appellatus fuit Augustus, quia sedatis bellis ciuilibus, visus est Romā cōdere, vt Romulus.* VNDANTEM Nilum.] *Et hoc propter bellum gestum cum Cleopatrâ & Antonio.* COLVMNAS.] *De victoriâ Punicâ Augustus erexit columnas; aut de bello nauali ad Actium. Antiqui victoriam æneis columnis insculpere solebant: quia sic fecerat Hercules in Hispaniā. Et intelligit de nauali victoriâ Augusti contra M. Antonium & Cleopatram; & de nauali victoriâ Punicâ. Per Caium Cæsarem institutæ fuerunt columnæ duæ: quarum altera posita fuit in rostris, in foro Romano; altera ante circum maximum.* VRBES Asiæ.] *maioris.* NIPHATEN.] *Niphates est pars montis Tauri.* PVLSVM.] *id est, domitum.* PARTHVM.] *Parthi fugiēdo iaciunt sagittas.* ADVERSO hoste.] *& oriente & occidente. Suetonius sic ait:* Indos modò ac Scythas auditu pellexit ad amicitiā suā. Parthi quoq; facilè cesserūt,

& signa

A &signa militaria, quæ M. Crasso & M. Antonio ademerant, reposcenti Augusto reddiderũt, obsidesq; insuper obtulerunt. SPIRANTIA.] *vt videantur viua.* PARVS.] *est insula, vnde marmora candidissima aduehebantur.* ASSARACI.] *de prole Troianorum; à quibus Romani.* AB Ioue.] *Dardanus fuit filius Iouis ex Electrâ; à quo fuit origo regũ Troianorum.* NOMINA.] *imagines omnes.* A' Ioue.] *à Dardano, Iouis filio.* ASSARACVS.] *filius fuit Trois.* PARENS.] Quia *Troiani dicuntur Troës, ab eo, qui fuit filius Erichthonij: Erichthonius Dardani; siue, vt quidam volũt, Electræ & Iouis.* CYNTHIVS.] *Apollo, qui mœnia Troiæ struxerat.* INVIDIA.] *Inquit: si ex rebus tuis gestis orietur inuidia; vnde poterunt timere loca inferiorum?* FVRIAS.] *infernales, Tisiphonẽ, Alecto, & Megæram.* SEVERVM.] *quia non poterãt dij iurare per Cocytũ, & Stygiã paludem.* Ixion *optauit concubitum cum Iunone.* SAXVM.] *propter Sisyphum dicit, qui voluit saxum.* ROTAM.] *Apronianus vult intelligi propter Ixionem.* INTEREA.] *dum ille dabit pœnas suæ inuidiæ: vel, interea dum dedicamus templum.*

PROB. GANGARIDVM faciam, victorisq; arma Quirini.] *Gangaridæ dicuntur, ab Indiæ flumine Gange. cingitur*

B *enim Caucaso, Indiæ flumine, & Oceano.* Victorẽ, *Romulum significat. Sic enim Proculus* Iulius *persuasit populo: cùm Romulus non cõpareret, cum vidisse, ab eoq; in mandatis accepisse, vti Pop. Rom.* Quirinũ *se appellaret: quia in numerũ deorũ esset receptus.* Niphates, *mõs est Armeniæ, qui cingitur Tigri Euphrateq; fluminibus. Est & pars Mesopotamiæ. Hæc aũt flumina decurrũt in Prassum sinum.* DIVERSO ex hoste trophæa.] *significat, ex orientali & occidẽtali.* STABVNT & Parij lapides spirantia signa.] *Paros, insula est Cyclas, in Aegæo mari: in quã mõs est Marpessos, vnde marmor exciditur candidũ; vt ipse Virgil. in* VI. *Marpesiam cautẽ vocat.* Assaraci aũt prolem, *vult accipi Cæsarẽ; qui deducat progeniem ab Aeneã, q ex Anchise patre est. Capys, Assaraci filius; Assaracus aũt, Trois; Tros ipse, Erichthonij: Erichthonius, ex Electrâ & Ioue nascitur; vt Scyllos tragicus scriptor sentit.* Cynthius *est Apollo, à monte insulæ Deli Cyntho dictus. Idcirco Troiæ author dicitur, quòd eam munierit sub Laomedonte, & Neptuno.* INVIDIA infelix furias, amnemq; seuerũ Cocyti metuet, tortosq; Ixionis angues.] *Potest videri hîc sententia ambigua: quia & angues interpretari potest aliquis rotã:* Et non exsuperabile *saxum* Ixionis. *Sed nec per rotam & saxum, aliud esse supplicium. Sentit enim, illum à furiã, vt Pirithoum vrgeri epulis regij apparatus, quarum primæ incendantur, & motu impendentis saxi vrgeri: cùm ait;*

Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumq;,
Quos super atra silex iamiam lapsura cadenti
Imminet adsimiles.

Sed significatio horũ versuum ferè hæc est: Quisquis *inuiderit huic operi, debebit timere post excessum vitæ supplicia, quæ pati existimãtur defuncti, et furias. Cocytus aũt palus est inferorũ, & Styx. Styga si diceret seuẽram, intellexerimus eam ob hoc dici, quòd eius religio teneat deos: per eam enim iurare credũtur. Sed Cocyti amnem dicit: quia à luctuosã voce appellatur.* Seuerum *aũt, significat tristem: quod proprium est morti.* INTEREA Dryadũ syluas, saltusq; sequamur Intactos.] *hoc est, scribamus carmen agreste, imperatum à Mæcenate.*

ORTOS'QVE Ixionis angues, Immanemque rotam.] *In Romano libro,* Orbes *legitur. In alijs,* Tortos angues, *quod agnoscit Seruius.* VAR. LECT.

Intactos, tua Mæcenas haud mollia iussa.
Te sinè nil altum mens inchoat. en age segneis
Rumpe moras; vocat ingenti clamore Cithæron,
Taygetiq; canes, domitrixq; Epidaurus equorum,
Et vox assensu nemorum ingeminata remugit.
Mox tamen ardenteis accingar dicere pugnas
Cæsaris, & nomen famâ tot ferre per annos,
Tithoni primâ quot abest ab origine Cæsar.
Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmæ
Pascit equos; seu quis forteis ad aratra iuuencos,
Corpora præcipuè matrum legat: optima toruæ
Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix,
Et crurum tenus à mento palearia pendent.
Tum longo nullus lateri modus; omnia magna:
Pes etiam, & camuris hirtæ sub cornibus aures.
Nec mihi displiceat maculis insignis & albo;
Aut iuga detrectans, interdumq; aspera cornu,
Et faciem tauro propior; quæq; ardua tota,
Et gradiens imâ verrit vestigia caudâ.
Ætas Lucinam, iustosq; pati Hymenæos,
Desinit ante decem, post quattuor incipit annos:

SER. HAVD mollia iussa.] *non leuia; sed quæ felicitatẽ habere possint, aut debeant. & subaudi,* Sequamur, *à præcedẽte versu; id est, prosequamur.* TE sinè nil altũ mens inchoat.] *Ac si diceret: nõ meo ingenio, sed tuo fretus imperio, ad hoc carmẽ accessi.* Vocat ingẽti cla-

C more Cithęron.] *id est, hortantur nos ad scribendum illi mõtes, qui animalibus sunt referti. Cithæron aũt, pars est Parnasii.* TAYGETI'QVE canes.] *id est, Lacones. nam Taygeta, ciuitas Laconiæ est. Et hoc ideò, q a dicturus est:* Nec tibi cura canũ fuerit postrema. DOMITRIX'QVE Epidaurus equorum.] *Epiri ciuitas est, equis nobilissima.* INGEMINATA.] *id est, duplicata per echo. alibi:* Non canimus surdis, respondẽt omnia syluæ. MOX tamen. *id est, postquam Georgica scripsero.* ARDENTEIS dicere pugnas Cęsaris.] Ardenteis pugnas, *legendũ. nam malè quidã* Ardentis Cæsaris *accipiunt: vt* Is *communis sit syllaba.* TITHONI primâ quot abest ab origine Cęsar.] *id est, facta Cæsaris tot annis celebrabuntur; quot anni sunt ab eo vsq; ad mundi principium. Et modò Tithonum pro Sole posuit, id est, pro Titane. Nam Tithonus Laomedontis frater fuit, quem prælianteṁ Aurora dilexit, & rapuit: à quo, vsq; ad Cæsarem, valde multum temporis est.* SEV quis Olympiacę.] *Dicturus est de armentis & gregibus. Armenta autem, sunt equorum & boum; quòd hæc animalia apta sunt armis: vt scutis boum coria, equi prælio. Greges verò capellarũ & ouiũ sunt. Ipse paulò pòst:* Hoc satis armentis; superat pars altera curę Lanigeros agitare greges, hirtasq; capellas. *Hæc tamẽ, armenta scilicet & greges, sciendũ, q plerunq; cõfudit authoritas.* OLYMPIACÆ miratus p̃mia palmæ.] *studiosus curulis certaminis, quod gerit̃ ad Pisam, in honorẽ Iouis Olympici.* PASCIT equos.] *i. amãs curule certamen, pascit equos ei rei aptos.* SEV quis forteis ad aratra iuuẽcos.] *i. siue aliqs studiũ habeat arãdi; & idcircò curam gerat.* CORPORA pręcipuè matrũ legat.] *id est, magis matrũ. per quod ostẽditur, etiã patrum corpora esse requirẽda.* OPTIMA toruę Forma bouis.] *paulò pòst:* Et faciẽ tauro propior, *id est, tauro similis.* Toruæ *autem, terribilis.* TVRPE caput.] *i. magnum: vt,* Turpes pascit sub gurgite phocas. PLVRIMA ceruix.] *lõga: vt,* Cùm se nux plurima syluis Induit in florem. CRVRVM tenus.] *vsque ad crura. & modò* Tenus *est aduerbium. Nam si esset præpositio, ablatiuo cohæreret.* PALEARIA.] *sunt pelles dependentes ex gutture.* NVLLVS lateri modus.] *id est, habet latus grande & longum. & non dicit illum habere modum; vt ostendat, quò maior fuerit, eò bouem maiorem.* OMNIA magna.] *omnia eius membra magna sint.* PES etiam.] *subaudi, sit magnus.* CAMVRIS cornibus.] *id est, curuis. vnde & cameræ appellatæ sunt. Præcipit aũt, aures & magnas & hirsutas esse debere. Camuri enim boum sunt,* qui corn

qui conuersa introrsum cornua habent: quibus contrarij patuli, qui cornua diuersa habent, quorumq́; cornua terram spectãt: his contrarij licini, qui cornua sursum versus reflexa habent. NEC mihi displiceat.] *λιτότης figura est: id est, valde placeat. vt,* Munera nec sperno. FACIEM.] *imaginē, & similitudinē totam.* LVCINAM iustosq; pati Hymenæos.] *ὕστερον πρότερον: antè enim est, Hymenæos pati; pòst Lucina obsequitur. Item ὕστερον πρότερον est,* Desinit ante decem, post quattuor incipit annos. *antè enim incipit; pòst desinit.*

POM. Sabi. INTACTOS.] *non antea scriptos à Latinis in carmine.* IVSSA.] *ista tua sunt gratia, ô Mæcenas.* TE sinè.] *sinè nomine & auxilio tuo.* RVMPE moras.] *& præsta mihi fauorem.* CYTHÆRON.] *mons, qui imminet Thebis Bœotiæ, vbi sunt optima pecorum pascua. id est, res rustica reuocat me.* TAYGETI.] *Laconici, qui sunt laudatissimi. Taygetus, est mons Laconiæ.* EPIDAVRVS.] *vbi sunt optimi equi. oppidum est in Epiro.* REMVGIT.] *mugitum facit, & resonat.* INGEMINATA.] *maior facta, & duplicata.* ARDENTES.] *concitatas.* TITHONI.] *ab eo tempore, quo dies illuxit è Chao, origo Tithoni & Auroræ fuit: siue respiciat ad fabulam: & intellige, à tempore Laomedontis. Tithonus, filius Laomedontis fuit.* FERRE nomen.] *famam & decus Augusti Cæsaris.* AB origine.] *mundi.* SEV quis Olympiacæ.] *Incipit dare præcepta de equis, & alijs animalibus.* PALMÆ Olympiacæ.] *hoc dicit propter equos. id est, seu aliquis vult alere equos, vt currant: quia sub Olympo fiebant ludi ex cursibus equorum.* LEGAT.] *eligat boues, vaccas.* OPTIMA.] *Incipit declarare, quo modo debeat esse vacca.* ILLIVS vaccæ.] *scilicet, quæ habet horrorem tauri.* TORVÆ.] *horrendæ.* TVRPE caput.] *propter toruitatem: id est, horridum caput, & portentosum.* PLVRIMA ceruix.] *torosa.* PALEARE.] *pellis dicitur, quæ dependet à gutture vsque ad genua.* CRVRVM tenus.] *vsque ad crura.* LONGO.] *porrecto.* NVLLVS modus.] *nulla compositio, nulla mensura.* HIRTÆ.] *nigræ & pilosæ.* CAMVRIS.] *curuis cornibus. Camurum, curuum dicebant. Columella sic describit:* Matres vaccæ probantur altitudine formæ, longeq; maximis vteris, frontibus latissimis, oculis nigris & patentibus, cornibus venustis ac leuibus & nigrantibus, pilosis auribus, compressis malis, palearibus & caudis promissis, amplissimis vngulis, modicis cruribus. A BOS.] *scilicet, quæ habebit maculas.* DETRECTANS.] *quæ est potens, & nolens subire aratrum.* ASPERA.] *sit pugnax.* FACIE.] *in faciem.* ARDVA.] *alta, procera.* VERRAT.] *purget vestigia.* CAVDA.] *id est, cauda sit longa.* ÆTAS.] *quámuis etiam in vaccis probatur partus à tertio anno, vt Columella ait; & post decimum annum probatur, propter senectutem.* LVCINAM.] *partum & nuptias.*

PROB. VOCAT ingenti clamore Cithæron, Taygetique canes, &c.] *Cithæron, mons est Bœotiæ: ibi arcana Liberi patris sacra celebrantur tertio quôque anno, quæ Trieterica dicuntur. Existimatur autem Liber esse cum Musis: & ideò ex hederâ, fronde eius, corona poëtis datur. Nunc idcirco vocari se eius sacris vult accipi, quòd & de vitibus præceperit.* Taygetos canes, *dicit Laconicos, à Taygeto monte Laconices.* EPIDAVRVS.] *est Peloponnesi, vnde optimi & generosissimi equi exeunt.* MOX tamen ardentis accingar, &c.] *Pollicetur, se quoque Cæsaris Octauij, qui postea Augustus cognominatus est, scripturum victoriam.* B *Et quidam putant, cum promissis fidem destituisse: ignorantes, non quidem πθεξαμένως acta eius scripsisse; sed tamen non claudicare, quantum ad fidei pertinet vinculum. In VIII. enim, descripsit in Clypeo eius pugnam, & Actiacum bellum, quod est gestum cum Antonio.* Tithonus *autem, fuit Laomedontis filius, frater Priami: qui existimatur ab aurorâ adamatus: vxorem enim eam habuisse. Priami autem filia Creusa, Aeneæ vxor, mater Ascanij; à quo genere ad Cæsarē peruenit.* ÆTAS Lucinam, iustosq; pati Hymenæos, Desinit ante decem, post quattuor incipit annos.] *Ex Lucinâ partus; ex Hymenæo concubitus accipimus. Itaq; hoc ait: Post annum 4. & intra 10. ad concipiendum esse vtiles boues; extra finem hunc, parùm.*

VAR. Lect. ET faciem tauro propior.] *In libro Longobardico,* Proprior *legitur. Sed vulgata lectio,* Propior, *à propè, castior est.* DESINIT ante decem.] *In Longobardico,* Desinet, *futuro tempore legitur.*

Cætera nec fœturæ habilis, nec fortis aratris.
Interea, superat gregibus dum læta iuuentus,
Solue mares: mitte in Venerem pecuaria primus,
Atq; aliam ex aliâ generando suffice prolem.
Optima quæq; dies miseris mortalibus æui
Prima fugit: subeunt morbi, tristisq; senectus,
Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.
Semper erunt, quarum mutari corpora malis.
Semper enim refice: ac, ne post amissa requiras,
Antè veni, & sobolem armento sortire quotannis.
Necnon & pecori est idem delectus equino.
Tu modò, quos in spem statuis summittere gentis,
Præcipuum iam indè à teneris impende laborem.
Continuò pecoris generosi pullus in aruis
Altiùs ingreditur, & mollia crura reponit:
Primus & ire viam, & fluuios tentare minaces
Audet, & ignoto sese committere ponto:
Nec vanos horret strepitus. illi ardua ceruix,
Argutumq; caput, breuis aluus, obesaq; terga.
Luxuriatq; toris animosum pectus: honesti
Spadices, glaucique; color deterrimus albis,
Et giluo. tum, si qua sonum procul arma dedêre,
Stare loco nescit, micat auribus, & tremit artus,
Collectumq; premens voluit sub naribus ignem:
Densa iuba, & dextro iactata recumbit in armo.
At duplex agitur per lumbos spina; cauatq;
Tellurem, & solido grauiter sonat vngula cornu.
Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis

SER. CÆTERA.] *scilicet ætas, quæ est vel ante quartũ, vel post decimũ annum. Et bene ostēdit, per hæc quoq; tēpora posse quidē armentis, sed inutiliter prouenire fœturam.* SVPERAT gregibus dum læta iuuētus.] *dum suppetit. & dicit, iuuenili eas ætate debere concũbere: quia citò deficiunt, & meliora tēpora depereunt.* PECVARIA.] *ab eo, quod est pecuare, venit. Nã pecua, vt ait in Põpeianâ Cicero, ab eo quod est pecu, venit: vt genu, genua.* SVFFICE pro'c.] *subministra. vnde & Suffectos consules dicimus.* OPTIMA quæq; dies.] *Hæc sentētia nõ solùm ad animalia pertinet; sed generaliter ad omnia.* SVBEVNT morbi, tristisq; senectus.] *Naturalē ordinē tenuit, dicens; aduenire morbos, pòst senectutē ad vltimum mortem.* INCLEMENTIA mortis.] *inexorabilitas, & duritiesc.* C SEMPER enim refice.] *vacat* Enim. *Sanè dicit, anteueniendum esse, vt, antequam pereant, reparentur armenta.* SOBOLEM arm ēto sortire.] *substitue, subministra. Et est verbum iudiciorum: nam subsortiti dicuntur iudices, qui occupatorum funguntur officio.* EST idem pecori delectus equino.] *id est, vt habeant matres optimas.* IN spem statues summittere.] *id est, quosvis admissarios fieri. Notanda sanè exquisita varietas. nam vt in bobus matres antè describit; ita in equis admissarios antè commemorat.* PRÆCIPVVM.] *maximum.* A' teneris.] *ex quo primùm oriuntur, & teneri sunt.* IMPENDE laborem.] *scilicet, vt ab ipsâ primùm ætate eligas.* CONTINVO'.] *in primordio, vt ambulare incipit.*

PECORIS

Digitized by Google

A PECORIS generosi pullus.] *id est, qui ex optimo genere descendit.* ALTIV`S ingreditur.] *cum exsultatione quadam incedit.* MOLLIA crura reponit.] *Ennius de gruibus:* Perq; fabam repunt, & mollia crura reponunt. PRIMVS & ire viam.] *matris praeire vestigia.* IGNOTO ponti.] *per quem nunquam transierat.* COMMITTERE.] *credere se & ingredi. Et bis idem dixit: nam,* Fluuios tentare minaces, *hoc est,* Ignoto se committere ponti. NEC vanos horret strepitus.] *id est, non facilè pauescit.* ARDVA ceruix.] *alta.* ARGVTVM.] *breue.* LVXVRIAT'QVE toris animosum pectus.] *torosum, & eminens pulpis.* SPADICES.] *phœniciatos vcant: id est, professos myrteos. ipsi sunt badij.* GLAVCI.] *sunt felineis oculis: id est, quodã splendore perfusi.* COLOR deterrimus albis, Et giluo.] *Atqui alibi ait:* Qui candore niueis anteirent. *Sed aliud est, Candidũ esse, id est, quadã nitenti luce perfusum: aliud, album; quod pallori cõstat esse vicinũ.* Giluus *autem est melinus color, quẽ vulgò fuluum vocant. Multi ita legunt,* Albis & giluo: *vt non album vel giluum; sed albogilium vituperet: quod falsum est. quòd si singuli colores vituperandi sunt; quanto magis mixtus vtroq; id est, albogiluus.* TREMIT

B artus.] *Figuratè, pro, Artubus tremit.* VOLVIT sub naribus ignẽ.] *flatu indicat magnanimitatẽ suam.* AT duplex agitur per lumbos spina.] *Aut reuerâ duplex, aut lata. vt alibi:* Duplicem gemmis auroq; coronam. *Item:* Et duplici aptantur dentalia dorso. TALIS Amyclæi domitus Pollucis habenis Cyllarus.] *Atqui Castor domitor equorũ fuit: sed fratrẽ pro fratre posuit, poëticâ licentiâ. vt,* Quas illi Philomela dapes, *pro Progne. item:* Reuocato à sanguine Teucri, *pro Dardani. Aut certè ideò Pollucẽ pro Castore posuit: quia ambo licèter, & Castores, & Pollucer, vocantur. nam & ludi, & templũ, & stellæ Castorum vocantur.*

POM. Sabi. CÆTERA.] *ætas.* HABILIS.] *apta.* FOETVRÆ.] *partui & generationi.* INTEREA dum superat.] *dum animalia erunt in iuuentâ, fac meant.* PECVARIA.] *ipsa pecora.* SVFFICE.] *subministra.* OPTIMA quæq; dies.] *dũ iuuenilis est ætas, insistendũ est generationi.* TRISTIS.] *mœsta, propter frigiditatem.* RAPIT.] *raptim venit.* SOBOLEM sortire.] *substitue per sortẽ.* NEC non & pecori.] *equino; equis, quos eligere debemus.* GENTIS.] *equinæ scilicet.* A` teneris.] *annis scilicet; quando equi sunt pulli. Gentem capit pro grege.* CONTINVO`.] *statim à primis annis.* PVL

C LVS.] *equinus, qui est ex generoso admissario & equâ.* ALTIV`S.] *superbè ambulat.* MOLLIA reponit.] *iterum ponit, & molliter ambulat.* MINACES.] *turbidos & tumidos.* PONTI.] *quia priùs non audent transire pontem.* IGNOTO.] *non antea viso, & per quem priùs iter non fecerat: quia multi equi in pontibus expauescunt.* ARDVA.] *latum & sublime collum.* ARGVTVM.] *breue caput. Columella ait:* Corporis verò forma constabit exiguo capite; nigris oculis, apertis & breuibus auriculis, & arrectis sempenceruice molli latâq;, nec longâ; densâ iubâ, & in dextram partem profusâ; lato & musculorũ toris numeroso pectore; grandibus armis & rectis; lateribus inflexis; spinâ duplici, ventre subacto; testiculis paribus & exiguis; latis lumbis & subridentibus, id est, pulchris & pinguibus; caudâ longâ & sectâ, crispâq;; mollibus atq; altis rectisq; cruribus; terete genu, paruoq;, neq; introrsus spectanti; rotundisq; clunibus; femoribus torosis ac numerosis; duris vngulis, & altis, & concauis, rotundisq;, quibus coronæ mediocres suppositæ sint. corpus ipsum sit generale, sublime, erectum, aspectu quoq; agile: longitudo, quantũ natura permittit. *Idem Columella ait:* Cùm verò natus est pullus equinus, confestim licet indolem æstimare: si hilaris; si intrepidus; si neque conspectu nouæ rei auditúve terretur; si ante gregem procurrit; si lasciuiâ, & alacritate, interdum & cursu æquales exsuperat, si fossam sine cunctatione transilit, pontem flumenq; transcendit. hæc erunt honesti animi documenta. *Plinius ait:* Equorum quales maximè legi oporteat, pulcherrimè quidem à Vergilio vate absolutum est. BREVIS aluus.] *non ventricosus.* TERGA.] *lumbi pingues.* LVXVRIAT.] *id est, pectus debet esse torosum, & amplum.* HONESTI.] *qui merentur honorẽ.* SPADICES.] *phœnicei. à vetustis Siculis palma appellabatur spadix; à Græcis phœnix. Gellius ait:* Spadicem Dorici vocãt auulsum è palmâ termitem, cũ fructu. *Spadiceus color, appellatur Latinè rutilans.* GLAVCI.] *subnigricantes. quia color glaucus, est adeò niger, vt videatur tendere ad rutilum.* DETERRIMVS albis.] *Vergilius nimis curiosè, & meliùs superstitiosè loquitur de coloribus. nam in quocunq; colore possunt esse optimi equi: & sic econtrà.* GILVO.] *giluus color est cinericius.* TREMIT art9.] *per mẽbra.* IGNEM.] *ardorem.* ARMO.] *in humero dextro.* DVPLEX spina.] *vt significet equi fortitudinem.* CAVAT tellurem.] *& per hoc, non sit piger equus.*

PROB. SPADICES.] *Palmæ, cuius iam deficit color. colorem dicit. Siculi enim palmam, quam Græci phœnica appellant, vocant spadica. Spadix verò color est, quem Leucopyrum vocant: hoc est, albus & fuscus. Glaucus autem color, viridis.* TALIS Amyclæi domitus Pollucis habenis Cyllarus.] *Amycle oppidum est Laconices; vt refert Homerus, in Catalogo ducum qui ad Troiam accesserunt. Pollux autem & Castor, Lacedæmone nati sunt: qui existimantur equos accepisse à Iunone, muneris nomine, Xanthum & Cyllarum; quos ei Neptunus donauerat. Martis equi dicuntur Dimos & Phobos, Homero autore: Achillis, Xanthus & Aethon.* Qvidam *quatuor putant; & eis adiungunt Podardũ & Lampum. Sed eis, qui duos credunt, hæc eorum epitheta esse persuasum est.*

VAR. Lect. QVARVM mutari corpora mauis.] *In antiq. lib.* Malis *est: quod venustius videtur.* ANTE` veni, & sobolẽ armento quotannis.] *In Mediceo, & in Longobardico, absque Et,* Antè ven: sobolem. *In aliquot libris,* Anteueni, *vnica dictio.* QVOS in spem statuis submittere gentis.] *In Romano libro, & in quibusdam alijs,* Statues, *futuro tempore legitur. Ita correctum in Mediceo.* ET ignoto sese committere ponto.] *In Romano, in Longobardico, & quibusdam alijs, vno consensu* Ponti *legitur.* COLLECTVM'QVE fremens voluit sub naribus ignem.] *In Mediceo libro correctum est,* Fremens. *Sedenim priùs rectè,* Premens *scriptum erat; vt in alijs emendatioribus habetur.* ET solido grauiter sonat vngula cornu.] *In Romano,* Quatit vngula, *habetur. Sed magis placet,* Sonat.

CAEL. Rhod. *Verùm, vt in Grammaticorum etiam diuertamus hortulos, quando & ibi dij sunt; ne quis protinùs obijciat, ollas ostentari à nobis: sciendum est, Iridis nomine nonnunquam placentæ intellig: speciem; sed & lapides cristallini generis: & aromaticam item herbam, quæ à Romanis dicatur radix marica; ab alijs etiam consecratrix; ab Aegyptijs verò nar. Eius etiam commeminit Plinius. sed (vt auctor est Dioscorides) à similitudine cœlestis iridis appellatio ducta. Floret enim habet, mirâ distinctos varietate. tùm enim pallent aut albent; tùm melinum præferunt colorem, quem luteum interpretantur. quod ex Plinio euidentissimum, ac Dioscoride: qui forba, id est, δαμιλ[ον]α, id est, colorem præferentia luteum: Apud Athenæum, Ephesiorum satrapes dicuntur fuisse melini & purpurei. sunt autem eo nomine tunicæ. Quámuis etiam à Melo insulâ, pro candido accipiatur Plinio, Plutarcho, cæteris. Nec ignoro, Seruium, Georgicôn tertio, giluum, colorem melinum interpretari; Giluum verò, sunt qui ex Palladio cinericium accipiant. Virgilius:*

—glauciq; color deterrimus albis,
Et giluo.—

Cyllarus:&,quorum Graij meminère Poetæ,
Martis equi biiuges; & magni currus Achillis.
Talis & ipse iubam ceruice effudit equinâ,
Coniugis aduentu pernix Saturnus:& altum
Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto.
Hunc quoq;, vbi aut morbo grauis,aut iam segnior añis
Deficit,abde domo:nec turpi ignosce senectæ.
Frigidus in Venerem senior: frustraq; laborem
Ingratum trahit: &,si quando ad prælia ventum est,
Vt quondam in stipulis magnus sine viribus ignis,
Incassum furit. Ergo animos,æuumq; notabis
Præcipuè:hinc alias artes,prolemq; parentum:
Et quis cuiq; dolor victo:quæ gloria palmæ.
Nonne vides, cùm præcipiti certamine campum
Corripuêre, ruuntq; effusi carcere currus:
Cùm spes arrectæ iuuenum, exsultantiaq; haurit
Corda pauor pulsans:illi instant verbere torto,
Et proni dant lora:volat vi feruidus axis?
Iamq; humiles,iamq; elati sublime videntur
Aëra per vacuum ferri,atq; assurgere in auras.
Nec mora,nec requies: at fuluæ nimbus arenæ
Tollitur:humescunt spumis, flatuq; sequentum.
Tantus amor laudum,tantæ est victoria curæ.
Primus Erichthonius currus,& quattuor ausus

SER. MARTIS equi.] *Δεῖμος & φόβος.* ET magni currus Achillis.] *Balius, & Xanthus.* CONIVGIS aduentu pernix Saturnus.] *Dum cum amicâ Philyra Saturnus coiret, Ops eius vxor aduenit. cuius præsentiam veritus, se in equum conuertit, qualem potuit numen imitari. exinde natus est Chiron, dimidiâ parte homo, dimidiâ equus. atq; ita vterq; opprobrium effugerunt. Sanè Ops, cùm de vxore Saturni dicimus, o corripitur; vt Ops opis. Cùm verò de Nymphâ dicimus, Opis longa est: vt,* Opis ad æthereum pennis aufertur Olympũ. Per- nix *autem, ad equum refertur: nam Saturni stella tardissima est. Quidam Philyram in florem conuersam dicũt, vel in arborem: vnde liber Philyrinus, quo coronæ alligantur.* PELION.] *montem Thessaliæ, in quo Chiron habitauit.* HVNC quoq;.] *licèt bonum, & tot signis probatum.* VBI aut morbo grauis, aut iam segnior annis Deficit.] *Duo sunt, quibus minuuntur corporis vires: senectus, & morbus. vnde mirè vtrumq; complexus est.* ABDE domo.] *in domo. nam si aduerbialiter vellet loqui,* Domi *diceret. Tale est illud in quarto:* Non Libyæ, non antè Tyro. NEC turpi ignosce senectæ.] *Cicero in Catone maiore, & laudat, & vituperat senectutẽ. Vnde dupliciter hũc locũ intelligimus. aut, Nec ignosce turpi senectæ: aut, Nõ turpi senectæ ignosce. i. abde, & ignosce senectæ, quæ turpis non est: quia per naturam venit.* FRIGIDVS.] *iam per senectutem. adhuc quidem vult concumbere, sed impeditur defectu virium.* FRVSTRAQVE laborem.] *difficilem & irritum.* SI quando ad prælia ventum est.] *alibi:* Nocturnaque bella. ANIMOS, æuumq; notabis Præcipuè.] *Ante omnia ætatem & magnanimitatem requires; pòst cætera, parentes & studium.* ET quis cuiq; dolor victo, quæ gloria palmæ.] *Vult probare, moueri equos, vel amissione, vel acquisitione victoriæ. nam eò tendit sequens iste decursus. Vnde est paulò pòst:* Tantus amor laudum, tantæ victoria curæ. *Lucanus:* Quàntum clamore iuuatur Eleus sonipes. RVVNTQVE effusi carcere currus.] *Vsurpatiuè, pro* carceribus: *qui ab arcẽdo dicti sunt. nam Carcer est custodia noxiorum.* IVVENVM.] *aurigarum, vel spectantium.* HAVRIT.] *ferit: vt,* Latus haurit apertum. VERBERE torto.] *frequenti scilicet iteratione.* VOLAT vi feruidus axis.] *alibi:* Frænaq;, feruenteis rotas. *nam tàm rotæ, quàm axis, cursu calescunt.* PRIMVS Erichthonius.] *Vulcanus, impetrato à Ioue Mineruæ coniugio, illâ reluctante, effectum libidinis proiecit in terram. indè natus est puer draconteis pedibus: qui appellatus est Erichthonius; quasi de terrâ & lite procreatus. nam ἔρις est lis, & χθὼν terra. Hic, ad tegendam pedum fœditatem, iunctis equis vsus est curru: quò tegeret sui corporis turpitudinem. De hoc Varro, in libro qui Mirabilium inscribitur: Erichthonium primùm quatuor iunxisse equos ludis,*

A

qui Panathenaicâ appellantur.

POM. Sabi. CYLLARVS.] *fuit equus Castoris & Pollucis.* AMYCLÆ.] *Amyclæ est ciuitas Laconiæ, vbi regnauit Leda, mater Castoris & Pollucis.* HABENIS.] *scilicet frænis. Saturnus Philyrã, Oceani & Tethyos filiam, adamauit. virgo, vt stuprum vitaret, in equam se mutauit. Saturnus statim in admissarium se conuertit; & ita virginem de lusit atq; cõpressit. ex concubitu natus fuit Chiron.* CONIVGIS.] *Opis.* ACVTO.] *stridulâ voce.* PELION.] *Thessaliæ montem.* DEFICIT.] *ab ardore iuuenili.* B DOMO.] *operibus domesticis.* IGNOSCE.] *non parcas æquo seni.* IN Venerem.] *ad ineundũ est tardus.* INGRATVM.] *propter ætatem.* ET si quando.] *Probat per comparationem.* INCASSVM.] *frustra.* PRÆLIA.] *id est, ad arma. aut, prælia, ad concubitum.* HINC.] *postea.* PALMÆ.] *victoriæ.* NONNE vides.] *Dat similitudinem.* PRÆCIPITI certamine.] *veloci. & hoc dicit, propter ludos Circenses.* CARCERE.] *è loco vbi sunt inclusi, priusquam currant.* IVVENVM.] *aurigarum.* HAVRIT.] *ferit, propter laudem futuram.* VERBERE torto.] *flagello.* VI.] *potentiâ.* FERVIDVS.] *velox.* HVMILES.] *qui sequuntur.* ELATI.] *qui præcedunt.* NIMBVS.] *propter vngulam equorum excitatur arena.* ERICHTHONIVS.] *filius Vulcani & Terræ, in Atticâ regione, primus inuenit quadrigam: vt occultaret pedes, quos anguinos habebat. Victor primus ipse fuit, qui pugnauit cum curru. indè ludi Circenses instituti fuerunt.*

PROB. C TALIS & ipse iubam ceruice effudit equinâ Coniugis aduentu pernix Saturnus.] *Saturnus Philyram, Oceani & Thetyos filiam, existimatur adamâsse. & cùm ea se mutâsset in equam: vt eum falleret; ille quoque in equum transfiguratus, cum eâ concubuit. ex quibus natus est Chiron, doctissimus centaurus.* Pelio, *est Thessaliæ mont.*

VAR. LECT. IVBAM ceruice effudit equinâ.] *In Romano, & quibusdam alijs,* Effundit, *præsenti tempore legitur. In aliquot alijs,* Fudit. *sed* Effudit *legendum de præterito, ipse narrationis ordo exposcere videtur.* AVT iam segnior annis Deficit.] *In Romano libro,* Segnior ætas, *legitur.* VT quondam in stipulis.] *In Romano libro legitur,* In stipulâ, *vnitatis numero. In alijs, plurale est.* CVM præcipiti certamine campum Corripuêre, ruuntq;.] *In veteribus aliquot exemplaribus,* Præcipiti conamine *legitur. In ijsdem antiquis notatum est,* Corripuêre, ruuntque. ATQVE assurgere in auras.] *In Romano libro,* Exsurgere, *legitur. In Long. & in Oblongo,* Insurgere. *In reliquis,* Assurgere. *& hoc magis receptum. Legas etiam in aliquot ex his antiquis;* In aures. *sed* Auras, *omninò casta lectio.*

Iungere equos, rapidisq; rotis insistere victor.
Fræna Peletronij Lapithæ,gyrosq; dedêre
Impositi dorso,atq; equidem docuêre sub armis
Insultare solo,& gressus glomerare superbos.

SER. RAPIDVS.] *velox.* VICTOR.] *propositi sui effector.* FRÆNA Peletronij.] *Peletronium*

oppidum est Thessaliæ, vbi primùm domandorum equorum vsus inuentus est. Nam cùm quidam Thessalus

Digitized by Google

Æquus vterq; labor: æquè iuuenemq; magistri
Exquirunt, calidumq; animis, & cursibus acrem.
Quàmuis sæpe fugâ versos ille egerit hosteis,
Et patriam Epirum referat, forteisq; Mycenas,
Neptuniq; ipsâ deducat origine gentem.
His animaduersis instant sub tempus, & omneis
Impendunt curas denso distendere pingui,
Quem legêre ducem, & pecori dixêre maritum:
Pubenteisq; secant herbas; fluuiosq; ministrant,
Farraq; : ne blando nequeant superesse labori,
Inualidiq; patrum referant ieiunia nati.
Ipsa autem macie tenuant armenta volentes:
Atq; vbi concubitus primos iam nota voluptas
Sollicitat, frondesq; negant, & fontibus arcent.
Sæpe etiam cursu quatiunt, & sole fatigant,
Cùm grauiter tonsis gemit area frugibus, & cùm
Surgentem ad Zephyrum paleæ iactantur inanes.
Hoc faciunt, nimio ne luxu obtusior vsus
Sit genitali aruo, sulcosq; oblimet inerteis:
Sed rapiat sitiens Venerem, interiusq; recondat.

A *saluti rex, bobus æstro exagitatis, satellites suos ad eos reuocandos ire iussisset, illiq; cursu non sufficerent: ascenderunt equos, & eorum velocitate boues secuti, eos stimulis ad tecta reuocarunt. Sed hi visi, aut cùm irent velociter, aut cum eorum equi circa flumen Peneon potarent, capitibus inclinatis, locum fabulæ dederunt; vt Cêtauri esse crederentur. qui dicti sunt centauri, ἀπὸ τοῦ κεντεῖν τοὺς ταύρους. Alij dicunt, Centaurorũ fabulam esse cõfictam, ad exprimendam humanæ vitæ velocitatem: quia equum constat esse velocissimum. Bene autem ait,* Peletronij: *quia sunt & alij Lapithæ.* EQVI-

B TEM docuêre.] *id est, equum. nam pro equo, rectori posuit.* GRESSVS glomerare superbos.] *vt cum disciplinâ incederet.* VTERQVE labor.] *& sub iugum mittere, & subuertere frenum.* QVAMVIS sæpè fugâ.] *Ordo est: Quàmuis sæpè victor fuerit, quàmuis nobili genere procreatus; tamen à magistris ætas est magnanimitasq; requirenda: quæ si non fuerint, illa nihil prosunt.* ET patriam Epirum referat.] *Quia in Epiro sunt equæ optimæ, quibus exercetur curule certamen Iouis Olympici.* NEPTVNIQVE ipsâ deducat origine gentem.] *id est, si sit procreatus ab equo Neptuni; qui editus est tridentis percussione.* HIS animaduersis.] *moribus & ætate deprehensis.* INSTANT sub tempus] *coëundi scilicet: quo eis cura maior adhibeatur.* DENSO distendere pingui.] *non laxo: quod quibusdam potionibus agasones per fraudem facere consueuerunt. unde ait;* Denso pingui, *id est, viribus pleno. Sanè* Pingue *generis est neutri: & ita in omnibus idoneis inuenitur. nam nec pinguedo, nec pinguetudo, latinum est.* DIXERE.] *pro, designauêre. Cicero de republicâ:* Sic de accusatore lege quintâ dictâ, *id est, designatâ. & Horatius:* Quem Venus arbitrium Dicit bibendi, *pro, designat.*

C PVBENTESQVE secant herbas.] *adultas, maturiores; quibus robur acquiritur.* NE blando nequeat superesse labori.] *Periphrasis est coitus.* IEIVNIA.] *infirmitatem ex inediâ venientem.* NOTA voluptas.] *Dicendo* Nota, *per transitum rem ab alijs diligenter expressam tetigit. Nam equæ pullæ, cùm primùm coëunt, si macræ sint, & debilitantur, & debiles gignunt: post primum autem partum, tenues esse debent.* FRONDESQVE negant.] *contra illud:* Pubentesq; secant herbas, fluuiosq; ministrant. FONTIBVS arcent.] *id est, à potu etiam prohibent.* CVRSV quatiunt.] *currere faciunt.* SOLE fatigant.] *calore faciunt laborare.* CVM grauiter tunsis.] *hoc est, die medio. Hoc autem ad exprimendum diei tempus est positum; non quòd equæ tempore æstatis coëant.* HOC faciunt nimio ne luxu.] *Nimio pingui. & bene rem turpem, apertè à Lucretio tractatam, vitauit translationibus; quas omnes ab agriculturâ traxit.* LVXV.] *propter luxuriem segetum.* GENITALI aruo.] *pro muliebri folliculo, quem vuluam vocant. vt etiam Plinius docet: nam antè folliculus dicebatur.* SVL-

COS oblimet inertes.] *claudat meatus. & hoc similiter per translationem dixit. nam legimus suprà:* ET obducto latè tenet omnia limo. INTERIVSQVE recôdat.] *id est, intra naturalia secreta & loca, quibus fœtus clauditur.*

FRÆNA Peletronij.] *Peletronij appellantur Thessali, à Peletronio oppido: ab eo, quòd magnam vim herbarum habeant in medicaminibus. unde & Græci glossematici vim & potentiam herbarum trona appellant. Ergo Lapithæ fuerunt primi, qui posuerunt fræna equis: quia vicerunt Centauros.* EQVITEM.] *sessorem in equis.* VTERQVE.] *Erichthonij & Lapitharum.* MAGISTRI.] *electores.* IVVENEM.] *equum.* CALIDVM animis.] *quòd sit animosus.* ACREM.] *quòd bene currat.* ILLE.] *equus.* EPIRVM.] *quia in Epiro sunt optimi equi. Varro probat Peloponnesum & Thessaliam, ad generationem equorum. Vergilius adiungit Epirum. Neptunus, in campis Petreis, qui sunt in Thessalia, impulsu tridentis dicitur emisisse equum.* MYCENAS.] *Peloponnesum & Thessaliam.* HIS animaduersis.] *his cognitis sub tempus ineundi.* DISTENDERE.] *dilatare.* DENSO pingui] *pinguedine.* DVCEM.] *admissarium.* DVXERE.] *seposuêre maritum equarum.* FLVVIOS.] *claram aquam.* FARRA.] *vt sit fortis. ideò dant farraginem: quia far nutrit.* NE nequeant.] *vt non deficiant.* BLANDO.] *venereo labori.* NATI.] *pulli equini.* IEIVNIA.] *famem & imbecillitatem.* VOLENTES.] *ministri, qui volũt præparare equas ad prolem.* ARMENTA.] *equos.* SOLLICITAT.] *quatit.* QVATIVNT.] *impellunt ad cursum.* TVNSIS.] *contusis in areâ pabulis, ab vngulis equarum.* PALEÆ iactantur.] *cùm purgatur triticum.* INANES.] *sine tritico.* ARVO genitali.] *Translatio est: id est, matrici equinæ.* SVLCOS.] *in ipsâ matrice,* OBLIMET inerteis.] *occupet.* VENEREM.] *semen immissum.* INTERIVSQVE recondat.] *in vuluâ & matrice.*

POM. Sabi.

RAPIDISQVE rotis insistere victor.] *In Romano libro legitur,* Rapidus: *quod & Seruius agnoscit.* NEPTVNIQVE ipsâ deducat origine gentem.] *In Romano libro, non* Gentem, *sed* Nomen *legitur.* FLORENTESQVE secant herbas.] *In libris aliquot antiquis legere est,* Pubentesq; : *quale pabulum longè delicatius est. Nam Moderatus, equorum gregibus pascua, mollibus potius, quàm proceris herbis abundantia, præcipit eligenda.* NE blando nequeant superesse labori.] *In Romano, & antiquissimis aliquot libris,* Nequeat *singulari numero legitur. de eo enim loquitur, quem legêre ducem, & pecori dixêre maritum.* FRONDESQVE negant, & fontibus arcent.] *In libris aliquot antiquis perperam omnino,* Frondibus *legitur, sententiâ frustra repetitâ.* VAR. Lect.

Rursus, cura patrum cadere, & succedere matrum
Incipit: exactis grauidæ cùm mensibus errant.
Non illas grauibus quisquam iuga ducere plaustris,
Non saltu superare viam sit passus; & acri
Carpere prata fugâ, fluuiosq; innare rapaces.
Saltibus in vacuis pascant, & plena secundùm

SER. RVRSVS.] *Non pro Iterum, sed Contrà, ponitur.* EXACTIS grauidæ cùm mensibus.] *vicinis partui. tunc enim diligentius tractandæ sunt, ne abigant.*

NON saltu superare viã sit passus.] *Quod solet fieri, cùm pascunt pedibus impeditis.* SALTIBVS in vacuis.] *magnis.* ET plena secundum Flumina.] *ut*

 inclinet-

Fluminamuscos vbi, & viridissima gramine ripa,
Speluncæq; tegant, & saxea procubet vmbra.
Est lucos Silari circa, ilicibusq; virentem
Plurimus alburnum volitans: cui nomen Asilo
Romanum est: Oestrum Graij vertêre vocantes:
Asper, acerba sonans: quo tota exterrita syluis
Diffugiunt armenta: furit mugitibus æther
Concussus, syluæq;, & sicci ripa Tanagri.
Hoc quondam monstro horribileis exercuit iras,
Inachiæ Iuno pestem meditata iuuencæ.
Hunc quoq; (nam medijs feruoribus acrior instat)
Arcebis grauido pecori, armentaq; pasces,
Sole recens orto, aut noctem ducentibus astris.
Post partum cura in vitulos traducitur omnis:
Continuoq; notas, & nomina gentis inurunt:
Et quos aut pecori malint submittere habendo,
Aut aris seruare sacros, aut scindere terram,
Et campum horrentem fractis inuertere glebis.
Cætera pascuntur virides armenta per herbas.
Tu quos ad studium atq; vsum formabis agrestem,
Iam vitulos hortare, viamq; insiste domandi,
Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas.
Ac primùm laxos tenui de vimine circlos
Ceruici subnecte: de hinc, vbi libera colla
Seruitio assuerint, ipsis è torquibus aptos

inclinentur ad potum. EST lucos Silari circa, ilicibusq; virêtem Plurimus alburnum volitans.] *Ordo talis est: Circa lucos Silari fluminis Lucaniæ, & Alburnũ eiusdem montem, plurimus est volitans. ac si diceret; est multa musca.* Volitans aũt, *modò nomẽ est, non participium.* OESTRVM Grauij vertêre vocâtes.] Vertêre, *ex soni sim itu ...* [illegible] *possumus accipere, ex Latinâ linguâ mutauêre: cùm cõstet, Græcam primam fuisse.* Oestrum *autem, græcum est; Latinè asilus: vulgò tabanus vocatur.* CVI nomẽ asilo Romanum est.] *vt,* Cui Remulo cognomen erat. SICCI Tanagri.] *non multum valentis. Tanager autem, fluuius est Lucaniæ. Et Sicci, ad tempus æstatis relatum est: est enim torrens hyeme. & hoc dicit, armentorum mugitu cuncta resonare.* HOC quondam mõstro.] *Argumentatur ab exemplo, dicens: Iunonem œstro se contra pellicem defendisse. Nota autem est fabula: Io, Inachi filiam, ab ipso quidem Ioue, Iunonis aduentu, conuersam esse in vaccam; cui Iuno immisit œstrum: quo toto orbe fatigata, tandem aliquando venit ad Aegyptum, & illic in Isim conuersa est. Transijt autem per mare angustum: quod Bosphoron ab eâ appellatum est; nunc Hellespontus nominatur.* PESTEM meditata iuuencæ.] *vel, quam pestem antè excogitauerat. vel* Meditata, *inferens & exercens accipiamus. Horatius:* Horrendaq; cultis Diluuiem meditatur agris, *id est, infert, exercet. nam & in ipsâ meditatione exercitium est.* HVNC quoque arcebis.] *id est, etiam hoc malum remoue.* NAM medijs feruoribus acrior instat] *tunc est acrior. & dicendo tempus, ostendit quemadmodum possit euitari.* ARCEBIS grauido pecori.] *id est, à grauido pecore. nam Arceo à te dicimus.* SOLO recens orto.] *statim. Sallustius:* Coria recèns detracta veluti glutino adolescebant. POST partum cura in vitulos.] *Modò & de equis, & de bobus, accipimus generaliter.* NOTAS.] *characteres.* PECORI submittere.] *admissarios facere.* HABENDO.] *vt habeatur. vt Lucilius in Trigesimo:* Nonnunquam dabit ipsa ætas, quod possit habendo. CAMPVM horrentem.] [illegible] *sufficerat enim dicere,* Aut scindere terram. CÆTERA pascuntur.] *Per hoc intelligimus, illa omnia, quæ dixi animalia, domi esse seruanda.* TV quos ad studium.] *Locus de bobus domandis.* VIAMQVE insiste domandi.] *institue artem domandi.* MOBILIS ætas.] *id est, flexilis. Hic est sensus: antequam magnitudo virium & perfecta ætas eis sit, eos incipe domare.* CIRCLOS.] *Circus est principale: vnde fit circulus, & per syncopem circlus: sicut periculum à periculo, seclum à seculo.*

POM. Sabi. MATRVM.] *equarum.* IVGA.] *currus.* SALTV.] *ne equæ insiliant.* SIT passus.] *magister scilicet.* FVGA.] *quòd non currant.* VACVIS.] *sinè impedimento.* RVRSVS cura patrum.] *admissariorum.* MATRVM.] *equarum.* EXACTIS mensibus.] *post exactos menses.* ACRI.] *veloci cursu.* RAPACES.] *rapacitas aquarum facit abortiuum.* INNARE.] *natare.* IN vacuis.] *apertis campis. Loca opportuna ad pascendum, vocantur saltus.*

SECVNDVM.] *propè flumina.* MVSCVS.] *lanugo, quæ nascitur in superficie aquarũ.* PLENA flumina.] *penè stagnantia.* GRAMINE.] *vbi est ripa habês herbã: & non sit sicca.* VMBRA saxea.] *speluncæ scilicet.* PROTEGAT.] *defendat.* SILARI.] *Silarus fluuius est Lucaniæ: & nascitur in parte Apennini, & exit ad mare, vbi est Leucosia insula.* ALBVRNVM.] *Alburnus est portus Lucaniæ, ad ostia Silari amnis, vbi sunt multi tabani. Græci appellant Asilum.* CIRCA.] *prope.* PLVRIMVS volitans.] *id est, permulti tabani, qui volant.* VIRENTEM.] *amœnum & iucundum, propter ilices.* OESTRVM Graij vertêre vocâtes.] *œstrus, & asilus, & tabanus, idem est.* ASPER.] *quia concitat animalia.* ACERBA.] *acerbè: nomen pro aduerbio.* QVO.] *tabano.* SYLVIS.] *fugiunt per syluas.* MVGITIBVS.] *quia boues læduntur maximè asilo.* CONCVSSVS.] *quia vox est aër repercussus.* TANAGRI.] *Tanager est, non fluuius, sed torrens, in Lucaniâ: qui non habet aquas, nisi tempore pluuiæ. Est & fluuius Tanager in Aetoliâ. & hoc est, quia primi coloni in Italiâ, & præsertim in Lucanis & Bruttijs, fuerunt Græci.* SICCI.] *quia est torrens.* INACHIÆ.] *Io filia fuit Inachi: quæ compressa à Ioue, conuersa fuit in vaccam à Iunone, admoto tabano; qui eam vsq; in Aegyptum est insecutus, & à pabulis latis expellebat. tranauit maria Io. ideò dicitur Bosphorus Thracius, à transitu bouis, id est, Ius conuersæ in bouem.* MONSTRO.] *quæ nascuntur ex putrefactione, dicuntur monstra.* MEDITATA.] *Iuno cùm cogitasset.* HVNC.] *asilum.* GRAVIDO pecori.] *quia cursu postea agitata animalia læduntur.* ACRIOR.] *mordacior.* RECENS.] *in auror.* NOCTEM ducentibus astris.] *quando astra micant in cœlo.* NOTAS.] *id est, signa imprimunt, vt cognoscantur.* INVRVNT.] *quia ferro ignito fiunt signa.* GENTIS.] *illius cuius sunt armenta.* HABENDO pecori.] *pro procreatione: id est, pro admissarijs & armento sufficiendo.* SACRIS.] *animalia, quæ seruabantur sacrificijs, non signabantur.* TERRAM.] *ad arandum.* ET campum.] *Idem dicit, explicatio est.* CÆTERA pascuntur.] *præter hæc, quæ instituuntur ad aratrum, & sacra.* QVOS ad vsum agrestem.] *ad arandum.* HORTARE.] *exerce eos, cùm sunt vituli.* VIAM.] *rationem.* ANIMI iuuenum.] *iuuencorum.* ÆTAS mobilis.] *apta gubernari, & mollis, & non dura.* CIRCLOS.] *circulos, qui sunt leues in primâ ætate: id est, collaria.* LAXOS.] *non tangentes colla.* TENVI.] *flexibili.* SERVITIO] *collario scilicet.* LIBERA.] *quæ iam liberant.* APTOS.] *idoneos ipsis torquibus.*

PROB. EST lucos Silari circa, &c.] Silarum, *flumen est Lucaniæ: portus* Alburnus; *& eiusdem nominis mons, ad sextum à primis tabernis. Mentionem facit Lucilius hoc versu:* Quattuor hinc ad Silari flumen, portumque Alburnum. ASILO.] *genus est tabani, adeo acer, vt soleat armenta bucera inquietare. Vocatur Græcè œstros. Meminit autem historiæ hoc loco Virgilius, eius, quam Ouidius in primo Metamor. exposuit plenè: referens, Inachi filiam Io, compressam à Ioue, mutatam in vaccam, actam esse per orbem terrarum*

Digitized by Google

A *terrarũ œstro, donec ad flumẽ Nilũ venit: quodq; ibi, mitigata Iunone, finitus sit eius labor. quam Inachiã dicit Vergilius.* ET sicci ripa Tanagri.] *Tanagrus torreis est Lucaniæ. qui, cùm pluuiæ sunt, effusior est, & sæuit: cùm serenum, siccus est.*

VAR. Lect. AVT aris seruare sacris, aut scindere terram.] *In Romano, & in Mediceo libro,* Sacros *legitur. quod minimè displicet.* TV, quos ad studium atque vsum formabis agrestem.] *In Romano libro legitur,* Ad studia. *sed hoc significato meliùs,* Studium, *singulare.* IPSIS è torquibus aptos.] *In antiquissimo libro Oblongo,* De torquibus, *legitur. In Longobardico,* Ipsis & torquibus aptos.

Iunge pares; & coge gradum conferre iuuencos:
Atq; illis iam sæpè rotæ ducantur inanes
Per terram, & summo vestigia puluere signent.
Pòst valido nitens sub pondere faginus axis
Instrepat, & iunctos temo trahat æreus orbes.
Interea pubi indomitæ, non gramina tantùm,
Nec vescas salicum frondes, vluamq; palustrem,
Sed frumenta manu carpes sata: nec tibi fœtæ
More patrum niuea implebunt mulctralia vaccæ;
Sed tota in dulceis consument vbera natos.
Sin ad bella magis studium, turmasq; feroces,
Aut Alphea rotis prælabi flumina Pisæ,
Et Iouis in luco currus agitare volanteis:
Primus equi labor est, animos atq; arma videre
Bellantum, lituosq; pati, tractuq; gementem
Ferre rotam, & stabulo frænos audire sonanteis:
Tum magis atq; magis blandis gaudere magistri
Laudibus, & plausæ sonitum ceruicis amare.
Atq; hæc iam primo depulsus ab vbere matris
Audiat, inq; vicem det mollibus ora capistris
Inualidus, etiamq; tremens, etiam inscius æui.
At, tribus exactis, vbi quarta accesserit ætas,
Carpere mox gyrum incipiat, gradibusq; sonare
Compositis, sinuetq; alterna volumina crurum,
Sitq; laboranti similis: tum cursibus auras
Prouocet; ac per aperta volans, ceu liber habenis,
Æquora, vix summâ vestigia ponat arenâ.
Qualis hyperboreis Aquilo cùm densus ab oris
Incubuit, Scythiæq; hyemes, atq; arida differt
Nubila: tum segetes altæ, campiq; natantes
Lenibus horrescunt flabris, summæq; sonorem
Dant syluæ, longiq; vrgent ad littora fluctus.
Ille volat, simul arua fugâ, simul æquora verrens.
Hinc vel ad Elei metas, & maxima campi
Sudabit spatia, & spumas aget ore cruentas:

SER. COGE gradum conferre.] *simul incedere.* ROTÆ ducantur inanes.] *sine pondere.* TRAHIT æreus.] *fortis. sic in Quinto:* Ærea quem obliquũ rota trãsijt. *Horatius:* Inclusam Danaën turris ahenea. PVBI indomitæ.] *Hoc ad iuuencos tantùm pertinet. nam de equis paulò pòst dicturus est. vt,* Nanq; ante domandum Ingenteis tollent animos. NEC vescas salicum frõdes.] B *siccas & teneras. nam Vescum hoc est propriè. vnde & aranearum tela vesca vocantur.* FRVMENTA manu.] *id est, etiam farraginem eis dabis.* FOETA more patrum.] *fœtæ nostro more. neq; enim mulgeri, nisi enixæ, possunt. antiqui enim,* Fœtum *pro grauido solebãt ponere. vt Varro:* Cuius fœta feris Libyæ. *& ipse Vergilius:* Scandit fatalis machina muros, Fœta armis. *Et more patrum, qui lac magis seruabant fœtibus: alioqui accusabatur auaritia eorum, qui sibi omne lac mulgebãt.* MVLCTRARIA.] *Legit̃ &* Mulgaria, *vt Val-* C *gius ait:* Sed nos ante casum tepidi mulgaria lactis, Et sinum vini cessauimus fundere Bacchi. AVT Alphea rotis prælabi flumina Pisæ.] *Quia, vt suprà diximus, circa ripas fluminum maximè agitabatur curule certamen.* LITVOSQVE pati.] *buccinas sonanteis audire. Lituus est virga regalis, quasi lites disterminans. nam & virga Mercurij nominatur lituus. Et potest hîc intelligi virga, quâ domantur equi: vt virgæ sonitum, tanquam percutientis, frequenter audiat.* IAM primò.] *non, primo vbere; sed Iamprimò, quasi vnum lege: vt sit, Iamprimò audiat depulsus ab vbere matris.* INQVE vicẽ.] *frenorum scilicet: ne adhuc tenera ora lædantur.* ETIAM inscius æui.] *nondum habens ab annis fiduciam.* VBI quarta accesserit ætas.] *id est, quartus annus. nam ætatem plerumq; generaliter dicimus pro anno, pro triginta, pro centum, pro quouis tempore.* SITQVE laboranti similis.] *præparetur ad futurum laborem.* QVALIS hyperboreis.] *Hyperborei montes sunt Scythiæ, sic dicti, quòd supra, id est, vltra eos flet Boreas. Dicit autem; equus sic currat, vt ventus.* ARIDA nubila.] *sine pluuijs.* DIFFERT.] *dissipat.* HORRESCVNT.] *contremiscunt. Persius:* Scis comitẽ horridulum tritâ donare lacernâ, *id est, trementem.* ILLE volat.] *scilicet ventus. Campum planũ æquor appellat.* VERRENS.] *trahens.* AD Elei metas.] *id est, fines circi. Elis namq; ciuitas est Arcadiæ, in quâ agitabatur curule certamen. Et species est pro genere.* SPVMAS aget ore cruentas.] *quod est signum equi fortissimi, si velut rubras egerit spumas.*

POM. Sabi. CONFERRE.] *vt simul ambulent.* ILLIS.] *ab illis ducantur plaustra inania.* SVMMO puluere.] *quia non est ponderosa rota.* NITENS axis.] *propter ferrum, quo circumdatur axis.* FAGINVS.] *ex fago.* ÆREVS temo.] *ferreus, id est, ipse axis.* ORBES.] *currus rotas, & plaustra.* VESCAS.] *vescibiles, & quibus bene vescũtur animalia.* VLVAMQVE.] *Vlua nascitur in paludibus. Antiqui vescebantur lacte, & vtebantur ferinâ carne: vt nunc fit in Sarmatiâ & Scythiâ, vbi omne lac exprimitur ad cibos, & hæc est causa, quare Scythæ parua animalia non comedunt.* MORE patrum.] *vt antiqui.* FOETÆ.] *quæ peperunt.* MVLCTRARIA.] *hoc mulctrare, vas ad mulgendum, & in quo exprimitur lac.* TOTA.] *plena.* SIN ad bella.] *Nunc de equis. id est: siue est tibi cura, alere equos ad currendum.* ALPHEA.] *Alpheus fluuius est sub Olympo, & fluit per lacum Elidis: vbi fiebant certamina currendi per lustra, quinto quôque anno.* PISÆ.] *Pisa est ciuitas, vnde labitur Alpheus: vnde ludi Pisei & Olympici. & in Alpheo campo ijdem sunt.* STVDIVM.] *cura.* FLVMINA rotis.] *si est tibi cura, adhibere equos ad currendum.* ET Iouis in luco.] *in luco Olympiaco Iouis. illi ludi erant dedicati Ioui; instituti ab Hercule, quos incepit in honorẽ Pelopis.* VOLANTES.] *citissimos.* LITVOS.] *tubas.* TRACTV.] *dum trahitur.* GEMENTEM.] *sonitem.* LAVDIBVS magistri.] *qui interdum blandiuntur, interdum minantur.* SONITVM ceruicis.] *quia magistri verberant ceruices equorum.* PLAVSÆ.] *tactæ per illecebras.* DEPVLSVS.] *equus.* MOLLIBVS.] *non duris.* QVARTA ætas.] *post quartum annum, tunc equus debet tradi magistris.* GYRVM.] *incipiat discere quomodo voluatur. Gyrus, reuolutio.* COMPOSITVS.] *vt det gressus bene compositos ipse magister.* SONARE.] *propter vngulas.* SINVET.] *ducat modò huc, modò illuc.* CRVRVM.] *tibiarũ.* LABORANTI similis.] *quia nõ debemus nimium defatigare.* PONAT vestigia.] *id est, discat esse velox.* QVALIS.] *Probat per comparationem venti.* HYPERBOREIS.] *Scythicis. & ponit aquilonem pro boreâ.* INCVBVIT.] *cœpit flare. Hyperborei sunt populi, qui habitãt sub polo boreali; vt nunc Vgri. Veteres dixerunt, hyperboreos esse felices; & illos posuerunt trans Ryphæos montes. quod fieri non potest: cùm Ryphæi non ad boream; sed ad eurum*

porriguntur. & trans Ryphæos, propter intemperiem aëris calidissimi, habitatores sunt infelices: quia parùm viuunt, & habitant in antris subterraneis. DENSVS.] *ab re ipsa: quia mittit grandines. vel densus, multus.* HYEMES.] *niues.* ARIDA nubila.] *quia flante aquilone & boreâ, habemus serenitatem.* SEGETES altæ horrescunt.] *horridæ sunt propter aquilonem.* SVMMA. syluæ.] *comæ arborum.* VRGENT.] *impellunt se.* FVGA.] *celeritate spirandi.* HINC.] *ex hoc: quia est bene instructus.* ELEI campi.] Olympiaci. METAS.] *Meta appellatur finis currendi.* A

PROB. ALPHEA.] Alpheus *fluuius est Achaiæ.* PISÆ.] *oppidum, quod habuit Oenomaus.* HINC vel ad Eleas metas, & maxima campi.] *Eleus campus, stadium* Olympiacum, *vbi equi quoq; certant. Scythia, regio est septentrionalis. Belgæ, natio Gallorum.*

VAR. Lect. ET iunctos temo trahat æreus orbes.] *In antiquissimis,* vinctos.

SER. BELGICA esseda.] *Gallicana vehicula. nā Belgæ, ciuitas est Galliæ, in quâ huiuscemodi vehiculi vsus repertus est.* MOLLI.] *domito: vt,* Et mollia colla reflectunt. DVRIS parère lupatis.] *frenis asperrimis. Dicta autem Lupata, à lupinis dentibus, qui inæquales sunt. vnde & eorum morsus vehementer obest.* CÆCI.] *latentis.* AMORIS.] *cupidinis.* RELEGANT.] *remouent.* TRANS flumina lata.] *scilicet, ne natatus sit facilis.* VIDENDO.] *dum videtur. Gerūdij modus à passiuo.* IN magnâ syluâ.] *alij* Silà *legunt; vt sit mons Lucaniæ. quod modò nulla necessitas cogit. vt in Aeneide:* Ac velut ingenti Sila, summoue Taburno. *vbi vtrumq; speciale est.* REBOANT.] *resultant, remugiunt. Reboo Græcum verbum est. nam apud Latinos nullū verbum est, quod ante o finalem, o habeat: excepto* Inchoo. Quod *tamen maiores aliter scribebant, aspirationem interponentes duabus vocalibus; & dicebāt Inchoo. Tria enim tantùm habebant nomina, in quibus c literam sequeretur aspiratio: sepulchrū, orchus, pulcher: è quibus Pulcher tantùm hodie recipit aspirationem.* EXVLAT.] *extra solum suum habitat.* ASPECTANS.] *Cicero de Catilina:* Retorquet oculos profectò sępè ad hanc vrbem, quam è suis manibus ereptam luget. VIRES exercet.] *ab incultu acquirit robur.* PERNIX.] *modò perseuerans. Horatius:* Pernicis vxor Apuli. *Et est tractum pernix, à pernitendo.* CARICE acutâ.] *herbâ durissimâ.* OBLITVM.] *iam securū ex anteactâ victoriâ.* FLVCTVS vt in medio.] *Sic paulatim taurus mouetur ad prælia.* IMMANE sonat.] *pro, immaniter: nomen pro aduerbio.* AMOR omnibus idem.] *id est: in vnoquoq; genere vnus est amor, id est, similis: vtputa in lupis vnus est amor, id est, similis: item in equis, alijsq; omnibus, pro qualitate generis sui. sicut alibi ait:* Sopor suus occupat artus, *id est, ipsis aptus. Nam in omnibus animalibus non est amor vnus atque idem, sed in singulis generibus, pro qualitate naturæ.*

Belgica vel molli meliùs feret esseda collo.
Tum demum crassâ magnum farragine corpus
Crescere iam domitis sinito. namq; ante domandū
Ingenteis tollent animos, prensiq; negabunt
Verbera lenta pati, & duris parère lupatis.
Sed non vlla magis vires industria firmat,
Quàm Venerem, & cæci stimulos auertere amoris:
Siue boum, siue est cui gratior vsus equorum.
Atq; ideo tauros procul, atq; in sola relegant
Pascua, post mōtem oppositū, & trans flumina lata:
Aut intus clausos satura ad præsepia seruant.
Carpit enim vires paulatim, vritq; videndo
Fœmina; nec nemorū patit͂ meminisse, nec herbę.
Dulcibus illa quidem illecebris, & sæpè superbos
Cornibus inter se subigit decernere amantes.
Pascitur in magnâ syluâ formosa iuuenca:
Illi alternantes multâ vi prælia miscent
Vulneribus crebris; lauit ater corpora sanguis:
Versaq; in obnixos vrgentur cornua vasto
Cum gemitu; reboât syluęq;, & magnus Olympus.
Nec mos bellantes vnà stabulare, sed alter
Victus abit, longeq; ignotis exulat oris,
Multa gemens ignominiam, plagasq; superbi
Victoris; tum quos amisit inultus amores,
Et stabula aspectans regnis excessit auitis.
Ergò omni curâ vires exercet, & inter
Dura iacet pernix instrato saxa cubili,
Frondibus hirsutis & carice pastus acutâ:
Et tentat sese, atq; irasci in cornua discit,
Arboris obnixus trunco; ventosq; lacessit
Ictibus, & sparsâ ad pugnam proludit arenâ.
Pòst, vbi collectum robur, viresq; receptæ,
Signa mouet, præcepsq; oblitum fertur in hostem.
Fluctus vt in medio cœpit cùm albescere ponto
Longiùs, ex altoq; sinum trahit: vtq; volutus
Ad terras, immane sonat per saxa, nec ipso
Monte minor procumbit: at ima exæstuat vnda
Vorticibus, nigramq; altè subiectat arenam.
Omne adeò genus in terris hominumq;, ferarumq;
Et genus æquoreum, pecudes, pictæq; volucres,
In furias ignemq; ruunt: amor omnibus idem.

esseda collo.] *trahet.* SINITO.] *permittito.* MAGNVM corpus.] *postquā adoleuit.* CRASSA.] *quia farrago est crassior herba.* ANTE domandū.] *id est, antequam domētur.* PRENSI.] *quādo capiūtur.* LENTA.] *propter zonas: quia verbera zonarum sunt lenta & flexibilia.* LVPATIS.] *capistris. Lupatum dicitur etiam frænum.* B SED non vlla magis.] *Auertere equos à Venere præstat, propter vires.* CÆCI amoris.] *quia facit homines cæcos.* STIMVLOS.] *quia amor est stimulus.* BOVM.] *vitorum.* RELEGANT.] *seponunt & segregant.* OPPOSITVM montem.] *ne sentiant odorem.* LATA flumina.] *ne possint tranare.* SATVRA.] *plena pabulis.* VRIT.] *cōsumit.* NEMORVM] *syluarū.* HERBÆ.] *cibi.* ILLECEBRIS.] *blanditijs amatorijs.* DECERNERE.] *pugnare.* SVBIGIT.] *cogit & impellit.* ILLI.] *tauri.* ALTERNANTES.] *mutuò: modò alius taurus alterum impetit.* C LAVIT.] *pro, lauat. dicimus, Lauo lauas, & Lauo, is: & Sono, as; & Sono is.* ATER.] *niger.* LONGVS.] *diffusus & magnus Olympus.* NEC mos.] *quia separatim eunt.* STABVLARE.] *esse in vno stabulo.* MVLTA.] *multùm gemens ignominiam.* PLAGAS victoris.] *quas iuuencus victor intulit.* AVIIS regnis.] *à mansionibus, in quibus fuerat enutritus.* EXERCET.] *taurus.* PERNIX.] *perseuerans & velox, & sollicitus.* PASTVS.] *cibum accipit à frondibus.* HIRSVTIS.] *duris.* CARICE.] *Carex, herba est palustris & aculeata.* LACESSIT ventos.] *impellit ventos cornibus.* PRÆLVDIT.] *facit quoddam præludium, sparsâ arenâ pedibus.* REFECTA.] *instauratæ.* PÒST.] *postquam resumpsit vires, & refecit.* SIGNA mouet.] *Tractum à re militari, vbi sunt vexilla. id est, irruit in hostem.* FLVCTVS vt in medio.] *Comparatio: cùm albet aqua, veluti spuma, tūc exspecta tempestatem.* PONTO.] *primâ parte maris.* SINVM.] *curuatura aquæ, ad similitudinem sinus.* VTQVE.] *postquam.* TERRAS.] *ad scopulos.* IMMANE.] *immaniter.* SAXA.] *radices montium & scopulos.* MONTE.] *ipso scopulo, cui*

POM. Sabi. ESSEDA.] *Essedum est genus currus Gallici.* BELGICA.] *Gallica. nam Belgæ, est natio Gallorum.* FERET

Digitized by Google

A *pulo, cui impellitur fluctus.* PROCVMBIT.] *stat,* VORTICIBVS.] *summitate aquæ.* IMA vnda.] *ab imâ aquâ.* NIGRAM.] *quia in fundo videtur arena nigra.* ÆQVOREVM genus.] *pisces.* PICTÆ.] *variæ.* IN furias.] *amoris scilicet.* IGNEM.] *quia amor ardor est, & facit furere ac insanire.* OMNIBVS idem.] *amor vexat omnes.*

PROB. VAR. LECT. CARICE.] *Carix herba, quæ nascitur in paludibus.*

SED non vlla magis vires industria firmat.] *In veteribus aliquot libris,* Seruat, *legitur. sed longè plures,* Firmat, *habent.* MEMINISSE nec herbæ.] *In Oblongo libro,* Neq; : *quod mollius videtur.* IACET pernix.] *Cur* Pernox *innouari debeat, non video: cùm vetera exemplaria manu-scripta, vno consensu, legant* Pernix : *idq; tam manifestè agnoscat Seruius; & à permittendo dictum velit.* ICTIBVS, & sparsa.] *Non placet, quod in Romano legitur,* Aut sparsa. NEC ipso Monte minor.] *In Longobardico, in Medicco, quod dulcius est,* Neque ipso *legitur.*

Tempore non alio catulorum oblita leæna
Sæuior errauit campis: nec funera vulgò
Tam multa informes vrsi, stragemq; dedère
Per syluas: tum sæuus aper, tum pessima tigris.
Heu malè tum Libyæ solis erratur in agris.
Nónne vides, vt tota tremor pertentet equorum
Corpora, si tantùm notas odor attulit auras?
Ac neq; eos iam fræna virùm, nec verbera sæua,
Non scopuli, rupesq; cauæ, atq; obiecta retardant
Flumina, correptosq; vndâ torquentia montes.
Ipse ruit, dentesq; Sabellicus exacuit sus,
Et pede prosubigit terram; fricat arbore costas,
Atq; hinc atq; illinc humerosq; ad vulnera durat.
Quid iuuenis, magnum cui versat in ossibus ignem
Durus amor? nempe abruptis turbata procellis
Nocte natat cæcâ serus freta: quem super ingens
Porta tonat cœli, & scopulis illisa reclamant
Æquora; nec miseri possunt reuocare parentes,
Nec moritura super crudeli funere virgo.
Quid lynces Bacchi variæ? & genus acre luporum?
Atq; canum? quid quæ imbelles dant prælia cerui?
Scilicet ante omnes furor est insignis equarum;
Et mentem Venus ipsa dedit: quo tempore Glauci
Potniades malis membra absumpsère quadrigæ.
Illas ducit amor trans Gargara, transq; sonantem
Ascanium: superant montes, & flumina tranant.
Continuoq;, auidis vbi subdita flamma medullis,
Vere magis (quia vere calor redit ossibus) illæ

SER. CATVLORVM oblita leæna.] *causâ scilicet nimij amoris.* λέαινα *autem græcum est; sicut* δράκαινα. *nam nos hic & hæc Leo dicimus. Leo namq; vsurpatum non est: quia in o exeuntia, fœminina ex se non faciunt: vt fullo, latro, leo.* INFORMES vrsi.] *vel magni: vel, quia tempore, quo nascuntur,* B *carent formâ. Dicitur enim quædam caro nasci, quam mater lambendo in membra componit.* SOLIS.] *desertis.* LYBIÆ in agris.] *serpentibus plenis.* VT tremor pertentet equorum Corpora.] *Signatis sermonibus vtitur, ad vim amoris exaggerandam: dicês, &* Tota corpora; *&* Pertentet, *id est, penitùs tentet: cùm dicat leuem odorem equarum.* SI tantùm notas odor attulit auras.] ὑπαλλαγὴ *est: pro, si auræ notum odorem apportauerint.* FRÆNA virûm.] *virorũ fortium.* RVPESQVE cauæ.] *Ad illud respicit, quod suprà posuit:* Post montem oppositum, & trans flumina lata. SABELLICVS sus.] *Sabinus. & est species pro genere. Dicit autem* C *suem domesticum, quem cicurem vocant. nam de apris suprà ait:* Tum sæuus aper. *hoc enim vult probare: non tantùm feras, sed etiam mãsueta animalia, amore in furorem moueri.* ET pede prosubigit terram.] *id est, fodit, & pedibus impellit alternis. quod pugnaturi sues facere consueuerunt, ad acquirendum robur. Vnde etiam latera & costas terentes, durant ea in futura certamina.* HINC atque ilinc.] *& ad pedum motum, & ad attritionem costarum.* QVID iuuenis.] *Ne fortè occurrat, illa animalia carere ratione: dicit etiam grauiùs homines in amorem commoueri. Fabula talis est. Leander Abydenus, & Hero Sestias, fuerunt inuicem se amantes. Sed Leander ad Hero natatu ire consueuerat, per fretum Hellespontiacum, quod Seston & Abydon ciuitates interfluit. Cum igitur iuuenis oppressit tempestate cadauer ad puellam delatum fuisset, illa præcipitauit se è turri.* PORTA tonat cœli.] *aër nubibus plenus, per quem iter est ad cœlum.* MISERI parentes.] *id est, amor parentum.* IMBELLES.] *licèt imbelles; tamen mouentur ad prælium.* FVROR est insignis equarum.] *notabilis, & præcipuus.* POTNIADES.] *Potnia ciuitas est, de quâ fuit Glaucus: qui cùm sacra Veneris sperneret, illa irata, equabus eius immisit furorem, quibus vtebatur ad currum: & eum morsibus dilacerãuerunt. Ordo autem talis est:* Quo tempore Glauci membra malis absumpserunt Potniades quadrigæ. *Hoc autem ideò fingitur, quòd eis furorem Venus immiserit: quia dilaniatus est Glaucus, effrenatis nimiâ cupidine equabus, cùm eas cohiberet à coitu, vt essent velociores.* TRANS Gargara, transq; sonantem Ascanium.] *Gargara, pro quibuslibet montibus; sicut Ascanium, pro quibuslibet fluminibus posuit. quod & sequẽtia indicant:* Superant montes, & flumina tranant.

POM. Sabl. TEMPORE non alio.] *animalia capta amore relinquunt filios, quàmuis diligant.* OBLITA leæna.] *Leæna & tigris seruant filios magno studio: tamen captæ amore relinquũt.* TEMPORE non alio.] *quàm verno.* CAMPIS.] *per campos.* NEC vrsi.] *dedère alio tempore tot funera; quot verno tẽpore.* INFORMES.] *turpes. & etiam: quia, quando nascuntur, sunt frusta carnium, & informantur linguâ matris.* Tigris *appellatur à celeritate: nam tigris, linguâ Persicâ, dicitur sagitta.* TVM.] *verno tempore, quãdo amor stimulat leones. & de his intelligit, cùm dicit* Libyæ, *vbi nascuntur.* TOTA corpora.] *totum corpus.* AVRAS.] *flatum & spiritum.* ODOR.] *equarum.* RVIT.] *ipse equus.* SVS Sabellicus.] *dicitur, quia apud Samnitas sunt sæuissimi sues.* SVBIGIT.] *fodit.* DVRAT.] *indurat ad pugnam.* QVID iuuenis.] *Hoc dicit propter Leandrum, qui tranauit Hellespontum, vt iret ad Hero puellam: & ibi submersus est; nec eum parentes retinere potuerunt.* CÆCA nocte.] *obscurâ.* PORTA cœli.] *regia cœli, & aër.* TONAT.] *erant tonitrua.* ILLISA.] *impulsa scopulis.* REVOCARE.] *vt non nataret.* MISERI.] *quia videbant filium periturum.* VIRGO.] *Hero: quæ se interemit, cùm vidisset cadauer Leandri.* QVID lynces variæ.] *propter versicolorem pellem. & Lynx est dicata Baccho: quia eius currum duxerunt, & tigrides.* IMBELLES damæ.] *seu cerui.* GLAVCI Potniades quadrigæ.] *Ex Columellâ: Prædicto tempore anni, tàm fœminis, quàm admissarijs desiderãtibus, coëundi fiat potestas: quoniam id præcipuè armentum, si prohibeatur, libidinis exstimulatur furijs. vnde etiam veneno inditum est nomẽ Hippomanes, quod equæ cupidini similem mortalibus amorem accendit. nec dubium, quin aliquot regionibus tanto flagrent ardore coëundi fœminæ: vt, cùm marem non habeant, assiduâ & nimiâ cupiditate subijsse Venerem, cohortabilium more datiuum, concipiant.* SCILICET ante omnes furor insignis.] *vehemens insania.* DEDIT.] *accendit stimulos, & appetitum libidinandi.* Potnia *vrbs est Bœotiæ, vbi Glaucus, Sisyphi filius & Meropes, (vt Asclepiades ait libro 1.) equas habuit, quas humanâ carne pascebat. cùm alimentum defecisset: equæ Glaucum dominum dilacerauerunt, in ludis funebribus*

tribus Peliæ. Quidam has equas non Glauci, sed Diomedis putant; & à Sisypho abreptas, & datas indè filio. ABSVMPSERE.] *dilaniauêre membra Glauci.* MALIS.] *maxillis, ac per hoc dentibus.* GARGARA.] *sunt cacumina montis Indiæ.* ASCANIVM.] *Ascanius fluuius est Phrygiæ.* MONTES.] *hoc propter Gargara.* FLVMINA.] *propter Ascanium.* FLAMMA.] *amor venit ad medullas.* ILLÆ.] *equæ, cùm non inueniunt marem ad coëundum.*

PROB. SABELLICVS sus.] *Sabelli, gens est Italiæ, coniuncta mari: vbi maxima copia aprorum est.* QVO tempore Glauci Potniades malis membra absumpsêre quadrigæ.] *Potnia vrbs est Bœotiæ; vbi Glaucus, Sisyphi filius & Meropes, (vt Asclepiades in Tragodumenon lib. 1. ait) habuit equas, quas assueuerat humana carne alere; quò cupidiùs in hostem irruerent, & perniciosiùs. Ipsum autem, cùm alimenta defecissent, deuorauerunt, in ludis funebribus Peliæ. Quidam autem has equas Diomedis fuisse, quas Hercules ad Eurysthea perduxerit; & ab Eurystheo & Sisypho distractas, eumq; filio suo dedisse, ferunt.* A

VAR. Lect. HEV male tunc Libyæ solis erratur in agris.] *In antiquissimo libro,* Versatur, *legitur. In Mediceo,* Errauit *habetur.* ET pluuio contristat frigore cœlum.] *In Romano libro,* Pluuio sidere *legitur.*

Ore omnes versæ in Zephyrum, stãt rupibus altis,
Exceptantq; leueis auras: & sæpe sinè vllis
Coniugijs, vento grauidæ, (mirabile dictu)
Saxa per & scopulos, & depressas conualles
Diffugiunt; non Eure tuos, neq; Solis ad ortus,
In Boreã, Caurumq;, aut vnde nigerrimus Auster
Nascitur, & pluuio contristat frigore cœlum.
Hinc demum, Hippomanes vero qđ nomine dicũt
Pastores, lentum distillat ab inguine virus:
Hippomanes, quod sæpè malæ legêre nouercæ,
Miscueruntq; herbas, & non innoxia verba.
Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus,
Singula dum capti circumuectamur amore.
Hoc satis armentis: superat pars altera curæ,
Lanigeros agitare greges, hirtasq; capellas.
Hic labor: hinc laudem fortes sperare coloni.
Nec sum animi dubius, verbis ea vincere magnum
Quàm sit, & angustis hunc addere rebus honorem.
Sed me Parnassi deserta per ardua dulcis
Raptat amor: iuuat ire iugis, quà nulla priorum
Castaliam molli diuertitur orbita cliuo.
Nunc veneranda Pales, magno nunc ore sonandũ.
Incipiens, stabulis edico in mollibus herbam
Carpere oues, dum mox frondosa reducitur æstas:
Et multâ duram stipulâ, filicumq; maniplis
Sternere subter humum; glacies ne frigida lædat
Molle pecus, scabiemq; ferat, turpeisq; podagras.
Pòst hinc digressus, iubeo frondentia capris
Arbuta sufficere, & fluuios præbere recenteis;
Et stabula à ventis hyberno opponere Soli
Ad medium conuersa diem: cùm frigidus olim
Iam cadit, extremoq; irrorat Aquarius anno.

SER. ORE omnes versæ in Zephyrum.] *Hoc etiam Varro dicit: in Hispaniâ vlteriore, verno tempore, equas nimio ardore commotas, contra frigidiores ventos ora patefacere, ad sedandum calorem, & eas eximie concipere, & edere pullos, licèt veloces, diu tamen minimè duraturos: nam breuis admodum vita sũt.* EXCEPTANT.] *frequenter excipiunt.* CAVRVM.] *pro Corum. sicut saurex pro sorex, caulis pro colis.* HINC demum Hippomanes.] *Scit lectum esse apud Hesiodum, herbam esse quandam, quæ Hippomanes vocatur, quasi ἵππου μανία. si enim eam comederint equi, furorem patiuntur. vnde nunc adiecit:* Vero quod nomine dicunt. *nam vult illam herbam abusiuè hippomanes dictam, ab equorũ furore & insaniâ; cùm possunt equi furere & aliâ quacunq; ratione. Reuerâ autem hippomanes dicit esse virus, defluẽs ex equarum inguinibus, quo tempore feruntur amoris furore & insaniâ: vt sit hippomanes virus, natum ἀπὸ τῆς μανίας τῶν ἵππων.* LENTVM virus.] *viscidum, glutile. Theocritus autem herbam dicit nasci in Arcadiâ, quâ gustatâ, equæ in libidinem ardescũt. & Theophrastus, carunculã in frõte equi.* MISCVERVNTQVE herbas.] *Exprimit argumenta malitiæ nouercarum; quæ virus herbis, & cantibus herbarum armant venena.* SINGVLA dum capti.] *dum speciatim singula describimus.* SVPERAT.] *pro, Superest.* LANIGEROS greges.] *Lucretius contrà:* Buceriæq; greges. AGITARE.] *aut curare, aut pascere.* HIRTASQVE capellas.] *setosas: vt,* Hirsutumq; supercilium. HIC labor.] *ad tuenda imbecilliora animalia.* ET angustis hunc addere rebus honorem.] *id est, humilem materiam alto sermone decorare. Sic illud in Quarto est:* In tenui labor, at tenuis non gloria. SED me Parnassi deserta per ardua.] *per Parnassi ardua, Heliconem & Cithæronem, montes Musis dicatos, significat. & hoc dicit: Scribendi amor rapit me ad opus arduum, & antè à nullo descriptum. quod per periphrasim, & allegoriam poëticam, indicat.* IVGIS.] *per iuga.* QVA nulla priorum.] *id est, dispono ire ad fontem Castalium, per eam viam, per quam nullus antè egit orbitam suam. Ordo autem est:* Qua nulla priorum orbita Castaliam diuertitur. MOLLI cliuo.] *id est, facili itinere, & descensione. Hic autem locus totus de Lucretio translatus est.* Nec me animi fallit, quàm sint obscura; sed acri Percussit thyrso laudis spes magna meum cor. Et simul incussit suauem mî in pectus amorem Musarum: quo nunc instinctus mẽte vigenti, Auia Pieridũ peragro loca, nullius antè Trita solo. B NVNC veneranda Pales.] *id est, dea pabuli inuocanda nunc maximè.* STABVLIS in mollibus.] *clementioribus, & aëris temperati: vel propter plagam australem; vel propter suppositas herbas animalibus.* FRONDOSA reducitur æstas.] *id est, donec vernum tempus adueniat. Nam, vt etiam in primo diximus, ver & æstas, sicut hyems & autumnus, vnũ fuerunt, secundùm rationem hemisphærij.* TVRPEISQVE podagras.] *Respexit ad curam, quæ sinè pannis & medicaminibus sordidis non fit.* C PÒST hinc.] *cùm hoc fecerit.* Et pòst hinc, *vnum vacat: sicut,* Primus ibi ante omnes. FLVVIOS præbere recentes.] *id est, aquã statim haustã. nam si pigrã potauerint, morbũ statim contrahunt.* STABVLA à ventis.] *Figuratè, scilicet ventos non perferentia.* HYBERNO Soli.] *id est, cõtra plagã meridianam, per quam sol currit per hyemẽ. quod explanat, dicens.* Ad medium conuersa diẽ. IAM.] *mense Ianuario.* CADIT Aquarius.] *id, occidit: occasu scilicet heliaco. qui cùm oriatur cosmicè cum sole, tamen occidit heliacè: quoniã à nobis videri nõ possunt signa cum sole oriẽtia. quod nũc Vergilius ait: Id frigidus Aquarius cadit. Aquarius aũt, multi Ganymedem esse volunt.* EXTREMO anno.] *id est, mense Ianuario; qui est penultimus. nã, vt etiã in primo dixit,* Vt primis extemplò à mensibus anni: *à Martio mense inchoabat annus apud maiores. Ergo* extremo anno *dicit, extremã parte anni.*

POM. Sabi. ZEPHYRVM.] *Fauonium, spirantem ab occasu.* SINE coniugijs.] *sinè coitu.* GRAVIDÆ.] *prægnãtes. Varro libro 2. meminit:* In Vlisippone, vrbe Lusitaniæ, equæ cõcipiunt vento: sed partus nõ plus triennio viuit. EVRE.] *non fugiunt versùs orientẽ. Eurus spirat ab oriente.* CAVRVMQVE.] *Caurus spirat inter septẽtrionẽ & occasum.* PLVVIO frigore.] *grandine.* HINC.] *ex illo appetitu*

Digitized by Google

A *petitu.* HIPPOMANES.] *illud est, quod distillat ab inguine equæ. Lucretius poeta bibit hippomanē; & ideò mortuus est amore. & hippomanes est caro. Plinius ait :* Et sanè equis amoris innasci veneficiū, Hippomanes appellatū, in fronte, caricæ magnitudine, colore nigro : quod statim edito partu deuorat fœta; aut partū ad vbera nō admittit, si quis præreptum habet. VERO nomine.] *Quia ἵππος dicitur equus.* VIRVS.] *venenū.* INGVINE.] *vuluā.* NOVERCÆ legere.] *scil. contra priuignos.* CAPTI.] *Delectamur amore, dum singula cōscribimus.* FVGIT tempus.] *quia nūc nō erat necesse, tot verba facere de hippomane & equabus.* HOC satis.] *tunc, de pecore ouillo & caprillo.* HIRTAS.] *propter pilos.* HINC.] *ex pecore ouillo.* FORTES.] *robusti.* NEC sum animi dubius.] *Dicit, quòd est difficile scribere de his rebus : tamen suo versu omnia superabit.* EA.] *de Georgicis.* VERBIS.] *carminibus.* ANGVSTIS.] *rusticanis rebus.* SED me Parnassi.] *amor poeticus capit me, tanquā fanaticū, per ardua, deserta, iniucunda : propter hanc materiā, quæ in carminibus non affert delectationē.* IVVAT ire.] *scribere, quæ non sunt scripta ab antiquis carmine.* MOLLI.] *facili cliuo. & est metaphora, à* B *curru, ad ingeniū.* CASTALIAM.] *Castalius fons, à Castalo filio Apollinis: cuius aquam dicuntur bibere poetæ.* PALES.] *dea pastorū.* MAGNO ore.] *magno carmine.* EDICO.] *præcipio.* DVM mox.] *donec veniāt dies aprici, & delectabiles.* MOLLIBVS.] *amœnis.* TVRPES podagras.] *quia faciūt pedes tumidos.* HINC.] *ab ouibus.* SVFFICERE.] *subministrare arbuta capris.* STABVLA.] *caprarū.* SOLI.] *Māsiones etiā hominū debēt aspicere orientem hybernū, vt oriēs sol desiccet omnē humiditatē nocturnam.* AQVARIVS.] *Sol intrat aquariū, mēse Ianuarij. Aquarius dicit Ganymedes, qui ministrat aquā.* EXTREMO anno.] *secūdū sententiā illorū, qui faciunt principiū anni mense Martio.*

PROB. HIPPOMANES vero quod &c.] *Hippomanes nūc significat, id quod ex inguinibus defluit equarum : quod datum, amatorium est : & furorem facit, si aut intempestiuum est, aut excedit modum. Theod. herbam esse dicit, quam equi si gustauerint, efferantur.* CASTALIAM.] *Castalius fons est Delphis, in Apollinis oraculo : qui abluit ipsam aram dei: dictus à Castalo, Delphici Apollinis filio, nepote Neptuni. Apollo autem dicitur Musigetes: quia Musis sacrum existimetur : vt Lutatius in primo communis historiæ ait :* Qui deorum curam egerat. AQVARIVS anno.] *hyemem & Pisces finiunt : ab eis ver incipit, hoc est, ariete.*

VAR. LECT. HINC demum Hippomanes.] *In Romano, & in Mediceo libro :* Hîc, *hoc est, hoc tempore, distillat.*

Hæc quoq; non curâ nobis leuiore tuenda;
Nec minor vsus erit : quamuis Milesia magno
Vellere mutentur, Tyrios incocta rubores.
Densior hinc soboles, hinc largi copia lactis:
Quàm magis exhausto spumauerit vbere mulctra,
Læta magis pressis manabunt flumina mammis.
Nec minus interea barbas, incanaq; menta
Cinyphij tondent hirci, setasq; comanteis
Vsum in castrorum, & miseris velamina nautis.
Pascuntur verò syluas, & summa Licæi,
Horrenteisq; rubos, & amanteis ardua dumos,
Atq; ipsæ memores redeunt in tecta, suosq;
Ducunt, & grauido superant vix vbere limen.
Ergo omni studio glaciem, ventosq; niualeis,
Quò minor est illis curæ mortalis egestas,
Auertes, victumq; feres, & virgea lætus
Pabula; nec totâ claudes fœnilia brumâ.
At verò Zephyris cùm læta vocantibus æstas,
In saltus vtrunq; gregem atq; in pascua mittes.
Luciferi primo cum sidere, frigida rura
Carpamus; dum manè nouū, dum gramine canent,
Et ros in tenerâ pecori gratissimus herbâ est.
Indè, vbi quarta sitim cœli collegerit hora,
Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ,
Ad puteos, aut alta greges ad stagna iubeto

SER. HÆC quoq; non curâ.] *Cùm de capellis loquitur, figuratè neutro vsus est genere. nā integrum erat: Hæ quoq; non curâ nobis leuiore tuendæ. Sanè peritè, quoniam scit planā esse ouium vtilitatem; eam præterit, & exaggerat meritū capellarū: vt dictis in lucē promat rem per se minùs patentem.* MILESIA magno Vellera mutentur.] *lanæ preciosissimæ. nam Miletus ciuitas est Asiæ, vbi tingūtur lanæ optimæ. Ipse in Quarto :* Milesia vellera nymphæ Carpebant. C *Cicero in Verrē :* Quid à Milesijs lanę sustulerit. Magno *aūt* mutentur, *ingenti precio comparentur. nā apud maiores, omne mercimonium in permutatione constabat: quod & Caius Homerico cōfirmat exemplo.* TYRIOS incocta rubores.] *Figuratè : id est, quæ coquendo Tyrium traxit ruborem, id est, migrauit in purpuram.* DENSIOR hinc soboles] *Binos enim pariunt capellæ plerunq.* MVLCTRA.] *vas in quo lac premitur.* BARBAS.] *sic de quadrupedibus. nam hominum barbam vocamus.* INCANA.] *nimiùm cana.* CINYPHII hirci] *Libyes, à fluuio Cinyphe.* VSVM in castrorum.] *ideò dixit, quia de cilicijs & poliuntur loricæ, & teguntur tabulata turrium; ne iactis facibus ignis possit adhærere.* MISERIS nautis.] *quia frequenter patiuntur pericula.* PASCVNTVR syluas.] *pro, depascuntur. Et pasco, & pascor illam rem, dicimus.* SVMMA Licæi.] *montis Arcadiæ. & est species pro genere.* SVOSQVE ducunt.] *educunt fœtus proprios, & nutriunt. vnde & educatos dicimus.* QVÒ minor est illis curæ mortalis egestas.] *Ordo est : Omni studio auertas ab eis ventos, & glaciē; quò egestas mortalis, id est, necessitas mortalitatis, minor est illis curæ, id est, minùs ad ipsarum pertinet curā.* CVM læta ęstas.] *subaudi, aduenerit. Dicit aūt ver, quo flare Zephyrus incipit : vt,* Et Zephyro putris se gleba resoluit. CARPAMVS.] *carpere cogamus animalia.* DVM manè nouum.] *Manè pasci præcipit oues, secundùm morem suæ prouinciæ. nā in aliquibus locis morbum contrahunt, nisi iam siccato rore pascantur.* DVM gramina canent.] *nocturnis & matutinis lucentes roribus herbæ.* ET cātu querulæ.] *canoræ. Horatius :* Sub cantu querulæ despice tibiæ. *Aut certè* querulas, *propter illam fabulam dicit, quòd Tithonus, maritus Auroræ, post optatam longissimam vitam, diu viuendo in cicadam dicitur esse conuersus.* RVMPENT.] *nimio scilicet clamore. Iuuenalis:* Et assiduo ruptę lectore columnæ. *Persius :* Findor, vt Arcadiæ pecuaria rudere dicas.

POMP. SAB. TVENDA.] *intuenda, & aspicienda.* MILESIA vellera.] *à Mileto oppido Asiæ, vbi erant optimæ oues. & quia ex pellibus ouium facimus vestes; non leuior nobis debet esse cura in capris, quàm in ouibus. quámuis lanæ ouium magno precio constent; tamen capræ dant nobis lac per totum annum.* INCOCTA colore.] *Lana immergitur calidis & feruētibus coloribus.* INCOCTA.] *valde madida.* HINC.] *à capris : quia capræ sæpiùs pariunt.* LARGI.] *abundantis lactis.* MVLCTRA.] *vas in quo exprimitur lac.* EXHAVSTO.] *expresso vbere.* NEC minùs interea.] *Prosequitur de vtilitate caprarū. Varro sic ait :* Ex capræ pilis fiūt vestes ad vsum nauticum, & bellicum, & fabrorū. Capræ magnis villis sunt in parte Phrygiæ : vnde cilicia, & cætera eius generis fieri solent. *Nomen est ab eo, quòd tonsura caprarum primùm in Ciliciâ instituta fertur: & ex barbis caprarum bene lotis fit ciambebotum.* INCANA.] *id est, valdè cana : qui capræ habent barbam.* TONDENT.] *pastores, scilicet.* CINYPHII.] *Cinyps est fluuius Africæ, vbi fortè optimæ sunt capræ:*

SETAS.] villos. VELAMINA.] centones, & coopertoria lectorum. Anas literia dicuntur Matatatia. PASCVNTVR.] capellæ. SVMMA.] cacumina montis Licæi Arcadici. HORRENTIS.] propter spinas, quæ latebant. DVMOS.] fruteta. ARDVA.] difficultates montium, & ripas. TECTA.] caprilia. SVOS,] hœdos. VBERE grauido.] propter lac. QVO.] vt. EGESTAS.] aliquod malum. quasi dicat, mortalis egestas est minimæ curæ. VIRGEA.] ex ramulis. AT non.] quando venerit vernum tempus. LVCIFERI.] Docet, quo tempore debeamus mittere capras ad pascendum. CARPAMVS.] carpere rogamus ipsas capras in aurora. MANE nouum.] dum est hora matutina. CANENT.] quia herbæ canescunt manè propter rorem. SITIM.] vbi sol habuerit vires suas, & animalia sitient. A

V. PROB. CINYPHII tondent hirci, setasq; comantes Vsum in castrorum, & miseris velamina nautis.] Cinyps oppidum est; & flumen Africæ regionis Garamantum. Apud eos hirci villosissimi nascuntur, quos tondent ad cilicia, quibus nautæ vtuntur.

VAR. Lect. TYRIOS incocta rubores.] In Romano libro, & aliquot alijs peruetcribus, colores legitur. In Mediceo quidem rubores est; sed supra eo notatum antiqui manu. figuratius tamen est, rubores legere. LÆTA magis pressis manabunt flumina mammis.] In Romano libro, in Longobardico, & aliquot alijs sanè quàm veteribus, non Flumina, sed Vbera leguntur.

Currentem ilignis potare canalibus vndam,
Æstibus ac medijs vmbrosam exquirere vallem.
Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus
Ingenteis tendat ramos: aut sicubi nigrum
Ilicibus crebris sacra nemus accubet vmbra:
Tùm tenueis dare rursus aquas, & pascere rursus
Solis ad occasum, cùm frigidus aëra vesper
Temperat; & saltus reficit iam roscida luna;
Litoraq; Halcyonem resonant, & Acãthida dumi.
Quid tibi pastores Libyæ, quid pascua versu
Prosequar, & raris habitata mapalia tectis?
Sæpè diem, noctemq;, & totum ex ordine mensem
Pascitur, itq; pecus longa in deserta, sinè vllis
Hospitijs: tantum campi iacet omnia secum
Armentarius Afer agit, tectumq;, laremq;,
Armaq;, Amyclęumq; canẽ, Cressamq; pharetram.
Non secùs, ac patrijs acer Romanus in armis,
Iniusto sub fasce viam cum carpit, & hosti
Ante exspectatum positis stat in agmine castris.
At non, quà Scythiæ gentes, Mæoticaq; vnda,
Turbidus & torquens flaventeis Ister arenas:
Quaq; redit mediũ Rhodope porrecta sub axem.
Illic clausa tenent stabulis armenta; neq; vllæ
Aut herbæ campo apparent, aut arbore frondes:
Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto
Terra gelu latè, septemq; assurgit in vlnas:
Semper hyems, semper spirantes frigora Cauri.
Tum Sol pallenteis haud vnquam discutit vmbras:
Nec cùm inuectus equis altũ petit ęthera; nec cùm

SER. ILIGNIS canalibus.] ex ilice factis. Sanè Canalis, meliùs genere fœminino, quàm masculino, proferimus. SICVBI magna Iouis antiquo robore quercus.] quia omnis quercus est Ioui consecrata. Quòd autem dicit Iouis quercus, & ilicibus crebris sacrà nemus accubet vmbra: non reuerà consecratos lucos dicit nos petere debere, sed ita densos, vt sunt illi, quos religio defendit. Vnde apparet, quercum Iouis, & sacram vmbrã, generalia esse, non specialia epitheta. Nam, vt diximus, & omnis quercus Ioui est consecrata; & omnis lucus Dianæ. TENVEIS aquas.] epitheton aquarum. Alibi: Aut in aquas tenues dilapsus abibit. cui contrarium est illud: At pingui flumine Nilus. TEMPERAT.] refrigerat æstatis calorem. REFICIT.] recreat. LVNA.] nox. LITTORAQVE Halcyonem.] id est, quo tempore sonat per littora halcyon auis: cuius fabulam in primo memorauimus. Per dumos verò acãthidis, quam alij lusciniam esse volunt, alij verò carduelem, quæ spinis & carduis pascitur: vt indè etiam apud Græcos ἀκανθὶς dicta sit, ἀπὸ τῶν ἀκανθῶν, id est, à spinis, quibus pascitur. QVID tibi pastores Libyæ.] Dicit, pro qualitate prouinciarum, diuersa esse genera pastionum. SINE vllis hospitijs.] sinè vllis stabulis. ARMENTARIVS Afer agit.] Abusiuè armentarium posuit: nam nunc de gregibus loquitur. TECTVMQVE laremq;.] tentoria, militum more: ac si casam diceret. AMYCLÆVMQVE canẽ.] Laconicum. & est species pro genere. Amyclæ autem, est ciuitas Laconiæ. vnde est: Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis Cyllarus. CRESSAMQVE pharetram.] Creticam. dicit autem, pastorem gregum etiam arma habere debere, quibus & greges defendat, & aliquid etiam venetur. Aliter hîc reprehenditur Vergilius, quòd Getulis præter decorum sagittas, non autem lanceas dederit. PATRIIS armis.] generaliter sibi concessit. ac si diceret, Martijs. INIVSTO sub fasce.] sub magno onere: vt, Ego hoc te fasce leuabo. Magnum autem onus dicit, propter arma, alimenta, vestitum. ANTE exspectatum.] id est, dicto citiùs; antequam eius exspectetur aduentus. & est vna pars orationis, hoc est, aduerbiũ. STAT] obstat. nam ἀρχαϊσμὸς est. AT nõ quà Scythię gẽtes.] subaudi, talis est pastio. MÆOTICAQVE vnda.] Mæotis palus est Scythiæ, frigore congelascens. ISTER.] fluuius Scythiæ, qui & Danubius nominatur. QVAQVE redit medium Rhodope porrecta sub axem.] quia Rhodope, mõs Thraciæ, protentus in orientalem plagam, in septẽtrionalem reflectitur. B Nam ideò ait, Redit sub axem: nam axis est septentrio, qui Græcè ἄρκτος dicitur. INFORMIS.] niuis superfusione, carens varietate formarum, nullisq; agnoscenda limitibus. SEPTEMQVE assurgit in vlnas.] crescit in septem vlnas. Vlna autem, secundùm alios, vtriusq; manus extensio est; secundùm alios, cubitus: quod magis verũ est. quia Græcè ὠλένη dicitur cubitus: vnde est λευκώλενος Ἥρη. PALLENTEIS haud vnquã.] id est, nunquã nubes dissoluit. nã pallentes vmbras, non ex nocte, sed ex nubibus factas, appellauit.

POM. Sabi. ILIGNIS canalibus.] id est, canalib9 ex ilice factis. C ÆSTIBVS at medijs.] in medijs caloribus. IOVIS.] quia quercus est dicata Ioui. MAGNA.] opaca. ANTIQVO robore.] id est, trunco. ILICIBVS nigris.] id est, vbi sunt multæ ilices. TEMPERAT aërem.] id est, calorem æstiuum. REFICIT iam roscida luna.] recreat, propter calorem diei. SALTVS.] pascua. HALCYONEM resonant.] Halcyon est auis marina, quæ nidificat in mari. ACANTHIDA.] Acanthis dicitur alio nomine carduelis: quia amat illa auis semen carduorum. DVMI.] dicũtur fruteta, vbi sunt arbusculæ. QVID tibi pastores.] Debeõne ego describere pastores Afros? MAPALIA tectis.] domos pastorales, & tecta. Mapale, & magale, dicitur tectum pastorale: & vocabulum est Pœnorum. IT.] errat. HOSPITIIS.] stabulis, vel ouillis, vel caprillis. ARMENTARIVS.] dicitur pastor. AMYCLÆVM.] Laconicum, nam Amyclæ est ciuitas Laconiæ, vnde rapta fuit Helena. AGIT.] ducit. ARMAQVE.] ad arcendos leones & lupos. CRESSAM pharetram.] Creticam: quia in Cretã sunt optimi sagittarij. Nomades autem dicuntur, quasi errabundi. NON secùs.] Probat per comparationem Romanorum militum, euntium in aciem cum Consule, qui ferunt omnia necessaria. ACER.] bellicosus. INIVSTO.] magno, & plus iusto onere. ANTE exspectatum hostem.] id est, antequàm hostes veniant, qui exspectantur. AT non quà Scythiæ.]

Scythia

A *Scythiâ regio est amplissima, sub quâ olim magna pars Germaniæ intelligebatur, quæ trans Albim est. Postea verò Scytharum nomen magnâ ex parte transitum fecit in Germanos, & in Sarmatas. deinde Scythæ, quasi memores iniuriarum, & vltores patrij soli, irruperunt contra Sarmatas & Germanos, omnemq; planiciem Sarmatarum occupauerunt, & è pulcherrimâ & dite regione expulerunt Germanos. nomen tamen Germanorum remansit. nam adhuc Boëmi, Scythæ appellantur: quoniam in ea regione Boëmorum, Germanorum genus fuerat; & locus Boemum appellabatur. Germania extendit se vsq; ad amnem Oderam: & ab oriente, vsq; ad Dacos: ab occidente, vsq; ad Gallos: à septentrione, vsq; ad Lippos & Hippodas: à meridie, vsque ad Italiam. Verùm, propter imperium Romanum, omnis Sarmatia, & omne genus Vgrorum, secundùm instituta & mores Germanorum degit: quam eandē consuetudinem, qui sunt in Scythiâ Lemonij, tenent. Sarmatia incipit ab Oderā amne, vsq; ad Borysthenem. Propriè Sarmatæ nunc sunt Lituani, Poloni. Quámuis in Sarmatiâ habitēt Scythæ, militauerunt tamen sub ducibus Vandalorum. ideò plerunq; eas nationes Vandalos fuisse, falsò sunt opinati. sunt enim in Sarmatiâ variæ linguæ septem. earum verò maior est*
B *Scythica, quæ Rhutenica dicitur: & minor est Lectonica. Scythia verò incipit à Boristhene, qui oritur ex palude inaccessibili: ex quâ alij duo fluuij magni nascuntur, qui immerguntur in Rhodano, simul labentes per Lemonios & Curanios. A Boristhene tendit Scythia vsque ad Riphæos montes, qui claudunt Scythiam ab oriente; & extenditur vsq; ad Septentrionē: cuius finis est cōgelatus Oceanus, & altissimi atq; excellētissimi montes, æmuli Alpiū, qui terminantur mari, quod vergit ad Thylē. In eâ vltimâ parte habitāt Vgri; & mōtes inhabitat luporū genus, quod est syluestre: vbi capiūtur zobolæ, & sciuri preciosissimi, qui nunc dicūtur closii. & sunt quatuor genera sciurorū: & apud Sybarinum est magnitudine martis, qui illìc dicitur* sybariseus. *Paulò inferiùs, versus orientē, itinere ferè duorum mensium, habitant Parmij, deinde Zaulozenses. Post Riphæos montes incipit India. Sed vnum est animaduertendum, quòd in Scythiâ & in Sarmatiâ paucissimæ sunt vrbes, & villæ innumerabiles. Planitiem omnem, quæ est ab Tanai vsq; ad Caspiū mare, habitant Tartari: & supra Mæotida paludem, versùs Orientem, sunt Cercesij. Vergilius de Scythiâ intelligit, secundùm antiquam descriptionem: sub quâ intelligebatur Dacia, & magna pars Mysiæ, vbi exulauit*
C *Ouidius, supra Pontum.* MÆOTICA.] *Mæotis, magna palus est maris Pontici: ex parte superiori eius infunditur Tanais, duobus ostijs; qui oritur ex palude, cuius in medio est incomperta profunditas. Post montes Boëmiæ, vsque ad Boristhenem, nulli sunt montes; & etiam Saxoniæ: sed parui colles, & apertissimi campi.* ISTER.] *fluuius est, qui dicitur Danubius; & oritur in Alpibus. Ister dicitur, postquam peruenit ad Vgaros.* TVRBIDVS.] *tamen in æstate non est turbida aqua. Tanais semper est clara: & intrant in eum 24. flumina.* RHODOPE.] *Pro Scythiâ Thraciam describit, & Mysiam, propter Getas & Dacos & Mysos, qui fuerūt è genere Scytharum. Rhodope, est mons Thraciæ.* REDIT.] *ad se vergit.* SVB medium axem.] *versùs meridiem.* ILLIC.] *in Scythiâ.* INFORMIS.] *aspera terra, & rudis.* AGGERIBVS.] *cumulis niuiū, quarū altitudo est vsq; ad 7. brachia.* HAVD vnquam.] *raró, tempore hyemali, in Scythiâ superiori sunt sereni dies.* HYEMS.] *nix.* PALLENTES.] *quia raró videtur illìc sol, & aër est pallidus & crassus.* PETIT æthera.] *etiam in ipso meridie non potest discutere illas vmbras.*

LITTORAQVE Halcyonem resonant, & Acanthida dumi.] *Halcyone, fuit filia Aeoli; vxor Ceycis: quo in naufragio amisso, mutata est in auem Halcyoniam: cuius partus dum excluditur,* VII. *diebus mare quietum est.* Acanthis *quæ græcè dicta est, latinè Carduelis vocatur, à carduo* Dumi *vocantur aspera loca, & inculta, collicosa.* ET raris habitata mapalia tectis?] *mapalia, loca deserta Punica. Numidæ mapalia vocant tecta sua, quæ, subductis nauibus suis, post missum regem Persea, inuersa pro domicilio habere cœperunt.* AMYCLÆVMQVE canem.] *Laconicum.* CRESSAM.] *Cretensem: quia ibi optimi sagittarij sunt.* RHODOPE.] *mons Thraciæ.* MEDIVM axem.] *Septentrionem dicit.* PROB.

CVRRENTEM ilignis potare canalibus vndā.] VAR. Lect.
In Romano libro, Lignis, *non* Ilignis, *scriptum est. Verùm,* Ligneis *fuisse priùs, videtur in aliquot codicibus. In nonnullis,* Iligneis *est, per ei diphthongum.* TVM tenues dare rursus aquas.] *In Romano libro* Tunc tenuis. *sed* Tum, *multò magis placet.* RESONANT & Acanthida dumi.] *Scio fore, vt multi mihi negotium facessant, si dixero, in antiquis omnibus codicibus, quotquos ad manus meas peruenēre, vno consensu legi,* Acalanthida dumi. *Ita enim in Romano, ita in Longobardico, codicibus antiquissimis; ita in Mediceo, ita denique habetur in plerisque alijs.* QVAQVE redit medium.] *In antiquissimo tamen lib.* Quaque radit, *legitur.*

SER. LAVIT.] *Hic præsentis temporis est; pro, lauat. nam si esset præteritum,* la *non corripuisset. Dicit autem, illìc solem nec ortu suo nubes resoluere, nec occasu: sed continuè ibi nubium vmbras esse.* CONCRESCVNT subitò currenti in flumine crustæ.] *aquæ currentes repente congelascunt. Et notandum, quia, cùm Crustā dicimus ex omnino genere, lapidis, aut ligni, aut gelu partem significamus: cùm verò Crustum dicimus, edulium aliquod significamus, partem panis vel placentæ. Ipse in Septimo:* Orbem fatalis crusti. *Horatius:* Dant crustula blandi Doctores. *Iuuenalis:* Nos colaphum incutimus lambenti crustula seruo. HOSPITA.] *facilis. vnde & hospitalis homo dicitur, hospiti seruiens aptè.* ÆRAQVE dissiliunt.] *crepant.* VVLGÒ.] *passim. nam tàm nimio frigore, quàm calore, æra rumpuntur. Persius:* Findit Infantes statuas. VESTESQVE rigescunt.] *durantur, vt frangi potiùs quàm scindi posse, videantur.* CÆDVNTQVE securibus humida vina.] *& vina, naturaliter calida, illìc gelantur. Intelligimus autem peregrinum: nam illìc non nascuntur vina, propter nimium frigus, & continuum. sicut ipse paulò pòst docet, dicens:* Fermento atque acidis imitantur vitea sorbis. *Sunt voluit*

Præcipitem Oceani rubro lauit æquore currum.
Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ,
Vndaq; iam tergo ferratos sustinet orbes:
Puppibus illa priùs; patulis nunc hospita plaustris.
Æraq; dissiliunt vulgò; vestesq; rigescunt
Indutæ; cæduntq; securibus humida vina:
Et totæ solidam in glaciem vertêre lacunæ;
Stiriaq; impexis induruit horrida barbis.
Interea toto non seciùs aëre ningit:
Intereunt pecudes: stant circumfusa pruinis
Corpora magna boum: confertoq; agmine cerui
Torpēt mole nouâ, & summis vix cornibus exstāt.
Hos, non immissis canibus, non cassibus vllis,
Puniceæ'ue agitant pauidos formidine pennæ:
Sed frustra oppositum trudētes pectore montem,
Comminus obtruncant ferro; grauiterq; rudēteis
Cædunt, & magno læti clamore reportant.
Ipsi in defossis specubus, secura sub altâ
Otia agunt terrâ: congestaq; robora totas
Aduoluêre focis vlmos, igniq; dedêre.
Hìc noctem ludo ducunt: & pocula læti
Fermento atq; acidis imitantur vitea sorbis.
Talis hyperboreo septem subiecta trioni

Digitized by Google

Gens effrena virûm Riphæo tunditur Euro:
Et pecudum fuluis velantur corpora setis.

lunt Physici, vinum non gelari. Vnde hoc loco aut hyperbolà est: aut, quia dixit Humida, aquæ mixta intelligamus: ita enim gelari dicuntur. ET totæ solidæ in glaciem vertêre lacunæ.] *Fossæ ad siccandos agros paratæ, cùm alibi tantùm incrustentur, illic vsq; ad imũ gelantur.* STIRIAQVE impexis induruit horrida barbis.] Stiria, id *est, gutta. vnde fit diminutiuũ, vt dicamus stilla. indè fit distillat, & stillicidium. Sensus autem duplex est. nam aut hoc dicit; De impexis barbis pecudum pendens gutta duratur: aut certè; De tectis & arboribus gutta horrida induruit in modum barbarum.* NON seciùs.] *non segniùs quàm inchoauerat.* PRVINIS.] *Abusiuè, pro niuibus. nam pruina, est matutini temporis frigus.* CONFERTOQVE agmine cerui.] *coniunctio. cerui enim congregatione gratulâtur.* MOLE.] *niuium magnitudine.* CASSIBVS.] *retibus. Hinc est, quòd incassum dicitur, id est, sinè causâ: quasi sinè cassibus, sinè quibus inutilis venatio est.* PENNÆ.] *sagittæ, quibus pennæ inseruntur.* GRAVITERQVE rudẽtes.] Ru *syllabam more suo corripuit: vt in Septimo;* Et serà sub nocte rudentum. *Persius producit:* Findor, vt Arcadiæ pecuaria rudere dicas. IPSI in defossis specubus.] *Artis fuerat, Specibus dicere; vt fluctibus: quia quarta declinatio, in datiuo & ablatiuo pluralibus, u in i vertit, vt manu manibus. sed quia pinguiùs sonat & meliùs,* Specubus *dicimus. vnum tamen nomen est, quod aliter non dicimus, vt Tribubus. nam Tribibus nemo dicit.* HIC noctem ludo ducunt.] *quasi perpetuitatem noctis, sub terris locati, ludo concelebrant.* FERMENTO atq; acidis.] *potionis genus est, quod Ceruisia nuncupatur. & consequens est, vt vinum, naturâ calidum, in prouinciâ frigidâ non possit creari.* SEPTEM subiecta trioni.] *τριῶνι, pro, septentrioni.* GENS effrena.] *feua, & rectorem recusans.* RIPHÆO Euro.] *Scythico vento. Riphæi autem montes sunt Scythiæ, vt iam diximus, à perpetuo ventorum flatu nominati. nam ῥιπὴ græcè impetus & ὁρμὴ dicitur, ἀπὸ τοῦ ῥίπτειν.* PECVDVM fuluis velâtur corpora setis.] *rhenonib9. nã, vt Sallustius dicit in Historijs,* vestes de pellib9 rhenones vocâtur.

POM. Sabi. OCEANI rubro.] *id est, in ipso occasu non discutit vmbras.* CRVSTÆ.] *congelantur aquæ in Scythiâ, triplici glacie.* SVBITÆ.] *primæ enim glacies, quæ sunt aut in fine Octobris, aut in principio Nouembris, vnâ nocte in magno etiam flumine congelantur.* CVRRENTI.] *quando aqua est rapax, non subitò congelatur. sed Vergilius facit rem asperam.* ORBES.] *rotas plaustrorum. Hic Vergilius errat: quia est genus plaustrorum, quod caret rotis; & dicitur traba. & dicitur apud illos Sangi: & illic equi non possunt ambulare cum soleis ferreis. sic rotæ ferratæ non possunt illic esse: quia propter ferrum impedirentur. Orbes ergo non rotas; sed plaustra super glacies sinè rotis.* TERGO.] *in glacie.* ILLA.] *vnda, quæ paulò antè ducebat naues, nũc ducit plaustra.* DISSILIVNT.] *franguntur.* VESTES.] *dũmodò fuerint humidæ, rigescunt vestes, & sonant vt tabulæ, & franguntur.* ÆRA.] *vasa ærea.* VINA humida.] *Vergilius rem nimis exasperat. sed non est verũ, quòd vina congelantur, ad similitudinem grandinis, quando incipit liquescere.* VINA.] *non illic nata, sed aliunde aduecta.* LACVNÆ.] *& hoc est verum: quia lacus congelantur. & Tanais in medio cursu non congelatur, sed congelatur in principio originis suæ. & Mæotis palus congelatur.* STIRIA.] *sunt destillationes.* IMPEXIS.] *quando non pectunt barbam.* Stilla, *est gutta aquæ: indè stiria. & stiriones pisces, ab eâ similitudine: quia tendunt in acutum.* INTERREA toto.] *quando nix cadit in Scythiâ, in fine autumni, & in principio hyemis. & rarò cadit nix in Scythiâ, cùm sunt serenitates: ningit tamen aliquando, flante austro & euro.* NON seciùs.] *non aliter.* IN toto aëre.] *Scythico scilicet.* INTEREVNT pecudes.] *Et hoc non est verum: quia continentur clausæ in stabulis. Poëta loquitur propter nimium excessum frigiditatis; & facit rem vehementiorem.* A PRVINIS.] *niuibus.* CORPORA magna boum.] *in totâ Scythiâ Europeâ, Germaniâ, & in Mysiâ atq; Sarmatiâ, boues sunt parui. illæ enim regiones, non magnitudine animalium, sed numero fertiles sunt. Verum & hoc est, quòd in Scythiâ trans Tanaim, ad orientem, vsq; ad mare Caspium, sunt boues magni, & coloris nigri: & illic est mitior aër.* CIRCVMFVSA.] *obruta.* BOVM.] *antiqui dicebant, Bouerum, boueribus: quia sic poscit analogia.* MOLE nouâ.] *casu mali. & vult dicere admirabilem frigiditatem.* TORPENT.] *torpescunt.* EXSTANT.] *è cumulis niuium. & hoc dicit propter altitudinem niuis.* CASSIBVS.] *retibus.* CANIBVS.] *Et hoc non est verum.* PVNICEÆ pinnæ.] *quia venatores suspendunt in funibus pennas, & campanellas.* PAVIDOS.] *timidissimos.* MONTEM.] *niuis.* TRVDENTES.] *frangentes. Conantur frangere; sed non possunt.* COMMINVS.] *propè, & è vicinâ parte.* CÆDVNT.] *interficiunt ceruos.* RVDENTES.] *querentes ceruos, & clamantes.* LÆTI.] *agricolæ ipsi.* In defossis.] *propter hoc Vergilius videtur scribere de Thraciâ, vbi sunt montes, in quibus possunt esse cauernæ. & abusiuè Thraciam appellat Scythiam, vbi sunt frigora; sed non ita continua.* B SECVRA otia.] *securam quietem.* ROBORA.] *multa ligna aduoluunt ignibus.* SVB altâ terrâ.] *in ipsis visceribus terræ.* TOTAS vlmos.] *vltimas arbores. nam vlmi ibi non sunt.* HIC.] *tunc.* POCVLA vitea.] *vina.* FERMENTO.] *Non intelligitur nunc fermentum, prout in Italiâ est, ex farinâ: sed pro hordeo, vel tritico, vel auenâ acidâ. Ex his rebus potiones in Scythiâ fiunt.* Fermento igitur, *id est, acido tritico & hordeo.* SORBIS.] *& hoc contrà: quia in Scythiâ non nascuntur sorbi: sed fortè in eâ regione, quam scribit Vergilius, nascuntur.* EFFRENA.] *libera: quia Scythæ liberi sunt, & Imperatores eorum dicuntur Imperatores libertatis.* TRIONI.] *Hoc dixit propter Græcam imitationi.* HYPERBOREO.] *boreali, polo septentrionali.* RIPHÆO euro.] *vento, qui cùm veniat ab oriente, spirat à Riphæis montibus, qui ad orientem vergunt. Hoc epitheton accepit Vergilius ab aliquo Græculo eruditissimo. Montes Riphæi, nõ sunt in septentrione sed in superiore parte Indiæ, versus orientem.* ET pecudum fuluis.] *Et hoc est verum. pellibus enim, propter nimium frigus, operiuntur.* C

RIPHÆO tunditur Euro.] *Euro, significat vento: non vtique eo, qui ab ortu flat; sed eo, quem Aquilonem vocamus. Riphæos montes quidam putauerunt alpes. Sed propriè sunt Riphæi montes Scythiæ. Scythium, interpretantur lupini colorem; quidam hibiscum.* PROB.

CONFERTOQVE agmine cerui.] *In Romano libro,* Confecto *legitur. In Mediceo autem, & alijs omnibus,* Conferto. ET pecudum fuluis velantur corpora setis.] *In Romano libro,* Velatur, *numero vnitatis habetur. In altero etiam peruetusto,* Velatur, *legere erat: sed alterâ inde manu n superaddita.* VAR. Lect.

Verùm, vt ex nostris item literis doctrina corroboretur, apud Senecam, libro De irâ tertio, ita reperio: Quod accidere vides animalibus mutis, idem in homine deprehendes: friuolis turbamur & inanibus. Taurum color rubicundus excitat: ad vmbram aspis exsurgit: vrsos leonesque mappa proritat. Omnia, quæ naturâ fera ac rabida sunt, cõsternantur ad minima. *Porrò, & ceruos rubræ pennæ aspectu terreri, nónne & Ausonius comprobat, illis versibus?* CAEL. Rhod.

An cum fratre vagos dumeta per alia ceruos
Circundas maculis, & multâ indagine pinnæ?

Id & Seneca significare videtur, libro De clementiâ primo: Si feras, *inquit,* lineâ & pinnâ conclusas contineas, iubeasq; telis incessi; tentabunt fugam per ipsa quæ fuge-

Digitized by Google

A fugerant, proculcabuntq; formidinem. *Sed & in Georgicis libro 3. commeminit Vergilius, vbi de ceruis ait:*

Puniceæ'ue agitant pauidos formidine pennæ.

Quem tamen locum inscitissimè explicari, animaduertet etiam ab ijs, qui fimbrias expandunt, & ostentui sua habent omnia, & pectus suum bibliothecam rentur. Album porrò colorem Lunæ contribuunt: quoniam aquis dominetur is planeta; quarum natura est, vti concretione inalbescant. Et propterea Vergilium, ab Pane deceptam Lunam confinxisse, muneribus candidioris lanicij.

Si tibi lanicium curæ; primùm aspera sylua,
Lappæq; tribuliq; absint: fuge pabula læta:
Continuoq; greges villis lege mollibus albos.
Illum autem (quamuis aries sit candidus ipse)
Nigra subest vdo tantùm cui lingua palato,
Reijce: ne maculis infuscet vellera pullis
Nascentum: plenoq; alium circumspice campo.
Munere sic niueo lanæ (si credere dignum est)
Pan, deus Arcadiæ, captam te, Luna, fefellit,
In nemora alta vocans: nec tu aspernata vocãtem.
At cui lactis amor; cythisum, lotosq; frequenteis
Ille manu, salsasq; ferat præsepibus herbas.
Hinc & amãt fluuios magis, & magis vbera tẽdunt;
Et salis occultum referunt in lacte saporem.
Multi iam excretos prohibent à matribus hœdos;
Primaq; ferratis præfigunt ora capistris.
Quod surgente die mulsère, horisq; diurnis,
Nocte premunt: quod iã tenebris & Sole cadente,
Sub lucem exportant calathis (adit oppida pastor)
Aut parco sale contingunt, hyemiq; reponunt.
Nec tibi cura canum fuerit postrema: sed vnà
Veloces Spartæ catulos, acremq; molossum,
Pasce sero pingui: nunquam custodibus illis
Nocturnum stabulis furem, incursusq; luporum,
Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.
Sæpè etiam cursu timidos agitabis onagros:
Et canibus leporem, canibus venabare damas.
Sæpè volutabris pulsos syluestribus apros
Latratu turbabis agens; montesq; per altos
Ingentem clamore premes ad retia ceruum.
Disce & odoratam stabulis accendere cedrum;

SER. Si tibi lanicium curæ.] *Et hæc Lana dicimus, & hoc Lanicium: sicut fuga, & effugium. Quòd autem dicit, oues lanæ causâ non debere pinguescere; physicum est. omne enim pingue animal caret pilis; quod hirsutum efficit macies.* LAPPÆQVE tribulique.] *à quibus rebus lana decerpitur.* CONTINVÒ.] *pro, perpetuò. Semper enim hoc fieri debet.* GREGES albos.] *Lana enim alba preciosior est; quippe* B *susceptura alium quemlibet colorem. Quòd autem colorem hic per transitum tangit, in alijs pleniùs legitur: Maritum pecoris, & cornu, & vngulis, & palato album esse debere. Alioquin, licèt aries sit candidus lanis; constat, ex eo pullos, id est, nigros, creari.* ARIES sit candidus ipse.] *Bene addidit,* Ipse: *quasi aut dominus gregis: aut qui antea damno capitali dari consueuerat. nam apud maiores, homicidij pœnã noxius arietis damno luebat: quod in Regũ legibus legitur.* PVLLIS.] *nigris.* VDO palato.] *semper humido. alibi,* Vdę vocis iter. REIICE.] Reij *aut quasi monosyllabam produxit licenter: aut (vt suprà diximus) quia cùm faciat Reiecì, I pro duplici habetur, &* reij *efficit longam. Ideò & in a-* C *lijs modis præsumit sibi productionem.* MVNERE sic niueo.] *Mutat fabulam. nam non Pan, sed Endymion amâsse dicitur Lunam: qui spretus, pauit pecora candidissima; & sic eam in suos illexit amplexus. Cuius rei mysticæ volunt quandam secretam esse rationem.* SI credere dignum est.] *tantum de Lunã sacrilegium.* SALSASQVE ferat præsepibus herbas.] *vt & multum potantes, reddant plurimum lactis: & ipsum lac non sit fatuum, sed habeat salis occultum saporem, id est, vix intelligibilem, & non statim apparentem.* EXCRETOS.] *validiores.* FERRATIS capistris.] *id est, duris.* NOCTE premunt.] *cogũt in caseos.* CALATHIS.] *vasis æreis: in quibus lac, vel recẽs caseus, in vrbe distrahitur.* AVT parco sale contingunt.] *aut modico sale: aut reuerà parco, id est, seruatorio; qui omne, in quod mittitur, seruat. nam & homo frugi, parcus vocatur. Aut certè* parco *dixit, pro parcè; vt sit nomen pro aduerbio.* NEC tibi cura canum.] *ἀρχαϊσμὸς figura: pro, magna tibi cura sit canum.* POSTREMA.] *vilis.* VNA.] *hoc est, cum pecore.* VELOCES Spartæ catulos, acremq; Molossum.] Spartæ, *pro Spartanos. In Laconicis velocitas; in Molossis autem fortitudo laudatur. Sparta autem, Laconiæ est ciuitas: Molossia, ciuitas Epiri.* PASCE sero pingui.] *aquâ lactis, quæ pingues efficit canes.* NOCTVRNVM furem.] *noctis opportunitatem captantem. Fur autem, à furuo dictus est, id est, nigro: nam noctis vtitur tempore. Horatius:* Quàm benè furuæ regna Proserpinæ Vidimus. *Aut certè à Græco venit: nam fur, φὼρ vocatur.*

IBEROS.] *abactores. ferè enim Hispani omnes, acerrimi abactores sunt.* ONAGROS.] *agrestes asinos. & est laus canum.* SÆPE volutabris.] *Volutabra loca sunt, in quibus se apri volutãt.* SYLVESTRIBVS.] *quia & circa casas esse, & in ciuitatibus possunt.* DISCE & odoratam.] *pro, odoriferam. Et loquitur de serpentum remedijs; qui ingressi tecta, animalibus nocent.*

Si tibi laniciũ curæ.] *si volueris habere curam lanæ.* POM. Sabi. LAPPÆ & tribuli.] *herbæ, quæ habent semen spinosum.* LEGE.] *elige.* VILLIS mollibus.] *lanã molli, quæ debet esse cãdida.* ILLVM autem reijce.] *qui habet sub linguâ maculã nigram. Columella sic ait:* Itaq; non solùm ea ratio ꝓbãda arietis, si vellere candido vestitur: sed etiã si palatum atq; lingua cõcolor est lanæ. nam cùm & corporis partes nigræ atq; maculosæ sunt, varia etiã ꝓles nascitur. itaq; numeris significauit Vergilius. REIICE.] *repelle arietem.* PVLLIS.] *nigris.* CIRCVMSPICE.] *require. & est translatio.* ALIVM.] *scilicet arietem.* MVNERE sit niueo.] *Aiunt, quòd cùm olim Pan, Mercurij filius, cum Lunã coire concupîsset, & illa peteret præmium: Pan, cùm nihil haberet, præter ouillum pecus, potestatem fecit, vt eligeret quod vellet ex grege. Luna, delectata candore lanæ, album arietem cepit, & delusa fuit: quia ignorabat alia signa. ille enim aries, subnigram habuit linguam, qui maculauit posteà totum gregem.* CAPTAM.] *amore lanæ niueæ.* FEFELLIT.] *qui habebat linguam nigram.* LOTOSQVE.] *Lotus, herba est, & arbor. de herbâ loquitur nunc.* SALSAS herbas.] *vt hyssopum & serpillum. & ex herbis salsis lac fit sapidius. Origanum & lapathum herbæ faciunt optimum saporem in lacte.* ILLE.] *pastor. Ex radice loti herbæ desiccatã, in Libyã fit farina & panis, propter penuriam tritici. Lotos dicitur & faba Græca.* HINC.] *propter salsedinem.* TENDVNT.] *replent, & repleta vbera extenduntur.* EXCRETOS.] *qui creuerint multũ: id est, hœdos magnos.* PRIMA ora.] *primam partem rictus, ne possit sugere lac.* PRÆFIGVNT.] *ligant: per translationem.* SVRGENTE die.] *manè.* PREMVNT.] *caseũ faciunt.* SVB lucem.] *seruant vsq; ad diem.* ADIT.] *vadit ad oppida.* PARCO sale.] *quia non debemus ponere multũ salis.* CVRA canum.] *id est, debemus adhibere optimos canes: & sunt probatissimi, Spartani, & Molossi.* SPARTÆ.] *Spartanos.* ACREM.] *vehementẽ.* MOLOSSVM.] *Molossi sũt in Epiro. Sparta, ciuitas est Laconiæ.* VELOCES catulos.] *vt possint superare feras; & sint agiles, & diligentes.* SERO.] *serũ est postrema pars lactis, & est aqua lactis.* PINGVI.] *priusquã recoctũ excipiat, & qđ adhuc habeat aliquã vnctuositatẽ.* CVSTODIBVS.] *canib.*

HORREBIS.] *timebis: quia qui timet, horret.* FVRES.] *dicuntur à furuo, id est, obscuro: quia illi nocturno tempore latrocinantur.* AVT impacatos Iberos.] *Iberi, populi sunt supra Colchidem: & sunt prædatores. & accipit Iberos, pro prædatoribus.* ONAGROS.] *syluestres asinos.* TIMIDOS] *nam omne genus asinorum est timidum, propter frigiditatem.* VENABERE] *capies venando.* VOLVTABRIS.] *dicitur ab inuoluendo. & est locus plenus luto, vbi se volutant apri.* INGENTEM.] *magnum.* PREMES.] *ages & impelles.* DISCE & odoratum.] *Remedium contra serpentes.*

A PROB. MVNERE sic niueo lanæ (si credere dignum est) In nemora alta vocans.] *Pan, Mercurij filius, cùm Lunam concupisset, & haberet optimum pecus: poscente eâ, partem pecoris, pro concubitu, dicitur pollicitus; & duas partes fecisse gregum: quarum alteram candidiorē; sed lanæ crassioris. Lunā, deceptā candore, deterius pecus abduxisse, vt poëta significat.* IBEROS,] *Iberi, Hispani; à flumine Ibero.*

VAR. Lect. SÆPE volutabris pulsos syluestribus apros Latratu turbabis agens.] *In Romano libro scriptum est,* Latratu terrebis. *sed enim,* Turbabis, *pleniorem sententiam reddit.*

Galbaneoq; agitare graui nidore chelydros.
Sæpe sub immotis præsepibus, aut mala tactu
Vipera delituit, cœlumq; exterrita fugit:
Aut tecto assuetus coluber succedere, & vmbræ,
Pestis acerba boum, pecoriq; aspergere virus.
Fouit humum. cape saxa manu, cape robora pastor;
Tollentemq; minas, & sibila colla tumentem
Deijce: iamq; fugâ timidum caput abdidit altè,
Cùm medij nexus, extremæq; agmina caudæ
Soluuntur, tardosq; trahit sinus vltimus orbes.
Est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis,
Squamea conuoluens sublato pectore terga,
Atq; notis longam maculosus grandibus aluum:
Qui, dum amnes vlli rumpuntur fontibus, & dum
Vere madent vdo terræ ac pluuialibus Austris,
Stagna colit; ripisq; habitans, hîc piscibus atram
Improbus ingluuiem, ranisq; loquacibus explet.
Postquam exusta palus, terræq; ardore dehiscunt:
Exsilit in siccum; & flammantia lumina torquens,
Sæuit agris, asperq; siti, atq; exterritus æstu.
Ne mihi tùm molleis sub dio carpere somnos,
Neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbas:
Cùm positis nouus exsuuijs, nitidusq; iuuentâ
Voluitur, aut catulos tectis, aut oua relinquens
Arduus ad Solem, & linguis micat ore trisulcis.
Morborum quoq; te causas, & signa docebo.
Turpis oues tentat scabies, vbi frigidus imber
Altius ad viuum persedit, & horrida cano
Bruma gelu: vel cùm tonsis illotus adhæsit
Sudor, & hirsuti secuerunt corpora vepres.
Dulcibus idcirco fluuijs pecus omne magistri
Perfundunt: vdisq; aries in gurgite villis

SER. AGITARE.] *persequi.* GRAVI nidore.] *serpentibus scilicet noxio.* GALBANEOQVE.] *Galbanū species est multis apta medicaminibus.* CHELYDROS.] *Chelydri dicti sūt, quasi chersydri: quia in aquis & in terris morantur. nam χέρσον dicimus terram; ὕδωρ autem aquam.* MALA tacta Vipera.] *quæ & tacta nocet; & est perniciosa, dum tangit. Vipera autem, species est serpentis, quæ vi parit. nam corrosis eius lateribus, exeunt pulli, cum matris interitu. Lucanus:* Viperei coëunt abrupto corpore nodi. COELVMQVE exterrita fugit.] *id est, tectis gaudet: vt ἀγαθοὶ δαίμονες, quos Latini Genios vocant.* FOVIT humum.] *amplexa terram est, in quā possit latêre.* TIMIDVM caput.] *cui timet. Nam, vt Plinius dicit, serpentis caput, etiam si cum duobus euaserit digitis, nihilominus viuit.* EXTREMÆQVE agmina caudæ.] *motus. & hoc dicit: Cæde serpentem, donec caudæ volubilitas conquiescat.* CONVOLVENS sublato pectore terga.] *id est, erectus. quod ad expressionem generis serpentis posuit. Alij enim repunt toto corpore: alij eriguntur corporis parte. Lucanus:* Et contentus iit caudâ sulcare parias. VERE madent vdo terræ.] *Alibi:* Cùm ruit imbriferum ver. IMPROBVS.] *Insatiabilis.* INGLVVIEM.] *ventris capacitatem.* RANIS loquacibus.] *clamosis. & Loquacibus ideò: quia ex hominibus factæ sunt; vt dicit Ouidius.* ASPERQVE siti.] *Sallustius:* Quod genus siti magis, quàm aliâ re, accenditur. MIHI.] *pro, cuicunq; vt,* Non illâ quisquam me nocte per altum Ire. NITIDVSQE iuuentâ] *Pelle enim depositā, redit ad priorem ætatem.* CATVLOS.] *Abusiuè dixit. nam Catuli propriè canum sunt.* MORBORVM quoq; te causas, & signa docebo.] *Tria dicit: Signa morborum, causas, & remedia: sed non seruat ordinem legitimum. Nam post remedia, morborum signa commemorat.* TVRPIS scabies.] *quæ asperum & turpe efficit corpus.* ALTIVS ad viuum.] *per medullas & ossa penetrat.* ILLOTVS adhæsit Sudor.] *Lotus, vel lautus, dicimus. indè est, Lautum eo. nam illud ab Horatio satis licenter dictum est:* Ast vbi me fessum sol acrior ire lauatum Admonuit. ET hirsuti secuerunt corpora vepres. *Duas res dicit, vnde scabies ouium nascitur: aut nimium frigus, & humorem aëris; aut etiam, cùm post tonsionem non lauantur. Ex validiore enim æstu, sudor eis adhæret: ac propterea lauari frequēter præcepit.* Vepres *hic masculino genere. at Lucretius fœminino: vt,* Illorū spolijs vepres volitantibus austris. DVLCIBVS fluuijs.] *Salsa enim aqua magis pruriginem* B *generat.* VDISQVE aries in gurgite villis Mersatur.] *Musmonem dicit, ducem gregis: quem etiam Varro ita commemorat. Hinc autem partem aliquam lanæ pastores solent relinquere. vnde ait,* Vdis villis: *nam semper oues tonsæ lauantur.*

POM. Sabi. GRAVI.] *venenosos.* GALBANEOQVE.] *Galbanus est arbor, quæ prouenit in Amano mōte, parte Tauri, in regione Syriæ. si vratur galbanus, fugat serpentes.* IMMOTIS præsepibus.] *nō purgatis stabulis.* VIPERA.] *serpens malus, dum tāgitur.* COELVM.] *aërem: cùm fugit, & venit ad stabulū.* ASSEVTVS.] *quia ibi* C *fuit educatus.* ACERBA pestis.] *malū ingēs.* VIRVS.] *venenū.* DEIICE.] *cum saxo serpentem tumentem & sibilantem.* NEXVS.] *reuolutiones soluuntur.* VLTIMVS sinus.] *vltima pars non latet, cùm lateat caput.* CALABRIS.] *quia in Calabriā optima sunt pascua pro bubus; vbi est mons Picanus.* MACVLOSVS.] *ipse serpēs plenus maculis, & versicolor.* NOTIS.] *maculis & signis.* AMNES vlli.] *aliqui fluuij manant.* VDO.] *pluuiali. & hoc, propter vernum tempus.* EXPLET.] *implet.* INGLVVIEM.] *ventrem. quia serpens est totus ingluuies, & venter.* DEHISCVNT.] *aperiuntur.* SÆVIT.] *propter sitim.* SVB dio.] *sub aëre, propter hos serpentes, qui penetrant omnia, vt inueniant aliquam humiditatem.* IN dorso.] *supra gramina.* EXSVVIIS.] *corio suo: quia singulis annis renouantur.* ARDVVS.] *sitiens, propter Solem.* TRISVLCIS.] *quia videtur lingua trisulca.* MORBORVM.] *Nunc transit ad morbos, & remedia. & incipit de scabie, quæ venit propter nimiam pluuiā: quæ concalefacta cum vellere, generat scabiem.* AD viuum.] *vsq; ad coriū.* BRVMA.] *hyems. dicit omnes causas, ex quibus potest oriri scabies.* IDCIRCO.] *igitur.* DVLCI.] *non salsā, & amarā.* ARIES.] *ponit arietem pro omni vellere,*

PROB. GALBANEOQVE agitare graui.] *Galbanum, medicamenti genus.* CALABRIS.] *Calabria regio, in qua Brundusium est oppidum.*

GALBA-

Digitized by Google

A VAR. Lect. GALBANEO'QVE agitare graui nidore chelydros.] *Lege*, Graueis, *quippe chelydros; ex veterum librorũ teſtimonio, & ſtructuræ ipſius concinnitate.* SÆPE' ſub immotis præſepib⁹.] *In Romano lib. legitur*, Ignotis. *ſed*, Immotis, *melius.* FOVIT humũ.] *In libris aliquot manuſcriptis*, Fodit, *legitur. ſed*, Fouit, *Seruius agnoſcit: & vetera ſic habent exẽplaria.* POSTQVAM exhauſta palus, terræq; ardore dehiſcũt.] *In Romano libro, in Oblongo, in Longobardico, & aliquot alijs, non indecenter legitur*, Exuſta. *ſed enim exhauſta, propriè dictum videtur.* Exſilit in ſiccum.] *In codicibus Longobardico, atq; etiam in Mediceo*, Exijt, *habetur. ſed id nimis ſegniter. concitatiùs verò mihi videtur*, Exſilit. TVRPIS oues tentat ſcabies, vbi frigidus imber Altiùs ad viuum.] *In Romano libro*, Temptat ſcabies cùm frigidus imber Altius at viuum. *Ex his non reiecerim* Cùm: *licet* Vbi *non diſpliceat.*

Merſatur; miſſusq; ſecundo defluit amni:
Aut tonſum triſti contingunt corpus amurcà,
Et ſpumas miſcent argenti, viuaq; ſulphura,
Idæasq; pices, & pingueis vnguine ceras,
Scyllamq;, helleborosq; graueis, nigrumq; bitumen.
Non tamen vlla magis præſens fortuna laborum eſt,
Quàm ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum
Vlceris os. alitur vitium, viuitq; tegendo:
Dum medicàs adhibere manus ad vulnera paſtor
Abnegat, & meliora deos ſedet omnia poſcens.
Quin etiam ima dolor balantum lapſus ad oſſa
Cum furit, atq; artus depaſcitur arida febris:
Profuit incenſos æſtus auertere, & inter
Ima ferire pedis ſalientem ſanguine venam:
Biſaltæ quo more ſolent, acerq; Gelonus,
Cùm fugit in Rhodopen, atq; in deſerta Getarum,
Et lac concretum cum ſanguine potat equino.
Quam procul aut molli ſuccedere ſæpiùs vmbræ
Videris, aut ſummas carpentem ignauiùs herbas,
Extremamq; ſequi; aut medio procumbere campo
Paſcentem, & ſeræ ſolam decedere nocti:
Continuò culpam ferro compeſce; priuſquàm
Dira per incautum ſerpant contagia vulgus.
Non tam creber, agens hyemẽ, ruit æquore turbo;
Quàm multæ pecudum peſtes. nec ſingula morbi
Corpora corripiunt; ſed tota æſtiua repentè,
Spemq; gregemq; ſimul, cunctamq; ab origine gentẽ.
Tùm ſciat aerias Alpeis, & Norica ſi quis
Caſtella in tumulis, & Iapidis arua Timaui,
Nunc quoq; pòſt tanto videat, deſertaq; regna
Paſtorum, & longè ſaltus lateq; vacantes.

SER. SECVNDO defluit amni.] *cum aquâ ſcilicet.* TRISTI amurcâ.] *amaris olei ſordibus. Hoc autem remedium eſt contra ſcabiem, & læſum vepribus corpus.* VIVA'QVE ſulphura.] *Dactylicus verſus.* IDÆAS'QVE pices.] *ligdas, q̃ in Idâ Phrygiæ mõte naſcũtur.* SCYLLAM'QVE, B helleborosque graueis.] *genera herbarum ſunt.* PRÆSENS fortuna.] *efficax, vtilis, profutura. & dicit, incidendũ eſſe vulnus, ſi medicaminibus emolliri minimè potuerit.* SVMMVM Vlceris os.] *Ergo tunc ſecãdum eſt, cùm os habuerit.* VIVIT'QVE tegendo.] *dum tegitur.* MELIORA Deos ſedet omnia poſcens.] *Maiores enim, expugnantes religionem, totũ in experientiâ collocabãt. Salluſt.* Non votis, neque ſupplicijs muliebrib⁹, Deorum auxilia comparantur: vigilando & laborãdo proſperè omnia ce- C dunt. vbi ſocordiæ te te, atq; ignauiæ tradideris; neququã Deos implores: irati, infeſtiq; ſunt. ARTVS depaſcitur.] *Et Paſco, & Paſcor illam rem, dicimus.* ARIDA febris.] *quæ arida efficit corpora. Tamen ſciendum, Febrem, licèt à feruore dicta ſit, eſſe etiam frigidam: vnde modò ad diſcretionem ait*, Aridã. INCENSOS æſtus.] *i. febrem.* SALIENTEM ſanguine venam.] *id eſt, mobilem. dicit aũt, illam venam feriendã eſſe, quæ ſuper vngulã animalis eſt, tàm lata, quàm mobilis.* BISALTÆ.] *populi Scytharum: qui fugientes, equorum ſanguine aluntur, lacte permixto.* CVM fugit.] *Vel reuerâ fugit: vel, pergit celeriter.* CARPENTEM ignauiùs herbas.] *negligẽtius, & ſinè auiditate.* CVLPAM ferro compeſce.] *Atqui habere morbum, culpa non eſt. ſed hoc dicit:* Occidendo eam, *tuam culpam compeſce: id eſt, vita crimen, in quod potes incidere, ſi, dum vni parcis, fuerit totus grex eius contagione corruptus.* INCAVTVM vulgus.] *quòd ſe morboſi pecoris contagione abſtinere non nouit. Salluſt.* Repentè agros incautos inuaſit: *id eſt, ſecuros, & quibus præcautũ non erat. & vt*, Excipit incautũ. TOTA æſtiua.] *Loca poſuit pro animalibus. Aeſtiua autem, ſunt loca vmbroſa, in quibus per æſtatem pecora vitant Solis calorem. Statius:* Vmbroſi patuère æſtiua Lycæi. SPEM'QVE gregemque.] *id eſt, agnos cum matribus pariter.* SCIAT Aërias.] *Senſus hic eſt: Si quis eſt, qui ſciat iſta loca, qualia tunc fuerunt, cùm pecoribus erant refertæ; nunc quoq; ea vacãtia videat, licèt plurimum à peſtilentiã fluxerit tempus.* AERIAS Alpeis.] *id eſt, Galliam. & dicendo* Aërias, *verbum expreſſit de verbo. nam Gallorum linguâ alti montes Alpes vocantur.* NORICA.] *Noricum, pars eſt Illyrici.* ET Iapidis.] *id eſt, Venetiam. nam Iapidia pars eſt Venetiæ, ab Iapido oppido dicta. Salluſt.* Primã modò Iapidiã ingreſſus. *Huius eſt fluuius Timauus. vnde malè quidam Iapygis legunt; cùm Iapygia ſit Apulia.*

POM. Sabi. DEFLVIT.] *defertur ab ipſo curſu.* AMVRCA.] *dicitur fex olei.* SPVMAS argenti.] *argentum viuum & ſulphur.* IDÆAS.] *quia in Idâ monte multæ arbores ſunt, ex quibus manat pix.* VNGVINE.] *pinguedine, & ad vnguendum.* SCYLLAM'QVE.] Scylla *eſt genus bulborũ: & eſt naturæ deſiccatiuæ. &* helleborũ *propter amaritudinẽ deſiccat.* NIGRVM'QVE bitumen.] *liquefactum bitumen. & naſcitur in Aſphaltite lacu; & eſt gluten quoddam.* Helleborus *dicitur alio nomine veratrum: & naſcitur optimus helleborus in Anticyrâ, in Oetã monte: indè Oetus dicit.* FERRO.] *gladio.* VIVIT.] *excreſcit.* TEGENDO.] *dum tegitur.* VITIVM.] *vlcus. & hoc propter ſaniem clauſam* DOLOR.] *ſcabiei, aut alicuius alius morbi.* BALANTVM.] *ouium.* ARIDA.] *ſicca: quia ſitim facit.* INCENSOS æſtus.] *calidiſſimam febrem.* VENAM.] *id eſt, ſoluere venas in pedibus ouium. & hoc eſt remedium in febribus.* BISALTÆ.] *ſunt populi in Thraciã.* GELONI.] *in Scythiã, qui nunc dicuntur Getæ.* ACER.] *vehemens ad bellandum.* RHODOPEN.] *mõtem Thraciæ.* GETARVM.] *& hoc propter Gelonos, qui nunc dicuntur Tatari, id eſt, Tatari, corrupto verbo: qui, immerſo ſemine auenæ in lacte, vbi lac ſpiſſeſcit, ſoluunt venas equorum, & miſcent ſpiſſo lacti ſanguinem illum, & deinde ſorbillant: in ipſo autem itinere bibunt ſanguinem equorum ſinè lacte.* POTAT.] *ipſe Tartarus & Scytha. Maſſagetæ habent etiam hunc morem, quorum loca tenent nunc Tartari; vt meminit Plinius: eodem modo bibunt.* QVA'M procul.] *Nũc docet ſignum, quomodo cognoſcitur ouis febricitans.* SVCCEDERE vmbræ.] *ire ad vmbram.* PROCVL.] *quia non poteſt errare, vt aliæ oues.* CARPENTEM.] *non comedentem ita auidiſſimè: ideò ignauiùs.* SEQVI.] *gregem ſcilicet.* CVLPAM.] *ouem peſtilentem.* CONTINVO.] *ſtatim.* COMPESCE ferro.] *interfice.* CONTAGIA.] *febris illa contagioſa.* VVLGVS.] *per multitudinem ouium.*

Digitized by Google

PROB. SCYLLAM'QVE.] Scylla bulbi genus; vnde inficitur acetum, quod Scyllites dicitur. Helleborum, genus medicamenti venenati: quod interdũ mortiferum est. BISALTÆ.] Gens est Thracum: Geloni, Scythæ. & vtriq; à regionibus dicti. IAPIDIA] regio dicta est Histriæ.

VAR. Lect. ET spumas miscent argenti, viuaq; sulphura.] In Romano libro scriptum est, Argent· & sulphura viua. ET meliora deos sedet omnia poscens.] In Romano libro, Aut pro Et, pro Omnia, Omina legitur quod nõ æquè placet. AVT summas carpenté ignauius herbas.] In Romano libro, Segnius. sed Ignauius agnoscit Seruius. ET feræ solam decedere nocti.] In antiquis libris, Serà nocte. sed dassuo melius. CONTINVO ferro culpã compesce.] In Romano, in Medicæo, & quibusdam alijs peruetustis libris, dictionum ordo est, Continuò culpam ferro. ET lapidis arua Timaui.] Non negârim Iapidis legendum, & Iapidiam Venetiæ proximam regionem appellatam. Non tamen reticiendum est, quod in Romano libro, atq; etiam in Medicæo legitur, Iapygis. A

CAEL. Rhod. Et quoniam Virgilij locum excussimus, iuuemus eundem pro virili: apud quem in Georgicis ita legendum videtur tertio, vbi pecudum annumerantur remedia:

Et spumas miscent argent, viuaq; sulphura,
Idæasq; pices, & pingues vnguine ceras.

Sic enim agnosci à Seruio & Macrobio, nõ vt modò passim lectitamus, Ac sulphura viua. Esse enim dactylicũ carmẽ, cũ in sede postremâ dactylum seruet, sicut Aeneidos item sexto:

——Quin protinus omnia
Perlegerent oculis, ni iam præmissus Achates
Afforet.——

Hîc quondam morbo cœli, miseranda coorta est
Tempestas, totoq; autumni incanduit æstu;
Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum;
Corrupitq; lacus, infecit pabula tabo.
Nec via mortis erat simplex: sed vbi ignea venis
Omnibus acta sitis, miseros adduxerat artus.
Rursus abundabat fluidus liquor, omniaq; in se
Ossa minutatim morbo collapsa trahebat.
Sæpè in honore deûm medio stans hostia ad aras,
Linea dum niueâ circumdatur infula vittâ,
Inter cunctanteis cecidit moribunda ministros.
Aut si quam ferro mactauerat antè sacerdos:
Indè neq; impositis ardent altaria fibris;
Nec responsa potest consultus reddere vates.
Ac vix suppositi tinguntur sanguine cultri,
Summaq; ieiunâ sanie infuscatur arena.
Hinc lætis vituli vulgò moriuntur in herbis,
Et dulceis animas plena ad præsepia reddunt.
Hinc canibus blandis rabies venit: & quatit ægros
Tussis anhela sues, ac faucibus angit obesis.
Labitur infelix studiorum atq; immemor herbæ
Victor equus, fonteisq; auertitur, & pede terram
Crebra ferit: demissæ aures: incertus ibidem
Sudor, & ille quidem morituris frigidus; aret
Pellis, & ad tactum tractanti dura resistit.
Hæc ante exitium primis dant signa diebus.

SER. HIC quõdam morbo.] Describit pestilentiã Venetiæ, Galliæ, Illyrici. Nam quodã tempore, cùm Nilus plus æquo excreuisset, & diu permansisset in campis, ex aquâ fluminis, et calore prouinciæ, diuersa & plurima in limo animalia sunt creata; quæ, recedente in alueo suo Nilo, & inegra, & quæ semiplena fuerant, putrefacta sunt. exinde corrupto aëre, nata pestilẽtia est: quã Auster flans, primò ex Aegypto ad Atticã prouinciam pepulit: mox indè in tractũ Venetiæ & Illyrici, vsque. quaq; versum vniuersa vastauit. Hanc aũt pestilentiam ordine, quo diximus, plenissimè Lucretius executus est. MISERANDA tempestas.] pessima, inferens rem dignã miseratione. TOTO'QVE autumni incanduit æstu.] exarsit primâ parte autumni, quæ semper grauem efficit pestilentiam. Vt autem autumnus abundet morbis, facit confine frigoris & caloris. quod licèt etiam vernum tempus habeat; caret tamen morbo: quia tunc corpora præcedenti durata sunt frigore; quæ autumnus corrumpit, laxiora inueniens post æstatis calore. CORRVPIT'QVE lacus, infecit pabula tabo.] Ordinem sequutus est, quem & Lucanus tenuit, & Sallustius: primò aërem, indè aquã, pòst pabula esse corrupta. NEC via mortis erat simplex.] nec moriebantur ex vsu, id est, secundùm naturalem ordinem: non tantùm fugâ animæ; sed etiam corporis resolutione. Est autem Sallustius, qui ait: Nec simplici quidẽ morte moriebantur. OMNIBVS acta sitis.] feruidus calor: ab eo quod præcedit, id quod sequitur. FLVIDVS liquor.] humor sordidus. OSSA.] etiam ossa. & hac' [illegible] totum hominem significat. IN honore deûm.] in sacrificijs. vt, Haud equidem tali me dignor honore. LANEA.] scilicet infula: nam non stat versus, si laneam vittam dixeris. MACTAVERAT antè sacerdos.] eius scilicet mortem præueniens. INDE'.] ab hac causâ: quia morbus vniuersa confuderit. NEQVE impositis ardent altaria fibris.] Quia, vt dicit Plinius Secundus, Morbosa caro nõ coquitur. NEC responsa potest consultus reddere vates.] Colligit enim, nisi ex sanâ victimâ futura non possunt. SVPPOSITI.] Sic & in sexto: Supponunt alij cultros: id est, iugulant hostias. Dicendo autem, Suppositi, feriendi genus ostendit. nam interdum ab inferiore parte, interdum desuper feriebãtur. B SVMMA'QVE ieiunâ sanie infuscatur arena.] Signatis vsus est verbis, nimiumq; libratis. VVLGO'.] vbiq; passim & cateruatim. LÆTIS herbis.] ideò, ne eos fame perisse putaremus. CANIBVS blandis.] Etiã blandis canibus ex pestilentiã rabies nascitur. QVATIT ægros tussis.] Propriè: nam tussis cõmouet corpora. FAVCIBVS obesis.] tumentibus. ANGIT.] Benè ait, Angit: nam Angina dicitur porcorum morbus, quæ occupat fauces. Plautus: C Vellem me in anginam verti, vt huic aniculæ fauces præoccuparem. IMMEMOR herbæ.] pro herbarum. vt ipse: Immemor herbarum, quas est mirata iuuenca. vt, occupatione morbi, obliuionem cibi factam esse dicat. Quidam verò volunt, quòd Immemor sit studiorum & herbæ: quoniam antiqui in pratis certamina exhibere consueuerant. Vnde congruè coniunxit vtrumque; studiorum & herbæ. CREBRA ferit.] id est Crebrò: nomen pro aduerbio. INCERTVS] irrationabilis, sinè labore, cuius causa non apparet. MORITVRIS frigidus.] Frigidus sudor, mortis futuræ signum est: & morituris frigidus, exsoratus est. PELLIS tractanti dura resistit.] rigida est, nec cõhæret digitis.

VAR. Lect. CORRIPVIT'QVE lacus.] In Romano, in Medicæo, & antiquis alijs libris, Corrupit, habetur. LINEA dum niueâ circundatur infula vittâ] In Medicæo, in Longobardico, & quibusdam alijs antiquis libris, Lanea legitur: quod agnoscit Seruius. INTER cunctantes cecidit moribunda ministros] In Romano libro, Magistros, legitur. CREBRA ferit.] In Longobardico, Crebrò ferit. ET ad tactum.] In Romano At, vt solet. In Longobardico, Et ad tractum.

COEPIT

Sin in proceſſu cœpit crudeſcere morbus:
Tùm verò ardentes oculi, atq; attractus ab alto
Spiritus, interdum gemitu grauis; imaq; longo
Ilia ſingultu tendunt; it naribus ater
Sanguis, & obſeſſas fauceis premit aſpera lingua.
Profuit inſerto latices infundere cornu
Lenæos. ea viſa ſalus morientibus vna.
Mox erat hoc ipſum exitio: furijsq; refecti
Ardebant, ipſiq; ſuos, iam morte ſub ægrâ
(Dij meliora pijs; ardoremq; hoſtibus illum)
Diſciſſos nudis laniabant dentibus artus.
Ecce autem duro fumans ſub vomere taurus
Concidit, & miſtum ſpumis vomit ore cruorem,
Extremosq; ciet gemitus. it triſtis arator,
Mœrentem abiungens fraternâ morte iuuencum,
Atq; opere in medio defixa relinquit aratra.
Non vmbræ altorum nemorum, non mollia poſſunt
Prata mouere animum; non qui per ſaxa volutus
Purior electro campum petit amnis: at ima
Soluuntur latera, atq; oculos ſtupor vrget inerteis,
Ad terramq; fluit deuexo pondere ceruix.
Quid labor, aut benefacta iuuant? quid vomere terras
Inuertiſſe graueis? atqui non Maſsica Bacchi
Munera, non illis epulæ nocuêre repoſtæ:
Frondibus & victu paſcuntur ſimplicis herbæ.
Pocula ſunt fontes liquidi, atq; exercita curſu
Flumina: nec ſomnos abrupit cura ſalubres.
Tempore non alio dicunt regionibus illis
Quæſitas ad ſacra boues Iunonis, & vris
Imparibus ductos alta ad donaria currus.

SER. A COEPIT crudeſcere.] *validior fieri. vt,* Deiectâ crudeſcit pugna Camilla. *Et iam dat ſigna morbi validioris.* OBSESSAS.] *clauſas.* ASPERA lingua.] *ex nimiâ ſiccitate.* PROFVIT inſerto.] *nó ſemper profuit, ſed aliquádo. nam hoc ſolum eſt, quod aut morbo liberat, aut commouet in furorem.* MOX erat hoc ipſú.] *quod ſaluti eſſe putabatur. & hoc eſt, quod paulò pòſt dicturus eſt:* Quæſitæque nocent artes. FVRIISQVE refecti.] *Quia languẽtia corpora in vires quodammodo excitat furor, & facit ea in exitium conualeſcere.* B DII meliora pijs.] *Per parentheſin in exſecrationem hoſtium hanc torquet inſaniam.* FVMANS ſub vomere taurus.] *Per hoc oſtendit, etiam forteis tauros repentè morbo concidere. Nemo enim peſtilentem ad aratra ducit iuuentum.* EXTREMOSQVE ciet gemitus.] *Vltimùm hoc gemit. Sanè* Ciet, *modò dat ſignificat: ſicut in Tertio de Andromache,* Lachrymasque ciebat. *cùm Ciere propriè ſit, alteri aliquid commouere.* IT triſtis.] *morte iuuenci triſtem dicit agricolam.* FRATERNA morte.] *conſortis interitu. & ex affectu dictum eſt ruſtici.* MOVERE.] *in ſui deſiderium illicere.* PVRIOR electro campum petit amnis.] *Nam ſicut electrum defæcatius eſt metallis omnibus: ita & currens aqua cæteris purior.* AD terramque fluit deuexo pondere ceruix.] *Lucanus:* Laſſumq; caput ſe ferre recuſat. QVID C labor, aut benefacta iuuant?] *Si neutrum mortem repellit: nec corporis exercitium, nec mentis religio. Nam ſi generalis eſt ſententia, ſecundùm Epicureos; contra religionem eſt. ſi autem ad bouem tantùm refertur; hoc dicit: quid ei prodeſt, labore ſuo aluiſſe mortales?* ATQVI non Maſsica Bacchi munera.] *vina precioſa, à Maſsico monte Campaniæ. & per tranſitum tangit illa, quæ dicunt Phyſici: morbos venire ex cibi & potus nimietate, vel mutatione; ex nimijs vigilijs, et multâ ſollicitudine. dicitq; etiam ſinè his naſci ægritudinẽ. Nam in animalibus cũ nihil horũ ſit; tamen ægritudines pati cernimus.* EPVLÆ repoſtæ.] *aut abundantes; aut variæ.* SIMPLICIS herbę.] *Propter varietatẽ epularũ dixit,* Simplicis herbæ. NEC ſomnos abrumpit cura.] *Ex curâ enim nimiâ, vigiliæ procreantur.* VRIS imparibus.] *bobus agreſtibus, & ipſis inæqualibus. Nam Vri, agreſtes boues ſunt, vt diximus ſuprà. & hoc poëticè dixit. Cæterùm veritas hæc eſt: Cùm mos eſſet, ſacerdotẽ Argiuam iunctis bobus ire ad templa Iunonis; & ſolenni die boues non inuenirentur: (peſtilentia enim, quæ per Atticam, vt diximus, tranſierat, vniuerſa conſumpſerat) duo ſacerdotis filij, Cleobis & Biton, matrem ſubeuntes, iugo ad templa duxêre. Tum Iuno, probans eorum religionem, obtulit matri; vt, quod vellet, poſceret filijs. Illa, piâ reſponſione ait; vt, quod ſciret vtile Dea mortalibus, ipſa præſtaret. Altero itaque die, ſacerdotis filij iuuenes reperti ſunt mortui. ex quo probatum eſt, nihil eſſe morte præſtantius. quod Herodotus apud Græcos pleniſsimè commemorat in primâ hiſtoriâ.* ALTA ad donaria.] *Donaria, propriè ſunt loca, in quibus dona reponuntur deorum. abuſiuè autem, templa. Nam ita & puluinaria pro templis ponimus: cùm ſint propriè lectuli, qui ſterni in quibuſdam templis conſueuerant.*

VAR. Lect. ERROREMQVE hoſtibus illum.] *In Romano,* Ardorem. NON gramina poſſunt Grata mouere animum.] *Legendum ex veteribus omnibus libris:* Non mollia poſſunt prata mouere animum. *Quæ lectio maximè probatur ab eruditis omnibus.* ET victu paſcuntur ſimplicis herbæ.] *In Longobardico,* Victum; *non ineleganter.*

Ergò ægrè raſtris terram rimantur, & ipſis
Vnguibus infodiunt fruges: monteisq; per altos
Contentâ ceruice trahunt ſtridentia plauſtra.
Non lupus inſidias explorat ouilia circùm,
Nec gregibus nocturnus obambulat: acrior illum
Cura domat. timidi damæ, ceruiq; fugaces,
Nunc interq; canes & circùm tecta vagantur.
Iam maris immenſi prolem, & genus omne natantum,
Littore in extremo, ceu naufraga corpora, fluctus
Proluit: inſolitæ fugiunt in flumina phocæ.
Interit & curuis fruſtra defenſa latebris
Vipera; & attoniti ſquamis aſtantibus hydri.
Ipſis eſt aër auibus non æquus; & illæ
Præcipites altâ vitam ſub nube relinquunt.
Præterea nec iam mutari pabula refert;
Quæſitæq; nocent artes: ceſsêre magiſtri,
Phillyrides Chiron, Amythaoniusq; Melampus.
Sæuit & in lucem Stygijs emiſſa tenebris

SER. ÆGRE.] *difficulter.* TERRAM rimátur.] *in rimas agũt.* VNGVIBVS.] [illegible], *pro, manibus.* NEC gregibꝰ nocturnus.] *Quòd ait* nocturnus, *figuratè rem tẽporis ad perſonã tráſtulit.* OBAMBVLAT.] *inſidiatur.* CVRA.] *ſcilicet peſtilentiæ.* TIMIDI damæ.] *Mutauit genus, vt vitaret ὁμοιοτέλευτον. nam Horatius fœminino genere poſuit, dicendo:* Et ſuperiniecto pauidæ natarunt Æquore damæ. *Dicendo, damas & ceruos errare cũ canibus, duo oſtendit: & hos timoris, & illos ferocitatis oblitos.* FVGIVNT.] *quaſi timentes marinam peſtilentiam.* IPSIS eſt aër auibus non æquus.] *fuit quodammodo, quæ alarũ velocitate ſupergredi aërẽ non poterant peſtilentem.* REFERT.] *prodeſt.* PHILLYRIDES Chiron.] *medicinæ inuentor, Saturni & Phillyræ filius.* AMYTHAONIVSQVE Melampus.] *Amythaonis filius, καθαρτὴς, id eſt, purgator. Nam*

A

Pallida Tisiphone: morbos agit antè, metumque:
Inq; dies auidum surgens caput altiùs effert.
Balatu pecorum, & crebris mugitibus amnes,
Arentesq; sonant ripæ, collesq; supini.
Iamq; cateruatim dat stragem: atq; aggerat ipsis
In stabulis turpi dilapsa cadauera tabo:
Donec humo tegere, ac foueis abscondere discunt.
Nam neq; erat corijs vsus: nec viscera quisquam,
Aut vndis abolere potest, aut vincere flammâ.
Nec tondere quidem morbo, illuuieq; peresa
Vellera: nec telas possunt attingere putres.
Verùm etiam inuisos si quis tentârat amictus:
Ardentes papulæ, atq; immundus olentia sudor
Membra sequebatur: nec longo deinde moranti
Tempore, contactos artus sacer ignis edebat.

Præsidat ipse purgauit lustrationibus, quas inuenit. Et hoc dicit: Cõualescente morbo, nec meridianam adesse, nec religionẽ posse. ARENTESQVE sonant ripæ.] *Vult, pestilentiam etiã elementa sentire. sicut in Tertio:* Arebant herbæ, & victum seges ægra negabat. *nam Segetem pro terrâ posuit.* NAM neq; erat corijs vsus.] *quippe morbo putrefactis.* NEC viscera quisquam.] *Nec lauari, nec coqui poterant. Caro enim, corrupta morbo, quendam habet mucorem, qui non potest ablui: quoniam omne corpus possidet. Itẽ, igni superposita, aut putrescit, aut durescit: nam* *nõ coquitur.* PAPVLÆ.] *carbunculi.* IMMVNDVS sudor.] *morbus pedicularis, φθειρίασις.* SACER ignis.] *quem Græci ἱερὸν πῦρ.*

VAR. Lect.

ARENTESQVE sonãt ripę.] *In Romano lib.* Horrẽtesq;. AC foueis abscõdere discunt.] *In antiquissimo quidem libro,* Fossis *legere est.* VERVM etiam inuisos.] *In Romano libro legitur,* Quin etiam inuisos. CONTACTOS artus sacer ignis edebeat.] *Vulgata quædam exemplaria legunt,* Contactos artus. *Sed in Romano legitur, mutato etiam numero,* Contactos sacer artus.

B

MODESTINI IVRISCONSVLTI, IN QVARTVM Georgicorum, Argumentum.

Protinus aërij mellis redolentia regna,
Hyblæas & apes, aluorum & cerea tecta;
Quiq; albi flores, examina quæq; legenda,
Indicat: humenteisq; fauos, cœlestia dona.

GEORGICORVM LIBER QVARTVS.

PROTINVS aërij mellis cœlestia dona
Exequar: hanc etiam Mecœnas aspice partem.
Admiranda tibi leuium spectacula rerum,
Magnanimosq; duces, totiusq; ex ordine gentis
Mores, & studia, & populos & prælia dicam.
In tenui labor, at tenuis non gloria: si quem
Numina læua sinunt, auditq; vocatus Apollo.
Principio, sedes apibus, statioq; petenda,
Quò neq; sit ventis aditus, (nam pabula venti
Ferre domum prohibent) neque oues, hœdique petulci
Floribus insultent, aut errans bucula campo
Decutiat rorem, & surgentes atterat herbas.
Absint & picti squallentia terga lacerti
Pinguibus à stabulis, meropesq;, aliæq; volucres,
Et manibus Progne pectus signata cruentis.
Omnia nam latè vastant, ipsasq; volantes
Ore ferunt, dulcem nidis immitibus escam.
At liquidi fontes, & stagna virentia musco
Adsint, & tenuis fugiens per gramina riuus:

SER. PROTINVS aërij mellis cœlestia dona Exequar.] *Rhetoricè dicturus de rebus minimis magna promittit, vt & leuem materiã subleuet, & attentũ faciat auditorẽ. Sanè peritè: quoniam scit breue esse opus hoc de apibus, & intra paucos versus posse consumi, vsus est translationibus ad dilatandã materiã, dicens, apes habere reges, prætoria, vrbes, & populos. Sanè sciendũ, vt suprà diximus, vltimam partem huius libri esse mutatam: nam Galli laudes habuit locus ille, qui nunc Orphei continet fabulã: quæ inserta est, postquã, irato Augusto, occisus est Gallus* PROTINVS.] *deinceps: Exinde Floreum agrum exequar, sicut sum cæteros executus.* AERII mellis.] *dicit ideo: quia mel ex rore colligitur, qui vtique ex aëre defluit. Vnde est* & cœlestia dona: *id est, munus Deorum: antè enim mel inueniebatur in folijs: vt,* Mel'aque decussit folijs. HANC etiam.] *sicut superiores.* ADMIRANDA tibi.] *Audies ex rebus leuibus digna stupore esse in apibus & proceres, & tanta certamina.* MORES.] *quia castæ sunt: vt,* Illum adeò placuisse apibus mirabere morem. ET studia.] *vt,* Tantus amor florum, & generandi gloria mellis. ET populos.] *velut,* Vt binæ regum facies, ita corpora plebis. ET prælia dicam.] *vt,* Erumpunt portis, concurritur æthere in alto. IN tenui labor, at tenuis non gloria.] *Compensatio est laboris, quòd magnã dat gloriam, si fuerit materia exilis ornata.* NVMINA læua.] *prospera: vt alibi, intonuit læuum. Alibi autem hoc in malum ponit, vt cùm dixit:* Sæpè malum hoc nobis, si mens non læua fuisset, De cœlo tactas memini prædicere quercus. AVDITQVE vocatus Apollo.] *aut quasi poëtam Apollinem inuocat, aut quasi pastoralem deum. Nam Apollo νόμιος dicitur, ἀπὸ τῶν νόμων: id est, pascuis.* PRINCIPIO sedes apibus.] *Dicit, vbi aluearia ponenda sint: in qua re satis peritè. & ea, quæ abesse debeant, ne noceant apibus; & ea quæ adesse, vt possint prodesse, commemorat. Sanè, quoniam suprà ait:* Magnanimosque duces: *ideò intulit modò,* Sedes, statioque: *quàm translationem diligenter reseruat.* HOEDIQVE petulci.] *lasciui & exultantes: & petulci dicti, ab appetendo: vnde & meretrices petulcas vocamus.* PICTI terga lacerti.] *picta terga habentes.* PINGVIBVS à stabulis.] *plenis: sicut etiam è contrario inanes res, tenues nominamus.* MEROPESQVE aliæque volucres.] *Dicendo,* Aliæque volucres, *ostendit, & meropes*

C

A ropes eſſe aues. Sunt autem virides, & vocantur apiaſtræ: quia apes comedunt. ET manibus Progne.] nomen poſuit pro nomine: nam Philomela in hirundinem verſa eſt, pro qua Prognem, vel quaſi ſororem, poſuit, vel quaſi eam, quæ fuerat illius ſceleris cauſa. Nam ipſa miſerat Tereum ad adducendam ſororem. DVLCEM nidis immitibus eſcam.] id eſt, crudelibus pullis, qui apum more nutriũtur. ET tenuis fugiens.] Suſpendendum eſt Tenuis, ne incipiant eſſe duo epitheta, quod apud Latinos conſtat eſſe vicioſum.

POM. Sabi. PROTINVS, &c.] Attentionem captat. AERII.] propterea, quòd fit ex rore matutino: Cœleſtia, quod infanti Ioui, ferunt, cùm nutriretur in Ida, prolapſum fuiſſe ex aëre mel. PARTEM.] ſcilicet de apibus. SPECTACVLA.] Tranſlatio eſt. DVCES.] reges apum, cùm præliantur, apibus obediunt. MORES.] conſuetudinem. POPVLOS.] propter apum varietatem: & loquitur per tranſlationem. PRÆLIA.] quæ conſerunt apes inter ſe. IN tenui.] ſcilicet materia, tamen gloria non eſt leuis futura. SI numina.] permittunt aliquem poſſe optimè ſcribere de apibus. LÆVA.] felicia: quia de ſeptentrione intelligit. AVDIT.] ſi aſpirat Apollo. PRINCIPIO.] Incipit nar-
B rare à fortiori: nam primùm locus eſt eligendus, & materia antè præparanda. Apiarium eſt locus, vbi apes ſunt: Mellarium, vel mel. Alueare dicitur cortex, in quo includuntur apes: aluearium, vbi ſunt aluei: ſedes ponenda eſt in loco qui ſtet contra orientem hybernum: & vt repugnet ſeptentrioni, & vbi vitetur calor æſtiuus, & vbi ſint aquæ fluentes: aut puteus vnde aquam hauriamus apibus feſſis. PRINCIPIO.] primùm. STATIO.] vbi ſtatur: ſicut pabulatio, vbi pabulantur animalia. QVO.] ad quam ſedem & apiarium. ADITVS.] non ſpirent venti: nam diſsipantur, & ſubiunguntur. NAM.] Dat cauſam. PABVLA.] mel. DOMVM.] ad aluearia. Aut pabula, matutinos rores, ac per hoc mella. HOEDI petulci.] laſciui: quia laſciuiunt ſemper hœdi. BVCVLA.] parua bos. DECVTIAT.] deijciat. SVRGENTES.] creſcentes: quia attritæ herbæ rorem non retinent. TERGA.] ſedes apibus eſt locanda contra ortum brumalem, procul à tumultu & cœtu hominum ac pecudum, nec nimis calido, nec nimis frigido loco: ideo Varro ait: Aëre temperato, qui ſcilicet æſtate, non eſt nimis feruidus, & hyeme eſt apricus, propè ſint pabula, ne apes vagando diſsipentur: & pura aqua, quæ fluat in-
C ter lapillos ſine murmure: & ideò ſecundum magnos riuos apiaria non ponuntur, debet eligi hæc ſedes prope villam. LACERTI.] Duo vel tres aditus in operculo diſtantes, vt meminit Columella, fieri debent, contra fallaciã lacerti qui velut cuſtos veſtibuli prodeuntibus inhians, aufert exitum apibus. Intelligit autem potiſsimùm ex generibus lacertorum, ſtellionem, qui nocet valde apibus, & verſicolor eſt: id eſt, pictus. Stellio dicitur tarantula, videlicet ab inuidia: nam inuidi dicebantur ſtellati: & ſtellio nunquam fugit. SQVALENTIA.] quia in omni genere reptilium terga ſqualent. STABVLIS.] aluearijs. MEROPES.] Aues Meropes dicuntur, quas Italia vocat Barbaros: appellatæ à partitione cantilenæ: & Plinius ſic ait: Nec verò is minor ſolertia, quæ cunabula in terra faciunt, corporis grauitate prohibitæ ſublime petere, merops vocatur, genitores ſuos reconditos paſcens: pallido intùs colore pennarum, ſupernè cyaneo, priori ſubrutilo: nidificat in ſpecu, ſex pedum defoſſa altitudine. PROGNE.] Pandionis filia irata occidit filium ſuum Itym, & marito epulandum eum appoſuit: ipſa deinde conuerſa fuit in hirundinem, & maritus Tereus in vpupam, filius in phaſianum: vt alij volunt, in carduelem: quidam aſſcribunt hanc fabulam non Prognæ, ſed Philomelæ eius ſorori. CRVENTIS.] ſanguinolentis, propter cædem filij. OMNIA.] ipſa commoda & neceſſaria, & ipſas etiam apes capiunt, & portant ad nidos immites: ideò immites: quia comedunt apes, quæ faciunt mel. LIQVIDI.] clari fontes: quia ſine aqua neque pulli, neque faui, neque mella figurari queunt. MVSCO.] lanugine, quæ naſcitur ſupra aquas, & non eſt aqua: & ideo dicit muſco, vt poſſint inſidere apes, ne ſubmergantur. TENVIS.] quia non debet vehementer fluere: quia necaret apes.

PROTINVS aërij mellis.] Quidam dicunt mel in aëre naſci: quidam apes colligere: quo tempore in Ida Iupiter nutriebatur, tum primũ ex aëre fluxiſſe, eoq́; ipſum alium. PETVLCI.] laſciuientes hœdi. AVT errans bucula campo.] Vaccam dicit. MEROPESQVE, aliæq́; volucres.] Meropes dicũtur aues, quas in Italia vocãt Barbaros: quarũ vox, quia multiplex, capit partitionem vocis. Meropes appellantur Græcè à Meriſmo, quem Græci vocant, nos partitionem vocis, quam iidem ὀνὰ dicunt, gloſſematicôs. ET manibus Progne pectus ſignata cruentis.] Hirundo quondam Progne, Pandionis filia, quæ cùm filium ſuum Itym coniugi pro epulis appoſuiſſet, in auem mutata eſt. Ideò dixit: Et manibus Progne pectus ſignata cruentis. In hirundinem fertur Philomela ab alijs, non Progne, verſa. PROB.

TOTIVSQVE ex ordine.] In Romano libro, atque etiam in Mediceo, legitur abſque Ex, præpoſitiuâ particulâ, Totiusq; ordine. In alijs antiquis libris, Ex habetur: in quo animaduertendum, eſſe ſynæreſin ex duabus vltimis ſyllabis, in Totius, ſi lectio ea, Totiusque ex ordine gentis, admittatur. Verùm ego crediderim, Ex inſertum ex paraphraſi, recteq́; legi, Dicam ordine. MEROPESQVE, aliæque volucres.] In Mediceo libro non eſt geminata particula, que, ſed Meropes, aliæque legitur: magis tamen placet geminari, vt in alijs libris habetur. VAR. Lect.

Palmaq́; veſtibulum, aut ingens oleaſter obumbret:
Vt cùm prima noui ducent examina reges
Vere ſuo, ludetq́; fauis emiſſa iuuentus,
Vicina inuitet decedere ripa calori,
Obuiaq́; hoſpitijs teneat frondentibus arbor.
In medium, ſeu ſtabit iners, ſeu profluet humor,
Tranſuerſas ſalices, & grandia conijce ſaxa:
Pontibus vt crebris poſsint conſiſtere, & alas
Pandere ad æſtiuum Solem, ſi fortè moranteis
Sparſerit, aut præceps Neptuno immerſerit Eurus.
Hæc circùm caſiæ virides, & olentia latè
Serpilla, & grauiter ſpirantis copia thymbræ
Floreat, irriguumq́; bibant violaria fontem.
Ipſa autem, ſeu corticibus tibi ſuta cauatis,
Seu lento fuerint aluearia vimine texta,
Anguſtos habeant aditus: nam frigore mella
Cogit hyems, eademq́; calor liquefacta remittit.

SER. PRIMA.] pro primùm, nomen pro aduerbio. VERE ſuo.] ſibi grato & aptiſsimo. VICINA inuitet decedere ripa calori.] vt æſtus poſsint aquarum vicinitate vitare. IN medium.] Ordo eſt: In medium tranſuerſas ſalices & grandia conijce ſaxa. In medium, non ad honorem retulit, ſed abſolutè dixit. INERS.] Hîc pro ocioſa poſuit, vt in Bucol. Libertas, quæ ſera tamen reſpexit inertem: quæ vox ponitur pro ignauo: vt Spumantemq́; dari pecora inter inertia votis: optat aprum, & pro eo, qui ſine arte fit, vt apud Luciliũ in primo: Vt prohibetur iners; in quo non vlla eſt ars. PONTIBVS vt crebris.] veluti pontibus: nam nõ ſunt pontes. Si fortè morantes.] tardè remeantes ex paſcuis. NEPTVNO immerſerit.] deum pro aquis poſuit. GRAVITER ſpirantis copia

Vtraq; vis apibus pariter metuenda, neq; illæ
Nequicquam in tectis certatim tenuia cera
Spiramenta linunt, fucoq; & floribus oras
Explent, collectumq; hæc ipsa ad munera gluten,
Et visco, & Phrygiæ seruant pice lentius Idæ.
Sæpe etiam effossis (si vera est fama) latebris,
Sub terra fodère larem, penitusq; repertæ
Pumicibusq; cauis, exesæq; arboris antro.
Tu tamen è læui rimosa cubilia limo
Vngue, fouens circum, & raras superinijce frondes.
Neu propius tectis taxum sine, néue rubenteis
Vre foco cancros, altæ neu crede paludi,
Aut vbi odor cœni grauis, aut vbi concaua pulsu
Saxa sonant, vocisq; offensa resultat imago.
Quod superest, vbi pulsam hyemem Sol aureus egit

thymbrę.] genus est herbæ abundantis in Phrygia. Grauiter autem modò bene & multùm significat, aliàs malè: vt, Aut vbi odor cœni grauis. Ite; Graue olentis Auerni. IRRIGVVM.] hic qui irrigat, aliàs qui irrigatur. VIOLARIA.] loca vbi nascuntur violæ. VTRAQVE vis apibus pariter metuenda.] tam caloris, quàm frigoris: quod licet vtrumq; æquali modo metuendum sit, tamen dissimiliter nocet: nam calore liquefacta defluunt mella, quæ, si fuerint frigore condurata, constrictas apes interimunt. SPIRAMENTA.] exitus, alibi: Sæui spiracula Ditis. FVCO'QVE.] genus est herbæ, vnde tinguntur vestes. Fucum autem & flores, pro cera posuit, quam ex his colligunt rebus. HÆC ipsa ad munera gluten.] ad officia coangustandarum cauernarum. ET visco & Phrygiæ.] Ordo est: seruant gluten, quod est lentius & visco, & Phrygiæ Idæ pice. SERVANT.] Mirè ait: nam pilas quasdam in aluearibus faciunt, de quibus postea cerea tecta componunt. SI vera est fama.] si credendum est, apes posse terram effodere. E` læui rimosa cubilia limo.] Alij Et læui legunt: vnus tamen sensus est: nam hoc dicit: Quod illæ nimio labore perficiunt, tu è læui rimosa cubilia circumfouens limo, etiam raras frondes superinijce. Quod ideò fit, vt vel limus crepet, vel cauernæ aut Sole penetrentur, aut frigore. TAXVM.] venenatam arborem. Ipse in Bucol. Sic tua Cyrnæas fugiant examina taxos. Mel enim exinde pessimum gignitur. RVBENTEIS cancros.] odore enim ipsæ pereunt. Rubentes autem, quum vruntur, non qui per naturam sint huius coloris. ALTÆ neu crede paludi.] ne facilè merguntur. VOCISQVE offensa resultat imago.] resonat Echo repercussa, quam apes vehementer horrere manifestum est. VBI pulsam hyemem Sol aureus egit.] Secundum physicos, qui dicunt, tempore, quo hic hyems est, æstatem esse sub terris: & versa vice, cùm hic æstas, illic hyemem. Quod etiam Lucretius exequitur, & trahit in argumentum putealem aquam, quæ æstate frigidissima est, hyeme verò calidissima.

POM. Sabi. VESTIBVLVM.] antè apiarium. PALMA.] arbor, vbi possint insidere. INGENS.] formosus oleaster, vt inumbret ipsum vestibulum. NOVI reges.] qui constituuntur duces pullis volentibus exire, & dux semper est in medio. EXAMINA.] dicuntur quasi agmina: aliqui volunt scribi exagmina. VERE suo.] quia in vere profundunt & effundunt se apes. CALORI.] à calore inuitet ad aquas. OBVIA'QVE.] Dicit, quare debeant esse illic arbores. HOSPITII frondentibus.] quia alliciuntur frondibus apes in ædes, si stagnum sit in medio. INERS.] aqua propter paludem. PROFLVET.] fluet aqua. TRANSVERSAS.] quæ sint tanquam sedilia ipsis apibus. PANDERE.] expandere. EVRVS.] ventus dissipauerit, & immerserit in aquam. Eurus est ab Oriente, semper cum aliqua humiditate. PRÆCEPS merserit.] præcipites dederit in aquas apes. HÆC circum.] regio, vbi sedes apum est, fruticis sit exigui, & maximè thymi, aut origani, & thymbræ, & nostratis cunilæ, quam satureiam rustici vocant: vel sit etiam ibi rosmarinus, & vtraque cythisus: id est, satiua, & quæ spontè prouenit. De arboribus mirificè probatur tilia minor, sed probatur etiam hedera, verùm non ad bonitatem mellis, sed ad copiam. Probatur & lentiscus apud nos, & odorata cedrus. CASIÆ.] Casia herba est, sed non ea apud nos, eadè est, quæ apud Aegyptum, vnde colocasia. A SERPILLA.] gratum habent odori. GRAVITER spirantes.] maleolêtes. THYMBRA.] prouenit in campo Troiano: vnde Apollo Thymbræus. VIOLARIA.] vbi sunt violæ. IPSA autem.] Nunc dicit de materia ipsa, & instrumento in quo apes includuntur. ALVEARIA.] fictilia nocent apibus: aluei autem fiunt ex caua arbore, aut ex cortice crasso, vt puta suberis, aut ex alia materia, superinducto limo. Fictilium vasorum conditio deterrima: est enim rara illa materies, & iniuriam hyemis & feruorem æstatis facilè recipit. In Scythia autem aliter fiunt: eliguntur arbores oblongæ & proceræ, quibus supra mediam arborem excauatur miro artificio alueolus, terebro per B quandam fenestellam: deinde perungitur & oblinitur melle recenti & odorato, vt examina, quæ à matribus recesserunt, quia alia domicilia perquirunt, hic resideant: est enim arbor illa larix, siue picea, vnde resina fluit: propter quod materiam habet crassam, quæ nec calores, nec frigora recipere potest: & non cæduntur arbores apud illos, & adeò seruntur ad mellificationem, sed esse permittuntur in eo loco, vbi natæ sunt: itaque omnes syluæ, omnia nemora & prata aluearia sunt. IPSA autem.] aluaria. SVTA.] affecta in corticibus suberis, seu aliarum arborum. TEXTA.] facta. LENTO.] flexibili vimine, superinducto limo. ADITVS.] angusta foramina, quæ debent esse magna ad magnitudinem apum, & debent inter se distare propter stellionem. COGIT.] constringit. MELLA.] fauos. EADEM.] mella. REMITTIT.] resoluit. VTRAQVE vis.] vtraque iniuria, & caloris & frigoris. PARITER.] eodem modo. NEQVE illæ nequicquam.] Non affirmat: quia apes liniunt foramina cera & fuco. Neque nequicquam id est, apes frustra liniunt. CERTATIM.] quia certant vt obliniant. FVCO.] herba. ORAS.] spiramenta. Munera ad oppilandas fissuras: hoc est, gluten collectum, quod C gluten ipsæ apes seruant. LENTIVS.] spissius, ac per hoc melius & viscosius. Viscum significat illam materiam, qua capiuntur aues, & viscum dicebant antiqui esse rete. Hoc viscus, caro, quæ latet sub cute, & intestina. SÆPE' etiam effossis.] quia faciunt aluearia & cauernulas sub terram. LATEBRIS.] cauernis. FAMA.] si verum est quod dicitur. LAREM.] domicilium sub terra. CAVIS.] excauatis saxis. ANTRO.] trunco arboris excauatæ. EXESÆ.] veteris arboris. VNGE.] oblinias. RIMOSA cubilia.] domicilia, quæ inuenerunt apes. LIMO.] luto. FRONDES raras.] siccas. NEV propius tectum.] Nunc dat aliud præceptum. TAXVM sine.] Taxus propter nimiam frigiditatem affert exitium, & nux nocet. VRE foco cancros.] Hoc dicit propter nidorem: quia cancri grauiter olent cum assantur, & fœtor nocet apibus. RVBENTEIS.] quia rubent, dum coquuntur. ALTÆ neu crede paludi.] profundæ paludi. ODOR cœni.] ludi. SAXA concaua.] vt sunt antra, & vbi vox remugit. Varro sic ait: Mellaria secundum villam potissimum habenda, vbi non resonant imagines, hic enim sonus harum fugæ causa existimatur. PVLSV.] tactu, vel aëris verberatione, & loquela. SONANT.] sonitum reddunt. OFFENSA.] antris & saxis. QVOD superest.] intelligit de verno tempore. SOL aureus egit.] expulit.

ROB. A CASIÆ virides, & olentia latè Serpilla.] *Casia herbæ genus, id quod herba est odorata. Serpilla item herbæ genus, quod à serpendo serpillum cognominatur.*

VAR. Lect. SVB terra fodere larem.] *Sunt libri, in quibus sub terram sit. In Mediceo,* Sub terras. *Atq; etiam,* Fouere larem. EXESÆQVE arboris antro.] *In libris nonnullis manuscriptis legere est,* Arboris aluo. *Sed antro per hyperbolem longè melius videtur, ac figuratius.*

SER. METVENS flores.] *secant: vnde & messores dicti sunt. Sanè meto metis, præteritū facit messui.* HINC.] *ex floribus scilicet, ex quibus primò mel, mox pullos efficiunt.* NESCIO qua dulcedine.] *quadam arcanâ ratione naturæ.* MELLA tenacia fingunt.] *Quia, quum inuersi sint faui, mel tamen inde non funditur: vnde ait,* Tenacia, *quæ in resupinatis fauis cohærent.* CAVEIS.] *aluearibus.* B ÆSTATEM liquidam.] *per ver serenum.* CONTEMPLATOR.] *pro intuere: nam tempus futurum pro præsenti posuit, ab imperatiuo modo.* AQVAS dulces.] *Propter hoc ait suprà:* Et tenuis fugiens per gramina riuus. TRITA meliphylla.] *Varro hanc herbam apiastrum dicit, in primo libro operis rustici.* Cerinthæ ignobile.] *vile, vbique nascens.* MATRIS cymbala.] *quæ in eius tutela sunt: ideò quod similia sunt hemicyclis cœli, quibus cingitur terra, quæ est mater deorum.* MORE suo.] *naturali ratione, cuius causa* C *non redditur. Quis enim mouit, cur æris sono redeant in aluearia? licet ipse paulò pòst dicat:* Crepitantiaque æra secutæ Dictæo cœli regem pauere sub antro. *Sed & hoc poëticum est.* SIN autem ad pugnam exierint.] *Longior solito hæc παρένθεσις est. Est enim ordo:* Sin autem ad pugnam exierint. Hi motus animorum atque hæc certamina tanta, pulueris exigui iactu compressa quiescent. INCESSIT.] *ingruit, inuasit, alibi:* Incessi muros, ignes ad tecta volare: *&* Incessit regibus, *figuratum est: nam Incessit reges dicimus.* TREPIDANTIA bello.] *alacritate pugnandi, non timore, alibi:* Exultantiaq; haurit Corda pauor pulsans. MORANTES.] *tardè incedentes.* FRACTOS.] *collisos.* TREPIDÆ coëunt.] *festinant inter se in aluearibus.* PENNISQVE coruscāt.] *quemadmodum scuta milites commouent.* VOCANT hostem.] *prouocant.* VER nactæ sudum.] *serenum post pluuias: vt, per sudum rutilare vident.* CAMPOSQVE patenteis.] *aërem purum & liquidum, & non nubibus clausum: & ita aër campus est apum, vt mare nauium, hominum solum. Ipse in Quinto:* Subtrahiturq; solū. GLOMERANTVR in orbem.] *more bellantium.* NON densior aëre grando.] *In alijs enim bellis victi tantùm pereunt, in certamine verò apum etiam victrices: nam dicturus est,* Animasq; in vulnere ponunt. TANTVM glandis.] *Erit nominatiuus, hæc glans.* INGENTES animos angusto in pectore versant.] *Statius:* Maior in exiguo regnabat corpore virtus. *Homerus:* μικρὸς μὲν ἔην δέμας, ἀλλὰ μαχητής.

Sub terras, cœlumq; æstiua luce reclusit:
Illæ continuò saltus, syluasq; peragrant,
Purpureosq; metunt flores, & flumina libant,
Summa leueis: hinc nescio qua dulcedine lætæ
Progeniem, nidosq; fouent: hinc arte recenteis
Excudunt ceras, & mella tenacia fingunt.
Hinc vbi iam emissum caueis ad sidera cœli
Nare per æstatem liquidam suspexeris agmen,
Obscuramq; trahi vento mirabere nubem,
Contemplator, aquas dulceis & frondea semper
Tecta petunt, huc tu iussos asperge sapores,
Trita meliphylla, & cerinthæ ignobile gramen,
Tinnitusq; cie, & matris quate cymbala circùm.
Ipsæ consident medicatis sedibus, ipsæ
Intima more suo sese in cunabula condent.
Sin autem ad pugnam exierint (nam sæpè duobus
Regibus incessit magno discordia motu)
Continuoq; animos vulgi, & trepidantia bello
Corda licet longè præsciscere: nanq; moranteis
Martius ille æris rauci canor increpat, & vox
Auditur, fractos sonitus imitata tubarum.
Tum trepidæ inter se coëunt, pennisq; coruscant,
Spiculaq; exacuunt rostris, aptantq; lacertos.
Et circa regem, atq; ipsa ad prætoria densæ
Miscentur, magnisq; vocant clamoribus hostem.
Ergo vbi ver nactæ sudum, camposq; patenteis,
Erumpunt portis, concurritur, æthere in alto
Fit sonitus, magnum mixtæ glomerantur in orbem,
Præcipitesq; cadunt: non densior aëre grando,
Nec de concussa tantum pluit ilice glandis.
Ipsi per medias acies insignibus alis
Ingenteis animos angusto in pectore versant:
Vsque adeò obnixi non cedere, dum grauis aut hos,
Aut hos, versa fuga victor dare terga coëgit.
Hi motus animorum, atq; hæc certamina tanta,

SVB terras.] *Translatio est à stellarum occasu, quæ videntur ire sub terra.* ÆSTIVA.] *aprica & vernali, atque delectabili.* ILLÆ.] *apes.* SALTVS.] *syluas.* FLORES.] *quibus gaudent apes: hi sunt thymum, apiastrum, rosa, viola, cythisus, faba, lilium, papauer, casia, melilotos, melissophyllum: & cerintha.* LIBANT.] *quia non ingurgitantur apes: id est, degustant: aqua autem dat magnum prouentum mellis.* HINC nescio qua dulcedine lętę.] *à messe florum, & à fluminibus et potu.* FOVENT.] *nutriunt.* NIDOS.] *fauos ex melle.* HINC.] *à floribus.* EXCVDVNT.] *formant.* RECENTES.] *nouos fauos.* TENACIA.] *quia non liquescunt.* FINGVNT.] *faciunt ipsa metalla tenacia.* HINC vbi.] *Incipit loqui de examine emisso. Duces noui cū sua iuuentute prodeunt, in ipso domicilij vestibulo: vno vel altero die, multitudo omnis glomerata consistit, desiderium nouæ sedis ostendens: ibi cura adhiberi debet, vt in eadem patria remaneat: si negligentia fuerit, peregrinam regionem petit. Debet igitur curator, qui mellarius est, vespertinis temporibus aures singulis alueis admouere: quoniam antè triduum quàm eruptio futura est, veluti militaria signa mouentium murmur exoritur: ex quo paulò pòst Vergilius verissimè indicat, cum ait:* Corda licet duci præsciscere. *Obseruandum etiam, vt siue ad pugnam eruperit (nam inter se, aut cum alijs gentibus præliantur) siue fugæ causa, ad vtrunque casum paratus sit custos.* HINC.] *ab hac fœcunditate florum.* CAVEIS.] *ab aluearibus.* AD siderea cœli.] *ad aërem.* NARE.] *errare & volare.* LIQVIDAM.] *claram: tempus enim vernum liquidū dicimus: id est, clarū.* TRAHI.] *duci.* NVBEM obscuram.] *examē apū, globū.* CONTEMPLATOR.] *cōtēplare tu, ô custos, vbi sint aquæ dulces: quia eò proficiscuntur apes.* FRONDEA tecta.] *arbores benè frondētes.* ASPERGE.] *aspergēdo deijce.* HVC.] *ad aluos. Sunt qui per initia veris, vt Columella meminit, apiastrum, vtq; ille vates ait:* Trita meliphylla, &c. *colligunt & similes herbas, quibus id genus animaliū delectatur, atq; ita aluos perficiunt, vt odor & succus alueis inhæreat, & vasis, quæ deinde mundata exiguo melle aspergunt, nec longè à frontibus disponunt, & aluei cùm repleti sunt examinibus, domum referuntur.* IVSSOS sapores.] *succos herbarum quæ placent apibus, vtpote apiastro, melissophylla, &c. Merula apud Varronem sic loquitur de apiastro:* Quod alij melissophyllon, alij melinen appellant: & Probus meminit,

fuisse quosdam, qui scripserint, melissophyllon & meliloton eandem esse herbam, quidam alij differẽtiam inter has herbas fecerunt. Vergilius tamẽ, cùm dicit melissophylla, de apiastro intelligit. CERINTHÆ.] *Cerintha herba est folio candido, incuruo, capite concauo, mellis succum habente: eius magna copia prouenit in Eubœa insula, in qua & eiusdem nominis oppidum fuit.* IGNOBILE.] *syluestre: quia cerintha non est satiua.* TINNITVS.] *Aliud remediũ, quo confugiunt apes.* TINNITVS.] *sonitũ æris.* CIRCVM.] *ea loca, per quæ volãt apes.* CYMBALA.] *tympana, quæ adhibebantur in sacris matris deûm: id est, Cybeles.* IPSÆ.] *apes, audito tinnitu sedent simul.* MEDICATIS.] *suffumigatis, & præparatis antea.* CVNABVLA.] *in ipsis alueolis.* INTIMA.] *vltima.* CONDENT.] *complebunt.* SIN autem.] *Nunc dicit remedium si apes pugnauerint, scilicet iacere puluerem inter eos.* REGIBVS.] *quia singuli globi regem habent.* INCESSIT.] *orta est.* MOTV.] *tumultu.* CONTINVO.] *assiduò, et semper.* PRÆSCISCERE.] *antè noscere animos apum, scilicet opponendo aures alueis per aliquot dies vespertinis horis.* INCREPAT.] *personat.* MARTIVS canor.] *murmur apum, quod simile tubis fractis.* MARTIVS.] *bellicosus.* AERIS rauci.] *tubæ: & hoc est, priusquam erumpant ex aluearibus.* VOX.] *bombus apum.* FRACTOS.] *raucos: æris, quia tubæ sunt ex ære.* TREPIDÆ.] *quadam trepidatione.* CORVSCANT.] *micant.* PENNIS.] *alis.* SPICVLA.] *apes enim etiam spicula habent, & sagittas generales.* EXACVVNT.] *attenuant.* ROSTRIS.] *ore.*

APTANT.] *præparant ad pugnam.* MISCENTVR.] A *conglobantur: rex semper est in medio, & hortatur pugnantes.* PRÆTORIA.] *vbi manet rex: prætorium est locus iustitiæ.* NACTÆ.] *vbi peruenêre ad ver.* SVDVM.] *id est, roscidum & humidum. Humido enim vere, melior est fœtus: sicco, mel est copiosius: ideò dicit sudum.* CAMPOS patentes.] *clarum aërem.* PORTIS.] *foraminibus.* CONCVRRITVR.] *ad pugnam.* MIXTÆ.] *inter se apes.* IN orbem.] *in globum.* NON densior.] *Comparatio est.* DENSIOR.] *spissior, & in tanta quantitate: quia multæ apes cadunt.* IPSI.] *reges.* INSIGNIBVS.] *pictis alis: & pulcherrimis.* INGENTES animos.] *id est, magnanimi sunt in tam paruo corpore: & mirum est, quòd in tam paruo corpore sit tam magnus animus.* VSQVE ad.] *reges adeò obstinati sunt, vt nisi altero victo, alter non cedat pugna: si autem sæpius aciem notaueris: duces seditionum interficere curabis: & cùm sæpiùs gaudet erumpere vulgus, amputandæ sunt alæ regi.* OBNIXI.] *obstinati.* DVM.] *donec.* TERGA dare.] *fugere.* MOTVS animorum.] *apum acies & prælia mitigantur ac sedantur tactu pulueris, aut aspergine mulsi: passiue, aut similis liquoris.* TANTA.] *tot seditiones.* B

TRITA meliphylla.] *Meliphylla est herba, quam plerique vocant meliloton.* CERINTHÆ.] *Cerinthon est flos luteus cuiusdam herbæ: quæ copiosissima est in Eubœa: in qua oppidum est impositum Tarentum, quod Lacedæmonij condiderunt, duce Phalanto: qui sunt dicti Partheniadæ, nati, cùm oppugnaretur Messene, non legitimo matrimonio.*

Pulueris exigui iactu compressa quiescunt.
Verùm, vbi ductores acie reuocaueris ambo,
Deterior qui visus, eum, ne prodigus obsit,
Dede neci, melior vacua sine regnet in aula.
Alter erit maculis auro squallentibus ardens:
(Nam duo sunt genera) hic melior, insignis & ore,
Et rutilis clarus squammis: ille horridus alter
Desidia, latamq; trahens inglorius aluum.
Vt binæ regum facies, ita corpora gentis:
Nanq; aliæ turpes horrent, ceu puluere ab alto
Cùm venit: & terram sicco spuit ore viator
Aridus, elucent aliæ, & fulgore coruscant
Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.
Hæc potior soboles, hinc cœli tempore certo
Dulcia mella premes: nec tantum dulcia, quantum
Et liquida, & durum Bacchi domitura saporem.
At cùm incerta volant, cœloq; examina ludunt,
Contemnuntq; fauos, & frigida tecta relinquunt,
Instabiles animos ludo prohibebis inani.
Nec magnus prohibere labor: tu regibus alas
Eripe: non illis quisquam cunctantibus altum
Ire iter, aut castris audebit vellere signa.
Inuitent croceis halantes floribus horti,
Et custos furum, atque auium cum falce saligna
Hellespontiaci seruet tutela Priapi.
Ipse thymum, pinosq; ferens de montibus altis
Tecta ferat latè circùm, cui talia curæ:
Ipse labore manum duro terat, ipse feraceis
Figat humo plantas, & amicos iriget imbreis.
Atque equidem, extremo nî iam sub fine laborum
Vela traham, & terris festinem aduertere proram:

SER. PVLVERIS exigui iactu.] *quia, cùm puluerẽ viderint, sperant tempestatem futuram, quæ eis plurimum nocet.* DETERIOR qui visus.] *prior, à malo dicitur: deterior à meliore.* PRODIGVS.] *non mella conficiens, sed mella consumens: ideò Regem solum præcipit occidendum: quia, eo amisso, suus dissipatur exercitus: nã vt binæ regũ facies, ita corpora plebis.* SQVALLENTIBVS.] *splendentibus, quod à squamis venit: vt,* Squammis auroque trilicem: *nã à squalore sordidum significat: vt,* Squallentem barbam. TERRAM sicco spuit ore.] *aut in terram, aut reuera terram, propter puluerem.* PARIBVS.] *similibus: id est, aureis habentes distincta corpora.* LITA.] *illita, distincta.* POTIOR soboles.] *ad mella scilicet procreanda.* COELI tẽpore certo.] *& quum oriuntur Pleiades, & quum occidunt: id est, verno tempore, & autumno.* DVLCIA mella.] *non est superfluum epitheton: nam ideò dicit* Dulcia: *quia etiã sunt amara vt Corsicana: sicut in Bucolicis diximus.* LIQVIDA.] *defecata, sine sordibus: non quæ fluunt, quia mala sunt.* DVRVM Bacchi domitura saporẽ.] *apta mulso. Benè autẽ ait durũ saporem: quia maiores vina asperrima mellis dulcedine temperabant.*

FRIGIDA tecta.] *melle vacua, inoperosa: contrà, Feruet opus. Terent.* Nimirũ hîc homines frigẽt. INSTABILES animos.] *suadentes inanẽ vagãdi licẽtiã.* QVISQVAM.] *subaudi militum, aut quisquã de exercitu.* ALTVM iter.] *aut ludẽdo in altum volare: aut in bella procedere, & trahit translationem à militibus, qui in bellum processuri, ducum præcepto signa tollunt: nam apes hæc signa nõ habent: sed signa dicit ipsum motum bellandi inter se.* C INVITENT croceis halantes floribus horti.] *tã odoris optimi, quàm coloris: non enim dicit illic solũ crocum esse debere.* HELLESPONTIACI seruet tutela Priapi.] *Non dicit Priapum illîc esse debere, sed præcipit tales esse hortos vt mereantur deũ habere custodem. Hic autem Priapus fuit de Lampsaco ciuitate Hellesponti; de qua pulsus propter virilis membri magnitudinẽ, pòst in numerũ deorũ receptus, meruit numen esse hortorũ. De hoc Horatius:* Nam fures dextra coërcet, Obscœnoque rubet porrectus ab inguine palus: Ast importunas volucres in vertice arundo Terret fixa. *Dicitur autem præesse hortis, propter eorum fœcunditatem. Nam, quum alia terra semel creet aliquid, horti nunquam sine fructu sunt.* IPSE.] *scilicet diligens rusticus, & cultor agrorum.* IRRIGET.] *infundat.* IMBRES.] *aquas. Iuuenalis:* In tenueis plan-

A plantas facili diffunditur hauſtu. VELA traham]*pro traherem.* ET terris feſtinem aduertere proram.]*Illam allegoriam reſpicit, qua eſt vſus in primo :* Ades, & primi lege littoris oram. *Item:* Pelagoq; volans da vela parenti. FESTINEM.] *pro feſtinarem.*

POM. Sabi. QVIESCVNT.]*muteſcunt.* REVOCAVERIS.]*reduxeris domũ.* DVCTORES.]*reges.* DETERIOREM.] *eum, qui victus eſt, interfice.* PRODIGVS.] *conſumptor mellis, propter ignauiam & negligentiam.* OBSIT.]*noceat.* MELIOR.]*qui vicit.* VACVA.]*primo ductore.* SINE] *permitte.* ALTER erit.] *qui ſolus eſt mas inter apes, præcipua magnitudine, rex appellatur: ideò ſinè eo fœtus non editur: reliquæ apes eum tanquam marem, non tanquam ducem comitantur. Cùm apes excluduntur, veluti vermiculi ſunt: rex ipſe ſtatim eſt penniger, & mellei coloris. Regum duo genera ſunt : melior niger, variuſq;, omnibus forma ſemper egregia, & duplo cæteris maior: pennæ breuiores, crura recta, ingreſſus celſior, in fronte macula, quodam diademate candicans : multum etiam & ipſo nitore à vulgo rex differt: & cùm ſine aculeo ſit, maieſtate tamen armatus eſt, mira plebis circa eum obedientia: cùm procedit, totum examen circum conglobatur, cingit,* B *protegit, cerni non patitur: cùm populus in labore eſt, ipſe opera intus circuit, ſimilis exhortanti, ſolus immunis: circa eum ſatellites quidam atque lictores ſunt, quibus deſides & pigras puniunt.* MACVLIS ſquallentibus.] *ardentibus & ſplendeſcentibus.* ALTER.] *ſcilicet rex, qui victor eſt.* AVRO.] *ab eadem ſimilitudine illæ apes probantur: quæ variæ & pictæ ſunt, ex aureo colore: & quæ ſunt leues, minimè graciles, & acuti alui : nam vt duo ſunt genera regum, ſic apum. Ariſtoteles facit tria genera animalium & apum.* RVTILIS.] *aureis.* CLARIS.]*ſplendens.* ILLE rex.] *qui eſt malus.* HORRIDVS.] *incultus & aſper.* INGLORIVS.] *ſine aliqua gloria : quia quærit ingluuiem.* LATAM aluum.] *id eſt, qui eſt ventricoſus.* VT binæ facies.] *vt ſunt duo genera regum, ſic etiam plebis apes ſunt & ſylueſtres, & vrbanæ : ſylueſtres ſunt horridæ aſpectu, & iracundæ, ſed ope ac labore præſtantes: vrbanarum duo genera: optimæ, breues, variæq;, in rotunditatem compactiles: deteriores, longæ: & quibus eſt ſimilitudo veſparum, ſcilicet colore & ventre.*

ITA corpora.] *bina ſunt.* ALIÆ turpes.] *apes* HORRENT.]*ſunt aſperæ, non coloratæ.* CEV puluere.] *Dat ſimilitudinem ſputi, viatoris patientis ſitim, & defatigati.* ARIDVS.]*ſiccus.* PVLVERE.]*à planitie, tempore æſtatis.* SICCO ore.] *propter æſtus.* ALIÆ.] *apes.* ELVCENT.]*ſplendent.* AVRO.] *colore auri.* ET corpora lita.]*oblita & diſtincta.* GVTTIS paribus.]*ſimiliter aureis maculis. Vergilius probat paruulas apes, & oblongas, leues, nitidas, & ardentes auro, & quæ habent lita corpora guttis, moribus etiam placidis : deterior eſt rex ſputo viatoris ſimilis: tam fœdus eſt, ex cuius ſimilitudine effigiantur etiam malæ apes. Menecrates, vt meminit Varro, ait* duo eſſe regum genera: alter enim rex eſt niger, alter varius. SOBOLES.] *progenies.* POTIOR.] *melior illarum apum, quæ coruſcant.* HINC]*ab hac bona ſobole.* LIQVIDA.] *clara : quia mel turbidum facit dolorem ventris.* PREMES.] *premendo fauos mel liqueſcit.* DVRVM ſaporem domitura.] *temperatura auſterum ſaporem vini.* FRIGIDA.] *vacua tecta.* ILLIS.]*regibus cunctantibus.* ALTVM iter.] *id eſt, aërem.* CASTRIS.] *Loquitur per translationem.* HORTI.]*Nunc ſermonem conuertit ad fabricationem mellis.* HALANTES.]*exhalantes, propter ipſos flores.* HELLESPONTIACI.]*quia in Helleſponto colitur apud Lampſacum, qui terret aues.* SALIGNA.] *facta ex ſalice.* TVTELA.] *imago ipſius Priapi. Tutela autem hortorum eſt attributa Priapo.* TERAT]*herbas cum labore.* TALIA] *ſcilicet curare apes.* IRRIGET.] *rigando deducat.* ATQVE equidem.] *Excuſat ſe, quòd non ſcribat de hortis.* LABORVM.]*Georgicorum: quia ſunt in fine.* TERRIS.] *Translatio, ab ingenio.*

ET cuſtos furum atque auium cum falce ſaligna Helleſpontiaci ſeruet tutela Priapi.]*In Helleſponto eſt Lampſacum oppidum, in quo Priapus formoſiſſimus dicitur eſſe: quem ciues eius colunt, vt deum. Is autem in horto ponitur, vt auibus formidini ſit. Itemq; noctu furibus, quòd interdiu cuſtos videtur ſtare.* PROB.

PVLVERIS exigui iactu compreſſa quieſcent] VAR. Lect.
In Mediceo, & antiquis pleriſq; libris, Quieſcunt, *præſenti tempore legitur, vt præcepta hæc magis aſſeuerare videatur.*

SER. PINGVEIS hortos.] *fœcundos.* BIFE- C RIQVE roſaria Pæſti.] *Pæſtum oppidum eſt Calabriæ, in quo vno anno bis naſcitur roſa.* CRESCERET in ventrem cucumis.] *in curuaturam. Ideò autem ſic: quia per herbã : nam rectus creſcit, ſi pendeat. Sanè hic cucumis, huius cucumis declinatur, ſicut agilis, ſecundũ idoneos: nam neoterici huius cucumeris dixerũt, ſicut puluis pulueris.* NEC ſera comãtem Narciſſum.] *ſerò flores habentẽ.* PALLENTEIS hederas.]*Dicit ſe, niſi ad finem Georgicorum feſtinaret, etiam hortorum rationem & herbarum cultum adhuc ſcripturum fuiſſe.* OEBALIÆ turribus altis.]*Oebalia ipſa eſt Lycaonia: vnde de Caſtore & Polluce ait Statius:* Oebalidę fratres. GALESVS.] *fluuius Calabriæ, qui iuxta ciuitatem labitur Tarentinam, in qua ſe hortos optimos vidiſſe commemorat. Oebaliæ autem turres ait, quas condiderãt ij qui de Oebalia venerãt: nam vt etiam in tertio Aeneidos diximus, Lacones diu bello attriti, ab Atheníenſibus, & inopiam timentes virorum, præceperunt, vt virgines cum quibuſcunq; concũberent: quo facto, quum poſt victoriam iuuenes de incertis parentibus nati, erubeſcerent originẽ ſuam, (nam & Partheniatæ : id eſt, de virginibus nati appellabãtur) duce Phalanto octauo ab Hercule ; nauigijs profecti venerũt ad oppidum Calabriæ, quod Tarãs Neptuni filius condiderat : & id auctum habitauerunt.*

Forſitan & pingueis hortos quæ cura colendi
Ornaret, canerem, biferiq; roſaria Pæſti:
Quoque modo potis gauderent intyba riuis,
Et virides apio ripæ, tortuſq; per herbam
Creſceret in ventrem cucumis, nec ſera comantem
Narciſſum, aut flexi tacuiſſem vimen acanthi,
Pallenteiſq; hederas, & amanteis littora myrtos.
Namq; ſub Oebaliæ memini me turribus altis,
Quà niger humectat flauentia culta Galeſus,
Corycium vidiſſe ſenem : cui pauca relicti
Iugera ruris erant, nec fertilis illa iuuencis,
Nec pecori opportuna ſeges, nec commoda Baccho.
Hîc rarum tamen in dumis holus, albaq; circum
Lilia, verbenaſq; premens, veſcumq; papauer,
Regum æquabat opes animis, ſeraq; reuertens
Nocte domum, dapibus menſas onerabat inemptis.
Primus Vere roſam, atque Autumno carpere poma:
Et cùm triſtis hyems etiamnum frigore ſaxa
Rumperet, & glacie curſus frenaret aquarum,
Ille comam mollis iam tum tondebat acanthi,
Aeſtatem increpitans ſeram, Zephyroſq; moranteis.
Ergo apibus fœtis idem, atque examine multo
Primus abundare, & ſpumantia cogere preſsis
Mella fauis: illi tiliæ, atque vberrima pinus.
Quotq; in flore nouo pomis ſe fertilis arbos
Induerat, totidem Autumno matura tenebat.
Ille etiam ſeras in verſum diſtulit vlmos,

CORY-

SER. CORYCIVM vidiſſe ſenem.] *Cilicem: Corycos enim ciuitas eſt Ciliciæ, in qua antrum illud famoſum, penè ab omnibus celebratum, & hic per tranſitum tangit hiſtoriam memoratam à Suetonio. Pompeius enim victis piratis Cilicibus, partim ibidem, partim in Græcia, partim in Calabria agros dedit: vnde Lucanus:* An melius fient piratæ Magne coloni. *Malè autem quidam Corycium proprium eſſe aſſerunt, quum ſit appellatiuum eius, qui more Corycio hortos excoluit: quod etiam Plinij teſtimonio comprobatur. Hic ordo eſt: Memini (impropriè) vidiſſe Corycium ſenem. Dicimus autem, memini me videre. Terentius:* Memini videre, quò æquior ſum Pamphilo, ſi ſe quàm illam in ſomnis amplecti maluit. RELICTI.] *deſerti atq; contempti. Quis enim agrum non ſperneret nulli rei aptum, non vitibus, aut frumentis, vel paſcuis?* RARVM holus.] *id eſt, plantatile.* VESCVMQVE papauer.] *Veſcum tria ſignificat, minutum, edule multum, & aliud quo veſcimur: nam eſt aliud lethaum, quo non vtimur. Nam veſcas ſalicum frondes, aliter dictum eſt.* REGVM æquabat opes animis.] *benè animis, non poteſtate: quia regum more cibis non comparatis vtebatur.* FRIGORE ſaxa.] *vnus enim eſt, vt diximus, effectus caloris & frigoris.* GLACIE curſus frænaret aquarum.] *Mira varietas: nam ſuprà ait:* Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ. ÆSTATEM increpitans ſeram.] *tardè venientem, quum ille eius iam carperet fructus.* ERGO apibus.] *ne ſine cauſa hortos deſcripſiſſe videretur.* ILLI tiliæ, atque vberrima pinus.] *illi ſcilicet vberrima: nam per naturam & tiliæ & pinus ſteriles eſſe dicuntur.* FLORE nouo.] *id eſt, verno tēpore, cùm primùm florere incipit.* SERAS vlmos.] *maiores, quod nimiæ difficultatis eſt.* IN verſum.] *in ordinē:* Triplici pubes quam Dardana verſu impellũt. DISTVLIT.] *tranſtulit: nam permutauit præpoſitionem.*

POM. Sabi. PÆSTI.] *Pæſtum oppidum in Lucania, ſimiliter Poſſidonia, vbi bis in anno roſæ prouenīunt.* INTYBA.] *cicorea: Intybum eſt ex genere cicorei.* APIO.] *& apiaſtro gaudent apes.* CVCVMIS.] *eſt ventricoſus, & habet corticem viridem.* SERA.] *ſerò, nomen pro aduerbio.* NARCISSVM.] *Narciſſus dictus eſt à naribus: quia grauat nares.* ACANTHI.] *duo huius genera, topiarium & vrbanum, & eſt arbuſcula.* CORYCIVM.] *Oebalia Tarentus dicitur: quia Oebalici: id eſt, Laconici, ſeu Lacedæmonij, duce Phalanto, Tarentum vrbem condiderunt. Corycium autem, eſt promontorium Ciliciæ, cum antro nominatiſſimo, appellatum ab vxore Promethei. vt meminit Probus: & idem ait,* Pompeium Magnum Tarentinorum agros veteranis dediſſe, poſt Piraticam victoriam: *ideò Vergilius nunc dicit* Corycium: *id eſt, Cilicem, qui fortè alicui veteranorum ſeruierat. Cilices piratæ dicti: quia latrocinia exercebant in mari: & per hunc debes intelligere diligentem olitorem. Varro author eſt,* in Hiſpania habuiſſe milites duos ex agro Faliſco locupletes, quibus, cum à patre relicta eſſet parua villa, & agellus non ſanè maior iugero vno, hos circa villam aluearium feciſſe: & hortum habuiſſe, ac reliquum cythiſo & thymo obſeuiſſe, & apiaſtro: vnde ex melle dena millia ſeſtertiûm recipere eſſe ſolitos. OEBALIÆ.] *in Tarentinis agris.* GALESVS.] *fluuius in agro Tarentino.* HVMECTAT.] *irrigat.* FLAVENTIA culta.] *fluentes agros: id eſt, ruffos, à colore maturæ ſegetis.*

RELICTI.] *à domino mortuo.* ILLA.] *rara non erat oportuna ad nutriendum pecus, neque commoda ad vineam.* HIC.] *ſenex, aut Hic, in eo loco.* IN dumis.] *inter ſpinas: & ſic ſignificat ſterilitatem agri.* VESCVM.] *à veſcendo: quia papaueris cibus prodeſt & inducit ſomnum: in Scythia exprimitur lac ſolum papaueris, ad condienda fercula.* ÆQVABAT.] *animo ſuo.* SERA nocte.] *ad tardam horam.* INEMPTIS.] *ſcilicet ex dapibus hortorum: id eſt, ex herbis, quas non emit.* PRIMVS vere.] *Notat curam olitoris.* CARPERE.] *carpebat.* ET cum triſtis hyems.] *Dicit, ſi aqua fuiſſet congelata, adhibebat curam, vt frigus non noceret herbis: operiens herbas frondibus.* TRISTIS.] *aſpera & ſterilis.* FRIGORE.] *vehementia frigoris.* FRÆNARET.] *congelaret & aſtringeret ipſa glacie.* ACANTHI] Acanthus topiaria eſt herba, & vrbana, elato longoq; folio, crepidines marginum, aſſurgentiumq; puluinorum toros veſtiens: *vt Plinius ait.* MOLLIS.] *Dicit: quia ex acātho fiunt puluinaria et anaclitteria, & veſtes ſimiles bombycinis.* SERAM æſtatem.] *apricitatem tardam, & per hoc notat longam hyemem.* MORANTES.] *quia Zephyri ſunt aprici.* TILIÆ.] *Tilia in tota Scythia alimentum apibus præbet, & pinus vtilis eſt ad mellificationem.* VBERRIMA.] *ad optimam mellificationem.* FLORE nouo.] *Artificium Corycij ſenis magnis laudat, & admiratur induſtriam, quæ etiam valebat contra iniuriam hyemis: arbor enim, cùm deflorеſcit, amittere partem pomorum ſolet: adhibitā nunc curioſitate, nihil perdit, &, cùm arbores non transferantur, niſi tenellæ & nouellæ, ab hoc ſene translatæ, etiam duræ & feriles poma, nō interibant.* NOVO.] *quando incipit floreſcere.* TOTIDEM.] *poma, quot fuerant in ipſo vere.* SERAS.] *antiquas.* IN verſum.] *vt inciſo ſulco: nam verſum dicimus ſulcum.*

PROB. OEBALIÆ.] *Oebalia arx, ab Oebalo dicitur, in Lacedæmone: hoc ipſum oppidum, quod profluit Galeſus flumen. Pompeius, cùm oppugnaret piratas, remigibus eorum promiſit agros, ſi viciſſet eorum adiutorio. Quorum proditione victor, Tarentinorum agros veteranis diuiſit, & quicquid deterrimum fuit, remigibus dedit. Cilices autem, tunc exercuerunt piraticam. Eſt autem in Cilicia promontorium.* CORYCIVM.] *Cilicem intelligi vult: hoc eſt, remigem piratarum.*

VAR. Lect. QVOQVE modo potis gauderent intyba riuis.] *In Longobardico verſus ita legitur:* Quoque modo poſitis gauderent intyba fibris: *quanquam fibris ſuperadditum, eadem tamen manu, & atramento non diſſimili.*

IOAN. Scop. *Eſt Vergilij carmen Georgic. 4.* Quà niger humectat flauentia culta Galeſus. *Ipſe licet Tarentum non acceſſerim, ſed, qui meus eſt mos, ciues interrogaui de flumine, & loco: eóq; curioſior id percontabar, quòd non videbatur competere, vt legeretur niger Galeſus. Galeſus enim lacteus interpretatur, à gala galactos: id eſt, lac lactis: quod eſt contrarium nigro, cuius peculiare epitheton eſt albus Galeſus. Mar. in 12.* Albique ſuperas oues Galeſi. *Ideò penitùs affirmarem, vt piger, & non niger legatur: eò magis, quòd eſt, vt accolæ tradunt, inſtar lacus parum currentis & vbi fœminæ pannos lauant: eſt ibi pagus Galaſus nuncupatus, & templum appellatum ſanctæ Mariæ de Galaſo.*

Eduramq; pyrum, & ſpinos iam pruna ferenteis,
Iamq; miniſtrantem platanum potantibus vmbras.
Verùm hæc ipſe quidem ſpacijs excluſus iniquis
Prætereo, atque alijs pòſt commemoranda relinquo.
Nunc age naturas, apibus quas Iuppiter ipſe
Addidit, expediam: pro quà mercede canoros
Curetum ſonitus, crepitantiaq; æra ſecutæ,
Dictæo cœli regem pauêre ſub antro.
Solę communeis natos, conſortia tecta

SER. EDVRAM pyrum.] *nimium duram, validam.* ET ſpinos iam pruna ferentes.] *Prunorum arbor ſpinus vocatur, genere maſculino: nam ſentes, has ſpinas dicimus.* SPACIIS excluſus iniquis.] *anguſtis: vt,* Spatioque ſubit Sergeſtus iniquo. *Et dicit ſe carminis breuitate conſtrictum, hortos pleniùs non poſſe deſcribere.* ALIIS pòſt commemoranda relinquo.] *Gargilium Martialem ſignificat.* NATVRAS

Vrbis habent: magnisq; agitant sub legibus æuum:
Et patriam solæ, & certos nouêre penates:
Venturæq; hyemis memores, æstate laborem
Experiuntur, & in medium quæsita reponunt.
Namq; aliæ victu inuigilant, & fœdere pacto
Exercentur agris: pars intra septa domorum
Narcisi lachrymam, & lentum de cortice gluten
Prima fauis ponunt fundamina, deinde tenaceis
Suspendunt ceras: aliæ spem gentis adultos
Educunt fœtus: aliæ purissima mella
Stipant, & liquido distendunt nectare cellas.
Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti,
Inq; vicem speculantur aquas & nubila cœli:
Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto
Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.
Feruet opus, redolentq; thymo fragrantia mella.

A RAS apibus quas Iuppiter ipse Addidit.] *Naturas pro moribus posuit: Addidit autem, aut dedit significat, aut reuerâ addidit: necesse enim est eas etiam antè habuisse aliquos mores proprios.* PRO qua mercede.] Ordo est: *Expediam naturas apum, quæ Canoros Curetum sonitus, crepitantiaq; æra secutæ, Dictæo cœli regem pauêre sub antro.* Pro qua mercede: *id est, gratiâ, vel labore; Solæ communeis natos habent.* Nam (*vt etiam Donatus dixit*) tragicum est, & vltra carmen Georgicum, si accipiamus: Pro qua mercede, exclamationem esse: *vt sit, pro quanta hoc mercede fecerunt? scilicet vt Iouem alerent, quem Ops Saturni vxor Curetibus, Corybantibus,*
B *& Idæis Dactylis custodiendum dedit in monte Cretæ Dictæo, ne eum Saturnus consumeret, vt filios omnes solebat.* Quod ideò *fingitur: quia Saturnus, (vt diximus) temporum deus est, quæ in se reuoluuntur in æternum. Tunc itaq; apes æris sonum secutæ, Iouem melle aluisse dicuntur pro quâ re eis posteà præstitit Iupiter, vt haberent liberos sine vllo concubitu.* SOLÆ communeis natos.] *Plato in libris, quos περὶ πολιτείας: id est, de Republica scripsit, dicit* amori Reipublicæ nihil esse præponendum. Omnes præterea & vxores & liberos ita nos, tanquam *communes, habere debere, vt charitas sit, non libido confusa.* Quod præceptum nullum animal dicit, præter apes, seruare potuisse. MAGNIS agitant sub legibus.] *id est, æternis, nunquam mutabilibus: iisdem enim legibus semper vtuntur, nec eas, vt homines, sæpè commutant.* NOVERE penates.] *charissimos habent, vt,* Hic inter flumina nota: *id est, chara.* ET in medium quæsita reponunt.] *quæsita & parta in commune conseruant. Ipse alibi:* In medium quærebant. VICTV inuigilāt.] *pro victui.* FOEDERE pacto.] *scilicet, vt vicissim in aluearibus, vel in agris laborent.* NARCISSI lachrymam, & lentum de cortice gluten.] *humorem*
C *quòd autem ait,* Narcissi lachrymam, *allusit ad fabulam: quia, vt diximus, de puero est conuersus in florem.* PRIMA fauis ponunt fundamina.] *πρόπολιν vocant, duriore cera, quæ vix ferro potest frangi, quam colligunt de gummi arborum & de rasis lapidibus: vnde paulò pòst dicet:* Sæpe etiam duris errando in cotibus alas Attriuêre. TENACES ceras.] *Mella retinentes.* ADVLTOS educunt fœtus.] *quos educando adultos faciunt.* CECIDIT custodia sorti.] *ex sorte: nam aduerbium est, quod traxit à militia: legimus enim:* Partibus æquabat iustis, aut sorte trahebat. INQVE vicem.] *diuisit, & τμῆσιν fecit: nam ordo est, Inuicem: id est, vicibus succedentes.* AQVAS.] *Hic pro* pluuias. AGMINE facto.] *impetu.* IGNAVVM fucos pecus.] *inutile, non aptum industriæ: nam industrios gnauos dicimus.* PECVS.] *Vetustè dixit, cùm omnia animalia pecus dicerentur.* FVCOS.] *fucus est, secundùm Aemylium, maior ape, crabrone minor, dictus eò, quòd sit apibus nocens, quòd, cùm ipse nihil gignat, aliena consumit.* A' præsepibus arcent.] *ab aluearijs pellunt.*

POM. Sabi. EDVRAM.] *prægrandem.* PRVNA.] *minima, non Damascena, sed* * *quantum ad fructum.* PLATANVM.] *Platanus opacat magnum spacium terræ: nos non habemus platanos.* POTANTIBVS.] *conuiuantibus ad delicias. Verùm hæc ideò dicit, quòd suprà dixerat, se relinquere hæc dicenda alijs: quod fecit Columella. Plinius, cùm loquitur de arboribus, sic ait:* sed nos obliterata quoq; scrutabimur, non deterrebit quarundā rerū humilitas, sicut nec in animalib. fecit: quāquam videmus Vergilium, præcellentissimū vatem, eadē causa hortorum dotes fugisse, è tantisque quæ retulit, flores modò rerū decerpsisse. *Et potest intelligi hic locus, vel quia iam (vt dixit) finem facturus est Georgicis, vt non extēdat vltra opus suum: aut propter pleraq; nomina arborum malè sonātia.* INIQVIS.] *non paribus, non æquis: quia iam quarto libro finem destinauerit, & volumen nimiùm excreuisset.* ALIIS.] *hanc prouinciam assumpsit sibi* Columella. NVNC agendum.] *Aristoteles in libris de animalibus, subtilissimè de apibus scribit: apud Latinos mirâ breuitate absoluit Varro. Iunius Higinius diligētissimè tractauit, non prætermissis etiam quæ ad fabulas poëtarū pertinent, Cornelius Celsus lepôre quodam & elegentia illustrauit: Vergilius ornatissimè carminibus explicuit: Columella temperatissimè scripsit, modumq; adhibuit: & (vt ipse fatetur) ne consummatione susceptæ professionis ea pars, quæ de apibus erat, deesset, Ioue creato, Curetes insonuerunt æra: ne vagitus infantis posset audiri à Saturno: apes secutæ crepitum, alimentū præbuêre Ioui: deinde dedit Iuppiter nutricibus mellificandi potestatem. Sed & alia narratur fabula: Iuppiter Melissem puellam formâ pulcherrimam in apem conuertit. Quidam aiunt, de crabronibus genitas, quas nymphæ Phryxonides educauerunt: mox in Dictæo specu, Iouis extitisse nutrices, memorant, eas, intelligendum est Curetas, allexisse tinnitu. Quidam tradunt, apes primùm visas in Thessalia, regnante Aristæo rege: quidam in Attica regione, in monte Hymetto: & ambigunt de tempore. Ceterum, quomodo examinā reparetur, dicemus paulò pòst: quò iure genitæ apes mihi videntur.* DICTÆO.] *Cretico: nam* Dictæ *est vrbs in Creta.* COMMVNES natos.] *quia non est mas inter apes: & quæ nascuntur sunt communes: quia procreantur ex melle.* TECTA.] *aluearia.* AGITANT.] *viuūt.* ÆVVM.] *ætatem.* CERTOS penates.] *quia non incessunt patriam alienam, aut aluearia.* MEMORES.] *diuinatrices.* Experiuntur: *quia sciunt futuram esse hyemem.* REPONVNT.] *condunt.* IN medium.] *in communi.* NANQVE aliæ.] *Nunc separat officia apum: nam aliæ quærunt mel, aliæ stipant, aliæ faciunt cellulas. Iuniores exeunt ad opera extra tectum, & seniores intùs operantur, & parcunt ætati: aliæ flores aggerunt pedibus: aliæ aquam: id est, rorem ore ferūt.* VICTV.] *ad mellificādum: & hoc est officium extra tecta.* EXERCENTVR.] *quia aliæ legunt flores, & onerant pedes suos, & femina.* SEPTA domorum.] *intùs in ipsis alueolis.* PARS.] *Apes seniores.* NARCISSI.] *floris scilicet.* LACHRYMAM.] *florem, & rorem, qui est in flore.* GLVTEN.] *sunt enim & intùs quoq; officia diuisa: aliæ struunt, aliæ suggerunt: opus ipsum concameratione quadam textum, ad summa tecta deducitur: aliæ cessantium inertiam notāt, castigant mox, puniunt morte: communiter cibum capiunt, sine inuidia, sine ambitione. Primùm fauos construunt, ceram fingunt: hoc est, domos cellulasq; faciunt: deinde sobolem, posteà mella, ceram ex floribus, melliginem ex lachrymis arborum, quæ glutinum pariunt, vtputa salicis, vlmi, arundinis, & cæterarum talium succo, sine resinā: his rebus alueum ipsum, vt tectorio quodam, illiniunt. Fundamentum operis: id est, prima crusta, metis dicitur: saporis est amari; idq; ideò scilicet, ne vermiculi, tineæ aut blattæ noceāt: inde est initium ceræ ex mitiore gummi: posteà, additis floribus, crassior fit materia: præter*

hæ

hæc communis erythace, quam alij sandaracam, alij cerinthen vocant: hic erit apum, dum operantur, cibus. GLVTEN.] *& resinam, & lachrymam, alicuius arboris gummi: melius ex resina fit gluten: quia inest resinæ quædam pinguedo.* FVNDAMINA.] *fundamenta faciunt fauorum.* TENACES.] *glutinosas.* EDVCVNT.] *nutriunt incubando more gallinarum: quia generantur ex melle.* STIPANT.] *fabricant.* PVRISSIMA.] *liquidissima & pura: & quia nihil terrestre est in ipso melle, ideò lucet mel.* DISTENDVNT.] *implent.* CELLAS.] *domicilia & fauos concameratos.* SPECVLANTVR.] *aliæ in ipsis foraminibus aluearum sedent & excipiunt ferentium onera, & contemplantur tempestates cœli.* SORTI.] *forte quadam.* AQVAS.] *pruinas cœli.* SPECVLANTVR.] *prouident.* ONERA.] *aut mel, aut ceram.* AGMINE.] *facto quodam impetu.* ARCENT.] *proturbant à tectis & aluearibus: sunt autem fuci sine aculeo, vel imperfectæ apes, nouissimeq; à fessis & iam emeritis inchoatæ. Columella sic ait:* Fucus est genus amplioris incrementi, simillimum apis, & minimè, sine industria fauis assidens: nam neque alimenta congerit, & ab alijs inuecta consumit: verùm ad procreationem sobolis proferre aliquid videtur, insidens seminibus, quibus apes figurantur: itaque ad fouendam & educandam nouam prolem familiariùs admittuntur fuci: inde, exclusis pullis, extra tecta proturbantur. *Mago & Columella putant, fucos minimè necandos omnes, ne apes inertia laborent: nam fuci partem cibariorum absumunt. Vergilius tamen dicit in præsentia, esse omninò exterminandos fucos.* FERVET.] *augetur in ipso alueari.* FRAGRANTIA.] *olentia, & odorata thymo. Valerius Flaccus dixit:* Et arcano redolentem nectare rorem. *Redoleo cum accusatiuo & ablatiuo.* A

VAR. Lect. IAMQVE ministrantem platanum potantibus vmbram.] *Veteres omnes libri,* Vmbras *habent numero multitudinis.* ATQVE alijs post commemoranda relinquo.] *In libris aliquot leges:* Post hæc memoranda: *sed* Commemoranda, *Longobardicus, & aliquot alij libri habent.* NARCISSI lachrymam, & lentum de cortice gluten.] *In libris aliquot antiquis & præsertim in Longobardico,* Lectum *legitur, non* Lentum. REDOLENTQVE thymo fragrantia.] *In Longobardico,* Flagrantia *scriptum est: quod non probatur.*

Ac veluti lentis Cyclopes fulmina massis
Cùm properant, alij taurinis follibus auras
Accipiunt redduntq;: alij stridentia tingunt
Aera lacu, gemit impositis incudibus Aetna:
Illi inter sese magna vi brachia tollunt
In numerum, versantq; tenaci forcipe ferrum:
Non aliter (si parua licet componere magnis)
Cecropias innatus apes amor vrget habendi,
Munere quanque suo: grandæuis oppida curæ,
Et munire fauos & Dędala fingere tecta.
At fessæ multa referunt se nocte minores,
Crura thymo plenæ: pascuntur & arbuta passim,
Et glaucas salices, casiamque, crocumq; rubentem,
Et pinguem tiliam, & ferrugineos hyacynthos.
Omnibus vna quies operum, labor omnibus vnus.
Manè ruunt portis, nusquam mora: rursus easdem
Vesper vbi è pastu tandem decedere campis
Admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curant.
Fit sonitus, mussantq; oras & limina circùm.
Post vbi iam thalamis se composuêre, siletur
In noctem, fessosq; sopor suus occupat artus.
Nec verò à stabulis pluuia impendente recedunt
Longius, aut credunt cœlo aduentantibus Euris:
Sed circùm tutæ sub mœnibus vrbis aquantur,
Excursusq; breueis tentant: & sæpe lapillos,
Vt cymbæ instabiles fluctu iactante saburram,
Tollunt his sese per inania nubila librant.
Illum adeò placuisse apibus mirabere morem.
Quòd nec concubitu indulgent, nec corpora segnes
In Venerem soluunt, aut fœtus nixibus edunt.
Verùm ipsæ natos folijs, & suauibus herbis
Ore legunt: ipsæ regem, paruosq; Quirites
Sufficiunt, aulasq; & cerea regna refigunt.
Sæpè etiam duris errando in cotibus alas
Attriuêre, vltroq; animam sub fasce dedêre.
Tantus amor florum, & generandi gloria mellis.
Ergo ipsas quamuis angusti terminus æui.

SER. AC veluti lentis.] *Comparatio ad festinationem pertinens sola.* PROPERANT.] *cum properatione festinant: ipsi enim dicuntur Iouis flumina facere.* Properant *vetustè: vt Plautus:* Properat prandium; *& Ennius:* Festinat diem. TAVRINIS follib.] *Plaut.* Quam folles taurini habent, cum liquescũt petræ, ferrum vbi sit. IN numerum.] *in ordinem.* VERSANTQVE tenaci forcipe ferrũ.] *Forcipe, compositum ex forno & capio: fornum enim veteres calidum dicebant. Forceps, quasi fornuiceps.* SI parua licet cõponere magnis.] *si congruum est paruas res magnis æquare.* CECROPIAS.] *Athenienses, à rege Cecrope Atticæ regionis, vbi optima mella nascuntur.* INNATVS.] *Insitus.* VRGET.] *premit.* GRANDÆVIS oppida curæ.] *sicut senes muros tuentur, nec in bella prorũpunt.* DÆDALA.] *ingeniosa: vt,* Dædala Circe. CROCVMQVE rubentem.] *Salust. in histor. ait:* In quâ crocum gignitur. *genere neutro secundum artem vsus est. Hîc poeticè masculino, referens ad puerum, qui in hunc florem dicitur conuersus.* FERRVGINEOS hyacinthos.] *ferruginei: id est, nigri coloris.* TVM corpora curant.] *id est, se reficiunt vt:* Fessiq; & equos & corpora curant. *Sanè curare corpus, si de hominibus dicimus, & cibo, & lauacro intelligimus, aut alterutro: si de apibus, tantùm cibo accipimus.* MVSSANT.] *hic murmurant, quæ vox ponitur & in tacendi significatione: vt apud Ennium in septimo decimo:* Non possunt mussare boni. *Interdum pro dubitare: vt,* Mussat rex ipse Latinus. SOPOR suus.] *ipsis aptus: nam ideò* suus, *quia altum desinunt pro natura mellis, vt ipse alibi:* Melle soporatis frugibus offam. *Sed melius,* Suus, *pro exiguitate corpusculi sui.* B AVT credunt cœlo.] *scilicet suos volatus.* SVB mœnibus vrbis aquãtur.] *aquam hauriunt ex vicino.* INSTABILES.] *fluctuantes: id est, iactante fluctu, stabiles non sunt.* CONCVBITV indulgent.] *pro,* Concubitui, *datiuus est: nam indulgeo illi dicimus.* NEC corpora segnes in Venerem soluunt.] *id est, in libidinem non resoluuntur à nitendo: Persius:* Ille in Venerem patris est. C NIXIBVS.] *partubus: vnde & enixa dicimus.* REGNA refigunt.] *Re, abundat: id est, figunt.* SVB fasce.] *sub onere: vt,* Iniusto sub fasce viâ dum carpit. TANTVS amor florum.] *Suprà de equis:* Tantus amor laudum, tantæ est victoria curæ.

POM. Sabi. AC veluti lentis.] *Per comparationem probat, quemadmodum Cyclopes partiuntur opera, sic apes. Cyclopes sunt ministri Vulcani in Aetneo monte.* MASSIS lentis.] *quia omne metallum igni emollitur, & transit ad formam, propter ignem.* AVRAS.] *ventos è follibus: folles dicuntur mantices.* STRIDENTIA.] *pulsu malleorum verberata.* TINGVNT.] *immergunt.* LACV.] *aqua.* GEMIT.] *reson. è Aetna,*

Digitized by Google

A *Aetna, propter cauernas: in Aetnâ eſt officina Vulcani.* TOLLVNT.] *extollunt.* IN numerum.] *Fabri ferrarij impulſibus malleorum ordinem quendam retinent: hinc ſcribunt inuentum fuiſſe primùm Muſicen.* NVMERVM.] *in ordinem quendam numerorum.* TENACI forcipe.] *Forcipes enim omnes ſunt tenaces.* MAGNIS.] *propter Cyclopes.* INNATVS.] *ingenitus.* APES Cecropias.] *quia putauerunt aliqui primùm viſas fuiſſe in Attica regione, vbi regnauit Cecrops: inde mel Atticum & Hymettium.* QVASQVE.] *ſingulas.* MVNERE ſuo.] *officio.* GRANDÆVIS.] *ſenioribus.* OPPIDA.] *aluearia: & facere incruſtationem circa fauos, ideò ait munire.* DÆDALA.] *artificioſa: nam Dædalus inſignis fuit artifex. Lucretius de Venere:* Tibi ſuauis Dedala tellus Submittit flores: *id eſt, artificioſa.* MINORES.] *iuniores.* REFERVNT ſe nocte.] *reducunt ſe ad ipſam noctem, propter onus: iuniores: id eſt, quæ flores comportant, prioribus pedibus: femina: id eſt, crura onerant, propter id naturâ ſcabra: ipſo onere atque ſarcina pandæ, remeant, adiuuanturq́ ab apibus, quæ ſedent ad limina.* FESSÆ.] *onuſtæ.* PLENA crura.] *habentes plena crura thymo: crura accipit pro feminibus.* PASCVNTVR.] *Dicit cibum*
B *apum.* GLAVCAS.] *virides.* CROCVM.] *Crocus laudatiſſimus eſt in Cilicia, in Corycio promontorio: & eſt ſatiuus & ſylueſtris. Plinius ſic ait:* geram ex omni arborum ſatorumque floribus confingunt, excepta rumice & chenopode. PINGVEM tiliam.] *Optima eſt tilia ad mel.* FERRVGINEOS.] *pallidos.* OMNIBVS vna quies.] *id eſt, vno & eodem tempore apes non laborant & quieſcunt.* VNVS.] *idem labor.* OMNIBVS.] *exeuntibus ſcilicet: quia omnes ſunt in opere, non quòd habeant eundem laborem.* MANE ruunt.] *cùm inueſperaſcit, in ipſo alueo ſtrepunt, murmurant, donec vna circumuolet eodem, quo excitauit, bombo, ceu quietem capere imperans: & hoc caſtrorum more: tunc repentè omnes conticeſcunt, nocte tota quieſcunt in matutinum, donec vna, cum mandata eſt cura, excitet omnes, gemino aut triplici bombo, velut buccino, tunc vniuerſæ prouolant. Cùm ventus aut pluuiæ futuræ ſunt, continent ſe tectis in cœli temperie operi incumbunt.* NVSQVAM.] *nullibi per omne tectum, fit mora ab apibus.* VBI.] *poſtquam.* VESPER.] *tarda hora.* PETVNT.] *repetunt.* CVRANT.] *reficiunt cibo & quiete.* FIT ſonitus.] *murmurant intùs.* MVSSANT.] *murmurant, ſtrepunt, cir-*
C *cumeundo alueos.* THALAMIS.] *in cubiculis, in cellulis.* SILETVR in noctem.] *vſque ad matutinum, ab apibus.* IMPENDENTE pluuia.] *quando tempus eſt nimboſum.* STABVLIS.] *aluearibus.* NEC credunt cœlo.] *non volant quando veniunt Euri, qui pluuioſi ſunt.* AQVANTVR.] *exeunt aquatum.* CIRCVM.] *circumcirca, & circum ipſa mœnia vrbis: id eſt, prope aluearia.* EXCVRSVS.] *volant.* LAPILLOS.] *ſi pluuia cooriatur, pedibus lapillos prendunt, & librant ſe in aëre: quidam aiunt humeris imponi quod ferunt: iuxta terram volant, aduerſo flatu vepribus hebetato.* CYMBÆ.] *id eſt, ventres nauigiorum ſaburrâ: id eſt, harenâ replentur, vt firma ſint, nequè hoc etiam mirum in apibus. Anſeres, cùm ex Aegypto ad nos redeunt, quia ſemper clangorem in ipſo aëre edunt, cùm perueniunt ad Taurum montem, implent guttur & roſtrum lapillis, ne clament, propter aquilas & accipitres, qui ſunt in Tauro monte.* TOLLVNT.] *lapillos ipſæ apes, vt cymbæ.* INSTABILES.] *manes, & ſine pondere.* NVBILA.] *per aërem.* ILLVM adeò placuiſſe apibus mirabere morem.] *Vetus controuerſia inter eruditos, de generatione apum: earum enim coitus viſus eſt nunquam. Plures exiſtimauêre, confici oportere compoſitis floribus aptè atq; vtiliter, aliqui coitu vnius, qui rex, & ſolus mas. Certum eſt, auium more eas incubare: partus, qui ſubeſt, vermiculus eſſe videtur, candidus, iacens tranſuerſus, adhærensq́ ita vt paſcere videatur: ſolus rex ex electiſſimo flore, non vermiculus, ſed ſtatim penniger: cætera turbâ cùm formam capere cœpit, nymphæ vocantur: ſi quis capita demat priuſquam pennas habeant, pro gratiſſimo ſunt pabulo matribus. Apes incubando murmurant, vt calorem inſpirent: qui neceſſarius excludendis pullis eſt, donec ruptis membranis, quæ ſingulos cingunt, ouorum modo vniuerſum agmen emergat. Fœtus intra quadrageſimum-quintum diem peragitur: abortum faciunt, cùm vermiculus ille, vel ignauia incubandi, vel morbo aliquo ingraueſcit.* ADEO.] *valde.* CONCVBITV.] *voluptatibus.* SEGNES.] *ſcil. apes & pigræ, quia euacuât ſe coitu, in quo ſanguis emittitur conuerſus in ſemē genitale.* IN venerem ſoluunt.] *diſſoluunt ſe. Vnde antiqui caſtra militum vocabant quaſi caſta: quia illic caſtos decet eſſe milites.* FOETVS.] *partum excludunt.* NIXIBVS.] *conatibus & difficultatibus parien[ti]s.* LEGVNT.] *colligunt è floribus & herbis ipſæ apes.* SVFFICIVNT.] *ſufficiendo eligunt, & ſumminiſtrant.* PARVOS Quirites.] *alias apes, quæ circumſtant regem in aliquo magiſtratu.* PARVOS.] *quia parua nobilitas eſt in apibus.* REFIGVNT.] *iterū cōponunt.* CEREA regna.] *fauos.* AVLAS.] *cellulas, in fauos.* SÆPE etiā.] *& hoc eſt, propter ingentem cupiditatē mellificandi.* ERRANDO.] *inquirendo cibos.* COTIBVS.] *ſaxis.* VLTRO.] *ſpontè.* FASCE.] *onere & pondere, aut ſub faſce mandato: quia magiſtratus præcipiūt.* DEDERE.] *perdidêre vitam.* TANTVS.] *Concludit rationem, quare ponatur vita errando.* ERGO ipſas.] *Facit aliam concluſionē: quia & ſi parùm viuunt, tamen nunquam deſunt.* TERMINVS æui anguſti.] *finis paruæ ætatis.*

CVM properant, alij taurinis follibus auras accipiunt.] *In Longobardico totum hoc deſideratur: Alij* taurinis follibus auras: *quæ lectio nimis detruncata eſſet.* GEMIT impoſitis incudibus Aetna.] *In Longobardico, in Mediceo, & aliquot alijs libris antiquis non* Aetna, *ſed* antrum *habetur.* VERVM ipſe folijs natos, & ſuauibus herbis.] *In codicibus aliquot mutato numero legas:* Ipſę natos folijs. *In Romano verò,* Ipſæ è folijs, *non inuenuſtè.* ERGO ipſas, quâuis anguſtus terminus æui.] *In Romano libro, in Mediceo, & alijs omnibus libris, quotquot habere potui, vno conſenſu,* Anguſti terminus æui *legitur.* VAR. Lect.

Excipiat, (neque enim plus ſeptima ducitur æſtas)
At genus immortale manet, multosq; per annos
Stat fortuna domus, & aui numerantur auorum.
Præterea regem non ſic Aegyptus, & ingens
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaſpes
Obſeruant: rege incolumi, mens omnibus vna eſt:
Amiſſo, rupêre fidem, conſtructaq; mella
Diripuêre ipſæ, & crates ſoluêre fauorum.
Ille operum cuſtos, illum admirantur, & omnes
Circumſtant fremitu denſo, ſtipantq; frequentes,
Et ſæpè attollunt humeris, & corpora bello
Obiectant, pulchramq; petunt per vulnera mortem.
His quidem ſignis, atque hæc exempla ſecuti,
Eſſe apibus partem diuinæ mentis, & hauſtus

SER. AT genus immortale manet.] *ſcilicet per ſucceſſionē.* DOMVS.] *familia: vt,* Da propriam Tymbræe domum. NEC populi Parthorum, aut Medus Hydaſpes.] *fluuius Mediæ. De his autem gentibus Salluſtius dicit:* Adeò illis ingenita eſt ſanctitas regij nominis: *quas gentes tamen apes dicit amore circa regem ſuperare Vergilius.* REGEM obſeruant.] *venerantur: aliâs obſeruare eſt callidè aduertere. Terentius:* Obſerues filium, quid agat, quid cum illo conſilij captet. MENS omnibus vna eſt.] *id eſt, Concordanter operantur & viuunt.* CONSTRVCTAQVE mella Diripuêre ipſæ.] *quæ etiam ipſæ animam colligendo melli impendere conſueue-*

Aethereos dixêre: Deum nanq; ire per omneis
Terrasq; tractusq; maris, cœlumq; profundum.
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
Quenq; sibi tenueis nascentem arcessere vitas.
Scilicet huc reddi deinde, ac resoluta referri
Omnia, nec morti esse locum, sed viua volare
Sideris in numerum, atque alto succedere cœlo.
Si quando sedem augustam, seruataq; mella
Thesauris relines, prius haustus sparsus aquarum
Ore foue, fumosq; manu prætende sequaces.

runt: vt, Vltroque animam sub fasce dederunt. STIPANT QVE frequentes.] *Quasi quodam satellitio ambiunt.* ATTOLLVNT humeris.] *ætate scilicet fessum.* PVLCHRAMQVE petunt per vulnera mortem.] *gloriosam mortem, quippe quæ pro rege suscipitur. Traxit autem hoc de Celtiberorum more,* qui (*vt in Sallustio legimus*) se regibus deuouent, & post eos vitam refutant. HIS quidam signis atque hæc exempla secuti, Esse apibus partem diuinæ mentis.] *Sanè locum hunc plenius est executus in Sexto, quem hoc loco breuiter colligit, vt probet etiam apes partem habere diuinitatis. Nanq; omnia animalia ex quatuor elementis, & diuino spiritu constare manifestum est: trahunt enim à terra carnem, ab aqua humorem, ab aëre anhelitum, ab igne feruorem, à diuino spiritu ingenium.* Quod, *quia est in apibus, sicut etiam in hominibus, (nam metiunt, cupiuntq; dolentq;, gaudentq;, quæ probàtur ex his, quæ faciunt: dimicant enim, colligunt flores, præuident pluuias) fateamur necesse est, etiam apes partem habere diuinitatis. Vt autem hoc exemplis: id est, rebus similibus comprobaret, Lucretium secutus est, qui dicit ea, quæ per se probare non possumus, à similibus comprobanda: ventumq; docet esse corporalem, non quod eum tenere vel cernere possimus, sed quod eius similis aquæ effectus est, quam corporalem esse manifestum est.* HAVSTVS æthereos.] *diuinos spiritus.* DEVM nanque ire per omneis Terrasq; tractusq; maris.] *ipse in sexto:* Cœlum ac terras, camposq; liquenteis, Spiritus intùs alit. *Lucanus:* Iuppiter est quodcunque vides, quocunque moueris. HINC.] *id est, ex deo, & diuino spiritu sumunt omnia, quum nasci cœperint, vitam. Cæterumq; corpus ex quatuor elementis est, vt diximus suprà.* SCILICET huc reddi.] *Sine dubio etiam cuncta dissolui incipiunt, & redire rursus in originem suam necesse est, nec esse locum morti id est, perditioni. Nil enim est quod perire funditùs posit, quum sit τὸ πᾶν: id est, omne, in quod redeunt vniuersa resoluta. Res autem hæc, quæ mors vocatur, non est mors, quippe quæ nihil perire facit, sed resolutio. Vnde mors à plerisq; benè interitus dicta est, quasi interueniens, & mixtarum rerum connexionem resoluens. Lucret.* Nam continuò hoc mors illius est, quod & antè fuit cônexio. SI quãdo sedem augustam.] *id est, aluearia: & propriè Augustum est tectum, augurio consecratum. Abusiuè augustum, nobile, quasi maiestatis plenum.* THESAVRIS.] *id est, repositionibus: ac si diceret apothecis.* HAVSTVS sparsus aquarum.] *Pro spargens: participium est pro participio.* ORE foue.] *ipsos haustus scilicet: & hoc dicit, spargendo aquam imitabere pluuiam.* FVMOS prætende.] *Fumum etiam profer scilicet, vt, cùm his rebus territæ illæ discesserint, impunè possis mella colligere: alij legunt:* Ore faue: *vt sit, tace: vt etiam ipse in Quinto:* Ore fauete omnes. *Horat.* Fauete linguis. SEQVACES.] *quippe apum persecutores: vt,* Malea q; sequacibus vndis.

POM. Sabi. GENVS.] *apum.* FORTVNA domus.] *familia apũ: & durat genus apum per multos annos.* SEPTIMA æstas.] *Vita apibus longissima, in septem annos extenditur. Alueos nunquam vltra decem annos durasse proditur.* AVI auorũ.] *Hoc refert ad vetustatem generis apum.* PRÆTEREA regem.] *Nunc laudat artificium & ingenium apum, quæ regem mirum in modum obseruant. Hoc dicit ad laudem apum, quæ reges, non per successionem prolis habent, sed eligunt.* ÆGYPTVS.] *propter Ptolemæos.* LYDIA.] *vbi regnauit Crœsus: mansit regnum Lydorum vsq; ad Persas.* PARTHORVM.] *Persarum: nam Parthi primùm Persæ dicebãtur. Parthia enim est prouincia Persidis.* HYDASPES.] *fluuius est Mediæ, qui labitur ex prima India: & hi omnes regẽ obseruabant. Postea solùm rex Persarum durauit, inde ad Alexandrum, inde ad Aegyptum: nam tempore Alexandri Aegyptus erat subdita Persis. Illi, qui erãt sub Alexandro, partiti sunt sibi regnum. Aethiopes non eligunt regem, nisi formosissimum: & si rex fuisset claudus, tota plebs conabatur claudicare.* INCOLVMI.] *dum rex valet.* OMNIBVS apibus.] *scilicet est idem animus.* DIRIPVERE] *dissipauêre.* CONSTRVCTA mella.] *fauos.* CRATES.] *parietes & instrustationes fauorum.* ILLE.] *rex, est custos operum inter apes.* CIRCVMSTANT.] *regem.* DENSO fremitu.] *murmure.* FREQVENTES.] *cum magna multitudine.* STIPANT.] *sepiunt facto globo.* ATTOLLVNT.] *extollunt.* OBIECTANT corpora.] *pro rege scilicet, & quando rex impellit & hortatur, obiectant, opponunt.* PVLCHRAM.] B
Alibi: Pulchrumq; mori succurrit in armis: *et faciunt optimi milites.* HIS quidam signis, atq; hæc.] *quidam, qui de apibus scripserunt.* HIS.] *propter talia signa, cùm non cognoscant libidinem, & obediant regi, & pro eo moriantur, dixerunt esse apibus aliquid diuinitatis.* HAVSTVS.] *spiritus ætheris & animam, quæ est ætherius spiritus in nobis.* DEVM nanq;.] *Dat rationem: quia vbiq; est Deus, vt Theologi dicũt. Errat enim per quatuor elementa, vnde est omnis generatio, spiritus quidam, qui Deus est: eum quidem omnium rectorem esse certum est. is est, cuius alibi meminit:* Spiritus intùs alit. *Mors est discessus animi à corpore: quidam putant esse vtrinq; interitum, alij statim dissipari, alij diu permanere. Empedocles animum esse censet, cordi suffusum sanguinem: alij cor, alij cerebrum. Dicæarchus quandam esse viuacitatem, quæ cum corpore interit: quidam in omnibus animalibus esse vnam animam dixerunt, & appellauerunt eam animam mundi, cuius origo est sol. Aristoteles cum quatuor elementa posuisset, vnde omnia oriuntur, quintam quandam naturam censet esse, ex qua sit mens: id est, anima: proinde anima in hominibus similis est Deo: ab eo enim infunditur: vnde summus parens meritò appellatur: neque cum corpore interit tam pretiosum & cœleste semen. Itaque mors ipsa est quædam quasi migratio & commutatio: & anima spoliata corporali vinculo, iam libera, postea fruitur sempiternitate, sed verè mortui appellãtur illi, quorum vita vitiosa fuit, & tam fœda atq; immanis, vt aut praua de diuina prouidentia crediderit, aut irretitus voluptate non curauerit.* C
Quare Ennius poëta castorum & piorum hominum post mortem sensum remanere dixit. POST mortẽ.] *Id est, animam in cæteris esse obliuionem quandam, & veram mortem: & in sacris nostris legitur anima illa mori, quæ peccauerit. Quidam putant animas redire ad cœlum vnde venerunt: vt est illud:* Redituraq; semina cœlo. *Idẽ sensit in præsentia Vergil. cùm ait:* Sed viua volare Sideris in numerũ: *& apud antiquos clari viri ac fœminæ inter astra referebantur.* DEVM.] *spiritum, & illam quintam naturam, ire per elementum terræ.* ET tractus.] *Nam conualles dicuntur tractus, & hoc proprium est maris.* PROFVNDVM.] *sub appellatione cœli intelligit ignem & aërem, vt & antea fecit Homerus, & Ennius obseruauit. Generatio aëris est ab igni & sub appellatione ætheris intelligimus ignem,* HINC.] *ex hoc deo, & natura atque spiritu: quia omnis generatio est à Deo.* ACCERSERE.] *vocare & recipere.* VITAS tenues.] *animas.* ET quemcunque nascentem.] *& quodcunque nascitur, & per hoc voluit intelligere plantas herbarum & arborum, & cæterarum rerum, quæ incrementum habent, vt saxa & metalla, &c.* TENVES.] *inuisibiles animas: nam non videntur.*

Digitized by Google

A dentur. HVC.] ad ſpiritum, vel ad ipſum iſtum Deum de quo loquitur. RESOLVTA.] diſſoluta ab anima. MORTI.] Non eſt mors, ſed interitus, cuius anima non perit: ſed dicitur interire. VIVA volare.] quæ ſunt reſoluta, & de anima intelligit. SIDERIS.] quia referuntur inter ſidera in alto cœlo. SI quando.] Nunc dat præcepta, quomodo debeamus mel legere. FVMOSQVE.] Fumo fugantur apes ex alueis: & poſtquam fugatæ ſunt, aſpergine aquæ conglobantur, vt non errent. hoc ideò fit, vt exempto melle facilius inferantur alueis. AVGVSTAM.] ſanctam & inuiolatam: quia augurio confirmatam. RELINES.] euacuabis & purgabis. THESAVRIS.] Hoc dicit: quia putat res apum eſſe precioſas. RELINES.] aperies: ac per hoc, cùm volueris accipere. FOVE.] contine in faucibus tum ſparſus hauſtus aquarum. SEQVACES.] quia fumo apes fugantur.

PROB. AVT medus Hydaſpes.] flumen Indiæ. ſed Vergil. Mediæ dixit flumen Hydaſpen: quod Medi, duce Alexandro, per eum, regem Indorum & ipſam Indiam ſubegerint.

VAR. Lect. SIDERIS in numerum, atq; alto ſuccedere cœlo.] In Romano: Alto ſe condere cœlo, pro ſuccedere.

Bis grauidos cogunt fœtus, duo tempora meſſis.
Taygete ſimul os terris oſtendit honeſtum
Pleias: & Oceani ſpretos pede reppulit amneis:
Aut eadem ſidus fugiens vbi piſcis aquoſi,
Triſtior hybernas cœlo deſcendit in undas.
Illis ira modum ſupra eſt, læſæque venenum
Morſibus inſpirant, & ſpicula cæca relinquunt
Affixæ venis, animasq; in vulnere ponunt.
Sin duram metues hyemem, parcesq; futuro,
Contuſosq; animos, & res miſerabere fractas:
Aut ſuffire thymo, cerasq; recidere inaneis
Quis dubitet? nam ſæpè fauos ignotus adedit
Stellio, & lucifugis confeſta cubilia blattis,
Immunisq; ſedens aliena ad pabula fucus:
Aut aſper crabro imparibus ſe immiſcuit armis,
Aut dirum tineæ genus, aut inuiſa Mineruæ
Laxos in foribus ſuſpendit aranea caſſes.
Quò magis exhauſtæ fuerint, hôc acrius omnes
Incumbent generis lapſi ſarcire ruinas:
Complebuntq; foros, & floribus horrea texent.
Si verò (quoniam caſus apibus quoque noſtros
Vita tulit) triſti languebunt corpora morbo:
Quod iam non dubijs poteris cognoſcere ſignis,
Continuò eſt ægris alius color, horrida vultum
Deformat macies, tum corpora luce carentum
Exportant tectis, & triſtia funera ducunt.
Aut illæ pedibus connexæ ad limina pendent,
Aut intùs claſſis cunctantur in ædibus omnes,

SER. BIS grauidos cogũt fœtus.] id eſt, gemina eſt fœcunditas mellis. DVO tempora meſſis.] fructus. Iuuenalis: Veram deprehẽdere meſſem Si libet. TAYGETE ſimul os.] Taygete vna eſt de Pleiadibus ſeptem: vt autem etiam ſuprà di-
B ximus, bis mel præcipis colligendum, orientibus Pleiadibus: id eſt, verno tempore: & quum occidunt, autumnali ſcilicet tempore. OCEANI ſpretos pede reppulit amnes.] Homeri eſt, παρ' ὠκεανοῖο ῥοάων. Amnes autem benè ait: quia in morem fluminis eius fluenta reditura prorumpunt. AVT eadẽ ſidus.] Auſtralem piſcem ſignificat, qui aquarij vndam ore ſuſcipit: vnde & Aquoſi addidit: tunc enim piſcis hîc oritur, quo tempore Pleiades occidũt: nam ideo ait, Fugiens. TRISTIOR.] vel propter occaſum, vel propter propinquitatem iam hyemis aſperitatẽ. ILLIS ira modum ſupra eſt.]
C Excedunt in iraſcendo modum: nam cum ſuo iraſcuntur interitu. SPICVLA cæca.] breuia, quæ latêre poſſunt. ANIMASQVE in vulnere ponunt.] non in ſuo, ſed à ſe illato. ἀμφιβολικῶς dictum eſt: vt alibi: Cùm Turni iniuria matrem admonui: quam inferebat ſcilicet, non quam patiebatur. Item Salluſt. Iniuria validiorum, ſcilicet quam inferebant validiores. PARCES futuro.] ſcilicet tempore. CONTVSOS animos.] confractos. RES miſerabere fractas.] id eſt, afflictas. SVFFIRE thymo.] ſuffumigare, vt exinde inimica illis animalia fugiant. CERASQVE recidere inaneis.] ſine melle. Et ſanè hoc dicit: ſi nihil habuerint in aluearibus, vel te tollente, vel exedentibus prauis animalibus, apibus minutatim inciſam ceram miniſtra. Stelliones verò, & cætera, thymi fumo ab eis repelle. IGNOTVS.] ignobilis, vel ex improuiſo veniens. ADEDIT.] conſumſit. LVCIFVGIS blattis.] per noctem nauigantibus. IMMVNIS.] à labore ſcilicet, ventri tantùm indulgens. IMPARIBVS armis.] inæquali cõſilio: nam apes laborant, iſte conſumit, alibi: Et quærere conſcius arma: id eſt, cõſilium. INVISA Mineruæ Laxos in foribus ſuſpendit aranea caſſes.] Araneam inuiſam Mineruæ ideò dicit, quòd ab ea in hoc animal puella Lydia commutata eſt, quum deam lanificio prouocaſſet inferior. Sanè Vergilius quidem confundit: tamen ſciendum, maiores animal ipſum maſculino genere appellaſſe, hic araneus: retia verò, quæ faciunt, fœminino genere. CASVS apibus quoque noſtros Vita tulit.] Vitæ longitudo, morborum creatrix: ſicut in Bucolicis: O Lycida viui peruenimus. CONTINVO eſt ægris alius color.] id eſt, pallidus: quia dixit ſuprà: Ardentes auro & paribus lita corpora guttis. TRISTIA funera ducunt.] cum exequiali ſcilicet pompa: & Ducere propriè funerum eſt. Perſius: Nerio iam tertia ducitur vxor. AVT illæ pedibus connexæ ad limina pendent.] Hinc multi dictas apes eſſe volunt, quòd ſe pedibus inuicem teneant: licet crebrior ſit illa opinio, quòd ſine pedibus primò eſſe dicuntur: vt, Trunca pedũ primò.

POM. Sabi. BIS grauidos.] Nunc docet tempus. Tempora duo meſſis: id eſt, eximendi mellis, monet eſſe Vergilius: ſed M. Varro ſic ait: Eximendorum fauorum primum putant eſſe tempus, vergiliarum exortum: ſecundum, æſtate acta, antequam totus exoriatur arcturus: tertium, poſt vergiliarum occaſum: & ita, ſi fœcunda ſit aluus, vt ne plus tertia pars mellis eximatur. TAYGETA.] fuit vna ex Vergilijs, nupta Ioui. Verius exortus Vergiliarum eſt quinto idus Maij, & ea eſt prima mellatio: decimo-quinto Calend. Octobris oritur arcturus, & ſecundum quoſdam nonis Septemb. & hæc eſt ſecunda mellatio. Tertia verò ante occaſum Vergiliarum, qui eſt 6. idus Nouembris, exoriente ſole, quo tempore piſcis auſtrinus oritur, pluuiam ſignificans. Sunt enim in cœlo piſces magni duo, auſtrinus & aquilonaris, ſiue aquilonis: cibus apibus relinquendus eſt pro tempore atque prouentu florum: verùm & mellatio non fit, ſi pleni fuerint faui: ſed nimiùm parcendum non eſt, ne ingraueſcant apes: neque nimiùm eximendum, ne deſperatæ profugiant. COGVNT.] bis in anno. HONESTVM.] pulchrum. OSTENDIT terris caput.] id eſt, cùm oriuntur vergiliæ. Ponit ortum vnius pro omnium exortu. PLEIAS.] quia fuerunt filiæ Atalantis & Pleiones. AMNES.] aquas: quia ex Oceano emergunt ſtellæ, cùm oriuntur: & in Oceano, cùm cadunt, ſubmerguntur. SPRETOS.] ſpretam aquam Oceani, quando exoritur. EADEM.] vergiliæ. SIDVS.] id eſt, ortum piſcis auſtrini & aquoſi. TRISTIOR.] per tranſlationem. HYBERNAS vndas.] in Oceanum: & hybernas dicit propter hyemem, quæ ſtatim ſequitur poſt occaſum Vergiliarum. THESAVRIS relines.] Cùm alueos, qui apes nutrit, tractare debebit, vtiq; pridie caſtus à rebus venereis: neue temulentus, nec niſi lotus ad eas accedat, abſtineatq; ferè ab

omnibus redolentibus eſculentis, itemq; fœtentibus acrimonijs, vt ſunt allia & cepe: & Plinius ait: In primis præcipitur, vt lauti purique eximant mella: furem & mulierum menſes odere. Cùm eximuntur mella, apes abigi fumo vtiliſſimum eſt, ne iraſcantur, aut ipſæ auidæ vorent. ILLIS ira modum ſupra.] vltrà, quàm dici poteſt, apes iraſcuntur. LÆSÆ] apes, inſpirant ipſis morſibus venenum. CÆCA.] quæ non videntur: id eſt, aculeos tenuiſſimos. PONVNT animas.] quia apes poſt morſum moriuntur. DVRAM hyemem] frigidam. FVTVRO] futuræ mellationi: id eſt, ſi timeas hyemem, noli accipere mel. CONTVSOS.] dedignantes propter iram, & fractos. SVFFIRE.] ſuffumigare thymo aluearia. RECIDERE.] eximere. CERAS inanes] maculoſos fauos. Tollantur inanes & vitioſi faui & cibus ex integro ponatur, & ſuffumigetur aluus thymo, adhibendaq; ſunt remedia contra alia nocumenta apū. STELLIO ignotus.] occultus. ADEDIT] cōſumpſit. Duplex genus eſt ſtellionū: q proximus numeratur à ſcorpione & is eſt coloris liuidi, & paſcitur cibo apū: alius eſt ſtellio ſimilis lacertæ, qui æſtiuo tēpore videtur in domibus, in quibus canit: nomen habet ab inuidia. Nam antiqui ſtellatum hominem inuidum dicebant & ipſo colore inuidiam demonſtrat, qui liuidus eſt: vnde etiam liuorem, pro inuidia, accipimus. Phalangiones, ſunt de generibus araneorum. CVBILIA.] aluearia. LVCIFVGIS blattis.] fugientibus lucem: & item, ſi ſuffumigatio non fiat, aluei replentur blattis, quæ noctu volant. Plinius ait: Tenebrarum alumnæ blattæ, vitam lucemq; fugiunt, in balneis, maximè humido vapore, prognatæ. IMMVNIS.] piger, ſine officio, & extra cenſum: quia nihil agit. PABVLA.] mella. Fucus eſt appellatus, qui furtim mella deuorat, inquit Plinius. ARMIS imparibus.] Quia crabrones ſunt maiores, quàm ſint apes, & potentiores, cauendum ne apes intercipiantur violentia crabronum, qui ante aluearia plerunque inſidiantur prodeuntibus, & ſub terra cellulas faciunt, & veſpæ ex luto muſcas venantur & apes. ASPER.] Quia eſt nigri coloris, & viridis. DIRVM.] crudele. Columella: Papiliones enecentur, qui plerunque inter alueos morantes, apibus exitio ſunt: nam & ceras erodunt, & ex ſtercore ſuo vermes progenerāt, quos alueorum tineas appellamus hę dicuntur teredines. Ignauus & inhonoratus papilio etiam ipſe nocet, ex eius excremento naſcuntur etiam in ipſo ligno teredines, propter vetuſtatem, quæ nocent. ARANEA.] Aranei maximè hoſtiles ſunt: quia, cùm præualuēre, vt inquit Plinius, frequēti textura telarum enecāt alueos. Lydia puella, nomine Arachne, cùm victa eſſet à Minerua lanificij certamine, demutata dicitur fuiſſe ab eam araneam. LAXOS] diffuſos. CASSES.] retia diffuſa. SVSPENDIT.] ſuſpendendo obducit, & occupat foramina. INVISA Mineruæ.] propter lanificium. QVO magis exhauſtæ.] Cùm minuitur vulgus apum, cogitant apes de ſufficienda prole, ne intereat genus. Et hoc accidit aut iniuria cœli, aut inſidijs beſtiolarum, aut fame, aut morbo: ideò adhibendus eſt modus in mellatione, nec ſi nimium relinquatur mellis, ignaueſcant: & ſi nimium auferatur, deſperatæ profugiant. EXHAVSTÆ.] ſcilicet apes, exinanitæ & diminutæ. HOC.] propter hoc, quòd ſunt diminutæ. SARCIRE.] reparare. RVINAS lapſi generis.] mortuarum apum. Apibus nocent fuci, veſpæ, crabrones, culices, aranei, papiliones, ſtelliones, hirundines, ranæ, odor cancrorum combuſtorum: eſt & inimica apibus, vt idem Vergilius meminit, echo ex reſultanti ſono. COMPLEBVNT.] apes. FOROS.] loca alueorum. HORREA.] Dupliciter legi poteſt, & per duplex r: vt intelligat per horrea, aluearia ipſa: ſi per ſimplex r, tunc ſignificat æſtiuum mel: & ita legendum eſſe puto. Plinius ſic ait: Alterū genus eſt mellis æſtiui, q ideò vocatur horeū, à tempeſtiuitate præcipua ipſo ſirio ſplendeſcente. TEXENT.] texenda facient. HOREA.] mella æſtiua. SI verò.] Apes quoque patiuntur morbum, ac ſimiles ſunt homini, & ſanæ & morboſæ: ſicut in homine plurima ſunt mala, ſic & in apibus: & præter morbos homines inter ſe dimicant, quod faciunt & apes. Feritas leonum inter ſe mitis eſt, & ſerpentum morſus genus ſuum non lædit. Grauior morbus in apibus eſt peſtilentia, vt in hominibus: remedium eſt, vt alterò transferantur: quemadmodum in hominibus fuga. Plin. ait: Index eſt earum triſtitia torpens. Columella verò ait: Nec non ille morbus maximè eſt conſpicuus, qui horridas contractaſq; carpit, cùm frequenter aliæ mortuarum corpora efferunt, aliæ intra tecta, vt publico luctu, mœſto ſilentio torpēt. VITA.] natura ipſa. CASVS noſtros.] morbos hominum. CORPORA.] apum. TRISTI.] lachrymoſo morbo. QVOD.] quos morbos poteris cognoſcere ſignis certis. ALIVS.] pallidus color. HORRIDA.] quia macies facit hominem horridum. Macies B euenit propter famem: & Plinius ait: Ni ſubueniatur, moriuntur. EXPORTANT.] efferunt. CORPORA.] illarum apum, quæ carent luce: id eſt, vitā. id eſt, apes mortuas. DVCVNT.] celebrant. TRISTITIA.] lachrymoſa. PENDENT.] cùm apes in limine ſedent ad teporem Solis, morboſæ ſunt. CONNEXIS.] ligatis. CVNCTANTVR.] non exeunt, ſed continent ſe in ipſis aluearibus. Cùm apes ſereno non exeunt, ægrotant.

PROB. TAYGETE.] Vergiliarum oſtendit ſidus. Synecdochicôs vna ex his hoc nomine appellatur. Et quā totum aſtrum ſignificatur, per Pleiades: quoniam cum hac Iupiter concubuit in monte, qui ex euentu Taygetos dicitur. INVISA Mineruæ Laxos in foribus ſuſpendit aranea caſſes.] Mars deuicta Thracia, dicitur Mineruæ donaſſe regiam puellam ex captiuis, nomine Arachnem: quæ ſubtilitate operis lanificij, negauit cedere Mineruæ: ob hoc in araneam conuerſa eſt, & Græcè [illegible] vocatur.

VAR. Lect. SIN duram metues hyemem.] In codicibus aliquot Metuens legitur. CONTVSOSQVE animos, & res miſerabere fractas.] Sanè verò in libro Longobardico, Mirabere priùs legebatur: mox Se ſyllaba ſecunda ſuperaddita eſt, quod reliqui habent libri. AVT ſuffire thymo.] In codicibus aliquot antiquiſſimis At, non Aut legitur: & Subferre, pro Suffire, omninò id corruptè ſed enim At periti plerique viri non expungunt: quæ lectio etiam libri eſt Medicei. NAM ſæpe fauos ignotus adedit Stellio.] In Romano libro Adhæſit, corruptè (vt mea fert opinio) legitur. Aduertendum verò libros omnes legere ſubſequentem verſum per creticum pedem primo loco: Stellio, lucifugis congeſta cubilia blattis. AVT durum tineæ genus.] Sunt libri admodum veteres in quibus legatur, aut dirum tineæ genus: ſed durum magis placet, vt abrodendi vim, quæ tinearum propria eſt, indicet: quamuis Durum non reiecerim, omnnoſum epitheton, & ijs præcipuè omnibus apiū, quæ damnū inferant. Sanè quidē in Mediceo libro durum priùs ſcriptum fuit, mox parte prima vocalis abraſa, dirum factum eſt. IN foribus laxos ſuſpēdit aranea caſſes.] Antiqua omnia exemplaria, quæ verſamus, hoc numero legunt: Laxos in foribus ſuſpendit aranea caſſes.

SER. TRACTIM] ſine intermiſſione, iugiter. FRIGIDVS vt quondam ſyluis immurmurat Auſter, Vt mare ſollicitum ſtridet.] Tres cōparationes, ſingulis impleta verſiculis, de Homero tranſlatæ ſunt, quas ille binis verſibus poſuit. HIC iam Galbaneos ſuadebo incendere odores.]

Ignauæque fame, &, contracto frigore pigræ.
Tum ſonus auditur grauior, tractimque ſuſurrant,
Frigidus vt quondam ſyluis immurmurat Auſter,
Vt mare ſollicitum ſtridet reſluentibus vndis,
Aeſtuat vt clauſis rapidus fornacibus ignis.
Hîc iam Galbaneos ſuadebo incendere odores,

Mellaque arundineis inferre canalibus vltrò
Hortantem, & feſſas ad pabula nota vocantem.
Proderit & tunſum gallæ admiſcere ſaporem,
Arenteiſq; roſas, aut igni pinguia multo
Defruta, vel pſythia paſſos de vite racemos,
Cecropiumq; thymum, & grauè olentia centaurea.
Eſt etiam flos in pratis, cui nomen Amello
Fecêre agricolæ; facilis quærentibus herba.
Nanque imo ingentem tollit de cæſpite ſyluam,
Aureus ipſe, ſed in folijs, quæ plurima circum
Funduntur, violæ ſublucet purpura nigræ.
Sæpè Deûm nexis ornatæ torquibus aræ;
Aſper in ore ſapor; tonſis in vallibus illum
Paſtores, & curua legunt prope flumina Mellæ.
Huius odorato radices incoque Baccho,
Pabulaq; in foribus plenis appone caniſtris.
Sed ſi quem proles ſubitò defecerit omnis,
Nec, genus vnde nouæ ſtirpis reuocetur, habebit,
Tempus & Arcadij memoranda inuenta magiſtri
Pandere, quoque modo cæſis iam ſæpè iuuencis
Inſyncerus apes tulerit cruor, altius omnem
Expediam, prima repetens ab origine famam.
Nam, quâ Pellæi gens fortunata Canopi
Accolit effuſo ſtagnantem flumine Nilum,
Et circùm pictis vehitur ſua rura phaſelis,
Quaq; pharetratæ vicinia Perſidis vrget,

A res.] *id eſt, quum iam hîc proceſſerit morbus, galbanus incendenda eſt, non (vt ſuprà) thymus: mel etiam in alueario, medicatum tamen, eſt inferendum, nõ vt ſuprà, ceræ inanes.* TVNSVM gallæ ſaporem] *Multi pilas cypariſſi accipiunt.* DEFRVTA.] *vina decocta, & defraudata proprio ſapore.* GRAVEOLENTIA cẽtaurea.] *Herbæ hoc genus eſt, à Chirone Cẽtauro repertum, à qua & curatus dicitur, quum Herculis, excepti hoſpitio, pertractanti arma, telum excidiſſet in pedem: quare aliqui* Chronium *appellãt. Folia ſunt*
B *lata & oblonga, ſerrata, ambitu denſa à radice, caule circumgeniculato, triũ cubitorum.* EST etiam flos in pratis, cui nomen amello.] *Plenè hâc herbam, vt etiam ſuprà, arborem felicis mali exequitur: nam dicit, vbi creetur, qualis ſit, quid poſſit.* AVREVS ipſe, ſed in folijs.] aureus, *flos ſcilicet.* VIOLÆ ſublucet purpura nigræ.] *Mirè ait* ſublucet, *vt oſtendat, purpurei coloris folia quodam nitore eſſe perfuſa.* TONSIS in vallibus.] *non ſyluoſis: vnde eſt contrà,* Intonſi mõtes. PROPE flumina Mellæ.] Mella, *fluuius Galliæ eſt, iuxta quem herba hæc plurima naſcitur: vnde & Amello dicitur: ſicut populi habitantes iuxta Lemannum fluuium,* Alemanni *dicũtur: vnde Lucanus:* Deſeruêre cauo tẽtoria fixa Lemanno. SED ſi quem.] *Miro vſus eſt ordine: nam primò ait, quemadmodũ animalia apibus inimica pellenda ſint: deinde, quibus medicaminibus morbo poſſint carere: nunc dicit penitùs amiſſæ, quâ poſſunt ratione reparari.* ARCADII magiſtri.] *Ariſtæum dicit, Apollinis & Cyrenes filium, qui primus inuenit quemad-*
C *modum apes poſſent reparari.* CÆSIS iuuencis.] *occiſis verberibus. Bono autem ſermone vſus eſt: nam Cædi interdum occidi, interdum verberari ſignificat.* INSYNCERVS cruor.] *vitiatus, corruptus: nam ideò verberantur, vt ex putrefacto cruore vermes creentur, vnde apes ſint.* ALTIVS omnem Expediam prima repetens ab origine famam.] *Contrà in Aeneid.* Sed ſumma ſequar faſtigia rerum. *Sanè ſciendum, Plinium dicere, de bobus apes, de equis crabrones, de mulis fucos, de aſinis veſpas (ſicut in Aeneide diximus) procreari.* NAM quâ Pellæi Canopi.] *Canopus ciuitas eſt iuxta Alexandriam, quam Alexander à ſe dictam condidit, inſtar chlamidis ſuæ, qui fuit de ciuitate Macedoniæ, quæ Pella nominatur. Canopus autem dicta eſt quaſi Canobus, à Canobo Menelai gebernatore illic ſepulto.* PICTIS phaſelis.] *breuibus nauiculis, quibus vtuntur, quum ſtagnauerit Nilus.*

POM. Sabi. IGNAVÆ.] *quia non comedunt.* GRAVIOR.] *fractior.* TRACTIM.] *inſtar ſingultus murmurant.* FRIGIDVS vt quondam.] *Comparatio.* VT.] *ſicut.* QVONDAM.] *quando.* FRIGIDVS.] *languidus: quia auſter non eſt frigidus, ſed eſt calidus & humidus.* VNDIS.] *inflexu vndarum ſtridet mare: & ignis: cùm exitum non habet, murmurat intùs.* SOLLICITVM.] *impulſum vento.* STRIDET.] *reſonat.* ÆSTVAT.] *æſtuando ſonat.* RAPIDVS.] *multus ignis.* HINC.] *propter hoc: quia ægrotant. Galbanum affertur nobis ex India & Perſide: genus eſt gummi: eius odor fugat ſerpentes, & necat mures. Columella ait:* Id cùm accidit, galbanum eſt: vt eius odore medicẽtur, incendi conuenit, paſſoq; & defruto vetere feſſas ſuſtinere: *& idem ait:* Harundineis infuſi canalibus inferuntur cibi, maximè decocti mellis cũ galla, vel arida roſa detritis. ODORES incendere.] *galbanum.* MELLA.] *cibos per harũdineis.* AD nota pabula.] *ad mella: quia fortè alium cibũ nõ comederent.* TVNSVM ſaporem gallæ.] *id eſt, ſaporem gallæ tunſæ: hoc eſt, tritæ.* ARENTEIS.] *ſiccas.* PINGVIA.] *ſpiſſa. Cùm vinum decoquitur, ſpiſſeſcit.* MVLTO igni.] *conſumpta. Muſtum ſi decoquitur ad dimidias,* defrutum *vocatur: ſi ad tertias, appellatur* ſapa: *à quibuſdam* ſyreum *nominatur, &* epſema. *Paſſum fit ex quacunq; vua dulci & benè matura, & inſolata vſq; ad dimidium ſui pondus. Optimum eſt Cylicum, aut Aphricum, probatur in Italia, prouincijſq; finitimis: & fieri certum eſt ex vua, quam Græci* ſticam *vocant, nos* Apianam. PSYTHIA.] *Plinius ait,* Pſythium & malampſythium paſſi genera ſunt, ſuũ ſaporem, non vini referentia. Omnia hæc in adulterium mellis excogitata videntur. *Columella ait:* Nanq; & græculæ vites ſunt, Mareoticæ, & Thaſiæ, & pſythiæ: ſicut habent probabilem guſtum, ita noſtris regionibus & raritate vuarum, & acinorum exiguitate minus fluunt. *Idem de ſapa, defruto & paſſo, multis verſibus ſcribit libro vltimo.* PASSOS racemos.] *idem libro ſecundo dixit:* Et paſſo pſythia vtilior. CECROPVM] *Atticum. Thymum eſt ferè ſimile origano. Mons Hymetus, qui eſt in Attica regione, abundat thymo: & eodem modo Hybla mons Siciliæ: ideò antiqui mel Atticum laudauerunt, quòd totum eſſet ex thymo.* CENTAVREA.] *Centaureum eſt herba à Chirone centauro dicta: quia eâ fuiſſe curatus dicitur, cùm ex eius manibus Herculis ſagittæ lapſæ pedem vulneraſſent Galenus, medicorum diligentiſſimus, de centaureo exiguũ volumen compoſuit, in quo eius laudes dinumerat. Efficaciſſima eſt herba vulneribus.* GRAVE.] *multùm & acutè olentia. Columella ſic ait:* Optimè tamen facit amelli radix, cuius eſt frutex luteus, flos purpureus. Ea cum vetere amineo vino decocta exprimitur, & liquatur eius ſuccus, & datur. *Higinus quidem in eo libro, quem de apibus ſcripſit, ait:* Ariſtomachus hoc modo ſuccurrendum laborantibus exiſtimat, primùm, vt omnes vitioſi faui tollantur, & cibus de integro recens ponatur, deinde vt fumigeutnr: cauere debemus ne apes comedant flores tithymalli, cuius vis eſt ſolutiua: ille enim cibus apes interficit. AMELLO facilis.] *quia citò reperitur.* CESPITE.] *ac ſi diceret, de vnâ radice.* SYLVAM.] *propter multitudinem ſurculorũ.* AVREVS.] *purpureus. Sed in folijs habet ſimilitudinem violæ nigræ. Purpureus color eſt, cum viride eſt admixtum rubro.* SVBLVCET.] *aliquantulum lucet.* ORNATÆ.] *ſunt.* NEXIS.] *vinclis coronis ex floribus amelli.* ASPER ſapor.] *auſterus, & habet quandam amaritudinem.* TONSIS.] *id eſt, non ſyluoſis: aut* tonſis: *id eſt, pulchris: vt dicitur* tellus tonſa: *id*

est, pulchra, & benè arata. MELLÆ.] *Mella fluuius est Galliæ, vnde putant amellum florem denominatum esse.* HVIVS.] *amelli.* ODORATO baccho.] *amineo vino.*] INCOQVE.] *benè coque.* PABVLA.] *ex radicibus amelli.* IN foribus.] *in foraminibus, vnde prodeunt apes.* SED si quem proles.] *Nunc docebit, quomodo possint apes reparari. Columella ait:* Certum est hoc, eodem tempore progenerari posse apes, iuuenco perempto, Democritus & Magno Carthaginēsis, nec minus Vergilius prodiderunt. *Mago quidem* ventribus etiam bubulis idem fieri *affirmat: quam rationem diligentius prosequi supervacuum puto, consentiens Celso, qui prudentissimè ait,* non tanto interitu pecus illud amitti, vt sic quærendum sit. *Higinus ait:* Cùm pestis incessit, sub fauis aceruatim enectæ apes reperiuntur, sicco loco per hyemē repositæ, circa æquinoctium vernum cum clementia suaserit, post horam tertiam in solem inferre, ficulneoque, & * obruere: *quo facto affirmat*, intra duas horas reuiuiscere: & cùm viuido halitu caloris animatæ sunt, resumpto spiritu, ac si præparatum vas objiciatur, irrepere. *Higinum secutus Plinius idem affirmat: sed Vergilius in hoc loco Democritum & Magonem est imitatus, & omnem fabulam de Aristeo multis versibus explicat Higinus.* SI quem.] *pro aliquem mellarium.* DEFECERIT.] *destinuerit, si fuerint apes perditæ.* STIRPIS.] *examinum.* REVOCETVR.] *reparetur.* PANDERE.] *aperire.* INVENTA.] *inuentionem dignam memoratu.* ARCADII magistri.] *Aristeus, vt meminit Trogus libro 13. in Arcadia regnauit, mel reperit, lac primus omnium coagulauit, solstitij rationem inuenit.* INSYNCERVS.] *cruor putrefactus.* CÆSIS.] *verberatis vsque ad necem.* ALTIVS.] *ab incunabulis.* PRIMA origine.] *quando apes inuentæ fuerunt.* NAM qua.] *Dat causam* FORTVNATA.] *id est, à fertilitate: quia Aegyptus fertilis.* FORTVNATA.] *felix.* PALLÆI Canopi.] *Alexandrini. Pella ciuitas Macedoniæ, patria Alexandri magni fuit. Canopum ciuitās Aegypti prope Alexandriam, nomen habet à Canopo auriga Menelai illic sepulto: appellat* Canopum Pellæum, *à vicinitate Alexandriæ.* EFFVSO.] *vndanti & lato Nilo. Nilus oritur in monte Atlante Mauritaniæ, vt scribit Victruuius post quem cùm Suetonius Paulinus in Aphrica militaret, Atlantem montem ascendit, vt certior fieret de origine Nili. Plinius etiam huius rei meminit.* RVRA.] *per ipsam Aegyptum quæ est tota plana, nisi cùm vergit ad Aethiopiæ fines, vbi sunt montes.* PICTIS phaselis.] *pictis nauigijs. Aegyptij vtuntur nauigijs pictis & auratis, vt habetur de Cleopatra.* VRGET.] *scilicet Nilus.* VICINIA.] *vicina loca.* PERSIDIS.] *ea parte quā est Persis. Persis non est vicina Nilo, sed poeta loquitur propter latum imperium Persarum, licet Mediæ & Mesopotamiæ & magnæ partis Syriæ nomina in Persicum transiuēre, & nostro tempore Damascenam regionem principium Persidis appellāt.* PHARETRATÆ.] *sagittiferæ.* A

NAM quà Pellæi gens fortunata Canopi.] *Pella est oppidum Macedoniæ, patria Alexandri. Omnes autem Alexādrias Alexander constituit. Ergo* Canopi Pellæi *dicti sunt. Canopus autem est oppidum in Aegypto iuxta Alexandriam, à gubernatore dictum Menelai.* Fortunatam *autem dixit* gentem, *propter agri fertilitatem.* PROB. B

IGNAVÆQVE fame.] *Legitur &*, Ignaua. AVT illæ pedibus.] *In libris aliquot antiquis,* At illæ. FRIGIDVS vt quondam syluis immurmurat auster.] *In Lōgobardico,* Syluas: *quippe*, murmurat in syluas. NANQVE vno ingentē tollit de cespite syluam.] *Vt veteres præterea libros, in quibus* De vertice *scriptum est, id minimè dissimulandū, quòd in plerisq; manuscriptis exemplaribus,* Immò ingētem tollit de cespite, *scriptū inuenimus.* ET curua legunt prope flumina Mellæ.] *In Romano libro* Per flumina, *legitur.* PABVLAQVE in forib. plenis appone canistris.] *In Rom. lib. & aliquot alijs,* Expone *legitur.* VAR. Lect.

SER. ET viridem Aegyptum nigra fœcundat arena.] *Nouum enim semper limum trahit, qui efficit fœcunditatem. Vnde & Nilus dictus est: quasi νέαν ἰλὺν, id est,* trahens: *nouum limum: nam antea Nilus Latinè* Melo *dicebatur.* IN hac certam iacit arte salutem.] Iacit, *pro* habet *& ponit apum reparandarum salutem. Cicero:* Iacta sunt fundamenta defensionis meæ. IPSOS contractus ad usus Eligitur.] *ad sustinendum tantum, & coarctandum bouis cadauer.* ANGVSTIQVE imbrice tecti.] Imbricem *quidam voluīt tectum, quidam canalem, quā repellitur pluuia.* Imbrex *tamen dicitur, quòd imbrē arceat: licet & hic imbrex lectum sit, meliùs tamen secundū Plautum* hæc imbrex *dicimus: nanq; ait:* Fregisti imbrices meas dum te dignā sectaris

Et viridem Aegyptum nigra fœcundat arena,
Et diuersa ruens septem discurrit in ora,
Vsque coloratis amnis deuexus ab Indis:
Omnis in hac certam regio iacit arte salutem.
Exiguus primùm, atque ipsos contractus ad vsus
Eligitur locus: hunc angustiq; imbrice tecti,
Parietibusq; premunt arctis, & quatuor addunt,
Quatuor à ventis obliquâ luce fenestras.
Tum vitulus bima curuans iam cornua fronte
Quæritur: huic geminę nares, & spiritus oris
Multa reluctanti obstruitur, plagisq; perempto
Tunsa per integram soluuntur viscera pellem.
Sic positum in clauso linquunt, & ramea costis
Subijciunt fragmenta, thymum, casiasq; recentes
Hoc geritur Zephyris primùm impellentibus vndas:
Antè nouis rubeant quàm prata coloribus, antè
Garrula quàm tignis nidum suspendat hirundo.
Interea teneris tepefactus in ossibus humor
Aestuat, & visenda modis animalia miris,
Trunca pedum primò, mox & stridentia pinnis
Miscentur, tenuemq; magis, magis aëra carpunt,
Donec vt æstiuis effusus nubibus imber,
Erupēre, aut vt neruo pulsante sagittæ,
Prima leues ineunt si quando prælia Parthi.
Quis Deus hanc, Musæ, quis nobis extudit artem?
Vnde noua ingressus hominum experientia, cœpit?
Pastor Aristæus fugiens Peneia Tempe,
Amissis (vt fama est) apibus, morboque, fameque
Tristis ad extremi sacrum caput astitit amnis.
Multa querens, atque hac affatus voce parentem:
Mater Cyrene, mater, quæ gurgitis huius
Ima tenes, quid me præclara à stirpe deorum

simiā. OBLIQVA luce fenestras.] *quæ ex obliquo lumē infundunt, vt in horreis cernimus.* BINA curuans iā cornua frōte.] *ætatis biennij: bimus namq; trimus, biennis triēnisq; dicitur.* MVLTA reluctāti.] *pro, multū, nomen pro aduerbio.* SOLVVNTVR viscera.] *liquescunt, & putrescunt.* RAMEA fragmenta.] *de ramis fracta: i. e. ramorum fragmina. Dicimus autem* & hic ramus, *&* hoc ramale. *Persius:* Vt ramale vetus. CASIASQVE recentes.] *statim carptas.* ZEPHYRIS primùm impellentibus vndas.] *Incipiente vndā, vult hoc sub occasum hyemis fieri.* TENERIS tepefactus in ossibus humor.] *tepore bimi vituli, in quo plurimùm feruentis est sanguinis.* VISENDA modis animalia miris.] *& quòd ex cadauere nascuntur animalia, & quòd apes* C

Digitized by Google

(Si modò, quē perhibes, pater eſt Tymbræus Apollo)
Inuiſum fatis genuiſti? aut quò tibi noſtri

A *apes ex vermibus procreā-tur.* TRVNCA pedum primò.] *id eſt, Sine pedibus primò: & benè addidit* Primò: *nā poſtea tàm pennas, quàm pedes accipiunt.* PINNIS Miſcentur.] *inter ſe pennarum leuitate conueniunt.* EXTVDIT.] *ſtudioſè reperit.* INGRESSVS.] *exordia: nam eſt accuſatiuus pluralis.* NOVA experientia.] *nullo docente, ars per vſum reperta.* PASTOR Ariſtæus.] *filius fuit Apollinis & Cyrenes, filiæ Penei fluminis Theſſaliæ: qui quum Eurydicen nympham, vxorem Orphei vitiare voluiſſet, & illa fugiens à ſerpente fuiſſet occiſa, nympharum iracundia cunctis animalibus perditis funditùs, & cunctis apibus, matris implorauit auxilium* TEMPE.] *ſunt in Theſſalia amœniſsima loca.* EXTREMI amnis.] *id eſt, ſummi, vnde naſcitur: & ſic dicimus,* Pro ſupreme Iupiter. MATER Cyrene, mater.] *Inuidioſum eſt nomine parentes vocare: vnde eſt paulò pòſt:* Et te crudelem nomine dicit. *Sic in 12 in deſperatione ait:* Ruitque implorans nomine Turnum. GVRGITIS huius.] *id eſt, Penei fluminis.* QVID me Inuiſum fatis genuiſti.] *Si Natus ex dijs, inuiſus eſt fatis. Sic in primo Aeneidos:*
B Nos tua progenies, cœli quibus annuis arcem. *Item:* Quis te nate Dea per tanta pericula caſus Inſequitur?

POM. Sabi. VIRIDEM.] *ob ſegetum copiam.* NIGRA harena.] *fertili limo. Signum bonitatis terræ eſt in colore nigro: vnde antiqui pullam terram: id eſt, nigram appellabant.* HARENA.] *intelligit, quòd ſolum fertile debet eſſe reſolutum, & ſimile harenæ.* FOECVNDAT.] *fertilem facit Aegyptum.* RVENS.] *fluens. Dicit* ruens. *propter cataractas, quæ ſunt ſupra Delta Aegypti, vbi magno fragore præceps fluit, poſt cataractas diuiditur. Cataractæ dicuntur præcipitis.* ORA.] *ſeptem hoſtia, quibus intrat mare.* COLORATIS Indis.] *ab Aethiopibus. Quidam ex antiquis Aethiopiam appellauêre minorem Indiam, à ſimilitudine formæ hominum, & regionis calidiſsimæ: & Nilus vbi relinquit Aphricam, labitur per Aethiopiam.* DEVEXVS.] *deductus.* AMNIS.] *Nilus.* COLORATIS.] *nigris Aethiopibus.* HAC arte.] *faciendi nouas apes.* IACIT.] *ponit & locat omnem ſalutem.* EXIGVVS.] *primùm dicit locum.* EXIGVVS.] *quantum capit cadauer bouis.* CONTRACTVS locus.] *anguſtus & exiguus factus.*
C HVNC.] *locum exiguum.* IMBRICES.] Imbrices *appellantur tegulæ canalitæ in tectis, & ponimus etiam pro ipſo tecto, & pronunciamus genere fœmineo,* vt hæc imbrex. PREMVNT.] *anguſtant.* OBLIQVA luce.] *per obliquum accepta luce.* VENTIS.] *qui ſpirant à quatuor regionibus cœli, auſtro, borea, euro, & fauonio.* BIMA fronte.] *qui habet duos annos,* bimus *dicitur, duorum annorum: in ſecundo autem anno curuantur cornua.* HVIC.] *vitulo iam cornuto.* OBSTRVITVR.] *clauduntur nares & os, ne poſsit exhalare.* MVLTA.] *per multum.* PEREMPTO.] *mortuo vitulo.* PLAGIS.] *verberibus: quia tunc fit putridus ſanguis.* TVNSA per integrum.] *diuerberata.* SOLVVNTVR.] *corrumpuntur propter verbera.* VISCERA.] *omnia interanea cum ſanguine. Viſcus dicitur à veſcendo: quia eo nutrimur* FRAGMENTA.] *ramalia arborum* SVBIICIVNT.] *ſupponūt.* RECENTES.] *caſias virides.* HOC geritur.] *Nunc dicit de tempore.* ZEPHYRIS.] id eſt, *in primo vere, quando incipiunt flare venti fauonij.* PRATA coloribus.] *antequam herbæ floreſcant in pratis.* TIGNIS.] *laquearibus & trabibus domorū.* HVMOR.] *ſanguis tepefactus fauonio.* ÆSTVAT.] *caleſcit. Omnis generatio fit ex humore calefacto, & inde putrefacto* TRVNCA pedum.] *Primùm generantur vermiculi, inde fiunt apes, quæ primò non habent pedes.* CARPVNT aërem.] *donec apes alatæ erupêre.* VT æſtiuis.] *Intelligit copiam apum, per comparationē: id eſt, in tanta copia erupêre, in quāta copia cadunt imbres in æſtate.* NERVO.] *arcu, ſagittarum nube cœlum obſcurant, cùm Parthi: id eſt, Perſæ, tendunt arcus, & iaciunt ſagittas.* O' Muſæ.] *Inuocat Muſas.* EXCVDIT.] *dedit nobis artem.* VNDE.] *quare, & à quo principio.* QVIS deus.] *Benè inquit deus: Ariſtæus ex Arcadia profectus in Ceam inſulam, iubente patre, pro deo colitur, & Nomius appellatur, vt diximus in primo Commētario Georgicorum.* PASTOR Ariſtæus.] *Ariſtæus paſtor Cyrenes & Apollinis filius, Eurydicen ſtuprare voluit, quæ, cùm fugeret, morſu calcati ſerpentis perijt: vnde nymphæ iratæ peſtem animalibus illius miſerunt, quā omnia perierunt. Mater didicit reparare. Ariſtæus Eurydicen Orpheo deſponſatam vitiare tentauit: fugiebat nympha, fugientem inſequebatur amator: puella, in fuga à calcato ſerpente icta interijt: nymphæ iratæ, pecori cuiuſcunque immiſêre peſtem. Ariſtæus, qui opem omnem in pecore poſuerat, &, cùm eſſet Apollinis filius, ſuadebat ſibi omnia augeſcere, acceſſit ad matrem, & queſtus eſt: habitabat mater in antris Pindi montis Theſſaliæ, vbi originem habet Peneus amnis. Tempe, eſt amœniſsima vallis in Theſſalia, per quam labitur Peneus fluuius, cuius ripis opacant arbores: ab ea amœnitate, loca omnia, quæcunque amœnitatem & delectationem præſtant, Tempe appellantur.* PASTOR.] *omnem enim curam poſuerat in pecore alendo, ſed erat rex Arcadiæ.* PENEIA Tempe.] *à Peneo fluuio: quia Tēpe ſunt, vbi Peneus exit, cui dedit curſum Hercules, qui mediam vallem ſecat: ideò Peneia Tempe.* TRISTIS.] *mæſtus, propter amiſſas apes.* AD extremi ſacrum caput.] *ad finem Penei, qui non labitur ex alto præcipitio.* MVLTA.] *multùm.* MATRE.] *Cyrene. Verba Ariſtæi. Cyrene filia fuit Penei amnis: ea ex Apolline quatuor filios peperit, Nomium, Ariſtæum, † Autoum & Azeum. Probus dicit, Ariſteum fuiſſe vocatum Nomium. Cyrene rapta ab Apolline è Pelio monte ducta eſt in Aphricam, vbi poſtea, cùm Battus deduceret coloniam, non ignarus famæ, Cyrenem nominauit.* † Eutocum & Argeum. IMA.] *antrum huius fluuij Penei:* gurgitem *accipit pro aqua.* QVID me.] *Incipit à querimonia, & obijcit matri.* THYMBRÆVS.] *dictus à thymbra, quæ maxima copia prouenit in campo Phrygiæ, vbi fuit templum Apollinis, quod ab ea Thymbræum nominatum eſt.* INVISVM fatis.] *infelicem.* AVT quo.] id eſt, *quare me non amas.* NOSTRI.] *Nunc loquitur ſpecialiter de ſe, & plùs, quàm ſi dixiſſet,* Noſter.

PASTOR Ariſtæus fugiens Peneia Tempe.] *Peneus eſt Theſſaliæ flumen, quod in Pindo monte eiuſdem terræ oritur. Tempe autem ſunt loca frigida, opaca, frondoſa, copioſa fontibus, vel fluminibus. Hoc commune omnium eiuſmodi locorum eſt. Et idcirco additum* Peneia Tempe: *quia poterant & alia intelligi: dicitur quidem & in eis locis præcipuè, vbi Peneus oritur, vt in 1. Met. Ouid. refert dicens:* Eſt nemus Æmoniæ, prærupta quod vndiq; claudit Sylua, vocant Tempe: per quæ Peneus ab imo Effuſus Pindo, ſpumoſis voluitur vndis. *Inſula Carpatho dicta, quæ exiſtimatur obiecta Peneo.* PROB.

VAR. Lect. THYMVM, caſiasq; virentes.] *Antiqua omnia exemplaria, quotquot legi,* Recētes *habent, pro* Virentes. ERVPERE: aut vt neruo.] *In libris aliquot antiquis,* Eripuere *legitur, imperfecto ſenſu. In aliquot alijs,* Erupere velut: *hoc ſuauius, illud verò primum numeroſius.* QVIS Deus hác Muſæ, quis nobis extudit artem?] *In libro Longobardico, & in Mediceo,* Extulit *legitur: ſed enim* Extudit *agnoſcit Seruius. Sunt etiam veteres libri, in quibus* Quis non *geminatur, ſed* Qui nobis *habetur.* TRISTIS ad extremi ſacrum caput aſtitit amnis.] *In libris aliquot antiq. legere eſt,* Ad extremum, *quippe caput.*

Pulsus amor? quid me cœlum sperare iubebas?
En etiam hunc ipsum vitæ mortalis honorem,
Quem mihi vix frugum, & pecudum custodia solers
Omnia tentanti exculerat, te matre relinquo.
Quin age, & ipsa manu felices erue syluas;
Fer stabulis inimicum ignem, atq; interfice messes,
Vre sata, & validam in vites molire bipennem,
Tanta meæ si te cœperunt tædia laudis.
At mater sonitum thalamo sub fluminis alti
Sensit, eam circùm Milesia vellera Nymphæ
Carpebant, hyali saturo fucata colore:
Drymoq;, Xanthoq;, Ligeaq;, Phyllodoceq;:
Cæsariem effusæ nitidam per candida colla,
Nesæe, Spioq;, Taliaq;, Cymodoceq;
Cydippeq;, & flaua Lycorias (altera virgo,
Altera tum primos Lucinæ experta labores,)
Clioq;, & Beroe soror, Oceanitides ambæ:
Ambæ auro, pictis incinctæ pellibus ambæ,
Atq; Ephyre, atq; Opis, & Asia Deiopeia,
Et tandem positis velox Arethusa sagittis.
Inter quas curam Clymene narrabat inanem
Vulcani, Martisq; dolos, & dulcia furta;
Aq; Chao densos diuûm numerabat amores.
Carmine quo captæ, dum fusis mollia pensa
Douoluunt, iterum maternas impulit aureis
Luctus Aristæi, vitreisq; sedilibus omnes
Obstupuêre: sed ante alias Arethusa sorores
Prospiciens, summâ flauum caput extulit vndâ.
Et procul: ô gemitu non frustra exterrita tanto,
Cyrene soror: ipse tibi tua maxima cura
Tristis Aristæus, Penei genitoris ad vndam
Stat lachrymans, & te crudelem nomine dicit.

SER. VITÆ mortalis honorem.] *Benè honorẽ ait: quia arare benè, animalia pascere, apes etiam habere honor erat. Nam in ingenti honore fuit rusticitas. alibi:* Non vllus aratro Dignus honos. CVSTODIA solers.] *diligens & perita industria.* TE matre relinquo.] *ac si diceret: sub eâ perdo vsum laboris, sub quâ augere debuerã.* FELICES syluas.] *fertiles.* FER.] *infer.* INTERFICE messes.] *Secundum Pythagoram, qui animã habere dicit cũcta crescentia. vnde & alibi:* Aret ager vitio moriens IN vites.] *cõtra vites.* MOLIRE bipennem.] *Vt eas succidas.* TANTA meæ si te cœperunt tædia laudis.] *Tædium est angor mentis & animi, non corporis inualetudo.* AT mater sonitum.] *Cur nõ etiam vocem audiuit? scilicet, quia in ima fluminis parte erat lanificijs occupata.* MILESIA vellera.] *preciosa. Cicero:* Nam quid à Milesijs lanę publicę abstulerit. HYALI saturo fucata colore.] Hyali *pro* Hyalino, *colore vitreo, viridi, nymphis apto.* Saturno *autem, largo, abundanti: aut certè Tarentino, ab oppido Saturno. Iuxta Tarentum enim sunt baphia, in quibus tingitur lana.* DRYMOQVE, Xanthoque.] *Hæ sunt, vt multi volunt, de quibus ait Iuno:* Sunt mihi bis septem præstanti corpore nymphæ. *Sed magis poëticè conficta nomina accipiamus. Sanè mirâ varietate hic vsus est: nam ne continuatio nominum posset creare fastidium, in alijs habitum, in alijs commemorat virginitatem, in alijs pulchritudinem.* AVRO ambæ, pictis incinctæ pellibus ambæ.] *id est, nebridas habentes. Sed hic venatricum est habitus, quem ideò nymphis dat: quia multas ex eis legimus ex venatricibus factas: vt,* Et tandem positis velox Arethusa sagittis. *Notanda autem est figura honestissima, facta ex repetitione sermonis: vt,* Oceanitides ambæ: Ambæ auro, pictis incinctæ pellibus ambæ. CVRAM inanem.] *Definitio est amoris.* VVLCANI Martisq;.] *Secundũ Donatum hic est distinguendum, & sic inferendum, vt* Dolos ad Vulcanum, Furta dulcia: *id est, adulterium, referamus ad* Martem. *Scimus enim, quòd, Sole indicante, Mars cũ Venere deprehensus est, & per artem Vulcani est religatus catenis.* AQVE Chao.] *& à Chao narrabat crebros amores deorum.* SVMMA flauum caput extulit vndà.] *Mirè per transitũ veritatẽ tetigit. Namq; Arethusæ fons dulcia aquæ fluenta inter medios seruat fluctus.* CYRENE soror.] *Propter similitudinem potestatis, ait* Soror: *nam Cyrene Thessaliæ, Arethusa verò dea est Elidis.* IPSE tibi tua maxima cura.] *quem tu plurimum diligis.* PENEI genitoris ad vndam.] *Aut tui genitoris, aut honoris est: vt,* Tybri pater.

POM. Sabi. COELVM.] *id est, fieri Deum; cùm scilicet non possim habere honorẽ mortalẽ.* SOLERS.] *diligẽs.* PECVDVM & frugũ.] *erat enim agricultor.* TE matre.] *dũ tu mater viuis,*

*& es dea, ab Apolline pa*tior *hoc incommodum.* A QVIN age erue.] *Indignatus loquitur.* INTERFICE.] *combure.* MOLIRE bipennẽ.] *vt excidas syluas meas.* LAVDIS.] *quã scilicet & posuerat in pecoribus & agris: laudis, vtilitatis etiam.* SONITVM.] *numeros solùm.* THALAMO.] *qui erat in antro.* EAM.] *Cyrenem, quæ erat vna ex 14. nymphis.* MILESIA.] *Columella sic ait:* Oues generis eximij Calabras Apulasque & Milesias nostri existimabant: *est autem Miletus vrbs Ioniæ caput, & est maritima: prope quam Mæander fluuius intrat mare.* B FVCATA.] *tincta.* SATVRO.] *abundantẽ.* HYALI.] *vitrei: & dicitur nunc Iallus: id est, semipallidus.* DRYMO.] *ista sunt nomina nympharum.* Drymo *nomen habet à robore:* Xantho *à ruffo colore:* Lygia *à sono: lygis enim sonoritas dicitur:* Philodoce, *ab hospitibus recipiendis:* Cydippe, *quasi decus equestre:* Lychorias, *suauitas & dulcedo montis.* LVCINÆ.] *id est, pepererat semel.* CLIO.] *dicta à gloria.* BEROE.] *βῶ, sto ῥέω, fluo, quasi status fluctus.* OCEANITIDES.] *Oceani filiæ.* PELLIBVS.] *Hoc refert ad consuetudinem locorum.* INCINCTÆ.] *cinctæ.* PICTIS.] *lynceis pellibus, quibus sacerdotes Bacchi vtebantur.* EPHYRE.] *Significat tractum maris.* OPIS.] *dicitur à videndo.* DEIOPEIA.] *dicitur à voce bellica.* ASIA.] *quæ originem habuit ab Asia palude, fortè quæ est in Asia.* C ARETHVSIA.] *à fonte qui est in Ortygia Siciliæ, ante Syracusas.* SAGITTIS.] *quia venatrix erat.* CLYMENE.] *nomen habet à fama: ideò dicit, narrare famam Vulcani, & fabulam.* INANEM.] *quia Venus destinauerat concumbere cum Marte.* DVLCIA furta.] *concubitus cum Venere.* DOLOS.] *retia quibus eos concumbentes reuinxit.* DENSOS.] *crebros amores deorum, sed tamen confusè.* QVO carmine.] *quibus verbis.* PENSA.] *fila mollia lanæ Milesiæ.* VITREIS.] *superiùs dixit* Hyali. OBSTVPVERE.] *propter luctum Aristæi.* FLAVVM.] *rubrum & pulchrum.* ET procul.] *scilicet cùm vidisset Aristæum.* CVRA.] *quia erat filius.* TRISTIS.] *languidus.* Dicit, *appellat te nomine: quia dicebat, mater Cyrene Cyrene.* CRVDELEM.] *quia non animaduertebat lachrymas filij.*

VAR. Lect. NESÆE, Spioque Thaliaque, Cymodocéque.] *In libris aliquot totus versus desideratur: qui tamen non sine carminis iniuria demi potest.* CYDIPPE, & flaua Lycorias.] *In Longobardico,* Cydippeque, & flaua Lycor. ATQVE Ephyre, atque Opis Asia, & Deiopea.] *Qui versum corrigere voluêre, ita scripserunt:* Atque Asia Deiopeia, sublato Et: *at non aduertunt ex antiq. lib. legi debere:* Atque Ephyre, atque Opis, & Asia Deiopea. INTER quas curã Clymene narra-

A narrabat inanem.] *In antiquo exemplari*, Curas inanis, *numero multitudinis.* ATQVE chao denſos diuûm numerabat amores.] *In vetuſtis aliquot exemplaribus*, Atq; *legere eſt. Sed enim mihi nõ ſatiſfacit: cæterùm*, Eq; chao, *legendum eſſe colligitur ex Seruio. Placet tamen*, Aq; chao, *vt pleraq; habent exemplaria.* PROSPICIENS, ſummâ placidum caput extulit vndâ.] *Mirificè placet quòd in pleriſq; libris antiquioribus*, Flauum caput *legitur.*

SER. NOVA formidine.] *magna: vt*, Pollio & ipſe facit noua carmina. FAS illi limina diuûm Tangere.] *Vtroq; enim parente deo natus erat. ideò, fas tangere, ait.* SPELVNCIS'QVE lacus clauſos, lucoſq; ſonantes.] Mirans, *per omnia ſubaudiamus. Lacus autem dicit fontium et fluuiorũ receptacula. Hæc autem non ſunt per poeticã licentiam dicta, ſed ex Aegyptijs tracta ſunt ſacris:* B *nam certis diebus Nilides pueri de ſacris parentibus nati, ſacerdotibus nymphis dabuntur, qui, quum adoleuiſſent, reddiri narrabãt lucos eſſ. ſub terris, & immenſam aquam, omnia continentem, ex quã cuncta procreantur. Vnde eſt illud ſecundum Thaleta:* Oceanumq; patrẽ rerũ. PHASIN'QVE.] *fluuius Colchidis.* LYCVM.] *fluuium Aſiæ.* ENIPEVS.] *Theſſaliæ*

Huic perculſa noua mentem formidine mater:
Duc age, duc ad nos, fas illi limina diuûm
Tangere, ait: ſimul alta iubet diſcedere latè
Flumina, quà iuuenis greſſus inferret. at illum
Curuata in montis faciem circumſtetit vnda:
Accepitq; ſinu vaſto, miſitq; ſub amnem.
Iamq; domum mirans genitricis, & humida regna,
Speluncisq; lacus clauſos lucoſq; ſonanteis,
Ibat, & ingenti motu ſtupefactus aquarum,
Omnia ſub magna labentia flumina terra
Spectabat, diuerſa locis, Phaſinq, Lycumq;,
Et caput, vnde altus primùm ſe erumpit Enipeus,
Vnde pater Tyberinus, & vnde Aniena fluenta,
Saxoſumq; ſonans Hypanis, Myſusq; Caicus,
Et gemina auratus taurino cornua vultu
Eridanus, quo non alius per pinguia culta
In mare purpureum violentior influit amnis.
Poſtquam eſt in thalami pendentia pumice tecta
Feruentum, & nati fletus cognouit inanes
Cyrene: manibus liquidos dant ordine fontes
Germaniæ, tonſiſq; ferunt mantilia villis.
Pars epulis onerant menſas, & plena reponunt
Pocula, Panchæis adoleſcunt ignibus aræ.
Et mater, Cape Mæonij Carcheſia Bacchi:
Oceano libemus, ait: ſimul ipſa precatur,
Oceanumq; patrem rerum, Nymphaſq; ſorores,
Centum quæ ſyluas, centum quæ flumina ſeruant,
Ter liquido ardentem perfudit nectare veſtem:
Ter flamma ad ſummum tecti ſubiecta reluxit,
Omine quo firmans animum, ſic incipit ipſa:

quę ſyluas.] *aut ducentas nymphas aſſerit, aut finitus eſt numerus pro infinito.* TER liquido ardentẽ perfudit nectare Veſtem.] *id eſt, in ignẽ vinũ puriſsimũ fudit: poſt quod, quia magis flãma cõualuit, bonum omen oſtendit.*

PON. Sabi. HVIC.] *Arethuſæ.* FAS eſt illi.] *quia filius eſt deorũ.* TANGERE.] *intrare.* DISCEDERE.] *dare locũ.* IVVENIS.] *Ariſtæus.* IN ſpeciem montis.] *veluti per canalem.* SVB amnem.] *ad antra.* DOMVM.] *antra.* HVMIDA.] *propter aquã.* LACVS clauſos.] *vnde habebãt originẽ lacus.* INGENTI motu.] *ingenti ſcaturigine aquarũ, quæ labũtur per totum orbem.* PHASIM.] *Hoc dicit, vt tangat opinionem eorum, qui dicunt, omnia flumina habere vnã originem, vt meminit Probus, & poſteà labi per varia loca: & varias origines*

fluuius. PATER Tyberinus.] *Tyberis & Annio Italiæ ſunt fluuij.* SAXOSVM ſonans.] & ſaxoſum *legendũ eſt*, non ſaxoſus: *ne ſint duo epitheta; quod apud Latinos vitioſum eſt.* HYPANIS.] *Ponti fluuius.* MYSVS'QVE Caicus.] *qui per Myſiam labitur.* ERIDANVS.] *fluuius Italiæ, qui &* Padus *vocatur.* Purpureum autem, *nigrum ex altitudine accipimus: nam Padus non in rubrum mare, ſed iuxta Rauen-* C *nam in Adriaticum cadit: &* purpureum *Græcum eſt epitheton. Mare rubrum etiam dixit Homerus:* εἰς ἅλα πορφυρέην: *vnde apparet Victorinum hoc loco erraſſe, qui* purpureum mare *rubrum eſſe dixit, quod eſt iuxta Indiam.* NATI fletus cognouit inanes.] *Bene* inanes fletus: *his enim mouebantur rebus, quarũ erat facilis reparatio.* DANT ordine fontes.] *ritè ſecundum ordinẽ epularum.* MANTILIA.] *quibus manus terguntur. Varro appellat* mãtelia *quaſi* manutenias. *Cæterùm, Plautus huius ſingulare* mantellum *poſuit in Captiuis:* Nec his ſycophantijs, nec fucis vllũ mantellũ obijciam. *Lucilius aũt* mantella *dicit:* Mappas, mantelia, merumq;, quæ Græci μάνδυα vocant. PLENA reponunt pocula.] *iterant, ſæpè offerunt.* PANCHEIS ignibus.] *thure, Arabicis odoribus.* ADOLESCVNT aræ.] *pro*, incenduntur, *κατ' ἀφαίρεσιν ponitur.* Adoleſcunt, *hic vim habet frequentationis:* & Panchæis adoleſcunt: id eſt, *Panchæis odoribus incenduntur aræ.* MÆONII Bacchi.] *Lydijuini.* Carcheſia *autem, poculorum ſunt genera. Cæterùm, nymphis libari pontifices negant: & ſanè mox ita euidenter apparuit, cùm ait:* Ter liquido ardentem perfudit nectare veſtem. OCEANO libemus ait.] *quaſi Nympha Oceano ſacrificat.* OCEANVM QVE patrem rerũ.] *quòd ex eo omnia gignũtur, & originẽ ducũt, ſecundũ Thaleta: vt ſuprà diximus.* CENTVM *eſſe canales quoſdam, qui ex hoc fonte, veluti capite, deducuntur, tanquam membra. Phaſis fluuius eſt Colchorum.* LYCVS.] *fluuius eſt duplex: & qui prope Cyzicum labitur, alio nomine* Rhyndacus *nominatus: & alius eſt in Cappadocia, diſterminans Armeniam minorem, & infunditur in Itim fluuium. Curtius dicit*, Merſiam fluuium etiam tranſire in nomen Lyci. ENIPEVS.] *eſt fluuius Theſſaliæ nominatiſsimus, qui oritur in Pelio monte: ideò altus.* ANNIO.] *oritur in montibus Trebanorum.* HYPANIS.] *in palude Leucoſcytharum ortus, miſcetur Boriſtheni. Errat autem Herodotus, qui dicit, proprio alueo Hypanim mare petere. Boriſthenes, prope mare, itinere trium dierum, ſaxa habet ingentia, illic nata, non veluti à torrente deducta: quia per montes non labitur, ſed per vaſtam planiciem: proinde eſt innauigabilis: eſt & alius Hypanis ex dextro latere maris Pontici: & fortè ſaxa habet, & de hoc loquitur Poëta.* SONAT.] *ſonans more ſaxorum.* MYSVS'QVE Caicus.] *Caicus eſt fluuius Myſiæ, eius, quæ in Aſia eſt, prope Troadem: & oritur in Teuthraniâ, regione Tradis, quæ fuit ſub ditione Myſorum.* ERIDANVS.] *eſt Padus, fluuius Galliæ Ciſalpinæ.* TAVRINO.] *Laudat fluuium ſuæ patriæ.* PVRPVREVM.] *Non dicit mare rubrum, ſed purpureum, à colore harenæ & luto. Inde Ennius appellat* Anienem purpureum. IN mare.] *ſcilicet* Adriaticum, *& Padus eſt violentiſſimus in paruo curſu: & ideò dicit:* Quo violentior non effluit, poſtquam in thalami, *&c. id eſt, ad antrum peruentum eſt.* GERMANÆ.] *nymphæ.* ORDINE.] *ſecundum conſuetudinem & morem.* TONSIS.] *pulchris.* PARS.] *illarum nympharum.* REPONVNT.] *iterant.* ADOLESCVNT.] *tepeſiunt.* PANCHÆIS.]

Panchæ

Digitized by Google

Panchæa est regio Persidis, vnde thus aduehebatur: inde Panchæis ignibus. CARCHESIA.] *vasa & pocula.* MÆONII Bacchi.] *Tmolij. Tmolus est mons Lydiæ & Mæoniæ, consitus vitibus: vnde cùm dicit* Mæonij, *Tmolij intelligit.* PATREM.] *quia omnis generatio dicitur esse ex aqua. Versus hic est Homeri, qui arbitratur,* aquam esse principium rerum & generationis. QVÆ.] *sorores.* CENTVM.] *ad multitudinem nympharum: id est, innumeræ nymphæ.* NECTAR.] *est potus deorum.* LIQVIDO.] *puro potu deorum.* VESTAM.] *ipsum ignem: nam* Vesta *dicitur quasi ignis: vnde & Ouidius ait:* Nil aliud Vestam quàm puram intellige flammam. TER flamma.] *hoc fuit signum.* AD summum.] *vsque ad tholum: & hoc ad bonum augurium pertinet.* OMNE.] *augurio.*

PROB. TAVRINO cornua vultu Eridanus.] *siue Padus. Et* ideò taurino vultu: *quia eius sonus, vt tauri mugitus: & ripæ flexuosæ sunt, vt cornu.*

VAR. Lect. ET caput vnde altus primùm se erumpit Enipeus.] *In Romano libro legere est:* Primùm se erumpit. *In Oblongo,* Primùm erumpit, *sine vlla prorsus collisione: & ita erat prius in libro Mediceo.* SAXOSVMQVE sonans Hypanis, Mysusq; Caycus.] *In Romano libro,* Saxosus *legitur: quod improbat Seruius, ne duo sint epitheta, quod apud Latinos vitiosum est: erat tamen in Oblongo peruetere, atque etiam in Mediceo,* Saxosus, *aliena vde manu* Saxosum *est repositum, neque huius elocutionis exempla desunt. Quod verò* Misus *per i scribitur in lib. nonnullis, antiqui aliquot per y scribunt μυσία χώρα καὶ πόλις apud Stephanum reperitur. Quod autem ad denominatiuum pertinet,* & Mysi, & Misij *populi dicuntur.* IN mare purpureum violentior influit amnis.] *In Romano & in lib. peruetteribus,* Effluit *legitur.* A

Est regio, Sole perusta, quam Mysi possident, & Lydi: exuta arboribus omninò visitur, præter vitem. Catacecaumenem vocant, inde vinum habetur virtute præstans, catacecaumenites οἶνος vocatur. Ex quo & nonnullorum perelegans circumfertur iocus, Dionysium dicti rectè πυριγενῆ: id est, ex igne natum. Catacecaumenem dici coniectant de fulminum frequentia, quam ceraunobuliam vocant, auctor Stephanus: meminit Strabo. Est & eo nomine Erythræi maris insula. Denique vinum hoc significasse, Vergil. 4. Georg. videtur, cùm ait Cyrene ad Aristæum: Cape Mæonij carchesia Bacchi. *Etiam si id minus aduertunt interpretes.* CAEL Rhod.

B

Est in Carpathio Neptuni gurgite vates
Cæruleus Proteus, magnum qui piscibus æquor
Et iuncto bipedum curru metitur equorum.
Hic nunc Emathiæ portus, patriamq; reuisit
Pallenen: hunc & nymphas veneramur, & ipse
Grandæuus Nereus: nouit namq; omnia vates,
Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.
Quippe ita Neptuno visum est, immania cuius
Armenta, & turpes pascit sub gurgite phocas.
Hic tibi, nate, prius vinclis capiendus, vt omnem
Expediat morbi causam, euentusq; secundet.
Nam sine vi non vlla dabit præcepta, neq; illum
Orando flectes: vim duram & vincula capto
Tende, doli circum hæc demum frangentur inanes.
Ipsa ego te, medios cùm Sol accenderit æstus,
Cùm sitiunt herbæ, & pecori iam gratior vmbra est,
In secreta senis ducam, quò fessus ab vndis
Se recipit, facilè vt somno aggrediare iacentem.
Verùm, vbi correptum manibus, vinclisq; tenebis,
Tum variæ illudent species atq; ora ferarum:
Fiet enim subitò sus horridus, atraq; tigris,
Squammosusq; draco: & fulua ceruice leæna,
Aut acrem flammæ sonitum dabit, atq; ita vinclis
Excidet: aut in aquas tenues dilapsus abibit.
Sed quantò ille magis formas se vertet in omneis,
Tantò, nate, magis contende tenacia vincla:
Donec talis erit mutato corpore, qualem
Videris, incepto tegeret cùm lumina somno.
Hæc ait, & liquidum ambrosiæ diffundit odorem,
Quo totum nati corpus perduxit: at illi
Dulcis compositis spirauit crinibus aura:
Atq; habilis membris venit vigor. Est specus ingens

SER. EST in Carpathio Neptuni gurgite vates Cęruleus Proteus.] *Carpathos, insula est côtra Aegyptum, à qua vicinum pelagus* Carpathiũ *appellatũ est. Hic aliquandò regnauit Proteus, relictâ Pallene ciuitate Thessaliæ, ad quam tamen reuersus est posteà: quod ostendit hoc loco dicens:* Patriamq; reuisit Pallenen. *Hoc ideò dicit: quia Proteus, antequã in Aegyptum commigraret, Thraciæ fuit incola, vbi habuit vxorem, ex quâ filios Thelegonum & Polygonum: qui, cùm aduenas secũ luctari adigerent, & exercuissent, ad postremum ab Hercule victi & interempti, patris animum perculerunt: quapropter tædio præsentium rerum solum vertere coactus, Aegyptũ petijt.* CÆRVLEVS Proteus.] *marinus.* MAGNVM qui piscib⁹ æquor, Et iuncto curru metitur.] *Equi enim marini primâ parte equi sunt, postremâ resoluuntur in pisces.* QVÆ sint, quę fuerint, quę mox ventura trahantur.] *Vt Homerus:* ὃς ᾔδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα. ITA Neptuno visum est.] *Vbi deest ratio, sic loquitur: nam ita & in III. dixit:* Sic visum superis: *quum præmisisset* Immeritam. TVRPEIS phocas.] *magnas: vt,* Cui turpe caput: *phocæ autem sunt marini boues.* EXPEDIAT morbi causam, euentusque secum det.] *Duo enim ista requiruntur in oraculis, causa mali, & remedium.* NAM sine vi non vlla dabit præcepta.] *ne eum speraret posse precibus flecti.* DOLI circum hæc demũ frangentur inanes.] *circa vincula nouissimè eius desinent doli: id est, formarum varietates. Cuius figmenti physicâ volunt esse rationem: namque homo habet in se libidinem, stultitiam, ferocitatem, dolum: quæ, dum inuicem in vno vigent, pars illa, quæ vicina est diuinitati: id est, prudentia, non apparet: quæ tunc potest suas vires tenere, cùm fuerint illa religata: id est, cùm quis caruerit omnibus vitijs. Vnde sacerdotem hunc dicit tunc posse vaticinari, & suscipere diuinitatem, cùm religata in eo fuerit ignea cupiditas, syluestris asperitas, lapsus animi, aquarum mobilitati similis.* C CVM Sol accenderit æstus.] *Fera enim numina tunc videntur. Lucanus:* Medio cùm Phœbus in axe est, Aut cœlum nox atra tenet; tunc ipse sacerdos Accessum dominumq; timet deprendere luci. IN secreta senis ducam.] *Ferè omnes dij marini senes sunt: albent enim eorum capita spumis aquarum.* ATRA tigris.] *id est, seua.* TANTO nate magis.] *alij legunt,* Tantùm, nate, magis. LIQVIDVM Ambrosiæ diffundit odorem.] *ideo vnxit eum, quò posset videndi numinis capax esse.* HABILIS vigor.] *vegetatiuus.* SPECVS ingens.] *in singulari numero* hoc specus, *in plurali* hi specus *dicimus.*

EST in Carpathio.] *Proteus, vt meminit Herodotus in Euterpe, rex fuit Aegyptiorum eo tempore, quo Paris rapuit Helenam, & tempestate delatus est in Aegyptum: nam* POM. Sabi.

expugna-

A expugnato Ilio, Helena inuenta non fuit: & Menelaus nauigauit in Aegyptum, & ita vxorem recuperauit, à Proteoq; in hoſpitium benigniſsimè exceptus eſt. Probus ait: Proteum Ægypto oriundum fugiſſe tyrannidem immanis Buſiridis, & perueniſſe in Theſſaliam. Quidam ſcribunt, quibus in præſentia aſſentiri videtur Vergilius. Proteum in Pallene vrbe Theſſaliæ natum, & ex ea petijſſe Ægyptum, deinde remeaſſe in Macedoniã, vbi patria erat. CARPATHIO.] Carpathus inſula maris Pamphiliȩ eſt, Protei domicilium, ab eâ mare Carpathium dicitur. GVRGITE.] mari Carpathio. CÆRVLEVS vates.] Deus marinus. METITVR.] vehitur menſurando æquor. BIPEDVM equorum.] equi marini femorum tenus effigiem equinam habent, in reliquo effigiem piſcis. ideò ait: bipedum equorum. HINC nunc Emathiæ Pallenem.] Emathia dicitur Macedonia, ab Emathione fratre Memnonis: & Hæmonia appellatur Theſſalia, ab Hæmone Deucalionis. Pallene ciuitas eſt maritima Macedoniæ. HVNC.] Proteum. NEREVS.] Neptunus etiam veneratur. OMNIA.] Nouit Proteus, quæ fuerunt, ſunt, & futura ſunt. CVIVS.] Neptuni. ARMENTA.] piſcium gre-
B ges. TVRPES phocas.] vitulos marinos. Phocæ ſunt vituli marini. Inſpirant, & vocem dant, & in terrâ dormiunt, & pariunt pecudum more: pilus lenis eſt, vt ſericum credas: ex pellibus fiunt veſtes, & ſtrata ad cubandum: id eſt, anacliteria, quæ in Sarmatiâ & Scythiâ non modò vidimus, ſed & habuimus. Pilus autem dat ſignum, cùm rigeſcit, temporis nymboſi. HIC.] Proteus. SECVNDET.] faciat proſperas. SINE vi.] violentia catenarum. CAPTO.] Proteo. TENDE.] inijce. DVRAM vim.] caue, ne remittas violentiam. DOLI.] fraudes Protei, qui mutat ſe in varias formas. IPSA ego.] mater tua Cyrene. ÆSTVS.] cùm erunt magni calores & ſerenitates. SITIVNT.] in æſtate, quando regnat canicula. SECRETA.] antra Protei. QVO.] ad quæ ſecreta antrorum. FESSVS.] ipſe Proteus. CORREPTVM.] deuinctum & ligatum. SPECIES.] imagines. ELVDENT.] decipient te. FIET enim.] Dicit in quas formas tranſmutetur. HORRIDVS.] quia horreſcunt pili. ATRA.] venenoſa tigris, & ſæua. EXCIDET.] labetur ab ipſis vinculis. AQVAS.] commutabit ſe in aquam. DONEC erit talis.] qualis erat in principio ſomni. HÆC ait.] Cyrene. LIQVIDVM.] purum. AMBRO-
C SIÆ.] herba eſt ſimilis rutæ, & benè odorata, & poteſt videri illa eſſe, quæ * antrinis dicitur, ſemper viuens: eſt etiam de genere ambroſiæ, vt quidam putant, quæ appellatur vulgariter pimpinella: cuius radix, cùm deſiccatur, latè ſpirat ſuauiſsimum odorem: & in eius radice, in ipſâ medullâ eſt pilula quædam, cuius ſucco tingitur purpura: & debet legi in locis ſiccis, & montoſis. PRODVXIT.] nutriuit & profudit. ILLI.] Ariſtæo. COMPOSITIS.] benè concinnatis. AVRA.] propter odorem ambroſiæ: quia odor adiuuat ſalutem, & fœtor ſternit. EST ſpecus.] deſcribit antrum Protei.

Forte diſu &c. Plin. 25. 13.

HIC nunc Emathiæ portus, patriamque reuiſit Pallenen.] Emathia dicitur Macedonia, ab Emathione fratre Memnonis, vbi eſt vrbs Pallene: ſed Proteus in Aegypto natus eſt: & propter crudelitatem Buſiridis dicitur Pallenen petijſſe, & ita rediſſe in Aegyptum. PROB.

ORANDO flectes.] In Mediceo libro, Orando vinces, legere eſt. DOLI demum circùm hæc frangentur inanes.] In Mediceo dictionum ordo ita habet: Doli circum hæc demum, meliori numero. TVM variæ illudent ſpecies.] Hoc loco plurimùm variatur. Nam in Romano libro Ludent. In Oblongo peruetéri, Eludunt, præſenti tempore. In Longobardico, in Mediceo & pleriſque alijs, Eludent, futuro. HÆC ait, & liquidum ambroſiæ diffundit odorem, Quo totum nati corpus perduxit.] Vtrumque verbum in Romano libro diuerſum eſt, vbi legitur: Depromit odorem: &, Corpus perfudit. In aliquibus etiam, Ambroſiâ, ablatiuo caſu. VAR. Lect.

Auſtrum contrà dijs attribuunt: proinde, meridie ingruente, in deorum templis panduntur vela, nec homini ingreſſus patet, velut dijs ſit deſtinatum eundi tempus: in ianuis quoque, meridiei & auſtri viſebantur ſymbola. Nec in ianuâ vllâ, quæcunque eſſet hora, loqui fas arbitrabantur. Nam Pythagoricorum & Aegyptiorum dogma ſapientum id fuit: cùm deum innuerent ſilentio colendum, à quo ſint rerum primodia. Ex ijs, opinor, Mantuano vati lux infertur clarior, cùm Georgicorum libro IIII. ſic canit: CAEL. Rhod.

Ipſa ego te, medios cùm Sol accenderit æſtus,
Cùm ſitiunt herbȩ, & pecori iã gratior vmbra eſt,
In ſecreta ſenis ducam.

Satis verò fuit Seruio mihi ſic enarraſſe: tunc, inquit, ferè videntur numina.

Exeſi latere in montis, quò plurima vento
Cogitur, inq; ſinus ſcindit ſeſe vnda reductos:
Deprenſis olim ſtatio tutiſsima nautis.
Intùs ſe vaſti Proteus tegit obice ſaxi:
Hîc iuuenem in latebris auerſum à lumine nympha
Collocat, ipſa procul nebulis obſcura receſsit.
Iam rapidus torrens ſitienteis Sirius Indos
Ardebat cœlo, & medium Sol igneus orbem
Hauſerat: arebant herbæ, & caua flumina ſiccis
Faucibus ad limum radij tepefacta coquebant,
Cùm Proteus conſueta petens è fluctibus antra
Ibat, eum vaſti circùm gens humida Ponti
Exultans, rorem latè diſpergit amarum.
Sternunt ſe ſomno diuerſæ in littore phocæ.
Ipſe (velut ſtabuli cuſtos in montibus olim,
Veſper vbi è paſtu vitulos ad tecta reducit,
Auditiq; lupos acuunt balatibus agni)
Conſedit ſcopulo medius, numerumq; recenſet.
Cuius Ariſtæo quoniam eſt oblata facultas,
Vix defeſſa ſeniem paſſus componere membra,
Cum clamore ruit magno, manicisq; iacentem
Occupat: ille ſuæ contrà non immemor artis,
Omnia transformat ſeſe in miracula rerum,

SER. DEPRENSIS nautis.] periclitantibus: verbũ nauticũ eſt, cũ tempeſtate occupantur: ſic alibi: Argolicòue mari deprẽſus. TEGIT.] tegere cõſueuit: nam tunc illic non erat. OBICE.] obiectione: & meliùs hic obex, quã hæc obex dicimus. AVERSVM à lumine.] Paululùm obliquum à lumine. Et ſciendum, Proteũ temporalem ſuſcipere diuinitatem, alioquin potuit etiam Ariſtæum cognoſcere latitantem. IAM rapidus.] Hic diſtinguendum propter duo epitheta. Sirius autem ſtella eſt in ore canis, per quam nimios æſtus accipimus. SITIENTEIS Indos.] populos ſubſolanos. CAVA flumina.] alta. Lucan. Deſeruêre cauo tentoria fixa Lemanno. VIX defeſſa ſenem paſſus componere membra.] Auiditatẽ exprimit tenere cupientis. Vnde eum, contra matris præceptum, citò in Proteum impetum feciſſe dicit, per quod incontinentes hominum animos docet Poëta. HOMINIS ore.] humanâ ſcilicet voce. NAM quis te iuuenum confidentiſsime.] id eſt, quis nam: hodie enim Nam particula poſtponitur, antè præponebatur. Terentius in Phormione: Nam

quæ

quæ est anus, à fratre quæ egressa est meo? SCIS Proteu.] *vocatiuus Græcus est, vt Orpheu.* NEQVE est te fallere cuiquam.] *Alij,* Quicquam *legunt. Hoc autem dicit: quum omnia noueris, desine aduentus mei causam velle cognoscere.* DEVM præcepta secuti.] *propter matrem hoc posuit nomen.* GRAVITER frendens.] *cum ingenti tumultu.* NON te nullius.] *id est, non humilis, sed magni.* MAGNA lues cōmissa tibi.] *id est, magnorum scelerum est ipsa persolutio: & alij ita distinguunt, vt sit,* A te commissa *alij.* TIBI has miserabilis Orpheus.] *non humile autem numen dicit Tisiphonem: id est, mortis vltricem: nam ideò Tisiphone dicta est, quasi cui cura sit τίσις φόνου: id est, mortis vltio.* HAVDQVAQVAM ob meritum.] *id est, non tales, quales mereris: nam eius vxori causa mortis fuisti. Inferret autem digna supplicia, nisi fata prohiberent: quibus fauentibus ita numinum minora infert, licet maiora non posset.* MORITVRA puella.] *meritò non vidit, quippe moritura.*

Igneműq;, horribilemq; feram, fluuiumq; liquentem.
Verùm, vbi nulla fugam reperit fallacia, victus
In sese redit, atq; hominis tandem ore locutus:
Nam quis te, iuuenum confidentissime, nostras
Iussit adire domos? quidue hinc petis? inquit. at ille:
Scis, Proteu, scis ipse, neq; est te fallere cuiquam,
Sed tu desine velle: deûm præcepta secuti
Venimus húc, lapsis quæsitum oracula rebus.
Tantum effatus, ad hæc vates vi deniq; multa
Ardenteis oculos intorsit lumine glauco,
Et grauiter frendens, sic fatis ora resoluit.
Non te nullius exercent numinis iræ,
Magna lues commissa: tibi has miserabilis Orpheus
Haudquaquam ob meritum pœnas (ni fata resistant)
Suscitat, & raptâ grauiter pro coniuge sæuit.
Illa quidem, dum te fugeret per flumina præceps,
Immanem ante pedes hydrum, moritura puella

MANICIS'QVE.] *Manicæ vocantur ferrei annuli, qui ligant manus.* ARTIS.] *transformandi se in feras, & fluuium.* FALLACIA.] *deceptio Protei.* IN se.] *in veram imaginem hominis.* ORE.] *in forma & in voce.* NAM quis.] *Loquitur Proteus Aristæo.* CONFIDENTISSIME.] *quia nemo ausus fuisset id facere.* HINC.] *à me.* QVICQVAM te fallere.] *non est vanum te fallere: quia tu nouisti omnia tempora. Ideò cognoscis causam, quare ipse veni.* NEQVE est.] *vel quod quicquam est: id est, nihil est, quod te fallat.* DESINE velle.] *i. cognoscere quare veni: quia iam scis.* DEORVM.] *matris.* LAPSIS.] *perditis rebus.* VIDENT'QVE multa.] *quādo quis accipit diuinitatem, ad vaticinium horrescit.* MVLTAM.] *multo horrore.* GLAVCO.] *marino, sed tamen tunc scintillabant oculi.* FRENDENS grauiter.] *nimium.* RESOLVIT ora.] *locutus est.* LVES.] *quia ita commisisti, das pœnas: quia Orpheus imprecatur* MISERABILIS.] *propter luctum vxoris.* SÆVIT.] *in te.* CONIVGE.] *Eurydice.* TE.] *scilicet amatorem.* PRÆCEPS.] *velox in ipso cursu. Hydrus dicitur serpens, qui humore nutritur.*

POM. Sabi. EXESI.] *propter antra corrosa.* QVO.] *in quo antro.* PLVRIMA vnda cogitur.] *impulsa à vento, & facit ibi sinum.* DEPRENSIS.] *periclitātibus in aqua, & quasi prensis ab ipsa tempestate.* OBICE.] *oppositione ingentis lapidis.* NYMPHA.] Cyrene. IVVENEM.] *Aristæum.* AVERSVM à lumine.] *ab hostio antri semotum.* IPSA.] *Cyrene.* OBSCVRA.] *tecta nebulis.* SIRIVS.] *stella canicularis.* INDOS.] *quia in æstate sunt magni calores in India, qui sunt in oriente.* Sirius *est stella in lingua canis: incipit apparere 7. Calendas Augusti, occidit mense Nouembri. Cùm incipit apparere, ferè per quadraginta dies Sol nimiùm est feruidus, & dies appellantur* caniculares. ORBEM.] *in meridie, cū Sol æstuat.* IGNEVS.] *quia est creatus ex elemento ignis.* COQVEBANT.] *quia minuebantur.* EVM.] *Proteum.* HVMIDA gens.] *pisces.* AMARVM.] *aut dicit salsum propter mare, aut soporiferum.* IPSE.] *Proteus: boni pastores tardâ horâ singulis diebus numerant pecus, si fortè, aut per imprudentiam aliquid deficeret, aut per iniurias raptorum & luporum.* VESPER.] *cùm est vesper.* ACVVNT lupos.] *quia sciunt quos impetant, cū audiunt vocē.* NVMERVM.] *pecoris.* FACVLTAS.] *capiendi scilicet Protei.* MEMBRA.] *per quietem.* COMPONERE.] *vt scilicet dormiret.*

PROI CVM Proteus consueta petens è fluctibus antra Ibat.] *Proteus deus maris, solitus se in omnes figuras conuertere.*

VAR. Lect. AVERSVM à lumine nympha Collocat.] *Romanus liber, & plerique peruetere,* Auersum lumine, *absque à præpositione separatiua legunt. In aliquot,* Auersum à lumine, *habetur.* IPSA procul nebulis obscura recessit.] *Vetera omnia exemplaria, quotquot habui,* Resistit *legunt.* DISPERGIT amarum.] *In Medicæo, & aliquot alijs,* Dispersit *præterito legitur.* STERNVNT se somno diuerso in littore phocæ.] *In Romano libro, & aliquot alijs de meliore nota,* Diuersæ: *quod & venustius, & doctorum sermoni accommodatius videtur.* AVDITI'QVE lupos acuunt balatibus agni.] *Hoc etiam placet, quod in Romano & in Medicæo libro legitur* Auditis, *quippe balatibus.* VERVM vbi nulla fugam reperit fallacia.] *In aliquot antiquis libris* Pellacia *scriptum est. In Medicæo vtrunque, &* Pellacia, *&* Fallacia, *notatum est.* At chorus æqualis Dryadum clamore supremos, &c.

SER. SERVANTEM ripas.] *tenentem: vt,* Tantas seruabat filia sedes. AT chorus æqualis Dryadum.] *Ergo & Eurydice Dryas: & bono compendio eius prætermissit interitum.* SVPREMOS montes.] *summos: vt,* Proh supreme Iupiter. FLERVNT Rhodopeiæ arces.] *Rhodope mons est Thraciæ sicut Pangæa.* RHESI Mauortia tellus.] *quam postea Rhesus tenuit: & est πρόληψις ex*

Seruantem ripas altâ non vidit in herbâ.
At chorus æqualis Dryadum clamore supremos
Implerunt monteis, flerunt Rhodopeiæ arces,
Altaq; Pangæa, & Rhesi Mauortia tellus,
Atq; Getæ, atq; Hebrus, & Actias Orithyia.
Ipse cauâ solans ægrum testudine amorem:
Te, dulcis coniunx, te solo in littore secum,
Te veniente die, te decedente canebat.
Tænarias etiam fauces alta hostia Ditis,
Et caligantem nigrâ formidine lucum
Ingressus, manesq; adijt, regemq; tremendum,
Nesciaq; humanis precibus mansuescere corda.
At cantu commotæ Erebi de sedibus imis
Vmbræ ibant tenues, simulachraq; luce carentum,
Quàm multa in syluis auium se millia condunt,
Vesper vbi, aut hybernus agit de montibus imber:
Matres atq; viri, defunctaq; corpora vitâ

personâ poëtæ. Quo enim tēpore Orpheus *fuit, Rhesus nedum regnabat in Thraciâ.* HEBRVS.] *fluuius Thraciæ gelidissimus.* ACTIAS Orithyia.] *Atheniensis nympha, quā Boreas in suū matrimonium rapuit.* IPSE.] *Orpheus.* CAVA testudine.] *Periphrasis citharæ, cuius vsus repertus est hoc modo: Quum regrediens Nilus in suos meatus varia in terrâ reliquisset animalia, relicta etiam testudo est: quæ quum putre-*
facta

Digitized by Google

Magnanimûm Heroum, pueri, innuptæq; puellæ,
Impoſitiq; rogis iuuenes ante ora parentum:
Quos circum limus niger, & deformis arundo
Cocyti, tardaq; palus inamabilis vnda
Alligat: & niueos Styx interfuſa coërcet.
Quin ipſæ ſtupuêre domus, atq; intima lethi
Tartara, cæruleosq; implexæ crinibus angues
Eumenides, tenuitq; inhians tria Cerberus ora,
Atq; Ixionei vento rota conſtitit orbis.
Iamq; pedem referens, caſus euaſerat omneis,
Redditaq; Eurydice ſuperas veniebat ad auras,
Pone ſequês, (nâq; hanc dederat Proſerpina legē)
Cùm ſubita incautum dementia cœpit amantem,
Ignoſcenda quidem, ſcirent ſi ignoſcere manes.
Reſtitit, Eurydicenq; ſuam iam luce ſub ipsâ,
Immemor heu, victusq; animi reſpexit: ibi omnis
Effuſus labor, atq; immitis rupta tyranni
Fœdera, terq; fragor ſtagnis auditus Auerni.
Illa, quis & me (inquit) miſerā, & te perdidit Orpheu?
Quis tantus furor? en iterū crudelia retrò
Fata vocant, conditq; natantia lumina ſomnus.

A *facta eſſet, & nerui eius remanſiſſent extenti intra corium, percuſſa à Mercurio ſonitum dedit, ex cuius imitatione cithara eſt compoſita.* ÆGRVM amorē.] *mœſtum, deceptum.* SOLO in littore.] *deſerto, in quo ſine vxore morabatur.* TÆNARIAS etiam fauces.] *Tænarus Laconiæ promontoriū eſt, circa finem Maleæ, vbi inferorum dicitur eſſe deſcenſus.* MANESQVE adijt, regemq; tremendum.] *Hæc omnia ad laudem pertinent citharæ, quā fretus iſta ſuperauit.* NESCIAQVE humanis precibus manſueſcere corda.] *ad exitū futuræ rei reſpexit, non ad*
B *principium: nam primò meruit Eurydicem.* EREBI de ſedibus imis.] *de interioribus tenebris inferorum.* AMPLEXÆ.] *inuolutæ, implicitæ,* ἐμπεπλεγμέναι. IXIONII vēto rota.] *deeſt,* Cum, *& dixit, cum vento ſuo rota conſtitit: id eſt, cum cauſâ volubilitatis quieuit.* INCAVTVM amantem.] *Epitheton amantis eſt.* IGNOSCENDA quidem, ſcirent ſi ignoſcere manes.] *Participium ſine verbi origine: non enim facit ignoſcor, ſicut nec triumphor, regnor.* EVRYDICENQVE ſuam iam.] *Alij legunt:* Iam luce ſub ipsâ. VICTVSQVE animi.] *Sic hoc loco dixit: vt,* O' præſtans animi iuuenis. RESPEXIT.] *id eſt, commiſit in legem ſibi datam.* IBI omnis effuſus.] *id eſt, functus & fruſtratus.* TYRANNI.] *id eſt, Plutonis.* TERQVE fragor ſtagnis auditꝰ Auerni.] *quaſi exultarit vmbræ reditu Eurydices. Lucanus dicit in Orpheo, ſtrepitum factū redeunte Eurydice; ob hoc, quia gaudent* à luce relictam Eurydicen, iterū ſperantes Orphea manes. ITERVM crudelia retrò Fata vocant.] *Ouidius:* Bis rapitur, vixitq; ſemel. NATANTIA lumina.] *in mortem reducta inualida.*

POM. Sabi. IN altâ.] *magna.* DRYADVM.] *nympharum.* CLA-
C MORE.] *luctu.* RHODOPE.] *eſt mons Thraciæ. Pangæus eſt mons Thraciæ excelſus, in quo aurea & argentea ſunt metalla: eius aquilonarem partem penè tenuit Rheſus, qui rex fuit Thraciæ. Thracia primùm appellata fuit Arſa, à rege Arſo, qui fuit pater Thracis & Eudoniæ: vnde Thracia & Edonia deinde appellata eſt. Mauortia: quia Thracia dicata eſt Marti, qui Mauors dicitur: quia magna vertit.* GETÆ.] *poſteà dicti fuerunt Tartari.* HEBRVS.] *fluuius Thraciæ.* ORITHYIA Actias.] *patronymicum nomen, deductū ab acti: id eſt, littore, vnde* Attica *eſt nominata.* Orithyia *vxor Boreæ, filia regis Athenarum fuit.* IPSE.] Orpheus. ÆGRUM amorem.] *propter mortem vxoris.* TESTVDINE.] *Teſtudo pro lyra accipitur, à ſimilitudine teſtudinis: aut quia ex inundatione Nili, cùm varia genera animaliū naſcerentur, nata quoq; eſt teſtudo, quæ, in ſicco remanens, interijt, & carne putrefactâ remanſerunt neruuli, qui tacti ſonitum fecerunt. Mercurius igitur deambulans per Aegyptum, teſtudinem inuenit, & primus eâ vſus eſt.* VENIENTE.] *oriente die.* TÆNAREAS fauces.] *Tænaros Laconiæ promontorium eſt, vbi dicitur eſſe ſpecus, per quem Hercules exiſtimatur deſcendiſſe ad inferos, & eodem itinere Orpheus. Huius cauernæ meminit Papinius in Thebaide.* DITIS.] *inferni, Plutonis alti introitus.* CALIGANTEM lucum.] *qui eſt in introitu antri, & incutit timorem introëuntibus.* CORDA.] *inferorum.* NESCIA.] *quia inferi non flectuntur precibus humanis.* VMBRÆ.] *omnes inferi, qui ſunt vmbræ.* LVCE.] *vitā.* QVAM multa in ſyluis.] *Comparatio de multitudine.* COCYTI.] *Cocytus fluuius eſt inferni.* HARVNDO.] *Tranſlatio eſt: quia ibi non ſunt harundines.* STYX tarda.] *craſſa.* NOVIES interfuſa cohercet.] *circuit. Styx eſt palus inferni: & in Nonacri vrbe Arcadiæ dicitur eſſe Stygis aqua, quæ ex petrâ deſtillat: per eā aquam fiebat iuſiurādum apud Græcos. Meminit Herodotus libro ſexto, & hinc tracta eſt fabula de dijs, qui timent peierare Stygiā paludē.* DOMVS.] *ipſa loca inferorum.* EVMENIDES.] *ſunt furiæ inferni, Alecto, Tiſiphone, & Megæra, habentes capillos ſerpentinos.* ROTA.] *lapis rotundus, alligatus collo Ixionis.* REFERENS pedem.] *rediens ad ſuperos.* REDDITA.] *Orpheo.* PONE.] *pòſt, ſequebatur maritum.* AMANTEM.] *Orpheum.* IGNOSCENDA] *ſcilicet erat illa dementia, propter amorem; ſed manes neſciunt ignoſcere.* SVB ipsâ luce.] *prope oſtium antri.* IMMITIS.] *inexorabilis.* TYRANNI.] *Plutonis.* AVERNI.] *id eſt, ter tonuerunt loca inferorum.* FVROR.] *amor me videndi.* EN iterum.] *ſcilicet morior.* SOMNVS.] *mors ipſa.*

PROB. ALTAQVE Pangæa, & Rheſi Mauortia tellus.] *Pangæus mons eſt Rhodope, Thraciæ. Rheſi tellus, Thracia, quæ priùs dicta eſt Aria, ab Areo rege, patre Thracis & Edoniæ, à quo Thracia dicta eſt. Et quædam gens eſt Edrinæ: Latinè autem interpretatur* anſa. *Martia, ſiue Mauortia. Mauors autem dicitur, magna vertens Deus.* TÆNARIAS etiam fauces.] *Tænaros eſt Laconiæ litus, in quo ſpecus eſt, per quem Hercules exiſtimatur deſcendiſſe ad inferos, & Orpheus.*

VAR. Lect. IMPLERVNT montes.] *In Romano libro, & aliquot alijs,* Supremo *legitur, vt clamoris magnitudo declaretur. Sed enim* Supremos, *quippe montes Ser. agnoſcit, vt illud:* Proh ſupreme Iuppiter. TE veniente die, te decedente canebat.] *In Mediceo, & aliquot alijs antiquis,* Diſcedente *habetur. Sed enim* Decedente *receptum eſt.* TÆNARIAS etiam fauces.] *In antiquis aliquot, modò* Falces, *modò* Valles *inueni: quæ conſultò prætereo, cùm omninò* Fauces *ſcribēdum videatur.* QVAM multa in ſyluis auium ſe millia condunt.] *In antiquis omnibus exemplaribus, quæ verſauimus,* In folijs, *non* In ſyluis *legitur.* TARDAQVE palus inamabilis vnda.] *Sunt codices, in quibꝰ* Innabilis *legatur. Sed enim probatiores omnes* Inamabilis *legūt.* ATQVE Ixionei vēto rota cōſtitit orbis.] *In codicibus aliquot,* Cantu rota, *legitur. Sed agnoſcit* Vento, *Seruius.* CVM ſubita incautum dementia cœpit amantem.] *In Romano libro, & in aliquot alijs,* Subito *legitur.* TERQVE fragor ſtagnis auditus Auerni.] *In Rom. libro legitur:* Terq; fragor ſtagni eſt auditus Auerni. *In mediceo* Auernis *erat: nunc s vltima litera abraſa eſt, vt cum Seruio ſentiret lectio.*

CAEL. Rhod. *Sed cur'nam eſt numerus hic profectiſſimus? nempe quia eſt ab impari primo quadratus, & impariter impar in tres diſtribuitur triades, ſiue mauis trinitates dicere: quarum item quælibet in tres diuiditur vnitates. Quâ in parte admonendi ſtudioſi ſunt, illud vehementer obſeruandum, quòd in literis Latinis à pauciſſimis animaduerſum miror: Nouenarium numerum præcipuè veteribus pro multitudine qualibet poſitum, ſicuti probat Nicander, qui duos habentem aculeos* ἑννάκεν-

τρεν vocauit, quod est, aculeorum nouem. Sed & alibi in quodam genere scorpionum, quibus septem insunt sphondyli, dixit, σφόνδυλοι ἐννεάδεσμοι. Nam enneadesmos vocat sphondylos, volens signare polydesmos, ac si dicas, multarum commissurarum aut colligationum. Idipsum in præconum enneade apud Homerum Iliad. 2. adnotauit Eustathius: sed A in nouem bellatoribus Hectori obiectis. Ad quam Græcorum doctrinam optimum maximum poëtam respexisse contenderim, cùm ait:

Et nouies Styx interfusa coërcet.

Iamq; vale, feror ingenti circundata nocte,
Inualidasq; tibi tendens, heu non tua, palmas.
Dixit, & ex oculis subitò, ceu fumus, in auras
Commistus tenueis fugit diuersa: neq; illum
Prensantem nequicquã vmbras, & multa volentem
Dicere præterea vidit: nec portitor Orci
Amplius obiectam passus transire paludem.
Quid faceret? quò se rapta bis coniuge ferret?
Quo fletu manes, quæ numina voce moueret?
Illa quidem Stygiâ nabat iam frigida cymbâ.
Septem illum totos perhibent ex ordine menses,
Rupe sub aëriâ deserti ad Strymonis vndam
Fleuisse: & gelidis hæc euoluisse sub antris,
Mulcentem tigres, & agentem carmine quercus.
Qualis populeâ mœrens Philomela sub vmbrâ
Amissos queritur fœtus, quos durus arator
Obseruans nido implumes detraxit: at illa
Flet noctem, ramoq; sedens miserabile carmen
Integrat, & mœstis latè loca questibus implet.
Nulla Venus, nulliq; animum flexêre Hymenæi.
Solus Hyperboreas glacies, Tanaimq; niualem,
Aruaq; Rhiphæis nunquam viduata pruinis
Lustrabat, raptam Eurydicen atq; irrita Ditis
Dona querẽs: spretæ Ciconũ quo munere matres
Inter sacra deûm, nocturniq; orgia Bacchi
Discerptum latos iuuenem sparsêre per agros.
Tum quoq; marmoreâ caput à ceruice reuulsum,
Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus
Volueret, Eurydicen vox ipsa, & frigida lingua,
Ah miseram Eurydicen, animâ fugiente vocabat:
Eurydicen toto referebant flumine ripæ.
Hæc Proteus, & se iactu dedit æquor in altum,
Quaq; dedit, spumantem vndam sub vertice torsit.
At non Cyrene, (nanq; vltrò affata timentem)
Nate licet tristeis animo deponere curas.
Hęc omnis morbi causa: hinc miserabile nymphę,
Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis,
Exitium misêre apibus: tu munera supplex
Tende, petens pacem, & faciles venerare Napæas:
Nanq; dabunt veniam votis, irasq; remittent.
Sed modus orandi quis sit, priùs ordine dicam:
Quattuor eximios præstanti corpore tauros,
Qui tibi nunc viridis depascunt summa Lycæi,
Delige, & intactâ totidem ceruice iuuencas.

SER. INVALIDAS palmas.] in vmbræ tenuitatem redactas. HEV non tua.] quia suprà dixit: Eurydicemq; suam. IAM fugit diuersa.] per diuersa. PRÆTEREA] postea, vt, Et quisquam numen Iunonis adoret Præterea? NEC portitor Orci Amplius.] Mysticum est: dicitur enim, bis eandem vmbram euocari non licere. EX ordine.] sine intermissione. DESERTI Strymonis.] asperi, inculti. Strymon autem fluuius est Thraciæ, circa quem ad extinguendum amoris morabatur calorem. HÆC euoluisse.] talia, qualia ipse commemorat. PHILOMELA.] pro quâuis aue: nam speciem pro genere posuit. FLET noctem.] iugi nocte, continuò fletu. TANAIMQVE niualem.] fluuium Scythiæ. NVNQVAM viduata pruinis.] semper nubibus plena. SPRETÆ Ciconũ quo munere matres.] nuptiali scilicet. Cicones autem sunt Thraces mulieres, quæ ab Orpheo spretæ, discerpsêre eum per Liberi sacra simulata. MARMOREA caput à ceruice reuulsum.] id est, pulchrâ. Constat enim, caput Orphei in Hebrũ proiectum, & id fluctus in Lesbum insulam detulisse. Hebrus autem fluuius in Thracia est, qui ex fontibus Rhodopæ montis prolabitur: dictus ab Hebro Boreæ fratre, quem Oeagrium ab Oeagro patre dicunt. Sanè alludit ad id, quod dicit Ouid. quia, cùm caput eius delatum ad ripas serpens mordere voluisset, est conuersum in lapidem. OEAGRIVS Hebrus.] Oeagrus fluuius est pater Orphei, de quo Hebrus nascitur: vnde eum appellauit Oeagrium. HÆC Proteus.] subaudi, Dixit. AT non Cyrene.] deest Territa est: quod ex sequentibus datur intelligi. PACEM petens.] Pacem, beneficium, beneuolentiam. FACILES Napæas.] exorabiles nymphas, & ad ignoscendum paratas. Sanè sciendum easdem esse Napæas, quæ & Dryades sunt: nam suprà ait: At chorus æqualis Dryadum. INTACTA ceruice.] indomita: & dicit, ita animalium sacrificium esse faciendum, vt non tantùm occidantur hostiæ, sed cædantur.

POM. Sabi. NOCTE.] nube: id est, morte. INVALIDAS.] inanes. NON tua.] scilicet, sum iam vxor, vt erã. PRÆTEREA.] pòst. PORTITOR.] Charon portitor dicitur, qui portum custodit: & dicitur à portu. OBIECTAM paludem.] scilicet Phlegetontis. EREPTA.] mortua. VOCE.] cantu & sonitu lyræ. FRIGIDA.] mortua. STRYMONIS.] Strymon est fluuius Thraciæ. QVALIS populeâ.] Comparatio: eo modo lugebat Orpheus, vt solet lugere Philomela. POPVLEA.] Populus arbor est. FOETVS.] dissipatum nidum, vbi erant filij. IMPLVMES.] nondum pennatos. ILLA.] Philomela. B INTEGRAT.] scilicet carmẽ flebile. NVLLA Venus.] scil. potuit flectere Orpheũ, vt duceret aliã vxorem. HYPERBOREIS.] Scythicis. NVNQVAM viduata.] vbi sunt semper niues. TANAIMQVE.] fluuium: quamuis Poëta nominet loca Scythiæ, tamen de Thraciâ intelligere debemus: nix semper in Riphæis montibus non est, sed in cacuminibus montium Thraciæ durat. QVERENS.] plorãs. Cicones sunt populi Thracum, qui parebant Orpheo: quorum Bacchæ mulieres, simulantes orgia, mutilauerunt Orpheum. QVO munere.] quasi non C essent dignæ illæ, nubere Orpheo: nam Orpheus spernebat omnium fœminarum nuptias. MARMOREA.] pulchra. OEAGRIVS.] Oeagrus fuit pater Orphei, & pronepos Atlantis, ex Alcyone, quæ fuit vna ex filiabus Atlantis: rex autem erat Ciconum & Odrysarum, qui populi sunt in Thracia: is Orpheum genuit, qui iuuenis Lybiam & Aegyptum peragrauit: & inde accessisse inferos, fabulis traditur: precibus maternis in patriam rediit. Is est qui ad inferos amore vxoris descendit, is qui cantu & lyrâ non modò animantia, verùm & saxa mulcebat: post reditum Argonautarum, cùm venisset in odium suorum, occisus fuit. Vergilius in præsentia eum iuuenem appellat, fortè ab eo, quòd iuuenes ardentissimè coniuges amant: fuit & eiusdem nominis Poëta quidam in Arcadiâ: & alius quidam Crotoniat, qui cum Pisistrato tyranno vixit. Quidam tradunt Orpheos fuisse sex: sed Poëtæ intelligunt de Orpheo Oeagri filio. HÆC Proteus.] scilicet dixit. IN altum.] mare. AT non Cyrene.] scilicet timuit, vt filius. TRISTES curas.] mœstas. CAVSA morbi.] est mors Eurydice. HINC.] ab hac morte. EXITIVM.] pestem. CHOROS.] scilicet agebat. FACILES.] scilicet ad exorandum. VOTIS.] tuis. REMIT-

Digitized by Google

A MITTENT.] *deponent iras.* DELIGE.] *elige.* LYCAEI.] *montis Arcadiæ, vbi regnabat Ariſtæus.*

OB. SPRETÆ Ciconum quo munere matres.] *Cicones natio Thracum, oppidum eſt Iſmaros.* ET faciles venerare Napeas.] *Napææ ſunt nymphæ.*

VAR. Lect. QVO fletu manes, qua numina voce moueret.] *In Romano libro legere eſt:* Quos fletu Manis, quæ numina voce moueret. *Nam illi ampliùs adeundi non erant, à quibus duriſſimæ conditionis leges acceperat. Quanquam nō diſplicerat,* Quo fletu, & quà voce. ET gelidis hæc euoluiſſe ſub antris.] *In Romano libro, & aliquot alijs,* Sub aſtris, *legitur.* NVLLA Venus nulliq; animum flexère Hymenæi.] *In Romano libro, in Mediceo, & aliquot alijs antiquis legere eſt,* Nulla Venus, non vlli animum.

SPRETÆ Ciconum quo munere matres.] *Aliquot antiqui libri,* Spreto, *legunt: vt ſit, Spretis ab Orpheo nuptijs. Seruius mauult,* Spretæ matres. NOCTVRNAQVE orgia Bacchi.] *In libris aliquot antiquis,* Nocturniq;, *legitur per hypallagen: quamuis nonnulli ex peritioribus,* Nocturna *receperint, quâ lectione nulla fiet colliſio in* Nocturnaq; orgia. *Sanè verò in Mediceo,* Nocturni *ſcriptum eſt.* QVATTVOR eximios præſtanti corpore tauros.] *In Romano libro legitur,* Eximio præſtãtis corpore, *quod tãtundem eſt.* DELIGE & intactâ totidem ceruice iuuencos.] *In Lõgobardico,* Dilige, *legitur: quod etiam ſuperiùs habuimus eodem ſignificato. Sed &* Intactas, *quippe iuuencas per ſyllepſim legitur. In Romano libro, ſermone magis poëtico (quanquam & illud venuſtè dictum)* Intactâ ceruice, *quod agnoſcit Seruius.*

Quattuor his aras alta ad delubra dearum
Conſtitue, & ſacrum iugulis demitte cruorem,
Corporaq; ipſa boum frondoſo deſere luco.
Pòſt, vbi nona ſuos aurora oſtenderit ortus,
Inferias Orphei lethæa papauera mittes,
Et nigram mactabis ouem, lucumq; reuiſes,
Placatam Eurydicen vitulâ venerabere cæsâ.
Haud mora, continuò matris præcepta faceſſit,
Ad delubra venit, monſtratas excitat aras:
Quattuor eximios præſtanti corpore tauros
Ducit, & intactâ totidem ceruice iuuencas.
Pòſt, vbi nona ſuos aurora induxerat ortus,
Inferias Orphei mittit, lucumq; reuiſit.
Hìc verò ſubitum ac dictu mirabile monſtrum
Aſpiciunt: liquefacta boum per viſcera, toto
Stridere apes vtero, & ruptis efferuere coſtis,
Immenſasq; trahi nubes, iamq; arbore ſumma
Confluere, & lentis vuam demittere ramis.
Hæc ſuper aruorum cultu, pecorumq; canebam,
Et ſuper arboribus, Cæſar dum magnus ad altum
Fulminat Euphraten bello, victorq; volenteis
Per populos dat iura, viamq; affectat Olympo.
Illo Vergilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, ſtudijs florentem ignobilis oci:
Carmina qui luſi paſtorum, audaxq; iuuenta
Tityre te patulæ cecini ſub tegmine fagi.

SER. ORPHEI.] *datiuus Græcus eſt.* LETHÆA papauera.] *id eſt, agreſtia.* PLACATAM Eurydicen vitulâ venerabere

B cæsâ.] *ὑπαλλαγὴ, pro, venera*tam placabis. PRÆCEPTA faceſſit.] *id eſt, facit: & eſt frequentatiuum pro principali. Aut certè ideò* Faceſſit: *quia plures hoſtias immolauit.* HIC ſubitum ac dictu mirabile monſtrum.] *Res enim hæc ex improuiſo venit, vt apes ex bobus erumperent: nam præcepta Cyrenia tantùm ad placanda numina pertinebant. Notandum ſanè: quia ex hoc euentu illa ars inuenta eſt, quam ſuprà memorauit, & melior facta per induſtriam.* STRIDERE apes vtero & ruptis efferuere co-

C ſtis.] *Hæc verba & ſecundæ ſunt coniugationis, & tertiæ: nunc tantùm tertiæ.* LENTIS vuam demittere ramis.] *in morem vuæ: id eſt, botryonis defluere, quod Græci βοτρυδὸν dicunt.* HÆC ſuper aruorum.] *Per aruorum cultum primum librum ſignificat: per pecora autem tertium & quartum: quia & apes pecora ſunt: per arbores ſecundum: & hoc dicit:* Hæc ego: *id eſt, Gorgica ſcripſi, dum Cæſar in oriente pugnaret.* FVLMINAT.] *fortiter facit.* VICTORQVE volenteis Per populos dat iura.] *Vnum virtutis eſt, alterũ iuſtitiæ: nam vincere virtutis: volentibus: id eſt, non inuitis imperare, iuſticiæ eſt.* VIAMQVE affectat Olympo.] *præparat ſibi diuinos honores.* DVLCIS alebat Parthenope.] *id eſt,* Neapolis, *quæ primò ex corpore vnius Sirenis illic ſepultæ, Parthenope eſt appellata.* STVDIIS florentem ignobilis oci.] *id eſt, artis poëticæ, quam ociũ ignobile apellauit, ne quid de ſe videretur arroganter dicere.* CARMINA qui luſi.] *qui etiam Bucolica ſcripſi.* AVDAXQVE iuuenta.] *ætate iuuenili: nam, vt diximus ſuprà,* XXVIII. *annorum erat, quum Bucolica ſcripſit: & benè breuiter à ſe ſcriptarum executus eſt titulum.*

POM. Sabi. HIS.] *cum his tauris.* IVGVLIS.] *id eſt, iugula tauros.* NONA aurora.] *poſt nouem dies lacte & papauere manes defunctorum placabantur, & nigris hoſtijs.* HAVD mora.] *ſtatim.* FACESSIT.] *cœpit.* EXCITAT.] *erigit.* DEIICIT.] *interficit.* INTACTA ceruice.] *indomitas.* HIC.] *ſtatim.* MONSTRVM.] *quia apparuerunt apes.*

STRIDERE.] *bombire.* RVPTIS coſtis.] *putridarum boũ.* NVBES.] *globos.* VVAM.] *quia conglobantur ad ſimilitudinem botorum vuæ.* CÆSAR dum.] *Octauius.* EVPHRATEM.] *Euphrates fluuius diſterminat regnum Parthorum à Romanis, Parthi, cum Cæſar ſubigeret vtrãq; Armeniam, perculſi tantâ mole belli, non modò ceſſerunt, verùm & ſigna militaria: id eſt, aquilas, quæ abſtulerant Craſſo & Antonio, per legatos Octauio miſerunt: & hoc nunc intelligit Vergilius. Summa enim laus erat, famâ victorioſi belli ſubigere feroces populos Parthorum, qui magnam partem orientis occupabant.* SVPER cultu.] *de cultu.* ARVORVM.] *quantum ad primum lib.* ARBORIRVS.] *ad ſecundum.* PECORVM.] *tertium.* APVM.] *quartum.* FVLMINAT.] *ardenter pugnat: vnde acerrimi pugnatores,* belli fulmina *appellantur.* VOLENTIS.] *quia oriens non dedignabatur ſubire iugum Romanorũ, ſed vltrò veniebat.* AFFECTAT.] *dirigit.* PARTHENOPE.] *Neapolis, quãdo Auguſtus erat in oriente contra Parthos.* DVLCIS.] *amœna & iucunda, propter illecebras Campanorum, quæ fregerunt conſtantiam Hannibalis.* FLORENTEM.] *felicem.* IGNOBILIS.] *ruſticani.* OCI.] *ocij.* LVSI.] *deſcripſit Bucolica.* AVDAX iuuenta.] *quia iuuenes ſunt audaces.* IVVENTA.] *mea cecinit.*

INFERIAS Orphei Lethæa papauera mittes.] VAR. Lect.
In Romano tantùm libro, Orpheo latio declinatu *ſcriptum eſt, quod per ſyneræſin accipietur, vt* aluearia, & ferreiq; Eumenidũ thalami. *In alijs tamẽ,* Orphei *per diphthõgon eſt, vt Græcè Ὀρφεῖ. cuiuſmodi illud etiã apud Catullũ:*

Qualis adeſt Thetidi, qualis concordia Pelei.

Subſequitur inde verſus:

Placatum Eurydicen vitulâ venerabere cæsâ.

Poſt hunc:

Et nigram mactabis ouem, lucumq; reuiſes.

Hoc ordine habentur in libro Lõgobardico, & ita diſponendos eſſe, nemo non videt; cùm præſertim hæc ritè perfecta, quo præceptum fuerat ordine, cognoſci poſſit ex eo verſu, qui totam periodum complectitur:

Inferias Orphei mittit, lucumq; reuisit.
Quattuor eximios præstanti corpore tauros
Delige, & intactâ totidem ceruice iuuencos.

Eodem modo, quo superius, Eximio præstantis, & intactas, & ita inferias Orpheo. In Romano libro. A

P. VERGILII MARONIS GEORGI CON FINIS.

TIBERII CLAVDII DONATI, AD TIBERIVM CLAVDIVM MAXIMVM DONATIANUM FILIUM, IN INTERPRETATIONES VERGILIANÆ AENEIDOS, PRÆFATIO.

POST illos, qui Mantuani vatis mihi carmina tradiderunt, postq; illos, à quibus in Aeneidos libris, quasi quidam solus & purior intellectus expressus est, silere melius erat, quàm loquendo crimen arrogantis incurrere. Sed, cùm aduerterem nihil magistros discipulis conferre quod sapiat: scriptores autem commentariorum non docendi studio, sed memoriæ suæ causâ quadam fauorabili studio, multa tamen inuoluta reliquisse, hæc, fili charissime, tui causâ conscripsi, non vt sola perlegas, sed vt collatione habitâ intelligas, quid tibi ex illorum, quid ñe ex paterno labore sequendum sit. Non enim aut illi omnia complexi sunt, vt res ipsa indicat, aut ego tanta composui, quæ te possint ad pleni intellectus effectum competenter instruere. Quocirca, vt dictum est, lege omnia, &, si fortè nostra alijs displicebunt, tibi certè complaceant, quæ filio pater sine fraude transmisi. Primùm igitur & ante omnia sciendum est, quod materiæ genus Maro noster aggressus sit: hoc enim nisi inter initia fuerit cognitum, vehementer errabitur: & certè laudandum est, quod idcircò incognitum est, & latens: quia miro artis genere laudationis ipsius, dum gesta Aeneæ percurreret, incidentia quoque aliarum materiarum genera complexus ostenditur, nec tamen aliena à partibus laudis: nam idcircò assumpta sunt, vt Aeneæ laudationi proficerent. Hoc loco quisquis Vergilij ingenium, mortalitatem, dicendi notitiã, scientiam, mores, peritiamq; rhetoricæ disciplinæ metiri volet, necessariò primùm debet aduertere, quẽ susceperit carmine suo laudandum, quantum laborem, quamq; periculosum carmen aggressus sit: Talem enim monstrare Aeneam debuit, vt dignus Cæsari, in cuius honorem hæc scribebantur, parens & autor generis præberetur: cumq; ipsum memoriæ fuisset traditurus, extitisse Romani Imperij conditorem, proculdubiò vt fecit, & vacuum omni culpâ, & magno præconio præferendum debuit demonstrare. Dicamus ergo quæ ipsius Aeneæ personam deformare potuissent: nullum enim Vergiliani carminis apparebit ingenium, nisi in personâ suscepti herois fuerint enumerata contraria. Incertum quippe esse non potest, Aeneam sic ex Asiæ partibus recessisse amissâ patriâ, quam defensare non potuit, perditis opibus regni, tanta, & illic apud Ilium, & cùm genitali solo truderetur, esse perpessum, vt cuiuis credibile esse posset, talia illum non fuisse passurum, nisi iure deos omnes habuisset infestos: quod est proculdubiò criminosum: & qui sic vitam suam duxerit, vt displiceret omnibus superis, nullumq; fautorem, ne ipsum quidem auum suum Iouem habere valuerit. Purgat ergo hæc mirâ arte Vergilius, & non tantùm collecta in primis versibus, (vt mox apparebit) verùm etiam sparsa per omnes libros excusabili assertione, & (quod est summi oratoris) confitetur ista, quæ negari non poterant, & summotam criminationem conuertit in laudem, vt inde Aeneam multiplici ratione præcipuum redderet, vnde in ipsum posset obtrectatio conuenire. Itaq; constituit non (vt alij putant) carminis caput, sed (vt nos asserimus) carminis thema, tantâ subtilitate artis, vt in eodem hoc in eius breuitate latitudinem magnam futuri operis demonstraret. Commendat in primâ propositione carmen suum, personamq; suam, & gesta eius, quem purgandum laudandumq; susceperat: simulq; partitur, quid fato, quid extra fatum perpessus sit: subtiliter monstrans, quæ accidunt fato, nullius posse virtutibus superari: perinde, quòd non esset illius crimen, si expugnare fata non valuit: illa verò, quæ extra fatum imponebantur aduersantibus superis & Iunone, patientiâ & virtute animi transmisisse. B *Nullum interea Aeneæ speciale meritum fuisse ostendit, vt Iunonem priùs, dehinc omnes deos sentiret inimicos. Nam & Iunonem strictim in themate ipso, latiùs autem in carmine, frustrà aduersus Aeneam inimicitias suscepisse & deos cæteros prodidit, non quasi sæuæ Aeneæ mentis excitator, sed reginæ suæ qualicunque studio obsequutor, vt dictum est, sese promitteret, quæ Aeneas idem in terrâ, quæ in fluctibus aduersa pertulerit. Purgatâ personâ, quam propriâ defensione Vergilius tuebatur, quod ad oratoris officium pertinet, diuersæ partis: hoc est, inimica fuerat deformanda: huic enim & sæuitiæ crimen obiecit, & diuturnitatis retentarum inimicitiarum apposuit, addens in fine thematis ingentem inuidiam; scilicet Romani Imperij felicitatem emersuram non fuisse, si Aeneas autor eius & conditor, Iunonis factione ad plenum fuisset oppressus. Hæc te summatim nosse conueniat, nec arbitreris me circumuentione vsum. Cùm enim aduerterem, tyrocinia tua nouitate ac breuitate expositionis instrui non posse, aliquantulum augeri debui, vt iam ipse, quasi quoddam præludium futuræ interpretationis, præmitterem, melius existimans, loquacitate quâdam te facere doctiorem, quàm tenebrosæ breuitatis vitio in erroribus linquere.* C *Quem profectum cupido cuiq; mei laboris opusculum, peculiaris animi quasi quoddam hæreditarium munus & iura transmitto. Ac ne fortè nescias, quid tibi commodi ex hac traditione possit accedere, paucis accipe. Si Maronis carmina competenter attenderis, & eorum mentem congruè comprehenderis, inuenies in Poetâ rhetorem summum, atque inde intelliges Vergilium non Grammaticos, sed Oratores præcipuos tradere debuisse. Idem enim tibi (vt aliquibus locis exempli causâ posuimus) artem plenissimam dicendi demonstrabit. Amato eo, qui multorum diuersorumq; scripta complexus esse erit operæ precium non errare per plurimos: & si id placebit, laudabis eum, cui licuit vniuersa percurrere, qui se diuersæ professionis, & diuersarum sectatoribus artium beneuolum præbuit, peritissimumq; doctorem. Habet denique ex eo nauta quod discat, in officiorum ratione habent, quod nitentur patres & filij, mariti & vxores, imperator & miles, ciuis optimus & patriæ spectatissimus cultor: in laboribusq; Reipublicæ optimum quenque & apud suos primum, fortunas & salutem suam debere contemnere. Magisterio eius instrui possunt, qui se aptant ad deorum cultum, futuraq; noscenda. Hic habent imitandam laudem, qui illæsas amicitias amant: habent, quam metuant notam, qui fluxâ fide aut amicum fefellerint, aut propinquum. Docet quales debeant esse homines, quorum præsidia in necessitatibus postulantur, in*

A *arrogantiæ aut inhumanitatis crimen incurrant: non erubescendum, si potior inferiorem roget, cùm fuerit necessarium. Postremò, quoniam non possumus Maronianæ virtutis omnia numerata percurrere, exempli causâ ista dixisse sufficiat. Faciliùs enim cætera legendo & considerando reperies, si prædicta fueris assequutus. Omnia certè, quæ ex eis arripere placuit, suis quibusque locis explicando tractabimus, nec te perturbent imperitorum vel obtrectatorum Vergiliani carminis voces inimicæ. Scio, nõnullos calumniari, quòd sententias suas Vergilius, velut contraria sentiendo, dissoluit. In his quippe reperiuntur, qui relictis perspicuis rebus, argumentis velint contraria ipsa firmare, atque ita fictionibus suis ostendunt, sese à vero intellectu longè esse discretos. Vergilius enim, si dixit* deos esse, *& rursum* non esse *memorauit: alio autem loco posuit* esse, *sed* nihil curare: *alio verò* esse, *&* curare quę homines agant. Esse fatum, & non esse: statutâ die homines mori, & interdum ante præfinitum tempus extingui, sentire aliquid mortuos, *vel* nihil esse post mortem: *non assertentis officio ductus est, sed pro tempore, pro personâ, pro loco, pro causâ, aut abstraxit, aut certè dissoluit. Denique, si ad propositum thema redeamus, in-*
B *ueniemus Vergilium id esse professum, vt gesta Aeneæ percurreret, nõ vt aliquam sciẽtiæ interioris, vel philosophiæ partem, quasi assertor, assumeret. Interea hoc quoque mirandum debet aduerti, sic Aeneæ laudem esse dispositam, vt in ipsâ exquisitâ arte omnia materiarum genera conuenirent: quò fit, vt Vergiliani carminis lector rhetoricis præceptis instrui possit, & omnia viuendi, agendiq́ officia reperire. Restat. vt ante dispositionis inferioris ingressum, etiam hoc debeat nosci: ordinationem operis sui sic collocâsse Vergilium, vt posteriora primitùs, & prima posteriùs poneret: nam Siciliensi in parte naufragium descriptum, non inter primos labores Aeneæ numerabatur, vsque adeò, vt ipse idem diceret:*

—— iactatos æquore toto
Troas, relliquias Danaûm, atque immitis Achilli,
Arcebat longè Latio, multosq; per annos,
Errahant acti fatis maria omnia circum.

Et ex Aeneæ personâ;

O' socij, neq; enim ignari sumus antè malorum,
O' passi grauiora, dabit deus his quoq; finem.
Vos & Scylleam rabiem, penitusq; sonantes
Accestis scopulos, vos & Cyclopea saxa
C Experti. ——

Et ex personâ Didonis.

—— nam te iam septima portat
Omnibus errantem terris & fluctibus æstas.

Hæc ergo, quæ posterioris temporis fuêre, posuit prima, & in aliud tempus superiora distulit, vt in conuiuio Didonis narrarentur: ne si prima ponerentur, odiosum foret, hæc eadem, inquirente Didone, repetere, quæ prolixitatis causâ vitandæ semel dici conuenerat. Interpretemur igitur, quod diximus, thema, cuius prima pars est:

ARGVMENTVM XII. Librorum Æneidos.

PRIMI.

AEolus immittit ventos Iunone precante,
Troianosq́ vagos Libycas expellit in oras.
Solatur Venerem dictis pater ipse dolentem.
Aeneam recipit pulchra Carthagine Dido,
Cui Venus Ascanij sub imagine mittit Amorem.

SECVNDI.

Cogitur Aeneas bellorum exponere causas,
Graiorumq́ dolos & equũm, fraudemq́ Sinonis,
Excisamq́ vrbem, Priamiq́ miserrima fata:
Vtq́ patrem impositum forti ceruice per ignes
Extulerit, charamq́ amiserit ipse Creusam.

TERTII.

Post casum Troiæ fabricatâ classe superstes
Vela dat Aeneas, vrbemq́ in littore Thraces,
Mox aliam pulsus Cretæis condidit oris.
Cedit & hinc, Helenumq́ videt, præceptaq́ sumit,
Aetnæum Cyclopa fugit, sepelitq́ parentem.

QVARTI.

Ardet amore graui Dido, soror Anna suadet
Nubere, iunguntur nimbo cogente sub antro.
Incusat precibus patrem contemptus Hiarbas.
Nauigat Aeneas iussu Iouis: illa dolore
Impatiens, & amore, necem sibi protinus infert.

QVINTI.

In Siculas iterum terras fortuna reducit
Aeneam, tumuloq́ patris persoluit honorem.
Tum cogit naueis incendere Troadas Iris.
Troës ibi linquunt socios, Venus anxia placat
Neptunum, Somnus Palinurum mergit in vndas.

SEXTI.

Sacratam Phœbo Cumarum fertur in vrbem
Rex Phrygius, vatisq́ petit responsa Sibyllæ.
Misenum sepelit: post hæc adit infera regna,
Congressusq́ patri discit genus omne suorum,
Quoq́ modo casus valeat superare futuros.

SEPTIMI.

Tandem deueniunt Laurentia Troës in arua,
Et pace acceptâ læti noua mœnia condunt.
Nocte satam Iuno furiam vocat: illa Latinos
Inter & Aeneadas bellum serit, & ciet arma.
Protinus auxilijs terra instruit Italia turmas.

OCTAVI.

Vidit vt Aeneas summâ vi bella parari,
Arcadas, Euandrumq́ senem sibi fœdere iungit.
Dardanioq́ duci sociatur Hetruria tota.
Arma petit genitrix, dat Mulciber, in clypeoq́
Res pingit Latias, & fortia facta nepotum.

NONI.

Ad Turnum properè Iunonia mittitur Iris,
Infestatq́ animos: aciem mouet ille, Phrygasq́
Obsidet: inde igni euersa est Aenea classis.
Euryalus Nisusq́ ruunt nece prælia noctis,
Vi Turnus potitur castris, vi pellitur inde.

DECIMI.

Placat & vxorem dictis, & iurgia natæ
Iuppiter: auxilijs instructus Troius heros
Aduenit, occurrunt populi, atq́ in littore pugnant.
Occidit à Turno Pallas, victorq́ superbus
Aeneæ eripitur, Mezentius interit acer.

VNDECIMI.

Occisis proprium pars vtraq́ reddit honorem,
Supplicibus Calydone satus negat arma Latinis,
Cum Turno, alterno iurgat certamine Drances,
Aeneas equitem præmittit, & obuia virgo
Excipit, extincta Rutuli dant terga Camilla.

DVODECIMI.

Troianis, Rutulisq́ placet coniungere fœdus:

Digitized by Google

A

Id Rutuli rumpunt, nato Venus alma medetur
Dictamno, Rutuliq; luunt periuria victi.
Cogitur Aenea Daum concurrere proles,
Pallentea necem misero dant cingula Turno.

OCTAVII AVGVSTI IN P. Vergilij Maronis Æneidem versus.

Ergóne supremis potuit vox improba verbis,
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in igneis,
Magnaq; doctiloqui morietur Musa Maronis?
Ah scelus indignum, soluetur litera diues?
Et poterunt spectare oculi, nec parcere honori
Flamma suo? ductumq; operi seruabit amorem?
Pulcher Apollo veta, Musæ prohibete Latinæ,
Liber & alma Ceres succurrite: vester in armis
Miles erat, vester docilis per rura colonus.
Nam docuit, quid ver ageret, quid cogeret æstas,
Quid daret autumnus, quid bruma nouissima ferret,
Arbuta formauit, sociauit vitibus vlmos,
Curauit pecudes, apibus sua castra dicauit.
Hæc dedit vt pereant? ipsum si dicere fas est.
Sed legum est seruanda fides: suprema voluntas
Quod mandat, fieriq; iubet, parêre necesse est.
Frangatur potiùs legum veneranda potestas,
Quàm tot congestos noctesq; diesq; labores
Hauserit vna dies, supremaq; verba parentis
Amittant vigilâsse suum. Si fortè superbus
Errauit in morte dolor, si lingua locuta est
Nescio quid titubante animo, non sponte, sed altis
Expugnata malis, odio languoris iniqui:
Si mens cæca fuit: iterum sentire ruinas
Troia suas, iterum cogetur reddere voces,
Ardebit miseræ post vulnera vulnus Elisæ?
Tam sacrum soluetur opus, tot bella, tot enses,
In cineres dabit hora nocens, & perfidus error?
Huc huc Pierides date flumina cuncta sorores,
Expirent igneis, viuat Maro doctus vbiq;,
Ingratusq; sui, studiorumq; inuidus orbi,
Et factus post fata nocens: quod iusserat ille,
Sit vetuisse meum: satis est post tempora vitæ,
Immò sit æternum, totâ resonante Camœnâ
Carmen, & in populo diui sub numine nomen
Laudetur, vigeat, placeat, relegatur, ametur.

B

ARGVMENTA XII. LIBRORVM ÆNEIDOS, XII. VERSIBVS COMPREHENSA.

Aeneas Primo Libycis appellitur oris.
Funera Dardaniæ narrat fletusq; Secundo.
Tertius à Troiâ vectos canit æquore Teucros.
Quartus item miseræ duo vulnera narrat Elisæ.
Manibus ad tumulum Quinto celebrantur honores.
Aeneam memorat visentem tartara Sextus.
In Phrygas Italiam bello iam Septimus armat.
Dat simul Aeneæ socios Octauus, & arma.
Daunius expugnat Nono noua mœnia Troiæ.
Exponit Decimus Thuscorum in littore pugnas.
Vndecimo Rutuli superantur morte Camillæ.
Vltimus imponit bello Turni nece finem.

ADILON.

Primus habet, Libycam veniant vt Troës in vrbem.

C

MODESTINI IVRISCONSVLTI. IN PRIMVM Aeneidos librum, Argumentum.

Vir magnus bello, nulli pietate secundus,
Aeneas odijs Iunonis pressus iniquæ,
Italiam quærens, Siculis errauit in vndis,
Iactatus tandem Libyæ peruenit ad oras.
Ignarusq; loci, fido comitatus Achate,
Indicio matris regnum cognouit Elysæ.
Quin etiam nebulâ septus peruenit ad vrbem,
Arreptosq; vndis socios cum classe recepit.
Hospitioq; vsus Didonis cuncta benignæ,
Excidium Troiæ iussus narrare parabat.

P. VERGILII M. ÆNEIDOS LIBER I.

Ille ego, qui quondam gracili modulatus auenâ
Carmen, & egressus syluis, vicina coëgi,
Vt quamuis auido parêrent arua colono,
Gratum opus agricolis: at nunc horrentia Martis
ARMA virumq; cano, Troiæ qui primus ab oris
Italiam, fato profugus, Lauinaque venit

SER. ARMA.] *Multi variâ dixerũt, cur ab armis Vergilius cœperit: omnes tamen in hanc sententiã assentire manifestũ est, quum constet, eũ aliundè sumpsisse principiũ, sicut in præmissâ eius vitâ monstratũ est. Per arma autẽ bellũ significat, & est tropus* μετωνυμία: *nã* arma, *quibus in bello vtimur, pro bello posuit: sicut toga, quâ in pace vtimur, pro pace ponitur: vt Cicero:* Cedant arma togæ: *id est, bella paci. Per sua enim arma ad regalem honorem peruenit. Ideò* Arma *præposuit* Viro, *sed tribus modis. id est, primò, quòd fuerant victricia, secũdò, quòd*

A dò, quòd diuina: tertiò, quòd propè ſemper armis virum ſubiungit, vt arma virumque ferens. & arma acri facienda viro. ARMA virumq.] *Figura vſitata eſt, vt non eo ordine reſpondeamus, quo propoſuimus: nam priùs de erroribus Aeneæ dixit, pòſt de bello. Hac autem figurâ etiam in proſâ vtimur, ὕστερον πρότερον. Sic Cicero in Verrinis:* Nam ſine vllo ſumptu noſtro, corijs, tunicis, frumentoque ſuppeditato, maximos exercitus noſtros veſtiuit, aluit, armauit. VIRVM.] *Quem non dicit, ſed ex circunſtantijs oſtendit,* Æneam. CANO.] *πολύσημος ſermo eſt: tria enim ſignificat, aliquando* laudo: *vt,* Regemque canebant: *aliquando* diuino: *vt,* Ipſa canas oro: *aliquando* canto, *vt hoc loco: nam propriè* canto *ſignificat: quia cantanda ſunt carmina.* TROIÆ.] *Troia regio eſt Aſiæ. Ilium ciuitas eſt Aſiæ. Plerunque tamen poëtæ pro* vrbe *vel regionem vel prouinciam ponunt. Iuuenalis:* Et flammis Aſiam, ferroque cadentem. QVI primus.] *Primus, non ante quem nemo, ſed poſt quem nullus, vel hic primus princeps, vel optimus. Quærunt multi, cur Aeneam primum ad Italiam veniſſe dixerit: cùm paulò pòſt dicat:* Antenorem ante aduentum Æneæ fundaſſe

B ciuitatem. *Conſtat quidem, quòd, habitâ temporum ratione peritè Vergilius dixerit: nanque illo tempore, quo Aeneas ad Italiam venit, finis erat Italiæ vſque ad Rubiconem fluuium. Cuius rei meminit Lucanus: vt,* Et Gallica certus Limes ab Auſonijs diſterminat arua colonis. *Vnde apparet, Antenorem non ad Italiam veniſſe, ſed ad Galliam Ciſalpinam, in qua Venetia eſt. Poſtea verò, promotis vſque ad Alpeis Italiæ finibus, nouitas creauit errorem. Plerique tamen quæſtionem hanc volunt ex ſequentibus ſolui, vt videatur ob hoc addidiſſe Vergilius,* Ad Lauina littora, *vt non ſignificaret Antenorem: melior tamen eſt ſuperior expoſitio.* ITALIAM.] *Ars quidem hoc exigit, vt nominibus prouinciarum præpoſitionem addamus, ciuitatum nunquam: tamen plerunque peruerſo ordine lectum eſt. Nam ecce hoc loco detraxit prouinciæ præpoſitionem, dicens:* Italiam fato venit: pro, ad Italiam venit. *Tullius in Verrinis:* Eâ die Verres ad Meſſanam venit. *pro Meſſanam venit. ſed hîc Schemâ vtuntur. Sanè ſciendum eſt, vſurpari ab autoribus, vt vel addant vel detrahant præpoſitiones: namque ait Vergilius:* Syluis te Tyrrhene feras agitare putaſti: pro, in ſyluis. *Vt ergo illic detraxit* loco *præpoſitionem,*

C *ſic hîc* prouinciæ: *& eſt figura. Italia autem pars Europæ eſt. Italus enim rex Siculorum, profectus de Sicilia, venit ad loca, quæ ſunt iuxta Tiberim, & ex nomine ſuo appellauit* Italiam. *Ibi autem habitâſſe Siculos, vbi Laurolauinium eſt, manifeſtum eſt, ſicut ipſe alio loco dicit:* Siculi, veteresque Sicani. *item:* Et gentes venêre Sicanæ Sæpius. *In hoc verò nomine i contra naturam producitur.*

DON. ARMA virumque.] *In hac breuitate & anguſtâ propoſitione multa complexus eſt: nam & propoſuit. & diuidit: & in eo ipſo ſeſe commendat, quòd non ludicra vel turpia, vt alij, ſed ſpectata elegerit ad ſcribendum:* Arma *ſcilicet: hoc eſt, ſcutum & alia, quæ Aeneæ Vulcanum fabricâſſe perſcripſit.* VIRVM.] *non vt ſexum ſignificaret, ſed* virum, *qui talia arma, tam magna & pulchra habere vel geſtare potuit:* Virum, *qui Romani Imperij author & conditor eſſe debuerit, vel meruerit:* Virum, *qui terra marîque iactatus, multa aduerſa tolerando ac ferendo tranſmiſerit:* Virum, *qui Iunonis inimicitias & reliquorum deorum factiones ſuperauerit. Hoc autem loco plerique arbitrantur, erraſſe Vergilium, vt primò rem, deinde perſonam poneret: qui, ſi Salluſtium conſiderarent, liberum à ratione metrorum, ſic hiſtoriam cœpiſſe, vt primò rem, deinde populi Romani perſonam poneret: nunquam Vergilium criminarentur: quem conſtat, in propoſitione liberam ordinandi habuiſſe licentiam, exequendi verò alium ordinem tenuiſſe. Nam quod ait* Cano, *quaſi iam carmine completo loqueretur, oſtendit, ex aperto thema eſſe, quod plenum atque perfectum futuræ conſcriptioni carminis præparauerat.* CANO.] *bis accipitur,* Cano arma, Cano virum: *ſed amorum deſcriptionem, primò propoſitam, ſequenti diſputationi ſeruauit, & cœpit à geſtis viri, adiungens hæc ſecundæ propoſitioni, ne hiulcam faceret narrationem. Sequitur altera cum propoſitione diuiſio, vt oſtendat, quid Aeneas fatali ratione, quid extra fatum perpeſſus ſit. Nam fuit fati, vt perditâ patriâ ſuâ ire ad Italiam, & in eam venire cogeretur. Quo loco Vergilius Aeneam proditæ ciuitatis crimine abſoluit: nulla enim culpa eſt, defenſare nequiſſe, quod fataliter interiſſe dubitari non poterat. Simul monſtrat, non pœnam fuiſſe, quòd Aſiæ finibus excluſus Aeneas, amiſſo genitali ſolo, quaſi exul trahebatur in alienas terras, ſed gloriam. Optimum quippe eſt, idcircò paruum perdere vnumquemque, vt minore percuſſus detrimento, maioris rei emolumenta conquirat. Certè & illud ſentiendum, non malo fatorum voto,Ilienſi imperio excidium extitiſſe: ſed ne eſſet, quod in Aſiæ partibus eum detineret, qui conſtituendo Romano Imperio dignus author & conditor parabatur. Ergo quod ait:* Troiæ qui primus ab oris Italiam fato profugus, Lauinaque venit Littora: *fatorum id ratione contigiſſe, non dubium eſt. Sed quærendum eſt, cur poſuerit:* Lauinaque venit littora: *quum nondum fuiſſet hoc loci nomen, eo ſcilicet tempore, quo Aeneas venit ad Italiam. Non ergo iam tunc fuerant Lauina littora, ſed tunc, cùm geſta veteribus ſeculis Vergilius replicabat. Alia Vergilio fuit cauſa, quâ dixit, primum Aeneam veniſſe ad Italiam, quum conſtet etiam alios eſſe productos eò, antequàm Aeneas Italiam tetigiſſet: & verum eſt: ſed non ad eam Italiæ partem, in quâ ſunt Lauina littora. Ergo & primus fato: quia alij ex euentu ad Italiam fuerant delati, Aeneas verò compulſus: quia, ſicut multis locis eſt poſitum, aliam terram tenere non poterat, cui fuerat decreta Italia in eâ parte, in quâ ab eo Lauinium oppidum conditum eſt. Ergo colligitur intellectus, vt ſcilicet* Fato *non ſemel accipiatur: vt ſit, fato perdidit patriâ, fato expulſus, fato peruenit ad Italiæ partem, in quâ vocitari cœperunt* Lauina littora. MVLTVM ille & terris iactatus.] *Aliam tenet cum propoſitione diuiſionem: nam ſpecialiter ſcripſit in carmine ſuo quæ in terris, quæ in pelago perpeſſus ſit Aeneas, & hæc ipſa aſſerit extra fatum fuiſſe, adde.*

ARMA virumque cano.] *Quintilianus ait:* Breuiter & dilucidè ſummam rei, de quâ cognoſcere volumus, indicare in principijs debent Poëtæ: vt fecerunt Vergilius & Homerus, in operum ſuorum principijs: *& idem libro primo, tres in elocutione virtutes neceſſe debere monſtrat, dicens:* Sit autem in primis lectio virilis, & cum ſuauitate quadam grauis, & non preſſæ ſimilis: quia carmen eſt, & ſe poëtæ canere teſtātur: non tamen in canticum diſſoluta, nec plaſmate, vt nunc à pleriſque fit, effœminata: de quo genere C. Cæſarem adhuc prætextatum accepimus dixiſſe: Si cantas, malè cantas: ſi legis, cantas. *Dionyſius tradit, anno imperij Latini 35. Aeneam in Latium veniſſe, acceptoq; ab Aboriginibus agro, vrbem condidiſſe Lauinium, haud procul à mari: &, cùm omnes benè ſimul conuenirent, Latini dicti, inde migrantes condidêre vnà Albam, ex hac priſci Latini facti, 17. ætate, poſt captum Ilium, colonos miſerunt in Palatiū, vrbs à Romulo Roma nuncupatur, qui 17. regnauit ab Aenea.* POM. SAB.

LAVINAQVE venit.] *Cum nunciaretur Latino bellanti contra Rutulos, occupâſſe oram maritimam peregrinos, exercitum contra eos mouit: ſed noctu monitus in ſomnis, vt in amicitiam ſuſciperet, vbi illuxit, fœdus ictum eſt, & Aeneas filios dedit obſides, oppidum vocatum eſt Lauiniū vt Romani à*

Lauinia filia Latini: vt Græci, à Lauinia Seloni regis Deliorum filia fatidica, quæ illic perijt. FATO profugus.] Quædam interiectio est: & continuum sermonem qui faciebat, Italiam Lauinaq; diuidit.

PARR. ILLE ego, qui quondam.] Hinc Vergilium Aeneidos opus fuisse exorsum, nemo est ex doctissimorum aleâ, qui dissentiat: sic ipse sanè, quod etiam Pomponius noster asserebat, sentio: Ille ego qui quondam gracili modulatus auenâ Carmen, & egressus syluis. EGRESSVS syluis.] Bucolico carmine: vt, Cùm canerem syluas. VICINA.] Vel stylo: videlicet primus stylus Bucolicus est humilis, Georgicus mediocris, proximus tertio est heroicus. VEL vicina.] Quia etiam syluæ sunt in agris. QVAMVIS auido.] Vel etiam cuiq; auidissimo, vel quantumuis cupidissimo. COEGI.] feci, vt, si arua exerceantur eâ, quâ præcepi, arte, cogerentur respondere votis colonorum. GRATIS opus.] Parenthesis. At nunc horrentia Martis, &c. A

Littora: multùm ille & terris iactatus, & alto,
Vi superûm, sæuæ memorem Iunonis ob iram.

SER. FATO profugus.] Fatum ad vtrunque pertinet, & quòd fugit, & quòd ad Italiam venit: & benè addidit Fato, ne videatur aut causâ criminis patriam deseruisse, aut noui imperij cupiditate. Profugus autem propriè dicitur, qui procul à sedibus suis vagatur, quasi porrò fugatus. Multi tamen ita definiunt, vt profugos esse dicant eos, qui exclusi necessitate de suis sedibus adhuc vagantur: & simulac inuenerint sedes, non dicantur profugi, sed exules. Sed vtrunq; falsum est: nam & profugus lectus est, qui iam sedes locauit, vt in Lucano: Profugique à gente vetustâ Gallorum Celtæ, miscentes nomen Iberis. Et exules, qui adhuc vagantur: vt in Sallustio: Qui nullo certo exilio vagabantur: adeò exilium est ipsa vagatio. LAVINAQVE venit litora.] Hæc ciuitas tria habuit nomina: nam priùs Lauinum dicta est, à Lauino, Latini fratre: postea Laurentum, à lauro, inuentâ à Latino, dum adepto imperio post fratris mortem ciuitatem augeret: postea Lauinium, à Lauinia vxore Aeneæ. Ergo Lauina legendum est, non Lauinia: quia post aduentum Aeneæ, Lauinium nomen accepit. Ergo aut Lauinum debuit dicere, sicut dixit, aut Laurentum: quamuis quidam superfluè esse prolepsim velint. LITTORA.] Atqui Laurolauinium constat octo milliaribus à mari remotum. Nec nos debet fallere: quia dixit, Lauina littora. Littus enim dicitur terra quæcunque mari vicina: sicut ipse Vergilius in quarto: Cui littus arandum: quum per naturam littus arari non possit. Ergo sciendum est, littus vocari & terram. MVLTVM ille.] Collisio est, & Ille hoc loco abundat: est enim interposita particula propter metri necessitatem, vt stet versus: nam si detrahas Ille, stat sensus. Qui primus enim ad omnia possumus trahere. sed non stat versus: sicut alio loco: Nunc dextrâ ingeminans ictus, nunc ille sinistrâ. Est autem archaismos. ET terris iactatus.] Fatigatus est enim apud Thraciam monstro illo, quòd è tumulo Polydori sanguis emanauit: apud Cretam pestilentiâ; apud Strophadas insulas Harpyiis, tempestate verò & in Primo & in Tertio. Et propriè locutus: nam iactamur in mari fluctibus, fatigamur in terris. Et benè duorum elementorum mala vno sermone conclusit. ET alto.] modò mari. Altum tamen, sciendum est, quòd & superiorem, & inferiorem altitudinem significat: namq; mensuræ nomen est altitudo. VI superum.] violentiâ Deorum, secundum Homerum, qui dicit à Iunone rogatos esse Deos in odium Troianorum: quod & Vergilius tetigit, dicens: Vos quoque Pergameæ iã fas est parcere gẽti, Dijq; Deæq; omnes. Latèter autẽ defendit hac ratione Troianos, quòd nõ suo merito eos insequebãtur numina, sed Iunonis impulsu. SÆVÆ.] Cùm à iuuãdo dicta sit Iuno, quærunt multi, cur eã dixerit sæuam: & putãt tẽporale esse epithetõ, quasi sæuã cõtra Troianos nesciẽtes, quòd sæuã dicebãt veteres magnã: vt Ennius: Indutâ fuit sæuâ stolâ: scilicet magnâ. Itẽ Vergilius quũ vbiq; piũ inducat Aeneam, ait: Maternis sæuus in armis Æneas: id est, magnus. MEMOREM Iunonis ob irã.] Cõstat, multa in autoribus inueniri per contrarium significantia pro actiuis passiua: vt, Pictis bellantur Amazones armis: pro bellant. pro passiuis actiua: vt Populatq; ingentem farris aceruum: pro populatur. Et hæc varietas, vel potiùs contrarietas inuenitur etiam in alijs partibus orationis: vt sit pronomen pro aduerbio: vt est: Hoc tunc ignipotens cœlo descendit ab alto, pro huc. Et in participio: vt, Et quâ vectus Abas, pro vehebatur. Et in nomine: vt, Memorẽ Iunonis ob irã, nõ quæ meminerat, sed quæ in memoriã erat: nam ira non meminit. De his autem, hæc tantùm, quæ lecta sunt, ponimus: nam ad eorum exemplum alia formamus.

DON. VI superûm.] Vis enim non est, nisi cùm fit aliquid extra leges: hoc est, contra fatum. Vt autem ex hoc quoq; excusaret Aeneam, qui nihil tale de superis meruerat, addidit: SÆVÆ B memorem Iunonis ob iram.] Hoc est, non, propter Aeneæ aliquam culpam, hæc superos fecisse, sed, vt obsequerentur studio & voluntati Iunonis. Cui, vtpote reginæ, vniuersi, in quam vellet partem, consentire deberent, & idem velle, quod illa præsumpserat. Purgatus ergo etiam ex istâ parte Aeneas, restat, vt ipsam quoq; Iunonem frustrà aduersus ipsum odium suscepisse, monstremus, in quo ipso non tãtùm purgatio est susceptæ personæ, verùm etiã deformatio Iunonis, quam è diuerso poëta constituit: ait enim: SÆVÆ memorem Iunonis ob iram.] Nõ enim sæuam, id est, potentem dixit, vt alij volunt, sed reuerã sæuam, quæ persequeretur innocentem, & eum, qui nihil admisisset, & esset deorum omnium, perindeq; ipsius quoq; Iunonis antistes & cultor. Onerat eam etiam alterius criminis inuidiã, quòd inimicitias ipsas, nullâ ex culpâ susceptas diuitissimè ac tenaciter retineret: perindeq; indicauit, honestis & probis iustarum inimicitiarum lõgæuam non conuenire memoriam. Hunc locum apertiùs notat in quinto librorum cùm Venus ad Neptunũ de ipsâ Iunone quereretur, ait inter cætera: Iunonis grauis ira neq; exaturabile pectus, Quam nec longa dies, pietas nec mitigat vlla. Concludit verè thema ipsum, & omnem aduersus Iunonem inuidiam C competenter exaggerat, dicendo: MVLTA quoq; & bello passus, dum conderet vrbem, Inferretq; deos Latio, genus vnde Latinum, Albaniq; patres, atq; altæ mœnia Romæ.] Quod etiam tunc bello Aeneam appetisset, cum ciuitatem in Italiã conderet, quum inferret deos Romano imperio, & statui publico profuturos: contraq; si obtinuisset Iuno, neq; Latinum genus, nec Albanos principes, neq; ipsam Romam emersuram fuisse, perindeq; nec ipsum Cæsarem culmen Romani imperij habiturum. VRBEM.] De hac dictum est: Moliri iam tecta videt, iam fidere terræ: cuius dolore commota Iuno excitauit per furiam bellum, Proposito nouâ inuentione themate, in quo non solùm, quæ esset dicturus, ostendit, verùm etiam multiformi ratione diuisionis vsus est: commendauit carmen suũ, omni liberũ crimine demõstrauit Aeneam, & Iunonẽ è diuerso monstrauit multis modis graui periturĩ inuidiâ. Ipsum aggreditur ab inuocatione Musæ sui carminis caput, cui, nisi instruẽdi lectoris causâ, thema præmisisset, perdidisset profectò gratiã laboris sui, quum, quid dicturus esset, lector ipse nesciret. Interea proposito themati non mirandũ est in omnibus non respondisse Vergiliũ: cùm enim libros suos dispositâ ordinatione præscriberet, fine viuendi circumuẽtus, intentionẽ professionis suæ complere nõ potuit. ALbaniq; patres, atq; altæ mœnia Romæ, non scripsit. Exposuimus thematis textum, iam nunc ad originem carminis capuíq; redeamus, vt ostendamus, Vergilium poëtarum more,

quod

Digitized by Google

A quod erat ſcripturus, ab inuocatione Muſæ cœpiſſe. MVSA, inquit, mihi cauſas memora, quo numine læſo, Quidue dolens regina deum, tot voluere caſus Inſignem pietate virum, tot adire labores Impulerit.] Rogatur Muſa: quoniam deum nihil latêre conuenerat, vt odiorum Iunonis aduerſus Aeneam diceret cauſas. Nullum enim iuſtum odium eſt, niſi quod delinquentis præceſſit culpa: verùm, quòd numen, vel ipſam Iunonem laceſſiſſet Aeneas, vt quum nulla culpa eſſet inuenta, confirmaret Iunonis ſæuitiam, ideoq; oppoſuit.

VAR. Lect. VI ſuperûm, ſæuæ memorem Iunonis ob iram.] Vulgati pleriq; libri Et particulam inſerunt, Vi ſuperum & ſæuæ: antiquiores abſq; Et legunt, quod longè venuſtius & grauius videtur.

ADR. Bar. MVLTVM ille & terris iactatus, & alto.] Cùm ſignificabimus aliquem pluſculum regionum luſtrâſſe, vſurpabimus illud ex primo Aeneid. Vergil. lib. Multum ille & terris iactatus & alto. Verba ſunt poëtæ, ſignificantis, Aeneam, poſt exciſam Troiam, varias terras, mariaq; laborioſiſſimè peragrâſſe.

Multa quoq; & bello paſſus, dum conderet vrbem,
Inferretq; deos Latio: genus vnde Latinum,
Albaniq; patres, atq; altæ mœnia Romæ.
Muſa mihi cauſas memora, quo numine læſo,
Quidue dolens regina deûm, tot voluere caſus
Inſignem pietate virum, tot adire labores
Impulerit: tantæ'ne animis cœleſtibus iræ?

SER. MVLTA quoque & bello paſſus.] Hoc ad poſteriores VII. pertinet libros. Duas coniunctiones ſeparatas naturaliter nemo cõiungit, ſed hoc plerunq; à poëtis cauſâ metri fit. Ergo hic vna vacat, ſicut alio loco: Dixitq;, & prælia voce diremit. BELLO paſſus.] quod contra Turnum geſſit. DVM conderet vrbem.] B Tres hîc ſunt ſignificationes: aut enim Troiam dicit, quam, vt primùm venit in Italiam, fecit Aeneas: de quâ ait: Caſtrorum in morem pinnis atq; aggere cingit: & alio loco Mercurius: Nec te Troia capit. Troiam autem dicit, quam primùm fecit Aeneas, vt & Liuius in primo, & Cato in Originibus teſtantur. Dum enim: id eſt, quo tempore hæc fieret, ab agreſtibus, ob vulneratum regium ceruum, commota ſunt bella. Aut Laurolauinium: & ſignificat Dum, donec: tam diu enim dimicauit, quamdiu tempus faciendæ ciuitatis veniret: id eſt, donec Turnus occumberet. Aut Romam ſignificat: & eſt ſenſus, Dummodò ergo conderet vrbem, aut Troiam, aut Laurolàuinium, aut Romam. INFERRETQVE deos Latio.] Latium duplex eſt: vnum à Tiberi vſq; ad Fundos, aliud inde vſq; ad Vulturnum fluuium. Latium autem dictum eſt, quòd illîc Saturnus latuerit. INFERRETQVE deos Latio.] hoc eſt, in Latium: & eſt vſitata figura apud Vergilium: quod enim cum præpoſitione per accuſatiuum dicimus, ille per datiuum ponit ſine præpoſitione, ſic alibi: It clamor cœlo: pro ad cœlum. GENVS.] Si iam fuerunt Latini, & Latium dicebatur: contrarium eſt quod dicit, ab Aenea Latinos originem ducere. Pri- C ma eſt iucunda abſolutio, vt Vnde non referat ad perſonam, ſed ad locum: namq; Vnde aduerbium eſt de loco, non deductio à perſonâ. Tamen Cato in Originibus dicit hoc, cuius auctoritatem Salluſtius imitatur in bello Catilinæ: Primò Italiam tenuiſſe quoſdam, qui appellabantur Aborigines: hos poſtea aduentu Æneæ Phrygibus iunctos, Latinos imo nomine nuncupatos. Ergo deſcendunt Latini non tantùm à Troianis, ſed etiam ab Aboriginibus. Eſt autem vera expoſitio hæc: nouimus enim, quòd victi victorum nomen accipiunt. Potuit ergo victore Aeneâ perire nomen Latinum: ſed, volens ſibi fauorem Latij conciliare, nomen Latinum non ſolùm illis non ſuſtulit, ſed etiam Troianis impoſuit. Meritò ergò illi tribuit, quod in ipſo fuerat, vt poſſet perire. Vnde & ipſe inducit in 12. lib. rogantem Iunonem, ne pereat nomen Latinum. Item in execratione Didonis legimus: Nec cùm ſe ſub leges pacis iniquæ Tradiderit. Iniqua enim pax eſt, in quâ nomen amittit ille qui vicit, reſeruat victus. ALBANIQVE patres.] Albam ab Aſcanio conditum fuiſſe conſtat: ſed à quo, incertum: vtrum à Creuſæ, an à Lauiniæ filio: de quâ re etiam Liuius dubitat. Hanc autem quum euertiſſet Tullus Hoſtilius, omnes nobiles familias Romam tranſtulit. Et ſciendum, benè hunc ordinem ſemper ſeruare Vergilium, vt antè dicat Latium, deinde Albam, pòſt Romam. Quod & in hoc loco fecit, & in 5. libro: Priſcos docuit celebrare Latinos, Albani docuêre ſuos: nunc maxima porrò Accepit Roma, & patriũ ſeruauit honorẽ. Item in 7. libro: Mos erat Heſperio in Latio, quẽ protinus vrbes Albanæ coluêre ſacrum. nũc maxima rerum Roma colit. ALTÆ mœnia Romæ.] Aut propter gloriam, aut propter ædificia ingentia, aut quia in montibus collocata eſt. MVSA mihi cauſas memora.] Poëtæ in tres partes diuidunt carmen ſuum: proponunt, inuocant, narrant: plerunq; tamen duas res faciunt, & ipſam propoſitionem miſcent inuocationi. Quod in vtroque opere Homerus fecit: namq; hoc melius eſt, vt in Odyſſeâ: ἄνδρά μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον. Et in Iliade: μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος. Lucanus tamen ipſum ordinem peruertit: primò enim propoſuit, deinde narrauit, poſtea inuocauit: vt eſt, Nec ſi te pectore vates Accipiam. Sanè obſeruandum eſt in omnibus carminibus, ne numen aliquod inuocetur, niſi aliquid vltra humanam poſsibilitatem requirimus: hinc in Arte poët. Horatius: Nec deus interſit, niſi dignus vindice nodus Inciderit. Benè ergo inuocat Vergilius. non enim poterat per ſe iram numinis noſſe: item lib. 9. niſi addat: Iuno vires, animumq; miniſtrat: quis crederet Turnum euaſiſſe de caſtris? Sanè Muſas multi VIIII. multi VIII. multi VII. dixerunt. His Numa ædiculâ æneam breuem fecerat, quã poſteà de cœlo tactam & in æde Honoris & Virtutis collocatam Fuluius Nobilior in ædem Herculis tranſtulit, vnde ædis Herculis & Muſarum appellatur. QVO numine læſo.] Quo, in quo, in quâ cauſâ: & eſt ſeptimus caſus, & communis eloquutio: dicimus enim, quo te læſi. Eſt & alia expoſitio: Quo numine: id eſt, quâ poteſtate: namque Iuno multa habet numina: eſt Curetis, quæ vtitur curru, & haſta: vt eſt, Hîc illius arma, Hìc currus fuit: eſt Lucina, quæ partubus præeſt: vt Iuno Lucina fer opem: eſt Regina: vt, Quæ diuûm incedo regina: ſunt & alia eius numina. Meritò ergo dubitat, in quo numen eius læſerit. Alij tamen dicunt, ſeparandum eſſe, vt de odio Iunonis non dubitet: quærat autem, quod aliud numen: id eſt, quem Deum læſerit. QVO nomine læſo.] ideo trahitur in ambiguitatem, & requirit, in quo Iunonis numen læſerit Aeneas: quia in ipſum certa non erant odia: ſed in gentem, propter cauſas paulò pòſt dicendas. TOT voluere caſus.] caſibus volui: & eſt figura ὑπαλλαγὴ, quæ fit, quotieſcunque verba per contrarium intelliguntur. Sic alibi: Dare claſſibus auſtros: quum ventis naues demus, non nauibus ventos: item, Animumque labantem Impulit: hoc eſt, impellendo fecit labantem. INSIGNEM pietate virum.] Quia patrem, & deos penates de Troiano incendio liberauit. Et hîc ſe oſtendit meritò inuocaſſe Muſam. nam ſi iuſtus eſt Aeneas, cur odio deorum laborat? TANTÆ'NE animis cœleſtibus iræ.] Hîc iam, non de qualitate iracundiæ, ſed de quantitate quærit: nimia etenim ira eſt, quæ non habet pietatis conſiderationem. Et hoc quidem ſecundum Stoicos dicit, ſed miratur, cur tantum: nam Epicurei dicunt, deos humana penitùs non curare. TANTÆ'NE.] Quaſi exclamatio eſt mirantis. ANIMIS cœleſtibus.] dijs ſuperis,

Digitized by Google

superis, qui omnibus perturbationibus carere consueuerunt: nam apud inferos constat esse iracundiam, vbi sunt furiæ & iræ, Erinnys, Alecto, & Megara.

DON. INSIGNEM pietate virum.] *hoc est, deorum cultorem & spectatæ vitæ hominem: quo loco possumus conjicere, quid factura esset delinquenti, quando sic afflixit innoxium, quæ omnia sic in vnum rediguntur. Nam irasci cùm irascendi causa non suppetat, & non satiari innumeris tormentis, alienis & grauissimis casibus, sæuitia est non ferenda. Quod autem in themate posuit,* sæuæ memorem Iunonis ob iram, *hîc quoque confirmat. Interea hoc dicendo, instruit homines ad bonam viuendi rationem. Bonum enim virum iustus dolor debet commouere, & sic in vltione sit moderatus, nec ipsas, quamuis iustas, inimicitias diutiùs in animo retineat. Hoc hominum genus meliore testimonio Sallustius persequitur, & cótrarios occultè reprehēdit dicens:* Et iniuriâ acceptâ ignoscere quàm persequi malebant. *Quantum ergo reprehendenda est Iuno, quæ nec accepit Aeneæ iniuriâ, et sic persequuta est innocentem? Etiam diu inimicitias tenuit nullâ præcedente offensione susceptas, nec tot pœnis & cruciatibus insontis potuit satiari.* TANTÆ'NE animis cœlestibus iræ?] *In deorum mentibus lenitas ac misericordia, & pronum ad benefaciendum votum esse conuenit. Inde Vergilius admiratur, cùm dicit:* Tantæ'ne animis cœlestibus iræ? *Quia nec frustrà irasci debent, nec commotionem suam immoderatâ vltione pensare, ne grauiùs reprehendatur in dijs, quod in hominibus displicet. Post inuocationem, quam non in adiumentum sui carminis, sed in fauorem suscepti sui Vergilius posuit, incipit causas enumerare, quas lector vel auditor aduertens, inter initia ipsa cognoscat, & Iunoni sæuam, & deos cæteros malo studio eiusdem Iunonis non rectè assensos, & Aeneam non suâ culpâ perpessum esse, quæ passus est.*

POM. Sabi. GENVS vnde Latinum.] *Mortuo Latino, cùm successisset Aeneas, ne discrimen esset, suos etiam, & Aborigines appellauit* Latinos: *vt Dionysius meminit: ex eâ gente mixtum genus Romanum descendit.* LATIO.] *Latinum antiquum à Tiberi Circeios vsque fuit: post Circeios habitabant Volsci & Osci: posteà nomen* Latij *vsque ad Lyrim amnem processit.* Ostia, *Lyris & Tibris distant inter se stadijs 800. illic & Minturnæ colonia: hîc Hostia ab Anco Martio condita, ad excipiendum alcam maris.* MVSA mihi causas.] *Vergil. & Cicero semper scripserunt* caussam, cassum, diuisiones: *pro* causâ, casu, diuisione. *Quintilianus asserit,* quotiens ſ litera vocalium lōgarum, vel subiecta longis esset, geminabatur: *quo modo Vergil. scripsisse, manus eorum dicent: idem ait,* institutum, vt ab Homero atq; Vergil. lectio inciperet.

IOAN. Scop. *Carmen in primo Aeneid. commentarijs est adeò suffocatum, quòd intensissimo frigore æstu vel maximo flagret, in quo Seruium grammaticorum principem interpretantem,* Genus vnde Latinum: *vnde: id est, à quo Latio: & quòd victi victorum nomen accipiebant: Landinus primùm, deinde Philippus Beroald. in Seruianis notis, viri quidem nostrâ tempestate disertissimi, & qui omni conatu latinitatem iuuare studuerūt, sugillant. Nos verò in hoc Seruij partes sumentes, sic eorum dictis respondemus. Non ignorabam (sæpissimè namq; & lectitaui, & commentarijs testatus sum) omnes à vobis in me citatos auctores, Aborigines & Laurentes ante aduentum Aeneæ appellare. Ipsa tamen remotiora quædam, & non omnibus nota sine teste (sperabam enim meis fidem dictis etiam ab inuidis adhibitum iri) conscripsi: impræsentiarum verò coactius auctores, quibus meam fulcire atq; tutari sententiam valeam, promam: & contendo, Latinos Vergilio ante aduentum Aeneæ nominatos: quod ipse in septimo demonstrat apertè:* Nunc Tybrim fluuium, hîc fortes habitare Latinos. *Idem:* Ne fugite hospitium, néue ignorate Latinos. *Idem:* Non dabitur regnis esto prohibere Latinis. *Idem:* Solo Laurenti, aruisq; Latinis. *Idem:* Interea præmissi equites ex vrbe Latinâ. *Idem:* Heu terra ignota canibus data præda Latinis: *& sæpissimè Maro ante aduentum Aeneæ de Latinis meminit, quem Virg. Europius in liminari paginâ primi libri his verbis consequitur:* Regnante tamen Latino, qui Latinam linguam correxit, & Latinos de suo nomine appellauit, Troia à Græcis capta est. *Eusebius:* Latinis, qui postea Romani nuncupati sunt, post tertium annum captiuitatis Troiæ regnauit Aeneas annis tribus. Ante Aeneam, Ianus, Saturnus, Picus, Faunus, Latinus. *Solinus,* Aeneam æstate ab Ilio capto secundâ Italicis litoribus appulsum, vt Hemina tradit, socijs non amplius sexcentis, in agro Laurenti posuisse castra: *à quo Hemina Dares Phrygius dissentit, sic inquiens:* Aeneas nauibus profectus est, in quibus Alexander in Græciam ierat ducentis, quem omnis ætas secuta est hominum in millibus tribus: *quem Daretem sequitur Ioannes Iudex de Columna in hist. Troiana. His ergo constat, Latinos ante aduentum Aeneæ nominari. Sed verum est, præstantiorē sententiam esse:* Vnde: *id est, à quo* Aenea: *quàm, à quo* Latio. *Repugnare tamen non debeatis, asserentes, Latinos ante aduentum Aeneæ non appellari. Est & altera sententia:* Vnde: *id est, à quo* Aenea, genus Latinum *fuit auctum. His tamen omissis, & poëtæ magis acumine perpenso, hanc esse veram vel magno contenderem pignore sententiam:* Vnde: *id est, à quo Aenea:* genus: *id est, nobilitas Romanorum, qui Latini dicuntur, venit.* Genus *significare nobilitatem Horatius indicat:* Et genus & formam regina pecunia donat. *Romanam nobilitatem ab Aenea, ab ipsius ducibus venisse, non modò testatur ipse in quinto:* Mox Italus Mnestheus, genus à quo nomine Memmi: Sergestusq;, domus tenet à quo Sergia nomen: Scyllaque Cloantus Cærulea, genus vnde tibi Romane Cluenti: *sed alij quoq. Quod victi victorum nomen accipiebant, Sal. in Iug. sic dicens comprobat.* Victi omnes in gentem, nomenque imperantium concessère: *& D. Hieronymus super Genesin:* hic Libyus victor victis Libyis nomē dedit, & Libyos à se vocauit, qui antea Plutei: *id est,* Phaëtontei dicerētur. *Quare taceant negantes, & asserentes Latinos ante aduentum Aeneæ nō fuisse, & victos victorum nomen non accipere. Nos enim auctoribus à nobis primùm productis, Seruij sententiam non modò esse veram, sed Sole quoque lucidiorem, & omnibus liquere arbitramur.* A B C

VAR. Lect. TOT adire labores Impulerit.] *In Romano libro,* Impulerat, *indicandi modo, & exactâ specie legitur. Sed enim reliqui libri,* Impulerit *legunt.*

Vrbs antiqua fuit: Tyrij tenuêre coloni,
Carthago, Italiam contra, Tiberinaq; longè
Hostia, diues opum, studijsq; asperrima belli:

SER. VRBS antiqua fuit.] *Vrbs dicta ab orbe, quod antiquæ ciuitates in orbem fiebant: vel ab vruo, parte aratri, quo muri designabatur.* Antiqua *autem,* & Fuit, *benè dixit: namq; ante septuaginta annos vrbis Romæ condita erat, & eam deleuerat Aemilius Scipio. Quæ autem nunc est, postea à Romanis est cōdita. Vnde* Antiquá *accipe, & ad comparationem istius, quæ nunc est. & Româ antiquiorē.* Antiqua, *alij nobilis.* Fuit, *pro* erat. TYRII tenuêre coloni.] *Deest* Quá: *amant namq; Antiqui* κατ' ἔλλειψιν *dicere, quod nos interposito pronomine exprimimus: ite:* Est locus, Italiá Graij cognomine dicūt: *deest,* Quē. Coloni *aūt dicūtur cultores, aduenæ: & hos de Tyro cōstat venisse, qui Carthaginē cōdiderunt. Colonia, est cœtus eorum hominū, qui vniuersi deducti sunt in locū certū, ædificijs munitū. Alij Colonia pars ciuiū, aut publico eius populi, vnde profecta est, cōsilio hæ coloniæ sunt, quòd cōsensu publico, nō secessione, sunt cōditæ.*

ITA-

A ITALIAM contra.] *Conſtat tria latera habere Italiam, ſuperi maris, inferi, & Alpium: vnde tollendi erroris cauſâ adiecit, Contra* Tiberina hoſtia, *quæ in infero mari ſunt. ſed enim tamen contra ſitu quantum & animis.* LONGE.] *valdè. Salluſt.* Longè alia mihi mens eſt, Patres conſcripti. DIVES opum.] *Modò tantùm* diues *dicimus. Antiqui adiungebant, cuius rei: vt,* Diues equûm, diues pictai veſtis & au i: *iungêtes tantùm genitiuo caſui.* STVDIISQVE aſperrima belli.] *Cauſam oſtendit mirabilem, dicens, hos eſſe bellicoſos & diuites, quum ocioſa ſit ſemper opulentia. Iure ergo hanc diligit Iuno, & vult orbis regna ſortiri.* STVDIIS.] *non ſtudio: quia ter rebellauit contra populum Romanum.*

DON. VRBS antiqua fuit.] *Primam & principalem cauſam odiorum Iunonis dicit, quam contra diſpoſitionem fatorum ſuſceperat Iuno, vt, quòd nunc Romanum imperium tenet, non ipſa, ſed Carthago habuiſſet: ſed angebatur fortiſſimo ſcrupulo, & futurorum genera ſciebat, fatorum ratione impediri conatus ſuos, quòd euerſurus foret ex ſanguine Troianorum, qui opes eiuſdem Carthaginis perderet. Ideóque cupiebat Troianos extingui, ne ad illius tempora, Troiana ſucceſſio perueniB ret, cui Carthaginis debebatur excidium. Ecce, ipſa principalis cauſa Aeneam ſpecialiter non tenet in crimine. Cæteras videamus, quas incidentes enumerat, quæ ne ipſæ quidem poſſunt eius innocentiam maculare. Hæc tamen enumerantur ad iniquitatem Iunonis exprimendam. Cæterùm, ſola illa Carthaginis fuit, quæ inimica in odium Troianorum vehementer vrgebat. Cæterùm, ſi aliæ non eſſent, neceſſe erat incitari ex illâ ſolâ Iunonem, vt, quod inſtituerat aduerſus Troianos, exerceret. Sed propterea aliæ ſunt cauſæ propoſitæ, vt, quum omnes fuiſſe ab Aeneæ ſpeciali culpâ dixiſſet, ipſe Aeneas purgetur melius, & Iunonis factio conatibus iniquiſſimis noſcatur eſſe ſuſcepta. Laudatur hîc Carthago, dum ſitus eius & cætera deſcribuntur, vt oſtendatur, emergens Romanorum imperium multiplici ratione opprimere potuiſſe, vel maximè fulta fauore Iunonis præſentis.* VRBS antiqua fuit, Tyrij tenuêre coloni, Carthago, Italiam contra, Tyberinaq́; longè Hoſtia, diues opum, ſtudijsq́; aſperrima belli.] Antiquam *debemus accipere, non magnam, vt nonnullis videtur: ſed prolixi temporis, vt annoſitate ipſâ roborata ſit atque firmata, perindéque potuerit Romanum imperium naſcens longæuis viribus premere.* TYRII tenuêre coloni.] *Vt, præter incolas, aucta ſit etiam acceſſione Tyriorum. Laudatur etiam à loco ac ſitu.* Italiá contra, Tyberinaq́; longè hoſtia. *A fortuna:* diues opum: *hoc eſt, cui ſubſtantia propria non deeſſet, nec quæreret alienam. A naturâ, & moribus,* ſtudijsq́; aſperrima belli. *Hanc igitur parabat æmulari Iuno, cui omnis ad inferendum bellum Romano imperio patebat occaſio, Iunonis furor, locorum proximitas, rei familiaris ſubſtantia, bellatorum numerus, & fiducia naturalis, & innatum ſtudium dimicandi.*

VRBS antiqua.] *Tyrij condiderunt Carthaginem duce Didone: eſt & alia Carthago in Hiſpaniâ, à Tiberio fundata.* POMP. Sabi.
Antiquam, *ad vrbis vetuſtatem nobilitatemq́ue refertur.* CARTHAGO.] *C. Gracchus, ad reſtituendum Carthaginem miſſus, eam reſtituit,* Iunoniamq́; *appellauit, negantibus auſpicijs: nam ſignifer ſignum conuellere non potuit: ſacra altaribus impoſita ventorum turbo diſsipauit, & extra terminos deſignatæ vrbis abiecit, ipſos etiam terminos lupi abſtraxerunt.*

Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam
Poſthabitâ coluiſſe Samo: hîc illius arma,
Hîc currus fuit: hoc regnum dea gentibus eſſe,
(Si qua fata ſinant) iam tum tenditq́;, fouetq́;.
Progeniem ſed enim Troiano à ſanguine duci
Audierat, Tyrias olim quæ verteret arces.
Hinc populum latè regem, belloq́; ſuperbum
Venturum excidio Libyæ: ſic voluere Parcas.
Id metuens, veteriſq́; memor Saturnia belli.

SER. FERTVR.] *dicitur. Et ingenii arte Vergilius vtitur, ne in rebus fabuloſis apertè vtatur licentiâ poëtarum: ſed quaſi opinionem ſequitur, &, per tranſitum poëtico vtitur more.* POSTHABITA coluiſſe Samo.] *deeſt etiam, vt eſſet,* poſthabitâ etiam Samo coluiſſe dicitur, *cùm maior minorem diligit, vt,* ille colit terras. *Non conC temptâ, ſed in ſecundis habitâ partibus amoris. Namque in ſuperiori verſu dixit* Magis, *vt etiam originali loco ſeruetur affectio. Sic Iuuenalis:* Et Samia genitrix quæ delectatur arenâ. HIC illius arma.] *Figura creberrima, aduerbium pro aduerbio poſuit, præſentis loci pro abſentis: debuit enim dicere* Illîc, *ſicut habemus in ſuperioribus.* ARMA.] *Inſtructam armis Iunonem in alio loco ipſe teſtatur:* Ferro accincta vocat. CVRRVS.] *Aut verè currum, quo ſecundum Homerum in cœlo vtitur: aut thenſam ſignificat, quâ deorum ſimulachra portantur. Thenſa autem cum aſpiratione ſcribitur, ἀπὸ τῶ θεῶν: id eſt, à re diuina.* HIC illius arma, Hîc currus fuit.] *Quotienſcunque nomina pluralis & ſingularis numeri conneƈtuntur, reſpondemus viciniori: vt ecce hoc loco,* currui *non* armis *reſpondit: eadem & in diuerſis generibus eſt obſeruatio, vt magis vicino, ſiue maſculinum ſit, ſiue fœmininum, reſpondeamus: vt puta, ait,* vir & mulier magna ad me venit. *Si autem in plurali numero velimus vti, ad maſculinum tranſeamus neceſſe eſt:* vir & mulier magni ad me venerunt. SI quâ.] *Quâ vacat, & eſt metri causâ poſitum: vt,* Quâ tandem gentium, locorum, & reliqua: *vt,* Dixitq́;, & prælia voce diremit. IAM tum.] *ex quo conſtituta eſt à Tyrijs colonis.* TENDITQVE, fouetq́;.] *tanquam imbecillam. Figuratè dixit: nam non regnum fouet: ſed tendit & fouet, vt regnum eſſe poſſit.* PROGENIEM.] *Romanos.* DVCI.] *ductum iri: infinitiui modi à paſſiuo, tempus præſens pro futuro poſuit, & verbum pro verbo, vt ſuprà oſtēſum eſt.* AVDIERAT.] *à Ioue, aut fatis: non enim omnia numina habent diuinandi poteſtatem, denique ne ipſe quidem Apollo ſuâ ſponte diuinat: vt eſt,* Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo Prædixit: *& peritè* Audierat: *in Ennio enim inducitur* Iupiter, promittens Romanis excidium Carthaginis. TYRIAS ar.] *Carthaginem dicit, quam Tyrij condiderunt.* Arces *dictæ ab eo, quod eſt* Arceo, *quòd inde hoſtes arceantur, hoc eſt, prohibeantur.* OLIM.] *nunc, quandoque: tria enim tempora ſignificat: Præteritum, vt* Olim arbos, n. a. m. ære decoro Incluſi. *Præſens, vt,* Tumidis quod tunditur olim fluctibus. *Futurum,* Nunc olim quocunque dabunt ſe tempore vires. HINC populum latè regem.] *à Romanis: laudat autem eorum populum, dicendo* Latè regem, *pro latè regnantem. nomen pro participio.* BELLOQVE ſuperbum.] *nobile, glorioſum: vt* Ceciditq́; ſuperbum Ilium. VENTVRVM excidio.] *ad excidium: nota figura.* LIBYAE.] *Carthaginis: & prouinciam pro ciuitate poſuit. Dicta autem* Libya, *quòd inde Lybs flat: hoc eſt, Africanus: vel (vt Varro ait) quaſi λιποῦσα τὸ ὕδωρ: id eſt, egens pluuiæ: vnde Salluſtius:* Cœlo terraque penuria aquarum. SIC voluere Parcas.] *A filo traxit voluere: vna enim loquitur, altera ſcribit, alia fila deducit. Dictæ ſunt* Parcæ, *κατὰ ἀντίφρασιν, quòd nulli parcant, ſicut lucus à non lucendo, & bellum à nullâ re bellâ. Parcarum nomina ſunt, Clotho, Lacheſis, Atropos.* ID metuens.] *Id timens, hoc eſt, Excidium Carthaginis. De futuro timor eſt, odium de præſenti. Metuebat ergo Carthagini, odium autem habebat propter cauſas ſequentes. Et eſt de vtroque exemplum:* Conueniunt quibus aut odium crudele tyranni, Aut metus acer erat.

QVAM

DON. QVAM Iuno fertur terris magis omnibus vnam Poſthabitâ coluiſſe Samo: hîc illius arma, Hîc currus fuit, hoc regnum dea gentibus eſſe: Si quà fata ſinant, iam tum tenditq́; fouetq́;.] *Tantâ obſtinatione Iuno contra Romanorum imperium nitebatur, faciens pro Carthaginis opibus, vt omnibus eam terris, & ipſis quoque genitalibus præpoſuiſſet. Denique inſignia numinis ſui, & omne, quod poterat, in eâ collocauerat.* PROGENIEM ſedenim Troiano à ſanguine duci Audierat, Tyrias olim quæ verteret arces.] Vertere, *hanc habet intellectus expreſſam rationem, vt nihil poſt excidium ſuperſit: deniq; ſic & alio loco ait:* Quæ te genitor ſententia vertit? *hoc eſt, ſic mutauit, vt nihil pietatis remanſiſſet in ſenſibus Iouis. Item:* Omne mihi viſum conſidere in ignes Ilium, & ex imo verti Neptunia Troia: *quoniam conſtabat nihil eius remanſiſſe poſt flammas. Hæc, vt dictum eſt, principalis cauſa fuerat, quæ etiam ſi ſola extaret, ſola poſſet aduerſus Troianos animum Iunonis vrgere. Faciebant aliæ cumulum, & odium ex priore causâ ſuſceptum magis ac magis augebât, hoc oſtendit poëta dicendo.* ID metuens.] *Vt firmaret, quod diximus, fuiſſe vnam & principalem cauſam, quam primo loco poſuit, incipit iam alias dicere. ait enim:* Veteriſq; memor Saturnia belli. PRIMA, quod ad Troiam pro charis geſſerat Argis.] *vt oſtenderet, Iunonem pernicioſo ſtudio laborare, ne Troianis contingeret, impunè euaſiſſe poſt excidium Troiæ, vel viribus reparatis aduerſus Græcos armari, quos Iliensi bello confouerat, vel fines obtinere Italiæ propter Carthaginis meritum: addidit ſubinde aliam cauſam miro artis ingenio, vt ex vno Paridis facto non vnum, ſed aliud crimen videretur exortum, quæ quidem vexarêt Iunonis animum, non tamen quæ adſcribi Aeneæ potuiſſent. Sic enim plurali vſus numero, vnam cauſam duplicem facit: vnam, cùm Iuno in iudicio Paridis offenſa ſit, quòd in malo aureo minorem prætulit deam, quaſi ſit ingenium dicentis: aliam cùm dicit:* NECDVM etiam cauſæ irarum, ſæuiq; dolores Exciderant animo.] *Vt iniquum non ſufficeret iudicium Paridis, qui potiori: hoc eſt, reginæ deorum omnium prætulit inferiorem: acceſſerit & formæ iniuria: malum quippe aureum dicitur inſcriptum fuiſſe:* Hoc munus formoſior habeto. *Quum ergo datum fuiſſet Veneri, dupliciter offenſa eſt Iuno: vt, cùm eſſet ſoror Iouis, natu maior, regina deorum, cùm iniuria famæ ſuæ obtinere nequiuerit. Cauſæ ergo irarum fuerunt, ſicut dictum eſt, in iudicio mali aurei duæ: vna, quia non obtinuit: altera, quia pulchrior iudicata eſt Venus. Iræ pertinet ad illam partem: quia non vicit: ſæui autem dolores, ad iniuriam formæ reuocantur. Grauiſſimè quippe fœminæ offenduntur, ſi fœdæ iudicentur. Deniq; ſatiat ipſam partem Vergilius dicendo:* MANET altâ mente repoſtum Iudicium Paridis, ſpretæq; iniuria formæ.] *Vt non tantum irata videatur quòd victa eſt, quantum in illâ parte, quæ ad iniuriam formæ pertinebat. Manet ergo quod dixit, ad omnia pertinet. Iudicium Paridis, iudicium ſcilicet corruptum libidinis præmio.* Paridis *verò ſic accipiendum, vt conuicium ſit, non hominis nomen ſcilicet, ſed quaſi venalis & inhoneſti. Manet altâ mente iniuria formæ. Hoc loco doctores falluntur: nam tradunt iniuriam formæ ſic. Dicunt enim,* Antigonam Priami filiam ingreſſam Iunonis templû, formam corporis ſui prętuliſſe ſimulacro deæ: *quod contrà eſt. Nam melius eſt intelligere, quod Vergilius habet, quàm fabuloſa ſectari, vt iniuria formæ Paridis ſit, non Antigonæ. Adde:* ET genus inuiſum.] *Vt ad principalem cauſam gementis æſtus reduceret.* ET rapti Ganymedis honores.] *Propterea quòd turpiter amatus ſit à Ioue. Hoc loco fœdum eſt intelligere aliquid de zodiaco circulo, in quo Ganymedes dicitur collocatus, ne infantes & effœminati inter ſancta ſydera ſint numerati, & ſentiamus, quod poëta nõ dixit. Expoſuit omnes cauſas, & oſtêdit vniuerſas alienas ab Aeneâ: atq; vt poſterius dictas oſtenderet incidentes, ait:* HIS accenſa ſuper.] *Hoc eſt, ſuper illam, quæ fuit propter excidium* A *Carthaginis: & benè dixit accenſa. Ignis enim non accenditur, niſi ex nutrimentis habuerit adiumentum. Incipit verò narrare labores Aeneæ, & caſus referens, non prima, vt in themate expoſuimus, ſed ſequentia. Conſtabat enim ipſo tempore, quo in Tyrrheno mari nauigabat Aeneas, annum ſeptimû currere ab excidio. Denique ipſe Poëta ſic poſuit, vt oſtenderet multa præceſſiſſe, quæ non prætermittentis animo ſiluit, ſed ratione obſeruati carminis ſeruauit hæc ad Didonis conuiuium.* IACTATOS æquore toto Troas, relliquias Danaûm atque immitis Achilli, Arcebat longè Latio.] *Hæc omnia ad exprimendam Iunonis iniquitatem poſuit, vt ſatiaret, odiorû vnam & ſolam fuiſſe Carthaginis cauſam, quæ exagitata nec miſereri ſinebat, nec deſerere intentionem ſuam: quæ, quoniam nouerat expugnari ſe ratione fatorum, nec poſſe obtineri, cupiat tamen ab iis terris eos longè arcere, quibus per poſteros Romanum debebatur imperium. Atque, vt ſimul iniquitatem Iunonis & ſæuitiam demonſtraret, ait:* Iactatos æquore toto Troas, relliquias Danaûm, atque immitis Achilli Arcebat longè Latio. *Nouerat enim contra rationem fatorum ſeſe certare, quâ causâ propellere cupiebat Troianos à terris Italiæ, quos ad plenum ſuperare non poterat.* B *Inde factum eſt, vt nec miſeratione moueretur, vt iactatos toto mari, & eos, qui ex infinito numero ad paucos fuiſſent redactî, quoſq; è manibus ſæuiſſimorum hoſtium fortuna ſeruauerat, inſidiis non deficientibus obtereret.* Quod autem poſuit: Relliquias Danaûm, *exprimitur crudelitas inimicitiæ, quæ cladibus ſatiari non potuit: & acquiritur Aeneæ laus maximâ, quòd de relliquiis Troiæ Romanum quæſiuit imperium. Perindeq; Poëta confirmat, Aeneam defendere potuiſſe patriam ſuam, ſi fata non obſtitiſſent, cùm aſſerit in alienis terris imperium quæſiuiſſe.* MVLTOSQ'VE per annos, Errabant acti fatis, maria omnia circum. Tantæ molis erat Romanam condere gentem.] *Ne fatorum ratione paſſi videantur, quæ contra fatum Iuno faciebat, ſic ordinatur ſenſus narrantis, ad condendam Romanam gentem multos per annos errabant maria circum,* Tantæ molis erat Romanam condere gentem. *Laudatur hic quoq; eorum virtus, qui nec malis frangebantur, nec diuturnitate temporis, & omnia fortiter tolerabant, & ſuperatis aduerſis ad retentionem debiti imperij prorumpebant.* VIX è conſpectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti.] *Ordinatur ſenſus ſic:* E conſpectu Siculæ telluris in altum vela dabant, C vix læti: *perierat enim in Sicilia Anchiſes, & proxima erat Italia. Dolebant Anchiſæ caſum, lætabâtur autem quòd haud procul eſſet Italia. Temperauit igitur vtrumq; Vergilius, & expreſſit vtrunq;, vt diceret:* Vix læti.

POM. Sabi. POSTHABITA Samo.] *Samus inſula eſt Ioniæ, Aſiæ minori contrapoſita, circuitu 300 ſtadiorum, vel vt Iſidorus ait, centum millia paſſuum: libera poſt Polycratis & Soli ſontis tyrannidem, & regnum Perſarum atq; Aegyptiorum. Cares hanc habitarunt, vocabantq; Partheniam, vt tradit Ariſtoteles: inde Adruſa dicta: poſtea Anthemus, & Melaphillus, vt Ariſtocrates ait: deinde Cypariſſia, à Parthenio poëta. Inſulam Samon, ſcribit Varro, prius Partheniam nominatam, quòd ibi Iuno adoleuerit, ibiq; etiam Ioui nupſerit: atquê nobiliſſimum & antiquiſſimum eius eſt Sami templum, & ſimulachrum in habitu nubentis figuratum, & ſacra eius anniuerſaria nuptiarum ritu celebrantur: ab hac Samo Aſiæ, appellata Samia Iuno: eſt & alia Samos, inſula Ionij maris, inter Dulichium & Cephaleniam: dicta à monte qui tollit ſe. 100 millia paſſuum Samos aliendo dicitur: ex monte foſſa erat vſque in vrbem Samon, à Romanis dirutam: quæ dicitur à Samo filio Mercurij & Cyllenidos.* HIC currus fuit.] Curetis *dicta, non quia vtitur curru: ſed Iuno Quirina, ſiue Curetis dicta Sabinorum linguâ, ab haſtâ.* DVCI audierat.] *Quintilianus:* Hæc dicit, alia commendatio vetuſtatis, cuius amator vnicè

Vergilius

A Vergilius fuit. Vt duci audierat, ſermo eſt Tragicus, aut Comicus. VOLVERE.] *vel à volumine, vel à filo.* VETERIS belli.] *Primum bellum Troianum duce Hercu-le contra Laomedonta fuit, propter negata ei dona.*

VAR. Lect. TYRIAS olim q̃ verteret arces.] *Antiqui aliquot libri,* Euerteret, *legũt: quod nõnulli aiunt maiori ꝑ ſe ferre conatũ.*

Prima quod ad Troiam pro charis geſſerat Argis.
Necdum etiam cauſæ irarum, ſæuiq; dolores
Exciderant animo, manet altâ mente repoſtum
Iudicium Paridis, ſpretæq; iniuria formæ,
Et genus inuiſum, & rapti Ganymedis honores.
His accenſa ſuper, iactatos æquore toto
Troas, relliquias Danaûm atq; immitis Achilli,
Arcebat longè Latio, multoſq; per annos
Errabant acti fatis maria omnia circum:

SER. VETERIS belli.] *Quantum ad Vergilium pertinet, antiqui: ſi ad Iunonem referas, diu geſti. Tunc autem ad perſonam referendum eſt, cùm ipſa loquitur: quòd ſi nulla perſona ſit, ad poëtam refertur. Nunc ergo* Veteris *ex perſonâ poëtæ intelligendum eſt, ſicut ipſe alibi:* Mirantur dona Æneæ, mirantur Iulum, Flagrantisq; dei vultus: *partem ad ſe retulit, partem ad Tyrios, qui deum eſſe neſciebant.* SATVRNIA.] *ἀντονομασία eſt, non epitheton: quæ fit, quoties pro proprio nomine ponitur, quod poteſt eſſe cum proprio nomine, poteſt & epitheton dici.* PRIMA.] *Atqui Hercules prior cõtra Troianos pugnauit: unde modò* Prima, princeps *accipiendum eſt.*
B *Nam plerunq; poëta ſignificationem nominum dat participijs, vel è contrà: vt,* Voluentibus annis: *ſignificat enim, volubilibus. Hac licentiâ & in nomine vſus eſt, vt* Primâ pro principe *poneret. Alij prima ſimpliciter, poſtea enim alij Dij intereſſe cœperunt, alij de aq.. proprie prima inter primos.* AD Troiam.] *Et Ad & Apud accuſatiuæ ſunt præpoſitiones: ſed* Apud *ſemper in loco ſignificat,* Ad *& in loco, & ad locum: vt,* ad quem tum Iuno ſupplex his vocibus vſa eſt. *Cicero in Ver.* Decem fiſcos ad ſenatorem quendã relictos. *Item:* Ad M. Leccam te habitare velle dixiſti. CHARIS Argis.] *illic enim eam coli omnibus notum eſt.* Argos *autẽ in numero ſingulari neutri generis eſt: vt Horat.* Aptum dicet equis Argos: *in plurali verò maſculini: vt* hi Argi. *Cæterùm deriuatio nominis* argiuos *facit, non* Argos. NECDVM etiam.] *Aduerbiũ temporis, quod ſignificat* Ante hunc. CAVSÆ irarum] *Nunc de præteritis loquitur.* MANET alta mente repoſtũ Iudicium Paridis.] *in quo pro Venere Paris Alexander, cõtra Iunonem Mineruamq; iudicauit.* ALTA mente.] *id eſt, ſecretâ, reconditâ.* Repoſtum autẽ, *ſyncopa eſt: vnam enim è medio literam ſeu ſyllabam tollit. Sed, cùm omnes ſermones*
C *aut integri ſint, aut Pathos habeant: hi, qui Pathos habent, ita vt lecti ſunt, debent poni. Quod etiam Maro facit: nam &* Repoſtus *&* Porgite *de Ennio tranſtulit. Integris autẽ & ipſis vtimur, & eorum exemplo alij.* IVDICIVM Paridis.] *Nota fabula eſt, de malo aureo, quod coniecit diſcordia inter Iunonem & Mineruam, & Venerem in domo Pelei, quando conſecrauerant nuptias illius connubiumq; dij, illa, non dimiſſa introire, iactauit malum, in quo ſcriptum erat:* Hoc eſt donum Deæ pulcherrimæ. *illis litigantibus inter ſe, Iuppiter miſit eas ad Paridem, iudicaturus ille de formâ earum, qui Venerem præcellere in formâ iudicauit his duabus & reliquis: quâ ex cauſâ Iuno iras commouit in Troianos: ſed hoc dicunt, quod Paris in ſomnio vidit.* SPRETÆQVE iniuria formæ.] *παρέλκον eſt: hoc enim fuit iudicium Paridis, vt* que *particula vacet: ſicut alio loco:* Dixitque, & prælia voce diremit. *Licet nonnulli ſeparent: dicentes aliud eſſe. Nunquã enim coniunctio ponitur, niſi inter duas res: &,* ſpretæ formæ, *referunt ad Antigonam Laomedontis filiam, quam à Iunone propter formæ arrogantiam in ciconiam cõſtat eſſe cõuerſam.* ET genus inuiſum. *Propter Dardanum. Electræ pellicis filium. Electra pellex fuit Iouis, ex quâ Dardanus natus eſt, à quo Troiani ducũt originem.* RAPTI.] *ſtuprati, corrupti. vt eſt,* Rapta Garamãtide nympha. *Item:* ET raptas ſine more Sabinas. *Vel certè, quòd ad cœlum raptus ſit à Ioue per aquilam, quæ Iouis armiger dicitur.* GANYMEDIS honores.] *Trois, regis Troianorũ filij.* Honores *autem dixit, vel propter miniſterium poculorum, ad quod receptus eſt, remotâ Hebe Iunonis filiâ, quæ Ioui bibere miniſtrabat: vel ob hoc, quòd inter ſydera collocatus,* Aquarij *nomen accepit. Et non ob hoc tantum iraſcitur Iuno, ſed quod violatus ſit, vt diuinos honores conſequeretur.* HIS accenſa ſuper iactatos æquore toto.] *Super his, aut de his: aut ſuper metum Carthaginis, his quoque accenſa.* TROAS.] *Bona œconomia oſtendit, totum genus Troianorum inuiſum fuiſſe Iunoni, non ſicut illud,* Vnius ob noxam. RELLIQVIAS.] *Vt ſtet verſus, geminauit l. nam in proſâ* reliquias *dicimus.* ATQVE immitis Achilli.] *Benè, ſecundum Homerum, ſegregauit ducem à populo: Ac Aeneas in Secundo, poſt omnium caſum, Priami ſeparauit interitum: vt,* Forſitan & Priami fuerint quæ fata requiras. Immitem *autem dixit, qui in Patrocli vltionem, & circa extinctum Hectorem crudelis fuit.* Achilli *propter ὁμοιοτέλευτον, detraxit s literam, quæ plerunque pro* Sibilo *habetur, non ſolùm neceſſitatis, ſed etiam euphoniæ cauſâ: vt Salluſtius:* A principio vrbis ad bellum Perſi Macedonicum, *pro* Perſis: *detrahitur autem s tertiæ declinationis genitiuo.* ARCEBAT.] *Prohibebat aliquando ſignificat, & continet: Ennius,* Qui fulmine Omnia per ſonitus arcet: *id eſt, continet.* ACTI fatis.] *Si odio Iunonis, quomodo acti fatis? ſed hoc ipſum Iunonis odium fatale eſt: laborat enim Vergilius, nil Troianorum meritis, ſed omnia fatis adſcribere. Eſt & alter ſenſus: nam fatum voluntatem legimus vt* Fatis Iunonis iniquæ: *id eſt, voluntate: vt hic intelligamus, agebantur* fatis Iunonis: *id eſt,* voluntate. *vel* Fatis *pro* Malis, *vt* Nate Iliacis exercite fatis. MARIA omnia circùm.] *In fine accentũ ponimus contra morem Latinũ. Sed corruptio hoc facit: nã ꝓpoſitio poſtpoſita corrupta eſt ſine dubio.*

POM. Sabi. CHARIS Argis.] *Silius:* Hîc Iuno ante Argos. *Argos olim vrbs Peloponneſi caput, cuius rex primus Phoroneus fuit, pro Argiuis intelligit. Inter Argos & Mycenas templum erat commune Iunonis. Argos Phoroneus condidit, & eſt controuerſia.* CHARIS.] *Quia illic colebatur.* ALTA.] *reconditâ.* ET genus inuiſum.] *Quia Dardanus Ioue & Electrâ genitus, contra Iunonis voluntatem.* GANYMEDIS.] *Trois filij: & Laomedontis fratris, ab aquilâ rapti.* HONORES.] *quia miniſtrabat pocula dijs.* ACTI fatis.] *Non odio Iunonis enim: quia fata ita volebant: vt ſuprà,* Profugus fato.

ADR. Bar. MANET altâ mente repoſtum.] *Vbi ſignificabimus veteris memoriam iniuriæ nondum eſſe obliteratam, licebit illud accommodare:* Manet altâ mente repoſtum. *Dicitur apud Vergilium de iudicio Paridis, in quo is voluptatis illecebrâ pellectus, contra Iunonem & Mineruam, iudicauit Venerem formâ præſtare.*

Tantæ molis erat Romanam condere gentem.
Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti, & ſpumas ſalis ære ruebant,

TANTÆ molis erat.] *difficultatis.* ROMANAM condere gentem.] *Latenter oſtendit: hinc odium Iunonis Aeneam pertuliſſe, quòd*

Cùm Iuno æternum ſeruans ſub pectore vulnus,
Hæc ſecum: Mene incepto deſiſtere victam?
Nec poſſe Italiâ Teucrorum auertere regem?
Quippe vetor fatis. Pallaſne exurere claſſem

Romanæ gentis ſuſtine-xiabat. V I X.] *Hoc loco mox & ſtatim ſignificat.* E conſpectu.] *vt adhuc de Siciliâ poſſent videri.* L Æ T I.] *vel alacres, vel veloces: vt eſt:* Et lætus eois Eurus equis. *item:* Et virgea lętus Pabula: *id eſt, feſtinus, & cum omni intentione: vel reuerà læti: quanquam incognitum ſit, propter Anchiſæ mortem, ſed & interitus ſenum minus dolet.* *Et magis* lætos *intelligendum eſt, vt ſit Iunoni cauſa maioris iracundiæ: ſic enim & in Septimo iraſcitur, vbi* lætum Æneam Siculo proſpexit ab vſque Pachynno. S A L I S.] *maris, ſecundum Homer. ἀπὸ τῆς ἁλός. Salem autem, quo vtimur, ſingulari numero tantùm dicimus: quum iocos ſignificamus, pluralem tantùm ponimus numerum, ſecundum Lucan. qui ait:* Non ſoliti luſère ſales. *Aliquando autem & vrbanitatem per ſingularem numerum ſignificamus: vt Terent.* Qui habet ſalem, quod in te eſt: *id eſt, quæ res in te eſt: maſculini enim gen. eſt, non neutri: & neutra vitioſa ſunt, nec ab hoc accuſatiuo nominatiuus eſſe poteſt,* hoc ſale. C V M Iuno æternum ſeruans ſub pectore vulnus.] *De præterito dolorem dixit, de futuro metum: ad vtramque* vulnus *retulit.* H Æ C ſecum.] *ſubaudi,* locuta eſt: *deeſt enim: Et hoc fictum eſt, vt ſuperiùs diximus. Vnde enim hoc ſciret poeta? Bene autem impatientiam doloris oſtendit, detrahendo ei ſolatia: vt in quarto ſolam inducit Didonem:* En quid ago? &c. M E N E.] Ne, *non vacat: ſignificat enim* ergo, *& eſt continuatio rationalis.* I N C E P T O deſiſtere.] *Tolerabilius eſt enim non inchoare, quàm incepta deſerere.* N E C poſſe Italiâ Teucrorum auertere regem?] *Sic & in 7.* Vincor ab Æneâ. *Et detraxit more ſuo prouinciæ præpoſitionem: non enim dixit:* De Italiâ *ſed* Italiâ. T E V C R O R V M.] *Quia Teucer & Scamandrus, Cretâ profecti, Troiam venerũt, quos, hoſpitio exceptos Dardanus, de aduenis cives facti ſunt, Abatiamq́ Teucri filiam Dardanus ſibi iunxit.*

DON. C V M Iuno æternum ſeruás ſub pectore vulnus, Hæc ſecum.] *Cùm enim aduertiſſet Iuno, Troianos de proximitate Italiæ gratulari, vulnere animi, quod perpetuum retinebat, magis magiſq́ cœpit vrgeri. Excluſa igitur ab inuentionibus nocendi, excluſa loco & tempore, ſic animi ſui dolores & gemitus intimis ſenſibus enumerabat:* M E N E incœpto deſiſtere victam?] *Quales vetus & pertinax inimica cogitationes habere debuerit, non ſine rhetoricâ diſciplinâ poeta compoſuit. Inducturus enim ſæuientis deficientes inuentiones ad nocendum, inducto comparatiuo qualitatis ſtatu per exempla aliena, nocendi conſilia inuenta commemorat. Comparat ergo Iuno perſonas: hoc eſt, ſuam & Mineruæ, Troianorum & Græcorum, inimicitiarum quoque cauſas confert. Græcorum pœnam, Mineruâ iraſcente, completam, cum Troianorum ſupplicijs, quæ obtinere non potuerunt, enumerare non ceſſat, quæ plenius per ſingula diſſeremus:* Mene, *inquit: in pronominibus eſt magnum dicendi pondus, vt, quod non apertiùs dicitur, intelligatur,* Mene *ergo: hoc eſt, reginam deorum, & ſororem Iouis & coniugem, ſicut infrà, cùm dolores ſuos perſequeretur, aperuit dicendo:* Aſt ego quæ diuûm incedo regina, Iouiſq́. Et ſoror & cõiunx: *hoc eſt,* Mene: *quòd eſt,* Aſt ego. *Intellectus enim pronominum ipſorum vnus eſt.* I N C E P T O deſiſtere victam.] *Incepta ſunt diſpoſitiones & deſtinationes animorum, ſicut Salluſtius ait:* Nam talia incepta conſultorẽ vertiſſet reipublicæ peſtem factura. *Dolet ergo, intentionem ſuam ſine effectu defeciſſe, nec ſupereſſe iam nocendi conſilium, vel tempus. Interea bonorum eſt incepto deſiſtere, ſi tamen aut prece flectantur, aut ſponte ignoſcãt. Hoc dolet, ſe vtrãq; occaſionẽ perdidiſſe, & incidiſſe, quod doleret, cũ ludibrio ſcilicet, vt ſuperata diſcederet. Inde eſt quod ait:* D E S I S T E R E victam? Nec poſſe Italiâ Teucrorum auertere regem?] *Hoc eſt dicere, ſi perdere nõ potui, debui vel ſuperare Teucrorum regẽ.* Italiâ *producit proferenda, vt ſit ab Italiâ, deducta præpoſitione: vt eſt alio loco.* Bellum ingens geret Italiâ: *hoc eſt, in Italiâ, ita eſt hîc intelligendum* ab Italiâ. *Aggreditur & comparationẽ pœnarum, vt, qui perire non potuit, vel ſecerneretur à terris Italiæ: ſit & numeri cõparatio, vt ſi plures non potuit opprimere, vel iuxtà vnum obtineret Aeneam. Sciebat enim, ſtirpi eius deberi Romanum imperium, & Carthaginis euerſionem.* Q V I P P E vetor fatis.] *Venit ad comparationẽ ſui & Mineruæ. Si enim fata impediebant ne obtineret Iuno, nec Mineruæ, quæ fuit inferior, permitti debuit, vt quod vellet efficeret. Sic ergo dixit,* P A L L A S N E?] *Quæ nõ eſſet meriti tanti, nec tantæ poteſtatis.* Exurere claſſem Argiuûm, atque ipſos potuit ſubmergere Ponto? *Hæc eſt comparatio pœnarũ. Minerua potuit & naues Græcorũ & Græcos ipſos exurere: ego vnum nec occidere potui, nec auertere ab Italiâ.* Exurere *plus eſt quàm* vrere. Vrere *enim eſt lædere aliquid flammis:* Exurere *autem penitùs abolere incendio. Hoc loco ex omni occaſione confirmat poeta, Aeneæ ſtirpi fuiſſe decretũ imperium Italiæ, cùm de ſolo inducit Iunonẽ loquentem:* Quippe vetor fatis. *Venit rurſus ad comparationẽ ſui & Mineruæ, ſimul etiã vltrò ſibi obiectat, quod ſciebat obijci poſſe: quod eſt in cauſâ artificioſum, vt proponas vltrò atq; diſſoluas, quod potuit formidare, ne præteritũ, vel certè ſuppreſſum, dicatur purgationis deſperatione tranſitum.* P A L L A S N E exurere claſſem Argiuûm, atque ipſos potuit ſubmergere Ponto?] *In ipſâ comparatione perſiſtens, vtitur argumẽto à minore ad maius. Minor enim fuerat Minerua ætate & poteſtate, cui ſi fata ceſſerunt, vt in eos, quos oderat, pœnas exerceret, multò magis ætate præcedenti Iunoni, ſorori & coniugi Iouis, reginæ quoq; deorum omnium, debuerat nocendi ſinere facultatẽ. Fit comparatio alia, quum dixit:* Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei, Ipſa Iouis rapidũ iaculata è nubibꝰ ignẽ. D I S I E C I T Q V E rates, euertitq́. æquora ventis, Illũ expirantem tranſfixo pectore flammas Turbine corripuit, ſcopuloq́; infixit acuto.] *Illa propter vnum multos cũ ipſis nauibus perdidit, ego in plurimorum offenſâ vnum ab Italiâ auertere non poſſum? Hic quoq; laus exprimitur Aeneæ, cuius tanti meriti fuit, vt eius facultatem Iuno cũ omnibus dijs non valuerit ſuperare. Cùm igitur diceret,* Quippe vetor fatis: *addidit, vt dictum eſt, exemplum Mineruæ, Græcorumq́ ab eâ perditorũ, exiſtimans eorum in ſe fata eſſe permutata, vt licuerit volenti inferre perniciem, quam fata non ſinebant: ſicq́ maiorem dolorem Iunonis aſſignat, quod in eodem fato Mineruam monſtrat tantùm in ſuis doloribus potuiſſe, vt in vltione ſui etiam fulmine Iouis vſa videatur, pœnamq́ ipſam ſic exprimit, vt delicti ipſius defendat autorem: quæ defenſio iram Iunonis exaggerat. Qui enim potuit defendi, iniuſtè grauiſſimũ ſupplicium pertulit, multò magis ſocij eius, qui cum nauibus periêrũt.* V N I V S ob noxam & furias Aiacis Oilei?] *Interea pro arbitrio ſuo & pro præſumptâ Carthaginis cauſâ vult cum rege ſuo, hoc eſt, Aeneâ reos tenere Troianos, qui etiam nihil ipſi cõmeruiſſent. Videamus nunc quemadmodum Aiacis excuſet offenſam, vt magis ſeſe dolendo affligeret, ſi in eô facto acerbitas pœnæ completa eſſe videatur, in quo non fuit grauis delicti vel culpæ ſubſtantia.* Furias, *inquit,* Oilei. *Aiax, ingreſſus templum Mineruæ, inceſtatus cæde & hominum ſanguine, quia amore Caſſandræ tenebatur, atque per hæc neſciebat, quid mali committeret, ab ipſis altaribus tractam, ſtupro ſacram virginem violauit: & quod erat grauius, ſub ipſis oculis Mineruæ. Defenditur iſte veniali ſtatu: factum enim manifeſtum non purgatur, niſi hoc genere, vt dicatur: Si deliquit Aiax, non erat ſuæ mentis, nec ſui conſilij. Furebat enim: hoc eſt, amabat: quod vitium, vt dictum eſt, venialiter defenditur.*

A

B

C

Digitized by Google

A fenditur. Quicquid enim per pathos ipſum admittitur, non aſſcribitur homini, qui maiore vi coactus aliquid efficit, quod contrahat crimen. Aiacis ergo factum leuius facit, vt oſtendat veluti grauiora peccata Troianorũ, quæ non erãt. Deniq. cùm enumeraret poëta ſuperiùs incidentis iracundiæ cauſas, alios dixit deliquiſſe, qui eo tempore, quo Aeneas cum ſuis nauigabat, non affuerant. Denique nec Paris præſens fuit, nec Ganymedes, quorum ex facto vtique non debuit alios opprimere, qui nihil admiſerant. In facto tamen Mineruæ conſideratur iraſcentis iniuſta ſententia, quæ non tractauit innocentium in illâ pœnâ conſortium, dummodo cum illorum iniuſto ſupplicio perderet inimicum. DISIECITQVE rates, euertitque æquora ventis.] Ne, ſi fortè alicui contigiſſet euadere, haberet nauigandi ſubſidium, alieno imperio vſa: hoc eſt, cùm Iouis fulmen arriperet, & imperium Neptuni fratris ſui, habuitq; in ventos iubendi poteſtatem, qui alterius imperio regebantur. Exprimitur hîc magis ac magis iraſcentis Mineruæ violentia, quum Aiacis ipſius demonſtratur interitus, vnde Iunonis animus torquebatur. Perditis enim Græcis nauibus, & innoxijs hominibus naufragio preſſis, debuit authoris offenſæ grauius ſupplicium demonſtrari, ne reus cum inſontibus vnâ parique pœnâ videretur afflictus. ILLVM,
B inquit, expirantem transfixo pectore flammas Turbine corripuit, ſcopuloq; infixit acuto.] Illũ, quòd dixit, et eius nomẽ ſuppreſſit: hoc eſt, quod plurimis locis diximus, magnum intellectũ ex pronominibus naſci: nam dicendo illũ, hoc vult intelligi: Illũ temerariũ, illũ inconſideratũ, illũ ſacrilegiũ, illũ profanum, illũ qui in tẽplo deæ, in tẽplo virginis, ante ipſas aras, in conſpectu numinis, regiam ſacerdotem intactam, ſtupro violauit. Expirantem transfixo pectore flammas, ſine dubio flammas cũ animâ expirantem. Transfixo, ſcilicet eâ corporis parte, quâ percuſſâ faciliùs vniuſcuiuſq; interitus prouenit. Turbine corripuit, ſcopuloq; infixit acuto. Figi enim non potuit, niſi ingenti turbine, cùm pondere atq; magno ictu, ſaxo fuiſſet illiſus: & hoc ad iraſcẽtis animum pertinet, vt, cùm in acutũ ſcopulum etiã moleſto fluctu iactatus hærere potuiſſet, adderetur maior vis, quò facilius fieret quod volebat offenſa. Hinc illud etiam intelligi poteſt, idcirco eum infixũ ſcopulo, ne delatus fortaſsis ad littus, ſepulturæ ſaltem beneficium reperiret. Hæc igitur ſuppliciorum genera propter acerbitatem Iunoni diſplicent, quæ volebat Aiacem potuiſſe defendi: quò magis ſeſe excruciat, inſontem furore peccaſſe diiudicans, & ar-
C bitrata crimini obnoxios tenendos eſſe Troianos, qui non erant rei. Concludit mirè comparationem ipſam perſonâ ſuâ dicens. AST ego.] Et quam vim tenent pronomina, ipſe poëta monſtrauit: cùm ſequentia necteret: ait enim: QVÆ diuûm incedo regina, Iouiſque Et ſoror & coniunx.] Oſtendit ergo quid ſit, quod dixit: AST ego.] Scilicet, quæ omni genere rerum Mineruam præcedo. Reginam enim conſtabat cæteris eſſe potiorem, accedente eo quoque, quod etiam ſi nullam reginæ haberet poteſtatem, deberet ab eo, qui frater eſſet & maritus, aliquod meritum conſequi. Conſtat enim, mulieres amantis acquirere dignitatem, ſi magni ſint: & in ſummo honore aut poteſtate fuerint: per maritum autem accedere, ſi nullius fuerit dignitatis. Cùm igitur & ipſa eſſet regina, & deorum rex eſſet, qui ei & mariti conſortio & germanitatis vinculo teneretur: vehementiſsimè mouebatur, quòd deſiderata non valeret implere. Vt autem rationem ſuam in vnum colligeret, vtitur anacephalæoſi. Nam mène, quod in capite poſuit: hoc eſt, Aſt ego, quod dixit in principijs: Incepto deſiſtere victã, Non poſſe Italiâ Teucrorum auertere regem? hoc eſt, quod memorauit: Vnâ cum gente tot annos Bella gero. Græci enim cum Aiace, mox, vt Minerua irata eſt, in vno ictu perierunt. Complectitur ergo inter dolores ſuos & hoc, quòd ipſa, quaſi cum æqualibus, bello cõtendens, per continuos annos continuas inimicitias exercens, obtinere non potuerit. Rectè autem poſuit: BELLA gero.] Quaſi cum reſiſtentibus, quaſi cum ijs, qui ſperarent de Iunone victoriam. Denique, vt hoc probaret, ait: ET quiſquam numẽ Iunonis adoret Præterea? aut ſupplex aris imponat honorem?] Hoc idcirco poſuit, vt oſtenderet per coniecturam Troianos idcircò Iunonis numen non adorare, aut aris eius non imponere ſacrificia, quòd ſe ſperarent ea retinendo ſuperaturos. Hic quantâ arte in medio poſuerit Præterea, debet oſtendi: nam ſic eſſe debuit: Præterea quiſquam numẽ Iunonis adoret, aut ſupplex aris imponat honorem? ſed vt diximus, honeſtius in medio poſuit Præterea, vt vtraq; connecteret. Certè & hoc pluribus locis oſtendimus, vnam orationis partem non ſemel, ſed ſæpiùs accipiendam, vt dicamus: Præterea aut quiſquam numen Iunonis adoret? Præterea aut ſupplex aris imponat honorem? vt Præterea bis accipiatur, vt certè ordinato ſenſu ſemel ponatur in capite. TALIA flammato ſecum dea corde volutans.] Quum hæc Iuno tractaret, taliaq; ſecum conferret, ipſa quoq; nocendi conſilium reperit, nec laborauit inquirere, quando illi exemplum Mineruæ, quod eſſet neceſſariò faciendum, maturè ſuggerit. Sed priùs Poëta debuit demonſtrare, quantum iraſcentis ardores excreuerint diſputando. Superiùs quippe, cùm initia cogitationum eius enumeraret: His, inquit, accenſa ſuper. hîc ait: Talia flammato ſecum dea corde volutans: plus eſt enim flammatum quàm accenſum: vnde manifeſtâ (vt dictum eſt) ratione monſtratur, quantum doloris Iunoni acceſſerit ex comparatione tot modis & generibus factâ. Hæc igitur cùm tractaret Iuno, accepit de exemplo nocendi conſilium: iuuabatur autem eius intentio, quòd Troiani per id tempus nauigabant.

TANTÆ molis erat.] pro, tam difficile erat, facere Romanos futuros rerum dominos. VIX è conſpectu.] Debuit dixiſſe, cùm ſoluit è littore Troiano: ſed Homerum ſequitur: cùm incipit dicere de erroribus Vlyſsis, ſcribit eum ſoluiſſe è Calypſo inſulâ, non è littore Troiano: & veniſſe Corcyram ad Alcinoum, & illic in conuiuio narrat principium errorıs: ſic Aeneas in conuiuio Didûs: & vno verſu veritatẽ oſtendit, cùm ait: Hinc me digreſſum veſtris deus appulit oris. SPVMA ſalis.] Sal maſcul. genere eſt: & ponitur pro mari, & cõdimento numero plurali, facetias & omne condimentũ ſignificat: vt carnem ſalibus aſperſam apud Columellam: & Scipio Aphricanus: Quod loquitur ſal merum eſt. MEÑE incepto.] Ne pro ergo, concludit: ſi per interrogationem quandam, aliud eſt. Oratio, quæ affectum monſtrat, aut ad indignationem, aut ad miſericordiam dirigitur: eius initium à querimoniâ eſt, vt hîc Iuno. MEÑE?] Alibi: Heu ſtirpem inuiſam, & fatis contraria noſtris: Fata Phrygum. Breuis debet eſſe, & fluctuans, propter iracundiam: & Iuno Sylliana: Intulerit Latio ſpreta me Troius, inquit, Exul Dardaniam. Affectus varij eſſe debent: vt in Lyrâ chordæ: indignatio Iunonis ſemper creſcit, finis verò cum ſtomachatione legendus. NEC poſſe.] Impotentem ſe facit. PALLAS NE.] Exemplo ſe Pallade minorem facit, vt magis explicet. Pallas à quaſſatione: id eſt, vibratione haſtæ, quòd ſit bellicoſa, nominatur: πάλλειν enim quatere dicunt: hæc primùm ædificiorum vſum inueniſſe dicitur.

POM. Sabi.

Epiphonema quoq;, quod eſſe dictionem exornantem deſcribere licet, in oratione vel magnificentiſsimum, arbitratur idem Demetrius. Nam alia ſunt, quæ enunciationi ſubſeruiunt, alia ornatus gratiâ inferuntur: vt apud Poëtarum coryphæum, quem malè feriati multi non errant quidem pueris ſuis, ſed inuoluunt, implicant, conuellunt: etiam ſi in ſuâ ſe illum poteſtate habere deblaterant ſæpiculè, Tantæ molis erat, Romanam condere gentem.

CAEL. Rhod.

Omninoq; videtur Epiphonema triglyphis diuitum perſimile ac purpuræ latiori. Eſt enim ipſum quoq; in oratione diuitiarum indicium. Deniq; etiam poëtica quandoq; magnificentiam in dicendo reſipiunt quandam.

Argiuûm, atq; ipſos potuit ſubmergere Ponto,
Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei?
Ipſa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem,
Diſiectq́; rates, euertitq́; æquora ventis.
Illum expirantem transfixo pectore flammas
Turbine corripuit, ſcopuloq́; infixit acuto.
Aſt ego, quæ diuûm incedo regina, Iouiſq́;
Et ſoror & coniunx, vnâ cum gente tot annos
Bella gero, & quiſquam numen Iunonis adoret
Præterea? aut ſuppl. lex aris imponat honorem?
Talia flammato ſecum dea corde volutans,
Nimborum in patriam, loca fœta furentibus Auſtris,
Æoliam venit, hîc vaſto rex Æolus antro

SER. QVIPPE vetor fatis.] *Reuerà, inquit, fata me prohibent, ergo Iuno ignorat vim fatorum. Sed hoc non poſſumus dicere: quia ſupernis lectũ eſt:* Si quâ fata ſinât. Et Progeniem ſed enim Troiano à ſanguine duci Audierat. *Hoc ergo eſt: omnes res hominum, aut ex noſtrâ voluntate deſcendunt, vtpote, ſedere, ſurgere: aut ex fati neceſſitate, vtputa naſci, mori: aut ex deorũ voluntate, vtputa nauigare, vel honoribus frui. Nunc de nauigatione agitur: & benè inuidioſè, quaſi etiam huius rei poteſtatẽ ei poſsint fata detrahere. Eſt & alter latens ſenſus: vt ſperet ſe reginam contrà exulum fata poſſe aliquid, ſi Minerua numẽ inferius, valuit contra fata victorum.* PALLASNE.] *Minerua, ἀπὸ τοῦ πάλλειν τὸ δόρυ: id eſt, ab haſtæ concuſsione: vel, quòd Pallantem Gigantem occiderit.* CLASSEM.] *Ad inuidiam poſuit, vt pro vnâ naui claſſem dicat, ſic Venus:* Nauibus infandũ amiſsis: *quũ Orontes ſola periſſet. Aut reuerà vnã nauem ſignificat: vt Horat.* Me vel extremos Numidarũ in agros Claſſe releget. *Claſsis enim dicta eſt ἀπὸ τῶν κάλων: id eſt, à lignis vnde & calones dicuntur, qui militibus ligna portant, & καλοποδία.* ARGIVVM.] *quaſi & illud contra fata* Et Argiuûm, *pro,* Argiuorum, *videtur accuſatiui ſingularis ſpecies pro genitiuo plurali.* POTVIT.] *Ad illud refertur, quod ſuprà dixit:* Nec poſſe. VNIVS ob noxam.] *In iſtis ſermonibus vnius, illius, ipſius, naturaliter media producitur ſyllaba: ſed, quum opus eſt, corripitur hac excuſatione, quòd quoties vocali longâ vocalis ſequitur, ei ſuperiori vires detrahit: vt eſt,* Inſulæ Ionio in magno: & Sub Ilio alto: *& hoc mutat accentum: in Latino enim ſermone cùm penultima corripitur, antepenultima habet accentum, vt hoc loco.* Vnius ob noxam *& contrà:* Nauibus infandũ amiſsis vnius ob iram Prodimur. NOXAM.] *pro* Noxiam *& hoc intereſt inter* noxam *&* noxiam, *quòd* noxia *culpa eſt: id eſt, peccatũ:* noxa *autem pœna. Quidam noxa, quæ nocuit, noxia id, quod nocitum accipiunt. Hiſtoria autẽ eſt, dicitur Minerua tamen tantùm ob violatam Caſſandram in templo ſuo, ſolius Aiacis pœnâ nõ fuiſſe contenta, vt poſtea per oraculum de eius regno quotannis vnam nobilẽ puellam iuſſerit Ilium ſibi ad ſacrificium mitti, &, quod eſt maius, de eâ tribu, de quâ Aiax fuerat, ſicut Ennius refert.* Et furias Aiacis Oilei. *Furia amor eſt: vt in Bucolicis:* Seu quicũq; furor. *Alij, quòd illũ in furore deliquiſſe dicat, Troianos ſcientes.* OILEI.] *non vacat: nam & duo Aiaces fuerũt, & ambo furuerunt ſed irâ Telamonius, hic amore: & eſt Græca figura τῶν πλάνων, vt ſi dicamus,* Æneas Anchiſę, *& ſubaudiamus* Filius. *Hac autẽ figurâ vtimur circa patres, & circa maritos tantùm: vt Vergilius:* Deiphobe Glauci. i. filia. *itẽ:* Hectoris Andromache: *id eſt,* vxor. *Sanè hic Aiax Oilei filius.* IPSA.] *Benè ipſa: dulcis eſt enim propria manu quæſita vindicta. Vnde plus dolet Iuno, alienis viribus ſe vti, vt Aeoli, vt inferorum: ſicut ipſa:* Flectere ſi nequeo ſuperos, Acheronta mouebo. RAPIDVM.] *velocem: vt eſt,* Quũ rapidus ſol nondũ hyemem contigit equis, iam præterit æſtas. *Item:* Rapidiue potẽtia ſolis. IACVLATA.] *Pro iaculans, participium paſsiuum pro actiuo poſuit. In libris Ethruſcorum lectum eſt, iactus fulminum* manubias *dici: & certa eſſe numina, poſsidentia fulminum iactus, vt Iouem, Vulcanum, & Mineruam: vnde cauendum eſt, ne alijs numinibus demus.* E nubibus.] *Secundum phyſicos, qui dicunt, colliſione nubium fulmẽ creari.* DISIECTIQVE.] *Fulminum genera ſunt quatuor: Vnum, quod dicitur* Diſijciens, *idemq́; fragoſum: alterũ* Transfigens: *tertium* Corripiens: *quartum,* Infigens: *quæ omnia hic attigit, dicens primùm,* diſiectique rates; *ſecundum,* Illum exſpirãtem; *tertium,* Turbine corripuit; *quartum,* ſcopuloq́; infixit acuto. RATES.] *Abuſiuè naues: nã propriè rates ſunt, connexæ inuicem trabes, quæ σχεδίαι Græcè dictæ ſunt. Varro ad Ciceronem:* Ratis, dicta nauis longa propter remos, quòd hi, ſupra aquam ſublati, dextrâ & ſiniſtrâ, duas rates efficere videntur. *Rates enim, vbi plures mali vel trabes ſunt iuncti, aquâ ducuntur. Hinc nauiculæ cum remis* ratianiæ *dicuntur.* ILLVM.] *autorem ſcilicet criminis.* EXSPIRANTEM flammas.] *Non animam dicit flammas, ſed cum animâ fulminis flammam euomentem, vt ſuperiùs* pleno *nomini adiecit* Opum: *id eſt,* Diues opum: B
ſic his verbo quum plenum ſit Exſpirat, *addidit* flammas: *vt alio loco* Confixi exſpirant animas. *Alij* Exſpirantem anhelantem *accipiunt.* TVRBINE.] *volubilitate ventorum.* SCOPVLO.] *ſaxo eminenti. Scopulus autem à ſpeculando dictus eſt: nam σκόπελος ἀπὸ τοῦ σκοπεῖν: aut à tegumento nauium, ἀπὸ τοῦ σκεπάζειν τὰς ναῦς. Contigerunt autem iſta circa Caphareum, montem Eubœæ.* INFIXIT.] *Commutat ait,* Infixit *veriùs, vt ſit vehementius.* AST ego.] *Nunc comparat ſingula: &, ne leue eſſet, quod dixerat* Ego, *addidit,* diuûm regina: Diuûm, *pro* Diuorum. *ſic Salluſtius:* Nos autem: *hoc eſt, populus Romanus.* INCEDO.] *Incedere propriè eſt nobilium perſonarum. Hoc eſt, cum aliquâ dignitate ambulare, vt 1. Aen.* Regina ad templum formâ pulcherrima Dido Inceſsit. IOVISQVE Et ſoror & coniunx.] *Phyſici Iouem ætherem: id eſt, ignem volunt intelligi: Iunonẽ verò aërem: &, quoniam tenuitate hæc elemẽta paria ſunt, dixerũt eſſe germana. Sed, quoniam Iuno, hoc eſt, aër ſubiectus eſt igni, id eſt, Ioui: iure ſuperpoſito elemento mariti traditum nomen eſt. Iouem autem à iuuando dixerunt: nulla enim res ſic fouet omnia, quemadmodum calor: vnde & ſic, Iupiter, ἀπὸ τοῦ ζέειν: id eſt, à feruore dicitur.* TOT annos, *pro* tot annis.] *Licenter in iſtis locutionibus, & accuſatiuo vti-* C
mur, & ablatiuo. Dicimus enim, & totâ nocte legi, *&* totã noctem legi: *honeſtior autẽ elocutio eſt per accuſatiuũ.* AVT quiſquã.] *non Troianorum, ſed omnium generaliter.* PRAETERRA.] *poſtea: vt,* Et multa volentem Dicere præterea vidit, nec portitor Orci Amplius, *&c.* SVPPLEX aris imponat honorẽ.] *Oſtendit, non ſolùm ſibi nõ ſupplicandũ, ſed nec ſimplici veneratione dignã futuram.* TALIA flammato.] *Quod ſuperiùs intermiſerat nunc reddit. Nam dixerat ſuperiùs:* Hæc ſecũ: *& modò ait,* Volutans: *id eſt, cogitans.* NIMBORVM.] *Nimbi nũc ventos ſignificant, plerũq; nubes & pluuias. Ergo prout locus fuerit, intelligendũ eſt: propriè tamẽ dicũtur nimbi, repentinæ & præcipites pluuiæ: nam pluuias vocamus, lentas & iuges.* LOCA fœta.] *Nunc plena: vt alio loco:* Fœta armis. *Sciendũ eſt autẽ dici fœtam, & grauidã partu liberatã: vt,* Fecerat & viridi fœtã Mauortis in antro. *Enixam autẽ eam fuiſſe, lac, quod pueris præbebat, oſtendit. Iti* Fœta, *in illo loco* grauidã *oſtẽdit:* Non inſueta graueis tentabunt pabula fœtas. *Ergo quia* Fœta *medius ſermo eſt, benè hoc loco epitheton diſcreuit dicens:* Graueis fœtas: *vt bonũ facinus & malũ facinus dicimus, & bonũ venenũ & malũ venenũ.* AVSTRIS.] *Figura eſt celebrata apud Vergil. Eſt autẽ ſpecies pro genere. Legerat enim apud Ennium:* Furẽtibus vẽtis: *ſed quaſi aſperũ fugit, & poſuit* Auſtris *pro* vẽtis. ÆOLIAM venit.] *pro* in Æoliã. *Nouem inſulæ, quæ ſunt poſt fretũ Siciliæ, appellãtur Æoliæ, ab* Æolo

A Æolo rege Hippotæ filio, licet habeant propria nomina: unde Verg. ait: Æoliã Liparẽ. Poëtæ quidẽ fingũt hũc esse regẽ vẽtorũ, sed, vt Varro dixit, rex fuit insularũ, ex quarũ nebulis, & maximè fumo Vulcaniæ insulæ, prædicens futura flabra vẽtorum, ab imperitis visus est ventos in suâ potestate retinere.

POM. Sabi. AIACIS Oilei.] Aiax, Oilei regis Locrorum filius, cùm stuprasset virginẽ in tẽplo Palladis, dea irata eum in mari fulmine puniuit: hinc Iuno magis indignatur, quòd, cùm fulmẽ tãtummodò Iouis sit, Pallas alieno telo sit vsa: fulmina fabricat Vulcanus: diurna Ioui, nocturna Sumano assignãtur. Fulmina euocare periculosum est. Tullus Hostilius, cùm eliceret, cũ regiâ cõflagrauit. Cùm in nube luctatur, tonitrus dicitur: cùm erũpit ar dẽs, fulmẽ: si lõgiore tractu mittatur, Fulgetra: fulmẽ findit nubem, fulgetra rumpit. SCOPVLO acuto.] eminenti saxo Euboico: in eo naufragio viuus vsq; ad Caphareum venit: illic saxis illisus perijt. AST ego.] Conclusio. INCEDO.] dicor. ET soror & coniunx.] Varro sic ait: Iouis Iuno cõiunx, & is cœlũ, & hęc terra, quæ eadẽ tellus: & ea dicta, quòd vnà cũ Ioue iuuat. Dionysius idem ait, Iunonem esse terrã. PRÆTEREA.] postea, secundũ Quintilianum. FVRENTIBVS austris.] Ennius dixit, Furenti-

B bus ventis. Vasto antro: quia saxosa, & cauernosa, subinsq; semper spirant venti. NIMBORVM.] Nimbi sunt repentinæ pluuiæ: nunc ponit pro ventis: nam ipsi venti aquas ferũt. ÆOLIAM venit.] Aeoliæ septem intra Siciliam & Italiam sunt: à Græcis Ephestiades, à nostris Vulcaniæ. Lippara dicta est à Lipparo Ausonis filio, qui, eiectus Italiâ à fratribus, hûc appulit. Gimsiam senis filiam Aeolus Hippota duxit, & imperio successit: apud eum diuertisse Vlyssem volunt. Lippara antè dicebatur, Longinis Therasia, postea Hiera, sacra Vulcano, colle in eâ nocturnas euomente flammas. Strongile saxosa & ignita, cùm futurus est auster, caligo effunditur: cùm zephyrus, fumus mixtus igni. Didime, Gricusa, Phœnicusa: id est, arbustis, Chironymus, quæ è Lippara Siciliam naniganti sinistra est.

VAR. Lect. VNIVS ob noxam, & furias Aiacis Oilei.] In Oblongo libro, sane quàm vetusto, Furijs legitur, casu septimo: quod non æquè placet: vtrunque enim cadit sub præpositiuam particulam Ob. SCOPVLOQ'VE infixit acuto.] Sunt qui legant, Inflixit. ET quisquam numen Iunonis adoret.] In libro Longobardico & aliquot alijs antiquis: Aut quisquam, legitur. Quam lectionem Seruius agnoscit. In aliquot alijs: Ecquisquam. In alijs: Aut quis iam. Quæ

C lectio sit ex his castior iudicanda, aliorum iudicio relinquimus. Idq; potiùs dicemus: Adorat præsenti tempore indicatiui modi tàm in lib. Rom. quàm in codicibus antiquis haberi. AVT supplex aris imponat honorem.] In eodem lib. Roman. imponet, futuri temporis esse. Alij quidam libri non contemnendi Imponit legunt. Neq; tamen contemnenda est vulgaris lectio, Adoret, & imponat.

DON. NIMBORVM in patriã loca fœta furentibus Austris, Aeoliam venit.] Seruauit hic Vergilius personæ rationem miro artis ingenio: sed in eâ parte, non quæ competeret reginæ, sed quæ conueniret iratæ, & ei, quæ nollet occasionem loci & temporis perdere. Nam, si personam vellet ostendere reginæ, mittere aliquem ad Aeolum debuit, & iubere, quod fieret. Neglectâ ergo potestatis ratione, totum assignat iratæ, & ei, quam cogebat vltionis spes in euidenti constituta: & licet iratis & flammatis æstibus animorum non detur integra consiliorum intentio: tamen totum miscet in personâ Iunonis, vt irata non consideraret iniuriam suam, & deorum regina Iouisq; vxor & soror ad Aeolum pergeret. Sed vt, vt dictum est, omnibus spretis, ipsa vaderet, curaret præsens, quod desiderabat impleri. Mandata enim si extitissent, aut negligi possent, aut non pro voluntate Iunonis procederent, aut, emergente dilatione, facti nocendi periret occasio. Quo loco Vergilius docet, per nosmetipsos agendum, quod rectius cupimus prouenire: & quando inferior persona nobis necessaria est, ad præstandum quod habet in potestate, seruemus & honorificentiam competentem, vt maiore studio compleat quod fuerit necessarium: gratulatur enim sibi à potiore esse delatum. Cætera, quæ sequuntur, eam rationem tenent, vt sciamus, ventos cauis terræ vel montium contineri. Aeolum regem poëticè inducit, dicitq;, ad eum Iunonem supplicem locutam: cùm verba eius supplicis non essent, sed iubentis. Supplicem ergo intelligendum, quòd ipsa ad eum venit, & locuta est hæc. Aeole, nanque tibi diuûm pater atque hominum rex. ET mulcere dedit fluctus, & tollere ventos.] Hunc locum si quis attentiùs, diligentiusq; discutiat, nihil, quod non miretur, inueniet: est enim arte & subtilitate dicentis admodum satiatus: nam cœpit à nomine, quod ipsam nec Iunonem humilem, nec Aeolo iniuriam facit. Potior quippe si inferiorem suo nomine vocet, & se beneuolam monstrat, & illi, vnde gaudeat, subministrat. Pulchrum est enim si inferiore in loco positus, cognitus sit potiori, perindeq; charus, acceptusq; monstratur: fecit enim secundum artis præcepta. Beneuolum facit & attentum, cùm dicit: Nanq; tibi diuûm pater atq; hominum rex, Et mulcere dedit fluctus, & tollere ventos. Nam exinde conijcere Aeolus potuit, officium suum Iunoni esse necessarium, quum subtilitate circumuentus audiuisset, habere se in ventos plenissimam potestatem. Ne autem arrogantẽ faceret Iunonem, ait: Diuûm pater atq; hominũ rex. Non dixit frater meus, atq; maritus meus, vt suprà posuit: Ast ego quæ diuûm incedo regina, Iouisq; Et soror & coniunx. Illic enim, vbi secum locuta est, si specialiter hoc posuit, nullo audiente, arrogans iudicari non potuit: hîc verò, quum dicit: Nanque tibi diuûm pater atque hominum rex, intelligi potius voluit quàm dici: non enim apud eum loquebatur, qui non eam nouisset. Dictio autem ipsa ne esset prolixa, & plurimum temporis teneret, ipsa occultè sibi proponit, quæ ab Aeolo possent, excusationis causâ, prætendi: & ipsa illis respondet ita, vt vlteriùs accedi non posset. Denique, ne diceret Aeolus: Non sunt venti in potestate: præuenit anteà, & ait: Plenam habes in ventos licentiam, & tenendi, & dimittendi, erigendi fluctus, & placandi potestatem: nam tibi eam deorum omnium & hominum rex concessit, & tradidit. Ne diceret Aeolus: Habeo quidem in ventos potestatem, sed non mihi licet mare perturbare, quod est sub alterius regno: idcirco dixit: Et potestatem accepisti in ventos, & maria cùm volueris perturbare immissis ventis, vel placare cùm eos retinueris. Certè & illud sentiendum est, nec metuas Neptunum hac in parte: quia potior est Iupiter, qui tibi hanc licentiam dedit, incipit iam insinuare ipsam causam dicens.

Luctanteis ventos, tempestatesq; sonoras
Imperio premit, ac vinclis & carcere frænat.
Illi indignantes magno cum murmure montis
Circum claustra fremunt: celsâ sedet Æolus arce
Sceptra tenens, mollitq; animos, & temperat iras.
Ni faciat, maria ac terras, cœlumq; profundum
Quippe ferant rapidi secum, verrantq; per auras.
Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris,
Hoc metuens, molemq; & monteis insuper altos
Imposuit: regemq; dedit, qui fœdere certo

SER. HIC.] illic: vt superiùs. Hic illius arma; Hic currus fuit. VASTO antro.] Physicâ ratione hoc fingit Poëta: naturale enim est, vt loca concaua plena sint ventis. Sanè vasto, pro desolato, veteres ponebãt, & etiam pro magno; Clodius Commentariorum vasta, inania, magna. LVCTANTES.] elaborantes egredi. vel inter se sæuientes. SONORAS.] grauisonas: & est tẽpestatis epitheton. Ordo aũt talis est: Æolus luctãtes ventos, & tẽpestates sonorus vasto antro premit. Quidã sonoras, semper strepẽtes tradũt; vt, fluminibusque sonoris. nam sonor est, quicquid sine intermissione

Et premere, & laxas sciret dare iussus habenas.
Ad quem tum Iuno supplex his vocibus vsa est:
Æole (namq; tibi diuûm pater atq; hominum rex,
Et mulcere dedit fluctus, & tollere ventos)
Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor,
Ilium in Italiam portans, victosq; Penates.
Incute vim ventis, submersasq; obrue puppes:
Aut age diuersas, & disijce corpore Ponto.
Sunt mihi bis septem præstanti corpore Nymphę,
Quarum quæ formâ pulcherrima, Deiopeiam
Connubio iungam stabili, propriamq; dicabo,

termissione sonum seruat, sonât verò, quod ad tempus auditur. AC vinclis & carcere frænat.] *Translatio est per poëticã licentiam facta. Carcer autẽ est, vndecunq; prohibemur exire: dictus quasi* arcer, *ab arcendo. Locum aũt, in quo seruantur noxij,* carcerẽ *dicimus, numero tantùm singulari: vnde verò erumpunt quadrigæ,* carceres *dicimus numero tantùm plurali, licet singularem pleriq; vsurpet poëta: vt est,* Ruuntq; effusi carcere currus. *Alij vinclis carceris tradunt.* ILLI indignantes.] *Hic apertè ostẽdit quid sit* Luctantes. MAGNO.] *non circum montis claustra, sed cum magno montis murmure, sic fremebant, vt etiam antra possent sonare.* CVM murmure.] *Fremebãt, quòd ventos murmur sequitur: nam &* murmur maris *dicit'.* CIRCVM fremũt.] *Alij hoc loco* Fremunt *intelligunt, hoc est, imperia recusant, vt apud Cassiũ in Annalibus:* Ne quis regnum occuparet, si plebs nostra fremere imperia cœpisset. *Nonnunquam etiam* Fremere *velle significat: vt,* Arma amens fremit. CELSA.] *Secundum quod superiùs diximus: venti enim melius deprehenduntur ex alto.* SEDET.] *non ociatur, sed curat. Apud antiquos enim* sedet, *significabat,* considerat: *vt alio loco ait:* Turnus secretâ valle sedebat. MOLLIT'QVE animos.] *id est, ventos, ἀπὸ τῶν ἀνέμων, vt alibi:* Quantũ ignes animæque valent: *& Horat.* Impellunt animæ lintea Thraciæ. Mollit *aũt, ideò dixit, vt per transitum ostenderet, vitia naturæ nullâ ratione mutari, sed mitigari aliquatenus posse.* MARIA ac terras, cœlumq; profundũ.] *Atqui quatuor elementa sunt, terra, mare, aër, & æther. Sed hoc loco ritè prætermisit ætherem: quia venti nõ turbãt superiora, vt ait Lucan.* Pacẽ summa tenent: *sed aut mare, aut aërem: nam Cœlum hoc loco pro aëre posuit: vt Lucret.* In hoc cœlo, qui dicitur aër. Profundũ *de* Sublimi *dicit, &* mare profundũ *et summum vltimum.* FERANT.] *id est, auferãt: & est ἀφαίρεσις.* RAPIDI.] *veloces, vt suprà.* VERRANT'QVE.] Verrere *est trahere: à rete, quod* verriculũ *dicitur. Est autẽ principalitas verbi,* verro verris, *præteritum* versi, *vnde fit participium* versus: *hinc alibi:* Et versa puluis inscribitur hastâ: *id est, tracta. Sed archaismos: nam nostra omnis vis in animo & corpore sita est.* ID metuens.] *timens. Ergo Iuppiter timet non sibi, sed elementis, ne turbentur eruptione ventorũ: vt si dicas: Bellorum tempore virum fortem timere non sibi, sed liberis suis.* MOLLEM'QVE & montes.] *id est, molem montis: & est figura ἓν διὰ δυοῖν, vt vna res in duas diuidatur, metri causâ interpositâ coniunctione: vt alibi:* Pateris libamus & auro: *id est, pateris aureis.* FOEDERE.] *modò lege, aliàs pace, quæ fit inter dimicantes. Fœdus aũt dictum vel à fœcialibus scilicet sacerdotibus, per quos fiunt fœdera: vel à porcâ fœdè laceratâ: id est, lapidib. cæsâ: vt ipse alibi:* Et Cæsâ iungebant fœdera porcâ. LAXAS sciret dare iussus habenas.] *Permãsit in translatione.* Iussus *aũt ob hoc posuit: quia suo nihil facit imperio: nã tolle hoc, & maior est omnibus dijs, si ad eius voluntatem possint elemẽta confundi. Vt ipse Aeolus:* Mihi iussa capessere fas est. *Simul & ventorum ostenditur vis, quibus parum fuerat montẽ superponi, nisi & regẽ acciperẽt, qui ipse quoq; alieno parẽret imperio.* AD quẽ.] *pro, apud* quẽ: *vt suprà.* Æole.] *Rhetoricũ est in omni petitione hoc obseruare, vt possit præstari, quod petitur: id est, vt sit possibilitas, vt res iusta, vt habeat modum petitio, vt sequatur remuneratio. Et sciendũ, secundum hunc ordinem omnes petitiones formare Verg. vt in hoc loco: Possibilitas:* Et mulcere dedit fluct9, & tollere ventos. *Iusta petitio est:* Gens inimica mihi: *omne enim quod cõtra inimicos petimus, iustũ est. Modus est petitionis:* Incute vim ventis: Et disijce corpora Ponto.

Remuneratio: Sunt mihi bis septem. *Ordo est:* Æole, incute vim ventis: *& est figura parenthesis. Inter parenthesim & eclipsim hoc interest: quia παρένθεσις est, quoties remotâ de medio sententiâ: integer sermo perdurat: sic à Græco dicta, quòd interponatur: id est, παρεντίθεται, plenum namque est,* Æole incute vim ventis: *Item:* Æneas rapidũ ad naueis præmittit Achatem: *ἔλλειψις est autem, quoties remotis interpositis, deest aliquid: ἀπὸ τοῦ ἐλλείπειν: vt,* Quos ego: *deest enim,* Affligam. DIVVM pater, atq; hominũ rex.] *Iupiter. Periphrasis est: id est, circumlocutio: πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. Pater autem Vergilio ad eminentiam ponitur: vt* Pater Æneas. ET mulcere dedit fluctus & tollere ventos.] *Aliud pendet ex alio: nam qui* mulcere *potest, potest &* tollere: *id est, erigere in potestatem.* Mulcere *autem delinire. Hinc* Mulsum, *quòd dulcedine animos nostros permulceat: Alij* Mulcere, *mitigare, mollire vel fouere.* GENS inimica mihi.] *Sermo hic & nationem significat, & familiam: sed nunc ad vtrumque potest referri: nam aut ad familiam Aeneæ, aut Troianam gentem refertur.* TYRRHENVM.] *Tyrrhenum mare dictum est, vel, quòd Tusciam alluit: id est, Tyrrheniam: vel à Tyrrhenis nautis, qui se in hoc mare præcipites dederunt: namque hoc habet fabula: Dormientem in littore Liberum patrem puerum nautas abstulisse Tyrrhenos, qui, cùm esset experrectus in naui,* quò duceretur *interrogauit: responderunt illi,* quò volueris. *Liber ait,* ad Naxum insulam tendite: *sed quum aliò vela deflecterent, iratum numen tigrides sibi sacratas visibus eorum obiecit: quo terrore se illi in fluctus dedêre præcipites.* TYRRHENVM.] *à Tyrrheno quodam, qui summersus erat in mari, quod Tusciam alluit, cuius filius Tuscus fuit, à quo Tuscia. Fortè aũt recessit Tyrrhenus à fratre suo Lydo, quærens aliam terrã, dimisit suũ regnumq; fratri, sed præuenit submersio illius, euasit verò Filius eius, habitauit in Tuscia.* MIHI nauigat.] *id est, in meum dolorem.* NAVIGAT æquor.] *τὴν θάλατταν πλεῖν, figura Græca est: nos enim,* per æquor nauigat. *Similiter etiam alio loco:* Terram, mare, sidera iuro: *quum latinitas exigat vt addatur præpositio: & non vacat, quòd* Tyrrhenum *addidit: videtur enim dicere, iam eis Italiam esse vicinam.* ILIVM in Italiam portans.] *res Ilienses: & inuidiosè dicit* Ilium, *quasi ipsam cernat ciuitatem, Cum Troianos aspexerit.* VICTOS'QVE penates.] *Benè* victos: *ne timeat Aeolus Penates lædere, tacitæ occurrit quæstioni: portat quidem deos, sed victos & contemnendos.* INCVTE vim ventis.] *Duplex sensus est:* Incute *enim,* inijce *significat: &* ventis, *datiuus est casus: si autem* Fac *addas, septimus casus est, & erit sensus:* Fac vim ventis: *id est,* cum ventis. SVBMERSAS'QVE obrue puppes.] *Ordo est in sensu confusus: antè enim est, vt obruantur fluctibus, deinde, vt submergantur. Tota autem Iunonis petitio in sequentibus explanatur.* ET disijce corpora.] *Hic mutauit coniunctionem: nam dicendum erat:* Aut disijce corpora. DISIICE corpora Ponto.] *Tam virorum, quàm nauium: vt ipse alio loco, quum de nauibus loqueretur:* Et toto descendit corpore pestis. *Sciendum sanè est, artem hanc esse petitionis, ne minora impetrare cupientes: maiora poscamus: quod etiam nunc Iuno facit. Scit namque se fatis obstare non posse: sed hoc ait, vt eos arceat ab Italiâ.* SVNT mihi bis septem.] *Non sine ratione dicitur nymphas in suâ potestate retinere Iuno: ipsa enim est aër, de quo nubes creantur: vnde est: Atque in nubem cogitur aër ex nubibus aquæ, quas nymphas esse non dubium est. Ideò autem nym-*

A tem nympham Aeolo pollicetur: quia ventorum rex eſt, qui aquæ motu creantur. Benè ergo ei aqua iungitur, origo ventorum. Sanè notant Vergilium Critici, qui marito promittit vxorem: quod excuſat regia licentia: iuxta Salluſt. qui ait: Denas alij, alij plures habent, ſed reges eo amplius. PRÆSTANTI corpore nymphæ.] Benè etiam iſtas laudat, vt maior ſit in Deiopeiâ pulchritudinis gloria. Præſtanti autē corpore, pro præſtantis corporis, ablatiuū pro genitiuo. laudabilius enim eſt ſuperare laudatos: vt ipſe, ad maiorem victoris Aeneæ gloriam, laudat & victum Turnum. Harum autem quatuordecim nomina, vt quidam volunt, in Georgicis inuenimus. CONNVBIO iungam ſtabili, propriamque dicabo.] Connubium eſt ius legitimi matrimonij. Et benè Connubio iungam dicit, vt hanc ab alijs ſegregaret, quæ à regibus ſine lege habentur. Solent enim reges inter plurris vni præcipuum dare nomen vxoris. In Connubio, nu breuem poſuit, quum naturaliter longa ſit. Nubo enim, vnde habet originem, longa eſt: ſed eſt tropus συστολὴ: qui fit, quoties longa corripitur ſyllaba, propter metri neceſſitatem. Statius quoq; corripuit: Connubialia pandunt Antra ſinus. Ipſe alio loco longam poſuit: vt eſt, Hectoris Andromache, Pyrrhi n' connubia ſeruas? item: Cuiq; loci leges dedimus, connubia noſtra Reppulit: &, Per connubia noſtra: &, Numadumq; petam connubia ſupplex. Sciendum tamen eſt, quòd plerunq; in compoſitione vel deriuatione principalitatis natura corrumpitur.

B

POM. Sabi.

ET carcere frænat.] Carcer quaſi coërcer, à coërcendo, vſurpatur numero ſingulari: & plurali pro loco vnde emittuntur equi, cùm ad metam currunt: & carceres in multitudine, ad captiuos retulit Cato. VENTOS.] impetum ventorum. CLAVSTRA.] exitum. SEDET.] quia imperat. ARCE.] ſolium illud naturale erat, & in ſummitate montis. ANIMOS.] id eſt, audaciam ventis. NI faciant.] Si eſt nî pro ne. Faciant legatur, & ad ventos referendum: hoc eſt, Ne ſæuiant: ſin coniunctio eſt conditionalis, Si Faciat ſcribendum: ad Aeolum referatur: & tunc ſit, niſi coërceat. MARIA & terras rapidi ferant.] E repentinis flatibus cœli ruinæ fiunt, procella è ſiccâ nube: quæ maiore illorum pondere venerit, ecnephias appellatur: cùm rapit, cùm voluit & frangit vertigine rapida, typhon dicitur: hæc eſt potiſſima nauigantium peſtis, cùm depreſſè nimbus maiore hiatu exit: & cum fragore proxima quæq; proſternens, turbo appellatur. AB-

C DIDIT atris.] Valerius: Donec pauidis ex æthere nimbis Omnipotens regemq; dedit, quem iuſſa vereri Sæua cohors, montemq; chalybs, iterataq; muris Saxa domant. DIVVM pater.] Ennius ait, Hominum pater & rex: hoc magis oſtendit antiquum Iouis nomen, quod erat Dieſpiter: id eſt, dies pater: & eſt antomaſia, quæ, vt Quintilianus ait, aliquid pro nomine ponit, poëtis frequentiſſima: vt hic rex hominum, pro Ioue: & Priamides, pro Hectore. DEDIT.] poteſtas Aeoli manifeſtatur. GENS inimica mihi.] Narratio. TYRRHENVM æquor.] Et de eodem mari Valerius ait libro primo: Continuò Aeoliam Tyrrhenaq; tendit ad arua: item de Strógyle, quæ montuoſa eſt, in quâ Imperauit Aeolus: Aequore Trinacrio refugiq; à parte pelori Stat rupes horrenda fretis, quod in æthera ſurgit Molibus. Mare Hiſpanum principium noſtri mediterranei dicitur, & Ibericum, & Balearicum: pòſt incipit Gallicum, inde Liguſticum, ab eo vſq; in Siciliam Tuſcum, quod Græci Tyrrhenum, & è noſtris plerìq; Inferum, alij Siculum. VICTOS penateis.] Silius: Exul Dardanium, & bis numina capta penateis. Varro ait in ſecundo Rerum humanarum: Dardanum ex Samothrace in Phrygiam, & Aeneam è Phrygiâ in Italiam penateis attuliſſe. Caſſius Hemina, Samothracū deos apud nos penateis dici tradit. Samothraces dij ſunt, vt autor eſt Varro: Duę viriles ſpecies Aeneę, quę illîc ante portas locabâtur, ſunt, vt putât aliqui, Caſtor & Pollux, & hi non ſunt dij magni. Diodorus tradit, Dardanum ex Arcadiâ profectum Samothracem. Nigidius libro 18. Penates dij Apollo & Neptunus. Dionyſius ait: Romæ ſacellum eſt, haud procul à foro, viâ, quâ itur ad Cerianas, quo ſunt dij Penates, iuuenes duo pila tenentes. In alijs templis iuuenes duo militari habitu, Penates dicti: quia per eos penitùs ſpiramus, per quos corpus & animum habemus: quod ſic eſt, Penates dij magni ſunt: id eſt, cœlum & terra, quòd anima & corpus, humidum & frigidum Penatium ſacraria, penetralia dicuntur: ſacrificium his Lauini quotânis fiebat. Ego puto penateis à Romanis dictos: quòd in arcanis tenebantur. De dijs magnis Varro in Logiſtorico, qui inſcribitur Curio: Tres aræ ſunt in circo medio ad columnas, in quibus ſtant ſigna: in vnâ ſcriptum, Dijs magnis: alterâ, Dijs potētibus: tertiâ, Dijs terræ & cœlo: & hi ſunt dij magni: & penates virilis ſpeciei. INCVTE vim.] Petitio. SVNT mihi bis ſeptem.] Iuno præeſt nymphis: quia ſi aër, ex aëre nubes, ex nube aqua gignitur: ſi terra, aquæ ex terrâ oriuntur, & per eam labuntur: ideò pollicetur: quia ventorum rex, & venti ex humiditate creantur 14. Iunonis nymphæ ſunt, Drimo, Xantho, Legea, Phyllodoce, Cydippe, Licorias, Clio, Beroe, Ephira, Opis, Deiopeia, Cyrene, Clymene: ex his Deiopeia filia Aſiæ paludis, & omnium fortiſſima. STABILI.] cum quâ nullum repudium fiet, neq; diuortium. DICABO.] Ita eam tibi vnicam dedicabo, vt ſola ſit tua, & perennet tecum, & prole creet: & eſt remuneratio.

AVT age diuerſas, & diſijce corpora Ponto.] In antiquis omnibus exemplaribus de meliore notâ, Diuerſos, legitur virili genere, vt de Troianis intelligatur. QVARVM quæ formâ pulcherrima, Deiopeiâ.] In Romano libro, in Oblongo, in Mediceo, & aliquot alijs antiquis, Deiopeia, nominandi caſu ſcriptum eſt, pulcerrima elocutionis figura. Nam alibi etiam Vergilius vtitur antiptoſi. VAR. Lect.

GENS inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor, Ilium in Italiam portans, victoſque penates.] Omnia proponentis & reſpondentis ſtudio memorantur. Hic enim non nominauit Aeneam, ne diceret Aeolus, non poſſum aliquid moliri aduerſus nepotem Iouis, qui mihi imperium dedit. Ait ergo: GENS.] Quæ generalitas nomen ſpeciale ſuppreſſit, quod poterat impedire deſiderium: addidit enim: Inimica mihi: non dixit, ego ſum illius inimica, ſed ipſam cōſtituit inimicam, quaſi inferiores potiorem prouocarent. Grauauit hoc genere Troianos, vt etiam ipſe Aeolus rerum indignitate permotus, iracundiam ſuam Iunonis commotioni coniungeret. MIHI.] verò quod ait: hoc eſt, reginæ ſorori Iouis & coniugi, quæ omnia per pronomen intelligi voluit, & propter arrogantiam non apertiùs poſuit. TYRRHENVM nauigat æquor.] vel, quòd faciliùs moueri in perniciem nauigantium poſſet, vel, quòd vicinum eſſet Italiæ ILIVM in Italiam portâs.] Omnes opes ſuas, omnemq; ſubſtantiam ſecum portans, quæ ſi periſſet, per id tempus, nouari poſteriùs non potuiſſet. Ne verò excuſaret Aeolus deorū cauſam, quibus cogebatur inferre violentiam, addidit: VICTOSQVE penates.] ſcilicet metuendos non eſſe, qui nec ſibi, nec ſuis prodeſſe potuerant deſiderijs: dehinc ſumma ſubnectitur: INCVTE vim ventis, ſubmerſaſque obrue puppes, Aut age diuerſas, & diſijce corpora Ponto.] Expreſſit plenam poteſtatem: nam, ſi eo ordine, quo loquuta eſt, vellemus intelligere, non cohæreret. Si enim ordinatam poſſet commota proferre dictionem, ſic loqui inciperet: ÆOLE, gens inimica mihi, Tyrhenum nauigat æquor, Ilium in Italiam portans, victoſque penates. Incute uim ventis, ſubmerſaſq; obrue puppes, Aut age diuerſos, & diſijce corpora Ponto. Namq; tibi diuūm pater, atq; hominū rex, Et mulcere dedit fluctus & tollere ven- DON.

Digitized by Google

to. *Ante omnia tamen conſideranda ſunt, quæ Iuno perſi ei cupiebat, dicta quidem, ſed non ordine ſuo, vt apparet, eam per commotionem nimiam, ordinationem rebus ipſis dare nequiſſe. dixit:* Incute vim ventis, ſubmerſasque obrue puppes, & diſijce corpora Põto. *Quod fieri neceſſe erat nauibus ſubmerſis, atque ita nouiſſimum ponere.* AVT age diuerſos.] *Vt eſſet, ſicut diximus, oratio rectè compoſita, hoc modo:* Incute vim ventis, ſubmerſasque obrue puppes, & diſijce corpora Ponto, Aut age diuerſos. *Denique & hoc ipſæ coniunctiones oſtendunt: cùm dicit:* Incute vim ventis. *Et ponit,* que, *vt coniungat facto factum:* Submerſasque obrue puppes, *adſociat: & vt compleat effectum ſubmerſarum nauium, & proueniat inde:* Diſijce corpora Ponto. *Ecce ponit,* Aut, *diuerſæ naturæ coniunctionem: hoc eſt, disiunctiuam, vt faciat ſeparationem pœnæ: vt, ſi prouenire non poſſet,* Submerſasque obrue puppes, & diſijce corpora Ponto: *proueniret ſaltem,* Aut age diuerſos: *Quoniam ſparſi nihil audere poſterius poterant, nec ad Italiam peruenire.* SVNT mihi bis ſeptem præſtanti corpore nymphæ.] *Vt cupiditatem & ardorem explicandæ rei, quâ Iuno vrgebatur, oſtenderet, ad authoritatem iubentis addit & præmiũ, vt multifariam de effectu ſecurior redderetur. Sed hæc dictio obliqua eſt: pulſat enim Veneris munus: &, quia propter Helenam, quæ fuit in alieno matrimonio, & Græci & Troiani perierant, nec poterat eſſe matrimonium inter ipſam & Paridem, etſi remorata apud ipſum foret, legitimam ſobolem vtpote adultera procreare non poſſit, vſus propono, è contrario potuerunt. Acutè ſubtiliterq́ reſpondit, ſingulis antequam diceretur occurrens.* SVNT, inquit, mihi.] *Hoc eſt, non inuadam te propter alienum, quod cùm dedero, poſteriùs perdas, ſed dabo, quod habeo proprium. Subiecit deinde laudem muneris ſui, & eam ipſam multis extollit. Primò à numero.* BIS ſeptem.] *Qualitate:* PRÆSTANTI corpore.] *Quod difficile fuit: omnes formoſas memorat, & eam pollicetur quæ pulchritudine cæteras anteiret. Dehinc à genere, cùm dicit:* NYMPHAS.] *Vt Helenam ratione ſanguinis ſuperaret, adiungit:* CONNVBIO iungã ſtabili.] *Vt eſſet legitimo matrimonio ſociata, & honeſtis nuptijs iuncta, quod, cùm ſit ſtabile matrimonium, eſſet vnius cõſortio dedicatum. Subnectit, ex huiuſmodi coniunctione quales poſſint procreari liberi.* ET pulchrâ faciat te prole parentem.] *Paris enim, nec diu retinere potuit, quod malè fuerat conſequutus: & ſicut dictum eſt, ſi apud ipſum Helena, viuo marito ſuo, diutius manſiſſet, ac partum aliquem edidiſſet:* pater ex eo dici non poſſet: *ex adultero enim concepti non habent legitimum patrem. Proinde illa eſt* pulchra proles, *quam proſert honeſta coniunctio. Hoc loco maior intellectus hominis, amiſſo Vergilij puro & vero, ſic ſuſpicionibus in falſam interpretationem ducit, vt aſſerat* pulchram prolem *id. irrid. Iunonem pollicitam, quòd Aeolus iam turpes filios habuiſſet, quum viuo ei, & perpetui temporis matrimonium promiſiſſet,* A
& pulchram prolem: *hoc eſt, non corporis, ſed generis honeſtate decoratam. Denique oſtendemus,* pulchram prolem *non in corporis formâ Iunonem eſſe pollicitam, ſed in ipſo matris honeſto conſortio. Alio quippe in loco ipſe Vergilius, cùm originem Cæſaris aſſereret à Troianis deſcendere, & hanc partem inter laudes eius poneret:* Naſcetur, *inquit,* pulchrâ Troianus origine Cæſar: *ſcilicet,* pulchra *non corpore, ſed natalium honeſtate. Hoc loco Vergilius docet, non contemnenda eſſe apud nos, quæ magna ſunt, vt obtineamus, quæ magnopere deſideramus impleri.* ÆOLVS hæc contrà.] *Quod ait* Contrà, *non contra voluntatem Iunonis, ſed contra verba: voluit quippe ei parti reſpondere, quâ Iuno præmium promiſit: neque enim dixit:* Benè me accipis, aut gratias ago promiſis tuis: *ne videretur etiam ipſe, vt Paris libidinis munere prouocatus, voluntati Iunonis obſecutus. Item intelligi etiam poteſt ſic,* contrà: *quia illa dicit:* Nanque tibi diuûm pater, atque hominum rex, Et mulcere dedit fluctus, *&* tollere vento. B
Aeolus ergo quomodo contrà *reſponderit, diſſeramus. Sed priùs videndum eſt, quomodo etiam ipſe beneuolum ſe fecit, aiendo:* TVVS, ô regina, quid optes explorare labor, mihi iuſſa capeſſere fas eſt.] *Vt eſt, inquit, diſcretio inter perſonarum merita, ſic & officia diſcernuntur.* Tu regina: *hoc eſt, officium tuum iubendo, meum verò exequendo completur. Tui laboris eſt: hoc eſt, tuæ curæ, inuenire, quid iubeas: ſollicitudinis autem meæ, dare præceptis effectum: & quod ait,* fas eſt, *licebit facere, etiamſi illicita iubeas fieri. Illa enim dixit:* Victosque penates. *Aeolus ſic videtur contrà reſpondiſſe, etiamſi victi non eſſent: facerem: quia, quum fieri aliud non licet, incipit licere, ſi eius fiat iuſſu, cui iubendi plena poteſtas eſt. Ecce, exempli causâ, ponamus iudicium publicum. Non licet hominem verberare aut torquere, &, qui hæc fecerit, plectitur, ſed ſi iuſſu iudicis fiant, nullum admittitur crimen. Hæc voluit etiam Aeolus dicere: illicita ſi me iubeas facere, faciam, & impunè faciam: quia, regina iubente, nulla obſequentem pœna ſequetur: item contrà* C
reſpondit dicendo:

Omneis vt tecum meritis pro talibus annos
Exigat, & pulchra faciat te prole parentem.
Aeolus hæc contrà: Tuus, ô regina, quid optes,
Explorare labor, mihi iuſſa capeſſere fas eſt.
Tu mihi (quodcunq; hoc regni) tu ſceptra, Iouemq;
Concilias, tu das epulis accumbere diuûm,
Nimborumq; facis, tempeſtatumq; potentem.
Hæc vbi dicta, cauum conuerſa cuſpide montem
Impulit in latus, ac venti, velut agmine facto

SER. CONNVBIO iungã ſtabili.] *Multa in vnum contulit verſum, quæ Iuno promittit. Dicendo enim,* Connubio, *oſtendit legitimam: dicẽdo,* Stabili, *lõgam promittit cõcordiam: id eſt, quæ diuortio caret: dicẽdo,* Propriam, *adulterij remouet ſuſpicionem. Quod autem adiecit* Dicabo, *obſequentem eam fore demonſtrat: in vſu enim eſt, vt dicamus,* Sacerdos dicatus eſt numini: *hoc eſt,* ad obſequium datus eſt. *Igitur totus cũ dictione pronunciandus eſt. Alij,* Dicabo, dabo *accipiunt. Terent.* Iam hanc operam tibi dico. *Id eſt,* Do, *ſicuti ab eo, quod eſt Dico, participium à paſſiuo* dictus *facit: vt eſt Iunoni infernæ dictus ſacer, quamuis alibi lectum ſit:* templis ſibi ferre dicatis. Propriam dicabo, *deeſt,* tibi. OMNES amnes.] *Benè, quia Dea eſt, non enim vſque ad ſenectutem.* MERITIS.] *præſtitis: vt alibi:* Nec te regina negabo Promeritam: *id eſt,* præſtitiſſe: *& alterum pendet ex altero: meritum enim non niſi ex præſtantis beneficio deſcendit.*

PVLCHRA prole] *vbi connubij finem oſtendit. Notanda figura: frequẽter enim hac vtitur: nam quod nos per genitiuum ſingularem dicimus, antiqui per ſeptimum dicebant: vt hoc loco,* Parentẽ pulchra prole, *id eſt,* pulchræ prolis. *Et ſimpliciter intelligendum eſt. Errant nanque, qui dicunt, ideò* Pulchrâ *dixiſſe, propter Canacem & Macareum in ſe inuicem turpiſſimos fratres: illi enim alterius Aeoli filij fuiſſe narrantur.* ÆOLVS hæc contrà.] *ſubaudi,* Dixit: *quod ex poſterioribus intelligitur, vt ſuprà notauimus.* REGINA.] *Inferioris perſonæ reuerentia eſt, maiorem meritis appellare, non nomine: contrà maioris eſt, minorem tantùm nomine vocare: qui ordo non niſi per indignationem corrumpitur: vt in Duodecimo:* Sages in *extremis rebus* Turnum, *non regem vocat: vt,* Ruitq; implorãs nomine Turnũ: *& alibi de Ariſtæo:* Et te crudelẽ nomine dicit. OPTES.] Optare *hîc* velle *ſignificat, aliâs* eligere: *vt,* Optauitq; locũ Regno.

EXPLO-

Digitized by Google

A EXPLORARE labor.] *Superiùs nanq; antè multa propoſcerat Iuno: hoc ergo dicit,* Tuū eſt deliberare quid velis. MIHI iuſſa capeſſere fas eſt.] *capeſſere eſt ſæpè capere. Figura eſt* λιτότης*, quæ fit, quotieſcunq; minus dicimus, pluſq; ſignificamus per contrarium intelligentes: vt hoc loco non ait:* Licet mihi implere quæ præcipis: *ſed* nefas eſt non implere quæ iuſſeris. *Item:* Munera nec ſperno: *id eſt,* libenter accepto. TV mihi quodcunque hoc regni.] *Redit ad Phyſicam rationem: nam motus aëris; id eſt, Iunonis, ventos creat, quibus Aeolus præeſt: dicendo autem* Quodcunque, *aut verecundè agit, ne videatur arrogans: aut latenter penè iocatur Poëta. Quis enim poſſit ventos; id eſt, rem manem tenere?* IOVEMQVE concilias.] ὕστερον πρότερον *in ſenſu: non enim Iupiter cōciliatur Aeolo, ſed Aeolus Ioui, quaſi ſuperiori conciliatur. Conciliantur autem noui, reconciliantur antiqui.* TV das epulis accūbere diuûm.] *Hoc eſt,* tu me deum facis. *Duplici enim ratione diuinos honores meremur, dearum coniugio, & deorum conuiuio. Vnde & in Bucolicis legimus:* Nec deus hūc mēsâ, dea nec dignata cubili eſt. ACCVMBERE.] *Iacere more antiquo.* NIMBORVMQVE] *Nubium: vt,* Et Lunam in nim-
B bo nox intempeſta tenebat. HÆC vbi dicta.] *à Iunone & ab Aeolo.* Dicta, *ſi nomen eſt,* Dedit, *ſi participium, deeſt* ſunt: *vel* hæc vbi dicta, *pro* poſtquam *aduerbium locale pro temporali.* CAVVM.] Ordo *eſt,* cōuerſâ cuſpide cauum montem in latus impulit. *& alibi:* In latus, Inq; feri curuam compagibus aluum Contorſit: *quaſi in rem, quæ facilè cedit ictui.*

DONAT. TV mihi quodcunq; hoc regni, tu ſceptra, Iouemque Concilias.] *Illa enim dixit, à Ioue accepiſti poteſtatem: ille in voce officioſâ perſiſtēs, ipſius Iunonis vult eſſe, quod poterat. Addidit:* TV das epulis accūbere diuûm, ſceptra Iouemq; concilias.] *Ipſum, inquit, Iouem vt propitium habeam, tu facis: &, vt memorē ſe omnium beneficiorum Iunonis oſtenderet, addidit:* TV das epulis accumbere diuûm.] *Vnum videtur poſuiſſe beneficiū præſtitæ humanitatis: ſed cumulatur alio, ſi conuiuium cum potiore miſceatur. Tertiò, ſi cū potioribus plurimis. Quartò, ſi inferior perſona non ſedeat, vt fieri ſolet, ſed accumbat. Poſuit in fine, & hoc, quod deſideras tuū eſt & in tuâ poſitum poteſtate. Perſonarū in vtraq; oratione, loci quoq; & temporis habitam rationē dubitari non poteſt. Perſonarum ſcil. Iunonis, Aeoli, Troianorum, penatum victo-*
C *rum, Veneris, Helenæ, Paridis, Deiopeiæ, Loci, propter nobilitatem Tyrrheni maris, & Italiæ proximitatem. Temporis verò, ne multiloquio tractum tempus opportunitatem nocendi corrumperet. Demq; breuiter Iuno deſiderium ſuum proſequuta, & breuiùs reſpondet Aeolus, & promiſit effectum.* HÆC vbi dicta, & cætera, quæ ſequuntur.] *Hoc eſt, vbi Iuno & Aeolus hoc dixerunt, cœpit Aeolus iuſſa complere, quæ fuerūt hæc:* Incute vim ventis, ſubmerſasq; obrue puppes, Et diſiice corpora Pōto, aut age diuerſos. *Patefecit igitur exitum ventis, plurimos ſimul atq; diuerſæ naturæ, hoc eſt, contrarium flantes, atq; impugnantes ſeſe, fecit exire, & confligentibus inter ſe fluctibus, regendis nauibus, conſilium non ſuppeteret, & deficiente induſtriâ faciliùs mergerentur, & merſis nauibus corpora diſiicerentur.* Aut age diuerſos, *impleri non poſſet, niſi venti vt ſuprà dictum eſt impugnantes ſeſe, Troianos diſcerptos per diuerſa diſtraherent. Demq; ait:* INCVBVERE mari, totumq; à ſedibus imis, Vnà Eurus Notusque ruunt, creberq; procellis Aphricus.] *Vt ſimul cōplerentur, quæ Iuno mandauerat, acceſſit ad violentiam maris aliorum quoque elementorum pleniſſima perturbatio, dixit quippe:* ERIPIVNT ſubitò nubes cœlumq; diemq; Teucororū ex oculis, ponto nox incubat atra.] *Hæc ſolis Teucris acciderant, & in ſolo mari fuerant tenebræ. Confuſio quippe elementorum & tetra pelagi facies ſuſtulerat diē Troianis & cœlum. Confunditur inquit cum tenebris dies, ſubtrahitur lux ex alienis temporibus, nox importunè ſuccedit, ne contra mala reperiri cōſilium poſſet. Eripitur cœlum, & vt, quam in partem niterentur, gubernatores ipſi neſcirent: eò amplius tonitrua mittebantur, & fulgura: & vt inter multiplices metus Troiani deſperatione poſſeſſi, nihil aliud ſperarent, quàm mortem: idcircò dixit:* INTONVERE poli, & crebris micat ignibus æther, Præſentemq; viris intentāt omnia mortē.] *Inter hæc quales cogitationes habuerit Aeneas, vel cuiuſmodi animo atq; corpore ſenſerit pathos, Poëta deſcribit. Ait enim:* EXTEMPLO Aeneę ſoluuntur frigore membra.] *Alij* frigus *pro timore intelligunt poſitū, quod contrà eſt: nam ſi timuit Aeneas mortem, derogatum eſt virtuti ac meritis eius.* Frigus *ergo dixit propriè, quod naſcebatur, non ex caſu euidētiſſimæ mortis, ſed ex leui genere, quod cruciabat animum viri fortis, qui optabat potiùs glorioſè in campo occumbere, quàm in fluctibus ignobiliter interire. Rectè ergo nō timorem, ſed verum* frigus *debemus intelligere, quod oriebatur ex tot aduerſis, quæ corporis calores extorſerant ſeu extinxerant. Incipit iam dolores ſuos exprimere, vt appareat, quòd in illis periculis gemeret.* O' terq; quaterq; beati.] *hoc eſt, multifariam felices. Dicuntur iam cauſæ.* QVIS antè patrum.] *Ex his, quæ ſecundo libro ſcripta ſunt, conijcere poſſumus, Polytis illum feciſſe mentionem, qui ante patrem ſuum Priamum Pyrrhi cæde procubuit: & quia patria potiore loco inter parētes numeratur.* TROIÆ, *inquit,* Sub mœnibus altis.] *Hoc eſt, cùm altitudo mœnium ſtaret.* CONTIGIT oppetere.] *Id eſt, contigit interire. Reliquerunt ergò incolumem: quod bono ciui glorioſum ſolatium eſt in interitu ſuo, integrum ſtatum ciuitatis propriæ reliquiſſe.* Altis *ergo poſuit, vt oſtenderet integram adhuc ciuitatem: ipſe enim Aeneas campos, non altitudinem dimiſit: nam in tertio libro cum ingenti gemitu ait:* Et campos vbi Troia fuit. *Et quia pathetica fuit continua dictio, perſeuerare non potuit, cùm dictu rum fuiſſe intelligamus quod dolebat. Id eſt, Ego autem amiſſâ patriâ, in fluctibus, perditâ gloriâ, moriturus ſum: atq; vt hoc confirmaret, ait:* O' Danaûm fortiſſime gentis.] *Tamen rurſum ad illud raptus eſt dicens:*

REGINA.] *Regina dicitur Iuno, quòd in huius poteſtate omnia terreſtria ſint: ſic ait Varro.* TVVS labor.] *tuum eſt deliberare, quid velis.* TVVM quodcunq; das.] *Quia è terrâ erumpunt venti.* CONCILIAS.] *me Ioui.* ACCVMBERE.] *facis Deum.* POTENTEM.] *Regem.* CVSPIDE.] *vt tridente Neptuni, vel ſceptro, vel aliquâ cuſpide.* POM. Sabi.

MIHI iuſſa capeſcere fas eſt.] *Quū monuet iuuenes faciendum ſibi, quod mandauerit natu maior quiſpiam, non ineleganter proferet illud:* Mihi iuſſa capeſcere fas eſt. TV mihi quodcunq;.] *Quū ſignificabimus alicuius fauore atq; auxilio, ampliſſima quæq; nos aſſecutos, vſurpare poterimus illud:* Tu mihi quodcunq; hoc regni, tu ſceptra Iouēq; Cōcilias. *Dicitur ab Aeoli pſonâ, agnoſcētis quicquid habet imperij dignitatiſq;, id omne Iunonis ſibi contigiſſe beneficio,* AD R. Bar.

SER. AGMINE.] *vel impetu, vel multitudine. Agmen enim ſermo* πολύσημος *eſt: id eſt,* πολλὰ σημαῖνον*: nam ſignificat impetum: vt,* Ille agmine facto Laocoonta petunt. *Et multitudinem: vt,* Vocat agmina ſæua ſororum. *nam non multitudinem ſignificat (cùm tres ſint filiæ Plutonis & Noctis, Alecto, Tiſiphone, Megera, quæ parcæ & Eumenides dicuntur) ſed*

Quà data porta ruunt, & terras turbine perflant,
Incubuēre mari, totumq; à ſedibus imis
Vnà Eurusq; Notusq; ruunt, creberq; procellis
Africus: & vaſtos voluunt ad littora fluctus.
Inſequitur clamorq; virûm, ſtridorq; rudentum:
Eripiunt ſubitò nubes cœlumq;, diemq;
Teucrorum ex oculis, Ponto nox incubat atra.
Intonuēre poli, & crebris micat ignibus æther,

Digitized by Google

Præsentemq; viris intentant omnia mortem.
Extemplò Aeneæ soluuntur frigore membra,
Ingemit, & duplices tendens ad sidera palmas,
Talia voce refert: O' terq; quaterq; beati,
Queis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis
Contigit oppetere: ô Danaum fortissime gentis
Tydide, mene Iliacis occumbere campis
Non potuisse? tuaq; animam hanc effundere dextrâ?
Sæuus vbi Aeacidæ telo iacet Hector, vbi ingens
Sarpedon, vbi tot Simois correpta sub vndis

sed impetum, etiam exercitum incedentem agmen vocamus. DATA.] *id est, Percussá.* PORTA.] *Omnis exitus vel introitus porta dicitur, quasi quà potest vel importari vel exportari aliquid.* TVRBINE.] *vi ventorum. Sciendum, quando appellatiuum est, facit* turbinis: *si nomen proprium,* turbonis *facit: vt Horat.* Turbonis in armis. EVRVSQVE Notusq;.] *Benè hoc modò tres ventos inferiores tantùm nominauit Zephyrum & Aquilonem: tacuit qui ad Italiam ducit Aquilonem, qui desuper flat. Cardinales quatuor venti sunt, de quibus nunc tres ponit: paulò pòst vnum, quem omiserat, reddidit: vt,* Stridens aquilone procella. PROCELLIS.] Procella *est vis ventorum cum pluuia, ab eo quòd omnia procellat: id est, cõcutiat.* INSEQVITVR clamorq; virûm.] *Quia præcesserat ventorũ sonus, quem & ipsum clamorẽ possumus dicere.* STRIDORQVE rudentum.] *Propriè enim in funibus strictor est. Stridor autem est sibilus.* ERIPIVNT.] *id est, abstollunt.* TEVCRORVM ex oculis.] *Nunquam enim totum cœlum nubibus tegitur, sed illa pars, contra quam flauerint venti. Quod autem dixit,* Diem eripi, *ad videntium oculos retulit, non naturam: nam dies adhuc erat* NOX incubat.] Nox *dicta: quia oculis noceat* Incubat *autem ideò dixit, quòd alienum tempus inuasit: nam* Incubare *propriè dicitur, per vim rem alienam velle retinere.* POLI.] *axes: id est, extremæ partes cœli, super quibus cœlum vertitur: id est, κολῦρα: vnde &* vertices *Latinè, Græcè πόλοι dicuntur. Duo enim sunt, Nothios & Borios, à quibus totum cœlum contonuisse significat.* ÆTHER.] Ætherem *hoc loco pro aëre posuit: nubes enim, vnde & fulmina, aëris sunt, non ætheris: & frequenter Vergil. duo ista confundit.* INTENTANT.] *minantur:* omnia *autem ad superiora retulit.* EXTEMPLO.] *illicò. Et est augurum sermo: templum enim dicitur locus auguris, manu designatus in aëre, post quem factũ illicò captantur auguria.* ÆNEÆ soluuntur.] *Seruauit τὸ πρέπον, vt Aeneam vltimum territum dicat: ex Homero est, de Vlysse: τοῦ δ' Ὀδυσῆος λύτο γούνατα, καὶ φίλον ἦτορ, ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν.* FRIGORE.] *timore: & est reciproca translatio: nã & timor pro frigore, & frigus pro timore ponitur, vt in Terentio:* Vxorem tuã pauitare aiũt, non timere, sed laborare frigoribus: *vtrunq; enim in vnũ exitum cadit, sicut de calore & frigore,* vrere *dicimus: vt est,* Aut Boreæ penetrabile frigus adurat. INGEMIT.] *Non propter mortem: sequitur enim:* O' terq; quaterq; beati: *sed propter mortis genus, Graue est enim, secundum Homerum, perire naufragio: quia anima ignea est, & extingui videtur in mari: id est elemento contrario: vt,* Igneus est ollis vigor. DVPLICES.] *duas, secundum morem antiquum: nam* Duplices duas *dicebant, vt hoc loco: &* Binos, duos: & Vtrosq;, *pro* vtrunq;: *vt Cicero:* Binos habebam, iubeo promi vtrosq;: *item Sallustius quum de duobus loqueretur:* Hi vtriq; ad vrbẽ imperatoris erãt. O' terq; quaterq; beati.] *i. sæpius: finitus numerus pro infinito: ex Homero est de Vlysse: τρὶς μάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις, οἳ τότ' ὄλοντο Τροίῃ ἐν εὐρείῃ, χάριν Ἀτρείδῃσι φέροντες.* QVIS.] *Et* Quîs, & Quibus *secũdũ artẽ dicimus: ab eo. n. quod est à* qui, bus *mittit: ab eo, quod est à* quo, *in* is *mittit: sed à tertiâ declinatione in vsu sunt datiuus & ablatiuus plurales, licet antiq. omnib. vsi sint casib. Deniq; Cato in Originib. ait: Si* Ques sunt populi: & *declinauit* Ques, quiũ: *sicut* puppes, puppiũ. MOENIBVS altis.] *Propter Pergama, quæ altissima fuerũt: ex quib. omnia alta ædificia,* Pergama *vocantur, sicut Aeschylus dicit.* OPPETERE.] *ore terram petere: id est, mori. Etymologia est, non autem compositio. Possumus autem sic vti hoc sermone, vt et per se plenus sit,* A *& recipiat adiectionẽ. Ergo dicimus &* Oppetit, *et* Mortem oppetit, & Mortem oppetit: *sicut &* exspirat, & animam exspirat. FORTISSIME gentis.] *Atqui et in artibus legimus: superlatiuum gradum non nisi genetiuo plurali iungi constat quidem: sed* Gens *nomen est enunciatione singulare, intellectu plurale. Bene ergo iunxit, in gente enim plures sunt: vt alibi:* Ditissimus agri Phœnicum: *non enim vnus est ager Phœnicum: sic Sallustius:* Romani generis disertissimus. *Sanè, quæritur quare Diomedem fortissimum dixerit, quum post Achillem & Aiacem ipse sit tertius: vnde & Sallustius ait:* Primum Græcorum Achillem *multi dicunt ideò fortissimũ: quia iuxta Homerum, & Venerem vulnerauit & Martem. Alij ad* gentem *referrũt, quòd Achilles Thessalus fuit, Aiax Græcus, Diomedes Danaus. Multi ad excusationem Aeneæ volunt fortissimum dictũ, à quo constat esse* superatum, *vt Iuuenalis* B *dicit.* TYDIDE.] *Vocatiuus Græcus est: si enim Latinè diceret, ô Tydida debuit ponere. Omnia enim patronymica, quæ in* des *exeunt: apud Latinos primæ sunt declinationis: vt,* Sæuus vbi Aeacidæ telo iacit Hector. NON potuisse.] *quasi semper voluerit.* ANIMAM hanc.] *Quasi cum dolore,* Hãc animã *dixit: quasi diceret, quæ ad labores nata est.* EFFVNDERE.] *Secundum eos, qui dicunt sanguinem esse animam: vt ipse alibi:* Purpuream vomit ille animam: *nam alio loco aliorum opinionem sequitur, qui dicunt, spiritum esse animam, vnde est:* Atq; in ventos vita recessit. SÆVVS.] *magnus, vt superiùs dictum est. vel fortis, vel bellicosus. vt est:* Et sæuũ Æneam agnouit Turnus in armis. *Et benè elegit, cum quib. perijsse debuerit: Ipse enim & fortis est, & numini proles. Rectè ergo his iúgitur, in quib. talia fuerũt.* SARPEDON.] *Et in vltimâ possumus accentũ ponere, & in penultimâ: nã Homerus &* Sarpedonis *declinauit: &* Sarpedôntis: *vnde & varius accẽtus est.* Sarpêdonis *autẽ antepenultimâ habet accẽtũ,* Sarpedôntis *in penultimâ: sed* Sarpedôntis *vsurpauit: naturalis. n. declinatio est* Sarpedonis, *sicut* Memnõ Mẽmnonis, Sinõ Sinonis. *Si autẽ genitiuũ in* õtis *miserit, à circũflexo venit, q est in vltimâ syllabâ nominatiui: vt, Demophõn Demophôntis, Laocõn Laocôntis: sic ergo & Sarpedôntis. Est* C *autem Sarpedon filius Iouis & Laodemiæ, occisus à Patroclo.*

DONAT. TYDIDE, mene Iliacis occũbere campis, Nõ potuisse? tuaq; animã hãc effundere dextra? Sæuus vbi Aeacidę telo iacet Hector, vbi ingẽs Sarpedõ, vbi tot Simois correpta sub vndis Scuta virûm, galeasq; & fortia corpora voluit.] *Ex his infelicẽ se existimãt, quia hũc exitũ vitæ habere nõ meruit, & ignobili mortis genere vir fortis in pelago fuerat moriturus: hoc, ne cõpleret, quod coniecturâ colligimus, fluctus interuenit, q vocẽ loquẽtis occluderet: esset. n. vitiũ poëtæ, si finitis querelis Aeneæ fluctũ faceret superuenisse. Deniq; similia alijs locis etiã Poëta poneret. Ait quippe:* Hęc dũ Dardanio Aeneę mirãda videtur: *et alibi:* Talia fundebat lachrymãs: *dũ enim cõsideraret Aeneas picturas tẽpli, dũ Andromache loqueretur sermones suos aut doleret, imperfectis his Dido ad tẽplũ processit, et Helenus extra vrbẽ.* Ergo ait: TALIA iactanti.] *Hoc est, adhuc loquenti interuenit vis fluctuum, nec sinit Aeneam explicare, quæ voluit. Cæterùm, si compleuisset, diceret, felices, qui in Troiã perierunt, & infelicem, qui esset periturus in fluctibus.* STRIDENS aquilone procella Velum aduersa ferit fluctusq; ad sidera tollit: Franguntur remi, tum prora auertit, & vndis Dat latus, insequitur cumulo præruptus aquę mõs.] *Descripsit aduersa omnia, quæ nauigantibus accidunt, cùm è diuerso tempestas interuenit.* HI

summo

A ſummo in fluctu pendent, his vnda dehiſcens Terram inter fluctus aperit, fuit æſtus arenis.] *Fluctibus vario motu venientibus, aut erigebantur naues aliæ per tumorem maris, & in ſublime ferebantur: aut vſque ad imum deprimebantur aliæ, cum vi vndæ ſubſiderent.* FVRIT æſtus arenis.] *Non ſolùm vndæ, verùm etiam ima pelagi, tempeſtatum furoribus agitabantur. Fit iam, quòd Iuno voluerat: nam cœperunt diuerſi agi. Deniq; poſuit:* TRIS Notus abreptas in ſaxa latentia torquet, Tris Eurus ab alto, In breuia & Syrtes vrget (miſerabile viſu.)] *Quaſi peritus locorum & nauigationis poſuit,* Ab alto Eurus ducebat in Syrtes: *hoc eſt, de medio pelago: aliter enim non poteſt (vtpote qui flatus habeat ex orientis partibus, in quibus ſunt & Syrteis.) eò nauigia cogere, vnde potuit reuocare. Sex igitur naues alienatæ ſunt à cæteris, vna turbata premitur, in quâ nauigabat Aeneas: nunc caſus octauæ deſcribitur.* vnam, *inquit*, quæ Lycios, fidumq; vehebat Orontem, Ipſius ante oculos, ingens à vertice Pontus.

RVVNT.] *ſine ordine fundunt ſe: tempeſtas tota ab Homero eſt deſcripta.* INCVBVERE mari.] *Valerius:* Vnanimi freta curua ferunt: eurus, *ex oriente.* NVBES eripiunt.] *obſcuritate.* COELVM.] *pro aëre poſuit: vt alibi de Dædalo:* Auſus ſe caedere cœlo: *& de columbis:* Ipſa ſub ora viri cœlo venêre volantes. *Quare tria elementa poſuit, & non quattuor: ſecutus eſt Ennium, qui in Medeâ ait:* Iupiter, tuq; adeò ſumme Sol, qui res omnes inſpicis, quiq; tuo lumine mare, terram, cœlum continens, inſpice hoc facinus, priuſquam ſit, prohibe eſſe ſcelus. *Aemilius Aſper in hoc loco ait:* Hæc membra natura ſic ſolet iungere. NOX atra.] *obſcuritas. Valerius:* Vaſto pariter ruit ingens æther cum tonitru piceq; premit nox omnia cœlo: *id eſt, aëre.* ÆTHER.] *pro aëre.* FRIGORE.] *Qui timent, frigeſcunt.* O' terq; quaterque beati.] *Hannibal apud Silium ait:* Felix, ô frater, diuumq; æquate cadẽdo: *& tota tempeſtas ab Homero eſt deſcripta:*

POM. Sabi.

B

alloquitur ſuos Aeneas non ſine querimoniâ, & apud Homerum Vlyſſes: apud eundem Neptunus, apud Vergilium Aeolus. Silius Homerũ ſecutus, Neptunũ fecit ſæuire. ALTIS.] *nõ ad altitudinẽ refertur, ſed ad nomẽ: quia vndiq; erat fama Troianæ vrbis, inſpiciendũ: quia loquitur Aeneas & de patriâ.* OPPETERE.] *terram.* Oppetere: *id eſt, mori.* DANAVM fortiſſime gentis.] *Danaus, Beli filius, Aegypto pulſus à fratre, Argos nauigauit, vbi, pulſo Sthenelo, regnauit, Argiuos ex ſuo nomine dixit Danaos. Fabulæ aiunt, eum pulſum, quòd negauiſſet iungere filias ſuas filijs fratris.* TYDIDE.] *Diomedes Tydei filius & Argiæ Adraſti, viribus & conſilio valuit.* FORTISSIME.] *Antonomaſia eſt, Quintilianus meminit.* ANIMAM.] *pro ſanguine dixit: ſi quis effundit ſanguinem, animam exhalat: ſic Aufidus in cæde Romanâ apud Cannas. & alibi:* Purpuream vomit ille animam. SÆVVS Aeacid.] *Aeacus pater Pelei, Peleus Achillis: patronymicum ab auo.* SARPEDON.] *rex Lyciæ, Sarpedon locatus in eo cornu erat, in quo & Patroclus à Græcis: cùm proceſsêre in aciem, ambo venêre in ſingulare certamen, & crebris ictibus ſe inuicem petebant: curru inde deſiliunt, & gladijs comminus pugnabant. Patroclus ira concitus, totus irruit in hoſtem, poplitibus inciſis, ruenti Sarpedoni inſtat, & innititur, proſtratumq; interemit.* INGENS.] *Magna præſidij ſpes erat in Sarpedone: quo interfecto, omnis ſpes cecidiſſe credebatur.* SIMOIS.] *Simois, Xanthus, Scamanter, flumina ſunt Troadis. Simois Xantho iungitur, ambo in Scamandrum influunt: luti tantũ ferunt, vt maritimã oram paluſtrem faciant.*

SÆVVS vbi Aeacidę telo iacet hector, vbi ingens Sarpedon, vbi tot Simois corrupta ſub vndis.] *Id attingam, quod in antiquiori quodam libro legere eſt,* Hector & ingens, *pro,* Vbi ingens. *Nempe quòd ſatis illis viſum ſit repetere bis tantùm aduerbium,* Vbi: *ne, ſi ter prolatum ſit, oratio loco tam mœſto laſciuire videtur.* VAR. Lect.

O' terq; quaterq; beati.] *De felicibus, & qui rebus omnibus ad vitam ſpectantibus, abundat.* ADR. Bar.

Scuta virûm, galeaſque, & fortia corpora voluit,
Talia iactanti ſtridens Aquilone procella,
Velum aduerſa ferit, fluctuſq; ad ſidera tollit.
Franguntur remi, tum prora auertit, & vndis
Dat latus, inſequitur cumulo præruptus aquæ mons.
Hi ſummo in fluctu pendent, his vnda dehiſcens
Terram inter fluctus aperit, furit æſtus harenis.
Treis Notus abreptas in ſaxa latentia torquet,
(Saxa vocant Itali medijs quæ in fluctibus aras)
Dorſum immane mari ſummo: treis Eurus ab alto
In breuia & Syrteis vrget (miſerabile viſu)
Illiditq; vadis, atque aggere cingit harenæ.
Vnam, quæ Lycios fidumq; vehebat Orentem,
Ipſius ante oculos, ingens à vertice Pontus
In puppim ferit: excutitur, pronuſq; magiſter
Voluitur in caput: aſt illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circũ, & rapidus vorat æquore vortex.
Apparent rari nantes in gurgite vaſto,
Arma virûm, tabulæque, & Troia gaza per vndas.
Iam validam Ilionei nauem, iam fortis Achatæ,
Et quâ vectus Abas, & quâ grandæuus Alethes,
Vicit hyems: laxis laterum compagibus omnes
Accipiunt inimicum imbrem, remiſq; fatiſcunt.
Interea magno miſceri murmure Pontum,
Emiſſamq; hyemem ſenſit Neptunus: & imis

SER. SIMOIS.] *Hoc nomen integrum ad nos trãſijt, vnde ſuo eſt accentu proferendum: nam, ſi eſſet Latinum, antepenultimâ haberet accentum: quia ſecunda à fine breuis eſt, &* C *hic flumẽ Troiæ eſt.* SVB vndis.] & Sub vndis *legimus*, & ſub vndas: *ſed ſi* ſub vndas, correpta *intellige: ſi* ſub vndis, Voluit: *varia ergo diſtinctio eſt.* FORTIA corpora.] *hoc eſt, virorum fortium corpora: nulla enim eſt in mortuis fortitudo. Et ex Homero tractum eſt:* καὶ σιμόεις ὅτι πολλὰ βοάγρια, καὶ τρυφάλειαι Κάππεσον ἐν κονίῃσι καὶ ἡμιθέων γένος ἀνδρῶν. TALIA iactanti] *inaniter loquenti: vt alibi:* Atque irrita iurgia iactat: *&*, Voces dum iactat inaneis. AQVILONE.] *ab Aquilone.* ADVERSA] *contraria: quia ad Italiam nauigantibus Aquilo contrarius eſt.* FRANGVNTVR remi.] *vel gubernacula: vel, quod melius eſt, reuerà* remi. *Antiqui enim velis remiſq; nauigabãt: vt,* Validiſq; incũbere remis, Obliquatq; ſinus in vẽtos. *& de omnibus nauib. hoc dicitur, non Aeneæ tantũ.* AVERTIT.] *pro auertitur, & eſt figura creberrima: poteſt nãq; pro actiui verbi ſignificatione, paſſiuum poni: ut eſt,* Et pictis bellantur Amazones armis, *pro* bellant. *Nec nos debet mouere, quòd* Bellor *non facit: natura enim hoc prohibuit. Nam componẽ hoc verbum, & inuenitur actiuũ: facit enim* de bello *&* debellor: *& contrà pro paſſiui verbi ſignificatione actiuum ponitur, vt eſt hoc loco* Auertit, *pro* auertitur: *&*, Inſinuat pauor, *pro* inſinuatur: *&*, Nox humida cœlo Præcipitat: *pro* præcipitatur. *Sed hæc verba tãtũmodò pro ſe inuicẽ ponũtur, quæ & actiua eſſe poſſũt, & paſſiua: vt eſt,* auerto *et* auertor, *p̃cipito &* p̃cipitor. *Ergo nõ poſſumus dicere, quod quidã artigraphus, declinationes actiui verbi & paſſiui pro ſe inuicẽ poni: nã & naturalis verbi declinatio actiua eſt, & communis deponentiſue paſſiua: & aliud eſt, eſſe actiuum verbum, & aliud actiui verbi declinationem.* DAT latus.] *inclinatur.* CVMVLO.] *Exuberante fluctu, id eſt, altitudine cum cumulo.* PRÆRVPTVS.] *in altum eleuatus.*

HI.]

HI.] pro illi. DEHISCENS.] id est, valdè hiscens. De enim augentis est: vt in Terent. Deamo te Syre. APERIT.] ostendit: vt Sallust. Caput aperire solitus: id est, nudare, ostendere. HARENIS.] & ab harenis, & cum harenis: id est, vel ab imo mouebatur mare, vel cum ipsis harenis, vt in tempestate solet. TREIS.] Latinum est. Genitiuus enim pluralis, quotiens in ium exit, accusatiuum pluralem in eis mittit, vt puppim puppeis: quotiens in um exit, in es mittit, vt patrum patres. IN saxa latentia.] propter tempestatem. Hæc autem saxa inter Africam, Siciliam, Sardiniam & Italiam sunt, quæ saxa ob hoc Itali aras vocant, quòd ibi Afri & Romani fœdus inierunt: Alij Nuphimas vocant, vt Claudius dixit. vnde & Dido: Littora littoribus contraria, fluctibus vndas Imprecor: quæ aræ à Sisenna Propitiæ vocantur. TORQVET.] Iacit, Immittit: vt, Torquet aquosa hyemem: Alibi, Torqueat, deflectit, vt, Torquet medios nox humida currus. SAXA vocant Itali medijs quæ in fluctibus aras.] Ordo est, quæ saxa in medijs fluctibus Itali aras vocant. DORSVM immane.] eminens, altum: vel eminens planities, aut superficies durior: alij pro mali accipiunt, propter naufragia, quæ ibi solent fieri; nam manum bonum dicunt: Ergo quod bono contrarium Immane dicitur: de hoc loco non absurdè ait, quia Græcè Aræ ipsæ ἱερὰ νῶτα dicuntur, vt Sinnius tradidit secundum Homerum. MARI summo.] vel in summo. IN breuia & Syrtes.] id est, in breuia Syrtium: vt, Molemq; & montes. Breuia autem vadosa dicit, per quæ pedibus possumus vadere. SYRTEIS.] Syrtium sinus duo sunt, pares naturâ, impares magnitudine: vt Sallustius dicit. LYCIOS.] Hi Troiæ ad auxilium conuenerant, qui, mortuo rege Pandaro, Aeneam secuti sunt: vnde & in Secundo ait: Comitum turbam affluxisse nouorum Inuenio. FIDVM.] fidelem: vtrunq; nomen idem significat. quamuis quidam velint Fidum amicum, fidelem seruum dici. IPSIVS ante oculos.] ad maiorem dolorem: vnde alibi: Quæq; ipse miserrima vidi. item: Qui nati coram me cernere letum Fecisti. INGENS pontus.] magnâ pars Ponti: & est tropus συνεκδοχὴ vt Sallustius in Iugurthino: Vbi signa & scuta erant, præsidium hostium: per scuta intelligendum cætera arma: & ideò apud Terentium scutati omnes, pro armati. A vertice.] aut à puppi, quæ vertex nauis est: aut ab Aquilone, qui flat à mundi vertice: hoc est, à septentrione: vt ipse alibi: Hic vertex nobis semper sublimis. MAGISTER.] Leucaspis: vt in Sexto libro: Leucaspim, & Lyciæ ductorem classis Orontem. TER.] sæpius: finitus numerus pro infinito. Crebros enim fluctus facit Aquilo vt Sallustius: Crebritate fluctuum, vt Aquilo solet. IBIDEM.] Ibidem & Vbinam, multi dubitant vbi debeat esse accentus, quia Vbi & Ibi naturaliter breues sunt, sed ratione finalitatis plerunque producuntur in versu. nescientes, hanc esse rationem: quia pronunciationis causâ contra vsum Latinum syllabis vltimis, quibus particulæ adiunguntur, accentus tribuitur: vt, Musáque, illéne, huiúsce: sic ergo & ibidem. TORQVET agens circum.] In gyrum circumagit. VORTEX.] Vortex dicitur, circumacta in se vnda, & quæ quasi sorbere videatur. APPARENT.] Aliud est Parêre, & aliud Apparêre. Parêre enim est, obedire: vt, Paret amor dictis. Apparêre autem, videri: vt, Apparet liquido sublimis in aëre Nisus. Et hæc obseruatio diligenter custodiri debet, licet eam authores metri causâ clausulæ plerunque corrumpant. RARI.] Vel propter maris magnitudinem, vel quia vna perierat nauis. NANTES in gurgite.] Prima verbi positio est No, nas, nat: vnde est, Nare per æstatem liquidam. Et prima syllaba naturaliter longa est, licet in Natare na breuis sit in eadem significatione. IN gurgite vasto.] ταπείνωσις est: id est, rei magnæ humilis expositio. Prudenter tamen Vergilius humilitatem sermonis epitheto subleuat, vt hoc loco Vasto addidit. Item, cùm de equo loqueretur, ait: Penitusque cauernas Ingentes, vterumq; armato milite complent. ARMA virûm.] Bene addidit virûm. Arma enim dicuntur cunctarum artium instrumenta: vt, Cerealiaq; arma. Item: Colligere arma iubet. Item alio loco: Dicendum & quę sint duris agrestibus arma. TROIA.] Differentia in sermone est, & in sensu, & in syllabis. Nam cùm prouinciam dicimus, & principale est nomen, breuis est Tro. quando autem non est principale, & deriuatio est, longa est Tro: vt, Troius Aeneas. GAZA.] Persicus sermo est, & significat diuitias: Vnde Gaza, vrbs in Palestina dicitur, quòd in eâ Cambises, rex Persarum cum Aegyptijs bellum inferret diuitias suas condidit. est autem generis fœminini: vt, Gazâ lætus agresti. etenim aurum & argentum, sunt Gazæ, sed omnes opes. Quo exemplo apparet quoque, superfluò quæri à multis, quemadmodum potuerit aurum natare: nescientes, gazas: id est, opes dici omne quod possidemus. IAM validam.] Zeugma est ab inferioribus, quod fit & à superioribus, & à medio: plerunque & ad vtraq; respondet: vt, Troiugena interpres diuûm, qui numina Phœbi, Qui tripodas Clarij, lauros, qui sidera sentis. Ecce hoc loco Sentis, & antedicta & sequentia concludit. ILIONEI.] ἀντίπτωσις est: prò genitiuo enim datiuū posuit. B Constat enim huiusmodi Græca nomina datiuum singularem in ei diphthongum mittere, vt Orphei Calliopeia. nam illa solutio est, quum Orphei dicimus: nec modò Ilionei possumus dicere astrictum esse genitiuum, vt ipse sit qui & datiuus: quod etsi fortè contingat, non regula mutatur, sed antiptosis fit, quâ plerunq; vtuntur poëtæ: vt, Vrbem quam statuo vestra est, pro vrbs: &, Hæret pede pes, pro pedi. VECTVS.] quâ vehebatur significat: & pro præsenti participio, quod non habemus, præteritum posuit. In Latino enim sermone à passiuo verbo præsens participium non est, neq; ab actiuo præteritum: sed quod vno sermone explicare non possumus, aut circunlocutione ostendimus: aut si hoc nolumus, participium pro participio ponimus, sed vsurpatiuè, vt hoc loco factum est. VICIT hyems.] Hyems duas res significat, aut tempus, aut vim venti, per quam oritur tempestas. & sic hoc loco intelligendum est. LAXIS.] pro Laxatis: nomen pro participio. IMBREM.] Imber dicitur humor omnis. Veteres omnem aquam imbrem dicebant, vt Lucretius: Ex igni, terrâ atque animâ nascuntur & imbri: id est, humore. FATISCVNT.] abundanter aperiuntur. Fatim autem abundanter dicimus: vnde & Affatim. Hiscere autem, aperire. verbum frequentatiuum ab hiare. IMIS.] Bene in imo voluit esse Neptunum, vt iam factam cognosceret tempestatem, vt non incipientem vetaret. C

In puppim ferit, excutitur, pronusque magister DON
Voluitur in caput, ast illum ter fluctus ibidem Torquet agens circum, & rapidus vorat æquore vortex,
Apparent rari nantes in gurgite vasto, Arma virûm, tabulæque & Troia gaza per vndas.] Vt compleretur quod positum est: Submersasq; obrue puppes, & disijce corpora ponto: perit ergo amicus Aeneæ, & ante ipsius oculos. Qui illi non contigerat interire naufragio, fidum sibi perisse conspiceret, atque eo casu dolore afficeretur. accusatur Orontes, ne per imprudentiam nauem secum perdidisse putaretur: nam quum ingens pontus: hoc est, vis maior, vt veniens à vertice nauem operuisset, quod à dorso fuerat, cauere non potuit. IAM validam Ilionei nauem, tam fortis Achatæ, Et quâ vectus Abas, & quâ grandæuus Aletes, Vicit hyems.] Hôs specialiter cum eorum nominibus posuit, qui in his potiores nauigabant, & vno casu ferebantur dicendo: OMNES Accipiunt inimicum imbrem, remisq; fatiscunt.] Ostendit vnam omnium causam, & similem fuisse fortunam: vt autem non plenè obtineret factum secundum mandatum Iunonis, Neptuni datur occasio, qui non tantùm iniuriam suam reuocaret, verum etiam Troianis pereuntibus subueniret. Ibiq; describitur compescuisse Aeolum, quæ Iuno mandauerat,

Digitized by Google

A *uerat, quum dicit:* Diſiectam Aeneæ toto videt æquore claſſem: Fluctibus oppreſſos Troas, cœlique ruina. NEC latuêre doli fratrem Iunonis, & iræ, Eurum ad ſe Zephyrumq; vocat, dehinc talia fatur.] *Statim ſenſit vnde hæc: hoc eſt, cuius dolo eſſent perfecta: fratrem enim ſororis peſsimeum ſtudium non latebat. Vocauit ventos ad ſeſe, & huiuſmodi habuit obiurgationem, quæ erat pathetica, vtpote commoti & irati: abſciſa: hoc eſt, non continua, nec compoſita, breuis etiam. Suburnientis enim in tali caſu beneficium, multiloquium non quærebat.*

POM. Sabi. AVERTIT.] *ſcilicet procella.* LATVS.] *carinam.* CVMVLO.] *altitudine.* AQVÆ mons.] *Procella deijcit nautas in naui.* DEHISCENS.] *aperiens.* APERIT.] *nudat.* HARENIS.] *tempeſtas in fundo maris, quod nunquam contigit.* TORQVET in ſaxa.] *Valerius Flaccus:* Excuſſi manibus remi, conuerſaq; fronte Puppis in obliquum reſonos latus accipit ictus. IN ſaxa.] *Hæc ſunt ſaxa Aegates inſulæ, ſeu veriùs ſcopuli inter Siciliam & Africam, vbi Carthaginenſes, duce Hamilcare, primo bello Punico à Qu. Luctatio conſule deleti ſunt.* ARAS.] *quia illic fœdera icta fuerunt inter Romanos & Carthaginenſes, qui Hamil-* B *cari, qui tunc in Erice cum pedeſtri exercitu erat, arbitrium de pace conficiendâ dederunt: permiſſæ pacis conditio fuit, vt Carthaginenſes cederent Siciliâ & Sardiniâ. Hamilcar, homo bellicoſus, ceſſit, animo tamen iterandi bellum, cùm vires reſumpſiſſet patria, Nepos Cornelius ſic ait:* Dictæ naues Pœnorum, Luctatio ſuperatæ apud Aegates inſulas, quæ ſunt inter Siciliam & Africam. *Anneus florus ſic ait:* Luctatio Catulo conſule, tandem bello finis impoſitus quod inſulas, quibus nomen Aegates, nec maior aliàs in mari pugna: laceratæ hoſtium naues, totum pelagus inter Siciliam & Sardiniam naufragio operuêre: *ideo Silius ait:* Fuſaque per æquora claſſe Aegatis cernas. *Nonnulli* Philænorum aras *intelligunt, & inter duas Syrtes* Leptis *eſt, vt Salluſtius tradit: deinde Phylænorum aræ, quem locum Aegyptum verſus finem imperij habere Tharras, vnde nomen ſortitæ ſint. Controuerſia ad bellum erat inter Carthaginenſes & Cireneicos de terminis: placuit vtriſque vt certo tempore legati domo proficiſcerentur: quo in loco obuij fuiſſent, is communis terminus haberetur. Carthagine duo fratres miſſi,* Philœni *vocabantur, maturauêre hîc Cyrenenſes tardiùs, itinere tardati, morâ* C *pelagi, ſeu harenâ: & quoniam domi pœnas metuunt, ſtatuunt illos criminari, antè domo digreſſos, poſt diſceptationem Cyrenenſes conditionem proponunt, vt vel illi quò finem peterent ſuo populo, viui obruerentur, vel ſeſe idem facturos vellent. Philoni, conditione probatâ, viui obrui paſſi ſunt. Carthaginenſes eo loco Philonis fratribus aram conſecrauêre, & alios honores inſtituêre.* LATENT ſcopuli.] *in fluctibus tolluntur, mari tranquillo: vel dicitur: qui in ſummo mari: id eſt, in alto ſcopulo, is eminebat, & non latebat.* SAXA vocant.] *Vt Quintilianus ſentit, interiectio, quæ fit, vt medio ſermone aliquid inſeratur, non debet impedire nos: nam,* hæc ſaxa vacant Itali, *ſenſum impedit, ſi quod interponitur breue eſt, non damnatur.* IN breuia.] *Breuitatem aquæ dicit, & per hoc vadoſum mare. Syrtis, vbi parum aquæ & introëuntia forbet.* SYRTES.] *De ſyrtibus Salluſtius ſcribit:* Duo ſunt ſinus propè in extremo Aphrica, impares magnitudine, pares naturâ, quorum proxima terræ alta ſunt: cætera, vti fors tulit alta: alia tempeſtate vadoſa: nam vbi mare magnum, & ſæuire ventus cœpit, limum arenamque & ſaxa ingentia fluctus trahunt: ita facies locorum cum ventis ſimul mutatur, Syrtes *à tractu nominatæ ſunt:* σύρω, *traho eſt. Cn. Sergio Struto & C. Sempronio conſulibus, inter hæc vada Syrtium claſsis Romana tutò nauigauit: hoc loco Syrtem maiorem intelligamus, quæ non multùm diſtat à Carthagine.* DORSVM immane.] *Aegatis dicit: hic ſcopulus inter Siciliam & Aphricam videtur in mari veluti dorſum: in mari ambitus eſt ferè tria millia paſſuum, adhuc nomen habet, nautæ Gota appellant. Apud Polybium deprauato textu Aegates* Eguſæ *dicuntur: Itali nautæ antiqui dicebant* ſaxa. VADIS.] *vadoſa mari, & intelligit breuia.* AGGERE harenæ.] *intelligit Syrtes.* LYCIOS.] *Lycij mortuo Sarpedone adhæſerunt Aeneæ.* ORONTEM.] *Orontes ſub Aeneâ ductor Lyciorum.* PONTVS.] *Synecdoche: id eſt, aqua.* MAGISTER.] *Leucaſpis.* VOLVITVR.] *nauis.* IN caput.] *in proram.* TER.] *ſæpiùs.* TORQVET agens.] *pontus vertiginoſus.* VERTEX.] *Quintilianus ait:* Vertex eſt cõtorta in ſe aqua, vel quicqid aliud ſimiliter vertitur: *inde propter flexum capillorum pars ſumma capitis, & ex hoc, quod eſt in montibus eminentiſsimum, rectè dicuntur* vertices. VASTO.] *proceſſo: & naufragium monſtrat.* ARMA.] *haſtæ, clypei.* GAZA.] *Quintus Curtius ait:* Igitur quaſi parum munimentis oppidi fidens, ante Solis ortum pecuniam regiam, gazá Perſæ vocant, cum precioſiſsimis rerum efferri iubet, fugam ſimulans. HYEMS.] *tempeſtas.* LAXIS.] *apertis.* LATERVM.] *nauigiorum.* COMPAGIBVS.] *Tempeſtas diſſuit nauigia, & aqua intrat nauim: quod cùm accidit, fit naufragium: duobus modis intrat aqua: cùm tollitur vento, & cùm diſſuitur nauis: vt ſuprà:* Cumulo præruptus aquę mons. IMIS.] *quaſi quod ex imo refundebatur: id eſt, aquæ in imo eſt, ad ſumum impellebatur.*

VAR. Lect. TVM prora auertit] *In Romano libro,* Proram *legitur, accuſatiuo caſu. Quanquam Seruius longâ diſputatione,* Auertit *pro* auertitur, *legẽdum cenſet. Quare iidem* Prora, *caſu recto ponendum.*

IOAN. Scop. *Hæc Maronis carmina, vt intellectu facilia, interpretibus relicta, non prætereamus:* Tres notus abreptas in ſaxa latentia torquet, Saxa vocant Itali, medijs quæ in fluctibus aras Dorſum immane mari ſummo. *Quæritur quæ ſint iſta ſaxa, & cur vocẽt aras. Hæc ſaxa ſiue ſcopuli ſunt Aegates inſulæ inter Sicil. & Afric. vbi Carthag. duce Hamilcare, primo bello Pun. à Qu. Luctatio conſule deleti fuerunt.* Aras vocant in medijs fluctibus: *quia illic fœdera icta fuerunt inter Rom. & Carthag. qui Hamilcari tunc in Erice monte Siciliæ cũ pedeſtri exercitu cõmoranti, arbitrium de pace conficiendâ permiſerunt. Pacis conditio fuit, vt Carthag. cederent è Siciliâ & Sardiniâ. Hamilcar animo repetendi comparato denuò exercitu, ceſſit. Corn. Nepos ſic ait:* Naues Pœnorum, Luctatio ſuperatę, apud Aegates inſulas, quę ſunt inter Sicil. & Afric. L. Florus: Lutatio Catulo cõſule tandem bello finis impoſitus apud inſulas, quibus nomen Aegates: *hinc Silius in 1.* Flore virens auet Aegates abolere parentum Dedecus, ac Siculo demergere fœdera ponto. *Hoc etiam Verg. carmen in 1. tàm profeſſores, quàm interpretes non modò negligenter: ſed oſcitãter quoq; tranſeunt:* Teucrorum & genti nomen dedit, armaq; fixit Troia: *vbi* Troia: *id eſt, Troiana ſimpliciter exponunt. Nos tamen* Troia: *id eſt, Troiana, in quibus depicta erat* Troia: *id eſt.* ſcrofa, *interpretamur, Meſſalam ſequentes, ait enim Meſſala ad Valentinianum:* Arma in templis fixit Antenor: id Troia: *id eſt.* ſcrofa fuit, & ipſe Antenor ſuem in aureo vexillo poſuit: *quæ verba tam cum Verg. congruunt, vt alter alterum enodare videatur: rimentibus etiam antiqua vrbis* arma: *id eſt, inſignia Patauij, antiquitùs fuerunt* ſcrofa.

Stagna refuſa vadis: grauiter commotus, & alto
Proſpiciens, ſummâ placidum caput extulit vndâ.
Diſiectam Aeneæ toto videt æquore claſſem,

SER. STAGNA.] *Stagnum dicitur aqua ſtans: ſed nunc profunda maris ſignificat, ab eo quòd non niſi nimiâ tempeſtate turbantur: ergo,* Stagna & Imis

Fluctibus oppressos Troas, cœlique ruinâ.
Nec latuêre doli fratrem Iunonis, & iræ.
Eurum ad se, Zephyrumq; vocat, dehinc talia fatur:
Tantâne vos generis tenuit fiducia vestri?
Iam cœlum, terramque, meo sine numine, venti
Miscere, & tantas audetis tollere moles?
Quos ego: sed motos præstat componere fluctus.
Post mihi non simili pœnâ commissa luetis,
Maturate fugam, regiq; hæc dicite vestro:
Non illi imperium pelagi, sæuumq; tridentem,

vadis refusa, aliud pendet ex alio: quia immobilis aqua in imo maris tantummodò est. Et alto prospiciens.] Alto *quidam alto cœlo accipiunt. aut à mari erigens caput: aut mari providens: id est, consulit.* PLACIDVM caput.] *Quærunt multi, quemadmodum* placidú, *si graviter commotus: quasi non possit fieri, vt irascatur ventis, propitius sit Troianis. Epitheta enim alia naturalia sũt, alia ad tempus: &* Placidum, *vt naturale Neptuni est, ita graviter ad tempus ob factam tempestatem. Vno autem epitheto more suo habitum futuræ orationis ostendit: vt alibi vno sermone:* Tunc quassans caput. COELIQVE ruinâ] *id est, tonitribus, quorum sonus similis est ruinæ.* NEC latuêre doli fratrem Iunonis & iræ.] *Aut doli Iunonis, aut fratrem Iunonis: gemina igitur distinctio est, quod & ipsa Saturni est filia.* EVRVM ad se Zephyrumq; vocat.] *Per hos autem, omnes intellige: isti enim sunt cardinales.* GENERIS fiducia vestri?] *Astræus enim vnus de Titanibus, qui contra Deos arma sumpserunt, cum Aurorâ concubuit: vnde nati sunt venti: secundum Hesiodum:* Ἀστραίῳ δ' ἠὼς ἀνέμους τίκτε καρτεροθύμους, ἀργέστην, ζέφυρον, βορέην ἀμφηροκέλευθον, καὶ νότον ἐν φιλότητι θεῷ θεὰ εὐνηθεῖσα. *Et hoc loco* fiduciam pro confidentiâ *posuit: quum* fiducia *in rebus bonis sit*, confidentia *in malis.* IAM cœlum, terramq;.] Ordo *est:* Ausi estis sine meo numine tantas moles tollere, & cœlum terrasq; turbare. *Aut certè illud est, quòd tria hæc numina, licet divisa imperia teneant, videntur tamen regni totius habere potestatem: sicut & ipsa elementa quæ retinent, physicâ inter se quadam ratione iunguntur, quod & ipsorum numinum sceptra significant: Iuppiter enim trifido vtitur fulmine, Pluto tricipiti cerbero: Neptunus tridente. Multi autem quærunt, cur Neptunus hic de alienis conqueratur elementis.* QVOS ergo.] *Deficit hoc loco sermo, & congruè, quasi iratæ & turbatæ mentis: Subauditur,* quos ego vlciscar. *Ergo* ἀποσιώπησις *est, hoc est, vt ad alium sensum transeat ideò abruptum & pendentem reliquit, vt alibi:* Me me adsum: *item alibi.* Incipit effari, mediâque in voce resistit. *Terentius:* Quem quidem ego, si sensero. *His enim affectibus tantùm, sermonis defectio congruit.* SED motos præstat] *Prudenter agit: plus enim est innocentibus succurrere, quàm nocentium delicta punire.* PRÆSTAT.] *Melius est: vt,* Præstat Trinacrij metas lustrare Pachynni. *Et notandus sermo: nam & per se plenus est, & tàm accusativo iungitur quàm septimo, dicimus enim,* præstat illum, & præstat illo. POST mihi non simili pœna, &c.] *Aut* non simili pœnâ: *id est, non eâ quâ Troianos affecistis: aut certè* mihi non simili: *id est, non tam vehementer irato.* LVETIS.] *persolvetis: & hic sermo à pecuniâ descendit: antiquorum enim omnes pœnæ pecuniariæ fuerunt.* MATVRATE fugam.] *cum maturitate: id est, cum tranquillitate discedite.* Quomodo *dicimus,* Matura iracundiam tuam: *id est, mitiga: perniciosum enim est Troianis, si maturent fugam: hoc est, si accelerent.* SÆVVMQVE.] *vel magnum, vel verè sævum in ventos: quia minatur.*

DONAT. TANTANE vos generis tenuit fiducia vestri.] *Incipit ab inventione. Hoc enim genus materiæ non habet principium: & crimen exaggerat dicens, eos non solùm suam, sed hæreditariam quoque sectari temeritatem: quod genus vitij quoniam naturale est, non potest emendari. Volunt enim ventos Gigantes patres habuisse, qui, quum bellum dijs intulissent, diversis supplicijs perierunt, Ait ergo:* TANTÂNE VOS.] *Vt ipsorum esset crimen, quod admiserant, esset etiam originale sanguinis & generis.* TENVIT fiducia vestri.] *Et licet pa-*

A *ventum pessimorum gesta non maculent filios, polluuntur tamen, si patrum suorum instituta sectentur.* IAM cœlum terramque.] *Obscura dictio fuit, ac brevis, qui loquebatur iratus, & qui ad sedandum tumorem pelagi festinaret. Denique transijt ab aliorũ iniuriâ elementorum, à quibus eum constat alienum: veniq; iam ad speciale admissum, quod regnum eius imperiumq; turbaverant.* MEO, *inquit,* sine numine venti Miscere, & tantas audetis tollere moles?] *Meo sine numine: hoc est, contempto me, vel contra voluntatem meam.* Venti *abiectè pronunciandum est, vt convicium sit, non nomen. Probatio autem admissi criminis admirabiliter posita, vt, quod vrgebat, non assereret verbis, sed ipsis aspectibus subderet, dicendo:* Tantas audetis tollere moles? QVOS ego.] *Duo pronomina cum pondere suo: nam* Quos: *hoc est, sceleratos, & ex pessimis genitos, & cætera, quæ sentiri similiter possunt:* Ego *idem, imperator loci, & qui* B *sum de potioribus dijs: & cùm in eos diceret, excogitabat pœnam, ne inde faceret: nihilominus prædicit vltionem fore, ne securos dimitteret: vel ne invalidum se demonstraret: si neque vltus esset in præsentiâ, aut futuræ vltionis non præmitteret metum, addens causas dilatæ pœnæ: quòd esset melius primò dilata componere, dehinc redire ad vindictam. Ait ergo:* Sed motos præstat componere fluctus. POST mihi non simili pœnâ commissa luetis.] *Si aliquid sequenti tempore ausi fueritis non vt nunc, verbis vos arguam, sed vos severius iudicabo.* MATVRATE fugam.] *hoc est, celeriter remeate.* REGIQVE hæc dicite vestro: Non illi imperium pelagi, sæuumq; tridentem, Sed mihi sorte datum.] *Sæuumq; tridentem, metuendum. Mittit ipsi regi convicia ac mandata, deformans regni ipsius potestatem & personam.* TENET ille immania saxa, Vestras Eure domos, ille se iactet in aulâ Aeolus, & clauso ventorum carcere regnet.] *Non regnum habet rex vester, inquit, sed saxa deserta: nec habet aulam, sed custos est carceris.* DICTO citiùs tumida æquora placat.] *Effectus obiurgationis & dilatæ pœnæ continuò extitit, vt dicto citiùs placidum fieret mare.* COLLECTASQVE fugat nubes, solemq; reducit.] *Omniũ elementorũ removit iniuriâ. Datur huic facto poetarũ more cõparatio, atq; ex eâ occasione tractatur, cuius meriti & gravitatis esse debeat, q in patriâ suâ retinet principatũ.* C

CAPVT extulit.] *Valerius sic ait:* Cũ subitus trifida Neptunus in hastâ Cęruleum fundo caput extulit. POM. Sabi. NEPTVNVS.] *Varro ait:* Neptunus dicitur à neptu: *id est,* opinione, quòd, vt cœlum nubes, ita mare terras obnubit: *declinatur* neptus, tus, tui, eius sacrificia dicuntur Salatio, *à salo.* RVINA.] *ictibus & fulminibus.* FRATREM.] *Neptunum, Iunonis fratrê.* EVRVM ad se Zephyrumq;.] *hi contrà positi sunt, & alter impellit in Italiam, alter repellit.* GENERIS vestri.] *Asrai et Auroræ filij fuerunt venti. Astræus fuit vnus è Titantib. Titanes voluêre eripere regnũ Iovi, sic nunc venti Neptuno.* AVDETIS.] *ausi estis sine meo nu[mine], & turbare cœlum & terram, & tollere fluctus.* QVOS ego.] *In hoc affectu debet deficere verbũ, quasi dicat* puniam. PRÆSTAT.] *sed melius, priusquam vos puniam, vt componam. i. e. tranquillẽ mare.* POST.] *postquam sedauero mare.* LVETIS cõmissa.] *indebita contra Troianos.* NON simili pœna.] *non eadem, sed variâ & inauditâ. Vel non punio vos, si redibitis: alias dabitis pœnas mihi non simili: quia non ero æquè, ac sum mitis.* MATVRATE fugam.] *non cedatis cum furore & impetu, ne magis sæviat celeritate vestrâ mare.* sed melius, *vt Nigidius inquit,* maturare est, quod neq; citiùs, neq; seriùs, sed mediũ quod.

A quoddam temperatum Matura poma dicuntur, quod neq; cruda, neq; mitia, neq; caduca, neq; nimium cocta, sed in tempore temperata prouenium, maturare, properare non est. TRIDENTEM.] tricuspidem.

VAR. Lect. FLVCTIBVS oppressos Troas, cœliq; ruinâ.] In Romano quidem lib. Ruinam legitur, vt sit: Videt Neptunus oppressos Troas, cœliq; ruinam. Seruius tamen, Ruinâ, ablatiuo casu vnà cũ fluctib. agnoscit, & ita veterum librũm bona pars legit. Nam & imbres, & tempestas ea, vento, tonitru, & crebris ignibus horrenda cœlitùs incubuerant.

CAEL. Rhod. Verum est quod adnotemus parte hac fusius, vt quæ astruũtur, amplius vberiusq; pcipiant, q modò nõ sint analphabeti, sicuti dicere consueuerunt Græci. Aulâ nuncupari animaduerto primò locum, qui perflatũ habeat: nam hoc nomine semper apud Homerum hypęthra: i sub dialia intelliguntur: vbi esset Hercei Iouis ara. Vnde διαυλωνίζειν dicimus, cum vtrinq; perflatur regio aliqua: ex quo de Aeolo Vergil.

—— illo se iactet in aulâ Aeolus.

ADR. Bar. MOTOS præstat componere fluctus.] Quoties inter se dissidentes, conabimur ad concordiam reducere, conueniet illud: Motos pręstat componere fluctus. POST mihi, nõ si simili pœnâ commissa luetis.] Hoc versiculo præceptor aliquis, monet, se grauius animaduersurum in discipulos, si semel admissam culpam iterauerint.

Sed mihi sorte datum: tenet ille immania saxa,
Vestras Eure domos: illâ se iactet in aulâ
Aeolus, & clauso ventorum carcere regnet.
Sic ait, & dicto citiùs tumida æquora placat,
Collectasq; fugat nubes, solemq; reducit.
Cymothoe simul, & Triton annixus acuto
Detrudunt naueis scopulo, leuat ipse tridenti.
Et vastas aperit Syrteis, & temperat æquor,
Atq; rotis summas levibus perlabitur vndas.
Ac veluti magno in populo cum sæpe coorta est
Seditio, sæuitq; animis ignobile vulgus.
Iamq; faces & saxa volant, furor arma ministrat:

SER. SORTE.] Sorte ideò ait, quia Iuppiter et Neptunus & Dispater, Saturni et Opis filij, cùm de mundi positione certamẽ inijssent, placuit, vt imperium sorte diuiderent; ita effectũ est, vt Cœlum Iuppiter, Maria B Neptunus, Dis pater Inferos sortirentur. Ac si diceret, potuisse se etiam cœlum tenere: Aeolum verò, beneficio etiam carceris, regna meruisse. IMMANIA.] aspera. Manum enim antiqui bonum dicebant, & inde Manè dicitur: quid enim melius? & per antiphrasin Manes, inferi: quia non sunt boni. VESTRAS Eure domos.] Irascentium est vti proprio nomine: vt Terentius: Ego in pristinum te Daue dedam. Aut quasi cõtra principem tempestatis irascitur, quem primùm constat egressum esse. Quòd autem dixit: Saxa immania, vestras domos, saxa figuratè domos dicit de Pseudolo Plauti tractum est, vbi ait: Nisi carcerẽ aliquando effregeritis, vestrã domũ. IACTET.] pro glorietur; veluti, Nullo tantùm se Musæ cultu Iactet: Et hoc ex accidenti sumptum. Nam tractare ad gloriosum non pertinet. AVLA.] Irrisio est, sequitur enim, Carcere: & nihil tam contrarium, si simpliciter intelligamus. CLAVSO.] Quia emittere ventos non ipsius est, sed iubẽtis. CARCERE regnet.] Licet carcer sit, tamẽ regnũ est Aeoli: hæc enim pro affectu possidentis intelligenda sunt: vt alibi C cùm de rure loqueretur: Post aliquot mea regna videns: mirabor aristas. & alibi: Regum æquabat opes animo. DICTO citiùs.] non antequam diceret: dixit enim: sic ait: sed citiùs quàm dici potest. PLACAT.] Sub poeticâ licentiâ physicam quoq; tangit rationem: mare enim dicitur esse Neptunus, quem superiùs dixit grauiter esse commotũ: quia tempestas erat: nunc autem ait Placat: quia iam sedari cœperant maria. COLLECTAS.] aut nunc collegit & fugauit, aut, antè à ventis collectas, fugauit: id est, resoluit. CYMOTHOE.] Nomina deorum plerunq; de causis sunt facta ab elementis, quæ numina dici voluère maiores: vt, Cymothoe: i. cursus fluctuũ, ἀπὸ τοῦ θεῖν τὸ κῦμα. TRITON.] deus marinus, Neptuni & Salatiæ deæ maris filius, ab aquâ salsâ dictæ. ANNIXVS.] Antiquũ est, vt cõnixus: quibus hodie non vtimur: dicimus. n. adnisus & cõnisus. Adnixus. Zeugma est; adnixi. n. debuit dicere, vt paulò pòst haud aliter, pupesq; tuę pubesq; tuorũ Aut portũ tenet. Ergo obnixus ad Tritũ tantùm ptinet, qui Cymothoën iuuat: Alijs non videtur Zeugma esse, quòd adnixus, non connixus. DETRVDVNT scopulo.] Ab ann. scil. in quas Tris notus abreptas. Sed & multa alia vsus contra antiquitatem vindicauit. Illi enim parsi dicebant, nos peperci: item nos dicimus suscepi, illi autem suscepi: vt, Suscepitq; ignem folijs. LEVAT.] leues ac nauigabiles facit: vt, Nostrumq; leues quęcũq; laborẽ. Alij Leuat. leuat: vt, Atq; arcta leuari vincla iubet Priamus. Et scire debemus, prudenter poëtã pro causis, vel tendere, vel corripere orationẽ: vt hoc loco periclitantib. Troianis, totâ celeritate dicit esse subuentum. Contrà in 5. lib. vbi nullũ periculum est, latiùs describit placantem maria Neptunũ. item in 2. quando imminet periculũ, vno versu ait: Quo res summa loco Pãthu? quam prẽdimus arcẽ? PERLABITVR vndas.] Figura est: quod enim nos modò dicimus per præpositionem nomini copulatam, sequente verbo: antiqui verso ordine per præpositionem detractam nomini, iungebant verbo: ita tamen, vt esset vna pars orationis, & faciebãt honestam elocutionem. Nos dicimus: Per vndas labitur, illi dicebant Perlabitur vndas: item, Per forum curro, & percurro forum. Notandũ planè, quòd plerunq; accusatiuũ suum regit casum, plerunq; ad ablatiuum transit. AC veluti magno in populo.] Vergilius tempestati, populi motum cõparat: Tullius populo tempestatem: pro Milone: Equidẽ cæteras tempestates & procelllas in illis duntaxat fluctibus concionum. ideò autem Magno addidit: quia vbi frequẽs populus, ibi crebra seditio. SAEPE.] vt fieri solet. SEDITIO.] Dissensio ciuium secundum Ciceronem. ANIMIS ignobile vulgus.] id est, stultũ: vt contrà nobilem animum, prudentem dicimus: vnde etiam paulò pòst ait: Arrectis auribus. Sumpsit enim translationem ab animalibus, quæ vtiq; stultiora sunt. vt Terentius: Arrige aures Pamphile. VVLGVS.] Et masculini & neutri lectum est generis: neutri hoc loco, alibi masculini: vt, Spargere voces in vulgum ambiguas. Et hoc est artis, vt masculino vtamur: quia omnia Latina nomina in VS exeuntia, si neutra fuerint, tertiæ sunt declinationis, vt pecus pecoris: si autẽ secundæ declinationis fuerint, masculina sunt: vulgi autem facit, nõ vulgeris: vt docti, clari. Vsurpatum tamen est, vt neutrum genus sit, propter vnum Græcũ nomen: id est, pelagus: quamuis enim pelagi faciat, neutri tamen est generis. FVROR arma ministrat.] Sic alibi: Rimanti telum ira facit.

DON. AC veluti magno in populo cũ sępè coorta est Seditio, sęuitq; animis ignobile vulgus, Iamq; faces & saxa volãt, furor arma ministrat: Tũ pietate grauẽ, ac meritis, si fortè virũ quẽ Cõspexère, silent, arrectisq; auribus astãt, Ille regit dictis animos, & pectora mulcet. Sic cunctus pelagi cecidit fragor, æquora postquã Prospiciẽs genitor, cœloq; inuectus aperto, Flectit equos, curruq; volans dat lora secundo Defessi Aeneadę, q̃ proxima littora, cursu Cõtendũt petere: & Libyę vertũtur ad oras.] Nõ est sæuientib. populis iam ventũ ad perniciẽ, & furẽteis, si videtint virũ præstantẽ meritis, dicto eius & psuasionibus acquiescunt: sic omnis pelagi fragor conquieuit sub authoritate rectoris. Præstitit interea Neptunus quod potuit, liberauit naues, & procuratâ pelagi trãquillitate salutem Troianis post pericula dedit, fugatis quoq; nubibus &

reductio sole. Hoc positū est: quia meminerat, se Vergilius dixisse Eripiunt subitò nubes cœlumq; diemq;. *Hoc quidē Neptunus præstitit, sed aliud euētus aduexit. Nā delati sunt ad oras Libyæ: h.e. ad eā terrarum partem, in quā Iuno colebatur inimica, perindeq; in casum deteriorē cōiecti sunt.* DEFESSI Aeneadę, quę proxima littora, cursu Cōtendunt petere.] *Defessi: h.e. licet fessi admodū: nitebantur tamē tendere ad terrā, ne quā iterū vis emergeret, quā causā proxima littora capere maturius properabant.* Cōtendūt, *posuit, vt ostēderet ipsius cursus difficultatē, quē satis fessi cōplere nitebātur vel maximè: quia in aquā difficilior gressus est properantibus cursum.* Est in secessu longo locus, insula portum Efficit, obiectu laterū: quib. omnis ab alto Frangitur, inq; sinus scindit sese vnda reductos. Hinc atq; hinc vastæ rupes, geminiq; minantur in cœlū scopuli, quorum sub vertice latè Aequora tuta silent, tum syluis scena coruscis Desuper horrentiq; atrum nemus imminet vmbra. Frōte sub aduersa scopulis pēdentibus antrū: Intùs aquę dulces, viuoq; sedilia saxo, Nympharum domus, hîc fessas non vincula naueis Vlla tenent, vnco non alligat anchora morsu. A

POM. Sabi. VESTRAS Eure domos.] *Contemnit regnū Aeoli.* VESTRAS domos.] *Plautus in Pseudolo*: Nisi carcerē aliquando effregeris, vestrā domum regnet Aeolus. COMOTHOE.] *κῦμα fluctus, inde* Cymothoe *nympha. Triton filius Neptuni & Salyceæ, nymphæ maris, Neptuni tubicen: & non est penitùs fabula: nam Tyberio principi nunciauit Vlisponensium legatio ob id missa, visum auditumq; quodam in specu concha canentem Tritonem: effigiem habet hominis, cui par est vsq; ad inguina, inde desinit in caudam piscis.*

ADR. Bat. ADNIXVS.] *Antiqui à* nitor, *fecēre participiū* nixus *per x, posteri per s* nisum: *hic per x legēdū.* ATQVE rotis.] *curru vehitur Neptunus, quem delphines ferunt.* MINISTRAT.] *vulgus.* SÆVITQVE animis ignobile vulgus.] *Hoc versu innuemus, declinandam esse concitantem plebem, quæ ob imperitiam & perturbationem, potiùs rapi solet, quàm ratione duci.* FVROR arma ministrat.] *Significat iratum hominem, quod primum obuium est, id sibi pro armis capere.*

Tum pietate grauem, ac meritis si fortè virum quem
Conspexêre, silent, arrectisq; auribus astant.
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet:
Sic cunctus pelagi cecidit fragor, æquora postquam
Prospiciens genitor, cœloq; inuectus aperto
Flectit equos, curruq; volans dat lora secundo.
Defessi Aeneadæ, quæ proxima littora, cursu
Contendunt petere & Libyæ vertuntur ad oras.
Est in secessu longo locus, insula portum
Efficit obiectu laterum, quibus omnis ab alto
Frangitur: inq; sinus scindit sese vnda reductos.
Hinc atque hinc vastæ rupes, geminiq; minantur
In cœlum scopuli: quorum sub vertice latè
Aequora tuta silent, tum syluis scena coruscis
Desuper, horrentiq; atrum nemus imminet vmbrâ.
Fronte sub aduersâ, scopulis pendentibus, antrum:
Intùs aquæ dulces, viuoq; sedilia saxo,
Nympharum domus: hîc fessas non vincula naueis
Vlla tenent, vnco non alligat anchora morsu.
Hûc septem Aeneas collectis nauibus omni
Ex numero subit, ac magno telluris amore
Egressi, optatâ potiuntur Troes arenâ,
Et sale tabenteis artus in littore ponunt.
Ac primùm silicis scintillam excudit Achates,
Suscepitq; ignem folijs, atque arida circum
Nutrimenta dedit, rapuitq; in fomite flammam.

SER. GRAVEM.] *venerabilem: vnde & cōtemptibiles, leues dicimus. Et sanè seruat circa hanc rhetoricam diffinitionem, cui dat, & iustitiam, & peritiā dicendi: vt,* Tum pietate grauē: *&,* Ille regit dictis animos. *Orator enim diffinitur,* vir bonus dicendi peritus. QVEM.] *id est, aliquem.* ARRECTIS auribus astant.] *Translatio à mutis animalibus quibus aures mobiles sunt.* An aures *pro audiendi sensu posuit, secutus Terentium, qui ait:* Arrige aures Pamphile. *Quia imperito & stulto populo sermonem facit rectè* arrectis auribus *dicit: & est proprium animalium.* GENITOR.] *venerabilis: vt,* Tybri pater: *ergo hoc nomen & ad verum pertinet patrem, & ad honorē refertur.* COELOQVE inuectus aperto.] *Non per* cœlum *vectus, sed* cœlo *iam sereno vectus per maria.* FLECTIT.] *Torquet, vel regit.* CVRRV.] *Non, vt quidam putant, pro* currui *posuit, nec est apocope, sed ratio artis antiquæ: quia omnis nominatiuus pluralis regit genitiuū singularem, & ἰσοσύλλαβος esse debet: vt hæ musæ, huius musæ, hi docti, huius docti. Item à genitiuo singulari datiuus regitur singularis, vt isosyllab. sit: vt huius docti, huic docto. Vnde est,* Curruq; abscissa duorum Suspendit capita: *&* Libra die: *ne, si* currui *&* diei *fecisset, maior esset nominatiuo plurali.* SECVNDO.] *Troianis obsequenti: & tractus est sermo à sequentibus seruis: id est, pedissequis: vt* secundam fortunā *dicimus, quæ est secundum nos: id est, prope nos, à sequendo: vel à similitudine venti tractū est propitij, qui flet à tergo: vt,* Prosequitur surgens à puppi ventus eunteis. DEFESSI Aeneadę.] *Nunc Troiani, aliquando Romani: vt,* Aeneadę In ferrum pro libertate ruebant. PROXIMA Littora.] *Quia post periculum non eligitur litus, sed quodcunq; occurrerit occupatur.* CVRSV.] *Aut secundum quod superius diximus,* proxima cursu: *id est,* cursui: *aut* contendunt cursu petere: *& est septimus casus.* VERTVNTVR.] *scil. à proposito itinere: hoc est, ab Italiâ.* EST in secessu lōgo locus.] *Est τοποθεσία: id est, fictus secundum poëticam licentiam locus. Ne autem videretur penitus à veritate discedere, Hispaniensis Carthaginis portū descripsit: Cæterum hunc locum in Africâ nusquam esse constat, nec incongruè propter nominis similitudinē posuit: nam τοπογραφία est rei veræ descriptio. Hoc tamē ad Homeri imitationem fecisse Vergilius videtur, qui portum Ithacæ sic descripsit:* Φόρκυνος δέ τίς ἐστι λιμὴν ἁλίοιο γέροντος, Ἐν δήμῳ Ἰθάκης, δύο δὲ προβλῆτες ἐν αὐτῷ Ἀκταὶ ἀπορρῶγες, λιμένος ποτιπεπτηυῖαι. Αἵ τ' ἀνέμων σκεπόωσι δυσαήων μέγα κῦμα, Ἔκτοθεν, ἔντοσθεν δέ τ' ἄνευ δεσμοῖο μένουσι Νῆες ἐΰσσελμοι, ὅτ' ἂν ὅρμου μέτρον ἵκωνται. αὐτὰρ ἐπὶ κρατὸς λιμένος τανύφυλλος ἐλαίη Ἀγχόθι δ' αὐτῆς ἄντρον ἐπήρατον ἠεροειδὲς Ἱρὸν νυμφάων αἳ νηϊάδες καλέονται. Ἐν δὲ κρητῆρές τε καὶ ἀμφιφορῆες ἔασι Λάϊνοι, ἔνθα δ' ἔπειτα τιθαιβώσσουσι μέλισσαι. SECESSV.] *sinu secreto.* LOCVS.] *subaudi* Quem *vt superius:* vrbs antiqua fuit. *Et est sciendum, quoties præmittimus nomē cuiuslibet generis, & interposito pronomine sequitur nomen alterius generis, medium illud pronomen proprij nominis genus sequitur: vt Sallustius in Catilinario:* Est in carcere locus, quod Tullianum appellatur: *ecce proprio iunxit, non appellatiuo:* Tullianum *enim proprium nomen est,* carcer *appellatiuum. Si autem vtraq; nomina appellatiua fuerint, licenter, cui volumus, respondemus.* INSVLA portum efficit.] Quem locum *subaudimus, vel* in quo *Insula portum efficit.* INQVE sinus scindit sese vnda reductos.] *Diuidit se vnda in sinus reductos, id est, replicabiles.* GEMINI.] *pares, similes interdum & duos significat, vt* gemini fratres. MINANTVR.] *eminent: vt,* minasq; Murorum ingētes, & Illa vsque minatur. *& ita est vsq; eminente minari videatur.* SVB vertice.] *h.e. circa radices montis, quæ ad rectam lineam suspiciunt cacumen: i.e. vertici.* ÆQVORA tuta si-

B

C

ta sile

A ta silent.] Tempestate defensâ, ideò silent. TVM syluis scena coruscis.] hoc est, syluarum coruscarũ: id est, crispantiũ: vt Iuuen. Longa coruscat Sarraco veniẽte abies: & posuit septimũ pro genitiuo: vt superiùs: Pulchrâ prole. SCENA.] id est, inumbratio: & dicta scena ἀπὸ τῆς σκιᾶς: apud antiquos enim theatralis scena parietem non habebat, sed de frõdibus vmbracula quærebat: postea tabulata componere cœperunt in modum parietis. Scena autem pars theatri aduersa spectantibus in quâ sunt regia. DESVPER.] pro, supra, præpositione contra rationem adiectâ. HORRENTI.] Horror plerunq; ad odium pertinet, plerunq; ad venerationem, vt hoc loco: sic Lucan. Arboribus suus horror inest: &, Horridus in iaculis. ATRVM nemus.] Tropus est: per atrum, nigrum ostendit: per nigrum, vmbrosum: per vmbrosum, densum: id est, frondibus plenum. VIVO.] Naturali: vt, Viuo præteruehor ostia saxo. NYMPHARVM domus.] Aut verum dicit, & est historia: aut ad laudem pertinet loci. Talis, inquit, locus est, vt domus credatur esse nympharum. HIC.] pro illic, more suo. ANCHORA morsu.] Hoc nomen cùm in Græco, vnde originem ducit ἄγκυρα aspirationem non habeat, in Latino aspiratur, quod est
B cõtrarium: nam magis Græcorum est aspiratio: sed hoc in paucis nominibus inuenitur. Morsu autem, de anchoris benè dixit, quum alio loco inueniamus: Tum dente tenaci Anchora fundabat naues. TELLVRIS amore.] Cuiuscunq; post pericula: vnde & superiùs dixit: Quę proxima littora cursu Contendunt petere: & paulò pòst infert: Optatâ potiũtur Troes Arenâ. Tellurem autem pro terrâ posuit, quũ Tellurem deam dicamus, terram elementum: vt plerunq; Vulcanum ponimus pro igni, Cererem pro frumento, Liberum pro vino. ARENA.] Quæritur habeat nécne nomen hoc aspirationem, & Varro sic diffinit: Si ab ariditate dicitur, non habet: si ab hærendo, vt in fabricis videmus, habet: melior tamen est superior etymologia. SALE tabentes.] Madefactos aspergine. IN litore.] pro, In litus: vt 8. Aen. Arma sub aduersâ posuit radiantia quercu: quod sub aduersam quercum. AC primùm silicis scintillam excludit.] Benè adiecit speciem: quia in certis lapidibus inuenitur ignis. Excudit autem est, feriendo elicit: quia cudere est ferire. Vnde & incus dicitur, quòd illîc aliquid cudamus: id est feriamus. ACHATES.] Allusit ad nomen: nam Achates lapidis species est. Benè ergo ipsum dicit ignem excudisse, vnde etiam Achatem eius comitem dixit: lectũ est enim in naturali historiâ Pli-
C nij, quòd si quis hunc lapidem in annulo habuerit, gratiosior esse videatur. Ideò Achates, Aeneæ comes, dicitur: quia sollicitudo comes est regibus: ἄχος enim, cura dicitur & sollicitudo. SVCCEPIT.] pro suscepit: vt diximus suprà. RAPVITQVE in fomite flammam.] Penè σολοικοφανές est: nam cùm mutationem verbum significet, ablatiuo vsus est. Sed hoc soluit aut antiqua circa cõmunes propositiones licentia: vt est, Conditus in nubem: & contrà, Nota conduntur in aluo: item, Sæua sedẽs super arma: &, Geminâ super arbore sidunt. Cicero: Quod ille in capite ab hostiũ duce acceperat: item in principio libri tertij Verrinarum: Et si fortes fueritis in eo, quem nemo sit ausus defendere. Aut rapuit, raptim fecit flammã in fomite: id est celeriter. Sanè fomites sunt assulæ, quòd ab arboribus cadunt, quando inceduntur, quòd foueant ignem. Clodius scribit, Commentariorum IIII. se ex arboribus fomenta exc. Item alibi: Assulæ ambustæ ligna excauata à fungis nomine acDONAT. cepto.

HVC septem Aeneas collectis nauibus omni Ex numero subit, ac magno tellus amore.] Fit loci descriptio, non superflua, sed negotio ipsi necessaria: nam non omnia eius, sed aliqua referuntur. Placiditas quippe fuerat pelagi procuranda, propter contracta nauiũ vitia, & horrendâ quassationem, hanc præbebat obiectus laterum: secretũ verò proficiebat ad eam partem, quâ cauendum erat, propter regiones incognitas, hoc dabat longitudo secessus. Aqua verò & copiosa & optima, propter vsus hominum. Hanc afferebat nympharum domus: propter ardores autem Solis necessaria fuerat, quæ præberent hominib. defensionẽ, ministrabat istam naturale antrũ, & opacitas nemorum: tantumq; poterat opportunitas loci, vt illîc naues, nec retinaculis tenerentur, nec ponderibus anchorarum. Idcircò præmisit: Quibus omnis ab alto frangitur (non locus, sed omnis vnda ab alto) inq; sinus scindit sese vnda reductos: non omnis ac alto frangitur & sese in sinus scindit, procurante hoc ipsum altitudine laterum. Ab alto: id est, ab eâ parte quâ contiguum fuerat mare. Admiranda ergo breuitas, & continens omnia necessaria. Quòd autẽ omnis locus, quem descriptionibus venit, quatuor habeat partes, descriptæ sunt omnes: nam ostendit latera duo, dicens Obiectũ laterũ. Tertiam partem à tergo, quâ fuit ingressus: Quibus omnis ab alto frangitur, inq; sinus scindit sese vnda reductos. Hinc atq; hinc vastę rupes, geminiq; minantur In cœlum scopuli, quorũ sub vertice latè Aequora tuta silent, tum syluis scena coruscis Desuper, horrentiq; atrum nemus imminet vmbra. Omnia hæc tribus lateribus aptantur. Quartâ partem ex aduerso posuit, dicens: Fronte sub aduersâ scopulis pendentibus antrum, Intus aquæ dulces, viuoq; sedilia saxo, Nympharum domus. Competentia sedilia: & loco & personis, in nympharum domo, vt dulcedo aquæ, & sedendi opportunitas venientem reficeret, non tantum animo, verùm etiam corpore. Intelligere autem debemus (quod in omnibus locorum descriptionibus curandũ est) locum istũ sic poëtam descripsisse, vt ingredienti. Hunc morem etiam Sallustium tenuisse, manifestum est, vbi dexteram vel læuam dicit, à tergo & à fronte se velut consistentem in vno loco faciat: atq; omnia mutabuntur, sic describens mutet speciem standi: nam si sese conuertat, fit sinistra, quæ descripta est, dextera, quæ fuerat læua. Fit rursum à fronte, quod posterius fuit, & quod fuit à fronte, in posteriorem speciem commutatur. Addidit descriptioni, fuisse scopulos duos altitudinis immensæ: necessaria enim fuerat huic negocio altitudo aliqua, ex quâ latitudo pelagi posset attendi, eorum inquirendorum causa, qui ab Aeneâ fuerant cum nauibus separati. Nemorũ quoq; densorum fit commemoratio, vt præter oculorũ & animi delectationem, tuitionem quoq; metuentib. exhiberit, & receptos facerent non videri. Hunc igitur locum Aeneas ingressus est, collectis, vt superiùs ait, septem nauibus ex omni numero, scilicet ex decem & nouem: vna enim de viginti sub oculis ipsius perierat. Rectè autem collectis dixit, in locis quippe diuersis fuerant: vna scilicet, in quâ ipse Aeneas fuit: tres verò de saxis, & syrtibus tres. Videamus, quid Aeneæ adscribatur: quia virtutes eius non occasione laudantur, vel quid assignetur cæteris. EGRESSI, inquit, optatâ potiuntur Troes arenâ, Et sale tabentes artus in littore ponunt.] Rectè dixit, optatâ potiuntur Troes arenâ: qui contrariam in perturbatione pelagi viderãt, cùm eorũ nauigia vsq; ad imum deprimerentur. Subijciuntur iam actus ipsorum: alij, inquit, corpora sua & tabida sale membra, solatio littorum confouebant. Quod autem dixit, artus tabentes sale, à contrario posuit: sal enim carnem corrumpi non patitur: sed inuentus est casus, quo fieri posset, vt tabescat sale, quod seruari conuenit: aqua enim maris, quamuis salsa, quum corpus non seruaret, admisit corruptionem. Alij ergo dixit fusi per littora. Ac primùm silicis scintillam excudit Achates, Suscepitq; ignem folijs, atq; arida circum Nutrimenta dedit, rapuitq; in fomite flammam. Tum Cererem corruptam vndis, cerealiaq; arma Expediunt fessi rerũ, frugesq; receptas, Et torrere parant flammis, & frãgere saxo.] Achates, inquit, procurabat ignem, & corruptum fluctibus & aquâ madidum frumentũ siccari & frangi posset. Hic errant malè interpretantes, et disputando pessimè suum cõfitentur errorem, dicendo, præposteram ordinationem posuisse Vergilium, quum priùs sit frangere saxo: hoc est, molere: postea

verò torrere flammis, quasi panem coquere. Sed quum torrere constet dixisse Vergilium, non coquere, proculdubiò rectè posuit torrere priùs, & pòst frangere: meminerat enim se de naufragijs loqui, & dixisse superius: omnes Accipiunt inimicum imbrem rimisq. fatiscunt: perindeq; madidū habuisse frumentum, quod, nisi igne, maturè siccari non posset, nec posset madidum moli. Rectè ergo dixit: Parāt priùs torrere, vt posset saxo confringi. Descripsit actus aliorum. Videamus, quos Aeneas habuerit, & cum quantâ eius laude describātur. Iste enim solus aut non sensit vim pelagi, aut solus de refectione animæ aut corporis non cogitauit, quum potiùs aliū quoq; laborem arripuit. Intelligendum hoc loco altitudinem scopulorum idcircò esse in loci descriptione propositā, vt non tantùm esset maior profectus ex summo, verùm etiam, vt Aeneæ laudationi altitudo ipsa proficeret, cuius virtus animi & corporis tanta extitit, vt lassis omnibus, & de cibo & requie cogitantibus, solus non fugeret laborem, & difficiles ascensus & prolixos aggressus sit. Arripuit ergo altitudinem scopuli, neq; ascendendi labore reuocatus est: summodò locus ille ex summo, socios forsitan in subiectā latitudine pelagi demonstraret errantes. Aeneas scopulum interea conscendit, & omnem Prospectum latè pelago petit, Antea si quem Iactatum vento videat, Phrygiasq; biremes, Aut Capyn, aut celsis in puppibus arma Caici, Nauim in conspectu nullam, tris littore ceruos.

POM. Sabi. SI fortè.] pro, fortè si quem virum conspexêre. GRAVEM.] magni ponderis ac sapientiæ: pietate aut meritis. SILENT.] tacent. ARRECTIS.] vt hauriant dicta illius. ILLE] vir gnarus. PECTORA.] vulgi. ÆQVOR.] planicies aquæ, cùm mare æquum est, non fluctuat. CVRRV.] currui. VOLANS.] ad celeritatem refertur. GENITOR.] ad venerationem Neptuni refertur: vel quòd Oceanus pater omnium est: quia duo principia generationis, humidum & calidum: & ideò genitor. DAT.] remittit habenas currui: vel ipse inuectus curru per serenatum aëra flectit equos, & remittit habenas illis. EST in secessu.] Fictus hic locus est & sublatus ab Homero aliquâ ex parte portus est Carthaginis Hispaniæ. Homerus Ithacæ Insulæ portum sic descripsit, & finxit: nam & tempestatem paulò antè totam ab Homero sumpsit: similis penè est portus Carthaginis in Hispaniâ. Silius lib. 5. Carthago impenso naturæ adiuta fauore, Excelsos tollit pelago circumflua muros, Arctatas ponit fauces, modica insula claudit, Quà Titan ortu terras aspergit Eoo. Hyperbole nunc est, vt Quintilianus meminit: nam plus facto dicimus: non enim ita erat portus, sed fingit geminos fuisse scopulos. Cicero Philippicâ secundâ: Vomens frustis esculentis gremium suum, & totum tribunal impleuit. MINANTVR.] eminent. SCENA.] Victruuius lib. 5. asserit genera scenarum tria, Comicum, Satyricum, Tragicum: scena ornatur columnis, fastigijs & signis, reliquisq; regalibus rebus. Comica ædificiorum rationibus ornatur. Satyrica ornatur arboribus, speluncis, montibus, reliquisq; agrestibus. EXCVDIT.] exelicit. FOLIIS sicc.s.] in fomite, à fouendo: id est, ligni. TORRERE.] vt gratior esset cibus. A

B

VAR. Lect. AC primùm silicis scintillam excudit Ach.] Antiqui libri, Silici, legunt datiuo casu. Et pro excudit, Excussit habent.

ADR. Bar. ILLE regit dictis animos, & pectora mulcet.] De præceptore litigante, discipulos comprimente. Poterit etiam de principe, populi seditiones coherecente, & de eloquentiâ dici, cuius tanta potentia est, vt vrbes quoque olim suo versauerit arbitrio. SIC cunctus pelagi cecidit fragor.] Hoc carmine mouemus, extinctos in vrbe tumultus, vel lites & iurgia inter maritum atque vxorem. OPTATA potiuntur Troes arenâ.] Si quos eò peruenisse videbimus, quò magno desiderio profecti sunt, applicabimus illud: Optatâ potiuntur Troes arenâ.

Tum Cererem corruptam vndis, cerealiaq; arma
Expediunt fessi rerum: frugesq; receptas
Et torrere parant flammis, & frangere saxo.
Aeneas scopulum intereà conscendit & omnem
Prospectum latè pelago petit, Antea, si quā
Iactatum vento videat, Prygiasq; biremes,
Aut Capyn, aut celsis in puppibus arma Caici.
Nauim in conspectu nullam, treis littore ceruos
Prospicit errantes: hos tota armenta sequuntur

SER. CERERERM.] Met. pro frumento. CORRVPTAM vndis.] aquis emollitam. CERREALIAQVE arma.] Fugiens vilia, ad generalitatē trāsit, quæ ad omnia instrumēto pertinent, id est, arma, propter carminis dignitatem. Et rem vilē auxit honestate sermonis: vt alibi, ne lucernam diceret, ait: Testâ cùm ardente videret Scintillare oleum. Et sciendum est, iudice euphoniā dici cerealia, vel cerialia: Typhœa, vel Typhoia: Cæsareanus, vel Cæsarianus. In his ergo licentia deriuationis est. EXPEDIVNT.] adhibent, vel parant. FESSI rerum.] hoc est penuriâ fatigati. Et fessus generale est: dicimus enim & Fessus animo: vt, Ter fessus valle resedit: & Fessus corpore, quod magis est propriū: & Fessus rerum à fortunâ venientium, vt hoc loco. Epitheta enim nunquā vocant, sed aut ad augmentū, aut ad diminutionem, aut ad discretionem ponuntur. FRVGES.] Generaliter omnes fruges vocantur. Et errant, qui discernunt frumenta à frugibus: nam Cicero ait: Olei & frugum minutarum: quum de leguminibus diceret, vt ostenderet frumenta & fruges vocari. Frugum autem nomen tractum est à frumine: id est, ab eminente sub mento gutturis parte. RECEPTAS.] liberatas vt, Medioq; ex hoste recepit. ET torrere parant flammis, & frangere saxo.] Multi ὕστερον πρότερον putant, non respicientes superiora: quia dixit Vndis Cererem esse corruptam, quam necesse fuerat antè siccari. Qui tamen etiam contra hoc, illo se tuentur exemplo: Nunc torrete igni fruges, nunc frangite saxo: & volunt etiam hysteron proteron esse, quod falsum est. Nam & hodie siccari antè fruges, & sic frangi videmus, &, quia apud maiores nostros molarum non erat vsus, frumenta torrebant, & ea, in pilas missa, pinsebāt, & hoc erat genus molendi: vnde & pinsores dicti sunt, qui nunc pistores vocantur. Pinsere autem C dici Persius probat: vt, O' Iane à tergo, quem nulla ciconia pinsit. ÆNEAS.] Merita personarum vilibus officijs interesse non debent, quod benè obseruat vbique Vergilius, vt in hoc loco: item in Sexto, cùm diuersis officijs Troianos dicere occupatos, ait: At pius Aeneas arces, quibus altus Apollo Præsidet: nisi cum causa pietatis interuenit, vt ad sepeliendum socium, de Aeneâ dixit: Necnon Aeneas opera inter talia primus Hortatur socios, paribusq; accingitur armis. SCOPVLVM.] id est, speculam: & quando speculationem significamus, generis est fœminini: vt, Speculâ Misenus ab altâ: speculum autem, in quo nos intuemur, generis est neutri: vt Iuuen. Speculum ciuilis sarcina belli: quod Græcè ἔνοπτρον. LATE petit] in quantum potest. PELAGO.] in pelagus: vt, inferret deos Latio. ANTEA si quem.] Ordo est: Ascendit scopulū, requisiturus Antea, Capyn, Caicum, si quà videat. Et vsus est hoc genere elocutionis, quo & Terent. qui dixit: Quod plerique omnes faciunt adolescentuli. Atqui nil contrarium: Omnes enim generale, Plerique speciale. Ordo ergo est: Quod omnes faciunt adolescentuli, vt animum ad aliquod studium adiungant, plerique equos alere, pleriq; canes. Aut certè, Quem vacat, vt superiùs diximus istas frequenter vacare particulas: vt alibi Vergil.

Digitized by Google

A gil. Rhebe diu, res si qua diu mortalibus vlla est. *nemo enim dicit*: Si qua vlla, *sed si vlla. Vacat ergo* Qua: *item in Lucilio*: Ec quē Pamphilum quæris? Quē *vacat: nam de vno loquebatur.* PHRYGIAS.] *Troianas: Troia enim in Phrygiâ Prouinciâ est dicta: dicta autē ab Aesopi filiâ, Frigiâ nomine.* BIREMES.] *naues habentes remorum ordinē geminum, vt alibi*: Triplici pubes quam Dardana versu impellunt. PVPPIBVS arma Caici.] *Quia nauigantū militum est puppibus arma religare, fiebatq́; signi gratiâ: aut* Arma *pro naualibus armamentis: vt*, colligere arma iubet: *&* *alibi*: Pacem orare manu & præfigere puppibꝰ arma. ERRANTES.] *pascentes: vt ipse alibi*: Mille meæ Siculis errant in mōtibus agnæ. *Reuera enim, dum pascuntur, vagantur: & in septimo de ceruo*: Errabat syluis: *& alibi cùm de columbis diceret*: Pascentes illæ tantùm prodire volando. CERVOS.] Cerui *dicti sunt* ἀπὸ τῶν κεράτων: *id est*, à cornibus. *Sciendū est etiam, Latina nomina, Græcā plerunq; etymologiam recipere. Alij dicunt, quòd cerui non sunt in eâ parte Africæ, sed fictum esse aiunt. Quidam* Ceruos *pro quacunq; ferâ dictos accipiunt. Nam* cerui *non sunt in prouinciâ proconsulari, ad quam venit Aeneas. Aut ergo fictum est,*
B *secundum poeticum morem: aut ob hoc dictum: quia heroicis temporibus vbique omnia nascebantur: vt ipse*: Omnis fert omnia tellus.

DON. PROSPICIT errantes, hos tota armēta sequūtur A' tergo, & longū per valles pascitur agmen. Constitit hîc, arcumq; manu, celeresq; sagittas Corripuit, fidus quæ tela gerebat Achates, Ductoresque ipsos primùm capita alta ferentes Cornibus arboreis sternit: tum vulgus & omnem Miscet agens telis nemora inter frondea turbam. Nec prius absistit, quàm septem ingentia victor Corpora fundat humi, & numerum cum nauibus æquet.] *Quod ait* nauim in conspectu nullam, treis littore ceruos prospicit. Prospicit *bis accipiendū est: vt sit, nauim nullam prospicit, sed ceruos.* FIDVS quæ tela gerebat Achates.] *aut in præsenti aderat & gerebat, aut, quia ipse excudendo igni operam dabat, & remanserat, meritò dictum*, gerebat, *vt Aeneas tunc portaret tela, quæ Achates solitus erat ferre. Quum igitur nullum nauigium in latitudine subiectâ pelagi paruisset, euentus ceruorum gregem repentè monstrauit, quod ipsum opportunum visum est, non ad vsum superfluum, neq; ad aliquam venandi*
C *voluptatem: sed, quia inde procurari potuit indigentibus ac fessis subsidium victus, vt ex his aliquos Aeneas occideret. Septem ergo maiores strauit, in quibus alimoniæ maior posset esse substantia, multos præterea paruulos interemit. Interea videamus quemadmodum de ipsis ceruis loquutus sit poëta. Reprehendunt enim temerariorum voces, quòd dixit*, à tergo sequuntur: *& reuerâ vitium est, non poëtæ, sed pessimè pronunciantium. Nam tres ceruos errantes in littore sequebantur alij, alij à tergo per valles pascebantur. Ponamus iam verba ipsa cum pronunciatione ipsâ, & ordinatione.* Treis in littore ceruos Prospicit errantes, hos tota armenta sequuntur. *Eos scilicet tres, cum ipsis, qui per littus errabant: alios verò à tergo pascentes describit, per valles, vt sit ordo*: Et à tergo longum per valles pascitur agmen: *non enim omnes errabant, aut omnes pascebantur, sed alij subrepti fuerant ex oculis eius: alij verò fuerant post ipsum. Subijciamus exemplum, simili enim vsus est*: Thestilis & rapido fessis messoribus æstu: *hoc est*, & Thestylis. Puppibus & læti nautæ imposuêre coronas: & puppibus. *Item*: Subitò quum tabida membris: *hoc est, quum subitò. Ipsi quoque numeri gregum diuersitatem significant: de errantibus quippe pluraliter dixit*: Armenta sequuntur: *de pascentibus verò ait*: Et à tergo longum per valles pascitur agmen. *Petit autem poëtæ vitium foret, si non fecisset locorum & numerorum separationem, nec fieri hoc vitium debuit, nec factum esse manifestum est, tanquam immemor sui, singulari numero concluderet, quod pluralem sumpserat descriptionem.* In littore enim positos dixit *pluraliter*, hos tota *armenta sequuntur. in vallibus verò*, pascitur agmen, *singulari numero expressit. Hûc accedit: quia, qui* pascitur non errat, *& qui* errat non pascitur. *Peractâ necessariâ ceruorum strage: hoc est, quæ omnibus Troianis vberem victus substantiam præbere potuisset.* HINC portum petit, & socios partitur in omnes.] *Remeat ad naues, inquit, & ceruos quos interfecerat, diuisit inter socios. Hic intelligitur, quod breuiādæ narrationis causâ prætermisit Vergilius translationem corporum. ait enim*: *Occidit ceruos, & perrexit ad portum, & vinum dedit socijs: quum vtique partiri non posset, nisi quod fuisset antè translatum: ex eo ipso tamen intelligitur factum, licet dictum non sit, vel certè conscriptum. Partitus ergo ceruorum corpora inter omnes: non enim quenquam debuit prætermittere. Tantus autem amor eius in socios fuit, vt sibi non fecerit partem.* VINA bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes Trinacrio, dederatque abeuntibus heros, Diuidit.] *Ordinatur sensus sic*, deinde diuidit vina, quæ bonus Acestes onerauerat cadis littore Trinacrio, atque abeuntibus dederat. Bonum *interea debemus intelligere, bonum ciuem, bonum largitorem. Denique idcircò posuit*, cadis onerârat, *vt ostenderet ex ipsâ cadorum præmissâ numeri taxatione significari, plurimum vini fuisse, quod datū est.* Quod *autem dixit* Onerârat, *hoc intelligendum, vinum accipientibus profecisse, non quantum bonus largitor dare voluit, sed quantum Troiani ferre potuerint, quos iam species ipsa honorauerat.* Quòd *verò posuit*, littore Trinacrio, *intelligere possumus dandi substantiam præbuisse vbertatem soli, quod iuuabat dantis voluntatem.* Dederatq; abeuntibus, *exceptò scilicet eo, quod in ipsos iam fuerat impensum, cùm ibidem degerent. Iis dederat affatim, quos non fuisset iterum visurus, proindeq; non habiturus occasionem alteram largiendi. Hîc conijci potest ab ipso Aceste datum esse frumentum: quoniam suprà dixit*: Tum Cererem corruptam vndis, Et torrere parant flammis, & frangere saxo: *non enim poterat fieri, vt vir tam copiosæ liberalitatis solum vinum suis abeuntibus daret.* ET dictis mœrentia pectora mulcet.] *Quis enim in tædio animi & in calamitatibus positus, libenter cibum sumeret? Sed quoties ista sunt, illa sunt: illa persona solet interuenire cōsolantis, quæ ab ipsis malis aliena est, sed istic, et locus, & tempus, & persona consideranda sunt. Nam locus solitudinis fuit, temporis ratio vrgebat, vt deberent alimoniâ confoueri, quos superiùs* fessos *asseruit: persona quoque extrinsecùs deerat, quæ consolatione vteretur. Reuocatur ergo consolandi officium ad Aeneæ personam tanto moderamine, vt neque se satis tristem ostenderet, atque ipsos à consolatione deijceret: neque omninò à doloribus immunem, ne in æquâ causâ à mœroribus se ostenderet alienum. Tractatus hîc & eorum personæ, quos dixerat* fessos: *recens enim pathos nō poterat mœrentiū pectoribus semel eradi.* Dictis, *inquit*, mulcet: *quod enim grauissimè fuerat inflictū, penitùs nō valebat auferri, sed mulceri potuit, vt cibus sumeretur. Sumpto enim cibo, qui prouisus affatim fuit, accedēte etiam vino, & multo, & bono sperabatur more humani ingenij ventura relaxatio animorū. Certè, quantū distet ipsa cōsolatio, quæ ab eâ personâ proficiscitur, nō, quæ sit ipsis mœroribus vacua, sed quæ malorū societate iungatur, ipse Vergilius demōstrat. Vacua quippe à doloribus personæ potest è diuerso respōderi Terentiano dicto*: Tu si hîc sis, aliter sentias. *Quum autem à socio malorum omnium perfertur, & accipi attentius potest, & patienter audiri. Deniq; sic cœpit.*

ANTEA si quem] *in Longobardico, in Mediceo, & aliquot alijs antiquis exemplaribus*: Si quem, *legimus.* Quod *elocutionis genus, aliorum etiam poëtarum testimonio, Seruius agnoscit. sed &* Si qua, *in veteribus libris aliquot scriptum animaduerti: eamq; lectionem à veteribus grammaticis defendi.* HOS tota armenta sequuntur.] *Vetera aliquot exempla*, Quos tota, *legunt.* VAR. Lect.

A'tergo, & longum per valles paſcitur agmen.
Conſtitit hîc, arcumq; manu, celereisq; ſagittas
Corripuit, fidus quæ tela gerebat Achates:
Ductoresq; ipſos primùm, capita alta ferenteis
Cornibus arboreis, ſternit: tum vulgus, & omnem
Miſcet agens telis nemora inter frondea turbam.
Nec prius abſiſtit, quàm ſeptem ingentia victor
Corpora fundat humi, & numerum cũ nauibus æquet.
Hinc portum petit, & ſocios partitur in omneis.

SER. TOTA.] *totum, differt ab* omni. Totum *eſt vnius corporis plenitudo: vt,* Totum auditorium: *id eſt, integrum auditoriũ.* Omne, *de vniuerſis dicimus: vt,* omne auditorium: *id eſt, vniuerſa auditoria. Ergo hic* tota, omnia *ſignificat: & econtrà* omne *aliquando pro* toto *ponitur: vt,* Omnemque reverti per Troiam. *Statius:* Et totos in pœnâ ordire nepotes: *id eſt, omnes. Pleriq; deriuationem ducunt ab eo, quod eſt* tot totus, *vt ab eo, quod eſt* quot quotus. *Sed illud notandum, quòd in deriuatione mutat plerunq; naturam: nam cùm* tot, *naturaliter breuis ſit,* totus *producitur:* quotus *verò ſecundum originem ſuam, breuis remanet.* AGMEN.] *propriè dicitur ordinata multitudo, vt eſt ambulantis exercitus: neq; enim in vno loco ſtans,* agmen *vocatur: aut ſi inuentum fuerit, vſurpatiuum eſt: vnde benè adiecit* Longum, *vt incendentium oſtenderet ſignificationem.* CONSTITIT.] *Con ſecundum naturam breuis eſt ſemper, excepto, quum* F *vel* S *ſequitur: tunc enim tantum producitur: ſicut in ſyllabâ: vt in inſu a,* inſulta. HIC.] *pro,* Tunc, *aut pro,* Ibi. CORRIPVIT.] *aut de pharetrâ* corripuit: *vt eſt,* Corripit hic ſubitâ trepidus formidine ferrum: *aut ab Achate, vt, eum ſecutum eſſe per ſilentium, intelligamus: vt in illo loco:* Ni iam præmiſſus Achates Afforet. *item:* Nunc repeto, Anchiſes fatorum arcana reliquit. GERERAT.] *aut tunc, aut quæ gerere conſueuerat.* CORNIBVS arboreis.] *aut ſubaudi* Cum, *vt illo loco:* Atque Ixionij vento rota conſtitit orbis: *id eſt, cum vento: aut certè ſecundũ ſupradictam figuram, pro* cornuum arboreorum: *melius tamẽ eſt, vt* cum *ſubaudias.* TVM vulgus.] *Benè* vulgus, *ductoribus interemptis.* MISCET.] *perturbat, circumagit, inſequitur.* FRONDEA.] *pro frondoſa poſuit: plerunque enim dum varietati declinationis ſtudent poëtæ, mutant proprietatẽ: nam* frondeus *eſt, totũ de frondibus, vt* truncus: frondoſus *verò eſt locus: qui frondes habet. licet enim abundet frondibus, non tamen eſt de frondibus totus: ſaxeus, & ſaxoſus.* QVAM ſeptem.] *Benè definiuit numerum: neceſſitatis enim eſt hîc venatio, nõ voluptatis, in quâ plura requiruntur.* VICTOR.] *hoc loco pro poſiti effector: vt eſt,* Atq; rotis inſiſtere victor. FVNDAT humi.] *per humum: & eſt aduerbialiter poſitum: vt,* Preſsit humi nitens: *id eſt, per humũ.* CVM nauibus.] *κακέμφατον in ſermone: quod fit, ſi* Cum *particulam* N *litera ſequatur.* HINC.] *proinde: abutitur enim aduerbio more ſuo.* PARTITVR.] *Salluſtius ait:* Prouincias inter ſe partiuerant: *nam &* partio *&* partior *dicimus, & eſt verbum de his, quæ, quum vtramque recipiant declinationem, pro noſtrâ voluntate, actiuæ tamen ſunt ſignificationis: vt punio punior, fabrico fabricor, laboro laboror: quanquam tentauerit Probus facere differentiam inter actiuam paſsiuamquè ſignificationem, vt dicamus: Tondeo alterum, tondeor ab altero. Sed hoc in alijs verbis dicere non poſſumus, vt fabrico fabricor, paſco paſcor. nam legimus,* Florem depaſta ſalicti, &c. Paſcuntur verò dumos. B *Sunt autem alia verba, quæ actiuæ declinationis ſignificationisquè ſunt, vt cædo: ſunt quæ paſsiuæ, vt cædor. Inuenimus tamen actiuam declinationem habere paſsiuam ſignificationem, vt vapulo: & contrà declinationem paſsiuam: actiuam habere ſignificationem, vt loquor. Hæc ergo cautè ab illis ſegregenda ſunt verbis.* VINA bonus quæ deinde cadis onerarat Aceſtes.] *Ordo eſt:* Deinde vina diuidit, quæ Aceſtes bonus cadis onerarat Trinacrio littore: & quæ heros dederat abeuntibus. DEINDE.] *Vna ſyllaba tollitur metri cauſâ.* TRINACRIO.] *Græcum eſt: propter tria ἄκρα: id eſt, promontoria, ſcilicet Lilybæum, Pachynnum, Pelorum: Latinè autem, Triquetra dicitur.* HEROS.] *vir fortis, ſemideus, plus ab homine habens, vt ait Heſiodus:*

Ζεὺς Κρονίδης ποίησε δικαιότερον καὶ ἄρειον
Ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος οἳ καλέονται ἡμίθεοι.

VAR. Lect. CORPORA fundat humi] *In Romano libro, in Oblongo, & aliquot alijs minimè malis:* Humo *legitur, dandi caſu: ſed* humi, *aduerbialiter poſitum, magis placet.*

Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Aceſtes,
Littore Trinacrio: dederatq; abeuntibus heros,
Diuidit, & dictis mœrentia pectora mulcet:
O' ſocij, (neq; enim ignari ſumus antè malorum)
O' paſsi grauiora, dabit deus his quoq; finem.
Vos & Scyllæam rabiem, penituſq; ſonanteis
Acceſtis ſcopulos: vos & Cyclopea ſaxa
Experti, reuocate animos, mœſtumq; timorem
Mittite: forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.

SER. O' ſocij.] *Ordo eſt:* O' *ſocij reuocate animos: benè autem* Socios *dixit, vt ſe eis æquaret.* IGNARI.] *pro, immemores. & eſt ἀκυρολογία. Ignarus eſt enim qui ignorat, immemor qui oblitus eſt.* ANTE malorum.] *ὕστερον eſt: vt alibi,* Cœli ſubter labentia ſigna. Antè *enim hîc ad ſolam pertinet cõiunctionem, & plenitudinem verſus.* O' paſsi grauiora.] *Arte magnâ vtitur: vult enim eos meminiſſe grauiſsimorum, vt præſentia faciliùs tolerent: & benè* grauiora *dicit eſſe tranſacta, vt futura oſtendat eſſe leuiora.* HIS quoque.] *ſicut & grauioribus.* VOS.] *Vos certè eſtis.* SCYLLÆAM rabiem.] *Exempla pro negociorum qualitate ſumere debemus: vt hoc loco in marinis periculis ponit peracta tempeſtatis exempla.* PENITVSQVE ſonanteis] *id eſt, valdè ſonanteis.* ACCESTIS.] *pro, acceſsiſtis per Synecdochen, aut valdè accepiſtis: id eſt, iuxtà. Et benè ait,* Acceſtis: *non enim paſsi ſunt hæc pericula, ſed his fuêre vicini.* CYCLOPEA ſaxa.] *aut quæ Cyclops in Vlyſſem iecit, aut certè Siciliam dicit, quæ plurimis locis ſaxoſa promontoria habet, in quâ Cyclopes habuerunt: vt ipſe:* Centum alij curua hæc habitant ad littora vulgò Infandi Cyclopes. *Poſſumus tamen* Ætnam *accipere* C *quæ propria Cyclopũ fuit. nã & ipſe in 3. ait:* Nocte illâ tecti ſyluis immania monſtra Perferimus. *Quidam tamen hæc ſaxa inter Catanam & Tauromenium in modum metarum ſitu naturali dicunt eſſe, quæ Cyclopea appellantur quorum medium & eminentiſsimum Galate dicitur.* REVOCATE animos.] *Reſumite.* MOESTVMQVE timorem.] *quòd mœſtos & ſollicitos efficiat: vt,* Mors pallida, & Triſtis ſenectus. MITTITE.] *omittite: & eſt tropus ἀφαίρεσις, quomodo* temnere, *pro* contemnere. FORSAN.] *Fortaſsis, forſitan, forſit vel forſet, fortè, fors, vnum ſignificant: ſed variè pro metri ratione ponuntur.*

DON. O' ſocij, (neque enim ignari ſumus antè malorum) O' paſsi grauiora, dabit deus his quoq; finem.] *Magno artis ingenio Aeneæ perſonam dicentis inducit: nouerat enim odioſum illud eſſe laborantibus, vtpote cuius cauſâ vniuerſi trahebantur per tot aduerſa, & tantorum temporum tractu. Ponit ergo primum:* O' ſocij: *ſocios, hoc in loco meliùs intelligimus laborum, quàm congregationis: hoc enim dicere videtur. Socius veſter ſum in perferẽdis malis,*

nihil

A nihil sine me aduersi sensistis, omnium vobiscum particeps fui, debetis audire, quæ dicam: quia vobiscum hæc pertuli. Diximus ergo quid significet socij: dicemus admirandam consolandi inuentionem. Nam, quum sit infortuniorum dura commemoratio, & discriminum repetitio vehementer odiosa, exulcerans magis eorum corda, qui passi sunt, commemorationi iungit poëta comparationem, vt dicta ipsa medicinæ potius animorum, quàm exulcerationi proficerent. Aliter enim doloris præsentis asperitas leniri non posset, nisi grauiorum malorum inducta enumeratio ostenderet, ferenda esse in præsenti, quæ leuiùs accidissent. Addidit sustinendi consuetudinem, nutrisse sine dubio patientiam, dum assiduè mala ferendo, transmissa sunt. Non ergo superfluè, sed necessariò posuit duo: Neque enim ignari sumus antè malorum. O' passi grauiora: propter ferendi consuetudinem, propter malorum comparationem. Omnis enim incommodorum nouitas grauiùs animos peruertit: ferendi verò consuetudo, quicquid acciderit, faciliùs tolerat. DABIT deus his quoque finem.] Vltrò ipse respondendi rationi occurrit: potuit enim dici: Quamdiu hæc patiemur? vel quando mala ipsa inuenient finem? Incipit iam facta malorum ipsorum comparatione grauare

B præterita: & præsentia tenuare; vt hoc genere persuaderet mœrentibus, quod volebat, & à generali Propositione ad enumerationē specialem transitum facit. VOS, inquit, & Scylleam rabiem, penitusque sonanteis Accêstis scopulos.] Scyllam esse constat in pelago, sed non, vt poëtæ describunt, neq; vt ipse Vergilius posuit, vsq; ad pubem sub humani corporis formâ, & ab inguinibus vsq; ad finem canibus armatam, sed locum sæuis horrendisq; saxis obsessum, quem quis si incurrerit, perit. Troianis contigisse Vergilius posuit, euasisse loci illius immanitatem: quam non euasissent, nisi, quia successibus prosperis seruabantur. Addidit. PENITVSQVE sonanteis Accêstis scopulos.] Vt ostenderetur, existente fortunæ suffragio, ex intima saxorum ipsorum parte liberatos. VOS & Cyclopea saxa Experti.] Cyclopes humanâ specie, sed vltra humanam corporis formam: hos plenissimè poëta ipse eorumq; feritatem in tertio libro scripsit, cum vno oculo, crudâ autem carne, membris quoque occisorum hominum vescentes, quos euasisse Troianorum futura prosperitas fecit. Vult ergo Aeneas hæc fuisse grauiora, à quibus cùm iam Troiani dissimulâssent, persuadet dissimulanda esse, quæ volebat esse leuiora. FORSAN & hæc olim meminis-

C se iuuabit.] Delectabit nos, cum ad prospera venerimus, etiam hæc inter mala numerare. Hic sciendum est, Olim habere significationem trium temporum, præteriti, præsentis & futuri: ex quibus prisco more, Olim manifestum est præteritum tempus ostendere. Vergilius nunc ait: Olim meminisse iuuabit, vt significaret futurum: præsens verò tempus ostendit dicendo: Est procul in pelago saxum, spumantia contra Littora, quod tumidis submersum tunditur olim Fluctibus, hyberni condunt vbi sidera tauri. Hoc est, cùm occidentium siderum fuerint tempestates exortæ, tunditur insuper. Per varios casus, per tot discrimina rerum Tendimus in Latium, sedes vbi fata quietas Ostendunt, illîc fas regna resurgere Troiæ. DVRATE, & vosmet rebus seruate secundis.] Quando necesse est, ad bona per mala transiri, prosperorum spe toleranda sunt aduersa, vel maximè, cùm spondetur otium sempiternum. A' tempore fecit comparationem bonorum & malorum. Cùm enim in aduersis sit breuissimum tempus: tranquillitatis verò perpetuum, facilè persuadere potuit, vt amicos à mœrore reuocaret. Post hæc respondet ipse his, quæ possent opponi è diuerso, atq; ita, quæ dicenda necessariò fuerant, opportuniùs obtineret. Faciliùs enim persuasio, necessarijs fulcta, roboretur, si vltrò ingeras: sed iustè dissoluas, quod de diuerso ad victoriam paratur. Quippe Troiani, laborem & salutis pericula metuentes, dicere poterant: Quolibet loco constituamus idem, & non trahamur cum exitio nostro per diuersa: idcircò ipse posuit: Tendimus in Latium, sedes vbi fata quietas Ostendũt, illîc fas regna resurgere Troiæ. Dicẽdo Troiæ fata, proculdubio demonstrat fatalem dispositionem humanis nixibus superari non posse: proinde esse acquiescendum rebus fatali ratione definitis. Interea cum dicit. Fata quietas ostendunt, & euadendi & perueniendi spem hoc genere pollicetur: effectum quoq; omnium magno effectu concludit, dicendo: Illîc fas regna resurgere Troiæ. Sola illa terra, inquit, digna est, in qua, resurgat imperium Troiæ. Durate & vosmet rebus seruate secundis. Durate, vt transactis incommodis surgentem Troiam nobis videre contingat, & perpetuâ tranquillitate gaudentem. Seruat adhûc poëta rationem, decurso persuasionis textu. Ait enim: TALIA voce refert, curisque ingentibus æger Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.] Nõ enim, quod voce locutus est, hoc animo retinebat. Mentitus est, inquit, vultum suum, vt, quos fregerat mœror, regius sermo firmaret. Angebatur, inquit, dolore quàm maximo, & hunc altis sensibus retinebat abstrusum. Videri enim debuit persuasor ante omnes reiecisse mœstitiæ partem, ne persuasionis effectum perderet, si ipse intelligeretur tenere sensibus suis, quod aliorum mentibus aliquâ ex parte desiderabat excludere. Vtrumq; ergo seruauit, & quòd socijs ad consolationem fuerat necessarium, & quòd regi congrueret. Nam satis reprehensibilem faceret Aeneæ personam, si sine fraude hilarem diceret: aut purgato doloribus corde, quem conueniebat in suâ caussâ plus affligi, quàm cæteros. Dehinc ostenditur quantum potuit illa consolatio. ILLI, inquit, se prædę accingunt, dapibusq; futuris.] Quod non facerent, nisi mœrore deposito. Anxius enim animus nec victum, nec refectionem aliquam quærit. Incipit iam diuidi per officia procuratio epularum. Neq; enim deliciosæ dapes, aut irritamenta gulæ fuerant adhibenda, sed refectio procuranda naufragiorum, & eorum, quos media & mala pelagi omneis moras compellebant abrumpere. TERGORA diripiunt costis, & viscera nudant, Pars in frusta secant.] Vtrumq; eodem tempore faciebant, alij detrahebant coria, & nudabant carnem: alij, antequam omne corpus appareret, execabant partes: & vt plenam propè rationem monstraret, addidit: VERVBVSQVE trementia figũt.] Figebant, inquit, virgis ferreis trementia viscera: hoc est, in quibus adhuc aliquis spiritus teneretur: quod factum ostendit, cos de torrendâ carne cogitâsse.

O' socij.] In hoc principio dicit caussam, quare debeant reuocare animos: neq; enim longa est interpositio vsq; REVOCATE animos.] his calamitatibus. SCYLLEAM rabiem.] De Scyllâ in Culice dictum est, filia Phorci. RABIEM.] quantũ ad canes. Sunt, qui Cratidis filiâ Scyllam dicant. ACCESTIS scopulos.] ad Scyllã & Charibdim simul cócurrẽtes: & earũ tempestatẽ respexit: scopuli enim sunt in freto Siculo. CYCLOPEA saxa.] Cyclops & Læstrygon antiquissimi Siciliæ reges fuêre: quorũ filij, Antiphate & Læstrygon. MITTITE.] deponite. PER varios casus.] Multa patimur, cùm venimus in Latium: sed, vbi venerimus, quietam sedem habebimus. POM. Sabi.

Vos & Cyclopea saxa.] Antiqui plerique libri. Cyclopeia, pentasyllabum legunt. Sedes vbi fata quietas Ostendunt.] In peruetere libro legere est, Quietis Quippe nobis. VAR. Lect.

O' passi grauiora.] Si quis præteriti incommodi recordatione, animabit sese ad toleranda præsentia mala, citabit illud: O' passi grauiora dabit deus his quoque finem. VOS & Scylleam rabiem, penitusque sonantes, Accestis scopulos, vos & Cyclopea saxa Experti.] In homines, magnis terrâ mariq; periculis defunctos. Est apud Maronem Aeneæ hortantis suos, vt mala præsentia magno animo ferant, assecuturi tandem pacatas sedes in quibus constituturi sint imperium. FORSITAN & hæc olim meminisse iuuabit.] Hoc significat, iucundissimũ esse præteri- AD. Bas.

præteritorum malorum recordationem. Vnde fit sæpenumerò, vt libenter nautæ amicis narrent, quæ medijs in fluctibus aliquando adierint pericula: & miles, quot pugnauerit in hostem prælijs, quot cicatrices tulerit. A

Per varios casus, per tot discrimina rerum
Tendimus in Latium, sedes vbi fata quietas
Ostendunt: illic fas regna resurgere Troiæ.
Durate, & vosmet rebus seruate secundis.
Talia voce refert, curisq; ingentibus æger
Spem vultu simulat: premit altum corde dolorem.
Illi se prædæ accingunt, dapibusq; futuris.
Tergora diripiunt costis, & viscera nudant.
Pars in frusta secant, verubusq; trementia figunt,
Littore ahena locant alij: flammasq; ministrant.
Tum victu reuocant vires, fusiq; per herbam.

SER. OLIM.] *modò futuri temporis est.* MEMINISSE.] Memini & *genitiuum regit & accusatiuum: dicimus enim &* memini malorum: & memini mala: & *iustâ ratione: nam memoria obliuio contraria est. Et obliuiscor similiter & genitiuum regit & accusatiuum: vt obliuiscor incendiorum, & obliuiscor iniurias tuas. Item Cicero:* Obliuiscere cædis, atque incendiorum. & Obliuiscor iniurias tuas, ô Clodi. IVVABIT.] *Alij, non delectabit, sed vsus erit, tradunt: futuri temporis est. Huius autem verbi præteritum perfectum anomalum est: nam, cùm primæ coniugationis verba in tempore perfecto aut in* aui *exeant, vt amaui: aut in* ui *solutam, vt tenui: hoc verbum neq; in* aui *facit, neq; in* vi, *sed* vui, *vt,* iuui. *Lucan.* Iuuit sumpta ducem, iuuit dimissa potestas. PER varios casus.] *Argumentum à compensatione.* SEDES quiet.] *Non vacat quod adiecit,* Quietas: *habuit enim sedes in Thraciâ sed portentosas. & in Cretâ, sed pestilentes: & ideò non quietas.* FATA.] *Fata quidam hîc Deorum responsa accipiunt.* ILLIC fas regna resurgere Troiæ.] *Figura est, & iam antè dicta: quâ per contrarium aliquid intelligimus. Dicendo enim* Illic, fas, *ostendit, alibi nefas: vt occurreret cogitationi sociorum, ne fatigari magis quascunque requirerent sedes, quod etiam in* Quinto *factum est, nauibus incensis.* DVRATE.] *duri estote ad sustinendos labores: sic Horat.* Vix durare possunt imperiosius æquor. ET vosmet rebus seruate secundis.] *παρέλκον est. Sciendum autem est, has particulas* Met, Piam, Pte; *vt, egomet, quispiam, suopte, & similia, ornatus causâ poni: sunt enim aduerbia. Quicquid enim ab illis septem recesserit partibus, aduerbium sit necesse est. Item quemadmodum probamus aduerbia esse: quia dicimus doctè facio, doctè feci, doctè fecisti, & mutato verbo remanet aduerbium: ergo si sic & in istis particulis inuenimus, vt egomet, nosmet, vt mutatis casibus vel personis, cùm eadem particula remaneat, aduerbia sine dubio sunt: nulla enim hoc alia pars orationis admittit. Notandum sanè, quòd hæ particulæ plerunque suam vim & naturam habent, non syllabarum: nam quum Te & Met longa sint, tutemet dactylus inuenitur: nec, possumus harum partium naturam discutere: quia sub regulis non sunt.* VOCE refert.] *πλεονασμός, qui fit, quoties adduntur superflua: vt alibi:* Vocemque his auribus hausi. *Terent.* His oculis egomet vidi. CVRIS.] *Cura ab eo dicta est, quòd cor vrat: denique paulò pòst ait:* Premit altum corde dolorem. ÆGER.] *est & tristis, & malè valens: ægrotus autem, siue ægrotans, tantummodò malè valens.* SPEM.] *lætitiam; vt,* spem fronte serenat. & *est crebra apud Vergilium figura, quæ fit, quoties significatur ab eo, quod præcedit id, quod sequitur: nam spem lætitia sequitur: spes verò in vultu non videtur, sed lætitia. Hæc autem figura & versâ vice, fit, vt intelligamus ab eo, quod sequitur, id, quod præcedit: vt,* Meritæque expectent præmia palmæ: palmam *pro virtute posuit, quæ præmium meretur, & palmam pòst accipit.* PRÆDÆ.] *ad prædam: vt,* Inferretque deos Latio. ACCINGVNT.] *studiosè parãt: vt alibi:* Accingunt operi. Accinctos *enim, industrios dicimus: vt,* Paribusq; accingitur armis. *Horat.* Altiùs ac nos Præcincti sumus: *sicut côtra negligentes,* discinctos *vocamus: vt,* Discinctos Mulciber Afros: & *Horat.* Quod aut auarus, vt Chremes, terra premam: Discinctus aut perdam, vt nepos: *vt Græcè ἄζωνοι,* expediti *dicuntur.* DAPIBVSQVE futuris.] *Ambitiosè dixit, quòd sint cerui dapes futuræ.* TERGORA.] *Tergus tergoris, vnde & tergora, coriû significat: tergum verò, tergi: vt templû têpli, dorsum significat: vt Sallust.* Scilicet quia tergis abstinetur. *Sed hæc à Veteribus confundebantur: vt,* Taurino quantum possunt circumdare tergo. VISCERA nudant.] Viscera *non tantùm* intestina *dicimus, sed quicquid sub corio est: vt* In Albano Latinis visceratio dabatur: *id est, caro. Est autem nominatiuus* hoc Viscus, huius visceris: *vt Lucret.* Viscus gigni, sanguemque creari. Sanguem *autê ideò dixit, quia sanguinis facit, vt carnê carminis. Si enim* sanguis *diceret, par esset nominatiuus genitiuo, vt anguis, pinguis.* VERVBVS.] *à Nominatiuo* Veru. *Ecce, nomen de his, quæ in numero singulari indeclinabilia sunt, vt veru, cornu, genu.* TREMENTIA.] *palpitantia adhûc.* LITTORE] *pro, In littore.* AHENA locant.] *Quibus vtebantur non ad elixandas carnes, sed ad lauandas. Heroicis enim temporibus carne non vescebantur elixâ. Huic autem nomini maiores aspirationem dabant: nam* ahena *dicebant. Sanè,* aëna *absolutè: vt,* Costis vndantis aëni, &, aëna vndantia flammis. *Quidam autem* aënum *speciem vasi, non vtiq; ænei, tradunt: vt, Neuius, aëneus, plumbeus.* TVNC.] *id est, postquam se lauerint, vel postquam cibum parauerint.* VICTV.] *cibo: vnde &* côuictores *dicimus: vt Horat.* Non quia sum tibi Mecœnas conuictor: *nam conuiuæ à conuiuio dicuntur.* B

DON. LITTORE ahena locant alij, flammasque ministrant.] *Alij verò cû aquâ imponebant igni vasa ænea, vt elixam facerent carnê: hæc enim coquendis visceribus maturitatem præstant. Deniq; mox epularum prouentu procurato, vires labore & fame perditas reuocabant, inuadentes in eâ quæ ferina pinguis, & vini copiosi & veteris atque optimi bonitas suggerebat: hoc est, quod ait:* TVM victu reuocant vires, fusique per herbam.] *Tanta autê illis aduersa sic in obliuionem venerât, vt per herbas fusi plus sibi indulgerent seu ingererêt, quàm refectio postulabat. Id autem præstitit ipsa persuasio consulti regis. Ferina caro, quam præstare cæteris manifestum est, eademq; pinguis: hoc est, quæ non tantùm naturâ, verùm etiam qualitate appetentium animos irritabat. Vini etiam species, cui multiplex accesserat gratia à tempore, qualitate & quantitate: nam & vetus fuerat, & optimum, & abundans: denique sic posuit:* IMPLENTVR veteris bacchi, pinguisque ferinæ.] *Vltra malum sibi simul omnia ingerebant, in tantum, vt non sufficeret occursum esse naturæ, sed vltra modum sumerentur, quæ suppeditantium bonitas & copia suggerebat. Subnectitur dehinc mortalitas, & aliud alijs regi datur. Positum est quippe:* POSTQVAM exempta fames epulis, mensæque remotæ, Amissos longo socios sermone requirunt, Spemque metumque inter, dubij seu viuere credant, Siue extrema pati, nec iam exaudire vocatos.] *Quum enim fame & lassitudine premerentur, desperâssent etiam de salute suâ, nullius eos, nisi propria, cura tangebat. Refectis ergo venit in mentem recordatio sociorum, quorum de morte fuerant incerti. Quod autem dixit:* Inter spem & metum *incerti spes pertinet ad vitam, metus ad mortem, Aeneæ contra maior animi virtus exprimitur, qui, nec cibum sumpsit, nec dissimulare de perditis potuit, nec eorum curam deposuit, qui forsitan poterant superesse: idcircò* C

Digitized by Google

A ideircò ait: PRÆCIPVE` pius Æneas, nunc acris Oronti, Nunc Amyci casum gemit, & crudelia secum Fata Lyci, fortemque Gyan, fortemq; Cloanthum.] Quod ait suprà: Spem vultu simulat, premit altū corde dolorem: *hoc etiam ipse dixit: Secum gemebat singulorū casum, ne frangeret animos cæterorum: & quum maximus apud eum dolor esset, tamen virtute tegebat gemitus suos.* Et iam *finis erat, Epularum scilicet, & fabularum.*

POM. Sabi. ILLIC fac.] *Hac promissione leuat omnium calamitatem.* DVRATE.] *ferte labores: & est conclusio.* ÆGER.] *animo.* SPEM] *pro lætitiâ.* FRVSTA.] *partes:* MINISTRANT.] *quia posuerāt in verubus carnes, vel sub ahenis, vt lauarent se, vel vt elixarent carnem: ast apud antiquos carnis elixæ fuit vsus: sed* torrebant *mihi non placet: nam Ouidius in primo ait:* Feruentibus artus Mollit aquis. CREDANT.] *credebant eos perijsse, & non credebant.* VOCATOS.] *Quia sint sepulti: vocabant è sepulchris Manes mortuorum: ergo qui carebant sepulturā, vocari non poterant.* ET iam finis erat.] *dici.*

CAEL. Rhod. *Cogita, primis quinque libris non ferè aliud agi, quàm, quo pacto sapiens ab humanis interim sequestratus, ani-*
B *mum politicis ac purgatorij emaculet virtutibus. Hoc ipsum significat atrox in primo tempestas: Didonis conuiuium, in quo rationalis anima obbrutescens corporeis sordibus & vitiorum incentiuis rationis luminibus sese ingerentibus, illa penè restincta sui obliuiscitur, & ad corporea reuoluitur tota. Aestuationes hæ sunt animi ad procinctum tendentis, & ad originem properantis. Quod illa verba abundè significant.*

—— per tot discrimina rerum
Tendimus in Latium, sedes vbi fata quietas
Ostendunt.

Ergo Latij *nomine, statum purgati animi intelligo, qui defæcatus & à mundanā aspergine pressè pureq; detersus est.* Cuius illa sunt munera præcelsa, *vt docuit grauis auctor Plotinus,* Sola nôsse diuina, cupiditatum obliuisci penitùs, perturbationes ignorare:

Vt si fractus illabatur orbis,
Impauidum feriant ruinæ.

PER varios casus.] *Perpetua quædam militia est vita hominis, in qua laborandū est nobis, vt simus posteà in ocio, ad hoc significandum conueniet illud:* Per varios casus, per tot discrimina rerū, Tendimus in Latium, sedes vbi fata quietas Ostendūt. DVRATE.] *Hoc verbū iuuenem virtutis viam semel ingressum, hortabimur, vt pergat, neq; desistat donec, superatā difficultate, in summum eius euaserit, vbi laborum suorū capturus sit vberrimos atq; iucundissimos fructus.* SPEM vultu simulat, premit altum corde dolorem.] *In tristem, qui tamen se gaudere simulat.* AD. Bat.

Implentur veteris Bacchi, pinguisq; ferinæ.
Postquam exempta fames epulis, mensæq; remotæ,
Amissos longo socios sermone requirunt,
Spemq; metumq; inter dubij, seu viuere credant,
Siue extrema pati, nec iam exaudire vocatos.
Præcipuè pius Æneas, nunc acris Oronti,
Nunc Amyci casum gemit: & crudelia secum
Fata Lyci, fortemq; Gyan, fortemq; Cloanthum.
Et iam finis erat: cùm Iuppiter æthere summo
Despiciens mare veliuolum, terrasq; iacenteis,
Littoraq;, & latos populos, sic vertice cœli
Constitit, & Libyæ defixit lumina regnis,
Atq; illum taleis iactantem pectore curas,
Tristior, & lachrymis oculos suffusa nitenteis,
Alloquitur Venus: O qui res hominumque, deûmq;
Æternis regis imperijs, de fulmine terres,

SER. FVSI.] *πολύσημος sermo est: significat enim* & discumbētes, *vt hoc loco: nam olim sedentes vesci consueuerant.* & fugatos, & occisos. IMPLENTVR.] Impleor *duos casus regit: dicimus enim &* impleor huius rei, *vt hoc loco: & Cicero:* Squalloris plenus ac pulueris: *& Terētius:* Plenus rimarum sum. & impleor illâ re, *alibi:* Plenamque sagittis Threiceis: *& Iuuen.* Lectica Mathonis Ple-
C na ipso. FERINÆ.] *Feras dicimus, aut quòd omni corpore, feruntur, aut quòd naturali vtuntur libertate, & pro desiderio suo feruntur. propè omnes quadrupedes* feras *dicebant: vt,* Inq; feri curuam cōpagibus aluum Cōtorsit. POSTQVAM exempta fames.] *Cautè in mœstitiâ cibis* famem exemptam *dicit: id est, fugatam, non ad affluentiam quæsita: sicut Homer.* αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο. MENSÆ'QVE remotæ.] *Quia apud maiores mensas apponebant pro discis: vnde est: &* mensæ grata secundæ: *duas enim habebant mensas: vnam carnis, alteram poculorum.* AMISSOS.] *Non reuerâ, sed, vt illo tempore putabant.* EXAVDIRE vocatos.] *Aut subaudiamus* deos, *& quasi conquestio est, quòd non flectantur precibus: aut quòd illi mortui sint. aut certè hoc dicit, non solùm perijsse eos, sed nec sepulturam habere, ad quam vocentur. Nouimus enim, quòd mortuorum vmbræ ad sepulturam vocabantur: vnde est,* Manesq; vocabant Hectoreum ad tumulum: *& est figura, ab eo, quod præcedit, ad id, quod sequitur: quia post facta sepulchra,* Manes *vocantur.* PRÆCIPVE`.] *præter omnes: quasi alijs magis pius.* ORONTI.] *pro* Orontis: *vt,* Immitis Achilli. SECVM.] *propter socios: vt suprà:* Spem vultu simulat. FINIS.] *vel fabularum, vel diei: sequitur namq; paulò pòst:* Æneas per noctē plurima voluens. *Et sciendū est, Vergilium non semper dicere ortum vel occasum diei, sed, aut intellectu relinquere, vt hoc loco: aut negocijs tempora significare: aut poëtica ὕστερον πρότερον: id est, exornationis ratione non omnia exprimere: vnde ait Horatius in Arte poëticā:* Nec verbū verbo curabis reddere fidus Interpres: *quamuis plerique de translatione græcitatis hoc asserant dictum. Homerus sanè ista contemnēs, tempora vniuersa describit.* QVVM Iuppiter æthere summo Despiciens.] *Oeconomiam istam secundum mathesin videtur ordinâsse Vergil. nam Ioue in altitudinè suâ posito cum Venere, significatur, quòd per mulierem aliqua felicitas possit euenire. Ergo, quum Aeneas in partem regni admittatur à Didone, per occasionem coniugij: idcirco hoc Poëticè præmisit. Sanè & illud aduertendum est, quòd peritissimè dixit,* tristiorem Venerem *fuisse cū Ioue: ex quo significat, exitum vxoris infelicem futurū: nam se vtique Dido interemit. Quòd autem Mercurium facit à Ioue defluentem ad occasum descendere: id est, ad ima terrarum, ostendit amicitias quidem fore, sed minimè diuturnò tempore permanere. Illud etiam lectum est: & mathematici dicunt, Venere in virgine positâ, misericordem fœminam nasci. Atque ideò Vergilius fingit in habitu virginis venatricis Venerem occurrisse filio, quòd & misericordem posteà regis nam inuenit Aeneas, & in venatione cum eā permixtus est.* ÆTHERE summo.] *qui summus est: & propriumætheri epitheton dedit: quia omnib. superior est.* DESPICIENS.] *deorsum aspiciens: sicut* Suspiciens, *sursum aspiciens. Notandum sanè, quòd si* Dispiciens *dixerimus, diligenter inquirens significamus: sicut* Deduco, *&* Diduco: *nam* Deduco *est prosequor:* Diduco *verò diuido.* VELIVOLVM.] *Duas res significat, & quod velis volatur: id est, transeatur, vt hoc loco: & quod velis volat, vt Ennius:* Naueis veliuolas: *quod & propriè dixit: & est ista reciproca translatio nauium & auium: legimus enim:* Et velorum pandimus alas, *Et contrà de apibus:* Nare per æstatem liquidam: *quum natatus nauium sit, alæ verò auium. Et sciendum est, reciprocam translationem esse, & paris vnius.*

IACEN-

IACENTEIS.] Aut in longum expoſitas, aut proprium epitheton eſt terrarum: cætera elemẽta mobilia ſunt, ſola terra ſtabilis eſt: vnde & bruta dicuntur: aut Iacenteis, inferiùs poſitas: ſunt enim omnium infima elemẽtorum. LATOS populos.] Cũ numero plurali dicimus, vrbeis ſignificamus: quũ verò populum, omnẽ multitudinẽ ciuitatis intelligimus: vt, populum latè regem, belloq́ ſuperbum: de Romano enim intellexit. SIC.] id eſt, vt iſta conſpiceret. ET Libyæ defixit lumina regnis.] προοικονομία: id eſt, diſpoſitio carminis: vituperabile enim fuerat, ſi ex abrupto tranſitum faceret: quod in Nono fecit: Atque ea diuerſâ penitùs dum parte geruntur. Quæ res tamẽ excuſatur vno ſermone: Atque ea: id eſt, eodẽ tempore: quod ſolum eſt interpoſitum. Nunc verò benè tranſijt: quia inducit Iouem, & de rebus humanis cogitantem, & Aphricam reſpicientẽ, ad quam venêre Troiani. Vnde honeſtus color eſt, vt Venus adeat Iouem, timens, ne Romana fata Carthagini concedant. Felix enim euẽtus ſequitur loca, quæ reſpexerit Iuppiter: vnde in Secundo ait: Aſpice nos, hoc tantum: & alibi: Atque oculos Rutulorum reijcit aruis: vbi erat futura victoria. TALEIS.] de rebus humanis. IACTANTEM pectore curas.] Nunc ſecundum Stoicos loquitur, qui deos dicunt humana curare: interdum ſecundum Epicureos, poëticâ vtens licentiâ: vnde illud: Nec curare deũ credis mortalia quenquam. TRISTIOR.] Comparatiuum pro poſitiuo poſuit: quando enim triſtis eſt Venus, vt nũc triſtior diceretur? OCVLOS ſuffuſa nitenteis.] nitidos oculos, lachrymis perfuſos habens: & eſt figura, quæ fit, quoties participio præteriti temporis à paſsiuo, iungimus caſum accuſatiuum: vt, deiectus animum, mœſta vultum. Dicendo autẽ, Nitenteis, expreſsit etiam nimiam in lachrymis pulchritudinẽ: ſicut de Euryalo: Lachrymæq́ue decoræ. ÆTERNIS regis imperijs, & fulmine terres.] Volunt quidam, ſuperfluò Regis ad deos referri, Terres ad homines: neſcientes, maioris eſſe poteſtatis, idem poſſe circa deos, quod circa homines. ET fulmine terres.] Non ſine cauſâ adiecit Terres. Eſt enim fulmen quod terreat, eſt quod afflet: vt, Fulminis afflauit ventis, eſt quod puniat: vt, Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras. Peremptorij autem fulminis latè patet ſignificatio: & eſt quod præſagit: vt, De cœlo tactas memini prædicere quercus.

DON. Cùm Iuppiter æthere ſummo Deſpiciens mare veliuolum, terraſque iacenteis, Littoraque, & latos populos, ſic vertice cœli Conſtitit, & Libyæ defixit lumina regnis. ATQVE illũ tales iactantem pectore curas, Triſtior & lachrymis oculos ſuffuſa nitenteis, Alloquitur Venus.] Iuppiter ex ſuperiore parte: hoc eſt, cœli, reſpiciens mare ac terras, intuebatur actus hominum, &, quid gererent, conſiderabat: quâ occaſione acceptâ Venus, Troianis ampliùs, quàm anteà triſtior: & lachrymis internos animi dolores atteſtans, ſic ad ipſum inſtituit loqui. Ipſe eſt enim verus & maximus dolor, qui ante vocis exortum lachrymis præcedentibus nunciatur. Opportunitas autẽ fuerat interpellandi: quia tunc Iuppiter curabat, quæ agerentur in terris, quas Troiani tenuerant. O' qui res hominumq́ue deumq; Æternis regis imperijs, & fulmine terres, Quid meus Æneas in te committere tantum? Quid Troës potuêre? quibus tot funera paſsis. CVNCTVS ob Italiam terrarum clauditur orbis?] Hæc materia vehementer artis & ſubtilitatis plena eſt: & habet non tantùm perſonarum, verùm etiam rerum diligẽtiſsimè ſeruatam rationẽ. Hic enim loquitur Venus ad Iouem, ſi priuatam perſonam ponamus, filiam apud patrẽ: ſi publicam, inferiorem deam apud deorũ omnium & cunctorum hominum regem: & certè vicit, quod publicum fuit. Tractat ergo perſonas, vt dictum eſt, & ſubtilem inuidiam concitat, quòd, quũ ſit deorũ omniũ Iuppiter & hominũ rector, ac non immeritò debeat curare quid dij, quid homines agant, omiſerit verum Aeneæ cauſâ iudicium, ac, diſsimulatione interpoſitâ, patiatur innoxium multis & aduerſis vexari tormen- A
tis. Verùm, quia duplex fuerat vtraq; perſona, vt iam dictum eſt: loquebatur enim inferior dea cum rege, & filia cum patre, præponitur publica, & priuata ſubnectitur. Hoc enim exigebat cauſa. Apud patrẽ enim non potuit conqueri de dijs, ſed iuſtius eos pulſabat apud regẽ: deniq; ſic cœpit: O' qui res hominumq́ue deûmq; Æternis regis imperijs, & fulmine terres.] Duo aũt propoſuit, & ſingula ſingulis dedit: deorum perſonæ applicauit, Æternis regis imperijs: hominum verò, & fulmine terres: vt authoritate regantur dij: homines aũt fulmine terreantur, & compellantur ad venerationẽ. Interea, quum dicit: Æternis regis imperijs, illud intelligi poteſt: quia contemni non debet poteſtas, quæ perpetuò manet. Illa enim reuerà negligi poteſt, quæ aliquo fine temporis concluditur. Perinde ait: Cur veniunt dij contra ea, quæ ſunt fatali lege diſpoſita? Quid meus Æneas in te cõmittere tantum, Quid Troes potuêre? Secura, quòd cauſam diceret inſontium delicti. Dehinc exigi nomẽ: quoniam nouerat nihil admiſiſſe Troianos, vt, quum nullum eſſet inuentum, conſtaret immeritos hæc paſſos eſſe, vel pati. Ait ergo: Quid meus Æneas? ſpecialiter nomẽ eius attigit, atq; à ſpecie tranſit ad generalitatẽ, dicendo: Quid Troes potuêre? Quòd verò ait B
In te committere, pronomẽ ſignificat, Te regem deorum & hominum, Te, qui omnia habes in poteſtate, Te promiſſorem imperij noui, & ſpei melioris autorẽ: Te, quẽ omnes dij ſuſpiciunt, & homines fulmine territi venerentur: quod poſuit: Meus Æneas, meus quam vim, vel quid ponderis habeat, in euidẽti eſt noſcere. Meus enim: hoc eſt, filius meus, perindéq; nepos tuus, pius, & deorũ omnium cultor. Quid Troës tantum potuêre? Tantum, bis intelligẽdum eſt: quid tantum Aeneas commiſit? quid tantum Troës potuêre? Tantum: hoc eſt, tam graue, tam magnum, tam immane, & quod tot pœnis expiari nó poſsit: quod ſcelus admiſſum arcere Troianos debeat ab Italiâ: propterea poſuit: Quibus tot funera paſsis Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis: quod ad id redigitur, vt nec alicubi conſiſtendi Troianis poteſtas ſit, nec ad Italiam perueniendi. Terrarum clauditur orbis. Cùm negatur, inquit, totus orbis terrarum, nec ad Italiam veniendi poteſtas eſt, quid ſupereſt, niſi vt in fluctibus ſemper exagitentur? CERTE' hinc Romanos olim voluentibus annis: Hinc fore ductores reuocato à ſanguine Teucri, Qui mare, qui terras omni ditione tenerent, Pollicitus.] Conuenit id ex fide veteris promiſsi, immò potiùs anti- C
quæ pollicitationis. Turpe eſt enim decedere de fide, turpiſsimum cuiuis dictam mutare ſentẽtiam: quantò magis deorum & hominum regi, qui omne, quod loquitur, quod ſpondet, ſentẽtiæ retinere debet pondus, vel maximè in eâ cauſâ, in quâ filiæ & nepotis vertebatur commodum. Sequitur. QVÆ te genitor ſententia vertit?] Poſuit poſt regis nomẽ, etiam patris, vt appareat, illum publicam priuatamq; perſonam retinentẽ, non debêre aliquâ perfidiæ permutatione tranſduci. Ordinatur aũt ſenſus hoc modo: Certè hinc Romanos olim voluentibus annis, qui mare & terras tenerent omni ditione, reuocato à ſanguine Teucri, olim pollicitus. Reuocato à ſanguine Teucri, ideò: quoniam Teucri Italus, quũ ad Italiam perueniret à Troiâ, eius originẽ eò rediturã pollicitus fuerat Iupiter. Pollicitus, inquit: pollicitationes enim tenent debitorẽ, etiamſi nolit exoluere: promiſſa verò in arbitrio ſunt poſita volentis, vel inuiti: proinde tractatur contra pollicitationẽ, non debere interuenire perfidiam, vel maximè in præſenti cauſâ, in quâ perſona deorum regis eſſet, cuius conueniebat fixam eſſe ſententiam, ne, quod eſt inter homines turpe, æquius reprehendatur in eo, qui deorum & hominum teneret principatum. Verbum Vertit ſumptum eſt ex eo, quòd, quum vas aliquod verſatum fuerit, effundit omne, quod habet. In Ioue igitur per iſtiuſmodi verbum voluit demonſtrare, vt oſtenderet, ſic inimicâ perſuaſione peruerſum, vt in ſenſibus eius nihil pietatis remanſiſſet, quam integram filiæ debebat & nepoti.

Comple-

Digitized by Google

A *Completis iam partibus personæ, publicum gerentis officium, conuenit iam vt patrem, quod nomen plurimum ponderis habet etiam in causâ promissi, & eius, quod non tantùm liberis, verùm etiam posteris sit omnibus profuturum. Idcircò igitur posuit:* Quæ te genitor sententia vertit? *Quasi si diceret, quis est te potior, qui potuit vertere sententiã tuam?* HOC equidem occasum Troiæ, tristeisq; ruinas Solabar, fatis contraria fata repẽdens.] *Allusit, quasi lances ponderũ retineret: si enim post damna consequatur lucrũ, & plus habeat aut meriti, quod lucratiuũ est, aut si tantundẽ, quantum periit, proculdubiò dissimulandũ est in causâ dãni, quiã id, quod amissum est, alterius cõmodi ratione pensatur. Nam inde compensatio dicitur, vbi quis tantum põderis recipit in aliâ specie, quantũ in aliâ videbatur amisisse. Ponit ergo hanc partem ex personâ eius, quæ dolebat amissum, & habebat consolationem de promissorum spe: & ponit cum omni miseratione, dicens,* occasum Troiæ, *vt ostenderet, rem maximam & nobilissimam interiisse. Casus enim rei est paruæ & inferioris personæ: occasus verò diuinæ rei, vel superioris personæ: nam Solis & Lunæ occasum dicimus: &, quum viri præclari vel spectati meriti obierunt, non præuenti morte, sed occidisse dicuntur.*

B *Addidit:* Tristeisq; ruinas solabar, *vt affectum maioris miserationis augeret: non enim est vlla ruina non tristis.* FATIS contraria fata rependens] fatis, *inquit*, malis rependens fata contraria: *hoc est, comparans & exæquans mala fata fatis contrariis. Sed* contrariis, *non quasi aduersis dixit, sed contra mala profuturis: hoc est, bonis: malo enim contrarium est bonum, vt album nigro, vt amaro dulce, vt turbato tranquillum.* NVNC eadem fortuna viros tot casibus actos Insequitur.] *Non tantùm, inquit, bona promissa non veniunt, verùmetiam mala perdurant.* QVEM das finem rex magne laborum?] *Vnde cœpit, illo conclusit: nam* regem *appellans, & quod est amplius* magnum *ostendit, & posse illum, & debere filiæ præstare, quod petebatur: & intelligendum monstrat, non sine subtili inuidiâ positum, vt expectaret preces, qui id, quod poterat, non sponte præstabat insonti: & quod erat potius, suo.* QVEM das finem laborum?] *Quia is, à quo petitur malorum finis, & qui potest postulata cõplere, efficere potuit, ne aliquãdo accideret. Potest & sic intelligi, quẽ das finem? quando Troiani venient ad Italiam? aut si id non datur, quando autem carebunt malis, & in tranquillo collocabuntur? Exemplis iam cumulat dolores suos, & comparatione à minore ad maius factâ, querelas proprii mœroris exaggerat, personarum & locorum quoq; faciens collationem.*

POM. Sabi. ÆTHERE summo.] *Aether summus est, vbi sunt stellæ: & ponitur pro igneo elemento* æther. VELIVOLVM.] *quòd nauigia per maria velis volant: & mari attribuit, quod nauigiorum est: & translatio est ab auibus.* VERTICE.] *in lacteo circulo, illic est domus Iouis, & circulus ille est vertex cœli.* DEFIXIT.] *Iupiter, quæcuque enim Iupiter respicit, felicia putant, Ideò nunc Venus, ne Iupiter faueret Libyæ, orationem habuit.* TALIS.] *de rebus humanis.* IN te.] *contra te.* HINC.] *ab Aeneâ.* VOLVENTIBVS annis.] *Annus voluitur, & non voluit: posuit pro volubilibus.* SANGVINE Teucri.] *sanguis Teucri reuocabitur. Teucer Cretâ profectus, in Phrygiâ cum Dardano concorditer vixit: sine prole interiit Teucer: Dardanus ad memoriam, populum* Teucros *nominauit. Volunt quidam Dardanum intelligi, qui Italus fuit, & aduentu Aeneæ reuocabatur eius sanguis: quidam enim tradunt, Dardanum & Iasium filios fuisse Corithi & à Coritho, vrbs Etruriæ, dicta Corithum.* TE.] *id est, fatum, quod in te.* HOC.] *scilicet, quòd Romani futuri erant è sanguine Troiano.* REPENDENS.] *Rependere, compensare: tractum à pecuniâ, quæ priùs pendebatur, non numerabatur.*

VAR. Lect. REVOCATO à sanguine Teucri.] *In Mediceo libro, & aliquot aliis antiquis absq; præpositiuâ particulâ legitur,* Reuocato sanguine.

ADR. Bar. IMPLENTVR veteris Bacchi, pinguisq; ferinę.] *In gentem commessationibus deditam conueniet, maximè in aulicos nostrates, qui intempestiuis conuiuationibus dediti, noctes diesq; bacchantur.*

Quid meus Æneas in te committere tantum?
Quid Troes potuêre? quibus tot funera passis,
Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis?
Certè hinc Romanos olim voluentibus annis,
Hinc fore ductores, reuocato à sanguine Teucri,
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent,
Pollicitus: quæ te genitor sententia vertit?
Hoc equidem occasum Troiæ, tristeisq; ruinas
Solabar, fatis contraria fata rependens.
Nunc eadem fortuna viros tot casibus actos
Insequitur: quem das finem Rex magne laborum?
Antenor potuit, mediis elapsus Achiuis,
Illyricos penetrare sinus, atq; intima tutus
Regna Liburnorum, & fontem superare Timaui:
Vnde per ora nouem vasto cum murmure montis
It mare proruptum, & pelago premit arua sonanti:
Hìc tamen ille vrbem Pataui, sedesq; locauit
Teucrorum, & genti nomen dedit, armaq; fixit
Troia, nunc placidâ compostus pace quiescit.

SER. QVID meus?] *subaudi,* Filius, *vt* Aiacis Oilei? *vt antè diximus.* IN te.] *modò* contra te: *alibi* pro, *significat: vt,* benignũ Accipit in Teucros animũ: *id est, pro Teucris.* QVID Troës potuêre?] *argumentum ab impossibili, vt alibi:* Non ea vis animo: *& est validius, quàm à voluntate: plus enim est non posse, quàm nolle.* TROES.] *Erat nominatiuus Tros: & hæc breuiter scienda regula est: quia omnia nomina monosyllaba Græca, quæ in Latinum sermonem transeunt, tertiæ tantùm sunt declinationis, & tàm Latinè, quàm Græcè declinari possunt; vt, Tros Trois & Troos, Pan Panis & Panos: vt,* Arcadici dictum Panos de monte Lycæi. OB Italiam.] *Iuxta Italiam, antiquo more, dictum accipiunt.* Ob *enim Veteres pro* Iuxta *ponebãt: aut,* Ob, *propter; Terêtius:* Quod nam ob factum: *aut* Ob, circum; *vt,* Turni se pestis ab ora, *quasi circa; aut* Ob, contra; *vt,* obstabat & obloquitur. OB Italiam.] *Ne ad Italiam perueniant, toto orbe pelluntur: atqui in Africâ sunt: sed si diligenter requiras, etiam inde pelluntur: aiunt namq;:* Hospitio prohibemur arenæ. CERTE hinc Romanos.] *Atqui hoc nusquam legimus, sed Iouem promisisse per silentium intelligimus, vt superiùs de Iunone audierat.* OLIM fore] *Et est futurum.* VOLVENTIBVS.] *volubilibus, & est participium pro nomine. Voluens enim, qui voluit: volubilis autem, qui voluitur. Anni autem voluuntur, non voluũt: vt est,* Atque in se sua per vestigia voluitur annus. FORE.] *futuros esse: & est de verbis defectiuis.* REVOCATO.] *Dicendo* Reuocato, *ostendit Italiam, vnde Dardanus fuerat.* A sanguine Teucri.] Teucrũ *pro* Dardano *posuit. Dardanus enim de Italiâ profectus est, Teucer de Cretâ: quia solent poëtæ nomina de personis aut prouinciis vicinis vsurpare: vt,* Domitus Pollucis habenis Cyllarus. *quum* Castor *equorum domitor fuerit: item,* Et manibus Progne pectus signata cruentum, *pro* Philomela. *Item: Didonem dicit* Sidoniam, *quum sit* Tyria: *à loci vicinitate. item:* Quid loquar aut Scyllam Nisi? *quum* Phorci *fuerit. Et sciendum est, inter fabulam & argumentum & historiam hoc interesse, quòd* fabula *est dicta res contra naturam, siue facta, siue non facta, vt de Pasiphaë* Historia *est, quicquid secundum naturam dicitur: siue factum*

C

siue non factum, vt de Phedrâ. Argumentum, vt sic diffiniam, est res ficta, quæ tamen fieri potest, vt sunt argumenta Comœdiarum. OMNI ditione.] *Melius,* Omni *quàm,* Omnis: *nam significat omni potestate: vt,* Omni potestate, *pace, legibus, & bello.* POLLICITVS.] *Pollicemur sponte, promittimus rogati.* QVÆ te genitor sententia vertit?] Quæ *pro cur, aut qualis. Verecundè ait Venus, nec enim conueniebat, vt apertè contra vxorem ageret apud maritum: vnde & similiter respondet Iupiter:* Neq; me sententia vertit. HOC.] *hac re, propter hoc, quòd sciret Aeneæ socios imperaturos.* FATIS contraria Fata.] *Vtrum fatis bonis in præsentibus.* REPENDENS.] *compensans: & est translatio à pecuniâ, quæ appendebatur.* NVNC eadem.] *similis, qualis ab initio fuit: vt ostendat, nec longitudinem temporis prodesse Troianis.* FINEM.] *Ac si diceret, non regnum requirimus, sed finem laborum.* ANTENOR potuit.] *Capto Ilio, Menelaus, memor se & Vlixen beneficio Antenoris seruatos, cùm, petentes Helenã, ab eo essent suscepti, ac penè à Paride, alijsq; Iuuenibus interempti essent, parem gratiam reddens, inuiolatum dimisit, qui cum vxore Theano & Filijs Helicaone & Polidamante, cæterisq; socijs in Illyricum peruenit, & bello exceptus ab Euganeis ex rege veleb.* victor Vrbem Patauium condidit; id enim responsi acceperat eo loco condere vrbem, quo sagittis auem perìsset; ideò ex auis petitæ auspicio Patauium nominatum. Hi autem duo Troiam prodidisse dicuntur, secundum Liuium: quod & Vergilius per transitum tangit,* Se quoq; principibus permixtum agnouit Achiuis. *Non sine causâ Antenoris posuit exemplum, quum multi euaserint Troianorum periculum: vt Capys, qui Campaniam tenuit: vt Helenus, qui Macedoniam: & alij, qui Sardiniam, secundum Sallustium: sed propter hoc, ne fortè illud occurreret, iure vexari, tanquam proditorem patriæ. Elegit ergo similem personam: hi enim duo Troiam prodidisse dicuntur, secundum Liuium.* Quod *& Vergilius per transitum tangit, vbi ait:* Se quoque principibus permixtum agnouit Achiuis: *quod excusat Horatius, dicens:* Ardentem sine fraude Troiam: *hoc est, sine proditione. Quæ quidem excusatio crimine non vacat: nemo enim excusat, nisi rem plenam suspicionis. Sisenna tamen dicit, solum Antenorem prodidisse: quem si volumus sequi, augemus exemplum: Si regnat proditor, cur pius vagatur? Ob hoc autem creditur Græcis Antenor patriam prodidisse: quia & legatos, qui propter Helenam venerant, suscepit hospitio, & Vlyssem, in mendici habitu cognitum, non prodidit.* POTVIT] *plus est, quod dixit* Potuit, *non metuit.* ACHIVIS.] *Ab Acheo Iouis & Pithiæ filio dicti.* ILLYRICOS penetrare sinus.] *Antenor non Illyricum, non Liburniam, sed Venetiam tenuit. Ideò autem Vergilius dicit Illyricos, quod inde venit quidam Henetus rex, qui Venetiam tenuit: à cuius nomine* Henetiam *dictam, posteri Venetiam nominauerunt.* TVTVS.] *ideò tutus: quia Rhæti Vindelici ipsi sunt Liburni, sæuissimi admodum populi, contra quos missus est Drusus. Hi autem ab Amazonibus originem ducunt, vt etiam Horatius dicit:* Quibus Mos inde deductus, per omne Tempus Amazonià securi Dextras obarmet, quærere distuli. *Hoc ergo nunc ad augmentum pertinet, quòd tutus etiam inter sæuos populos fuerit.* FONTEM Timaui.] *Amant poëtæ rem vnius sermonis circumlocutionibus dicere, vt pro* Troià *dicant* vrbem Troiæ: *pro* Buthroto, arcem Buthroti: *sic & modò pro* Timauo, *ait* Fontem Timaui: *& paulò pòst:* Vrbem Pataui: *id est,* Patauium. SVPERARE.] *Nauticus sermo, Lucilius:* Promontorium remis superamus Mineruæ. VNDE per ora nouem.] *Multi septem esse dicunt: quòd si incerta fides est, finitus est numerus pro infinito.* VASTO cum murmure montis.] *Tantâ vi exit in mare, vt etiam resonet vicinus mons: & sic dictum est, sicut superius:* Illi indignantes magno cum murmure montis Circum claustra fremunt. ET per ora Timaui.] *Vsq; ad initium fontis, hoc est, vsque ad montem. Timauus autem in Histriâ est inter Aquileiam & Tergestum.* A MARE.] *It quasi proruptum mare. Amat poëta rem historiæ carmini suo coniungere. Varro enim dicit, hunc fluuium ab incolis* Mare *nominari.* PRORVPTVM.] *id est, effusum, fluens: & melius est* Proruptum, *quàm* præruptum *legere. Benè ergo definiuit, quòd largus fons, sit solitum mare.* PELAGO.] *aquarum abundantiâ.* PREMIT.] *populatur, vastat. in illis enim locis accessus maris fit.* HIC tamen.] *hoc est, in hoc loco difficili.* VRBEM Pataui.] *id est, Patauium.* Patauium *autem dictum est, vel à* Padi *vicinitate, quasi* Padauium: *vel ἀπὸ τοῦ πτῆναι, id est, à volando, quòd captato augurio dicitur conditum: vel quod auem telo perìsse dicitur, & eo loco condidisse ciuitatem.* SEDESQVE locauit.] *Ex votis suis facit inuidiam, dicens, id concessum Antenori, quod ipsa desideret.* ET genti nomen dedit.] *hoc est, quod ne victori quidem conceditur Aeneæ, quod scimus à Iunone esse perfectum, contra quam obliquè loquitur propter considerationem mariti: vt ait:* Ne vetus indigenas nomen mutare, Latinos Neu Troas fieri iubeas, Teucrosque vocari. B *Hi autem primis temporibus ab* Antenore *dicti sunt* Antenoridæ. ARMAQVE fixit Troia.] *hoc est, securus est: quia solent omissâ militiâ, siue gladiaturâ, quibuslibet templis arma suspendi: vt Horatius:* Veianius armis Herculis ad postem fixis: *&,* Danais de poste refixum. COMPOSTVS.] *συγκοπὴ est, pro,* Compositus: *detraxit enim de medio syllabam: vt,* Pocula porgite dextris.

DON. ANTENOR potuit medijs elapsus Achiuis Illyricos penetrare sinus, atq; intima tutus Regna Liburnorum, & fontem superare Timaui. Vnde per ora nouem vasto cum murmure montis It mare proruptum, & pelago premit arua sonanti. Hîc tamen ille vrbem Pataui sedesque locauit Teucrorum, & genti nomen dedit, armaque fixit Troia, nunc placidâ compostus pace quiescit.] *In Antenoris nomine non solùm significatio est exempli, non de fabulâ concinnatâ figmentis, sed venientis de veritate: verùm etiam assignantis humilem inferioremq; personam, vt inde magis dolere videatur, quòd inferiori licuit, post excidium Troiæ, per tot difficilia consequi plenissimam requiem. Antenor ergo homo alienus à necessitudine suâ, humilis atque depressus,* C *è medio hostium labi potuit, & eorum manus effugere, quibus Ilium concidit, & multi nobiles perierunt, ad Illyricum etiam penetrare. Quum dicit ad* Illyricum, *& dicit etiam* penetrare, *& prolixitatem terrarum longissimè remotarum intelligendum est monstrare voluisse, & difficultatem perueniendi, simul etiam ad hostiles partes penetrandi, quæ omnia facit dictis posteriùs annexis.* Penetrare *enim est, penitùs intrare: & addidit* Sinus, *recessus scilicet terrarum lõgissimè remotarum, quibus clausus non potuisset euadere, si pericula extitissent. Et, vt maior esset Veneris dolor de felicitate Antenoris, euadere (inquit) potuit hostiles manus, ac per medios hostium globos, & per inimicorum regna tutus securusq; transire. Superauit (inquit) & fontem Timaui. Miro verbo vsa est* Superauit. Superare *est enim, sine cuiusquam molestiâ vel impedimento peruenire, quò quisque contenderit. Et, quia leuissimum fuit transîsse fontem, (fontis enim significatio nullam demonstrat difficultatem superatam) idcircò posuit:* Vnde per ora nouem vasto cum murmure montis It mare proruptum, & pelago premit arua sonanti. *Ne quis arbitraretur, fontem fuisse mediocrem, (nam sic sine aliquo labore transire potuisset) tantæ illum fontem virtutis esse commemorat, vt per nouem illius ora periculis omnibus liber Antenor transierit. At exprimendum vndarum molem nexuit:* Vasto cum murmure montis It mare proruptum, & pelago premit arua sonan-

A ſonanti. *Vt fons eſſet in ſolo vocabulo: re tamen verâ abundantia ſui, opertis terris in alieno alimento faciem pelagi demonſtraret. Interea, quia ſemel poſitum eſt* Potuit, *nos nõ hoc ſemel, ſed ſepiùs debemus accipere, hoc modo: Antenor, inquit, potuit hoſtes euadere, potuit Illyricos ſinus penetrare, potuit regna Liburnorum ſuperare, potuit fontem Timaui tranſmittere: &* Superare *non ſemel accipiendum eſt, vt ſit, Superare regna Liburnorum.* Hic tamen ille, *in vno aduerbio & pronomine grande pondus doloris adiecit.* Hic, *inquit, hoc eſt, in regionibus hoſtilibus, & per tot difficultates ſine cuiuſquam moleſtiâ ſuperatis.* Ille: *hoc eſt, homo inferioris meriti, cui abundare deberet, quòd in Troiâ Græcorum manus euaſerat, tantum felicitatis eſſet adeptus, vt tutus tranſierit, tutus peruenerit, tutus ciuitatem Teucris condiderit, tutus nomine Troiano vocitari indigenas fecerit: tutus arma Troiana, hoc eſt, victa in eorum partibus fixerit, quos conſtaret victores extitiſſe: tutus in pleniſſimâ quiete perduret. Ecce oſtendimus ſemel dicta pro ſepiùs dictis accipiẽda. Ab enumeratione proſperitatis alienæ, tranſit ad comparationem perſonæ ſuæ atque Aeneæ, & malorum, de quibus querebatur: ait enim:* Nos. *exponit quid ſit* Nos, *quanquam non dixiſſet, poſſet intelligi.*

B Tua, *inquit,* progenies: *hoc eſt, eius, qui deos omnes & homines habes in poteſtate, apud quem priuilegium primi gradus habere debuimus.* COELI quibus annuis arcem, Nauibus (infandum) amiſſis vnius ob iram Prodimur, atq; Italis longè diſiungimur oris.] *Dum ſpe ducimur promiſſorum tuorum, & naues amiſimus, & promiſſam Italiam tenere non poſſumus: quod autem ait:* Vnius ob iram, *optimè ad finem dictionis eſt reſeruatum: cum omni enim cautelâ & ordine ſuo debuit, quamuis obliquè, pulſare Iunonis malitiam, ne ſi inter initia diceretur offenſus Iupiter ex euidenti coniugis & ſororis ſuæ iniuriâ, deſideria & neceſſitates gementis non libenter audiret. Ergo melius fuit in fine intelligi quid ſit,* Vnius ob iram: *quum dicit ex aperto,* vnius, *obliquè tangendo nec læſit eius animum, quem debuit tunc maximè habere propitium: & meliore arte vſa eſt, vt ſuppreſſo nomine, quod ſine impedimento deſiderij ſui nominare non poterat, ad numerorum rationem pergeret: ſic enim planiſſima potuit iniquitas comprobari, vt vnius cauſâ, iniuſtas inimicitias exercentis, plurimi affligerentur inſontes. Sequitur inuidioſa concluſio, neceſſitudinis appellatione cooperta.* HIC pietatis honos? ſic nos in ſceptra reponis?] *An nunquid erro? in-*

C *quit, & hoc putandum eſt, melius eſſe quod trahimur: & hoc eſt conſulentis officium? & hoc arbitraris eſſe regnandi culmen, errare ſemper, & ſine fine laboris affligi?* OLLI ſubridens hominum ſator, atq; deorum. Vultu quo cœlum, tempeſtateſq; ſerenat, Oſcula libauit natæ, dehinc talia fatur.] *Sicuti, antequam loqueretur Venus, lachrymis præeuntibus vocem, oſtendit, quid doloris in imis ſenſibus ferret, quid'ue eſſet editura per verba: ita etiam Iouem inducit ſignis innumeris oſtendiſſe, quòd optata omnia dicturus fuiſſet: antè enim, quàm eueniret ad verba, debuit animum filiæ duris angoribus preſſum componere, vt vocem patris, curato ex maximâ parte animo, poſſet audire, nec oportuit cauſam narrationis differri. ne diutiùs anxia teneretur. Locuturus, inquit, Iupiter ſubriſit: riſit enim quaſi vulgare eſt, nec conuenit hic motus animi his perſonis, penes quas ſumma poteſtas eſt: ſed temperauit, vt diceret,* Subriſit, *vt pars eſſet ſeruata publicæ reuerentiæ, pars exhibita beneuolentiæ, quæ filiorum debet ætati tribui. Hoc ipſum ipſe Vergilius oſtendit, cur plenus nõ fuerit riſus:* Hominum, *inquit,* ſator atq; deorum, *plenè ridere non debuit: quia turpe iſtud hominum deorumq; imperium retinenti. Certè & illud intelligendum, idcircò eum non ad plenum riſiſſe, ne in malis ſuorum, filiâ quoque lachrymante & gemente, ipſum ſe alienum à tantis cladibus demonſtraret. Temperauit ergo, dicendo,* ſubridens: *vt partem daret Troianorum caſibus, reſeruaret lætitiæ partem illis, quæ fuerat promiſſurus.* VVLTV quo cœlum tempeſtateſque ſerenat.] *Exhibent talem vultum filiæ, qualem habet, quum omnia elementa tranquillat.* OSCVLA libauit natę.] *Ecce aliud bonæ ſpei par ſignum, in quo parum fuit publicaſſe beneuolentiam ſuam, niſi hæc iterum ac ſæpiùs repetendo firmaret, quod internis ſenſibus tenebatur.* DEHINC talia fatur.] *Cùm dicit, oſtendit non fruſtra, quæ diximus, eſſe præmiſſa, ſigna ſcilicet, quæ Veneris adimerent metum, & hanc, ad audiendum, rectè componerent.*

ANTENOR potuit.] *Non Helenum, non Egeſtum, non Capyn dicit, qui fugêre cum magnâ manu è Troiâ, & inuenêre ſedes: ſed Antenorem nominat, non quia proditor fuerit, vt Siſennæ placuit, ſed quia Antenor & Aeneas multi nominis, multæq; gloriæ apud Troiam fuêre: ſunt qui obijciant ambobus proditionem patriæ, cùm varia referantur à Scriptoribus: nos in medio relinquimus. Antenor vir magni animi, cuius ſanctitas & grauitas nota erat, ſemper conatus eſt inter Priamum & Græcos pacem componere: Legatos Græcos, boni honeſtiq; ſectator, hoſpitio excepit, inſidias filiorum Priami quomodo cauerent, docuit, ſuaſor ſemper fuit reddendæ Helenæ, Glaucum filium quia ſequebatur Paridem, abdicauit: Regis coniugem & filias miſerabatur, cum excidio patriæ ſeruituras: quæ commiſeratio ipſum etiam Priamum, ſenio cõfectum, inuaſerat, eundem Glaucum, ab Agamemnone interfectum, non fleuit: credebatur infenſus Priamo, & Priamidis, propter amicitiam Vlyſsis & Diomedis, qui ei promiſerant dimidium bonorum, Priami regnum vni filiorum eius, capto Ilio, decreta omnia ſeruata ſunt: cùm nunciaretur in eum conſpirari ab Aeneâ & Troianis, cum omni patrimonio & familiâ mare conſcendit: Eneti, qui ſub Philemene fuerant, cum eo conceſsêre. Antenor, ſuperato Aegeo, Ionium ingreſſus mare, inde ſuperi: id eſt, Hadriatici æquoris, fauces ſeptentrionem verſus Dalmatas, Illyricos, Liburnos linquens, hinc Appulos & Picenum, ad ſtagna Hadriatici perueniens, pulſis inde Euganeis Patauium condidit: prouincia ab* Enetis, *qui ſub eo erant,* Enetia, *pòſt* Venetia *appellata. Cato putat* Venetos, *Troianâ ſtirpe ortos, Herodotus è ſtirpe Medorum.* Euganeos *Plinius dictos putat, quòd ſint genere præſtantes.* LIBVRNORVM.] *Liburni ab Amazonibus ſunt.* ET fontem ſuperare Timaui] *Timaui fluuius non tranſit per Patauium, ſed Meduacus, & nunc Brenteſia dicitur: extra fines Venetiæ prouinciæ eſt Aquilea, metropolis Carnorum, per quam Natiſo fluit: procul abeſt Timauus amnis, qui oritur, vt Poſidonius ait, in montibus, & præceps cadit terrâ hauſtus. Strabo ſic ait:* In ipſo ſinu Timauus portus eſt cum luco, & 7 fontes non longè à mari erumpunt, ſtagnantes, *vt Varro ait,* propinquam oram: adeoq; illic aquâ ſcatet, nunquam deficiente humore, vt incolæ appellent fontem & parentem maris. *Scribit Polybius, quare Vergilius dixerit* Patauium, *at Timauum eſſe non video: ſed ſic intelligendum puto, accepiſſe* Timauum: *quia eius amnis celebre nomen eſt: aliorum in obſcuro erat: & Antenor ipſe regionem omnem, quam Eneti cepêre, & ſuo & illorum nomine appellauit: vel, quòd Antiqui ſanè crediderunt Timauum Brenteſiam eſſe, teſtis eſt Lucanus, cùm ait:* Euganeo ſi vera fides memorãtibus augur Colle ſedens, Aponus terris vbi fumifer exit, Atq; Antenorei diſpergitur vnda Timaui. Aponus *Patauini agri fons eſt, cum calidis aquis: & hic idem eſſe videtur Brenteſia & Timauus. Et quemadmodum Martialis* Natiſonem *dixit* Timauum, *ſic Vergilius, vt diximus, nominis celebritate: verſus Martialis eſt:* Et tu Ledæo felix Aquileia Timauo: *& Silius libro 12.* PRORVPTVM.] *vndiq; effuſum pelago, multâ aquâ.* NOMEN.] *appellauit Antenoridas.* ARMAQVE fixit.] *Conſuetudo erat, ſuſpendere in poſtibus templorum arma: ſiue accipiat arma: id eſt, inſignia, vt Meſſala intellexit: ſic enim ſcribit ad Valentinianum:* Arma in templis fixit Antenor: id eſt, Troia fuit inter arma templis affixa, armorum inſigne quidem non-

POM. Sabi.

Digitized by Google

nulli afferunt. TROIA.] quo nomine in Latio scrofa appellatur, cui vocabulo licentia poëtica allusit: quia & hoc vrbis nomen fuerat: & ipse Antenor suem in aureo vexillo posuit, vt absumpta vrbis memoria ante oculos esset. A

Nos, tua progenies, cœli quibus annuis arcem,
Nauibus (infandùm) amissis, vnius ob iram
Prodimur: atq; Italis longè disiungimur oris.
Hic pietatis honos? sic nos in sceptra reponis?
Olli subridens hominum sator atq; deorum,
Vultu, quo cœlum tempestatesq; serenat,
Oscula libauit natæ, dehinc talia fatur:
Parce metu Cytherea, manent immota tuorum.

SER. Nos tua progenies.] Sic loquitur, quasi sit vna de Troianis: nam aliter sensus non procedit. Quòd autem dixit Tua progenies, propter Antenorem, est ἐμφατικῶς: vt, Ast ego, quæ diuûm incedo regina. ANNVIS.] Licet ipsa dea sit, tamen sub persona Aeneæ se posuit, benè autem Annuis. Quia nutu semper promittit aliquid Iuppiter. NAVIBVS amissis.] Cur cùm vna nauis perierit, hoc dixit? Inuidiosè dixit & exaggerat. INFANDVM.] pro infandè: vt in Sexto: Miserum septena quotannis Corpora natorum: pro miserabiliter. Item: Toruumq; repentè Clamat, pro toruè: & est figura, quæ fit, quotiens nomen pro aduerbio ponitur, Magis autem poëtica est, in prosa aut rara, aut nunquam. Tamen hoc loco Infandum potest esse etiam interiectio dolentis. VNIVS.] Produxit hic penultimam. PRODIMVR.] Multa quidem hic sermo significat: sed modò, porro damur, scilicet ab Italia prohibemur. Et sciendum est, omnium autorum esse consuetudinem, res dubiè positas in sequentibus explanare, & planiùs dicere: vt hoc loco. Nam quid est Prodimur? ostendit dicens; Atq; Italis longè disiungimur oris. HIC.] id est, talis: ut, Hûc ego te, Euriale, aspicio: id est, talem. PIETATIS.] Hic ostendit Troianos non solùm non malos, sed pios. HONOS.] Cùm secundùm artem dicamus, honor, arbor, lepor: plerunq; poëtæ or in os mutant, causa metri: os enim longa est, or breuis. Hoc quidem habet ratio, sed in hoc loco etiam absque metri necessitate Honos dixit: item Sallust. penè vbiq; labos posuit, quû nulla necessitas coëgit. Melius tamen est, seruire regulæ. SIC nos in sceptra reponis?] Reponis in sceptra, aut ad imperia reseruas, id est, restituis in regna, quæ amisimus. Sic, hoc est, per naufragia? aut certè antiqua est licentia communium præpositionum. IN sceptra.] pro in sceptris. OLLI.] Modò tunc, propter sequentia: pronomen enim non debet poni cum nomine, sed pro ipso nomine: nullus enim dicit, illi natæ. Aliàs tamen Olli, illi significat: vt, Olli dura quies oculos, & ferreus vrget Somnus. SVBRIDENS.] Lætum ostendit Iouem, & talem, qualis esse solet, quum facit serenum, poëtarum enim est, elementorum habitum dare numinibus, vt suprà de Neptuno dictum est. SERENAT.] Hoc verbum de his est, quæ carent prima positione. Quod fit in his, quæ in nostra non sunt potestate: vt tono, fulmino, pluo: hoc enim non possumus dicere, nisi fortè persona inducatur eius, qui potest, vt tale aliquid Iupiter dicat. OSCVLA libauit natæ.] leuiter tetigit. Et sciendum est, osculum religionis esse: Suauium voluptatis: vt alibi, Summaq; per galeam delibans oscula. Et Terent. O Thais mea, meum suauium. PARCE metu.] Quotiens in causis arguimur, antè nos purgare debemus, & sic ad actionem descendere. Quod & hoc loco Iupiter facit: antè enim obiecta purgat, & sic venit ad promissionem. Et est Parce metu, elocutio vsualis: id est, dimitte metum: quomodo dicimus, parce verbis, parce iniurijs. CYTHEREA.] Omnia, quæ apud Græcos a diphthongon habent, apud Latinos in e productum conuertuntur: κυθέρεια, Cytherea: μήδεια, Αἰνείας, Aeneas, Medea. Omnia autem, quæ dicit Iupiter, ad solutionem pertinent antedictorum. Ideò autem nunc dicit Parce metu: quia superiùs dixerat, Tristior. MANENT immota.] quia dixerat: Quæ te genitor sententia vertit? Et simul per transitum dogma Stoicorum ostendit, nulla ratione posse fata mutari. TVORVM.] vel Troianorum, vel Romanorum.

DON. PARCE metu Cytherea, manent immota tuorum

Fata tibi.] Quàm citò mœrentis animum soluit, quòd si hoc solû dixisset, abundè suffecisset: nam & securam reddidit, & nihil mutatum de superioribus promissis expressit: sed huic dat Poëta personam regis, non patris. De futuris enim loqui, & significare ventura, non nisi deorum rex poterat. ait enim: Parce metu: hoc est, timori parce: vt sit locutionis genus, & intelligatur noli timere. Vsq; adeò ex persona publica induxit loquentem Iouem, vt, Cytherea, non filia diceret, & tuorum poneret, non nostrorum, Manent immota tuorum fata tibi: quum sufficere posset quod dixit: Manent tibi fata: vt satiaret, quod asserebat, addidit: Immota. Incipit iam enumerare specialiter, quod generaliter prædixerat, respondit his quoque, quæ Veneris querimonia comprehenderat. CERNES vrbem, & promissa Lauini Mœnia.] Propter quod dictum est: Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis: & quia dixerat Venus, Cœli quibus annuis arcem: ait Iupiter, SVBLIMEMQVE feres ad sidera cœli Magnanimum Æneam, neq; me sententia vertit.] Vt responderit illi parti, quâ dictum est: Quæ te genitor sententia vertit? Vt autem aperiori faceret specialitatem ipsam, addidit etiam ipse Iupiter fatorum dispositionem, & omnium futuri temporis cursum: & dum hæc plenâ ordinatione ponuntur, in breui complexione monstratur, quid contextus Vergilianus carminis esset habiturus. Gesta enim tetigit, quæ seculis omnibus ab Aenea vsq; ad Cæsaris tempora, & ipsius Cæsaris scribere disposuerat. Sed hæc in ipsius carmine idcircò perquiri non debent: quia fine viuendi conclusus, proposita nequiuit implere: dispositionem suam tamen in hoc libro firmauit. Hic licet inspicere, quâ arte carmina sua Vergilius repleat: suprà enim, vt citò securam Venerem faceret, vsus est breuitate. Vbi securam succinctâ dictione perfecit, promisit futurorum longam fore insinuationem, quæ pro auditura persona odiosa esse non potuit. Libenter enim Venus prolixitatis illius fastidium respueret, quæ composito animo cognouerat, se res prosperas audituram. Hoc esse seruandum in talibus causis, etiam Terentius docet, qui dixit in Andria: Sed vbi inueniam Pamphilum, Vt metum, in quo nunc est, adimam, atque expleam animum gaudio? non enim conuertere animum quispiam potest, nisi fuerit in timoris causa securior factus. HIC, tibi fabor enim.] Dicturus arcana fatorum, quæ nulli fas esset nôsse, commendat sensibus filiæ, & id se illiciè facere affirmat, vt illa melius nosceret beneuolum studium patris: & secreta contegeret. Hic, inquit, tibi fabor. Tibi, ait, quoniam filia mea es: tibi, quam vehementer sollicitam video: tibi, quam nolo vexari angoribus diuturnis: tibi fabor, quod præter te nullum conuenit nôsse. QVANDO hæc te cura remordet, Longiùs euoluens fatorum arcana mouebo.] Ego, inquit, paucis te instructam reddere debui: sed quia ægritudo animi tui non potest, penitùs breuitate sermonis excludi, vtar prolixitate narrandi, vt docta in omnibus tuorum fata condiscens, læteris prosperis, & penitùs animi mœrores excludas. Hic locus ordinatur sic: Hic tibi fabor, inquit enim, quando hæc te cura remordet, Bellum ingens geret Italiâ. Non Italiam dicit gesturam bellum, (sicuti alij putât) sed Aeneam gesturum bellum in Italiâ: deducta enim In præpositione dixit, Geret Italiâ bellum: hoc est, in Italia. Deinq; sequitur: POPVLOSQVE feroces Contundet, moresq; viris & mœnia ponet.] Pronunciat futurâ quidem ingentem belli curam, sed bona prouentura, posteriùs iterum posuit, dicens: TERTIA dum Latio regnantem

viderit

Digitized by Google

A uiderit æſtas.] *Id eſt, modico tempore regnaturum Aeneam: hoc eſt, triennio: quamq; hoc dicit, oſtendit proculdubiò moriturum. Sed quod fuit triſte, prætermiſſum eſt: ſequente tamen ipſius ſermonis curſu ponit:* At puer Aſcanius, cui nũc cognomen Iulo *Additur*, IL V S erat, dum res ſtetit Ilia regno, Triginta magnos uoluendis menſibus orbes, Imperio explebit, regnumq; à ſede Lauini Trãſferet, & longam multa vi muniet Albam.] *Vt oſtenderet Aeneæ, non extraneum, ſed filium ſucceſſurum, quod eſt omnibus optabile parẽtibus: cum deniq; feliciorem fore in tantum, vt, quod pater triennio tenuiſſet, ille haberet per annos triginta. Rurſum, quum finem pollicetur imperij anno trigeſimo tranſacto, oſtendit etiam ipſum Aſcanium moriturum, ſed, vt dictũ eſt, prætermiſſum eſt, quod fuerat luctuoſum. Verùm, ne, ſpecialiter per ſingulas perſonas excurrens nimium, tenderet narrationem, quædam generaliter miſcet. Ait enim*

POM. lib. REPONIS.] *locas.* OLLI.] *Quintilianus tria verborum genera eſſe dicit, propria, ficta, & translata: proprijs dignitatem dat antiquitas, quæ ſanctiorem & magis admirabilem facit orationem.* METV.] *dandi eſt: id eſt, pone metum.* TEVCRORVM.] *deſcendentium ab Aeneâ, ac per hoc*

B *Romanorum.* VRBEM.] *Romam.* Vrbem *cùm dicimus,* Roma *intelligitur: vt Quintilianus habet lib. 8.* CYTHEREA,] *nomen Veneris, aut ab inſulâ* Cytherâ, *in quâ fuit eius primum templum: vel dicitur à* Cytherâ *vrbe Cypri, in quam dicunt primùm vectam conchâ mari.* AD ſidera.] *Aeneam poſt mortem appellauerũt* Iouem indigetem. SVBLIMEM.] *id eſt, siderũ & ſtellificatum. Aeneas, poſt obitum*

ROG. *Latini anno quarto acerrimè pugnans cum Rutulis, qui ope Mezentij, regis Etruſcorum, ſuſtentabantur, ſuperueniente nocte nunquam amplius viſus eſt: putant alij, in Deos relatum: alij ſubmerſum in Numico. Latini* Iouem indigetem *appellant: templum ei dedicatum cum tali titulo fuit:* Patris diui terreſtris, qui fluij Numici aquas gubernat. *Sunt, qui ſcribunt, templum ab ipſo Aeneã anno ante ſuum obitum patri Anchiſæ constructum.* AT puer Aſcanius.] *Aſcanius Aeneæ ſucceſſit, qui* Euryleon *in Ilio dicebatur: ſiue, vt Vergilius,* Iulus: *nam in fugâ* Aſcanius *dictus, vt inquit Dionyſius, Mezentium, victoriâ exultantem, mœnibus repulit: pugna nocturna fuit: die Aſcanius non pugnâſſet: quia impar hoſtibus erat: in eo certamine perijt Lauſus, Mezentij filius:*

pater, qui ſe in propinquũ collẽ fugiendo receperat, auditâ filij cæde, per caduceatorẽ pacẽ petijt, qui potitus, abijt in Etruriã: 30 poſt annos, mutata ſede Aſcanius condidit Albã longã. Alba nominata, à colore ſcrofæ albæ: longa, à ſitu: eo loco Romani & Latini quotannis Ioui Latiali ſacra faciũt. Regnauit Aſcanius annis 38. ſucceſſit Aſcanio Syluius, natus poſt obitum patris: & Poſthumus *dictus filius Aſcanij* Iulus, *à quo* Iulia *familia maxima omniũ deſcẽdit, loco imperij ſacris præpoſitus. Syluius regnauit annis 29. ſucceſſit Aeneas Syluius, qui regnauit annis 31. huic Latinus, qui regnauit annis 51. huic Alba, qui regnauit annis 40. huic Capetus, qui regnauit annis 26. inde Capys, qui regnauit annis 29. inde Capetus, annis 13. inde Tiberinus, qui regnauit annis 8. qui cũ in bello deceſſiſſet prope flumen commiſſo, eius cadauer à profluente raptum, nomen fecit* Tiberi: *huic ſucceſſit Agrippa, qui regnauit annis 33: huic Alladius, annis 19. qui cupiens deos imitari, tonitrua & fragores faciebat: ex quo ab inundante lacu domus, quæ propè erat, deuoratur: cuius parietes nunc etiam videntur: huic Auentinus ſucceſſit, qui regnauit annis 37. huic Porcas, qui regnauit annis 23. huic Amulius, qui regnauit annis 30. Amulius fratrem Numitorem non modò regno priuauit, ſed Egeſtum filium, ſiue vt alij appellant, Lauſum, interemit. Rheam Syluiam ſacerdotio præfecit, quaſi honorem daret: quarto anno, cùm puella aquatum iret, ad lucum Martis, diuinitùs cõpreſſa, peperit Romulum & Remum. Amulius Syluiam in carcerem coniecit, & filios exponi iubet: ad quorum vagitum acceſſit lupa, quæ catulos habebat, lac præbuit, & membra lãbit, & ſuâ caliditate fouit: hinc Romulus pro ſtrato vſus eſt lupinâ pelle: is collectâ hinc inde manu, Romam condidit. Sunt, qui volunt, puellam ſtatim necatam: alij conceſſam filiæ Amulij, ſobrinæ ſuæ: alij liberatam poſt Amulij cædem: alij ſummerſam in Aniene: alij in Tiberim proiectam: alij nominant ex Albanis regibus Epitum pro Capeto, & Capetum pro Calpeto, & Remum pro Alladio.*

HIC pietatis honos? ſic nos in ſceptra reponis?] *Vti licebit hoc verſu, quoties nocebunt nobis, de quibus ipſi aliquãdo benè ſumus meriti. Vt ad Ciceronem interficiendum, venit Popilius: quidam Lenas, quem ipſe Tullius capitali iudicio antè defenderat. Veneris eſt apud Vergilium, indignantis Aeneam ſuum à dijs negligi, quorum ille templis tot dona tuliſſet.*

Fata tibi: cernes vrbem, & promiſſa Lauini
Mœnia, ſublimemq; feres ad ſidera cœli
Magnanimum Æneam: neq; me ſententia vertit.
Hic (tibi fabor enim, quando hęc te cura remordet,
Longius & voluens fatorum arcana mouebo)
Bellum ingens geret Italiâ, populoſq; feroces
Contundet, moresq; viris & mœnia ponet,
Tertia dum Latio regnantem viderit æſtas,
Ternaq; tranſierint Rutulis hyberna ſubactis.
At puer Aſcanius cui nunc cognomen Iulo
Additur (Ilus erat, dum res ſtetit Ilia regno)
Triginta magnos voluendis menſibus orbes
Imperio explebit, regnumq; à ſede Lauini
Transferret & longam multâ vi muniet albam.
Hic iam tercentum totos regnabitur annos,
Gente ſub Hectoreâ: donec regina ſacerdos,

C SER. FATA tibi.] *non propter te: fati enim immobilis ratio eſt: ſed aut vacat* Tibi: *vt,* Qui mihi accubantes in conuiuijs: *aut certè tua ſunt tibi fata, non tamen propter te.* CERNES vrbem.] *Aut mœnia Lauinij, aut Romam ſignificat: quia, quum proprietatem detrahimus: quod magnum eſt ſignificamus, vt ſi dicas:* Legi oratorem, *nec addas quem,* intelligo Ciceronem: *& ne longa ſit expectatio, adiecit:* Et promiſſa Lauini mœnia: *aut certè detrahe: Et, ſicut multi, & inſij, vox facis:* Cernes vrbem: *id eſt, promiſſa Lauini mœnia. Videtur autem figuratè dictum,* Vrbem & Mœnia: *quia diuerſis idem ſignificauit.* SVBLIMEMQ'VE feres ad ſidera cœli.] *Propter illud:* Cœli quibus annuis arcem. *Aeneas enim poſt errores IIII. Annorum, cùm ad Italiam perueniſſet, Turnus rex Rutulorum, cauſâ Lauiniæ, Latino Aeneæq; bellum indixit, ſed primo prælio Latinus eſt interemptus, ſecundo verò Aeneas Turnum occidit. Ipſe verò, vt quidam dicunt, cum Mezentium, vt quidam Meſſapum, fugiret, in Numicũ cecidit fluuium: ſecundum*

Ouidium in cœlũ raptus eſt, appellatusq; eſt Iupiter indiges. Cuius corpus, cùm poſt victos Rutilos Aſcanius quæſiuiſ, & non inueniret, in deorum numerũ credidit relatũ. MAGNANIMVM.] Magnus & Paruus, *quoniam menſuræ ſunt, ad animum non niſi καταχρηστικῶς adhibentur.* HIC.] *id eſt, Aeneas: & eſt ordo,* Hic bellũ ingẽs geret in Italiâ. TIBI fabor enim.] *Hoc loco excuſat quæſtionem futuram, & quaſi Veneri dolenti, quæ vera ſunt dicit: ſed aliter loquitur cunctis præſentibus dijs: dicet enim in Decimo:* Abnuerã bello Italiã concurrere Teucris. QVANDO.] *ſiquidẽ quoniã.* REMORDET.] *ſollicitat. Terent.* Par pari referto, qđ eam remordeat. ARCANA.] *ſecreta: vnde & Area, & Arx dicta, quaſi res ſecreta à quibus omnes arceantur.* ITALIA.] *in Italiâ, & detraxit præpoſitionem more ſuo. ſic illo loco:* Non Libyæ, non ante Tyro deſpectus Hiarbas: *id eſt,* in Tyro: *nam ſi aduerbialiter vellet dicere,* Tyri *diceret.* POPVLOSQ'VE feroces Contundet.] *Incongruum fuerat, in conſolatione bella prædicere: ob hoc ergo &*

ADR. Bas.

victoriam pollicetur. MORESQVE & mœnia ponet.] *ὕστερον πρότερον in ſenſu: antè enim ciuitas, deinde mores, poſt iura conduntur. Leges aũt mores dici, non dubium eſt.* TERTIA dum Latio.] *Rhetoricè, ne breue eſſet, ſi triennium diceret, tempora diuiſi in ſpeciem.* Dum pro, donec: *vt,* dum conderet vrbem, *id eſt, donec. quidam ideò bis annos ternos memoraſſe tradunt, vt tres annos ſolum Æneam regnaturum ſignificaret, quòd cum Latino alios tres annos regnaſſe dicitur. Ordo autem eſt longiſſimus: nam aliter non procedit:* Sublimemq; feres ad ſidera cœli Magnanimum Æneam: *&c.* Tertia dum Latio regnantem viderit æſtas. AT puer Aſcanius.] *Prudenter exitũ Æneæ oſtendit: et tacuit, dicendo, filiũ poſteà regnaturũ.* CVI nũc cognomen Iulo Additur.] *Secundũ Catonis hiſtoriam hoc habet fides: Æneã cum patre ad Italiam veniſſe, & propter inuaſos agros contra Latinũ Turnumq; pugnaſſe, in quo prælio perijt Latinus. Turnũ poſtea ad Mezentiũ confugiſſe, eiusq; fretũ auxilio bella renouaſſe, quib9 Æneas Turnusq; pariter rapti ſunt. Migraſſe poſteà in Aſcaniũ & Mezentiũ bella, ſed eos ſingulari certamine dimicaſſe: & occiſo Mezentio, Aſcaniũ Iulũ cœptũ vocari, à primã barbæ lanugine, quæ ei tempore victoriæ naſcebatur. Sciendum eſt aũt, hunc primùm* Aſcanium *dictum, à Phrygiæ flumine* Aſcanio: *vt eſt,* Transq; ſonantem Aſcaniũ: *deinde* Ilum *dictũ à rege Ilo, poſtea* Iulum *occiſo Mezentio: de quibus nominibus hoc loco dicit:* At puer Aſcanius, cui nunc cognomẽ Iulo Additur, Ilus erat, dũ res ſtetit Ilia regno. *Ab hac hiſtoriã ita diſcedit Vergilius vt aliquibus locis oſtendat, ſe, non propter ignorantiã, ſed per artem poëticã hoc feciſſe: vt illo loco, cùm dicit de Anchiſe:* Quo magis Italia mecũ lætere reperta. *Ecce ἀπροσδοκήτως hoc dixit: oſtendit tamen Anchiſen ad Italiam perueniſſe. Sic aũt omnia contra hanc hiſtoriã ficta ſunt, vt illud, vbi dicitur Æneas veniſſe Carthaginem, quũ eam conſtet 70. annos ante vrbem Romam conditam. Inter excidium verò Troiæ, & ortũ vrbis Romæ, anni inueniuntur trecenti quadraginta.* COGNOMEN Iulo.] *Si propriè loqueretur,* agnomen *diceret, non* cognomen: *ſed magis ad familiã reſpexit: quia omnis gens Iulia inde originem ducit. Dicimus aũt, &* nomen eſt mihi Cicero: *vt Terent.* Hecyra eſt huic nomen fabulæ. *& Ciceronis: & Salluſt.* Cui nomen obliuionis condiderant. *& Cicer. vt Liuius:* Cui Romulo cognomen erat. *& Ciceronem: vt,* Æneadasq; meo nomẽ de nomine fingo: *melius tamen eſt datiuo vti.* MAGNOS orbes.] *Tria ſunt genera annorũ: aut enim* Lunaris *annus eſt, triginta dierũ: aut* Solſtitialis *12 menſium: aut ſecundum Tulliũ* magnus, *qui tenet duodecim millia* LIIII. *annos vt in Hortenſio:* Horum annorũ, quos in Faſtis habemus, Magnus duodecim millia quingentos quinquaginta quatuor amplectitur. *Hoc ergo loco magnum dicit, comparatione lunaris vt alibi:* Interea magnum Sol circumuoluitur annum. Annus *aũt dictus eſt, quaſi* annuus: *id eſt,* annulus, *quòd in ſe redeat, vt eſt: Atq; in ſe ſua per veſtigia voluitur annus: ἀπὸ ἀνανεώσεως id eſt, ab innouatione.* VOLVENDIS] *volubilibus, vt ſuprà.* A ſede Lauini Transferet.] *Verum eſt: vitans enim nouercalem inuidiam, deſeruit Lauinium. quòd timore Aſcanij Lauinia poſt Æneæ mortem ad Tyrum Paſtorem paternum, grauida cõfugit ad ſyluas, ibiq; Syluium peperit & Albam lõgam condidit, dictam ab omine albæ porcæ repertæ, vel ſitu ciuitatis.* VI.] *Nunc virtute: nã multa ſignificat.* HIC iã] *præterea.* TERCENTVM] *Quomodo tercentum annos dicit, quum eam quadringentis regnaſſe conſtet ſub Albanis regibus? ſed cum præſcriptione ait* Tercentum, *ſcilicet vſq; ad ortũ vrbis Romæ: ait namque:* Donec regina ſacerdos Marte grauis. *Et conſtat, in regno Romuli, & Numæ, & Tulli Hoſtilij, qui euertit Albam, centum annos (quibus pariter Roma & Alba regnarunt) eſſe conſumptos.* TOTOS.] *id eſt, ſine intermiſſione.* GENTE ſub Hectoreã.] *id eſt, Troianã,* [illegible]

ſed debuit dicere Æneiã. *Diximus ſuperiùs, poëtas nomina ex vicino vſurpare.* DONEC regina ſacerdos.] *Hiſtoria hoc habet: Amulius & Numitor fratres fuerunt. Sed Amulius fratrem regno pepulit, & filium eius necauit: filiam verò Iliam, Veſtæ ſacerdotem fecit, vt ſpem ſobolis auferret, à quã ſe puniri poſſe cognouerat. Hanc, vt multi dicunt, cùm peteret aquas ad ſacra, repentino occurſu lupi turbata refugit in ſpeluncam, in ea Mars compreſſit, vnde nati ſunt Remus & Romulus, quos cum matre Amulius præcipitari iuſſit in Tiberim: tum (quidam dicunt) Iliam Anien ſibi fecit vxorem: vt alij, inter quos Horatius,* Tiberis: *vnde ait,* Vxorius amnis. *Pueri verò expoſiti ad vicinam ripam ſunt ad quos vagientes lupa de vicinis montibus venit & vbera præſtitit. Hos Fauſtulus reperit paſtor, & cùm animaduertiſſet, nutriri à ferã, & picum parramq; circumuolitare, ſuſpicatus diuinæ originis ſobolem, ad Accam Laurentiam vxorem, quæ erat meretrix detulit & ſuſceptos aluit pueros. Hi poſtea auum ſuum Numitorem, occiſo Amulio, in regna reuocauerũt, quibus dum cum auo anguſtũ Albæ videretur imperiũ, receſſerunt, &, captatis augurijs, vrbem condiderunt. Sed Remus prior ſex vultures vidit, Romulus poſteà duodecim, quæ res bellum creauit, in quo extinctus eſt Remus: & à Romi nomine, Romani appellati. Vt autem pro* Romo Romulus *diceretur, blandimenti gratiã factum eſt, quod gaudet diminutione. Quòd autem à lupã dicuntur aliti, fabuloſum eſt, ad celãdum autorum Romani generis turpitudinem. Nec incongruè fictum eſt: nam & meretrices* lupas *vocamus, vnde &* lupanaria: *& conſtat hoc animal in tutelã eſſe Martis, vt alibi:* Martius à ſtabulis rapuit lupus.

HIC iam tercentum totos regnabitur annos, Gente ſub Hectoreã.] *Non iam per Æneam aut Aſcanium, poſteros tamen & proximos Hectoris: nec ipſos vtique alienos, ſiquidem Creuſa mater Aſcanij, ſoror fuit Hectoris. Poſt triennium igitur Æneæ, & triginta annos Aſcanij, poſt tercentos Hectoreæ gentis.* Regina *inquit,* ſacerdos Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem, Inde lupa fuluo nutricis tegmine lętus Romulus excipiet gentem, & mauortia condet Mœnia, Romanosque ſuo de nomine dicet. His ego nec metas rerum, nec tempora pono, Imperium ſine fine dedi.] *Ventura ſignificabat Romuli & Remi tempora, Ilia & Marte parentibus genitorum: qui licet duo fuiſſent vno partu prolati, vnum tamen: hoc eſt, Romulum imperium tenturum dicit. Remus enim fraternã manu ſignificabatur interiturus: qui poſteà* Quirinus *appellatus eſt, vt obſcurari parricidium poſſet. Hunc Romulum conditurum Romam dicit, & eos, qui ſub eius imperio futuri eſſent, appellaturum* Romanos, *tantã felicitate regnaturos, vt ipſorum poteſtas eſſet infinita, & nullo alterorum regum tempore clauderetur, perindeq; felicitatem ipſam perpetuò manſuram. Quòd autem Venus obliquè poſuit.* Vnius ob iram prodimur: *hoc Iupiter intellecto, vt lætiorem Venerem faceret, ait:* Quin aſpera Iuno, Quæ mare nunc terrasq; metu, cœlumq; fatigat, Conſilia in melius referet, mecumque fouebit Romanos rerum dominos, gentemque togatam] *In tantùm pollicetur omnia fore proſperrima, vt ipſam quoq; acerrimam inimicam Iunonem, & depoſituram diceret inimicitias, & fauturam ei generi quod fuerat perſecuta. Ad Æneæ accedebat meritum, quòd Iupiter promittebat Iunonem nec obſtenturam fuiſſe, & fuiſſe potiùs Troianis curam maleuolentiæ ſtudio, permutato. Additur in fine proximorum, quod maiorem lætitiam pareret.* QVVM domus Aſſaraci, *inquit,* Phthiam, clarasque Mycenas Seruitio premet, ac victis dominabitur Argis.] *Vt qui ad tempus victores eſſe videbantur, ſeruituri eſſent ijs, quos primitus vicerant. Ecce reſpondit ad illud, quod de Antenore fuerat dictum, vt, cùm ille ex eo diceretur felix, quòd in partibus Græciæ & condere potuit ciuitatem, & ibidem regnare, iſti dicantur imperaturi omnibus* [illegible]

Græcis, & cunctos perpetuâ ditione preſſuri. Gradatim igitur Troianis, generis ſtirpem & felicitatem plenam memorat eſſe venturam. Primò enim Aeneæ triennium dedit, Aſcanio triginta, alijs trecentos annos. Cæſari Aeneidem ſcribebat. Hic aperuit, quod in poſteriobus libris poëta noſter fuiſſet poſiturus: quæ quidem, vt dictum eſt, cum ſupradictis ſcribere non potuit. Nam ſequens poſt Turni mortem, & geſta trium & triginta & trecentorum annorum, ac deinceps, vſque ad ipſius Cæſaris tempora, factáque eius fuerat ſuis carminibus conditurus, & prouentus Troiani generis futuros naſcendo meliores, deniq; alios partes aliquas orbis retenturos fuiſſe: Cæſarem verò ſic amplificaturum Romanum imperium, vt nihil reliqui faceret, quod non ſubactum ſibi eſſe fateretur. Idcirco ait: NASCETVR pulchrâ Troianus orig.] *Optima ſcilicet & honeſta, vt non corporis, ſed originis intelligatur pulchritudo.*

Marte grauis, geminam partu dabit Ilia prolem.
Inde lupæ fuluo nutricis tegmine lætus
Romulus excipiet gentem, & Mauortia condet
Mœnia, Romanosq; ſuo de nomine dicet.
His ego nec metas rerum, nec tempora pono,
Imperium ſine fine dedi: quin aſpera Iuno,
Quæ mare nunc, terrasq; metu, cœlumq; fatigat,
Conſilia in melius referet, mecumq; fouebit
Romanos rerum dominos, gentemq; togatam.
Sic placitum: veniet luſtris labentibus ætas,
Cùm domus Aſſaraci Phthiam, clarasq; Mycenas
Seruitio premet, ac victis dominabitur Argis.
Naſcetur pulchrâ Troianus origine Cæſar,
Imperium Oceano, famam qui terminet aſtris,
Iulius, à magno demiſſum nomen Iulo.
Hunc tu olim cœlo ſpolijs Orientis onuſtum

REGINA.] *regia filia. abuſiue ait more poetico, vt alibi:* Magnum reginæ ſed enim miſeratus amorem: *id eſt, regis filiæ Paſiphaæ.* MARTE grauis.] *grauida: vt,* Non inſueta graueis tentabunt pabula fœtas. INDE.] *deinde, vel poſt, vel tunc, aduerbium loci pro temporis.* FVLVO tegmine.] *id eſt, pelle lupæ, qua vtebatur more paſtorum. Sed hoc multi reprehendunt, cur nutricis tegmine vſus ſit: qui geminâ ratione refutantur, vel falſitate fabulæ, vel exemplo Iouis, qui capræ nutricis ſuæ Amaltheæ vtitur pelle.* LÆTVS.] *virtute alacri* ROMVLVS.] *Benè Romulum ſolum ait, aſſimulans de parricidio.* EXCIPIET gentem.] *Remo ſcilicet interempto: poſt cuius mortem natam conſtat peſtilentiam, vnde conſulta oracula dixerunt placandos eſſe manes fratris extincti: ob quam rem ſella curulis cum ſceptro & coronâ, & cæteris regni inſignibus ſemper iuxta ſancientem aliquid Romulum ponebatur, vt pariter imperare videretur: vnde* Et Remo cum fratre Quirinus Iura dabunt. ROMANOSQVE ſuo de nomine dicet.] *Peruè, non ait* Romam, *ſed* Romanos: *vrbis enim illius verum nomen, nemo vel in ſacris enunciat. Denique* Tribunus plebis quidam (*vt ait Varro*) hoc nomen auſus enunciare, in crucem ſublatus eſt: *quod nec Higinus quidem, quum de ſitu vrbis loqueretur expreſſit.* NEC metas rerum, nec tempora pono.] *Metas ad terras retulit, tempora ad annos. Lauinio enim & Albæ finem inſtituit, Romanis tribuit æternitatem.* QVIN.] *quinetiam: minus enim eſt etiam: nam plenum eſt quinetiam: vt,* Quinetiam hyberno molliris ſidere claſſem. ASPERA Iuno.] *Tolerabilius hoc Iupiter dicit, vt criminaretur vxorem: marito enim magis congruit, quàm alij.* METV] *vt ſuprà, Id eſt, metuens.* TERRAS, cœlumque fatigat.] *vt alibi:* Abſumptæ in Teucros vires cœlique marisque. CONSILIA in melius referet.] *Quia bello Punico ſecundo Iuno placata vt ait Ennius, cœpit Romanis fauere.* GENTEMQVE togatam] *Benè Gentem: quia & ſexus omnis & conditio, togâ vtebatur: ſed ſerui ne colobia, nec calceos habebant. Togas autem etiam fœminas habuiſſe, cycladum, & ricini vſus oſtendit. Ricinus autem dicitur ab eo, quòd poſt tergum reijcitur, quod vulgò mauorte dicitur.* SIC placitum.] *Vel fatis, vel mihi: nam impersonale eſt.* LVSTRIS.] *quinquennijs. Et benè Olympiadibus computat tempora: quia nondum erat vel Roma, vel Conſules. Luſtrum autem dictum, quòd poſt quinquennium vnaquæque ciuitas luſtrabatur. Vnde Romæ* Ambiluſtrum, *quòd non licebat, niſi ambos Cenſores poſt Quinquennium luſtrare ciuitatem.* ÆTAS.] *Iuxta Veteres Ætas hic pro tempore poſita eſt, alibi pro modo annorum: vt eſt,* Vbi iam firmata virum te fecerit ætas. &, Ætas Luciná Iuſtosq; pati hymenæos. DOMVS Aſſaraci.] *id eſt, familia Troiana: nam Aſſaracus Capyn genuit, Capys Anchiſen: vnde Aeneas author Romani generis: ex quibus Mummius, qui Achaiâ vicit.* PHTHIAM.] *Achillis patriam.* MYCENAS.] *Agamemnonis patriam: vt,* Agamemnoniasque Mycenas. NASCETVR.] *ad id reſpondet:* Certè hinc Romanos. *Et omnis Poëtæ intentio, vt in qualitate carminis diximus, ad laudem tendit Auguſti: ſicut & in Sexti catalogo, & in Clypei deſcriptione. Hæc autem Iouis allocutio, partim obiecta purgat, partim aliquid pollicetur.* PVLCHRA.] *Alluſit propter Venerem, vnde & Venus aurea nuncupatur.* TROIANVS.] *ac ſi diceret, etiam Cæſar Troianus eſt.* CÆSAR.] *Caius Iulius Cæſar, qui in Curiâ Pompeianâ à Caſſio & Bruto, alijsq; Pompeianis occiſus eſt Romæ interfecto Pompeio ab eo apud Alexandriam. Hic eſt, qui dictus Caius Iulius Cæſar. C. pronomen eſt,* Iulius ab Iulo. Cæſar, *vel quòd cæſo matris ventre, natus eſt: vel quòd auus eius in Africâ manu propriâ occidit elephantem, qui Cæſar dicitur Pœnorum linguâ.* IMPERIVM Oceano, famam qui terminet aſtris.] *Aut ad laudem dictũ eſt, aut certè eſt ſecundum hiſtoriã. Reuera enim & Britannos qui in Oceano ſunt, vicit, & poſt mortem eius cũ ludi funebres ab Auguſto eius filio adoptiuo darentur, ſtella medio die viſa eſt, vnde eſt:* Ecce Dionæi proceſsit Cæſaris aſtrum. A' magno.] *ſicut Alexander, ſicut Pompeius.* OLIM.] *modò futuri eſt temporis.* COELO.] *in cœlum.*

IMPERIVM Oceano, famam qui terminet aſtris.] *Vt tantùm Cæſar pugnando eſſet obtenturus, vt nihil non domitum relinqueret, & fama nominis ac triumphorum eius vſque ad cœlum perueniret, diceretur'q;:* Is eſt Cæſar trahens à magno demiſſum nomen Iulo. *In tantùm autem domaturum omnes, vt exiſtentibus triumphis eius, pax dehinc & fides perpetua permaneret. Hoc eſt, quod ait:* Aſpera tum poſitis miteſcent ſecula bellis. CANA fides & Veſta, Remo cum fratre Quirinus Iura dabunt.] *id eſt, leges Romuli perdurabunt.* Diræ ferro & compagibus arctis Claudentur belli portæ, furor impius intùs Sæua ſedens ſuper arma, & centum vinctus ahenis. POST tergum nodis, fremet horridus ore cruento.] *Ceſſura omnia mala, felicitatate Cæſaris dixit, furorem ſcilicet neceſſitatemq; bellandi. Pronuntione futurorum expoſitâ, prouideri ſecuritas debuit, ne naufragi in alienis terris & incognitis, atque in quibus conſtaret, inimicam Iunonem vehementiſſimè coli, aliquam violentiam paterentur; hanc partem incipit ſic:* HÆC ait, & Maia genitum demiſit ab alto.] *Procuratur Troianis ſecuritas per duos, quorum alter auus eſſet: alter affinis: nam Maia Mercurij mater, vt in octauo libro apertiùs dictum eſt, Troianorum generis nectebatur. Debuit ergo ad effectum implendos talis nutu perſonæ, quæ præceptorũ authoritate duplici ratione ducta celeriùs* [illegible]

maturaret, alarum vel maximè iuuante ſubſidio. Subnectitur dehinc cauſa mittendi, & definitio mandatorum.

POM. Sabi. PLACITVM.] mihi eſt. LVSTRIS.] Quinto quoq; anno luſtrabitur ciuitas à Cenſoribus, hinc quinquennale ſpacium dicitur luſtrum. ASSARACI.] Aeneæ. Aſſaracus clariſsimus inter reges Troianos fuit, filius Trois & pater Capys, ab Capy Anchiſes. PHTHIAM. Phthia pars Theſſaliæ auſtralis: in quâ eſt Thetidis fanum prope Pharſalum veterem & nouam, ex quo fano ſuſpicantur hanc regionẽ fuiſſe Achilli ſubiectã: incipit à Dolopibus per campeſtrem plagã: vſq; ad Magneſiũ pelagus. Neoptolemus cum Phthijs venit: aliqui volunt regionẽ eſſe Phthiotiã, & vrbem Phthiã. MYCENAS.] Mycenas Peloponneſi vrbs, quam condidit Perſeus, Iouis & Danaæ filius: imperiũ Agamemnonis. ARGIS.] Argi Argorũ, prima apud Antiquos Peloponneſi vrbs: imperiũ Diomedis fuit. OCEANO.] victũ Brittannicũ. ASTRIS.] cœlo. IVLO.] eo, qui ſacerdos fuit: vnde Iulia gens. HVNC] Cæſarem. COELO.] quia deificatum. VOCABITVR.] à mortalibus: ergo hunc inuocat in Georgicis. TVM.] poſtea ſub Octauio. CANA fides.] dedicata in Palatio à M. Attilio. VESTA.] Tempore Romuli Veſta cõmunis erat omnibus curijs. Tatius ædem Veſtæ dedicauit, & Quirino. Veſta poteſt & pro pudicitiã poni, quòd Auguſti tempore fides, pudicitia, concordia erant. Diſcordia fuit inter Quirinum & Remum, concordia erat tempore Auguſti. QVIRINVS.] Sabini Euryalũ colunt, quẽ Romani Quirinũ dicunt, incertum an Mars, an alius deus bello præſidens: huius templi puella cuſtos, peperit puerũ, qui Medius fidius appellatus eſt: is cùm adoleuit, condidit Cures Sabinorũ vrbem: hæc Varro. Quirinus dictus ab haſtâ. CLAVDENTVR belli portæ.] L. Piſo in Annalibus tradit, ædificatũ templũ à Numã Pompilio inter forũ Romanũ & boariũ, Iano Gemino: et ab eodem conſtitũ, vt eius porta clauſa ſignificet pacem, aperta bellum: clauſa fuit ſuo tempore, & primo bello Punico finito, Luctatio Conſule: clauſa, & eodem anno aperta: inde, finitis bellis ciuilibus ſub Auguſto, clauſa appellabatur hæc porta Ianualis, cum ſigno Iani. Ianus, ſiue ſol, ſiue mundus ſit, ab eundo dicitur: id eſt, mouendo: mundus ſemper eſt in motu, & ſol. Cornificio Ianus appellatus Pater Geminus, & Iunonius dicitur, qui calendarũ princeps: calendæ ſunt Iunoni dicatæ. Conſiuius, à conſerendo. Purrinus: quia bellorũ potens, Patucius: quia bello patet. Clauſius: quia pace clauditur. Bello Sabino, vt ait Varro, è portâ, quæ poſtea Ianualis dicta, magna vis aquę feruentis ac ſulphureæ erupit, quæ Sabinos hoſtes irruentes in arcem Capitolinam partim vſſit, partim conſumpſit: hinc inſtitutum, vt ea porta, id eſt Ianualis, bello aperiretur, quaſi auxilium datura.

VAR. Lect. TRIGINTA magnos voluendis menſibus orbes.] In libro Longobardico, non Orbes, ſed annos, ſcriptum inuenis. Orbes tamen docti omnes, vt caſtiorem lectionem, admittunt. ET longam multâ vi muniet Albã.] Variat numerus in his codicibus antiquis, quatuor vltimis pedibus ſolutis in hunc modum: Et longam vi multa muniet Albã. QVÆ mare nunc terraſq; metu] Vetera quædam exemplaria legunt: Quæ mare, quæ terraſque metu: multi vulgatam lectionem magis approbant.

IOAN. Scop. CANA fides, & Veſta, Remo cum fratre Quirinus Iura dabunt.] Quid ingenioſi ſenſerint interpretes, cuiq; licet intueri: nos hoc ſentimus, poëtam, reuocandã eſſe auream ætatem: vbi nullæ fuerunt inſidiæ, doli, furta, atq; adulteria, ſed ius & fas vbiq, vt in Iani fuit ſeculo, demonſtrãſſe: quod per hæc indicat verba: Fides: id eſt, iuſtitia: quoniam fides, vt Cicero de Officijs, eſt firmamentũ iuſtitiæ: & Quintilianus in declinationibus eſt ſupremũ rerũ humanarũ vinculũ, ſacra inter hoſtes, ſacra inter piratas, cuius Numâ Pompilius (vt Liuius) ſacrarium & ſacerdotes inſtituit, hinc Ennius: O' fides alma, apta pinnis, & iuſiurandũ Iouis. & Silius: Iuſtitiæ cócors, tacitumq; in pectore numen: cuius ſimulachrum in Capitolio vicinum Iouis Optimi maximi (vt eſt in Catonis oratione) maiores noſtri eſſe voluerunt: huius myſteria, vt reliquorum deorum, ſunt in operto, nec vulgari fas eſt: hinc Apuleius III. Fidei ſecreta numina. Cana: id eſt, firma & ſincera, puraq;, qualis ſolet eſſe in canis: id eſt, in bonis hominibus. Fides enim quo firmior ſit (vt Petronius Arbiter) panno albo reuincta, ligataq; fingitur: albus color pro puro ſinceroq; ponitur: depoſitis bellis iuſticia & leges, quæ belli tempore dormiunt, pacis vigent & exercentur. Veſta: id eſt, religio, vt ſuperiùs de Veſtâ locuti prodidimus, cuius religionis nimiùm (vt patuit) curioſi fuerunt Romani, vt Valerius in I. & Liuius indicant: & Quirinus: id eſt, virtus bellica ad propulſandam & non inferendam iniuriam, vt fecêre Romani, per Quirinum ſignificata. Nam Proculo (vt Plutarch.) Romulus Romanis nunciauit, vt prudentiam & fortitudinem colant: his artibus fore, vt ampliſſimam inter homines potentiam conſequantur. Ego vobis Quirinus facilis, propitiuſq; ero deus. Cum Remo fratre: id eſt, tali pace & concordiâ, qualis debet eſſe inter fratres: quod poſtea Romulus effinxit, & in omnibus egit, vt cum fratre regnare videretur, ne ſe reum parricidij indicaret, omnia nomina habuit duplicia, quaſi cum fratre communia, & ſecum regnare ſimulauit inſignibus geminis. Hinc Vergilius in VI. Viden' vt geminæ ſtent vertice criſtæ? vt ſit ſenſus: Iuſtitia, vt rectè viuatur, religio, vt ſanctè & caſtè, pax atq; concordia inter omnes, & virtus bellica contra iniuriã prouocantes iura dabunt. Hæc, non vt Sibyllæ folium ſcriptitauimus, ſed vt argutiora legentẽ oblectarent.

Accipies ſecura: vocabitur hic quoq; votis,
Aſpera tum poſitis miteſcent ſecula bellis,
Cana Fides & Veſta, Remo cum fratre Quirinus
Iura dabunt. diræ ferro & compagibus arctis
Claudentur belli portæ: furor impius intus
Sæua ſedens ſuper arma, & centum vinctus ahenis
Poſt tergum nodis, fremet horridus ore cruento.
Hæc ait & Maiâ genitum demittit ab alto,
Vt terræ atq; nouæ pateant Carthaginis arces
Hoſpitio Teucris: ne fati neſcia Dido
Finibus arceret: volat ille per aëra magnum.

SER. SPOLIIS orientis.] victo Pharnace, Mithridatis filio, qui reuerâ in oriẽte fuit. Ceterùm Aegyptus, in quâ Ptolemæum vicit, in auſtrali eſt plagâ. HONVSTVM.] Inter onuſtum & onoratum hoc intereſt, quòd oneratus eſt qualicumque preſſus pondere: onuſtus verò, cui onus ipſum honori eſt, vt ſi quis hoſtium ſpolia ferat. Sed oneratus aſpirationem non habet: quia ab onere venit: onuſtus verò quia etiam ab honore deſcendit, retinet aſpirationem. ACCIPIES ſecura.] Quia poſt mortẽ Cæſar meruit aram, faſtigiũ, flaminem: vt Cicero in Philipp. HIC quoq;.] Poteſt intelligi, ſicut Romulus: ſed meliùs, ſicut Aeneas, de quo ſuperiùs ait Sublimẽq; feres ad ſidera cœli Magnanimũ Aeneã, Quoq; ait ſemper ad ſimilitudinem ponitur: vt, Tu quoq; litoribus noſtris: nã ideo in Bucolicis dicitur: Namq; erit ille mihi ſemper deus: & in Georg. In medio mihi Cæſar erit t.c. VOTIS.] vel ad vota, vel in votis vocabitur. ASPERA.] id eſt, iniqua. TVNC.] id eſt, Cæſare conſecrato: quum Auguſtus regnare cœperit, clauſo Iani tẽplo, pax erit per orbẽ. Conſtat aũt templum hoc ter eſſe clauſum: primùm regnante Numã: deinde, poſt bellũ Punicum ſecundũ: tertiò poſt bella Actiaca, quæ confecit Auguſtus: quo tempore pax quidẽ fuit, quantum ad exteras pertinet gẽtes, ſed bella flagrauêre ciuilia. Quod & ipſe per tranſitũ tãgit dicens: Furor impius intus, &c. Huius autem aperiendi vel claudendi ratio varia eſt. Alij dicunt, Romulo contra Sabinos pugnante, quum in eo eſſet,

vt vinceo

A vt vinceretur, calidam aquam ex eodem loco erupiſſe, quæ fugauit exercitum Sabinorum. Hinc ergo tractum morem, vt pugnaturi aperirent templum, quod in eo loco fuerat conſtitutum quaſi ad ſpem auxilij priſtini. Alij dicunt, Tatiū & Romulum, facto iam fœdere, hoc templum ædificâſſe: vnde & Ianus ipſe duas facies habet, quaſi vt oſtendat duorum regum coitionem, vel quòd ad bellum ituri debent de pace cogitare. Eſt alia melior ratio, quòd ad prælium ituri optent reuerſionem. CANA fides.] ſubaudi Erit: Canam autem fidem dixit, vel, quòd in canis hominibus inuenitur, vel, quòd ei albo panno inuolutâ manu ſacrificatur: per quod oſtenditur, fidem debere eſſe ſecretam: vnde & Horatius: Et albo rara fides colitur velataque panno. ET Veſta.] Veſta ſignificat religionem: quia nullum ſacrificium ſine igne eſt: vnde & ipſa & Ianus in omnibus ſacrificijs inuocantur. Veſta autem dicta, vel ἀπὸ τῆς ἑστίας vt digammos ſit adiecta: ſicut ἔαρ ver, ἑνετὸς venetus: vel quòd varijs ſit veſtita rebus. Ipſa enim eſſe dicitur terra, quam ignem habere, non dubium eſt, vt ex Aetnâ Veſuuioq́ datur intelligi. REMO cum fratre Quirinus.] Hic diſſimulat de Parricidio, quòd & iungit eos, & quia non Romulum, ſed Quirinum appellauit, & cætera vt B ſuperiùs dictum eſt. Multi ſic intelligere volunt, vt ſuprà diximus: quia poſt peſtilentiam ad placandos fratris manes, geminis omnibus vſus eſt Romulus: vnde eſt: Viden' vt geminæ ſtent vertice criſtæ? Sed hoc eſſe non poteſt: quia iteratio eſt antedictorum: aut ordo præpoſterus, ſi poſt dictum Cæſarem, Romulum repetit. Conſtat præterea Iani templum patuiſſe ſub Romulo, quia bellis nunquam vacauit. Alij volunt, per hos, Romanos intelligi. Vera tamen hoc habet ratio, Quirinum Auguſtum eſſe: Remum verò pro Agrippâ poſitum, qui ſororem Auguſti duxit vxorem, & cum eo pariter bella tractauit. vnde eſt: Parte aliâ dijs, & ventis Agrippa ſecundis. Nam adulans populus Romanus Octauiano, tria ei obtulit nomina, vtrum vellet Quirinus, an Cæſar, an Auguſtus vocari. Ille, ne vnum eligendo partem læderet, quæ aliud offerre cupiebat, diuerſo tempore omnibus vſus eſt: & primò Quirinus dictus eſt, & inde Cæſar, poſtea (quod & obtinuit) Auguſtus: ſicut & Suetonius probat, & in Georgicis oſtendit Vergilius: Nam, cùm de Gangaridum victoriâ diceret, qui iuxta Gangem ſunt, quiq́ ab Auguſto victi ſunt, ait: Victoriſq́ arma Quirini. Vt autem pro Agrippâ Remum poneret, poëtico vſus eſt more: nam nomen ex vicino ſumpſit. Hoc ergo C dicit: Cùm cœperit Iulius Cæſar cœlum tenere patratis omnibus bellis, iura dabunt Auguſtus & Agrippa. Romulus autem ideò Quirinus dictus eſt, vel quòd haſtâ vtebatur, quæ Sabinorum linguâ curis dicitur. Haſta enim: id eſt, curis, telum longum eſt: vnde & ſecuris, quaſi ſemicuris: vel quod Græcè κοίρανος, rex dicitur: vnde Homerus βασιλεὺς κοίρανος ἔστω. Conſtat autem Græcos fuiſſe Romanos, vel propter generis nobilitatem. Mars enim cùm ſæuit, Gradiuus dicitur: cùm tranquillus eſt: Quirinus. Deniq́ in vrbe duo eius templa ſunt: vnum Quirini intra vrbem, quaſi cuſtodis & tranquilli: aliud in Appiâ viâ extra vrbem prope portam, quaſi bellatoris vel Gradiui. DIRÆ.] cùm opertæ ſunt. Magnæ, An ſua cuique Deus ſit dira Cupido. COMPAGIBVS.] Ambages & compages antiqui tantùm dicebant: poſteritas admiſit vt & compago dicatur: ſed non quia varius eſſe poteſt nominatiuus, debet etiam declinatio mutari: quemadmodum nec in iſtis nominibus, arbor arbos, vomer, vomis: nam & arboris & vomeris tantùm facit. Ergo compages compagis: quoniam compago vſurpatum eſt: compaginis autem nemo penitùs dicit. Ouidius tamen in primo Metamorphoſeos ait: Atq́ ita diſparibus calamis compagine ceræ, à genitiuo compaginis. BELLI portæ.] Iani gemini, quæ bello aperiebantur, pace claudebantur. FVROR impius intùs.] vt ſuperiùs diximus, propter bella ciuilia, quæ geſta ſunt contra Brutum & Caſſium ab Auguſto in Philippis, contra Sextum Pompeium in Siciliâ. Alij, Furor impius intus, non in æde Iani, ſed in aliâ, In foro Auguſti introëuntibus ad ſiniſtram, fuit bellum pictum, & furor ſedens ſuper arma æneis vinctus, eo habitu, quo poëta dixit. SÆVA ſedens ſuper arma.] Secundum antiquam licentiam. Sciēdum tamen, hodie In & Sub tantùm communes eſſe præpoſitiones: cæterùm Super & Subter iam accuſatiuæ ſunt: ſicut Clam & Poſt, quæ antea communes fuerunt: nunc in his mutata natura eſt. ATHENIS nodis.] non centum nodis, ſed cathenis, quas circumlocutione ſignificauit: quia ſunt cathenæ nodi plures. Quidam, Æneis pro ferreis tradunt, vt 7. Aen. Micat æneus enſis: & 5. Aen. Ærea quē obliquum rota tranſijt. ET Maiâ genitum.] Mercurium: & eſt periphraſis. Cicero in Libro De deorum naturâ, plures dicit eſſe Mercurios, ſed in deorum ratione fabulæ ſequendæ ſunt: nam veritas ignoratur: ſimul alluſit poëta: quia per caduceatores: id eſt, internuncios pax ſolet fieri. VT terræ.] Propter illud quod ſequitur: Hoſpitio prohibemur arenæ. PATEANT.] Propter illud: Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis. HOSPITIO.] ad hoſpitium. NE fati neſcia Dido.] non ſui: nam ſi ſciret exitium ſuum, multò magis vetaret. Sed Fati dixit, voluntatis Iouis: ſicut, Fatis Iunonis iniquæ: aut certè fati Troianorum, qui non ſponte, ſed neceſſitate ad Africam venerant, quod vtiq́ ignorabat Dido. Illo enim tempore inuadendarum terrarum cauſâ fuerat nauigatio, vt Salluſtius meminit, facili tum mutatione ſedium, quod etiam excuſant Troiani: Non nos aut Libyos ferro populare penates Venimus. Ergo hoc agitur, vt diſcat Dido, eos ad Italiam tendere. Quomodo ergo ſe iungit Aeneas? ſed furoris illud eſt, non conſilij: nam nec ſacerdotibus hæc dicentibus credidit: vnde eſt: Quid vota furentem, Quid delubra iuuant?

VT terræ, vtq́ nouæ pateant Carthaginis arces DON.
Hoſpitio Teucris.] Nouas arces ideò poſuit: quia nouitas regni cuncta poteſt habere ſuſpecta, vt ipſe Vergilius ait ex perſonâ Didonis: Res dura & regni nouitas me talia cogunt Moliri, & latè fines cuſtode tueri. Item poteſt intelligi & hoc modo, vt terræ Carthaginis pateant hoſpitio Teucris, & nouitas imperfectorum ædificiorum. Solus autem efficere Iupiter, miniſtro Mercurio, potuit, vt inimicos ſuos Carthago ſuſciperet contra Iunonis ſtudium, quam colebat. In omnibus igitur celeritate opus fuit, quæ non eſt prætermiſſa: nam eandem breui ſermone complexus eſt dicendo: Vt terræ, vtq́ nouæ pateant Carthaginis arces. Hoſpitio Teucris. Terras dixit, ne fortè in regionibus Carthaginis, aut in littoribus à gentibus Troiani vexarentur. Nouas arces etiam ſic accipimus, ne ad ipſam Carthaginem incogniti venientes aduerſa paterentur, ſed magis reciperetur hoſpitio Mercurium interea celeriter diffiniuit obſequium iuſſit. VOLAT ille per aëra magnum.] Atq́, vt eſſet fides volâſſe per aëra magnum, addit: REMIGIO alarum.] Aliter enim cœli partibus miſſus, ad terras inuenire non poſſet, niſi remigio alarum adiutus: non enim per inane aëris pedibus ire potuit. Fructus executionis impletæ, vt manifeſtiùs appareret, adiecit: ET iam iuſſa facit, ponuntque ferocia Pœni Corda.] Propter Aeneæ commodum, repentè ex ferociâ in lenitatem hominum corda mutantur. Addidit. VOLENTE deo.] Hoc eſt, Ioue, vel Mercurio: illi enim naturale, ferociam repentè abijcere non poſſent, niſi interueniſſet cœleſtis authoritas. Secūdo loco reginæ poſuit partes: ſed hæc, ne notabile fieret, vt ſecundo loco regina placaretur, ait: In primis regina: ipſa quippe primò fuerat lenienda, quæ vel iubere aliquid in contrarium poſſet, vel emergentem violentiam pro poteſtate compeſcere. IN primis regina quietum Accipit in Teucros animum, mentemq́ benignam.] Accipiunt ergo in Teucros, ipſa in primis, quietum animum mentemq́ benignā. Librauit magnâ moderatione Vergilius, quemadmodū hanc poneret partē: Ponunt, inquit, ferocia corda Pœni, & accipiunt quietum animum in Teucros,

& men-

Digitized by Google

& mentem benignam. *Non dixit*, cœperunt amare Troianos, *quod fieri ſimul non poterat, vt eodem temporis puncto & ferocitatem ponerent, & amarent: ſuffecerat enim ad neceſſitatem patris, vt à cogitationibus peſſimis temperarent.* Quod ait: Ponuntq; ferocia Pœni corda, *meritum eius monſtrari voluit, propter quem impoſſibilia curabantur, vt mala hominum natura verteretur in bonam non iuxta omnes homines, ſed iuxta Troianos tantummodò. His inter Iouem, Venerem & Mercurium geſtis, redit ad ea, à quibus interim receſſerat, ab illâ ſcilicet Aeneæ cogitatione, quâ dixit:* Præcipuè pius Aeneas nunc acris Oronti, Nunc Amyci caſum gemit, & crudelia ſecum Fata Lyci, fortemq; Gyam, fortemq; Cloanthum. *Hæc ergo Aeneas cogitabat per diem. Et quia dixit:* Et iam finis erat, *vel conuiuij, vel fabularum, vel lucis: videamus quas cogitationum curas etiam per noctis tempus habuerit, quod ipſum laudabile eſt ſatis, ſi in tot laboribus in aliquam quietem flecti non potuit, neq; tunc ſaltem requieſcere dormiendo, quum animalia omnia poſt fatigationem animorum & corporum ſoluuntur in ſomnos. Quæ res oſtendit, quantâ curâ tueatur Vergilius Aeneam, cui, inuentis occaſionibus, omnia genera virtutum, animi ſcilicet & corporis, applicare non ceſſat. Deniq; ſolum poſuit aſcendiſſe montem, & montem altiſſimum: & eo temporis aſcendiſſe, quo cæteri tabidis corporibus & ſolutis iacebant in littore. Ecce etiam ſolus vtilitatem omnium cogitat, ſolus vigilat, ſolus agẽda pertractat, ſolus ad ea complenda pergere diſponit.* Ac pius Aeneas per noctem plurima voluens.] *Reuoluenda ſunt interpoſita, quæ Venus ad Iouem, & ad Venerem Iupiter habuit, quæq; dicta ſunt: & erit vna narratio, quæ videtur ad tempus eſſe diuiſa. Sic enim connectitur, ſi retractis medijs ſuperioribus inferiora iungantur. dixit enim ſuprà:* Præcipuè pius Aeneas nunc acris Oronti, nunc Amyci caſum gemit, &c. *Completis igitur quæ neceſſariò videntur interpoſita, redit, vt omnes Aeneæ curas ac diligentiam monſtret, & cautelam optimi regis oſtendat: ait igitur:* At pius Aeneas per noctem plurima voluens. *De plurimis generaliter poſitis, ſpecialiter aliqua perſequitur, quæ neceſſariò eſſent inueſtigationis induſtriâ colligenda. Tractatu ergo habito definijt, quæ eſſent requirenda, loca ſcilicet, vel quæ eſſent terrarum partes, vel qui tenerent: diſcretionis enim coniectura in incertum rapiebatur, vtrum illa loca feræ, an homines inhabitarent. Interea multa quærenda Vergilius diffiniens diuerſis generibus exequutus eſt: id eſt, maſculino, fœminino, & neutro: & reſponſurus omnibus, neutro plurali concluſit. Locos inquit nouos, quas oras, qui teneant homines.* CLASSEM in conuexo nemorum ſub rupe cauatâ Arboribus clauſam circum, atque horrentibus vmbris Occulit: ipſe vno graditur comitatus Achate, Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.] A *Exiturus cum ſolo Achate, nec omninò inermis fuit, ne temerarius: nec in totum armatus, ne tumidus videretur. Cum ſolis haſtilibus geminis, & vno ſocio: hoc enim expediebat ei, qui iturus eſſet in ſolitudines, vt eſſet expeditus propter inquiſitionem celerem, & maturum reditum, ad omnia circumſpectius ſocios ſuos omni cautelâ communiens. Nam conſulendi viam præbuit occaſio loci: quem ſuperiùs deſcripſit, quum dixit:* Eſt in ſeceſſu longo locus. *Vt appareat non ſuperfluam, ſed neceſſariam fuiſſe deſcriptionem, propterea dixit: (Ecce & hic Aeneæ virtutes & animi & corporis numerantur.)* Claſſem in connexo nemorum ſub rupe cauatâ, Arboribus clauſam circum, atq; horrentibus vmbris Occulit: *Quietis enim omnibus, & diligenter abſconditis, ſolus cum vno ad incertum pergit. Additur ei à loco, à tempore, à perſonâ, aliud ad laudem: nam cùm ſe ei obtuliſſet mediâ in ſyluâ, compoſitâ ad fallendum fœminâ, ſub virginis habitu & formâ, quaſi venatrix, motus in libidinem non eſt, cui dabant omnia audendi facultatem, locus, virginitas, pulchritudo, veſtitus. Accedebat ad hominis caſtitatem malorum tantorum ſæua congeries, quæ etiam libidinoſos reuocat à Veneris voluptatibus: vt Terent.* B Nullâ adeò ex re iſtud fit, niſi ex nimio ocio: *ait ergo:* Cui mater mediâ ſeſe tulit obuia ſyluâ, Virginis os habitumq; gerens, & virginis arma Spartanæ, vel qualis equos Threiſſa fatigat Harpalice, volucremq; fugo præuertitur Hebrũ. Namq; humeris de more habilẽ ſuſpenderat arcum Venatrix, dederatq; comas diffundere ventis, Nuda genu, nodoq; ſinus collecta fluenteis.] *Ecce quanta irritamenta libidinis Aeneam non mouerint: nam fuit pulchra, benè veſtita, capillis diffuſis, & genu nuda. Dehinc, quòd ſe in illâ ſolitudine ad cõferendas cum viris fabulas prior ingeſſit. Quòd verò generaliter dictum eſt:* Virginis os habitũq; gerens: *hoc eſt, quod ſpecialiter enumerauit, quid ſit virginis os, quod habitus: nam ſuſpendere arcum, & comã ventis dare, virginum eſt ſpecies.* Nuda genu, nodoq; ſinus collecta fluẽteis, *ad habitum pertinent. Genera ſunt locutionum, vt ornatior fiat oratio.* Ac prior, heus iuuenes. *Prior enim debuit Venus offerre loquendi fiduciã, ne illis improbum forſan videretur, cum virgine, cum ſolâ, quæ tunc ſola putaretur, miſcere colloquium. Certè & illud ad fallendum proficiebat, vt illã non tantùm ſpecie virginis, verùm etiam ſermone traduceret imprudentes, vt ad interrogandi neceſſitatem venire potuiſſent. Ipſa ergo prior cœpit.* C

CANA fides.] *De certâ fide. Nam canitie multa reſperſi homines, minus ſunt fraudulenti.* ADR. Bar.

SER. REMIGIO alarum.] *Tranſlatio reciproca, vt ſuprà diximus.* CITVS.] *Pro* Cito, *aduerbium temporis in nomen deflexum. Cùm enim aliã ſigna tardè ad ortus ſuos recurrant, Mercurius octauo decimo die in ortu ſuô inuenitur.* POENI.] *ἀντίστοιχον eſt, quaſi* Phœni. VOLENTE deo.] *Mercurio, vel Ioue.* IN primis.] *præcipuè.* IN Teucros.] *pro* Teucris, *vt ſuprà diximus. Alibi* in Teucros, *ad*uerſum Teucros: *vt,* Abſumptę in Teucros vires. QVIETVM animum.] *id eſt, beneuolentiæ plenũ.* PER noctẽ.] *Decet enim pro cunctis regẽ eſſe ſollicitũ: vt apud Hom. Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα, ᾧ λαοί τ' ἐπιτετράφαται καὶ τόσσα μέμηλεν.* ALMA.] lux alma dicta, *quòd alat vniuerſa: vnde &* alma Ceres, *quòd nos alat: nã phyſici dicũt, omnia per diẽ creſcere.* Quomodo *igitur Verg. ait:* Exiguâ tantũ gelidus ros nocte reponit: *ſed hoc miraculo poſitũ, vt etiã Plinius ſentit.* LOCOS.] *Et* locos & loca *dicimus: cùm in numero ſingulari* locus *tãtùm dicamus. Simile eſt &* iocus: *nam &* ioca *facit, &* iocos: *vt, Salluſtius in Iugurth.* Ioca atque ſeria cum humilis exercerent:

Remigio alarum, ac Libyæ citus aſtitit oris.
Et iam iuſſa facit, ponuntq; ferocia Pœni
Corda. volente deo: in primis regina quietum
Accipit in Teucros animum, mentemq; benignam.
At pius Æneas per noctem plurima voluens,
Vt primùm lux alma data eſt, exire, locoſq;
Explorare nouos, quas vento acceſſerit oras,
Qui teneant (nã inculta videt) hominéſne feræ ne,
Quærere conſtituit, ſocijſq; exacta referre.
Claſſem in conuexo nemorum ſub rupe cauatâ
Arboribus clauſam circum, atq; horrẽtibus vmbris,
Occulit: ipſe vno graditur comitatus Achate,
Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.
Cui mater mediâ ſeſe tulit obuia ſyluâ,
Virginis os, habitumq; gerens, & virginis arma
Spartanæ. vel qualis equus Threiſſa fatigat
Harpalice, volucremq; fugâ peruertitur Hebrum.
Namq; humeris de more habilem ſuſpenderat arcũ
Venatrix, dederatq; comas diffundere ventis,
Nuda genu, nodoq; ſinus collecta fluenteis:

Digitized by Google

A rent: &, Cicero, Quàm multa ioca solent esse in epistolis: &, Tum iuuenes agitare iocos. QVAS vêro accesserit oras.] Diximus superiùs figurã fieri, cùm præpositio detracta nomini, verbo copulatur: & plerunq; tam suam retinere naturam, plerunque conuertere. Hoc ergo sciendum est, quod cùm casum suum retinet, ὑπερλογία est, vt hoc loco: quum autem mutat, figura est: vt cùm ait: Cumarum allabitur oris: oris enim pro oras posuit. Plerunque enim superfluas ponunt præpositiones. QVI teneant.] Iure dubitat, cùm omnia cernat inculta. Est autem ordo: Qui teneât, hominé ne, feræ ne, media per parenthesin dicta sunt. EXACTA.] exquisita. IN conuexo nemorum.] προκατασκευή ad causam pertinens: non enim tenebitur ab Aphris, vt Ilionei, & qui cum ipso superuenerant. CONVEXO.] curuo: vnde etiam conuexum dicimus cœlum: sane subaudiamus Loco, vt alibi: Castrorum & campi medio, scilicet spatio. Nemorũ autem modò sylua: Interest aũt inter nemus, Syluam & Lucum: Lucus enim est arborum multitudo cum religione, Nemus verò composita multitudo arborum, sylua diffusa & inculta. SVB rupe cauatâ.] Periphrasis est speluncæ. ARBORIBVS atq; horrentibus vmbris.] vmbris arborum: quomodo Molemq; & montes, aut certè arboribus & vmbris speluncæ. OCCVLIT.] Pro occuluit, id est, abscondit & clausit. COMITATVS Achate.] Diximus quæri, cur Achates Æneæ sit comes: varia quidem dicuntur: melius tamen hoc fingitur, vt tractum nomen sit à Græcâ etymologiâ: ἄχος enim dicitur sollicitudo, quæ regum semper est comes. BINA] Si ad vtrumque referas, benè dixit Bina: si ad Æneam tantùm, antiquus mos est, vt suprà diximus, bina pro duobus pon: sicut: Et duplices tendens ad sidera palmas. LATO ferro.] id est, Lati ferri: vt, Pulchrâ faciat te prole parentem: id est, pulchræ prolis. MEDIA sese tulit obuia syluâ.] quam Græci ὕλην vocant, poëtæ nominant syluam: id est, elementorum congeriem, vnde cuncta procreantur: & multi volunt, Æneam in horoscopo virginem habuisse. Benè ergo in mediâ syluâ virginis habitu ei Venerem poëta fecit occurrere, vt suprà diximus. Venere in virgine constitutâ, & misericordes procreantur fœminæ, & viri per mulieres sunt futuri, vt probamus in Æneâ. VIRGINIS os, habi-
C tumque gerens.] vultum & amictum. Habitus apud veteres dicebatur, tam corporis, quàm eorum, quæ propter corpus sunt: & benè gerens, non habens, quod geri putantur aliena. SPARTANÆ.] Lacanæ. Sparta enim ciuitas est Laconiæ, vbi sunt puellæ venatrices. Redditur autem caussa, cur virgo sit in syluis: id est, propter venatum. THREISSA.] Thracia. Et est solutio: nam Thressa facit: sicut, Cressa genus Pholoë. Veniunt autem ab eo verbo, quod est Cres, Thres: & vt Creissa non faciat, illud est: quia Cressa per e scribitur, nec potest recipere solutionẽ. Threissa verò per æ diphthongon, vnde & resoluitur. FATIGAT.] suo scilicet cursu. HARPALICE.] Quidã à patre Arpalico, qui rex Amymonorum, Thraciæ gentis, fuit. Hæc patre pulso, occisóq; fugit in syluas, & venatibus latrociniisq; viuendo ita efferata est, eratque nimiæ velocitatis. quidam hanc patrem, à Getis, vt alij dicunt à Myrmedonibus captum, multitudine collectâ liberásse, celeriùs quàm de fœminâ potest credi: vnde & flumina dicitur celeritate transisse. VOLVCREM Hebrum.] Multum quidẽ laudis flumini, Epitheto addidit, sed falsum est: nã est quietissimus, etiã cùm crescit. Est autem in Thraciâ ante muros Cypselæ ciuitatis. dictus autem ab Hebro Hemi & Rhodopes filio. PRÆVERTITVR.] id est, transit. Dicimus autem, & Præuertit & præuertitur, noua ratione: nam passiuâ declinatione vtimur in actiuâ significatione, vt hoc loco: Cùm ipsi præimus præuertimur. cùm aũt actiua declinatio est,

Ac prior: Heus, inquit, iuuenes, monstrate, mearũ
Vidistis si quam hîc errantem fortè sororum,
Succinctâ pharetrâ, & maculosæ tegmine Lyncis?

passiuam habet significationem: vt, ille me præuertit. NANQVE humeris de more.] vt ostẽdatur esse venatrix. HABILEM.] aptũ sexui. Vnusquisq; enim habet arcum pro viribus suis. COMAS diffundere.] Græca autem figura est. sic alibi: Et argenti magnũ dat ferre talentum: vnde, Da bibere vsus obtinuit: quod facere non debemus, ne duo verba iungamus, nisi in poëmate. NVDA genu.] nudum genu habens: vt si dicas, bonus animum: & est Græca figura, sed non ea, quam diximus fieri per participium præteriti temporis, & casum accusatiuum: hæc enim per nomen fit, quamuis ad vnam significationem recurrant: SINVS collecta.] vt, Oculos suffusa nitenteis. AC prior] paulò pòst sequitur. HEVS, inquit.] Heus, nunc aduerbiũ vocantis, aliàs interiectio est dolentis: Heus etiam mensas cõsumimus, inquit Iulus. ERRANTEM.] inuestigantem. SVCCINCTAM.] instructam, vel, vt alij dicunt, in cingulo habentem pharetram & pellem. MACVLATÆ Lyncis.] Epitheta tribus modis ponuntur, aut laudandi, aut demonstrandi, aut vituperandi. hic maculosæ demonstrandi est. Lyncus rex Scythiæ fuit, qui missum à Cerere Triptolemũ, vt hominibus frumenta monstraret, susceptum hospitio, vt in se inuenti frumenti gloria tanta migraret, interimere cogitauit: ob quam rem irata Ceres, eum conuertit in lyncem feram varij coloris, vt ipse variæ mentis extiterat: & erit nominatiuus hæc lynx, vt Pan, Tros, quæ in genitiuo vnâ syllabâ crescunt.

FATI.] Troianorum. REMIGIO alarum.] habebat in pedibus talaria. CITVS.] Mercurius. VNIVERSOS.] POM. Sab.
Laconici hanc consuetudinem habuerunt: prolem exercebant, corpora primùm frigida fouebant, vt crudescerent ad labores: mares liberos militiæ dabant: si cecidissent in militiâ, non flebant: fœminæ non lanificio, sed venationi studebant: quæ nobilissimæ erant, in templo Dianæ dedicabãtur: ideò ait: Spartanæ virginis. THREISSA.] Threissæ mulieres viriles videbantur, sagittas & hastilia tractabant, vt de Bacchãtibus legimus sæpenumero. HARPALICE.] Illa est, quæ patrem senem captum à Getis, coadunatâ ciuium manu, liberauit: & tantæ celeritatis fuit, vt flumina transiret cursu, plantis pedum non prementibus aquam. VOLVCREM.] velocem. PRÆVERTITVR.] Præuerto & præuertor, reuerto & reuertor dicimus. PRÆVERTITVR.] superat. DIFFVNDERE.] dat diffundere, antiquus sermo est. FLVENTIS.] more virginum venantũ succincta erat. ERRANTEM.] incedentem arcu & sagittis. LYNCIS.] Lyncus rex Scythiæ Triptolemum hospitio excepit, & interimere voluit, vt erga mortales ipse serendo triticum gramen haberet: dum id cogitaret, à Cerere demutatus fuit in lyncem. Venatio apud antiquissimos tanto in honore fuit, vt, qui eam exercerent, tegerentur animalium spolijs: ideo volunt, Herculem pelle leonis vsum, & Iasonem & Meleagrum pelle suis, & Orionem venatorum omnium principem.

VT terræ, vtq; nouæ pateant.] In antiquioribus ali- VAR. Lect.
quot exemplaribus legere est, Atq; nouę Sed longè venustius est, Vtq;. VOLAT ille per aëra magnum.] In libro Mediceo. Per Æthera, legitur. Sed, Aëra, magis receptũ SOCIISQVE exacta referre.] Non placet, quod in Longobardico, & aliquot alijs legitur, Socijs exacta, absq; copulatiuâ particulâ, quæ necessariò hîc expetitur. DEDERATQVE comas diffundere ventis.] In veteribus omnibus exemplaribus quotquot habere potui, Comam, vnitatis numero scriptum animaduerti.

HEVS, inquit, iuuenes monstrate mearum Vi- DON.
distis si quam hîc errantem fortè sororum, Succinctam pharetrâ & maculosæ tegmine lyncis, Aut spumantis apri cursum clamore prementem. Sic Venus: at Veneris contrà sic filius orsus.] Interrogatione breuissima, æquè tamen necessaria continen-

tur ad

tur ad fallendum: nam & sororum dixit, & signa vestitus atque habitus expressit. Breuius ipse respondit, atque ita, vt à propositis non aberraret. NVLLA tuarum audita mihi, neq; visa sororum.] Nec vidimus aliquam sororum tuarum, nec audiuimus clamantem. Ipsis verbis respondit, quibus occurrit interrogatio. Nam illa dixit, si fortè aliquam vidistis aut audistis: huic responsum est, nec vidimus, neq; audiuimus. Completo igitur responso, æstimationis, quam de ipsâ Aeneas habuit, cœpit seriem explicare. O' quàm te memorem virgo? Nanq; haud tibi vultus Mortalis, nec vox hominem sonat: O' dea certa.] Quum pronunciatum fuerit, ô dea: sic debet dici, certè an Phœbi soror, an nympharum sanguinis vna: vt sit, certè an Phœbi, an nympharũ sanguinis vna, sis felix, nostrumq; leues quæcunq; laborem. QVÆCVNQVE:] id est, siue soror Phœbi siue nympharum. Descripsit incertũ, descripsit verisimilis suspicionibus colligens. Quæ, inquit, in te video, vel quæ loquentis auribus sumo, non te humanæ conditionis assignant: arbitror enim, te esse deam. Sed in eo errat iudicium meum: quia, quæ sis, nescio, vtrum sis soror Apollinis: hoc est, Diana, an vna nympharum. Hîc Aeneæ plurimum datur scientiæ religionum: non enim posset diuinum aliquid intelligere in hominis formâ, nisi, quia pollebat scientiâ omnium sacrorum. SIS fœlix: nostrumque leues quæcunque laborem. Et quo sub cœlo tandem, quibus orbis in oris iactemur, doceas: ignari hominumque locorumque Erramus vento, hûc vastis & fluctibus acti.] Sis, inquit, prospera, quæcunq; es, &, ne diu laboremus errando & inquirendo, quod nôsse cupimus, referas: scilicet sub quâ parte cœli agamus, vel ad quas partes terrarum simus appulsi: neque enim loca ista aut homines nouimus: quippe, quos fuit maris ac ventorum procellæ ad incognita compulerunt. MVLTA tibi ante aras nostrâ cadet hostia dextrâ.] Reddemus aris tuis pro meritis tuis, multarum hostiarum vota soluentes: &, ne oblatio sacrificiorum simpliciter promissa leuius fieret, addidit Multa. Cogebat ratio interrogatam respondere: quia & ipsa ignorantes cupiebat instruere. Sed primò, non primis, sed nouissimis occurrit. Si etiam oblationem sacrificij in extremâ parte positam tacendo acceptâsset, profectò se confirmâsset deam: secundò ergo ad quæsita respõdet. HAVD equidem me tali dignor honore.] Et si mereor, inquit, à vobis honorificentiam: tamen mereor, quæ conueniat homini, non talem, quæ numinibus debeat exhiberi: quia suspicari etiam ipsa potuit, quibus signis illam putauerint deam, ait: Virginibus Tyrijs mos est gestare pharetram, Purpureoque altè suras vincire cothurno. Ecce, qui causâ suspiciones eius conatur auertere, vt adhûc non intelligat, se loqui cum matre. Habitus iste, inquit, quo me existimatis deam, non meus est tantummodò, sed omnium virginum Tyriarum, quæ in istis regionibus commorantur: pharetram nobis & hoc calciamentorum genus imposuit patrius mos. Et facilè potuit hoc ipsum pro vero persuadere: quia Aeneas superiùs dixit, nec regiones se, nec homines noscere: nescienti ergo benè mentita est. Dehinc, longarum rerum incipit breuis & concinna narratio: non enim sub incerto diutiùs detineri debuit, quam hæc & ipse vellet, & desideraret. Mater igitur eo ordine respondet, quo interrogatio proposita est. ait enim ille: Quò sub cœlo, quibus orbis in oris. Idcirco hæc dicit: PVNICA regna vides.] Designato loco dicit per personas: Tyrios, inquit, addidit. AGENORIS vrbem.] vt etiam superioris conditoris nomen ostenderet. SED fines Libyci.] Illîc enim, occurrente pelago, Aphricæ terminus ex vno latere clauditur. GENVS insuperabile bello.] Meminerat enim Vergilius, se ex personâ suâ dixisse, Studijsq; asperrima belli. Hîc tamen non est repetitio eiusdem rei: quoniam & dici necesse fuit, & ex alterius personâ nunc dictum est. IMPERIVM Dido Tyriâ regit vrbe profecta.] Hac angustiâ verborũ quantam latitudinem tenuit? Complexa est enim præsens tempus, & præteritum, dicendo vbi sit, & vnde venerit. Dixit quæ vocaretur, & quid ageret, quæ illûc tenebat imperium. Compendij autem causâ, ne interrogationibus & responsionibus plus, quàm necesse fuerat, tererent tempus, & prolixum fieret, quod maturo debuit fine concludi, ipsa omnibus, quæ perquiri per interrogationem poterant, compendio faciliore respondit. ergo dixit: Imperium Dido Tyria regit vrbe profecta. Et quæri potuit causa, quâ compulsa est relinquere eam sedem in quâ fuit, & sectari longinquâ, quod fuerat pro sexus fœminini ratione difficile, adiunxit: GERMANVM fugiens.] Hoc quoque: quia fuit incredibile tantam interuenire potuisse causam, quæ sororem coêgerat dura sectari, fugientem scilicet eum, à quo debuerat adiuuari, dixit: LONGA est iniuria, longæ Ambages, sed summa sequar fastigia rerum.] Ea positura est, quæ fuerat dictura; sed artificio narrantis, multa sese prætermissuram simulat, vt ille spe futuræ breuitatis cuncta attentiùs audiret.

A B C

Aut spumantis apri cursum clamore premente.
Sic Venus; at Veneris contrà sic filius orsus:
Nulla tuarum audita mihi, neq; visa sororum.
O' quàm te memorẽ virgo? namq; haud tibi vultus
Mortalis, nec vox hominem sonat: ô dea certè,
An Phœbi soror, an Nympharum sanguinis vna,
Sis felix, nostrumq; leues quæcunq; laborem,
Et quo sub cœlo tandem, quibus orbis in oris
Iactemur, doceas: ignari hominumq; locorumq;
Erramus, vento hûc, vastis & fluctibus acti.
Multa tibi ante aras nostrâ cadet hostia dextrâ.
Tunc Venus: haud equidẽ tali me dignor honore.
Virginibus Tyrijs mos est gestare pharetram,
Purpureoq; altè suras vincire cothurno.
Punica regna vides, Tyrios, & Agenoris vrbem:
Sed fines Libyci genus intractabile bello.
Imperium Dido Tyriâ regit vrbe profecta,
Germanum fugiens: longa est iniuria, longæ
Ambages, sed summa sequar fastigia rerum.
Huic coniunx Sichæus erat, ditissimus agri
Phœnicum, magno miseræ dilectus amore.
Cui pater intactam dederat, primisq; iugârat
Ominibus: sed regna Tyri germanus habebat
Pygmalion, scelere ante alios immanior omneis

SER. CVRSVM clamore prementem.] Plerunq; duo diuersa in vnum exitum cadunt, licet contraria significent, vt hoc loco. Vidistis enim, etiam ad vocem pertinet, quod etiam ex Aeneæ responsione colligitur. ORSVS.] Nunc incepit, aliàs finijt: vt, Sic Iuppiter orsus: sed illîc propriè positum, hîc vsurpatum est: præteritum enim participium est. AVDITA mihi neque visa.] Hinc probatur: quia superiùs hoc interrogauerat Venus O' quàm te] Quæ dea sit, dubitat: nam deam esse confidit ô dubitatiua, aliàs vocatiua Homerus in τῷ ς. ὀδυσσείας· αὐτίκα μειλίχιον καὶ κερδαλέον φάτο μῦθον, γουνοῦμαί σε ἄνασσα, θεός νύ τις ἦ βροτός ἐσσι. εἰ μέν τις θεός ἐσσι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν, ἀρτέμιδί σε ἔγωγε διὸς κούρῃ μεγάλοιο εἶδός τε μέγεθός τε φυήν τ' ἄγχιστα ἐΐσκω. εἰ δέ τις ἐσσὶ βροτῶν τοὶ ἐπὶ χθονὶ ναιετάουσι, τρὶς μάκαρες μὲν σοί γε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ. NEC vox hominem sonat.] Græca enim figura est. O' dea certè.] Conclusio est syllogismi, qui constat ex propositione, assumptione, & conclusione: nam, si nec vox, nec vultus mortalis est, restat vt dea sit. AN Phœbi soror.] id est, Diana: nam venatrix est. Benè autem suspicatur pro loco, et qualitate habitus, personæq;. AN nympharum sanguinis.] id est, generis. SIS felix.] propitia: felix enim dicitur, & qui habet

Quos inter medius venit furor: ille Sichæum
Impius ante aras, atq; auri cæcus amore,
Clàm ferro incautum superat, securus amorum

A *habet felicitatem, & qui facit esse felicem: vt in Bucol.* Sis bonus ô, felixq; tuis: *vnde & contrà Iuno in septimo dicit:* Quæ potui infelix: *id est, aduersa Troianis.* LEVES.] *leuem faciat: vt,* Leuat ipse tridenti. QVACVNQVE.] *seu Diana, seu nympha.* ET quo sub cœlo.] *aut sub quâ parte cœli, aut secundum Epicureos dixit, qui plures volunt esse cœlos: vt Cicero in Hortensio.* TANDEM.] *Hoc loco vacat* Tandem. *ad ornatum autem pertinet:* Aut tandem doceas quod vix qq. * contingit: *aut pro expletiuâ particulâ est. Sciendum sanè multas particulas ad ornatum pertinere tantummodò: vt, puta, enim, dum, gentium, locorum, terrarum.* HOMINVMQVE locorūq;.] *Hypermetrus versus: vna enim syllaba abundat: qui quoties fit, debet sequens versus à vocali incipere, vt hoc loco. Itē:* Omnia Mercurio similis vocemq; coloremq;, Et crines flauos. *Nisi fortè συναλοιφὴ fiat in fine: id est, vocalium collisio: vt est,* Nec cura peculij: *hîc enim non est necesse, vt sequens à vocali versus incipiat.* HOSTIA dextrâ.] Hostiæ *dicuntur sacrificia, quæ ab his fiunt, qui in hostem pergunt: victimæ*
B *sacrificia, quæ post victoriam fiunt: sed hæc libenter confundit authoritas.* EQVIDEM.] *Nunc, ego quidem significat: aliàs expletiua particula est.* TALI me dignor honore.] *id est, sacrificio: &, aut vult se probare non esse numen, sed virginem Tyriam: aut certè: quia Paphiæ Veneri, quæ Cypri colitur, thure tantùm sacrificatur, & floribus.* DIGNOR.] *dignam me indico: vt,* Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo: *id est, digne habite.* PVRPVREOQVE.] *aut pulchro, aut rosei coloris.* SVRAS vincire cothurno.] *Cothurni sunt calceamenta venatoria, suras quoq; vincientia, quorum quisq; vtriq; aptus est pedi: ideò & numero vsus est singulari.* PVNICA regna vides.] *Hîc attentum facit Aeneā.* TYRIOS.] *Nil interest, vtrum* Tyrios *an* Sidonios *dicat: nomina enim, vt diximus, de vicino mutuantur.* AGENORIS vrbem.] *quam fecerunt Agenoridæ. Agenor autem Neptuni & Libyæ rex Phœnicis fuit, de cuius genere Dido originem duxit. Et sic dictum est vt:* Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris: *id est, ad* Cumas, *quas fecerunt hi, qui à Chalcide venerant, Eubœæ ciuitate.* SED fines Libyci.] *Antè dicta, dubia esse potuerunt: nunc apertè regionem ostendit, dicendo* Libycos fines. *amouit autem suspicionem,*
C *ne putaret se in Tyrum, venisse. Tyrij enim & alibi esse potuerunt.* INTRACTABILE.] *insuperabile, asperum, sæuum.* DIDO.] Dido *vero nomine* Elisa *antè dicta est, sed post interitum à Pœnis* Dido *appellata, id est, virago, punicâ linguâ. quòd, cùm à suis ciuibus cogeretur, cuidam de Afris Regibus nubere, & prioris mariti amore teneretur, forti se animo & interfecerit, & in pyram iniecerit, quam se ad expiandos prioris mariti manes exstruxisse fingebat.* GERMANVM fugiēs.] *Hoc loco quasi stupuit Aeneas: vnde auditoris auiditati præscribit Venus, dicens, longam esse iniuriam: id est, causam: ab eo, quod sequitur, id, quod præcedit: vt suprà:* Spem vultu simulat. LONGA est iniuria.] *Longa narratio Iniuriæ.* LONGÆ ambages.] *id est, circuitus.* Fastigia *summæ partes ædificiorum dicuntur, sed modò primordia: quia scit, longam esse historiam Carthaginis: vt Sallustius,* De Carthagine silere meliùs puto, quàm pauca dicere. HVIC coniunx Sichæus erat, ditissimus agri.] *Quoties poëta aspera inuenit nomina, & in metro non stantia, aut mutat ea, aut de his aliquid mutilat: nam* Sichæus, *Sicharbas dictus est: Belus, Didonis pater, Methres. Carthago à charta, vt lectum est in historia Pœnorum, & in Liuio. Sanè* Sichæus, Si *breuis est per naturam: sed hoc in loco ἔκτασιν facit, eâ licentiâ, quæ est in proprijs nominibus: licet enim in quauis nominis parte, syllabæ mutare naturam, quod & in appellatiuis euenit, si tamen de proprijs originem ducant: vt,* Sicanio prætenta sinu: *quia venit à Sicano, rege Siciliæ.* MISERA.] *Datiuus est, non aduerbiū.* OMINIBVS.] *augurijs: & secundum Romanos locutus est, qui nil, nisi captatis faciebant augurijs, præcipuè nuptias. Lucanus:* Contentique auspice Bruto. *Iuuen:* Venit cum signatoribus auspex. TYRI.] *Aduerbium est.* SCELERE ante alios immanior omnes, Quos inter medius venit furor.] *Iunge totum: nam aliter non procedit si segreges,* Quos inter medios venit furor. *cùm ipse dicat, licet simulatas, fuisse tamen amicitias simul namq; sacrificabant. ac si diceret, sceleratior Atreo & Thyeste, vel Eteocle & Polynice.* ILLE Sichæum.] Si, *hoc loco secundum naturā posuit.* IMPIVS ante aras.] *Probauit impium: quia ante aras.* SECVRVS amorum Germanæ.] *aut contemnens amorem sororis: vt,* Securi pelagi atque mei: *id est, contemptores: aut certè securus erat de amore germanæ circa maritum nimio, ob quem se, post mortem Sichæi, interimere posse credebatur. Nec enim sequitur, vt occiso Sichæo ipse statim potiretur auri, nisi etiam Dido periret: sed per contemptum dictum est, quasi ex Pygmalionis personâ: non amorem vocans honestum, sed amores in conuicium vt, 10. Aen.* Amores *autem plurali numero ad voluptatem pertinent: vt,* Securus amorum, Qui iuueni tibi semper erant: *singulari etiam ad religionem.*

SOROR.] *Diana.* SVRAS.] *pars supra tibiam posterior.* PVNICA regna.] *Tria hîc dicit: antiquum regnum Pœnorum, colonos aliundè, & principem colonorum. Pœni, inde* Punici. *Et qui dicunt Pœnos quasi Phœnos: id est, Phœnices, errant:* nam, *vt Herodotus ait,* duæ nationes indigenæ incoluêre Aphricam: Pœni ad Aquilonem, Æthiopes ad Austrum: *&, vt ipsi dicunt, referente Sallustio, peregrinæ quatuor, Persæ, Medi, Phœnices, Græci: posteà & Romani. Pœnorum multæ gentes, vt Libyes, Nasamones: Ausæ, Afri, & alij.* VRBEM Agenoris.] *Antiquissimus Phœnicum rex fuit Belus, pater Abantis: Abas pater Agenoris, Agenor pater Cadmi. Agenor, cùm regnum Phœnicum esset exiguum, dilatauit per omnem oram Syriæ, cui subiecit iuga Tauri montis, vnde Agenori magna gloria & nomen fuit.* GENVS.] *mortales, qui hîc sunt bello insuperabiles.* TYRIA vrbe.] *Licentiâ poëtica vsus est: id est, profecta è Tyro vrbe Phœniciæ, quæ est in Syriâ.* FASTIGIA.] *primordia.* PHOENICVM.] *Phœnices accolæ fuerunt maris rubri, dicti à palmâ, cuius regio plena erat: palma enim* phœnix *dicitur: hinc terræmotu pulsi, in maritimam Syriæ se contulêre, conditâ vrbe Sidone, à pisce appellârunt eam Syrij, vocabant* Sarram *linguâ Syrâ:* piscis *scar* *dicitur: posteà condidêre Tyrum in ipso mari propter merces, primi mortalium negociatores in marinâ aleâ: hi colonias deduxêre in Aphricam Leptim & Vticam: &, iubente oraculo, vt in Herculis columnas deducerent coloniam, opinantes terminum orbis, etiam Gades Gadibus deduxerunt.* DITISSIMVS Sichæus.] *Erat Tyri pecuniosus, & Herculis sacerdos, vir* Sicarbas, *quem alij* Sichæum *vocauerunt: huic nupsit Dido, Pigmalionis soror. Pigmalion, iuuenali impetu, inhiabat huius opulentiæ, eum in templo occidit, sororem mœstissimam, vt solaretur, nauem misit, quam & ipsa petierat, vt ad se veniret: faciebat hoc, vt, interemptâ sorore, si negâsset, thesauris potiretur. Dido, vbi nauem conscendit, in propatulo posuit sacculos tritici, & iuxta operculum aurum erat: thesauros occultauit in carinâ: vbi voce miserabili animos iuuenum & nautarū ad misericordiam mouit, sacculos in mare deiecit: illi, admirati amorem erga maritum, vt præciperent, clamabant credentes velle vlcisci: iussu eius, vel in Cyprum data sunt, vbi Bytias Veneris sacerdos, magnâ puellarum manu, quæ ad sacra venerant, Didoni se dedit: inde in Aphricam nauigauit: ibi emit, quantum terræ circundaret corium bubulum, quod dissectum in multas ligulas comprehendit ferè spacium viginti stadiorum.* SECVRVS.] *certus.*

POM. Sabi.

VAR. LECT. GENVS intractabile bello.] *In libris aliquot antiquis*, Insuperabile *legitur*. ET ægram Multa malus simulans, vanâ spe lusit amantem.] *In antiquissimo quodam exemplari*, Vna *spe lusit, scriptum est, quæ lectio forsan acutioribus ingenijs non displiceat*. PATRIA excedere suadet.] *In antiquissimis aliquot exemplaribus*, Patriam, *incusandi casu legere est*. AVXILIVMQVE viæ.] *In Mediceo libro*, Auxilio *legitur, acquisitiuo casu*.

DON. HVIC coniunx Sichæus erat ditissimus agri Phœnicum, & magno miseræ dilectus amore. Cui pater intactam dederat, primisque iugârat Omnibus.] *Apud Phœnices optimè, inquit, & copiosissimè possidentem maritum habuit Sichæum. Dehinc amoris inter coniuges honestas inserit causas: Amabat, inquit, hominem, secuta iudicium patris, & probum & diuitem, & eum, cui intacta nupsisset, & primis auspicijs iuncta esse, constaret. Multùm enim differt inter affectum virginalium nuptiarum, & earum, quæ secundâ coniunctione nectuntur: Plurimùm verò meriti habent, quas intactæ filiæ arbitrio suo perficit pater. Idcircò igitur posuit:* Et magno miseræ dilectus amore, Cui pater intactam dederat, primisque iugârat: *hoc est, nullis alijs, sed solis. Transit ad personam Pygmalionis, vt ad ipsam procederet causam, quæ Didonem è proprijs sedibus truserat.* SED regna Tyri germanus habebat Pygmalion.] *Ex quo intelligitur habuisse spem faciendi, & factum defendendi: quia rex Tyri, inquit: tenebat imperium frater Didonis Pygmalion. Qualis iste, vel quorum morum fuerit consequitur ostendit.* GERMANVS habebat Pygmalion. Scelere inquit, ante alios immanior omnes, Quos inter medius venit furor.] *Hoc loco sic est retinenda pronunciatio, ne sic intelligamus, vt Pygmalioni, in scelere commisso, defensio relinquatur per ociosalem statum. Sic enim plurimi imprudentes volunt, vt furor medius inter Sichæum & Pygmalionem venerit. Hoc si ita est, defendi potest Pygmalionis factum, si non voluntate, sed furore peccauit: & videbitur Sichæus Pygmalionem furentem potuisse perimere, ac per hoc fient pares. Quod ne ita sit, sic pronunciandum est, vt Sichæus fuerit innoxius, Pygmalion verò sceleratior alijs omnibus demonstretur, quos in facinus impulit furor. Alij, inquit Vergilius, si in crimina grauissima ceciderunt, furor fecit: hoc est, amor, aut insania, aut animi dolor, & possunt habere veniam. Pygmalion verò inde sceleratior per aliorum comparationem demonstratur: quia voluntate, non casu, aut necessitate scelus admisit. Quod ipsum vt melius astrueret, paucis expressit, vt alias perpetrandi sceleris diceret causas, quæ reum multorum criminum Pygmalionem fortissimè detinerent.* ILLE Sichæum Impius ante aras, atque auri cæcus amore.] *Dixit vnam eandem causam fuisse, quæ ex vitio naturæ descenderet: sed cui alia quoque crimina necterentur.* Namque (*vt Sallustius ait*) auaritia fidem, probitatem, cæterasque bonas artes subuertit: pro ijs superbiam, crudelitatem, deos negligere, omnia venalia habere edocuit, *& cætera. Auaritiæ ergo crudelitas comes est, perfidiáque coniuncta, quæ, cùm hominem tenuerat, cedit inde quicquid inter homines sanctum est. Non potest enim auaritia habere, quod concupierit, nisi ad id, scelere perpetrato, peruenerit. Huius exempla aliquot locis poëta noster inseruit. Habemus in præsenti libro Pygmalionis, in tertio Polymnestoris, qui Polydorum propter aurum abiurandum necauit. In sexto, qui accepto auro patriam vendidit, & multa alia, quæ locis suis pleniùs exequemur, vt ostendamus, quot crimina teneantur admissa. Interea redeamus ad tractatum præsentem, in quo illud ante omnia noscendum est, nil esse in primâ narrationis parte positum, quod esse superfluum videatur.* Ille Sichæum Impius ante aras atque auri cæcus amore. *Inuitauit in scelus naturæ pessimæ hominem, opulentia diuitis. ait enim:* Ditissimus agri Phœnicum. *quòd autem dixit:* Et magno miseræ dilectus amore: *vt inde factum Pygmalionis magis magisque grauaretur, quòd charissimum sorori necauerit virum,* Cui pater intactam dederat, *vt in Sichæum, nec non etiam contra iudicium patris scelus admisisse videatur.* A CLAM ferro incautum.] Clàm, *quòd posuit, grauat Pygmalionis causam. Nullus enim aliquid in occulto admittit, nisi qui scit, se illicita commissurum. Præter hoc etiam illud intelligi potest, ideò clàm: quia, si palàm aliquid conaretur admittere, salus innocentis posset à plurimis defendi contra inuidentium consilium. Ergo scelerati hominis fuit, clàm cogitatum facinus perpetrare, vt, omni coniecturâ cessante, lateat author admissi. Quis enim crederet sororis virum, sorori amabilem, nullis inimicitijs interuenientibus, innoxium semper, Pygmalionis sæuitia iugulatum? Quo loco plenissimæ crudelitatis reus Pygmalion ostenditur, siquidem sciens admisit, quod credibile futurum non putabat. Postremò vtique se tutum esse credebat ex regali potentia: nam idcircò præmisit poëta, quòd regna Tyri ipse retinebat. Dicit ergo inde* immanior *cæteris: quia, vt dictum est, occidit eum, qui esset innocens, & qui nullas cum eo inimicitias habuisset. Occidit sororis virum, qui sororem eius nunquam læsisset, & quæ esset amabilis.* B *Occidit ante aras, occidit propter solam auaritiam, occidit nullâ (vtpote rex) adactus inopiæ necessitate, & eò faciliùs incautum aggressus, quòd Sichæus nihil tale ausurum putabat vxoris fratrem. Ecce oratoria in poëta virtus, vnum admissum, quantis criminum generibus aggregauit? Quemadmodum loci communis partes ingressus latiùs discussit, quas aptiùs dixit, non omissâ breuitate necessariâ, pro loco, pro tempore, pro personâ? Aeneas enim in syluâ naufragus, suum & naufragorum sociorum negocium gerens, per id tempus, quo miserijs suis cupiebat aliquatenus subueniri, tenendus non fuit longo contextu sermonis: tamen si consideraretur ipsa breuitas, latissimum dabit intellectum rhetoricorum præceptorum, ait enim:* Ille, *hoc est, sceleratus & nefarius:* ille, *à quo nil sceleris sperabatur:* ille rex, *quem nulla ad implendum scelus cogebat inopia, cuíque superarent opes regiæ:* ille, *cui conuenerat amare sororis suæ virum,* ille *qui germanam suam viro priuare non dubitauit, qui seruare affinem potiùs debuit, quàm necare Sichæum, hominem innoxium, quem generum dignum iudicauit: cui traderet filiam adhuc virginem, & alterius amorem nescientem, eos primâ matrimonij côsecratione coniunctos, acceptam patri, amabilem sorori, faciens contra naturæ religionem, faciens contra iudicium patris, rupto humanitatis & affinitatis vinculo necauit insontem, necauit incautum: atque eò faciliùs, quòd talia non putaretur ausurus. Occidit ante aras, vt sacrilegium quoque his sceleribus necteret. Occidit ante aras: hoc est, dijs respicientibus, quos humanâ cæde funestare non debuit. Post hæc, vt, facti ipsius demonstratione expressâ, causam sceleratj hominis premeret, ait:* Atque auri cæcus amore: *vt nullam ei defensionis partem relinqueret, quâ vti possunt, qui aliquâ violentiâ pressi, aut in se, aut in alios verterunt impias manus.* CLAM superat.] *Nullus enim secretò aliquid sceleris conficit, nisi qui sciat, se illicita perpetraturum. Quòd autem ait* Cæcus, *non ad corpus, sed ad animum Pygmalionis reuocandum est: auaritiâ enim tractus in scelera, non considerauit, quid faceret, vel in quem, vbi, vel quo in loco, aut quibus præsentibus. Hoc loco Vergilius docet, nihil sancti esse apud eos, quos possederit auaritia: hanc enim sic difsinit, satiari non posse nisi humana & diuina iura fuerint violata. Neque vno loco hæc, sed plurimis posuit, crudelitatem atque auaritiam nullo modo posse à se discerni. Denique, vt dictum est, & Polydori exitio hoc idem docuit: non enim esset occisus, nisi auri cupiditas crudelis hominis sæuitiam prouocasset. Item alio loco, auaritiæ scelere proditam patriam posuit dicendo:* Vendidit hic auro patriam. SECVRVS

amorum

A amorum Germanæ.] Omnis augendi criminis causâ conscripta sunt. Tantò enim sceleratior tenetur Pygmalion, quantò certissimus fuerat, nihil Didonem de fratre sensuram. Perinde nouerat, in tale scelus casurum se fuisse, quòd ne in suspicionem quidem venire deberet. FACTVMQVE diu celauit.] Occultatio facti post admissum fuerat necessaria propter duplicem causam: quarum vna fuit, ne publicato interitu Sichæi ad autorem sceleris aliquâ viâ veniretur: altera, quia inuadendi in thesauros occasio interibat, frantè, quàm auro potiretur, cuius cupidus tot sceleribus se inuoluerat denique, de homicidio & de authore constaret. ET ægram Multa malus simulans vanâ spe lusit amantem.] Solicitam vehementer de statu amantissimi coniugis sororem suam, compositis per dolum mendacijs fallebat Pygmalion, donec ipse etiam thesauros incautæ auferret. IPSA sed in somnis inhumati venit imago Coniugis.] Quia neque suspicio in Pygmalionem esse poterat propter affinitatis causam, neque extabat aliquis gnarus facti, qui ponderet reum, inducitur imago ipsius occisi, vniuersa in somnis pandentis vxori. Et quòd ait Inhumati, crudelitatem voluit etiam in hac parte demonstrare Pygmalionis, & desperatione plenissimam, vt

B post multimodum scelus admissum occisi non curauerit sepulturam, quam procurare debuerat, vt nefarium factum viuentium oculis, vel terra, subtraheret. Quòd verò ait: ORA modis attollens pallida miris.] vt per expositionem & narrationis contextum, eum, qui vixit, intelligere possit occisum. CRVDELEIS aras, traiectaque pectora ferro Nudauit.] Sic debemus accipere, vt aliquid verbis relatum, aliquid oculis videatur fuisse subiectum. Obiecisse potuit oculis, pectus ferro transfossum: aras verò, quæ non erant in præsenti, verbis potuisse monstrare. CÆCVMQVE domus scelus omne retexit.] Ne iterum diceret poëta, quod iam fuerat dictum, strictum posuit omnia retulisse, quæ in negocio fuerant: nam & authorem sceleris proculdubiò prodidit, & vniuersa narrauit. Designatis igitur facto, loco, personâ, tempore, quoniam malum omne ab affine processerat, & impietas, dijs testibus, perimpleta est, nec prohiberi valuit, nec vltione pensari: atque in eo, in quo ijdem dij, neque hominis innocentis vitam seruare, nec sanguinem fusum, nec suam vlcisci iniuriam potuerunt, fugam potiùs suadet vxori. Nihil enim religionis remansisse putauit apud eum, qui tantâ impietate sæuisset, ne à cognati morte, ad necem quoque sororis simuls crudelitate transi-

C ret. Quia igitur vbi Pygmalion fuit, Dido tuta esse non potuit, nec sibi aduersus immanitatem fratris assistere, suadet potiùs Sichæus fugam. Propositâ necessitate fugiendi, addidit facilitatem, dicendo: AVXILIVMQVE viæ veteres tellure recludit Thesauros, ignotum argenti pondus & auri.] Ostendere voluit sufficientes ad auxilium fugæ, qui tanti fuerunt, vt eorum pondus ignorauerint extranei, & Sichæo, & vxori ipsi fuerint incogniti. Consulendi ergo in præsenti, & fugiendi mandatum fuit, & prospiciendi in futurum, thesaurorum præcepta translatio. HIS commota fugam Dido, sociosque parabat.] Publicato scelere, atque eius authore per Didonem prodito, socij fugæ poterant congregari. Non enim erat consilium, petere mulierem sine comitibus fugam, vel maximè quæ fugitura cum thesauri fuerat: metuebatur enim Pygmalion, ne amissâ spe thesaurorum sequeretur: & in peregrinis faceret, quod in sedibus occisi complere non potuit. CONVENIVNT, quibus aut odium crudele tyranni, Aut metus acer erat.] Duo genera hominum proposuit fugituræ Didoni esse sociata: vnum, quòd odisset Pygmalionem: alterum, quòd timeret. Odium debemus accipere eorum fuisse, qui non vllis viribus ei resistere potuissent: metum verò eorum, qui in inferiore loco & fortunâ constituti, cùm reniti atque obluctari non possent, faciliùs se arbitrabantur interituros. Alij ergo propter odium iuuabant Didonis necessitatem, ne Pygmalion obtineret, quod volebat, &, thesauris inuasis, fieret fortior. Alij, propter metum: quibus offerebatur occasio, vt carerent hominis sæuissimi dominatione. NAVES, quæ fortè paratæ, Corripiunt.] hoc est, magnâ properatione in vnum colligunt naues, quæ fortè in præsenti fuerant paratæ: non enim tales quærebat necessitas, quæ desiderarent fabricam, aut indigerent aliquibus armamentis, sed quæ essent paratæ. Si enim videretur aliquid nouari in nauigijs, aut eadem nonnullis instrui, dabatur aperta suspicio, quòd fugæ subsidium, & transuectionis copia pararetur. Differebatur quoque, quod fuerat maturandum. ONERANTQVE auro.] Sichæum, superiùs dixit, retulisse, aurum atque argentum incogniti ponderis fuisse in thesauris, & omnia eum transferenda mandâsse, ne ex illis aliquid remaneret: quod in hominis sæuissimi lucra conuerti potuisset. Sed, ne vbi ad ipsam fugam ventum est, fugituri, (deest enim impedirentur, vel simile aliquid) quale consilium habuerint, poëta commemorat. Si enim vellent totum aurum ferre, & omne argentum, maior numerus nauium fuerat necessarius, quem constabat in promptu non esse. Non ergo impositum est totum, sed quod pro modo nauium potuit ferri: nec precij inferioris speciei, sed ea, quæ potioris meriti fuit. Auro, inquit, naues onerant. Melius enim, vt argentum teneretur, cuius precium in comparatione auri constat esse inferioris. Onerant, inquit, vt ostenderet & amplius impositum, quàm naues ferre poterant, & infinitum cum argento, quod transferri non potuit: aliter diuitiarum copia exprimi non potuit, nisi diceretur, ad exportandam thesaurorum substantiam, nec naues sufficere potuisse, vt vel aurum solum valeret auferri. PORTANTVR auari Pygmalionis opes pelago.] Omne hoc eò redigitur, vt probetur quod est dictum: Ditissimus agri Phœnicum fuerat Sichæus: Ignotum pontus argenti & auri habuit. portantur auari Pygmalionis opes pelago. Tantum ponderis fuit, vt propter auri tantummodo species transferendas, & hanc, non omne mare fuisset necessarium. Quod autem dixit Pygmalionis opes, non quòd ex bonis Pygmalionis descenderent: sed quas arbitrabatur ad auiditatem suam mox esse venturas, in quo non immeritò affligeretur cruciatibus auaritiæ, quòd sic doliturus esset, quasi retentâ proprium fuisset amissam. DVX fœmina facti.] Ipsa enim potior omnibus fuit, & propter ipsius causam & necessitatem ibant omnes, qui ascenderant naues. Certè & hoc ad insultationem positum possumus intelligere, vt duce fœminâ perdiderit, quod proprium putabat effectum. Laudatur interea fugientium consilium, quos non tenuit cupiditas ampliùs afferendi: quia nec poterant ferri, nec debuerant immolari.

SCELERE ante alios, immanior omnes.] In eum dicitur, in quo inuenimus iniquitatem & malitiam, vsque ad summum gradum creuisse. ADR. Bar.

ÆGRAM.] mœstam, anxiam. MVLTA malus simulans vanâ spe lusit amantem.] Atqui legimus: Quis fallere possit amantem? sed hîc nimia Pygmalionis ostenditur malitia, quæ etiã

Germanæ: factumque diu celauit, & ægram
(Multa malus simulans) vanâ spe lusit amantem.
Ipsa sed in somnis inhumati venit imago
Coniugis, ora modis attollens pallida miris:
Crudeleis aras, traiectaque pectora ferro
Nudauit, cæcumque domus scelus omne retexit.
Tum celerare fugam, patriaque excedere suadet,
Auxiliumque viæ veteres tellure recludit

amantem fefellit. VANA spe.] quia dicebat, eum mox reuerti. LVSIT.] decepit. IN somnis.] Si ab eo, quod est somnium, synæresis est, vt pecull pro peculij: si autem de somno, venit in somnis: id est, dum

est, dum somnos caperet. CRVDELEIS aras.] *Epitheton hoc de causâ est: nā aræ piæ sunt.* NVDAVIT.] *indicauit: vnde contrà in Sexto habemus:* Et vulnera dira tegentem: *id est, celantē: quid enim tegeret omni parte truncatus?* RETEXIT.] *Ecce hic planius, quid sit* Nudauit, *ostendit.* TVM celerare fugam.] *celeriter abire: vnde dicimus, cursum celero.* SVADET.] *Secundum naturā duæ sunt syllabæ, sed multi trisyllabā putant: quod etiamsi inueniatur, solutio dicenda est: quomodo dicimus* ænea, *&* ahena. *Hoc autem solum huiusmodi verbū in Latino inuenitur.* THESAVROS.] * *Hoc nomen* N *non habet, sicut Atlas, Troas, gigas, Abas, Pallas, licet in obliquis casibus inueniatur: sicut nec formosus: quia deriuatiuū est à forma, vt à specie speciosus, ab odio odiosus, ab genere generosus, vel à scelere scelerosus.* IGNOTVM argenti pondus & auri.] *aut, quod ignorabat Dido: aut certè ad magnitudinem pertinet: id est, tantum, quantum nullus vnquam non potuit.* RECLVDIT.] *vel seclu.* * *aperit, ostendit.* HIS commota.] *supradictis omnibus.* CONVENIVNT quibus aut odium crudele tyranni, Aut metus acer erat.] *oderant læsi, metuebant lædendi: hoc est, qui timebant, ne læderentur: vnde est illud in* Quarto: Et quos Sidoniâ vix vrbe reuelli: *quia non voluntate, sed aut odio, aut timore conuenerāt.* ODIVM crudele tyranni.] *Nam in tyrannum odium iustum est: id est, crudelis tyranni: & est figura δραματική.* PARATÆ.] *deest,* erant. PORTANTVR auari Pygmalionis opes pelago.] *Quomodo* Pygmalionis, *si Sichæi erant? Soluitur: Sed eas iam suas fecerat scelere, qui Sichæum occiderat. Aut ad animum retulit auari, qui opes alienas iam fecerat suas.* PYGMALIONIS opes pelago.] *quas Pygmalion iam suas putabat: vnde est in* 4. Vlta virum: *quæ enim maior auari pœna, quàm pecuniam, propter quam deliquerat, perdere? remoue hoc, & falsum est,* Vlta virum. *Sciendum autem, quòd clam tangit historiam. Moris enim erat, vt de pecuniâ publicâ Phœnices misso à rege auro, de peregrinis frumenta coëmerent. Dido autem, à Pygmalione ad hunc vsum paratas, naues abstulerat, quam cùm fugientem à fratre missi sequerentur, illa aurum præcipitauit in mari: quâ re visâ, sequentes reuersi sunt.* DEVENERE locos.] Ad, *minus est.* SVRGENTEM.] *erigentem se: vt,* Surgentem in cornua ceruum. NOVÆ Carthaginis.] *Carthago enim est linguâ Pœnorum noua ciuitas, vt docet Liuius.* MERCATIQVE solùm facti de nomine Byrsam.] *Appulsa ad Libyam Dido, cùm ab Hiarbâ pelleretur, petijt callidè, vt venderet tantū terræ, quantum posset corium bouis tenere. Quod cùm ille permisisset, corium in tenuissimas corrigias sectum tetendit, occupauitq; stadia viginti duo. Βύρσα autem Græcè, Latinè* corium. *Quam rem breuiter tangit Vergilius dicendo* De nomine: *& non tegere, sed* Circumdare. FACTI de nomine.] *de causæ qualitate.* TERGO.] *pro tergore posuit: quia qualis causa fuit, tale nomē accepit. Carthago enim antea speciem habuit duplicis oppidi, quasi aliud alterū amplecteretur: cuius interior pars* Byrsa *dicebatur, exterior* Magalia: *huius rei testis est Cornelius Nepos in eo libro, qui* Vita illustrium *inscribitur.* BYRSA.] *βύρσα Græcè, Latinè* corrigia *dicitur.* SED vos qui tandem.] *Vacat hoc loco* Tandem. *Velut antè videtur expletiua Coniunctio, vt est,*

Thesauros, ignotum argenti pondus & auri.
His commota fugam Dido, sociosq; parabat,
Conueniunt, quibus aut odium crudele tyranni,
Aut metus acer erat: naueis, quæ fortè paratæ,
Corripiunt, onerantq; auro: portantur auari
Pygmalionis opes pelago, dux fœmina facti.
Deuenêre locos, vbi nunc ingentia cernes
Mœnia, surgentemq; nouæ Carthaginis arcem;
Mercatiq; solum, facti de nomine Byrsam,
Taurino quantum possent circumdare tergo.
Sed vos qui tandem? quibus aut venistis ab oris?
Quóue tenetis iter? quærenti talibus ille
Suspirans, imoq; trahens à pectore vocem:
O' dea, si, primâ repetens ab origine, pergam,
Et vacet annales nostrorum audire laborum,
Antè diem clauso componet vesper Olympo.
Nos Troia antiqua (si vestras fortè per aures

Et quo sub cœlo tandem. A *Alij* tandem *pro* tamē *accipiunt. & est naturalis interrogatio.* Qui estis, vnde, *vel* quò? *sicut ipse in Octauo, licet mutato ordine:* Quò tenditis, inquit. *&,* Qui genus? vnde domo? IMOQVE trahens à pectore vocem.] *deest* Dixit: *& quoties longè respōdet, παρέλκον est: quoties nūquam, ἔμφασις dicitur: vt hoc loco.* O' dea.] *Perseuerat in opinione suâ: ita tamen, vt illius orationi aliquando concedat: nam paulò pòst ait:* Si vestras fortè per aures Troiæ nomen ijt. *Aut certè illud est, quod superiùs dixerat:* An nympharum sanguinis vna: *quæ non omnia sciunt: nam & moriuntur, secundum Aristotelem: vt Fauni, vel Panes.* AB origine.] B *à raptu Helenæ.* PERGAM.] *perseuerem: hoc est, vniuersa dicam.* ANNALES.] *Inter annales & historiam hoc interest.* Historia *est eorum temporum, quæ vidimus, vel videre potuimus: dicta ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν: id est, videre.* Annales *verò sunt eorum annorum & temporum, quæ ætas nostra non nouit. vnde Liuius:* Ex annalibus & historiâ constat. *Hæc tamen confunduntur licenter, vt hoc loco historiam inquit* annales. CLAVSO.] *More poëtico inquit: nam poëtæ dicunt cœlum per noctem claudi, & aperiri die. vnde etiam* Porta tonat cœli. *&,* Consídunt tectis bipatentibus. COMPONET.] *finiet: vt,* Oblato gaudens componi fœdere bellum. *Et,* Non nostrùm inter vos tantas componere lites. *Alibi, pro* Disponere, Nec componere opes nôrant. *Alibi, pro* Coniungere; *vt,* Componens manibusque manus: *Alibi, pro* comparare: *vt,* Sic paruis componere magna solebam. *Alibi, pro* Fundare; *vt,* Nunc placidâ compostus pace quiescit. VESPER.] *Propriè est stella: cùm autem* Vesperi *dicimus, aduerbium temporis est. Et est sciendum, quòd omnia nomina, quæ de Græcis in* os *exeuntibus ad nos transeunt, apud nos, aut in* us *tantùm exeunt, vt Δῆλος Delus: aut in* er, *vt* C *ἀγρὸς ager: aut in* vtramque, *vt Εὔανδρος, Euandrus, Euander.* TROIA antiqua.] *nobili, venerabili, more suo. alibi:* Terra antiqua: *id est, nobilis: nec enim poterat esse noua. Item:* Templa de saxo venerabar structa vetusto.

RECLVDIT.] *aperit, quæ absconderat Sichæus, insciâ coniuge.* CRVDELE.] *Odium in tyrannum non est vituperabile.* DEVENERE.] *Quintilianus libro primo ait:* Fuêre, qui apud Latinos dualem fecerunt numerum in eâ voce quæ est amauêre, deuenêre: diligentiores pro numero plurali accepêre. SED VOS.] *Simplex interrogatio est: hæc sententia nullam habere figuram.* ANTE diem.] *tam longa est rerum series.* OLYMPVS.] *aër.* POM. Sabi.

QVIBVS aut venistis ab oris?] *In Romano, in Oblongo, in Mediceo, & aliquot alijs,* Quibus aduenistis, *legitur: neutram ego lectionem improbarim.* ET vacet annales nostrorum audire laborum.] *In peruetere libro manuscripto,* Annales nostrorum audire parentum, *legitur.* ANTE diem clauso componet vesper Olympo.] *In libris aliquot antiquis non inuenustè,* Componat, *habetur.* DIVERSA per æquora vectos.] *In peruetere quodam libro,* Iactos *legi.* VAR. Lect.

In quibusdam Græcorum monumentis ita inuenio: Pompilium Numam ex ferro & ære primùm cudisse numismata, quæ CAEL. Rhod.

Digitized by Google

A *ta, quæ ex proprio auctoris nomine sint* Numia *appellata, cùm ante illum scortea & ostracina pecunia impleret vsum: quod à Tranquillo fuisse literis traditum, ijdem produnt Græci. Legimus tamen alicubi: Populo à Numâ congiarium datum asses ligneos & scorteos.* Nummi scortei *meminit item Hieronymus: sed & Donatus ad hunc sensum illud enarrat Vergilianum:*

Taurino quantum possent circumdare tergo.

DON. DEVENERE locos, vbi nunc ingentia cernes Mœnia, surgentemque nouæ Carthaginis arcem, Mercatique solum, facti de nomine Byrsam, Taurino quantum possent circumdare tergo.] *Priùs dixit:* Vbi nunc ingentia cernes Mœnia surgentemq; nouæ Carthaginis arcem: *& secundo loco posuit,* Mercatique solum: *quum ædificium instrui non potuerit, nisi emptio loci primitùs prouenisset. Et est reuerà quod moueat, quandiu ad ordinationem sensus veniatur: quia facta patebit dictionis integritas. Ordinatur ergo sic:* Deuenêre locos, mercatiq; solum vbi nunc ingentia cernes Mœnia, surgêtemq; nouæ Carthaginis arcem: *præsens tempus ostendit. Ergo integrè posuit, primò emerunt, & sic cœperunt ædificare.* Tau-

B rino quantum possent circumdare tergo. *Huius loci diuersa traditio est. Alij dicunt pecuniam tunc ex corio bubulo fuisse, & inde pecuniam dictam, quòd ex pecore originem duceret: tantumq; fuisse in precio loci, quantum bouis vnius corium conficere potuisset. Alia traditio talis est, quòd venditor loci hac fraude deceptus sit, vt tantum agri venderet, quantum corium bouis circumdare potuisset. Illum nihil fraudis suspicatum, arbitratum esse, tantum tradidisse, quantum posset occupare integrum corium, si per terram iaceret. Emptores verò, fraude composito commento, in corrigiam tenuem solidum corium duxisse, perindeq; factum, vt amplius, quàm debuerat, teneretur. Sed omnia hæc fabulosa sunt magis quàm vera: nam si consideremus,* Vbi nunc ingentia cernes Mœnia, surgentemque nouæ Carthaginis arcem? *Et quod inferiùs dixit:* Instant ardentes Tyrij, pars ducere muros, Molirique arcem, & manibus subuoluere saxa: Pars optare locum tecto, & concludere sulco: Iura magistratusque legunt, sanctumque senatum. Hîc portus alij effodiunt, hîc alta theatri. Fundamenta locant alij, immaneisque columnas Rupibus excidunt, scenis decora alta futuris. His tem-

C plum Iunoni ingens Sidonia Dido Condebat: *inuenimus, tanta ac tam magna non potuisse nisi locis latioribus condi, quæ comparari sine dubio non possent ex vnius corij vtraque parte: licet ipse poëta addiderit veri similitudinem, quâ credibile faceret factum, dicendo:* Facti de nomine Byrsam: *quasi locum ipsum condendæ ciuitati necessarium atque emptum, cognominauerint* Byrsam. *Quæ appellatio & linguâ Græcâ, vnde Dido fuit, & Punicâ: hoc est ipsius regionis in quâ res gesta ferebatur, significabat* corium, *Βύρσα quippe Græcâ appellatione corium est, &* Bursals *Punicâ elocutione* corium *significatur. Compendio tamen sufficit cognoscere, peregrinos homines ex empto habuisse illa loca, non inuasa per violentiam.* SED vos qui tandem? quibus aut venistis ab oris? Quóue tenetis iter?] *Mira breuitas interrogationis, quæ tota vno versu complexa est, scilicet vt dicerent, qui essent, vnde venirent, quod ipsum in responsione monstrabitur. Interrogatio tamen ipsa non caret fraude: nam idcircò immissa est, vt adhuc Æneas non deam, sed hominem crederet, quod reuerâ non prouenit. Nam Æneam assignat poëta non transduci calliditate fallentis, sed in eo perseuerare, vt deam credat: nam ipsi patri primò, dehinc quæsitis cum magnâ animi laceratione respondet. Nullus enim mala sua, & ea, in quibus adhûc voluatur, sine dolore commemorat: ait ergo:* O dea, si primâ repetens ab origine pergam, Et vacet annales nostrorum audire laborum, Ante diem clauso componet vesper Olympo.] *Deam, inquit, te esse, certissimum est: quæ autem cupis audire, & multa sunt, & prolixa. Duo enim sunt, quæ impediunt: vnum, quia non vacat: alterum, quia narrationem malorum vnius diei tempus impleri non patitur. Properabat enim redire ad suos, & in locis incognitis & desertis post finem diei separatus ab ipsis inueniri non debuit. Hæc ergo breuissima principia fuerunt, in quibus beneuolentiam fecit, & honorificentiam, cùm deam appellat: & fecit attentam, cùm dicit, multa esse mala, quæ referre cogebatur: & eo genere ostendit, se non omnia, sed aliqua esse dicturum. Incipit iam ipsam narrationem, & respondet propositis, sed non eo ordine, quo quæsita sunt. illa enim dixit:* Sed vos qui tandem? *Ille secundò respondet, & sic primæ: in secunda enim inquisitione dixit:* Quibus aut venistis ab oris? NOS Troiâ antiqua (si vestras fortè per aures Troiæ nomen ijt) diuersa per æquora vectos Forte sua Libycis tempestas appulit oris.] *Ecce secundæ interrogationi satisfecit. Ostendit enim ex quâ parte orbis venissent:* Nos, *inquit, à Troiâ profecti sumus. dicit & eius laudem:* Antiqua *(inquit) quam credimus te opinione noscere. Magna enim magnæ sunt opinionis, perindeq;, famâ currente omnibus nota. Et licet anni vnius commemorationem professus sit tam fuisse prolixam, vt totus dies eam complecti non posset, tamen vsus admirandâ breuitate labores simul omnium conclusit annorum: dicendo enim, discedendo de littoribus Troiæ, tetigit primam temporis partem:* Forte sua Libycis tempestas appulit oris. *Hinc ignarus effectus: quia Veneris verbis audiuit,* Sed fines Libyci. *Dicit iam, qui sit ipse, qui loquatur:* SVM pius Æneas.] *Et quia cum deâ se arbitrabatur loqui, commendat personam suam dicendo:* RAPTOS qui ex hoste penates Classe veho mecum.] *Vt ostenderet, in excidio patriæ hoc se habuisse præcipuum, vt ante alia penates liberaret.* FAMA super æthera notus.] *Famam mediè posuit, euidenter assignans, qualis fama: quoniam multi etiam ex malâ famâ noti sunt. Quali autem famâ notus fuerit Æneas, ipse Vergilius alio genere demonstrauit: dixit enim esse pium & religiosum iuxta deos,* Fama super æthera notus: *cùm laboribus, inquit, & moribus meis notus factus essem toti orbi, famâ nominis mei sine fine discurrens, cùm iam quò tenderetur, non haberet, ad cœlum & superos etiam venit. Tertia inquisitio superat.* Quóue tenetis iter: *etiam ipsi respondet dicens:* ITALIAM quæro patriam.] *Dixit ergo, quò tenderet: addidit, quod quæsitum non fuerat, ornaturus meritum suum, dicendo:* GENVS ab Ioue summo.] Quæro *bis accipiendum est, vt sit:* Italiam quæro patriam, & genus quæro, *quod à Ioue summo descendit. Hîc adiungit aliquâ de causâ sui erroris, & ea, quæ tenerent profectionis initia, & præsentis temporis mala.* BIS denis Phrygium conscendi nauibus æquor, Matre deâ monstrante viam data fata secutus.] *Quum numerum nauium diceret, ambitiosum fuit, quod dixit* Bis denis, *magis quàm si diceret viginti: sicut pro nihilo posuit:* Vix septem conuulsæ vndis Euroque supersunt. Matre deâ monstrante viam. *Quàm breuiter seu libenter auditus est, quòd gratias ageret matri, licet ipse quasi apud incognitam commendationis suæ causâ hoc voluerit dicere, quòd ex deâ sit genitus. Ipsa enim viam monstrauit, dicendo in secundo libro:* Eripe nate fugam, finemque impone labori, Nusquam abero, & tutum patrio te limine sistam. *Hîc ostendit poëta etiam illud, quòd Æneas de Troiæ littoribus non voluntate nauigauerit, iungendo:* Data fata secutus: *quoniam fatalibus dispositionibus consentiendum magis est, quàm inefficaciter resistendum. Ecce præterita strictim transijt, & in præsenti immoratus propter maiorem misericordiam commouendam.*

Digitized by Google

Troiæ nomen ait) diuerſa per æquora vectos,
Forte ſua Libycis tempeſtas adpulit oris.
Sum pius Æneas, raptos qui ex hoſte Penates
Claſſe veho mecum, famâ ſuper æthera notus,
Italiam quæro patriam, & genus ab Ioue ſummo.
Bis denis Phrygium conſcendi nauibus æquor,
Matre deâ monſtrante viam, data fata ſecutus.
Vix ſeptem conuulſæ vndis, Euroq; ſuperſunt.
Ipſe ignotus, egens, Libyæ deſerta peragro,
Europâ atq; Aſiâ pulſus. Nec plura querentem
Paſſa Venus, medio ſic interfata dolore eſt:
Quiſquis es (haud credo inuiſus cœleſtibus auras
Vitaleis carpis, Tyriam qui adueneris vrbem)
Perge modò, atq; hinc te reginæ ad limina perfer.
Namq; tibi reduces ſocios, claſſemq; relatam
Nuncio, & in tutum verſis Aquilonibus actam:
Nî fruſtra augurium vani docuêre parentes:
Aſpice bis ſenos lætanteis agmine cygnos,

SER. FORTE ſuâ.] *caſu ſuo: id eſt, quo ſolet:* Forte *aũt nomẽ eſt, à nominatiuo* fors: *vt Terẽt.* Fors fuat pol. *ipſe alibi:* Quoniã fors omnia verſat. LIBYCIS.] *Iam ſciuit: audiuit enim,* Sed fines Libyci. ADPVLIT oris.] *Figura ſuprà dicta eſt, vt dauimus pro accuſatiuo cũ* Ad *ponat.* SVM pius Æneas.] *Non eſt hoc loco arrogãtia, ſed indicium: nam ſcientibus aliquid de ſe dicere, arrogãtia eſt: ignotis, indicium. Aut certè Heroum ſecutus eſt morẽ, quibus quàm mẽtiri turpe fuerat, tam vera reticere. Deniq; Vlyſſes in Homero ait, ſuã famam vſq; ad cœlum veniſſ.* καί μευ κλέος οὐρανὸν ἵκει. *vnde & iſte:* Fama ſuper æthera notus. EX hoſte Penates.] *Optima elocutio eſt, pluſq; ſignificat de pluralitate ad ſingularitatẽ tranſire: vt venor multis caſibus, & multa cane: vt Horatius:* Aut trudit acris hinc & hinc multa cane Apros in obſtãtes plagas. ITALIAM quæro.] *Hoc loco diſtinguendũ eſt: nam ſi iunxeris* Patriã, *nõ procedit.* Patria *enim: id eſt, ciuitas, in prouinciã eſſe poteſt, non tamẽ vt ipſa prouincia patria ſit: licet in Salluſtio lectũ ſit,* Hiſpaniã ſibi antiquã patriam eſſe. *Sed illic ad laudẽ pertinet, nõ ad veritatem. Tria ergo dicit, prouinciã quæro. hoc eſt, Italiã: patriã: hoc eſt, Corytũ Thuſciæ ciuitatẽ, vnde Dardanus fuit: alibi de ipſa Italiã Aeneas,* Hîc domus, hæc patria eſt. *genus, ideò quia ex Electrâ & Ioue Dardanus Iaſiusq; nati ſunt, qui Dardanus autor eſt Troiæ: & benè ad tria interrogata reſpõdet, qui eſſet, vnde veniret, quò tenderet.* PHRYGIVM æquor.] *i. Helleſpontũ.* CONSCENDI.] *Benè* Conſcẽdi, *ſecundũ Phyſicos, qui dicũt, terram inferiorẽ eſſe aquã. Quia omne, quod cõtinetur ſupra illud eſt quod cõtinet: vnde eſt:* Humilemq; videmus Italiã. MATRE deâ mõſtrante viam.] *Hoc loco per tranſitũ tangit hiſtoriã, quã, per legẽ artis poëticæ, apertè nõ poteſt ponere. Nam Varro in Secundo diuinarum dicit.* Ex quo de Troiâ egreſſus eſt Æneas, Veneris eũ p diẽ quotidie ſtellã vidiſſe, donec ad agrũ Laurentũ veniret, in quo eam nõ vidit vlterius: quare cognouit terras eſſe fatales. *Vnde Vergilius hoc loco:* Matre deâ mõſtrante viam. *item:* Nuſquã abero, *&* tutũ patrio te limine ſiſtã. *&*, Iamq; iugis ſummæ ſurgebat Lucifer Idę. *Quòd autem diximus eum poëticâ arte prohiberi, ne apertè ponat hiſtorias, certũ eſt. Lucanus namq; ideò eſſe nõ meruit in numero poëtarũ: quia videtur cõpoſuiſſe hiſtoriam, nõ poema.* DATA fata.] *ſcilicet à Ioue.* CONCLVSÆ.] *Aut cõuulſæ vndis,* Euroq;: *aut,* Superſunt vndis Euroq; conuulſæ. *aut ideò: quia habes ſuprà:* Laxis laterũ cõpagibꝰ. IGNOTVS.] *deeſt* Quaſi: *nam contrariũ dixit:* Famâ ſuper æthera notus. *Facit hoc frequẽter Vergilius, vt hãc particulã ſubtrahat: vt:* Medias inter cędes exultat Amazon. *i. quaſi Amazon: nam Volſca fuit.* PERAGRO.] Per, *habet accentum: nam a longa quidẽ eſt, ſed non ſolidã poſitione. Muta enim & liquida, quoties ponuntur, metrũ iuuãt, non accentum.* EVROPA atq; Aſiâ pulſus] *Aut orbẽ in treis parteis diuiſit, et abſolutũ eſt: aut ſi Europã tantùm et Aſiã intelligimus, inuidioſè loquutus eſt, vt ſuprà Venus ait:* Cunctus ob Italiã terrarũ clauditur orbis: *quaſi cũ indignatione dicat, per Troiam Aſiâ careo, per Italiã Europâ. Deniq; nõ paſſa Venus eius interrupit querelas.* DOLORE eſt] *aut narrãtis Aeneæ, aut certè ſuo dolore. Aequum enim eſt, malis filij etiam ipſam moueri.*

A QVISQVIS es.] *Pleraq; per conceſſionẽ ſic tradit poëta: vt argumentũ faciat, ſicut hoc loco: audiens Venus.* Sum pius Æneas, famâ ſuper æthera notus: *dicit tamen,* Quiſquis es: *etiãſi hæc in te nõ ſint, hinc tamẽ conſtat te eſſe felicem, quòd veniſti Carthaginẽ. Sic in Secundo:* Quiſquis es amiſſos hinc iam obliuiſcere Graios: *hoc eſt, quamlibet ratione cõtra nos bella ſuſceperis.* HAVD credo inuiſus cœleſtibꝰ.] *Liptote figura per contrariũ ſignificans: id eſt, te eſſe chariſſimum ſuperis, vt ſuprà:* Mihi iuſſa capeſſere fas eſt. *Cœleſtibus aũt, ſecundũ Pythagorã, & præcipuè Platonẽ dixit, qui cõfirmant, viuos eſſe ſuperis charos, mortuos verò inferis. vnde & Vergilius de Palante:* Et nil iam cœleſtibꝰ vllis Debentem. *Sic è contrà:* Vos ô mihi manes Eſte boni, quoniã ſuperis auerſa volũtas. AVRAS vitaleis.] *quibus viuimus: nihil eſt enim aliud vita, niſi reciprocus ſpiritus: vnde Iupiter, quo conſtant omnia, vocatur* Ζῆνα, ἀπὸ τοῦ ζῆν: *id eſt, à vitã.* CARPIS.] *accipis: vt,* Et placidã carpebãt mẽbra quietẽ. TYRIAM.] *Carthaginem, à colonis.* ADVENERIS vrbẽ.] ὑπερβατόν, *vt ſuprà.* PERGE modò.] *tantummodo: hoc eſt, hæc tibi ſola ſit cura: nam liberatæ ſunt naues.* PERFER.] *Imperatiuus modus eſt: vt,* Fer cineres Amarylli foras. REDVCES.] *Propriè* Reduces *dicuntur, qui pericula euadunt. ſic infrà:* Vt reduces illi ludunt: *ſcilicet, poſt periculum illatum ab aquilã.* VERSIS aquilonibus.] *Quia, poſtquam ad Africam iter verterunt, aduerſus antè Aquilo, cœpit eſſe proſper.* NI fruſtra augurũ vani docuêre parẽtes.] *Hoc ad confirmandũ errorem Aeneæ dixit, ne diuinando dea eſſe crederetur. Quòd autem dicit* Vani parentes, *aut* ὑπαλλαγὴ *eſt: id eſt, vanum augurium: vt,* Dare claſsibus Auſtros. *&,* Ibant obſcuri ſolâ ſub nocte, *pro* ipſi ſoli *per obſcuram noctẽ. Aut certè* Vani *pro* parentes, *qui res falſas & inaneis docẽt: & per hoc plerumq; decipere oſtendit auguria. Multi volunt ad nimium hoc amorem parentũ referri: quia teneritate affecti etiam ſuperflua docent liberos.* B C

POM. Sabl. SVM pius Æneas] *muro cedere cogitauit, diffidens ſibi ac ſuis, propter impetum hoſtium, relictis, qui defenderent arcem. Deos Penateis & opes ſuſtulit, cum patre vxore ac filijs aufugit ad iuga Idæi.* MATRE deâ] *Varro in ſecũdo Rerũ diuinarum ſcribit,* ab eo tẽpore, quo ſoluit à littore Troiano, vidiſſe Veneris ſtellã, donec in Laurentũ veniret. EVROPA.] *per Latium.* ASIA.] *ſuã patriã: id eſt, pulſus patriã et Latio, in Libyam delatus ſum: vel pulſus Europã: quia non inueni quietem in Europã: pulſus Epiro, Siciliã, & pellor Latio, ad quod fata iubent nauigare.* AGMINE.] *id eſt, choro: & alternatim volantes, non pro impetu.* CYGNOS.] *Cygnus in augurijs optimum ſignum eſt nauigantium.*

CARL. Rhod. *Periautologiam verò ſtatuunt vocari, vbi quis ſeipſum laudat: vt eſt illud Achillis apud Homerum,* οὐχ ὁρᾷς, οἷος ἐγὼ καλός τε μέγας τε. Nonne vides quàm pulcher ego, & quàm magnus? *Sed & maro noſter.*

Sum pius Æneas, famâ ſuper æthera notus.

COR. Fanen. *Apud Vergilium poëtarum principem ac omnigenæ doctrinæ aſylum multa etiam deprehendes, quæ nec ab Honorato, nec à cæteris interpretibus ſint abundanter expoſita, & exactè conſiderata. Vt in primo Aeneid. libro hoc carmen, quod in hunc modum legunt*

Italiam

Digitized by Google

A Italiam quæro patriam, & genus ab Ioue sumo: *Talem ex priore Hemistichio sensum (nam de posteriore non disceptamus) elicientes:* Quæro Italiam, *&* patriam: *id est,* Corytum. *Cùm accusatiuus hîc* patriam *à verbo, disiungendus sit, & sequenti connectendus clausulæ: vt sic versus legatur:*

Italiam quæro: patriam & genus ab Ioue sumo.

Et sensus eius sit talis: Quæro Italiam, patriam *&* genus ab Ioue sumo: *id est, accipio: hoc est, Iouis conterraneus & consanguineus sum: Nam* Sumo *verbum, non adiectiuum nomen esse hoc loco censuerim. Sciendum est autem, Phrygas Iouem apud se natum & educatum cum Arcadibus & Cretensibus contendisse: vt Demetrius Scepsius scribit, auctore Apollonij interprete in interitum Argonauticôn. Atque id propter quicquid de natali eius ac Rheæ puerperio Arcades & Cretenses tinnitibus, vlulatibus, & fanatico discursu referebant, Gallos in Phrygiâ repræsentâsse. Vnde illud Propertij:*

Idæum Simoenta, Iouis cunabula parui.

Nec mirum cuiquam videri debet, poëtam nostrum hîc Phrygiam, *alibi* Cretam *Ioui patriam assignare: vt,*

Creta Iouis magni medio iacet insula Ponto.

B *Quando is diuersis locis diuersas percurrere opiniones consueuerit: vt præ cæteris Macrobius & Seruius annotarunt. Quod & alios poëtas fecisse, vt fœcunditatem doctrinæ ostenderent, & fructus suos redderent gratiores, diligentissimus lector inueniet.*

DON. VIX septem conuulsæ vndis Euroque supersunt, Ipse ignotus, egens, Libyæ deserta peragro, Europâ atque Asiâ pulsus.] *Singula verba, quam teneant vim, quémue habeant intellectum, necessariò noscendum est. ait enim:* Bis denis nauibus *veniebam: designatione numeri, magnis copijs motam nauigationem voluit demonstrare.* Vix septem conuulsæ vndis Euroq; supersunt. *Qui vult animum dolentis competenter excutere, separatis singulis pronunciare debet.* Vix, *vt ostenderet se cum magnâ difficultate euasisse.* Septem, *vt ex magno numero exiguum quid superesset.* Conuulsę vndis Euroq; supersunt: *hoc est, dissolutæ duplici malo, vi maris & tempestatum. Ad approbandum verò calamitatem suam, vtitur occasione loci ac temporis, dicendo:* Ipse ignotus, *quod est in rebus humanis extremum, in alienis terris nullius habere noticiam.* Egens, *quod fuit infelicitatis argumentum: si enim non egeret, non esset ei cuiusquam*
C *noticia necessaria. Iuncta igitur fuerant mala duo, vt incognitus fuisset, & egens: & additum est ad cumulum malorum, vt solitudo quoque & deserta concurrerent, vt nihil ad victum, vel ex agresti solitudine suppeteret, nec inueniretur quispiam, qui misereri posset.* Europâ atque Asiâ pulsus: *duas partes orbis nominauit, de tertiâ parte côticuit, quæ Aphricæ fuit, & in ipsa positus loquebatur. Dicturus etiam alia malorum suorum fuit, sed Venus sermonem interrupit, vel quia vniuersa habuit nota, vel quia non libenter hæc patiebatur vlterius enumerari, vel quia consulendi via ante noctem fuerat maturanda. ait:* NEC plura querentem passa, Venus, medio sic interfata dolore est.] *Quia de solitudine ac desertione nauigiorum, de inopiâ quoque fuerat conquestus, & incognitum sese narrauerat omnibus, Venus occurrit, & in omnibus securum præstat.* QVISQVIS es.] *inquit, perseuerat adhûc, quasi cum incognito loquatur: quasi diceret, siue Aeneas es, siue Troianus.* HAVD credo inuisus cœlestibus auras Vitales carpis, Tyriam qui adueneris vrbem.] *Dijs, inquit, propitijs constat, te vitam tuam ducere, quando post infinita aduersa visurus es Carthaginem. Hæc inferendo, proculdubiò spondebat effectum eorum, de quibus Aeneas fuerat conquestus: nam & colligebatur, & noticiam hominum, & futuram celebritatem loci, & humanitatem promisisse.* PEROR modò, atque hinc te reginæ ad limina perfer.] *Hortatur eum, vt nô secundû intentionem suam ad naues & ad socios redeat, sed magis pergat ad ciuitatem, & ipsam reginam. Atque vt hoc ipsum sollicito & anxio persuaderet, facit lætum, facit per omnia securum, dicens:* NAMQVE tibi reduces socios classemque relatam Nuncio, & in tutum versis Aquilonibus actam.] *Quomodo id potuerit fieri, vel quomodo illo scire potuerit, potuit inquiri. ait:* Quæ *conquereris perdita, motâ iteratione ventorum, ex indignis partibus tuta loca tenuerunt: dixit ergo & ventum, quo euaserant: vnde id sciret, consequenter exequitur:* NI frustra augurium vani docuêre parentes.] *Ne vanos intelligamus: hoc est, quasi stultos, qui prudenter auguria repererunt: ordinandus est sensus sic, atque ita sentiendum: Si non fuerunt vani parentes nostri: hoc est, maiores, & non frustra nos auguria docuerunt.* ASPICE bis senos lætantes agmine cygnos.] *Ecce, duodecim cygni numero nauium, quæ coæquantur, quas Aeneas putabat oppressas.* ÆTHEREA quos lapsa plaga Iouis ales aperto Turbabat cœlo, nunc terras ordine longo Aut capere, aut captas iam despectare videntur. Vt reduces illi ludunt stridentibus alis, Et cœtu cinxêre polum, cantusq; dedêre: Haud aliter puppesq; tuæ, pubesq; tuorum, Aut portum tenet, aut pleno subit ostia velo.] *Dicit cygnos ipsos post aquilæ perturbationem, vt naues tempestatibus constabat esse turbatas: hoc est, dispersas, hilaritatem omnem lætitiamq; recepisse: &, vt cygni ordine soluto securi volitant: sic, inquit, & naues tuæ & omnes tui securi degunt, ac tui sunt.* PERGE modò, & quà te ducit via, dirige gressum.] *Posset Aeneas dicere, non noui, quò eam: hoc illa præripuit dicendo:* Via tibi monstrab t, quò tendas gressus tuos. DIXIT, & auertens roseâ ceruice refulsit, Ambrosiæq; comæ diuinum vertice odorem Spirauêre, pedes vestis defluxit ad imos, Et vera incessu patuit dea.] *Remotâ Aeneæ suspicione, veram constituit deam. Côpletis, quæ voluit, dimisit instructum & recedens plurimis signis monstrauit filio, quæ esset, vt pleno visu aduerteret, cum quâ sibi fuisset colloquium: nam refulsit splendore, quo fuit, & relaxatâ veste vsq; ad vestigia ipsa est contecta: suprà enim dixit:* Nuda genu, nodoq; sinus collecta fluentes. *Odoribus quoq; deam se esse monstrauit. Sic enim eius comæ se effuderant, vt ipsa præsens putaretur ambrosia, quam mulieres vnguentis admiscent. Ordinatur sensus sic:* Ambrosiæq; comę odorem spirauêre.

Aetherea quos lapsa plaga Iouis ales aperto
Turbabat cœlo: nunc terras ordine longo
Aut capere, aut captas iam despectare videntur.
Vt reduces illi ludunt stridentibus alis,
Et cœtu cinxêre polum, cantusq; dedêre:
Haud aliter puppesq; tuæ, pubesq; tuorum
Aut portum tenet, aut pleno subit ostia velo.
Perge modò, & quà te ducit via dirige gressum.
Dixit, & auertens roseâ ceruice refulsit.
Ambrosiæq; comæ diuinum vertice odorem
Spirauêre, pedes vestis defluxit ad imos,
Et vera incessu patuit dea: ille vbi matrem

SER. BIS senos cygnos.] *Cygnos nauibus comparat, Aquilam tempestati. In augurijs autem consideranda sunt non solùm aues, sed etiã volatus, vt in præpetibus: & cantus, vt in oscinibus: quia nec omnes, nec omnibus dant auguria: vt columbæ non nisi regibus dant: quia numquam singulæ volant, sicut rex numquam solus incedit: vnde in Sexto:* Maternas agnouit aues: *& transitũ ostendit regis augurium. Item cygni nullis dant, nisi nautis, sicuti lectũ in ὀρνιθοσκοπίᾳ:* Cygnus in augurijs nautis gratissimus ales, Hunc optant semper: quià nûquam mergitur vndis. *Quum cygnus neque*

A nibus subuoluere saxa.] *Nec terrebantur asperitate laborandi, & manibus suis saxa voluebant quieti publicæ profuturæ.* PARS aptare locum tecto, & concludere sulco.] *Secundo loco priuata ædificia curabantur.*

Non datur? ac veras audire & reddere voces?
Talibus incusat: gressumq; ad mœnia tendit.
At Venus obscuro gradienteis aëre sepsit,
Et multo nebulæ circùm dea fudit amictu,
Cernere ne quis eos, neu quis contingere posset,
Moliriue moram, aut veniendi poscere causas.
Ipsa Paphum sublimis abit, sedesq; reuisit
Læta suas: vbi templum illi, centumq; Sabæo
Thure calent aræ, sertisq; recentibus halant.
Corripuêre viam interea, quà semita monstrat:
Iamq; ascendebant collem, qui plurimus vrbi
Imminet, aduersasq; aspectat desuper arces.
Miratur molem Aeneas, magalia quondam,
Miratur portas, strepitumque, & strata viarum.
Instant ardentes Tyrij: pars ducere muros,
Molirīq; arcem, & manibus subuoluere saxa.
Pars aptare locum tecto, & concludere sulco.
Iura, magistratusq; legunt, sanctumq; senatum.
Hîc portus alij effodiunt, hîc alta theatris
Fundamenta locant alij, immanesq; columnas
Rupibus excidunt, scenis decora alta futuris.
Qualis apes æstate noua per florea rura
Exercet sub sole labor, cùm gentis adultos
Educunt fœtus, aut cùm liquentia mella
Stipant, & dulci distendunt nectare cellas:
Aut onera accipiunt venientum: aut agmine facto,
Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.
Feruet opus, redolentq; thymo fragrantia mella.
O fortunati, quorum iam mœnia surgunt,

SER. CVR dextræ iungere dextram.] *Maiorum enim hæc fuerat salutatio: cuius rei τὸ αἴτιον: id est, causam Varro, Callimachum secutus, exposuit asserens,* omnem eorum honorem dexterarum constitisse virtute: *ob quam rem hac se venerabātur corporis parte.* VERAS audire, & reddere voces.] *Ideò, quia Virginem se dixerat. Sunt multæ reciprocæ loquutiones, vt hoc loco: sunt multæ vnius partis vtrique sufficientes:* B *vt,* Tenemur amicitijs: *ridiculum enim, si addas* Mutuis, *quum Amicitijs vtrumque significet, sicut Fronto testatur. Item sunt elocutiones, quarum vna pars plena est: quæ si conuertantur, habent aliquid superfluum: vt in Sallustio:* In tugurio mulieris ancillæ: *benè addidit* Ancillæ: *at si dicat:* In tugurio ancillæ mulieris, *erit superfluum* Mulieris: ancilla *enim & conditionem ostendit: & sexum. Item:* Res erat prætoribus nota solis. *hoc sufficerat: malè ergo addidit:* Ignorabatur à ceteris: *si conuertas: nil superfluum inuenitur.* TALIBVS incusat.] *redarguit.* Incusare *propriè est, superiorem arguere: vt in Terent. pater ad filium:* Quid me incusas Clitipho? Accusare *verò, vel parem vel inferiorem: vt in eodem ad maritum vxor:* Me miseram, quæ nunc quam ob causam accuser, ne-
C scio. *Et hoc proprietatis est, licet vsus ista malè corrumpat. Sciendum tamen est, Terentium propter solam proprietatem omnibus Comicis esse præpositum, quibus est (quantum ad cætera spectat) inferior.* AT Venus.] Ordo *est,* At Venus dea. OBSCVRO aëre.] *id est, nebulâ, cuius diffinitio est. Hic locus ex Homero sumptus, de Vlysse à littore ingrediente vrbem: καὶ τότ' Ὀδυσσεὺς ὦρτο πόλιν δ' ἴμεν, ἀμφὶ δ' Ἀθήνη πολλὴν ἠέρα χεῦε φίλα φρονέουσ' Ὀδυσῆϊ, μή τις Φαιήκων μεγαθύμων ἀντιβολήσας, κερτομέοι τ' ἐπέεσσι καὶ ἐξερέοιθ' ὅς τις εἴη.* CIRCVMFVDIT.] *Figura τμῆσις est, quum, secto vno sermone, aliquid interponimus. vt alibi:* Septem subiecta trion. *Sed hoc tolerabilius est in sermone composita: cæterum in simplici nimis est asperum, quod tamen faciebat antiquitas: vt in illo Ennij:* Saxo cere comminuit brum. CERNERE.] *Ex hoc pendent cætera, quæ sequuntur.* MOLIRI.] *hic* pro Struere *& per hoc,* Facere, *vt, infrà,* Molirique arcem. AVT veniendi poscere causas.] *scilicet, ne sæpè narrando cerebrum patiatur dolorem: vnde melius ad Aeneam refertur:* Medio sic interfata dolore. IPSA Paphum.] *ciuitatem Cypri. Ibi enim adorabatur.* SVBLIMIS.] *diuino incessu. Id est,* Sublimiter, *nomen pro aduerbio.* LÆTA.] *vt Homer. φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη. ecce, Veneris proprium epitheton.* SABÆO.] *Arabico. Arabiæ tres sunt: inferior, Petrodes, Eudæmon: in quâ populi sunt Sabæi. Sed hi montes, inter quos sunt Libanum & Antilibanum dicuntur. apud quos nascitur thus. Dicti autem Sabæi, ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι: id est, venerari: quòd deos per ipsorum thura venerantur.* THVRE calent aræ, sertisq; recentibus halant.] *Ecce, vnde suprà dixit:* Haud equidē tali me dignor honore. *Quòd autē dixit* Recentibus, *laus loci est, qui semp flore vestitur.* SERTIS.] Sertū & Serta, *quū nihil adijcitur, dicim⁹: vt hoc loco. Itē alibi expressius:* Serta procul tantū capiti delapsa iacebāt. *Si autē* Sertos *dixero, addo flores: si* Sertas, *addo coronas: vt Lucan.* Accipiunt sertas nardo florente coronas. *Hoc in multis nominib. obseruādū est, vt genus ex adiectione formetur: quâ detractâ, in neutrū cadat necesse est: vt piscinalis locus, piscinalis cella, piscinale: saginarius mulus, saginaria mula, saginarium.* HALANT.] *pro* olent. CORRIPVERE viam.] *Deest:* At illi corripuêre viam. *officium eundi celeriter arripuerunt: neq; enim via corripitur.* QVI plurimus.] *Ex maximâ parte vrbis eminens, vel qui plurimus: id est, longus: vt est,* Cui plurima ceruix. *item:* Cùm se nux plurima: *id est, amygdala, longa nanque est:* ASPECTAT.] *rei insensibili dat sensum: vnde est illud in* Quarto *de Atlante: item Sallust.* Lyciæ Pisidiæq; agros despectantem. *Hom. Θαύμαζεν δ' Ὀδυσεὺς λιμένας καὶ νῆας ἐΐσας, αὐτῶν θ' ἡρώων ἀγορὰς καὶ τείχεα μακρά, ὑψηλὰ σκολόπεσσιν ἀρηρότα θαῦμα ἰδέσθαι.* ARCES.] *Ciuitates, à parte totum.* MIRATVR molem Aeneas.] *Hoc ad ipsum refertur.* MAGALIA quondam.] *Hoc ad poëtam: non enim hoc nouit Aeneas.* Magalia *verò ἀντίστοιχον est: nam debuit dicere* Magaria: *quia* magar, non magal, *Pœnorum linguâ* villam *significat. Cato Originum primo, Magalia ædificia quasi cortes rotundas dicunt. Alij* Magalia *casas Pœnorum pastorales dicunt.* STRATA viarum.] *Primi enim Pœni vias lapidibus strauisse.* INSTANT ardentes Tyrij.] *multum festinantes, vt 4. Aen.* Ardet abire fugâ: *id est, properat. alij ingeniosi intelligunt: nam per contrarium segnem: id est, sine igni, ingenio carentem dicimus: vnde & à Græco venit* Catus: *Id est, ingeniosus: ἀπὸ τοῦ καίεσθαι.* DVCERE muros.] *Cōstituēdo in lōgitudinē ducere, ædificare.* MOLIRIQVE arcē.] *molib. factis extollere, quod est exstruere: huic cōtrariū est* Demoliri. OPTARE.] *eligere: vt,* Tuus ô regina qd optes Explorare labor. *Et 3 Aen.* Optauitq; locū regno. TECTO.] *ad tectū nota figura.* SVLCO.] *fossa: ciuitas. n. nō dom⁹ circūdat sulco. vt alibi.* Ausim vêl tenui vitē cōmittere sulco. LEGVNT.] *eligūt. vel locus, vbi Iura, vel Magistratus creatur.* Portus effodiūt: *i. cothona faciūt. Cothona sūt port⁹ in mari non naturales, sed arte & manu facti. Est autem & masculini & neutri generis: nam &* cothon, *huius* cothonis *facit: &* cothonum, *huius* cothoni. ALTA theatri Fundamenta.] *Hinc futura magnitudo cognoscitur.*

COLVM-

COLVMNAS decora alta.] *Figuratè* Columnas decora alta: *diuersis enim significationibus idem dixit, & ab eo, quod est* decus *corripitur decoris.* QVALIS apes.] *Ordo est,* qualis labor æstate nouâ, *id est, incipiente iam vere nouo. Tertiæ declinationis genitiuus pluralis & in* ium & in um *exit: sed tum pro nostro arbitrio, quum nominatiuus singularis fuerit in* n & s *terminatus: vt amans, & amatum & amantium dicimus: quum autem nominatiuus singularis fuerit terminatus in* er & ur, *tantùm in* um *exit: vt pater patrum, murmur murmurum: reliqua verò nomina authoritate firmamus: vt apis, apum vel apium.* ÆSTATE nouâ.] *Benè* noua: *quia* adulta & *præceps, secundum Sallust.* FLOREA.] *pro florida: vt,* Nemora inter frōdea turbam. RVRA.] *Græcè ἄρουρα dicuntur. Aphæresis ergo sermonem facit Latinum.* EXERCET.] *fatigat: vt,* Nate liliacis exercite fatis. *Hoc autem participium ab* exercitu: *id est, multum multitudine declinatione discernimus: nam illud nomen quartæ, participium secundæ declinationis est: vt visus, huius visus vel visi: passus, huius passus vel passi: aditus, huius aditus vel aditi.* SVB sole.] in sole: *vt,* Nanq; sub ingenti lustrat dum singula templo. CVM gentis fœtus.] *ad laudem apum hoc pertinet: quod in quarto Georgicorum melius intelligitur.* EDVCVNT.] *Producunt, quòd adhûc adolescant, & adulti fiant, non adoleuerint, vt adultæ.* LIQVENTIA.] *defecata, sine sordibus: nec tantùm dulcia: sed & liquida: id est, pura: nam dura mella constat esse meliora.* STIPANT.] *densant: translatio à nauibus, in quibus stupa interponitur vasis, quem* stipam *dicunt.* DISTENDVNT.] *implent: vt,* Et denso distendere pingui. NECTARE.] *melle, abusus est propter suauitatis similitudinem, quū νέκταρ poculum diuinum sit dulce, immortale interpretatur: νὴ, id est non, κτείνω, occido.* CELLAS.] *Et hic abusus est, vt fauorum cauernas* cellas *vocaret. Traxit autem à reponendi similitudine, vel à celando, vnde* Cellam *appellauerunt.* AGMINE.] *nunc impetu.* IGNAVVM.] *inutile, & non aptum industriæ: nam industrios* Gnauos *dicimus.* FVCOS.] *Secundum Plinium in Naturali historiâ, apum multa sunt genera: propriè tamē* apes *vocantur ortæ de bobus, fuci de equis, crabrones de mulis, vespæ de asinis.* Fucus *autem est, secundum Aemilium Macrum, maior ape, crabrone minor.* PECVS.] *Pecus dicimus omne, quod humanâ linguâ & effigie caret: id est, à pascendo: vnde Horatius:* Omne cùm Proteus pecus egit. PRÆSEPIBVS.] *aluearijs: & est translatio, quæ fit, quoties, vel deest verborum proprietas, vel vitatur iteratio.* FERVET.] *quum celebratur: vt contrà* friget, *quum cessat, dicimus: vt Terent.* Nimirum hîc homines frigent.

POM. Sabi. INCVSAT.] *Incusamus superiores.* IPSA Paphum.] *antiquam Paphum intelligit: id est, Palæpaphum. Paphus antiquissimus rex Cypri, Paphū condidit: huius filius Cynara, templum Veneris, à nomine patris* Paphiæ *erexit. Cynara pater fuit Myrrhæ, cum quâ inscius concubuit: inde natus Adon. Palæpaphus, ciuitas supra mare stadijs* 10 *est, hic erat templum. Paphum nouam propius mare condidit Agapenor. Cornelius Tacitus de Templo Veneris Paphiæ sic ait lib.* 18. Templum Paphiæ Veneris tradunt à Cynarâ sacratū, ipsamq; conceptam mari hûc appulsam. Aruspicinam Tamiras Cilix intulit, pactus, vt familiæ vtriusq; posteri ceremonijs præsiderent: mox ne regum genus peregrina stirps antecelleret, hospites cessêre: tātùm Cynarides sacerdos consulitur: hostia, & tantùm mas, cadit: in fibris hœdorū certissima fides. ARÆ.] *Aræ effundere sanguinē vetitum: precibus & igne puro altaria adolentur, nec vllis imbribus, quanquam in aperto, madescunt: simulachrum deæ orbiculatum, non effigie humana: initio tenue modò exurgit, & ratio in obscuro est: dona hîc regum, & opulentia permagna.* MAGALIA.] *Numidæ appellant* magalia *domos.* ARDENTES.] *festinantes cum lætitiâ.* SENATVM.] *Cicero ait:* Senatus à maioribus: *id est,* seni-bus, & natu. SCENIS.] *propter theatra, vbi scenæ sunt.* A
ÆSTATE nouâ.] *id est, vere pleno: tūc videtur etiā principium æstatis, & omnia florent.* QVALIS apes.] *Hic locus ab Homero est, & locupletior est Vergil. Homerus* vagas apes *ponit, Vergilius* opificas *dicit.* FVCOS.] *Fucus, vt Aemilius Macer ait, est maior quàm sit apis, & crabrone minor.* REDOLENT thymo.] *Valerius Flaccus,* Redolentem nectare rorem: *dicimus accusandi & auferendi casu.*

VAR. Lect. PARS optare locum tecto.] *In veteribus verò omnibus exemplaribus legitur* Aptare locum. HIC portus alij effodiunt.] *In Longobardico, & aliquot alijs libris legere est:* Hîc portas alij effodiunt. HIC alta theatri Fundamenta.] *Non displicet quod in Romano libro, & in quibusdam alijs legitur,* Hîc alta theatris: *sed & pro* Locant, *libri nonnulli,* Petunt, *habent.*

CAEL. Rhod. *Scitu verò dignum, Carthaginem veteribus dici quandoq;* Caccaben: *id est, κακκάβην: quòd illarum gentium linguâ equinum indicet caput. Ad quam rem Vergilianum illud ex Aeneidos primo alludere, neminem (opinor) fallit.*

DONAT. IVRA magistratusque legunt, sanctumque senatum.] *Disponebant leges, & honores curiales, & ipsam curiam.* HIC portus alij effodiunt.] *Et hoc pertinet ad salutem, salutisq; subsidium.* B HIC alta theatri Fundamenta locant alij.] *Post omnia quietis publicæ quæ possent, vel saluti, vel honoribus proficere, de voluptatibus iam, & de delicijs cogitabant: quod non fit, nisi in eâ ciuitate, in quâ ociosa sunt omnia, quod Aeneæ fuerat necessarium.* Alta fundamēta *ideò: quia magni operis moles pedamentis debent fortissimis sustineri.* IMMANESQVE columnas Rupibus excidunt, scenis decora alta futuris.] *Vt non tantùm theatri gesta iuuarent vnumquemque, verùmetiam aspectus pulcherrimi operis delectaret.* QVALIS apes æstate nouâ per florea rura Exercet sub sole labor, cùm gentis adultos Educunt fœtus, aut cùm liquentia mella Stipant, & dulci distendunt nectare cellas, Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto Ignauū fucos pecus à præsepibus arcent, Feruet opus.] *Immittit apum comparationem, quod genus animalis nunquam à laboribus est vacuum, & in plurimo numero constitutum est, vnanimi societate concordans, quodq; habeat prouidentiam, & partiendi laboris naturalem industriam, vsq; adeò astutum, vt fucum pellat à sedibus suis. Quod genus animalis non tantùm est iners & desidiosum, verùmetiam aliena benè parta consumit.* C *Quæ cùm viderit Aeneas, non inuidet alienæ felicitati, sed hac prosecutus est laude, quam collegit ex comparatione fortunæ suæ dicens:* O fortunati quorum iam mœnia surgunt.] *Hoc est scilicet, quando & ego ad hanc felicitatem perueniam?* INFERT se septus nebulâ, mirabile dictu, Per medios, miscetq; viris, neq; cernitur vlli.] *Tantùm valuit prouisio matris, vt misceretur Aeneas omnibus, Achate socio, vt videret omnes, & is à nemine videretur. Quod ait, bis accipiendum est,* Infert se, & Permiscet se. LVCVS in vrbe fuit mediâ lætissimus vmbrâ.] *Nihil inter est, an lucus mediâ in vrbe fuerit, an vmbra fuerit medio in luco.* QVO primùm iactati vndis & turbine Pœni Effodêre loco signū, quod regia Iuno Monstrârat, caput acris equi: sic nam fore bello Egregiam, & facilem victu per secula gentē.] *Omni occasione Vergilius docet, quemadmodum futura noscantur. Suprà quippe cygnorum posuit exemplum, hîc asserit, Pœnos delatos vi tempestatis & turbine, in eo loco, ad quem primò peruenerant, cùm fundamenta effoderunt, equi caput inuenisse, in cuius formâ luceret quædam signorum vis, quæ acre animal demōstraret. Interpretatio signi talis extiterat, quòd illa gens futura esset in certaminibus bellicis fortis, & subsidijs victus semper copiosissima. Et hoc signum constabat Iunonis suffragio demonstratum.*

ADR. Bar. CVR dextram iungere dextræ, Non datur?] *Si amici cuiuspiam longiùs disiti, præsentiam desiderabimus, ijs conue-*

A *conuenientpti versiculis*: Cur dextræ iungere dextram Non datur? & veras audire & reddere voces?

Aeneas ait, & fastigia suspicit vrbis.
Infert se septus nebulâ (mirabile dictu)
Per medios, miscetq; viris, neque cernitur vlli.
Lucus in vrbe fuit mediâ lætissimus vmbrâ:
Quò primùm iactati vndis, & turbine Pœni
Effodêre loco signum, quod regia Iuno
Monstrârat, caput acris equi: sic nam fore bello
Egregiam, & facilem victu per secula gentem,
Hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido
Condebat, donis opulentum, & numine Diuæ.
Aerea cui gradibus surgebant limina, nexæq;
Aere trabes, foribus cardo stridebat ahenis.
Hoc primùm in luco noua res oblata timorem

SER. FRAGRANTIA.] *Quotiens incendium significatur, quod flatu alitur, à flammâ per l dicimus flagrat: vel quotiens odor, qui fractâ specie maior est, per r dicimus* fragrat. *Sciendum sanè, nil in hac vacare comparatione: nam Pœnorum operi, apum labor: custodia littorum, fucorum comparatur expulsio.* O fortunati.] *Benè fortunati, qui iam faciunt, quod ipse desiderat.* FASTIGIA.] *nunc operis summitates, alibi* ima *significat: vt,* Forsitan & scrobibus quæ sint fastigia quæras. SVSPICIT.] *miratur: vt è contrario* Despicit, *contemnit significat, vel* Suspicit, *alta aspicit. vt alibi:* Hanc primùm suspice rupem. MIRA-

B BILE dictu.] *Ob hoc quod sequitur: quia mixtus cunctis latebat.* PER medios.] *Figura est: nam planum fuerat, medijs se infert.* MISCETQVE.] *Deest,* se. NEQVE cernitur vlli.] *id est, ab vllo. & est Græcum, vt Horat.* Scriberis Vario: *id est, scribit te Varius.* LVCVS.] *Vbicunque Vergilius lucum ponit, sequitur etiam consecratio: vt,* Luco tum fortè parentis Pilumni Turnus sacra â valle sedebat. *vnde in 6.* Nulli certa domus, lucis habitamus opacis. *Dicuntur enim heroum animæ lucos tenere.* Lucus *autem dicitur, quòd non* luceat: non *quòd sint ibi* lumina *causâ religionis, vt quidam volunt.* IN vrbe fuit mediâ] *nunc iam in mediâ.* LÆTISSIMVS vmbrâ.] *Aut septimus casus est; aut, secundum* Probum, *genitiuus: vt sit,* Lætissimus vmbræ. *sic Sallust.* Frugum pabulique lætus ager. QVO primùm.] *hoc est, simul vt venerunt: nec enim secundo ad Africam ventum est.* EFFODERE loco signum.] *Historia hoc habet, quam more suo Vergilius per transitum tangit. Dido, quum transiret per quandam insulam Iunonis, illic accipit oraculum, & sacerdotem eius secum abstulit, quum ei parum crederet: promittenti Carthaginis sedes: quo quum venisset, sacerdos ele-*

C *git locum faciendæ vrbis, quo effosso, inuentum est caput bouis. Quod cùm displicuisset: quia bos semper subiugatus est, alio loco effosso, caput equi inuentum placuit: quia hoc animal licet subiugetur, bellicosum tamen est & vincit. & plerumque iugum subiens concordat, vt ipse ostendit plenissimè in illo loco:* Bello armantur equi, bellum hæc armenta minantur. Sed tamen idem olim curru succedere sueti Quadrupedes & fræna iugo côcordia ferre, Spes est pacis ait. *Illic ergo Iunoni templa fecerunt: vnde & bellicosa est Carthago per equi omen, & fertilis per bouis. Ordo autem est: Lucus in vrbe mediâ lætissimus vmbrâ, quo loco iactati Pœni vndis & turbine effodêre caput acris equi, quia regia Iuno signum monstrauerat.* REGIA.] Regina. QVOD regia Iuno Monstrârat.] *monstro dederat: &, vt diximus, tangit historiam.* ACRIS equi.] *Epithetum magis aptum equis, vt canibus blandis, qui naturâ blandi sunt.* ET facilem victu.] *Per bouem: quod licet non dicat, tamen ex historiâ sumitur.* SIDONIA.] *pro Tyria. Licet Sidon ciuitas sit Fenice, tamen hic posuit.* DONIS opulentum, & numine diuæ.] *Aut simulachrum quoque aureum fuit, &* Numen *pro simulachro posuit: vt Cicer.* Sese iam ne Deos quidem, ad quos confugerent, habere: *aut vult ostendere, plenum esse præsentiâ numinis templum.*

D ÆREA.] Aerea *ideo, vel quod æs magis in vsu veteres habebant, vel quòd religioni magis apta est hæc materies: denique flamen dialis æreis cultris tondebatur. Aut certè ærea secula significat: nam vt Hesiodus dicit, tempore quo hac gesta sunt, æreum seculum fuit.* FORIBVS.] Fores *propriè dicuntur, quæ foris aperiuntur, sicut apud veteres fuit.* Valuæ autem sunt, *vt dicit Varro*, quæ reuoluuntur & se velant. Ianua *autem, est primus domus ingressus: dicta, quia Iano cõsecratum est omne principium. Cætera intra ianuam,* Ostia *vocantur generaliter, siue* valuæ *sint, siue* fores: *quamuis vsus corruperit.* CARDO.] *dictus est quasi cor ianuæ, quo mouetur: ἀπὸ τῆς καρδίας.* STRIDEBAT ahenis.] *Ad sua retulit tempora: cautum enim fuerat post proditum hostibus à Tarpeiâ virgine Capitolium, vt ærei cardines fierent, quorum stridor posset aperta hostia omnibus indicare.* HOC primùm in luco.] *Secuta sunt enim & alia, quæ detraxêre formidinem.*

POM. Sabi. LÆTISSIMVS vmbrâ.] *Participium passiuum, more antiquo, genitiuo iungitur: vt Sallustius,* Frugum & pabuli lætus ager. *Et,* vitæ laudandus opacæ: *Silius libro primo.* POENO.] *Pœnos vsurpat pro* Phœnicibus. HINC populum.] *Dido dedicauit templum Herculi, non Iunoni: deus Tyriorum Hercules erat. Vitruuius libro primo ait:* Si mœnia prope mare sunt, area, vbi forum constituatur, est eligenda proximè portum. Si ciuitas mediterranea est, in medio aræ ponendæ: & maximè Deorum, in quorum tutelâ vrbs est, Ioui, Iunoni, & Mineruæ. In excelsissimo loco, vnde mœnium maxima pars conspiciatur, aræ distribuuntur: Mercurio autẽ in foro, Isidi & Serapi in emporio: Apollini, patriq. Libero secundum theatrum. Herculi, in quib. ciuitatibus nõ sunt gymnasia, nec amphitheatra, ad circum Martis extra vrbem; sed in campo. Etrusci aruspices tradunt, Veneris, Martis & Vulcani fana extra vrbem debere esse, ne adolescentuli, neu matresfamiliâs libidini assuescant. Vulcani vis ꝓpter casus incendij, mœnib. arcetur. Martis verò, cùm sit extra mœnia, non erit inter ciues armifera dissensio. CAPVT equi.] *Primũ inuentũ caput bouis, indè equi, postmodò in aliâ effossione etiã equi.* ÆREA.] *portæ æreæ.* NVMINE.] *simulachro Iunonis, quo magni precij erat.* CARDO.] *qui æneus erat.* NOVA] *pictura.*

DON. HIC, *inquit*, templum Iunoni ingens Sidonia Dido condebat.] *Oportuit enim deam in eo loco habere honestissimam sedem, in quo virtutem suæ maiestatis ostenderet. Condebat, inquit, templum Dido: &, cùm nondum perfecisset, tantâ iam reuerentiâ colebatur, vt & donis copiosissimum esset: & dea ipsa præsens esse crederetur, propterea posuit:* DONIS opulentum & numine diuæ, Aerea cui gradibus surgebant limina, nexæq; Aere trabes, foribus cardo stridebat ahenis.] *Omne hoc opulentiam & deuotionem condentis demonstrat, & potentiam, vel meritum numinis.* HOC primùm in luco noua res oblata timorem Leniit. hic primùm Aeneas sperare salutem Ausus, & afflictis melius confidere rebus.] *Genus est propositionis: dicturus est enim, quòd viderit, vnde sperauerit aliquid boni, vnde metus eius lenitus est. Non dixit vnde securus sit redditus, sed vnde timor eius imminutus: semel enim totus eradi non potuit.* NOVA res oblata.] *hoc est, contra spem visa: quippe eius oculis tanta spes occurrerat, qui paulò*

ante

ante omnia vidisset descripta: vel ideò noua: quia videbat illic picta Troiani belli pugnarumq; certamina. Incipit iam reddere rationem, vt ostendat, quid illud fuerat, quod leniebat Aeneæ metum, & spem inopinam promittebat. NAMQVE sub ingenti lustrat dum singula templo Reginam opperiens, dum quæ fortuna sit vrbi, Artificumq; manus inter se, operumq; laborem Miratur.] Tuetur hîc Aeneam Vergilius, ne, manibus captus, videatur remansisse, quem connumerat reditum maturare ad socios suos, nec vlterius teneri illecebris felicitatis alienæ. Namque, inquit, sub ingenti lustrat dum singula templo, Reginam opperiens: ecce, dixit vnam necessariam causam, Reginam opperiens, quam sperabat, vt factum est, ad opera videnda processuram. Ex hac autem occasione processuram, vt cùm circumtulisset oculos, singula consideraret. Nec minus etiam illud fuerat, cognitione præcurrente, necessarium, vt conditurus etiam ipse ciuitatem nouam, auerteret, quanto labore id constaret. Considerabat etiam vrbis illius fortunam, quæ surgebat ingenti substantiâ & pulchritudine operis, ac firmitate visentis placebat aspectibus. Artificumq. manus inter se, tanta omnium artium in illo templo venustas extabat, vt intuens nullam alijs præferre potuisset, ita omnes pariter vnâ gratiâ & pari subtilitate certabant. Descriptâ magnitudine operis, & fortitudine, ad ornatum & pulchritudinem transit, vt picturas quoque enumeret. Sed Miratur, cùm semel sit positum, non semel, sed sæpiùs debet aduerti, hoc modo: Dum quæ fortuna sit vrbi miratur, artificumq; manus inter se miratur, operum laborem miratur, videt Iliacas ex ordine pugnas: dum laboriosa diuersorum operum, & subtilitatem singularum artium miratur, quid ageretur explorat: aduertit picturam monstrantem Iliacas pugnas, bellaq́, quorum opinio per totum orbem fuerat vulgata: nam non pingerentur, nisi quia ad ipsas partes, famâ currente, peruenerant. Sed consideranda est primò vis dicentis. Vidit, inquit, pugnas belli, quæ famâ per totum orbem vulgata erant, vt non solum interitum Troiæ totus orbis cognouisset, verùm etiam quis, & quemadmodum, & quo euentu certâsset. Hic versus propositionem tenet futuræ descriptionis: ostensurus est enim, quid sint pugnæ, quid sint bella. Vtrunque enim certamen hostile significat. Diuersum tamen Vergilius ostendit è diuerso genere fieri. Bellum quippe est, quod inter plurimos geritur: pugna, quæ inter duos agitatur. ad eandem propositionem pertinet, ATRIDAS Priamumq́ue & sæuum ambobus Achillem.] Sæuum ambobus, species est comparationis, vt sit: sæuior fuit Achilles Agamemnone & Menelao. CONSTITIT, & lachrymans, quis iam locus, inquit, Achate? Quæ regio in terris A nostri non plena laboris?] Vbi hæc Aeneas vidit, constitit mente scilicet & corpore. Turbatur verò, vbi agnouit, quæ essent illa, quæ pictura monstrabat, doluit: & quasi nescienti socio indicauit & exposuit: & quoniam causa fuit doloris maxima, relationem eius & vocem lachrymæ præcesserunt. Dolebat quippe de aduersis suis, imperijq; Troiani & suorum interitu factas esse fabulas, quas loquerentur homines, & propter oblectationem suam pingerent. Quæ vides, inquit, digesta picturis, aduersa sunt nostra, quæ res indicat nullum locum in orbe remansisse, qui clades nostras ignoret, quando etiam malorum nostrorum fama ad istas solitudines currendo peruenit. Sic tamen dolenda protulit, vt partes etiam cõsolationis inferret seu insereret: priùs tamen agnetionis ipsius ostendit indiciũ, dicens: EN priamus Dehinc adiũgit, Sunt hîc etiã sua præmia laudi, Sunt lachrymę rerũ.] Est in istâ picturâ quod dolorem moueat, est quod malorum solatium ferat. Hoc ipsum colligebat argumentis, non vero iudicio. Solue, inquit, metus, feret hæc aliquam tibi fama salutem.] Mala enim cuiusq; dum nota sint, vel cùm scitur, qui fuerit, vel à quâ fortunâ deiectus sit, manifestum est ex ipso nasci miserationem: quoniam afflictis humanitas non negatur: vt compleret superiorem propositionem, quâ dixit: Hoc primùm in B luco noua res oblata timorem Lenijt, hic primùm Aeneas sperare salutem Ausus, & afflictis melius cõfidere rebus. EN Priamus.] Non tantùm demonstrantis est, verùm etiam dolentis: potest enim sic aduerti, vt videatur dixisse: Ecce ad quam infelicitatẽ perductus est Priamus. Cœpit dolores suos exponere, quos ex personâ potentissimi regis senis, & quoq; soceri, capiebat. SVNT hîc etiam sua præmia laudi, Sunt lachrymæ rerum.] & ipsa propositio est: nam specialiter dicturus est, quæ laudãda, vel quæ dolenda sint. ET mentem mortalia tangunt.] Absolutè positum est Tangunt, intellectus tamen ille est: Mortalium mentem tangunt, quæcunque aduersa mortalibus acciderint. Deinde sequitur: SOLVE metus, feret hæc aliquam tibi fama salutẽ.] Potuit enim ex eo nasci Didonis vel incolarum miseratio. SIC ait, atq; animum picturâ pascit inani, Multa gemens, largoq; humectat flumine vultũ.] Propositio enim monstrat, quæ in illâ picturâ animum reficerent, quæue acerbitatem doloris excitarent: vtrunq; tamen considerantis animum ducebat ad lachrymas: quo factum est, vt diceretur: Largoq; humectat flumine vultum. Dolet enim, quòd licet egregiè fa- C ctum videretur, perierit tamen: dolet etiam, quòd præcesserit aduersum. Incipit iam respondere propositioni superiori:

SER. TIMOREM.] Multi quærũt, cur post visam matrem quicquam timuerit. Quod tamen alij sic soluũt, vt dicant, ne tum quidem Aeneam Venerem, quam viderat, esse credidisse, cuius (vt ipse putabat) agnitæ nulla verba perceperat. Sed vera solutio hæc est: Venus nil de Afrorum moribus, vnde nunc formidat Aeneas; sed de classe liberatâ dixerat filio. Sciendum tamen est, in Vergilio interdũ validiora esse obiecta purgatis, vt hoc loco. LENIIT.] Quartæ cõiugationis tempus præteritum perfectum, vel in ui iunctam exit, vel sublato digammo in ij pro nostro arbitrio: vt lenij leniui, audij audiui. Sanè cùm in ui exit, penultima longa est, & ipsa accentum retinet: quum verò in ij penultima breuis est, & perdit accentũ: quia, vt suprà diximus: Vnius ob noxam: quotiens vocalis vocalem sequitur, detrahit longitudinem præcedenti. Sed hoc in metro, vbi necessitas cogit: nam in prosâ, & naturam suam, & accentum retinet. Nunc ergo Lenijt, tertia à fine habet accẽtum: quia penultima breuis est. Sanè plerunque accẽntum suum retinet etiam sermo corruptus, vt Mercuri, Domiti, Ouidi: tertia à fine habere debuit accentum: quia penul-

Lenijt: hîc primùm Aeneas sperare salutem
Ausus, & afflictis melius confidere rebus.
Nanq; sub ingenti lustrat dum singula templo,
Reginam opperiens, dum quæ fortuna sit vrbi,
Artificumq́; manus inter se, operumq; laborem
Miratur: videt Iliacas ex ordine pugnas,
Bellaq; iam famâ totum vulgata per orbem:
Atridas, Priamumq;, & sæuum ambobus Achillem.
Cõstitit, & lachrymãs: quis iam locus, (inquit) Achate,
Quæ regio in terris nostri non plena laboris?
En Priamus: sunt hîc etiam sua præmia laudi,
Sunt lachrymæ rerum: & mentem mortalia tangunt.
Solue metus, feret hæc aliquam tibi fama salutem.
Sic ait, atq; animum picturâ pascit inani,
Multa gemens, largoq; humectat flumine vultum.
Nanque videbat, vti bellantes Pergama circum,
Hâc fugerent Graij, premeret Troiana iuuentus:
Hâc Phryges, instaret curru cristatus Achilles.
Nec procul hinc Rhœsi niueis tentoria velis
Agnoscit lachrymans: primo quæ prodita somno
Tydides multâ vastabat cæde cruentus:
Ardenteisq; auertit equos in castra, priusquàm

Pabula gustassent Troiæ, Xantumq; bibissent.
Parte aliâ fugiens amißis Troilus armis,

A *penultima breuis est, sed constat, hæc nomina apocopè pertulisse. Nam apud maiores erat idem nominatiuus, qui & vocatiuus: vt hic Mercurius, ô Mercurius. Vnde quum I breuis sit, etiam post apocopen suum seruat accentum.* AVSVS.] *Benè ausus: quia inter incerta satis audacter salus speratur.* AFFLICTIS.] De afflictis: *nec enim esse septimus casus potest.* CONFIDERE.] Fido & Confido *datiuum regit: vt,* Et fidere nocti. *Sanè optima figura est, quæ nunquam à principalitate discedit: vt,* Atq; humileis habitare casas: *accusatiuo iunxit: quia* Habeo domum *dicimus: vnde est* Habito *frequentatiuum.* SVB templo.] *hoc est,* in templo. *vt suprà,* Exercet sub Sole labor: *id est,* in Sole. REGINAM opperiens.] *expectans: aut enim intelligebat, venturam ex artificum festinatione, aut certè videndæ reginæ occasionem requirens.* QVÆ fortuna sit vrbi.] *quæ felicitas.* ARTIFICVMQVE manus inter se.] *hoc est, habebat artificum comparationem.* EX ordine.] *Hoc loco ostendit, omnem pugnam esse depictam. Sed hæc tantùm dicit, quæ aut Diomedes gessit, aut Achilles: per quod excusatur Aeneas, si est à fortibus victus.*

B FAMA totum vulgata per orbem.] *Quia Europa intulit, Asia passa est, Africa iam depingit.* ATRIDAS.] *Atrei filios, Agamemnonem & Menelaum. sed vsurpatum est: nam Philisthenis fuisse dicuntur.* SÆVVM ambobus Achillem.] *Atqui tres dixit: sed* Atridas *pro vno accipe, quos vnius patris constat fuisse.* Ambobus *igitur, nempe Atridis & Priamo.* PLENA laboris.] Plenus *genitiuo meliùs iungitur. vt Terentius:* Plenus rimarum sum. EN Priamus.] *Laus picturæ est, per quam non imago, sed ipse ostenditur Priamus.* SVNT hîc etiam sua præmia.] *Vt suprà diximus, omnis Aeneæ sollicitudo de moribus Afrorum erat, quam nunc picturæ contemplatione deponit: qui enim depingunt bella, & virtutem diligunt, & miseratione tanguntur.* SVA.] *scilicet congrua: vt,* Struereinque suis altaria donis LAVDI.] *virtuti: vt,* Primam merui qui laude coronam. MORTALIA.] *aduersa, quibus constat subiacere mortales.* SOLVE metus.] *Collectio est: nam vbi virtutis præmia, aduersa miserationem merentur, ritè formido deponitur.* FERET.] *pro afferet.* INANI.] *Epitheton est picturæ, aut quia caret corpore, quæ corpora imitatur plenitudine: aut quia nullius est vtilitatis. Sed Cicero in Paradoxis, quàm vilipendat picturam*

C *patet: quum ait:* Sed, obsecro te, ita nunc ista venusta habeantur, non vt virorum vincula, sed vt oblectamenta puerorum. LARGOQVE humectat flumine vultum.] *ταυτόλογον est, quod dixit* Humectat. Largo *namque* flumine, *est fluore: id est, fluxu ipso.* PERGAMA circum.] *Abusiuè: non enim circa* Pergama, *sed circa* Troiam *bella gerebant.* TROIANA iuuentus.] *Diffinitio est Hectoris: vt,* Catillusq; acerq; Coras, Argiua iuuentus: *& reuerà sic penè vbique Homerus ponit, vt Hectori tantùm, vel Acchilli totus cedat exercitus.* HAC Phryges.] *Benè vbiq; Vergilius pro negotij qualitate dat Troianis etiam nomina: nam timidos* Phryges *vocat, vt hoc loco. Item:* O verè Phrygiæ, *neque enim Phryges.* Dardanidas *generosos: vt,* Dardanidæ magni, genus alto à sanguine diuûm. Laomedontiadas, *perfidos: vt,* Nondum Laomedonteæ sentis periuria gentis. Troas *fortes: vt,* Troês agunt, princeps turmas inducit Asylas. Hectores *quoque* fortes: *vt,* Nunc nunc insurgite remis Hectorei socij. CRISTATVS Achilles.] *Secundùm Homerum, qui dicit in Achillis cristis terribile quiddam fuisse:* περὶ δὲ τρυφάλειαν ἀείρας κρατὶ θέτο βριαρήν, ἡ δ' ἀστὴρ ὣς ἀπέλαμπεν ἵππουρις τρυφάλεια. Cristatus *autem, primitiuũ.* Crista, *genere fœminino.* NEC procul hinc Rhœsi.] *Rhæsus rex Thraciæ fuit. Martis & Euterpis Musæ filius, qui, cùm ad Troiæ venisset auxilia, clausisq; iam portis, tentoria locauisset in littore, Dolone Troiano prodente, qui missus fuerat speculator, à Diomede & Vlysse est interfectus, qui & ipsi speculatum venerãt. abducti'q; sunt equi, à quibus pendebant fata Troiana: vt, si pabulo Troiano vsi essent, vel ex Xantho Troiæ fluuio, bibissent, Troia perire non posset.* PRIMO somno.] *primâ parte noctis: vt,* Libra die somniq; pares vbi fecerit horas. *& primâ nocte, quâ antè Rhesus in Troiâ non fuerat.* TYDIDES.] *id est, Diomedes: & benè Vlyssem celat propter Aeneã, vt suprà diximus: aut quia, secundũ Homerũ occidente Diomede, cadauera Vlysses trahebat.* ὅντινα τυδείδης ἄορι πλήξειε παραστάς, τὸν δ' Ὀδυσσεὺς μετόπισθε λαβὼν ποδὸς ἐξερύσασκε. ARDENTEIS.] *& candidos significat, & veloces: vt,* Pernicibus ignea plantis. *Si ignea, velox est, sine dubio & ardentes.* XANTHVM.] *fluuium Troiæ.* PARTE aliâ fugiens amißis Troilus armis.] parte aliâ, *scil. templi. Veritas hoc habet: Troili amore Achillem ductum, palumbes ei, quibus ille delectabatur, obiecisse: quas cũ vellet tenere, captus ab Achille in eius amplexibus perijt: sed hoc quasi indignum heroico carmine mutauit poëta.* FVGIENS.] *fugere volens, accepto iam vulnere.*

REBVS.] *vbi vidit belli Troiani picturam.* SVB.] in. FORTVNA.] *felicitas rerum.* SÆVVM.] *magnũ & horribilem. Agamemnoni, qui restituit Astynomen Chrysæ patri Apollinis sacerdoti, & Hippodamiam, filiam Brysei regis Lelegorum, Achilli abstulit. Achilles id dedecus sibi fore putans, adeò ægrè tulit, vt Agamemnoni iratus pararet vlcisci, ni lenitus fuisset. Sæuus Priamo, propter cadauer Hectoris.* PLENVS.] *cum genitiuo vetustatem imitatur,* Quintiliano *autore.* SVA.] *accommodata.* SOLVE metus.] *postquam res infaustæ, miserationem habent, depone metum.* SALVTEM.] *vbi nomen nostrum hûc peruenit, salui sumus.* FLVMINE.] *lachrymis.* INSTARET.] *instando insequebatur.* RHOESI.] *Rhœsus rex Thraciæ, cùm in auxilium Priamo veniret, priusquam ingrederetur Ilium, insidijs Diomedis & Vlyssis cecidit. Dolon Troianus reuelauit omnia.* SOMNO.] *primâ parte noctis: id est, nocte intẽpestâ.* PABVLA gustassent.] *Oraculo responsum erat: Si equi Rhœsi bibissent aquam Xanthi, Troiã perpetuò mansuram.* TROILVS.] *Post mortem Hectoris, Penthesileæ & Memnonis, cùm esset acris pugna, Troilus capitur: eum productum in medio Achilles iugulari iubet, cuius casum miserandum Troia fleuit: tum quòd immaturus bello perierat, tum quòd formâ conspicuus popularibus omnibus gratus erat. Alij volunt, Troilum captum, & inter delicias habitum in complexu perijsse. Inuertitur hîc historia, vt laudet Troilum & Achillem.* POM. Sabi.

NAMQVE videbat vti bellantes Pergama circùm, Hâc fugerent Graij, premeret Troiana iuuentus: Hâc Phryges, instaret curru cristatus Achilles.] *Ecce, sicuti proposuit, ostendit bellum esse, quod inter plurimos geritur: simul etiam monstrat, quid pro gloriâ Troianorum faceret, quid incuteret dolorem. Faciebat enim pro gloriâ, cùm Troiani Græcos insequebantur, & pro patriâ laborabant. Mouebatur dolor, vbi Græci superiores videbantur, quod expreßit, dicens:* NEC procul hinc Rhœsi niueis tentoria velis Agnoscit lachrymans, primo quæ prodita somno Tydides multâ vastabat cęde cruentus, Ardenteisq; auertit equos in castra, priusquam Pabula gustassent Troiæ, Xantumq; bibissent.] *Mox enim, vt venit, occisus est, & abducti sunt equi eius ad Græcorum congregationẽ. castra enim non soli parietes faciunt; verùmetiam collecta in vnũ militum multitudo. Ideircò autem dixit occisum Rhœsum, antequam equi eius aut pabula degustâssent Troiana, aut bibissent Xanthi vndam, vt exitij eius & vitæ finem celerem in ipso aduentu demonstraret. Cùm dicit:* Multâ cæde vastabat Diomedes tentoria: *ostendit, eum Rhœso plurimos esse mactatos. non enim fieri potuit, vt solus ad auxilium venisset, aut solus in tentorio requiesceret. Subnectit iam pugnam, quæ* DONAT.

Digitized by Google

gesta est inter Achillem & Troilum. sic enim posuit: PARTE aliâ fugiens emissis Troilus armis, Infelix puer, atque impar congressus Achilli.] *Vnde infelix? quia puer. & impar est ei congressus, quem iuuenis superare nõ posset.* FERTVR equis, curruq; hæret resupinus inani, Lora tenens tamen, huic ceruixq; trahuntur Per terram, & versâ puluis inscribitur hastâ.] *Descriptio est eius, qui supinus trahebatur.* INTEREA ad templum non æquæ Palladis.] *hoc est, iratæ.* IBANT Crinibus Iliades passis, peplumq; ferebant Suppliciter tristeis & tunsæ pectora palmis.] *Peplum ferebant: genus est vestis, pertinẽt ad ritum sacrorum Mineruæ. Alij scutum modicũ dicunt.* DIVA solo fixos oculos auersa tenebat.] *Quod faciunt irati, ne respiciant quod oderunt. His adiungit Achillis & Hectoris picturam, in quâ non tantùm dolor ostenditur considerantis Aeneæ, verùmetiam hostilis crudelitas grauiter reprehẽditur: nam omne inimicitiarum virus inter hostes eò vsque manere debet, donec interueniat finis vitæ eius, qui fuerit superatus.* TER circum Iliacos raptauerat Hectora muros, Exanimumq; auro corpus vendebat Achilles.] *Achilles exanimem per muros patrios Hectorem dedit pertrahendum, tantaq; eius immanitas demonstratur, vt hoc non semel, sed sæpiùs fecerit: nam per murorum ambitum ad insultationem plenam, tertio circulo pertraxit.* TER circum Iliacos raptauerat Hectora muros, Exanimumq; auro corpus vendebat Achilles.] *In singulis grande pondus est intellectus, ad exprimendum dolorem videmus. Gemuit enim primò occisi fortunam, & tanti viri fortis. Dehinc, quòd de eo triumphus est actus: &, quod erat malis omnibus peius, sub ipsis ciuitatis aspectibus, vt defensorem illum suum cerneret, tot aduersis addictũ. O quanta indignitas rerum! Trahebatur Hector ante muros exanimis, quos plenâ virtute defenderat: & circũducebatur toties, ne quis à cognitione illius durissimi casus remaneret exceptus. tantumq; potuit hostis immanitas, vt miserrimo patri auro venderet, orbitatem suam non respexit. quas ille, dum damno moueri potuisset, funus capite pignoris redimi, vel totis opibus cupiebat. Interea, pro dolētis animo, cùm hæc pronuntiamus, extollendum est Hectoris nomen, & Achillis deprimendum. Notatur quippe ipsius Acchillis impietas & auaritia. Quis enim mortuum vendit, nisi impius? Quis in regno positus, perindeq; locuples, aurum desiderat, nisi auarus?* A

ADR. Bar. QVÆ regio in terris, nostri non plena laboris?] *Hoc versu significabimus, toto esse orbe dispersa scriptoris cuiuspiam opera: vt sunt apud omnes doctos hac tempestate lucubrationes Erasmi, quo nullus recentiorum (quod sciam) aut plura, aut etiam meliora scripsit.* B

Infelix puer atque impar congressus Achilli,
Fertur equis, curruq; hæret resupinus inani,
Lora tenens tamen. huic ceruixque comæq; trahuntur
Per terram, & versâ puluis inscribitur hastâ.
Interea ad templum non æquæ Palladis ibant
Crinibus Iliades passis, peplumq; ferebant,
Suppliciter tristes, & tunsæ pectora palmis.
Diua solo fixos oculos auersa tenebat.
Ter circùm Iliacos raptauerat Hectora muros,
Exanimumq; auro corpus vendebat Achilles.
Tum verò ingentem gemitum dat pectore ab imo,
Vt spolia, vt currus, vtq; ipsum corpus amici,
Tendentemq; manus Priamum conspexit inermeis.
Se quoque principibus permistum agnouit Achiuis,
Eoasq; acies, & nigri Memnonis arma.
Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilea furens, medijsq; in millibus ardet,
Aurea subnectens exsertæ cingula mammæ
Bellatrix, audetq; viris concurrere virgo.

SER. INFELIX.] *Multi hoc loco distinguunt: tamẽ, etiamsi iungas* Puer, *vnus est sensus.* ATQVE impar.] *Ac si diceret; etiamsi puer non esset.* CONGRESSVS Achilli.] *Congredior tibi, antiqui dicebant: sicut Pugno tibi, Dimico tibi. Hodie dicimus, Cõgredior tecum, Dimico tecum.* FERTVR.] *trahitur.* CVRRV.] *curribus falcatis vsos esse maiores, & Liuius & Sallustius docent; & apud Xenophontem in Pædiâ Cyri legit̃.* RESVPINVS.] *quia hastam trahebat. Sed intelligitur Achillis hasta transisse per pectus: & à parte, quâ ferrum est, à tergo trahi.* INANI.] *sine rectore: nam corpus hærebat.* LORA tenens tamen.] *quanquam mortuus.* VERSA.] *tractâ. vt Plautus:* Inueniunt omnia versa, *id est, parsa. Venit autem ab eo, quod est Verror.* INSCRIBITVR.] *dilaceratur. vt Plautus:* Corpus tuum virgis vlmeis inscribam. HASTA.] *hostili scilicet, quam transfixus habebat.* INTEREA.] *dum hæc geruntur. Et satis opportunè à matribus festinatur ad templum. vt alibi:* Nec non ad templum, summasq; ad Palladis arces. NON æquæ.] *i. iniquæ, infestæ. Liptote figura est; vt alibi:* Et vacuis Clanius non æquus Acerris. *Cùm Diomedes, auxilio Mineruæ, plurimos Troianorum fudisset; Elenus, Priami filius, vates monuit, vt Mineruæ numen exoraretur. Et cùm precibus deæ ponerent vestem, quam regina speciosissimam habebat, id est, peplum: (vnde pòst, Mineruæ palla, Peplum appellata est) dea tamen, memor iudicij Paridis, Troianis infesta permansit.* PASSIS.] *Participium est, ab eo quod est Pandor. Ideò autem non facit Pansus: quia plerunque N, quod in primâ verbi positione inuenitur, in præteriti participio non est: de quâ re iudicat euphonia. vt ab eo, quod est Tundo, Tunsus facit, vt,* Tunsæ pectora palmis: *& Tusus; vt,* Nõ obtusa adeò gestamus pectora Pœni: *&,* Nam neque tum stellis acies obtusa videtur. *Sciendum tamen est: licèt aliâ euphoniæ causâ varientur, vel in generibus, vel in numeris; Nactus tamen, & Passus, N penitus nunquam accipere.* PEPLVMQVE ferebãt.] *Peplum propriè est palla picta fœminea, Mineruæ consecrata: vt Plautus:* Nunquam ad ciuitatẽ venio, nisi cùm infertur peplum. *Hodie tamen multi abutuntur hoc nomine. Vel historia de peplo, ex Homero tracta, magis huic loco congruit. Nam fugantibus Achiuis Troianos campo vsque ad mœnia; Helenus vates, filius Priami, mittit Hectorem ad Hecubam: vt, propitiandæ Palladis gratiâ,* C *ducat cœtum matronarum Troianarum ad Palladis templum; & afferet pulcherrimum, & eximium suis è vestibus peplum: quod factum est, supplicantibus matronis, & offerente peplum vxore Antenoris, Theano nomine, venerabili inter Troianos fœminâ. ἡ δ' ἄρα πέπλον ἑλοῦσα Θεανὼ καλλιπάρῃος θῆκεν Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν ἠϋκόμοιο, Εὐχομένη δ' ἠρᾶτο Διὸς κούρῃ μεγάλοιο.* SVPPLICITER tristes.] *vt decet rogantes. & bene addidit* Suppliciter: *quia & per iracundiam, & per grauitatem, & per religionem, & per dolorem, tristes sumus.* TVNSÆ pectora.] *vt,* Oculos suffusa. AVERSA.] *irata. Homerus: ἀνένευε δὲ Παλλὰς Ἀθήνη. nec enim poterat conuertere sese simulachrum. sic alibi;* Talia dicentem iamdudum auersa tuetur: *quomodo auersã, nisi iratam intelligas? Ergo* Auersa *ad animam refertur.* TER circùm Iliacos.] *Apud auctores multa ad sensum, non ad aspectum possunt referri. Tertiò enim tractum intelligere possumus, non in picturâ conspicere. vnde est & illud:* Mulcere alternos & corpora fingere linguâ. *Tale erat in picturâ corpus; vt in eo appareret frequentis raptationis iniuria. Sanè huius rei talis est ordo. Patroclus, cùm iratum Achillem, propter Briseiden sublatam, vt aduersum Troianos pugnaret, exorare non posset, petit ab eo arma, quæ Peleo Vulcanus fecerat: quibus indutus cùm Achilles crederetur, fugatis Troianis, plurimos interemit: ipse verò ab Hectore occisus est. Quo dolore Achilles commotus,*

pulsus,

A pulſus, impetratis per matrem à Vulcano armis, Hectorem peremit; eiusq; corpus, ad currum religatum, circa muros Ilij traxit: quod pòſt placatus auro, Priamo reddidit. RAPTAVERAT.] Bene formâ vſus eſt frequentatiuâ; per quam oſtendit, quod per numerum dixerat. EXANIMVM.] Exanimus & Exanimis dicimus; ſicut Vnanimus & Vnanimis, Inermus & Inermis. Ergo pro noſtro arbitrio, aut ſecundæ declinationis hæc ſunt, aut tertiæ. ſed à tertia ablatiuum ſingularem in I mittunt: quia communis ſunt generis. Exanimis autem, eſt mortuus; vt hic indicat locus: Exanimatus verò, timens; vt, Exanimata ſequens impingeret agmina muris. VENDEBAT.] Ingenti arte vitiut verbis. nam hoc loco quia pingi potuit: præſens tempus poſuit: ſuperiùs, quia pingi non potuit, ſed referri: perfecto exſecutus eſt tempore, dicendo Raptauerat, non Raptabat. TVM verò ingentem gemitum.] Iam enim ſuperiùs eum lachrymâſſe dixerat. Hoc ergo addidit viſum Hectoris corpus; vt etiam grauiter gemeret. VT currus.] quo tractus eſt ab Achille, in Patrocli vltionem, ab illo priùs interfecti. AMICI.] Plus eſt, quàm ſi Hectoris diceret. vt alibi. Paruumq; patri tendebat Iulum: cùm potuerit dicere, Mihi. MANVS inermes.]

B aut ſine ſceptro; inſignibus regijs: aut ſupplices vt, Dextras tendamus inermes. Quod tractum eſt de hiſtoriâ. qui enim victi ſe dedunt, inermes ſupplicant. Aut reuerâ inermes tunc: contra Pyrrhum enim proceſsit armatus. Sanè per tranſitum hiſtoriam tetigit: quia conſtat, Priamum, cùm ad ſupplicandum, tentorium Achillis fuiſſet ingreſſus, dormientem Achillem excitauiſſe; vt pro filij corpore precaretur eum: cùm eum potuiſſet occidere. licèt hoc Homerus, propter Achillis turpitudinem, ſupprimat. SE quoque principibus permiſtum agnouit Achiuis.] Aut latenter proditionem tangit, vt ſuprà dictum eſt: aut virtutem eius vult oſtendere. nimiæ enim fortitudinis eſt, inter hoſtium tela verſari: vt Salluſtius; Catilina longè à ſuis inter hoſtium cadauera repertus eſt. Cornutus tamen dicit, verſu iſto; Vadimus immiſti Danais, hoc eſſe ſoluendum, principibus. Quomodo ſe potuit in picturâ cognoſcere? ſoluitur ſic: Siue quòd nomina transſcripta ſiue ex factis, facilè poſsis agnoſcere. ſed meliùs ad virtutem bellatoris referendum eſt. EOAS.] E naturaliter longa eſt: fit tamen breuis interdum, cùm eam vocalis ſequitur; vt, Primo ſurgebat Eoo. NIGRI Memnonis arma.] Quia Tithonus, frater Laomedontis, raptus ab

C Aurorâ filium ſuum Memnonem, ex ipsâ progenitum, Priamo miſit in auxilium: qui congreſſus cum Achille, ab eo eſt interemtus. cuius mortem mater Aurora hodieq; matutino rore, flere dicitur. Nigri autem dixit, æthiopis vnde prima ſurgit Aurora. ARMA.] Vulcania. vt ille indicat locus; Te potuit lachrymis Tithonia flectere coniux. DVCIT Amazonidum.] Hoc eſt quod ſuprà dixit: Videt Iliacas ex ordine pugnas. Homerus enim hæc omnia tacuit, quæ ſunt facta poſt Hectoris mortem. Amazonidum autem, deriuatio eſt, pro principalitate: ſicut, Scipiadas duros bello, pro Scipionibus. Sanè Amazones dictæ ſunt: vel quòd ſimul viuant ſinè viris; quaſi ἅμα ζῶσι: vel quòd vnam mammam exuſtam habent; quaſi ἄνευ μαζοῦ. Has autem iam nô eſſe conſtat; vtpote extinctas, partim ab Hercule, partim ab Achille. LVNATIS.] primitiuum à fœminino genere deriuatur. PELTIS.] ſcutis breuiſsimis, in modum Lunæ iam mediæ. PENTHESILEA furens.] Martis & Otreres filia fuit: quam Achilles cùm aduerſùm ſe pugnantem peremiſſet: poſt mortem eius adamauit, eamq; honorificè ſepeliuit. Furentem ideò dixit; quia ſororem ſuam in venatione confixit, ſimulans ſe ceruam ferire. Sed hoc per tranſitum tangit: nam hîc furor bellicus intelligitur. Aut furens, quia maiora viribus audebat. DVCIT & ardet.] ad laudem picturæ pertinet. AVREA.] ἀμφίβολον eſt hoc loco, vtrùm ipſa aurea; an aurea cingula. Sciẽdum tamẽ, plerumq; amphiboliã metri ratione diſſolui: vt, Aurea compoſuit ſponda Dido. Aurea enim, ſi ad ſpondam referas, non ſtat verſus. SVBNECTENS.] ſubnexa habens. EXSERTÆ.] nudatæ. Nudant enim, quã aduſſerint mammam.] VIRGO.] ætatem oſtendit & ſexum.

PASSIS.] participium, à Pandor. PEPLVM.] De peplo ab Homero tractatum eſt. Hecuba ex veſtibus ſuis precioſiſsimum peplum, comitata cœtu matronarum, ex conſilio Heleni vatis, ad Palladis templum tulit. vxor Antenoris obtulit, cui erat nomen Theano. hoc dono ferunt Palladem minimè placatam. DIVA.] Pallas. TER circùm.] Achilles ter raptauit Hectora. VENDEBAT.] patri Priamo ſupplici. INERMES.] manus Priami. nam ſupplices inermes ſunt. In aurorâ Priamus venit ad Achillem, lugubri veſte, & ſupplex pro Hectoris cadauere. MEMNONIS.] Memnon, Tithoni & Auroræ filius, cum magnâ manu Indorum & Aethiopum ad Priamum venit. eius iugulũ haſtâ Achillis traiecit. PENTHESILEA.] hæc ex Amazonibus ad Priamum venit, in confertâ pugnâ reperta adhuc ſemiuiua: ad eam concurſus ingens factus: multi nominis erat, adeò ſtrenua in re militari. Achilles ſepelire eam cupiebat: turba laniandam canibus iacere volebant. Diomedes, mutatâ ſententiâ, conſenſu omnium pedibus tractam, in Scamandrum præcipitauit. POM. Sabi.

LORA tenens tamen.] In libris aliquot, Tenet eſt. ſed Tenens, participium, caſtior eſt lectio. CRINIBVS Iliades paſſis.] Vetuſti aliquot libri, Sparſis habent. SE quoque principibus permiſtum agnouit Achiuis.] In Romano libro, Agnoſcit eſt, præſenti tempore. quod non diſplicet: quia ſpectaculum eſt in actu. VAR. Lect.

Achilles quoque, ille tantus bellator, nullâ magis ratione Troilũ creditur peremiſſe, in Thymbræi Apollinis arâ, quàm quòd morigerum ſe illi præſtare foret aſpernatus: quod in Alexandrâ ſcribit Lycophron. At ipſe, inquit interpres, Troilum ſcio δασυγένειον καὶ μελάγχροον, id eſt, barbitij conſtipatioris & nigricantis corporis, & amoribus Achillis prorſus indignum. Hoc eò appoſui libentiùs, vt noſcerent ſtudioſi, quæ ad illud Vergilianum adijci queant: CAEL. Rhod.

Parte aliâ fugiens amiſſis Troilus armis,
Infelix puer, atque impar congreſſus Achilli,
Fertur equis, curruq; hæret reſupinus inani.

TVM verò ingentem gemitum dat pectore ab imo, Vt ſpolia, vt currus, vtq; ipſum corpus amici, Tendentemq; manus Priamum cõſpexit inermes.] Cùm dicit, Tum verò; oſtendit, aliquos animi dolores præceſsiſſe, ſed non tales, quales ex Hectoris caſu. Dixerat ſcilicet: Conſtitit & lachrymans, Quis iam locus, inquit, Achate? Quæ regio in terris noſtri non plena laboris? Item: Multa gemens, largoq; humectat flumine vultum. Rhœſi quoq; niueis tentoria velis Agnoſcit lachrymans. Hic ergo, vbi maiores cauſæ doloris acceſſerant; Tunc verò, inquit, ab imo pectore gemitum dedit, durã & immoderatã ac multiplici acerbitate perculſus. Viderat enim ſpolia erepta viro forti, & ciui optimo. Amici etiam corpus, & currus: aut ipſius Hectoris currus, vt inter ſpolia haberentur; aut Achillis, quibus Hectorem traxit. & omnibus doloribus Priamũ tendentem manus, hoc eſt, rogantem. Quòd autẽ ait, En Priamus; in eius nomine latiſsimum nobis dedit intelligendi tractũ. Priamus, inquit, ſcilicet, qui fuerit grauioris ætatis, poteſtatis regiæ, qui per infinita tempora cum omni felicitate floruerit. Dolebat in eo ſocerũ etiam ſuum; patrem tot virtute præditorũ liberorum; auum quoq; multorum nepotum, ad hanc neceſsitatem redactum: vt poſt amiſſa omnia, in caussâ duriſsimâ orbitatis, hoſtem ſupplex rogare cogeretur. Manibus, inquit, inermibus, aut ſimpliciter ſinè armis; aut certè ſinè inſignibus regni: quia, qui rogatum venerat, in omnibus ſe inferiorem debuerat demonſtrare. SE quoq; principibus permiſtũ agnouit Achiuis.] Ad illam propoſitionẽ pertinet, quã dixit, Sunt hîc etiam ſua pręmia laudi. nam quòd ita ſeſe pictum aduertit, vt principibus Græcis miſtum eſſe conſtaret, vtiq; fuit glorioſum. nam cateruas hoſtium, & confertiſsimos primorum cuneos DON.

Digitized by Google

non timuiſſe, ſignificat. EOASQVE acies, & nigri Memnonis arma.] *Agnouit, non ſemel accipiendum eſt. Agnouit enim ſe Aeneas: agnouit Eoas acies, agnouit nigri Memnonis arma.* DVCIT Amazonidum lunatis agmina peltis Pentheſilea furens, medijsq; in millibus ardet, Aurea ſubnectens exſertæ cingula mammæ Bellatrix, audet q; viris cõcurrere virgo.] *Laudem dixit eius, quæ in fœminino habitu virili audacia ducebatur. Illa enim tãtá conſtantiá fuit, vt congreſſiones bellicas viris certantibus non timeret, nec reuocaretur virginali verecundiâ. Tantâ autem fiduciâ venire videbatur, tantumq; ardere in bellum, vt, quod ſecretum eſſe virginibus ſolet, illa offerret videntibus, ſcilicet cùm exſertá papillâ pugnaret. Pertinet hoc autem ad prædiantis audaciam, vt pugnaret fœmina; quæ munimine tegeretur armorum. Hæc omnia picturarum, quæ ſpecialiter Poëta deſcribit, non ſolùm fuerunt in templo: ſed conſiderantis Aeneæ intentionem, aduentus Didonis interueniens rupit; quod ipſum ſic imperfectum poni conuenerat. Eſſet enim Poëtæ vitium, ſi, completo picturarum ſpectaculo, induxiſſet Didonem preceſſiſſe. Denique ſic poſuit:* HÆC dum Dardanio Aeneæ miranda videntur, Dum ſtupet, obtutuq; hæret defixus in vno.] *Nõ dixit, cùm omnia conſideraret Aeneas: ſed dum miratur, dum ſtupet, dum omnia illa fixá intentione conſiderat: vt oſtenderet ſuperfuiſſe adhuc multa quæ conſiderari potuiſſent. Magna tamen in Poëta latitudo, non multis, ſed paucis expreſſa: vt vna res quadripartito poſita, breuiſſimè diceretur. Nam vt eſt ſummi doctoris, res breues latè diſſerere: ita artificioſum eſt atque ſubtile, latitudinem materiæ ſtricto ſermone colligere.* REGINA ad templum formâ pulcherrima Dido Inceſſit, magnâ iuuenum ſtipante cateruâ.] *Dum Aeneas conſideratione picturarum teneretur intentus, proceſſit regina, viſura operis ſurgentis effectum: quæ res & Aeneæ animum & ſtudium commutauit. nam debuit conuertere omnem intentionem ſuam ad ea, quæ attulerat procedentis occaſio. Sed primò complet Poëta proceſſionem Didonis: deinde redit ad Aeneæ tractatum. Proceſſit, inquit, regina ad templum, magnâ ſtipante caterua. Duplex procedendi neceſſitas reginæ: ne, ſi eſſet ſuperflua, vel maximè formoſa, quæ cum multis viris incederet, inueniretur inuerecunda; quæ facilè, nullâ cogente causâ, publicis ſeſe offerret aſpectibus.* INCESSIT, inquit, ad templum.] *Ecce, religionis & venerationis causâ proceſſit, vt regina. Hanc enim, pro poteſtate, tangebat videndi & conſiderandi neceſſitas: vt reſciret, quantum operum templi perficerent, quod plenâ veneratione cupiebat eſſe perfectum. Hanc Poëta comparat Dianæ, eiusq; formam, verecundiam, mores, iuſtitiamq; commendat: Aeneæ iam præſtans laudem, qui ab eâ ſuſcipi hoſpitio, & amari commeruit.* QVALIS in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi Exercet Diana choros, quam mille ſecutæ Hinc atque hinc glomerantur Oreades: illa pharetram Fert humero, gradiensque deas ſupereminet omnes, Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus.] *Comparatione & occaſione iſtius expreſſit Poëta, quàm læti ſint parentes, cùm proſperis ſucceſſibus produci viderint liberos ſuos.* TALIS erat Dido, talem ſe læta ferebat Per medios.] *Inter omnes viros ambulabat: & ne alienus à ſexu, ac per hoc inuerecundus eius putaretur inceſſus, addidit neceſſarias cauſas & honeſtas.* INSTANS, inquit, operi, regnisq; futuris.] *Vnam curam gerens, quæ teſtaretur deuotionem faciendi templum: alteram, quæ operantis inſtantiam demonſtraret.* TALIS erat Dido.] *qualis erat Diana cum choris ſuis.* TALEM ſe læta ferebat] *læta vult eſſe ex ſucceſſu eorum, qui diuerſarum fabricarum moles vrgebant. Poſt hæc deſcribitur ingreſſus eius in ipſum templum: in quo & ſedere, & de operum labore iudicare conſueuerat.* TVM foribus diuæ, mediâ teſtudine templi Septa armis, ſolioq; altè ſubnixa reſedit.] *Hîc, niſi ordinatio ſenſus quæratur, intellectus non poterit comprehendi: erit enim ſatis incertum, quid Poëta deſcripſerit. Neſcietur quippe, vbi ſederit Dido, & vbi armis ſepta ſit. Ordinemus ergo ſenſum ſic:* Tum foribus diuæ ſepta armis, mediâ teſtudine templi, ſolioq; altè ſubnixa reſedit. *Quomodo eſt iudiciorũ omniũ conſuetudo. ducuntur iudices vſq; ad fores ſecretarij, ibidemq; officium remanet: illi verò ingreſſi ſolium aſcendunt, & ſedent. Omnes igitur qui in obſequio fuerant, cùm procederet regina, armati ante fores remanſerunt, illa ingreſſa eſt, cum inermibus, qui illam ſequebantur: & vbi ad mediam teſtudinem templi, id eſt, ad mediam aream peruenit, aſcendit ſolium, quod ipſius causâ fuerat collocatum: & primò altè conſurgens ſedit. Interea honorum reginæ ſic Poëta meritum demonſtrauit: cui enim tot viri obſequebantur, proculdubio animi virtutes habebat egregias, quæ demonſtrarentur in fœminâ, quas colerent, & quibus competenter obedirent. Ecce iam ſpecialiter numerantur bona ipſa.*

A

B

C

Hæc dum Dardanio Aeneæ miranda videntur,
Dum ſtupet, obtutuq; hæret defixus in vno:
Regina ad templum formâ pulcherrima Dido
Inceſſit, magnâ iuuenum ſtipante cateruâ.
Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi
Exercet Diana choros: quam mille ſecutæ
Hinc atque hinc glomerantur Oreades. illa pharetram
Fert humero, gradiensq; deas ſupereminet omnes:
Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus.
Talis erat Dido, talem ſe læta ferebat
Per medios inſtans operi, regnisq; futuris.
Tum foribus diuæ, mediâ teſtudine templi,
Septa armis, ſolioq; altè ſubnixa, reſedit.
Iura dabat, legesq; viris, operumq; laborem
Partibus æquabat iuſtis, aut ſorte trahebat.
Cum ſubitò Aeneas concurſu accedere magno
Anthea, Sergeſtumq; videt, fortemq; Cloanthum,
Teucrorumq; alios: ater quos æquore turbo
Diſpulerat, penitusq; alias aduexerat oras.
Obſtupuit ſimul ipſe, ſimul perculſus Achates:
Læticiaque metuque auidi coniungere dextras
Ardebant; ſed res animos incognita turbat.

SER. DVM ſtupet.] *abſolutè: aut, dum hoc ſtupet.* OBTVTV.] *aſpectu* IN vno.] *in vnoquoque: hoc eſt, ſingula mirabatur.* FORMA pulcherrima.] *vt, Pulchra prole.* INCESSIT] *hic ſuperuenit.* STIPANTE cateruâ.] *Ad hoc tantùm ſequens pertinet comparatio.* EVROTÆ ripis.] *fluuij Laconiæ.* CYNTHI.] *montis Deli, in quo nata Diana memoratur.* EXERCET Diana choros.] *Hoc non ad comparationem pertinet, ſed eſt poëticæ deſcriptionis euagatio: quòd chori nec perſonis hîc, nec locis congruunt. Saltantium enim & cantantium dicuntur. Multi vituperant comparationem hanc, neſcientes, exempla, vel parabolas, vel comparationes abſumptas, non ſemper vſquequaque congruere; ſed interdum omni parte, interdum aliquâ conuenire.* MILLE.] *finitus numerus pro infinito. nam de Nympharum numero varia eſt opinio.* OREADES.] *Nymphæ montium ſunt, vt Dryades ſyluarum: quæ verò cum ſyluis naſcuntur, Hamadryades: Napeæ vel Naides, fontium: Nereides, maris.* TACITVM.] *pro tacitè. Maior enim eſt taciturnitatis affectus. vt ſuprà:* Hęc ſecũ. *ſic Terent.* Vt mecum tacita gaudeam. PERTENTANT.] *Modò, vehementer tentant. alibi, leuiter: vt,* Blanda viciſſim Gaudia pertentãt mentem. *Apud Homerũ, Nauſicaa ludibunda, inter familiares puellas, cum Dianâ confertur in iugis montium inter agreſtes deas: ſicut Vergilius Didonem*

Digitized by Google

A donem inter Tyrios principes comparat. Quâ de similitudine inspice Aulum Gellium libro nono Noctium Atticarum: οἵη δ' ἄρτεμις εἶσι κατ' οὔρεος ἰοχέαιρα, ἢ κατὰ τηΰγετον περιμήκετον, ἢ ἐρύμανθον τερπομένη κάπροισι, καὶ ὠκείῃς ἐλάφοισι. τῇ δέ θ' ἅμα νύμφαι κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο ἀγρονόμοι παίζουσι, γέγηθε δέ τε φρένα λητὼ, πασάων δ' ὑπὲρ ἥ γε κάρη ἔχει ἠδὲ μέτωπα, ῥεῖα δ' ἀριγνώτη πέλεται, καλαὶ δέ τε πᾶσαι. *Sunt enim multa, quæ pro locis intelliguntur: vt Impotens, & satis, & minùs, & nihil potens significat.* INSTANS operi.] *Zeugma est, ad sequentia pertinens.* REGNISQVE futuris.] *regnaturæ Carthagini: nam ipsa iam regnabat.* TVM forib. diuę.] *instans præcipuè foribus. & hoc loco distinguendum est. Magno enim studio & labore templorum fores fiebant, quas quibusdam insignibant historijs: vt,* In foribus lætum Androgeo. *Item:* In foribus pugnam ex auro solidoq; elephanto. *Alij qui legunt;* Tum foribus diuæ media testudine templi: *vt vnum intelligas, tectum templi, & fores.* Quod si est, *sub medio tecto sunt fores. sed prima melior est expositio.* TESTVDINE.] *Camerâ incuruâ vel fornicatâ: quæ secundum eos qui de ratione scripserunt templorum, ideò sic fit, vt simulachro cœli imaginem reddat, quod constat esse conuexum.*

B Quidam tradunt, apud veteres omnia templa in modum testudinis facta. *Alij hunc ordinem volũt: Tum foribus diuæ templi resedit, mediâ scutorum testudine, quòd septa armis erat. Hoc genus fabricæ à similitudine Testudinis vocatur; quæ fuit virgo quædam, parui pendens Iouis præceptum per Mercurium, quod ille præcepit dijs omnibus bestijsq;, vt venissent ad nuptias Iunonis, in animal tale conuersa est: vnde incuruatis ædificijs impositum est.* SEPTA armis.] *satellitũ scilicet.* SOLIO.] *Solium propriè est armarium vno ligno factum, in quo reges sedebant, propter tutelam corporis sui: dictum quasi solidum. Modò abusiuè sellam regalem dicimus.* ALTE.] *Ac si diceret, in tribunali.* SVBNIXA.] *pro, submissa; vt suprà dictum est. Alij pro Innixam accipiunt.* IVRA dabat legesq;.] *Ius generale est: sed lex, iuris est species. non est ergo iteratio. Ius, ad non scripta etiam pertinet; leges, ad ius scriptum.* Quòd autem *dixit,* Iuris; *ad Didonis pertinet laudem.* TRAHEBAT.] *educebat. Propriè locutus est. Trahuntur enim sortes, hoc est, educuntur.* CONCVRSV accedere magno.] *Cum magnâ Afrorum multitudine. & hoc est, quod formidat Aeneas, incertus quâ mente veniant.* DISPVLERAT.] *segregauerat. Et magna est inter* Di & Dis *differentia, vt suprà dictum*

C *est.* PENITVS.] *longè à regnâ remotos: quæ res etiam insolentes custodes littorum facit.* OBSTVPVIT.] *Et ad admirationem, & ad timorem, hic pertinet sermo, quo dicenda præoccupat.* LÆTITIAQVE metuque.] *Lætitiâ, propter socios liberatos: metu, propter concursum.* ARDEBANT.] *cupiebant: vt,* Formosum pastor Corydon ardebat Alexin. *Ardeo autem & accusatiuum regit, & ablatiuum.* RES incognita.] *hoc est, quâ affectione Pœnorum populus conueniret.*

POM. Sabi. QVALIS in Eurotæ ripis.] *ex Homero transtulit. ille Nausicæ, filiæ Alcinoi, comparat Dianam; Vergilius Didoni. Probus sibi hoc in Vergilio non placere ait; quando Homerus optimè comparauit puellam Dianæ venatrici: Vergilius non benè; qui reginam, dantem iura, & solio sedentem, comparat. Excusandus est autem Vergilius: id enim fecit, tanquam verus Homeri imitator, vt exprimeret Didûs formam & præstantiã.* EVROTÆ.] *Eurotas fluuius Laconiæ.* CYNTHI.] *Cynthus mons Deli, in quo nata Diana est.* OREADES.] *Nymphæ montium. ὄρος, mons.* DEAS.] *Nymphas.* GAVDIA.] *Homerus:* Latonæ pectora gaudent. TESTVDINE.] *Testudo, curuata camera est.* SOLIOQVE.] *Solium est, vbi reges sedent: dictum quasi solidum: fiebat enim ex prædura materiâ roboris.* IVRA dabat, legesq;.] *Romani, lege Curiatâ, à Curijs datâ, quam Romulus instituit, vsi sunt. hæc lex à Bruto, exactis regibus, repetita. Papyrius Romuli instituta in sex volumina redegit: ius indè Papyrianũ dictum. hinc suasu Hermodori exulis, decemuiri, pro tabulis Athenas missi, duas tabulas addidêre Consules, & pro rostris positæ. postmodum, abolitis decemuiris, Flauius leges in voluminibus comprehendit: dictũ inde ius Flauianũ. cũ ordinatiùs digessisset C. Elius, Elianum appellatũ. Plebiscita plebs fecit, cùm à patribus separata fuit: Senatusconsultum, à senatu sinè plebe: Edictum honorarium à prætoribus, qui honorati dicebantur: Constitutio principalis, cùm tota respublica assenserit. Leges enim scriptæ sunt: iura non scribuntur.* AVT sorte.] *Hoc tractum à Romanâ consuetudine. nam prætores trahebant in expediendis negotijs sortes ex vrnâ.*

MAGNA iuuenũ stipante cateruâ.] *In Romano libro legitur,* Comitante. GRADIENSQVE deas supereminet omnes.] *In Rom. lib. & nõnullis alijs antiquis, legere est,* Dea supereminet omnes. PENITVSQVE alias aduexerat oras.] *Mediceus liber, & reliqua ferè omnia exẽplaria, quæ tractaui,* Abduxerat, *aut* Auexerat, *vno cõsensu legũt.* CVNCTIS nã lecti nauib. ibãt.] *In Roman. lib. & in Mediceo,* Cuncti, *nominatiuo casu legitur. eam lectionem interpretes agnoscunt, Seruius, Donatus, & alij quamplures.* VAR. Lect.

Quemlibet regem antecedebat suus lictor, ferens fascem virgarum cum securi; vt Dionysius in septimo: & vt Cato, singulis lictoribus suberant adolescentes ingenui & armati vigintiquinque: & ita trecentos prætorianos efficiebant milites. ad quos allusit Vergilius, de Didone loquens. IOAN. Scop.

Incessit magnâ iuuenum stipante cateruâ.

Vt alij, duodecim falces: vt Liuius, à numero auium, quæ augurio regnum portenderant.

IVRA dabat legesq; viris.] Iura dabat, *sic alij exponunt, imperabat. sed non ita est: nam qui sub nouo agebant, nondum habebant leges & iura, quibus tenerentur. Hæc ergo iura & leges dabat, hoc est, constituebat. Tenentibus quippe imperium, plena potestas est, iura scribere ac leges proferre, quibus viuant, qui agunt sub imperio. non enim potest rectè viuere, nisi quem tenet iuris legumq; necessitas. Hoc igitur fuit principium in eius laudibus, cùm scriberet leges & iura: quia acquiescebant viri iussit fœminæ. Ecce enim, cùm à publicis consultis etiam ad opera veniebatur, ostẽdebat æquitatem suã, & in consulendo prudentiam. Operum, inquit, laborem partib. æquabat iustis; aut sorte trahebat, & iudicio suo operis par singulis asscribebat, quæ æstimatione iustitiæ posset sinè suspicione gratiæ definiri. quæ autem naturâ suâ ad plenum æquari nõ poterant, retracto arbitrio suo, sortis iudicio dabat: vt ex vrnâ, licèt grauiorem accipiens laboris partem, non iam reginam incusaret; sed fortunam suam. Et hæc, sicut picturas, non perfecit poëta. Nam cùm multa ageret Dido, multaq; disponeret; non enarratis omnibus quæ agebat, interuenit repentinus euentus rerum, & alia sublata descriptio est.* CVM subitò Aeneas concursu accedere magno Antea, Sergestumq; videt, fortemq; Cloanthum, Teucrorumq; alios, ater quos æquore turbo Dispulerat, penitusq; alias aduexerat oras.] *Agente adhuc Didone, quæ ad officium reginæ pertinebant, subitò Aeneas ad eam venientes aduertit, quos in pelago putabat extinctos. Ecce completum est, quod Aeneæ mater prædixerat.* OBSTVPVIT simul ipse, simul perculsus Achates.] Obstupuit & perculsus, *bis accipiendum est. obstupuit vterque, & proculsus est. deniq; sic posuit,* Simul ipse, *hoc est, Aeneas simul & Achates.* LÆTITIAQVE metuq; auidi coniungere dextras Ardebant: sed res animos incognita turbat.] *Bis ergo duobus animi motibus obstupuerint, & perculsi sunt. lætitia scilicet, & metus impellebat eos. Lætitia, vt se ostenderent, & suorum dextris iungerentur: reuocabat metus, omnium rerum incertos. Deniq; subiungit metus ipsius causas:* Dissimulant & nube cauâ speculantur amici, Quæ fortuna viris, classem quo littore linquant.] *Ecce quos posuit causas, quæ Aeneã & Achatem incertos reddiderant, vnaq; lætitiam mouerant, quæ fuerant manifesta socijs suis. Meritò ergo prudentiæ consi-* DONAT.

lium

lium fuit, primitus explorare, quæ fecerant metum: vt ſciretur, Quæ fortuna viris, hoc eſt, quã euaſerant, vel quæ eos fuiſſet exceptura. CLASSEM quo littore linquant.] Rex enim non tantùm de hominum, verùmetiam de nauium incolumitate debuit eſſe ſollicitus. Dicit & nouiſſimã cauſam; Qui veniant. Cùm dicit cunctos, quos ſubnexuit. CVNCTIS nam lecti nauibus ibant, Orantes veniam, & templũ clamore petebant.] Cunctos dixit eos omnes, qui ad deprecandum Didonem venerant; non omes, qui fuiſſent naufragio liberati. nam lecti, hoc eſt, qui in talibus cauſis loqui poſſent, & commodum tenere ſermonem: Ibant orantes veniam, & templum clamore petebant.] Orantes, & templum clamore petebant, non cohæret. nam orare eſt, ore aliquid ſuppliciter poſtulare: clamore petebant, cùm ſtrepitu inuerecũdo voces claras emittebant. Cauſas igitur aduẽtus eorum licèt vterq; neſciret; conijciebant tamen ex ipſorũ clamoribus, magnã eos vrgeri neceſsitate, vt antè clamoſas voces effunderent, quàm Didonem ipſam videre potuiſſent, & rogare. Clamandi cauſas iuſtas fuiſſe, non ſeditionem, ipſe Vergilius docuit: nam Dido intus fuit; officium verò foris, cùm nullus nuntiaret. aliter ad ſcientiam eius peruenire non poterant; niſi exclamantium vox fuiſſet audita. Sequitur Poſtquam introgreſsi, & coràm data copia fandi, Maximus Ilioneus placido ſic pectore fatur. Rectè hic poëta & locum ſeruauit, & tempus, & perſonam: & hoc genere oſtendit, non ſeditioſas voces emiſiſſe eos, qui ſupplices venerant. Clamabant, inquit, cùm eſſent foris: ſed poſtquam introgreſsi ſunt, & tempus loquendi occaſionem dedit, locuturo fiduciã tribuit. nec deerat perſona, quæ rogaretur, ac poſtulata præſtaret loquendi modũ, vel maximè in tẽplo, & apud eam, quæ teneret ſummam rerum, temperauit, qui fuerat locuturus, hoc eſt, Ilioneus: quẽ cùm dicit cæteris fuiſſe meliorem, intelligere debemus, qualis ab ipſo ſermo proferri debuerit. Placido, inquit, ſic pectore cœpit. Foris clamoribus agebatur, vbi negabatur perſona Didonis: quando data eſt fandi copia, id eſt, quando cum præſente reginã coràm licuit loqui, mutata ſunt omnia, quæ turbulenta videbantur. O regina, nouam cui condere Iuppiter vrbem, Iuſtitiaq; dedit gentes frænare ſuperbas.] Magnã dicendi arte locum iſtum poëta complexus eſt. Primum omniũ, vt principia ipſa arctiore breuitate ſuccingeret, quæ tamen plurima neceſſaria continerent; primò perſonam Didonis laudaret; ſubtilem obiurgationem non omitteret; redderet in ipſã obiurgatione beneuolam; inuidiam inhumanitatis & ſuperbiæ reijceret in alios; ipſam diceret iuſtam; neque eam læderet, cuius fuerat petiturus auxilium. Singula ergo, quæ diximus, quæ ſint, vel quomodo illuſtriora reddantur, neceſſariò prouidendum eſt. Ilioneus veniebat ad incognitam regionem, qui loca illa hominesq; neſciret: perindeq; incertus omnium, quemadmodum aliquã laude aſſumptã beneuolam faciat, cõiecturã collegit. Senſerat enim, & probauerat homines impios, & inhumanos mores; quos in poſteriore orationis ſuæ parte euidenter expreſsit. Suſpicione vtiq; debuit duci, quòd talis eſſe illa, cuius tenebantur imperio. Sed hanc partem meliore ratione argumentandi correxit: nihilominùs etiam ipſam obliquè contingens, vt ex alieno, hoc eſt, ſuorum reprehenſione, confuſa, erubeſceret talis videri, & præſtaret ſe beneuolam. Collectis igitur contrarijs omnibus, componitur duobus verſibus plena laudatitio. O regina. quod eſt proculdubio difficilimum, fœminam regnare. ex difficultate igitur fit laus; quod factum, niſi diuino fauore, prouenire non potuit. NOVAM cui condere Iuppiter vrbem.] Ecce ſecũdum meritum, quod ab eo vel maximè ſinè admiratione dici nequibat; eo loquente, quem conſtabat dolere: quòd ſibi id prouenire non poterat, ſicuti ex perſonã Aeneæ ſuperiùs dictum eſt; O fortunati quorum iam mœnia ſurgunt. Cùm igitur fœmina faceret, quod difficulter prouenire viris poſſet; apparebat procul dubio, non humanis, ſed diuinis opibus fieri. Surgebat quippe non fabrica ſpeciei alicuius leuiſſimæ; ſed ingentis magnitudo ciuitatis. Et duo miracula in laude ſunt: mulier regnat; & mulier ædificat ciuitatem nouam. A addidit tertium, quod augeret admirationem, Iuſtitiaq; dedit gentes frænare ſuperbas: hoc eſt, te ſolũ appetere iuſtitiam, pro frænis æquitate vt regas homines, quibus parendi ſtudium natura ſponte negauit. Frænare autem cùm dicit, oſtendit plenam gentium feritatem. quæcunque enim non ſuccumbunt imperio, frænorum poteſtate franguntur, quæ ſponte non currant. In hominibus contrà eſt. Fit deterior, cui extorquetur contra naturam, quod naſci non meruit. mali homines, non paribus, ſed contrarijs ſuperantur, humanitate ſcilicet regentis, & voluntate. quas in Didone fuiſſe, collegit ſapientiſsimus Ilioneus, qui vituperando incolas, & inhumanitatis arguendo, laudat eam, cuius beneficia requirebat. Ecce tacitè oſtendit præſentem cauſam; & docet, quemadmodum ad humanitatis partes rediguntur & retinentur imperio, quibus obſequendi ſtudium natura nõ tribuit. Quantum ad beneuolentiam ducta eſt; cui dictum eſt: quod alij frænis impoſitis nituntur efficere; tu humanitate comples, & perficis lenitate. Principiorum ratione confectã, quibus laudauit reginam, & incolarum mores ferociamq; graui inuidiã perfudit, ſuam debuit purgare perſonam: quæ purgatio ad id reuocatur, ne iuſtè videantur paſsi violentiam. TROES te B miſeri.] Quàm citò & quàm euidenter expreſsit, & perſonam, & fortunam ſuam, & eius ſpecialem ſignificationem, quam rogabat. Quòd autem ait Miſeri, oſtendere voluit, nihil miſeros audere potuiſſe vel poſſe, quod commodis Didonis officeret. VENTIS maria omnia vecti oramus.] Vt appareret, illos ad illa littora non ſponte, ſed neceſsitate eſſe delatos. Ecce totum breuitas tenuit, pro temporis ratione, & pro perſonã loquentis. Incipit iam ſumma petitionis, ſummã breuitate collecta, tam iuſta tamq; ſinè præſtanti detrimẽtis expreſſa, vt quiuis inhumanus et durus facilimè flecteretur. PROHIBE infandos à nauibus ignes, Parce pio generi, & propiùs res aſpice noſtras.] Ecce poſtulata ſunt, ne incenderẽtur naues; vt oſtenderet, ſe & neceſsitatem habere abeundi, & voluntatẽ; atq; ex hoc ipſo perdoceret, caſu potiùs, quàm ad inferendam violentiam veniſſe. PARCE pio generi;] reus enim eſſe incipit, qui perſecutus fuerit piũ. quæ ſanctitas, inquit, eò ampliùs lædenda non eſt; quòd hanc, naturã ſanguinis & generis ducti, non aliquã conſtricti lege ſeruamus. ET propiùs res aſpice noſtras.] Tertia petitio generalis eſt: & quicquid ad commodum ſpectat, oramus, vt præſtes. Hæc, non ponendo per ſpecies, honeſtiùs complexus eſt, quàm ſi deſignaret euidenter. Intelligi C tamen poteſt, illos omnia conſequi potuiſſe: ſi fauorem reginæ pleniſsimum eſſent conſecuti. Deniq; conciliata Dido, & humana iuxta ipſos fuit, & recepit hoſpitio, infinita munera conſiſtentis in nauibus miſit. NON nos aut ferro Libycos populare penateis Venimus, aut raptas ad littora vertere prædas: Non ea vis animo, nec tanta ſuperbia victis.] Aſſertio innocentiæ, cum probatione ſuã. Nec ad hoc, inquit, venimus, neque ei ſumus naturæ, vt in aliena exſeramus improbas manus, aut exerceamus direptionem: Et hoc ſi gereremus animo quid auderemus victi? Quantum miſeri niſi poſſemus? Ad probationem iſtius innocentiæ pertinet, quod ſuprà dixit: Ventis maria omnia vecti. Si enim vellet aut poſſent facere violentiam: feciſſent in aliquibus terrarum partibus; & caruiſſent violentiã maris, quam per omnia littora naufragando perſenſerant. Nouiſſimum argumentum probabilis innocentiæ fuit, quod poſteriùs poſuit. ORAMVS.] nullus enim rogando vult conſequi, niſi qui alienus eſt à cogitationibus violentiæ: & hoc, quòd venerant, non eſſe voluntate cuiuſpiam factum, ſed vi maris & neceſsitate turbinum: quibus conſtabat, Troianos non iam veniſſe ad Carthaginis partes; ſed Carthaginis littora naufragantibus erepta. Multis igitur oſtendit ſuam ſuorumq; innocentiam, quæ omnia fortiori argumento cumulauit dicendo.

RES animos incognita turbat. Dicetur in homines idiotas: qui, ſicubi de rebus memoratu dignis ſermo inſtituitur, ADR. Bar.

A tur, stupere solent. Nonnulli etiam irasci, si quis haud paulò doctior inter cœnandum latinè loqui cœperit.

Dissimulant, & nube cauâ speculantur amicti,
Quæ fortuna viris, classem quo littore linquant,
Quid veniant cunctis nam lecti nauibus ibant,
Orantes veniam, & templum clamore petebant.
Postquam introgressi, & coràm data copia fandi,
Maximus Ilioneus placido sic pectore cœpit:
O' regina, nouam cui condere Iuppiter vrbem,
Iustitiâq; dedit genteis frænare superbas,
Troës te miseri, ventis maria omnia vecti,
Oramus: prohibe infandos à nauibus igneis:
Parce pio generi, & propiùs res aspice nostras.
Non nos aut ferro Libycos populare penateis
Venimus, aut raptas ad littora vertere prædas:
Non ea vis animo, nec tanta superbia victis.
Est locus, (Hesperiam Graij cognomine dicunt)
Terra antiqua, potens armis, atq; vbere glebæ:
Oenotrij coluêre viri: nunc fama, minores
Italiam dixisse, ducis de nomine, gentem.
Huc cursus fuit.

SER. DISSIMVLANT.] *Dissimulamus nota; Simulamus ignota, dissimulamus quod sumus; simulamus, non sumus. vt Sallustius:* Cuiuslibet rei simulator dissimulator. Quæ fortuna.] *verũ prospera an aduersa.* CVNCTI nã lecti nauibus ibãt.] *Benè addidit* Lecti, *ne penitùs oẽs intelligeremus. Nonnulli tamen* Lectis nauibus *legunt. quod etsi sit: hypallage est, & illuc sensus recurrit, & sciẽdum, plerunq; (vt hoc loco) addi aliquid generalitati, & fieri specialitatem:* B *vt si dicas*, Omnes scolastici laborant; *generalitas est. si addas*, Isti; *fit specialitas. vt Sallustius*; Transgressos omnes recepit mons Balleia: *prudenter addit* Transgressos. ORANTES veniam.] *Venia quidem, pro culpâ dicitur: sed nunc, aut pacem, aut beneficium; propter incendium nauium. Aliqui tamen veniam pro impunitate accipiunt: nam mox addit*, Prohibe infandos à nauibus ignes. *Et propriè verbum pontificale est. vnde est:* Tu modo posce deos veniam. *& paulò pòst:* Pacemque per aras Exquirunt. *Dicta autem venia, ad eliciendam misericordiam. meretur enim beneuolentiam numinum, qui licèt innocens sit, veniam, tanquam peccauerit, petit. vnde est confessio illa in Terentio:* Quid meritus es? crucem. MAXIMVS Ilioneus.] *Rebus omnibus maximus: id est, honore, virtute, facundiâ. non enim aliquid addit. & non sinè causâ ipsum vbiq; inducit loquentem. vt enim Homerus dicit; Phorbas, pater Ilionei, semper Mercurio deo eloquentiæ fauente pugnauit: vt Horatius:* Mercuri facunde nepos Atlantis. *Meritò ergo huic dat eloquentiam.* PLACIDO sic pectore cœpit.] *Benè* placido: *ne timore consternatus videretur. Ad placandum apta definitio est. More suo, vno* C *sermone habitum futuræ orationis expressit.* O' regina.] *Secundum artem rhetoricam id ei dat, quod impetrare desiderat. nam eam, per laudem, beneuolam reddit.* IVSTITIA.] *Bene considerauit sexum: nec enim de virtute dicere poterat.* FRÆNARE.] *continere. vt contrà:* Et Numidæ infræni cingunt. TROES te miseri.] *Tacitis occurrit quæstionibus; ne ad populationem venisse videantur, more latronum, qui tunc vigebat.* VENTIS maria omnia vecti.] *per maria. & est contra illud, cur ad Africam venerint: & ostendit, nõ sponte venisse.* PARCE pio generi.] *Quoties inuidiosæ sunt præsentes personæ, rhetoricum est, ad alias confugere: vt hoc loco confugit ad genus. & infrà confugit ad personam,* Dauni miserere senectæ. ET propiùs.] *id est, viciniùs: scilicet vt tanquam victi accipiantur; non tales, qualis Paris fuit in Spartæ expugnatione, raptuq; Helenæ: nam historiæ hoc debet veritas, non voluntate Helenam secutam; sed raptam, expugnatâ ciuitate: vnde recipi meruit à marito. Tangit autem hoc latenter Vergilius illo loco:* Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter? *Ergo bene, non* Nos; *sed* Res nostras *dixit.* POPVLARE.] *Antiqui, & Populo dicebant, & Populor. vnde est nunc,* Populare: *&* Populatq; ingenté farris aceruum Curculio. *nunc tamen passiuâ vtimur declinatione.* NON ea vis animo.] *Argumentum ab impossibili: vt,* Quid Troës potuêre? *Vis autem, est possibilitas.* EST locus.] *Comparatione orbis totius, Italia locus est. nam prouincia, locus non potest dici. minus autẽ est, quàm vt,* Vrbs antiqua fuit. HESPERIAM.] *Hesperiæ sunt duæ; vna, quæ Hispania dicitur; altera, quæ est in Italiâ. quæ hac ratione discernuntur. Aut enim solam Hesperiam dicis, & significas Italiam: aut addis* Vltimam, *& significas Hispaniam, quæ in occidentis est fine. vt Horatius:* Qui nunc Hesperiâ sospes ab vltimâ. *Est autẽ hæc vera Hesperia, ab Hesperò dicta, id est, stellâ occidentali. Ceterùm, Italia* Hesperia *dicitur, à fratre Atlantis, qui pulsus à Germano, Italiam tenuit, eiq; nomen pristinæ regionis imposuit; vt Hyginus docet. Est autem carmen Ennianum: is enim ita ait;* Est locus, Hesperiam quam mortales perhibebãt. ANTIQVA.] *nobilis. nec enim noua esse potest; licèt primam terram suam esse dicant Athenienses.* VBERE glebæ.] *Vber propriè est fœcunditas. & bene virtutem Italiæ fœcunditatemq; collaudat; ne Africam petiisse videantur.* OENOTRII coluêre viri.] *Deest,* Quam. *Oenotria autem dicta est, vel a vino optimo, id est, οἴνῳ, quod in Italiâ nascitur: vel, vt Varro dicit, ab* Oenotro, *rege Sabinorum. Alij patrem Italiæ,* Oenotrium, *tradunt ex Arcadiâ in Italiam venisse, & eam suo cognomine fecisse.* FAMA.] *subaudimus,* Est. MINORES.] *Maiores & minores, quoties de genere dicimus, numeri sunt tantùm pluralis.* ITALIAM.] *Italus, rex Siciliæ, ad eam partem venit, in quâ regnauit Turnus; quam à suo nomine appellauit Italiam. vnde est,* Fines super vsq; Sicanos. *non vsq; ad Siciliam, (nec enim poterat fieri) sed vsq; ad ea loca quæ tenuerunt Sicani, id est, Siculi, à Sicano, fratre Itali.*

POM. Sabi. LECTI.] *omnes qui illic erant Troiani, electi erant.* VENIAM.] *Cùm petitur venia, materia proponitur.* ILIONEVS.] *Priamus, natus annos 23. genuit Phorbantem, qui videbatur similis patri, in ætate. Ilioneus, Phorbantis filius. Homerus dicit, Phorbantem semper pugnauisse fauente Mercurio; qui est deus eloquentiæ.* O' regina.] *Oratio Ilionei ad Didonem.* IVPPITER.] *non casus, non sors. & est exordium à laude. sic decet ad principem orare.* REGINA.] *quia iam inceperat imperare.* TROES.] *Narratio.* PIO generi.] *Troiano: & hoc propter Aeneam.* VIS.] *sententia, & possibilitas.* HESPERIAM.] *Hesperus Atlantis filius: Africâ pulsus, in Italiam nauigauit; & nomen regioni fecit. Diodorus ait:* Hesperum ascendisse montem Atlantem, & nusquam ampliùs visum. putarunt eum astris illatum, à quo Hesperum stellam nominant. *Eratosthenes appellauit Hesperiam, ab eo quòd in occidente est: & occidẽtis partem Hesperiam dicunt. Dionysius sic ait:* Ante Herculem Græci Hesperiam & Ausoniam dicebant, & incolæ Saturniam. OENOTRII.] *Phoroneus, primus rex Argorum, filiam habuit Niobem. Niobes & Iouis Pelagus, Pelagi Egeus, Egei Lycaon, Lycaonis Deianira, Deianiræ & Pelasgi alter Lycaon, huius Lycaonis 22. filij, inter quos Peucetius & Oenotrus fuêre: qui vt fratribus cederent, comitante Arcadum multitudine, nauigauêre in Italiam. Peucetius in Iapigibus montibus habitauit: Oenotrus in aliâ parte versùs occidentem & Ausones, ibi habitantes, suo appellauit nomine Oenotrios. regnauit Oenotrus 17. ætatibus ante bellum Troianum. Antiochus Syracusanus, vetustissimos Italorum dicit Oe-*

notrios: quibus cùm imperasset Italus, Itali dicti. Italo successit Morges, à quo Morgetes nominati: & cùm apud Morgetem diuertisset rex, nomine Siculus, Siculi appellati. Pherecydes scribit, ex Cyllene & Lycaone natos Oenotrum & Peucetium. Dionysius ait: Oenotri magno imperio potiti, parti Vmbriæ imperauêre. M. Varro tradit, Oenotrios imperâsse & Sabinis; vnde Sabini Oenotrij dicti. Antiquo enim tempore populi mutabant cùm principe nomen. Antiochus, Oenotriam nominat & Italiam. tenuêre hanc regionê Chaones, gens Oenotra: à quibus Chaonia dicta: quicquid verò extrà fuerit, extra Italiam dicit esse. Oenotriorum regia, Rhegium fuit. hac igitur vetustate Vergilius Oenotrium Latium dicit, & Italum. Aborigines, qui primò in Sabinis, indè in Latio habitauêre, Oenotrij fuerunt. HVC cursus fuit.] hæc fuit nauigatio nostra, petere Italiam.

VAR. Lect. AVT raptas ad littora vertere prędas.] In antiq. aliquot lib. A' littore, legitur, hoc est, ab ora littorali in naues.

IOAN. Scop. Hic præterire non decreui Vergilij carmê, in primo & tertio Aeneid. Nunc fama, minores Italiam dixisse ducis de nomine gentem. Cuius carminis sensus & ordo, vt aiût, talis est: fama est, minores, id est, posteros, descendentes, genusq; ducêtes ab Oenotrio, Oenotriam dixisse Italiam; & gentê Italam, vel Italicam (Italiam enim gentê non dicimus) de nomine ducis Itali. Huic sentêtiæ meus olim nunquã acquiescebat animus: non enim legi, quod memini, nec verba faciens accepi huic similê dicêdi modum, Hesperiam dictam Hispaniam & Hispanos dictos à rege Hispano: sed tantùm Hesperiam dictã Hispaniam à rege. & non nominamus hominê, nisi ad maiorê emphasin dictam asseras. Cæterùm sic ipse carmen adolescêtulus, multis acclamantibus, legi. Nunc fama minorũ & sic sensus & ordo erit concinnior, dilucidior. Fama est minorũ, id est, posteriorũ, ab Oenotrio gentê dixisse, id est, nominâsse Oenotriã Italiam, de nomine ducis. quod etsi iuuenile, nõ contemptibile tamen, hic inseruimus. quisq; tamen suam sequatur sententiam.

DON. Est locus, (Hesperiam Graij cognomine dicunt) Terra antiqua, potês armis, atq; vbere glebæ, Oenotrij coluêre viri: nunc fama, minores Italiam dixisse, ducis de nomine gentem. Huc cursus fuit. Cùm subitò assurgens fluctus nimbosus Orion In vada cæca tulit, penitusq; procacibus austris, Perq; vndas superante salo, perq; inuia saxa Dispulit, huc pauci vestris adnauimus oris.] Et locorum & hominum Carthaginis plena deformatio; sed non aperta. Nam cùm laudat partes, ad quas tendebat, illis sic derogat, ad quas inuitus eiectus est. Ibamus, inquit, ad optimas terras Italiæ, vberes & copiosas, quas coluerunt Oenotrij viri, qui nunc Itali dicuntur, optimi vtiq; & præcipui. sed existente, Orionis scelere, sine dubio, aduersâ fortunâ, expugnante commodum nostrum, cùm violentiæ plagæ non valeremus obsistere, in vestra litora, hoc est, in solitudines & horrendam desertionem, sumus appulsi. Quis ergo, relictis melioribus, pergit ad deteriora, nisi qui non suo, sed arbitrio compellitur alieno? Si igitur non sponte venimus, apparet non vllum violentiæ studium gerere. Qui enim hoc cogitat, destinata loca, & ad prædam disposita, sponte aggreditur, sponte occupat, sponte inuadit, & aliquid eligit, in quo sit vberior præda. Descriptionem naufragij non frustra posuit: nam huius adiectio potuit mouere misericordiam. Paucorum autem idcirco mentionem fecit; vt firmaret Didonis animum, quòd nullam parassent violentiam. Quid enim audere possent, quibus nec animus fuit, nec substantia multitudinis? Ecce omnem, quâ laborabat, inuidiam violentiæ, purgatis ad plenum partibus, retorquet in partem calumniantium; vsus ἀντικατηγορίᾳ. dicit enim: Ego non fui, aut mei, sed tui in innoxios exstiterunt violenti. Deniq; sequitur: QVOD genus hoc hominum, quæ'ue hunc tam barbara morem Permittit patria? hospitio prohibemur arenæ? Bella cient, primâque vetant consistere terrâ.] Sub voce querelarum, accusatione & deformatione Tyriorum, tenet & suã laudem. nam cui inhumanitas aliorum displicet, & ipse vtiq; humanus est: & qui alienos mores grauiter reprehendit, ab hisce se profitetur alienum. Vsque adeò autem displicebant; vt nomen illorum inuenire nequiuerit, dicendo: Quod genus B hoc hominum? omnes enim feros immanitate vicerant Tyrij. Quæ'ue hunc tam barbara morem? hoc est, quæ vel cuius regionis in tantum sæua barbaries, & tanta feritas exstitit, quantâ tui vsi sunt aduersùs nos? Nomen ergo, quo eos appellaret, non inuenit: exemplum non reperit, quod erat grauius. potuerant enim defendi similitudine alterius gentis. HOSPITIO prohibentur arenæ.] Probatio plenissimæ inhumanitatis. prohibemur in arenis consistere: quid fieret, si humano VAR. Lect. more tectorum hospitium peteremus? BELLA cient.] non saltem leniter prohibent; sed more bellandi vtuntur hostilibus armis. BELLA cient.] bella, inquit, non patiuntur, sed inferunt. PRIMA'QVE vetant consistere terrâ] Dixerat enim; Ventis maria omnia vecti: vt misericordiã dignos ostenderet in illã terrã, quæ licèt inutilis & deserta, naufragos tamen prima susceperat. Certè etiam sic potest intelligi: primam esse terram, litoris tractum; secundam, quæ longiùs progredientes excipit: vt satiaret, quod dixit: Hospitio prohibemur arenæ. Perseuerat in hac subtilitate dicendi; vt inhumanitatis etiam ipsam Didonê obliquè criminetur. nam cùm de his queritur, quos imperio Dido retinebat, & regno; ipsam quoq; appetit & culpat, à quâ iussa mandataq; proficisci, dubitari nõ poterat. C Vsque adeò hoc verum est, vt, relictã subtilitate, in ipsius quoq; reginæ personam, inuidiam omnem posteriùs torserit. addidit enim: SI genus humanũ, & mortalia temnitis arma.] Non dixit, temnunt; sed temnitis. At sperate deos, memores fandi atq; nefandi.] Ecce & hic Sperate posuit, ipsam quoq; Didonem culpæ inhumanitatis annectens. Si contemnitis homines, sunt dij qui iniusta vindicent.

Cùm subitò assurgens fluctu nimbosus Orion
In vada cæca tulit, penitusq; procacibus austris,
Perq; vndas, superante salo, perq; inuia saxa
Dispulit: huc pauci vestris adnauimus oris.
Quod genus hoc hominum? quæ'ue hunc tam barbara (morem
Permittit patria? hospitio prohibemur arenæ;
Bella cient, primâq; vetant consistere terrâ.
Si genus humanum, & mortalia temnitis arma;
At sperate deos, memores fandi atq; nefandi.
Rex erat Æneas nobis; quo iustior alter
Nec pietate fuit, nec bello maior, & armis.
Quem si fata virum seruant, si vescitur aurâ
Æthereâ, nec adhuc crudelibus occupat vmbris:
Non metus; officio nec te certasse priorem
Pœniteat. sunt & Siculis regionibus vrbes,
Armaq;, Troianoq; à sanguine clarus Acestes.
Quassatam ventis liceat subducere classem,

SER. CVM subitò assurgens fluctu nimbosus Orion.] Oenopion rex, cùm liberos non haberet à Ioue, Neptuno & Mercurio, quos hospitio susceperat, iubebatur, vt ab ipsis aliquid postularet: petijt, vt sibi concederent filios. Illi, intra corium immolati sibi bouis vrinâ factâ, præceperunt, vt obrutum terrâ completis maternis mensibus solueret. quo facto, inuentus est puer: cui nomen ab vrinâ impositum est, vt οὐρίων diceretur. quod Doricâ linguâ commutatum est, vt ο diphthongus in ω verteretur. Quòd autem plerumque prima syllaba breuis inuenitur, vt in hoc loco; cùm sit naturâ longa: Græcæ rationis est: nam detractio fit υ literæ, & ο breuis remanet: quomodo ὄρεα τε σκιόεντα, pro οὔρεα: & νόσον, pro νοῦσον. & hoc, quia aut ω est naturaliter longa; aut ου diphthongus. Cæterùm si sit in proprio no-

Et ſyluis aptare trabes, & ſtringere remos.

A prio nomine dichronos, vt omnes Latinæ ſunt; proa priorum nominum abutemur licentiâ: vt in artibus lectum eſt. Orion ergo, poſtea venator factus, dum vellet cum Dianâ concumbere: eius ſagittis, vt Horatius dicit; vel, vt Lucanus, immiſſo ſcorpione, periit: & deorum miſeratione relatus inter ſydera, ſignum famoſum tempeſtatibus fecit. Veriſimilius autem eſt, à ſcorpione interemptum; quo oriente occidit. Hoc ſignum ibi eſt, vbi Hyades, circa frontem Tauri. Sanè magnitudine ſuâ multis oritur diebus: & ideò eius etiam apud peritos eſt incerta tẽpeſtas. vnde dictum eſt, Cùm ſubitò aſſurgens, ad excuſationẽ non prauiſæ tempeſtatis. Et multi ſuperfluò quærunt, cur ortus commemoretur Orionis; cùm ſit à Iunone immiſſa tempeſtas. ſed Ilioneus iſta non nouit, quæ à Poetâ ſuprà dicta ſunt, per Muſam (vt diximus) cognita. Et conſtat, numina, niſi inuentâ occaſione, nocere non poſſe: quod in omni ſuo opere Vergilius obſeruat. Si ſub ito fluctu, nomen eſt: ſi per ſe ſubitò, aduerbium eſt. IN vada cæca.] incognita, latentia. PROCACIBVS auſtris.] perſeuerantibus. Et procax, propriè petax eſt. nam procare, eſt petere: vnde proci, petitores vocantur. Alij procacibus, impudentibus tradunt. PERQVE vndas

B ſuperante ſalo.] eleuato mari, & in vndas diuiſo; vt ſolet in tempeſtate. Salo autem, ab eo venit, quod eſt ſalum, ſalinam quod ait; Et ſale tabentes artus, ab eo, quod eſt hic ſal, ſalis: cùm ſalum à σαλεύω. PERQVE inuia ſaxa.] id eſt, aſpera, immania. vnde & paulò pòſt Dido: Quæ vis immanibus applicat oris? Non enim ſuos vituperat: ſed naturam littoris culpat. ADNAVIMVS oris.] pro Adnatauimus, per ſyncopen. Elegit verbum aptum naufragio, ad eliciendam miſericordiam. quamuis & de nauibus Natat lectum ſit: vt, Natat vncta carina. QVOD genus hoc hominum.] Rhetoricè, vituperaturus mores, non ad Didonem loquitur; ſed ad tertiam ſe confert perſonam. HOSPITIO prohibemur arenæ.] vt alibi: Littuſque rogamus. Occupantis eſt enim poſſeſſio littoris. Vnde oſtenduntur crudeles, qui etiam à communibus prohibeant. CIENT.] inuocant. PRIMAQVE vetant conſiſtere terrâ.] id eſt, in littore. vt alibi:

Tuq. ò cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percuſſa tridenti.

MORTALIA arma.] mortalem poſſibilitatem. Sanè per arma etiam cõſilia ſignificantur: vt, Quærere conſcius arma. alij pro humanitate accipiunt. Sed hoc loco terret latenter, propter Siciliam. nam & paulò pòſt ait: Sunt & Siculis

C regionibus vrbes. cùm vnam habeãt, in quâ Aceſtes regnat, ſed ad terrorem Vrbes dixit. AT ſperate deos.] Abuſiuè, timete: vt alibi; Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem. cùm ſperemus bona, timeamus aduerſa. MEMORES fandi atque nefandi.] iuſti & iniuſti. Et benè Memores: quia etiam ſi non ſtatim puniant crimina, ſunt tamen memores. vt Horatius:

Raro antecedentem ſceleſtum
Deſeruit pede pœna claudo.

QVO iuſtior alter, Nec pietate fuit.] Multum intereſt inter iuſtitiam, & pietatem. nam pietas pars iuſtitiæ eſt, ſicut ſeueritas. Nunc ergo hoc dicit, quâ parte ſit iuſtus; id eſt, pietate. Et benè duo laudat in Aeneâ: pietatem, quam à Didone impetrare intendit; & virtutem, quâ vult timeri. Pietas enim in deos, iuſtitia in homines eſt: quibus duabus virtutibus regem ornatum eſſe conuenit. BELLO maior & armis.] hoc eſt, ſcientiâ rei militaris. Non eſt iteratio: nam bellum & conſilium habet; arma tantùm in actu ipſo ſunt: vt intelligas, eum & ſapientem imperatorem & fortem eſſe militem: vt de Agamemnone inquit Homerus: ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής. SI veſcitur aurâ.] Veſcor illâ re: vt alibi;

Veſcitur Æneas ſimul & Troiana iuuentus
Perpetui tergo bouis, & luſtralibus extis.

Nec nos decipiat, quod dicit Plin. vt elocutiones ex ſimilibus formemus. nam cum, Comedo illam rem, dicimus: nec tamen, Veſcor illam rem. & etiam ipſe dicit, non vſquequaque hoc eſſe faciendum. ÆTHEREA.] Quòd animam aëre; corpus cibo potioneq; nutrimus. NON metus.] Hoc loco diſtinguendum eſt. cuius autem rei, ex ſequentibus probat. nam vult eam non timere; ne hæc inaniter præſtet. Alij, Non metus officio, legunt; & hunc ſenſum dicunt: Non metuo pro officio noſtro; id eſt, non timeo, ne non ſit, vnde ſatis faciam officio, ac parem gratiam reddam. OFFICIO nec te certâſſe priorem Pœniteat.] nec tibi parum videatur, primam beneficia præſtitiſſe; cùm poſſis maiora recipere: nam Pœniteat, parum videatur, eſt: vt Terentius in Heautontimorumeno; At enim me, quàntum hîc operis fiat, pœnitet, hoc eſt, parum videtur. TROIANOQVE à ſanguine clarus Aceſtes.] De Aceſte, fabula talis eſt. Cùm Laomedon promiſſam murorum mercedem Neptuno & Apollini denegâſſet; Neptunus iratus, Troiæ cetos immiſit, qui eam vaſtarent. vnde Apollo conſultus, cùm & ipſe iraſceretur, magis aduerſa reſpondit; dicens, obijciendas nobiles puellas beluæ. quod cùm fieret, timens Hippotes quidam nobilis filiæ Segeſtæ; cùm Laomedontis regis Heſiona iam eſſet, ortâ ſeditione, monſtro expoſita: impoſitam eam naui miſit, quò fors tuliſſet. Hæc ad Siciliam delata, à Crimiſo fluuio (quem Crimiſum Vergilius poëticâ licentiâ vocat) conuerſo in vrſum, vel in canem, compreſſa edidit Egeſtum; quem Vergilius Aceſtem vocat: qui ex matris nomine ciuitatem Troianis condidit, quæ antè Egeſta, hodie Segeſta nominatur. QVASSATAM ventis.] Iuſta petitio. SVBDVCERE.] in terram trahere, id eſt, ſubductam curare. Deducere autem, in mare mittere: vt, Deducunt naues ſocij. APTARE.] Aptas eligere. vel Aptare, adiungere, vel figere. STRINGERE remos.] aut defrondare, vt agricolæ ſtringunt frondes: aut fractos ſtringere remos. i. religare.

VADA.] Syrtes. PROCACIBVS.] perſeuerantibus. Procare, poſcere: indè procaces, qui aſſiduè poſcunt: & proci dicti, qui poſcunt. NIMBOSVS Orion.] Orion, quaſi Vrion dictus: filius Oenopionis putatus: ex vrinâ trium deorum natus, Iouis, Neptuni & Mercurij: oriens dat pluuias. nunc non dicit ſtatutum ortum; ſed à caſu. Orion eſt, qui apud Meſſanam portum ducto aggere ſtruxit: hinc in Bœotiam conceſſit: indè inter aſtra receptus. Numerianus ſic ait: Orion, qui ante pedes Tauri fulget, dicitur ab vrinâ, id eſt, inundatione aquarum: cùm oritur, terras aquis & mare tempeſtatibus turbat. Plautus Iugulam appellat, ab eo quòd eſt armatus. Varro ait: Huius ſigni caput dicitur è ſtellis quatuor, infra quas duæ claræ, quas appellant humeros: inter quas, quod videtur iugulum, Iugula dicta. CIENT.] voluunt. PRIMA terrâ.] littore. SPERATE.] ſi nulla ſpes eſt in vobis, ſperatè Deos. OCCVBAT vmbris.] cecidit in mare. nil eſt crudelius, quàm mori in aquâ. NON metus, &c. pœniteat.] non pœnitebit te, in tanto officio priorem certâſſe, ſi viuit Aeneas: id eſt, quòd prima officioſa es erga nos. CLARVS Aceſtes.] Neptunus, Troianis iratus, miſit monſtrum; quod ſibi poſcebat per ſortem dari cibum humanum. Hippotes, nobilis Troianus, cum filiâ Egeſtâ aufugit, & in Siciliam nauigauit. ex hac puellâ, & Crimiſo fluuio natus Aceſtes: qui in inſulâ imperauit; à quo Aceſtam populi dicti. SVBDVCERE.] in terram trahere. APTARE.] Aptare, apud antiquos eſt coniungere. POM. Sabr.

VESTRIS adnauimus oris.] Frigidum & exile eſt, quod in pleriſque libris antiquis Aduenimus legitur. VAR. Lect. NON metus, officio.] Mediceus liber, & aliquot alij, Nec metus, & ne metus, legunt. ſed omnino Non; acceptius. ÆTHEREA, nec adhuc.] In bonâ codicum antiquorum parte, Neque adhuc, legitur: quod neſcio quid mollius, ſuauiusq; ſonat.

Rex

Digitized by Google

DON. Rex erat Æneas nobis, quo iuſtior alter, Nec pietate fuit, nec bello maior & armis: Quê ſi fata virum ſeruant, ſi veſcitur aurâ Æthereâ, neq; adhuc crudelibus occubat vmbris, Non metus officio nec te certâſſe priorem Pœniteat: ſunt & Siculis regionibus vrbes, Armaque, Troianoque à ſanguine clarus Aceſtes.] In rege ſuo bona animi laudauit, & corporis. animi ſunt, iuſtitia & pietas: corporis, virtus in exercitatione bellandi. Quæ non ſuperfluè poſuit. nam pro benefactis promiſiſſe intelligitur conſimilem vicem ab eo, qui iuſtitiâ præſtaret & pietate pro malefactis vltionem; quam poſſet implere, qui virtute conſideret. Quàm pulchrè autem varietate vſus eſt, vt vnam rem tripliciter diceret! ait enim: Quem ſi fata virum ſeruant; hoc eſt, ſi viuit: ſi veſcitur aurâ Æthereâ, id eſt, ſi incolumis manet: Neque adhuc crudelibus occubat vmbris; hoc idem ſignificat. Agit interea magnâ arte, vt petat parua, & ingens commodum in viciſſitudine polliceatur. neque hoc ſimpliciter facit: nam & reciprocam beneuolentiam ſpondet, & terret audaciam. Cùm enim dicit, poſſum tibi prodeſſe, atque ita, vt te non pœniteat præſtitiſſe: intelligitur etiam illud aſſerere, poſſe & nocere, ſi res exegerit. Hoc modo, ſi viuit rex noſter: (credimus enim eum ſupereſſe) tanti enim meriti fuit, vt, ſi nihil aduerſi incurrerit, nihil eſt quod metuere debeamus. Si autem receſſit ad ſuperos; habemus Aceſtem, virum magnum, & regem opulentum, viribus, armis, & ſubſtantiâ omni copioſum: nec alienum; ſed vnum ex noſtris: perindeq́, qui illud, quod poteſt, negare nõ poſſit. Ecce in duobus tantis & talibus pontificem: & iniicit metum. Ingerit iam ſummam petitionis; non onero ſam præſtanti. Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem, Et ſyluis aptare trabes, & ſtringere remos; Si datur Italiam ſocijs & rege recepto Tendere, vt Italiam læti Latiumque petamus. Sin abſumpta ſalus, & te, pater optime Teucrûm, Pontus habet Libyæ, nec ſpes iam reſtat Iuli: At freta Sicaniæ ſaltem, ſedesque paratas, Vnde huc aduecti, regemque petamus Aceſtem.] Da, inquit, copiam, vt deducamus naues in littora, & cædamus in ſyluis neceſſaria fabricis, vt reparemus conuulſa. Quid compoſitis nauibus futurum eſſet, conſequenter oſtendit ait enim: Nauigandum nobis erit; ſi contigerit regem habere incolumem: aut, ſi id non fuerit, ad Siciliam atque ad Aceſtem tendendum. Epilogo dehinc concludit hanc partem; oſtendens, ſolum poſſe Aeneam Italiam filio parare: & fecit apoſtrophen, vt animum Didonis ad miſerationis partes vrgeret. Si, inquit, contra meritum tuum ſeceſſiſti à ſuperis; ſi funus tuum naufragia ſorbuerunt; ſi tuo miſerando caſu Iulus deceptus eſt, & in te ſpes eius intercepta eſt: habemus regem alterum; ſed tamen ex noſtris, & proximè Siciliæ terras. TALIBVS: cuncti ſimul ore fremebant Dardanidæ] A
Ilionei oratione concluſâ; cæterorum, qui cum ipſo fuerant, conſenſus acceſſit. ſignificabant quippe, eadem ſe poſcere, quæ maximus ipſorum fuerat perſecutus. TVM breuiter Dido vultum demiſſa profatur.] Quòd ait breuiter, hoc poteſt intelligi propter perſonam locuturæ mulieris, & ſermonem facturæ ad viros & incognitos. Vultum demiſſa, poteſt ſic accipi: vt non ſolùm propter fœmineam verecundiam deiecerit, veriùm etiam propter obiecta. Deniq; hæc primùm purgat, quæ ipſius perſonam ſuorumq́; fœdauerant. Grauiùs autem accepit, quæ dicta ſunt; quia non erant vera: & eò magis erubuit; quia nec inhumana fuit, vt Ilioneus dixit, nec barbara. Vtitur arte pleniſſimâ, vt geſta non negando, quoniam manifeſta fuerant; ſed purgando, defendat. SOLVITE corde metum Teucri, ſecludite curas.] Paucis admodum in reſponſione ſecuros effecit: tunc enim cætera libenter audiri potuerũt, quæ illa ſumpſerat defenſura. RES dura, & regni nouitas, me talia cogunt Moliri, & latè fines cuſtode tueri.] Ecce poſuit alterum. ſed hîc ſatis errant, qui rem duram nouitati regni coniungũt: quaſi Vergilius, vnam rem geminans hoc idem dixerit, velut laborioſam eſſe nouitatem regni. Sollicitam B
fecerat, ne quiſquam nondum firmatis rebus imperatos offenderet. Metuebatur extrinſecus res dura: ne, tantâ in Sichæum crudelitate perfectâ, ſequeretur Pygmaliam; qui ſceleribus ſuis mercedi ſperabat, quæſiturus & necaturus ſororem, quæ mariti auxilia perdidiſſet. Idcircò igitur rem duram dixit, mariti interitum; ne diceret, quod nefariè conſtabat admiſſum: vel, ne diceretur verum, quod iam dictum eſt ex perſonâ Veneris; & fieret rei iam cognitæ repetitio. Oſtendit ergo, ſollicitudinem illam fuiſſe vehementiſſimè neceſſariam. Obiecta autem, à ſuis ſuorumq́; moribus aliena confirmat, dicendo Cogunt: vt cuſtodia cautior littorum, repellendæ potiùs violentiæ cauſâ facta videretur; non, quod Ilioneus conqueſtus eſt, inferendæ: perindeq́ non eſſet ex moribus aut naturâ vitium; ſi, vrgente duplici metu, diligentiores fuerint & ſolliciti. Competenter, hoc ipſum vt meliùs probaret, purgationi ſubnexuit beneuolentiam: vt crederetur vera dixiſſe; vt turbatos congruæ honorificentiæ ratione componeret, dicens: QVIS genus Æneadũ, quis Troię neſciat vrbem? Virtutesq́, viroſq́, aut tanti incendia belli?] Merita, inquit, veſtra, & ſingulorum Troianorum virtutes, & aduerſam fortunam Troiam excidij, quæ quaſi neſcienti numerare voluiſti, olim nouimus, & C
habemus pleniſſimè cognita. Hæc dicendo, dat humanitatis ſpem. Facilè enim ſuccurritur his, quorum aduerſa ſunt nota.

Si datur Italiam, ſocijs & rege recepto,
Tendere; vt Italiam læti, Latiumq́; petamus.
Sin abſumpta ſalus, & te, pater optime Teucrûm,
Pontus habet Libyæ; nec ſpes iam reſtat Iuli:
At freta Sicaniæ ſaltem, ſedesq́; paratas,
Vnde huc aduecti, regemq́; petamus Aceſtem.
Talibus Ilioneus: cuncti ſimul ore fremebant
Dardanidæ.
Tum breuiter Dido vultum demiſſa profatur:
Soluite corde metum Teucri; ſecludite curas.
Res dura, & regni nouitas, me talia cogunt
Moliri, & latè fines cuſtode tueri.
Quis genus Æneadûm; quis Troiæ neſciat vrbem?
Virtutesq́;, viroſq́;, & tanti incendia belli?
Non obtuſa adeò geſtamus pectora Pœni:
Nec tam auerſus equos Tyriâ ſol iungit ab vrbe.
Seu vos Heſperiam magnam, Saturniaq́; arua;
Siue Erycis fines, regemq́; optatis Aceſtem:
Auxilio tutos dimittam; opibusq́; iuuabo.
Vultis & his mecum pariter conſidere regnis?

SER. SOCIIS & rege recepto.] σύνθεσις eſt per numeros: vt, Hîc illius arma, Hîc currus fuit. SIN abſumpta ſalus.] hoc eſt; ſi periit Aeneas, qui Troianorum eſt ſalus. NEC ſpes iam reſtat Iuli.] Bene de Aſcanio ſpẽ dicit, propter ætatẽ. SEDESQVE paratas.] Propter Aceſtis cognationem. REGEM.] Aut qui nunc rex eſt; aut qui noſter etiam futurus eſt. TALIBVS Ilioneus.] Aut ſubaudi, loquebatur; aut ex poſterioribus Fremebat intellige. ORE fremebant.] hoc eſt, conſentiebant. & bene Ore: quia & armis poſſumus fremere. TVM breuiter Dido.] Atqui non breuiter loquitur. ſed breue & longum, magnum & paruum, perfectum nihil habent; ſed per comparationem intelliguntur: vt ſuprà de prouinciâ; Eſt locus, orbis (vt diximus) comparatione. Item hoc loco Breuiter; id eſt, minus quàm Ilioneus. Et notandum, regum eſſe breuiloquium; vt multis in Vergilio locis probatur: & fœminarum, verecundiam vna

Digitized by Google

A *diam. vnde vtrunq; dedit Didoni: & Sophocles: γύναι, γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει.* VVLTVM demissa.] *Nota figura: vt,* Oculos suffusa. SOLVITE corde metum Teucri.] *Sicut suprà Iouis oratio, partim obiecta purgat, partim petita promittit. Sciendum sanè, quia, cùm petuntur vel promittuntur aliqua, à validissimis inchoandum est: vt hoc loco. & est genus argumenti à necessario.* SECLVDITE curas.] *Iteratio est, ad augmentum beneuolentiæ.* Secludite *verò, pro exclu-dite: quod fit, aut propter hiatum, aut propter suauitatem: vt,* Ah silice in nudâ connixa, *pro enixa.* RES dura.] *Ac si diceret: Est quiddam. Et duo formidat: vicinos barbaros, & fratris aduentum: quæ, propter nouitatem personarum, generaliter dicens, reliquit.* REGNI nouitas.] *Quæ semper habet timorem.* MOLIRI.] *Bene, non facere, sed moliri: vt terroris sit, non crudelitatis.* QVIS genus Æneadûm?] *Satis properè dixit Aeneadas: quanquam ab Ilioneo audierit,* Rex erat Æneas nobis. *Nec hæc in opere inemendato miranda sunt.* QVIS Troiæ nesciat vrbem?] *Aut Ilium dicit, quod in Troiâ prouinciâ est: aut Troiæ vrbem, vt vrbem Patauii, vrbem Buthroti.* INCENDIA belli.] id *est, vim. semper enim diluuio & incendio comparatur bellum: vt,*

B In segetem veluti cùm flãma furentibus austris
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens.

Non obtusa adeò.] *aut non multum vel valdè: vt in Terentio:* Adolescentem adeò nobilem. *Aut,* non adeò, *id est, non insanum, vt tu dicis.* Obtusa *verò, stulta.* NEC tam auersus equos Tyriâ sol iungit ab vrbe.] *hoc est, non in alio orbe habitamus. Fabula quidem hoc habet: Atreum & Thyestem germanos, cùm in dissensione sibi nocere nõ possent, in simulatam gratiam rediisse. quâ occasione Thyestes, cũ fratris vxore Aerope, cõcubuit: Atreus verò ei filios epulandos apposuit. quæ sol abominatus, ne videndo pollueretur, radios suos ab eâ ciuitate detorsit. Sed veritatis hoc est: Atreum apud Mycenas primùm Solis eclipsim inuenisse. cui inuidens frater ex vrbe discessit, tempore quo eius probata sunt dicta.* SEV vos Hesperiam magnã.] *μεγάλη enim Ἑλλὰς appellata est: quia à Tarento vsq; ad Cumas, omnes ciuitates Græci condiderunt.* SIVE Erycis fines.] *Eryx, Veneris & Butæ filius, vt quidam, Neptuni, fuit: qui præpotens viribus, aduenas cestibus prouocabat, victosq; perimebat. Hic occisus ab Hercule, monti ex sepulturâ suâ nomen imposuit: in quo matri fecerat templum: quod Aeneæ adscribit poëta, dicens:*

C Tum vicina astris Erycino in vertice sedes
Fundatur Veneri.

In hoc aũt monte dicitur etiã Anchises sepultus: licèt, secũdùm Catonem, ad Italiam venerit. Ergo Erycis fines, *i. Siciliam.*

POM. Sabi. FREMEBANT.] *assentiebantur.* CVRAS secludite.] *deponite. Incipit à re magis necessariâ: id est, vt ponatur timor.* RES dura.] *propter Barbaros, facientes impetum in nostrum regnũ.* ÆNEADVM.] *iam Ilioneus nominauerat Aeneam.* QVIS nesciat.] *Virtus Troianorum nota est per orbem terrarum: & ruina.* NON obtusa.] *posset dicere, non sumus adeò sæui.* SOL iungit.] *Sol non auertit equos ab vrbe nostrâ, vt auertit à Mycenis. Nonnulli exponunt: scilicet Thyestes concubuit cum vxore fratris Atrei: qui, ad vltionẽ, filios epulandum apposuit: ob tantam sæuitiam ferunt solem auertisse cursum. Ego non aliter intelligendum existimo, vt Dido dicat: Nos non habemus adeò obtusa pectora; nec sumus in eâ remotissimâ orbis parte, vt non sint nobis nota gesta Troianorum: nec sol tam auersus iungit equos à Carthagine.* SATVRNIA'QVE arua.] *Timæus, vt meminit Varro, lib. 2. de Pecuarijs, scribit,*

Græcos vocâsse tauros Italos: qui, à fœtu vitulorum, Italiam dixêre. *Hellanicus Lesbius scribit,* Herculẽ è Siciliâ persecutum nobilem taurum, & quæritãdo clamâsse Italum vsq; in mare Siculũ. ab eo augurio posteri Italiam dixerunt. *Columella ait:* Nec dubiũ cùm, vt ait Varro, cæteras pecudes bos honore superare debeat: p̃sertim aũt in Italiâ, q̃ ab hoc nuncupationẽ traxisse creditur. quos. n. nostri tauros, Græci Italos vocãt. *Donysius ait:* Italia dicta est ab eius nepote Italo. is imperauit intra sin⁹ duos, lapetinũ & Syllaceũ: & fuit Oenotrus genere. Ante Herculẽ, Græci Hesperiam & Ausoniam dicebant. *De vbertate Italiæ, sic Dionysius ait:* Vt omittam nostros Italos, ipse quidem nullam terram vbertate rerum omnium Italiæ comprobabo: in quâ vidi trium fructuum culturas, æstiuã, hybernam, autumnalem: & hoc in Campano agro. non mirum ergo, si vberrimam terram, Saturniam dixerũt: nam Saturnus putatur deus, largitor omnis felicitatis & fertilitatis. ideò pinguia arua huic Deo dicata erant. ERYCIS fines.] *Eryx, Butæ & Veneris filius, in monte Siciliæ vrbem sui nominis condidit, & templum Veneris ingẽs: cui etiã Aeneas dona obtulit. indè Erycina Venus.*

SOLVITE corde metum Teucri, secludite curas.] *In antiq. plerisq; lib.* Metus *legitur, numero multitudinis. Et in longè pluribus,* Recludite curas: *tamen* Secludite, *agnoscit Seruius.* VIROS'QVE, & tanti.] *Antiqui pleriq; lib.* Aut tanti, *legunt.* VVLTIS & his mecum pariter cõsistere regnis?] *Romanus liber non* Regnis, *sed* Terris, *legit: nempe, quod nonnulli pertinaciùs defendunt, asperitatem euitandam: quæ est in concursu re syllabæ geminatæ.* VAR. Lect.

Cùm ex Vergilio ad alios transire auctores statuissem, protinus hæc ex Aeneidos primo carmina non silentio prætereunda mihi suppetebant: IOAN. Scop.

Non obtusa adeò gestamus pectora Pœni,
Nec tam auersus equos Troiâ Sol iũgit ab vrbe.

quæ commentatores, ad Atrei & Thyestæ fabulã referunt. Nos verò sic interpretamur, et hunc esse sensum & ordinẽ dicimus: Si qui sunt, qui nesciũt genus Aeneadûm, virtutesq; virosq; aut incendia tanti belli: nos tamẽ Pœni nõ ignoramus. quia nõ gestamus pectora adeò, id est, valde obtusa, hebetia, & ignaua; vt scilicet, quæ omnibus patent, ignoremus: nec Sol tam auersus, lõgè remotus ab vrbe Tyriâ suos iungit equos, id est, nõ sumus in loco remotissimo, quo Sol nõ accederet, vt facta Troianorũ ignoremus. quasi dicat: Iam scimus, quia Sol nostras penetrat regiones habitabiles; quò Troianorum fama peruenit.

NON obtusa adeò gestam⁹ pectora Pœni, Nec tam auersus equos Tyriâ sol iungit ab vrbe.] *Corda, inquit, nostra nõ sunt ab humanitatis partibus aliena: nec sic viuimus, vt solis equi tũm cursus suos à nobis auertãt, cùm aliquod apud nos nefariũ scelus perspexerit.* SEV vos Hesperiã magnã, Saturniaq; arua, Siue Erycis fines, regẽq; optatis Acestẽ, Auxilio tutos dimittã, opibusq; iuuabo.] *Prosequitur summã beneficiorũ suorũ: nihilominus & propositis respondens. Dixerat enim Ilioneus: si regem receperimus incolumem, tendemus ad Italiam: si autem contra meritum suũ aliquid inhumanitatis acciderit, pergemus ad Siciliam. Ait Dido: Non faciam contra Troianorum voluntariam dispositionem: quocunq; ire volueritis, non tenebo inuitos, & omni subsidio adiuuabo nauigantes.* VVLTIS & his mecum pariter considere regnis?] *Ecce plenâ beneuolentiâ eos in societatem vocat regni, qui omnia desperauerant.* DON.

SER. VRBEM quam statuo, vestra est.] *Multi ἀντίπτωσιν volunt, Accusatiuum singularem iunctum Pronomini; vt sit pro, Vrbs quam statuo.*

Vrbem quam statuo, vestra est: subducite naueis:
Tros, Tyriusq; mihi nullo discrimine agetur.
Atq; vtinam rex ipse, Noto compulsus eodem,
Afforet Æneas! equidem per littora certos
Dimittam, & Libyæ lustrare extrema iubebo:
Si quibus eiectus syluis, aut vrbibus errat.

sed si sic intelligamus: Quam nihilominus sequitur; & antiptosis fit per casus mutationem. debuit enim dicere; Vrbs quæ statuitur. Melius est ergo,

A rent, qui fuerant iam de ſua & ſuorum ſalute ſecuri. PRIOR Aneam compellat Achates: Nate deâ.] *Licèt ſocius, tamen, quia fuit inferior, non nomine ſuo eum appellauit: ſed eum omni honorificentiâ, omiſſo vero nomine, natum dixit ex deâ. reliqua breuiter explicat, quæ eos ſollicitauerant.* Nate deâ, quæ nunc animo ſententia ſurgit? Omnia, inquit, tuta fides: claſſem, ſociosque receptos. VNVS abeſt, medio in fluctu quem vidimus ipſi Submerſum: dictis reſpódent cætera matris.] *Confirmatis rebus proſperis, animo ardebant, ruptâ nube, omnium ſe præſentare conſpectibus: vt Didoni gratius fieret, ſuſcepiſſe ſe faciliori viâ, quem magno labore cupiebat inquiri. Conſiderãdum eſt, quomodo hîc quoq; teneat Poëta dicendi virtutem: quemadmodum locis ſuis perſonarum merita diſcernat ac ſeruet. Inferior Achates fuit: & meliorem prudentiam debuit Aeneæ tribuere; quem conſtabat eſſe potiorem. Sic ergo induxit priorem Achatem loquentem; vt ſinè vitio eius & notâ, cum quo fuerat locuturus, ſermonem faceret: ne, ſi prior loqui cœpiſſet, videretur arrogans & ſuperbus. Exſpectare enim debuit arbitrium potioris: nec debuit ſenſiſſe videri, quod ille non aduertiſſet. Temperatur mirè totum: & inducitur Acha-* B *tes, non tàm faciendum ſuggerens; quàm quid tùm faciendum eſſet: ſeruatâ ſinè dubio honorificentiâ eius, qui conſilio & autoritate præſtaret.* QVÆ nunc animo ſententia ſurgit?] *Interrogantis hæc vox eſt; non indicantis, aut iubentis.* OMNIA tuta vides, claſſem ſociosq; receptos.] *Ne ſpecialitatis prolixitate properantibus faceret moras: clauſè dixit claſſem, clauſè dixit ſocios; vt citò tranſiret.* DICTIS reſpondet cætera matris.] *quàm citò per vniuerſa tranſijt. conſtabat enim illi, quam ſecuritatem mater per auguria promiſiſſet.* VIX ea fatus erat, cùm circumfuſa repentè Scindit ſe nubes, & in æthera purgat apertum.] *Non dixit,* Ex nube cauâ ſpeculantur; *ſed, nubes ab ipſis abſceſſit: vt oſtenderet, Aeneæ commodis etiam rerum naturam ſeruiſſe. Tamdiu, inquit, cælati ſunt nubis obtentu; quandiu neceſſitas fuit: vbi opus non erat, ſponte diſceſſit.*

DON. RESTITIT Æneas, claraq; in luce refulſit.] *Quantum gratiæ dedit Aeneæ, cùm illum dicit ſuo ſplẽdore tribuiſſe lucem, quàm diei, meliorem! Dicit iam, vnde tantus apparuiſſet.* OS, *inquit,* humerosq; deo ſimilis: namq; ipſa decoram Cæſariem nato genitrix lumenq; iuuentæ C Purpureum, & lætos oculis adflârat honores.] *Beneficia hæc haud difficulter præſtiterat: quia mater fuiſſet, & dea.* QVALE manus addunt ebori decus, aut vbi flauo Argentum Pariſiúsue lapis circundatur auro.] *Tantùm, inquit, ſplendore ſuo Aeneas addidit gratiæ luci: quantum ebori manus attribuit; vel quantum addit aurum argento.* TVM ſic regnam allquitur, cunctisq; repentè Improuiſus ait.] *Tantâ celeritate factum eſt, vt improuiſus cunctis veniret ad verba: quem nudauerat nubis abſceſſus; quem monſtrauerat naturalis lux, & propicius ſplendor, ipsâ potior luce completâ ſuggeſtione: neq; Aeneas reſpondit. Præuenit enim euentus rerum, qui eos reddidit luci: & quia iam venerant in hominum conſpectum, mutatâ ratione temporis, rationem loquendi non immeritò mutare debuerunt.* Reſtitit Æneas (*vt dictum eſt*) *ſed aliquantò melior quàm fuit: hoc enim pollicita, propter Iunonia hoſpitia, procurauerat mater, vt amore potiùs, quàm odio dignus videretur. Comparatur auro, ebori, & argento; quæ cum per ſe ſplendeant; meliora tamen fiunt, ſi his vel artificis manus, vel gratia ſocietatis accedat.* Quòd *autem comparatur deo; non fuit fauoris poëtæ: cùm ſit nepos Iouis, & filius Veneris; proindeq; & Cæſaris ipſius affinis. Hunc autem omni occaſione laudat Vergil. atq; ita, vt præcipui viri laudandi ſunt: nam virorum forma & ſplendor, corporis iunguntur fortitudini. Sola enim pulchritudo corporis, ſinè fortitudine, plurimorum obfuit famæ: coniuncta verò, ornare conſueuit virum fortem. Per corporis igitur partes, vt appareat in illo, quid decoris, quid fortitudinis fuerit: nam* ipſa decoram Cæſariem nato genitrix, lumenq; iuuentæ Purpureum, & lætos oculis adflauit honores. *Hæc ad partes pulchritudinis pertinent. ad virtutis autem, quòd ſuprà laudauit humeros eius; vt fortitudinem corporis demonſtraret. Nato, inquit, genitrix duo poſuit lumina, infiniti inter ſe atq; ineſtimabilis meriti.* Quicquid *enim poſſunt parentes, libenter conferunt ſuis filijs. Interea comparatur Venus artifici, quæ ſic ornauerat filium. Enumeratis igitur ſpeciebus, Aeneas introducitur loquens.* TVM ſic reginam, *inquit,* alloquitur.] *Prior enim ipſe debuit loqui, ante omnia; vt, quis eſſet, nunciaret neſcienti: deinde, vt gratias ageret ob eam cauſam, quam ipſe oculis & auribus comprobâſſet: vt oſtenderet, illic ſe fuiſſe præſentem, vnde ſermonis ſui ſumpſit exordium.* CORAM quem quæritis ad ſum, Troius Æneas, Libycis ereptus ab vndis.] *omnibus quæ audierat præſens, nec pleno verſu reſpondit. celeritate enim opus fuit, vt citò ad agendas gratias perueniret, dicendo,* coram adſum, quem quæritis. *& pluralem numerum tenendo, oſtendit, Aeneam & Didoni ſimul, & Ilioneo reſpondiſſe Ilioneus enim dixit:* Quem ſi fata virum ſeruant, ſi veſcitur aurâ Æthereâ. *Item:* Sin abſumpta ſalus, & te pater optime Teucrûm. *Dido verò dixerat:* Equidem per littora certos Dimittam, & Libyæ luſtrare extrema iubebo. Si quibus eiectus ſyluis aut vrbibus error. Quòd *autem ait:* Adſum Troius Æneas: *ne Didoni tantum videretur dixiſſe, cui fuit incognitus,* Libycis ereptus ab vndis: *quia Ilioneus & Dido arbitrabantur, eum violentiâ maris oppreſſum: vtriſq; intelligitur demonſtrare.*

TROS Tyriusq; mihi.] *Si quis indicabit, ſe ergo ſtudioſos adoleſcentes perinde eſſe, ac album fixum in albo lapide, omnesq; ex æquo diligere: non intempeſtiuiter accommodabit illud;* Tros Tyriusque mihi nullo diſcrimine agetur. ADR. Bas.

SER. PARIVSVE] *Lapis candidiſſimus eſt, Lydius nomine; qui apud Parum naſcitur inſulam. Sic in ſeq. X.* Qualis gemma micat, fuluum quæ diuidit aurum. TVM ſic.] *id eſt. Et ſui gratiâ præpotens. & matris auxilio.* CORAM.] Coram, *nonnulli ad perſonam vt.* Coram viro: Palam, *ad omnes referri volunt, vt,* Palam omnibus. *Varro:* Coram, de præſentibus nobis: Palam de abſentibus dicit. *Sanè,* Coram, *quidam aduerbium putant; quia non ſubſequitur caſus: quidam præpoſitionem, loquentibus, non caſibus ſeruientem.* QVEM quæritis, adſum.] *Hoc loco diſtinguendum: nam ſi vnum eſſet,* Adeſt, *diceret, non* adſum. O ſola.] *Propter Polymneſtoris factum; qui fide violatâ defecit ad Græcos: vt oſtendit in tertio.* EREPTVS.] *liberatus.* MISERATA.] *Et* miſereor *&* miſeror, *vnum ſignificant: ſed* miſeror *accuſatiuum*

Argentum pariúsue lapis circumdatur auro.
Tùm ſic reginam alloquitur, cunctisq; repentè
Improuiſus ait: Coràm, quem quæritis, adſum
Troius Aeneas Libycis ereptus ab vndis.
O ſola infandos Troiæ miſerata labores!
Quæ nos, relliquias Danaûm, terræq; mariſq;
Omnibus exhauſtos iam caſibus omnium egenos,
Vrbe, domo ſocias. grates perſoluere dignas
Non opis eſt noſtræ, Dido; nec quicquid vbiq; eſt
Gentis dardaniæ, magnum quæ ſparſa per orbem.
Dij tibi (ſi qua pios reſpectant numina: ſi quid
Vſquam iuſtitiæ eſt, & mens ſibi conſcia recti)
Præmia digna ferant. quæ te tam læta tulerunt
Secula? qui tanti talem genuêre parentes?
In freta dum fluuij current; dum montibus vmbræ
Luſtrabunt connexa; polus dum ſydera paſcet:

y num

Semper honos, nomenq́; tuũ, laudesq́; manebunt:
Quæ me cunq; vocant terræ. Sic fatus, amicum
Ilionea petit dextrâ, læuaq́; Sereſtum:
Pòſt alios, fortemq́; Gyan, fortemq́; Cloanthum.
Obſtupuit primo aſpectu Sidonia Dido;
Caſu deinde viri tanto: & ſic ore locuta eſt:
Quis te, nate Deâ, per tanta pericula caſus
Inſequitur? quæ vis immanibus applicat oris?
Tune ille Æneas, quem Dardanio Anchiſæ
Alma Venus Phrygij genuit Simoẽtis ad vndam?
Atq; equidem Teucrum memini Sidona venire,
Finibus expulſum patrijs, noua regna petentem
Auxilio Beli. genitor tum Belus opimam
Vaſtabat Cyprum, & victor ditione tenebat.

uum regi, vt hoc loco. Item: Nec miſeratus amantem eſt. Miſereor *genitiuum: vnde eſt,* Miſerere animi non digna ferẽtis. QVÆ nos relliquias Danaũm.] *Si Troianos ſignificat, ſimpliciter intelligendum: ſi ad ſe refert, quòd Achillem euaſit, fauore Neptuni.* Terręq; marisq́;.] Terræ *propter Cretenſem peſtilentiam:* maris, *propter Orontis interitum.* OMNIBVS exhauſtus.] *Sic veteres dicebant,* Cladi hauſi, *id eſt, pertuli.* OMNIVM egenos.] Eget *honeſtiùs genitiuo iungitur, quàm ablatiuo; cui iungit Cicero: vt,* Eget ille ſenatu. *Item contrà Vergilius:* Quorum indiget vſus. VRBE, domo ſocias.] *hoc eſt, & publico & priuato dignaris hoſpitio.* NON opis eſt noſtræ, Dido.] Opis: *id eſt, poſsibilitatis. Secundum Atteium Philologum,* Opes, *numero tantum plurali, diuitias ſignificant; vt,* Troianas vt opes: *numero tantùm ſingulari, auxilium. vt Terentius:* Iuno Lucina fer opem, ſerua me obſecro. *vtroq; numero, poſsibilitatem.* NEC quicquid vbiq; eſt.] *Meminit hiſtoriæ. Multi enim, poſt excidium Troiæ, orbis diuerſa tenuerunt; vt Helenus Epirum, Antenor Venetiam: alij Sardiniam, ſecundùm Salluſtium: alij vicina Syrtibus loca, ſecundùm Lucanum: vt,* Portusq; quietos Oſtendit Libyæ Phrygio placuiſſe magiſtro. SI qua.] *ſiquidem: vt Horatius:* Si qua tamen impiæ

Non tangenda rates tranſiliunt vada.

nec enim congruit optare dubitantem. Aut certè ad ſe retulit: qui cùm pius eſſet, tot laborabat incommodis. SIQVID vſquam iuſtitiæ eſt.] *Si valet apud homines iuſtitia.* ET mens ſibi conſcia recti.] *Secundum Stoicos, qui dicunt ipſam virtutem eſſe pro præmio; etiamſi nulla ſint præmia. vnde & Cicero:* Conſcientia bene actæ vitæ, multorũq; benefactorum recordatio iucundiſſima. FERANT.] *adferant.* QVÆ te tam læta tulerunt Secula?] *Alibi:* Nati melioribus annis. *Felicitas enim temporum, ex naſcentium meritis comprobatur.* QVI tanti talem genuère parentes?] *Secundùm artem rhethoricam, parentis, quos ignorat, laudat ex liberis. Simul ſciendum, omnia hoc loco laudis præcepta ſeruata. nam & à parentibus laudat; vt,* Qui tanti talem genuère parentes? *& ab ipſa: vt,* Vrbe domo ſocias. *& à futuro: vt,* Nomenq́; tuum, laudesq́; manebunt. IN freta.] *Abuſiuè modò maria: nam propriè* Fretum *eſt mare naturaliter mobile, & terris vicinum. aut incluſum; vt fretum Siculum: ab vndarũ fremore nominatũ.* DVM montibus vmbræ Luſtrabunt conuexa.] *Alij hoc loco diſtinguunt, & dicunt; quamdiu inclinata in montibus latera vmbræ pro ſolis flexu circuibunt: vt,* Luſtrat Auentini montem. *aut,* Luſtrabunt, *inumbrabunt: Vnde* Luſtra, *& ferarum cubilia, & lupanaria per contrarium, dicimus: quia parum illuſtrantur. aut, luſtrum facient montibus, id eſt, rotatu ſolis vertentur, circa montium ſinus. Alij tamen* cõuexa ſidera *volunt, id eſt, pendentia, vt,* Et cœli cõuexa per auras, *id eſt, ſuſpenſa: planetasq́; intelligunt: qui non ſunt fixi, ſed in aere feruntur.* PASCET.] *Tranſlatiuè dicitur. Paſci autem aquis marinis ſidera, id eſt, cœleſtes ignes, Phyſici docent: ſecundùm quos ait Lucanus:* Atq; vndæ pluſquàm quod diſgregat aër. QVÆ me cunq; vocant terræ.] *id eſt, vbicunq; terrarum habitauero. Eſt autem τμῆσις,* Quęcunq;. ILIONEA.] *Penultimam naturâ breuem, licentiâ, quâ in nominibus proprijs omnes ſyllabæ poſtremæ communes, produxit.* OBSTVPVIT.] *animo perculſa eſt: quod iam futuri amoris eſt ſignum.* PRIMO aſpectu] *id eſt, pulchritudine.* CASV deinde.] *id eſt, miſeratione.* ET ſic ore locuta eſt.] *Pleonaſmos eſt: ſicut,* Vocemq́; his auribus hauſi. QVIS te, nata deâ.] Quis, *qualis. admirantis eſt enim, non interrogantis: vt,* Quis globus, ô ciues? *non enim interrogat ille, qui nuntiat. Hoc aũt Dido, vt poſt indicat, ex Teucri narratione cognouit.* QVÆ vis.] *qualis.* IMMANIBVS oris.] *vt Salluſt.* Mare ſæuum, *id eſt, importuoſum.* APPLICAT.] *Secundùm præſentem vſum, per d prima ſyllaba ſcribitur: ſecundùm antiquam orthographiam, quæ præpoſitionis vltimam literam in vicinam mutabat, per l: ſecundùm euphoniam, per a tantùm. Præpoſitio enim, cùm ad compoſitionem tranſierit, aut vim ſuam retinet, vt* Induco: *aut mutat vltimam literam, vt,* Sufficio: *aut perdit, vt* Coëmo. DARDANIO Anchiſæ.] *Et hoc admiratiuum, non interrogatiuum. Bene* Anchiſæ *addidit: cum multis enim Venus concubuit. Sed ſciendum, Anchiſen paſtorem fuiſſe, & cum eo amato Venerem concubuiſſe. vnde Æneas circa Simoin fluuium natus eſt. Deæ enim vel Nymphæ cutuntur circa fluuios, vel nemora. quod cùm iactaret Anchiſes, afflatus fulmine, oculis privatus eſt.* TEVCRVM Sidona venire.] *Quidam,* Memini venire, *pro* Memini veniſſe, *accipiunt. Hiſtoria hoc habet: Herculem, cùm in Colchos iret, perdito Hylâ, (qui aquatum profectus, à Nymphis adamatus, raptus eſt: vt veritas habet, lapſus in fontem altiſſimum, necatus) & poſt peragratã Myſiam, nauibus Troiam veniſſe: à cuius portu cùm eum Laomedon arceret, occiſus eſt & eius filia Heſiona, belli iure ſublata, comiti Telamoni tradita eſt; qui primus aſcenderat murum. Vnde natus eſt Teucer. nam Aiacem ex alia conſtat procreatum. Tùm Hercules Priamum quoq; redemptũ à vicinis hoſtibus, in paterno regno locauit. Vnde & Priamus dictus eſt, ἀπὸ τοῦ πρίασθαι, emo. Cæterùm, quæ de liberatâ dicuntur Heſionâ, conſtat eſſe fabuloſa. Sed Teucer cùm Troiâ euerſâ ſine fratre eſſet reuerſus, qui ſe furore propter perdita Achillis arma interemerat, (vel, vt alij, quia non defenderat Aiacis fratris interitum: vel, quia oſſa fratris non retuliſſet: vel, quia fratris filium Euriſacem, ad auum Telamona de Troia ſecum non reduxerit, qui aliâ naui vectus felicius nauigauerat) Salamine pulſus à patre Sidona venit: ex quo Dido cuncta cognouit. Aiax autem, Achillis patruelis frater fuerat: quoniam Telamon & Peleus fratres fuerũt, Aeaci filij.* OPIMAM.] *pro opulentam nonnulli accipiunt.* VASTABAT Cyprum.] *Quam ſubactam conceſsit Teucro, vt in ea collocaret imperium; ex reſponſo Apollinis: Teucerq́; ibi Salaminem ciuitatem, ex nomine patriæ, cõdidit. Licèt alij dicãt, ab ipſo Teucro eſſe ſuperatos: vnde etiam Teucro auxilium à Belo, ad occupationem inſulæ, præſtitum.* DITIONE.] *poteſtate. Omnis enim poteſtas dictis conſtat, id eſt, imperio.*

PARIVS VE lapis.] *Parium marmor dicitur à Paro inſulâ, quæ eſt vna Cycladum.* EBORI.] *Ebur dignius & pulchrius eſt addito auro. ſic argentum, & ſic marmor Parium. Dentes elephanti propriè ebur ſunt. penuriâ aliquando factum eſt, vt ipſa oſſa ſecarentur.* INFANDOS.] *Quia cùm dicuntur, renouant dolorem aduerſa.* NON opis.] *nos non poſſumus, & tota facultas Troianorũ, qui ſparſi ſunt per orbem.* SI qua pios.] *Si in aliquo loco muneribus compenſatio datur, & ſi eſt apud mortales iuſtitia.* RECTI.] *rectitudinis: id eſt, iuſtitiæ.* QVÆ te.] *Obſtupeſcit tanto beneficio Æneas. ideò ait, quaſi ignoret,* Quæ tam felicia ſecula tulère te? *de parentibus licèt ignoret, tamen cùm dicit,* Tanti, *arguit à beneficio Didûs, magnos fuiſſe eius parentes.* TVLERE.]

A

B

C

POM. Sab.

quaſi

A *quaſi admiratiuè.* DVM montibus vmbræ.] *Poſſumus dupliciter intelligere: dum vmbræ luſtrabunt conuexa in montibus: & dum polus paſcit couexa ſidera, id eſt, pendentia in conuexo polo.* VOCANT terræ.] *Vbicunq; habitauero, ſemper celebrantur laudes & honores tui.* CASVS.] *ſors te ventilat, & admiratur. cum interrogatione.* VIS.] *ira venti, & procellæ.* IMMANIBVS.] *tempeſtuoſis.* AD vndam Simoëntis.] *Poëtæ ſemper ad flumina inducunt parientes Nymphas & Deas. de Simoente vide ſuprà.* TEVCRVM.] *Hercules victor primi belli Troiani, Heſionam, Laomedontis filiam, Telamoni dedit: vnde nati Aiax & Teucer: qui ob fratris necem pulſus, Salamine diu errauit: tandem in Hiſpaniâ quieuit conditâ Carthagine. Iupiter rapuit Aeginam, filiam Aſopi, & in inſulam, quæ ab ea dicta eſt, abduxit. Salamis etiam, filia Aſopi fuit rapta à Neptuno: aduecta in inſulam Aeginam, fecit vrbi nomen. Scribunt aliqui, Teucrum hunc condidiſſe in Cypro Salaminem.* OPIMAM.] *Romani cœpêre Cyprum propter diuitias: nam deliciarũ mater eſt.*

ILIONEA petit dextrâ, læuaq; Sereſtum.] *In Longobardico libro, pro* Sereſtum, Sergeſtum *ſcriptum eſt.* QVEM Dardanio Anchiſæ.] *Sunt qui,* Anchisâ, *caſu* B *ſeptimo legant.*

DON. O' ſola infandos Troiæ miſerata labores.] *Magnâ arte dixit hanc laudem vſq; adeò, vt & ſpecialem prædicationem complexus ſit, & cæteris laudibus dicendi inſtructam dederit formam. Prima pars rhetoricæ diſciplinæ fuit, quòd loci, & temporis, & perſonæ, optimè gnarus, loquens apud Carthaginem, hoc eſt, in ciuitate, quæ propter Iunonem potuiſſet eſſe inimica; loquens in ipſo aduerſariæ templo, & apud eam quæ ſummam teneret Imperij; atq; eo tempore, quo poſt naufragiũ euadens terras ipſas cupiebat; nihil ſit de Iunonis factione côqueſtus: gratias agit; nullam culpans, nullius commemorans impreſſionem.* Sola, *inquit,* miſerata labores noſtros.] *Cùm dicit ſolam iuxta Troianos exſtitiſſe beneuolam: & laudat factum, ex eo, quia carebat exemplo; & miratur occultè illic inuentam requiem, vbi euidentiſſimum periculum ſperari potuerat. Cauſas præterijt aduentus ſui: quia has dudum regina, Ilioneo narrante, compererat.* Quæ nos, *ſcilicet nos relis quias Danaum: quomodo ſatìs apertum eſt: nam infiniti eo tempore perierunt; quo etiam ipſa ciuitas concidit Troianorum.* Reliquias terræ *idcirco dixit: quia fugiens de Troiâ cùm Cretam veniſſet, multâ luis contagione perdidit.* Reli- C quias maris: *quia conſtabat, naufragio, quo littore Carthaginis eiecti ſunt, Orontem interiiſſe.* OMNIBVS exhauſtos iam caſibus, omnium egenos, Vrbe, domo ſocias.] *Currit per amplificationem præſtitorum, extollens in maius quod fuerant conſecuti.* Omnibus, *inquit,* exhauſtos iam caſibus. *Cùm dicit ſe aduerſis caſibus exhauſtum, oſtendit, inopiam, non originalem, quaſi abiectæ perſonæ; ſed fortunæ violentiâ exſtitiſſe.* OMNIVM egenos.] *Quòd eſt inter mortales difficilimum, non tangi miſericordiâ, cùm quis inopem viderit & egentem. Deniq; vt poëta comprobaret, hoc ipſum conſecutâ reprehenſione Didonis complexus eſt; quæ ratio miſericordem, in cauſâ miſerorũ, fecerit Didonem.* Non ignara, *inquit,* mali miſeris ſuccurrere diſco. *Argumentum laudis multiplicat, dicens:* Vrbe, domo ſocias. *Ambulabat autem ad humanitatem demonſtrandam, ſi in ciuitatem fuiſſent ſuſcepti. Suſcepti ſunt voluntate Didonis, tantâ benignitate; vt illos non tantùm in hoſpitium; ſed etiam in ſocietatis fœdera, vocauiſſet. Hinc iam docet poëta, quæ ſint curanda in laudibus: nam imparem ſe in reciprocis rependendis debuit demonſtrare. ſed cùm hoc vellet exſequi, inuenit occaſionem, nec tamen à laudationis officio alienam; quâ multitudinem Troianæ gentis laudaret: quæ per orbem ſparſa, apud Carthaginem in numero exiguo fuit. Idcirco ait:* GRATES perſoluere dignas Non opis eſt noſtræ Dido, nec quicquid vbiq; eſt Gentis Dardaniæ, magnum quæ ſparſa per orbem.] *Neq;, inquit, nos pauci gratias compe*tentes referre poſſumus beneficijs tuis: ſed nec omnes noſtri, ſi ex toto orbe, qui ſparſi ſunt, colligantur.* DII tibi (ſi qua pios reſpectant numina, ſi quid Vſquam iuſtitiæ eſt, & mens ſibi conſcia recti) Præmia digna ferant.] *Quoniam beneficijs tuis, multis, magnis & ſingularibus, atque cæteris præferendis, humanæ vocis obſequia reſpondere non poſſunt, habemus Deos qui tibi pro nobis quæ mereris, exſoluant, ipſi enim humanos actus, & perpendere iuſtiùs poſſunt, & æquitate diſcernere. Sequitur alter locus laudis.* QVÆ te tam lęta tulerunt Secula?] *Quibus, inquit, ſeculis, tu ſola talis prouenire meruiſti? hoc eſt dicere: Cur non & alij ſimiles nati ſunt: hoc eſt, quòd ſuperiùs dixit:* O' ſola infandos Troiæ miſerata labores. *Hoc vult obſcurè diſputare Vergilius; ſeculorum eſſe, vt boni vel mali naſcantur. Vnde apparet dicentis intentio, qui hoc cupit adſtruere, quærendo ſecula, quibus Dido talis potuit naſci: quia, cùm per orbem totum Troiani iactati ſint, ſolam beneuolam, humanam & largam, inuenire potuerunt.* QVI tanti talem genuêre parentes.] *Quia naſcendi ratio per parentes prouenit; horum eſt felicitas, ſi præcipuos ſuſcipiant liberos. Quæruntur ſecula, quæruntur parentes. Dido ſola in toto orbe iuſtiſſimâ memoratur: vt totum ſingulare ſit eius, quod ſummum eſt; nec habet cum aliquo ſocietatem vel comparationem.* Quod dixit: Dij tibi præmia digna ferant, *concluſit. Verum ne, remittendo ſuperiùs omnem reciprocam vicem, & ipſe videretur totam neceſſitudinem reieciſſe: Deorum, inquit, ſit cura, præmia referre meritis tuis; quod humana mens exſequi non poteſt: Pòſt non tacebo laudes tuas. nam infrà:* DVM fluuij current, dum montibus vmbræ Luſtrabunt, conuexa polus dum ſydera paſcet, Semper honos nomenq; tuum laudeſq; manebunt.] *Hoc genere oſtenditur futurus omnium elementorum, & vniuerſarum rerum finis; cum dicitur, quamdiu fluuij currendo naſcebantur fluctibus maris; quamdiu ſtabit cum ſideribus cœlum; quamdiu Solis vmbra vel Lunæ luſtrarint conuexa montium. deniq; & alio loco dixit:* Dum domus Æneæ Capitoli immobile ſaxum Accolet, imperiumq; pater Romanus habebit. QVÆ me cunq; vocant terræ.] *Hoc eſt, quæcunque terræ me vocãt. ſubtiliter, ſe nec ceſſaturum dixit; nec eſt pollicitus, habiturum: ne vel læderet Didonis animum, offerentis ſocietatem regni; aut de conſenſu teneretur.* SIC fatus amicum Ilionea petit dextrâ.] *Rectè amicum dixit, & hũc cæteris antepoſuit. tunc enim meliùs probantur amicitiæ; ſicut Ilioneus fecit; vt amicus præſens, amici abſentis cauſam ſic tueatur ac ſeruet, ac ſi aſſiſtente eo videatur eſſe completum.* LÆVAQVE Sereſtum.] *Intelligamus, amicos ad ambos pertinere; ſed prælatum, cui dextra porrecta eſt.* OBSTVPVIT primo aſpectu Sidonia Dido, Caſu deinde viri tanto, & ſic ore locuta eſt.] *Primò, inquit, aſpectus Aeneæ ſic Didonis animum commouit: vt obſtupuerit, viſâ eius formâ; caſum eius deniq; miraretur. Redeamus ad ſuperiorem eius deſcriptionem, inueniemus ſtuporis eius cauſas. dixit enim:* Os humeroſq; Deo ſimilis, &c. *Rectè ergo commota Dido obſtupuit.* CASV deinde viri tanto.] *primò, inquit, reginam tanti viri commouit aſpectus: ſecundò caſus, quo liberari potuit, & ad ipſam nullis viſus repentè peruenire. ſic tamen & ipſa reſpondit.* QVIS te, nate deâ, per tanta pericula caſus Inſequitur? quæ vis immanibus applicat oris?] *Dicendo in primâ parte ſermonis ſui,* Nate deâ, *oſtendit, ſe aliquam generis eius habere notitiam. & hoc licèt apud Aeneam poſſit eſſe mirabile: addidit, indignè illum pati, vt ex deâ genitus, delatus ſit per naufragia ad regiones ſæuas.* TVNE ille Æneas, quê Dardanio Anchiſæ Alma Venus Phrygij genuit Simoëntis ad vndam?] *Ecce & locorum tetigit, & Aeneæ ipſius nomen, & perſonam parentum: oſtenditq;, ſe miſeratione cõmoueri, cùm dicit; Per tanta pericula, quis te caſus inſequitur, natum ex deâ? Miratur enim, quæ debuit potentiâ numinis ſui*

Digitized by Google

demonstrari, cui tueri filium contra omnia incommoda, nec tamen fecit. Vt autem Aeneæ admirationi auferret, quâ idem teneri potuit: exponit ipsa, quomodo factum sit, vt & ipsum (quâmuis opinione) & genus eius nosceret: Atq; equidem Teucrum memini Sidona venire, Finib9 expulsum patrijs, noua regna petentem Auxilio Beli. genitor tùm Belus opimam Vastabat Cyprum, & victor ditione tenebat. TEMPORE iam ex illo casus mihi cognitus vrbis Troianæ, nomenq; tuum regesque Pelasgi.] *Quua do, inquit, Teucer, pulsus patrijs regnis, ibat ad nouam sedem colendam, transijt per patriam meam; & susceptus hospitio, retulit & casum Troiæ, & nomen tuum, & Græcorum commemorationem fecit. ex eo noui omnia, & memoriâ tenui. Expositis causis, & narrato ordine fabulæ, offert vltrò hospitium: maiorem humanitatis suæ gratiam sperans, si eiusmodi beneficia non petita conferret.* A

ADR. Bat. IN freta dum fluuij.] *Si cui inuenimus, re pulchrè & insigniter gestâ, immortalitatem comprobatam: hoc licebit versus vsurpare:*

In freta dum fluuij current, dum mõtibus vmbræ
Lustrabunt, conuexa polus dum sidera pascet,
Semper honos, nomenq; tuũ, laudesq; manebũt.

Et huiusmodi quidem figuræ, passim obuiæ apud illustres poëtas, speciem omnes quandam habent prouerbij.

Tempore iam ex illo casus mihi cognitus vrbis
Troianæ, nomenq; tuum, regesq; Pelasgi.
Ipse hostis Teucros insigni laude ferebat;
Seq; ortum antiquâ Teucrorum à stirpe volebat.
Quare agite, ô tectis iuuenes succedite nostris.
Me quoq; per multos similis fortuna labores
Iactatam, hac demum voluit consistere terrâ.
Non ignara mali miseris succurrere disco.
Sic memorat: simul Æneam in regia ducit
Tecta: simul diuûm templis indicit honorem.
Nec minus interea socijs ad littora mittit
Viginti tauros, magnorum horrentia centum
Terga suũ, pingueis centum cum matribus agnos;
Munera lætitiamq; dei.
At domus interior, regali splendida luxu,
Instruitur; medijsq; parant conuiuia tectis,
Arte laboratæ vestes, ostroq; superbo:
Ingens argentum mensis, cælataq; in auro
Fortia facta patrum: series longissima rerum,
Per tot ducta viros antiquæ ab origine gentis.
Æneas (neq; enim patrius consistere mentem
Passus amor) rapidũ ad naueis præmittit Achatẽ:
Ascanio ferat hæc ipsumq; ad mœnia ducat.
Omnis in Ascanio chari stat cura parentis.
Munera præterea Iliacis erepta ruinis
Ferre iubet: pallam signis auroq; rigentem,
Et circumtextum croceo velamen acantho;
Ornatus Argiuæ Helenæ, quos illa Mycenis,
Pergama cùm peteret, inconcessosq; hymenæos,

SER. CASVS.] *Hoc loco, ruinæ; non fortunæ, intelligendus est casus.* PELASGI. *à Pelasgo, Iouis & Larissæ filio.* IPSE hostis Teucros.] *Troianorũ laudis exaggeratio: quòd etiam ab hoste laudantur.* FEREBAT.] *laudabat, praeferebat.* TEVCRORVM à stirpe volebat.] *Propter genus maternum; vt suprà diximus. Et plus est, quòd dixit,* Volebat: *quasi materno gaudens, refutaret genus paternum.* TECTIS succedite nostris.] *Ad conuiuiũ vocat. nam iam suprà dixit,* Vrbe, domo socias. SIMILIS fortuna.] *Scilicet aduersa, errandi & aliena inquirendi.* NON ignara mali miseris succurrere disco.] Quare non disco? *quia non sum ignara. Bis enim intelligimus,* Non; *vt suprà diximus. Sic Sallustius:* Segnior, neque minùs grauis, sed multiplex cura. INDICIT honorem.] *id est, iussit fieri supplicationes. Et benè,* Indicit: *quia Troiani inopinatò venerant. Feriæ, aut legitimæ sunt, aut indictæ. Indici autem dicuntur: quia paupertas maiorum ex collatione sacrificabat; aut certè de bonis damnatorum. vnde & Supplicia dicuntur supplicationes, quæ sunt de bonis supplicia passorum. Sallustius:* In supplicijs deorum magnifici. *Hinc etiam sacrum, & venerabile & exsecrandum intelligimus: quia sacræ res de bonis exsecrandorum fiebant.* TERGA suum.] *Non declinatio hoc loco* u *geminat, sed ratio nominis, in quo est* u. *sicut pater, quod in* rum *mittit genitiuum pluralem, non per declinationem, sed quia est in nomine* r, *vt patrum.* Alituum *verò vbi legimus, ἐπένθεσις est, sicut Mauortis, vel Induperatoris: nam alitum facit, sicut Martis, aut Imperatoris.* MVNERA lætitiamq; dei.] *id est, liberi patris. aut certè, vt multi legunt,* Lætitiamq; die, *id est,* diei, *vt suprà dicta munera sint, multorum dierum vsui sufficientia. Intelligamus autem, missa aliqua etiam ad vsum diei.* SPLENDIDA instruitur.] *id est, instruitur vt splendida sit.* LVXV.] *Modò abundantiâ: alibi, luxuriâ. Et notandum: quia affluentia vbiq; exteris gentibus dat, Romanis frugalitatem: qui & duobus cibis tantùm vtebantur; & in atrijs edebant sedentes. vnde Iuuenalis:*

Quis fercula septem
Secreto cœnauit auus? *& Vergilius:* Perpetuos soliti patres considere mensis. LABORATÆ vestes.] *labore perfectæ: vt,* Laboratasque premunt ad pectora ceras. *Et hîc stragulas, super quas discumbitur, dicit vestes: non quibus induimur. Sic enim dicebant, vestes stragulæ. & est sermo in compendium coactus: sicut,* Rapuitque in fomite flammam, *id est, raptim fecit.* B OSTROQVE superbo.] *claro, precioso. Id est, per se superbo: aut quia superbos faciat.* INGENS argentũ mensis.] *aut subaudi,* Exponunt: *aut mensas argenteas accipe.* CÆLATAQVE in auro.] *insculpta. Et nomen hoc in principali aliam habet naturam: in deriuatione mutat. nam cælum dicitur ferrum ipsum, quo operantur argentarij: quod producitur naturaliter, sed in deriuatione mutatur: diphthongus nanq; est,* Cælataq; in auro. FORTIA facta.] *quæ ibi etiam sculpta erant. Mos enim erat veterum.* SERIES.] *ordo connexus.* C PER tot ducta viros.] *A Belo, primo rege Assyriorum: vt,* Ab antiquo durantia cinnama Belo. *Ab eo, vsq; ad Belum, patrem Didonis, qui & ipse Assyrius fuit. quâmuis alio nomine pater Didonis fuisse dicatur. Sed hic ait* Quam Belus, & omnes à Belo soliti: *cùm inter patrem & filiam medius nullus exsistat. Hæc est generis series: Iupiter, Epaphus, Belus priscus, Agenor, Phœnix, Belus minor (qui & Metres) Dido, & Pygmalion. Et hoc regis nomen ratione non caret: nam omnes in illis partibus Solem colunt, qui ipsorum lingua Hel dicitur. vnde & Helios. Ergo additâ digammos, & in fine facta deriuatio à Sole regi nomen imposuit.* ÆNEAS.] *Sequitur,* Rapidum ad naueis: *cætera per parenthesin dicta sunt.* RAPIDVM ad naueis præmittit Achatem.] *Non præmittit; (nec enim sequitur ipse) sed mittit prærapidum. quod ex affectu patris, id est, eius qui mittit, intelligendum est; non ex Achatis velocitate. Et sic* prærapidum *dixit; quo modo Terentius,* Per pol quàm paucos, *hoc est, per quàm paucos. Pol enim, per se plenum est iurantis aduerbium; cui præpositio separatim nunquam cohæret.* FERAT.] *afferat, nuntiet: vt,* Feret hæc aliquam tibi fama salutem. STAT.] *modò Est: aliàs* Horret: *vt,* Stant lumina flamma: *&* Stabat acuta silex. *Item, plenum est: vt,* Iam puluere cœlum stare vident: *&* Stant & iuniperi, & castaneæ hirsutæ. *Item,* Positum est: *vt,* Stant manibus aræ. *Item,* Placet: *vt,* Stat conferre manum:

&, Stat

Digitized by Google

A &, Stat casus renouare omneis. *pro loco ergo hic intelligendus est sermo.* ILIACIS erepta ruinis.] *Commendat ex loci difficultate: vt,* Nec tutâ mihi valle reperti. *Item ex personâ: vt,* Ornatus Argiuæ Helenæ: &, Ilione quod gesserat olim: &, Hoc Priami gestamen erat. *Quemadmodum plerunque ex interualli longitudine: vt Terentius:* Ex Æthiopiâ estvsque ancilla hæc. EREPTA.] *Laborat hoc sermone probare, ab Aeneâ non esse proditam patriam; si ornatus Helenæ, quam cum Antenore Troiani prodidisse maifestum est, ex incendio bellorum, non pro præmio proditionis, accepit.* SIGNIS, auroque.] *signis aureis: vt* Molemq; & monteis. PALLAM rigentem.] *duram, propter aurum: sicut & nouas vestes videmus. Significat autem tunicæ pallium: quod, secundum Varronem,* Palla *dicta est, ab irrugatione & mobilitate, quæ est circa finem huiusmodi vestium:* ἀπὸ τοῦ πάλλειν. VELAMEN.] *cycladem significat.* ACANTHO.] *genus virgulti flexuosum: quod vulgò* herbacanthum, *id est, flexibile virgultum, dicitur: in cuius imitationem arte vestis ornatur & conficitur. Hinc vestimenta acanthina appellata.* ORNATVS Argiuæ Helenæ.] *A' vicinitate dixit,* Argiuæ: *& paulò post,* Myce-
B nis: *cùm Spartana fuerit, quæ ciuitas est Laconiæ. nam legimus:* Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter? *Et vide iam omen infelicitatis futuræ, cùm Dido adulteræ suscepit munera.* PERGAMA cùm peteret.] *eo tempore, quo à Paride sollicitata est Helena, venere faciente.* INCONCESSOSQVE hymenæos.] *& fato, & legibus. Hymenæus autem, vt alij dicunt, deus est nuptiarum: vt alij, quidam iuuenis fuit, qui die nuptiarum oppressus est ruinâ. vnde expiationis causâ nominatur in nuptijs. Sed falsum est: nam vitari debuit magis nomen extincti. Sed hoc magis veritas habet: Hymenæus quidam apud Athenas, inter bella sæuissima, virgines liberauit: quam ob causam, nubentes eius inuocant numen, quasi liberatoris virginitatis. Hinc etiam apud Romanos Talassio inuocatur. Cùm enim in raptu Sabinarum, plebeius quidam raptam pulcherrimam duceret; ne ei auferretur ab alijs, Talassionis eam, ducis nobilis, esse simulauit: cuius nomine fuit puellæ tuta virginitas. Alio etiam modo: Hymenæus Atheniensis adeò pulcher fuit, vt adolescens puella putaretur. is cùm vnam virginem nobilem, ipse mediocriter ortus, adamâsset, eiusq; nuptias desperaret: quod vnum poterat, sequendo puellam amori satisfaciebat. Sed cùm Athenien-*
C *sium nobilissimæ virgines, Eleusinæ Cereri sacra facerent, subito aduentu piratarum raptæ sunt: inter quas etiam Hymenæus, qui illò amatam sequutus fuerat puellam, tanquam puella, raptus est. Sed cùm piratæ prædam per longinqua maria portassent: in desertam regionem delati, ac fatigati somno, sederunt. Hos cùm Hymenæus vniuersos occidisset: relictis ibi virginibus, Athenas reuersus est; petijtq; à ciuibus, vt, si virgines, quæ raptæ fuerant, reduxisset, dilectæ nuptias impetraret. Quas cùm reduxisset, optatam in matrimonium virginem meruit. quod coniugium quia felix fuerat: placuit Atheniensibus, omnibus nuptijs Hymenæi nomen interesse. Est autem & alia ratio vocabuli: nam Hymen, quædam membrana, quasi virginalis esse dicitur puellæ; quâ ruptâ, Hymenæi nuptiæ dictæ.*

POM. Infe. NON ignara.] *Ac si dicat: Didici in calamitate, quàm pium sit succurrere miseris.* HONOREM.] *iussit vt fierent supplicationes.* TEMPLIS.] *Valerius Flaccus, libro 3.*

Lætosq; rapit, simul hospita pandi
Tecta iubet, templisq; sacros largitur honores.

LÆTITIAMQVE dei.] *Ruffus Apronianus* Die *legit, hac ratione: quòd non tantùm interdiu, sed noctu bibitur. & sic intelligit munera & lætitiam Bacchi. Gellius, in Commentario 2. monet legendū esse* Dij: *vt sit genitiuus casus à* Dies, *secundùm antiquam inclinationem: vt dies, dij; pernicij; fames, famij; progenies progenij. M. Cato ait:* Pueri atq; mulieres extrà dabantur famij causâ. *Lucilius in 13.* Rugosum atq; famij plenum. *Sisenna lib. 12.* Romanos inferendæ pernicij causâ venisse. *Cn. Magius in Iliade:* Altera pars acij vitasset fluminis vndas. *Idem lib. 13.* An maneat specij simulacrum in morte silentum. *Tullius pro Roscio:* Pernicij scriptum reliquit. *In casu dandi dicimus, huic die, huic facie, huic pernicie. Dixêre & aliqui, hic dies, huius dies, huic die. vt Vergilius in Georgicis:* Libra dies somnique pares. *Postea mutata est consuetudo; & dicimus, Hic dies, huius diei, huic diei. Item dixêre, vt etiam Cæsar monet, huius die, huius acie: vt in Iugurthâ Sallustij.* VESTES.] *aulæa dicit mirâ arte laborata, & serico intexta & auro.* INGENS.] *multum argenti.* CÆLATA.] *Apud antiquos vasa sculpta erant per imagines: & sculpebant, quæ in vnâquaq; familiâ erant.* AVRO.] *& ad vestes, & ad cælaturam.* PER tot ducta viros.] *Iupiter Epaphum, Epaphus Belum, Belus Abantem, Abas Agenorem, Agenor Phœnicem: è Phœnice, post 4. ætates, Belus secundus, cognomento Metres, pater Didûs & Pygmalionis.* PRÆMITTIT.] *statim mittit.* Præ *auget: vel quia pòst fortè alios missurus erat.* PALLAM.] *Pallam, inquit Varro, dictam à motu, & rugatione. ab eâ pallium, & Palliolum. & est Græca vestis.* RIGENTEM.] *propter intextum aurum.* CROCEO acantho.] *Plinius libro 22.* Acanthos est topiaria & vrbana herba, elato longoque folio; crepidines marginum, adsurgentiumque puluinorum toros vestiens. Duo eius genera: crispum & aculeatum, quod breue: & alterum læue, quod pęderota vocāt, & melamphyllon. *Item lib. 24.* Spinæ albæ similis est, quam Græci vocant acanthon, minoribus multò folijs, & aculeatis, tenuissimâ lanugine obductis: quâ collectâ, etiam vestes quædam bombycinis similes fiunt in Orient. MYCÆNIS.] *quia rapta fuit à Paride, abutitur: & ponit Argiuos, pro Laconijs.* HYMENÆOS.] *Hymenæus, deus nuptiarum.* INCONCESSOS.] *quia nupta Menelao, fugiebat cum Paride.*

MVNERA lætitiamq; dei.] *Veteres lib. diuersissimi reperiuntur: quorum quippe alij* Die, *alij* Dei, *alij* Dij, *legunt.* ANTIQVÆ ab origine gentis. *In Longobardico exemplari, & in Mediceo,* Antiquâ *legitur: quod & alijs aliquot animaduerti.* VAR. Lect.

QVARE agite, ô tectis iuuenes succedite nostris.] *cùm dicit,* Quare agite: *hoc debet intelligi: Cùm videatis, vos non esse incognitos; nota autem esse mala vestra; & morem esse familiæ meæ, vt venientes excipiat, sicut Teucer à patre meo susceptus est: ipsa quoq; vos tectis meis excipiam.* ME quoq; per multos similis fortuna labores Iactatam hac demum voluit consistere terrâ.] *Nec pudeat, inquit, quòd tantùm vos atriuerit aduersa fortuna. cùm enim interuenit maior vis, æquo animo sustinenda est. Atq; vt hoc persuaderet, proponit exemplum suum; & dicit causas miserationis suæ. ait enim: Et me, quam videtis velut felicem, aliquando infelicitas pressit; quâ factum est, vt, iactata per infinita incommoda, ad hæc loca, fortuna cogente, perducta sim. vt ostenderet, etiam se inuitam in istis regionibus sedem collocasse.* DON. NON ignara mali miseris succurrere disco.] *Nō disco, inquit, quantum laborem sustineant, quos aduersa fortuna persequitur: didici enim malis meis, quemadmodum succurrere miseris debeam.* SIC memorat: simul Æneam in regia ducit Tecta; simul diuûm templis indicit honorem.] *Vt ostenderet plenam benignitatem animi: Aeneam duxit ad domum; & ob eius aduentum, honorem templis indixit, vt esset publica gratulatio, & ad societatem fœderis illius etiam deorum fauor accederet. Dehinc hospitalitas sequitur, quâ ostendatur humanitas plena. Non enim omnes aderant, aut vniuersi poterant Didonis interesse conuiuio. Præsentes igitur detenti sunt, qui epulas sumerent cum reginâ: absentibus & in littore constitutis misit necessaria victui, quæ abundè superessent. Et quia munera cum ornatu suo Vergilius tangit, idcircò posuit:* NEC minùs interea socijs ad littora mittit Vi-

Digitized by Google

ginti tauros, magnorum horrentia centum Terga ſuű, centű pingueis cum matrib⁹ agnos, Munera lætitiamq́; dei.] Viginti, inquit, tauros: vt numero & genere animaliű ornaret, quod laudare diſpoſuerat. Si enim taceret de tauris; taceret & eorű meritű, qui hos fuerant percepturi. plerunq; enim, pro accepturi perſonâ, aut maioris meriti munera, aut minoris, mittuntur. Magnorű horrentia centű terga ſuű. Ecce & hic à numero auxit beneuolentiã dantis: & magnitudine laterű horrẽtia, pro admirãdis poſuit. PINGVEIS centű cum matribus agnos. Non receſsit à numeris, nec ab ipsâ qualitate. Pingueis agnos dixit: qui pingues non eſſent, niſi & eorű matres tales fuiſſent. Citò aűt, per centenariű numerű, ducenta fuiſſe capita demonſtrauit. MVNERA lætitiamq́; dei.] In vno tantùm eſſe miſſum debemus intelligere, quantű congruet cæteris, quæ ſpeciatim munera ſunt. Ordinatio ſenſus meliùs intellectű patefaciet, quæ eſt talis: Nec minus interea ſocijs ad littora mittit. & dicit, quæ ſunt ipſa munera: Viginti, inquit, tauros magnorű horrentia centű Terga ſuű, & centű pingueis cum matrib⁹ agnos, Munera lætitiamq́; dei. Littorű fecit mentionem: intelligamus, alios fuiſſe in ſeceſſu lõgo, alios in altero littore, qui cum Ilione fuerant liberati. ac per hoc omnibus intelligitur miſiſſe, cùm dicit, ad littora. AT domus interior, regali ſplendida luxu Inſtruitur.] Alia molitur in deſcriptione regiæ domus. Nam cùm hoſpites in conuiuium vocamus, pro eorum meritis domum componimus. Si mediocres perſonæ ſunt: cum quotidiano ornatu inſtructio ſolita remanet. ſin verò magnificæ: addimus multa repentina ſolitis, vt placeamus his, quos officio volumus promereri. Aeneas cum ingenti tamen famâ nominis ſui veniebat. Domus, inquit, Didonis continuo vſu iam ſplẽdida, inſtruebatur in meliorẽ faciem, ne diſpliceret Aeneæ. Idcirco non pronuntiandum eſt, vt ſimul vniuerſa iungantur; ſed ſeparentur hoc modo: At domus interior regali ſplendida luxu. & interiectâ morâ dicamus, Inſtruitur: vt iam ſplendida, ex vulgi conſuetudine, meliùs ornaretur, propter Aeneam. Didonis enim ſplendori aſsignari voluit, vel debuit hic ornatus; & Aeneæ cõtemplatione conſiderari: ne, ſi regina, ante aduentű Aeneæ, nullű regiæ ambitionis cultű videatur habuiſſe, Aeneas humilis redderetur; ſi nihil, propter ipſum, præter conſuetudinem iungeretur ornatui. Domus ergo interior excolebatur ſolito meliùs. Idcirco dixit, Interior: quia in exteriori partem domus interim Troianos induxerat regina, donec neceſſaria victui pararẽtur. MEDIISQ́VE parant conuiuia tectis.] quoniã futurű fuit plurimorű conuiuiű: vt fieri ſolet, vbi omnes conuiuas non potuerint capere; quæcunq; membra vel tranſitus fuerant, ſtratis plurimis occupantur: hoc eſt, quod dixit: Medijs tectis parant cõuiuia. Videamus iam accumbentiű ipſorű rationem. hic enim virtus facultatű, & diuitiarű reginæ, conſideratur; & meritű ſingulorű, qui cõmunicaturi conuiuijs fuerant. Omnia, inquit, conuiuia miro ſplendore parabãtur: ſed fuit in ipſo apparatu diuerſitas, propter diſtantiã perſonarű. Parabant igitur conuiuia. ARTE laboratæ veſtes, oſtroque ſuperbo.] Hunc locű ex ſubiectis exponemus; vt appareat, cur oſtro ſuperbo alia parata ſint: alia verò Arte laboratæ veſtes. Cùm enim accumbentes deſcriberet, ait: CVM venit aulæis iam ſe regina ſuperbis Aurea compoſuit ſpõdâ, mediamq́; locauit. Iam pater Æneas, & iam Troiana iuuentus Conueniunt, ſtratoq́; ſuper diſcumbitur oſtro.] Ecce oſtendit, quod dixit, auroq; ſuperbo. Item dixit: Nec nõ & Tyrij per limina læta frequẽtes Conuenêre, toris iuſſi diſcumbere pictis: vt reſponderet illi parti, quã poſuit, Arte laboratæ veſtes. Honeſtiùs (vt fit) habendi ſunt hoſpites: vt ijſdem ſtratis, quibus & regina vterentur: alij verò toris pictis, hoc eſt, Tyrij. INGENS argentum menſis.] idcirco adiecit menſis, vt oſtenderet eſcariű argentum: ne putaretur in ijs ſpeciebus eſſe, quæ longè eſſent ab vſu menſarű. COLLECTAQ́VE in auro Fortia facta patrű, ſeries longiſſima rerű, Per tot ducta viros, Antiquæ ab origine gentis.] Hic multiplex argenti laudatio. nam fuit ingentis formæ, perindeq; magni ponderis, inſignitű auro & decore mirabili: manus verò artificis ornatű, vt ars cùm ſpeciei precio certare videretur. Pictura aűt ſpeciebus ipſis adiecta, maiorű geſta Didonis, & originẽ cõtinebat: quorű cõtemplatione meruit longiſsimo tempore reſeruari ſupplementű laudis, & ſpecierű, & ipſis dominæ. Per tot ducta viros antiquæ ab origine gentis. Digne ſpecies, quæ antiquitatẽ, ac felicitatem maiorű Didonis, picturis euidentiſsimis teſtarẽtur. Interea, cùm videret Aeneas parari conuiuiű, ſe intra tecta vocatű eſſe cű ſuis, tantâ varietate munerű ſocijs miſſa, atq; in tuto: Rapidum, inquit, ad naues præmitt Achatẽ, Aſcanio ferat hæc, ipſumq́; ad mœnia ducat.] Hic ab his, qui verű intellectű non aduertunt, exoritur quæſtio quia dicit, Præmittit Achatẽ, cùm ipſe ſecuturus non eſſet. Rapidum, pro valde rapidű, intelligendű: hoc eſt ſatis velocem mittit, propriè & neceſſariè poſitum eſt. Vrgebatur enim Aeneas pietatis ratione, vt videret maturius filium, rebus ſcilicet in tuto collocatis. Vrgebatur aliâ quoq; cauſâ. nam cùm vellet aliqua munera Didoni offerre: opportunű tempus, quod tradendis muneribus ante horã conuiuij eſſe debuit, nolebat amittere. Rapidű ergo Achatem præmiſit, hoc eſt, mandatis inſtructum, vt, antequã prãderetur, veniret; & celeritate reditus, prandio non veniente, munera opportunè præferret. Aſcanio ferat hæc ipſumq́; ad mœnia ducat. OMNIS in Aſcanio chari ſtat cura parentis.] Securus de omnibus effectus Aeneas, de ſolo iam videndo filio cogitabat. Deniq; miſit, qui ei nunciãret, quæ gererentur: & miſit eum, de cuius relatione non dubitaret Aſcanius. Probamenta aűt tutæ ſecuritatis his indicijs fuerunt, quòd eű pater ad ſe venire præcepit: eius enim ſolius remanſerat cura, qui prudentiã patris fuerat reparaturus. MVNERA præterea Iliacis erepta ruinis Ferre iubet.] Multiplex laudatio munerum, quæ properabat Aeneas ante initű conuiuiű dare. nam, vt dictum eſt, ob hanc cauſam præmiſerat, vt horã prandij præueniret. Gratior enim pranſurus accumberet, oblatis traditisq; muneribus tantis ac talibus. Munerű ergo ipſorű laus inducitur, per quæ oſtentatio poſſet exſiſtere: vt, quæ fortuna & felicitas Troianorű fuiſſet, poſſet oſtendi; & probaretur animus largitionis, quia talia habere vel donare potuiſſet. Prima ergo ipſorű laus eſt, quòd eſſent erepta de ruinis patriæ; cùm incendio ſuperata cõciderent. quæ ipſa duplici ratione intelliguntur: de magnis erepta, & plurimis. Si enim caſu, quod potuit, rapuit: intelligitur habuiſſe meliora illis, quæ incendia conſumpſerant, aut ruina oppreſſerat. aut, ſi habuit eligendi copiam, vt, quod vellet, eriperet: non abſtuliſſet, niſi quod eſſet meriti potioris. PALLAM, inquit, ſignis auroq́; rigẽtem, Et circumtextű croceo velamen acantho. Ornatus Argiuæ Helenæ.] Helenam ferunt Argiuam veterű fabulæ, & omnium conſenſus authorum fuiſſe pulcherrimam: in tantű, vt eius forma, infinitarum pictorum & peritiſsimorum redacta in vnum maximo numero, fœminarum quoq; propoſitis corporibus nudis, pingi nequiuerit. Itaq;, quæcunq; fœmina formoſa fuerat, Helenæ nũcupabatur nomine: etiãſi pulchritudinis ratione Argiuæ Helenæ æquari non poterat: vt vel nominis ſimilitudine imitaretur, & diceretur eſſe, quod nõ erat. Idcirco Vergilius ait, Ornatus Argiuæ Helenæ: vt regionis ſigno monſtraret, de eâ loqui Helenâ, quæ pingi non potuit. addens alia, vt lectores redderet certiores: QVOS illa Mycenis, Pergama cùm peteret, inconceſſosq́; Hymenæos, Extulerat, matris Ledæ mirabile donum.] Diximus ergo, primum meritum iſtarum ſpecierum eſſe, quòd ſint ereptæ de ruinis & caſibus patriæ. Accedit aliud: ipſa enim Helena, cùm eſſet regis vxor, perindeq; locupletiſsima, cùm iret ad Troianos, [illegible] præcipuas, ſecum ſuſtulit, non rediturã ſe ſperans, propter admiſſum adulterium. nam idcirco poſitű eſt: Quos illa Mycenis, Pergama cùm peteret, inconceſſosq́; Hymenæos,

næos,

A naeos, Extulerat. *Addit etiam,* Matris Ledæ mirabile donum: *vt tantæ pulchritudinis, & tanti meriti ſpecies, niſi à matre, donari non potuerint: & cùm donarentur, miratos eſſe qui vidiſſent; cùm laudare illas potuiſſet. Has ergo idcirco ſecum dixit auexiſſe, quòd ipſis vteretur, quoties volebat eſſe formoſior ipſis: etiam ſinè dubio adultero ſuo meliùs placitura. Ecce meritum munerum quot generibus vel modis expreſſit: quæ ſuperabant formam, quæ pingui non potuit; pulchrioremq́; reddebant. Dicendo ergo,* ornatus Argiuæ Helenæ, *hoc intelligi Vergilius voluit: ſpeciebus ipſis ſuperatam illius mulieris formam, redditamq́; pulchriorem.* PRÆTEREA ſceptrum.] *Huic quoque additur meritum, ſic:* ILIONE quod geſſerat olim, Maxima natarum Priami.] *Quod habuit, inquit, præcipui & nobilis regis filia, & natu maxima. ſolent enim religioſi parentes, quæ habent optima, filijs deferre maioribus.* COLLOQ'VE monile Bacchatum, & duplicem gemmis auroq́; coronam.] *Hæc quoq; admiranda debent intelligi. Non enim diſſimilia eſſe poſſent, quæ tantus tamq́; opulentus rex & beneuolus pater, filiæ natu maximæ contuliſſe dicebatur.*

Extulerat, matris Ledæ mirabile donum.
Præterea ſceptrum, Ilione quod geſſerat olim,
Maxima natarum Priami; colloq́; monile
Baccatum; & duplicem gemmis auroq́; coronam.
Hæc celerans, iter ad naueis tendebat Achates.
At Cytherea nouas artes, noua pectore verſat
Conſilia: vt, faciem mutatus & ora Cupido,
Pro dulci Aſcanio veniat; donisq́; furentem
Incendat reginam; atq; oſſibus implicet ignem.
Quippe domũ timet ambiguã, Tyriosq́; bilingueis.
Vrit atrox Iuno, & ſub noctem cura recurſat.
Ergo his aligerum dictis affatur Amorem:

SER. MARTIS Lædæ mirabile donũ.] *Vel quod ipſa filiæ: vel quòd ei Iupiter dederit.* PRÆTEREA ſceptrum, Ilione.] *Bene offert munera apta perſonis; ſicut etiã Latino, in ſeptimo.* GESSERAT.] *pro, geſtauerat.* MAXIMA natarũ Priami.] *Quia antiquitus etiam* B *fœminæ regnabant; præſertim primogenitæ. vnde ait, maxima. Hæc autem vxor Polymneſtoris fuit: poſtq́; captum Ilium, eiecta à viro, manu ſuâ interijt.* COLLOQ'VE monile.] *ornamentum gutturis, quod & ſegmentum dicunt. vt Iuuenalis:* Segmenta & longos habitus. *licèt Segmentatas veſtes dicamus: vt ipſe,* Et ſegmentatis dormiſſet paruula cunis. BACCATVM.] *ornatum margaritis. Dicimus autem, & hæc margarita, & hoc margaritum, & hæc margaris: quod Græcum eſt; quomodo Nais. Sanè multi ſeparant gemmam à margaritâ: vt Cicero:* Nullam gemmam aut margaritam. *& gemmas volunt dici diuerſi coloris; margaritas verò albas: vel, gemmas integras; margaritas pertuſas.* DVPLICEM gemmis auroq; coronam.] Duplicem, *aut latam, vt,* Duplici aptãtur dentalia dorſo. *Item,* Aut duplex agitur per lumbos ſpina. *Aut reuerà duplicem, gemmis & auro.* HÆC celerans.] *celeriter facere cupiens.* At Cytherea.] *Ab inſulâ, quæ numero tantùm plurali dicitur: vt,* Sunt alta Cythera. NOVAS artes.] *[illegible] eſt: vnde ſinè epitheto malè ponitur. vt bonas arteis, malasq́; arteis dicamus.* FACIEM C mutatus.] *Nota figura eſt, quod autem addit, &* Ora, *[illegible] eſt.* DONISQ'VE furentem Incendat reginam.] *incendat & furere faciat: vt,* Animumq́; labantem Impulit. QVIPPE domum timet ambiguam.] *modò incertam: in quâ habitat mutabilis fœmina. vt,* Varium & mutabile ſemper, Fœmina. *Item Iuno in 4.* Suſpectas habuiſſe domos Carthaginis altæ. *Alias ambigua pro geminâ duplicìq; accipitur: vt,* Agnouit prolem ambiguam. TYRIOSQ'VE bilingueis.] *id eſt, fallaces. nec enim ad linguam retulit; ſed ad mentem. Item apud Liuiũ de Hannibale:* Inhumana crudelitas, perfidia pluſquàm Punica, veri nihil, nihil ſancti, nullius dei metus, nullum iuſiurandum, nulla religio. ATROX.] *primò quantum ad Venerem pertinet, ſæua: non quia ita de eâ poëta iudicet.* SVB noctem cura recurſat.] *circa noctem. Eſt enim ſciendum, quòd cùm tempus ſignificatur,* Sub *præpoſitio accuſatiuo cohæret: vt,* Aut vbi ſub lucem denſa inter nubila ſeſe Diuerſi rumpunt radij. RECVRSAT.] *recurrit & reuertitur quaſi, ſemper in mentẽ venit.* ERGO his aligerũ dictis affatur Amorem.] *Latini deum ipſum Cupidinem vocant, eò quòd facit amorem. ſed hic imitatus eſt Græcos, qui vno nomine ἔρωτα vtrumque ſignificant. nam Amorem dixit deum: ſed diſcreuit epitheto. Sanè nomen hoc, diſcretione non caret. nam quia turpitudinis eſt ſtulta cupiditas, puer pingitur: vt,* Inter quas curã Clymene narrabat inanem, *id eſt, amorem. Item, quia imperfectus eſt in amantibus ſermo, ſicut in puero: vt,* Incipit effari, mediaq́; in voce reſiſtit. *Alatus autem ideò: quia nil amantibus leuius, nil mutabilius inuenitur: vt in ipsâ probatur Didone. nam de eius interitu cogitat, cuius paulò antè amore deperibat: vt,* Non potui arreptum diuellere corpus. *Id ex Terentio patet:* In amore hæc ſunt vitia, iniuriæ, ſuſpiciones, inimicitiæ, induciæ, bellum, pax rurſum. *Sagittas verò idcirco geſtare dicitur: vel quia amorem & libidinem ſequitur punctura pœnitentiæ & dolor: vel quia & ipſæ incertæ velocesq́; ſunt. & hæc ratio penè in omnibus alijs numinibus, pro poteſtatum qualitate, formatur.*

POM. Sabi. ILIONE.] *primogenita ex Priamo, vxor Polymneſtoris.* BACCATVM.] *Baccas, appellant margaritas.* DVPLICEM.] *craſſam: quia ſupra aurũ gemmæ.* CYTHEREA.] *Venus.* AMBIGVAM.] *ſuſpectam.* BILINGVES.] *fallaces & perfidos. epitheta Pœnorũ: aſtuti enim ſunt, & perfidi.* VRIT.] *ſi Venerem, vexat.* SVB noctem.] *id eſt, nocturno tempore: quia tunc nox erat.* ALIGERVM. *Quare ſit alatus Cupido, lege Propertium. Cupido, ex chao & primâ de Naturâ rerum natus eſt. Simonides ait:* Venerem ſuſcepiſſe vnicum filium Cupidinem.

DON. HÆC celerans, iter ad naueis tendebat Achates.] *Celerans, inquit, laudat hominis diligentiã, qui mandata cum celeritate cõplebat: quorũ effectus, cùm prædictis cauſis, ex ratione tẽporis, vrgeretur, maturitatẽ pleniſſimã requirebat.* At cytherea (*hoc eſt, cùm hæc gererẽtur,*) nouas artes, noua pectore verſat Cõſilia, vt faciẽ mutatus & ora Cupido Pro dulci Aſcanio veniat, donisq́; furentẽ Incẽdat reginã, atq; oſſibus implicet ignem. QVIPPE domũ timet ambiguam, Tyriosq́; bilingues, Vrit atrox Iuno, & ſub noctẽ cura recurſat.] *Magna & neceſſaria metuentis Veneris deliberatio, cuius æſtus augebat conſideratio loci, temporis, atq; perſonæ. Aeneas quippe Achatẽ miſerat, qui mandata eius debuit implere. Sollicitabatur Venus, quòd iam tenetur Aeneas. Quãuis enim fuiſſent Troës libenter & totâ humanitate ſuſcepti: metuebatur tamen hominum natura infidelis & fallax. ſtimulabat Iunonis peſſimũ ſtudiumne, temporis opportunitate captatâ, occaſione quoq; loci ſuadente, qui Troianos in vnũ congeſſerat, quos naufragiũ extinguere non potuit, faceret in terris Carthaginis interire. Exquiruntur igitur artes nouæ, & conſilia elaborata capiuntur, vt Aſcanius non pergeret; & Achates tamen iuſſa compleret. Quantâ ſubtilitate vſa eſt Venus, vt deductiorem ipſum primitus falleret: dehinc cæteros, ad quos fuerat Cupido venturus, ſequenter etiam patrem. Hoc commentum proficiebat illi parti; quòd ſollicitabant Venerem, temporis ratio, & exigua ſubſtantia. quia nec reſiſtendi copia fuit per paucos: nec fugiendi: quòd hyemis causâ & nauium vitijs impediebantur, quas conſtabat eſſe conuulſas. His itaque cùm meritò angeretur: prouidendum fuit, ne, vbi filius eius cum periculo &*

Digitized by Google

leui amicitiâ tenebatur, mitteretur & nepos: ne, si fortè aliquid aduersi exsisteret, omnis progenies interiret. Magnû itaq; exigebat sollicitudo ista tractatum; vt neq; Ascanius pergeret, neq; Aeneæ præceptis negaretur effectus: nihilominus etiam ipsius Aeneæ salus, vno eodemq; consilio, collocaretur in tuto. Statuit ergo, secundùm definitionem tractatus sui, Cupidinem in Ascanij figuram commutandum, atq; mittendum: vt hoc genere Ascanium subtraheret, amaret Aeneam Dido, Aeneas ipse tutior redderetur, vinceretur perinde inimicæ factio: vt, etiamsi aliquid aduersi niteretur, implere non posset; cessantibus vniuersis, per quos nocere posset. ERGO his aligerum dictis affatur amorem.] *Cùm inducitur allocutio Veneris ad Cupidinem, ibi consilia omnia nouè inuenta panduntur. Et quia exigebat ratio temporis breuitatem; paucis vsa est, sed multa complexa: seruatâ illâ parte rhetoricæ disciplinæ, sinè qua orator nihil est. nam & personarum, & loci, & temporis rationê tenuit: &, quid vellet, exposuit; & quomodo fieri posset, ostendit. honestum quoq; facile, & necessarium demõstrauit: quæstionibus, quæ impedimento esse negotio possent, quasi obiectis, respondit. Duxit ergo à nomine naturali principium, dicendo:* NATE.] *Et mirâ arte hoc primum posuit. Officia enim sanguinis, filij parentibus, in quibuscunq; causis negare non debent: & tunc magis coguntur ad implendum, quod parentes voluerint; si blandimentis potiùs, quàm iubendi authoritate, prouocentur. Sequitur:* MEÆ vires, mea magna potentia.] *Vendicat sibi, inquit, necessitudo parentum, quicquid liberi possunt. Hoc loco Vergilius docet, inter filios & parentes tale debere esse volendi ac nolendi studiû: vt, in multis licèt corporibus, voluntas vna, & necessitudinis vinculum indistinctum integrumq; perduret.* SOLVS, Nate, patris summi qui tela Typhoëa temnis; Ad te confugio, & supplex tua numina posco.] *Sunt qui ita distinguunt* Mea magna potentia solus: *sed tunc posset, cùm melior ratio non occurreret. Ideirco enim positum est;* Solus, nate, patris summi qui tela Typhoëa temnis: *vt ostenderetur facile esse, quod Venus effici cupiebiebat. Qui enim potuit fulmen Iouis contemnere, & quibus Typhoëus exarsit: faciliùs poterit mentem fœminæ possidere. Et illud intelligi potest; idcircò Iouis contempti factã esse commemorationem; ne ille se excusaret propter Iunonem. Si enim contemptus est aliquando Iupiter, & amori subiugatus: Imo proculdubio contemni debuit, quam inferiorem esse constabat. Fecit ergo beneuolû, dicendo filium: fecit beneuolum, dicendo, quòd potior esset ipso Ioue, diuersis eum amoribus exagitando: fecit beneuolum, dicendo, potentia mea; &, quicquid virium habere me puto, per te habeo.* A *Ad te, inquit, confugio. Si esset alter, qui tantum mihi deberet, aut tantum posset, quantum tu potes; ipsum quærerem. Nunc, quia solus es, qui debeas velle, & possis implere, quod volo: non tantùm confugio ad te; verùm etiam supplex tua numina posco. Ecce omnes partes exsecuta est. quippe & admonuit pietatis, vt filium; & rogauit, vt deum: vt, omni ex parte coarctatus, non deesset obsequijs matris. Peractâ principiorum parte, quâ fecit beneuolum; consequenter facit attentum, quâ occasione ostẽdit consilij sui causas, dicens:* FRATER vt Æneas pelago tuus, omnia circùm Littora iactetur, odijs Iunonis iniquæ, Nota tibi.] *Posteaquam beneuolum fecit & attentum; incipit docilem facere, subiũctâ continuè narratione totius negotij. sed præmittit necessaria, quibus animus adituri non immeritò mouetur: non recedens à personarum ratione. nam in principijs se appellauit matrem, & Cupidinem filium. Hîc Aeneam noluit filium dicere; sed, quod faciebat ad causam,* Frater, *inquit,* tuus: *ostendens, operam eius, non in extranei alicuius negotio; sed in fratris, esse necessariam. quod fuit sinè dubio honestum & pium; vt frater pro fratre laboraret, vel maximè in salutis causâ. Dictâ Aeneæ personâ, dicit labores eius cum miseratione: infortunia quoq; infanda commemorans.* B *Et vt magis auxiliandi prouocaret affectum, dicit eum omnia immeritũ pati: & deformat inimicæ personam, quæ persequeretur innoxium. Cùm enim dicit:* Frater vt Æneas pelago tuus omnia circùm Littora iactetur odijs Iunonis iniquæ: *iniquam dicendo, ostendit, Aeneæ nullam culpam exstare. Iniquus est enim, quisquis non præcedente peccato persequitur quenquam, & perniciosè persequitur. Atque, vt verè iniquam probaret, & maiore oneraret inuidiâ: Persequitur, inquit, eum omnia circùm littora; vt nullo loco nocendi occasionem prætermiserit; ac per hoc, nec in præsenti omissuram intentionem odij sui. His addidit,* Nota tibi. *& hoc ad laudê Cupidinis pertinebat. Maximum enim crimen eius esset, si fratris aduersa nesciret. Vnde autem Venus nota esse fratri fratris incommoda diceret, ipsa euidenter affirmat, dicendo:* Et nostro doluisti sæpè dolore.] *Hoc genere compellit eum ad ea complenda, quæ fratri essent profutura. si enim præteritis frequenter doluit, debet etiam nunc cauere, ne iterum dolenda succedant.*

NOVAS artes, noua pectore versat Consilia.] *In hominem, qui totus struendis insidijs intentus est. Qualis fuit Carhaginensis Hannibal; à quo toties insidijs petiti sunt Romani.* ADR. Bar. C

Nate, meæ vires, mea magna potentia solus,
Nate, patris summi, qui tela Typhoëa temnis:
Ad te confugio, & supplex tua numina posco.
Frater vt Æneas pelago tuus omnia circùm
Littora iactéturq; odijs Iunonis iniquæ,
Nota tibi: & nostro doluisti sæpè dolore.
Hunc Phœnissa tenet Dido, blandisq; moratur
Vocibus: & vereor, quò se Iunonia vertant
Hospitia: haud tanto cessabit cardine rerum.
Quocirca capere antè dolis, & cingere flammâ
Reginam meditor: ne quo se numine mutet;
Sed magno Æneæ mecum teneatur amore.
Quò facere id possis; nostram nunc accipe mẽtem.
Regius accitu chari genitoris ad vrbem
Sidoniam puer ire parat, mea maxima cura,
Dona ferens pelago & flammis restantia Troiæ.
Hunc ego sopitum somno super alta Cythera,
Aut super Idalium sacratâ sede recondam:
Ne quà scire dolos, mediúsue occurrere possit.
Tu faciem illius noctem non ampliùs vnam

SER. NATE, meę vires. *Aut*] *quia Venerea voluptas exerceri sinè amore non potestrant, secundùm Simonidê, qui dicit Cupidinem ex Venere tantùm esse progenitũ. quanquam alij dicant, ex ipsâ & Marte. alij, ex ipsâ & Vulcano: alij verò, Chai, & primæ rerum naturæ, eum filium velint.* SOLVS nate.] *qui solus contemnis Iouis fulmina, quæ dijs cæteris solent esse terrori.* PATRIS summi.] *Nunc quidem propriè de Ioue dixit. sciendum tamen, pro qualitate rerum vel personarum summum deum dici; vel patrem. nam vnusquisque putat eum esse summum deum, quem colit: vt,* Summe deûm, sancti custos Soractis Apollo. TYPHOEA.] *Multi* Typhoia *legunt: vt cerealea & cerealia.*

Typhoëa *autem dixit, non quibus Typhoëus vsus est; sed quibus Iupiter in Typhoëum. à spolijs, id est, virtute & victoriâ, epitheton posuit: vt Scipio Africanus, Metellus Creticus.* TEMNIS.] *âpad.* *prote est, pro, contemnis. Hac nati laude hoc agit: facilè eũ posse contemnere Iunonem, qui contemnit & Iouem.* AT te confugio.] *Personarum ratio facit laudis augmẽtum.* TVA numina.] *possibilitatem. Et notandum, vnum deum plura habere numina, vt suprà diximus.* FRATER vt Æneas.] *Conciliatio à qualitate personæ. Vt autem, est quemadmodum: quod in pronunciatione extenditur, quando temporis non est* IACTETVRQVE.] *vacat* Que. ODIIS.] *Iusta causa petitionis ostenditur.*

Odium

A Odium autem, o in nomine breuis est; in verbo longum, vt Odi: quemadmodum in Liquor, li, breuis est; in Liquitur, longa. NOTA tibi.] Græca figura est: quia plurale à singulari regitur. vt Terent. Mira verò militi quæ placeant? ET nostro doluisti sæpè dolore.] Aut eo, quo & ego. aut doluisti ideò, quia me dolentem vidisti: vt, doleo illâ re. PHOENISSA.] de Phœnice. TENET.] moratur. QVÒ se Iunonia vertant Hospitia.] Quò, id est, in quam partem. Iunonia autem hospitia, Carthaginem dicit, vbi habitabat Iuno: vt, Hîc illius arma. Aut certè hoc ipsum vereor, quòd Aeneæ Carthago in hospitium patuit: vt est, Timeo Danaos & dona ferentes. HAVD tanto cessabit cardine rerum.] Aut Ἀναλικῶς, ne in tantum quidem; hoc est, breui occasione cessabit: aut simpliciter intelligendum est; Nō poterit in tantâ rerum opportunitate cessare. vt sit de prouerbio tractum, quo dicitur; Res in cardine est, hoc est, in articulo. QVOCIRCA.] quapropter. MEDITOR.] mente pertracto. NE quo se numine mutet.] Quo vel vacat; vel pronomen est. Et bene supprimitur nomen Iunonis: nec eius frequenti commemoratione Cupidinem terreat. magis enim vult eum intelligere, quàm audire Iunonem. At certè B aduerbium est: vt sit, Timeo, ne se numine Dido aliquam commutet in partem. MECVM.] id est, cum officio Venereo: vel Mecum, per meos amores me adnitente. nec potest intelligi, quemadmodum ego. Aliter enim à matre, aliter à Didone amatur Aeneas. QVÒ.] id est, quomodo. ACCIPE.] Audi: vt, Accipe nunc Danaûm. vt contrà, Da, id est, dic: vt, Da Tityre nobis. &, Da, non indebita posco. MENTEM.] dispositionem, consilium. ACCITV.] euocatione. & est quartæ declinationis. VRBEM Sidoniam.] quam tenent Sidonij. MEA maxima cura.] Et Aeneas cura est: sed Ascanius maxima, Cui regnum Italiæ Romanaq; tellus debentur. & vbiq; Ascanius, maxima cura Veneris introducitur: vt, Veneris iustissima cura. Item: Hunc tegere, & diræ valeam subducere pugnæ. DONA restantia.] qui restiterūt, superfueruntq;. SOPITVM somno.] Vnum quidem est, sopor, & somnus: sed modò sopitum, irrigatum intelligimus. CYTHERA.] sicut dictum est, genere neutro pluraliter. IDALIVM.] Cypri nemus est, in quo oppidum breue: vt paulò post, Idaliæ lucos. Item: Idaliumq; nemus. SACRATA sede.] vel templi, vel oppidi. NE quà.] Quà vacat, vt frequenter diximus. MEDIVS.] importunus, in- C congruus. TV faciem illius.] Faciem pro vultu posuit. nullus enim potest accipere faciem alterius; sed vultum, qui pro mentis qualitate formatur. vnde infrà: Et notos pueri puer inde vultus. Aut certè, qui difficile numini non est, vt in faciem mutetur alterius. NOCTEM non ampliùs vnam.] vt suprà diximus, artis poeticæ est, non omnia dicere. Vnde nūc præmisit, noctem vnam. nec enim dicturus est, aut abscessum Cupidinis, aut aduentum Ascanij.

POM. Sabin. MEÆ vires.] Venus sinè amore non fit. adde, quòd filij appellantur vires patris. TELA Typhoea.] dicit fulmina. nam solus Cupido non timet iram Iouis: pro arbitrio deos omnes in varias formas demutauit. Tela Typhoea, id est, Aetnæa, superimposita pectori Typhoei. In cauernis Aetnæ Vulcanus cum Cyclopibus tela Ioui fabricatur: vt est illic; Arua Phaon celebrat diuersa Typhoidos Ætnæ. NVMINA.] potentiam. TENET.] moratur. QVÒ.] ad quod. IVNONIA.] Punica: quia Iunoni dicata Carthago. CESSABIT.] Iuno, vt insidias non paret Aeneæ, per Didonem suam. IN tanto cardine rerum.] tantâ hospitalitate. QVOCIRCA.] quare. CAPERE.] ego meditor priùs capere reginam; quàm ipsa, stimulante Iunone, faciat insidias. NE quo.] ne quâ Iunonis diuinitate mutet se. QVA.] quo modo: vel quâ viâ. MENTEM.] consilium, & sententiam meam. REGIVS.] Ascanius puer. MAXIMA cura.] puer est. RESTANTIA.] quæ superfuêre incendio Troiano. CYTHERA.] montem Cyprium dicit, vel insulam, vt suprà Idalium nemus, est Cyprum. Idalium, antiquissimum Cypri oppidum. NE quâ.] scilicet viâ, aliquis possit scire dolos, & medius occurrat.

VAR. Lect. LITTORA iactetur odijs Iunonis iniquæ.] Omnia prorsus exemplaria manuscripta, quæ hactenus legerim, scriptum ostendunt; Iacteturq; odijs. HVNC Phœnissa tenet Dido.] In libris plerisq; antiquioribus, Nunc legitur: quod minimè displicet. QVÒ facere vt possis.] Seruius legit, Quà. id est, quomodo. In veteribus tamen exemplaribus plerisque, Quò habetur. In Mediceo, Quà, vt agnitum à Seruio.

DON. HVNC Phœnissa tenet Dido, blandisq; moratur Vocibus.] Præstruit, sinè labore posse perfici, quod erat dictura faciendum. Iam, inquit, tenet eum Dido vsq; adeò bonâ voluntate, vt fabulis blandis moras procuret, ne quòquam abscedat: ostendens, non esse difficile, vt teneatur animus eius affectu; ac per hoc non esse iam necessarium amoris initiū, quod habere difficultatem posset, seu amoris augmentum. Verùm, ne Cupido diceret; si iam amat, quid opus est vt ad eam pergam? vtrumq; Poëta seruauit; & ostendit, nullam esse in causa difficultatem, quòd iam Dido amaret. & dixit necessitatem: quia ipsius amoris desideraretur augmentum. ait enim: VEREOR quò se Iunonia vertant Hospitia.] Cùm hoc dicit, ostendit, talem amorem Didonis fuisse, qui ratione Iunonis, quæ in illâ ciuitate magnâ veneratione coleretur, posset abrūpi: proinde necessariò quæri rebus iam collocatis fundamentum; vt talis amor imponeretur Cupidinis operâ, quem inimica potētis visus expugnare non posset. Voluntarius quippe amoris assensus, & humano arbitrio exortus, facilè potuit eâdem voluntate dissolui; etiamsi Iuno è diuerso non esset. sin verò diuinis ardoribus fuisset iniectus, hunc nec Didonis perfidia rumpere potuisset, nec Iunonis autoritas. HAVD tanto cessabit cardine rerum.] Cardo est propriè, qui ianuam tenet, vel postes. hic fidem facit, cùm fores clauduntur, & tribuit firmitatem. Denique ipse Vergilius, cùm patefactum Priameiæ domus vestibulum diceret: Et emoti, inquit, procumbunt cardine postes. Translatione igitur hic vsus Poëta ait: Haud tanto cessabit cardine rerum. erat enim in potestate, dissoluere amorem, quem voluntate susceperat. Cæterùm diuinitus impactus, non posset humano arbitrio submoueri. Asserit D ergo, necessarium esse remedium, cui omnis illa factio superata succumbat. Idcirco ait: QVOCIRCA capere antè dolis, & cingere flammâ Reginam meditor; ne quo se numine mutet, Sed magno Æneæ mecum teneatur amore.] Vt non tantùm amet Aeneam, quantum iudicio suo amandum putat; sed tantùm maiore violentiâ cogatur in amorem; quantùm mater amat filium, cuius amor nullius violentiâ numinis valet abrumpi. QVOCIRCA capere antè dolis.] Tractat Vergilius, præueniendâ remedio mala, quæ metuimus ne accidant, potiùs, quàm velle afflictis rebus & perditis subuenire. Narratâ desideriorum summâ, quæstionibusq; omnibus diligenti examinatione discussis: vt super effectu desiderij complendo instructum Cupidinem redderet, necessariâ protulit. Plurimum enim prodest, in rebus gerēdis, iuuare consilio eum; quem in negotio expediendo præfecerit quispiam. libenter quippe mandata suscipiet, cùm aduerterit impositum munus compendioso remedio releuatum. Dicit ergo, consilium suum instructū ratione personæ, loci quoq; & temporis. Temporis, quo Ascanius iussu patris venire præceptus est. Hoc est quod ait: REGIVS accitu chari genitoris ad vrbem Sidoniam puer ire parat, mea maxima cura.] Personæ: quòd in Cupidine & Ascanio ætas consimilis esset, meritò dixit, puer ire parat: quia dispositurat dicere; Et notos pueri puer indue vultus. Præstruebat, vt ostenderet, in commutatione formæ, ætatis commutationem non futuram esse difficilem. Ad personæ rationem etiam illud accedit, quòd consilij spondebat effectum. Illi enim sperabat reginam daturam oscula, vtpote puero: & dulcias

quid

A longo.] *id eſt, Diſpoſitione, ſecundùm Tullium, qui in Oeconomicis dicit, quid vbi ponendum ſit. nec enim debent vniuerſa confundi.*

POM. Sabi. CVRA penum.] *Inter penum & cellarium hoc intereſt: quòd cellarium eſt paucorum dierum; vnde & in cellam dicitur importatum frumentum:* penus *verò, longi temporis. Sanè dicimus, hic & hæc & hoc penus: ſed in maſculino & fœminino genere, quartæ eſt declinationis: in neutro, tertiæ: quomodo pecus pecoris. vnde Horatius:* Portet frumenta penusque.. *Maſculino verò genere Plautus:* Niſi mihi annuus penus datur. *& fœminino Lucilius poſuit:* Vxori legata penus.. *quartæ autem declinationis eſſe, Perſius docet: vt,* In locuplete penu defenſis pinguibus vmbris. STRVERE.] *ordinare, componere. vnde & ſtructores dicuntur, ferculorum compoſitores.* ET flammis adolere penates.] *id eſt, colere. ſed* adolere, *propriè eſt augere. In ſacris* adolere *per bonum omen dicitur. nam in aris non adolentur aliqua; ſed cremantur & conſumuntur: quia veteres in focis ſacrificabant. vt ipſe alibi:* Hortor amare focos. LATICEM.] *Latex propriè aquæ humor dictus, quòd in venis terræ lateat: nunc pro vino.* ALAS.]

B *quia Cupido alatus eſt.* AMARACVS.] *Plinius libro 21.* Samſucum, ſiue amaracum, in Cypro laudatiuum, & odoratiuum. ex eo oleum fit ſamſucinum, ſiue amaracinum, ad emolliendos & calefaciendos neruos. *Amaracus, Cynaræ regis Cypri puer, in herbam ſui nominis mutatus. Samſucum vocabulum eſt Aegyptium: ex eo in Coo inſulà amaracinum fit vnguentum: quod idem cùm venit è Cyprò, ſamſucinum vocatur, admixto omphario, & calamos. herba eſt folio ſubpallido, molli, iucundo, & odorato.* VENIT.] *Aſcanius.* MANSILIA.] *Mantelium, quaſi manu telium; vbi manus terguntur: inquit Varro lib. 5.* STRVERE.] *ordinare, componere.* ADOLERE.] *augere, & lætos facere. Papinius lib 1.*

Adolere focos, epulasq. recentis
Inſtaurare iubet.

Dapes ergo, & epulæ, idem ſunt. Adolere, eſt imponere fomenta, id eſt, ligna. PENVM.] *ſiue penu: eſt, quod reconditur ad vſum anni pro cibis.* PENATES.] *dixit vlteriorem aulam vt Papinius:*

Sic fatus, & ambo
Innectens manibus tecta vlterioris ad aulæ

C Progreditur.

Stibas denique, Cyprijs etiam Bunos dicitur: quanquam in montibus conditæ vrbes, Buni appellentur: quoniam voce eâ Græcis collis indicatur. Sed & ceſpitibus ſurrectas aras ita vocant. Sedilia item diſcumbentium videtur ſpondas nuncupâſſe Vergilius, cùm Didone ita ſcribit:

— Aulæis iam ſe regina ſuperbis
Aurea compoſuit ſpondâ. —

Phyllada, in Philoctete, vocat Sophocles, lectum ex folijs. Sed & coronam eodem modo, alibi. Legimus in hiſtoriâ, Fœminas, cum viris cubantibus, ſedentes cœnitâſſe. Lectiſternio præterea Iouis, ipſe in lectulum, Iuno & Minerua in ſellas, ad cœnam inuitabantur. Nec me fallit, Seruium Grammaticum ſcribere, Maiores noſtros ſedentes epulari ſolitos, eumque morem habuiſſe à Laconibus & Cretênſibus: ſicuti, inquit, Varro docet in libris de gente populi R. & proinde Vergilium ita ſcripſiſſe.

Hæ ſacris ſedes epulis, hic ariete cæſo,
Perpetuis ſoliti patres conſidere menſis.

PLACIDAM per membra quietem.] *eſtoti Placitum legatur.* STRATOQVE ſuper diſcumbitur oſtro.] *Sunt, qui malint legere,* Structoq; ſuper diſcumbitur oſtro. *nam,* Exſtruimusq. toros: *alibi dictum: &,* inſtruimus menſas. QVIBVS ordine longo Cura penum ſtruere.] *Eſt & vbi,* Longum penum, *legat.*

DON. PARET Amor dictis charæ genitricis, & alas Exuit, & greſſu gaudens incedit Iuli.] *Officioſi filij partes commendat: quippe quem hortabatur matris affectus; & fraternis charitas excitabat. Exuebat autem alas; vt alienam ſpeciem mentiri poſſet.* ET greſſu gaudens incedit Iuli.] *Gaudentem inducit Cupidinem: vel quòd quaſi Aſcanius ibat ad patrem; vel quòd plenâ voluntate iuſſa matris implebat. Hoc eſt enim præcipuum obſequentis ſtudium: ſi libens agat quæ præcepta ſunt; nec inuitus compleat. Ergo Cupido agebat partes ſuas.* AT Venus Aſcanio placidâ per membra quietam Irrigat, & fotum gremio dea tollit in altos Idaliæ lucos, vbi mollis amaracus illum Floribus & dulci aſpirans complectitur vmbrâ.] *Tractatur natura hominis & ætatis: pueri enim facilè dormiunt; vtpote ſecuri. quod faciliùs fit, & diu ſi accedunt alia, quæ animum cuiuſque diuerſo ſuauitatis ſenſu magis ac magis inuitent. Prouidetur locus; mollicies quoque & flores, odor florum, ſeceſſus, ſilentium, & opacitas vmbrarum. Dicit:* IBAT duce lætus Achate.] *Ecce ſubtilitas ſimulantis alienam perſonam: ipſum primò Achatem fallit; qui alium ducens pro alio, transfigurationem factam non videbat. Portabat dona regia, & lætus fuit: non fatigabatur puer onere munerum; nec tædio ponderis aut itineris frangebatur. ſuprà enim dixit:* Pallam ſignis auroque rigentem, Et ſceptrum Ilione quod geſſerat olim: *vt oſtenderet ſpecies, quas puer pro leui ferre non poſſet.* CVM venit, aulæis iam ſe regina ſuperbis Aurea compoſuit ſpondâ, mediamque locauit.] *Ecce prouenit opportunitas loci & temporis, quam prædixerat Venus. nam eâ horâ, quâ Cupido pro Aſcanio veniebat, cœperat diſcumbi. Et primùm quidem diſcubuiſſe inducit conuiuij dominam, eâ ambitione, quæ conueniebat reginæ: eo vel maximè tempore, quo ſuſceperat hoſpitio tantum regem, cæterosque Troianos: eo loco, qui potior apud veteres fuit. Denique & Salluſtius, Sertorij conuiuium ſic deſcribit: vt ipſum, quia potior fuit, collocârit in medio.* IAM pater Æneas, & iam Troiana iuuentus Conueniunt, ſtratoque ſuper diſcumbitur oſtro.] *Non, iuuentus conueniunt; ſed Aeneas & iuuentus Troiana ſimul conueniunt. Vt autem eorum meritum emineret, deferuntur his loca talia, quæ oſtro confectis veſtibus fuerant ſuperfuſo.* DANT manibus famuli lymphas, Cereremque caniſtris Expediunt, tonſiſque ferunt mantilia villis.] *Hic diſpoſitionem familiæ regalis oſtendit. alij enim, hoc eſt, viri, aquam abluendis manibus dabant: alij caniſtris panem miniſtrabant. Mos enim fertur apud veteres fuiſſe, vt panis non argenteis vaſculis inferretur; ſed caniſtris, hoc eſt, ſpeciebus factis ex vimine.* QVINQVAGINTA intus famulæ, quibus ordine lõgo Cura penũ ſtruere, & flammis adolere penates.] *Longus ordo eſt, cùm multi eandem rem ſeruatis vicibus adminiſtrant. Vbi igitur fuerant quinquaginta, ad quarum curam pertinebat procuratio cellarij & Deorum penatium cultus; proculdubio illas longo ordine viciſſitudo tangebat.*

Centum aliæ, totidemque pares ætate miniſtri,
Qui dapibus menſas onerent, & pocula ponant.
Nec non & Tyrij per limina læta frequentes
Conuenêre, toris iuſſi diſcumbere pictis.
Mirantur dona Æneæ; mirantur Iulum,
Flagranteisque dei vultus, ſimulataque verba,
Pallamque, & pictum croceo velamen acantho.
Præcipuè infelix, peſti deuota futuræ,

SER. TOTIDEMQVE pares ætate miniſtri.] *Non numerus, ſed ætatis qualitas, habet admirationẽ.* DAPIBVS.] *Dapes regũ ſunt; epulæ priuatorũ.* ONERENT. *De veterum more dixit: quibus, cùm accubuiſſent, omnis cœna ſemel apponebatur.* ET pocula ponant.] *ſimiliter more antiquo dixit: quia veteribus non in manus dabantur pocula; ſed menſis apponebantur: vt hodie apud plures: pocula in caniſtris argenteis apponuntur, quæ caniſtra ſiccaria*

A ATRIA.] *Vt ſuprà diximus, tangit morem Romanorum. nam,vt ait Cato; & in atrio, & duobus ferculis, epulabantur antiqui.Vnde ait Iuuenalis:*

Quis fercula ſeptem
Secretò cœnauit auus?

Ibi & pecunias habebant.vnde,qui honoratiores ſerui erant,liminum cuſtodes adhibeantur: vt,

Qui Dardanio Anchiſæ
Armiger antè fuit, fidusq; ad limina cuſtos.

Ibi etiam culina erat. vnde & atrium dictum eſt: atrum enim erat ex fumo. Alij dicunt, Atria Etruriæ ciuitatem fuiſſe, quæ domos amplis veſtibulis habebat. quæ cùm Romani imitarentur, Atria appellauerunt. Alij Atria magnas ſedes & capaciſsimas dictas tradunt: vnde Atria licinia, & Atrium libertatis. LYCHNI.] *Græco ſermone vſus eſt; ne vile aliquid introferret. A` Lychno autè* lucerna *dicta eſt:vnde & breuis eſt Lucilio,vt Perſio:* Diſpoſitæ pinguem nebulá uomuêre lucernæ. *Horat.* Vngor oliuo, Non quo fraudatis immundus nacta lucernis *Si enim à luce diceretur; non ſtaret verſus.* LAQVEARIBVS.] *Principaliter lacus dicitur:vt Lucil.* Reſultant ædesq; lacuq;: *Diminutio*

B *lacunar facit Horatius:* Nec meâ renidet in domo lacunar. *inde fit alia diminutio,* Lacunarium; *& per ἀντίστοιχον* Laquearium. *Legitur &* Lacuaribus. *Cicero Tuſcul.* Tectis cælatis,lacuatis.

CENTVM aliæ.] *Valerius Faccus:*

Stant gemmis auroq; thori,menſæq; paratu
Regifico, centumq; pares primæua miniſtri
Corpora,pars epulas manibꝰ,pars aurea geſtát
Pocula. *Silius libro* 11.
Poſuiſſe dapes, his addita cura,
His adolere focos;his ordine pocula ferre;
Necnon & tectis ſtruitur penus.

FVTVRÆ.] *futuro amori, id eſt,Venero.* ACIDALIÆ.] *Acidalus fons in Orchomeno, oppido Bœotiæ, Veneri ſacer: hinc Venus Acidalia.* PRÆVERTERE.] *præocupare.* RESIDES.] *pigros ad amorem.* DESVETA.] *ab amando.* CORONANT.] *repleuère pocula. Ita enim loquimur;* Fac coronam poculis. FIT ſtrepitus.] *Silius:*

Eripiunt flammę noctem,ſtrepituq; mouentũ;
Murmurat alta domus. LYCHNI.]
Aſt alij tenebras,& opacam vincere noctem
Accenſi tendunt auratis vincula lychnis.

C ATRIA.] *Atrium, genus ædificij ante ædem mediam, continens aream. dictum vel A` terrâ,vt oriatur; quaſi aterium:vel, vt Varro ait, ab Atriatibus Etruriæ; illinc enim exemplũ ſumptum. Atriorum tria ſunt genera, quæ ſecundùm latitudinem & longitudinem formanda ſunt. Lege Vitruuium lib.6.* Lumen compluuij in atrio debet eſſe, atrij latitudine latum: nec minus quartà parte; nec plus tertià parte fiat.

QVI dapibus, &c.] *In Romano libro, & pleriſq; alijs peruetuſtis, legere eſt vtrunq; verbũ indicandi modo,numero etiã variato: ſcilicet hoc pacto;* Qui dapibus onerant mẽſas,& pocula ponũt. INSIDEAT quãtus miſerę deꝰ.] *Sunt qui* Inſidat, *triſyllabum legant.* ET viuo tentant præuertère amore.] *In Romano libro,* Amorem, *legitur.*

CENTVM aliæ, totidemq; pares ætate miniſtri, Qui dapibus menſas onerent, & pocula ponant.] *Quanta elegantiâ, quantâq; breuitate, diuitias expreſſit atq; laudauit? Cùm enim vellet ducentorum facere mentionem, eorumq; ſexus atq; ætates diſcernere: non tenuit circuitum,vt diceret ducentos, ex quibus eſſent centum mares, & centum fœminæ, & omnes vnius eſſent ætatis: ſed celeritate vſus, & numerum vnum, & vtrumq; ſexum expreſſit. Hic leuiter legentes accipiunt ducentorum deſcriptionem, in quibus eadem ætas fuit: ſed nihil magnum æſtimantes, ſi regina, ad hanc partem officij, ducentis miniſtris vtebatur. Et reuerâ nihil fuit magnum ad diuitias regales & memorabile: ſi numeri tantummodò faceret mentionem; taceret de ætate. Cùm autem hoc ipſum adiecit, dicens,* Pares ætate; *illic omnibus familiæ copiam, decorem quoq;, & ſubſtantiam demonſtrauit. In euidenti eſt enim, quanta ſeruorum reginæ fuerit multitudo: ex quâ ducenti pares ætate deligi potuerunt, digni qui curarent ſupradicta.* NEC non & Tyrij per limina læta frequentes Conuenêre, toris iuſſi ſuccumbere pictis.] *Ecce diuerſum diſcumbentium meritum, Troiani ſuper oſtrum diſcumbebant. Tyrij verò ſuper pictas veſtes; ac per hoc inferioris precij, hoc eſt, quod ſuperiùs dixit:* Medijsque parant conuiuia tectis, Arte laboratæ veſtes,oſtroque ſuperbo. *Hoſpitibus delatum eſt, vt ſuper oſtrum diſcumberent: ciuibus verò, pictarum veſtium locus attributus eſt.* MIRANTVR dona Æneæ.] *Hunc locum duplici intellectu poſitum debemus accipere; & vtrunq; ad Aeneæ laudem pertinentem. Si enim conſideremus perſonam Didonis, cui Tyrij obſequebãtur: quæ & regina fuit, & vxor diuitis, ipſa quoq; ditiſſima: illic inueniemus ſpecierum laudi cumulatam. Mirabantur ergo, quæ ad donandum Cupido peruexerat; quẽ putabant Iulũ eſſe: perinde q; admiratione mõſtrabant, regnum ſuum tales ſpecies nunquam habuiſſe, nec apud quenquam iſtas vidiſſe. Alter intellectus eſt in eo, quod dictum eſt;* Mirantur dona Æneæ: *hoc eſt, mirantur talia Aeneam vel habere, vel donare potuiſſe. Mirantur igitur ſubſtãtiam, & animum largientis.* MIRANTVR Iulum, Flagrantisq; dei vultus.] *Vtpote eum, qui ſub mortali formâ, habuerit immortalis numinis dignitatẽ. hoc ex perſonâ poëtæ dictum debemus accipere. Cæterùm omnes, qui aderant, Iulum eſſe arbitrabantur.* PRÆCIPVE infelix.] *Cùm omnes, inquit, teneret admiratio; eò magis Didonem; quæ non ſatiabatur videndo; ſed magna conſideratione nutriebat incendium ſenſibus ſuis, quod fuerat perceptura.* ARDESCITQVE tuẽdo.] *A` contrario poſuit: conſiderationi ſatis intentæ faſtidium parere debet, non inexplebile deſiderium.* ILLE vbi complexu Æneæ colloq; pependit.] *Etiam hic magnum poëtæ conſilium eſt. primò enim obſequium patri Aſcanij repræſentari conuenerat, vt, ipſo primitùs in errorẽ miſſo, transfigurationem non intelligerẽt etiam cæteri. atq; ita factum eſt. Nam ſecutum eſt:* ET magnum falſi impleuit genitoris amorem Reginam petit.] *Falſi, inquit; non quòd non eſſet pater eius; ſed quòd Aeneam ipſum, Aſcanij patrem, primò ſubtiliter Cupido fefelliſſet: quo Aeneas in tantum errorem miſſus eſt, vt arbitraretur, ſe filium amplecti & oſculari præſentẽ. Ergo non intelligente inſidias patre, quaſi verum hoſpitis filium, venientem ad ſe, regina ſuſcepit.* HÆC oculis, hæc pectore toto Hæret, & interdum gremio fouet.] *Exhibens omnibus beneuolentiæ aſpectum, intuebatur eum libenter; & interdum gremio continebat.* Inſcia Dido, Inſideat quantus miſeræ deus.] *Tantò libentiùs puerum imprudens Dido gremio confouebat; quantò neſciebat, qualem deum admoueret amplexibus ſuis. Bene autem* miſeram *dixit; quæ ignara geſtorum, benignum in omnibus animum repræſentabat; quæ eſſe potuit inimica; cùm ex eo ipſo pararetur ad mortem.* AT memor ille Matris Acidaliæ, paulatim abolere Sichæum Incipit, & viuo teneat præuertere amore, Iampridem reſides animos, deſuetaq; corda.] *Nouus enim amor inferri non poſſet; niſi vetus primò fuiſſet excluſus. qui ipſe quoniam ſenſibus Didonis altiùs inſededat; non ſemel, hoc eſt, non vno impulſu, ſed paulatim potuit aboleri. Et cui amor coniugalis nouus, propter Sichæi memoriam, vehementer hærebat, ſenſim potuit in præſentis amores induci; vel maximè, quia aliquanto tempore deſierat videre, cuius amore tenebatur. Interea ſciendum eſt, induci Didonem caſtam, diuitem, & pulchram; idcircò deceptam per Cupidinem; vt etiam in eo exiſtimationem non tantùm ipſius Didonis, verùmetiam Aeneæ, poëta conſeruet; ne illum ignobilis fœmina, protectis pudoris, ſponte amâſſe, aut prouocata muneribus, videatur; aut illum, malis ſubmerſum innumeris, de moribus illicitis cogitâſſe.* POSTQVAM prima quies epulis, menſæque re-

moræ,

Digitized by Google

moræ, Crateras magnos ſtatuunt, & vina coronant.] *Mox prolixum & publicum conuiuium deſcribitur: nam confectis epulis, bibendi ſtudium ſequitur.* FIT ſtrepitus tectis, vocemque per ampla volutant Atria.] *Sine ſtrepitu enim, & clamoribus multitudinis perpotantis, eſſe non potuit.* DEPENDENT lychni laquearibus aureis Incenſi.] *Huius loci ordinatio talis eſt; Dependent laquearibus aureis lychni incenſi.*

SER.

Incenſi, & noctem flammis funalia vincunt.
Hic regina grauem gemmis auroq; popoſcit,
Impleuitq; mero pateram: quam Belus, & omnes
A Belo ſoliti. tum facta ſilentia tectis,
Iuppiter (hoſpitibus nam te dare iura loquuntur)
Hunc lætum Tyrijsq; diem, Troiâq; profectis,
Eſſe velis: noſtroſq; huius meminiſſe minores!
Adſit lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno!
Et vos ô cœtum Tyrij celebrate fauentes!
Dixit, & in menſâ laticum libauit honorem:
Primaq; libato ſummo tenus attigit ore.
Tum Bitiæ dedit increpitans. ille impiger hauſit
Spumantem pateram, & pleno ſe proluit auro.
Poſt alij proceres. citharâ crinitus Iopas
Perſonat auratâ docuit quæ maximus Atlas.
Hic canit errantê Lunâ, Soliſq; labores:
Vnde hominum genus, & pecudes: vnde imber, & ignes:
Arcturum, pluuiaſq; Hyadas, geminoſq; Triones:
Quid tantum Oceano properent ſe tingere Soles
Hyberni: vel quæ tardis mora noctibus obſtet.
Ingeminant plauſum Tyrij, Troeſq; ſequuntur.
Nec non & vario noctem ſermone trahebat
Infelix Dido: longumq; bibebat amorem:
Multa ſuper Priamo rogitâs, ſuper Hectore multa:
Nunc, quibus Auroræ veniſſet filius armis:
Nunc, quales Diomedis equi: nûc, quâtus Achilles.
Immò age, & à primâ dic, hoſpes, origine nobis,
Inſidias (inquit) Danaûm, caſuſq; tuorum,
Erroreſq; tuos. nam te iam ſeptima portat,
Omnibus errantem terris & fluctibus, æſtas.

NOCTEM vincunt.] *Luminis eſt exaggeratio.* FVNALIA.] *quæ intra cerâ ſunt: dicta à funibus, quos ante vſum papyri cerâ circundatos habuêre maiores. Vnde & funera dictum, quòd funes incenſos mortuis præferebant. Alij* funalia *appellarunt, quod in cicendulâ lucerna quod Græci* πυρσὸν *vocât. Varro, de vitâ Pop. R.* Facibus, aut candelâ ſimplici, aut ex eo funiculo facto: earum veſtigia, vbi ea figebant, appellarunt funalia. *Nonnulli apud Veteres Cãdelabra dicta tradunt, quæ in capitibus vncinos haberêt, quibus affigi ſolebant, vel candelaber, vel funes pice delibuti: quæ interdum erant minora: vt geſtari manu, & præferri magiſtratibus à cœnâ poſſent.* HIC.] *tunc. eſt ergo aduerbium temporis.* QVAM Belus.] *primus rex Aſſyriorum, vt ſuprà diximus: quos conſtat, Saturnum, quem & Solem dicunt Iunonemq; coluiſſe.] Quæ numina & apud Afros poſtea culta ſunt: vnde & linguâ Punicâ Bal dicitur, deus. Apud Aſſyrios autem Bel dicitur, quadam ſacrorum ratione, & Saturnus & Sol. Alij, hunc Belum Saturni temporibus regnâſſe, eiuſdemq; dei hoſpitem fuiſſe, tradunt.* TVM facta ſilentia tectis.] *Veteres, vt hominis incenſo ſilentium præberetur, & optatam ſibi laudem loquendo nullus auerteret. Apud Romanos etiam, cœnâ editâ, ſublatiſq; menſis primis, ſilentium fieri ſolebat, quoad ea, quæ de cœnâ libata fuerant, ad focum ferrentur, & igni darentur: ac puer deos propitios nuntiâſſet: vt dijs honor haberetur, tacendoq; res, cum intercedit inter cœnandum. Græci quoque* θεῶν παρουσίαν *dicunt.* HOSPITIBVS nam te dare iura loquuntur.] *ſcilicet exemplo Lycaonis, qui, cùm hoſpites ſuſceptos necaret, à ſuſcepto Ioue, poſtquam ei epulas humanas appoſuit, verſus in Lupum, oſtendit, hoſpitij iura non eſſe violanda. vnde dicitur Iupiter* ξένιος, *id eſt, hoſpitalis.* TYRIISQVE diem.] *Atqui nox erat: ſed per diem accipimus & noctem. Et quidam volunt, maſculini generis diem, bonum ſignificare: fœminini, malum.* TROIAQVE profectis.] *Sanè bene: Noluit enim dicere,* Profugis. ESSE velis.] *Secundum Hetruſcam diſciplinam locutus eſt. ſic enim dicebant* VOLENS propitius que ſis. Adſit lætitia Bacchus dator.] *Alij* Adſi. *legunt: ſecundùm quos,* Bacchus, *ἀντὶ [illegible] eſt: aut antiquus vocatiuus: ut,* Socer arma Latinus habeto. *Bene autem addidit,* Dator lætitiæ: *quia eſt & dator furoris.* ET bona Iuno.] *Aut propitia, id eſt, non irata Troianis: vt,* Sis bonus ô felixque tuis. *aut magis, bona: cœleſtis eſt enim & inferna: vt,* Iunoni infernæ dictus facer. LATICVM libauit honorem. *More ſacrorum. & tangit ritum Romanorũ, qui paniceas ſacrataſq; menſas habebant, in quibus libabant: vt,* Heus etiam menſas conſumimus? inquit Iulus. LIBATO.] *delibato.* SVMMO tenus attigit ore.] *vſq; ad labra. Et verecundiam reginæ oſtendit, & morem Romanum. Nam apud maiores noſtros fœminæ non vtebantur vino; niſi ſacrorum causâ, certis diebus. Denique, fœmina, quæ ſub Romulo vinum bibit, occiſa eſt à marito: Mezenius abſolutus eſt: id nomen enim marito. Sic Grauius Lucianus, Cœna ſua V.* In hiſtorijs lectũ eſt Romanorum, vini vſum Romanis fœminis ignotum fuiſſe: ne ſcilicet in aliquod dedecus prolaberentur. TVM Bitiæ.] *Per tranſitum Pœnorum ducum nomina introducit. nam* Bitias, *claſsis Punicæ fuit præfectus: vt docet Liuius. Ideò autem Æneæ non dedit, ne contumelioſum videretur, aut petulans.* Iopas verò, *rex Afrorum, vnus de procis Didonis: vt Punica teſtatur hiſtoria.* INCREPITANS.] *Inclamans: vt,* Æſtatem increpitans ſeram. *aut certè eum, quem familiariter ſegnitiem, tardè pateram accipientis, cùm eſſet auidus in bibendo. Nam ſequitur ille impiger Meliſis tamen accipimus, clarâ voce hortatum. vt Plautus:* Neque ego ad menſam publicas res clamo, neque leges crepo. *Et Horatius;* Quis poſt vina grauem militiâ aut pauperiem crepet? HAVSIT.] *modò* Accepit. *nec poſſumus intelligere* Bibit: *cùm hoc ſequatur;* & pleno ſe proluit auro: *alibi,* Vidit: *vt,* Hauſit cœlum, mentemque recepit. *alibi,* Audiuit: *vt,* Vocemque his auribus hauſi. *alibi,* Vulnerat: *vt,* Et latus haurit apertum. *& multa alia pro loco ſignificat.* PROLVIT.] *bibendo profudit.* POST alij proceres.] *Ergo & Bitias vnus eſt de proceribus. nam ſexus nunquam ſinè ſimilitudine fit. Sanè* proceres *de his eſt, quæ nominatiuum in vſu non habent: vt ſuprà;* Et victor ditione tenebat. *nam nec hoc in vſu habet nominatiuum; licèt in compoſitione dicamus* Conditio. Proceres *autem ideò, ſecũdùm Varronem, principes ciuitatis dicuntur: quia eminent in eâ, ſicut in ædificijs mutuli quidam, hoc eſt, capita trabium, quæ proceres nominantur.* CRINITVS Iopas.] *Aut puerum intelliget, aut imitabatur Apollinis formâ, cuius fuerat etiam artis imitator. quare circa apud Ouidium de ſe loquens ait:* Viq; meum intonſis caput eſt iuuenile capillis. DOCVIT quæ maximus Atlas.] *id eſt, quæ ipſe ſcit, quæ ipſe modulatus eſt.* Quæ *legendum; non* Quem: *nec enim iſtum docere potuit, qui Didonis erat tempore. Sed docuit Herculem: unde & dicitur ab Atlante cœlum ſuſtinuiſſe ſuſceptum, propter cœli ſcientiam traditam. conſtat enim, Herculem fuiſſe philoſophum. Et eſt ratio, cur omnia illa monſtra viciſſe dicatur. Sanè* Atlas *græcum eſt; ſicut & Nilus. nam Ennius dicit, Nilum Melonem vocari, Atlantem verò, Telamonem.* HIC canit.] *Bene philoſophica introducitur cantilena, in conuiuio reginæ adhuc caſtæ. Contrà inter Nymphas ait:* Vulcani Martiſq; dolos, & dulcia furta. ERRANTEM lunâ.]

Quid

A Quia λαμβανόντως, id eſt, obliquo incedit curſu, non recto, vt Sol: ſcilicet, ne incidat in centrum terræ, & frequenter patiatur eclipſim. vicinus enim eſt eius circulus terræ. SOLIS'QVE labores.] Canit, per omnia intelligimus. Planetæ ſeptem ſunt: Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna. ſed quinq; contra mundum feruntur; & cũ mundo, quando retrogradi ſunt: Sol verò, & Luna, ſemper contra mundum. Ideò dixit, Solis labores: laborat enim, nitens contra ruentis ſphæræ volubilitatem. Nec nos debet Homerus mouere, qui ait ἠέλιον ἀκάμαντα. non enim eum dixit non laborare; ſed laborem non ſentire. VNDE hominum genus.] Si fabulam reſpicis, à Prometheo intellige: vel à Deucalione & Pyrrhâ. ſi autem veritatem requiris, varia eſt opinio philoſophorum. Alij enim de humore dicunt: alij de igne: alij de atomis: alij de quatuor elementis. VNDE imber.] de nubibus ſcilicet: quæ, ſecundùm Lucretium, naſcuntur de terræ anhelitu, qui nebulas creat: quæ cùm altiùs fuerint eleuatæ, aut Solis calore reſolutæ, aut vi ventorum compreſſæ, mittunt leues pluuias, vel exprimunt concitatiores. ET ignes.] ſcilicet ex nubium colliſione. Nam omnium rerum colliſio ignem creat: vt in lapidibus cernimus, vel attritu rotarum, vel in ſyluis arborũ. ARCTVRVM.] Stella

B eſt, poſt caudam maioris vrſæ poſita, in ſigno Bootæ. vnde Arcturus dicta eſt, quaſi ἄρκτου οὐρά. Vt fabulæ tradunt, hæc fuit Caliſto, Comes Dianæ: in quam Iupiter mutatus, Dianam ſtuprauit. Ex quâ natus eſt filius, nomine Arcas. PLVVIAS'QVE Hyadas.] Hyades, ſtellæ ſunt in fronte Tauri, quæ quoties naſcuntur, pluuias creant. vnde & græcè ὑάδες dictæ ſunt, ἀπὸ τοῦ ὕειν. Latinè ſucculæ, à ſucco. Sic ergo ait, Pluuiasq; hyadas; vt Plemmyrium vndoſum. Alij dicunt hyadas dictas, ab y literâ; vel ἀπὸ τοῦ ὗς, id eſt, ſue; in cuius formam ſunt faciem. Hæ autem filiæ fuerunt, vt alij dicunt, Atlantis: vt alij, Liberi nutrices. GEMINOS'QVE triones.] id eſt, Septentriones. Non enim ſemper de duobus dicunt geminos; ſed de pluribus. Id eſt, Helicem & Cynoſuram. Et propriè Triones ſunt boues aratorij, qui terram terunt. Non ergo incongruè dixit Triones: quia quatuor plauſtra à nõnullis dicuntur. QVID tantum Oceano properent ſe tingere Soles Hyberni.] Quid quamobrem. Ratio hoc facit hemiſphærij: quia hyeme, breuiore Sol vtitur circulo. TINGERE.] demergere. Soles verò, pro diebus poſuit: vt, Treis adeò incertos cæcâ caligine ſoles Eerramus. VEL quæ tardis mora noctibus obſtet.] id eſt, æſtiuis tardè

C venientibus. Vel, enim, diſiunctiua eſt coniunctio, nec patitur bis eandem rem dici. Ergo hoc dicit: quæ cauſa eſt longorum dierum? ſed & hic ratio hemiſphærij eſt. INGEMINANT plauſum Tyrij, Troëſq; ſequuntur.] Bono eſt vſus ordine, vt prius plauderent ciues: nec enim poterant aliter audere peregrini. Vnde & ſuprà: Et vos ô cœtum Tyrij celebrate fauentes. NEC non & vario.] Arte poeticâ vtitur: vt omittat aliquid, quò ſequens liber videatur eſſe cõiunctus, quòd in omnibus ſeruat. BIBEBAT amorem.] Alluſit ad conuiuium. SVPER Priamo.] de Priamo. nam eius præpoſitionis officio fungitur, pro quâ ponitur. vt ſuprà: Et ſub noctẽ cura recurſat, id eſt, circa noctẽ. Et ſciendum, quòd, cùm tempus ſignificatur, Sub præpoſitio ſemper accuſatiuo hæret. ROGITANS.] ſcilicet, quo modo ſit venditus rex. QVIBVS Auroræ veniſſet filius armis.] Memnon. Ideò aũt dixit, Quibus armis: quia Vulcani armis vſus fuiſſe narratur. QVALES Diomedis equi.] Non videtur eos equos intelligere, quos Æneæ ſuſtulit: nec enim congruit: ſed de his interrogat, quos ſuſtulit Rhœſo. Quales aũt, dixit; ac ſi diceret: nec ſic feroces, vt illi à quibus ducebant originem. Diomedes enim, rex Thraciũ habuit equos, qui humanis carnibus veſcebantur. Hos Herculem, occiſo crudeli tyranno, abduxiſſe perhibetur: de quibus dicuntur ſuprà memorati equi origiñe ducere. IMMO age.] Vidit, ſpecialia citò poſſe finiri: & ideò cõtulit ſe ad generalitatẽ. ET à primâ dic, hoſpes, origine.] id eſt, à raptu Helenæ. quod quidẽ Dido cupit; ſed excuſat Æneas. & dicit, ſe ruinam: Troiæ breuiter eſſe dicturum, habitâ ratione temporis: vt, Suadentque cadentia ſidera ſomnos. INSIDIAS.] Dicit hoc ad fauorẽ Troianorũ: ne videantur virtute eſſe ſuperati. CASVS'QVE tuorũ.] vt euictu Troia corruerit, nõ fati neceſſitate. ERRORES QVE tuos.] Et reſponſio hunc ordinem ſequitur. nam primò dicit Troiæ ruinam; pòſt errores ſuos. SEPTIMA æſtas.] annos intellige per æſtates nam ſic ante Olympiadas computabant. Septem autem annos eſſe, Dido cognouit ex Teucro.

IVRA hoſpitibus.] vt Lycaoni, qui hoſpitale ius maculauit. hoſpitalia iura nõ ſunt violanda. & in hiſtorijs legitur, omnes, qui violauerint iura hoſpitalia, dediſſe pœnas. HVNC diem.] Apud Senecã eſt: Dicebãt in cõuiuio ex conſuetudine: hic dies noſter eſt. FAVENTES.] cũ plauſu & ludis. CITHARA crinitus Iopas.] Timagenes autor eſt, omniũ in literis ſtudiorũ antiquiſſimã Muſicen extitiſſe. & teſtimonio ſunt clariſſimi poëtæ, apud quos, inter regalia cõuiuia, laudes heroum atq; deorũ ad citharam canebantur. Iopas ille Vergilij, nónne canit errantẽ Lunã, Soliſq; laborẽ? quibus certè autor cõfirmat palàm, eminentiſſimè Muſicen cũ diuinarũ etiã rerũ cognitione eſſe coniunctã. Itẽ paulò pòſt: Apud Menandrũ ſenex, repoſcẽti filium patri, veluti rationẽ impendiorũ, quæ in educationem contulerit, exponens, pſaltrijs & geometris multa dedit. vnde etiam ille mos, vt in conuiuijs poſt cœnã circumferrent lyram. ATLAS.] hic, vt Plinius meminit, aſtrologus fuit, & ſpharã ordinauit. LABORES.] id eſt, errores. GENVS hominũ.] vnde prima hominum generatio. Quinq; principia generationis: ſpiritus, ignis, ſiccum, humidũ, aër. ſpiritus, verbi interpretatione appellatur, id eſt, cõmunis omnium parẽs. Ignis, Vulcanus interpretatur. Siccũ, terra interpretatur, quæ eſt tamquam domus, in quâ omnia fiunt. Humidũ, interpretatur Oceanus, qui terrã fouet. Homerus dicit eum omniũ genitorẽ. Aërẽ, aliqui putauêre Palladem: & ſemper virginẽ; quia non corrumpitur, propter altitudinẽ. ideò fingitur cerebrò Iouis nata. Propter tria anni tẽpora, trigenianam dixêre. Hac ratione Pallas: quia aër iaculatur fulmẽ, in principio huius libri. VNDE imber.] è nubibus fit: nubes, ex vapore terræ naſcitur. IGNIS.] Dicit elementũ igneum; cuius conceptus eſt eſt motu: omnis enim motus gignit ignem. Vel loquitur de fulgetris. ARCTVRVM.] Arcturus, Bootes dicitur, cuſtos plauſtri, id eſt, ſeptẽtrionis. Is fuit Arcas, Iouis filius ex Calliſto. PLVVIAS'QVE Hyadas.] Hyades, ſtellæ ſunt in effigie Tauri: Pleiades, à matre dictæ: à fratre, Hyades; vel ἀπὸ τοῦ ὕειν, id eſt, pluere. à pluuiâ noſtri dixêre ſuculas: quia ſues gaudent luto, quod fit ex pluuiâ & aquâ. & quia ortus earũ ver nũciat, dixêre Vergilias. Septem ſunt, Atlantis & Pleiones filiæ. PLVVIAS.] dixit ab re ipſâ. GEMINAS triones.] id eſt, vrſam & minorẽ. Triones dicti, quaſi teriones, id eſt, boues terentes terram. ſeptem habent ſtellas, in currus effigiem. SOLES.] dies. Dies eſt ex lumine Solis: qui dicitur tardâ horâ ſoluere equos in oceano, vt quieſcãt. TARDIS noctibus.] nõ æſtiuis; ſed hyemalibus. Dicebat cauſam, quæ mora faciebat tardas noctes, id eſt, longas. SVPER.] de. FILIVS.] Memnon, Auroræ filius. DIOMEDIS equi.] de equis Rhœſi, qui habebant genus ab equis Diomedis Thracis. QVANTVS.] erat in re militari.

VOCEM'QVE per ampla volutant Atria.] Nõnulli lib. antiqui, Perampla, vnicâ dictione legunt: ſed in Longobardico, & aliquot alijs, Per alta, legitur. TVM facta.] In Longobardico, Dum: ſed Tum, meliùs. ADSIS lætitiæ.] Antiqua omnia exemplaria, quæ verſamus, Adſit, vel Aſsit, perſonâ tertiâ legunt. DIXIT, & in menſâ laticum.] In Oblongo libro, Immenſum legitur, idem in Longobardico, & aliquot alijs peruetuſtis. In Romano, in Mediceo, & in nonnullis emendatioribus, In menſam, habetur, accuſatiuo caſu. ET pleno ſe proluit auro.] In lib. aliquot antiquis, Pleno ſe proluit ore, legitur, non Auro. DOCVIT quæ maximus Atlas.] In Romano libro, & quibuſdã alijs, legere eſt, Docuit quę maximus Atlans. VNDE hominum ge-

POM. Sabi.

VAR. Lect.

 nus, &

Digitized by Google

nus, & pecudes, vnde imber, & ignes.] *In Mediceo libr. legere eſt:* Vnde hominũ genus, & pecudes, genꝰ vnde ferarũ. INGEMINANT plauſum Tyrij.] *In Romano libro, in Mediceo, & aliquot alijs antiquiſſimis,* Plauſu legitur, *caſu ſeptimo: quod nequaquam diſplicet.* OMNIBVS errantem terris, & fluctibus æſtas.] *In antiquis aliquot exemplaribus legere eſt;* Omnibus errantem & terris & fluctibus: *quod ſententiam reddit vberiorem.*

DON. ET noctem flammis funalia vincunt.] *Conſummato iam perpotationibus die, noctis tenebræ diuerſitate procurati luminis vincebantur.* Funalia *autẽ, debemus accipere faces ex funibus præceratas.* HIC regina grauem gemmis auroq; popoſcit, Impleuitq; mero pateram.] *Hoc eſt, popoſcit pateram, impleuitq; mero. Laus ipſius pateræ. Ibi enim apparere poterant diuitiæ: ibi veneratio; ſi decora vel magni meriti fuerint, quibus deorũ cultus impletur. Aurea, inquit, fuit, & gemmis ornata.* QVAM Belus, & omnes A Belo ſoliti.] *Supplementũ laudis eſt: quia ipſâ vſi ſunt maiores Didonis, & durante merito, vſq; ad ipſam, per gradus ſuccedendo tranſmiſſa eſt.* TVM facta ſilentia tectis.] *Res diuinas acturâ Didone, omniũ vox & ſtrepitus conquieuit. Supra enim dixit:* Fit ſtrepitus tectis, vocemq; per ampla volutãt Atria. IVPPITER (hoſpitibus nam te dare iura loquũtur.] *dixit quẽ rogauit: dixit & eius virtutẽ & poteſtatẽ. Hoc dicendo, oſtẽdit, hoſpitum cauſâ ſe id facere, approbans factũ, ac demonſtrans, pleno voto Troianos excepiſſe: vt initam ſocietatem hoſpitalis Iupiter ſuo teſtimonio & ſtudio roboraret; cùm hoc illi Troiani non promiſiſſent. Cùm autem ipſa eſſet Sidonia; quaſi quodam mortis ſuæ præſagio, Tyriorum & Troianorum fecit tantummodò mentionem, vt illis dies ille eſſet lætus. Meritò diei meminit, quo confirmabat ſocietatem, & per ſacra, & conuiuium. Triſte enim fuit, tenebras nominare, vel noctis: vel maximè, quia continuatio diem nocti coniunxerat: & nondum itum erat ad requiem.* NOSTROSQVE huius meminiſſe minores.] *Sicuti factum eſt; vt etiam nunc dicatur de actibus Didonis fabula.* ADSIT lætitiæ Bacchus dator.] *Vinum intelligimus dictum, ſinè quo lætitia eſſe in conuiuijs nõ poteſt. Licèt alio loco dixerit poëta ipſe,* Bacchus & ad culpam cauſas dedit. *ſed hoc in poteſtate eſt hominis poſitum; ſi eo bene & moderatè, aut malè & intemperanter vtatur. Plerunq; enim, quæ ad ſalutem inuenta ſunt, dum malè nonnulli vtuntur, in perniciem & exitium cadunt.* ET bona Iuno.] *Nouerat enim, inimicam fuiſſe Troianis: aut magis bona, cũ ſoluto odio intereſſet.* ET vos ô cœtũ Tyrij celebrate fauẽtes.] *Ne eſſet aliqua incolarum aduerſùs peregrinos æmulatio: quod ipſum quia nouerat ſæpè fieri, inter ipſas ſacrorũ religiones inter dixit.* DIXIT, & in menſã laticum libauit honorẽ.] *In conuiuijs enim, cùm huiuſmodi honorificentia numinibus exhibetur, pro arã menſa ſuccedit.* PRIMAQVE libato ſummo tenus attigit ore.] *Prima propterea: vel quia ipſa libabat: vel quia ipſa potior omnibus fuit, vtpote regina.* ſummo tenus attigit ore: *vt religionis potiùs, quàm vini cupidã demonſtraret, ſummis labris tetigit poculum.* TVM Bitiæ dedit increpitans.] *Hic de potioribus fuit Deniq; in ſequentibus dixit.* poſt alij proceres: *vt oſtenderet, etiam Bitiam de numero fuiſſe maiorum.* Increpitans, *clarâ voce exhortans. Idcircò autem hunc elegit, cui porrigeret pateram: quòd ſciret, eum vini eſſe amatorem. quod ipſum probatur ex eo, quod ſequitur.* ILLE impiger hauſit Spumantem pateram, & pleno ſe proluit auro.] *Et cùm pateram, inquit, vacuam fecit; & cùm auidè biberet, & tantum infunderet, quantum fauces eius tranſmittere non poſſet: perfudit etiam ſe.* POST alij proceres.] *intelligitur, ritui obſecuti ſunt. Poſt exacta conuiuia; poſt honores diuinos expletos; poſt conſecrationẽ fœderum; poſt conſenſum potiorum, hoc eſt, Bitiæ & cæterorum, principum, inducitur ludorum deſcriptio. Hic enim regibus, vel perſonis potioribus mos eſt: vt, peractis conuiuijs, exhibeantur voluptates, quæ ad producendam potationem homines teneant. Sed quales ludos habuerit regina, videamus: nihil ſiebat turpe; nec dicebatur obſcœnum.* CITHARA crinitus Iopas Perſonat auratâ.] *Conſtat citharæ artem inter honeſtas profeſſiones numerari. Denique, per hanc Orpheus plurimùm potuit: hanc etiam Philoſophi procul dubiò graues & prudentes amant: hanc diligunt Muſæ, quibus tradentibus in vſus hominum venit: hæc in agonibus, hoc eſt, ſacris certaminibus, coronatur. Ecce ars honeſta, conuiuium quoque non diſſimile: videamus qualia canebat.* DOCVIT, inquit, quæ maximus Atlas.] *Hoc eſt, non turpia aut obſcœna, ſed venientia ex philoſophiæ fonte, quæ docuerat Atlas maximus, plenus virtutum & veræ philoſophiæ. Dicitur tam, quid Atlas vel ſcripſit, vel docuit.* A

ERRANTEM Lunam, Soliſque labores.] *Tractauit, inquit, curſus Solis & Lunæ.* vnde hominum genus & pecudes: vnde imber & ignes: Arcturum, pluuiaſque Hyadas, geminoſque Triones: Quid tantum Oceano properent ſe tingere ſoles Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obſtet.] *Quæ ille de rerum naturâ pertractans docuit: hæc Iopas, & voce, & iocunditate citharæ, perſonabat: ſcilicet, curſibus Solis & Lunæ ſtare hominum genus & pecorum: tractauit & quomodo imbres exſiſtunt; vnde mittuntur fulgura; vnde ſiderum tranſitus fiat; vel quibus ex cauſis in breuitatem aut longitudinem commutentur dies & noctes, quæ omnia ad rerum naturam pertinent; & niſi à doctiſſimis tractari non poſſunt.* B INGEMINANT plauſum Tyrij, Troeſq; ſequuntur.] *Primò dixit Tyrios plauſum dediſſe: deinde Troianos. neſcientes enim conſuetudinẽ reginæ Troiani, nihil debuerunt priores efficere: ne in aliquo diſplicerent. ſequi tamen eos, qui ex more faciebant, non fuit temerarium. Vniuerſi interea in his voluptatibus fuerãt occupati: hoc eſt, cantando, audiendo, plaudẽdo, vel bibendo. Regina autem, non ægrè patiebatur noctem his generibus trahi: ſed ipſa quoniã morarum cauſas requirebat, quibus in longum vigilias duceret. Alijs enim potantibus vinum, ipſa amorem bibebat. Idcirco ait:* Necnon & vario noctem ſermone trahebat Infelix Dido, longumq; bibebat amorem, Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa: Nũc quibus Auroræ veniſſet filius armis: Nunc quales Diomedis equi: nunc quantus Achilles.] *Superfluè, quæ nouerat, & picta habuit, requirebat. Quæ igitur ſummam retinent, ſpecialitatem tenens hæc immiſit: ſperans, eas fabulas tantam moram parere potuiſſe; quanta ſufficiebat ei, cuius animus de Aeneæ præſentiã ſatiari non poterat. Interea, ad procurandum temporis tractum, ad generationem quoq; ſe conuertit; Et orſa interrogationibus nouis ait:* IMMO age, & à primâ dic hoſpes origine nobis Inſidias, inquit Danaûm, caſuſq; tuorum, Erroreſq; tuos.] *Breuis quidem propoſitio, ſed quæ non breuem fuiſſet habitura narrationem. Reſpondetur ergo primis duabus propoſitionibus, in ſecundo libro: tertia autem in tertio. Nam in ſecundo, inſidias Danaûm, & ſuorum caſus, exſecutus eſt: in tertio verò, errores ſuos numerauit. licet in tertio, ipſe etiam caſus ſuorum nonnullos addiderit; cùm de Polydoro, & de perditis luis contagione ſocijs, & de amiſſo patre locutus orditur. Nouiſſimè poſuit:* NAM te iam ſeptima portat Omnibus errantem terris & fluctibus æſtas.] *Vt Aeneas intelligeret, & geſta in Troiã, & ſeptem annorum curſum ſibi eſſe narrandum.* C

CAEL. Rhod. *Auctor in Arcadicis rebus Pauſanias, ad ſiniſtram viæ, quæ in montem ducit Mænalum, fuiſſe ἀγαθοῦ θεοῦ ναόν, id eſt, Dei boni templum. Quòd ſi, inquit, bona contribuunt dij hominibus, inter deos autem ſummatem eſſe Iouem nouimus; conſecutione nimirum probabili coniectare licet, eius dei eſſe cognomentum id genus. Quod ſi eſt; Mantuani vatis interior doctrina retegitur, cùm Aeneidos primo ita canit:* Adſis lætitiæ Bacchus dator & bona Iuno.

AD. Bas. TE iam ſeptimo portat, Omnibus errantem terris & fluctibus, æſtas.] *Vetuſtiſſimum hoc erit, ſi in hominem erraticum, & nullius rei, detruſerit.*

ÆNEI.

ÆNEIDOS LIBRI II.

Argumentum.

ADILON.

Edocet excidium Troiæ, cladesq; , secundus.

MODESTINI IVRISCONSVLTI, IN SECVNDVM librum Aeneidos, Argumentum.

Conticuére omnes, tunc sic fortißimus Heros
Fata recensebat Troiæ, casusq; suorum,
Fallaceis Graios, simulataq; dona Mineruæ:
Laocontis pœnam, & laxantem claustra Sinonem,
Somnum, quo monitus acceperat Hectoris atrum:
Iam flammas cœli, Troum patriæq; ruinas,
Et regis Priami fatum miserabile semper:
Impositumq; patrem collo, dextraq; prehensum
Ascanium, frustra à tergo comitante Creusa:
Ereptam hanc fato; socios in monte repertos.

P. VERGILII M. ÆNEIDOS LIBER II.

Conticuére omnes, intentique ora tenebant.
Indè toro pater Æneas sic orsus ab alto:
Infandum, regina, iubes renouare dolorem;
Troianas vt opes, & lamentabile regnum
Eruerint Danai; quæq; ipse miserrima vidi,
Et quorum pars magna fui. Quis talia fando
Myrmidonum, Dolopúmue, aut duri miles Vlyssi,
Temperet à lacrymis? ...

CONTICVERE omnes.] *Quia suprà dixit:* Fit strepitus tectis. Conticuêre *autem, pro* Conticuerunt: *quod metri causâ fit, vel ratione clausularum. Nec est, vt quidam dicunt, dualis numerus, qui apud Latinos nusquã penitùs inuenitur. Et bene* Omnes *addidit: poterãt enim simul quidem: sed non omnes tacere.* INTENTI'QVE ora tenebant.] *Aut, ora intuebantur loquentis; aut, immobileis vultus habebant; vt,* Tenuitque inhians tria Cerberus ora, *id est, immobilia habuit. aut* Tenebant, *habebant: vt sit figura; & intelligatur,* Ora intenta habebant. *vt Terentius:* Nam illi Andriæ id nomen erat, teneo.] *Ideò autem hoc addidit: quia potest qui tacere, nec aduertere.* INDE'.] *ἀφαίρεσις, pro deinde.* TORO pater Æneas sic orsus ab alto.] *summus enim semper est pontificialis locus; & Aeneas vbique quasi sacratus inducitur. Torus autem à tortis herbis est dictus: vt,* Proximus vt viridante toro consederat. ORSVS.] *hic, cœpit. alibi, Finiuit: vt,* Sic Iuppiter orsus. INFANDVM.] *Quia viro forti, victum se dicere, & dolori est, & pudori.* IVBES.] *hic: vt,* Iubeo Chremetem. *aliter hoc verbum* [illegible] *persona non recipit.* RENOVARE.] *retexere,* [illegible] TROIANAS opes.] *Sic Horatius:* Aut pingues [illegible], aut Mygdonias opes. Opes, *dictæ semper ad* [illegible] *sicut* diuitiæ *ad vsum.* ET lamentabile regnum.] *id est, magnum: quasi dignum multa lamentatione: vt,* [illegible] fleti ad superos. DANAI.] *Argiui: à rege* [illegible] *nam Græci propriè sunt Thessali, à Græco rege.* [illegible] magna fui; *propter amissam coniugem. Et hoc se* [illegible] *vt paulò post,* Aut quid in euersa vidi crude. [illegible] FANDO.] *dum ipse Aeneas dicit. alibi, dum di*[illegible] Fando aliquid si fortè tuas peruenit ad au[illegible] *gerundij modus est; siue pro infinitiuo modò dictum* [illegible] MYRMIDONVM Dolopúmue.] *Myrmidones* [illegible] *Achillis socij, vt Dolopes Pyrrhi, qui eũ de Scyro secuti* [illegible] *autem sunt Myrmidones, propter hãc causam: Aeacus,* [illegible] *Aeginæ filius, cùm, post amissos pestilentiã socios, in* [illegible] *formicas, i. μύρμηκας vidisset, optauit, tot sibi socios euenire: & statim formicæ sunt in homines versæ. Sed hoc fabula est: nam Eratosthenes dicit, Myrmidonas dictos à rege Myrmidono, Iouis & Eurimedontis filio.* AVT duri miles Vlyssi.] Duri, *nõ laboriosi: quia non laudaret eum, cùm esset hostis. vnde ille:*

Nam neq; Deiphobum, nec Polydamanta, neque ipsum
Hectora laudamus: quis enim laudauerit hostẽ?

Sed, duri, *id est, crudelis: vt,* Quam det tua coniunx Dura: *nam Vergilius, pro negotiorum qualitate, dat epitheta: cùm Homerus eadem etiam in contrarijs obseruet. Sensus autem est: sinè lacrymis hæc nec à quouis hostium dicerentur. Illud autem, quod Asinius Pollio dicit, caret ratione. de Achemenide dictum esse,* Miles Vlyssi: *Myrmidones verò, & Dolopas, præsenteis esse acceptos ab Heleno. sed vt tanquam de ipsis Aeneam intelligamus dixisse; ne eos quidem posse calamitates Troiæ sinè lacrymis explicare. Sed si sic intelligimus; dicti frangitur dignitas.*

MYRMIDONVM.] *Aegina, quæ est contra Atticam, fuit inter nobilissimas insulas. hinc Aeacus, eiusq; posteri, genus duxisse feruntur. hæc est, quæ maris aliquando tenuit imperium. Aeginenses, Myrmidones dicti, quòd, cùm peste coloni defecissent, Aeaco precante Iouem patrem, formicæ versæ fuerunt in homines. Strabo putat dictos Myrmidonas, quòd formicarum more (Græcè enim μύρμηκας formicas vocant) terrã semper fodiunt, vt fertilẽ reddãt, propter saxa. Eratosthenes dicit, appellatos à rege Myrmidono, qui ante Aeacum fuit. Myrmidones militauerunt sub Aiace: alij volunt sub Achille. nam Pyrrhus, post mortem patris, cùm venit, inuenit Myrmidonas mœstos: & in aduentu suo tam desperatos solatus est. Gens fortissima Myrmidonum fuit.* DOLOPVMVE.] *Dolopes, antiquissimi Aetolorum populi: indè venère in Magnesiam Thessaliæ: auxilio fuère Lapithis contra Centauros: militauerunt Pyrrho, Achillis filio.* MILES.] *Achemenides, Vlyssis fidus miles, & comes: sic intelligit Asinius Pollio.* POM. Sabi.

Memor superiorum, quoniam dixit: Fit strepitus tectis, vocemque per ampla volutant Atria: *&,* Cithara cri- DON.

 nitus

A Vt alia porta, quam ei Antenor aperuit, equum pictum habuisse memoratur. vel certè Antenoris domus, quò posset agnosci. Aut equestri prælio victa est Troia: aut à monte Hippio, post quem se absconderant Græci. Vnde & alludit: Instar montis equum. Aut reuerâ fuit, quod Vergilius sequitur. PALLADIS arte.] Aut ingeniosè, aut dolosè: ac si diceret, consilio iratæ deæ, quæ fuit inimica Troianis. ÆDIFICANT.] Translatio à nauibus. vt Cicero: Nauem tibi ædificatam esse Messanæ. item INTEXVNT.] quia naues dicuntur texi. nam vbi naues fiunt, textrinum vocatur. vt ipse: Bis denus Italo texamus robore naues. ABIETE costas.] Non sine causa Vergilius hoc loco abietem commemorat: item acerem, & pinum paulò pòst. nam fulminata abies; interitum dominæ significat: & Troia per fœminam perijt. Acer verò, in tutelâ stuporis est: vt viso equo stupuêre Troiani; vt, Pars stupet innuptæ donum exitiale Mineruæ. Pinus, in tutelâ quidem est Matris deûm; sed & fraudum & insidiarum: quia eius poma cadentia, per fraudem interimunt: & hic equus plenus insidiarum est. ABIETE] ἀνάλυσις est spondæi, nunc in proceleusmaticum: aliâs in dactylum, vt, Arma virûm, tabulęq; & Troia gaza per vndas: aliâs in anapæstû. Flu-
B uiorum rex Eridanus. Sciendum sanè Vergilium vbique, in solutione istâ, seruare sibi excusationem synalœphæ: quod alij contemnunt. VOTVM.] oblatum. nam participium est: id est, vouisse pro reditu EA fama vagatur.] hoc est, reditus. Bene excusat, ne reus sit conscientiæ. HVC] pro illuc, Cui est quinnvel in hanc rem. DELECTA corpora] delectorum virorum. SORTITI.] Contraria sunt, sortitus, & delectos. sed intelligimus, plures quidem electos; forte tamen ex his ductos, qui includerentur. VIRVM.] pro virorum: qui figurâ & in prosâ vtimur. Dicit sanè Plinius de re Grammatica, hoc in neutro non esse faciendum, scilicet propter casuum similitudinem: nisi fortè nimia metri necessitas cogat. FVRTIM.] latenter. Vnde Fures, quasi per furuû tempus, hoc est, nigrum, aliquid subripiunt.

DON. Quòd ait: NOX humida cœlo Præcipitat, suadentq; cadentia sidera somnos.] nõnulli sic intelligunt: Nox præcipitatur cœlo. & Præcipitat positum, pro præcipitatur. Sed non ita est, & magis sic intelligatur oportet: Etiam nox humida cœlo Præcipitat somnos, suadentq; cadentia sidera somnos. vt hoc idem suaderent cadentia sidera, quod
C nox humida cœlo præcipitabat. Hoc voluit dicere: Iam media nox absumpta est; siquidem & aura humida iam cœpit, & sidera in occasum labuntur. Hæc enim non fiunt, nisi in maximâ noctis parte transactâ. SED si tâtus amor casus cognoscere nostros, Et breuiter Troiæ supremum audire laborem: (Quanquam animus meminisse horret, luctuq; refugit,) Incipiam.] Si, inquit, res duras amas audire, [illegible] formes luctus meos: relationis breuitate cõstringâ. Quod enim horret animus meminisse, veloci debet sermone transiri. [illegible] iam respondere primæ propositioni; & dicere, Insidias [illegible]. FRACTI bello, fatisque repulsi Ductores Danaûm, tot iam labentibus annis.] Satis [illegible] & artificiosa narratio, hominis scilicet victi: eius, [illegible] videatur sibi, fuit, & patriæ adesse nequisse: eius, cui [illegible] exilium Didoni metuenti per omnia debuit videri necessarium; quòd in spem certam venire non potuit, nisi Aeneas [illegible] personam suam iustâ defensione purgâsset. Sed hæc [illegible] tempõris sumitur, atque personæ. Nos, inquit, quod [illegible] dolor est, non fortes vicerunt, nec bello strenui. Quod ipsum vt citiùs ostenderet & probaret: subnexuit argumentum à personâ, vt dictum est, & tempore. A personâ sic, Fracti bello: nullus enim bello frangitur, nisi imbellis: nullus bello frangitur, nisi virtute resistentis. A tempore sic: Tot iam labentibus annis. quoniam in congressione apertâ per annos plurimos obtinere non potuerunt. Fatisque repulsi. Quamdiu, inquit, Troiæ imperium, fatis consentientibus, stare potuit, repulsi sunt virtute nostrâ ductores Danaûm. INSTAR montis equum diuinâ Palladis arte, Aedificant, sectaque intexunt abiete costas.] Ecce in bellum fractum verterunt se ad insidias: vt desperatam in aperto Marte victoriam, adminiculo fraudis, obtinere potuissent. Proinde ad instar montis equum Palladis ædificant, & diuinâ arte costas eius intexunt. Cur autem Palladis nomine ædificatus sit; datur color, quo possent homines ab insidiarum suspicione transduci. VOTVM, inquit, pro reditu simulant: ea fama vagatur.] Sparsa est plena fraudis opinio: vt & illos, studio bellandi deposito, redituros Troiani crederent; & in munere, quod veluti redituri fuerant relicturi, nulla sollicitudinis suscipio remaneret. Hoc autem idcircò Græci vltrò pro verò vulgauerant: ne videntibus causa fabricati equi, per multas & diuersas coniecturas, occurreret. Hoc igitur commentum, quoniam in occulto pro magnitudine suâ esse non potuit, accepit verisimilem rationem, & diuulgatum est. Quòd autem potuit insidias prætexere, si fieret cognitum, in occulto perfectum est. Denique de equo dixit, Ea fama vagatur. vbi venit ad aliam insidiarum partem, quam latêre conuenerat, ait: HVC delecta virûm sortiti corpora, furtim includunt cæco lateri.] Quales viri includendi essent in equi secretis, vel quo ordine de plurimis reparati: quoniam publica necessitas fuit, pleno obtinendi studio ducebantur; poëta pertractat: licet Aeneam loquentem induxerit. Vult enim exemplum hinc nasci, quid faciendum sit in talibus causis: vt paucorum periculo vniuersis proueniat, quod speratur commodè profuturum. Eliguntur, inquit, egregia virorum fortium corpora; & vt ipse (cùm patefieret equus) docuit, non plebeiorum, sed ducum, hoc est, potiorum. Et quia incerta vnicuique fora [illegible] dolosa sunt, nec possunt sponte appeti: sors, inquit, dedit ex fortibus primis & plurimis, quos equus capere atque occultare potuisset. Hos igitur includunt cæco lateri, tenebrosa scilicet & vndique verùm clauso. PENITVSQVE cauernas Ingentes vterumque armato milite complent.] Cauernas, inquit, & vterum. Cauernas debemus accipere loca, quæ præter vterum esse potuerunt, ceruicis scilicet armorum, & fœmorum. In hoc exemplo etiam hoc discendum est: vnumquemque in causis difficilioribus reipublicæ, si itares exigat, etiam salutem suam debere contemnere.

POM. Sabi. PRÆCIPITAT.] Significat tempus post mediam noctem. REFVGIT.] præteritum pro præsenti. ANNIS.] qui fuerunt decem. INSTAR montis equum.] equus ligneus, Heleno vaticinante, fabricatur ex ingentibus trabibus. architectus fuit Epus. in cuius vtero inclusi per insidias milites. aduecta materies fuit ab Aiace Oilei. Troiam missi decem duces, simulantes pacem: Diomedes, Vlysses, Idomeneus, Aiax, Telamonius, Nestor, Meriones, Thoas, Philoctetes, Neoptolemeus.

VAR. Lect. LVCTVQVE refugit.] In libris nonnullis sanè quàm vetustis, Luctum habetur.

Includunt cæco lateri, penitusq; cauernas
Ingenteis, vterumq; armato milite complent.
Est in conspectu Tenedos, notissima famâ
Insula, diues opum, Priami dum regna manebant:
Nunc tantùm sinus, & statio malefida carinis.
Huc se prouecti deserto in littore condunt:

SER. CÆCO lateri.] pro, cæ[illegible]. Et nota, aliter [illegible] cæcum hominem, [illegible] non videntem: aliter, [illegible] cæcum, obscuratum, [illegible] absconditû. CAVERNAS Ingenteis.] Nonnulli omnia loca concaua, [illegible] fustes curuos nauium, qui extrinsecus tabulis affiguntur, Cauernas appellarunt. Permansit in metaphor-

A propter pacem. DORICA.] *Dores, antiquiſſimi habitatores Græciæ: ab Doro, Neptuni filio.* DESERTO in littore.] *deſerti littoris. tempus, quo hæc narrabat, aſpicit Aeneas. Inſula, ſtante imperio Troiano, & diues, & frequens cultoribus erat.* HIC Dolopum.] *Proſopopœia eſt, vt Quintilianus meminit: quæ interdum fit, cùm iacitur ſermo ſinè perſonâ.* ACIES.] *inſtructæ.* DONVM.] *equũ.* THYMOETES.] *Thymœtes iure hoc malum ſuadebat. nam cùm oraculo territi Troiani eſſent, naſciturum Priamo filium, propter quem ciuitas euerteretur; cogebant regem ad necem filij. eo die, quo peperit Hecuba, peperit vxor Thymœtæ. Priamus, Thymœtæ filium, in medium adductũ, iugulare iuſſit.* SIVE.] *dicebat Thymœtes* VRERE.] *aut iubent.* LATEBRAS.] *inſidias.* ARCE.] *in quâ erat templum Neptuni.* ET procul ô miſeri.] *Laocoon loquitur: & erat ſacerdos Neptuni: & Priami filius.* AVECTOS.] *receſsiſſe.* NOTVS Vlyſſes.] *quia maximus inſidiator erat: verbera ſuſtinuit, & in habitu mendici explorator Troiæ manſit.*

VAR. Lect. HVC ſe prouecti deſerto in littore condunt.] *In antiquo exemplari Longob.* Proiecti, *legitur: qui mos eſt ſeſe occultantium, & in inſidijs latitantiũ.* HIC acies certare

B ſolebant.] *Non diſplicet, quod in Romano libro,* Acie certare ſolebant, *legitur.* PRIMVS ibi ante omnes.] *In veſtuſtis aliquot codicibus,* Ante alios, *legitur: ſed* Omnes, *agnoſcit Seruius.*

CAEL. Rhod. *Equus Troianus, quantum lectione magiſtrâ compertum mihi eſt, prouerbio valet vſurpari: pro ſocietate, non in perniciem modò cuiuſpiam initâ: verùm & ad bonam frugem aliquam. Cic. in Philippicis:* In huius me, *inquit,* conſilij ſocietatem, tanquam in equum Troianum, includi cũ principibus, non recuſo. *Alibi Cic. idem,* ex Iſocratis ludo, veluti ex equo Troiano, innumeros principes exiuiſſe, *ſcribit. Adagij ratio notiſsima: nam Græcorum principes incluſos fuiſſe in equum Troianum, nemo non nouit, vel ex illo Vergiliano:*

Huc delecta virûm ſortiti corpora, furtim.
Includunt cæco lateri.——

Sed & Odyſſeæ octauo ita primus commeminerat Homer.

Ἀλλ' ἄγε δὴ μετάβηθι, καὶ ἵππου κόσμον ἄεισον
Δουρατέου, τὸν Ἐπειὸς ἐποίησεν σὺν Ἀθήνῃ.

Id eſt, Sed age, tranſi, & equi decus concine Duratei,

C quem Epeus concinnauit cum Pallade. *Lucretius quoque in primo, De rerum naturâ:*

Nam cùm Durateus Troianis Pergama partu
Inflammâſſet equus nocturno Graiugenarũ.

Ex quâ ratione videtur & Valerius Flaccus, libro Argonauticôn ſecundo, ita ſcriptum reliquiſſe:

——manet immotis nox Duria fatis.

Ex Politiani, doctiſsimi viri, emendatione. M. Varro, quod ad equum ligneum attinet, Epeum, eius concinnatorẽ fuiſſe coquum ſcribit. & Argiuis cibum curâſſe: ideóq; à Plauto fumificum, coquinatorio epitheto nominatum. Fuiſſe verò Panopei Filium tradunt ac de equi ſubſtructione Hippotectona *vocatum. Illud porrò adijciendum:* equos Durios, *ex poeticâ hiſtoriâ, poſſe dici magnos, ſtaturoſosq; , de magnitudine videlicet equi illius Troiani. Ariſtophanes in Auibus:*

Καὶ ταῦτ' ἔχοντες, ἐντεταγμέν' ἅρμασι,
Ἵππων ὑπόντων μέγεθος, ὅσον ὁ Δούριος.

Ad quod reſpiciens peritiſsimus poëta, ita cecinit:

Inſtar montis equum, diuinâ Palladis arte,
Aedificant, ſectaq; intexunt abiete coſtas.

Putant eruditi, comicum ſcientiſsimum de equo æneo, qui fuerit in Athenienſium Acropoli ſiue arce, intellexiſſe: qui etſi æneus foret, Durios tamen nuncupabatur, eo titulo:

Χαιρέδημος Εὐαγγέλου ἐκ Κοίλης ἀνέθηκεν.

Id eſt, Chæredemus Euangeli ex Cœli dicauit. *Sed & hic equi Troiani imaginem referebat. Ex hac item Troiani equi ſimilitudine, in veteribus memorijs, porcum dici Troianum inuenimus: quaſi alijs incluſis animalibus grauidum, vt ille grauidus armatis fuit. Scribit in Conuiuijs Macrob.* Cincium, in ſuaſione legis Fanniæ, obiecisse ſeculo ſuo; quod porcum Troianum menſis inferrent. *Dignum verò ſcitu, fuiſſe in Lesbo vatem, Prylin nomine, Cadmi, hoc eſt, Mercurij filium, & Iſſæ Nymphæ: qui, appulſis in Lesbum Græcis, ab Palamede permulctus donis, captiuitatis Ilij modum eſt profatus: equi Durij, hoc eſt, lignei, ratione præmonſtratâ: intra quem delituerint tria millia hominum, quinquaginta additis, vel (quod verius) κγ, id eſt, viginti tribus tantùm. illud planè poëticum; hoc verò hiſtoricum. Nec prætereundum, Themiſtoclem, cùm ab Hippotropho Philide equum petîſſet, nec impetrâſſet, eſſe interminatum; ſtatim ſe τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ποιήσειν δούρειον ἵππον, id eſt, eius domum, ligneum equum effecturum: perobſcurè innuentem; proximorum crimina & accuſationes homini ſe inducturum.*

DON. EST in conſpectu Tenedos, notiſſima famâ Inſula, diues opum, Priami dum regna manebant: Nunc tantùm ſinus, & ſtatio maleſida carinis. Huc ſe prouecti deſerto in littore condunt: Nos abijſſe rati, & vento petijſſe Mycenas.] *Deſcriptio loci non inaniter poſita. Talis enim inuentus eſt, qui hoſtiles inſidias cælare potuiſſet, & Troianorum ſuſpiciones auertere. Deſcribitur eius felicitas prior; ſequentis autem temporis fortuna deterior. Hanc enim inſulam ſi arbitraretur Dido incolumem, quam omnes homines opinione diuitem nouerant, non crederet, complendis Græcorum inſidijs opportunam eſſe potuiſſe. Omnis ergo eius deſcriptio, ad excuſationem tendit non intellectæ fraudis. Idcircò ait: In conſpectu fuit Tenedos: ſed inſula, quò facilè tranſiri non poſſet; nec videri aliquid, præter ipſam; impediebat enim mare, quo fuerat clauſa. Apta igitur Græcis ad inſidias; proximitatis etiam causâ.* DIVES opum, Priami dum regna manebant.] *Magna, inquit, fuit; ſed cùm ſtaret imperium Priami. Hoc ideò poſitum eſt, fuiſſe aliquando magnam, vt Dido ab eius veteris felicitatis opinione diſcederet. ſi enim ſtaret eius fortuna per idem tempus, quo parabantur inſidiæ: eſſe ſuſpicio potuiſſet hoſtes illic eſſe, habentes annonæ de celebritate ſubſtantiam. Aſsignatur ergo illis annonæ & plena defectio; vt vnuſquiſque crederet, illic Græcos, etiamſi vellent, inopiæ causâ non fuiſſe manſuros. Additur:* & ſtatio maleſida carinis.] *vt magis eſſet verior fides, hoſtilem metum penitus receſsiſſe: cùm littus illius inſulæ periculoſam ſtationem nauibus daret.* Maleſida *autem ſtatio eſt; vbi ſtari quidem poteſt, ſed malâ fide: hoc eſt, vbi deceptio poſſit exoriri, ſi aduerſa turbinum tempeſtatumq; naſcantur. Hanc partem idcircò poëta poſuit: vt conſtaret, Troianos non vacuè ſuſpicione arbitratos, nauigâſſe hoſtes: cùm venientes locus ille ſinè periculo tenere non poſſet.* NOS abijſſe rati, & vento petijſſe Mycenas.] *Cùm omnia, inquit, conuenirent; relictum ſcilicet (vt opinio pertulerat) donum Mineruæ, egeſtas inſulæ Tenedos, & littoris infida ſtatio: abiſſe eos arbitrati ſumus, & tædio temporis ſedes ſuas ventis iuuantibus petiuiſſe.* ERGO omnis longo ſoluit ſe Teucria luctu: Panduntur portæ: iuuat ire, & Dorica caſtra, Deſertosque videre locos, littusque relictum.] *Moralitas plena hoc loco monſtratur: vbi enim creditum eſt, & multimodâ ſuſpicione firmatum, belli rabiem abſceſſu hoſtis eſſe ſubmotam: ſolutus eſt longi temporis luctus; & reſerauimus portas: auſi quinetiam ſumus procedere aliquantum reuiſere loca quæ hoſtis obſederat, & deincepſ licebat deſertos videre locos, hoc eſt, vacuos ab hoſtibus; quos dudum animus oppletos horrebat.* PARS ſtupet innuptæ donum exitiale Mineruæ, Et molem mirantur equi.] *Mirabantur aliqui, & ſubtilitatem artis, & fabricæ magnitudinem.* PRIMVSQVE Thymœtes Duci intra muros hortatur, & arce locari. Siue dolo, ſeu iam Troiæ ſic fata ferebant.] *Huius poſt exitum rerum ſententia venit in dubium: et quia nihil ex aperto conſliterat, partim proditoris animo, partim innocenter*

ſentire iudicatus eſt. Ideò proditor: quia primus cæteros hortatus eſt, vt equus produceretur vſque ad Mineruæ templum. Ideò innocens: quia maiore vi conſtabat interiiſſe imperium Troiæ. AT Capys, & quorum melior ſententia menti, Aut pelago Danaûm inſidias, ſuſpectaque dona præcipitare iubent, ſubiectiſq; vrere flammis: Aut terebrare cauas vteri, & tentare latebras.] *Capys, inquit, & alij meliùs ſentientes, non tunc iudicati ſunt meliùs ſenſiſſe: ſed poſt excidium Troiæ contra Capyn tractantes, alia dicebant facienda. Ideò ait:* SCINDITVR incertum ſtudia in contraria vulgus.] *Cùm totum enim ſuſpicionibus ageretur, nihil potuit rectè firmari. Quid ergo dicebat pars, quæ contra Thymœtis arbitrium ſenſerat? dona hoſtium debere eſſe ſuſpecta: proinde tradenda in præceps, aut conſumenda incendio, aut terebrando tentanda. Interea, omnium conſilijs in incertum adductis.* PRIMVS ibi ante omnes, magnâ comitante cateruâ, Laocoon ardens, ſummâ decurrit ab arce.] *Laocoontem apparet inter illos non fuiſſe, qui diuerſa tractabant: denique, ſummâ decurrebat ex arce, cum cateruâ ingenti, excitus vtique opinionibus incertarum ſententiarum: quod incertum metuens, ne in perniciem ciuitatis verteretur, præuenire cupiebat. Ardentem autem hîc, non feſtinantem dixit, vt alij volunt: dixerat enim,* Decurrit. *Itaq; expreſſit feſtinantem. & plus eſt currere, quàm feſtinare. Supereſt ergo, vt ardentem aliter dixerit: ſcilicet aut ingenio vigilantem, aut pro ſtatu publico commotum vehementer. certè non progreretur ad curſum, niſi animi neceſſario metu fuiſſet excitatus.* ET procul.] *Tantùm commotum, tantumq; oſtendit poëta illum eſſe turbatum: vt adhuc longè poſitus clamaret, &, antequam tractantibus miſceretur, contradicens, ne ſuſpecta hoſtium dona ducerentur in patriam.* O miſeri, quæ tanta inſania, ciues?] *Inuectio ardentis hominis, non contumelioſa in ciues; ſed pro ſtatu publico neceſſaria. Miſeri ſunt, (inquit) qui ea ſentiunt, quibus miſeri efficiantur. Denique. Creditis dona accidere ſinè fraude potuiſſe? nam ſic poſuit:* CREDITIS auectos hoſtes?] *Qui enim tot per annos geſſerant bellum, nec fuerant optatum victoriæ præmium conſecuti, non longiùs abſcendebant. Creditis etiam illud tutum eſſe poſſe, vel vacuum fraude, donum ſcilicet Mineruæ, quod reliquerunt inimici? hoc eſt, quod ait:* AVT vlla putatis Dona carere dolis Danaûm?] *Non tantùm hoc ſuſpectum eſt, inquit, verùm etiam omnia, quæ ſub beneuolentiæ ſpecie Græcos arbitramur præſtitiſſe.* Danaûm *quòd dixit: non ſolùm nomen gentis voluit demonſtrare: ſed hominum etiam genus verſutum, doloſum, callidum. Atq; vt hoc aſtrueret, traxit argumentum à perſonâ Vlyſſis: qui bona neſciret; & in malis fuiſſet ſatis inſtructus.* SIC notus Vlyſſes?] *Quaſi omnes tales eſſent: quos etiam ſi conſtaret eſſe diſsimiles, fieri potuiſſe, vt magiſterio eius peſsima ſemper & noxia cogitaret.* Danaûm *ſic pronuntiandum eſt atq; ſentiẽdum, quaſi omnes eſſent verſuti & inſidioſi. Quod ipſum generaliter poſitum, ſpecialitate ſequenti voluit comprobare. Aliter enim perſuadere non poterat raptis ad diuerſa conſilia, niſi euidentioribus argumentis perſuaſionis ſuæ intentionem, notis & cognitis aſſertionibus roboraſſet.* SIC notus Vlyſſes?] *Oratoriâ virtute vſus eſt; vt, vnius Vlyſsis tergiuerſatione notiſsimâ totam gentem maculâ tergiuerſationis aſpergeret. Incipit iam publicare, quid ſentiat, tractato ſcilicet argumento à perſonâ, & tempore: quoniam naturâ callidos dixerat; & belli vel maximè tempore factos peritiores.* AVT hoc incluſi ligno occultantur Achiui: Aut hęc in noſtros fabricata eſt machina muros, Inſpectura domos, venturaq; deſuper vrbi: Aut aliquis latet error: equo ne credite Teucri.] *Dixit euidenter, quid primo & ſecundo loco ſentiret: tertio verò dixit, aut: & cùm non ſuppeteret ſequens dictum; confugit ad generalem ſuſpicionem, & ait:* Aliquis latet error: equo ne credite: *vt id, cuius fuit incertus, iudicâſſe videatur. quo genere firmauit, quicquid illud fuiſſet, eſſe debere ſuſpectum: quia originem ducebat ab hoſtibus.*

HÆC in noſtros fabricata eſt machina muros.] *Si quid inuenimus paratum in noſtram perniciem: congruet illud,* Hæc in noſtros fabricata eſt machina muros. *Dicitur apud Vergilium de equo Troiano; quem Græci in Troianorum exitium ædificauerant.* AD Bar.

Aut aliquis latet error: equo ne credite Teucri.
Quicquid id eſt; timeo Danaos, & dona ferenteis.
Sic fatus, validis in gentem viribus haſtam
In latus, inq; feri curuam compagibus aluum
Contorſit: ſtetit illa tremens, vteroq; recuſſo
Inſonuère cauæ, gemitumq; dedêre cauernæ.
Et, ſi fata deûm, ſi mens non læua fuiſſet,
Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras:
Troiaq; nunc ſtares, Priamiq; arx alta maneres.
Ecce, manus iuuenem interea poſt terga reuinctum,
Paſtores magno ad regem clamore trahebant
Dardanidæ: qui ſe ignotum venientibus vltrô,
Hoc ipſum vt ſtrueret, Troiamq; aperiret Achiuis,
Obtulerat: fidens animi, atq; in vtrumq; paratus,
Seu verſare dolos, ſeu certè occumbere morti.
Vndique viſendi ſtudio Troiana iuuentus
Circunfuſa ruit, certantq; illudere capto.
Accipe nunc Danaûm inſidias, & crimine ab vno
Diſce omneis.
Namque vt conſpectu in medio turbatus, inermis
Conſtitit, atque oculis Phrygia agmina circumſpexit:
Heu, quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora poſſunt

SER. ERROR.] *id eſt, dolus: vt,* Inextricabilis error. *& eſt figura, ab eo quod præcedit, ad id quod ſequitur: diſtinguendum ſanè,* error; *& ſic dicendum:* Equo ne credite Teucri. QVICQVID id eſt, timeo.] *Dicendum* Quid, *id eſt, ſiue bonum, ſiue malum: & iungendũ cum præcedentibus. Vel diſtinguendum eſt,* Timeo Danaos: *vel, id eſt, & dona ferentes: hoc enim melius eſt.* HASTAM in aluum contorſit.] *Quidam deeſſe putant aliquid, vt ſit ſenſus: Inclinans ſe in latus, ad ictum vehementiorem contorſit haſtam. Nam ſi latus equi accipias: contrarium erit quod ſubiunxit,* Aluum feri. IN latus.] *Quidam inter ventrem & latus percuſſum intelligunt.* FERI.] *quadrupedis: ab eo, quòd toto corpore feratur: vt,* Pectebatq; ferum. *vnde Semifer, id eſt centaurus, quaſi medius equus.* CVRVAM aluũ.] *Plautus maſculino ait genere, quo non vtimur. Percuſſum ſanè intelligimus inter ventrem & latus.* VTERO recuſſo.] *pro, concuſſo: præpoſitio pro præpoſitione.* CAVÆ cauernæ.] *Græca figura eſt: vt vitam viuere, mortem mori.* FATA deûm.] Fata, *modò participiũ eſt: hoc eſt, quæ dij loquũtur: vt Statius:* Et vocem fata ſequuntur. LÆVA.] *modò contraria. Et ſciendum,* Læuum, *cùm de humanis rebus eſt, eſſe contrarium: cùm autẽ de cæleſtibus, proſperũ: vt,* Intonuit læuum: *quia ſiniſtra numinum, intuentibus dextra ſunt.* FOEDARE.] *dilacerare. Fœdum enim, tã apud Verg. quàm apud Salluſt. non turpe ſignificat, ſed crudele: vt,* Sanguine fœdantem quos ipſe ſacrauerat ignes. *Salluſt.* Fœdi oculi. STARES.] *Staret ſi legeris;* Maneret *ſequitur, propter ὁμοιοτέλευτον. & eſt apoſtropha.* IVVENEM reuinctũ manus.] *vt,* Oculos ſuffuſa nitentes. TRAHEBANT.] *cũ feſtinatione adducebãt: vt,* Cõuectus trahit in medios. *Et modò* Trahebant, *ad deſideriũ ducentium pertinet, non quòd renitatur Sinon. namq; contrariũ eſſet,* Qui ſe ignotũ venientib. vltrò. QVI ſe.] *Alij,* Quis ſe, *i. quibus ſe, legũt.* HOC ipſum.] *vel vt caperetur: vel quã Græci fixum.*

A ei ſimulabant. Ipſum autem per m: non per d: quia vſurpatum eſt Ipſus: & eſt naturale Ipſus; vt, Ipſus mihi Dauus. Dicimus ergo, *Ipſus, ipſa, ipſum; vt, doctus, docta, doctum.* STRVERET.] *inchoatum à Græcis perficeret: hoc eſt, confirmaret periuria, & dolorum ſemina. Et reſpexit ad ſuperiora: vt,* Ædificant. FIDENS animi.] *vt,* O' præſtans animi iuuenis. *Et eſt nomen: deſijt enim eſſe participium: quia genitiuo caſu cohæret, & poteſt recipere comparationẽ. Participium enim & accuſatiuo cohæret, & non recipit comparationem. Sanè veteres, Fiduciam, interdum pro crimine & audaciâ ponebant. vt Verg.* Nam quia te iuuenum confidẽtiſſime. IN vtrumq.] In, *modò* Ad *ſignificat: alibi cõtra, vt & ſuprà diximus.* VERSARE dolo.] *dolo euertere: & ſubaudi, Troianos: aut* Dolos verſare, *id eſt, exercere. Hinc* Verſutus: *qui facilè ſe ad ea, quæ vſus poſcit, vertit.* VISENDI.] *Frequentatiuum eſt, Viſo: vt Verſo, Faceſſo: licet rarum ſit: nam in eo exeunt frequentatiua.* CIRCVMFVSA ruit.] *Figura* ἀναλογὰ *: ruit, & circumfuſa eſt.* CERTANTQVE.] *Figuratum eſt: quia* Iuuẽtus, *terminatione ſingulare eſt; intellectu plurale.* ILLVDERE capto.] *Et* Illudo tibi *dicimus; vt hoc loco: &* Illudo, te; *vt,* Verbis virtutem illude ſuperbis: *&* in te. *vt apud Terent. Simile eſt*

B Inſulto. ACCIPE.] *id eſt, audi. vt* Da, *dic. Vergilius:* Qui ſit, da Tityre nobis. CRIMINE ab vno.] *hoc eſt, cauſa: vt,* Crimen amor veſtrum: *ab eo quod præcedit, id quod ſequitur. Si enim ſimpliciter intellexeris,* Crimine, *de negotio ad perſonam vitioſum tranſitum facis. Alij ſic legũt:* Danaûm inſidias & crimen. TVRBATVS.] *quaſi turbatus: vt,* Exſultat Amazon, *quaſi Amazon.* HEV.] *modò eſt vna ſyllaba, ſed interdum propter metrum duæ fiunt: vt eſt,* Eheu quàm pingui macer eſt mihi taurus in aruo. *ſicut Prẽdit, & Prehendit. & ſecundùm Plinũ multa ſunt talia.* TELLVS & æquora] *Benè conciliat miſerationem, de communibus duobus excluſus elementis: quia Græci tenebant maria, Troiani terras. Sanè in* Tellus, Lus *longa eſt: & ſunt pauca, quæ* us *producunt; vt ſenectus, iuuentus, ſalus, virtus, palus, ſeruitus, intus, thus, rus, mus, pus: tunc ſcilicet, cùm genitiuus in* tis *vel* ris *exit, & habet penultimam longam. Ideò autẽ* tis *&* ris *diximus: quia in palus, licèt paludis longa ſit* lu*; breuis tamen nonnunquam inuenitur: quia in* dis *exit genitiuus. vt Horat.* Sterilisq; diu palus, aptaq; remis. ÆQVORA.] *modò maria: alibi campos; vt,* Ac prius ignotum fer. o quàm

C ſcindimus æquor. *dictum eſt ab æqualitate.*

ROM. Fabi. ERROR.] *dolus implicitus.* FERI] *i. e. equi. nam lib. 7. ferum appellat ceruũ. Apronianus legit,* Ferit, *pro percuſſit curuũ aluum in cõpagibus. Alij legunt* Feri, *vt ſit ferus feri, pro equo: vt fera feræ, pro quadrupede. hoc non placet. Alij legunt* Feri, *vt ſic ſit, i. e. feram: propter verba ſimiliter cadentia.* ILLA.] *haſta.* GEMITVM.] *ſonitum.* CAVERNÆ.] *proprium epithethon. Cauernæ dicuntur, quia cauæ.* AT ſi fata deûm.] *ſi dij & deorum mens non fuiſſent contrarij Troianis.* IMPVLERAT.] *pro impellere potuit.* FOEDARE.] *lacerare.* Staret & Maneret, *legit Apronianus.* IVVENEM.] *Sinonem.* PARATVS in vtrumq.] *paratus vertere dolos, & occumb. re certæ morti.* AVT verſare.] *tractare.* CERTE] *aduerbium eſt, ſic legit Apronianus.* ILLVDERE.] *contemnere eſt.* HEV quæ tellus.] *Hic affectus, vt meminit Quintilianus, in materiam mouet.*

VAR. Lect. TROIAQVE nunc ſtaret, Priamiq; arx alta maneret.] *In antiquis omnibus libris quotquot habui,* Maneres, *perſonâ ſecundâ legi. quanquã Seruius timet τὸ ὁμοιοτέλευτον, quare nonnulli,* Staret, *potiùs legunt: &* Maneres, *in fine malunt.* FIDENS animi.] *In Rom. quidem lib.* Animo, *legitur. ſed* Animi, *agnoſcit Seruius.* SEV verſare dolos, ſeu certè occumbere morti.] *In Longobardico libro legere eſt,* dolo *caſu ſeptimo quod Seruius non improbat; ſubaudiendumq; ait, Troianos. In eodem libro, vbi raræ admodũ diphthongi ſunt, hoc loco* Certæ *cum diphthongo ſcriptum*

eſt: vt morti accommodetur. CIRCVMFVSA ruit, certatq; illudere capto.] *In Rom. lib.* Certat *eſt, vnitatis numero.* ACCIPE nunc Danaûm inſidias, & crimine ab vno Diſce omnes.] *Facilè quidem adduci poſſim, vt ex T. Donati ſententiã,* Crimẽ *legendũ credam. Quam lectionẽ omnino Seruius reſpuere nõ videtur: licèt priorem magis approbet, dum exponit.* Crimine ab vno *h. e. cauſa: vt,* Crimen amor veſtrum. *Præter verò Seruianã huiuſmodi interpretationem, pleraq; omnia veneranda vetuſtatis exemplaria, quæ in manus noſtras deuenêre, vno exemplo legunt,* Crimine ab vno Diſce omnes.

DONAT. TIMEO Danaos, & dona ferentes.] *Hoſtiũ, inquit, vel maximè Græcorũ, etiã dona timenda ſunt. Duplici ex cauſâ aſſeruit eſſe metuendũ: quòd eſſet hoſtis inſidioſus & callidus, & quòd eo tẽpore magis cauẽdus eſſet, quo ſimulabat bonitatẽ. Atq; vt autor eſſet tentandi equi; & non tantũ verbis, verùmetiã facto, ad audẽdũ cæteros prouocaret:* SIC fatus, validis, ingentẽ virib. haſtã In latus, inq; feri curuã compag. bus aluũ Cõtorſit. ſtetit illa tremens, vteroq; recuſſo Inſonuêre cauę, gemitumq. dedêre cauernę.] *Quia ſuprà dixit;* Penitusq; cauernas Ingentes, vterumq; armato milite cõplẽt: *hic poſuit, omnia illa percuſſa ictu validiſſimo, quid intùs ageretur nuntiaſſe.* ET ſi fata deûm, ſi mens nõ læua fuiſſet, Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras.] *Fatalẽ deorũ voluntatẽ accipere debemus, nõ faſũ. Si, inquit, dij nõ auertiſſent intentionẽ noſtrã; eodem momento omnes Græcorũ apertæ fuiſſent inſidiæ. Et factã apoſtrophe, cũ ingenti dolore animi addidit.* TROIAQVE nũc ſtares, Priamiq; arx alta maneret.] *Sicuti manſit, antequàm dolus obtinuiſſet.* ECCE manus iuuenem interea poſt terga reuinctũ, Paſtores magno ad regẽ clamore trahebant Dardanidæ.] *Ecce, vbicunq; Vergilius poſuit, aliquod malũ repentinũ & inſperatũ ſignificat. vt hoc loco: &,* Ecce autẽ elapſus Pyrrhi de cæde Polytes: *&,* Ecce ſuper mœſti magnâ Diomedis ab vrbe Legati reſponſa ferunt. *Ergo dum illa inter Troianos gererentur, aliud accidit, quod ab equi tractu diſputantes auerteret. paſtores enim Troiani veniebant ad regẽ, trahentes iuuenẽ manibus poſt terga innexis: propter quod factum dimiſſus eſt equus; & omnes, captiui illius curioſitate tranſducti, dum nouitate incertum nôſſe contendunt, manifeſtas inſidias dimiſerunt.*

QVI ſe ignotum venientibus vltrò, Hoc ipſum vt ſtrueret, Troiamque aperiret Achiuis, Obtulerat, fidens animi, atque in vtrumque paratus: Seu verſare doles, ſeu certè occumbere morti.] *Conſilium relinquendi Sinonis hoc fuit Græcis, vt, repertus apud Troianos, equi occuleret fraudem, & omnem ſuſpicionem curreret, quæ contrà exſiſtere potuiſſet. Sinonis verò conſilium fuit, vt omnia præueniret, offerendo præſentiam ſuam; ne, ſi interueniret mora, antè ſecreta ea proderentur, quàm ille quaſi latens fuiſſet inuentus. Ex his tamen, quæ fuerant geſta, potuit apparere; quòd in Troiæ parabatur excidium. Nam ille, tantâ mentis obſtinatione, animum ſuum ad partes ſuas implendas præparauerat; vt paratus ad vitam, paratus eſſet ad mortem: vtpote, qui ſe ſciret incognitum, vltrò obuius venientibus fieret, callidus magis, quàm cautus. tranſegerat enim, vt dictum eſt, animo ſuo, aut acquirere cum periculo victoriam ſuis; aut pro cunctis occumbere morti. Et Terentiana ſententia hoc loquitur:* non fieri ſinè magno periculo, facinus magnum aut memorabile. *Hæc non ipſo tempore ſunt cognita, quo fiebant; ſed poſt excidium Troiæ & interitũ Troianorum. Tùm, niſi dij fuiſſent aduerſi imperio Priami, Sinonis fraudes inter initia ipſa intelligi debuerunt: quando incognitum ſe vltrò ingeſſit, & eo tempore, quo ſuſpecta omnia fuerunt.* VNDIQVE viſendi ſtudio Troiana iuuentus Circumfuſa ruit, certatq; illudere capto.] *Expreſſit hominum mores. quis enim non cuperet hoſtem ſuum videre captiuum? Capto intereà*

omnes

Digitized by Google

omnes nitebantur illudere. ACCIPE nunc Danaûm insidias, & crimine ab vno Disce omnes.] *Vir fortis animo, destruit Græcorum personam occasione omni, & defendit suam; totum in deorum aduersum studium reuocans: vt ostendat, Græcos insidijs, & deorum iniusto fauore, obtinuisse victoriam. Sibi verò Aeneas, & defensionem procurat, & laudem; cùm asseruit, in Troiæ cladibus non Græcos, sed deos extitisse victores. Ait ergo:* ACCIPE nunc Danaûm insidias, & crimine.] *Duplici genere criminationis Græcos aspergit, ex personâ captiui: atque vt hoc magis demonstraret, addidit.* Ab vno disce omnes. *Vnum quippe notabile vult esse in viro forti: vt congressu; non insidijs certet. Ostensurus autem Sinonem mendacem, periurum & sacrilegum, ait,* Et crimine ab vno: *non vt Sinon solus, qualis esset; sed vt tales esse omnes Græcos assereret.* NAMQVE, vt conspectu in medio turbatus, inermis Constitit, atque oculis Phrygia agmina circumspexit.] *Ad commouendam misericordiam; Omnes, inquit, circumfusos respiciens, ingemuit, & hæc dixit:* Heu, quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora possunt Accipere? an quid iam misero mihi denique restat? Cui neque apud Danaos vsquam locus insuper ipsi Dardanidæ infensi pœnas cum sanguine poscunt.] *Est enim pœna, quæ non adimat vitam. Hoc ergo dixit: & crucior generibus multis malorum, & sanguis meus quæritur.* A

CRIMINE ab vno disce omnes.] *Siquis malos esse quosdam & corruptos suspicabitur, quòd cum malis consuetudinē habeant: dicit illud;* Crimine ab vno disce omnes. *Ab hoc nihil discrepat Terentianum illud:* vnum cognoris, omnes nôris.

Accipere? aut quid iam misero mihi denique restat?
Cui neque ad Danaos vsquam locus: insuper ipsi
Dardanidæ infensi pœnas cum sanguine poscunt.
Quo gemitu conuersi animi, compressus & omnis
Impetus: hortamur fari, quo sanguine cretus:
Quidue ferat, memoret: quæ sit fiducia capto.
Ille hæc, depositâ tandem formidine, fatur
Cuncta equidem tibi Rex, fuerint quæcunque, fatebor
Vera, inquit: neque me Argolicâ de gente negabo.
Hoc primum: nec si miserum fortuna Sinonem
Finxit, vanum etiam mendacemque improba finget.
Fando aliquid si fortè tuas peruenit ad aures
Belidæ nomen Palamedis, & inclyta famâ
Gloria: quem falsâ sub proditione Pelasgi
Insontem, infando indicio, quia bella vetabat,
Demisère neci; nunc cassum lumine lugent.
Illi me comitem, & consanguinitate propinquum,
Pauper in arma pater primis huc misit ab annis.
Dum stabat regno incolumis, regnumq; vigebat
Consilijs: & nos aliquod nomenq; decusque
Gessimus: inuidiâ postquàm pellacis Vlyssi
(Haud ignota laquor) superis concessit ab oris:
Afflictus vitam in tenebris luctuq; trahebam,
Et casum insontis mecum indignabar amici.
Nec tacui demens: & me, fors si qua tulisset,
Si patrios vnquam remeâssem victor ad Argos,
Promisi vltorem: & verbis odia aspera moui.
Hinc mihi prima mali labes: hinc semper Vlysses

SER. DENIQVE.] *Aut vacat, sicut* Gentium: *aut* nouissimè *significat.* INSVPER ipsi.] *quibus sum præstiturus salutem.* INFENSI.] *Infensus propriè dicitur, plus quam inimicus* POENAS cū sanguine poscunt.] *id est, tormenta, & mortem: potest enim aliud esse sinè alio.* QVO sanguine cretus.] *quibus sit parentibus natus. nam Græcum esse, constabat.* FERAT.] *afferat, id est, nūtiet.* MEMORET, quæ sit fiducia capto.] *Aut dicat, quæ tanta sit in captiuo fiducia, vt audeat dicere,* Insuper ipsi: *aut certè* Memoret, *est, meminerit: vt significet, meminerit in captiuo veriloquium vitæ fiduciam esse: vnde & responsio talis est:* Fatebor vera. *Alij* Memorem *legunt; vt sit sensus: Hortabamur ad loquendū memorem, hoc est, qui diligenter factionis suæ meminerat.* FVERINT quecunq;.] *id est, quicunque me sequatur euentus.* HOC primum.] *hoc maximum: & subaudi, fatebor.* SINONEM.] *Autolycus quidam fur fuit, qui se varias formabat in species. hic habuit liberos: Sisyphum, vnde natus est Sinon; & Autoliam, vnde Vlysses. consobrini ergo sunt. Nec immeritò Vergilius Sinoni dat, & fallaciam, & proditionis officium; ne multùm discedat à fabulâ: quia, secundùm Euphorionem, Vlysses hoc fecit.* FINXIT.] *composuit, formauit: vt,* Corpora fingere linguâ. *Et notandum, quòd omnis Sinonis oratio est ἀκυρητικὴ: nam & negocium exprimit, & Troianorum insultat stultitiæ. Ita Terent.* Est quod te audio nescio quid concertâsse cum hero. VANVM.] *Fallacem: &* Vanus *est, qui etiam sinè vtilitate mentitur:* Mendax, *qui tantùm ad decipiendum. Sanè* vanus, *apud idoneos stultus inuenitur: vt Iuuenalis:* Sic libitum vano, qui nos distinxit, Othoni. FANDO aliquid si fortè tuas peruenit ad aures.] Fando, *id est, dum dicitur. Et vtitur bonâ arte mendacij: vt præmittat vera: & sic falsa subiungat. Nam quod de Palamede dicit, verum est: quod de se subiungit, falsum. Et sciendum, ex hac historiâ partem dici, partem supprimi, partem intelligentibus relinqui. Nam Palamedes (vt Apollonius dicit) septimo gradu à Belo originem ducens, cùm delectum militum per Græciam ageret, simulantem insaniam Vlyssem duxit inuitum. Cùm enim ille, iunctis dissimilis naturæ animalibus, salem sereret: filium ei Palamedes opposuit. quo viso, motus Vlysses, aratra suspendit; ne filium offenderet: quod non insaniæ, sed prudentiæ fuerat indicium: & ad bellum ductus, habuit iustā causam doloris. Postea, cùm Vlysses, frumentatum missus ad Thraciam, nil aduexisset, à Palamede est vehementer increpitus. Et cùm diceret, adeò non esse negligentiam suam, vt ne ipse quidem, si pergeret, quicquam posset aduehere: profectus Palamedes, infinita frumenta deuexit: quâ inuidiâ Vlysses, auctis inimicitijs, fictam epistolam, Priami nomine, ad Palamedem (per quam agebat gratias proditionis; & cū memorabat, secretum auri pondus esse transmissum) dedit captiuo; & eum in itinere fecit occidi. Hæc inuenta, more militiæ regi oblata est, & lecta principibus conuocatis. Tunc Vlysses, cùm se Palamedi adesse simularet, ait: Si verum esse creditis; in tentorio eius aurum quæratur. Quo facto, inuento auro, quod ipse per noctem corruptis seruis absconderat: Palamedes lapidibus interemptus est. Hunc autem constat fuisse prudentem. nam & tabulam lusoriam ipse inuenit, ad comprimendas otiosi exercitus seditiones; vt Varrò testatur. Secundùm quosdam, ipse reperit literas. quæ res si fortè sit dubia: tamen certum est, θ φ χ ab hoc esse inuentas, cum aspiratione.* INCLYTA gloria.] *propter delectum & frumenta.* FALSA sub proditione.] *sub falso crimine proditionis. & rem notam perit rasitum dicit. vnde paulò pòst:* Haud ignota loquor. *Quanquam ibi posiit intelligi. Haud ignota nobis: sed fortè ad vos etiam potuit peruenire. Sciendum sanè, factum hoc verè Troianos sciuisse. Sed Sinon calidè, quasi ignorantibus, quæ vera sunt, dicit: vt fidem sequentibus faciat.* PELASGI.] *à Pelasgo, Terræ filio, qui in Arcadiâ genitus: vt Hesiodus tradit.* INFANDO indicio] *id est, delatione. Propter aurum clàm suppositum.* QVIA bella vetabat.] *iam hoc falsum est. sed dicitur ad Sinonis commendationem. Nam aliam ob causam Palamedes perijt.* CASSVM.] *priuatum, vacuum. Ei Cassum est,*

A eſt, quaſi quaſſum, & nihil continens. Nam & vas quaſſum, quod humorem in ſe non continet, & eſt vacuum. Vnde & retia caſſes, qui multum in ſe vacui habeant. PAVPER.] *Hæc fuerat cauſa militandi: vt Terentius:* Cùm hinc egens profugiet aliquò militatum. PRIMIS annis.] *aut adoleſcentiæ, aut belli.* DVM ſtabat regno incolumis.] Quia & ipſe vnus de regibus fuit. ET nos.] *Pluralis numerus pro ſingulari; ad euitandam iactantiam. vt Salluſt.* Nos in tantâ doctiſſimorum copiâ. *Aut,* Nos, *ſe & patrem dicit.* NOMEN.] *gloriam; vt,* Nomen Echionium matriſq; genus Pentheæ. *vel, vt alij, nobilitatem; vt,* Cui genus, & quondam nomen natiq; fuiſſent. INVIDIA.] *Propter aduectum frumentum.* PELLACIS.] *per blanditias decipientis.* Pellicere *enim eſt, blandiendo elicere, vel decipere.* CONCESSIT.] *pro deceſſit.* MECVM indignabar. *Quomodo ergo,* Nec tacui demens? *Intelligimus, iſtum quaſi tacuiſſe primò; poſtea impatientiâ doloris erupiſſe.* FORS ſiqua.] *Bene,* SI QVA *quia eſt & bona, & mala.* PROMISI.] *Per contrarium ait, pro, Minatus ſum: quia minamur mala, promittimus bona. ſic Horatius contrà:*
B Atqui vultus erat multa & præclara minantis, *id eſt, promittentis. Et,* Promiſi vltorem; *deeſt,* futurum. TVLISSET.] *nonnulli pro, retuliſſet.* VICTOR.] *vt quidam volunt, Voti compos: vt eſt;* Qua ſeptem ingentia victor. *Quia aliter dictum, potuit non bene à Troianis accipi.* ARGOS.] *Argi ab Argo dicti: quem cuſtodem vaccæ, in quam Io fuerat commutata, Mercurius occidit.* HINC] *pro, Hac cauſa, vel Propter hoc. Et eſt aduerbium locale, pro coniunctione cauſali.* PRIMA mali labes.] *quia ſecuti ſunt poſtea oraculum & aſcita Calchantis factio.* Labes *verò, ruinam ſignificat, à lapſu.*

POM. Sab. ILLE hæc.] *Hoc non ponit Apronianus; & non putat eſſe Vergilij. Autolycus, filius Mercurij, omnium furum aſtutiſſimus & ſolertiſſimus. huius liberi fuerunt, Sinon, & Autolyca; quæ nupta Laerti, peperit Vlyſſem, vt aiunt. Sinonis filius, Siſimus, Sinon alius, de quo loquitur nunc Vergilius.* FVERIT quodcunque.] *ſi ex hac veritate eueniat mihi quodcunq; & ſequatur.* BELIDÆ Palamedis.] *Oceani ex Terrâ filius, eſt Inachus; filius Inachi, Iolus; & Ionis Epaphus; Epaphi & Nilotidis Nymphæ, Belus; Beli, Danaus; Danai, Amymone, vna ex quinquaginta filiabus; Amymones &*
C *Neptuni, Nauplius. is ex Clymene genuit Palamedem & Aiacem. Palamedes Agamemnonem & Menelaum, iure affinitatis, ope iuuit & conſilio. Legatus cum Vlyſſe & Menelao collegis, Troiam ad Priamum adiuit: ſolus apud regem queſtus eſt. nam, conſilio & eloquentiâ plurimùm valebat. Apollonius ait, Palamedem ſeptimum à Belo fuiſſe. nomina non ponit ex exercitus Græcorum. cùm Agamemnonem depoſuiſſet, Palamedem præfecerat: quod integro duci inuidiam peperit. De eo igitur interficiendo, annuente Agamemnone & participe, conſilium ineunt Diomedes & Vlyſſes. ſimulant theſaurum repertum in puteo, & cum eo partiri velle. Palamedes ab his perſuaſus, nihil inſidioſè metuens, deſcendit in puteum; vbi ita circumuentus interijt. eius funus publicè celebratum ab omni exercitu: crematum, & vaſculo aureo ſeruatum, miſere ducet ad patrem. Aiunt aliqui ſimulantem inſaniam, ductum fuiſſe inuitû ab eo Vlyſſem. Volunt alij, multùm increpuiſſe Vlyſſem, quòd nil frumenti aduexerat è Thraciâ: & ipſe poſtea illuc acceſſit, & multum detulit: Vlyſſes literas à Priamo ad Palamedem miſſi ſimulauit, quibus Priamus agebat gratias proditionis, pro quâ aurum mitteret: & paulò antè clàm Vlyſſes aurum in tentorio Palamedis ſuffoderat. allatis ad Agamemnonem literis, vocatur in iudicium: reus, reperto intra tentorium auro, lapidibus obrutus ab exercitu fuit. Sed veriſimile non eſt, cùm tantopere amaretur. Palamedes, ex volatu gruum in aëre, quaſdam literarum formas fecit. primus etiam fertur inueniſſe latrunculorum tabulam.* QVIA bella vetabat.] *Captat beneuolentiam de nomine Palamedis, quòd ceciderit ſuaſor pacis.* CASSVM lumine.] *priuatum vitâ.* STABAT.] *Palamedes vnus ex ducibus, id eſt, regibus erat.* CONCILIIS.] *concilia regum ad eum accedebant.* PELLACIS Vlyſſis.] *Pellicere, blandiendo elicere.* Pellax *autem, qui cùm blanditijs decipit.* SVPERIS conceſſit.] *id eſt, vitâ receſſit. vt Salluſtius in Iugurthâ.* POSTQVAM vitâ côceſſit.] *Qui viuit, dicitur habitare ſuperas oras: comparatione illorum qui apud inferos ſunt.*

VAR. Lect. INSVPER ipſi Dardanidæ.] *In Rom. libro, & pleriſq; alijs antiquis, legere eſt,* Et ſuper ipſi. CVNCTA equidem tibi rex, fuerint quæcunq;, fatebor, Vera.] *Nonnullis in libris peruetuſtis legere eſt,* Fuerit quodcûq;, *ſingulari numero. Sed enim Seruius,* Fuerit quodcunque, *videtur agnouiſſe.* REGNVMQ'VE vigebat Conſilijs.] *Sunt qui,* Regum concilijs, *legendum autument.* INVIDIA poſtquam pellacis Vlyſſi.] *In Longobardico, & in aliquot alijs antiquis libris,* Fallacis *legitur.* SVPERIS conceſſit ab oris.] *In libro Longobardico,* Exceſſit.

DON. QVO gemitu conuerſi animi, compreſſus & omnis Impetus.] *Bonitatem Troianorum vult Aeneas oſtendere: qui pro ſupplicio vltimo, quod ſperabat Sinon, ſolo gemitu eius, pro pœnâ contenti, flexi ſunt.* HORTAMVR fari, quo ſanguine cretus; Quidve ferat memoret: quę ſit fiducia capto.] *In iſtâ interrogatione tria poſuit, vim propoſitionis continentia, ad quæ Sinonem reſpondere conueniret.* ILLE hæc, depoſitâ tandem formidine fatur: Cuncta equidem tibi rex (fuerit quodcunque) fatebor Vera, inquit.] *Promittit ſe vera omnia dicturum, qui nullâ in parte fuerat relicturus veritatem. Tibi, inquit rex, vera dicam omnia. Aſſumptâ fiduciâ velut confitendi. quòd apud regem fuiſſet locuturus: qui & cognoſcendi & ignoſcendi facultatem habuiſſet. Locutio autem talis eſt: Vtcunq; eſt, quod ſum relaturus; cuncta dicam vera. Promittendo veritatem, cômendauit perſonam ſuam. & dicendo regem, hoc eſt, eum cui tanta reuerentia deberetur, beneuolum fecit: eò magis, quòd promittebat narrationem, quæ fidem veritatis oſtenderet. Hoc, inquit, primum: quid enim ante omnia in huiuſmodi cauſis quæritur, niſi veritas?* Fatebor, *&* referam, *non eſt vnum. nam* referam *ſignificat, cùm indicatur aliquid ſimplex; & poteſt proferri ſinè tormentorû metu:* fateri *autem. eſt aliquid prodere, quod ſit contrariû confitenti, & habeat crimen, ac ſi fuerit fraude ſuppreſſum, & poſſit pœnis durioribꝰ pectore negantis excludi.* Sic, fuerit quodcunque: *Cuncta, inquit, & quicquid fuerit, fatebor: vt* Fatebor *bis accipiatur; ne fiat per numeros vitium: vt ſit,* fatebor cuncta: *item,* fatebor quodcunq; fuerit. HOC primum.] *Deniq;, inquit, quod negare debueram, hoc primum confitebor.* NEQVE me Argolicâ de gente negabo.] *Quod in aperta probatione eſſe potuit, etiamſi ipſe non diceret, hoc primò confeſſus eſt: vt putaretur cætera ſinè fraude dicturus.* NEQVE me Argolicâ de gente negabo.] *Græcus ſum, inquit: hoc eſt dicere, hoſtis ſum veſter.* HOC primum: nec ſi miſerum fortuna Sinonē Finxit, vanum etiam mendacemq; improba finget.] *Et ſi cum periculo, inquit, verum loquar: fortuna enim ſtatum mihi prioris felicitatis eripere potuit: non tamen mutare, quòd natus ſum. Dixit ergo, quo ſanguine cretus: addidit etiam nomen ſuum; vt perſonam ſuam pleniſſimè demonſtraret. Hoc argumento, quod ſuadebat, impleuit; vt Troiani crederent, reliqua vera eſſe dicturum. Incipit cauſas oſtendere ceſſationis ſuæ. non enim vacuum fuit, vt, recedentibus omnibus Græcis, ſolus ipſe ſinè aliqua ratione remanſiſſet. & ad hanc ipſam partem duxit ex alto principium: in quo ſine dubio fuit fabula omnibus nota, perindeq; vera. Sed hac expoſitâ in primâ parte, ſubiunxit falſa: quò facilè illud, quòd cô oſitò metiebatur, credi potuiſſet. Itaq; coniungitur:* FANDO aliquid ſi fortè tuas peruenit ad aures Belidæ nomen Palamedis, & inclyta famâ Gloria; quem falsâ ſub proditione Pelaſgi Inſontem, infando indi-

A cio,

Digitized by Google

cio, quia bella vetabat, Demiſere neci: nunc caſſum lumine lugent.] Palamedis vera fuit fabula. nam inter ipſum & Vlyſſem graues inimicitiæ exſtiterant, vſq; eò; vt argumentis Vlyſiis, velut proditorem, conſtet occiſum: eâ vel maximè coniecturâ, quòd Græcos reuocaret ab effectu bellandi, & in tentorio eius eſſet inuentum aurum, quod eundem Vlyſſem ferunt ſuppoſuiſſe. Hoc ergo, quod fuerat verum de Palamedis morte, dedit occaſionem mentiendi, vt diceret: Illi me comitem, & conſanguinitate propinquum, Pauper in arma pater primis huc miſit ab annis, Dum ſtabat regno incolumis, regumq́ue vigebat Conſilijs. & nos aliquod nomenq; decusq́ue Geſſimus.] Pater, inquit, meus, ex eâ cauſâ, quòd eſſet in arma pauper, hoc eſt, imbellis ætatis; atq; ea contemplatione, quòd Palamedi eſſet affinis, me ei ſocium iunxit. deferebatur enim patri meo: quia in numero regum fuit, & plurimum viguit. Hæc nobilitas generis idcircò compoſita eſt; vt Troianorum miſericordiam, de præteritâ & præſenti fortunâ, prouocaret ad lenitatem. maiorem enim miſericordiam mouent, qui ex opulentiâ in miſerias fuerint lapſi. Redit rurſum ad fabulam, commendans per omnia perſonam ſuam: vt oſtendat ſe bonum ſocium, bonum amicum, bonumq; propinquum. Commendat etiam Palamedis memoriam, dicendo; quia bella vetabat: vt ex eâ cauſâ præſtarent amico viuenti, quod Palamedi defuncto non poterant. Inuidiâ poſtquam pellacis Vlyſſi (Haud ignota loquor) ſuperis conceſſit ab oris.] Poſteaquam, inquit, idem Palamedes (vt omnibus notum eſt) receſſit à ſuperis. non dixit mortuus eſt: ſed conceſſit: vt memoria eius digna eſſet, quæ poſt hominis finem viuere mereretur. Ego, inquit, poſt illius exceſſum, cui & comes fui, & commendatus à patre, cui me conſtabat eſſe affinem. AFFLICTVS vitam in tenebris luctuque trahebam, Et caſum inſontis mecum indignabar amici.] Hoc vult intelligi: vt non ſic duceret vitam, quomodo qui optant viuere; ſed qui cupiunt mori. Hæc non erant vera: ſed quæſita ad fallendum. Et vt ad maiorē moueret miſericordiam, addidit præterea aliud: quo nimios velut dolores ſuos exprimeret, quibus quaſi ex Palamedis luctu fuerat preſſus. NEC tacui demens, & me, fors ſi qua tuliſſet, Si patrios vnquam remeâſſem victor ad Argos, Promiſi vltorem: & verbis odia aſpera moui.] Cogitabam, inquit, defendendum eſſe amicum, oppreſſum ex criminibus falſis: & defendendum eſſe innocentem. ſed nimius dolor tantum potuit, vt me feciſſet inſanum. Denique quod tegendum animo fuit, ac quod alto ſilentio premendum, non voluntate meâ, neque integro ſtatu mentis, potiùs effudi, quàm dixi, clamauiq; pietate cogente. Nimius diſpoſuerat dolor, ſcilicet de morte inſontis, in ſedibus patrijs me autorem futurum eſſe vltionis: neq; ipſum ſic affuturum cauſæ, vt admiſſi ſceleris vltio proueniret. ſed omne illud, quod incautè dolore diffuderam, inſidiantis inimici tergiuerſatione præuentum eſt, odio ſcilicet in me meis profeſſionibus conſtituto: neque ipſo leui: ſed exitium mihi ſalutis acquirenti. Quod enim cogitare poſſet inimicus, qui ſe ſperabat non eſſe victorem, nec inultum, ſi ego incolumis ad patriam remeaſſem? HINC mihi prima mali labes, hinc ſemper Vlyſſes Criminibus terrere nouis: hinc ſpargere voces In vulgum ambiguas, & quærere conſcius arma.] Notabilis perſona eſt eius, qui ſic vitam ſuam degit, vt ſibi commeat inimicos. Hoc ergo Sinon inter multa falſa adſtruit, & purgat, vt dicat: Ego quidem iuſto dolore commotus, inimicitias profeſſus ſum: nec prouocaui alterum, ſed ille me, dum in amicum meum ſcelus admitteret, prouocauit: id eſt, ille iniuſtas aduerſùm me inimicitias ſuſcepit, vt occiſo innoxio, me quoq;, qui mortis eius vltor eſſe potueram, putaret opprimendum. Cùm igitur me vltorem metueret, ſpargebat in vulgum nouum de me criminum genus: & omnia iactabat ambiguè, quia vera, quæ diceret non habebat. Quærebat conſiliorum tela, quibus me confoderet, occaſioneſq; captabat.

Nos aliquod nomeńq; decusq; geſſimus.] Hoc verſu indicabit ſe quiſpiam, nō omnino in gloriam ætati exegiſſe.

Criminibus terrere nouis: hinc ſpargere voces
In vulgum ambiguas, & quærere conſcius arma.
Nec requieuit enim, donec Calchante miniſtro.
Sed, quid ego hæc aūt nequicquā ingrata reuoluo?
Quidve moror: ſi oēs vno ordine habetis Achiuos,
Idq; audire ſat eſt: iamdudum ſumite pœnas.
Hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ.
Tum verò ardemus ſcitari, & quærere cauſas:
Ignari ſcelerum tantorum, artiſq; Pelaſgæ.
Proſequitur pauitans, & ficto pectore fatur.
Sæpè fugam Danai Troiâ cupiêre relictâ
Moliri, & longo feſſi diſcedere bello.
(Feciſſentq; vtinam!) ſæpè illos aſpera Ponti
Interclusit hyems, & terruit auſter euntes.

SER. CRIMINIBVS.] cauſis. vt ſuprà: Et crimine ab vno. SPARGERE voces.] miſcere. Cicero: Spargere venena didicerunt. AMBIGVAS.] dubias, ne, ſi apertè ageret, accuſatio eſſe videretur. CONSCIVS.] Aut peracti ſceleris, & de nece Palamedis: aut dolorum ſuorum. vt eſt in tertio: Oblitùſne ſui eſt Ithacus diſcrimine tanto. Aut certè, ſciēs animū meum. ARMA.] Modò fraudes, vel dolos. nam Arma ſunt inſtrumenta cuiuslibet rei vnde & inſidiantis fraudes arma nominauit. Alij, Arma, pro conſilijs accipiunt. NEC requieuit enim.] Aut vacat Enim: aut pendet ſenſus, vt & poſterior. DONEC Calchante miniſtro.] Me deſtinet aræ, intelligitur. & eſt ἀποσιώπησις. Arte agit, ſemiplena dicendo: vt cogat & interrogare, & auidiùs audire Troianos. SED quid ego.] Et benè reticuit: ne tæderet illos tam longæ orationis. Hic autem abundat. INGRATA.] id eſt, nec vobis placitura, nec mihi gratiam conciliatura. QVIDVE moror.] veſtram ſcilicet feſtinationem. OMNES.] Et eos qui vobis prodeſſe diſponunt. VNO ordine.] vno reatu. & eſt de antiquâ tractuum ſcientiâ: quia in ordinem dicebātur cauſæ, propter multitudinem, vel tumultum feſtinantium, cùm erat annus litium. Iuuenal. Exſpectādus erit qui lites inchoet annus. IAMDVDVM.] modò, Quamprimùm. HOC Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ. Ithacus, pro Ithacenſis: principale, pro deriuato. Callidè hoc dicto impetrat vitā, aſſerit, mortem ſuam illorū hoſtibus eſſe placituram. Ideò autem dicit, Mercentur: quia ſacrorum eſt, vt fugiens victima, vbicunq; inuenta fuerit, occidatur; ne piaculum committatur. Ergo Sinon, qui victima fuerat, & iure, & votis, & præmio Græcorum interimitur. MAGNO.] id eſt, precio. vt, Turno tempus erit magno cùm optauerit emptum Intactum Pallanta. ARDEMVS.] feſtinamus. QVÆRERE cauſas.] inquirere, cur Græci eius interitus optaretur. ARTIS Pelaſgæ.] Ars τῶν μέσων eſt: ideò adiecit, Pelaſgæ. fraudulenti enim ſunt habiti. vt Plautus: Græcâ mercamur fide. PAVITANS.] quaſi pauitans. FICTO pectore.] pectus pro verbis poſuit. nam nunquam fingitur pectus. SÆPÈ fugam Danai.] Hoc ſecundum Homerum verum eſt: vt maximè eſt in ſecundo Iliados. MOLIRI.] parare. Et hoc verbo difficultatem rei oſtendit. LONGO.] decennali. FESSI bello.] Fauorem ſibi conciliat, dicendo, fatigatos eſſe Græcos virtute Troianorum. VTINAM.] Nec enim hic ara deſtinaretur. PONTI hyems.] Bene addidit, Ponti: quia eſt & temporis, & aëris. EVNTES.] ire cupientes. vt, Cum canerem reges & prælia: id eſt, cùm canere vellem. & eſt figura, vbi ſtatuiſſe aliquid pro inchoatione habetur.

CALCHANTE miniſtro.] Calchas, Teſtoris filius, Phœbi ſacerdos, ex Acarnaniâ venit, vaticinator in exercitu Græcorum

A Græcorum cum Mopſo: poſt bellum Troianum, cum Amphilocho, Amphiarai filio, Colophonem venit: cum Mopſo certauit. Sophocles ait, eum periiſſe in Ciliciâ. CALCHANTE miniſtro.] *Suſpenſam orationem interruptamq́ reliquit: vt maiorem audiendi auiditatem inueniat. hoc eſt, Calchas, impulſus ab Vlyſſe, deſtinauit me ſacrificio.* INGRATA.] *quia non parcetis.* VELIT. *pro vult, Quintilianus ſcribit.* FATVR.] *Sinon.*

NEC requieuit enim, donec Calchâte miniſtro.] *Cœperat referre ſequentia: ſed hæc arte mirâ fallendi ſuppreſſit: vt Troianos magis deſiderio audiendi accenderet, & hac ratione ſibi conquireret veniam. Idcirco ait:* Sed quid ego hæc autem nequicquam ingrata reuoluo? Quídve moror? ſi omnes vno ordine habetis Achiuos, Idq́; audire ſat eſt: iamdudum ſumite pœnas. HOC Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ.] *Vbi ad ipſum cardinem venit, in quo mendaciorum conſiſtebat effectus, negauit ſe dicturum: ne vltrò omnia referendo, daret ſuſpicionem falſitatis. Ait ergo: iam ſcio me moriturum, cùm retulero omnia: melius eſt reticere; vt Atridæ in lucro habeant, quòd ſecreta eorum non prodidi. neq; enim, propter vnum inimicum,*
B *debeo omnes meos prodere. Ordinatur ſenſus ſic, & eius expoſitio talis eſt:* Sed quid ego nequicquam reuoluo hæc? *hoc eſt, refero quæ apud vos erunt ingrata?* Quídve moror? *cur differo pœnas meas, poſt relationis beneficium continuò moriturus? vel, quid mihi proderit, meorum ſecreta vobis reſerare; quos vicem mihi ſcio non eſſe reddituros? Quin potiùs, ſi omnes Achiuos pariter vno odio proſequimini: profeſſus ſum iamdudum, me veſtrum eſſe inimicum: ſumite de confeſſo ſupplicium, nec vobis hoc imputabo: omne enim malum mihi idem videbitur intuliſſe, qui me quolibet pacto quærebat occidere.* TVM verò ardemus ſcitari, & quærere cauſas.] *Hoc conſilio, nos accendit audiendi deſiderio. Deniq; ſcitari cupimus, hoc eſt, impenſiùs quærere & interrogare cauſas. Cauſa eſt, propter quã fit aliquid. nihil enim fit, niſi quod præcedat cauſa faciendi.* IGNARI ſcelerum tantorum, artiſq́; Pelaſgæ.] *Nos, inquit, ex noſtrâ ſimplici & honeſtâ naturâ iudicantes Græcos, vera Sinonem loqui arbitramur. Porrò autem illi omnes doloſi ſunt, omneſq́; fallaces. Et hoc eſt, quod ait ſuperiùs:* Ab vno Diſce omnes. PROSEQVITVR pauitans.] *Pauitantem debemus accipere, aut ſimulato pauore loquentem: aut verè pauitantem, ne titubante linguâ in curſu inſidiarum deceptio naſceretur, quas iam videbat in tuto.* ET ficto pectore fatur.] *Pectore cœpit loqui: hoc eſt, diſſimulatâ veritate, aliud promebat officio linguæ, cùm aliud pectore retineret.* SÆPE fugam Danai Troiâ cupiêre relictâ Moliri, & longo feſſi diſcedere bello.] *Mendacium cum argumento, quo credibile videri potuiſſet, quòd dicebat. Parauerunt, inquit, ſæpè reditum Græci. hoc falſum fuerat. addidit cauſam veluti reditus maturandi; & argumentum ſumpſit à tempore:* Longo feſſi diſcedere bello: *vt, qui annis tot victoriam conſequi nequiuiſſent, crederentur diuturnitatis tædio affectum reieciſſe certandi.* FECISSENTQVE vtinam.] *Bene optabiliter poſuit: hoc enim & Troiani libenter audiebãt; & Sinoni proderat. Huius conſilij non perfecti vltrò rationem præſtat. potuit enim dici è diuerſo: Si hoc diſpoſuerant, cur factum non eſt?* SÆPE *inquit,* illos aſpera Pôti Intercluſit hyems, & terruit Auſter euntes.] *Vt non conſilium facto; ſed euentus defuerit voluntati.*

Præcipuè cùm iam hic trabibus connexus acernis
Staret equus, toto ſonuerunt æthere nimbi.
Suſpenſi Eurypylum ſcitatum oracula Phœbi
Mittimus: iſq; adytis hæc triſtia dicta reportat.
Sanguine placaſtis ventos, & virgine cæſâ,
Cùm primùm Iliacas Danai veniſtis ad oras:
Sanguine quærendi reditus, animâq́; litandum
Argolicâ. Vulgi quæ vox vt venit ad aures,
Obſtupuêre animi, gelidusq; per ima cucurrit
Oſſa tremor; cui fata parent, quem poſcat Apollo.
Hîc Ithacus vatem magno Calchanta tumultu
Protrahit in medios: quæ ſint ea numina diuûm
Flagitat. & mihi iam multi crudele canebant
Artificis ſcelus, & taciti ventura videbant.
Bis quinos ſilet ille dies, tectusq; recuſat
Prodere voce ſuâ quenquam, aut opponere morti.
Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus,
Compoſitò rumpit vocem, & me deſtinat aræ.
Aſſensêre omneis: & quæ ſibi quiſq; timebat,
Vnius in miſeri exitium conuerſa tulêre.
Iamq; dies infanda aderat: mihi ſacra parari,
Et ſalſæ fruges, & circùm tempora vittæ.
Eripui (fateor) letho me, & vincula rupi,
Limoſoq; lacu per noctem obſcurus in vluâ
Delitui dum vela darent, ſi forte dediſſent.
Nec mihi iam patriam antiquam ſpes vlla videndi,
Nec dulceis natos, exoptatumq; parentem:
Quos illi fors ad pœnas ob noſtra repoſcent
Effugia. & culpam hanc miſerorum morte piabunt.
Quod te per ſuperos, & conſcia numina veri,
Per, ſi qua eſt, quæ reſtat adhuc mortalibus vſquam

PRÆCIPVE.] *Contrà illud, ne diceretur, numina non eſſe placata.* TRABIBVS acernis.] *Speciem pro genere poſuit: id eſt, pro quocunq; ligno.* ÆTHERE.] *Æthere pro aëre poſuit, poëticâ licentiâ.* SVSPENSI.] *Aut ſolliciti: vt,* Noſtroq́; in limine pendet. *quia nec tempeſtas poſt dona mutabatur.*
C *Aut ad nimbos refertur, diſtinctione mutatâ: vt dicat, Nimbi ſuſpenſi.* SCITANTEM.] *Participium pro participio eſt: id eſt, ſcitaturum. Alij* Scitatum *legunt, id eſt, inquiſitum.* ORACVLA.] *templa, de quibus dantur oracula. Alibi, Oracula reſponſa ſunt: vt,* Lapſis quæſitum oracula rebus. &, Quin adeas vatem, precibusq́; oracula poſcas. ADYTIS.] *Adytum, eſt locus templi ſecretior, ad quem nulli eſt aditus niſi ſacerdoti. ab α ſinè, & δύω ingredior: id eſt, ſinè alicuius ingreſſu.* TRISTIA dicta reportat.] *renuntiat. More ſuo, breuiter habitum futuræ orationis oſtendit.* SANGVINE placaſtis ventos, & virgine cæſâ.] *Cùm primùm hic diſtinguẽdum: quia & ſemel ad Troiam ventum eſt; & antequam ad eam veniretur, de Iphigeniâ eſt ſacrificatum. Cuius fabula talis eſt. Cùm Græci ad Aulidem veniſſent; Agamemnon Dianæ ceruam occidit ignarus in venatione. Vnde irata dea, flatus ventorũ* [illegible]

qui ad Troiam ducebant, ſuſpendit. Quamobrem, cùm nec nauigare poſſent, & peſtilentiam ſuſtinerent, oraculo per Calchantem conſulto dictum eſt, Agamemnonio ſanguine, hoc eſt, immolatâ Iphigeniâ, Dianam eſſe placandam. Ergo cùm ab Vlyſſe, per nuptiarum ſimulationem, adducta Iphigenia eò eſſet, vt immolaretur: numinis miſeratione ſublata eſt, ceruâq; ſuppoſitâ: & tranſlata ad Tauricam regionem, regi Thoanti tradita eſt; ſacerdosq́; facta Dictynnæ Dianæ. Quæ cùm, ſecundùm ſtatutam cõſuetudinem, humano ſanguine numen placaret, agnouit fratrem Oreſtem: qui accepto oraculo, carendi furoris cauſâ, cum amico Pylade Colchos petierat: & cum his occiſo Thoante, ſimulachrum ſuſtulit, abſconditum faſce lignorum (vnde & Faſcelis dicitur: non tantùm à face, cum quâ pingitur propter quod & Lucifera dicitur) & Ariciã detulit. Sed cùm poſtea Romanis ſacrorũ crudelitas diſpliceret. (quanquam ſerui immolarentur) ad Laconas eſt Diana tranſlata: vbi ſacrificij conſuetudo, adoleſcentulorum verberibus ſeruabatur: qui vocabantur Βωμονίκαι: qui aris ſuperpoſiti contendebant, qui plura verbera ſuſtineret. Oreſtis verò oſſa, ab Ariciâ Romam tranſlata, poſita ſunt ante templum Saturni: quod eſt ante cliuum Capitoli, iuxta Concordiæ templum.

plum. VIRGINE cæſâ.] *Non verè; ſed vt videbatur. & ſciendum, in ſacris ſimulata pro veris accipi. Vnde, cùm de animalibus, quæ difficilè inueniuntur, eſt ſacrificandum: de pane vel de cera fiunt; & pro veris accipiuntur. Hinc eſt etiam illud:* Sparſerat & latices ſimulatos fontis Auerni. *nam & in templo Iſidis, aqua ſparſa de Nilo eſſe dicebatur.* LITANDVM.] *offerendum. Sed hoc in liquidis fit: id eſt, Lito; vt Libo. A'* Lito *autem, fit* Litus; *eò quòd interluit.* ARGOLICA] *Quia occurrebat, occidi potuiſſe captiuum.* CVI fata parent.] *cui reſponſa præparent mortem.* HIC.] *pro, Tunc.* VATEM.] *nunc. Diuinum. Aliâs Poëtam; vt,* Tu vatem, tu Diua mone. *aliâs ſacerdotem; vt,* Et aurea vati Caſſida. MAGNO tumultu] *Ad factionem tegendam.* PROTRAHIT.] *quaſi nolentem.* NVMINA diuûm.] *Pro oraculis poſuit. & quærit modò, non quid dicat, (nã planum eſt) ſed quis debeat immolari.* FLAGITAT.] *id eſt, inuidiosè poſcit. Vnde &, qui flagitatione dignus eſt, Flagitium dicitur.* MVLTI crudele canebant] Multi, *bis intelligendum: id eſt, multi videbant taciti, multi etiam dicebant. ut ſit contrarium,* Canebant taciti. BIS quinos ſilet ille dies.] *Dicimus &,* Bis quinis ſilet diebus. TECTVS.] *Aut multitudini ſe ſubtrahens: aut tegens conſilium ſuum: aut cautus, ne intelligeretur.* RECVSAT.] *abnegat.* PRODERE] *dolo oſtendere.* OPPONERE.] *obijcere, deſtinare.* VIX tandem.] *Aut iunge, & vacat* tandem: *aut ſepara, & eſt exaggeratio è ſynonymis: vt,* Abijt, exceſſit, euaſit, erupit. COMPOSITO.] *Ex pacto; vel ordine inter ſe inſtituto.* RVMPIT vocem.] *hoc eſt, erumpit in vocem. & dictum eſt per contrarium. Nam ſilentium rumpere, eſt loqui: vt,* Quid me alta ſilentia cogis Rumpere? *Vocem verò rumpere, eſt tacere. Sed aliqua interdum ſimpliciter, interdum per contrarium intelliguntur.* ET quæ ſibi quiſq; timebat.] *Ideò hoc addidit; quia dixerat,* Aſſensêre omnes: *ne videretur cunctis fuiſſe ſuæ gentis inuiſus.* MIHI.] *Multi poſterioribus, multi primis iungunt: vnus tamen eſt ſenſus.* PARARI.] *Infinitiuus modus pro indicatiuo; hoc eſt, Parabant. & eſt figura propria hiſtoriographorum. vt Salluſtius:* Equitare, iaculari, curſu cum æqualibus certare. *vt & poëtarum propria eſt;* Nuda genu &, Toruum clamat. *Quòd autem Cicero ait,* Bell. cum canit; *non eſt figura; ſed ſermo naturalis. eſt enim ſoni nomen.* SALSÆ fruges.] *Sal & far; quod dicitur mola ſalſa: quâ & frons victimæ & foci aſpergebantur, & cultri. Fit autem de hornâ fruge, & horno ſale. vt Horatius:* Et hornâ fruge. VITTÆ.] *quibus victimæ coronabantur.* LETHO.] *Non ſacrificio. inuidiosè locutus eſt. Et eſt ὕστερον πρότερον: prius enim erat, vt vincula rumperet, & ſic fugeret.* VINCVLA rupi. *Atqui ſolutæ ſunt hoſtiæ. nam piaculum eſt, in ſacrificio aliquid eſſe religatum. vnde eſt:* Vnum exſuta pedem vinclis in veſte recincta. *Item:* Vittaſq; reſoluit Sacrati capitis. *Ergo vincula religionis intellige: vt,* Et vinclis innaret Clœlia ruptis. *ſcilicet fœderis. nec enim obſides vnquam ligantur. Sed huic expoſitioni illud occurrit; vnde iſte ligatus fuerit? quia eum Troiani non ligauerunt. vltrò enim ſe obtulerat. Vnde intelligendum eſt, à Græcis magis ligatum, ante tempus ſacrificij. nam conſuetudo illa, quam ſuprà diximus, erat in ipſo tempore ſacrificiorum: antè enim ligabatur. vt Iuuenal. docet:* Sed procul extenſum petulans quatit hoſtia funem. LIMOSOQVE lacu.] *Vt veriſimilem fugam faciat, circumſtantijs vtitur. Notandum ſanè Vergilium, ſub aliorum perſonis, cauſam exſequi nobilium Romanorum: vt hoc loco Marij, item paulò pòſt Pompeij. vt,* Iacet ingens littore truncus. PER noctem obſcurus.] *Bona elocutio eſt, temporis ad perſonam transferre: vt,* Matutinus venit. VLVA.] *paluſtri.* SI fortè dediſſent.] *Medium ſe præbet. nam nec negat, nec confirmat, eos nauigâſſe: ne aut eis demat ſecuritatem, aut, quod ſuprà dixit, falſum ſit, non poſſe nauigare Græcos, niſi homine immolato: vt illorum ſit, quicquid elegerat. & artis eſt, in argumentorum angu-*ſtiâ, *incertis vti ſermonibus.* ANTIQVAM.] *charam. Et bene commemorat liberos & parentem: vt oſtendat, ſe non deſeruiſſe, vt vilem; ſed mortis fugiſſe terrorem.* QVOS illi.] *de quibus illi* FORS ad pœnas.] *Fortè, & pœnas. Alij iungunt* Forſet, *vt ſit* forſan. EFFVGIA.] *Et fuga & effugium dicimus: ſicut lana, & lanicium: vt,* Si tibi lanicium curæ. *hinc eſt æquitas, & æquum. Ergo more antiquo, hoſtia, ſi effugiſſet,* effugia *vocabatur: quæ autem ſuppoſita fuerat,* ſuccidanea: *ſi grauida,* forda: *ſi ſterilis,* taure *appellabatur. Vnde ludi Taurei dicti: qui ex libris fatalibus, à rege Tarquinio Superbo, inſtituti ſunt.* PIABVNT.] *expiabunt. & ὑπόνοιον eſt. nam plerunq; &* impiare *ſignificat.* PER, ſiqua eſt.] *aut ἀστεϊσμῷ irridet, vt diximus. Aut certè hoc ait: ſi aliqua eſt fides. Quam cùm ſibi non adſcribit; facit vt in eo eſſe credatur.* RESTAT.] *ſupereſt.* VSQVAM.] *quia apud Græcos dicit fidem eſſe corruptam.*

SCITATVM.] non, ſi tantum. ADYTIS.] *Adytum non niſi ex religione dicimus: locus eſt ſecretior in templo.* EVRYPYLVS.] *Euemonis filius, in Orchomeno, vrbe Bœotiæ, regnauit. Fuit alter Eurypylus, filius Mneſtei: tertius Eurypylus, filius Telephi & Areocles. Nunc loquitur de Eurypylo Euemonis.* SANGVINE placaſtis.] *Agamemnon, cùm claſſis Græca Aulide conueniret, qui locus eſt Atticæ & Bœotiæ finis, improuidus paſcentem capream, Dianæ dedicatam, interemit. Itaq; Vlyſſes, ſimulans Achilli deſtinatam, à Clytemneſtrâ matre virginem accepit, & ante aras vittatam duxit Achilles: & alij, qui ſacrificio præerant, virginem Iphigeniam clam regi Scytharum commendauêre, & ſimulauêre, ſe ſacrificâſſe in Tauricæ templo Dianæ. Sacerdos præficitur, longo pòſt tempore, Oreſtes, eius frater: qui maternâ cæde expiatus, cum Iphigeniâ & Pylade, amicorum præcipuo, ſublato Tauricæ ſimulacro Dianæ, in Italiam nauigauit. Dianam Faſcelitim appellant: quia in faſce lignorum ſimulacrum aduectum fuerat, cuius nominis colebatur apud Rhegmos. Eius mentionem facit Lucilius, in tertio Satyrarum:*

> Et ſæpè quod antè
> Opſtati freta, Meſſa: nam Rhegina videbis
> Mœnia cum Liparas Facelinæ templa Dianæ.

Vel extrito ſ pronunciauit. vel vt alij volunt, Facelitis, à facibus dicta, VIRGINE Cęsâ.] *quia poſt ſacrificium Iphigeniæ mare ſedatum fuit, & Græci ex Aulide nauigarunt in Phrygiam.* PARENT.] *ſcilicet mortem.* CANEBANT.] *quòd ego poſcebar ab oraclis.* ARTIFICIS.] *Vlyſſis.* TACITI.] *quia tacebant.* SILET.] *Calchas.* TECTVS dolo.] *id eſt, fraudulentus.* MISERI.] *Sinonis.* PARARI.] *parabantur.* SALSÆ fruges.] *Far à faciendo, quòd in piſtrino fit: ab eo farina dicta, vt Varro tradit. ex eo puls fiebat, antiquiſſimus mortalibus cibus.* Fructus; *quia his fruimur. hinc declinatæ* fruges, frumentum. *Mola ſalſa fit ex ſale, & farre molito.* ADERAT dies.] *quâ immolandus eram ante erat.* VITTÆ.] *hoſtiæ vittatæ immolabantur.* FRVGES.] *Apud Antiquos, poſt glandes & arbuta, vſus farris in honore fuit. ſeruatum indè, vt ſacrificium non fieret ſinè farre & ſale. A' molito farre,* mola *ſacrificium nominatum; & addito ſale, appellatum* mola ſalſa. *Far & ſal præſentis anni oportebat eſſe; quæ horna, id eſt, noua, dicebant. Apud Romanos, Numa inſtituit, Deos fruge colere, & molâ ſalſâ ſupplicare, & far torrere: quia toſtum in cibo ſalubrius. & Fornacalia inſtituit farris torrendi ferias.* LIMOSO lacu.] *Scamander cùm exit, ſtagnat maritimam oram, & multum fert limi. hæc ſtagna lacum dicit.* PATRIAM.] *Aetoliam. Aetolus erat Sinon.* ANTIQVAM.] *pro charam poſuit.* PARENTEM.] *ſpes videndi.* QVOS.] *patrem & natos.* FORS.] *pro, fortè. Græci, ob fugam meam, poſcent ad pœnas patrem & natos meos.*

SCITATVM oracula Phœbi Mittimus.] *In Longobardico libro,* Scitantem, *legimus: quod agnoſcit Seruius.* ANIMAQVE litandum Argolicâ] *In libro Longobardico, legere eſt quarto caſu:* Animamq; litandum Argolicam.

A galeam. Com[posi]to rupit vocem.] *In libro Longobardico*, Compositum, *legas. sed enim* Composito, *...* *aur[ibus] satisfacit. In Mediceo,* Ruin[pit,] *præsenti tempore est, quæ forma narrationi congruit.*

DON. Præcipve cùm iam hic trabibus contextus acernis Staret equus, toto sonuerunt æthere nimbi.] *Nec solum venti, vel asperitas maris, volentes à nauigio reuocauit. Impedierunt, inquit, & signa cœlestia.* Svspensi Eurypylum scitatû oracula Phœbi Mittimus: isq; adytis hæc tristia dicta reportat.] *His, ait, cùm omnes non [i]ncertiò mouerentur, missum est ad Apollinem: vt, quid illud portenderet, vel quid factio opus esset, possemus addiscere. sed Eurypylus remeans, triste admodum nuntiauit, & dubium.* Sangvine placastis ventos, & virgine cæsâ, Cùm primum Iliacas Danai venistis ad oras: Sanguine quærendi reditus, animâq; litandum Argolicâ.] *Caesæ virginis ferunt veram esse fabulam. hoc autem, quod dicit Apollinem respondisse, ipse Simon ad fallendum composuit: & more suo falsum veris admiscuit; vt ea, quæ fuerant composita mendacitate, faciliùs crederentur.* Addidit: Animaq; litandum Argolicâ: *quia dicturus fuerat, se quæsitum ad*
B *mortem. nam si sanguis humanus diceretur necessarius; potuit quicumq; mactari, alienus scilicet à natione Græcorum. Ecce quomodo compositum fuisse responsum; vt reuerà videretur inimicus eius occasionem reperisse, qui eum diceret occidendum. Cæsæ, inquit, virginis sanguine placastis ventos, cùm iretur ad Troiam, sanguine quærendi reditus. vti & alia virgo debuit occidi ob reditum. sed quia in exercitu viri tantummodò fuerant: dixit fuisse talem responsi partem, vt iam non sexus, sed cuiuslibet Græci duntaxat prouideretur interitus.* Vvlgi quæ vox vt venit ad aures, Obstupuêre animi, gelidusq; per ima cucurrit Ossa tremor: cui fata parent, quem poscat Apollo.] *Cùm diceret, aliquem ex omnibus occidendum: manifeste subiunxit, vniuersos metuisse supplicium. generalitas enim quem fuisset specialiter productura, habebatur incertum.* Hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu Protrahit in medios: quæ sint ea numina diuû n Flagitat.] *Ecce excusat Calchantem. nunc enim dicit vim passum, vt falsa pro veris diceret. in quo ipso, & à persona argumentatus est: quia Vlyssem asseruit in perpetrandis sceleribus eruditum.* Et mihi iam multi crudele canebant Artificis scelus, & taciti ventura videbant. Bis
C quinos silet ille dies, tectusq; recusat Prodere voce sua quenquam, aut opponere morti. Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus, Composito rumpit vocem, & me destinat aræ. Assensêre omneis: & quæ sibi quisque timebat, Vnius in miseri exitium conuersa tulêre.] *In ipso mendacio cautus fuit: ne dignus videretur, qui pateretur talia. Si enim ita vixerat, vt omnes suos habuisset inimicos: nec à Troianis veniam meruit impetrare. Solum ergo dicit infestum sibi Vlyssem fuisse: quem ius[tis] ex causis ferat inimicum. Calchas enim, & coactus fuit, & diu nihil voluit dicere. Ex his tamen, quæ insinuatione Vlyssis acceperat, magno insolentis & perniciosi hominis tumultu prouocatus dixit, ad illa sacrificia Simonis sanguinem positum. Quo pacto omnium processit assensus: non ideò, quòd aduersus eum omnes habuissent odium Simon; sed quòd vnusquisque metuens, vt in designati locum subderetur. Vlysis autem factionem [fuis]se manifestam, apertissimè comprobatum est ex eo:* *quòd hæc per ipsum ventura multi prædixerant. & Calchas per plurimos dies nullum voluit designare mactandû.* Iamque dies infanda aderat: mihi sacra parari, Et salsæ fruges, & circum tempora vittæ.] *Iam, inquit, dies aderat exsecrata, quæ mihi lucem fuerat erreptura: vsq; adeò, vt iam in me sacrorum esset completa solennitas, solus superaret meæ salutis interitus. Certè & vittis meum caput fuerat nexum: & libamina parata ferebantur; ad quæ ipse aderat nefarius dies.* Eripvi (fateor) letho me, & vincula rupi.] *Fugi, inquit, non culpâ alicuius admissi: sed vt crudelissimæ mortis exitium innocens euitarem. fugi, ne morte meâ gauderet inimicus: fugi, & me fugisse confiteor. Potuit dici, quomodo potuisti fugere, qui fueras vinctus? ait ipse: Rupi vincula: atq; ita meæ saluti prospexi.* Limosoqve lacu per noctem obscurus in vluâ Delitui.] *Singula non sinè ratione p[o]suit. nam omnia fugitiuo suffragari potuerunt. Limus, & lacus; quò non facilè possent insequentes intrare. Posuit & noctem: vt non tantùm à loco, verùmetiam à tempore, duceret argumentum, ac tenebris quoq; videretur adiutus.* Obscvrvs in vluâ delitui.] *Timiditatem nimiam vult demonstrare: vt, cùm esset in illo, quò nulli aditus facilis pateret; addiderit alia, quibus esse securior posset.* In vluâ delitui.] *Vluam plerique eam dicunt esse, quam vulgò* Budam *appellant. nos nihil dicimus interesse vtrùm ipsa sit, an alterius generis species; dummodò sciamus, in loco aquoso non defuisse, quod celare hominem posset.* Dvm vela darent.] *Tamdiu futurus in occulto, quàmdiu nauigarent: vt suos magis, quàm Troianos, metuisse videretur.* Si fortè dedissent. Nec mihi iam patriam antiquam spes vlla videndi. Nec dulceis natos, exoptatumq; parentem: Quos illi fors ad pœnas ob nostra reposcent Effugia, & culpam hanc miserorum morte piabunt.] *Deliberationem suam fingit, quam velut in fugâ positus habuit. Constitutus, inquit, in latebris, hæc animo voluebam. commodum quippe saluti meæ fore, si nauigarent illi, quos fugeram. sciebam enim, me & inquiri posse, & forsitan reperiri. At ex alterâ parte occurrebant multa, omniáq; aduersa & satis dura mihi, & luctuosa. Primò quippe cogitabam, nunquam me visurum patriam antiquam.* Antiquam *autem, aut magnam dixit, vt alijs quoq; in locis posuit: aut cuius affectum, diuturnitas temporis, ac meritum, cumulauerat.* Nec dulceis natos, exoptatumq; parentem, Quos illi fortè ad pœnas ob nostra reposcent Effugia, & culpam hanc miserorum morte piabunt.] *Sensus istius loci sic colligitur: Si nauigassent Græci; quòd nec patriam visurus esset antiquam, nec natos dulceis, nec patrem exoptatum. Metum autem occurrere peioribus, coniecturâ currente; quos illi, commotI ex fugâ eius occisuri essent omnes; & hoc factum miserorum interitu pensaturi.* Piabunt *autem necessariò posuit; propter piaculum, quod fugiendo amiserat, & deceperat necessitatem, propter quam victima parabatur. Hæc dicta sunt, vt omnia, quæ fuerat mentitus confirmaret; ac facilè crederent Troiani, verè esse confessum.*

Gelidvsqve per ima cucurrit.] *Qui dicet, in maximo metu se fuisse: non inconuenienter adhibebit illud.* Gelidusq; per ima cucurrit. Eripvi, fateor, letho me.] *Si quis innuet, se graui & periculoso morbo liberatum, aut aliud quippiam deuitâsse mali: accommodabit illud,* Eripui letho me. ADR. Bar.

Intemerata.] *incorrupta, vel integra. Alij tamen volunt,* Intemerata, *de libris sacris, commutatis literis, esse præsumptum.* Tima[…] *enim, fidem, id est, scientiam in sacris dicebant. vt sit sensus: Oro per fidem sacram si […]*

Intemerata fides oro: miserere laborum
Tantorum: miserere animi non digna ferentis.
His lachrymis vitam damus; & miserescimus vltrò.
Ipse viro primus manicas, atq; arcta leuari
Vincla iubet Priamus: dictisq; ita fatur amicis.
Quisquis es, amissos hinc iam obliuiscere Graios:
Noster eris: mihiq; hæc edissere vera roganti.
Quò molé hâc immanis equi statuêre? quis author?
Quidve petunt? quæ relligio? aut quæ machina belli?

minet. Oro.] *Ordo est: Quod te oro per superos.* Non digna ferentis.] *indigno luctu affectii.* Miserescimvs vltrò.] *Aut per se plenum est: aut cohæret sequentibus; quia non potest primis. Dicimus enim, aut illa rem, aut illius rei mi-*

Dixerat. ille dolis instructus, & arte Pelasgâ,
Sustulit exsutas vinclis ad sidera palmas.
Vos æterni ignes, & non violabile vestrum
Testor numen, ait: vos aræ, ensesq; nefandi,
Quos fugi, vittæq; deûm, quas hostia gessi:

[...]ferot: non illis. Vltrò autem, non est sponte: nam iam rogauerat, sed, insuper. Et venit ab eo, quod est vltra: quia plus, quam rogauerat, præstiterunt. ARCTA vincla.] Aut [illegible] manicarum est: aut vtrumque habuit. QVISQVIS es.] Licèt hostis sit. Et sunt, vt habemus in Liuio, imperatoris verba, transfugam recipientis in fidem: Quisquis es, noster eris. Item: Vigilâsne deûm gens Ænea? Vigila. verba sunt, quibus Pontifex Maximus vtitur in puluinaribus: quia variam scientiam suo inserit carmini. HINC iam.] Aut, ex hoc tempore: aut, ex hac oratione: aut, ex eo, quòd te dicis Vlyssis factione laborâsse. EDISSERE vera.] Hîc distinguendum: vera enim audire desiderat: Edissere autem, ordine cuncta narra. Vnde, qui planè loquuntur, Dissertores fiunt, & Disserti vocantur. Sanè hoc ab illo Priamus exegit, quod ipse ei statim obtulit. Cuncta equidem tibi, Rex. QVÒ] quam ob causam, in quem vsum. & ad hoc respondet Sinon: Ne recipi portis. Et est color, qui in coniecturali statu sæpè requiritur. QVIS author.] Ad hoc respondet: Calchas attollere iussit. QVIDVE petunt.] Quid desiderant? vtiq; vt placetur Minerua. QVÆ relligio.] quæ consecratio. MACHINA belli.] Ecce subtiliter secutus est historiam; dum machinorum belli mentionem facit. DOLIS & arte.] vnam rem secundò dixit: quæ ars τῶν μίσουν est, sicut suprà diximus. AD sidera.] in altum, ad locum siderum. vel quia semper sunt sidera: sed Solis splendore vincuntur. ÆTERNI ignes.] Aut Ararum, quas fugit: vt exsecratio sit propter posteriora: Vos aræ. aut certè solem & lunam significat. Exsecratio autem est, aduersorū deo precatio: iusiurandum verò, optare prospera. TESTOR.] Modò, iuro: alibi, testificor, vt, Testor in occasu vestro. VESTRVM numen.] Quia, secundùm Philosophos, dicuntur sidera elementa esse, & habere propius potestates. ENSESQVE nefandi.] Inuidiosè ad pluralem transit numerum. vt Terentius: Non perpeti meretricum contumelias. VISTÆQVE deûm.] quas habent simulacra. HOSTIA.] victima. Et dicta est, quòd dei per illam hostientur, id est, æqui & propitij reddantur. Vnde Hostimentum, æquatio. GESSI.] penè gessi. non enim verè gesserat: sed quantum ad Græcos pertineret.

POM. Sabi. NON digna ferentis.] non sum dignus sacrificari: ideò patior indigna. QVISQVIS es.] imperatoris verba sunt, recipientis transfugam in fidem. QVÒ.] quare. ÆTERNI ignes.] Vestales intelligit, quos secum attulit Aeneas. Silius:

Tarpeiæ rupis superisq; habitabile saxum,
Et vos virgineâ lucentes semper in arâ Laomedonteæ Troiana altaria flammæ.

Simulabat Sinon iurare per Troiana numina. NVMEN vestrum.] ignes, vestrum numen inuiolabile. ARÆ.] ad quas cæsurus eram. NEFANDI.] quibus debebam mactari. QVAS.] vittas. HOSTIA.] ego velut hostia. nam vittatus fugit.

DON. QVOD te per superos, & conscia numina veri, Per, si qua est, quæ restat adhuc mortalibus vsquam Intemerata fides, oro, miserere laborum Tantorum, miserere animi non digna ferentis.] Verba ipsius adhibentis ad testimonium deos, dubia & incerta, & quæ præmere non possent mentientem. Quis nesciat, posse omnia scire superos? Numquid dixit, per superos te rogo, qui sciunt me nullâ in parte mentiri? Per fidem, inquit; si tamen incorrupta potest alicubi reperiri. sciebat enim apud se fidem non fuisse: & ideò arbitrabatur non esse apud quemquam. MISERERE laborum tantorum, misere animi non digna ferentis.] Sciebat, se odiosam, vtpote hostis, gerere personam; & ex eâ causâ dignū esse, qui mereretur occidi. Vinctus enim crudeliter fuit, vtpote captiuus. Ideircò ait: Miserere laborum tantorū. vtiq; offerebat [illegible] [...]lis sua, & captiuitatis [illegible] testabatur. denique mox [illegible] est: His lacrymis vitam [...]mus, & miserescimus [...]trò. IPSE viro primus manicas atque arcta leuari Vincla iubet Priamus.] Vsque adeò flendo singulorum animos flexit, vt ipse Priamus statim remoueri iussisset, quibus fuerat nexus Sinon: et securior redditus, cætera, quæ habere putabatur, [illegible] enarraret. DICTISQVE ita fatur amicis.] Audiendi desiderio ductus Priamus, deposuit autoritatem regis; & cum captiuo & hoste amicis locutus est verbis. aliter enim non putabat solui animo eius; nisi in eum multimoda beneuolentia processisset. QVISQVIS es, amissos hinc iam obliuiscere Graios: Noster eris: mihiq; hæc edissere vera roganti.] Suspectis enim rebus, & necessario tractu in medio posito, non debuit tempus multiloquio conteri. Ait ergo, quisquis es: hoc est, siue Sinon, siue alius. dixit enim ille, Sinonem te vocitari. AMISSOS hinc iam obliuiscere Graios.] Ecce dixit græcus: Neq; me Argolicâ de gente negabo. & si vela darent: si fortè dedissent. Nec mihi iam patriam antiquam spes vlla videndi. NOSTER eris.] Aperta beneuolentia est in hac oblatione promissi, cùm dicit, Noster eris, obliuiscere Graios. Deponamus, inquit, superioris inimicitias temporis: eris vnus è nostris. dimitte ex animo ciues tuos, quos iam dimisisti fugiendo. Mirum hîc poetæ consilium: cùm enim ad singula Sinonis dicta responderet, ex personâ Priami, credentis, quòd ille vera narrauisset, suppressit: Nec mihi iam patriam antiquam spes vlla videndi, Nec dulceis natos, exoptatumque parentem. ne Priamus, hæc commemorando, quæ affectum maximum retinebant, exulceraret animum narraturi, qui debuerat esse compositus. Solos Graios, dixit, obliuiscere: quod facilè fieri potuit. exstiterant enim Sinonis inimici. Cæterùm patriam, filios, & patrem, semel in obliuionem ducere non poterat. sed & ille durus & impius posset iudicari, si hæc putaret esse suadenda. MIHIQVE hæc edissere vera roganti.] Antequam Priamus proferret, quæ volebat audire, inculcat Sinoni beneficia sua; vt in nullo palleret, & ad interrogata, vera potiùs, quàm ficta & composita, responderet. Ait ergo; Mihi. in ipso pronomine grande pondus est intellectus. Mihi quippe, potest intelligi, vtpote regi: qui cùm possem artictis inquirere veritatem, si fuisses in aliquâ parte mentitus, simpliciter quæro. Mihi, qui te liberaui à vinculis; qui salutem tuam seruaui; qui te recepi in meorum numerum. Completis cæterea, quæ necessariò fuerunt præmittenda; breuiter proponit, quæ cupiebat audire. QVÒ molem hanc immanis equi statuêre? quis author? Quidve petunt? quæ relligio? aut quæ machina belli?] Plena propositio; & in ipsâ breuitate verborum, satìs intellectu latissima. nam quæsitum est; cur equus ille factus videretur? & cur tantæ magnitudinis? quòve authore fabrica eius inuenta atq; perfecta? & vtrùm religionis alicuius causâ, an belli ratione dictante? quidve peterent, hoc est, quid in eâ causâ disponerent? ILLE dolis instructus, & arte Pelasgâ. Sustulit exsutas vinclis ad sydera palmas.] Omni occasione, & vt plurimis locis fecit, deformat poeta Græcorum personam; quòd non virtute, sed insidijs vicerint. Ideircò posuit: Ille dolis instructus & arte Pelasgâ. Instructus, inquit, naturâ sua, item q; instructus mandatis suorum. Docuit autem poeta, se sui esse memorem. nam vbi Sinonem dixit vinctum fuisse, Oculis, inquit, Phrygia agmina circumspexit. hîc, postquam cœpit habere liberas manus, has peieraturus erexit ad sidera. VOS æterni ignes, & non violabile vestrum Testor numen, ait: vos aræ, ensesq; nefandi, Quos fugi: vittæq; deûm, quas hostia gessi.] Iurauit quidem, sed [illegible] & Troianos falleret: & tamen suorum secreta non proderet. nam tunc suorum proditor exstitisset, si protulisset, quæ [illegible]

A ... secretis habuerunt. Hoc loco tractat Vergilius, ciuem non tantum nascendo, verum etiam animo fieri. nam ciuis, qui nascendo prouenit, ciuis quidem est, sed, si beneuolentia ciuit erga patriam & sua non viuat, definit esse quod natus est: & ... qui alienus est, si boni viri repræsentet affectum, esse incipit ciuis. Sinon igitur, faciens ad prodenda velut suorum secreta, & malum ciuem profitebatur; & Troianis se suspectum faciebat. nullus enim crederet, illum sine tormentis vera dicere, nisi commendasset primò personam suam. Inuocauit ergo lideri omnia, sine periculo periurij erat quoque & supplicio, quæ velut fugerat, testatus est: non propter narrationis veritatem, sed propter licentiam veræ proditionis. In quo ipse tuetur personam suam: & suorum ciuium grauat: quos vult ostendere exstitisse causam, vt ciuicæ religionis naturalia vincula rumperet. Cùm enim Sinon, vt dicebat, nihil tale de ciuibus ob culpam (quæ nulla fuerat) meruisset: iniusto supplicio, propter vnius Vlyssis inimicitias, destinari non debuit. ac per hoc videtur iustas causas habere proditionis. quem non iam ciuem sed alienum esse constabat. Cui enim non est à ciuibus exhibita religio; cui vltimum supplicium præparatum fuerat: desijt habere religiosum ciuis nomen: illique omnes in hostium numerum fuerant redigendi, qui omnem ciuis affectum, nullâ ex causâ, nulloque existente crimine, abiecerant. Cumque tales exstitissent in ciuem: non vt ciuis; sed vt, retectâ proditione, hostis officia meruerunt.

Fas mihi Graiorum sacrata resoluere iura:
Fas, odisse viros, atq; omnia ferre sub auras,
Si qua tegunt. teneor patriæ nec legibus vllis.
Tu modò promissis maneas; seruataq; serues
Troia fidem: si vera feram, si magna rependam.
Omnis spes Danaûm, & cœpti fiducia belli,
Palladis auxilijs semper stetit: impius ex quo
Tydides sed enim, scelerumq; inuentor Vlysses,
Fatale aggressi sacrato auellere templo
Palladium, cæsis summæ custodibus arcis,
Corripuêre sacram effigiem: manibusq; cruentis,
Virgineas ausi Diuæ contingere vittas.
Ex illo fluere, ac retrò sublapsa referri
Spes Danaûm: fractæ vires: auersa Deæ mens.
Nec dubijs ea signa dedit Tritonia monstris.

FAS mihi.] Subaudi, Sit, & bene à dijs petit veniam, ne videatur proditor. nam & hæc, quæ dicturus est, tacuit; antequam audiret, Noster eris. si enim voluntate proderet; sequebatur,
B quod ait Cicero: Nemo vnquam sapiens proditori credendum putauit. SACRATA resoluere iura.] Scilicet, vt non incidat in sacramenti pœnam. nam miles legibus sacramentorum rogabatur; vt exiens ad bellum iuraret, se nihil contra Rempublicam facturum. Militiæ tria sunt genera. Plerunque enim euocati dicuntur: & non sunt milites; sed pro milite. Vnde Sallustius: Neu quis miles, neve pro milite. Item: Ipse omnes ab his euocatos & centuriones. Plerumque tumultuarij, hoc est, qui ad vnum militant bellum. Plerumque sacramento rogati: quia post electionem in Rempublicam iurant. Hæc tria genera tangit Vergilius Sacramenti, hoc loco: Tumultuarij, illo: Simul omne tumultu Coniurat trepido Latium: Euocationis, vt, Mittitur & magni Venulus Diomedis ad vrbem. FAS, odisse viros.] Vt supra dictum est, omnia ἀμφιβόλως loquitur. nam & ad Græcos possunt, & ad Troianos referri. Et Odisse, hic præsentis
C temporis: quia non facit Odere. SI qua tegunt.] callidè occultant, propter ea quæ latent in equo. NEC legibus vllis.] Si Græcorum: propter id, Noster eris. si Troianorum: quia Græcus. TV modò.] pro, Tantummodò. PROMISSIS.] pro, in promissis. SERVES Troia fidem.] Quia, quod rex promittit, videtur respublica polliceri. VERA fidem.] pro, dicam. MAGNA rependam.] magna præmia resoluam. Et videtur duo promittere: primò veriloquium; deinde salutem. OMNIS spes Danaûm.] More suo à veris incipit. nam & fauebat Minerua Græcis: & constabat, raptum esse Palladium. TYDIDES sed enim.] Sed enim, ὕστερον πρότερον est. sed enim ex quo impius Tydides. nam ... vnius est sermonis: vt, Transtra per & remos. IMPIVS] propter vulnerata numina, Martem & Venerem. Ex quo, autem, vel die, vel facto. SCELERVMQVE inuentor Vlysses.] Propter se; & propter Palamedem occisum ipsius factione. FATALE. τὸν μόρον. nam & quod custodit, & quod intermit, pro loco intelligitur. AVELLERE.] Ostendit, inuitum numen esse sublatum. PALLADIVM.] Helenus, apud Arisbam captus à Græcis, indicauit ... fata Troianorum quibus etiam de Palladio dixit. Vnde dicitur à Pyrrho regna meruisse: quanquam præstiterit Pyrrho, vt faceret eum redire per terram dicens omnes Græcos (quod & contigit) naufragio esse perituros. Tunc Diomedes & Vlysses, vt alij dicunt, cuniculis; vt alij, cloacis ascenderunt arcem: & occisis custodibus sustulêre simulacrum. qui cum reuerterentur ad naues: Vlysses, vt sui tantum operis videretur effector, voluit sequens occidere Diomedem, cuius ille conatum cùm ad vmbram Lunæ notasset, religatum præ se vsque ad Castra Græcorum egit. Ideò autem hoc negotium his potissimùm datur, quia cultores fuerunt Mineruæ. Hoc cùm postea Diomedes haberet, (quod & Vergilius pro parte tangit; & Varro plenissimè dicit) credens sibi non esse aptum, propter sua pericula; transeunti Aeneæ offerre conatus est. Sed cùm se ille, velato capite, sacrificans conuertisset; Nautes quidam simulacrum accepit. vnde Mineruæ sacra, non Iulia gens habuit; sed Nautiorum. Hinc est in quinto:

Tum senior Nautes, vnum Tritonia Pallas
Quem docuit.

Quanquam alij dicant, simulacrum hoc à Troianis fuisse absconditum intra exstructum parietem, postquàm agnouerunt Troiam esse perituram. quod postea, bello Mithridatico, dicitur Fimbria quidam Romanus inuentum indicâsse: quod Romam constat aduectum. Et cùm responsum fuisset, illic imperium fore, vbi & Palladium: adhibito Mamurio fabro, multa similia facta sunt. Verùm tamen agnoscitur hastæ oculorumque mobilitate. vnde est: Vix positum castris simulacrum, arsêre coruscæ Luminibus flammæ arrectis: & Parmamque ferens hastamque trementem. Sed ab vno tantùm sacerdote agnoscitur. vt Lucanus:

Troianam soli cui fas vidisse Mineruam.

Dicunt sanè alij, vnum simulacrum cœlo lapsum, apud Athenas tantùm fuisse. Alij, duo volunt: hoc, de quo diximus, & illud Athenense. SACRAM effigiem.] Quasi cœlo lapsam. EX illo.] facto, vel tempore. FLVERE.] ... est. ideò ait, Retrò. Contrà Sallustius: Rebus suprà votum fluentibus. AVERSA deæ mens.] Propter illud: Manibusq; cruentis.

TRITONIA.] à Tritone, amne Bœotiæ: aut à Tritonide, palude Africæ, iuxta quam nata dicitur, secundùm Lucanum: Et se dilectâ Tritonia dixit ab vndâ. Aut quasi terribilis, ἀπὸ τοῦ τρεῖν, quod est timere, vel fugere. Vel Tritonia per ..., quia, cùm sit de sapientiâ, in partes tres diuiditur: in intelligentiam de tempore præsenti, in prouidentiam de futuro, in memoriam de tempore præterito. Sanè Tritonia ἀντονομασία est, id est, vice nominis ponitur: quia proprium est Mineruæ. nam epitheta sunt, quæ possunt varijs, vel rebus, vel personis, apponi. Et hæc cautè obseruanda sunt, sicut & propria nomina, quæ plerumque ex appellatiuis sunt: vt est Victor, vel Felix. SACRATA iura.] iusiurandum apud milites illæsum: iura militiæ sacra sunt. FERRE.] aperire. TENEOR patriæ.] possum omnia aperire: quia non teneor legibus patriæ

patriæ, propter cædem, quam volebant mihi inferre mei. SI qua tegunt.] *Græci: id est, quæ latent apud illos, aperiam. Patria lex vetat, ne ciuis ciuem lædat: nec alius aperiat alijs arcana.* SERVES.] *promisit rex totum regnum.* FERAM.] *dicam.* SI magna rependam.] *pro salute meâ ego magna rependo, detegendo arcana Græcorum.* TYDIDES.] *id est, Vlysses & Diomedes, clam per cuniculos custodibus cæsis, in templo Mineruæ sustulere Palladiũ: hoc secutus est Vergilius.* FATALE Palladium. *Lect... asserit:* Quâ tempestate Ilus templum in arce condidit, lapsum ferunt è cœlo breue scutum, Palladium dicunt: & elegisse sibi locum volũt in mediâ æde, cui adhuc superinductæ tegulæ non erant. id signum ligneum fuisse multi scribũt: sustulisse, allecto per illecebras Rheano custode, Antenorem volũt, & tradidisse Græcis. *Callistratus ait:* Cum Chrysas Pallantis nuberet, Dardano attulisse Palladis munera: quæ erant, Palladium, & magnorum deorum simulacra post diluuium Dardanus. Arcadiâ profectus, in Samothraciam secum tulit: & indè, cùm in Asiam transiret, aduexit, templumq; ei fecit, initiatoris cæremonijs. oraculo enim monitus erat, vrbem fore æternam, si imagines non ... ortarentur ai... postea Ilienses in Ilium traduxerant, & in arce locauerunt: capto Ilio, ferunt ... ex adytis ... isse. *Dionysius ... scribit:* Palladium datum à Ioue Dardano, prouocatum in loco ... sed fabricata alia ad eius similitudinẽ, & posita palam. & hæc eripuisse Græcos: illud acce... *Virgines custodiunt Palladium, & æternos ignes. Scribunt quidam, absconditum ab Iliensibus in cauernis, ne hostes eriperent: post multas ætates C. Fimbria Quæstor, sub Valerio Flacco Consule, Ilium vndecim diebus expugnauit: Palladium sublatum in prædâ Romam transtulit: seruabatur Romæ in templo Vestæ, quod erat intra Capitoliũ & Palatium. L. Cecilius Metellus, Pontifex maximus, bis Consul, Dictator, Magister equitum decimumquintùm, flagrante templo Vestæ, è medijs flammis Palladium eripuit: & ob ignis ardorem oculos amisit. Silius Italicus libro 13 scribit:* Cùm Diomedes voluisset in arce nouæ vrbis, quam ipse condebat in Apuliâ, ponere Palladium monitus à Deâ, nocturnâ quiete, fuit, vt in Latium ferret, vbi erat vera Numinis sedes. nauigauit: Diomedes ob hanc causam, & Æneæ Palladiũ dedit, quod vrbem Romam ab hostibus defendit. nam credunt, vi eius, Gallos Senonas & Hannibalem, ausos irruere in vrbem, succubuisse, & pœnas luisse. *Cuius consilio Palladium ablatum fuerit, in ambiguo est. scribunt alij, Helenum paulò antè captum in Arisbâ consuluisse: Silius Chalchantem: aliqui Antenorem.* EX illo.] *tempore.* AVERSA.] *Græcis.* TRITONIA] *à lacu Tritonide, vbi inuenta.*

DON. FAS mihi Graiorum sacrata resoluere iura: Fas odisse viros, atque omnia ferre sub auras, Si qua tegunt.] *Ecce, tùm summam deprecationis suæ colligeret, ostendit se à suis alienum. Liceat, inquit, mihi Graiorum sacrata resoluere iura: quasi iam ipse Græcus non esset, vel illi cius socij non fuissent.* FAS odisse viros, atq; omnia ferre sub auras, Si qua tegunt.] *Liceat, inquit, odisse, vel prodere eos, qui ciues mei esse noluerunt. Nam Sinon illi primæ parti respondet, quã suprà Priamus dixit:* Amissos hinc iam obliuiscere Graios: Noster eris. *Ideirco ait:* Teneor patriæ nec legibus vllis *parum enim fuerat professum, se esse desijsse, nisi etiam illud ostenderet, factum esse Troianum: hoc est, abiecisse quod natus est, & esse quod pronenerat beneuolentia Troianorum.* TENEOR patriæ nec legibus vllis.] *Plus est enim, voluntate retineri: quàm legibus. Alterum quippe ex studio puræ mentis, alterum, ex necessitate descendit.* TV modò promissis maneas, seruataq; serues Troia fidem.] *... ad ipsam ciuitatem fecit: quã se ostẽdit suspectum esse. ne fortè post narrationem ... beretur occidi. Tu, inquit, Troia, conseruatori tuo fidem ... mereor enim vicem, qui prior salutis tibi beneficium ...* SI vera feram, si magna rependam.] *Rependere ... mus erogare aliquid, vel quidquam cuilibet conferre. ... ergo Sinon tali verbo, vt diceret* Rependam *... reciperet, quantum dederat: hoc est, vt salutem mereretur, ... se afferebat salutis beneficium præstare. Ideircò posuit ... ra & magna pro incolumitate tua feram, debeo paria rependere. Respondit igitur etiam illi parti, & pollicitus est ... ra dicturum: quoniam Priamum meminerat dixisse.* Mihi q; hæc edissere vera roganti. *Incipit sequentia: quia quæsitum ex eo fuerat;* Quò molem hanc immanis equi statuêre? quis author? Quidve petunt? quæ religio? aut quæ machina belli? *Sed quia in propositionis ordinatione, responsionis vitium non est, si non singula, vt proposita, parcatur: incipit iste ab eâ parte, quam nouissimam quæsierat Priamus. idem enim & eu... postremum posuit. Sinoni verò, vt fallendi promptior pateret occasio, interitia fuerat necessaria. Incipit ergo, quæ religio:* OMNIS spes Danaûm, & cœpti fiducia belli Palladis auxilijs semper stetit.] *Hoc falsum est. sed ...* B
rum: IMPIVS ex quo Tydides sed enim, scelerumq; inuentor Vlysses, Fatale aggressi sacrato auellere templo Palladium, cæsis summæ custodibus arcis, Corripuere sacram effigiem, manibusque cruentis Virgineas ausi diuæ contingere vittas.] *Item subiungit falsa, vt media veritas, superioribus, & deinceps mẽdacijs positis adderet fidem.* EX illo fluere ac retrò sublapsa referri Spes Danaûm, fractæ vires, auersa deæ mens. Nec dubijs ea signa dedit Tritonia mõstris. VIX positum castris simulacrum, arsere coruscæ Luminibus flammæ arrectis, salsusque per artus Sudor iit, terque ipsa solo (mirabile dictu) Emicuit, parmamque ferens, hastamque trementem.] *Dixeramus iam, quemadmodum rerum Græcorum factum poëta exuierit, quemadmodum more præcipui oratoris vnius inuidiam criminis, alijs quoq; ex eo venientibus criminibus, cumulauerit. Alitèr enim Mineruam grauiùs iratam sacrilegis persuadere non posset, falsus ipse narrator, nisi ostenderet, eam, multiplicẽ congerie scelerum prouocatam, amorem pristinum in acerbam odium commutâsse.* IMPIVS ex quo Tydides, seden in sceleruma; inuentor Vlysses.] *Debuit primò, admissa* C
scelera narraturus, tales personas ostendere, quæ videre illicita & facere potuissent. Ideireo singula singulis dedit: alterũ appellans impium, qui in illo scelere, & diuina iura, & humana violasset. Alterum dixit inuentorem scelerum: hoc est, qui nunquam inuenerit, quod rectè probari potuisset. Inuentor scelerum propriè est, qui, relictis vsitatis, noua inuenit scelera. Peior est inuentor scelerum, sceleratis: quia ipse inuenit, vnde ex innocentibus scelerati reddantur. FATALE aggressi sacrato auellere templo Palladium.] *In singulis singula sunt genera sacrilegij. Fatale, hoc est, in quo staret fatum Græcorum. Dixerat enim:* Palladis auxilijs semper stetit. *Est ergo sacrilegium.* Agressi auellere, *vt cum sacrilegio, conueniret crimen violentiæ: nam aggredi, & auellere, violentorum est.* Sacrato auellere templo.] *si diceret.* Templo *leuius esset. multa enim sunt templa, quæ sacrata non sunt, nec habent aliquam venerationem, proindeq; contempta non lædunt. consecrata verò, si attrectata vel leuiter fuerint, grauiter commouentur.* Auellere templo Palladium.] *Palladium cùm pronuntiamus, pondus addendum est. in ipso enim nomine, magnitudo numinis expressa est.* CÆSIS summæ custodibus arcis.] *Sacrilegium cum homicidio admissit in ipsâ summâ arce, hoc est, vbi simulacri ipsius sacrarium fuit. Augmentum criminis admisit homicidij in plurimos, & templi custodes: qui humanitatis contemplatione, & respectu præsentis numinis, cui obsequebantur, cõtingi ne leui quide iniuria debuerant. Augetur autem crimen homicidij, etiam ex merito persona-*

perſonarum. cuſtodes enim templi non adhibiti fuiſſent; niſi probatæ vitæ homines, & admodum religioſi, caſtiq; ac pudici, qui deæ tantæ ac virgini inſeruire meruiſſent. CORRIPVERE ſacram effigiem, manibusq; cruentis Virgineas auſi diuæ contingere vittas.] *Videamus, ſcelus admiſſum in deum quomodo cœperit; vel quemadmodum fuerit exaggeratum. Aggreſſi ſunt templum, inquit: & ſacratum templum, quod ingredi quenquam ſinè veneratione nefas eſſet. Cuſtodes caſi: & vſq; ad ipſum ſimulacrum gradatim ventum: viſumq; nefariorum oculis, & pollutis ſanguine humano; manibus impijs contrectatum, vſq; eò, vt non ſolùm ſimulacri corpus, verùm etiam vultus eius & virginales vittas, quas in capite geſtabat, inceſtare auſi ſint. Completâ narratione veri facti, quod etiam ipſis Troianis cognitum fuit: mendacio figmentum artificiosè adiungit, dicens:* Ex illo fluere, ac retrò ſublapſa referri, Spes Danaûm, fractæ vires.] *Verborum ſuperiorum memorem Sinonem poſuit. nam dixerat:*

Omnis ſpes Danaûm, & cœpti fiducia belli
Palladis auxilijs ſemper ſtetit. *hic dixit:*
Ex illo fluere ac retrò ſublapſa referri
Spes Danaûm.

Spes, inquit, Græcorum ſtabat, propitio Palladis numine: ſpes fluebat, & ſtabilitate perdita, retrorſum labebatur, læſâ tot ſceleribus deâ. AVERSA deæ mens.] *propter duorum ſceleratorum impiè nefarieq; commiſſum, ab omnibus Græcis numinis fauor abſceſſit. Dixit ergo & læſam Mineruam, & cauſas offenſionis expoſuit: memorauit etiam hoc genere, Græcorum ſpem eſſe ſubuerſam. Dicit argumentum multiplex. irata dea quomodo potuit apparere?*

OMNIA ferre ſab auras.] *In hominem linguæ incontinentis. Qualem ſe eſſe, cùm innuere vellet Terentianus Parmeno:* Plenus (*inquit*) rimarum ſum, hâc atque illâc ſuperfluo.

Vix poſitum caſtris ſimulacrum: arsêre coruſcæ
Luminibus flammæ arrectis; ſalſusq; per artus
Sudor ijt, terq; ipſa ſolo (mirabile dictu)
Emicuit, parmamq; ferens, haſtamq; trementem.
Extemplò tentanda fugâ canit æquora Calchas:
Nec poſſe Argolicis excindi Pergama telis:
Omnia ni repetant Argis, numenq; reducant,
Quod pelago, & curuis ſecum aduexêre carinis.
Et nunc, quod patrias vento petiêre Mycenas,
Arma deosq; parant comites; pelagoq; remenſo
Improuiſi aderunt, ita digerit omina Calchas.
Hanc pro Palladio moniti, pro numine læſo,
Effigiem ſtatuêre, nefas quæ triſte piaret.
Hanc tamen immenſam Calchas attollere molem,
Roboribus textis cœloq; educere iuſſit,
Neu recipi portis, aut duci in mœnia poſſet,
Neu populum antiquâ ſub relligione tueri.
Nam ſi veſtra manus violâſſet dona Mineruæ:
Tum magnũ exitiũ) quod dij priùs omen in ipſum
Conuertant) Priami imperio Phrygibusq; futurũ.
Sin manibus veſtris veſtram aſcendiſſet in vrbem,
Vltrò Aſiam magno Pelopeia ad mœnia bello
Venturam, & noſtros ea fata manere nepotes.
Talibus inſidijs, periuriq; arte Sinonis
Credita res, captique dolis, lacrymisque coacti:
Quos neq; Tydides, nec Lariſſæus Achilles,
Non anni domuêre decem, non mille carinæ.
Hîc aliud maius miſeris, multoq; tremendum
Obijcitur magis, atq; improuida pectora turbat.
Laocoon ductus Neptuno ſorte ſacerdos
Solenneis taurum ingentem mactabat ad aras.
Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta
(Horreſco referens) immenſis orbibus angues
Incumbunt pelago, pariterq; ad littora tendunt:
Pectora quorum inter fluctus arrecta, iubæq;
Sanguineæ exſuperant vndas: pars cætera pontum
Ponè legit, ſinuatq; immenſa volumine terga.
Fit ſonitus ſpumante ſalo: iamq; arua tenebant,
Ardenteisq; oculos ſuffecti ſanguine & igni,
Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.

VIX.] *modò, Mox ſignificat.* CASTRIS.] *pro, In caſtris.* SIMVLACRVM.] *Inter cõſecratas res, id eſt, ædes ſacras, etiã ſimulacrũ accipiunt: quod in Bucolicis ſcriptũ eſt. Hic ergo, ipſo nomine Simulacri, conſecrationẽ eius oſtendit. Quis enim ignorat, Palladiũ ſimulacrũ Mineruæ eſſe?* ARSERE.] *ſubaudi,* Cùm: *vt ſit,* cùm arsêre. CORVSCÆ.] *Coruſcũ, aliâs fulgens, aliâs tremulũ eſt.* LVMINIBVS flãmæ arrectis.] *Hypallage eſt: Lumina enim arsêre flammis.* SALSVS ſudor.] *Indiciũ commoti numinis fuiſſe dicitur. ne fortè aliter in ſimulacro quilibet humor intelligeretur.* EMICVIT.] *exſiluit quaſi quæ cõſiſtebat inuita, locũq; dãnaret.* PARMAMQVE ferent, haſtãq; trementẽ.] *His enim ſignis Palladium à cæteris diſcernebatur: quod ſuprà dictũ eſt.* TENTANDA æquora.] *Si vel fugere poſſint poſt iram Mineruæ.* ARGIS.] *aduerbiũ in loco eſt. Quòd aũt ait,* Omnia ni repetant; *more Romano dixit. nã, ſi egreſſi malè pugnaſſent, reuertebantur ad captanda rurſò auguria.* NVMENQVE.] *Numen, Mineruã dixit.* REDVCANT.] *placẽt, reconcilient.* QVOD.] *Palladiũ.* ARMA deosq; parãt comites.] *Ingẽti arte de futuro ſollicitos facit: vt præſentem firmet ſecuritatẽ.* IMPROVISI aderunt.] *Sicut & factũ eſt.* DIGERIT omina.] *interpretatur numinis cõmotionem: vel, futuri ordinẽ pandit, id eſt, oraculorũ: vel, ordinat & diſponit.* NEFAS.] *contaminati Palladij ſcil.* Piaret *aũt, nũ violaret? pro, violauerit.* ANTIQVA ſub relligione.] *ſub fauore priſtino.* NAM ſi veſtra manus.] *Quia occurrebat, exurendũ eſſe equum; ſi intro ferri, vel prodeſſe non poterat.* ASSCENDISSET.] *pro, Aſſcenderit. Vt* Scãdit fatalis machina muros. VLTRO] *ſtatim mox.* ASIAM.] *populos Aſiaticos: vt paulò poſt,* Vrbẽ ſepultã, *pro ciuibus poſuit.* PELOPEIA.] *Argiua: à Pelope. vnde & Peloponeſus dicitur.* NOSTROS nepotes.] *vtiq; Græcos. vel διαφορὰ, quaſi Troianus loquitur.* PERIVRI.] *quia dixit,* vos æterni ignes. *Et Periuri, in verbo, R non habet. nã* Peiero *dicimus, corruptâ naturâ præpoſitionis: quæ re terrori facit; vt aliquis malè dicat* Peiurus. CREDITA res.] *aut fides habita: aut commiſſa Reſpublica.* CAPTIQVE dolis.] *Virtuti nõ cedit. Dolis dicit Troiã eſſe ſuperatã: nõ quòd Troianos, victos eſſe, turpe nõ fuerit: ſed quòd Græcis turpius, viciſſe per dolos.* COACTIS.] *id eſt, expreſſis. Vt Terent.* Vna mehercle falſa lacrymula, quam oculos terendo miſerè vix vi expreſſerit. LARISSÆVS Achilles.] *à vicinitate. nam Phthius fuit. vtraq; tamẽ Theſſaliæ ciuitas eſt. Lariſſa aũt à Nymphâ Lariſſâ eſt vocata.* HIC.] *Tunc.* MAIVS miſeris multoq;.] *Frequẽtauit M: vt,* Ex ſale ſaxa ſonabant. *&,* Caſus Caſſandra canebat. *nam apud veteres, à ſimilibus incipere, vitioſum non erat. Et notãdum, quia (vt ſuprà diximus) agit, ne videatur vel Troia ceſſiſſe viribus, vel Aeneas voluntate fugiſſe. Hanc aũt rem oſtẽdit, vt accidentibus dolos Græcorum eſſe firmatos.* LAOCOON.] *vt Euphorion dicit, poſt aduentum Græcorum, ſacerdos Neptuni lapidibus occiſus eſt: quia ſacrificijs eorũ non vetauit aduentum. Poſtea, abſcedentibus Græcis, cùm vellent ſacrificare Neptuno, Laocoon Thymbræi Apollinis ſacerdos ſorte ductus eſt, vt ſolet fieri, cùm deeſt certus. Hic piaculum commiſerat, ante ſimulacrum numinis cum Antiopâ ſuâ vxore coëundo. Et ob hoc, immiſſis draconibus, cum ſuis filijs interemptus eſt. Hiſtoria quidem hoc habet. ſed Poëta interpretatur ad Troianorum excuſationem, qui hoc ignorantes decepti ſunt, quòd aut ad arcem ierunt ſerpentes, vel ad templum Mineruæ; aut quòd & ipſa inimica Troianis fuit; quæ ſua*

aut signum fuit peritura ciuitatis. SORTE ductus.] Sic Salustius: Sorte ductos fusti necat. SOLENNEIS aras.] anniuersario sacrificio religiosas. Dicimus autem, & sacrificium solenne, & aras solennes: vt apricum, & hominem, & locum: vt, Aprici meminère senes, Persius. contrà Horatius: Cur apricum Oderit campum? TAVRVM ingentem.] Non præter rationem est hoc loco Ingentem: vt alio loco, Iam cornu petat. In victimis enim ista requiruntur; vt certis numinibus certæ ætatis animalia mactentur. GEMINI.] Duo, aut similes. Horatius: Ad cætera pænè gemelli. Gemini autem, propriè duo fratres sunt simul nati. A' Tenedo.] ideò quòd significarent naues indè venturas. TRANQVILLA per alta.] absolutè dixit. HORRESCO referens.] etiam referens. IMMENSIS orbibus.] pro, Immensorum orbium. ANGVES.] Angues aquarum sunt; serpentes terrarum; dracones templorum. vt in hoc loco indicat; Tranquilla per alta Angues. paulò pòst, Serpēs amplexus. Item: Delubra ad summa dracones. Sed hæc significatio plerunq; confunditur. PELAGO.] per pelagus. IVBÆ.] aut cristæ, aut barbæ. Iubæ autem, propriè equorum sunt. SANGVINEÆ.] id est, sanguinei coloris. LEGIT.] transit: vt, Littoraq; Epiri legimus. PONE.] pòst: semper in loco; nunquam in tempore. SINVAT.] Curuat, flectit in sinus: vt à fluctu, Fluctuat. Sic in Georg. Sinuatq; alterna volumina crurum. SALO.] Dicimus & salum; vnde est salo: & sal salis; vt Spumas salis ære ruebant. Item: Et sale tabentes artus. ARVA.] pro Littora posuit. SVFFECTI.] Pro, infecti: vt conniza, pro enixa. & est figura, suffecti oculos, id est, suffecti oculi, & suffusos oculos habentes. SIBILA.] id est, sibilantia: nam participium est. cùm enim nomen est, sibilus dicimus: vt, Nam neq; me tantum venientis sibilus austri. VIBRANTIBVS.] mobilibus; quia nullum animal tantâ celeritate linguam mouet; adeò vt triplicem habere videatur, cùm vna sit.

POM. Sabi. SALSVS sudor.] nam sulfur est. IPSA.] Mineruа. OMINA.] Romani, si malè pugnassent, aut aliquâ ex parte læsissent numina, repetebant auguria, quibus inceperant. NVMEN.] quo fauente nauigarent. REDVCANT.] reconcilient. ADDVXERE.] ab Troiâ vexerunt secum. ADERVNT.] redibunt. HANC.] effigiem equi. QVÆ effigies piaret.] purgaret nefas nostrum. ANTIQVA.] Religio antiqua erat in Palladio; & nunc poterat esse in equo. NAM si vestra manus.] Hoc dicit, ne læderent equū: quia plerique suadebant comburi. DONA.] equum. QVOD.] exitium; priùs conuertant in ipsum omen dij. & possumus intelligere, hoc totum ab Aeneâ auctum, & amplificatum: vt dicat, Græcos non virtute, sed dolis vicisse. PELOPEIA.] Argiua. Pelops, Tantali filius, Peloponneso nomen fecit. COACTIS.] non dolore, sed vi emissis à Sinone. QVOS.] nos Troianos, non domuit virtus, sed Græcorum doli. LARISSÆVS.] Larissæ quatuor sunt. vna, sub radice Hæmi montis: vnde Larissæus Achilles, cùm sub regno Achillis erat: alia in Asiâ Larissa: tertia, vicus est in Trallibus. Larissæ petræ, prope Metymnam, in Lesbo. Larissa etiam in Italiâ, quam condidêre Pelasgi; vt Dionysius ait libro 1. DECEM.] quibus fuêre in bello Troiano. HINC aliud maius.] Obijcitur magis tremendum. HIC.] pòst. SOLENNIS.] sacerdoti placet. alij solennes aras dicunt, id est, anniuersario sacrificio religiosas. GEMINI.] vno tempore nati fratres. IVBÆ.] cristæ. PARS.] serpentum. IMMENSA.] longa. VOLVMINE.] volutione. SIBILA.] vel quia ore sibilant serpentes: vel sibilantia.

VAR. Lect. SECVM aduexère carinis.] In Mediceo libro, & aliquot alijs, Auexère legitur. HANC tamen immensam.] In Mediceo. Hanc adeò immensam, legitur. PRIAMI imperio, Phrygibusq; futurum.] In libris aliquot antiquis, Phrygijs legitur. CAPTIQVE dolis, lachrymisque coacti.] Seruius Coactus legit. Nusquam tamen in veteri ...

... ueteribus id inueni. IVBAQVE Sanguineæ exsuperant vndas.] In veteribus aliquot exemplaribus legere est, Superant vndis. In Mediceo, Superant vndas. SINVATQVE immensa volumina terga.] In libris plerisq; peruetustis, legitur Sinuant, plurali numero.

DON. VIX positum castris simulacrum, arsère coruscæ Luminibus flammæ arrectis.] Hoc primum, inquit, indicium iracundiæ suæ dedit; cùm esset commotum tot sceleribus numen. mox enim, vt eius simulacrum in castris est positum, ex oculis inanimalis materiæ, flammæ non leues, sed in modum fulminis, mittebantur. Dicit etiam secundum signum: SALSVSQVE per artus Sudor ijt.] Sudor ex simulacro non potest profluere, nisi cùm aliquid mali portenditur. Tertium signum: TERQVE ipsa solo (mirabile dictu) Emicuit.] Hoc quoq; fieri non potuit, vt se moueret simulacrum, cui deerat substantia. quæ id posset implere: nisi cùm pernicies aliqua prænuntiabatur. PARMAMQVE ferens, hastamque trementem.] Quartum signum grauissimum, perniciem euidenter ostendens. nam se hostem sic professa est, erigendo scutum, hastamq; quassando: quod non facit aliquod simulacri numen, nisi cùm alicui comminatur interitum. Completo eo, quod visus est dicere, quæ religio: incipit, quis author, exponere: & quò molem hanc immanis equi statuère: quidue petunt? Extemplò, inquit, tentanda fugâ canit æquora Calchas: Nec posse Argolicis excindi Pergama telis; Omnia ni repetant Argis numenq; reducant, Quod pelago, & curuis secum aduexère carinis Et nunc, quod patrias vento petière Mycenas, Arma deosq; parant comites; pelagoq; remenso Improuisi aderunt, ita digerit omnia Calchas. Hanc pro Palladio moniti, pro numine læso, Effigiem statuère, nefas quæ triste piaret. Hanc tamen immensam Calchas attollere molem, Roboribus textis cœloq; educere iussit, Neu recipi portis, aut duci in mœnia posset, Neu populum antiquâ sub religione tueri.] Calchantem, asserit, vatem, læsam deam ab Argis ad Troiam reuocari iussisse: vt ostendat, quis author. Dicit etiam, quidue petunt, hoc est, quid disponant. ET nunc, quòd patrias vento petière Mycenas, Arma deosq; parant comites, pelagoq; remenso Improuisi aderunt, ita digerit omnia Calchas.] Dixit; quod Troianis esset contrarium: scilicet rediuros Græcos: vt cætera faciliùs crederent. Religionis ergo placandæ causâ factum esse asserit: vt expiarentur quæ memorauerat per scelus admissa. Exponit deinde, quò molem hanc immanis equi statuère: hoc est, cur tantæ magnitudinis. Idem (inquit) Calchas iussit grandem molem fieri, ne portas vestras posset intrare. Hoc enim pacto asserebat, fauorem deæ ad vestrum auxilium esse rediturū. NAM si vestra manus violâsset dona Mineruæ, Tum magnum exitium) quod dij prius omen in ipsum Conuertant) Priami imperio Phrygibusq; futurum.] Si læsisset equū ipsum qui in honorē tanti numinis factus est: multiforme exitium conflari posse Troianis ait. sed hoc ne velut in maledictum proficeret Troianorum, addidit: Quod dij prius omen in ipsum Conuertant. In conclusione ait: Si manibus vestris vestram ascendisset in vrbem, VLtrò Asiam magno Pelopeija ad mœnia bello Venturam, & nostros ea fata manere nepotes.] Satis illi profuturum, si ipsorum manibus in patriam duceretur, vsque adeò, vt Troianos firmaret ad excindendum Graiorum imperium vltrò esse venturos, & in eorum nepotes omne exitium esse rediturum. TALIBVS insidijs, periuriq; arte Sinonis Credita res, captique dolis, lacrimisque coactis.] Quia poterat dici Aeneæ: cur tam faciles? cur tam creduli? cur in vestris periculis minùs diligentes & cauti fuistis? cur belli tempore hostem ista asserentem putastis vera simpliciterque dixisse? ait, Credidimus, cùm iuraret. Omnis enim religiosus, qui periurus esse non potest, facilè fidem iurantis admittit. Candidi credidimus, cū fieret: existimantes illa: lacrymas

viro

A vero morſu doloris: non fraude mentientis effundi. quòd ait, Capti dolis & lachrymis coactis: poſt interitum cognitum eſt; non illo tempore, quo Sinon loquebatur. Dolis verò capti, hanc habet rationem. Doli definitio eſt, cùm aliud agitur, aliud ſimulatur. aliud ergo in animo Sinonis fuit, aliud in verbis & lachrymis, & in equi mole tam magnâ: quæ non religio, (vt figmentis aſſertum eſt) ſed imperij Troiani pernicies fuit. QVOS neq; Tydides, nec Lariſſæus Achilles, Non anni domuère decem, non mille carinæ.] Vnius fraude decepti ſumus; qui fortiſsimorum manibus, & ingentis numeri, per annos decem non ſumus ſuperati. Complexus eſt hîc perſonas ſpecialiter poſitas, per numerum mille carinarum. Temporis verò ratione excuſationem prætexuit: monſtrans, imperium Troiæ non virtute aliquâ; ſed inſidijs & fraude eſſe ſuperatum. Inſidiæ fuerunt in equi fabricâ: reliqua in perſonâ Sinonis. Interea videtur illi propoſitioni Priami nõ reſpondiſſe, quâ dictum eſt: Aut quæ machina belli? Sed quid opus fuerat huic reſpondere? cùm aliorſum traxerit equi rationem, quæ fuerat Troianis, & ipſi regi ſuſpecta. HIC aliud maius miſeris, multoq; tremendum Obijcitur magis, atq; improuida pectora turbat.] Omni occaſione purgat Aeneas crimen perditæ ciuitatis & regni: & in eo ipſo, in quo reprehendi poterat, partes laudis exquirit: oſtendens (vt ſuperiùs poſitum eſt) Græcos non virtute; ſed dolis & fraudibus, conſecutos eſſe victoriam. Adiungit hoc quoque, dolos ipſos, atq; ipſas fraudes, potuiſſe Troianorum aſtutijs auerti: ſi ſtudium ſuperum diuerſæ partis conſilia non in tantum fouiſſet; vt Troianorum etiam mentes omni errore confunderet. Denique annectit, quòd hoc ipſum oſtendat & probet. Laocoon ductus Neptuno ſorte ſacerdos Solenneis taurum ingentem mactabat ad aras.] Laocoon, inquit, non ſuâ, nec cuiuslibet voluntate; ſed iudicio ſortis, Neptuno ſacerdos ordinatus erat: quod munus, proculdubio, non ſinè arbitrio diuino, per ſortem Laocoonti apparebat iniunctum. Debuit ergo ipſorum fauore tutus eſſe, aduerſus omnem vitæ ſuæ perniciem; quorum voluntate fuerat ordinatus. ſed nihil hoc valuit; vbi per ſacrificantis interitum, ad omnium Troianorum, & ipſius patriæ, diſpoſitum tēdebatur exitium: in tantum, vt ipſe Neptunus ſacerdotem ſuum, ſacrorum ſolennia gerentem, in ipſo adhuc actu conſtitutum, mactantem ingentem taurum, hoc eſt, optimum, cuius formâ ampliſsimâ ſperauerat ſeſe numini placiturum, nec iuuerit aliquo auxilio; & magis eius hoſtibus, hoc eſt, geminis anguibus, quò faciliùs peruenirent, placidum præbuerit mare. Hoc eſt quod ait: ECCE autem gemini à Tenedo tranquilla per alta.] Potuimus hoc ſigno prævidere manifeſtam imminere perniciem. ſignificabant enim hoſtes venturos à Tenedo, & maximos duces, & geminos. Vbicunque ponitur, Ecce autem, res horrenda & repentina ſignificatur: vt, Ecce autem telis Panthus elapſus Achiuûm. &, Ecce autem elapſus Pyrrhi de cæde Polytes. & multis alijs locis eſt poſitum. HORRESCO referens.] Quanto cum tremore viſum eſt, cuius relatio ſinè perturbatione animi non potuit explicari? deſcriptio venientum ſatis aperteq; terribilis: nam feſtinatio, & oculi ardentes, & linguæ ſæpè continueq; vibrantes, demonſtrabant alicui allaturos interitum. Hoc oſtendit, dicendo: Immenſis orbibus angues Incumbunt pelago, pariterque ad littora tendunt, Pectora quorum inter fluctus arrecta, iubæque Sanguineæ exſuperant vndas, pars cætera pontum Ponè legit, ſinuatque immenſa volumine terga: Fit ſonitus ſpumante ſalo, iamque arua tenebant, Ardentesque oculos ſuffecti ſanguine & igni Sibila lambebant linguis vibrantibus ora. DIFFVGIMVS viſu exſangues.] Pontum ponè legit, id eſt, tranſmittit, tranſit: vt alio loco, Littoraque Epiri legimus, quod eſt præterimus. Quod ait in reliquâ venientum deſcriptione, ſolum hoc continet: quia diuerſis terroribus fuerat plenum. Venientibus verò anguibus ad terram, diffugimus, inquit, exſangues, viſu ipſo conſternati: quoniam de anguibus loquebatur, alluſit, vt diceret, diffugimus exſangues. Exſangues tamen propriè ſignificantur ſinè ſanguine. Calor enim quo conſtat ſanguis in corpore, ſi metus interuenerit, qui frigore non caret, excluditur: permdeque conualeſcente gelidâ paſsione, conſumitur quod calebat.

Diffugimus viſu exſangues. illi agmine certo
Laocoonta petunt: & primùm parua duorum
Corpora natorum ſerpens amplexus vterq;
Implicat, & miſeros morſu depaſcitur artus.
Pòſt ipſum auxilio ſubeuntem, ac tela ferentem
Corripiunt, ſpiriſq; ligant ingentibus: & iam
Bis medium amplexi, bis collo ſquamea circùm
Terga dati, ſuperant capite, & ceruicibus altis.
Ille ſimul manibus tendit diuellere nodos,
(Perfuſus ſanie vittas, atroq; veneno)
Clamores ſimul horrendos ad ſidera tollit:
Qualeis mugitus, fugit cùm ſaucius aram
Taurus, & incertam excuſſit ceruice ſecurim.
At gemini lapſu delubra ad ſumma dracones
Effugiunt, ſæuæq; petunt Tritonidos arcem:
Sub pedibusq; deæ, clypeiq; ſub orbe teguntur.
Tum verò tremefacta nouus per pectora cunctis
Inſinuat pauor: & ſcelus expendiſſe merentem
Laocoonta ferunt, ſacrum qui cuſpide robur
Læſerit, & tergo ſceleratam intorſerit haſtam.
Ducendum ad ſedes ſimulacrum, orandaq; diuæ
Numina, conclamant.
Diuidimus muros, & mœnia pandimus vrbis.
Accingunt omnes operi: pedibusq; rotarum
Subijciunt lapſus, & ſtupea vincula collo
Intendunt: ſcandit fatalis machina muros,
Fœta armis: circùm pueri, innuptæq; puellæ
Sacra canunt, funemq; manu contingere gaudent.
Illa ſubit, mediæq; minans illabitur vrbi.

DIFFVGIMVS viſu.] Qualis vindicta in eos fuit, vt etiam pater priùs liberis ſupplicia hæc inferri prævideret? maior enim pœna eſt in viſione, quam in patientiâ. EXSANGVES.] timentes: nam ideo timentes palleſcunt, quia antè exſangues ſiunt. AGMINE certo.] itinere, impetu: vt, Leni fluit agmine Tybris. Vel, tractu corporis. vt, Extremæq; agmine caudæ. DEPASCITVR.] Vt ſuprà diximus, & paſco, & paſcor, vnius ſunt ſignificationis: vt, Atq; artus depaſcitur arida febris. POST ipſum auxilio ſubeuntem.] Quomodo ſe miſit filios liberare, qui talem vim conſpiciebat? ſed ne parricida duceretur, qui filios non liberâris auxilio ſubit. SPIRIS.] nodis. vnde & baſes columnarum, ſpirulas dicût. nam propriè ſpiræ eſt, volubilitas funium. Indè & poſteriora ſerpentium ſpiræ dicuntur: quæ ſic inuoluuntur in gyrum, vt funes. SQVAMEA.] pro, ſquamoſa: vt frondea, pro frondoſa. Et eſt figuratum; ſquamea terga collo circundati. SIMVL.] modò aduerbiũ temporis eſt: ſignificat enim, eo tempore. Et eſt ordo: ſimul manibus tendit diuellere nodos. TENDIT.] contendit PERFVSVS vittas.] Perfuſas habens vittas. & eſt interpoſitus verſus: nam poteſt tolli, ſaluo ſenſu. SANIE.] pro, ſanguine. nam Sanies, corruptus & ſanguis. ATTROQ'VE veneno.] Vt pallida mors, vel triſtis ſenectus. QVALIS mugitus.] Id eſt, tollit. Facta autem comparatio eſt, propter ſacerdotis perſonam. INCERTAM.] dubiè illiſam, quæ nõ haberet mortis effectum, inde & excuſſit. LAPSV.] Labi, propriè ſerpentum eſt. DELVBRA.]

Digitized by Google

O' patria, ô diuum domus Ilium,& inclyta bello
Mœnia Dardanidûm! quater ipſo in limine portæ
Subſtitit,atq; vtero ſonitum quater arma dedêre.
Inſtamus tamen immemores,cæciq; furore,
Et monſtrum infelix ſacratâ ſiſtimus arce.
Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris
Ora,dei iuſſu,non vnquam credita Teucris.
Nos delubra deûm miſeri,quibus vltimus eſſet
Ille dies,feſtâ velamus fronde per vrbem.
Vertitur interea cœlum,& ruit Oceano nox,
Inuoluens vmbrâ magnâ terramq;,polumq;,
Myrmidonumq; dolos. fuſi per mœnia Teucri
Conticuêre: ſopor feſſos complectitur artus.
Et iam Argiua phalanx inſtructis nauibus ibat
A' Tenedo,tacitæ per amica ſilentia Lunæ,
Littora nota petens: flammas cùm regia puppis
Extulerat,fatiſq; deûm defenſus iniquis,
Incluſos vtero Danaos,& pinea furtim
Laxat clauſtra Sinon: illos patefactus ad auras

LVBRA.] *Delubrum dicitur, quod vno tecto plura complectitur numina; quia vno tecto diluitur: vt Capitolium, in quo Iupiter, Iuno, & Minerua, ſunt* συνναοι. *Alij dicunt delubrum eſſe locum ante templum, vbi aqua currit; à diluendo. Eſt autem* συνεκδοχὴ, *hoc eſt, à parte totum.* SÆVÆ.] *fortis, aut nobilis.* SVB pedibuſque deæ.] *Scilicet maioris ſimulacri, quod à cunctis videtur. nam quod colitur, & breue eſt, & latet: ſicut Palladium fuerat.* CLYPEIQ'VE ſub orbe.] *vt maxima pars in ſpiram collecta ſit ante pedes. Colla verò cum capitibus erectis poſt clypeum, id eſt, inter ſcutum & ſimulacrum deæ latebant: vt eſt in templo vrbis Romæ.* NOVVS.] *Magnus: vt,* Pollio & ipſe facit noua carmina. INSINVAT.] *Pro, inſinuatur. Clodeus, ſcriba commentariorum:* Inſinuo vt intrò eâ penitus. SCELVS.] *ſupplicium: ab eo quod præcedit, id quod ſequitur.* EXPENDISSE.] *tractum eſt à pecuniâ: nam apud maiores, pecuniarias pœnas conſtat fuiſſe: cùm adhuc rudi ære pecunia penderaretur; quod ad capitis pœnam de iure vſurpatum eſt.* SACRVM robur.] *Non, vt ſuprà, lignum.* TERGO.] *Quare tergo; cùm dixerit, in latus & in aluum? Ergo, Tergo, quaſi per ſignificationem quidam accipiunt: quidam, quaſi à tergo; quia Laocoon, manu reductâ à tergo ſuo, iecit telum: vt eſt,* Ecce aliud ſummâ telum librabat ab aure. SCELERATAM.] *Pro, ipſe ſceleratus: vt,* inutile ferrum, telumq; imbelle. *& eſt* ὑπαλλαγή. SEDES.] *Per hoc oſtendit domum Mineruæ.* ORANDA] *placanda.* MVROS.] *Superpoſitos portæ Scææ. Nam ſequitur* Quater ipſo in limine portæ. MOENIA pandimus vrbis.] *Non eſt iteratio: nam dicit, patefactâ portâ vel dirutâ, interiora ciuitatis eſſe nudata.* ACCINGVNT operi.] *Id eſt, præparant ſe ad opus.* INTENDVNT.] *ligant: vt,* Intenditq; locum ſertis. SCANDIT.] *tranſcendit propriâ magnitudine.* FATALIS.] *mortifera.* FOETA.] *nunc, plena: vt in Bucolicis;* Tentabunt pabula fœtas. *Aliâs, enixa iam: vt,* Fececerat & viridi fœtam. SACRA canunt.] *hymnos dicunt.* MINANS.] *Vel eminens: vt,* Minæq; murorum: *vel minitans, euentum aliquem malum ominans.* O' patria.] *Verſus Ennianus. Sanè exclamatio eò pertinet, quòd tâta fuerit vis conſecrationis, vt etiam poſt profanationem ab ingreſſu hoſtes vetaret: nam nouimus, ſepulcro Laomedontis, quod ſupra portam Scæam fuerat, tuta fuiſſe fata Troiana.* INCLYTA bello.] *Quia ſuperauerat Myſiam totam.* QVATER.] *ſæpius.* INSTAMVS tamen.] *ſubaudiendum; Quanquam ſonitum dederint.* IMMEMORES.] *improuidi, aut non memores oraculorum. vel, Immemores, dementes: quoniam memoria in mente conſiſtit.* MONSTRVM infelix.] *Poſt rem probatam dixit.* SISTIMVS.] *conſtituimus, collocamus.* TVNC etiam.] *Sicut antehac ſæpius. nam Helenâ veniente, prædixerat futura bella & mala.* FATIS.] *quidam hîc pro calamitatibus accipiunt.* DEI iuſſu.] *præcepto Apollinis; qui cùm amâſſet Caſſandram, petijt ab eâ concubitus copiam. illa hac conditione promiſit, ſi futurorũ ſcientia ſibi ab eo præſtaretur. quam cùm Apollo tribuiſſet; ab eâ deceptus, petijt, vt ſibi oſculum ſaltem dediſſet. quod cum illâ præſtitiſſet; os eius inſpuit: &, quia eripere ſemel tributum munus deo non conueniat; effecit, vt illa quidem vera vaticinaretur, ſed fides ei non haberetur.* NON vnquam.] *non aliquando, id eſt, nunquã. nam ſi* Non vnquam *eſſet, duæ negatiuæ facerent vnam confirmatiuam. licèt Terentius græco more dixerit:* Agrum in his regionibus meliorem, neque precij maioris, nemo habet. CREDITA.] *Dubium, à quo verbo veniat: & an fœmininum ſingulare ſit, an neutrum plurale.* FESTA frõde.] *quæ feſtos indicat dies, vel quæ feſtis diebus adhibetur: vt laurus, oliua, hedera, & ſimiles.* VELAMVS.] *coronamus: vt,* Victori velatũ auro vittiſq; iuuencum. VERTITVR cœlum.] *epitheton hoc cœli perpetuum eſt: ſed vertitur nunc, id eſt, in aliam faciem commutatur: quod more ſuo ſequentibus explanat.* RVIT Oceano.] *naſcitur de Oceano: vt,* Et ruit atram Ad cœlum piceâ craſſus caligine nubem. *Ideò autem ruit: quia altius eſt mare, quàm terra, vt diximus ſuprà. Aut,* Ruit *impetu & feſtinatione: vt,* Quâ data porta ruunt. VMBRA magnâ.] *id eſt, terræ. & eſt diffinitio noctis; cùm ſol infra hemiſpherium in contrarium iaciat vmbram: quæ nox eſt.* MYRMIDONVMQ'VE dolos.] *A' generalibus ad ſpecialia venire, vitioſum eſt, niſi fortè redeatur ad cauſam; vt hoc loco.* PER mœnia.] *Per domos. vt ſuprà:* Et mœnia pandimus vrbis. *Mœnia enim, & publica, & priuata dicuntur* CONTICVERE.] *dormierunt. Ex conſequentibus priora intelliguntur.* FESSOS artus.] *à trahendo equum.* PHALANX.] *Linguâ Macedonum, legio. & eſt à parte totum, hoc eſt,* συνεκδοχὴ. *ſignificat enim totum exercitum.* IBAT.] *veniebat: vt,* Nunc primùm à nauibus itis. AMICA.] *Sibi placita, grata. Sciendum autem, ſeptimâ lunâ captam eſſe Troiam; cuius ſimulacrum apud Argos relatâ victoria eſt conſtitutum. hinc eſt quod dicit,* Oblati per lunam: *& alibi,* Per cæcam noctem. TACITÆ lunæ.] *Aut more poëtico noctem ſignificat, cuius tempore tacetur. Aut certè* Tacitæ, *ſerenæ: vt,* Sidera cuncta notat tacito labentia cœlo. *aut phyſicâ ratione dixit. nam circuli ſeptem ſunt: Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, Lunæ: & primus, hoc eſt, Saturni, vehementer ſonat; reliqui ſecundùm ordinem minùs: ſicut audimus in citharâ, cuius vltima chorda minùs ſonat. Ergo tacita luna eſt, cuius circulus, vicinus terræ immobili, minùs ſonat, comparatione aliorum.* FLAMMAS cùm regia puppis.] *More militia: vt,* Dat clarum è puppi ſignum. *Eſt autem* [illegible]: *per puppim, nauem; per nauem, eos qui in naui ſunt, ſignificat.* FATIS iniquis.] *Voluntate numinum. nam illis propitia; ſed in nos iniqua. vt Lucanus de Mario:*

Non ille fauore
Numinis ingenti ſuperûm protectus ab irâ
Vir ferus,& fato cupienti perdere Romam
Sufficiens.

ARTVS.] *filiorum Laocoontis.* POST ipſum.] *Euphorion dicit; Laocoonta lapidibus obrutum, quòd ſacrificijs non præpediuerit aduentum Græcorum. Alij volunt, Laocoonta perijſſe, quod coiuerit cum fœminâ ante aram Neptuni, & à Neptuno miſſos ſerpentes in pœnam.* SPIRIS.] *nodis.* TENDIT.] *certat.* NODOS.] *ſpiras.* VITTAS.] *quia ſacerdos.* ARCEM.]

Serpen-

A *Serpentes petunt arcem Palladis.* DEÆ.] *Mineruæ.* SVB orbe.] *poſuerunt ſe ſub clypeo Palladis.* NOVVS.] *inauditus. & quæ noua ſunt, admirationem afferunt.* SCELVS.] *pro ſupplicio expendiſſe: quòd quaſi propter vulneratum equũ dederit pœnam.* STVPEA.] *Plinius ait:* Virgæ lini poſt meſſem in aquam merguntur ſolibus tepefactam, & pondere deprimuntur maceratis virgis: initiò membrana laxior; mox arefactæ tunduntur: quod proximum cortici fuit ſtupea appellatur, deterioris lini, lucernarum ferè luminibus aptior. *Nunc Vergilius ſtupea vincula accipit pro funibus: & ſtupam pro vili lino, vel pro cãnabi.* INTENDVNT.] *ligant.* FATALIS.] *exitialis.* ARMIS.] *pro, armatis.* O' patria, ô diuûm.] *Carmen Ennij eſt.* PORTÆ.] *Scææ, in qua erat ſepulcrum Laomedõtis.* CASSANDRA.] *vaticinatrix hæc fuit, & ſæpiùs futura prædixit, Troianis: at ei non credebatur: cùm acciperet diuinitatem ab Apolline, concubitum promiſit: quia decepit, Apollo ei fidem verbis ſuſtulit. Aiax Oilei, ex ſacro Mineruæ, captiuam extraxit Caſſandram.* FRONDE.] *lauro & myrto.* VERTITVR cœlum.] *mutatur facies cœli. & eſt translatio à rebus: nã cũ mutamur, dicimur cõuerſi in aliud.* NOX.]
B *eſt umbra terræ: quæ vmbra eſt ſimilis turbini inuerſo. vel quòd nox videtur ruere in terram ex Oceano, qui altior eſt terrâ.* OCEANO.] *nam ſidera credimus ſtabulari in Oceano* MYRMIDONVM.] *Græcorum.* IBAT.] *redibat in excidium noſtrum.* PHALANX.] *Vt inquit Liuius, vocabulum eſt Macedonicum, phalanx.* AMICA.] *grata.* LITTORA.] *Troiana.* LAXAT clauſtra.] *aperuit equum Sinon.*

FVGIT cùm ſaucius aras.] *Antiqui libri penè omnes, cum Mediceo,* Aram, *vnitatis numero legunt: quæ quidem lectio mihi caſtior videtur.* TVNC etiam fatis aperit Caſſandra futuris Ora dei iuſſu.] *In Oblongo libro peruetēri,* Iuſſo *legitur, à recto* Iuſſum. *Sed* Iuſſu *magis placet, vt ſuaue magis.* ET iam Argiua phalanx inſtructis nauibus ibat.] *Vetera quædam exemplaria,* Ibant *legunt, numero multitudinis.*

DONAT. ILLI agmine certo Laocoonta petunt.] *Agmen dicitur actus ſerpentum; curſus enim, & iter, pedum eſt, quos conſtabat habere ſerpentes. proindeq; improprium eſt, ſi hoc dicamus ambulare, vel currere. Laocoonta petunt certo agmine, ipſum ſcilicet ſacrificantem.* ET primùm parua duorum Corpora natorum ſerpens amplexus vterque

C Implicat, & miſeros morſu depaſcitur artus.] *Impietatem hîc superûm vehementer expreſsit. Primò enim ſacerdos, in ipſâ adhuc ſacrorum ſolennitate conſtitutus, appeti pernicie tantâ non debuit; nec concremari; nec cum filiorum exitio occidi: cùm pater filijs ſubuenire niteretur inſontibus; ipſi etiam paruuli, qui in illâ ætate nihil audere aut committere potuiſſent, vt crudeli morte interire meruiſſent. Reliqua deſcriptio ſerpentum, ad demonſtrandam ſæuitiam facti, pertinet, & ad crudelitatem numinum confirmandam. Interea necatis liberis, cùm ipſe quoq; pari curſu vrgeretur ad mortẽ;* CLAMORES *(inquit)* horrendos ad ſidera tollit: Quales mugitus fugit cùm ſaucius aras Taurus, & incertam excuſſit ceruice ſecurim.] *Quales tollit mugitus, cùm aris taurus admotus non pleno ictu percutitur, & aras effugit: tales mittebat Laocoon clamores ad ſidera. Reprehendentis ſcilicet animo tollebat: quòd nec ſubuenirent tam ſæua perferentibus, & indigna fieri paterentur. Alluſit autem de mugitu tauri: quoniam in illo ſacrificio taurum fuiſſe memorauerat.* Tollit, *bis accipiendum eſt: vt ſit, tollit mugitum taurus; tollit Laocoon clamores ad ſidera: vt illò vel vox perueniret, vnde inſontibus non potuit ſubueniri.* AT gemini lapſu delubra ad ſumma dracones Diffugiunt, ſæuæq; petunt Tritonidis arcem, Sub pedibuſq; deæ clypeiq; ſub orbe teguntur.] *Confirmatur iſta coniectura, quòd non inertiâ ſuâ, neq; ſolâ Sinonis fraude: ſed inimico etiam deorum ſtudio, & vel maximè ipſius Mineruæ, cuius donum Laocoontis manu conſtabat eſſe pulſatum, Troiani decepti ſint: cùm dracones ambo, perfectâ Laocoontis ac liberorum pœnâ, ad templum Mineruæ contenderunt. nec ſolùm fuerunt contenti parietibus templi; ſed ad ipſam quoq; arcem, hoc eſt, vbi deæ ſimulacrum ſtabat, celeri lapſu peruenerunt, veſtigijſq; eius & clypeo contecti ſunt. Mirandum nõ eſt, clypeo & ſimulacri veſtigijs tegi potuiſſe; quos ſuprà & longos & validos dixit, & multiplici ambitu circumdediſſe Laocoontis corpus ac liberorum, & fuiſſe ſuperfluam partem. Interea amplexus dixit ſerpentum, cùm pueri & Laocoon necarentur: vt oſtenderet Vergilius, blandos eſſe aliquando etiã pernicioſos amplexus. Vulgatum autem cõſtat, & omnibus manifeſtum, in mari angues; in terrâ ſerpentes; in templo dracones, poëtam dixiſſe.* TVM verò tremafacta nouus per pectora cunctis Inſinuat pauor.] Tum verò, *tum magis. Suprà enim dixit,* Horreſco referens: *&,* Diffugimus viſu exſangues. *nunc verò, perfecto Laocoontis & filiorum exitio, & draconibus conditis ſub ſcuto & pedibus deæ, magis magiſq; creuerat pauor.* ET ſcelus expendiſſe merentem Laocoonta ferũt, ſacrum qui cuſpide robur Læſerit, & tergo ſceleratam intorſerit haſtam.] *Ex argumento eiuſmodi timida omnium coniectura ducebatur. omnes quippe arbitrabantur, Laocoontem meritò pœnas dediſſe; vtpote eum, qui donum Mineruæ violâſſet. De pœnâ filiorum Laocoontis, qui inſontes necati ſunt, qui nec quicquam admiſerãt, nihil hoc loco dixit: natorum enim durum interitum, quem ante ſuam mortẽ Laocoon viderat, inter paterna ſupplicia numerauit.* DVCENDVM ad ſedes ſimulacrum, orandaq; diuæ Numina, conclamant.] *Omnium vna fuit eademq; ſententia; atq; ab vniuerſis concordanti voce clamabatur, ducendum in patriam ſimulacrum equi, & numinibus læſis atq; offenſis ſatis eſſe faciendum.* DIVIDIMVS muros, & mœnia pandimus vrbis. Accingunt omnes operi, pedibuſq; rotarum Subijciunt lapſus, & ſtupea vincula collo Intendunt.] *Plena deſcribitur amentia Troianorum. nam eo tempore, quo nec finitum bellum fuerat, nec poſitum, neq; aliqua coniunctione ſopitum, muniri magis, quàm patefieri ciuitas debuit. Scindimus, inquit, muros; & hoc pacto totam prodimus hoſtibus ciuitatem. muris enim inconſultè patefactis, interiora mœnia pandebantur. Ecce & augmentum ſceleris;* Accingunt omnes operi: *ne quis ab illo nefario & impio facinore eſſet immunis.* PEDIBVSQVE rotarum Subijciunt lapſus, & ſtupea vincula collo Intendunt. *Quærebantur celeritatis remedia; vt maturæ in patriam mitteretur interitus. nam pedibus ingentis machinæ ſubijciebant rotarum mobilitates, & funes intendebant collo: vt rotarum mobilitas, & tractus funium, & ciuium atque ætatum omnium & ſexuum conatus, exitiale illud malum celeriùs in patriã ducerent.* SCANDIT fatalis machina muros Fœta armis; pueri circùm innuptæq; puellæ Sacra canũt, funemq; manu contingere gaudent.] *Ibat in patriam vltimum fatum: & puerorum vtriuſq; ſexus imprudens ætas, ſecuta errores noſtros, religiosè cantabat: exercebant innoxij parricidales manus patriæ, ſimul parentibus ac ſibi ducentes exitium. Quiſquis funem contigiſſet, vel rotarum lapſus adiuuiſſet, lætabatur: exiſtimans, ſe dijs fore talibus officijs placiturum.* ILLA ſubit, mediæq; minans illabitur vrbi.] *Mira admodum deſcriptio ingredientis equi. cùm enim traheheretur tanta magnitudo, cum quodam tremore mouebatur. Hunc tremorem Vergilius, ratione temporis dictante, vertit in comminationem: vt non tàm moueri videretur magnitudine ſuâ, quàm minari.* MEDIÆQVE minans illabitur urbi.] *Niſi ordinatio verborum competenter accipiatur, remanet poëta in vitio. Quomodo enim equus in mediã vrbe labebatur, qui portas non fuerat ingreſſus? poſteriùs enim dictum eſt;* Quater ipſo in limine portæ Subſtitit. *Ordinemus ergo ſic: vt nec vitium ſit; & manifeſtior intellectus appareat: Illa ſubit, & illabitur, & nondum ingreſſa, iam mediæ vrbi*

nunari videbatur. O' patria, ô diuûm domus Ilium, & inclyta bello Mœnia Dardanidum, quater ipso limine portæ Substitit, atque vtero sonitum quater arma dedere. Instamus tamen immemores, cæciq; furore, Et monstrum infelix sacratâ sistimus arce.] *Nó, inquit, in hac causâ dij patrij defuerunt. nam omne malum, quod mox fuerat venturum, ipsis per signa monstrantibus, euidentissimè proditum est. Sed mës impedita plenis erroribus, id, quod pro nostrâ salute faciebat, non curauit aduertere. In ipsâ enim portâ, & frequenter substitit, hoc est, lapsus eius impediti sunt: &, quoties id factum est, toties ex eius vtero armorum sonitus dati sunt. Cumq; hæc fierent, & res manifestæ nec mente intelligerentur, nec viderentur oculis: indè magis gliscête amentiâ, vnde potuit insidiarum prodi commentum factum est, vt in sede religiosâ crudelis fabricæ latebræ contenderentur. Quòd autem ait,* O' patria, ô diuûm domus Ilium: *hoc astruere voluit, illam ciuitatem non iam plurima templa multorum deorum habuisse, sed vniuersam templum fuisse cũctorum.* TVNC etiam fatis aperit Cassandra futuris Ora, dei iussu, non vnquam credita Teucris.] *Accessit, inquit, his omnibus etiam denunciatio Cassandræ: quæ accepta non est: quia responsa eius fuerant Apollinis iussione damnata.* NOS delubra deûm miseri, quibus vltimus esset Ille dies, festâ velamus fronde per vrbem.] *Tãta, inquit, nos per idem tempus dementia presserat: vt, imminente nostro & ciuitatis exitio, lætis frondibus templa omnia tegeremus. Nõ dixit, Coronauimus templa, sed Teximus: vt ostenderet satis officiosos fuisse iuxta deos, qui in illâ clade cum ipsis essent cultoribus perituri.* VERTITVR interea cœlum, & ruit Oceano nox, Inuoluens vmbrâ magnâ terramq; polumque, Myrmidonumq; dolos.] *Vertitur cœlum, & ruit nox. Hoc fuit alludere, quòd, versatâ aliquâ re, cadat ex eâ, quod intrinsecus tenet. Versato ergo cœlo, præbebat lucem, tenebræ ex eo continuò ceciderunt, hoc est, nox diei successit: vt insidijs Græcorum, suffragium quoq; nocturni temporis iungeretur.* INVOLVENS vmbrâ magna terramq; polumque, Myrmidonumq; dolos.] *Inuolutum dicimus, quod cùm apparet primitùs, dehinc opertum penitùs oculorum conspectibus abstrahitur. Inuoluta igitur dixit omnia; vtpote quæ non viderentur, obsistentibus tenebris.* FVSI per mœnia Teucri Conticuêre, soppor fessos complectitur artus.] *Necessitate, inquit, laboris* [illegible] *temporis, silentium factum est omnium; omnesq; dormierunt.* [illegible] *Fusi labore, propter equi tractum: concepto tempore* [illegible] *quo homines naturâ vrgente coguntur in somnum.* ET [illegible] Argiua phalâx instructis nauibus ibat A Tenedo.] *Iter per terram dicimus fieri, hoc tamen loco, Ibant, inquit, hoc est, nauibus ferebantur: quoniam insulam dixerat Tenedon: ne, si nauium non fecisset mentionem, putaretur* [illegible] *morsui, vt terram poneret, quàm secundùm descriptionem superiorem nullam esse constabat.* TACITÆ per amica silentia lunæ Littora nota petens.] *Multi* [illegible] *scribentis, vt qui dixit,* Et ruit Oceano nox Inuoluens vmbrâ magnâ terramq; polumq;, Myrmidonum dolos: *hic diceret,* Tacitę per amica silentia lunæ. [illegible] *lum in hoc vitium est: siquidem nonnullæ noctes habent primas partes tenebrosas; sequentes verò lunâ superueniente* [illegible] *stres. Tale ergo noctis tempus elegerant Græci: quod tenebras haberet, opportunas complendis insidijs: & quod somni quietem daret, & dehinc aliquid luminis ex radijs lunæ, vt sine periculo vel errore venirent à Tenedo, ad ciuitatis excidium.* LITTRA nota petens.] *vt duo venientibus suffragerentur: luna, & littorũ notitia.* FLAMMAS cum regia puppis extulerat.] *Quia, si venientes Sinon videre nequiret, flammarum lumine aduentum suorum poterat noscere. Quo cognito, idem Sinon.* FATISQVE deûm defensus iniquis.] *hoc est, voluntate deorum ad Troianorum aduersa seruatus, qui solus peruigilans est, propter complendas insidias.* INCLVSOS vtero Danaos, & pinea furtim Laxat claustra Sinon, illos patefactus ad auras Reddit equus.] *Hos, inquit, aëri reddit equus, quos tenebat inclusos. Bono verbo vsus est,* Reddit: *quos (inquit) latebris occultandos acceperat, reddit aëri non potuit dici, Reddit luci, eductos ex tenebris: quoniam nox fuerat.*

EXCVSSIT ceruice securim.] *Hoc versiculo inuenimus, quempiam malum, quod imminebat, depulisse.* SCELVS expendisse merentem.] *Si quem meritò pœnis affectum dicemus: locus erit illi,* Scelus expendisse merentem, Laoconta ferunt. *Dicitur apud Vergilium de Laocoonte à serpentibus absumpto: quòd (vt Troiani crediderunt) tentandi gratiâ cuspidem antea immisisset in æquum Mineruæ, à Græcis ædificatum.*

SER. REDDIT.] *quasi debitos, vel creditos: vt,* Redditus his primũ terr s. *sic Horat.* Nauis, quæ tibi creditum Debes Vergiliũ, finibus Atticis. Reddas incolumem precor. CAVO robore.] *in sinu equi* Thissãdrus.] *Polynicis & Argiæ filius.* STHENELVS.] *Capanei & Euadnes filius.* VLYSSES.] *Laërtæ & Anticliæ.* NEOPTOLEMVS.] *Quia ad bellum ductus est puer: Pyrrhus verò, à capillorum qualitate vocitatus est (nam Pyrrhaij, capilli dicuntur) Achillis & Deidamiæ filius, Pelei & Thetidis nepos, ex patre; ex matre verò, Lycomedis regis Scyriæ insulæ.* PRIMVSQVE Machaon.] *Aesculapij filius medicorum maximus. Primus, aut princeps, inter primos: aut arte primus: aut numeri sui, nam per ternos distinxit.* MENELAVS.] *Atrei filius, frater Agamemnonis, propter quem bella gerebantur.* VRBEM.] *id est, ciues: cùm vrbs muros significet, ciuitas verò eius habitatores.* CEDVNTVR vigiles.] *Non actus nomen est; sed officij: id est, non qui modò vigilarunt; sed qui soliti exercere vigiliat. Vigiles autem Capitolij significat* [illegible] *paulò pòst:* Vix primi prælia tentãt Portarum vigiles. PATENTIBVS.] *propter factis.* CONSCIA.] *commorata. Bene autem in insidijs cõscientiam nominat.* TEMPVS erat, quo prima quies mortalibus ægris Incipit.] *Hoc loco noctis describit initium. alibi totam noctem, vt,* Nox erat, & placidum carpebant fessa soporem Corpora per terras. *Descriptiones sane, pro rerũ qualitate, vel tenduntur, vel corripiuntur. Illo enim loco, proximo ad inuidiã pertinet Didonis, aut vigiliarũ. Sunt autẽ solidæ noctis partes, secundũ Varronẽ, hæ: vespera, conticiniũ, intempesta nox, concubium, gallicinium, lucifer diei: manè, ortus, meridies, occasus. De crepusculo verò, quod est dubia lux,* [illegible] *perũ, dubiũ significat)* [illegible] *quæritur.* [illegible] *iungi: vsus tamen, vt matutino iungamus, obtinuit, licet Lucanus dixerit:* Lõga repercusso nituêre crepuscula Phœbo. *Manum verò, vnde est Manè, bonũ dicere veteres.* SERPIT.] *latenter membris infunditur.* IN somnis.] *aut per somnos*

Reddit equus: lætiq; cauo se robore promunt,
Thissandrus, Sthenelusq;, duces, & dirus Vlysses,
Demissum lapsi per funem: Athamasq; Thoasq;,
Pelidesq; Neoptolemus, primusq; Machaon,
Et Menelaus, & ipse doli fabricator Epeus;
Inuadunt vrbem somno vinoq; sepultam:
Cæduntur vigiles; portisq; patentibus omneis
Accipiunt socios, atque agmina conscia iungunt.
Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono diuûm gratissima serpit.
In somnis ecce ante oculos mœstissimus Hector
Visus adesse mihi, largosq. effundere fletus;
Raptatus bigis, vt quondam, aterq. cruento
Puluere, perq. pedes traiectos lora tumenteis.
Hei mihi, qualis erat! quantum mutatus ab illo

A *mnos: aut, ſi In ſomnis legerit, erit ἐνυπνίοις, id eſt, conglutinatio: pro, inſomnijs.* ECCE.] *Hæc particula vtimur, quoties aliquid repentinũ volumus indicare: vt,* Ecce manus iuuenem interea poſt terga reuinctum. VISVS adeſſe.] *Benè,* viſus: *quia ſomnia videntur tantũ, non ſunt naturaliter vera.* Quòd *aũt paulò pòſt dicit:* Effert penetralibus ignẽ: *confirmantis eſt, nam illud fuiſſe verum, oſtendit.* RAPTATVS.] *id eſt, tractus. Frequẽtatiuo vtitur: vt ſuprà;* Ter circùm Iliacos raptauerat Hectora muros. BIGIS.] *Secundum artem modò dixit: quæ exigit, vt, quæ de pluribus conſtant, plurali tantũ numero dicamus: vt bigas, quadrigas, mappas: ſed hæc plerumq; corrumpit autoritas: vt Horat.* Ne ſordita mappa. *item Statius;* Roriferâ gelidũ tenuauerat aëra bigâ. TRAIECTVS lora.] *traiecta lora habens: vt,* Nuda genu. HEV mihi.] *Verſus Ennij. Et totum iungendum: ne doloris diſtinctione frigeſcat.*

POM. Sabi. THESSANDRVS.] *Theſſandrus, Polynicis & Argiæ filius, ex Aetolia venit.* STHELENVS.] *hic filius fuit Capanei, & Euadnes.* THOAS.] *Thoas filius Andremonis ex Aetolia.* PRIMVS.] *in medicâ arte.* MACHAON.] *Machaõ & Podalyrius, ex Aeſculapio geniti, propter peritiã medicæ artis* B *ad hoc bellũ vocati. Pelides.* NEOPTOLEMVS.] *filius Achillis, Achilles Pelei. patronymicũ ab auo.* EPEVS.] *ex inſulis Cycladibus venit Epeus. poſtremi omniũ venêre ad bellũ Troianum Demophoon & Athamas.* VIGILES.] *cuſtodes vrbis.* TEMPVS erat.] *Periphraſis eſt, vt Quintilianus meminit: quæ eſt circuitus loquendi, quãdo dictum de formâ aperit, & nunc ornatum habet, deſcribens noctem intempeſtam, & intelligit fraudem Græcorum.* RAPTATVS Hector.] *circum mœnia Troiana alligatus currui Achillis.*

VAR. Lec. LÆTIQVE cauo ſe robore promunt.] *In Longobardico lib.* Produnt *legitur: quod minimè diſplicet.* ET dirus Vlyſſes.] *In libro Longobardico,* Durus Vlyſſes, *legitur.* THESSANDRVS, Sthenelusq; duces.] Quidã *lib. ex proximiorib. editionibus,* Tiſandrus *legunt.* ATHAMASQVE, Thoasq;.] *In Longobardico, in Mediceo, & quibuſdã alijs libris antiq. legere eſt.* Acamas. LARGOSQVE effundere fletus.] *In Mediceo libro,* Refundere *legitur. Quinetiam nonnulli libri* Fluctus *habent.*

C LÆTIQVE cauo ſe robore promunt.] *Læti, vel propter conſeruationem ſalutis ſuæ: vel quia peruenerant, quò deſperatam multo tempore victoriam complere potuiſſent. Incipiunt enumerari, qui fuerant clauſi: vt, ſpecialiter eorũ nominibus, & meritis expreſſis, oſtendatur, in cauſâ reipub. h. e. publici cõmodi, optimum quemq; ſalutẽ ſuam debere contemnere* THESSANDRVS, Sthenelusq;, duces, & dirus Vlyſſes.] *Ecce oſtendit & nomina, & dignitates. ſed licèt Vlyſſis non dixerit dignitatem, intelligitur tamen etiam de ipſo dixiſſe. Cùm enim dicit* Duces, *& his Vlyſſem adiungit: etiã ipſum videri poteſt ducem poſuiſſe. Poteſt etiam ſic: vt ideirco de Vlyſſis dignitate tacuerit: quoniam fuit nota perſona. Tribus euidenter oſtenſis: ne continuatio nominum faſtidium pareret, quemadmodum vniuerſi per equi altitudinem deſcenderint ad terrã, in medio poſuit.* DEMISSVM *(inquit)* lapſi per funem.] *Hæc deſcriptio, & ad ſuperiora nomina pertinet, & ad quæ poſterius poſuit.* ATHAMASQVE, Thoaſque, Pelidesq; Neoptolemus, primusq; Machaon, Et Menelaus, & ipſe doli fabricator Epeus.] *Doli fabricatorem, non fabrum, intelligere debemus: quoniam tanta moles ab vno fieri non potuit; ſed inuentorem fraudis ipſius. Omnes (vt dictum eſt) demiſſum lapſi per funem: quod ipſum ingenioſum fuit, vt taciti per funẽ laberentur: ne ex altitudine ſaliu venientes in terrã, aut læderẽtur, aut ſtrepitu ſuo dormiẽtes facerẽt excitari. Deniq; etiã hoc profecit ad effectum fraudis, vſq; adeò, vt nec ipſi vigiles armatos ſubitò emerſiſſe ſenſiſſent.*

INVADVNT vrbem ſomno vinoq; ſepultam, Ceduntur vigiles.] *Inſuperatum malũ vigiles primò pertulerunt, & ante omnes occiſi ſunt: ne nunciarent ſuis, quæ gererentur.* DON. PORTISQVE patentibus omnes Accipiunt ſocios, atq; agmina conſcia iungunt.] *Portas patentes dixit: & illam, quæ verè porta fuerat, & illam, quæ propter equi tranſitũ fuerat procurata. Ordinatur autẽ ſenſus ſic:* Cæduntur vigiles, portisq; patentibus omnes Accipiũt ſocios, atq; agmina conſcia iungũt, *&,* Inuadunt vrbẽ ſomno vinoq; ſepultã: *vt ſit vitiũ poetæ: quòd primũ fraude expugnatã vrbẽ poſuit, ac poſteà deſcripſit, ſocios omnes receptos eſſe per portas. Non enim ſoli, qui in equo fuerant cõditi, omnẽ poterant inuadere ciuitatẽ: ſed prudenter agendi ordo ſeruatus eſt, nec aliquid temerè factũ. Nam primò patefactus eſt equus; dehinc vigiles occiſi; ne hoc ipſum nunciarent vniuerſis: ſuſcepti quoq; omnes ſocij. Tunc per totam vrbem ſparſi ſunt, & ad vicẽ mortuorũ dormientes cædere cœperunt: quippe quos duplex oppreſſerat malũ: vinũ plurimũ, & ex fatigatione altior ſomnus. Ecce laus bonorũ ciuiũ. periculo quippe paucorum procurata victoria eſt; quæ armis decẽ, & mille nauibus, & infinito armatorum numero quæri non potuit.* TEMPVS erat, quo prima quies mortalibus ægris Incipit, & dono diuûm gratiſſima ſerpit.] *Ne crimen eſſe ipſius Aeneæ, quòd ipſo dormiente ciuitas interiſſet, iuſta & multiplex prætenditur excuſatio. Omnes (inquit) quieto ſilentio tenebantur, & dormiebant: bene diceretur, ſi ſomno tantũ, & non etiã vino, viderentur oppreſſi. Sed tamen Aeneas aſſerit, eã horâ ſe quietũ fuiſſe: quã omne animantiũ genus reficit ſomnus: cuius initia tantum ponderis habent, tantâq; vi mentes opprimũt; vt omniũ cogitationũ curâ ſummotâ, altiùs ſopiantur. Cumq; ſit ſomnus diuinitùs munus, & ad refectionem hominum dijs volentibus attributũ: crimen non eſt, ſi conceſſo tempore dormiatur.* IN ſomnis ecce ante oculos mœſtiſſimus Hector Viſus adeſſe mihi, largosq; effundere fletus.] *Hic Vergilius tractat, non veras, ſed veriſimiles imagines videri, cũ aliquæ dormientibus offeruntur. Idcirco dixit ex Aeneæ perſonâ,* Viſus adeſſe: *quia Hector illi nõ verus, neq; ipſe qui fuit, ſed veriſimilis viſus eſt. Incipit iam imaginatio ipſa, & deſcribens triſtia omnia, atq; aduerſa ſignificans: Mœſtus (inquit) fuit largosq; fletus videbatur effundere.* RAPTATVS bigis, vt quondam, aterq; cruento Puluere, perq; pedes traiectus lora tumentes. Hei mihi, qualis erat, quantũ mutatus ab illo Hectore, qui redit exſuuias indutus Achillis, vel Danaũ Phrygios iaculatus puppibus ignes: Squallentẽ barbã, & cõcretos ſanguine crines, Vulneraq; illa gerens, quę circũ plurima muros accepit patrios.] Gerens *ad omnia pertinet: vt ſit, ſqualentem barbam gerens, & concretos ſanguine crines gerens, vulneraq; illa gerens. vt, etiam ſi nihil verbis nuntiâſſet, coniecturâ colligeretur funeſta portendere, vtpote quæ eſſent victi, occiſi, triſtis, ac ſordidi.*

Hectore, qui redit, exſuuias indutus Achillis,
Vel Danaûm Phrygios iaculatus puppib. igneis!
Squallentem barbã, & cõcretos ſanguine crineis,
Vulneraq; illa gerens, quæ circũ plurima muros
Accepit patrios vltrò flens ipſe videbar
Compellare virum, & mœſtas expromere voces:
O' lux Dardaniæ, ſpes ô fidiſſima Teucrûm,
Quæ tantę tenuẽre moræ? quibus, Hector, ab oris,
Exſpectate, venis? vt te poſt multa tuorum

EXSVVIAS indutus Achillis.] *h. e. arma, quæ occiſo Patroclo ademit. Cœlauit mortẽ Patrocli, ad laudis augmentum.* Indutus, *accuſatiuo iungitur, vt hoc loco: &, quod magis in vſu eſt, ſeptimo, vt in* x. Prædonis corpore raptis Indutus ſpolijs. Exſuuias *autem tantũ plurali numero dicimus.* PHRYGIOS ignes.] *Flammas Troianas, quibus Proteſila in* [illegible] *incenſa eſt. Conſtat enim, naues Græcorum flammis oppugnatas ab Hectore.* PVPPIBVS.] *pro, in puppes.* SQVALLENTEM.] *modò, ſordidã: alibi,*

Funera, post varios hominumq; vrbisq; labores,
Defessi aspicimus? quæ causa indigna serenos
Fœdauit vultus? aut cur hæc vulnera cerno?
Ille nihil; nec me quærentem vana moratur:
Sed grauiter gemitus imo de pectore ducens;
Heu fuge nate deâ, teq; his (ait) eripe flammis!
Hostis habet muros: ruit alto à culmine Troia.
Sat patriæ, Priamoq; datum: si Pergama dextrâ
Defendi possent; etiam hac defensa fuissent.
Sacra suosq; tibi commendat Troia penates.
Hos cape fatorum comites: his mœnia quære,
Magna, pererrato statues quæ deniq; Ponto.
Sic ait; & manibus vittas, Vestamq; potentem,
Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem.
Diuerso interea miscentur mœnia luctu;
Et magis atq; magis (quanquam secreta parentis
Anchisæ domus, arboribusq; obtecta recessit)
Clarescunt sonitus, armorumq; ingruit horror.
Excutior somno; & summi fastigia tecti
Ascensu supero, atq; arrectis auribus adsto.
In segetem veluti cùm flamma furentibus Austris
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, sternit sata læta; boumq; labores,
Præcipitesq; trahit syluas: stupet inscius alto
Accipiens sonitum saxi de vertice pastor.

lucentem; vt X. Aeneid. Per tunicam squallentē auro. BARBAM.] *Singulari numero, hominum: plurali, quadrupedum dicitur. Vnde dubitatur, de quibus dixerit:* Striaque impexis induruit horrida barbis. PLVRIMA muros.] *Quia, vt Homerus dicit ἐν τῷ χ. ἄλλοι δὲ περίδραμον υἷες Ἀχαιῶν, οἳ καὶ θηήσαντο φυὴν, καὶ εἶδος ἀγητὸν Ἕκτορος. In exstinctum enim Hectorem omnes tela iecerunt, more maiorū. vnde est:* Et bis sex thoraca petitum, Perfossumq; locis: *propter duodecim populos Tusciæ. Duodecim enim Lucumones (qui reges sunt linguâ Tuscorum) habebāt. vnde est:* Gens illi triplex populi sub gēte quaterni. VLTRO.] *Quia ratio exigebat, vt loqueretur ille qui venerat.* COMPELLARE.] *alloqui.* SPES ô fidissima.] *Bene per contrarium. Spes enim semper incerta, in Hectore fidissima.* EXSPECTATE.] *ἀντίπτωσις est, pro, exspectatus* FOEDAVIT.] *cruentauit: vt,* Sanguine fœdātem. *Et bene permāsit in translatione: quia suprà dixerat,* O' lux: *ideò &* Serenos: *ideò &* Fœdauit. *nam Sallustius de nubibus:* Fœdauêre lumen. ILLE nihil.] *Scilicet ad interrogata. pleraq; enim verba negotijs accipiūt significationē.* VANA.] *falsa.* GEMITVS] *Nec enim paruus dolor est viro forti, fortem virum fugam suadere. Et nota omnes suasoriæ partes hoc loco contineri.* FVGE nate dea.] *Propositio est.* HIS.] *δεικτικῶς, id est, demonstratiuè ad locum.* ERIPE flammis.] *Vtile.* A' culmine.] *vel à dignitate suâ; vel à tectis suis. Nam ideò dixit Culmina dicta tecta: quia veteres de culmo ædificia protegebāt.* SAT patriæ priamoq; datū.] *Honestū. nam contra fata venire constat neminem posse.* ETIAM.] *Multi hîc distinguunt, vt sit,* Adhuc: *vt,* Etiā arma tenentem. *sed melius est,* Etiam hac, *id est, tuâ: vt. & particeps gloria sit Aeneas, & Hector superbiam vitet.* SACRA suosq; tibi commendat Troia penates.] *Necessarium. nam sacrilegium est, non liberare commendatos penates.* FATORVM comites.] *Possibile. quia occurrebat* Hostis habet muros, *dat ei comites deos.* PERERRATO.] *Vna pars orationis. hoc autem verbo ostendit erroris longinquitatem.* VESTAM.] *Deam ignis: quæ (vt suprà diximus) Terra est: quæ in medio mundo librata, vi suâ stet, & ignem intra se habeat.* ÆTERNVMQVE ignē.] *Vesta ignis Aeternus est. Ecce ipse exposuit, quid sit Vesta.* DIVERSO interea.] *Hic est προοικονομία: agit enim, vt demōstret, Aeneam nō fuisse proditorem: sed propter longinquitatem domus, & tardiùs bella cognouisse, & faciliùs euitâsse discrimē.* MAGIS atq; magis.] *Iteratione sermonis fecit augmentum: ac si diceret, Magis ac plùs. sed propter metrum non potuit. Sic est & in diminutione, veluti si dicat;* Et minùs atque minùs: *&* Vtut *pro vtcunq. Ponitur tamen alibi,* Magis atque magis, *pro vehementer. sicut* Etiam atque etiam: *quod crebrò est apud Ciceronem lectum.* ANCHISÆ domus.] *Satis religiosè locis omnibus, quamdiu viuit Anchises, ei vniuersa concedit: vt alio loco:* Et pater Anchises dare fatis vela iubebat. ARBORIBVSQVE obtecta.] *Laus domus: & argumentum, si non auditus est strepitus armorum, & vrbis captæ clamor, ab Aeneâ.* RECESSIT.] *à frequentiâ se remouit. Et est speciosa translatio, quotiens rei mobilis ad*

immobilem, vel econtrà, transfertur officium. INGRVIT.] *inuadit: vt,* Ingruit Aeneas Italis, & prælia miscet. EXCVTIOR somno, & summi fastigia tecti Ascēsu supero.] *Vt appareat terroris esse, non satietatis.* ARRECTIS auribus.] *Translatio ab animalibus, quæ ad omnem sonum arrigunt aures: vt apud Terentium:* Arrigo aureis Pamphile. FLVMINE.] *fluxu: vt,* Humectat flumine vultū. TORRENS.] *Fluuius, qui æstate siccatur. vnde & nomen accepit. cui Græci per contrarium dedêre vocabulum. nam χείμαῤῥον dixerunt, à tempore quo crescit: sicut æquinoctium, ἰσημερίαν.* PRÆCIPITESQVE trahit syluas.] *Hoc speciale fluuij est: suprà dicta verò, etiā ignis.* INSCIVS.] *non, ignarus. nam videt; sed qui non valde sit causarum peritus, id est, simplex.* SAXI de vertice] *id est, montis. contrà in Sexto, montem pro saxo posuit: vt,* Prensantemq; vncis manibus capita aspera montis.

QVI redit.] *Patroclum interemit Hector: Patroclus Achillis comes. ideò Patrocli spolia tanquam Achillis, indutus Hector.* QVANTVS erat.] *cùm iaculatus est ignem in naues Græcorum, & incendit nauem Protesilai. Aeneas Postea eum in congressu interemit.* COMPELLARE.] *id est, vocare.* VESTAMQVE potentem.] *Aeneas Vestæ sacra cùm è Troiâ adduxit, quibus Lauini templum condidit; hinc in Albam translatis, templum erexit Ascanius. quando verò, & à quo ex Albâ in vrbem aduecta, incertum est. Volunt alij, Romulum templum Vestæ instituisse; alij, Numam regem. templū cōstitutum fuit inter Capitoliū & Palatiū: positæq; in eo virgines quatuor: indè, propter multa ministeria, additæ duæ; quæ semper mansêre in eo numero. singulæ curiæ, quæ erant numero 36, Vestam priuatam habebant. quid seruaretur à Virginibus templo, dubiū fuit: fuerint simulachra, quæ transtulit Dardanus è Samothraciâ inter quæ Palladium: an purus ignis, in aperto ignis semper inexstinctus videbatur. Vestæ simulacrum nullū erat. ipsa Tellus est, vt scribunt: ideò in mediâ tēpli testudine pendebat Tellus. de Vestaliū cōditione, ac pro malefactis pœnâ, loco suo dicemus.* IGNEM æternum.] *Declarat se, subiungens ignē. vnde Ouidius:* Nil aliud Vestam, quàm purā intellige flammā. SECRETA.] *remota. domus. n. Aeneæ multū distabat à mœnibus: ideò tardiùs intellexit belliū Troianū.* ARBORIBVS] *remotiorē facit.* FLVMINE.] *fluxu.* SONITVM.] *suprà,* clarescunt Sonitus *clangores: nunc* sonitum *in comparatione ponit.*

EXSVVIAS indutus Achillis.] *In antiquis exemplaribus,* Accilis *habetur rectâ declinatione.* O' lux Dardaniæ.] *In antiquis aliquot libris, legere est,* Dardanidum. PERERRATO statues quę denique ponto.] *In libris Longobardicis, & aliquot alijs,* Qui, *nō* Quæ *legitur.* CLARESCVNT sonitus.] *In antiquissimo libro legere est,* Concrescunt sonitus.

Neq; minùs Tytheam, quæ mater omnium erat, Aretiam, id est, terram vocabant: & Hestiam, id est ignem, post mortem cognominauerunt. Quia ipsa regina sacrorum fuerat; & puellas docuerat sempiternū ignem sacrorum inexstinctum seruare. Noa primus omniū inuenit vites, atq; plantauit; & vinū cōficere

A B C

POM. Sabin. — VAL. Lectio — IOAN. Scop.

A cere docuit. Ob beneficium inuentæ vitis & vini, dignatus est cognomento Iano: quod Arameis sonat vinifer &: hæc Berosus. Quod Metasthenes sic comprobat. Græci Ogygem vocât Noam, cognomine Ianum; qui ex Phœniciâ originem traxit: qui præfuit diluuio, & primum genus humanum, vt antiquissimus omnium pater, texit: quam Hestam, siue Vestam, de penatibus vnam, affirmat Maro in secundo:

Sacra suosq; tibi commendat Troia Penates,
Hos cape fatorum comites, his mœnia quęre,
Magna pererrato statues quæ deniq; ponto.
Sic ait, & manibus vittas, vestamq; potentem,
Aeternumq; adytis effert penetralibus igné.

Quos Penates, ob Vestam, id est, ignem æternû, superius Virgilianus Sinon æternos inuocauit ignes: simulans, si hostibus patriæ secreta proderet, se penatum offensam vereri: quoniam sacramento militari tenebatur, vt eo solueretur. Penatibus namque dijs, patriæ cura creditur. Dicas ergo: Vos ęterni ignes, id est, dij Penates, patrijq; & non, Sol, & Luna. qui Ianus in aureo seculo regnauit in Italiâ, quæ, fuit habitata in primo generis humani ortu, id est, in ætate aureâ, & ante Ninum Assiriorum regem, seculi aurei violatorem: vt scribût Fabius
B Pictor, Sempronius, Cato, Trogus, & Iustinus.

VLTRO flens ipse videbar compellare virum, & mœstas expromere voces.] Ecce & hic asserit poëta, non veras esse imagines; sed verisimiles, quæ videtur in somnis. Denique, non dixit Aeneas, fleui, aut loquutus sum: sed mihi visus sum flere vel loqui tristia sine dubio: quia talis persona videbatur adstare. O lux Dardaniæ, spes ô fidissima Teucrûm. Quæ tantæ tenuère moræ? quibus Hector ab oris Exspectate venis? vt te post multa tuorum Funera, post varios hominumq; vrbisq; labores, defessi aspicimus? quæ causa indigna serenos Fœdauit vultus? aut cur hæc vulnera cerno? Ille nihil, nec me quærentem vana moratur; Sed grauiter gemitus imo de pectore ducens.] Errorem dormientis voluit poëta describere: vt, quod optimè nouerat, quasi nescius, interrogaret: deinde eo tempore, quo manifesto discrimine tenebatur: eo tempore, quo non ad inanes fabulas; sed ad insinuandum interitum Troiæ, & ad excitandum dormientem, fuerat ventum.
C Deniq; dum vana superfluaq; perquireret, non ille ad interrogata respôdit; sed cur venisse videretur, ductis ex alto gemitibus, expressit. qui tamen, vel ex quâ causâ fuerint ipsi gemitus, ipse in sequentibus euidenter ostendit. Fugam quippe suadebat viro forti imago viri fortis; ciui optimo optimus ciuis. Quod ipsum non suaderet, si superesset aliquid, cui posset ope aliquâ vel auxilio subueniri. Denique, mox consequitur causa, quæ omnem vim desperationis ostenderet: ipsaq; omnis strictâ breuitate concluditur; vt periculum præsens, & mox ineuitabile futurum, vitari potuisset. ait enim: HEV fuge nate deâ, teq; his, ait, eripe flammis.] Scilicet, non venturis interiecto spatio temporis; sed quæ in præsenti & môstrari, & videri potuissent. Rectè autem cœpit à doloris signo, dicens: Heu fuge. dolebat enim duo. Qui enim ad auxilium debuit hortari virû fortem, magis dicebat fugiendum ei: & quòd sic interierat totum; vt non superesset aliquid, quod posset boni ciuis adiumento fulciri. Additur secunda desperatio: HOSTIS habet muros.] Possedit hostis, vnde is reijci potuerat. Tertia desperatio: RVIT alto à culmine Troia.] Hoc est, concidit id, cui poterat subuenire. Hi igitur fuère gemitus admonêtis, quòd omnia in vnum mala nefariaq; conuenerant. Fuga (vt dictum est) indicta viro forti, & interitus Troiani imperij. Verùm, ne desertæ patriæ genitalis incursurum se culpam arbitraretur Aeneas, si id fecisset: augmentum plenissimæ desperationis adiungit; vt hunc modis omnibus submoueret. Nulla est quippe, si relinquatur: quòd sic perijt, vt nullâ possit opitulatione fulciri. Quod ipsû vt apertiùs signaret, addidit: SAT patriæ, priamoq; datum.] vt plenum venisse interitû demonstraret. Si Pergama dextrâ Defendi possent, etiam hac defensa fuissent.] Quia poterat Aeneas dicere: auxiliabor captæ vrbi, ille præuenit, & ait; Contra tantam vim, humanam nil posse virtutem. Et subnexit huius rei probationem. Si possent, inquit, Pergama humano auxilio cômuniri; etiam, hoc est, adhuc, & meâ potuissent dexterâ defendi. Sic ergo pronunciandû est, vt dicamus: si Pergama dextrâ defendi possent, etiam. Sic enim & alio loco positum legimus, Placidòne etiâ pugnabis amori? hoc est, adhuc. Ipso verbo hic quoq; vsus est: scil. & potuisse suâ dexterâ defendi patriam, si ei adhuc incolumitas relinqueretur. SACRA suosq; tibi cômendat Troia penates. Hos cape fatorum comites, his mœnia quære magna, pererrato statues quę deniq; Ponto.] Ecce ostendit, & fugiendum esse: & non esse flagitium, si fugerit; cùm ipsa patria defendi non possit. Inducit, Aeneam velle liberari per fugam, & sacra, & deos: atq; eò magis petendam fugam, quòd constaret, regnum illud ope hominis vlteriùs defendi non posse, quòd nec dij sui tueri potuerût. Quantum autem Aeneæ addatur ad meritum, ex hoc datur intelligi: cùm illi sacra, & deos suos, intercepta Troia commendat. Aut enim nimiùm religiosum probari voluit; aut ipsis religionibus conseruandis aptissimum: aut dijs ipsis certè potiorem. Nullus enim commendatur; nisi qui sit eo, cui commendatur, inferior. Hæc autem dicit sacra, & eos cômemorat deos, quorum poëta in themate mentionem fecit, dicês: Inferretq; deos Latio. Ecce etiam hic agitur causa fugituri; ne vllâ ex eo contrahat culpâ. Suadet fugam imago viri fortis: suadet ipsa etiam patria; quæ, in auxilium sui, viri fortis animum debuit inuitare. Datur fugituro deorum societas, omniumq; sacrorû. Quid enim Aeneas posset in eâ causâ, in quâ dij ipsi, nec suis nec sibi adesse potuerunt? Verùm, quia sacrorum & deorum debuit expressius ostendere rationem, à generalitate transit ad speciem, dicens: SIC ait, & manibus vittas Vestamq; potentê, Aeternumq; adytis offert penetralibus ignem.] Sacra dixit, quæ ad consecrationem pertinebant; vittas scil. & æternum ignem: ideò dixit, penates, & Vestam ipsam, hos accipe fatorû comites. Qui commendatur, alicuius meriti debet ostendi: vt ipse quoq; monstretur profuturus ei, cuius auxilium senserit. Iccircò ait: Hos cape fatorum comites. Adiuuabût, inquit, fata tua, cùm tui comites fuerint. HIS mœnia quære Magna.] Magni sunt, inquit: magnum debes parare. Hoc cùm dicit, spem maximam futuri temporis pollicetur, vt calamitatis præsentis incommodû, venturæ prosperitatis vtilitate pensetur. His, ait, statues mœnia, h. e. perficies. PERERRATO Ponto. vt ostêderet, vera se insinuare: prædixit prospera, & his laboriosa coniunxit. DIVERSO interea miscentur mœnia luctu, Et magis atq; magis (quanquâ secreta parentis Anchisę domus, arboribusq; obtectâ recessit) Clarescût sonitus, armorumq; ingruit horror.] Cômplexis, inquit, admonitionibus Hectoris, malorum cumulum vis diuersis generibus cumulata est. Nuntiabâtur quippe cædes, ex educto fragore armorû, & lamentabilibus vocibus. Incendia verò ingruere, significabant ingruentes æstus, quorum iam pulsabar ardoribus: nunc illud saltem profuit, quòd domus patris mei longiùs fuerat submota.

EXCVTIOR somno.] Nô dixit expergefactus sum: hoc enim, aut ex satietate somni contingit, aut de tranquilitate animi ac securitate mentis potest prouenire: quies ergo dormientis abrupta est. ET summi fastigia tecti Ascêsu supero, atq; arrectis auribus, asto.] Volui, inquit, quid causæ esset, explorare de summo. Ascensu igitur meo superaui summû tectum, & attentis auribus singula cœpi captare: comprehensurus scil. ex alto, quæ videri per incendia possent, vel audiendo cognosci. Mittit similitudinê: vt ostêdat, quemadmodû ciuitas ardebat; vel quemadmodum strepitus, vel clamores diuersi, veniebant ad aures eius: côparans sibi pastorê; segetes verò ardêtes incensæ patriæ; maiorê vim, maiori violentiæ furentes austros, sapientibus Græcis. Iccirco ait: In segetê veluti cùm flamma furentibus austris Incidit, aut rapidus mon

ſano flumine torrens Sternit agros ſternit ſata lęta, boumq; labores, Præcipitesq; trahit ſyluas, ſtupet inſcius alto accipiens ſonitū ſaxi de vertice paſtor.

Tum verò manifeſta fides, Danaûmq; pateſcunt
Inſidiæ: iam Deiphobi dedit ampla ruinam,
Vulcano ſuperante, domus: iam proximus ardet
Vcalegon: Sigæa igni freta lata relucent.
Exoritur clamorq; virûm, clangorq; tubarum.
Arma amens capio: nec ſat rationis in armis:
Sed glomerare manū bello, & concurrere in arcē
Cum ſocijs ardent animi: furor iraq; mentem
Præcipitant: pulcrumq; mori ſuccurrit in armis.
Ecce autem telis Panthus elapſus Achiuûm,
Panthus Otriades, arcis Phœbiq; ſacerdos,
Sacra manu, victoſq; deos, paruumq; nepotem
Ipſe trahit, curſuq; amens ad littora tendit.
Quo res ſūma loco, Panthu? quā prendimus arcē?
Vix ea fatus eram; gemitu cùm talia reddit:
Venit ſumma dies, & ineluctabile tempus
Dardaniæ. fuimus Troës: fuit Ilium, & ingens
Gloria Teucrorum. ferus omnia Iuppiter Argos
Tranſtulit: incenſâ Danai dominantur in vrbe.
Arduus armatos medijs in mœnibus aſtans
Fundit equus, victorq; Sinon incendia miſcet
Inſultans. portis alij bipatentibus adſunt,
Millia quot magnis nunquam venêre Mycenis.
Obſedêre alij telis anguſta viarum
Oppoſiti. ſtat ferri acies mucrone coruſco
Stricta, parata neci: vix primi prælia tentant
Portarum vigiles, & cœco Marte reſiſtunt.
Talibus Otriadæ dictis, & numine Diuûm,
In flammas & in arma feror: quò triſtis Erinnys,
Quò fremitus vocat, & ſublatus ad ęthera clamor.
Addunt ſe ſocios Ripheus, & maximus armis
Iphitus, oblati per Lunam, Hipaniſq;, Dymaſq;,
Et lateri adglomerant noſtro: iuueniſq; Chorœb.
Mygdonides, illis qui ad Troiam forte diebus
Venerat, inſano Caſſandræ incenſus amore,
Et gener auxilium Priamo Phrygibuſq; ferebat:
Infelix, qui non ſponſæ præcepta furentis
Audierat.
Quos vbi confertos audere in prælia vidi,
Incipio ſuper his: Iuuenes, fortiſſima fruſtra
Pectora, ſi vobis audentem extrema cupido eſt
Certa ſequi: quæ ſit rebus fortuna, videtis.

O' lux Dardaniæ, ſpes ô fidiſſima Teucrûm.] *De homine, eloquente, & qui bonas literas ſcribendo ab iniuriâ nititur obliuionis vindicare.* A

MANIFESTA fides.] *Non ſomnij, vt quidam volūt, ſed fraudis Græcorum. nam & hoc ſequitur,* Danaumq; pateſcūt Inſidiæ. DEIPHOBI.] *Quia ipſe, poſt mortem Paridis, Helenam duxit vxorē. vnde ei grauiter Græcos conſtat eſſe iratos: de quo plenius in* VI. *narratur.* PROXIMVS.] *id eſt, Deiphobo.* ARDET Vcalegō.] *Rē domus ad perſonam tranſtulit. & eſt τὸ αἴτιον: idē enim ardet, quia proximus eſt: vt,* Mantua væ miſerę nimiū vicina Cremonæ. SIGÆA.] *Duo ſunt Troiæ promontoria, Rhœteum & Sigeum; quòd dictū eſt propter Herculis taciturnitatem: qui prohibitus à Laomedonte hoſpitio, ſimulauit abſceſſum & indè contra Troiam per ſilentium venit, quod σιγὴ dicitur.* FRETA lata relucēt.] *Incendij magnitudinem voluit ſignificare non hoc deſcribere. Lata autem ideò dixit: quia ſe anguſtiæ Pontici oris illic dilatāt; vt Salluſt. dicit.* CLANGOR.] *græcū eſt: nam κλαγγὴ dicitur. Illud ſanè intelligēdum eſt, quia morē tetigit expugnationis. Plerunq; enim ad tubam euertūtur ciuitates: ſicut Albam Tullus Hoſtilius iuſſit euerti.* AMENS.] *Bene amens: quia nec ſomnijs credidi, nec rebus aſpectis.* NEC ſat rationis.] *quoniā amens, ideò nec ſat rationis.* BELLO.] *ad bellum.* FVROR, iraq; mētem Præcipitant.] *Poteſt quidem ſpecialiter accipi, id eſt, mentem meam furor & ira præcipitauerunt. ſed meliùs eſt generaliter: Non mirum eſt, me arma cepiſſe ſinè ratione: furor enim & ira mentem præcipitant hominum.* SVCCVRRIT.] *in animum venit.* ELAPSVS.] *vix euadens.* ARCIS Phœbique ſacerdos.] *Aut ſubrogatum intelligimus: aut, quod meliùs eſt, mos tum Romanum tetigit. in Capitolio enim deorum omnium ſimulacra colebantur. vt ſit illius Apollinis ſacerdos, qui in arce colebatur: aut* Arcis *Mineruæ accipiamus.* SACRA manu.] *Hoc eſt, propter quod ſuprà ait:* Sacra ſuoſque tibi commendat Troia penates. VICTOSQVE deos.] *qui egebant ſacerdotis auxilio. Simul & Aeneæ excuſatur abſceſſus.* IPSE trahit.] *Septima [illegible].* Trahit *enim, licèt nepotis tantùm ſit; tamen & ſuperiora concludit.* CVRSV.] *Legitur &* Curſum. AD limina.] *Aeneæ & religio laudatur, & virtus.* QVO res ſumma loco, Panthu?] *Admirantis eſt, non interrogantis: &* Panthu, *vocatiuum eſt græcus, ἀπὸ τοῦ Πάνθοος, Πάνθου, vt in v.* RES ſumma.] *Res publica, id eſt, vniuerſus ſtatus quo loco poſitus?* QVAM prendimus arcem?] *cùm tu eam relinquas. nō enim plures erant arces. Vnde admirantis eſt. & notanda ſimul orationis breuitas, quæ in periculis congruit.* Prendimus *autem, occupamus.* SVMMA dies.] *vltima, aut ſuprema. Dies autem, ſi fœminino genere ponatur, tempus ſignificat; vt,* Quam *nec longa dies: ſi maſculino verò ipſum diem. Penates ergo, quos Panthus ad Aeneam traxit, alij Apollinem & Neptunum volunt: alij ſtatuas eſſe, & in regiā poſitos, tradunt.* B *Tuſci penates, Cererem, Palem & Fortunam, dicunt.* DARDANIÆ.] *Troiæ: aut à Dardano, Iouis & Electræ filio; aut, ſecundùm Salluſtium, à rege Dardanorum Midâ, qui Phrygiam tenuit.* FERVS Iuppiter.] *Summæ neceſſitatis eſt, cùm etiam ſacerdos in conuicia ruit deorum: quod ſeruat Vergilius, ne vnquam tradat Aeneæ.* Ferus *autem, inuidioſè dictum eſt: qui & ad tempus epitheton: nam Iupiter æquus eſt omnibus: vt,* Rex Iuppiter omnibus idem. *Hinc & paulò pòſt:* Ipſe deos in Dardana ſuſcitat arma, *hoc eſt, qui æqualis eſſe conſueuit.* ARGOS tranſtulit.] *quaſi dicat: qui defendat, quod Iupiter tranſtulit.* C ARDVVS.] *incultus: vt,* Illi ardua ceruix. MEDIIS in mœnibus.] *vbi ara fuerat.* ASTANS.] *Pro, ſtans, & eſt πρόθεσις.* VICTOR.] *propoſiti effector: vt,* Rapidusque rotis inſiſtere victor. MISCET.] *ſcilicet cædibus.* INSVLTANS.] *id eſt, Sinō ſubridens illos. Et Inſultare, eſt in alienum dolorem exſultare.* PORTIS alij bipatenſibus adſunt.] *Quia geminæ ſunt portæ.* MILLIA.] *Subaudi tot. & eſt ἀνανταπόδοτον: nam dixit* quot, *cùm non præmiſerit* tot. ANGVSTA viarum.] *vicos: vt,* Strata viarum. STAT.] *aut Horrent, vt,* Stant lumina flammâ. *Aut* Stat, *adſtantibus in medio armatis terretur.* FERRI acies.] *Bene addidit,* FERRI: *quia homonymum eſt* Acies. STRICTA.] *nuda. vnde &* Diſtringere *dicimus.* VIX.] *modò, Aegrè.* CÆCO Marte.] *Aut confuſâ pugnâ: nocturno prælio, aut epitheton eſt Martis, cuius exitus ſemper incertus eſt.* OTRIADÆ.] *Patronymici genitiuus. Nam Panthus Otriadis filius fuit.* NVMINE diuûm.] *Subaudi,* Tali: *hoc eſt, mala inijciente deſiderio. Nam paulò pòſt ait:* Vadimus immiſti Danais haud numine noſtro. ERINNYS.] *Impatientia animi hoc loco, quæ in furorem impellit.* FREMITVS.] *perturbatio.* ET ſublatus.] *Deeſt, quò vnde ſublatus.* OBLATI per lunā.] *ducti pro*

A *Luna ſplendorem.* ADGLOMERANT.] *adglomerantur.* vt, Nox humida cœlo præcipitat. MYGDONIDES.] *Hic Chorœbus filius Mygdonis & Anaximenæ fuit. Ergo patronymicum eſt: nam ſi gentis eſſet, Mygdonius diceret: nullum enim gentis nomen in des exit. Hunc autem Chorœbum ſtultũ inducit Euphorion, quem & Vergilius ſequitur: dans ei,* Dolus an virtus quis in hoſte requirat? *cùm ſit turpiſſima dolo quæſita victoria.* ILLIS ad Troiam.] *deeſt,* qui. ET gener.] *ſecundùm ſpem illius dictum eſt. Gener dicitur, & qui eſt, & qui eſſe vult: vt hic indicat locus, ſicut & maritus. vnde eſt:* Quos ego ſum toties iam dedignata maritos. PRÆCEPTA.] *Propter illud:* Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris. FVRENTIS.] *vaticinantis. vnde &,* Sibyllam inſanam vatẽ adeas, *dicit alibi.* INCIPIO ſuper his.] *His incipio, i. verbis.* SVPER.] *Inſuper: quia iam audebant. vnde paulò pòſt,* FVROR additus. *Iuuenes, fortiſſima pectora, fruſtra ſuccurritis vrbi incenſæ: quia exceſſerunt dij. vnde, ſi vobis cupido certa eſt, me ſequi audentem extrema, moriamur, & in media arma ruamus. Alij,* Sequi, *pro* Sequendi, *accipiunt. Obſcuritatem autem facit hoc loco & ὑπέρβατον, id eſt, hyperbati longa confuſio, & falſa lectio. nam multi* Audendi *legunt; multi* audenti, *ſed neutrũ* B *procedit. ergo* Audentem *legendum eſt.*

POM. Sabi. VCALEGON.] *Ponit pro domo hominem metonymia, vt Quintilianus meminit. vt dicitur, vario Marte pugnatum: & Vulcanus pro igne, Venus pro coitu. Licentius eſt hoc, quàm vt fori varietas ferat. ſicut & hoc, quod continetur, vſus recipit: vt* poculum epotum, ſeculum felix, *rarò audeat quis, niſi Poëta.* IAM proximus ardet Vcalegon.] *quia conſumitur poſſeſſor, cuius patrimonium igni deuoratur.* SIGEA FRETA.] *id eſt, maria. Sigæum dictum eſt, ab Herculis ſilentio: nam cùm prohiberetur hoſpitio à Laomedonte, abſceſſit, reuerſuſq; eſt: & in eã parte, quæ eſt verſùs Helleſpõtum, ſilentium tenuit, quod Græcè dicitur Sige. inde Sigæum. fuêre caſtra Achiuorum.* RELVCENT.] *à magnitudine incendij.* LATA.] *quia illic fretum Helleſpontiacum incipit dilatari.* CLANGOR.] *κλαγγὴ dicitur clangor.* VICTOS deos trahit.] *quia omnes ceremoniæ in templo Apollinis.* LIMINA.] *domus meæ. in hoc autoritas & dignitas Aeneæ videtur.* PRENDIMVS arcem?] *Admirantis eſt: cum reliquis, arcem quam capimus, vna tantummodò aſſerit. id eſt, quomodo ſe habet ſumma rerum? Sacerdotes, cùm fugiunt,* C *ſacra ſecum ferunt, aut abſcondunt, ne violentur.* DARDANIA.] *Ponit Dardaniam pro Troiâ, id eſt, vrbem pro vrbe: vel quòd Dardania ſub Aeneâ erat. hinc Dardanij, & Dardani, & Dardanidæ. Dardanus, Iouis & Electræ filius, Dardaniam condidit, à quo nomen eſſe volunt. alij Dardanios, prope Macedoniam, illic conceſſiſſe, & feciſſe nomen. Salluſtius dicit, Dardanios dictos à Midâ, Dardanorum rege.* FERVS Iuppiter.] *Iratus eſt ſacerdos, quia ferum dicit Iouẽ.* MILLIA.] *ſubaudi tot.* TELIS.] *oppoſitis.* ANGVSTA.] *angiportus dicit, & vicos.* STRICTA.] *euaginata in manibus cædentium.* CÆCO.] *quia nocturno.* NVMINE.] *ſcilicet, tali numine.* ERINNYS.] *Furia eſt: hic impetus animi.* SOCIOS ſe.] *Rhipheus, Aepytus, Hipanis, Dymas, Chorœbus.* MYGDONIDES.] *Mygdones fuêre Thraces, qui tranſiêre in Aſiam, & regionem à ſe appellauêre Mygdoniam. nomen adepti ſunt à Mygdono. Patronymicum nunc eſt, à primo, qui tale nomen habuit. Chorœbus è Mygdoniâ venerat, ſperans nuptias Caſſandræ. Euphorion inducit eum ſtultum.* GENER.] *nondum erat gener: ſed eſſe cupiebat.* INFELIX.] *quia Caſſandra prædixerat excidium.* FVRENTIS.] *vaticinantis.* FORTISSIMA pectora.] *fruſtra eſtis fortes: & fruſtra multitudine vincimur: & vrbs capta eſt. Ouidius:* QVID facient contra tot millia fortes? *Fortes latum pectus, & latos humeros habent.*

VAR. Lect. CVRSV'QVE amens ad littora tendit.] *In Oblongo lib. perueteri, & in Mediceo, & pleriſq; alijs,* Ad limina *legitur. Quam lectionem Seruius agnoſcit.* OBSEDERE alij telis anguſta viarum Oppoſiti.] *In lib. antiq. Med. & aliquot alijs legere eſt,* Oppoſitis, *quippe telis.* STAT ferri acies mucrone coruſco Stricta.] *Sunt lib. in quibus legere eſt,* Stat pernicies mucrone coruſco. ET maximus armis Iphitus.] *In lib. omnino pleriſq;,* Armis *legitur. In aliquot verò alijs,* Maximus annis, *habetur. In nonnullis etiam ex his antiquioribus, & hic, & inferiùs* Epytus *ſcriptum eſt, abſq; aſpiratione. In aliquot* Ephytus, *tum, cum aſpiratione.* ILLIS qui ad Troiam fortè diebus Venerat.] *In Mediceo libro, & antiquis pleriſque omnibus, abſque relatio* Qui *legere eſt,* Illis ad Troiam fortè diebus. QVOS vbi conſertos.] *Quamuis,* Conſertos, *in libris aliquot antiquis habeatur: ex libr. tamen Mediceo, & ex Longobardico, atque ex aliquot alijs,* Confertos *legitur.* SI vobis audētem extrema cupido eſt Certa ſequi.] *Donatus,* Audendi extrema, *videtur agnoſcere. Sed enim exemplaria vetera penè omnia,* Audentem, *legunt.* TVM verò manifeſta fides, Danaûmque pateſcunt Inſidiæ.] *Tunc, inquit, incertis & dubijs recedentibus, manifeſta veritas patuit: tunc Græcorum inſidiæ, dominantibus iam malis noſtris, euidentiſſimè claruerunt. Narratis interea, quæ auribus acceperat, incipit referre, quod pertinebat ad viſum.* IAM Deiphobi dedit ampla ruinam Vulcano ſuperante domus; iam proximus ardet Vcalegon: Sigæa igni freta lata relucent.] *Iam, inquit, ardebat, quicquid noſtris parietibus proximum fuit, Deiphobi & Vcalegonis domus: & iam funeſtis incendijs patriæ illuminatum fuerat mare.* EXORITVR clamorq; virûm, clangorq; tubarum.] *Eò pertinet, quia dixit:* Tum verò manifeſta fides, Danaûmq; pateſcũt Inſidiæ. *Tantum quippe profecerant Græcorum doli; vt nihil iam ſupereſſet, quod occultè molirentur: vſque adeò, vt nec clamare metuerent; nec ſuorum animos tubarum clangoribus excitare. Videamus hîc, qualis Aeneæ tractatus inducatur; cui imago Hectoris fugiendum eſſe dixerit, & cuius affectibus interitus patriæ ſubiacebat. Audito, inquit, tubarum clangore, & aperto excidio ciuitatis accenſus, non fugi, vt Hectori viſum eſt; ſed* ARMA amens capio.] *hoc eſt, omnibus aduerſis, mente turbatâ, non in fugam; ſed in arma conuerſus ſum.* NEC ſat rationis in armis; Sed glomerare manum bello, & concurrere in arcem Cum ſocijs ardent animi.] *Non enim, inquit, integram mentis intentionem habere potui; quem tubarum ſcilicet hoſtilium clangor, & excidium patriæ genitalis accederent. Sequutus, igitur, quod amat. armatus, & demiſſo meliore conſilio, quod amentia confuderat, ardente patriâ, ipſe quoq; ardebam furore bellandi: vſq; adeò, vt glomeratam ſociorum manum quærerem bello; vt ſi fieri potuiſſet, arcem ſaltem tueremur ab hoſtibus.* FVROR iraq; mentem Præcipitant.] *Iracundia, inquit, & furor, conſilio deficiente, mentem præcipitabant: hoc, non quò volebam, impellebar; ſed quò vellet amentia. Hoc loco egregiè poſuit,* Mentem præcipitant. *Quicquid enim præcipitanter vrgetur maiore impulſu, non quò voluerit; ſed in eam partem cadit, in quam ruinæ pondus adduxerit.* PVLCHRVMQVE mori ſuccurrit in armis.] *quia victoriæ cõquirẽdæ nõ fuerat ſpes: nõ vt vincerẽ, ferebar in bellũ; ſed armatus volui mori, & interire cũ patriâ.* ECCE autẽ telis Panthus elapſus Achiuûm, Panthus Othriades, arcis Phœbiq; ſacerdos, Sacra manu, victoſq; deos, paruumq; nepotẽ Ipſe trahit, curſuq; amẽs ad limina tẽdit.] *Ergo, inquit, animo ardebã; vt collectis quàm plurimis, vel arcẽ defenderẽ: ſed iam etiã ipſa fuerat capta. Demũ Panthus, arcis eiuſdem ſacerdos & Phœbi, violentiâ inde periculi præſentis excluſus, repentè apparuit. & licèt telis hoſtilibus fuiſſet elapſus: quia tantæ fuit pietatis ac religionis, officij ſui etiam in vltimo diſcrimine non eſt immemor factus. nam ſecum aſnexerat omnia, quæ in illâ arce colebantur. Portabat quippe*

suis manibus sacra: portabat & deos victos: vt ostenderet, humanum auxilium aduersùs eam vim non fuisse necessarium; cui ipsi quoq; dij pro se resistere nequiuerunt. PARVVMQVE nepotem ipse trahit.] quoniam fugientis passibus non valebat occurrere, trahebatur. CVRSVQVE amens ad limina tendit.] Tutis exclusus, ad non tuta confugiens, plenam testabatur amentiam: cùm eò fugiens curreret, vbi cum ipsis dijs potuisset incedi. QVO res summa loco, Panthu? quam prendimus arcem?] Interrogatio breuis, pro ratione temporis sumpta: quæsita etiam pro personâ fugientis; qui se, ac deos, ac nepotem, hostili violentiæ subtrahere cupiebat: pro eius quoq; personâ, qui, aduersa licet, celeriter volebat audire. ait ergo: QVO res summa loco, Panthu?] Summa rerum est, malarum, vel bonarum. Concinna definitio, quâ celeriùs exprimi posint aduersa, vel prospera. QVAM prêdimus arcem?] arx est secunda defensio: inuenta iccirco, vt victis muris ipsa succedat. Rectè ergo quæsitum est, quam prendimus arcem? videbat enim, fugientem Panthum, ab arce cum ipsis dijs euidenter exclusum; & sciebat, nullam esse aliam præter ipsam. Nouerat quoq;, ex insinuatione præteritâ Hectoris, hostili multitudine iam muros esse possessos. VIX ea fatus eram, gemitu cùm talia reddit: Venit summa dies.] Miram in respondendo celeritatem posuit exstitisse: pro ratione temporis suprà dictã, & pro ratione personarum, fugientis scilicet, & audire cupientis. antequam interrogationi meæ finem feci; ille mixto verbis gemitu talia reddidit. Cùm propositionibus omnibus responderi conueniat; hoc vel maximè loco, prædicanda vehementer est poetæ nostri artificiosa subtilitas. Iisdem enim verbis, eádemq; breuitate, & instruit nescium; & quæ summa esset rerum, plenè perdocuit. Ille dicit; Quo res summa loco: hic dixit; Venit summa dies.

DON. ET ineluctabile tempus Dardaniæ.] Hoc est, quod luctando superari non posit. Venit, bis accipiendum est: vt sit, venit dies, venit tempus. FVIMVS Troes, fuit Ilium, & ingens Gloria Teucrorum.] Interijt, inquit, totum, quicquid apud nos fuit. Expressã rerum summâ, incipit dicere quid geratur. vel quid viderit: quamuis & hoc posit ad summam rerum pertinere. FERVS omnia Iuppiter Argos transtulit.] Ferus Iupiter, moraliter positũ: in aduersis enim, nimio malo, vel certè, vt putamus, iniustâ ex causâ commoti, etiam deos malè tractamus. Vnde ergo Ferus, ipse ostendit, dicens: Omnia, quæ apud nos fuerant læta, transtulit in Græcos: & sic nos nimiâ feritate prostrauit; vt, cui noceret, postea non haberet, nullis scilicet reseruatis. Argos omnia transtulit, hoc est, felicitatem Iliensem. ARGOS transtulit.] non Argos, quasi ad Græcos; sed ad ciuitatem, quæ Argos diceretur. INCENSA Danai dominantur in vrbe.] Non pugnant adhuc Græci; sed securi de victoriâ, dominantur, vtpote ardẽte vniuersâ ciuitate. ARDVVS armatos medijs in mœnibus astans Fundit equus.] Magna perturbati hominis & metuentis prosecutio. cùm enim iam equus fudisset armatos, omissis rebus perfectis, quasi adhuc gererentur quæ transierant: Fundit inquit, nõ Fudit, modus enim imperfectus, maiorẽ terrorem facit. Ordinatur aũt sensus sic: Arduus equus, in medijs mœnibus astans, fundit armatos. Ne incipiat esse initium, si dicamus, in medijs mœnibus fundit. VICTORQVE Sinõ, incendia miscet Insultans.] Cùm teneretur inter initia Sinon, insultabant captiuo Troiani, vni omnes: nunc ipse vniuersis & patriæ, ad cuius interitum fouebat incẽdia hostis magno animo, qui necessariè faciebat tunc insultationem. Hoc fuit, quod dicit: PORTIS alij bipatentibus adsunt, Millia quot magnis nunquã venêre Mycenis.] Ecce iam hic portarum bipatentium significatio est. Suprà enim dixit: Portisque patentibus omnes Accipiunt socios, atq; agmina conscia iungunt. Ostendit vnam portam, quæ ingredientibus atq; regredientibus muris incolumibus præparata. Alterã dicit, quæ dirutâ murorum parte fuerat patefacta, vt equi moles immissa posset induci. Per has ergo portas, cùm paulò antè poeta dixisset; omnes Accipiunt socios, atque agmina conscia iungunt: hic quoq; illo imperfecto modo vtitur Panthus, vt metum maximum referẽdo confirmet. Adsunt, inquit, millia quot magnis nunquam venêre Mycenis: quasi non Tenedo remeassent, quot habuit Troia. Dicitur iam causa, propter quã nec Panthus fugere extra patriam potuit, nec Aeneas, secundùm Hectoris sentẽtiam, valebat exire. OBSEDERE alij telis angusta viarum Oppositi, stat ferri acies mucrone corusco Stricta, parata neci.] Omnia, inquit, aduersa sunt, & in eum desperationis cardinẽ ducta; vt nec consistere in patriâ quisquã sinè pernicie posit; nec saluti fugiendo consulere. VIX primi prælia tentant Portarum vigiles, & cæco Marte resistunt.] Cùm suprà dixerit, cæduntur vigiles: quomodo hîc dicit, Vix primi prælia tentant Portarum vigiles, & cæco Marte resistunt? aut non omnes cæsi tunc fuerãt, cùm hostis muros intraret, & reliqui resistebãt: aut, illis omnibus cæsis, aliarum portarum vigiles vtcunq; certabãt. TALIBVS Otriadæ dictis, & numine diuûm In flammas & in arma feror.] Cùm talia, inquit, mihi Panthus insinuâsset; quasi quodam deorum numine sic fui accensus, vt desiderarem mori. Dixerat enim: Pulchrumq; mori succurrit in armis. ecce hîc dixit, In flammas & in arma feror: vt ostenderet, in tãto discrimine ciuitatis, & desperatione omnium rerum, mori se maluisse, quàm viuere. QVO tristis Erinnys, Quò fremitus vocat, & sublatus ad æthera clamor.] Illò ibam, inquit, vbi maximus fuerat clamor: hoc est, vbi maximum periculum fuit, & facilior mortis occasio. ADDVNT se socios Ripheus, & maximus armis Iphitus, oblati per lunã, Hypanisque: Dymasque, Et lateri agglomerant nostro, iuuenisque Chorœbus Mygdonides.] Dictum plurimorum nomina, ne omnium factã continuatione odiosam faceret narrationem; interposuit, quæ desperatione factã fastidium remouerẽt. Vnde ordinatur sensus hoc modo: Addunt se socios, & lateri agglomerant nostro, oblati per lunam, Ripheus, Iphitus, Hypanisq;, Dymasq;, iuuenisq; Chorœbus. Hîc quæritur, cur dixerit, oblati per lunam; cùm ipse superiùs posuerit; Vertitur interea cœlũ, & ruit Oceano nox, Inuoluens vmbrâ magnâ terramq;, polumq;, Myrmidonumque dolos. Hoc ne sit vitium, talem (vt suprà dictum est) noctẽ debemus accipere, quales sunt plerunq;, cùm luna non per omne spatium noctis apparet. QVOS vbi cõfertos audere in prælia vidi, Incipio super his.] Multum quippe persuasio valet, vbi iam inest voluntas, persuasioni ipsi consentiens. si enim possunt inuiti, quò velis, transduci sententiã: eò magis, & faciliùs trahitur vniuscuiusq; mens, si persuasio eam volentem paratamq; reperiat. Iuuenes, fortissima frustra Pectora, si vobis audendi extrema cupido est Certa sequi, quæ sit rebus fortuna, videtis. Excessêre omnes adytis, arisque relictis Dij, quibus imperium hoc steterat, succurritis vrbi Incensæ: moriamur, & in media arma ruamus. VNA salus victis nullam sperare salutem.] Sensum loci istius, quò faciliùs intelligatur, ordinamus hoc modo: Iuuenes, fortissima pectora, quæ sit rebus fortuna, videtis. excessere omnes, adytis arisq; relictis, Dij, quibus imperium hoc steterat, frustra succurritis vrbi incensæ. si vobis audendi extrema cupido certa sequi; moriamur, & in media arma ruamus. Vna salus victis, nullam sperare salutem. Intellectus sic accipiendus est: Iuuenes quidem estis fortissimi; & de fiduciâ virtutis in bellum prompti, cupitis aduersi patriæ subuenire: sed auxilium vestrũ incensæ vrbi quid proderit? Non est igitur frustra laborandũ, vel maximè cũ eã, quam dij sui deseruerant, qui eius imperium tuebantur. & quoniam in omnibus præuenti sumus: moriamur, si nõ pro ipsâ, vel post eius interitum; & in armatos ruamus voluntate promptissimâ. Vna enim salutis via est victis; si salutẽ, quam tueri non possunt, desperando contemnant.

FVIMVS Troës.] Hoc Vergiliano adagio significabimus,

A *mus, actum eſſe de quopiam. Recenſetur ab Eraſmo; ne quid interim debitâ gloriâ fraudetur, atq; de poſſeſſione (vt aiunt) deijciatur.* MILLIA tot magnis nunquam venêre.] *Significabitur hoc carmine ingens hominum multitudo. Vſurpauimus nos in epiſtolâ quadam, ad doctiſsimum virum Ioannem Murmelium: ſed quàm aptè, aliorum eſto iudicium.*

SER. EXCESSERE.] *Quia ante expugnationē euocabantur ab hoſtibus numina, propter euitanda ſacrilegia.* MORIAMVR, & in media arma ruamus.] *ὕστερον πρότερον. nam antè eſt, in arma ruere, & ſic mori.* QVIBVS.] *ſubaudi, auxiliantibus.* VNA ſalus victis, nullam ſperare ſalutē.] *Plerūq; enim deſperatione robur augetur. vt Statius:* Eſt vbi dat vires nimius timor. *Itē,* ſcimus mortē captiuitatis eſſe remediū. *Hoc ergo ſuadet, vt aut deſperatione vincant, aut vitetur morte captiuitas.* SALVS.] *nunc remediū.* LVPI ceu.] *Hoc ad ferocitatē pertinet. Sanè apud Veteres,* Lupus *promiſcuum erat: vt Ennius;* Lupus fœmina fæta repentè. RAPTORES.] *ab actu* ATRA in nebulâ] *vt occaſione. Vel certè nocti comparauit.* IMPROBA ventris.] *à neceſsitate, & cauſâ duplici; vna,* Quos improba ventris exegit cæcos rabies: *altera,* catulique relicti faucibus exſpectant. NEBVLA.] *ad noctem.* CATVLI.] *ad liberos coniugesq;.* EXEGIT.] *excluſit, de latebris ſcilicet. vt Terētius:* Spectādæ an exigēdæ ſint vobis priùs. CATVLI.] *ſunt liberi luporū, canū, ſerpentumq;.* RELICTI.] *deſerti & deſtituti. vt,* Cui pauca relicti iugera ruris.

ASC. FAVCIBVS exſpectāt ſiccis.] *nimiâ cupiditate aperiuntur.* CAVA vmbra.] *Bonū epitheton eſt. naturale enim eſt, vt obſcurū ſit omne concauū. Vel* Cauâ, *inani. Et hinc apparet, occidiſſe iam lunā.*

C QVIS.] *etiā Græcorū: vt,* Quis talia fando. LACRYMIS æquare labores.] *ὑπαλλαγή eſt, pro, laboribus æquare lacrymas: vt,* Dare claſsib⁹ auſtros. VRBS antiqua.] *Vel nobilis: vel quia duobus millibus & octingētis annis regnâſſe fertur. Et quid ſit* antiqua, *ipſe ſubiunxit,* Multos dominata per annos. *Sanè hoc dolētis eſt, non narrantis.* STERNVNTVR inertia paſsim.] *aut non repugnātia: vt,* Pecora inter inertia votis Optat aprū. *Aut inertia, dum occiduntur: vt,* Imbellem auertis Romanis arcibus Indum, *hoc eſt, auertendo oſtendis imbellem.* RELLIGIOSA.] *Gradatim aſcendit. Sanè Relligio l geminat in verſu, propter metri neceſſitatē* POENAS dant.] *Moriuntur impunè: hoc enim propriè ſignificat.* QVONDAM.] *hîc præteriti temporis eſt.* REDIT in præcordia virtus.] *Atqui ait Horat.* Nec vera virtus, cùm ſemel excidit, Curat reponi deterioribus. *Sed ſententiæ non ſemper generales ſunt; ſed interdū pro negotiorū qualitate formantur, & ad tēpus dictæ ſunt* VICTORESQVE cadūt Danai.] *Generaliter dixit,* Victores: *aliâs ſi dixiſſet, non nunc.* PLVRIMA mortis imago] *Aut definitio mortis eſt; aut varietas mortis oſtēditur, id eſt, gladio, igni, ruinâ.* ANDROGEOS.] *Eſt Græca, & Attica declinatio vnde eſt:* In foribus lethum Androgeo. *facit enim ὁ Ἀνδρόγεως, τοῦ Ἀνδρόγεω.* VIRI,] *Increpātis eſt.* SERA ſegnities.] *Quæ ſeros facit, id eſt, tardos: vt,* Mors pallida. *Sanè Segnities, iuxta antiquos dictum eſt: nam modò Segnitia dicitur. Segnis autē,*

Exceſſêre omnes, adytis ariſq; relictis,
Dij, quibus imperium hoc ſteterat, ſuccurritis vrbi
Incenſæ: moriamur, & in media arma ruamus.
Vna ſalus victis, nullam ſperare ſalutem.
Sic animis iuuenum furor additus. indè, lupi ceu
Raptores, atrâ in nebulâ quos improba ventris
Exegit cæcos rabies, catuliq; relicti,
Faucibus exſpectant ſiccis; per tela, per hoſteis,
Vadimus haud dubiam in mortem, mediæq; tenemus
Vrbis iter: nox atra cauâ circumuolat vmbrâ.
Quis cladem illius noctis; quis funera fando
Explicet? aut poſsit lacrymis æquare labores?
Vrbs antiqua ruit, multos dominata per annos:
Plurima perq; vias ſternuntur inertia paſsim
Corpora, perq; domos, & relligioſa deorum
Limina. nec ſoli pœnas dant ſanguine Teucri:
Quondam etiam victis redit in præcordia virtus,
Victoresq; cadunt Danai crudelis vbiq;
Luctus; vbiq; pauor, & plurima mortis imago.
Primus ſe Danaûm, magnâ comitante cateruâ
Androgeos offert nobis, ſocia agmina credens,
Inſcius; atq; vltrò verbis compellat amicis:
Feſtinate viri; nam quæ tam ſera moratur
Segnities? alij rapiunt incenſa, feruntq;

eſt propriè frigidus, ſinè igne: vt ſecurus, ſinè curâ; ſedulus, ſinè dolo. FERVNTQVE Pergama.] *ὑπερτικῶς: quaſi ipſam funditus ciuitatē in victoriam ſuam transferunt. vt,* Ilium in Italiā portans victosq; penates.

POM. Sabi. ADYTIS.] *ô iuuenes, Dij, omnes, qui habebant tutelam noſtri Imperij, exceſſêre adytis & aris, ſcitote. nunc ſuccurritis incēſa vrbi: moriamur ergo in medijs armis, cum nobis nulla ſpes ſuperſit ſalutis.* DII.] *penates.* LVPI ceu.] *Ad ferocitatem pertinet hæc comparatio Lupi in magnâ eſurie ea dunt terram: raptores ſunt noctium, truces & aſperos regio habet, quātò frigidior. In Cretâ inſulâ & in Olympo Macedoniæ monte, lupi non ſunt: Eſurientes irruunt in omnia.* EXEGIT.] *extrà egit, id eſt, excluſit.* RABIES.] *eſuries.* CATVLI.] *filij exſpectant parentes, ferentes prædam.* CAVA.] *obſcurâ: omne concauum obſcurum.* QVIS.] *ad omnes refertur.* LABORES.] *laboribus æquare lacrymas.* INERTIA.] *non repugnantia, vt pecora.* VICTORESQVE cadunt.] *cadebant Troiani, cadebant & Græci. nam Troës in vltimis factis etiam manus tractabant.* ANDRDGEOS.] *miles Mneſtei, ducis Athenarum.*

VAR. Lect. ET plurima mortis imago.] *Veteres aliquot lib.* Noctis imago, *legunt.* SIC animis iuuenum furor additus.] *Tantum, inquit, valuit perſuaſio mea: vt ætas iuuenum, voluntatiſq; intentio, furore quodam ferretur accenſa.* INDE lupi ceu Raptores atrâ in nebulâ, quos improba ventris Exegit cæcos rabies, catulique relicti Faucibus exſpectant ſiccis, per tela, per hoſtes Vadimus, haud dubiam in mortem, mediæque tenemus Vrbis iter: nox atra cauâ circumuolat vmbrâ.] *Secundùm neceſſitatem temporis, miram comparationem induxit. Lupus enim, improbiſsimum genus eſt animalis, ſæuum ſatis, & in prædam ſemper ac vehementer intentum; & tunc magis, quanto catulos habet: cui nihil aliud aptum ſit ad complendas inſidias, quàm caligo ac tenebræ: ſalutem ſic contemnens, vt ſinè eius deſperatione viuere non poſsit; cōtraria iugiter cogitans, vt, quod optat, inueniat. Ita, inquit, & nos aperta in pericula ruebamus. neque enim dubia pernicies fuit; cùm ferremur per mediam vrbem, per confertos hoſtes, & armatas ſtrictis mucronibus dextras: vnum habentes in ſubſidio, quòd tenebroſæ noctis auxilio iuuabamur. Noctis iſtius, quâ interitus extitit Troiæ, varietatem Vergilius poſuit. In primâ enim eius parte dixit:* Vertitur interea cœlum, & ruit Oceano nox, Inuoluens vmbrâ magnâ terramque polumque, Myrmidonumque dolos. *ſequenti in parte dixit:* Tacitæ per amica ſilentia lunæ. *Item ait:* Oblati per lunā. *nunc:* NOX atra cauâ circūuolat vmbrâ.] *Diuerſitas iſta hoc genere videtur poſſe diſſolui, vt iā diximus: vt nox illa, nec tota habuerit tenebras, nec omnis ex radijs lunæ fuiſſe videatur illuſtris. Si ergo primū noctis*

tiis tempus fuit tenebrosum; sequens verò, superueniente lu-nâ, probatur illustre; atque ita, vt idem quoque durare po-tuisset; quomodo hic dicitur, Nox atra cauâ circumuolat vmbrâ? *debet enim conuenire, in istâ luporum comparatio-ne, etiam noctis similitudo: quæ tunc insidijs apta est, cùm den-satur tenebris. Hîc accipere possumus, perseuerâsse quidem lu-nam; sed fumo obscuratum eius lumen, qui ex magno ciuitatis incendio vomebatur.*

DON. QVIS cladem illius noctis, quis funera fando Ex-plicet? aut possit lacrymis æquare labores?] *Meminne-rat se dixisse;* quis talia fando Myrmidonû, Dolopúm-ue, aut duri miles Vlyssi, Temperet à lacrymis? *hoc ipsum hîc quoq; repetiuit. Multiplices, inquit, dolores, & vel maximè proprios, cuius animus potest referre sinè lacrymis? aut labores tantos verbis æquare? Hanc generalitatem inci-pit enumerare per species, afferens in ipsâ relatione personam præcipui ciuis, & deorum religiosi cultoris: speciesq; ipsius diuidit in ea, quæ maiores possent gemitus excitare.* VRBS antiqua ruit, multos dominata per annos.] *Cecidit, in quit, vrbs antiqua, ruit, doloq; perijt patria; quam vtiq; reli-giosus ciuis optabat sibi esse superstitem. Perijt, cuius imperium per annos infinitos floruit.* RVIT antiqua.] *Antiquum, no-bile, & maximi meriti, veteres posuerunt. nihil enim potest esse diuturnum; nisi quod sit firmum, & dignum, quod debeat etiam futuris seculis reseruari. Huic igitur nobilitati patriæ suæ comparat tempus; quo ipsa cum ciuibus, atq; vniuerso im-perio, & opibus suis, absumpta est. Felicitas, inquit, tanto-rum temporum, vnius noctis spatio aduersante, subuersa est. Fuit ergo etiam in consideratione temporis dolor. Cùm enim perdita gemerentur, quæ inimicæ noctis vnius angustijs, ex-clusâ latitudine longæuæ felicitatis, exciderant; adiecit mise-randa: quorum alia significabant indignitatem rerum, alia crudelitatem hostium; postremò alia, quæ in deos quoque ad-missa sacrilegia testarentur. Indignitas fuit, quòd interfecto-rum corpora oppleuerant vias, quæ aliter vici appellantur, & contra suum decus, non meruerant hunc exitum, talemq; mortis casum subire, cùm caderet. Ecce exsequitur, quòd præ-ter ciuis affectum etiam de contemptis numinibus dolet; vtpo-te deorum antistes præclarus & cultor.* PER'QVE deos, inquit, & relligiosa deorum Lumina.] *Vt nô tantùm vici, verùm etiam priuatæ domus, templa quoq;, humanis corpori-bus plena, & cæsorum hominum sanguine redundarent. Tantû hîc addidit, vt relationis inuidiam gradatim faceret grauio-rem. Quid enim deterius dici potuit accidisse; quàm illò vsq; Troianorum mala fuisse progressa; vt homines, qui hostia-rum sanguine placare consueuerant deos, hos cruore pro-prio funestarent? Ita in vnum colligitur omnium infelici-tas: vt periret primò patria, cum regno atque opibus suis; ci-ues cæsi iacerent in publico, aut in domibus suis, aut certè in templis, sub deorum occisi conspectibus; nihilq; iam reliqui fo-ret, quod sinè magno luctu videri potuisset.* NEC soli pœ-nas dant sanguine Teucri: Quondam etiam victis redit in præcordia virtus, Victoresq; cadunt Danai.] *Dicitur aliquid, quod à crimine victos excuset. Cadebant e-tiam Græci, certantibus nobis: sed nihil proderat: iam enim constabat, eos plenam victoriam consecutos. Fuit tamen so-latium in aduersis, victi manibus cecidisse victorem.* CRV-DELIS vbique Luctus, vbique pauor, & plurima mortis imago.] *Quacunq; oculorum isset intentio, sola lu-genda cernebantur, & lacrymæ.* PRIMVS se Danaûm, magnâ comitante catervâ, Androgeos offert no-bis, socia agmina credens Inscius, atq; vltrò verbis compellat amicis.] *Inferiore in parte ostendit Vergilius auspicium dimicantibus Troianis oblatum; quòd errauit An-drogeus. nam hoc Chorœbus coniecturâ collegerat. Idem An-drogeus, suos existimans, inertiæ & tarditatis obiurgans, sic arguebat: vt tamen in obiurgatione ipsâ perfectam victo-riam nuntiaret. Prima enim disciplina bellantium est, obti-nere gloriam; tunc demum venire in prædam, cùm totius glo-riæ securitas fuerit procurata. Androgeus igitur ait: Nos confecimus bellum; nos prædas egimus de hostibus victis; & incensâ omni ciuitate, opes Troianas in nostra lucra con-uertimus: & vos, tanquam nihil interea gestum sit, nunc pri-mùm venitis, moris omnibus implicati? Ad hunc tractatum pertinet;* Festinate viri: nam quæ tam sera moratur Segnities? alij rapiunt incensa, feruntque Perga-ma, vos celsis nunc primùm à nauibus itis. Dixit, & extemplò (neque enim responsa dabantur Fida sa-tis) sensit medios delapsus in hostes. OBSTV-PVIT, retroque pedem cum voce repressit.] *Cùm hæc dixisset, neque responsum acciperet, (consultò e-nim tacitum est; ne dissimilitudo linguarum corrigeret eius errorem) intellexit, sese in manus hostium venisse. Deniq; stu-pefactus, cùm se subtrahere niteretur, non valuit, cùm esset no-stro circumdatus cœtu.*

ADD. Ibid. VNA salus victis, nullam sperare salutem.] *Si quis innuet, desperationem verti nonnunquam in virtutem, dicet illud;* Vna salus victis, nullam sperare salu-tem. *Apud Iustinum, historicum acutissimum est; Lo-crenses, cum Crotoniensibus pugnantes, nullâ aliâ cau-sâ vicisse; quàm quòd antea ob suorum paucitatem despe-rassent.*

Pergama: vos celsis nunc primùm à nauibus itis?
Dixit: & extemplò (neq; enim responsa dabantur
Fida satìs) sensit medios delapsus in hosteis.
Obstupuit, retroq; pedem cum voce repressit.
Improuisum aspris veluti qui sentibus anguem
Pressit humi nitens, trepidusq; repentè refugit
Attollentem iras, & cærula colla tumentem;
Haud secùs Androgeos visu tremefactus abibat.
Irruimus, densis & circumfundimur armis,
Ignarosq; loci passim, & formidine captos
Sternimus. aspirat primo fortuna labori.
Atq; hîc exsultans, successu animisq; Chorœbus;
O socij, quà prima (inquit) fortuna salutis
Monstrat iter, quaq; ostendit se dextra, sequamur.
Mutemus clypeos, Danaûmq; insignia nobis
Aptemus. dolus, an virtus, quis in hoste requirat?
Arma dabunt ipsi. sic fatus, deinde comantem
Androgei galeam, clypeiq; insigne decorum
Induitur; lateriq; Argiuum accommodat ensem.
Hoc Ripheus, hoc ipse Dymas, omnisq; iuuentus
Læta facit. spolijs se quisq; recentibus armat.

SER. ITIS.] *pro, venitis. vt cõtrà Terentius:* Nisi ego ad mercatû venio, *p,* eo. FIDA satìs.] *Bene addidit* Fida; *vt ostendat symbolum, quo vtebantur in bello.* MEDIOS.] *manifestos. vt,* Medioq; ex hoste recepi: *&,* Quanquam in mediâ iam morte tenetur. DELAPSVS.] *Nomi-natiuum pro accusatiuo posuit.* RETRO'QVE repressit.] *Aut* Retro *vacat: aut in* Repressit *Re vacat. Sed Veteres* Retrò repressit *dice-bant; vt,* Nec nos ob-niti cõtrà. ASPRIS.] *συγκοπὴ est: vt Compos-*

stus. ANGVEM.] *κα-ταχρηστικῶς; cùm anguis aquarû, nô agrorû, esse di-catur. Homerus ὄφιν dixit.* HVMI nitens.] *Incedês per humû. & est aduerbium.* HAVD se-cùs.] *Nô aliter dicebant. Veteres secus, ut intus. in-de & extrinsecus.* ABI-BAT.] *Bene imperfecto vsus est: non enim abijt.* TREPIDVS.] *vel pa-rens, vel festinâs.* IGNA-ROS'QVE loci.] *His circumstantijs ostendit, à paucis plures po-tuisse su-perari.* ASPIRAT.] *fa-uet: vt,* Aspirât auræ in noctê. *onde & fauor, au-ra dicitur: vt,* Gaudens popula-

Vadimus immisti Danais, haud numine nostro:
Multaq; per cæcam congressi prælia noctem
Conserimus: multos Danaûm demittimus orco.
Diffugiunt alij ad naues, & littora cursu
Fida petunt: pars ingentem formidine turpi
Scandunt rursus equum, & nota conduntur in aluo.
Heu, nihil inuitis fas quenquam fidere diuis!
Ecce trahebatur passis Priameia virgo
Crinibus à templo Cassandra, adytisq; Mineruæ,
Ad cœlum tendens ardentia lumina frustra,
Lumina: nam teneras arcebant vincula palmas.
Non tulit hanc speciem furiatâ mente Chorœbus
Et sese medium iniecit moriturus in agmen.
Consequimur cuncti, & densis incurrimus armis.
Hic primùm ex alto delubri culmine telis
Nostrorum obruimur: oriturq; miserrima cædes,
Armorum facie, & Graiarum errore iubarum.
Tùm Danai gemitu, atq; ereptæ virginis irâ
Vndiq; collecti inuadunt: acerrimus Aiax,
Et gemini Atridæ, Dolopumq; exercitus omnis.
Aduersi rupto ceu quondam turbine venti

A [illegible] armis. [illegible] quæ postea in [illegible] SVCCESSV exe[illegible] quod [illegible] QVA pri[illegible] [illegible] sed quia [illegible] Bis obscurè: salā [illegible] pro ipsi soli. [illegible] Pars [illegible] frustra se[illegible] sed necessitatis. [illegible] fortu[illegible] vel læta, [illegible] manū re[illegible] CLYPEOS.] maiora scuta, quibus late[illegible] INSIGNIA.] arma: [illegible]. ARMA.]

B [illegible], vt sit quasi interrogantis & responsio, Dabût ipsi. COMANTEM.] Aut cristatā: quia de caudis animaliū habebāt cristas: vt, Crinis[illegible] hirsutus equinâ. vnde & ἵππουριν, galeam dixit Homerus. Aut comas habentē: vt Statius; Nō ego in terga comātes Abantiadas. INSIGNE decorū.] ornamentū deorū. non enim sunt duo epitheta: quod apud Latinos vitiosum est. Fecit hoc tamen Vergilius in paucis versibus; qui tamē emēdati sunt. vt, Lenta quibus torno facili superaddita vitis: [illegible] antea facilis, fuerit. Sanè, Clypei insigne, [illegible] pro Clypeo. INDVITVR.] Quia multa inerant in scuto lora, quibus manū inserebant: vt, Clypeoq; sinistrâ Insertabam aptans. HOC ipse.] Multi hic distinguunt, & ad Aeneam referunt. IMMISTI.] Vacat In, vt solet frequēter. HAVD numine nostro.] Aut, dijs cōtrarijs; hoc est, Haud nostro, non nobis vtili aut, quia in scutis Græcorū, Neptunus; in Troianorum fuerat Minerua depicta. FIDA petunt.] sibi scilicet. FORMIDINE turpi.] Epitheton timoris. sic Sallustius: Carbo turpi formidine Italiam atq; exercitū deseruit. CONDVNTVR in alto.] Non conduntur, dum eunt, sed cùm esse cœperint. Vnde & ablatiuo vsus est; nō accusatiuo: vt in Georg. Conditus in nubē. Tale est autem hoc, quale illud, Includūtur in carcere, id est, in carcerē HEV, nihil inuitis fas quenquā fidere diuis!] Generalis quidē sentētia, sed loco congrua. Sequitur enim & Cassandræ captiuitas, habentis sacerdotio: & præcesserat armorū mutatio, quæ nunc deprehēditur. alioquin vitiosa est; cùm discrepat à specialitate. PASSIS.] vt quidam volunt, Sacris: quæ sic vaticinari scierit. PRIAMEIA.] Patronymicum quidē est; sed speciem habet possessiui. Priameis verò, tantùm patronymicū est; sicut Priamides. ADYTIS'QVE.] ostendit, illam sacerdotē esse. Non enim accedunt ad adyta, nisi religiosi sacerdotes. Et [illegible], quasi nō sufficit, à templo, addidit adytis. TENDENS ardentia lumina.] Quod est manuum, oculis dedit. FRVSTRA.] Secundùm Epicureos. & est separatum. [illegible]BANT.] Continebant. HANC speciem.] Iniuriæ [illegible] quasi relictâ, quò passis crinibus trahebatur. Sanè, spe[illegible] est. nam & bona & mala species est. FVRIA[TA.] [illegible]mosus est, à quo furor nunquam recedit: Furiatus [illegible] ex causâ. PERITVRVS.] Melior sensus [illegible] referatur affectum. sicut de Tarchone [illegible] dixit. Et medios fertur moriturus in hostes [illegible] tamen vicerit. CVLMINE.] tecto quod antè [illegible]. CÆDES.] Modò, prælium. Miser[illegible], quia inter ciues. FACIE.] feritate. IVBAS [illegible] pro cristatum, quæ de caudis fiebant. vt suprà dis[illegible], Crinisque hirsutus equinâ. TVM Danai.]

Ordo est: Vndiq; collecti inuadunt. EREPTÆ.] ἐξ ἅρπαγῆς, non enim dicit à Troianis sublatam, sed intelligendum reliquit. Acerrimus Aiax. Oileus sine dubio: quia Telamonius, iudicio superatus, iam se peremerat. GEMINI Atridæ.] id est, duo. quod habet excusationem: quia fratres sunt propter similitudinem. nam numeri esse non potest. Gemini enim sunt propriè, simul nati. EXERCITVS omnis.] Bene excusat victi pudorem: vt, Obruimur numero. ADVERSI.] id est, è contrario flantes.

SENSIT.] se esse. HOSTES.] Troianos. CÆRVLA.] à colore. TVMENTEM.] Colla serpentis intumescunt, cùm vult ferire. IRRVIMVS.] in Androgeum. ASPIRAT.] fauet. LABORI.] nostro. SVCCESSV.] prosperitate. MVTEMVS.] hæc fraus non bene successit. DABVNT.] ministrent Græci. COMANTEM.] cristatam. ANDROGEI.] vel Androgeu, genitiuus Græcus. INSIGNE.] Pugnantes ferunt signa, vt cognoscantur. in clypeis Græcorum, erat Neptunus; in Troianorum scutis, Minerua. ACCOMMODAT.] Chorœbus. mutauerunt, omnes spolia. NVMINE.] quia non ferebamus Mineruam, nostrum numen, in clypeis. ORCO.] neci. PRIAMEIA.] Cassandra, filia Priami. quia nos rapueramus Cassandram. POM. Sab.

DENSIS & circumfundimur armis.] In lib. plerisque veteribus legas, Circumfundimus. DOLVS, an virtus, quis in hoste requirat?] In libris aliquot antiquis legere est: Quis ab hoste, & Requiret. Sed magis placet, Requirat: vt in Mediceo, & aliquot alijs exemplaribus, habetur. CLYPEIQVE insigne deorum.] Sunt qui Decori scribant. SESE medium iniecit moriturus in agmen.] In Mediceo, & plerisque alijs veteribus libris, Periturus habetur. DOLOPVM'QVE exercitus.] Exemplaria quædam antiqua, Dolopûmue, legunt. IMPROVISVM aspris veluti qui sentibus anguem Pressit humi nitens, trepidusq; repentè refugit, Attollentem iras & cærula colla tumentem.] Comparatio facta est, quomodo sensit Androgeus, hostilem se incurrisse congregationem, per imprudentiam; & quomodo se subtrahere voluit. Idcirco addidit: HAVD secus Androgeus visu tremefactus abibat.] vt ostenderet, errore confusum, se fugiendo explicare nequisse. & dicit, quomodo factum sit. IRRVIMVS, densis & circumfundimur armis, Ignarosque loci passim, & formidine captos Sternimus.] Cùm vidissemus, inquit, errore captos hostes, metu & ignoratione quoque loci confusos: Irruimus, inquit, densis & circumfundimur armis: id est, in circulum fundimur, & vniuersos occidimus. Solum induxit loquentem Androgeum, solum se subtrahere voluisse. dixit tamen: Ignarosque loci & formidine captos sternimus; id est, occidimus: vt ostenderet, non solum eum fuisse, sed plurimos. licèt & suprà dixerit: Primus se Danaûm, magnâ comitante catervâ. Quòd autem dixit, Græcos metu & locorum ignoratione confusos: hoc proculdubio proficiebat Troianorum commodo: qui nec metu premebantur; neq; locorum cognitioni plenissimam retinebant. ASPIRAT VAR. Lect.

primo

primo fortuna labori.] Primo labori quòd ait, intellectũ duplicẽ potest demonstrare: vt primus labor habuerit prosperam fortunam, quam sequens non habuit: aut certè, quia in primo ostedit auspicium fortunæ, ex hostis errore posse cæteros diuersis erroribus superari. ATQVE hic exultans successu animisque Chorœbus: O' socij, qua prima, inquit, fortuna salutis Monstrat iter, quaque ostendit se dextra sequamur.] Propter amorẽ Cassandræ, Chorœbum venisse ad Troiæ auxilium, superiùs dixit: propter eandem causam posuit, etiam ex præsenti euentu gratulatum. Denique, primus suspicione ductus est, prospera esse posse futuræ dimicationis auspicia: si, quod ostẽderat exitus rerum, Troiani sequerentur. ait enim: errore deceptus est hostis: errore cæteros possumus superare. Denique hoc nobis fortuna monstrauit: satis proderit, si diuinum beneficium & intelligere velimus, & sequi. Error cũ suis decepit Androgeum: erroris sunt tenẽda cõsilia, vt vniuersi mactẽtur. Suadentis aũt more subnectit consilium, & possibilitatẽ faciendi. frustra enim vnicuique suadetur aliquid faciendum, nisi & via monstretur, quã fieri possit, &, esse facile & commodum, fuerit demonstratum. Turpe autem non esse, insidijs hostẽ vincere, & periculum præsens docere debuit, & captum de Græcis exemplum. MVTEMVS clypeos, Danaûmque insignia nobis Aptemus.] consilium Chorœbus non quæsiuit: nec difficulter inuenit: offerebat enim prosperitas, arma detrahẽda prostratis. Ecce vnũ subsidium, maturandi verò nullũ afferebatur impedimẽtum: cùm induere aliena, expositis proprijs, non esset tardum; vel certè difficile. Dolus an virtus, quis in hoste requirat? ARMA dabunt.] Optemus, inquit, vt sequatur victoria: quis postea quæsiturus est, fraude an virtute vicerimus? SIC fatus, deinde comantem Androgei galeam, clypeique insigne decorum Induitur, laterique Argiuum accommodat ensem.] Accommodat, dixit, commodè apponit. HOC Ripheus, hoc ipse Dymas, omnisque iuuentus Læta facit.] Descriptio Chorœbi omnibus seruit, qui hoc idẽ fecerunt. fecit enim & Ripheus. fecit (inquit) etiam ipse, fecit & Dymas. &, ne singulorum nomina specialiter enumerando moram faceret, transijt ad generalitatẽ: simul etiam vitauit lõgæ dictionis horrorẽ; quẽ posset incurrere, si omnium percurreret nomina. Ait enim. hoc fecit etiã cætera iuuentus læta. nec immeritò posuit, Læta: videbatur enim posse fieri, vt hoc fraudis genere obtinerẽt. SPOLIIS se quisque recentibus armat.] Spolijs ideò recẽtibus: quia mox fuerant detracta mactatis. VADIMVS immisti Danais haud numine nostro.] Ecce quantum profuit inuentio doli & fraudis. Ibamus, inquit, immunè, hostibus mixti: & non voluntate impulsi propriâ, sed nescio quo numine.

DON. Multaque per cæcam congressi prælia noctem Conserimus, multos Danaûm demittimus orco. DIFFVGIVNT alij ad naues, & littora cursu Fida petunt.] Hac, inquit, occasione, & noctis suffragantibus tenebris, cùm nec videri nec agnosci possemus, multos Græcos occidimus, vsque adeò, vt hostes ipsi, cæsorum metuẽtes exẽplum, confusa mẽte terga dare cogerẽtur, fugientes ad littora, aut ex qui latebram repetẽtes. Verùm, quia, pro natura singulorum, terror ipse fuerat describendus, diuisit metuentes. quos enim nõ admodum formido turbauerat, fida littorum & nauium suffugia requirebant: qui verò in plenum fuerant amẽtiam versi, concurrebant ad equum: quasi illâ ratione tegi ac defendi potuissent, quâ dudum Vlysses & cæteri. HEV, nihil inuitis fas quenquam fidere diuis!] Dicturus, insidiarum dolum diu & vsque ad plenum effectum durare nequisse: asserit, etiam deos his esse aduersatos, qui pro patriâ laborabant. Dij, inquit, successibus nostris inuidentes persistebant; vt opibus Troianis plenus proueniret interitus. Bene ait, consiliorum dolosa fauebat inuentio: sed quod contra deorum voluntatem humana procurabat industria, mox inefficax redditum est. ECCE trahebatur passis Priameia virgo Crinibus à templo Cassandra, adytisque Mineruæ, Ad cœlum tendens ardentia lumina, frustra Lumina: nam teneras arcebant vincula palmas.] Consilium, inquit, nostrum, quia contra deorum studium nitebamur, mox incurrerunt aduersa. Videmus repente indigna omnia exerceri in Cassandram, propter cuius amorẽ nimium, auxilio Chorœbus Troianis accesserat: cuius causâ factum est, vt qui ex maximâ spe certauimus prosperi, in apertam perniciem veniremus vniuersi. Videamus nũc, quam vim habeat intellectus descriptionis Cassandræ. partes enim loci habet communis, & verborum singulorum [illegible] latissimam tenet exaggerationis inuidiam: ac si proponamus thema esse in eos, qui personam talẽ de loco religioso [illegible] hebant, quemadmodum Vergilius posuit. Ecce, inquit, passis crinibus Priameia virgo, Cassandra, à templo & adytis Mineruæ trahebatur. In singulis verbis crimina singula [illegible] tur; quæ quia hostes faciebant, fiebat tutò, vtpote iure belli: illi hoc gratissimum ducebant, quos constabat inimicos. sed Troianis hoc fuerat indignissimum, & ipsi Aeneæ vel maximè, propter id quod dixerat: Quæque ipse miserrima vidi. Primùm ergo, quòd ait, Ecce, hoc est, dum bene ac prosperè certamina nostra ferrẽtur, repentè apparuit, quod multiplici indignitate & scelere actuum nostrorum cursus & gesta turbaret. Trahebatur enim per publicum, quæ paterno merito & suo, ne cum honestis quidẽ officijs, multorum decuit obtutibus offerri. Trahebatur virgo, virorum plurimorum manibus. Trahebatur crinibus passis, quod fuit virginali verecundiæ satis inimicum. Trahebatur sacerdos, manibus impiorum. Trahebatur à templo, & ab ipsis deæ penetralibus rapta. Trahebatur manibus post terga constrictis. AD cœlum tendens ardentia lumina, frustra Lumina: nam teneras arcebant vincula palmas.] Dùm hæc tot indigna perferret, tendebat oculos ad cœlum: quia impedita nexibus, manus leuare non poterat. quod faciebat frustra: quærebat enim in cœlo [illegible] tores deos, quibus aduersantibus imperium Troiæ conciderat. Et eos, quorum cùm domus esset Ilium, templis suis prodesse noluerunt; vel certè non potuerunt. Sic ergo crimina admissa in Cassandram colliguntur: quòd regalis: quod virgo: quòd passis crinibus; quòd crinibus trahebatur, quos habuit ad ornatum; quòd per publicum; quòd vincta; quòd trahebatur à plurimis. In deos verò hoc modo: quòd à templo; quòd ab ipsis penetralibus; quòd sacerdos; quòd à conspectibus deæ. quorum alterum dolebat Aeneas, affinitatis causâ, quæsitæ per vxorem suam: alterum religionis, vtpote quæ esset dearum antistes & cultrix. NON tulit hanc speciem furiatâ mente Chorœbus; Et sese medium iniecit periturus in agmen.] Cùm omnibus nobis, inquit, non immeritò indignissimum videretur; tum magis Chorœbus exarsit, quòd talia videret in sponsâ. Non ergo passus est vlteriùs tale spectaculum de suis affectibus fieri; & quia amore, & facti ipsius indignitatẽ, non tantùm irâ, sed furore ducebatur, neglecto salutis suæ commodo, non pugnaturus in hostes, sed moriturus, eos inuasit, mediumque agmen irrupit. Medium agmen veritus non est, quia non timuit mori. CONSEQVIMVR cuncti, & densis incurrimus armis.] Nos quoque, inquit, non defuimus periclitanti: nam statim etiam ipsi secuti, armato hostium [illegible] mus circumdati. HIC primùm ex alto delubri culmine telis Nostrorum obruimur.] Ecce iam, quoniam [illegible] numinibus certabamus; occasione horrendi casus, qui exercebatur in Cassandram, quod antea prodesse cœperat, in contrarium versum est. nam induti spolijs hostium, dum Chorœbo & Cassandræ cupimus subuenire, de summo delubri tecto, dum putamur etiam nos Græci, nostrorum telis obruimur. Tela hîc accipi debent, quæ hominem possunt vulnere quolibet opprimere: vt lapis, fustes, & cætera similia. Hæc enim possunt de summo armatos occidere, ictu potiùs & pondere. Cæterum gladius nihil proficit, iactus ex superiore, & super armatos descendens. ORITVRQVE miserrima cædes.] Miserrima, inquit, cædes, quam ciues ciuibus inferebant. AR-

A RVM facie, & Graiarum errore iubarum.] *Excusatur ciuium in ciues crudelissimum factum, ignorantiæ merito. hos enim armorum hostilium facies, non voluntas propria, in scelus impulerat.* TVM Danai gemitu, atque ereptæ Virginis irâ, Vndique collecti inuadunt: acerrimus Aiax, Et gemini Atridæ, Dolopúmque exercitus omnis.] *Compendio vsus est; vt non tantùm ereptam virginem, verùm etiam multos hostes, ob eam causam commotos, diceret conuolâsse simul. etiam subnexuit præcipuorum nomina; & aliorum numerum generaliter posuit sic:* acerrimus Aiax, & gemini Atridæ, *hoc specialiter & generaliter conclusit, dicendo:* Dolopumque exercitus omnis. *Qualis autem concertatio exstitisset, factâ comparatione monstrauit.* ADVERSI rupto ceu quondam turbine venti Confligunt, Zephyrusq;, Notusq; & lætus Eois Eurus equis; stridunt syluæ sæuitq; tridenti Spumeus, atque imò Nereus ciet æquora fundo.] *Licet enim, singulari incumbente vento, magna turbatio exsistat in pelago: sæuior tamen est, cùm aliquot venti confligunt, contrarijs è partibus flantes.*

ASPIRAT primo.] *Cùm in negotio quopiā bene sese habebunt principia; rectè accōmodauerit illud,* Aspirat primo fortuna labori. NIHIL inuitis fas quenquā fidere diuis.] *Grauissima sententia, interpretatur Donatus, inefficax reddi, quicquid humana industria aduersus dei voluntatē molitur. hominibus enim deus potentior. Simillima huic sententiæ est, Antonij Sabellici illa, in Enneadibus:* Frustra opponuntur diuinæ voluntati, humana consilia.

Confligunt, Zephyrusq;, Notusq;, & lætus Eois
Eurus equis: stridunt syluæ, sæuitq; tridenti
Spumeus, atq; imo Nereus ciet æquora fundo.
Illi etiam, si quos obscurâ nocte per vmbram
Fudimus insidijs, totâq; agitauimus vrbe,
Apparent; primi clypeos, mentitaq; tela
Agnoscunt, atq; ora sono discordia signant.
Ilicet obruimur numero: primusq; Chorœbus
Peneleï dextrâ diuæ armipotentis ad aram
Procumbit: cadit & Ripheus, iustissimus vnus,
Qui fuit in Teucris, & seruantissimus æqui.
Dijs aliter visum. pereunt Hypanisq;, Dymasq;,
Confixi à socijs. nec te tua plurima, Panthu
Labentem pietas, nec Apollinis infula texit.
Iliaci cineres, & flamma extrema meorum,
Testor, in occasu vestro, nec tela, nec vllas
Vitauisse vices Danaûm: &, si fata fuissent,
Vt caderem, meruisse manu. Diuellimur indè,
Iphitus & Pelias mecum: quorum Iphitus æuo
Iam grauior, Pelias & vulnere tardus Vlyssi,
Protinus ad sedes Priami clamore vocati.
Hîc verò ingentem pugnam, ceu cætera nusquam
Bella forent, nulli totâ morerentur in vrbe:
Sic Martem indomitum, Danaosq; ad tecta ruenteis
Cernimus, obsessumq; actâ testudine limen.
Hærent parietibus scalæ, postesq; sub ipsos
Nituntur gradibus; clypeosq; ad tela sinistris
Protecti obijciunt, prensant fastigia dextris.
Dardanidæ contrà, turres, ac tecta domorum
Culmina conuellunt: his se quando vltima cernunt,
Extremâ iam in morte parant defendere telis:
Auratasq; trabes, veterum decora alta parentum
Deuoluunt, alij strictis mucronibus imas
Obsedêre fores: has seruant agmine denso,

EOIS Eurus equis.] *Ab Eois equis, id est, Solis. nam Eurus ab oriente flat. Notandū sanè, quòd, cùm Eous, e naturaliter longum habeat, metri necessitate correptū est, propter sequentē vocalē. Rarum autē est. nam nec proprium nomē est: vt Diana: nec sermo compositus; vt,* Sudibúsue præustis. STRIDVNT syluæ.] *Excursus poëticus: q vltra tres versus fieri nō debet; ne sit vitiosissimū.* Stridūt, *qdā antiquè declinatū tradūt; vt sit prima verbi positio, strido, stridis. Nos autē stridēr dicimus, à strideo, strides.* SPVMEVS.] *Pro, spumosus: vt frondeus, pro frondosus.* ATQVE imo.] *ab imo.* ILLI etiā.] *Propter illud;* Hîc primùm ex alto. OBSCVRA nocte per vmbram.] *Per vmbrā noctis obscuræ: vt,* Molemq; & montes. FVDIMVS.] *Modò, fugauimus: nam sequitur;* Totaque agitauimus vrbe. *alibi,* Peremimus. TOTA.] *per totam.*

quia per vicissitudinē pugnabatur: vt Sallust. docet. Legimus etiam, pœnas Vices. *Horatius:* Vicesque superbæ Te maneât ipsum. *Sed de bello, vt dictū, vsurpatū est: nullum enim prælium periculo caret.* MERVISSE manu.] *Testor me meruisse, id est, fortiter dimicasse. hi enim merentur occidi. Bene autē, euasisse se, fatis imputat; cùm tam senex, tam debilis euaserit, occisis iuuenibus.* VVLNERE Vlysi.] *inflixerat.* PROTINVS.] *statim.* CLAMORE.] *bellico scilicet.* INGENTEM pugnā.] *Meritò: quippe in domo regiā, de quā maior spes erat prædæ.* FORENT.] *essent.* MORERENTVR.] *Non pugnarent: vt suprà* Oriturque miserrima cędes. ACTA testudine] *applicatā; vel quæ agebat.* POSTESQVE sub ipsos.] *Si circa portam, sub postibus: si circa fenestras, sub postes.* NITVNTVR. *pro, nitebantur.* AD tela.] *cōtra tela.*

MENTITAQVE tela.] *Verbo communi. hoc est, quæ nos Græcos esse mentiebātur. vt solet, sensum dedit rei inanimatæ: non enim poterant tela illis mentiri.* DISCORDIA.] *discrepantia.* SIGNANT.] *designāt: aut per vocē, aut per symbolum, quo vtebatur exercitus.* ILICET.] *confestim, mox. Sed apud veteres significabat, Actum est. Olim enim iudex, si dare finem agendis rebus voluisset, per præconem dicebat; Ilicet, hoc est, ire licet, id est, acta & finita, res est.* DIVÆ.] *Mineruæ.* IVSTISSIMVS.] *Iustum; secundùm leges aliquā ratione constructum: Aequum, iuxta naturam, accipiunt.* VNVS.] *non, Solus; sed, præcipuus.* ÆQVI.] *Pro, æquitatis. & optima figura est, à fœminino genere in neutrum transire.* DIIS aliter visum.] *In ingenti indignatione Aeneæ, tamen nihil sacrilegum datur. nam sequitur:* Confixi à socijs. PEREVNT.] *pro, pereunt.* PANTHV.] *Vocatiuus græcus est.* ILIACI cineres.] *Naturale est, iurare per id, quod charum quis habuit. & excusatur, vt suprà diximus, fugā.* TESTOR.] *testificor. & deest,* Vos. VICES.] *pugnas.*

Et hoc verum est. nam, si ac tela, sinistris manibus simul tenerent tela & scutum, cùm se tegunt. TECTA culmina.] *Tecta, participium est: aut eandem rem bis dixit.* HIS.] *propter quæ pugnabatur. sicut Lucan.* In pugnam fregêre rates. DECORA.] *Ab eo quod est decus; vt pecus.* OBSEDERE.] *Modò pro, præsidio tenebant: vt sequentia indicant.* HAS seruant.] *alij adseruant.*

SÆVIT.] *quia tollunt mare venti.* ILLI.] *qui erant cum Androgeo.* ORA.] *nostra, scilicet discordia linguæ Græcæ.* NVMERO.] *nos pauci obruimur multitudine.* PENELEI.] *Alius hic Peneleus fuit; quàm is, cuius fama magna in bello Troiano. nam ille interemptus fuit ab Eurypylo Troiano; vt multi volunt, Antenoris filio.* ARMIPOTENTIS.] *sic dicitur Minerua: quia belli, id est, armorum, dea est.* RIPHEVS.] *Riphei mors, qui erat studiosissimus inter Troianos æquitatis.* ALITER.] *quia visum, vt moreretur. & est indignatio. nam Ripheus erat dignus vitā, propter æquitatē.* INFVLA.] *Infulæ sunt filamina lanea, quibus sacerdotes, po-*

stesq; templi velantur. Martia ab Hortensio ad Catonem rediuit insulata, vt Lucanus meminit. MERVISSE.] dimicâsse. idem est, merere, pugnare, dimicare. Silius:

Nec requies æui nota, exsanguesq; merendo
Stant prima inter signa senes.

VT caderem, Testor me meruisse manu.] nam qui fortiter pugnant, merentur mortē dignam militibus. Lucanus: AERE merenti paruo. IPHITVS & Pelias.] Quintilianus ait: Est & aliud repetendi genus (regreßionē vocā) quod semel posita iterat, & diuidit. Aeneas fato se euasisse à pugnā testatur; cùm debiles & senes superfuerint, qui primâ pugnā debuêre cadere; nec cecidêre prohibente fato. CLAMORE.] bellico strepitu. CEV cætera.] tam ingens pugna & atrox erat in regiâ Priami, ceu in nullâ aliâ vrbis parte pugnaretur. ACTA testudine.] Testudo bellicū instrumentum, instar testudinis, ad rumpendum muros. Silius:

Tandem condensis arctæ testudinis armis
Subducto Pœni vallo, cæcâq; latebrâ
Pandunt prolapsam suffoßis mœnib⁹ vrbem.

De materiâ ac tabulis testudo fit: corijs, aut cilicijs, aut centonibus tegitur, ne ignis noceat: intùs trabes est adunco præfixa, ferroq; impingitur: nimis validis lacertis, & non multis ictibus pertundit. nomen habet à testudine quadrupede: quia sicut illa profert & reducit in se caput, ita & hoc tormentum trabis, capite ferrato percutit, quod arietem appellant: ab eo, quòd aries fronte, id est, capite pugnat. ACTA.] applicatâ muris. LIMEN.] domus. OBIICIVNT.] Græci. PRENSANT.] Græci. CONTRA.] Troiani contra Græcos fragmine turres & tecta defendebant, côuellentes ipsorum culmina. CVLMINA.] tecta domorum.

VAR. Lect. SI quos obscurâ nocte, per vmbram Fudimus insidijs, totâq; agitauimus vrbe.] Antiqui aliquot lib. Sub vmbram legunt. In Longobardico etiā legere est, Totamq; agitauimus vrbē. CLYPEOSQVE ad tela sinistris Protecti obijciunt.] Vetera aliquot exemplaria, Ac tela, legunt. Sunt & lib. antiqui, in quibus Ad tecta scriptum sit. DARDANIDÆ contrà turres, ac tecta domorū.] In antiquis aliquot lib. Turres & tecta. Illud etiā dicendum, quòd in Mediceo lib. Tota domorum Culmina, legitur. AVRATASQVE trabes.] Sunt antiqui lib in quibus Auratasq; trabes legitur. DECORA alta parentū.] In lib. aliquot antiquis, Decora illa legitur. IMAS Obsedêre fores.] In antiquis aliquot exemplaribus, Vnas legitur. ILLI etiam si quos obscurâ nocte per vmbrā Fudimus insidijs, totâq; agitauimus vrbe. Apparēt.] Præter illā cladem, quæ nostrorū telis inflicta est, dum Græcorū armis instructi putamur hostes esse: etiam ex parte ipsorū hostium alia calamitas accesiit. nam illi, quos persecuti sumus, in tenebris, per vrbem totā, vel quos errore armorum suffragante fefellimus, repentè apparent. PRIMI clypeos mentitaq; tela Agnoscunt, atq; ora sono discordia signant.] Ab eo, quod est discors, declinauit plurali numero Ora discordia. Nec immeritò acriùs mouebantur, quàm moueri hostis in hostē debuit. dolebant enim fraudē se passos eiusmodi, vt, sub cæsorū armis latitātes, euaderemus hostes, et alios quoq; niteremur occidere. ILICET obruimur numero, primusq; Chorœbus Penelei dextrâ diuæ armipotēt s ad arā Procumbit.] Ilicet vbicunq; ponitur, extrema omnia accidere, vel accidisse, significatur. Dudū enim dixit, Telis nostrorū obruimur. hic dixit, Obruimur numero: hoc est, ita fuimus multitudine ingenti vallati & circūuenti, vt occurri non posset, aut resisti. Deniq; qui primus inuētor insidiarū fuit, primus Chorœbus occisus est: & primus ante ipsius Mineruæ aras occubuit: nec ei prodesse numinis præsentia potuit, propter cuius sacerdotē defendendā videbamur esse collecti. CADIT & Ripheus iustißimus vnus Qui fuit in Teucris, & seruātißimus æqui.] Ecce, inquit, laus deorū: perijt indignâ morte, qui iustitia & æquitatis merito sic cæteros anteibat; vt solus esset, nec haberet aliquem, cui comparari potuisset. quare hoc factum putatur, vt superiores fierent scelerati, & perirent immeriti. DIIS, inquit, aliter visum.] Vbi ponitur hoc, Illi visum est, non iustum iudicium, sed prauæ voluntatis studiū & libido, significatur. Deniq; vt dictū est, perierunt innoxij, & sceleratis vincendi copia attributa est. Additur, quod indignitatē ipsam magis accumulet: PEREVNT Hypanisq; Dymasq;, Confixi à socijs.] Admittebatur scelus, neq; vllum fuit crimen; vtpote quod non vnusquisq; voluntate, sed errore admiserat. CONFIXI à socijs.] Augetur commiseratio interfici enim, durum est; sed durius, à suis interfici. Exaggeratur, quod dixerat: Heu nihil inuitis fas quenquam fidere diuis.] NEC te tua plurima, Panthu, Labentē pietas, nec Apollinis infula texit.] Seruauit ad finē, cum apostrophe, eius personam; in quā ostenderet, deos tantùm fuisse à commodo Troianæ defensionis alienos; vt etiā Panthus occumberet, pius, grauis, & religiosus, cū ipsis insignibus sacerdotis. ILIACI cineres, & flamma extrema meorum, Testor, in occasu vestro, nec tela, nec vllas Vitauisse vices Danaûm: &, si fata fuissent, Vt caderē, meruisse manu.] Quia videbat Aeneas, esse criminosum, vel esse dedecori, quòd, cadentibus tot, tantis ac talibus, ipse euasisset: iurisiurandi religionē vltrò, ante obiectū quod metuebat, opposuit. Habet enim maiorem fidē, quod priusquàm exigatur, offertur. habet & bonæ constantiæ firmißimum testimonium; nō extorta, sed oblata purgatio. Hos versus nōnulli malè pronunciando, intellectum planum & manifestum sic errore confundunt; vt longè aliud, quàm dictum est, tradant. sic enim volūt: Iliaci cineres & flamma extrema meorū Testor in occasu vestro. ibiq; distinguunt: addentes postea: Nec tela, nec vllas Vitasse vices Danaûm. hîc rursum pronunciationis faciūt separationē; & subnectunt: Ac si fata fuissent, Vt caderem. addunt in fine accusatiuum singularem, et dicunt, meruisse manū: cùm meruisse manu legendū sit, & intelligendū. Huic alienæ pronunciationi addunt intellectum similem; ducti errore, quo malè iungunt, & deteriùs separant. Nos sic pronunciandum & intelligendum dicimus: Iliaci cineres & flamma extrema meorum. & separamus Testor: quòd Testor, semel positum, sæpiùs debemus accipere. dehinc dicemus, in occasu vestro, nec tela, nec vllas vitauisse vices Danaûm. Item seperatione factâ, veniamus ad sequentia: Et si fata fuissent, vt caderem. factâ hic quoq; separatione, concludemus, dicentes: Meruisse manu. Vt autem euidentior fiat huius pronunciationis integritas; ostendemus iam, quoties accipi debeat Testor. Vos, inquit, testor, Iliaci cineres, & flamma extrema meorum, in occasu vestro, nec vllas vitauisse vices Danaûm. Testor, dicturus est, recentiores & diuersos hostes venisse, cùm domui Priami, soceri sui, & pro eâ pugnātibus, cuperet subuenire. &, si fata fuissent, vt caderē, testor, vt sit; Iliaci cineres, & flamma extrema meorum, vos testor, sic ad certamen exîsse, vt, si fieri vllo modo potuisset, obtinerem: sin verò aliud fata voluissent, vt caderem. vtrumq; enim viro forti congruens fuit: vtrumq; gloriosum; vt si posset, vinceret; sin verò aduerso euentu fuisset exceptus, cū patriæ genitalis & suorū cineribus interiret. TESTOR meruisse manu.] Aperiendi meliùs huius loci causâ, continuum dicamus intellectum ibi, & pronunciationi inueniatur integritas. Testor vos, Iliaci cineres, & flamma extrema meorum: Testor, in occasu vestro nō timuisse arma, & hostium vices & cùm alternis recētiores occurrerēt, æquè testor, non timuisse pugnare vel mori. &, si fata fuissent, vt caderē. Sic, inquit, processi ad bellū, nō vt viuerem tantummodò; verùm etiā vt caderem, si hoc fata voluissent. Militis autē officio functum, testor me plurimū meruisse, hoc est, laborâsse. Cineres (inquit) Iliacis, vt ostenderet, non remansisse præter cinerē. Iurauit, Et flamma extrema meorū.] extrema flamma est, quæ illic vsq; perseuerat, donec sit aliqua substātia, quā conuersa in cineres, & materies simul interit, & cōsumitur incendium. Per hæc

[illegible] *Aeneas: quoniam fidem rerum nullis poterat te[illegible] necessitas cum exsistit, itur ad ea, quae [illegible], ut credi possit, quod deficientibus [illegible] asseritur. Astruit tam rebus manifestis ea, quae col[illegible], ut euidēter ostendat, & animū suū, & [illegible] firmabat, hoc ipsum, dicendo, se non gladios [illegible], neq; sub recentiorum armis succedentes.*

[illegible] inde.] *Inde, inquit, diuellimur, hoc est, [illegible] violentiae, multi separamur ab eo loco, in quo [illegible] nobis fuerat. Quales vel quāti, nō manifest[illegible] & quātitate ducent probationē laboris sui. [illegible] ostēdit, mori se voluisse, sed fato volūtati eius [illegible].* Duellimur indè, *inquit: nō dicit, qui, [illegible]* IPHITVS & Pelias mecū.] *Separa[illegible],* Duellimur indè, *ab eo,* Iphitus & Pelias. *Ca[illegible]* Mecum, *erit fœdū ut videatur dixisse,* Di[illegible] mecū. *Ecce duo soli remanserant cū Aenea: [illegible] dixit nec caeterorum. ipsi verò duo quales fuerint, [illegible] causā & ostentationis assignat.* QVORVM I[illegible] Iam grauior, Pelias & vulnere tardus [illegible].] *Amborū facta cōparatione, vtrumq; monstrauit im[illegible]. Alter quippe grauior fuit aetate; alter & vulnere. hoc est, [illegible] quidē senes fuerunt; sed alterū debilitauerat grauius [illegible], & grauior aetas oppresserat: alterū, qui aliquid forsitā [illegible], non tantùm senectus implicauerat, verùm etiam vulne[illegible] causa. Cùm igitur ostendat, se tantū laborâsse pro patriā, ut [illegible] cū paucis fuerit; nūc solum se offerat effectū; ostendit, se [illegible] praemissum iusiurandū, & certandi, quantū posset, [illegible] affectū: & moriendi voluntatē. neq; enim sperare vi[illegible] poterat, cùm iam hominum, & rerū omnium interitus [illegible].* PROTINVS ad sedes Priami clamore vocati.] *Non est locus iste pro transitu habēdus: de superioribus enim pendet. Deniq; si subtrahentur verba iurisiurandi, &, quae dudum dicta sunt, inferioribus iungantur, vnus fiet sensus. de[illegible] pugnae recesserat; in quā ceciderunt Chorae[illegible], Panthus, & caeteri. Dehinc dixit:* Diuellimur indè Iphitus & Pelias: *ipse enim tertius qui loquebatur. Si cōiungamus ergo superioribus,* Protinus ad sedes Priami clamore vocati, *erit vnum atq; coniunctum [illegible] sit, per illorū mortē & Panthi, protinus inde diuellimur, Iphitus & Pelias clamoribus vocati mecū, qui ex domo Priami mittebātur. Vnde post iusiurandum, nō caput fecit, quasi nouae relationis; sed remeauit ad ea, à quibus recesserat ut iuraret.* PROTINVS ad sedes Priami clamore vocati.] *Non specialiter vocati ab aliquo; sed clamor ipse suggerebat, subuemendum esse domui regis Priami.* HIC verò ingentem pugnā, ceu caetera nusquam Bella forent, nulli totâ morerētur in vrbe: Sic Martem indomitū, Danaosq; ad tecta ruentes Cernimus, obsessumq; actâ testudine limen.] *Hîc, inquit, ingentem pugnam cernimus, Martemq; indomitum cernimus, Danaosq; ad tecta ruentes cernimus, [illegible] limen cernimus. Tanta illic auctor pugnae [illegible] hostium [illegible] confluxerat [illegible] bi nusquam pugnaretur, nulli caderēt ferro. Ne [illegible] neret* Cernimus, *& turparet dictionem suam [illegible]* Cernimus: *sed, sicuti suprà exposuimus, pro [illegible] debet intelligi. Causa autē quae fuerit tanti certaminis [illegible] to est. ibi enim fuit rex, vxor, ac liberi. Hi, propter maiorem [illegible]ctoriae gloriam, aut occidendi fuerant, aut capiendi: praeterea, quòd illic sperarētur regales diuitiae, auiditatem expleturae victoris. Obsidebat limen eius testudo:* Haerent parietibus scalas postesque sub ipsos Nituntur gradibus, clypeosque ac tela sinistris Protecti obiiciunt, prensant fastigia dextris.] *Manifesta descriptio. alii quippe [illegible]bant ante fores: quas fugere possent, qui clausi tenebantur: alii per scalas ad summa tendebant. Scuta, inquit, & gladios sinistris manibus tenentes, ac tegentes corpora sua, propter ea quae de summo iaciebantur: dextris verò nitebantur, ut tectorum fastigia occuparent. Fastigia autem tectorum, ut diximus, posuit, aut superiora parietum: quoniam paulatim ascendebant.* DARDANIDAE contra turres ac tecta domorum Culmina conuellunt.] *Nostri, inquit, diruebant turres, & domorum ruinis pro telis vtebantur. Causa autem diruendi haec ostenditur. constabat enim, Troianos non rectè agere, ut domui regis manus infestas inferrent. Ideircò dixit:* His se, quando vltima cernunt, Extremâ iam in morte parant defendere telis.] *Extremā iam in morte constitui, inquit, nullum iam sperantes fore superstitē, cui deberent illa reseruari, diruebant; ne instantem vim possent vel morari faciendo, aut vltionem aliquam consequi de violentis. Interea, quòd* scalas *dixit, non tantùm plures asseruit: verùm etiam docuit, plurali numero dici oportere. docet hoc etiam Salustius, cùm ait:* Postquam vnae atq; alterae scalae commutatae sunt. *Haec ergo Graeci faciebant. redit ad Troianos.* AVRATASQVE trabes veterum decora alta parentum Deuoluunt.] *Nulla pulcritudo locorum, nulla firmitas fuerat necessaria turrium atq; tectorum: [illegible] occurrebat salutis vltima desperatio. Hoc extrinsecus, & in superioribus agebatur, redit ad ea, quae extra fores, vel intrinsecus agebātur. Ait enim:* ALII strictis mucronibus imas Obsedêre fores: has seruant agmine denso.] *Qui in superioribus fuerant, iacebant ponderosos ictus, ut scutorum testudinem rumperent: qui autē fores interiùs obsederant, obseruabant paratis ad necem mucronibus; ut, si hostes adytum perforassent, in ipsis ingressibus mactarentur.*

IVSTISSIMVS vnus, Qui fuit in Teucris, & seruantissimus equi.] *Laudabitur hoc quispiam à iustitiâ; quae nos suâpte sponte sequetur, si omnē malam cogitationē de cordibus nostris deposuerimus.* DIIS aliter visum.] *Quod superi dant ferendum: coelum culpare quis audet?*

Instaurati animi regis succurrere tectis,
Auxilioq; leuare viros, vimq; addere victis.
Limen erat, caecaeq; fores, & peruius vsus
Tectorum inter se Priami, postesq; relicti
A tergo: infelix quà se, dum regna manebant,
Saepius Andromache ferre incomitata solebat
Ad soceros, & auo puerum Astyanacta trahebat.
Euado ad summi fastigia culminis, vnde
Tela manu miseri iactabant irrita Teucri
Turrim in praecipiti stantem, summisq; sub astra
Eductam tectis, vnde omnis Troia videri,
Et Danaûm solitae naues, & Achaica castra;
Aggressi ferro circùm quà summa labanteis
Iuncturas tabulata dabant, conuellimus altis
Sedibus, impulimusq;. ea lapsa repente ruinam
Cum sonitu trahit, & Danaûm super agmina latè
Incidit. ast alii subeunt: nec saxa, nec vllum

INSTAVRATI animi.] *Hinc ostenditur, [illegible] superiùs defecisse: [illegible] suprà nō dixit.* LEVARE] *iuuare.* VIM] *virtutem. ut Sal[illegible]* sed nostra omnis [illegible] animo & cor[illegible] sita est. VI[illegible] *vincebantur.* [illegible] victus A[illegible] LIMEN erat.] [illegible] Obsessis [illegible] *quemadmodum* [illegible] *& dicit, Per* [illegible] *quod generis est* [illegible]: *ut Horat.* Atria seruantē postico falle clientē. *nam si generis foeminini legeris,* postica, *augurale est: ut antica, postica.* CAECAE.] *nō omnibus notae.* VSVS tectorum.] *Verbū iuris; [illegible]ctus, vsus. Hat Graeci [illegible].* POSTESQVE relicti] [illegible] *domus aedificaretur, vbi ostium fieret.* INFELIX.] *Ad praesens tēpus retulit* Infelix. DVM regna manebant] Dum, *donec: absolutus est sensus. Alij*

C c 4 tamen

Telorum interea ceſſat genus.
Veſtibulũ ante ipſum, primoq́; in limine Pyrrhus
Exſultat telis, & luce coruſcus ahenâ.
Qualis vbi in lucẽ coluber, mala gramina paſtus,
Frigida ſub terrâ tumidum quem bruma tegebat,
Nunc poſitis nouus exſuuijs, nitidusq́; iuuentâ,
Lubrica conuoluit ſublato pectore terga,
Arduus ad ſolem, & linguis micat ore triſulcis.
Vnà ingens Periphas, & equorũ agitator Achillis,
Armiger Automedon: vnà omnis Scyria pubes
Succedunt tecto, & flammas ad culmina iactant.
Ipſe inter primos correptâ dura bipenni
Limina perrumpit, poſtesq́; à cardine vellit
Æratos: iamq́; exciſâ trabe, firma cauauit
Robora, & ingentem lato dedit ore feneſtram.
Apparet domus intùs: & atria longa pateſcunt:
Apparent Priami, & veterum penetralia regum:
Armatosq́; vident ſtanteis in limine primo.
At domus interior gemitu, miſeroq́; tumultu
Miſcetur: penitusq́; cauæ plangoribus ædes
Fœmineis vlulant: ferit aurea ſidera clamor.

tami Cùm *legimt.* ſed, Cùm manebât, *quomodo dicimus? cùm conſtet,* Manebant, *modum eſſe indicatiuum. Hoc ergo ſciendum eſt: quia, quando coniunctiuus modus eſt, aliquid iungi aut ſubaudiri debet: vt,* Cùm venirem, vidi illum. *Si autem* Cùm veniebam *dicimus, aut modus pro modo eſt, hoc eſt, indicatiuus pro coniunctiuo: aut* Cùm *nõ erit coniunctio: ſed aduerbium temporis, & ſignificat,* Tempore quo veniebá. FERRE incomitata.] *ne quæreret exſequias famulorum.* AD ſoceros.] *Priamum & Hecubam.* Quare ad ſoceros, *cùm ſocer & ſocrus dicatur? Soluitur quia, quæ ex diuerſis potiora ſunt, ad ſuum genus clauſulas ſtringũt. An, quia omnes, qui ad ſocerũ pertinẽt, ſocrus ſunt, ſoceros ad præſens tempus retulit, vel ad Priamum, vel ad Hecubam? Dices, præponderato ſexui reſpondit, hoc eſt, maſculino.* ASTYANACTA.] *Hunc quidã ab Vlyſſe, alij à Menelao, abſente Pyrrho, raptũ & præcipitẽ datũ ferunt. Fatis enim dictũ fuerat; puerũ, ſi ſuperuixiſſet, vltorem patriæ & parentũ futurum.* TRAHEBAT.] *Quaſi puerũ: vt,* Paruumq́; nepotem Ipſa trahit. EVADO.] *E vaccat: vt & emoriuus. Sanè minus eſt* Hâc, *id eſt, hâc euado.* IACTABANT.] *Id eſt, ſpargebant, quaſi nihil profutura.* IN præcipiti.] *In alto, vnde quis poteſt in præceps dari. ſequitur enim:* Sub aſtra eductã, *i. exſtructã.* SOLITÆ naues.] *Participium eſt ſine verbi origine.* Soleo *enim neutrale eſt, quod præterito caret.* ACHAICA.] *Videtur alios Danaos, alios Achaicos dixiſſe.* CASTRA.] *Vbi exercitus ſit, ibi caſtra dicuntur. vnde eſt,* Nos caſtra mouemus; *vt,* Velorum pandimus alas. SVMMA.] *ſuprema: vt ſupremũ, ſummum dicimus. vt,* Prò ſupreme Iupiter! LABANTES.] *faciles ad reſolutionẽ. & eſt ordo: Turrim cõuellimus, impulimusq́.* TABVLATA dabât.] Quidã dabât, *pro* faciebât, *intelligũt: vt,* Ingentẽ lato dedit ore feneſtrã. *Olim ſanè domus de tabulis fiebãt. Vnde hodie, in ædificiis ſurgentibus primũ & ſecundũ tabulatum dicimus. Summum aũt eſt, quod tectum ſuſtinet.* TELORVM interea ceſſat genus.] *Bene addidit* Genus. *Telum enim dicitur, ſecundum græcam etymologiam, ἀπὸ τοῦ τηλόθεν, quicquid longè iaci poteſt. quanquam legerimus de gladio:* At non hoc telum, mea quod vi dextera verſat. *ſic Græci βέλος dicunt, ἀπὸ τοῦ βάλλειν. & ſequitur:* Conſurgit in enſem. *Dictum autem illo loco telum, à longitudine: vnde & muſtelã dicimus.* VESTIBVLVM ante ipſum.] *Veſtibulum dicitur prima ianuæ pars. Dictum autem, vel quòd ianuam veſtiat: vt videmus cameram duabus ſuſtentatam columnis: vel quoniam Veſtæ conſecratum eſt. Vnde nubentes puellæ limen non tangunt; ne, numini dicatum locum calcantes, ſacrilegium committant. Lucanus:* Tranſlataq́; vetat cõtingere limina plantâ. *Singula enim membra domus, ſacrata ſunt diis: vt, culina, diis penatibus: maceries, quæ ambit domum, Herceo Ioui.* PYRRHVS.] *dictus à colore comæ, qui Latinè byrrus dicitur, à colore quo tingebatur. ita & Salluſtius, Criſpus.* LVCE ahenâ.] *pro luce aheni. vt 3. Georg.* Saxea procubet vmbra. IN lucẽ coluber.] *deeſt,* proceſsit. *Et ſonantibus finxit maſculinum, vt diceret* coluber: *nam, vt alij, promiſcuum eſt.* MALA gramina.] *pro, malis graminibus; id eſt, venenatis herbis.* PASTVS.] *Legimus &,* Syluâ paſtus arundineâ: *nam illud aliud eſt,* Paſcuntur verò ſyluas. *Sed ſciendũ eſt, quod, licèt hoc in vſu ſui rarum*

tamen eſt apud antiquos. A Paſtus *aũt, pro* Qui paſcebatur: *quia, vt ſuprà diximus, in hoc latinitas defecit.* TVMIDVM.] *qui ſemper iraſcatur.* BRVMA.] *id eſt, hyems. Dicta aũt bruma, quaſi βραχὺ ἦμαρ, id eſt, breuis dies. Eſt aũt (vt hic indicat locus) generis fœminini, numeri ſing.* EXSVVIIS.] *Corium, quo ſerpens exſuitur, exſuuias dixit.* NITIDVSQVE iuuẽtâ.] *nouus. Cõſtat enim, ſerpentes innouari virtute, pelle depoſitã.* LVBRICA terga.] *Lubricum dicitur, & quod labitur, dum tenetur, vt piſcis, ſerpens: & locus, in quo labimur: vt,* Nam ſeſe oppoſuit Salius per lubrica ſurgẽs. PERIPHAS.] *Vltima accentũ non* B *habet, ne fœmininũ ſit: nec tertia à fine, quia nouiſſima lõga eſt. Ergo* Ri *habebit accentum.* AGITATOR.] *Auriga ſecundum vſum communem.* ARMIGER Automedon.] *Pyrrhi. nam Achillis auriga fuit.* SCYRIA pubes.] *A Scyro inſulã, vnã de Cycladibus; in qua Lycomedes fuit, pater Deidamiæ: quam Achilles, commendatus ibi à matre Thetide, vitiauit. vnde Pyrrhus natus eſt.* SVCCEDVNT tecto.] *Pro,* Sub tectum cedunt. *& eſt figura: quia mutatus eſt caſus.* DVRA.] *valida. Ideoq́; perrumpit, non aperit.* BIPENNI.] *Hoc nomẽ ſeruauit antiquitatem: quia veteres* Pennas *dicebant; non* pinnas. VELLIT.] *non deiecit. nam ſequitur paulò poſt:* Labat ariete crebro. *ſed &* Mouet: *vt,* Cynthius aurẽ Vellit, & admonuit. INGENTEM feneſtram.] *Epithetõ, vt ſolet, auxit ταπείνωσιν: vt in dicẽdo,* Lato ore. DEDIT.] *id eſt, fecit. vt Terentius:* Quas turbas dedit. PATESCVNT.] *aperiuntur; ac per hoc, videntur.* PENETRALIA.] *Ita domorũ ſecreta dicta ab eo quod eſt Penus, aut à Penatibus.* ARMATOSQVE vident ſtanteis.] *Vt ſuprà:* Strictis mucronibus imas Obſedère fores. AT domus interior.] *De Albano excidio tranſlatus eſt locus.* TVMVLTV.] *Tumultus dictus, quaſi timor multus. vnde alia bella dicta ſunt, vt Italicus, Gallicus tumultus. Bene autẽ addidit,* Miſero: *quia eſt etiã terribilis.* C MISCETVR.] *perturbatur. vt,* Nec quiſquam æratas acies ex agmine tanto Miſceriue putet. CAVÆ ædes.] *tecta camerata. Ædem autem, numero ſingulari, de templo tantùm dicimus; plurali, & de domibus, & de templo. Si aliter legerit, vſurpatum eſt; vt mella, hordea.* FERIT clamor.] *Secundùm Philoſophos, qui dicunt, vocem corpus eſſe, bene* Ferit *dixit. nam & ſtatim habet mugitum, res incorporalis.* AVREA ſidera.] *Multi ad laquearia referunt: quod ſtultum eſt.*

POM. Sabi.

ANIMI.] *inſtaurati Troianorum ſuccurrere Priamo & domui. vel,* ſuccurrere, *pro ſuccurrebant.* VIM.] *virtutem. Virtus vis eſt; ab eã virtute vir dicitur.* LIMEN erat.] *Occultæ erant fores, & aditus Priami; & inter ſe tamtùm permeabilis; quà Andromache ſolebat deferre nepotes ad Priamum.* INFELIX.] *Ad præſens tempus reſpexit.* ANDROMACHE.] *filia Eetionis, Thebarum Ciliciæ, vxor Hectoris. ex eã duos habuit filios; alter Aſtyanacter, alter Laomedon, nuncupati ſunt.* TVRRIM.] *conuellimus & impulimus nos Troiani; aggreſſi ferro turrim altiſſimam, quæ cecidit ſupra Græcos.* VIDERI.] *ſolita erat.* SOLITÆ.] *erant.* QVA ſumma.] *turrim eã parte aggreſſi ſumus, quã tabulata dabant.* LABANTES.] *faciles ad labendum, & reſoluendum iuncturas.* INCIDIT.] *Ipſa turris.* VESTIBVLVM.] *Veſtibulum, prima pars ianuæ.*

A nuæ, dictum à veſtiendâ ianuâ: vel, vt Ouidius putat, à Veſtâ: quia illa potiſsimum pars in ædificio, Veſtæ conſecrata eſt. ideò puellæ, cùm nubunt, non tangunt pede veſtibulum; ne maculent ſacrum. vnde Lucanus: Tranſlatâq; vetat contingere limina plantâ. Reliquæ partes domus, ſunt ſacræ dijs Penatibus: agger, vel maceries, quæ ambit domum, eſt ſacra Ioui Herceo. PYRRHVS.] Achillis & Deidamiæ filius. AHENA.] quia armatus erat. QVALIS.] de ſerpente renouato, & emergente è terrâ, comparatio eſt; vt ita ſit Pyrrhus. LVBRICA.] facilè labentia. SCYRIA pubes.] Scyros, inſula eſt, vna è Cycladibus, regnum Lycomedis: in cuius domo inter puellas latuit Achilles. SVCCEDVNT.] Pyrrhus & reliqui. ARMIGER Automedon.] Tres erant ſemper in Achillis tentorio cariſsimi: Patroclus, amicitiæ vinculo carus, filius Menœtij: Phœnix, magiſter morum, Amyntoris filius: & auriga Automedon. BIPENNI.] Securis eſt bipennis, vtramq; habens aciem; vt Quintilianus libro primo aſſerit. Errant, qui à pinnis duabus hoc eſſe nomen exiſtimant: & pinnas auium dici volunt. Seruius ait, antiquos dixiſſe pennas, & bipennem ſeruare antiquitatem. Columella, pinnas murorum dicit. ſed nihil refert, an pennas,
B an pinnas dicas. Bipennis, eſt lata ſecuris; vt fulmen biſulcum, & triſulcum, id eſt, habens latum ſulcum igneum. Et Bilinguis, pro fallaci, & qui diffusè varia loquitur. Bidens, non à duobus dentibus; ſed acutis & grauibus. Bipennis, à pendendo, id eſt, librãdo. ÆRATOS.] quia æneæ portæ regiæ Priami. AVREA.] id eſt, pulcra. SIDERA.] ſi pro laquearibus; reboat & ferit. ſi pro aëre; tunc ſecundùm naturam: quia omnis ſonus, id eſt, vox, percuit aërem.

VAR. Lect.

EA lapſa repentè.] In pleriſq; lib. abſq; pronomine vllo legitur Elapſa; quod nequaquam placet. LVBRICA cõuoluit ſublato pectore terga.] In peruetri quodam libro ſcriptum animaduerti: Sublato pectora tergo. Sed longè melius. Lubrica terga: quod Seruius etiam agnoſcit. IAMQVE exciſâ trabe, firma cauauit Robora.] In peruetri libro Longobardico, Cauabat, habetur. INSTAVRATI animi regis ſuccurrere tectis, Auxilioque leuare viros, vimq; addere victis.] Conſtitutæ, inquit, in periculo manifeſtè, debuit domui regiæ ſubueniri. & licèt vires ex præcedentibus defeciſſent: tamen res ipſa fouebat animi affectum, & nouitatem quandam virium ſuggerebat. Oportuit enim foueri, qui pro eâ certabant, ipſorumq; animos ſolatio no-
C ſtræ opitulationis attolli. Vult oſtendere, ſe laborantibus ſubueniſſe; ſed, quemadmodum id facere potuit, obſeſſis foribus domus Priami, & ingenti eò collectâ armatorum manu, vtiq; non incaſſum fuerat referendum. potuis enim non credi factũ, cùm obſtarent multa contraria. LIMEN erat, cæcæque fores, & peruius vſus Tectorum inter ſe Priami, poſteſque relicti A tergo: infelix quà ſe, dum regna manebant, Sæpiùs Andromache ferre incomitata ſolebat Ad ſoceros, & auo puerum Aſtyanacta trahebat.] Præbuit mihi adeundi facultatem locus; cuius cognitionem habere potui; vtpote Priami & ciuis & gener. Idem ex hac cauſâ incognitus hoſtibus, quòd à tergo domus relictas fores habuiſſet. Relictas dixit, & a tergo: quicquid enim pòſt dimittitur, relictum manet ac deſertum. vt alio loco poſitum eſt: Cui pauca relicti Iugera ruris erant, hoc eſt, deſerta. Vſq; adeò inacceſſa illa pars fuerat; vt Andromache, pòſt infelix facta ex mariti ſui Hectoris morte, manente adhuc regni fortunâ, ire ſæpiùs ſoleret ad ſoceros, Priamum ſcilicet & Hecubam, qui ipſum genuerant Hectorem, & ſecum Aſtyanacta filium trahere: quia deerat, qui iuuaret, aut ipſam, aut puerum. Conſideranda ſunt interea ſigillatim verba: quæ tantam habent virtutem, vt exprimant, reuerâ remotum fuiſſe locum illum ab hominum acceſſu. LIMEN erat.] hoc eſt, fuit oſtium. CÆCÆQVE fores.] non quòd fores cæcæ (neque enim oculos habere potuiſſent) ſed quæ ſic fuiſſent inſtitutæ, vt prætereuntes has videre non poſſent. ET peruius vſus tectorum Priami.] Celebrabatur earum vſus, ſed ab iis qui interiùs commanebant. Hæc deſcriptio oſtendit, duas domos fuiſſe coniunctas. vnam, in quâ Priamus; alteram, verò in quâ Hector commanebat. vt tranſiretur ex vna ad alteram, fores dabant occaſionem; quæ ob hanc cauſam fuerant factæ, vt eſſent notæ commanentibus; extraneis verò incognitæ. Hunc locum cùm pronunciamus, ſic debemus ordinare, A tergo: vt à tergo ſint limen & poſtes; non relicti à tergo. Dubium enim non eſt, à tergo fieri, quicquid fuerit relictum. QVA ſe, dum regna manebant, Sæpiùs Andromache ferre incomitata ſolebat Ad ſoceros, & auo puerum Aſtyanacta trahebat.] Tam in abſtruſo & abdito fuerant conſtitutæ, vt per has Andromache, nullis in obſequia comitibus, hoc eſt, deductoribus, vt matronam & nurum regis adhuc florentiſsimi decuit, non ſemel, ſed ſæpiùs, tranſiret ad ſoceros: faciens hoc ſinè pudoris & verecundiæ detrimento; vtpote quæ iret per ſecretum locum, ad perſonas religione ſatis ac neceſsitudinis ratione coniunctas. Eius loci tanta etiam proximitas fuit; vt Aſtyanacta filium ſuum, admodum paruulum, non iuuantibus baiulis, ſed ipſa ad auum propriâ manu retinens traheret: nec ipſe fatigaretur, licèt maternis greſsibus æquari non poſſet; neq; illa ſentiret laborem, quæ non magni roboris trahebat infantem. EVADO ad ſummi faſtigia culminis.] Scilicet, quà ſe Andromache ferebat ad ſoceros; nec videbatur ab aliquo. Ego, inquit, euado ad ſummi faſtigia culminis: hoc eſt, vadendo & aſcendendo peruenio ad faſtigia culminis ſummi. TELA manu miſeri iactabant irrita Teucri.] Illò, inquit, perueni, vnde noſtri ſatis inſtanter tela iaciebant; ſed fruſtra. Teſtudo enim ſuperiùs deſcripta, telis ipſis adimebat effectum. Dicit iam cõſilium ſuum; quod ſuggerat neceſsitas, pro ratione loci, ac temporis, & perſonarum. In ſummo enim fuerunt, qui hoſtes in imo poſitos impedirent; & propter teſtudinem fruſtra pugnabant. Opportunum ad obtinendum fuit, ſi prouideretur aliquid, quod non qualicunq; ictu teſtudinem læderet: ſed opprimeret pondere. TVRRIM in præcipiti ſtantem, ſummisque ſub aſtra Eductam tectis, vnde omnis Troia videri, Et Danaûm ſolitæ naues, & Achaia caſtra Aggreſsi ferro circùm, quà ſumma labantes Iuncturas tabulata dabant.] Meritum turris dicitur, ſed iam ſolitis officijs non neceſſariæ. Omnis enim felicitas Troiana conciderat; contemnenda proinde fuerat, quæ cum ipſis defenſoribus ſuis mox fuiſſet arſura. Hanc, inquit, petimus ferro; & abſciſsis iuncturis omnibus, quæ magnitudinem tantæ altitudinis retinebant. CONVELLIMVS altis Sedibus, impulimusque: ea lapſa repentè ruinam Cum ſonitu trahit, & Danaûm ſuper agmina latè Incidit.] Ecce profuit Aeneæ conſilium, quod repentinum & inſperatum ruinæ pondus adiuuit. Huius, inquit, concidẽs magnitudo, Danaûm ſuper agmina latè incidit. Quòd dixit Latè, potuit fieri, vt ruina illa ſuper plurimos cecidiſſet, proindeq; non paucos necâſſet. Idcircò poſuit Danaûm ſuper agmina; vt, hoc dicendo, conſiliũ ſuũ præferret, & inuentũ. AST alij ſubeũt.] Hoc ipſum, inquit, hoſtium multitudo fruſtrata eſt; alij quippe continuò ſucceſſerunt. NEC ſaxa, nec vllum Telorũ interea ceſſat genus.] Scilicet, quibus expugnaretur recentior multitudo. VESTIBVLVM ante ipſum.] Veſtibulum primam ianuæ partem poſuit. DON.

PRIMOQVE in limine Pyrrhus Exſultat.] Ferocè naturâ hominis monſtrat; vel eius, qui plenæ victoriæ fiduciam gereret. Sic enim Priami domus poſſeſſa fuerat, vt ad ipſum limẽ, & veſtibuli prioris ingreſſum, nõ tantùm intrepidus; verùm etiam exſultans, Pyrrhus perueniſſet TELIS & luce coruſcus ahenâ.] erectus animo, & cõſpicuus munimentis armorum. QVALIS. vbi in lucẽ coluber, mala gramina paſtus, Frigida ſub terrâ tumidũ quem bruma tegebat: Nunc poſitis nouus exſuuijs, nitidusq; iuuentâ, Lubrica cõuoluit ſublato pectore terga, Arduus ad ſo-

lem, & linguis micat ore triſulcis.] *Deſcripturus hoſtem natura ferum, ætate inſolentem, & ſucceſsibus proſperis ſuperbum: ipſe quoq; Aeneas, hoſtis animum in aduerſarios gerens, quali nunc animali credidit comparandum? Sic, inquit, ſæuiebat, vt ſerpens, qui vomit venena, qui neſcit aliquãdo miſereri, qui captat tempora, quibus procedat aut lateat: qui ſe tunc putat eſſe formoſum, cùm emergit ex latebris. Hæc comparatio, in deformationem proficit Pyrrhi. nam, vt ſerpens, nõ virtuti, ſed veneno confidit: ita & huic, non arma, ad capiendam victoriam; ſed inſidias, aſſerit profuiſſe: nec vnquam in prælijs viſum: niſi tunc, cùm alienis dolis procurata victoria eſt.* VNA ingens Periphas, & equorum agitator Achillis Armiger Automedon, vnà omnis Scyria pubes.] *Omnes iſti quid faciebant, qui iuncti fuerant Pyrrho?* SVCCEDVNT, *inquit*, tecto, & flammas ad culmina iactant.] *Virtutè dicit, artemq; mittentium flãmas ex inferiore parte, ad altiſsima culmina tectorũ.* IPSE inter primos correptâ dura bipenni Limina perrumpit.] *Correptâ bipenni, hoc eſt, properanter bipenni raptâ, perrumpebant dura limina, hoc eſt, fortia, & quæ facilè ſuperari non poſſent. Poteſt tamen videri* Bipennem duram *dixiſſe, hoc eſt, idoneam, quæ tanti roboris fores perrumpere potuiſſet. Denique addidit:* POSTES´QVE à cardine vellit Æratos.] *Vt appareret, duram ſpeciem fuiſſe neceſſariam, quæ firmitatē æratorum poſtium poſſet euincere.* IAM´QVE exciſâ trabe, firma cauauit Robora, & ingentē lato dedit ore feneſtram.] *Ecce, quantũ valuit bipennis fortitudo: vicit, quod putabatur vinci nõ poſſe. Alluſit aũt de oſtio ad feneſtrã. Cæterùm, cauernam dicere debuit factã: In oſtio, inquit, feneſtra facta eſt: nõ quà poſſet totus homo ad interiora pertendere; ſed per quam interim cerneretur oculis, quid interiùs ageretur.* A
APPARET domus intùs, & atria longa pateſcunt. Apparent Priami & veterũ penetralia regũ: Armatosq; vidẽt ſtantes in limine primo.] *Feneſtra illa totũ, quod proſpectibus hoſtiũ negabatur, oſtẽdit. Videbatur quippe, quicquid interiùs fuit: videbãtur in ipſo veſtibulo obſeruantes armati.* At dom⁹ interior gemitu, miſeroq; tumultu Miſcetur, penitusq; cauę clangoribus ędes Fœmineis vlulant, ferit aurea ſidera clamor. TVM pauidæ tectis matres ingentibus errant, Amplexæq; tenent poſtes, atq; oſcula figunt.] *Certè ex deſperatione, & interceptâ ſpe clauſæ antea domus, plangebant fœminæ omnes: quæ interiùs, clamoribus atq; vlulatibus, prodebãt hoſtibus extremã formidinẽ ſuam, quæ res vtiq; accendebat hoſtes, vt perficerent intentionẽ ſuam. Denique ſequitur.* INSTAT vi patriâ Pyrrhus.] *Quis enim non prouocaretur ad effectum pleniſsimum rerũ, audiẽdo talia, & vidẽdo? Deſcriptio autẽ domus, atq; eius amplitudo, nõ fruſtra narrata eſt; in quâ non tantùm ædificiorum ambitio præferebatur; verùm etiam monſtratur nobilitas, & ſuperior felicitas Priami. dixit enim:* Apparent Priami & veterum penetralia regũ: *vt oſtenderet, regnum, quod Priamus tenuit, per maiores eius, ad eum ſuccedẽdo perueniſſe.* B
Quanti autem doloris fuit, vnâ nocte concidiſſe penitùs, quod per infinitos reges multis etiam ſeculis floruerat? ARMATOS´QVE vident ſtantes in limine primo.] *Ipſi ſunt, de quibus dicit,* Inas obſedêre fores.

DOMVS interior gemitu, miſeroque tumultu Miſcetur.] *Per quàm venuſtum erit, ſi ad animum deflexeris, hoc videlicet ſenſu: Corpus bene habet; ſed irâ, cupiditate, libidine, mens exagitata, ingemit.* ADR. Bar.

SER. PAVIDÆ.] *Pauidus eſt ſemper timens: pauens, ex cauſâ: vt ſuprà, furiatus, & furioſus. Modò, pro pauentibus, pauidos poſuit.* AMPLEXÆ´QVE tenent poſtes.] *Apollonij locus: in quo inducitur Medea patrem ſalutaſſe, domũ relinquens.* VI patriâ.] *Secundùm fidẽ generis ſui: vt,* Stirpis Achilleæ faſtus. *Itẽ de Hercule:* Salue vera Iouis proles. CARDINE.] *A cardine.* NON ſic, aggeribus.] *Vult oſtẽdere, grauiùs vaſtatã Troiam; quàm agri fluuiorũ eruptione vaſtentur. Et ſciendũ, comparationes aut pares eſſe, aut minores, aut ſimiles; aut contrà. In ſimilitudine cõparatio vltrò negatur; vt hoc loco, vel illic,*

Tum pauidæ tectis matres ingentibus errant,
Amplexæq; tenent poſtes, atq; oſcula figunt.
Inſtat vi patriâ Pyrrhus: nec clauſtra, nec ipſi
Cuſtodes ſufferre valent. labat ariete crebro
Ianua; & emoto procumbunt cardine poſtes.
Fit via vi; rumpunt aditus, primosq; trucidant
Immiſsi Danai, & latè loca milite complent.
Non ſic, aggeribus ruptis, cùm ſpumeus amnis
Exijt, oppoſitasq; euicit gurgite moles,
Fertur in arua furens cumulo, camposq; per omneis,
Cum ſtabulis armenta trahit. vidi ipſe furentem
Cæde Neoptolemum, geminosq; in limine Atridas:
Vidi Hecubam, centumq; nurus, Priamumq; per aras
Sanguine fœdantem, quos ipſe ſacrauerat ignes.
Quinquaginta illi thalami, ſpes tanta nepotum,
Barbarico poſtes auro, ſpolijsq; ſuperbi
Procubuêre. tenent Danai, quà deficit ignis.
Forſitan &, Priami fuerint quæ fata, requiras.
Vrbis vbi captæ caſum, conuulſaq; vidit
Limina tectorum, & medium in penetralibus hoſtem;
Arma diu ſenior deſueta trementibus æuo
Circumdat nequicquam humeris, & inutile ferrum
Cingitur, ac denſos fertur moriturus in hoſtes.

barorum fuit, non ſingulas coniuges habere, ſed plures. Aut illud dicit, cẽtum nurus, *id eſt, plures fœminas: vt Lucan.* Cultus geſtare decoros Vix nuribus rapuêre mares, *hoc eſt, fœminis. Aut nurus, nouas nuptas: vt ætatis hoc nomen ſit; nõ affinitatis. Aut,* centum per aras: *licèt incongruũ ſit: quia ſequitur,* Hæc ara tuebitur omnes: *et vnus per cẽtũ aras occidi nõ poterat. Eſt aũt hæc plena affectuũ & doloris repetitio.* QVOS ipſe ſacrauerat ignes.] *Vt,* Et relligioſa deorũ Limina. *per quod latẽter oſtenditur, nil prodeſſe religionem.* FOEDANTEM.] *hoc eſt, cruentantem.* QVINQVAGINTA illi thalami.] *illi, pro illic. Thalami celebrati ab Homero:* πεντήκοντ' ἔσαν θάλαμοι ξεστοῖο λίθοιο πλησίοι ἀλλήλων δεδμημένοι. ἔνθα δὲ παῖδες κοιμῶντο Πριάμοιο μνηστῇς ἀλόχοισι. *Et bene de thalamis verum expreſſit numerum: poteſt enim vnus thalamus plures habere coniuges. & eſt zeugma,* quinquaginta thalami, pcubuêre. BARBARICO poſtes auro.] *Id eſt, aut multo, aut verè barbarico: quia* πολυμερὼ τῶν βαρβάρων. *Aut, cultu barbaro: aut, Barbaris apto.* SPOLIIS ſuperbi.] *Hoc fuit moris antiqui: vt ipſe in* VII. Captiui pendent currus curuæque ſecures,
Et criſtæ capitũ, & portarum ingẽtia clauſtra.

Nõ tam præcipites, bijugo certamine campũ
Corripuêre, ruuntq; effuſi carcere currus.

Huic cõtrarium eſt: Si parua licet componere magnis. SPVMEVS.] *Pro, ſpumoſus.* EXIIT.] *Dicimus &* Exiuit: *ſed vſurpabit Vergilius, vt breuem faciat, ſequente vocali.* CVMVLO.] *augmento, exuberante fluctu: vt,* Cumulo præruptus aquæ mons. VIDI ipſe furentem.] *Vt,* Quæq; ipſe miſerrima vidi. GEMINOS.] *More ſuo, fratres. gemini enim ſunt, non duo, ſed ſimul nati: vt ſuprà diximus.* CENTVM´QVE nurus.] *Aut finitus eſt numerus pro infinito,* ὑπερβολικῶς: *aut certè ideò* Centum, *quia bar-*

A Ideò bene dixit, Spolijs ſuperbi. Forſitan &, Priami fuerint quæ fata requiras.] *Bono vſus eſt ordine, vt antè Reipublicæ, poſt Regis interitum, inde priuati, hoc eſt, ſua fata, narraret. Hoc eſt,* Multa ſuper Priamo rogitans. *De morte autem Priami, variè lectum eſt. Alij dicūt, quòd à Pyrrho, in domo quidem ſuâ captus eſt, ſed ad tumulum Achillis tractus occiſusq́; iuxta Sigæum promontorium. nam in Rhœteo Aiax ſepultus eſt. tunc eius caput conto affixum Pyrrhus circumtulit. Alij verò, quòd iuxta Hercæi Iouis aram extinctus ſit, dicūt. Vnde Lucan.* Hercæas, monſtrator ait, nō reſpicis aras. *Dictus autem Iupiter Hercæus: quia ara eius erat intra aulam & ſeptum parietem ædificata, quod Græcè* ἕρκος *dicitur. & hanc opinionem plenè Vergilius ſequitur: legèt etiam illam prælibet; vt ſuo indicamus loco.* MEDIVM in penetralibus hoſtem.] ἰν μεσῷ, *pro, in medijs ædib. Si autem* Medijs *legerit: non ſtat verſus, niſi excluſo S: vt,* Inter ſe coijſſe viros, & decernere ferro. *Et bene Priamum, non niſi in extremis armat periculis: vt magis irruet hoſtem in necem ſuam; non vt defendat aliquem. Sanè* Penetralia *propriè deorum dicuntur. Hic autem videtur opportunius penetralia de domo Regis dixiſſe: quoniam Reges propriè ſug-*
B *geſtum imitantur deorum.* ARMA deſueta.] *quia iam pugnare deſierant.* TREMENTIBVS æuo.] *non timore.* CIRCVMDAT.] *Non aptè ſibi cohærere facit; ſed potiùs oneri ſumit.* INVTILE ferrum.] *ipſe inutilis. Ferrum enim de his eſt, quæ à coniunctis ſumunt epitheta: vt venenum.*

POM. POSTES.] *domus.* OSCVLA figunt.] *Mulieres exoſculantur poſtes, cùm eijciuntur domo.* VI patria.] *potentiâ & fortitudine: vt,* Pyrrhus Achilleides animoſus imagine patris. ARIETE.] *id eſt, teſtudine. nam caput feratæ trabis arietem appellāt, de quo ſuprà.* NON ſic aggeribus.] *Comparatio de amne; vt ſit: grauior erat hæc ruina, quàm ea, quæ procedit ex impetu aquæ, cui omnia cedunt.* QVINQVAGINTA illi thalami.] Thalamos, *ponit pro cubiculo. hūc numerum dicit: quia Priamus multos habebat filios. Barbari, pro facultate capiūt vxores. Barbarorum reges, modum in vxoribus non habent. ideò ſuprà,* Centum nurus. POSTES auro.] *ædificia primi mortalium ornauerunt reges Aſſyriorum.* QVÆ fata.] *mors.* VBI.] *poſtquam.* MEDIVM hoſtem in penetralibus.] *id eſt, hoſtes in medijs penetralibus.* DESVETA.] *propter ſenectutem.* INVTI-
C LE.] *propter ſenium.*

VAR. Lect. EMOTI procumbunt cardine poſtes.] *Nonius Marcellus* Emoto *agnoſcit.* SPES tanta nepotum.] *Sunt qui dicant, in libris aliquot antiquis ſcriptum eſſe:* Spes illa nepotum. ET medium in penetralibus hoſtem.] *In libris Antiquis legere eſt,* Medijs in penetralibus. *Mediceus tamen liber, & alij,* Medijs penetralibus, *abſque* In *præpoſitione, legunt.* DENSOS fertur moriturus in hoſtes.] *In antiquis aliquot exemplaribus,* Ad hoſtes, *legitur, non ineptè.*

NEC clauſtra, nec ipſi Cuſtodes ſufferre valent: labat ariete crebro Ianua, & emoto procumbunt cardine poſteſt.] *Cùm eò magis Pyrrhus inſiſteret; quia viderat armatos interiùs: & euertendis foribus operam daret maiore vi: nec clauſtra, nec cuſtodes qui intùs aderant, nec poſtes ipſi, poterant ferre hoſtes.* Poſtes *etiam poſſumus accipere: quoniam alio nomine etiam* cuſtodes *appellantur, dicti à cuſtodiendo, ipſis enim nitentibus ianua cuſtoditur, & firma ſtabilisq́; perdurat; & quicquid in omni domo eſt, plenâ fide ſeruatur. Omnia itaq; cùm deficerent, cum ipſis euerſa poſtibus; ad plenum obtinente violentiâ ceciderunt.* FIT via vi: rumpunt aditus, primosq́; trucidant Immiſſi Danai, & latè loca milite complent.] *Vis, inquit, ianuam patefecit: vis aditum dedit ad interiora tendendi, cæſis quamprimū, qui in ipſo veſtibulo primi violenti occurrerant.* NON ſic, aggeribus ruptis cùm ſpumeus amnis Exijt oppoſitaque euicit gurgite moles, Fertur in arua furens cumulo, camposq; per omnes Cum ſtabulis armenta trahit.] *Comparatio, qua melius poſſit aduerti, qualis illa vis fuerit Pyrrhi; qualis etiam cæterorum: in torrentis comparatione: qui immenſos aggeres, & firmiſſimas obices rumpit: & ita effuſus ſæuit, vt, quicquit inuenerit, perdat aut rapiat. Potiorem vult extitiſſe violentiam, dicendo.* Non ſic, aggeribus ruptis cùm ſpumeus amnis Exijt, oppoſitasq; euicit gurgite moles. VIDI ipſe furentem Cæde Neoptolemum, dominosq; in limine Atridas.] *Vidi, inquit, furore plurimos hoſtium ferri; & infimorum non ſatiari ſupplicijs.*

VIDI Hecubam, centumq; nurus, Priamumq; per aras Sanguine fœdantem quos ipſe ſacrauerat ignes: Quinquaginta illi thalami, ſpes tāta nepotum, Barbarico poſtes auro, ſpolijsq; ſuperbi Procubuêre: tenent Danai quà deficit ignis.] *Vidi, inquit, multa indigna. illi enim fuit auxilium præbens domui regis. Indè cōtigit, vt malorum omnium ſpectator eſſet, qui venerat defenſurus, vt reſponderet illi patri, quā dixit in libri iſtius capite,* Quæq; ipſe miſerrima vidi. *& eſt genus propoſitionis. nam dicturis eſt Priameiæ mortis exitium: vt oſtendat, quomodo aras & ignes, quos ipſe aliquando ſacrauerat, fœdâſſet ſanguine ſuo.* TENENT. Danai quà deficit ignis.] *non dixit, tenent Danai quà ignis non fuit; ſed, quà deficit: vt oſtenderet, omnia iam fuiſſe conſumpta. Ignis enim, vbi habuerit quod abſumat, viget. Abſumptis autem, quibus nutriebatur & vigebat, valere non poteſt. Illâ ergo parte ibant Græci, quâ ignis deficeret, neque adhuc ſupererat, quod ardere poſſet. Exponamus nunc, quæ in hunc locum tractanda diſtulimus. ait enim:* VIDI ipſe furentem Cæde Neoptolemum, geminosq; in limine Atridas.] *Et eſt, vidi Neoptolemū, vidi geminos Atridas: vbi intelligitur vidi. Sed & Atridas debemus furentes intelligere, vt Neoptolemum.* VIDI Hecubam, centumq; nurus, Priamumq;.] *hic quoq; ter accipiendum eſt* Vidi*: vt ſit, vidi Hecubam, vidi nurus, vidi Priamum. hucuſq; intelligendum eſt* vidi, *quod ipſum noluit crebrò ponere, ne inferret dictioni fœditatē. Item dixit:* Quinquaginta illi thalami, ſpes tanta nepotum, Barbarico poſtes auro, ſpolijsq; ſuperbi Procubuêre.] *ſicuti ad omnia aptatum eſt* vidi*: ita & in communibus reſpondet* procubuêre, *hoc modo; Procubuerunt, inquit, quinquaginta thalami cum tantâ nepotum ſpe; procubuerunt & poſtes barbarico auro ſuperbi, & ſpolijs.* Aurum barbaricum, *ad ornatum poſtium pertinet, eorumq; fabricam, quâ fuerant ſuperbi. Fabrica autem barbarica, vt nomen ſit artis: opus quippe, quod barbaricum dicitur, cæteris præſtat. Item* ſpolijs ſuperbi, *id eſt, gloriam oſtendentes prætereuntibus eorum dominorum, qui illa pugnando atq; vincendo detraxiſſent hoſtibus ſuperatis. Superbi ergo, ornatu artis atq; materiæ ſuperbi etiā ſpolijs.* FORSITAN & Priami fuerint quæ fata, requiras.] *Vtitur referens magno compendio: vt, quod ſciebat quæri potuiſſe, ſponte ingerat, priùs quàm exſpectet interrogationem. Mala enim ſua, & plena crudelitatis, vel maximè tempore, quo quies omnibus optabatur, debuit maturiùs facto fine concludere.* FORSITAN, *inquit,* & Priami fuerint quæ fata requiras.] *dicendo,* Et Priami, *oſtendit, omnes, quorum ſuprà meminit, eſſe conſumptos. Ilicet iam dixerit omnia procubuiſſe, dixerit etiam Priamum ipſum interîſſe, cum aras fœdâſſet ſanguine ſuo: tamen non hoc idem repetit; ſed ordinem nunc & genus mortis eius exponit, & indignum exitum vitæ, fortunamq; eius miſerabilem memorat.* Vrbis vti captæ caſum, conuulſaq; vidit Limina tectorum, & medium in penetralibus hoſtem.] *Creſcentium malorum vbi ſic fieri vidit argumenta, vbi nihil iam niſi captiuitas ſupereſſet: captâ enim ciuitate, quid reſtabat ſpei? Acceſſum eſt ad limen domus, ſumpſit argumentum deſperatio. Hoſtis nō tantùm ingreſſus, verùm etiam vſq; ad penetralia peruenit: quod fuit extremum. Quid facere debuit ſapientiſſimus rex,*

DON.

Digitized by Google

niſi captiuitatem indignam qualicunq; mortis exitu præuenire? inferre ſibi manus, nec poterat, nec audebat. ARMA diu ſenior deſueta trementibus æuo Circundat nequicquàm humeris, & inutile ferrum.] Bis accipiendum eſt Circundat: vt ſit, circumdat arma, circumdat ferrum. CINGITVR, ac denſos fertur moriturus in hoſtes.] Viſum eſt & arma capere, non vt iniret pugnam, aut certando victoriam quæreret: ſed vt in armis poſitus, animo integro & forti procumberet. DESVETA trementibus æuo Circumdat nequicquàm humeris, & inutile ferrum.] Et perſonam & res inutiles poſuit. nam diu deſueta arma, hoc eſt, quæ in vſu eſſe deſierant, ſuperueniente domini ſenectute, promdeq; otioſi & feſſi, ac per hoc vetuſtate corrupta, humeris antiquitate diſſolutis impoſuit; & inutile ferrum, quod abſumpſiſſet rubigo longi temporis. His geſtis Cingitur: hoc eſt, armaturi, & quaſi certaturi ſpecie, in conſertos hoſtes moriturus egreditur. Iſte vſq; adeò affectum moriendi habuit: vt vnus, ſenex, otio quoq; longiſſimo diſſolutus, & deſuetudine torpidus, iſſet in hoſtes denſos: autorem ſuæ mortis facilè inuenturus in plurimis. Hoc loco plerię; errantes, putant, Priamum amentiâ quadam ductum, hoc vel temeritate feciſſe: quod fecit conſilio & ſingulari prudentiâ, quâ vti ſolet in extremis ſapientes: vt moreretur potiùs; quàm captiuitatis ludibrijs ſubiaceret. Sed falluntur iſti, diſcedentes ex ſubiectis. Poëta enim, diuino ingenio præditus, loca ſemper, ac tẽpora, perſonaſq; pertractãs, dedit viro prudentiã, & in aduerſis aptiſſimã cõſilij definitionẽ: quoniã hoſtes obtinuerãt patriã; poſſederãt domum; penetralia quoque diripiebant. Temporis in perſonâ mulieris alia ſententia fuit: quæ, pro ingenio fœminei ſexus, arbitrata virum ſuum, turbatum ex præſentibus, amentiâ ferri- A

Aedibus in medijs, nudoq; ſub ætheris axe,
Ingens ara fuit; iuxtaq; veterrima laurus,
Incumbens aræ, atq; vmbrâ complexa penates.
Hîc Hecuba, & natæ, nequicquam altaria circùm,
Præcipites atrâ ceu tempeſtate columbæ,
Condenſæ & diuûm amplexę ſimulacra tenebãt.
Ipſum autem ſumptis Priamũ iuuenilibus armis
Vt vidit: Quæ mens tam dira miſerrime coniunx,
Impulit his cingi telis? aut quô ruis? inquit.
Non tali auxilio, nec defenſoribus iſtis
Tẽpus eget: nõ, ſi ipse meus nunc afforet Hector.
Huc tandem concede: hæc ara tuebitur omneis:
Aut moriêre ſimul. ſic ore effata, recepit
Ad ſeſe, & ſacrâ longæuum in ſede locauit.
Ecce autem elapſus Pyrrhi de cæde Polytes,
Vnus natorum Priami, per tela, per hoſteis
Porticibus longis fugit, & vacua atria luſtrat
Saucius. illum ardens infeſto vulnere Pyrrhus
Inſequitur; iam iamq; manu tenet, & premit haſtâ.
Vt tandem ante oculos euaſit & ora parentum,
Concidit, ac multo vitam cum ſanguine fudit.
Hîc Priamus, quanquã in mediâ iã morte tenetur,
Non tamen abſtinuit, nec voci, iræq; pepercit,
At tibi pro ſcelere, exclamat, pro talibus auſis,
Dij (ſi qua eſt cœlo pietas, quæ talia curet)
Perſoluant grates dignas, & præmia reddant
Debita: qui nati coràm me cernere lethum
Feciſti, & patrios fœdaſti funere vultus.
At non ille, ſatum quo te mentiris, Achilles
Talis in hoſte fuit Priamo: ſed iura fidemq;
Supplicis erubuit: corpuſq; exſanguine ſepulcro
Reddidit Hectoreum; meq; in mea regna remiſit.
Sic fatus ſenior, telumq; imbelle ſinè ictu
Coniecit: rauco quod protinùs ære repulſum,
Et ſummo clypei nequicquam vmbone pependit.
Cui Pyrrhus: Referes ergo hæc, & nuncius ibis
Pelidæ genitori; illi mea triſtia facta,
Degeneremq; Neoptolemum narrare memento.
Nunc morere. Hæc dicẽs, altaria ad ipſa trementẽ
Traxit, & in multo lapſantem ſanguine nati:
Implicuitq; comam læuâ, dextrâq; coruſcum
Extulit, ac lateri capalo tenus abdidit enſem.
Hæc finis Priami fatorum; hic exitus illum

SER. ÆDIBVS in medijs.] omne ædificiũ Aedes dicuntur, ſed Varro, locũ quatuor angulis concluſum, Aedem docet vocari debere. NVDO. ſub axe.] hoc eſt, ſub dio; quod impluuium dicitur. Axis autem eſt, aut plauſtrũ ſeptentrionale aut pars ſeptentrionis; aut ſpiritus, quo mundus mouetur, ſicut docet Lucanus. VETERRIMA.] Vſurpatum eſt. ergo, vt ſuprà diximus, hoc tantùm vti, ſi neceſſe ſit licet, & comparatiuum nõ habet: ſicut Deterior poſitiuum. COMPLEXA penates.] Penates, ſunt omnes dij, qui domi colũtur. NEQVICQVAM.] Aut ſecundum Epicureos; aut propter vim bellicam. ALTARIA.] Superorum, & aræ ſunt, & altaria; Inferorum, tãtùm aræ. Ara autem dicitur à precibus, quas Græci ἀρὰς dicunt: vnde contrà, imprecatio, κατάρα dicitur. Alij volunt ab altitudine ſed malè. PRÆCIPITES.] Feſtinæ propter tempeſtatẽ. & bene Atrâ addidit: quia eſt & clara: vt, Vnde hæc tam clara repentè tempeſtas? DIRA.] Modò propriè. dira enim, eſt deorum ira. Ergo, quæ mens dira, id eſt, infuſa ex deorum irã. TELIS.] armis. SER. RVIS.] Aut, feſtinas aut, incedis ſeniliter & inconſultò. NON, ſi ipſe meus.] Subaudi, filius poſſet defendere. ORE effata.] Abundat ore: eſt enim figura πλεονασμός. VACVA.] Quare vacua? aut quia omnes ad aram confugerent: aut vacua à Troianis ciuibus: aut vacua iure Græcorum, & poſſeſſione vacantia: aut certè ampla, vel magna, quæ difficilè complentur. INFESTO vulnere.] Bonum ſchema: vulnus pro telo. An vulnus, quod infixit: an quia infligeret? PREMIT.] vrget: vt, Apri curſum clamore prementem. Alibi, interficit, vel opprimit: vt, Armigerumque premit. EVASIT.] Peruenit. VITAM cum ſanguine fudit.] Modò eos ſequitur, qui ſanguinem, ſedem vitæ volũt. alibi eos, qui ipſum ſanguinem vitam volunt: vt, Purpuream vomit ille animã. HIC.] Tunc. temporale eſt, non locale. B MEDIA.] manifeſtâ. & poteſt referri ad Priamum, vel ad Polytem. AVSIS.] Quidam propriè fumtum tradunt; nec poſſe in prosa dici. SI qua eſt.] Vel ſecũdùm Epicureos: vel deſperans quia impunè ante aras conſpicit cædẽ. CVRET.] vlciſcatur. GRATES.] Prout res fuerit, vel in bonis, vel in malis dicuntur: ſicut præmia. ME cernere.] De ſpectaculo quæritur non de morte. CORAM.] Modò aduerbium temporis eſt; quia verbo cohæret: vt, Coràm quem quæritis adſum. Coràm autem ſignificat, in conſpectu; quod ἐνώπιον dicitur. Et Coràm ad perſonam certam refertur; Palã, ad omnes. C FVNERE.] Cadauere. ab eo quod præcedit, id quod ſequitur. Funus enim eſt, iam ardẽs cadauer. quod dum portatur, exſequias dicimus: crematum, reliquias & buſtum: conditum iam, ſepulcrũ. IN hoſte Priamo.] Aut ἀρχαϊσμός eſt, pro, in hoſtẽ: aut in hoſte, cùm hoſtem gereret, cùm ipſe hoſtis eſſet. SED iura.] quod electorum reddidit fidẽ: quòd me in mea regna remiſit. FIDEMQVE.] Quia, quod Homerus mutat, & celat propter turpitudinem Achillis) dicitur Priamus, duce Mercurio, ingreſſus Achillis tentoria, eum excitatum rogâſſe: quem dormientem potuiſſet occidere. Iura verò, quòd à rege rogabatur. REMISIT.] Quia comitatus vſque ad Troiam eſt. IMBELLE.] ipſe imbellis. Vt, Inutile ferrum. RAVCO ære.] ad ſcutum retulit. PROTINVS repulſum.] ſtatim prohibitum. ET ſummo clypei nequicquam vmbone pependit.] Eandem rem bis dixit: cùm preceſſiſſet,

Rauco

A Rauco quod protinus ære repulſum, *quod idem eſt.* NEQVICQVAM.] *id eſt, non ſic. ſic Perſius:* Nequicquam fundo ſuſpiret nūmus in imo. PEPENDIT.] *Quomodo* pependit: *cùm dixerit,* Rauco quod protinus ære repulſum? *Soluitur.* Nequicquam pependit, *id eſt, non pependit: vel, ſecundùm Donatum, Penetrato ſcilicet aliqua ex parte ſcuti contextu, telum pendens inhærebat.* REFERES ergo hæc.] *σαρκασμὸς eſt, iocus cum amaritudine: vt,* En agros, & quam bello Troiane petiſti Heſperiam. *ἀστεισμὸς autem eſt vrbanitas, ſinè iracūdia: vt,* Atque idem iungat vulpes & mulgeat hircos. ILLI.] *Pro nomen, modò aduerbium: vt,* Patet illi ianua letho. DEGENEREM] *non reſpondentem moribus patris.* ALTARIA ad ipſa.] *Vnde ſperabat auxilium.* IMPLICVITQVE comam.] *Quomodo* comam, *ſi armatus cum galeâ erat? ſed non omnes crines galea tegit: ſiue quia non habebat galeam. nam hoc dixit:*

SER.

Arma diu ſenior deſueta trementibus æuo
Circumdat nequicquā humeris, & inutile ferrū
Cingitur DEXTRAQVE coruſcum Extulit.] *Si ornatum gemmis caput regis accipis, ſenſus talis eſt: Sublato capite, gladiū in vaginam recondit, quæ lateri ſemper cohæret.*

B *Si verò coruſcum gladium vis intelligere: lateri Priami inſixum accipe: & κατὰ τὸ σιωπώμενον, poſtea caput eſſe ſublatum* CAPVLO tenus.] *Si iacet ingens littore truncus, auulſumque caput: ſi latus percuſſit Priami: quomodo truncum? Hoc poſtea factum eſt: nam hoc inſignibus viris fieri ſolet. vt alibi:* Curruque abſciſſa duorum Suſpendit capita. *aut κατὰ σιωπώμενον, lateri ſuo, id eſt, Pyrrhi, dicit, qui in vaginam recondit gladium.* HÆC finis.] *Omnia Latina nomina inanima, ſimplicia, à verbo nō venientia, in nis ſyllabā terminata, maſculina ſūt. Inanima, propter* canis: *ſimplicia, propter* bipennis: *à verbo non venientia propter* finis. *Ergo Iuuenalis benè dixit:* Ad terram tremulo deſcendūt culmine pullæ, *Horatius malè dixit,* Quod pulcræ clunes. HIC.] *talis. vt,* Hunc ego te Euryale aſpicio?

POM. Sabi.

LAVRVS veterrima.] *Hoc figuratè dictum, ab æde Apollinis, quæ in Palatio erat; vbi in medio laurus magna religiosè colebatur. Laurus, non quia ſemper viret, ideò grata Apollini: ſed quia in Parnaſſo ſpectatiſſima naſcitur, & potiſſimùm Delphis; & ſola inter arbores fulmine non feritur. eam,*

C *vel oleâ, pollui fas non eſt. abdicat ignes crepitu ſuo, & oſtēdit nō pati aduſtionē.* AMPLEXÆ.] *Hecuba & natæ.* SEDEBANT.] *Legitur &,* tenebāt. VIDET.] *Hecuba.* TVEBITVR.] *Quia reuerentia erat aris apud antiquos. tuti erāt, qui ad tēpla cōfugiebant.* LONGÆVVM] *Priamū ſenem.* VACVA.] *Troiana.* PARENTVM.] *Priami & Hecubæ.* CVRET.] *vindicet, & vlciſcatur.* FVNERE] *Funus dixit, vt de filio intelligeretur. nam ſi* ſanguine *dixiſſet, forte de ſe multi accepiſſent.* Funus, *dicitur à funalibus. Dum effertur cadauer, ab exſequendo, exſequias dicimus: buſtū, cùm poſt rogum conditū eſt. confunduntur tamē.* ACHILLES.] *talis Achilles. mitis erga Priamū. nam benignè excepit euntem ad eū, & poſcendi filij cadauer conceſſit. ſuprà dixit,* Vendidit: *nūc intelligit ſinè munere dediſſe; quod veriſimilius eſt.* AERE clypei.] *Clypei ærei & argentei fuēre, poſtea ex corio. lege Plinium.* VMBONE] *Vmbo, orbis clypei eſt.* PEPENDIT.] *cùm figitur haſta, pēdet.* PELIDÆ.] *Achilli.* TREMENTEM traxit] *Neoptolemus, ſinè vllo ætatis & regiæ maieſtatis honore, Priamum adoritur, & trementem vtrâque manu aram iugulat. Alij dicunt tractum à Pyrrho, & ductum ad ſepulcrum Achillis, patris, quod erat in Sigæo, & illic cæſum. Mos antiquorum fuit, cæde hoſtium inferias dare mortuis. Alij volunt, cæſum à Pyrrho, Hercæi ad aram Iouis. Hercæus dicitur ab arā, quæ inter ſeptum parietem ſacra eſt; quæ Græcè ἕρκος dicitur. Ergo puto ante aram Apollinis, quæ erat ſub lauro.*

VAR. Lect.

ET diuûm amplexæ ſimulacra tenebāt.] *Mediceus, & antiqui ferè omnes libri,* Sedebant, *habent.* ILLVM ardens infeſto vulnere Pyrrhus Inſequitur. *In peruetereri libro Oblongo legere eſt,* Infeſto in uulnere. VT tandem ante oculos euaſit, & ora parentum.] *In quibuſdam veteribus libris eſt:* Ante oculos euaſit, & ante parentum. VITAM cum ſanguine fudit.] *In antiquis pleriſque lib.* Fundit, *habetur.* PROTINVS ære repulſum eſt.] *In antiquis libris,* Sepultum eſt, *legitur. In aliquot,* Sepultum *abſque eſt.* HÆC dicens.] *Antiqua ferè omnia exemplaria,* Hoc dicens *legunt.*

QVÆ mens tam dira, miſerrime coniunx, impulit his cingi telis? aut quò ruis? inquit, Non tali auxilio, nec defenſoribus iſtis Tempus eget: non ſi ipſe meus nunc afforet Hector. Huc tandem concede: hæc ara tuebitur omnes; Aut moriēre ſimul.] *Tractauit Hecuba, perſonam ſenis non conuenire laboribus belli, exiſtimans illum vincendi causâ, veluti certandi ſtimulo, prouocari. Arma certè ipſa, rubigine ac vetuſtate & deſuetudine corrupta, nullo dimicaturi commodo profutura, Non poſſe à ſene defendi patriam, illo vel maximè tempore, quo iuuenes & fortiſſimi perierant. Nec loci eſſe fiduciam: cùm iam hoſtes in ipſis domus penetralibus degerent. Non tantùm ipſum perduum omnibus ſubuenire non poſſe: ſed ne ipſum quidem Hectorem, ſi etiam tunc manſiſſet incolumis.* HVC tandem concede: hæc ara tuebitur omnes, Aut moriēre ſimul.] *Aliquid numinis ara iſta retinet, omnes faciet ſaluos: aut, ſi nihil valuerit, omnes pariter moriemur.* SIC ore effata recepit Ad ſeſe, & ſacrâ longæuum in ſede locauit.] *Cuius ætatis fuit, vel qualium virium, indè apparet: quando hunc mulier à nus ab incepto reuocauit, & ſacrā ſede conſtituit.* ECCE autem elapſus Pyrrhi de cęde Polytes, Vnus natorum Priami, per tela, per hoſtes, Porticibus longis fugit, & vacua atria luſtrat Saucius. illum ardens infeſto vulnere Pyrrhus Inſequitur, iam iamque manu tenet, & premit haſtâ. Vt tandem ante oculos euaſit & ora parentum, Concidit, ac multo vitam cum ſanguine fudit.] *Fortunam Priami, quam ſuprà poſuit poëta, deſcribit. Voluit enim mori: occurrit vxor, ne fieret: ſed caſus attulit viam pereundi. Polytes quippe, vnus ex filijs eius, Pyrrhi vulnere lethali percuſſus, ſeruauit ex euentu animam; donec ad conſpectum parentum fugiens perueniret: ſed vrgente hoſte, & ita imminente, vt alio ictu ſaucium grauius premeret, concidit, & mortuus eſt. Hic poëta definit, animam eſſe ſanguinem; aut in ſanguine eſſe animam. Denique effuſo Polytæ ſanguine, anima quoque cum ipſo conſumpta eſt. Ecce fortunam Priami, & fatum: cuius causâ factum eſt, vt filius eius, lethaliter percuſſus, vicerit valentem hoſtem; vt ante oculos patrios caderet.*

DONAT.

HIC Priamus, quanquam in mediâ iam morte tenetur, Non tamen abſtinuit, nec voci iræque pepercit.] *Ecce inuenta eſt quæſita mortis occaſio. nam Pyrrhus potuit Polytem ſaucium, fortis & valens, ſequi fugientem, nec per longa ſpatia currens alicuius percuſſionem accepit. totum enim fortuna ſeruauerat Priamo, vt cauſas mortis, quas quærebat, incurreret. Denique factum: nam excitatus luctu & acerbitate mortis filij, immaniſſimi hoſtis feram naturam maledictis in ſe duriſſimis prouocabat.* AT tibi pro ſcelere, exclamat, pro talibus auſis Dij, *inquit,* (ſi qua eſt cœlo pietas, quæ talia curet) Perſoluant grates dignas, & præmia reddāt Debita. *Dij tibi, hoc eſt, præſentes, ad quorum ſe ſuffragium defenſionemque contulerat. & ſi eſt in cœlo aliqua pietas numinum, quæ nefariè commiſſa reciprocis vltionibus vindicet: perſoluant meritis tuis deteſtabilibus congrua. Incipit iam vnius facti crimina memorare, dilatans inuidiam, quamuis in hoſtis perſonam.* QVI nati coram me cernere lethū Feciſti, & patrios fœdaſti funere vultus.] *Hoc ex occaſione obijciebat Pyrrho pro crimine; quaſi Polyten ipſe diſtuliſſet, vt ante ora paren-*

tum

tum occumberet: quaſi, quod caſus attulerat, alterius culpæ debuerat applicari. QVI nati coràm me cernere lethũ Feciſti & patrios fœdaſti funere vultus.] *Non culpat hoſtem, quòd Polyten occidit (ſtultè quippe faceret, hoc reprehendere in eo; quod, vt diximus, iure belli faciebat, aut fecerat) ſed hoc culpat, quod non hoſtis, ſed euentus attulerat, quod non faceret, niſi dolens, & deſiderans mori. Poſt maledicta, etiam conuitia ſubnexuit, dicens:* AT non ille, ſatum quo te mentiris, Achilles Talis in hoſte fuit Priamo, ſed iura fidemq; Supplicis erubuit, corpusq; exſangue ſepulcro Reddidit Hectoreum, meque in mea regna remiſit.] *Places tibi, inquit, & nobilitate paterni nominis gaudes; cùm Achilles pater tuus non ſit: hoc eſt, mater tua, in Achillis matrimonium poſita, te adulterio conceptum protulit. Hoc verum eſſe, argumento confirmat. Si filius (inquit) Achillis eſſes, ſeruares in perſonâ meâ, quod ille moderatione cuſtoditâ ſeruauit. Nam cùm ad eum ſupplex iſſem; erubuit potiùs, & doluit fortunâ meâ, qui mihi in aduerſis gratulatus eſt; corpusq; Hectoris reddidit; & me remiſit in ſtatum quo fui. Quia adſtruebat Achillis factum, & volebat eum iuſtè aliquid oſtendere præſtitiſſe; vt ex hoc deformaret perſonam Pyrrhi: tacuit ille ſcelerati hominis funus, quod precpto auri ingenti pondere, dimiſit ad ſepulturam: iuſtius ſcilicet, non humanitate, ſed præmio. Cumq; alia quoque exercere poſſet in ſupplicium; me quoque in regnum meum redire permiſit. Cùm autem de conceſſo Hectoris corpore loqueretur, poëta poſuit,* Reddidit. *hoſtibus enim ſola anima debetur hoſtilis: corpus autem, quoniam in nullius eſt poteſtate, dimittitur ſepulturæ. Reddidit ergo: quoniam hoc contra humanitatis leges illicitè tenebatur.* SIC fatus ſenior, telumq; imbelle ſinè ictu Coniecit.] *Ecce deſiderium mortis manifeſtum. poſt maledicta & iniurias, ſenex iuuenem prouocat, nec corporis, nec teli ſui ſuffragante virtute.* Telum ait imbelle: *vt firmaretur, quod ſuperiùs dixit,* & inutile ferrum. *Quòd autem dixit,* Sinè ictu coniecit. *præcedens dictum voluit approbari. poſitum eſt enim;* Trementibus æuo Circundat nequicquam humeris. RAVCO quod protinus ære repulſum, Et ſummo clypei nequicquam vmbone pependit.] *Nonnulli hic faciunt manifeſtam quæſtionem, dicentes, non poſſe pendêre, quod repellitur. His ergo reddenda ratio eſt: vt, vacuato quod malè ſentiunt, incipiant ſequi, quod prudenter eſt dictum. Nam & repulſum eſt, & pependit. Miſſum enim telum conſtabat, quod vetuſtatis vitio fuiſſet hebetatum; quod rigorem perdidiſſet illius temporis, quod in vſu Priami fuit: cùm telum ipſum fuiſſet emiſſum ab eo, qui omne virtutis robur, cum ipſis iuuentæ temporibus, amiſiſſet. Talis ergo teli effectus plenus eſſe non potuit: vt, perforato penitùs ſcuto, ad hominis corpus & exitium perueniſſet: nec tamen in totum inefficax fuit. Repulſum eſt enim, reſiſtente ære: ſic tamen, vt pendens in hoc eſſet, penetrato ſcilicet aliquâ ex parte ſcuti contectu. Hic intelligendum eſt, qualis in primis annis fuerit Priamus; quem non fefellit in illâ ætate deſtinatio feriendi. obtinuiſſet enim, ſi corporis etiam robur, & teli ſubſtantia perduràſſet. Qualis autem fuerit etiam Pyrrhus, oſtenditur; qui ictum ſenis vitare non potuit.* Cui Pyrrhus: Referes ergo hæc, & nuntius ibis Pelidæ genitori: illi mea triſtia facta, Degeneremque Neoptolemum narrare memento. NVNC morere.] *Quale reſponſum deberet iratus dare, ex male dictis & iniurijs acerbiſſimè expreſſit. in ipſâ enim reſponſione oſtendit, ſe verbis potiùs Priami, & obiectis fœdiſſimis excitatum; quem eadem replicat: Ibis, inquit, vt patri meo ipſe referas male geſta mea, & crudeles actus, & me degenerem nunties: interea morere. Ecce breuitas neceſſariò poſita. properare enim Pyrrhus ad vltionem debuit; quem tanta commouerant.* HOC dicens, altaria ad ipſa trementem Traxit, & in multo labantem ſanguine nati.] *Ecce animus vehementer irati. Hoc, inquit, dicens, hoc eſt, dum adhuc loquitur: traxit ſenem; traxit ætatis vitio tremulum; traxit ad ipſas aras deorum, quas Priamus dixerat vindices fore, traxit labantem in filij ſanguine. Tantum potuit vis iracundiæ: vt non conſideraret Pyrrhus, in Priami nece, piaculum infandum, & impietatem pleniſſimam profiteri. Fecit, vt dictum eſt, iratâ mente: exiſtimans, ſe nec ſacrilegum hominem, neque impunem fore; ſed ipſum Priamum reatum incurſurum; ſi aras fœderat ſanguine ſuo, quas hoſtiarum cæde promereri conſueuerat: & filij ſanguine ſuum quoque miſceret. Incipit iam deſcriptio necis Priami, in quâ plerique, omiſſâ ordinatione ſenſus, à vero intellectu diſſociant veritatem.* TRAXIT, *inquit,* trementem: Implicuitque comam leuâ, dextrâque coruſcum Extulit, ac lateri capulo tenus abdidit enſem.] *Meliùs non puto exponendũ hunc locum; quàm ipſis verbis, quibus factum deſcriptum eſt. Tenuit omnem comam Priami, & ſiniſtrâ manu implicuit, dextrâq; extulit enſem. Ipſas ſcilicet comas proculdubiò cum capite abſcidit; quaſi abſciſſio capitis non ſufficiſſet ad perficiendam hominis necem: quoniam vehementer irati perſonam induxerat. Et lateri, inquit, abdidit enſem vſq; ad capulum.* Lateri *intelligendum eſt, non ſuo, quaſi reuocans in vaginam, ſed lateri Priami. Quid tam apertum, quid tam euidens? In eo quod fecerat, natura ferox, iuuenta inſolens: iniurijs excitatus abſtulit hominis caput. & quia hac tàntùm pœnâ ſatiari non potuit: corporis latus iam nihil ſentientis, impreſſo ei vſq; ad capulum gladio, perforauit; atq; ita totũ enſem abdidit, quaſi illum in vaginâ condidiſſet. Hoc factum infrà meliùs apparet: cùm funus eius, & genus mortis, Aeneam diceret horruiſſe.* HÆC finis Priami fatorũ.] *Suprà enim dixit:* Forſitan & Priami fuerint quæ fata requiras. *Ecce in quem finem vitæ dilatus eſt Priamus.* HIC exitus illum Sorte tulit.] *Quam ſortem miſerandus inuenit.*

Tibi pro ſcelere, pro talibus auſis Dj (ſi qua eſt cœlo pietas, quæ talia curet) Perſoluant grates dignas, & præmia reddant. DEBITA.] *Imprecatio in hominem ſceleſtiorem.*

SER. SORTE.] *fatali neceſſitate.* TROIAM.] *Pro, Iliũ.* PERGAMA.] *Propriè Troianæ arces ſunt. vnde κατ' ἐξοχὴν arces omnes Pergama dicuntur: vt cùm Poëtam dicimus, & intelligimus Vergiliũ.* SVPERBVM] *nobilem.* REGNATOREM Aſiæ.] *Quia imperauerat Phrygiæ & Mygdoniæ.* IACET ingẽs littore trũcus.] *Quòd Priami corpus ad littus tractũ eſt. Aut littus pro ſolo accipiamus: vt,* Littoraq; & latos populos. *Põpeij tangit hiſtoriã. Quòd autẽ dicit,* Littore, *illud (vt ſuprà diximus) reſpicit, quod in Pacuuij tragœdiâ continetur. Quòd autẽ Donatus dicit,* Littus *locũ eſſe ante aras, à litando dictum, ratione caret: nã à litãdo, li breuis eſt, & ſtare non poteſt verſus.* SINE nomine.] *ſinè agnitione aut dignitate.* SÆVVS horror.] *Quia eſt & bonus: vt,* Lætusque per artus Horror ijt. VITAM exhalantem.] *Secundum*

Sorte tulit, Troiã incenſam, & prolapſa videntem
Pergama, tot quondã populis, terriſq; ſuperbum
Regnatòrem Aſiæ. iacet ingens littore truncus,
Auulſumq; humeris caput, & ſinè nomine corpus.
At me tùm primùm ſæuus circumſtetit horror:
Obſtupui: ſubijt chari genitoris imago;
Vt regem æquæuum crudeli vulnere vidi
Vitam exhalantem: ſubijt deſerta Creuſa,
Et direpta domus, & parui caſus Iuli.
Reſpicio & quæ ſit me circùm copia luſtro.
Deſeruêre omnes defeſſi, & corpora ſaltu
Ad terram miſêre, aut ignibus ægra dedêre.
[Iamq; adeò ſuper vnus eram; cùm limina Veſtæ
Seruantem & tacitam ſecretâ in ſede latentem,
Tyndarida aſpicio. dant clara incendia lucem

Erranti, passimq; oculos per cuncta ferenti.
Illa sibi infestos euersa ob Pergama Teucros,
Et pœnas Danaum, & deserti coniugis iras
Permetuens, Troiæ & patriæ communis Erinnys,
Abdiderat sese, atq; aris inuisa sedebat.
Exarsere ignes animo: subit ira, cadentem
Vlcisci patriam, & sceleratas sumere pœnas.
Scilicet hæc Spartam incolumis patriasq; Mycenas
Aspiciet? partoq; ibit regina triumpho?
Coniugiumq;, domumq;, patres, natosq; videbit,
Iliadum turba & Phrygijs comitata ministris?
Occiderit ferro Priamus? Troia arserit igni?
Dardanium toties sudarit sanguine litus?
Non ita. namq;, etsi nullum memorabile nomen
Fœmineâ in pœnâ est, nec habet victoria laudem:
Extinxisse nefas tamen, & sumpsisse merentis
Laudabor pœnas: animumq; explêsse iuuabit
Vltricis flammæ, & cineres satiâsse meorum.
Talia iactabam, & furiatâ mente ferebar;
Cùm mihi se, non ante oculis tam clara, videndã
Obtulit, & purâ per noctem in luce refulsit
Alma parens; confessa deam, qualisq; videri
Cœlicolis, & quanta solet: dextrâque prehensum
Continuit: roseoq;ue hæc insuper addidit ore:
Nate, quis indomitas tantus furor excitat iras?
Quid furis? aut quònam nostri tibi cura recessit?
Non priùs aspicies, vbi fessum ætate parentem
Liqueris Anchisen? superet coniux'ne Creusa?
Ascaniusq; puer? quos omneis vndique Graiæ
Circum errant acies: &, ni mea cura resistat,
Iam flammæ tulerint, inimicus & hauserit ensis.
Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacænæ,
Culpatus'ue Paris; verùm inclementia diuûm
Has euertit opes, sternitq; à culmine Troiam.
Aspice (namq; omnem, quæ nunc obducta tuenti
Mortaleis hebetat visus tibi, & humida circùm
Caligat, nubem eripiam. tu ne qua parentis
Iussa time: neu præceptis parêre recusa)
Hic vbi disiectas moles, auulsaq; saxis
Saxa vides, mistoq; vndantem puluere fumum,
Neptunus muros, magnoq; emota tridenti
Fudamenta quatit, totamq; à sedibus vrbem
Eruit. hîc Iuno Scæas sæuissima portas
Prima tenet, sociumq; furens à nauibus agmen
Ferro accincta vocat.
Iam summas arces Tritonia (respice) Pallas
Insedit, nimbo effulgens & Gorgone sæuâ.
Ipse pater Danais animos, viresq; secundas
Sufficit: ipse deos in Dardana suscitat arma.
Eripe nate fugam, finemq; impone labori.

[illegible] quod [illegible] DEPRE[illegible] par[illegible] Co[illegible] ac [illegible] cum [illegible] exercitu, [illegible] dicimus et [illegible] Memorare posse, [illegible] Ordo [illegible] videndam ocu[illegible] non ante tam clara. IN [illegible] lumine, qui cum [illegible] semper est. DEXTRAQVE prehẽsum.] [illegible] parte, quà Helenam [illegible] minabar, quæ in [illegible] Vestæ stabat ornata. [illegible] in Priamo diximus, a[illegible] versus constat es[illegible] sublatos nec immeritò. Nam [illegible] est viro forti, contra fœminam irasci: & contra[illegible] est, Helenam in domo Priami fuisse hilarem: quæ in [illegible] dicitur, in domo inuen[illegible] esse Deiphobi, postquam è summa arce vocauerat Argi[illegible]. Hinc autem versus esse sublatos, Veneris verba declarant, dicentis: Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacænæ. ROSEO.] pulchro. perpetuum epitheton Veneris. INSVPER.] super quod continuerat eum. INDOMITAS.] magnas. QVID furis?] Quia furor est, virum fortem ruere in mulieris interitum. NOSTRI cura.] Et hoc loco, vt solet, vnam se de Aeneæ familiâ facit. Nostri autem & Vestri, genitiuus est pluralis antiquus, & ex Græco veniens: sicut singularis est inis & tis. Non est autem possessiuum; sed ab eo quod est Nos: & est vnde dicimus, Nostri causâ facit, hoc est, nostrûm. SVPERET.] Id est, superuiuat, supersit. ASCANIVSQVE puer.] filius: vt, Tùque puerq; tuus Horatius Puerosq; Ledæ. & est Græcum: nam τὰς παῖδας dicunt. Interdum tamen etiam ad ætatem refertur, & ad hominis conditionem. HAVSERIT ensis.] Aut percusserit, vt, Latus haurit apertum: aut, vorauerit. TYNDARIDIS.] Atqui Iouis est, nõ Tyndarei filia. sed sic dicimus Tyndaris de Helena, vt de Hercule Amphitryoniades. Nam de Ioue & Leda nati sunt Pollux & Helena: de Tyndareo, & Leda, Clytæmnestra & Castor, qui solus mortalis fuit. vnde Vergilius in VI. Si fratrem Pollux alternâ morte redemit: qui immortalitatem suam cum fratre partitus est. Helenã verò, sororem eorum, immortalẽ fuisse indicat tempus. Nam constat, fratres eius cũ Argonautis fuisse. Argonautarũ filij cũ Thebanis dimicauerunt. item illorũ filij cõtra Troiam bella gesserũt.

Ergo, si immortalis Helena nõ fuisset: tot sine dubio secula durare non posset. Hanc autem legimus priùs à Theseo raptã, & in Aegypto commendatam Proteo. FACIES inuisa.] Pulchritudo Helenæ odiosa: i. Helenæ. & Græcũ est [illegible] vis Herculea, h. e. Hercules. LACAENAE.] A prouincia Laconicã. Et notandũ, deriuationẽ minorẽ esse à principalitate, quod rarũ est. CVLPATVSVE Paris.] criminosus, reus. ASPICE.] De Homero tractũ, q inducit Mineruã, præstantẽ ista Diomedi: [illegible] NAMQVE omnẽ.] Ordo est: Omnẽ tibi nubẽ eripiã, quæ humida circũ caligat, & mortaleis hebetat visus tuenti. Dicitur autẽ nebula, de terris, obesse nostris obtutibus. Vnde aquila, quia supra nebulas est, plus videt. Est etiã theologica ratio: quia ignorates visum Venereũ, videre dicũtur & numina. Vnde nũc meritò, post Veneris abscessum, numina vidisse dicitur Aeneas. OBDVCTA.] superducta. TVENTI.] Modò, videnti: aliàs, defendenti. NEQVA parentis.] Ne, particula prohibẽtis, imperatiuo iungitur modo: sed interdũ præsenti tẽpori, interdũ futuro, prout aliquid volumus, aut ad præsens, aut ad futurũ fieri. IVSSA time.] Veretur enim, ne imperãti sibi fugã nõ obtemperet. NEPTVNVS muros.] Hoc quidem habet fabula: quòd Neptunus, cũ Apolline, Troiæ fabricatus sit muros. Sed cõstat, Laomedontẽ supradictis dijs certã vouisse pecuniã ad sacra facienda: quã inuadentibus [illegible] hostibus trãstulit ad murorũ fabricã. vnde dij, & fecisse muros, & offensi esse dicuntur. Simul notandũ, quòd deos facit opera sua euertere: vt portas Iunonem, quarũ dea est, (nam & portã luminis nascentibus præbet) arces Mineruam (legimus enim Pallas quas condidit arces:) & Neptunũ muros. ipsi enim fundamenta sunt consecrata: cuius & mouentur arbitrio. vnde [illegible] dicitur, hoc est, terram mouens aquæ concussione, sicut terræ motus cõtinent opiniones. TRIDENTI.] Omnia in ns exeuntia, aut participia sunt, aut nomina. Sed participia si sint, ablatiuum in e & in i mittunt, pro nostro arbitratu Iuuenalis: Nec ardenti decoxit aheno. cõtrà. Semperq; ardẽte camino. Si verò nomina fuerint, in e tantũmodò exeunt. Si autem eadem sint, & nomina & participia; vt Amans: cùm nomina fuerint, omnia in e mittunt: cùm participia, licẽter vtimur. Ergo, quia Tridens est nomen, tridente debuit dicere. sed nouitatem affectauit, nullâ cogẽte necessitate. Sanè in nominibus, quæ & propria esse possunt & appellatiua

pellatiua. vt liberalis, felix, Iuuenalis: à proprio ablatiuus in e exit, ab appellatiuo in i SÆVISSIMA.] Quæ & fugam vetabat. QVATIT.] concutit, commouet. SCÆAS.] priſcas. SOCIVM.] ſibi deuotum. FVRENS.] iraſcens. ACCINCTA.] id eſt, armata. IAM.] præterea vt, Iamq; ſeminibus iactus ſe ſuſtulit arbos. ARCES.] Ideò Mineruæ dicuntur eſſe, quòd ipſa ſit inuentrix ædificiorum. vt, Pallas quas condidit arces. TRITONIA Pallas.] duplex ἀντωνομασία ſinè proprio nomine. & eſt nimiæ iracundiæ, cùm dicitur: Quanquam irata ſit Græcis; non tamen Troianis parcere. licèt in hiſtoriâ lectum ſit, vehementiùs iratam Mineruam; quòd poſt victoriam ei ſacrificare noluerint. vt Horat. Cùm Pallas vſto vertit iram ab Ilio in impiam Aiacis ratem. NIMBO effulgens.] nube diuinâ eſt enim fulgidum lumen, quod deorum capita tinguit. alij Limbo legunt: vt, Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo. & eſt pars veſtis extrema, quæ Inſtita dicitur. vt Horat. Quarum ſubſtricta talos tegit inſtita veſte. GORGONE ſæua.] Aut, etiam per ſæuam Gorgonem fulgens: aut, ipſa ſæua terrore Gorgonis. Sanè Gorgones tres fuiſſe dicuntur Sthemo, Euryale, Meduſa: quarum aſpectus intuentes vertebat in lapides. Hæ autem miræ pulcritudinis fuiſſe dicuntur: & quiſquis eas vidiſſet, ſtupore defigebatur. Ideò fictum eſt, quòd in lapides mutarentur: quarum capita Minerua dicitur amputâſſe, ac ſuo adfixiſſe pectori. IPSE pater.] Qui omnibus vnus eſſe conſueuit: vt, Rex Iupiter omnibus idem. Et bene honeſta Aeneæ cauſa fugiendi eſt. VIRESQVE ſecundas.] Quæ fuerunt & in Troianis, ſed non proſperæ. SVFFICIT.] ſubminiſtrat, ſuggerit. ERIPE.] accelera, raptim fac. Vel, eripe te fugâ.

POM. Sabi. VIDENTEM.] Priamum. REGNATOREM Aſiæ.] Priamus imperauit vtriq; Phrygiæ, & Mygdoniæ. & dicas, illum regnâſſe, non Aſiæ, ſed populis & terris Aſiæ: quia non de totâ Aſiâ intelligit, ſed de parte. LITTVS.] ab luendo dicitur. Ignominiâ regia cadauera trahuntur, more præſertim Barbarorum: & exponuntur feris & auibus. nunc Priami cadauer ad littus tractum, & illic relictum ſinè capite: quia non decebat trahere. ideò Pyrrhus, vbi latus Priami enſe perforauit, excidit caput, & pilo ſuffixit, & circumtulit: milites poſtea traxerunt cadauer. SINE nomine.] quia, ablato capite, homines non cognoſcuntur. CREVSA.] filia Priami, vxor Aeneæ. COPIA.] numero ſingulari, raro pro exercitu accipitur. Copia, ſcilicet militum. DEXTRAQVE prehenſum.] pro, prendit dextram, & cohibuit. SVPERET.] ſuperſit. QVOS omnes.] omnem familiam tuam. HAVSERIT.] id eſt, percuſſerit: quia enſis haurit ſanguinem. TYNDARIDIS Lacænæ.] Non Helena, non paris, euerterunt Troiam: ſed inclementia deorum. Agenoris filius fuit Taygeta; Iouis & Taygetæ, Lacedæmon; Lacedæmonis filius, Amyclus; Amycli, Argalus; Argali, Oebalus, à quo Lacedæmones Oebalij dicti; Oebali filius, Tyndarus, Tyndari liberi fuêre, ex Ledâ, Caſtor, Pollux, Helena, Clytæmneſtra. Hecuba autem, & Leda, filiæ fuerunt Dymæ. Dymas originem habebat ex Phœnice Agenoris. de hoc Dymâ Vergilius. LACÆNÆ.] Laconicæ. ASPICE.] Ex Homero tractum; qui inducit Mineruam, præſtantem iſta Diomedi. OMNEM.] nubem. OBDVCTA.] nubes tibi tuenti. HVMIDA.] nubes. NVBEM.] Nebula ex humiditate terræ naſcitur, & obeſt noſtris oculis. hinc eſt, quòd aues, quæ ſupra nebulam volant, & acutiùs vident: & hi, qui in cacuminibus altiſſimorum montium, altiùs proſpiciunt. NE tu mea iuſſa.] Timet filio, ne, cùm pater Anchiſes imperet fugere, non obtemperet. PRÆCEPTIS.] parentis tui. NEPTVNVS muros.] Neptunus, & Apollo, fabricauêre mœnia Troiana. cùm Laomedon denegâſſet mercedem; Dij ob id irati fuêre Troianis. FVNDAMENTA quatit.] Fundamenta cùm iaciuntur, vſque ad aquam effodiuntur: ſi firma velis eſſe. ideò aiunt, Neptunum præeſſe fundamentis. IVNO Scæas.] Iuno

A dea eſt introitus, & præeſt portis. ideò apud antiquos, primæ dies menſium, id eſt, calendæ, dedicatæ Iunoni erant. Scæa porta erat Troiana, vt præmiſimus. PALLAS.] Pallas dea arcium. ideò nata è vertice Iouis dicitur. INSEDIT.] quæ tit. NIMBO.] id eſt, ſedet effulgens in nimbo. Dij, cùm auxilium afferunt intra media arma, in nimbo pugnare finguntur. SÆVA Gorgone.] caput Meduſæ, quæ dicitur Gorgon, in Clypeo Palladis erat. IPSE pater.] Iupiter. & Iupiter pater meus, inquit Venus, fauet Græcis: fuge ergo. DEOS.] Neptunum, Iunonem, & Palladem. ERIPE.] feſtina.

VAR. Lec. SVBIT deſerta Creuſa, Et direpta domus.] In Mediceo, et antiquis aliquot alijs exemplaribus, legere eſt, Subit & deſerta, neq; dicendum, vltimam in Subit, ex ſynæreſi lõgam eſſe. Eſt verò venuſtas aliqua in eâ repetitione copulæ, Et deſerta Creuſa. Et direpta domus. Quanquam neq; illud inuenuuſtum; quod, abſque &, Subijt triſyllabum in pleriſq; habetur exemplaribus. IAMQVE adeò ſuper vnus eram.] Duo illa & viginti carmina, quæ detracta eſſe conſtat, in nullo ex ijs veteribus lib. quos verſauimus, habentur: placuit tamen nonnullis impreſſoribus ea publicare. QVIS indomitas tantus furor excitat iras?] In libris aliquot antiquis, cum Mediceo, legere eſt, Tantus dolor: non autem furor. B SVPERET coniux'ne Creuſa.] Eſt quidem hîc, Superet. In Longobardico tamen lib. Supereſt, legitur. INIMICVSQVE hauſerit enſis.] In antiquis pleriſque libris legere eſt, Inimicus & hauſerit enſis. VERVM inclementia diuûm has euertit opes. Antiqua pleraque exempla habent, Sed enim inclementia. Aliquot verò alia, & ea quidem caſtigatiora, legunt venuſtiſſimâ repetitione, Diuûm, Inclementia diuûm Has euertit opes.

DOX. TROIAM incenſam, & prolapſa videntem Pergama, tot quondam populis, terriſq; ſuperbum Regnatorem Aſiæ.] Poſt florem regni, poſt tam diuturnum imperium, Troiam ille vidit incenſam, & prolapſa Pergama. Quid malè ſit, dolenda cernens: quis ſperaret ſenem, iam iam naturâ deficiente ſinè dubio moriturum, perdito, quod feliciter regerat, imperij culmine; conſumptis quoque incendio vniuerſis, tam infelici exitu periturum? Dehinc ſuccedit aduerſorum euidens enumeratio, ſecuta poſt mortem: quoniam, quæ ſuperiùs dicta ſunt, ad Priami cruciatus pertinent: vel certè cũ occideretur. IACET.] Nec fuit, qui funus eius debitæ ſepulturæ mandaret. INGENS.] honore, vel corpore. LITTORE.] Vbi litare conſueuerat: quoniam intra domum, & ante aras, conſtabat occiſum. TRVNCVS.] Atq; vtinam non C diuiſus in partes. ET ſinè nomine corpus.] iacet ingens corpus, & ſinè nomine. Nonnulli hîc, Sinè nomine, ſinè dignitate accipiunt: ſed non ita eſt. nam, cùm corpori detractum fuerit caput, erit ſinè nomine, cùm cognoſci nequiuerit. Iacet ingens littore truncus: iacet auulſum humeris caput: iacet ſinè nomine corpus. Separanda ſunt hæc à ſuperioribus, dum pronunciantur: ne intellectus patens, factâ cõfuſione, turbetur. Ab Accuſatiuo enim caſu tranſiens, ſi ad nominatiui caſus declinationem pronuntians veniat, facit vitiũ, ingens: Troiam incenſam & prolapſa vidẽtem Pergama, tot quondam populis regniſque ſuperbum Regnatorem Aſiæ: iacet ingens littore truncus, Auulſumque humeris caput, & ſinè nomine corpus. Semel poſitum Iacet, ad tria ſupradicta pertinet: quæ ipſa tria cum nominatiuo ſunt poſita: ſuperiore verò, cum accuſatiuo. Proinde hæc oportet ſeparari. At me tùm primùm ſæuus circumſtetit horror. OBSTVPVI: ſubijt chari genitoris imago, Vt regem æquæuum crudeli vulnere vidi Vitam exhalantem.] Hoc, inquit, viſo, tunc primùm me horror inuaſit. conſiderans quippe, etiam meis affectibus aliquid ſimile, aut iam contigiſſe, aut forſitan imminere, non inaniter commouebar. vidi enim concidiſſe fortunam regis, qui æquæuus mei fuerit patris: vidi exhalantem vitam per ingens vulnus. Ecce vbi probatur, præter abſciſſionem capitis,

etiam

Digitized by Google

A etiam latus eius eſſe perfoſſum: denique hoc vult, eſſe vulnus. Cæterùm, auulſum humeris caput, non eſt vulnus. Videre, ait, viſus ſum in illo exemplo imaginem patris, ſolitudinem vxoris, direptionem domus noſtræ, & pueri filij mei interitus. Hoc eſt, quod dixit: SVBIIT chari genitoris imago, Vt regem æquæuum crudeli vulnere vidi Vitam exhalantem. Subijt deſerta Creuſa, Et direpta domus, & parui caſus Iuli. Reſpicio, & quæ ſit me circum copia luſtro.] Nouiſſimè, inquit, etiam me conſiderans, qui remanſeram ſolus. DESERVERE omnes defeſsi, & corpora ſaltu Ad terram miſêre, aut ignibus ægra dedêre.] Redijt ad illam partem, qua dixit ſe in domo Priami ſuper tecta fuiſſe cum plurimis. Deſeruerunt, inquit, me omnes feſſi pugnando, nullo laboris conſequente ſucceſſu. Nam cùm ſumma deſperatio eſſet: aut præcipites ſeſe dederant, aut animos & propria corpora tradiderant flammis. Ecce etiam hîc ſolum ſe aſſerit remanſiſſe: laudans occultè fidem ſuam, & conſtantiam ſubtiliter præteriens: excuſat & matrem ſuam, quam conſtabat cauſam fuiſſe malorum omnium, quæ enarrabat. * Deeſt expoſitio vigin-
B ti duorum carminum, quæ etiam in manuſcriptis Vergilij codicibus deſiderantur. * CVM mihi ſe, non ante oculis tam clara, videndam Obtulit, & purâ per noctem in luce refulſit Alma parens, confeſſa deam, qualisque videri Cœlicolis. & quanta ſolet: dextraq; præhenſum Continuit, roſeoque hæc inſuper addidit ore.] Dixit, omnes deſeruiſſe, quod agebant: cùm defenderent domum Priami, & id fruſtra facerent. Ipſe quo modo receſſerit, dicit: ne videatur etiam ipſe, operis labore fatigatus, receſsiſſe. Omnes, inquit, laborando feſſi, & ſinè aliqua vtilitate certando, debiles redditi, tædio aduerſarum rerum, mori maluerunt: & duplicem voluntariæ mortis occaſionem nacti, cùm altitudo non deeſſet, & incendia dominarentur, aut præcipites dederant ſeſe, aut petierant flammas ne & ipſe alterum facerem, aut, quod ſupererat tertium, hoſtis occideret remanentem, mater mea, non, vt facere ſolebat, dubia aut incerta, ſed manifeſtior veniens, me ab ipſis ineſſicaciſsimis actibus reuocauit. Quando enim alicui crederem, niſi eadem ſe meis optatibus ſinè fraude obtuliſſet? talem ſcilicet, qualis reuerâ fuit; cùm deorum numero & cœtibus miſceretur: cuius talis extiterat admonitio: Nate, quis indo-
C mitas tantus dolor excitat iras? QVID furis? aut quónam noſtri tibi cura receſsit?] Hæc dictio multa continet. tangit enim Aeneæ ipſius laudem, qui ſolus toties remanſit, occiſis cæteris, aut defeſsis: ſolus tunc in claſſe primâ, in quâ fuerunt Chorœbus & Panthus: ſolus etiam, cùm veniſſet ad domum Priami: ſolus, cùm ab ipſo, poſt ineſſicacem expugnationem perſonæ hominis victi: vt ſinè crimine videatur receſsiſſe de patriâ. & ex eo ipſo laudem ſibi vendicat: quòd non eſſet receſſurus; niſi vidiſſet, Troiano imperio deos eſſe magis, quàm homines inimicos. proindeq; Græcis (vt ſæpè fecit) virtutis meritum tollit: cùm deos dicit feciſſe contra imperium Troiæ, qui obluctationibus humanis ſuperari non poſſunt. Continet præcipuum ipſius Aeneæ meritum, cui licuit humanis oculis deos videre præſentes. Continet purgationem: matrem enim facit, quod putabatur, malorum, quæ acciderant, cauſas, non Paridem atque Helenam, præbuiſſe. Nate, inquit, præmiſit pietatis nomen: vt admitteretur facilè, quod fuerat ſuaſura. nullus eſt enim, qui filios in contrarium moneat. Quis indomitas tantus dolor excitat iras? QVID furis? aut quónam noſtri tibi cura receſsit?] Iratus, inquit, & furens, quid agere debeas, neſcis: vtrumque enim conſilio eſt inimicum. Doles, iraſceris, furis, & vltionem, quam reperire non potes, ingrato labore ſectaris. Cumq; vana & non profutura perſequeris, curam noſtri erutis ſenſibus, reieciſti. Addidit etiam perſonam ſuam perſonis mortalibus: non quò ipſa quoque aliquid pati poſſet: ſed quia ipſa feriebatur in omnibus: ſi maritum, filium, nurum perderet, aut nepotem. Incipit iam ſingulas cauſas enumerare: quibus oſtendat, omnes periculis opportunos, niſi ſubitò fugiant. NON priùs aſpicies vbi feſſum ætate parentem Liqueris Anchiſen?] Ecce dixit ſenem: de corporis autem vitio tacuit. Cur enim diceret ei, qui patrem nôſſet? & cùm ſufficeret ætas, ex quâ ſemper eſt debilis ſenectus; etiamſi nullo vitio extrinſecus prægrauetur. SVPERET coniunx'ne Creüſa.] aduertendum eſt, & rectè, an ſuperet coniunx Creüſa, quam conſtabat ſexus ratione ſibi adeſſe non poſſe. ASCANIVSQVE puer.] Nec conſilio filius, nec per ætatem ſuâ virtute munitus. Cùm hæc proponit, hoc videtur dicere: Dum quæris vincere, quos non potes, perdes tuos: ad quos poſtea, cùm pugnaueris, rediturus non es. Cumulat texendo perſuaſionem ſuam: &, ne deſperatio atque interitus magis alienaret viri fortis animum; nuntiat, operâ ſuâ omnes eſſe incolumes: ſed ex proximitate multorum hoſtium in ſummo diſcrimine coſtitutos, imminentibus vel maximè incendio & flammis. NON tibi Tyndaridis facies inuiſa Lacenæ, Culpatúſue Paris: verùm inclementia diuûm Has euertit opes, ſternitq; à culmine Troiam.] Propoſitio huius rei fuerat neceſſaria: vt hoc ipſum verum eſſe doceretur. hoc enim genere potuit inhibere viri fortis impetum, & incitatos animos frangere, mania vacuaq; ſectantes. Fecit hoc Venus etiam propter ſe. nouerat enim, dici ſibi poſſe, Vt hæc pateremur, tu feciſti. Ergo non immeritò dixit: Non tibi Tyndaridis facies inuiſa Lacænæ, Culpatúſue Paris: verùm inclementia diuûm Has euertit opes, ſternitq; à culmine Troiam.] Et quia ipſius inuidiæ, vel maximè apud filium, pondere premebatur, ait: ASPICE (namque omnem, quæ nunc obducta tuenti Mortales hebetat viſus tibi, & humida circùm Caligat, nubem eripiam:] inter homines ac deos mediam ineſſe caliginem ferunt, & nebulam quandam, contractam ex humore, mortales oculos hebetare. Hanc ſe remoturâ Venus promiſit, vt videre Aeneas poſſet, quod omnibus nefas eſt intueri. Aſpice, inquit, & ne timeas iuſſa parentis obſeruare: quoniam nihil tibi materna pietas contrarium iubet, ſed præceptis religioſis monet te obtemperare.

HIC vbi diſiectas moles auulſaq; ſaxis Saxa vides, miſtoque vndantem puluere fumum, Neptunus muros, magnoque emota tridenti Fundamenta quatit, totamque à ſedibus vrbem Eruit: hîc Iuno Scæas ſæuiſsima portas Prima tenet, ſociumq; furens à nauibus agmen Ferro accincta vocat. Iam ſummas arces Tritonia (reſpice) Pallas Inſedit, nimbo effulgens, & Gorgone ſæuâ. Ipſe pater Danais animo viresque ſecundas Sufficit; ipſe deos in Dardana ſuſcitat arma.] Cùm oſtenderet, non Græcos Troiano imperio, ſed deos infeſtos: enumeratis & demonſtratis plurimis, ſeruauit, ad vltimum Iouem. Nec nomen eius, quod alij celebrant, dixit; ſed quo ipſa eum appellare debuit, quæ fuerat filia: eoq; magis eum onerans inuidiæ, cum dicit, Ipſe pater, hoc eſt, qui contra malum aliorum ſtudium, maiore poteſtatis autoritate, pro nobis certare debuit, ipſe non tantum Græcorum fautor eſt, verùmetiam cæteros deos in odium Troianæ vtilitatis accendit. Dat igitur Venus remedium contra hæc. Ait enim: ERIPE nate fugam, finemque impone labori.] Quia ſciebat, filium non libenter auditurum conſilium fugæ, idcirco ſuprà dixit: Tu ne qua parentis Iuſſa time, neu præceptis parêre recuſa. Cedendum enim fuerat: quando etiam ipſe contrarius fuit, qui plus poterat, & ſuis potiùs, quàm alienis fauere debuerat. Itaque cùm ſuaderet fugam, debuit oſtendere, quibus auxilijs implere potuiſſet. Potuit quippe Aeneas dicere, Quomodo poſſum fugere, vallatus hoſtium telis & flammis? Nuſquam, inquit, abero, & patrio te limine ſiſtam.

AT me tùm primùm.] Hunc locum non interpretatur Seruius, niſi in principio: & nuſquam Donatus: quia ab eis, ASC.

Digitized by Google

qui resecandum hoc opus acceperant, hæc pars abscissa est: quippe quæ rem ignobilem, & indignam, tam Troianis cæteris, quàm Aeneâ contineat. Troianis quidem: quia turpe erat, quòd deseruêre omnes defessi, & corpora saltu ad terram misere aut ignibus ægra dedêre. Aeneâ verò: qui in fœminam se succensum dicit, quod in conspectu Didonis ineptum visum, & indecorum, prudenter ablatum est. Quia tamen rursum inserti sunt hi versus, eorum expositionem quoque adiicienius. CIRCVMSTETIT.] Signanter dicit Circumstetit, hoc est, circumdedit: non tamen inuasit dirus horror, non quia mihi timerem: sed quia imago chari parentis Anchisæ in mentem mihi venit; quamprimùm vidi regem Priamum, coæuum genitori Anchisæ, efflantem spiritum. In memoriam quoque venit vxor Creüsa, domi à me derelicta. CASVS Iuli.] periculum, quod etiam filio Iulo Ascanio immineret. QVÆ sit me circùm copia, lustro.] Circumspicio, an copiis eorum qui mihi aderant, resistere hostibus possem. Sed socij omnes, ad extremum defatigati, me deseruerunt: ac præcipitarunt se in terram; aut vulneribus ac desperatione confecti, coniecerunt se in ignes. Iamq; supereram ego solus: cùm fortè respiciens, Helenam, Tyndari filiam, aspicio. Tyndarida autem: quia Tyndari filia existimata est; quæ Iouis potiùs erat, ex Ledâ, Tyndari coniuge. LIMINA Vestæ.] ad Vestæ templi limina sedentem; & arcana sacra custodientem, siue arcanâ in sede abditam. Vnde, quia quæri poterat, Quomodo igitur aspici potuerit? per occupationem subiungit, Dant clara incendia lucem, hoc est, mihi oculos passim per cuncta ferenti, lucem dabant ignes incendij. Illa igitur Helena, metuens sibi ob Pergama euersa, hoc est, Troiam incensam & captam. POENAS Danaûm.] quas Danai ab eâ possent exigere. DESERTI coniugis.] quòd, Menelao coniuge relicto, Paridem esset secuta. TROIÆ & patriæ.] Appositio. quæ esset & suæ patriæ & Græciæ, & Troiæ, communis pernicies. ABDIDERAT] occultauerat se, & iuxta aras deæ Vestæ sedebat. INVISA.] vt non videretur. EXARSERE ignes animo.] incessit mihi indignatio. SVBIT ira.] Expolitio. idem enim dicit. VLCISCI.] vt vlciscerer: & sumere, vt sumerem pœnas, scilicet de sceleratâ Helenâ, aut sceleri ipsius debitas. SCILICET.] Indignantis est, & secum de vindictâ consultantis. quale est etiam alibi, Scilicet his superis labor, &c. HÆC.] Emphasim habet: quasi dicat, nostri fundi calamitas: &, vt paulò antea dixerat, Troiæ ac patriæ communis Erynnis ac furia. Hæc, inquam, incolumis euadet, & Spartam Mycenasq;, patriam ac regnum suum, vnde rapta ad nos peruenit, redibit? REGINA.] tanquam regina: aut, in quâ patriâ regina fuit: quia Menelai, Mycenarum regis, coniunx. PARTO triumpho.] tanquam de Troianis victis triumphans. CONIVGIVM.] coniugem suum Menelaum: recepta videlicet à pristino marito. DOMVM.] quam rapta deseruit. PATRES.] parentes, Ledam & Tyndarum: siue proceres. NATOSQVE.] illorum, siue suos, si quos habuit liberos. idq; comitata Troianorum mulierum, & ministrorum Phrygum, tanquam satellitio: adhæc, Priamo interia ipsius culpâ occiso; & Troiâ incendio absumptâ, totq; Troianorum, per decennium cæsorum, sanguine, littore Troiano irrigato. His omnibus ex indignatione effusis, respondet: NON ita.] supple, fiet. nam licet nullum de fœminâ supplicium posit memoriâ dignum sumi, neque laudem habeat, vicisse fœminam: tamen meritas de eâ pœnas sumpsisse, hoc est, ei, quæ bene meruit, retulisse talionem; & è medio sustulisse, quæ tot hominum exitij causa fuit, laudem aliquam apud bonos inueniet. atque interim oblectabit etiam, satisfecisse animi desiderio, iustæq; indignationi: ac simul tot Troianorum, ciuium meorum, manibus veluti litâsse. TALIA iactabam, & furiatâ mente] Excusat, si quid fortè præter decorum, hac parte, siue dixerit, siue cogitârit: quia furore correptus scilicet fecerit. A

B

QVONAM nostri tibi cura recessit.] In eum, qui nostri desiit meminisse. NE qua parentis iussa time, neu præceptis parêre recusa.] Hoc carmine monemur obtemperare parentibus: quod quidem haud grauatè nos decet facere. Quandoquidem deus ijs, qui erga progenitores pietatem coluerint, non modò vitæ æternæ promittit immortalitatem, verùmetiam in hac vitâ longæuitatem. ADR. Bar.

SER. NVSQVAM abero.] Bona οἰκονομία. Nam, si tenent Danai, quà deficit ignis, necessarium est præsidium numinis. vt Horatius: Nec deus intersit, nisi dignus vindice nodus Inciderit. LIMINE sistam.] In limine: vt, Syluis te Tyrrhene feras agitare putasti, id est, in Syluis. SPISSIS.] densis. APPARENT diræ facies.] Secundùm mathesin, post abscessum Veneris dira dicuntur apparuisse numina: cuius præsentes radij interuenientes circumquaque diuisos ἀναιρετικῶς temperât. TVM verò.] Quia antè & ab Hectore audierat, & per se viderat, euerti Troiâ; sed nô omnibus locis. Vel, tum verò, quando dij visi sunt sæuientes. FERRO, & bipennibus.] ἐν δὲ ἀνθὸς vel ταυτολογία est: ideò, Crebris bipennibus ERVERE.] pro, deijcere. & est ἀκυρολογία VSQVE.] tam diu. MINATVR.] aut, eminet; vt, Minæque murorum: aut,

Nusquam abero, & tutum patrio te limine sistam.
Dixerat, & spissis noctis se condidit vmbris.
Apparent diræ facies, inimicaq; Troiæ
Numina magna deûm.
Tùm verò omne mihi visum considere in igneis
Ilium, & ex imo verti Neptunia Troia.
Ac veluti summis antiquam in montibus ornum,
Cùm ferro accisam, crebrisq; bipennibus instant
Eruere agricolæ certatim: illa vsque minatur,
Et tremefacta comam concusso vertice nutat:
Vulneribus donec paulatim euicta, supremùm
Congemuit, traxitq; iugis auulsa ruinam:
Descendo, ac ducête deo flammâ inter & hosteis
Expedior: dant tela locum, flammæq; recedunt.
Ast vbi iam patriæ peruentum ad limina sedis,
Antiquasq; domos genitor, quem tollere in altos
Optabam primùm monteis, primumq; petebam,
Abnegat excisa vitam producere Troia,
Exsiliumq; pati. Vos ô, quibus integer æui
Sanguis, ait, solidæq; suo stant robore vires,
Vos agitate fugam.
Me si cœlicolæ voluissent ducere vitam,
Has mihi seruassent sedes. satis vna superq;
Vidimus excidia, & captæ superauimus vrbi.
Sic ô, sic positum affati discedite corpus.
Ipse manu mortem inueniam: miserebitur hostis,
Exsuuiasq; petet. facilis iactura sepulcri est.
Iampridem inuisus diuis, & inutilis annos
Demoror, ex quo me diuûm pater, atq; hominû rex,
Fulminis afflauit ventis, & contigit igni.

mouetur. TREMEFACTA comam.] Solita figura. VVLNERIBVS.] pro ictibus. IVGIS.] cacuminibus montium. RVINAM.] aliarum arborum. Ac ducente deo.] Secundum eos, qui dicunt, vtriusque sexus participationem habere numina. nam, vt ait Caluus, Pollentemque deum Venerem. Item Verg. Nec dextræ erranti deus abfuit: cùm aut Iuno fuerit, aut Alecto. Est etiam in Cypro barbata Veneris simulachrum, quod ἀφρόδιτον vocatur. & hoc ad Græcorum imitationem, qui ὁ θεὸς καὶ ἡ θεὸς dicunt: sicut ὁ ἄνθρωπος καὶ ἡ ἄνθρωπος, vir & fœmina. ANTIQVASQVE domos.] charas. Sallustius: Antiquitatis curæque pro Italicâ gente. Et aliud pendet ex alio. nihil enim interest, vtrùm charû dicas, an charitatis causam. Sanè Domos ambitiosè dixit, pro domo vnâ: non domum. PRIMVM.] præcipuum. vel primum, ante filium & vxo- C

Digitized by Google

Talia perſtabat memorans, fixuſq; manebat.
Nos contrà effuſi lacrymis, coniunxq; Creuſa,
Aſcaniuſque, omniſq; domus, ne vertere ſecum
Cuncta pater, fatoq; vrgenti incumbere vellet.
Abnegat, inceptoq; & ſedibus hæret in ijſdem.
Rurſus in arma feror, mortemq; miſerrimus opto.
Nam quod conſiliũ, aut quæ iam fortuna dabatur?
Méne efferre pedem, genitor, te poſſe relicto
Speraſti? tantumq; nefas patrio excidit ore?
Si nihil ex tantâ ſuperis placet vrbe relinqui,
Et ſedet hoc animo, perituræq; addere Troiæ
Téque tuoſq; iuuat: patet iſti ianua letho:
Iamq; aderit multo Priami de ſanguine Pyrrhus,
Natum ante ora patris, patrẽ qui obtruncat ad aras.
Hoc erat, alma parẽs, quód me per tela, per igneis
Eripis? vt medijs hoſtem in penetralibus, vtq;

A *& vxorem. Sed Varro ait, conceſſum Aeneæ à græcis; vt, quos vellet ſecum, & ſua omnia, liberaret* Quod *Poëta Veneris præſidio præſtitum* dicit *Aeneæ.* PETEBAM.] *pro, appetebam & optabam.* VITAM producere.] *figuratè, pro, vitam producturum.* EXSILIVM.] *dictum quaſi extra ſolum.* VOS ô.] *Obliqua oratio eſt. nam apertè quidem hoc agit, vt relinquatur: latenter verò aliud, id eſt, voluntatem fugiendi. per quod nimia Aeneæ oſtenditur pietas: qui nec iuſtis cauſis mouetur, vt patrem relinquat.* INTEGER æui Sanguis.] *plenam ætatem ſignificat ex ſanguine: qui non eſt integer, niſi in iuuenibus. nam dicunt Phyſici, minui ſanguinem per ætatem. vnde in ſenibus tremor eſt.* SVO robore.] *id eſt, proprio, ſinè alterius*
B *auxilio, quo eget Anchiſes.* AGITATE] *diſponite, cogitate.* COELICOLÆ.] *Ad quos noſtra pertinet vita. vt,* Haud credo, inuiſus cœleſtibus auras Vitaleis carpis. *&*, Nos iuuenem exanimum, & nil iam cœleſtibus vllis Debentem. *&*, Igneus eſt ollis vigor & cœleſtis origo Seminibus. *Anima enim, cœli pars eſt: corpus, aquæ: vmbra, inferorum. Ideò ergo non poſuit generale deorum nomen; ſed addidit,* cœleſtibus: *ne crederentur inferi dij, qui datores vitæ non ſunt.* SATIS ſuperque.] *Ad augmentum* Superque *addidit. Eſt autem* πλεονασμός. *Sanè ſciendum eſt, eſſe aliqua, quæ augmentum non recipiunt, ne minus ſignificent:* ſatis perfectus. *nam quæritur, vtrùm perfectior poſſis facere; ne incipiat* ſatis perfectus *minus ſignificare.* VNA excidia.] *Sub Laomedonte ab Hercule, vnum excidium viderat. &* ἐμφατικῶς *dixit,* excidia. SVPERAVIMVS.] *ſuperuiximus.* SIC ô, ſic poſitum affati diſcedite corpus.] *Senſus talis eſt: Præſtate vos mihi funebre ſolatium, id eſt, affamini me vt dici mortuis ſolet, Vale, vale, vale. vnde:* Et magnâ ſupremũ voce ciemus. *Nam ideò, & po*ſitum *&* corpus, *dixit.* Mortẽ *autẽ ego manu hoſtis inueniã.*
C *Nam hic ordo eſt: Ego inueniam mortem manu hoſtis; ille miſerebitur, & petet exſuuias.* Miſerebitur *verò, dixit, affectu eius, qui cupiebat interimi: vt eum hoſtis quaſi miſeratus occideret. Sic in Nono Aeneidos, mater Euryali:*

Aut tu ſumme pater diuûm miſerere, tuoq;
Inuiſum hoc detrude caput ſub tartara telo,
Quãdo aliter nequeo crudelem abrumpere vitam.

Item: Vos ô potiùs miſereſcite venti. EXSVVIASQVE petet.] *Quaſi obiectio; Sed ſpoliatũ linquet cadauer. & reſponſio:* FACILIS iactura ſepulcri.] *Aut ſecundùm Epicureos, qui dicunt, nil ſupereſſe poſt mortem. aut hoc dicit; Facilis ſepulturæ iactura eſt, quam poteſt ruina præſtare.* ANNOS demoror.] *Quaſi feſtinantes diu viuendo detineo.* FVLMINIS afflauit ventis, & contigit igni.] *Tria ſunt fulminum genera: eſt quod afflat, quod incendit, quod findit. de hoc autem ſiluit. Fulminatus eſt autem Anchiſes: quia ſe cum Venere concubuiſſe iactabat. Sanè afflati tactiq; dicuntur, capti membris: vt eſt;* Cùm tactus eſſet ille, qui hanc vrbem condidit Romulus. Afflauit ventis, *benè; qui ſcit, non iaci fulmina, niſi cum flatu ventorum. Vt:* Treis imbres torti radios, treis nubis aquoſæ Abdiderat, *&c.* NOS contrà.] *Præpoſitiones vel aduerbia in a exeuntia, modò producunt vltimam literam; excepto Puta, & Ita: quia apud Ennium & Pacuuium breuia ſunt. Hinc eſt, quòd etiam numerorum nomina indeclinabilia a producunt: vt,* Triginta magnos voluendis menſibus orbes. *Alia verò, quæ declinantur, breuia ſunt; ſecundùm rationem nominum in a exeuntium.* EFFVSI lacrymis.] *pro, effuſi in lacrymas.* OMNISQVE domus.] *Modò familia, aliâs domicilium: interdum reuerâ domus.* MORTEM opto.] *Contra fatorum vim, & matris auxiliũ.* MENE.] *probata pietatis filiũ. Nã pronomina habẽt vim ſuam, nonnunquam & emphaſim: vt,* Cantando tu illum? POSSE.] *Plus eſt, quàm velle.* NEFAS.] *Scelus.* EXCIDIT.] *Bene excuſat patrem, dicendo,* excidit: *& ipſam temperat obiurgationem.* IVVAT.] *delectat.* PATET iſti] ἀπὸ κοινοῦ *eſt, pro* iſtic. *pronomen enim eſſe non poteſt: quia non præcedit nomen.* MVLTO Priami de ſanguine] *Quaſi bis ſanguinem fuderit Priamus: quia & filium eius Pyrrhus occiderit.* NATVM ante ora patris] *His rebus terret eum, qui nõ poteſt mortem timere.* OBTRVNCAT.] *obtruncare conſueuit.* HOC.] *ideò.* QVOD.] *propter quod.*

SISTAM.] *ducam te tutum ad domum.* DIRÆ facies.] *Iunonis, Palladis, Neptuni, Iouis: quæ apparuêre, diſcedente fulgore Veneris.* AC veluti.] *ſic Græci fauentibus dijs, euertêre Troiam, vt ruſtici ornum.* DVCENTE deo.] *numine Veneris. Licinius Caluus,* Pollentemq; deum Venerem *dixit. & alibi Vergilius:* Nec dextræ erranti Deus abfuit. *In Cypro eſt ſimulacrum Veneris Barbatæ. & apud Silium.* Deus *eſt fœminæ intrinſecus enuntiatum.* RECEDVNT] *à me.* MONTIS.] *ſcilicet ad Idam montem.* ABNEGAT.] *Anchiſes nolebat viuere, exciſâ Troiâ.* SOLIDÆ.] *firmæ.* VOS.] *qui iuuenes eſtis.* SVPERAVIMVS.] *ſuperſtites fuimus, & ſuperuiximus.* SIC poſitum.] *præſtate mihi funebre officium: & vbi effati eſtis vltima illa verba, quæ dici ſolent mortuis diſcedite.* Vale vale, *ſunt vltima verba; & indè ilicet clamat ſacerdos.* HOSTIS miſerebitur.] *ſenectutis meæ; & occidet me. hæc eſt bona miſeratio.* PETET exſuuias.] *hoſtis.* FACILIS iactura.] *pro nihilo reputabo, ſi fuero inſepultus.* VENTIS.] *halitu, ſpiritu. Cùm Anchiſes iactaret, ſe cõcubuiſſe cum Venere; fulmine ferè combuſtus eſt: ſcilicet, cùm fulmen totum afflauit. Non debui ampliùs viuere, ex eo tempore, quo fulmen me afflauit.* ET ferre.] *pro, efferre.* HOCCE.] *interrogantis eſt.*

DESCENDO, ac ducente deo.] *In veteribus aliquot* VAR. Lect.
libris, Ducente deâ, *legitur. In Donatiano,* Deſcendo abducente deâ. AST vbi iam patriæ.] *In Mediceo libro,* Atq; vbi, *legitur.* FACILIS iactura ſepulcri eſt.] *In omnibus ijs lib. quot præ manibus habui,* ſepulcri, *abſque verbo* eſt *ſcriptum animaduerti.* AVT quæ iam fortuna dabatur.] *In antiq. aliquot lib. legere eſt,* Aut mihi quæ fortuna? PATET iſti ianua letho.] *In Mediceo libro, & aliquot alijs antiquis, legere eſt* Iſtic *aduerbialiter.*

DIXERAT, & ſpiſſis noctis ſe condidit vmbris] *Non dixit,* receſſit; *ſed, ſe ipſis noctis vmbris condidit.* APPARENT diræ facies, inimicaque Troiæ Numina magna deûm.] *Diræ facies: quæ, quid peſſimi ſtudij animo gererent, vultibus teſtarentur. Apparent & ea, quæ nullius oculis videbantur, ſolus, matre meâ ſuffragante, cernebam numina magna deûm. potiora numina ipſa debemus intelligere, quæ ſuperiùs ſpecialiter dicta ſunt.* TVM verò omne mihi viſum conſidere in ignes Ilium, & ex imo verti Neptunia Troia.] *Quando non tantùm Græcos; verùm etiam potiores deos vidi noſtris rebus infeſtos: tunc magis probaui, illa quoque, quæ ſuperant, eſſe peritura.* AC veluti ſummis antiquum in montibus ornum, Cùm ferro accîſam, crebriſque bipennibus inſtant Eruere agrico-

POM. Sabi.

Digitized by Google

gricolæ, certatim illa vſque minatur, Et tremefacta comam concuſſo vertice nutat; Vulneribus donec paulatim euicta, ſupremùm Congemuit, traxitque iugis auulſa ruinam.] *Omnis ipſa comparatio emiſſa eſt: vt oſtenderet, quanta vi ciuitas cum ſuis opibus concidiſſet.* DESCENDO, abducente deâ.] *In domo enim Priami dixerat ſe fuiſſe conſtitutum, & in ſummâ eius parte: vnde ſe & præcipites dederant, aut tradiderant flammis. idcircò iratus dixit;* Deſcendo abducente Deâ *: vt voluntate matris abductus, & perſuaſione receptus.* FLAMMAM inter & hoſtes Expedior: dant tela locum, flammæque recedunt.] *Quid enim dea, vel maximè propter filium, complere non poſſet, quæ dixerat :* Nuſquam abero, & tutum patrio te limine ſiſtam? AST vbi iam patriæ peruentum ad limina ſedis, Antiquasque domos.] *Ecce completum eſt promiſſum matris: tutus Aeneas peruenit ad patriam domum.* GENITOR, quem tollere in altos Optabam primum montes, primumque petebam, Abnegat exciſâ vitam producere Troiâ, Exiliumq; pati.] *Ipſe, inquit pater meus, quem primum, hoc eſt, ante omnes, liberare cupiebam, & primum ad montium tuta transferre. Bis dixit* Primum *; vt plenum erga patrem monſtraret affectum. Negauit, ſe velle viuere poſt excidium Troiæ: faciens comparationem præſentium & futurorum, meliusq; eſſe diſſerens, in cineribus patriæ mori, quàm prolixitate vitæ ad peiora perferenda conſulere. Dicit iam patris ſui verba: quibus, velut iuſta prætendens, nolebat abſcedere.* VOS ô, quibus integer æui Sanguis, ait, ſolidæque ſuo ſtant robore vires, Vos agitate fugam.] *Fugiant, inquit, quibus offert iuuenta ſuffragium; & qui longum viuendi ſpatium ſperant: qui laborem ferre non alienis, ſed proprijs adminiculis poſſunt. ipſi enim nouerat ſe defecturum. Hæc omnia, quæ ſibi deerant, & ſupererant alijs, dixit. Tacuit tamen multa vitia ſenectutis ſuæ; quæ fuerant in aperto: & complexus omnibus, quæ in iuuenibus non deerant, dicit partes ſuas. Ego fugere non debeo, nec poſſum; nec ad fugiendum habeo voluntatem. Aetas tulit, quòd poſſem forſitan velle: tenent me extrema patriæ; & futura terrori ſunt.*

DONAT. ME ſi cœlicolæ voluiſſent ducere vitam; Has mihi ſeruaſſent ſedes.] *Apertâ, inquit, coniecturâ colligo, inuiſum me eſſe numinibus. Si enim vellent me adhuc viuere; ſeruaſſent ſeni patriam ſedem: quem conſtat locum mutare non poſſe.* SATIS vna ſuperque Vidimus excidia, & captæ ſuperauimus vrbi.] *Scelus eſt, patriam vidiſſe pereuntem: & dolor immenſus, quòd poſt eius adhuc interitum viuimus, & adhuc de viuendo cogitamus.* SIC ô, ſic poſitum affati diſcedite corpus.] *Non dixit, hominem viuum; ſed corpus: vtpote eius, qui non viuendi, ſed moriendi deſiderio duceretur.* IPSE manu mortem inueniam: miſerabitur hoſtis, Exſuuiasque petet. facilis iactura ſepulcri eſt.] *Reſpondit omnibus, quæ ſibi obijci è diuerſo potuerunt. Aut ego me, inquit, occidam: aut non deerit, qui feriat. &, ſi, miſericordiâ ductus, ſolas exſuuias tollet; vel ſi remanſero inſepultus: iactura iſta me non ſolicitat. Facilè enim contemnetur, quod poſt exitum vitæ non ſentit exanimus.* IAMPRIDEM inuiſus diuis, & inutilis annos Demoror; ex quo me diuûm pater atque hominum rex Fulminis afflauit ventis, & contigit igni.] *Olim eſt, inquit, quòd cupio mori, primâ exſiſtente fulminis causâ; quâ debilis factus, dijs aduerſis, fruſtra moror in luce. quod vel nunc faciendum eſt, poſt Troiani imperij perditum florem.* TALIA perſtabat memorans.] *Perſtabat, inquit, talia memorans.* FIXVSQVE manebat.] *Fixus, hoc eſt, immobili ſententiâ.* NOS contrà effuſi lacrymis.] *Cùm adhuc loqueretur; nos contrà dolores noſtros lacrymis vberrimis teſtabamur.* CONIVNXQVE Creuſa.] *Nec tantùm nos; verùmetiam coniunx mea Creuſa.* ASCANIVSQVE, omnisque domus; ne vertere ſecum Cuncta pater, fatoque vrgenti incumbere vellet.] *In obſtinatione ſenis, tractabamus omnes, & ipſius caſum, & periculum noſtrum. Fugiendum quippe fuerat. hoc prouenire ſinè ipſo non poſſet: remorari ſinè periculo quomodo poſſet, vbi malum euidens fuit? Idcircò flebamus: ne ille, in eâdem ſententiâ perdurans, conſentiret aduerſæ fortunæ; & ſe, & omnes nos, faceret interire. Ex illius igitur voluntate, ſalutis omnium ſtatus ratioq; pendebat. cum ipſo enim fuerat moriendum; quem dimittere non licebat. Sed ille, quem fixum tenuerat vna ſententia, qui conſentiebat fatis noſtris in extrema vergentibus, voluntate ſuâ noſtra iuuabat aduerſa. non mei, non nurus ſuæ, non nepotis, non omnium, largiſſimis fletibus flexus, in eâ mentis obſtinatione permanſit; negauitq; ſe velle viuere, poſt excidium patriæ.* Rurſus in arma feror, mortemque miſerrimus opto. NAM quod conſilium, aut quæ iam fortuna dabatur?] *Tali exſiſtente patris mei ſententiâ: cùm fugiendi ſpes concidiſſet: rurſus ad arma conuerſus ſum. Nam quid erat in tali causâ faciendum: niſi vt id facerem, quod auerſa fortuna dictabat? Armabar, inquit, mortem potiùs exoptans: quoniam oppreſſo tantis cladibus vita diſplicebat.* MENE efferre pedem, genitor, te poſſe relicto Sperasti? tantumque nefas patrio excidit ore?] *Inuidioſa quidem dictio; ſed plena pietatis, & ex affectu religioſo deſcendens: habens in pronominibus grauiſſimum pondus, & ſatis validum, & in ipsâ breuitate retinens latiſſimam cauſæ rationem. In pronominibus ſic:* Méne, *inquit, &* te. Méne, *hoc eſt, filium tuum; cuius pietatem officijs religioneq; optimè comprobaſti.* Te, *qui ſis pater meus: qui benè noſti, quid parentes debeant liberis; quid filij parentibus: te, qui præter naturalem affectum ſis ſenex; ſis vitio corporis impeditus: te, quem amauerim ſemper, ſemperq; coluerim. Deinde, ipſa cauſa quàm grauis, quàm impietatis criminibus plena? Abire ſinè patre; abire ſinè autore propriæ ſalutis: relinquere ſenem ac debilem, illo tempore, atque illo loco, vbi hoſtis victor fuerat; ſuperq; diſcrimen, vbi flammæ; vbi ſuperant gladij, vbi mors, aut deteſtanda captiuitas imminebat.* Méne, *inquit, abiturum ſinè te ſperaſti, optime pater; aut aliquò pedem moturum? Et potuit tibi venire in mentem; tam dirum, tamq; impium nefas potuiſti cogitare, quod abhorret à moribus meis? Potuiſti ore paterno promere, quod me faceret parricidam?* SI nihil ex tantâ ſuperis placet vrbe relinqui, Et ſedet hoc animo, perituræque addere Troiæ Te quoque, nosque iuuat; patet iſti ianua letho.] *Artificioſa dictio, ſatisq; ſubtilis. Conſentire ſe ſimulat eius voluntati: & tamen hunc vehementiſſimè tenet, ne in eâdem creſcendi prauitate perduret. Si hoc, inquit, placuit ſuperis, vt de magnâ vrbe nullæ reliquiæ ſuperſint; idq; & tu probas, quod aduerſarijs gratum eſt: non deeſt omnibus nobis occaſio moriendi, cùm fiat iſtud cum hoſtium voto.* IAMQVE aderit multo Priami de ſanguine Pyrrhus, Natum ante ora patris, patrem qui obtruncat ad aras.] *Quia contempſerat ſenex & debilis ſalutem ſuam: non eum tantùm fore periculum dicitur; ſed, propoſito exemplo de filij quoque morte, terretur: ne fortè hoc genere poſſet inflecti. Cumq; hoc aſſeritur; etiam illud proculdubiò intelligi poteſt: non ſolùm interitus ſui Anchiſen admoneri; verùmetiam filij, nurus, & nepotis: ne fortè tot neceſſitudinum periculo frangeretur. Datur interea exemplum crudeliſſimi hoſtis, & eius qui diuina & humana iura deſpiceret: datur exemplum perſonæ hoſtilis, & vltra hoſtilem modum ſæuientis: datur & factum. Iam, inquit, aderit Pyrrhus, poſt effuſionem recentem ſanguinis Polytæ & Priami. Nouit ille ordinem feriendi: nouit, quemadmodum patres liberorum funeribus affligat: nunquam ille percutit patres; niſi priùs cecidiſſe viderit liberos ſuos: ille, nec occaſionem faciendi perdit; nec loca, in quibus faciebat, habitâ conſideratione diſcernit: totus intentus in factum, perficit cædem: etiamſi ſacer locus ac venerandus occurrat. Aliam in matrem quoque inuidiam concitat; ſaluâ*

quidem

A *quidem materni nominis reuerentiâ. Hoc, non vt ingratum ostendat filium, sed vt terrore patris accumulet.* HOC erat alma parens, quòd me per tela, per ignes Eripis, vt medijs hostem in penetralibus, vtque Ascaniumque patremque meum, iuxtaque Creusam, alterum in alterius mactatos sanguine cernam.] *Versa sunt, inquit, in perniciem meam, mater, beneficia tua.* Quid prodest, *quòd euasi gladios, & tutus transiui per flammas?* Quid prodest, *quòd ad sedes nostras incolumis, te auxiliante, perueni? Cur sum redditus dulcibus conspectibus patris? Non amor est iste: sed imminens supplicium. Video patrem meum in conspectu meo occidi. Videbo cædi pignora mea, & effundi omnium sanguinem simul, simulq; misceri, confusaq; in vnum corpora funeraq; prosterni. Perdidi in aduersis grande commodum, miser. Potui nescire, quod timeo.* Quòd posuit, Cernam, *ad omnia pertinet; ac per hoc non semel accipiendum est, hoc modo: vt medijs hostem in penetralibus cernam, vtq; Ascanium cernam, patremq; meum cernam, iuxtaq; Creusam cernam, mactatos cernam, alterum in alterius sanguine cernam. Aliud de hinc genus terroris adiungit: ne fieri posset, vt suam pater mutaret aliquando sententiam.*

NVSQVAM abero.] *Conueniet, si cui in rebus omnibus suppetitas pro viribus nostris pollicebimur.* SEDIBVS hæret in ijsdem.] *In eum, qui nihil promouet; sed indoctus, ignauus iuxtà semper manet. In eos etiam torquebitur, qui in ijsdem semper senescunt studijs: veluti si quis, neglecto quæstuoso legum studio, assiduè poëtas euoluat: quid ad farinas?* ADR. Bar.

SER. ARMA, viri, ferte arma.] *Notant hoc Critici: quia sæpiùs armari aliquos dicit: cùm exarmatos nusquam ostendat. qui nesciunt, non omnia à poëtâ (vt suprà diximus) dici debere. nam & diem describit; nocte non* B *præmissâ. Superfluè enim dicuntur ea, quæ necesse est fieri. Quis enim domum ingressus, non arma deponat?* REDDITE me.] *quia retinebatur. Et ideò ait,* Sinite. DANAIS.] *quibus me sustulit mater.* INSTAVRATA.] *renouata.* PENDEBAT.] *offerebat; sed non manibus eum gestans.* SI periturus abis.] *Argumentum* Δίλημμα*, id est, complexio: quæ aduersariū ab vtráq; parte concludit.* EXPERTVS.] *Quidā participiū præteriti tēporis, vim p̄sentis habere volunt: quia præsens deficit.* TVTARE domū.] *hoc est, cui defensori relinquimur.* CVI paruus Iulus.] *Interrogantis est. & simul epitheto commēdat ætatem.* CONIVX quondam tua dicta relinquor.] Quondam, *aut aliquando significat; quasi nunc vxor non sit, quæ relinquitur: aut certè.* Quondam semper *significat: vt in Georgicis;* Vt quondam in stipulis magnus sinè viribus ignis. *Et est sensus: quam semper coniugem nominasti. Haberi enim quæuis poterat; nominari non nisi nobilis.* SVBITVM.] *pro,* Su- C bitò: *aduerbium est temporis secundum veteres.* MANVS inter.] *Mutauit accentum præpositio postposita. Sanè* Inter *plerunq; præponitur; sed raró apud Vergilium: vt,* Hunc inter fluuio Tiberinus amœno. *Bonâ autem œconomiâ ad Iulum venit; dicens, eum fuisse inter manus parentum, hoc est, inter complexus: non enim possumus eum illo tempore portatum dicere; quem, post septem annos, legimus & venatum iuisse, & bella tractasse.* MIRABILE monstrum.] τέρας *est, dictum à monstrando, id est, monendo. & refertur ad præsens eius significatio.* Prodigium *autem est, quod in longum tempus dirigit significationem.* LEVIS.] *pro leuiter.* FVNDERE lumen apex.] *Sytonius tria genera pileorum dixit, quibus sacerdotes vtuntur: apicem, tutulum, galerum. Sed apicem, pileum sutile, circa medium virgâ eminente: Tutulum, pileum lanatum, metæ figurâ: galerum, pileum ex pelle hostiæ cæsæ. sunt autem, in his versibus, infinitiui pro indicatiuis. Propriè dicitur* apex, *in summo flaminis pileo virga lanata, hoc est, in cuius extremitate modica lana est: quod primùm constat apud Albam Ascanium statuisse. Modò autem, pro summitate pilei intelligimus. Tangit autem, vt frequenter diximus, latenter historiam. hocq; de igni, ad Seruium Tullum pertinet. nam cùm Tarquinius Priscus cepisset Otriculanam ciuitatem, ex captiuâ quadam in domo eius natus est Seruius Tullus Hostilius: qui cum obdormisset, caput eius subitò flamma corripuit. quam cùm vellent restinguere; Tanaquil, regis vxor, auguriorum, prohibuit. flamma puerum cum somno deseruit, vnde intellexit, eum clarum fore vsque ad vltimum vitæ. Sanè peritè* Lucem *dixit: non vt in septimo;* Tum fumida lumine fuluo Inuolui. *Nam & illic quidem splendor est: sed cum fumo, qui semper causa lacrymarum est. In Ascanio autem solus ostenditur splendor.* CIRCVM tempora pasci.] *crescere: vt,* Sacrum tibi pascere crinem. *Sunt autem infinitiua pro indicatiuis.* FVNDERE.] *lambere, pasci: historico more.*

Ascaniumq;, patremq; meum, iuxtaq; Creusam,
Alterum in alterius mactatos sanguine cernam?
Arma, viri, ferte arma: vocat lux vltima victos.
Reddite me Danais, sinite instaurata reuisam
Prælia: nunquam omnes hodie moriemur inulti.
Hîc ferro accingor rursus; clypeoq; sinistram
Insertabam aptans; meq; extra tecta ferebam.
Ecce autem complexa pedes in limine coniux
Hærebat, paruumq; patri tendebat Iulum:
Si periturus abis; & nos rape in omnia tecum:
Sin aliquam expertus sumptis spé ponis in armis;
Hanc primùm tutare domum. cui paruus Iulus,
Cui pater & coniux quondā tua dicta, relinquor?
Talia vociferans, gemitu tectum omne replebat:
Cùm subitum dictuq; oritur mirabile monstrum.
Namque manus inter, mœstorumq; ora parentū,
Ecce leuis summo de virtute visus Iuli
Fundere lumen apex, tactuq; innoxia molli
Lambere flamma comas, & circùm tēpora pasci.

ARMA, viri.] *quia deposuerat arma, cùm fuit ingressus domum. Mihi non placet. Peregrinantes arma ponunt. Existimo quod dicat: Ferte arma in hostes: non quòd habuerint arma in manibus; sed iubet ferre in hostes: vel more militari. Milites ponunt arma, cùm ingrediuntur etiam in ipsá pugnâ tentoria, & tuguria.* INSERTABAM.] *videndum, an insertaris, an insertas.* LVMEN apex.] *Sumptum hoc è vitâ fortè Seruij Tulli: cuius pueri admodum caput arsit in domo Tarquinij Prisci. Mihi nó placet. Tanaquil noluit restingui, vt dicemus in 6. Ignes enim, qui repētini apparēt, sacri putātur.* POM. Sabi.

NVNQVAM omnes hodie moriemur inulti. *In Med. lib. & aliquot antiquis,* Nusquá, *habetur.* HIC ferro accingor rursus, clypeoq; sinistrâ Insertabá] *In antiquis exēplaribus legere,* Hinc ferro accingor rursus, clypeumq; sinistræ Insertabá. TECTVM omne replebat.] *Veteres aliquot libri,* Repleuit *legunt.* CVM subitū, dictuq; oritur mirabile monstrū.] *Veteres aliquot libri,* Subitò *habent.* TACTVQVE innoxia molli Lambere flāma comas.] *In antiquis aliquot libris,* Mollis *legitur.* VAR. Lect.

At in literis nostris, Cn. Vatienum prodit historia, qui sinistræ manus digitos, ne bello Italico militaret, absciderat, bonis publicatis, æternis vinculis puniendum, senatusconsulto esse sancitū. Vsu verò scuti, eo facto, is se priuâsse videbatur, quòd sinistrâ manu capi solitū, Aelianus testis est, qui ait: Scipionē, ostentanti affabre scutū militi, dixisse; Non in leuâ, sed in dextrâ, homini Romano spé ponendā. *Et Plin. lib. 33.* Qui annuli vsum primus instituit, cunctanter id fecit, læuisq; manibus ac latentibus induit: cùm, si honos securus fuisset, dextrâ fuerit ostētādus. Quòd si impedimētum potuit in eâ aliquod intelligi, etiam insertorij vsu argumentum est, maius in læuâ fuisse, quâ scutum rapitur. *Hactenus ex Plinio. Hermolaus tamē, vndecunq; vir doctissimus, eum locum ita restituendum opinatur: vt nūc* consertoris vsu, *nunc* sartoris *reponat; lectione publicâ (quam tamen non vt idiographam semper probamus)* CAEL. Rhod.

expunctâ; & verbo eo bellatorem intelligat: vt in iure manu consertum, apud Ciceronem & Gellium. Nam & desertores, à scutiieiectione, rhipsaspides græcè nominantur. Sed quid, in Plinio luxandum, mutandúmue est nihil? vt insertorium accipiamus, scuti lorum, annuli vice: inter quod & ipsum scutum insertamus manum. vnde apud Vergilium:

—Clypeoq; sinistram
Insertabam aptans.—

Vt ea sit vocis huius desinentia, quæ in hostorio est, & amatorio. Signat autem hostorium, radium siue instrumentum, quo raduntur mensuræ. vnde etiam prouerbium: Sine radio cumulare, seu absque hostorio: quod est affluenter & vltra mensuram congruere. Plautus:

Dij, deæq; omnes, tantam nobis lætitiam,
Tot gaudia sinè radio cumuletis.

Insertorium, Græci telamona vocant: vt apud Homerum Iliad. 2.

Ἱδρώσει μέν τευ τελαμὼν ἀμφὶ στήθεσφι
Ἀσπίδος ἀμφιβρότης.

Quanquam videtur poëta idem, operis eiusdem. lib. 23. ensis lorum etiam appellâsse telamona. Vt sic, vnde propendet scutum, etiam dicatur telamon. Sed & lineamenta concerpta, vulneribus peraccommoda, Herodoto dicuntur telamones, vel fasciolæ potiùs: quibus oblesa membra obligari solent. Nam Vitruuio imagines hominum, columnas ædium fulcientes, aut ipsa ædificia, Atlantes dicantur græcâ voce. Latinâ verò, Telamones. Nam Seruius grammaticus scribit, Nilum Latinè Melonem dici, Atlantem Telamonem. Id cur ita, ignorare se, Vitruuius ingenuè fatetur.

Arma viri, ferte arma, vocat lux vltima victos. REDDITE me Danais, sinite instaurata reuisam Prælia: nunquam omnes hodie moriemur inulti.] Vt, cùm videret filium in pericula rediturum, amplecteretur consilium fugæ, ait: Ferte arma; hoc est, venite mecum armis vestris instructi. VOCAT lux vltima victos.] iam nos vocat finis vltimus vitæ: vt non pugnaturi pergere, sed morituri viderentur. Ait ergo, ad tantam necessitatem cogimur, aduersante fortunâ, quasi redeuntes in bella victi, hostem possimus superare victorem. REDDITE me Danais, sinite instaurata reuisam Prælia.] Cupio, inquit, me repræsentare certamini. Posset dici, ad quam spem? respondit ipse: NVNQVAM omnes hodie moriemur inulti.] Non ait, vt vincam; sed, ne omnes inulti pereamus: non tantùm ipse, qui bellum repetiturus fuerat; verùm etiam remansuri, Anchises, Ascanius, & Creusa. HIC ferro accingor rursus, clypeoque sinistram Insertabam aptans, meq; extra tecta ferebam.] Cùm ne his quidem dictis moueretur, inquit, animus patris: cœperam processurus armari. Iam induebam scuto humerum meum: iam cœperam extra limen exire: simul faciens vtrunq;. Hoc enim properationis necessitas exigebat: vt non stans, sed ambulans, armaret. Accingor dixit, instruor. ECCE autem complexa pedes in limine coniux Hærebat, paruumq; patri tendebat Iulum.] Repentè, inquit, emergens vxor, in ipso limine me tenuit exeuntem: & ne minoris meriti prærogatiuam haberet apud virum, paruulum Iulum offerebat patri. Non dixit, Mihi; sed, Patri: vt, si maritum non flecteret precibus suis; patrium tamen moueret affectum. Ambos proinde ostendebat inutiles, ambos imbelles: se mulierem, & illum puerum: vt ætatis ratio, vel sexus, reuocaret instantem. Quanta autem rogantis vxoris necessitas fuit, quando ad pedes meos decidens, atq; ipsos, quibus egredi poteram, suppliciter retinebat: non respiciens meritum suum, nec matrimonij decus, nec nomen vxoris; offerens commune pignus oculis meis? Videamus, quid sit, quòd nondum plenè armatum, quòd in limine, quòd pedibus complexa impedit properantem, quòd efferebat filium patri. hæc enim sequentia prodiderunt, non frustra fuisse perfecta. Significabatur quippe auspicijs, nó futurum, quod arripuerat vel Anchises, vel Aeneæ desperantis intentio. Arma pleniùs suscipere potuit, nec limen exire, impediti sunt coniugis complexibus pedes, quibus properabat ad bellum. A Faciebat hoc, persona mulieris domesticæ, imbellis: faciebat vxoris, quæ matrimonij nexibus reuocabat exeuntem. Offerebat paruulum filium: per quem factum est, vt omnis Aeneæ difficilis & duræ mentis atq; constricta obstinatio superaretur. Post hæc confecuta sic vox (debemus inserere) fuit chara, vtilis, necessaria, atq; honesta, & ad persuadendum vehementissimè accomodata: SI periturus abis, & nos rape in omnia tecum: Sin aliquam expertus sumptis spē ponis in armis; Hanc primùm tutare domū. cui paruus Iulus, Cui pater, & coniux quondam tua dicta, relinquor?] Considera, ait, quo loco, quo sis nos tempore relicturus: cui, cùm omnes nos imbelles dimiseris, traditurus. Cùm dicit Cui, hostem proculdubiò significat. Facit autem ordinationem personarum admirabilem. Relinques, inquit, filium paruum; relinques debilem patrem: relinques vxorem. se tertio loco, hoc est, nouissimo, posuit. aut enim, post filium & patrem, amari vxorem putauit: aut, verecundiæ causâ noluit se præponere patri vel filio: aut ordinatione; quod existimauerat potius in affectu apud virum, debuit vltimum constituere, ne B personarum sequentium vinceretur affectu. Tractabatur enim, ne in captiuitatem venirent: in quâ peior est conditio fœminarum; vel maximè in causâ coniugij. Demq; hoc dixit: Et coniux quondam tua cui relinquor? Abhinc vxor tua non ero; si cœptis tuis perseueranter institeris. SI periturus abis; & nos rape in omnia tecum: Sin aliquā expertus sumptis spem ponis in armis; Hanc primùm tutare domum. Cui paruus Iulus, cui pater, & coniux quondam tua dicta relinquor?] Si tædio infelicium rerum mori disponis occumbere; simul tecum pergamus vniuersi. vnus exitus premat, quos idem deuinxit affectus. sit felix interitus noster: vt, cùm omnes absumpserit lethum, non exstet, qui alterum gemat. non remaneat superstes quispiam nostrûm. Ad plura supplicia ærumnarum remedium, est mortis occasio. Si pars ista complacuit; probo sententiam tuam. Si tu quoq; comprobes meam vt si aliquid prosperum speras; si felicioris reditus fiduciam geris; & hæc, quæ tuis humeris arma portantur, quiddam boni tuis nexibus spondent: prouidendum est primùm, vt in tutum redigas tuos; vt, cùm remeare cœperis domum, occurrant eò pignora tua. Sapientis est, mala præuenire consilio: ne exoriatur aliud, quod post victoriam plangas. C Quòd autem duo proposuit: vnum vult fieri; non alterum de duobus: scilicet, vt remaneret cum omnibus; quàm dimissis ad prædam improuidus exiret ad bellum. TALIA vociferans, gemitu tectū omne replebat.] Non tantùm vocibus dolores suos, verùm etiam gemitibus testabatur. CVM subitum, dictuq; oritur mirabile monstrum.] Talis est locus iste, qualis est:

Talia iactanti stridens Aquilone procella
Velum aduersa ferit, fluctusq; ad sidera tollit.

Item: Hęc dum Dardanio Aeneæ miranda videntur,
Dum stupet, obtutuq; hæret defixus in vno,
Regina ad templum, formâ pulcherrima Dido
Incessit, magnâ iuuenum stipante caterua.

Item: Talia fundebat lachrymans, longosq; ciebat
Incassum fletus; cùm sese à mœnibus heros
Priamides multis Helenus comitantibus offert.

Hanc dictionis artem, docente Vergilio nôsse & imitari debemus. Incerta enim & insperata loquentes, inueniunt, non exspectant verborum finem: sed media & imperfecta colloquia actus rumpunt. Dum igitur gemit Creusa, dum clamat, dum me, inquit, retinet: ecce exoriens subitum & mirabile monstrum, gemitus eius & clamores abrupit. NANQVE manus inter mœstorumq; ora parentum, Ecce leuis summo de vertice visus Iuli Fundere lumen apex, tactuq; innoxia mollis Lambere flāma comas, & circùm tempora pasci.] Verè ait, mirabile monstrum. Fiebant enim multa contra naturam rerum: vt humano de capite,

Digitized by Google

A pite, apice ipso incendij procederet lumen; nec tamen puerilles comas, perindeq; molles ac teneras, tempora quoq; ipsa percurrens, exureret, aut saltem leniter læderet: pasci quoq; illud incendium viribus suis non nutriri detrimentis aliens.

Nos pauidi trepidare metu, crinemq; flagrantem
Excutere, & sanctos restinguere fontibus igneis.
At pater Anchises oculos ad sidera lætus
Extulit, & cœlo palmas cum voce tetendit:
Iuppiter omnipotens, precibus si flecteris vllis,
Aspice nos, hoc tantùm: &, si pietate meremur,
Da deinde auxilium, pater, atq; hæc omina firma.
Vix ea fatus erat senior, subitoq; fragore
Intonuit læuum, & de cœlo lapsa per vmbras
Stella, facem ducens, multâ cum luce cucurrit.
Illam summa super labentem culmina tecti,
Cernimus Idæâ claram se condere syluâ,
Signantemq; vias: tum longo limite sulcus
Dat lucem, & latè circùm loca sulfure fumant.
Hîc verò victus genitor, se tollit in auras,
Affaturq; deos, & sanctum sidus adorat.
Iá iá nulla mora est: sequor, &, quà ducitis, adsum.
Dij patrij seruate domū, seruate nepotem: (est,
Vestrū hoc augurium, vestroq; in numine Troia
Cedo equidem; nec, nate, tibi comes ire recuso.
Dixerat ille; & iam per mœnia clarior ignis

SER. SANCTOS] religiosos. Non quos tunc sanctos sciebant, sed quos mox probarunt. OCVLOS ad sidera.] Contra opinionem Theocriti, qui eum cæcatum fuisse commemorat. SI flecteris.] Aut secundùm Stoicos loquutus est, qui fati asserunt necessitatem: aut, secundùm Epicureos, qui dicunt, deos non curare mortalia. ASPICE nos.] Quia intuentes dij iuuant. vnde: Atq; oculos Rutulorum reijcit aruis. & contrà: Diua solo fixos oculos auersa tenebat. ATQVE hæc omnia firma.] Secundùm Romanorum
B morem petit, vt visa firmetur. Non enim augurium vnū vidisse sufficit, nisi confirmetur ex simili. nam si dissimilia sint posteriora, soluuntur priora. vnde est: Quantum Chaonias aquilâ veniente columbas. Nam aquila sine dubio columbis plus potest. INTONVIT læuum.] sinistrum, prosperum: quia cœleste est, vt suprà diximus. Sinistrum autem, à sinendo dictum, quantum ad auguria pertinet; quòd nos agere aliquid sinat. Vnde alibi: Si quem numina læua sinant. Sinistras autem septentrionales esse, Augurum disciplina consentit: & ideò ex ipsa parte significantiora esse fulmina; quoniam altiora, & viciniora domicilio Iouis. MVLTA cum luce cucurrit.] Nunc theologicam rationem sequitur, quæ asserit, flammarum, quos cernimus, tractus, nimbum esse descendentis numinis. Alibi physicam: vt, Vento impendente videbis Flammarū longos à tergo albescere tractus. FACEM ducens.] lumē, quod vtiq; ex facibus nascitur. SVPERLABENTEM.]
C Quidam hoc verbum vnam partem orationis esse tradunt. IDÆA claram se condere syluâ.] Stellæ huius cursus significat, Troianos, conglobatos ad domum Aneæ, indè Idam petere. Quòd dicit, Multâ cum luce, ostendit claros. quòd, Signantem vias, scintillas quasdam dicit relictas; quæ ostendunt, remansuros in diuersis partibus socios. quòd, Longo limite, ostendit errorem. quòd Sulcum dicit, significat longum maris æquor arandum. & quòd ait Sulfure fumant, diuini ignis odor ostenditur. Ex fumo autem, mors Anchisæ cognoscitur; sicut oratio sequens indicat. VICTVS genitor.] A' pristino proposito recedens. SE tollit ad auras.] Verbum augurum; qui, visis auspicijs, surgebant è templo. vnde est extemplò aduerbium. AFFATVR'QVE deos.] agit dijs gratias. SERVATE nepotem.] à quo certa erat Romanæ prolis propagatio. AVGVRIVM.] exquisita deorum voluntas, per consultationem auium, aut signorum. VESTRO'QVE in numine Troia est.] in vobis habeo Troiam. propter illud: HAS mihi seruassent sedes. CEDO equidem.] Quasi dicat, licèt me sciam esse moriturum. Et bene, quod diuinauit Anchises, totum ei conceditur. COMES ire recuso.] tantùm ad solatium itineris; quippe moriturus. vt in Sexto Aeneas: Ille meum comitatus iter. Vult ergo Vergilius etiam Aneæ concedere patris peritiam. DIXERAT ille.] Hîc distinguendum. ET iam.] Dum negat, dum ostenduntur auspicia.

POM. Sabi. AT pater Anchises.] Scribunt multi, Anchisen cæcum fuisse, quod ex hoc non intelligimus. DA deinde augurium.] Anchises vates erat, & diuinādi peritus; vt Ennius ait:

Doctusque Anchisesq;,
Venus quē pulcra dearū
Fari donauit diuinū pectus habere.

Neuius belli Punici libro 1. Sic postquam aspexit in templo Anchisa, sacra immensa Penatum ordine ponuntur, immolabat auream victimam pulchram. Mos fuit auguribus, petere à Ioue firmari, quæ visa erant. non enim vnum vidisse satis est, nisi confirmetur. Augures aspiciebant Orientem. quæ videbantur è Septentrione, quæ superior pars est, prospera & fausta putabantur. Septentrio nobis est à sinistris, & ideò sinistra dicimus prospera. sic Dionysius libro secundo ait. Varro, libro sexto: Scæuola appellatus à scæuâ, id est, sinistrâ. Sinistra, bona auspicia existimantur. indè est, quod dicimus sæuum omen. OMINA firma.] Probus ait: Atq; hęc omina firma. nisi enim petijsset omina, nunquā cōfirmari optâsset. Et Apronianus auxiliū legit: vt sit, Da deinde auxilium pater, & firma omina. LÆVVM.] à sinistrâ parte Iupiter firmat augurium. STELLA facē.] Stella non cadit, sed lumen est à Sole tractum. Stella hæc caudata erat. Sunt & faces, quæ non emittantur, nisi cùm decidant. claras faces, vocant lampadas. Distat Fax à Bolide; quòd fax vestigia longa facit, priore ardente parte; Bolis verò, perpetua ardens, longiorem trahit limitem. SVLFVRE.] propter fumen. VICTVS.] firmato augurio. SIDVS.] id est, stellam.

VAR. Lect. ET cœlo palmas cū voce tetendit.] In libris aliquot antiquis, Ad cœlū palmas, legitur. TVM lōgo limite sulcus.] In plerisq; veteribus libris, Lumine, pro Limite, suppositū est. GENITOR se tollit in auras.] In libris aliquot antiqs, quippe Mediceo, & aliquot alijs, legere est, Ad auras. In alijs quibusdā, Ad aras. ET quà ducitis, adsum.] In aliquot antiquis libris, Quò legas: sed in pluribus, Quà.

NOS pauidi trepidare metu, crinemq; flagrantem Excutere, & sanctos restinguere fontib9 ignes.] Nos, inquit, hoc est, parētes. suprà enim dixit: Namq; manus inter, mœstorūq; ora parentū, Ecce leuis summo de vertice visus Iuli Fundere lumē apex. Nos ergo parētes, quibus in causâ filiorū etiā leuia & secura suspecta sunt, exagitabamus à crinib. flāmas, & sanctos ignes cōtrario vndarū elemento restinguere nitebamur: humano scilicet errore ducti, qđ diuinū fuerat, propè sacrilegis manibus appetētes. AT pater Anchises oculos ad sidera lętus Extulit, & cœlo palmas cum voce tetendit.] Interea, inquit, pater meus, penès quem sacrorum cœlestium plena scientia fuit, nobis inscijs omnium ignaris & trepidis, solus in lætitiam repentè mutatus est; tendēsq; ad sidera oculos ac manus, locutus est hæc: IVPITER omnipotens, precib9 si flecteris vllis, Aspice nos, hoc tantū: & si pietate meremur, Da deinde auxilium pater, atq; hęc omina firma.] Vsq; adeò bonū visum est patri meo, quod repentè monstratū esset, precibus Ioui effusis, cōfirmationē peteret factis. VIX ea fatus erat, senior, subitoque fragore Intonuit lætum, & de cœlo lapsa per vmbras Stella facem ducēs, multâ cū luce cucurrit.] Tantum, inquit, patris mei iuxta deorum cultum

...[illegible] fuit, vt, cum ipsa, deprecatione, esset auditus. nam & [illegible] lauum & stella, de cœli partibus lapsa, ostendit futuram lætitiam rerum, & rogantis preces auditas. Quod autem dixit Læuum, debet hoc prosperum intelligi: nam eius in hac causa est ratio. Læua, in alijs, contraria significantur. In sacris autem signis, idcircò prorspera accipiuntur, quæ sunt læua: quia sacrificantis vel precantis latus læuum, dextrum est eius, qui postulata largitur. HIC verò victus genitor se tollit ad auras, Affaturque deos, & sanctum sidus adorat.] Pater meus qui neque fletibus nostris dudum, nec precibus flexus est, his visis, assensus & victus est; & gratias egit superis: & reiectá priore sententiá, quòd nobiscum ire vellet, vltrò testatus est, dicens.

DON. IAM iam nulla mora est. sequor: & quà ducitis, adsum, Dij patrij.] Primùm dixit, sequor: & secundò quà ducitis, adsum: cùm primum sit, ducere; secundum, sequi. Sed ordinato sensu corrigitur, vt sit: quà me ducitis, sequor, dij patrij. SERVATE nepotem, Vestrum hoc augurium, vestroque in numine Troia est.] A vobis hoc augurium natum est: vestrum est, tueri quod agimus. CEDO equidem; nec, nate, tibi comes ire recuso.] Probaui, inquit, fugam tuam, fili, à deorum voluntate descendere; cedo potioribus; & ibo, quò volueris pergere: perseuerabo comes tuus; nec vsquam à tuá societate disiungar. DIXERAT ille; & iam per mœnia clarior ignis Auditur, propiusque æstus incendia voluunt.] Hæc loquutus est pater meus. sed in apertissimum discr men venisset; si exsisteret filij vlterior mora. nam crepitantium flammarum vicini sonitus, perueniebant ad aures nostras; & venire incendia æstus grauissimi, nunciabant. A

Auditur, propiusq; æstus incendia voluunt.
Ergo age chare pater, ceruici imponere nostræ.
Ipse subibo humeris; nec me labor iste grauabit.
Quò res cunq; cadét; vnū & commune periclum,
Vna salus ambobus erit. mihi paruus Iulus
Sit comes; & longè seruet vestigia coniux.
Vos famuli, quæ dicā, animis aduertite vestris.
Est vrbe egressis tumulus, templumq; vetustum
Desertæ Cerereris; iuxtaq; antiqua cupressus,
Relligione patrum multos seruata per annos.
Hanc ex diuerso sedem veniemus in vnam.
Tu genitor cape sacra manu, patriosq; penates.
Me bello è tanto digressum, & cæde recenti
Attrectare nefas; donec me flumine viuo
Abluero.
Hæc fatus, latos humeros, subiectaq;, colla,
Veste super, fuluiq; insternor pelle leonis;
Succedoq; oneri. dextræ se paruus Iulus
Implicuit; sequiturq; patrem nō passibus æquis.
Ponè subit coniux. ferimur per opaca locorum.
Et me, quem dudum non vlla iniecta mouebant

SER. PROPIVS'QVE.] Propter illud, Arboribusq; obtecta recessit. & est ordo: Incendia propiùs voluūt æstus, id est, calorem. vnde etiam Æstas dicitur. ERGO age.] Quia consensisti, & ignis propinquat. Age autem, modò non est verbum imperātis, sed hortantis aduerbium: adeò vt plerunq; Age facite dicamus, & singularem numerum copulemus plurali. CERVICI.] Ceruix cùm numero singulari dicitur, collum significat. si plurali vtamur, superbiam ostendimus: vt in Verrinis Cicero; Frangere ceruices. AMBOBVS erit.] Quomodo ambobus; cum dicat: Dextrâ se paruus Iulus Implicuit? Soluitur. Huiusmodi enim ætas in captiuitate solet recipi: vt alibi, Pueri & pauidæ longo ordine matres. Ergo ad filium, & ad patrē, potest referri. sed meliùs ad patrem: quia de Ascanio pòst loquitur. ET lōgè seruet vestigia.] Longè, valde: vt, Tyberinaq; longè Ostia. nam Longè non potest: quia sequitur, Ponè subit coniunx. Et benè ire singulos facit: scit enim, multitudinem facilè posse cōprehendi. Seruet autem, custodiat: vt, Et tantas seruabat filia sedes. vel, Seruantem ripas. VRBE egressis.] Hic ablatiuo iunxit: vt Horatius: Egressum magnâ me excepit Aritia Româ. Sallust. accusatiuo: vt, Raro egressa fineis suos. Ergo vtrumq; dicimus. TVMVLVS.] Modò, terra tumens; aliâs, sepulcrum. Prudenter autem circa turbatos pluribus vtitur præceptis: quia scit, esse timoris comitem obliuionem. TEMPLVM'QVE vetustum Desertæ Cereris.] Benè Cereris fanum facit esse ante vrbem, quæ dea rusticorum est. Et libratè Aeneas, & Cereris templum, & vetustum elegit: ad quod nec viris erat aditus, sicut hostes putabant; (nam Aeneas scit, antè esse profanatum) nec præda spe Græci poterant adduci. DESERTÆ Cereris.] Vtrùm à sacerdote; qui in Sexto extinctus inducitur: vt, Cererìq; sacrum Polybetem? an Desertæ belli tempore, propter decennalem obsidionem? an Dersertæ à filiâ: vt, Nec repetita sequi curet Proserpina matrem. IVXTAQVE antiqua cupressus.] Cupressum, arborē funebrē, bene ante templū Deæ lugentis esse confirmat. RELLIGIONE patrum.] timore. & est reciprocum. sic Terentius: Nam nihil mihi esse relligio est dicere, id est, metus. Item Vergilius contrà: Multosque metu seruata per annos. Connexa enim sunt, metus & relligio. vnde Statius: Primus in orbe deos fecit timor. CAPE sacra manu.] Non est dantis: sed hortantis, vt tollat: quia sequitur, Me bello è tanto digressum, & cæde recenti Attrectare nefas. scit enim, Græcos ex pollutione Palladij piaculum commisisse. B FLVMINE viuo.] semper fluenti, id est, naturali: vt, Viuoque sedilia saxo. Est autem augurale verbū. ABLVERO.] pro, abluam. LATOS humeros.] Aut more heroum se laudat: aut certè sternēdo latos facit. SVCCEDO'QVE oneri.] Figura est: vt, Succedunt muro, & flammas ad culmina iactant. IMPLICVIT.] Puerilem expressit timorē. PONE.] pòst. Sed loco tantùm, nō & tempori adiungitur. Et aduerbium est: atq; ideò vltima syllaba habet accentum. SVBIT.] sequitur. OPACA locorum.] Quia dixit: Arboribusq; obtecta recessit. Est autem hoc elocutio; vt strata viarum. ET me, quem dudum.] Naturalia plus timet. quia vir fortis & pius non timet bellicū timorē, sed naturalem. propter quod sequitur: Comitique onerique timentem. C

POM. Sabi. ERGO age.] quia iam cessisti, & ignis propinquat, propera. LONGE.] valdè. CVPRESSVS.] Piceæ & cupressus maximam religionem afferebant; & sic taxat. Silius Italicus, scribens venerationem templi, dicit, fuisse circa templum Iunonis piceas & taxos, quæ lugubres sunt. Vergilius ponit cupressum, quæ est sacra Diti; & funebri signo ad domos ponitur. HÆC fatus.] Aeneas fugit cum domo; vt Strabo meminit. Scepsi impetauit Scamandrius, filius Hectoris; & Ascanius, Aeneæ. Scepsius verò, Scepsin putat Aeneæ regiam fuisse; quæ media erat inter regionem illi subditam, & Lyrnessum; in quam ab Achille agitatus fugit. Sic loquitur Achilles:

Nonne memor, cùm te sequerer, mōtana pericli
Tu fugeres, cursuq; celer Lyrnesson adires.

Sunt qui dicant, Aeneam bello superfuisse; propterea quòd Priamo infensus esset. vt:

Hic odio Priamum regem indignatus habebat,
Quòd sibi pro meritis non impatiret honores.

Alij dicunt, Aeneam cum patre Anchise & filio enauigâsse, & habitâsse Olympum Macedoniæ; alij, Mantineam Arcadiæ, & Capuam condidisse, nomine cuiusdam Capys; alij, Egestam Siciliæ; & cum Elymo Troiano, Erycem & Lilybæum occupâsse; & fluuios circa Egestam, nominâsse Scamandrum & Simoentem: indè in Latium

Digitized by Google

A Latium profectum, iubente oraculo; permansurum, vbi mensas comederet. propè Lauinium accidit; quòd ingens panis pro mensâ appositus per imprudentiam fuit, & cum carne, quæ supra erat, absumptus. Homerus signat, eum imperij successorem in Troiâ remansisse, exstinctis Priamidis. vt: Iam Priami genus est miseratus Iuppiter; at nunc,

Imperium Troię Æneas violentus hebebat,
Et nati natorum, & qui nascentur ab illis,

Sunt qui scribant, Aeneam in Italia obijsse. Sunt & qui sic scribant: At genus Ænèæ cunctis dominabitur oris, Et nati natorum, & qui nascuntur ab illis. & de Romanis intelligunt. PELLE leonis.] Tractum est ab antiquis Heroibus, qui decoris & horroris gratiâ tegebantur pellibus ferarum.

VAR. Lect. QVO res cunq; cadet.] Vetera quædam exemplaria, Quo res cunque cadant, habent. MIHI paruus Iulus Sit comes.] In Donatiano lib. scriptum est, Mihi solus Iulus Sit comes. ME bello è tanto digressum.] Aliquot exemplaria vetera habent, Ex tanto. aliqua, sinè vllâ præpositione, Bello tanto, legunt.
B SVBIECTAQVE colla.] In antiquis aliquot exemplaribus, Proiecta legitur.

ERGO age chare pater, ceruici imponere nostræ; Ipse subibo humeris; nec me labor iste grauabit.] Ego, cùm viderem propinqua incendia, & patrem vix assensum; ne quo mutaret repentè sententiam; arripui optatum tempus. Pater, inquam, non tibi desunt meæ ceruicis obsequia; iam imponere humeris meis; pondus tuum deliciæ meæ sunt. faciet pietas leue, quòd putas esse grauissimum. sarcinam tuam libenter tolerabit affectus. QVO res cunque cadunt, vnum & commune periclum, Vna salus ambobus erit.] Aut vtrisq; prouenıet salus; aut vtrosq; finis inueniet. MIHI solus Iulus Sit comes, & longè seruet vestigia coniunx.] Omnibus, quæ obiectari possent, vltrò respondit. Potuit enim dicere Anchises; quomodo fugiam, & senectâ impeditus, & corporis causâ? huic rectè respondit: Ego te humeris meis feram. Potuit dici; te grauabit onus meum. ait; oneræ tui corporis non grauabor. Potuit dici; quid facies filio paruulo? quid facies vxori? Iuuabo, ait, filium meum, comitatu meo, & auxilio dextræ meæ; vxor gressus meos vestigiaq; sectabitur. Quòd ait; solus Iulus
C Sit comes, & longè seruet vestigia coniunx: consilij fuit, vt tutior fieret fuga. si enim plurimi congregarentur; non facilè latêre potuissent. Verùm, quia & suis consulere debuit; dat mandata cæteris; vt aliò fugam arripiant; sibiq; accurrant, ac ne fortè, errore ducti, ad aliorum tenderent gressum; hos euidentioribus præceptis instruxerit. Vos, inquit, famuli, quæ dicam, animis aduertite vestris. EST vrbe egresis tumulus, templumque vetustum Desertæ Cereris, iuxtaque antiqua cupressus, Relligione patrum multos seruata per annos; Hanc ex diuerso sedem veniemus in vnam.] Commendat mandata sua. naturâ enim serui mali sunt & negligentes; nec facilè his obtemperant, quæ iubentur. Considerans igitur tempus; & causam, ait; Quæ dico animis aduertite: hoc est, intentis animis audite, quæ sunt necessariò facienda. Posteaquam hoc dicto fecit attentos; illud, quod fieri oportebat, breuiter intimat. EST vrbe egresis tumulus, templumque vetustum Desertæ Cereris.] Sollicita & cauta mandata traditurus, & locum dicit, & loci nomen ostendit; & quæ eius dignitas fuerit, quæue in præsenti fortuna. arboris quoque signum, & genus, & antiquitatem, euidentissimè comprehendit: prorsus vt nihil dubij, nihil res maneret incerti. Vbi insinuauit hæc, dicit etiam causam, propter quam mandata ipsa præcesserant. Hanc ex diuerso sedem: hoc est, ex diuersis locis, vel itineribus, veniemus in vnum. TV genitor cape sacra manu, patriosque penates.] Dicit causam, propter quam deberet Anchises id facere. ME bello è tanto digressum, cæde recenti Attrectare nefas; donec me flumine viuo Abluero.] Docet homines poeta, quomodo se purgent, si cæde hominis aut alio genere fuerint fortè polluti. simul etiam excusat Aeneam; ne patrem suum superfluis videretur onerare: quem senem constabat & debilem; licèt ipse esset omnia suis humeris portaturus. HÆC fatus, latos humeros, subiectaq; colla, Veste super, fuluique insternor pelle leonis.] Et ad laudem fortitudinis suæ hoc Aeneas posuit; & ad meritum patris. Onus, inquit, patrium laturus, vestibus & leonis pelle humeros meos straui. Debuit enim cum commodo suo ferri; ne ingratum fieret, quod pleno reddebatur obsequio. SVCCEDOQVE oneri.] Straui, inquit, colla & humeros meos; & oneri successi.

DEXTRÆ se paruus Iulus Implicuit, sequiturq; patrem non passibus ęquis.] Dixit factum; dixit & causam. Tenebat mihi, inquit, manum filius meus, sequens me: & cùm deberet lateri meo inhærere, semper posterior fuit. non enim poterant patris fugientis gressus pueriles æquare: & in hoc laborem suum voluit demonstrare; vt vnum ferret, alterum traheret. Deinde personam coniungit vxoris. PONE, ait, subit coniunx.] vxor sequebatur omnes. FERIMVR per opaca locorum.] per loca scilicet, diuersis arboribus occupata. ET me, quem dudum non vlla iniecta mouebant Tela, neq; aduersi glomerati ex agmine Graij, Nunc omnes terrent auræ; sonus excitat omnis, Suspensum, & pariter comitiq; onerique timentem.] Non, inquit, quòd ipsas metuerê tenebras, solicitus fui; sed, ne de tenebris improuisus hostis emergeret. Cum solus, inquit, essem, & circumfusus hostis tegeret latera mea; nullo metu tangebar. sed, cùm affectibus meis librandis operam darem, resq; ipsa esset in manibus; non me hostilis aggressio; sed causa terrebat. Cùm enim turpe esset, metuere viro forti; excusationem necessarij timoris adiunxit: vt magis laudari debuerit, quia timuit; quàm si feriendi desiderio traheretur. COMITIQVE onerique timentem.] In singulari numero, non vnum comitem, intelligendum est; sed vtrumq: vt oneris significatio pertineat ad patrem; comitis ad vxorem. DON.

QVO res cunque cadent, vnum commune periclum.] Simillimum est illi apud Ciceronem; in eâdem es naui. Cui quoque prouerbio, Erasmus non improsperè subscripsit. ADR. Bar.

SER. GLOMERATI ex agmine.] Propter illud; Vndique collecti inuadunt. NVNC oẽs terrent aurę.] Hîc ostẽdit; viros fortes interdũ, pro ratione temporis & causarũ, debere et decere timere. SONVS excitat omnis.] consternat. SVBITO cùm creber ad aures.] ὑπερονεγία est. IAMQVE propinquabam portis.] Quomodo portis; si

Tela, neq; aduerso glomerati ex agmine Graij,
Nunc omnes terrent auræ, sonus excitat omnis
Suspensum, & pariter comitiq; oneriq; timentem.
Iamq; propinquabam portis, omnemq; videbar
Euasisse viam; subitò cùm creber ad aures
Visus adesse pedum sonitus; genitorq; per vmbrã
Prospiciẽs: Nate, exclamat, fuge nate; propinquãt:
Ardenteis clypeos, atq; æra micantia cerno.
Hîc mihi nescio quid trepido malè numẽ amicum
Confusam eripuit mentem. namq; auia cursu
Dum sequor, & notâ excedo regione viarum;
Heu, misero coniux fatòne erepta Creusa

ferimur per opaca locorum? Soluitur: Sed per opaca locorum, extra portas subit. Has autem portas dixit, quas acceperat, cùm colonia fieret. & honor est patriæ. Sulcus ducitur extra ciuitatem, ex terrâ aratro versâ, in omnium circuitu. Et à portando portæ appellatæ sunt. NATE.] Hæc singula pronuntianda sunt: quia perturbatis, ingit non datur

Substitit, errauit'ne via, seu lassa resedit,
Incertum: nec pòst oculis est reddita nostris.
Nec priùs amissam respexi, animumq; reflexi,
Quàm tumulũ antiquæ Cereris, sedemq; sacratam
Venimus. hîc demum, collectis omnibus, vna
Defuit; & comites natumq; virumq; fefellit.
Quem non incusaui amens hominũq; deorumq;?
Aut quid in euersâ vidi crudelius vrbe?
Ascaniũ, Anchisenq; patrem, Teucrosq; penates,
Commendo socijs, & curuâ valle recondo.
Ipse vrbem repeto, & cingor fulgentibus armis.
Stat casus renouare omneis, omnemq; reuerti
Per Troiam, & rursus caput obiectare periclis.
Principiò muros, obscuraq; limina portæ,
Quà gressum extuleram, repeto; & vestigia retrò
Obseruata sequor per noctem, & lumine lustro.
Horror vbiq; animos, simul ipsa silentia terrent.
Indè domum si fortè pedem, si fortè tulisset,
Me refero. irruerãt Danai, & tectũ omne tenebãt.
Ilicet ignis edax summa ad fastigia vento
Voluitur; exsuperant flammæ, furit æstus ad auras.
Procedo ad Priami sedes, arcemq; reuiso.
Et iam porticibus vacuis, Iunonis asylo,

tur oratio. PROPINQVANT.] *Non dicit qui; propter sequentem de Corybantibus œconomiam.* CERNO.] *Nonnulli quærunt, ex cuius personâ* Cerno *dictum sit: sed altiùs intuentes,* Cerno, *Aeneæ dant.* MALE' numẽ amicum.] *iratum: vt Statius* Malè fida carinis: *Non cum vtilitate meâ fauens vxori; quæ in numerum ministrarum Matris deûm relata est.* MENTEM.] *memoriam. vt paulò pòst;* Nec priùs amissam respexi. FATO'NE erepta Creusa.] *Ordo est: Fato erepta, substitit'ne, errauit'ne viâ. non enim dubitat, Fato esse sublatam, cùm audierit;* NON hæc sinè numine diuûm Eueniunt. NEC pòst oculis est reddita nostris.] *Cõstat hoc. nam vmbram eius vidit tantummodò.* HIC demũ.] *Hîc vna defuit. aliter vitium est.* NATVM.] *Qui, per ætatem, matri desiderare debuerat.* DEORVM'QVE.] *Hypermetrus versus est ideò: ne, si* deûm *p genitiuũ plurali diceret, ὑποτετράμετρον taceret.* VIDI crudelius.] *Bene his verbis cõmendat se futurus maritus.* VALLE recondo.] *Hîc iam ostenditur nimia multitudo.* ET cingor fulgentibus armis.] *Si armatus erat, quare* Cingor? *Soluitur: hoc ad scutum refertur idcircò; quia scutum non habebat: quia patrẽ & filium continuerat.* STAT.] *placet. vt,* Stat, *quicquid acerbum est, Morte pati.* OBSCVRA'QVE limina.] *Aut per noctẽ obscuram, aut certè limina postici dici.* QVA.] *pro, vnde.* RETRO obseruata sequor.] *relego, retrò sequor mea vestigia.* LVMINE lustro.] *oculos circumfero.* IPSA silentia.] *ipsa quæ terrere non debent, præcipuè inter hostes. Sed, vt diximus, naturalibus tantùm cedit.* SI fortè pedem, si fortè tulisset.] *Iteratione auxit dubitationem.* IRRVERANT Danai.] *quos Venus antè prohibuerat. vnde est:* Et ni mea cura resistat. ILICET.] *confestim. hoc significat &* ilicò. *sed metri ratione variantur.* SVMMA ad fastigia vento.] *qui auget flammas: vt,* Veluti cum flamma furentibus austris. Fastigia *autem, modò de summitate propriè dixit: alibi per contrarium de imo; vt,* Forsitan & scrobibus quæ sint fastigia quæras. *Indè est,* Cœlumque profundũ: *quasi cuius sit porrò fundum: quin cùm de imo, profundus: de summo, fastigium, dicatur.* PRIAMI.] *patris eius.* ARCEM.] *Ne vel illuc confugisset.* VACVIS.] *magnis. quippe illic erant omnia.* IVNONIS asylo.] *templo; vnde nullus posset extrahi ad supplicium. Dictum* asylum, *quasi asyrum. Hoc autem non est in omnibus templis; nisi in his, quibus consecrationis lege concessum est. Primò autem apud Athenienses statutum est, ab Herculis filijs; quos insequebantur ij, qui erant à patre ipsorum oppressi; sicut docet in Septimo Statius:*

Fama est, defensos acie post busta paterni
Numinis, Herculeos sedem fundâsse nepotes.

Hoc etiam Romulus imitatus est. vnde est:

Quem Romulus acer asylum
Rettulit: non statuit.

Dictum est autem, quasi sinè abstractione confugientium. σύρω enim, traho; καὶ συλῶ, sacra detraho, de sacris locis. Vel, quòd fugienti illuc spolia non detrahebantur. σῦλα enim, græcè, aut furta, aut spolia dicuntur.

POM. Sabi. EREPTA.] *Creusam amisit Aeneas.* ET cingor.] *Aeneas quia ferebat humeris patrem, & trahebat manu filium, posuerat arma: rursus induitur, & quæsitum it coniungi amissam.* STAT.] *placet, dolore amissæ cõiugis. ostendit ideo, & inquit: placet pati omnia acerba, & redire ad bellũ; ideò renouare casus.* LVMINE.] *oculis.* LVSTRO.] *circumeo.* TVLISSET.] *Creusa.* TECTVM.] *domus mea.* ILICET.] *statim.* ÆSTVS.] *ignis.* AVRAS.] *aërẽ.* ASYLO.] *Asylũ, templũ est, cõsecrationis lege cõcessum. dictũ à συλῶ, id est, spolio, aufero, aut violo: aut quia σῦλον præda est; indè asylũ, vnde præda nõ aufertur. Qui putãt dictũ, quasi* asyrũ, *mutatione* r *in* l, *errant. Primi Heraclidæ condidêre asylũ Athenis, sub titulo Clemẽtiæ. Romulus, fortè illos imitatus, inter Capitolium & Palatium, in sacro luco, quod querceium appellatur, Asylum condidit. Nunc loquitur de asylo Iunonis; quod ædificauit Ilus.* A B

VAR. Lect. STAT casus renouare omnes.] *Antiqui nonnulli libri* renouâsse, *præterito legunt tempore. Alij quidã,* Reuocare. *Sed omnes magis approbant,* Renouare. PROTINVS ad Priami sedes.] *In veteribus aliquot exemplaribus,* Protinùs *omnino habetur. plura tamẽ ex illis,* Procedo ad Priami sedes, *legũt. In Longobardico, lectio est huiusmodi,* Procedo, & Priami sedes arcemq; reuiso. *& ita habetur in Mediceo, & Porcio, & aliquot alijs antiquis.*

DON. IAM'QVE propinquabam portis, omnemque videbar Euasisse viam; subitò cùm creber ad aures Visus adesse pedum sonitus.] *Non dixit; audiui strepitum venientis alicuius. hoc enim, licèt falsò, videtur occurrere, quòd quispiam timet.* Iamque propinquabam portis, *ipse exponit quid sit. hoc est enim,* OMNEM'QVE videbar Euasisse viam; cùm creber ad aures Visus adesse pedum sonitus. Genitorque per vmbram Prospiciens; Nate, exclamat, fuge nate; propinquant; Ardentes clypeos atque æra micantia cerno.] *A contrario dixit, senem aliquid vidisse per tenebras; cùm etiam per diem tardos prorsus, aut propè nullos, habere possit obtutus. sed dixit speciem; quæ magis per tenebras facilimè videatur.* ARDENTES clypeos, atq; æra micantia cerno.] *& Aeneam pauidum, & Anchisen metuentem expressit. Quòd autem ait,* Propinquant; *illud voluit ostendere, quod reuerà certissimum est. Omnis enim flamma per tenebras propior videtur, quàm est. accessit & metus, & fecit angustiorem proximitatis æstimationem; certè quæ pulcrè ipsum fecit longiùs videre, quòd consultò vitari debuisset. fuit enim in summo: liberumq; ei fuit, non vadentem pedibus suis, quò vellet, oculos torquere & flectere.* HIC mihi nescio quod trepido malè numen amicũ Cõfusam eripuit mentẽ.] *Malè, amicum numen, inimicum numen accipiunt. Id putamus* malè, amicum *esse, quod vno tempore aduersa prosperis miscet; vt in præsenti factum est. Malè amicum exstitit iuxta Aeneam: quia facilitatem præbuit exeundi; & non vidit vxorem.* Amicum *igitur dici non potuit: quia non seruauit vniuersos.* Inimicum *dici non potuit: quia præstitit beneficium. Dictum ergo propriè* Malè amicum; *vt puta quod in altero malum; & bonum in altero comprobatum est.* CONFVSAM eripuit mentem.] *Culpam perditæ vxoris per negligentiam suam, iustis allegationibus pur-* C

Digitized by Google

A *bus purgare cõtendit, vſus moralitate pleniſſimâ. Quãdo enim vitio noſtro actus noſtri aduerſo exitu concidunt; culpatur numen, quo nos dicimus regi. Neſcio quod, inquit, malè amicum numen mentem meam, multis cogitationibus confuſam, præripuit. Ecce addit aliam excuſationem. ipſum enim deum dicit alienationem mentis idcircò attuliſſe; quòd hanc ipſam inuiſſet confuſio conſiliorum omnium, quæ veniebat ex diuerſis & innumeris cauſis. Purgauit etiam hoc genere perditæ vxoris culpam; ab omni ſe reprehenſione diſſoluens, quã premi potuit: vtpote qui neſcierit, quando, vel quo genere perdidiſſet vxorem.* NAMQVE auia curſu Dum ſequor, & notâ excedo regione viarũ.] *Dum, inquit, fatis proſpero, oppreſſionem hoſtilem metuens; dum auia magis teneo; dum formido longã viam, quã gradiendi vſus hominibus fuit; dum iter ſector, quod fugientibus cõgruit:* HEV miſero cõiunx, fatone erepta, Creuſa Subſtitit; errauítve viã; ſeu laſſa reſedit, Incertũ.] *Ecce iterum negligentiã ſuam fatis adſcribit. Dicit, fuiſſe incertum, nec iudicari potuiſſe; vtrùm vxor fatis inuidentibus rapta eſſet, an erráſſet. dixerat enim, ſinè viã ambulamus: ne laſſa forſitan reſediſſet. quia dixit,* Currebam, *cùm Anchiſes clamaret,* Fugite. *Omnia*
B *autem culpæ eius fuerunt: quia non poſtremus ibat; ſed primus. Potuit enim, aut ſedentem opperiri; aut laſſam iuuare.* NEC pòſt oculis eſt reddita noſtris.] *Non dixit; non illam vidi pòſt: ſed, cùm eam reſpicere vellem, non eſt reddita oculis meis.* NEC priùs amiſſam reſpexi animumq; reflexi, Quàm tumulum antiquæ Cereris ſedemq; ſacratã Venimus.] *In tali cauſã quid faciendum ſit, Vergilius dicit. pars tertia perierat; euaſerant duæ. Numquid in medio itinere, in periculo euidenti, in tenebris, & ſinè ope cuiuſquam, patrem ſenem ac debilem, & paruum filium, relinquere debuit, & perditam quærere? ſub incertâ ſpe non fecit; ſed vxoris inquiſitione dilatâ potiùs, quàm reiectâ primò duobus conſuluit.* Venimus, *inquit, ad deſtinatum locum.* HIC demum collectis omnibus, vna Defuit; & comites, natumque virumque fefellit.] *Vidi, inquit, quod animum meum inſaniã duriſſimi doloris accẽderet; ſolam ſcilicet defuiſſe coniugem meam.* QVEM non incuſaui amens hominumque deorumque?] *Dolore, inquit, nimio inſanire cœpi, in tantum; vt, perdito ſtatu mentis, omnes homines incuſarem, & vniuerſos irreuerentibus verbis appeterem deos: calamitatis illius reos detinens cunctos; qui ne vnum quidem potui reperire tractando. Tantus apud me vxoris perditæ gerebatur affectus; vt omnia illius temporis ad-*
C *uerſa ſuperauerit. Tantã fui poſſeſſus amentiâ; vt illis quoque maledicerem; quos veneror ſemper, & competenti deuotione ſuſpicio. Ecce & confeſſus, & purgauit crimen: habet enim veniam, quicquid admittitur per furorem.* ASCANIVM, Anchiſenque patrem, Teucroſque penates Commendo ſocijs, & curuâ valle recondo.] *Vbi loci ſecreto, & ſociorum defenſione, tuti eſſe potuiſſent; ſcilicet multitudinis fiduciã.* IPSE vrbem repeto, & cingor fulgentibus armis.] *Ecce affectus puri & honeſti matrimonij, & perditæ vxoris dolor. Decreui, inquit, ob inquiſitionem dilectæ coniugis, duo contraria ſequi: vt redirem ad vrbem, ex quâ difficulter euaſeram; ſubirem iterum caſus adhuc ſæuientis fortunæ, & periculorum omnium ſortem, nouatis laboribus, experirer.* STAT caſus renouare omnes, omnemque reuerti Per Troiam, & rurſus caput obiectare periclis.] *In illo interea furore nõ conſiderans, quid illo in reditu ſaluti meæ poſſit accidere, hæc tranſegeram mecum; vtpute amens, ad omnes euentus confirmatã ſententiã.* CINGOR fulgentibus armis.] *Secundi contrarij definitio. Parum, inquit, fuit, remeare ad patriam; ſumpſi quoq; arma fulgentia; quæ me in tenebris cateruis hoſtium proderent potiùs, quàm tutum defenſumq; præſtarent.* PRINCIPIO muros, obſcuraq; limina portæ, Quà greſſum extuleram, repeto: & veſtigia retrò Obſeruata ſequor per noctem, & lumine luſtro.] *Propterea eãdem viã, quã venerat, fuit ei redeundum: quia ſuſpicione illã ducebatur, ne ſubſtitiſſet laſſa; aut certè reſediſſet.* Obſcura limina portæ, *hoc eſt, in abditã parte conſtituta. ſicuti in alio loco dixit;* LIMEN erat, cæcæq; fores. Et veſtigia retrò Obſeruata ſequor per noctem & lumine luſtro.] *Veſtigia quomodo per noctem ſecutus ſit, ipſe exponit. In ipſis, inquit, tenebris noctis: quia fuit lumen ex flammâ ardentis patriæ. Conſiderabam veſtigia; ne tranſitus eius colligi potuiſſet. Fuiſſe autem lumen ex flammis illã nocte, & alio loco poſuit, dicens:* Sigæa igni freta lata relucent. *Radiata enim incendij lumine relucebant. hoc eſt, ſplendore ſuo accepto per flammas, reddebant aliud lumen.* HORROR vbique, animos ſimul ipſa ſilentia terrent.] *Plus me, inquit, ſilentia terrebant; quàm nox & ſolitudo. Ecce animus timentis. ſuprà dixit, omnes terrent auræ:* Sonus excitat omnis ſuſpenſum. *hic rurſus dixit, ſe etiam ſilentia timuiſſe.* INDE domum, ſi fortè pedem, ſi forte tuliſſet, Me refero. irruerant Danai, & tectum omne tenebant.] *A portã, inquit, perrexi ad domum; ne illò ſe forſitan contuliſſet; ſed ingredi non potui. omnem eius hoſtis tenebat, aut flamma. Inferiora hoſtis; ſuperiora verò tectorum ſæua incendia poſſidebant.* Procedo. *hoc eſt, progredior & vlteriùs accedo.* ET Priami ſedes arcemque reuiſo.] *ne illa ad domum patris ſui, aut ad munitum aliquem locum ſe contuliſſet.*

STAT caſus renouare omnes, omnemq; reuerti Per Troiam, rurſus caput obiectare periclis.] *Hoc dicet, qui periclis, quæ ſemel expertus eſt, iterum obijcere ſeſe conſtituit: vt quis iterum nauigare decreuerit, facto antè naufragio.* IPSA ſilentia terrent.] *Qui ſignificabit, inſolitum vſpiam ſilentium eſſe ſibi ſuſpectum, atque ob id ſe timere inſidias, adducet illud,* Ipſa ſilentia terrent. ADR. Bar.

Cuſtodes lecti, Phœnix & dirus Vlyſſes,
Prædam adſeruabant: huc vndiq; Troia gaza
Incenſis erepta adytis, menſæq; deorum,
Crateresq; auro ſolidi, captiuaq; veſtis
Congeritur: pueri & pauidę longo ordine matres
Stant circũ, [& tacitis implent mugitibus auras.]
Auſus quinetiam voces iactare per vmbram,
Impleui clamore vias, mœſtusq; Creuſam,
Nequicquã ingeminãs, iterumq; iterumq; vocaui.
Quærenti, & tectis vrbis ſinè fine furenti,
Infelix ſimulacrum, atq; ipſius vmbra Creuſæ
Viſa mihi ante oculos, & notâ maior imago.
Obſtupui, ſteterũtq; comæ, & vox faucibus hęſit.
Tùm ſic affari, & curas his demere dictis:
Quid tantum inſano iuuat indulgere labori,
O' dulcis coniux? non hæc ſinè numine diuùm
Eueniunt; nec te comitẽ hinc aſportare Creuſam

SER. PHOENIX.] *Achillis magiſter.* HVC.] *Pro, illuc.* GAZA.] *cẽſus, Perſarũ linguâ & eſt numeri ſingularis tantùm.* MENSÆ'QVE deorũ.] *Poſtquã exceſſere oĩs adytis.* CRATERES'QVE auro ſolidi.] *qui ſunt vel inaurati, vel laminis tecti, vel incruſtati.* CAPTIVA'QVE veſtis. *Pro, captiuorũ. et eſt nota eloquutio.* LONGO ordine.] *lõgâ multitudine, vt in Sexto:* Vnde oẽs longo ordine poſſet, Aduerſos legere: *cũ non dicat, per ordinẽ.* AVSVS.] *Quia inter hoſtes.* VOCES iactare.] *Quæ cõtrariæ ſunt latère cupienti. & inquirẽdi officiũ ad vocẽ trãſtulit, ꝓpter noctẽ. ibi enim voce opus eſt, vbi viſus nõ ſuppetit.* VOCES verò; quia Iterũq; iterũq; vocaui. TECTIS.] *ꝓ tecta. & eſt ἀντίπτωσις.* INFELIX ſimulacrũ.] *Mihi; nõ ſibi. vt,* Quæ potui infelix? *Per ſimulacrũ autem, ἀθανασίαν oſtendit: quia ſimulacra, deorũ ſunt; vmbræ, inferorum; animæ, quæ cœlum petunt. Sic Vlyſſes, in Homero, apud inferos vmbram Herculis cernit: quia poſt mortem vmbra inferos.*

Fas:haud ille finit superi regnator Olympi.
Longa tibi exsilia,& vastũ maris æquor arandum.
Ad terram Hesperiam venies;vbi Lydius,arua

inferos; animæ cœlum petunt. τὸν δὲ μετ᾽ εἰσενόησα βίην ἡρακληείην εἴδωλον: αὐτὸς δὲ μετ᾽ ἀθανάτοισι θεοῖσι τέρπεται ἐν θαλίῃς, καὶ ἔχει καλλίσφυρον ἥβην. MAIOR imago.] *Quia vmbra maior est corpore.* TVM sic affari.] *Infinitiuus modus pro indicatiuo. Et hic versus in plerisq; dicitur non fuisse.* QVID tantum.] *Consolatio est. sequitur etiam diuinatio, quæ animis liberatis corpore cõceditur. Vnde etiam morientibus datur: vt,* Nec longũ lætabere:te quoq; fata Exspectant paria. INSANO.] *magno: vt,* Insani feriant sinè littore fluctus. *Aut* Insano, *sinè ratione.* INDVLGERE.] *vel, permittere: vel, operam dare: vt,* Indulgent vino. SINE numine diuûm.] *sinè fati necessitate: vt, enim Statius dicit,* Fata sunt quæ dij fantur, vel quæ indubitanter eueniunt. NEC te comitem hinc asportare Creusam.] *Hic versus caret scansione: vnde multi* Hinc, *multi* as *syllabã, detrahunt. Si tamen vis fidè seruatã hunc scandere, fiat cõuersio: vt,* Eueniunt,nec te hinc cõmitem: *& potest scãdi per synalœpham. Aliter nec eclipsim, nec hiatum, nec synalœpham recipit. Et* Asportare *bene dixit: non enim Vergilius sinè ratione* As *ponere potuisset. Et haud temerè* Asportare *dixit, clàm deportare. nã quid ibidẽ faceret* As, *quæ syllaba quæstionẽ in scansionem facit? & Cic. ait, in primo lib. Verrinarum:* Non te ex Sicilia literas in Verrem deportare velle arbitrabãtur: sed, ꝙ ijsdem literis illius prætura & tua quæstura consignata sit, asportare te velle ex Siciliã literas suspicãtur. FAS.] *pro fato. Quia sequitur:* Regnũq;, & regia cõiunx Parta tibi. CREVSAM.] *Quia latina declinatio est; latinus erit accentus.* ILLE.] *superfluum hoc loco pronomen.* OLYMPI.] *Cur in penultimã accentus sit, manifesta est ratio apud Latinos: quanquã Græci discretionẽ velint per accentum facere, montis & cœli; quod superfluũ est.* LONGA tibi exsilia.] *subaudi, obeũda.* ARANDVM.] *Quia legimus,* Subtrahiturq; solũ: *non immeritò dixit nũc,* Arandum. HESPERIAM.] *Sequenti epitheto Italiam ab Hispaniã segregauit, quæ & ipsa Hesperia dicitur.* VBI Lydius.] *Thuscus. Dictus Lydius, à fratre Tyrrheni: Thusci enim, à Lydis originẽ ducũt. nam Lydus & Tyrrhenus, duo fratres, cùm eos prouincia vna nõ ferret, sorti miserunt; vt diuisis copijs proficisceretur vnus, ad nouas sedes quærendas. profectus Tyrrhenus est, qui ex suo nomine Thuscos Tyrrhenos vocauit.* Lydia *autem dicta est, in quã frater remanserat. vnde nunc traxit, vt* Lydium *diceret.* Thusci *autẽ, à frequentiã sacrificij dicti sunt, hoc est,* ἀπὸ τοῦ θύειν. *Constat namq;, illîc à Tage aruspicinam repertam: vt Lucanus meminit:* Sed conditor artis Finxexerat ista Tages. *& alibi:* Hæc propter placuit Thuscos de more vetusto Acciri vates.

POM. Sabi. ADVTIS.] *religione templorũ.* MATRES.] *captiuæ.* AVSVS.] *in medijs hostibus ausus fui clamare Creusam.* MAIOR.] *nam vmbra maior verò semper est.* HÆSIT.] *non potuit loqui.* AFFARI.] *visa est vmbra.* ASPORTARE.] *est vi & clàm portare. Fata repugnabant: ideò asportare.* LYDIVS Tybris.] *id est, Thuscus. In Mæoniã Asiã dicunt regnãsse Atym; sub quo magna frugum penuria fuit: statutum, vt datã sorte diminueretur populus, cõtigit sors Lydo, eius filio; qui in Italiam nauigauit. dubium, an habitauit in Vmbriã; an in Hetruriã. De Tyrrheno & Lydio varia, quæ traduntur, dicemus suo loco.*

VAR. Lect. OBSTVPVI, steteruntq; comæ.] *Multi libri antiqui,* Steterunt, *habent.* TVM sic affari.] *In antiquis libris,* Tunc *habetur.* Non hæc sinè numine Diuûm Eueniunt, nec te comitem hinc asportare Creusam FAS.] *In lib. aliquot antiq.* Nec te Comitem asportare Creusam Fas. *Nam asportare, etiam absq; aduerbio locali* hinc, *per se plenum satis esse videtur.* AD terram Hesperiam venies.] *In vetustis aliquot exemplaribus,* Et terram Hesperiã *legitur.* LENI fluit agmine Tybris.] *in lib. aliquot peruetustis, pro* Leni, Leto *habetur.* A

DON. ET iam porticibus vacuis, Iunonis asylo, Custodes lecti Phœnix & dirus Vlysses Prędã seruabant.] *Inuenio seruari iam prædam in porticibus vacuis, hoc est, à bello iam immunibus. Prædarũ enim cõgestio ostendebat, certamen quod fuerat, esse confectũ.* Quòd *aũt posuit,* Iunonis asylo, *sic accipere potuit; vt inimica Iuno lætaretur, ante oculos suos esse proposita, quæ Græcorum victoriam testarentur.* HVC vndiq; Troia gaza Incensis erepta adytis.] *Hoc est, Troianæ diuitiæ incensis ereptæ adytis. Non dixit, sublata de templis; sed de ipsis ardẽtibus adytis, hoc est, penetralibus, raptæ. vnde apparebat, ipsa quoq; penetralia incendio, cum ipsis dijs, esse consumpta. Verùm quia generalitas, non tantùm indignitatem poterat demonstrare; fit per enumerationem specierum, vt sacrilegijs quæsita euidentiùs aperiret.* MENSÆ'QVE deorum.] *Quæ à diuinis honoribus, ad sceleratorũ iura transierant.* CRATERES'QVE auro solidi.] *Quos plena colẽdi deuotio fecerat: et copiosa substãtia nõ cælat, accurrẽte materiã; sed in solidũ fusa.* CAPTIVA'QVE vestis Congeritur: pueri & pauidæ longo ordine matres Stant circum.] *Singulari numero, nõ omnibus, sed singulis, absolutè respondit: vt sit;* Huc, *congeritur quicquid in diuersis speciebus fuit.* STANT circum.] *Non parum fuit, accessisse vsq; ad ipsum locum, vbi præda captiuiq; tenebantur: vbi, custodiendorum omnium causã, fuerant Phœnix & Vlysses dirus. Dicendo,* Dirus Vlysses, *talem ostendit etiã Phœnicem fuisse: ad vnum quippe officium, æquales moribus fuerunt deligendi.* AVSVS quin etiam voces iactare per vmbram.] *Licèt præsentibus exsecrandis custodibus, tamen, inquit, accessi: in tantũ, vt me constet & prædã vidisse cõgestam, & raptam considerãsse, & per species nouisse custodes. Ducebat enim amentia perditæ coniugis eò; vbi venire posset in manus eorum, qui misereri non possent. Hîc propè nullum esset Aeneæ meritum; si alia non addidisset. Per noctem quippe latẽre potuit, & occultatus tenebris non videri. Quinetiam, inquit, ausus sum voces iactare per vmbram. Quẽ subtrahebant oculis hostium tenebræ; prodere poterat sonitus vocis, cùm ad ipsorum peruenisset auditum.* IMPLEVI clamore vias.] *Augmentum dedit ipsi facto, dum dicit:* Impleui clamore vias. *Vno, inquit, in loco consistens, multas clamoribus meis vias impleui: hoc est, tam claras voces in doloribus meis emisi, vt etiam ad alias vias, hoc est, & ad alios vicos, vox mea si peruenisset, quasi in omnibus præsens clamarem. Alia potioris doloris demonstratio; quã purum & plenum mariti demõstrauit affectum.* C MOESTVS'QVE Creusam, Nequicquam ingeminans, iterũq; vocaui.] *Ne illam, inquit, fortè in longinquis partibus positam, generalis exclamatio mariti falleret; & ad aures eius, quamuis clara vox veniẽs, putaretur aliena; nomine eam proprio non timui vocare, Creusam sæpius repetens, quod ipsum quoq; plurimis vocibus & claris admodum, ac sæpius, & multis in locis repetitis, frustra est factum: nihil enim valuit prouenire, quod doloris mei flammas exstingueret.* QVÆRENTI, & tectis vrbis sinè fine furẽti, Infelix simulacrũ, atque ipsius vmbra Creusa Visa mihi ante oculos, & notâ maior imago.] *Ordinatur sensus sic: Infelix simulacrum, & vmbra Creusæ, & notâ maior imago, visa mihi ante oculos: vt* visa *neutro plurali dixerit: & non imago tantùm sit visa; sed omnia, quæ ibi erant.* Simulacrum, *generis neutri, & inferiore in parte similiter posuit, dicens:* Illîc res lætæ, regnumque, & regia coniunx Parta tibi: *quia fœminini generis duas species dixit; & neutrum in medio; idcirco omnibus neutro plurali respondit. Et multis alijs locis tali vsus est arte. Ille, inquit, fuit ad extremum mei laboris effectus, infelix; vt, pro incolumi, miseranda effigies*

Digitized by Google

A *figies eius, ac deformis occurreret. Oblatata est oculis meis; auctura potiùs, quàm remotura lacrymas meas. Occurrit deformis. Occurrit, quam mecum reuocare non possem. Hoc solum tamen inquirenti præstitit illa veniendo; vt saltem causas perditæ didicissem. Occurrit amplior forma, quàm cùm esset in luce. Occurrit talis, quòd mariti oculis placere non posset. Occurrit, quæ animum meum ingenti horrore confunderet. Denique, totus corporis mei vigor, repentino & insperato percussus aspectu, stupore succedente mutatus est. Obrigui omnibus membris. Vox dudum clara, cùm quærerem, hæserat & consumpta est. Tanta vis illius mali fuit; vt comæ quoque naturâ molles, prolixitate flexibiles semper, in ima deiectæ consisterent. Illa tamen, amissionis suæ intelligens causam esse silentium & stuporem meum, loquuta est ipsa. Ipsa. Idcircò oportet addi:* OBSTVPVI, steteruntq; comæ, & vox faucibus hæsit. Tunc sic affari, & curas his demere dictis: Quid tantum insano iuuat indulgere labori? O dulcis coniux: non hæc sine numine diuûm Eueniunt: nec te hinc comitem asportare Creusam Fas, haud ille sinit superi regnator Olympi.] *Locus iste necessariò missus est primùm: vt probaret Aeneas, neque*
B *se illam negligentiâ perdidisse; aut illam suo arbitrio maritum, aut filium, perdidisse: Creusamq; ipsam induceret consolantem. Illo quippe tempore, atque illo loco, quis consolari alius afflictum Aeneam posset; nisi ipsa vxor amissionis suæ redderet causas? & dolentem maritum, ab ipsis mœroribus, consolantis officio subleuaret? Ipsa igitur suscepit omnia: fabulam scilicet fortunæ suæ, solamen coniugis, & officium vatis. Quid, inquit, prodest, marite dulcis, quòd tantùm doloris tui furori consentis? Quid tibi doloris eiusdem labor inefficax quæsiturus est? Quod vides, deorum voluntate perfectum est. Debes æquo animo ferre, quod maior potestas inflixit: tolerare quintiam, quod non potest superari. mala omnia, ferendo potiùs, quàm resistendo, vincuntur. Coniugio nostro finem attulit profectio tua: quippe id superis placuit, vt hic relinqueres coniugẽ, & abiturus in alia tecũ non portares vxorem.* LONGA tibi exsilia, & vastum maris æquor arandum. Ad terram Hesperiam venies, vbi Lydius arua Inter opima virûm leni fluit agmine Tybris.] *Ad consolationem multiplicem pertinet, quòd ventura prænunciat. hoc enim genere iam probat, ad deorum se obsequia esse translatam. Nôsse quippe diuina non posset: nisi illam dij in affectum proprium recepissent. Quòd verò instruit maritum, & gnarum omnium facit, ac læta omnia promittit: euidentis cõsolationis augmentum est. Quòd ait;* Longa tibi exsilia, & vastum maris æquor arandum: Ad terram Hesperiam venies, vbi Lydius arua Inter opima virûm leni fluit agmine Tybris: *dura prosperis miscet. Erit tibi, inquit, perueniendi ad Italiam labor immensus, & pelagi prolixa transmissio: sed laboribus tuis læta succedent, terra fertilis, & Tybridis gratia. Describit & flumen ipsum, cum laude plenissimâ: & quod non nouerat, quasi nôsset, affirmat: edocens nihil esse, quod superos lateat, vel eos qui cum his commorentur. Laus interea fluminis illa est: quòd copiosus; quòd lenis; quòd in ipso aquarum redundanti tractu per agros vberatim fluens, nihil lædat.*

QVID tantum insano iuuat indulgere labori.] *Hoc versiculo monebitur quispiam, ne in laborando nimiùm sit vehemens. Nam, vt immodicum otium: ita labor quoque immodicus, valetudini inimicus est.* NON hæc sinè numine diuûm eueniunt.] *Si quem iudicabimus, ad amplissimas dignitates, vnius dei fauore, subuectum: appositè dicemus illud;* Non hæc sinè numine diuûm Eueniunt.

Inter opima virûm, leni fluit agmine Tybris.
Illic res lætæ, regnumq́ue, & regia coniux
Parta tibi. lacrymas dilectæ pelle Creusæ.
Non ego Myrmidonũ sedes Dolopúmve superbas
Aspiciam, aut Graijs seruitum matribus ibo
Dardanis, & diuæ Veneris nurus:
Sed me magna deûm genitrix his detinet oris.
Iamq́ue vale, & nati serua communis amorem.
Hæc vbi dicta dedit, lacrymantẽ, & multa volentẽ
Dicere, deseruit; tenuesque recessit in auras.
Ter conatus ibi collo dare brachia circùm,
Ter frustra comprensa manus effugit imago,
Par leuibus ventis, volucrique simillima somno.
Sic demum socios consumptâ nocte reuiso.
Atq; hìc ingentem comitum affluxisse nouorum
Inuenio admirans numerum; matresq́ue, virosq;,
Collectam exsilio pubem, miserabile vulgus.
Vndique conuenêre animis opibusq́ue parati,
In quascunque velim pelago deducere terras.
Iamq́ue Iugis summæ surgebat Lucifer Idæ,
Ducebatq́ue diem; Danaique obsessa tenebant
Limina portarum: nec spes opis vlla dabatur.
Cessi, & sublato montem genitore petiui.

312. LENI agmine.] *leni impetu vel fluore.* PARTA.] *an, parata; an, acquisita armis?* LACRYMAS dilectæ pelle Creusæ.] *meliùs ad posteriora referimus, vt dicat; Noli flere: Nec enim captiua sum. malè enim plerique dicunt, quia habes vxorem pa-*
C *ratam.* SERVITVM.] *vt seruiam: verbum finitum, & modus gerũdiuus est.* DARDANIS.] *Laus à maioribus.* VENERIS nurus.] *Laus à cognatione.* HIS oris.] *In quibus colitur plùs, quàm in Cretâ.* IAMQVE vale.] *Recedentis significatio est. vnde & de mortuis dicitur: vt,* Salue æternùm mihi maxime Palla. Æternumq́ue vale. NATI serua cõmunis amorẽ.] *Propter futuram nouercam commendatur Ascanius.* MANVS effugit imago.] *Quasi imago, quæ non tenetur. naturale enim est, vt non possit teneri. Nam quod in Sexto ait;* Da dextram misero; *auxilium significat.* SIMILLIMA somno.] *Sic Cic.* Similimum deo iudico. *nam genitiuo plurali superlatiuus debuit iungi.* SIC demum.] *nouissimè.* INVENIO admirans.] *Cum inuenissem, admiratus sum* EXSILIO.] *Ad exsilium Donatus contra metuum sensit, dicens,* ex Ilio, *quasi de Ilio: nam I longa est.* MISERABILE vulgus.] *Magnũ est, quod addidit* Vulgus. *sic Statius:* Vnde hoc examen, & vnà Tot miseræ. ANIMIS opibusq;.] *Et volebant, & poterant.* LVCIFER Idæ.] *Vt Troianis videtur. sic alibi:* Tibi deserit Hesperus Oetam. *Illinc enim oriri vel occidere putantur sidera: vnde videri vel incipiunt, vel desinunt. Hoc est autem, quod ei Venus promisit:* Nunquam abero. *Varro enim ait, hanc stellam Luciferi, quæ Venus dicitur, ab Aeneâ, donec ad Laurentium agrũ veniret, semper visam; & postquam peruenit, Venerẽ vidisse: vnde & se peruenisse cognouit.* DVCEBATQVE diẽ.] *Quia lucis est præuius.* SPES opis.] *ferendi auxilij; vel, ad cæteros liberandos, qui non fuissent occisi.* CESSI.] *Deest, igitur.* Cessi *autem, scilicet tantis difficultatibus vel malis. Et propriè cedere dicuntur, qui patriam relinquũt.* DON. ADR. Bar.

MONTEM.] *Vt ostendit Nono, Idam significat; vbi Vergilius inquit:*

Tempore quo primum Phrygiâ formabat ab Idâ
Æneas classem, & pelagi petere alta parabat.

AGMINE.] *impetu.* CONIVX.] *Lauinia.* LACRYMAS pelle.] *vetat lacrymas marito; quia non sit captiua.* DARDANIS.] *ex progenie Dardani: quia filia Priami.* GENETRIX.] *Cybele. Hoc propter Idam montem, in quo sacra Cybeles erant, translata à Dardano è Samothraciâ.* TER conatus.] *Ridiculũ est, dicere ter, vt intelligatur numerus perfectus. solemus loqui per numeros, & significare sæ-* POM. Sabi.

B piùs.

Digitized by Google

piùs. Hoc numero constituta vrbet antiquæ Græcorum. Alij dixêre ternarium: alij septenarium: & appellauêre hebdomaden, quia totidem erant planetæ: alij quaternarium, à quatuor mundi partibus: alij à 12. signis, duodenarium: alij quinarium. pleriq; verò, perfectissimum numerum in 19. posuêre. varia sententia est inter scriptores vt Gellius & Vitruuius apud nos disputant. Perfectiores numeri colliguntur esse, duodenarius & senarius. Vitruuius hinc lib. 4. ait: Antiqui perfectum numerum denarium esse voluêre: secuti naturam; quòd 10. digiti in manibus sunt, hinc Romulus annum 10. mensium fecit: hinc matronæ 10. mensibus lugebât amissos viros: hinc signatus nûmus in denos æris, denarius dictus: hinc decumanus vndarum maris fluxus. hic numerus placuit Platoni, vt perfectus esset: hic numerus ex singularibus rebus perficitur, decussis appellatur. hinc volebat partum esse 10. mense perfectum. In hunc numerum diuisêre mundum antiqui. hinc appellatæ à numero decuriæ & decuriones. hinc in castris, decumare: hinc decennale bellum Troianum finxêre. NVMERVM.] *Aeneas, cum rediyt ad socios, inuenit multos conuenisse illic.* LVCIFER.] *Describit diem. cùm sol in Ariete est, tunc videtur oriri è cacumine Idæ montis. Ergo & mense Martio direpta fuerit Troia. Lucifer præcedit solem manè. de eo diximus in Culice.* IDÆ.] *montis Troadis.* SPES vlla.] *redeundi & fugiendi versùs marè.*

VAR. Lect. TER frustra comprensa manus effugit imago.] *In vetustissimis aliquot Exemplaribus Vaticanæ bibliothecæ, & nonnullis alijs, præcipueq; in Long. & in Med.* Compressa *legitur. Neq; illud dissimulârim, esse veteres lib. in quibus* Compressa manu effugit, *absq; synalœphâ, legatur,* Par leuibus ventis, volucriq; simillima somno. *Non prætereunda fuit lectio Med. lib.* Par leuibus pennis, volucriq; simillima vento. ET sublato montem genitore petiui.] *Sunt qui* montes, *plurali numero, legendû asserant.*

ILLIC res lætæ, regnumq;, & regia coniunx Parta tibi.] *Illìc, inquit, amissa ac perdita recuperabis. Res lætæ, imperium, & coniugem regiam, hoc est, præstantem genere. Cùm autem dicit* regiam, *ostendit & diuitem. Interea, ne incerta, vel dubia, vel imparata promittere videretur, ait:* Quæ *tibi promitto iã parata sunt; præsentia tua necessaria est, vt ad illa peruenias. Hic & loquendi ratio discitur:* Res, *ait,* lætę, regnumq;, & regia coniux, *Posuit fœmininum plurale, & neutrum singulare, & rursum fœmininum singulare, & neutro plurali respõdit: vt sit, Res lætæ, regnum, & regia coniux, Parta tibi sunt.* Partum, *vel paratum accipiendum est: vel* partum tibi, *id est, tibi acquisitum laboribus alienis. Id aũt, quod Aeneam vel maximè gemere sciebat, nouissimè posuit: vt eum à dolore præsenti, nouæ coniugis promissione, transduceret. quod vsq; adeò artis plenissimum fuit; vt ilicò adnecteret personam suam, dicens:* LACRYMAS dilectæ pelle Creusæ.] *Hoc est dicere; cùm habeas destinatã matrimonio tuo; debes remouere lacrymas, quas propter me effundis. Addidit quoque argumentum consolationis, à comparatione descendens:* NON ego Myrmidonum sedes, Dolopumve superbas, Aspiciã.] *Ordinatur sensus sic: non ego Myrmidonum & Dolopum superbas sedes aspiciam.*

DON. AVT Graijs seruitum matribus ibo Dardanis, & diuæ Veneris nurus. Sed me magna deûm genitrix his detinet oris.] *nec te, inquit, frangat casus iste. In aduersis enim, quicquid acciderit, quod sæuiora depellat gratulandum est. Tenet me mater deûm; tenere potuerunt Myrmidonum & Dolopum matres. illa ad honorem retinet; illæ potuerunt retinere captiuam. Non ibo seruitum victoriâ exsultantibus: non videbo sedes hostium, vt cæteræ captæ, æternum seruitium pollicentes. cum eâ futura sum, ex quâ omnes dij gratulantur se esse progenitos: quam venerantur omnes, qui libenter potioribus deferunt. Non cecidit fortuna mea: nec debilitata succubuit.* DARDANIS & diuę Veneris nurus.] *præferentis animo positum debemus accipere, Myrmidonum Dolopûmve sedes.* A
AVT Graijs matribus ibo Seruitum.] *detrahentis animo dictum.* DARDANIS.] *laus communicata cum omnibus Troianis.* Diuæ *autem* Veneris nurus: *quæ fuit specialis illius. A personâ & loco traxit Græcorum obtrectationem. A personâ: Liberata sum, inquit, infimorum hominum captiuitate, & extremo seruitio. A loco: Non ibo ad Græcorum sedes; sed ero in originalibus locis, & cum deorum omnium matre. Tenet me illa, quæ omnes ratione nominis & potestatis antecenit.* IAMQVE vale, & nati serua communis amorem.] *Consolationem suam, filij commendatione conclusit. Potest videri ita dixisse. Habes filiũ nostrum: eius amorem serua; & amissionem meam leuius feres, & plurimum mihi detuleris. Potest & sic intelligi: (sciebat enim, quid inter cætera prædixisset) futurum scilicet, vt Aeneas habiturus esset coniugium nouum; quæsiturus sibi vxorem, filio nouercam. Hoc igitur metuens mater, nouissimè collocauit: vt hæreret altiùs paterno pectori, quod cupiebat esse seruatum. Non autem nouum suadebat affectum: quia se loqui sciebat cum patre; quia mortem filij iam tenebat in sensibus. ideóq; dixit: Serua amorem nati communis: quia poterat effi-* B
ci, vt, fauore viuentis & nouæ coniugis ductus, eius præponeret liberos filio ex priori coniuge suscepto. Temperauit ergo, vt diceret, Serua. *nec dixit apertè ei suspicionem suam; ne secùs sensisse videretur, & recessuri animum læderet.* HÆC vbi dicta dedit, lacrymantem, & multa volentem Dicere, deseruit, tenuesq; recessit in auras.] *Ingratum impium, ac sceleratam fuisset, si Aeneas ab vmbrâ vxoris silentio recessisset. debuit enim vel sua dicere, vel ad ea respondere, quæ audierat. Idcirco dixit: Dum lachrymas fundo; dum volo atq; dispono proferre, quæ necessariò fuerant dicenda, repentè discessit, ac volentem multa dicere deseruit. Posset enim mecum esse diutius, si exspectaret meum etiam ipsa responsum. Bene dixit; deseruit volentem loqui: non dixit; ego illam dimisi.* TER conatus ibi collo dare brachia circùm, Ter frustra compressa manus.] *propriè descripsit volentem amplecti, quod corporale non fuerat: sæpè esse frustratum, manusque sibi concurrisse frequentiùs; cùm non esset medium, quod tenere potuisset.* Effugit imago, par leuibus ventis.] *Fugit, inquit, vt ventus: crescit, vt somnus. More Sallustij dixit,* Conatus sum. *Ibi enim ponitur conatus, vbi effectus sequi non potuit.* SIC demum so- C
cios consumptâ nocte reuiso.] *Quantum se dixit laborâsse pro coniuge, in tantis discursibus & vigilijs, per totã noctem toleratis?* ATQVE hic ingentem comitum affluxisse nouorum Inuenio admirans numerum, matresq; virosq;, Collectam ex Ilio pubem miserabile vulgus Vndiq; conuenêre, animis opibusq; parati, In quascunq; velim pelago deducere terras.] *Cumq; hoc fecissem, multos, quos dimiseram, congestos inueni, volentes mecum ire, quò vellem. Adactus violentiâ superûm, non solùm se dicit necessitatẽ abscedendi habuisse, sed plurimos. Muniuit illam partem: ne videretur solus dimisisse patriam; si id nullus alius fecisse videretur.* IAMQVE iugis summæ surgebat Lucifer Idę, Ducebatq; diẽ.] *Nouâ descriptione vsus est diei nascentis. nam ante ipsam exoritur Lucifer: hũc in superna tendentem sequitur lux, quæ diem plenum producta confirmet. Videtur ergo Lucifer, non tantùm nuntius diei esse venientis; sed fidus quoq;, certusq; perductor.* DANAIQVE obsessa tenebant Limina portarũ; nec spes opis vlla dabatur.] *Posuit saluti suæ suorumq; contraria. vnum lucis, quæ retecta fuerat, quod velauerant tenebræ: aliud, quòd tenebant hostes omnes egressus, quæ res ostendebat victoriam esse confectam. Nullum etiam defensioni locum superfuisse. hoc fuit tertium, quod nulla esset spes commodi alicuius.* Cessi, & sublato montẽ genitore petiui.] *Ex plano, inquit, inutili, ad vtilia montium superiora conscendi. plenum excusationis*

A tionis in vltimo posuit verbū. Cessi constrictus, inquit, maiori violentiā, probatā mihi per Laocoontis exitium: per diligentiam matris, quæ mihi deos potiùs, quàm Græcos inimicos ostendit: per missum incendium ex filij mei vertice: per hortatum patris, & religiosas voces vxoris, & diuina quæ tradidit verba. Cessi potioribus: neq; enim debui vlteriùs niti, qui toties dijs repugnantibus frustra certaui. Plenè respondit interrogationi Didonis, quæ dixit; Narra mihi insidias Danaûm, casusq; tuorum, quod quia factum est, aggreditur alteram errores suos euidentissimè relaturus. Habet tamen etiam ipsa casusque tuorum: nam perdidit contagione socios, amisitq; patrem.

ÆNEIDOS LIBRI III.

Argumentum.

ΑΔΗΛΟΝ:

Tertius à Troiâ vectos canit æquore Teucros.

MODESTINI IVRISCONSVLTI, IN TERTIVM librum Aeneidos, Argumentum.

Post euersa Phrygum regna, vt fuga capta moueri,
Vtq; sit in Thracen primò deuectus, ibiq;
B Mœnia condiderit, Polydori cæde piata:
Regis & hospitium, & Phœbi responsa canebat,
Cœptum iter in Creten, rursus noua fata reperta:
Naufragus vt fuerit Stophadas compulsus ad vndas:
Indè fugam, atq; iterum enarrat præcepta Celæno:
Liquerit vtq; Helenum, perceptis ordine fatis.
Supplicem Achæmenidem, Polyphemo vrgente, recepit,
Amissumq; patrem Drepani, atq; hîc deinde quieuit.

P. VERGILII M. ÆNEIDOS LIBER III.

Postquam res Asiæ, Priamiq; euertere gentem.
Immeritam, visum superis, ceciditque superbum
Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troia:
Diuersa exsilia, & desertas quærere terras,
Augurijs agimur diuûm: classemque sub ipsâ
Antandro & Phrygiæ molimur montibus Idæ,
Incerti quò fata ferant, vbi sistere detur;
Contrahimusq; viros. vix prima inceperat æstas,
Et pater Anchises dare fatis vela iubebat.
Littora tum patriæ lacrymans, portusq; relinquo,
Et campos vbi Troia fuit: feror exsul in altum
Cum socijs, natoque. penatibus, & magnis dijs.

III. POSTQVAM res Asiæ, Priamique euertere gentē.] Secundùm interrogationem Didonis, post insidias Græcorum & casus suorum, proprios errores exsequitur, quos pertulit, antequam ad Africā perueniret: ordine (vt suprà diximus) commutato. nam rēs C ctum operis initium est: Fracti bello fatisque repulsi. Fuga autem eius hæc est. Relinquens Ilium, Idam tenuit: indè Antandrum ciuitatem: iuxta quam factis nauigijs tenuit Thraciā; in quā Aeneum oppidum constituit, vt multi putant. mox prodigijs territus, Delum tenuit. Illic accepto augurio, errore patris prætervectus Cycladas, venit ad Cretam: vbi cùm pestilentiā laboraret, à dijs penatibus monitus, ad Strophadas delatus est insulas. Indè, prætervectus maritima Græciæ, apud Epirum susceptus est Heleni hospitio. Vnde prouectus, Calabriam tenuit: & illîc statim territus aduentu Diomedis, abscessit, nauigauitq; vsque ad Scyllam & Charybdim, quæ sunt Aetnæ vicinæ. Vnde ventu pulsus, circuitā maxima parte Siciliæ, Drepanū venit. Ibi, secundùm Vergilium, perdidit patrem. Indè, vt est in Primo, ad Didonis regna peruenit. POSTQVAM.] Hæc particula connectendis adiungitur rebus: vt, Postquam altos tetigi fluctus. sic enim dictis sequentia copulantur. RES.] Quàmuis multa, prout locus exegerit, significet: modò tamen Imperium; ut, Res Agamemnonias. Aut Res hic, pro vniuerso statu Asiæ. Benè autem Asiæ, quasi tertiæ orbis partis. nam Phrygia in Asiā est, Ilium in Phrygiā minore.

PRIAMIQ'VE.] Non est iteratio. nam potuit aliud sinè alio fieri: vt vel Phrygia sola euerteretur, vel solum Ilium perijsset. GENTEM immeritam.] Bene, gentem. nam Laomedontis & Paridis culpā, vniuersa gens perire non debuit. VISVM superis.] vt ipse ait, Neptunum, Iunonem, Mineruam, vidisse se euersores Troiæ. Laus Ilij est: quod non nisi dij potuerūt subuertere. Quotiens cunq; autem ratio vel iudicium non apparet, Sic visum, interponitur. vt Horatius: Sic visum Veneri: cùm amorem ostenderet non esse pulcritudinis. Et bene accusatio in deos habet quandam venerationem, alioqui sacrilegium est. SVPERBVM Ilium.] nobile. Ilium autem Virgilius neutro genere tantùm declinat. Horatius etiam fœminino: vt, Non semel Ilios Vexata. Sanè modò, Ilium, propriè de ciuitate dixit: nam regio Troia est. quàmuis interdum pro ciuitate prouinciam ponat: vt, Et campos vbi Troia fuit. HVMO fumat Neptunia Troia.] Humo, id est, ab humo. & significat, patriæ suæ solum quoq; arsisse. Sanè quæritur, quomodo dixerit, cecidit & fumat? Sed aut, per licentiam poëticam, tempus pro tempore posuit; vt, Meminisse horret, luctuq; refugit: Aut certè naturam rerum expressit. nam ruina breui fit: fumus verò, longo permanet tempore. Nam, quod ait Probus, ad discernendum tempus, circumflectendam vltimā syllabam, vt intelligamus, Fumauit, non procedit. Quàmuis accentus differentiæ causā adhibetur: vt Pone verbum, nullum habet accentum: ponè ta-

men in vltimâ habet accentum, cum ſignificat retrò. NEPTVNIA Troia.] *Bene & ſubtiliter, etiam dijs inuidiam commouet: vt ea cecidiſſe dicat, quæ putabantur deorum. Sanè fabula talis eſt, Laomedon, rex Troianorum, ſollicitus pro opibus ſuis, petiit ab Apolline & Neptuno, vt Ilium cingerent muris; mercede promiſſâ. quo impetrato, quæ dijs promiſerat, denegauit. Sed Neptunus iratus, cetos, id eſt, beluas marinas immiſit. quod malum Troiani paſſi ſunt, nece filiarum, quas belua conſumebat: donec apertiore reſponſo Heſiona, Laomedontis filia, monſtro exponeretur: quam Hercules Troiâ euerſâ liberauit, & amico ſuo Telamoni dedit vxorem. Sanè, Laomedonte occiſo, Priamo Phrygiæ donauit imperium.* Neptunia *autem* Troia: *quia Neptunus & Apollo eam cinxit muris; ſicut prædiximus.* DIVERSA exilia.] *Multi ad illud referunt;* Magnum quæ ſparſa per orbem. *conſtat namque, diuerſas partes orbis tenuiſſe Troianos: vt Helenus &, Antenor. Sed melius eſt, ſpecialiter hoc Aeneæ dare: qui compulſus eſt augurijs diuerſas terras, hoc eſt, in diuerſâ regione poſitas, quærere. Ideò,* Incerti quo fata ferunt, DESERTAS terras.] *à Dardano, accipe. nam, vbique, vberes eas eſſe, legimus: vt,* Atq; vbere glebæ. *Aut deſertas, vt quidam volunt; quas & tenuimus, & deſeruimus: vt Cretam & Thraciam.* AVGVRIIS agimur diuûm.] *Augurijs, pro oſtentis. id eſt, monemur ex flamma, quæ tempora Aſcanij paſta eſt, & curſu ſtellæ: & Creuſæ admonitione quæ dixit;* Ad terram Heſperiam venies. SVB ipsâ Antandro.] *Iuxta Antandrum. Eſt autem ciuitas Phrygiæ, dicta Antandros: vel quòd de Andro inſulâ eam condiderunt coloni, quaſi ἀντὶ ἄνδρου: vel quia Græci, venientes per Thraciam, cepêre Polydorum, pro cuius precio, hanc à Priamo accepêre ciuitatem, quæ ex facto nomen accepit, quaſi ἀντὶ ἀνδρὸς, id eſt, pro viro; quia pro redemptione Polydori data fuit. Quámvis huic opinioni Vergilius non conſentiat. fertur tamen, quòd, poſt acceptum precium, à Græcis, occiſus ſit lapidibus. Alij à Polymneſtore occiſum dicunt, poſt euerſam Troiam; & in maria præcipitatum. Cuius cùm mater Hecuba agnouiſſet cadauer, & captiua duceretur: flendo in canem conuerſa eſt; cùm ſe præcipitare vellet in maria.* Quod ideò *fingitur: quia nimio dolore inaniter Græcis conuitiabatur. Nonnulli aſſerunt, Antandron inſulam eſſe, vicinam Troianis regionibus: ab hac populos Medos, coactos loci anguſtia, ad vicina littora profectos, ciuitatem Antandron, ex nomine patriæ, condidiſſe.* PHRYGIÆ Idæ.] *Ad diſcretionem Cretenſis.* MOLIMVR.] *paramus, fabricamus. Et bene petit loca, in quibus & lateret, & nauigia præpararet.* INCERTI.] *Quia quiſquis nauigat, licèt mente deſtinet locum; quò tamen feratur, incertus eſt. Ergo non ignari, quibus dictum erat, vt Italiam peterent: ſed incerti, vbi nam eſſet Italia.* QVÒ fata ferat.] *Quia nec in Thraciâ permanſit, nec in Cretâ.* VBI ſiſtere detur.] *A præteritis tractum eſt: propter diuturnum errorem: & quia, ſicut dictum eſt, ad multa delatus eſt loca. Aut propter dubietatem oraculorum.* Certum *enim erat, nos à Troiâ debere proficiſci: incertum tamen, vbi eſſet conſiſtendum.* CONTRAHIMVSQVE viros.] *Colligimus eos ſcilicet, qui ad auxilium venerant. Vnde eſt: Vnam, quæ Lycios, fidumq; vehebat Orontem, item: Et fratres Lyciâ miſſos, & Apollinis agris.* VIX.] *mox: vt,* Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti. PRIMA æſtas.] *Aut vernum tempus dicit: aut quia eſt adulta & præceps. Quámvis Paleſatus tradat; capto Ilio, Aeneam per triennium nauigâſſe.* ET.] *hæc coniunctio velocitatem videtur oſtendere.* PATER Anchiſes.] *vt agendarum rerum authoritatem aſſignet Anchiſæ. Et, vt diximus, τὸ πρέπον ſeruat; vt pater iubeat.* LITTORA tum patriæ.] *Amat Poëta, quæ legit, immutatâ aliquâ parte, vel perſonis ipſis, verbis proferre.* EXSVL.] *Quaſi trans ſolum miſſus; aut extra ſolum vagus.* CVM ſocijs, natoque penatibus, & magnis dijs.] *Duo humana poſuit, & duo diuina Humana; ſocij & natus: diuina; penates, & dij. Patris non fit* A *mentio: quòd, ſecundùm Vergilium, ad Italiam non venit. Varro quidem, vnum dicit eſſe,* penates, & magnos deos: *nam in baſi ſcribebatur,* Magnis dijs. *Poteſt tamen hoc & in honore dici. nam dij magni ſunt, Iupiter, Iuno, Mineruа, Mercurius; qui Romæ colebantur: Penates verò, apud Lauinium. vnde apparet, non eſſe vnum. Idem Varro, & alij complures,* magnos deos *affirmant ſimulacra duo virilia, Caſtoris & Pollucis, in Samothraciâ ante portum ſita; quibus naufragio ſoluti vota ſoluebant. Alij,* deos magnos, *cælum ac terram putant: ac per hoc, Iouem & Iunonem. Dij penates, à Samothraciâ ſublati, ab Aeneâ in Italiam aducti ſunt: vnde Samothraces cognati Romanorum eſſe dicuntur.* Quos inter cætera ideò magnos *appellant: quòd, de Lauinio tranſlati Romam, bis in locum ſuum redierint; quòd Imperatores, in prouincias ituri, apud eos primùm immolarent; quòd eorum nomina nemo ſciat; quòd præſentes adeſſe ſentiantur: (nam cùm ambæ virgines, in templo deorum Lauini ſimul dormirent: eâ, quæ minùs caſta erat, fulmine exanimatâ, alteram nihil ſenſiſſe) quòd immani penitus in cultu habeantur; quos, niſi ſacerdoti, videre fas nulli ſit. Qui ideò* penates *appellantur;* B *quod in penetralibus ædium cœli ſedeant. Nam & ipſum penetral, Penus dicitur: vt hodie quoque Penus Veſtæ claudi, vel aperiri, dicitur. Vel,* Penates *erant, quos domo ſecum attulerat, dij familiares: dij verò, vt Palladium, & quos Panthus ex arce ei attulerat.*

POSTQVAM res Aſiæ.] *Capto Ilio, Aeneas ſe in Idam recepit. hinc miſit Aſcanium in Daſcilitem agrum; in quo ferunt regnâſſe, vnà cum Scamandro Hectoris filio. Aeneas cum ſacris, & opibus, & ceterâ familiâ, per Helleſpontum nauigauit, versùs Cherſoneſum: vbi eſt Pallene, habitata à Chryſeis Thracibus. Sophocles ait; Aeneam iuſſu patris perijſſe Idam, & tuliſſe humeris patrem. Menecrates Xanthus ait: Prodidiſſe Ilium, propter iram, quam cum Paride habebat: qui ab eo ſacris pulſus erat. Gergitius & Egeſippus dicunt; miſſum à Priamo in Thraciam, cùm expugnaretur Ilium, & illâc concubuiſſe. Alij dicunt, habitâſſe in Orchomeno Arcadiæ: & in inſulâ, quam faciunt aquæ Capiæ, vbi perijt. Agatillus ait, in Italiâ perijſſe. Alij volunt, ſub Antandro Aeneam repentè naues fabricâſſe, & in Thraciam annauigaſſe: & hyemantem in Pallene Cherſoneſi, in cacumine montis vrbem ſui nominis condidiſſe;* C *& in eâ reliquiſſe eos, qui non poterant ferre maris nauſeam. Euerſa hac vrbe, ſub Caſſandro, ſucceſſore Alexandri; cùm conderetur Theſſalonice, ad oſtia Penei. illuc miſit Troianos colonos. poſteri hanc in exitu fluminis poſuêre vrbem, eius nominis, quam nuper Veneti euerterunt.* SVPERBVM.] *nobile.* DIVERSA exſilia.] *Cherroneſum, Macedoniam, Arcadiam, Cytharam, Cretam, Epirum, Siciliam, Africam.* ANTANDRO.] *Antandros vrbs eſt, ad meridiem poſita, quam habitauêre Leleges, finitimi Cilicibus: vbi imminet pars illa montis, vbi fuit iudicium Paridis. Aborigines olim, cùm habitarent Acarnaniam, à duce Lelege, Leleges appellati; & ab eius nepote Theleboo, Thelebói. hi migrauerunt in Aſiam; & dicti fuêre Cares: à quibus monumenta Lelegia dicta. In Troade etiam occupauêre aliquot oppida.* Antandros *dicta, aut quòd Andriorum colonia fuerit: aut quòd Græci, capto in Thraciâ Polydoro, Priami filio. Antandron pro ſalute pueri habuerunt: & indè non temerè fortè, à morte Polydori, Antandros dicta. mihi non probatur.* CVM.] *poſt iuſſa patris.* MAGNIS dijs.] *Intelligit, quos Dardanus è Samothraciâ aduexit in Phrygiam; de quîs diximus. Alij Cœlum & terram putant: alij Serapin & Iſidem. Varro Samothracas ait ponere ad portas duas ſtatuas, virilis ſpeciei æneas, Idem Varro, deos magnos putat Cœlum & Terram.*

In augu-

POM. Sabi.

A *In augurum libris ſcriptum ſic*: Diuipotes, id eſt, Dij potentes, quos magnos aliqui putant. *Vergilius intelligit, meo iudicio, Penates eſſe deos magnos. & quia loquitur vetneas, ideò Troiani magnos deos habebāt, quos aduexerat Dardanus, id eſt. Penates.* CVM ſocijs.] *Verſus eſt Ennij: & ſunt verba Pyrrhi.*

VAR. Lect. DIVERSA exſilia, & deſertas quærere terras Augurijs agimur diuûm.] *In lib. aliquot manuſcriptis, & vetuſtate ipsâ venerabilibus, legere eſt,* Diuerſa exſilia, & diuerſas quærere terras. CLASSEMQVE ſub ipsâ Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ.] *In exemplaribus aliquot antiquis, abſque* Et *particulâ copulatiuâ, legitur*: Sub ipsâ Antandro Phrygiæ molimur montibus Idæ. *Verùm ea particula nimirum, loco hoc, & neceſſaria eſt, & ad venuſtatem facere videtur.*

DON. *Narraturus, ſecundùm Didonis propoſitionem, etiam errores ſuos: inde primum ſumpſit exordium, vnde reuerâ conuenerat. Nàm laborum eius caput fuit, abeundi de Troiâ neceſſitas. Neque enim errare per diuerſa potuiſſet: niſi primùm patriæ ſuæ finibus fuiſſet excluſus. In ipſius igitur profectionis ſeu nauigationis cœpto, quot dolorum cauſis afflictus ſit, quanta-*
B *que gemuerit; licèt diffuſâ & magnâ, ſummâ tamen breuitate conſtringit: Non omittens etiam tunc excuſationem ſuam; qui vult eſſe firmatum, non tantùm Græcis, ſed dijs aduerſantibus & ob nullam eius aut ſuorum culpam, periſſe imperium Troiæ. Quapropter incipit ſic*: POSTQVAM res Aſiæ, Priamique euertere gentem Immeritam, viſum ſuperis, ceciditque ſuperbum Ilium; & omnis humo fumat Neptunia Troia, Diuerſa exſilia, & deſertas quærere terras Augurijs agimur diuum, claſſemque ſub ipsâ Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idę, Incerti quò fata ferant vbi ſiſtere detur.] *Omnia, inquit, in vnum aduerſa confluxerant: quæ & tranſacta videbantur, & quæ portabat aſperior futuri temporis ſpes: nec fuit, quod conſolaretur præterita; quando futurorum quoque immanitas ſæuiebat. Ponit ergo præterita quatuor; & futura totidem paria, vel deteriora, conſtituens. Præterita ſunt hæc*: Poſtquam res Aſiæ, *hoc eſt, poſt interitum Ilienſis imperij,* Priamique euertere gentem immeritam, viſum ſuperis. *mentionem facit gentis Priami, quaſi ſola periſſet in Troiâ.* Quod *idcirco intelligitur poſuiſſe: quia vehementer angebatur perditæ vxoris luctu; quam conſtabat fuiſſe filiam*
C *Priami: quæ cùm nihil tale de funere commeruiſſet, ab affectibus eius matrimonióque diſiuncta eſt. Cùm verò dicit,* viſum ſuperis: *oſtendit, non hominum tale meritum fuiſſe, vel regni, vt funditùs perirent: ſed intollerabilem deorum interueniſſe prauitatem vt innocentium ſpes, ſalus & fortuna concideret.* CECIDITQVE ſuperbum Ilium.] *vt non leue videretur, cuius dolebat interitum: dixit* ſuperbum Ilium, *hoc eſt, magnum,* ET omnis humo fumat Neptunia Troia.] Omnis, *inquit,* fumat: *eſſet enim ſolatium in aduerſis, ſi aliquid ſaltem ſemiuſtum vel ſemidirutum remanſiſſet.* Quod *ait* Humo fumat; *expreſſiùs dici non potuit, omnia fuiſſe conſumpta. cum ipſis enim, quæ tumberit, finitur incendium, & deficiente materiâ, fumum ſolùm remanens terra reſpirat. Interea* Poſtquam, *non ſemel accipiendum eſt; quàmuis ſemel poſitum videatur: vt ſit,* Poſtquam res Aſiæ; *poſtquam viſum eſt ſuperis euertere gentem immeritam Priami; poſtquam cecidit ſuperbum Ilium; poſtquam omnis humo fumat Neptunia Troia. Hæc ſunt quatuor præterita: videamus futura, vtrùm aliquam ſpem proſperitatis habere potuerint.* Quatuor *fuerunt ipſa, & deteſtanda*: Diuerſa exſilia, & deſertas quærere terras, Augurijs agimur diuûm. *Ecce ex his duo peſſima: auellebantur quippe à terminis patriæ, diuerſa exſilia, & terrarum ſolitudines petituri. habet enim ſolatium, qui vrgetur, quãdo ad optatiua vel ad definita mala compellitur.* CLASSEMQVE ſub ipsâ Antandro & Phrygiæ molimur montibus Idæ, Incerti quo fata ferant, vbi ſiſtere detur.] *Dixit alia duo. parabamus, inquit, naues, neſcij quò ire deberemus, vel in quibus locis commemorari contingeret. Hoc vſum incertum, pœna fuit maxima. res enim quàmvis acerba, ſi euidenti ſpecialitate ſignetur, meditatione continuâ gignit aliquam tranquillitatem, vt animum ſubleuet. Complexus quatuor aduerſa, quæ ad futurum tempus pertinebant: diuerſa exſilia, deſertas terras, incerti quò fata ferant, & vbi ſiſtere detur.* CONTRAHIMVSQVE viros.] *Scilicet, vt creſceret comitum numerus.* VIX prima inceperat æſtas, Et pater Anchiſes dare fatis vela iubebat.] *Fugitiui non agunt, quot volunt; ſed quod facere coguntur. proinde maturum, inquit, pelago tempus opperiri nequiuimus; ſed mox cum ipſo æſtatis tempore iniquo nauigauimus: & quia definita loca non habuimus, nauigamus, quócunque vellent fata, & quò duceret ventus.* LITTORA cùm patriæ lacrimans portusque relinquo, Et campos vbi Troia fuit.] *Non dixit, dimitto patriam nauigans; quoniam omnis intercerat: ſed, dimitto littora ciuitatis quondam, lacrymis & dolore confectus. Relinquo ſecuritatem portus ac terræ, & in altum producor: hoc eſt, ad incerta altioris & interioris pelagi, vbi ſola deſperatio eſt; videns campos vbi Troia fuit. Duplicem locus iſte poteſt admittere intellectum. Vnum: quòd dolebat, latitudinem murorum, per campos antea ingentes effuſam, ſic interiſſe; vt ex eâ nihil exſtaret. Alterum; quia camporum planiciem videbat, in quâ in altitudinem immenſam ſurrexerat Troia. Hîc Aeneam memorat Poëta impléſſe excuſationem ſuam. dum enim doloris ſui cauſas exponit: oſtendit, etiam illud non fuiſſe aliquid, quod poſſit ſuperari; & ſe magis augurijs deorum quibuſuis excluſum.* LITTORA cùm patriæ lacrymans portusque relinquo, & campos vbi Troia fuit.] *Tria poſuit, quæ per naturam ſuam non potuerunt perire: littus, portum, & campos.* FEROR exſul in altum Cum ſocijs, natoque penatibus, & magnis dijs.] *Tacuit patrem ſuum; quia ſuprà dixit*: Et pater Anchiſes dare fatis vela iubebat. *Proinde, quem iam memorauerat ibi fuiſſe; ſuperfluum, indéq; vitioſum fuerat, iterum nominare.*

SER. TERRA procul.] *Procul, quaſi porrò ab oculis. vnde poteſt* ſatis longè *ſignificare, &* non valde. *vt in Quinto.* Eſt procul in pelago ſaxum: *quo ſatis longè fuiſſe intelligi non poteſt, ne voluptas pereat ſpectaculi. Quanquàm & hîc ſimilis poſſit eſſe ſignificatio: breuis eſt enim Helleſponti tranſitus.* VASTIS.] *aut vaſtatis, & per hoc, deſertis: aut magnis.* THRACES arant.] *Figuratè: nam minus eſt. Quam.* ACRI quondam] *ſæuo & cruento.* Lycurgus, *vt alij dicunt, cùm indignaretur, liberum ab omnibus gentibus coli; vt primùm cum Thraciæ fines, cum ſocio comitatu, introiſſe cognouit, comprehenſas baccas eius flagellis verberauit: i-*

Terra procul vaſtis colitur Mauortia campis,
(Thraces arant) acri quondam regnata Lycurgo:
Hoſpitium antiquum Troiæ, ſocijque Penates,
Dum fortuna fuit. feror huc: & littore curuo
Mœnia prima loco, fatis ingreſſus iniquis;
Æneadasque meo nomen de nomine fingo.
Sacra Dionææ matri, diuisque ferebam
Auſpicibus cœptorum operũ, ſuperoq; nitentem
Cœlicolûm regi mactabam in littore taurum.
Fortè fuit iuxtà tumulus: quo cornea ſummo
Virgulta & denſis haſtilibus horrida myrtus,
Acceſſi, viridemq; ab humo conuellere ſyluam

Conatus, ramis tegerem vt frondentibus aras:
Horrendum & dictu video mirabile monstrum.
Nam, quæ prima solo ruptis radicibus arbor
Vellitur, huic atro liquuntur sanguine guttæ,
Et terram tabo maculant. mihi frigidus horror
Membra quatit, gelidusque coit formidine sanguis.
Rursus & alterius lentum conuellere vimen
Insequor, & causas penitus tentare latenteis:
Ater & alterius sequitur de cortice sanguis,
Multa mouens animo, Nymphas venerabar agrestes,
Gradiuumque patrem, Geticis qui præsidet aruis:
Ritè secundarent visus, omenque leuarent.
Tertia sed postquam maiore hastilia nixu
Aggredior, genibusque aduersæ obluctor arenæ:
(Eloquar, an sileam?) gemitus lacrymabilis imo
Auditur tumulo, & vox reddita fertur ad aureis:
Quid miserum, Ænea, laceras? iam parce sepulto:

psum verò insequi, vt occideret, capit. Sed postquam se Liber fugiens, vt euaderet, præcipitauit in mare: à Nymphá exceptus, & liberatus est. Lycurgus antè hic, filius Dryantis, rex gentis Bistonum fuit: qui (vt habet fabula) dum, contemnens Liberum patrem, manu suâ semper eius amputaret vites, immisso à Libero furore, ipse crura sibi succidit. Reuera autem abstemius fuit: quos constat acrioris esse naturæ: quod etiam de Demosthene dictum est. Alij sic referunt. Fuit Lycurgus, Thraciæ rex, filius Dryantis: qui, quòd Thracas immoderatè vino deditos conspiceret, vites omnes toto regno excidi iussit: vt scribit Plutarchus, eo in opusculo, quod de Poëtarum vtilitate conscripsit. Hinc datus est Poëtis locus fabulæ. Lycurgum infestissimo Bacchum odio prosecutum esse: adeò vt & nutrices illius in Nysâ latentes, persequeretur; & Baccho ipsi tantum terroris incusserit, vt, præcipiti fugâ traiecto mari, in Naxum se receperit: ideóq; iustâ numinis irâ Lycurgum in furorem conuersum; &, cùm vites quoque, ne Baccho in posterum libaretur, excidere vellit, tibias sibi succidisse. REGNATA.] *Participium est, sine verbi origine.* HOSPITIVM antiquum.] *Aut charum; aut reuerâ antiquum. Nam tanta inter ipsos familiaritas fuit: vt Ilione, filia Priami, Polymnestori nuberet, Thracum regi: Cui Polydorũ filiũ ex Hecubâ, Priamus pater, initio belli Troiani, communis Martis exitum veritus, cum magno auri pondere, educandum tradidit, antiqui hospiti, amico & genero suo. Sed illic, deletâ Troiâ, cæterisq; Priami ferè omnibus liberis interfectis, auri cupiditate adductus, Polydorum, in littore spatiantem, telis aggreditur; & frustra fidem deorum hominumq; implorantem, occîdit: cæsoque tumulum superiecit, cui supercreuêre myrti virgulta. Id cùm mater Hecuba intellexisset: simulauit se ingens adhuc auri pondus velle secretò illi indicare, quod pro filio acciperet. Quod auarus rex verum existimans, mox ad Hecubam profectus, illius vnguibus occæcatus est. Exstat tamen & alia de Polydoro fabula: nempe, Græcos, per Thraciam venientes, hunc cepisse: Priamum autem, pro redemptione filij, Græcis dedisse vrbem; quæ postea ab euentu, Antandros dicta est. quâ acceptâ, illos tamen nihilominùs Polydorum lapidibus obruisse.* SOCIIQVE penates.] *vel propter supradictam coniunctionem Ilones & Polymnestoris: vel quia, cum omni hæreditate maiorum, diuiserant etiam deos penates Dardanus & Iasius fratres; quorum alter Thraciã, alter Phrygiam incoluit occupatã.* DVM fortuna fuit.] *scilicet bona. Et simul ostendit, fidem cum felicitate deficere. Sanè sciendum, quotienscunq; fortunam solam dicimus; felicitatem intelligi. Vnde &,* fortunatos *tantùm felices; &* infortunatos *solos infelices vocamus.* LITTORE curuo.] *Perpetuum epitheton littorum est. nam quod in Sexto ait;* Tum se ad Caietæ recto fert littore portum: *significat eum ita nauigâsse, vt non linqueret littus.* MOENIA prima loco.] *Quia apud Cretam alia fecit. modò autem Aenum significat. vt Sallustius:* Ænum Maroneamque, & viam militarem. *Quanquam Homerus dicat, indè auxilia ad Troiam venisse. ergo iam fuerat. Euphorion, & Callimachus, etiam hoc dicunt: quòd Aenon dicatur à socio Vlyssis illîc sepulto, eo tempore, quo missus est ad frumenta portanda.* FATIS iniquis. *Benè, quod scit futurum, præoccupat.* ÆNEADAS.] *Ecce nec Vergilius Aenum dicit.* Æneadas *autem, hic, secundùm accusatiuum, nomen est deriuatum: aliter iuxta nominatiuum.* A

SAGRA Dionææ matri.] *Veneri, à matre Dione, secundùm Homerum. Et benè dispensat, vt, si sequantur aduersa, Dionæam Venerem dicat; vt hoc loco: si prospera sit nauigatio; de mari eam dicat esse procreatam; vt,* Vnde genus ducit. *Hæc autem, in quantum potest, sed non semper, reseruat.* AVSPICIBVS cœptorum operũ.] *Ioui, qui arcis deus est: Apollini, propter auguria: Libero, causâ libertatis. nam dij alij si inuocentur; ad priuatam pertinent causam. Vnde de Didone legimus;* Iunoni ante omnes, cui vincla iugalia curæ, *propter nuptias.* B *Quámuis enim reipub. vtilitas simularetur: erat tamen specialis causa Didonis. Similiter & hîc Aeneas sacrificat Veneri; scilicet vt placeat matri. Quod autem de Libero diximus, causa hæc est: vt signum sit liberæ ciuitatis. Nam apud maiores, aut stipendiariæ erant, aut fœderatæ, aut liberæ. sed in liberis ciuitatibus simulacrum Marsyæ erat; qui in tutelâ Liberi patris est. Sed Auspicia, omnium rerum sunt: Auguria certarum. Auspicari enim, cuiuis, etiam peregrè, licet: Augurium agere, nisi in patrijs sedibus, non licet. Peritissimè ergo Vergilius veteris consuetudinis meminit: cùm facit Aeneam, quia peregrè, id est, in Tracia, agit, auspicantem: hoc est,* Auspicibus cœptorum operum. MACTABAM in littore taurum.] *Contra rationem, Ioui taurum sacrificat; adeò vt hinc putetur subsecutum esse prodigium. vbiq; enim Ioui iuuencum legimus immolatum. vt:* Statuam ante aras auratâ fronte iuuencum, Iam cornu petat & pedibus qui spargat arenam. *Item Iuuenalis:* Qui vexat nascenti robora cornu. *nam in victimis etiam ætas est consideranda.* FORTE fuit iuxta.] *Excusat, dicendo,* Fortè fuit; *quòd iuxta eum locum sacrificauerit.* TVMVLVS.] *Hoc sermone, & collem, & sepulcrum fuisse, significat. Potest enim Tumulus, & sine sepulcro, interpretatione collis interdum accipi.* C *Nam & terræ congestio super ossa tumulus dicitur. Sanè apparatus mortuorum, funus dici solet: exstructio lignorum, rogus: subiectio ignis, pyra: crematio cadaueris bustum: locus, vstrina: operis exstructio, sepulcrum: nomen inscriptum, monumentum.* QVO summo.] *In quo summo.* CORNEA virgulta & myrtus.] *Bene elegit hastis apta virgulta. nam legimus:* Et bona bello Cornus. *Item:* Et pastoralem præfixâ cuspide myrtum. *Et alibi:* Ac myrtus validis hastilibus, *Ergo, si telis fuerat confixus, meritò illîc coaluêre virgulta.* Cornus *autem declinatur, vt ficus, si arbor sit; nam cornu animalis, indeclinabile est; licèt genitiuum vsurpâuit Lucanus: vt,* Cornus tibi cura sinistri, Lentule. *sic Cicero in Arato* Huius genus, *pro genu.* VIRGVLTA.] *Copiosè virgulta, hastilia, syluam, ramos, arborem, vimen, corticem, stipitem, segetem, iacula.* HORRIDA myrtus.] Horrida, *ad loci faciem retulit; non ad arboris naturam vel certè, vmbrosam.* MYRTVS.] *De myrto fabula talis est. Hæc myrtus, ex famâ, de plebe antiquorum nata, græco vocabulo Myrene vocitata est, formâ pulcerrima. hanc cùm quidam popularium diues & nobilis adamâsset; à parentibus eius postulauit vxorem. Interea latrones vrbem occupauerunt, quam cùm depopularentur; Myrenen, fratribus eius occisis, captiuam duxerunt, & in latebris, condiderunt; donec alia loca vasta-*

Digitized by Google

A vastarent. Sed hæc Myrene, inuentâ occasione, fugit, & ad ciues reuersa est. Gratulati ciues, eam sacerdotem Veneris esse iusserunt. quæ cùm sacra celebraret, vnum de latronibus, per quos abrepta fuerat in plebe cognouit: cumq; comprehensum in medium vulgus extrâxit. Latro pœnis adactus, omnia, quæ intendebantur, confessus est: socios quoque, vbinam essent, prodidit. Sed iuuenis, qui eam antè amauerat, & petierat sibi coniugem, ad inuestigandos latrones, sibi negotium depoposcit, quos cùm inuentos cepisset, & præmium posceret: data ei potestas est à populo, vt virginem, quam amauerat, in matrimonium duceret. Ob quam rem irata Venus, illum mori fecit: virginem autem in Myrtum arborem vertit, eique, quòd sacerdos fuisset præstitit, vt perpetuo & suaui odore gauderet. ACCESSI.] Non ad cornum, sed ad myrtum, quæ inter verbenas est. Et bene, matri sacrificaturus, aras coronat ex myrto. SYLVAM.] Bene variat, vt nunc syluam, nunc virgulta, nunc vimina, nũc arborem dicat. RAMIS tegerem.] Excusatio à voluntate. MONSTRVM.] Bene monstrum. nam statim, quid esset, apparuit. & hoc proprietatis est: abusione tamen plerunque corrumpitur. ATRO.] hic pro corrupto sanguine. LIQVVNTVR sanguine guttæ.] In verB bo Li producitur, vt hoc loco: item, Canis cùm montibus humor liquitur. In nomine verò, breuis est: vt liquor. TABO.] corrupto sanguine. & est nomen, casus septimi tantùm: vt sunt, sponte, natu. quòd si velis declinare, hæc tabes, huius tabis dices. MEMBRA quatit.] Causa pendet ex causâ. nam timor sanguinem gelat, qui coactus gignit frigus. GELIDVSQVE coit.] Physicè loquitur & rationabiliter. nam hinc & pallor nascitur, cùm se ad præcordia fugiens contrahit sanguis. LENTVM vimen.] molle & flexuosum. vnde & victos, curuos dicimus per senectutem. TENTARE latentes.] Miraculum est enim, ex arbore sanguinem fluere. MVLTA mouens animo.] Non dicit quæ, sed ex sequentibus intelligimus. Cogitabam, inquit, ne fortè sanguis esset ex Nymphis: ne fortè bellum immineret, quòd sanguinem vidissem: ne lucum Nympharum violassem. Hamadryades autem, cum arboribus & nascuntur, & pereunt. vnde plerunque, cæsâ arbore, sanguis emanat. Nam, vt Ouidius ait in octauo Metamorph. cùm Erisichthon arborem incideret, primò sanguis effluxit, pòst vlulatus secutus est. Sic Statius: Nec amplexæ dimittunt robora Nymphæ. Item: Cogitabam, ne fortè ex terra Martis iure sanguis efflueret, Nam quòd dicit, se veneC ratum hæc numina; illas constat præcessisse cogitationes. GRADIVVMQVE.] θούριον ἄρηα, id est, exsilientem in prælia: quod in bellatoribus sic necesse est. Aut, grauem deum patrem: aut ideo; quia apud Pontifices Mars pater dicitur: vel quòd gradū inferant, qui pugnant: vel quòd impigrè gradiantur: vel ab hastæ concussione, quod Græce dicitur κραδαίνω. Alij gradiuum, quia nunquam equester: aut à gradu dictũ, quòd huc & illuc gradiatur, vnde Marté cõmunem dici. Nonnulli eundé Solé & Vulcanũ, sed Vulcanum generis esse omnis principem; Marté verò, Romanæ tantùm stirpis auctoré. PATREM.] Ideò, quia à poëtá penè omnibus dijs nomen paternum additur, vt fiant venerabiliores. GETICIS.] Thracijs. Getæ autem, populi sunt Mysiæ: quæ quia lata est, multas continet gentes. RITE secundarent.] rectè prosperos facerent. VISVS.] Pro visa posuit. Tunc enim masculino vtimur genere, cùm de his loquimur, quibus videmus: vt si dicam, Nubecula obest visibus meis. Si autem neutro vtamur, ea quæ videntur significamus: vt si hoc loco diceret, Ritè secundarent visa: quod propter metrum nequaquam potuit. Similia sunt, nuntius & nuntium; auditus & auditum. OMENQVE leuarent.] bonum ac leue facerent: id est, in bonum conuerterent. OBLVCTOR.] Acrius nitentem ostendit. ELOQVAR, an sileam?] Parenthesis, ad miraculum posita: qua magnitudinem monstri ostendit. Et bene auditorem attentum vult facere. GEMITVS lacrymabilis.] Potest enim & esse irascentis. Et lacrymabilis, cum lacrymis; an dignus lacrymis? IMO auditur tumulo.] ex imo tumulo. vt longè vox, cum quodam defectu sonans, audienti ipso miserabilior videretur. AVDITVR.] vetus codex habet, Auditus. VOX reddita.] pro, data. Redditur enim, quicquid ad nos per alterum transit. quanquam hic etiam hoc possit intelligi; quòd ad eum vox missa per tumulum est. Vbi etiam epistola reddita dicitur, quæ per nuntium à mittente ad nos accipitur. LACERAS.] Per membra dissicis. nam Lacerare, est, sæpiùs vulnerare: vt, Lacerum crudeliter ora Deiphobum vidit. PARCE.] tibi, vel sepulto, cui viuo nemo pepercit. SEPVLTO.] Modò mortuo; vel iacenti, significat: vt, Somno vinoque sepulti. Item: Occupat Æneas aditum custode sepulto. nam sepultus est, quasi sinè pulsu. Non enim hunc sepultum possumus dicere: cuius sepultura non fit in hoc ritè facta; sed fortuitò obrutus est terrâ.

TERRA procul.] Topographia, id est, loci descriptio. PROCVL.] propè. THRACES arant.] Thracia, Marti dedicata, bellicosissimam habet gentem. antiquis magna & diffusa regio scribitur; dicta à Thrace, Martis filio. LYCVRGO.] Lycurgus, rex Thraciæ: qui Bacchum contemptui habebat. HOSPITIVM antiquum.] quia Phryges fuêre Thraces. nam in Thraciâ Bryges nominabantur; & in Asiâ Phryges. hinc Troiani commercia, & æternam pacem, iure consanguinitatis habebant cum Thracibus. Polymnestori Priamus Polydorum filium commendauit. MORNIA prima loco.] non tantùm vrbs nomine Aeneæ notata; sed & regio: in quâ Thressa vrbs (vt ego puto) super Axium fluuium; quæ eadem dicta Aenos. Lege Herodotum. DIONÆÆ matri.] Veneri. Dione, Veneris mater. AVSPICIBVS.] auxiliatoribus. SVPERO.] Ioui, Apollini, Libero patri. NITENTEM.] pulcrum. TAVRVM.] Taurus sacrificatur Neptuno; nunc fecit. nam Ioui iuuencus; taurus Neptuno. nunc dicit mactâsse taurum Ioui. TVMVLVS.] Polydori. HORRIDA.] venerabilis. MYRTVS.] Gaudet nasci myrtus in sepulcris. nam in Italiâ primùm visa fuit in sepulcro Elpenoris, qui est Circeis. HORRENDVM.] timendum. MONSTRVM.] Nam cùm euelleret ramos, fluxit sanguis. LIQVVNTVR.] exeunt. ATRO sanguine.] pro, atri sanguinis. COIT.] congelatur. LENTVM.] flexibile. TENTARE.] cognoscere. GETICIS.] pro, Thracibus. HASTILIA.] ramos. NISV.] conamine. ADVERSÆ.] contrà positæ. OBLVCTOR.] inuoluor. QVID miserum.] Loquitur vmbra Polydori.

POM. Sabi.

VIDEO mirabile monstrum.] In lib. aliquot manuscriptis, Miserabile legitur. NAM quæ prima solo ruptis radicibus arbor Vellitur, huic atro liquuntur sanguine guttæ.] In antiquo admodum lib. scriptum erat, Namque vbi prima: & pro, Huic atro, Hinc atros vt aduerbio responderetur. recens verò emendatione repositum id, quod in vulgatis habetur exemplaribus. Pro liquuntur autem sunt vetera exemplaria, quæ Linquuntur habent. Sed enim Liquuntur magis omnino placet: quod etiam agnoscit Seruius. ATER alterius sequitur de cortice sanguis.] In libris antiquis plerisque Alter, non Ater, habetur. Animaduerti verò, in aliquod exemplaribus l literam abrasam: in aliquot additam alienâ manu esse. IAM parce sepulto.] Sunt libri antiqui, vbi Sepulcro legatur.

VAR. Lect.

TERRA procul vastis colitur Mauortia campis (Thraces arát) acri quondá regnata Lycurgo: Hospitiũ antiquum Troiæ, socijque penates, Dum fortuna fuit.] Descriptio terræ, quæ ad incerta nauigantibus prima occurrit; quæ sic euidenter Didoni exponitur ignoranti, vt

ti, vt & ſitus loci, & incolarum perſona, ſignetur. deinde opportunitas, quæ detinere poſſet errantes. nam & proximitas placebat, laborem ablatura fugientibus: & vbertas læta camporum, commoda videbatur his, qui rem omnem ſubſtantiamq́; perdiderant. Quòd verò Thraces incolæ amiſerant Lycurgum regem: videbatur fieri poſſe, vt aduerſarius nullus emergeret, qui poſſet prohibere venientes. Firmabat omnem ſpem remanendi, interpoſiti dudum religione fœderis; diuturnitate quoque temporis roborati. quis enim non fideret, non negaturos beneuolentiam miſeris? quæ florentibus adhuc rebus, & debita fuit, & memoriâ longiore ſeruata. FEROR huc.] Non dixit veniſſe, ſed, ex euentu delatus ſum. ipſe enim hoc non conſilio, neque humanâ voluntate effecerat. ET littore curuo Mœnia prima loco, fatis ingreſſus iniquis, Æneadasque meo nomen de nomine fingo.] Mox, inquit, vt littus attigi loci eius, diſpoſitionem ſum nouæ ciuitatis aggreſſus: meos omnes ſignans nomine meo, vt Aeneadæ dicerentur. FATIS ingreſſus iniquis.] Hoc rerum exitus, non initia, docuerunt. Cæterùm ſi antè præſciuiſſet, tranſire non potuiſſet: ſed res magnas non auderet incipere. Exponit iam, quâ ratione iniqua fata cognouerit. SACRA Dioneæ matri, diuisque ferebam Auſpicibus cœptorum operum, ſuperoque nitentem Cœlicolûm regi mactabam in littore taurum.] Conditurus, inquit, nouam ſedem ſacrorum, obſequijs prouocabam in auxilium deos: & primùm quidem matrem meam, deinde alios, quos ſciebam auſpicio nouorum fundamentorum eſſe neceſſarios: ipſum quoque Iouem, cui nitentem taurum, hoc eſt, candidum, mactabam in littore. Rectè dictum in littore: vbi enim nondum fuerat ciuitas; nec templum fuiſſe conſtabat. FORTE fuit iuxtà tumulus, quo cornea ſummo Virgulta, & denſis haſtilibus horrida myrtus.] Hæc duo genera lignorum, haſtilibus bellicis apta ſunt: proinde pacis auſpicium habere non poſſunt: ac per hoc, ſacrificanti in cauſâ ciuitatis nouæ, portendebatur id, quod accidit, crudele illic eſſe hominum genus, & humano ſanguini infeſtum: nec debere Troianos habere fiduciam prioris amicitiæ; quoniam mutatio fidei exſtiterat, fractis viribus Troiæ. Cùm hoc nondum ſciretur: tamen, quoniam neceſſe fuerat, propter fundamenta noua, viridi fronde aras contegere præparabat Æneas; vel maximè ramis myrti, quæ aſſignatur Veneri. Ait ergo: ACCESSI viridemque ab humo conuellere ſyluam Conatus, ramis tegerem vt frondentibus aras; Horrendum, & dictu video mirabile monſtrum.] Horrendum, propter ſanguinem: mirabile autem, quòd fluebat ex ligno. NAM quæ prima ſolo ruptis radicibus arbos Vellitur, huic atro liquuntur ſanguine guttæ, Et terram tabo maculant.] Tantum valent, per quæ futura monſtrantur, vt eorum etiam natura mutetur in aliam. Denique, tolle cauſam monſtri de medio: impoſſibile eſt, vt ſanguis fluat ex ligno. Fluentes igitur guttæ maculabant terram tabo, hoc eſt, cruore corrupto. MIHI frigidus horror Mēbra quatit, gelidusq́; coit formidine ſanguis.] Ex viſu tali occupauerat frigus mēbra mea: frigusquoq́, excluſo calore, congelaſcere fecerat mei corporis ſanguinē. Itaq́ factū eſt, vt mutatâ naturâ, vtrunq́ lignū funderet ſanguinem, & humanum corpus ingenitam ſanguinis ſubſtantiam denegaret. RVRSVS & alterius lentum A
conuellere vimen Inſequor, & cauſas penitùs tentare latentes; Alter & alterius ſequitur de cortice ſanguis.] Cùm quid illud eſſet, confuſus ſentire non poſſem: repetitione factâ, volui experiri. temerarium enim fuerat, pronuntiare de eo, quod ſemel videram. Alterius de cortice, aut ſecundi viminis eiuſdem ligni, aut alterius generis, dixit. Suprà enim ait, & myrtum illic fuiſſe, & cornum. potuit enim alterum ligni genus videri tentâſſe, quando in altero ſanguinem vidit. MVLTA mouens animo, Nymphas venerabar agreſtes, Gradiuumque patrem, Geticis qui præſidet aruis: Ritè ſecundarent viſus, omenque leuarent.] In primâ auulſione potuit videri caſus. cùm autem in ſecundâ eadem reperiſſem: vehementer commotus, voluebam animò multa atq; diuerſa. conſtabat, enim, ſanguinem illum, exſecrandum aliquod ſignificare. Rogabam deos loci, vt ſecundarent omina, quæ eſſe conſtabat aduerſa, leuarent, hoc eſt, imminentem malorum ruinam, aut auerterent penitùs, aut facerent leuiorem. Docet hoc loco Vergilius; proſperari poſſe per deos humanis obſequijs, quod fuerit malis ominibus demonſtratum. TERTIA ſed poſtquam maiore haſtilia nixu Aggredior, genibusque aduerſæ obluctor arenæ.] Cognitionem cauſæ meliùs deſiderans noſcere; licèt iam primò & repetito facto fuiſſet comperta; tertiò tamen volui manifeſtiùs comprehendere. Tenui fortiore nixu haſtilia tertiò, obluctans cum terrâ genibus meis, quæ illorum radices non ſinebat abrumpi. B

DOX. GEMITVS lacrymabilis imo Auditur tumulo, & vox reddita fertur ad aures.] Moraliter poſitum: vt primò dolentis gemitum, dehinc voces audiſſet. QVID miſerum, Aenea, laceras? iam parce ſepulto, Parce pias ſcelerare manus. nō me tibi Troia Externū tulit, aut cruor hic de ſtipite manat.] Locus iſte plenas partes tenet loci communis: quámuis non ſit inuentio ex perſonâ defuncti. Aeneas tamen, ſi in hac cauſâ argueretur, diceret, Feci: & abſolutâ qualitate ſeſe defenderet: quia quicquid illud fuit, neſcius fecerat. Admirabili tamen virtute, poëta ipſum induxit defenſorem facti; qui ob iniuriam ſuam accuſator eſſe debuerat. ideoq́ue acerbitatem ipſam latiùs extendit; ex vno crimine multa exoriri poſſe, euidenter oſtendens: quæ tamen ipſa, inſtruentis animo, non arguentis ingerit. Fuit quidem primum crimen; ſed ſolùm ſepulcri violati. ex hoc habet rationem loci, temporis, & perſonarum. Alia quoque congeſſit: Quid miſerum, inquit, Ænea laceras? cùm fortuna (ait) hominis miſeranda eſſe debeat, & ſubleuanda potiùs, quàm lædenda: cur, Aenèa, tuo illicito labore vexatur, qui ſemper coluiſti pietatem? Quòd autem nomine ſuo eundem vocaret: ex eo intelligere potuit, quòd notus cum noto loquebatur. Ecce duo ante principale crimen: & miſer, & notus, accedit ad ſepulcri violati inuidiam. Iam parce ſepulto: hoc eſt, vel modum ſerua. tertiò enim iam faciebat. C

ADR. Bar. MIHI frigidus horror.] Si quis iudicare volet, ſe vehementer re quapiam perterrefactum: citabit illud: Mihi frigidus horror, Membra quatit; gelidusque coit formidine ſanguis.

SER. PIAS.] Bene etiam ille, qui læditur, excuſat Aeneam: quod pietatis grande teſtimonium eſt. Pias autem, propter penates de excidio liberatos: aut quia ſacrificabat, SCELERARE.] pollueret. & eſt ſermo Plautinus, quo hodie non vtimur. EXTERNVM

Parce pias ſcelerare manus. non me tibi Troia
Externum tulit: haud cruor hic de ſtipite manat.
Heu, fuge crudeleis terras; fuge littus auarum.
Nam Polydorus ego: hîc confixum ferrea texit
Telorum ſeges, & iaculis increauit acutis.
Tùm verò ancipiti mentem formidine preſſus,
Obſtupui, ſteteruntq́; comæ, & vox faucibus hæſit.
Hunc Polydorū, auri quondā cū pondere magno,
Infelix Priamus, furtim mandârat alendum

tulit.] Ordo eſt: Troia me tibi tulit, hoc eſt, educauit, nō externum. nam & ciuis Aeneæ fuerat, & cognatus. Et citò ſe, Troianum eſſe, & affinem, oſtendit. AVT cruor hoc de ſtipite manat.] Mirè quaſi oſtendens cruorē ſuū de ſtipite. De ligno ait: nam ſtipes vee

Digitized by Google

A per verè est lignum sectũ sicatũ. CRVDELEIS terras.] Id est, crudelium, & auarorũ. Ex moribus enim cultorum, terræ laudantur vel vituperantur. vt, Deuenêre locos lętos. POLYDORVS ego.] Siue Ego distinguas, siue Ego hîc, subaudias Sũ, necesse est. Et quasi [illegible], id est, Polydorus sum, non stipes. TELORVM seges.] multitudo. Plautus Aulul. Stimulorum seges. Sanè putatur non verisimile, iaculis coniectis puerum occisum. Nam repugnat cum illo, Polydorum obtruncat. Nam emisisse radices iacula, mirum est, nisi monstruosum sit INCREVIT.] reuiruit. Traxit autẽ hoc de historiâ Romanâ. nam Romulus, captato augurio, hastam de Auentino monte in Palatinum iecit, quæ fixa frondluit, & arborem fecit. Vituperabile enim est, poëtam aliquid fingere, quò penitùs à veritate discedat. Deniq; obiicitur Vergilio de mutatione nauium in Nymphas: & quòd dicit, per aureũ ramum ad inferos esse descensum: tertium, quòd Iris Didoni

B comam secuerit. Sed hoc purgatur Euripidis exemplo: qui de Alceste hoc dixit, cùm subiret fatum mariti. TVM verò.] affirmatiuè. ANCIPITI.] duplici, quòd & sanguinem videret. Vel, ancipiti formidine: vnâ, quòd sepulcrum læserat: alterâ, quòd metuere cœperat læsum ipsum, POLYDORVM.] Licèt de Polydoro superiùs sit relatum: tamen, propter varietatem rei, necesse est repeti. Priamus, cùm videret longâ obsidione res suas in vltimo constitutas, filium paruulum Polydorum, Polymnestori regi Thraciæ, genero suo, per Ilionem filiam, cum magno auri pondere, nutriendum commendauit: qui, victâ Troiâ, auri cupiditate impulsus, Polydorum obrutum telis occîdit. INFELIX.] Aut qui infelix iam esse cœperat: aut cui etiam prouisa nocuerunt. Aut infelix, quia superstes liberis fuit: aut quia illi perfidia non ab hostibus tantùm est. MANDARAT.] ἀμφίβολον est: siue commendârat, dixeris, siue amandârat. Et mandârat, est amoris: amandârat verò, odij est. Et amandare, est, sub specie legationis aliquem relegare. FVRTIM.] ne Græci scirent. THREICIO regi.] Auxit ex prouinciâ crudelitatem, ex quâ fuerunt, Diomedes, qui equos habebat, qui humanis carni-

C bus vescebantur; Lycurgus, ob iniuriam liberi patris punitus; Tereus, qui Philomelæ, sorori vxoris, post illatum stuprum, linguam abscidit. Thrëicio autem, pro Thracio: vt suprà, pro Thracia, Thrëissa. nam solutio est Ionicæ linguæ. Cùm enim sit Θρᾶις; Iones dicunt, Θρῆις: cuius solutio facit Thrëicius, vel Thrëissa. CINGIQVE vrbem obsidione videret.] Inter ipsa principia obsidionis: nam postea iam minimè poterat, ILLE, vt.] vel, postquam: vel deest statim; vt sit, Ille statim vt. OPES & fortuna. Benè vtrumq; innexuit: sæpè enim alterum sinè altero valet; aut opes, aut fortunam. FORTVNA.] melior scilicet. RES Agamemnonias.] Id est, imperiũ: vel, partes Agamemnonis. VICTRICIA.] Omnia nomina à verbo venientia, cùm in or exeunt, masculina sunt, vt Victor: cùm in trix, fœminina, vt Victrix. neutra verò non faciunt; nisi tantùm numero plurali; vnde est Victricia. FAS omne.] Et cognationis & iuris hospitij. OBTRVNCAT.] occîdit. nam Obtruncare propriè est, capite cædere. VI potitur. violentiâ. Potitur autem, verbum de his est, quæ permiscent coniugationes. Quámuis enim sit tertiæ coniugationis: infinitum tamen modum à quartâ facit, vt potiri. vnde pleriq; decipiuntur, vt potiris dicant. Similiter Fio, pro firi, fieri facit, permixtâ coniugatione. QVID non mortalia pectora cogis.] ad quod flagitium homines non compellis, detestandi auri cupiditas [illegible] AVRI sacra fames.] Id est, exsecrabilis: vt, Sacræ panduntur portæ.] Alij, sacra, deuota accipiunt: vnde & ver-

Threicio regi: cùm iam diffideret armis
Dardaniæ, cingique vrbem obsidione videret.
Ille, vt opes fractæ Teucrûm. & fortuna recessit,
Res Agamemnonias victriciaque arma secutus,
Fas omne abrumpit: Polydorũ obtruncat, & auro
Vi potitur. Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames? postquam pauor ossa reliquit,
Delectos populi ad proceres, primumq; parẽtem,
Monstra deûm refero: &, quæ sit sententia, posco.
Omnibus idem animus, scelerata excedere terra,

satrum. Alij, sacrũ, pro scelestum, vel sacrilegũ. Tractus est aũt sermo ex more Gallorũ. nam Massilienses quotiens pestilentiâ laborabant, vnus se ex pauperibus offerebat, alendus anno integro publicis & purioribus cibis. hic postea ornatus verbenis & vestibus sacris, circumducebatur per totam ciuitatem cum exsecrationibus: vt in ipsum reciderent mala totius ciuitatis: & sic proiiciebatur. Hoc autem in Petronio lectum est. Sanè sciendũ, latenter Aeneam hoc agere, vt Troianos Didoni ex infelicitatis similitudine commendet. nam & eius marito frater, auri causâ, intulit necem. PROCERES.] qui processerunt ante alios. PRIMVMQ'VE parentem.] bene primum, id est, ante proceres. MONSTRA deûm.] quæ ostenderant. Et modò mala. nam mediũ est: quia interdũ dicuntur & bona. OMNIBVS idem.] Plus est, quàm si diceret similis.. Est aũt vnus animus, aut idẽ cõsiliũ. Et hoc iuxta disciplinã augurale dixit, quæ appellatur consensio: sicut in libro II. dictum est. SCELERATA terrâ.] pro, sceleratorum: vt suprà. Captiua vestis.

TROIA.] Troianus sum. & cruor hic Troianus est; non externus. TELORVM seges.] hæc, quæ cernis, & credis arbusculas, fuêre tela in me iacta, quando cecidi, & reuiruêre affixa terræ. SEGES.] multitudo. REGI.] Polymnestori. OBSIDIONE.] Græcorum. ILLE. Polymnestor. FORTVNA.] prospera recessit. QVID non mortalia.] Exclamatione auri, animum regium Didonis misericordem facit quia Sichæus propter aurum interemptus fuit: vt Quintilianus meminit. SACRA.] exsecrabilis. REFERO.] Retulit Aeneas monstrum hoc ad Troianos proceres, & ad patrem. POM. Sabi.

NON me tibi Troia Extremum tulit.] Sunt lib. nonnulli, in quibus Extremum scriptum est. Aut cruor hic de stipite manat. In antiq. aliquot lib. Haud legitur, puncto firmo præfixo. IACVLIS increuit acutis.] In lib. aliquot antiquis, Impleuit, habetur. ILLE vt opes fractæ Teucrum, & fortuna.] In libris aliquot antiquis non habetur Et copulatiua particula. PRIMVMQ'VE parentem.] Vetera quædam exemplaria, Parentum legunt. VAR. Lect.

PARCE pias scelerare manus.] aliud dat in noticiæ signum, propter augmentum criminum prohibendum. Aliud est enim, peccare in ignotum: aliud, in eum qui sit notus. Cùm igitur dicit, Parce pias scelerare manus: ostendit, quia & ipsum, & mores eius, & viuendi studium nouerat. Sed quæritur, cur dixerit, Parce pias scelerare manus? cùm iam, quod prohibuerat fieri, factum esse constaret. Post admonitionem & cognitionem ait, Parce scelerare: priùs enim facta, quæ Aeneâ ipso nesciente processerant, potuerunt habere veniam. hæc enim fecerat, qui nesciebat causam. Hæret autem inexpiabilis nota, si fuerit voluntate peccatum. Ergo rectè dixit, Parce scelerare: antequam facto & mente peccares. PARCE pias scelerare manus.] quod prohibeo, inquit, fieri, & mihi proderit, & tibi. Hoc genus persuasionis magnum est: vt, quod vnusquisque petitur, sciat etiam sibi profuturum. Et mihi, ait, parces, & tibi erit commodum: ne manus tuas pias & religiosas funestes, & inexpiabili labe commacules, præsenti vel maximè tempore, quo sacra numinibus reddis. NON me tibi Troia Extremum tulit.] Peccas, inquit, in hominem: peccas in miserum: peccas in defunctum: peccas in ciuem: peccas in tuum. Creusæ enim fuerat frater Polydorus, perindeq; Aeneæ affinis. Pulcrè tamen dixit, Non me tibi Troia Externum tulit: hoc est, non ita me tibi ciuem genuit Troia, vt tantummodò ciuis tuus essem, verùm etiam vt iungerer generi tuo.

HAVD

HAVD cruor hic de stipite manat.] an putas fieri potuisse, vt ex ligno sanguis exîsset? Ecce tractat & partes loci. iam enim, vt dictum est, personarum tractauit partes, & temporis. HEV fuge, inquit, crudeles terras, fuge littus auarum.] Hominum culpa & morum ascribitur terris, in quibus nati sunt: quasi demum non hominum genus, sed eorum parens terra peccâsset. Hoc faciat, & hoc vult intelligi: ne vnum quidem illic esse, qui viuat hominum more, ac per hoc, vitium eiusmodi non hominum esse; sed loci. in hominibus quippe est proculdubiò diuersitas; neq; enim aut omnes boni, aut omnes mali reperiuntur. Sed hic, quia suadebat fugam etiam terram ipsam dixit immanem: ne speraret Aeneas, posse illic aliquem reperiri, qui humanum animum gereret; & hac spe transductus, in iisdem locis remaneret, in quibus occidi potuisset. Sed non ad solam conseruationem salutis, huiusmodi potest admonitio pertinere. non enim debuit pius & religiosus inter sceleratos & impios commorari; etiamsi nihil auderent aduersùs ipsum. Item, quod ait; Fuge crudeles terras, fuge littus auarum: duplicatio vnius verbi magnam habet cogendi necessitatem. nam bis ait, fuge: vt sinè dilatione fugeret. Interea docemur, instruente Vergilio, crudelitatem sinè auaritiâ, & auaritiam sinè crudelitate, esse non posse. nam expleri auaritia non potest; nisi spes interuenerit lucri. Itaq; sic inter se connexæ sunt: vt altera sinè excessu alterius compleri non posfit. Hic locus in primo libro ex Pygmalionis personà tractus est. idem enim dictus est impius: & quòd auri cupiditate cæcus, maritum sororis insontem necâsset. NAM Polydorus ego.] Nomen suum tantùm dixit; tacuit de patriâ: quia iam suprà dixerat; Non me tibi Troia Externum tulit. Tacuit de parentibus: tacuit de personâ eius, cui fuerat commendatus à patrè: tacuit de causâ, propter quam constabat occisum. omnia enim, præter sepulcrum eius, Aeneas nouerat. Solum ergo suffecerat nomen dixisse. propter illam partem, quâ dixit: Non me tibi Troia Externum tulit. HIC confixum ferrea texit Telorum seges, & iaculis increuit acutis.] Et facinus in se admissum refert. Illud firmare contendit, quod dixit; Fuge crudelas terras; vt non tantùm telorum multitudinem; verùmetiam naturam sæuorum hominum, simul ostenderit. tela enim proculdubiò manibus hominum portabantur, cùm peteretur corpus insontis. Tanta, inquit, sæuitia cunctorum fuit, vt, cùm vnum telum pueri necem perficere potuisset, vnum in corpus omnes omnia tela presissent & confixissent. ET iaculis increuit acutis.] vt ad illius funus acuto ferro, multitudo sæua confluxisse videretur. Quòd autem dixit, Increuit, crebrò percussit, accipiendum est: vt non remansisset locus immunis à vulnere.

DON. TVM verò ancipiti mentem formidine pressus Obstupui, steteruntque comæ, & vox faucibus hæsit.] Propterea dixit; Tum verò: quia suprà dixit; Mihi frigidus horror Membra quatit, gelidusq; coit formidine sanguis. Horror enim, qui ex visu sanguinis stillantis ex ligno fuerat exortus, voce dehinc Polydori, gementis casus suos, vehementissimè cumulatus est: vsq; adeò, vt mens omnis in hebetudinem versa sit, & in silentium transiret vox; comarum verò mollicies obdurata constiterit. Retulit Polydori verba. dehinc sua subnectit: vt ostendat, quo modo factum sit, vt Troianus puer in alienis terris fuisset occisus. HVNC Polydorum, auri quondam cum pondere magno, Infelix Priamus furtim mandârat alendum Treicio regi; cùm iam diffideret armis Dardaniæ, cingique vrbem obsidione videret.] Hunc, inquit, nutriendum infelix amico & regi dederat Priamus, cogente illa necessitate: quòd videret, obsidione perfectâ, nullam spem remansisse, vim scilicet temporis passus: vt posteritas eius, quæ fuit in pluribus liberis, in vno saltem superstite remaneret. Ac ne deesset victuro substantia; maximum quoq; auri tradidit pondus: ex suâ naturâ mores alienos expendens: proindeq; nihil existimans secus interuenire potuisse, quod amicitias veteres rumperet: regis quoq; animum, qui omni opulentiâ superflueret, transducere non posse in eam partem; vt auaritia præceps, commendatum sibi innocentem amici filium, filiumq; collegæ, confoderet. Inde igitur magis Priamus infelix; quòd, in aduersis, dum filium incolumen cuperet, nihil contrarium præuidens, dedit materiam precij & ponderis magni: non quâ viueret puer; sed qua posset occidi. Egit causam Priami, ne imprudens, ne incautus, ne in causâ filij minùs diligens fuisse videretur. dederat enim vicino, (vt dictum est) noto, amico veteri: dederat non onerosum: dederat cum substantiâ: dederat diuiti: dederat regi: dederat pressus: dederat desperatis omnibus. ILLE, vt opes fractæ Teucrum, & fortuna recessit, Res Agamemnonias, victriciaque arma secutus, Fas omne abrumpit; Polydorum obtruncat, & auro Vi potitur.] Ille, inquit, id est, qui speraretur humanus: qui amico seruaturus fidem putaretur: ille diues, ille delectus ex plurimis, & hæsitantis Priami deliberatione cæteris prælatus, qui alendum susceperat innocentem amici veteris filium; vt intelligit patris fortunam & Troianorum: votisq; hostium, auaritiâ præcipitante, consentiens, omnia fœderum religiosa corrupit; iugulauit puerum; & scelerata consecutus est B lucra. Interea cùm de modo auri loqueretur; Dedisse, inquit, magna. quod quia specialitatem non habet: arbitremur tantum, quantum rex, quantum pater filio, qui eum vlteriùs visurus non esset, dare potuit; cumq; Ilio consumpto cum omnibus postea fuerat collaturus: postremò tantum, quantum amicum in perfidiam, quantum in auaritiam regem; quantum miserrimi status, & veteris amicitiæ debito, regem, in necem pueri potuit prouocare. Hic quoq; locum, tempus, personamq; tractauit: quæ funesta ac nefanda facturo, opportuna sunt visa. Nam locus, quamvis proximus; tamen interpositione pelagi superatus erat à finibus Troiæ. Personæ verò tractatus fuit, quòd facilè puerum, & solum, necare potuisset. Defensorem autem euersurum credebat nullum, qui vltionem moliretur occisi. Idonea verò temporis dabatur occasio, Iliensis imperij felicitate deiectâ. Ferit ille; quod infelix de hoste Priamus metuit. Ecce Vergilius docet, in aduersis, nec amicis habendam fidem; vbi possunt scelere lucra captari. Difficile est enim, seruare fidem: cum fatorum aduersa fuerit facta conuersio. perinde enim inter amicos fides est, vt fortunæ & fatorũ cursus sese pbuerint. Hinc poëta compulsus, ex personâ eius, quem loquentem induxerat, sic cupiditatis auri vituperatione clausit, vt generali ex- C clamatione diceret: QVID non mortalia pectora cogis Auri sacra fames?] Cùm dicit: Quid non? non tantùm de præsenti causâ fit; sed de omni genere personarum & necessitudinum, & de criminibus omnibus. Sicuti enim lectum constat, & exempla veterum docuerunt, fecit auri cupiditas patriæ proditores: auriq; pondere fidem sæpè militum fractam, fractam coniugum, fractam nautarum, fractam proximorum, fractam fœderum, fractam amicorum. Dedimus intelligendi viam: cætera lector inueniet: quæ tanta sunt vno versu conclusa, vt hæc libris explicari non possent. POSTQVAM pauor ossa reliquit.] Suprà enim dixit: Tum verò ancipiti mentem formidine pressus Obstupui, steteruntque comæ, & vox faucibus hæsit. Postquam pauore discedête integratus est, inquit, animi mei vigor: DELECTOS populi ad proceres, primumque parentem, Monstra deûm refero, & quæ sit sententia posco.] Quid vidisset, vel quid audîsset, primùm ad patrem, qui iudicare de monstris & augurijs nosset; deinde ad potiores cæteros pertulit. debuit enim, quid facto opus esset, omnium definiri sententiâ. OMNIBVS idem animus.] Omnes, inquit, vnum tenuêre consilium. SCELERATA excedere terrâ, Linquere pollutum hospitium, & dare classibus austros.] In tractatibus publicis, cùm dubia in medio veniunt; id maximè fieri conuenit, quod plurimis cordi sederit. Hic autem, quoniam euidens malum videbatur, & tam exsecrabile

Digitized by Google

A crabile exstiterat factum; omnes probant esse fugiendum: ne in terris crudelibus pij & religiosi, cum ingi salutis suæ periculo, morarentur. nunquam enim dissimilitudo morum, amicitiæ vinculis potest coniugi. Præter hanc causam, accedebat alia: quòd incolarum scelere pollutum fuisset hospitium; hoc est, soluta per scelus amicitia, quæ religionis fœdere fuerat iniuncta. vnde ad id tendebat res, vt illic consistere vtile non videretur; & irreligiosum esset illic remorari, vbi innocẽtis Troiani pueri sanguis fuisset effusus. DARE classibus austros.] Locutio non tantùm non vitiosa, verùmetiam splendida. simplex enim fuerat, dicere; Dare naues ventis. sed vt nouitatẽ induceret eloquentiæ, ait; Dare classibus austros: vt ad fugã paratas naues efficerent. Dare enim ventũ naui, est flatibus obijcere; vt agi possit auris exceptis, & velociùs currere.

QVID non mortalia pectora cogis, Auri sacra fames?] Si quando dicemus, homines auri gratiã, diuina & humana miscere; infanda & exsecrabilia moliri; noua voluntare in pectore consilia; contaminare, diripere, spoliare, occidere: locus erit illi; Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames?

Linquere pollutũ hospitiũ, & dare classib. austros.
Ergo instauramus Polydoro funus; & ingens
Aggeritur tumulto tellus: stant manibus aræ
Cæruleis mœstæ vittis, atraque cupresso;
Et circùm Iliades crinem de more solutæ.
Inferimus tepido spumantia cymbia lacte,
Sanguinis & sacri pateras; animamque sepulcro
Condimus, & magnâ supremùm voce ciemus.
Indè, vbi prima fides pelago, placataque venti
Dant maria, & lenis crepitãs vocat auster in altum;
Deducunt socij naueis, & littora complent:
Prouehimur portu, terræque vrbesq; rececedunt.
Sacra mari, colitur medio gratissima tellus
Nereidum matri, & Neptuno Ægeo:
Quam pius Arcitenens oras & littora circùm
Errantem, Mycone celsâ Gyaroq; reuinxit:

INSTAVRAMVS funus.] Modò sepulcrũ, quod virgulta euellẽdo diruerat. Nam propriè funus, est incensum cadauer. AGGERITVR tumulo tellus.] Vt ostenderet verũ tumulũ; ne fortè aliquis alius aliud errore violaret. STANT.] Positæ sunt. MANIBVS.] Manes sunt illo tempore animæ, quo de alijs recedentes corporibus, needũ B in alia trãsierunt. Sunt aũt noxiæ; & dicũtur κατ' ἀντίφρασιν. Nam manũ, bonum est, Vnde & manè dictum est. Similiter etiã Eumenidas dicimus, ἀπὸ τῆς εὐμενείας, id est, beneuolentiã vt parcat, bellum, lucum. Alij, manes à manando dictos intelligunt. Nã manibus plena sunt loca inter lunarem & terrenum circulũ; vnde & defluunt. Quidã, manes, deos infernos tradunt: eosq; inter numina læua numerant: placariq; putant sacrificijs, ne noceant. Quidã, alios manes, alios deos infernos dicunt. plurimi, deos cælestes vt viuorum; ita manes mortuorũ tradiderunt. Alij putant, hoc nomine appellatas fuisse animas separatas à corpore. Vnde videmus, vetusta sepulcrorũ monumenta. Dijs manib. esse inscripta. In quâ etiam sentẽtiã videtur fuisse Apuleius, de dæmonio Socratis. Manes (inquit) animæ dicuntur melioris meriti, quæ in corpore nostro Genij dicuntur, corpori renunciãtes. Lemures, quũ domos incursionibus infestarent, Laruæ appellabantur: contrà, si æqui & fauentes essent, Lares familiares. Sunt etiam qui putent, Manes eosdẽ esse, quos vetustas Genios C appellauit: duosq; Manes corporibus ab ipsã statim conceptione assignatos fuisse, qui ne mortua quidẽ corpora deserant; cõsumptisq; etiã corporibus, sepulcra inhabitent. Cicero 2. de legib. Deorũ Maniũ iura sancta sunto. Atq; eandẽ ob causam Manes, pro ossibus ipsis & sepulcris ponũtur. Pers. Sat. 1. Nunc non è manibus illis Nascuntur violæ? Idem Sat. 5. Indulge genio, carpamus dulcia: nostrum est, Quòd viuis; cinis, & manes, & fabula fies. Quandoq; Manes dicũtur pœnæ: vt in VI. Quisq; suos patimur manes. Alij manes nocturnos dicunt esse eius spatij, quod inter cœlũ terramq; est; & ideò humoris, qui noctu cadit, potestatem habere. vnde manè quoq;, ab iisdem manibus, dictũ. CÆRVLEIS vittis.] Cato ait: depositã veste purpureã fœminas vsas cæruleâ, cùm lugerẽt. Veteres sanè, cæruleũ nigrum accipiebant. Vittæ aũt cęruleæ in acerbo funere, præcipuè filiorum familiãs, adhiberi solebãt: sicut hîc, nam Polydori funus, vtpotè adhuc pueri, acerbũ est: & quia eius ætatis erat, vt filiusfamiliãs adhuc esse potuisset. MOESTÆ aræ.] Cicero pro Murenâ: Imaginem lugentẽ. ATRAQVE cupresso.] Nigrã, funestã. Nam inferis cõsecrata est: quia cæsa nunquam reuirescit. Dicitur aũt Cyparissus, per synæresin, Cypressus: deinde, conuersione Y in V, Cupressus. Est aũt arbor procera, caudice oblongo & recto, folio pini, sed carnosiore mollioreq;, neq; ita pungente; fronde indeciduâ, odore vehementi. Duo eius sunt genera. Nam quæ sterilis est, fœmina dicitur, ad metæ formam in fastigio conuoluta: vnde & κωνοειδὴς peculiari epitheto appellatur. Cõtrà mas latiùs spargit ramos, conosq; profert nuci pineæ nõ absimiles, licèt minores: mirâ inter arbores fœcunditate, quippe quæ trifera est: fructusq; habet, & Ianuario, & Maio, & Septembri maturos; nulli tamen rei vtiles, imò potiùs noxios, quemadmodũ & ipsa arbor; cuius etiam vmbra noxia creditur. Dicta est aũt Cyparissus, (vt Dydimo placet) ἀπὸ τοῦ κύειν παρίσους, hoc est, ab æqualiter pariendo; quòd æqualiter & ramos pariat & fructus. Fructus eius, à figurâ, Conus appellatur. Vnde ipsa arbor perpetuo epitheto Conifera appellatur. vt, Aërię quercus, aut coniferę Cyparissi: Fabula de Cupresso talis est. Cùm haberet in delicijs Cyparissus puer ceruum; & ipse Apolline diligeretur: imprudens ceruum suum iaculo occidit; eumque dum luget, neglectâ consolatione Apollinis, dolore consumptus est. cuius vt exstaret memoria; in luctuosam arborem, id est, cupressum, mutatus est: quæ defunctis adhibetur. Moris aũt Romani fuerat, ramũ cupressi ante domũ funestã poni: ne quisquã pontifex per ignorãtiã pollueretur ingressus. Hinc Horat. Nec te præter inuisam cupressum Vlla breuẽ dñm sequetur. Atra aũt, quod atratos lares significet. CRINEM de more.] Aut de more gentis; vt etiam in Aegypto est: aut certè de more plangentiũ. INFERIMVS.] Inferias damus, propriè. TEPIDO lactè.] Statim mulcto. CYMBIA.] Pocula in modũ cymbæ facta. SANGVINIS sacri.] de victimis sumpti. Ideò aũt lactis & sanguinis mẽtio facta est: quia affirmantur animæ lacte & sanguine delectari. Varro quoq; dicit; mulieres in exsequijs & luctu ideò solitas ora lacerare: vt sanguine ostenso inferis satisfaciant. Quare etiã institutũ est, vt apud sepulcra & victimæ cædantᷓ. Apud veteres etiã homines interficiebãtur. sed mortuo Iunio Bruto, cùm multæ gentes ad eius funus captiuos misissent: nepos illius eos, qui missi erãt, inter se cõposuit: & sic pugnauerũt, & quòd muneri missi erãt, indè munus appellatũ. Sed quoniã sumptuosum erat & crudele, victimas vel homines interficere: sanguinei coloris cœpta est vestis mortuis inijci: vt & ipse testatur 6. Aen. Purpureasq; sup vestes velamina nota 1. & 5. Aen. Purpureosq; iacit flores. Alij sanguinis inferẽdi, ad adescẽdas defunctorũ animas, illâ ratione, cõsuetudinẽ tradunt: vt, quod amiserũt, videantur accipere. Sãguis enim velut animæ possessio est: vnde exsangues, mortui dicũtur. Nã & Homerus in Necromantiâ, non priùs facit loqui animas, nisi sanguine gustato. Alij, lac & sanguinẽ ab hoc accipiũt: quòd vna res nutrit, alia nutriatur. Animáq; sepulcro cõdimus.] Bene animã lacte & sanguine ad tumulũ dicit elicitã. Lacte nãq; corpus nutritur, post animæ cõiunctionẽ: et anima sinè sanguine nunquã est; quo effuso recedit. Legimus præterea in Sexto; insepultorũ animas vagas esse. & hũc cõstat, nõ legitimè sepultũ fuisse. Ritè ergò redditâ legitimâ sepulturâ, redit anima ad quietẽ sepulcri: quàm Stoici hercíscundi, id est, mediã secuti, tãdiu durare dicunt, quãdiu durat & corpus. Vnde Ae-

gypti

Digitized by Google

gyptij periti sapientiæ, condita diutiùs reseruant cadauera: scilicet vt anima multo tempore perduret, & corpori sit obnoxia; nec citò ad alia transeat. Romani contrà faciebant, comburentes cadauera: vt statim anima in generalitatem, id est, in suam rediret naturam. Dicit ergo nunc, sacrificijs quibusdam elicitam animam, & sepulcro conditam, obnoxiamq; factam corpori: quod antè horrebat: quasi per vim extorta. Ideò autem Stoicos medium sequi diximus: quia Plato perpetuam dicit animam, & ad diuersa corpora transitum facere statim, pro meritis vitæ prioris. Pythagoras verò, non μετεμψύχωσιν, sed παλιγγενεσίαν esse dicit, hoc est, redire; sed post tempus. SVPREMVM.] Non est nomen; sed aduerbium: vt, Toruum clamat. CIEMVS,] Hoc loco dicimus more solenni, id est, tertiò, Vale: nos te ordine, quo natura permiserit, cuncti sequemur. Quidam dicunt, eorum mortuorum nomina ter vocari; qui in alienâ terrâ dimittuntur, vt in VI. Et magnâ manes ter voce vocauí. FIDES pelago.] Hoc est, vbi fidem pelago habere cœpimus, nos tutò nauigaturos. Quia alibi ait; Toties cœli deceptus fraudi sereni. LENIS crepitans auster.] Duo epitheta posuit vitiosè; vt diximus suprà. Fecit autem hoc propemodum in decem versibus. Auster autem, quiuis ventus. Nam ad Thraciam Aquilone nauigatur. lenis autem ideò; quia superiùs ait: vix prima inceperat æstas. & leues venti per æstatem sunt. DEDVCVNT.] Propriè, vt è contrariò, subducunt. TERRÆQVE vrbesque recedunt.] Physicam rem dicit. hoc enim nauigantibus videtur, quasi ab his terra discedat. Item aliter. Iuno, cùm vidisset Latonam à Ioue adamatam, iurauit eam non parituram in terris. Iupiter mutauit eam in coturnicem, quæ Græcè ὄρτυξ appellatur: & monstrauit, vt veniret Delon: quæ illis temporibus circa omnia littora ferebatur ventis. Post partum verò Latonæ, quòd Dianam & Apollinem peperit, Ortygia dicta est, quæ antè Delos nominabatur: & postea Delos, cùm eam Apollo reuinxisset Gyaro & Mycone, altissimis montibus. SACRA mari colitur medio.] Ordo est: In mari medio Aegeo colitur tellus sacra, Neptuno, & Nereidum matri, id est, Doridi, gratissima. Fabula autem talis est. Post vitiatam Latonam, Iupiter, cùm etiam eius sororem Asterien vitiare vellet; illa optauit à dijs, vt in auem verteretur: versaque in coturnicem est. Et cùm vellet maria transfretare, quod coturnicum est: afflata à Ioue, & in lapidem conuersa, diu sub fluctibus latuit. Postea, supplicante Ioui Latonâ eleuata super aquas fieri cœpit. Hæc primò Neptuno & Doridi fuit consecrata. Postea, cùm Iuno grauidam, serpente Pythone immisso, Latonam insequeretur: terris omnibus expulsa Latona, tandem applicante se littoribus, sorore suscepta est: & illic Dianam primò; pòst Apollinem peperit: qui statim, occiso Pythone, vltus est matris iniuriam. Sanè nata Diana, parturienti Apollinem matri dicitur præbuisse obstetricis officium. Vnde, cùm Diana sit virgo; tamen à parturientibus inuocatur. Hæc namque est Diana, Iuno, Proserpina. Nata igitur duo numina, terram sibi natalem errare non passa sunt; sed eam duabus insulis religauerunt. Veritas verò longè alia est. Nam hæc insula, cùm terræ motu laboret, (qui fit sub terris latentibus ventis; sicut Lucanus: Quærentem erumpere ventum Credidit) oraculo Appollinis, terræ motu caruit. Nam præcepit, ne illic mortuus sepeliretur, vt in Vulcano: & iussit quædam sacrificia fieri. Postea è Mycone & Gyaro, vicinis insulis, populi venerunt, qui eam tenuerunt. quod etiam Vergilius latenter ostendit. Quòd autem diximus, Dianam primò natam; rationis est. Nam constat, primò noctem fuisse; cuius instrumentum est Luna, id est, Diana: pòst diem, quem Sol efficit, qui est Apollo. Vt autem Delos primò Ortygia diceretur, factum est à Coturnice, quæ Græcè ὄρτυξ dicitur. Delos autem; quia diu latuit; & postea apparuit. Nam δῆλον Græci, manifestum dicunt. A
Vel, quod verius est; quia, cùm vbique Apollinis responsa obscura sint, manifesta illîc dantur oracula. Delos autem, & ciuitas dicitur, & insula. Vnde interdum recipit præpositionem. SACRA mari.] Sanè sacrum dicitur, quod ritè sacratur deo: vt ædes, aræ, simulacra, donâ. Hîc igitur ædium sacrarum, etsi non apertè, attamen eiusdem ritus, meminit, cùm de insulâ loquerertur: in quâ præterquam sacra dixerat, id est, sacrata; gratam quoque posuit, non solùm Doridi matri Nereidum quæ traduntur deæ maris; sed Neptuno etiam addidit, dominatori videlicet omnium in mari deorum. TELLVS.] Maior dignitas est, tellus; quàm si dixisset, insula. NEREIDVM matri,] Doridi, quinquaginta Nympharum matri; coniugi Nerei. NEPTVNO ægeo.] Quia in Aegeo mari hæc insula posita est. Sanè inter Hellespontum & Adriaticum mare, omne illud Aegeum appellatur: quod nomen à patre Thesei, Aegeo rege Atheniensium, traxit; qui in mare se præcipitauit, sperans mortem filij. Cùm enim in labyrintho Minotaurus esset inclusus; & quotannis ex nobilitate Atheniensium B
septem pueri vel puellæ, ad vescendum Minotauro mitterentur: tandem dolor Theseum subijt. Profectus itaque est ad Minotaurum perimendum: pepigitque cum patre: vt si illud monstrum vicisset, vela candida nauibus daret: si fortè à Minotauro fuisset oppressus nauigium cum atris velis rediret. Sed cùm exstinxisset Minotaurum: oblitus, non cum candidis; sed cum nigris velis reuerti cœpit, & patri in speculâ constituto, triste sui interitus signum dedit. qui exstinctum filium credens, se præcipitauit in mare: vnde Aegeum pelagus appellatum est. PIVS arcitenens.] Apollo est. Bene pius: aut qui vltus est matrem de Tityone, de Niobe, de Pythone: aut quia patriam stabiliuit errantem. Legitur & prius. MYCONE GYAROQVE reuinxit.] Quidam per historiam dictum putant. nam inter Myconem & Gyarum, Syrum, vnam de Cycladibus, esse dicunt. vnde fuit Pherecydes Philosophus. Alij, nullum auctorem alium esse adserunt, qui Delon ab Apolline religatam dicat. Constat enim, eam antè euagare, & propter Latonæ partum restitisse. Alij, hanc insulam inter Myconen & Gyarum humilem esse dicunt, vt his quasi vinculis contineatur. Reuinxit autem, putant, retraxit. C

AVSTROS classibus.] Hypallage. INSTAVRAMVS.] parentauerunt Polydoro. in sacris mortuorum erigebantur aræ. CVPRESSO.] Cupressus tota funebris erat. LACTE.] lacte aspergebantur manes. vt apud Papinium, anima Polydori elicita condita; conditur sacrificijs Aeneæ. CYMBIA.] Cymbium, diminutiuum à cymbâ. procera pocula, instar nauigij alij putant à cisimbo dictum: quod poculum apud Homerum Vlysses Cyclopi dat; & est hederaceum. CONDIMVS.] abscondimus. AVSTER.] pro vento. nam boreâ, non austro, è Thraciâ huc nauigatur. TERRÆ.] Thraciæ. TELLVS] Delos insula. DORIDI.] Doris, mater Nereidum est. QVAM prius.] Iupiter, cùm Asteriem, Latonæ sororem, stuprare tentâsset, dicitur illa demutata in auem coturnicem: quæ volans à Ioue, in lapidem conuersa fuit. is lapis, precante Latonâ, supernatabat mari. Iupiter indè ipsam Latonam grauidauit. grauidam Iuno, immisso Pythone, persequebatur. cùm nullibi reciperetur; à sororio saxo suscepta est, in quo peperit. Cæso Pythone, Apollo & Diana saxum religauêre cum Mycone & Gyaro, & stabiliuêre. Aristoteles ait, eam insulam emersisse: & indè appellatam Delon. Ortygia dicta; quia græcè coturnix est. vrbem habet. Ioni incumbit Cynthus mons, cum Inopo riuulo paruo. eam priùs habitauere incolæ propinquarum insularum: sed celebris facta oraculo Apollinis. alere in eâ canes, nefas habebatur. huc migrauêre Corinthij, verià Corinthos,

A rintho, *Delos, Myconus, & Gyarus, Cyclades sunt insulæ in Aegeo. Deli nomina hæc fuêre; Asteria, Ortygia, Lagia, Cynthus, Ciramida, Pyripyle; quia in eâ primum inuentus ignis.* Delos, *quia apparuit; vel, quia terræmotum non sentit. Varronis ætate, bis concussa est.* Myconis, *insula parua; in quâ nouissimè ab Hercule mactati Gigantes fuerunt. Myconij omnes calui sunt.* Gyarus *vicũ habet piscatoriũ. Gyarenses promisêre Augusto 250. drachmas in triumpho Actiaco.*

VAR. Lect. ILIADES crinem.] *In antiquis aliquot libris,* crines *legitur.* ET lenis crepitans vocat Auster.] *In lib. aliquot antiq.* Lene crepitans *legitur.* QVAM pius Arcitenens oras & littora circùm.] *antiqui aliquot libri* Priùs *legunt.* ERRANTEM, Mycone celsâ Gyaroque reuinxit.] *Antiqui lib. plerìq; omnes, hoc dictionum ordine versum legũt;* Errãtem Gyaro celsâ, Myconeq; reuinxit.

DON. ERGO instauramus Polydoro funus, & ingens Aggeritur tumulo tellus: stant manibus aræ Cæruleis mœstæ vittis, atrâque cupresso, Et circùm Iliades crinem de more solutæ. Inferimus tepido spumantia cymbia lacte, Sanguinis & sacri pateras, animamque sepulcro Condimus, & magnâ supremùm voce ciemus.] *Læsi manes placari debuerant, interueniente sacrorum solennium ritu. Accedebat enim, ad expiationem violati sepulcri etiam personæ meritum; quia ciuis fuerat, & affinis Aeneæ, & filius regis; quodq; monuerat, vt sceleratas terras, & auarum littus Troiani relinquerent, & apertis periculis liberarentur. Ergo talia sunt exhibita, quæ possent curare, quod malè fuerat gestũ; & quæ talem sacrorum speciem demonstrarent; quæ etiam statim mortuis exhiberi consueuerint. Hac occasione poëta docuit, quemadmodum talibus causis possit occurri.* INDE vbi prima fides pelago; placataq; venti Dant maria, & lenis crepitans vocat auster in altum.] *Vnam rem copiosè dixit, & ambitioso genere; quæ nauigaturis ex sententiâ occurrerat. nam tempus fiduciam dabat; quo & mare placidum fuerat, & flatus ita temperati; vt lenitate suâ etiam inuitos hortari potuissent ad nauigandum.* DENIQVE deducunt socij naues.] *Quas mansuri subduxerant.* ET littora complet.] *Et hominibus scilicet, & nauibus, opplebant littora: quoniam omnibus abeundi stabat vna sententia.* PROVEHIMVR porta, terræq; vrbesq; recedũnt.] *Quàm citò dixit nauigatũ, & in altum producta nauigia: in tantũ, vt nec terra iam, nec vrbes videritur.* SACRA mari colitur medio gratissima tellus Nereidum matri, & Neptuno Aegeo: Quá priùs Arcitenens oras & littora circùm Errantem, Mycone celsâ Gyaroq; reuinxit, Immotamque coli dedit, & contemnere ventos. Huc feror hæc fessos tuto placidissima portu Accipit.] *Dicendo,* Fessos accipit, *& longam, & laboriosam nauigationem ostendit: casu autem factum, vt ad illam insulam deferrentur: non enim nouerant eam. Interea descripsit insulæ situm; & quo conditore constiterit; & quod numen in eâ coleretur, quo'ue deo auxiliante, ex erraticâ & mobili, stabilis & immobilis facta sit.*

B

Immotamq; coli dedit, & contemnere ventos.
Huc feror; hæc fessos tuto placidissima portu
Accipit. egressi veneramur Apollinis vrbem.
Rex Anius, rex idem hominũ, Phœbiq; sacerdos,
Vittis & sacrâ redimitus tempora lauro,
Occurrit: veterem Anchisen agnoscit amicum.
Iungimus hospitio dextras, & tecta subimus.
Templa dei saxo venerabar structa vetusto:
Da propriam Tymbræe domũ; da mœnia fessis,
Et genus, & mansuram vrbem: serua altera Troiæ
Pergama, relliqas Danaûm atq; immitis Achilli.
Quẽ sequimur? quóue ire iubes? vbi ponere sedes?
Da pater augurium, atq; animis illabere nostris.
Vix ea fatus eram; tremere omnia visa repentè,
Liminaq;, laurusq; Dei; totusq; moueri
Mons circùm, & mugire adytis cortina reclusis.
Summissi petimus terram, & vox fertur ad aureis:

SER. COLI dedit.] *A vicinis scilicet populis.* CONTEMNERE ventos.] *Propter terræmotũ.* APOLLINIS vrbẽ.] *Delon. & est definitio. Eiusdem nominis, & vrbs, & insula, Delos dicitur.* REX Anius] *Anius aũt, rex Deli, Apollinis sacerdos, cùm trium filiarum esset parẽs, ne vnius tantùm Dei esset tutus auxilio, filias numini Liberi patris deuouit. qui parẽ ei* C *gratiã reddens, effecit, vt, quidquid vna attigisset, verteretur in fruges; altera, in vinũ; tertia, in oleum. Id cùm cõperisset; Agamemnon, dux Argiuorũ cũ mille nauibus oppugnaturus iret Troiam, misit, qui eas accersirẽt; vt posset alere Græciæ exercitum. Quæ cũ vinctæ tenerẽtur; inuocauerunt Liberum patrem. quas ille in columbas vertit; & ita vincula fecit effugere. Vnde hodieq; Deli columbas violare, nefas est. Hunc tamẽ Anium, Palepatus etiã propinquum tradit Anchisæ. Alij dicunt, huius Anij filiam, occultè ab Aeneâ stupratam, edidisse filium, nomine Anium.* REX & sacerdos.] *Hic Anius, Apollinis filius, rex Deli & sacerdos fuit; qui habuit filiũ, Andron nomine; vnde Andros insula appellata est. ad quẽ Anchises, ante Troicum bellũ, consultum venerat; an Salaminã peteret, comes Priamo. vnde & agnoscitur. Sanè maiorum hæc erat cõsuetudo, vt rex esset etiã sacerdos, vel pontifex. Vnde hodieq; Imperatores dicimus Pontifices.* VITTIS & lauro.] Vittæ, *Sacerdotis sunt:* laurus *verò, etiam Imperatoris victoris.* ANCHISES amicũ.] *κατὰ τὸ συνώνυμον intelligimus. Nã quomodo fuerint amici palàm Poëta nõ dicit.* HOSPITIO.] *Licèt Probus quærit, quid sit,* Iungimus hospitio dextras: *tamẽ casus septimus est, id est, iure hospitalitatis. Nam* ad hospitium *nõ potest intelligi: quia iam amicus fuit. Aut sicut quidam tradũt;* Iungimus dextras, *& hospitio tecta subimus.* TEMPLA Dei.] *Hoc iuxta augurij genus, quod statiuũ dicitur, retulit; in quo cõsideratur, quo in loco auguria peragi debeant. Nam ideò* Templa dei saxo venerabar structa vetusto. *& subiunxit,* Quóue ire iubes. *Et exinde,* da pater augurium. *Sanè quæritur, cur saxũ vetustũ dixerit. Sed traditur à plurimis, inter quos etiã Epatus, vir peritissimus, refert, Delphis quodã tẽpore euenisse, vt templũ, religiosum ante & intactũ spoliatũ incensumq; sit: ac pòst; multas Corinthij vrbes, singulasq; proximas, terræmotu haustas: Delon, neq; antea, neq; postea, hoc incõmodo vexatã; sicut Thucydides. Quod etiã Cicero, in præturâ Verrinarũ, ita ait:* Tãtaq; vis huius religionis est, & semper fuit; vt ne Persę quidem, cùm bellũ totâ Asiâ dij hominibusq; indixissent, & mille nauiũ classem Delũ appulissent, quicquã conarẽtur, aut violare, aut attingere. *Non mirũ ergo, si aut ad sua tẽpora poëta respexit; aut ad pristina; vtpote, quòd religio, nunquam omnino vexata, illo suo antiquo & vetusto saxo colebatur: vel* vetusto, *religioso. Et quòd* Venerabar *ait, ostendit se precatũ.* DA propriam.] Da, *dic, indica. Apollo enim, nõ dandi; sed dicẽdi habet potestatẽ. Quæritur etiã, cur Aeneas, cùm Delum venisset, nullis priùs hostijs cæsis, statum à precibus cœperit? quia tradũt multi, inter quos & Varro, esse aras, tam Apollinis, quàm filij eius, non tantùm Deli, sed in plurimis locis: apud quas hostiæ non cædantur; sed cõsuetudo sit, deum solennitate precum venerari. Quòd autem ait, Neptuno & Apollini tauris postea sacrificatum, apud alias aras hoc factum accipi oportet.* PROPRIAM.] *Perpetuam, stabilem, firmam; vt,* Propriamq; dicabo. *Et bene, post experimentũ malè cõditæ ciuitatis, perpetuas postulat sedes.* TYMBRÆE.] *Tymbræus Apollo dicitur, à loco, id est, agro Troiæ vicino, pleno tymbrâ, quæ Satureia dicitur. & benè Deli positũ Tymbræũ appellat; quem in Troiã adsueuerat colere in agro: in quo eius & nemus est, & tẽplum; vbi à Paride Achilles occisus est. Vnde fingitur manu A-*

poumis vulneratus. Ergo Tymbræus, vt Delius. nam numina à locis frequēter nomen accipiunt. Alij, Tymbram, locū in Delo consecratū Apollini tradunt. Sanè, quia græcè τύμβρος faciunt in deriuatione υ in diphthongū sæpiùs mutat: vt αἴτνη, Aetnæus: δίρκη, Dircæus. DOMVM.] Familiā: vt, Domus tenet à quo Sergia nomē. MANSVRAM.] Perpetuam. Duo petit: & vrbē, & perpetuitatē. Mansuram aūt ideò, vel propter Troiam, vel propter eam, quā in Thraciā condidit. SERVA altera.] Non quia prima seruauerit: sed quia seruare voluit, vt Homerus dicit. ACHILLI.] Sic veteres declinabāt. QVEM sequitur?] Apollo enim, exsulantibus sedē debebat ostēdere. Nam Phœnix, Cilix, Cadmus, à patre A' genere ad quærendā sororē missi, & prohibiti, nisi reperta fuisset, domū ne auderent reuerti: Apollinis monitis, diuersas regiones petierunt; Phœnix Phœniciā, Cilix Ciliciā, Cadmus Bœotiā: Qui Cadmus, oraculo Apollinis, bouē secutus, in Hyanthe Bœotiam cōdidit. Veteres enim, oraculis signa, quibus ciuitatē cōderent, accipiebāt. DA pater.] Pater religionis, vt suprà diximus, nomē est. Nā & hominibus datur: vt, Indè toro pater Æneas. & montibus: vt, pater Apenninus. & fluminibus, vt Tybri pater, numinibus etiā: vt, Quidue pater Neptune paras? Item, Ipse pater Danais animos viresq; secundas Sufficit. Itē, Odit & ipse pater Pluton. AVGVRIVM.] Modò oraculū: sed vsurpatiuè. Auguriū enim est, exquisita deorū voluntas, per consultationē auiū, aut signorū. quod tunc peti debet; cū id, quod animo agitamus, per augurium à dijs volumus impetratū. vt in hoc loco Aeneas, postquā omnia, quæ voluebat animo, petit, ait: Da pater auguriū. Et est species ista augurij, quæ legū dictio appellatur. Legū dictio aūt est, cū conditio ipsius augurij certā nuncupatione verborum dicitur, quali cōditione auguriū peracturus sit. quod hîc facit, exsequens formas petitionis versibus supradictis. tunc enim quasi legitimo iure legē adscribit; Da pater auguriū. ANIMIS illabere nostris.] Quia Apollinis responsa, licet semper obscura sint, vera tamē sunt. Vnde cū intelligentiā oraculū postulat. TREMERE omnia.] In consequentibus, quid sit omnia, docuit, dicēdo: Liminaq; laurusq; dei. & hoc auguriū, iuxta auguralē disciplinam dictū est; quod appellatur tripudium sonubiū, id est, à sono ad quod pertinet, si arbor sponte radicibus cadat, si terra tremat, quod hîc Aeneæ factū ostendit, antequā voce diuinā respōsa perciperet. VISA repente.] Stoicos & Academicos sequutus est: qui dicūt, ea quæ contra naturam sunt, non fieri, sed fieri videri. Vnde magica ars est exclusa omnis: sicut Plinius Secundus docet in naturali historia. Quocirca & Dido inducitur, dicens: Magicas inuita accingier artes. LIMINAQVE.] que breuis, est pro lōgā posita. & hac ratione defenditur: aut quia omnia monosyllaba ad artem non pertinent; & his licēter vti possumus: aut certè, quia omne μόριον, id est, particula, quæ sui substantiā non habet membrū putatur superioris orationis. quod si est: liminaq;, quasi vna pars orationis est; & potest que, finalitatis ratione, vel produci, vel corripi. LAVRVSQVE dei.] Aut ideò singulariter, quia in Delo Insulā laurus Apollini cōsecrata est: aut lucū dicit: aut quia traditur, Latonā, duas laurus amplexam, Dianam & Apollinem enixam. Fabula sanè de Lauro talis est. Daphnis Penei, vel, vt alij dicūt, Ladonis filia, ab Apolline adamata est: à quā cū precibus & promissis nō potuisset Apollo, vt secū concumberet, impetrare; vim ei adhibere conatus est. cumq; eā insequeretur; & illa fugiens defecisset lassata, Terræ implorauit auxiliū: quā terra hiatu facto recepit, & pro eā arborē edidit, quæ græcè nomen suū retinuit, latinè Laurus dicitur. sed Apollo eam etiā mutatā ita dilexit, vt adscriberet efficeretq;, vt propter virginitatem seruatā semper vireret. MOVERI.] Quia opinio est, sub aduentu deorū moueri templa. MONS.] Cynthus. Vnde Cynthius Apollo. CORTINA.] Locus, vnde oraculum datur. Dicitur autē cortina: vel quòd Apollinis tripos corio Pythonis tectus est: vel quòd certa illinc respōsa fundūtur, quasi certina: vel (quod est verius) quod cor illic vatis tenetur. Nam cauerna quædā in templo Apollinis fuit, ad quam Phœbas rapta vaticinabatur: vt Lucan. ostendit. Alij cortinam, quasi ortinā, tradūt: quòd inde vox oriatur. RECLVSIS.] nunc, apertis: aliàs, denuò clusis. SVMMISSI.] Vtrùm corpore, an animæ? an quia supplices rogamus? an, quod verū est, Inclinati. Et sciendū, pro qualitate numinū, orantes interdū ima, interdū summa respicere. Nā potestates aliæ cœlestes sunt, aliæ terrenæ, aliæ permixtæ. Vnde nunc Apollini deprecantes, terram petunt. Ipse enim est & Sol, & Liber pater, qui inferos petijt: vt Hor. Te vidit insomnis Cerberus. PETIMVS terram.] Benè terrā petunt, vnde ad eos responsa perueniunt: & quia Apollo etiam inferis notus est. A

CONTEMNERE ventos.] Pindarus ait; Ante partum Latonæ Delos ventis agitabatur. VRBEM.] Delon. REX Anius.] More antiquo, reges sacerdotes erāt. Vittę, ad omne sacerdotiū: laurus, ad Apollinē. VETVSTO.] antiquitatē dicit; cū Asterie versa fuerit in saxū. TYMBRÆ domū.] Tymbra campus est Troadis, per quem fluit Tymbræus fluuius in Scamandrū. ibi & templū Tymbræi Apollinis est. nunc non mirū, si Troianus nomen patriū vsurpat, & Tymbræū appellat Apollinē. hoc petit, quia Apollo exsulantiū deus est, quibus sedē inueniebat. MANSVRAM.] perpetuā mansionē. ALTERA.] secunda. RELLIQVIAS Danaûm.] totū hoc dicit: quia vult & optat quiescere. AVGVRIVM.] oraculum. CORTINA.] Cortina tripus Apollinis erat; vel significat ipsam tabularū superimpositā tripodibus. Dicitur cortina à corijs: quia antiqui tabulas corijs brutorū cooperiebāt. vel à corde: quia indè sortes primùm existimatæ. Cortina caua dicitur apud Ennium, quod inter terram & cœlum est. Cortiniare, apud antiquos cogitare; & cortinionem, cogitatem. POM. Sabi. B

OCCVRRIT: veterē Anchisen agnoscit amicū.] In Mediceo, & in plerisq; alijs, Agnouit, præterito tēpore positū est. TEMPLA Dei saxo venerabar structa vetusto.] In plerisq; libris antiquis, Veneramur, numero pluriū habetur. ET vox fertur ad aures.] Sunt vetera quædam exemplaria, in quibus Ad auras scriptum inuenitur. VAR. Lect.

Superpondij verò id loco fuerit, Staphylum, Dionysi filium, ῥοιὼ, id est, Rhœo filiā suscepisse, quā Apollo, cōpressit. id vbi resciuit pater, coniectā in arcā demisit in mare. Illa verò diuinitùs ad Eubœæ antrū appulsa, puerū peperit Rhœo, ac Anium dixit, ἀπὸ τὸ ἀνιαθῆναι δι' αὐτὸν: quia ob eum multam sensisset tristitudinē. Anium aūt in Delū Apollo transtulit; & qui vxorē duxit Dorippē, ac genuit Oeno, Spermo, Elaida: quibus id impartiuit Dionysius; vt, quicquid tangerēt, in triticū statim verteretur, & vinū & oleū: vnde dictæ Œnotropæ, quasi in nouas formas omnia vertētes. Scribit Pherecydes, Aniū hunc Græcis illuc profectis persuasisse, inibi nouē annis permanere: quoniā ab dijs statutū foret ita, Ilium decimo tandem anno posse capi. Hæc eò repetita nobis libentiùs sunt: quia mirum est interpretum Maronis silentium; ceu Oebaliæ habitent Amyclas, vt est apud Ausonium, & ora obsignārit Sigalion Aegyptius. CAEL. Rhod. C

EGRESSI veneramur Apollinis vrbem.] Vt primū, inquit, nauibus sumus egressi, venerati vrbē sumus, in honorem eius qui eam firmauit & cōdidit, & qui in eā præcipuè colebatur. REX Anius, rex idē hominū, Phœbiq; sacerdos, Vittis & sacrā redimitus tēpora lauro Occurrit: veterē Anchisen agnoscit amicum.] Quòd ait, Occurrit, magna laus eius est; qui cùm esset rex, & sacerdotali dignitate præditus, nō exspectauit, vt ad se peregrini potiùs venirent, sed ipse occurrit, humanitate vel maximè ductus, quam testabatur occurrendo. Quod aūt dixit, Veterē Anchisen agnoscit amicū; non antiquū, quasi veteris amicitiæ tantummodò, debemus accipere; sed talē quoq;, qualis fuerat, cū staret felicitas Troianorū. multi enim (Polymnestor fecit; qui, vt Teucrorum fortuna, mutatus est) tamdiu amicitias tenent, quamdiu stat vniuscuiusq; substātia. Ecce iste Anius, non fortunā præsentem cōsiderauit Anchisæ, sed veterē tenuit: tantumq; habuit amicū, quantus fuit, non quantus veniebat. Laurus & vittæ, insignia fue-

A *fuerunt sacerdotis, non signa lætitiæ: quoniam non conueniebant tēpori, quo victi suscipiebantur, & tristes. Deniq;*, Sacrâ lauro, *inquit, vt ostēderet, eam religionis causâ portari. Loco magna exēpla in hoc Polymnestore & Anio Vergilius posuit, malæ bonæq; amicitiæ: quibus homines, vel à pessimis actibus reuocat; vel hortatur ad bonos.* IVNGIMVS hospitio dextras, & tecta subimus.] *Merito, inquit, patris mei, rex cū omnibus amicitiā iunxit; & vniuersos induxit in domū. De exhibitis alimonijs tacuit. qui enim occurrit venientibus, qui duxit in domū; officia quoq; plenæ humanitatis implēsse monstrabatur.* TEMPLA Dei saxo venerabar structa vetusto.] *Opus tēpli vetustatis ratione laudauit.* Quicquid enim *vetus dicitur, nec tamē antiquitate vexatū est, atq; illæsum permanet; proculdubiò magnū est.* DA propriā Thymbræe domū, da mœnia fessis. Et genus, & mansurā vrbē; serua altera Troiç Pergama, relliquias Danaûm, atq; immitis Achilli. Quē sequimur? quóue ire iubes? vbi ponere sedes? Da pater auguriū, atq; animis illabere nostris. *Occasio fuit, vt ex responso Apollinis purgaretur scrupulus, qui Troianorum animos vehementer angebat: quia incerti in omnibus fuerant, nesciebant quò tenderent; nec*
B *nouerāt, vbi certā sedē habere potuissent. sic enim superiùs dixit:* Diuersa exsilia, & desertas quęrere terras Augurijs agimur diuûm; Incerti quò fata ferant, vbi sistere detur. *Præfatio igitur Aeneæ, plenā tenet desideriorū, manifestissimāq; petitionē. est in breuitate verborū, tamē intellectu latissima. solicitus quippe, diligētissimusq; cōsultor, omnia cōplecti debuit paucis; vt, accepto plenè responso, semel in omnibus redderetur instructior.* DA propriam Tymbræe domū.] Da, *significat ostēde, quæ nobis futura sit domus. Addidit* Propriam; *ne talis teneretur, quā iterum perderet; sicut in Thraciā factū est.* DA MOENIA fessis.] *& paratā, inquit, ciuitatē: quoniā fessis, nouam condere difficillimū est.* ET genus.] *scilicet argumentū generis; quod ex maximā parte in excidio fuerat consumptū.* ET mansurā vrbē.] *quæ nunquam periret, vt Troia.* Serua altera Troiæ Pergama, relliquias Danaûm atq; immitis Achilli.] *& quicquid, te monstrante, nostrū fuerit factum, tu serua; nos quoq; custodi. Posuit duo: incertus enim fuerat, quid fuisset Apollo dicturus. Petijt parata mœnia: &, ne fortè hæc illi facturum ratione negaretur; secūdò petijt, vt Pergama, quæ se conditurū esse sperabat, rogatus Apollo seruaret.* Serua, *bis accipiendū est:* Serua altera Troiæ Pergama: serua relliquias Danaûm, atq; immitis Achilli. *Reliquiarū idcirco fecit commemorationē, vt misericordem faceret, quē rogabat.* QVEM sequimur?] *nouerat enim, nonnunquā in respōsis etiā per signa mōstrari, quid agendū sit.* QVOVE ire iubes.] *vt super terrarū vocabulo incertos dignaretur instruere, vbi poneret sedes; vt locū ipsum nôsset, in quo nouā construeret sedē. In cōclusione, petitiones suas rectè cōmendat; ne responso dubio, (velut factū est) signis incertior fieret; q plena & perspicua desiderabat audire.* DA pater auguriū, atq; animis illabere nostris.] *Paterno, inquit, animo nos instrue; fauore plenissimo animis nostris, quæ desideramus, infunde. Hoc loco Aeneæ verba cōsideranda sunt. Cùm enim, supplicis & deprecantis more, diuina beneficia postulare debuisset; imperatiuo modo vsus:* Da, *inquit*, propriā domū, da mœnia, da genus, da mā surā vrbem. *Item*, serua altera Troiæ Pergama, serua relliquias Danaûm. *Itē*, da pater auguriū, & illabere animis nostris. *omnia imperatiuo modo prosecutus est. Hoc cū nō sit deprecantis, sed iubētis; intelligitur fiduciā numinis sic locutus, & meriti sui. Deniq; & in sexto libro, ex eiusdem Aeneæ personā, sic positū est: Apollinē semper Troianorū fuisse authorem. preces enim illîc sunt necessariæ, vbi cōcilianda est beneuolētia eius, qui aliquid postulatur. cùm verò iam ex alijs beneuolum constat esse, remoto circuitu, desideria ipsa oportet exponi.*

VIX ea fatus eram, tremere omnia visa repentè: **DON.** Liminaq;, laurusq; dei, totusque moueri. Mons circùm, & mugire adytis cortina reclusis.] *Mox, ait, vt dicta compleui, omnia mihi visa sunt tremere. à generalitate transijt ad species. Dixit enim:* Liminaque, laurusque dei, totusq; moueri Mons circùm, & mugire adytis cortina reclusis. *Hæc sic mota sunt, vel mugierunt; vt deum ipsum præsentem fuisse monstrarent.* SVMMISSI petimus terram, & vox fertur ad aures.] *Pauore, inquit, nimio, vestigijs firmis non potuimus stare, demissiq; ad terram has voces audiuimus.*

Dardanidæ duri, quæ vos à stirpe parentum
Prima tulit tellus; eadem vos vbere læto
Accipiet reduces: antiquam exquirite matrem.
Hîc domus Æneæ cunctis dominabitur oris:
Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.
Hæc Phœbus: mixtoq; ingens exorta tumultu
Lætitia, & cuncti quæ sint ea mœnia quærunt:
Quò Phœbus vocet erranteis, iubeátve reuerti.
Tum genitor, veterū voluens monumēta virorū,
Audite ô proceres, ait, & spes discite vestras.
Creta Iouis magni medio iacet insula ponto,

SER. DARDANIDÆ.] *Vt diximus, obscura quidem; sed vera*
C *sunt omnia. Nam dicēdo* Dardanidæ, *ostendit Italiā, vnde Dardanus fuit. quòd si Cretā significaret*, Teucridę *diceret.* DVRI.] *Vel futurū ostēdit laborem: vel eorū arguit insipientiam, qui intellecturi nō fuerāt.* STIRPE.] *Hoc verbo Troianis factꝰ est terror. Sanè* stirps, *genere fœminino, originem significat: vt*, Heu stirpem inuisam. *masculino, arborē: vt*, Sed stirpē Teucri nullo discrimine sacrū. *Sed Horatius cōtra regulā nititur: vt*, Stirpesq; raptas, & specus & domus. PRIMA tellus.] *Italia, vnde Dardanus venit. Teucer enim de Cretâ pòst venit.* VBERE læto.] Quod *est Italiæ proprium: vt alibi*, Atq; vbere glebæ. MATREM.] *terrā Apollo significat. Tractū aūt est de historia. nam Brutus & filij Tarquinij, cū oraculū Delphici Apollinis peterent, responsum est, eius imperiū fore, qui primus matrē reuersus oscularetur. quod solus Brutus agnoscēs, de naui egressus, simulans casum, osculatus est terrā: vnde & potitus imperio est.* EXQVIRITE.] *Ostēdit difficultatem.* HIC.] *Pro, illîc* DOMVS Æneę.] *Ad illud respicit*, Da propriā Tymbræe domū. NATI natorū.] *Propter illud*, Mansurā vrbē. *Nam oraculū semper ad petita respondet. Sanè hic versus Homeri est; quē & ipse Orpheo sustulit. Itē Orpheus de oraculo Apollinis Hyperborei. Mirè autem sequenti versu hoc ostendit, dicendo;* Hæc Phœbus. *Græcus verò versus hic est: καὶ παίδων παῖδες, τοί κεν μετόπισθε γένωνται.* TVMVLTV.] Quia dixit, Exquirite. LÆTITIA.] *Propter promissam imperij æternitatē. finis enim auspicij, in demōstratione cōprehensus, dedit petētibus lætitiæ optandam gratulationem.* VOCET.] *Aut, reuocet; aut hortetur.* MONVMENTA virorum.] *Historias.* SPES discite vestras.] *Aut quasi senex loquitur: aut quia (vt suprà diximus) scit se esse moriturū. Vbiq; enim sciens futurorū inducitur.* CRETA.] *Dardanus Iouis filius, & Electræ, profectus de Coryto, ciuitate Tusciæ, primus venit ad Troiam: & illîc parua ædificia collocauit. Post cuius obitū Teucer venit ex Cretâ; & inuenit Dardani socios habitantes in vallibus, qui cōstituit arces & mœnia. Modò ergo errat Anchises: nec respiciens aduentū Dardani, oraculū Cretâ significare credit. Argumētatur ex his, q̃ solent ab aduenis fieri. Ida, inquit, illîc est; q̃ in Troiâ ad similitudinē dicta: vt*, Effigiem Xanthi Troiâq; videtis, Quā vestrę fecēre manus. *Itē sacrorū similitudo; quā apud maiores nefas erat perire. Vnde Aeneas in Duodecimo;* Sacra deosq; dabo, socer arma Latinus habeto. IOVIS magni.] *Quia illîc dicitur nutritus esse. quod (vt Sallustius dicit) ideò fingitur, quia* primos Cretēses constat inuenisse religionem. *Sanè nati Iouis fabula hæc est. Saturnus, postquā à Themide oraculo comperit, à filio se posse regno depelli, natos ex Rheâ vxore filios deuorabat. quæ natū*

 Iouem,

Digitized by Google

Iouem, pulcritudine eius delectata, Nymphis commendauit in monte Cretæ Dictæo; vbi cum aluerunt apes: pro quo inuolutum lapidē glutiendū Saturno dedit. quē cùm Saturnus, fraude cognitâ, vehementiùs quæreret, adhibiti sunt Curetes & Corybantes, qui tinnitu æris (id est, lusus excogitato genere, vt cū clypeis æreis inter se cōcurrerent) prohiberent audiri pueri vagitum. vnde ipsi sunt matris deûm ministri. Sed nonnulli eosdē Curetes & Corybantes dicunt. Vt autē fingatur Saturnus filios suos comesse, ratio hæc est: quia dicitur deus esse æternitatis & seculorū. Secula autem, annos ex se natos in se reuoluunt. vnde Græcè κρόνος, & χρόνος, id est, tempus, dicitur. MEDIO ponto.] Potest quidē intelligi, secundum Sallustium, longè à continenti. sed altior est hoc loco Poëtæ intuitus. Nam apud Chorographos legimus, quæ insula in quo sit mari: vt Sardinia in Africo, Delos in Aegeo, & de alijs omnibus. De Cretâ omnes dubitant, in quo sit mari. Nam parte Libycum, parte Aegyptium, parte Achaicum, parte Ionium respicit. Ergo medio ponto, ac si dici possit, medio pontorum: quod Latinitas non recipit.

POM. Sabi. DVRI.] propter laborem futurum. PRIMA tellus.] id est, Italia: quia Dardanus, author gētis Troianæ, ex Italiā profectus est in Phrygiā. LÆTOS.] scilicet latâ vbertate. ANTIQVAM matrē.] Italiam. Lucretius: Maternū cognomen adepta Terra tenet tellus; Terra mater dicitur. DOMVS.] id est, familia. ET nati natorū.] Ab Homero sumptus est hic versus, qui in Iliade ait, Aeneā tenuisse imperium cū eius successoribus in Ilio, vt præmisimus. hunc eundē, Homerus ab Orpheo sumpsit; Orpheus ex oraculo Apollinis. CRETA Iouis magni.] Creta insula est in Aegeo mari, eā primi tenuēre Etheocretæ, sub rege Cretâ, vnde insulæ nomen, circa Idam qui mōs est in medio, vbi latissima est insula, excelsus. Idæi Dactyli, Phrygiā profecti, hoc nomē sortiti à digitis, vt tradit Ephorus: duce Mygdono, diuinandi & canendi periti: habitauēre postea Curetes, terrâ geniti, nominati à tonsurâ, id est, Curi hi Iouem educauēre, dicti à saltatione Corybantes. Volunt alij ab heroē; aut à monte Curio, Curetas dictos, aut à longâ veste: & fuēre antiqui habitatores Aetoliæ. Alij dicunt, Corybantas Mineruæ & Solis filios fuisse: alij, Saturni: alij, Iouis & Alopes: alij, ex Caberâ Protei filiâ ortos, & Caberos dictos: alij, Idæos Dactylos eosdē putant, & fuisse in principio 100. vt Diodorus & Strabo meminēre. Alij dicunt, Curetas nouem fuisse, & exercuisse pastoralem vitā. Creta ipsa dicta est à Crete nymphâ, Hesperidis filiā; vel à rege Curetum Cretâ, vt Anaximander ait. Philostocles ait, priùs dictam Curetim, & à nonnullis Macaron. Cretenses moniti oraculo Apollinis, vt quærerēt sedē, vbi à terrigenis infestarentur, duce Teucro profecti sunt in Idā Phrygiæ, vbi mures arma rosēre: & illic manserunt. Alij dicunt, Teucrū ex * Actotâ profectū ex Troo, quæ postea Exepeton nominata est. argumentū esse, quòd Troiani Erichthonium, & Attici eundē authorē dicunt: & quòd vtriq; venerātur Palladē, & peplum afferunt. Teucer, filius fuit Scamandri fluminis, & Idææ nymphæ. Primus imperauit Troadi. Teucri filia Batea, quæ fuit vxor Dardani, qui propter hāc affinitatem regno successit. IOVIS.] quia illic fuit nutritus. **A**

QVÆ vos à stirpe parentū.] In libris aliquot antiq. legere est, De stirpe. **VAL. Lect.**

DARDANIDÆ duri.] Hoc est, ad tolerandum laborē fortes. QVÆ vos à stirpe parentū Prima tulit tellus, eadē vos vbere læto Accipiet reduces, antiquā exquirite matrē.] Quid breuius? quid euidentius hoc responso? cuius tanta beneuolentia est, vt, cū sine verborū consulentis prolatū sit, & Aeneam, dudum suspensum atq; incertū, instructum, securum, lætumq; reddiderit: ostendens, Troianos apud Ilium peregrinos fuisse: proindeq; nō iniuriam ex deorū inuidiā, sed beneficium consecutos, vt originalibus terris & suis parentibus redderentur. Vt aūt propriam domū fore, & genus atq; vrbē in æternū mansuram, manifestâ ratione monstraret, addidit. HIC domus Æneæ cūctis dominabitur oris, Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.] Ecce & alteram Pergama perpetuò mansura signanter ostendit; & Troianam progeniem, magna incrementa sumpturam. HÆC Phœbus.] Post eiusmodi responsum, quo solum continebatur incertum; vt constaret, quæ esset illa regio, ad quam tendere deberent. MIXTO ingens exorta tumultu Lætitia, & cuncti quæ sint ea mœnia quærunt, Quò Phœbus vocet errantes, iubeátve reuerti.] Læti quidem fuerunt omnes, quòd optata cognouissent, sed vniuersi quærebant nomen loci. Antiqua enim memoria fuit, quam posterioris æui homines ignorabant: quam cùm omnes non nossent, deerant qui imprudentes instruerent. TVM genitor veterum voluens monumenta virorum.] Anchises pater meus, qui longè cæteros annis & scientiâ præcedebat, reuoluiā priscorum familiā, expositionem responsi audacter ingressus. **B**

AVDITE ô proceres, ait, & spes discite vestras.] Quid, inquit, sperare debeatis, audite. **DON. C.**

Mons Idæus vbi, & gentis cunabula nostræ:
Centū vrbeis habitant magnas, vberrima regna.
Maximus vnde pater (si ritè audita recordor)
Teucrus, Rhœteas primùm est aduectus ad oras,
Optauitq; locum regno. nondum Ilium & arces
Pergameæ steterant: habitabant vallibus imis.
Hinc mater cultrix Cybele, Corybantiaq; æra,
Idæumq; nemus hinc fida silentia sacris,
Et iuncti currum dominæ subiēre leones.
Ergo agite, & diuûm ducunt quā iussa, sequamur,

SER. MONS Idæus.] Idæus, deriuatiuum est pro principali. & est Ἴδη Idæus, & Αἴτνη Aetnæus. CVNABVLA gentis.] Nutrimēta. Nam vbi iacent infantes, cunæ vocantur. Et latenter da gloriam Troianis, dicens eos à dijs originem ducere. Vnde est, Ab Ioue principiū generis. Ibi enim & de Dardano, & de Teucro intelligimus; quasi Iouis ciues. VRBES habitant.] Non dicit Qui: sed intelligimus. Cretenses. aut certè, habitant, pro habitātur: vt, Insinuat pauor, pro insinuatur. Et primò quidē centū habuit Creta ciuitates, vnde Hecatompolis dicta est: pòst vigintiquatuor: indè, vt dicitur, duas, Gnoson & Hierapidnam. Quamuis Liuius plurēs à Metello expugnatas dicat. VBERRIMA regna.] Hîc decipitur: quia audiuit, Vbere glebæ. MAXIMVS vnde pater.] Fallitur. Nam antiquior dicitur Dardanus. Alij maximus, antiquissimus, tradunt, per patris aūt appellationē, maiorū cognationē ostendit. SI rite audita recordor.] dubitatione excusat errorē. TEVCRVS.] De hoc fabula duplex est. nam & de parētibus eius dupliciter traditur. Alij enim, Curetes & Idæ nymphæ: alij, inter quos & Trogus, Scamandri filium tradunt: qui Scamāder, cùm Creta frugū inopiā laboraret, cū parte tertiâ populi ad exteras sedes quærendas profectus est, ab Apolline monitus, ibi cū habiturū sedes, vbi noctu à terrigenis oppugnatus esset. cùm ad Prygiam venisset, & castra posuisset, noctu mures, arcuum neruos, et lorámenta armorū, adroserant. Scamander, hos interpretatus hostes esse terrigenas, in Idæ mōtis radicibus ædificia collocauit. qui cū aduersus Bebrycas finitimos bellū gereret, victor in Xantho flumine lapsus nō comparuit; qui pòst à Cretensibus in honorem regis sui, Scamander appellatus est; filioq; eius Teucro regnū traditū; qui ciues à suo nomine Teucros appellauit, qui pòst à rege Troo Troiani dicti sunt; & templū Apollini constituit, quē Sminthium appellauit. Cretēses enim murē Sminthicem dicunt. Alij, nō Scamādrum, sed Teucrū ipsum, sub cōditione supradicti oraculi, profectū Cretâ dicunt, & ciuitatē & templū condidisse: & Sminthos, mures vocari à Phrygibus. Tradūt præterea nōnulli, Dardanum, à Teucro in Phrygiâ inuentū, filiam suā ei sociâsse; & Dardanū populares suos socero cognomines fecisse. Quidam, Teucrū Dardani filiā vxorē duxisse tradunt; & ideò Teucros appellatos, Troianos aūt à Troo rege. RHOETEAS.] Rhœteum promontoriū Troados, licèt alij Rhetiā legunt, propter

Rhetiam

Digitized by Google

A *Rhetiam, Rhitonis filiā. Et amat Virgilius, declinationes Græcas, saluâ reuerentiâ, in Latinas conuertere, & græcā diphthongum in e longum mutans: vt, αἰνείας Aeneas, μηδεία Medea, ῥοιτεῖον Rhœteum.* OPTAVITQVE.] *elegit: vt,* Pars optare locū tecto. HABITABANT.] *Hi sunt, qui cum Dardano venerant.* HINC.] *id est, de Cretā, vnde venerat Teucer.* MATER cultrix Cybeli.] Mater propriè. cultrix Cybeli, *id est, Montis Phrygiæ, in quo colitur, & à quo Cybele dicta est. Alij dicunt, Cybelum sacerdotē eius primum fuisse in Phrygiā, & ab eo Cybelem dictam. Nonnulli* cultrix Cybele *legunt: vt sit quasi Cybeleia. Alij Cybele, ἀπὸ τοῦ κυβιστᾶν τὴν κεφαλὴν, id est, à capitis rotatione, quod proprium est eius sacerdotū.* CORYBANTIAQVE æra.] *Corybantes dæmones sunt ministri matris deûm. Dicti aūt sunt Dæmones, quasi δαήμονες, qui totū sciant. Ærea autem cymbala Corybantibus Iasonis filijs, quibus vagitum Iouis celauerunt; quos quidā Corybantes dictos tradūt, ἀπὸ τῆς κόρης. Corybas enim, Proserpina, quæ κόρη dicitur græcè, sinè patre natus. Alij Corybantes ab ære appellatos, quòd apud Cyprum mons sit æris ferax, quē Cypricorium vocāt.* IDÆVMQVE nemus.] *Vt*

B *ostenderet Idæum montem, qui sit in Troiā, de Cretæ Idā cognomen indeptum.* FIDA silētia sacris.] *Hinc, inquit, inuentum est, seruare sacris fidele silentium.* ET iuncti currū dominę subiêre leones.] *Dominas deas dicunt; vt alibi,* Hi dominā Ditis thalamo deducere adorti. *Sanè dominam propriè matrem deûm dici, Varro & cæteri adfirmant: nam & ibi Proserpinam ideò à Vergilio dominā appellatam, quòd ipsa terra esse dicatur: sicut & mater deûm. Sanè fabula talis. Schœnos ciuitas est; exinde fuit virgo Atlante, Cyrinæi filia, præpotens cursu: adeò vt, cùm responsum accepisset, se post nuptias, vt quidam volunt, interituram, vt quidā verò, in naturā aliam commutandā; spōsos prouocatos, ac victos, occideret. Postea Hippomanes Venerem, vt sibi in eo certamine adesset, rogauit. à quā cùm accepisset de horto Hesperidum tria mala aurea; prouocauit puellam ad cursum: & cùm se videret posse superari, singula cœpit iácere. Tunc Atlante, cupiditate colligendorū malorū retenta, superata est. Sed Hippomanes, potitus victoriā, cùm gratiam Veneri, vel oblitus esset, vel neglexisset referre; impulsu eius, in luco matris deûm, amo-*

C *ris impatientiā, cum victā concubuit. Vnde irata dea, in leones eos conuertit, & suo currui subiugauit: & præcepit, ne inter se vnquam leones coirent. Nam & Plinius in Naturali historiâ dicit, leonem, cum pardâ libenter, & pardum cum leænā, concumbere. Ideò autē mater deûm curru vehi dicitur: quia ipsa est terra, quæ pendet in aëre. Ideò sustinetur rotis: quia rotatur, & volubilis est. Ideò ei subiugantur leones; vt ostendatur, maternam pietatē omnia posse superare. Indè Corybantes eius ministri, cum strictis gladijs esse finguntur, vt significetur, omnes pro terrâ suâ debere pugnare. Quòd autē turritam gestat coronam: ostēdit, superpositas terræ esse ciuitates, quas insignitas turribus constat. Hanc eandem Heram appellari, hoc est, dominam, tradunt. Alij, ipsorum leonum dominam, à Vergilio dictam arbitrantur.* DIVVM ducunt.] *Et necessarium posuit, & honestum.*

POM. Sabi. VBERRIMA.] *satis fertilis.* RHOETEAS.] *Rhœteū & Sigeū, promōtoria Troiæ.* OPTAVIT.] *Teucer.* HINC mater cultrix.] *scilicet sacrorum. Cretenses primi religionē instituêre, ideò putati educâsse Iouem, vt Sallustius ait.* ÆRA Corybantia.] *Corybantes armati pinguntur, vt defendant Cybelem. Vel intelligit, qui nato Ioue fecêre tinnitus, ne vagitus pueri audiretur.* IDÆVMQVE nemus.] *Cretēses profecti in Phrygiam, fecêre monti nomē, & edocuêre sacra Cybelis.* FIDA silentia.] *Nefas erat patefacere sacra Cybelis, tantùm paucis nota erant. sic iussit ipsa Cybele, cùm erudiret Idæos Dactylos, & doceret initiandi morē. Diodorus ait: morē initiandi, quem Dardanus accepit à Ioue, nefas erat aperire, nisi initiatis: ideò fida silentia.* IVNCTI leones.] *Hippomanes amoris impatiēs, elatus victoriā, coiuit cum Atalantā Cœnei filiā, in loco sacro Cybeli. Dea irata, vertit eos in leones, & currui iunxit. ob quod leones trahunt currum Cybeles.* SEQVAMVR iussa.] *nauigemus in Cretam.*

VAR. Lect. TEVCRVS Rhœteas primùm est aduectus ad oras. *In libris aliquot antiquis,* Teucros, *idiomate Græco, scriptum est. In Longob.* Teucer. *Quod verò vulgata plurimā exempla legunt,* Ad oras: *antiqui pleriq; lib. cū Med.* In oras *habent.* HINC mater cultrix cybele; Corybantiaque æra.] *Quia variā literarum versurā totus hic versus in antiq. lib. deluxatus est, lectio ea nonnullis magis arridet:* Hinc matris cultri Cybeles, Corybantiaq; æra. *Alij legunt,* Cultrix Cybeli.

DON. CRETA Iouis magni medio iacet insula ponto, Mons Idæus vbi, & gentis cunabula nostræ. Centū vrbes habitant magnas, vberrima regna, Maximus vnde pater (si ritè audita recordor) Teucrus Rhœteas primū est aduectus ad oras, Optauitq; locū regno. nondū Iliū & arces Pergameæ steterāt, habitabāt vallib⁹ imis. Hinc mater cultrix Cybele, Corybātiaq; æra, Idæumq; nemus, hinc fida silētia sacris, Et iuncti currū dominæ subiêre leones. Ergo agite, & diuûm ducūt quà iussa, Sequamur. Placem⁹ vētos, & Gnosia regna petamus. Nec longo distāt cursu (modò Iuppiter adsit) Tertia lux classem Cretæis sistet in oris.] *Non tantùm exposuit Anchises, id quod secundū responsum senserat; verumetiā partes suas plenissimè prosecutus est, faciens in omnibus lætiores, quos Apollo promissione meliorū hilares fecerat. Idē quippe dixerat:* Quæ vos à stirpe parentū Prima tulit tellus, eadē vos vbere læto Accipiet reduces: antiquam exquirite matrē. *Hoc dicto ademit omnibus luctū perditæ ciuitatis. nō enim magnus dolor esse debuit, obuentitiam perdidisse; vel maximè, cùm originalis salua incolumisq; promitteretur. Certè quàm pulcrum, quàm honestū, quā religiosum fuit, his terris reddi, quæ parētes in origine protulerunt. Et quia potuit fieri, vt à melioribus ad deteriora cogerētur, addidit:* Vbere læto. *Ecce ostēdit & cōmodum.* Vbere *quòd dixit, alludere voluit: quia suprà terrā matrem appellauit.* Læto *autem idcircò posuit; ne se odiosos, vel graues, vel certè importunos venturos esse arbitrarētur. Addidit* reduces, *vt significaret, non futuros oneri his terris quæ non aduenas, sed suos essent feliciùs receptura. Anchises igitur, hoc responsum se existimans interpretaturū, euidēter, quod veluti dubium fuit, incipit aperire: sic tamē, vt non tantùm dicat quid sit; verumetiam Apollinis promissa multifarijs commodis rerum & honestis accumulet.* CRETA Iouis magni.] *& nomē loci dixit, & deum qui illic coleretur, & ad quē specialiter insula ipsa pertineret; ipsum magnum esse; proindeq; in magno nomine, magnam fauoris erga incolas posse prouenire substantiam: dignam verò insulam, in quâ tantus deus & esset, & præcipuè coleretur.* MEDIO iacet insula ponto.] *Ecce dixit situm eius; ut ostēderet fluctibus clausam, ac per hoc aduersus insidias tutam: facilem aūt victu, & alimoniæ propriæ commodū. Quod verò dixit* Iacet, *modum eius & immensam latitudinē voluit demonstrare. Venit iam ad signa:* MONS Idæus vbi, & gentis cunabula nostræ.] *Quod hic dixit,* Gentis cunabula nostræ, *& nihil expressit, & specialiter inferiore in parte patefecit. Interrea euidētiùs aperit, quod generaliter memorauerat. nam* Iacet, *inquit. nunc exponit, quid sit,* Iacet. CENTVM vrbes habitāt magnas, vberrima regna.] *scilicet & numero, & magnitudine atq; vbertate præcipuas. Intimat etiam, quod obscurè antè dixit;* ET gentis cunabula nostræ, Maximus vnde pater (si ritè audita recordor) Teucrus Rhœteas primū est aduectus ad oras.] *Maximus pater est, qui maiores generis sui antiquitate præcedit. neq; enim solus ille dicitur pater, ex quo nascimur; verumetiam ille, à quo regimē ducimus. vbi enim generis defecerunt nomina, & gradus sanguinis fuerint expleti, hoc est, patris, aui, proaui, abaui, ataui, tritaui; veteres eorum aut maiores dicuntur, aut patres. Maximus ergo est pater, ipsorum maiorū antiquissimus. Deniq; Anchises æuo, omnibus qui tunc*

superérant, **potior**, Si ritè, *inquit*, audita recordor, Teucrus Rhœteas primū est aduect⁹ ad oras, Optauitq; locū regno. nondū Iliū & arces Pergameæ steterāt; habitabāt vallibus imis.] *Ecce & ipse fabulā quandā, satis annosam, ex alijs dicit audisse; & hāc repetit notāte memoria. affirmare enim pro veris, stultisimū fuit, quod opinione narrabat incertū. Teucrū ergo primū refert illuc venisse ad Troiā, post ipsum augmentū cœpisse Iliū. Primò enim, qui illīc cōmorabantur, in vallibus habitabant; vsq; adeò firmabat certam & promissam, vt nō tantū homines à Teucro descendētes illīc diceret viuere; verumetiam sacrorum obseruationem eandē, quæ in Troianā ciuitate tenebatur, asserit custodiri. Idcircò ait:* Hinc mater cultrix Cybele, Corybātiaq; æra Idęūq; nemus; hic fida silētia sacris, Et iuncti currū dominæ subière leones. ERGO agite, & diuûm ducunt quà iussa, sequamur.] *Ecce, qui fuerāt incerti, quò fata ferāt, vbi sistere detur; nunc deos secuti, & exponentis verba, nauigationem tali assertione promissam subire cogebantur.* A

Placemus ventos, & Gnosia regna petamus.
Nec longo distant cursu, modò Iuppiter adsit,
Tertia lux classem Cretæis sistet in oris.
Sic fatus, meritos aris mactauit honores:
Taurum Neptuno, taurum tibi pulcer Apollo,
Nigram hyemi pecudē, Zephyris felicibus albam.
Fama volat, pulsum regnis cessisse paternis
Idomenea ducem, desertaq; littora Cretæ,
Hoste vacare domos, sedesq; astare relictas.
Linquimus Ortygiæ portus, pelagoq; volamus,
Bacchatamq; iugis Naxon, viridemq; Donysam,
Olearon, niueamq; Paron, sparsasq; per æquor
Cycladas, & crebris legimus freta concita terris.
Nauticus exoritur vario certamine clamor;
Hortantur socij, Cretam, proauosq; petamus.
Prosequitur surgens à puppi ventus eunteis;
Et tandem antiquis Curetum allabimur oris.
Ergo auidus muros optatæ molior vrbis;
Pergameamq; voco & lætam cognomine gentē;
Hortor amare focos, arcemq; attollere tectis.
Iamq; ferè sicco subductæ littore puppes,
Connubijs, aruisq; nouis, operata iuuentus:
Iura, domosq; dabā: subitò cùm tabida membris
Corrupto cœli tractu, miserandaq; venit
Arboribusq; satisq; lues, & lethifer annus.

GNOSIA regna.] *Cretēsia, à Gnoso, ciuitate eius. & est argumentum à possibili.* NEC longo distāt cursu.] *A Delo scilicet. est argumentū à facili.* MODO Iuppiter adsit.] *Aut aër: ac si diceret, tantūmodò sit serenū. vt Horat.* Manet sub Ioue frigido Venator teneræ coniugis immemor, *id est, ὑπὸ διὸς, sub diuo. Aut quia Iupiter præest insulæ Cretæ, quam petebant. aut quia ventos prosperos Iupiter præstat.* TERTIA lux.] *Hoc quidā iuxta speciem auguralem positum tradunt, quæ appellatur condictio, id est, denuntiatio: cùm denuntiatur, vt ante diē tertium quis ad inaugurandum adsit. quod Anchises post impetrationem augurij, & Apollinis respōsum suadens in Cretā eundum, ostendit condictionem in tertium diem. addit enim,* Modò Iuppiter adsit *hoc & pro ciuitate dicit.* CRETÆIS.] *Quia κρῆτες: ideò Cretæus; vt Atnæus.* MERITOS honores.] *Vnicuiq; aptos.* Taurū *figuratè dixit. varietas enim ipsa idē significat. Ratio enim victimarū, fit pro qualitate numinū. Nam aut hæ immolantur, quæ obsunt eorū muneribus; vt porcus Cereri, quia obest frugibus; hircus Libero, quia vitibus nocet. Aut certè ad similitudinem: vt inferis nigras pecudes, superis albas immolent: item tempestati atras, candidas serenitati, vt infrà,* Nigrā hyemi pecudē. *Sanè hīc ostendit, dicēdo* meritos, *ritè Neptuno & Apollini tauros.* TAVRVM Neptuno.] *Propter futuram nauigationem.* PVLCER Apollo.] *Propter oraculum datū. Sanè hoc loco Vergilius, sequutus veterum opinionē, Neptunum tantùm & Apollinē nominauit. dicuntur enim hi dij penates fuisse, quos secum aduexit Aeneas: quámuis diuersis locis alias opiniones aliorū secutus poëta, de dijs penatibus diuersa dixerit. & quidam,* pulcer Apollo, *epitheton datum Apollini reprehēdunt. pulcros enim à veteribus exoletos dictos. nam & apud Lucilium, Apollo pulcer dici non vult.* NIGRAM hyemi pecudem Zephyris fœlicibus albam.] *Bono vsus est ordine; vt priùs auerteret mala; deinde conciliaret optanda. Frustra enim profutura posciūtur, aduersis sequētibus. Nam & Romani veteres, Dijs asperioribus sacrificabāt, ne nocerent.* PVLSVM regnis cessisse paternis.] *Nō dicit quare: sed talis historia est. Idomeneus, de semine Deucalionis natus, Cretēsium rex, cùm post euersam Troiam reuerteretur, in tēpestate deuouit dijs, sacrificaturum se de re, quæ primùm occurrisset. Contigit autem vt filius eius primus occurreret. quē cùm (vt alij dicunt) immolāsset; vt alij verò, immolare voluisset; & post orta esset pestilētia; à ciuibus pulsus regno Salentinū Calabriæ promontorium tenuit; iuxta quod cōdidit ciuitatē. vnde est,* Et Salentinos obsedit milite campos Lyctius Idomeneus. *Relatio ergo historiæ, ad inijciendum Troianis Cretam eundi desiderium, pertinet. & reuerrā aliter ad hostis prouinciam ire non poterant.* IDOMENEA.] *Huius nominis penultima syllaba, naturā breuis, cōtra regulā producta est. Sed quinq; Græcæ linguæ sunt; Aeolica, Ionica, Dorica, Attica, & Communis: hinc fit, vt in vno nomine varietas inueniatur: vt ecce in Idomeneus, Communis lingua facit genitiuum ἰδομενέως; Dorica, ἰδομενῆος; Attica, Ἰδομένεως; Ionica, Ἰδομενῆος. Vnde est hīc in versu accusatiuus; sicut &* Ilionea. HOSTE.] *Multi hīc distinguunt.* ASTARE.] *Esse sub hoc, tūc significat, quando de his loquimur, quæ cadere nō possunt: vt si dicas,* terras astare. *Et ostēdere vult, se non temerè credidisse.* B ORTYGIÆ.] *De hac pleniùs suprà dictum est.* PELAGOQVE volamus.] *Quia, vt alibi, mare veliuolū.* BACCHATAMQVE iugis naxon.] *Aut vitibus conditā: aut celebratā Bacchis: aut vbi Bacchus ex Indis, vel, vt quidā volunt, post deuictos Gigantes, egit triumphum. Nam, vt suprà diximus, ipsi consecrata est, quæ & Dia dicitur.* Bacchatam *ergo, in quā bacchatus sit Liber, ideò gratā Baccho, quòd ibi cū relictā Athesionā libentissimè concubuerit: cui etiā coronā donauit; q̄ postea inter sidera collocata.* VIRIDEMQVE Donysam.] *Vel à colore marmoris Lacedæmonij: vel, syluestrem.* OLEARON.] *Nam adiecit epitheton, causā varietatis.* NIVEAMQVE paron.] *Vnde candidū marmor: vt,* Pariusve lapis circūdatur auro. SPARSASQVE per æquor Cycladas.] *Et hæ, quas antè dixit, Cyclades sunt.* Sparsas *autē, quia nullo ordine continētur; vt Stœchades; quæ ἀπὸ τῶν στοίχων dictæ sunt. Rectæ enim sunt.* Cyclades *verò non ideò dicuntur, quia in rotunditate sunt; sed quòd longo ordine eas circumire necesse est. Alij* Sporadas, *nomine Cycladum dictas tradunt; quòd sparsæ sunt.* C LEGIMVS] *Præterimus: vt,* Littoraq; Epiri legimus. *Tractus autē sermo à nautis; qui funem legendo, id est, colligendo, aspera loca prætereunt.* FRETA concita terris.] *Vel propter promontoria: vel, quòd naturale est, vt concitatiora sint maria vicinitate terrarum; quas constat anhelitum quendam ex se emittere. Vnde in* Quinto, *nauigaturus Aeneas, Eryci sacrificat.* NAVTICVS exoritur vario certamine clamor. *Celeusmaticum est hoc hemistichium. Et bene metro celeusmatico vsus est, id est, anapæstico trimetro hypercatalectico. Celeusma autem, quasi præceptum. Vnde Sallustius;* Impediebant iussa nautarum. PROAVOSQVE.] *Proauos appellādo, cognationē declarat.* SVRGENS.] *Flās: vt,* Et fando surgentes demoror austros. *Et cōtrà, nō flant, ponēt & residēt dicitur: vt,* Cū ventí posuêre, omnisq; repentè resedit Flatus. ET tandē.] *Ad desideriū pertinet: nam sequitur,* Ergo auidus muros. CVRETVM.] *Hi Curetes primi cultores Cretæ esse dicūtur. Alij tradūt, Curetes & Corybantes matris deûm ministros; custodes, sicut dictū est, pueri Iouis ad plurimas res maximi vsus hominibus extitisse.* ADLABIMVR.] *Ostendit prosperam nauigationem fuisse.*

ERGO

A ERGO auidus muros.] *Ordo est: Auidus vrbis optatæ muros molior. non, auidus molior.* PERGAMEAMQVE voco.] *Zeugma à superioribus; hoc est, vrbem. Legitur sanè in libris antiquioribus, Aeneam verè Cretam tempestate delatū, locum Troiam, nomine Pergamum, appellauisse. Alij dicunt, Pergamum in Cretâ conditam à Troianis captiuis, qui ex classe Agamemnonis illò erant delati: ibiq; putant Aeneam quendā, generis auctorem, Ilio incolumi, cum eo ad sacrum Apollinis venisse, & grauidam hospitis filiam fecisse: ex quâ ortus eodem nomine Aeneas, classem Agamemnonis est adgressus, hyeme disiectam: cui se feruntur iunxisse hi, qui Cretam secesserant, deserto Agamemnone. vnde loco nomen Pergamum ab illo conditum, quod obtinuisse desertores feruntur, iuxta Cydoneā.* Quod *Poëtam latenter attigisse debemus accipere.* GENTEM.] *Sociorum multitudinem.* LÆTAM.] *Propter Pergama restituta.* AMARE focos.] *Sacrificia celebrare. Quidam focos lares, & per hoc domicilia tradunt.* Ergo focos, *pro penates, posuit. At è contrario penates pro focis; vt* Flammis adolere penates. *Sanè Varro, rerum diuinarum libro, refert, inter sacratas aras focos quoq; sacrari solere; vt in Capitolio Ioui, Iunoni, Mineruæ: nec minus in plurimis vrbibus oppidisq;* B *& id tam publicè, quàm priuatim solere fieri. Focum autē dictum à foui, vt coli: nam ab eo, quòd ibi ignis colatur, nec licere, vel priuata, vel publica sacra, sinè foco fieri. quod hîc ostendit poëta. focorum enim commemoratione, instantium sacrificiorum mentio inducitur: quod ita esse, multis locis docetur. Quidam aras, superorum deorum volunt esse: medioximorum, id est, marmorū, focos: inferorū verò, mūdos.* ARCEMQVE attolere.] *Poëtica periphrasis: id est, domos ædificare. Nam arx est locus in ciuitate munitus.* PERE.] *Re, longa est.* SICCO subductę littore puppes.] *In siccū subductæ littus.* OPERATA iuuentus.] *Perficit sacrificia, propter cōnubia, & nouas sedes: quia apud veteres neq; vxor duci, neq; ager arari, sine sacrificijs peractis, poterat. vt alibi.* Lętis operatus in herbis. *Item Iuuenalis;* Et matutinis operatur festa lucernis. SVBITO cùm.] *Id est, cùm subitò.* CORRVPTO cęli tractu.] *Hic est ordo pestilentiæ, vt Lucretius docet: primò aëris corruptio, pòst quarum & terræ, mox animalium omnium. Notandum sanè, Apolline offenso, pestilentiam creari semper. quod etiam Homerus ostendit, cùm eum armatū inducit sagittis, sic dicens Iliad. α.* τόξ' ὤμοισιν ἔχων, ἀμφηρεφέα τε φαρέτρην. ἔκλαγξαν δ' ἄρ' ὀϊστοὶ ἐπ' ὤμων, χωομένοιο C αὐτοῦ κινηθέντος. *Vnde & Apollo dicitur, secundùm aliquos,* ἀπὸ τοῦ ἀπολλύειν. *Contrà, si citharam teneat, mitis est. Vnde Horatius:* Condito mitis placidusq; telo supplices audi pueros Apollo. MISERANDA.] *Metonymia, quæ miseranda facit.* ARBORIBVSQVE satisq; lues.] *quidā dicunt, diuersis numinibus, vel bene vel malè faciendi potestatem dicatam: vt Veneri coniugia, Cereri diuortia, Iunoni procreationē liberorū: sterilitatē horum, tam Saturno, quàm Lunæ. hanc enim, sicut Saturnum orbandi potestatem habere.*

POM. Sabi. GNOSIA regna.] *Gnosos, ciuitas Cretæ, in plano sita, cū emporio Heracleo: dicta priùs Cerathus, à fluuio. ea fuit Minois regia.* Gnosia, *Cretēsia à celebritate vrbis.* HYEMI. *tempestati.* PVLSVM Idomenea.] *Minois filius Deucalion: Deucalionis Idomeneus; qui deuouit sacrificaturū se, qui primū occurrisset. occurrit filius, quē immolauit. ex quo à suis pulsus fuit, & in Brutios Italiæ appulit; vt dicem⁹ loco suo. is in bello Troiano quàm pstantissimus fuerat. & Cretēsis erat. Alij dicunt, Idomenea summâ lætitiâ exceptū à suis. Varro nauigâsse in Brutios dicit.* BACCHATAM.] *Baccho dicatā.* LINQVIMVS Ortygiam.] *Ortygiæ, id est, Delos.* NAXON.] *Dionysa, pabulis aptissima, à colore marmoris nomen habet. Olearos parua est. Paros, vnde marmor Pariū aduehebatur, antea dicta Platea, & Minois. & hæ omnes insulæ sunt, Cyclades dictæ, à circulari formâ: quia ambiunt Delon.* TERRIS.] *insulis. Hoc mare innumerabiles habet insulas.* BACCHATAM Naxon.] *Butes, Boreæ filius, à Lycurgo fratre pulsus, in insulā venit Strongilē, raptâ è Thessalico littore Coronide, vnâ Bacchantū. ex hoc furto Liber pater in furorem vertit, qui se in puteū deiecit. insulæ cultores aufugêre, & cum aliâ rapinâ reuersi sunt, duce Agasomeno. Epialtes & Ethus, filij Aloëi, raptā matrē & sororē Pancratidē perquirebant: venêre Strongilē, quā appellauêre Diam: qui vt heroës culti. Cares indè, duce Naxo, Polemonis filio, insulā tenuerunt; appellarunt Naxum. Naxi filius Leucippus: sub Leucippi filio, à Theseo Ariadna relicta in insulâ. Naxij aiūt, Bacchū apud eos nutritum: vnde Appellant insulā Dionysida. Quidā à fertilitate vocauerunt eam Siciliā minorē. circuitu est septuagintaquinq; millium passuū.* OLEARON niueā.] *marmorea, arboribus nudā.* ORIS.] *Cretensibus.* VRBIS.] *Cœpit cōdere Aeneas in Cretā, & appellabat Troiā. sed nō permiserūt fata.* ARMARE focos.] *celebrare sacrificia.* ARCEMQVE.] *propter defensionem.* PVPPES.] *Deest, erant.* TABVLA.] *putrefacta.* TRACTV.] *spatio.* MISERANDA.] *digna miseratione.* SATISQVE lues.] *Describitur pestilentia, quæ prouenit ex irâ Deorum: & primùm incipit corrumpi aër: per hoc intellige, nō ex contagione. Negabant fata eum in Cretâ mansurum. putabant antiqui, creari pestem, offenso Apolline.*

VAR. Lect. HOSTE vacare domos.] *In exempl. admodum vetustis, Domū legi, numero vnitatis.* CREBRIS legimus freta cōcita terris.] *In libris aliquot manuscriptis legi,* Freta cōcita remis. PLACEMVS vētos & Gnosia regna petam⁹.] *Nō quia tūc asperi fuerāt, dicit,* Placemus, *sed vt nauigaturis flatus semper placidos exhiberēt. Subiūgit, quid cōmodi ex sacrificiorum obsequio prouenire posset:* NEC longo distant cursu (modò Iuppiter adsit) Tertia lux classem Cretæis sistet in oris.] *si modò fuerit Iupiter author. Compleuit omnia, quibus perfici oportuit suasorias addendo, quòd nauigatio ipsa de proximitate nō futura esset odiosa. Tamē, inquit, si fauerit Iupiter: temerariū est enim, post triduū polliceri, cuius incerti sint flatus. ideò posuit conditionē, pendentē ex Iouis voluntate, cui omnis potestas esset, dandi ventos, aut nocendi.* SIC fatus, meritos aris mactauit honores.] Meritos *dixit couenietes: & dicit, quibus dijs sacrificauerit, id est, in quorū deorū honorē.* TAVRVM Neptuno.] *Deo scil. maris, propter ingruentē nauigationē.* TAVRVM tibi pulcher Apollo.] *Propter responsi beneficiū.* NIGRAM hyemi pecudem.] *vt cōnquiesceret, nec noceret.* ZEPHYRIS felicibus albā.] *Vt plenâ prosperitate adessent.* FAMA volat, pulsum regnis cessisse paternis Idomenea ducē, desertaq; littora Cretæ, Hoste vacare domos, sedesq; astare relictas.] *Opportunitatē conuenientē oblatā narrat, nouā sedē magnâ cupiditate quærentibus. fama enim creberrima fuit, & volabat. Hoc dicēdo, ostendit, sinè authore certo eandē famā fuisse; Idomeneo regnis paternis excluso, vacare imperiū Cretæ: ac per hoc primū esse cōmodū quòd nullus esset, qui venientib. aduenis cōtrarius posset exsistere: domus autem incolumes & paratas, solos incolas quærere. Fauebāt ergo omnia Troianis: locus, tēpus, personæ. Locus: quia secundū assertionē Anchisæ, responso Apollinis Creta putabatur electa. Tempus: quòd loci eius vacabat imperiū, nec fuerat qui posset obsistere. Accedebat eò, quod etiā domus paratæ fuerāt, quarū struendarum labor habebatur in lucro. Personæ: quia Troianis omnia supra vota cessisse videbātur: imperiū sinè dimicatione, diues terra, vtpote quæ Iouis pſenti foueret auxilio, & cognatorū domiciliū, & domorū parata substātia.* LINQVIMVS Ortygiæ portus, pelagoq; volamus.] *Ecce quantū valuerūt obsequia sacrificiorū, quæ nauigaturi perfecerant. Non dixit,* nauigamus: *sed* volamus. *Incipit enumerare loca, per quæ transierunt; & hæc nomina regionum signis suis.*

DONAT. BACCHATAMQVE iugis Naxō, viridēq; Donysā, Olearō, niueāq; Parō, sparsasq; p æquor Cycladas, & crebris legim⁹ freta cōcita terris.] *A specie trāsiit ad generalitatē. dixit enim aliquas insulas, cū signis & nominibus suis. nunc ait:* Et crebris legimus freta concita terris.

quia nec cognitionem habere Aeneas potuit vocabulorum omnium; & odiosum fuit, relationem ipsam facere longiorem. Quòd ait Legimus, verbum est nauticum: nam legere aiunt, cùm colligunt funem. Legere dicunt, cùm pelagi prolixa trāsmittunt, Hoc ipsum Legimus, ad omnes insulas, & ad freta pertinet. Crebris ideò: quia hoc faciebat multarum vicinitas insularū. NAVTICVS exoritur vario certamine clamor.] Vel morem nautarum expressit, vel eorum gaudium, qui suffragantibus elemētis ad prospera sperabant se esse venturos. Vario, inquit, certamine: in naui enim varia sunt officia, tamē omnia cùm certamine & labore. HORTANTVR socij, Cretam proauosq́. petamus.] Credebatur enim, ad ea loca confestim se esse venturos, vnde Troianum genus dicebatur exortum. PROSEQVITVR surgens à puppi ventus euntes, Et tandem antiquis Curetum allabimur oris.] Ipse ventus prosperior, & vehementissimè necessarius qui puppim nauis impellit. Quòd autem dixit, tandem allabimur; cùm Anchises dixisset; Tertia lux classem Cretæis sistet in oris: non prolixæ aut tardæ nauigationis fuit: sed cupiditatem desiderantium voluit demonstrare. tardū est enim cupientibus: etiamsi celeritate summâ ad optata vel sperata proueniat. ERGO auidus muros optatæ molior vrbis.] Auidum dixit; non auarum. sed hæc otio consentiunt, & ab otiosis fieri consueuerunt, rem instituendam satis properantem. PERGAMEAM voco, & lætam cognomine gentem.] Vt Pergamei vocarentur, quibus Troiæ deerat nomen. HORTOR amare focos.] Vt haberent cum laribus nouis affectum. ARCEMQVE attollere tectis.] Quæ præcipuè amauit in Troia hæc reparare cupiebat, & arcem in altum ducere. IAMQVE ferè sicco subductæ littore puppes.] Vbi aqua maris finitur, littus dicitur: ita & finem terræ, quæ littore iūgitur, pelagi littus dixit. Propterea subductas naues dicit fuisse, & in sicco littore constitutas: quia (vt dictum est) est & vdum littus. CONNVBIIS, aruisq; nouis operata iuuentus.] Subductis nauibus, tanquam in loco mansuri, connubijs & rei rusticæ operam dabant; hoc est, qui iuuenes erant, iungebantur vxoribus; vel insistebant culturæ agrorum. quæ res ostendebant plenam fiduciam commanendi. IVRA domosq; dabam.] Aut leges viuendi & domos; aut ipsarum domorum iura, hoc est, dominia legibus deputans. Quod paratæ vrbi defuerat; hoc solum decreuerat Aeneas addendum, muros & arcem; vt Pergama referre viderentur: aliud pertinent ad tuitionem commanentium; aliud quod affectum locorum, quæ in Troiâ dilexerat, demonstraret. SVBITO cùm tabida membris Corrupto cœli tractu, miserandaq; venit Arboribusq; satisq; lues, & lethifer annus.] Generalis quidem malorum propositio: sed aperitur, sequenti specialitate discussâ. Securis, inquit, ac dispositis omnibus, repentina morbi calamitas, grauis omnibus, perniciosas attulit causas. nam ex aëris corruptione lues exorta, contagionē inflixerat dirā, nō tātùm humanis corporibus; verùmetiā arboribus, & his omnibus, quæ victus causâ fuerāt Troianorū laboribus sata. suprà enim dixit: Aruisq; nouis operata iuuentus. Defecerant quoq; arbores, herbæ, & quicquid protulerat terra. Ad hæc mala etiā illud accesserat, vt languore ipso correpti nō euaderēt. ET lethifer annus.] aut p totū annum homines sunt mortui: aut annus diē læsū reb. omnib. attulit. Enumerat iā euidēter, quæ mala ex illò principali malo exta sint.

SER. AVT ægra trahebāt.] Duo mala significat: aut mortē, aut ægritudinē prolixā. Ægra autem, ǽgrota. & bene addidit corpora; quia & animus æger potest esse. LINQVEBANT dulceis animas.] Item alibi, Et cùm frigida mors animâ seduxerit artus: Quare anima dicitur relinqui, & non magis relinquere? Secūdùm eos scilicet, qui dicunt, animam esse perpetuā: & ad diuersa corpora trāsitum facere. Quod si est, bene dicimus, nos animas linquere: quorum nihil præter corpus est. Nām anima perpetuitatis est. Vnde Palinurus in Sexto; Nūc me fluctus habet, hoc est, corpus, quod solum meū est. Aut certè simpliciter animæ eos linquebant: quia morientib. maximè dulces videntur. Terētius: Animâ relinquam potiùs, quàm illum deseram. EXVRERE Sirius agros.] Sirius, stella est in ore canis posita, quæ annis omnibus oritur, circa octauum Calendas Iulij: quæ orta plerunq; pestilentiam toto anno facit; plerunq; paucis diebus: interdum innoxia nascitur. Hinc est, Et in totum regnaret Sirius annum. Item suprà, & lethifer annus. Tūc autem pestilentiam creat, si in hanc rem etiam cæterorum consentiat cursus astrorum. Sanè canicula, in cuius ore est, tantùm generis fœminini est: cùm sit canis communis generis, vnde hoc nascitur. Nā in diminutione mutauit genus. STERILES exurere agros.] Exurendo steriles reddere. SEGES ægra.] Seges interdum terram significat: vt Horatius. Hæc seges ingratos tulit, & feret omnibus annis. Interdum frumentum: vt, Quid faciat lętas segetes. Hoc loco vtrūq;

Linquebant dulceis animas, aut ægra trahebant
Corpora; tùm steriles exurere Sirius agros:
Arebant herbæ, & victum seges ægra negabat.
Rursus ad oraclum Ortygiæ, Phœbumq; remēso
Hortatur pater ire mari, veniamq; precari:
Quem fessis finem rebus ferat; vnde laborum
Tentare auxilium iubeat; quo vertere cursus.
Nox erat & terris animalia somnus habebat:
Effigies sacræ diuûm, Phrygijq; penates,
Quos mecum à Troiâ, medijsq; ex ignibus vrbis
Extuleram, visi ante oculos astare iacentis
In somnis, multo manifesti lumine; quâ se
Plena per insertas fundebat Luna fenestras.
Tùm sic affari, & curas his demere dictis.
Quod tibi delato Ortygiam dicturus Apollo est,
Hic canit, & tua nos en vltrò ad limina mittit.
Nos te Dardaniâ incensâ, tuaq; arma secuti;
Nos tumidum sub te permensi classibus æquor,
Iidem venturos tollemus in astra nepotes,
Imperiumq; vrbi dabimus. tu mœnia magnis
Magna para, longumq; fugæ ne linque laborem.
Mutandæ sedes: non hæc tibi littora suasit
Delius, aut Cretæ iussit considere, Apollo.
Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt:
Terra antiqua, potens armis, atque vbere glebæ:
Oenotrij coluêre viri: nunc fama, minores
Italiam dixisse, ducis de nomine, gentem.

potest intelligi. HORTATVR pater ire mari.] Bene filium mittit, quia erroris causa pater fuerat. veniamq; præcari. Et beneficium: vt, Orantes veniam. & reuerâ veniam erroris Anchisæ, qui oraculum malè interpretatus est. LABORVM tentare auxilium.] Laborum: periculorum. vt, Nō tamen vlla magis præsens fortuna laborum. Tentari autem laborum auxilium, propter pestilentiam dixit. & quidam auxilium distinguunt: vt sequatur, Iubeat quò vertere cursus. VERTERE cursus.] Propter sederāt. EFFIGIES sacræ diuûm, Phrygiiq; penates.] ὑπ' θεῶν ἀνθρώπ. Varro sanè, rerum humanarum secundo, ait: Aeneam deos penates in Italiam reduxisse, quædam lignea vel lapidea sigilla. quod euidenter exprimit, dicendo; Effigies sacrę diuûm, Phrygiiq; penates. Quámuis aliò locò, alias opiniones secutus, diuersa dixerit. Sanè hos deos Dardanū ex Samothraciâ in Phrygiam, Aeneam verò in Italiam ex Phrygiâ, transtulisse, idē Varro testatur: quos quidam dicunt, ideò inductos à poëta, monere per somnum. nam monitu eorum, per quietem iussum, cum Latino fœdus fecisse: eorum etiā monitu Latinum Aeneæ se cōiunxisse. Eosdē tradit visos aliquotiens in somnis, quid fieri vellent, imperâsse; eaq; nostros publicè curâsse maiores. MEDIISQVE ex ignibus vrbis extuleram.] Hoc quibusdam videtur ad maiestatem potiùs deorum referendum, quàm ad instantiam virtutis Aeneæ. & significantius erit, si, quæ non legeris, intelligas. VISI astare.] Non adstabant: sed videbantur.

A B C

Digitized by Google

A bentur. Vnde & visa dicuntur: non enim sunt; sed videntur. IN somnis.] Multi hîc distinguunt, & volunt vnam partem esse o- rationis: id est, vigilantis, quemadmodum videbat Lunam in- fusam fenestris. Multi in somnijs dicunt, & posterioribus iun- gunt: vnde & visi, sed corpus pòst somno vinci volunt; mentem verò vigilare, & meminisse omnium: ideò etiam dormiens de Lunâ scire potuit. sanè in somnis ἀνωνυμ seu collisio est: quomodo Peculi, pro Peculij. MVLTO lumine.] Cum nim- bo suo: qui circa deos solet videri. INSERTAS.] Aut clatra- tas; aut non seratas: vt sit, quasi inseratas, id est, non clausas. & est dictũ, quomodo Asprosq; molares, pro Asperos: Com- postus, pro Compositus: Vixet, pro vixisset. Vel insertas fenestras, quasi lumine suo Luna inseruerat: ab inserendo, quòd se per rimas insereret. FVNDEBAT.] Scilicet abun- dans lumen. TVM sic adfari.] Hic versus in multis non in- uenitur. ORTYGIAM.] Ad Ortygiam. more suo detraxit præpositionẽ: vt paulò pòst, Cretę, pro, in Cretâ. Sanè quibus- dam visum est verum auxiliũ deorum penatum. Cur enim ante pestilentiam non monuerunt mutandas sedes. Ideò aliquibus videtur somnium fuisse appetitũ. CANIT.] Propriè, quia o- raculũ. EN] Quasi demonstrantis est, vt fidẽ faciat, ne somniũ putetur: vt paulò pòst: Haud dubitanda refer. DARDA-

B NIA.] Deriuatiuũ nomen à cõstitutore. & sciendum, regionẽ pro ciuitate positam. TVAQVE arma secuti.] Ac si dice- ret, tuas partes vel imperium: vt, Socer arma Latinus habe- to. SVB te.] Sub tuo iure agentes. PERMENSI.] euectis: et contrà, Pelagoq; remenso. Multi autem permensi sine N legunt, à verbo Permedior. Hic versus variasse dicitur. II- DEM.] Nos scil. qui te sumus secuti. VENTVROS.] Plus est, quàm si dixisset futuros. nam quasi eos id esse significat. IN astra nepotes.] Significat Caium Iulium Cæsarem, qui pri- mus inter deos relatus est. Et bene in astra; cuius sydus appa- ruit: vt, Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum. VR- BI.] κατ' ἐξοχὴν, Romæ: vt suprà diximus. MAGNIS.] Id est, nepotibus. & bonum ornatum sermonis fecit à similitudine. Magnis verò dixit, vel penatibus; vt, Magnis dijs: vel nepo- tibus. sed ad exhortationem Aeneæ pertinet, magna para, di- cendo FVGÆ.] Profectionis. Dicens autem, fugæ, videtur crimen proditionis excusare. MVTANDÆ sedes.] Argu- mentum à necessitate. Simul arguitur error Anchisæ. SVA- SIT.] Deest, capere. DELIVS.] Ordo est: Delius Apollo. CRETÆ.] Non sic dicitur Cretæ, quemadmodum Romæ. neq; enim benè, sicut dictum est, sinè præpositione Insulæ po- nuntur: nisi hæ tantùm, quæ eiusdem nominis ciuitates habent.

C EST locus.] Vt antè diximus, totius orbis comparatione. HESPERIAM.] Deest, quam. COGNOMINE.] Ab Hespero, Hispaniæ rege: vel stellâ, quã intuentur petentes Ita- liam. ANTIQVA.] Nobilis. OENOTRII.] Dicti vel à rege eiusdem nominis; vel à vino. Italis enim primus vitem o- stendit Saturnus: vt in septimo legimus; Vitisator curuam seruãs sub imagine falcem, Saturnusq; senex. ITA- LIAM dixisse.] Benè omnia Italiæ nomina in vnum cõtulit, propter errorem Aeneæ. PROPRIÆ sedes. Perpetuæ: quia infirmas & in Cretâ, & in Thraciâ, condidit.

POM. Sabi.

ANIMAS.] vitam. SIRIVS.] stella maligna canis, de quâ diximus in Georgicis. NOX erat.] describit noctem. IA- CENTIS.] mei. MANIFESTI.] Penates. IN somnis.] Mihi placet, vt sit ablatiui potiùs, quàm genitiui casus: vel in- telligas pro insomnijs. INSERTAS.] clausas. AFFA- RI.] Visi. NOS te.] deest, postquam. NEPOTES.] propter Octauiũ & Iulium Cæsarem. MAGNIS.] nepotibus. LIT- TORA.] habitanda. EST locus.] Topographia. De Italia lege in primo libro, & de Oenotrijs.

VAR. Lect.

RVRSVS ad oraclum Ortygiæ.] In antiquis plerisq; libris, Oraculũ integrâ dictione scriptũ inuenias. QVEM] fessis finẽ.] In antiquis aliquot libris, Quam legitur. AVT Cretæ iussit considere Apollo.] In libris aliquot antiq. replicatâ negatione legitur, Haud Cretæ: vti priùs etiam etiã in lib. Med. quod interpretes nõ admittunt. Sunt etiam lib. in quibus Consistere legatur.

CAEL. Rhod.

Sed illud Vergil. Aen. III. cuiusnam modi est in pestilentiæ mentione? Penates namq; ingestos p quietẽ Aeneæ scribit, quã se Plena per insertas fundebat luna fenestras. Cur enim ait, Lu- na plena? nempe, quia canonica pestilentiæ ratio ab siderũ posi- tu, ex cœlestiũ rerũ præcipuè studiosorum obseruatione, pro- ducitur. Quippe si plenilunio coitiue œconomi cardinis exor- tiui planetæ sint odioso aspectu aliquo parùm felices, fatuã mo- riri pestilentiã: grauiorem autẽ multò, si occurrat octaui do- micilij œconomus maligno sideris alterius vultu: grauissimam denique, alterutro luminũ laborãte, ocyssimo pestilentiæ plagio.

DON.

LINQEBANT dulces animas, aut ægra trahebant Corpora.] Aut moriebãtur homines, ait: aut, corporibus tabe dissolutis, trahebant miserabilẽ vitã. TVM steriles exu- rere Sirius agros. Sirius cùm exoritur, omnia, quæ terra gi- gnit, exurit: & facit eam sterilẽ, vt ipse est, adimendo quæ por- tabat. Tantũ denique in omnia inuaserat malũ, vt, nõnullis perdi- tis, nec illis spes salutis retinẽdæ esse posset, qui se euasuros fors- san credidissent. RVRSVS ad oraculũ Ortygiæ, phœ- bumq;, remenso Hortatur pater ire mari, veniamq; præcari.] Pater, inquit, meus, quia & sapiẽtiã atq; exercitatio- ne cæteros anteibat, primus sensit aliquid factum cõtra præscri- pta respõsi: proinde dicebat, ad Apollinẽ repetitã nauigatione redeundũ, vt errati venia peteretur. QVEM fessis finẽ re- bus ferat, vnde laborũ Tentare auxiliũ iubeat, quo vertere cursu.] Ediceret laborũ finem, finiendisq; ipsis labo- ribus, vnde prouenire auxiliũ posset, vel in quem locum iuberet cursus nauigationis inflecti. Iubeat, in medio positũ est, & te- net omnia, omnibusq; desideratis aptatur. NOX erat, & ter- ris animalia somnus habebat.] Quæ dixerat Anchises facienda, nox interueniẽs distulit. Denique omne animaliũ genus, pro necessitate naturæ ac temporis, dormiebat. EFFIGIES sacræ diuûm, Phrygiiq; penates Quos mecum à Tro- iâ, medijsq; ex ignibus vrbis Extuleram, visi ante ocu- los astare iacentis In somnis.] Virtutes animi sui & me- ritum, iuxta deos, omni occasione commẽdat, & subtiliter pro- fert. Dormientibus quippe omnibus animalibus, & competenti tempore iam quietis, solus propè peruigil fui: & licèt iacérem, arcebant tamen ab oculis meis plenum diuersæ sollicitudinis somnum. repentè apparuerunt deorum imagines sacræ: illorum scilicet, quos medio Troiæ flammantis incendio rapui, & me- cũ sustuli: ac reddẽtes meritis meis vicẽ, in cõspectu meo mani- festissimi visi sunt constitisse. Ne cõtra superiora locutus vide- retur, (dixerat enim, noctẽ fuisse, ac per hoc tenebras) addidit.

QVA se plena per insertas fundebat luna fene- stras.] Indè, inquit, fuit per noctem lumen maximum, quà luna fenestris patentibus pleno orbe oculis meis apparebat obiecta. Dixit in somnis: hoc est, vt somnians videret, & deos ipsos velut loquentes audiret, & videret præsentes, lumen præstantio- bus radijs lunæ. TVM sic affari, & curas his demere di- ctis.] Ne vlteriùs curis recurrentibus frangeret, his verbis lo- quutus est. QVOD tibi delato Ortygiam dicturus A- pollo est, Hîc canit, & tua nos en vltrò ad limina mittit.] Ne cumulatus geminis discursibus labor, te rursus ad Ortygam reuocet, atque eadem, quæ transmiseras, maria, im- petrandi alterius responsi necessitate, cogaris intrare; vltrò, quæ desideras, Apollo porrexit. Habes numinis eius grande compendium; vt hîc nobis referentibus discas, quod cum in- genti laborum iacturâ fueras cogniturus. Ecce quantus erga te numinis fauor. non rogas; & fauetur desiderio tuo: non na- uigas, domo quoq; non egrederis limen: & dei iussa famulanti- bus dijs ad aures tuas animumq; portatur. Pone hanc iam, quâ vexaris, cogitationũ molẽ; &, quid loquamur, quid ue referamus, aduerte. NOS te Dardaniâ incensâ, tuaq; arma se- cuti; Nos tumidũ sub te permẽsi classib. æquor, Idẽ vẽturos tollemus in astra nepotes, Imperiumq; vrbi dabimus: tu mœnia magnis Magna para, longumq;

fugæ

fugę ne linque laborem.] *Post errorem primi responsi, sic Aeneam instrui conuenerat: vt, omni ambiguitate submotâ, qui loquerentur, &, quæ referrent, euidenter audiret & cerneret. Debuit enim ad hæc perferenda talium adhiberi persona: vt incredibilia & mira dicturis facilimè crederetur. Denique ipsi enumerant beneficia sua, & nouissima etiam præsentis temporis sociant, commemorantes præterita ac meliora in futurum & grandia pollicentes viuentibus tum, & eorum posteris profutura. Sic enim & primò Appollo ipse prædixit:*

Hîc domus Aeneę cunctis dominabitur oris,
Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.

Hortantur quinetiam, ne sit laboris impatiens: & arte mirificâ componunt eius animum vt futura, quámuis laboriosa, libenter audiret. Artis igitur fuit, excludere ante omnia solicitudinem primam, & liberato angoribus animo, alterius nauigationis labores ingerere. Denique, purgato ad plenum & afflicto dudum mœroribus corde, facienda in præsenti vel futura narrantur. MVTANDÆ sedes.] *Suffecerat hoc solùm dixisse, vt sciret sibi esse migrandum. dicunt tamen causam, & Apollinis esse iussionem Quod vt nosceret:* NON hæc (inquiunt) tibi littora suasit Delius, aut Cretæ iussit considere, Apollo.] *Ecce iam ex aperto fit certior, ne rursum vexaretur incertis: & insinuatur regio, imperio eius & posterorum successionibus debita, sic instructa & plena narratione perspicuâ, vt vocabulis, signis, vberrimo locorum situ, incolarum fortitudine, decursâ quoq; seculorum omnium origine, signaretur.* EST locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt, Terra antiqua, potens armis, atq; vbere glebæ: Oenotrij coluère viri: nunc fama minores Italiam dixisse ducis de nomine gentē.] *Quàm multa dicta sunt paucis: sed hæc veterē tenent ordinē rerum. Veniunt de hinc ad eā patrē, in quâ falsus Anchises, simile quidem, sed non necessariū senserat: vt ostenderent, nō Apollinis causâ responsi, sed interpretantis errore, laboris vacui vitium esse contractum.* A

SER.

Hæ nobis propriæ sedes: hinc Dardanus ortus,
Iasiusq; pater: genus à quo principe nostrum.
Surge age, & hæc lætus longæuo dicta parenti
Haud dubitanda refer. Coritum, terrasq; require
Ausonias. Dictæa negat tibi Iuppiter arua.
Talibus attonitus visis ac voce deorum,
(Nec sopor illud erat: sed corā agnoscere vultus,
Velatasq; comas, præsentiaq; ora videbar.)
Tum gelidus toto manabat corpore sudor
Corripio è stratis corpus, tendoq; supinas
Ad cœlum cum voce manus. & munera libo
Intemerata focis. perfecto lætus honore,
Anchisen facio certum, remq; ordine pando.
Agnouit prolem ambiguam, geminosq; paréteis,
Seq; nouo veterum deceptum errore locorum.
Tum memorat: Nate Iliacis exercite fatis,
Sola mihi taleis casus Cassandra canebat.
(Nūc repeto, hęc generi portēdere debita nostro,
Et sæpè Hesperiam, sæpè Itala regna vocare.)
Sed quis ad Hesperiæ venturos littora Teucros
Crederet? aut quē tùm vates Cassandra moneret?
Cedamus Phœbo, & moniti meliora sequamur.
Sic ait; & cuncti dictis paremus ouantes.
Hanc quoq; deserimus sedem, paucisq; relictis,
Vela damus, vastūq; cauâ trabe currimus æquor.
Postquā altū tenuère rates; nec iam ampliùs vllæ
Apparent terræ; cœlum vndiq;, & vndiq; pontus:
Tùm mihi cæruleus supra caput astitit imber,

HINC Dardanus ortus, Iasiusq; pater.] *Iasius & Dardanus fratres fuerunt, Iouis & Electræ filij: vel, vt quidam volunt, Dardanus de Ioue, Iasius de Corito procreatus. De cuius nomine, & mons, & oppidum nomen accepit. postea Iasium dicitur Dardanus occidisse. Hi tamen fratres, cùm ex Etruriâ proposuissent sedes exteras petere, profecti: & Dardanus quidem, contractâ in Troiâ iuuentute, Dardaniam vrbem condidit: à quâ Troianorum origo creuit. Iasius autem, Samothraciam cepit, & ibi liberum locū imperio tenuit. Alij dicunt, vtrumque ex Corito, Iouis filio, procreatos, &, sicut dictum est, relictâ Italiâ profectos: sed Iasium Samothraciâ imperio tenuisse; Dardanū verò in Phrygiam peruenisse; ibiq; auxilio fuisse Teucro, Scamandri filio, qui tùm finitimas gentes bello subigebat; filiamq; eius duxisse in matrimonium: & post mortē soceri regnū adeptū, Dardaniā, Troianā regionē, ab suo nomine appellâsse. Græci, & Varro humanarum rerū, Dardanū non ex Italiâ, sed de Arcadiâ, vrbe Pheneo, oriundū dicūt: alij Cretēsem: alij circa Troiā & Idā natū.* A' quo principe nostrū.] *Non ab Iasio, sed à Dardano. nam anteriori respondit.* Quòd *autem dicit,* A' quo principe genus nostrum est; *potest & generaliter intelligi; id est, vnde originem ducimus: vt Deos penates, quasi Troianos intelligas, & ad ritum referri: de quo dicit Labeo, in libris, qui appellantur De dijs, quibus origo animalis est: in quibus ait esse quædam sacra, quibus animæ humanæ vertantur in deos: qui appellantur animales, quòd de animis fiant. Hi autem sunt dij penates, & viales.* LÆTVS.] *Id est, omissâ tristitiâ, quam de socijs habebat amissis: vel quia ei designatus euidenter fuerat locus, ad quem sinè errore, & pergere, & peruenire deberet.* HAVD dubitanda refer.] *Ideò dicunt, si fortè non crederet, quod per somnium vidit. Aut quia dubitauerat de consilio Anchisæ: an ne propter somnium non crederet: aut quia non dubiè, vt Apollo, nouerint.* CORITVM.] *Designant ciuitatem ne erraret, & partem prouinciæ, ne alter error procreetur, ex magnitudine locorum. Quidam autem de Corito hanc fabulam tradunt. Dardanus, cùm equestri prælio ab Aboriginibus pulsus, galeam perdidisset, propter quam resistens, & in audaciam suos reducens, victoriam adeptus est: tum ob rē feliciter gestā, oppidū, vbi galeam amiserat, condidit; cui Corito nomen indidit, eò quòd Græcè nōmen galea dicitur: vel Coritum montē, in quo Coritus sepultus est. Alij Coritum à Corito, Paridis & Oenones filio, conditū ferunt.* B AVSONIAS.] *Appellata Ausonias, ab Ausonio, Vlyxis & Calypsis filio: & primò pars, postea omnis Italia nominata.* DICTÆA.] *Dictæus mons est in Cretâ, vbi herba Dictamnos nascitur: quæ admota vulneribus, ferrum inhærens solet expellere. qui mons dictus est à Nymphâ dicte, quæ ibi colitur: quā cū Minos rex amaret, & insequeretur per loca auia: illa se amore castitatis præcipitē dedit, et excepta piscatorū retibus, in vitā retēta est: à quâ rex abstinuit & nomine eius Dictæa loca appellari iussit.* C *In hoc mōte dicitur altus Iuppiter: vt,* Dictęo cęli regem pauère sub antro. NEGAT tibi Iuppiter arua.] *Ex definitio. Et bene,* Iuppiter: *quasi ipse Cretensib. præst.* TALIBVS attonitus visis.] *Hoc est, talibus deorū vultibus: propter,* Visi ante oculos adstare. *vnde sequitur,* Et voce deorū. *Nā & voce se dicit attonitū, & visis.* Attonitus *verò, est stupefactus. Nā propriè Attonitus dicitur, cui casus vicini fulminis, & sonitus tonitruū, dât stuporem.* NEC sopor illud erat.] *Soluta eloquutio.* VELATAS comas.] *Vittatas: vt,* Victoris velatū auro vittisq; iuuencū. *Aut coronatas: vt,* Velat materna tēpora myrto. *Nā dij, q erāt apud Lauiniū Lauiniū, non habebant velatū caput.* MANABAT.] *Fluebat. Hinc & lapis manalis, quē trahebant Pontifices, quoties siccitas erat.* CORRIPIO è stratis corpus.] *Ne satietate videatur reliquisse somnū. Et sciēdum, quia, quotiēs ex abrupto somnus aufugerit, significat omē infelix: vt ecce hoc loco tēpestas sequitur. Itē in secundo;* Excutior somno: *& statim sequitur ciuitatis excidiū. nec sinè ratione. Nam si somnus, munus deorum est: (vt,* Et dono diuûm gratissima serpit) *non sine infelicitatis significatione ex abrupto deorum munus abscedit.* TENDOQVE supinas ad cælum cum voce manus.] *Honesta elocutio, cùm vno sermone respondemus duobus: vt,* Interea fessos ventus cum sole reliquit. Ad cælum *autem ideò, quia dij penates, & Iouis & Apollinis fecerunt mentionem.*

INTE-

A INTEMERATA.] *Ritè perfecta: vt, si leniter fundẽdum vinum est, aut mola mijciẽda, sic fiant, vt ratio exigit sacrificij: aliter si fiãt, temerata ac turbata sunt sacra. vnde Helenus:* Nequa inter sanctos ignes in honore deorum Hostilis facies occurrat, & omina turbet. *Item in octauo:* Audax quos rumpere Pallas Sacra vetat, raptoq; volat. FOCIS.] *Et hic, sicut superiùs dictum est, ostendit, cum aris etiã focos solere numinibus consecrari. sed hîc Ideò* focis, *nõ aris: quia priuatum sacrificium sequitur; non penatibus sacrificat.* PERFECTO honore.] *Peracto sacrificio: qui est honor deorum. Et bene ordinẽ seruat; & antè sacrificet, quàm somniũ narraret.* AMBIGVAM.] *Non incertam, sed modò duplicẽ: vt in sequentibus probat, dicens:* Geminosq; parentes. *Ergo geminos, hic duos; vt,* gemini Atridę. SEQVE nouo.] *Aduentu scilicet Teucri.* VETERVM locorũ.] *Id est, Italiæ deest sanè* esse: *vt sit, deceptũ esse Sanè,* nouo errore veterum locorũ, *aut per contrarietatem sermonum declarauit: aut* nouo, *pro magno posuit; vt,* Pollio & ipse facit noua carmina. EXERCITE.] *Fatigate, exercitate. nã exercitatus, peritus significat: vt expertus, & expers. nam expertũ rerum si dixero, significo peritũ: si expertem, ignarũ.* CASVS

B cassandra canebat.] *Hæc compositio iam vitiosa est, quæ maioribus placuit: vt,* Anchisen agnouit amicum. *Et,* Sale saxa sonabant. *Et bene Cassandræ inseruit testimonium, quæ diuinationẽ ab Apolline acceperat.* PORTENDERE.] *Significat debito portendere. Minus est deberi: vt in septimo;* Portẽdi generum. REGNA vocare.] *Satis propriè: vnde in octauo:* Exspectate solo Laurenti, aruisq; Latinis. TEVCROS crederet.] *Scilicet propter longitudinem spatij.* TVM vates cassandra moueret.] *Bene* tum: *quia iam probauit. Et duo argumenta posuit, quibus purgauit errorem.* CEDAMVS phœbo.] *A' necessario & vtili scilicet. Cuius instinctu dij penates profutura dixerunt: vt,* Hic canit. & tua nos en vltro ad limina mittit. Meliora sequamur. *Potest bis subaudiri* meliora: *meliora moniti; aut, meliora sequamur.* CVNCTI.] *Hoc est, cũcti adsentimur. nã cũcti profecti, pugnat cum paucis relictis.* OVANTES.] *Alacres: non vtiq; gaudentes. Hoc autem tractũ est ab his, qui de pugnã venĩtes, cũ multitudine populi obuiam ad numina minora ibant, & ibi oues dijs immolabantur, fugatis hostibus. vnde dicuntur ouantes.* HANC quoq;.] *Quemadmodũ Troiam & Thraciam. &*

C *cũ dolore dictũ accipe,* Hãc quoq; deserimus. SEDEM.] *Expressit enim miseriam totius sedis relictæ.* CAVA trabe.] *Nauiũ Periphrasis optima.* CVRRIMVS æquor.] *Sicut,* Tyrrhenum nauigat æquor. POSTQVAM altum.] *Homeri est.* ἀλλ' ὅτε δὴ τὴν νῆσον ἐλείπομεν, οὐδέ τις ἄλλη φαίνετο γαιάων, ἀλλ' οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα, δὴ τότε κυανέην νεφέλην ἔστησε Κρονίων νηὸς ὕπερ γλαφυρῆς. ἤχλυσε δὲ πόντος ὑπ' αὐτῆς. SVPRA caput.] *Capitalis, perniciosus.*

POM. Sabi. HINC Dardanus ortus, Iasiusq; pater.] *Iupiter è filiã Esiones, filiæ Danai, in Samothraciã genuit Dardanum, & Iasium. Dardanus, ex Bateã Teucri Erichthoniũ: Erichthonius Troẽm, à quo Troiani. Tros Ilum, Assaracũ, & Ganymedem. Ilus Ilium condidit; & genuit Laomedontem: Laomedon Titonũ & Priamũ. Assaracus, Trois filius, genuit Capym; Capys Anchisem: Anchises ex Venere Aeneam. Solus Tragicus ait: Erichthonium fuisse filium Electræ & Iouis. Homerus eũ dicit fuisse hominũ ditissimũ. Dardanus quasdam ceremonias à patre didicit, quas nefas est aperire, nisi initiatis. primus initiauit, & initiandi morẽ instituit. Volunt quidã, Dardanũ ante diluuium petijsse Samothraciam. Vergilius eũ videtur Italũ dicere. Iasius vxorẽ duxit Cybelem, ex quã genuit Corybantum. Defuncto Iasio, Dardanus & Corybantus petiêre Phrygiam, secũ ferentes mystica sacra, & penateis. Corybantus initiatos à se appellabat corybantos. is Theben Cilicis filiam duxit. Ex Iasio & Cerere volũt quidam natũ Plutonẽ. His sacris initiati, fortunati fiebant; vt de Argonautis legimus. Iasiũ patrem dicit, propter cæremonias: quia Corybantus, eius filius, princeps sacrorũ in Phrygiã fuit. hæc sacra appellata fuerunt Cybeleia, & Mystica Cybeles. Fuit alius Iasius, antiquissimus Argorum rex; pater Thalaonis & Atalantæ; auus regis Adrasti. ab eo Argos Iasiũ noiatũ. Et Græci Iasides; vt ab Danao Danai, & Argo Argiui.* CORYTHVM.] *Corythus, vrbs Hetruriæ, prope Aretiũ. Silius:* Areti muros Corythi nunc diruat arcẽ. DICTÆA.] *Dicte, mons Cretæ: hinc Dictæus, Cretẽsis. est & eiusdem nominis locus in agro Scepsio.* VVLTVS.] *Penatiũ deorũ.* VELATAS comas.] *Penates vittati erant: vel, vt volunt, in lauro Lauinio, dij Penates caput velatum habebant.* LIBO.] *sacrifico Dijs penatibus.* AMBIGVAM.] *duplicẽ.* GEMINOSQVE parentes.] *Dardanũ & Teucrũ.* NOVO.] *magno.* TVM.] *deinde.* QVEM.] *Teucrorũ.* MOVERET.] *caneret.* DICTO.] *Anchisæ.* RELICTIS.] *pestilentiã absumptis.*

VAR. Lect. TERRASQVE require.] *In libris aliquot antiq.* Requiras *legitur. Sed plura sunt exẽplaria manuscripta, quæ cũ Med.* Requirat, *tertiâ personâ, legũt.* VISVS, ac voce deorum.] *In antiquis plerisq; libris,* Et voce, *legitur.* SEQVE nouo veterũ deceptũ errore locorum.] *In antiquis aliquot libris,* Errore parentũ, *legit͂.* CASSANDRA moueret.] *In libris aliquot antiquis,* Moneret, *scriptum est.*

CAEL. Rhod. *Humor verò redundãs, caloris copiã solutus, retruditur: quoniam vis ea, quæ cõprimendi potestatẽ habet, & ab recentioribus retentiua nuncupatur, reprimere nequit. Indè consequitur, vt in æstuationibus grauissimis profluat emanetq; frigidus sudor. Quod ne quis Philosophis modò putet percognitũ, optimus quoq; maximus poëta, lib. Aen. 3. significauit illis versibus.*

Talibus attonitus visis, & voce deorum,
(Nec sopor illud erat; sed corã agnoscere vultus,
Velatasq; comas, præsentiaq; ora videbar:)
Tùm gelidus toto manabat corpore sudor.

HÆ nobis propriæ sedes.] *Bene inquiunt,* hæ nobis. *suprà enim dixerant:* Tu mœnia magnis Magna para. *& quia responso tenebatur:* Quæ vos à stirpe parentũ Prima tulit tellus, eadem vos vbere lęto Accipiet reduces, antiquam exquirite matrẽ *hanc partẽ manifestissimè dixerunt, dicẽtes:* HINC Dardanus ortus, Iasiusq;, pater, genus à quo principe nostrũ.] *Hos dicunt in Italiã genitos, sed Iasium temporis antiquioris. mater ergo Italia, & maiores Iasius & Dardanus: à quo Dardani dicti sunt Troiani.* SVRGE age, & hęc lętus longęuo dicta parẽti Haud dubitanda refer, Coritũ terrasq. require Ausonias; Dictæa negat tibi Iuppiter arua.] *Refer, inquiunt, patri tuo, quem antiquitatis merito & ætate non conuenerat falli ratione cursus originis suæ Italiam potiùs & Coritũ petat. Cæterùm Iupiter, qui Cretæ peculiaris amator est, nobis penitùs ipsam denegat sedẽ.* Surge & age, *hortantium verba sunt. & hinc Aeneas ostenditur p somniũ vidisse & audisse, quæ superiùs dicta sunt. Quámuis alij sic exponãnt; vt* Insomnis, *quasi sinè somno, ac per hoc vigilans intelligatur. Surge igitur, & hæc lætus dicta longæuo parenti indubitanter expone. Rectè positum:* Lætus refer: *quia in lucro fuit labor nauigandi ad* Ortygiam, *& oblata omnia perspicuâ narratione perceperat.* Longæuo, *tum reprehensione occultã posuerunt: quia errare non debuit senex in originis suæ causã.* TALIBVS attonitus iussis, & voce deorum.] *Duo quippe exstiterant miranda: deos videre, & loquentes audire. quibus (inquit) ita se habentibus, attonitus factus sum: hoc est, pauore præsentium numinum stupui.* NEC sopor illud erat.] *Non enim pleno somno hæc aut videram, aut audieram.* SED coràm agnoscere vultus, Velatasq; comas, præsantiaq; ora videbar.] *Vt sit, quum non plenè vigilaret, nec plenè dormiret. Accedebat eò, quòd sic venerant manifesti; vt dubitatio nullâ ex parte potuisset existere. Vultus idẽ illis fuerat, quem nouerã: comæ opertæ ex more, & ora manifesta.* TVM gelidus toto manabat corpore sudor.] *Ecce alti pauoris indicium, vt etiam toto corpore stupuerat, sic & omni ex parte membro-*

rum

rum sudor frigidus manabat in eo. Quod dixit, Sudor manabat, *ostendit, immoderatum fuisse, & vltra humanum morem. Hinc illud demostratur, ex frigido corpore tantum sudorem exisse: cùm constet hunc caloribus prouocari consueſſe. Omnia hæc confirmationis sunt, quòd Aeneas deos præsentes, vt vigilans, & videret, & audiret.* CORRIPIO è stratis corpus.] *Vsque adeò ostendit propè vigilantem, vt diceret:* Corripio corpus è stratis. *cæterùm poneret, Expergefactus sum, & somnio considerato surrexi.* CORRIPIO è stratis corpus] *Expressit festinantem. rem enim satis optatam, prouentumq́ eius expletum narrare cupientem, non debuit sic describere, & stratum reliquisse: quomodo relinquit ille, qui nullâ dicti aut facti necessitate constringitur.* CORRIPIO (*inquit*) è stratis corpus, tendoq́; supinas Ad cœlum cum voce manus.] *Licèt aliunde venisset beneficium: tamen omnibus dijs referebat gratiam, tendendo manus ad cœl.*

DONAT. ET munera libo Intemerata focis.] *Munera sunt, vinum & thus: hæc tradidit focis.* PERFECTO lætus honore, Anchisen facio certum, remque ordine pando.] *Completis, inquit, diuinis obsequijs, Anchisen facio certum. Certum ideò, quia primæ interpretationis vitio probatur incertus. Hic Vergilius ostendit, diuinas admonitiones referendas non esse, nisi primò per sacrorum & precis obsequia dijs fuerint commendatæ: vt prosperentur vberius, si bonæ sint; si malæ, mutentur in bonum.* PERFECTO lætus honore.] *Lætum possumus intelligere, primò quòd sic pertineret ad deos: deinde, quòd labores secundæ nauigationis effugisset: postremo, quòd instructus euidentibus & perspicuis monitis, nihil iam formidaret incerti.* AGNOVIT prolem ambiguam geminosq́; parentes, Seq́; nouo veterum deceptum errore locorum.] *Errorem fecerat exempli duplicis ratio, quam Anchises post erratum relatione filij cognouit. Teucer enim & Dardanus, in origine parentes fuerant Troianorum; sed antiquior Dardanus. Hunc ergo sequi Anchisen conuenerat, qui Italus fuit; non Teucrum Cretensem. Idcirco igitur Anchisæ error exortus est: quia antiquior fuit memoria Dardani, & vehementer obscura. Teucri verò velle videbantur opinione compertâ: sed Apollo non originem posteriorem, sed antiquam dixerat requirendam. Dicendo quippe* Antiquam, *quæ ritè ostendit fuisse; & recentiorem, quæ non esset Troianis debita: nouerat enim, & primam fuisse, & secundam. Tum memorat:* Nate Iliacis exercite fatis.] *Non dixit, quòd ipse Aeneas proprio fato laboraret: sed quòd fato patriæ esset oppressus. Hæc fuerunt ante causam: parabat enim errori suo defensionem; vt labori irritæ nauigationis ad Cretam, Troiæ fatis annecteret. Incipit iam purgare factum suum, ex quo intelligebat se graui inuidiâ laborare, iuxta eos qui laborauerant frustra. Enititur ille arte dicendi; quâ vti debemus, si quando totum negare non possimus: tunc enim excusatio probabilis adhibenda, aut extenuatio necessaria est: quæ res tantum prodest, vt culpam aut remoueat penitùs, aut plurimum frangat. Hanc ergo purgationem ingreditur sic:* SOLA mihi tales casus Cassandra canebat, (Nunc repeto) hæc generi portendere debita nostro, & sæpe Hesperiam, sæpe Itala regna vocare.] *Hæc, inquit, deberi generi nostro, & hos casus nobis imminere, sicuti nunc recordor, sola mihi prædixerat Cassandra.* A

SED quis ad Hesperiæ venturos littora Teucros Crederet? aut quem tùm vates Cassandra moneret?] *Monitus quidem Cassandræ ista omnia aliquando audieram; sed in vnum conuenerant, quæ fidem dictis illius facere non possunt: primò, quòd, quicquid illud fuerat, vni credi non debuit. Huc accedebant alia, quæ impossibilia putabantur: scilicet Troianos venturos ad Italiam, relictis originalibus terris; subituros quoq; prolixæ nauigationis incerta. Postremò quoq; responsis eius non habendam fidem, diuinâ fuerat sententiâ pronuntiatum. Erroris igitur sui excusatione completâ;* Cedamus Phœbo, *inquit. quia de Cassandrâ loquebatur. non dixit, consentiamus responso Cassandræ, quod aliquando audiui: sed, cedamus Phœbo.* ET moniti meliora sequamur.] *Sequamur potiùs, quæ ipse Apollo meliùs intimauit, & sequenda commodiora constituit. Pronuntiatio talis esse debet, vt separatim dicamus* Moniti, *separatim* Meliora sequamur. SIC ait, & cuncti dicto B paremus ouantes.] *Dicto paremus, aut Apollinis; aut certè Anchisæ, qui illicò senserat ouantes.* Quis enim non gauderet, *adempto labore ad* Ortygiam *nauigandi, iterum se ad certa & optima venturum?* HANC quoque deserimus sedem.] *Sicuti Thraciæ.* PAVCISQVE relictis Vela damus.] *Non voluntate cuiusquam relictis; sed mortis necessitate remanentibus. suprà enim dixit, cùm luis contagionem describeret:* Linquebant dulces animas, *hoc est, moriebantur.* POSTQVAM altum tenuêre rates, nec iam ampliùs vllæ Apparent terræ; cœlum vndique, & vndique pontus.] *Copiosa descriptio, in quâ vna & eadem res est dicta frequentiùs, diuersâ & splendidâ compositione verborum.* Tùm mihi cæruleus supra caput astitit imber, Noctem, hyememq́; ferens, & inhorruit vnda tenebris. Continuò venti voluunt mare, magnaq́; surgunt Aequora, dispersi iactamur gurgite vasto. Inuoluêre diem nimbi, & nox humida cœlum Abstulit, ingeminant abruptis nubibus ignes. Excutimur cursu, & cæcis erramus in vndis: Ipse diem noctemq́; negat discernere cœlo, Nec meminisse viæ mediâ Palinurus in vndâ. Tres adeò incertos cæcâ caligine soles Erramus pelago, totidem sinè sidere C noctes: Quarto terra die primùm se attollere tandem Visa, aperire procul montes, ac voluere fumum.] *Egregiè descripsit, quæ nauigantibus accidunt: cùm vno impulsu omnia simul elemẽta turbãtur. In quâ ipsâ descriptione, & initiũ tenuit, & augmẽta descripsit, & finem. Quippe,* Tũ mihi cæruleus supra caput astitit imber; *initiũ est: dehinc, quæ consequuntur, ostendunt augmenta violentiæ.*

NOCTEM hyememque.] *Pluuiam cum obscuritate. Hyemem autem Græcè dixit. nam χειμὼν etiam tempestas dicitur à Græcis.* FERENS.] *Adferens.* INHORRVIT vnda tenebris.] *Horridior est facta per tenebras.* MAGNA æquora.] *Aut epitheton est, vt surgant æquora, quæ magna sunt: aut, Magna æquora, magni fluctus.* GVRGITE vasto.] *Epitheto auxit τὰ κύματα.* INVOLVERE diem.] *Aspectum ademerunt.* NIMBI.] *Nubes.* NOX humida.] *Nubes caliginosæ.* EXCVTIMVR cursu.] *A proposito itinere auertimur.* CÆCIS in vndis.] *Incertis, quia sydera non apparebant, vt quæ non viderentur.* IPSE.] *Hoc est, nauigandi peritus. Hoc enim significat emphasis pronominis.* NEGAT discernere cælo.] *Figuratè: vt 2. Aeneid.* Excisâ vitam producere. Troiâ. VIÆ.] *Mari dedit, quod proprium terræ est: vt alibi* sulcari *ait. vnde & terre æquor.* PALINVRVS.] *Hic Iasii filius, gubernator Aeneæ fuit:*

Noctẽ hyemẽq́; ferẽs, & inhorruit vnda tenebris.
Continuò venti voluunt mare, magnaq́; surgunt
Aequora: dispersi iactamur gurgite vasto.
Inuoluêre diem nimbi; & nox humida cœlum
Abstulit: ingeminant abruptis nubibus ignes.
Excutimur cursu, & cæcis erramus in vndis.
Ipse diem noctemq́; negat discernere cœlo;
Nec meminisse viæ mediâ Palinurus in vndâ.
Treis adeò incertos cæcâ caligine soles
Erramus pelago: totidem sine sidere noctes.
Quarto terra die primùm se attollere tandem
Visa, aperire procul montes, ac voluere fumum.
Vela cadunt; remis insurgimus: haud mora, nautæ
Adnixi torquent spumas, & cærula verrunt.
Seruatum ex vndis Strophadũ me littora primùm
Excipiunt. Strophades Graio stant nomine dictæ

Digitized by Google

Insulæ Ionio in magno: quas dira Celæno
Harpyiæq; colunt aliæ; Phineia postquam
Clausa domus, mensasq; metu liquêre priores.
Tristius haud illis monstrum, nec sæuior vlla
Pestis, & ira deûm Stygijs sese extulit vndis.
Virginei volucrum vultus, fœdissima ventris
Proluuies, vncæq; manus, & pallida semper
Ora fame.
Huc vbi delati portus intrauimus: ecce
Læta boum passim campis armenta videmus,
Caprigenumq; pecus nullo custode per herbam.
Irruimus ferro; & Diuos, ipsumq; vocamus
In partem prædamq; Iouem. tunc littore curuo
Exstruimusq; thoros, dapib9q; epulamur opimis.
At subitæ horrifico lapsu de montibus adsunt
Harpyiæ, & magnis quatiunt clangoribus alas:
Diripiuntq; dapes, contactuq; omnia fœdant
Immundo: tum vox tetrum dira inter odorem.
Rursum in secessu longo, sub rupe cauatâ,
Arboribus clausi circum, atq; horrentib. vmbris,
Instruimus mensas, arisq; reponimus ignem.
Rursum ex diuerso cœli, cæcisq; latebris.

A fuit; qui, Aeneâ de Siciliâ ad Italiam veniente, præcipitatus in mare, nomen in Lucaniâ monti celebri dedit. INCERTOS soles.] Bene incertos: quia, quantauis sit obscuritas; tamen noctis est manifesta discretio. Vnde superflua quæstio est eorum, qui dicunt; tres dies quomodo transisse scierunt, si noctē à die discernere non poterant? Ergo incertos, obscuros dixit: vt VI. Aeneid. Quale per incertam lunam. Cæcâ caligine. κακίφατον in sermone. ERRAMVS pelago.] Hic Pelopis gẽtes malè æquisonantia saxa Circunstãt, pariterq; vndę terręq; minantur; Pulsamur sæuis & circumsistimur vndis. Hi
B versus circumducti, inuenti dicũtur, & extra paginam in mũdo. ATTOLLERE visa.] Visa naturaliter dixit. Quotiens enim propinquamus littoribus: & exsurgere terra videtur, & fumum emittere. APERIRE.] Ostendere. vt Salustius: Caput aperire solitum. VOLVERE fumum.] Pro, aperiuntur montes, ac fumus voluitur. REMIS insurgimus.] Cùm remos exsurgentes fortiùs remittamus. SERVATVM ex vndis.] Ac si diceret, de periculis in grauiora se peruenisse discrimina. STROPHADVM me littora.] Phineus, Agenoris filius, Thracum rex; vel, vt quidam volunt, Arcadiæ: Cleobulam, Aquilonis & Orithyæ filiam, habuit vxorem, & ex eâ duos filios: quibus superinduxit nouercam; quos nouerca ad patrem, tanquam stupri adfectatores, detulit; ob quam rem eos Phineus cæcauit. quare irati dij, vel, vt quidam volunt, Aquilo, veneno, propter nepotum iniuriam, eum cæcauit; & ad pelagias insulas detulit, adposuitq; Harpyias: quæ cum ei diu cibos abriperent, somnosq; inquietarent, hic Iasonem cum Argonautis, propter vellus aureum Colchos petentem, suscepit hospitio: cui etiam ductorem, propter Simpligiadas petras, dedit. Hoc ergo beneficio inlecti Argonautæ, cùm ei gratiam vellent inferre, Zethum & Calain, filios Boreæ & Orithyæ, alatos iuuenes, ad fugandas Harpyias miserunt: quas cùm stri-
C ctis gladijs persequerentur, pulsæ de Arcadiâ peruenerunt ad insulas, quæ appellantur Plotæ. Et cùm vlteriùs vellent tendere, ab Iride admoniti, vt desisterent à Iouis canibus, suos conuerterunt volatus: quorum conuersio, id est, στροφὴ, nomen insulis dedit. Quod Apollonius plenissimè exsequitur. Vt autem canes Iouis dicerentur, hæc ratio est: quia ipsæ furiæ esse dicuntur. vnde etiam epulas prohibentur abripere, quod est Furiarum: vt, Et manibus prohibent contingere mensas. Vnde & auari finguntur furias pati, qui abstinent partis. Item ipsas furias esse, paulò pòst ipse testatur, dicens: Vobis Furiarum ego maxima pando. Furias autem canes dici, & Lucanus docet, dicens: Stygiásque canes in luce supernâ Destituam. Et in Sexto Virgilius: Visæq; canes vlulare per vmbram, Aduentante deâ. Sanè apud inferos Furiæ dicuntur, & canes; apud superos, Diræ & aues; vt ipse in XII. ostendit. In medio verò, Harpyiæ dicuntur. Vnde duplex in his effigies inuenitur. Has Vergilius tres dicit, quarum nomina sunt; Aello, Ocypete, Celæno. Apollonius duas dixit: quem in XII. Vergilius sequitur: vt, Sunt geminæ pestes. Quidam autem dicunt, hunc Phineum ob diuinitatem à Thracibus regem cooptatum, consilia diuina prodidisse: & obcæcatũ adpositis Harpyis. STANT.] Sunt. IONIO in magno.] In magno mari Ionio. Et sciendum, Ionium sinum esse immensum, ab Ioniâ vsq; ad Siciliam: & huius partes esse, Adriaticum, Achaicum, & Epiroticum. Maria enim vel à prouincijs, vel ab insulis, vel à ciuitatibus, nomen accipiunt. Bene ergo, in magno, quasi etiam in quo alia maria sunt. Quidam sanè Ionium, ab Io, Inachi filiâ, dictum volunt: quòd amata hoc mare tranauerit. quod in VII. vbi de scuto Turni loquitur, pleniùs inuenies. Nonnulli Ionium, ab Ionio rege; qui in insulâ, quæ ante Illyricum iacet, regnauerat, dictum tradũt. HARPYIÆQVE colunt aliæ.] Ergo & Celæno Harpyia. Has Hesiodus dicit Thaumantis & electræ filias: quas, sicut dictum est, quidam Furias putant. cùm Furiarum mater, secundùm Hesiodum, Terra; secundum Aeschilum, Nox sit. PHINEIA.] Versio Græca est. MENSASQVE metu.] Hoc est, sicut dictum est, pulsæ à Zetho & Calai. NEC sæuior vlla pestis, & ira deum stygijs sese extulit vndis.] Vt pœna in stygijs. Et non dicit has de inferis esse natas; sed peioris esse omnibus inde procreatis. VIRGINEI volucrũ vultus.] Si subdistinguas, virginei, maior erit admiratio. FOEDISSIMA.] Hîc turpis: vt Terentius in Eunucho, Nunc heu videtur fœdus, quia aliam non habet. Alibi fœdum, cruentum: vt: Sanguine fœdantem: &, Fœdatiq; ora Galesi. PROLVVIES.] Sordis effusio. Et vitauit, ne diceret stercus. & per hoc nimiam edacitatem ostendit. quidam volunt, proluuies cùm stercus ventris significet, à Virgilio hoc loco figuram ventris significatam. Ergo quasi annosum & panticosum ventrem. Aliquando proluuies, sola effusio. Terentius: Quod pluuium, quæ hæc est subita largitas? Aliquando pro aquis multis ponitur. VNCÆQVE manus.] Pro vnguibus manus posuit: hoc est, καμψόνυχας. FAME.] Velut fame. Nam abundare dicit armenta. Aut reuerà fame: quam eis inferebat, non inopia, sed auaritia. Alij, famis præsides esse tradunt: quia & Phyneo propterea adpositæ sunt, & Troianos ab epulis prohibent; & his tantùm famem prænuntiant, & ipsæ sunt famis pallidæ. DELATI.] Quod necessitatis est. Nam voluntate aliquò non deferimur; sed venimus. LÆTA.] Pinguia. nam in animalibus, in quibus cognosci non potest sensus, lætitiam pingue corpus ostendit: non mens, vt in hominibus. PASSIM campis.] Vlyssis socij boues solos occidisse dicuntur. Virgilius credibilius finxit. CAPRIGENVMQVE pecus.] Satis nouè, & affectatè. NVLLO custode.] Deest, cum. PER herbam.] Ordo est: non per herbã, sed per campos in herbis, videmus armenta. IPSVMQVE vocamus.] Ipsum, id est, regem deorum: aut certè prædatorem, hoc est, cui de prædã debetur aliquid. Nam Romani moris fuit, vt bella gesturi, de parte prædæ aliquid numinibus pollicerentur: adeò vt Romæ fuerit vnum templum Iouis prædatoris; nõ quòd prædæ præest; sed quòd ei aliquid ex prædã debeatur: vel quòd hic Deus iustitiæ præest. Ergo cùm eum inuocant, testantur se nihil mali facere, cùm sine custode interimunt armenta. IN partem prædamq;.] In partem scilicet prædæ. Partem enim solent dijs immolare; partem retinere sibi. vnde Ouidius: Sacra tulère suam, pars est data cætera mensis. DAPIBVSQVE epulamur.] Dapes, deorum sunt: Epulæ, hominum. Bene ergo vtrumq; posuit: nam & sacrificijs, & conuiuijs operam tribuunt. OPIMIS.] Pinguibus. SVBITÆ.] Pro subitò: aduerbium in nomen deflexum. LAPSV.] Celeritate: vt suprà. ADSVNT.] Velocitas

locitatem ostendit. HARPYIÆ.] *vt Græca diphthongus est. nam latina esse non potest: quia ne v quidem habemus.* CLANGORIBVS alas.] *Deest* cum: *vt sit, alas quatiebant cum clangoribus. vt,* Atque Ixionij vento rota constitit orbis, *id est cum vento. Aliter ἀκυρολογία est, si* clangorem *dixit alarum sonitum. Plautus in* Querulo, *de Anseribus:* Cuncti alas quatiunt diris cum clangoribus. CONTACTVQVE omnia fœdant.] *Subaudiendum, quæ relinquebant.* TVM.] *Præterea. deest* erat, vel audiebatur. *& tria mala ipsarum posuit: vocem, tactum, odorem. sed sanè hic versus, qui circumductus est, talis auditur:* Resonant magnis stridoribus alæ. RVRSVM.] *Ad illud solum pertinet,* Instruimus mensas. *Nam antè in speluncis non fuerant. Et sciendum, hanc particulam interdum sic poni, vt iteratum aliquid significet: vt si dicas, Veni ad te manè, rursum venio. Interdum sine iteratione est: vt, Fui apud te, rursum veni. non ideò dicis* rursum, *quia etiam primò venisti: sed quia illic fuisti.* CAVATA.] *Pro caua. nam cauatum propriè manufactum dicimus.* ARISQVE reponimus ignem.] *Bene quod dixit,* In partem prædamq; Iouem. *Sanè sciendum, iterationem hanc fieri secundùm ritum sacrorum. nam displicuisse prima ex prodigijs indicatur. Sunt autem hæ animales hostiæ, quæ tantùm immolantur, & caro sacerdotibus proficit. Alibi tantùm sanguinem in aras fundi significat: vt,* Sanguinis & sacri pateras. *Alibi partem corporis: vt,* Extaq; salsos Porriciam in fluctus. *Alibi integras victimas: vt,* Et solida imponit taurorum viscera flammis. Ex diuerso cæli.] *Vt ex secreto montium subaudi,* loco.

POM. Sabi. DIEM.] *id est, solem.* IGNES.] *coruscationes.* EXCVTIMVR cursu.] *nam Palinurus negabat cognoscere diem ac noctem: tanta confusio nimborum erat.* ERRAMVS.] *Ignorabamus, quò naufragabamur.* INCERTOS.] *propter multos.* VELA cadunt.] *Quando appellitur nauis littori, ponuntur vela, & remis insurgunt nautæ.* LITTORA prima.] *Strophadum. Phineus, rex Thracum, duxit Orithyiam, Boreæ filiam; vt meminit Valerius Flaccus: ex quâ suscepit filios duos. hac coniuge spretâ, siue, vt alij volunt, defunctâ; duxit Idæam, Dardani Scytharum regis filiam: quæ nouercali odio inducta, impulit maritum, vt filios perderet. ille insanus, vinos suffodit vmbilico tenus, & cibum dabat, vt in eâ pœnâ viuerit. Zethus & Calais, qui cum Argonautis nauigabant, eos liberarunt. Alij volunt, Phineum necâsse liberos, ob quod à Boreâ occæcatum fuisse, & ad pœnam misisse Harpeias, quæ semper fœdarent cibum. has Zethus & Calais fugarunt, quæ volarunt vsq; in Plotas insulas: (sic appellat Plinius) & ibi demutatas ferunt in canes Iouis: & ab eâ conuersione insulæ plotæ Strophades dictæ. vel à conuersione volatus: nam volentes vltrà pergere Iris detinuit. Furiæ, dicuntur ab antiquis canes. Hæ insulæ paruæ sunt, & sunt inter Zacynthum & Metonem. altera nunc habitatur. Apollonius duas Harpyias dicit: alij treis. & hæc sunt nomina: Aello, Ocypete, Cæleno. Harpyiæ ideò conuertêre volatum: quia Iris dixit, Iouis canes debere appellari.* IONIO in magno.] *Mare Ionium dicitur ab Ionibus antiquis habitatoribus. Atticæ: & latum est. incipit ab Aegeo, vsq; ad Cretam & fretum Siculum: & complectitur omnia littora Peloponesi, Achaiæ, Macedoniæ, & Epiri.* METV.] *Zethi & Calais, qui pepulêre. Fuêre Harpyiæ filiæ Neptuni: vt alij volunt, Thoantis & Electræ.* IN partem prædamque.] *Endyadis figura.* REPONIMVS.] *iterum ponimus.*

VAR. Lect. ERRAMVS pelago, totidem sine sidere noctes.] *In libris aliquot antiq.* Totidem. *In aliquot,* Totidem & sine. AC voluere fumum.] *In Med. lib.* Ducere fumum, *legitur.* Me littora primum. ACCIPIVNT.] *In veteribus aliquot exemplaribus,* Excipiunt, *legitur.* NVLLO custode per herbam.] *In antiquis aliquot libris,* Per herbas, *legitur.* Vocamus in prædam, partemque Iouem.] *In plerisque peruetustis lib. dictionum ordo mutatus est in hunc modum:* In partem prædamque. *Et hanc lectionem agnoscit Seruius.* QVATIVNT clangoribus alas.] A *Antiqui nonnulli lib.* Plangoribus, *legunt.* RVRSVM in secessu longo.] *In lib. plerisq; veteribus legere est,* Rursus in secessu.

Harpyias malas, pro nequissimis mulieribus, veluti ex adagio vsurpâsse videtur Apuleius. Cuiusmodi fuerint monstrosa Harpyiarum corpora, notum abundè (opinor) ex Vergiliano carmine:

Virginei volucrum vultus, fœdissima ventris
Proluuies, vncæq; manus, & pallida semper.
Ora fame.

Seruius Neptuni, prodigiorum patris, & Terræ, filias putat. Sunt qui scribant, ideò virgines fingi, quòd omnis rapina arida sit, ac sterilis. Ideò plumis circundatas; quòd, quicquid inuaserit rapina, celat. Volatiles autem: quòd omnis rapina ad volandum sit celerrima. Dicitur enim Aello, quasi ἄλλο ἔλκω, id est, alienum tollês: Ocypete, citiùs auferens: Celænum verò, Græci nigrum vocant. Vnde & Homerus primâ Iliados rhapsodiâ.

Αἶψα τοι αἷμα κελαινὸν ἐρωήσει περὶ δουρί

Id est, Statim niger tuus sanguis emanabit per meam hastam. B
Quæ omnia id demum significare agnoscimus, quòd aliena concupiscimus primò. mox expetita inuadimus: postremò, uncata semel abscondimus illatebramusq;. Sed & ipsum Harpyiarum nomen, inditum à rapacitate videtur: si quidem eo nomine indicatur Græcis rapina. vnde & Harpax in Pseudoli argumento.

Venit Harpax verus; res palàm cognoscitur.

Est & apud eundem Harpagare verbum; vt idem in Pseudolo: Neque homines magis asinos vnquam vidi, ita plagis costæ callent: Quos dum ferias, tibi plus noceas: eo enim ingenio hi sunt flagricibæ. Qui hæc habent cõsilia: vbi data occasio est: Rape, Clepe, Tene, Harpaga. *Sunt qui putent, tribus Harpyis addi ab Homerò quartam, nomine Thyellam. Apollonij verò interpres, in illis poëtæ verbis Argonauticõn primo:*

Ἂψ δ' αὖ θύελλαι ἀντίαι ἁρπάγδην ὀπίσω φέρον.

Id est, At Thyellæ aduersæ raptim retrò ferebant: Ita scribit: Thyellæ, hiberni flatus & procellæ: vnde Homerus per synonymiam Thyellas posuit, & Harpyias, hoc est, procellosos flatus.

Ὡς δ' ὅτε Πανδαρέου κούρας ἀνέλοντο θύελλαι. Et mox: C
Τόφρα δὲ τὰς κούρας ἅρπυιαι ἀνηρείψαντο.

Apollonius verò, operis eiusdem lib. II. Iouis magni canes, Harpyias dixit, illis versibus:

Οὐ θέμις ὦ υἷες Βορέω ξιφέεσσιν ἐλάσσαι
Ἁρπυίας, μεγάλοιο Διὸς κύνας.

Et mox subiungit, fugatas à Zeto & Calai, coniecisse se in specu, quòd in Cretâ visebatur sub Arginunte: quam rem Neoptolemus quoque ac Pherecydes literis commendarint. Sunt ex Græcis, qui Irin Harpyiarum sororem prodiderint. Pro cruentis sanguinarijsq; raptoribus, pecuniæ immorientes videtur Sidonius Appollinaris Harpyias vsurpâsse: Nam libenter, *inquit,* incedunt armati ad epulas, albati ad exsequias, pelliti ad ecclesias, pullati ad nuptias, castorinati ad letanias. Nullum illis genus hominum, ordinum, temporum cordi est: in foro Scythæ; in cubiculo viueræ; in conuiuio scurræ; in exactionibus Harpyiæ; in collocutionibus statuæ.

NOCTEM hyememque ferens.] *Ex his quoque, quæ exorta sunt, enumerat breuiter.* Inhorruit vnda tenebris: Continuò venti voluunt mare, magnaque surgunt Aequora: dispersi iactamur gurgite vasto. *Agebantur enim, non arte nauigandi; sed quia diuersorum ventorum flatus vrgebant. accedente etiam eo, quod ait:* Inuoluêre diem nimbi, & nox humida cœlum Abstulit. *Ecce iam, si possent, aliquid contra maiorem vim prouidere non poterant. tulerant enim diem nimbi: hoc est, remouerant lucem.* DON.

Digitized by Google

A *rem. Nox quoque humida obtentu nubium abiurauerat sidera, quæ viam in fluctibus monstrant.* INGEMINANT abruptis nubibus ignes.] *hoc est, crebræ fuerant coruscationes: sicuti fit, cùm est elementorũ magna turbatio.* EXCVTIMVR cursu, & cęcis erramus in vndis.] *Excutimur vbicunque ponit Vergilius, nimiam facti necessitatem significat. vt,* Excutitur pronusque magister Voluitur in caput. *Item:* Excutior somno. ET cæcis erramus in vndis.] *non vndis cæcis; sed hominibus vndas ipsas non videntibus & qui nullo cum affectu rapiebantur. Erramus, inquit, pelago: quia erat in latitudine vel maximè pelagi; & plus currit; quàm necesse est; & mani labore consumpto ad destinata non peruenit.* IPSE diem noctemque negat discernere cœlo: Nec meminisse viæ mediâ Palinurus in vndâ.] *Violentiæ ipsius mirè conclusit augmenta: asserent tantam fuisse rerum confusionem, vt ipse Palinurus, dies ageretur an nox, euidenter pronuntiare non posset.* Quòd autem ait, Ipse, *hoc in pronomine vult intelligi, ipse Palinurus, peritissimus gubernator: ipse qui regendorum nauigiorum arte pollebat: ipse qui vias in fluctibus, & diligentiore curâ rationem siderum nouerat: ipse cuius magisterio gubernatores cæ-*

B *teri regebantur. Apparet ergo (vt sæpiùs diximus) in pronominibus esse plerunque maximum intellectum. Ipsum autem Palinurum ducem fuisse cæterorum in pelago, alio in loco positum constat.* Quod dictum est: DENSVM Palinurus agebat Agmen, ad hunc alij cursum contendere iussi. Treis adeò incertos cæcâ caligine soles Erramus pelago, totidem sine sidere noctes: Quarto terra die primùm se attollere tandem Visa aperire procul montes, ac voluere fumum.] *Descriptis omnibus, quæ orta tempestas & aucta perfecerat, defectus eius & finis ostenditur, cùm addidit:* VELA cadunt; remis insurgimus: haud mora, nautæ Adnixi torquent spumas, & cærula verrunt.] *Comparationem fecit præsentis temporis & præteriti. in tempestate enim mare ipsos agebat inuitos, sicuti dixit:* Excutimur cursu. *nunc ipsi, quoniam ventorum successerat quies, & fumus minui cœperat vanescente caligine, remis vndas vrgebant, vt ad littus procedere potuissent. Interea diligenti ratione tractandum est, vt ostendamus, poëtam non posuisse contraria. fecit enim quæstionem quandam non attentè legentibus, dicendo:* Ipse diem no-

C ctemque negat discernere cœlo; Inuoluêre diem nimbi, & nox humida cœlum Abstulit. *& ipse dixit:* Treis adeò incertos cæcâ caligine soles Erramus pelago, totidem sinè sidere noctes. *Ipse rursum posuit:* Quarto terra die primùm se attollere tandem Visa. *Quemadmodum igitur dierum colligi numerus potuit, si dies noctesq; discerni nequiuerant? Possumus hunc locum hac ratione dissoluere: vt dicamus, poëtam, obscuritatem aëris sæuientis factam, nimiùm satiare voluisse. Cæterùm, qui fieri potuit per diei tempus, sic accidere tenebras, vt inter ipsas & veram noctem nihil interesset? memor tamen poëta ipse;* Tres adeò, *inquit,* cæcâ caligine soles: *vt probaret, fuisse in caligine aliquid lucis, quod dierum tempora separaret à noctibus. Vel certè sic intelligi potest, dierum & noctium numerus: quia dixit crebras fuisse coruscationes, quæ ruptis nubibus stellas possent demonstrare, vel solem.* SERVATVM ex vndis Stophadum me littora primùm Accipiunt.] *Non vult videri perseuerâsse malam fortunam; sed nec in totum prosperam prouenisse. Procurauerat quippe, vt eos opulentum littus exciperet: quod proculdubiò prosperum plenissimè foret, si illis in locis Harpyiæ non fuissent, quas post Phinei casum regiones ipsas occupâsse constabat.* STROPHADES Graio stant nomine dictæ Insulæ.] *Me, inquit, insulæ Græcâ linguâ nominatæ acceperunt.* QVAS dira Celæno; Harpyiæq; colunt aliæ; Phineia postquam Clausa domus mensasq; metu liquère priores.] *Cùm dicit,* Harpyiæq; colunt aliæ: *constat, quòd etiam Celæno Harpyia fuisset, & haberet consimiles alias. Hæc, inquit, post Phinei casum illa loca tenuerunt.* TRISTIVS haud illis monstrum, nec sęuior vlla Pestis, & ira deûm Stygijs sese extulit vndis.] *Propter vnam, quæ illis multa aduersa nuntiauerat, exsecrabitur omnes. Nihil, inquit, peius ab inferis potest exoriri, quàm sunt Harpyiæ. & dicit causas:* VIRGINEI volucrum vultus.] *Hoc non esset monstruosum, si cætera conuenirent.* FOEDISSIMA ventris Proluuies.] *Ipsarum scilicet, quæ nihil interioribus suis morari paterentur. Effundunt, inquit, statim, quicquid victus causâ receperint.* VNCÆQVE manus.] *armatæ ad rapiendum: non industriâ, sed naturâ.* ET pallida semper Ora fame.] *Quarum enim venter non retinebat cibum, non tantum nõ saciabantur, sed semper patiebantur famem, atq; ex eâ pallor succedebat. Cuncta hæc idcircò describit: quia omnia ipsarum dicturus est sibi ac suis fuisse contraria.* HVC vbi delati portus intrauimus, ecce Læta boum passim campis armenta videmus, Caprigenumq; pecus, nullo custode per herbam. Irruimus ferro, & diuos, ipsumque vocamus In partem prędamq; Iouem.] *Omnia, inquit, in vnum conuenerant, quæ nos illorum animalium armenta & greges inuadere prouocarent: diuersitas generis, abundantia, pinguedo, quam ingentes herbæ procurauerant: custos nullus, qui prohibere posset inuadentes. Dedit autem diuersa nomina diuersis animalium numeris. Armenta quippe appellauit boues, pecora autem capras: vt ostenderet, nec boues pecora dici posse, nec capras armenta. Mox ait, exserere cœpimus ferrum: mactare quantum libuit, tantum superfuit copiæ: vt nostris vsibus alimonia superesset, & dijs atq; ipsi Ioui fieret portio: vt, quod fiebat illicitum, esset nobis commune cum superis.* TVM littore curuo Exstruimusq; thoros, dapibusq; epulamur opimis.] *Tacuit de apparatu epularum, quem descripsit in primo lib. de ceruis. illic enim clarè dixit poëta, quia multa necessitas quærebat breuitatem: hîc, hoc est apud Didonem, colligenda narratio erat propter noctis tempus, & omniũ, qui auditores aderant, requiē. dixit enim suprà:* Et breuiter Troiæ supremum audire laborem. *Ergo cum dicit,* Occidimus, & cœpimus epulari, *ostendit parata ordine suo, quæ mandi potuissent.* EXSTRVIMVSQVE thoros.] *In primo lib. dixit Poëta:* Fusiq; per herbam: *quia lassitudine & fame naufragi vrgebantur. Hîc dicit:* Exstruimusq; thoros: *quia in magnâ copiâ herbarũ, nihil magnum fuerat, congeriem cespitũ struere, quibus discumbi posset, & non magna properandi ad epulas necessitas vrgebat.* AT subitę horrifico lapsu de montibus adsunt Harpyiæ, & magnis quatiunt clangoribus alas, Diripiuntq; dapes, contactuq; omnia fœdant Immundo: tum vox tetrum dira inter odorem.] *Venerunt Harpyiæ improuisæ de montibus, sonitu alarum horribilem metum incutientes, & quæ erant omni corpore immundæ. diripuerunt vncis pedib. omnia, & suis contactibus polluerunt; & tetro odore oppleuerunt omnia. Sic vocis exsecrabilis Troiani horruerunt sono, vt essent proculdubiò fugiendæ.* RVRSVM in secessu longo sub rupe cauata Arboribus clausi circùm, atq; horrentibus vmbris Instruimus mensas, arisq; reponimus ignem.] *Deniq, inquit, propter eiusmodi detestabiles formas, petiuimus secessus longitudine & densitate arborum tutos quò facilè (vt putabamus) adire non possent: aut volare, impeditæ ramis arborum, & vmbrâ syluarum: & sub cauâ rupe, quò tutiores essemus, nouauimus thoros, & repetiuimus cibum. aris quoq; ignem restituimus: hoc est, iterũ sacrificauimus.* RVRSVM ex diuerso cœli, cæcisq; latebris Turba sonans prædam pedibus circumuolat vncis.] *Nihil, inquit, profuit, omnia prouidisse. nam per insperatas cœli partes, & occultas latebras rupium, quicquid appositum fuit vncis pedibus rapuerunt.* Vncis *dixit, tenacibus: quia, quæ recta sunt, aliquid tenere non possunt.* POLLVIT ore dapes.] *Ne reliquiæ remanentes in vsum hominum proficerent.*

Digitized by Google

Ore, *hoc est, quod vitium etiam in ore haberet, polluit dapes.*

Turba sonans prædam pedib. circumuolat vncis:
Polluit ore dapes. Socijs tunc arma capessant
Edico,& dirâ bellum cum gente gerendum.
Haud secùs,ac iussi,faciunt;tectosq; per herbam
Disponunt enses, & scuta latentia condunt.
Ergo vbi delapsæ sonitum per curua dedêre
Littora, dat signum speculâ Misenus ab altâ
Ære cauo: inuadunt socij, & noua prælia tentant,
Obscœnas pelagi ferro fœdare volucres.
Sed neque vim plumis vllam,nec vulnera tergo
Accipiunt, celeriq; fugâ sub sidera lapsæ,
Semesam prædam, & vestigia fœda relinquunt.
Vna in præcelsâ consedit rupe Celæno,
Infelix vates, rupitq; hanc pectore vocem:
Bellum etiam pro cæde boum, stratisq; iuuencis,
Laomedontiadæ, bellúmne inferre paratis?
Et patrio Harpyias insonteis pellere regno?
Accipite ergo animis, atq; hæc mea figite dicta,
Quę Phœbo pater omnipotēs,mihi Phœbꝰ Apol-lo
Prędixit:vobis Furiarū ego maxima pādo.
Italiam cursu petitis,ventisq; vocatis:
Ibitis Italiam,portusq; intrare licebit.
Sed non antè datam cingetis mœnibus vrbem:
Quàm vos dira fames,nostræq; iniuria cædis,
Ambesas subigat malis absumere mensas,
Dixit,& in syluam pennis ablata refugit.
At socijs subitâ gelidus formidine sanguis
Diriguit:cecidêre animi;nec ampliùs armis,
Sed votis precibusq; iubent exposcere pacem,
Siue deæ,seu sint diræ obscœnæq; volucres.
At pater Anchises passis de littore palmis
Numina magna vocat,meritosq; indicit honores.
Dij prohibete minas! Dij talem auertite casum,
Et placidi seruate pios! tùm littore funem

SER. TVRBA sonans.] *Si tres sunt: quomodo turba? Soluitur: Figura* ὑπερβολὴ *est. Nam tres sunt: & ad sæuitiam retulit earum, Turbam Impetumq; ostēdit. nam de tribus loquitur. Et alludit ad Furias, de quibus ait alibi:* Vocat agmina sæua sororum. *Ergo turba, tanquā turba. Quare turba, cùm tres dixerit? quia apud Græcos, qui dualem numerum habent, pluralis numerus à tribus incipit. Ergo bene turba, quasi plures. Vel turba, propter tumultum & strepitum alarum. Alij tradunt, ideò turbam, quòd plures, non tres tantùm, Harpyiæ sint. Alij, quòd eis cum Furijs consortium. vnde,* Vobis Furiarum ego maxima. *Alij eas etiam Parcas esse: vnde & diuinatio ei data est.* PRÆDAM pedibus circumuolat vncis.] *Aut circùm prædā volat vncis pedibus: aut intra volma interiorem manus amplectitur prædam. Vnde & Inuolare dicimus, intra volam tenere. Vnde & pira quædam volema dicūtur, eò quòd volam impleant.* POLLVIT.] *Contingit: & pollutum sacrificium contactum dicitur. & hoc est,* Contactuque omnia fœdant Immudo. DIRA.] *Sabini & Vmbri, quæ nos mala, dira appellant.* AC iussi.] *Hic,* iussi, *vtrùm verbum an participium sit: id est, vtrum illi iussi sint, an ego iussi?* TECTOSQVE per herbam disponunt.] *Hoc est, disponunt & tectos faciunt. Sicut & scuta condendo latêre faciunt.* SIGNVM.] *Vtique militare.* MISENVS.] *Bene Misenum dicit tubicinem. Ipse est enim, qui filius fuisse Aeoli dicitur. vnde ait,* Misenum Æoliden: *quia constat, sonum omnem ex vento creari.* NOVA.] *Mira. vt,* Pollio & ipse facit noua carmina. *Nam nouum non est, cuius exstat exemplum. Hercules enim in monte Arcadiæ Stimphalo vicit Stimphalidas: vt Statius;* Et ærisonum Stimphalon. *Aut noua ideò: quia vulnerari non poterant.* OBSCŒNAS.] *Obscœnæ sunt aues, quæ canendo aduersa significant. vt paulò pòst,* Infelix vates. PELAGI volucres.] *Quia dicuntur Ponti & Terræ filiæ. vnde in insulis habitant, partem terrarum, partem maris, tenentes. Alij dicunt eas Neptuni filias: qui ferè prodigiorum omnium pater est. nec immeritò. Nam, secundùm Milesium Thaletem, omnia ex humore procreantur. vnde est,* Oceanúmque patrem rerum. *Hinc fit, vt, quotiescunq; desunt parentes, vedeatur in generalitatem. Sic & peregrinos Neptuni filios dicimus: quorum ignoramus parentes.* Quidam Pelagi *aduerbialiter accipiunt; vt Bello, vt Domi: propterea quòd res in Insulâ geritur. Alij verò dicunt, Harpyias esse filias Thaumantis & Electræ.* FOEDARE.] *Cruentare. Ennius:* Ferro fœdati iacent. VIM plumis vllā.] *Naturale enim est, vt eludat ictum plumarum leuitas. Vnde & addidit,* Plumis. *Nam quod alij dicunt, ideò eas fuisse inuulnerabiles, quia de Styge erant natæ: non probatur.* SEMESAM.] *Semicomesam.* VESTIGIA.] *Vel pedum signa: vel indicium sordium, quibus epulas discedentes pol-*

luebant. INFELIX vates.] *Nuntia infelicitatis: vt Homerus,* μάντι κακῶν. *Hoc est, nobis infelix: vt,* Sis felix, *id est, nobis. & videtur hîc auspicij genus inducere secundùm augures. quod de diris colligitur: quorum vnum genus est, quod ex signis colligitur, quo nunc vtimur. Diram autem esse Harpyiam, duplici modo memorat: & oscinis, & alitis. etenim cùm facit loquentem oscinem, auspicium expungitur. Diram tamē, quòd futuram famem denuntiat. nam ipse ait;* Siue deæ, seu sint dirę obscœnæque volucres. *Et,* Quam vos dira fames. *verùm, cùm ait,* Pinnis ablata refugit: *ab alite* B *auspicium factum docuit. aliter enim certa genera auium ab auguribus appellantur, quæ pinnis vel volatu omina possunt facere: quæ si fuerint prospera, præpetes; si aduersa, inhibræ dicuntur. quod etiam in* XII. *significat, cùm dicit;* Alitis in paruæ subitò collecta figuram. *vbi verè diram vult videri.* RVPIT vocem.] *cum indignatione loquitur: vt,* Quid me alta silentia cogis Rumpere? *Et notādum, (vt supra diximus)* Rumpit vocem: *Cùm hoc de silentio meliùs dicatur fieri. An rumpit: quia tantùm humanam habens faciem, contra naturam sui corporis loquitur?* BELLVM etiam pro cæde Boum, stratisque iuuencis.] *Iteratum est, ad augendum inuidiam: vt,* Stirpis Achilleæ fastus, iuuenémque superbum. *Aut num ætates boum volunt comprehendere?* LAOMEDONTIADÆ.] *Perfidi. à rege natum opprobrium,* C *qui deos fefellit. Sanè alibi indifferenter hoc nomen ex personâ poetæ ponitur: vt,* Laomedontius heros, Laomedōtia pubes. BELLVMNE.] *Necessariò iterauit, vt verbum, in quo culpa consistit.* POTRIO regno.] *Aut Neptunio: aut sicut alij dicunt, quia Thaumas, pater earum, ex Electrâ, Ponti & Terræ filius fuit. Alij,* patrio, *proprio accipiunt: vt,* Et patrios cultúsque locorum: *vt quæ proprios, nunquam patriam agri habeant. Aut, vt alij, quoniam Neptuni filiæ fuerunt.* ACCIPITE ergo.] *Quia nos bellis appetistis: ac si diceret, vt futuram famem iam nunc positis timere.* QVÆ phœbo pater omnipotens.] *Tribuit authoritatem, ne possint à se dicta, quasi ab iratâ, conficta contemni. Simul notandum; Apollinem, quæ dicit ab Ioue cognoscere.* PHOEBVS Apollo.] *Purus & impollutus & est Apollinis fixum antonomasticum: quod alij dari non potest. Nam sunt & alia communia: vt,* Pater omnipotens. FVRIARVM maxima.] *Adeò ipsæ sunt Furiæ, vt & vnum epitheton habeant, & causis consentiant. Nam ait de Tisiphone;* Furiarum maxima iuxtà Accubat, & manibus prohibet contingere mensas. *quod etiam hæ faciunt, & inferentes Troianis famem, & prænuntiantes. Alij dicunt, ideò adsumpsisse sibi Furiæ nomen Harpyiam, vt terreat.* ITALIAM cursu petitis.] *Ex his quæ norunt, fidem dicendis accommodat. Id est: ex hoc mihi fidem habebitis futurorum,*

si præ-

Digitized by Google

A si praecedentia vera sunt. DATAM.] Fatis concessam. QVAM vos dira fames.] Vt Varro in secundo diuinarum dicit; oraculum hoc à Dodonaeo Ioue apud Epirum acceperunt, quod modò dixisse fingit Harpyias; sed tamen coloratè tangit historiam, dicendo; Quæ Phœbo pater omnipotens. NOSTRÆQVE iniuria cædis.] Quidam iniuriam, pro vindictam accipiunt. & Harpyia ista mentitur. Nam immenens Troianis est fames fatalis. AMBESAS.] Vndique esas; hoc est, rotundas. Maiores enim nostri has mensas habebant in honore deorum: paniceas scilicet. REFVGIT.] Non metu: (nec enim minantibus conuenit) sed ne possit rogatu placari. GELIDVS diriguit.] Id est, gelidus factus diriguit. NEC iam ampliùs armis.] Subaudi, vsi sunt. Nec enim potest esse ab inferioribus zeugma, quod plerunque fit, vt per omnia vnus sermo sufficiat: vt, Troiugena interpres diuûm qui numina Phœbi, Qui Tripodas Clarij lauros, qui sydera sentis. per omnia, sentis, intelligis plerunque aliud subauditur: vt hoc loco. Item, Disce puer virtutem ex me, verumq; laborem: Fortunam ex alijs: Subaudi, Opta. Nam fortuna non discitur. SED votis præcibusque.] Duplici ratione placantur numina: B aut votis, aut precibus. Vnde est, Iunonis magnæ primũ prece numen adora. Item, Iunoni cane vota libens. IVBENT.] Volunt: vt, Infandum regina iubes renouare dolorem. Terentius; Iubeo Chremetem. SIVE deæ.] Quia diuinant. OBSCOENÆQVE volucres.] Quia in his ventris cernebant proluuiem. Bene autem, etiam si aues sunt, eas dicit placandas; propter pessima omina. PASSIS.] Apertis, Solutis. NVMINA magna.] Hoc est, Iouem, Mineruam, & Mercurium, secundum Samothracas: vt, Penatibus & magnis dijs. Ita autem inuocat, vt magna dicat. MERITOS.] Congruos; id est expiatorios. vnde sequitur, Dij prohibete minas. INDICIT.] Sacrorum verbo vsus est. nam supplicationes & dies festi, Indici dicebantur. DII prohibete minas.] Hoc per speciem auguralem, quæ inuocatio appellatur, nonnulli dictum putant. Inuocatio autem, est precatio, vti auertantur mala: cuius rei causâ id sacrificium augurale peragitur. & hîc de auspicio, Harpyiarum inuocatione susceptâ. AVERTITE casum.] Bene etiam si contingat, casum credit esse, non vltionem. Aut certè ideò casum: ne, si fatalis, auerti non possit. Casum autem, id est, periculum. nihil est enim fame grauius: quod ait postea, Obscœnamque famem, quæ prima pericula vito. Sallustius: Sin vis obsistat, ferro, quàm fame, æquiùs perituros.

C SERVATE pios.] propter facta sacrificia. Meritò ergo seruate nos, qui pijssimus, vt initio. VII. Aeneid. Quę ne monstra pij paterentur talia Troës.

POM. Sabi. EDICO.] Quintilianus sic intelligit, vt vtriq; rei iungatur edico. vt: Edico socijs capessant arma; &, edico gerendum bellum. ÆRE cauo.] id est, tubâ. SEMESAM.] corrosam. ITALIAM cursu.] Vaticinium Harpyiæ: quod Varro & Dionysius dicunt Troianos habuisse ab oraculo Dodonaeo. DIRIGVIT.] congelatus est.

VAR. Lect. TVRBA sonans prædâ pedibus circunuolat vncis.] In antiquis aliquot exemplaribus, sublatâ dictione Prædam, legere est, Turba sonans pedibus subitò circunuolat vncis. TECTOSQVE per herbam.] In antiquis aliquot exemplaribus, per herbas, legitur. VOBIS Furiarum ego maxima pando.] In plerisq; veteribus exemplaribus, non est pronomen in contextu: sed ita legitur: Furiarũ maxima pando. DIXIT, & in syluam.] In libris plerisq; vetustioribus, In syluas, legitur.

ADR. Bar. CONTACTVQVE omnia fœdant.] In quos, quæso, hoc aptius detorseris, quàm in Chalcographos indoctos, qui veterum pariter ac recentium autorum labores, ob inscitiam corripiunt: lanij veriùs, quàm Chalcographi appellandi. Horum indiligentia aut inscitia potiùs, fortassis latiùs hoc tempore grassaretur, nisi constantiùs resisterent doctissimi duo chalcographi, Aldus Manutius, & Iodocus Badius, quàm emendatissimè imprimentes: optimos quosque autores ab orco, mortuos reduces in lucem faciunt; & qui olim prodigiosis mendis scatebant, eos ab omni iniuriâ vindicantes emittunt.

DONAT. SOCIIS tunc arma capessant Edico, & dirâ bellum cum gente gerendum. Deficiente, inquit, industriâ & mutatione, iubeo socijs, arma capiant, vt cum dirâ gente bellum gereremus, Addendo, Dirâ gente, excusauit crimê violentiæ, quam Celæno, faciens pro causâ suâ, plenissimè prosecuta est, dicens: Troianos persecutores innocentium Harpyiarum. HAVD secùs ac iussi faciunt. Illi, inquit, non aliter fecerunt ac iussi. Iussi, verbum est, non participium. TECTOSQVE per herbam disponunt enses, & scuta latentia condunt.] Scilicet, vt insidias Harpyiæ non viderent. Hîc quoque narrandi compendio vsus est. solùm enim gerendum cum Harpyis bellum prædixerat socijs, & arma caperent. Non tamen vt hæc contegerent herbis: sed illi fecerunt ingenio suo: sapientibus enim locutus fuerat.

VNA in præcelsâ consedit rupe, Celæno, Infelix vates rupitq; hanc pectore vocem.] In præcelsâ rupe: viderat parari armorum violentiam. BELLVM etiam pro cæde boum, stratisque iuuencis, Laomedontiadæ, bellúmne inferre paratis?] Inuectio, quam oportuit non habere principia: fuit enim irascentis. Cùm vos, inquit, nobis pœnas pro illatâ violentiâ debeatis, facitis more generis vestri: vt prouocetis bello paterna possidentes, & ferro innoxias appetatis. Iratæ inuectio breuis exstitit: licèt in ipsâ breuitate omnia teneantur. nam asseruit personam suam, dicendo, quòd essent innoxiæ: deformauit aduersariorum partem, appellando Laomedontiadas; quod nomen pro conuicio posuit. dixit ipsam causam, Iuuencos scilicet stratos pro cæde. & hoc genere proposuit inuasionis crimen. Dixit etiam criminis ipsius augmentum; vt, post impletam in armenta & greges violentiam, etiam de expugnatione dominarum ac nece cogitâsse videantur. In ipsâ quoq; significatione iuuencorum, multum ostendit dolorem fuisse: plurimum enim differt, si species inuadatur, cùm sit meritum nullum. Vt maiorem habeat deprecatio vtilitatem, dixit Insontes. quid iniquius, quàm persequi bene viuentes, & eas, quæ nihil priores inciuile tentassent: quæ proprium contra improsperitatem defendere cuperent? addidit: ET patrio Harpyias insontes pellere regno?] Hæc definitio admissi est, factum enim non fuit, quod obiecit: sed definiendo, quid factum sit, pro facto tenet, quod fuerat cogitatum. Quid est enim; armenta & greges inuadere? quid, armare iuuentutem? nisi gradatim ad id tendere, vt eriperent alienum imperium, non malè quæsitum, sed relictum à parentibus? Quòd autem deesset vltor admissi, ipsa pro vltione ingerit, quod esset præsenti pœnâ grauissimum. Quid enim est instanti supplicio peius, quàm diu exspectare quod metuas? Quid sæuius duriusq; tormentis, quàm gerere pectore, quod animum diuturnâ exspectatione torqueat, & omne corpus affligat? ACCIPITE ergo animis, atque hæc mea figite dicta.] Accipite, inquit, quod mentes vestras affligat, atque animis hæc mea dicta figite: hoc est, quæ infixa vos vulnerent & excrucient competenter. Verùm, ne in contemptum venirent, quæ fuerant dictura, dat illis authoritatem, venientem veluti ex præcepto Iouis, & Apollinis iussu: quod eo credibile videri Troianis potuit; qui cùm rursum nauigare ad Apollinis oraculum vellent, dijs penatibus nuntijs futura didicerunt. Ait ergo: QVÆ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo Prædixit.] Prædixit, bis accipitur: vt sit, quæ Phœbo pater omnipotens prædixit, mihi Phœbus Apollo prædixit. VOBIS Furiarum ego maxima pando.] Non meâ ad vos, sed magnorum deorum authoritate, veniens, pando. Hoc genere dedit & suæ personæ aliquam potestatem, dicendo; Maxima sum Furiarum: digna procul dubiò per quam tristia mandarentur. Vt autem in hoc, quod contrarium fuerat, & illis ad pœnam proficient, faciliùs,

crederent, prospera iunxit aduersis, dicendo; ITALIAM cursu petitis, ventisque vocatis. Ibitis Italiam, portusque intrare licebit.] *Hæc Troianis fuerant optanda. sed contraria nouissimè posuit, vt de superioribus posteris crederentur, & sumerent fidem. sequitur enim:* SED non antè datam cingetis mœnibus vrbem, Quàm vos dira fames, nostræq; iniuria cædis Ambesas subigat malis absumere mensas.] *Vt necessitate famis diræ, hoc est, crudelissimæ & grauissimæ, non remedio licito, sed sacrilegio subuenirent. Has enim* mensas *dixit, quæ ex frumento confectæ dijs penatibus consecrantur. Sed hoc genus pœnæ potuit videri ab vltione Harpyiarum esse discretum. Addidit* Celæno, nostræque iniuria cædis: *vt Troiani scirent, velut merito Harpyiarum, inultum non fore, quod fecerant.* DIXIT, & in syluam pennis ablata refugit.] *Dixit talia, & refugit in syluas, nec apparuit postea.* AT socijs subitâ gelidus formidine sanguis Diriguit.] *Repentinâ, inquit, iniectâ formidine, socijs meis diriguit sanguis: hoc est, de vigore suo pulsus est, & in frigus calor est mutatus.* CECIDERE animi.] *Fiducia superior animorum, aduersis debilitata nuntijs, occidit. Optimè posuit* Cecidêre: *non enim cadit, nisi cui metus fuit in summo animi. Igitur Troiani, instructi prosperis ex deorum responso, cùm sublimes accidere aduersis dijs * sumpsissent.* NEC iam ampliùs armis, sed votis precibusque iubent exposcere pacem.] *Vsque adeò conciderant metu vt, affectu bellandi reiecto censuerint fundendas preces offensis, & vota facienda, hoc est, sacrificia, quibus placare potuissent, & veniam dare.* SIVE deæ, seu sint diræ obscœnæque volucres.] *Nec cogitandum in tali causâ, quæ essent authores dictorum talium, vel quale esset, sed qualia dicta sint considerandum. siue enim essent deæ, siue monstruosæ volucres, respiciendum non esse: dummodò fierent ea, quibus imminentia mala remoueri possent.* AT pater Anchises passis de littore palmis Numina magna vocat, meritosq; indicit honores.] *Omnibus locis Vergilius primas dat Anchisæ consiliorum omnium partes: ipsi sacrorum scientiam plenam fuisse commemorat. Denique, quid significaret procedens ex capite Ascanij flamma, ipse prodidit, & quemadmodum Polydori piaculum purgari potuisset ipse monstrauit. Ipsius consilijs steterunt desideria Troianorum. Videamus & hic, quid consilij habuerit, quum omnes Troiani dicerent:* Siue deæ, seu sint diræ obscœnæq; volucres, *placandas esse votis & precibus. Ille, inquit, prouidentissimus, non sequutus est errorem omnium, qui tractabant superflua: ne, omissis veris obsequijs, facerent ea, quæ instanti necessitati prodesse non possent. non rogat Harpyiam, quam constabat esse monstruosam: non rogat eam, quæ se aliorum iussiones pertulisse professa est: non rogat eam, quæ autoritatem perferebat potestatis alienæ. Rogabat, inquit, magna numina: ipsa enim placanda fuerant, quibus origo feralis nuntij dicebatur exorta.* MERITOSQVE indicit honores.] *Meritos debemus accipere, non delatos Harpyis offensis, vt cæteri dicebant: sed dijs potissimùm conuenientes, pro magnitudine petitionis, & eorum personâ, qui verè fuerant rogandi: Aut meritos, secundùm interiorem sacrorum scientiam: vt enim desideriorum genera diuersa sunt, ita & vota deprecationesq; diuersa. Hæc igitur fuit eius vox, atq; hæc summa petitionis:* DII prohibete minas, dij talem auertite casum!] *Nec Celæno composita, vel falsa, propter iniuriam suam pertulisset, minas inquit. Minæ enim, quanquam non habeant fixæ alicuius sententiæ definitionem: tamen etiam veritate cessante, ne omen facerent, petit minas prohiberi. nonnunquam enim accidunt, quæ ab iratis optantur.* Dij talem auertite casum! *& si verè talis casus imminet, auertite. Vt autem meliùs probemus, & incerta & certa esse potuisse, quæ dixerat Celæno, atq; hoc Anchisen rectè nôsse: verba ipsa deprecantis consideremus attentiùs. Quum diceret,* Dij prohibete minas: *ostendit, nihil fuisse dispositum, sed, ne oriretur, fauorem diuinum fuisse necessarium. Minas, inquit, prohibete, non imminens malum. Talem autem auertite casum: vt, si verè esset casus eiusmodi, qui potuisset exsistere, auerteretur. Ecce singula singulis dedit, suprà dixit,* Prohibete: *hic dixit,* Auertite: *vt prohiberetur nasci, quod nõ erat: auerteretur verò, quod credebatur ingruere.* ET placidi seruate pios.] *Hoc est, rectè viuêtes, & cultores vestros. Deprecatione côpletâ.* TVM littore funê Diripere, excussosq; iubet laxare rudentes.] *Fugienda enim illa fuerunt loca, in quibus non homines, sed exsecrando monstra commorabantur.*

Diripere, excussosq; iubet laxare rudentes.
Tendunt vela Noti: fugimus spumantib. vndis,
Quà cursum ventusq; gubernatorq; vocabant.
Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos,
Dulichiumq; Sameq;, & Neritos ardua saxis.
Effugimus scopulos Ithacæ, Laërtia regna,
Et terram altricem sæui exsecramur Vlyssis.
Mox & Leucatæ nimbosa cacumina montis,
Et formidatus nautis aperitur Apollo.
Hunc petimus fessi, & paruæ succedimus vrbi:
Anchora de prorâ iacitur, stant littore puppes,
Ergo insperatâ tandem tellure potiti,
Lustramurq; Ioui, votisq; incendimus aras,
Actiaq; Iliacis celebramus littora ludis.
Exercent patrias oleo labente palæstras
Nudati socij. iuuat euasisse tot vrbeis
Argolicas, mediosq; fugam tenuisse per hosteis.
Interea magnum sol circumuoluitur annum,

SER. VENTVSQVE, gubernatorq; vocabant.] *Honestius hac elocutione per pluralem vtimur numerum, licèt possit singularis esse.* IAM medio apparet fluctu.] *Iuxta morê quotidianum dixit,* medio: *vt si dicamus, In medio mari naufragium fecit, cùm interdum nõ longè à littore contingit.* NEMOROSA zacynthos.] *Hæ omnes insulæ Græciæ sunt: quas, Homerum secutus, mutatis tantùm côiunctionibus, de Græco in Latinum transtulit.* Nemorosa *autem, ὑλήεσσα [illegible], commemorat.* SAMEQVE.] *Cephaleniæ ciuitas est ista: nam Samos in Asiâ est.* NERITOS.] *Mons Ithacæ.* EFFVGIMVS.] *Celeriter transimus.* LAERTIA regna.] *Irrisoriè, cùm præmiserit scopulos: vt,* Immania saxa, Vestras. Eure domos. LEVCATÆ nimbosa cacumina montis.] *Leucata est mons altissimus, prope peninsula, in promontorio Epiri, iuxta Ambraciam sinum & ciuitatê: quam Augustus Nicopolin appellauit, victis illic Antonio & Cleopatrâ. Ibi & templum Actiaco in promontorio Apollini constituit, & ludos Actiacos. Vnde nunc Vergilius, in honorem Augusti, quæ ipse fecit, dat eius origini. Nam Aeneam illîc dicit ludos celebrâsse: vt alibi inducit Aeneam, templum promittentem Apollini: quod fecisse constat Augustum. vt,* Tùm Phœbo & triuiæ solido de marmore templum constituam. *Sanè de hoc Leucate, amatores se in mare ad excludendum amorem, præcipitare dicebantur.* NIMBOSA cacumina.] *Semper enim, quámuis alijs cæli partibus serenis, Leucatis montis cacumen nubibus tectũ est.* ET formidatus nautis.] *Aut quòd locus hostilis: aut propter asperitatem locorum; quia saxosa sunt: aut vt quidam volunt, quia moris erat, aliquem ei de nautis immolari; ac per hoc, qui formidaretur.* APERITVR apollo.] *Nauticum verbum, quotiens cedente eo, quo impeditur aspectus, aliquid patescit. vt,* Portusque patescit Iam propior. HVNC petimus.] *Occurrebat, Cur formidatum petistis? Ideò addidit,* fessi. *Vel quia hiemis imminebat aduentus. nam ideò & paruæ vrbi successit: quia terra erat hostilis; aut ideò hostili terræ, quia erat parua.* PARVÆ vrbi.] *Ambraciæ*

scilicet

A scilicet: apud quam pugnauit Augustus contra Antonium. Vnde, Certatam lite deorum Ambraciam. Paruæ aũt, in adulationem Augusti dictũ. nam hanc Augustus diruit primò, quòd ei bello Actiaco fuisset inimica. Parua ergo, quã paruam fecerat Cæsar; sed postea instaurauit, & appellauit Nicopolin. INSPERATA tellure.] An quia saxosa loca; an quia per medios hostes nauigauerant; an quia tempestate; an quia cum Græcâ natione? TELLVRE potiti.] Potior, & illâ re dicimus, & illius rei: sed per septimum casum in vsu est; per genitiuum figuratè ponitur. Sallustius; Vt priùs, quàm legatos conueniret, Adherbalis potiretur. Legimus & per accusatiuum: sed vti non possumus. Terentius; Patria potitur cõmoda. LVSTRAMVRQVE Ioui.] Aut lustramur, id est, purgamur, vt Ioui sacra faciamus: Aut dubium est, vtrùm faciendis, an soluẽdis votis: Aut certè lustramur Ioui, id est, expiamur. Piaculum enim commissum fuerat, tauro in Thraciâ immolato, vt diximus suprà. & licèt multa fuissent secuta sacrificia: intelligebatur tamen adhuc numen iratum, non desinentibus malis. Sciendum sanè, moris fuisse, vt piaculo commisso ludi celebrarentur. Nam cùm Romani iracundiâ Matris deûm
B laborarent, & eam nec sacrificijs nec ludis placare possent: quidam senex, statutis ludis Circensibus, salutauit: quæ sola causa fuit placationis. Vnde & natum prouerbium est; Omnia secunda salutat senex. Quamuis hoc ex alio ordine, & aliâ ex causâ narretur factum. Aut, lustramur Ioui, quia suprà dixerat, Ipsumque vocamus In partem prædamq; Iouem; & postea pœna Harpyiarum secuta est. Ergo, quoniam non ad iustum sacrificium Iouem inuocauerint, ideò illi piaculum soluunt. hoc est enim dijs lustrari, offensâ eorum liberare. Sanè, lustramur, apto verbo vsus est, mentionem ludorum facturus. horum enim certaminum sacra celebratio, Lustrum vocatur: lustrato enim populo, dij placantur. VOTIS QVE incendimus aras.] Id est, vota facientes. Dubitatur verò, vtrùm Iouis aras, an Veneris, dixerit. Varro enim, templum Veneri ab Aeneâ conditum, vbi nunc Leucatem dicit. quámuis Menander & Torpilius Comici, à Phacione Lesbio id templũ conditum dicunt: qui cùm esset nauicularius, solitus à Lesbo in continentem proximos quosq; mercede transuehere, Venerem mutatam in nauis formam gratis traduxerit. quapropter ab eâ
C donatus vnguenti alabastro, cùm se in dies eodem vngeret, fœminas in sui amorem trahebat; in queîs fuit vna, quæ de mõte Leucate, cùm potiri eius nequiret, abiecisse se dicitur. vnde nunc aucturare se quotannis solent, qui de eo monte iaciuntur in pelagus. Quidam id fieri propter Leucaten puerum dicunt, quem cùm Apollo vellet rapere, in mare se proiecit, montemq; cognominem sibi fecit. ACTIA littora.] Vt suprà diximus, propter Augustum hoc dicit, qui illîc ludos statuit agonaleis, deuicto Antonio & Cleopatrâ. PATRIAS Palæstras.] Palæstræ vsus primùm apud Athenienses repertus est. Troiani autem, propter Dardanum & Teucrum, etiam ab Atheniensibus originem ducunt. Vnde & Mineruam colunt. Hinc est in Secundo: Neu populum antiquâ sub relligione tueri. Antiquâ, scilicet ab Atheniensibus traditâ. Iliacis ergo, Atheniensibus: vnde Ilienses didicerunt. Nam & Vestam ideò Troiani colunt, quia eadem terra est; terrigenas autem Athenienses nemo dubitat. FVGAM tenuisse.] Feliciter nauigâsse. Nam Tenere, est implere. vt, Ni teneant cursus, certum est dare lintea retro: id est, impleant. Et potest intelligi secundùm communem sensum, ob hoc eos lustratos, id est expiatos, sacrificâsse, & ludos celebrâsse: quia hostiles terras prosperâ nauigatione transierant. MAGNVM sol circumuoluitur annum.] Magnum, ne putemus lunarem esse, propterea dixit. Antiqui enim tempora sideribus computabant, & dixerunt primò lunarem annum triginta dierum. Vnde inuenitur in aliquibus vita nongentorum annorum, scilicet lunarium. Postea solstitialis annus repertus est: qui XII. continet menses. Mox maiore curâ magnum annum esse voluerunt, omnibus planetis in eundem recurrentibus locum. & hic fit, vt diximus, secundùm Ciceronis Hortensium, post annos XII. mille nongentos quinquaginta quatuor, solstitiales scilicet. Bene ergo nunc magnum addidit: ne lunarem intelligeremus. Bene Solis nomen, ne, quia dixerat magnum, illum planetarium acciperemus: de quo varia dicuntur & à Metone, & ab Eudoxo, & à Ptolemæo, & ab ipso Tullio. Nam in libris de Deorum natura, tria millia annorum dicit magnum annum tenere. Possumus tamen accipere, Troianos ibi annum duodecim mensium fecisse. ÆRE cauo clypeum.] Aeris caui: vt, Pulchrâ prole. Clypeum hîc masculino; at neutro alibi: Clypeum superintonat ingens.

NEMOROSA Zacynthos.] Vlysses in 6. libro Homeri, in hac verba loquitur: Patria mihi in meridiem vergens Ithaca, vbi Neritus nemorosus altus, multæ circùm vicinæ insulæ frequenti inter se consuetudine habitantur; Dulichium scilicet, Same, & Zacynthus nemorosa. Ipsa autem humilis Ithaca, sed omnium clarissima, occasum versus aspera quidem; sed optima iuuentutis altrix, quâ ego nihil vnquam amœnius vidi. Hæ sunt insulæ Ionij maris. Cephalenia, propriè Same est, in quâ M. Antonius, collega Ciceronis, vrbem condidit, & vt prædium tenuit. Sunt qui Cephaleniam, Dulichium; sunt qui Taphum dicunt: quiâ Cephalenij, & Theleboi, & Taphij, sunt ijdem; contra quos pugnauit Amphitryo. Cephalenia, dicta est à Cephalo Amphitryonis: inter eam & Zacynthum Echinades sunt, ad ostium Acheloi amnis. MOX & Leucate.] Leucates mons mare intrat, dictus à petrâ coloris albi, in quâ est Apollinis fanum. hinc iaciebant se amantes, qui volebant obliuisci amoris. FORMIDATVS.] quia Apollo in saxo * & nautæ. Talia tum etiam: quia cùm è regione promontoriorum nauigant, in periculo sunt. Leucate contra Acarnaniam est. hîc ferunt imperasse Leucadium, Penelopes & Alcmeonidis filium. Est etiam Leucate insula, ante promontorium eius nominis. de hac loquitur Poeta. sed quia dicit nimbosa, meliùs intelligendum de continenti: quia Leucates habebat magna præcipitia. HVNC petimus.] Agatillus ait, Aeneam venisse in Arcadiam, & illîc reliquisse filias, Godone & Antenone natas. ipse petijt Hesperiam, genuitq; filium. Romulum venisse in Italiam, Sibyllæ monumenta memorant. talis eius cursus fuit. primò nauigauit in Thraciam; Palenæ hyemauit: indè Delon: pòst Cretam; hinc tempestate delatus in Cytheram insulam, in quâ Veneri matri templum erexit ab hac nauigauit ad Strophadas; ab his ad regna Laërtis in Zacyntho benignè susceptus est affinitatis iure: nam Dardanus ex Batheâ duos filios genuit, Zacynthum & Erichthonium. Zacynthus nomen fecit insulæ, in quâ imperauit: & Zacynthij eum colebant. APOLLO.] id est, pars illa saxea, in quâ templũ Apollinis erat. SVCCEDIMVS vrbi.] Erat illîc vrbs, nomine Leucate, quæ Neritos alio nomine est appellata. ideò dicitur Neritos insula, & Neritos in continẽti. Laërtes tam expugnauit. Strabo autor est lib. 9. INCENDIMVS aras.] sacrificãdo Ioui lustramur. i. purgamur, & expiamur. Errauerant Troiani, cũ mactarũt animalia in Strophadibus. ACTIA littora.] in orâ Ambracij sinus, quẽ habitant Acarnanes, Actium est. & nõ est promontorium, neq; mons; sed vrbs, quã Augustus coloniã fecit. & hoc totũ dicitur ad Augusti laudẽ, qui in Ambracio sinu vicit Antonium cũ Cleopatrâ. nomẽ habet ab Ambrace rege, apud quẽ hospitatus fuit Aeneas. & vbi Aeneæ fanum, hîc regia fuit Pyrrhi, quã Augustus Nicopolim, à victoriâ suâ, nominauit: & ludos instituit celebrandos, vt Olympiaci celebrantur, qui appellantur Actiaci. de his ludis intellexit Vergilius: moris enim fuit etiam apud antiquos, commisso piaculo celebrare ludos. ANNVM.] solarem.

POM. Sabi.

FVGIMVS spumãtibus vndis.] In libris aliquot antiquis, Ferimur, legitur. DII prohibete minas; dij talẽ auertite casum.] Antiqui aliquot libri, Prohibete nefas; & auertite pestẽ, legunt. GVBERNATORQVE vocabant.] VAR. Lect.

cabát.] *Verbũ id numero plurali ferè passim habetur in vulg. lib. Sed in antiq. aliquot,* Vocabat, *vt propinquiori adhæreat.* DVLICHIVMQVE, Sameque & Neritos.] *Sunt libri aliquot antiqui, in quibus* Samosq; *legitur.* EFFVGIMVS Ithacæ scopulos.] *In antiq. ferè omnibus legas,* Effugimus scopulos Ithacæ. DIRI exsecramur Vlyssis.] *In Mediceo libro,* Vlyssei.

DON. TENDVNT vela noti, fugimus spumantibus vndis, Quà cursum ventusq; gubernatorq; vocabant.] *Dictis talibus ostẽdit, non fuisse nauigationẽ ad aliquam destinatam partem; sed quæ esset opportuna fugientibus. Fugimus, inquit, quà cursum vẽtusq; gubernatorq; vocabant. qui fugiens nauigat, eò tendit, quò duxerit ventus: gubernator quoq;, quia aliud non potest, vento consentit. Incipit iam describere loca, quæ nauigando transijt.* IAM medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos, Dulichiumq;, Sameq;, & Neritos ardua saxis.] *Nonnullarũ insularum non fuit necesse facere mentionẽ; inueniuntur enim esse superfluæ: sed ad necessarias venire non potuit, nisi etiam illas narratio contineret.* EFFVGIMVS scopulos Ithacæ, Laërtia regna, Et terrã altricem sæui exsecramur Vlyssis.] *Ecce peruenit ad eam terrã, quam se ac suos gratulabatur euasisse. fuit enim hostilis, & quæ Vlyssem sæuissimum nutrisset.*

MOX & Leucatæ nimbosa cacumina montis, Et formidatus nautis aperitur Apollo.] *Videntur hæc cum aliquâ ratione posita: quia, cùm esset formidabilis nautis, illîc Troiani, fatigationis necessitate compulsi, cùm ponerent, opportunam refectionem habuerunt: vsq; adeò, vt his & facultas sacrificandi dijs occurreret; & in honorem Apollinis, cuius tanta beneficia habuerant, ludis exercendis daretur occasio. Idcirco posuit:* ERGO insperatâ tandem tellure potiti, Lustramurque Ioui, votisque incendimus aras, Actiaque Iliacis celebramus littora ludis.] *Dictum est iam, quæ fuerit ludorum causa. dicit quoq;, quales, ne ob iniuriam facti videantur: quia victis, & malè peregrinantibus, non congruebat exercere vulgares & turpes. Causa igitur celebrandorum ludorum fuit, qui est sacrificandi.* IVVAT euasisse tot vrbes Argolicas, mediosque fugam tenuisse per hostes.] *Ac per hoc conseruatæ salutis gratulatio fuit, quòd hostiles vrbes, magnitudine potentes, & quamplurimas numero, tuti securiq; transissent. Ipsi quoque ludi conuenientes viris fortibus.* EXERCENT, *inquit,* patrias oleo labente palæstras Nudati socij.] *In illo spectaculo virtutis fuit artisq; certamen; non tunc primùm arreptum; sed à parentibus traditum in Troiâ.* ACTIAQVE Iliacis celebramus littora ludis.] *In his littoribus, quæ victores tenebant, nos, ait, Troiani Iliaco more ludos celebramus. Tanta enim prosperitas suffragata est; vt medios fugam tenuerit per hostes: & sinè cuiusquam hostis impedimento cursum tenuisse, gratissimum fuit.* INTEREA magnum sol circumuoluitur annum.] *Deest* per. *nam sic esse debuit,* Per magnum annum Sol circumuoluitur. *Plerunq; tamen & deductis propositionibus, tenent locutiones integritatem suam.*

Et glacialis hyems Aquilonibus asperat vndas.
Ære cauo clypeum, magni gestamen Abantis,
Postibus aduersis figo; & rem carmine signo:
Æneas hæc de Danais victoribus arma.
Linquere tum portus iubeo, & cõsidere transtris.
Certatim socij feriunt mare, & æquora verrunt.
Protinùs aërias Phæacum abscondimus arces,
Littoraq; Epiri legimus; portuq; subimus
Chaonio, & celsam Buthroti ascendimus vrbem.
Hîc incredibilis rerum fama occupat aureis;
Priamidem Helenum Graias regnare per vrbeis,
Coniugio Æacidæ Pyrrhi, sceptrisq; potitum,
Et patrio Andromachen iterum cessisse marito.
Obstupui; miroq; incensum est pectus amore
Compellare virum, & casus cognoscere tantos.
Progredior portu, classes & littora linquens.
Solenneis tum fortè dapes, & tristia dona,
Ante vrbem in luco, falsi Simoëntis ad vndam,
Libabat cineri Andromache, manesq; vocabat
Hectoreum ad tumulũ: viridi quẽ cespite inanem,
Et geminas, causam lachrymis, sacrauerat aras,
Vt me conspexit venientem, & Troia circùm
Arma amens vidit; magnis exterrita monstris
Diriguit visu in medio; calor ossa reliquit:
Labitur; & longo vix tandem tempore fatur:
Veráne te facies? verus mihi nuntius affers,
Nate Deâ? uiuisne? aut, si lux alma recessit,
Hector vbi est? dixit; lachrymasq; effudit, & omnẽ
Impleuit clamore locum. Vix pauca furenti
Subijcio, & raris turbatus vocibus hisco:
Viuo equidem, vitáq; extrema per omnia duco.
Ne dubita: nam vera fides.
Heu quis te casus deiectam coniuge tanto
Excipit? aut quæ digna satis fortuna reuisit?
Hectoris, Andromache, Pyrrhin' cõnubia seruas?
Deiect vultum, & demissâ voce loquuta est:
O' felix vna ante alias Priameia virgo,

SER. MAGNI gestamen Abantis.] *Hunc Abantem possumus intelligere, cum Androgeo apud Troiam occisum. vt,* Mutemus clypeos. *Sed Vergilius, amans, inuentâ occasione, recondita quæque summatim, & antiquam contingere fabulam, de Abante dixit. Abans namque, Lyncei Hypermnæstræ filius, viribus præstans, cùm vicinas ciuitates subuertisset, magnusq; terror vniuersis esset, diem supremum obijt: populi autem, quos ille deuicerat, regno eius infesti, manu factâ vrbem diruturi muros subiêre: cúmque in eo essent, vt iam ciuitatis potirentur, senex quidam Iuuenem egregiæ formæ, securum in publico excidio notauit in foro; cúmque ex eo quæsisset, cur patriæ non succurreret, & respondisset, quòd arma non haberet; tunc senex ei Abantis arma consecrata demonstrat, hortatus vt eis vteretur: quibus tunc sumptis, iuuenis properat in aciem; hostes verò, viso Abantis clypeo, fugerunt. Quidam sanè Abantem inuentorem clypei ferunt. sed hoc nomen in penultima syllaba habet accentum.* POSTIBVS aduersis figo.] *Propriè; figi enim dona dicuntur. vt,* Sacrá ad fastigia fixit. *& sciendum, inter sacratas res etiam dona esse, sicut in libris sacrorum inuenitur: quæ tamdiu dona dici possint, quamdiu non profanentur. Ritè ergo, dicendo,* Æneas hæc de Danais victoribus arma, *ostendit, clypeum, quem dono obtulerat, consecratum. Sciendum tamen, hunc clypeum ab Aeneâ Samothraciam in templum consecratum: quod poëta per transitum tetigit.* REM carmine signo.] Rem, *votum, id est, voluntatem.* Carmine *autem, epigrammate. Et sciendum, carmen dici, quicquid pedibus continetur. Nam & hîc, vnum versum, carmen dixit; & in Bucolicis duos. vt,* Tumulo superaddite carmen; Daphnis ego in syluis hinc vsque ad sydera notus, Formosi pecoris custos formosior ipse. DE Danais victoribus.] *Irrisio est: vt,* Victoresque cadunt Danai. ARMA.] *subaudi, consecrauit, vel posuit. Sanè hîc Arma, clypeum solum dicimus; vt,* At Lausum socij exanimem super arma ferebant. LINQVERE tum portus.] *Id est, post insultationem carminis, necessariò statim fugit.* AERIAS arces.] *Id est, altas.* PHÆACVM.] *Corcyram insulam dicit, sitam cõtra Epirum & Calabriã, vbi regnauit Alcinous; quam incoluerunt Phæaces.* ABSCONDIMVS.] *Nauticus sermo est. & mirâ bene vsus est celeritate, vt antè absconditam, quàm visam insulam diceret.* PORTVQVE

A
B
C

TVQVE

A TVQVE subimus Chaonio.] *Vt,* Subeunt muro. *Nam si Chaonios legeris, non Chaonio, difficilis est scansio, non excluso* S. BVTHROTI vrbem.] *Id est, Buthrotum: vt,* Fontem Timaui. *Hæc autem ciuitas est in Epiro, cuius pars est Chaonia, quæ antè Molossa dicta est. Posita est aũt in saxo, quod mari cingitur; in quo fons huius naturæ esse perhibetur, vt, cùm mare quietum fuerit, crescat; cùm verò fluctibus attollit˜, decrescat.* INCREDIBILIS rerũ fama.] *Incredibiliũ rerũ fama. Et bene non credidit. Vnde & postea interrogat;* Pyrrhín' connubia seruas? PATRIO marito.] *Atqui Thebana fuit, de Thebis Phrygijs. sed aut prouinciam pro patriã posuit; vt,* Italiam quęro patriam. *Itẽ Sallustius,* Hispaniam sibi patriam esse. *Aut certè secundùm ius locutus est: quia vxor, viri domicilium sequitur. Iuncta ergo Hectori, facta Troiana est. Nam &* Cessisse, *de iure verbum est. Cedi enim hæreditas dicitur. Ergo meritò dicta est Heleno ciui nupsisse.* CESSISSE marito.] *Sic ait, vt dicimus, Ex hæreditate paternã illud mihi cessit. Consuetudinis sanè regiæ fuit, vt legitimam vxorẽ non habentes, aliquã, licèt captiuam, tamẽ pro legitimã haberẽt: adeò vt liberi ex ipsã nati succederent. Pyrrhus hanc quasi legitimã habuit: & ex eã filiũ Molos-*
B *sum suscepit. Postea, cùm vellet Hermionẽ, Menelai & Helenæ filiã, Oresti iam antè desponsam, ducere vxorẽ; Orestis insidijs, in tẽplo Delphici Apollinis, occisus est. Verùm moriens præcepit, vt Andromache (quæ apud eum coniugis locum tenuerat) Heleno daretur, (quæ peperit Molossum priùs Pyrrho) propter supradictũ beneficium, quo eum à nauigatione, cæteris Græcis nauigãtibus, quos tanquã vates sciebat tẽpestate perituros, prohibuerat. Indè factũ est vt teneret Helenus regnũ priuigni, qui successerat patri: à quo Molossia dicta est pars Epiri, quã, sicut dictũ est, Helenus postea à fratre Chaone, quem in venatu per ignorantiã dicitur occidisse, Chaoniã nominauit: quasi ad solatium fratris extincti. Quámuis de hoc nomine etiã aliæ causæ, apud diuersos, aliâs inueniantur.* PROGREDIOR portu, classes, & littora linquens.] ὕστερον πρότερον *in sensu: antè enim linquitur littus, & sic à portu proceditur. Sanè securitatẽ verbo ostẽdit, dicẽs,* Classes & littora linquẽs: *quippe cùm regnũ ciuiũ peteret. Aliter in Primo:* Exire locosq; explorare nouos. *Notandũ, finitum esse versum participio: quod rarò apud Latinos est, apud Græcos vitiosissimum.* SOLENNEIS.] *Non festas, sed legitimas, anniuersarias.* TRI-
C STIA dona.] *Acerba. Tale est illud:* Quẽ semper acerbum, Semper honoratũ (sic dij voluistis) habebo. IN luco.] Lucum (*vt supra diximus*) *nunquã ponit sine religione. Nam in ipsis habitant manes piorũ, qui lares viales sunt. vnde in sexto,* Nulli certa domus; lucis habitamus opacis. *Et in 5.* Tumuloq; sacerdos, Ac lucus latè sacer additur Anchiseo. *& hic lucus, qui ad reddẽda solennia Hectori & Astyanacti fuerat dicatus.* FALSI.] *Simulati.* LIBABAT cineri.] *Non dixit cuius; sed exin latiùs intelligitur.* MANESQVE vocabat.] *Sacrificijs inanis sepulturæ conciliabat manes Hectoreos. & bene in luco, vt diximus suprà.* AD tumulũ.] *Id est,* κενοτάφιον. VIRIDI cespite.] *Herboso.* GEMINAS.] *Vnam marito, alterã filio. Aut certè illud respicit, quia inferi pari gaudent numero: vt,* Ecce duas tibi Daphni. *Superi verò impari: vt,* Numero Deus impare gaudet. *Vel geminas Diti patri & Proserpinæ; aut quia elatæ mortuorũ aræ, deorũ altaria dicuntur; vt,* En quatuor aras; Ecce duas tibi Daphni, duoq; altaria Phœbo. *Quámuis hoc frequenter poëta ipse cõfundat.* LACHRYMAS sacrauerat.] *Hoc tantũ vt causã lachrymarũ haberet.* MONSTRIS.] *Rebus scilicet insperatis. & hoc ad Andromachen refertur, quæ putatur monstrum. aut certè* monstris, *quòd tũc aduenerat Aeneas, cùm illa Manes inuocaret, & eum crederet esse defunctũ.* DIRIGVIT visu in medio.] *Dum me cernit, obstipuit; aut, antequã nos manifestiùs videret.* CAlor ossa reliquit.] *Id est, extimuit: vt,* Soluuntur frigore membra. VERA'NE te facies.] *Ordo est:* O' *nate deã, afférsne te mihi vera facies, verus nuntius. Et opportunũ principium fœminæ, quã incertam timor fecerat.* VERVS mihi nuntius adfers.] *Quidã sic exponunt: prout adferris. i. viuus mihi nuntiaris.* VIVIS'NE?] *Et secundũ muliebrẽ adfectũ, sicut supradictũ est, interrogat, & bene suspicatur. Nã & inferis sacrificat; & in luco, in quo habitant manes.* HECTOR vbi est? dixit, lachrymasq; effudit.] *Hoc ad Aeneæ pertinet gloriã, vt ab Hectore nunquã discessisse videatur. Sensit aũt hoc: Si vmbræ videntur aliorũ in sacris: cur non eorũ magis, quibus sacrificatur?* DIXIT lachrymasq; effudit.] *Bene, postquam ad mentionẽ Hectoris ventũ est, tacuit & fleuit.* FVRENTI.] *Insolabiliter & impatienter dolẽti.* TVRBATVS.] *Lugente scilicet Andromache. Cato ait,* Verba tertiatò & quartatò quempiã dicere præ metu. HISCO.] *Hiscere, est hiare, nec loqui posse. Nã qui nimiùm mœrent, singultibus ore etiã apèrto verba reddere non possunt. Ac si diceret, si tamẽ vita est, infeliciter viuere.* NAM vera vides.] *Propter illud;* veráne te facies? HEV.] *Disiungendũ ab interrogatione, vt separatim luctuosa vox audiatur.* CASVS.] *Hîc, euẽtus: vt,* Tot casibus actos. *Alibi, periculum.* DEIECTAM coniuge tãto.] *Dapnat; per comparationẽ virorũ factũ.* EXCIPIT.] *Signatè loquutus est, quia deiectã dixerat, excipiuntur enim quæ cadũt.* DIGNA.] *Congrua, & priori conueniens.* HECTORIS, Andromache.] *Si Andromache: sequentibus iunge. si Andromachen: superioribus. Sed cũ suprà Heleno nuptã dixerit; cur hic Hectoris dixit? sed ipse quæstionẽ soluit, dicẽdo incredibilis* CONNVBIA seruas.] *Tenes: vt in 7.* Et nunc seruat honos sedem tuus, ossaq; nomẽ. *Aut certè, amas: vt,* Seruantem ripas. *Aut quia audierat nuptam Heleno.* SERVAS.] *Pro seruasti. Cõsuetudinis regiæ fuit: vt legitimã vxorẽ non habẽtes, aliquã, licèt captiuam, tamẽ pro legitimã haberẽt, adeò vt liberi ex ipsã nati succederẽt; Pyrrhus hanc quasi legitimã habuit, & ex eã filiũ Molossum suscepit. Postea, cũ vellet Hermionẽ, Menelaũ & Helenæ filiam, Oresti iam antè desponsatam, ducere vxorẽ; Orestis insidijs, in templo Delphici Apollinis occisus est. Verùm moriens præcepit, vt Andromache, quæ apud eum coniugis locum tenuerat, Heleno daretur: propter supradictum beneficium, quo eum à nauigatione prohibuerat. Indè factum est vt teneret regnum priuigni, qui successerat patri; à quo Molossia dicta est pars Epiri; quam Helenus postea à fratre Chaone, quem in venatu per ignorantiam dicitur dicitur occidisse, Chaoniam nominauit, quasi ad solatium fratris extincti.* DEIECIT vultum.] *Decenter; quia de concubitu admonita est.* DEMISSA.] *Humili, tenui. & verecundè, quia de Pyrrho dictura est.* O' FELIX.] *Bene nec ad interrogata respondet; & virginitatem laudat, & mortem; vt ostendat, se inuitam Pyrrhi pertulisse connubium; & esse superstitem suis miserijs.* PRIAMEIA virgo.] *Quia notum est nomen, dimisit.* VNA ante alias.] *Ideò felicior, quia virgo extincta est.* Et ante alias *hic absolutè iunxit; vt,* filia ante alias. *Iungitur tamen & comparatiuo; vt,* Scelere ante alios immanior. *& superlatiuo; vt,* Ipse ante alios pulcherrimus omnes.

ASPERAT.] *ideò auferebat nauigandi modũ.* ABANTIS.] *Abas fuit, qui cum Androgeo eã nocte, quã incendebatur Troia.* * ARMA.] *insignia. deest, dat.* AERIAS arces.] *[Phæacũ- Corcyra nympha filia fuit Asopi: rapta à Neptuno, delata fuit ad insulam, cui nomẽ fecit: vbi grauida Neptuno peperit Phæacũ, qui fuit pater Alcinoi, qui hospitio excepit Vlyssem, & indè in Ithacam deducit. Homerus lib. 6. ait; Phæacas incoluisse olim Hyperiã, vexatos à Cyclopibus abisse. Nausitheus Geosus, his relictis locis, apud Scheriẽ prope humaniores viros consedit: ibi muro circumdatã vrbe, & domibus, & Deorũ tẽplis ædificatis, viritim agros diuisit; cui vita functo & Alcinous vir religios⁹ successit. huius filia erat Nausica ætate & formã* POM Sabb

formâ dijs similis. Phaeces, in 6. libro ait, studiosi sunt nemorum. & idem libro 6. Phaeacibus enim nulla est sagittandi cura, sed in malis, remis, nauibus occupati, alacres spumosum pelagus sulcant. Phaeacum vrbs in planitie est, & ab vtráq; parte habet duos editissimos vertices; in quibus adhuc sunt arces. De his nunc loquitur. LVCIA Epiri.] Epirus magna regio est, de quâ in Georgicis. PORTVS Chaonios.] Chaones, antiquissimi Epirotarum gentes, postea, vt meminit Strabo, Molossi appellati sunt. Chaones dicti sunt, à Chaone Heleni fratre. nam cùm Pyrrhus, Epirotarum rex, vellet Hermioni vim inferre, insidijs Orestis in Delphico templo circumuentus cecidit: & ante mortem mandauit, vt Helenus succederet, cui redderetur Helena: qui, vt volunt, à memoriâ fratris, populos Chaones appellauit. Molossi, à Molosso, filio Pyrrhi, ex Hermione, Menelai & Helenæ filia, Oresti desponsatâ, seu, vt alij volunt, ex Andromache, dicti sunt. BVTROTI.] Butrotum quasi cænosum dicitur, portum habet. MARITO.] Troiano Heleno; Pyrrhus dedit Andromachen Heleno; quam duxit post mortem Hectoris fratris vxorem. SOLENNES.] id est, anniuersarias. Antiqui in parentalibus ponebant dapes. CINERI.] Hectoreo. AD tumulum.] Tumulus inanis, cùm non habet cadauer. GEMINAS aras.] propter maritum & filium. vel quod inferri gaudent pari numero. & superi impari. vel Geminas: quia omnes filij Hectoris iuuri erant, præter Laodamantem. CAVSAM.] causa lachrymis erat hæc parentatio. VIVIS'ne.] si non viuis, & appares emensus ab inferis, dic vbi est Hector meus? FVRENTI.] attonitæ Andromachæ. HISCO.] hiare, nec loqui posse. DEIECTAM.] priuatam. ANDROMACHE Hectoris.] Græca locutio est; vt intelligatur vxoris Hectoris. SERVA'SNE conubia Pyrrhi? O' felix vna.] Per hoc vult ostendere, inuitam paruisse Pyrrho. PRIAMEIA virgo.] Polyxena, Priami filia, cuius amore perditus Achilles, in templo Apollinis Tymbræi à Paride occisus. Pyrrhus, Achillis filius, Polyxenam in sepulchro patris iugulauit. sic antiqui faciebant inferias.

VAR. Lect. PORTVQVE subimus Chaonio.] Valerius Probus legit. Portusq; subimus Chaonio: cùm tamen sint etiam, qui legant, Portusq; subimus Chaonios. BVTROTI ascendimus vrbem.] Vetera pleraq; omnia exemplaria, Accedimus, legunt. OBSTVPVI, miroq; incensum pectus amore.] Vt missum faciam Obstupui, de quo sæpè dictum: libri nonnulli admodum vetusti legunt, Incensum est pectus. sed fortè illud ex paraphrasi huc insertum. PYRRHIN' connubia seruas?] In antiquis aliquot libris legere est, Pyrrhi an connubia seruas?

ET glacialis hyems aquilonibus asperat vndas.] Ad felicitatê suam dicit pertinuisse, vt in ipso loco diutiùs cõstitutus, nihil hostile persenserit: eo vel maximè tẽpore, quo obsistente hyeme, fugâ non posset euadere. ÆRE cauo clypeum, magni gestamen Abantis Postibus aduersis figo, & rem carmine signo.] Laudando magnitudinem clypei, & eius præferendo virtutem, cui occiso detraxerat spolia, se proculdubiò laudat, quem constabat exstitisse victorem. Postibus aduersis figo, vt venientium oculis, etiam cùm non quæreretur, occurreret, & à nullo conuelli posset, & refixum auferri. Ecce adijcit laudis suæ supplementum, dicendo: Et rem carmine signo. Tantum, inquit, otij insperati habuimus, in hostilibus terris degentes; vt, post omnem lætitiam ac ludorum celebritatem, post impedimenta hyemis impunè transacta, vacuum esset & insultare victoribus, scutum figendo in foribus templi, & tale scribendo epigramma: ÆNEAS hæc de Danais victoribus arma.] Magna breuitas tituli; sed intellectus vbertima latitudo. Aeneas posuit, Aeneas scripsit. quod fuit ex aperto memorabile, ad illa eum loca venire potuisse: tutum illîc fuisse, vbi fuerat periculum manifestum: habuisse arma sublata victoribus, & in ipsorum sedibus eadem ostentationis causâ posuisse: addidisse quoque epigramma, quod testaretur scribentis gloriam: & eorum qui superiores recesserant, ludibria demonstraret. Cùm autem dona huiusmodi apud se victores consecrare sint soliti, Aeneæ fortunæ prouenisse, vt apud victores arma ipsis reparata, atque erepta victoribus, publicè collocaret. A LINQVERE tùm portus iubeo, & considere transtris.] Hoc facto: quoniam vlteriùs illîc remorari contrarium fuit. Iubeo, inquit, socijs, vt naues in altum promoueant. CERTATIM socij feriunt mare, & æquora verrunt.] Obsequentes, ait, iussis meis, & saluti propriæ consulentes, aggressi sunt nauigationem. Subiungit transitus sui contextum; discurrens per insularum nomina; non quæ necessaria fuissent; sed vt perueniret ad eam, quam reuerâ tacere non debuit. Hoc loco etiam illud repetendum est: poëtam non considerasse omnium insularum nomina; ne faceret narrationem ipsius continuationis vitio odiosam. Innuisit enim, commoratum Aeneam apud Apollinem diu; exhibuisse ludos; & Abantis clypeum fixisse postibus templi; nauigâsse iterum: vt, nominaturus alias insulas, quandam faceret relationis nouitatem. PROTINVS aërias Phæacum abscondimus arces.] hoc est, transimus. Ecce generalitas, vbi specialis dictio non fuit necessaria. LITTORA'QVE Epiri legimus.] Id est, nauigando retinemus. B PORTV'QVE subimus Chaonio, & celsam Buthroti ascendimus vrbem.] Hæc est, propter quã descriptæ sunt cæteræ. de istâ .n. habuit quod referret; quod in alijs nõ habuit.

DON. HIC incredibilis rerum fama occupat aures, Priamiden Helenum Graias regnare per vrbes, Coniugio Æacidæ Pyrrhi, sceptrisque potitum, Et patrio Andromachen iterum cessisse marito.] Ad hunc, inquit, veniens locum, loquente famâ percepit, quæ tandiu non putaui esse credenda; quàm diu hæc rebus ipsis & meis oculis comprobassem. Incipit enumerare ipsa incredibilia. Priamiden, dixit, & Helenum. Priamiden: quia propter vnum Paridem, qui vxorem sustulerat Agamemnonis, omnes filios Priami perosos Græci habuerunt. Indè ergo incredibilis fama de Heleno: quia filius fuit Priami, & Paridis frater. Quod dixit Helenum, abiectè pronuntiandum; & accipiendum est pro fortunâ, quæ incurrerat: captiuus enim fuerat, perindéq; seruus. Helenum Graias regnare per vrbes: hoc est, victum imperare victoribus. hoc dixit à personâ. A' loco autem, Troianum in Græciâ. A' quantitate, non per vnam ciuitatem; sed per plurimas. A' fortunâ verò; regnare coniugio Aeacidæ Pyrrhi, sceptrisq; potitum. Hoc fuit ipsius incredulitatis augmentum, vxorem etiam Pyrrhi, euersoris Troiæ, & Priamidæ gentis, eidem Heleno, quem Priami filium esse constabat, simul cum regno cessisse; cùm idem Pyrrhus vitâ fuisset exemptus. C ET patrio Andromachen iterum cessisse marito.] Tertium accedebat, quod dictis fidem afferre non posset: Andromachen, vxorê quondam Hectoris, post captiuitatis sortem malamq; fortunam, in eius venisse cõiugium, qui eius esset & affinis. hunc enim Helenum constabat filiũ esse Priami, Hectoris fratrê. OBSTVPVI, miroq; incensum pectus amore Compellare virum, & casus cognoscere tantos, Progredior portu, classes & littora linquens.] Religiosa curiositas, & honestũ desiderium. His, inquit, auditis, obstupui potiùs quàm miratus sum. Et licèt omnia ex celebritate famæ iam pro veris ducens; tamen nosse cupiens casus, qui talia perfecissent, cœperam ad ipsum Helenum tendere, progressus è portu, vt ex ipso, cui tãta prosperitas venerat, omnia certiori fide cognoscerẽ. Itaq; cùm non longè à nauibus processissem. SOLENNES tum fortè dapes, & tristia dona. Ante vrbem in luco falsi Simoëntis ad vndam Libabat cineri Andromache, manesque vocabat Hectoreum ad tumulum viridi quem cespite inanem, Et geminas causam lachrymis sacrauerat aras.] Quando, inquit, ad Helenum pergebam, quod decuit grauem virum, vt vir viro referente desiderata cognoscerem,

euentus

Digitized by Google

A euentus attulit ipſius primam Androchachæ præſentiam. nam haud procul à nauibus conſtituta in luco, qui extra ciuitatem fuit, defuncto Hectori, in cuius matrimonio incolumi patriâ tenebatur, reddebat triſte obſequium. Illic enim conſtitue-rat inanem, hoc eſt, ſine funere hominis, tumulum, propter lachrymarum cauſam: vt, quaſi aduerſam mariti memo-riam peragens, occaſionem flendi haberet. & cum ad triſtes epulas aduocaret. Deſcripſit eam fuiſſe in luco, & parenta-libus obſequijs occupatam. Videamus, vtrum poëta memor fuerit ſui. non vult enim, Aeneam cum muliere ſponte con-ſeruiſſe colloquium: quòd veniret ex diſpoſitione propriæ vo-luntatis. Debuit & illam inducere priorem vidiſſe Aeneam: quæ, ex occultis luci illius ſpacijs, potuit prima conſpicere ve-nientem. VT me, inquit, conſpexit venientem, & Troia circùm Arma amens vidit.] Et confirmata ex repentino caſu, armorum Troianorum conſideratione certior facta eſt. MAGNIS exterrita monſtris Diriguit viſu in me-dio.] Reuerâ monſtrum fuit, vt, quo tempore Hectoris manes vocabantur ad tumulum, Aeneas inſperatus apparuiſſet: qua-ſi & ipſe defunctus. DIRIGVIT viſu in medio.] ante-

B quam plenè vidiſſet, diriguit. quod explanat ſequentibus di-ctis. ait enim: CALOR oſſa reliquit.] quippe turbatâ men-te recedit calor. Calore recedente, quid ſupereſt, niſi vt frigus ſuccedat, & intercidat vigor animi, quo corpora guberna-tur, & conſtant? LABITVR.] Cùm hæc ex cauſa ſtare non poſſet, lapſa eſt: defectu ſcilicet animi & corporis. ET lon-go vix tandem tempore fatur.] Poſt longum tempus recepto ſenſus aliquantulo vigore, hæc loquuta eſt. Mirum conſilium poëtæ, ad perſonam mulieris, ſoluentis inferias mor-tuo, & amorem mariti etiam perditi retinentis. præter ſexus errorem & muliebrem imprudentiam, addidit etiam con-fuſionem mentis; vt imperfectum putaret, quod viderat. Nam ſi plenè vidiſſet, intelligeret viuum, quem venire conſpexe-rat, cuiuſq; arma cognouerat. Quum igitur loqui vtcunque potuiſſe vellet, aperuit ſuæ mentis errorem. Ecce prior vidit mulier: prior loquitur. Aeneæ verecundia intemerata ſer-uatur: qui reſpondentis officio functus oſtenditur, nec ali-quid prior exegit. VERA'NE te facies? verus mihi nuntius affers, Nate deâ? viuiſne? aut ſi lux alma re-

C ceſsit, Hector vbi eſt?] Quoniam amentis fœminæ inducta perſona eſt, & quæ ſuprà tractata ſunt, oſtendunt eius errorẽ: dicamus, ſecundùm eam quid ſenſerit. Exiſtimabat viuum: quoniam & armatum viderat: & per diem mortui videri non poſſunt. Rurſus arbitrabatur mortuum, ex occaſione loci, & parentationis cauſâ: quia illic fuit, licèt manis, Hectoris tumu-lus: & tunc Aeneas apparuit, cùm Hector ſolenniter vocaba-tur. Si viuis, inquit, refer: ſin verò mortuus aduenis, cur non te-cum eſt Hector? DIXIT lachrymaſque effudit, & om-nem Impleuit clamore locum.] Poſt mariti, inquit, no-mẽ, quod gemebunda protulerat, nihil potuit loqui. dolor enim totam ademerat vocẽ. quid tamen animo gemeret, vbertate la-chrymarũ, quas copioſè fundebat, & clamoribus triſtibus, de-mõſtrauit. Poteſt & ſic intelligi, & (vt arbitror) hoc magis eſt verũ: Non fuiſſe neceſſariũ alia quærere: quoniã in dolore poſi-ta, de ſolo marito debuit loqui, quẽ putabat Aeneæ ſociatũ. Te, & affers, bis debemus accipere, vt ſit: Verâne te facies affert? verus te mihi nuntius affers? VIX pauca furenti.] In ſanâ doloris muliebris immoderatione à ſtatu mentis excluſus: vix, inquit, etiam ipſe paucis reſpondi; vel quòd eſſem turbatus; vel quòd ſcirem, illam plura audire non poſſe. ET raris turba-tus vocibus hiſco.] Perturbatione mentis hiabam potiùs, quàm loquebar. raræ ſunt enim voces, quum ob aliquam cau-ſam continua verba eſſe non poſſunt. VIVO equidem, vi-tamque extrema per omnia duco.] citò reſpondit pro-poſitis, & fortunæ ſuæ miſerias breuiſſimâ inſinuatione ſigna-uit. Vt autẽ confirmaret, quæ dixerat, dicit: NE dubita: nam vera vides.] Sciebat enim ſe cum eâ loqui, quam amentẽ fe-cerat dolor. HEV, quis te caſus deiectam coniuge tan-to Excipit? aut quæ digna ſatìs fortuna reuiſit?] Inci-pit Aeneas viciſſim inquirere, in quâ fortunâ Andromache poſt captiuitatem conſtituta videretur: quod ipſum non ſine dolore faciebat. Demq;, non à verbis, ſed à gemitu cœpit: vt-pote qui non tantùm eius caſu; verumetiam Hectoris recorda-tione, mouebatur. Adeò hoc complexus eſt, dixit, Heu. & poſt-quam illo gemitus ſigno dolorem ſui animi demonſtrauit, QVIS, inquit, te caſus deiectam coniuge tanto Exci-pit? aut quæ digna ſatìs fortuna reuiſit?] Quis te caſus nunc habet? vel qualis eſt fortuna tua præſenti tẽpore? quando conſtat amiſſione tanti coniugis te eſſe deiectam? Quæ autẽ ſit ipſa deiectio, ex conſequentibus inuenimus. HECTORIS, inquit, Andromache, Pyrrhin connubia ſeruas?] Poſt coniugium Hectoris, nobilis atq; fortis, qui filius fuerit tanti regis, Andromache, quæ tanti viri conſortio antea iungi me-ruiſti, nunc obſeruas coniugium Pyrrhi? Hæc nomina ſecun-dùm dicentis animum ſic debemus poſita intelligere: vt ſcia-mus, duo dicta cum laude; tertium verò cum vituperatione. Vnde, cùm pronuntiamus, Hectoris & Andromachæ nomen debemus attollere; deijcere tertium Pyrrhi: quoniam & ipſe ho-ſtis fuit; & patris eius memoria eſſe debuit odioſa. Achilles e-nim Hectorem peremit. Inſultatio & iniuria vltima fuit, vt in-teremptoris filius vxorem teneret occiſi. DEIECIT vultũ, & demiſſâ voce locuta eſt.] Vbi ad partes pudoris ventum eſt: quanquam conſtaret, nihil ſponte deliquiſſe captiuam; ta-men verecundiæ confuſa tormentis deiecit vultum, & demiſſâ voce locuta eſt: & ipſius pudoris cauſam, quoniam factum ne-gari non poterat, ſummiſſæ vocis purgatione defendit.

III. Hoſtilem ad tumulum Troiæ ſub mœnibus altis
Iuſſa mori! quæ ſortitus non pertulit vllos;
Nec victoris heri tetigit captiua cubile.
Nos, patriâ incenſâ diuerſa per æquora vectæ,
Stirpis Achilleæ faſtus, iuuenemq; ſuperbum,
Seruitio enixæ tulimus: qui deinde ſequutus
Ledæam Hermionẽ, Lacedæmonioſq; hymenæos,
Me famulã, famuloq; Heleno trãſmiſit habendã.
Aſt illum, ereptæ magno inflammatus amore
Coniugis, & ſcelerum furijs agitatus Oreſtes,
Excipit incautum, patriaſq; obtruncat ad aras.
Morte Neoptolemi, regnorum reddita ceſsit
Pars Heleno; qui Chaonios cognomine campos,
Chaoniamq; omnem, Troiano à Chaone dixit,

HOSTILEM ad tumu-lum.] Quia grande eſt mortis ſolatium, præmiſſus hoſtis inte-ritus. Fabula talis. Achiles, dum circa muros Troiæ bellũ gere-ret, Polyxenam viſam adama-uit; & conditione pacis in ma-trimonium poſtulauit. Alij di-cunt, quòd, cùm ad redimendũ corpus Hectoris ab Achille e-tiam ipſa cũ patre veniſſet, ada-mata eſt. Quam cùm Troiani fraude promiſiſſent; Paris poſt Tymbræi Apollinis ſimulacrum latuit, & venientem Achillem ad fœdus, miſſâ vulnerauit ſagittâ. Tunc Achilles moriens pe-tijt, vt deuictâ Troiâ ad eius ſepulchrum Polyxena immolare-tur: quod Pyrrhus impleuit. Eſt & alius ordo fabulæ huius. Cùm Græci victores in patriam vellent reuerti, è tumulo Achil-lis vox dicitur audita, quæren-tis, quòd ſibi ſoli de prædâ nihil impertiuiſſent. De quâ re con-ſultus Calchas, cecinit, Poly-xenam Priami filiam, quam viuus Achilles dilexerat, eius debere manibus immolari. quæ cùm admota tumulo Achillis occidenda eſſet, manu Pyrrhi æquanimiter mortẽ dicitur ſu-ſcepiſſe. Inuenitur enim apud quoſdam quòd etiam ipſa A-chillem amauerit, & eâ neſcien-te, Achilles fraude & inſidijs ſit peremptus. TROIÆ ſub mœnibus altis.] Solatium dedit mortuæ; quòd, licet ad ho-ſtilem tumulũ, ſed in ore patriæ perierit. vnde duplex felicitas,

quòd

quòd & virgo, & in patriâ meruerit interire. IVSSA mori.]
Bene hoc ex præcepto Achillis, quam ad tumulum suum iussit
occidi. SORTITVS.] Quia captiui & præda inter victores
sorte diuidebantur, vt est, Et prædæ ducere sortē. NEC
victores heri. tetigit captiua cubile.] Singula habent em-
phasim suā. Nam parum, dominū dicere; nisi & victoris adderet
fastum. Meritò ergo felix, quæ solâ morte tot pœnas refugit.
TETIGIT captiua cubile.] Tetigit, non cū fiduciâ con-
iugali securè ascēdit; sed vt solent captiuæ dominorū toros pa-
uentes leuiter contingere. & cubile dixit: quod est pecudum
quadrupedū, non lectulū geniale. DIVERSA per æquora
vectæ.] Tanquā parum fuerat, patriā incensam. STIRPIS
Achilleæ.] Cū magno dolore dictū, Achilleæ. Quia ab eo
Hector occisus est. & idem bis dixit. FASTVS.] Superbiam.
& est quartæ declinationis. Nā liber, qui dierū habet computa-
tionē, secundæ declinationis est. Vnde errauit Lucanus dicēdo:
Nec meus Eudoxi vincetur fastib. annus. SERVI-
TIO enixæ tulimus.] Hoc est, pertulimus, donec in serui-
tio positæ eniteremur. Fabula autē est, vt prædiximus. Et bene
plurali vtitur numero ad excusandum pudorē. LEDÆAM
hermionen.] Id est, Ledæ neptem; Tyndarei vxorem: quam
Iuppiter, in Cygnum mutatus, grauidam fecit. quæ ouum pepe-
risse dicitur: vnde nati sunt, Helena, Castor & Pollux. LACE-
DÆMONIOSQVE hymeneos.] Cum ingenti felle: ac si
diceret; Infelices maritis semper, vt Paridi & Deiphobo.
TRANSMISIT habendā.] Herili volūtate, nō lege coniu-
gij: vel quia inter captiuos matrimonio fides nō stabat. vnde &
habendā dixit. & trāsmisit, quia alij tradidit. Quidā per-
misit accipiunt. EREPTÆ coniugis.] Hanc Hermionen
quidā dicunt, cùm Oresti esset despōsata, postea Menelao, apud
Troiam admirante virtutē Pyrrhi, eam promissam. Alij dicūt,
à Menelao quidē apud Ilium Pyrrho desponsatam; sed Tynda-
rio Oresti, morāte apud Troiam Pyrrho, vt quidā, promissam;
vt quidā, coniunctam tradunt: quam cū Pyrrhus, confisus vo-
luntate Menelai, armatus multitudine rapuisset, ab Oreste insi-
dijs interfectus est. Si ergo Orestes eam vxorē non duxerat; cur
coniugis posuit? Sic ergo intelligendum est; quā sperabat cō-
iugem: vt in Secūdo: Et gener auxiliū: cū adhuc spōsus esset.
SCELERVM furijs.] Matricidio scilicet. Orestes enim, A-
gamemnonis filius, cū interfecto patre, à Clytæmnestrâ cōiuge,
& adultero Aegisto, ipse subtractus periculo esset; apud Stro-
phicū, patrē Pyladis, educatus est. Qui cū adoleuisset cū amico
Pylade, tam Aegistū, quàm matrē peremit. ob quā causam furijs
agitatus est: nec antè furore liberatus, quàm peruenisset in Tau-
ricam regionem; vbi soror eius Iphigenia, subductâ Achanâ a-
pud Aulidē sacrificio tēplo Dianæ præerat, & more gentis, deæ
hospites immolabat. Ibi cùm ad aras pertractus esset, vt tanquā
hospes occideretur; agnitus à sorore, subtractus est morti: pòst,
accepto responso, sublato Dianæ simulacro, sororē reduxit in
Atticam; vbi in honorē conseruati numinis Tauropolin appel-
lauit. AGITATVS.] Stimulatus. Cicero in Roscianā: Agi-
tari & perterreri furiarū tedis ardētib⁹. EXCIPIT.]
Dolo interficit. vt 6. Aeneid. Æmulus exceptum Triton.
PATRIAS aras.] Alij Achilleas intelligunt, vbi ille adora-
bat Apollinē: aut quòd ibi Achilles occisus sit: aut, quod histo-
ria loquitur, Pyrrhus, occiso patre in tēplo Apollinis Tymbræi,
reuersus ad patriam, in numinis insultationē, in tēplo eius Del-
phico, aras patri constituit, & illic ei cœpit sacrificare. neq; e-
nim aut Pyrrhus, aut Apollo, Delphis oriundi sunt. Alij pa-
trias Apollineas volunt, à Patris Achaiæ ciuitate, in qua Pa-
trius Apollo colitur. Nec debemus quærere, cur non Delphicas
dixerit; quia epitheta in alieno negocio plerunq; alia ponuntur.
in quarto: Italiam magnā Gryneus Apollo, Italiā Ly-
ciæ iussêre capessere sortes: cùm à Delio eum tantùm cō-
stet accepisse responsum. Sunt qui dicūt, ab Aesculapio aras A-
pollini statutas, patrias nominatas. Alij, in templo Apollinis a-
ram fuisse inscriptam, ΠΑΤΡΙΟΥ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ: ab
hoc, quòd Icadios, Apollinis & Nymphæ Lyciæ filius, cùm in
adultam ætatem venisset, primò regionem, in quâ natus erat, à A
matre Lyciam nominauit; deinde in eâ vrbem quoq; Apollini
condidit, sortes & cortinam consecrauit; &, vt illum patrē esse
testaretur, Patora cognominauit. Indè cùm Italiam peteret,
naufragio vexatus, Delphini tergo exceptus dicitur, ac propè
Parnassum montē delatus, patri Apollini tēplum constituisse:
& à Delphino, locū Delphos appellasse: aras deinde Apollini,
tanquam patri, consecrasse; quas ferunt vulgò patrias dictas.
Hinc ergo & Delphium aiunt inter sacrata Apollinis receptū;
cuius rei vestigium est, quòd hodieq; quindecim virorum cor-
tinis Delphinus in summo honore ponitur; & pridie, quàm sa-
crificium faciunt, velut symbolum, Delphinus circumfertur:
ob hoc scilicet, quia quindecim viri librorum Sibyllinorū sunt
antistites. Sibylla autē, Apollinis vates, & Delphinus Apolli-
ni sacer est. Inuenitur tamē apud Cornificium Longum: Iapy-
dē & Icadium, profectos à Cretâ, in diuersas regiones venisse;
Iapydem ad Italiam; Icadium verò, duce Delphino, ad montē
Parnassum; Et à duce Delphos cognominâsse; & in memo-
riam gentis, ex quā profectus erat, subiacentes campos Cri-
sæos, vel Cretæos, ap[illegible]lle; aras constituisse. REDDITA.]
Quomodo reddita: [illegible]nstet, Helenū fuisse Troianum, nec
de Græciā vllā habui[illegible]ntē. Reddita ergo, more veteri, pro B
data, accipiendum. Re ergo abundat. Ennius in Annalibus;
Vt Illa reddita nuptum. Et alibi: Isque dies pòst aut
Marcus quàm regna recepit. Et pro accepta, vt reddita;
Heleno debebatur imperium. CESSIT pars Heleno.] Per
priuignū, vt diximus. CHAONIOS cognomine cāpos.]
Epirum campos nō habere, omnibus notū est. sed cōstat, ibi o-
lim regē, nomine Campum, fuisse; eiusq; posteros Campylidas
dictos; & Epirum Campaniamq; vocatā; sicut Alexarchus, hi-
storicus Græcus, & Aristonicus, referūt. Varro, filiam Campi
Campaniam dictam; vnde prouinciæ nomē; pòst verò, sicut di-
ctum est, Chaoniam ab Heleno appellatam, qui fratrem suum
Chaonem, vel, vt alij dicunt, comitē, dum venaretur, occiderat.
Alij filiā Campi Cestriam, ab Heleno ductam vxorē: & de no-
mine soceri, Campos: de nomine Chaone, Chaonas dixisse.
TROIANO à Chaone.] Vel fratre Heleni; vel, vt alij vo-
lunt, hunc Chaonem, licèt superiùs causa huius nominis dicta
videatur; tamen quidam dicunt, hunc Chaonem, pro omnium
incolumitate, cùm pestilentiâ laborarent socij Heleni ex re-
sponso immolandum se obtulisse. Vnde in honorem eius, Epi-
rum, quæ Campania dicebatur, Chaoniam nominauit Hele-
nus. & hoc fuit, quando nauigauerunt à Troiâ cum Pyrrho. C
Alij dicunt, quòd, cùm Helenus cum Pyrrho ab Ilio nauiga-
ret, & tempestate iactarentur, Dianæ vnum è Troianis ami-
cum Heleni voluisse, vt, si illi periculum euasissent, se pro eorū
incolumitate interimeret; qui se, postquam illi euaserunt, sicut
promisit, occidit. Vnde factum est, vt eius nomine Helenus,
adeptus regnū, Epirum Dianiam nominaret. DIXIT.] No-
minauit. vt, Fluuium cognomine Tybrim Diximus.
&: Italiam dixisse ducis de nomine gentem.

VLLOS.] id est, non pertulit vllas sortes. HERI.] do- POM. Sabi.
mini alicuius. CVBILE.] propter se dicit, de Pyrrho. FA-
STVS.] superbiam.] IVVENEMQVE.] Pyrrhum. E-
NIXA seruitio.] quia peperit in seruitute. peperit enim, vt
volunt, Molossum Pyrrho. LEDÆAM Hermionem.]
Hermione filia Helenæ; Helena Ledæ; Leda regis Lacedæmo-
niorum, Tyndari vxor. Homerus lib. 4. in primo ait: Mega-
petem fuisse filium Menelai, ex seruâ Alectoris Spartani filiâ
susceptum. De Hermione sic: Helenæ namq; nullam Dij viri-
lem dederant prolem, ex quo primùm dilectam Hermionem,
aureæ Veneris speciem referentem, peperit. Hermione, dum
Pyrrhus proficiscitur Delphos, pro Menelao patre misit, qui
eum roget, vt interimat Laodamantem, Hectoris filium, qui
cum Andromache erat. Molosii, re cognitâ, à talibus
contumelijs puerum liberauêre. EREPTÆ.] quia eri-
puit Hermionem Oresti. ORESTES excipit incautū.]
Pyrrhus, confirmato iam cum Hermione matrimonio, Del-
phos

Digitized by Google

A *phos ad Apollinem gratulatum venit. Orestes id ægrè ferens, insidias aduenienti parare incipit: exploratoresq; Delphos misit, qui inserti conditionis, abesse Pyrrhum retulêre. Orestes indignatus, sibi ipsi explorator fuit, Pyrrhum incautum obtruncans Delphis. Peles cum Thetide, cognito nepotis interitu, ad inuestigandam rem venêre: & Delphis, vbi iuuenis erat sepultus, iusta persoluunt.* PATRIAS aras.] *id est, Delphicas: quia regnum, patriam dicimus. Regnum Pyrrhi etiam Delphos complectebatur. Vel* patrias: *quia Pyrrhus patri Achilli aras in Delphico templo erexit, rediens è Troiâ victor: ideò patrias. Illi vero, qui à Patris, vrbe Peloponnesi, dicunt, errant.*

VAR. Lect. STIRPIS Achilleæ fastus, iuuenemque superbum, Seruitio enixæ tulimus.] *In libris aliquot antiquis,* Fastum, *vnitatis numero legitur.* ME famulam, famuloque Heleno transmisit habendam.] *In Mediceo, & in Portio, & antiquis ferè omnibus exemplaribus, dictiones in hunc sunt ordinem collocatæ:* Me famulo, famulamque Heleno.

DON. O felix vna ante alias Priameia virgo, Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis Iussa mori?]

B *Quodammodò turpe defensura negotium, incipit à comparatione personarum: & facti felicitatem appellans pœnam, quam illa passa est: quum detestandum scelus exstitisset; & constaret, ad sepulcrum hostile Pyrrhum mactauisse filiam regis. Sed quia in alias deteriora commissa sunt, felicem dici conuenerat; cuius Mors omnes exclusit pudoris iniurias.* Vna, *inquit,* ante alias: *significatione numeri dixit plenam felicitatis laudem. Quid enim euenire prosperius potuit, quàm inter tot clades patriæ, & grauissimos casus, solam meruisse cum castitatis honore procumbere? Cùm autem solam felicem dicit: non se solam asserit in causâ turpi esse cõstitutam; sed & alias.* PRIAMEIA virgo.] *Perit, inquit, virgo: perit saluâ dignitate paternæ honoris.* TROIÆ sub mœnibus altis.] *quæ in patriâ interempta est; neq; eius interitum vidit.* HOSTILEM ad tumulum iussa mori.] *quæ non ad hostilis cubilis iniurias; sed ad sepulcrum ducta est. Intelligendum est hoc loco: quia & si occisa est, nec ipsius necis fructus peruenit ad mortuum: quia nihil exanimes sentiunt. Proinde & hoc felicitati eius adscribendum,* QVÆ sortitus non pertulit vllos.] *Vt in diuisionem non veniret per indicium sortis; nec in alienam potestatem caderet.* NEC victoris heri tetigit captiua cubile.]

C *Nouissimam posuit, quâ premabatur, causam quâ se volebat exsoluere; felicem asserens, quæ non habuit dominum: quæ ingenuitate quoque saluâ, & virginitate, iugulata est. Sequitur definitio deterioris seruitutis.* NEC victoris heri.] *vt ipse dominus esset, qui iamdudum fuerat inimicus.* TETIGIT captiua cupile.] *non ad honestam, sed ad ludibriosam conuentionem, etiam inuita producta. Ecce egit obliquè causam suam qualitate absolutâ: nondum contingens ex aperto personam propriam; sed eâ occasione, quâ prosperitatem laudauit alienam, asserens, non in facto esse crimen, sed in voluntate. Superior quippe hostis, cùm iure belli dominus fuerit effectus, non domini æquitatem, vel iusti seruitij retinet dominium; sed authoritatem sequitur, superbiamq; victoris. Conclusâ comparationis parte, quam de exemplo virginis habuit, quamq; purgauit, redit ad personam suã: vt propriam fabulam referat, cõparationis eiusdē intentione seruatâ.* NOS patriâ incensâ diuersa per ęquora vectæ, Stirpis Achilleæ fastus, iuuenemque suparbum, Seruitio enixè tulimus.] *Illa, inquit, incolumi virginitate ac libertate mactata est: illa moriens incolumem patriam reliquit; non incensam, atque ex eâ causâ consumptam. Illius funus & sanguinem solum patrium tenet: nos per diuersas pelagi partes sumus transportatæ; multa tolerantes, quæ in vnum hominem mala conuenerunt. Qualis enim esse potuit, qui natus fuerat ex Achille? ex eo videlicet, qui nulla miseratione mouebatur? cuius superbiam ætas iuuenilis augebat? Iuuenibus autem nulla morum grauitas deputatur: quæ crescebat magis in Pyrrho, fastu successuq; victoriæ. Qualis ergo iste fuerit, simul colligamus. Naturâ malus; ætatis ratione deterior; conditione fortunæ intolerabilis.* SERVITIO enixè tulimus.] *Enixè, aduerbium esse debet, vt sit: Fastus eius intolerabiliter seruitio tulimus. ex eo quod dixit,* Tulimus, *ostendit, nimium fuisse seruitij pondus,* Enixè *ergo, &* tulimus, *hoc idem significãt. Interea causam suam communem cum cæteris facit: ne videatur sola esse in eo, quod poterat displicere. Licèt hanc partem (quãuis amore infelix erat) plenâ defensione purgâsset: peractâ causâ, quam personis plurimis artificiosè coniunxit, separat personã suam; relatura, quid ipsi specialiter accidisset.* QVI deinde, *inquit,* secutus Ledæam Hermionem, Lacedæmoniosque hymenæos, Me famulam famuloque Heleno transmisit habendam.] *Ecce necessitate iuncta est Pyrrho, necessitate Heleno: vt, secundæ & tertiæ coniunctionis facto, pudoris non accesserit detrimentum. Secuturus, inquit, illicitam Hermiones coniunctionem, tradidit me Heleno: & iunxit, quos vna status conditio retinebat. fecit istud vt dominus, cui resisti non potuit. Dixit coniunctionis inter se & Helenum rationem. Venit ad eam partem, vt dicat, quemadmodum ad Helenum regni potestas & iura peruenerint.* AST illum, *inquit,* ereptæ magno inflammatus amore Coniugis, & scelerum furijs agitatus Orestes Excipit incautum patriasq; obtruncat ad aras.] *Orestes, iniuriam dolens ereptæ sibi vxoris, magno amore eius exagitatus, vltus est; & ad aras patrias incautum mactauit adulterum. Hoc facto,* REGNORVM reddita cessit Pars Heleno, q Chaonios cognomine cãpos, Chaoniamque omnẽ Troiano à Chaone dixit.] *Ecce retulit, quo ordine ad Helenũ etiã regni potestas peruenerit: quã sumptã, affectũ retinẽs patriæ gẽtilis, propter p̃sentis tẽporis solatiũ, plurimis locis Troiana indidit nomina: & hãc terrã Chaoniam dixit, propter memoriã Chaonis, quẽ constaret fuisse Troianũ.*

SER. PERGAMAQ'VE.] *Pergama legendum; non, vt plerique,* pergameam: *qui per imperitiam, etiam contra metrum sentiunt. Decipiuntur autem, cum vtrunque deriuatiuum volunt: cùm sit* pergama *principale.* QVI cursum venti.] *Seruat hunc ordinem, vt, à sui personâ incipiens, mox quærat alienam: vt,* Sed vos qui tandem, quibus aut venistis ab oris. *Et hoc totum cum admiratione dictum est.* QVI venti.] *Id est, tam prosperi.* QVÆ

Pergamaque, Iliacamq; iugis hanc addidit arcem.
Sed tibi qui cursum venti, quæ fata dedère?
Aut quis te ignarum nostris deus appulit oris?
Quid puer Ascauius? superátne, & vescitur aurâ?
Quem tibi iam Troia.
Ecquænam puero est amissæ cura parentis?
Ecquid in antiquam virtutem, animosque virileis,
Et pater Æeneas, & auunculus excitat Hector?
Talia fundebat lacrymans, longosque ciebat
Incassum fletus: cùm sese à mœnibus heros
Priamides multis Helenus comitantibus affert;
Agnoscitque suos, lætusque ad limina ducit,
Et multum lacrymas verba inter singula fundit.
Procedo, & paruam Troiam, simulataque magnis
Pergama, & arentem Xanthi cognomine riuum
Agnosco, Scææque amplector limina portæ.

fata.] *Tã nobis felicia.* QVIS deus?] *Qui præstitit, vt te videre possemus. Tale est & illud Æneæ ad Didonem adulatorium:* Hinc me digressum vestris deus appulit oris. IGNARVM. *Aliud disponentem.* PVER ascanius.] *Filius. quia Græci παῖδας etiam filios dicunt.* SVPERA'TNE.] *Viuit. Sanè nouè dictum est, & caret exemplo: vt pauca in Virgilio. Alij dicunt,* superat, *superstes est. sed Superstes præsentem significat: vt Cicero in*

Necnon & Teucri sociâ simul vrbe fruuntur:
Illos porticibus rex accipiebat in amplis;
Aulai in medio libabant pocula Bacchi;
Impositis auro dapibus, paterasque tenebant.
Iamque dies alterque dies processit, & auræ

Mutenianâ; Suis vtrisque superstitibus; *id est præsentibus.* QVEM tibi iam Troia.] *Hemistichium: nec in sensu plenum. Sunt autem duo talia: vt hoc,* Concessere deû: *quem quidam ita compleuit,* Concessère deûm profugis noua mœnia Teucris. AMISSÆ cura parentis.] *Si parentis, Creusæ accipis: occurrit illud; Vnde sciebat eam periisse? Et alij dicunt, potuisse hoc vel ab Heleno diuinante cognosci; vel ab Aeneâ requirente per Troiam. vt,* Impleui clamore vias. *Sed vtrunque viribus caret. Parentem ergo, patriam accipiamus: vt Tullius;* Si tibi patria, quæ cômunis omnium parens est. *Et est sensus: Doléne perditam patriam?* ANIMOSQVE viriles.] *Atqui suprà dixerat,* puer. *sed animos viriles ait, parentum consideratione. Inde & in Nono de ipso:* Ante annos animumq; gerens, curamque virilem. AVVNCVLVS.] *Quidam,* auunculus, *humiliter in heroico carmine dictum accipiunt.* INCASSVM fletus.] *Et* longos, *&* incassum, *bene addidit: vt fœmineos monstraret adfectus.* ET multum lacrymas.] *Ordo est: Lacrymas multùm fundit inter verba singula. Nam si* lacrymans *dixeris, quid fundit? Et bene verba Heleno post Andromacham non dedit; ne frigeret: sicut in libro quinto, Acestæ.* PARVAM Troiam simulataque magnis Pergama.] *Multi putant, Aenean de eâ venisse ad Epirum: & ibi hæc loca, per licentiam poëticam, esse conficta. Varro, Epiri se fuisse dicit, & omnia loca hisdem dici nominibus, quæ poëta commemorat, se vidisse. vnde apparet, hæc non esse fabulosa. Idem etiam Varro, Troiam Epiri ab Aeneâ, siue à comitibus eius, Biopatora nuncupatam docet: vbi Troiana classis Aeneam exspectâsse, sociosq; eius, castra in tumulis habuisse memoratur: quæ ex illo tempore Troiana appellantur. vnde apparet, diuinû Poëtam, aliud agentem, verum semper attingere.* ARENTEM.] *Pro, aridum. Participium vice nominis.* AGNOSCO.] *Aut cognomine agnosco; nam ea cognoscimus, quæ iampridem vidimus: aut certè, quia reparatam audierat Troiam. vt,* Hic incredibilis rerum fama occupat aures. SCÆAQVE amplector limina portæ.] *Scæa porta dicta est, non à pugnis ante se factis scænis, id est, malis: (Nam & antè sic dicta est) nec ab itinere ingressis scæuo, id est, sinistro; quòd ingressi non recto eunt itinere; sed sinistro: Sed a cadauere Laomedontis, hoc est, ἀπὸ τοῦ σκηνώματος, quod in eius fuerat superliminio. Tamen hanc portam, ex nece Achillis, scæam appellatam volunt.* AMPLECTOR.] *Pro, teneo: quasi ad Troiam venisset. vt,* Amplexæque tenent postes, atque oscula figunt. TEVCRI.] *Pro, Teucriadæ.* IN amplis.] *Quod est regiæ magnitudinis.* ACCIPIEBAT.] *Pascebat. vt Terentius:* Accipit homo meliùs nemo, neq; prolixiùs. AVLAI.] *Pro, aulæ. & est Diæresis, de græcâ ratione veniens: quorû* AI *diphthongus resoluta, apud nos duas syllabas facit. Aula autem propriè dicitur, quæ concluditur porticibus quatuor. vnde superiùs* porticibus *dixit.* IMPOSITIS auro dapibus.] *Id est, cùm impositas auro dapes haberet.* PROCESSIT.] *Exactus est.*

POM. Sabi. PERGAMAQVE.] *sed Apronianus* Pergameam *legit. vtrunq; mihi placet, de Troiâ intellige. & quia nomen multitudinis est, breuem tenuit mediam; vt, Pergama Pergamus, Tartara Tartarus, Mænala Mænalus, Ismara Ismarus. Dindimus, mediâ productâ: à Dindimene singulari; non Dindimus.* ARCEM.] *id est, Troiam. nam Dionysius sic ait: Anchises pater Butrotum Epiri intrauit, vbi statio Troianorum ostenditur in tumulo, qui Troia dicitur, quam fecère Troiani sub Heleno. Didonæ ostenduntur crateres ænei, cum vetustissimis literis, quos ferunt fuisse Troianorum.* SVPERAT.] *superest.* ECQVÆ.] *Antiqua declinatio est: vt apud Catonem,* qui, quæ. *ex hac voce est,* quæ, *in plurali; vt Musa, hæ Musæ.*

ECQVID.] *quantum.* HECTOR.] *Creusa, filia Priami: & ideò animos viriles, propter Hectora.* PRIAMIDES.] *Helenus Priami filius.* FVDIT.] *lacrymabat multùm: quia inter singula verba fundebat lacrymas.* MAGNIS.] *mœnibus, condiderat aliam Troiâ Helenus.* XANTHI.] *Xanthus ad Butrotum riuulus erat, in Troade fluuius.* SCÆÆ portæ.] *Iane: vocabula cum patria imposuerat Helenus.* TEVCRI.] *socij.* REX.] *Helenus.* LIBABANT.] *conuiuabantur apud Helenum.* A

AVT quis te ignarum.] *In antiquis aliquot libris legere est,* Aut quisnam in ignarum. ET vescitur aurâ?] *In antiquis plerisq; libris,* Auras, *legitur.* QVEM tibi iam Troia.] *In antiquis aliquot libris, versus absolutus legitur. In nonnullis enim:* Quem tibi iam Troiâ obsessâ est enixa Creusa. *in aliquot alijs:* Quem tibi iam Troiâ peperit fumante Creusa. ECQVÆ iam puero est amissæ cura parentis?] *Libri nonnulli veteres legunt,* Et quæ. *In nônullis etiam peruetustis scriptum obseruaui:* Ecqua tamen puero. *In Mediceo:* Quæ tamen & puero est. *Apud Flauium Sosipatrem, non solùm,* Ecqua tamen; *sed &* Amissi, *virili genere; non* amissæ, *positum à Vergilio citatur.* B PRIAMIDES multis Helenus comitátibus offert.] *In libris aliquot antiquis legere est:* Priamides Helenus multis comitantibus affert. ET multùm lacrymas.] *In Mediceo, & libris aliquot antiquis, participij voce,* Lacrymans *legitur.* INTER singula fundit.] *Illud verò minimè placet, quòd in veteribus plerisq; libris* Fudit *legitur, tempore præterito.* AVLAI in medio libabant.] *in veteribus libris aliquot,* Aulai medio, *absq; præpositione legitur.*

VAR. Lect. PERGAMAQVE Iliacamq; iugis hanc addidit arcem.] *Vlteriùs etiam ex Aeneæ personâ dictû est:* Effigiem Xanthi Troiamq; videtis, Quam vestræ fecère manus. *Et suprà Poëta dixit:* Falsi Simoëntis ad vndâ Libabat cineri Andromache. *& infra Aeneas idem dixit:* Procedo, *inquiens,* paruam Troiam, simulataque magnis Pergama, & arentê Xanthi cognomine riuum Cognosco, Scææq; amplector limina portæ. SED tibi qui cursum venti? quæ fata dedère? Aut quis te ignarum nostris deus appulit oris?] *Et gratulantis de salute, ac de aduentu eius insperato, est ista vox: & inquirentis, quid ipsum prouenerit casu. & dicendo,* quis deus? qui venti? quæ fata? *ostendit, diuinum exstitisse beneficium, vt illi Aeneam videre contigerit.* C QVID puer? Ascanius superátne, & vescitur aurâ? Quem tibi iam Troia.] *Religiosè quæsiuit de salute pueri, qui eius esset affinis. Addidit:* Ecquænâ puero est amissæ cura parentis?] *Plus enim pueri amant matres: Idcirco quæsiuit, quantus ei dolor esset ob matris amissionem.* ECQVID in antiquam virtutem, animosq; viriles, Et pater Æneas, & auunculus excitat Hector?] *Posteaquam de salute pueri quæsiuit; voluit nosse, vtrùm tentaret iam virorum fortium partes, imitatus patris & auunculi virtutem.* TALIA fundebat lacrymans, longosq; ciebat Incassum fletus.] *Nihil, inquit, loquuta est sine lacrymis; excitans loquendo, quod incassum plangeret. Quid prodesse poterant lacrymæ, cùm semel amissa reparari non possint?* CVM sese à mœnibus heros Priamides, multis Helenus comitantibus affert.] *Dictura adhuc intelligitur fuisse complura, & responsurus proculdubiò fuit Aeneas interrogationibus tantâ benignitate prolatis: sed ne id fieret, Heleni aduentus effecit, qui cum magnâ deductorum catervâ insperatus processerat. Bene interueniens Heleni responsum Aeneæ poeta subtraxit, ne in relatione eius notæ etiam dicta repeterentur.* AGNOSCITQVE suos, lætusque ad limina ducit.] *Fecit Helenus, quod est inter homines sæpè difficile. Nônulli enim, fortunæ suffragijs fulti,* despi-

A *despiciunt suos quos fata deiecerint: nonnulli pudore potius, quàm voluntate, humani sunt. Ille & agnouit suos, & lætus duxit ad domum.* ET multum lacrymas verba inter singula fundit. *Vt modus verborum lacrymarum copiâ vinceretur, vno in loco duos motus animæ eodem tempore Heleno dedit; lætitiæ scilicet & mæroris: qui sunt sibi ex affectu contrarij, nam quomodo lætus fuerat, si iugiter flebat?* Quod *lætum dixit, & flentem: alterum fuit, quòd videbat suos, alterum, quòd malorum communium recordatio dolentem cogebat ad lacrymas.* Procedo, *inquit, hoc est, vlteriùs accedo.*

DON. PROCEDO, & paruam Troiam, simulataq; magnis Pergama, & arentem Xanthi cognomine riuum Agnosco, Scææque amplector limina portæ.] *Plurimum derogasset nobilitati patriæ suæ, si consimilia diceret curâ Heleni fieri potuisse, quam fuisse sciebat in Troiâ. Idcirco posuit,* paruam Troiâ, simulaatq; magnis Pergama, & arentem Xanthi cognomine riuum Agnosco, Scææq; amplector limina portæ: *vt ostenderet, fuisse quidem multa, quæ similitudinem & vocabula locorum veterum afferrent, non tamen ostenderent magnitudinē. Nam Troia fuerat; sed parua: & Pergama mediocriter structa: & sitiens Xanthus. non ille, de quo alio loco dictum est:* Nec reperire viam, neq; voluere posset In mare se Xanthus. *Ecce ostendit, verum Xanthum copiosè fluere: illum verò simulatum, & riuum esse, & aridum: vt solum nomen, non etiam parem substantiam, retineret.* NEC non & Teucri sociâ simul vrbe fruuntur.] *Aeneam, Anchisen, & Ascanium, duxit ad domum suam: Troiani cæteri per ciuitatem hospitia acceperunt, eâ religione, non quâ peregrini, sed quâ socij excipi debuerunt.* ILLOS porticibus Rex accipiebat in amplis.] *Accipiebat, dixit: id est, pascebat. Hoc verbum deniq; & hæc loquendi consuetudo, etiam nunc in vsu est: quum, sumpto aliquo commodo, dicimus danti, bene nos accipis, hoc est, bene nos foues, bene nos pascis. Cæterùm, si non ita (vt positum est) intelligatur; erit vitium: si in amplis porticibus, non in amplas porticus, accipiebãtur.* IAMQVE dies, alterq; dies processit.] *Augmentum benignitatis ostenditur: cùm hoc non tantùm vnâ die, sed & altera exhibebatur hospitium.*

Vela vocant, tumidoq; inflatur carbasus austro.
Hîc vatem aggredior dictis, ac talia quæso:
Troiugena interpres diuûm, qui numina Phœbi,
Qui tripodas, Clarij lauros, qui sidera sentis,
Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ;
Fare age (nanq; omnē cursum mihi prospera dixit
Relligio, & cuncti suaserunt numine diui,
Italiam petere, & terras tentare repostas.
Sola nouum dictuq; nefas Harpyia Celæno
Prodigium canit, & tristeis denuntiat iras,
Obscœnamq; famem) quæ prima pericula vito,
Quidve sequens tantos possim superare labores.
Hîc Helenus, cæsis primùm de more iuuencis,
Exorat pacem diuûm, vittasq; resoluit
Sacrati capitis; meq; ad tua limina, Phœbe,

B AVRÆ vela vocant.]
SER. *Hypallage est: pro, auras vocant.* CARBASVS.] *Vtrùm aliorum, qui nauigabãt: an ipsorum? & vtrùm tumidè, an tumidus auster, vt pallidus ortus? Carbasus autem, genus lini est: quod abusiuè plerunq; pro velo ponitur. Sanè in numero singulari, hæc Carbasus dicimus: plurali, hæc Carbasa.* TROIVGENA.] *Ac si diceret, generosè. vt alibi:* Dardanidę magni genus alto à sanguine diuûm. *Sciendum tamen, sicut veteres auctores adfirmant, peritissimos auguriorum, & Aeneam, & plurimos fuisse Troianos. Nonnulli tamen dicunt, à Marsoâ rege missos è Phrygiâ, regnante Fauno, qui disciplinam auguriorum Italis ostenderent. Ergò Troiugena, sinè dubio auguriorum & diuinationis peritus esset.* INTERPRES.] *Vaticinator: qui mentem deorum mortalibus publicat.*
C *Sed quia Interpres generale nomen est; currit per species. Nam, vt ait Cicero,* Omnis diuinandi peritia in duas partes diuitur. Nam aut furor est, vt in vaticinantibus: aut ars: vt in aruspicibus, fulguritis siue fulguratoribus & auguribus. *Et omnia ista ex se pendent: licèt proprijs finibus contineantur. vnde Vergilius omnia ei dat, quem vult perfectum intelligi: vt hoc loco Heleno. Item alibi, Asilæ, in decimo;* Cui pecudum fibræ, cœli cui sydera parent, Et linguæ volucrum, & præsagi fulminis ignes. *Varro autem, quatuor genera diuinationum dicit: terram, aërem, aquam, ignem; geomantis, aëromantis, pyromantis, hydromantis. Vergilius tria genera complexus est: per lauros; geomantis; per sidera, pyromantis; per præpetes, aëromantis.* DIVVM qui numina.] *Potest & interpretes diuûm distingui. Sanè per omnia Zeugma est ab inferioribus,* sentis. QVI numina sentis.] *Qui suspicis numen, & futura prædicis.* QVI tripodas.] *Tripodes, mensæ fuerunt in templo Delphici Apollinis: quibus superpositæ Phœbades vaticinabantur. Vel quòd in eodem templo tripos est, cum ossibus & dentibus Pithij serpentis.* CLARII lauros.] *Et hîc,* qui sentis, *subaudio, Clarium, oppidum est in finibus Colophoniorum, vbi Apollo colitur: vnde Apollo Clarius. Sanè quæritur, vtrùm Clarij geminata sit i? & sciendum, aliter non procedere. Nam* CLA, *breuis est: vt, Statius,* Nec Clarias hac luce fores, didymæaque quisquam. *Per lauros autem, oraculum intelligimus.* QVI sydera sentis.] *Qui es peritus Astrologiæ.* ET volucrum linguas.] *Qui es augur oscinum.* ET præpetis omina pennæ.] *Præpetes sunt, quæ secundo auspicio ante eum volant, qui auspicatur. Aues autem, aut oscines sunt, aut præpetes. Oscines, quæ ore futura prædicunt; ab Os & Cano: Præpetes, quæ volatu auguriũ significant, cum sint prospera. Sed præpetes aut superiora tenent, & præpetes vocantur: aut inferiora, & dicũtur inferæ: præpetes aũt ideò, quia omnes aues superiora petunt volantes: vel à græco πέτομαι, id est, volo.* FARE age.] *Hortantis est,* AGE: *id est, dic celeriter. Et est ordo: Troiugena fare age, quæ prima pericula vito; Quidve sequens tantos possim superare labores. Cætera per parenthesim dicta sunt.* NANQVE omnem cursum.] *Hypallage est. nam non omnem cursum prospera dixit religio: sed omnis religio dixit prosperum cursum.* CVNCTI diui.] *Quia, quicquid audiuit à diuersis, ad Iouem recurrit: vt diximus suprà. Vt,* Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo prædixit. Numine *autem, oraculo significat.* REPOSTAS.] *Πάθος, per syncopam: pro repositas, id est, longè positas, remotas.* NOVVM.] *Magnum, more suo.* PRODIGIVM canit.] *Prodigium, portentum & monstrum, modico fine discernuntur: sed confusè plerunque ponuntur. Varro sanè hæc ita definit. Ostentum, quod aliquid hominibus ostendit: Portentum, quod aliquid futurum portendit: Prodigium, quòd porrò dirigit: Miraculum, quod mirum est: Monstrum quod monet.* TRISTEIS iras.] *Deorum scilicet, propter iniurias suas.* OBSCOENAMQVE famem.] *Aut quæ homines etiam ad obscœna compellit: vt,* Malesuada fames. *Aut certè, quàm obscœna auis prædixerat.* QVÆ prima pericula vito, quidve sequens tantos possim superare labores.] Quid *obseruans. Duo petit: quemadmodum aut periculis caueat, aut quibus consilijs par esse laboribus possit. Et totum hoc per interrogationem legendum est.* TANTOS.] *Quantos Harpyia prædixerat.* DE more.] *Sacrificantum.* EXORAT pacem diuum.] *Aut de sacrificantum more requirit, vtrùm tempus consulendi esset: (Nam & hoc vehementer quæritur vt in sexto,* Cùm virgo, poscere fata Tempus, ait)

ait) *Aut, quod melius est, de sacrificantium more, antè nefas expiat ab Harpyiâ prædictum: & sic venit ad vaticinationem. Vt autem hic expiatam famem intelligamus, sequens efficit locus: vt,* Aderitq; vocatus Apollo: *cùm constet, nisi in hoc intellexeris loco, famis causâ nusquam inuocatum esse Apollinis numen. Dubitationem autem in hoc loco* exorat *facit. nam* orare, *est petere:* exorare, *impetrare. Ergo impetrat pacem, aut ad inquirendum tempus, aut ad mitigandum famis periculũ.* VITTASQ'VE resoluit.] *In ratione sacrorum, par est & animæ & corporis causa. Nam plerunque, quæ non possunt circa animam fieri, fiunt circa corpus: vt soluere, vel ligare: quò possit anima, quod per se non potest, ex cognatione sentire. Inde est,* Vnum exsuta pedem vinclis, *in veste recincta. Bene ergo Helenus cuncta corporis soluit: ne quâ parte animo religato ad numen accedat.* SACRATI capitis.] *Dijs & vaticinationibus dicati.*

POM. Sabi. AVSTRO.] *vento quouis.* HIS vatem.] *Helenum.* INTERPRES.] *Aeneas Heleno loquitur, qui vates erat.* QVI tripodas.] *cortinas, & omnes diuinandi mores explicat.* CLARII.] *Clarij Appollinis fanum, ante Colophonem vrbem in Mæoniâ est. aiunt Mopsum Clario Apollini oraculum instituisse cum luco, qui Claros appellabatur.* OMINA.] *volatus.* OMNEM cursum.] *Hypallage: id est, omnis religio dixit prosperũ cursum.* REPOSTAS.] *remotas.* HARPYIA.] *Nuntiauerat Celæno, fore edendas mensas, & ferendam famem.* SVPERARE tantos labores.] *Edoce quomodo possim euitare famem, & reliquos labores.* CAPITIS.] *sui.*

VAR. Lect. HIC vatem aggredior dictis.] *Mediceus, & alij quidam libri vetusti,* His vatem aggredior dictis *legunt: sed* Hîc, *non displicet.* NANQVE omnem cursum mihi prospera dixit Relligio.] *In veteribus aliquot exemplaribus legere est,* Nanq; omnis cursum mihi prospera dixit Relligio.

DON. ET auræ Vela vocant, tumidoque inflatur carbasus austro.] *Bene suffragantem etiam ventum dixit: non enim sola aura nauigaturis fuerat necessaria.* HIS autem aggredior dictis, ac talia quæso.] Aggredior, *quasi superbum est:* Quæso, *autem, humile. Vnum fuit, quòd veniret ex fiduciâ ciuis & affinis: alterum honorificentiæ, quam deorum omnium cultor debeat sacerdoti.* TROIVGENA, interpres diuûm, qui numina Phœbi, Qui tripodas, Clarij.] *Hoc est, Apollinis.* LAVROS, qui sidera sentis.] *Hoc est, qui lauros & sidera sentis.* ET volucrum linguas, & præpetis omina pennæ.] *Inter omnia, quæ fuerunt in illo viro laudanda, primò* Troiugena *dixit: vt plurimum daret ei hominum generi, ex quo fuit etiam ipse qui laudabat.* INTERPRES diuûm.] *Quid felicius, quàm nôsse, quid velint, vel quid cogitent dij? vel dignum esse, per quem loquantur in hominibus numina?* QVI tripodas.] *Tripodam dicimus trium pedum, quæ alio nomine* Cortina *appellatur: & est in templo Apollinis. vt sit ordinatione factâ:* Qui tripodas Clarij Phœbi, lauros sentis, & sidera: *hoc est, qui scis, quid siderum motus transitusq; significent.* & volucrum linguas, & præpetis ominà pennæ: *& nosti, quid auium linguæ vel volatus ostẽdant. Ecce laus plena. cùm enim diuersa sint vatum genera, vix singula vaticinationis in singulis reperiantur: hæc esset Heleni summa prædicatio, quòd omnium professionum scientiâ redundabat.* Sentis *autem, non semel accipiendum est: in medio enim positum, & superioribus, & inferioribus potest applicari. Sed hoc ipsum* Sentis, *non multipliciter positũ est: ne esset odiosum, nec in capite, aut in fine, multorum continua congregatio deformaret dictionem. Posuit igitur (vt iam dictum est) in medio, vt superiorbus inferioribusq; appositum, præstaret gratiam. Præcepta quoq; rhetoricæ disciplinæ non omisit. nam qui necessaria poscebat, debuit demonstrare posse illum, quod petebatur, monstrare: perindeq; non esse difficile, quòd esset largiturus. Damnosum quoque non esse, nec turpe, si id diceret, quod eius ore, sine ipsius pudoris detrimento, numina pronunciare voluissent. Honestum verò & religiosum, vt ciuis in rebus dubijs & periculosis instrueret ciuem. Idcircò autem in ipso principio Troiugenam dixit, vt ciuicâ religione constrictus, quod poterat, non negaret.* FARE age.] *Hortationem poscentis significant, non autoritatem iubentis. Dicit iam ipsam causam, quæ illum sollicitum faciebat.* NANQVE omnis cursum mihi prospera dixit Relligio, & cuncti suaserunt numine diui Italiam petere, & terras tentare repostas. Sola nouum, dictuque nefas, harpyia Celæno Prodigium canit, & tristeis denuntiat iras, Obscœnamq; famem, quæ prima pericula vito?] *Prodigia dicuntur, quibus denuntiãtur aduersa. Dixit ergo metus sui causam: dehinc remedium poscit, quo aduersa omnia tolerare posset, aut fugere. Idcirco addidit:* QVI'DVE sequens tantos possim superare labores? Hic Helenus cæsis primùm de more iuuencis Exorat pacem diuûm, vittasque resoluit Sacrati capitis.] *Helenus nihil Aeneæ postulanti respondit, facturúmne sese promitteret, aut negaret. fieret enim mora suspenso, & ventorum prosperis flatibus. Sed, quod fuerat melius, quod non promiserat verbis, completurum se factis euidentioribus demonstrabat, tenens ordinem ritus sui. Primùm ergo, cæsorum iuuencorum sanguine, fauorem deorum futuris responsis & desiderijs conciliabat: vt per sacrorum obsequia, ad veram posset futurorum scienciam peruenire.* Vittas autem resoluit sacrati capitis: *vt plenum ostenderet officium sacerdotij, fecit solui vittas, vt penderent quæ fuerant nexæ.*

MEQ'VE ad tua limina Phœbe, Ipse manu suspensum numine ducit.] *Spem gestam cum apostrophâ prosecutus est. Ipse, inquit, Helenus, me retinens manu, quod fuit apertum beneuolentiæ signum, ad tua, Phœbe, templa perduxit suspensum. Quòd posuit.* numine, *aut numinis veneratione turbatum: aut indè suspensum, ne contraria, quàm optabat, audiret.*

Ipse manu multo suspensum numine ducit,
Atq; hæc deinde canit diuino ex ore sacerdos:
Nate Deâ (nam te maioribus ire per altum
Auspicijs, manifesta fides. sic fata deûm rex
Sortitur, voluitq; vices: hic vertitur ordo)
Pauca tibi è multis, quò tutior hospita lustres
Æquora, & Ausonio possis considere portu,
Expediam dictis. prohibent nam cætera Parcæ
Scire Helenum, fariq; vetat Saturnia Iuno.
Principiò Italiam, quam tu iam rere propinquam,
Vicinosq; ignare paras inuadere portus,
Longa procul longis via diuidit inuia terris:
Antè & Trinacriâ lentandus remus in vndâ,
Et salis Ausonij lustrandum nauibus æquor,
Inferniq; lacus, Æææq; insula Circes.

SER. MVLTO numine.] *Multâ veneratione numinis.* SVSPENSVM.] *Si* suspensus: *ipse numinis plenus. Si* suspensum: *me solicitũ & attentum.* DEINDE canit.] *Post peracta solennia.* NATE deâ.] *Ordo est: Nate deâ, pauca tibi expediam dictis prohibent nam cætera Parcæ Scire Helenum, fariq; vetat Saturnia Iuno. Omnia, inquit, vates nouit: sed non omnia permittitur dicere, fatis prohibentibus: etiam ex his, quæ nouit, multa vetat dicere Iuno Saturnia.* MAIORIBVS.] *Cælestibus: propter syderis cursum, cuius fuit explanatio per Creusam. Ergo maiora sunt, quibus præter tripudium auspicari ius fit, neque precatio adhibetur: sicut hoc loco nullum deũ precatur Aeneas vt his versibus:* Nam te maioribus ire per altum Auspicijs manifesta fides. Auspicijs: *quia auspicia maiora, aut maioribus dicuntur, quibus augurium*

A gurium auium aliarumque rerum eripitur: vt puta si parra vel picus auspicium, & deinde contrarium aquila dederit: auspicium aquilæ præualet. Ergo, quia notum est, esse apud augures auspiciorum gradus plures; & augur loquitur augustiorum perita: ideò maioribus auspicijs dixit. Auspicium autem, est volatus auium, qui indicat agendum, vel omittendum esse, quod quis cœperit. dictum ab aue inspiciendâ, quasi auispicium. PER altum.] Per limitem fortunæ superioris. SORTITVR.] Disponit, ordinat. Id est, sorte decernit, vel sortitione distribuit. Et bene adlusit, quasi Apollinis sacerdos: cuius propriæ sunt sortes, id est, responsa diuina. VOLVITQVE vices.] Definitio fati, secundùm Tullium, qui ait: Fatum est connexio rerum per æternitatem, se inuicem tenens; quæ suo ordine & lege sic variatur, ita tamen vt ipsa varietas habeat æternitatem. Et hic vices, vicissitudines: alibi pericula: vt, Vitauisse vices Danaum. PAVCA tibi è multis.] Duo se dicit esse dicturum: quemadmodum possit tutò nauigare: & quibus signis Italiæ regna cognoscat. HOSPITA æquora.] Vicina. nihil enim nobis hospitio esse vicinius, constat. AVSONIO portu.] Vt in Ausonia, quasi in portu & in littore, conquiescat. PRO-

B HIBENT nam cætera scire.] Hic distinguendum. Et est sensus: Cætera te scire non sinunt fata: Helenum verò Iuno prohibet dicere, etiam quæ audire poterat. & vacat que, vt solet frequenter. Malè autem sentiũt, qui distinguunt, scire Helenum: cùm legerimus in Lucano; Venit ætas omnis in vnam Cõgeriem; miserumq; premunt tot secula pectus. Item alibi: Nec tantum prodere vati, Quantum scire licet. Et adeò repletus numine nouit omnia sacerdos; vt refrænetur ad certa dicenda. nam dicendo, Helenum fariq; vetat Saturnia Iuno; ostendit, præmissum ad Aenean per timere. aliter suum non interponeret nomen. Præterea, quomodo vetat Iuno dicere, si fata scire prohibent? nullus enim vetatur loqui, quod nescit. Ergo cætera Parcæ scire te prohibent; non autem Helenum. Prohibet autem scire mortem patris, ad augendum inopinatum dolorem; tempestatem ab Aeolo immissam; amorem Didonis: in quo & gaudium quidem esset; sed quod antè prouisum, vile creditur. Et si sciret Aeneas se de Africa exiturum: non facilè Didonis consentiret amoribus. Nouimus autem hoc Iunonem agere: vt, si posset fieri, regnum Italiæ Libycas adverteret oras. Inopinatum verò dolorem etiam Aeneas conqueritur: vt, Nec vates Helenus, cùm

C multa horrenda moneret, Hos mihi prędixit luctus. IGNARE.] Pro, ignarus: casus pro casu. dicit autem ignarum fati. Persius: Conforemve tuum, vel quòd Trabeate salutas. LONGA procul.] Non situ, quàm penè videt: sed necessitate fatali, & cursu nauigationis tardiore. Significat autem difficilem circuitum. VIA inuia.] Aeneæ scilicet. TRINACRIA.] Quæ latinè Triquetra dicitur: quam multi Trinaciam dicunt. Sub hac differentiâ: vt, quotienscunq; Sicilia significatur, Trinacria, per r dicatur: quòd tria habet promontoria, quæ Græci ἄκρα dicunt: quotiens Sicula, per vnam r: vt, Trinacia cernitur Ætna. LENTANDVS.] Aut lentè tibi nauigandum: nam totam Siciliam circumijt. aut lentandus tibi remus est, id est, flectendus: vnde lentum vimen dicimus, flexibile. Et quidam lentandus nouè verbum fictum putant; sed in Annalibus legitur: Confricati, oleo lentati, paratique ad arma: à verbo Lentor. INFERNIQVE lacus.] Lucrinum & Auernum dicit: inter quos est spelunca, per quam ad inferos descendebatur. vnde eos dixit Infernos, propter necromantiam, quæ ibi fiebat. ÆÆÆQVE insula circes.] Qui nunc Circeius mons à Circe dicitur, aliquando (vt Varro dicit) insula fuit: nondum siccatis paludibus, quæ eam diuidebant à continenti. ÆÆA autem dicta, ab aspernantium voce, propter celebratas illic corporum mutationes. vnde est, Inaccessos vbi Solis filia lucos. ÆÆÆ autem, tres sunt diphthongi: nam genetiuus est ab Aeæa. Quidam Aeæa, pro Eoia, id est, orientalis, quæ solis filia traditur, accipiunt. Alij, non Circe Aeæa; sed insula, quæ & Aeæa.

POM. Sabi. SVSPENSVM.] sollicitum, attentum de futuris. NATE deâ.] pauca tibi canam: id est, expediam dictis. PAVCA.] Intelligit, quomodo tutè nauiget. & dat signa, quibus cognoscat Italiam: cætera scire prohibent fata. PRINCIPIO Italiam.] Vaticinium Heleni. LONGA procul.] Longa, non situ loci; sed fatis negantibus. nam ex Epiro in Italiam breuis est transitus. Sed Aeneas impellebatur fatis, inuia volentibus Fatis. ergo circumeunda tibi Trinacria est, & mare Ausonium, & Cumæ, & Cyrenum, priusquàm condas in Latio vrbem. Mare Ausonium, pars Ionij est: Brutiam alluit: à Tarento incipit. ANTE.] prius. TRINACRIA.] Triquetra Sicilia. SALIS.] maris. LACVS.] Vlysses in 10. libro Homeri sic loquitur: Sic vlteriùs careis amissis socijs mæsti, euitato tamen periculo ouantes, Aeæam ad insulam peruenimus; vbi pulcerrima Circe, magna dea, magicæ haud ignara, sapientis Aeetæ soror, habitabat. ambo enim è Sole, qui mortalibus lucem ministrat, geniti erant, ex Perse matre, Oceani filiâ. Hæc multis seculis insula non fuit; sed annexa continenti. & appellatur Circeum, de quo libro 7. dicemus.

VAR. Lect. SVSPENSVM numine ducit.] In antiquis libris, Duxit, scriptum obseruaui. PROHIBENT nam cætera Parcæ Scire Helenum, fariq; vetat Saturnia Iuno.] In antiquis ferè omnibus libris inuenias, punctum firmum adnotandũ esse post Scire: vt sit, Prohibent nã cætera Parcę Scire. mox alterum comma totum illud complectatur, Helenum fariq; vetat Saturnia Iuno. Sed Donatus, Scire Helenũ, legit. Ææaq; insula Circes.] In libris antiquis, modò, Circe, per abiectionem s literæ: modò, Circæ, cum diphthongo, Latino declinatu scriptum inueni. SECRETI ad fluminis vndam.] In libris aliquot antiquis, Vndas legitur.

DON. ATQVE hæc deinde canit diuino ex ore sacerdos.] Diuinum dixit, quòd diuina caneret. NATE deâ: nam te maioribus ire per altũ Auspicijs, manifesta fides. sic fata deûm rex sortitur; voluitq; vices, hic vertitur ordo.] Nam cùm sit coniunctio rationalis, non debuit hoc loco primò constitui. ne sit igitur vitium, ordinamus ita: Nate deâ, maioribus ire per altũ auspicijs manifesta fides: nam sic fata deûm rex sortitur, voluitq; vices, is vertitur ordo. PAVCA tibi è multis, quo tutior hospita lustres Aequora, & Ausonio possis considere portu, Expediam dictis: prohibent nam cætera Parcæ Scire Helenum, fariq; vetat Saturnia Iuno.] Multa, inquit, tibi instructionis causâ fuerant referenda: sed ne id fiat, dij prohibent me scire; & Iuno aliqua referre non patitur. tamen dicam, quæ possunt esse in meâ potestate. PRINCIPIO Italiam, quam tu iam rere propinquam, Vicinosq; ignare paras inuadere portus. Longa procul longis via diuidit inuia terris. Antè & Trinacriâ lentandus remus in vndâ. Et salis Ausonij lustrandum nauibus æquor, Inferniique lacus. Ææaq; insula Circes; Quàm tutâ possis vrbem componere terrâ.] Antequam Aeneas venire ad Italiam posset, & in eâ condere ciuitatem; dixit, per quot loca, per quàm prolixa esset maria transiturus. Primò, inquit, Italia (vt ingarus putas) non est proxima: nam longè eam ab his locis natura discreuit. Deniq, antè Trinacriâ lentãdus remus in vndâ: hoc est, Siciliæ. Et salis Ausonij lustrandum nauibus æquor: dixit & Italiæ.

SER. QVAM tutâ possis vrbem componere terrâ.] Quàm tutâ possis vrbem componere terrâ.

ed by Google

Signa tibi dicam: tu condita mente teneto.
Cùm tibi sollicito secreti ad fluminis vndam,
Littoreis ingens inuenta sub illicibus sus,
Triginta capitum fœtus enixa iacebit
Alba, solo recubans, albi circùm vbera nati:
Is locus vrbis erit; requies ea certa laborum.
Nec tu mensarum morsus horresce futuros:
Fata viam inuenient; aderitq; vocatus Apollo,
Has autem terras, Italiq; hanc littoris oram,
Proxima quæ nostri perfunditur æquoris æstu,
Effuge. cuncta malis habitantur mœnia Graijs.
Hic & Naritij posuerunt mœnia Locri,
Et Salentinos obsedit milite campos
Lyctius Idomeneus; hîc illa ducis Melibœi
Parua Philoctetæ subnixa Petilia muro.
Quin, vbi transmissæ steterint trans æquora classes,
Et positis aris iam vota in littore solues;
Purpureo velare comas adopertus amictu:
Ne qua inter sanctos ignes in honore deorum,
Hostilis facies occurrat, & omina turbet.
Hunc socij morem sacrorum; hunc ipse teneto,
Hac casti maneant in relligione nepotes.
Ast vbi digressum Siculæ te admouerit oræ
Ventus, & angusti rarescent claustra Pelori:

Antè cuncta lustrabis, quàm possis vrbem tutâ terrâ componere. Tutâ *autem, propter Thraciæ & Cretæ discrimina.* SIGNA tibi dicam.] *Deest*, ergo. *Et notandum, quia non eo ordine, quo præmiserat, dicit. Antè enim dicit de ciuitate condendâ: secundò de tutâ nauigatione.* SECRETI ad fluminis vndam.] *Id est, Tiberini.* LITTOREIS.] *Littus dicitur, quicquid iuxta aquam est. vnde nunc ripam fluminis littus vocauit.* SVS.] *Naturaliter longa est; licèt in genitiuo corripiatur: vt bos, pes, res, spes. De hac autem sue, alij dicunt secundùm Vergilium, quòd in Italiâ inuenta sit: alij, quod secum eam more nauigantium Troiani portauerint; & oraculo cognouerint, ibi esse condendam ciuitatem, vbi sus illa post fugam fuisset inuenta. Dicitur ergo in Campaniam fugisse; & inuenta in Laurolauinio: à quâ Ascanius pòst Albæ nomen imposuit.* TRIGINTA capitum fœtus enixa.] *Prodigiale est hoc; quo significatur triginta annis regnaturus Ascanius* ALBI circum vbera nati.] *Varro dicit, etiam hoc signi fuisse: quòd, cùm etiam alterius coloris porci, in fœtu huius porcæ fuerint, alibi tantummodò circa vbera sint reperti.* IS locus vrbis erit.] *Id est, in ipsâ regione. nam & Lauinium, & Alba, longè à littore sunt,* REQVIES.] *Errorum scilicet, alioquin bello conflictatus est.* HORRESCE.] *Pro, horruerit.* VIAM.] *Id est, rationem. & non dicit, quam: quin etiam profutura est fames, vt.* Hæc erat illa fames; hæc nos suprema monebat. Exitijs positura modum. ADERITQVE vocatus Apollo.] *Nunc vocatus: quià, vt suprà diximus, expiatorium fecit sacrificium.* HAS autem terras.] Q*uasi ostenderit est. nec enim Calabria ab Epiro longo distat spatio.* NOSTRI æquoris.] *Epirotici, quo Calabriæ littus voluitur.* MALIS Graijs.] *Aut à personâ Aeneæ epitheton est: aut discretione hic malorum & bonorum. A multis sanè amphobolia putatur. potest enim aut catholicon esse epithethon Graijs; vel eis habitantibus Graijs qui mali sunt. vt est* III. *Georgic.* Illud sæpè malę legêre nouercæ. HIC & naricii posuerunt mœnia locri.] *Locrij socij Aiacis* Oilei *fuerunt, Epizephyrij &* Ozolei: *sed post tempestatem montis* Capharei, *Epizephyrij tenuerunt Brutios. & hos nunc dicit.* Ozolei *verò tenuerunt Pentapolim, vel Libyam. inde est:* Libycóve habitantes littore Locros. Q*uinetiam de* Ozoleis *legitur, quòd delati Thinneiam, vlteriùs accesserint, & ciuitatem condiderint; quæ nunc* Ozalis *dicitur. Naricij autem, à loco dicti sunt prouinciæ suæ:* Ozolei *verò, à putore paludis vicinæ. nam* ὄζω, *est puteo. Alij Naricios, Opuntios eosdem & Epicnemydas dicunt. namque priùs Narix,* Opuns *postea dicta: eadem autem & Epicnemidia vocatur. Est enim Cnemis promontorium, in quo Opuntij Locri positi sunt: à quibus originem trahunt, qui in Italiâ sunt; & appellantur Epizephyrei, quod Zephyrum promontorium vocatur à Græcis: in quo sunt conditi Locri, qui in Græciâ sunt. Hi verò, qui iuxta Delphos colunt, Ozolei nuncupantur: siue à fætore draconis, quem Apollo interemit: seu quòd vxores eorum, Veneris irâ, viris suis fuerint fœditate tetri odoris inuisæ. Qui autem Lybiam delati sunt, Nasamones appellantur, vt Cornelius Tacitus refert; oriundi à Narićijs: quod ibi inuenies, vbi ait,* Libycóve habitantes littore Locros. SALENTINOS obsedit milite campos.] *Salentinum promontorium Italiæ, est inter Calabriam & Brutios. Nam, vt ait Sallustius;* Omnis Italia coacta in angustias, funditur inter duo promontoria, Brutium & Salentinum. LYCTIVS Idomeneus.] *A Lycto, Cretæ ciuitate. Vnde propter supradictam pulsus est causam. Ad Italiam venisse, ac pòst dicitur in Asiam profectus decessisse: Alij, hunc regressum consedisse apud Apollinem Clarium tradunt.* DVCIS Melibœi Philoctetæ.] *A Melibœâ, ciuitate Thessaliæ, de qua fuit.* Melibœi *ergo dixit, pro Melibœensis.* SVBNIXA petilia muro.] *Ciuitas cincta muro modico: vt,* Crinemque madentem Subnixus rapto potitur. Petilia *dicta, vel* ἀπὸ τοῦ πέτεσθαι, *id est, volare: quòd captato augurio est condita. vel quòd post relictum Ilium, quò ducebatur à Græcis, eam petiuit ciuitatem. Petilia sanè numeri est singularis. Multi ita intelligunt: non Philoctetæ Petilia, sed Philoctetæ muro. nam ait Cato, à Philoctete conditâ iampridem ciuitate, murum tantùm factum. Alij* subnixam *ideò accipiunt, quia imposita est excelso muro; vt Cœlius historicus ait. Philoctetes autem fuit Pœantis filius, Herculis comes: quem Hercules, cùm ignem sibi in Oetâ monte componeret, petijt, ne alicui sui corporis reliquias indicaret. De quâ re eum iurare compulit; & ei pro munere dedit sagittas, Hydræ felle tinctas. Postea Troiano bello responsum est, sagittis Herculis opus esse ad Troiæ expugnationem. Inuentus itaque Philoctetes, cùm ab eo Hercules quæreretur, & negaret primò se scire vbi esset: tandem confessus est mortuum esse. Indè, cùm acriter ad indicandum sepulcrum eius cogeretur, & primò negaret, pede locum percussit, ne loqueretur: iurauerat, cùm nollet dicere. Postea pergens ad bellum cùm exerceretur, sagittæ vnius casu vulneratus est pedem, quo percusserat tumulum. Ergo cùm putorem insanabilis vulneris Græci ferre non possent, diu quidem eum, pro oraculi necessitate, sustinuerunt: ductum tandem apud Lemnum sublatis reliquerunt sagittis. Hic postea, horrore sui vulneris, ad patriam redire neglexit: sed sibi paruam Petiliam in Calabriæ partibus fecit. Alij eum adductum à Græcis ad Troiam, ad occidendum sagittis Paridem, dicunt: quia etiam Paridis mors inter fatalia dicitur fuisse Troiana.* IN littore.] *In Italiâ scilicet.* PVRPVREO velare comas.] *Subaudi, cura, aut memento: aut certè, quod est melius,* velare *imperatiuus sit; non infinitiuus.* IN honore.] *In sacrificio.* HOSTILIS facies occurrat.] Q*uidam Vlyssen dicunt: alij Diomeden.* ET omina turbet.] *Sacrificij ordinem rumpat; quod est piaculum. Significat*

A gnificat autem, vt dictum est, Diomedem: qui cùm multis casibus adfligeretur, Palladium, quod apud ipsum erat, Troianis oraculo iussus est reddere. quòd cùm vellet implere; Aeneam inuenit sacrificantem: qui, vt suprà diximus, sacrificij ordinem non rupit; & Palladium Nautes accepit; Vnde Nautiorum familia Mineruæ sacra seruabat. Sanè sciendum, sacrificantes, Dijs omnibus capita velare consuetos, ob hoc, ne se inter religionem aliquid vagis offerret obtutibus: excepto tantùm Saturno, ne numinis imitatio esse videretur: quia Saturno velato capite incenditur. Et Herculi in templo suo, quia & ipse capite operto est: vel quia hæ aræ, ante aduentum Aeneæ, â Iunone vel Euandro consecratæ sunt. Sanè quidam dicunt, absurdè, ab Heleno Diomeden suppressum. sed intelligendum est de industriá factum, ne terror iniiceretur Aeneæ. HAC CASTI.] Pij, vt, Nulli fas casto sceleratum insistere limen. IN RELLIGIONE.] In obseruatione perpetuâ. NEPOTES.] Appellando nepotes, gradus futuræ cognationis ostendit. AST VBI.] Pro, postquam. Et est temporis aduerbium. DIGRESSVM.] A littore Calabriæ. ANGVSTI RARESCENT clau. pel.]
B Quia à continenti, id est, à columnâ vsque ad Pharon, tribus millibus distat. rarescent autem ideò: quia venientibus de Ionio ad Calabriam, propter curuaturam littorum, clausæ videntur angustiæ; quæ paulatim propinquantibus aperiri videntur. PELORI.] Promontorium Siciliæ est, secundùm Sallustium; dictum à gubernatore Hannibalis illic sepulto: qui fuerat occisus per regis ignorantiam, cùm se eius dolo, propter angustias freti, crederet esse deceptum, veniens de Petilia. quanquam legerimus, etiam antè Pelorum dictum.

POM. Sabi. CVM TIBI.] Hic monitus ab Heleno, quatenus inuenit suem. quod & nocturnâ quiete à Tibride flumine accepit. FLVMINIS.] id est, Tibridis. IS LOCVS VRBIS.] id est, tunc condes vrbem Lauinium. is locus, intelligit de Latio. APOLLO VOCATVS.] qui nunc vocatur à me, fauerit tibi. LITTORA proxima nostri æquoris.] effuge littora Salentina, & Calabriæ, quæ nunc occupant Græci; & maximè quòd Idomeneus, exul patriâ, ad Salentinas peruenit. Varro rerum Humanarum libro tertio, sic ait: Salentinæ gentis nomen tribus è locis fertur coaluisse, è Cretâ, Illyrico, I-
C taliâ. Idomeneus è Creta oppido pulsus per seditionem, cum grandi copiâ ad Dimnum regem Illyricorum venit: ab eo item acceptâ manu, cum Locrensibus plerisque profugis in mari coniunctus, amicitiâque per similem causam sociatis, Locros appulit. Salentini, quòd in salo amicitiam fecerint Idomeneus & Locrenses. NARITII LOCRI.] Locri regio, vnde incipit Italiæ frons: magna Græcia appellata, in eâ habitauêre Epizephyrij & Ozelei, qui militauêre sub Aiace. Et cùm Locrenses essent, rex Locrorum erat Aiax. Locros appellare, ideò Italiam nauigare, qui morte Aiacis Oilei pellebantur. Naritum, oppidum Locrorum, Græciæ vetustissimum fuit: vnde Naritij, & pix Naritia. In Narito fuit genitus Aiax Oilei. Partem hanc Italiæ ante aduentum Græcorum habitauêre Chonæ, & Oenotrij, Lucanij. LYCTIVS.] Lyctus ciuitas Cretæ: vnde Lyctius Idomeneus. MELIBOEI.] Melibœum oppidum Thessaliæ, Patria Philoctetæ, filij Pæantis. hinc profugus, vt meminit Strabo, in Locris Peteliam condidit: quæ postea fuit Lucanorum metropolis. in eâ diu seruata Herculis sagittæ, quæ ostendebantur templo Apollinis. VBI TRANSMISSÆ.] id est, vbi transieritis Peteliam. ADOPERTVS.] amictu iam adopertus, memor esto velare comas purpureo amictu. vnde ab ipso Aeneâ institutum, vt sacrificantes velarent caput. Apud Romanos cùm velato capite sacrificabatur, Aeneium vocabatur sacrificium. sic meminit Pompeius. HVNC.] teneant. NEPOTES MANEANT.] quia velati capite non turbabuntur aliquâ lasciuiâ. PELORI.] Pelorus Siciliæ promontorium est, versus Italiam; nominatum à Peloro, gubernatore Annibalis. Sallustius ait: Cæsus fuit ab Hannibale per ignorantiam, cùm se eius dolo deceptum crederet. Pomponius sic ait: Hannibal fugiens ex Africâ, cùm ad has angustias deueniret sæuientis pelagi, & proditum se putâsset, Pelorum gubernatorem nauis occîdit, & ibi tumulauit.

ET omnia turbet.] Omnino, Omina, ex antiquis libris, legendum est. VAR. Lect.

INFERNIQVE lacus, Ææque insula Circes, Quam tutâ possis vrbem componere terrâ.] Tunc, inquit, poteris tutâ terrâ condere ciuitatem. Per hyperbaton fecit quandam obscuritatem. aperitur tamen; si, quod longè separatum est, ordinatione verborum procuratâ iungatur. Antè, inquit, tibi multa transeunda sunt, quàm tibi contingat ad Italiam peruenire. & dixit, quæ sint ipsa multa; & hæc specialiter posuit, quà dicit primò transeunda. Propter manifestiorem autem instructionem, ait: SIGNA tibi dicam; tu condita mente teneto.] Commendat quod fuerat dicturus: vt ostenderet, & magnum esse, & verum. Quod dicturus sum, tene sensibus conditum; nec pro leui habitum, reiicias ex animo tuo. CVM tibi sollicito secreti ad fluminis vndam Littoreis ingens inuenta sub ilicibus sus Triginta capitum fœtus enixa iacebit, Alba, solo recubans, albi circùm vbera nati, Is locus vrbis erit; requies ea certa laborum.] Quid tamen apertius, quàm ignorantem tot signis instruere? dixit enim locum: loci signa de flumine ac de arboribus dedit: nec quemlibet locum; sed secretum. Dixit tempus: Cùm nimia, inquit, sollicitudine fueris pressus. Dixit iam signum ipsum: Porcam, inquit, inuenies. Ipsi quoque porcæ applicauit indicia; ne alteram fortè, alio tempore atque alio loco reperiens, falleretur. Dedit signum de corpore; ingentem significans: vt eam crederent triginta fœtus exponere potuisse. Dedit de colore; quòd alba. Dedit de fœtu eius; numerum firmans triginta capitum. Ipsorum quoque colorem consimilem spondens; ipsam vt roboream, quietam & iacentem. Hæc ergo vbi, inquit, videris, illic habebis sedem, illic laborum requiem. Supra fidem rerum est, posse porcam parere fœtus triginta, consimiles omnes, materno colore respondentes. si tamen consideretur monstri ratio; potest fieri. Nam factum est sæpè, vt præter naturam multa proferantur, quæ aliquod bonum vel malum demonstrarent: vt ignis ex capite Ascanij mitis & innoxius; vt in casu Polydori, sanguis ex lignis; vt sudor ex deorum simulacris; vt vox humana ex pecudibus: & multa alia, quæ exstitisse commemorantur. Et quia sciebat, Aeneam famis imminentis formidine vehementer affligi, atque huius rei causâ vel maximè consulere voluisse: NEC tu, inquit, mensarum morsus horresce futuros.] Non prædixit Helenus futuros morsus mensarum: sed ab Harpyiâ prædictos firmauit. quum enim non metuendos dicit. Aeneas enim, consulens Helenum super eadem re, ait: Cùm multa responsa acciperemus, nihil nobis de fame, nihil de mensarum sacrilegio dictum est: Celæno tantummodò hæc futura prædixit. Nosse cupio, an illi debeat credi. respondit Helenus: Harpyiæ quidem dicta compendiosè confirmans; sed extenuans metum. cùm enim dicit: FATA viam inuenient.] vult intelligi, verè futuros mensarum morsus: sed ne formidet sacrilegium. tenebunt enim fata ordinem suum. ADERITQVE vocatus Apollo.] Ostendit quidem futuram; sed non diram: famem obsistentibus fatis, & vel maximè Apolline. HAS autem terras.] Re-

dit ad ea, à quibus suprà recesserat. & ne in obliuionem venis ret vnde recessisset, fieretque lector incertus, repetit nomen loci, dicendo: Has terras. ITALIQ'VE hanc littoris oram.] *Aperit iam, quæ esset ipsa ora.* PROXIMA quæ nostri perfunditur æquoris æstu, Effuge.] *Dicit caus sam fugiendi.*

DON. CVNCTA malis habitantur mœnia Graijs.] *Si non diceret* malis, *hoc ipsum quod posuit.* Graijs, *ostenderet (vt fecit) per ipsos non esse transeundum, quo esse constabat veteres inimicos. Sed addidit* Malis: *quia sinè deformatione personæ hostilis loqui nõ potuit, ipse vel maximè, qui aliquando apud illos captiuus fuit. Dedit autem augmentũ terrori, ne Aeneas contemneret, illâ fiduciâ, quâ multas vrbes Græcas tutus incolumisq; transierat: enumerans, quæ vel quanta in loca. dicens & commanentes; vt eò magis ab hac nauigatione Aeneam auerteret.* HIC & Naritij posuerũt mœnia Locri, Et Salentinos obsedit milite campos Lyctius Idomeneus: hîc illa ducis Melibœi Parua Philoctetæ subnixa Petilia muro.] *Transit ad alia.* QVIN, vbi trãsmissæ steterint trans æquora classes, Et positis aris iam vota in littore solues, Purpureo velare comas adopertus amictu, Ne qua inter sanctos ignes, in honore deorum, Hostilis facies occurrat, & omina turbet. Hunc socij morem sacrorum, hunc ipse teneto: Hac casti maneant in relligione nepotes.] *Benignus interpres, vtpote ciuis & affinis, dicit futura, & obseruanda pronunciat. quod etiam illo studio facere intelligitur, ne ex orta offensâ in deos aliquid mutetur, quod deorum fidem vexet, quæ ipsa ventura firmabat.* AST vbi digressum Siculæ te admouerit oræ ventus, & angusti rarescent claustra Pelori.] *Et signum littoris dedit, & Pelori: & docere incipit, quia sit necessariò faciendum.* A

Læua tibi tellus, & longo læua petantur
Æquora circuitu: dextrum fuge littus & vndas.
Hæc loca, vi quondam, & vastâ conuulsa ruinâ,
(Tantum æui longinqua valet mutare vetustas.)
Dissiluisse ferunt. cùm protinus vtraq; tellus
Vna foret: venit medio vi Pontus, & vndis
Hesperium Siculo latus abscidit, aruaq; & vrbes
Littore diductas angusto interluit æstu.
Dextrum Scylla latus; lęuũ implacata Charybdis
Obsidet: atq; imo barathri ter gurgite vastos
Sorbet in abruptum fluctus; rursusq. sub auras
Erigit alternos, & sidera verberat vndâ.
At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris
Ora exsertantem, & naueis in saxa trahentem.
Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo
Pubetenus; postrema, immani corpore pistrix,
Delphinum caudas vtero commissa luporum.
Præstat Trinacrij metas lustrare Pachini
Cessantem, longos & circumflectere cursus:
Quàm semel informem vasto vidisse sub antro
Scyllam, & cæruleis canibus resonantia saxa.
Præterea, si qua est Heleno prudentia, vati
Si qua fides, animum si veris implet Apollo:

SER. LÆVA tibi tellus.] *Venientis personâ respexit. Nam de Ionio nauigantes, si fretum petant, dextrum teneant littus necesse est: sin aliàs, sinistrum.* ÆQVORA circuitu.] *Totam enim penè transiturus est Siciliam.* HÆC loca.] *Vt etiam Sallustius dicit: Italiæ Siciliam coniunctam constat fuisse: sed medium spatium, aut per humilitatem obrutum est; aut per angustiam scissum. Vt autem tam curuum sit, facit natura mollioris. Italiæ: in quam asperitas & altitudo Siciliæ æstum relidit.* VI.] *violentiâ, vt:* Vis ingẽs pelagi, semperque laborant Æquora, ne rupti repetãt confinia mõtes. QVONDAM.] *Tria tenet tempora: sicut* olim: *Præsentis; vt,* Quondam etiam victis redit in præcordia virtus: *præteritum; Vt,* quondam Cretæ fertur Labyrinthus in altæ: *futurum;* Nec Romula quondam Vllo se tantum tellus iactbit alumno. TANTVM æui lon. v. m. vet.] *Parenthesis. Nam ordo est: Hæc loca vi quondam dissiluisse ferunt.* ÆVI.] *Aeuum pro tempore posuit: vt* Æuoq; sequenti. *Alibi pro annis: vt,* Vos ô quibus integer æui Sanguis ait. DISSILVISSE ferunt.] *Hinc apparet bene dictum,* Vnctos saluère per vtres. *Nam vt* dissilui, *sic* salui. *facit. Cicero in Miloniana:* Cùm hic de rhedâ, reiectâ penulâ dissiluisset. *Est enim positio; Salio, salis, salui. Item in compositione, Dissilio, dissilui.* CVM protinus.] *Continuè. & modò aduerbiũ loci est: Alibi temporis, vt,* Protinus aërias Phęacum ascendimus arces. FORET.] *Ab infinitiuo est: sed modò præteritum significat.* VENIT medio.] *In medium: vt,* It clamor cœlo. HESPERIVM siculo latus abscidit.] *Hypallage est. Nam minora à maioribus segregantur. sed contrà dixit.* ABSCIDIT.] *Propter metrum, sci corripit, per poëticum morem.* INTERLVIT.] *Interlabitur, pontus scilicet.* ÆSTV.] *Aestum poëta maris, angustijs arctati, ideò appellant; quòd ibi commotione reciproci cursus mare videatur æstuare.* DEXTRVM Scylla latus; læuum implacata Charybdis.] *De Ionio venientibus. Scylla enim in Italiâ est; Charybdis in Siciliâ. Scylla autem ipsa Phorci & Cretheidis nymphæ filia fuit. Hanc amabat Glaucus, quem Circe diligebat, is quoniam pronior in Scyllam* B *fuerat, irata Circe, fontem, in quo illa consueuerat se abluere, corrupit venenis: in quem illa cùm descendisset, pube tenus in varias mutata est formas. Horrens itaque suam deformitatem, se præcipitauit in maria. Alij, à Glauco, cùm sperneretur à Scyllâ rogatam Circen, & iam ita, vt legatur, mutatam dicunt. Alij, à Neptuno amatam, cùm illa Glaucum amaret, riualitatis dolore in hoc monstrum mutatam. Homerus hanc dicit immortale monstrum fuisse. Sallustius saxum esse dicit, simile formæ celebratæ procul visentibus. Canes verò & lupi ob hoc ex eâ nati esse finguntur: quia ipsa loca plena sunt monstris marinis; & saxorum asperitas illic imitatur latratus canum. Sanè alia Scylla fuit, de quâ in Bucolicis plenius dictum est.* C *Legimus etiam,* Nunc nemora ingenti vento, nunc littora plangunt. *Si ergo* plangunt *dicimus: &* latrant *non incongruè posuit.* Charybdis *autem, in Siciliæ parte posita, fœmina fuit voracissima; ex Neptuno & Terrâ genita: quæ quia boues Herculis rapuit, fulminata à Ioue est, & in mare præcipitata. Vnde naturam pristinam seruat. Nam sorbet vniuersa, quæ prehendit: & secundùm Sallustium, ea circa Tauromenitanum egerit litus. De hac Cicero in Philippicis ait,* Charybdis, quæ si fuit, animal fuit vnum. OBSIDET.] *Ad transeuntium insidias.* BARATHRI.] *Barathrum, est immensæ altitudinis nomen. Vnde sequitur,* Sorbet in abruptum. *quod græcè βάραθρον dicitur: quia sit graue aspectu, quia βαρὺ τὸ ἀθρῆμ.* TER gurgite vasto.] *Aut ter pro sæpè posuit, finitum pro infinitiuo: aut ter vno die.* ALTERNOS.] *Singulos, non omnes simul. vt 11. Aen.* Vix hostem alterni si congrediamur babemus. *Aut* alternos, *vicissim: quia accipit, vt vomat, rursus vomit, vt accipiat.* COHIBET spelunca.] *Hypallage in sensu: nã ipsa se tenet intra speluncã, secundùm fabulam.* TRAHENTEM.] *Sallust.* Quòd forte illata naufragia sorbens, gurgitibus occultis, millia sexaginta Tauromenitana ad littora trahit. *Ergo & sorbet, & tra-*

Digitized by Google

A & trahit, & detrahit, Sallustio. PRIMA.] *Nominatiuus est pluralis, à neutro. & est Græca figura, τὰ πρῶτα ἄνθρωπος.* PVBE tenus.] Tenus *præpositio ablatiua quidem est, sed figuratè etiam genitiuo cohæret: vt,* Et crurum tenus à mento palearia pendent. *Sanè gaudet postpositione.* PISTRIX.] *Si nauem intelligas; hæc Pristis, huius pristis, facit: si de beluâ; hic Pistrix huius pistricis.* COMMISSA luporum.] *Coniuncta & coagmentata: ipsa scilicet, vt,* Portamq; ducis imperio commissa recludunt. *Et figuratè locutus est: vt,* Oculos suffusa. *Est autem hæc elocutio,* Postrema, *id est,* τὰ ἔσχατα. *Commissa erat luporum vtero caudas delphinum: id est commissas habebat caudas vtero. Et quidam volunt,* commissa dici, *quæ diu exesa iunguntur.* PRÆSTAT.] *Melius est.* CESSANTEM.] *Morantè. quod sequentia indicant:* Longos & circunflectere cursus. *Terentius:* Si abis vspiam, aut vbi si cesses. *Sed alibi;* Quid illîc natus cessat cum Syrâ? INFORMEM.] *Hic, quæ confusæ sit formæ. Alibi,* deformem: *vt* Nec sum adeò informis. *Alibi Monstrum: vt,* Monstrum informe ingens; *quod humanam excedat formam.* CÆRVLEIS canibus.] *Variauit, nunc canes dicendo; cùm supra dixerit lupos.*
B PRÆTEREA.] *Hinc ostenditur, cuncta scire Helenum; & iam infensam Iunonem: sed prohiberi dicere, vt diximus suprà.* HELENO prudentia.] *In homine, prudentia est: in vatibus, fides.* SI veris implet Apollo.] *Id est si veris implet oraculis. vt Lucianus,* Atque hominem toto sibi cedere iussit pectore.

IOM. Sab. CONVVLSA ruina.] *Sicilia olim iuncta Italiæ, postea ruinâ & tempestate disparata. Silius huius diuisionis meminit & Valerius Flaccus sic:* Neq; enim rex Aeolus illic Rector erat, Lybiam cùm rumperet, aduenit Calpem, Oceanus cùm flens Siculos Oenotria fines Perderet, & medijs intrarent montibus vndæ. DIDVCTAS.] *separatas.* INTERLVIT.] *currit.*] DEXTRVM.] *versùs Italiam.* CHARYBDIS.] *Charybdis fœmina voracissima fuit, quæ boues Herculis fertur rapuisse: ideò dicitur à Ioue fulminata, & in maria præcipitata, & in tale monstrum conuersa, omnia deuorans & absorbens. Scylla, versùs Italiam; Charybdis, versùs Siciliã est.* SORBET.] *Charybdis.* ALTERNOS.] *fluctus. Circe in duodecimo Homeri: Exsuperat, in quam nemo mortalium ascendit vnquam, in medio scopulo spelunca, erebi instar. habitat illic*
C *Scylla, monstrum immane, cui præter deum occurreret nemo: aspectu triste, duodecim habet pedes, colla prælonga sex, totidem capita, dentes triplici serie pectinatos, capita exserens, beluas ingentes piscatur. Alter ab hoc spatio ad duos iactus sagittarum scopulus, in quo magna caprificus, densis frondibus virens: sub quâ tremenda Charybdis ter nigrantem vndã, & absorbet, & eructat. Cùm attrahit aquam, caueto: nam ipse quidem Neptunus te liberare non posset. Ad Scyllam impelle nauim: sex ex tuis tantùm deuorabit: quos perdere satius est, quàm omnes. Scylla, filia Phorci & Cratheidis nymphæ. ex eâ nati canes & lupi finguntur, propter monstra marina, quæ illic stabulantur. nam speluncam habitare dicitur. scopuli aquis illisi, latratus canum imitantur: ea enim sex habere pubetenus canes latrantes fingitur.* PVBETENVS.] *inguinibus.* PISTRIS.] *Pistris per s, non per x. & est belua, id est, monstrum: vt Pedo in nauigatione Germanici per Oceanum ait:* Qui sæuus vndiq; Pistres, Æquoreosque canes. *Postrema pars Scyllæ erat pistris: commissa vtero luporum, habebat caudam delphini.* PACHINI.] *promontorij versùs Græciam.* PRVDENTIA.] *vt Heleno.* FIDES.] *vt vaticinanti.*

VAR. Lect. LÆVA tibi tellus.] *Nullo pacto placet, quod in antiquis libris legitur,* Læta tibi tellus. LÆVVM implicata Charybdis.] *In vetustis aliquot exemplaribus,* Impacata, *legitur.* SORBET in abruptum fluctus.] *In libris aliquot antiquis.* In abraptu. RVRSVSQVE sub auras Erigit alternos.] *Fuêre ætate nostrâ non illiterati viri, qui* Egerit, *hoc est, Eructat, legendum autumnarent.*

Iam Tarentinas delicias quis non nouit? quando & primo Legum apud Platonem, Megillus ciuitatis vniuersæ violentiam in Bacchanalibus se vidisse, non inficiatur. Turion, siue Sybarin, eo tractatu sinui Tarentino adiacere, ex Ptolemæo scimus omnes. Horum verò incomparabilem molliciem quis non legit? Sybaritica certè vocant Græci, omnia impendij maioris. Parthicam Sybarim, in Crasso, dixit Plutarchus: & ab eo mutuatus Appianus, apparatum spectaculi lasciuum, prurientemq; inter pellicum seriem numerosam, & id genus alia complura. Sybariticam mensam Zenobius glisceram intelligit, &, vt Plautus inquit, ritu barbarico opiparam. Scribit in Moralibus Plutarchus: Illud fuisse veteris apud Sybaritas moris, vt conuiuia celebraturi, anno priùs per vocatores fœminas inuitarent; quo luxuriosiùs gemmis, auro, vnguentis, vestibus exquisiti, impendij culta, omnium in se ora conuerterent. Artes porrò, ait Athenæus, quæ sono constant, ab ciuitate rejciunt, ne quã ratione interpelletur quies: quin gallos quoque in vrbe connutriri recusabant. Habuêre delicijs & staturæ exiguæ homunculos, & scopæos quoque, vt inquit Timon; qui ab quibusdam stilpones vocantur: ac cynaria Melitea, id est, catellos Melitenses, qui eos vel in gymnasia consectarentur. Iuniores, æstiuos transmittunt ardores, per delicias maximas, apud Nympharũ antra; quas dicũt Lusiadas. Prædiuites, si quando rusticationis subeunt desideria, curru quidẽ vehũtur; sed ita, vt diuturnum iter tribus vix diebus conficiant. Amidas excogitarunt primi, id est, matulas; quas etiamnũ conuiuijs intulisse gaudent. Hæc est Italicarum apud Platonem mensarum ratio. Quæ eò procliuiùs adnotauimus: quòd lamias audimus quasdam Plautinã (quod aiunt) familiã, ad detrahendum modò sciolã, de Plat. decreto, vt ipsi garriunt, nos vellicare; vt molliculos & gulones, ac pelusiotas nescio quos, & luteos, animalesq; nil suspectantes prorsum; sed Saturnalia in infinitum extendentes. Sed & Maronis auctoritas nostram approbat opinionem: sic enim Aeneid. III. legimus, Heleno loquente, qui tùm in Epiro constitutus proximam habebat Apuliam & Calabriam. sic verò Aeneam commonet: CAEL. Rhod.

Has autem terras, Italiq; hanc littoris oram,
Proxima quæ nostri perfunditur æquoris æstu,
Effuge: cuncta malis habitantur mœnia Graijs.

Ita profectò est, quotusquisq; reperitur, quem titillatio corporis non irretitum ducat? quem voluptas, vt de alijs nunc censura non peragatur, adobrutum præfocatumq; non comprimat? quàmvis eam esse pecoris bonum, à grauissimis traditum auctoribus sit. Ita inquam est: homo Scylla est, de quâ Vates celeberrimus ita cecinit:

Prima, hominis facies, & pulchro pectore virgo,
Pubetenus: postrema, immani corpore pristis,
Delphinum caudas vtero commissa luporum.

Prima hominis pars, rationalis anima: huic committitur inutilis caro & fluida, & receptandis tantùm cibis habilis, vt ait Posidonius. Virtus illa diuina in lubricum desinit; & superioribus partibus venerandis atque cœlestibus, animal iners & marcidum attexitur: quodque horribilius est, captiuam ducit rationem. Plurimis corpus voluptati est, anima oneri: quanquam illud natura, vt quandam vestem ac velamentum, circundedisset animo.

LÆVA, *inquit,* tibi tellus, & longo læua petantur Æquora circuitu, dextrum fuge littus & vndas.] *Dicit nunc causas, propter quas dextera fugienda viderentur; & læua retinenda. Inducitque primitùs descriptionem loci: vt ostendat, quã ratione factum sit, vt, quod vnum fuerat mare, diuisũ in duas partes, haberet læua, haberet & dextera.* HÆC loca vi quondam, & vasta conuulsa ruina (Tantum æui longinqua valet mutare vetustas) Dissiluisse ferunt, cùm protinus vtraque tellus Vna foret: venit medio vi pontus, & vndis Hesperium Siculo latus abscidit,

Digitized by Google

abſcidit, aruaque & vrbes Littore diductas anguſto interluit æſtu.] *Deſcriptionem partis huius poëta cum omni cautelâ proſequitur. Dixit enim eſſe opiniones veterum, vnam fuiſſe Italiæ atque Siciliæ terram. confirmat, interueniente violentiâ pelagi, anguſto licèt freto, eſſe diuiſam: vt inter Italiam & Siciliam eſſet medium mare. Et quia hoc Vergilius noluit eſſe fabuloſum, addidit argumentum: vt quod incerto autore ferebatur, vel verum, vel veriſimile fieret. ait enim:* Tantum æui longinqua valet mutare vetuſtas. *multorum enim locorum ſitus, & facies longorum temporum, vetuſtate mutantur: & recedente naturâ, in alias formas repentè vertuntur. Dixitq; cauſam pelagi; & terræ, naturalem ſpeciem, vnam antea, poſteriùs diuiſit in duas partes. Incipit dicere, cur magis tenenda ſit læua; cur dextra fugienda. Sed hic aduertendum eſt, tendentibus ad Italiam, dici læuum latus, & dextrum. Cæterùm redeuntibus ſiniſtrum fit, quod fuerat dextrum. hoc ita eſſe, probatur ex eo: quia primò multa vitia incipit referre lateris dextri; ſiniſtri etiam: ſed factâ comparatione, vult referre, quod latus videatur eſſe deterius.* DEXTRVM, *ait,* Scylla latus, leuum implicata Charybdis Obſidet.] Latus, & Obſidet, *bis accipiendum eſt, hoc modo: Dextrum Scylla latus obſidet: læuum latus Charybdis obſidet. Scyllam primò poſuit; deinde Charybdim. Verùm, ne hiantem faceret dictionem, non rediit ad Scyllam, vt ipſam primò deſcriberet: ſed ſecutus eſt Charybdis demonſtrationē. & ſic rediit ad Scyllã. Vitium ergo Charybdis fuit tale.*

DON. ATQVE imo barathri ter gurgite vaſtos Sorbet in abruptum fluctus, rurſusq; ſub auras Erigit Alternos, & ſidera verberat vndâ.] *Vtrunq; pernitioſum nauigantibus: aut cùm ſorbet & nauigium vorat; aut cùm ructat & excutit in altitudinem, rurſus de ſummo in ima præcipitans. Dextri quoq; lateris quæ metuenda ſint, monſtrat.* AT Scyllam cæcis cohibet ſpelunca latebris Ora exſertantem, & naues in ſaxa trahentem.] *Huic, poëtarum more, formam monſtri aliquam aſſignat: aſſerens, eam ſuperiori corporis parte, humanâ ſpecie demonſtrari, pubetenus, hoc eſt, ad inguina: pro pedibus autem habere ſæuorum animalium genus, luporum feritate armatum. Elegit animalis naturam, quæ ſemper habet famem, vt ſatiari non nôrit. Hoc ergo emiſſum longiùs, aſſeruit nauigia trahere in ſaxa, ibiq; diſperdere; ſi quidem poëta poſuit. Cæterùm reuerà locus eſt in mari, ſaxa habens latentia; cuius natura ſic ſe habet: vt de longinquis partibus nauigia trahat; tracta retineat aſperitate ſaxorum; & retenta comminuat.* PRÆSTAT Trinacrij metas, luſtrâre Pachyni Ceſſantem, longos & & circumflectere curſus: Quàm ſemel informem vaſto vidiſſe ſub antro Scyllam, & cæruleis canibus reſonantia ſaxa.] *Propoſitis vtriuſque lateris malis, & comparatis, iudicat, melius eſſe ire, qua Charybdis eſſet: quoniam læuius malum altero fuit; & laborem ſubire longioris curſus, quàm compendio nauigare per Scyllam, & videre eam ſemel: Non ſic poſuit* Semel, *quaſi videri iterum poſſit alio tempore: ſed vt pleniùs exprimeret, quid eſſet in eâ periculi. Quam nullus, inquit, iterum videre poteſt: viſa enim effugi non valet; quæ ſic vnumquemque rapit, vt occidat.* PRÆTEREA (ſi quæ eſt Heleno prudentia, vati Si qua fides, animũ ſi veris implet Apollo) Vnum illud tibi, nate deâ, proque omnibus vnum Prædicam, & repetens iterumque iterumque monebo.] *Dicturus rem magnam, & Aeneæ saluti vel maximè neceſſariam; eam primò commendat altis ſenſibus tenaciter retinendam. Si igitur ſentis, inquit, aliquid me habere prudentiæ. hoc ad eum pertinet, qui nondum numinis alicuius potentiâ teneatur.* VATI ſi qua fides.] *Ecce venit ad perſonam vatis. ſi habetur, ait, illa vatibus fides.* Animum ſi veris implet apollo, *aut Apollo vera inſinuat conſulentibus dicenda.*

A

B

Vnum illud tibi, nate deâ, præq; omnibus vnum
Prædicam, & repetens iterumq; iterumq; monebo.
Iunonis magnæ primùm prece numen adora:
Iunoni cane vota libens, dominamque potentem
Supplicibus ſupera votis: ſic deniq; victor
Trinacriâ fines Italos mittêre relictâ.
Huc vbi delatus Cumarum acceſſeris vrbem,
Diuinosque lacus, & Auerna ſonantia ſyluis,
Inſanam vatem aſpicies; quæ rupe ſub imâ,
Fata canit, folijsque notas & nomina mandat.
Quæcunque in folijs deſcripſit carmina virgo,
Digerit in numerum, atque antro ſecluſa relinquit.
Illa manent immota locis, neq; ab ordine cedunt.
Verùm eadem verſo tenuis cum cardine ventus
Impulit, & teneras turbauit ianua frondes;
Nunquam deinde cauo volitantia prendere ſaxo,
Nec reuocare ſitus aut iungere carmina curat:
Inconſulti abeunt, ſedemque odêre Sibyllæ.
Hîc tibi, ne qua moræ fuerint diſpendia tanti,
Quàmvis increpitent ſocij, & vi curſus in altum
Vela vocet, poſſisque ſinus implere ſecundos:
Quin adeas vatem, precibusque oracula poſcas:
Ipſa canat, vocemq; volens atq; ora reſoluat.
Illa tibi Italiæ populos, venturaque bella,
Et quo quemq; modo fugiasq; ferasq; laborem,
Expediet, curſusq; dabit veneratà ſecundos.

SER. IVNONIS magnæ.] *Id eſt, ſupernæ. nam legimus in* VI. Iunoni infernæ. dictus ſacer. PRECE numen adora, Iunoni cane vota libens.] *His enim Iuno præcipuè delectatur: id eſt, hymnis & prece.* Cane *autem, de hiſtoriâ eſt: nam & bello Punico matrimi & patrimi cantauerunt Iunoni. & bene tria poſuit, quæ ad religionem pertinent: prece, votis, donis.* DOMINAM.] *Hic abuſiuè dominam Iunonem appellauit: cùm proprium hoc nomen Matris deûm ſit.* VICTOR.] *Propoſiti tui effector. vt,* Illi victor ego, & Tyrio conſpectus in auro. CVMARVM vrbem.] *Eubœa inſula eſt: de cuius ciuitate Calchide, profecti ſunt ad nouas ſedes quærendas: & haud longè à Baijs (qui locus à ſocio Vlyſsis Baio, illic ſepulto, nomen accepit) inuenerunt vacuum littus: vbi viſâ muliere grauidâ, ciuitatem condiderunt; quæ res fœcundam oſtendebat fore rempub. & eam cumas vocauerunt: ſiue ab ἐγκύῳ, id eſt, prægnante; ſiue ἀπὸ τῶν κυμάτων, id eſt, ab vndis. Nam κύματα vndæ dicuntur. υ autem Latini in u vertunt: vt Byrria, Burria. Cumarum autem vrbem: ſicut Buthroti arcem, fontem Timaui.* DIVINOSQVE lacus.] *Conſecratos, Auernum & lucrinũ. Auernus autem, in plurali numero hac Auerna facit: vt Tartarus Tartara. vnde &,* Auerna ſonantia ſyluis. *Sanè hic lacus antè ſyluarum denſitate ſic ambiebatur, vt exhalans indè per anguſtias aquæ ſulpureæ odor grauiſsimus, ſuperuolantes àues necaret. Vnde & Auernus dictus eſt, quaſi ἄορνος. quam rem Auguſtus Cæſar intelligens, deiectis ſyluis, ex peſtilentibus amœna reddidit loca.* INSANAM vatem.] *Alij* Magnam *dicunt. quia duo genera vaticinãdi ſunt: aut ſimplex, vt Heleni; aut per furorem, vt Sibyllæ.* Quia *vates, à vi mentis appellatos, Varro auctor eſt. ſed meliùs deo plenam, & vaticinatricem intelligimus: A Græcorum tractum etymologiâ qui μάντεις, ἀπὸ τῆς μανίας, appellauerunt. Nam ſuprà ſenſus humanos intelligentia, furor & inſania dicitur; teſte Cicerone de Diuinatione:* Huic præſtantiſſimæ rei nomen, noſtri à Diuis; Græci, vt Plato interpretatur, à furore duxerunt: prorſus furoris diuinationem Sibyllinis maximè verſibus contineri arbitrati. *Vnde adhuc, qui inſpirati ſolent, fatuari dicuntur. Vergilius:* Magnam cui mentem animúmque Delius inſpirat

C

Digitized by Google

A inſpirat vates. SVB imâ.] In imâ: vt, Namque ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo. &, Exercet ſub ſole labor. FATA canit, folijsq; notas & nomina mandat.] Tribus modis ait futura prædicta: aut voce, aut ſcripturâ, aut ſignis, id eſt, quibuſdam notis; vt in obeliſcis Romæ videmus: vel, vt alij dicunt, notis litterarum: vt per vnam litteram ſignificet aliquid. In folijs autem palmarum Sibyllã ſcribere ſolere, teſtatur Varro. FOLIIS.] Palmæ. NOTAS.] Litteras. NOMINA.] Verba. CARMINA virgo.] Quia eius reſponſa verſibus ſcribebantur. Virgo verò, Phemonoë dicta eſt. nam Sibylla appellatiuum eſt nomen omnium vaticinantium: adeò vt Varro, quot Sibillæ fuerint, ſcripſerit. Sibylla autem dicitur omnis puella, cuius pectus numen recipit. nam Aeoli σιους dicunt deos: βουλὴ autem eſt ſententia. ergo ſibyllas, quaſi σιοβουλὰς, dixerunt. Indè eſt, Magnam cui mentem animumque Delius inſpirat vates. Sanè ſciendum, omnia reſponſa Sibyllæ, plùs minùſve centum contineri ſermonibus. vnde Virgilius ait, Quò lati ducunt aditus centum, oſtia centum: Vnde ruunt totidem voces reſponſa Sibyllæ. DIGERIT.] Ordinat, diſponit. In numerum.] In ordinem, vt continuatio carminum fiat.

B vnde eſt; Numeros memini, ſi verba tenerẽ. SECLVSA.] Pro, incluſa: præpoſitio pro præpoſitione. CARDINE verſo.] Apertâ ianuâ, per periphraſim. TVRBAVIT ianua frondes.] Non ianua, ſed ventus, qui per ianuam ingreditur. SITVS.] Poſitiones & ordines. alibi, ſitu, vetuſtate vt, En ego victa ſitu: alibi ſqualore: Per loca ſenta ſitu. INCONSVLTI.] Inſcij rerum, ignari ſinè conſilio, ſinè reſponſo, quibus conſultum non eſſet: vt inconſultos interdum dicimus, qui ſine conſilio aliquid aggrediuntur. Eſt enim Conſultus, qui conſulitur: Inconſultus, qui non accipit cõſilium. NEQVA moræ.] Nequa, pro non, aut nulla: id eſt, nullum damnum te ex morâ feciſſe credideris. VELA vocent.] Valdè nouè: quàmuis ſit prouiſa nauigatio. ORACVLA.] Fata, reſponſa. IPSA canat.] Ne te mittat ad ea, quæ in folijs notat. VOLENS.] Quæ velle habet. Nam voluntaria, propter aſperitatem ſermonis, noluit dicere. Aut volens, quia cogi non poteſt ſi nolint in ſacrificijs: vti volens propitiusque. ILLA tibi Italiæ populos. Bene hæc ad Sibyllam diſtulit: quia ipſe de curſu tantùm interrogatus eſt. & quia bella, terribile nomen, intulerat; ſtatim euadendi ſpem adiecit: Et quo quemque modo fugiaſque feraſque

C laborem. VENERATA.] Quam tu veneratus ſis: vel venerata pro te Deos, id eſt, rogatis pro te dijs.

IOM. Seb. SVPERA.] vince. CYMÆA.] de Cymæâ & Auerno dicemus in 6. vbi Aeneas oracula accepit à Sibyllâ Cymæâ. CVRA.] cùm ventus folia, vbi futura ſunt, volitauerit, ne cura iungere. INCONSVLTI.] Nam cùm volitant folia, abeunt ignari: & ideò odêre locum Sibyllæ. VELA vocent.] Etſi ſocij te vocabunt, & venti, tedi ad Sibyllam pro oraculis. ORACVLA poſcas.] tu eſto cautus, & ora Sibyllam, vt ore canat futura; non mandet folijs, vt moris ſui eſt: quæ mandat folijs, relinquit in antro. Ideò in ſexto ait Aeneas: Folijs tantùm ne carmina manda: Ipſa canas oro. CANAT.] prædicat. VOLENS.] benigna. EXPEDIET.] declarabit.

DOMINAMQVE potentem Supplicibus ſupera donis.] In libris antiquis, Votis, non Donis, legitur. VAR. Lect. TRINACRIA fines Italos mittêre.] In libris aliquot antiquis metire legitur. Sed mittêre, loco hoc magis omninò congruit. QVO quenq; modo fugias magis placet. CVRSVSQVE dabit venerata ſecundos.] Mediceus liber, & vetuſti plerique alij, Venerata ſacerdos habent.

VNVM illud tibi, nate deâ, proq; omnibus vnum Prædicam, & repetens iterumque iterumq; monebo.] Vnum dico, pro omnibus, hoc eſt, pro commodo omnium deſideriorum: nec ſemel hoc ipſum ſed iterum ac ſæpiùs monens. Vnum, inquit: vt in vno oſtenderet, non onerosum eſſe præceptum. IVNONIS magnæ primùm prece numen adora: Iunoni cane vota libens, dominamque potentem Supplicibus ſupera votis: ſic deniq; victor Trinacriâ fines Italos mittêre relictâ.] Vergilius, maioris potentiæ inimicos, obſequendo potiùs, quàm reſiſtendo, poſſe ſuperari. quapropter dat Helenus mandata, & repetit à commonitione, inſinuans, Iunonem precibus & votis eſſe ſuperandam: ſic poſſe poſt Sicilam veniri ad Italiam, ſi placaretur illa, quæ Troianorum commodis ire obuiam noſſet. HVC vbi delatus Cumæam acceſſeris vrbem, Diuinosque lacus, & Auerna ſonantia ſyluis, Inſanam vatem aſpicies.] Inſanam dixit, plenam numinis. QVÆ rupe ſub imâ Fata canit, folijsque notas & nomina mandat. Quæcunque in folijs deſcripſit carmina virgo, Digerit in numerum, atque antro recluſa relinquit. Illa manent immota locis, neq; ab ordine cedunt. Verùm eadem verſo tenuis cum cardine ventus Impulit, & teneras turbauit ianua frondes; Nunquam deinde cauo volitantia prendere ſaxo, Nec reuocare ſitus aut iungere carmina curat. Incõſulti abeunt, ſedemque odêre Sibyllæ.] Morem dixit Sibyllæ; & quo in loco ſit, & quo ordine ſingulorum deſiderijs reſpondeat. Sumit, inquit, folia: illic reſponſa conſcribit, ordinat, & dimittit. veniunt homines, conſiderant folia; & futura cognoſcunt. Sed hoc habet mos ipſe contrarium: quippe ſi ventus implêrit fores, & ordinationem foliorum turbauerit, pereunt conſulta, & dubij remeant, qui inſtructi fuerant rediturì. HIC tibi, ne qua moræ fuerint diſpendia tanti, Quàmvis increpitent ſocij, & vi curſus in altum Vela vocet, poſſisque ſinus implere ſecundos: Quin adeas vatem, precibusque oracula poſces: Ipſa canat, vocemq; volens atq; ora reſoluat.] Noli, inquit, anxius eſſe de morâ. licèt enim clamitent ſocij, licèt elementa ſuffragentur: ne nauiga, priùſquàm Sibyllam conſulas. proderit enim tibi iſtiuſmodi tarditas, vt inſtructior abeas. Quis eſſe poſſit huius rei fructus, ſubnectit.

ILLA tibi Italiæ populos, venturaque bella, &c.] DOM. Ipſa, inquit, tibi edicet, quæ ego prohibeor aperire: ſcilicet, quæ ingruant bella, qui populi è diuerſo venturi ſint; & quomodo ſingulos labores, vel tolerando tranſeas, vel ſuperando mitiges.

III. HÆC ſunt, quę noſtra liceat te voce moneri.] Bene cum præſcriptione: ne falſidicus, vel minùs peritus poſtea putaretur ſacerdos. EFFATA amico.] Poëta diuinæ peritiam ſuam inuentâ occaſione ſemper oſtẽdit. Effatus ergo, verbo augurali, vſus eſt: quia ſcit, loca ſacra, id eſt, ab auguribus inaugurata, effata dici. Ergo religioſo

Hæc ſunt, quæ noſtrâ liceat te voce moneri.
Vade age, & ingentẽ factis fer ad æthera Troiam.
Quæ poſtquam vates ſic ore effatus amico eſt,
Dona dehinc auro grauia, ſectoq; elephanto,
Imperat ad naues ferri; ſtipatq; carinis
Ingens argentum, Dodonæosq; lebetas,
Loricam conſertam hamis auroq; trilicem,
Et conum inſignis galeæ, criſtasq; comanteis,
Arma Neoptolemi. ſunt & ſua dona parenti.
Addit equos, additq; duces.
Remigium ſupplet; ſocios ſimul inſtruit armis.
Interea claſſem velis aptare iubebat

verbo voluit vti; qui potuit dicere, Quæ poſtquam vates ſic ore eſt fatus amico. Effatio dicta ex prolocatione, quod vbique loquimur, famur. GRAVIA.] Vtrùm aurea; an quibus non totis aureis additum auro pondus acceſſerit? & grauia, a, finalitatis ratione producitur: ſed ſatis aſpere. Nam in nullam deſinit conſonantem, vt. Omnia

Anchises, fieret vento mora ne qua ferenti.
Quem Phœbi interpres multo compellat honore:
Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo,
Curâ deûm, bis Pergameis erepte ruinis:
Ecce tibi Ausoniæ tellus: hanc arripe velis.

mnia vincit amor; & nos cedamus amori. *Et*, At tibi Thymbre caput Euandrius abstulit ensis. ELEPHANTO.] *Pro ebore posuit. Græcè dixit.* STIPAT.] *Densat. Vnde Stipatores dicuntur, qui in nauibus aliquid componunt, à stipâ.* DODONÆOS.] *idest, Epiroticos. A ciuitate Epiri Dodonâ laudauit: à regione, vt vasa Corinthia. Quidam dicunt ita, vbi æs optimè fusum, sicut & apud Corinthum: vel Dodoneos, quales sunt in templo Dodonei Iouis. Hæc autem regio in finibus Aetolorum est, vbi Ioui & Veneri templum à veteribus fuerat consecratum. Circa hoc templum quercus immanis fuisse dicitur, ex cuius radicibus fons manabat, qui suo murmure instinctu deorum diuersis oracula reddebat: quæ murmura, anus Pelias nomine interpretata, hominibus differebat. Sed cùm hic ordo oraculorum per multa tempora stetisset; ab Arce latrone Illyrio excidi quercus præcepta est. vnde factum est vt postea fatidica murmura cessauerint. Narratur & aliter fabula. Iupiter quondam Hebæ filiæ tribuit duas columbas, humanam vocem edentes: quarum altera prouolauit in Dodonæ glandiferam siluam Epiri, ibiq; consedit in arbore altissima; præcepitq; ei, qui tùm eam succidebat, vt ab sacratâ quercu ferrum sacrilegum submoueret. ibi oraculum Iouis constitutum est, in quo sunt vasa ænea, quæ vno tactu vniuersa solebant sonare. Altera autem columba peruenit in Lybiam, & ibi consedit super caput arietis; præcepitq;, vt Iouis Ammonis oraculum constitueretur.* LEBETAS.] Ollas æreas, *Græcè dixit. Zeugma enim vulgare est, non latinum. Lebes pro vase capitur, in quod aqua, dum manus abluuntur, decidit.* Quòd *decentius Aeneæ conuenire donum videtur, quàm quòd culinæ dona præstentur. vt Homerus in Odyss.* χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα καλῇ χρυσείῃ ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος. HAMIS auróque.] *Hamis aureis, per* ἐν διὰ δυοῖν. *Hamis autem, catenis vel circulis significat.* TRIPLICEM.] *Trino nexu intextam.* ET conum insignis Galeæ, cristasque comanteis.] *Proprie, sicut dictum est, Græcorum erant: vt,* Deinde comantem Androgei galeam. *& est participium* Comantes *notum: non enim est verbum* como. DVCES.] *Itineris scilicet equorum, vel quos vulgò agasones vocamus; vt,* Effunditque ducem. *alij duces itinerum accipiunt.* Conum, *autem, à parte totum: nam* conus *est curuatura, quæ in galeâ prominet, super quam cristæ sunt. Coni tamen appellationem, sciêdum à Græco tractam.* SVA dona parenti.] *Id est, Anchisæ.* Sua *autem, congrua meritis, apta ætati.* REMIGIVM supplet.] *Bene verbo militiæ vsus est, vt supplementum diceret: nam multos in Cretâ perdiderat.* VELIS aptare iubebat.] *Subaudi, socios, à superioribus. & bene seruat τὸ πρέπον, vt vbiq; Anchisen inducat in nauigationem, vt,* Et pater Anchises dare fatis vela iubebat. FERENTI.] *Pro secundò flanti; vel cùm flare cœpisset.* ANCHISA.] *Benè, cùm Veneri libidinem non obijcit, dicendo coniugium, maiorem honorem Anschisæ tribuit.* Anchisa *autem, vocatiuus hic non est latinus: nam breuis esset* a, *vt Catilina. Græcus est ergo, de quo valde apud eos quæritur quemadmodum exeat ab his nominibus, qui in* es *mittunt nominatiuum. Nam Tydides, Tydide facit: vt,* Danaûm fortissime gentis Tydide. *Atrides, cùm sit simile, Atrida facit: vt Horatius,* Nequis humâsse velit Aiacê Atrida vetas Cur? *Tale est ergo & Anchisa. Sanè apud Latinos horum nominum causa manifesta est: nam nominatiuus ipse in* a *mutatur, & recipit latinam declinationem: vt. Atrides Atrida, Scythes Scytha.* DIGNATE.] *Digne habite, digne iudicate. Nam modò non agentis habet, sed patientis imaginem. vnde est in primo;* Haud equidem tali me dignor honore. CVRA deûm] *id est, Amor: vt alibi,* Veneris iustissima cura. BIS pergameis erepte ruinis.] *Probauit curam deorum. Et sciendum, rhetorica esse argumenta, quæ à contrarijs laudant. Quod enim Anchises infelicitatis putauit, vt* Satis vna superque Vidimus excidia: *hoc iste argumentum conuertit in laudem.* bis *autem, propter Herculem, & Græcos, qui expugnauêre Troianos.* ECCE tibi.] *Aut vacat* tibi; *vt in Tullio,* Qui mihi accubantes in côuiuijs. *Aut certè altiùs dictum est* tibi: *ac si diceret, qui Italiæ hanc tantùm visurus es partem, non etiam eam, quam Aeneæ fata promittunt. Aut certè* tibi, *id est, quod ad te attinet, nam ita veteres ponebant: vt Terentius in Adelphis,* En tibi autem: quid est? Lupus in fabulâ. *& cur, vt Aeneæ, non dicit? an sufficere putat, quæ ille vaticinatus est, vt retineat illa: aut ambobus dicit, ad vnum loquendo.* AVSONIÆ.] *Italiæ: à rege Ausonio.* ARRIPE.] *inuade: illic enim es sacrificaturus.* PRÆTERLABARE necesse est.] *Prætemauiges, & bene positum,* necesse est: *ne fatigato, longæ nauigationis denunciatio, dura videatur.* A

ELEPHANTO.] *ebore.* STIPAT.] *Stipare, densare, collocare, ponere. Hoc verbo de ijs vtimur, qui res in nauibus componunt.* Dodonæos.] *Dodona sylua Epiri, cum oraculo Iouis Dodonæi. nunc accipit Dodonæos, non pro oraculis, sed intelligit Epiroticos: vel quia tale genus vasis offerebatur oraculo, vt apud Herodotum.* HAMIS.] *id est, circulis ferreis, quibus fit lorica.* ET conû.] *Conus est pars summa galeæ, vbi ponitur crista. & ponimus conum pro cristâ.* DONA parenti.] *quæ dedit Aeneæ, Anchisæ apta senectuti.* REMIGIVM supplet.] *Hinc in militiâ supplementum.* ARMIS.] *dedit arma socijs Aeneæ.* CVRA deûm.] *quasi quòd dij haberent curam Anchisæ; cùm superesset, bis captâ Troiâ.* ARRIPE velis.] *id est, appelle ad Ausoniam, in quâ sacrificaturus es. Anchises enim in Ausonia libauit.* POM. Sabi. B

DODONÆOSQVE lebetes.] *In antiquis libris* Lebetas *legimus.* VAR. Lect.

Iulius Pollux, Onomastici ad Commodum Cæsarem li. 6. loquacis synonyma, vt lectio suggerebat, multifaria congerens in vnum, deniq; sic ait: Alienum ex Dodone, Iliade longiora garriens, Alcini apologus, Arabius tibicen. *Hactenus is. Quod verò principe loco positum est, & Græcè sic habet:* Δωδωναῖον χαλκεῖον, id est, *Dodonæû tintinnabulum, cuius meminit vel Eustathius, ansam præbere mihi est visum, ad explicâdum Quintiliani (aut quisquis fuit auctor primus) inenodabilem nodum, in quem impacti pleriq; omnes cohæserunt. Obscuritas verò nodata hæc est, libro 8.* In cubiculo nola. *Côiecturâ ducor, ex Græco adagio esse itidem hoc prolatum in garrulum, desidentem dies totos domi, & nugali verborum futilium importunitate & copiâ exundanti detinnientem; vt obstreperâ loquacitate, vt picâ verbosiore, obsurdescerent aures, ac veluti tintinnabulo conuulnerarentur. vel (quod arridet ampliùs) eos intelligamus, qui domi quidem & in cubiculo, vbi silentij esse vsum Varro scribit, fluenta verborum promunt: in foro autem, vbi ciuili eloquentiâ gloriam sibi comparant viri præstantes, vt testis comprobat Homerus, aut in senatu, altero ingeniorum theatro, penitûs consilescunt, fiuntq; (quod Græci dicunt) etiam piscibus magis muti. Nolam siquidem pro campanâ dici, obseruauimus: etiamsi apud recentiores sæpiùs: nil tamen obstat, esse verbum id inter inuentu rara; cuiusmodi adnotata Politiano quædam. Meminit quodam loco Laurentius quoque. Sed occurrent recentiores, nouitium censeri inuentum id. Ego de nouitate nihil disputo. Vnum scio, fuisse veteribus quoq; ex ære instrumentum id, aut proximum, quo remotioribus, vt conuenirent, daretur proponereturve signum. Quod duabus fulcimus auctoritatibus, præterq; historiam. Valerius Martialis in Apophoretis:* CAEL. Rhod. C

Redde pilam, sonat æs thermarum: ludere pergis?
Virgine vis solâ lotus abire domum.

Aes nan-

A *Aes namq; thermarum tintinnabulum signat, quo à gymnasio lauaturi reuocabantur ad thermas. Sed & Iuuenalis:*

Tot pariter peluis, tot tintinnabula dicas.

Historiam verò hanc apud Strabonem, ad hoc ipsum præcipuè spectãtem, obseruauimus. Iassus, *inquit*, incolas habet parte plurimâ piscitio & piscatu victitantes; cùm infœcunda ferè sit regio, verùm pisculenta. Hinc iucundum narratur factum, documento etiam magno futurum, quantum sæpe nos fallat opinio. Ostentabat inibi citharœdus artem. Audiebant, vt tùm est visum, attentiùs Iassæi omnes; mox verò, vt editũ tintinnabulo (*sic enim κώδωνα interpretamur*) signum vendendo piscitio est: cõfestim cum suâ sibi musica destituto artifice, auolarunt omnes; vno vix excepto, qui oblæso erat auditu. proinde captum eum artificij suauitate opinatus citharœdus, propiùs accedẽs, Est quod agam gratias, inquit, & quidem maximas; tum quòd musicæ negligens haudquaquam videre; tum quòd despectui me prorsus non habueris. Nam reliqui quàm primũ tintinnabulo cecinit signũ piscariũ, dicto citiùs hinc sese proripuêre. At is, velut cõmo-
B tior ac excitatior; An, inquit, increpuit æs? Eo verò adnuẽte: Bene tibi sit, inquit, magister optime. ac cõsurgens, ad viuarium festinabundus accurrit ipse quoq;. *Illud autem Vergilianum ex 3. Aen.*

—stipatq; carinis
Ingens argentum, Dodonæosq; lebetes:

ideò dictum volunt, vt oraculo domestico foret Aeneas instructior, ex historiâ. Conclusit Helenus responsa, lætum Aeneam dimittens. etiam hortatur, additis: VADE age] *Fac, inquit, ingentem Troiam pro merito tuo. Ingentem ideò: quia fecerat Helenus ipse, sed paruam. Certum facit hæc dicendo, quòd per ipsum Troiæ fortunæ resurgent. Vates, inquam, eo ore locutus est, vt & vatis officium & amici intelligatur implêsse. aliqua enim dixit futura, vt sacerdos; aliqua vt amicus monuit; vt cessantibus partibus vatis, celeriùs redditura sit.* QVÆ postquam vates sic ore effatus amico est.] *Hæc ergo cùm beneuolo ore fuisset locutus, & Aeneam fideliter instruxisset, muneribus cumulauit.* DONA dehinc auro grauia sectoq; elephanto.] *Fit commemoratio munerum, cũ ornatu suo. nam species secti eboris, & multi auri pondus, insigne ostẽ-*
C *debant meritum munerum; quæ Helenus donauit, & iussit ad naues ferri.* STIPAT'QVE carinis Ingens argẽtum.] *Largitorem præcipuum dicit, qui tantum donâsset argenti; quantum naues, nisi stipatæ, ferre non possent.* DODONÆOS'QVE lebetes.] *Poculorũ genus ferunt esse lebetes.* LÓRICAM consertã hamis, auroq; trilicem.] *Donauit quæ opes augerẽt accipientis; donauit quæ aduersus hostiles impetus salutẽ tuerentur. Singula cũ decoro suo posuit, dicendo quippe,* Consertam hamis, *hoc est, pulchrâ arte confectã, & auro insignẽ & galeam comantẽ;* ARMA Neoptolemi.] *nouissimum posuit, cuius essent arma; illius scilicet, qui captiuos habuit Troianos, & Troiam vicerat quò esset insultatio, arma victũ possidere victoris.* SVNT & sua dona parenti.] *Dedit etiam Anchisæ sua dona: id est, quæ ætati eius meritò conuenirent.* ADDIT equos.] *Addit equos cum ductoribus suis.* REMIGIVM supplet.] *quicquid remigij deerat, ipse compleuit.* SOCIOS simul instruit armis.] *Nullũ nisi muneratum reliquit, dans quod competebat fortibus viris.* INTEREA classem.] *Helenus in officijs religiosis fuerat occupatus. quũ autem hæc ageret, iubebat suos Anchises parare naues, & aptare nauigationi necessaria, hoc est, apte & congruè di ponere.* FIERET vento mora ne qua ferenti.] *Cur Fieret dixit? ne fieret mora suffragãtibus vẽtis.* QVEM Phœbi interpres.] *Hunc Helenus honorificis verbis alloquebatur, continentibus scilicet laudem. Dicitur laus ipsa:* CONIVGIO Anchisa Veneris dignate superbo.] *Non quòd ipse quasi potior dignatus sit iungi matrimonio Veneris; sed quòd is dignus esset inuentus, cui iungeretur, quæ esset filia Iouis. Hoc locutionis genus & in Primo lib. posuit, dicẽs:* HAVD equidẽ tali me dignor honore Cura deûm.] *Id est, quem dij amarent. probatio huius dicti:* BIS Pergameis erepte ruinis.] *Qui cùm esset debilis; non semel, sed secundò etiam liberatus sit periculis patriæ, in quâ ceciderunt viri fortes. Dicendo* Bis, *ostendit, non euentum fuisse vel casum; sed fauore numinum esse seruatum.* ECCE tibi Ausoniæ tellus.] *Aeneæ dixerat, longè esse Italiam: verùm ne tædium senex pateretur, longam sperans superesse nauigationem; solicitudinem eius releuat, spondendo proximam. Vsus est dicto,* Ecce, *quasi tam manu teneri potuisset, aut oculis cerni. Licet sit, inquit, proxima, vsq; adeò vt demonstrari & videri possit: tamen comprehendi non potest, nisi ad eam fuerit nauigatum.* HANC arripe velis.] *facilitatem inueniendi voluit demonstrare.*

311. ET tamen, *ἀνακόλουθον est: non enim præmisit,* Quamquã *vicina sit; & intulit,* Tamen. QVAM pandit Apollo.] *Laurolauiniæ agrũ significat, ad quem venturus est.* VADE, agit.] *Bis hæc est in Vergilio iteratio, vt in hoc loco. Nam cũ suprà* compellat *dixerit, intulit modò* ait. *Item in quinto, cùm præmiserit,* Fidã sic fatur ad aurẽ: *subiecit rursus;* Et sese ostẽdat in armis, Dic, agit. O'FELIX nati pietate.] *Latenter ostendit mortem futurum. Non enim ait felicem vitæ longinquitate, vel aduentu ad Italiam; sed tantùm nati pietate: quasi qui poterit exsequiarum munus implere.* PROVEHOR.] *Sermone progredior: vt ostendunt sequẽtia.* DEMOROR Austros.] *Id est, vos demoror, quò minùs ventis vtamini.* SVPREMO.] *Vltimo: postquã eorũ desperabat aspectum.* PICTVRATAS.] *Participium sinè verbi origine: vel à fœminino genere deriuatũ, pro pictas, id est, picturâ decoratas.* AVRI subtegmine.] *Id est, filo quod intra stamen curerit: quod Persius tramam dixit:* Mihi trama figuræ Sit reliqua: ast illi tremat omẽto popa venter. *Nam malè quidã subtegmen stamen accipiũt, cùm stamen de auro esse non possit.* ET Phrygiam Ascanio chlamydẽ.] *aut acupictam: huius enim artis peritos Phrygiones dicimus, secũdùm Plautũ. In Phrygiâ enim inuẽta est hæc ars. Aut ob hoc addidit* Phrygiam, *quasi per quã patriæ memoria retineret.* NEC cedit honori.] *Id est, tãta dat munera, quãta merebatur Ascanius. hoc enim est honori nõ cedere, parẽ esse meritis accipientis. Scaurus* honore *legit: & intelligit, honore nõ cedit Heleno, q patri eius vel auo donauerit multa.* TEXTILIBVS.] *Sibi congruis. Quid enim magis cõueniebat donare mulierem?* ACCIPE & hæc.] *Aut intelligamus antè à se aliqua fuisse donata: aut certè secundũ ius locutus est. Omnia enim, quæ vel auus vel pater acceperat, ad Ascanium hæreditatis iure deueniunt. An, & hæc, præter illa, quæ Helenus tibi dedit?* MONVMENTA.]

Et tamen hanc pelago præterlabare necesse est:
Ausoniæ pars illa procul, quam pandit Apollo.
Vade, ait, ô felix nati pietate? quid vltrà
Prouehor? & fando surgenteis demoror austros?
Nec minus Andromache, digressu mœsta supremo,
Fert picturatas auri subtegmine vesteis,
Et Phrygiã Ascanio chlamydẽ. nec cedit honori;
Textilibusq; onerat donis; ac talia fatur:
Accipe & hæc, manuũ tibi quæ monumẽta mearũ
Sint, puer, & longũ Andromaches testẽtur amorẽ,
Coniugis Hectoreæ: cape dona extrema tuorum.
O'mihi sola mei super Astyanactis imago!
Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat;
Et nunc æquali tecum pubesceret æuo.
Hos ego digrediens lachrymis affabar obortis:
Viuite felices, quibus est fortuna peracta
Iam sua! nos alia ex alijs in fata vocamur.

NVMENTA] *Memoriæ. Monimenta autem, à mētis admonitione sunt dicta.* LONGVM amorē.] *Et de præterito, & de futuro; vt agnoscas, quantùm te vel amauerim, vel amatura sim. Potest & pro* diu *accipi.* CONIVGIS Hectoreæ.] *Dictū est hoc habitā ratione personæ cū quā loquebatur: ac si diceret, vxoris auunculi tui.* EXTREMA tuorū.] *Vt quæ Ilio exulit. vel sicut suprà,* Digressu mœsta suprema. O' MIHI sola mei super Astyanactis imago. *Super, id est, valde, vehemēter expressè: hoc est valde mihi es imago Astyanactis. quo sermone etiā Homerus in simili vtitur significatione:* κάρα δὲ [illegible] *vel deest* EST, *sitq́ Superest, id est, restat: vt in octauo;* Neque enim fuga iam super vlla pericli est. *Fabula aūt de Astyanacte ita est. Superato Ilio, cùm græci ad patriā redituri, cōtrarijs flatibus prohiberentur. Chalcas cecinit deijciendum ex muris Astyanacta, Hectoris & Andromachæ filiū; eò quòd, si adoleuisset, fortior patre futurus, vindicaturus esset patris interitū. Hunc Vlysses occultatū à matre, cùm inuenisset, præcipitauit è muro; & ita Græci Troiā profecti sunt.* PVBESCERET æuo.] *Vt etiā in secūdo diximus, proœconomia est; vt verisimile sit, Ascanium in octauo potuisse iam bella tractare.* DIGREDIENS.] *Pro, cùm digrederer. participium pro verbo modi coniunctiui.* VIVITE felices.] *Viuite, modò bene optantis est: vt in Bucolicis maledicentis;* Viuite syluæ, *id est, perite. Simile est & Valete: vt Terent.* Valeant qui inter nos dissidiū volunt. *Sunt aūt hæc per contrariū inuenta maledicta, vt sit quasi amara veneratio. Illud quæritur, vtrùm Viue, an Viuas; id est, vtrùm per imperatiuum, an per optatiuum, dicere debeamus? & constat, dici meliùs per optatiuum. Optari enim possunt, non imperari, vel bona, vel aduersa. Quòd autem inuenimus per imperatiuū, vsurpatum est.* FORTVNA peracta iam sua.] *Id est, dura, propria Troianorum: vt,* Hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta.

POM. Sabi. PROCVL.] *scilicet Latiū longiùs est.* PROVEHOR.] *protraho.* NATI pietate.] *Fortè intelligit mortē, quā ostenditur pietas filij in patris funere.* PICTVRATAS] *Simplex participium; vel participij tantùm vox est. nō enim dicimus Picturo, ras.* AVRI.] *Cum acu intexere vestes auro, inuenêre Phryges. Plautus Phrygionē appellat, artificem talis texturæ. Plin. lib. 10. sic ait:* Pictas vestes iā apud Homerū fuisse video; vnde natæ triumphales. acu facere id Phryges inuenêre ideoq́; Phrygiones appellati sunt *Idem alibi appellat Dardaniū aurū.* CEDIT honore.] *scilicet ita preciosa dona dedit Ascanio; vt Helenus Aeneæ, si minora dedisset, cessisset. & ideo* honore *legendum: Sic Scaurus legit: scilicet in honore nō cedit Heleno. liberalitatē & nobilitatem Andromaches intelligit.* IMAGO.] *quā similis est meo Astyanacti.* PVBESCERET.] *eiusdē erat ætatis, cuius tu es.* EGO.] *Aeneas.* OBORTIS.] *interioribus.* VIVITE felices iam.] *vos qui estis; nos enim eramus.* Fortunā *posuit, pro cursu fati. Ideò potest fortunas Nemesis appellari, quæ indignatio est. Nam propriè fortuna accusatur, cùm accusatur fatum. Hic cognoscere licet fortunam & statum, idem est. Nemesis superbos punit: quæ vocatur & Adrastia, ab Adrasto; & Rhamnusia, à Rhamnete oppido Atticæ, vt diximus in Cyri.*

VAR. Lect. AVRI subtegmine vestes.] *Sunt antiq. lib. in quibus* Subtegmine, *vnā dictione legatur. Sunt, vbi præpositio* Sub *diuisa est à tegmine.* HOS ego digrediens lachrymis affabar obortis.] *In antiquis plerisq́ libris,* Abortis. *legitur.* COGNATASQVE vrbes olim.] *In antiq. exēplaribus non est.* Que.

CAEL. Rhod. *Cæterùm artis, quā de agimus, elogium id fuerit præclarū: Pictorē cùm loquitur, loqui malè: at cū Pictura, bene vtiq. Vani quippe sit artificis, aliunde, quàm ab opere, plausum exspectâsse. neq; enim ex indice virtus profluit operis: sed indici opus cōmendat artificē. Illud fuerit superpondium: quia de picturā agimus. Imaginū alias dici & esse artificiales; alias verò naturales. Id autem haberi interstitium; quòd, quæ ab arte ponuntur, & id cuius sunt imagines, æquiuocè dicuntur. Quippe sunt imperfectæ: neq; enim picto homini animā, & inde vitā, dederit vlla ars. Naturales verò vniuocè: viuunt namq;, & primitiuis similes à naturā producuntur; nec differunt nisi numero. aliud enim producens est, aliud, productum est. Quod poëta nobilis expressit illis versibus, Andromache dicente:*

O' mihi sola mei super Astyanactis imago!
Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.

Inuenimus item, picturas vel statuas nuncupari ethicas, quibus non imagines modò exprimuntur; sed mores quoq;, vt tantùm non spirare videantur τὰ ἤθη. *ab nostris sensus tamen transferuntur propriè; nō mores. sed Quintilianus super hac re libro sexto plura. Ethicas personas intelligit Hermogenes, in statuum ratione, agricolas, gulones, id genus alias.*

DON. AVSONIÆ pars illa procul.] Quòd ait, Ecce, *demonstrantis est: hoc est, quod cōpleuit, dicēdo partē esse Italiæ, quæ templū præferebat Apollinis. Constabat aūt, longè nō esse discretū, quod demōstrari poterat & videri. Ecce Apollo consulitur, & respōdet. Apollo deos penates facit loqui cū Aeneā, ne ad Ortygiam redeat. Apollo nunc Italiā mōstrat.* VADE, ait, ô felix nati pietate.] *Ornamentū totius laudis seruauit ad finē; felicē indicans eum, qui haberet filiū tantā pietate præstantē. Vsq; adeò, quod summū fuit, (vt dictū est) seruauit ad finem; vt nihil dehinc addiderit, quod pertineret ad laudē. Minuitur enim meritum laudis, & cadit, si post præcipua & magna, meriti inferioris deiecta iungantur.* QVID vltrà proueheor.] *Vēti, inquit, flant: nō debeo fabulis longioribus immorari commodum vestrum.* NEC minùs Andromache digressu mœsta supremo, Fert picturatas auri subtegmine vestes, Et Phrygiam Ascanio chlamydem: nec cedit honori: Textilibusq́; onerat donis, ac talia fat.] *Andromache, inquit, tristis de suorū supremo abscessu, ferebat vestes Ascanio subtegmine variatas: hoc est, filo aureo incluso distinctas. Quū dicit quales, & nō dicit quantas, neq; ipsas specialiter numerat: plus enim voluit in generalitate sentiri, quàm forsitan fuerant.* ET Phrygiam Ascanio chlamydē, nec cedit honori.] *Duo merita posuit chlamydis: vnū, quòd esset Phrygia: quæ res dare potuit vsuro solatium; quia veniebat illa ex originalibus terris. Alterū, quòd tantæ gratiæ fuit, vt honori & merito cōueniret Ascanij. nam digna fuit, quā vteretur talis: dignus etiā Ascanius, qui tantā rem applicaret vsibus suis. Hoc moraliter positū est. Sunt enim plerunq; nōnulli, qui, cùm ipsi sint humiles atq; deiecti, vtuntur vestibus, quas deforment: Sunt qui cū vestibus suis pari honore contendant. In Ascanio igitur, & chlamyde, par meritū fuisse, laudatū est. chlamydem solam specialiter laudari commemorauit, cætera generaliter.* TEXTILIBVSQVE onerat donis, ac talia fatur.] *in Heleni parte dixit:* Stipatq́; carinis. *hîc dixit,* onerat. *Helenus donat argentū, lebetas, galeam, loricā; arma personis apta fortioribus, ipse quoq; vir fortis: nouerat enim, quod cuiq; dare debuisset. Donat aūt puero mulier in vestibus vniuersa: hæc enim conueniebāt vtriq; personæ. Quum autē offerret Ascanio, addidit etiam verba plena religionis, & quæ animi beneuolentiam apertiùs demōstrarent: commendationē quoq; continētia, & dantis munerū.* ACCIPE, *inquit,* & hæc, manuum tibi quę monumēta mearū Sint puer, & longū Andromaches testentur amorē.] *Duas partes munerū fecit: vnā, quæ in antiquis opibus fuisset, quæq; esset confecta mānibus alienis, in quā chlamys auri subtegmine variatas alterā, quæ non tanti precij fuisset; esset tamē manibus cōfecta largientis. Quā ergo has quoq; afferret, ait:* Accipe & hæc, *hoc est, præter chlamydē & prædicta accipe etiā hæc, quæ confeci ipsa manibus meis: vt haberet alterū, quod esset in precio; alterum quod omnia religione præueniret non consideraret, quid datum videretur; sed respiceret potiùs personam dantis, & affinitatis affectū. Addidit Andromache:* CONIVGIS Hectoreæ.] *Hoc est, si precio suo meritū apud te ista habere nequiuerint:*

habeant

A *habeant saltem, quòd has donat Andromache vxor Hectoris, auunculi tui. huius quippe necessitudinis cõmemoratione, fiet amoris nostri memoria in tuis sensibus diuturna.* CAPE dona extrema tuorũ.] *Libentiùs accipi debent, quæ tibi offerunt tui, dandi occasionem aliam non habituri.* MANVVM tibi quæ monumenta mearum Sint puer, & longum Andromaches testentur amorẽ.] *hunc habent intellectum: Quia puer es, & spero te diu victurũ, poterit aptè esse amoris mei diuturna memoria.* O' mihi sola mei super Astyanactis imago! Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat: Et nunc æquali tecũ pubesceret æuo.] *Miserabilis vox eius, quæ filij sui similitudinẽ videbat. Deniq; quales tu oculos habes & manus; tales etiam ille habuit. Sic fuit omnis facies, vt tua. Aetas quoq; consimilis tecum pubesceret, si in hoc tempus mansisset incolumis. Dum filij memoriam, dum dolores suos miserandâ voce prosequitur; prodidit causam liberalitatis suæ. arbitrabatur enim, quæ tanta conferebat ei, qui Astyanactis similitudinem ferret, non se extraneo donare; sed filio.* HOS ego digrediens lacrymis affabar obortis.] B *Ego, inquit, recessurus à ciuibus bonis ac religiosis, & ab his qui erga me ac meos tam liberales exstitissent, non potui abire sinè pectoris morsu. nam quantum mœroris animo gererem, testabantur oculi mei, obortas lachrymas ingenti vbertate fundentes.* Obortas *dixit; scilicet nõ coactas, aut cũ aliquâ flendi cogitatione prolatas. Inter ipsas tamen lacrymas, huiusmodi verbis affatus vtrunq; sum, hoc est, Helenum & Andromachen:* VIVITE felices, quibus est fortuna peracta Iam sua: nos alia ex alijs in fata vocamur. Vobis parta quies, nullum maris æquor arandum, Arua neque Ausoniæ semper cedentia retrò Quærenda. effigiem Xanthi, Troiamque videtis, Quam vestræ fecère manus, melioribus opto Auspicijs, & quæ fuerit, minùs obuia Graijs.] *Optimam occasionem poëta reperit: quâ definiret, quid sit feliciter viuere. Feliciter viuere est, inquit, manere otiosum in vno loco, & aduersæ fortunæ vlterius non timere. Admiranda conceptio dictionis. Aeneas enim fortunam suam grauem, & satis aduersam, felicitati comparat alienæ. Denique totus in eo est, vt singula cum singulis conferat. Felices estis, inquit, & beatam ducitis vitam, quorum infortunia transacta sunt, & mala consumpta. proinde viuite, quoniam vobis vitæ delectatio & otium superest. Nos enim vitam ducimus miserandam, qui trahimur per incerta. Vobis prouenit quies pleno successu; nec ingruit plena periculis nauigandi necessitas. Viuite, qui estis à meâ infelicitate discreti; nec mecum quæritis Italiam; quæ tantum discedit; quantum eam nos insistendos persequimur. Non ita posuit,* Arua retrò cedentia, *quòd verè possibile esset: sed vt exprimeret eius hominis tædia, qui per tot annos, tantis laboribus consumptis, nondum inueniebat, quò peruenire cogebatur.*

Vobis parta quies; nullum maris æquor arandum,
Arua neq; Ausoniæ semper cedentia retrò
Quærenda: effigiem, Xanthi, Troiamq; videtis,
Quam vestræ fecère manus; melioribus opto
Auspicijs, & quæ fuerit minùs obuia Graijs!
Si quando Tybrim, vicinaq; Tybridis arua
Intràro, gentiq; meæ data mœnia cernam,
Cognatasq; vrbeis olim, populosq; propinquos
Epiro Hesperiâ; quibus idem Dardanus author,
Atq; idem casus: vnam faciemus vtranq;
Troiam animis. maneat nostros ea cura nepotes.
Prouehimur pelago vicina Ceraunia iuxta:
Vnde iter Italiam, cursusq; breuissimus vndis.
Sol ruit interea, & montes vmbrantur opaci.
Sternimur optatæ gremio telluris ad vndam,
Sortiti remos; passimq; in littore sicco
Corpora curamus: fessos sopor irrigat artus.
Necdum orbem medium nox horis acta subibat:

SER. PARTA.] *pro,* Patata, Arandum.] *Findendũ. vt,* Lõgæ sulcát vada salsa carinę. *Sulcus enim propriè aratri est.* SEMPER cedẽtia retro.] *Vt.* Iam tandẽ Italiæ fugiẽtis prendim⁹ oras. QVAM vestrę fecère man⁹.] *Quod est dulcius.* ET quæ fuerit minùs obuia. Graijs.] *Id est, quæ nullũ patiantur excidium. Alij* fuerint *legunt: & volunt esse maledictũ in Græcos; vt ad* C *auspicia referas. quod non procedit: nec enim de hoc agebatur.* Obuia *autẽ, obnoxia, inimica, cõtraria.* SI quãdo Tybrim.] *Fluuium: pro quo regẽ ipsum posuit Tybrim, qui in hunc cecidit fluuium, & ei nomen dedit. Nam antea Albula dicebatur: vt ostẽdit in septimo Vergilius. Alij volũt, nõ Tybrim cecidisse; sed Tyberinũ regem Albanorũ: à quo Tyberis dictus est. Vt aũt Tybris dicatur, hæc ratio est. Quodã tẽpore Syracusani, victores Atheniensium ceperunt Syracusis ingentem hostium multitudinẽ, & eam cæsis montibus fecerunt addere munimẽta ciuitati. Tunc auctis muris etiã fossa intrinsecus facta est: quæ flumine admisso repleta, munitiorẽ redderet ciuitatem. Hanc igitur fossam, per hostium pœnã & iniuriam factã Tybrin vocauerunt, ἀπὸ τῆς ὕβρεως. Postea profecti Siculi ad Italiã, eam tenuerunt partẽ, vbi nũc Roma est, vsq; Rutulos & Ardeam. Vnde est.* Fines super vsq; Sicanos. *& Albulam fluuium, ad imaginem fossæ Syracusanæ, Tybrin vocauerunt, quasi ὕβριν: vt,* Effigiem Xanthi Troiamq; videtis. *Circa Syracusas autẽ esse fossam Tybrin nomine, Theocritus meminit.* GENTIQVE meæ.] *Bene genti suæ dicit, non sibi. Scit enim, Ascanio regna deberi victa, fatisq; incensa.* DATA mœnia cernam, Cognatasq; vrbes olim.] *Quandoq. & per omnia* cernam *subaudi. Sensus autẽ talis est: Si potuero ad Italiam peruenire, & regna cõstituere, & diuidere vrbes, & populos tibi cognatos. Nam & Aeneas & Helenus à Dardano originẽ ducunt. Ergo hoc dicit; Quoniam & ab vno originẽ ducimus, & ijsdẽ casibus subiacuimus.* TROIAM vtranque.] *Id est, quam & tu fecisti, & ego facturus sum, iungamus, & faciamus vnam: sed* animis, *hoc est, fœdere & affectione: quoniam reuerâ eas natura non sinit iungi. Quamuis quidam dubitans, vtrùm genere, an loci proximitate, propinquos dixerit. Sanè, quoniam occurrebat humanæ breuitas vitæ; bene subiunxit,* Maneat nostros ea cura nepotes. *Distinguẽdum autẽ,* Populosq; propinquos Epiro: *& sequentibus ostendit, quomodo.* HESPERIA.] *Id est, quibus populis author est* Dardanus. *Hesperiâ autẽ, ἑσπέριον, (nam Græcè dixit) & est de loco aduerbiũ. Dardanus Hesperiam tenuit. Figura enim nonnunquã pulchra est, si elocutio imperfecta sit. vt Cicero in Verrinis:* Qui Verrem Romuliâ. *& non addidit, tribu.* Cognatas vero vrbes, *Quidam in honorẽ Augusti dictum accipiunt. Is enim, cùm in Epiro Nicopolim conderet, cauit in fœdere ciuitatis ipsius, vt cognati obseruarentur à Romanis.* PROVEHIMVR pelago.] *Buthroto derelicto.* VICINA Ceraunia iuxta.] *Ceraunia, sunt mõtes Epiri, à crebris fulminibus propter altitudinẽ nominati. Vnde Horatius expressiùs dixit Acroceraunia, propter altitudinẽ & fulminum ictus.* CVRSVSQVE breuissimus.] *Adeò vt medio noctis spatio transfretauerit.* OPTATÆ telluris.] *Quæ à nauigantibus semper optatur.* SORTITI remos.] *Quis remigium suppletum erat. Et* sortiti, *per sortem diuisi ad officia remigandi, quis esset proreta; quis pedem teneret.* Corpora curamus.] *reficimus.* PASSIM.] *Prout quisq; voluit.* LITTORE sicco.] *Ad discretionem illius, quod aquã alluitur.* HORIS acta.] *Per horas decurrẽns.* SVBIBAT.] *Bene, subibat; post sextam enim horam descendit.*

CEDENTIA.] *quasi quòd Ausonia semper retrocedat.* POM. Sabi.
MINVS obuia.] *Hæc Troia vestra nullum patiatur excidium.* ARVA Tybridis.] *Tybris apud Syracusas Siciliæ fossa dicta est, in quam immissus fluuius, ciuitati munimento magno fuit. De Tybri in Latio, de quo nunc loquitur, dicemus lin*

mus libro octauo. OLIM.] aliquando. AVTOR.] vterq; nostrûm est: habet originẽ à Dardano. EA cura nepotes.] successores nostri sint in eâ curâ amicitiæ. CERAVNIA iuxta.] Ceraunia, montes Epiri, ab altitudine, in quã cadunt fulmina nominati. Horatius appellat Acroceraunia. Ora Ionij sinus, Ceraunijs clauditur montibus. ET montes vmbrantur opaci.] Ceraunij & Troiani.

DON. EFFIGIEM Xanthi, Troiamq; videtis, Quã vestræ fecêre manus.] habebant enim nomina originalis terræ quæ idcirco addiderat, vt amissæ veritatis affectum, simulatorũ vocabulorũ nuncupatione pensarẽt. QVAM vestræ fecêre manus.] Gratius est enim & dulcius, quicquid p nos fabricatur aut surgit. MELIORIBVS opto Auspicijs, & q̃ fuerit minus obuia Graijs.] Memor nominis Troiæ, quæ aduersis fatis penitùs interierat, ne aliquod alterius Troiæ nomẽ simile nasceretur, addidit, dicens: Fecistis quidẽ Troiam, sed opto, vt melioribus fatis sit cõdita, nec habeat aliquãdo obuios Græcos, aut eorũ faciem nouerit: quod malũ facilè potuit nasci, & accedere constitutæ in partibus suspectis. Sed hoc obtinuit, ne aliquãdo fieret. SI quãdo Tibrim, vicinaq; Tibridis arua Intrâro, gentiq; meę data mœnia cernã.] Si vnquam, inquit, Tibrim videre contigerit, & agros Italiæ ac mœnia, quæ nobis fatorũ ratione dicuntur esse decreta. Quum dicit, Siquando, ostẽdit, plus esse in proximitate desperationis: quoniam superiùs dixit: Italiam sequimur fugientem. COGNATAS'QVE vrbes olim, populosq; propinquos Epiro Hesperiâ, quibus idem Dardanus autor, Atq; idem casus, vnam faciemus vtranq; Troiam animis: maneat nostros ea cura nepotes.] Etsi nos, inquit, per longe regnorũ diuortia fortuna compellit: tamẽ animorũ potest esse indiuisus affectus. cùm enim vno generis autore nitamur, fiet, vt vestra Troia & nostra, animorũ religione nectatur. Quibus enim in aduersis eiusdẽ casus consortium fuit, debent feliciũ quoq; tẽporum prosperitate cõiungi. MANEAT nostros ea cura nepotes.] nostros studiosiùs imitari, quod viderint nos esse sectatos. PROVEHIMVR pelago vicina Ceraunia iuxta, Vnde iter Italiam cursusq; breuissimus vndis.] Vt, inquit, pelago prouecti sumus, hoc est, porrò vecti; ad eum venimus locũ, qui non longo cursu abesset ab Italiã. SOL ruit interea, & montes vmbrãtur opaci.] elapsus fuit dies ex maximâ parte. STERNIMVR optatæ gremio telluris ad vndã Sortiti remos.] Remis, inquit, ad littus accessimus. PASSIM'QVE in littore sicco Corpora curamus, fessos sopor irrigat artus.] In ipso illo littore refectis ex cibo corporibus sedimus: mox verò (vt fessos artus solet) somnus tenuit.

Haud segnis strato surgit Palinurus, & omneis
Explorat ventos, atq; auribus aëra captat:
Sidera cuncta notat tacito labentia cœlo:
Arcturum, pluuiasq; Hyadas, geminosq; Triones,
Armatumq. auro circumspicit Oriona.
Postquam cuncta videt cœlo constare sereno;
Dat clarum è puppi signum: nos castra mouemus,
Tentamusq; viam, & velorum pandimus alas.
Iamq; rubescebat stellis aurora fugatis:
Cùm procul obscuros colleis, humilemq; videmus
Italiam. Italiam primus conclamat Achates;
Italiam læto socij clamore salutant.
Tum pater Anchises magnum cratera coronâ
Induit, impleuitq; mero; Diuosq; vocauit
Stans celsâ in puppi:
Dij, maris & terræ, tempestatumq; potentes,
Ferte viam vento facilem, & spirate secundi.
Crebrescunt optatæ auræ; portusq; patescit
Iam propior, templumq; apparet in arce Mineruæ.
Vela legunt socij, & proras ad littora torquent.
Portus ab Eoo fluctu curuatur in arcum:
Obiectæ salsâ spumant aspergine cautes:
Ipse latet; gemino demittunt brachia muro
Turriti scopuli: refugitq; ab littore templum.

SER. AVRIBVS aëra captat.] Naturale enim est, vt, à quã parte flaturus est ventus, ad eam auris admota frigidior fiat. SIDERA cuncta notat.] Ideò cuncta; quia in Prognosticis legitur, non sufficere vnum signum, ad explorandam futuram serenitatem. Notat autem, vt Tullius; Notat & designat oculis, id est, diligenter intuetur. TACITO cælo.] Aut sereno: Aut nocturno, per quod tacetur: aut ipse tacitus: aut certè ad homines retulit. Nam licèt æternus sit astrium sonus; tamen à nobis non auditur. Ergo quantum ad nos, tacitum dixit. LABENTIA.] Cursu scilicet mundi. neque enim ventis feruntur; sicut de planetis dicitur. Ergo labentia, tanquam labentia: nunquam enim loco mouentur. ARCTVRVM.] Stella est post Vrsam, in Boote signo: ἀπὸ τῆς οὐρᾶς, id est, caudâ, καὶ ἄρκτου, vrsâ. ARMATVM'QVE auro circumspicit Oriona.] Bene, armatum auro: quia & balteus eius, & gladius, clarissimus fingitur stellis. Sic Lucanus; Ensiferi nimiùm fulget latus Orionis. Et sciendum, non hoc eum intueri, vt cernat signa, quæ omnibus patent: sed explorare stellarum vigorem, quo futura indicatur serenitas. vt in Georgicis; Nam neque tunc stellis acies obtusa videtur. Ipsum autem Orionem etiam tempestates significare, si fuerit obscurus, alibi ostendit: Cùm subito adsurgens fluctu nimbosus Orion. Si autem quærebat quasi non orta, nequaquam procedit: cùm etiam Septentriones dixerit, qui semper videntur. PLVVIAS'QVE Hyadas.] Id est, pluuiosas. Sallustius; Consedit in valle virgultâ nemorosâque: virgulta, pro virgultosa. Quidam autem Arcturum, vel pluuias Hyadas accipiunt; quia non vtraque vno tempore oriuntur. quod si ita est, erit Que pro ve. TRIONES.] id est, Septentriones duos, Cynosuram & Helicen. Varro autem ait, boues triones dici, & hæc signa etiam plaustra dicuntur, quæ bobus necessariò trahi solent; vt Græci ἄρκτον ἅμαξαν. CIRCVNSPICIT Oriona.] Aut quærit cernere; aut diu contemplatur. CÆLO constare sereno.] Id est, omnia videt habere cœlum, quæ significent serenitatem. Constare autem, Suppetere: vt Iuuenalis; Quis ferat vxorem, cui constant omnia? CLARVM signum.] Faculam eleuat: vt, Flaminas cùm regia puppis Extulerat. CASTRA mouemus.] Castra sunt, vbi miles steterit. Modò tamen classem significat; quia & castra nautica dicuntur. Dicta autem castra, quasi casta: vel quòd illîc castraretur libido, Nam nunquam his intererat mulier. TENTAMVS'QVE viam.] Id est, naues producimus. PANDIMVS alas.] Contos intendimus: vel antennas cum velo extendimus, quæ sunt velut alæ in malo nauis. HVMILEM'QVE Italiam.] Aut naturam prouinciæ ostendit: quod verum est in illo transitu, vt Sallustius; Italia plana ac mollis. Aut rem physicam exprimit: quia omne, quod continetur, altius est eo, quod continet. Aut quia procul visentibus terra humilis semper videtur: vt Lucanus; Et dubios cernit vanescere montes. CONCLAMAT.] Valde aut sæpius clamat. ITALIAM.] Tautologiã vsus est, ad exprimendum affectum nauigantium. SALVTANT.] Quidam, pro adorant, tradunt; vt deos salutare. CORONA induit.] Aut vsque ad summum impleuit: aut reuerà coronauit. MERO.] Hic vino. aliâs merum, quod nihil admixtum habet.

A DII maris.] *Per quod nauigo.* TERRAE.] *Ad quam iturus sum.* TEMPESTATVM.] *Ventorum, aurarum, temporum serenitatis: vt,* Vnde hæc tam clara repentè Tempestas? *Nam multa significat.* VENTO.] *Septimus casus.* SPIRATE.] *Et ad ventum pertinet, & ad fauorem: vt, Adspirat primo fortuna labori.* CREBRESCVNT optatæ auræ.] *Sonant. Magnum hic Anchisæ ostenditur meritum: cùm mox, ac precatur, dijs acceptus sit.* PATESCIT.] *Propinquantibus. vt,* Et angusti rarescunt claustra Pelori.] APPARET in arce Mineruæ.] *Palladis. vt,* Pallas quas condidit arces, Ipsa colat. *Hic dubium est, vtrùm Mineruæ templum, an arcem Mineruæ debeamus accipere. Sanè Calabria antè Messapia vocata est. hoc autem templum Idomeneus condidisse dicitur, quod etiam Castrum vocatur.* EOO.] *Euroo. Ab eo, quod est Eurous fluctus, ablatiuum Euroo, per deriuationem debemus accipere.* CVRVATVR in arcum.] *In arcus similitudinem: vt,* Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum, *id est, in antri similitudinem. Sic de Ponto Sallustius,* Vnde hic tulit colorem: nam speciem efficit Scythici arcus. IPSE latet.] *Reuerà procul intuentibus.* B *Vnde est,* Portusque patescit. *Nam secundùm Donatum, latè patet, non stat versus.* TVRRITI scopuli.] *In modum & similitudinem turrium. vt,* Hinc atque hinc vastæ rupes, geminique minantur. In cælum scopuli. REFVGIT'QVE ab littore templum. *Aedificia vicina littoribus longè intuenti videntur in mari; quæ accedentibus quasi recedere, & retrò se agere putantur. vel, quia situm est in colle, qui sensim crescit à litore: Ideò dixit,* refugit. *Tale est:* Terræq; vrbesq; recedunt.

POM. Sabi. EXPLORAT.] *Hæc est gubernantis præstantia. de Arcturo & Orione, diximus in primo.* GEMINOS'QVE Triones.] *vtramq; arctum.* VIAM.] *nauigando.* OBSCVROS.] *Ausonios.* HVMILEM.] *Cùm quis ex alto prospicit terram, videt eam iacere, & humilem esse.* PORTVS.] *Aetnei* TEMPLVM.] *Idomeneus cum Salentinis Locros appulit, & aliquot oppida ibi condidit: in quibus Vria, & castrum Mineruæ nobilissimum. in treis partes diuisa copia, in 12. populos abijt. Hæc Varro. Strabo dicit, Mineruæ fanum in Salentinis esse; quot Cretenses esse ait. Aiunt, post aliquot annos Idomeneum interijsse in patriâ, & ei suc-* C *cessisse Merionem; quo cecidit Vlysses, & quo Nausica Alcinoi nupsit Telemacho filio Vlysis; & triennio pòst decessit Laërtes.* PORTVS.] *castra Mineruæ.*

VAR. Lect. ARCTVRVM, pliadasque Hyadas.] *Quámuis in veteribus libris* Pliadas *legatur: placet tamen, quod eius loco positum est à recentioribus,* Pluuiasq; Hyadas. GEMINO demittunt brachia muro Turriti scopuli.] *In libris aliquot antiq.* Dimittunt *legitur. Atq; pro* Turriti, *sunt lib. qui* Erecti, *legant.* REFVGIT'QVE à littore templum.] *In antiq. exemp.* Ab littore, *est.*

CAEL. Rhod. *Tutilienam putandis frugibus præfuisse, Aug. scribit: & Ennius, Tutilinæ loca inhabitâsse memoratur. Tutanus deus, ab omnibus (vt Varro inquit) mortalibus labore affectis inuocabatur: vt qui illis præsidium afferret atque opem. Tutulum Fulgentius pallium accipit, quo ex sacro ritu caput obnuberent sacerdotes. vnde sit apud optimum maximum poëtam.*

Et capita ante aras Phrygio velamur amictu.

Corollas porrò compotantium, non est qui nesciat. nam & Ouidius:

Ebrius incinctis philyrâ conuiua capillis
Saltat, & imprudens vtitur arte meri.

Sed & Valerius Martialis:

Pinguescat nimio madidus mihi crinis amomo,
Lassenturq; rosis tempora sutilibus.

Sunt qui eam rei proferant rationem; quòd sic frigefaceret craneum, nimio plùs vino iam calens. Arist. putat, sic veteres annonæ fertilitatem solitos aucupari. nam & apud Homerum στέψαι non tàm coronare indicat, quàm explere: cum ait:

Κοῦροι δὲ κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο.

NECDVM orbem medium nox horis acta subibat, Haud segnis strato surgit Palinurus, & omnes Explorat ventos, atque auribus aëra captat, Sidera cuncta notat, tacito labentia cœlo: Arcturum, pluuiasque Hyadas, geminosque Triones, Armatumque auro circumspicit Oriona.] *Officium solliciti, peritiq; & diligentis gubernatoris expressit. Quod enim pertinebat ad eius curam, euigilauit competenti tempore: quod ad peritiam, sidera omnia inspexit: quod verò ad diligentiam, explorauit vniuersa.* Triones, *quidam volunt, quasi Vergilius de nomine ipso aliquid detraxerit; cùm hoc solo nomine vocitentur, signumq; habeant ex numero stellarum additum numini. Siue igitur dicamus Triones, siue Septentriones; eò redigitur res, vt vtrumque sit integrum.* DON.

POSTQVAM cūcta videt cœlo cōstare sereno, Dat clarum puppi signum; nos castra mouemus.] *hoc est, nauigia.* TENTAMVS'QVE viam.] *Primò enim quibusdam tentamentis initium sumitur nauigandi, vt naues in altum producantur.* ET velorum pandimus alas.] *Velorum, inquit, spatia & angulos aperimus. Vsurpatum est: vt alæ dicantur velorum, quibus volari possit in pelago. indè est, quod alio loco ait:* Linquimus Ortygiæ portus, pelagoque volamus.

IAM'QVE rubescebat stellis aurora fugatis, Quum procul obscuros colles humilemque videmus Italiam.] *Non quia naturâ suâ humilis erat atque depressa: sed quia etiam illa, quæ alta sunt, quum nauigantibus longè apparuerint, esse videntur humilia.* ITALIAM primus conclamat Achates; Italiam læto socij clamore salutant.] *Gratulabantur se reperisse Italiam, quam per tot annos quæsitam inuenire nequiuerant.* TVM pater Anchises magnum cratera coronâ Induit, impleuitque mero; diuosque vocauit, Stans celsâ in puppi.] *Ob id, inquit, quòd visa esset Italia, pater meus dijs vota soluebat.* DII, maris & terræ tempestatumque potentes, Ferte viam vento facilem, & spirate secundi.] *Hoc est, viam facilem præbete per maria: & fauorem vestrum temperato flatuum suffragio commodate. Ecce accedit petitionis fructus.* CREBRESCVNT, *inquit,* optatæ auræ.] *Naturali more dixit: aura enim nascitur, cùm primùm exoritur lux, quam suprà induxit nascentem: quo accedēte, crebrescit vētus.* PORTVS'QVE patescit Iam propior, templumque apparet in arce Mineruæ.] *In arce, ait: hoc est, in altitudine templum Mineruæ apparet.*

VELA legunt socij.] *Hoc verbū nautis est familiare: nam funes & vela quum colligunt, vel aliqua loca transeunt, legere appellant.* VELA legunt socij, & proras ad littora torquent.] *Arreptâ enim statione fidâ, opportunum fuit descendere, refectionis causâ. Sequitur descriptio portus, qui venientibus occurrerat.* PORTVS ab Eoo fluctu curuatus in arcum Obiectæ salsâ spumant aspergine cautes: Ipse latet, gemino dimittunt brachia muro Turriti scopuli, refugitque à littore templum.] *Portum ipsum non humana industria, sed natura procurauerat. nam ab oriente sole, quà maris fluctibus infestari potuit, magnas natura fabricerat cautes, quæ violentiam maris exceptis fluctibus frangerent. Spuma tantùm apparebat: quæ cùm nullius esset virtutis, nocere non poterat.* Ipse, *inquit,* latet: *hoc est, cùm sæuiunt fluctus, cùm procellæ vniuersa perturbant,*

ipse nescit quid agatur in pelago. Sic enim eius situs est, vt venti illum, quamuis validi reperire non posśint. Procurat eius tranquillitatem altitudo saxorum, quæ in modum brachiorum vtrinque proiectæ contra procellas & turbines, quasi aduersus hostes, murum præstant. REFVGIT'QVE à littore templum.] constitutis in portu eodem, templum non apparet. obsistentibus enim scopulis in immensum ductis videri non potest. A

Quattuor hîc primum omen, equos in gramine vidi
Tondenteis campum latè, candore niuali.
Et pater Anchises: Bellum ô terra hospita portas;
Bello armantur equi; bellũ hæc armenta minantur.
Sed tamen ijdem olim curru succedere sueti
Quadrupedes, & fræna iugo concordia ferre.
Spes est pacis, ait. tùm numina sancta precamur
Palladis armisonæ, quæ prima accepit ouanteis,
Et capita ante aras Phrygio velamus amictu:
Præceptisq; Heleni, dederat quæ maxima, ritè
Iunoni Argiuæ iussos adolemus honores.
Haud mora: continuò perfectis ordine votis,
Cornua velatarum obuertimus antennarum:
Graiugenumq; domos, suspectaq; linquimus arua.

SER. PRIMVM.] Aut quale nunquam antea viderat: aut antequam aliud videret; aut certè quia sequitur porcæ albæ omen. Alij verò, tondẽtes primum campum volunt, id est, primam partẽ campi. Sanè figuratè, Equos omen; diuersa enim significatione id omen dixit. Sed multi de libris augurum tractum tradũt. Iugetis enim dicitur augurium, quòd ex iunctis iumẽtis fiat. Obseruatur enim, ne prodituro magistratui disiunctis bobus plaustrum obuiam veniat. quod Vergilius obliquè ad equos transtulit; quos cùm solutos vidisset Anchises, quem auguriorum peritum fuisse, non dubium est; ait, Bellum ô terra hospita portas, Bello armantur. Dicendo armenta, obliquè intelligit boues, quos vitauerat dicere, & ne plaustrum nominaret, ait currus. cùm autem dicit Iugo, veram significationem Iugetis facit. Sed quia in libris Etruscis inuenitur, etiam equos bona auspicia dare: subiunxit, Spes est pacis, ait. CANDORE niuali.] Pro, candoris niualis; ablatiuum pro genitiuo. & hoc ad victoriæ omen pertinet. Simul notandum, Anchisen omnem habere diuinandi peritiam. Hinc est illud; Diuinique ossa parentis. TERRA hospita.] Vsurpatiuè hospita dixit. quæ enim in es exeunt, communia esse possunt. Nam fœmininum in a non mittunt. Lucanus: Hospes in externis audiuit curia tectis. Nec mirũ, abusum esse Vergilium: cùm & Plautus, Paupera dixerit in Aulular. ab eo quod est, hic & hæc pauper, vt, Pauperque senatus. Item, Pauperque domus, nec nota potentum Munera. BELLO armantur equi.] Hîc bello datiuus est. & ratiocinatio diuinationis est. ARMENTA.] Armenta dicta sunt, quasi apta armis. Nam & equi intersunt prælijs: clypei verò armantur boum corijs. Varro autem, boues Armenta vocari voluit, quasi Aramenta: quòd eorum præcipuè operâ in arandis agris vtamur. Vnde Columella lib. 7. Iumenta & armenta à re traxêre: quòd nostrum laborem vel onera, subuectando vel arando, iuuarent. Propriè itaq; Armenta, boues dicuntur & equi. Quámuis etiam alia maiora animalia, eo nomine dici posśint: licèt sint ad arandum, aut ad gestanda arma, inutilia. Nam Cerui, qui ad hoc non sunt idonei, inter armenta computantur à Vergilio, lib. 1. cùm ait: Hos tota armenta sequuntur. Dixerunt etiam Antiqui Armenta in fœminino. Ennius: Ad armentas ipsius easdem. Et Pacuuius: Tu curuifrontes pascere armẽtas soles. SED tamen.] Anacoluthon: Nam quamquam non præmisit. OLIM.] Infiniti temporis. CVRRV.] Pro, currui: datiuus vetus. SPES est pacis, ait.] Ostendit, latenter vincere posse Troianos, dicendo suprà; Curru succedere sueti: &, Iugo sueti. & cùm præmisisset de bello, pòst ait de pace; vt id magis remaneret in mentibus. PALLADIS Armisonæ.] Bene, post belli omen, armorum deam precatur. quamquàm hoc quoque templum visum ad omen pertineat. PHRYGIO velamur amictu.] Sicut dictum est, propter visum vel Diomedem, vel Vlyssen, quando ei Palladium redditum est. DEDERAT quæ maxima.] Vel propter caput velandum; vel ad illud pertinet, quod ait; Præq; omnibus vnũ Prædicam, hoc est, vt supplicet Iunoni. RITE.] secundùm ritum. vnde sequitur, Perfectis ordine votis.] IVNONI argiuæ.] Id est, magnæ: vt, Iunonis magnæ, aut, inimicæ Troianis. HAVD mora: continuò.] Vnum de his sermonibus vacat. Figura est ἐπαναμίξις, dicta, id est, mutuâ & inuicem declaratione. VELATARVM.] B Quia auti antennæ inuolutæ sunt velo, id est, velatæ. & est versus Spondaicus. GRAIVGENVM'QVE domos.] Sic est dictum, quemadmodum Troiugena. Et sciendum, sacrificij tantùm causâ eos tetigisse Calabriam: vbi dicuntur accepisse Palladium, sicut dictum est, à Diomede, vel Vlysse. Nec immeritò dubitatur. Vt enim in secundo legimus, ambo rapuerant. Domos autem ideò, quòd Helenus; Cuncta malis habitãtur mœnia Graijs.

NVMINA sancta.] Ita & Probus legit, & Apronianus. PRAECEPTIS'QVE Heleni.] Dionysius sic ait: Aeneas in Aetneum promontorium venit, vbi statio nunc est, qui portus Veneris dicitur. hîc & pateram Aeneas in templo Iunonis sacrauit. indè nauigauit in Siciliam. MAXIMA.] præcepta. IVNONI Argiuæ.] Templum Iunonis Argiuæ conditum ab Iasone fuit. non autem de illo intelligit, sed de eo, quod Oenotrij condidêre. vel aram ipsi erexêre Iunoni Argiuæ, ex præcepto Heleni. ARMA.] quæ per littora Calabriæ erant. POM. Sabi.

DON. QVATTVOR hîc primum omen, equos in gramine vidi, Tondentes campum latè.] Speciosum dictionis genus. non enim dixit, vidit equos in campo latisśimo gramen tondentes; sed vidi, inquit, equos in gramine tondentes campum latisśimum. & cùm non dicat, quibus alijs herbis pascerentur, ostendit sola illîc gramina fuisse. C CANDORE niuali.] Ecce in equis, quòd omnes quatuor fuerant & colore niueo, constituti in magnâ alimoniæ substantiâ, & latâ in vbertate camporum. ET pater Anchises, bellum ô terra hospita portas, Bello armantur equi, bellũ hęc armenta minantur.] Pater (ait) meus Anchises, fiduciâ scientiæ suæ, mox pronuntiauit, equorũ visum bella portendere: hac coniecturâ, quòd equis eatur ad bellũ. Confirmatio assertionis ipsius fuit, & plenisśima pronuntiatio, quod additur. BELLVM ô terra hospita portas. Bello armantur equi, bellum hæc armenta minantur.] Ridiculè hîc quidam conijciunt, quòd Anchises, exemplo equi ductus; per quem perijt imperium Troiæ, pronuntiauerit, equos istos bellum significare. sed falsum est. Idem quippe indicium suum, ex interiore scientiâ prolatum, sequenti & contrariâ disputatione dissoluit, dicendo: SED tamen ijdem olim curru succedere sueti: Quadrupedes, & fræna iugo concordia ferre.] Nonnunquam solet, inquit, hoc animalium genus, & ad currum iungi, & iuga portare, & fræna concorditer ferre. quo genere seductus, in aliam partem: SPES est pacis, ait.] Quomodo, inquit, significant bellum, pacem quoque significare posśunt. Dixit,

Digitized by Google

A *Dixit, quemadmodum valeant etiam spem pacis ostendere: quoniã signa pacis sunt, quæ de numero, de curru, & de frenis ostendit. pronuntiatione tamen duplici atque diuersâ vtramque fecit incertam.* TVM numina sancta precamur Palladis armisonæ, quæ prima accepit ouantes.] *His omnibus signis demonstrantibus per coniecturas bellum: quòd templum armatæ Palladis occurrerat, quæ meritò rogabatur, vt prosperum faceret, si quid fortè imminere possit aduersi; & ouantes dimitteret, quos ouantes exceperat.* ET capita ante aram Phrygio velamur amictu.] *Rogabamus, inquit, velatis capitibus ante aras more patrio stantes.* Ante aras dixit, *vt ostenderet, non solas preces fuisse; verùm etiam munera. Aras quoque dixit fuisse in naui; quæ non erant: vt ostenderet, Aram dici posse, vbicunque sacrificatur.* PRÆCEPTISQVE Heleni, dederat quę maxima, ritè Iunoni Argiuę iussos adolemus honores.] *Memores, ait, præceptorum Heleni, quæ maximè curanda & semper retinenda mandauerat.* IVNONI Argiuæ.] *hoc est, quæ apud Græcos præcipuè colebatur, vel Græcis fauebat.* IVSSOS.] *ostendit, necessitatem faciendi fuisse; non voluntatem.* HAVD mora: continuò perfectis ordine votis, Cornua velatarum obuertimus antennarum.] *Perfecto, ait, votorum ordine, submotâ omni morâ, obuertimus velatas antennas; vt cursum nauibus mutaremus.* Velatas antennas *dixit, quæ tenerent vela. dicit causam, propter quam hoc fecerunt.* GRAIVGENVMQVE domos, suspectaq; linquimus arua.] *Quæ enim suspecta sint, dimitti debent.*

Hinc sinus Herculei (si vera est fama) Tarenti
Cernitur: attollit se diua Lacinia contra,
Caulonisq; arces, & nauifragum Scylacæum.
Tùm procul è fluctu Trinacria cernitur Ætna:
Et gemitum ingentem pelagi, pulsataq; saxa
Audimus longè, fractasq; ad littora voces:
Exsultantq; vada, atque æstu miscentur arenæ.
Et pater Anchises: Nimirum hæc illa Charybdis:
Hos Helenus scopulos, hæc saxa horrenda canebat.
Eripite ô socij, pariterq; insurgite remis.
Haud minùs ac iussi faciunt: primusq; rudentem
Contorsit læuas proram Palinurus ad vndas:
Læuam cuncta cohors remis, ventisq; petiuit.
Tollimur in cœlum curuato gurgite, & ijdem
Subductâ ad maneis imos descendimus vndâ.
Ter scopuli clamorem inter caua saxa dedêre:
Ter spumam elisam, & rorantia vidimus astra.
Interea fessos ventus cum sole reliquit:
Ignariq; viæ Cyclopum allabimur oris.
Portus ab accessu ventorum immotus, & ingens
Ipse: sed horrificis iuxtà tonat Ætna ruinis:
Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubem,
Turbine fumantem piceo, & candente fauillâ;
Attollitq; globos flammarum, & sidera lambit:
Interdum scopulos, auulsaq; viscera montis
Erigit eructans, liquefactaq; saxa sub auras

HERCVLEI (si vera est fama) Tarenti.] *Fabula talis est. Lacones & Athenienses diu inter se bella tractarunt. cùm vtraque pars affligeretur; Lacones, quibus iuuentus deerat, præceperunt, vt virgines cum quibuscunque concumberent. Quo factum est,*
B *vt cùm, post sedata bella, iuuentus incertis parentibus nata, & patriam erubesceret, & sibi esset opprobrio, (nam Parthenatæ dicebantur) accepto duce Phalanto, octauo ab hercule, profecti sint: delatiq; ad breue oppidum* Calabriæ, *quod Taras Neptuni filius fabricauerat, id auxerunt; & prisco nomine appellarunt Tarentum. Bene ergo nunc,* Herculei Tarenti. *Est & alius fabulæ ordo. Lacedæmonij, cùm aduersùm Messenios bellum haberent, solis senibus relictis, omnem iuuentutem eduxerunt;*
C *iurauerùntq;, se non antè reuersuros, quàm Messenam expugnassent. Sed cùm victores reuersi essent, vidissentq; multitudinem iuuenum, qui ex seruorum & dominarum virginum concubitu, vt quidam volunt, sine vllo discrimine nuptiarum nati erant: seruos patibulis suffixerunt: filios strangulauêre; nepotes fugauerunt. Sed alij dicunt: timentes, ne qua ex illis discordia nasceretur, pueros, qui ex virginibus nati erant, Partheniatas vocauerunt, & Phalantum eis ducem constituerunt. Sed hi cùm venissent in Italiam, à quodam sepulchro, cui inscriptum erat Tare nomen, vrbem conditam Tarentum dixerunt. Hoc oppidum, post multos annos excidij Iliensis, conditum quidam dicunt. Alij dicunt, quòd, sicut suprà memoratum, nepotibus Lacedæmoniorum fugatis, à nomine ducis Taræ, Herculis filij, Tarentum dictum.* Quidam *Tarentum antè Satyrium dictum tradunt; & ab Herculis filio Tarento, pòst Tarentum dictum. Alij Herculeam appellatam volunt: quia Heraclidæ Lacedæmoniorum reges.* Bene ergo, si vera est fama: *aut quia Taras condiderat, auxerat Phalantus: aut quod ab Herculis filio conditum sit Tarentum, in quo molles & luxuriosi nascuntur. & hæc consuetudo Poëtæ est, vt, vbi de incertis dubitat, famam faciat auctorem.* ATTOLLIT se.] Quia *appropinquantibus, aut recedere montes videntur aut surgere.* DIVA Lacinia contra.] *Iunonis Laciniæ templum, secundùm quosdam, à rege conditore dictum: secundùm alios, à latrone Lacino, quem illic Hercules occidit, & loco expiato Iunoni templum constituit. Alij, à promontorio Lacinio, quod Iunoni Thetis dono dederat: quod ante Troicum bellum collatitiâ pecuniâ reges populiq; fecerunt. Quidam dicunt, templum hoc Iunonis, à Lacinio rege appellatum, cui dabat superbiam mater Cyrene, & Hercules fugatus. namque eum, post Gessonem extinctum, de Hispanis reuertentem, hospitio dicitur recipere noluisse; & in titulum repulsionis eius, templum Iunoni, tanquam nouercæ, cuius odio Hercules laborabat, condidisse. In hoc templo illud miraculi fuisse dicitur: vt, si quis ferro, in tegulâ templi ipsius nomen incideret, tamdiu illa scriptura maneret, quamdiu is homo viueret, qui illud scripsisset.* CAVLONISQVE arces.] *Caulon mons est Calabriæ. Horatius:* Et amicus Caulon Fertilis Baccho. *In quo oppidum fuit, à Locris conditum: quod, secundùm Hyginum, qui scripsit de situ vrbium Italicarum, olim non est. Alij à Caulo, Clitæ Amazonis filio, conditum tradunt.* NAVIFRAGVM Scylacæum.] *Periculosum nauibus. Dictum Scylaceum, vel à tractu, vel à periculi similitudine. Nam indè Scylla longè est. Alij dicunt, Vlyssen, post naufragium, in Italiâ de nauium fragmentis ciuitatem sibi fecisse, quam Nauifragum Scyllacæum nominarit. Alij ab Atheniensibus, qui cum Mnestheo duce venerant, & à Libyâ redierant, conditum tradunt.* ET GEMITVM ingentem pelagi.] *Videtur delatus primò ad fretum: postea ad Aetnam reuersus.* FRACTAS.] *Nimias: vt,* Fractos sonitus imitata tubarum. *Vel fractas, cum fragore venientes.* RVDENTEM.] *rudentem proram, id est, stridentem & sonantem in tempestate: vt est,* Et serâ sub nocte rudentum. ÆSTV miscentur arenæ.] *Describit loca Charybdi vicina: quæ esse credidit, ex periculi magnitudine.* NIMIRVM.] *Nisi fallor.* ILLA.] *Hoc pronomine, & in veneratiuâ, & in vituperatiuâ, significatione, veteres vtebantur. vt hic,* Illa, *id est, periculosa, detestabilis. Veneratiuè autem: vt,* Sic pater ille deûm faciat. HÆC SAXA horrenda canebat.] *Retulit se ad historiam. Nam pro scylla, saxa dixit horrenda.* ERIPITE.] *De periculis, & deest, nos.*

LÆVAS ad vndas.] *De Ionio venientibus aliter nō procedit.* CVNCTA cohors.] *Quia superiùs dixit,* Nos castra mouemus. GVRGITE.] *Pro, fluctu.* AD manes imos.] *Poëtica hyperbole.* SCOPVLI clamorem.] *De historiâ, vt suprà diximus, hoc traxit. Vndæ etenim elisæ concauis saxis canum imitantur latratus.* ELISAM.] *Exclusam, expressam: vt,* Elisos oculos & siccū sanguine guttur. RORANTIA astra.] *Eum scilicet locum, in quo astra sunt, per diem non videbant.* Rorantia *autem, pro irrorata, id est, quæ irrorabantur: a qua significatione, non est apud Latinos participium. Sanè hyperbole est.* VENTVS cum sole] *Ventorum enim mutationem necesse est fieri, vel oriēte Sole, vel occidēte.* IGNARIQVE viæ, Cyclopum allabimur oris.] *Vt,* Seruatum ex vndis, Strophadum me littora primū Accipiunt. *Similis enim est sensus.* CYCLOPVM.] Clo *habet accentum: quia Latina declinatio est in accusatiuo. quia græcè posuit. Cyclopas, cy habet accentum: si Cyclopes,* clo *habet.* AB accessu.] *Id est, in accessu.* TONAT Ætna ruinis.] *Sensus est: portus quidem securos nos faciebat: (deest enim,* Quidem*) sed Aetna terrebat. & causa huius incendij, secundùm Virgilium, Aetnæ, hæc est. Sunt terræ desudantes sulphur, vt penè totus tractus Campaniæ, vbi est Vesuuius & Gaurus montes: quod indicat odor aquarum calentium. Item nouimus, ex aquæ motu ventum creari. Esse etiam concauas terras secundùm Aetnam, cōstat: & ab eâ parte, quâ Eurus vel Africus flant, habere speluncas, & plenas sulphuris, & vsque ad mare deductas. Hæ speluncæ recipientes in se fluctus, ventum creant qui agitatus, ignem gignit sulphure. Vnde est, quod videtur incendium. Hoc autem verum esse, illa comprobat ratio: quia & alijs flantibus vētis, nihil ex se mittit: & pro modo flatuum Euri, vel Africi, interdum fumum, interdum fauillas, nōnunquam vomit incendia. quod & hoc loco ostendit: nam effectum indicat, supprimit causas.* PRORVMPIT ad æthera nubem.] *Id est, euomit & fundit. & est noua locutio: nec enim possumus dicere, prorumpo illam rem. potuit enim rectè dici, nubes prorumpit. Sanè tota hæc descriptio poëtica est.* CANDENTE fauillâ.] *Id est, scintillis. & bona est periphrasis. Nam fauilla est deserta igne scintilla. Quāmuis sæpè viderimus, de Aetnâ, sicut nigrum fumum; ita & candidum, & pinguem manare.* VISCERA montis.] *Id est, partes. Sic autem dixit viscera; quemadmodum terræ ossa dicuntur.* ERVCTANS.] *Ructo, ructas, tantùm facit: sicut Cicero;* Eructant sermonibus suis cædem bonorum. *Vergilius:* Atq; omnem Cocyto eructat arenam. *Horatius vsurpauit:* Hic dum sublimis versus eructat. LIQVEFACTAQVE saxa.] *Putria, decocta in modum calcis.*

POM. Sabi. HERCVLEI Tarenti.] *Antiochus tradit: bello Messenio, quod à Laconibus gerebatur, Laconum vxores cum seruis concubisse. finito bello, quod 10. & 9. annos durauit, rediêre Lacones, & stirpem illam seruilem habebant: quæ indignata, duce Phalanto, Lapygiam profecta est. Placuit in Ionio sinu habitare, vbi Taras Neptuni filius oppidulum condiderat, & Tarentum nominauit. Alij tradunt, missos fuisse ab exercitu Laconum validissimos iuuenes, qui virginibus concumberent, ad reparandam prolem. Tarentum sub Herculis Tutelâ fuit. in eâ seruabatur Herculis ænea imago, à Lysippo facta: quam Fabius Maximus, secundo bello Punico victor, in Capitolium transtulit. Tarentum Lacedæmoniorum opus, Calabriæ quondam, & Apuliæ, & totius Lucaniæ caput; tum magnitudine & muris portuq; nobilis, tum mirabilis situ. quippe in ipsis Adriatici maris faucibus posita, in omnes terras, Istriam, Illyriū, Epirum, Achaiam, Africam, Siciliam, vela mittit.* LACINIA.] *Lacinia rupes vsque in promontorium Laconum excurrit longitudo Italiæ. in eo est templum Iunonis. nomen habet à Lacinio latrone, quem ait Diodorus Herculem interemisse: quia boues prædatus fuerat.* CAVLONISQVE.] *Caulon in Appennino est, oppidum conditum à Locris: vt Hyginus meminit. in eo optimum gignitur vinum. Plerique volunt* A *idem esse, quod Aulona dicunt. Strabo sic ait:* Aulona quasi Vallona, à valle: opus est Achiuorum, nunc caulon dicitur. SCYLACÆVM.] *Athemēsis colonia est, sociorum. Mnesthei. Scylacæū, quasi quòd in eo propter scopulos sæpè naufragium fiat.* CHARYBDIS.] *pro Scylla.* SVBDVCTA.] *remota.* ORIS Cyclopum.] *insula est. Vt historiæ narrant, duo fratres fuerunt, Cyclops & Lestrygon: qui Vlyssem è Lotophagis ad ea loca delatum, non humanè exceperunt: & perijsset, nisi fuisset filiorum benignitas. Cyclopis filius erat Antiphates; & Lestrygonis Polyphemus. Discedens Vlysses, Hacenam regis loci filiam, Alpenoris amore pereuntem, rapere conatus est: sed frustra hinc nauigauit. Antrum Cyclopum, scopuli sunt tres: propè est Vlyssis portus. dicti sunt à Cyclope, & prope Aetnam habitauerunt: & ante eos Chalybes. primi fuerunt fabri ferrarij: ideò Vulcani ministri finguntur.* IVXTA.] *illum portum.* ÆTNA.] *mons est Siciliæ, flammas euomit: & quare vomat, diximus. Trogus autem lib. 4. ait.:* Sicilia terra est cauernosa & fistulosa: quo fit, vt ventorum flatibus pateat; vnde ignis concipitur. intrinsecùs sulphur habetur, & bitumen: vbi ventus per spiramenta cauernarum incubuit, diu luctatus ignem B concipit: sic Aetnę durat incendium. *Motus ergo ventorum, causa incendij est.*

NIMIRVM hæc illa Charybdis.] *In antiquis aliquot libris,* Hîc illa, *legitur.* ERIPITE, ô socij] *In plerisque libris antiquis, absque* ô *legitur,* Eripite socij. PRIMVMQVE rudentem Contorsit læuas proram Palinurus ad vndas.] *In antiquis aliquot exemplaribus,* Rudente *legitur, casu septimo.* SVBDVCTA ad manes imos descendimus vndâ.] *In Mediceo, in Porcio, & aliquot alijs libris antiquis.* Descendimus *habetur.* IPSE, sed horrificis iuxtà tonat Ætna ruinis.] *in libris aliquot antiquis legere est,* Ipse sub horrificis. SCOPVLOS, auulsaq; viscera.] *In antiquis aliquot libris,* Conuulsa *legitur.* VAR. Lect.

DON. *Iam nomina locorum exsequitur, quæ transierunt, vel quæ euaserunt.* HINC sinus Herculei (si vera est fama) Tarenti Cernitur: attollit se diua Latinia contrà, Caulonisque arces, & naufragum Scylaceum: Tùm procul è fluctu Trinacria cernitur Ætna, Et gemitum ingentem pelagi, pulsataque saxa Audimus longè, fractasque in littore voces, Exsultantque vada, atque æstu miscentur arenæ.] C *More suo multa superflua descripsit: vt ad eum locum veniret, qui fuerat necessarius. Debuit enim partes Charybdis tangere: vt responsorum Heleni fidem apertè ostenderet. Hanc primus Anchises intellexit. ipse enim dixit:* NIMIRVM hîc illa Charybdis: Hos Helenus scopulos, hæc saxa horrenda canebat.] *Parum fuit, loca intellexisse; nuntiasse etiam: dat quoque in præsenti consilium, vt euadi potuisset, dicens:* ERIPITE ô socij, pariterque insurgite remis.] *Socios non frustra appellauit. in communi enim periculo omnibus fuerat laborandum; ne simul omnes sorberet Charybdis: quasi diceret; pro vobis facietis, qui periculorum præsentium participes estis.* HAVD minus ac iussi faciunt.] *Confestim, vt iussi sunt, fecerunt: quippe aduersùs præsentem & maximam vim, celeres & maximi omnium conatus fuerant necessarij, quorum periculum fuit.* PRIMVSQVE rudētem Contorsit læuam proram Palinurus ad vndas; Læuam cuncta cohors remis ventisq; petiuit.] *Palinurus in hac causâ, quam obseruabant vniuersi, quâ periculum vitare potuissent, consilium primus arripuit, vt ad læuam niteretur. hunc imitabantur cæteri: iuuabat & ventus. sed nihil profuit peruenisse; nisi qui apparati venerunt ad resistendum. tamen obtinuit malum, quod nauigia implicabat.* TOLLIMVR in cœlum curuato gurgite, ijdē Subductâ

Digitized by Google

A ductâ ad manes imos deſcendimus vndâ.] *Deſcriptionem fecit Charybdis, ſecundùm Heleni denunciationem. factis primò quippe verticibus pelagi, cum ipſis nauibus ad cœlum exæſtuans vnda peruenit: dehinc remeans in altitudinem demerſam reuocatos adduxit.* TER ſcopuli clamorem inter caua ſaxa dedêre; Ter ſpumam eliſam, & rorantia vidimus aſtra.] *Tale fuerat malum, vt hoc conſtet & non ſemel valuiſſe; ſed ſæpius tantaq; eius fuerat vis, vt ſereno cœlo aſtra videremus in nubibus rorantia; vt ad plenum redirent vndæ, quas ructauerat Charybdis.* INTEREA feſſos ventus cum ſole reliquit, Ignarique viæ Cyclopum allabimur oris.] *poſt periculum Charybdis, delati, inquit, ſumus ad monſtra. & quia dici potuit; Cur tendebatis ad hæc loca, quæ ſaluti veſtræ potuerint eſſe contraria? Ipſe vltrò vſus eſt excuſatione, prætendens locorum & viarum ignorationi, & tenebras noctis. Huius deſcribitur ſitus.* PORTVS ab acceſſu ventorum immotus, & ingens Ipſe, ſed horrificis iuxtà tonat Aetna ruinis, Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubem Turbine fumantem piceo, & candẽte fauillâ; Attollitq; globos flammarũ & ſidera lambit: Interdũ ſcopulos, auulſaq; viſcera mõtis Erigit eructans, liquefactaq; ſaxa ſub auras Cum gemitu glomerat, fundoq; exæſtuat imo.] *Dum vult prædicti portus bona malaq; narrare: habuit occaſionem, vt Aetnæ quoq; flammas, ruinas, motus horrendos ac ſonitus, & eructationes fumoſi incendij, deſcriberet.*

Cum gemitu glomerat, fundoq; exæſtuat imo.
Fama eſt, Enceladi ſemuſtum fulmine corpus
Vrgeri mole hac; ingentemq; inſuper Aetnam
Impoſitam, ruptis flammam exſpirare caminis:
Et, feſſum quoties motat latus, intremere omnem
Murmure Trinacriam, & cœlũ ſubtexere fumo.
Noctem illam tecti in ſyluis immania monſtra
Perferimus; nec, quæ ſonitum det cauſa, videmus:
Nã neq; erant aſtrorum ignes, nec lucidus æthrâ
Sidereâ polus: obſcuro ſed nubila cœlo,
Et lunam in nimbo nox intempeſta tenebat.
Poſtera iamq; dies primo ſurgebat Eoo,
Humentemq; aurora polo dimouerat vmbram:
Cùm ſubitò è ſyluis macie confecta ſupremâ
Ignoti noua forma viri, miſerandaq; cultu
Procedit, ſupplexq; manus ad littora tendit.
Reſpicimus: dira illuuies, immiſſaq; barba,
Conſertum tegmen ſpinis: ac cætera Graius,
Et quondam patrijs ad Troiam miſſus in armis.
Iſq; vbi Dardanios habitus, & Troia vidit
Arma procul; paulùm aſpectu conterritus hæſit,
Continuitq; gradum. mox ſeſe ad littora præceps
Cum fletu precibuſq; tulit: Per ſidera teſtor,
Per ſuperos, atq; hoc cœli ſpirabile lumen,

SER. FVNDO imo.] *Ab imo. & reddit cauſam latenter. Indè enim ventus ex aquâ natus erumpit.* FAMA eſt.] *Bene fabuloſam rem dicturus excuſat. Nam reueri, niſi, quæ de gigantibus legimus fabuloſa acceperimus; ratio non procedit.* B *Nã cùm in Phlegrâ, Theſſaliæ loco pugnâſſe dicantur: quemadmodum eſt in Siciliâ Enceladus: Othus in Cretâ, ſecundùm Salluſtium, (vnde Othij campi:) Thyphoëus in Campaniâ, vt,* Inarime Iouis imperijs impoſta Thyphœo? *Sed Varro dicit, in diluuio aliquos ad montes confugiſſe cum Vtenſilibus: qui laceſſiti poſtea bello ab his, qui de alijs veniebant montibus, facilè ex locis ſuperioribus vicerunt. vnde fictum eſt, vt dij ſuperiores dicerentur; Inferiores verò, terrigenæ. Et quia de humilibus ad ſumma reptabant, dicti ſunt pro pedibus habuiſſe ſerpentes.* SEMVSTVM.] *Pro ſemiuſtum. Et ſciendum ſic poni, quaſi ſemianimis ſit Enceladus. vnde eſt.* Motat latus. *Sed ſimul ponitur ſecundùm fabulam cauſa: quaſi ex fulmine ſit illic natum incendium.* CAMINIS.] *Fornacibus Græcè dixit, ἀπὸ τοῦ καίειν.* MOTAT.] *Mouet frequenter. Nam ſi* mutat *legeris: das refectionem labori.* C *Quamuis alij* mutat *accipiunt; vt eſt,* Et terruit auſter euntes. NOCTEM illã.] *Melius per accuſatiuum dixit.* TECTI ſyluis.] *vt,* Te ſyluis agitare feras. VIDEMVS.] *Mente, vel oculis.* NAM neque erant aſtrorum ignes.] *bene* ignes; *quia de Aeneâ loquebatur, vt magis flammæ eius manifeſtæ fierent cælo lucente.* IN nimbo.] *Propriè nimbus eſt, qui deorum vel imperantium capita, quaſi clara nebula, ambire fingitur.* ÆTHRA ſydereâ polus.] *Per æthram ſydeream, hoc eſt, per ſplendorem ætheris. Sanè æther, eſt ipſum elementum; æthra verò, ſplendor ætheris. Sciendum eſt, Homerum, & ætherem, & aërem, communis generis dicere: quod de aëre nos non poſſumus dicere. De æthere, æthra factum eſt. Et ſecundùm rationem iſtam, poteſt & æther, & æthra, vnum eſſe; vt nunc ſit pro æthere ſydereo, cum cæli ſplendor Aethra dictus ſit.* NOX intempeſta.] *Media: hoc eſt, nimiùm obſcura. Intempeſta, dicta eſt nox media: Intempeſtiua, Inactuoſa, carens actibus, per quos tempora dignoſcimus. Ait enim Lucretius, quia per ſe tempus non intelligitur, niſi per actus humanos. Medium autem noctis tempus actu caret. Ergo* intempeſta, *inactuoſa: quaſi ſinè tempore, hoc eſt, ſinè actu, per quem dignoſcitur tempus. Vnde eſt, Intempeſtiuè veniſti, id eſt, ἀκαίρως. Ergo intempeſta dicitur: quia caret tempore. Sanè noctis ſeptem tempora ponuntur. Crepuſculum, quod & Veſper: Fax, quo lumina incenduntur: Concubium, quo nos quieti damus: Intempeſta, id eſt, media: Gallicinium, quo Galli cantant: Conticinium, poſt cantum Gallorum: Silentium, Aurora vel Diluculum: Matutinum, tempus quod ante ſolem eſt.* TENEBAT.] *Quaſi curſum eius denſitate ſui nimbi inhiberet.* HVMENTEMQVE.] *Hic participium poſitum eſt verbo carens. ergo humentem, pro humidam: quoniam noctu ros cadit.* AVRORA polo dimouerat vmbram.] *Hyſteron proteron in ſenſu. Antè enim aurora eſt, quàm ſit dies.* Vmbram *verò, quia nox vmbra terræ dicitur.* CVM ſubitò è ſyluis.] *Arguitur, in hac Achemenidis deſcriptione, Virgilius, negligentiæ Homericæ narrationis. Vlyſſes enim inter initia erroris ſui ad Cyclopas venit. quemadmodum ergo Aeneas, poſt ſeptimum annum, quàm à Troiâ profectus eſt, ſocium Vlyſſis inuenit? præſertim cum eum tribus menſibus in regione Cyclopum dicat moratum, & mox Aeneas de Siciliâ ad Africam veniſſe dicatur.* SVPREMA.] *Pro plurima.* NOVA forma viri.] *Benè formam dixit, non hominem. & eſt periphraſis; pro, ignotus vir. Noua autem fugienda. Alter alibi:* Quis nouus hic noſtris, *id eſt, inſperatus. Idem:* Subitoque nouum conſurgere bellum, *id eſt, deteſtandum. Item:* Vere, nouo, *id eſt, incipiente. Item:* duo lacte nouo, *id eſt, recenti. Item:* Comitum adfluxiſſe nouorum, *hoc eſt, ignotorum.* CVLTV.] *Pro, habitu.* ILLVVIES dira.] *Sordes tetra.* IMMISSAQVE barba.] *Quidam barbam maiorem, luctus indicium à Vergilio poſitum reprehendunt: cùm Eroës non fuerint ſoliti tondere barbam. An immiſſam, neglectam & impexam accipimus?* CONSERTVM tegmen ſpinis.] *Illigatum ſpinis. Hinc eſt in Terentio;* Video ſentum, ſqualidum, pannis annisque obſitum. AT cætera graius.] *Habet enim vnaquæq; gens inceſſum, & vocem propriam. Sanè,* cætera Graius, *græca locutio eſt: vt Salluſt.* Sanctus alia. AD Troiam miſſus.] *Aut ex ſequenti eius confeſſione hoc didicit: aut Græcum eſſe, colligitur ex trepidatione. vt Terentius;* Neſcio quid peccati portat hæc purgatio. HÆSIT.] *Dubitauit.* SESE] *Pronomen compoſitum. nam ſeſe, duo pronomina ſunt.* PRÆCEPS.] *Sinè reſpectu ſalutis: ſcilicet poſtquam Cyclopum grauiora cogitauit pericula. Sanè breuis ei, quaſi timenti, prima datur oratio.* TESTOR.] *Quæſo obteſtor.* SPIRABILE.]

Vnas

Vitale, quo ſpiramus. & deeſt ſermo Ciceronis: quanquam ille Spiritabile dixerit, in libris de Deorum natura.

POM. Sabi. FAMA eſt, Enceladi.] *Gigantes, vt fortiſsimi, cùm periêre, ne poſſent aliquâ viâ renaſcentes emergere, ingentes moles ſuperimpoſitas corporibus habent: Enceladus Aetnam Siciliæ; Othus montem Cretæ; Typhœus, Inarimen Campaniæ inſulam.* CAMINIS.] *cauernis.* MVRMVRE.] *motu.* SVBTEXERE.] *cooperire.* PERFERIMVS.] *patienter tulimus.* ÆTHRA.] *Ablatiuus eſt. Aethra ſplendor aëris eſt: ponitur pro æthere.* COELO.] *deeſt, Erant.* POSTERA.] *ſequens aurora.* VMBRAM.] *noctem. nam nox eſt vmbra terræ.* VIRI.] *Græci.* SVPPLEX.] *ſocius Vlyſsis Achemenides.* PRÆCEPS.] *velox, & non ſaluis ſperans.* SPIRABILE.] *quo ſpiramus.*

VAR. Lect. ET feſſum quoties motat latus.] *In antiquis aliquot libris,* mutat, *legitur.* NOCTEM illam tecti in ſyluis immania monſtra Perferimus.] *In libris aliquot antiquis,* Nocte illâ, *ablatiuo caſu legitur. Omnia præterea exemplaria, quæ ſeruauimus,* Tectis ſyluis, *abſque* In, *legunt.* RESPICIMVS.] *In antiq. al. lib.* Proſpicimus *legitur.* FAMA eſt, Enceladi ſemuſtû fulmine corpus Vrgeri mole hac, ingentemque inſuper Aetnam impoſitam ruptis flammam expiare caminis, Et feſſum quoties mutat latus, intremere omne Murmure Trinacriam, & cœlum ſubtexere fumo.] *Eiuſdem Aetnæ etiam originem & cauſas volens poëta ſubnectere, quoniam incerto auctore prolata videbantur, proindeq; erant fabuloſa atque incredibilia: Fama eſt, inquit, ne in rebus incertis, & fortaſsis impoſsibilibus ipſe ſe quaſi certum autorem conſtitueret. Inſerit etiam ipſam fabulam, non ſe autore, (vt dictum eſt) ſed fama vulgatam. Enceladum, inquit, gigantem finxerunt, pro ſacrilegio, quod aduerſum deos cum cæteris gigantibus admiſerat, ſemuſtum fulmine Iouis, ingentis Aetnæ molibus eſſe ſubiectum: proindeq; montem ipſum ignem eructare, fulminis pœnâ: facere autem motum terræ, quum idem Enceladus, conuerſus in aliud latus, alterius voluerit vice effœtas vires, & tolerandi ſubſtantiâ ſuperari.* NOCTEM illam tecti ſyluis immania monſtra Perferimus, nec quæ ſonitum det cauſa videmus. Nam neque erant caſtrorum ignes, nec lucidus æthrâ Sidereâ polus: obſcuro ſed nubila cœlo, Et lunam nimbo nox intempeſta tenebat.] *Faciebant, inquit, nobis horrorem, ſonitus ſyluæ: nox nubila, nullo ſolatio vel lunæ vel ſiderum: omnia quippe nubes obtexerant.*

ADR. Bar. REMIS ventiſq;.] *Hac prouerbiali metaphorâ, dicimus aliquos maximo conatu adniti atq; incumbere. Sumptum à nautis.*

A DON. POSTERA iamq; dies primo ſurgebat Eoo, Humentemq; aurora polo dimouerat vmbram: Cùm ſubito è ſyluis macie confecta ſupremâ Ignoti noua forma viri, miſerandaq; cultu Procedit, ſupplexque manus ad littora tendit.] *Mox ait, vt lux cœpit exoriri, emerſit è ſyluis Ignoti noua forma viri. Non hoc eſt noua forma, quod eſt ignoti. noua enim forma ad ea pertinet, quæ infrà de cultu eius & ſordibus ſpecialiter poſuit: ignoti verò, quem reuerâ neſciſſent.* MISERANDAQVE cultu.] *& hoc ad generalitatem pertinet, quam inferiùs aperit, deſcribens tegumenta eius & barbam.* SVPPLEXQVE manus ad littora tendit.] *geſtu corporis & manibus oſtendens, quid rogaret. quia vox eius audiri non poterat, ipſo in littore poſito, & nobis in nauibus conſtitutis.* RESPICIMVS.] *Ideò* reſpicimus *poſuit: quia non audiebatur vox rogantis.* DIRA illuuies.] *Non,* reſpicimus dira illuuies; *ſed ſeparatim pronuntiandum eſt, & abſolutè intelligendum: vt ſit, quod reſpeximus, dira illuuies fuit. Non ſuffecit nominaſſe illuuiem, ait, &* Dira. IMMISSAQVE barba.] *Immiſſa, hoc eſt, vltra modum grandis.* CONSERTVM tegmen ſpinis.] *Non ille texerat tegmen more hominum ſutum; ſed habuit concinnatum ſpinis. non enim in talibus locis acum habuit aut ſilum, aut fuit ſpecies integra, quæ honeſto genere iungeretur. Spinis ergo, fruſta pannorum continentibus, conſertum illius fuerat tegumen.* B AT cætera Graius.] *Locutionis genus eſt, quale eſt,* Nuda genu. *In cæteris, inquit, Graius apparebat. nam ſuperioribus ſordibus ita conſimilia in illo fuerant omnia, vt quiuis intelligere poſſet hominem Græcum.* ET quondam patrijs ad Troiam miſſus in armis.] *Apparebat eum ex ijs eſſe, qui ex partibus Græciæ ad expugnandam venerant Troiam. Quàm gratum fuit Troianis, vt talem viderent inimicum ſuum?* ISQVE vbi Dardanios habitus, & Troia vidit Arma procul; paulùm aſpectu conterritus hæſit, Continuitq; gradum: mox ſeſe ad littora præceps Cum fletu precibuſq; tulit.] *Ex eo, inquit, magis intelleximus, vnum fuiſſe de hoſtibus: & ex eo prior noſtra firmata ſuſpicio: quia, cùm nos Troiano cultu & armorum indicio cognouiſſet, territus coſcientiâ, ſubſtitit paululùm: ſed ob metum eius neceſsitas vicit.* MOX ſeſe ad littora præceps Cum fletu precibuſque tulit.] *Præceps, hoc eſt, vltra modum feſtinans, & nihil metuens, ne deſiderium eius curſus nauium præueniret. Cum fletu precibuſq; ſe tulit ad littora: atque hæc, cùm rogaret, dixit:* Per ſidera teſtor, Per ſuperos, atq; hoc cœli ſpirabile lumen: Tollite me Teucri, quaſcunque abducite terras.] C *Cùm longè eſſet, geſtu corporis ſe ſupplicem demonſtrauit: at verò vbi ad littus peruenit, addidit preces & lachrymas, quando videri poterat, & audiri.*

Tollite me Teucri, quaſcunq; abducite terras.
Hoc ſat erit: ſcio me Danais è claſsibus vnum,
Et bello Iliacos fateor petijſſe penates.
Pro quo, ſi ſceleris tanta eſt iniuria noſtri,
Spargite me in fluctus, vaſtoq; immergite ponto.
Si pereo: manibus hominum perijſſe iuuabit.
Dixerat, & genua amplexus, genibuſq; volutans
Hærebat. Qui ſit, fari, quo ſanguine cretus,
Hortamur, quæ deinde agitet fortuna, fateri.
Ipſe pater dextrâ Anchiſes, haud multa moratus,
Dat iuueni, atq; animum præſenti pignore firmat.
Ille hæc, depoſitâ tandem formidine, fatur.
Sum patriâ ex Ithacâ, comes infelicis Vlyſsi,
Nomine Achemenides; Troiam genitore Adamaſto
Paupere (manſiſſetq; vtinam fortuna!) profectus.
Hîc me, dum trepidi crudelia limina linquunt,
Immemores ſocij vaſto Cyclopis in antro
Deſeruêre. domus ſanie, dapibuſq; cruentis,

SER. QVASCVNQVE.] *Quò eat, non contigat; eorum comparatione quæ fugit.* HOC ſat erit.] *Vitâſſe Cyclopas.* ſcio.] *Modò, confiteor.* E claſsibus.] *Ex equitibus, modò: vt eſt,* Et Ortynæ claſſes, *id eſt, equites.* PETISSE.] *Cauſâ metri addidit ſyllabam: vt,* Nos abijſſe rati, & vento petijſſe Mycenas. TANTA eſt.] *vt non poſſet fortunæ præſentis qualitate molliri.* SPARGITE.] *Hoc eſt, dilacerate, & quia nec ſæuiùs, nec celeriùs, aliud fieri poteſt, nouâ breuitate vſus eſt: vt intelligatur, priùs laniandum, mox inſpargendum pelago.* HOMINVM manibus perijſſe iuuabit.] *Obliquè loquitur. Nam vult oſtendere, hominum hanc non eſſe crudelitatem.* GENVA amplexus.] *Phyſici dicunt, eſſe conſecratas numinibus ſingulas corporis partes: vt aurem Memoriæ: Hinc eſt,* Cynthius aurem vellit, & admonuit. *Frontem Genio: vnde venerantes deum, tangimus frontem. Dextram Fidei: vnde paulò pòſt,* Atque animum præſenti pignore firmat. *Genua miſericordiæ: vnde hæc tangunt rogantes. Sanè, ſicut frequenter dictum eſt, etiam*

hîc

Digitized by Google

Intùs opaca ingens: ipſe arduus, altaq; pulſat
Sidera, (dij talem terris auertite peſtem.)
Nec viſu facilis, nec dictu affabilis vlli:
Viſceribus miſerorum, & ſanguine veſcitur atro.
Vidi egomet, duo de numero cũ corpora noſtro,
Prenſa manu magnâ, medio reſupinus in antro
Frangeret ad ſaxum; ſanieq; aſperſa natarent

A *hic oſtenditur ſubtiliter, Anchiſen & Aenean, tam Pontificatus, quàm Flaminij Iuris, & peritos, & præſules fuiſſe. Iure autem Pontificali, ſi quis Flaminis pedes vel genua fuiſſet amplexus, verberari non licebat. hoc eò præcipiebatur, ne eſſet vllum præpedimentum religionis, quò minùs ſecundis muneribus inſeruiretur: aut eſſet importunitas, in profanis locis aliquantiſper morandi.* Quod hîc diligenter exſequi videtur *de Achemenide, qui poſt preces habitas genua amplexus, genibus voluitans hærebat: in quo more, vel præpedimenti * verbum procul dubio eſt: tum quòd & ipſe genibus volutabat; vel quòd genua amplexus etiam religione habebatur. quo in loco ſatis non fuit, nulla verbera adhibita: niſi etiam fides data eſſet, quâ ſecuritas confirmaretur venia conceſſæ; illis verſibus:* Ipſe pater dextram Anchiſes, haud multa moratus, Dat iuueni, atque animum præſenti pignore firmat. *Neque enim oportebat tardiùs immorari profanis cognitionibus: cùm precatio cæleſtium deorum interpoſita, daret curam*
B *obſeruandæ religionis. dixerat enim,* Per ſydera teſtor, Per ſuperos atque hoc cæli ſpirabile lumen: *eóque propter addidit,* Haud multa moratus: *vt celeritas conceſsionis piaculum nullum poſſet admittere. Ipſum Achemeniden hinc poſſumus æſtimare, magis verbera timuiſſe, quàm mortem, propter confeſsionem: vt diceret,* Spargite me in fluctus, vaſtoque immergite ponto. Si pereo: manibus hominum periſſe iuuabit. *Denique poſt hæc addidit,* Ille hęc depoſitâ tãdem formidine fatur. QVI ſit, fari.] *Per omnia ſubaudi,* hortamur. Qui ſit *autem, hoc eſt, quis Græcorum ſit, id eſt, cuius filius ſit: vt etiam reſpondet. Nam iam ſe dixerat Græcum.* AGITET fortuna, fateri.] *Hortamur fateri, quæ eum fortuna vexet: vt,* Agitataq; numina Troiæ. HAVD multa moratus.] *Nimiæ benignitatis eſt, non expectare plurimas preces.* PRÆSENTI pignore firmat.] *Quod ad hoc tempus poterat dari: id eſt, manuum coniunctione, quâ firmabantur amicitiæ: vt,* Cur dextræ iungere dextram Non datur? *Et,* Iungimus hoſpitio dextras. SVM patriâ ex Ithacâ.] *Circumſtantias omnes exſequitur: loci, perſonæ, temporum. & licèt rheto-*
C *ricè agit hic Achemenides, quæ dicit: vt tollatur, pauca ſunt. neq; enim quicquam illi nocet, niſi quòd Græcus. Cætera quæ dicit, vt fugiant, tantùm narrationem rei geſtæ habent. Planè cum auctu, vt ſit maior cauſa miſericordiæ. niſi fortè hoc etiam putamus ad recipiendum valere, quòd aliquod beneficium prædicendo de Cyclope ſignificat dari. nam infrà ait,* Recepto ſupplice ſic merito. INFELICIS vlyſsi.] *Quoniam apud hoſtes loquitur. Quærit fauorem, eius vituperatione, quem ſcit odio eſſe Troianis.* PAVPERE.] *Nam vt etiam de Sinone diximus, apud maiores hæc fuerat cauſa militiæ. & benè vtitur ſtatu veniali, per excuſationem paupertatis: vt conciliet hoſtium animos, quaſi neceſsitate aduerſùs eos dimicauerit.* FORTVNA.] *Priſtina, paupertatis ſcilicet. & perſeuerat, vt inuitus feciſſe videatur.* TREPIDI.] *Feſtini.* CRVDELIA limina.] *ſpeluncam Cyclopis Polyphemi.* IMMEMORES ſocij.] *Immemores, dum trepidi: vt per timorem, non per odium aut contemptum relictus fuiſſe videatur. Nam & cauſam ſubiungit timoris, Cyclopis deſcriptione. Ergo immemores, timentes.* DOMVS ſanie.] *Deeſt, horrida.* NEC viſu facilis.] *Cuius poſsit etiam aſpectus inferre formidinem.* NEC dictu affabilis.] *Sermone non explicabilis. Bene rem exaggerauit poſt deſcriptionem.* VISCERIBVS.] *Viſcera propriè carnes ſunt.* SANGVINE atro.] *Hoc eſt, ſanie.* VIDI egomet duo.] *Homerus quatuor dicit. ergo aut diſſentit ab eo, vt etiam in temporibus: Nam antè ad Siciliam Aeneas, quàm Vlyſſes veniſſe dicitur. Aut certè hoc dicit, duo ſe vidiſſe: quot autem occiderit, ignorare, per timorem. Alij duo ſimul dicunt; non enim duo ſola alluſit.* RESVPINVS.] *Magnitudo virtutis oſtenditur: Quod vnâ manu; quòd reſupinus; quòd frangeret, & velut exprimeret elidentem, non in terram, ſed ad ſaxum ſublimiùs quatientem.* EXPRESSA.] *Hæc fuit vera lectio: id eſt, madefacta. Nam ſi* aſperſa *dixeris, id ſt, irrorata, Tapinoſis & Hyperbole iunguntur.*

TOLLITE me Teucri.] *Contra hiſtoriam eſt. nam priùs Aeneas in Siciliam appulit, quàm Vlyſſes decem annis diuerit apud Calypſo in Ogygiâ: quare fieri non poteſt. Vergilius ergo per fictionem loquitur.* GENIBVS.] *Auris Phœbo dicata eſt: frons Genio; ideò in veneratione tangimus frontem. ſed dextra fidei: genua miſerationi.* PIGNORE.] *fide & dextrâ.* VASTO Cyclopis in antro, &c.] *Vlyſſes apud Homerum in hanc ſententiam lib. 9. loquitur: Tempeſtate, cùm ad patriam nauigabamus, nouem diebus iactati, 10. die impulit nox. veni ad Lotophagos: emiſi duos, & præconem, qui loca inueſtigarent. habitabant hic Lotophagi, loto viuentes; nec mali quicquam machinantes, ſocijs dedêre loton: quâ guſtatâ, diſcedendi nullus erat amor. Ego tamen ad naues ingemiſcentes retraxi. hinc deuehebantur ad Cyclopas: apud quos omnia ſponte ſinè culturâ proueniunt. lanigeras cuſtodiunt oues; è quarum numero aliquot mactatas inter ſocios diuiſi. Eſt eorum in portu limpidiſsimus in antro fons: circùm proceræ ſunt populi. 12. mecum erant naues; è quibus vnâ acceptâ perquiſitum iui, qui mortales loca tenerent. vidimus non longè à littore ſpeluncam lauro ſeparatam, & paſcentes greges. Eminùs viſus eſt cuſtos vnus, ſcopulo par. hîc ego 12. delegi, & in littus deſcendi: & primum vterem vini ſuauiſsimi nobiſcum tulimus; quod nobis dederat Maro, Iſmari accola, ſacerdos Apollinis, & Euantis filius. Cuſtos per paſcua pingues agebat oues. ſpeluncam intrauimus: plena erat caſei, agnorum, & hædorũ. Orauêre ſocij, vt his rebus onuſti ſocios repeteremus. ego abnui, cupidus videndi & experiendi, an nobis iure hoſpitij aliquid donaret. caſeo igitur veſcentes, conſedimus. venit cuſtos; ingens ſaxum oſtio opponit. Vbi nos vidit, interrogat ſuperbè. reſpondimus, nos eſſe Achiuos ex exercitu Agamemnonis, & fluctibus illuc pulſos; ſuppliciter aliquid petimus. hoſpites enim & ſupplices in tutelâ ſunt Iouis. tùm ille, dij non ſunt Cyclopibus curæ. Poſtea interroganti de naui, callidè reſpondi, naufragio periſſe, & nos ſolos euaſiſſe. Cyclops irruit; duos ex ſocijs arreptos dilacerauit, & more montani leonis integros depaſtus eſt: multoq; hauſto lacte ſtratus dormiuit. Cogitauimus, quòd in itinere acutos gladios habeamus ad opus: ſed conſilium mutauit ingens ſaxum, quod amoueri veſtibulo nullis viribus poterat, niſi Cyclopis. Sequenti die gregem eduxit, & fores eâdẽ mole occluſit. Veſpera redijt, duasq; in cœnâ capras deuorauit. Ego blandis verbis, ſuauiſsimi vini, quod nobiſcum habebamus, poculũ obtuli: quo guſtato, ter iuſſit ad ſe deferri. De nomine meo, exhilaratus vino, petijt, tanquã gratias habiturus. Nemo mihi nomen eſt, reſpondi. At ille: Neminem (inquit) vltimum concedam: & ſomno ſe dedit. profundè dormiebat, ingurgitatus vino. nos accepto ſtipite oblõgo, acuto, & igni obuſto, oculum, qui illi vnus erat, transfodimus, palumq; in vulnere relinquimus. Cyclops, magno percitus dolore, grauiter mugijt. ad tam horrendam vocem concurrêre alij Cyclopes, quærentes; Cur nos è ſomno excitas? tùm ille: Nemo me & dolo & viribus interficit. illi reſponderunt: Si nemo vim infert, certè Iouis mala euitare nequis. Cyclops dimoto ſaxo oues emiſit: ante oſtium ſingulas pertentabat. Ego callidus, ſocios primùm, poſtea me ſub villoſis arietibus alligaui: & ita periculum euaſimus. ad ſocios redimus: at Polyphemus verticem montis in mare iecit. in magno fuimus periculo. eo ictu impulſum mare, nauem ad littus penè impulit. verũ*

ego socios hortor: remis incubuimus sic pestem aufugimus, vino quod dederat Vlysses.

VAR. LECT. TOLLITE me Teucri, quascunque abducite terras.] *In lib. aliquot antiquis legere est*, In quascunque, *addita præpositione.* SI pereo, manibus hominum perijsse iuuabit.] *In lib. nonnullis manuscriptis*, Si peream, *legitur. In Longobardico verò, in Mediceo, in Porcio, & aliquot alijs ex antiq. legere est*, Si pereo hominum manibus. QVI sit, fari.] *In antiquis lib. Longob.* Quis sit, *legitur.* COMES infelicis Vlyssis.] *In antiquis plerisq; libris*, Vlysss, *absq; s legitur.* NOMINE Achemenides.] *In veteribus ferè omnibus exemplaribus legere est*, Nomen. TROIAM genitore Adamasto.] *In Mediceo, in Porcio, & alijs antiquis plerisque lib.* Adamaxto *scriptum est* NEC dictu effabilis vlli.] *In antiquis aliquot libris* Affabilis *legitur: quanquam lib. etiam nonnulli manuscripti* Effabilis *legunt.* SANIEQVE aspersa natarent limina.] *Seruius*, Expersa, *veram esse lectionem asseuerat. In antiquis tamen lib. quotquot habui*, Aspersa, *&* Adspersa, *legi.* HOC sat erit.] *Abundabit, inquit, mihi ad solatium, si cum hominibus fuero.* SCIO me Danais è classibus vnum, Et bello Iliacos fateor petijsse penates: Pro quo si sceleris tanta est iniuria nostri, Spargite me in fluctus, vastóque immergite ponto. Si pereo; hominum manibus perijsse iuuabit.] *Vltrò confessus est originem suam; atque hostem se esse non negauit: & propter sacrilegium, quod in deos penates admiserat, iudicium de se habuit, omnibus pœnis dignum se esse confirmans. Fecit hoc: non quod verè mori vellet; sed vt confitendo indulgentiam mereretur & viueret. Addidit:* Spargite me in fluctus, *in partes scilicet diuisum. quod facilè fieri potuit, ex occasione loci: sed ne fieret, crudelitas facti descripta est. Conclusit hanc, quasi reuerà libenter quæreret mortem, & ait:* Vastoq; immergite ponto. SI pereo, hominum manibus perijsse iuuabit.] *Ecce vbi prodidit: quia viuere maluit, quàm occidi. Si pereo, enim dixit: non, Cùm periero. Si pereo quum dicit: & discriminis sui exitum facit incertum: & ostendit, se duci spe, quòd impetrare misericordiam posset.* HOMINVM manibus perijsse iuuabit.] *Feram, inquit, mecum solatium, moriens: quòd non ferarum morsibus; sed hominum manibus perire commeritus sum.* DIXERAT, & genua amplexus, genibusque volutans Hærebat.] *Non solùm fletibus ac voce, verùmetiam obsequijs corporeis extorquebat salutis beneficium. genibus enim nitebatur per terram; & genua retinebat amplexibus.* QVI sit, fari, quo sanguine cretus, Hortamur; quæ deinde agitet fortuna, fateri.] *Tria quæsita sunt: nomen eius; quibus esset prosatus parentibus; quæq; esset eius fortuna. Hæc vt fateretur, hortamenta nostra non deerant. Fari, & fateri, vno loco posuit: quod non pro vno atq; eodem Vergilius intelligi voluit.* Fari *est enim, simpliciter aliquid referre:* Fateri *autem, ex necessitate, quæ secretò conteguntur, publicare. Loqui ergo debuit, vt supplex: & confiteri, qui tot scelerum fuerat reus.* IPSE pater dextram Anchises, haud multa moratus, Dat iuueni: atque animum præsenti pignore firmat.] A *Hortamentis, ait, nostris pater meus robur adiecit, porrigendo ei dexteram suam: quod quia fuit beneuolentiæ; dubitantis animus ac pauentis firmatus est, & securus effectus. Denique sequitur:* ILLÆ hæc depositâ tandem formidine fatur.] *Quid faceret, reiectâ formidine superioris momenti, cœpit his verbis ad proposita respondere.* SVM patriâ ex Ithacâ, comes infelicis Vlyssi, nomine Achemenides.] *Ecce dixit, qui sit. Ithacus sum, inquit: Vlyssis quoque comes; & Achemenides vocor. dicit deinde, quo sanguine cretus; & quòd vnus esset ex hostibus.* TROIAM genitore Adamasto Paupere (mansissetque vtinam fortuna) profectus.] *Quantum ad sanguinis rationem pertinet, patre, inquit, Adamasto natus sum paupere. Profectus autem ad Troiam, comes infelicis Vlyssii: atque vtinam mansisset fortuna! quia dicturus est, se metu sociorum relictum in illis terris, Vlyssis comitem esse desijsse. Incipit dicere, quæ illum agitet fortuna.* HIC me, dum trepidi crudelia limina linquunt, immemores socij vasto Cyclopis in antro Deseruêre.] *Vt ostenderet, non odio interueniente relictum se illic esse; sed metu periculi euidentis: in quo quisque sibi potiùs consulebat, quam alteri.* DOMVS sanie, dapibusque cruentis, Intùs opaca, ingens, ipse arduus, altaque pulsat Sidera, (dij talem terris auertite pestem) Nec visu facilis, nec dictu affabilis vlli, Visceribus miserorum, & sanguine vescitur atro.] B *Dicit, vnde eadem ipsa scire potuit. proinde describit Cyclopis magnitudinem ac feritatem. Antrum autem conueniens habitatori immani; & quod prædas maximas capere potuisset. se autem relictum à socijs, cùm fugerent, dicit. Simul etiam monstrat crudelitatem beluæ, probatam suorum exemplo Aeneæ.* VIDI egomet, duo de numero cùm corpora nostro, Prensa manu magnâ, medio resupinus in antro Frangeret ad saxum, sanieque aspersa natarent Limina: vidi atro cùm membra fluentia tabo Mandaret, & trepidi tremerent sub dentibus artus.] *Rapuerat, inquit, Cyclops de nobis duos. horum pœnam spectaui oculis meis: cùm vtrunque vnâ manu comprehensum, resupinus, fortiùs saxo illideret. Vt vtrunque igitur sustulit coniectumq; in aspersas cautes per frustra comminuit; horror omnis & immanitas videbatur. Antrum omne sanie taboq; respersum: limina ipsa corrupto cruore natantia. Ipse autem semineces artus mandebat dētibus, & adhuc membra trementia transuorabat. Horum versuum sensus ordinatur sic:* C *Quum duo corpora de numero nostro pressa manu magnâ resupinus in antro ad saxum frangeret, & trepidi tremerent sub dentibus artus, ac mandaret membra tabo fluentia, sanieq; aspersa natarent limina, vidi egomet.* Vidi, *quod semel dixit, ad omnia pertinet; vt sit: Vidi, cùm duo corpora de numero nostro manu magnâ resupinus in antro ad saxum frangeret: vidi, cùm trepidi tremerent sub dentibus artus: vidi, cùm manderet membra tabo fluentia: vidi, cùm sanie aspersâ natarent limina.*

Limina: vidi atro cùm membra fluentia tabo
Manderet, & tepidi tremerent sub dentibus artus:
Haud impune quidem: nec talia passus Vlysses,
Oblitúsue sui est Ithacus discrimine tanto.
Nam simul expletus dapibus, vinoq; sepultus,
Ceruicem inflexam posuit: iacuitq; per antrum
Immensum, saniem eructans, & frusta cruento
Per somnum commista mero. nos magna precati
Numina, sortitiq; uices, vna vndiq; circum
Fundimur, & telo lumen terebramus acuto
Ingens, quod toruâ solum sub fronte latebat,
Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis instar:
Et tandem læti sociorum vlciscimur vmbras.
Sed fugite ô miseri, fugite, atque ab littore funem

SER. FLVENTIA tabo.] *Pro, fluenti tabo.* TEPIDI.] *Melius tepidi, quasi adhuc viui, quàm trepidi, id est, trementes. ne sit iteratio.* VLYSSES.] *A solo nomine emphasim fecit. Vnde est quod sequitur:* Oblitúsue sui est. *Aliquanti tamē iuxta veteres,* oblitus, *id est, negligens, dictum tradunt. Et est laus: quòd & in aduersis cōstans; vel quem nemo impunè læsisset; vel qui dolo etiam fortiores sæpè vicisset.* ITHACVS.] *Ithacensis.* SEPVLTVS.] *Stratus, iacens.* IACVITQVE per antrum.] *Hoc verbum de Varrone mutuatus est, qui ait:* In lecto temulentos iacêre; sobrios cubare consuescere. IMMENSVM.] *Etiam immensus, ad Polyphemi magnitudinem pertinet, quasi in tanto antro iacuerit.* ERVCTANS.] *Cicero:* Eructant sermonibus suis cedem bonorum. FRVSTA.] *Cicero in Philippicis:*

Digitized by Google

Rumpite.
Nã qualis quantusq; cauo Polyphemus in antro
Lanigeras claudit pecudes, atq; vbera pressat:
Centum alij curua hæc habitant ad littora vulgò
Infandi Cyclopes, & altis montibus errant.
Tertia iam Lunæ se cornua lumine complent,
Cùm vitam in syluis, inter deserta ferarum
Lustra domosq;, traho: vastosq; ab rupe Cyclo(pas
Prospicio, sonituq; pedum vocemq; tremisco.

A *picis: Frustis esculentis vinum redolentibus.* SORTITIQVE vices.] *Vel partes membrorum: vel, qui quo loco staret.* VNDIQVE.] *Pro indiuiso.* CIRCVM fundimur.] *secundùm Homerum, qui dicit alios eum tenuisse, alios obcæcasse oculum.* ACVTO.] *Fuste obtuso. Nã secundùm istum sensum multi* terebramus *legunt: alij* tenebramus. *Illud primum sequitur verba Homeri:* τῷ ὀφθαλμῷ ἐνιδίνεον. *Telo autem acuto, potest & simpliciter acipi.* SOLVM sub fr. la.] *Pro, in fronte latebat. Multi Polyphemum dicunt vnum habuisse oculum; alij duos; alij tres sed totum fabulosum est. Nam hic vir prudentissimus fuit: & ob hoc oculum in capite habuisse dicitur, id est, iuxta cerebrum; quia prudentiâ plus videbat. Verùm Vlysses eum prudentiâ superauit: ob quod eum cæcâsse fingitur.* LATEBAT.] *Dormientis scilicet. Nam malè sentit Donatus, dicens,* Latè patebat; *contra metrum. Item dicit,* capillis tegebatur: *aut latebat, corporis*
B *comparatione. alij,* latebat *subiectũ erat fronti, & intra frontem recesserat, tradunt. Absolutus est tamen prior sensus.* ARGOLICI clypei, aut Phœbeę lampadis instar.] *Vnum magnitudinis est; quia Græcorum clypei rotundi, vt Cato Originum ait: Aliud, splendoris.* Phœbeæ *autem, deriuatio est vel à Lunâ, vel à Sole.* SED fugite.] *Occurrebat: Si cæcus est, cur timetur? Subiungitur non vnum esse, sed plures. & bene suam ad monendum gratiam facit; quod illos vltro facere necesse erat. Repetitio autem,* fugite, *necessaria: vt alibi,* Heu fuge crudeles terras: fuge littus auarum. O' miseri.] *Aut blandientis particula est; vt in Terentio,* O' misera: *Aut reuerá* miseri, *qui delati sunt ad Cyclopas.* RVMPITE.] *Vt festinantes, non soluite; sed rumpite: vt,* Festinare fugã, tortosq. incidere funes. QVALIS quantusq;.] *Vnum morum est; aliud corporis.* CENTVM alij.] *Id est, tales & tanti.* CVRVA hæc habitant ad littora.] *Ne tantùm in montibus esse putarentur.* VVLGO.] *Passim.* INFANDI Cyclopes.] *Ineffabiles. vt suprà:* Nec visu facilis, nec dictu effabilis vlli. TERTIA iam Lunæ.] *Bene in desertis locis ex Lunæ ratione colligit tempora.* SE complent. *Ideò*
C *quia suum non habet lumen; sed accipit à Sole. Et bene auxit misericordiam à tempore.* VITAM in syluis.] *Misericordia captatur à loco.* DESERTA ferarum.] *Propter feras deserta.* LVSTRA.] *Cubilia. Vnde etiam lupanaria, Lustra dicimus, vbi habitant lupæ, id est, meretrices: dictæ ab obscœnitatis & odoris similitudine. Cicero.* Vino lustrisq; confectus. SONITVMQVE pedum.] *Ordo figuratus:* cùm traho, cùm prospicio.

POM. LÆ. LVMEN terebramus ligno.] *Vlysses apud Homerum in hanc sententiam loquitur: Erat magna trabs, viridis, oleagina: quam vt secum ferret, amputauerat. nos arborem nauis onerariæ 20. remorum existimauimus. ab hac palum incisum socijs poliendum dedi: socios indè monui, vt dormientis oculos perfoderemus. circunsistũt socij: magnâ vi palum in Cyclopis oculum impegimus, & circumduximus, vt terebram ligna perforantem.* LVMEN.] *oculum.* POLYPHEMVS.] *Neptuni, vt Homerus tradit, filius: vt historia, Cyclopis. occæcatus descendit ad littora, & patrem Neptunum contra Vlyssem imprecatus est: ex quo putant illũ passum naufragium.* TERTIA iam Lunæ.] *Fictum est, Aeneam venisse ante Vlyssem in Siciliam. fieri minimè hoc potuit. Secundo anno Aeneas post excidium Troiæ venit in Italiam. Vlysses 11. in Siciliam: quia decem annis diuertit apud Calypso, in Ogygiâ insulâ. Varro & Dionysius, de nauigatione Aeneæ sic scribunt: Ilium fuit captum deficiente vere, 17. diebus ante conuersionem æstiuam, 8. desinentis mensis Iunij: anno sequenti, circa æquinoctium autumnale, Troiani traiecère Hellespontum, in Thraciâ commorati hyeme: vere primo cœpère nauigare, & venère vsq; in Siciliam. sic finitus est annus. Condidère in insula vrbes: indè per Tyrrhenum nauigantes, venère Laurêtum, æstate mediâ. sic secũdus annus est ab expugnatione Ilij finitus. Tertio anno solis Troianis imperauit. Quarto anno, obitu Latini, propter consanguinitatem, eius regnum suscepit.*

IACVITQVE per antrum Immensum.] *In veteribus aliquot libris* Immensus *legitur. Sunt etiam libri manuscripti, vt legas* Immensam saniem. ET telo lumen terebramus acuto.] *Donat.* Tenebramus *legit: hoc est, occæcamus.* VOCEMQVE tremisco.] *Antiqua exemplaria pleraq;* Tremesco *legunt.* VAR. Lect.

Quòd *autem Aristoteles ait, Esse memoriam præteritorum tantùm: quoniam quæ adsint, vel sentire dicamur, vel scire: aduertendum est, id ad perceptionem nostram referendũ videri; qui sensimus priùs, vel percepimus, siue præsens id sit, siue non. Etenim recordari possumus non eorum modò, qui iam naturæ concesserint; sed superstitum quoque: sicut & sui ipsius meminisse aliquis dicitur. vnde illud est Vergilianum:* CAEL. Rhod.

——nec talia passus Vlysses,
Oblitúsue sui est Ithacus discrimine tanto.

HAVD impune quidem.] *nam hoc factum non ei cessit.* HAVD impune quidem: nec talia passus Vlysses.] *Vlysses, inquit, talia remanere non passus est multa.* OBLITVSVE sui est Ithacus discrimine tanto.] *Omnes quidem nos, ait, dirum illud turbauit exemplum. Vlysses solus, naturâ callidus, vsu & ingenio vehementer instructus, tantæ crudelitatis visu territus non est: neque oblitus est sui, hoc est, non perdidit industriã soliiã.* NAM simul expletus dapibus, vinoq; sepultus, Ceruicem inflexam posuit, iacuitq; per antrum Immensum, saniem eructans, & frusta cruento Per somnum commista mero.] *Signa omnia, quæ erât belluæ iacentis occasionem præbentia, ad vltionem in se perficiendam. Prostratus enim per antrum ac resolutus fuerat omnibus membris, ceruice inflexâ, hoc est, capite inclinato: & ceruicis officio deficiẽte, eiectam ructabat faniẽ; & frusta, quæ vorauerat, reiectabat.* NOS magna precati Numina, sortitiq; vices, vnà vndiq; circùm Fundimur, & telo lumen tenebramus acuto Ingens, quod toruâ solum sub fronte latebat.] *Dederat Vlysses consilium, vt vno oculo, quem solum sub toruâ fronte latentem habuit, cæcaretur. Periculosum fuit, quamuis sepultum vino, aggredi violenter. Precati, inquit, deos, accessimus simul vndiq; circumfusi: appetentes eas corporis eius partes, quas sumpseramus de sorte: quoniam non vnũ aut simile esse periculũ potuit, si aduersa cessissent. Aliud fuit eorũ, qui caput tenerent aut manus: aliud eorũ, qui cæteras impetebant membrorũ partes. Hoc facto, tenebrauimus eius lumẽ telo acuto.* Quòd *ait,* Acuto telo tenebrauimus. *celeritatem facti voluit demonstrare. in hoc enim consilij consistebat effectus; ne mora faciẽtium, & dolor vulneris, quãmuis grauiter dormientem excitaret. Hoc loco nõnulli* terebramus *tradunt. sed cùm terebratio habeat morã, quæ fuit inimica facientibus: melius est, vt telo acuto, vno ictu videatur esse cæcatus.* Quòd *autem ait,* sub fronte latebat, *quod ingens fuisse dicebatur, vsqueadeò vt orbi Lunæ vel solis æquari potuisset; faciebant rugæ toruæ frontis, & ingentes capitis comæ.* Et tandem læti sociorum vlciscimur vmbras.] *Nec quidem hic expressit perfectam vltionem.* SED fugite ô miseri, fugite, atq; ab littore funem Rumpite.] *Dicit causam persuasionis suæ: ne æstimarent, cæcato illo nihil vltrà esse metuendum. commorantibus enim alijs Cyclopibus in illo loco, non posset abesse formido.* Quòd *iterauit,* Fugite, *ostendit moram fugæ non esse faciendam; addens, Funes ab littore* DONAT.

præcidendos. quod maturiùs fieri potuit, quàm soluendo cum morâ. Subiecit causam, propter quam celeri suadebat abscessum. NAM qualis quantusq; cauo Polyphemus in antro Lanigeras claudit pecudes, atq; vbera pressat: Centum alij curua hæc habitant ad littora vulgò Infandi Cyclopes, & altis montibus errant.] *Dixit à numero maiorem metum. quanta enim facerent centum: quando vnus in Græcos tanta cômiserat?* NAM qualis quantusq;.] Qualis, *pertinet ad feritatem animi*: quantus, *ad magnitudinem corporis: vt ex vno, quem iam descripserat, intelligerentur, tales esse cæteros.* Quapropter *prospiciendũ cautè, ne, cùm Græci accepto suorũ luctu vix vno incolumi euasissent, accideret Troianis ineuitabile malum; si venirẽt omnes aut plurimi.* TERTIA iam lunæ se cornua lumine cõplent. Cùm vitam in syluis, inter deserta ferarũ Lustra domosq;, traho vastoq; ab rupe Cyclopas Prospicio, sonitũq; pedum vocemq; tremisco.] *Constitutus in solitudine, inter deserta ferarũ cubilia ac domos, quũ rationem dierum vel* A *mensium nôsse nequisset: possibilem exsilij sui præstitit rationẽ. Tres, inquit, Lunæ transactæ sunt, ex quo in his demoror terris. Potuit quæri; quomodo Cyclopas euasisset? Inter lustra, inquit, ferarũ & domos latui periculosè. consultè fecit: quando enim occurreret occasio alia, quando per tres menses sola Troianorum potuit reperiri?* Lustra *sunt quæ faciunt feræ inter sentes, & illic cubant:* domus *verò, quas infodiunt altiùs. Item quæri potuit; vnde illos nôsset esse quamplurimos? De rupe (ait) eos vidi. Item, tribus mẽsibus vnde victũ habuisset, indicauit: quia & hoc potuit quæri.* VICTVM, *inquit*, infelicẽ, baccas, lapidosaq; corna Dant rami, & vulsis pascunt radicibus herbæ.] *Omnibus respondit, quæ et constabat esse proposita; & quæ sequentibus interrogationibus quæri potuerunt. Dictum est enim, quid sit fari; quo sanguine cretus; quæ deinde agitet fortuna: dicit nunc, quo consilio emersisset; vt Græcus se Troianis offerret, sine dubio hostis hostibus suis.*

ADR. Bar. EXPLETVS dapibus, vinoq; sepultus.] *Quadrabit in hominem, vino & epulis grauatum.*

Victum infelicem, baccas, lapidosaq; corna
Dant rami; & vulsis pascunt radicibus herbæ.
Omnia collustrans, hâc primùm ad littora classem
Conspexi venientem: huic me, quæcunq; fuisset,
Addixi. satis est gentem effugisse nefandam.
Vos animã hãc potiùs quocunq; absumite lętho.
Vix ea fatus erat, summo cùm monte videmus
Ipsum inter pecudes vastâ se mole mouentem
Pastorem Poliphemum, & littora nota petentem:
Monstrũ horrẽdũ, informe, ingẽs, cui lumẽ adẽ-
Trũca manũ pinus regit, & vestigia firmat. (ptũ;
Lanigeræ comitantur oues. ea sola voluptas,
Solamenq; mali! de collo fistula pendet.
Postquã altos tetigit fluctus, & ad æquora venit:
Luminis effossi fluidum lauit indè cruorem;
Dentib. infrendens gemitu: graditurq; per æquor
Iam medium; necdum fluctus latera ardua tinxit.
Nos procul indè fugam trepidi celerare recepto
Supplice, sic merito; tacitiq; incidere funem:
Verrimus & proni certantibus æquora remis.
Sensit & ad sonitum vocis vestigia torsit.
Verùm, vbi nulla datur dextrâ affectare potestas;
Nec potis Ionios fluctus æquare sequendo:
Clamorẽ immensum tollit, quo pontus & omnes
Intremuêre vndæ, penitusq; exterrita tellus
Italiæ, curuisq; immugijt Ætna cauernis.
At genus è syluis Cyclopum, & montibus altis
Excitum ruit ad portus; & littora complent.
Cernimus astantes, nequicquam lumine toruo,
Ætnæos fratres, cœlo capita alta ferenteis;
(Concilium horrẽdum) quales cùm vertice celso
Aëriæ quercus, aut coniferæ cyparissi
Constiterant, sylua alta Iouis, lucúsue Dianæ.
Præcipites metus acer agit quocunq; rudentes
Excutere, & ventis intendere vela secundis.
Contrà iussa monent Heleni, Scyllã atq; Charyb-
Inter vtranq; viam lęthi discrimine paruo, (dim
Ni teneant cursus; certum est dare lintea retrò.

SER. BACCAS.] *Generale est: id est, fructus arborũ agrestiũ.* LAPIDOSA corna.] *Lapidosa, dura: an quod in saxis nascantur? Ipsa arbor* Cornus *dicitur: pomum verò,* Cornum: *indè corna; vt templum, tẽpla.* ADDIXI.] *Signato verbo exprimit desperationem.* VOS animam hanc potiùs.] *Oblique loquitur, vt suprà. Reprehensio enim crudelitatis est, qui rogat salutem; si ipse cõdemnat.* VIX ea fatus erat.] *Ad probationis gratiam pertinet: quòd ea, quæ Achemenides adfirmauerat, statim approbauêre Troiani.* MOLE.] *Molitione, agitatione.* LITTORA nota petentem.] Nota, *ante oculorum amissionem potest accipi. Sic statius in nono;* Sequitur tamen improbus hostem, Quà meminit. INFORME.] *Vltra formã.* INGENS.] *Potest & superioribus & sequentibus iungi, vt sit, ingẽs lumen.* TRVNCA manu pinus regit.] *Cuius cæcitatem manu pinus regit.* SOLAMENQVE mali.] *Solatium: hinc* Quintilianus *in Declamationibus dixit*: Magnũ solatium cæcitatis est, habere rẽ videntis. POSTQVAM altos tetigit fluctus, & ad æquora venit.] *Hyperbaton in sensu, vt*, Progressi subeunt luco, fluuiumq; relinquunt: *aut hysteron proteron. Primùm enim debuerat dicere, venit ad æquora; deinde, tetigit fluctus.* FLVIDVM.] *Propter ὁμοιοτέλευτον, fluitem noluit dicere.* Quòd *autem dicunt Physici, de effosso oculo sanguinem nunquam fluere; verum quidem est: sed suprà, non effossum huius oculum, sed terebratum legimus. Indè enim constat, necdum fuisse curatum.* INDE.] *Aut de fluctibus, aut de spatio oculi.* GEMITV.] Cum *gemitu.* IAM medium.] *Altum quam littus, vel plusquàm littus; id est, vnde altum incipit: vel sic altum, vt medium putares. Nam & in quinto sic dixit;* Interea medium Æneas iam classe tenebat, Certus iter: *cùm adhuc mœnia respiceret.* B FLVCTV.] *Legitur &* fluctus. TREPIDI. *Festini: vt*, Ne trepidate meas Teucri defendere naues. *Item*, Accepit trepidos; ac Nisum dicere iussit. CELERARE.] *Infinitiuum pro pronuntiatiuo.* RECEPTO.] *Aut in societatem accepto: aut de periculo liberato; vt* Frugesque receptas: *&*, Medioq; ex hoste recepi. SIC merito.] *Quia omnia eius probauerant dicta. ac si diceret, non fallacem, vt Sinonem. Sanè quibusdam videtur incongruum, Achemenidis nusquam alibi factam mentionem: cùm eum hic, & salutẽ meritò impetrâsse, & vt reciperetur à fugientibus, dicat.* C AD sonitum vocis.] *Remorum sonitum, vocem dixit. Vox enim est omne quod sonat. Sic alibi*: Fractasq; ad littora voces. *Nam de hominibus non dixit: quia suprà est.* Taciti q; incidere funẽ. VESTIGIA torsit.] *Bene vno sermone ostendit, eum reuertentem iam audisse sonum remigij.* DEXTRAM affectare.] *Dextram intendere, & inijcere: scilicet sic, vt possit nauem tenere. Terentius*: Ad dominam qui adfectant viam, *id est, intendunt. Nam si* dextrâ *legeris, vt sit* dextrâ *affectare, id est*, contingere: *caret exemplo.* Affectare *autem, quidam dicunt esse, pronum animum habere ad faciendum quid occupandumq. Alij,* affectare, *si* dextrâ *legas, pro affectãdi, accipiunt: vt sit verbi infinitiui modo, pro participio.* NEC potis.] *Id est, nec potis est.* Potis *autem nomen est: & declinatur, Potis, potis, poti, potem, potis, à pote. & nomẽ esse, docet ratio comparationis. Nam in superlatiuo* potissimus *facit: cui si detraxeris* simus, *inuenies nominis positionem; ut acerrimus acer; fortissimus fortis. Sic autem, vt diximus, declinari, compositio ostendit. Nam huius Impotis, Compotis,*

A *potis, Impotem, Compotem facit. quod in simplici difficilè inuenies per compositioně agnoscis faciliùs.* IMMENSVM.] *Magnum, & dictum, quòd mensurâ comprehendi non possit.* EXTERRITA tellus.] *Poëtica hyperbole.* CVRVIS cauernis.] *Echo enim in concauis locis est.* AT genus.] *Figuratè, at genus complent: vt,* Hîc manus ob patriam pugnando. EXCITVM.] *A' verbo Cio, cit, cit.* RVIT.] *Festinanter venit. vt,* Ruuntq; effusi carcere currus. NEQVIQVAM lumine toruo.] *Quia nocere non poterant.* ÆTNÆOS fratres.] *Aut similenaut feritate germanos aut eiusdem patriæ vel terræ, tanquam matris. Nam non sunt Polyphemi fratres: quem Neptuni filium Homerus dicit. Vnde eo occæcato, Vlysses pertulit tempestatem, qui ad eum venit derelictâ Calypso, cum quâ decem annis fuerat. Vnde, vt suprà diximus, Vergilij dictis dissentit temporum ratio.* CÆLO.] *Pro, in cælum.* CONIFERÆ.] *Conum sustinentes. & Conus dicitur fructus cupressi, & ipsa κωνοειδὴς est. Nam à rotunditate in acumen leuatur.* CYPARISSI.] *Cyparissus Telephi filius fuit, amatus ab Apolline, vel, vt alij, à Syluano. qui cùm lassatus æstu, sub quadam arbore somnum caperet, subito*
B *strepitu excitatus, ceruum, quem in delicijs habebat, feram credens, per ignorantiam, misso telo occidisset; & fletu nimio & abstinentiâ cibi ac potionis tabesceret, misericordiâ deorum in arborem cupressum conuersus est, aptam & consecratam lachrymis & luctibus. Alij, hunc Cyparissum, Cretensem puerũ pulcherrimum & castissimum fuisse: quem quidam ab Apolline, nonnulli Zephyro amatum volunt: qui cùm castitatem suã incorruptam tenere cuperet, relictâ Cretâ, ad Orontem fluuiũ, & montem Cassium, dicitur peruenisse, atq; ibi in Cypressum arborem commutatus: quæ arbor ideò mortuis consecratur, quòd casa semel nescit renasci.* CONSTITERANT.] *Metri causâ pro, constitit.* SYLVA alta Iouis, lucúsue Dianæ.] *Iouis, propter quercum: Dianæ, propter cupressum. Ipsa enim est etiam Proserpina: cui dicatur cupressus, propter luctus morientium. Ergo cupresii, quasi infernæ: vel quia succisæ non renascuntur: vel quia apud Atticos funestæ domus huius fronde velantur. Alta autem, quòd manet in vertice celso, & lucus, qui propter religionem, intactis arboribus, & magis crescit, & diu permanet.* EXCVTERE.] *Num expedire.*
C Ni teneant cursus.] *Antiqui ni pro ne ponebant: quã particulã plenus est Plautus:* Ni mala, ni stulta sis. *Sensus ergo talis est: Timor cogebat, vt quocunq; nauigaremus, & ventum sequeremur, non iudicium: sed occurrebat præceptum Heleni, vitare iubentis Scyllam & Charybdim. Quare placuit, Ni cursus teneant, hoc est, agantur & impleantur inter vtranq; viam, modico mortis interstitio, id est, Scyllæ & Charybdis;* RETRO dare lintea.] *Quod dum cogitamus, prosperior nobis flare cœpit Boreas. Nonnulli Scyllam & Charybdin inter distinguunt, vt sit ordo: Inter Scyllam & Charybdin, vtramq; viã lethi discriminis paruo, Ni teneant cursus, certum est, dare lintea retro. Alius ordo est: Contrà iussa monent Heleni, ne inter Scyllam & Charybdin cursum teneant.*

POM. Sab. FLVCTVS.] *Legi potest & fluctu.* TREPIDI.] *ideò festini.* RECEPTO.] *Achemenide.* POTIS.] *fuit Polyphemus.* CONIFERÆ cyparissi.] *Conus est fructus cyparissi. Cupressus est dedicata proserpinæ, quæ Diana est: quercus Ioui.* METVS acer.] *metus cogebat ventos sequi, memores euitare Scyllam & Charybdim, ex præcepto Heleni. placebat igitur retrò dare vela: interea cœpit flare prosper Boreas.* MONENT.] *euitare.* VTRANQVE viã.] *Scyllæ & Charybdis.* LÆTHI.] *mortis.* NI.] *id est, ne.* TENEANT.] *nos.* CERTVM est.] *placebat. Antiqui ni pro ne dicebant: vt apud Plautum & Comicos. Cyclops & Antiphates cum Lestrygonibus, quos aiunt Italiã pulsos, in Thraciam concesserunt: & Sicani, natio Hispana, insulam dixere Sicaniam. mox concessère Ligures: qui ab eorum duce Siculo appellauerunt Siciliam. Troiani, Græci, & aliæ nationes, insulam fecère celebrem. hic natum primum sponte triticum traditur, in agro Leontino, vbi adhuc agreste triticum prouenit.*

VAR. Lect. TRVNCA manum pinus regit.] *In Mediceo,* Manu *legitur.* SOLAMENQVE mali: de collo fistula pendet.] *Sunt qui carmě hoc expugnãt. Id tamě in pler. lib. habeť, hacq; penthemimeri clauditur:* Solamenq; mali. LATERA ardua tinxit.] *Vetera alia exemplaria* Strinxit *habent.* VERRIMVS & proni.] *In Mediceo, in Porcio, & aliquibus alijs libris,* Vertimus, *legere est.* NVLLA datur dextram affectare potestas.] *In libris nõnullis antiquis,* Dextrâ attrectare *legitur.* IMMVGIIT Ætna.] *Antiqui plerique libri,* Immugit *legunt.* CLAMOREM imměsum tollit.] *In antiq. lib.* Ponit, *habetur.* PENITVSQVE exterrita tellus Italiæ.] *In lib. antiq.* Trinacriæ *legitur.* CONSTITERANT sylua alta Iouis.] *In antiq. pler. lib.* Constiterunt *legitur.* CONTRA, iussa monent Heleni.] *Vetera quædam exemp. cum Med.* Mouent *legunt.* SCYLLAMQVE Charybdim Inter vtramq; viam, lęthi discrimine paruo, Ni teneant cursus.] *In lib. nonnullis manuscriptis,* Scyllæq; Carybdis *scriptum est. Longè verò meliùs in Donatmano lib.* Scyllã, atq; Charybdin, *appositiue positum est. &* Teneant *in aliquot exempl. antiq. est.*

CAEL. Rhod. *Porrò Aetnæam item pro magno reperies, in libris auctoritatis non dilutæ. vnde & cãtharus Aetnæus, magnus intelligitur, apud Aristophanem in comœdiã, cui titulus εἰρήνη. De montis Aetnæ magnitudine: vel quia Aetnæi equi habeantur præceleres, & in currendi certaminibus inclyti. Ex quâ ratione Verg. quoq; fratres appellâsse Aetnæos, simile veri est. Consimiliter apud Aristophanem eundem, in comœdiã cui titulus ἱππεῖς, dicuntur ἄνθρακες παρνάσιοι. quem locum enarrans interpres, Parnasium ex more pro Magno, fatetur positum.*

DONAT. Omnia collustrans, hanc partem ad littora classem Conspexi veniětem huic me, quacunq; fuisset, Addixi. satis est gentem effugisse nefandam. VOS animam hãc potius quocunq; absumite lętho.] *Cùm omnia, inquit, attenderem, euadendi auxilium quærens, solam istam classem huius regionis littora tetigisse conspexi: quod semper, propter meuitabile Cyclopum malum, omnes fugerũt. Et quia nullam sperabam dehinc prouenturam occasionem, addixi me, non considerans quæ esset. Quid enim metuerem homines, Cyclopum manibus, aut ferarum sæuitiã, quolibet tempore periturus? existimans, melius esse, si hominum manibus interirem: quia hoc consilio ad vos veni; quã vultis, me pœnã consumite.* VIX ea fatus erat, summo cùm monte videmus, ipsum inter pecudes vastâ se mole mouentě Pastorem Polyphemum.] *Statim, inquit, vt Achemenides relationis suæ verba conclusit, ecce ipse nobis Polyphemus apparuit; agens in montibus pecora, & ad nota littora faciens gressus. Exponendum fuit, quomodo potuit venire cæcatus? Nouerat hæc, inquit, antè quàm lumen amisisset. denique sic posuit:* Et littora nota petentem: MONSTRVM horrědum, informe, ingens.] *Vidimus monstrum, in quo natura non tenuit temperamentum: nam fuit horrendum, & formæ ingentis.* CVI lumen ademptum: Trunca manum pinus regit, & vestigia firmat.] *Huius gressus trunca pinus regebat abscissa, atq; amputatis ramis, hoc est, arbor pini ei pro baculo fuit, quæ posset informe hominis cæci corpus ingenti fortitudine regere, ac sustinere.* LANIGERÆ comitatur oues: ea sola voluptas, solamenq; mali.] *Voluptatem ex animalibus habuit, cum videret: cæcatus verò, pecorum fuorũ cõmodo, orbitatě proprij luminis solabatur.* [POSTQVAM altos tetigit fluctus, & ad æquora venit.] *postquã transijt vndas littoris, & in altum prouectus est.* LVMINIS effossi fluidum lauit indè cruorem.] *abluit sanguinem, qui fluebat ex oculo eius, quem constabat effossum. Ecce visi actus: cùm Achemenides exposuisset tertium se illic mensem exegisse, inflicta iamdudum cæcitas noua putabatur, cùm adhuc funderet sanguinem. propter hoc igitur dictum est,* Lauabat. DENTIBVS infrendens gemitu.] *Tunc enim irascens*

tur cæci: quia, dum non vident, se vlcisci non possunt. GRADITVRQVE per æquor Iam medium, nec dum fluctus latera ardua tinxit.] *Mira monstri descriptio, & immensæ proceritatis expressio. Ambulabat, inquit, in medio mari, quasi graderetur in terrâ: neq; ad eius latera profundi maris vnde peruenerat.* NOS procul indè fugam trepidi celerare.] *Præsens, inquit, periculum vitare cupientes, fugæ dabamus instantiam competentem.* RECEPTO Supplice sic merito.] *Liberari enim meruit, qui nos propriâ instructione seruauit.* TACITIQVE incidere funem, Vertimus & proni certantibus æquora remis.] *Cùm videremus euidens malum, taciti funê incidimus; & verso remis pelago, in altum cœpimus taciti nauigia flectere.* Taciti, *cessante scil. remorum strepitu, & cantilenâ nautarum, sinè quâ rem operari non possunt.* SENSIT.] *Hoc ipsum, quia non videbat, aurium suspicione collegit, quod silêtio gerebatur.* ET ad sonitum vocis vestigia torsit.] *quia, silentio adhibito, non potuit in totû vacua esse omni strepitu nauigatio:* Sensit, *inquit,* & ad sonitum vocis vestigia torsit. VERVM vbi nulla datur dextram affectare potestas, Nec potis Ionios fluctus æquare sequendo.] *vbi neq; manu potuit aliquem comprehendere, & potentiâ fluctuum victus est, nec valuit aliquem sequi.* CLAMOREM immẽsum tollit, quo pôtus & omnes Intremuère vndæ, penitusq; exterrita tellus Italiæ, curuisq; immugijt Ætna cauernis.] *clamore, inquit, eius omnia contremuère, & iam longiùs posita, & magis quæ fuerant in præsenti. Vim clamoris expressit: nam quomodo sciuit Italiam tremuisse, ad quam nondum venerat?* AT genus è syluis Cyclopum & montibus altis Excitum ruit ad portus, & littora complent.] A *Quanta multitudo fuit, vt littora Cyclopes compleuissent?* CERNIMVS astantes nequicquam.] *Ideò nequicquã: quia nihil poterant audere violenter aduersus eos, quos liberauerat fuga, & pelagi altitudo.* LVMINE toruo.] *Vel naturâ; vel irato: quia perdiderat prædam.* ÆTNÆOS fratres cœlo capita alta ferentes, Concilium horrendum.] *Constiterunt, proceritate suâ vincêtes arborum celsarum altitudinem, constitutarum in deorum lucis, quæ idcirco immensæ sunt: quia præter naturam suam plurimum consequuntur incrementi, dum religionis causâ seruantur.* PRÆCIPITES metus acer agit, quocunque rudentes Excutere, & ventis intêdere vela secundis.] *Vrgebamur, inquit, metu acerrimo, vt non iam, quo vellemus, sed in quamcunque cœli partem intenderemus vela, & consentiremus ventis secundis, & adiuuantibus fugam nostram opportunis flatibus suis. & hîc, & in quarto libro,* fluctusq; atros Aquilone secabat, *ad mala fugiendo sibi secundo.* COMTRA iussa monent Heleni Scyllam atq; Chalybdim.] *Timore Cyclopum cedendum fuerat quacunq; ratione, sed huic consilio iussa Heleni è diuerso veniebant, ne nos aut laniaret Scylla, aut Charybdis sorberet.* INTER vtranq; viam, lœthi discrimine paruo, Ni teneant cursus, certum est dare lintea retrò.] B *Istorum malorum consideratione turbati, sententiam fiximus, vt inter geminum metum vel transiremus medij, vel retrorsum nauigia duceremus.*

TRVNCA manum pinus regit, & vestigia firmat.] *De homine decrepito, qui pedũm destitutus viribus, baculo nititur.* ADR. Bar.

Ecce autem Boreas angustâ à sede Pelori
Missus adest: viuo præteruehor ostia saxo
Pantagiæ, Megarosq; sinus, Tapsumq; iacentem.
Talia monstrabat relegens errata retrorsum
Littora Achemenides, comes infelicis Vlyssi.
Sicanio prætenta sinu iacet insula contra
Plemmyrium vndosum: nomen dixère priores
Ortygiam. Alpheum fama est huc Elidis amnem
Occultas egisse vias subter mare, qui nunc
Ore Arethusa tuo Siculis confunditur vndis.
Numina magna loci iussi veneramur: & inde
Exsupero præpingue solum stagnantis Helori.
Hinc altas cautes, proiectaq; saxa Pachyni
Radimus: & fatis nunquam concessa moueri
Apparet Camerina procul, campiq; Geloi,
Immanisq; Gela fluuij cognomine dicta.
Arduus indè Agragas ostentat maxima longè
Mœnia, magnanimûm quondam generator equorum:
Teq; datis linquo ventis palmosa Selinis,
Et vada dura lego saxis Lilybeia cæcis.
Hinc Drepani me portus, & illætabilis ora
Accipit. huc pelagi tot tempestatibus actus,
Heu, genitorem, omnis curæ casusq; leuamen,
Amitto Anchisen. hîc me pater optime fessum
Deseris, heu, tantis nequicquam erepte periclis!
Nec vates Helenus, cũ multa horrenda moneret,
Hos mihi prædixit luctus; non dira Celæno
Hic labor extremus; longarum hęc meta viarum!

SER. PELORI.] *Sicilia Græcis ideò Trinacria dicitur, quòd tres extremitates, quas Græci ἄκρας vocant, in mare videtur extendere: Pachinum, quòd in Aryciã vertit; Libycum, quod Africã spectat; Pelorum, quod in Tyrrhenum mare procedit. Sed* Angusta ab sede *ideò agitur: quia eminus videntibus eum locum, Italia & Sicilia terra continens putatur, nec nisi ad vicinum accedentibus videtur.* MISSVS adest.] *Fauore scilicet numinum, quem Anchises optauerat, dicens:* Ferte viam vento facilem, & spirate secundi. *Vel missus, iuxta qualitatem locorum. ita enim in illis angustijs & faucibus maris, artari & conglobatè spiritus fieri dicitur, vt ad illum locum tantummodò missus videatur.* Adesse *autem est, ad fauorem vel patrociniũ venire.* VIVO prætervehor ostia saxo.] *Pro, viui saxi; ablatiuum pro genitiuo: vel, viua saxa habentia.* Ostia *verò, aut littora sunt; aut exitus fluminis in mare; aut introitus portus.* PANTAGIÆ.] *Hic fluuius Siciliæ, cùm plenus flueret, implebat sonitu penè totam Siciliam. Vnde & Pantagias dictus est, quasi vbique sonans. Hic postea, cùm Cereri quærenti filiam obstreperet, tacere iussus est numinis voluntate.* MEGAROSQVE sinus.] *Megara, oppidum est iuxta Syracusas.* TAPSVMQVE iacentem.] *Tapsus insula, non longè à Syracusis, plana, penè fluctibus par.* TALIA monstrabat.] *Quia occurrebat; Vnde hæc loca scire potuisti?* RELEGENS.] *Renauigans. Vt,* Et primi lege littoris oram. ERRATA.] *Participium sinè verbi origine. Non enim facit error.* RETRORSVS.] *Quasi à fine ad caput retexens.* INFELICIS Vlyssi.] *Epitheton ad implendum versum, positum more Græco, sinè respectu negotij. Nam Aeneas incongruè infelicem Vlyssen dicit: nisi* C *fortè, quasi pius, etiam hostis misereatur; cùm similes errores & ipse patiatur. & notandum, conclusam de Achemenide mentionem.* PRÆTENTA.] *Antepositâ.* IACET.] *Sita est. vt,* medio iacet Insula ponto. CONTRA Plemmyrium vndosum.] *Quidam insulã, quidam fluuiũ putant dici. Sanè verbum de verbo expressit. Hoc est enim vndosum, quod Plemmyrium. πλημμυρίς enim, inundatio Græcis dicitur. Sinus Syracusanus, in quo Ortygia, cuius hîc necessariè meminit: nondum enim erãt conditæ Syracusæ.* Vndosum *verò, quod vsque illuc vestigio æstuantis Charibdis dicitur peruenire.* ORTYGIAM.] *Hæc tantùm Ortygia dicitur: Apollinis verò, etiam Delos. Et bene addidit,* Priores: *vt hæc, quæ nunc est, semper appellata sit Ortygia; hæc verò, prioribus tãtum.* FAMA est huc Elidis amnẽ.] *Elis & Pisæ, ciuitates sunt Arcadiæ: in quâ est fons ingens, qui ex se duos alueos creat, Alpheũ & Arethusam. Vnde fit, vt fingantur coniungi in exitu, quos origo coniungit. Arethusam*

autem

A *autem etiam in Elide eſſe, teſtatur Vergilius, dicens:* Sic tibi cùm fluctus ſubterlabère Sicanos. *Hæc ſecũdùm fabulas venatrix fuit: quæ dum ſe in Alpheo poſt laborem ablueret, ab eo adamata eſt: cumq́; diu fugiens, deorum miſeratione in fontem ſui nominis verſa, ad Siciliam per ſecretos meatus venit. Quam Alpheus illuc vſq; perſequutus, fonti eius ſe miſcet.* Quod *tali argumento probatur. nam cùm equi, diebus feſtis, Olimpij Iouis, certantes in eo amne diluuntur, ſtercus equorum ex eo amne etiam in Arethuſâ recognoſcitur. Pateram etiam, quam in Alpheum quidam Olympionices miſerat, in Arethuſâ inuentam. Hanc autem venatricem fuiſſe, etiam Vergilius oſtendit:* Et tádem poſitis velox Arethuſa ſagittis. Quidam *autem Arethuſam, non de Elide ad Siciliam venire, ſed in Siciliâ naſci volũt, & venienti fluuio occurrere.* ALPHEVM.] *Quia Græcè* ἀλφειὸς *facit: vt* αἰνείας, *Aeneas;* μήδεια, *Medea* ORE.] *Fonte viuo. & bene de fluuio: vt* I. *Aeneid.* Vnde per ora nouem. IVSSI numina magna loci.] *Vel ab Achemenide admoniti; vel ab Heleno; vel Anchiſe; vel ab oculis. & quæritur, quæ numina? vel, quare non dixerit? & vtrùm Alpheum, an Arethuſam, intelligi voluerit?* Iuſsi *ergo, admoniti.* STAGNANTIS Helori.] *Fluuij, qui ad imitationem*
B *Nili effunditur campis. Sed Græci ſtagna Elida dicunt: vnde ait,* Stagnantis Helori. PROIECTA.] *Porrecta & teta: vt,* Proiecto dum pede læuo. PACHYNI.] *Promontorium eſt, auſtrum ſpectans. Vnde & Pachynum dictum, ab aëris craſſitudine. nam* παχὺς, *eſt pinguis & craſſus.* RADIMVS.] *Propter ſaxa latentia.* Radimus *autem, nimiùm adiuncti præterimus: vt* V. *Aeneid.* Radit iter læuũ interior. CAMERINA procul.] *Palus eſt iuxta eiuſdem nominis oppidum: de quâ quodam tempore, cùm ſiccata peſtilentiam creâſſet, conſultus Apollo, an eam penitus exhaurire deberent: reſpondit.* μὴ κίνει καμάριναν· ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων. *quo contempto, exſiccauerunt paludem: & ſedatâ peſtilentiâ, per eam partem ingreſſis hoſtibus pœnas dederunt. Sed hoc reſpõſum Aeneæ temporibus ignotum fuit. Ergo nõ obſeruauit poëta: ſed ad præſens tempus locutus eſt.* IMMANISQVE Gela.] *Ciuitas à fluuio nominata: ſicut etiã câpi Geloi.* AGRAGAS.] *Mons eſt muro cinctus, in cuius ſummâ parte oppidũ eſt. Vnde & Cicero ait:* Ad mare intra mœnia ante oppidum exſpectabat. *de Verre. Notandum ſanè, hæc Vergiliũ, quantum ad ſua tempora ſpectabat, dicere; non quantum ad o-*
C *peris. Aeneâ enim nauigante, nec fuerat Camerina ſiccata, nec Gela vel Agrigentum conditæ. Quod frequenter facit. Sed nunc ideò vitioſum eſt: quia ex perſonâ narrâtur Aeneæ.* MAGNANIMVM quondam generator equorum.] *Secundùm Pindarum, quondam Agrigentini equos ad agones Græciæ mittebant; qui indè victores reuertebantur. Legimus etiam aliud: cùm in Cappadociâ greges equorum periſſent, Delphici Apollinis reſponſo adduxerunt equos de Agrigento, & reparauère meliores. Quidam autem dicunt, Heronem Agrigentinum, vel, vt alij ferunt, Dionyſium tyrannum Siciliæ, equos ad agones Elidis olympicos duxiſſe, & omnes viciſſe.* PALMOSA Selinis.] *Ciuitas eſt iuxta Lilybeum, abundãs palmis, quibus veſcuntur, & apio.* σέλινον *enim, apium dicitur. An palmoſa, ab equis nobilibus?* SAXIS Lilybeia cæcis.] *Verè dixit. nam Littus Lilybetanum naturâ liberũ ſaxis, quaſi de induſtriâ conſtructum eſt. Sanè notandum, omnium trium promontoriorum Siciliæ factam mentionem. vt,* Ecce autem Boreas anguſtâ à ſede Pelori: *&,* Proiectaq; ſaxa Pachini: *& hîc modò;* Saxis Lilybeia cæcis. DREPANI portus.] *Depranum ciuitas eſt, ante pedem montis Erycis, trans Lilybeum: dicta vel propter curuaturam littoris, in quo ſita eſt: vel quòd Saturnus, poſt amputata virilia, Cælo patri illuc falcem proiecit, quæ* δρέπανον *dicitur Græcè. quod veriſimile putatur, propter vicinitatem Erycis, conſecrati Veneri, quæ dicitur nata ex Cæli cruore, & ſpumâ maris. Quidam Dreprana dictum volunt à falce Cereris, quam ibi, cùm filiam ſuam Proſerpinam quæreret, amiſit. Cato pluraliter, hæc Drepana dicit.* ILLÆTABILIS.] *Propter patris amiſsionem.* ACTIS.] *Tranſactis: vel, quomodo* menſibus actis. FESSVM deſeris.] *Vt ſuprà diximus, ſecũdùm Vergiliũ. Nã Catonẽ, in Originibus, ad Italiam veniſſe docet. vnde etiã in Sexto illud Amphibolon eſt;* Quò magis Italiâ mecum lætere repertâ. *Nam & poſt Latinum Turnumq;, & Amatã dicitur exceſsiſſe. Sed bene hîc ſubtrahitur, ne parùm decoro amori interſit. Quæritur ſanè, cur ſine vllâ deſcriptione Fauni patris præterierit? aut quia in* V. *dicturus eſt, & bis eadẽ dicere vitauerit: aut quia, ſicut dictum eſt, Anchiſes ad Italiam cum filio peruenit.* NEC vates Helenus.] *Quia dixerat;* Prohibẽt nam cætera Parcę Scire Helenum. NON dira Celæno.] *Quæ vel irata debuit aduerſa nuntiare. Et boni pietate mortem patris grauiorem dicit eſſe, quàm famem.* HIC labor extremus.] *Aut apud Drepanum. Aut* extremus, *ſæuiſsimus; quia ſtatim tempeſtati ſacratus eſt. Et bene de ipsâ tempeſtate tacuit: quia Ilioneus ſuprà dixerat;* Cùm ſubito adſurgens fluctu nimboſus Orion In vada cæca tulit.

PRÆTER.] *iuxta.* PANTAGIÆ.] *Pantagia fluuius eſt, à celeritate curſus nomen habens: quòd per ſaxa fluens clamare videtur. Cereri, filiã Proſerpinã quærenti, impedimento fuit: vnde dea irata, tacitè eum labi iuſsit.* MEGAROS.] *Megara colonia Megarenſiũ Atticæ eſt; & parua vrbs, poſita vbi eruptiones amniũ concurrunt. Aiunt, Hyblam à Dorienſibus dictam Megarom. primæ coloniæ Græcorum in Siciliâ poſitæ fuerunt, duce Theocle Athenienſe, cum Euboicis, Dorienſibus.* THAPSVM.] *Thapſos ſita eſt humili loco, in littore. ex eâ miſsi coloni in Africam, condidère Thapſum, clade Romanâ inclytum. Megara & Pantagia ſunt prope Syracuſas; quemadmodum & Thapſus.* PLEMMYRIVM.] *Plemmyrius fluuius labitur per agrũ Syracuſanũ.* VNDOSVM.] *nam:* πλημμυρίς*, inundatio eſt.* ORTYGIAM.] *Ortygia inſula, quæ ponte iungitur Syracuſis. fontem habet Arethuſam. ex quo ferunt p ſubterraneos cuniculos emergere Alpheũ, flumen Elidis. nec mirũ videatur hoc: nam Inachus ex Pindo fluit per cuniculos, & miſcetur Acheloo. Zoilus Alpheum ex Tenedo effluere dicit. Aſopus Sidoniorũ à Phrygiâ deſcendit. Ex vtroq; latere Ortygiæ ſunt duo portus. vnde poetæ finxerunt fabulam: Arethuſam fuiſſe venatricem, & amatam ab Alpheo, fugiſſe ſtuprũ per ſubterraneos cuniculos in Ortygiam; & Alpheũ fuiſſe inſecutũ. Alpheus fluuius dicitur ab alphis, id eſt, maculis. quia eius aqua maculas tollit. in eius oſtio, Alpheoniæ Dianæ lucus eſt. habitauit & hîc Diana: ideò Arethuſa ſacros habet poſtes.* HELORI.] *Helorus fluuius per Leontinos campos labitur, qui ſunt fertiliſsimi. Silius ait.* Atq; vndæ clamoſus Helorus Non ſtagnat. *ideò mirandũ, quare* Stagnãtis. PACHYNVS.] *Spectat hoc promontoriũ Auſtrũ & Græciam: & ab aëris craſsitudine, quæ* πάχος *dicitur, nominatur.* MOVERI.] *amoueri: id eſt, exſiccari.* CAMERINA.] *Camerina oppidũ eſt, & palus eiuſdẽ nominis. cùm quondam, deficiẽte aquâ, peſtilentiã ex putore faceret; oppidani Apollinem cõſuluère, an penitus exſiccarent? reſpondit, vt cauerent. illi, neglecto oraculo, exſiccauère paludẽ. eo itinere profecti hoſtes, vrbem diripuère.* CAMPIQVE Geloi.] *Gela fluuius: inde Geloi campi. Silius:* Venit ab amne trahens nomen Geloa. *& ab eo Gela oppidum dicitur.* AGRAGAS arduus.] *Agragas Ionum colonia eſt; nunc dicitur* Agrigentum. *nobilitata fuit Empedocle Philoſopho & ciue ſuo; itẽ & Phalaride tyrannorũ ſæuiſsimo. optimos gignebat equos ad Olympica certamina, vt Pindarus ait: & ex Agrigentino grege Cappadoces, emptis admiſſarijs, reparauère equinã ſtirpem, iubente Delphico oraculo, quæ penè defecerat.* PALMOSA Selinis.] *ciuitas iuxta Lilybæum. Palmoſa dicta, à copiâ palmarum: vt etiam Silius meminit.* LILYBEVM.] *promõtorium versùs Africam.* DREPANI.] *Drepanũ ſignificat falcẽ. dictum Drepanũ eſt, à curuo ſitu inſtar falcis. non longè abeſt ab* POM. Sabi.

Eryce monte, trans Lilybeum. Alij volunt dictam ab eo, quòd Saturnus, amputatis paternis virilibus, illuc falcē proiecerit, quæ drepanis dicitur. ILLÆTABILIS.] *non læta, propter mortem patris.*

VAR. Lect. ERRATA retrorsum.] *In antiq. aliquot exempl.* Retrorsus. OCCVLTAS egisse vias.] *In lib. peruetere* Habuisse vias *legitur.* SICVLIS confunditur vndis] *In antiq. aliquot. lib.* Perfunditur. NVMINA magna loci iussi veneramur.] *In omnibus antiq. lib. quotquot legi, numerus est, huiusmodi;* Iussi numina magna loci veneramur. STAGNANTIS Elori.] *In lib. antiq.* Helori, *cum aspiratione.* APPARET Camerina procul.] *In antiq. aliquot lib.* Camarina. PALMOSA Selinis.] *In lib. aliquot ant.* Selynis *scriptum est.* TOT tempestatibus actus.] *In antiq. penè omnibus exempl. legere est,* Actis.

DON. ECCE autem Boreas angustâ à sede Pelori Missus adest.] *Cùm, inquit, talia tractaremus, quasi ab aliquo deo missus Boreas venit: tantâ opportunitate, vt nos continuò per multa loca detulisset.* VIVO præteruehor ostia saxo Pantagiæ, Megarosq; sinus Tapsumq; iacentē.] *Per hæc, inquit, loca venti suffragio transiuimus.* TALIA monstrabat relegens errata retrorsum Littora Achemenides, comes infecilis Vlyssi, Sicanio prætēta sinu.] *Horum locorū nomina referebat Achemenides: quia per hæc errauerat, cùm socius esset hominis infelicis; perindeq; habuit nota.* PLEMMYRIVM vndosum nomen dixêre priores, Ortygiam.] *Prisci ait, hoc est, veteres, Plemmyriū dixêre: sequentis æui, appellauêre Ortygiam.* ALPHÆVM fama est huc Helidis amnē Occultas egisse vias subter mare, qui nūc Ore Arethusa tuo Siculis perfunditur vndis.] *Quæcunq; fabulosa sunt aut incredibilia, horū Vergilius non se, sed alium facit authorem. Quis enim credat, quod protulit fama, subter mare fluuiū ex longinquis partibus ire posse, & incolumē, hoc est, incorruptū, atq; alias terras exire, & inseri Siciliæ fontib.* NVMINA magna loci iussi veneramur. *Aut monitu Heleni iussi; aut ab Achemenide instructi.* Et indè Exsupero præpingue solū stagnantis Helori. HINC altas cautes, proiectaq; saxa Pachyni Radimus, & fatis nunquam concessa moueri.] *Hæc saxa asserit immobilia esse.* APPARET Camerina procul, cāpiq; Geloi, Immanisq; Gela fluuij cognomine dicta.] *Ecce & Gela à fluuio cognomen accepit.* ARDVVS inde Agragas ostentat maxima longè Mœnia.] *indè ostentat longiùs mœnia: quia excelsus est mons ipse.* MAGNANIMVM quondam.] *Hoc est, magnanimorum.* GENERATOR equorum: Teq; datis linquo ventis palmosa Selinis.] *Quòd palmas copiosissimè generet, dicta est palmosa.* ET vada dura lego saxis Lilybeia A cæcis.] *Saxa cæca sunt, quæ nautici dicunt subæquanea hæc facilè decipiunt nauigantes: quoniam, dum in occulto sunt & & non eminent, non videntur. Omnia ista nomina fontium, locorum, ciuitatum, montium, & insularum, idcircò posuit, vt ad eam paulatim veniret insulam, in qua perdidit patrem: vt eius quoque casum potuisset exponere.* HINC Drepani me portus, & illætabilis ora Accipit.] *Expressit plenam moralitatem. nam si quando aliqua importuna accedunt, vel luctus; hæc in dolore positi nonnunquam locis ascribimus, quasi nobis aliquid inflixerint, vel infligere potuerint. Aeneas igitur Drepanitano applicat loco, quod acciderat fatorum ratione.* HIC pelagi tot tempestatibus actis, Heu genitorem omnis curæ casusq; leuamen Amitto Anchisen. hîc me pater optime fessum Deseris.] *Augebat amissi patris dolorem etiam ratio loci: quem ipsum duplicato aduerbio patefecit. Dixit quippe patrem suum periisse in portu, qui tot alti maris casus & pericula euasisset. nec tamen mortuum dixit; sed deseruisse filium. Veteres enim, præcipuos quosque, non mortuos, sed per commutationes locorum translatos arbitrabantur.* HEV tantis nequicquam erepte periclis.] *Tantus dolor fuit perditi patris: vt apud Didonem positus, quasi cum eo præsente loqueretur.* B *Posuit specialiter pericula ipsa, quibus interueniente fine viuendi constabat frustra esse liberatum. sed ne in relatione maioris luctus moraretur, ad generalitatem necessariò confugit, & dixit:* Tantis nequicquam erepte periclis. *Ceterùm, si esset interposita enumeratio; diceret Bis Pergameis ruinis ereptum: diceret collo suo vectum, vt captiuitatem vitaret aut mortem: diceret, in mari ac terrâ, quæ pericula transisset. Dolebat autem Aeneas vehementer, quod infinitis casibus & periculis liberatus, ad Italiam peruenire non potuit. Definit poëta, quam vim apud filios habebat incolumitas patris.* OMNIS, *inquit,* curæ casusque leuamen.] *hoc est, in omnibus periculis leuatus sum dolore, dum pater vixit.* NEC vates Helenus, cùm multa horrenda moneret, Hos mihi prædixit luctus.] *Nec mihi prædixit Helenus hos luctus, quum multa admiranda prædiceret:* nec ipsa Celæno, *cùm multa optaret maledicta, ac per hoc hæc futura. Nec amicus dixit; nec inimica nuntiauit.* HIC labor extremus, longarum hæc meta viarum!] *Vt mors adueniens, non vitæ illi tantùm, sed laborum quoque attulerit finem.* C

ADR. Bar. OMNIS curæ casusq; leuamen.] *Si decesserit amicus, quo cum iocos seriaq; iuxtà miscere consueuimus, addamus illud:* Omnis curæ casusq; leuamen, Amitto Anchisen.

Hinc me digressum vestris Deus appulit oris.
Sic pater Aeneas intentis omnibus vnus
Fata renarrabat diuûm, cursusq; docebat.
Conticuit tandem, factoq; hîc fine quieuit.

SER. DEVS appulit oris.] *Tulit voluntate suâ. Bene se commendat Didoni; dicens, se ad eam deorum voluntate venisse. Sanè non dixit, quis deus: vt alibi,* Dabit deus his quoque finem. VNVS.] *Non est interpellante reginâ interrogationibus.* FATA diuûm.] *Quæ dij hominibus tribuunt.* RENARRABAT.] *Aut vacat re; vt,* Confieri possit. *Aut apparet, Aeneam antè de suis casibus cum Didone confusè locutum: & ideò hîc addidit,* Renarrabat; *quasi, quæ dixerat antea, nunc ex ordine referebat. quod notat in primo;* Imò age & à primâ dic hospes origine nobis. *Sanè in secundi principio, duo sunt versus ex persona Poëtæ: sicut hic tres: & similis est finis initio.* CONTICVIT tandem.] *Vt,* Conticuêre omnes. TANDEM] *Diuturnitatem narrantis expressit. Notandum sanè quia controuersiarum more epilogos dedit sex istis prioribus libris: quos & esse βιωτικὸς voluit. Nam singulis res singulas dedit: vt primo omnia; secundo πάθος; tertio errores; quarto ἦθος, id est, mores; quinto festiuitatem; sexto scientiam. Epilogos autem sic variauit: vt in primo miseratio esset Didonis; in secundo mors Creusæ; in tertio, Anchisæ; in quarto, Didonis; in quinto Palinuri; in sexto, Marcelli citum defleret interitum.*

POM. Sabi. VNVS.] *solus.* RENARRABAT.] *pro narrabat.*

VAR. Lect. FATA renarrabat diuûm, cursusq; docebat.] *In antiq. aliquot lib. legere est,* Fataq; narrabat diuûm.

DON. SIC pater Æneas intentis omnibus vnus Fata renarrabat diuûm, cursusq; docebat.] *Tacuit de Siciliensi naufragio; & ait,* HINC me digressum vestris deus appulit.] *Vt ostenderet, se complêsse proposita; quòd ipsum vitiosum fuit repetere; quod Ilioneus plenè narrauerat.* Intentis, *inquit,* omnibus, *hoc est, adhuc intentis: vt ostenderet, Aeneam libenter auditum; & auditores contextu*

narra-

A *narrationis ſatiari nequiſſe. Intenti, inquit, fuerant, quum inciperet.* Intentis, *cùm finiret,* omnibus, *dixit; vt oſtenderet, nullum illic fuiſſe, qui non adhuc deſideraret audire.* CVRSVS'QVE] *fatorum ſcilicet ſuorum.* CONTICVIT tandem factoq; hîc fine quieuit.] *Tandem ad ipſum pertinet, qui caſus ſuos narrabat inuitus. Caeterùm auditores intenti fuerant, & adhuc audire cupiebant. Facto autem fine narrandi, Aeneas ſucceſſit ad requiem.*

CONTICVIT tandem, factoque hîc fine quieuit.] *Facetè in eum torquebitur, cuius in conuiuio, poſt longas & moleſtas fabulas, ſilentium nobis gratum eſſe indicabimus.* ANDR. Bar.

ÆNEIDOS LIBRI IIII

Argumentum.

ADHAON:

Vritur in Quarto Dido, flammasq; fatetur.

MODESTINI IVRISCONSVLTI, IN QVARTVM librum Aeneidos, Argumentum.

B
At regina graui Veneris iam carpitur igne.
Conſulitur ſoror Anna, placet ſuccumbere amori.
Fiunt ſacra deis; onerantur numina donis.
Itur venatum: Veneris clàm fœdera iungunt.
Facti fama volat; monitus tunc numine diuûm
Æneas, claſſemq; fugæ ſociosq; parabat.
Senſit amans Dido, precibus conata morari.
Poſtquam fata iubent, nec iam datur vlla facultas,
Conſcenditq; pyram, dixitq; nouiſsima verba;
Et vitam infelix multo cum ſanguine fudit.

P. VERGILII M. ÆNEIDOS LIBER IIII.

At regina, graui iamdudum ſaucia curà,
Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.
Multa viri virtus animo, multusque recurſat
Gentis honos: hærent infixi pectore vultus
Verbaq;: nec placidam membris dat cura quietē.
Poſtera Phœbeâ luſtrabat lampade terras,

SER. A*pollonius Argonautica ſcripſit; vbi inducit amantem Medeam. Inde totus hic liber translatus eſt de tertio Apollonij. Eſt autem* C *penè totus in affectione; licet in fine πάθος habeat, vbi abſceſſus Aeneæ gignit dolorem. Sanè totus eſt in conſilijs & ſubtilitatibus. Nam penè comicum ſtilum habet. nec mirum, vbi de amore tractatur. Iunctus quoque eſt ſuperioribus: quod artis eſſe, frequenter diximus. Nam ex abrupto vitioſus eſt tranſitus: licet ſtultè quidam dicant, hunc tertio non eſſe coniunctum: (in illo enim nauigationum pericula; in hoc amores exſequitur) non videntes optimam coniunctionem. Cùm enim tertium ſic clauſerit:* Factoq; hic fine quieuit: *ſubſecutus intulit,* At Regina graui Iamdudum ſaucia curâ. *Item paulò pôſt:* Nec placidam membris dat cura quietem. *Nam cùm Aeneam quieuiſſe dixerit: Satis congruè ſubiunxit; vt ſomno amans careret. Alij ſubitum tranſitum factum tradunt; quia non oſtendit conuiuium diſſolutum. Sed hoc ſubtiliter fecit; quia etiam alia conuiuia eam habuiſſe deſcribit;* Pôſt vbi digreſsi lumenque obſcura viciſsim. *Sanè bene,* Regina: *quia contra dignitatem amor ſuſceptus, grauior eſſe ſolet. Ex hoc enim nomine, & pudoris, & deliberationis naſcitur cauſa; & præcipuè potiundi difficultas. Videtur & poſt amiſſam caſtitatē, etiā iuſtius interitus.* IAMDVDVM.] *Aut nimiùm & vehementer: vt Terētius,* Iamdudū te amat; Iamdudum illi facile fit qd' doleat. *Aut iamdudū, id eſt, à quo tēpore vidit Aeneam. Legimus enim;* Obſtupuit primò aſpectu Sidonia Dido. *Aut, ex quo narrare cœpit Aeneas. Aut, ex quo interuenit Cupido.* SAVCIA.] *Hinc ſubiungit,* vulnus alit, *id eſt, Curā paſcit. Et bene alludit ad Cupidinis tela, vt paulò pôſt ad faculā,* Et cæco carpitur igni. *Nam ſagittarum vulnus eſt; facis incendiū.* CVRA.] *Amore intolerabili, quē ferre nō poſſet; vt,* Meque his abſoluiſte curis. *Cura ergo, ab eo quòd cor vrat; vt,* Veneris iuſtiſsima cura. *Item,* Mea maxima cura. *Sanè per confuſionem verbi & nominis dictum eſt. nam* Cura *eſt & verbum; vt,* Cura cūres; *cùm non eſt nomen.* VENIS.] *Quia per venas amor currit, vt ſanguis: nam in ſanguine anima; in animâ amor eſt. aut ſicut venenum; vt,* Fallasque veneno. *Item,* Longumque bibebat amorem. *Nam venenum id dicitur, quia per venas currit.* CÆCO carpitur igni.] *Non quòd non cernat; ſed quòd non cernatur. vel, quòd Dido amorem ſuum vult occultare, ſi poſſit; ideò cæco. & ait Vergilius, vt inuentas frangat declamationes: vt hoc loco rem dixit ſinè declamatione. Vnde Ouidius;* Quoque magis tegitur, tantò magis æſtuat ignis. *Cæco ergo igni, poſſumus vt validiore accipere; cuius hæc natura eſt, vt compreſſus magis conualeſcat.* Carpitur *autem; paulatim conſumitur; vt,* Carpit enim vires paulatim. *Sanè* igni, *pro* igne: *datiuus pro ablatiuo.*

Digitized by Google

MVLTA viri virtus animo.] *Bene mediam se facit præbere Didonem, inter regalem pudorem, & amoris impulsum. Simulat enim se virtutē mirari, cuius pulchritudine commouetur.* Multa autem virtus, *figuratè dixit. Nam ad numerum transtulit, quod est quantitatis.* Aut multa, *pro magna.* RECVRSAT.] *Frequentatiuo vsus est verbo, in frequenti amātis cogitatione.* GENTIS.] *Non Aeneæ, vt sit velut excusatio; sed Dardani, à numinibus, vt Veneris.* INFIXI pectore vultus, verbaq́;.] *Vultus, inquit, & verba hærent; virtus & honos gentis recursat; quia superiora vehementiora sunt ad amorem.* Infixi *aūt, vt alibi,* Illū absens absentem auditq́; videtq́;. Pectore *verò, pro pectore. Duo tangit, quibus potissimùm gignuntur amores: formam videlicet & eloquentiam:* NEC placidam membris dat cura quietem.] *Aut penitus quiete caruit; vt* placida *epitheton sit quietis: aut habuit quidem quietem; sed non placidam, id est, turbatam somnijs. vnde & ipsa paulò pòst,* Quæ me suspensam insomnia terrent? POSTERA Phœbæa lustrabat lampade terras.] *Circumlocutio orientis diei. Secundum enim & tertium librum Aeneas per noctem, in conuiuio Didonis, narrauerat: licèt, vt suprà diximus, Vergilius ista, quæ per naturam necesse est fieri, plerumq; contemnat.* LVSTRABAT.] *Aut illustrabat: aut reuerà lustrabat, id est, purgabat. Nā nox quodammodò polluit mundum. Vel circumibat; vt,* Lustrat Auentini montem.

POM. Sabi. CVRA.] *Cura est flagrans in corde stimulus.* VENIS.] *Paulatim amor irrepit per venas.* CÆCO igni.] *Ouidius:* Quoq; magis tegitur, tantò magis æstuat ignis. ANIMO.] *Didonis.* VVLTVS.] *id est, forma Aeneæ, infixa pectore Didonis.* VERBA.] *infixa.* POSTERA lux.] *vnam noctem consumpsit narrando calamitates.*

DON. *Conclusis omnibus, quæ necessaria narratio exigebat; secessit Aeneas ad requiem. compleuit enim, vel quod ipse pollicitus videbatur: vel quod regina desiderabat audire. Didonis tamen animus, intolerabili iamdudum curā commotus, accendebatur magis recordatione loquentis, & secreto incendio torrebatur. Hoc est quod ait:* AT regina graui iamdudū saucia curā. Vulnus alit venis, & cęco carpitur igni.] *Dicit ipsas causas, quæ hoc genus tormenti animis Didonis inflixerant.* MVLTA viri virtus animo, multusq́; recursat Gentis honos, hærent infixi pectore vultus, Verbaq́;.] *Multa viri virtus. non tantùm corpore placebat; verùm etiam animo. asseruerat enim, se laborāsse pro patriā; duros ac diuersos habuisse discursus; mori etiam voluisse; innumera pericula ferēdo superāsse. Hæc tractabantur bona corporis, quibus tolerauerat vniuersa. animi verò istiusmodi recursabant in sensibus cogitantis; quòd deorum cultor, amator patriæ; amator patris; amator vxoris. Quemadmodum auditum putamus Aeneam, referentem discrimina sua; quum amissam coniugem insanis laboribus perquisitam diceret. Quemadmodum arbitramur iudicio eius acceptum, quæ intentione tenuerat, vt eius matrimonio iungeretur. Hæc cōsiderabatur multa virtus, quæ nō in vno genere esset maxima; sed quæ ex multis & diuersis robur suæ felicitatis ostēderet. Tollamus amorē, quē Cupido conciliauerat; cur illa nō amaret virum, domi forisq; præstantem; bello strenuum; pacis tēporibus religiosum? necessarium viduæ; necessariū destitutæ; necessarium cōdenti ciuitatē, & noua imperij fundamēta roborare cupienti? necessariū contra Pygmalionis violentiam, qui magnā manu sperabatur esse venturus?* A *Accedebat corporis decus & forma, quæ cæteris animi corporisq; præcipuis virtutibus adderet venustatem. quæ ipsa primo libro poëta euidenter expressit, quum recedente nube plurimùm fulsisset in sole.* MVLTVSQVE recursat Gentis honos.] *Tertiam posuit generis laudem. hæc enim tunc prodest, si, quæ sunt vniuscuiusq; propria, rationi sanguinis rectè conueniant. Nam quomodo Aeneæ meritis prædicatio accederet generis; si proprijs bonis laudare non posset? Hæc igitur pars in eo est, vt etiam ipsa ex plurimis constet. nam sciebat Dido, esse Aeneam Veneris filium, Cupidinis fratrem & Mercurij, Teucri ac Dardani affinem; &, quod supra omnia fuit, nepotem Iouis.* HÆRENT infixi pectore vultus, Verbaq́;.] *Hærent pectore, bis accipiendum est, vt sit: hærent pectore vultus infixi; hærent verba pectore.* Infixi *autem quòd ait, ad solos vultus pertinet: quia erit vitium, si dicamus, infixi verba. & magis pro personā amantis: meliùs accipitur, infixi vultus. Verba enim augmentum dabant amori. nam* Hærent, & Infixi, *hanc habent rationem; quam habet illud, quod etiam in tertio libro ait:* Ære cauo clypeum, magni gestamen Abantis, Postibus aduersis figo. *Figi enim dicitur, quod sic alicui speciei iungitur, vt auelli non possit: & Hæret, quod non potest separari. Vultus pertinent ad corporis laudē: verba, ad animi prædicationē.* B NEC placidam membris dat cura quietem.] *Diuersam naturam poëta esse voluit amoris & somni. Somnus quippe quietam sedem quærit. hoc tenebatur Aeneas: quia quieto animo fuit. Contrà, vbi fuerit cura, vt in Didone, non potest inueniri somni beneficium. Ecce quemadmodum Didonis describuntur ardores. non flectebatur in requiem; nec somni virtute vincebatur aut tēpore: quia impediebat medius amor.* POSTERA Phœbeâ lustrabat lampade terras, Humentēq; aurora polo dimouerat vmbrā, Cùm sic vnanimē alloquitur malè sana sororē.] *Non dixit, lucescēte die Didonē surrexisse; quia peruigil trāsegerat noctē: sed quū primùm dies fuisset exorta, locutam taliā cū sorore. Mirè autē posuit,* Malè sana. *Sanus est qui nullo animi aut corporis incommodo premitur. Sanus nō est, qui nullo bonæ valetudinis beneficio confouetur. Malè sanus est aūt, qui animi tormentis affligitur, & pro sano habetur. Interea, cùm poëta præmittit sororem, præmittit vnanimem: ostēdit, aliquid Didonem germanæ dicturā, quod in vulgus non deberet exire. Erat enim turpissimum, amores in hospitem publicè confiteri: sed nullam putabat illa confessionem, quando in duobus sororum corporibus vnus animus fuit.* C

Humentemq́; aurora polo dimouerat vmbram:
Cùm sic vnanimem alloquitur malè sana sororē:
Anna soror, quæ me suspensam insomnia terrent!
Quis nouus hîc nostris succeßit sedibus hospes!
Quē sese ore ferens! quàm forti pectore & armis!

SER. HVMENTEM vmbrā.] *Quia nox omnis humida est. vt,* Noctis lentus non deficit humor. *Et nihil interest, vtrū vmbram, an noctē dicat. Nox enim, vmbra terræ est; vt suprà,* Inuoluēs vmbrā magnā terrāq; polumq́;. *ergo humentē, pro humi[illegible]. nā & humēs est, quod facit humidū. vnde bene humētem posuit. Est etiam Hysteron proteron in sensu. Prius est enim, vt Aurora vmbram dimoueat; pòst phœbea lampas lustret terras.* CVM sic vnanimen.] *De re pudendā loquuturā, parum fuerat, sororē eligere; nisi etiam vnanimem. Dicimus aūt, & Vnanimus, & Vnanimis; sicut Inermus, & Inermis.* MALE sana.] *Non plenè sana, amore vitiata.* Malè *enim aliquoties,* non; *sæpe etiam,* minùs *significat. Non: vt,* Statio malè fida Carinis. *Minus: vt,* malè sanus. *sicut Ve; vt Vecors, & Vesanus. Quanquam* Malè *significat & Perniciosè: vt Lucanus,* Sic malè deseruit. *Et quidam malesana volunt per hyphen legere; nec esse compositum verbum; quia composita vnū plerunq; corrumpant necesse est; vt malesuada.* ANNA soror.] *Cuius filiæ fuerint Anna & Dido, Næuius dixit. & bene vocabulo necessitudinis blanditur, vt libēter Iunonis audiat confessionem. Sed suspensè & pedetentim, pudore resistente, incipit.* INSOMNIA terrent!] *Legitur Et* Terret, & Terrent. *Sed si* Terret *legerimus;* Insomnia

erit

A erit vigilia. Hoc enim maiores inter vigilias, & ea quæ videmus in ſomnijs, intereſſe voluerunt: vt Inſomnia generis fœminini, numeri ſingularis, vigiliam ſignificaret; Inſomnia verò, generis neutri, numeri pluralis, ea quæ per ſomnium videmus. vt, Sed falſa ad cælum mittunt inſomnia manes. Sciendum igitur, quia, ſi Terret dixerimus, antiqua erit elocutio. Inſomnia enim, licèt et Pacuuius & Ennius frequēter dixerint: Plinius tamen excluſit, & de vſu remouit. Sed ambiguitatem lectionis hæc res fecit: quod nō ex aperto ſe vigilâſſe dixit; ſed habuiſſe quietem implacidam, id eſt, ſomnijs interruptam: vt intelligamus, eam & inſomnijs territam, & propter terrorem inſomniorum vigilias quoq; perpeſſam. QVIS.] Nōnulli pro aliquis accipiunt, vel qualis. NOVVS.] Magnus: vt, Pollio & ipſe facit noua carmina. Quaſi antea nunquam; vt, Terentius; Noua figura. SVCCESSIT ſedibus] Vt, Succedoq; oneri; &, Succedūt tecto, & flammas ad culmina iactant. QVEM ſeſe ore ferens?] Cùm eum ob virtutem laudet; addendo tamen os, nec pulchritudinem denegauerit. Ore autem ferens, vtrùm oratione, an vultu, dubium eſt: Vt, Obſtupuit primo aſpectu Sidonia Dido. B Item, Namq; ipſa decorā Cæſariem nato genitrix lumenq; iuuentæ Purpureum, & lætos oculis afflârat honores. FORTI pectore, & armis?] Vt etiam ab Ilioneo audierat, dicente: Quo iuſtior alter, Nec pietate fuit, nec bello maior & armis. Sanè ſubaudi eſt. Et bene virtutis commemoratione, excuſat ſupradictam pulchritudinis laudem. Pectore autem & Armis, non bis idem dicit: pectore, ad patientiam; armis, ad fortitudinem.

POM. Sabi. MALE ſana.] inſana amore. INSOMNIA.] id eſt, vigilia. Hæc inſomnia, huius inſomniæ dicitur vigilia attonita, quæ animū ſuſpendit cogitationibus phantaſmaticis. hoc apud Ennium & Pacuuium inuenies. Plinius ſummotū ab vſu ſcribit; ſed hoc loco neutro genere legendum putat Aptonianus: id eſt, phantaſmata, quæ perturbant quietem. Ego verò, Inſomnia terret. i. vigilia: quia Dido poſt aduentum Aeneæ nō dormiuit: poſt conuiuiū, audiuit illū recitantē: finitâ oratione Aeneæ, illuxit dies. Dido, ardēte multis amoris flammâ, dormire nō poterat. Amātes nō dormiūt. Ergo amator vetuſtatis poſuit inſomniam. ORE ferens.] ad pulchritudinem refert. PECTORE.] ad conſtantiam. ARMIS.] ad rei militaris præſtantiā.

CVM ſic vnanimem alloquitur.] In libris aliquot antiquis Tum legitur, & Vnanimam. VAR. Lect. QVÆ me ſuſpenſam inſomnia terrēt?] Libentiùs omnes, Terrent, cū antiquis libris agnoſcunt: vt Inſomnia plurali numero dicātur.

DON. ANNA ſoror.] Vtrunq; complexa eſt; alterum nomen, quo vocaretur ab omnibus; alterum, quod conſanguinitatis dederat curſus. His vocabulis admonitam voluit, vt, quod erat auditura, teneret animo, & conſilio regeret æſtimantem. & tamen confeſſionem ipſam, quam ſciebat inhoneſtam, non ſemel effudit: ſed vſa eſt inſinuatione; & per longos verborum circulos venit ad eam partem, quæ ſinè iacturâ pudoris, quamuis apud talem ſororem, proferri non potuit. Hoc loco apertiùs dicitur, quid ſit; Multa viri virtus animo, multusq; recurſat Gentis honos. Ait enim: ANNA ſoror, quæ me ſuſpenſpam inſomnia terrent! Quis nouus hîc noſtris ſucceſsit ſedibus hoſpes!] Patior, inquit, ſoror, inſomnia dum conſidero nihil eſſe in hoſpite noſtro, quod præferri non debeat. Noua quippe in illo ſunt omnia. neq; in vno magis, quàm in alijs viſa eſt Dido hoſpitem nouum, pro amantis animo nō quaſi recenti, ſuſcepiſſe. ſed nouā quadam & ſingulari corporis atq; animi ſpecie debemus accipere. QVEM ſeſe ore ferens! quàm forti pectore, & armis!] Quod tacet, inquit, quod loquitur, quod monetur; quàm gratum eſt, quàm iocundum, quàm viro forti conueniens!

Credo equidē, (nec vana fides) genus eſſe deorū.
Degeneres animos timor arguit. heu, quibus ille
Iactatus fatis! quæ bella exhauſta canebat!
Si mihi non animo fixum immotumq; ſederet,
Ne cui me vinclo vellem ſociare iugali;
Poſtquam primus amor deceptam morte fefellit:
Si non pertæſum thalami tedæq; fuiſſet:
Huic vni forſan potui ſuccumbere culpæ.
Anna, (fatebor enim) miſeri poſt fata Sichæi
Coniugis, & ſparſos fraternâ cæde penates,
Solus hic inflexit ſenſus, animumq; labantem
Impulit. agnoſco veteris veſtigia flammæ.
Sed mihi vel tellus optē priùs ima dehiſcat, (bras,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vm-
Pallenteis vmbras Erebi noctemq; profundam:
Antè, pudor, quàm te violē, aut tua iura reſoluam.
Ille meos, primus qui me ſibi iunxit, amores
Abſtulit ille habeat ſecum, ſeruetq; ſepulchro.
Sic effata, ſinum lachrymis impleuit obortis.
Anna refert: O` luce magis dilecta ſorori,
Solàne perpetuâ mœrens carpêre iuuentâ?
Nec dulces natos, Veneris nec præmia nôris?
Id cinerem aut manes credis curare ſepultos?
Eſto: ægram nulli quondam flexère mariti;
Non Libyæ, non antè Tyro deſpectus Hiarbas,
Ductoresq; alij, quos Africa terra triumphis
Diues alit: placitóne etiam pugnabis amori?
Nec venit in mentem, quorum conſederis aruis?
Hinc Getulæ vrbes, genus inſuperabile bello,
Et Numidæ infræni cingunt, & inhoſpita Syrtis:
Hinc deſerta ſiti regio, lateq; furentes
Barcæi. quid bella Tyro ſurgentia dicam,
Germaniq; minas?
Dijs equidem auſpicibus, reor, & Iunone ſecūdâ,
Huc curſum Iliacas vento tenuiſſe carinas.

SER. CREDO equidē genus eſſe deorū.] Ego quidē credo. Nec enim vana fides eſt: id eſt, falſa. Nam Degeneres animos arguit timor: id eſt, probat, oſtendit. Et bono ordine amari facit Aeneam ab eâ, de quâ ait, Iura dabat legesq́ue viris; Primò virtute & factis; deinde generis nobilitate; indè oratione; pòſt pulchritudine. & ſingula ſingulis reddit. QVIBVS ille.] Pro, quantis. HEV.] Per hæc amoris impulſus oſtenditur. Et hoc ad miſerationem pertinet. C IACTATVS fatis.] Caſibus. vt, Quis te, nate deâ, per tanta pericula caſus Inſequitur? Et eſt Hyſterologia. nam prius eſt, vt bella exhauſerit, pòſt fatis iactatus ſit. QVÆ bella.] pronomen pro nomine. EXHAVSTA.] Finita, terminata: quod nimiæ virtutis eſt. Nam inchoare bella, quorumlibet eſt: vincere vel finire, paucorum. FIXVM immotumq́ue ſederet.] Cogi ſe optat, quæ ſe negat. Immotum autem, pro immobile: participium, vim nominis habens. SEDERET.] Placeret. vt, Et ſedet hoc animo. NE cui.] Deeſt, viro. VINCLO iugali.] Synæreſis eſt, pro vinculo. Iugali autem, propter iugum, quod imponebatur matrimonio coniungendis. Vnde & Iuno iugalis dicitur. Quidam iugali accipiunt pro coniugali: per ἀφαίρεσιν dictum; quæ fit, cū de primâ parte verbi ſyllaba detrahitur. PRIMVS amor.] Id eſt, maritus. DECEPTAM morte fefellit.] Figuratè dixit, morte ſuâ decepit me, & fefellit. PERTÆSVM thalami tedæq́ue fuiſſet.] Pertæſus participium eſt ſinè verbi origine: & regit Genitiuum; vt hoc loco. Nam Genitiuus eſt ſingularis. & Accuſatiuum; vt, Pertæſus ignauiam ſuam. HVIC vni forſan potui ſuccumbere culpæ.] Bene forſan, quaſi adhuc dubitet. Singula pronuntianda ſunt. nam ingenti dicta ſunt librâ, quibus confeſſioni deſiderij ſui quandam iniicit refrænationem. CVLPÆ.] Bene culpæ potiùs, quàm amori: & hoc propter antiquum ritum,

quo

quo repellebantur à sacerdotiò, id est, fortunam muliebrem non coronabant, bis nuptæ. FATEBOR enim.] Bene vno sermone, & culpam expressit, & necessitatem. Fateri enim, & coactorum est, & culpabilium Sed hîc videtur per oblationem confessionis leuius crimen efficere. MISERI post fata Sichæi.] Aut muliebriter dixit, miseri: aut mortui; secundùm Ciceronē, qui in Tusculanis, miseros, mortuos vocat. aut certè ob hoc miseri, cuius iam obliuiscitur. aut miseri, sic occisi. SPARSOS fraterr à cæde penates.] Si Didonis, dispersos post fugā intelligemus: si fratris, pollutos cruore. Fraternā autē cæde, quā frater admiserit. INFLEXIT.] Quia suprà ait, Fixū immotumq; sederet. Inflexit, à proposito rigido declinauit. Et bene per gradus creuit. primū inflexit, vt fixos ostenderet; quæ fixa sunt enim, quoniā auelli nō possunt, flectuntur. deinde impulit labantem, ea enim impelluntur, quæ pronā sunt ad cadendū. LABANTEM Impulit.] id est, impulit, & labare fecit. Non enim lababat; quia antè immobilis fuerat. Cauendū sanè, ne Labentē, contra metrum, legamus. Nam la longa est, vt, Labere nympha polo. AGNOSCO.] Participium agnotus nō agnitus. Sallustius, Nec inhermos ex ꝓlio viros quenquam agnoturū. VETERIS vestigia flammę.] Bene inhonestā rem sub honestā specie cōfitetur, dicens, se agnoscere maritalis coniugij ardorē, hoc est, quo mariti diligi solent. nam erat meretricium, dicere, in amorem Aeneæ incidi. SED mihi vel tellus optē priùs ima dehiscat.] Callidè: ac si diceret, posse se coniungi Aeneæ si mors secuta nō fuerit. & bene in vestigio reuocauit. OPTEM.] Pro velim. PALLENTES vmbras herebo.] Id est, in herebo. alij, herebi legunt. aut, Erebo, ad Herebum: vt, It clamor cælo. Et perseuerauit in atroci imprecatione. nam non sufficit, Adigat me fulmine ad vmbras, dixisse; adiecit, Pallentes vmbras herebo, noctemq; profundam. PVDOR, quā te violo.] Pudor, pro pudicitiā abutimur. & bene violo: quia pudor sacrosanctè custodiendus est. AVT tua iura resoluo.] Propter illud, Vinclo iugali. ILLE meos primus qui me sibi iunxit.] Desideria & voluptates secū abstulit moriens. AMORES,] Quibus amàre possim. & bene videtur morā posuisse, cū dicit, Primus qui me sibi iunxit amores. SERVETQVE sepulchro.] Id est, & defunctus seruet, & qui in sepulchro est. vt, Ipsa sed in somnis inhumati venit imago Coniugis. Sed modò pro mortuo accipiamus. Sanè, ceremonijs veterū, Flaminicam nisi vnū virū habere non licet. quod hic ex persona Didonis exsequitur, dolentis stuprum admissum in amore Aeneæ; quod supradictis versibus probauit, Ille meos primus, &c; nec Flamini aliam ducere licebat vxorē, nisi post mortē Flaminicæ vxoris. quod expeditur, quia post mortem Didonis Lauiniam duxit; & quòd, subreptā vel retentā Creusā, ex ipsius quoq; confessione & prædicatione, regia parata fuerit; quod nullum piaculum fore denunciatur. SINVS lachrymis impleuit obortis.] Sinus dicimus orbes oculorū, id est, palpebras, quæ à palpitatione dictæ sunt: nam semper mouētur. Impleuit autē ideò; quia lachrymæ plerunq; se intra oculos tenent. Et bene præmisit excusationē his lachrymis, cōmemoratione prioris mariti; quasi propter maritum fleret; cùm amore cogēte lachrymaret. ANNA refert.] Mirè videtur intellexisse Anna, quòd sibi suaderi vellet Dido. & est rhetorica suasio, omni parte plena. Nam & purgat obiecta, & ostendit vtilitatē, & à timore persuadet. Et vsus est apto causæ principio. nam cùm aliquid propter nos petimus; beneuolum nobis eum, qui audit, facere debemus: cùm in alienā causā sententiam dicimus, nos illi beneuolos debemus ostendere, vt habeatur dictis fides. Postquā igitur, dicendo, O luce magis dilecta sorori. ostendit, nihil sibi sorore esse carius. Summā rei ponit, an nuptiæ faciendæ sint: Solàne perpetuā mœrēs carpere iuuentā? Indè partes rei, à personā Didonis: an, quia maritū perdiderit, aliū accipere debeat: Id cinerē aut manes credis curare sepultos? Aeneam; Placitone etiā pugnabis amori? à loco; Nec venit in mētem quorum consederis aruis? à timore; Quid bella A Tyro surgētia dicā, Germaniq; minasq; à causa & vtilitate; Quā tu vrbē soror hanc cernes? à modo; Indulge hospitio, causasq; innecte morādi. an etiā id dij fieri velint, per coniecturā; Dijs equidē auspicibus, reor, & Iunone secundā. O LVCE magis dilecta.] Quæ diligatur adhuc. an magis quā lux dilecta? aut dilectior luce. Nā antiqui frequēter, pro cōparatiuo, iungebat particulam Magis. Tale & illud est, Nate, mihi vitā quondā, dū vita manebat, Chare magis. Terent. Nihil videtur mundius, nec magis cōpositum, nec magis elegās SORORI.] Bene Anna dilecta respondit sorori; quia & Dido sic cœpit, Anna soror. Ergo per nomē necessitudinis ostēdit, se, quæ sunt vtilia, persuadere. vt alibi, Paruumq; patri tendebat Iulū. SOLANE perpetuā.] Id est, solàne mœrēs in omni carpētis iuuentā. Perpetuā ergo continuā iuuentā. aut pro iuuentute accipiendum: nam Iuuenta, dea illius ætatis est; Iuuentus, ætas ipsa iuuenilis; Iuuentus, iuuenum multitudo. NEC dulces natos.] Propter liberos; quæ fuit causa secundi matrimonij. vt Iuuenal. Sed placet Vrsidio lex Iulia, tollere dulcē Cogitat heredem. Et hysterologia est; nam per Veneris præmia proueniunt nati. Alij malè iungunt, natos B Veneris, Aeneam & Cupidinē. Alij ἔρωτα & ἀντέρωτα dicunt. VENERIS nec premia.] Id est, voluptates. Homer. τὰ τῆς δῶρ' ἀφροδίτης. Et voluit quidā, τὸ διὰ δυοῖν esse. ID cinerē aut manes credis curare sepultos?] Destruit illud; Ille habeat secū seruetq; sepulchro; quia marito iurauerat. vt, Nō seruata fides cineri promissa Sichęo. Et bene extenuat, dicendo, non animā, sed cineres & manes sepultos. Dicit autē secundùm Epicureos; qui animā cum corpore dicunt perire. ESTO.] Aduerbium concedētis: & est græcū ἔστω. FLEXERE mariti.] Non qui erant; sed qui esse cupiebant. Alij intelligunt, Aegram mariti; vt sit genitiuus singularis: id est, tristem propter maritum. Vel, ægram ad morbum animi referat: id est, vt stultitiam indicet, in iuuentā ætate nuptijs abstinere. Aeger enim, animo dicitur; ægrotus, corpore. NON antè Tyro.] Aut in Tyro; ac si diceret, Tyri. aut certè τυρόθεν, id est, de Tyro: vt, Dardanus Hesperiā. Quidam autē Libyæ, qui Didonem reuerā voluit ducere vxorem. Et, vt habet historia, cùm hæc negaret; Carthagini intulit bellum. cuius timore cùm cogeretur à ciuibus, petijt, vt antè placaret manes mariti prioris. exædificatā igitur pyrā se in ignem præcipitauit. ob quam rem Dido, id est, virago, quæ virile aliquid fecerit, appellata est. Nam Elissa propriè dicta est. DVCTORESQVE alij.] Ergo & Hiarbas ductor. Alij autem qualis C Hiarbas. QVOS Africa terra.] Deriuationes frequenter maiores sunt principalitate: interdum pares inueniuntur: rarò minores. Vnde suprà in Lacana notandum diximus, TRIVMPHIS diues.] Id est, bellicosa. Et quidam dicunt, Afros nunquam triumphàsse. Plinius autem, secundo historiæ naturalis, & Pompeius Trogus, Afros dicunt pompam triumphi primos inuenisse; quam sibi Romani postea vindicauerint. Liuius autem Andronicus refert, eos de Romanis sæpius triumphàsse; suasque porticus Romanis spolijs adornâsse. Meritò ergo, diues triumphis. PLACITONE etiā pugnabis amori?] Ac si diceret; iure cōtempsisti eos, qui displicebant; numquid etiā placito amori repugnabis? Et est Græcū; Pugno tibi. Nam nos, Pugno tecū, dicimus. & placito, alij volunt, vel vniuersis hominibus, id est, coniugali amori, vel legibus dictū. HINC Getulæ vrbes.] Ad terrorē vrbes posuit. Nā in mapalibus habitāt. GENVS insuperabile bello.] Vt, Quos nulla fatigāt Prælia, nec victi possunt absistere ferro. INFRÆNI.] Aut sæui & feroces; vt ipse contrario, Hi frænū accipere: aut quia equis sinè fræno vtuntur. CINGVNT.] Nō adiuncti sunt: sed Cingūt, quasi circumdāt: vt, cingiq; vrbē obsidione videret. INHOSPITA.] Barbara, aspera, & fictū, Inhospita; cū Inhospes nō dicat. DESERTA siti regio.] Inhabitabilis raritate aquæ.

Digitized by Google

A *aquæ. Dicit autem* Xerolibyen, *id est, partem Africæ aridam, quæ est inter Tripolin & Pentapolin. Et bene terret, dicens, iuxtà esse aut bellicosas gentes, aut deserta loca; vnde non speratur auxilium.* LATE'QVE furētes Barcæi.] *Hi longè sunt à Carthagine. Vnde addidit,* Latè furentes. *Hi, secundū Titianum in chorographiā, Phœnicem nauali quondam vicēre certamine.* Barce *autē, ciuitas est, Pentapoleos quæ hodie Ptolemaïs dicitur. Nam Cyrene & Barce reginæ fuerunt: quæ singulis dederunt ciuitatibus nomina. Sed hoc per prolepsin dictum est.* BELLA Tyro surgentia.] *Necessariò ad persuadendum præsenti tempore vsus est.* GERMANI'QVE minas.] *Propter aurum, quod ei (sicut in primo diximus) sustulerat. Et* minas, *pro ipsis periculis posuit; vt ex præcedentibus sequētia accipiamus.* DIIS equidē auspicibus.] *Hoc dicit: Dij, qui sunt auspices matrimonij, Aeneam huc venire fecerunt. Nuptiæ enim captatis fiebant augurijs. Lucanus:* Iungūtur taciti contentiq; auspice Bruto. *Varro de pudicitiā.* IVNONE secundā.] *Aut, quæ præest coniugijs: Vnde* ζυγίαν, *id est, pronuba; quamuis & ipsa in libris Augurium præesse dicatur auspicijs. aut, quia Carthaginem fouet.*
B HVC cursum Iliacas vento.] *Mirè, cum aliò iter haberēt, huc delati sunt. & ideò addidit,* vento. TENVISSE.] *Perfecisse impleuisse.*

POM. Sabi. FATIS.] *infortunijs.* DEGENERES animos.] *Cùm quis frangitur aduersis, degeneris est animi.* IVGALI.] *matrimoniali. Fœmina cùm nubit, quasi sub iugum it. Iugalis & Iuno dicitur.* PERTÆSVM.] *est à Pertædet.* CVLPÆ.] *vt successiuus esset in locum demortui mariti. Apud antiquos honori erat, fœminas post mortē primi mariti seruare viduum thorum.* MISERI.] *propter genus mortis.* FRATERNA cæde.] *scelere Pygmalionis fratris.* FLAMMÆ.] *amoris, quē habebam erga Sichæum.* SED mihi vel tellus.] *Muliebre iuramētum est, molle. & tunc potissimùm optat, cùm negat.* NOCTEM.] *profunda nox in inferno est.* VIOLO.] *Apronianus ait, legendum esse* violo, *&* resoluo: *& sic scriptum esse à Vergilio, pro* violem, *&* resoluam. CARPERE.] *consueueris.* NATOS.] *ex Sichæo nullos tulit liberos.* CVRARE.] *Vult hoc intelligere; mortuos maritos non curare, vxores an rursus nupserint.* ESTO.] *Vel aduerbium est, more*
C *Græco: vel verbum, quod permittit.* DESPECTVS.] *à te.* IARBAS.] *rex Maurorum, cùm, negato coniugio, Carthaginem bello premeret, Dido cogebatur à suis coniugium inire: quæ petijt, vt placaret manes mariti. structâq; pyrâ, igni se dedit: & Carthagine potitus est Iarbas.* NON Libyæ.] *non ex Libyā; non ex Tyro.* HINC Getulæ.] *Ratio, quare nubat. Carthago, ab occasu Mauritaniam habet; ab ortu, Syrtim maiorem; à meridiè, Getuliam & deserta Libyæ; ab Septentrione, mare Africanum. ipsa vrbs sita est in * ambitus 160. stadijs circumducti muro: in mediā vrbe Argo byrsa, cum eminenti supercilio; in quo est Aesculapij templum, quod tertio bello Punico secum Hasdrubalis vxor cremauit. ipsa byrsa, quasi ciuitas altera, muro cingebatur. Africam in initio habuēre Getuli, & Libyes asperi & inculti; quibus pabulum, vti pecoribus, fuit. hi neq; moribus, neq; legibus, neq; imperio cuiusquam regebantur, vagi palantesq; & fœdus habebāt.* ET Numidę infræni.] *Medi, Armenij, Persæ, qui sub Hercule in Hispaniā militauēre, transiuēre in Africam. Medi, corrupto vocabulo à Barbaris appellati Mauri. Persæ, per connubia secum miscuēre Getulos: & quia sæpe agros mutauēre, Numidas se appellarunt. eorum ædificia, mapalia ipsi vocant, oblonga, incuruis lateribus tecta, quasi nauium carinæ sunt. Getuli sub sole magis sunt; non procul ab ardoribus. Numidæ, propter multitudinem à parentibus digressi, possedēre loca, quæ proxima Carthaginem Numidia appellantur. vsq; ad Masinissam, per latrocinia vixēre. is ad mitiorem cultum eos reduxit, & ad disciplinam militarem instituit. Armeni & Medi se Libybus miscuēre: post hos accessēre Phœnices; qui in orā maritimā condidēre vrbes, Hipponem, Adrumetum, Leptim, quæ nunc* Tripolis *dicitur. item Vticam, Carthaginem. alij dicunt Leptim habitāsse Achæos.* BARCÆI.] *Barce in aridā Libyā sita est: eam Libyes metropolim habuerunt: ab reginā eorū Barce nominauerunt. Barcæi Phœnices irruentes superauēre. eam postea ex* c. *vrbibus ampliatam, Ptolemaida, ab Ptolemæo, appellauerunt.* GERMANI minas.] *quas probat Pygmalion inferre sorori.* AVSPICIBVS.] *fauentibus.* IVNONE.] *Iuno præest coniugio, & dea erat Carthaginis.*

ADIGAT me fulmine ad vmbras.] *in libris aliquot antiquis,* Abigant *legitur.* ANTE pudor, quā te violem, aut tua iura resoluā.] *In Rom. & in Oblungo Vaticanæ bibliothecæ, lib. antiq. scriptum est* Violo, *&* Resoluo. QVI me sibi iunxit.] *In antiq. aliquot exem.* Vinxit *legitur.* SINVS lachrymis impleuit obortis.] *In veter. libris aliquot,* Lachrymis abortis *legitur.* Quos Africa terra, triumphis. DIVES alit.] *In Romano libro legere est,* Triumphos. PLACITO'NE etiam pugnabis amori?] *Quàmuis* Placido *nomen in aliquot lib. manuscriptis habetur: longè tamen meliùs* Placito *dixerim. vt emendatiora legunt exemplaria.* GENVS insuperabile bello.] *In Romano libro,* Genus intractabile *legitur.* HVC cursum Iliacas vento tenuisse carinas.] *In Romano libro. & in Porcio, legere est* Hunc cursum. TV modò posce deos veniam.] *In libris plerisque vetustis* Deum *habetur.* VAR. Lect.

In Phano Veneris, quod est in Aphricæ ciuitate Sica, vel hoc nomine celeberrimum, corpore prostituto & passiuo concubitu dotem matronas quærere, patria consuetudo est. At Rom. longè probabilius institutum, quo, quæ vno fuissent matrimonio contentæ, pudicitiæ coronā prodibant insignes. Quòd, post depositæ semel virginitatis cubile, in publicum egredi nescirent: quando matrimonium multiplex, intemperātis nō careat libidinis suspicione. Nam & digamiæ nomē, ethnicis quoq; est habitum infame: quoniam & Dido, cùm ab Iarbā Libyæ rege (vt inquit etiam Hieronymus) in coniugium peteretur, pauli per distulit nuptias; donec vrbem conderet. nec multò pòst exstructā, in memoriam mariti quondam Sichæi, pyrā maluit ardere, quàm nubere. Casta mulier Carthaginem condidit; sed rursum vrbs eādem castitatis laude finita est. Quum & apud maximum poëtam, quanquam argumento suo deseruientem, Dido eadem secundas nuptias culpam vocat: Huic vni forsan potui succumbere culpæ. CAEL. Rhod.

CREDO equidē (nec vana fides) genus esse deorum. Degeneres animos timor arguit.] *Tanta in illo viro constantia est, vt appareat illum dijs esse progenitum. argumentum additur, vt hoc ipsum firmaret quod videbatur asserere.* Degeneres, *inquit,* animos timor arguit: *hoc est, si degener esset, humilitatis suæ conscientiā premeretur. Ecce quantum laudabat, quæ alieno, hoc est, Cupidinis arbitrio, ducebatur, non somno. Sed hic poëtæ fauor est, qui omni occasione virtutes Aeneæ meritaq; commendat. Inter bona eius ponit, quod non amauit ipse, vt vulgaris, vt turpis; sed amatus est neque amatus ab eā, quæ esset pudoris abiecti; sed ab eā, quæ petita esset consilio Veneris, & Cupidinis fraude.* HEV quibus ille iactatus fatis, quæ bella exhausta canebat!] *Omnes partes exsequitur, quæ amanti congruerent. Ecce enim dolet casus eius, & grauiter ingemiscit. Quamquam autem præmissa ostenderent, amore illam captam, tamen incipit sensim confiteri, quòd amet.* SI mihi non animo fixum, immotumque sederet, Ne cui me vinclo vellem sociare iugali, Postquā primus amor deceptam morte fefellit. Si non pertæsum thalami, tedæq; fuisset: Huic vni forsan potui succumbere culpæ.] *Vsque adeò dixit illum virum sibi placere, vt dignum iudicaret consortio matrimonij sui; nisi secundas nuptias, primis decepta, damnāsset. Ecce venit ad plenam confessionem.* ANNA, *inquit,* (fatebor enim) miseri post fata Sichæi Coniugis, & sparsos fraterna cæde pænates, DON.

Solus

Digitized by Google

Solus hic inflexit ſenſus, animumq́; labantem Impulit. agnoſco veteris veſtigia flammæ.] *Verùm ne iſta confeſſio reprehenſibilis remaneret; annexuit iuſiurandum, quo ſibi nuptias horruiſſe firmaret.* SED mihi vel tellus optem priùs ima dehiſcat; Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras; Pallentes vmbras Herebi, noctemq́ue profundam: Antè, pudor, quàm te violem, aut tua iura reſoluam.] *Confeſſa ſum, inquit, de amore: ſed meliùs proueniet, vt antè dehiſcat terra, & me recipiat, aut Iouis fulmine demittar in tartarum; quàm ego pudoris leges aut iura diſſoluam.* ILLE meos primus, qui me ſibi iunxit amores, Abſtulit; ille habeat ſecum, ſeruetq́ue ſepulchro.] *Ipſa ſorori ſuæ viam neceſſariæ perſuaſionis oſtendit: vt, quod erat factura amoris impulſu, hortatu magis alieno coacta facere videretur. Ait, Semel nupſi; habeat ille, quàmuis mortuus, pudoris mei pignus, qui mihi florem virginitatis eripuit; & ſecum habeat, ac ſuo ſepulchro conſeruet. Hoc eſt obliquè dicere,* Quid dubitem nubere, *cùm alterius nuptias ſepultus ille nec videre poſſit, nec aliquando ſentire?* Quod præcipuum *habui tulit. Sufficiat ei virginitatis meæ decus; relinquat viduam neceſſitatibus ſuis. Etiam ſi aliquid ſentit, coniugij noſtri ſacratiſſimum nomen, & fidem maritali debitam thoro, mors media ſuſtulit; mors deleuit. Nouitatem quandam illius procurauit exceſſus. Superflua reuerentia procul abſcedebat. Vis maior vrget; vis intolerabilis cogit. Impunè ſecundi coniugij fortuna ſuſcipitur; &, ſi aliquid ſentire manes poſſunt, impunè peccatur.* SIC effata, ſinum lachrymis impleuit obortis.] *Fudit, inquit, poſt verba vberes lachrymas; vel quod veteris amoris recordatione mouebatur; vel quod vrgebatur efficere, quod animo reſpuendum damnauerat. Obortæ ſunt lachrymæ, hoc eſt, ſubitò ortæ; quod toties fit, quoties vrgente animo dolores funduntur, vt hoc loco. Cæterùm, cùm de Simonis fletibus diceretur;* Lacrymis, *inquit*, coactis: *hic,* Sinum, *ait,* lachrymis impleuit obortis; *vt lachrymarum ipſarum copiam demonſtraret.* ANNA refert.] *Intellectis Anna, quæ agerentur, & coniecturâ manifeſtâ collectis, eadem repetit, deſtruendo ſcilicet. quoniam illa mentis ſuæ talem veluti ſententiam tulerat; vt, quàmuis angore teneretur; diceret tamen, ſe ſecundas nuptias perhorreſcere. Incipit igitur à perſonâ ſuâ, vt oſtenderet, futuram perſuaſionem à germanæ amore proceſſeram. Cauſam ergo meri conſilij fuit, quòd ait primò.* O LVCE magis dilecta ſorori.] *Hoc dicto parauit ſibi ſororis animum. non enim cauſam eius leuiter tractare debuerat, quàm plus ſe amare profeſſa eſt, quàm lucem. In eo autem omnis cardo fuerat: quia Dido amare ſe confeſſa eſt; & amori ipſi, propter prædicatas cauſas, negauerat ſe eſſe ceſſurâ. Hoc itaq; fuerat deſtruendum; vt ſuaſura eius intentionem obtinere potuiſſet.* SOLA'NE perpetuâ mœrens carpère iuuentâ? Nec dulces natos, Veneris nec præmia nôris?] *Duas cauſas poſuit; ſed quæ in vnam redigantur. nam idcirco, inquit, iuuentam ſolam remanere non conuenit; vt opportuno tempore procreari liberi poſſent. Verecunda perſuaſio: vt non libidinis contemplatione videatur ſororem hortari ad nuptias; ſed natorum cauſâ; qui profectò, niſi ætatis nouellæ ſuffragio, prouenire non poſſunt. Venit ad quæſtiones, qui iſtiuſmodi conſilia turbare potuiſſent. Dido enim dixerat, ſeruare ſe velle reuerentiam mortuo. Huic & ipſi parti reſpondens, ait:* ID cinerem aut manes credis curare ſepultos?] *Hoc eſt, cui deferre contendis, neſcit honorificentiam tuam. cum animâ enim ſenſus morientis extinguitur; totum interit, quo vita retinetur. Perdit obſequium, quiſquis illud non homini; ſed cineri; prærogare contendit.* ESTO, ægram nulli quondam flexère mariti; Non Libyæ, non antè Tyro deſpectus Hiarbas, Ductoresq́ue alij, quos Africa terra triumphis Diues alit; placitóne etiam pugnabis amori?] *Cùm adhuc, inquit, eſſes ægra, hoc eſt, quum recens mariti perditi te affligeret dolor; petitores reiecisti potentes & plurimos. Conſenuit lapſu temporis dolor; amor placuit; complenda ſententia eſt. An tibi, quod præſumis, ſic animo debet videri retinendum; vt perpetuis luctibus vacans, iuuentam omnem, coniugia reſpuendo, tranſmittas? Si igitur petitores primi, faſtidio impedientis doloris, nihil pro voluntate meruerunt; quod nunc placuit, non debet contrariâ voluntate diſſolui.* NEC venit in mentẽ, quorum conſederis aruis?] *Quod obſcurè dixit?* Quorum conſederis aruis; *incipit euidenter exponere.* A

HINC Getulæ vrbes, genus inſuperabile bello. DON.
Et Numidæ infræni cingunt, & inhoſpita Syrtis:
Hinc deſerta ſiti regio, lateq́ue furentes Barcæi.
quid bella Tyro ſurgentia dicam, Germanique minas?] *Plenum ſtudium ſuadentis exſequitur; vtpote vnanimis ſoror. nam poſt multa neceſſaria, quæ ſuperiùs poſuit, addit faciendi neceſſitatem; ſingula cum ſuo metu percurrens.* NON, *inquit*, venit in mentem, quorum conſederis aruis? *hoc eſt, non cogitas, te eſſe peregrinam, atque in peregrinis partibus imperium te velle fundare? initia omnia habere laborem durum; vel maximè in cauſa imperij noui; quod fœmina, & ſola, in alienis terris, parare, contendit; infirmiſſimam ſedem eſſe, ob innumeras gentes, quæ te maximo* B *vrbium numero infeſtare non dubitent; quæ ferocitate gaudeant; & potentiæ viribus poſſint implere, quicquid animo ceperint, & cogitatione perficere.* Hinc Getulæ vrbes, genus inſuperabile bello: *quod genus hominum neſcium, inquit, vinci, cùm intulerit bellum. Ecce tulit & vincendi ſpem; ne diceret Dido; Etſi mouerit arma, ſuperabo eos.* ET Numidæ infræni cingunt.] *cùm dicit* Infrænos, *oſtendit indomitos, & eos qui nullo iure tenerentur, ac ſuis legibus viuerent; nec vellent alicuius imperio ſubiugari.* ET inhoſpita Syrtis.] *non quòd non ſuſcipiat. hoſpites, hoc eſt, peregrinos; ſed quam inhumanitatis cauſâ omnis formidet adueniens, vel oderit peregrinus. Poſuit in medio* Cingunt; *ſed tribus applicandum eſt: vt ſit; Getuli, Numidæ, & Syrtis, cingunt. Hoc ipſum* cingunt, *habet ingentem metum, maximamq́; formidinem; nam Cingere eſt ambire. vt & infiniti monſtrentur inimici; &, ſi fuerit ex neceſſitate fugiendum, per tantos ac tales exitus inuenire non poſſit.* HINC deſerta ſiti regio, lateq́ue furentes Barcæi.] *Similis etiam iſtorum metus eſt. Nam quomodo fuga per ſitientes terras, perindeq́; deſertas, fieri poteſt; aut per eos, qui ſic furore rapiantur, vt furorem ipſum latiùs tendant?* QVID bella Tyro ſurgentia dicam?] *quod habuit maximum, ſeruauit ad finem. Conſidera, inquit, in quantâ deſperatione ſis* C *poſita; quantaq́; ſit tuæ fortunæ conditio; quando cum tot immaniſſimis gentibus, timetur & frater.* Quid *futurum, ſi ille cum copijs ſuis inſtructus adfuerit.* cauſæ, conſiderandum eſt; quando nec perſiſtendi facultas ſupereſſe potuerit; aut certè fugiendi. tenebit enim ille ſubſidium maris; & quacunque fugientem hoſtis durus excipiet. Itaque fiet in his terris, quod domi compleri non potuit. Ad omnia concurrit illud, quod ſuperiùs dixit:* Solàne perpetuâ mœrens carpère iuuentâ? *Si enim perduraret iuuentam ſola tranſigere; quis tot ac tantis reſiſteret inimicis? vel quis iam quæreret exactis temporibus fœminam, quæ maritum procreatione filiorum patrem non poſſet efficere? Poſtremò cogitandum, cui tantum florem imperij, ac tanto labore quæſitum, eſſet traditura; ſi liberorum poſteritas non ſuperaret: quorum tantam gratiam eſſe conſtaret; vt parentes gaudeant, ſi ad eos potiùs bene parta tranſmittant.* DIIS equidẽ auſpicibus, reor, & Iunone ſecundâ, Huc curſum Iliacas vento tenuiſſe carinas.] *Obſtabat ſuadentis voto vnum; quod, ſi obijceretur, mouere potuiſſet: ne fortè hoc ipſum contra voluntatem Iunonis fieret, quam conſtabat Troianis infeſtam. Tunc hoc ſoror Anna, & coniectualiter poſuit non timendũ. ait enim: Si nollẽt dij nobis coniungi Troianos; nunquam noſtra littora tetigiſſent.*

Digitized by Google

A *sint. deniq; ipsam Iunonem procurâsse cōsido; vt pulsi proprijs regnis, nostris potiùs vtilitatibus adderentur. Nam nō esset secunda Troianis, nisi hoc regni, quod struit, securitas exegisset.*

SED mihi vel tellus.] *Qui dicit, se vel mori malle, quàm id facere, quod infamiæ sibi sit futurum: vsurpabit illud;* Sed mihi vel tellus optem, priùs ima dehiscat. ADR. Bar.

Quā tu vrbē, soror, hāc cernes: quę surgere regna,
Coniugio tali, Teucrûm comitantibus armis!
Punica se quantis attollet gloria rebus?
Tu modò posce deos veniam; sacrisque litatis
Indulge hospitio; causasque innecte morandi:
Dum pelago desæuit hyems, & aquosus Orion,
Quassateq; rates, dum non tractabile cœlum:
His dictis incensum animum inflammauit amore;
Spemq; dedit dubiæ menti, soluitque pudorem.
Principiò delubra adeunt, pacemque per aras
Exquirunt: mactant lectas de more bidenteis
Legiferæ Cereri, Phœboque, patrique Lyæo;
Iunoni ante omneis, cui vincla iugalia curæ.
Ipsa tenens dextrâ pateram pulcerrima Dido,
Candentis vaccæ media inter cornua fundit:
Aut ante ora deûm pingues spatiatur ad aras;
Instauratque diem donis, pecudumque reclusis
Pectoribus, inhians: spirantia consulit exta.
Heu vatum ignaræ mentes! quid vota furentem,

SER. QVAM.] *Qualem, vel quantam: pronomen pro nomine.* VRBEM soror hāc cernes.] *Mirè pro voluntate sororis; vt si quis auaro suas deat, spem pecuniæ faciens.* CONIVGIO tali.] *Id est, viri fortis. quod ideò non dixit, quia scit à Didone prædictum. & bene in vltimo coniugium posuit, propter quod vniuersa prædicta sunt.* VENIAM.] *Aut beneficium & beneuolentiam: aut reuerà veniam, periurij scilicet. vt,* Non cineri seruata fides promissa Sichæo. TV modò.] *Pro, tantummodò.* SA-
B CRISQ'VE litatis.] *Dijs litatis debuit dicere. Non enim sacra, sed deos sacris litamus, id est, placamus. Ergo nouè dixit. Sed distinguendum est: vt dicamus, Sacris, id est, per sacra, litatis, scilicet dijs.* INDVLGE.] *Da operam: vt,* Indulgent vino, & verrunt crateras ahenos. DVM pelago desæuit hyems.] *Enumerat, quas moræ causas possit innectere. Prætende, inquit, naufragis fluctus: aduersā nauigatione iactatis, procellarum nomen oppone. Hoc est inflammare animum, & artem docere precandi.* AQVOSVS Orion.] *Id est, dum occidit Orion; quoniam & oriens & occidens tempestates commouet. & bene Orion opponitur: quia & Ilioneus dixerat,* Cùm subito adsurgens fluctu nimbosus Orion. O *corripuit, ratione supradictâ.* QVASSATÆQVE rates. *Hoc ad illud,* Quassatam ventis liceat subducere classem. NON tractabile.] *Asperum, intractabile; sub quo tractari nihil possit, propter tempestatem.* INCENSVM inflammauit.] *Horatius ait;* Oleum adde camino. *Alij, non incensum, sed in per se legunt: vt sit Terentianum,* Impendio magis animus gaudebat mihi.
C SPEMQVE dedit dubiæ menti. *Dubitatiua enim fuerat Didonis oratio, dicendo,* Si non pertæsum thalami, tedæque fuisset. Ergo iam non ambigit, de quâ dubitabat: sed sinè respectu pudoris palàm agit. SOLVITQVE pudorem.] *Propter vincula castitatis. & ad illud respondet;* Antè, pudor, quàm te violo, aut tua iura resoluo. DELVBRA adeunt.] *Iuxta illud dictum sororis;* Tu modò posce deos veniam. *Delubrum autem dictum, aut, vt suprà diximus, propter lacum, in quo manus abluuntur: vel propter tectum coniunctum, qui vnâ operā abluitur: aut certè ligneum simulacrum delubrum dicimus, à libro, hoc est, raso ligno factum, quod græcè ξόανον dicitur. Sanè in secundo libro, de singulis speciebus delubri, iuxta Varronem, relatum est: in quibus est species delubri talis, vt præter ædem area sit adsumpta deûm causâ, id est spatia relinquantur iuxta aras ministerij causâ, ad sacrificia peragenda. Huius moris hîc meminisse eum, accipere debemus.* Principiò delubra adeunt, *atq; quia delubra, quasi solum nomen, sinè dei significatu posuerat; voluit per aras expungere diuini nominis causam: licèt in continuatione, non tam dei fecerit mentionem, quàm propria deorū nomina intulerit; & quidem cum sacrificationis gratiâ, illis versibus;* Legiferæ Cereri, &c. *vsq;*, iugalia curæ, *necnon aræ, licèt obliquè, attamen manifestè it* * Aut ante ora deûm pingues spatiatur ad aras. *quid enim est spatiatur, quàm spatio lati loci obambulat?* Adeunt *autem, propriè dixit. ad maiores enim qui accedit, dat honoris signum.*

PACEMQVE.] *Beneuolentiam: vt si sine pace tuā, atque inuito numine.* PER aras exquirunt.] *Vel apud aras, vel inter aras: vt,* It hasta Tago per tempus vtrúq;. *Exquirunt autem, id est, sacrificando explorant, an dij vellent huic rei cōsentire. Dicendo autem per aras, aruspicalem artem ostendit. vnde est,* Spirantia consulit exta. *Duo enim genera hostiarum sunt: vnum, in quo voluntas dei per exta exquiritur; alterum in quo sola anima deo sacratur. Vnde etiam auspices, animales hostias appellāt. Sed de explorandâ voluntate diuina hic expressit, dicendo;* Spirantia consulit exta. *Animalis verò hostiæ speciem ostendit, vbi Entellum facit Eryci taurum mactantem, V. Aen. dicens;* Hanc tibi Eryx meliorem animam pro morte Daretis Persoluo. MACTANT.] *Verbū sacrorum κατ' ἀντίφρασιν dictum, quasi magis auctum: vnde & Magmentum dicebant, quasi maius augmentum. Olim enim hostiæ immolatæ dicebantur, molâ salsâ tactæ: cùm verò ictæ, & aliquid ex illis in aram datum, mactatæ dicebantur per laudationem, per boni ominis significationem; vt adolere. nam Mactare, est propriè magis augere.* LECTAS bidentes.] *Non vacat* lectas. *Moris enim fuerat, vt ad sacrificia eligerentur oues, quibus nihil deesset: vt in sexto,* Nunc grege de intacto septem mactare iuuencos. Bidentes *autem dictæ sunt, quasi biennes: quia neq; minores, neq; maiores, licebat hostias dare. Sunt etiam in ouibus duo eminentiores dentes inter octo, qui non nisi circa bimatum apparent: nec in omnibus, sed in his, quæ sunt aptæ sacrificijs, inueniuntur.* LEGIFERÆ cereri.] *Leges enim ipsa dicitur inuenisse. Nam & sacra ipsius θεσμοφόρια, id est, legumlatio vocatur. Sed hoc ideò fingitur: quia ante inuentū frumentū à Cerere, passim homines sine lege vagabantur: quæ feritas interrupta est, inuento vsu frumentorū; postquā ex agrorū discretione nata sunt iura. Thesmophoria aūt vocatur legumlatio: an quia in æde Cereris ære incisæ positæ leges fuerunt?* PHOEBOQ'VE.] *Qui præest auspicijs, quibus vrbes reguntur.* PATRIQVE LYÆO.] *Qui, vt suprà diximus, aptè in vrbibus libertatis est deus. Vnde etiā Marsyas, minister eius, per ciuitates in foro positus, libertatis iudicium est: qui erectâ manu testatur, nihil vrbi deesse. Et cōmunis hoc habet sensus: Sacrificabat, inquit, primò numinibus, quæ vrbi præsunt; quasi nuptura pro vtilitate reipubl. Deinde Iunoni, cui curæ sunt nuptiæ. Alij dicunt, hos deos, quos cōmemorauit, nuptijs esse contrarios: Cereremq; propter raptū filiæ nuptias exsecratā; vel ex quo Ioui nupta, prælatâ Iunone, repudiata est. nā cùm Eleusinæ Cereris sacrū fit, ædes Iunonis clauditur: itē: Cùm Iunoni Eleusinæ fit, templū Cereris clauditur. nec sacerdoti Iunonis licet gustare, vnde Cereri sit libatū. Et Romæ, cùm Cereris sacra fiūt, obseruatur, ne quis patrē aut filiā nominet: quòd fructus matrimonij per liberos constet. Apollinē & Liberū contrarios nuptijs dicunt: quòd ille expers vxoris, vulgari amore sit vsus; iste inter Bacchas, non fida connubia, sed stupra exerceat; nec nisi raptā coniugē habere potuerit. Malè ergo inuocat hos Dido, quæ sibi nuptias optat Aneæ. Sed sicut prosperè dijs, vt iuuent ita aduersis, ne obsint, sacrificandum est. Alij dicunt, fauere nuptijs Cereri, quòd prima nupserit Ioui, & cō-*

L dendis

Digitized by Google

dendis vrbibus præſit: vt Caluus docet: Et leges ſanctas docuit, & cara iugauit Corpora cõnubijs, & magnas cõdidit vrbes. *Nam ideò & aratri ſulco clauditur ciuitas: vel quod eandem terrã volunt, & in eaſdẽ vrbes exſtructas. Similiter & Liber, propter Marſyam, ſicut ſuprà dictum eſt, meritò & Apollonã, & in arce coli ſolet, & muros Troianis inſtituit. Iure ergo in noua vrbe his ſacra fiunt, Iunoni, du[illegible]ci cauſã; quia & Carthagini præeſt, & matrimonia dat. Eſt etiã altior ſenſus. Nam facturi aliquid, antè aduerſos placamus deos, & ſic propitios inuocamus. vt,* Nigrã hyemi pecudẽ; Zephyris felicibus albã. *Ergo modò nuptura, placat antè Cererẽ: quæ propter raptũ filiæ, nuptias exſecratur: Apollinem, qui expers vxoris eſt: Liberũ, qui niſi raptã coniugẽ habere non potuit: & ſic Iunonẽ conciliat.* CVI vincla iugalia curæ.] *Quia eſt & Curetis, & matrona, & regina. Hanc Varro pronubã dicit. vnde & Aeolo nuptias pollicetur: & Aneæ & Didoni coẽuntibus adeſt; cùm dicit,* Prima & Tellus & pronuba Iuno. *& in ſeptimo, vbi contra votũ ſuum Lauiniã promiſſam vidit Aeneæ, ait,* Et bellona manet te pronuba, *hoc eſt, non ego quæ ſoleo.* CANDENTIS.] *Candidæ: participiũ eſt pro nomine.* MEDIA inter cornua fundit.] *Non eſt ſacrificiũ, ſed hoſtiæ exploratio, vtrũ apta ſit.* ANTE ora deûm.] *Ante ſimulacra.* PINGVES.] *Plenas, vel ſanguine delibatas: vt,* Pecudũq; ſolũ. SPATIATVR ad aras.] *Matronæ enim ſacrificaturæ, circa aras faculas tenentes, ferebantur, quaſi cum quodã geſtu. Vnde Salluſt.* Saltare elegantius, quàm neceſſe eſt probæ. *Quidã genus ſacrificij appellãt, quo veteres, cùm aras circuirẽt, & rurſus cum reuerterentur, & deinde conſiſterent, dicebant minuſculum ſacrũ. An hoc ad impatientiã amoris referendum eſt: quo iactata Dido, loco ſtare nõ poterat: iuxta illud,* Vritur infelix Dido, totâq; vagatur Vrbe furens. INSTAVRATQVE diẽ donis.] *Muneribus, quæ aut dijs offerebat, aut donabat Tyrijs, vel Troianis.* Inſtaurat *autẽ ideò: quia iam ſuprà ſacrificauerat: vt,* Simul Æneã in regia ducit Tecta, ſimul diuûm tẽplis indicit honorẽ. *Sanè quidã donis ſacrificijs volunt. nã & templa, donaria abuſiuè dicuntur: vt eſt,* Ductos alta ad donaria currus. INHIANS.] *Intẽta per ſolicitudinem.* SPIRANTIA.] *Id eſt, palpitãtia: quaſi adhuc viua.* CONSVLIT exta.] *Propriè dixit. Aruſpices enim exta conſulere dicuntur, cùm inſpiciũt.* Exta, *ſingularem non habent; vt Arma.* HEV vatum ignaræ mentes.] *Non ſacerdotes vituperat, quaſi neſcios futurorũ: ſed vim amantis exprimit; & indè vituperat ſacerdotes. Ignaræ ergo amoris reginæ, qui admonuerunt non credituram. Quia illa alias cauſas litationes prætendebant: & ideò vota non perficiebant. Nam omnia futura à ſacerdotibus prædicta eſſe, ſequens indicat locus: vt,* Multaq; præterea vatum prædicta priorum.

POM. Sabi. QVAM.] *quantam.* VENIAM.] *beneficium.* QVASSATÆ.] *tempeſtate.* NON tractabile.] *ad nauigandum.* LEGIFERÆ Cereri.] *Iſis, quæ & Ceres dicitur, triticum inuenit: ideò agricolæ manipulum ariſtarum huic deæ dicant in primitijs. Fertur leges prima dediſſe: vnde Legifera nominata. Eandem eſſe Iſidem & Cererem, pompa in feſto Iſidis indicat: in quã præfertur triticum & ordeum. Non ſinè ratione hoc inuentum eſt: mortales enim, poſtquam fuêre inuentæ fruges legibus vti cœpêre. Hæc ex Diodoro & Titiano. Matronæ ſacrificaturæ, cum faculis circa aras deambulabãt. Seruius dicit: Ceres propter raptum filiæ Proſerpinæ nuptias exſecratur.* PHOEBO.] *quia Apollinis auſpicijs omnia fiunt.* LYÆO.] *Liber pater vxorem non habuit, niſi ex rapto. Iuno præeſt nuptijs: vnde iugalis dicta.* VACCÆ.] *bouis: inter cornua victimarum vitrum fundebatur.* ARAS.] *ſimulacra deorum.* INHIANS.] *intenta.* SPIRANTIA.] *adhuc viuã.*

VAR. Lect. ANIMVM inflammauit amore.] *In Romano libro, & quibuſdam alijs,* Flãmauit, *ſimplex verbum habetur.* LEGIFERÆ Cereri.] *In Romano libro, in Mediceo, in Porcio, & quibuſdam alijs antiquis,* Frugiferæ *legitur.* MEDIA inter cornua fundit.] *In plerisq; veteribus libris* Fudit *habetur, præterito tempore.* A

DON. *Dehinc oſtenditur commodum, quod ex facto ipſo poſſet prouenire.* QVAM tu vrbem ſoror hanc cernes! quæ ſurgere regna! Coniugio tali, Teucrûm comitantibus armis! Punica ſe quantis attollet gloria rebus!] *Si, inquit, ſola tanta potuiſti diſponere, quanta erit felicitas tua, quantumq; rebus omnibus pro peritatis accreſcet, acquiſito tali coniugio, & Troianis opibus felici ſocietate coniunctis?* Tu modò poſce deos veniam, ſacriſq; litatis Indulge hoſpitio, cauſaſq; innecte morandi; Dum pelago deſæuit hyems, & aquoſus Oriõ, Quaſſatæq; rates, dum non tractabile cœlum. *Poſt omnem perſuaſionis curſum, dat conſilium, quo Aeneas in illis terris diutiùs teneri potuiſſet. Fac, inquit, ſacrificia numinibus, & eorum fauorem ſic obſequendo concilia: cumq; hoc neceſſariò feceris, indulge hoſpitio, hoc eſt, illorum peregrinationem vberiùs faue; ne, deficiente victus ſubſtantiã, diſcedere Troiani cogantur: deinde, procuratã iſtiuſmodi ſecuritate, innecte properantibus moras: prætende cauſas, quæ illos à nauigatione deterreãt: dic, importunè iam interueniſſe hyemis tempus; ſydera quoq; vehemẽter eſſe contraria; quaſſatas naufragio rates, aſperis interea flatibus non eſſe credendas; motus cœli quoq; contrarios.* B *Hæc Troianis proponenda, non incaſſum Anna mandabat: ſciebat enim, facilè his moueri poſſe malorum formidinem, quorum tanta millia Aeneã referente cognouerat: & qui recẽtes à naufragio fuiſſent, faciliùs ceſſaturos.* HIS dictis incenſum animum inflammauit amore, Spemq; dedit dubiæ menti, ſoluitq; pudorem.] *Retinens poeta, quia non inuitæ, ſed volenti ſuadebatur; & quòd ſuperiùs dixiſſet, Didonem cæco igni carpi: hic poſuit;* His dictis incenſum animum inflammauit amore: *vt* Dictis *antè, quam ventorum adiumento, quod ardebat: fortiùs validiuſq; flãmaret:* Amore, *bis accipiendum, vt ſit: His dictis incenſum animum amore, inflammauit amore: hoc eſt, amorem primum amoris augmento cumulauit, datã quoq; ſpe cõmodi, ex his quæ profutura dicebat, obtinuit; & quicquid dubitationis eſſe potuerat, penitùs remouit, illò vſq;, donec verecundia omnis & pudor ſuaſione ceſſiſſent. Terentiana ſententia huic loco conuenit, quã dictum eſt:* Dum in dubio eſt animus, paulo momento huc vel illuc impellitur. *facilè enim, quò quis voluerit, animum dubitantis adducit: quoniam ineſt iam pars parata voluntatis.* PRINCIPIÒ delubra adeunt, pacemq; per aras Exquirunt.] C *Ecce fiunt, quæ ſoror ſorori dixerat eſſe facienda: & primum, & ante omnia quod dictum eſt,* Tu modò poſce deos veniam; *ſacrorum præmiſſis obſequijs: Ecce adeũt iam templa & deorum fauorem ſacrorum ſibi exhibitione conciliant.* MACTANT lectas de more bidentes Legiferæ Cereri, Phœboq;, patriq; Lyæo; Iunoni ante omnes, cui cuncta iugalia curæ.] *Mactantes ſolenniter ea animalium genera, quæ dijs ad cauſam neceſſarijs conuenirent. & primùm Cereri legiferæ: propterea, quòd populorum conſenſus, niſi legibus, teneri poſſit. Phœbo, vt in futurũ proſperiora perficeret, quæ optabantur. Libero patri, vt præſtaret lætitiã ſempiternam. Iunoni vel maximè, quæ coniugiorum teneret pleniſſimam poteſtatem; & ne Troianis inuidens expugnaret Didonis affectum. Quàm ſplendida dictio, quàm artificioſa: quæ in ordinatione verborum nouiſſimã poſuit Iunonem; nec tamen nouiſſimæ ſacrificatum memorauit. addẽdo enim,* ante omnes, *oſtendit, ipſi primò ſacrificiorum honores exhibitos.* IPSA tenens dextrã pateram pulcherrima Dido, Candentis vaccæ media inter cornua fundit; Aut ante ora deûm pingues ſpaciatur ad aras.] *Fiebant per alios alia. Dido verò, officio ſacerdotis functa, inter vaccæ cornua pateram fundebat: aut ante aras pingues, hoc eſt, pecorum corporibus oneratas, in ipſo deorum conſpectu, ſpaciabatur, hoc eſt, eundi ac redeundi vices creberrimas procurabat.* INSTAVRATQVE diem donis.] *Neque hoc ſemel, ſed ſe-*

A *sed sæpiùs faciebat: vt producere diem, volens diutiùs habere præsentem, quem amabat.* PECVDVMQVE reclusis Pectoribus inhians spirantia consulit exta.] *Quærebat futura in interioribus pecorum.* Consulit, *sic posuit quasi exta possent reuocare responsum: sed videntur respondere, dum consulentium visibus signa commissæ consultationis ostendunt.*

Quid delubra iuuant? est mollis flamma medullas
Interea,& tacitum viuit sub pectore vulnus.
Vritur infelix Dido, totâque vagatur
Vrbe furens: qualis coniectâ cerua sagittâ;
Quam procul incautam, nemora inter Cressia, fixit
Pastor agens telis, liquitque volatile ferrum
Nescius: illa fugâ syluas, saltusque peragrat.
Dictæos; hæret lateri læthalis arundo.
Nunc media Æneam secum per mœnia ducit;
Sidoniasque ostentat opes, vrbemque paratam.
Incipit effari, mediâque in voce resistit.
Nunc eadem, labente die, conuiuia quærit:
Illiacosque iterum demens audire labores
Exposcit: pendetque iterum narrantis ab ore.
Pòst, vbi digressi, lumenque obscura vicissim
Luna premit, suadentque cadentia sidera somnos;
Sola domo mœret vacuâ, stratisque relictis
Incubat: illum absens absentem auditque videtq;:
Aut gremio Ascanium, genitoris imagine capta,
Detinet, infandum si fallere possit amorem.

SER. EST.] *Verbum indeclinabile: Nam frequenter deficit Est aũt huius positio: Edo, es, est. Inuenim⁹ (sed quod abolitum est) & Edo, edis, edit. Vnde est Edere, & Comedere; quod hodie dicimus. Nam ab eo, quod est Es, Esse & Comesse facit. quo tempore etiam pro præsenti vtimur: vt, Volo esse. Nam in defectiuis tempora pro temporibus ponimus: vt* Odi, *Noui, Memini; Odisse, Nôsse, Meminisse, etiam pro præsenti ponuntur. nam Odire, Nouire, Meminere, non possumus dicere.*

B MOLLIS flāma.] *Vtrùm mollis flamma; an mollis medullas.* TACITVM.] *Tacendum, & pudore plenum; de quo tacuerit etiam nunc apud alios. an apud Aeneam tacitum? quia sorori iam confessa est.* VIVIT.] *Nonnulli hoc loco* viuit, *pro vescitur, dictum accipiunt.* SVB pectore vulnus.] *Vt,* Vulnus alit venis. VAGATVR. *Potest accipi* vagatur, *dum opera ostendit Aeneæ.* VRBE furens.] *Furor enim est amor, in quo nihil stabile. Vnde & Cupido puer inducitur, quasi instabilis & infans, qui non potest fari. Vnde est,* Incipit effari, mediâque in voce resistit. QVALIS coniectâ cerua sagittâ.] *Satis congrua comparatio. Singula enim singulis; ceruam Didoni; sagittam amori; pastorem Aeneæ; nemora vrbi; ictum lethalem amori mortifero, comparauit.* INCAVTAM.] *Nomen perituris accōmodatum: vt,* Fallit incautum pietas tua. *Et,* Excipit incautum Triton. CRESSIA.] *Cretensia. Nam græcè Cres: vnde & Cretes, & Cressia; & latinè Cretensis facit vnde est Cretensia.* AGENS telis.] *Vrgens, persequēs.* NESCIVS.] *Aut nescius quòd fuerit: aut ignoratus & latens; non qui ceruam nesciret.*

C *Et rara sunt verba, quæ per contrarium significant. Nam Vector, cùm sit propriè qui vehit; inuenimus etiam eum vectorem dici, qui vehitur. vt Lucanus;* Vectoris patiens tumidum superenatat amnem. *Et,* Venia est hæc sola pauoris, vectorem non nôsse tuum. *Tale est Formidolosus: cùm sit timidus, & timendum significat. Tale & Alumnus, qui alit, & qui alitur: Hospes, qui accipit, & qui accipitur. Cùm enim exigat ratio, vt nomina verbalia agentis habeant significationem, pro passiuâ significatione plerunq; ponũtur.* Quidā nescius *ad Aeneam referunt; qui nescit amore suo vulneratā reginam.* FVGA.] *Cursu: vt,* Simul arua fugâ, simul æquora verrit. *Nam intelligere non possumus fugā: cùm dicat,* peragrat. Peragrare *enim, est circumire inquirendo.* DICTÆOS.] *Cretenses. Ceruæ vulneratæ dictamnum quærunt: quā gustatā, feræ vulneribus tela depellunt. vt in duodecimo legimus,* Non illa feris incognita capris, Gramina. LETHALIS arundo.] *Propter futurum omen Didonis. & admiranda copia loquendi: Lethalis arundo, sagitta, volatile ferrum.* SIDONIAS.] *Pygmalionis, vel Sichæi. Quòd suprà ait,* auari Pygmalionis opes, & Ignotum argenti pondus & auri: *& hoc additum, propter illud;* Omnibus exhaustos iā casibus omnium egenos. VRBEMQVE paratam.] *Paratam, ad illud pertinet, quòd Aeneas propter ciuitatem nauigat. Et omnia ei ostendit Dido, quibus possit inducere. &* paratam *ideò, vt sit impendium quærentibus sedes. Sed alij mouent quæstionem, quomodo* paratā: *cùm paulò pòst inferat.* Pendent opera interrupta, minęq; Murorum? *sed* paratum *potest dici, cui etiā paululum superest. vnde est,* Minæque murorum ingentes. *Nam ideò alibi;* Vrbem præclarā statui, mea mœnia vidi. INCIPIT effari, mediâq; in voce resistit.] *Sic Horatius;* Cur facunda parùm decoro Inter verba cadit lingua silētio? LABENTE die.] *Ad conuiuia retulit. Peringratum est: quia in vsu non erant prandia. vt Iuuenal.* Exul ab octauâ Marius bibit. DEMENS.] *Quia ea, quæ nouerat, audire cupiebat.* NARRANTIS ab ore.] *Vt eum intueretur. & hoc loco per omnia amantis affectus exprimitur.* OBSCVRA LVNA.] *Id est, nox. Nam nihil tam contrarium Lunæ est, quàm obscuritas. Aut ideò nox obscura, Luna: quia nec semper, nec eâdem horā oritur. Vel altiùs intelligit: cùm per se Luna corpus opacum sit. Vnde Luna, lux aliena dicitur: à Sole enim lumen accipit. Vnde & græcè σελήνη, quòd σέλας, id est, lucem, habeat ἄνω, id est, supernè, hoc est, à sole.* VICISSIM.] *Ideò, quia per diem Sol lucet; illa per noctem. ergo apparens diurnū lumen, id est, Solis, reprimit. An ipsa Luna suū lumen reprimit, occidens, & se obscurās?* SOLA.] *Sine eo quem amabat. Nā regina sola esse non poterat. Est autem Plauti, qui inducit inter multos amatorem positū, dicentem quòd solus sit, Vt ipse alibi;* Me sinè sola vides: *quam constabat Antonij castra comitatam. sed Sola, sinè amatore suo.* MOERET.] *Si diphthongū habeat, vt hoc loco, tristis est, significat: aliter, militat; vt,* Ære Merent paruo. *Sanè Mereor aliud est.* VACVA.] *Aut sinè Aeneā & Troianis: aut magna: vt,* Vacua atria circū Intenti ludo. RELICTIS.] *Potest intelligi ab Aeneâ.* INCVBAT.] *Quasi muita.* ABSENS absentem.] *Vnū suffecerat. Sic,* Et fratrē ne desere frater. *Terentius;* Hanc sibi videbit præsens præsentem eripi, abduci ab oculis. IMAGINE captâ.] *Ob amati similitudinē.* INFANDVM.] *Iuxta iudiciū reginæ, vt illa sentiebat. vult enim eā culpæ eximere. Alij infandū, quia falli nō potest, accipiunt, hoc est, ipsam libidinem, in cuius vicem nihil supponi potest.*

POM. Sabi. EST.] *consumit, edo, es, est: & dicimus, edo edis edit.* VVLNVS.] *amoris.* VAGATVR.] *amor furor est.* CERVA.] *ceruus mulcetur fistula pastorali: si cernit arcum & sagittas, miratur.* CRESSIA.] *Cretensia.* NESCIVS.] *passiuè.* LÆTHALIS.] *vulneratus fugit semper ceruus: in Creta sunt multi cerui.* RESISTIT.] *amor retinebat vocem.* CONVIVIA.] *cœnam: antiqui non prandebant, vt in vita Gallieni traditur.* AB ore.] *Suprà dixit suspensam.* STRATIS.] *cubili relicto.* MOERET.] *tristis est.* ABSENS vocat.] *quærit.* IMAGINE.] *Filij sunt imago paterna: vel quòd similitudinem rapiebat à filio.* NON cœptę.] *omnes desistere ab opere, cùm Dido ad amorē Aeneæ intenta tristis esset.*

VAR. Lect. LIQVITQVE volatile ferrum.] *Nō placet Linquit præsenti tempore, quod aliquot habent libri. Est & vbi* volatile telum *in vetustis exemplaribus legatur.* SYLVAS, saltusq; peragrat Dictæos.] *Antiqui aliquot libri dictionum ordinem ita cōmutarunt:* Saltus, syluasq; peragrat Dictæas. *Infandum* si fallere possit amorem.] *In Romano libro*

Digitized by Google

legitur, Poſſit imago. *Quidam alij libri antiqui,* Si fallere poſſit amantem, *habent.*

DON. HEV vatum ignaræ mentes! quid vota furentem, Quid delubra iuuant? eſt mollis flamma medullas Interea, & tacitum viuit ſub pectore vulnus] *Fiebant, inquit, ab imprudentibus ſacra, nullis amorum neceſſitatibus profutura. Fiebant ab his, qui ſibi velut vaticinandi ſcientiā vendicarent: & quū aliud ageretur, non intelligebant Didonis ardorem; ſed profuturos ſe arbitrabantur his, quæ interueniente ignoratione neſcirent.* Quid *enim, quæ ſoluebantur numinibus vota, amanti prodeſſe poterant: Cùm amoris ardor, iamdudum molliter ſerpens, in immoderata incendia prorupiſſet?* EST mollis flamma medullas Interea, & tacitum viuit ſub pectore vulnus. Vritur infelix Dido, totâq; vagatur Vrbe furens.] *Denique, cùm illa omnia fruſtra agerentur, amor Didonis medullas & viſcera conſumebat; neq; eam patiebatur vllo in loco conſiſtere, vt vaganti totius ciuitatis non ſufficerent ſpatia. Dat ſimilitudinem poëta: vt oſtendat, quemadmodum per totam vrbem Dido ferebatur, & data diſcurrendi neceſſitas fuerat.* Qualis coniectâ cerua ſagittâ, Quam procul incautā nemora inter creſſia fixit Paſtor agens telis, liquitq; volatile ferrum Neſcius: illa fugâ ſyluas ſaltusq; peragrat Dictæos, hæret lateri læthalis arundo.] *Didonem comparauit ceruæ, ſyluas ciuitati, mobilitatem ceruæ, Didonis diſcurſibus, ſagittam paſtoris, ſagittæ Cupidinis, paſtorem Cupidini; curſum in efficacem ceruí, cum Didonis errantis immoderatis anfractibus. Subtracto ſimilitudinis iſtius contextu, ſuperioribus inferiora iunguntur. dictum eſt enim;* VRITVR infelix Dido, totâq; vagatur Vrbe furens. *connectitur:* Nunc media Aeneā ſecū per mœnia ducit.] *Sic furebat Dido; ſic per totam vrbem amoris exagitata ſtimulis ferebatur: vt à ſuis conſpectibus Aeneam nō pateretur abſcedere. Ducebat, inquit, eum ſecum: atq; vt eius præſentia non videretur eſſe ſuperflua, oſtendebat ei Sidonias opes vrbemq; paratā: monſtrabat eas, quibus naufragi animus, & de inſtitutione* A *noui domicilij cogitans, capi facilius poſſet. Quis enim nō teneretur diuitiarū alienarū ſpe, & affectu eius vrbis; quam alterius labor & inſtantia procuraſſet? Sed & hoc pro animo Didonis eſt poſitū: cæterùm Aeneas amoris eius furorem neſciebat.* INCIPIT effari, mediâq; in voce reſiſtit.] *Addebat ad moras fabularū maniū interpoſitionem: præcidens verborū continuationem, vt loquendi ſpatia proferret in longum.* ILIACOSQVE iterū demēs audire labores Expoſcit.] *Conſumptis omnibus inuentionibus; cùm iam nihil eſſet, quod ad moras proficere potuiſſet, quodq; ipſa vlteriùs monſtraret aut diceret: ipſum volebat iterum narrare labores, atq; vltimos exitus Troiæ.* Demens, *inquit: vtpote quæ ante paululū narrata iterū deſideraret audire.* PENDETQVE iterum narrantis ab ore.] *optabat enim ipſum iterum audire loquentem.* PÒST vbi digreſſus lumenq; obſcura viciſſim Luna premit, ſuadentq; cadētia ſidera ſomnos, Sola domo mœret vacua ſtratiſq; relictis Incubat.] *Tranſactis omnibus, quæ ardoris ſui causâ amantis potuit induſtria reperire; manente tamen adhuc inueniendi cupiditate, diſceſſum eſt ad quietem. Cōſumptus enim fuerat dies & noctis tempus aduenìens, actus Didonis abruperat, ac nō immeritò* B *homines vrgebat in ſomnos. Sed recedētibus cunctis, ſola Dido mœrebat in domo; quòd demens ſciret abſentem: ipſa quoque ſtrata deſpiciens, quòd virum non haberent.* ILLVM abſens abſentem auditq; videtq;.] *Cùm thoro incumberet, nec totum corpus ſuum traderet lecto: non iam refectionem feſſorum membrorum; ſed deſideratum cubilis ſui ſocium quærere videbatur. meritò addidit:* Illum abſens abſentem auditq; videtque: *quia tantum fallebatur animus amantis, vt hunc audire & cernere videretur abſentem.* AVT gremio Aſcanium genitoris imagine capta Detinet.] *Interdum ad vicem patris amplectiebatur Aſcanium, aut portabat gremio ſuo: vt, ſimilitudine paterni vultus, amoris violentiam falleret.*

SER. NON cœptæ adſurgunt turres.] *Contra illud* Pars dicere muros. NON arma iuuentus exercet.] *Aut, in armis ſe exercet: aut ſic dixit, quemadmodū illud,* Ferrū exercebant. PORTVSVE.] *Quod ſuprà* I. *Aen.* Hîc portus alij effodiunt. PROPVGNACVLA.] *Quibus porrò pugnatur.* INTERVPTA.] *Cœpta & omiſſa.* MINÆ.] *Eminentiæ murorum, quas pinnas dicunt. Hinc & Eminere dicimus: vt in primo Aen.* Geminiq; minantur. *Quidā minæq; ad interrupta opera referunt: atq; imperfecta ſunt,*

> Non cœptæ aſſurgunt turres; non arma iuuentus
> Exercet, portúsve aut propugnacula bello
> Tuta parant: pendent opera interrupta, minæque
> Murorum ingentes, æquataq; machina cœlo.
> Quam ſimulac tali perſenſit peſte teneri
> Chara Iouis coniux, nec famam obſtare furori;
> Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis:
> Egregiam verò laudem, & ſpolia ampla refertis,
> Tuq; puerq; tuus! magnum & memorabile numē;
> Vna dolo diuûm ſi fœmina victa duorum eſt!
> Nec me adeò fallit, veritam te mœnia noſtra,
> Suſpectas habuiſſe domos Carthaginis altæ.
> Sed quis erit modus? aut quò nūc certamine tāto?
> Quin potiùs pacem æternam, pactoſq; hymenęos
> Exercemus? habes quod totâ mente petiſti.
> Ardet amans Dido, traxitq; per oſſa furorem.
> Cōmunem hunc ergo populū, paribuſq; regamus
> Auſpicijs: liceat Phrygio ſeruire marito,

quæ ſi videantur, ruinam minantur. ÆQVATAQ'VE machina cœlo.] *Expoſuit, quid ſint ruinæ murorum ingentes,* SIMVLAC.] *Poſtquam.* TALI.] *Quali vritur infelix Dido.* PESTE] *Amore, incendio: vt,* Toto deſcendit corpore peſtis. NEC famā obſtare furori.] *Honeſtam ſcilicet. Nam τὴν μίσον eſt.* FVRORI.] *Iam non amori.* AGGREDITVR.] *Cum calliditate loquitur, & quaſi ex præparato, vel ex inſidijs: vt alibi* IIII. *Georg.* Facile vt ſomno aggrediare iacentem. SATVRNIA.] *Vbi nociturā Iunonem poëta vult oſtendere, Saturniam dicit. ſcit enim, Saturni ſtellam nocendi facultatem habere. vt alibi* Irim de cœlo miſit Saturnia Iuno. *&,* Saturniq; altera proles Irarū tantos voluit. *Vbi autem propitia eam promittit, ait;* Iunonis magnæ. *& iterum.* Adſit lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno. EGREGIAM verò laudem.] *Ironia eſt: inter quam & Confeſſionē ſola intereſt pronūciatio. Ironia autē eſt, cùm aliud verba, aliud cōtinet ſenſus. Sanè huius verbi initiū tractū eſt: quia propriè egregiū dicebatur, quaſi in grege ampliſſimum, quod emineret ex grege. Singula autē* C *hîc pronunciāda ſunt: & memorādū in ſingulis verbis, habentes in ſingula inuidiā.* SPOLIA ampla refertis.] *Trāſlatio rei militaris, referre enim ſpolia victores ex victis dicuntur.* PVER.] *Filius. nam puer eſt. græcè dixit, vt Horatius,* Puerosq; Lędę. FOEMINA.] *Bene fœmina, qualis mortalis, opponitur: vt,* Mixta deo mulier, *pro mortali intelligēdū eſt.* DVORVM eſt.] *Benè ceſsit maſculino fœmininū.* ADEÒ.] *Multum, valdè: vt Terent.* Adoleſcentiam adeò nobilē. VERITAM te mœnia noſtra.] *Propter illud,* Haud tāto ceſſabit cardine rerū. MOENIA noſtra.] *Iunonis hoſpitiū. Nam legimus,* Quò ſe Iunonia vertant hoſpitia, *&* Noſtra *græcè dixit.* MODVS.] *Finis. Iuuenal.* Nullo quippe modo milleſima pagina ſurgit. SED quis erit.] *Archaiſmos.* AVT quo nunc certamine tanto?] *Quo nunc, aut quo; aut ad quā rem; aut quid opus eſt tāto certamine? Aut figuratè,* quò *tibi hoc: id eſt, quò nūc certamen tantū? aut quis modus erit in tanto certamine? aut quouſq; vt vſq; extrinſecus accipiamus.* QVIN potiùs. *Pro, Cur non.* PACEM æternā.] *Non inducias temporales.* PACTOSQ. Hymenęos.] *Licèt fabula de Hymenæo in primo libro enarrata ſit: breuiter tamen plenius*

A plenior talis eſt. Hymenæus Athenienſis adeò pulcer fuit, vt adoleſcens puella putaretur. Is cùm vnā virginē nobilē ipſe mediocriter ortus adamâſſet eiuſq; nuptias deſperaret: quod vnū poterat, ſequendo puellā amori ſatisfaciebat. Sed cùm Athenienſiū nobiliſſimæ virgines, Eleuſinæ Cereri ſacra facerent, ſubito aduētu piratarū raptæ ſunt: inter quas etiā Hymenæus, qui illo amatā fuerat ſecutus, tanquā puella, raptus eſt. Sed cùm piratæ prædā per maria lōga portaſſent, in deſertā regionē delati, ac fatigati, ſomno ſe dederūt. quos cùm vniuerſos occidiſſet Hymenæus, relictis ibi virginibus, Athenas reuerſus eſt, petijtq; à ciuibus, vt; ſi virgines, quæ raptæ fuerant, reduxiſſet, dilectæ nuptias impetraret. quas cùm reduxiſſet: optatā in matrimoniū virginē meruit. quod cōiugiū quia felix fuerat: placuit Athenienſibus, omnibus nuptijs Hymenæi nomen intereſſe: Eſt etiā alia ratio vocabuli. Nam hymen, quædā membrana quaſi virginalis puellæ eſſe dicitur: quâ ruptâ, quia deſinat eſſe virgo, Hymenæi nuptiæ dictæ. HABES quod totâ mēte petiſti.] Propter illud, Noſtrā nūc accipe mentem. ARDET amás Dido.] Plus dixit hæc quàm Venus imperauerat. illa enim dixerat. Sed magno Æneæ mecū teneatur amore. hæc dixit, Ardet. & traxit furorē. Traxit aūt dixit, vt ſpiritum

B trahere dicimus. COMMVNEM ergo hunc populum.] Vtrùm ad ſolū Carthaginenſem retulit, quē velit ſibi cōmunem eſſe cū venere: an vtrunq; id eſt, Tyrios & Troianos? PARIBVSQVE regamus auſpicijs.] Aequali poteſtate. & ab eo, quod præcedit, id quod ſequitur. Et ductum eſt à comitijs: in quibus ijſdem auſpicijs creati, licèt nō ſimul crearētur, parem tamen habebant honorem. propter eadem auſpicia. Vnde & Conſules pares ſunt: cùm neceſſe eſſet, vt vnus prior crearetur. PHRYGIO ſeruire marito.] Eloquenter, emphaticeūt: ac ſi diceret exſuli. Nonnulli aūt, per fallaciā Iunonis dictū accipiunt. LICEAT.] Id eſt, nō neceſſe ſit; ſed in volūtate ſit Didonis, ſi velit. vt ſuprà, Paribus auſpicijs; non imperio. Poteſt enim imperium par non eſſe; cùm auſpiciū par ſit. Alij inuidioſè dictū volunt: liceat Phrygio marito, id eſt, qui victus eſt. non dixit, nubere; ſed, ſeruire. Quidā ſeruire, dubitant, vtrùm Didonem, an Tyrios dixerit. Sanè hìc coēmptionis ſpeciem tangit. Coēmptio enim eſt, vbi libra atq; æs adhibetur, & mulier atq; vir in ſe quaſi emptionē faciunt. quod antè iā in primo Georgic. Teq; ſibi generū Thetys emat omnibus vndis. Quoniā coēmptione factā, mulier in poteſtatē viri cedit, atq; ita ſuſtinet conditionem ſeruitutis. ait enim, Liceat

C Phrygio ſeruire marito. & in lib. 1. Georg. Tibi ſeruiat vltima Thyle. Quoq; omnis iſte mos coēmptionis, & citra nominis nuncupationem, dotis datæ taxatione expediretur, quæ res in manum conuentio dicitur: ſubiunxit, Dotaleſq; tuæ Tyrios permittere dextræ. quid eſt enim aliud, dextræ, quàm in manū, conuenire: quæ conuentio eo ritu perficitur, vt, aquâ & igni adhibitis, duobus maximis elementis, natura coniuncta habeatur. Quæ res ad farreatas nuptias pertinet, quibus Flaminem & Flaminicam, Iure Pontificio, in matrimonium neceſſe eſt conuenire. Sciendum tamen, in hac conuentione Aeneæ atq; Didonis, vbiq; Virgilium, in perſonâ Aeneæ, Flaminem; in Didonis, Flaminicam præſentare.

POM. Sabi. MINÆ.] vocantur partes murorum eminentes. MACHINA.] pendet. COELO.] turrium. DVORVM.] Veneris & Cupidinis. CERTAMINE.] ſi quid opus eſt tanto certamine. PACEM.] pacem vult ſempiternam; non inducias. HABES totâ.] Cùm miſit filiū Cupidinem in formâ Aſcanij, dixit: Id facere vt poſſis, nōſtram nūc accipe mentem. AVSPICIIS.] ſunt paria inter nos auſpicia: intelligit ad creandos magiſtratus, qui apud Romanos auſpicijs creabantur. & duo Conſules pares erāt: Prætores itidē: & ſic Cenſores.

PERSENSIT peſte teneri.] In antiquis aliquot libris, Perſentit, præſenti tempore legitur. NEC famem obſtare furori.] Sunt antiqui libri, in quibus Nec famam obſtare pudori, legitur. MAGNVM & memorabile numen?] Sunt omnino lib. aliquot manuſcripti, in quib. Nomē legitur. VAR. Lect.

NON cœptæ aſſurgunt turres; non arma iuuentus Exercet; portúſve aut propugnacula bello Tuta parant: pendent opera interrupta; minæq; Murorum ingentes, æquataq; machina cœlo.] Miro modo motalitas expreſſa eſt. nam cùm in amore multa ſint vitia: tum magis, quòd obliuionem negotiorum omnium parit, & nimiam in agendis neceſſarijs negligentiam. Hoc ad perſonam Didonis refertur, quā in primo libro deſcripſit: Inſtās operi regniſq; futuris. dehinc ad perſonam Tyriorum, qui, occupata in alijs reginā, deſeruerant omne operis genus; obliti ſcilicet ſalutis ſuæ. Deniq;, cùm iam opera murorū ac turrium, ordinatis machinis, propè perfecta viderentur, & ad effectum plenum ſola deeſſet inſtantia: torpuerant omnia, & omniū operū feruor deſertione plena languerat. Hìc oſtenditur, rectorem complere omnia, cum inſiſtit & iubet: atq; eius negligentiá omnimodò frigere vniuerſa, quæ antè feruebant. QVAM ſimulac tali perſenſit peſte teneri Chara Iouis cōiux, nec famam obſtare furori; Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis.] Vbi, inquit, ſenſit Iuno furorem Didonis, hoc eſt, amorem intemperatum vlteriùs occultari non poſſe, nec habere remedium: his addictis aggreſſa eſt Venerem. Quū dicit aggreſſa, oſtendit eam aliquid inuidioſè dicturam. EGREGIAM verò laudem, & ſpolia ampla refertis, Tuque puerq; tuus: magnū & memorabile numē; Vna dolo diuûm ſi fœmina victa duorum eſt.] Magna, inquit, gloria vobis parata eſt, tibi ſcilicet & puero tuo, ex eo, quòd gemina numinum è poteſtate cōiunctá, vna per dolum fœmina ſuperata eſt. Hæc veluti laus, vituperationē potiùs tenet; quòd nihil fecerint memorabile NEC me adeò fallit, veritā te mœnia noſtra, Suſpectaſq; habuiſſe domos Carthaginis altæ.] Vt hoc, inquit, fieret, quid timueris, ſcio: nam mearū inimicitiarū contemplatione commota, metuiſti, ne aliquid mali filio tuo apud Carthaginem meam cōtingeret. SED quis erit modus? aut quo nunc certamine tanto?] Quid neceſſe eſt, ait, immoderatas inimicitias vlteriùs retinere? fiat diſſenſionum omnium finis; atq; ita, vt in æternum cōcordia perſeueret: ſitq; inter Aeneam & Didonem matrimonij plena & firma coniunctio. HABES totâ quod mente petiſti. Ardet amans Dido, traxitq; per oſſa furorem.] Ecce, ait, quod deſiderabas, habes: Dido amat: Iuno cōſentit. CŌMVNEM hūc ergo populū, paribuſq; regamus Auſpibijs.] Quia, quod ſpeciale ſingulorū fuit, factum eſt me volente commune: vtrumq; popu'ū regamus pares; vtrumq; ſeruemus. LICEAT Phrygio ſeruire marito.] Quaſi diceret: quando ad hoc ventū eſt, fiat quod nunc debuit; at illi, quos amo; ſeruiāt inimico meo. Quod enim dixit Phrygio; ibi eſt ſubtile conuicium: quaſi abiecto & infimæ gentis homini.

ADR. Bar. ET quis erit modus.] Si quando hominem contubernalem, nocte concubiā ſtudentem, reperiemus: locus fuerit illi; Et quis erit modus? Quo quidem monebimus eum ne ita ſit in ſtudijs aſſiduus, vt corpus afficiat. quo nomine Marcum, principē Romanum, legimus correptū à domeſticis. HABES quod totâ mente.] Si quē indicabimus, quod voluit, aſſecutum, vſui erit illud; Habes quod totâ mente petiſti.

SER. DOTALES Ty ios.] Regiam ſpectauit perſonam. PERMITTERE dextræ.] Quaſi per manus conuentionem; & ſecundùm ius locutus eſt. OLLI.] Aut illi; aut nūc. Cætera per parentheſim dicta ſunt. Ordo enim eſt:

Dotaleiſque tuæ; Tyrios permittere dextræ.
Olli (ſenſit enim ſimulatâ mente locutam;
Quò regnum Italiæ Libycas auerteret oras)
Sic contrà eſt ingreſſa Venus: Quis talia demens
Abnuat? aut tecum malit contendere bello?
Si modò, quod memoras, factū fortuna ſequatur.
Sed fatis incerta feror: ſi Iuppiter vnam
Eſſe velit Tyrijs vrbem, Troiâque profectis;

Olli ſic contrà eſt ingreſſa Venus. SIMVLATA mente.] hoc eſt, talibus aggreditur. QVÒ.] Pro, Vt: Pronomen pro coniunctione cauſali. LYBICAS aduerteret oras.] Abſolutior hæc quidem eſt elocutio: ſed ve-

Digitized by Google

Misceri've probet populos; aut fœdera iungi.
Tu coniux: tibi fas animum tentare precando.
Perge; sequar. Tùm sic excepit regia Iuno:
Mecũ erit iste labor. nũc quã ratione, quod instat,
Confieri possit, paucis (aduerte) docebo.
Venatum Æneas, vnaque miserrima Dido,
In nemus ire parant; vbi primos crastinus ortus
Extulerit Titan, radijsque retexerit orbem,
His ego nigrantem commistã grandine nimbum,
Dum trepidant alæ, saltusque indagine cingunt,
Desuper infundam; & tonitru cœlum omne ciebo.
Diffugient comites, & nocte tegentur opacã.
Speluncam Dido, dux & Troianus, eandem
Deuenient. adero. &, tua si mihi certa voluntas,
Connubio iungam stabili, propriamque dicabo.
Hic Hymenæus erit. non aduersata petenti
Annuit; atque dolis risit Cytherea repertis.
Oceanum interea surgens aurora reliquit:
It portis, iubare exorto, delecta iuuentus.

rior & magis figurata illa, Libycas auerteret oras. *Nã plerunq; trahitur schema vt aliquò ituri non ad locum, sed de loco ponamus significationem: vt si dicas, De Campaniã abeo in Thusciam: Abeo, honestius est, quàm si dixeris, Eo. Nec hoc tãtùm hoc loco fecit, sed pluribus. Hinc est enim,* Ripámve iniussus abibis? INGRESSA Venus.] *Calliditatis est: vt suprà. Habet enim hæc vox insidiarum significationẽ.* QVIS talia demens.] *Deest, nisi: vt sit, nisi demẽs.* AVT tecũ malit contendere bello.] *Non dixit, posuit, quod aũt addidit:* SI modò, quod memoras.] *Obliquè, dum cõsentit docet fieri non posse.* FORTVNA sequatur.] *Aut subauditur fortuna prospera: aut hoc ad casum pertinet.* FATIS incerta feror.] *Bene omnia tetigit, quibus res humanæ reguntur: casum, fata, voluntatẽ deorũ. Alij sic exponũt: quia scio fatis aliud videri, ideò de Iouis voluntate nunc dubito. Ergo* fatis, *propter fata. Sanè oratoriè, & blãditur, & pugnat; sed nõ palàm: dicendo incertã se esse de voluntate fatorũ.* AVT fœdera iũgi.] *Si fœdera, per se plenũ est: si fœdere, ad populos pertinet.* TV cõiux.] *Dicẽdo, cõiux, ostẽdit, eã nõ posse ignorare, impossibile esse quod petit.* TIBI fas animũ tentare precãdo.] *Sic Aeolus:* Tuus, ô regina, q d optes, Explorare labor. PERGE sequar.] *Per te incipiet. Bene, aliud agẽs, aliud ostẽdit. Antè enim est Iunonis officiũ in matrimonio: sequitur deinde vsus venereus. Vnde paulò post,* Adero, &tua si mihi certa voluntas. TVM.] *Quidã ordinis esse volũt: Tunc, temporis.* EXCEPIT.] *subsecuta est. & potest* excepit, *pro insidiosè respondit, accipi: vt,* Æmulus exceptum Triton. *&,* Excipit incautum. ISTE labor.] *Scilicet explorationis à Ioue. Quod dixerat, si* Iuppiter vnũ. QVOD instat.] *Quod fieri volo.* CONFIERI.] *Con abundat: vt,* Fata renarrabat diuûm, cursusq; docebat. *Quãmuis veteres indifferẽter Cõfieri dicebãt.* PAVCIS aduerte.] *Id est, animũ aduerte: parte pro toto vsus est. Et aut, aduerte paucis: aut, paucis docebo.* MISERRIMA Dido.] *Aut ex personã miserãtis dictũ; dolet enim insidijs circumuentã: aut miserrima, quæ perdiderit castitatẽ.* NEMVS.] *Pro syluis & mõtibus.* VBI.] *Hoc loco pro Cùm.* TITAN.] *Sol. vnus enim de Titanibus, Hyperionis filius cõtra Iouem non fecit.* RETEXERIT orbem.] *Quẽ nox tegebat. Ergo illuminauerit. Huic cõtrariũ;* Quotiens humẽtibus vmbris, Nox operit terras. NIGRANTEM.] *Nigrũ: participiũ pro nomine, sine verbo. & quæritur, quis priùs nigrantẽ dixerit.* ALÆ.] *Equites. ob hoc alæ dicti, quia tegunt pedites alarũ vice.* INDAGINE.] *Ferarũ inquisitione. Et quidã, cũ vestigatoribus alatorũ mentioni inductã, accipiũt. Nã indaginẽ, vestigatorẽ ipsum tradũt. Aliàs verò alatores, qui dextrã & sinistrã plagarũ, sublatã voce, prohibent feras exire.* TREPIDANT] *hoc loco sensim accipiunt; non vt alibi, festinãt: vt,* Hîc me dũ trepidi. *quia saltu nõ cursu; sed sensim cingũtur. Quidã trepidãt, ab equis, qui hodieq; trepidare dicuntur, appellari putant. Cato:* Sedere nõ potest in equo trepidãte. DESVPER infundã.] *Quia aer est Iuno. Bene ergo hic facturã dicit, quod habet in potestate.* NOCTE opacã.] *Nubium caligine.* OMNE ciebo.] *Pro, totũ. Omne enim, numeri est: totũ, quantitatis.* TVA si mihi certa voluntas.] *Id, est, si etiã tuũ subsequatur officiũ. Quia Iuno, coniugij; Venus, causa coniunctionis fit. Igitur Iuno nil se posse annunciat; nisi voluntas Venereis adfuerit.* CERTA.] *firma: quia promiserat.* CONNVBIO.] *Hoc Veneri cõtrarium est, & hic est dolus, quem intellectura est, &*

A *risura.* NV *naturaliter longa est, ab eo quod est Nubere: vt,* Cõnubia nostra repulit: *sed modò metri causã corripuit.* HIC Hymenæus erit.] *Id est, hæ erũt nuptiæ. Sanè de Hymenæo, licet superiùs dictũ sit, tamẽ sunt etiã aliæ opiniones. nã alij hunc Veneris & Liberi filiũ dicunt, primum nuptijs prosperè vsum: ob quod in nuptijs vocatur. vnde nuptiale carmẽ, Hymenæus. Alij nuptiarũ inuentorẽ tradunt: & ideò carminib. decorari, quod exemplũ ab eo proditum vsq; seruatur. Cornelius Balbus, Hymenæũ, ait, Magnetis filiũ, musicæ artis peritum, pulcritudine muliebri; dum nuptias Liberi patris & Alteæ religiosis cãtibus celebrat, exspirãsse: propter quod vitalis honor nuptijs attributus est; vt celebratio nominis eius, nuptiarũ iungendarũ perpetuã nomẽ esset.* NON aduersata.] *Legitur & auersata.* B REPERTIS.] *Vel cõpertis, vel deprehensis. Cur aũt dolis repertis risit? Qui altiùs intelligunt, sic tradunt: hoc est, quos sãpridẽ cõpererat, cùm Iliũ oppugnaretur.* IVBARE exorto.] *Nato Lucifero. Nam propriè Iubar, Lucifer dicitur: quòd iubas lucis effundat. Vnde etiam, quicquid splendet, iubar dicitur: vt argenti, gemmarũ. Est aũt Lucifer interdum Iouis, (nam & antiqui Iubar, quasi Iouar, dicebant) plerunq; Veneris stella. Vnde Veneris dicta est: vt,* Quẽ Venus ante alios astrorum diligit ignes. *Alij Iubar Solem, alij splendorem siderum dicunt. Sanè modò hysteron proteron est in sensu. Iubar enim præcedit Aurorã. & facit hoc Iubar, huius Iubaris.*

FOM. Sabi. DOTALIS.] *Carthago & Tyrij ipsi sunt pro dote.* ITALIÆ.] *ex Æneã futuri nepotes, & habituri imperium orbis.* CONIVX.] *Iouis.* TREPIDANT alæ.] *id est, festinant.* INDAGO.] *ferarum inquisitio.* INFVNDAM aquam.] *immittam.* PETENTI.] *Iunoni.* IVBARE.] *Iubar splendor est. lege in Culice.*

VAR. Lect. QVÕ regnũ Italiæ Libycas aduerteret oras.] *In Romano quidem libro, auerteret legitur: Seruio mirificè placet.* C MISCERIVE probet.] *In aliquot antiquis libris,* Iubet *legitur* CONFIERI possit.] *In oblongo peruetèri libro, & in Medicæo,* Quo fieri *legitur. Alij quidam libri manuscripti,* Quod fieri *legunt. Idq; in nonnullis per t notatum est.* NON aduersata petenti annuit.] *In Romano libro legere est,* Non aduersata petenti Adnuit.

IOAN. Scop. *Nõnulla passim apud poëtas ex remotioribus leguntur: quæ, nisi antiquitatis indagator atq; inquisitor, pauci percipient. Est Maronis carmen Aen. 4.* Dum trepidant, alæ, saltusq; indagine cingunt. *In quo percipiendo, quidã interpretum ait: Alæ, turmæ sunt equitũ, quæ, vt alæ auium, ita istæ legionũ in acie pugnantiũ latera tegunt. Hæc ille. Quæ licèt multã sint eruditione, non tamen quiescebã: sed magis magisq; indies ambigebã, nec, quæ meam explerent mentem, inueniebã, multosq; si quid præter hanc interpretum opinionem sentirent, consului; nullius tamen dicta meo sedebant animo. tandem necessariorũ quidam meorũ, Ioannes Iacobus Turris, iuuenis moribus præditus, & literarũ non ignarus, (sciebat enim me antiquarũ rerũ præauidũ) quædã fragmenta sinè auctoris nomine, & titulo vnã cum Xenophonte de venatione, maioribus literis exarato, attulit ad me, donoq; dedit. quæ fragmenta (vt meus est mos) e uestigiò oculis prætrire, percurrereq; cœpi. inter alia, vel maximã cognitione digna, hæc quæ sequuntur, ad Maronis carmen admodũ congruentia, legimus.* Venatorũ genera referunt esse quatuor: Inuestigatorũ, qui animalium vestigia inuestigant, Indicatorum, qui latibula nouerunt, Insidiatorum, qui insidias & casses animalibus

parant.

A parant. Alatorũ verò, qui equo ſuccuſſanti, ſenſimq; inſultanti, clamoreque animalia terrent, ne alioſum equi per medias tendiculas fugã arripiant. *Quæ ſuprema tam Maronis carmini cõpetere videtur, vt noſtrũ ab illis eximium poëtã ſumpſiſſe dijudicem. Non prætereundũ eſt, de inſidiatoribus, atq; alatis, in ſeptimo hoc carmine poëtam quoq; intellexiſſe.* Inſidijs curſuq; feras agitabat Iulus, *& in Georg. 3.* Monteſq; per altos Ingẽtem clamore premes ad retia ceruũ. *Operæpreciũ fuit, vt in hiſce noſtris inſereri, quæ lucem deſiderare videbantur. Quocirca te velim oratũ, vt hæc, qualiacunq; ſint, ne deſpicias: donec præſtantiora, longéq; dulciora, atq; ad poëtæ ſenſum magis accommodata offendes.*

DON. DOTALESQVE tuę Tyrios permittere dextrę.] *Et hîc, quod dixit Tuę, quaſi indignè, Tyrij, pro animo dicentis, potentes & magni, tradantur in dotẽ, addicti etiã, & quaſi potioribus ſeruituri. Ecce Vergilius docet, facilè inimicorum poſſe noſci conſilia, quæ ſub imagine concordiæ latent.* OLLI (ſenſit enim ſimulatã mente locutam Quo regnum Italię Libycas aduerteret oras).] *Tractatus Veneris magnus atq; aſtutus oſtenditur. ſenſit enim, fieri non potuiſſe, vt atrox & vetus inimica repentè beneuola redderetur; poneretq́;* B *ſemel inimicitias, quas longã ætate ſeruauerat. Demq;, in eo ipſo veluti beneficio obeſſe voluit potiùs, quàm prodeſſe. Nouerat enim, quid Aeneæ deberetur: quò magis nitebatur, vt, ſi fieri potuiſſet, poteſtas omnis, quam fata Italiæ decreuerãt, in Carthaginis opes, felicitatemq; tranſiret.* SIC contrà eſt ingreſſa Venus.] *His incõpoſuit, quid fuerat faciendũ? Intellectámne ſe ſcire debuit Iuno? an ab eius fraudibus diſſimulari oportuit? Melius viſum eſt, dolos dolis excludere, veluti approbatis per diſſimulationem præſentibus: ne deteriorẽ viam nocendi perquireret atrox & pertinax inimica, ſi contrariam ſe oſtenderet Venus.* Quis talia demens Abnuat? aut tecũ malit contendere bello? Si modò, quod memoras factũ, fortuna ſequatur?] *Etiamſi dementi cupiã tanta inſperati cõmoditas proueniret. reniti, inquit, nõ debuit. Cui enim prodeſt, amiſſã pacis ſecuritate, cõmouere inimicitias tuas? aut tecum habere cum reluctatione certamen? Hæc vox quaſi cõſentientis eſt. ſed, vt illa voluit eſſe ſub beneuolã proſecutione ſubtilis: ita & Venus ſubijcit, quod Iunonis animum tangere potuiſſet. dixit enim:* SED fatis incerta feror.] *Non ſum incerta: ſed ita poſuit, vt neq; reniti videretur; & tamen id non poſſe fieri ſubdolè demonſtraret.* SI Iuppiter vnam Eſſe velit C Tyrijs vrbem, Troiáq; profectis; Miſcerívé probet populos, aut fœdera iungi] *Ego, ait, voluntatem tuam libenter amplector: ſed ſi hoc fieri Iupiter velit, aut fata permittant, vt Troianorum ac Tyriorum fiat vna commixtio. quòd prouenire non poterat, vt amici eſſent, qui iam fatali diſpoſitione fuerant inimici. dixit enim poëta alio loco:* Progeniem ſed enim Troiano à ſanguine duci Audierat, Tyrias olim quæ verteret arces. *Hoc ergo cùm metueret Iuno, optabat Aeneam apud Carthaginem retineri; & cum ipſo Troianos omnes: vt illis nec proueniret imperium Italiæ, nec ex ipſis naſceretur, qui deleret aliquando Carthaginem. quod cùm nõſſet Venus; egit ſubtilitate mirificá, vt diceret: Ego quidem volo, ſed neſcio an fata conſentiant, aut Iupiter velit. Vt autem oſtenderet, fieri non poſſe: dimiſit eam ad Iouem, vt ex ipſo potiùs contraria reportaret; & gemeret, ſe deſtinata non potuiſſe complere.* TV coniux: tibi fas animum tentare precando. Perge, ſequar.] *Quicquid ſecretum, ait, retinent viri, facilè confitentur vxoribus. Tenta igitur eius ſententiam. quicquid ex ipſo audieris fieri poſſe, libenter amplectar: & quà diſpoſitiones tuæ præceſſerint, ſequentur & meæ.* TVM ſic excepit regia Iuno.] *Non intellecto Veneris dolo, in hæc Iuno reſpondit.* MECVM erit iſte labor: nunc quà ratione, quod inſtat, Confieri poſſit, paucis (aduerte) docebo.] *Hæc dimitte, ait, partibus meis: verùm quia quod inſtat, hoc eſt, quod vrget, debet impleri; faciendi ac perficiendi conſilium dicam. Sperabat autem, illum ipſum, poſt perfectam coniunctionem, Didonis matrimonium non relicturum. idcirco dixit: Curabo ego quæ ſollicitabant; dummodò coniunctio diſpoſita compleatur. vſqueadeò cupiebat hoc quacunq; occaſione fieri, vt ipſi perficiendi conſilium daret.* VENATVM Æneas, vnáq; miſerrima Dido In nemus ire parant, vbi primos craſtinus ortus Extulerit Titan, radijsq́ue retexerit orbem. His ego nigrantem commixtã grandine nimbum (Dum trepidant alæ, ſaltuſq́ue indagine cingunt) Deſuper infundam, & tonitru cœlum omne ciebo. Diffugient comites, & nocte tegentur opacã. Speluncam Dido, dux & Troianus, eandem Deuenient. adero, &, tua ſi mihi certa voluntas, Connubio iungam ſtabili, propriamq́ue dicabo. Hîc Hymenæus erit.] *Mox, ait, vt lux craſtina fuerit exorta, Aeneas & Dido venatum ire diſponunt. Prima occaſio, vt in vnum veniant futuri ac loca nemoroſa, quæ opacitate ſui omnium viſus excludant. His, inquit, immittam pluuiam: ac, ne quã contemptui habeamur, miſcebo grãdinem: hæc deſuper infundam. cumq; auocabit vniuerſos indago; nimbus & grando non ſinent conuenıri diſperſos, & ad regiam maturiùs remeare: dum alæ trepidant, dum obſeruantes ad retia pedem referre non poſſunt. mox mouebo quoq; tonitrua: vt, cùm terrori omnia fuerint, in vnam ſpeluncam ſoli fugientes, fauore meo ac tuo deueniant. ſi tamen etiam tuæ voluntatis conſenſus accedit, connubio iugam; atq; ita, vt perpetuo matrimonij vinclo teneantur.* NON aduerſata petenti Annuit, atq; dolis riſit Cytherea repertis.] *Cùm hæc Iuno dixiſſet, noluit Venus aduerſari petitioni ac voluntati eius: proindeq; conſenſit, ridens, aduerſariæ dolos euidentiſſimè patuiſſe; quæ ſic inſiſtebat, vt fieret aliquid, quod eſſet Aeneæ Troianiſq; contrarium; ſcilicet* Vt regnum Italiæ Libycas aduerteret oras, *hoc eſt, ad Libycas oras verteret.* OCEANVM interea ſurgens aurora reliquit: It portis iubare exorto delecta iuuentus. Retia rara, plagæ, lato venabula ferro: Maſſyliq; ruunt equites & odora canum vis.

SER. RETIA rara plagæ.] *Multi diuidunt: vt ſint retia rara, maiora; plagæ verò, minora. Alij* plagas *per definitionem accipiunt: vt intelligant,* Quæ *ſunt retia rara, plagæ. Sanè ſciendum, propriè plagas dici, funes illos, quibus retia tenduntur circà imam & ſummam partem. Ergo* retia rara, plagæ, lato venabula ferro; *ſubauditur, portantur: aut Zeugma eſt, ruunt.* LATO venabula ferro.] *Lati ferri. Venabula aũt ob hoc dicta, quia tela apta venatui; quaſi excipiabula.* MASSYLI.] *Maſſyliorum gens eſt haud longè à Mauritaniâ. &* Maſſyli *legendũ per vnũ* I, *aliàs non ſtet verſus. Sy enim longa eſt: vt,* Hîc mihi Maſſylæ gentis mõſtrata ſacerdos. *Ciuitatis aũt nomẽ, in prouinciâ Gallica, corripitur. vt Lucretius:* Maſſyliã delere vacat. ET odora canũ vis.] *Plus enim eſt, quàm ſi diceret, multitudo. Vt Salluſt.* Quâ tẽpeſtate ex põto vis piſciũ erupit. *Ergo vim, aut ad multitudinẽ, aut naturã retulit.*

Retia rarã, plagæ, lato venabula ferro;
Maſſyliq; ruunt equites, & odora canum vis.
Reginam, thalamo cunctantem, ad limina primi
Pœnorum exſpectant. oſtroque inſignis & auro
Stat ſonipes. ac fræna ferox ſpumantia mandit.
Tandem progreditur magnâ ſtipante catervã,
Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo:
Cui pharetra ex auro; crines nodantur in aurum;
Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem.
Necnon & Phrygij comites, & lætus Iulus,
Incedunt. ipſe ante alios pulcherrimus omneis
Infert ſe ſocium Æneas, atq; agmina iungit.
Qualis, vbi hybernam Lyciam, Xanthiq; fluenta
Deſerit, ac Delum maternam inuiſit Apollo,
Inſtauratq; choros: miſtiq; altaria circum
Creteſq;, Dryopeſq; fremunt, pictiq; Agathyrſi:

lit. O-

Ipse iugis Cynthi graditur, molliq; fluentem

lit. Odora aũt, non olentẽ, sed odorẽ inueniens. ergo impropriè dixit. Nã odorum est, quod ex se odorẽ emittit, non quod odorem sequitur: vt Statius, Et odoro vulnere pinus. Sic est, Et inter odoratum lauri nemus, pro odorũ. Nã odoratũ, est quod aliunde odorẽ accipit: vt odoratũ templũ. Tria ergo sunt: odorũ, quod per se olet: odoratũ, quod aliunde odorẽ accipit: odorisequũ, quod odorẽ sequitur: sicut modò de canibus debuit hic dicere. CVNCTANTEM.] Morantẽ. atqui amatrix ad eũ, quem amabat, debuit festinare. sed natura & naturale superat: vt mulierẽ & reginã ostendat. vt Terent. Dum moliuntur, dũ comũtur, annus est. Deinde, hæc morabatur iam studio placendi. Hic enim inducitur veste, armis, auro, vel purpurã comptior: cùm suprà naturalis pulcritudinis gloriã contenta sit; vt, Regina ad templũ formã pulcerrima Dido. AD limina.] Ante, vel apud. PRIMI.] Principes: vt, Vnà omnes iuuenũ primi. & bene reginæ officio primi adsunt: quia de plebe dixerat, It portis iubare exorto delecta iuuentus. Et, Massyliq; ruũt equites. STAT sonipes.] Adest, præsens est. Nã si stat simpliciter acceperis, vituperatio est. Quia legimus, Stare loco nescit. Denique, sequentia dictũ hoc explanãt: Ac fræna ferox spumantia mandit. SPVMANTIA.] Spumas vomentia: vt naufragũ mare, quod naufragos facit. TANDEM.] Hoc ad illud redduũ, Reginã thalamo cũctantẽ. PROGREDITVR.] mulier.] SIDONIAM picto chlamydem circundata limbo.] Veteri ceremoniarũ iure præceptum est, vt Flamen venenato operta sit. Operta aũt cùm dicitur, Palliũ significatur: Venenatũ aũt, infectum. quod ipse ait in Bucol. Alba nec Assyrio fucatur lana veneno. Hic verò cùm dicit Sidoniã, ostendit Tyriã & purpureã, quæ erat infecta chlamydẽ aũt, palliũ esse, quis dubitet? Præterea, Flaminicã habere præcipitur arculũ, rigam, venenatũ, fibulã. De Venenato dictũ est. Arculũ verò, est virga, ex malo Punico incuruata, quæ fit quasi corona, & ima summaq; inter se alligatur vinculo laneo albo; quã in sacrificijs certis regina in capite habebat. Flaminica aũt dialis, omni sacrificatione vti debebat. Virgilius ergo, propter nominum & intellectus difficultatẽ, aliter omnia comprehendit. nam pro Pallio, chlamydem; pro venenato, id est, infecto, Sidoniã. Arculũ verò & fibulã ex auro factã, cõmemorat, dicẽdo, Cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurũ: quod in arculũ potest referri. nã de fibulã manifestũ est, cùm ait, Aurea purpureã subnectit fibula vestẽ. Subnectit aũt, quid aliud est, quàm sursum nectit; ac per hoc succinctũ facit? Vestem verò possumus rigã accipere: quia rigã genus est vestis. Sciendũ sanè, sicut suprà dictum, vbiq; Didonem Flaminicã ostendi LIMBO.] Limbus est, vt suprà dictũ, fascia quæ ambit extremitatem vestiũ, secundùm antiquũ ritũ: vt, Victori chlamidem auratã, quam plurima circùm Purpura. CVI pharetra ex auro,] Deest, erat. & amat Poeta iterare voces, vel preciosas, vel necessarias, vel optabiles. Preciosas, vt 1. Aen. Ærea cui gradibus surgebant limina. 7. Aen. Aurea pectoribus demissa monilia pendent. Necessarias item: 7. Aen. Ab Ioue principiũ generis, Ioue Dardana pubes. Optabiles ita. Humilemq; videmus Italiã. CRINES nodantur in aurum.] Velut reticulum dicit, quod colligit comas: quæ Græcè κρωβύλα dicitur. IPSE ante alios.] Quia amabatur, & ideò ei dat pulcritudinem: licet Ascanio magis congruat. PVLCERRIMVS.] Ex animo Didonis: hoc enim ei videbatur. alibi epitheta Aeneæ dat: cùm religiosum ostendit; dicit piũ: cùm fortẽ, magnanimũ. VBI.] hoc est, Cùm. HYBERNAM Lyciã.] Non asperã, sed aptã hyemare cupientibus. Sic enim se habet natura regionis. Sed bene aliud agens, aliud ostendit. Nam cõstat, Apollinem sex mensibus hyemis apud Patarã, Lyciæ ciuitatem, dare respõsa: (vnde Patareus Apollo dicitur) & sex mẽsibus æstiuis apud Delũ. Ergo Hybernã, vtrùm quòd ibi hyemare soleat: an frigidã: an hyeme tẽperatã: an quã hiberno tẽpore deserere soleat? XANTHIQ. fluẽta.] Que, pro vel, posuit. Hoc enim dicit: vel cùm Xanthũ, vel cùm Lyciã relinquit. vt est, Suspectaq; dona Præcipitare iubet, subiectisq; vrere flãmis. DESERIT.] Relinquit. vt, Desertosq; videre locos littusq; relictũ. DELVM maternã.] Quæ Latonã fugiẽtẽ, dracone Pitone insequente suscepit. Et hoc ideò, quia, sicut dictũ est, sex mensibus æstiuis apud Delũ responsa dat. INVISIT] Repetit, per quod ostendit, relictã Delo, ad Lyciã transire. APOLLO.] Apollini Aeneã, vel propter sagittas, quibus in venatu vtebatur, comparat: vel certè propter futurũ infelix matrimoniũ. vt enim suprà diximus, nuptijs est hoc numen infensum. Vel Apollini Aeneã, vt in primo Didonem Dianæ: quomodo geminorũ nuptiæ esse non possunt. CHOROS.] Sacra. CRETES.] Ab eo quod est Cres. DRYOPESQ.] Populi sunt iuxta Parnassum: vt, Dryopũq; trahens Erasinus aristas. Erasinus verò, fluuius est. Hi populi, ab Hercule victi Apollini donati esse dicũtur. PICTIQVE Agathyrsi.] Populi sunt Scythiæ, colentes Apollinem Hyperboreũ; cuius logia, id est, responsa, feruntur. Picti aũt, non stigmata habentes: sicut gens in Britanniã: sed pulcri, hoc est, cyaneã comã placentes. licet de illis lectum sit, Agathyrsi ora artusq; pingunt: vt quiq; maioribus præstant; ita magis vel minus: cæterùm ijsdem omnes notis, & sic, vt ablui nequeant. Hos Melissus ab Homero Achabas appellari ait: qui, propter scientiã sagittarum, Apollini sunt gregales sicut Cretes. CYNTHI.] Mons est Deli Cynthos. FLVENTEM.] Vnguentatum, odoribus abundantem: aut prolixum & effusum, vt τὸν ἀκερσεκόμην significet.

PLAGÆ.] sunt plagæ rara retia, quæ sunt ad feras capiendas. Ego tamen intelligo: cùm plagæ non sint nisi in capiendis feris, declarãsse se, cùm dixit Rara retia. MASSILI.] Massilia incipit statim post Mauritaniam: & est pars Getuliæ & Numidiæ in plurimorum descriptione. LIMBO.] Limbus est ornamentum, quod ambit extremitatem vestium. HVMERO.] pendet. LYCIAM.] per Pataram, vrbem Lyciæ, fluit Xanthus. in eã vrbe oraculum erat Apollinis. Ferunt Apollinem in Lyciã sex mensibus dare responsa: & totidem in Delo. DRYOPES.] Cleanthes Lycum Apollinem vocatum dicit: quòd, sicut lupi pecora rapiunt; ita ipse radijs rapit humorem. Lycus lupus est, à primã luce, quod tempus aptum rapi. Dryopes, natio Epyrotica, incoluerunt Græciam. Strabo ait, domicilium Dryopum fuisse in Astura, vrbe Peloponnesi: quos Hercules ex terrã Doricã & Parnaso expulit. Agathyrsi, vt Herodotus ait, sunt populi vicini Scythis. multum habent auri: sinè auaritiã, sinè inuidiã sunt. Scythis petentibus, negauerunt auxilium contra Darium, regem Persarum: asserentes, nolle bellũ gerere in eos, à quibus nullã iniuriã essent affecti. Marcellinus ait: Agathyrsi cæruleo colore picti sũt. Plin. scribit, Agathyrsos cærulei capilli esse. Põponius: Agathyrsi ora artusq; pingũt, sic vt ablui nequeãt: & vt digniores, tãtò magis picti. Volũt, Bacchũ redeuntẽ ex Indicã victoriã, primũ pinxisse Agathyrsos. hi populi præcipuè colũt Apollinẽ.

POM. Sabi.

AVRORA reliquit.] In aliquot antiquis libris, Relinquit legitur, præsenti tempore. CVI pharetra ex humero.] In Romano illo libro, dubio procul antiquissimo, legere est, Cui pharetra ex auro. NEC non & Phrygij comites] In antiquis aliquot exemplaribus, Tyrij comites legitur.

VAR. Lect.

Hyporchemata verò continebant, saltantes in altaris ambitu, vbi iam igni admota forent sacra. Celebrantur Cretica hyporchemata, ex Cretensium saltandi studio, vti scribit Athenæus: illis enim saltatio erat patria, καὶ κυβιστᾶν. Hyporchematicem saltant apud Pindarum Lacones. Communis videtur viris mulieribusq;. Modi eius censentur præstantissimi, prosodiaci apostolici; qui & parthenij dicuntur. Dici hyporchemata putant, quòd inter saltandum ferè generosum quiddam seruarent, ac virile. Mox autem, cùm quiescentes canerent, vocabantur stasima. Spasinum verò, valli nomen est, ij qui Trigin accolunt: vt scribit Dion. Cæterùm, vbi aram saltantes obibant, ita more condito situabãt, vt ab sinistris dextrorsum peregerent

CAEL. Rhod.

A B C

A *g rent priùs, zodiaci quadam imagine: cuius motus cœlo di-uerſus appareat, ob occaſu ad exortum: indè à dextris læuor-ſum, pro ratione cæleſtis vertiginis. Hæc verò eò appoſui gra-tuis: quòd ijs Maroniana ſenſa proferuntur in lucem: quæ illo-tis pedibus adeunt plerique omnes. Verſus ſunt Aeneidos 4.*

—— Delon maternam inuiſit Apollo,
Inſtauratq́ue choros, mixtiq́ue altaria circum
Cretesq́ue, Dryopesq́ue fremunt, pictiq́ue Agathyrſi.

DON. REGINAM thalamo cunctantem ad limina primi Pœnorum expectant. *Aut Didonis meritum fuit: aut dedecus Tyriorum, vt exſpectarent reginam, conſtituti ante fores eius, hoc eſt, fœmineis ornatibus occupatá.* OSTROQVE inſignis & auro Stat ſonipes, ac frena ferox ſpumátia mandit.] *Regalis potentia, omni genere ambitionis exprimitur: vt purpurâ & auro inſignis equus ſtaret, opperiens dominâ proceſſuram.* TANDEM progreditur magnâ ſtipante cateruâ.] *proceſſio eius cultusq́ue deſcribitur. Deducebatur, inquit, ſtipata magnâ iuuenum multitudine.* SIDONIAM picto chlamydem circumdata limbo.] *Limbus regibus deputatur, & dijs, qui eorum caput candido orbe circumdat.* CVI pharetra ex auro: crines nodátur

B in aurum, Aurea purpureá ſubnectit fibula veſtem] *Totũ quod habuit, aut aurũ fuit, aut purpura precioſa. Et ideò tãdem: quia ſic proceſſerat, vt amãs, & quæ placere cuperet & amaret. Deſcripta eſt Dido cum ſuis. Videamus, quomodo Aeneæ proceſſus demonſtretur.* NECNON & Phrygij comites & lætus Iulus, Incedunt: ipſe ante alios pulcerrimus omnes Infert ſe ſocium Æneas, atque agmina iungit.] *Non dixit, ſolus inter cæteros fuit Aeneas formoſus; ſed, formoſiòr cæteris fuit. Pulcritudinis augmẽtum factâ comparatione cumulauit: ex eo, quòd omnes, licèt ſeparatim procedentes, tamen in vnũ ſtudium pergentes, iuncti ſunt; vt nõ deeſſent, quibus Aeneas pulcrior probaretur. Immittitur παραβολὴ, vt Aeneæ proceſſus erigeretur in melius.* QVALIS, vbi hybernam Lyciã Xãthiq́ue fluenta Deſerit, ac Delõ maternã inuiſit Apollo, Inſtauratq́ue choros, mixtiq́ue altaria circùm Cretesq́ue Dryopesq́ue fremunt, pictiq́ue Agathyrſi: Ipſe iugis Cynthi graditur, molliq́ue fluẽtem Fronde premit crinem fingẽs, atque implicat auro: Tela ſonant humeris. haud illo ſegnior ibat Æneas: tantum egregio decus enitet ore.] *Vt Aeneæ pulcritudo præferri cæteris poſſet: deficientibus humanis exemplis, Apollo inter deos ſolus inuentus eſt, qui Aeneæ meruiſſet æquari. Iocundè tamen inuẽtum, vt huic non aliũ, ſed Apollinem compararet: quia Dianæ ſimilitudinem dederat, cùm Didonem in primo libro deſcriberet procedentem.*

Fronde premit crinem fingens, atque implicat auro:
Tela ſonant humeris. haud illo ſegnior ibat
Æneas: tantum egregio decus enitet ore.
Poſtquã altos ventum in montes, atque inuia luſtra;
Ecce feræ ſaxi deiectæ vertice capræ
Decurrêre iugis: aliâ de parte patentes
Tranſmittunt curſu campos atque agmina cerui
Puluerulenta fugâ glomerãt, monteisq́ue relinquũt.
At puer Aſcanius medijs in vallibus acri
Gaudet equo: iamq́ue hos curſu, iam præterit illos:
Spumantemq́ue dari, pecora inter inertia, votis
Optat aprum, aut fuluũ deſcendere mõte leonem.
Interea magno miſceri murmure cœlum
Incipit: inſequitur commiſtâ grandine nimbus.
Et Tyrij comites paſſim, & Troiana iuuentus,
Dardaniusq́ue nepos Veneris, diuerſa per agros
Tecta metu petiêre: ruunt de montibus amnes.
Speluncam Dido, dux & Troianus, eandem
Deueniunt. prima & tellus, & pronuba Iuno
Dant ſignum: fulsêre ignes & conſcius æther
Connubij: ſummoq́ue vlularunt vertice Nymphæ.
Ille dies primus lęthi, primusq́ue malorum
Cauſa fuit. Neque enim ſpecie famâue mouetur,
Nec iam furtiuum Dido meditatur amorem.
Coniugium vocat: hoc prætexit nomine culpam.
Extemplò Libyæ magnas it fama per vrbeis.
Fama, malum, quo non aliud velocius vllum
Mobilitate viget, viresq́ue acquirit eundo:
Parua metu primò: mox ſeſe attollit in auras:
Ingrediturq́ue ſolo, & caput inter nubila condit.
Illam Terra parens, irâ irritata deorum,
Extremã (vt perhibent) Cœo, Enceladoq́ue ſororẽ
Progenuit, pedibus celerem, & pernicibus alis:
Mõſtrũ horrẽdũ, ingẽs: cui, quot ſunt corpere plu-
Tot vigiles oculi ſubter, (mirabile dictu) mæ,
Tot linguæ, totidẽ ora ſonant, tot ſubrigit aures.
Nocte volat cœli medio, terræq́ue per vmbram,
Stridens; nec dulci declinat lumina ſomno:
Luce ſedet cuſtos, aut ſummi culmine tecti,

SIL. FRONDE premit.] *Id eſt, comprehenſo crine efficit, ne fluat.* FINGENS.] *Componens. vt,* corpora fingere linguâ. IMPLICAT auro.] *Non frondem, ſed crinem, qui eſt illi retrorſum in nodum collectus.* TELA ſonant.] *Vt in nono:* Pharetráq́ue fugâ ſensêre ſonantẽ. Humeris *verò, aut in humeris, aut ex humeris.* HAVD illo ſegnior.] *Id eſt, non illo deformior. Nã plerumq́ue virtus & pulcritudo per ſe inuicem componũtur. Hinc eſt,* Satus Hercule pulcro Pulcer Auentinus. *Nã Herculi ſatis incongrua eſt pulchritudo.*

C *Sic Plautus in pyrgopolinices fabulâ, de muliere interrogans* Ecquid fortis eſt? *Id eſt, pulcra.* EGREGIO.] *Præclaro. Et ſic dicimus, quaſi extra gregem.* LVSTRA.] *Latibula ferarũ, vel luporũ. vnde & lupanaria meretricum, luſtra dicuntur.* ECCE.] *Aduerbiũ demonſtrationis eſt: vt oſtenderet velociter factũ. & benè hac particulâ vtitur: facit enim nos ita intẽtos, vt, quæ dicuntur, putemus videre. Ita enim capreæ ſuſpẽſæ ſuper ſaxa currunt; vt putes cadere illas, cùm exſiliunt.* FERÆ capræ.] *Hoc eſt, capræ: quas Græci αἶγάγρους vocãt. Et bene aptat deſcriptionẽ ad ſpecies: vt ceruis campos, capreis ſaxá permittat.* SAXI.] *Pro, montis. vt,* Accipiens ſonitum ſaxi de vertice paſtor. DECVRRERE.] *Bene præterito vſus eſt tempore, ad exprimendam nimiam celeritatem. Oſtendit enim iam factũ. Sanè decurrêre, iuxta analogiam dixit; non, vt imperiti putant, decurrerunt.* TRANSMITTVNT.] *Celeriter tranſeunt. præcipuè tranſmittere, eſt de loco ad locum tranſitio.* PVL-VERVLENTA.] *Num ceruorũ puluerulẽta agmina, quæ puluerẽ faciunt? vt,* Puluerulenta coquat maturis ſolibus æſtas. GLOMERANT.] *Pro, inuoluũt. Aliàs pro, in vnum contrahũt: vt* Quem circùm glomerati hoſtes. *Vel glomeratim eunt?* GAVDET equo.] *Gaudet quod acrem equũ habeat, & velocem.* IAMQVE hos curſu.] *Id eſt, modò: vt,* Iamq́ue eadem digitis, iam pectine pulſat eburno. *Et bene puerilem oſtẽdit animũ, qui per mobilitatem & inſcientiam frequenter optat timenda.* PECORA inter inertia, votis.] *Bene per contemptum,* pecora: *cùm ea ſint pecora, quæ non ſylueſtri, ſed humano vſui aluntur.* Inertia *autem, pro ignauis & innocuis poſuit: & hoc ad capras & ceruos retulit: vt in Georgicis:* Imbelles dant prælia cerui. *Nã* Iners *propriè quid ſit, Lucilius declarat* Vt perbibetur, iners, ars in quo non erit vlla. MONTE leonẽ.] *Per tranſitum tangit hiſtoriam. Nam Aſcanius, præter Iulũ & Ilum, quæ habuit nomina, etiã Dardanus & Leontodamas dictus eſt, ad exſtinctorum fratrũ ſolatiũ. Ideò nũc eum dicit optare aduentũ leonis. Paulò pòſt,* Dardaniusq́ue nepos Veneris. *Cõſtat etiam, Aeneã Dardanũ dictũ: vt oſtendit Vergilius in huius libri fine;* Hauriat hũc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus. *Itẽ Ilioneus. Hinc,* Dardanꝰ ortꝰ. Huc repetit. *Nã latẽter quaſi illud nomẽ oſtẽdit.* COMMISTA grãdine nimbus.] *Secũdùm Iunonis promiſſa;* His ego nigrãtẽ cõmiſtâ grãdine nimbũ. *Et bene etiã grãdo dicitur; quia poterat nimbos cũ*

tenui

temni facilius. Murmur dat cœli, ad infaustum omen pertinet: quia tonitru dirimuntur auspicia. NEPOS veneris.] *Quidam indecenter dictum volunt, vt Venus auia sit.* DE montib⁹ amnes.] *Ne vel inuestigare possint Tyrij reginã.* DEVENIVNT.] *Bene supprimit rẽ pudendam. sic Terentius;* Quid tum fatue? fateor. PRIMA & tellus. *Satis periti loquitur. Nam, secundùm Hetruscam disciplinam, nihil tam incongruũ nubentibus, quàm motus terræ vel cœli, dicitur. Quidam sanè, Tellurem praeesse nuptijs tradunt. nam & in auspicijs nuptiarum vocatur: cui etiam virgines, vel cùm ire ad domum mariti cœperint, vel iam ibi positæ, diuersis nominibus, vel ritu, sacrificant.* ET pronuba Iuno.] *Quæ nubentibus præest. Iunonem autem dedisse signa per tempestatem, constat, & pluuias, quæ de aëre fiunt. Varro pronubam dicit, quæ antè nupserit: neq; vni tantùm nupta est: ideóq; auspices deligantur ad nuptias.* FVLSERE ignes.] *Vt dei nuptiales. Varro dicit,* Aquâ & igni mariti vxores ducebant. *Vnde hodieq; & faces prælucent: & aqua, petita, de puro fonte, per felicissimum puerum aliquem, aut puellam, quæ interest nuptijs, de quâ nubentibus solebant pedes lauari. Alij,* fulsêre, *pro malo omine positum volũt. Cùm enim ait fulsisse ignes, infaustum connubium videtur ostendere: quia actio perimitur, cùm de cœlo seruatum est. & bene hoc totum ad Iunonem refertur: quia aër esse dicitur. Vnde aquas cum ignibus dedit.* VLVLARVNT.] *Bene elegit medium sermonem. Nam ait Lucanus,* Non tu lætis vlulare triumphis. *In luctu autem vlulari, non dubium est. Et ideò medium elegit sermonem: quia post nuptias mors consecuta est. Nonnulli ita accipiunt: quòd vlulare veteres etiam in sacris dicebant, ex græcâ cõsuetudine. Ergo* vlularunt Nymphæ, *quasi nuptiarum sacra celebrarunt. Græci autem ὀλολυγμὸν appellant: nam & primam concongressionem ὀλολυγὴν dicunt. quod Virgilius ostendit;* magnoq; vlulãte tumultu. SPECIE famâue mouetur.] *Species rerum præsentium est, quòd quasi aspicitur: fama autem, rerum absentium. Hoc ergo dicit: Non eam mouet, nec præsens deformitas, quòd non in thalamo, sed in speluncâ concubuerat: sed nec futura mox fama. Alij,* famâ, *accipiunt, factâ qualitate aut respectu honestatis, τῷ πρέποντι. adeò illam nec Tyriorum pudebat, videntium talia: nec aliarum gentium, quæ audiebant. Ergo famâ, deest malâ.* MEDITATVR.] *Exercet. sic Horatius;* Et horridam Cultis diluuiem meditatur agris. *Nec incongruè dictum. Actus enim est in ipsâ meditatione. Nam exercitium meditatio est. Sciendum tamen est; hoc hodie in vsu non esse.* PRÆTEXIT.] *Prætegit.* CVLPAM.] *Vt suprà,* Succumbere culpæ. FAMA, malum, quo.] *Diffinitio est · vt* quo, *ex præcedenti nomine: quanquam allij* qua *legant. Sanè* quo, *nisi diffinitio sit, legi non potest. nec enim procedit, vt ordo sit: Fama, quo non aliud malum est velocius.* MOBILITATE viget.] *Dat ei σωματοποιίαν: & laudat à contrarario. Cùm enim omnia labore minuantur; hæc crescit. Sanè* viget, *quidam pro vigescit accipiunt.* METV primo.] *Non primo metu; sed primùm: quòd initio cautius loquatur, id est, in principio. cùm enim quis veretur, ne auctor is sit; quod audit, continet: at vbi sit vulgatum, passim loquitur. & modò* Primò *aduerbium est; non nomen.* ATTOLLIT in auras.] *Sumptâ licentiâ, quæ minuebatur timore.* INGREDITVRQ'VE solo, & caput inter nubila condit.] *Hoc vult ostendere: nec humili eam fortunæ parcere; nec superiori. Vel, quia fama incertus auctor.* TERRA parens.] *Generalis est rerum omnium parens, Tellus.* IRA irritata deorum.] *Amphibolon est: vtrùm irâ suâ, propter exstinctos Gigantes: an irâ deorum irritata, quæ exstinxerat gigantes. Vel ideò ira deorum, quòd in eam fulmina & grandines de cœlo cadunt.* EXTREMAM.] *Aut post omnes Gigantes; quæ adeò ad deorum vltionem nata est: (nam per ipsam eorum crimina vulgata sunt) aut certè* extrema, *pessimam. Omnes enim, qui de medicinâ tractant, dicunt naturale esse, vt inutiliores sint, qui nascuntur vltimi. Famam ergo inducit vltam esse fratres; quia ipsa deorum delicta vulgauit.* VT perhibent.] A *Quotiescunque fabulosum aliquid dicit, solet inferre,* Fama est. *Mirè ergo modò, cùm de ipsâ famâ loqueretur, ait;* Vt perhibent. COEO Enceladoque.] *Isti Gigantes fuerunt inter alios, qui Iouem superpositis montibus regno cœlesti detrudere conati, fulminibus sunt deleti.* PEDIBVS celerem & pernicibus alis.] *Conuertit rerum epitheta. Nam* pernix, *pedum est; vt,* Pernicibus ignea plantis: *Celeritas, pinnarum est; vt,* Celerique fugâ sub sidera lapsæ. *Aut certè intentio describentis est: superuacua est enim alas habenti pedum pernicitas. aut sic intelligit, pedibus celerem, & alis velocibus.* MONSTRVM.] *Bene vituperauit famam, ex accidentibus personæ. & quòd eam describit, non est narratio: sed argumentatio. Quidni monstrum? quæ huius naturæ sit; vt, quot plumas, tot linguas, tot aures, & cetera.* QVOT sunt corpore plumæ.] *Non ipsius; sed in omnium corporibus. Nam exaggeratio est: ac si diceret, quot sunt arenæ.* OCVLI subter.] *Aduerbium est: ac si diceret; non sub plumis, sed sub ipsã. & mirè* Subter, *quasi quæ non videatur, & omnia videat reliqua.* MIRABILE dictu.] *Sic exclamauit Poeta: quasi minus admirationis haberet ipsa descriptio.* TOT LINGVÆ.] *Infinitus est nu-* B *merus, Nam reuerà, quot sunt homines, in quibus est fama; tot ora habent, quæ sunt hominũ.* TOTIDEM ora sonant] *Aliud visu, hoc est,* ora: *aliud auditu, hoc est,* sonant. NOCTE volat.] *Bene naturalem rem dixit. Nã quantò celatũ est aliquid; tãtò magis quæritur. & sine dubio incipiens fama semper obscura est: quæ diuulgata cõquiescit. Vnde ait,* Luce sedet custos. COELI medio.] *Absolutè: quia inter cœlũ terramq; mediũ est.* TERRÆQVE per vmbrã.] *Noctem vmbram terræ esse, nusquã significauit apertiùs.* STRIDENS.] *Potest & ad oris sonum, & ad volatum referri.* DVLCI declinat lumina somno.] *Qui est omnibus animalibus dulcis. &* somno, *vtrùm ablatiuo, an datiuo?* LVCE sedet.] *Id est, per diẽ: aut, vt lux cœpit. & bene nocturna illi & diurna officia dat; ne dulci somno capiatur.* CVSTOS.] *Speculatrix, ne quid eã præteriret: nõ quæ custodiat, aut seruet.* SVMMI culmine tecti.] *Per domos nobiliũ, propter res prauas.*

POM. Sabi. TELA.] *quia pharetratus Apollo.* SPVMANTEM.] *Votum Ascanij, qui dedignabatur insequi imbelles ceruos & capreas.* FVLVVM.] *à colore pellis.* DARDANIVS.] *Plerique aiunt, Aeneam Dardanum appellatum. hinc Ascanius Dardanius. primùm pueri nomen Euryleõ fuit: indè Ascanius, &* C *Ilus: pòst Iulus. Ego puto, Dardaniũ Ascaniũ, ab autore gentis Dardano.* PRONVBA.] *dea matrimonij.* FVLSERE ignes.] *Varro & Plutarchus aiunt, in nuptijs antiquos adhibuisse ignem & aquam. Vergilius nunc plurima, propter hanc causam, non scribit: sed vt hostias daret latebras amantibus.* NYMPHÆ.] *ad nuptias.* SPECIE.] *species rerum præsentium est, & dicitur pudor: fama, quæ manat ad alios.* NOMINE.] *coniugij.* FAMA malum.] *Pulcherrima fictio est; vt, meminit Quintilianus. Fingimus formas, vt hic.* PARVA.] *in primo metu parua est fama.* ATTOLLIT.] *sumptâ licentiâ, qua minuebatur timore. Fama Terræ filia fuit: ideò* ingreditur solo. CÆO.] *Cæus & Enceladus gigãtes sunt.* SVBRIGIT.] *pro arrigit.* SOMNO.] *nunquam dormit fama.*

VAR. Lect. INSEQVITVR cõmixtâ grandine nimbus.] *In libris aliquot antiquis,* Comixtâ grãdine *legitur; quod minimè placet.* ET cõscius æther Cõnubij.] *In libris aliquot vetustis,* Cõnubijs *habetur, acquisitiuo casu, numeri multitudinis. Conscius enim, aptè datiuo iungitur. In quodam antiquo etiam exemplari* Connubio, *numero vnitatis, eodem tamen casu habetur: passimq; vnicâ* n *literâ.* EXTEMPLO Libyæ magnas it fama per vrbes.] *Nõnulli libri manuscripti* Libyes *legũt.* FAMA malũ, quo nõ aliud velоci⁹.] *Nõ eo inficias,* Quo *in pluribus exemplaribus haberi. Sed fortè non displiceat, quòd in Romano* Qua *scriptum est.* TOT vigiles oculi subter.] *In plerisq; libris antiquis legere est, pro* Subter, Subsunt. Tot vigiles subsunt. TERRÆQVE

per

A per vmbram, Stridens.] *In Oblongo Vaticano lib. ſanè quàm vetuſtò,* Stridet *habetur. Et,* Vmbras, *numero multitudinis, in bonâ librorum veterum parte.* NEC dulci declinat lumina ſomno.] *Nequaquam placet, quod in pleriſque libris antiquis* Limina *legitur.*

DON. POSTQVAM altos ventum in montes, atque inuia luſtra: Ecce feræ ſaxi deiectæ vertice capræ Decurrêre iugis.] *Feræ, inquit, capræ, hoc eſt, agreſtes: quas capreas dicimus. Manſuetæ ſunt enim, quæ ſunt in gregibus noſtris, & quæ non metuunt hominum conſpectum: Agreſtes verò, timidæ & leues ad curſum: quo fiebat, vt ſaxi de vertice & iugis præcipitarentur.* ALIA de parte patentes Tranſmittunt curſu campos.] *Varia deſcriptio, & ex diuerſitate copioſa: vt aliæ de montibus agerentur præcipites inſequentium metu, aliæ exagitarentur in campis.* ATQVE agmina cerui Puluerulenta fugâ glomerant, monteſq; relinquunt.] *Non fugâ puluerulentâ; ſed agmina. Ordinatio enim ſic eſt: Agmina puluerulenta glomerant cerui fugâ. currentes quippe fugienteſq; per campos, excitabant ſuis vngulis puluerem.* AT puer Aſcanius medijs in vallibus acri Gaudet equo: iamq; hos curſu, iam præterit illos; Spu-
B mantemque dari pecora inter inertia votis Optat aprum, aut fuluum deſcendere monte leonem.] *Aſcanius quoque pro ætate laudatur. nam etiam ea, quæ leuia maioribus natu videntur, laudantur in pueris. In his enim futuri temporis ſpes, præſentium factorum coniecturâ colligitur: quòd magnæ velocitatis equum habuiſſet; & diſcurrebat gaudens quòd curſu nunc hos, nunc illos, præteriret: nec dignum habuit, feras & inertia pecora pertinaciter ſequi; ſed optabat occurrere ſuis diſcurſibus leonem, aut aprum. Prætermiſit poëta, datos equos Troianis ad venandum: quampiam proprios non habebant; vtpote qui à nauibus venerant. an ideò; quia in tertio libro dicit, inter cætera munera Helenū & equos dediſſe?* Addit equos, addiditq; duces. INTEREA magno miſceri murmure cœlum Incipit: inſequitur commixtâ grandine nimbus. Et Tyrij comites paſſim, & Troiana iuuentus. Dardaniuſque nepos Veneris, diuerſa per agros Tecta metu petiêre: ruunt de montibus amnes.] *Fiunt ea, quæ Iuno prædixerat: mouetur cœlum; tonitrua concrepant; nimbi funduntur; grando exitum portat: &, contra naturam rerum, de ſummis verticibus montium, amnes innumeri præcipiuntur: desertâ venandi voluptate, fu-*
C *giunt omnes, & diuerſa occupant tecta.* Diuerſa ideò, quòd *diſperſæ ruſticæ domus, tantam multitudinem adunatam ferre non poſſent: vel quòd vnuſquiſque, vſus in tantâ neceſſitate compendio, non pulcrum ſuffugium tecti; ſed proximum quæſiuiſſet.* SPELVNCAM Dido, dux & Troianus, eandem Deueniunt.] *Auocatis, inquit, omnibus, atque ipſo Aſcanio, & per diuerſa diſcretis; Dido & Aeneas in vnam ſpeluncam deuenerunt, hoc eſt, male venerunt: quia perſonis regum non conueniebat ſpeluncæ depreſſio. Dedit igitur occaſionem coniunctioni perficiendæ, locus ſecretus. Dedit tempus; quo periculi vitandi causâ nullus audebat exire de ſuffugio. Dedit ſolitudo: quia ſoli fuerunt duo. Dedit perſona: quia vterq; in primâ ætate, vterq; formoſus. Factum autem intelligi voluit poëta; non dici.* FVLSERE ignes & conſcius æther Connubij.] *Tantum valuit Iuno; vt etiam ipſa elementa fauere viderentur; itemq; ignes de cœlo fulſerint. Non dixit, emiſſa ſunt fulgara; ſed, pro nuptialibus facibus ignis cœleſtis apparuit. Ad impedimentum autem Italici imperij, tantum Iunonis doloſa fecit inuentio: vt Aeneas, in illâ coniunctione, non voluntatem habuiſſe; ſed vim quandam paſſus eſſe videretur. Fiunt velut nuptiæ, cum turpitudine omni: & volente Iunone, ſolus teſtis exſtitit mundus.* SVMMOQVE vlularūt vertice Nymphæ, Ille dies primus lęthi, primusque malorum Cauſa fuit.] *Duo propoſuit, quæ ex vnâ causâ profluxiſſent: læthum, & mala. Læthum: quia ſe ob eam causam Dido interemit. Malum: quia & ex facto turpi & inhoneſto contraxit deteſtabilem famam; quæ inter præcipuas mulieres, caſtitatis merito, potior dicebatur, Ecce Aeneæ fortunæ, & conſiliorum exitus: quæ habuit Iuno, dum vult ſuæ prodeſſe, & commoda fouere Carthaginis; Aeneam verò ab Italiæ partibus ſeparare. ſic Didoni, non coniugium; ſed vltimum procurauit interitum: nec profuit Carthagini; & æmulum ſuum tenere non potuit. Vt autem probemus, hac ductam intentione Iunonem, vt Aeneam ad Italiam nollet peruenire: oſtendimus, ipſam Iunonem eſſe profeſſam, ex duobus alterum voluiſſe; ſcilicet aut Aeneæ ipſius interitum, aut eius ab Italiâ ſeparationem. dixit enim:* Nec poſſe Italiâ Teucrorum auertere regem? *Quia igitur iuxta perniciem ſalutis eius nihil naufragia valuerant: hunc ab Italia prædictis fraudibus auertere nitebatur.* ILLE dies primus læthi, primusque malorum Cauſa fuit. Neque enim ſpecie, famâue mouetur.] *Cùm duo propoſuiſſet exorta ex illo facto; cauſam mortis & turpem famam; prætermiſſo læthi genere, quod poſtea ſecutum eſt, ſecundo ſic reſpondet:* NEQVE enim ſpecie famâue mouetur. Nec iam furtiuum Dido meditatur amorem.] *Non ſpecie, inquit, mouebatur admiſſi criminis; nec malâ famâ.* CONIVGIVM vocat: hoc prætexit nomine culpam.] *Hoc eſt, à matrimonij nomine, turpiſſimam culpam credidit tegendam. Verbo iuris vſus eſt, vt diceret,* Culpam. *ſic enim definitum eſt, culpam eſſe mulieris, cùm pudoris in causâ peccauerit. Quâ autem ſpe ducebatur Dido matrimonij; quod eo genere contraxerat: quæ ipſum Aeneam in conuiuio referentem audiſſet, reſponſo Creuſæ vaticinantis accepto, & regnum Italiæ iam ſibi paratum eſſe, & coniugem regiam? Apollinis quoque & deorum penatium, Heleni etiam vnum Idemq; exſtitiſſe prædictum: quo non tantùm Aeneæ, verumetiam liberis & poteſteris eius, per vxoris Italicæ conſortium, Italiæ atque orbis totius deberi memoratum eſt regnum?* EXTEMPLO Libyæ magnas it fama per vrbes.] *Huius, inquit, facti, nullâ interpoſitâ vel modici temporis morâ, per vrbes Africæ magnas & plurimas fama percrebuit.* VENISSE Æneam, Troiano à ſanguine cretum, Cui ſe pulcra viro dignetur iungere Dido. Nunc hyemem inter ſe luxu, quâm longa, fouere, Regnorum immemores, turpique cupidine captos. Hæc paſſim dea fœda virûm diffundit in ora.] *Hæc fama referebat: Troianum virum, conſenſu Didonis exceptum; iudicatum dignum, cui ſe regina coniungeret; cumq; conuiuijs ſuis vacare ac luxuriæ, hoc eſt, libidinis partibus. Feruent enim venereæ voluptates, ſicut Terentius ait, vbi interuenerint Ceres & Liber. Neque hoc breui tempore facere, aut diebus interpoſitis: ſed hyeme, quàm longâ; hoc eſt, quantum longa eſt: ac per hoc, omni: vſque adeò, vt omnem curam diſponendi regni tuendique reijcerent. Hoc eſt, quod ait in ſuperiori libri parte:* Non cœptæ aſſurgunt turres: non arma iuuentus Exercet: portusve; aut propugnacula bello Tuta parant: pendent opera interrupta; minæque Murorum ingentes, æquataque machina cœlo. *Hæc de Didone. Aeneæ verò reprehenſio fuit; quòd in alienis commorans regnis, commoditatem ſuam negligebat. quam partem, ex Iouis perſonâ, Vergilius non multò pòſt pleniſſimè proſecutus eſt.* HÆC paſſim dea fœda virûm diffundit in ora.] *non dea fœda vbi enim quid ſecius admiſſum in hominum ſcientiam venerit, turpiùs, quàm admiſſum eſt, carpitur. Interea definitionem famæ repetamus, quàm poëta interponendo fecit hyperbaton: & eum textum in duas partes abſciſſum poſuit; & minùs attentus facit errorem.* FAMA, *inquit,* malum, quo non aliud velocius vllum Mobilitate viget, vireſque acquirit eundo.] *Et citò, inquit, ambulat, & fit fortior. vires enim non perdit; ſed acquirit. nam contrarijs iuuatur; vtpote monſtrum.* PARVA metu

primò:

primò : mox ſeſe attollit in auras: Ingrediturq; ſolo, & caput inter nubila condit.] *Veteres omnes multis incorporalibus nomina dederunt, & formas, & nonnulla pro numinibus habuerunt: Victoriam ſcilicet, Concordiam, Diſcordiam, Furorem, Somnum, & cætera ſimilia. ita & Famam, & corporalem eſſe voluerunt, & deam, vt ipſe Vergilius hoc loco ait:* Hæc paſſim dea fœda virûm diffundit in ora. *Huc addidit & corpus, & corporis incredibilem mobilitatem, & loquacitatem ſatis effuſam, nihilq; occultantem. Hoc amplius: vt non tantum veritatis ſit nuntia, verùmetiam veris falſa commiſceat: illam monſtri eſſe genus, natam ex terrâ cum Gigantibus; volatu alarum vigere; & pedum celeritate; aurium quoq; ſenſu; & oculis quamplurimis ſemper vigilantem; loquentem plurimis linguis; nullo tempore habentem requiem; noctu diuq; volitantem atq; currentem; explorantem de ſummis locis, quid ſinguli agant, quidve loquantur: magis praua & ficta, quàm vera nuntiantem: Idcirco dixit:* ILLAM terra parens, irâ irritata deorum, Extremam (vt perhibent) Cœo Enceladoq; ſororem Progenuit, pedibus celerem, & pernicibus alis. Monſtrum horrendum, ingens: cui quot ſunt corpore plumæ, Tot vigiles oculi ſubter, mirabile dictu) Tot linguæ, totidem ora ſonant, tot ſubrigit aures. Nocte volat cœli medio, terraq; per vmbrã, Stridens: nec dulci declinat lumina ſomno. Luce ſedet cuſtos, aut ſummi culmine tecti, Turribus aut altis, & magnas territat vrbes: Tam ficti prauique tenax, quàm nuntia veri. Hæc tum multiplici populos ſermone replebat, Gaudens: & pariter facta atque infecta canebat.] *Parua eſt, inquit, fama, cùm metus increuerit. Tunc metus eſt, cùm de perſonis prioribus incipit loqui. Sed eadem dicit: Primò parua eſt metu. & conſtat, eam poſtea non timere; ſed, ſumere augmentum. Denique ſequitur:* MOX ſeſe attollit in auras, Ingrediturque ſolo, & caput inter nubila condit.] *Ingreditur ſolo hoc eſt, ambulat in ſolo; vt ſit integra locutio. Vt autem oſtenderet, monſtrum eſſe, vltra inæſtimabilem formam: Pedes, inquit, habet in terrâ; & capite tangit cœlum.* Quòd ait, Vt perhibent, *morem proprium tenuit: vt in fabuloſis quippe & incredibilibus non ſe faciat autorem. Hoc dictum ſit de famæ diffinitione. Nunc redeamus ad reliqua, quæ eadem fama per infinitos paſſim loquendo peruulerat.*

Turribus aut altis: & magnas territat vrbes:
Tam ficti prauique tenax; quàm nuntia veri.
Hæc tùm multiplici populos ſermone replebat
Gaudens; & pariter facta atque infecta canebat.
Veniſſe Æneam, Troiano à ſanguine cretum;
Cui ſe pulchra viro dignetur iungere Dido.
Nunc hyemem inter ſe luxu, quam longa, fouere;
Regnorum immemores, turpiq; cupidine captos.
Hæc paſſim dea fœda virûm diffundit in ora.
Protinus ad regem curſus detorquet Hiarbam:
Inceditque animum dictis, atque aggerat iras.
Hic Ammone ſatus, raptâ Garamantide nymphâ,
Templa Ioui centum, latis immània regnis,
Centum aras poſuit; vigilemq; ſacrauerat ignem,
Excubias diuûm æternas, pecudumque cruore
Pingue ſolum, & varijs florentia limina ſertis.
Iſq; amens animi, & rumore accenſus amaro,
Dicitur ante aras, media inter numina diuûm,
Multa Iouem manibus ſupplex oràſſe ſupinis.
Iuppiter omnipotens, cui nunc Mauruſia, pictis
Gens epulata thoris, Lenæum libat honorem,
Aſpicis hæc? an te genitor, cùm fulmina torques,
Nequicquã horremus? cæcique in nubibus ignes
Terrificant animos, & inania murmura miſcent?
Fœmina, quæ noſtris errans in finibus, vrbem
Exiguam precio poſuit; cui littus arandum,
Cuiq; loci leges dedimus: connubia noſtra

SER. TVRRIBVS aut altis.] *Per domos regum, propter reſpublicas.* VRBES.] *populos: Id eſt, plebeios. Et oſtendere vult, famæ linguis neminem exceptum, qui non exagitari poſſit.* TENAX.] *In omnibus perſeuerans: Tam enuntiandis falſis rebus quàm veris.* HÆC tum.] *Vel fama talis: vel, hæc facta.* POPVLOS.] *Verùm generaliter; an Tyrios & Troianos tantùm?* GAVDENS.] *Propter inuentam materiam. Et quidam non temporale famæ epitheton,* gaudens, *eſſe volunt: ſed generale; vt multiplici ſermone gaudeat, quo tunc populos implebat.* FACTA atq; infecta.] *Sicut ſequentia indicant. Et eſt quaſi prouerbiale. nam hoc eſt,* Tam ficti prauiq; tenax, quàm nũtia veri. VENISSE Æneam.] *Hæc facta ſunt.* VIRO.] *Marito. vt,* Vir gregis ipſe caper. DIGNETVR.] *Librauit ſermonem, quaſi perſonæ ſuperioris.* HYEMEM inter ſe luxu, quàm longa, fouere.] *Id eſt, nunc hyemem inter ſe fouere luxu, inquantum longa eſt ipſa hyems. Sic in* VIII. Tybris ea fluuium, quàm longa eſt, nocte tumentem lenijt. *Quàm longa eſt, ipſa nox. Veteres* fouere, *pro diu incolere & inhabitare, dixerunt: vt ipſe alibi,* Fouet humum. REGNORVM immemores.] *Hoc fingit. Nã & illi curæ eſt Carthago; & Aeneæ Italia. An quia, quod vna patitur, duobus aſſignat.* TVRPI.] *inhoneſto.* CVPIDINE.] *Veteres immoderatum amorem dicebant. Afranius Neraria:* Alius eſt amor; alius Cupido: amãt ſapientes: cupiunt cæteri. *Plautus cum diſtinctione poſuit:* Cupidon' te conficit, ànne amor? *Quod intelligitur, vehementer illam amare, vel impatiẽter. Ipſe alibi:* Quem Venus Cupidoq; imperat, ſuadet amor. *dicendo,* imperat, *violentiam oſtendit:* ſuadet *addendo, moderationem ſignificat.* DEA fœda.] *Crudelis impia. quod alibi interpretatur,* Eadem impia fama furenti Detulit. IN ora.] *Palàm: vt, antequàm audiat, loquantur. & propriè,* ora. *Terentius:* In ore eſt omni populo. HIARBAM.] *Filium Iouis Ammonis. Liber, vel, vt alij dicunt, Hercules, cùm Indos peteret, & per deſerta Libyæ, hoc eſt, per Xerolibyam, exercitum duceret; fatigatus ſiti, Iouis patris ſui implorauit auxilium: cui ille arietem oſtendit, quem ſecutus ille, peruenit ad locum quendam, in quo aries terram pede ſuo ſcalpſit: è quo loco fons manauit. Vnde factum eſt, vt Ioui Ammoni, ab arenis dicto linguâ Libycâ, templũ & ſimulacrum cum cornibus arietinis conſtitueretur. quod ideò fingitur, quia ſatis eius ſunt inuoluta reſponſa. Aut, quia Libyes Ammone arietem appellant. Alij, hunc Ammonem in luco natum, vbi ſola ouis fuerat, à finitimis inuẽtum dicunt; creditumq; ex Ioue & Oue natum: appellatum Ammonem, ab arenâ; quia ibi tale ſolum eſt. ἄμμος enim græcè Arena dicitur. Alij, inter Cyrenas atq; Carthaginem locũ traditũ fuiſſe, in quo paſtores puerum, arietinis cornibus inſignem, in arenâ ſedentem ac vaticinantem, deprehenderint. Hic ſublatus tacebat; repoſitus loquebatur. mox, cùm è conſpectu hominum ſubitò receſſiſſet, creditus eſt deus. vnde Iouem ideò ibi colere cœperunt, nomine Ammonẽ, quòd in arenâ fuerit viſus.* AGGERAT iras.] *Sup eas, quas habebat ex cõtẽptu.* RAPTA. *Stupratâ, vt,* Rapti Ganymedis honores. *Et,* rapta raptoris mortẽ, vel nuptias optet. GARAMANTIDE nymphâ.] *Et proprium poteſt eſſe, & gentile. Nam Garamantes ſunt iuxta Libyam. A Garamante, filio Apollinis.* CENTVM.] *Finitus numerus pro infinito. Sanè in primo Aeneidis, qui mos ſit templorum conſtituẽdorum, relatum eſt: quæ aut tantùm ſacra ſunt: aut ibi etiam reſpublica adminiſtrari auſpicatò poteſt. Hic ergo templa tantùm ſacra declarat, cùm ſubiungit,* Centum aras poſuit, vigilemq; ſacrauerat ignẽ. Excubias diuûm æternas, pecudumq; cruore:

Digitized by Google

A cruore; quibus scilicet & sacratio ageretur. & nihil de publicis rebus actũ aliquã narratione subiungit. Alij templũ dicunt, non solùm quod potest claudi; verùmetiã quod palis aut hastis, aut aliquã tali re, & lineis aut loris, aut simili re septũ est. Amplius vno exitum in eo esse non oportet, cùm ibi sit cubiturus auspicans. ARAS posuit.] Per præteritũ perfectum intulit. SACRAVERAT.] Per præteritũ plusquamperfectum. At è contrario, Multà vastabat cæde; Et, Ardentesq; auertit. Alibi simile schema per tepora; Ipse oratores ad me, &c. cùm sceptro misit; mandat, &c.] Et, Mactat binas de more bidentes; Vinaq; fundebat pateris. VIGILEM ignem.] Vtrùm, ad quẽ vigiliæ agebantur, an perpetuum? EXCVBIAS diuûm æternas.] Diffinitio est æterni ignis. Quid est ignis peruigil? excubiæ deorum. Quod significat, sine intermissione fieri sacrificia, atq; excubare per diẽ & noctem: vt dicimus, quotidie in officio esse. Non ergo, apud quas dij excubant; sed, quæ dijs excubantur. Et sciendũ, non vacare ratione, vt in aliquibus templis sit ignis peruigil. Nam potestates aut terrenæ sunt, aut aëriæ, aut ætheriæ. sed quia æther ignis est; ideò in ætheriarum potestatũ templis ignis est, vt reddatur eis imago sui elemẽti. Est autẽ in templo Iouis, qui æther

B est: & Mineruæ, quæ supra ætherem est. Vnde patris de capite procreata esse dicitur. VARIIS florẽtia sertis.] Alijs atq; alijs; ac sic perpetuo tempore. ISQVE amens animi.] Et amator, & barbarus. &, Amẽs animi; vt, Sæuit inops animi. Sanè Amens animi, nominatiuum pro genitiuo posuit. num ergo amentis animi? AMARO.] Quòd audierat sibi prælatum Aenean. Amaro, Aspero: vt, Hostis amare quid increpitas? MEDIA inter numina diuûm.] Ac si diceret; & dijs testibus. vt Sallustius; Quæ medius Fidius verũ licet mecũ recognoscas. Id est, sis dictis medius Fidius, Id est, Διὸς υἱὸς, Iouis filius, id est, Hercules. Medium, dixit testẽ. Sanè multi Munera legunt, hoc est, in mediã precatione deorũ. & est inuidiosius, si inter munera, quæ ipse sacrauerat. MANIBVS supinis.] Iuxta rationẽ, Nam inferos demissis ad terrã manibus inuocamus; vt Homerus inducit Altheam, matrẽ Meleagri, manibus in longum porrectis. vt ipse alibi, Passis de littore palmis. Cœlestes, leuã ad cœlum: vt modò. & alibi: Duplices tendens ad sidera palmas. SVPPLEX orãsse.] Hæc allocutio partim precationẽ habet: vnde ait, supplex: partim conquestionem: vnde ait, orãsse. Orãsse autem, dixisse. Vnde oratores dicti. nam Rogare non procedit; quia

C conqueritur magis. IVPPITER omnipotens.] Epitheta, quæ cõmemorationẽ potentiæ habẽt, interdum exprobrationis vim obtinẽt; vt hoc loco. MAVRVSIA.] Maura. nam protẽsio est nũc. Cœlius; Maurusij, qui iuxta Oceanũ colunt. NVNC epulata.] Pro epulans: participium. & benè dixit; dum in epulis est: Quasi celebrantibus eius sacra, tanta iniuria acciderit. Officia enim in deos, licet æternã habeant gratiã; & spectent tam præteritũ, quàm futurũ; tamẽ in præsenti plus valent. Semper autẽ, propter hospitalitatẽ, Ioui libabatur. Et bene cõqueritur; quia humanas res ne tum quidẽ curat, cùm ei sacrificatur. LENÆVM.] Bacchicũ. Nam Liber Lenæus dicitur, quia lacubus, hoc est, torcularibus, præest; id est, ἀπὸ τῶ προισάναι ληνοῖς. Nec potest dici Lenæus, à mẽtis delinimẽto: cùm sit à Græco tractũ, ex calcatorio, ἀπὸ τῶ ληνῶ, hoc est, lacu. ASPICIS hæc.] Id est, talia. Et hoc sensit: itáne talia aspicis, nec vindicas? FVLMINA torq.] Vel intorques; vel gubernas. NEQVICQAM horremus.] Quia nõ iudicio hæc facis: Quia nõ punis malos. & superuacua, horremus; aut quia existimamus, ea nõ emitti manu tuâ. An nequaquã, pro nõ? vt sit, Tu fulmina nõ torques. CÆCIQVE ignes.] Non quia non videntur: sed quorũ origo nõ apparet. An quorũ rationẽ ignorãtes timemus? Alij enim de vẽtis dicũt fieri; alij de nubibus; alij de aëre fulmẽ. Iuuenalis: Nõ quasi fortuitu, nec ventorũ rabie; sed Iratus cadat in terras & vindicet ignis. IN nubibus.] Ac si diceret; nõ ex te fiunt. Si enim errãt; tuo nõ reguntur imperio TERRIFICANT animos & inania murmura miscẽt.] Latenter secundũ Epicureos locutus est.

FOEMINA.] Inuidia sexus, contemptu inferioris. & iam incipit specialis cõquestio. Est autẽ ordo: Fœmina errans, quæ in nostris finibus vrbẽ posuit. Et est exaggeratio: primũ, quòd precio; deinde, exiguã de incertis legibus. PRECIO.] Vt ostẽdat, eam nec meruisse per gratiã; nec inuasisse virtute. Et, si vendidit, quid cõqueritur? Scilicet aut de fraude factã per coriũ; aut ex nuptiarũ promissione. Aut, exiguam precio, pro, exigui precij. LITTVS.] Nõ ait, agros, sed littus, terrã mari vicinã, vt suprà diximus. Modò etiã infertilẽ sibi, & angustã vult ostẽdere. Hoc est: talẽ illi dedimus terrã, quæ nulli esset necessaria; quã tamẽ contẽta fuit. ARANDVM.] Videtur illud attingere moris antiqui: quòd cũ conderetur noua ciuitas, tauro & vaccâ, ita vt vacca esset interior, à magistratu muri designarẽtur. Nã ideò ad exaugurãdas vel diruendas ciuitates aratrum adhibitũ; vt eodẽ ritu, quo cõdita, subuertãtur. Horatius: Imprimeretq; muris hostile aratrũ. LOCI leges dedim⁹.] Aut quã tributariam fecimus; aut cui ideò ciuitatem concessimus: vt in nostrũ veniret matrimonium; vt iusta ira sit. CONNVBIA.] Hic nu produxit; cùm alibi corripuerit. vt, Connubio iungã stabili. NOSTRA.] Pro, mea. Nobilium est autem hic sermo. Sic Numanus; En qui nostra sibi bello connubia poscunt. Sallustius; Nos in tantâ doctissimorum hominum copia.

VERI.] nuntia veri & ficti est fama. CANEBAT.] de Didone & Aeneâ. FOVERE.] hyemale tempus luxui dare. QVAM.] quantũ est ipsa hyems longa. Videtur longa hyems, propter frigus. DETORQVET.] fama. CENTVM aras.] Aegypti Iouẽ appellant Ammonẽ, arenarium: & Græcè ἄμμος arena dicitur. Liber pater, cùm per arida Libyæ exercitũ duceret siti laborantẽ, fertur precib. ab Ioue patre petijsse opẽ. apparuit in medijs arenis aries, cornu effodiens terrã; vnde fons emanauit. hoc in loco religio templũ Ioui erexit; quem appellant Ammonẽ, arenarium; & Garamanticũ; & Nasamonium; & æstuosum, ab æstu cumulatæ arenæ in Syrtibus. Ferunt olim euolãsse duas columbas nigras è sinu Veneris; & alterã sedisse in quercu Dodonæi Epiri; alterã hic inter cornua arietis. Herodotus ait, fuisse fœminas barbaras à Phœnicibus venditas. finxẽre aues; quia barbari non loquuntur, sed vt aues garriunt. Templum hoc Qu. Curtius multis versibus describit. Habitãt illic Ammonij; quibus proximi sunt Garamantes. Iarbas filius erat Ammonis, & nymphæ Garamantidis. Centũ erãt in tẽplo aræ, cũ effigie arietis. sed Iarbas patri Ioui per regna sua erexerat 100. tẽpla in tẽplo, ignis est sempiternus. MAVRVSIA.] id est, Maura. è Mauritaniâ efferebatur citrum, ad delicias mensarum. ideò nunc dicit, pictis toris: id est, citris. LENÆVM.] Lenæus Bacchus, ἀπὸ τῶ ληνῶ, id est, lacu. Bacchus præest lacubus. Lacus, vbi exprimuntur vuæ. FVLMINA.] sunt ignes, concepti in corporibus frigidarum nubium. Nunc indignatus obijcit Ioui: Potẽne pati tantum scelus? iam non timeris. NEQVICQVAM.] quia non iudicio hoc facis. LEGES.] vt, tantum acciperet terræ; quantum corio bubulo circundaret. POM. Sabi.

DEA fœda virûm diffundit in ora.] In antiq. aliquot exempl. Diffudit, præterito tẽpore, habetur. EXCVBIAS diuûm æternas.] Vetusta quædã exemplaria legunt, Excubiasque deûm æternas. An te, genitor, cùm fulmina torques, Nequidquam horremus?] in vetustis aliquot exempl. legere est, Annæ genitor. Verùm in plerisq; Ne absque diphthongo notatum est. VAR. Lect.

PROTINVS ad regẽ cursus detorquet Hiarbam; Incenditq; animũ dictis, atq; aggerat iras.] Si poëticè, & ita, vt positũ est, intelligamus; instruxit eum fama, atq; iras eius agitauit. quæritur, vtrùm quas fecerat; an quas apud Hiarban inuenerat? Melius est intelligere, quas inuenerat: quia dixit, Exaggerat. Faciliùs. n. excitatur in iracundiã maiorẽ, qui habet animũ ex eâdẽ causã cõmotũ. Hiarbas quidẽ, qui fuit in Didonis petitione contemptus, eòq; maximè alienigenã meruisset; quòd ipse impetrare non valuit, debuit acriùs commoueri. Sin extra poeticũ textũ quæramus intellectũ simplicem; cùm Hiar- DON.

bas audisset, rumoribus sparsis, Aeneam, ex longinquis partibus venientem, sibi proximo, & (vt ipse arbitrabatur) potiori, esse prælatū; vehemēter motus est. In his enim vel maximè causis intoleranda repulsa est; quæ tunc magis sentitur, cùm inferiorem putamus nobis esse prælatum. Interea ostendamus hyperbaton, quod diximus factū. descriptionē enim famæ, tunc positam, vnâ descriptione diuisit. Hanc si subtrahas, erit vna narratio. EXTEMPLO Libyę magnas it fama per vrbes. *sequi debet:* Protinus ad regē cursus detorquet Hiarbā. Hic Hammone satus, raptâ Garamātide nymphâ. Templa Ioui centū latis immania regnis Centū aras posuit, vigilemq; sacrauerat ignem; Excubias diuûm æternas, pecudumq; cruorem, Pingue solum, & varijs florentia limina sertis.] *Hiarbas (vt Vergil. posuit) natus ex Ioue Hammone, (constat enim Ioues plurimos fuisse) habuit Garamantidem vxorem; non legibus acceptam; sed raptu interueniente quæsitam. Africæ quippe finibus proximi ferūtur esse Garamātes. Hic in finibus suis, ac per omnes regni sui partes, centum templa formæ amplissimæ constituerat Ioui; atq; aras totidem, vigilemq; ignem, hoc est, qui semper nutrimentis necessarijs fotus extingui non potest, proindeq; excubias dijs continuas exhiberet. Illius autem tanta veneratio fuit, vt hostiarum cruore assiduo pingue esset solum.* VARIIS florentia limina sertis.] *non tamen dixit, cuiusmodi sertis; sed quum dixit,* florentia limina, *varietatem sertorum, splendido vsus locutionis genere, ostendit ex floribus fuisse diuersis.* ISQVE amens animi, & rumore accensus amaro, Dicitur ante aras, media inter numina diuûm, Multa Iouem manibus supplex orâsse supinis. *Media inter numina; quasi præsentibus testibus dijs.* Iuppiter omnipotens, cui nunc Maurusia pictis Gens epulata thoris

Lenæum libat honorem, Aspicis hæc? an te, genitor, cùm fulmina torques, Nequicquā horremus? cæciq; in nubibus ignes Terrificant animos, & inania murmura miscent? *Iuppiter, inquit, quem omnis hæc regio veneratur, si vides mala, quæ geruntur in terris, cur tibi non displicent? cur hæc fieri sinis? aut, si non vides, & non ex te mittūtur fulmina, quæ homines terret, cur coleris? cur nō te vniuersi contēnimus? Hæc fuerunt principia eius, qui loquebatur amens animi, & rumore accensus amaro. Ecce ostendimus, habuisse amaritudinem animi, quam cumulauerat fama. proinde duplici ratione commotus, talibus causis à principio positis, ipsam iam prosequitur causam, approbatione personarum; vt indignum asserat factum.* FOEMINA, quæ nostris errans in finibus vrbem Exiguam precio posuit; cui littus arandum, Cuique loci leges dedimus.] *Tulit se nomine & dignitate personæ; & ait,* Fœmina: *quasi abiectis sexus. nam Terentius ita ex iracundi senis personâ ait:* Tu, inquam, mulier, quæ me omnino lapidem, haud hominem putas. *Addidit secundum conuicium:* Quæ nostris errans in finibus, *hoc est, peregrina & vagam.* Vrbē exiguam precio posuit. *nō quòd verè exigua fuisset; sed talem dicere debuit, qui deformātis animo loquebatur.* Precio posuit, *quæ adhuc sedē non habuisset. Nos ergo ei exiguum spatium vendidimus; vt hoc genere ostenderet, nouam dominam deferre potioribus & originalibus incolis, & prioribus dominis, debuisse.* CVI littus arandum, cuiq; loci leges dedimus.] *Colona, inquit, nostra, & sub nostris legibus degens. Hæc non sunt omnia pro veris accipienda; quæ amens fundebat, quæ iactabat inimicus, quæ clamabat iratus.* A B

PARITER facta atq; infecta canebat.] *In hominem, falsa veris intermiscentem.* ADR. Bar.

Reppulit, ac dominum Æneam in regna recepit.
Et nunc ille Paris, cum semiuiro comitatu,
Mæoniâ mentum mitrâ, crinemq; madentem
Subnixus, raptu potitur: nos munera templis
Quippe tuis ferimus, famamq; fouemus inanem.
Talibus orantem dictis, arasq; tenentem,
Audijt omnipotens; oculosq; ad mœnia torsit
Regia, & oblitos famæ melioris amantes.
Tùm sic Mercurium alloquitur, ac talia mandat.
Vade age, nate, voca zephyros, & labere pennis;
Dardaniumq; ducem, Tyriâ Carthagine qui nunc
Exspectat, fatisq; datas non respicit vrbes,
Alloquere, & celereis defer mea dicta per auras.
Non illum nobis genitrix pulcherrima, talem
Promisit, Graiûmq; ideò bis vindicat armis:
Sed fore, qui grauidam imperijs belloq; frementē
Italiam regeret, genus alto à sanguine Teucri
Proderet, ac totum sub leges mitteret orbem.
Si nulla accendit tantarum gloria rerum;
Nec super ipse sua molitur laude laborem:
Ascanione pater Romanas inuidet arces?
Quid struit? aut quâ spe inimicâ in gente moratur?
Nec prolem Ausoniam, & Lauinia respicit arua?
Nauiget. hæc summa est, hic nostri nuntius esto.
Dixerat. Ille patris magni parère parabat
Imperio, & primùm pedibus talaria nectit
Aurea, quæ sublimem alis, siue æquora suprà,
Seu terram, rapido pariter cum flamine portant.
Tùm virgam capit. hac animas ille euocat Orco

SER. DOMINVM.] *Vt superiùs,* Liceat Phrygio seruire marito. *Est autē de iure, quasi per coëmptionē. Coëmptio verò, certis solennitatibus apud priscos peragebatur, in contrahendo matrimonio, & sese coëmendo inuicē vir & vxor interrogabāt. Vir ita; An mulier sibi materfamiliâs esse vellet. Illa respōdebat; velle. Itē, mulier interrogabat, virùm vir sibi paterfamiliâs esse vellet. Ille respondebat; velle. Itaq; mulier in viri manum cōueniebat: & vocabantur hæ nuptiæ per coëmptionem; & erat mulier materfamiliâs viro, loco filiæ. Vel,* dominū, *maritū; vt alibi dominam, vxorem;* Hi dominā ditis. *& est quasi vehemens accusatio; Me maritum respuit; & Aeneam, non virū; sed dominū, recepit.* PARIS.] *Similis Paridi. & est iniuria à personâ. Probrosis enim, non lenibus verbis, veteres conuicia dicebant. vt Sallustius;* Tyrannumq; exciuitam maximâ voce appellans. *Bene autem* Paris; *quasi qui sustulit alij matrimonium pactum. sic Iuuenalis;* Et caluo seruiret Roma Neroni. *Cui similis, per iniuriam, Domitianus erat.* SEMIVIRO comitatu.] *Vt,* O' verè Phrygiæ! neq; enim Phryges: *Id est, effeminati. Et bene nō solū regi, sed & socijs conuiciū facit. Sanè quidā tradunt, iure hoc in hPryges dictū; ab ipsis enim ferūt cœpisse stupra puerorum.* MÆONIA mitrâ.] *Lydiâ; quâ vtebantur &*

Phryges, & Lydij. MITRA.] *Hoc est, incuruo pileo: de quo pendebat etiā baccatū tegimen. Sanè, quibus effœminatio crimini dabatur; etiā mitra eis adscribebatur. multa enim lectio mitras propriè meretricū esse, docet. Ergo ex habitus qualitate mutuatur inuidiam. nam eum nō tam effœminatū, velut meretricem, appellat; quod est nimici, nō mulieris tantùm; sed etiam meretricem vocat eum, sicut suprà dictū est, alios insectetur, dicens:* O' verè Phrygiæ! neq; enim Phryges. CRINEMQVE madentē subnixus.] *Crinem vnguentatū subnixū & subligatū habens. Aut subnixus, fiduciâ elatus.* RAPTV potitur.] *Stupro fruitur. Nam propriè Raptus, est illicitus coitus. Nec.n. hic rapuerat.* TEMPLIS quippe tuis.] *Ac si diceret; Non mirū, si hæc patimur te colentes. Sic suprà ad irrisionem dictum;* Iuppiter omnipotens: *ac si diceret, Tu es qui potes omnia.* FOVEMVS inanem. *Aut quia frustra te credimus mundi esse rectorē: aut quia me tuū filium esse cōfido.* Fouemus *autē, auxiliamur, quasi rem p se infirmā.* ORANTEM.] *Pernoctantē, non precantē, vt suprà dictū est;* Talibus orabat Iuno. ARASQVE tenentē.] *Veteres, Asas dicebānt, postea immutatā S in R, Aras dixerūt; sicut Valesios Valerios, Fusios Furios.* Quod Varro, libro *quinto Rerū diuinarum, plenius narrat. Necesse enim erat, à sacrificantibus teneri;* C

quod si

Digitized by Google

A *quod si non fieret, Dijs sacrificatio grata nō esset. Quod plenius intelligi voluit, gratum hoc esse numinibus; subiungendo,* Arasq; tenentē Audijt omnipotens. OCVLOSQVE ad mœnia torsit.] *Vt inde pellat Aeneam. nec videatur esse contrarium, quia turbātur omnia, Ioue Africā respiciente. Nā vtrumq; à turpi liberat famā.* OBLITOS famæ melioris amantes.] *Oblitos & eos dicimus, qui aliquid negligunt; vel quibus aliquid excidit: vt hoc loco: & id, quod de memoriā excidit; sed figuratè: vt,* Nunc oblita mihi tot carmina. Famæ *autē* melioris: *Hoc est,* Neque enim specie famâve mouetur. VADE age, nate.] *Singulis verbis, & iubētis, vt* Vade; *& hortantis, vt* Age; *& blandientis, vt* Nate; *expressit affectum.* VOCA Zephyros.] *Aut quibus Aeneas nauiget. vnde est,* Nec Zephyros audis spirare secundos. *aut quia vehebant Mercurium: vt,* Ventosq. secabat. *Item,* Rapidoq. pariter cū flamine portāt.] DARDANIVMQVE ducē.] *Ordo est: Dardaniumq; ducē alloquere.* TYRIA Carthagine.] *Quasi homini iratus, ciuitati epitheton patrium dedit.* Carthagine *autē, pro Carthagini: & pro aduerbio in loco, de loco posuit. sic Horatius;* Romæ Tybur amnem, ventosus Tybure Romam: *pro, Tyburi.* EX-

B SPECTAT.] *Moratur, deterit tempus.* NON respicit vrbes.] *Non cogitat: cùm illum necesse sit ad Italiam nauigare.* CELERES.] *Pro, celer, vel celeriter.* NON illū nobis.] *κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus.* PVLCHERRIMA.] *Epitheton perpetuum; nec non ad præsens negotium pertinens.* GRAIVMQVE ideò bis vindicat armis.] *Alij dicunt, bis, semel à Diomedis singulari certamine: in quo à Diomede percussus est saxo. Iuuenalis;* Vel quo Tydides percussit pondere coxam Æneæ. *Iterum in excidio: sicut legimus;* Descendo, ac ducente deo: *&,* Hoc erat alma parēs. *Alij dicunt, propter Diomedis & Achillis certamina singularia contra Aeneam. Sed quando cum Achille dimicauit, à Neptuno liberatus est:* Quādo cū Diomede, *à Venere. Potest tamen, quod pro Venere fit, à Venere factū videri. Sic.n. Iuno imputat Veneri, quod pro eá factū est, dicēs:* Tu potis in totidē classes conuertere Nymphas. *Potest etiam & alter esse sensus. Nam Troia antea ab Hercule, qui & ipse Græcus fuit, capta est: vt intelligamus, iam tunc Aeneam natum fuisse. Nec enim multum temporis interfuit: cùm constet, Priamo tunc ab Hercule imperium traditum.* VINDICAT.] *pro Vindicauit. &*

C *quædam ideò præsenti pro præterito tempore ponuntur, ad maiorē significationem figurandā; vt,* Vel qualis equos Threissa fatigat. *1. Georg.* Cœumq; Iapetumq; creat. *Vt è contrario præteritum tempus, ad exprimendam celeritatē: vt,* Suras incluserat auro: *&,* Exijt ad cælum ramis felicibus arbos. *&* Vidicat, *eripit; vt,* Qui in libertatem vindicat, *id est, eripit seruituti.* GRAVIDAM imperijs.] *Quasi parituram imperia. vel, Vnde multi Imperatores possent creari: vt,* Hinc populum latè regem. *Ideò autem* grauidā *ablatiuo iungitur: quia etiam* grauis illâ re *dicimus. Vnde est huius origo sermonis. Sic Plautus in Amphitryone;* Vxor tua non pueroi sed peste grauis est. *Alij hunc ordinē volunt; Sed fore, qui Italiam, grauidā bello, frementem imperijs, regeret.* BELLOQVE frementem.] *Exceptis temporibus, quibus à Latino regebatur: vt,* Longâ populos in pace regebat. *Nam aliâs bellicosa fuit Italia.* ALTO.] *Illustri, nobili.* PRODERET.] *Modò protenderet, & propagaret. Propago autem, si genus significet;* pro *breuis est: vt,* Sit Romana potens Italâ virtute propago. *Si de arbore dicat;* pro *longa est: vt,* Flexos propaginis arcus Exspectent. *Prodere sanè, significat & occulta detegere; vnde Proditores dicti; & decipere, vel perdere: vt,* Vnius ob iram Prodimur. *& est in infinitum hæc λέξις πολύσημος. Plautus;* Nam illud, quod dat, perdit; & illi prodit vitam ad miseriam; cùm de paupere loqueretur. SVPER sua laude.] *Id est, pro suâ laude. & Græcum est schema. sic enim Demosthenes, ὑπὲρ τοῦ στεφάνου, Id est, pro coronâ.* MOLITVR.] *Præparat, aut exercet.* ASCANIONE.] *Propter illud, quod frequenter diximus, ipsi imperium deberi. Ideo autem hoc asserit Poeta: vt, laudando Iulum, Cæsarem laudet; quòd ab eo originem ducat: vt,* Iulius à magno demissum nomen Iulo. ROMANAS inuidet arces.] *Honestior elocutio est, si addamus, quam rem inuidemus: vt,* Liber pampineas inuidit collibus vmbras. INIMICA in gente.] *Præoccupat, quasi præscius. nam nondum inimica est.* NEC prolem Ausoniam.] *Vt in sexto;* Nunc age, Dardaniam prolem quæ deinde sequetur Gloria. *Vel quia de Lauiniā Siluium habuit.* HÆC summa est.] *Id est, mei præcepti collectio: Hoc est totum, propter quod mitteris. Iuuenalis:* Ad summam, non Maurus erat, nec Sarmata, nec Thrax. HIC nostri nuntius.] *Pro talis. vt,* Manibusque meis Mezentius hic est: *&,* Hunc ego te Euryale, aspicio; *pro talem.* PARERE parabat.] *Non respondit, quasi numen inferius sed dictis obtemperat. Vt,* Paret amor dictis caræ genitricis. *Sanè hic locus Homeri est, 1. Odyss. ὣς ἔφατ', οὐδ' ἀπίθησε διάκτορος ἀργειφόντης, αὐτίκ' ἔπειθ' ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα, ἀμβρόσια, χρύσεια τά μιν φέρον ἠμὲν ἐφ' ὑγρὴν, ἠδ' ἀπείρονα γαῖαν ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο. εἵλετο δὲ ῥάβδον, τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει, ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει, τὴν μετὰ χερσὶν ἔχων πέτετο.* TALARIA nectit.] *Mercurius ideò dicitur habere pinnas: quia citiùs omnibus planetis in ortum suum recurrit. Vnde & velox, & errans inducitur: vt,* Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes. TVM virgam capit.] *Id est, caduceum: quod primò Apollo habuit, & donauit Mercurio, acceptâ ab eodē lyrâ sibi traditâ. Sic Horatius;* Fraternaq; humerum lyra. *Huius autē virgæ hæc est ratio. Mercurius, & orationis deus dicitur, & interpres deorum. Vnde virgâ serpentes diuidit, id est venena. Nam Serpentes ideò introrsum spectantia capita habent: vt significent, inter se legatos colloqui & conuenire debere: quia bellantes interpretum oratione sedantur. Vnde, secundùm Liuium, legati pacis, caduceatores dicuntur. Sicut enim per Feciales bella indicebantur; ita pax per caduceatores fiebat. Quibus caduceis duo mala adduntur: vnum Solis; aliud Lunæ. Sanè in ipsis serpentibus hæc opinio est. Mercurius hæc tam fera animalia cōcordat; nos quoq; concordare debere certum est. ἑρμῆς autem Græcè dicitur, ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας: Latinè interpres. Sanè Caduceum posteà inuentum dicitur. virga verò, insigne potestatis est: nam ideò eâ & magistratus vtuntur; dicta, quòd dirigat. Hac & vates plerunque vtuntur: vnde & Circe videtur homines mutâsse; vt,* Aureâ percussum virgâ. *Et hodieq́; tam athletarum, quàm gladiatorum certamina, virgâ dirimuntur. & præfecti gentium Maurarum, cùm fiunt, virgam accipiunt & gestant.* ANIMAS] *Pro vmbris: secundùm poeticum morem. Animæ enim in cælo sunt: vt,* Visa dehinc cælo facies delapsa parentis. *Huius autem rei ratio, alterius est scientiæ.*

PARIS.] *raptor. similis Paridi Aeneas in rapinâ.* SEMIVIRO.] *Detrahit Phrygibus: nam apud eos multi Galli erant, propter Cybelem.* MÆONIA.] *Phryges & Lydi mitrati sunt. Lydia, prouincia est Asiæ minoris, quæ Mæonia dicitur. effœminatum dicit Aeneam.* QVIPPE tuis.] *Indignantis verba. Non mirum si hæc patimur: quia te colimus, te veneramur.* FAMAM.] *frustraq́; credimus te gubernare Numidam: vel ego tuus filius non sum.* FAMÆ.] *pudicitiæ & pudoris.* ZEPHYROS.] *quibus nauiget Aeneas: aut qui vehant te Mercurium.* EXSPECTAT.] *terit tempus.* GENITRIX.] *Venus.* VINDICAT.] *& ideò vindicat bis Aeneam à Graijs armis: aut quòd bis cum Diomede congressus fuerit; aut quòd etiam cum Achille pugnauit. Neptunus liberauit eum, quando cum Achille pugnauit.* GRAVIDAM.] *ab latitudine orbis terrarum.* RERVM.] *vt stirps sua imperat orbi.* LAVINIA.] *Lauinia venit littora; dixit in secundo carmine primi* POM. Sabi.

ne primi libri. TALARIA.] calciamenta sunt cum alis. Caduceus, est virga cum duobus serpentibus; ob Mercurij ferentis caduceum similitudinem. Oratores autem, apud historicos, dicuntur caduceatores. VIRGA.] caduceus. Apollo caduceum Mercurio donauit, tempore quo ipse à Mercurio lyrâ donatus est.

VAR. Lect. TVNC sic Mercurium alloquitur.] In antiquis aliquot Tum habetur. NON respicit vrbes.] In Oblongo libro, & in Mediceo, Perspicit: In aliquot alijs. Prospicit, habetur. GENVS alto à sanguine Teucri.] In libris plerisque veteribus, absque à præpositione scriptum est, Genus alto sanguine, venustate haudquaquam pari. HAC animas ille euocat Orco.] In Longobardico quidem exemplari Vocat esse videtur; sed si accuratiùs inspiciàs, Ill' vocat, more Græco per Apostrophen scriptum deprehendes.

DON. CONNVBIA nostra Reppulit, ac dominum Æneam in regna recepit.] Et personarum, & facti comparationem faciens, ait, Recusauit nostra cōnubia. Nostra quòd ait, in pronomine meritum personæ, quasi melioris & potentioris, expressit. Deinde connubij commemorationē fecit, vt ostenderet, in causa honestā postulatā, repulsam remittere maluisse: susceptum aūt Aeneam, dominū potiùs, quàm maritum. Huius obtrectationi subiungit; vt fatiet indignitatem facti, cum eius deformatione, quem se contempto dolebat admissum. ET nunc ille Paris.] Per originalis hominis illicitum factum, crimen inuentum est, cuius Aeneas abijceretur inuidiā, cùm nō sit similis causa. Quando ille alieni matrimonij rapuit fœminam; Aeneas autem viduæ videbatur esse coniunctus, & ei, quæ nubendi & eligendi; quem vellet, liberum habuisset arbitrium. Sed quid facimus? more hominum, qui in vltione, conuiciorum etiam falsa componunt. CVM semiuiro comitatu.] Ecce iam maledictorum iniuria, non in Aeneam solùm; sed in omnes Troianos extenditur. Semiuiros quippe appellauit vniuersos: hoc est, duos præferentes sexus; ambos ex semissibus constantes; quibus nihil est deterius: vtpote qui corpore præferant virum; animo tamen & corruptione, cultu quoque, fœminas imitentur. Dat quoque coniecturale argumentum, quo probet infames; & ipsum præcipuè ad eiusmodi crimen detineat, in quo omnis cardo doloris & causa constabat. MÆONIA mentum mitrâ, crinemq; madentes Subnixus.] Quem cùm videas, ait, censeas esse mulierem: mitra illi quippe, & vsq; ad mentum crines madentes, vt fœminis. RAPTO potitur.] Hoc est, coniunctione quæsitā per violentiam; & tamē, cùm sit tantis ludibrijs obnoxius, ego repulsam merui, & cessit præda raptori. NOS munera tēplis Quippe tuis ferimus; famàq; fouemus inanem.] Quando, inquit, alia vides & probas; nō tuis cultoribus, sed alienigenis proderi incassum tuis tēplis ferimus dona; & numen putamus esse, quod nō est. Ecce & ipsum, qui ad hanc partē necessarium putabat, lædit: quod facit amentiæ malū, & doloris impatiens animus. cui nonnunquā datur venia: quoniam mentis interueniente corruptione peccatur. Deniq; ipse Iuppiter commotus nō est sicut & ipse poëta monstrauit, dicēs: TALIBVS orantē dictis, arasq; tenentē, Audijt omnipotens.] Quàmuis contumeliosis dictis rogantē; tamen, quia tenēdo aras deuoti officium testabatur, hunc Iupiter audijt. OCVLOSQVE ad mœnia torsit Regia, & oblitos famę melioris amantes.] Ad, bis accipitur: vt sit, Torsit oculos ad mœnia; & ad eos qui amoribus vacant, reiectis partibus honestatis & commodis. Nusquam sic vitia amoris expressa sunt, vt in hoc libro. vbi enim amor interuenerit; nihil præter libidinem cogitatur; non vtile aliquid quæritur; commoditas nulla, honestas nulla tractatur: subit negligentia omnium rerum; negotia differuntur; officia languent: sic in obliuionem veniunt omnia, quasi vniuersorum commoditas actuum in solo amore consistat. TVM sic Mercurium alloquitur, ac talia mandat: Vade age, nate, voca Zephyros, & labere pennis.] Vade, quasi officium pedū necessarium significat. A & postea dixit: Vade age, nate, voca Zephyros, & labere pennis.] Cùm igitur Vade & labere diuersum sit; quomodo potest intellectus cū suâ integritate discerni? Vade, inqt, voca Zephyron; & cū flare cœperint, pennis labere. pennæ enim ventorū flatu tardiores sunt: accepto aūt ventorū adiumento, in celeritatē nimiam concitantur, & totâ maturitate ad destinata perueniūt. DARDANIVMQVE ducē Tyriâ Carthagine, qui nūc Exspectat, fatisq; datas nō respicit vrbes, Alloquere, & celeres defer mea dicta p auras.] Dixit, Vade; dixit, hoc ipsum Vade quâ facilitate possit impleri. Voca, inquit, ventos, & pennis labere. Dardaniū, inquit, ducē: ne incertū Mercurius haberet, ad quem mandata illa essent perferenda. Designauit Iupiter etiam locum, dicens: TYRIA Carthagine qui nunc Exspectat, fatisq; datas non respicit vrbes, Alloquere, & celeres defer mea dicta per auras.] Ille est, inquit, ad quem te mitto; qui consistendum apud Carthaginem inutiliter putat; nec in animo habet, quæ illi terræ fataliter attributæ sint. Quod de Carthaginis municipijs hic strictum dictum est; in mandatis infrà positis pleniùs dicit. Et celeres defer mea dicta per auras sic ait: Mando, vt ad ipsum mandata mea totâ celeritate B perueniant. Consideremus, cuiusmodi verbis vsus sit Iupiter. Vade, imperatiuum est. age, hortatiuum. Cum imperatiuo autē, religiosum & pium connectit, Voca, labere, alloquere, defer: quæ imperatiua sunt, quorum alia spectant ad personam patris, regis verò alia, vt ille duplici necessitate constrictus voluntatem patris implere, & regis. NON illum nobis genitrix pulcherrima talem Promisit, Graiùmque ideò bis vindicat armis: Sed fore, qui grauidam imperijs, belloque frementem Italiam regeret, genus alto à sanguine Teucri Proderet, ac totum sub leges mitteret orbem.] Quòd ait, Talem, hoc significat, amatorem desidiosum, negligentem, obliuiosum. Post hanc vituperationem sequitur plena laudatio. Non idcirco, inquit, bis euasit infortunia patriæ suæ, vt Carthaginem foueat, & apud ipsam otio & luxuriæ vacet; sed vt feroces Italiæ populos domet, & pullulantia imperia virtutis suæ maiestate compescat; repetatq; orientem patriam, & genus Teucri, cum omni orbe, feliciore fortunâ conseruet. ad hanc felicitatem natus est; ad hoc illum genitrix sua suscepit, & aluit. Hæc cùm dicuntur, quod solum possit illi contingere, cui tanta prosperitas debeatur; rectè commotus est Iuppiter; non iam propter Hiarbæ querimoniam; sed propter eum, qui, cessando a- C pud Carthaginem, spem suam probatur deseruisse. Vt autem illum etiam inuitum iuberet excludi; addidit cumulum laudis eius, quum dicit: AC totum sub leges mitteret orbem.] constabat enim, ante Romanum imperium, quod ab Aeneâ sumpsit initium, regna fuisse nullis legum nexibus iuncta; ac per hoc futurum, vt, perdomitâ Italiâ atque possessâ, Aeneas totum orbem sub leges esset, fortunâ suffragante, missurus. Si nulla accendit tantarum gloria rerū, Ne super ipse suâ molitur laude laborem; Ascanione pater Romanas inuidet arces? Quid struit? aut quâ spe inimicâ in gente moratur? Nec prolem Ausoniā, & Lauinia respicit arua? Nauiget; hæc summa est, hic nostri nuntius esto. DIXERAT.] Si nulla, inquit, eum agit futuri temporis spes; nec excitatur rebus lætis; nec contemplatione laudis aliquem laborem molitur: hoc est, Si torpens otio non vult laborare pro gloriâ suâ; & contra institutum naturæ faciens, inuidet filio imperium tantum; QVID struit? aut quâ spe inimicâ in gente moratur?] quid fouet æmulam? quid struit cū inimicâ? NEC prolē Ausoniā, & Lauinia respicit arua?] Ex personâ Iouis bene processit. quoniam futura nouerat, & ventura bene habuit cognita. NAVIGET.] si illam, inquit, in obliuionem duxit; non licet hic immorari; sed inimicæ Carthaginis exclusus finibus, Nauiget. HÆC summa est, hic nostri nuntius esto.]

manda-

Digitized by Google

A *mandatorum, inquit, hæc ſumma eſt:* hic noſtri nútius eſto. *Hæc eſt concluſio definita præcepti: vt relinquat Carthaginem nauigando: & hoc ſolum ei volo nunciari. Conferenda ſunt, quæ Hiarbas in inuidiam contulit: & quemadmodum hæc acceperit Iupiter: ne remaneat illud, vt in excluſione Aeneæ Hiarbas vindicatus eſſe videatur. nam non ita eſt. Iupiter quippe (vt ſuprà dictum eſt) magis indè commotus eſt: quòd Aeneas in obliuionem quodammodo veniſſet Italiæ: & conſulentis officio Mercurium miſit, qui ad meliora & propria truderet ſegnem. Proinde, ſi omnia Iouis ipſius verba conſiderentur; nihil Hiarbæ contemplatione inuenietur mandâſſe Mercurio; nec ad illius aliquam culpam pertinere poterit, qui Carthaginis finibus excludi præceptus eſt.* DIXERAT.] *Iupiter ſcilicet. completâ autem iuſſione, in ſummâ ſubiungit, quos actus habuit Mercurius.* ILLE patris magni parēre parabat Imperio; & primùm pedibus talaria nectit Aurea, quæ ſublimem alis, ſiue æquora ſupra, Seu terram rapido pariter cum flamine portant. Tum virgam capit; hac animas ille euocat orco Pallenteis, alias ſub tartara triſtia mittit; Dat ſomnos adimitq́;, & lumina morte reſignat. Illâ fretus agit vētos, & turbida tranat Nubila.] *Poſt dicta patris, Mercurius, vt iuſſa potuiſſet plenâ exſecutione cōplere, neceſſaria vſibus ſuis adhibebat; quorū adminiculis adiutus, & volare poſſet, & commodâ poteſtate ad deſtinata contendere.*

ADR. Bar. PEDIBVS talaria nectit.] *Vſui fuerit, ſi quem indicabimus fugam adornare. Poteſt etiam de eo dici, qui ſe parat ad opus aliquod peragendum.*

Pallenteis; alias ſub triſtia tartara mittit:
Dat ſomnos, adimitq́;, & lumina morte reſignat.
Illâ fretus agit ventos & turbida tranat
Nubila: iamq́; volans apicē, & latera ardua cernit
Atlantis duri, cœlum qui vertice fulcit:
Atlantis, cinctum aſſiduè cui nubibus atris
Piniferum caput, & vento pulſatur, & imbri:
Nix humeros infuſa tegit; tum flumina mento
Præcipitant ſenis, & glacie riget horrida barba.
Hîc primùm paribus nitens Cyllenius alis
Conſtitit: hinc toto præceps ſe corpore ad vndas
Miſit; aui ſimilis, quæ circùm littora, circùm
Piſcoſos ſcopulos, humilis volat æquora iuxta.
Haud aliter terras inter cœlumq́; volabat,
Littus arenoſum Libyæ, ventoſq́; ſecabat,
Materno veniens ab auo Cyllenia proles.
Vt primùm alatis tetigit magalia plantis,
Æneam fundantem arces, & tecta nouantem
Conſpicit: atque illi ſtellatus iaſpide fuluâ

SER. LVMINA morte reſignat.] *Claudit, perturbat. Et eſt illud, quod Phyſici dicunt, pupillas, quas in oculis videmus, morituros ante triduum nō habere: quibus nō viſis, eſt ſumma deſperatio.* B *Hoc ergo dicit,* reſignat: *hoc eſt, aufert ſigna luminibus: id eſt, ſignorū, quibus quæq; noſcunt, intellectū tollit. Cicero, Reſignare, pro auferre, in oratione pro Archiâ ait;* Gabinij, quãdiu incolumis fuit, leuitas; poſt dānatior ē calamitas, omnē tabularū fidē reſignâſſet: *hoc eſt, abſtuliſſet. Alij tradunt, Reſignare, vetuſtè ita dictū; vt nos Aſſignare dicimus pro damno; vt eſt apud Catonē in Lucium Furium;* De aquâ quod attinet, ad ſalinatores ærarios, cui cura vectigaliū reſignat. *& Idē in oratione;* Ne ſpolia figerētur, niſi de hoſte capta: ſed tum, vbi ij dimiſſi ſunt, reuertātur reſignatis vectigalibus. AGIT C vētos.] *Non vocat, aut trāſit. nam ſequitur,* Et turbida tranat. *An ergo ducit atq; moderatur? vt,* Mulcentē tigris & agentē; *vnde & Pædagogos dicimus. An excludit ac pellit? vt,* Ac mēbris agit atra venena. *An ſequitur? vt,* Palantes Troas agebat. *An, ante ſe agit, ne reflectant: vt,* equos agit. *nam dixit,* Rapido pariter cū flamine portant. *An agit, in actu eſt: vt, Salluſtius;* Inter certamina dominationis aut libertatis agit. TRANAT.] *Tranſuolat: vt,* Nare per æſtatem liquidam ſuſpexeris agmen. APICEM, & latera.] *Bene ei, quæ ſunt hominis dat. Nam & humeros, barbam, mentū, ſenem, dicit: Hîc aūt Atlas rex fuit, qui habuit ſicut quidā volunt, iuxta Aethiopas pomarium; in quo mala aurea naſcebantur, quæ Heſperides & inſomnis Draco cuſtodiebant. Hic cùm audiſſet à Themide antiquiſſima dearum vate, cauendū eſſe à Iouis filio, qui ea poma quandoq; ſublaturus eſſet; & præ timore nullū ſuſciperet: audito, quòd Perſeus Iouis eſſet filius, ſuſcipere eum hoſpitio noluit. à quo in montē conuerſus eſt, viſo Gorgonis capite. Vt aūt in primo diximus, peritus aſtrologiæ fuit. Nam & ſyderū curſum deprehēdiſſe dicitur, & Herculē docuiſſe. Sanè Latinè Atlas Telamon dicitur; ſicut Nilus Melon.* ATLANTIS.] *Aetheris & Diei filius; cui pœnæ gratiâ cælum impoſitū dicitur; quòd, vt quidam volunt, cū Titanibus ſteterit.* DVRI.] *Laborioſi. & meritò, qui cælum ſuſtinet. Vnde ait,* fulcit, *hoc eſt ſuſtinet. propter altitudinem; nam altus eſt nimis.* ATLANTIS, cinctum.] *Repetitio, cū emēdatione & actu.* NIX.] *Niuis facit. ſed verbum* Ninguit *non hinc venit: ſed ab eo, quod eſt, hæc Ninguis, & hæ Ningues. Lucretius;* Albas effundere Ningues. *Ninguit autē, primâ perſonâ caret, & ſecundâ: quia non eſt in noſtro arbitrio; ſed ad Deū pertinet. Fabula aūt talis eſt. Nilus Callirrhoēn Oceani filiā, amabat. ex his nata puella, nomine Chione: quā rure vitam agentē, Iupiter à Mercurio ſoli, & nubibus miſceri præcepit. vnde factū eſt, vt niues, quæ cadunt, Græcè χιόνες appellētur: quæ tamē niues, repræſentantes virginis, & vita priorem, mores ſib. magis inhærēt. Ideò aūt candentes niues ſota caūrūt: vt oſtēdant, puellā iniuriam, quā pertulit, à ruſtico vindicare.* PRÆCIPITANT.] *Vt,* Nox humida cælo Præcipitat; *id eſt, præcipitatur.* SENIS.] *Aut propter ætatē: aut alluſit ad niues: vt,* Gelidus canis cum montibus humor Liquitur. RIGET.] *Aut frigida eſt: aut recta. Vnde & vigorē dicimus directionem. Indè eſt,* Veſteſq́; rigeſcūt: *&c.* Diriguêre ocul. PARIBVS alis.] *Leni volatu. vt;* Dixit, & in cælū paribus ſe ſuſtulit alis. NITENS.] *Quidā pro Volens accipiunt. & eſt participiū à verbo Nitor.* CYLLENIVS.] *Aut ab auiâ: vnde paulò pōſt:* Cyllenia proles. *Aut à Cylleno, Arcadiæ mōte, vbi dicitur eſſe nutritus.* TOTO corpore.] *Vno impetu excuſſus. Sic Lucanus;* Nec ſe tellure cadauer Paulatim per membra leuat, terrâq; repulſum eſt, Erectūq; ſemel. AVI ſimilis.] *Incongruum heroico credidit carmini, ſi mergum diceret; vel, vt quidam volunt, Fulicam: vt alibi. Ciconiam per periphraſim poſuit;* Candida venit auis lōgis inuiſa colubris. *Sic eſt,* Et teſtâ cùm ardente viderent Scintillare oleum: *ne diceret Lucernam, nimis tenuiter. Sanè fabula de Mergo talis eſt. Iſacus quidam puer, Nymphâ Alexi præditus, altam eiuſdē fontis Nympham amabat: quæ cùm inſequentem amatorem fugeret, ad quoddam ſpecu delata, calcato ſerpente interempta eſt. quod poſtquā amator vidit, in mare ſe præcipitauit: cuius cùm membra ferrentur fluctibus, miſeratione deorum in auem mergum mutatus eſt. quia ſemper mergi fluctibus gaudent. Eſt autem & hoc Homericum:* σεύατ' ἔπειτ' ἐπὶ κῦμα λάρῳ ὄρνιθι ἐοικὼς, ὅς τε κατὰ δεινοὺς κόλπους ἁλὸς ἀτρυγέτοιο, ἰχθῦς ἀγρώσσων πυκινὰ πτερὰ δεύεται ἅλμῃ. PISCOSOS.] *Piſculentos. Cauſa, cur volet.* HVMILIS.] *Humiliter. & tractum eſt ab humo: vt,* Quâ me quoque poſſim. Tollere humo. LITTVS arenoſum Libyæ.] *Bene arenoſum addidit. Nam in Libyâ erat; ſed non in arenoſâ. Mauritania enim, aſpera & ſylueſtris eſt.* VENTOSQVE SECABAT.] *Quia omnis auis in ventum volat; vt,* Illa notos atque atra volans in nubila fugit. MATERNO ab auo.] *Per Maiam, Atlantis filiam.* ALATIS.] *Participium verbo carens.* MAGALIA.] *Afrorum*

caſas. & Mapalia idem ſignificant. ſed Magalia, Ma producit: Mapalia verò, corripit; vt, Ex raris habitata Mapalia tectis. STELLATVS Iaſpide fuluà.] *Gaius Memmius, de triumpho Lucalli,* Syriaci calceoli gemmatum ſtallati coloribus. *Participium ſinè verbo.* Iaſpide *autem* fulua, *pro viridi: vt,* Fuluâq; caput nectentur oliuâ. *Dicit etiam Plinius in naturali hiſtoria, multa eſſe iaſpidum genera: in quibus etiam fuluum commemorat. Hoc & Didymus & Nicander affirmant. Alij tradunt, Iaſpidem in Smaragdum tranſire.*

POM. Sabi. SVB tartara.] *Mercurius eſt qui ducit ad tartara, & euocat ab inferis animas: & qui dat & eripit ſomnum; & claudit lumina morientibus.* RESIGNAT.] *claudit.* ATLANTIS duri.] *Atlas mons eſt Mauritaniæ, teres & excelſus. eius cacumen cerni non poteſt. ferè à medio monte nubes incipiunt. hyeme & æſtate niuem habet, vt meminit* Herodotus. *Columnam cœli indigenæ appellant. ab eo populi incolentes Atlantes dicuntur, qui nullo veſcuntur animante. Suetonius Paulinus, dux Romani exercitus, ad cacumẽ Atlãtis peruenit; vt Plinius meminit. quidã aiunt, Atlantem ſuſtinuiſſe cœlum cũ Hercule. Atlas monitus oraculo erat, vt caueret à Iouis filio: ex quo nullum hoſpitio ſuſcipiebat. Perſeus, Iouis filius, indignè hoc ferens, oſtendit ei caput* Gorgonis; *& ſtatim Atlas in montẽ conuerſus eſt. Ennius, Atlantem dixit Telamonem, & Nilum Melonem. In primo libro Silij deſcribitur Atlas.* FLVMINA.] *ex Atlante flumina ingentia oriuntur: inter quæ Nilus. Sunt in Atlante monte arbores, obductæ lanugine; ex quibus veſtes confici poſſent, quales è bombyce. Citrum quoque in Atlante naſcitur.* CONSTITIT.] *tanquam ferus.* SIMILIS.] *ſimilis auiculæ, vno impetu deſilijt iuxta vndas, vt penè pedibus turgeret. ſic volans mergi.* LITTORA circùm.] Quintilianus *ait:* Cæterùm ſcio iam quoſdam eruditos, nõnullos etiam Grammaticos, ſic dicere ac loqui; vt propter quædam vocum diſcrimina verbum acuto ſono finiant; *vt in his,* Circum littora, circùm piſcoſos ſcopulos: ne, ſi grauem poſuerint ſecundam, circus dici videatur, non circuitus. AVO.] *Atlante, patre Maiæ, matris Mercurij.* FVLVA.] *viridi & lucenti. vt alibi:* Fuluâque caput nectentur oliuâ; *cuius frondes fuluęſcunt. Iaſpidis plura genera ſunt apud Plinium. aiunt iaſpidem lapillum facere gratioſum, qui fert.*

VAR. Lect. ALIAS ſub triſtia Tartara mittit.] *In veteribus aliquot libris,* Sub Tartara triſtia, *legitur: mutatis loco dictionibus.* HAVD aliter terras inter cœlũq; volabat. Littus areſum.] *In Oblongo libro, in Mediceo, & aliquot alijs, ſequitur verſus:* MATERNO veniens ab auo Cyllenia proles. Littus arenoſum Libyę, vẽtoſq; ſecabat.] *In plerisq; libris, poſt dictionẽ* Arenoſũ, Ac; *in nõnullis,* Et *reperiri: hoc modo copulatiuã poſtpoſitã;* Littus arenoſum, & Libyæ, vẽtoſq; ſecabat; *vt diſſolutũ membrũ ita aptè connectatur.*

DON. IAMQVE volans apicem, & latera ardua cernit Atlantis duri, cœlum qui vertice fulcit: Atlantis, cinctũ aſsiduè cui nubibus atris Piniferum caput, & A vento pulſatur; & imbri. Nix humeros infuſa tegit, tum flumina mẽto Præcipitant ſenis, & glacie riget horrida barba.] *Ex occaſione deſcribit Atlãtis ſitũ; & cũ ſit mons; tamẽ, quia hominis habuit nomẽ, hũc aſsignat ſub definitione humani corporis. Volãs, inquit, Mercurius cernebat latera duri Atlãtis.* Dũrũ *dixit, propter ſaxa mõtis; & qui perdurã naturã roboris cœlũ vertice ſuo ſuſtinere potuiſſe; & ferre. Deniq; ſequitur:* Cœlũ qui vertice fulcit: *vt oſtenderetur, quid ſit,* Duri. *Dixit ergo,* Durũ; *dehinc dixit,* Cœlũ qui vertice fulcit; *vt altiſsimũ quoq; monſtraret, vſq; adeò, vt ſuo vertice ſuſtineat cœlũ. & hoc ad intellectum poteſt accedere; verticem ipſius eſſe ſuperi item potuiſſe: niſi hunc cœli magnitudo preſſiſſet.* ATLANTIS, cinctũ aſsiduè cui nubibus atris Piniferum caput, vento pulſatur & imbri.] *Videbat Atlantis latera; videbat humeros; videbat & cinctũ; videbat & caput eius piniferũ, quod aſsiduè imbribus pulſaretur, & vẽtis.* Piniferũ caput, *aut criſpum; quia tanquã de homine loquebatur: aut arbores pineas in cacumine habentẽ; quia reuerà mõtem deſcribebat.* NIX humeros infuſa tegit.] *cùm nõ dicit aliquibus temporibus; oſtendit, hunc perpetuis niuibus abundare.* B TVM flumina mento Præcipitant ſenis, & glacie riget horrida barba.] *Niues ipſæ, aut congelatæ rigebant; aut diſſolutæ vertebantur in flumina. Expreſsè dixit,* Præcipitant: *aliter oſtendi non poterant.* ET glacie riget horrida barba:] *& hic riget tale eſt; quale eſt,* Nix humeros infuſa tegit: *vt ſemper rigere videatur* Senem *verò rectè appellauit. vel quòd mons eſſet antiquus; vel quòd Mercurij auus eſſe diceretur, vel quòd ſemper canus eſſet ex niuibus.* HIC primùm paribus nitens Cyllenius alis Conſtitit; hìc toto præceps ſe corpore ad vndas Miſit.] *Non fruſtra pares alas miſit: alarum enim remigium conſtare non poteſt, niſi fuerint pares. Mercurius igitur, ad partes Carthaginis tendens, hìc primùm conſtitit. nec mirum: non debuit enim præterire montem, qui aui ſui nomine conſecratus eſſet; & qui, ex occaſione vrgentis tranſitus, neceſſarius fuerat & opportunus.* AVI ſimilis, quæ circùm littora, circùm Piſcoſos ſcopulos, humilis volat æquora iuxta.] *Sic Mercurius ſe ad vndas miſit, vt ſolent aues; quibus* C *eſca piſcis eſt, & propter explendam famem volant iuxta vndas & littora.* HAVD aliter terras inter cœlumq;, Littus arenoſum Libyæ, ventoſque ſecabat, Materno veniens ab auo Cyllenia proles.] *Auium more inter terras cœlumq; ſuſpenſus, littus Libyæ arenoſum, vẽtoſq; ſecabat Mercurius, veniens ab auo materno, hoc eſt, Atlante.* VT primùm alatis tetigit magalia plantis.] *mox vt venit ad loca, in quibus Aeneas fuerat.* ÆNEAM fundantẽ arces, ac tecta nouantem Conſpicit.] *vidit Aeneam fundantem arces, ac tecta nouantem. Vidit, inquit, non oculis; ſed animo: exiſtimans ipſum eſſe nouorum operum conditorem. Cæterùm noctis fuerat tempus, quo ille dormiebat.*

ENSIS erat.] *Enſem, pro vaginã poſuit. Et multi Iaſpidem volunt ad gratiam pertinere. Alij, ad ſalutis cuſtodiã pluriműi poſſe. Ergo neceſſaria Aeneæ in rebus trepidis, qui inter ignotas & bilingues deuenerat gentes. Traditur etiã, hanc gẽmam concionantibus, neceſſariam. nam Græcus eã dicitur in concione ſæpe vſus: & hic Aeneas, quaſi regni particeps, in publico, velut in concione, à Mercurio corripitur. Bene ergo hic ei habitus datur: ne cum*

Enſis erat, Tyrioq; ardebat murice, læna
Demiſſa ex humeris; diues quæ munera Dido
Fecerat, & tenui telas diſcreuerat auro.
Continuo inuadit: Tu nunc Carthaginis altæ
Fundamenta locas, pulchramq; vxorius vrbem
Exſtruis? heu regni, rerumq; oblite tuarum!
Ipſe deûm tibi me claro demittit olympo
Regnator, cœlum & terras qui numine torquet:
Ipſe hæc ferre iubet celeres mandata per auras.
Quid ſtruis? aut quà ſpe Libycis teris otia terris?
Si te nulla mouet tantarum gloria rerum;
Nec ſuper ipſe tuâ moliris laude laborem;
Aſcanium ſurgentem, & ſpes hæredis Iũli
Reſpice; cui regnum Italiæ, Romanaq; tellus
Debentur. Tali Cyllenius ore loquutus,

Tyrij, aut, vt profugum aſpernarentur; aut obedire, vt aduenæ, nollent. Sanè bene deſcribit luxuriantis enſem. aliter 12. Aen. Fatiferumque enſem, &. Enſem Quẽ Dauno ignipotens. *Hìc capulum aut vaginam: at in illis ferrum. Sed peritus poëta, cùm amatoris luxuriantis vaginam deſcribit, alias etiam inſeruit rationes, cur iaſpidẽ dixerit.* LÆNA.] *Genus veſtis. Eſt autem propriè toga duplex; amictus auguralis. Cicero:* Sacrificium publicum

Mortales viſus medio ſermone reliquit,
Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.
At verò Aeneas aſpectu obmutuit amens,
Arrectæq; horrore comæ, & vox faucibus hæſit.
Ardet abire fugâ, dulceisq; relinquere terras,
Attonitus tanto monitu, imperioq; deorum.
Heu quid agat? quo nunc reginā ambire furentem
Audeat affatu? quæ prima exordia ſumat?
Atq; animum nunc huc celerem: nūc diuidit illuc,
In parteſq; rapit varias, perq; omnia verſat.
Hæc alternanti potior ſententia viſa eſt.
Mneſthea, Sergeſtūq; vocat, fortemq; Cloanthū:
Claſſem aptent taciti, ſocioſq; ad littora cogant,

A cum cū lænā faceret. *Græcè χλαῖνα. Alij amictum potius dum alij togā duplicem, in quā Flamines ſacrificant infibulati. Quidam tradunt, bene ſibi hoc Veneris habitum lænæ datū; quia hunc ſibi amictum genus Veneris vindicauit. vnde populi Lænates, propter hunc habitū; qui ſe de Veneris genere ortos volebant. Alij, Inuentorem huius veſtis, ab hac ipſā veſte, Lænatē appellatū tradunt. Quidā muliebrē veſtē, quaſi amatori aptā, volūt. Quidā Pontificalē ritū hoc loco expoſitū putāt. Veteri.n. religione Pontificū pcipiebatur inaugurato Flāmini, veſtē, quæ Læna dicebatur, à Flaminicâ texi oportere: quā veſtē cū cultro, quæ ſeceſpita appellabatur, geri debere. Seceſpita autē eſt culter oblōgus ferreus, manubrio eburneo, rotūdo, ſolido, vincto ad capulū, argēto auroq; fixo, clauis æneis: quo Flaminicæ
B virgines Pontificeſq; ad ſacrificia vtūtur: eaq; iā ſacra eſt. Appellatur autē Seceſpita, à ſecando. Hic ergo Vergilius in Aenea quem ſacratum intelligere vult, omnia ſupradicta latenter amplexus eſt. Nam inaugurationis meminit, cùm dicit: Paribus nitens Cyllenius alis: &, Aui ſimilis: &, Volat æquora iuxta. oſtendit enim, Aeneam auſpicatò, & à Carthagine iuſſum abire. Togam autem duplicem, quam purpuream debere eſſe non dubium eſt, hoc verſu declarat: Tyrioq; ardebat murice læna. Seceſpita autem, quoniam gratum non erat ipſius nominis facere mētionem, ita meminit: Stellatus iaſpide fuluâ Enſis erat. Enſem ergo, pro cultro longiore debemus accipere: ſtellatum autem, pro, acutis ancis vinctum. Iaſpidem autem ideò intulit, ne totus à rege diſcedere videretur: cui propoſitum eſt, veterum ceremoniarum ritum aliud agens cōtingere. DEMISSA ex humeris.] Ex qualitate amictus, ornatum amatoris expreſſit. DIVES quę munera Dido.] Non addidit, cuius rei diues: vt alibi, Diues opum variarū: &, Diues equûm, diues pictæ veſtis & auri. Sanè hoc loco docuit, Flamini à Flaminicâ fieri veſtem oportere: cuius
C lænam ipſa per ſe, & nere debeat, & texere. Non enim dixit, fieri iuſſerat, aut miſerat: quod ad expoſitionē nominis pertinet. ET tenui telas diſcreuerat auro.] Oſtendit ipſius manib. textam. INVADIT.] Habitum futuræ orationis oſtendit. Et notandum, non eum tantùm nuntij; ſed etiam caduceatoris, id eſt, oratoris, officio fungi. Nam & perſuadet, & nuntiat. TV nunc.] Tu, inuectio eſt. & nunc, id eſt, hoc tempore, quo tibi nauigandum, vel pro tuâ ſpe laborandum eſt. ALTÆ.] Quā altam vis fieri. LOCAS.] Pro collocas, vel iacis. VXORIVS.] Nimiùm vxori deditus, vel ſeruiens. vt Horatius: Vxorius amnis. EXSTRVIS.] A ſtruice. Plautus in Mænechmis: Tantas ſtruices concinat patinarias. Næuius nominatiuo ſingulari: Struix malorū. HEV regni.] Hic increpat, vt miſereatur. IPSE.] Dat dictis authoritatem: vt, Quæ Phœbo pater omnipotens. Et, Imperio Iouis huc venio. CLARO demittit Olympo.] Olympus, quaſi ὁλολαμπὴς, ὁ ὅλος λαμπρός, dictus eſt: ſiue mons ſit Macedoniæ, qui dicitur eſſe diuerſoriū deorū; ſiue cælū. Vnde addidit, claro: vt, Plemmyrium vndoſum. Accentus ſanè Græcus tūc poteſt eſſe, ſi ſit Græca declinatio: vt, ὄλυμπος, ὀλύμπου. Nam Latinè Olympi facit. CÆLVM & terras.] Omnem mundū. TORQVET.] Vtrum quia mūdus volubilis eſt? an Torquet, regit, ſuſtinet? vt, Cuncta tuo q bella pater ſub numine torques. NVMINE.] autem eſt, aut nutu, aut poteſtate. HÆC.] Quæ dictus eſt. Nā ſuprà dicta ex ſe dixerat. QVID ſtruis.] Vtrum ædificas? an moliris? an incipis machinari? QVA ſpe Libycis teris otia terris.] Terra totū orbē ſignificat: terræ autem partes ſunt. TERIS.] Per negligentiā tempora conſumis, & eſt verbū ad ignauiā poſitū. Salluſt. Ibi tri-

ennio fruſtra trito. Et cùm Iupiter dixerit, Inimicâ in gēte moraris: adhuc non dixit, quæ nō eſſet intellecturus Aeneas. DEBENTVR.] Honeſtius plurali numero reſpōdit. SVRGENTEM.] Creſcentem: vt, Surgentē in cornua ceruum. Item, Surgenteq; nouę Carthagins arcē. CYLLENIVS.] Antonomaſticum eſt pro proprio. ORE.] Oratione. MORTALES viſus.] Aut oculis ſe Aeneæ ſuſtulit: aut humanā reliquit effigiē, quā ſumpſerat, vt ab Aeneā poſſet videri, quod melius eſt. MEDIO ſermone.] Atqui exſequutus eſt omnia, quæ Iupiter dixerat. Sed ſermo eſt cōſertio orationis, & cōfabulatio duorū vel pluriū. Medius ergo ſermo eſt, cùm pſona, cū quā quis loquitur, nō reſpondet: vt nūc fecit Aeneas. ASPECTV.] Numinis ſcil. vt, Ipſe deū manifeſto lumine vidi, Intrantē muros. ARRECTÆQVE horrore comę.] Subaudi, ſunt. DVLCEISQVE relinquere terras.] Deeſt, quanquā. Per quod intelligi vult, Aeneam amo. vnde eſt, Inuitus regina tuo de littore ceſſi. vt nō videatur ingratus, deorū excuſatur imperio. ſic ipſe in ſexto: Sed me iuſſa deū. ATTONITVS tanto monitu.] Propriè iuxta quem deus miſſus à Ioue ſtetit, à quo & fulmina iaciuntur, quæ attonitos faciunt. Attonitus enim eſt propriè, iuxta quē fulmē cadit. HEV quid agat.] Vt ſolet, perſonis, de quib. loquitur, affectū commodauit: vt, Nono Aeneidos: Heu, quid agat? quà vi iuuenē, quibus audeat armis Eripere? AMBIRE.] Blanditijs vel ſubdolè circūuenire. Et Ambio illam rem, dicimus: vt, Neu cōnubijs ambire Latinū. Salluſt. Ambitio multos mortales falſos fieri ſubegit. Significat & rogare: Salluſtius in Iugurth. Quos ego audio ambire, fatigare vos ſingulos. Dicebatur &, Ambio illum, pro, rogo illum. Salluſtius in primo: Idem fecêre Octauius & Quintus Cœpio, ſinè graui cuiuſquam exſpectatione: neque ſanè ambiti publici: hoc, eſt, neq; valdè rogati. Ambitores etiam dicuntur, qui, vt honores conſequantur, diſcurrendo & rogando ſuffragia adquirunt. EXORDIA.] Orationem: vel hîc pro initijs. Sed exordium in duo diuiditur: in principium, & orationem; ſicut in Rhetoricis legimus. ALTERNANTI.] Varia mente tractanti. Et per hoc oſtenditur, cogitâſſe eum etiam amorem: ſed prætuliſſe voluntatem deorum. VISA eſt.] pro neceſſitate deorum. CLASSEM aptent.] Deeſt præcipit. & Aptent, modò parent: alibi, adnectere: Sed hæc lento mos eſt aptare flagello. TACITI.] Pro, tacitè, ſinè ſtrepitu, celantes cōſilia. SOCIOSQVE ad littora cogant. Ad votum, ſubaudiendum, taciti.

POM. Sabi. LÆNA.] genus veſtis. VXORIVS.] deditus vxori. NEC ſuper.] ſecundùm Apronianum. RELIQVIT.] Mercurius. AMBIRE.] blanditijs circumuenire & decipere. ALTERNANTI.] varianti cogitationem.

VAR. Lect. DEMISSA ex humeris.] In peruetuſtis admodum exemplaribus, Dimiſſa legitur AVDEAT affatu? & quæ prima exordia ſumat?] In nonnullis libris oppidò quàm vetuſtis, non inuenuſtè legitur, abſque particulâ copulatiuâ, Audeat affatu? quæ prima exordia ſumat? MNESTHEA, Sergeſtumq; vocat, fortemq; Cloanthū.] In Mediceo & libris aliquot alijs antiquis, Fortemq; Segeſtum habetur. CLASSEM aptent taciti, ſocios ad littora cogant.] In antiquis plerisq; libris, abſq; particulâ copulatiuâ, legere eſt, Socios ad littora cogant.

DONAT. Denique ſequitur: ATQVE illi ſtellatus Iaſpide fuluâ Enſis erat, Tyrioque ardebat murice, lænâ Demiſſâ ex humeris: diues quæ munera Dido Fecerat, & tenui telas diſcreuerat auro.] Deſcripſit regis

dormientis ditiſſimum cultum. Habuit, inquit, circa ſe gladiũ, gemmarum copiá preciosã diſtinctum: lenã demiſſam ex humeris. quod ſæpè, quum alto ſomno homines detinentur. Hanc, inquit, lænam Aeneæ vſibus dederat Dido: vt amorem ſuum, & diuitias ſuas oſtenderet. Tantũ enim Tyriæ purpuræ atq; auri habuerat illius confectio; itaq; fulgebat: vt, qui hanc vidiſſet, putaret ardere. CONTINVO inuadit.] *Inuectiuã fore dictionem, poëta ipſe pronuntiauit, dicendo*, Continuò inuadit. *nam impatientia commotionem mentis oſtendit: ideóq; acerrimo genere differere conſtituit.* Inuadit *verò ad id pertinet: quia talem perſonã Mercurius Aeneæ repræſentare debuit, qualis illius fuerat, qui mãdauit. Ex præſentibus autem obiurgationi ipſi initium dedit hoc modo:* TV nũc Carthaginis altæ Fundamenta locas, pulchramq; vxorius vrbẽ Exſtruis: heu regni rerumq; oblite tuarum!] *Si meliùs conſideretur mens dictionis iſtius: obiurgatio eſt; non inuectio. Cõmunẽ facit enim cũ vtilitatis ſuæ. Deniq; & dolet, decipi ſpẽ ipſius & filij. quod nõ faceret, ſi accuſatoris animũ gereret. Inter initia, inquit, ſurgentis ciuitatis, inimicæ conſoboles cœpta: & quã naſcentẽ opprimere debueras, ſubleuare cõtendis. Dolenda eſt fortuna tua; quæ contrariũ cupit, cõtrariumq; ſectatur. Arripuiſti curã obfuturã cõmodis tuis; & meliorẽ ſpẽ, pſumptã deſperatione, contẽpſiſti. Imprudẽtis officiũ, aliena ſic curare, vt negligas tua. Spẽ tuã iugulas, huius inſẽtione cõſilij: cũ amorib. indebitis, deditus vxori, quã retinere nõ potes, placere contẽdis. Hæc obiurgatio, vt ab errorib. ſolitis dormientiũ ſecerneretur, & maiorẽ autoritatẽ ſumeret:* IPSE (*inquit*) deũm tibi me claro demittit olympo Regnator, cœlũ & terras qui numine torquet: Ipſe hęc ferre iubet celeres mãdata per auras.] *Suffecerat indicâſſe: à quo eſſet miſſus. ſed cũ notũ eſſet, quantũ Iupiter poſſet: adiecit, inijciẽdi maioris metus causã, poteſtates eius; & quòd illa omnia celeriùs pferri iuſſiſſet: oſtẽdens ex eo, quod dicebatur, maturiùs oportere cõpleri.* QVID ſtruis? aut quã ſpe Libycis teris otia terris.] *Vtriuſq; culpæ iuſtiſſima reprehẽſio. nam ſtruere cõtraria, h.e. trahere vel diſponere, & inimicæ ciuitatis cõmoda ſubleuare, extremæ demẽtiæ eſt. Præponere autẽ otiũ, cũ neceſſaria peragenda ſuperfluãt; negligensis eſt & incauti. Vellẽ, inquit, nôſſe, quã ſpe ducaris: cũ aliena agis; cũ aduerſa diſponis; cũ otio torpẽt, tam neceſſariorũ commodorũ ſollicitudine rejectâ, æmulã tuis rebus prætuliſti ſegnitiem. Dum quæritur, quã ſpe id fieret: proculdubiò nihil in Aeneæ actibus reperiebatur, quod aliquã valeret excuſatione defendi.* SI te nulla mouet tantarum gloria rerum; Nec ſuper ipſe tuâ moliris laude laborem: Aſcanium ſurgentem, & ſpes hæredis Iuli Reſpice; cui regnum Italiæ Romanaque tellus Debentur.] *Certè, inquit, ſi adeò contemnis vtilitatem tuam; & tantarum rerum gloriam ſpernit: expergiſcere aliquando, & officio ſaltem paternæ pietatis admonitus, vel filij partes vtilitatemq; perpende. Debitum eſt Italiæ imperium filio tuo. non debet perire per te, quod non niſi per te ad ipſum poteſt hæreditario iure tranſire.* TALI Cyllenius ore locutus, Mortales viſus medio ſermone reliquit.] *Non exſpectauit reſponſum Mercurius: ſed finem ſuis verbis imponens, antè diſceſſit. Medius ſermo diuiditur, qui exoriri poteſt inter duos vel plures cùm ſibi inuicem proponunt, inuicemq; reſpondent. Hoc fieri Mercurius nõ paſſus eſt: non enim ad hoc fuerat miſſus, vt peractis mandatis referret etiam ipſe reſponſum. Quod igitur eſſe medium potuit, depoſuit, dimiſit, & abſceſſit: vel maximè; quia, ſi aliquid ab Aeneâ vellet audire, vigilanti vox fuerat neceſſaria: quam mortali non licuit habere cum deo.* A *Quod ſi fieri vllo modo permitteretur, aſſiſtere Aeneam partibus ſuis: diceret, ſe vxorium non eſſe; vtpote qui nullam haberet vxorem: hyemis causâ interim apud Carthaginem remanſiſſe, quaſſatis nauibus, & nondum compoſitis: adhuc nauigandi copiam non habere: nullâ ope ſuâ iuuari Carthaginem: filio quoque Iunonem inuidere: & ſe vi maris ad Carthaginem, non voluntate compulſum; cùm iam propè teneretur Italia: nihil ſe ſtruere, hoc eſt, nihil moliri, vel diſponere, quod filij commodis obſtaret. Aut ſuis ſtruere, diſponi, atque tractari, ſignificare, manifeſtum eſt: quia alio loco dictum eſt,* Quid ſtruat his cœptis; *id eſt, quid moliatur tractando. Hæc vtique dicerentur, ſi reſpoſionem hominis deus præſens potuiſſet accipere.* TVM verò Æneas aſpectu obmutuit amens; Arrectæq; horrore comæ, & vox faucibus hæſit.] *Recedente Mercurio, euigilauit Aeneas: cumq; ſecum conſideraret viſa & audita: elinguis effectus eſt; hæſit faucibus vox eius: & comarum mollities, pauore interueniente, dum iaceret, durata eſt. Videamus poſt hæc, quales cogitationes habuerit, monita Mercurij pertractans.* ARDET (*inquit*) abire fugâ dulceſque relinquere terras; Attonitus tanto monitu, imperioque deorum.] *Non inanis deliberatio apud eum* B *fuit; quem conſtabat deorum eſſe cultorem. Cuius rei contemplatione permotus, tractabat non minùs etiam aliam partem. Occurrebat enim Didonis humanitas, & ipſa qualiſcunque coniunctio terræ, iam dulcis ex morâ. cumq; vno ex latere metus diuinæ iuſſionis inſiſteret; ex altero pudor: quid facere deberet in tanto negotio, cogitabat. Conſtabat tamen, Iouis ac Mercurij ſententiam præponendam: quæ faciebat pro vtilitate tractantis; & poteſtatis authoritate cæteris debuit anteferri. Remanſerat igitur conſilij ratio: vtrùm ſciente, an inſciâ Didone, diſcedi deberet, aut poſſet. Hoc eſt quod ait:* HEV quid agat? quo nunc reginam ambire furentem Audeat affatu? quæ prima exordia ſumat? Atque animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc? In parteſque rapit varias perque omnia verſat.] *In his tamen æſtibus animi conſtitutus, quum reuerentia cum pudore contenderet, conſtitit diu exagitatum robore fortiore conſilium: & quod in partes totâ celeritate rapiebatur, cautiore definitione firmatum eſt.* HÆC alternanti potior ſententia viſa eſt.] *Incipit iam dicere, quale conſilium Aeneas in deliberatione delegiſſet: vtpote is, qui in tali causâ non tumultum facere; nec id paſſim, ſed multa diuerſaq; voluendo, ma-* C *turum exitum reperiri debuiſſet.* MNESTHEA, Sergeſtumque vocat, fortemque Cloanthum: Claſſem aptent taciti, ſocios ad littora cogant; Arma parent.] *Vocatis principibus inter ſocios, diſpoſitionum ſuarum ſecreta ſtrictim breuiterq; commiſit: vt pararent nauigia; vt omnes ſocios ad littora vſque compellerent, & pararent arma. licèt cauſæ iſtorum præceptorum dictæ euidentiùs non eſſent: ſignis tamen colligebantur. Non enim in occulto eſſe iam poterat, Aeneam ideò tacita eſſe voluiſſe conſilia ſua; ne imparatos Dido iuberet inuadi: paratis verò omnibus, nullum eſſe metum reſiſtendi; cùm arma præſto eſſent, quibus violentia poſſet excludi. Nõnulli hîc arma, remos, & cætera huiuſmodi, accipiũt: quoniam alio loco ait;* Colligere arma iubet. *Sed hîc vera arma poſuit. nã quod ait,* Claſsẽ aptẽt taciti: *aptari vtiq; nauigia rebus omnib. iuſſit. Arma autẽ certamini neceſſaria ſignificauit eſſe parãda: nouerat.n. quid offẽſa Dido iubere potuiſſet, & hæc cõſilio pueniře cupiebat, cautelam pcurrente.*

SER. ARMA parent.] *Contrà impetum iratæ fortè reginæ.* QVÆ rebus ſit cauſa nouãdis.] *Salluſtius:* Quę cauſa fuerat nouandis rebus. *Non quæ cauſa nouandarum rerum, dicimus.* QVANDO.] *Non eſt hoc loco temporis: ſed ſignificat Siquidem: & eſt coniunctio rationalis. Sanè in* Quando, do *breuis eſt naturaliter. ſic Serenus;* Quando flagella ligas, ita liga. *Virgilius aliter vſurpat:* Si quando Tybrim

Arma parent: & quæ ſit rebus cauſa nouandis,
Diſsimulent: ſeſe interea (quando optima Dido
Neſciat, & tantos rumpi non ſperet amores)
Tentaturum aditus; & quæ molliſsima fandi
Tempora; quis reb. dexter modus. ocyùs omnes
Imperio læti parent, ac iuſſa faceſſunt.
At regina dolos (quis fallere poſsit amantem?)

Præsensit:motusq; excepit prima futuros,
Omnia tuta timens. eadem impia fama furenti
Detulit,armari classem,cursumq; parari.
Sæuit inops animi, totamq; incensa per vrbem
Bacchatur:qualeis commotis excita sacris
Thyas,vbi audito stimulant Trieterica Baccho
Orgia,nocturnusq; vocat clamore Cithæron.
Tandem his Æneam compellat vocibus vltrò:
Dissimulare etiam sperasti perfide,tantum
Posse nefas? tacitusq; mea decedere terrâ?
Nec te noster amor, nec te data dextera quondá,
Nec moritura tenet crudeli funere Dido?
Quin etiam hyberno moliris sidere classem;
Et medijs, properas Aquilonibus ire per altum,
Crudelis? quid si non arua aliena, domosq;
Ignotas peteres? & Troia antiqua maneret?
Troia per vndosum peteretur classibus æquor?
Mene fugis? p ego has lachrymas, dextráq; tuá,te
(Quando aliud mihi iam miserę nihil ipsa reliqui)
Per connubia nostra,per inceptos hymenæos:
Si bene quid de te merui:fuit aut tibi quicquam
Dulce meum: miserere domus labentis,& istam,
Oro si quis adhuc præcibus locus,exsue mentem.
Te propter Libycæ gentes,Numadumq; tyranni,

A Tybrim, vicinaq; Tybridis arua. OPTIMA Dido.] *Pro, adhuc optima.* TENTATVRVM aditus.] *Vt illam adeat: vt*, Sola viri molles aditus, & tempora noras. QVÆ moll.ssima fandi.] *Cato:* Quà mollissimum est adoriuntur. *Et vbique* tentaturum *subaudi.* QVIS rebus dexter modus.] *Quis sit optimus rebus euentus. Vt*, Et nos & tua dexter adi pede sacra secundo: *id est, bonus, ac per hoc propitius: vt læuum pro malo;* Et læuo contristat lumine cælum. Modus *autē, terminus.* OCYVS.] *Velocius. & nota, quòd habeat aduerbiū; & nomē illius nō facilè*
B *reperitur.* LÆTI] *Alacres.fessim* FACESSVNT.] *Modò frequētatiuū est: vt in Georgicis*, Matris præcepta facessit. *Aliâs discedit significat: vt. Terētius*, Hæc hinc facessat; tu molestus ne sies. QVIS fallere possit amantem.] *Quamuis de Didone loquatur, generalem sententiam posuit.* PRÆSENSIT.] *Ac si diceret, ante quàm ille moliretur. & nimia in hoc vis amantis exprimitur.* OMNIA tuta timens.] *Id est, Etiam tuta; nedum illa quæ timebat. & est exaggeratio.* EADEM fama.] *Quæ & Hiarbæ nuntiauerat. Et ideò* impia: *quia suprà*, Fama malum. FVRENTI.] *Aut amanti: aut, detulit vt faceret furentem.* CVRSVMQVE parari] *Modò nauigationem: vt alibi;* Ni teneant cursus. INOPS animi.] *Sine animo, sinè consilio.* BACCHATVR.] *Furit more bacchantium. Et bene vno sermone præoccupauit futu. am comparationem.* COMMOTIS excita sacris.] *Verbo antiquo vsum tradunt. Moueri enim sacra dicebantur, cùm solemnibus diebus aperiebantur templa, instaurandi sacrificij causâ. cuius rei Plautus in Pseudolo meminit:* Scis tu, profectò, mea si
C commouissem sacra; quo pacto & quantas soleá turbas dare. *Quidam dicunt:* Commotis sacris *ideò dixit, quia in sacrorum renouatione commouebantur simulacra. vnde Horatius:* Non ego te candide Bassareum Inuitum quatiam. THYAS.] *Baccha. nam sicut à Baccho Bacchæ, sic & à Thyoneo Thyades dicuntur. Quidam* ἀπὸ τοῦ θύειν, *quod est Insanè currere, dictas volunt.* TRIETERICA.] *Triennalia. Liberi enim sacra, tertio quoq; anno innouabantur. Sanè sciendum*, orgia, *apud Græcos dici sacra omnia: sicut apud Latinos Ceremoniæ dicuntur. Sed iam abusiuè, Sacra Liberi* Orgia *vocantur: vel* ἀπὸ τῆς ὀργῆς, *id est, à furore: vel* ἀπὸ τῶν ὀρῶν, *à montibus, vel siluis.* NOCTVRNVSQVE.] *Noctu celebratus. vnde ipsa sacra, νυκτέλια dicebantur: quæ populus Romanus exclusit, causâ turpitudinis.* CYTHÆRON.] *Mōs est, circa Thebas Boëtias, ex quo clamor, veluti numinis, Bacchas vocabat.* DISSIMVLARE etiam.] *Hic, quasi reus, Aeneas à Didone accusatur. Ingrati ergo dissimulare, quasi ab actu criminis, cœpit. nam qui dissimulat, aliquotiens cogitat. & quasi non sit dubiū, cùm proficiscendo Didonē lædat Aeneas, ita incipit dissimulare, id est, non tantū proficisci; quod est per se malū: sed vt me falleres. Satis artificiosa allocutio est. Nam interdū subtiliter: & sibi cōsulit, sub facie vtilitatis Aeneæ. & nunc irata; nunc supplex agit.* Dissimulare *autē ideò; ac si di-*
SER. *ceret: ita rem pudendā cogitas, vt eam fateri nolis. Suprà enim dixerat;* Quę rebus sit causa nouantis Dissimulēt. *Post illud inducit, quod dictum est; Primū accepisti beneficiū:* Nec te data dextera quondam. *reliqua per singula loca aperiētur.* PERFIDE.] *Muliebre verbū. Hoc enim frequēter vtitur.* Solam nam perfidus ille Te colere. *& alibi:* Has olí exsuuias mihi perfidus ille reliquit. NEFAS.] *Bene amans eius, quē amabat, cōsilium profectionis, nefas dixit.* MEA decedere terrâ.] *Dicendo meâ; stultū ostendit; qui putauit, quòd amanti possit abripere.* DATA dextera.] *I. ei dat amicitiarū.* NEC moritura tenet.] *Secundus locus accusationis est. magis enim augere iniuriā; Non potuit: quā Si se ostēderet.* QVINETIAM.] *Imò etiā; sed insuper. Sed fortè difficile est quod peto; immò quod tu facis. vt*, Quinetiam hyberno vsque ire per altum. HYBERNO sydere.] *Non hyeme; sed hyemali sydere. aut propriè quod vit suprà*, Dum pelago desæuit hyems, & aquosus Orion. *Ergo* Sidere, *aut pro tempore: vt*, Quo sidere terram Vertere Mæcenas. *aut reuerā* Sidere, *propter Orionem. Et bene tempestatis eum admonet, qui naufragus venerat. & hoc agit, quasi non suā causâ eum remanere velit; sed etiā vtilitatis Aeneæ.* MOLIRIS.] *Aut moues: aut paras.* MEDIIS aquilonibus.] *Mediā hyeme: vt per Aquilones hyemem significet. aut, quòd Aquilones ex Africā nauigantibus aduersi sunt.* PER altum.] *Exacerbauit sententiam*, per altū *dicendo: quāmuis notū esset, Aeneā per altum nauigaturū.* CRVDELIS.] *Etiam in te odio mei. Sic Lucanus de Cæsare:* Sæuitia est voluisse mori. ARVA aliena.] *Blandè, quasi hæc iam tua sint.* DOMOSQVE ignotas.] *Ac si diceret: Carthago iam tibi nota est. &, ne hoc responderet Aeneas* Aliena sint arua. *Ideò adiecit*, Domosq; ignotas peteres. *Sed æquum est, te hic esse; & non in tuo regno.* TROIA antiqua maneret?] *Vel nobilis: vel illa tua patria, quā doles amissam. Et deest, Si. &, quasi per interogationē, intelligendū est;* Etiam si Troia staret per hyemē Troia peteretur. MENE fugis?] *Adhuc apertè non vult imputare beneficia: sicut paulò pòst facit irata. Et est intellectus: fac nō esse vndosum æquor; æquū est vt me fugias? & paulatim descendit ad preces. nam sequitur:* Per ego has lachrymas, dextramq; tuam, te: *vel per amicitiam, vel per virtutem, & bene virū fortē p dextrā adiurat.* NIHIL ipsa] *Nō pudorem, non regnū. Et est sensus: Si aliquid sperares, retinere te possem: sed contemnis me, quia tibi ab initio cuncta cōcessi.* PER ego has lachrymas.] *Hæc & vicē epilogi possunt obtinere. Cōtra* illud verò, me dij expellūt, *modò nihil potuit dicere: non enim audierat hoc. sed postea respōdit.* Scilicet is superis labor est, ea cura quietos Sollicitat. *Sed hic rursus redit ad exprobrationē beneficij.* TE propter Libycę gentes, Nomadumq; tyranni Odere, infensi Tyrij te propter eundem.] *Hic aut inconstantiam amātis expressit. aut, quia in causâ nihil potentius erat: vnde cœpit, ibi desiit.* INCEPTOS hymenęos.] *Qui nouitate sūt dulces. & bis idē dixit.* DVLCE meū.] *Tetigit rē inhonestam. Sic:* Seu tibi morigera fuit in reb. omnib. *Alij non accipiunt de venereâ*, Dulce meū; *sed ita: Si ea, quæ in te cōtuli, grata fuerūt & dulcia. Alij pro.* Si ego tibi quicquá dulcis fui: *vel qa amātes, amores suos, dulcia sua dicūt. i. e. si talis in te fui, vt mererer, quā tu diceres tuū dulce.* EXSVE mentē.] *Reijce à te propositū mei relinquēdi.* TE ppter.] *h. e. propter te.* Libicę gētes.] *Rediji ad enūmerationē beneficiorū: et hāc cū auctu explicat. dicēdo mi*

nucat

nicas gentes faciat, dum illis praeponitur. TYRANNI.] *Nihil intererat apud maiores, inter regem & tyrannum: vt,* Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni.

IOM. Sabi. QVANDO.] *siquidem.* ADITVS.] *dicebat se tentaturum aditum, quando Dido non speraret haec.* MOLLISSIMA.] *facilima. Molle, significat facile.* FAMA furenti.] *Apronius ait furentis. sicque intelligit: eadem fama furentis Didonis detulit, armari classem. Ego contrà:* impia, *mala fama, quae suprà detulit ad Iarbam concubitum, defert Didoni, armari classem: & ideò melius,* furenti. THYAS.] *est Thyas sacerdos Bacchi: quae aliter Thyone dicitur.* TRIETERICA.] *Trieteris dicitur tempus trium annorum. tertio quoque anno fiebant sacra Bacchi: quae idem ipse instituit apud Callirrhoën, rediens è triumpho Indico. Trieterica dicuntur haec sacra.* ORGIA.] *apud Graecos appellabantur omnes ceremoniae; & Bacchi praesertim:* ἀπὸ τῆς ὀργῆς: *id est, furore.* CYTHÆRON.] *mons alius, Thebis Boeotijs imminet, in quo sacra Bacchi fiebant: quae à nocturno tempore Nyctelia dicebãtur, & ipse Bacchus Nyctelius.* QVID si non.] *tibi haec nota sunt; & ignota petes? si maneret Troia; hyeme non nauigares.* TVAM te.] Te *legit Apronianus: vt sit,* Per dextram, *id est,* te. *vel deest* te, *melius: vt sit, quando nihil mihi reliqui praeter te: quia perdidi omnem pudorem.* QVANDO.] *siquidem nil reliqui mihi aliud, praeterquàm te.* MENTEM.] *recedidi.* TE propter Libycae.] *Fertur Vergilius hos quinque versus, qui sequuntur, magno affectu pronuntiâsse, praesente Augusto & paucis.*

VAR. Lect. EXCEPIT prima.] *In libris aliquot peruetustis,* Accepit *legitur.* NVMADVMQVE tyranni.] *Non eo inficias,* Nomadum *in libro Longobardico, & aliquot alijs, legi. Sed enim in Oblongo, & in Mediceo,* Numidum *habetur, Latinorum idiomate.*

DON. ET, quae rebus sit causa nouandis, dissimulent.] *Cur (inquit) post speratam cessationem fiant ista: Dissimulent: hoc est, quasi id se simpliciter facere confingant.* SESE interea (quando optima Dido Nesciat, & tantos rumpi nõ speret amores) Tentaturum aditus, & quae mollissima fandi Tempora.] *Diuisit officium agendi inter se ac suos. Illis paratus vrgentissimae nauigationis iniunxit: atque vt praestò forent, arma pararent; tegerentque faciendi causam dissimulatione interpositâ. sibi reseruauit fallendae reginae consilium. Vos, inquit, quae mandaui complete: ego curabo, vt cum reginâ, quae de amore meo secura est, & nihil sperat, quod dilectionem coniunctionis abrumpat, aditus tentem, & suadeam ei contrarium. quando eam vis amoris magna possederit, qui nullam persuasionis rationem admittit, quê in aliquam necessitatem aliena potestas immiserit. Hoc demque est, quòd suprà dixit:* Heu quid agat? quo nunc reginam ambire furentem Audeat affatu? *Quoniam amor nec habet rationem suam; nec admittit alienam: nec cogitat: nisi id quo ducitur, nec potest reijcere, quod non suâ voluntate suscepit.* ET quae mollissima fandi Tempora.] *Occasio quippe temporum, in causis vel maximè durioribus, plurimùm prodest.* QVI rebus dexter modus.] *Obseruationem enim opportuni temporis, dexterea omnia, prosperamque sectantur.* OCYVS omnes Imperio laeti parent, ac iussa facessunt.] *Solus Aeneas inuitus cogebatur ad nauigãdum: quia commorandi solus habuit causam. Hoc est, quod ostendit, dicendo;* Ocyùs: *ne mutaret forsitan voluntatê, si mora interueniret.* IMPERIO parent.] *quoniam id fuerat iussum, quod omnibus fuit optabile, & oportuit fieri. Laeti autem hoc faciebant: quia contra voluntatem apud Carthaginem tenebantur. &, si non pro loco intelligamus; ille est gratus cuiuslibet iussionis effector, qui praeceptis laetus obsequitur. Hoc demque & Terentius tetigit, dicendo:* Nulla est tam facilis res, quàm difficilis fiet, Quam inuitus facias. *Officium enim complendi praecepti, si voluntate suscipiatur; & impletur facilè, & cum laetitiâ perficitur. Quod autem gerit inuitus: & onerosum redditur, quamuis naturâ leue sit: & non conueniente sententiâ fit triste; nec pro iubentis voluntate tractatur.* A AC iussa facessunt.] *iussa affectibus plenissimis complent: in tantùm, vt nihil relinquatur omissum.* AT regina dolos (quis fallere possit amantem?) Praesensit, motusque excepit prima futuros: Omnia tuta timens.] *Expressit amantium morem: semper quippe suspecti sunt, semperque solliciti. Accedebat ad Didonis causam: quia non amata fuerat; sed amabat: nouerat atque, Aeneam peregrinum eâ intentione restiâsse, vt ad Italiam tenderet potiùs; quàm vt perpetuò apud Carthaginem remaneret. Vnde praeter amatorum morem, ipsa cautior fuit. Demque dolos prima praesensit: nullus quippe potest amantis animum & vigilantiam fallere. Amans enim perpetuò ducitur metu, etiamsi tuta sint omnia.* MOTVSQVE excepit prima futuros.] *ideò dolos prima praesensit: quia in causâ suâ ipsa diligentior & cautior fuit. Additur poeticum quiddam, non verum; sed ex occasione compositum: vt, quod astutè ac vigilanter inuenerat, videretur fama nuntiasse.* EADEM (inquit) impia fama.] *Quae Hiarbam dolore commouerat, vt Ioui conflaret inuidiam: ex quâ Aeneas nauigare compulsus est.* FVRENTI detulit.] *Qui furit, integrum mentis non habet statum huic amans comparatur: quoniam à consiliorum omnium integritate depellitur. Furenti igitur famam nuntiâsse* B *commemorat: ea parari, quae proculdubiò noscerentur amori esse cõtraria. Scilicet,* ARMARI classem.] *Quod ipsum solũ ostendere poterat, parari discessum. addidit:* CVRSVMQVE parari.] *Vt ostenderet, nullâ morâ interueniente futuram nauigationem.* SÆVIT inops animi.] *Inops animi est, qui in aduersis citiùs deficit; nec stabili aliquo potest consilio subuenire. Ecce Didoni duplicatum est malum! amantis quippe, & insperato malo commotae, accessit saeuitia, aliaque mentis agitatio.* TOTAMQVE incensa per vrbẽ Bacchatur.] *Augmenta calamitatis sumpsit: vt contemptâ verecundiâ sexus, & honestate regali, per totam vrbem discurreret, more bacchantium. Dabat vires currenti immanissimus furor; qui pudorem matronalis honestatis excluserat. Ferrebatur ergo per totam vrbem, & quasi sacra Liberi patris agerentur, per amentiam bacchabatur, in eum modum:* Qualis commotis excita sacris Thias, vbi audito stimulant trieterica Baccho Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithaeron. TANDEM his Aeneam compellat vocibus vltrò.] *Praeuenti sunt Aeneae tractatus. suprà enim dixit:* Sese interea (quando optima Dido Nesciat, & tãtos rumpi non speret amores,) Tentaturum aditus, & quae C mollissima fandi Tempora. *Ecce Dido, Licèt paulò tardiùs, (quia eam impedierat furor) vltrò ipsum aggreditur. neque enim aliud exspectare debuit; quàm tot animi possederant mala: &, quae fieri nouerat, quod parauerant doli.* Tandem, *pertinet ad furorem: qui Didonis vocem distulerat.* Vltrò, *ob impatientiam doloris. Vocum verò commemoratio, exclamationem futuram significat, progressuram in ingratum: nesciebat enim, facti causam Mercurium peperisse.* DISSIMVLARE etiam sperasti, perfide, tantum Posse nefas? tacitusque meâ decedere terrâ?] *Non à leuibus; sed ab ipsis scelerati facinoris coepit augmentis: dilatans omnem inuidiam arte mirificâ. nam primum crimen fuit, post tot & tanta merita beneuolentiae cogitari perfidiam: deinde, hoc ipsum pro leui ducere. Non enim dissimulatur; nisi quod potest etiam sperni. Sunt ergo interim duo crimina: esse inuentum scelus, & dissimulari potuisse. Addidit aliud:* TACITVSQVE meâ decedere terrâ?] *hoc saltem, inquit, sic discedere, vt gratiam vel verbis referres meritis meis. nam, quid erat, abire tacitum, nisi beneficiorum immemorem confiteri? Vt enim durum est, quenquam non moueri miseratione laborantium: ita sceleratum est, praestitorum immemorem fieri. Semina igitur quaedam plurimorum criminum, intermitta ipatim & summatim congesta, in vnum congregat. Sequenti tamen in parte singula latiùs tractat, docens,*

Digitized by Google

A *docent, quid ſit ſceleris, non reſpondere benefactis. Ad eandem generalitatem pertinet, quod ait:* MEA decedere terrâ.] *in eo enim, quòd dixit, Terrâ meâ, hoc poteſt ſentiri: in qua tibi tanta ſunt præſtita, quæ ſpecialiter dictura eſt: ſed tunc, cùm obſtinatio Aeneæ patuerit. Nunc enim dictio temperata eſt: ne iniuria non reuocet, ſed vrgeat properantem. Interea poſſumus aliter quoq; ſentire, quid ſit* terrâ meâ: *quod illa intelligi potiùs voluit, quàm dici.* Meâ *ergo: quæ te ſuſcepit naufragũ, ſeruauit ignotum, inopem fouit.* Tacitus: *hoc eſt, qui præſtitis vel verborum obſequio non ageret gratias; proindéq; eſſet ingratus: quod eſt admodum inter homines graue, non ſentire beneficium.* Qui *enim non rependit qualemcunq; præſtitis vicem: is monſtrat, aut nihil ſe eorum meminiſſe: aut omnia habuiſſe pro leuibus. Ecce ſuppreſſa ſunt, quæ lædere potuerunt: ea verò, quæ audientis animum vexare non poſſunt, dicuntur apertiùs:* NEC te noſter amor, nec te data dextera quondam, Nec moritura tenet crudeli funere Dido?] *Dicta ſunt tria mollibus verbis: ſed quæ ingrati crimen excitant. Si illa, inquit, vilia non fuerunt, & pro leuibus habes, quæ cum tuis omnibus, beneuolentiâ meâ largiente, conſequutus es: ſpecialia tamen animo tuo inhærere debuerant:* Amor
B *ſcilicet* noſter. *de ſuo ſolo dixit,* noſter: *vt plerunq; fit, quum vnus plurali numero ſe appellat, vt ait Palæmon, quũ ſolus inter duos iudicaret:* Non noſtrum, inter vos tantas componere lites. *& hoc magis probandum eſt: quia ſola amauerat. Aut noſter dixit, vt amor mutuus videretur ex coniunctione interueniſſe: proinde, quod vnius fuit, duobus factum eſſe commune.* NEC te data dextera quondam] *quod fit, cùm coniunctio ipſa perficitur. Poteſt hic & vis hoſpitij intelligi: quoniam alio loco ait poëta:* Iungimus hoſpitio dextras: & tecta ſubimus. *Nouiſſimum, commouendæ miſerationis cauſâ, poſuit, interitum ſuum, dicens:* NEC moritura tenet crudeli funere Dido] *nec cogitaſti, nauigationem tuam crudelem ſecuturum interitum? Prædixit in vltimo mortem ſuam etiam ipſi, amare exiſtimans, & ex eo flecti in miſericordiam poſſe.* QVINETIAM hyberno moliris ſidere claſſem? Et medijs properas Aquilonibus ire per altum, Crudelis?] *Sed cur, inquit, arbitrer te moueri poſſe contemplatione ſalutis: quando tuam quoque pernicioſâ obſtinatione contemnis? vt eiectus naufragio in has terras, quid tempeſtates, quid hyems, & quid ſidera valeant, quam*
C *tamq; perniciem ferant, animo recordante non tractet: ſcilicet tantam crudelitatem profeſſus, vt vtriuſq; ſalutem diuerſo, ſed tamen deteſtabili genere, ſimul velis extingui? Ecce amantis permotio, licèt læſa diſpoſitionibus inimicis; tamen oſtendit, ſe & pro ipſius Aeneæ incolumitate ſuſpectam.* QVID ſi non arua aliena domosq; Ignotas peteres?] *euadas licèt temporis pelagiq; violentiam: quid ſperas futurum, quum aliena rura tentaueris, & quum ad nouos homines veneris? Quis incognitum ſumit? hoc eſt dicere: decepturum eſt te exemplum meum, dum exiſtimas, omnes eſſe beneuolos, ad quoſcunq; perueneris. Hæc dicẽdo, occultè perſuadet, ne relinquat nota; ne deſerat certa, ne ſuſceptã Carthaginis amicitiã fugiat.* ET Troia antiqua maneret?] *Quid faceres, inquit, ſi ſtaret Troia? aut ad notos ire diſponeres? ſecura dicebat: quia nec Troia ſtabat, nec illũ aliquis nouerat.* TROIA per vndoſum peteretur claſſibus æquor?] *Properans forſan reprehendi non poſſes, ſi cum periculo vel ad tua redire velis.* MENE fugis? per ego has lachrymas, dextramque tuam, te (Quando aliud mihi iam miſeræ nihil ipſa reliqui.) Per connubia noſtra, per inceptos Hymeneos: Si bene quid de te merui; fuit aut tibi quicquam Dulce meum: miſerere domus labentis; & iſtam Oro (ſi quis adhuc precibus locus) exſue mentem.] *Quum non, inquit, ſupereſt Troia; neq; ad notos ſis aliquando venturus: oſtendis, nauigationem tuam non aliorum duci deſiderio, ſed odio meo. Quum dicit:* Mene fugis? *hoc intelligendum eſt: cuius beneficia habes, & nullas cauſas offenſæ. Colligit autem multa: & quicquid ad Aeneam flectendum habuit, ſimul effudit.* Quod *ipſum ſummâ cum obſcuritate profecuta eſt: quia confuſa ex plurimis motibus animi loquebatur. Poſuit itaque* Per, *& contexuit omnia: & ſic dixit,* Oro. *Hæc duo non ſunt ſimul accipienda; vt, quæ dicta ſunt, intelligantur euidentiùs: vt ſit, Oro te per lachrymas: aut ego oro, quæ fiduciâ præſtitorum debeo impetrare, quod volo: & flens rogo, quod eſt verum doloris indicium: nec putes has inaniter fundi. Teſtes iſta ſunt pœnarum pectoris mei: & quicquid interna diſcruciat, celare non poſſum. Tantum fidei oculi gerunt: vt latentes angores fletibus probent, & abſtruſas interitus cauſas manifeſtis probationibus prodant.* PER dextramq; tuam te oro] *dictum vel viro forti conueniens, vel amori. ait enim ſuprà:* Nec te data dextera quondam. PER connubia noſtra:] *hoc eſt, per matrimonij fidem te oro; quod eſt mihi tibiq; commune.* Per inceptos Hymenæos *te oro: quod ſignificat, per nuptias noſtras communi conſenſu firmatas. Aſſerit Dido, nuptias non ſolùm illas, quibus adſint plurimi, dici poſſe: verùmetiam, quæ duorum tantùm conuentione, nullo teſte, perficiuntur. Nouerat enim, quo genere in Aeneæ conſortium venerit. & hanc partem munire nitebantur, metuens, ne ſibi obijceretur, quod infrà Aeneas aſſerit, dicens:* Nec cõiugis vnquam Prætendi tædas. *Incepta verò, diſpoſitiones ſunt, vt plurimis locis, & apud plurimos lectum eſt: definitiones animorum ſignificant. vt ipſe Vergilius:* Mene incepto deſiſtere victam? *Et Salluſtius:* Nam talia incepta, ni incõſulto reuertiſſent, reipublicę peſtem factura. *Multos hoc loco trahit pars illa: quòd inter Aeneam & Didonem noua coniunctio agebatur: & ſic* Inceptos hymenæos *intelligunt, quaſi recenti tempore contractos.* Quod *contrà eſt. nam ſi ita eſſet,* cœptos *diceret, non* inceptos. *Certè & animus Didonis inſpiciendus eſt: quæ vult illud, quod paſſim & vulgò factum eſt, matrimonium dici: & Aeneam quærit, conſenſus præiudicio, & coniugij legibus, detinere.* Oro te. SI bene quid te merui, fuit aut tibi quicquam Dulce meum.] *& beneficiorum ſuorum, & affectus coniunctionis ipſius intelligitur tetigiſſe rationem.* Oro te, MISERERE domus labentis.] *commoueat te miſeratio, ne conſumatur memoria nominis mei: ſcilicet ne labentem ſpem meam, adiumento tui abſceſſus, impellas & ſpernas.* ET iſtam Oro (ſi quis adhuc precibus locus) exſue mentem.] *& ſic, inquit, pluribus rogo, vbi adhuc pars aliqua pectoris tui vacat, atque eſt ſpatium, quod meas preces excipiat; indefeſſis viribus rogare non ceſſem. Dixit ſe morituram; vt credatur id poſſe & debere perficere: dicit cauſas, vt Aeneas cauſarum ipſarum cauſa eſſe videatur; & aduertens, in ſe omnem inuidiam corrigi, rogantis precibus acquieſceret.* TE propter Libycæ gentes, Numadumque tyranni Odêre; infenſi Tyrij.] *Propter vnum, inquit, te, & meos omnes, & gentes vicinas offendi: domi foriſq; odium me non fruſtra circundedit. Quum dicit Lybicas gentes, & Numadum tyrannos, tangitq; hominum genus aſperum: ſatis oſtendit, ex offenſa graui poſſe illos crudeliùs & immaniùs commoueri. Supprimit autem quantitatem gentium, tyrannorum: vt infiniti numeri formidinem monſtret. Proinde, inter tot & tales, qualis vita ſperari potuit? aut quis exitus moriendi; cùm poſt imperium aut captiuitas ſperaretur, aut finis infelicisſimæ vitæ?*

III. TE propter eundem.] *Bene ſeruauit rem cauſæ neceſſariam. Et ſunt qui hîc diſtinguunt, vt ſequatur,* Extinctus pudor. EXTINCTVS pudor.] *Magna indignatio. meminit enim ſe dixiſſe:* Antè pudor, quã te violo. FAMA prior.]

Odêre: infenſi Tyrij. te propter eundem
Eytinctus pudor, &, quâ ſolâ ſidera adibam,
Fama prior. cui me moribundam deſeris, hoſpes?
Hoc ſolum nomen quoniam de coniuge reſtat.

Digitized by Google

Quid moror? an mea Pigmaleon dũ mœnia frater
Destruat? aut captam ducat Getulus Hiarbas?
Saltem, si qua mihi de te suscepta fuisset
Ante fugam soboles: si quis mihi paruulus aulâ
Luderet Aeneas: qui te tantùm ore referret:
Non equidem omnino capta, ac deserta viderer.
Dixerat. Ille Iouis monitis immota tenebat
Lumina: & obnixus curam sub corde præmebat.
Tandem pauca refert: ego te, quæ plurima fando
Enumerare vales, nunquam, regina, negabo

prior.] *Quæ melior fuit sine dubio: Nam posterior turpis.* CVI me moribundam.] *Hoc est quod suprà,* Nec moritura tenet crudeli funere Dido. *sed ibi inuidiosè: hic per miserationem.* DESERIS.] *Subdistinguendum. dubitat enim, quo eum nomine potissimùm appellet.* HOSPES.] *Non dixit, marite: id est, quia non vis dici maritus. Aeneas enim, & hospes fuerat, & maritus: sed modò maritum se negat; hospitem confitetur. Vnde nunc Dido hoc dicit,* Cui me deseris hospes? HOC solũ nomen quoniam de coniuge restat.] *Hoc est, superest. Alij restat intelligunt, resistit, id est, contrarium tibi est. Nonnulli dicunt: Hoc solum nomen quoniam superest, vt te coniugem dicam. Dicitur autem ingenti affectu hos versus pronunciâsse: cùm priuatim, paucis præsentibus, recitâsse Augusto. Nam recitauit voce optimâ primum, tertium, & quartum.* QVID moror.] *Vtrùm, quid in hac terrâ moror: an, quid in vita moror?* SALTEM.] *Vel hoc. Est autem sermo tractus à captiuis: qui cùm frequentiùs ab hostibus captarentur, dicebant: Sublatis omnibus salutem concede. Indè per sinæresin hic natus est sermo: vt, in contemptu rerum multarum petituri aliquid,* Saltem *dicamus: quasi quod negari minimè debeat. cùm extremum aliquid petitur, indè necessitate additur* saltem: *veluti salutem postremò poscentes; vel salutem, si aliter non potest. Et hîc ostendere vult, Didonem, vt est mos inconstantibus animis, præ amore id agere inuidiosè, quasi à legitimo marito deseratur. quis enim ignorat, matrimonia liberorum suscipiendorum gratiâ iniri? Ait enim,* Saltem si quo mihi de te suscepta fuisset Ante fugam soboles. *Dixerat enim,* Miserere domus labentis, *id est, futuri generis. Alij hoc à sorore natum volunt, quæ dixit:* Nec dulces natos Veneris, nec præmia noris. SI qua mihi de te: & si quis mihi paruulus.] *qua, & si quis, addita putantur. nam integrum est:* Si suscepta fuisset ante fugam soboles: *&,* Mihi paruulùs aulâ Luderet Æneas. ANTE fugam soboles.] *Et amatoriè, & amarè. Nam hanc fugam dicit; quam ille nominat profectionem. Amor autem, ex filij desiderio comprobatur.* SI quis mihi.] *Bene iterat,* mihi: *secũdum ius loquitur. Nam vbi non est iustum matrimonium; liberi matrem sequuntur.* QVI te tantùm ore referret.] *At sic dixit, quasi amatrix: vt suprà de Ascanio,* Infandum si possit fallere amorem. *Aut illud dicit: optarem filium similem vultui; non moribus tuis.* IOVIS monitis.] *Bene præscribit, ne ei det impietatem. Sanè & hæc Monita dicimus: vt,* Carmentis nymphę monita, & deus author Apollo: *&,* Hos monitus; *vt Persius,* Hos pueris monitus patres infundere lippos. IMMOTA tenebat lumina.] *Physicum enim est, vt qualitatem animi ex oculorum, aut corporis stabilitate aut mobilitate, noscamus. Ergo modò vult ostendere, Aeneam à proposito non esse deuiaturum.* Curam. *Vel simpliciter accipe; vel amorem.* EGO te, quæ plurima fando.] *Controuersia est plena: in quâ & purgat obiecta, remouens à se crimen ingrati; & venali vtitur statu, profectionem suam retorquens in voluntatem deorum. Habet etiam finem: Nam purgat obiectam fugam nomine profectionis.*

POM. Sabi. TYRII.] *mei.* Fama prior. *obseruantia castitatis.* HOSPES.] *Non appellat eum maritum; sed hospitem. Hoc solum superest de coniuge vt te hospitem appellem.* RESTAT.] *Alij dicunt, pro resistit: alij, quoniam superest, ne te coniugem dicam. ergo sic appellat hospitem: hoc tantum restabat de coniuge hoc discessu Aeneas ostendebat, se fuisse hospitem; & non maritum.* PARVVLVS.] *saltem suscepissem de te filium, qui pro te remaneret mihi, qui referret te.* CAPTA.] *mente: id est, insana, ac deserta à te.* NVNQVAM regina.] *Cri*men ingratitudinis his verbis purgat: & inde asscribit discessum suum deorum voluntati. A

VAR. Lect. SI quis mihi paruulus aulâ Luderet Aeneas, qui te tantùm ore referret.] *Te tantùm, & tantum te, transpositæ dictiones, in diuersis libris, sententiam identidem variant.* NON equidem omninò capta, aut deserta viderer. *In Longobardico libro, in Mediceo, in Porcio, & aliquot alijs, legitur,* Ac deserta.

DON. TE ꝑpter eundẽ Extinctus pudor, &, quâ solâ sidera adibâ, Fama prior.] *Bene posuit,* extinctus pudor. *cũ enim quæreret incendia amoris absumere nõ ipsa, sed spem proprij pudoris extinxit. De famæ autẽ ꝑditæ statu nõ immeritò querebatur: quia deiecto eo, ex quo fuerat exorta, ipsa quoq; eodẽ casu conciderat: cuius causâ omnium castarum præconia superans, vsque ad ipsa astra peruenerat. Quum multorum inimicitias, & castitatis perditam commemorat famam: ostendit, per Aeneam factam, ne quis dehinc eam dignam crederet matrimonio suo.* CVI me moribundam deseris hospes?] B *Licet omnia superiora cum ingenti affectu prosecuta sit: hic tamen auxit miserationem. Quod ait ergo,* Cui, *ex superioribus potest apparere. omnes enim se dixerat offendisse, & apud omnes concidisse famam suam: proinde futurum, vt illam aut hostis ad pœnam tracturus esset, aut obiecti pudoris fœminam nullus quæsiturus.* Hospitis *autem nomine eum credidit appellandum: quod negare non potuit. Deniq; ait:* HOC solum nomen quoniam de coniuge restat.] *Si mariti, inquit, vocabulo contemnis, preces meas audire non curas: has vel hospitis religione commotus admitte.* QVID moror? an mea Pygmalion dum mœnia frater Destruat?] *Infelix, inquit, fortuna mea, quid vlteriùs sperat? si maiores moras acquirat, cui supplicium & à fratre metuitur? & laborũ meorum, quos in tantâ vrbe condendâ consumsi, plenus expectatur interitus?* AVT captam ducat Getulus Hiarbas.] *Aut me Getulus Hiarbas ducat? & is, cui saluâ honestate negaui nuptias meas, me ducat inuitam? ducat perditâ libertate captiuam? Getuli & Hiarbæ appellatio, conuitij causâ posita est.* SALTEM si qua mihi de te suscepta fuisset Ante fugam soboles: si quis mihi paruulus aulâ Luderet Aeneas, quî te tantùm ore referret: Non equidem C omninò capta aut deserta viderer.] *saltem si contigisset, inquit, vt ante fugam tuam (non dixit, ante nauigationem tuã, aut ante abscessum tuum; quæ solent esse honesta: sed* Fugam, *quæ fuerat turpis) vt nasceretur mihi ex te soboles aliqua, tui vultus similitudinem portans, & signata nomine tuo in aulâ meâ luderet: esset solatium solitudinis meæ, nec viderer à te in totum destituta, vel duris angoribus capta.* DIXERAT.] *Dixit Dido pro causâ suâ, allegans iusta, humana, miseranda, quæ Aeneæ mentem flectere potuissent, & deberent. Constabat enim, etiam ipsum magno pudore confundi: vtpote qui ingrati, qui fallacis, qui fugitiui personam, contra constitutum suum, Ioue cogente, suscepisset. Sed ille assistebat reuerenter cœlestibus iussis. Ideoq; poëta dixit:* ILLE Iouis monitis immota tenebat Lumina.] *Scilicet non respiciens, quæ rogaret, nec lachrymas eius attendens: solum Iouem videbat animo, solum stare ante oculos suos; à cuius præceptis moueri non poterat. hunc si diceret poëta immobilem fuisse; nec precibus, nec lachrymis flexum: plurimum inhumanitatis ei attribuisset, quem vbiq; pium esse commemorat. Sed posuit:* ET obnixus curam sub corde premebat.] *Vt indè eum excusaret: Mouebatur quidem, inquit, & dolorem animi tegere laborabat, postponens humana cœlestibus. Hanc dissimulandi doloris necessitatem, & in primo libro posuit, dicens:* Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem. *Rectè autem dixit,*

A dixit, Iouis monitis: & non iuſſis Iouis. *Iuſſa enim ſunt, vbi aliquid iubetur inſperatum & nouum. Aeneas autem commonitione potiùs, quàm iuſſu inſtructus eſt; ne foueret Carthaginem, Romanis partibus futuram ſeculis labentibus inimicam: ne armaret alienam; & Italiæ imperium ſperneret, fatis ſibi & ſuis poſteris deputatum.* TANDEM pauca refert.] *Quia Dido multa dixerat, & poſt moras prolixas tacuerat. Hoc enim conueniebat ei, quam repentinum turbauerat malum: & ei, quæ plurima vtilia ſuis partibus extorquere nitebatur: vt vel moræ fierent properanti; vel multa faciliùs obtinerent. Ipſe tamen breuiter reſpondit: ne cauſâ turpis perfidiæ immoraretur; vel ne ſuperfluo multiloquio tereret tempus, qui iam cogebatur abſcedere. Videamus nunc multorum criminum reus, proinde illinc cœpit, vnde illa ingrati conſtauit inuidiam. Quo exemplo docemur, vt, quoties multa è diuerſo proponuntur, fortiora primitùs excludamus; ne ludentes in leuibus, aſpera metuere videamur, quæ pro magnis obiecta ſunt, & ad victoriam conquiſita.* EGO te, quæ plurima fando Enumerare vales, nunquam, regina, negabo Pomeritam.] *Quod ſciebat factum, & negare non poterat, etiam ipſe aſſerit verum. Ait enim: Quæ enumeras te mihi meiſq; omnibus præſtitiſſe, non negabo: in omnibus enim commoditatem meam conſtat te promeruiſſe. Sic loquutus eſt, quaſi potiori inferior obſecuta videatur.*

SER.

Promeritam, nec me meminiſſe pigebit Eliſſæ:
Dũ memor ipſe mei, dũ ſpiritus hos reget artus.
Pro re pauca loquar. nec ego hác obſcõdere furto
Speraui (ne finge) fugam: nec coniugis vnquam
Prætendi tædas, aut hæc in fœdera veni.
Me ſi fata meis paterentur ducere vitam
Auſpicijs, & ſponte meâ componere curas:
Vrbem Troianam primùm, dulceſq; meorum
Relliquias colerem; & Priami tecta alta manerét:
Et recidiua manu poſuiſſem Pergama victis.
Sed nunc Italiam magnam Grynæus Apollo,
Italiam Lyciæ iuſsêre capeſſere ſortes.
Hic amor, hæc patria eſt. ſi te Carthaginis arces,
Phœniſſam, Libycæq; aſpectus detinet vrbis:
Quæ tandem Auſoniâ Teucros conſidere terrâ
Inuidia eſt? & nos fas extera quærere regna.
Me patris Anchiſæ, quoties humentibus vmbris
Nox operit terras, quoties aſtra ignea ſurgunt,
Admonet in ſomnis, & turbida terret imago.
Me puer Aſcanius, capitiſq; iniuria chari,
Quem regno Heſperię fraudo, & fatalibus aruis.
Nunc etiam interpres diuûm, Ioue miſſus ab ipſo,
(Teſtor vtrumq; caput) celeres mãdata per auras
Detulit. ipſe Deum manifeſto in lumine vidi.

PROMERITAM.] *Præſtitiſſe, & bene egiſſe. & eſt ſermo de his, qui per contrarium magis lucẽt. Terentius:* Ita me velim ames promerentẽ pater, *id eſt, bene agentem. Et congruit, vt præſtet qui bene agit. contra commeritus, qui aliquid delinquit: vt alibi ipſe Te*
B *rentius:* Quid cõmerui, aut peccaui, pater? *Id eſt, quid malè egi? & eſt ſenſus: quantas cunq; enumerare potueris in me tuo beneficio collata, eorum tibi debere gratiam nõ repugno.* MEMINISSE pigebit Eliſſæ.] *Memini & illius rei, dicimus, vt hoc loco: &, Memini illam rem; vt,* Numeros memini, ſi verba tenerem. *Eliſſæ autem, Didonis: quæ appellata eſt linguâ Punicâ virago, cùm ſe in pyram ſponte miſiſſet, fingens placare manes prioris mariti, cùm nubere ſe velle Hiarbæ mentiretur.* DVM memor ipſe mei, dum ſpiritus hos reget artus.] *Hic verſus ſuperioribus iungendus; vt ſit ſenſus: tamdiu beneficijs tuis obligatus ero, quamdiu vixero. Et*
C *bene hoc de futuro dixit, & congruè. Nam* Piget *ad futurum ſpectat;* Pudet *ad præteritum. & licèt penè ſit vna ſignificatio: tamen dicimus; Piget me illud facere, & Pudet me feciſſe. Vnde interdum, præcipuè à Salluſtio ſimul ponuntur.* PRO re pauca loquar.] *Remoto ingrati crimine, deſcendit ad cauſam. & propriè, id eſt, ſi rei magnitudinem cogites, pauca.* NEC ego hanc.] *Profectionem, ſubaudi. Nam poſteriori non poteſt iungi: ne ſit confeſſio. Et hoc eſt, quod reddidit:* Diſsimulare etiam ſperaſti. PRÆTENDI tædas.] *Probat, non eſſe matrimonium. Quia illa dixerat:* Per connubia noſtra. *& eſt quaſi ſtatus finitionis; Quid ſint legitimæ nuptiæ? & hic Aeneam inducit, agentem, nullo ſe matrimonij iure poſſe conſtringi: qui neque confarreatione Didoni coniunctus fuerat, vt Flamini ac Flaminicæ conuenit. ait enim,* Nec coniugis vnquam Prætendi tædas, aut hæc in fœdera veni. *&* Tædas *quidam, quantum ad ignem pertinet, per quem mos confarreationis firmabatur, dixit, ſcilicet, ne aut legitimè iugatam contra fas reliquiſſe videretur: aut fœdus, id eſt, fidem, rupiſſe perpetuæ caſtimoniæ. quia, cùm fuiſſent iuncti, ſcirent tonuiſſe: quæ res dirimit confarreationes. Dixerat enim Iuno;* Et tonitru cælum omne ciebo. *& paulò pòſt,* Inſequitur commixtâ grandine nimbus. QVÆ tandem auſoniâ.] *Hoc ad illud pertinet,* Quid ſi non arua aliena domoſq; Ignotas peteres? AVT hæc in fœdera veni.] *Id eſt, matrimonij; & iungendum eſt ſuperiori. aut certè ad poſteriora pertinet: & hoc dicit: Non ad hoc veni, vt hîc morarer. ſicut & nunc probat, dicens:* Me ſi fata meis paterentur ducere vitá. *& dixit* MI. Quæ me cunque vocant terræ, *vbi ſignificauit, nolle apud Carthaginem perpetuò manere, ſed velle quærere ſedes fatis cõceſſas.* Ergo veni, *conſenſi: Hoc eſt, Non ad hæc conſenſi fœdera, vt, cùm vellem, diſcedere nõ liceret.* MEIS auſpicijs.] *Argumentum à neceſſitate. &* auſpicijs *ideò, quia maiores omnia auſpicatò gerebant. Ergo* auſpicijs, *diſpoſitionibus. Poteſt &* auſpicijs *dixiſſe, ominibus: quia in Iure Augurali Auſpicium dicitur, quod non petentibus nobis, ad ea quæ in animo habemus, iure omnis offertur. Vult enim oſtendere, Aeneam ſemper animo voluiſſe, omnibus, vt, quæ mente agitaret, offerentur, auſpicio atque augurio firmarentur. Vnde, ſi bene aduertas, ſingula hic, illi loco in tertio, ad ſingula redduntur. nam quod ibi imprecatione, vbi augurio petit ea, quæ negauerat, firmari, hic in reputatione comprehendit. Ibi enim dixit;* Serua altera Troiæ Pergama: *hic,* Vrbem Troianam primùm, *ibi,* Relliquias Danaûm atque immitis Achilli: *hic,* Dulceſq; meorum Relliquias colerem. *ibi,* Manſuram vrbem: *hic,* Tecta alta manerent *ibi,* Vbi ponere ſedes *hic,* Recidiua manu poſuiſſem pergama victis. *ibi,* Quoue ire iubes: *hic.* Italiam magnam Grynæus Apollo. *Ibi,* Da pater augurium, *hic,* Me ſi fata meis paterentur ducere vitam. *Alij,* auſpicijs, *poteſtate: vt,* paribusq; regamus Auſpicijs. *vel, quæ animo ac mente agitarentur, de quibus conſulturi eſſent.* SPONTE meâ.] *Modò nomen eſt. Nam & genus & caſum habet. Sic & Manè, cùm ei & genus & caſus additur, nomen eſt: vt,* Dum manè nouum, dum gramina canent. *Sic eſt & Fortè: vt,* Forte ſuâ Libycis tempeſtas appulit oris. *Aliâs aduerbia ſunt. Verum autem dicit, non ſuâ ſponte. Nam ſuprà legimus,* Hos cape fatorum comites. *Item,* Diuerſas quærere terras Augurijs agimur diuûm. PRIMVM.] *Id eſt, hoc vellem præcipuè.* RECIDIVA.] *Poſt caſum reſtituta. Alij recidiuum propriè dicũt, quod exciſum denuò naſcitur.* GRYNÆVS Apollo.] *Clazomene ciuitas eſt Aſiæ. Vnde Horatius;* Diues agebat Clazomenis. *Iuxta hãc nemus eſt Gryneũ: vbi Apollo colitur. Qui traditur ibi Gryneum Amazonem ſtupràſſe Tymbreæ domum. Indè ergo nunc epitheton dedit: licèt in Delo acceperit oraculum. Hic tamen ſingula commemorat, quibus ſe oſtendat coactum voluiſſe abſcedere.* ITALIAM.] *Neceſſaria repetitio Italiæ: quia ibi ei dicebatur imperium. & ipſa eſt cauſa nauigandi.* LYCIÆ ſortes.] *Nec*

N hinc

hinc accepit reſponſum, ſed ſic dixit Lyciæ, ac ſi diceret Apollineæ. IVSSERE.] Benè, quæ contemni non poſſunt. CAPESSERE.] Occupare. & ideò frequentatiuo verbo vſus eſt, quia multas ſe dicit ſuper hoc ſortes accepiſſe. Quidam Capeſſere, pro ire accipiunt: vt Titinius: Lucius domum ſe capeſsit. HIC amor, hæc patria eſt.] Eo, inquit, deſiderio Italiæ, per voluntatem deorum, circa Italiam teneor, quo poſsim circa Troiam. & ad illud ſpectat, quod dixit: Troia per vndoſum peteretur claſsibus æquor. An quia Dido dixerat etiam illud, Nec te noſter amor? & poteſt hoc verbum interdum, per confuſionem verbi & nominis poni: vt, Amor, amaris, & hic amor, huius amoris. SI te Carthaginis arces Phœniſſam.] Et tu externo regno delectaris. Senſus enim eſt: ſi tu, ex Phœnice veniês, Carthaginem in Africâ habere potuiſti; quæ inuidia eſt, vt propriam ſedem poſsint habere Troiani? & multum ponderis habet ſenſus, cùm epitheta iſta, Phœniſſam & Teucros, ponit. ASPECTVS detinet vrbis.] Poteſt pro delectat accipi: vt VIII. Aen. Capiturq; Locis. Sanè quidam in nouis & emẽdatis libris, pro detinet, demeret, inuentum adſerunt. nam & Ciceronem, in primâ Philippicarum, ita aiunt dixiſſe: Putâſne eum immortalitatẽ mereri voluiſſe? Alij ab eo, quod eſt, Mereor, mereris. ET nos fas.] Nobis fas, dicimus. ſed hoc loco non eſt iungenda elocutio, ne ſit vitium. Nam legimus, Fas mihi Graiorum ſacrata reſoluere iura. Sed hoc dicit: Fas eſt etiam nos extera regna requirere. ME patris anchiſæ.] Quaſi adhuc reſponſis non crederet; addidit patris admonitionem. NOX operit terras.] A' veriſimili. ideò tempus poſuit. QVOTIES.] Per vnãquamq; noctem. ASTRA ignea ſurgũt.] Vnam rem bis dixit. Aſtra autem ignea à ſapientibus dicuntur. IN ſomnis.] More ſuo, pro, in ſomnijs. TVRBIDA.] Id eſt, prius me admonuit; poſt negligentiam etiã terruit. Turbida, terribilis; quod & vmbræ conuenit, & parentis auctoritati. Aut turbida, pro turbata & ſollicita: vt ipſe. VI. Aen. Quàm metui, ne quid Lybię tibi regna nocerent. Nam & Aeneas ſic reſpõdit: Tua me, genitor, tua triſtis imago. ME puer Aſcanius.] Amor Aſcanij ſcilicet admonet. & bene. & Patrem, & Filium poſuit: vt Ille increpando, hic, dum videtur, vrgeret. Sed hæc ad neceſsitatem profectionis adiecit. QVEM.] Longè repetit, & Quem, non ad caput: ſed ad Aſcanium retulit. & licet excuſetur: tamen ϰαϰόσυνθετον eſt. INTERPRES diuûm.] Hermes. expreſsit verbum de verbo. Sed hîc Interpres pro nuntio poſuit. & ne fortè fingere putaretur; addidit, Teſtor vtrumque caput. deinde multã cum adfirmatione hoc agit, dicendo: Ipſe deum manifeſto in lumine vidi: non ab alio dictum. & lumine, non in tenebris, non per quietem. omnia tamen hæc per tranſlationem aguntur. AB ipſo.] Id eſt, magno: vt ſuprà, Ipſe deum tibi me claro dimittit olympo. VTRVMQVE caput.] Aut meum & tuum: aut Iouis & Mercurij: aut Anchiſæ & Aſcanij. Alij volunt, Aeneam & Aſcanium imagine numinis eſſe deceptum. CELERES mandata per auras.] Sicut ſuprà, celeres defer mea dicta per auras. MANIFESTO in lumine. Aut claro: aut in nimbo, cuius maius eſt lumen. Sic Lucanus: Poſtquã ſe lumine vero Miſcuit. & ſingula legenda ſunt hæc, vt habeãnt admirationis venerabilem fidem.

POM. Sabi. PROMERITAM.] id eſt, multa beneficia in me contuliſſe, & benefeciſſe & bene egiſſe. Promereor, beneficia confero, & bene ago. NEC coniugis.] non veni vt eſſem tibi maritus: fata aliò me impellunt, vt tibi iam dixi in principio. AVSPICIIS.] Ergo eſt neceſſe mihi deſerere Carthaginẽ, ſi poſſem viuere meis auſpicijs. POSVISSEM.] condidiſſem aliam Troiam. GRYNÆVS Apollo.] Clazomene vrbs Ioniæ, Aſiæ minoris, quæ antè Grynia nominabatur, vicina Colophoni: his in locis oraculum fuit Grynei Apollinis: quidã volunt Grynei & Clarij Apollinis oraculũ idẽ fuiſſe, & à locis nomen habuiſſe. De Lycio Apolline diximus. Oraculo Grynei: i.e. Clario pręſidebat Mopſus augur, Apollinis filius, q fuit argonauta.

ME ſi fata meis paterentur ducere vitam Auſpicijs.] In antiq. admodum libro, pro Paterentur, ſuppoſitum eſt, Voluiſſent. RELLIQVIAS colerem, & Priami tecta alta manerent.] In Mediceo, & antiq. quibuſdam exempl. &, copulatiua particula non habetur. ET recidiua manu poſuiſſem Pergama.] Quámuis exemplaria multa, Rediuiua legant: magis tamen placet, quod Seruius etiam agnoſcit, Recidiua. A SAB. Lae.

DOM. NEC me meminiſſe pigebit Eliſſæ, Dum memor ipſe mei, dum ſpiritus hos reget artus.] Et quamdiu vixero, quamdiu memor mei fuero, hoc eſt, ſanus & conſilio ac ſenſu integro non me pigebit nec erubeſcam, (inquit) recolens nominis tui beneficiorumq; memoriam. Iſta ergo habeant ſeparatam rationem ſuam. PRO re pauca loquar.] Dicam (inquit) paucis, pro rei veritate atq; iuſtitiã. Veritas enim multiloquio non aſſeritur, cùm ſit ipſa per ſe perſpicua: neq; ego, vt tu, commorabor in plurimis. Incipit iam obiecta purgare, vel refutando excludere. NEQVE ego hanc abſcõdere furto Speraui (ne finge) fugam; neq; coniugis vnquam Prætendi tædas, aut hæc in fœdera veni.] Non, ait, fugam, ſed nauigationem paraui, ad debita & deſtinata contendẽs: nec, vt tu putas matrimonij me legibus iunxi. Hoc factum, licet imaginaria velut nuptiarum ſolennitas præceſsiſſet, fatetur: ſed oratoriâ virtute diſſoluit, definiens quid ſit matrimonium. Iunctus ſum, inquit, tibi: ſed illud non poteſt coniugium vocari. non enim ſemper mulieris ac viri coniunctio matrimonium facit. Aliud vocatur, quod geſsimus. Quale enim matrimoniũ eſt; vbi nullus teſtis interfuit, nulla ex more ſolennitas, faces nullæ, nulla ipſius fœderis cõſecratio? ME ſi fata meis paterentur ducere vitam Auſpicijs, & ſponte meâ componere curas: Vrbem Troianam primùm, dulceſq; meorũ Relliquias colerem; & Priami tecta alta manerent. Et recidiua manu poſuiſſem Pergama victis.] Hoc quod facio, inquit, quòd nauigare diſpono, non eſt voluntatis meæ: nec mihi liberum eſt viuere, vbi velim. quòd ſi præſtabat remanere in cineribus patriæ: colerem meorum memoriam, non errarem per diuerſa terrarum: nec veniſſem naufragus ad patriam tuam: nec longinqua tantis laboribus quærerem. SED nunc Italiam magnam Grynęus Apollo, Italiam Lyciæ iuſsêre capeſſere ſortes.] Nullum delectat, relicto otio, duris laboribus ſubiugari, iterumq; ad miſerias volui: ſed eorum iuſsis inuitus impellor, quæ contemni non poſſunt. Sunt enim & multa, & veneranda. HIC amor, hæc patria eſt.] Quantum ad humanam pertinet voluntatẽ: quod eſſe poteſt in poteſtate meâ, amo hanc ciuitatem tanto affectu, vt arbitrer ipſam eſſe patriam meã. Addidit aliud, quod afferat, non ſuo arbitrio homines viuere. Nec alienum magìs; ſed ipſius Didonis aſſumit exemplum. SI te, inquit, Carthaginis arces Phœniſſam Libycæq; aſpectus detinet vrbis.] Si te Phœniſſam, hoc eſt, non hoc loco, ſed in regionibus longè poſitis natam, arces Carthaginis & Libycæ vrbis delectat aſpectus: QVÆ tandem Auſoniâ Teucros conſidere terrâ Inuidia eſt?] cur Teucris inuidetur Italia? ET nos fas extera quærere regna.] licet & nobis, quemadmodum tibi, in alienis terris imperium quærere. Ad illam partem reſpondit, quã dixit Dido inter cætera: Quid ſi non arua aliena domoſq; Ignotas peteres? quia & ipſi Didoni euenerat, vt in alienis regionibus imperaret. Nullus autem meliùs & robuſtiùs vincitur, quàm qui proprio ſuperatur exemplo. ME patris Anchiſæ, quoties humentibus vmbris Nox operit terras, quoties aſtra ignea ſurgunt, Admonet in ſomnis, & turbida terret imago.] Similem, inquit, obiurganti video patrem meum, inſtantem vt Italiam petam. & quoniam de mortuo loquebatur: vt credibile fieret quod dicebat; addidit tempus. Quoties, ait, aſtra ignea ſurgunt, & nox operit terras, & ſomnus me habet; adeſt ille cum grauibus monitis, officium ſequẽs pietatis & patris. ME puer Aſcanius, capitiſq; iniuria chari, Quem regno Heſperiæ fraudo, &

Digitized by Google

A do, & fatalibus aruis.] *Mihi atque animo meo occurrit spes filij mei, cui deberi imperium Italiæ scio: vt addam illas sortes & veneranda responsa.* NVNC etiam interpres diuûm Ioue missus ab ipso, (Testor vtrumque caput) celeres mandata per auras Detulit.] *Ecce in præsenti etiam interpres diuûm, hoc est, Mercurius, horrenda dicta pertulit: hoc est, quæ sine horrore mentis referri non possint. Et venit de cœlo: ac non suâ sponte, neq; proprio delapsus arbitrio sed destinatus à Ioue. Verum ne hoc errore mentis vanum & irritum Didoni videretur, addidit:* IPSE deum manifesto in lumine vidi, Intrantem muros, vocemque his auribus hausi.] *Confirmatio ipsius plena est, cùm dicit: Manifesto in lumine vidi, & audiui. Horum omnium vt robustiorem faceret fidem, posuit in medio iusiurandum, dicens:* TESTOR vtrunque caput.] *hoc est, Iouis, qui misit; & Mercurij, qui retulit.*

Intrantem muros, vocemq; his auribus hausi.
Desine, meq; tuis incendere, teq; querellis:
Italiam non sponte sequor.
Talia dicentem iamdudum auersa tuetur,
Huc illuc voluens oculos; totumq; pererrat
Luminibus tacitis, & sic accensa profatur.
Nec tibi diua parẽs, generis nec Dardanꝰ author,
Perfide: sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus, Hircanæq; admorunt vbera tigres.
Nã quid dissimulo? aut q̃ me ad maiora reseruo?
Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?
Nũ lachrymas victꝰ dedit? aut miseratꝰ amãtẽ est?
Quæ quibus anteferã? iamiam nec maxima Iuno,
Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis.
Nusquam tuta fides! eiectum littore egentem
Excepi, & regni demens in parte locaui:

SER. HIS auribus hausi.] *Accepi, & est Pleonasmus.* Haurit *enim, pro percipit, ponebãt veteres. & ideò, quà potissimùm parte sensus percipiant adiungunt: vt,* Simul hoc animo hauri; &, Hauriat hunc oculis ignem. *Probus enim ait,* Nemo haurit vocem. INCENDERE.] *Exagitare.* QVERELLIS.] *L litteram*
B *metri causâ addidit. nam Querela dicitur: quia Querulus facit. hoc modo & Loquela, & Suadela.* SEQVOR.] *Vt,* Italiam sequimur fugiẽtem. *& oratoriè ibi finiuit, vbi vis argumenti constitit.* TALIA dicentem.] *Bene, non postquam dixit.* IAMDVDVM.] *Ab initio orationis.* AVERSA.] *Id est, irata.* Auersa *ergo ad animum referendum est. nam incipit esse contrarium.* Auersa tuetur: *vt est,* Diua solo fixos oculos auersa tenebat. LVMINIBVS tacitis.] *Pro, ipsâ tacitâ: vt,* Tacitumq; obsedit limen amatæ, *hoc est, ipsa tacita. Sequitur autem inuectio, quæ semper statu caret. Carere autem statu dicitur: quia res, quibus vtitur, carent veritate. Sanè* tacitis, *participium passiuum pro actiuo.* Quidam tacitis *epitheton oculorum volunt. Alij* tacitis, *siccis præ iracundiâ.* NEC tibi diua parens.] *Non est sola in Aenean obiecta vituperatio; sed etiam in se obiurgatio: quia dixerat;* Credo equidem, nec vana fides, genus esse
C deorum. *Vnde nunc dicit,* Generis nec Dardanus auctor. *Et studet illud destruere;* Túne ille Aeneas, quem Dardanio Anchisæ? *&, nominando Venerem & Dardanũ, & maternam & paternam generositatem destruit.* PERFIDE.] *Amantum verbo eum increpat. Sic supra,* Dissimulare etiam sperasti, perfide. CAVCASVS.] *Mons Scythiæ inhospitalis. Sanè quidam absurdè putaut Caucasum & tigres à Didone memoratas: quia nec Didoni perturbatæ venire in mentem Caucasus potuit; nec tigres iuxtà dum cognitæ.* HIRCANÆQVE tigres.] *Arabicæ. Nam Hircania silua est Arabiæ. Et notandum, relictis medijs comparationibus, eũ augmenta fecisse nam post deos, non homines; sed saxa intulit.* QVID dissimulo.] *Tacitæ quæstioni occurrit: ne quis eius nimiam iracundiam reprehenderet, dicens, Aeneam posse mitigari forsitan precibus.* QVÆ me ad maiora reseruo.] *Aut ad maiores scilicet iniurias: aut ad superiora pertinent; quia & maledixit.* NVM fletu ingemuit.] *Nam hoc est,* generis nec Dardanus auctor. NVM lumina flexit.] *Hoc est,* genuit Caucasus. *vel ad illud pertinet,* Ille Iouis monitis immota tenebat Lumina. MISERATVS amantem.] *Hoc est,* Hircanæq; admorũt vbera tigres. & Miseratus *accusatiuum regit, vt hoc loco: Misereor, genitiuum: vt,* Miserere animi non digna ferentis. *Et bene auertit ab eo sermonem, & non dixit, Ingemuisti, num flexisti, aut miseratus es: vt,* Hic alienus oues custos. *Non dixit, túne ille es? &* Miseratus, *hoc est,* Nec tibi diua parens. QVÆ quibus anteferam?] *Amphibologia est: quid priùs, quid posteriùs dicam. Quod fieri solet, vbi omnia & paria, & magna sunt. Sanè* anteferam *non est diuidendum; vt præsens feram.* NEC maxima Iuno.] *Aut in Iunonẽ maledictum est, vt eam non esse maximam dicat; sicut etiam Iouem. nam cõeuitium est, quòd eum Saturniũ dicit, hoc est nocẽtem. Aut certè iũgitur: vt,* Nec Iuno aspicit, nec Iupiter. *vt se dementem dicat, quòd regina eiectum & egentem in partem regni receperit. Aut certè* maxima Iuno, *quæ solent amare Carthagınẽs: vel quæ nuptias dedit; quod optauerat Dido.* NEC Saturnius.] *Vt suprà dictum est, vbicũq; infestos vult ostendere, vel Iunonem, vel Iouem, Saturnios appellat. vt,* Veterisq; memor Saturnia belli: &, Saturniq; altera proles Irarum tantos voluit sub pectore fluctus: *& Iouem ideò Saturnium modò appellat, quia Aeneam à Carthagine præcepit abscedere.* NVSQVAM tuta fides.] *Hoc est, nec apud Deum, nec apud hominem. Terentius:* Quid credas, aut cui credas? *Et declamauit per contrarium. nam omnis fides tuta est: cuius hæc propriè virtus est, vt tuta sit. Hîc ait,* Nusquam tuta. EIECVM.] *Naufragum. Legimus enim* Huc pauci vestris adnauimus oris. *& est separandum,* eiectum LITTORE egentem.] *Id est, egẽtem littoris: vt,* Hospitio prohibemur arenæ. *vel si iũgat,* eiectum littore, *pro in littus: vt,* Inferretq; deos latio, *pro, in Latium. & in tribus modis hæc elocutio profertur. Egeo hanc rem: Plautus in Menæch.* Linum lanam præbeo, neq; quicquam eges. *Egeo huius rei:* Has ego Dardanio inueni, cùm classis egeret. *& Egeo hac re: vt,* littore egentem. EXCEPI.] *Ad illud respondet,* Eiectum littore egentem. REGNI in parte.] *Vt,* Ac dominum Aeneam in regna recepit: *quod Hiarbas conqueritur. & est inuidiosum: quando optantem, vel littoris egentem, in regni partem recepi. Mirè autem recordatione beneficiorum iracundia accenditur. Sanè etiam hîc mentio ceremoniarum inducitur, Mos enim apud veteres fuit, Flamini ac Flaminicæ, si per farreationem in nuptias conuenirent, sellas duas iugatas ouili pelle superiniectâ poni, eius ouis quæ hostia fuisset: vt ibi nubentes velatis capitibus in confarreatione Flamen ac Flaminica residerent. quod Dido meminit, cùm quæritur, se ab Aenea contra ius nexus maritalis deseri, his verbis;* Regni demens in parte locaui. *Locata enim vxor dicitur, quod simul cum eo sedeat, dum confarreatur.*

POM. Sabi. CAVCASVS.] *vltimi Tauri montes, Caucasus dicũtur. dictus autem Caucasus, quasi Caspius.* Tigris, *illius regionis incola, animal est perniciosissimũ, & fæui, Tigrim Hircania & India ferũt, velocitatis tremẽdæ: pro catulis suis sæuissima est.* QVÆ quibus.] *quæ priùs, quæ posteriùs dicã: vnde incipiã.*

VAR. Lect. IAMDVDVM aduersa tuetur.] *In Mediceo, & ple. veter. exempl.* Auersa *legitur.* NVSQVAM tuta fides.] *In libris aliquot antiq.* Nusquam est tuta, *legitur.* EIECTVM littore egẽtem Excepi.] *In libris aliquot antiq. legere est* Suscepi

DONAT. DESINE meq; tuis incendere teq; querelis.] *cognouisti iustas abscessus mei causas; desine me ac te querelis*

tuis incendere. ITALIAM non sponte sequor.] *Hærent mihi crimina, querelis tuis expressa: si erga te, non autoritate multarum metuendarumq; iussionum, sed meâ voluntate peccarem.* TALIA dicentem, iamdudum auersa tuetur, Huc illuc voluēs oculos, totumq; pererrat Luminibus tacitis.] *Quod est maximum irascentis signum: vt, cùm totum nolit visum, totum tamen errantibus oculis cernat. Iamdudum, inquit, auersa intuebatur loquentem: hoc est, ex quo cœpit loqui, quæ Didoni non placerent; non cùm compleuisset.* ET sic accensa profatur.] *Quâ consideratione, tanquam incendio accensa, sic tumidam prorumpit in vocem.* NEC tibi diua parens, generis nec Dardanus autor, Perfide: sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus, Hircanæq; admorunt vbera tigres.] *Vbi vidit Dido, nihil valuisse preces suas, & omnes partes miserationis exclusas, vertit se ad conuicia: factura satis animo suo, si hominem læderet iam intentione pertinacis obstinationis alienũ. Dicis te, inquit, filium Veneris. falsum est: haberes enim aliquid matris, & esses in affectus consideratione tractabilis. Ecce animorum quanta mutatio! cùm amaret, dixit:* Credo equidem (nec vana fides) genus esse deorum. *Hic, quia magnâ vi agitabatur, priori sententiâ suâ dissolutâ, nec esse filium Veneris, & à cœlestium sanguine asserit esse discretum. Dardanum quoq; confingis autorem generis tui: nihil habes humanitatis eius, & amorum, quo confirmes vera esse, quæ compositâ falsitate mentiris. At ego veros parentes tuos, & nutrices enumerem: rebus ipsis hoc ipsum, & tuis moribus, probatura. Genuerunt te Caucasi rupes & cautes. Hinc durus; hinc asper; hinc ab humanâ ratione dissimilis: vtpote qui sis natus è saxis. Tigres quoq; te aluerunt: quarum feris nutritus vberibus, hominum mansuetudinem nescis. Tractat poëta hoc loco, pueris per alimoniam lactis etiam nutricum mores infundi. quod ipsum & Ciceroni placuisse manifestũ est, qui in educatione futuri oratoris iubet præcipuas adhiberi mulieres: non ignarus, per obsequia vberũ naturam ex aliâ in aliã transire.* NVM fletu ingemuit nostro? num lumina flexit? Num lachrymas victus dedit, aut miseratus amantem est?] *Disputat, quæ in homine, quæ in viro bono officia esse debeant; quæ Aeneas non habere diceretur. Quum me, inquit, cerneret flentem, durauit immobilis: cùm rogarem, non flexit oculos suos. suprà enim dixit:* ILLE Iouis monitis immota tenebat Lumina. *& cùm futurum protestarer interitum meum: nullum per lachrymas signum miserationis ostendit, nec casum infelicis amantis ingemuit. Hæc tria sunt, quibus taciti homines ostentãt, quid gerantur interiùs, si miseratione mouentur: aut enim gemunt, aut lachrymas fundunt, aut oculos flectunt.* QVÆ quibus anteferam.] *tanta, inquit, mala iuxta me, tam acerba, tam dura cōmissa sunt. itaq; sunt paria, vt ordinatione comparationis æquentur, & alia alijs præferri non possint.* IAM iam nec maxima Iuno, Nec Saturnius hęc oculis pater aspicit æquis.] *Et tamen hæc communiter fiunt, & iniustis deorum luminibus placent. Apparet, cur primùm Iunonẽ posuit: quia vel regina deorum vindicare debuit iniusta; vel quia apud Carthaginem præcipuè colebatur; vel quia iam ex alijs esset inimica Troianis.* NVSQVAM tuta fides.] *Quando in hac causâ tuta fides inueniri non potuit; nusquam est tuta fides. Egregia duorum autorum dicta: interrogantis vnum; alterum iudicantis. Terentius quippe ait:* Pro Iuppiter, vbinam est fides? *putauit enim quærendam; existimans posse congruam reperiri. Vergilius autem iudicauit, quærendam non esse; quòd reperiri tuta non possit; proindeq; superflueret fluxa. Incipit enumerare beneficia sua, quorum contemplatione oportuit integram fidem intemeratamq; seruari.* EIECTVM littore, egentem Excepi, & regni demens in parte locaui: Amissam classem, socios à morte reduxi.] *Eiectum, inquit,* B *hoc est, naufragum: littore, ac per hoc sine tecti subsidio: egentem, sine ope victus, excepi. Excepit Aeneam Dido, ducendo eum cum suis in domum; alendo quoque, & cum eo potentiam regni partiendo: amissam verò classem à pleno interitu, & socios à morte reducendo. Dixit specialia, quæ ipsi Aeneæ contulit, & constituit in vltimo duo: quorum consecratio illi in contrarium versa est. Seruatas enim naues asseruit, & socios reductos à morte. Has enim si incolumes non haberet Aeneas, non posset aliquando discedere.*

ADR. Bat. DVRIS genuit te cautibus horrens Caucasus.] *In eum, qui ingenio est adeò duro atque inexorabili; vt neque misericordiâ, neque precibus molliri queat; non insciè torquebitur illud:* Duris genuit te cautibus horrens Caucasus, Hircanæque admorunt vbera tigres. *Siquidem, Phauorino apud Gellium autore, ad fingendas animi corporisq; similitudines, natura seminis, & lactis ingenia & proprietates, valent. Neque in hominibus id solùm, sed in brutis quoque.* NVSQVAM tuta fides.] *Hac sententiâ significabimus, tantam esse hominum perfidiam; vt vix vllus sit, cui credere quicquam possis. Consimilem habet sensum illud in Andriâ Terentianâ: nullâ in re, esse cuiquam hominum fidem?* C

Amissam classem, socios à morte reduxi.
Heu furijs incensa feror! nunc augur Apollo,
Nunc Lyciæ sortes, nunc & Ioue missus ab ipso
Interpres diuûm fert horrida iussa per auras.
Scilicet is superis labor est, ea cura quietos
Sollicitat! neque te teneo, neque dicta refello.
I, sequere Italiam ventis: pete regna per vndas.
Spero equidē mediis (si quid pia numina possūt)
Supplicia hausurum scopulis, & nomine Dido
Sæpe vocaturum. sequar atris ignibus absens:
Et cùm frigida mors animâ seduxerit artus,
Omnibus vmbra locis adero. dabis improbe pœnas.
Audiã, & hæc manes veniet mihi fama sub imos.
His medium dictis sermonem abrumpit, & auras
Aegra fugit, seq; ex oculis auertit & aufert,
Linquens multa metu cunctantem, & multa parantem
Dicere. suscipiunt famulæ, collapsaq; membra
Marmoreo referunt thalamo, stratisq; reponunt.
At pius Aeneas, (quanquam lenire dolentem
Solando cupit, & dictis auertere curas,
Multa gemēs, magnoq; animũ labefactus amore)

SER. AMISSAM classem.] *Subaudi,* renouaui. *Ad illud respondet,* Quassatam ventis liceat subducere classem. SOCIOSQVE à morte reduxi.] *Scilicet, quos hospitio eiectos excepi: quibus classem reparaui.* HEV furijs incensa feror.] *Aut quòd necesse habeo exprobrare beneficia. Terentius:* Insanire occipiunt homines & iniuriâ. *Quia multa erat in deos loquutura. & bona præmittitur excusatio. Nam numina non credere curare mortalia, & ab his beneficium non sperare, furoris est. Subiungit enim,* Si quid pia numina possunt NVNC lyciæ sortes, nunc & Ioue missus ab ipso.] *Irrisio est honesta satis, cùm his verbis fit, quibus laus præmissa est. vt,* Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit; Necdum illis labra admoui, sed condita seruo. *Scimus autem Aeneam superiùs hæc verba dixisse:* Sed nunc Italiã magnam Grynæus Apollo, Italiam Lyciæ iussère capessere sortes. *Lyciæ autem sortes, Apollinem Lyceum appellat; siue de Lycio, quem vicit, & victoriæ suæ testimonium hoc nomen induit. siue quòd est λυκὸς, à candore; idem enim & sol creditur: siue quòd transfiguratus in lupum cum Cirene concubuit; & indè eadem prouincia Lycia vocata: siue quod in lupi habitu Thelcanos occiderit: siue quòd lupus ei primùm, post interemptum Pythonem, ex eo loco, qui appellatur*

Iussa tamen diuûm exsequitur, classemq; reuisit,
Tum verò Teucri incumbunt, & littore celsas
Deducunt toto naues: natat vncta carina;
Frondenteisq; ferunt remos, & robora syluis
Infabricata, fugæ studio.
Migranteis cernas, totaq; ex vrbe ruentes.
Ac veluti ingentem formicæ farris aceruum
Cũ populant, hyemis memores, tectoq; reponũt:
It nigrum campis agmen, prædamq; per herbas
Conuectant, calle angusto: pars grandia trudunt
Obnixæ frumenta humeris; pars agmina cogunt,
Castigantq; moras: opere omnis semita feruet.
Quis tibi tunc Dido cernenti talia sensus?
Quósue dabas gemitus? cùm littora feruere latè
Prospiceres arce ex summâ, totumq; videres
Misceri ante oculos tantis clamoribus æquor?
Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis?
Ire iterum in lachrymas, iterum tentare precando
Cogitur, & supplex animos summittere amori:
Ne quid inexpertum, frustra moritura, relinquat.
Anna, vides toto properari littore circùm:
Vndiq; conuenère: vocat iam carbasus auras,
Puppibus & læti nautæ imposuère coronas.
Hunc ego si potui tantum sperare dolorem;

A *pellatur Tempe, aurum attulit: siue quòd pastoralis deus lupos interemerit. Et est alia fabula, cur Lycia vocata sit regio. Diana harum regionum gaudebat venatu, sed quodam tempore tanta vis luporum se ibi infudit, vt omnes feras eorum incursus absumeret. Cum ergo omnis oblectatio Deæ, quæ de venatione veniebat, extinctis cæteris animalibus defecisset, Apollo* * *Est & alia de hoc fabula. Danaus, trahens ab Aegypto originem, cùm videret irã Neptuni, vindictam fumentis, quòd aduersùm se, de condendis Athenis, Hisagus fluuius, pro Mineruâ indicasset: vri siccitatibus solum, filiam Aymonem ad aquam inquirendam*
B *proficisci iubet. quæ cum vidisset, repertum fontem, hiatu terræ receptum, exaruisse, ad patrem detulit. quo ille prodigio commotus, oraculum Apollinis adit. cui Apollo respondit, vt profectus, vbi inuenisset taurum & lupum inter se pugnantes, spectaret exitum pugnæ: & si taurus vicisset, Neptuno templa constitueret; si verò lupus, Apollini delubrum sacraret. Sed cum Danaus lupum videret vicisse, Apollini Lycio templum dedit. In huius autem Lyciæ regione, Patara, sacer olim lucus Apollini fuit; vbi Apollo responsa dedit. vnde etiam Patareus appellatus est.* NVNC Ioue missus ab ipso] *Sicut suprà*, ab ipso magno. *Et bene* nunc *sæpiùs posuit, ad irrisionem: quasi, nunc de te curant, qui antè periclitanti non curauerunt subuenire.* HORRIDA iussa.] *Et hoc per irrisionem: quasi plena venerationis; vel quæ tu timeas.* QVIETOS sollicitat.] *Cicero, in libris de deorum naturâ triplicem de Dijs dicit esse opinionem. Deos non esse: cuius rei auctor apud Athenas exustus est. Esse, & nihil curare: vt Epicurei. Esse, & curare, vt Stoici. Secundùm quos* paulò pòst, Si quid pia numina possunt. *Nam modò se-*
C *cundum Epicureos ait*; Ea cura quietos sollicitat. Quidam superos *deos, Mercurium, Apollinem, & Iouem, accipiunt*: quietos *verò, infernos. quia Aeneas dixerat*, Me patris Anchisæ. Sollicitat *verò, sollicitos habent. Terent.* Ego, quia non redit filius, quæ cogito, & quibus nunc sollicitor rebus? REFELLO.] *Vel retardo; vel falsa esse conuinco.* Refello *enim, ab eo quod est Fallo, venit.* I, sequere Italiam ventis.] *Satis artificiosa prohibitio, quæ fit per concessionem: quæ tamen ne non intellecta sit persuasio, permiscenda sunt aliqua, quæ vetent latenter: vt,* Ventis, per vndas, *nomina terribilia. &* sequere, *quasi fugientem. Sic Terentius*: Profundat, perdat, pereat: nihil ad me attinet. *Ergo hîc, cùm eum videtur dimittere, admonendo periculi, retinet. Sanè multi* Italiam *distinguunt; vt sequatur*, Vẽtis pete regna per vndas. SPERO equidem.] *Videtur eadem quodammodo repetere; & de tempestate, & de beneficijs suis, vehementiùs.* MEDIIS scopulis.] *Aut manifestis; vt*, Medioq; ex hoste recepi. *aut illa saxa dixit, quæ sunt inter Africam & Sardiniam, atque Siciliam.* HAVSVRVM.] *Luiturum, daturum.* DIDO.] *Potest & vocatiuus esse, & accusatiuus: vt, ô Dido, & hanc Dido.* SEQVAR atris ignibus.] *Alij furiarum facibus dicunt: hoc est, Inuocatas tibi immittã diras. Alij sociorum facibus dicunt: vt, paulò post*, Ferte citi flammas. *Melius tamen est, vt secundùm Vrbanum accipiamus*, Atris ignibus, *rogalibus, qui visi tempestatem significant: vt Aeneæ (sicut in quinto legimus) contigit. Hoc ergo, quod factura est, dicit: id est, occidam me, & ro-*

galibus te persequar flammis. ABSENS.] *Mortua, vel de suis dicit hominibus: vt paulò pòst*, Ferte citi flammas, date vela, impellite remos. Atris *autem, rogalibus, id est, nigris: vt apud Horatium*; Nigrorumque memor dum licet ignium. *& debuit* absens *coniungere, vt esset, quamquã absẽs.* ANIMA seduxerit artus.] *Hypallage: pro animã artub. seduxerit. Aut certè* à nimâ *pro ab animâ & est mortis periphrasis. qd. n. est mors, quam separatio animæ à corpore?* OMNIBVS vmbra locis adero: dabis improbè pœnas.] *Dicunt physici, Biothanatorum animas non recipi in originem suam; nisi vagantes legitimum tempus fati compleuerint: quod poëtæ ad sepulturam transferunt. vt*, Centum errant annos. *Hoc ergo nunc dicit Dido*: Occisura me *ante diem suam: vaganti mihi dabis pœnas. Nam te persequar, & adero quamdiu errauero semper. si autem fuero recepta in originem; pœnas tuas audiam, quas videre non potero. Hic ergo sensus est: si tempestatem euaseris flammarum rogalium; vmbra mea te persequetur. si & hanc euaseris, vel recepta audiam famam suppliciorum tuorum.* MEDIVM sermonem.] *Propter hoc quod sequitur*: Multa metu cunctantem, & multa volentem Dicere. *Vt suprà*: Mortales visus medio sermone reliquit. *Sanè multi* dictis, *participium, non appellationem volunt; hoc est, cùm hæc dicta essent.* LINQVENS.] *Multi pro derelinquens Aeneam, alij, pro deficiens accipi volunt, more antiquo; sicut Delinquere, pro deficere. Cælius historiarum*: Delinquere frumentum, Sardiniam hostes tenere. *Tubero*: Nam delinquat aut superet aliquid tibi. *Gellius Annalium Deliquium solis, & delinquionem dicit*: Quod *Vergilius*, Defectus Solis varios. *Nam in hoc ipso loco sequitur.* SVSCIPIVNT famulæ.] *Eam, subaudi.* THALAMO.] *Datiuus casus.* AT pius Aeneas.] Ordo *est: at pius Aeneas iussa diuûm exsequitur. Bene autem excusat Aeneam, pium, dicendo cùm ei & gemitus dat; & ostendit, solatia dolenti velle præstare. & probat religiosum; cùm deorum præceptis paret.* ANIMVM labefactus.] *Pro animum labefactum habens.* AMORE.] *Num Didonis, quo illa flagraret?* TVM verò teucri.] *Regis scil. præsentiã. sic in nono*: Tum verò incũbunt, vrget pſentia Turni. LITTORE.] *De Littore.* VNCTA] *Pice delibuta.* FRONDENTESQVE ferunt.] *Non qui erãt, sed qui esse potuerant: vt*, Quos ego sim totiens iam dedignata maritos. FVGÆ studio.] *Celeris profectionis: vt*, Ille volãs simul arua fugà, simul æquora verrit. INFABRICATA.] *Bene expressa est festinatio nauigare cupientum.* CERNAS.] *Honesta figura, si rẽ tertiæ personæ in secundã referas: hoc est, si quis cernat.* FORMICÆ.] *Ad studiũ respicit cõparatio hoc loco; non ad personas: & notandum, cautelã exprimi ꝑ hanc cõparationem. Horat.* Paruula, nam exemplo est magni formica laboris. *Iuuenalis*: Formicà tandẽ quidã expauère magistrã. *Sanè formica dicta est ab eo, quòd ore micas ferat vel aliquo modo à Græcis deriuata est, quã vocant μύρμηκα. De quâ fabula talis est. In Atticâ regione, quædã puella, Mirmix nomine fuit; Mineruæ ob castimoniã & solertiã dilecta: quæ postea hoc modo Mineruæ in se odiũ concitauit. Namq; cùm vidisset Mineruа, Cererẽ segetes inuenisse: volent ipsa ostendere Atticis, quò expeditius segetes pars*

tes parentem: aratrū dicitur inuenisse. quod cùm manu ageret, & Mirmix ei adhæreret: ausa est occulte aratri stinā subripere, & apud homines se iactare, infructuosum esse Cereris munus, nisi suo vterentur inuēto, quò terra aratro resoluta expeditiùs ederet fructus. quod cùm proditū ægrè tulisset Minerua, Mirmicē illā virginē in formicā conuertit, eamq; vt proditricem, aduersam frumentis, quæ semper insequitur & subripit, esse præcepit. Quas res cùm Ioui miserationē mouisset, excogitauit, quemadmodū formicæ honorē daret. Nā cùm Aeacū, filiū suū ex Aeginā susceptū, Thessalis imponeret regē, & agros ipsos videret hominib. indigere: formicas colligi in vnū iussit, easq; in homines cōmutauit. vnde Mirmidones appellati sunt. FARRIS.] Solum nomen est, quod R geminat in genitiuo. Monadicon est ergo sicut Sol. Item Cor, cordis, solū in dis mittit genitiuū. Itē s geminat As, assis. & hæc caret exemplis. CVM populāt.] Antiquè dixit. Nā hoc verbū apud veteres actiuū fuit; nunc tantum deponens est. Et bene rei paruæ p metaphorā sublimitatē dedit: vt nō videatur de formicis, sed de exercitu loqui. HYEMIS memores.] h.e. cautè, in aduentū hyemis. Horat. Qui simul inuersum cōtristat aquarius anū, Non vsquam prorepit. TECTO.] id est, cauernis. IT nigrū cāpis agmē.] vt, It portis iubare exorto delecta iuuētus. Hemistichium Enij, de elephantis dictū; quo antè Accius est vsus de Indis. CALLE angusto.] Callis, est semita tenuis et, callo pecorum pdurata. Vnde & Callū, & Callidos dicimus. Semita, est semis via: vnde & Semita dicta est. Via, est actus dimidius, quā potest ire vehiculū. Nā Actus duo carpenta capit, propter euntiū & venientiū vehiculorum occursum. GRANDIA trudunt.] Quæ portare non possunt. MORAS.] Tardas, morātes: quia solent resistere. SEMITA feruet.] Aptū verbū festinationi: vt è contrario frigidū, tardū. QVIS tibi tunc Dido c.t.s.] Votū hoc magnā προσφώνησιν dictū est. Plus.n. est in re, quàm in verbis. Quámuis enim totū dictū non sit: tamē & cogitatur & capitur ab auditore. Hæc est.n. magna emphasis, quæ perpetuā personā cōplectitur. Teren. Quid illi tandē credis fore animi misero, qui cum illa consueuit? FERVERE latè.] Infinitus hic à tertiâ est cōiugatione, id est, à Feruo, feruit. Secundæ.n. coniugationis verba, perdito E, quod habent ante O, in tertiā migrāt: vt Ferueo, feruo; Fulgeo, fulgo. Hinc est, Feruere Leucatē, auroq; affulgere fluctus. Sic etiā Horat. Vade, vale, caue ne titubes, mandataq; frāgas. Nam in Caue, ve longa est, nec vocalis sequitur. vt in Bucol. Virgil. Vale, vale, inquit, Iola. Sed dicimus tertiæ esse coniugationis imperatiuū: vt, Cauo, cauis. Hinc etiā Catullus Cauere dixit. ARCE ex summâ.] Regum.n. fuit habitare in arcibus, propter tutelā. Denique Romæ Valerius Publicola, cum in Esquilijs domū haberet altissimā, inuidiæ causā eā diruit, & cōplanauit. Itē Augustus, post Actiacū bellum, Palatiū ex suo pcepto ædificatū, cùm esset domus priuata, donauit reipublicæ. TANTIS clamoribus.] Nautarū scil. vocibus. MISCERI.] Pro repleri, aut cōmoueri. IMPROBE amor.] Exclamatio poëtæ contra amorem. & h.e. quod Horatius dicit: Hoc amet, hoc spernat promissi carminis author. quanquā de ordine artificiali & naturali, ab Horatio in Arte poëticâ dictū sit. Tale est & illud in tertio: Auri sacra fames, id est cupiditas. Nā & illic amoris est increpatio; qui, secūdùm Philosophos, omniū generalis est rerū. Hinc est, quòd apud inferos Eriphyle inter amantes cōmemoratur, quæ monile cōcupierat. IRE iterū in lachrymas.] Hinc est amoris improbitas, quæ cogit lachrymis rogare dudū superbā. Est autē speciosa elocutio: Pergit in lachrymas. PRECANDO.] Cantādo. modò do naturaliter breuis est. sic Terētianus: Vt vitæ dubius, varios renouādo dolores. Plerunq; tamē à Vergilio producitur: vt, Cantādo tu illū? Et, Cantādo rumpitur anguis. SVMMITTERE amori animos.] Quidā pro iras accipiūt, vt Animosus dicitur pro iracundus. &, Supplex animos summittere amori. i.e. supplices preces adhibere, quæ erat amore victa. Summittere autē amori, ac si diceret, non Anneæ, aut certè Aeneam amorē vocauit. vbiq; tamen subaudiendum, cogitur. NEQVID inexpertum frustra.] Rogabat, inquit, nō spe impetrandi: sed ne esset, quod sibi posset imputare, si non rogâsset; quāquā frustra rogaret: id est, ne derelinqueret mediū aliquod intentatū. & hoc frustra, quia moritura erat, Terentius: Omnia experiri certū est, priusquam pereo. & frustra, ex indicio poëtæ dictū est. Sic Salustius: Falsò queritur de naturâ suâ genus humanū. vt suprà, Hoc amet, hoc spernat promissi carminis author. ANNA.] Propè inuidiosè: quia ipsa nuptias suas suaserat. VIDES.] Quasi diceret; ipsa tibi crede. & est maior vis adfirmantis, cùm dicit vides. Petitio autē hæc, etiam deliberationis modum à quibusdā putatur tenere. PROPERARI littore circū.] Vtrùm circūspicis, an circùm totū litus? & est ordo: Anna, i. soror, atq; hostē supplex adfare superbum. Circùm nō est pposítio; sed aduerbiū loci. Nā postposita pposítio, & accentū mutauit, & suas perdidit vires. Properari autem, impersonale est. VNDIQVE.] Benè non addidit Qui; sed intelligitur. ET læti nautæ.] Id est, minimè timentes. Aut adeò, non necessitate nec iussu abeant; sed volentes. & hoc ad spē remedi, aut ad indignationem cōmouendam, dictū est. Et sicut suprà propè ad inuidiam Annæ loquitur: vt est alibi, Tu prima furentē His germana malis. CORONAS.] Multi sumū coronas accipi volunt; qui solent, quotiens nauigatur, in modū coronarū conponi. nam fugientes, quemadmodū nautæ coronabant? SI potui.] pro, si potuissem. & sic dictū est, vt, Omnia præcepi, atq; animo mecū antè peregi. Ac si diceret; nihil mihi nouū contigit. SPERARE dolorē.] Pro, timere. & est Acyrologia seu superflua dictio. Nam speramus bona; Timemus aduersa. Hoc autem dicit: Si scirem abiturum Aeneam, non tantū diligerē: si non dilexissem, minùs dolorem.

A

B

SEQVAR atris.] Vrbanus sic intelligit, vt Dido declaret genus mortis; i.e. occidam me, & regalibus ignibus te psequar absens, id est, mortua. Horatius: nigrorumq; memor dum licet ignū. AVDIAM.] apud inferos te dantē pœnas audiet vmbra mea. METV.] i.e. dolore. FORMICÆ.] à formicis dicere homines recondere sibi hyemali tempore. operantur noctu plenâ lunâ; interlunio cessant. qui labor, quæ sedulitas, quæ diligentia & obseruatio est natura tam minimo animali multū dedisse videtur. Scribit Plinius, itinere formicarum attritos vidisse silices, et semitas factas: ne quis dubitet, qualibet in re qd possit quantulacunq; assiduitas. Sunt & in Indiá formicæ miræ magnitudinis, quæ aurum eruunt. IT nigrum campis agmen.] medius versus Ennij est, de elephantis. Accius poëta ad Indos vsurpauit. CALLE.] Callis est angusta & tenuis semita: semita dicta; quasi semis via, id est, angustior via: Via ipsa à vehendo, id est, per quam vehiculum ire potest Opere formicarum feruet omnis semita. ARCE.] Mos regum fuit, in arcibus habitare. FERVERE.] Mediâ correptâ, apud nos dixit Lucilius, Feruit aqua, &, Nunc feruet ad annum: vnde apparet, in præsenti esse Feruo: vt Feruo, & Ferueo, dicamus. AMOR.] Amor potest multa. Poëta exclamat. PROPERARI.] impersonale est. CORONAS.] Cùm discedebant è portu, in quo hyematum erat, secundo flante vento, nauigia coronabant. SPERARE.] Impropriè dixit: nam speramus bona, non mala. Si potuissem sperare hunc dolorem, nihil noui nunc accideret. Sententia Senecæ est: Fortiores sumus in aduersis, si antè parauerimus animum. POM. Sabi.

C

AMISSAM classem, sociosque à morte reduxi.] Libri vestusti, partim Amissam, & socios à morte, legunt: partim absque particulâ copulatiuâ, Amissam classem, socios à morte reduxi. Est & illud animaduersione dignum: Eiectam classem socios à morte reduxi. SCILICET his superis labor est.] Legendum omnino Is: quippe labor, ex lib. ferè omnibus antiquis. ET cùm frigida mors animâ seduxerit artus.] In antiq. aliquot exempl. Subduxerit habetur. ET VAR. Lect.

multa

A multa parantem Dicere.] *Vetusti aliquot lib.* Multa volentem Dicere *legunt.* ANIMOS submittere amori.] *In libris aliquot antiquis,* Animam *legitur.*

CAEL. Rhod. *Sed ad Platonicos redeundum: si illud non omisero, quae humani habitus statura minores sunt, vniuersim signa dici: ex quo & sigilla. etiam si proprietas parum attentè custodiatur quandoque: quod & in multis. Porrò,*

Omnibus vmbra locis adero: dabis improbe poenas. Imaginem ab vmbra distingui significat. siquidem esse imaginem statuit, in aëreo sensum corpore; at corpus aëreum, animae vmbra. Sicuti crassius hoc, & hebetius, terrenumque corpus, carcerem nuncupauit: vitam verò in hoc, profluentem ab anima: quia sit animae ipsius actus. Imaginem etiam vocat Plotinus, & simulachrum: quaeritque, nunquid anima hinc abeunte pereat simulachrum. Et non perire quidem astruit; sed desinere vlteriùs imaginem esse. Placet siquidem, non Plotino solùm, sed & Numenio; nihil vsquam vitae perire: quia vita sit quidam aeternitatis, id est, primae intelligentiae, splendor, & indissolubile vinculum vniuersi. Attamen separare hoc Hom. videtur in Hercule; simulachrum eius ad inferos demittens; ipsum verò inter deos adnumerans. Vtrumque siquidem verbis obseruat, & quòd inter deos, quòd apud inferos diuersetur, diuisit igitur.

B

DON. AMISSAM classem, socios à morte reduxi.] *non naues, sed homines reduxit à morte. Neque enim fieri potuit, vt naues morerentur, aut ipsae quoque liberarentur à morte.* A morte *igitur, ad solos homines pertinet:* Reduxi *verò, & ad homines, & ad naues. Quod ipsum ordinatione facta cognoscitur: vt sit, Amissam classem Reduxi, & socios à morte. Et* Reduxi, *non semel; sed bis accipiatur.* HEV furijs incensa.] *Ad insaniam, inquit, me res prauae perducunt.* NVNC augur Apollo, Nunc Lyciae sortes, nunc & Ioue missus ab ipso Interpres diuûm fert horrida iussa per auras.] Quòd dixit Nunc, *hoc putamus intelligendum: quando, exclusis importunis superioribus, otium cum opibus consecutus est, in eius mentem veniunt Apollinis responsa, & Lyciae sortes, & cum mandatis Iouis Mercurius metuendus aduentat. Si ista vera sunt; cur non exstiterunt ante beneficia mea?* SCILICET is superis labor est; ea cura quietos Sollicitat?] *Nimirum deorum, inquit, curam tangit, quid homines agant; & ipsorum quietas mentes humani commouent actus.* NEQVE te teneo, neque dicta refello.] *Et nunc, si verae sunt assertiones tuae, seu falsae, nec teneo te; nec ea, quae dicis, obiectu cuiuspiam disputationis expugno.* I, sequere Italiam ventis, pete regna per vndas. SPERO equidem medijs (si quid pia numina possunt) Supplicia hausurum scopulis.] *Irata animo locuta est; sed tali genere dictionis, quod duos intellectus admittat. Vnum est, quo eum terret, ne nauiget. nam quod dixit;* I, sequere Italiam ventis, pete regna per vndas: *non ex animo dicebat. nam obiecit vndas & ventos, quibus terreret properantem. Quòd si animo hortantis haec diceret, ita debuit loqui;* I, sequere, pete regna: *non adiungeret quod timeri debuisset, quodque impediente formidine reuocaret instantem. Hic est intellectus vnus disputationis; videamus quis sit alius. Bene (inquit) contigit, quòd desideratum imperium Italiae ventis & fluctibus petiturus es. Habebo occasionem, qua possim tuis supplicijs laetari. Spero enim, te, pro meritis tuis, inter scopulos hausurum innumeras poenas, id est, visurum: vt alio loco;* Hauriant hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus: *hoc est, videat.* ET nomine Dido Saepè vocaturum.] *Tunc (ait) recordaberis mei, & nomen meum frustra frequentius repetes; quando tibi, concluso discriminum coetu, exemplo prioris beneuolentiae subuenire non potero.* SEQVAR atris ignibus absens.] *imaginaberis me absentem; quasi te facibus persequar praesens. Hoc loco,* absentem *alij mortuam volunt; & dant exempla impropria; vt non vno, sed plurimis locis probentur errare. Horum primum est:* Absenti ferat inferias decoretque sepulchro. *nam & illic absentem mortuum intelligunt. quorum errores sequentia probant: nam sequitur;* ET cùm frigida mors anima seduxerit artus. Omnibus vmbra locis adero.] *Quum mortua fuero, inquit, timebis me absentem; & quasi te infesta persequar semper, & vbique terreberis.* * Desideratur expositio in hoc loco 238. versuum. *

SER. HOC tamen vnum.] *Vel hoc solum.* MIHI.] *Pro, me exsequere: id est, pro mea causa.* COLERE.] *Pro, colebat, vel colit. Infinitiuus pro indicatiuo.*

C

CREDERE.] *Credit, vel credebat; id est, committebat.* MOLLES aditus.] *Faciles: vt,* Et quae mollissima fandi Tēpora, ATQVE.] *Coniunctio cōplexiua est; & disiunctiua, cùm dicimus, Aliter atque debuit fecit. est & expletiua:* Atq; illum in praeceps prono trahit alueus amni. HOSTEM superbum.] *Postquam ex aperto denegauit, se Carthagini esse mansurum. & reddit causas, ob quas suppliciter alloquatur: quòd & hostis, & superbus. quasi dicat, aequo animo patiamur nos supplices esse; quoniam incidimus in hostem superbum. Nonnulli autē, iuxta veteres,* Hostem, *pro hospite dictum accipiunt. Plautus in Curculione;* Si status condictus cum hoste intercedit dies. *Idem in Cistellaria:* Datum est hostimentum; opera pro pecunia. *Nec enim verè hostem diceret, quem reuocare cupiebat. Ipsa enim ait,* Hospes; Hoc solum nomen quoniam de cō-

Et perferre, soror, potero. miserae hoc tamen vnū
Exsequere, Anna, mihi. solam nam perfidus ille
Te colere; arcanos etiam tibi credere sensus:
Sola viri molleis aditus, & tempora noras.
I soror, atq; hostem supplex affare superbum.
Non ego cum Danais Troianā exscindere gentē
Aulide iuraui, classémve ad Pergama misi;
Nec patris Anchisae cineres manésve reuelli.
Cur mea dicta negat duras dimittere in aures?
Quò ruit? extremū hoc miserae det munus amāti;
Exspectet facilemq; fugam, ventosq; ferentes.
Non iam coniugiū antiquū, quod prodidit, oro;
Nec pulchro vt Latio careat, regnumq; relinquat.
Tempus inane peto, requiem spatiumq; furoris;
Dum mea me victam doceat fortuna dolere.
Extremam hanc oro veniam, (miserere sororis)
Quā mihi cùm dederis, cumulatā morte relinquā.
Talibus orabat; talesq; miserrima fletus
Fertq; refertq; soror. sed nullis ille mouetur
Fletibus; aut voces vllas tractabilis audit.
Fata obstant, placidasq; viri deus obstruit aures.
Ac veluti annosam valido cùm robore quercum
Alpini Boreae, nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant; it stridor, & altè

iugè restat. *Herodotus Persas, qui erant Graecorum hostes, ξένους à Lacedamonijs appellatos refert. Indè nostri, Hostes, pro hospitibus dixerunt. nam inimici perduelles dicebantur.* NON ego cum Danais.] *Sensus illi contrarius* Scio me Danais è classibus vnum. AVLIDE iuraui.] *Aulis insula est, vel portus, in Aegeo mari; in qua coniurarunt Graeci, se non antè reuersuros ad patriā, quàm Troia caperetur.* Aulide *autē, aut in Aulide; aut pro Aulidi.* AD Pergama.] *In Pergama, id est, cōtra Pergama.* ANCHISAE cineres manésve reuelli.] *Ad hoc, quod dicitur ex oraculo fecisse Diomedes, & secum eius ossa portasse; quae postea reddidit Aeneae, cùm multa aduersa perferret: hinc est,* Saluete recepti Nequicquam cineres. *Sciendum sanè, Varronem dicere, Diomedem eruta Anchisae ossa filio reddidisse: Catonem autem affirmare, quòd Anchises ad Italiam venerit. Tanta est inter ipsos varietas, & historiarum confusio.* REVELLI.] *Non Reuulsi. Nam Velli & Reuelli dicimus: Vulsus verò & Reuulsus, vsur-*

ſia, vſurpatum eſt tantùm in participijs contra naturam. CVR mea dicta negat.] Non interrogat, ſed queritur. Quidam reuelli iungunt, ita vt ſequatur, Cur mea dicta negat. QVO ruit.] Properat ſinè reſpectu ſalutis. Nam hoc dicit, Quod peto, etiã ipſi prodeſt, amoris ſcilicet impatientia. EXTREMVM hoc miſeræ det m. a.] A' qualitate beneficij dictum. FACILEM'QVE fugam.] Permanet in eodẽ ſenſu, vt dicat, petitionẽ ſuam etiam Aeneæ prodeſſe. FERENTES.] Bene flantes, propitios, proſperos. ANTIQVVM.] Aut primũ; aut carum, vt, Nihil antiquius habuit, dicimus. aut antiquatũ & irritum. QVOD prodidit.] Quod decepit. Et bene; ad diſruptionẽ enim coniugij, immutata voluntas ſufficit. Quidã prodidit, pro perdidit accipiũt, vt, Vnius ob iram Prodimur. PVLCHRO vt Latio careat.] Quod illi pulchrum videtur. Sic eſt illud; O' tantùm libeat mecũ tibi ſordida rura: quæ tibi ſic videntur. RELINQVAT.] Negligat. TEMPVS inane peto.] Id eſt, ſinè matrimonio, ſinè officio coëundi. Nam ſinè beneficio, nõ procedit; cùm ſpatium petat & requiem. Aut quaſi non magnã rem: vel quo vacuus & otioſus eſt, cùm illi tempus inane eſt. REQVIEM ſpatiũq; furori.] Vt poſsim habere ſpatium, quo amori finẽ imponam. DVM mea me victam.] Mea fortuna, id eſt, aduerſa: vt, Hac Troiana tenus fuerit fortuna ſecuta. Ex ſtatu, in quo eſt fortunã dixit. Doceat aũt dolere, illud eſt, quia non habet in aduerſis patientiam, niſi qui dolere cõſueuit. Hoc ergo petit, vt ei præſtetur tempus per quod diſcat aduerſa perferre. ORO veniam.] Beneficium: iuxta morẽ antiquum. vt, Orãtes veniam. Terentius in Hecyrã: Mi gnate, da veniam hanc mihi; reduc illã. MISERERE ſororis.] Genetiuũ tantùm regit. QVAM mihi cũ dederis, cumulatã morte relinquam.] Senſus eſt; Quod beneficium cùm mihi cumulatũ dederis, ſolâ morte derelinquam. & hic intellectus eſt melior, quòd ſorori loquitur, quam lectionẽ Tucca & Varus probant. Nam malè quidã legunt, Quã mihi cùm dederit, id eſt, Aeneas, cumulatã morte relinquã: & volunt intelligi; acceptum ab illo beneficium meã morte cumulabo, & ſic relinquam: vt amãtes dicere conſueuerunt. vt, Præceps aërij ſpecula de mõtis in vndas Deferar, extremũ hoc munꝰ morientis habeto. Nam ſi eam odio habet Aeneas, reſtat vt eius morte lætetur. Hoc ſorori quoq; poteſt dicere, quæ credit eam ex amore concitatã id loqui, nec tamẽ facere. Sed eloquutio nõ procedit. Nemo enim dicit, veniam cumulata; ſed cumulatã. Alij ita intelligunt; Reddã illi gratiam; occidam illũ. nam alibi ait, Non potui abreptũ diuellere corpus. Sed hoc totũ ſorori dicit. An ꝑplex locuta eſt: vt ſolẽt loq mali aliqd molientes? Cumulatã aũt veniam, nunquid ſolidã & plenã, & cui nihil deſit, debemus accipere? TALIBVS orabat.] Aut ſimpliciter accipiendum, Loquebatur: aut orabat, ideò, quoniam preces immixtæ erant. Aliter IIII. Aen. Multa Iouem manibus ſupplex oraſſe ſupinis. Alibi pro orauit, Talibus orabat Iuno. FLETVS.] Pro verbis; id eſt, verba debilia. FERT'QVE refertq;.] Non ab Aeneã, qui nihil dicit: ſed à Didone fert & refert, id eſt, iterũ portat. Nam ſubiunxit: Sed nullis ille mouetur Fletibus. Mirè aũt fletibus repetit. VOCES vllas tractabilis audit.] Cur mitis, & placidus, & tractabilis, non audit? Quaſi mirum eſt. excuſat & recuſat, dicendo, Fata obſtant, placidasq; viri deus obſtruit aures. Aut certè voces tractabilis accipe; aut aliâs tractabilis. FATA obſtant.] Excuſat Aeneam; cùm eum, ne ingratus videatur, non duritiã mentis facit immobilem; ſed voluntate diuinã. DEVS.] Iupiter ſcilicet. vnde & ſuprà Dido ait, Saturnius. vel certè Mercurius. OBSTRVIT.] Occludit ὑμέτερος[?]. ALPINI Boreæ.] Flantes de Alpibus: quæ, Gallorum linguã, albi montes vocantur. Et ſpeciem pro genere poſuit. nam Alpinum Boream pro quocunq; vento dixit; vel quia potentiores montani ſunt venti. NVNC hinc, nunc illinc.] Sicut Aeneas ab Annâ & Didone. IT ſtridor.] Ad dolorem Aeneæ pertinet: de quo ait, Magno præſentit pectore curas. ALTE'.] Aut iugiter & diu: aut ex alto cadentes. A

POM. Sabi. COLERE.] colebat. HOSTEM.] ſic vocat Aeneam. AVLIDE.] Aulis vrbs, cum portu capace paucarum nauium; vbi conuenêre omnes Græci, cùm iurarunt ſub Agamemnone excidium Troianum. MANES.] Varro ait, Diomedem è Siciliã abſtuliſſe oſſa Anchiſæ: ob hoc multa perpeſſum, & coactum reſtituiſſe cum Palladio. FERENTES.] propitios. ANTIQVVM.] carum. DOLERE.] qui aſſueuit dolere, is patitur aduerſa. FORTVNA.] mala & aduerſa. EXTREMAM.] Extremam hanc veniam oro, vt impetres ab Aeneã, id eſt, beneficium: id eſt, vt protrahat diſceſſum ſuum, donec diſcam dolere. ſi conceſſerit, nunquam ero immemor talis beneficij. Sic legit Apronianus. Tucca & Varus, referẽte Seruio, Dederis legunt. Cùm dederis veniam, cumulatam morte remittam: id eſt, relinquã acceptum ab eo beneficium, morte cumulando. Ita intelligit Apronianus: hanc opinionem Seruius damnat. ALPINI.] Alpes propter altitudinem ſemper habẽt ventos; & dicuntur quaſi albes; quia ſemper, propter niuem, cacumina ſunt alba. BOREÆ nunc.] id eſt, venti ex alpibus ſpirantes. STRIDOR.] ad laborem Aeneæ refert. B

VAR. Lect. NEC patris Anchiſæ cineres manésve reuelli.] In oblongo lib. Vaticano, Reuulſi legitur. AC veluti annoſam valido cũ robore quercũ.] In Porcio & pleriſq; libris antiquis legere eſt, Ac velut annoſo validam cũ robore quercum. IT ſtridor, & altè Conſternunt terrã, cõcuſſo ſtipite, frondes.] In veteribus aliquot exemplaribus Altæ, ſcilicet frondes, non Altè aduerbium habetur.

CAEL. Rhod. Quærat hîc fortè quiſpiam, ecquid expreſsius doctiusq; in medium promamus; quid ita eminentiſsimus poëta, Aeneidos quarto, Boream dixerit Alpinum? Inuenio apud auctores, vt nemo prorſum incertus veri ſit, Poſidonium & Protarchum literis prodidiſſe, Riphæos & Alpes eoſdem dici montes, qui ab Hyperboreis incolantur. quod in commentario etiam de rebus C ijs prodidit Stephanus; à quo & illud traditur: Hellanicum [illegible] ſcribere, cum diphthongo in penultimã. Ipſe; ac pleriq; alij, citra diphthongum malunt. Athenæus in libro 6. Riphæi, inquit, montes, qui poſtea Albij; nunc Alpes. Vltra Riphæos verò, à quibus ſpiret Aquilo, ſtatuuntur Hyperborei ad extimum mare. Carmen Vergilianum hoc eſt:

> At veluti annoſam valido cùm robore quercum
> Alpini Boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc
> Eruere inter ſe certant.

ADR. Bar. NVLLIS ille mouetur Fletibus, aut voces vllas tractabilis audit.] In hominem planè ſaxei capitis, atque inexorabilem.

SER. CONSTERNVNT.] Implent, cumulant: vt, Strata iacent paſsim ſua quæque ſub arbore poma. FRONDES.] Sicut, lachrymæ Aeneæ. Stipes aũt, media pars eſt arboris, q̃ ramos ſuſtinet. HÆRET ſcopulis.] Sicut ille in cõſilio perſeuerat. TANTVM radice in tartara.] Secundùm

Conſternunt terram, concuſſo ſtipite, frondes:
Ipſa hæret ſcopulis, & quantum vertice ad auras
Æthereas, tantum radice in tartara tendit.
Haud ſecùs aſsiduis hinc atq; hinc vocibus heros
Tunditur, & magno præſentit pectore curas:
Mens immota manet; lachrymæ voluũtur inanes.
Tùm verò infelix fatis exterrita Dido,
Mortem orat; tædet cœli conuexa tueri.
Quò magis inceptum peragat, lucemq; relinquat:
Vidit, thuricremis cùm dona imponeret aris,

Phyſicos, qui dicunt, parem eſſe altitudinẽ radicum & arborũ. TVNDITVR.] Sæpe pulſatur. Terẽtius; Tundendo atque otio effecit ſenex. & ipſe alibi, Riphæo tunditur Euro. MAGNO perſentit pectore.] Quámuis magno, ſentit curas: ſed eas forti pectore patitur. Curas poteſt Didonis; po-

(Horrendum dictu) latices nigrescere sacros,
Fusaq; in obscœnum se vertere vina cruorem.
Hoc visum nulli, non ipsi effata sorori.
Præterea, fuit in tectis de marmore templum
Coniugis antiqui, miro quod honore colebat,
Velleribus niueis & festâ fronde reuinctum.
Hinc exaudiri voces, & verba vocantis
Visa viri, nox cùm terras obscura teneret:
Solaq; culminibus ferali carmine bubo
Sæpè queri, & longas in fletum ducere voces.
Multaq; præterea vatum prædicta priorum
Terribili monitu horrificant. agit ipse furentem
Insomnis ferus Æneas, semperq; relinqui
Sola sibi, semper longam incomitata videtur
Ire viam, & Tyrios desertâ quærere terrâ.
Eumenidū veluti demēs videt agmina Pentheus,
Et solē geminū, & dupliceis se ostendere Thebas:
Aut Agamemnonius scenis agitatus Orestes:

A *non potest & fieri.* MENS immota manet.] *Ad illud refertur,* Ipsa hæret scopulis.] LACHRYMÆ inanes.] *Quia mens immota manet. & vtrùm manet, quæ Didoni nihil prosint? quidam tamen lachrymas inanes, vel Aeneæ, vel Didonis, vel Annæ, vel hominum, accipiunt.* TVM verò.] *Post desperationem.* EXTERRITA.] *Atqui in fine ait:* Nam quia nec fato, meritâ nec morte peribat. Fatis *ergo, aut malis suis; aut à verbo For, faris.* Fatis, *id est, responsis Aeneæ.* Exterrita *aūt, præcipitata, turbata.* MORTEM orat.] *Pro, desiderat: vt,* Mortemq; miserrimus opto. *aut certè ideò orat, quia consecrata fuit: nec mori poterat, nisi solutâ consecratione.* COELI conuexa.] *Incurua cœli.* QVO magis inceptum peragat.] *Id est, mortē sibi inferat.* LVCEMQVE relinquat.] *Ad illud,* Tædet cæli conuexa tueri. THVRICREMIS.] *Id est, cremantibus thura. Nomē merè compositum. & hoc genus omnis Didoni factum, de augurali disciplinâ translatū est, quæ diuis obseruatur. Dira enim, deorum ira est; quæ duplici modò colligitur, aut ex signis, aut quocunq; modo, quacunq; ex parte. Et ignis hîc ostēditur. dicens enim,* Vidit thuricremis, *vsq;*, nigrescere sacros, *non solùm aduersa petitionibus numinū verùm etiā mortē denuntiari. nam præmisit,* Quo magis inceptum peragat, lucemq; relinquat. *Item,* tumulis Sichæi exaudiri voces & verba vocantis. *quòd asperius fuit, vt mariti defuncti vox audiretur è tumulo; quod erat dirū ad se vocantis. Sunt & de auibus diræ auspicia: quod hîc subiunxit, dicēdo,* Solaq; culminibus ferali carmine bubo Sæpè queri. *In quo satis non fuit, diram autem bubonem nominatam; nisi adiecisset,* Ferali carmine, *&* Sæpè queri. *& vt non vtiq; canendi vsus significaretur; sed fletus, vice querelarum.* HORRENDVM dictu.] *Quando magis vt in quod Didonis coniugi.* IN obscœnum se vertere.] *Hoc est,* Latices nigrescere sacros. *& quidā* Nigrescere *&* Vertere, *ideo incertum tempus positum volunt, vt ostendant, non verè vertisse se, quod contra naturam est, sed verti à Didone visa vt,* Visæq; canes vlulare per vmbram. *non vlulâsse ergo; sed fieri visum.* Obscœnum *autē, mali ominis; vt i. Aeneid.* Obscœnas pelagi volucres. HOC visum nulli. *Hoc quod viderat, nulli dixit.* Quid est, nulli? *ne sorori quidē, cui fuerat de amore confessa. & fortè ideò sororem celauit; ne & ipsa se perimeret. pòst queritur.* Idem ambas ferro dolor atq; eadem hora tulisset. IN tectis de marmore templum.] *Hinc Ouidius:* Est mihi marmoreâ sacratus in æde Sichæus; Oppositæ frondes velleraq; alba tegunt: Hinc ego me sensi noto quater ore citari; Ipse sono tenui dixit, Elissa veni. CONIVGIS antiqui.] *Aut prioris, aut chari. Lucilius;* Consilio antiquo sapiens vir solus fuisti. *Antiquus ergo est, qui præcedit eum, qui præsens est.* MIRO quod honore colebat.] *Exhibēdo ea moriuo, quæ circa viuos solēt fieri. Ritū veri & venerabilis templi, mariti tēplum obtinere cupiebat. Tēpla enim vel amētis religiosa monstrātur. & moris fuerat, vt nubētes puellæ simul cùm venissent ad limen mariti, postes, antequàm ingrederētur, propter auspiciū castitatis, ornarēt laneis vittis; (vnde ait,* Velleribus niueis) *et oleo vngerēt, vnde Vxores dictæ sunt, quasi vnxores. Bene ergo Dido, cùm templū marito exstrueret, veluti deuota viro, quippe post quem nuptura non esset; ad conciliandum amorem, officia ritus maritalis adfixerat; vt morē instauraret vxorum. Nam ait pòst, cùm in pœnitentiā inducitur à Poëta;* Non seruata fides cineri promissa Sichæo. *Hi tamē, qui de nuptijs scripsisse dicūtur, tradunt: cùm noua nupta in domum mariti ducitur, solere postes vnguine lupino oblimiri; quòd huius feræ & vnguen & membra multis rebus remedio sint. Alij hoc Romuli dicunt temporibus institutū: quòd Romulus & Remus lupino lacte nutriti sunt. Dicitur etiā, Lupā in concilio multorū eiusdē generis sociatā marito esse: quæ, amisso eo, nulli alteri pòst iungi possit. quod ipse subiecit;* expertem sinè crimine vitā Degere more feræ, *id est, Lupæ. Hæc ergo ideò à nouè nuptis fiebant, vt sciret se puella domū religiosam ingredi: simul lanam ferēs, lanificium promittebat.* FESTA fronde.] *diuinâ tanquam numē coleret. Sanè hoc loco latenter, quam suprà diximus, tangit historiam. Nam, si amabat Aeneam, vtiq; non coleret extinctum maritū. Nam quod de Didone & Aeneâ dicitur, falsum est. Constat enim, Aeneam trecētis quadraginta annis ante ædificationem Romæ venisse in Italiam: cùm Carthago non nisi quadraginta annis ante ædificationem Romæ constructa sit. Sed altiùs considerandum est, cur Vergilius Aeneæ Didonem coniunctā dixerit.* VISA viri.] *Vt,* visæq; canes vlulare per vmbram. *Terētius;* Audire vocem visa sum modò militis. *Non enim erant vera; vt suprà.* NOX cùm terras.] *Vt augeret terrorem, tempus adiecit: à verisimili.* SOLA bubo.] Sola; *quærendū, quod dixerit, vtrùm inparinār; an pro solis, id est, desertis. vbi enim sederit & cecinerit, solitudinē significat. Secundùm augeralē disciplinam, volunt greges auiū minus significare: & iuxta hanc auem si alia sederit, malū quod imminet, creditur euanescere: vt,* Et sola in siccâ secū spatiatur arenâ. *Sanè bubo, si cuius ædes insederit, & vocē miserit, mortē significare dicitur. Si autē de busto sudem ad tectum detulerit, incendium ædibus portēdere. Ergo hîc sola, vtrùm quòd alia auis non sedebat in culmine; an sola, quia nihil deferebat, vt mortis signum esset? In hanc autē auem conuersus est Ascalaphus, Acherontis, vel, vt quidā volunt, Stygis filius, irâ Cereris; cùm Proserpinā prodidisset, mala ē granatū de pomario Ditis gustauisse. quod pleniùs in primo initio Georgicorū dictū est; vbi est,* Nec repetita seq. *Sanè* sola *cōtra genus posuit. Lucanus;* Et lætę mirātur aues bubone sinistro. *Itē Ouidius;* Infandus bubo. *Et hoc est in vsu. Sed Vergilius mutauit, referēs ad auē. Plerunq; enim genus, relictâ specialitate, à generali sumimus: vt si dicas, Bona turdus, referēdo ad auē. Itē si dicamus, prima est A, id est, littera: cùm A sit neutri generis.* FERALI carmine.] *Benè hæc addidit. Nō enim omni modo malū est bubonis omē; sed cū canit tantūmodo malū est; quia aut fletū imitatur, aut gemitū; tacens aūt, ostendit felicitatem. Omnes enim aues oscines malæ, præpetes bonæ sunt: vel è cōtra, malæ præpetes, oscines bonæ sunt.* SÆPE queri. *Quidā propterea* queri *positū volūt, quòd doleat Ascalaphus, se in auē mutatū. vt,* Veterē in limo ranę cecinēre querelā. PRIORVM.] *Legitur &* piorū. *Sed illud spectat,* Heu vatū ignaræ mētes, quid vota furentē, quid delubra iuuāt? *quod superiùs expositū. Sed piorū, religiosorū, castorū.* HORRIFICANT.] *Horrorē incutiūt.* INSOMNIS ferus Æneas. *Nō est epitheton* ferus, *sed phantasia; talē enim illū imaginabatur, qualē timebat. Et* insomnis, *pro insomnijs. i. vigilijs.* SEMPERQVE relinqui.] *Per omnes noctes nauigare videbatur Aeneas, quasi eam semper relinqueret.* LONGAM viā.] *Nōnnulli inferorū accipiunt.* INCOMITATA.] *Quod ferale. i. mortiferū omnibus: & præcipuè regibus, qui nunquā soli sunt.*

IRE

IRE viam.] *Veteri more, iuxta ius, vt, ite viam, redite viã. & alibi,* Primus & ire viam. TYRIOS deſerta quærere terra.] *Bona affectio. ſolent enim, qui deficiunt, ſuos deſiderare, vt dulciùs moriantur.* AGMINA pentheus.] *Aut impetus: aut ſecundùm quoſdam, quia habitus earum, & ſibila ſerpentium, quibus crinita ſunt Eumenides, faciem agminis præbent: vel quia plures Furiæ putantur: vel quia furioſis pro tribus plures videntur. & bene* videt agmina, *expreſſit furẽtem, cùm ait,* Videt, *non exiſtimat, ſed putat ſe videre. Pentheum autem furuiſſe, traditur ſecundùm Pacuuij tragœdiam: de quo fabula talis eſt. Pentheus, Echionis & Agaues filius Thebanorum rex, cùm indignaretur, ex matertera ſuâ Semele genitum Liberum patrem coli, tanquam deum: vt primùm cõperit eum in Chiterone monte eſſe, miſit ſatellites, qui eum vinctum ad ſe perducerent. qui cùm ipſum non inueniſſent, vnũ ex comitibus eius Acoëten captum ad Pentheum perduxerunt. hic cùm de eo grauiorem pœnam conſtitueret, iuſſit eum interim claudi vinctum: cumq́; ſponte ſuâ & carceris fores apertæ eſſent, & vincula Acoëti excidiſſent, miratus Pentheus, exſpectaturus ſacra Liberi patris, Citherona petit: quem viſum bacchæ diſcerpſerunt. Prima autẽ Agaue mater, eius amputâſſe caput dicitur, feram eſſe exiſtimans; aut, ſecundùm Vrbanum, agmina ſerpentum.* SOLEM geminum.] *Tragicè dixit, imitatus Euripidẽ.* DVPLICES Thebas.] *Ciuitas in Bœotiâ, à Cadmo & Zetho & Amphione conſtituta; in quâ Ordipus, Laij filius, cũ matre concubuit; ex quâ Eteocles & Polinices, qui ſe propter regnum inuicem peremerunt.* AGAMEMNONIVS ſcenis agitatus oreſtes.] *Hunc Oreſten Electra, ſoror eius, poſt occiſum ab Aegiſtho, dolo Clytemnæſtræ matris, Agamemnonem, ſubtraxit; quẽ Strophio alendum dedit. Eum cũ filio Pylade educatũ, in adultam produxit ætatẽ. qui vt primùm de ſcelere matris ac morte patris agnouit, venit Mycenas: &, adiuuantibus amico Pylade & ſorore Electrâ, Clytemnæſtram matrem cum adultero Aegiſtho occidit. ob quam rem aliquamdiu Furijs agentibus inſaniuit. Sanè* Agamemnonius *non eſt patronymicon: nam Agamemnonides facere debuit. Ergo ſicut* Agamemnoniæq́; phalanges. SCENIS agitatus.] *Famoſus, celebratus tragœdijs: qualiter à Græcis in ſcenâ inducitur.* Agitatus *autem: aut quia furuit, à furijs agitatus; aut quia multæ ſunt de eo tragœdiæ; quaſi frequenter actus.*

POM. Sabi. FRONDES.] *quæ cadũt.* IPSA.] *quercus.* TENDIT.] *cũ habeat lõgiſſimas radices, tenet ſe.* INANES.] *lachrymæ ſunt inanes, cũ mens eſt immota.* CONVEXA.] *concauitatẽ hãc.* LVCEM.] *vitã.* VIDIT.] *quædã ſigna, quibus modis præparauit ſibi mortẽ. & nemini dixit hæc ſigna, ne ſorori quidem.*

THVRICREMIS.] *cremantibus thura.* LATICES.] *vini.* CRVOREM.] *in tabẽ verterunt ſe vina, cùm ſacrificaret.* A

ANTIQVI.] *Sichai.* QVOD.] *templum.* VELLERIBVS.] *inſulis.* FESTA fronde.] *ad antiquã conſuetudinem refert tẽplorum, quæ cingebantur inſulis. Sunt aũt inſulæ, filamẽta ex lanâ albâ, quibus tẽpla ornabantur. Fuit etiã moris, vt nubẽtes, priuſquàm ingrederentur domũ mariti, ornarẽt inſulis poſtes.* QVERI.] *viſa eſt bubo. Plin. lib. 10. ait: Vncos vngues & nocturnæ aues habẽt; vt noctuæ, bubo, vlula horũ omniũ hebetes ſunt interdiu oculi. Bubo funebris, & maximè abominatus, publicis præcipuè auſpicijs, deſerta incolit; nec tãtùm deſolata, ſed dira etiã, atq; inacceſſa. noctis monſtrũ, nec cantu aliquo vocali, ſed gemitu. in vrbibus viſus, dirũ oſtentũ eſt: priuatis domibus non ſemper feralis. volat nunquam quò libet, ſed tranſuerſus aufertur. Capitolij cellã ſemel intrauit, ex quo Roma luſtrata eo anno. Maſculini & fœminini generis eſt Bubo.* VATVM.] *augures volũt, oſcines aues bonũ portẽdere: quæ ita appellãtur, quòd ore faciunt auſpiciũ. inueniæ tamẽ & aliquãdo malæ.* PIORVM.] *ſic legit Apronianus: qui pij, id eſt, caſti, ſunt ſacerdotes.* RELINQVI.] *per omnes noctes nauigare videbatur Aeneas, quaſi eam ſemper deſereret.* INCOMITATA.] *Magni viri, cũ incomitati per ſomnia iter faciũt, mortẽ habẽt propinquã: priuati, cùm ſementẽ triticũ ſomniant.* B

AGMINA Pentheus.] *Vrbanus legit,* anguina ſerpentum. *Apud Pacuuium inducitur. Pentheus furens, qui videt duos ſoles, & duas Thebas. Ipſe Pentheus Thebis imperabat: qui cũ ſacra Bacchi ſperneret, huc illuc furens impellebatur: tandem cæſus à matre & reliquis Bacchantibus pro ceruo eſt.* SCENIS.] *omnibus theatris nota materies Oreſtis.* ORESTES.] *Oreſtes, cùm acciperet, Clytemnæſtram matrem, per fraudẽ Aegiſthi adulteri, interemiſſe Agamemnonẽ, vltum patris manes acceſſit, & matrem iugulauit: quâ cæde in furorem actus, ingreſſus templum Apollinis, vt purgaretur, non poterat exire; territus, quòd videbat in limine templi Furias, (ſic apud Pacuuium) quæ aggrediebantur Oreſtem.*

VAL. Lect. TANTVM radice in tartara tendit.] *In libris nõnullis & his vetuſtioribus,* Radicẽ *legitur. Et in Oblõgo libro peruetere* Mittit, *nõ* Tendit, *habetur.* Et magno pſentit pectore curas. *In pleriſq; libris antiquis* Perſentit *legitur: in aliquot etiã,* Perſenſit. NON ipſi effata ſorori.] *Veteribus pleriſq; libris.* Sorori eſt. VATVM pdicta priorũ.] *Ex antiquis exẽplaribus quæ præ manibus habuerim, plura fuerũt omnino, q̃ Piorũ q̃ quæ Priorũ, legerẽt.* EVMENIDVM demẽs veluti.] *Antiqui aliqui aliquot libri,* Eumenidum veluti demẽs. AVT Agamemnonius ſcenis agitatus Oreſtes.] *In antiquis aliquot libris* Furijs agitatus *legitur.* C

SER. ARMATAM matrem.] *Cauſam ipſam furoris oſtendit.* SEDENT in limine Diræ.] *A Pacuuio Oreſtes inducitur, Pyladis admonitu, propter vitandas furias, ingreſſus Apollinis templum: vnde cùm vellet exire, inuadebatur à furijs. Hinc ergo eſt,* Sedent in limine Diræ. *Alij dicunt, quòd cùm abſolutus in templo Mineruæ, de iudicio exiret, à furijs correptus eſt.* CONCEPIT furias.] *Furore completa eſt. & quidam furorem, pro bono & innocenti motu accipiunt; Furias ſemper pro malo. Concepit ergo furorem, poſtquam amori dolor immixtus eſt.* TEMPVS ſecum ipſa modũq́;] Tempus, *id eſt, quando;* modum, *id eſt, quomodo, & quã morte.* EXIGIT.] *Ad certum redigit; vt ſolent pondera ad exactum redigi.* CONSILIVM vultu regit.] *Vt,* Spẽ vultu ſimulat. VIAM.] *Rationem, remedium. Ita enim antiqui dicebant; vt ipſe alibi,* Aut tu, ſi qua via eſt. GRATARE.] *Gratulare, ſuſcipe gaudium pro ſorore. Sic enim dicimus, Grator tibi honorem. Et bene à gratulatione incipit, quæ vult ſuũ diſſimulare cõſilium.* REDDAT.] *Recõciliet.* EVM.] *Aenea: quê, vt nomi, noluit dicere; quaſi eius faſtidio nomẽ abhorreat.* EO me ſoluat amãtem.] *mori diſponens duo mentitur; vel vt ſe ſoluat; vel*

Armatam facibus matrem, & ſerpentibus atris,
Cùm fugit; vltriceſq́; ſedent in limine Diræ.
Ergo vbi concepit furias, euicta dolore,
Decreuitq́; mori; tempus ſecum ipſa modumq́ue
Exigit: & mœſtam dictis aggreſſa ſororem,
Conſilium vultu tegit, ac ſpem fronte ſerenat.
Inueni, germana, viam (gratare ſorori)
Quæ mihi reddat eum, vel eo me ſoluat amantẽ.
Oceani finem iuxta, ſolemq́; cadentem,
Vltimus Æthiopum locus eſt; vbi maximus Atlas
Axem humero torquet, ſtellis ardentibus aptum.
Hinc mihi Maſſylæ gentis monſtrata ſacerdos,
Heſperidum templi cuſtos; epulaſq́; draconi
Quæ dabat, & ſacros ſeruabat in arbore ramos,
Spargens humida mella, ſoporiferumq́; papauer.
Hæc ſe carminibus promittit ſoluere mentes,
Quas velit: aſt alijs duras immittere curas:
Siſtere aquam fluuijs, & vertere ſidera retrò.
Nocturnoſq́; ciet manes; mugire videbis
Sub pedibus terrã, & deſcẽdere montibus ornos.
Teſtor, chara, deos, & te, germana, tuumq́;

Digitized by Google

Dulce caput, magicas inuitam accingier arteis.
Tu ſecreta pyram tecto interiore ſub auras

A nat, vel vt alliget Aeneam. OCEANI finem iuxta.] *Finē Oceani nullus nouit; ſed initiū: quod & ipſum poteſt finis videri, aliunde ſumpto principio. Ex longinquitate argumentatur. Terentius:* Ex Æthiopiâ eſt vſq; hæc. ÆTHIOPVM.] *Aethiopiæ duæ ſunt. vna circa ortum Solis; altera circa Oceanum, in Mauritaniâ; quam nunc dicit. Et dicta eſt Aethiopia, à colore populorum, quos ſolis vicinitas torret. Græcè enim αἴθειν torrere & ὤψ aſpectus dicitur.* ATLAS.] *Nullum nomen Græcum in ns terminatur.* AXEM.] *Nunc pro cælo. non enim in axe ſunt ſtellæ.* TORQVET.] *Suſtinet, portat.* STELLIS aptum.] *Satis peritè loquitur. Nam* aptum, *coniunctum dicit; ἀπὸ τοῦ ἅπτω: non autem inſignitum ſtellis.* Axis *enim non habet ſtellas, qui eſt medius inter ſeptentriones. Vnde & Græcè ἄξων dicitur. Septentriones autem non occidere, axis vicinitas facit; non quia in axe ſunt. Ergo benè* aptum, *colligatum. Cicero in Timæo:* Quæ ex coniunctione cælum ita aptum eſt, *id eſt, conſtrictum & complexum. Item in Oratore:* Facilius eſt enim apta diſſoluere, quàm diſſipata connectere. HINC mihi Maſſylæ gentis monſtrata ſacerdos.]
B *non prædicta. Quæ eſt oriunda Maſſylâ: aliquando horti Heſperidum ſacerdos; nunc habitans circa Atlantem. Nam aliter non procedit. Maſſyla enim mediterranea eſt Berenicis, ciuitas Libyæ, vnde haud longè ſunt horti Heſperidum. Atlans verò, mons maximus in Mauritaniâ eſt.* HESPERIDVM templi cuſtos.] *Heſperides, Atlantis filiæ nymphæ, ſecundū fabulam, hortum habuerunt, in quo erant aurea mala, Veneri conſecrata; quæ Hercules, miſſus ab Euryſtheo, occiſo peruigili dracone, ſuſtulit. Reuera autem nobiles fuerunt puellæ, quarum greges, rufam lanam habentes, abegit Hercules, occiſo eorum cuſtode. Vnde mala fingitur ſuſtuliſſe, hoc eſt, oues, quæ Græcè μῆλα dicuntur. vnde μηλονόμος, dicitur ouium paſtor. Propter ruborem autem lanæ, quæ ſimilis auro eſt, exiſtimâſſe eos, qui audierant, mala aurea in Africâ naſci. Eſt & alia fabula. Cùm nuptiæ Iunonis celebrarentur, omnesq; Dij in honorem eius cōferrent munera; Terra in extremis regionibus edidit arborem, poma aurea ferentem. hæc cùm decerperent Heſperides, Atlantis, ſiue Heſperi filiæ, cuſtodem eiuſdem arboris Iuno, ſenſo munus ſpoliari ſuum, in metum earum miſit Draconem inſomnem, qui omnibus noctibus diebusq; cuſtodiret ramos. poſtmodum ab Hercule, interempto, qui ab Eu-*
C *ryſtheo ad hoc miſſus fuerat, mala ſublata ſunt. Heſiodus, has Heſperidas, Aeglem, Arethuſam, & Heſperuſam, Noctis filias, vltra Oceanum mala aurea habuiſſe dicit. Bene ergo Vergilius, has ad Oceanum & Solis occaſum eſſe dicit.* EPVLASQVE Draconi.] *Heſperus rex traditur precioſiſſimas oues habuiſſe, quarum paſtor vocabatur Dracon. cui præbebant epulas regias filiæ. ſed quia Græcè oues μῆλα dicuntur, ex dubio nomine fabula compoſita eſt.* SACROS ramos.] *Vel Veneri, vel Iunoni dicatos.* SOPORIFERVMQVE papauer.] *Incongruè videtur poſitum, vt ſoporifera ſpecies, peruigili detur draconi. Sed dicimus, variam vim præbere victum diuerſum diuerſis animalibus. Nam ſalices amaræ hominibus ſunt, dulces capellis: vt,* Et ſalices carpetis amaras, *ſcilicet hominibus. Item cicutæ, ſecundùm Lucretium, hominibus venenoſæ ſunt; cùm pingues reddāt capellas. Ergo & papauer, cùm det hominibus ſomnum, draconi adimit forſitan. Eſt ergo excuſatio. Poteſt tamen melior eſſe ſenſus, ſi,* Seruabat in arbore ramos, *plena ſit diſtinctio: ſequentia verò ſic accipiamus;* Hæc ſe promittit carminibus curas ſoluere, SPARGENS humida mella.] Soporiferumq; papauer. *Id eſt, miſcens: vt ſuprà dictum eſt ex Cicerone:* Et ſpargere venena didicerunt. *Nec incongruè, ad amaritudinē amoris, mel adhibet ad obliuionem, papauer.* SOLVERE.] *Curâ liberare.* DVRAS.] *Bene* duras, *affectu quo ipſa paſſa eſt.* SISTERE aquam fluuijs, & vertere ſydera retrò.] *Quantò magis poterit Aeneam ab incepto reuocare? Vel ei amorem immittere, aut mihi auferre?* VERTERE ſydera retrò.] *Virū, vt videtur etiā in cælo poteſtatem habere, an etiam fata poſſe mutare? quæ, ſecūdùm Mathematicos, ſideribus gubernātur. & multi ſydera hîc planetas accipiunt; quia reliqua cælo adfixa ſunt.* NOCTVRNOSQVE.] *Vtrum quia in nocte ſunt; an quia per noctē euocantur? an noctu: vt Cicero,* Nocturnis canibus dilaniandum. MANES.] *quòd ad inferos manent, id eſt, abeant.* SVB pedibus terram, & deſcēdere.] *Hæc nō ſic affirmat, quaſi ad amorē extinguendū opus ſint. ſed difficiliora adſignat, vt faciliùs de opprimendo amore credat.* MVGIRE videbis.] *Id eſt, videbit quis. vt,* Migrantes cernas. MAGICAS inuitam.] *Pro, ad magicas: aut, magicas aggredi inuitam. Quia, cùm multa ſacra Romani ſuſciperent, ſemper magica damnarūt: (probroſa enim ars habita eſt) ideò excuſat.* ACCINGIER.] *Præparari.* Accingier *autem, vt ad infinitiuum modum er addatur, ratio efficit metri. Nam cùm in eo vltima ſit longa, addita er ſyllabâ breuis fit: vt hic, & in reliquis.* TV ſecreta.] *Sinè arbitris. & eſt bona elocutio, rem loci, vel temporis, ad perſonam transferre: vt Nocturnus venit, Secretus fecit.* PYRAM.] *Sub ſpecie ſacrificij, præparat mortis exſequias.*

GRATARE.] *gratulare.* ÆTHIOPVM.] *Aethiopes meridiani & heſperij ſunt. nūc de heſperijs loquitur.* ATLAS.] *mōs, columna cœli.* AXEM.] *ſeptentrionalē polum.* TORQVET.] *ſuſtinet.* APTVM.] *coniunctū. Aptare, coniungere erat.* HESPERIDVM.] *Maſsila ſacerdos eſt. ideò Silius Italicus Maſsilā ſacerdotē vaticinantē & fatidicā inducit. Sub Atlāte hortus Heſperidū, cū dracone cuſtodiēte mala aurea: in quo templū erat Herculis.* SPARGENS.] *in cibo, quē dabat draconi.* Heſperides, *filiæ fuerunt Atlantis, quæ hortum habuêre cum malis aureis. Hercules, occiſo dracone, poma aurea ſuſtulit. Poetæ vſurpant Maſsilos modò pro Mauris, modò pro Getulis. nam qui verè dicuntur Maſsili, longiſsimè ab Atlante habitant. Horti Heſperidū nihil habuêre, præter oleaſtros. alis qui poſuêre eos ſub Atlante. Maſsilia, non vrbs, ſed prouincia eſt; & incipit poſt Mauritaniam. Atlas è medijs arenis in cœlū ſe attolit, pro ſiderum aſpectu ſqualens; verſus Oceanum opacus, nemoroſus & fontibus irriguus pars Atlantis, quæ ſpectat Africam, fructus omnium generum parit: loca habet plena voluptatis.* IN arbore.] *Plinius lib. 19. Arborem maluam in oppido Mauritaniæ, nomine Li o, naſci certum eſt, in æſtuario, vbi Heſperidum horti fuiſſe traduntur, iuxta delubrum Herculis, antiquius Gaditano templo.* ARGES.] *deeſt ad.* SVB auras.] *tanquam eſſet factura ſacrificium.* POM. Sabi.

QVÆ mihi reddat eum, vel eo me ſoluat amantē.] *In Oblongo illo libro peruetteri legere eſt,* Quę mihi reddet eum, vel eo me ſoluet amātem. *In Longobardico,* Quæ mihi reddat eum, vel eo me ſoluet amantem. HINC mihi Maſsylæ gentis.] *In libris plerisq; veteribus, Meſſyllæ gentis legitur.* NOCTVRNOSQVE ciet manes.] *Exemplaria quædam admodum vetuſta legunt,* Mouet manes. VAR. Lect.

Illud ſciendum demque, non naturalia ſolùm recondita ſcrutari magos; vti eſt id, quòd ſi quem ſuccineā induxeris veſte, alterū verò paleari, ilicò mutuis copulabuntur nexibus: verùm & verba, quæ vim inſitam profundentia trahere valeāt; multa etiam, quæ ab his trahi poſſunt. Et illa quidem viro, hæc autem fœminæ clàm adhibentes, fœminam ad virum rapiunt; admotis quandoq; & quæ ſeiungere valeant; velut nautæ ita ferrum cum magnete ſuſpenſum librant, vt rapiatur ad vſuram; rurſumq; allio inficientes, raptum dirimunt eiuſmodi. Verbis porrò præeſſe Mercurium volunt; cantibus Phœbū; excantationibus Mercuriū & Phœbū ſimul. Hæc verò copioſiùs, non inargutè aut incallidè conſectati ſumus; ſed vt vno eodemq; pede, Maroni lucem inferremus aliquam, libro 4. CAEL. Rhod.

Hæc ſe carminibus promittit ſoluere mentes,
Quas velit: aſt alijs duras immittere curas.

ET arma.]

Digitized by Google

Erige, & arma viri, thalamo quæ fixa reliquit
Impius, exſuuiasq; omneis, lectumq; iugalem.
Quo perij, ſuperimponas. abolere nefandi
Cuncta viri monumēta iubet, mōſtratq; ſacerdos.
Hæc effata, ſilet: pallor ſimul occupat ora.
Non tamen Anna nouis prætexere funera ſacris
Germanam credit; nec tantos mente furores
Concipit, aut grauiora tim. t, quàm morte Sichæi,
Ergo iuſſa parat.
At regina, pyrâ penetrali in ſede ſub auras
Erectâ, ingenti tædis atq; ilice ſectâ,
Intenditq; locum ſertis, & fronde coronat
Funera; ſuper exſuuias, enſemq; relictum,
Effigiemq; thoro locat, haud ignara futuri.
Stant aræ circùm; & crines effuſa ſacerdos
Tercentum tonat ore deos, Erebumq;, Chaosq;,
Tergeminamq; Hecatē, tria virginis ora Dianæ.
Sparſerat & latices ſimulatos fontis Auerni;
Falcibus & meſſæ ad lunam quæruntur ahenis
Pubentes herbæ, nigri cum lacte veneni;
Quæritur & naſcentis equi de fronte reuulſus,
Et matri præreptus amor.
Ipſa molâ manibusq; pijs altaria iuxta,
Vnum exſuta pedem vinclis, in veſte recinctâ,

ET arma.] *Gladium dicit, abuſiuè. Nam ait paulò pòſt,* Enſemq; relictum. *Propriè enim* arma *ſunt, quæ armos tegunt; hoc eſt ſcutū: quod Græcis ὅπλον ἔνοπλον dicitur; cùm cætera ſua nomina habeant. vnde ipſe ait,* At Lauſum ſocij exanimem ſuper arma ferebant. *Sed hic ideò generaliter arma nominauit; ne mentione ſolius gladij conſilium proderetur* IMPIVS.] Qui gladiū *reliquit furenti. Hoc aūt tractū eſt de Homero qui dicit, glaudiū Aiaci datū ab Hectore, & Hectori ab Aiace baltheum: quæ vtris exitio fuerūt. nam alter tractus eſt balteo: alter ſe donato telo interemit. Vnde prouerbiū natum eſt apud Sophoclem: ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κ' οὐκ ὀνήσιμα.* EXSVVIAS.] *Veſtes Aeneæ: quem hoſtem dixerat ſuprà;* I ſoror, atq; hoſtem ſupplex affare ſuperbum. *Item,* Dulces exſuuiæ. LECTVMQVE iugalem.] *Elegāter etiam in morte perſeuerat in amore; &, quatenus poteſt, Aeneæ ſe coniungit, ſi vno igne cum eius concremetur exſuuijs.* QVO perij.] *Propter extinctum pudorem.* ABOLERE nefandi.] *A memoriā tollere. vt,* Paulatim abolere Sichæum. IVVAT monſtratq; ſacerdos.] Iuuat, *συμφέρει: hoc eſt, & voluntas mihi eſt, & ſacerdos præcipit.* Que *autem, pro enim, poſuit.* HÆC effata ſilet.] *Subitū ſilentium, imperfectam orationē ex perturbatione mētis oſtendit.* PALLOR ſimul occupat ora.] *Scilicet ex conſcientiâ cogitatæ mortis.* NOVIS.] *Pro vſitatis.* PRÆTEXERE.] *Praeuelare, abſcondere. Et eſt antiſtrophe;* Funeribus noua ſacra prætexere. *Ergo hoc dicit: Anna non arbitratur, ſub obtentu ſacrificiorum, pompam funeri præparari.* TANTOS furores] *Quantos cogitabat Dido.* GRAVIORA timet, quàm morte Sichæi.] *Aut* quàm *detrahimus; & ſtat eloquutio: aut ſubaudimus,* grauiora *timet poſſe contingere, hoc eſt, vel quæ fecit, vel paſſa eſt Dido.* AT regina pyrâ.] *Notatus eſt hic verſus. vitioſa eſt enim eloquutio, quæ habet exitus ſimiles: licèt ſit caſuum diſsimilitudo.* INTENDITQVE locum ſertis:] *Et intendit, & illigat: vt,* Et ſtupea vincula collo Intendit. *& eſt hypallage;* Intendit ſerta per locum: *hoc eſt, aut à pariete in parietem ligat; quod eſt, extenſis ſertis locum replet, quaſi ſerta per locum tendit.* FVNERA.] *Romani moris fuit, propter ceremonias ſacrorum, quibus populus Romanus obſtrictus erat, vt potiſſimùm cupreſſus, quæ exciſa renaſci non ſolet, in veſtibulo mortui poneretur; ne quis imprudens funeſtam domum, rem diuinam facturus, introeat, & quaſi contaminatus ſuſcepta peragere nōn poſsit. Hinc ergo* funereâ cupreſſo: *Nam etiam ſupradicta ligna ad funus pertinent: vt,* Procumbunt piceæ, ſonat icta ſecuribus ilex. EFFIGIEMQVE toro locat.] *Imaginem ſcillicet Aeneæ. quia ſolent Magi effigies eorum facere, propter quos carmen inſtituunt. vt in Bucolicis,* Limus vt hic dureſcit, & hæc vt cera liqueſcit. *Et Eclog. 8.* Terque hæc altaria circùm Effigiem duco. *Horatius;* Lanea effigies erat, altera cerea. *Et bene exprimitur amoris affectus, quòd etiam in morte amati imagini volebat eſſe coniuncta. vt paulò pòſt,* Natumque patremque Cum genere extinxem, memet ſuper ipſa dediſſem. HAVD ignarâ futuri.] *Memor ſuæ diſpoſitionis* STANT aræ circùm.] *Aut ſunt, aut circumſtant.* CRINES effuſa.] *Crines effuſos habens: vt,*

Picti ſcuta Labici. SACERDOS.] *Quæritur à quibuſdam, quæ ſit hæc ſacerdos: quia illam ipſam accipi volunt, quæ ſuprà dicta eſt, tanquam ficta à Didone. Ergo hāc adhibitam ad tēpus huius officij ſacerdotē volunt.* TERCENTVM tonat ore deos.] *Non tercentum deos: ſed tonat tertiocentum nomina Hecates. vnde Hecate dicta eſt, ἑκατόν, id eſt, centum poteſtates habens.* Tonat *autem, perite dixit: in aliquibus enim ſacris imitabantur tonitrua; ſed præcipuè in Hecate. aut* tonat, *clarâ voce cum fiduciā inuocat.* EREBVM.] *Inferorum profunditatem.* TERGEMINAMQVE Hecaten.] *Quidam Hecaten dictam eſſe tradunt; quòd eadem & Diana ſit & Proſerpina: ἀπὸ τῶν ἑκατέρων. vel quòd Apollinis ſoror ſit, qui eſt ἑκατηβόλος. &, ſecundùm Heſiodum, Hecate Titanis, & Aſteriæ filia eſt: Diana, & Iouis & Latonæ: Perſephone, Iouis & Cereris. quam genealogiam poſteriores confuderunt.* TRIA virginis ora Dianæ.] *Iteratio eſt eiuſdem rei; Lunæ, Dianæ, Proſerpinæ. Et cùm ſuper terras eſt, creditur eſſe Luna; cùm in terris, Diana; cùm ſub terris, Proſerpina. Quibuſdam ideò triplicem placet; quia Luna tres figuras habet. prima tanquam C, ſequens tanquam Ɔ, tertia tanquam O. Nonnulli eandem Lucinam, Dianam, Hecaten appellant; ideò, quia vni deæ tres adſignant poteſtates; naſcendi, valendi, moriendi. & quidem naſcendi, Lucinam deam eſſe dicunt; valendi, Dianam; moriendi, Hecaten. ob quam triplicem poteſtatem, triformem eam triplicemq; finxerunt: cuius in triuijs templa ideò ſtruxerunt.* SIMVLATOS fontis auerni.] *In ſacris, vt ſuprà diximus, quæ exhiberi non poterant, ſimulabantur: & erant pro veris. Bene autem de Auerno, per quem deſcenſus ad inferos dicitur.* FALCIBVS & meſſæ ad lunā quęrūtur Ahenis.] *Quia herbæ aut ſecundùm rationem Lunæ tolluntur; aut in quas deſpumauerit Luna: ſicut Lucanus,* Donec ſuppoſitas propiùs deſpumet in herbas. *Nec omnes eodem modo. Vnde perite &* ahenis falcibus *dixit: quia aliæ velluntur, aliæ inciduntur. &* ad Lunam; *non ad noctem; ſed ad Lunæ obſeruationem.* PVBENTES herbæ.] *Ideò, quia aliæ ſiccæ, aliæ viridiores leguntur. Et ſciendum, inter homines & herbas eſſe reciprocam relationem. Sic enim pubentem herbam dicimus, quemadmodum florem ætatis.* NIGRI cum lacte veneni] Nigri, *aut noxij: quia nigri fiunt homines poſt venenum. Aut certè illud eſt: quia ſunt herbæ nigri lactis, id eſt, ſucci. Dicunt autem, per periphraſin agreſte papauer ſignificari.* ET matri præreptus amor.] *Plinius dicit in naturali hiſtoriā, pullos equinos habere in fronte quandam carnem, quam eis ſtatim natis adimit mater: quam ſi quis fortè præripuerit, odit pullum, & lac ei denegat. Iuuenalis;* Cui totam tremuli frontem & Cæſonia pulli Infudit. *Et meritò ſuſpicantur, amorem creari ex carne: ſinè quâ mater non alit ex ſe creatum. Theocritus, hippomanes virgulti genus dicit.* IPSA molâ.] *Id eſt, farre & ſale: quam molam ſalſam, à molendo, appellant. Ordo autem eſt: Ipſa Dido molâ, & pijs manibus, id eſt, puris, deos teſtatur. Et bene* ipſa; *quia ſuprà de ſacerdote erat locuta.* VNVM exſuta pedem.] *Quia id agitur, vt & iſta ſoluatur, & implicetur Aeneas. Solent enim & reſolutoria ſacrificia ab aruſpicibus* fieri.

A fieri: & Iunonis Lucinæ ſacra nō licet accedere, niſi ſolutis nodis. IN veſte recinctâ.] Quia, vt ſuprà diximus, in ſacris nil ſolet eſſe præligatum; præcipuè eius, quæ amore vult ſolui. Sanè Flaminicæ non licebat, neq; calceos, neq; ſoleas morticinas habere, (morticinæ autem dicuntur, quæ de pecudibus ſuâ ſponte mortuis fiebant) neq; ſupra genu ſuccinctam eſſe. quod hîc vult tangere, Vnum exſuta pedem vinclis in veſte recinctâ : non ſublatâ ; ſed ſummiſſâ. nam ſic eſt dictum recinctâ : vt reſoluta, vt remiſſa.

POM. Sabi. SACERDOS.] Maſſila. PRÆTEXERE.] abſcondere tantos furores. non credebat Didonem velle ſe interimere. SICHÆI.] vidit ſororem multum dolere morte Sichæi. credebat nunc, propter diſceſſum Aeneæ, ſimilem pati dolorem. ILICE.] Ilex, & tæda, & picea, arbores ad componendam pyrā. INTENDIT.] ligat. FRONDE.] cupreſſeâ, quæ funebris eſt. EFFIGIEM.] antiqui ad memoriam faciebant ſuorum imagines. Apud Valerium Flaccum Pelias imaginem Acaſti habebat. Exprimitur nunc affectus impenſiſſimè amantis; quòd volebat extingui cum imagine. TER centum.] nimium. Proſerpina Hecate dicitur tercentum habere poteſtates. ἑκατὸν centum. HEREBVM.] dicitur Herebus, pro- B funditas inferorum. TRIA ora. dicitur enim Luna, Diana, & Proſerpina. velut M. Varro ait, apud Græcos in triuijs colebatur. vnde tria ora : vel quòd in cœlo tribus vijs mouetur. LATICES.] aquas. AVERNI.] Auernus lacus, vnde eſt deſcenſus ad inferos. MESSÆ.] truncatæ. AHENIS.] ferreis. HERBÆ pubentes.] id eſt, teneræ. Tranſlatio ab hominibus. Inciduntur falcibus ferreis ad lumen lunæ, cum ſilentio, ad incantationem. vt apud Plinium: Ad obſeruationem lunarem magi herbas truncabant, falce perfuſo ſanguine veſpertilionum. Agreſte papauer intelligit. Cùm peperêre animalia, ſtatim emittunt lac, quod venenum eſt. Paſtores coloſtram dicunt. aut de hoc lacte intelligit : nam id magi ſeruabant. aut lac pro ſucco herbæ, & papaueris præſertim, accipit. AMOR.] hippomanes. Plinius libro 8. Equa ſtans parit : præter cæteras fœtus diligit. & ſanè equis amoris innaſcitur veneficium, hippomanes appellatum, in fronte, caricis magnitudine, colore nigro ; quod ſtatim edito partu deuorat. ſed à diligentibus præripitur.

VAR. Lect. EXSVVIASQ'VE omnes.] Legitur etiā in antiquis Exſuuias omnes, abſq; particulâ copulatiuâ. SVPER imponas.] In libris aliquot antiquis, Superimpone ſcriptum C eſt. Sunt & alij, in quibus Imponant habetur. ABOLERE nefandi Cuncta viri monumenta iubet, monſtratq; ſacerdos.] Sunt lib. admodum vetuſti, in quibus cum Mediceo ſic habetur, Monimenta iuuat. PALLOR ſimul occupat ora.] Veteres nonnulli lib. Inficit ora, legunt. AVT grauiora timet, quàm morte Sichæi.] In antiq. aliquot lib. Haud legere eſt. FALCIBVS & meſſæ ad lunam quæruntur ahenis.] Libr. pleriq; vetuſti ſcriptum habent, Aheneis, quippe falcibus. VNVM exuta pedem vinclis, in veſte recinctâ.] Sunt quædam exemplaria manuſcripta, in quibus legitur, Et veſte recinctâ.

CAEL. Rhod. Lunam vero de ſolari fonte haurire, vel nominis etymo conieclant eruditorum ſcholæ : nam Selenen dici, quòd lucem nouam habere perpetuò videatur. Adijciunt calculum & Dianæ ſacra, quæ vocant Artemia : in quibus ex hoc argumento geſtantur faces. Quia verò triplicem faciat viſitationem luna: cùm ſurgit in cornua, & falcata dicitur; cumq; diuidua eſt; & cum orbe circumacto: hinc propagatū autumant poëticum cōmentum, de triformi Dianâ. Vnde fit & Maronis illud decantatum grammaticis, diuerſeq; pro ingeniorum captu expoſitum:

Tergeminamq; Hecaten, tria virginis ora Dianæ.

Quod exprimens Auſonius, in ternarij numeri grypho, inquit:

Tergemina eſt Hecate, tria virginis ora Dianæ.

Verùm in eius loci enarratione, vt nil prorſum diſſimilem, varia (vt dixi) promuntur à ſtudioſis, pro inuentorum ratione. Sunt enim, qui Hecatem ibi tergeminam dici opinētur: quia ſit (vt ſcribit Orpheus in Argonauticis) trium capitum. eam ſiquidem τρισοκέφαλον indè appellat : ita, quòd dextrum caput ſit equi; ſiniſtrum, canis; medium, hominis agreſtis. Eſſe quoq; Tartari filiam, eiuſdem comprobat carmen, ταρταρόεσσαν ἑκάτην. Ex quibus Seruium coarguere nituntur, iterationem eſſe tradentem ibi. Nam etiamſi Hecaten dici Proſerpinam ſæpe inuenias : tamen intelligi quandoq; ſeparatum numen putant alij. quia multi Hecaten cum Iunone coniungunt, vt ſit eadem Iuno, Diana, & Proſerpina : ex quibus Hecate, vt eſt apud Lucanum, commune efficiatur numen. idcirco, ne alterutrum poëta damnaret, vtrumq; dixiſſe. Nam eſſe item, qui Hecaten Perſo Titane, & Aſterie Latonæ ſorore, prognatam ferant : cui elementa ſubiecerit Iupiter, fecerítq; cœlo hereboq; potentem, vt cecinit poëta nobilis. vnde etiam Hecaten dictam voluit Heſiodus, à multiplici videlicet poteſtate. Aiunt & illud Græci terniones, id eſt, τὰς τριάδας, apud inferos cenſeri admodum : vt qui ſint Hecates numini conſecrati. Cui item argumento compari triglâ piſce rem diuinam fieri, & ſurrigi in triuijs ſimulacrum : quòd (vt inquit Ariſtophanis interpres, & approbat in Deorum naturâ Phurnutus) Luna, Diana, Hecate, idem crederetur numen : cui, ſole occiduo, vice ſacrificij cœnam mitterent ditiores in neomenijs, quam famelici pauperes diriperent vorarentque, à deâ factum id cauillantes.

IOAN. Scop. Aes porrò in ſacris & excantationibus magnam habuiſſe veteribus auctoritatem ac vim, ſcribit Theocriti interpres, in Poëtæ Pharmaceutriâ : proptereáq; in lunæ deliquijs adhiberi ſolitum, καὶ ἐπὶ τοῖς καταιχομένοις, id eſt & hominum morte. purius enim cæteris habebatur. καὶ ἀπελαστικὸν τῶν μιασμάτων, id eſt, pollutionum expiatorium. Indè eo vtebantur in purificationibus vniuerſis : vt in lib. de Dijs ſcripſit Apollodorus. Quin & Coræ, ſeu Proſerpinæ ſacerdos, Athenis Aereum pulſare inſtrumentum aſſuerat, quod ἠχεῖον vocant. Apud Laconas, rege defuncto, lebetibus obtinnire, fuit veteris inſtituti. Et Sophocles in Tragœdia, cui Titulus Rhizotomi, id eſt, radicum ſectores, Medeam ſcribit, herbas ſecantem, ſuccos in cados refudiſſe Aeneos; herbas verò Aeneis ſubſecuiſſe falcibus. Ex quo & Vergilius.

Falcibus & meſſæ ad Lunam quæruntur ahenis
Pubentes herbæ, nigri cum lacte veneni.

In his verò potiſſimùm ſacris ænea adhiberi vaſa Macrobius ſolita ſcribit; quibus delinire aliquos, aut deuouere, aut deniq; exigere morbos vellent.

Teſtatur moritura deos, & conſcia fati
Sidera : tum, ſi quod non æquo fœdere amantes
Curæ numen habet, iuſtumq; memorq; precatur.
Nox erat, & placidum carpebant feſſa ſoporem
Corpora per terras, ſyluæque & ſæua quierant
Æquora : cùm medio voluuntur ſidera lapſu,
Cùm tacet omnis ager, pecudes, pictæq; volucres;
Quæque lacus latè liquidos, quæq; aſpera dumis
Rura tenent, ſomno poſitæ ſub nocte ſilenti,
Lenibant curas, & corda oblita laborum.
At non infelix animi Phœniſſa, nec vnquam

SER. TESTATVR moritura deos.] Quidam hîc teſtatur, pro obteſtatur, accipiunt. CONSCIA fati ſidera.] Id eſt, planetas, in quibus fatorum ratio continetur. An, conſcia fati ſui teſtatur ſidera : vt conſtantia eius appareat mori volentis. ergo fati ſui, id eſt, mortis. SI quod non æquo fœdere amantes curæ numen habet.] Ordo eſt: Tunc numen precatur, ſi quod curæ habet amantes nō æquo fœdere. Si quod autem, bene dubitat, vtrùm & ita malæ res habeant præpoſitas poteſtates. Nam & amatoribus præeſſe dicuntur ἔρως, ἄντερως, ἄνερως. Nōnulli Nemeſin ſignificari putant. nonnulli, ἀντέρωτα inuocabat, cō-

Soluitur in ſomnos, oculiſve aut pectore noctem
Accipit. ingeminant curæ, rurſusq; reſurgens
Sæuit amor, magnoque irarum fluctuat æſtu.
Sic adeò inſiſtit, ſecumque ita corde volutat:
En quid agam? rurſúſne procos irriſa priores
Experiar? Nomadumque petam connubia ſupplex:
Quos ego ſum totiens iam dedignata maritos?
Iliacas igitur claſſes, atque vltima Teucrûm
Iuſſa ſequar? quiáne auxilio iuuat antè leuatos,
Et bene apud memores veteris ſtat gratia facti?
Quis me autem (fac velle) ſinet? ratibusque ſuperbis
Irriſam accipiet? neſcis heu perdita, necdum
Laomedonteæ ſentis periuria gentis?
Quid tum? ſola fugâ nautas comitabor ouanteis?
An Tyrijs, omnique manu ſtipata meorum
Inſequar? & quos Sidoniâ vix vrbe reuelli,
Rurſus agam pelago? & ventis dare vela iubebo?

trarium Cupidini, qui amores reſoluit: aut certè, cui cura eſt iniquus amor, ſcilicet vt implicet non amantem. Hic etiam Athenis coli dicitur. IVSTVMQVE, memorque.] Iuſtum, *ad iudicandum: vt expugnetur, qui eſt cauſſa diſcordiæ.* Memor *ſimul, ad vindicandum. &* memor *ideò neutro genere, quia numen dixerat.* NOX erat.] *Protenditur iſta deſcriptio, ad exaggerationẽ vigiliarum Didonis.* SYLVÆQVE.] *Secundùm eos, qui dicunt, omnia quæ creſcunt, animalia eſſe.* ÆQVORA.] *Elementa etiam animalia eſſe voluerunt. Vnde eſt in ſeptimo.* Æquora mulcebant cantu. MEDIO voluuntur ſidera lapſu.] *Noctem deſcribit per ſydera: hoc eſt, cùm medium curſum tenent ſidera, quæ orta ſunt.* TACET AGER.] *Ea quæ in agris ſunt.* PICTÆQVE volucres.] *Vno verbo multos & varios colores auium demonſtrauit. Pictura enim ex multis coloribus conſtat.* AT non infelix animi,] *Antitheſis: vt,* At non quà Scythiæ gentes. *Figuratius eſt,* animi, *quàm ſi* animo *diceret: vt,* O præſtás animi iuuenis. OCVLI'SVE aut pectore noctem accipit.] *Quia poteſt aliud eſſe ſinè alio, vt ſi quis dormiens mente turbetur.* RESVRGENS ſæuit amor.] *Grauior enim eſt, cùm reſurgit. & eſt ſententia quaſi generalis: ſicut in ſecundo, de Aeneâ;* Furor iraque mentem Præcipitant. ADEÒ.] *Scilicet furuit: vt in hoc propoſito permaneret, vitandæ ſinè dubio lucis.* INSISTIT ſecumque ita corde volutat.] *Aut inſiſtit voluere: aut inſiſtit propoſito moriendi. Plautus tamen ita ait,* Hunc ſermonem inſtiti. EN quid agam?] *En, Ecce, & quaſi demonſtrantis particula eſt: per quam intelligimus, tam multa cogitâſſe, & ſic prorupiſſe; Ecce quid actura ſum? Eſt autem comicum principium: nec incongruè amatrici datum. Sic Terentius:* Quid igitur faciam? *Nam hæc coniunctio multa eam cogitâſſe ſignificat.* RVRSVS.] *Duo ſignificat frequenter* iterum: *raró* viciſſim, *id eſt mutuò vel denuò, vt hoc loco. Alij hoc loco,* rurſus *pro* ſimiliter *accipiunt: vt ſit, Ergo ego ſimiliter rogabo eos, ſicut me illi antea rogauerunt.* NVMADVMQVE petam.] *Inuidia à perſonis: petam mulier & regina Numidas, id eſt, vagos.* MARITOS.] *Futuros ſcilicet. Eſt autem eloquutio; Dedignor illam rem, & illâ re.* ILIACAS igitur claſſes.] *Sic intulit, quaſi, ſi illud non fecerit, hoc neceſſariò conſequatur.* VLTIMA iuſſa.] Vltima, *deterrimas an ſuperba? & aut intelligimus, Aenean ei obtuliſſe nauigandi facultatem: aut* Teucrûm iuſſa *non quæ ipſi iuſſerant, ſed quæ eis à Ioue iuſſa ſunt. vt,* Nauiget: hæc ſumma eſt. Quiáne. *Reuerà. & eſt vna pars orationis.* BENE] *Pro qualitatis aduerbio intelligendum eſt.* STAT.] *Permanet.* QVIS me autem (fac velle ſinet?] *Ordo eſt: Fac me dũ velle, quis ſinet?* RATIBVSQVE ſuperbis.] *Vel magnis & altis: vel in quibus ſuperbi nauigaturi ſunt, hoc eſt, qui me tanto cõtemptu deſeruũt.* IRRISAM.] *Alij,* inuiſam. *Quæ ſic contemni & relinqui mereor.* LAOMEDONTEÆ.] *Nunc fraudulitæ.* NAVTAS.] *Nõ Troianos. Nam iniurioſè dixit* nautas, *id eſt, aſſuetos laboribus.* OVANTEIS.] *Lætantes, abuſiuè: nã propriè ouatio eſt minor triumphus. Qui enim ouationem meretur, & vno equo vitiur, & à plebeijs vel ab equitibus Romanis deducitur ad Capitoliũ, & de ouibus ſacrificat: vnde & ouatio dicta. qui autem triumphat, albis equis vitiur quatuor, & ſenatu præeunte, in Capitolio de tauris ſacrificat. Et bene duo diuerſa poſuit.* Fugâ, *&* ouátei*s: vt grauius eſſet, cũ his, qui ouarent, ire fugientẽ* INSEQVAR.] *Alij,* Inferar: *vt,* Infert ſe ſeptus nebulâ. VIX vrbe reuelli.] *Aut mox, Id eſt, paulò ante: vt,* Vix è conſpectu Siculæ telluris in altũ, Vela dabãt læti. *Aut reuerà vix, vt diximus ſuprà. Nam nullâ ratione dimitterent patriam, niſi eos aut odium Pygmalionis coëgiſſet, aut timor: vt,* Conueniunt quibus aut odium crudele tyranni, Aut metus acer erat.

PRECATVR.] *prece inuocat.* SI quid numen habet curæ amantes.] *Inquè ad vltionem dicit,* iuſtum, *&* memor *refertur ad vitam.* FOEDERE.] *Aeneas amauit non æquo fœdore.* LENIBANT.] *Omnia animantia leniunt curas ſomno; & eorum corda obliuiſcuntur laborum: & quæcunq; alia ſunt, quieſcunt nocte, ſola Dido vigilabat, & inquieta erat. Et hic verſus non legitur ab Apromano.* CONNVBIA.] *Dido ſpreuit coniugia Afrorum.* SEQVAR.] *ſequárne Troianos, & illorum iuſſa exſequar: puta quòd loquatur ad miſerationem: quaſi, quòd ſi nauiget cum Troianis, ſit futura ſerua.* LEVATOS.] *Troianos.* QVOS.] *Tyrios.* SIDONIA.] *Phœniciâ.* PELAGO.] *ſequárne Aeneam, & rurſus deinde Sidonios meos, pelago.*

POM. Sab.

NOMADVMQVE petam connubia.] *Veteres plerię libri, non* Petam, *ſed* Sequar cõnubia, *legunt.* Quos ego ſum toties] *In aliquot antiquis libris* Sim *legitur.* QVIA'NE auxilio iuuat ante leuatos?] *In libris aliquot antiquis,* Exilio *legitur.* RATIBV'SVE ſuperbis Irriſam accipiet?] *In Mediceo, & pleriſque alijs libris antiquis,* Inuiſam *legitur.* NAVTAS comitabor ouantes.] *Vetera quædam exemplaria,* Euntes *legunt.* AN Tyrijs, omnique manu ſtipata meorum Inſequar.] *Mediceus & antiqui alij plerique libri,* Inferar *legunt.*

VAR. Lect.

MAGNOQVE irarum fluctuat æſtu.] *In eum, qui ſecum ſtomachatur. De Didone dictum eſt, indignè ferente, quòd Aeneas fugam clàm appararet.*

ADR. Bat.

Quin morere, vt merita es; ferroque auerte dolorem.
Tu lacrymis euicta meis, tu prima furentem
His germana malis oneras, atque obijcis hoſti.
Non licuit thalami expertem ſinè crimine vitam
Degere, more feræ? tales nec tangere curas?
Non ſeruata fides cineri promiſſa Sichæo.
Tantos illa ſuo rumpebat pectore queſtus.
Æneas celſâ in puppi, iam certus eundi,

SER. QVIN morere.] *Quin, imò. & bene omnis eius intentio tendit ad mortem. Nam ſi, procos rogare, turpe eſt; ſolam ſequi impoſſibile & inhoneſtum; Tyrios trahere, diſſicile: ſola mors ſupereſt.* FERROQVE auerte dolorẽ.] *Hoc ſecundùm eos dixit, qui cùm aliquid impulſu animi conſtituerint, voluntatis ſuæ rationem addere conantur. Ergo & hìc quaſi rationem approbat; quod furore paulò antè decreuerat.* TV lacrymis euicta meis.] *Bene totum ei imputat; ſed cum excuſatione, quæ Aeneæ nuptias ſuaſit.*

A B C

Digitized by Google

Carpebat ſomnos, rebus iam ritè paratis.
Huic ſe forma Dei vultu redeuntis eodem
Obtulit in ſomnis, rurſusq; ita viſa monere eſt:
Omnia Mercurio ſimilis, vocemq; coloremque,
Et crines flauos, & membra decora iuuentæ.
Nate deâ, potes hoc ſub caſu ducere ſomnos?
Nec, quæ circumſtent te deinde pericula, cernis
Demens? nec Zephyros audis ſpirare ſecundos?
Illa dolos, dirumque nefas in pectore verſat,
Certa mori; varioque irarum fluctuat æſtu.
Non fugis hinc præceps, dũ præcipitare poteſtas?
Iam mare turbari trabibus, ſæuasque videbis
Collucere faces; iam feruere littora flammis:
Si te his attigerit terris aurora morantem.
Eia age, rumpe moras: variũ & mutabile ſemper
Fœmina. ſic fatus nocti ſe immiſcuit atræ.
Tum verò Æneas, ſubitis exterritus vmbris,
Corripit è ſomno corpus, ſociosque fatigat.
Præcipites vigilate viri, & conſidite tranſtris:
Soluite vela citi. Deus æthere miſſus ab alto,
Feſtinare fugam, tortosque incidere funes

A *ſuaſit. & victa lacrymis, vt,* Sinum lacrymis impleuit obortis, Anna refert. TV prima furentem.] *Alij hoc diuidunt; licèt alij iungant: & volunt hunc eſſe ſenſum: Tu perſuaſiſti vt nuberem, victa lacrymis meis; tu etiam nunc me his oneras malis. nam me olim occidiſſem; niſi te deſerere formidarem.* OBIICIS hoſti.] ob *naturaliter breuis eſt; ſicut &* re *&* ad: *ſed plerunque producuntur hac ratione,* Obicio, *reijcio, adijcio, id eſt, cùm habent vocalem ſequentem, quæ per declinationem poteſt in conſonantis formam tranſire: vt,* Obieci, *reieci. Ergo antè, quàm trãſeat, interdum fungitur officio cõ-*
B *ſonantis, & præcedentem longam facit.* HOSTI.] *Ad euentum referendũ.* NON licuit.] *Quia aliud volebat; & aliud factum eſt: ſicut ſolent dicere, quibus aliter conata ſuccedunt.* THALAMI expertem.] *Non omnino; ſed poſt Sichæum.* SINE crimine.] *Vt ſuprà,* Potui ſuccumbere culpæ. MORE feræ. *Plinius in naturali hiſtoriâ dicit,* Lyncas poſt amiſſos coniuges alijs non iungi. *Multi* ferè *aduerbium volunt, vt ſit ſenſus: More, ſcilicet, quo iam viduitatem ferè conſueuerat.* SICHÆO.] *pro, Sicheio.* PECTORE queſtus.] *Id eſt, pectus queſtibus.* CERTVS eundi] *Indubitabiliter profecturus.* CARPEBAT ſomnos.] *Hoc eſt, quòd paulò pòſt culpat Mercurius, dicens:* Nate deâ, potes hoc ſub caſu ducere ſomnos? *Sed excuſatur his rebus: nam & certus eundi fuerat; & ritè cuncta præparauerat. Aut certè prooeconomia eſt, vt poſſit videre Mercurium.* RITE.] *Rectè & ex ordine compoſuit. & diligenter virum ſtrenuum non antè facit requieſcere, quàm ritè omnia parauiſſet.* FORMA Dei.] *Bene, non deus; ſed forma. Raro enim numina, ſicut ſunt, poſſunt videri. Vnde & ſequitur,* Vultu redeuntis eodem. *Nam licet* redeuntis *dicat, id eſt, eius qui poſſit agnoſci: tamen non fa-*
C *ciem dicit; ſed vultum, qui poteſt ſæpè mutari.* EODEM.] *O, ſemper longum eſt: quia* eodem *ablatiuus eſt.* eadem *autem, & producit, & corripit. nam & nominatiuus eſt; vt, Eadem mulier fecit: & ablatiuus; vt, Eâdem faciente muliere.* VISA monere eſt.] Viſa *bene: quia nõ reuerâ.* OMNIA Mercurio ſimilis.] *Aliud eſt, idem eſſe; aliud, ſimile eſſe. ergo nunc eſt certus Aeneas. Et à toto tranſit ad partes: vt,* Omnia magna, pes etiam. VOCEMQVE.] *Duo ὁμοιοτέλευτα. & eſt verſus hypermetrus.* Vocem *autem ideò, quia orationis eſt deus. Horatius:* Mercuri facunde. COLOREMQVE, Et crines flauos.] *Ideò & peruſtus & flauus Mercurius introducitur: quia ſatis vicinus eſt Soli, præter cæteras ſtellas.* ET membra decora iuuentæ.] *Quia palæſtræ deus eſt. Horat.* Catus & decoræ more palæſtræ. Iuuentæ *autem, ætatis; à iuuentâ. Sanè figura eſt.* Similis membra vocem, colorem. CIRCVMSTENT.] *Pro, circumſtatura ſint.* DEMENS.] *qui nec videas, nec audias.* ZEPHYROS.] *Pro quocunq; vento. Carthagine enim, non Zephyro, ſed Auſtro, nauigari ſolet.* NEFAS in pectore verſat.] *Hoc ideò poſuit, ne Aeneas non timeret amatricem. nam ideò addidit,* Certa mori: *Item,* Varium & mutabile ſemper Fœmina. *Et eſt dubitatio, quos dolos, vel quod nefas? an ſibi nefas; quia ſuâ manu peritura erat: an ſorori dolos, quibus eam fallebat? vtrumque in Aenean: vt poſtea ait,* Non potui abreptum diuellere corpus, *& cætera. nam omnia, ſicut dictum eſt, ſequens verſus confirmat,* Certa mo-

ri: vt ſibi mortem excogitet, in Aenean iras moliatur. Et Certa, *figuratè: Certò vt moriatur.* CERTA mori.] *Hoc fidẽ fecit, poſſe fieri, quod metuendũ prædicabat.* PRÆCEPS.] *Feſtinus.* PRÆCIPITARE.] *Pro, præcipitandi.* TRABIBVS.] *Vel nauibus, vel remis: vt,* Vaſtumq; cauâ trabe currimus ęquor. COLLVCERE faces.] *Propter,* Ferte citi flammas. *vel funes.* FERVERE.] *A verbo Feruo, feruis, feruit.* EIA age.] *Hoc loco per αὔξησιν orationem impleuit. nam eandem rem ſecundò dixit: cùm eia, ſæpè age ſignificet.* VARIVM & mutabile ſemper.] *Hæc, ſicut ſuprà dictũ eſt, obiectio eſt: ſed amat.* NOCTE ſe immiſcuit atræ.] *Hoc ad viſum ſomniãtis referendũ eſt: id eſt, in noctẽ ſe miſcuit &* noctẽ *pro tenebris poſuit: per quod apparet, eũ in claro lumine fuiſſe, cùm loqueretur.* VMBRIS.] *vt ſuprà,* Forma dei. *vel vmbris, terroribus.* CORRIPIT.] *Omen futuræ tempeſtatis: cùm rumpit ſomnũ, deorũ donum.* PRÆCIPITES.] *Vt ſuprà Mercurius;* Non fugis hinc præceps? *Sanè nonnulli ita diſtinguunt:* Sociosque fatigat præcipites *vt, allocutio hinc videatur incipere;* Vigilate viri & conſidite tranſtris. *& eſt vſitata figura; fatigat, & præcipites facit.* FATIGAT.] *Cum clamore increpat. vt,* Vndiq; collecti coëunt Marteмq; fatigant. VIRI.] *Habet hæc cõmemoratio multũ adhortationis: vt alibi,* Feſtinate viri. TRANSTRIS.] *Pro, in tranſtris.* CITI.] *Celeres.* FESTINARE fugam.] *Antiquè: vt,* Tum iuſſa Sibyllæ, Haud mora, feſtinant. INCIDERE funes.] *Hoc ad rem feſtinantis pertinet: id eſt, non ſoluere, ſed incidere.*

MORERE.] *Concludit quod volebat; ſcil. mori.* TV lacrymis.] *in principio huius 4. volumin. Anna, victa lacrymis* POM. Sabi.
Didonis ſuaſit vt nuberet. Vrbanus ſic legit: Tu lacrymis euicta meis, perſuaſiſti nubere: tu etiã oneras me his malis. FERÆ.] *legunt quidam* ferè *aduerbium: vt, Non licuit more iam meo, quo ferè conſueueram, viuere. Apronianus legit, vt* feræ *ſit caſus genitiui. & hoc mihi placet: Non licuit me viuere more ferarum, quæ coniugium non curant. Seruius intelligit* feræ, *id eſt, lyncis: quia lynx, amiſſo ſocio, alijs non coniungitur, hoc non memini me legiſſe, nec apud Plinium, nec alios.* MERCVRIO.] *forma hæc erat Mercurij. & dicit quare. Sed videtur velle intelligere, non fuiſſe Mercurium; ſed formam Mercurij.* SICHÆI.] *Sic legit Apronianus.* RVMPEBANT queſtus.] *interea dum querebatur, Aeneas poſitis curis dormiebat.* DEI.] *Mercurij.* EODEM.] *quo apparuit Carthagine.* EVNDI.] *Ego intelligo, quòd Aeneas tardâ horâ cõſcenderat mare; & iã certus eundi, ſuperueniẽte nocte dormiebat: cùm luceſceret, in magno periculo erat.* ZEPHYRI.] *id eſt, venti vocant ad nauigandum.* HINC.] *à littore Carthaginis.* PRÆCIPITARE.] *feſtinare.* TRABIBVS.] *pro tormentis.* AVRORA.] *dies.* MORANTEM.] *in his terris. Aeneas adhuc erat in littore.*

NON licuit thalami expertem ſinè crimine vitam VAR. Lect.
Degere, more feræ?] *Malè omnino legitur in libris nonnullis antiquioribus,* Expertam. CINERI promiſſa Sichæo?] *In libris plerisq; quã vetuſtis,* Sichæi *legitur.* ET membra decora iuuentæ.] *In Mediceo, & in libris alijs antiquis,* Iuuenta *legitur.* NEC, quæ circunſtent te deinde pericula, cernis.] *Medicei libri cum veteribus alijs*

exemplaribus ita legunt, Nec quæ te circumstent deinde pericula cernis. NEFAS in pectore versat.] *Nonnulli lib. vetusti legunt,* Sub pectore. VARIOQVE irarum fluctuat æstu.] *In veteri admodū li. legi,* Varios irarū cōcitat æstus. EIA age, rumpe moras.] *Vetera aliquot exemplaria legunt,* Ergo age. CORRIPIT è somno corpus.] *In antiquis exemplaribus,* corripit è strato. A

POTES hoc sub casu ducere somnos?] *Hoc versu monebimus, non esse dormitandum, vndiq; imminentibus periculis: vt si hostis muros habeat.* VARIVM & mutabile semper Fœmina.] *Significat, mulieribus non esse credendum; propter inconstantiæ vitium, cui naturâ sunt obnoxia.* ADR. Bu.

Ecce iterum stimulat. sequimur te sancte deorum,
Quisquis es; imperioq; iterum paremus ouantes.
Adsis ô placidusq; iuues, & sidera cœlo
Dextra feras! dixit, vaginâque eripit ensem
Fulmineum, strictoque ferit retinacula ferro.
Idem omnes simul ardor habet; rapiuntq;, ruuntq;.
Littora deseruêre: latet sub classibus æquor:
Annixi torquent spumas, & cærula verrunt.
Et iam prima nouo spargebat lumine terras,
Tithoni croceum linquens aurora cubile.
Regina è speculis, vt primùm albescere lucem
Vidit, & æquatis classem procedere velis,
Littoraque & vacuos sensit sine remige portus:
Terque quaterq; manu pectus percussa decorum,
Flauenteisq; abscissa comas; proh, Iuppiter, ibit
Hic, ait, & nostris illuserit aduena regnis?
Non arma expedient; totâq; ex vrbe sequentur?
Diripientq; rates, alij naualibus? ite,
Ferte citi flammas; date vela, impellite remos.
Quid loquor? aut vbi sum? quæ mentē insania mutat?
Infelix Dido, nunc te fata impia tangunt.
Tum decuit, cùm sceptra dabas. en dextra, fidesq;!
Quem secum patrios aiunt portare penates;
Quem subijsse humeris confectū ætate parentem.
Non potui abreptum diuellere corpus; & vndis
Spargere? non socios? non ipsum absumere ferro
Ascanium; patrijsq; epulandum apponere mēsis?

ECCE iterum stimulat.] *Phantasia est, ad sociorum terrorem. sic in sexto;* Deus ecce, deus. *An iterum, qui priùs aduenerat; cùm ait,* TV nunc Carthaginis altę. SANCTE deorum.] *Emphasis, quasi adhuc præsens Deus vrgeat nauigare. & aut distinguendum,* sancte: *aut* sancte deorum *secundùm Ennium dixit;* Respondit Iuno Saturnia, sancta dearū. QVISQVIS es.] *Atqui suprà dixit,* Omnia Mercurio similis, *Sed sciendum est, secundùm Tullium in libro de deorum naturâ, tres esse Mercurios: superum, terrenum, & inferum. Ergo* quisquis es, *aut quicunq; de trib9. Quámuis alij, nec vnius potestatis, nec vnius nominis, nec vnius vultus, volunt esse Mercurium. Aut, quia deorum vera nomina nemo nouit. aut certè ad Iouem spectat; id est, quisquis es qui precipis: vt in nono,* Quisquis in arma vocas; *(cùm Irim vidisset) id est, quicunque Irim misisti. Planè illud occurrit, quod ait,* Deus æthere missus ab alto: *vbi & Iouem complectitur, & supernum Mercurium. Sed potest & hoc loco, vt diximus, quasi phantasiam facere, propter socios: &,* quisquis es, *ideò dicere: quia, licèt viderit, non tamen reuerâ nouit esse Mercurium. Vnde ait suprà,* Et formam & & vultum, & visa monere est. *Vel* quisquis es, *secundùm Pontificum morem, qui sic precantur,* Iupiter omnipotēs, vel quo alio nomine appellare volueris. *Nonnulli tamen quatuor Mercurios tradunt: vnum cœli & diei filium, amatorem Proserpinæ; alterum, Liberi patris & Proserpinæ filium; tertium, Iouis & Maiæ; quartum, Cyllenij filium: cuius mater non proditura, quo arcu clàm occisa est,* qui hoc metu in Aegyptum profugit, & ibi inuenisse primùm disciplinam litterarum & numerorum dicitur: qui linguâ Aegyptiorum appellatur; de cuius nomine etiam mensis dictus est.* ITERVM paremus.] *Qui iam semel parauerāt, præparatione nauigiorū.* ET sidera cœlo dextra feras.] Dextra, *prospera: &* sidera, *hoc est, ventos, qui ex ortu siderum aut mites & prosperi, aut turbulenti & aduersi sunt. sic in Georgic.* Præterea tam sunt arcturi sidera nobis. *Nec enim sidera dicit reuerâ: cùm arcturus vna sit stella. Ergo* dextra sidera, *ventos, vel tempora.* FVLMINEVM.] *Quidam fulgentem accipiunt.* STRICTOQVE.] *Videtur ab vnâ re,* stricto: *cū dixerit,* vaginâq; eripit ensem. IDEM.] *Pro eo quod est, vnus: vt,* Rex Iuppiter, omnibus idem. RAPIVNTQVE.] *Nū anchoras?* RVVNTQVE.] *Ipsi ruunt; id est, cum impetu festinant.* LITTORA deseruêre.] *Mira descriptio festinationis.* TORQVENT spumas.] *Ita enim remus agitur, vt fluctus torqueatur?* PRIMA aurora.] *Designatio temporis est; non diei descriptio. vnde infert,* Vt primùm albescere lucem Vidit. *Sic in 12.* Quū primùm crastina cœlo Puniceis inuecta rotis, Aurora rubebit. *Et bene hâc primùm inducit vidisse crepusculū quæ quasi amatrix totâ vigilauerat nocte. Sic in Bucol. de amatore;* Nascere, prę́q; diem veniens age Lucifer almū. NOVO lumine.] *Aut recenti: aut secundùm Epicureos, qui stultè Solem de atomis dicūt constare, & cum die nasci, cum die perire.* TITHONI cubile.] *Est versus Homeri in Iliade:* ἠὼς δ' ἐκ λεχέων παρ' ἀγαυοῦ Τιθωνοῖο ὄρνυτο. *Tithonius frater Laomedontis fuit: hunc Aurora adamatū in cœlū leuauit; qui longinquitas vitæ in cicadam conuertit. Horat.* Longa Tithonū minuit senectus. *ga, vt est apud Cicer. sola vox remanet; & est naturâ loquacior.* SPECVLIS.] *Quas vtiq; in suâ regiâ habuit.* ALBESCERE lucem.] *Hypallage est. Luce enim albescunt omnia; non lux albescit.* ÆQVATIS velis.] *Feliciter plenis, sinè motu aliquo: vt VI. Aeneid.* Æquatę spirant auræ. *& hoc ad dolorem pertinet reginæ.* VACVOS sensit sine remige portus. *Potest ὕστερον πρότερον esse, vt priùs sentire debuerit.* PECTVS percussa.] *Pectus percussum habens.* PROH Iuppiter.] *Aut irascētis exclamatio est: vt in Terentio;* Proh suppreme Iuppiter! *Aut certè testatur Iouem, quem in Aeneæ inuocauit aduentu: vt,* Iuppiter, hospitibus nā te dare iura loquūtur. IBIT, & illuserit.] *Ibit & illudet: tempus pro tempore. & sic dixit, vt,* Certâtq; illudere capto. NON arma expedient?] *Furentis hæc verba sunt: vt ipsa paulò post,* Quæ mentem insania mutat? *Nam hæc à sanâ non procedunt, vt imperet absentibus ferre tela: cùm sola sit.* TOTAQVE ex vrbe sequentur.] *Magna emphasis, quòd ait* totâ. NAVALIBVS.] *De naualibus, vbi stāt naues.* AVT vbi sum.] *Nunquid in cœtu sum?* QVÆ mentem insania.] *Bene ei ex parte furentis datur oratio;* date vela: *ex parte, retinentis mentem.* CVM sceptra.] *Vt,* Vultis & his mecum pariter considere regnis. *& alibi,* Ac dominum Æneam in regna recepit. FIDESQVE.] *Subaudiendum en, etiam in sequentibus. aut certè, Hic est quem dicunt portare deos. Sanè en nominatiuo meliùs iungitur: vt,* En Priamus. QVEM secū patrios.] *Quidā in vtroq; versu, pro* quem, *legunt.* Quis; *vt sit vetus figura per eclipsin: vbi sunt, qui aiunt patrios penates portâsse, & parentem humeris subisse? Sanè hic* subijsse, *iuxta præsentem versum, accusatiuo iunxit: cùm alibi antiquè datiuo vsus sit; vt,* Subeant luco: &, Muroque subibant. CONFECTVM.] *Vt è contrario,* integer æui. NON potui abreptum.] *Hoc est, non mihi subuenire poteram in meo regno?* IPSVM Ascanuium.] *Aut quia est causa nauigationis: vt,* Quem regno Hesperiæ fraudo, & fatalibus aruis. *aut ad patris dolorem: vt,* Qui nati coràm me

B

C

A ràm me cernere lęthū Fecisti. EPVLANDŪ apponere.] *Quod fecit Progne, occiso Ity filio, propter stuprū sororis.*

POM. Sabi. IMPERIO.] *mandatis tuis.* RETINACVLA.] *funes, quibus deligata erat nauis.* NAVALIBVS.] *Nauale dicitur, vbi sunt naues.* PENATES.] *Hinc appellatur pius Aeneas, quòd tulerit humeris patrem & penates. improbat hoc.* EPVLANDVM.] *id quod multi fecēre: vt Progne apposuit Ityn Tereo; & Thyestes filios Atreo.*

NVNC te fata impia tangunt.] *In Mediceo libro,* Facta impia, *non* Fata, *legitur.* VAR. Lect.

Verùm anceps pugnæ fuerat fortuna. fuisset,
Quem metui moritura. faces in castra tulissem,
Implêssemq; foros flammis, natumq;, patremque,
Cū genere extinxem; memet super ipsa dedissem.
Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras;
Tuq; harum interpres curarum, & conscia Iuno;
Nocturnisq; Hecate triuijs vlulata per vrbes,
Et Dirę vltrices, & dij morientis Elissæ;
Accipite hæc, meritumq; malis aduertite numen,
Et nostras audite preces: si tangere portus
Infandum caput, ac terris adnare necesse est;
Et si fata Iouis poscunt, hic terminus hæret:
At bello audacis populi vexatus & armis,
Finibus extorris, complexu auulsus Iuli,
Auxilium imploret, videatq; indigna suorum
Funera: nec, cùm se sub leges pacis iniquæ
Tradiderit, regno aut optatâ luce fruatur;
Sed cadat ante diem, mediâq; inhumatus arenâ.
Hęc precor: hác vocē extremá cū sanguine fundo.

IN castra tulissem.] SER. *Classes dixit castra: vt,* Nos castra mouemus. *nam sequitur,* Implêssemq; foros flammis. FOROS.] *Tabulata nautum: ab eo quòd incessus ferāt. & est generis masculini; numeri tantùm pluralis.* CVM genere extinxem.] *Vtrùm omne genus: an morte Aeneæ & Ascanij?* Quoniam illis extinctis, interitura gens omnis esset. *& est Syncope: Extinxē, pro extinxissem.* MEMET super ipsa dedissem.] *Satis amatoriè.* B *Sanè sese cùm dicimus, vltimma syllaba producitur: Vergil.* Seseque in bella remittant. *at verò cùm proferimus* memet *&* tute, *vltimæ breues sunt: Lucretius vtrumq; simul;* Tutemet à nobis iam quouis tempore vatū. *Quas particulas volunt nōnulli significare quiddā: vt sit* memet, *meipsum:* tute, *tu ipse. Alij autem, quod magis sequendum est, excrementa comici lepôris existimant. nam Terētius dicit,* Tutemet mirabere, *id est, tu.* SOL.] *Iam vtitur imprecationibus, hoc est, deuotionibus. vndè & Deuotor & Deuotrix dicitur, qui imprecatur. Non aūt,* Terrarū flāmis; *sed,* Opera terrarū. *Et bene inuocat Solē; vt suprà per numen Liberi sacrificauit.* INTERPRES curarū.] *Aut quas patior, id est, mearū curarū: aut generaliter, curarū coniugaliū interpres, hoc est, media & cōciliatrix. Cicero:* Quiq; interpretes in corrūpendis iudicijs solent esse. *Alij,* Interpres, *testis, iudex, arbitra, accipiunt. Sanè Interpres quid sit, secundùm veteres, ipse exposuit, dicendo,* conscia; CONSCIA Iuno.] *Siluit rem turpem. sic suprà.* Et pronuba Iuno. NOCTVRNIS.] *Non triuijs nocturnis: sed, per nocturnū tempus. Sacra enim Hecatæ* C *in triuijs frequentantur per noctē. Ideò aūt Hecaten inuocat, quasi quæ tanti matrimoniū fecerit, vt sperneret matrē.* VLVLATA per vrbes.] *Proserpinam raptam à Dite patre, cùm Ceres cum incensis faculis per orbem terrarū requireret, per triuia eā vel quadriuia vocabat clamoribus. Iuenal.* Plangentis populi currit derisior Anubis. *Hecaten aūt causā inuocat vltionis. Vnde etiam Furias vocat: sed vsurpatiuè modò Diras dixit. Nam Diræ in cælo; vt,* Dicuntur geminæ pestes cognomine Diræ: *Furiæ in terris: Eumenides apud inferos. vnde & tres esse dicūtur sed hæc nomina confundunt poëtæ.* Vlulata *aūt, pro vlulatu quæsita: & est participiū sinè verbo, vt Regnata.* Vltrix *verò, Tisiphone. Nam Græcè* τίσις *dicitur vltio* φόνος, *funus & mors.* DII morientis Elisæ.] *Aut manes dicit: vnde est,* Vos ô mihi manes Este boni, quoniam superis auersa voluntas. *Aut certè ἀναφορικῶς dicit amatoria, id est, Martem & Saturnū: qui intercidunt vitæ rationem, si radijs suis ortum genituræ pulsauerint. Horat.* Te Iouis impio Tutela Saturno refulgens Eripuit, volucresq; fati Tardauit alas. *Et bene* tardauit: *quia necēssitas fati impediri potest; non penitus eludi. Sic Vergil.* Nec fata vetabant: Stare, decemq; alios Priamum superesse per annos. *Quidam hoc, quod dicit,* Dij morientis Elisæ, *secundùm eos tradunt, qui dicunt habere nos singulos deos nostros. vt,* Nec dij texēre Cupeneum Æneā veniente sui. ACCIPITE hæc.] *Audite.* MERITVMQVE malis auertite numen.] *Quod mali merentur.* AVDITE preces.] *Imprecationes dicit.* *Nam non sunt preces: vt paulò pòst;* Imprecor, arma armis pugnent. INFANDVM caput.] *Etiam in imprecatione nomen eius detestatur.* ADNARE.] *Verbum familiare naufragio. Vt in primo;* Huc pauci vestris adnauimus oris, *id est, per tempestatem deuenimus. Et sic ei futura prædicit: quemadmodum Homerus, qui morituros diuinantes frequenter inducit.* FATA Iouis.] Fata, *dicta, id est, Iouis voluntas. hîc ergo participium est à fando non nomen.* TERMINVS hæret.] *Si hoc est immutabile.* AVDACIS populi.] *Id est, Rutulorū; sicut semper inducuntur. Alibi;* Audacis Rutuli ad muros. *Et quidam volunt, audacem apud Vergilium dici fortem, quem fortuna non sequitur: vt,* Audax quos rumpere pallas. *& alibi,* At non audaci cessit fiducia Turno. VEXATVS.] *Hoc loco, grauiter vastatus.* FINIBVS éxtorris.] *Extra suas terras remotus: Sicut extra solum, Exul. & significat, quando Euandri & Tarchontis periuit auxiliū.* COMPLEXV auulsus Iuli.] *Quia scit, quàm sit carus patri Ascanius.* AVXILIVM imploret.] *Sicut dictum est, ab Euandro & Tuscis.* INDIGNA suorum funera.] *Aut indignorum: aut crudelia & magna; sicut veteres dicebant.* Suorum *autem, Pallantis dicit & cæterorum.* PACIS iniquæ.] *Vt suprà diximus, propter perditam linguam, habitum, nomenq; quæ solet victor imponere: sicut in* XII. *postulat Iuno.* REGNO aut optatâ luce fruatur.] *Tribus tantùm annis regnauit: in tertio anno, submersus in fluuio Numico. Iuuenalis:* Alter aquis, alter flammis ad sidera missus. *designans Aeneam submersum; Herculem combustum.* SED cadat ante diem.] *Cato dicit, iuxta Laurolauinium, cûm Aeneæ socij prædas agerent, prælium commissum: in quo Latinus occisus est; fugit Turnus. & Mezentius, auxilio comparato, renouauit prælium. qui quidem victus est ab Aeneā: Aeneas autem in ipso prælio non comparuit. Ascanius verò postea Mezentium interemit. Alij dicunt, quòd Aeneas victor, cùm sacrificaret super Numicum fluuium, lapsus est; & eius nec cadauer apparuit. Indè dicit,* mediâque inhumatus arenâ. *Postea dictus est inter deos receptus: quem Iouem indigetem dixēre.* Quidam *eum, cùm aduersùm Aborigines pugnaret, exsanguem dicunt repertum.* Ante diem *autem, ante fati necessitatem. & bene, quod passura est, optat Aeneæ: vt ipse;* Sed misera ante diem. *Epicurei dicebant, omnia fieri casu. Vnde hîc author dicit secundùm Epicurum;* Sed cadat ante diem. *Stoici verò dicebant, omnia fieri dispositione fatorum. Vnde loquitur alibi;* Stat sua cuique dies. MEDIA.] *ignotâ.* HÆC precor.] *Id est, sicut dictum est imprecor.* CVM sanguinè fundo.] *Quasi imprecationes ipsas suo consecraret cruore.*

FOROS.] *Fori, tabulata nauium.* EXTINXEM.] *pro, extinxissem.* SOL.] *Inuocatio ad deos, & ad furias.* POM. Sabi. Vlulata.] *Proserpinam Ceres mater cum quæreret, per omnia triuia, & per omnes vrbes, & omnia loca, vocabat: ideò vlulata.* DII.] *manes Sichæi vocat.* AVDITE.] *aduertite malis.* MERITVM numen.] *de Troianis intelligit, qui mala merentur.* HÆRET.] *quia immutabilis est.* POPVLI.] *Latini. Aeneas vexatus à Latinis, implorauit auxiliū ab Euan-*

dro & Tarchonte. TRADIDERIT.] *Dicitur Aeneas composuisse pacem cum Mezentio.* SVORVM.] *quia multi peribunt.* OPTATA luce.] *Aeneas pugnans cum Rutulis & Mezentio rege Etruscorum, superueniente nocte, nusquam apparuit. Alij putant in deos relatum: alij, submersum in Numico. ideò templum Aeneæ dicatum, cum tali titulo:* Patris diui terrestris, qui fluuij Numici aquas gubernat. *Alij dicunt, cùm sacrificaret ad Numicum, nusquã amplius visum. Aeneas post hoc prælium non amplius visus est.* FRVATVR.] *non fruatur regno, nec vitã.* HÆC.] *dicta.*

A

VAR. Lect.

MERITVMQVE malis auertite numen.] *Exemplaria longè plura sunt, & ea probatiora, quæ* Aduertite *legunt.* ET si fata Iouis poscunt.] *Antiqui plerique libri,* Et sic fata Iouis poscunt, *legunt. In Mediceo c litera, ex ea dictione abrasa est; cùm* Sic fata *priùs scriptum fuisset.* VIDEATQVE indigna suorum Funera.] *Bona veterum librorum pars,* Videat indigna suorum, *absque particula* Que *legunt.*

Tum vos, ô Tyrij, stirpem, & genus omne futurum
Exercete odijs; cineriq; hæc mittite nostro
Munera. nullus amor populis, nec fœdera sunto.
Exoriare aliquis nostris ex ossibus vltor,
Qui face Dardanios, ferroque sequare colonos:
Nunc, olim, quocunq; dabunt se tempore vires.
Littora littoribus contraria, fluctibus vndas
Imprecor; arma armis pugnent, ipsiq; nepotes.
Hæc ait; & parteis animum versabat in omneis,
Inuisam quærens quamprimùm abrumpere lucẽ.
Tùm breuiter Barcen nutricem affata Sichæi:
(Namq; suam patriâ antiquâ cinis ater habebat)
Annam, chara mihi nutrix, huc siste sororem:
Dic, corpus properet fluuiali spargere lymphâ;
Et pecudes secum, & monstrata piacula ducat.
Sic veniat: tuq; ipsa piâ tege tempora vittâ.
Sacra Ioui Stygio, quæ rite incepta paraui,
Perficere est animus; finemq; imponere curis,
Dardanijq; rogum capitis permittere flammæ.
Sic ait: illa gradum studio celerabat anili.
At trepida, & cœptis immanibus effera Dido,
Sanguineam voluens aciem, maculisq; treméteis
Interfusa genas, & pallida morte futura,
Interiora domus irrumpit limina, & altos
Conscendit furibunda rogos: ensemq; recludit
Dardanium, non hos quæsitum munus in vsus.
Hic postquam Iliacas vesteis, notumque cubile
Conspexit: paulùm lacrymis & mente morata,
Incubuitq; toro, dixitq; nouissima verba:
Dulces exsuuiæ, dum fata Deusque sinebant,
Accipite hanc animam, meq; his exsoluite curis.
Vixi, &, quem dederat cursum fortuna, peregi,
Et nunc magna mei sub terras ibit imago.
Vrbem præclaram statui; mea mœnia vidi,
Vlta virum, pœnas inimico à fratre recepi.
Felix, heu nimiùm felix, si littora tantum
Nunquam Dardaniæ tetigissent nostra carinæ!

SER. TVM vos ô Tyrij.] *Nõ sunt mãdata; sed imprecationes: vt dissentiant omnib. reb9. sicut & factũ est. Nam si mandata sunt: quomodo genus futurũ?* EXERCETE odijs.] *Id est, fatigate.* POPVLIS.] *Aut populorũ: aut populis, vt Afris quoq.* NEC fœdera sunto.] *quia rupta sunt tertiò.* Sunto *aũt, id est, sint: & fit propter metrũ; addita o tertiæ personæ numeri pluralis indicatiui modi: vt Amanto, ament; Docento, doceant; Legunto, legant; Nutrimnto, nutriant. Alij dicunt, verbo eam iuris vsam, propter odia hæreditaria.* EXORIARE.] *Exoriatur. & ostendit Annabilem.* EX ossibus.] *Secundùm Anaxagoram, qui ὁμοιομερείαν dicit, id est, omnium membrorũ similitudinem esse in rebus creẽdis;* ex ossibus, *id est, sanguine & medullis. Nam omnia pro parte sui trãseunt in procreationem. Lucr.* Nunc ad Anaxagoræ veniamus Homœomeriam. *Sanè, Pœnici ex ossibus dicunt oriri posteros, quos nos ex sanguine. An quia post longũ tẽpus nasceretur Annibal; ideò* ex ossibus *posuit.* FACE Dardanios.] *Incendijs vrbium Italarũ.* FERROQ.] *Exercituũ cædibus.* SEQVARE.] *Prosequere.* NVNC, olim.] *Modò,* Olim *futuri temporis. & quidam separant, pronuntiantes, vt sit modò,* olim, *postea; quasi dicat, vel nunc, vel olim.* QVOCVNQ. dabunt se tempore vires.] *quotiensc unq voluerint Pœni bella renouare. ideò ait,* Pugnent ipsiq; nepotesq. LITTORA littoribus cõtraria.] *Aut quia in fœdere cautum fuit, vt neq; Romani ad littora Carthaginensium accederent; neq; Carthaginenses ad littora Romanorũ: Aut potest propter bellã naualia accipi, inter Romanos & Afros gesta.* FLVCTIBVS vndas imprecor.] *Propter illud, quod in fœderibus similiter cautum erat: vt Corsica esset media inter Romanos & Carthaghiẽses.* PVGNENT, ipsiq; nepotes.] *Potest & ad ciuile bellũ referri.* BREVITER.] *Festinatione mortis, simul nectit causam morarum, & ipsi, & sorori.* BARCEN.] *Hoc cognomen familiæ Annibalis fuit.* PATRIA antiqua.] *Hoc est, Tyrus, quæ antè eius patria fuit.* HVC siste.] *Huc adduc: vt,* Et cum grege sistet ad arã. *Hinc & sistatur dicimus, id est, adducatur. Nam stare aliud est. Nec aliter possumus dicere, quàm Sta illic, Siste huc. Fallit aũt plerosq; verbi similitudo: quia dicimus Sto & Sisto, cùm diuersa significent.* SPARGERE lymphâ.] *Sacrificãtes dijs inferis aspergebantur aquâ: vt,* Spargens rore leui, & ramo felicis oliuæ. *Superis, abluebãtur: vt,* Donec me flumine viuo Abluero. *Modò aũt inferis sacrificat: vt,* Sacra Ioui Stygio. MÕSTRATA.] *Vel quæ ipsa mõstraui; vel quæ sacerdos.* PIACVLA.] *Purgationes. aliàs sacrilegia, aut sacrificia.* SIC veniat.] *Quẽadmodũ præceptũ est: Ne prætermitteret, aut præcederet.* TEGE.] *Corona: vt & ipsa tardaret.* SACRA.] *Sacrũ est, quod ad deos pertinet: profanum, quod ad homines.* IOVI stygio.] *Hoc est, Plutoni. Et sciendũ, Stoicos dicere, vnum esse deũ, cui nomina variãtur pro actibus & officijs. Vnde etiam duplicis sexus numina esse dicuntur: vt, cùm in actu sunt, mares sint; feminæ, cùm patiẽdi habent naturam. vnde est,* Coniugis in gremiũ lætæ descendit. *Ab actib. aũt vocantur: vt Iupiter, iuuans pater; Mercurius, quòd mercibus præest; Liber, à libertate. Sic ergo & modò Iouem Stygium dicit, inferis sacrificatura: vt alibi,* Iunoni infernæ dictus sacer. *Hinc est Iouis oratio:* Cælicolæ, mea membra, dei, quos nostra potestas Officijs diuisa facit. QVÆ ritè incepta parauì.] *Ordo est: Sacra, quæ paraui, animus est ritè perficere.* PERFICERE est animus.] *Mirè. quamdiu enim Aeneam præsenserat, non omnino desperans trahebat exitium.* CVRIS.] *Vtrùm amorib9, an reisusceptæ?* DARDANIIQVE rogum capitis.] *In quo eius imago fuerat. & bene suum rogum, illius dicit, ne suspitionem faciat.* PERMITTERE flammæ.] *Incendere.* STVDIO anili.] *Aut pro ætatis possibilitate: aut pro industriâ, quâ vtuntur aniculæ: aut voluntate obsequendi. Alij* celebrabat *legunt: quia antiqui hoc verbum in velocitate ponebant. Actius;* Celebri gradu gressũ adcelerâsse decet. AT trepida.] *Festina. Nam moritura nihil timebat. Ideò autem festina, id est, occasione vix datâ.* COEPTIS immanibus effera.] *nimis fera: furiata sæuis cogitationibus.* SANGINEAM aciẽ.] *More suo ostendit eam furentem, vultu, gestu, voce.* MACVLISQVE trementes interfusa genas.] *Hoc est, trementes genas interfusas habens maculis.* PALLIDA morte futurâ.] *Aut pallidior, quàm solent omnes esse post mortem: aut pallida, omine mortis futuræ: aut pallida, conscientiâ mortis futuræ.* FVRIBVNDA.] *Furenti similis. Sanè quidam volunt, Vergilium vbiq; Didonis, tanquam Flaminicæ, facere mentionem. apud veteres autem, Flaminicam scalas plùs tribus gra-*

B

C

A bus gradibus, nisi græcas, scandere non licebat: ne ulla pars pedum eius crurúmve subter conspiceretur: eoque nec pluribus gradibus, sed tribus: vt ascensu duplices nisus non paterentur extolli vestem, aut nudari crura. nam ideò & Græcè scalæ dicuntur, quia ita fabricantur, vt omni ex parte compagine tabularum clausæ sint; ne aspectum ad corporis aliquam partem admittant. Et sciendum, si quid in ceremonijs non fuerit obseruatum, piaculum admitti. Hîc autem piaculum admittitur, quòd ipsa Dido ait; Sacra Ioui Stygio quæ ritè incepta paraui; nam & suprà ait, Magicas inuitam accingier artes. Hoc verò loco, pleniùs eam Flaminicæ ritum excessisse, declarat, vbi de gradibus loquitur, dicens: Interiora domus, &c. neque enim potest esse altum, quod tribus tantùm gradibus conscenditur. vnde apparet, plures gradus tribus fuisse. quod pleniùs de Annâ subiunxit: Sic effata gradus euaserat altos. NON hos quæsitum munus in vsus.] Quem Aeneas non ad hunc vsum reliquerat. &, vt suprà diximus, secundùm Homerum, vertitur munus in perniciem. Tale est in Bucolicis: Hoc illi, quod nec bene vertat, mittimus hœdos. CVBILE.] Cubandi locum dixit. ET mente.] Consilio. DEVSQVE finebant.] Aut Iupiter, qui Aeneam abscedere compulit: aut amor: aut necessi-
B tas fati. VIXI.] Excusat vitæ abruptionem: quia dicit Plato, magnâ pœnâ affici animas eorum, qui vitam ante tempus reliquerunt. ET quem dederat cursum fortuna, peregi.] Non natura, nec fatum. Tribus enim humana vita continetur: Naturâ, cui vltra centum & viginti solstitiales annos concessum non est: Fato, cui nonaginta anni, hoc est, tres Saturni cursus, exitium creant; nisi fortè aliarum stellarum benignitas etiam tertium eius superet cursum: Fortunâ, id est, casu, qui ad omnia pertinet, quæ extrinsecus sunt; vt ad ruinam, incendia, naufragia, venena. Bene ergo dixit, fortuna. sic Cicero in Philipp. Multa mihi imminere videbantur præter naturam, præterq; fatum: id est, gladij Antonij, ex casu. MAGNA.] Cogitatione eorum, qui me non viderunt; sed factis cognouerunt. SVB terras ibit imago.] Bene imaginem dixit. Valde enim quæritur apud Philosophos, quid illud sit, quod inferos petat. Nam tribus constamus: Animâ, quæ superna est, & originem suam petit: Corpore, quod in terra deficit: Vmbrâ, quam Lucretius sic definiuit; spoliatus luminis aër. Ergo vmbra, si ex corpore creatur, sine dubio perit cum eo: nec est quicquam reliquum de homine, quod infe-
C ros petat. Sed deprehenderũt esse quoddam simulachrum, quod ad nostri corporis effigiem fictum, inferos petit: & est species corporea, quæ non potest tangi, sicut ventus. Hinc in sexto; Corpora viua nefas Stygiâ vectare carinâ. Hanc autem rem etiam Homerus requirit, simulachro Herculis apud inferos viso. Et sciendum, simuulachra hæc esse etiam eorum, qui per apotheosin dij facti sunt. Vnde aut visi esse apud inferos, aut illuc descendisse dicuntur. Horat. de Libero; Te vidit insons Cerberus aureo Cornu decorum. Sciendum tamen, abuti poëtas, confusè, vel simulachrum, vel vmbram dicere. VRBEM præclaram statui.] Non est contrarium illi loco; Pendent opera interrupta: quia illud ex personâ poëtæ supàdictum est. Nam licèt paululum aliquid superesset; quantum ad ipsam pertinet, fecerat: vt, Vrbemq; paratam: Item paulò pòst, Vrbemq; tuam. & reuerà ciuitati quid superest, factis muris, templo, portu, theatro, foro, senatu? quibus adiũguntur etiam priuatæ ædes: vt, Pars optare locum, tecta & concludere sulco. MEA mœnia vidi.] A me facta. & pertinet ad effectum: vt, Quam vestræ fecêre manus. VLTA virum.] Puniendo eius interfectorem. Nam ideò addidit; Pœnas inimico à fratre recepi. & reuerà nulli auaro maior est pœna, quàm amittere pecuniam, propter quam comiserat scelus. Bene autem recepi, quasi debitas: vel quod partem maximam ciuium sollicitaui. Ergo hoc dicit: Feci illud, & illud: felix nimiùm fuissem; si tantùm Aeneas Carthaginem non venisset. Alij hæc quasi per interrogationem volunt accipi; vt nihil dicat esse perfectum: Nunquid vrbem statui? Nunquid vlta sum virum? Nunquid à fratre pœnas recepi? Felix tamen fuissem, si vel hoc tantum contingeret, vt Carthaginem non veniret Aeneas. Sed & hanc varietatem gignit hic sermo, tantùm, quem alij, Tantummodò interpretantur. Nam ad vtrunque admittitur. tamen melior est sensus superior, quem nonnulli sic exponunt, propter Pendent operra interrupta; vt ordo sit: Vrbem praeclaram, & mea mœnia statui vidi: hoc est, vidi dum statuerentur. Statui enim, infinitiuus à possiuo Statuor. FELIX, heu nimiùm felix; si littora tantùm Nunquam Dardanię tetigissent nostra carinæ!] A Catullo accepit, qui dicit: Iuppiter omnipotens, vtinam nec tempore primo Gnosiia Cecropiæ tetigissent littora puppes.

MITTITE.] vt nunquam sit pax: vt fuit inter Romanos & Carthaginenses. SVNTO.] vt nunquam fue- POM. Sabi.
runt fœdera inter Romanos & Carthaginenses, Sunto, verbum iuris est, vt ait Vrbanus: quia loquitur Dido de hæredibus. VNDAS.] Corsica media erat inter Romanos & Pœnos. mihi non placet. NEPOTESQVE.] semper inter se pugnent. & potest ad ciuile bellum referri. SVAM.] nutricem. PATRIA.] Phœnicia, id est, Sidone. nutrix Didûs perierat Sidone. SISTE.] adduc LYMPHA.] Sacerdotes sacrificantes lymphâ sparguntur vt alibi: Donec me flumine viuo Abluero. IOVI Stygio.] Tres sunt Iouet. nunc Plutonem intelligit. CVRIS.] simulabat hoc sacrificio auferre curas. ROGVM.] quasi quòd rogus erat imaginis Aeneæ. nam illius imaginem in rogo posuerat. TREPIDA.] siue festina; siue propter futuram mortem. ACIEM.] oculos sanguineos. MACVLIS.] Alludit ad volentes morbo mori; quorum corpora maculis rubris perfunduntur. RECLVDIT.] nudat. acceperat ensem ab Aeneâ; non vt interficeret se. EXSOLVITE.] liberate. FORTVNA.] non natura; non fatum: sed fortuna. Fortunam ponit pro casu. Terminus naturæ humanæ 110. & 20. annum non transit: Fatum terminatur nonagesimo: Fortuna, id est, casus, non habet legem. Censorinus dicit, optimum esse moriendi tempus octuagesimoquarto anno: & fuisse quosdam, qui noluêre transgredi hunc terminum. Astrologi omnia fato ascribunt: & ipsam naturam, & casum, & sortem, & fortunam, ad fatum reducunt. SVB terras.] vmbra ex homine petit inferos: anima, vt scribit Seneca, quæ è cœlo est, cœlum petit: corpus terrâ absumitur. IMAGO.] vmbra, vel simulachrum. VRBEM præclaram.] Suprà dixit, opera interrupta pendere; vt exprimeret affectum amandi: Nunc, quia Dido moriebatur, dicit se finisse vrbem. Aliqui sic declarant: Ego vidi vrbem, & mœnia statui; scilicet, à meis. Statui, infinitus est modus. Hæc tamen sententia mihi non placet: nam ipsa in parte operum erat ad statuendum. VLTA.] Bene vlta fuit maritum, quando omnem pecuniam fratri abstulit. non potuit esse maior pœna Pygmalioni auarissimo, quàm amittere thesaurum, propter quem Sicheum interfecerat. RECEPI.] ad debitum refertur.

SIC veniat.] Libri nonnulli veteres legunt, Sic ve- VAR.
niet.] finitiuo modo. ILLA gradum studio celerabat Lect.
anili.] In libris quibusdam sanè quàm vetustis Anilem legitur: quippe gradum. DVM fata Deusque sinebant.] In aliquot antiquis libris Sinebat, singulari numero legitur. INIMICO à fratre recepi.] Minimè placet, quòd in libris nonnullis manuscriptis legitur, Inimico fratre, absque præpositione.

Porrò probabile putabant veterum theologorum scientis- CAEL.
simi, animas hominum violenter pereuntium, quos βιοθανάτους vocant, quippe inexpiatas, vehementiùs diuexari perturbationibus. Posse quinetiam hostes insectari inimiciter, cui fomites non suggerat modò humana indignatio: sed diuina itē permittat Nemesis, nec desit dæmon. Supresse verò in animâ sensum, antiqua sapiētũ vestigia insecuto, nec tacuit Maro noster, Rhod.

ſimulq; vltionis auidam affectionem, & aërei vſum corporis. Quid enim ſibi velle aliud putamus id:

Et nunc magnâ mei ſub terras ibit imago?

Equidē, vt qui affatim Platonicis imbutus foret ſacris, imaginem rationalis animæ eſſe putat, primā illā ſentiendi naturam.

DON. TVM vos, ô Tyrij, ſtirpem, & genus omne futurū Exercete odijs: cineriq; hæc mittite noſtro Munera.] Facta ſunt hæc Punicis incurſationibus & bellis, ſub Hannibale Afrorū rege, & Scipione ac Regulo, cæteriſq; Romanis ducibus. CINERIQ. hæc mittite noſtro. Munera.] quaſi aliquid eſſet ſenſura poſt mortē: vel ex his quæ ſuprà dixit, vel quæ infrà cōplexa eſt. NVLLVS amor populis, nec fœdera ſunto.] Nec amor ſit inter populos, nec fœderibus diſsidentes neceſsitas iūgat. EXORIARE aliquis noſtris ex oſſibus vltor, Qui face Dardanios ferroque ſequare colonos. Nunc, olim, quocunq; dabūt ſe tēpore vires, Littora littoribus contraria, fluctibus vndas Imprecor, arma armis pugnent, ipſiq; nepotes.] Veniet, inquit, tempus, quo naſcetur quiſquam ex oſsibus meis, qui ferro & flāmâ Troianum genus perſequatur, ob vltionem meā. Olim, hic futurū tempus ſignificare, manifeſtū eſt. ſequitur enim: Quocunq; dabūt ſe tempore vires. nā & dabunt futuri eſt temporis. Rem locuta eſt impoſsibilē: vtpote quæ non eſſet ſuæ mentis, ſuiq; conſilij. Nam Dido Tyria fuit; Hannibal Pœnus, à genere Didonis longè remotiſsimus. Melius eſt ſic intelligere: vt poſtulata perſona neſciret ſe impoſsibilia poſtulare. quod ipsū ſequentia docēt: quia dixit; Tāta ſit inter meos Troianoſq; diſcordia, vt nec ipſa ſibi cōueniāt littora, nec vtriuſq; littoris vndæ miſceātur. ARMA aūt armis pugnēt, ipſiq; nepotes.] fieri potuit inter multa, quæ emanſura non fuerāt. Hoc ergo dixit poſsibile. ſolent enim mente capti, etiam quod rectū eſt, aliquando ſentire. HÆC ait, & partes animum verſabat in omnes, Inuiſam quærēs quamprimùm abrūpere lucē.] Hoc eſt, quàm celeriter feſtinabat, inquit, mori: vtpote, quæ iocunda omnibus, ipſi oneroſa fuerat lux. TVM breuiter Barcen nutricem affata Sichæi, (Namq; ſuā patriâ antiquâ cinis ater habebat.)] Breuiter, inquit, loquuta eſt. hoc enim conueniebat volēti maturiùs mori. ANNAM, chara mihi nutrix, huc ſiſte ſororē.] Huc ſiſte: hoc eſt, huc inſtanter adducat. Chara mihi, addidit benigni animi ſignum, dicendo Chara: vt per blandimenta impetraret, quod illa propter onus prouectioris ætatis poterat recuſare: quæ perſona aptiſsima negotio fuit, vt cum morâ pergeret, cum morâ remearet. DIC, corpus properet fluuiali ſpargere lymphâ.] Alia mora. quia, dum hoc Anna expediebat, aliquid accedebat ad tempus. ET pecudes ſecū, & mōſtrata piacula ducat.] Ecce aliud, quod afferret tarditatem: prouidere neceſſarias pecudes, & adducere; quarū ſegnior greſſus eſt: & afferre expiationibus neceſſaria. SIC veniat: tuq; ipſa piâ tege tempora vittâ.] Pia, & nutrix eſſe poteſt, & vitta. vt pia nutrix, aut pia vitta. SACRA Ioui Stygio, quę ritè incepta paraui, Perficere eſt animus.] Omnia, inquit, hæc idcirco præſtò eſſe deſidero, vt Diti patri deſtinata ſacra perſoluā. FINEMQ. imponere curis.] Volo, inquit, interpoſito ſacrorū ritu, his finem imponere, quæ cruciat animū meū. Magna caligo verborū. fatetur quid diſponat: nec tamen intelligi potuit. DARDANIIQ. rogū capitis permittere flāmæ.] Vt in occaſione velut ſacrificiorū, aboleret etiā illius memoriā, quem habuit inimicū. Paraui, quod ſemel poſuit, non ſemel accipiendum eſt: vt ſit, ſacra paraui, finemq; imponere curis paraui, Dardaniiq; rogū capitis permittere flāmæ paraui, vt videatur ſacra illa, & propter ſolutionem ſuâm paráſſe; & propter delendā eius memoriā, qui eā tam perniciosè contempſiſſet. SIC ait: illa gradū ſtudio celerabat anili.] Ambulabat, inquit, anus poſt, mandata Didonis, non celeriter, vt debuit miſſa, ſed ſegniùs, vt ætas permiſit. AT trepida, & cœptis immanibus effera Dido, Sanguineā voluens aciē, maculiſq; trementes Interfuſa genas, & pallida morte futura, Interiora domus irrūpit limina, & alios Cōſcendit furibunda rogos: enſemq; A recludit Dardaniū; nō hos quæſitū munus in vſus.] Deſcribitur, quæ non adhuc dubitaret mori; ſed quæ iam ſe vellet occidere. Trepida (inquit) fuit cœptis immanibus, hoc eſt, turbata: hoc ei præſtabat mentis infanda deſtinatio. Effera, id eſt, exaſperata in perniciem ſuā, crudeliū cōſideratione cœptorū. Voluens oculos ſuffuſos ſanguine: maculis verò ſordidis genas habens variatas, & ante futurā mortem iam pallida. Interiora aūt limina irrupit. non dicit, Ingreſſa eſt; ſed, Irrupit: vt oſtenderet furentem. quoniam ſuprà dixit: Tu ſecreta pyram tecto interiore ſub auras Erige. Meritò ait, interiora domus irrupit limina, & conſtructam altiùs pyram furibunda conſcendit. Benè autem addidit poëta; Furibunda conſcendit altitudinem rogi: vt oſtenderet, nullum, de nece ſuā poſſe cogitare, niſi quem primò amentia furoris oppreſſerit. HIC poſtquàm Iliacas veſtes notumq; cubile Conſpexit, paulùm lacrymis & mente morata, Incubuitq; thoro, dixitq; nouiſſima verba.] Quando ad ipſam ventū eſt pyram, & vidit veſtes Iliacas, & cubile, vndè malū omne contraxerat: ictum paululùm diſtulit, quo fuerat peritura. incubuit ſuper thoru lacrymans, vt nouiſsima ante ſanguinem funderet verba: quibus omnia conſolaretur, quæ ſecū peritura cernebat. B DVLCES exſuuiæ.] Hic ſuſpendenda pronunciatio eſt, nec iungendum: DVM fata deusque ſinebant.] Ne expreſſum mirè morituræ vexemus affectū: vt putetur illa veſtes amare deſijſſe, quas in tantū diligebat, vt earū fauillas ſuis vellet miſceri cineribus. Amat igitur has: oſtendens, quòd illas non odij, ſed amoris cauſā ſecum decreuiſſet incendi. Quòd ſi amor earū, mortis tempore receſsiſſet non diceret, Accipite hanc animā: quo affectu oſtendit, cum his ſe interire voluiſſe, quas amabat. Senſus ergo integer ſic eſt; quo expreſſo, ipſe ſe intellectus ſinè cuiuſquā operā demōſtrabit: DVLCES exſuuiæ, vixi quàm diu deus & fata ſinebant, & quem dederat curſum fortuna, peregi. Accipite hanc animā, meq; his exſoluite curis.] Quoniam, inquit, eſtis dulces: vos debetis excipere ſanguinem meū, & anima mea vobis debet infundi. ET nunc magna mei ſub terras ibit imago.] Fui magna; & adhuc magna ſum. decet deteriorem præuenire fortunam, vt felix ad inferos pergam, quæ feliciter vixi. VRBEM præclarā ſtatui.] Non dixit, perfeci; ſed ſtatui. Statuere eſt enim, inſtituere aliquod nouū, & quod fuerit nunquam. Iam ſequitur dicere, quòd Præclarā, hoc eſt, magnam. Hoc idem eſt quod ait: MEA mœnia vidi.] Nonnulli immemorem hic dicūt extitiſſe Vergiliū, vt induceret Didonem, C quaſi de perfectā locutā eſſe ciuitate, quam ipſe dixit in opere fuiſſe quū eam Aeneæ in 1. libro ſubiecisset aſpectibus. Hi non attendūt vim veri: nā, vt dictū eſt, Statui, inſtitui ſignificat; nō perfeci. Quòd ſi ita eſt, vt de perfectā dixerit: Statui etiam ſic pro qualitate perſonæ accipiendum eſt; vt conſolationis ſuæ cauſā perfectā dixerit, quæ fuerat imperfecta. Eo animo dixit; Vixi. hoc eſt enim Vixiſſe, aliquam factorum memoriam reliquiſſe poſt mortem VLTA virum.] Similis calumnia eſt, propter Sichæi mortem defenſam non eſſe: quia Pygmalion occiſus non eſt. cùm non ſit vnum genus vltionis. Nam defendiſſe occiſi mortem, eſt prædam, propter quam mactatus eſt, abſtuliſſe. quo in facto Pygmalion, homo profundæ auaritiæ, & reus remanſit, & pauper. POENAS inimico à fratre recepi.] Ipſa fuit pœna deterior, vt viueret; nec haberet, quod per ſcelus ſe crediderat quæſiuiſſe. Definit, quid ſit Statui, & quid ſit Vlciſci. quid pœnas recepiſſe. Aut putamus, eum non afflictum eſſe tormentis animi: quòd illum ipſum, ne mercedem ſceleris caperet, fœmina præueniſſet? Iam venit ad cauſam, quæ eam decepit. & hoc more humani ingenij, non actibus ſuis imputat; ſed fortunæ. FELIX, heu, nimiùm felix, ſi littora tantùm Nunquam Dardaniæ tetigiſſent noſtra carinæ.] Duraret, inquit, etiam nunc proſperitas noſtra; ſi factis mei ſors Troianorum non incurriſſet aduentum: & ſi littora tantùm Nunquam Dardaniæ tetigiſſent noſtra carinæ.

Gradum

Digitized by Google

A ADR. Bat. GRADVM studio celerabat anili.] *Congruet in cunctantius aliquid agentem. Dicetur etiam non ineptè de eo, qui quod potest facit, non quod vult. Est apud Poëtam de ablegata nutrice.*

Dixit: & os impressa toro, Moriemur inultæ?
Sed moriamur, ait. sic? sic iuuat ire sub vmbras.
Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus, & nostræ secũ ferat omina mortis!
Dixerat: atque illam media inter talia ferro
Collapsam aspiciunt comites, ensemque cruore
Spumantem, sparsasq; manus. it clamor ad alta
Atria: concussam bacchatur fama per vrbem.
Lamentis, gemituq; & fœmineo vlulatu
Tecta fremũt; resonat magnis plangoribus æther:
Non aliter, quàm si immissis ruat hostibus omnis
Carthago, aut antiqua Tyros, flammæq; furentes
Culmina perq; hominũ voluantur perq; deorum.
Audijt exanimis, trepidoque exterrita cursu,
Vnguibus ora soror fœdans, & pectora pugnis,
Per medios ruit, ac morientem nomine clamat.
Hoc illud germana fuit? me fraude petebas?
Hoc rogus iste mihi, hoc ignes aræq; parabant?
Quid primùm deserta querar? comitémne sororẽ
Spreuisti moriens? eadem me ad fata vocâsses:
Idem ambas ferro dolor, atq; eadem hora tulisset.
His etiam struxi manibus, patriosque vocaui
Voce deos: sic te vt positâ crudelis abessem?
Extinxti te meq;, soror, populumque, patresque
Sidonios, vrbemq; tuam. date, vulnera lymphis
Abluam; & extremus si quis super halitus errat,
Ore legam. Sic fata, gradus euaserat altos,
Semianimemq; sinu germanam amplexa fouebat
Cum gemitu, atque atros siccabat veste cruores.
Illa graueis oculos conata attollere, rursus

SER. OS impressa toro.] *Applicito ore ad lectulum; vel os, faciem. aut quasi amatrix vt*, Stratisq; relictis Incubat. *aut certè, quasi peritura, insensibili rei dat sensum: & sic ad lectulum loquitur, vt ad hastam Turnus*; Te Turni nunc dextra gerit: *& Mezentius ad equum*; Rhœbe diu, res si qua diu mortalibus vlla est, Viximꝰ. SIC? sic.] *Quasi interrogatio & responsio. Et placet, sic inultã perire, vel hoc genere mortis: & hoc eã se loco intelligimus peruisisse. Vnde alij dicũt, verba esse furẽtis. Alij ita distingũt. Sed moriamur, ait: & sic post adijciunt.* B Sic iuuat ire sub vmbras? *vt dubitauerit, an inulta deberet mori: deinde vltionis difficultatẽ circũspiciens, dixerit*; Sic iuuat ire sub vmbras. HAVRIAT hunc oculis ignem.] *Aut videat omina tempestatis futuræ: quia nauigantibus malum omen est, si rogalis flãma videatur: aut certè satisfaciat suæ crudelitati.* AB alto.] *A mari.* DARDANVS.] *Pro Dardanius. Plautus*, Natus Argis: *ex Argis patre. vel quòd ipse Aeneas antè Dardanus dictus est.* ET nostræ secum ferat omina mortis.] *Vt Aeneas quoq; per vim maturiùs obeat. & benè infausta omnia imprecatur ei, qui ad noui regni auspicia properat.* INTER talia.] *Per talia: vt*, Hunc inter fluuio Tyberinus amœno. COLLAPSAM aspiciũt.] *Non induxit occidentem se, sed ostendit occisam. & hoc Tragico fecit exemplo, apud quos non videtur, quemadmodum fit cædes, sed facta narratur.* SPARSASQVE manus.] C *Aut perfusas sanguine: aut morte resolutas.* FOEMINEO vlulatu.] *Proprio fœminarum. Horatius*: Et illa non virilis eiulatio. ANTIQVA Tyros.] *Vel nobilem dicit: vel illud ostendit, quia Carthago antè Byrsa, pòst Tyros dicta est, pòst Carthago, à Carthã oppido. Vnde fuit Dido inter Tyron & Berython.* AVDIIT exanimis.] *Id est, territa. Nã, vt diximus, exanimus, mortuus est.* ORA soror fœdans.] *Cruentans: vt*, Sanguine fœdantẽ. NOMINE clamat.] *Aut Didonem vocat, vt suprà diximus, Pœnarũ linguã viraginem. Aut* Nomine clamat, *nominat: sicut & Hom. dicit, ἐν τ᾽ ὀνόμαζε, sexies nominabat. Aut certè vero nomine, vt solent dolentes: vt*, Hunc ego te, Euryale, aspicio. *Item*, Mater Cyrene, mater. *Hinc & ibi ait*, Et te crudelẽ nomine dicit. *Et multi quærunt, quomodo procedat hoc: cùm eius nomen nusquam sequatur? Sed tractũ est à iure: vbi dicitur nihil interesse, vtrùm quis vnũ filiũ habens, dicat*, Fili heres esto: *an* Titi heres esto. *Ergo dicendo*, Hoc illud germana fuit? *quasi nomen dixit.* HOC illud germana fuit.] *Allocutio per conquestionem.* HOC rogus iste mihi] *Alludit ad historiam.* QVID primùm deserta querar?] *Conqueritur, cur relicta sit, nec ad par exitium conuocata.* COMITEMNE sororẽ spreuisti?] *Deest*, Illúdne quòd *spreuisti comitem sororem? & semiplenè loquitur: quod afflictis conuenit.* TVLISSET.] *Abstulisset.* STRVXI manib.] *Quasi sceleris contaminata, & quasi ipsa interitũ sororis adiuuerit.* Struxi manibus: *Subaudi, rogos.* PATRIOS deos.] *Saturnũ & Iunonem.* POSITA.] *Exanimatã. Statius*, Positꝰq; beatâ Morte pater. CRVDELIS.] *Illũ crudelem dicit: quòd sit dubiũ, tu, an ego.* EXTINXTI me teq; soror.] *Varro ait, non Didonẽ, sed Annã, amore Aeneæ impulsam, se super rogũ interemisse.* POPVLVMQVE patresq; vrbemq; tuã.] *Patres, id est, Senatũ*: Vrbẽ tuã, *quam exstruxisti. & quidã hoc loco volunt treis partes politiæ conprehensas: populi, optimatiũ, regiæ potestatis.* AMPLEXA fouebat.] *Bene, non fouit, sed fouebat: vt id diu factũ ostenderet.* DATE.] *Date lymphas, vt vulnera abluam, hoc est, date aquã: aut date, id est, permittite. Lauare aũt cadauera proximis concedebatur. Vnde queritur mater Euryali*; Nec vulnera laui Veste tegens. *Id hoc loco comprehensum accipi potest: cùm Dido inducitur habuisse crinem sacratũ, quo videlicet abscisso posset sine cruciatu mori. priùs tamẽ voluit ablui cruorẽ, cùm ait*, date vulnera lymphis Abluã. *Pleniùs tamen infrà ait*, Semianimemq; sinu germanã *vsq;*, veste cruorem: *Vt tanquam in veste purâ, legitimo sumptu, morti data haberetur, * quòd, quæ sacratum crinem habuerit, vitæ fuerit immorata. nam subiecit aptè ex personâ Iridis*: Hunc ego diti Sacrũ iussa fero, teq; isto corpore soluo. ORE legam.] *Muliebriter, tanquam possit animam sororis excipere, & in se trãsferre. Sic Cicero in Verrinis*: Vt extremum filiorum spiritũ ore excipere liceret. GRADVS euaserat altos.] *Id est, ascenderat: rogi scilicet, qui rogi pro qualitate fortunarum fiebant. Vnde in sexto ait*, Cœloq; educere certãt. *Aut quia lecti antiquorum alti erant, & gradibus ascendebatur: quibus superatis, Anna amplectitur sororem.* CRVORES.] *Exprimebat, vel abluebat: vt*, Vulnera siccabat lymphis. *An suam vestem vulnere Didonis infectam? Vsurpauit autem contra artem. Nam nec sanguines dicimus numero plurali, nec cruores.* SIRCACAT *autem, exprimebat.*

POM. Sabi. ET os.] *applicito ore.* IGNEM.] *videat hunc ignem crudelissimus Aeneas ab alto mari.* MEDIA.] Mediam legit *Apronianus: nam qui transfodit, medius videtur esse gladij, Silius lib. 1.* Concidit exacti medius per viscera teli. *Dido, cùm molestaretur, & cogeretur ad coniugium in rogum ardentem se præcipitauit: vt fidem seruaret mortuo marito.* SPARSAS.] *solutas morte: vel cruentas.* NON aliter.] *non aliter vlulatus erat per vrbem morte Didus, quàm si Carthago diriperetur.* AVT antiqua Tyros.] *ad patriam antiquam refert. quámuis Pœni essent profugi; tamen eam amabant, vt antiquam patriam.* AD fata.] *ad eundem maritum.* PATRIOS deos.] *Seruius Saturnum & Iunonem intelligit.* POSITA.] *exanimatã.* LYMPHIS.] *cadauera lauantur. sed dicit, Afferte aquam ad lauandum vulnera: ad maiorem miserationem.* ORE.] *Ciceronis hoc est de Prætura vrbanã, qui ait*: Vt extremum filiorum spiritum ore excipere liceret.

VAR. Lect. ENSEMQVE cruore Spumantem.] *In Mediceo, & aliquot*

Digitized by Google

aliquot alijs antiquis libris, legere est Cruorē.] Sedenim magis omnino placet, Ensem cruore spumantem. RESONAT magnis plangoribus æther.] In Mediceo & antiquis libris, Clāgoribus habetur. NON aliter quàm si immissis ruat hostibus.] In libris aliquot antiquis, Misiis legitur, absq; im præpositione. AVT antiqua Tyros.] Veteres plerig; libri, Tyrus, idiomate Latino, legunt. ATQVE eadem hora tulisset.] In libris aliquot antiquis, Fuisset legitur. EXTINXTI te, meq; soror.] In veteribus ferè omnibus exemplaribus, Extinxi, primâ personâ legitur.

DON. DIXIT: & os impressa toro; moriemur inultæ? Sed moriamur, ait: sic? sic iuuat ire sub vmbras.] Post transactam, inquit, feliciter vitam, post statutā vrbem, post pœnas reportatas ex fratre; solus dolor est, quòd me in præsenti defendere non potui. Plurali numero dixit, moriemur inultæ: quia cum vestibus. Etiam cùm soli aliquid faciunt aut dicunt, pluralem sibi numerum vendicare solent. Fixa ergo facie erat in torum, cuius adhuc affectu etiam moritura tenebatur. Dixit etiam, inultæ morimur: tamen, quoniam hoc expedit, moriamur. Sic, sic iuuat ire sub vmbras. Melius est, inquit, me inultam mori; quàm vltionem quærere: quæ prouenire non possit, & deterioribus casibus reseruari. HAVRIAT hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus.] Pars, inquit, vltionis est, si recedens hostis meus rogi mei flammas aspiciat. ET nostræ secum ferat omina mortis.] Hoc est, tristibus ominibus nauiget. DIXERAT: atq; illā media inter talia, ferro Collapsam aspiciunt comites, ensemq; cruore Spumantē, sparsasq; manus.] Nō descripsit ictū, quo Dido confossa est, sed quæ fecisset, demōstrauit: vt ostenderet celeritatem facti. nam nullus vidit percutientem, sed cadentem, & ferrum spumare mundatione sanguinis. Tātaūt vis fuit, vt exanimes manus defectione celerrimâ spargerentur. IT clamor ad alta Atria, concussum bacchatur fama per vrbem: Lamentis, gemituq;, & fæmineo vlulatu Tecta fremunt; resonat magnis plangoribus æther.] Descriptio acerbi & repentini funeris potentis personæ: quæ primò intrà parietes cum clamoribus plangebatur: ex illis exorta fama per vrbem cucurrerat; vlulatus simul & gemitus, lacrymæq; per tecta: donec ipsa sidera varijs clamorum generibus ferirentur. Hoc significat, quod alio loco dixit: Et sidera verberat vnda. Vult enim, tantum valuisse illas voces, sicut illas Vndas; vt vlteriùs ire potuissent, nisi siderum obiectus obstaret. Terra autem, & ciuitas omnis planctu, vlulatibus, & omnium gemitibus personabat, & sonus omnis peruenrebat ad cœlū: NON aliter, quàm si immissis ruat hostibus omnis Carthago, aut antiqua Tyros, flammæq; furentes Culmina perq; hominum voluantur perq; deorum.] Sic omnis Carthago luctu reginæ concussa est: vt, qui tantos vlulatus & clamores audisset, putaret hostes occupâsse Carthaginem, aut Tyrū deletam, aut deorū culmina subuersa. AVDIIT.] Hic distinguendum est: dehinc addendum; EXANIMIS trepidoq; exterrita cursu Vnguibus ora Soror fœdans, & pectora pugnis, Per medios ruit, ac morientem nomine clamat. Hoc illud germana fuit?] Audijt: & cum audisset sororis interitum soror, exanimis facta, aduolauit, turbata ferali nuntio; & morientem vocare cœpit nomine suo. idcirco separandū duximus. Audijt: quia multi Audijt exanimis pronuntiant: quod contrà est. nam Audijt, & accepto nuntio exanimis facta aduolauit, hoc rectum est. Cæterùm audijt exanimis, non est verum: non enim antè, quàm audiret, exanimis fuit; cùm non fuisset causa. Quum igitur audisset, & ex eo, quòd audijt, exanimis fuisset effecta, vt in doloribus fieri solet: vnguibus ora sua, vtpote vnanimis soror, fœdabat, & pectora pugnis. Bis accipiendum est fœdans: vt sit, Fœdans ora vnguibus, & pugnis fœdans pectora. PER medios ruit.] non dixit, venit, sed ruit. hoc enim faciebat doloris immanitas. ET morientem nomine clamat.] quia nec in totum mortua fuit, nec in totum retinebat vitam: sic eam, quoniam ex maiore mortis A pondere premabatur, nomine vocitabat. Quæritur, cur dixerit, Nomine clamat; & cur nō secutum sit Didonis vocabulum, sed necessitudinis: Hoc illud germana fuit? aut quid necesse fuerit, eam clamari. Cum nomine igitur vocari oportuit eam, quæ maximâ lethi parte oppressa, vanescentibus iā mente oculis, nesciret quæ loqueretur. quia tamen accipere aliquid auribus potuit; addi vocaculū debuit: cuius integratio est, quod nō Didonem, sed germanam dixit. Bina enim nomina homines habent: vnum naturæ ac sanguinis, quo se debent appellare coniunctæ personæ; vt est nomen patris, matris, aui, auiæ, sororis, fratris, patrui, amitæ, filij, filiæ, nepotis, neptis, auunculi, materteræ, & cætera: quæ complecti longissimū est. Aliud nomen, quod idcirco alicui apponitur, vt eo ab extrarijs vocitetur. Cùm igitur aliquam personam necessitudine coniunctam vocamus, aut cum eo loquimur: nomine naturali eam appellare debemus: ipso docente Vergilio, qui ait; O pater, ô hominum rerumque æterna potestas! O genitrix! quò fata vocant? Item: Nate, meæ vires, mea magna potentia: Nate, mihi vitâ, quondam, dum vita manebat, Chare magis. Item: O soror, vt dudum agnoui, cùm prima per artem Fœdera turbasti! Exempla ista B sufficiunt doctis: alia aliarum personarum legendo reperient. Interea redeamus ad Annæ consilium. debuit enim morientem germanæ nomine appellare: vt sentiret, sororem suam esse præsentem. Ergo apparet rectè positum, & morientem nomine clamat: & rectè consecutum; HOC illud, germana fuit? Me fraude petebas? Hoc rogus ille mihi, hoc ignes aræque parabant?] Hæc dictio, quæ dolentis & repentini casus scelere commota est, continua esse non potuit. Denique, sese non sequitur. ait enim; Hoc illud, germana fuit? & non dixit, quid fuerit: petebat enim, quid illud esset, quod in querelam veniebat. Deinde transit ad aliud: ME fraude petebas?] decipit hominem, qui fraude aliquem petit. Deniq; deceptionis ipsius partes, & causas, infrà ostendit: HOC rogus iste mihi, hoc ignes, aræque parabant?] huc, inquit, tendebat rogus, ignis, & ararum præparatio? Indè se ad aliud transtulit, dicens: QVID primùm deserta quærar?] Deserta, sinè sororis solatio, hoc est, singularis & sola. Partes sunt istæ deceptionis: quarum prima fuit, in quâ sororis solatium perit. Incipit alia: COMITEMNE sororem Spreuisti moriens? eadem me ad fata vocasses!] Si remotis, ait, dolis, quid disponeres sorori, esses fraude confessa: venissem tecum ad extrema fatorum, vltimaque consortia. IDEM ambas ferro dolor, atque eadem hora tulisset.] Et quas vnus iunxerat germanitatis affectus, C vnum genus mortis, eadem simul monumenta consumerent: perindeq; fieret, vt altera alterius durum non videret exitium. Addit alia, vt magis exacerbet, quæ superiùs dixit. HIS etiam struxi manibus?] Quod est deterius, dum tibi, inquit, præparo nescia, quæ exitium tuum complere potuissent; manus meas parricidij crimine polluisti. PATRIOSQVE vocaui Voce deos.] Et ne deesset aliquid sceleri, dijs testibus patrijs ista composui: & cùm arbitrarer profutura saluti tuæ, quæ instāter implebā, eosdem ipsos gerendis rebus fautores adhibui. SIC te vt positā crudelis abessem.] Et hoc ampliùs infelix; quòd in hisce casibus posita absui ego crudelis & sæua. EXTINXTI te, meque, soror, populumque patresque Sidonios, vrbemque tuam] In summam collegit, quæ mala exorta sint illâ mortuâ. Extinxisti, inquit, te soror; & me extinxisti, & populum, hoc est, plebem; patresq; Sidonios, vrbemq; tuam, tuo interitu perdidisti. More humano Vergilius plangentis descripsit affectū, dicendo: EADEM me ad fata vocasses: Idem ambas ferro dolor atque eadem hora tulisset.] Dixit illa, quod factura non fuerat. Cæterùm si futurum diceret, mox se iugularet: habens occasionem gladij, quo perierat soror. DATE, vulnera lymphis Abluam.]

Hoc

A *Hoc fuit, quod morienti potuit exhiberi: lauare vulnera, post verborum finem.* ET extremus si quis super halitus errat, Ore legam.] *Obseruare enim volo exeuntem spiritum. ideò hoc dixit: quia hunc charissimi colligere se posse arbitrãtur, licet teneri non possit.* ORE legam.] *dubium est, vtrùm ore suo, an ore morientis. quolibet genere fiat, fit incassum: quia, quod incorporale est, nec excipi potest, nec teneri.* SIC fata, gradus euaserat altos, Semianimemque sinu germana amplexa fouebat Cum gemitu, atque atros siccabat veste cruores.] *Cõtinebat semianimem Soror, protestans gemitibus dolores suos. Siccabat autem cruorem veste, quæ cruorem sorbuerat. vt sit à contrario argumentum. nam, cùm omnia humectentur vndâ, madidáque reddantur: solum vulnus siccatur & sanguis, si lauetur. Hoc genus dictionis & in lib. 10. posuit, sic:* TIBERINI ad fluminis vndam, Vulnera siccabat lymphis, corpusque lauabat.

Deficit: infixum stridet sub pectore vulnus.
Ter sese attollens, cubitoque innixa, leuauit:
Ter reuoluta toro est, oculisque errantibus alto
Quæsiuit cœlo lucem, ingemuitque repertâ.
Tum Iuno omnipotens, longum miserata dolorẽ,

SER. SUB pectore.] *Per trãsitum dictus vulneris locus.* TER reuoluta toro est.] *Aut sæpius: aut* προμάντευσις *est, præsagium, propter bella Carthaginis: nam tria cum Romanis fuere bella Punica.* ERRANTIBUS.] *Vicinitate mortis.* INGEMUITQUE repertâ.] *Atqui suprà dixit,* Inuisam quærens quamprimùm abrumpere lucem. *Sed ostendit, morientes sua improbare desideria: vt in sexto,* Quàm vellent æthere in alto Nunc & pauperiem & duros perferre labores. TUM Iuno omnipotens.] *Aut pronuba, aut inferna.*

B TER reuoluta.] *Dido non poterat mori. nam quia casus eam extinxerat; ideò adhuc vita supererat.* IUNO omnipotens.] *Hoc tractũ est ab Euripidis tragœdiâ: in quâ Mercurius comam secat Alcestæ; quæ periit ante tempus, propter fatum mariti Admeti regis. nunc demittitur Iris, ad secandum crinem Didûs, vt moreretur. Solent namque mortales, cõtrà pericula fortunæ, habere quædam incantationis remedia. forte Dido talia parauerat sibi.*

POM. Sabi.

VAR. Lect. INFIXUM stridet sub pectore vulnus.] *In antiq. aliquot libris,* Stridit, *à tertiâ coniugatione est.* CUBITOQUE innixa leuauit.] *In plerisque libris antiquis,* Adnixa *legitur. Sed id magis animaduertendum, quòd vetera quædam exemplaria* Cubitu *legunt, quarto declinatu.* INGEMUITQUE repertâ.] *In antiquis aliquot exemplaribus* Repertam *legitur: pro, reperisse.*

DON. ILLA graues oculos conata attollere, rursus Deficit: infixum stridet sub pectore vulnus.] *Voluit oculos, & aperire non potuit: opprimebatur enim lethali violentia vulneris. Ideò* sub pectore: *vt significaretur, quam partem corporis illa percussisset.* TER sese attollens, cubitoque innixa leuauit: Ter reuoluta toro est, oculisque errantibus alto Quæsiuit cœlo lucem, ingenuitque repertam.] *Signa, quæ moriens dedit, ostendebant, eam facti pœnitudinem generes quod iam emendari non poterat. Denique, frequenter se erigere voluit: & quoties hoc nitendo aggressa est, toties superata succubuit. Errantibus per diuersa oculis frustra quæsiuit cœlo lucem: & cùm hanc reperisset, ingemuit, quòd amissam recuperare non posset.* TUM Iuno omnipotens, longum miserata dolorem, Difficilesque obitus.] *Miserata Iuno longum dolorem, & difficilem mortem cupiens relaxare, Irim demisit Olympo.*

Difficilesque obitus; Irim demisit Olympo:
Quæ luctantem animam, nexosque resolueret artus.
Nam, quia nec fato, meritâ nec morte peribat;
Sed misera ante diem, subitoque accensa furore:
Nondum illi flauum Proserpina vertice crinem
Abstulerat, Stygioque caput damnauerat Orco.
Ergo Iris croceis per cœlum roscida pennis,
Mille trahens varios aduerso sole colores,
Deuolat, & supra caput astitit. hunc ego Diti
Sacrum iussa fero, teque isto corpore soluo.
Sic ait, & dextrâ crinem secat. omnis & vnà
Dilapsus calor, atque in ventos vita recessit.

SER. DIFFICILESQUE obitus.] *Quia supererat vita ei, quæ casu, non aut fato, aut naturâ moriebatur: vt,* Nam quia nec fato, meritâ nec morte peribat, *id est naturali.* IRIM demisit Olympo.] *Vt & suprà diximus, trahit hoc de Alceste Euripidis, qui inducit Mercurium, ei comam secantem: quia fato peribat mariti. Alii dicunt, Euripidem, Orcum in scenam*

C

inducere, gladium ferentem, quo crinem Alcesti abscindat: Euripiden hoc à Pœniâ, antiquo tragico, mutuatum. Sanè sciendum, hoc ideò nunc fieri: quia certis consecrationibus solebant homines facere, vt muniti essent aduersùs fortunæ impetus. Nec poterant mori, nisi exauctorati & absoluti illâ consecratione. Vnde circa Didonem ista seruantur. NAM quia nec fato.] *Cùm dicat Vergilius in X.* Stat sua cuique dies: *quomodo hoc dicit?* Nam quia nec fato, meritâ nec morte peribat: Sed misera ante diem. *Nam si fato viuimus; quid agunt merita? si pensamur meritis, quæ vis fati? Quomodo hic & fatum admittit, & meritum? Deinde, cùm dixerit,* Stat sua cuique dies: *quomodo dicit,* ante diem? *Harum rerum ratio sic redditur. Sunt & fata, quæ dicuntur denuntiatiua: sunt alia fata, quæ conditionalia vocantur. Denuntiatiua sunt, quæ omnimodo euentura deferunt: vt verbi gratiâ, Pompeius ter triumphaturus est. Hoc illi fata dederunt; vt, vbicumque terrarum fuerit, ter triumphet: non potest aliter euenire. & ideò fatum, quod hoc denuntiat, denuntiatiuum vocatur. Conditionale verò, huiusmodi est: Pompeius, si post Pharsalicum bellum Aegypti littus attigerit, ferro peribit. Hîc non omnimodo necesse erat, vt videret Aegyptum: sed si casus illum ad aliam regionem fortè duxisset, euasisset. Sic & apud Homerũ Achilles refert, matrem deam sibi dixisse: vt, si bello Troiano se subtraheret, & reducem patriæ daret, altâ senectâ moreret sed inglorius; si verò apud Troiam pugnando perseueraret, adeptus magnam gloriam, primæuus obcumberet. Vides igitur, conditionem fati sub duplici euentus expectatione pendere. Achilli enim dies statuta erat, quâ domum repetens senex periret. sed quia bellum non reliquit: obiit quidem ante diem fato statutum; sed nec tum sinè fato: quia de geminâ fati auctoritate veniebat vtraque conditio. Sic & Didoni decretum fuerat, vt Vrbem præclaram statueret; vlcisceretur virum; pœnas de parricidio fratris exigeret. Peruenisset autem ad seram mortem, sinè vllâ felicitatis offensâ; si Troiana classis ad littus Africæ non venisset: quâ portum Carthaginis ingressâ, nec continuaretur vlteriùs regnæ nota felicitas, nec exspectaretur ad morti dies illa sera, quæ fuerat cõstituta. Hæc sciens Maro, inducit ipsam Didonem, in extremis suis ista dicentem;* Vrbem præclaram statui, mea mœnia vidi; Vlta virum, pœnas inimico à fratre recepi: Felix, heu nimiùm felix; si littora tantùm Nunquam Dardaniæ tetigissent nostra carinæ! *Sic & Vulcanus, respondens Veneri, armari filium postulanti, conditionale fatum adserit fuisse Troianis: vt, si Aeneas cœlestibus armis fuisset armatus, annos X. vltrà, quàm stetit Troia, duraret; nec Priamus ante idem tempus periret: quo præsidio prætermisso, præparandæ Troianæ incolumitatis exstincta conditio est. Et hoc est quod ait.* Similis

milis si cura fuisset. & quod dicit, Fas nobis, &c. *hoc est, per fata licuisset. Si enim nefas est, obuiare fatis: fas est omne, quod permittente fatorum lege præstatur. Ergo sensus hic est: Cura, quæ tibi nunc est, si stante Troia fuisset, armari filium tuum mihi per fata licuisset; propter rationem scilicet conditionalis fati, & vitam Priami; & regna Troiæ, tam Iupiter, quàm fata seruassent, cùm hoc decreti conditio contineret. Ergo,* stat sua cuique dies, *aut denuntiatiuo fato, & mutationem omnino non recipit: aut conditionali, &, si euentum alterum casus attulerit, non inspectâ die acceleratur meritus. Quòd ergo dixit;* Nam quia nec fato, meritâ nec morte peribat: *nolo illum putes vniuersa confundere. Illi enim dicuntur, non fato perire, sed merito: qui maxima in deos, & non ignoscenda committunt; vt Salmoneus, vt contemptor diuûm Mezêtius, vt Titius, vt Ixion. quos si fato dixeris oppeiisse, purgaueris. Nam qui excedunt delinquendi modum, ipsi sibi pœnam sanciunt: quam si fatis imputandam putaueris, excusas peremptorum reatum. Hoc est ergo, quod dicit:* Nam quia nec fato, *id est, denuntiatiuo;* meritâ nec morte, *id est, nullo immani crimine commisso:* Sed misera ante diem, *hoc est, vno de conditionalibus fatis statuto; Si Troianæ classis non contigisset aduentus.* SED misera ante diem.] *Non est contrarium, quod dicit in decimo;* Stat sua cuiq; dies. *Nam, vt sæpè diximus, secundùm sectas loquitur: & hoc secundùm alios, Epicureos scilicet, illud secũdùm alios, Stoicos nimirum, dictum est. Quanquam grammaticæ responsioni possit sufficere:* Omnia vincit amor; & nos cedamus amori. FVRVRORE.] *Quia pudica in amorē deuenerat.* FLAVVM crinem.] *Matronis nunquam flaua coma dabatur, sed nigra. vnde Iuuenal. Saty. 6.* Sed nigro flauum crinem abscondente galero. *Huic ergo datur, quasi turpi. Aut* flauũ: *quia in Catone legitur de matronarum crinibus;* Flauo cinere vnctitabant, vt rutilæ essent. CAPVT damnauerat.] *Nondum eam morti destinauerat, potest accipi;* Stygioq; caput dãnauerat orco: *vt Didonem voto liberaret: quo semper omnes optant, vt sine cruciatu moriantur. nam subiunxit,* Hunc ego diti Sacrum iussa fero, teque isto corpore soluo, *id est, libero. Vel, illud ab orco nondum liberauerat: cùm illa, deuotum crinem adhuc retinens, inter reos esset. Ergo cuiuscumq; debiti, id est, reatus, damnatio finē facit.* Damnare *autem est, damno adficere, id est, debito liberare. Ideò & cùm vota suscipimus, rei voti dicimur, donec consequamur beneficium, & donec condemnemur, id est, promissa soluamus: vt,* Damnabis tu quoq; votis. *Et bene poëta non ait, illam damnauerat; sed, caput ipsum, vnde crinis fuerat auferendus.* IRIS roscida.] *Quia cum nubibus fit pluuialibus, quæ rore non carent.* ADVERSO sole.] *Bene naturalem rem expressit. Iris enim, nisi è regione Solis, non fit; cui ille varios colores dat: quia aqua tenuis, aër lucidus, & nubes caligantes, irradiante isto, varios creant colores.* SACRVM iussa fero.] *Eurypides Alcestin Diti sacratum habuisse crinem dicit: quod Poëta transtulit ad Didonem.* CORPORE soluo.] *Id est, animam tuam. quia ait suprà.* Nexosq; resolueret artus. OMNIS & vnà.] *Vno impetu effusa est vita, id est, anima.* DILAPSVS calor.] *Secundùm eos, qui dicunt, animam calorem esse; quâ recedente, corpus friget: vt,* Corpusque lauant frigentis & vngunt. IN ventos vita recessit.] *Id est, anima. vt in 4. Georgic.* Quemq; sibi tenues nascentem accersere vitas. *Et dicendo,* in ventos, *aut eos sequitur, qui animam aërem dicunt, hoc est, in materiam suam redire: aut certè eos, qui dicunt animam perire cum corpore; vt intellegamus, euanuit, in ventos recessit: vt in nono;* Sed auræ omnia discerpunt, & nubibus irrita donant.

POM. Sabi. DAMNAVERAT Orco.] *destinauerat. Proserpina, tanquam iudex, cùm tempus moriēdi venit, mortis nos damnat.* IRIS.] *Iris appellatur arcus, qui vario colore distinguitur.* ROSCIDA.] *qui arcus ex humore oritur, & semper contra solem. vnde tenuitate suâ à radijs solaribus accipit colores.*

CALOR omnis.] *vis caloris in animâ est. nam eâ discedente, corpus frigidum est.* A

TRAHENS varios aduerso sole colores.] *In Mediceo, & libris quibusdam alijs peruetustis,* Aduersâ luce *legitur.* ET dextrâ crinem secat.] *In Longobardico peruetere libro:,* Crinem tulit, *habetur.*

Hanc verò moriendi naturam, etiam fatum dicimus. Nam & quinto Asculationis physicæ Arist. fatalem nuncupat generationem, quæ ritu fiat naturæ. Hinc Vergiliani carminis discutitur nubilum, ex 4. Aeneid. CAEL. Rhod.

Nam, quia nec fato, debitâ nec morte peribat.

Quippe quod secundo loco positum est, præcedentis expositio videtur: qui mos est Vergil. vel frequentissimus. Quid enim fatalis mors aliud, quàm debita ex naturali proueniens dispensa? Sunt quibus tripartita Seruij distributio ampliùs arrideat: fatalis, naturalis, fortuita. quandò & Cicero ait: Multa mihi imminere videbantur præter naturam, præterq; fatum. *quem locum perpendit Gellius: sed ita, vt incertiores simus, quàm priùs. ipse sic, vt Maronem, interpretor. Nam extra fati rationem non esse violentam mortem, quam planè indicabat orator, ex secundâ Philippica liquet.* Clodij, *inquit,* te fatum, sicuti C. Curionem manet: quoniam id domi tuæ est, quod fuit illorum vtrique fatale. *Audio ab elementarijs nostram vellicari sententiam: sed non mirum faciunt, si quãdo supra ferulam sapere cœperint; quanquam difficilimum sit. incinent illud sibi: alabastrus vnguenti plena nobis putet. Siquidem ex vepreculis extracta nitedula, publico excussa bono conatur arrodere.* B

DON. QVÆ luctantem animam, nexosq; resolueret artus.] *Omnia, quibus vita constat, sibi inuicem nexa sunt: sed cùm resoluta fuerint, atq; à sese recesserint, afferunt mortem. In hac parte Iunonis est nota, iuuantis morientem, vt celeriùs spiritum efflaret: quæ si quid posset, vitam præstare debuerat, aut viuenti subuenire, cùm decerneret mori. Dicitur ratio, quæ ei difficiles obitus faceret.* NAM. qui nec fato, meritâ nec morte peribat.] *Nec fato, inquit, nec morte meritâ, hoc est, non secundùm institutum naturæ, quod à fatis attributum est hominibus: scilicet, vt nullâ vi adhibitâ moriantur. Tunc enim difficilis mors est, quum non consensu naturæ spiritus redditur, sed extorquetur violenter, & truditur.* SED misera ante diem.] *Hoc est, ante tempus, quo natura potuit afferrē consensum.* SVBITOQ'VE accensa furore.] *Dixit, quâ causâ natura præuenta sit. Furor, inquit, hanc compulit repentinus: vt appeteret mortem, quam nondum natura permiserat.* Subito furore *dixit, non tantùm repentino; verùmetiam non pertractato. furentes enim consilium non habent: & mox, quicquid occurrerit, faciunt.* C NON illi flauum Proserpina vertice crinem Abstulerat, Stygioq; caput damnauerat Orco.] *Nec Proserpina venerat, quæ exsutũ crinē Orco solenniter traderet. nondũ enim, vt dictum est, naturæ venerat tempus:* ERGO Iris croceis per cœlum roscida pennis, Mille trahens varios aduerso sole colores, Deuolat, & supra caput astitit.] *Ex occasione dixit poëta, Iris arcum idcircò coloribus distinctum, quòd aduersus solem radietur.* HVNC ego Diti Sacrum iussa fero.] *Benè dixit,* Iussa: *quia, quod factura fuerat, alieni fuit officij: perindeq; ab vsurpationis crimine potuit excusari, quæ potioris habuit faciundi authoritatem.* TEQ'VE isto corpore soluo.] *hac, inquit, facio, ne diu crucieris.* SIC ait, & dextrâ crinem secat.] *Sectum crinem quid secutum sit, nectit.* OMNIS & vnà, *inquit,* Dilapsus calor, atque in ventos vita recessit.] *Exsectionem crinis, finis vitæ consecutus est. impleta est pœna periurij. suprà enim dixit:* Sed mihi vel tellus optem priùs ima dehiscat, Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras; Pallentes vmbras Herebi, noctemq; profundam; Antè pudor, quàm te violem, aut tua iura resoluam.

ÆNEI.

A

ÆNEIDOS LIBRI V.

Argumentum.

ADHAON:

Quintus habet ludos: & classem corripit ignis.

MODESTINI IVRISCONSVLTI, IN QVINTVM librum Aeneidos, Argumentum.

Nauigat Æneas; Siculas defertur ad oras.
Hîc manes celebrat patrios: vnà hospes Acestes.
Ludos ad tumulum faciunt; certamina ponunt.
Prodigium est cunctis, ardens delapsa sagitta.
Iris tum, Beroën habitu mentita senili,
B Incendit naueis; subitus quas vindicat imber.
Insomnis pater Anchises, quæ bella gerenda,
Quóque duce ad manes possit descendere, narrat.
Transscribit matres vrbi, populumque volentem.
Et placidum Æneas Palinurum quærit in vndis.

P. VERGILII M. ÆNEIDOS LIBER V.

INterea medium Æneas iam classe tenebat
Certus iter, fluctusque atros Aquilone secabat:
Mœnia respiciens, quæ iam infelicis Elissæ
Collucent flammis. quæ tantum accenderit ignẽ,
Causa latet. duri magno sed amore dolores
Polluto, notumque, furens quid fœmina possit,

SER. INTEREA.] *Dum fletur aut sepelitur Dido. & hoc sermone librum, vt solet, superioribus iunxit: cuius pars maior ex Homero sumpta est. Nam omnia, quæ hîc commemorat, exhibentur circa tumulum Patrocli: nisi quòd illic curule exercetur; hîc nauale certamen. Sanè intelligendum, non potuisse fieri, vt vnâ, nec*
C *plenâ die, Aeneas ad Siciliam perueniret. Vnde accipiendum est, sicut suprà legimus, quòd circa ortum lucis nauigauit: vt,* Regina è speculis vt primùm albescere lucem Vidit, & æquatis classem procedere velis. *Ergo totâ die, dum se Dido interemit, dum fletur, paulatim prouectus est, leniter spirantibus ventis: & flammas rogi circa vesperam vidit; quo tempore & per naturam ignem videre potuit; & per pristinum morem, quo per diem cadauera non incendebantur. Deinde totâ nauigans nocte, & alterius diei parte, ad Siciliam peruenit.* MEDIVM.] *Aut medium est, quicquid à principio recedit, & necdum finem sortitur: aut medium, sic altum, vt medium putares: vt,* Graditurque per æquor Iam medium. *Nam verè medium sequenti indicat loco:* Vt pelagus tenuêre rates, nec iam ampliùs vlla Occurrit tellus. *Sanè speciem pro genere posuit; nam mare, significat maria.* TENEBAT.] *Nautico vsus est verbo; vt,* Iliacas vento tenuisse carinas. *Et,* Ni teneant cursus. CERTVS.] *Aut indubitabiliter pergens, id est, itineris sui certus; aut certus Aeneas, id est, solers, strenuus, velox: vt,* Equidem per littora certos Dimittam. ATROS Aquilone.] *Quos nuper flans Aquilo atros effecerat: vt,* Et medijs properas Aquilonibus ire per altum. *Nam ex Africâ venientibus Auster secundus est, Aquilo aduersus. Ergo hoc dicit; quòd fluctus, qui atri esse consueuerunt Aquilonis flatu, qui antè flauerat, secundo flatu, secârit Aeneas, surgente Zephyro, vt Mercurius;* Nec Zephyros audis spirare secundos? *Sed nouimus, tempestatis hanc esse naturam, vt reliquias venti teneat, etiam in alterius flatu. Sicut Lucanus,* Vt quotiens æstus Zephyris furijsque repugnat, Huc abeunt fluctus, illuc mare. Atros *autem secundùm Plinium dicit; qui ait in naturali historiâ, non esse maris certum colorem; sed pro qualitate ventorum mutari, & aut flauum esse, aut luculentum, aut atrum.* COLLVCENT flammis.] *Lucent vndique. In honorem enim regum cum facibus procedebatur à populo. Vnde ait de Pallante;* Lucet via longo Ordine flammarum, & latè discriminat agros. *Postea etiam funebres lectulos proferre cœperunt. Vnde est in sexto;* Vel quæ, Tyberine, videbis Funera: *quum de Marcello ædili diceret, filio sororis Augusti; in cuius honorem hoc factum est.* QVÆ tantum.] *In quantitate est admiratio. Sanè sciendum, Varronem dicere, Aeneam ab Annâ amatum: & licèt (vt suprà diximus) plurimum tempus intersit, lectum tamen est.* CAVSA latet. Duri magno sed amore dolores Polluto.] *Duri dolores, [illegible] est. sed expositio talis est. Ignorabant quidem causam Troiani; coniecturis tamen propius accedebant. Nam duri dolores magno amore polluto, id est, læso: & notus fœminarum furor, docebat Troianos per triste augurium scilicet vt crederent, se interemisse Didonẽ. Multi dicũt;* ducunt, *dilacerant: vt ad supradictas duas causas tertia accedat. Percellebat, inquit, animos Troianorum, quòd nascebantur duri dolores amore polluto: quòd notus erat fœminæ furor: quòd ignem rogi videbant, id est, omen nauigantibus triste. Vt* pertriste, *valde triste sit. Sed si sic intellexerimus; tertio dicto congruit tantùm; nõ etiam superioribus. nec enim Troiani nauigantes iam poterant, aut de amore, aut de furore Didonis esse solliciti.*

POM. Sabi. INTEREA.] *Dum ciuitas in luctu est, & illa comburitur, Aeneas alto mari nauigabat.* MEDIVM.] *id est, medio mari, id est, alto. vel intelligit, quia Sicilia à Carthagine non longo mari diuiditur; & iam Aeneas peruenerat ad medium iter: vt sit, dum gemebant Pœni, & funera Didoni*

Digitized by Google

parabantur. Aeneas in Siciliam nauigabat. AQVILONE.] *aquilo mouebat fluctum, & impellendo faciebat aratrum.* MEDIVM.] *altum mare.* MOENIA.] *Punica.* FLAMMIS.] *rogo.* LATET.] *ignorabatur, vnde esset tantum incendium; sed cogitabant, quid posset furor fœminæ.*

VAR. Lect. INTEREA medium Æneas iam classe tenebat Certus iter.] *Antiqui admodum libri legunt mutato numero,* Interea Æneas medium: *dactylis & spondæis alternatim collocatis.* QVÆ iam infelicis Elissæ Collucent flammis.] ***In libris aliquot antiquis legere est***, Iam felicis.

DON. ***Suprà dixit, Troianos nauigâsse. sed interpositâ descriptione actuum Didonis, & mortis eius, nauigationis ipsorum diuisa narratio est. Ad hanc igitur Poëta regreditur: quia, quod interposuerat, cõstat impletum. Ergo subiungit.*** INTEREA medium Æneas iam classe tenebat Certus iter.] ***Interea, hoc est, dum illa perageret fata sua; Aeneas aliquantum prouectus est. nam iam tenebat mediũ iter, hoc est, in alto iam fuerat constitutus. Sic & in tertio libro ait:*** Graditurque per æquor Iam medium, nec dum fluctus latera ardua cinxit. ***Certum autem, securum debemus accipere; quòd iam longè esset, & nullum aduerteret sequi.*** FLVCTVSQVE atros Aquilone secabat.] ***Qui intellectum loci istius duris interpretationibus dissipant; dimisso eo quod intelligi debet, argumẽtatione superfluâ perquirunt quod poeta nõ sensit. Dicunt enim, Aquilone vento à Carthaginis littore ad Italiam nauigari non posse; proindeq; Aeneam non Aquilonis suffragio nauigationem mouisse, sed vento alio, qui posset in Italiam ducere: fluctus tamen ab Aquilonis parte venientibus, qui proximè præteritus diceretur, exstitisse. Hoc posse videri aliquatenus verum; si Aeneas illo tempore ad Italiam nauigaret. licèt enim in primâ admonitione iussus sit Italiam quærere; in secundâ tamen fugere cogebatur, & se instantis periculi contemplatione finibus liberare Carthaginis: Proinde vento Aquilone reuerà exclusum; sed non ita, vt ipso tempore ad Italiam tenderet. tunc enim quòcunq; & in quamlibet cœli partẽ, fuerat fugiendum. Deniq; hoc ei (vt iam diximus) in secundâ monitione mandatum est; non vt iret ad Italiam; sed vt imminente discrimine opportunè flantibus ventis fugeret. Opportunus autem fuerat, non ad Italiam; sed ad fugam. & cùm vnicuique per maria, propter ingruentis mali necessitatem, fugiendum est; non quò voluerit; sed quò potuerit, nauigauit. Intelligamus ergo, fluctus Aquilone atros, qui flaret in præsenti, & suffragium fugienti sufficeret; non qui flâsset aliquando. Si enim ex Carthaginis littore ad Italiam non ducebat Aquilo: perducebat tamen quòcunque fugientem. Similis locus est, cùm Aeneas fugeret Harpyias:*** Tendunt vela noti, fugimus spumantibus vndis, Quà cursum ventusque gubernatorque vocabant. ***Nam & illic dimisimus, inquit, quò tendebamus; & iuimus: hoc est; euidentis periculi metu, nauigabamus in eam partem maris, in quam nos non consilium ducebat; sed gubernator & ventus. Item, cùm imminere Cyclopes cernerentur, ait:*** Præcipites metus acer agit quócunque rudentes Excutere, & ventis intendere vela secundis. ***Non secundis, quasi ad Italiam ducentibus; sed secundis, ad pericula fugienda. Potest & sic intelligi, vt vsurpatum sit, Aquilonis nomen; alterius dici cùm debuisset. sicuti & suprà posuit;*** Zephyros audis spirare secundos, ***hoc est, ventos: non enim multi sunt Zephyri. & alio loco ait:*** Et in tutum versis aquilonibus actam. ***nam & illic vsurpatio facta est nominis & numeri; vt vno vocabulo omnes significarentur: quia remotis ventis, quos Aeolus immiserat, aliorum flatu Troiani liberati videantur. Vtraq; igitur expositio habet rationem suam: vt iam ipse aquilo verus fuerit, qui posset quólibet ducere: aut sub aquilonis nomine alterũ dicere, qui suffragium fugientibus ferret. Item dixit:*** Et medijs aquilonibus ire: &, Hybernis spirabant flatibus Euri: &, Semper spirantes frigora Cauri. ***Item:*** Nec meminit surgentes pampinus Austros. MOENIA respiciens, quæ iam infelicis Elisæ Collucent flammis.] B Quòd dixit, Mœonia respiciens, ***aut affectus loci fecerat, quẽ inuitus reliquerat: aut metus, ne fortè aliquis indè secuturus fuisset. Sed dum hac causâ Carthaginem respicit; quã intento animo intuebatur, quamq; incolumem reliquerat: repentè vidit ardentem.*** QVÆ iam infelicis Elissæ Collucent flãmis.] ***hoc ex personâ poëtæ benè auditur; qui sciebat, vnde ignis esset exortus. Redit ad Aeneæ Troianorumq; personam.*** QVÆ tantum accenderit ignem, Causa, latet.] ***causa conflati incendij, ex aperto nosci non poterat.*** DVRI magno sed amore dolores Polluto; notumq;, furens quid fœmina possit; Triste per augurium Teucrorũ pectora ducunt.] ***Intelligi dabatur, coniecturâ currẽte, malum fuisse. quicquid ignis ostenderet. notum enim fuit, exemplis docentibus, quid in huiusmodi causis possit doloris acerbitas; quid mali futurum, cùm amor læditur; quid fœmina cogitaret, quum, propter leuitatem sexus, amoris etiam furore percellitur. Hæc Troiani cogitantes, ignis augurio colligebant, aliquid mali in illâ ciuitate iuxta salutem Didonis esse commissum.*** C ***Ordinatur sensus sic: Quæ tantum accenderit ignem, causa latet: sed duri dolores, magno amore polluto, notumq; furens quid fœmina possit, per ignis triste augurium Teucrorum pectora ducunt. Fœminarũ dolores, vel maximè in causâ amoris, vult Vergilius ostẽdere fatis esse grauiores. quãtum enim in vltione reportandâ, per infirmitatẽ sexus, minùs possunt; tanto in sese supplicio vertunt, quod exigere de alio nequiuerunt. Hoc discutiebant Troiani, necessitatem Didonis personamq; tractantes. & licèt verum inuenire non possent: sciebant tamen, (vt diximus) triste esse, quod nuntiabat incendium.***

Triste per augurium Teucrorũ pectora ducunt:
Vt pelagus tenuêre rates; nec iam ampliùs vlla
Occurrit tellus, cœlum vndiq; & vndiq; pontus.
Olli cæruleus supra caput astitit imber,
Noctẽ hyemẽq; ferẽs; & inhorruit vnda tenebris.
Ipse gubernator puppi Palinurus ab altâ;
Heu, quiánam tanti cinxerunt æthera nimbi?
Quidúe pater Neptune paras? sic deinde locutus,
Colligere arma iubet, válidisq; incumbere remis;
Obliquatq; sinus in ventum, ac talia fatur.
Magnanime Ænea, non si, mihi Iuppiter author
Spondeat, hoc sperem Italiam contingere cœlo.
Mutati transuersa fremunt, & vespere ab atro
Consurgunt venti; atq; in nubem cogitur aër:
Nec nos obniti contrà, nec tendere tantum
Sufficimus. superat quoniam fortuna, sequamur;
Quoq; vocat, vertamus iter. nec littora longè
Fida reor fraterna Erycis, portusq; Sicanos:
Si modò ritè memor seruata remetior astra.

SER. TRISTE per augurium.] *Quidam augurium pro iniectura accipiunt, sed in quarto libro relatum est duplici modo diras fieri, aut in signis, aut quocunque modo, aut quacunq; parte. Sed de signis diram fieri, in tertio de arpyijs & in quarto de Didone significatum est: nũc quocunq; modo diram fieri sic ostenditur, cum facit Aeneam ex Africa nauigantem flammam è rogo Didonis attendere. dixit enim* Quæ tantum accenderit igni Causa latet. *vsq; pectora ducunt. Cum enim dat vbiq; Aeneæ auguriorum peritiam, ostendit scisse eum etiam hac pugna inter diras referri*, *quod verum fuisse declarat secuta tempestas.* Teucrorum pectora ducunt. *Sicut dictum est propter visas flammas rogales que malum nauigantibus omen efficiunt; & Troiani augurorum periti sunt, nam neque ad Italiam veniunt, & mox naues incendio amittunt.* RATES.] *Pro nauibus, abusiuè posuit.* OCCVRRIT tell9.] *Iocundè, occurrit. econtrario,* Terræq; vrbesq; recedũt. MARIA vndiq; & vndiq; cœlũ.] *Ecce verè nunc est medium mare. Homeri est;* οὐδέ τις ἄλλη φαίνετο γαιάων, ἀλλ' οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα. OLLI.] *Aut tũc: aut illi.* SVPRA caput.] *Periculo-*

Digitized by Google

Tùm pius Æneas: equidem sic poscere ventos
Iamdudum, & frustra cerno te tendere contrà.
Flecte viam velis. an sit mihi gratior vlla,
Quoq; magis fessas optem dimittere naueis:

A *Periculosus, ineuitabilis mortifer. Nec enim simpliciter dictum est, cùm omnis imber suprà caput sit.* NOCTEM.] *Tenebras, hyemem, tempestatē. Græci enim χειμῶνα, non solùm anni tempus, sed tempestatem significant.* INHORRVIT vnda tenebris.] *Hoc est, & noctis, & nubium.* IPSE gubernator.] *ἐμφατικῶς. hoc est, qui debuit esse solatio.* PVPPI ab altâ.] *Subaudi,* HÆC ait. quiá nam.] *Id est, cur. & est interrogantis aduerbium, quo vsus est bis hîc, & in decimo;* Cælicolæ magni, quiá nam sentētia vobis Versa retrò? NIMBI.] *Pro, nubes.* COLLIGERE arma iubet.] *Vela contrahere, non penitus deponere. Nam dicit;* OBLIQVATQVE sinus in ventum.] *Contra eam partē, quà venti flabant. & eleganter, per totum, gubernatorē ostendit antè omnia tentare, quàm ad confessionē descendat.* MAGNANIME Ænea.] *Fortissime. & est epitheton sumptum ex tēpore: hoc est, qui nō consternaris. Sic in quarto, vbi nuptias facturus est, ait:* Ipse ante alios pulcherrimus omnes. IVPPITER auctor.] *Aut nostræ nauigationis. aut secundùm vsum loquutus est: nec, si huius rei* B *auctorē se Iuppiter faciat. Et multi quærunt, quomodo auctor Iupiter, cùm Apollini dicat,* Tot maria intraui *duce te? Sed legimus,* Quæ Phœbo pater omnipotens: *& nunc specialiter nauigantibus ex Africâ auctor est Iupiter.* HOC cælo.] *Hoc aëre.* In hoc cælo, qui dicitur aër: *sicut Lucretius posuit.* MVTATI transuersa fremunt.] *Id est hinc atque hinc, quod est ex transuerso. Varro de orâ maritimâ:* Nihil enim venti, vt docti dixerunt, nisi aër multus fluens transuersus. *Est aūt aduerbium factū de nomine: vt,* Cunctatur & amnis Rauca sonans. *Itē,* Et pede terrā crebra ferit. *Nam nomē & aduerbium plerumq; in se transeūt: vt,* Toruumq; repentè clamat, *id est, toruè. Itē aduerbium in nomē: vt,* Dum manè nouum: *acceptâ declinationē factum est nomē. Sic Persius;* Iam cras hesternū heu consumpsimus: ecce aliud cras. *Sed nomē, cùm aduerbium esse cœperit, fit indeclinabile: aduerbium, cùm nomē esse cœperit, declinatur. Vnde ait Plautus;* A' mani vsq; ad vesperū. *A' manè aūt, propter tetraptoton, nō dixit. Cùm enim in alienū ius transeunt hæ partes, non suis; sed earū, ad quas transierint, vtuntur potestatibus; in declinatione duntaxat. Nam temporum suorū rationē reseruant: vt hoc loco,* transuersa, *cùm aduerbium* C *sit, a tamē breuis est: quia venit ex nomine; licèt duæ consonātes sequantur: cùm sciamus in a terminata aduerbia longa esse. vt paulò pòst,* Et frustra cerno te tendere contrá. ET vespere ab atro.] *Id est, ab occidente nubibus confuso; hoc est, quò tendimus. nec enim sinè ratione post generalitatē addidit speciem.* Quidam aūt ideò atro *dicunt; quia vbi dies occidens, atra omnia facit, id est, noctē.* IN nubē cogitur aër.] *Nubes enim, aëris densitas facit: vt,* Densat, erant quæ rara modò; & quæ densa, relaxat. *Contrariò,* Scindit se nubes, & in æthera purgat apertum. NEC nos obniti contrà.] *καθ' αὑτό. Sufficiebat enim, aut obniti, aut contrà niti.* TENDERE.] *Pro, contendere. Aphæresis est.* TANTVM.] *Aut quantum aduersa tempestas valet; aut* tantum, *pro intantum; vt,* Quid tantū insano iuuat indulgere labori? SVFFICIMVS.] *Hîc simpliciter. alibi, subministrare significat: vt,* Sufficit humorē, & grauidas cū vomere fruges.] SEQVAMVR.] *Fortunam scilicet.* QVO'QVE vocat vertamus iter.] *Videtur bis idē dixisse.* NEC littora longè.] *A' facili suadet. & deest,* esse. FIDA.] *Propter Acestis affinitatem.* FRATERNA.] *Propter Erycen, Butæ & Veneris filium; secundùm alios, Neptuni & Veneris: regē Siciliæ, vnū, sicut dicitur, de numero Argonautarum.* SICANOS.] *Corripuit* si, *alibi producit: vt,* Sicano prætenta sinu. RITE' memor seruata remetior astra.] *Sitritè remetior astra, paulò antè seruata: scilicet ante tempestatem. Colligit aūt vicinitatē ex ratione cursus; qui à peritis horis colligitur, quas indicant astra.* IAMDVDVM.] *Non tantū heroicum est, quòd dant Aeneæ gubernādi scientiam: sed etiam ad proœconomiā pertinet. Dicturus enim est;* Et ipse ratem nocturnis rexit in vndis. FRVSTRA cerno te tendere contrà.] *Ad illud respondit;* Nec nos obniti contrà, nec tendere tantum Sufficimus. FLECTE viam.] *Ex re mira nata declamatio. In terrâ enim à viâ deflectimus nos: in mari, ipsam flectimus viam. Non ergo velorum viam; sed per vela, ipsius cursus viam dixit.* Flecte *autē, significat, muta; vt Pacuuius;* Quæ meùm veniens flexit sociûm pectora. *& hic ad illud respondit,* Quoq; vocat, vertamus iter. FESSAS naueis.] *Pro, nos fessos. Vel* fessas, *quassas, nec ad plenum refectas.* DIMITTERE.] *Pro immittere.*

AVGVRIVM.] *Troiani ducebantur hoc tristi augurio fœminei furoris, Didonē se interremisse.* OLLI.] *tunc.* IMBER.] *ex nimbo qui imminebat.* TENEBRIS.] *obscuritate nimbi.* COLLIGERE.] *cùm ventus contrà spirat, vela colliguntur, & remis nauigatur: aut vtuntur velo, quò ventus iubet. Palinurus voluit ponere velum, & remis incumbere; & obliquauit sinus velorū in ventū.* ARMA.] *vela.* SINVS.] *velorum.* INDE'.] *contrà.* CONTINGERE.] *vento.* COELO.] *hoc aëre: id est, tali aëris statu.* MVTATI.] *venti.* VESPERE.] *occidēte.* TRANSVERSA.] *pro, transuersè.* IN nubem.] *Nubes nil aliud est, nisi crassus aër.* COGITVR.] *tegitur nubibus.* OBNITI.] *ad remorū labores refertur. impossibile est remis ire contra ventum. ergo significat collegisse vela.* REOR.] *reor fida littora non longè esse. & dicit quare. Eryx, filius fuit Veneris & Butæ; aut, vt alij volunt, Neptuni. cum Hercule pepigit; si certamine vinceretur, insulam perderet; si victus Hercules, amitteret boues. Hercules victor, Eryci & vitam, & regnū eripuit. Mons ab eo Eryx nominatur: in quo tēplum Veneris Erycinæ; cuius simulachrum Cl. Marcellus Romam transtulit, & extra portam Collinam consecrauit. In edito Erycis loco saxum est, per quod Dædalus ducto muro iter paruum fecit, ad templum Veneris: & arietem aureum, qui viuere credebatur, Veneri & Eryci sacrauit. Dicunt Aeneam templum Veneri erexisse.* CONTRA.] *ventos.* VLLA tellus.] *quàm Sicilia, quæ habet nostros. Per hoc notat, optauisse quietem in Siciliâ.* POM. Sabi.

NEC iam ampliùs vlla Occurrit tellus, cœlū vndiq;, & vndiq; pōtus.] *Lectio hæc in libro, Longobardico: in Mediceo, & plerisq; itidem antiquis, etiam manu scriptis, ita scriptū obseruaui;* Maria vndiq; & vndiq; cœlū. HEV quiánam tanti cinxerunt æthera nimbi?] *Iouianus Pontanus, multis quidē rationibus, legendū esse,* Heu quinā, *monosyllabicis dictionibus, nititur approbare. Aliquos verò libros inueni, in quibus paulò secùs, detorto dictionis casu, per monosyllaba legatur,* Heu quonam. *In quodā alio,* Quidnam. *Sed vetustiora exēplaria, quæ habui,* Quíanā, *trisyllabum legūt.* OBLIQVATQVE sinus in ventū.] *In Lōgobardico,* Sinū, *vnitatis numero, legitur.* NEC nos obniti cōtrà.] *In antiquis libris plerisq;* Obnixi *legitur.* NEC tēdere tantū.] *In aliquot antiq. suauiore numero legit̄,* Neq; QVO'QVE magis fessas optem dimittere naues.] *Antiqua pleraq; exemplaria, cum Mediceo,* Quóve *legunt.* VAR. Lect.

VT pelagus tenuēre rates, nec iam ampliùs vlla Apparet tellus, cœlū vndiq;, & vndiq; pontus.] *Magna descriptio, magnus nauigantis accessus. Primò quippe cœperunt remis; dehinc velis vētus est allatus; & illò vsq; in terras Teucrorū durauit aspectus, donec Carthaginis solū appareret incendium. Ecce iam tantùm prouecti sunt, vt, subtracto terrarum & illius ignis aspectu, solum cœlum videretur & pelagus.* OLLI cæruleus supra caput astitit imber, Noctem hyememq; ferens, & inhorruit vnda tenebris.] *Post hac, inquit, exorta sunt nubila; nimbi etiā. Hic pluuiæ describuntur,* DON.

bantur, & acridẽtia ex ipſis. ſecuta ſunt enim, nox, tenebræ, frigus, atq; horror vndarum: quarum formidoloſus aſpectus, accedẽte multiformi terrore, cumulatus eſt. IPSE gubernator puppi Palinurus ab altâ: Heu, quianam tanti cinxerunt æthera nimbi? Quid've pater Neptune paras?] Tanta fuit elementorũ confuſio, vt Palinurus ipſe, qui gubernandi arte pollebat, regendi curſus peritiam perdidiſſet. Deniq; turbatus ingemuit, & dixit: Dolẽda fortuna noſtra: nihil enim boni omnia iſta ſignificant: neſcio quid Neptune minaris aduerſi. Ecce Palinurus præuidit malum, & gemuit. Sic deinde locutus.] hoc eſt, breuiter locutus, deinde: COLLIGERE arma iubet, validisq; incũbere remis.] In illo enim omnium metu, cõſilia potiùs fuerãt adhibẽda, quàm verba. Iubet vela colligi, hoc eſt, breuiari. Arma enim dixi velas quod ipſum ſequẽtia docent. ait enim: Validisq; incumbere remis: vt niterẽtur remis cõtra vim tẽpeſtatis & pelagi. Quòd dixit, colligere arma, exponit quid factũ ſit, dicẽdo: OBLIQVATQVE ſinus in ventũ, ac talia fatur.] Hoc fit, quum nimius ventus eſt. nam colliguntur velorũ ſinus, & ad modũ neceſſariũ breuiantur. vbi aũt opportuni ſunt flatus reſoluti, panduntur. ab ipſo docẽte Vergilio. alio enim loco ait: Velorũ pandimus alas. Obliquare verò ſinus in ventũ, eſt, nec omnes flatus excipere, nec omnes effundere: vt pars eſſet congeſta per ſinus, pars ventis pro cõmodò traderetur, quã ipſe gubernator librãs auras exciperet, aut vitaret. Quũ hæc dixiſſet, & facta eſſent: MAGNANIME, inquit, Ænea, non, ſi mihi Iuppiter author Spondeat, hoc ſperẽ Italiam contingere cœlo.] Licèt omnia turbata ſint, nec maria euidẽter cernãtur, aut ſidera, quibus cœli plagæ purâ cõſideratione noſcuntur: tamen in his partibus eſſe Italiam, ſperare nõ poſſum; nec ſi mihi hoc ipſum author Iupiter ſpondeat: hoc eſt, ſi mihi præſens Iupiter dicat, in his partibus eſſe Italiã, fidẽ ei habere nõ poſſum. MVTATI trãſuerſa fremunt, & veſpere ab atro Conſurgunt venti.] Non ipſi ſunt venti, qui fuerũt: ſucceſſerũt verò cõtrarij, qui nos in tranſuerſum ducunt. Atq; in nubem cogitur aër. NEC nos obniti cõtrà, neq; tendere tantùm Sufficimus: ſuperat quoniã fortuna, ſequamur.] Maiorem, A inquit, eam renitẽdo ſuperare nõ poſſumus: quoniã aduerſa cõualuerunt, & pro aëre puro nubes ſolæ cernuntur. ſequamur fortunã, quã non valemus euincere. Et conſiliũ dedit, & dixit admirandam ſentẽtiam: Vt in rebus agendis, ſi maior vis interueniat, hanc conſentiendo potiùs, quàm reluctando vincemus. Hoc eſt, quod etiam Terẽtius monet: Quãdo, inquit, nõ poteſt fieri quod vis; id velis, quod poſsis. Quid ergo in præſenti caſu fieri cõueniat, dicit. QVO'QVE vocat, vertamus iter.] pergamus, inquit, quò poſſumus: quia, quò volumus, nõ licet. Ecce effectũ conſilij, quẽ caſus oſtẽdit, perſuadẽtem monſtrat, vt appareret, impedimentũ fortunæ nõ ſatis eſſe contrium. ait enim: NEC littora lõgè Fida reor fraterna Erycis, portusq; Sicanos; Si modò ritè memor ſeruata remetior aſtra.] Ideò, ait, ſi memor ſum: quoniam ea tranſierant, quũ ad Carthaginis littora naufragio truderẽtur. Erycis commemorationẽ fecit, qui ante Aceſtem Siciliam tenuit. Hũc volũt veterũ fabulæ Aeneæ fuiſſe germanũ; vt, cõmemoratione fraternæ memoriæ, æquo animo Aeneas ferret illius nauigationis euentũ. TVM pater Æneas: equidẽ ſic poſcere ventos Iamdudũ, & fruſtrà cerno te tendere contrà. Flecte viam velis. an ſit mihi gratior vlla, Quóve ma- B gis feſſas optẽ dimittere naues; Quàm quæ Dardanium tellus mihi ſeruat Aceſten. ET patris Anchiſæ gremio complectitur oſſa?] ipſe quoq;, inquit, vidi, quæ loqueris. quapropter in viam, quæ datur, vela conuerte; & flatibus plenâ voluntate conſenti. nec ipſe improbo, quod inter ipſa contraria fortuna proſpexit, vt ad ipſam terram imprudentem ferret, quæ Aceſtem mihi ſeruat incolumem, & ſuo gremio mei patris oſſa complectitur. Nulla mihi eſt charior, quàm vbi amorem viuentis habeo; & reuerendam memoriam patris. Duos admirandâ inuentione prætulit, Aceſten, liberalitatis & originis cauſã; & tumulum patris. Cùm hanc, inquit, terram tetigero, erit mihi mirum admodũ gratulandũ, ſic me vitio malæ nauigationis erraſſe, vt Aceſten iterum videam, & terrã mei patris reliquias continentem.

Quàm quæ Dardaniũ tellus mihi ſeruat Aceſten,
Et patris Anchiſæ gremio complectitur oſſa?
Hæc vbi dicta; petunt portus, & vela ſecundi
Intendunt Zephyri; fertur cita gurgite claſsis;
Et tandem læti notæ aduertuntur arenæ.
At procul excelſo miratus vertice montis
Aduentum, ſociasq; rateis, occurrit Aceſtes;
Horridus in iaculis, & pelle Libyſtidis vrſæ:
Troia Crimniſo conceptum flumine mater
Quem genuit. veterũ non immemor ille parentũ,
Gratatur reduces; & gazâ lætus agreſti
Excipit, ac feſſos opibus ſolatur amicis.
Poſtera cùm primo ſtellas oriente fugârat
Clara dies, ſocios in cœtum littore ab omni
Aduocat Æneas, tumuliq; ex aggere fatur:
Dardanidæ magni, genus alto à ſanguine diuûm;
Annuus exactis completur menſibus orbis,
Ex quo relliquias diuiniq; oſſa parentis
Condidimus terrâ, mœſtasq; ſacrauimus aras.
Iamq; dies (ni fallor) adeſt, quem ſemper acerbũ,
Semper honoratum (ſic dij voluiſtis) habebo.
Hunc ego, Getulis agerem ſi Syrtibus exul,
Argolicóve mari deprenſus, & vrbe Mycenæ:

SER. DARDANIVM Aceſten.] Vt & ſuprà diximus; Hippotes filiam ſuam Segeſtam, ne ad cetos religaretur, ſuperpoſuit nauiculæ, & miſit quò fors tuliſſet. Quã delatã ad Siciliã, Crimniſus fluuius cõcubuit cum eã conuerſus in canẽ: vnde Aceſtes natus eſt, vel, vt quibuſdã videtur Ageſtes. Vnde ſuprà: Troiano à ſanguine claro Aceſtes. Huius rei vt eſſet indicium, effigiẽ canis percuſſam Siculi habuerunt. Alij dicunt, Laomedontem regẽ Troianorum, cùm grauiter ciues ſui ab eo ceto, id eſt, belluâ marinâ, infeſtarẽtur, propterea quòd mercedem Neptuno ob fabricatos muros negâſſet, ad tẽplum Iouis Ammonis ſcitatum miſiſſe, de mali remedio vel fine: cui cùm eſſet reſponſum, vt filiam ſuam Heſionam belluæ offerret, et hoc à ciuibus facere cogeretur; ſore reſpondit, ſi antè eorum filias belluæ obieciſſet. quo facto, cũ plures puellæ à ceto aſſumptæ eſſent, pleriq; parẽtes filias in longinqua miſerũt. ex quibus vna Troia, nomine filiæ Segeſta, delata in Siciliam eſt; & à Crimniſo, ſicut dictũ eſt, cõpreſſa, edidit Aceſten. Alij dicũt, Laomedontẽ, cũ, ſicut narratũ eſt, propter filiam ſuã ſeditionẽ à ciuibus pertuliſſet, vnũ de Troianis, auctorẽ ſeditionis occidiſſe, filiasq; eius mercatoribus exponendas dediſſe; à quibus illæ in Siciliâ, prope Crimniſum amnem relictæ ſunt; quarũ ille vnã in canem conuerſus, compreſſit. Quidã dicunt, Segeſtã reuerſam in matrimoniũ à Capue ductam: ex quibus Anchiſen natũ. C SERVAT.] Hic, tenet: vt, Tãtas ſeruabat filia ſedes. vel certè ſeruat, habet. GREMIO complectitur oſſa.] Quaſi de matre dixit. & quæritur, cur hoc Palinurus, cùm ad Siciliam ſuaderet diuertere, nõ dixerit? niſi fortè, quòd luctus Aeneam noluerit admonere; propter quod antè Aeneas, cauſa mortis patris, Siciliã oram illætabilem dixerit. SECVNDI Zephiri. Quomodo, ſi tẽpeſtas eſt? ſed poſt conuerſionẽ nauigij, ſecundi. ET tandẽ.] Vacans particula eſt, tandem: vt, Et quo ſub cælo tandẽ. nam cur tandem? cùm dicat, Fertur cita gurgite claſsis. aut tandẽ. ideò, quia nauigantibus etiã cita nauigatio tarda videtur; aut tandẽ periculis liberati. LAETI.] Qui in tẽpore tẽpeſtate caruiſſent. NOTAE arenæ.] ad notam arenã. & vtrum notæ, dulcis? an quia iam ibi fuerãt? vt, Vix è conſpectu Siculæ telluris in altũ. MIRATVS.] Is qui mirabatur: aut certè, miratus occurrit. Et bene

A *Et bene temperato vſus eſt verbo; ne videretur aut quaſi inho-
ſpitalis dolere, aut exſultare, voti neſcius Troianorum.* HOR-
RIDVS.] *Terribilis.* IN iaculis.] *In haſtis. Ennius:* Leueſq;
ſequuntur in haſtis. LIBYSTIDIS Vrſæ.] *Aut reuerà
vrſæ: aut feræ Africanæ, Id eſt, leonis aut pardi.* NON imme-
mor.] *Lipiores figura.* GRATATVR.] Quidã gratatur,
*nõ gratulatur, ſed lætatur, accipiunt; vt quod ad Troianorum
votũ pertinuerit.* * *Pacuuius in Hermonã, hoc verbum poſuit:*
Ibo, atq; dicã, frequẽtes vt eant gratatũ hoſpiti. *Accius
Pelopidis:* Nec tibi me in hac re gratari decet. Quidã *ta-
men reprehendũt, quòd penitus nõ dederit verba Aceſti gratu-
lanti.* REDVCES.] *Saluos. alibi: Vt,* reduces illi ludunt.
GAZA agreſti.] Opibus ruſticanis. *Nam gaza, omnis fru-
ctus eſt.* STELLAS fugârat.] *Poëticè dixit. Nam ſi ſtellæ ab
ſtando dictæ ſunt; nõ fugantur. Semper enim fixæ ſunt, præter
planetas: qui propterea* ἀπὸ τοὺς πλάνους, *ab errore, dicti ſunt. Et
eſt indicatiuus modus, pro cõiunctiuo: cùm fugâſſet tẽpeſtates.*
CLARA dies.] *Ad cõparationẽ.* ADVOCAT Æneas.]
Aduocata enim propriè cõcio dicitur. DARDANIDÆ ma-
gni.] *Frequẽter, vt diximus, ad opus ſuum Vergilius aliqua ex
hiſtoriâ deriuat. Nam ſic omnia inducit, quaſi diuini honores*
B *ſoluãtur Anchiſæ, quod cõſtat Iulio Cæſari tribuiſſe Auguſtũ.
Et bene dicit,* Genus alto à ſanguine diuûm. *nam per ta-
citã œconomiam oſtẽdit, debere Anchiſen generis ſui honorẽ
mereri. Vnde eſt,* Dijs genite, & geniture deos. A' ſan-
guine diuûm.] *Diuûm, & deorũ, indifferẽter plerunq; ponit
poëta: quanquã ſit diſcretio, vt deos perpetuos dicamus; diuos,
ex hominibus factos, quaſi qui diẽ obierint. Vnde diuos etiam
Imperatores vocamus. Iuuenalis:* Reſpice riuales diuorũ.
*Sed Varro & Atteius cõtrà ſentiunt: dicentes, diuos perpetuos:
deos, qui propter ſui conſecrationẽ timentur; vt ſunt dij manes.
quod tangit in duodecimo, dicẽs,* Diua deam ſtagnis, quæ
fulminibusq; ſonoris Prẹſidet. ANNVVS orbis.] Quia
*mẽſes in ſeſe recurrũt, & annũ faciunt. Vnde & annuus, dictus.
Sic alibi;* Atque in ſe ſua per veſtigia voluitur annus.
ἀπὸ τοῦ ἀνανεοῦν, *à renouãdo.* DIVINI.] *Aut laus eſt: vt,* Di-
uini opus Alcimedontis. *Aut reuerà diuini, id eſt, vatici-
nantis: nam ait,* Genitor mihi talia (namq; Nunc repe-
to) Anchiſes, fatorũ arcana reliquit. *Multa enim antiqua*
C *lectio, Anchiſen futurorũ ſcientem concelebrat. Aut diuini, id
eſt, dei; quia apud Romanos defunctorũ parẽtes, dei à filijs vo-
cabantur.* MOESTAS aras.] *Aut ipſi mœſti; aut medium ſe
præbet. Nam & hominẽ fuiſſe nouit; & vult eum ex cõſecratio-
ne numẽ effectũ. Nam* mœſtas aras *ad hominẽ pertinet, id eſt,
dijs manibus cõſecratas. Et quod paulò pòſt dicit,* Altaria li-
quit: *vult eſſe diuinitatis poſt apotheoſin, poſteaquã deus con-
firmatus eſt. Vnde eſt,* Et adytis; *quæ templorũ ſunt: &* Suc-
ceſſit tumulo: *quod eſt hominis.* NISI fallor.] *Non quaſi
neſcius dixit: ſed propter anni confuſionẽ, quæ erat apud maio-
res. Nam ante Cæſarẽ, qui nobis anni rationẽ compoſuit, quam
hodieq; ſeruamus, intercalabãtur dies: vt etiã in Verrinis legi-
mus; ſcilicet Lunæ non congruente ratione. Annum aũt primò
Eudoxus; pòſt Hipparcus; deinde Ptolemæus; ad vltimũ Cæſar,
deprehẽdit.* ACERBVM.] *Propter perditũ patrẽ.* HONO-
RATVM.] Quia *deus effectus eſt.* SIC dij voluiſtis.] *Vt
in tertio;* Sic viſum ſuperis. *Semper enim de dijs ſaluâ vene-
ratione cõqueritur: Sanè ſubaudiendũ, extrinſecus.* GETV-
LIS agerem ſi ſyrtibus.] *Si in Getulis Syrtibus agerem, id
eſt, eſſem. Et bene, aut deſertos, aut hoſtiles commemorat lo-
cos. Sanè multis modis hoc loco ludos fieri debere dicit; à ne-
ceſſitate;* Hunc ego Getulis, &c. *ab opportunitate;* Nunc
vltrò ad cineres ipſius. *Vt & præmijs inuitet:* Bina
boum vobis Troiâ, &c. *deinde genera certaminũ;* Quive
pedũ curſu valet, &c. *& oratione auſpicato cõcludit, dicẽ-
do;* Ore fauete omnes, & cingite tẽpora ramis. EX-
SVL.] *Extra ſolum ſuum.* ARGOLICO'VE mari.] *Ionio
& Adriatico.* DEPRENSVS.] *Occupatus. & propriè naui-
gantium eſt: vt,* Deprenſis olim ſtatio tutiſſima nautis.

VRBE Mycenæ.] *Græcè dixit. Vnde ſingularem numerum
poſuit. Mycenæ aũt, ſicut Thebæ. Iuuenalis;* Atq; vetus The-
be centum iacet obruta portis. *Vt ſit, Mycene, Mycenes,
vt Agaue, Agaues. Poteſt exinde latinam feciſſe declinationẽ.
Numerum ergo poſuit pro numero.* Mycenæ *autem; Mycena,
huius Mycenæ: vt Fidena. & eſt periphraſis,* Vrbe Mycenę,
id eſt, Mycenis: vt, Vrbem Pataui.

PORTVS.] *Sicanos.* ARENÆ.] *Siculæ, vbi fuerant.* POM. Sabi.
LIBYSTIDIS.] *Antiqui veſtiebantur pellibus brutorũ; &
præſertim venatores. In Numidia, prouinciã Africæ, quæ dici-
tur Libys, vrſi feroces ſunt. Fœminã dixit: quia inter feras, fœ-
minæ magis ſæuiunt.* Libyſtis, *patronymicum eſt.* MATER
Troia.] *Aegeſta filia fuit Hippetæ Troiani, quæ poſita à patre
in nauiculâ fuit, vt ferretur quò ſors impelleret. in Siciliam er-
go delata, Crimniſo regi nupſit, qui amni nomẽ dedit: & ex eo
peperit Aceſtem. Dionyſius ait: Sub Laomedonte, vir quidam
illuſtris, præter duas filias, cũ totâ familiâ interijt. puellæ mer-
catoribus commẽdatæ, in Siciliam delatæ ſunt. alterius puella-
rum captus amore adoleſcens quidam, eas ſecutus eſt, & duxit
vxorẽ: ex quâ natus Egeſtus. ex hoc Egeſto natus eſt Aceſtes.
Egeſtus à Priamo reditũ impetrauit. capto Ilio redijt in Siciliã
cum Elymo, qui è regiã ſtirpe erat. ab his in Siciliã vrbes, E-
geſta & Elyma, poſitæ. in Elymã templũ Veneris conditũ ab
Aeneâ: in Egeſtã templum dicatũ Aeneæ, poſitum ab Aceſte,
excipit Troianos.* A' ſanguine diuûm.] *Troiani propter
Dardanum, Iouis filium, poterant dici è ſanguine deorũ.* PA-
RENTIS.] *auguris. Augur* diuinus *dicitur: vel* diuini, *va-
ticinantis.* ARAS.] *mortuo patri aræ ſacrantur circa rogum.*
HONORATVM.] *annales dies defunctorum celebramus.
& illos amiſiſſe in memoriam venit, nõ ſine dolore.* SI Syrti-
bus.] *deſerta & hoſtilia dicit loca. quantò magis in Siciliã,
quæ neq; deſerta, neq; hoſtilis erat, & vbi manes paterni?* MY-
CENÆ.] *Silius numero ſingulari protulit; vt,* Ante Aga-
memnoniam grauiſſima tecta Mycenen.

AT procul excelſo miratus vertice mõtis.] *In vete-* VAR. Lect.
ribus quibuſdam libris, Et procul *legitur. Eſt & diſtinctio in
dictionibus, præpoſitione & nomine,* Ex celſo. ET pelle Li-
byſtidis vrſæ.] *Sunt qui* Libyſſidis, *per ſſ geminatũ, nõ per
ſt, legere contendãt.* AC feſſos opibus ſolatur amicis.]
Veterea aliquot exemplaria legunt, Et feſſos; *Eſt & Ami-
cos legere, in libris aliquot antiquis.* GENVS alto à ſan-
guine diuûm.] *In libris aliquot antiquis,* A' ſanguine
Teucri *legitur.* NI fallor.] *In antiquis libris,* Niſi fallor.
ET vrbe Mycene.] *In libris aliquot antiquis* Mycenæ, *cũ
diphthongo: In aliquot* Mycena *legitur. Mihi ſanè mirificè
placet, quòd in Romano libro legi.* Mycenis.

HÆC vbi dicta, petunt portus.] *Hæc Aeneas dixit; nõ* DON.
*tamen Erycis fecit mentionẽ. Hoc quippe nomẽ omiſit: quoniã,
quod Palinurus dixit, explicare non debuit. Addidit tamẽ Pa-
linuri dictis augmẽtum; nominando Aceſten, & paternam me-
moriam.* ET vela ſecundi Intendunt Zephyri; fertur
cita gurgite claſſis.] *Mutato nauigationis curſu, proſpe-
rum factum eſt: quod in alia tendentibus contrarium fuit.
quippe ferebantur naues curſibus plenis.* ET tandem læti
notæ aduertuntur arenæ.] *Troianis lætitia fuit, quòd, ad
littus tendentes, ad loca tamen nota perueniſſent.* AT pro-
cul excelſo miratus vertice montis Aduentum, ſo-
ciaſque rates.] *Ciuitas, in quâ Aceſtes commorabatur, fuit
in excelſo. quâ cauſâ longè adhuc poſitas naues cognouit eſſe
Troianos; & earum eſt miratus aduentum. Legitur &* Accur-
rit: *quod eſt amplius, quàm* occurrit. OCCVRRIT Ace-
ſtes.] *Occurſus impatientiam hominis verè gratulantis oſtẽ-
dit. non enim ferre potuit, donec ad ipſum littus accederent.*
HORRIDVS in iaculis & pelle Libyſtidis vrſæ.
Troia Crimniſo conceptum flumine mater Quem
genuit.] *Ipſe enim cultu vti debuit, qui eſſet tali parente pro-
genitus. Flumina enim ſinè veſtis ambitione pinguntur. Quod
ait:* Troia mater, *non patriam dixit; ſed Troianam mulie-*

ſimulq; vltionis auidam affectionem, & aërei vſum corporis. Quid enim ſibi velle aliud putamus id:

Et nunc magnã mei ſub terras ibit imago?

Equidẽ, vt qui affatim Platonicis imbutus foret ſacris, imaginem rationalis animæ eſſe putat, primã illã ſentiendi naturam.

DON. TVM vos, ô Tyrij, ſtirpem, & genus omne futurũ Exercete odijs: cineriq; hæc mittite noſtro Munera.] Facta ſunt hæc Punicis incurſationibus & bellis, ſub Hannibale Afrorũ rege, & Scipione ac Regulo, cæteriſq; Romanis ducibus. CINERIQ. hæc mittite noſtro. Munera.] quaſi aliquid eſſet ſenſura poſt mortẽ: vel ex his quæ ſuprà dixit, vel quæ infrà cõplexa eſt. NVLLVS amor populis, nec fœdera ſunto.] Nec amor ſit inter populos, nec fœderibus diſsidentes neceſsitas iũgat. EXORIARE aliquis noſtris ex oſſibus vltor, Qui face Dardanios ferroque ſequare colonos. Nunc, olim, quocunq; dabũt ſe tẽpore vires, Littora littoribus contraria, fluctibus vndas Imprecor: arma armis pugnent, ipſiq; nepotes.] Veniet, inquit, tempus, quo naſcetur quiſquam ex oſsibus meis, qui ferro & flãmã Troianum genus perſequatur, ob vltionem meã. Olim, hic futurũ tempus ſignificare, manifeſtũ eſt. ſequitur enim: Quocunq; dabũt ſe tempore vires. nã & dabunt futuri eſt temporis. Rem locuta eſt impoſsibilẽ: vtpute quæ non eſſet ſuæ mentis, ſuiq; conſilij. Nam Dido Tyria fuit; Hannibal Pœnus, à genere Didonis longè remotiſsimus. Melius eſt ſic intelligere: vt poſtulata perſona neſciret ſe impoſsibilia poſtulare. quod ipſũ ſequentia docẽt: quia dixit; Tãta ſit inter meos Troianóſq; diſcordia, vt nec ipſa ſibi cõueniãt littora, nec vtriuſq; littoris vndæ miſceãtur. ARMA ait armis pugnẽt, ipſiq; nepotes.] fieri potuit inter multa, quæ emanſura non fuerãt. Hoc ergo dixit poſsibile. ſolent enim mente capti, etiam quod rectũ eſt, aliquando ſentire. HÆC ait, & partes animum verſabat in omnes, Inuiſam quærẽs quamprimùm abrũpere lucẽ.] Hoc eſt, quàm celeriter feſtinabat, inquit, mori: vtpote, quæ iocunda omnibus, ipſi oneroſa fuerat lux. TVM breuiter Barcen nutricem affata Sichæi, (Namq; ſuã patriã antiquã cinis ater habebat.)] Breuiter, inquit, loquuta eſt. hoc enim conueniebat voléti maturiùs mori. ANNAM, chara mihi nutrix, huc ſiſte ſororẽ.] Huc ſiſte: hoc eſt, huc inſtanter adducat. Chara mihi, addidit benigni animi ſignum, dicendo Chara: vt per blandimenta impetraret, quod illa propter onus prouectioris ætatis poterat recuſare: quæ perſona aptiſsima negotio fuit, vt cum morã pergeret, cum morã remearet. DIC, corpus properet fluuiali ſpargere lymphã.] Alia mora. quia, dum hoc Anna expediebat, aliquid accedebat ad tempus. ET pecudes ſecũ, & mõſtrata piacula ducat.] Ecce aliud, quod afferret tarditatem: prouidere neceſſarias pecudes, & adducere; quarũ ſegnior greſſus eſt: & afferre expiationibus neceſſaria. SIC veniat: tuq; ipſa piã tege tempora vittã.] Pia, & nutrix eſſe poteſt, & vitta; vt pia nutrix, aut pia vitta. SACRA Ioui Stygio, quę ritè incepta paraui, Perficere eſt animꝰ.] Omnia, inquit, hæc idcirco præſtò eſſe deſidero, vt Diti patri deſtinata ſacra perſoluã. FINEMQ. imponere curis.] Volo, inquit, interpoſito ſacrorũ ritu, his finem imponere, quæ cruciat animũ meũ. Magna caligo verborũ. fatetur quid diſponat: nec tamen intelligi potuit. DARDANIIQ. rogũ capitis permittere flãmæ.] Vt in occaſione velut ſacrificiorũ, aboleret etiã illius memoriã, quem habuit inimicũ. Paraui, quod ſemel poſuit, non ſemel accipiendum eſt: vt ſit, ſacra paraui, finemq; imponere curis paraui, Dardanijq; rogũ capitis permittere flãmæ paraui, vt videatur ſacra illa, & propter ſolutionem ſuam paraſſe; & propter delendã eius memoriã, qui eã tam perniciosè contempſiſſet. SIC ait: illa gradũ ſtudio celerabat anili.] Ambulabat, inquit, anus poſt, mandata Didonis, non celeriter, vt debuit miſſa; ſed ſegniùs, vt ætas permiſit. AT trepida, & cœptis immanibus effera Dido, Sanguineã voluens aciẽ, maculiſq; trementes Interfuſa genas, & pallida morte futura, Interiora domus irrũpit limina, & alios Cõſcendit furibunda rogos: enſemq; A
recludit Dardaniũ; nõ hos quæſitũ munus in vſus.] Deſcribitur, quæ non adhuc dubitaret mori, ſed quæ iam ſe vellet occidere. Trepida (inquit) fuit cœptis immanibus, hoc eſt, turbata: hoc ei præſtabat mentis infanda deſtinatio. Effera, id eſt, exaſperata in perniciem ſuã, crudeliũ cõſideratione cœptorũ. Voluens oculos ſuffuſos ſanguine: maculis verò ſordidis genas habens variatas, & ante futurã mortem iam pallida. Interiora aũt limina irrupit. non dicit, Ingreſſa eſt; ſed, Irrupit: vt oſtenderet furentem. quoniam ſuprà dixit: Tu ſecreta pyram tecto interiore ſub auras Erige. Meritò ait, interiora domus irrupit limina, & conſtructam altiùs pyram furibunda conſcendit. Benè autem addidit poëta; Furibunda conſcendit altitudinem rogi: vt oſtenderet, nullum, de nece ſuã poſſe cogitare, niſi quem primò amentia furoris oppreſſerit. HIC poſtquàm Iliacas veſtes notumq; cubile Conſpexit, paulùm lacrymis & mente morata, Incubuitq; thoro, dixitq; nouiſſima verba.] Quando ad ipſam ventũ eſt pyram, & vidit veſtes Iliacas, & cubile, vndè malũ omne contraxerat: actum paululùm diſtulit, quo fuerat peritura. incubuit ſuper thorũ lacrymans, vt nouiſsimã ante ſanguinem funderet verba: quibus omnia conſolaretur, quæ ſecũ peritura cernebat. B
DVLCES exſuuiæ.] Hic ſuſpendenda pronunciatio eſt, nec iungendum: DVM fata deuſque ſinebant.] Ne expreſſum mirè morituræ vexemus affectũ: vt putetur illa veſtes amare deſiſſe, quas in tantũ diligebat, vt earũ fauillas ſuis vellet miſceri cineribus. Amat igitur has: oſtendens, quòd illas non odij, ſed amoris cauſã ſecum decreuiſſet incendi. Quòd ſi amor earũ, mortis tempore receſsiſſet non diceret, Accipite hanc animã: quo affectu oſtendit, cum his ſe interire voluiſſe, quas amabat. Senſus ergo integer ſic eſt; quo expreſſo, ipſe ſe intellectus ſinè cuiuſquã operã demõſtrabit: DVLCES exſuuiæ, vixi quàm diu deus & fata ſinebant, & quem dederat curſum fortuna, peregi. Accipite hanc animã, meq; his exſoluite curis.] Quoniam, inquit, eſtis dulces: vos debetis excipere ſanguinem meũ, & anima mea vobis debet infundi. ET nunc magna mei ſub terras ibit imago.] Fui magna; & adhuc magna ſum. decet deteriorem præuenire fortunam, vt felix ad inferos pergam, quæ feliciter vixi. VRBEM præclarã ſtatui.] Non dixit, perfeci; ſed ſtatui. Statuere eſt enim, inſtituere aliquod nouũ, & quod fuerit nunquam. Iam ſequitur dicere, quòd Præclarã, hoc eſt, magnam. Hoc idem eſt quod ait: MEA mœnia vidi.] Nonnulli immemorem hic dicũt exſtitiſſe Vergiliũ, vt induceret Didonem, C
quaſi de perfectã locutã eſſe ciuitate, quam ipſe dixit in opere fuiſſe quũ eam Aeneæ in 1. libro ſubieciſſet aſpectibus. Hi non attendũt vim veri: nã, vt dictũ eſt, Statui, inſtitui ſignificat; nõ perfeci. Quòd ſi ita eſt, vt de perfectã dixerit: Statui etiam ſic pro qualitate perſonæ accipiendum eſt; vt conſolationis ſuæ cauſã perfectã dixerit, quæ fuerat imperfecta. Eo animo dixit; Vixi. hoc eſt enim Vixiſſe, aliquam factorum memoriam reliquiſſe poſt mortem VLTA virum.] Similis calumnia eſt, propter Sichæi mortem defenſam non eſſe: quia Pygmalion occiſus non eſt. cùm non ſit vnum genus vltionis. Nam defendiſſe occiſi mortem, eſt prædam, propter quam mactatus eſt, abſtuliſſe. quo in facto Pygmalion, homo profundæ auaritiæ, & reus remanſit, & pauper. POENAS inimico à fratre recepi.] Ipſa fuit pœna deterior, vt viueret; nec haberet, quod per ſcelus ſe crediderat quæſiuiſſe. Definit, quid ſit Statui, & quid ſit Vlciſci. quid pœnas recepiſſe. Aut putamus, eum non afflictum eſſe tormentis animi: quòd illum ipſum, ne mercedem ſceleris caperet, fœmina præueniſſet? Iam venit ad cauſam, quæ eam decepit. & hoc more humani ingenij, non actibus ſuis imputat; ſed fortunæ. FELIX, heu, nimiùm felix, ſi littora tantùm Nunquam Dardaniæ tetigiſſent noſtra carinæ.] Duraret, inquit, etiam nunc proſperitas noſtra; ſi facti mei ſors Troianorum non incurriſſet aduentum: & ſi littora tantùm Nunquam Dardaniæ tetigiſſent noſtra carinæ.

Graduum

Digitized by Google

A GRADVM studio celerabat anili.] *Congruet in cunctantius aliquid agentem. Dicetur etiam non ineptè de eo, qui quod potest facit, non quod vult. Est apud Poëtam de ablegata nutrice.*

Dixit: & os impressa toro, Moriemur inultæ?
Sed moriamur, ait. sic? sic iuuat ire sub vmbras.
Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus, & nostræ secū ferat omina mortis!
Dixerat: atque illam media inter talia ferro
Collapsam aspiciunt comites, ensemque cruore
Spumantem, sparsasq; manus. it clamor ad alta
Atria: concussam bacchatur fama per vrbem.
Lamentis, gemituq; & fœmineo vlulatu
Tecta fremūt: resonat magnis plangoribus æther:
Non aliter, quàm si immissis ruat hostibus omnis
Carthago, aut antiqua Tyros; flammæq; furentes
Culmina perq; hominū voluantur perq; deorum.
Audijt exanimis, trepidoque exterrita cursu,
Vnguibus ora soror fœdans, & pectora pugnis,
Per medios ruit, ac morientem nomine clamat.
Hoc illud germana fuit? me fraude petebas?
Hoc rogus iste mihi, hoc ignes aræq; parabant?
Quid primùm deserta querar? comitémne sororē
Spreuisti moriens? eadem me ad fata vocâsses:
Idem ambas ferro dolor, atq; eadem hora tulisset.
His etiam struxi manibus; patriosque vocaui
Voce deos: sic te vt positâ crudelis abessem?
Extinxti te meq;, soror, populumque; patresque
Sidonios, vrbemq; tuam. date, vulnera lymphis
Abluam; & extremus si quis super halitus errat,
Ore legam. Sic fata, gradus euaserat altos,
Semianimemq; sinu germanam amplexa fouebat
Cum gemitu, atque atros siccabat veste cruores.
Illa graueis oculos conata attollere, rursus

ADR. Bar. SER. OS impressa toro.] *Applicito ore ad lectulum; vel vt, faciem. aut quasi amatrix; vt,* Stratisq; relictis Incubat. *aut certè, quasi peritura, insensibili rei dat sensum: & sic ad lectulum loquitur, vt ad hastam Turnus;* Te Turni nunc dextra gerit: *& Mezentius ad equum;* Rhœbe diu, res siqua diu mortalibus vlla est, Vixim⁹. SIC? sic.] *Quasi interrogatio & responsio. Et placet, sic inultā perire, vel hoc genere mortis: & hoc eā se loco intelligimus percussisse. Vnde alij dicūt, verba esse furētis. Alij ita distingūt. Sed moriamur, ait: & sic post adijciunt.* B Sic iuuat ire sub vmbras? *vt dubitauerit, an inulta deberet mori: deinde vltionis difficultatē circūspiciens, dixerit;* Sic iuuat ire sub vmbras. HAVRIAT hunc oculis ignem.] *Aut videat omina tempestatis futuræ: quia nauigantibus malum omen est, si rogalis flāma videatur: aut certè satisfaciat suæ crudelitati.* AB alto.] *A mari.* DARDANVS.] *Pro Dardanius. Plautus,* Natus Argis: *ex Argis patre. vel quòd ipse Aeneas antè Dardanus dictus est.* ET nostræ secum ferat omina mortis.] *Vt Aeneas quoq; per eum maturiùs obeat. & benè infausta omnia imprecatur ei, qui ad noui regni auspicia properat.* INTER talia.] *Per talia: vt,* Hunc inter fluuio Tyberinus amœno. COLLAPSAM aspiciūt.] *Non induxit occidentem se, sed ostendit occisam. & hoc Tragico fecit exemplo, apud quos non videtur, quemadmodum fit cædes, sed facta narratur.* SPARSASQVE manus.] C *Aut perfusas sanguine: aut morte resolutas.* FOEMINEO vlulatu.] *Proprio fœminarum. Horatius:* Et illa non virilis eiulatio. ANTIQVA Tyros.] *Vel nobilem dicit: vel illud ostendit, quia Carthago antè Byrsa, pòst Tyros dicta est, pòst Carthago, à Carthā oppido. Vnde fuit Dido inter Tyron & Berython.* AVDIIT exanimis.] *Id est, territa. Nā, vt diximus, exanimus, mortuus est.* ORA soror fœdans.] *Cruentans: vt,* Sanguine fœdantē. NOMINE clamat.] *Aut Didonem vocat, vt suprà diximus, Pœnarū lingua viraginem. Aut* Nomine clamat, *nominat: sicut & Hom. dicit, ἐκ τ' ὀνόμαζε, sexies nominabat. Aut certè vero nomine, vt solent dolentes: vt,* Hunc ego te, Euryale, aspicio. *Item,* Mater Cyrene, mater. *Hinc & ibi ait,* Et te crudelē nomine dicit. *Et multi quærunt, quomodo procedat hoc: cùm eius nomen nusquam sequatur? Sed tractū est à iure: vbi dicitur nihil interesse, vtrùm quis vnū filiū habens, dicat,* Fili heres esto: an Titi heres esto. *Ergo dicendo,* Hoc illud germana fuit? *quasi nomen dixit.* HOC illud germana fuit.] *Allocutio per conquestionem.* HOC rogus iste mihi] *Alludit ad historiam.* QVID primùm deserta querar?] *Conqueritur, cur relicta sit; nec ad par exitium conuocata.* COMITEMNE fororē spreuisti?] *Deest,* Illúdne quòd *spreuisti comitem sororem? & semiplenè loquitur: quod afflictis conuenit.* TVLISSET.] *Abstulisset.* STRVXI manib.] *Quasi sceleris contaminata, & quasi ipsa interitū sororis adiuuerit.* Struxi manibus: *Subaudi,* rogos. PATRIOS deos.] *Saturnū & Iunonem.* POSITA.] *Exanimatā. Statius,* Positvq; beatā Morte pater. CRVDELIS.] *Illā crudelem dicit: quòd sit dubiū, tu, an ego.* EXTINXTI me teq; soror.] *Varro ait, non Didonē, sed Annā, amore Aeneæ impulsam, se super rogū interemisse.* POPVLVMQVE patresq; vrbemq; tuā.] Patres, *id est, Senatū:* Vrbē tuā, *quam exstruxisti. & quidā hoc loco volunt treis partes politiæ comprehensas: populi, optimatiū, regiæ potestatis.* AMPLEXA fouebat.] *Bene, non fouit, sed fouebat: vt id diu factū ostenderet.* DATE.] *Date lymphas, vt vulnera abluam, hoc est, date aquā: aut date, id est, permittite. Lauare aūt cadauera proximis concedebatur. Vnde queritur mater Euryali;* Nec vulnera laui Veste tegens. *Id hoc loco comprehensum accipi potest: cùm Dido inducitur habuisse crinem sacratū, quo videlicet abscisso posset sine cruciatu mori. priùs tamē voluit ablui cruorē; cùm ait,* date vulnera lymphis Abluā. *Pleniùs tamen infrà ait,* Semianimemq; sinu germanā *vsq,* veste cruorem: *Vt tanquam in veste purâ, legitimo sumptu, morti data haberetur, * quòd, quæ sacratum crinem habuerit, vitæ fuerit immorata. nam subiecit aptè ex personâ Iridis:* Hunc ego diti Sacrū iussa fero, teq; isto corpore soluo. ORE legam.] *Muliebriter, tanquam possit animam sororis excipere, & in se trāsferre. Sic Cicero in Verrinis:* Vt extremum filiorum spiritū ore excipere liceret. GRADVS euaserat altos.] *Id est, ascenderat: rogi scilicet, qui rogi pro qualitate fortunarum fiebant. Vnde in sexto ait,* Cœloq; educere certāt. *Aut quia lecti antiquorum alti erant, & gradibus ascendebatur: quibus superatis, Anna amplectitur sororem.* CRVORES.] *Exprimebat, vel abluebat: vt,* Vulnera siccabat lymphis. *An suam vestem vulnere Didonis infectam? Vsurpauit autem contra artem. Nam nec sanguines dicimus numero plurali, nec cruores.* SICCABAT *autem, exprimebat.*

POM. Sabi. ET OS.] *applicito ore.* IGNEM.] *videat hunc ignem crudelissimus Aeneas ab alto mari.* MEDIA.] Mediam *legit Apronianus: nam qui transfodit, medius videtur esse gladij, Silius lib. 1.* Concidit exacti medius per viscera teli. *Dido, cùm molestaretur, & cogeretur ad coniugium in rogum ardentem se præcipitauit: vt fidem seruaret mortuo marito.* SPARSAS.] *solutas morte: vel cruentas.* NON aliter.] *non aliter vlulatus erat per vrbem morte Didus, quàm si Carthago diriperetur.* AVT antiqua Tyros.] *ad patriam antiquam refert. quámvis Pœni essent profugi; tamen eam amabant, vt antiquam patriam.* AD fata.] *ad eundem mortem.* PATRIOS deos.] *Seruius Saturnum & Iunonem intelligit.* POSITA.] *examinatā.* LYMPHIS.] *cadauera lauantur. sed dicit, Afferte aquam ad lauandum vulnera: ad maiorem miserationem.* ORE.] *Ciceronis hoc est de Prætura vrbanâ, qui ait:* Vt extremum filiorum spiritum ore excipere liceret.

VAR. Lect. ENSEMQVE cruore Spumantem.] *In Mediceo, &*

aliquot

aliquot alijs antiquis libris, legere est Cruorê.] *Sed enim magis omnino placet,* Ensem cruore spumantem. RESONAT magnis plangoribus æther.] *In Mediceo & antiquis libris,* Clãgoribus *habetur.* NON aliter quàm si immissis ruat hostibus.] *In libris aliquot antiquis,* Missis *legitur, absq; im præpositione.* AVT antiqua Tyros.] *Veteres plerique libri,* Tyrus, *idiomate Latino, legunt.* ATQVE eadem hora tulisset.] *In libris aliquot antiquis,* Fuisset *legitur.* EXTINXTI te, meq; soror.] *In veteribus ferè omnibus exemplaribus,* Extinxi, *primâ personâ legitur.*

DON. DIXIT: & os impressa toro; moriemur inultæ? Sed moriamur, ait: sic? sic iuuat ire sub vmbras.] *Post transactam, inquit, feliciter vitam, post statutã vrbem, post pœnas reportatas ex fratre; solus dolor est, quòd me in præsenti defendere non potui. Plurali numero dixit,* moriemur inultæ: *quia cum vestibus. Etiam cùm soli aliquid faciunt aut dicunt, pluralem sibi numerum vendicare solent. Fixa ergo facie erat in torum, cuius adhuc affectu etiam moritura tenebatur. Dixit etiam,* inultæ morimur: *tamen, quoniam hoc expedit,* moriamur. Sic, sic iuuat ire sub vmbras. *Melius est, inquit, me inultam mori; quàm vltionem quærere: quæ prouenire non possit, & deterioribus casibus reseruari.* HAVRIAT hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus.] *Pars, inquit, vltionis est, si recedens hostis meus rogi mei flammas aspiciat.* ET nostræ secum ferat omina mortis.] *Hoc est, tristibus ominibus nauiget.* DIXERAT: atq; illã media inter talia, ferro Collapsam aspiciunt comites, ensemq; cruore Spumantẽ, sparsasq; manus.] *Nõ descripsit ictũ, quo Dido confossa est, sed quæ fecisset, demõstrauit: vt ostenderet celeritatem facti. nam nullus vidit percutientem, sed cadentem, & ferrum spumare inundatione sanguinis. Tãtum vis fuit, vt exanimes manus defectione celerrimâ spargerentur.* IT clamor ad alta Atria, concussum bacchatur fama per vrbem: Lamentis, gemituq;, & fæmineo vlulatu Tecta fremunt; resonat magnis plangoribus æther.] *Descriptio acerbi & repentini funeris potentis personæ: quæ primò intrà parietes cum clamoribus plangebatur: ex illis exorta fama per vrbem cucurrerat; vlulatus simul & gemitus, lacrymæq; per tecta: donec ipsa sidera varijs clamorum generibus ferirentur. Hoc significat, quod alio loco dixit:* Et sidera verberat vnda. *Vult enim, tantum valuisse illas voces, sicut illas Vndas, vt vlteriùs ire potuissent, nisi siderum obiectus obstaret. Terra autem, & ciuitas omnis planctu, vlulatibus, & omnium gemitibus personabat, & sonus omnis perueniebat ad cœlũ:* NON aliter, quàm si immissis ruat hostibus omnis Carthago, aut antiqua Tyros, flammęq; furentes, Culmina perq; hominum voluantur perq; deorum.] *Sic omnis Carthago luctu reginæ concussa est: vt, qui tantos vlulatus & clamores audisset, putaret hostes occupasse Carthaginem, aut Tyrũ deletam, aut deorũ culmina subuersa.* AVDIIT.] *Hic distinguendum est: dehinc addendum;* EXANIMIS trepidoq; exterrita cursu Vnguibus ora Soror fœdans, & pectora pugnis, Per medios ruit, ac morientem nomine clamat. Hoc illud germana fuit?] *Audijt: & cum audisset sororis interitum soror, exanimis facta, aduolauit, turbata ferali nuntio; & morientem vocare cœpit nomine suo. idcirco separandũ duximus.* Audijt: *quia multi* Audijt exanimis *pronuntiant: quod contrà est. nam* Audijt, *& accepto nuntio exanimis facta aduolauit, hoc rectum est. Cæterùm* audijt exanimis, *non est verum: non enim antè, quàm audiret, exanimis fuit, cùm non fuisset causa. Quum igitur audijsset, & ex eo, quòd audijt, exanimis fuisset effecta, vt in doloribus fieri solet: vnguibus ora sua, vtpote vnanimis soror, fœdabat, & pectora pugnis. Bis accipiendum est* Fœdans: *vt sit,* Fœdans *ora vnguibus, & pugnis fœdans pectora.* PER medios ruit.] *non dixit, venit, sed ruit. hoc enim faciebat doloris immanitas.* ET morientem nomine clamat.] *quia nec in totum mortua fuit, nec in totum retinebat vitam; sic eam, quoniam et maiore mortis* A *pondere premabatur, nomine vocitabat. Quæritur, cur dixerit,* Nomine clamat; *& cur nõ secutum sit Didonis vocabulum, sed necessitudinis:* Hoc illud germana fuit? *aut quid necesse fuerit, eam clamari. Cum nomine igitur vocari oportuit eam, quæ maximâ lethi parte oppressa, vanescentibus iã mente oculis, nesciret quæ loqueretur. quia tamen accipere aliquid auribus potuit; addi vocaculũ debuit: cuius integratio est, quod nõ Didonem, sed germanam dixit. Bina enim nomina homines habent: vnum naturæ ac sanguinis, quo se debent appellare coniunctæ personæ; vt est nomen patris, matris, aui, auiæ, sororis, fratris, patrui, amitæ, filij, filiæ, nepotis, neptis, auunculi, materteræ, & cætera: quæ complecti longissimũ est. Aliud nomen, quod idcirco alicui apponitur, vt eo ab extrarijs vocitetur. Cùm igitur aliquam personam necessitudine coniunctam vocamus, aut cum eo loquimur: nomine naturali eam appellare debemus: ipso docente Vergilio, qui ait;* O pater, ô hominum rerumque æterna potestas! O genitrix! quò fata vocant? *Item:* Nate, meæ vires, mea magna potentia: Nate, mihi vitâ, quondam, dum vita manebat, Chare magis. *Item:* O soror, vt dudum agnoui, cùm prima per artem Fœdera turbasti! *Exempla ista* B *sufficiunt doctis: alia aliarum personarum legendo reperiuntur. Interea redeamus ad Annæ consilium. debuit enim morientem germanæ nomine appellare: vt sentiret, sororem suam esse præsentem. Ergo apparet rectè positum,* & morientem nomine clamat: *& rectè consecutum;* Hoc illud, germana fuit? Me fraude petebas? Hoc rogus ille mihi, hoc ignes aræque parabant?] *Hæc dictio, quæ dolentis & repentini casus scelere commota est, continua esse non potuit. Denique, sese non sequitur. ait enim;* Hoc illud, germana fuit? *& non dixit, quid fuerit: petebat enim, quid illud esset, quod in querelam veniebat. Deinde transit ad aliud:* ME fraude petebas?] *decipit hominem, qui fraude aliquem petit. Deniq; deceptionis ipsius partes, & causas, infrà ostendit:* HOC rogus iste mihi, hoc ignes, aræque parabant?] *huc, inquit, tendebat rogus, ignis, & ararum præparatio? Indè se ad aliud transtulit, dicens:* QVID primùm deserta quærar?] *Deserta, sine sororis solatio, hoc est, singularis & sola. Partes sunt istæ deceptionis: quarum prima fuit, in quâ sororis solatium perit. Incipit alia:* COMITEMNE sororem Spreuisti moriens? eadem me ad fata vocasses!] *Si remotis, ait, dolis, quid disponeres sorori, esset fraude confessa: venissem tecum ad extrema fatorum, vltimaque consortia.* IDEM ambas ferro dolor, atque eadem hora tulisset.] *Et quas vnus iunxerat germanitatis affectus,* C *vnum genus mortis, eadem simul monumenta consumerent: perindéq; fieret, vt altera alterius durum non videret exitium. Addit alia, vt magis exacerbet, quæ superiùs dixit.* HIS etiam struxi manibus?] *Quod est deterius, dum tibi, inquit, præparo nescia, quæ exitium tuum complere potuissent; manus meas parricidij crimine polluisti.* PATRIOSQVE vocaui Voce deos.] *Et ne deesset aliquid sceleri, dijs testibus patrijs ista composui: & cùm arbitrarer profutura saluti tuæ, quæ instãter implebã, eosdem ipsos gerendis rebus fautores adhibui.* SIC te vt positã crudelis abessem.] *Et hoc ampliùs infelix; quòd in hisce casibus posita absfui ego crudelis & saua.* EXTINXTI te, meque, soror, populumque patresque Sidonios, vrbemque tuam] *In summam collegit, quæ mala exorta sint illâ mortuâ. Extinxisti, inquit, te soror, & me extinxisti, & populum, hoc est, plebem; patresq; Sidonios, vrbemq; tuam, tuo interitu perdidisti. More humano Vergilius plangentis descripsit affectũ, dicendo:* EADEM me ad fata vocasses: Idem ambas ferro dolor atque eadem hora tulisset.] *Dixit illa, quod factura non fuerat. Cæterùm si futurum diceret, mox sese iugularet: habens occasionem gladij, quo perierat soror.* DATE, vulnera lymphis Abluam.]

Hoc

Digitized by Google

A *Hoc fuit, quod morienti potuit exhiberi: lauare vulnera, post verborum finem.* ET extremus si quis super halitus errat, Ore legam.] *Obseruare enim volo exeuntem spiritum. ideò hoc dixit: quia hunc charissimi colligere se posse arbitrātur, licet teneri non possit.* ORE legam.] *dubium est, vtrùm ore suo, an ore morientis. quolibet genere fiat, fit incassum: quia, quod incorporale est, nec excipi potest, nec teneri.* SIC fata, gradus euaserat altos, Semianimemque sinu germana amplexa fouebat Cum gemitu, atque atros siccabat veste cruores.] *Cōtinebat semianimem Soror, protestans gemitibus dolores suos. Siccabat autem cruorem veste, quæ cruorem sorbuerat. vt sit à contrario argumentum. nam, cùm omnia humectentur vndâ, madidaq; reddantur: solum vulnus siccatur & sanguis, si lauetur. Hoc genus dictionis & in lib. 10. posuit, sic:* TIBERINI ad fluminis vndam, Vulnera siccabat lymphis, corpusque lauabat.

Deficit: infixum stridet sub pectore vulnus.
Ter sese attollens, cubitoque innixa, leuauit:
Ter reuoluta toro est, oculisque errantibus alto
Quæsiuit cœlo lucem, ingemuitque repertâ.
Tum Iuno omnipotens, longum miserata dolorē,

SER. SVB pectore.] *Per trāsitum dictus vulneris locus.* TER reuoluta toro est.] *Aut sæpius: aut τῷ μάντεως est, præsagium, propter bella Carthaginis: nam tria cum Romanis fuêre bella Punica.* ERRANTIBVS.] *Vicinitate mortis.* INGEMVITQVE repertâ.] *Atqui suprà dixit,* Inuisam quærens quamprimùm abrumpere lucem. *Sed ostendit, morientes sua improbare desideria: vt in sexto,* Quàm vellent æthere in alto Nunc & pauperiem & duros perferre labores. TVM Iuno omni-

B potens.] *Aut pronuba, aut inferna.*

TER reuoluta.] *Dido non poterat mori. nam quia casus eam extinxerat; ideò adhuc vita supererat.* IVNO omni-

POM. Sabi. potens.] *Hoc tractū est ab Euripidis tragœdiâ: in quâ Mercurius comam secat Alcestæ, quæ perijt ante tempus, propter fatum mariti Admeti regis. nunc demittitur Iris, ad secandum crinem Didûs, vt moreretur. Solent nanq; mortales, cōtrà pericula fortunæ, habere quædam incantationis remedia. forte Dido talia parauerat sibi.*

VAR. Lect. INFIXVM stridet sub pectore vulnus.] *In antiq. aliquot libris,* Stridit, *à tertiâ coniugatione est.* CVBITOQVE innixa leuauit.] *In plerisq; libris antiquis,* Adnixa *legitur. Sed id magis animaduertendum, quòd vetera quædam exemplaria* Cubitu *legunt, quarto declinatu.* INGEMVITQVE repertâ.] *In antiquis aliquot exemplaribus* Repertam *legitur: pro, reperisse.*

DON. ILLA graues oculos conata attollere, rursus Deficit: infixum stridet sub pectore vulnus.] *Voluit oculos, & aperire non potuit: opprimebatur enim lethali violentia vulneris. Ideò* sub pectore: *vt significaretur, quam partem corporis illa percusisset.* TER sese attollens, cubitoque innixa leuauit: Ter reuoluta toro est, oculisque errantibus alto Quæsiuit cœlo lucem, ingemuitque repertam.] *Signa, quæ moriens dedit, ostendebant, eam facti pœnitudinem genere; quod iam emendari non poterat. Denique, frequenter se erigere voluit: & quoties hoc nitendo aggressa est, toties superata succubuit. Errantibus per diuersa oculis frustra quæsiuit cœlo lucem: & cùm hanc reperisset, ingemuit, quòd amissam recuperare non posset.* TVM Iuno omnipotens, longum miserata dolorem, Difficilesque obitus.] *Miserata Iuno longum dolorem, & difficilem mortem cupiens relaxare, Irim demisit Olympo.*

Difficilesque obitus; Irim demisit Olympo:
Quæ luctantē animam, nexosq; resolueret artus.
Nam, quia nec fato, meritâ nec morte peribat;
Sed misera ante diem, subitoque accensa furore:
Nondum illi flauum Proserpina vertice crinem
Abstulerat, Stygioque caput damnauerat Orco.
Ergo Iris, croceis per cœlum roscida pennis,
Mille trahens varios aduerso sole colores,
Deuolat, & supra caput astitit. hunc ego Diti
Sacrum iussa fero, teq; isto corpore soluo.
Sic ait, & dextrâ crinem secat. omnis & vnâ
Dilapsus calor, atq; in ventos vita recessit.

SER. DIFFICILESQVE obitus.] *Quia supererat vita ei, quæ casu, non aut fato, aut naturâ moriebatur: vt,* Nam quia nec fato, meritâ nec morte peribat, *id est naturali.* IRIM demisit Olympo.] *Vt & suprà diximus,*

C *tabit hoc de Alceste Euripidis, qui inducit Mercurium, ei comam secantem: quia fato peribat mariti. Alij dicunt, Euripidem, Orcum in scenam inducere, gladium ferentem, quo crinem Alcesti abscindat: Euripiden hoc à Pœniâ, antiquo tragico, mutuatum. Sanè sciendum, hoc ideò nunc fieri: quia certis consecrationibus solebant homines facere, vt muniti essent aduersùs fortunæ impetus. Nec poterant mori, nisi exauctorati & absoluti illâ consecratione. Vnde circa Didonem ista seruantur.* NAM quia nec fato.] *Cùm dicat Vergilius in X.* Stat sua cuique dies: *quomodo hoc dicit?* Nam quia nec fato, meritâ nec morte peribat: Sed misera ante diem. *Nam si fato viuimus; quid agunt merita? si pensamur meritis, quæ vis fati? Quomodo hic & fatum admittit, & meritum? Deinde, cùm dixerit,* Stat sua cuique dies: *quomodo dicit,* ante diem? *Harum rerum ratio sic redditur. Sunt & fata, quæ dicuntur denuntiatiua: sunt alia fata, quæ conditionalia vocantur. Denuntiatiua sunt, quæ omnimodo euentura deferunt: vt verbi gratiâ, Pompeius ter triumphaturus est. Hoc illi fata dederunt; vt, vbicumq; terrarum fuerit, ter triumphet: non potest aliter euenire. & ideò fatum, quod hoc denuntiat, denuntiatiuum vocatur. Conditionale verò, huiusmodi est: Pompeius, si post Pharsalicum bellum Aegypti littus attigerit, ferro peribit. Hîc non omnimodo necesse erat, vt videret Aegyptum; sed si casus illum ad aliam regionem fortè duxisset, euasisset. Sic & apud Homerū Achilles refert, matrem deam sibi dixisse: vt, si bello Troiano se subtraheret, & reducem patriæ daret, altâ senectâ viueret sed inglorius; si verò apud Troiam pugnando perseuerare, adeptus magnam gloriam, primæuus obcumberet. Vides igitur, conditionem fati sub duplici euentus expectatione pendêre. Achilli enim dies statuta erat, quâ domum repetens senex periret. sed quia bellum non reliquit: obijt quidem ante diem fato statutum; sed nec tum sinè fato: quia de geminâ fati auctoritate veniebat vtraque conditio. Sic & Didoni decretum fuerat, vt Vrbem præclaram statueret; vlcisceretur virum, pœnas de parricidio fratris exigeret. Peruenisset autem ad seram mortem, sinè vllâ felicitatis offensâ, si Troiana classis ad littus Africæ non venisset: quâ portum Carthaginis ingressâ, nec continuaretur vlteriùs regiæ nota felicitas, nec exspectaretur ad mortē dies illa sera, quæ fuerat cōstituta. Hæc sciens Maro, inducit ipsam Didonem, in extremis suis ista dicentem;* Vrbem præclaram statui, mea mœnia vidi, Vlta virum, pœnas inimico à fratre recepi: Felix, heu nimiùm felix, si littora tantùm Nunquam Dardaniæ tetigissent nostra carinæ! *Sic & Vulcanus, respondens Veneri, armari filium postulanti, conditionale fatum adserit fuisse Troianis: vt, si Aeneas cœlestibus armis fuisset armatus, annos X. vltrà, quàm stetit Troia, duraret; nec Priamus ante idem tempus periret: quo præsidio prætermisso, præparandæ Troianæ incolumitatis exstincta conditio est. Et hoc est quod ait.* Similis

milis si cura fuisset. & quod dicit, Fas nobis, &c. hoc est, per fata licuisset. Si enim nefas est, obuiare fatis: fas est omne, quod permittente fatorum lege præstatur. Ergo sensus hic est: Cura, quæ tibi nunc est, si stante Troiâ fuisset; armari filium tuum mihi per fata licuisset; propter rationem scilicet conditionalis fati, & vitam Priami; & regna Troiæ, tam Iupiter, quàm fata seruassent, cùm hoc decreti conditio contineret. Ergo, stat sua cuique dies, aut denuntiatiuo fato; & mutationem omnino non recipit: aut conditionali, &, si euentum alterum casus attulerit, non inspectâ die acceleratur interitus. Quòd ergo dixit; Nam quia nec fato, meritâ nec morte peribat: nolo illum putes vniuersa confundere. Illi enim dicuntur, non fato perire, sed merito: qui maxima in deos, & non ignoscenda committũt; vt Salmoneus, vt contemptor diuûm Mezêtius, vt Titius, vt Ixion. quos si fato dixeris oppetiisse, purgaueris. Nam qui excedunt delinquendi modum, ipsi sibi pœnam sanciunt: quam si fatis imputandam putaueris, excusas peremptorum reatum. Hoc est ergo, quod dicit: Nam quia nec fato, id est, denuntiatiuo; meritâ nec morte, id est, nullo immani crimine commisso: Sed misera ante diem, hoc est, vno de conditionalibus fatis statuto, Si Troianæ classis non contigisset aduentus. SED misera ante diem.] Non est contrarium, quod dicit in decimo; Stat sua cuiq; dies. Nam, vt sæpè diximus, secundùm sectas loquitur: & hoc secundùm alios, Epicureos scilicet; illud secũdùm alios, Stoicos nimirum, dictum est. Quanquam grammaticæ responsioni possit sufficere: Omnia vincit amor; & nos cedamus amori. FVRVRORE.] Quia pudica in amorē deuenerat. FLAVVM crinem.] Matronis nunquam flaua coma dabatur, sed nigra. vnde Iuuenal. Saty. 6. Sed nigro flauum crinem abscondente galero. Huic ergo datur, quasi turpi. Aut flauũ: quia in Catone legitur de matronarum crinibus; Flauo cinere vnctitabant, vt rutilæ essent. CAPVT damnauerat.] Nondum eam morti destinauerat, potest accipi; Stygioq; caput dãnauerat orco: vt Didonem voto liberaret: quo semper omnes optant, vt sine cruciatu moriantur. nam subiunxit, Hunc ego diti Sacrum iussa fero, teque isto corpore soluo, id est, libero. Vel, illud ab orco nondum liberauerat: cùm illa, deuotum crinem adhuc retinens, inter reos esset. Ergo cuiuscumq; debiti, id est, reatus, damnatio finē facit. Damnare autem est, damno adficere, id est, debito liberare. Ideò & cùm vota suscipimus, rei voti dicimur; donec consequamur beneficium, & donec condemnemur, id est, promissa soluamus: vt, Damnabis tu quoq; votis. Et bene poëta non ait, illam damnauerat; sed, caput ipsum, vnde crinis fuerat auferendus. IRIS roscida.] Quia cum nubibus sit pluuialibus, quæ rore non carent. ADVERSO sole.] Bene naturalem rem expressit. Iris enim, nisi è regione Solis, non fit; cui ille varios colores dat: quia aqua tenuis, aër lucidus, & nubes caligantes, irradiante isto, varios creant colores. SACRVM iussa fero.] Eurypides Alcestin Diti sacratum habuisse crinem dicit: quod Poëta transtulit ad Didonem. CORPORE soluo.] Id est, animam tuam. quia ait suprà. Nexosq; resolueret artus. OMNIS & vnà.] Vno impetu effusa est vita, id est, anima. DILAPSVS calor.] Secundùm eos, qui dicunt, animam calorem esse; quâ recedente, corpus friget: vt, Corpusque lauant frigentis & vngunt. IN ventos vita recessit.] Id est, anima. vt in 4. Georgic. Quemq; sibi tenues nascentem accersere vitas. Et dicendo, in ventos, aut eos sequitur, qui animam aërem dicunt, hoc est, in materiam suam redire: aut certè eos, qui dicunt animam perire cum corpore; vt intellegamus, euanuit, in ventos recessit: vt in nono; Sed auræ omnia discerpunt, & nubibus irrita donant.

POM. Sabi. DAMNAVERAT Orco.] destinauerat. Proserpina, tanquam iudex, cùm tempus moriedi venit, mortis nos damnat. IRIS.] Iris appellatur arcus, qui vario colore distinguitur. ROSCIDA.] qui arcus ex humore oritur, & semper contra solem. vnde tenuitate suâ à radijs solaribus accipit colores.

CALOR omnis.] vis caloris in animâ est. nam eâ discedente, corpus frigidum est. A

TRAHENS varios aduerso sole colores.] In Mediceo, & libris quibusdam alijs peruetustis, Aduersâ luce legitur. ET dextrâ crinem secat.] In Longobardico peruetteri libro:, Crimen tulit, habetur.

CAEL. Rhod. Hanc verò moriendi naturam, etiam fatum dicimus. Nam & quinto Asculationis physicæ Arist. fatalem nuncupat generationem, quæ ritu fiat naturæ. Hinc Vergiliani carminis discutitur nubilum, ex 4. Aeneid.

Nam, quia nec fato, debitâ nec morte peribat.

Quippe quod secundo loco positum est, præcedentis expositio videtur: qui mos est Vergil. vel frequentissimus. Quid enim fatalis mors aliud, quàm debita ex naturali prouenienss dyscrasia? Sunt quibus tripartita Seruij distributio ampliùs arrideat: fatalis, naturalis, fortuita. quando & Cicero ait: Multa mihi imminere videbantur præter naturam, præterq; fatum. quem locum perpendit Gellius: sed ita, vt incertiores simus, quàm priùs. ipse sic, vt Maronem, interpretor. Nam extra fati rationem non esse violentam mortem, quam planè indicabat orator, ex secundâ Philippicâ liquet. Clodij, inquit, te fatum, sicuti C. Curionem manet: quoniam id domi B tuæ est, quod fuit illorum vtrique fatale. Audio ab elementarijs nostram vellicari sententiam: sed non mirum faciunt, si quãdo supra ferulam sapere cœperint; quanquam difficilimum sit. incinent illud sibi: alabastrus vnguenti plena nobis putet. Siquidem ex vepreculis extracta nitedula, publico excussa bono conatur arrodere.

DON. QVÆ luctantem animam, nexosq; resolueret artus.] Omnia, quibus vita constat, sibi inuicem nexa sunt: sed cùm resoluta fuerint, atq; à sese recesserint, afferunt mortem. In hac parte Iunonis est nota, iuuantis morientem, vt celeriùs spiritum efflaret: quæ si quid posset, vitam præstare debuerat, aut viuēti subuenire, cùm decerneret mori. Dicitur ratio, quæ ei difficiles obitus faceret. NAM. qui nec fato, meritâ nec morte peribat.] Nec fato, inquit, nec morte meritâ, hoc est, non secundùm institutum naturæ, quod à fatis attributum est hominibus: scilicet, vt nullâ vi adhibitâ moriantur. Tunc enim difficilis mors est, quum non consensu naturæ spiritus redditur, sed extorquetur violenter, & truditur. SED misera ante diem.] Hoc est, ante tempus, quo natura potuit afferre consensum. SVBITOQ'VE accensa furore.] Dixit, quâ causâ natura præuenta sit. Furor, inquit, hanc compulit repentinus: vt appeteret mortem, quam nondum natura permiserat. Subi- C to furore dixit, non tantùm repentino; verùmetiam non pertractato. furentes enim consilium non habent: & mox, quicquid occurrerit, faciunt. NON illi flauum Proserpina vertice crinem Abstulerat, Stygioq; caput damnauerat Orco.] Nec Proserpina venerat, quæ exsutũ crinē Orco solenniter traderet. nondũ enim, vt dictum est, naturæ venerat tempus: ERGO Iris croceis per cœlum roscida pennis, Mille trahens varios aduerso sole colores, Deuolat, & supra caput astitit.] Ex occasione dixit poëta, Iris arcum idcircò coloribus distinctum, quòd aduersùs solem radietur. HVNC ego Diti Sacrum iussa fero.] Benè dixit, Iussa: quia, quod factura fuerat, alieni fuit officij: perindeq; ab vsurpationis crimine potuit excusari, quæ potioris habuit faciundi authoritatem. TEQ'VE isto corpore soluo.] hac, inquit, facio, ne diu crucieris. SIC ait, & dextrâ crinem secat.] Sectum crinem quid secutum sit, tetigit. OMNIS & vnà, inquit, Dilapsus calor, atque in ventos vita recessi.] Exsectionem crinis, finis vitæ consecutus est. impleta est pœna periurij. suprà enim dixit: Sed mihi vel tellus optem priùs ima dehiscat, Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras; Pallentes vmbras Herebi, noctemq; profundam; Antè pudor, quàm te violem, aut tua iura resoluam.

ÆNEI-

A

ÆNEIDOS LIBRI V.

Argumentum.

ADHAON:

Quintus habet ludos; & classem corripit ignis.

MODESTINI IVRISCONSVLTI, IN QVINTVM librum Aeneidos, Argumentum.

Nauigat Æneas; Siculas defertur ad oras.
Hîc manes celebrat patrios: vnà hospes Acestes.
Ludos ad tumulum faciunt; certamina ponunt.
Prodigium est cunctis, ardens delapsa sagitta.
Iris tum, Beroën habitu mentita senili,
B Incendit naueis; subitus quas vindicat imber.
Insomnis pater Anchises, quæ bella gerenda,
Quoq; duce ad manes posit descendere, narrat.
Transscribit matres vrbi, populumq; volentem.
Et placidum Æneas Palinurum quærit in vndis.

P. VERGILII M. ÆNEIDOS LIBER V.

Interea medium Æneas iam classe tenebat
Certus iter, fluctusque atros Aquilone secabat,
Mœnia respiciens, quæ iam infelicis Elissæ
Collucent flammis. quæ tantum accenderit ignẽ,
Causa latet. duri magno sed amore dolores
Polluto, notumq;, furens quid fœmina posit,

SER. INTEREA.] *Dum fletur aut sepelitur Dido. & hoc sermone librum, vt solet, superioribus iunxit: cuius pars maior ex Homero sumpta est. Nam omnia, quæ hic commemorat, exhibentur circa tumulum Patrocli: nisi quòd illic curule exercetur; hic nauale certamen. Sanè intelligendum, non potuisse fieri, vt vnâ, nec* C *plenâ die, Aeneas ad Siciliam perueniret. Vnde accipiendum est, sicut suprà legimus, quòd circa ortum lucis nauigauit: vt,* Regina è speculis vt primùm albescere lucem Vidit, & æquatis classem procedere velis. *Ergo totâ die, dum se Dido interemit, dum fletur, paululùm prouectus est, leniter spirantibus ventis: & flammas rogi circa vesperam vidit; quo tempore & per naturam ignem videre potuit; & per pristinum morem, quo per diem cadauera non incendebantur. Deinde totâ nauigans nocte, & alterius diei parte, ad Siciliam peruenit.* MEDIVM.] *Aut medium est, quicquid à principio recedit, & necdum finem sortitur: aut medium, sic altum, vt medium putares: vt,* Graditurque per æquor Iam medium. *Nam verè medium sequenti indicat loco:* Vt pelagus tenuêre rates, nec iam ampliùs vlla Occurrit tellus. *Sanè speciem pro genere posuit; nam mare, significat maria.* TENEBAT.] *Nautico vsus est verbo; vt,* Iliacas vento tenuisse carinas. *Et,* Ni teneant cursus. CERTVS.] *Aut indubitabiliter pergens, id est, itineris sui certus; aut certus Aeneas, id est, solers, strenuus, velox: vt,* Equidem per littora certos Dimittam. ATROS Aquilone.] *Quos nuper flans Aquilo atros effecerat: vt,* Et medijs properas Aquilonibus ire per altum. *Nam ex Africa venientibus Auster secundus est; Aquilo aduersus. Ergo hoc dicit: quòd fluctus, qui atri esse consueuerunt Aquilonis flatu, qui antè flauerat, secundo flatu, secârit Aeneas, surgente Zephyro. vt Mercurius;* Nec Zephyros audis spirare secundos? *Sed nouimus, tempestatis hanc esse naturam, vt reliquias venti teneat, etiam in alterius flatu. Sicut Lucanus,* Vt quotiens æstus Zephyris furijsq; repugnat, Huc abeunt fluctus, illuc mare. Atros *autem secundùm Plinium dicit; qui ait in naturali historiâ, non esse maris certum colorem; sed pro qualitate ventorum mutari, & aut flauum esse, aut luculentum, aut atrum.* COLLVCENT flammis.] *Lucent vndiq;. In honorem enim regum cum facibus procedebatur à populo. Vnde ait de Pallante;* Lucet via longo Ordine flammarum, & latè discriminat agros. *Postea etiam funebres lectulos proferre cœperunt. Vnde est in sexto;* Vel quæ, Tyberine, videbis Funera: *quum de Marcello ædili diceret, filio sororis Augusti; in cuius honorem hoc factum est.* QVÆ tantum.] *In quantitate est admiratio. Sanè sciendum, Varronem dicere, Aeneam ab Annâ amatum: & licèt (vt suprà diximus) plurimum tempus intersit, lectum tamen est.* CAVSA latet. Duri magno sed amore dolores Polluto.] *Duri dolores, ὑπέρβατον est. sed expositio talis est. Ignorabant quidem causam Troiani; coniecturis tamen propius accedebant. Nam duri dolores magno amore polluto, id est, læso; & notus fœminarum furor, ducebat Troianos per triste augurium; scilicet vt crederent, se interemisse Didonẽ. Multi dicũt;* ducunt, *dilacerant: vt ad supradictas duas causas tertia accedat. Percellebat, inquit, animos Troianorum, quòd nascebantur duri dolores amore polluto: quòd notus erat fœminæ furor: quòd ignem rogi videbant, id est, omen nauigantibus triste. Vt* pertriste, *valde triste sit. Sed si sic intellexerimus; tertiò dicto congruit tantùm; nõ etiam superioribus. nec enim Troiani nauigantes iam poterant, aut de amore, aut de furore Didonis esse solliciti.*

INTEREA.] *Dum ciuitas in luctu est, & illa comburitur, Aeneas alto mari nauigabat.* MEDIVM.] *id est, medio mari, id est, alto. vel intelligit, quia Sicilia à Carthagine non longo mari diuiditur; & iam Aeneas peruenerat ad medium iter: vt sit, dum gemebant Pœni, & funera Didoni* POM. Sabi.

P parabant-

Digitized by Google

parabantur. Aeneas in Siciliam nauigabat. AQVILONE.] *aquilo mouebat fluctum, & impellendo faciebat aratrum.* MEDIVM.] *altum mare.* MOENIA.] *Punica.* FLAMMIS.] *rogo.* LATET.] *ignorabatur, vnde esset tantum incendium; sed cogitabant, quid posset furor fœminæ.*

VAR. Lect. INTEREA medium Æneas iam classe tenebat Certus iter.] *Antiqui admodum libri legunt mutato numero,* Interea Æneas medium: *dactylis & spondæis alternatim collocatis.* QVÆ iam infelicis Elissæ Collucent flammis.] *In libris aliquot antiquis legere est,* Iam felicis.

DON. *Suprà dixit, Troianos nauigâsse. sed interpositâ descriptione actuum Didonis, & mortis eius, nauigationis ipsorum diuisa narratio est. Ad hanc igitur Poëta regreditur: quia, quod interposuerat, cõstat impletum. Ergo subiungit.* INTEREA medium Æneas iam classe tenebat Certus iter.] *Interea, hoc est, dum illa perageret fata sua; Aeneas aliquantum processus est. nam iam tenebat mediũ iter, hoc est, in alto iam fuerat constitutus. Sic & in tertio libro ait:* Graditurque per æquor Iam medium, nec dum fluctus latera ardua cinxit. *Certum autem, securum debemus accipere; quòd iam longè esset, & nullum aduerteret sequi.* FLVCTVSQVE atros Aquilone secabat.] *Qui intellectum loci istius duris interpretationibus dissipant, dimisso eo quod intelligi debet, argumẽtatione superfluâ perquirunt quod poeta nõ sensit. Dicunt enim, Aquilone vento à Carthaginis littore ad Italiam nauigari non posse; proindeq; Aeneam non Aquilonis suffragio nauigationem mouisse, sed vento alio, qui posset in Italiam ducere: fluctus tamen ab Aquilonis parte venientibus, qui proximè præteritus diceretur, exstitisse. Hoc posse videri aliquatenus verum; si Aeneas illo tempore ad Italiam nauigaret. licèt enim in primâ admonitione iussus sit Italiam quærere, in secundâ tamen fugere cogebatur, & se instantis periculi contemplatione finibus liberare Carthaginis: Proinde vento Aquilone reuerâ exclusum; sed non ita, vt ipso tempore ad Italiam tenderet. tunc enim quòcunq; & in quamlibet cœli partẽ, fuerat fugiendum. Deniq; hoc ei (vt iam diximus) in secundâ monitione mandatum est; non vt iret ad Italiam; sed vt imminente discrimine opportunè flantibus ventis fugeret. Opportunus autem fuerat, non ad Italiam, sed ad fugam. & cùm vnicuique per maria, propter ingruentis mali necessitatem, fugiendum est; non quò voluerit; sed quò potuerit, nauigauit. Intelligamus ergo, fluctus Aquilone atros, qui flaret in præsenti, & suffragium fugienti sufficeret, non qui flâsset aliquando. Si enim ex Carthaginis littore ad Italiam non ducebat Aquilo: perducebat tamen quòcunque fugientem. Similis locus est, cùm Aeneas fugeret Harpyias:* Tendunt vela noti, fugimus spumantibus vndis, Quà cursum ventusque gubernatorque vocabant. *Nam & illic dimisimus, inquit, quò tendebamus; & iuimus: hoc est, euidentis periculi metu, nauigabamus in eam partem maris, in quam nos non consilium ducebat; sed gubernator & ventus. Item, cùm imminere Cyclopes cernerentur, ait:* Præcipites metus acer agit quòcunque rudentes Excutere, & ventis intendere vela secundis. *Non secundis, quasi ad Italiam ducentibus; sed secundis, ad pericula fugienda. Potest & sic intelligi, vt vsurpatum sit, Aquilonis nomen; alterius dici cùm debuisset. sicuti & suprà posuit;* Zephyros audis spirare secundos, *hoc est, ventos: non enim multi sunt Zephyri. & alio loco ait:* Et in tutum versis aquilonibus actam. *nam & illic vsurpatio facta est nominis & numeri; vt vno vocabulo omnes significarentur: quia remotis ventis, quos Aeolus immiserat, aliorum flatu Troiani liberati videantur. Vtraq; igitur expositio habet rationem suam: vt iam ipse aquilo verus fuerit, qui posset quòlibet ducere: aut sub aquilonis nomine alterũ dicere, qui suffragium fugientibus ferret. Item dixit:* Et medijs aquilonibus ire: *&,* Hybernis spirabant flatibus Euri: *&,* Semper spirantes frigora Cauri. *Item:* Nec meminit surgentes pampinus Austros. MOENIA respiciens, quæ iam infelicis Elisæ Collucent flammis.] Quòd dixit, Mœonia respiciens, *aut affectus loci fecerat, quæ inuitus reliquerat: aut metus, ne fortè aliquis indè secuturus fuisset. Sed dum hac causâ Carthaginem respicit; quã intento animo intuebatur, quamq; incolumem reliquerat: repentè vidit ardentem.* QVÆ iam infelicis Elissæ Collucent flãmis.] *hoc ex personâ poëtæ benè auditur; qui sciebat, vnde ignis esset exortus. Redit ad Aeneæ Troianorumq; personam.* QVÆ tantum accenderit ignem, Causa, latet.] *causa conflati incendij, ex aperto nosci non poterat.* DVRI magno sed amore dolores Polluto; notumq;, furens quid fœmina possit; Triste per augurium Teucrorũ pectora ducunt.] *Intelligi dabatur, coniecturâ currite, malum fuisse. quicquid ignis ostenderet. notum enim fuit, exemplis docentibus, quid in huiusmodi causis possit doloris acerbitas; quid mali futurum, cùm amor læditur; quid fœmina cogitaret, quum, propter leuitatem sexus, amoris etiam furore percellitur. Hæc Troiani cogitantes, ignis augurio colligebant, aliquid mali in illâ ciuitate iuxta salutem Didonis esse commissum. Ordinatur sensus sic:* Quæ tantum accenderit ignem, *causa latet: sed duri dolores, magno amore polluto, notumq; furens quid fœmina possit, per ignis triste augustrium Teucrorum pectora ducunt. Fœminarũ dolores, vel maximè in causâ amoris, vult Vergilius ostẽdere fatis esse grauiores. quãtum enim in vltione reportandâ, per infirmitatẽ sexus, minùs possunt; tanto in sese supplicio vertunt, quod exigere de alio nequiuerunt. Hoc discutiebant Troiani, necessitatem Didonis personamq; tractantes. & licèt verum inuenire non possent: sciebant tamen, (vt diximus) triste esse, quod nuntiabat incendium.* A B C

Triste per augurium Teucrorũ pectora ducunt:
Vt pelagus tenuêre rates; nec iam ampliùs vlla
Occurrit tellus, cœlum vndiq; & vndiq; pontus.
Olli cæruleus supra caput astitit imber,
Noctẽ hyemẽq; ferẽs; & inhorruit vnda tenebris.
Ipse gubernator puppi Palinurus ab altâ;
Heu, quianam tanti cinxerunt æthera nimbi?
Quidue pater Neptune paras? sic deinde locutus,
Colligere arma iubet, validisq; incumbere remis;
Obliquatq; sinus in ventum, ac talia fatur.
Magnanime Ænea, non si, mihi Iuppiter author
Spondeat, hoc sperem Italiam contingere cœlo.
Mutati transuersa fremunt, & vespere ab atro
Consurgunt venti; atq; in nubem cogitur aër:
Nec nos obniti contrà, nec tendere tantum
Sufficimus. superat quoniam fortuna, sequamur,
Quoq; vocat, vertamus iter. nec littora longè
Fida reor fraterna Erycis, portusq; Sicanos:
Si modò ritè memor seruata remetior astra.

SER. TRISTE per augurium.] *Quidam augurium pro coniectura accipiunt, sed in quarto libro relatum est duplici modo diras fieri, aut in signis, aut quocunque modo, aut quacunq; parte. Sed de signis diram fieri, in tertio de arpyijs & in quarto de Didone significatum est: nũc quocunq; modo diram fieri sic ostenditur, cum facit Aeneam ex Africa nauigantem flammam è rogo Didonis adtendere: dixit enim* Quæ tantum accenderit igni Causa latet. *vsq; pectora ducunt. Cum enim dat vbiq; Aeneæ auguriorum peritiam, ostendit scisse eum etiam hæc pugna inter diras referri*, quod verum fuisse declarat secuta tempestas.* Teucrorum pectora ducunt. *Sicut dictum est propter visas flammas rogales quæ malum nauigantibus omen efficiunt; & Troiani augiriorum periti sunt, nam neque ad Italiam veniunt, & mox naues incendio amittunt.* RATES.] *Pro nauibus, abusiuè posuit.* OCCVRRIT tellus.] *Iocundè, occurrit, econtrario,* Terræq; vrbesq; recedũt. MARIA vndiq; & vndiq; cœlũ.] *Ecce verè nunc est medium mare. Homeri est;* οὐδέ τις ἄλλη φαίνετο γαιάων, ἀλλ' οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα. OLLI.] *Aut tũc; aut illi.* SVPRA caput.]

Periculo.

Tùm pius Æneas: equidem ſic poſcere ventos
Iamdudum, & fruſtra cerno te tendere contrà.
Flecte viam velis. an ſit mihi gratior vlla,
Quoq́; magis feſſas optem dimittere naueis:

Periculoſus, ineuitabilis morti-ſet. Nec enim ſimpliciter dictum eſt, cùm omnis imber ſuprà caput ſit. NOCTEM.] *Tenebras, hyemem, tempeſtatē. Græci enim χειμῶνα, non ſolùm anni tempus, ſed tempeſtatem ſignificant.* INHORRVIT vnda tenebris.] *Hoc eſt, & noctis, & nubium.* IPSE gubernator.] *ἐμφατικῶς. hoc eſt, qui debuit eſſe ſolatio.* PVPPI ab altâ.] *Subaudi,* HÆC ait. quiá nam.] *Id eſt, cur. & eſt interrogantis aduerbium, quo vſus eſt bis hîc, & in decimo;* Cælicolæ magni, quiá nam ſententia vobis Verſa retrò? NIMBI.] *Pro, nubes.* COLLIGERE arma iubet.] *Vela contrahere, non penitus deponere. Nam dicit;* OBLIQVATQVE ſinus in ventum.] *Contra eam parte, quâ venti flabant. & eleganter, per totum, gubernatorē oſtendit antè omnia tentare, quàm ad confeſſionē deſcendat.* MAGNANIME Ænea.] *Fortiſsime. & eſt epitheton ſumptum ex tépore: hoc eſt, qui nõ conſternaris. Sic in quarto, vbi nuptias facturus eſt, ait:* Ipſe ante alios pulcherrimus omnes. IVPPITER auctor.] *Aut noſtræ nauigationis. aut ſecundùm vſum loquutus eſt: nec, ſi huius rei*
B *auctorē ſe Iuppiter faciat. Et multi quærunt, quomodo auctor Iupiter, cùm Apollini dicat,* Tot maria intraui duce te? *Sed legimus,* Quæ Phœbo pater omnipotens: *& nunc ſpecialiter nauigantibus ex Africâ auctor eſt Iupiter.* HOC cælo.] *Hoc aëre.* In hoc cælo, qui dicitur aër: *ſicut Lucretius poſuit.* MVTATI tranſuerſa fremunt.] *Id eſt hinc atque hinc; quod eſt ex tranſuerſo. Varro de orâ maritimâ:* Nihil enim venti, vt docti dixerunt, niſi aër multus fluens tranſuerſus. *Eſt aũt aduerbium factũ de nomine: vt,* Cunctatur & amnis Rauca ſonans. *Itē,* Et pede terrã crebra ferit. *Nam nomē & aduerbium plerunq; in ſe tranſeũt: vt,* Toruumq́; repentè clamat, *id eſt, toruè. Itē aduerbium in nomē: vt,* Dum manè nouum: *acceptâ declinationē factum eſt nomē. Sic Perſius;* Iam cras heſternũ heu conſumpſimus: ecce aliud cras. *Sed nomē, cùm aduerbium eſſe cœperit, fit indeclinabile: aduerbium, cùm nomē eſſe cœperit, declinatur. Vnde ait Plautus;* A' mani vſq; ad veſperũ. *A' manè aũt, propter tetraptoton, nõ dixit. Cùm enim in alienũ ius tranſeunt hæ partes, non ſuis; ſed earũ, ad quas tranſierint, vtuntur poteſtatibus; in declinatione duntaxat. Nam temporum ſuorũ rationē reſeruant: vt hoc loco,* tranſuerſa, *cùm aduerbium ſit, a tamē breuis eſt: quia venit ex nomine; licèt duæ conſonã-*
C *tes ſequantur: cùm ſciamus in a terminata aduerbia longa eſſe. vt paulò pòſt,* Et fruſtra cerno te tendere contrà. ET veſpere ab atro] *Id eſt, ab occidente nubibus confuſo; hoc eſt, quò tendimus. nec enim ſinè ratione poſt generalitatē addidit ſpeciem.* Quidam aũt ideò atro *dicunt; quia vbi dies occidens, atra omnia facit, id eſt, noctē.* IN nubē cogitur aër.] *Nubes enim, aëris denſitas facit: vt,* Denſat, erant quæ rara modò; & quæ denſa, relaxat. *Contrariò,* Scindit ſe nubes, & in æthera purgat apertum. NEC nos obniti contrà.] *κατ' αὐτό. Sufficiebat enim, aut obniti, aut contrà niti.* TENDERE.] *Pro, contendere. Aphæreſis eſt.* TANTVM.] *Aut quantum aduerſa tempeſtas valet; aut tantum, pro in tantum; vt,* Quid tantũ inſano iuuat indulgere labori? SVFFICIMVS.] *Hîc ſimpliciter. alibi, ſubminiſtrare ſignificat: vt,* Sufficit humorē, & grauidas cũ vomere fruges.] SEQVAMVR.] *Fortunam ſcilicet.* QVOQVE vocat vertamus iter.] *Videtur bis idē dixiſſe.* NEC littora longè.] *A' facili ſuadet. & deeſt,* eſſe. FIDA.] *Propter Aceſtis affinitatem.* FRATERNA.] *Propter Erycen, Butæ & Veneris filium; ſecundùm alios, Neptuni & Veneris: regē Siciliæ; vnũ, ſicut dicitur, de numero Argonautarum.* SICANOS.] *Corripuit ſi, alibi producit: vt,* Sicano prætenta ſinu. RITE memor ſeruata remetior aſtra.] *Ritè remetior aſtra, paulò antè ſeruata: ſcilicet ante tempeſtatem. Colligit aũt vicinitatē ex ratione curſus; qui à peritis horis colligitur; quas indicant aſtra.* IAMDVDVM.] *Non tantũ heroicum eſt, quòd dant Aeneæ gubernãdi ſcientiam: ſed etiam ad prooeconomiã pertinet. Dicturus enim eſt;* Et ipſe ratem nocturnis rexit in vndis. FRVSTRA cerno te tendere contrà.] *Ad illud reſpondit;* Nec nos obniti contrà, nec tendere tantum Sufficimus. FLECTE viam.] *Ex re mira nata declamatio. In terrã enim à viã deflectimus nos: in mari, ipſam flectimus viam. Non ergo velorum viam; ſed per vela, ipſius curſus viam dixit.* Flecte *autē, ſignificat, muta; vt Pacuuius;* Quæ meũm veniens flexit ſociũm pectora. *& hîc ad illud reſpondit,* Quoq́; vocat, vertamus iter. FESSAS naueis.] *Pro, nos feſſos. Vel* feſſas, *quaſſas, nec ad plenum refectas.* DIMITTERE.] *Pro immittere.*

AVGVRIVM.] *Troiani ducebantur hoc triſti augurio fœminei furoris, Didonē ſe interemiſſe.* OLLI.] *tunc.* IMBER.] *ex nimbo qui imminebat.* TENEBRIS.] *obſcuritate nimbi.* COLLIGERE.] *cùm ventus contrà ſpirat, vela colliguntur, & remis nauigatur: aut vtuntur velo, quò ventus iubet. Palinurus voluit ponere velum, & remis incumbere; & obliquauit ſinus velorũ in ventũ.* ARMA.] *vela.* SINVS.] *velorum.* INDE.] *contrã.* CONTINGERE.] *vento.* COELO.] *hoc aëre: id eſt, tali aëris ſtatu.* MVTATI.] *venti.* VESPERE.] *occidēte.* TRANSVERSA.] *pro, tranſuerſè.* IN nubem.] *Nubes nil aliud eſt, niſi craſſus aër.* COGITVR.] *tegitur nubibus.* OBNITI.] *ad remorũ labores refertur. impoſsibile eſt remis ire contra ventum. ergo ſignificat collegiſſe vela.* REOR.] *reor fida littora non longè eſſe. & dicit quare.* Eryx, *filius fuit Veneris & Butæ; aut, vt alij volunt, Neptuni. cum Hercule pepigit; ſi certamine vinceretur, inſulam perderet; ſi victus Hercules, amitteret boues. Hercules victor, Eryci & vitam, & regnũ eripuit. Mons ab eo Eryx nominatur: in quo tēplum Veneris Erycinæ; cuius ſimulachrum Cl. Marcellus Romam tranſtulit, & extra portam Collinam conſecrauit. In edito Erycis loco ſaxum eſt, per quod Dædalus ducto muro iter paruum fecit, ad templum Veneris: & arietem aureum, qui viuere credebatur, Veneri & Eryci ſacrauit. Dicunt Aeneam templum Veneri erexiſſe.* CONTRA.] *ventos.* VLLA tellus.] *quàm Sicilia, quæ habet noſtros. Per hoc notat, optauiſſe quietem in Siciliã.*

NEC iam ampliùs vlla Occurrit tellus, cœlũ vndiq;, & vndiq; põtus.] *Lectio hæc in libro, Longobardico: in Mediceo, & plerisq; itidem antiquis, etiam manu ſcriptis, ita ſcriptũ obſeruaui;* Maria vndiq; & vndiq; cœlũ. HEV quiánam tanti cinxerunt æthera nimbi?] *Iouianus Pontanus, multis quidē rationibus, legendũ eſſe,* Heu quinã, *monoſyllabicis dictionibus, nititur approbare. Aliquos verò libros inueni, in quibus paulò ſecùs, detorto dictionis caſu, per monoſyllaba legatur,* Heu quonam. *In quodã alio,* Quidnam. *Sed vetuſtiora exēplaria, quæ habui,* Quianã, *triſyllabum legũt.* OBLIQVATQVE ſinus in ventũ.] *In Lõgobardico,* Sinũ, *vnitatis numero, legitur.* NEC nos obniti cõtrà.] *In antiquis libris pleriſq;* Obnixi *legitur.* NEC tẽdere tantũ.] *In aliquot antiq. ſuauiore numero legit̃,* Neq;. QVOQVE magis feſſas optem dimittere naues.] *Antiqua pleraq; exemplaria, cum Mediceo,* Quòve *legunt.*

POM. Sabi. — VAR. Lect. — DON.

VT pelagus tenuēre rates, nec iam ampliùs vlla Apparet tellus, cœlũ vndiq;, & vndiq; pontus.] *Magna deſcriptio, magnus nauigantis aceſſus. Primò quippe cœperunt remis; dehinc velis vitus eſt allatus; & illò vſq; in terras Teucrorũ durauit aſpectus, donec Carthaginis ſolũ appareret incendium. Ecce iam tantùm prouecti ſunt, vt, ſubtracto terrarum & illius ignis aſpectu, ſolum cœlum videretur & pelagus.* OLLI cæruleus ſupra caput aſtitit imber, Noctem hyememq́; ferens, & inhorruit vnda tenebris.] *Poſt hæc, inquit, exorta ſunt nubila; nimbi etiã. Hîc pluuiæ deſcribuntur,*

buntur, & accidẽtia ex ipſis. ſecuta ſunt enim, nox, tenebræ, frigus, atq; horror vndarum: quarum formidoloſus aſpectus, accedẽte multiformi terrore, cumulatus eſt. IPSE gubernator puppi Palinurus ab altâ: Heu, quianam tanti cinxerunt æthera nimbi? Quid've pater Neptune paras?] *Tanta fuit elementorũ confuſio; vt Palinurus ipſe, qui gubernandi arte pollebat, regendi curſus peritiam perdidiſſet. Deniq; turbatus ingemuit, & dixit: Dolẽda fortuna noſtra: nihil enim boni omnia iſta ſignificant: neſcio quid Neptune minaris aduerſi. Ecce Palinurus prævidit malum, & gemuit.* Sic deinde locutus.] *hoc eſt, breuiter locutus, deinde:* COLLIGERE arma iubet, validisq; incũbere remis.] *In illo enim omniũ metu, cõſilia potiùs fuerãt adhibẽda, quàm verba. Iubet vela colligi, hoc eſt, breuiari. Arma enim dixi velas quod ipſum ſequẽtia docent. ait enim:* Validisq; incumbere remis: *vt niterẽtur remis cõtra vim tẽpeſtatis & pelagi. Quòd dixit, colligere arma, exponit quid factũ ſit, dicẽdo:* OBLIQVATQVE ſinus in ventũ, ac talia fatur.] *Hoc fit, quum nimius ventus eſt. nam colliguntur velorũ ſinus, & ad modũ neceſſariũ breuiantur. vbi aũt opportuni ſunt flatus reſoluti, panduntur. ab ipſo docẽte Vergilio. alio enim loco ait:* Velorũ pandimus alas. *Obliquare verò ſinus in ventũ, eſt, nec omnes flatus excipere, nec omnes effundere: vt pars eſſet congeſta per ſinus, pars ventis pro cõmodo traderetur, quã ipſe gubernator librãs auras exciperet, aut vitaret. Quũ hæc dixiſſet, & facta eſſent:* MAGNANIME, *inquit,* Ænea, non, ſi mihi Iuppiter author Spondeat, hoc ſperẽ Italiam contingere cœlo.] *Licèt omnia turbata ſint, nec maria euidẽter cernãtur; aut ſidera, quibus cœli plagæ purâ cõſideratione noſcuntur: tamen in his partibus eſſe Italiam, ſperare nõ poſſum; nec ſi mihi hoc ipſum author Iupiter ſpondeat: hoc eſt, ſi mihi præſens Iupiter dicat, in his partibus eſſe Italiã, fidẽ ei habere nõ poſſum.* MVTATI transuerſa fremunt, & veſpere ab atro Conſurgunt venti.] *Non ipſi ſunt venti, qui fuerũt: ſucceſſerũt verò cõtrarij, qui nos in tranſuerſum ducunt. Atq; in nubem cogitur aër.* NEC nos obniti cõtrà, neq; tendere tantùm Sufficimus: ſuperat quoniã fortuna, ſequamur.] *Maiorem, inquit, vim renitẽdo ſuperare nõ poſſumus: quoniã aduerſa cõualuerunt, & pro aëre puro nubes ſolæ cernuntur. ſequamur fortunã, quã non valemus euincere. Et conſiliũ dedit, & dixit admirandam ſentẽtiam: Vt in rebus agendis, ſi maior vis interueniat, hanc conſentiendo potiùs, quàm reluctando vincamus. Hoc eſt, quod etiam Terẽtius monet:* Quãdo, *inquit,* nõ poteſt fieri quod vis; id velis, quod poſsis. *Quid ergo in præſenti caſu fieri cõueniat, dicit.* QVO'QVE vocat, vertamus iter.] *pergamus, inquit, quò poſſumus: quia, quò volumus, nõ licet. Ecce effectũ conſilij, quẽ caſus oſtẽdit, perſuadẽtem monſtrat, vt appareret, impedimentũ fortunæ nõ ſatis eſſe contrium. ait enim:* NEC littora lõgè Fida reor fraterna Erycis, portusq; Sicanos: Si modò ritè memor ſeruata remetior aſtra.] *Ideò, ait, ſi memor ſum: quoniam ea tranſierant, quũ ad Carthaginis littora naufragio truderẽtur. Erycis commemorationẽ fecit; qui ante Aceſtem Siciliam tenuit. Hũc volũt veterũ fabulæ Aeneæ fuiſſe germanũ; vt, cõmemoratione fraternæ memoriæ, æquo animo Aeneas ferret illius nauigationis euentũ.* TVM pater Æneas: equidẽ ſic poſcere ventos Iamdudũ, & fruſtrà cerno te tendere contrà. Flecte viam velis. an ſit mihi gratior vlla, Quóve magis feſſas optẽ dimittere naues: Quàm quæ Dardanium tellus mihi ſeruat Aceſten. ET patris Anchiſæ gremio complectitur oſſa?] *ipſe quoq;, inquit, vidi, quæ loqueris. quapropter in viam, quæ datur, vela conuerte; & flatibus plenã voluntate conſenti. nec ipſe improbo, quod inter ipſa contraria fortuna proſpexit; vt ad ipſam terram imprudentem ferret, quæ Aceſtem mihi ſeruat incolumem, & ſuo gremio mei patris oſſa complectitur. Nulla mihi eſt charior, quàm vbi amorem viuentis habeo; & reuerendam memoriam patris. Duos admirandâ inuentione prætulit, Aceſten, liberalitatis & originis cauſâ; & tumulum patris. Cùm hanc, inquit, terram tetigero; erit mihi mirum admodũ gratulandũ, ſic me vitio malæ nauigationis erraſſe, vt Aceſten iterum videam, & terrã mei patris reliquias continentem.*

SER. DARDANIVM Aceſten.] *Vt & ſuprà diximus; Hippotes filiam ſuam Segeſtam, ne ad cetos religaretur, ſuperpoſuit nauiculæ, & miſit quò fors tuliſſet. Quã delatã ad Siciliã, Crimniſus fluuius cõcubuit cum eã conuerſus in canẽ: vnde Aceſtes natus eſt; vel, vt quibuſdã videtur Ageſtes. Vnde ſuprà:* Troiano à ſanguine claro Aceſtes. *Huius rei vt eſſet indicium; effigiẽ canis percuſſam Siculi habuerunt. Alij dicunt, Laomedontem regẽ Troianorum, cùm grauiter ciues ſui ab eo ceto, id eſt, belluâ marinâ, infeſtarẽtur; propterea quòd mercedem Neptuno ob fabricatos muros negâſſet; ad tẽplum Iouis Ammonis ſcitatum miſiſſe, de mali remedio vel fine: cui cùm eſſet reſponſum, vt filiam ſuam Heſionam belluæ offerret, et hoc à ciuibus facere cogeretur; fore reſpondit, ſi antè eorum filias belluæ obiecisset. quo facto, cũ plures puellæ à ceto aſſumptæ eſſent; pleriq; parẽtes filias in longinqua miſerũt. ex quibus vna Troia, nomine ſiluæ Segeſta, delata in Siciliam eſt; & à Crimniſo, ſicut dictũ eſt, cõpreſſa, edidit Aceſten. Alij dicũt, Laomedontẽ, cũ, ſicut narratũ eſt, propter filiam ſuã ſeditionẽ à ciuibus pertuliſſet, vnũ de Troianis, auctorẽ ſeditionis occidiſſe; fi-*

Quàm quæ Dardaniũ tellus mihi ſeruat Aceſten,
Et patris Anchiſæ gremio complectitur oſſa?
Hæc vbi dicta; petunt portus, & vela ſecundi
Intendunt Zephyri; fertur cita gurgite claſsis;
Et tandem læti notæ aduertuntur arenæ.
At procul excelſo miratus vertice montis
Aduentum, ſociasq; rateis, occurrit Aceſtes;
Horridus in iaculis, & pelle Libyſtidis vrſæ:
Troia Crimniſo conceptum flumine mater
Quem genuit. veterũ non immemor ille parentũ,
Gratatur reduces; & gazâ lætus agreſti
Excipit, ac feſſos opibus ſolatur amicis.
Poſtera cùm primo ſtellas oriente fugârat
Clara dies, ſocios in cœtum littore ab omni
Aduocat Æneas, tumuliq; ex aggere fatur:
Dardanidæ magni, genus alto à ſanguine diuûm;
Annuus exactis completur menſibus orbis,
Ex quo relliquias diuiniq́; oſſa parentis
Condidimus terrâ, mœſtasq́; ſacrauimus aras.
Iamq; dies (ni fallor) adeſt, quem ſemper acerbũ,
Semper honoratum (ſic dij voluiſtis) habebo.
Hunc ego, Getulis agerem ſi Syrtibus exul,
Argolicóve mari deprenſus, & vrbe Mycenæ:

liasq; eius mercatoribus exponendas dediſſe; à quibus illa in Siciliã, prope Crimniſum amnem relicta ſit; quã amnis ille vndã in canem conuerſus, compreſſit. Quidã dicunt, Segeſtã reuerſam in matrimoniũ à Capue ductam: ex quibus Anchiſen natũ. SERVAT.] *Hic, tenet: vt,* Tãtas ſeruabat filia ſedes. *vel certè* ſeruat, *habet.* GREMIO complectitur oſſa.] *Quaſi de matre dixit. & quæritur, cur hoc Palinurus, cùm ad Siciliam ſuaderet diuertere, nõ dixerit? niſi fortè, quòd luctus Aeneam noluerit admonere; propter quod antè Aeneas, conſã mortis patris, Siciliã oram illætabilem dixerit.* SECVNDI Zephiri. *Quomodo, ſi tẽpeſtas eſt? ſed poſt conuerſionẽ nauigij, ſecundi.* ET tandẽ.] *Vacans particula eſt,* tandem: *vt,* Et quo ſub cælo tandẽ. *nam cur tandem? cùm dicat,* Fertur cita gurgite claſsis. *aut tandẽ. ideò, quia nauigantibus etiã cita nauigatio tarda videtur; aut tandẽ periculis liberati.* LÆTI.] *Qui in tẽpore tẽpeſtate caruiſſent.* NOTÆ arenæ.] *ad notam arenã. & vtrum* notæ, *dulcis an quia iam ibi fuerũt? vt,* Vix è conſpectu Siculæ telluris in altũ. MIRATVS.] *Is qui mirabatur; aut certè, miratus occurrit.*

Et bene

A Et bene temperato vſus eſt verbo; ne videretur aut quaſi inhoſpitalis dolere, aut exſultare, voti neſcius Troianorum. HORRIDVS.] Terribilis. IN iaculis.] In haſtis. Ennius; Leueſq; ſequuntur in haſtis. LIBYSTIDIS Vrſæ.] Aut reuerà vrſæ: aut feræ Africanæ, Id eſt, leonis aut pardi. NON imme mor.] Liptotes figura. GRATATVR.] Quidã gratatur, nõ gratulatur, ſed lætatur, accipiunt; vt quod ad Troianorum votũ pertinuerit. * Pacuuius in Hermonã, hoc verbum poſuit: Ibo, atq; dicã, frequẽtes vt eant gratatũ hoſpiti. Accius Pelopidis; Nec tibi me in hac re gratari decet. Quidã tamen reprehendũt, quòd penitus nõ dederit verba Aceſti gratulanti. REDVCES.] Saluos. alibi; Vt, reduces illi ludunt. GAZA agreſti.] Opibus ruſticanis. Nam gaza, omnis fructus eſt. STELLAS fugârat.] Poëticè dixit. Nam ſi ſtellæ ab ſtando dictæ ſunt; nõ fugantur. Semper enim fixæ ſunt, præter planetas: qui propterea ἀπὸ τοῦ πλάνης, ab errore, dicti ſunt. Et eſt indicatiuus modus, pro cõiunctiuo: cùm fugâſſet tẽpeſtates. CLARA dies.] Ad cõparationẽ. ADVOCAT Æneas.] Aduocata enim propriè cõcio dicitur. DARDANIDÆ magni.] Frequẽter, vt diximus, ad opus ſuum Vergilius aliqua ex hiſtoriâ deriuat. Nam ſic omnia inducit, quaſi diuini honores

B ſoluãtur Anchiſæ, quod cõſtat Iulio Cæſari tribuiſſe Auguſtũ. Et bene dicit, Genus alto à ſanguine diuûm. nam per tacitã œconomiam oſtẽdit, debere Anchiſen generis ſui honorẽ mereri. Vnde eſt, Dijs genite, & geniture deos. A' ſanguine diuûm.] Diuûm, & deorũ, indifferẽter plerunq; ponit poëta: quanquã ſit diſcretio; vt deos perpetuos dicamus; diuos, ex hominibus factos, quaſi qui diẽ obierint. Vnde diuos etiam Imperatores vocamus. Iuuenalis: Reſpice riuales diuorũ. Sed Varro & Atteius cõtrà ſentiunt: dicentes, diuos perpetuos: deos, qui propter ſui conſecrationẽ timentur; vt ſunt dij manes. quod tangit in duodecimo, dicẽs, Diua deam ſtagnis, quæ fulminibusq; ſonoris Præſidet. ANNVVS orbis.] Quia mẽſes in ſeſe recurrũt, & annũ faciunt. Vnde & annuus, dictus. Sic alibi; Atque in ſe ſua per veſtigia voluitur annus. ἀπὸ τοῦ ἀνανεοῦν, à renouãdo. DIVINI.] Aut laus eſt: vt, Diuini opus Alcimedontis. Aut reuerà diuini, id eſt, vaticinantis: nam ait, Genitor mihi talia (namq; Nunc repeto) Anchiſes, fatorũ arcana reliquit. Multa enim antiqua

C lectio, Anchiſen futurorũ ſcientem concelebrat. Aut diuini, id eſt, dei; quia apud Romanos defunctorũ parẽtes, dei à filijs vocabantur. MOESTAS aras.] Aut ipſi mœſti; aut medium ſe præbet. Nam & hominẽ fuiſſe nouit; & vult eum ex cõſecratione numẽ effectũ. Nam mœſtas aras ad hominẽ pertinet, id eſt, dijs manibus cõſecratas. Et quod paulò pòſt dicit, Altaria linquit: vult eſſe diuinitatis poſt apotheoſin, poſteaquã deus confirmatus eſt. Vnde eſt, Et adytis; quæ templorũ ſunt: & Succeſſit tumulo; quod eſt hominis. NISI fallor.] Non quaſi neſcius dixit: ſed propter anni confuſionẽ, quæ erat apud maiores. Nam ante Cæſarẽ, qui nobis anni rationẽ compoſuit, quam hodieq; ſeruamus, intercalabãtur dies: vt etiã in Verrinis legimus; ſcilicet Lunæ non congruente ratione. Annum aũt primò Eudoxus; pòſt Hipparcus; deinde Ptolemæus; ad vltimũ Cæſar, deprehẽdit. ACERBVM.] Propter perditũ patrẽ. HONORATVM.] Quia deus effectus eſt. SIC dij voluiſtis.] Vt in tertio; Sic viſum ſuperis. Semper enim de dijs ſaluâ veneratione cõqueritur: Sanè ſubaudiendũ, extrinſecus. GETVLIS agerem ſi ſyrtibus.] Si in Getulis Syrtibus agerem, id eſt, eſſem. Et bene, aut deſertos, aut hoſtiles commemorat locos. Sanè multis modis hoc loco ludos fieri debere dicit; à neceſſitate; Hunc ego Getulis, &c. ab opportunitate; Nunc vltrò ad cineres ipſius. Vt & præmijs inuitet: Bina boum vobis Troiâ, &c. deinde genera certaminũ; Quive pedũ curſu valet, &c. & orationẽ auſpicato cõcludit, dicẽdo; Ore fauete omnes, & cingite tẽpora ramis. EXSVL.] Extra ſolum ſuum. ARGOLICO'VE mari.] Ionio & Adriatico. DEPRENSVS.] Occupatus. & propriè nauigantium eſt; vt, Deprenſis olim ſtatio tutiſsima nautis.

VRBE Mycenæ.] Græcè dixit. Vnde ſingularem numerum poſuit. Mycenæ aũt, ſicut Thebæ. Iuuenalis; Atq; vetus Thebe centum iacet obruta portis. Vt ſit, Mycene, Mycenes; vt Agaue, Agaues. Poteſt exinde latinam feciſſe declinationẽ. Numerum ergo poſuit pro numero. Mycenæ autem; Mycenæ, huius Mycenæ: vt Fidenæ. & eſt periphraſis, Vrbe Mycenę, id eſt, Mycenis: vt, Vrbem Pataui.

PORTVS.] Sicanos. ARENÆ.] Siculæ, vbi fuerant. POM. Sabi.
LIBYSTIDIS.] Antiqui veſtiebantur pellibus brutorũ; & præſertim venatores. In Numidia, prouinciã Africæ, quæ dicitur Libys, vrſi feroces ſunt. Fœminã dixit: quia inter feras, fœminæ magis ſæuiunt. Libyſtis, patronymicum eſt. MATER Troia.] Aegeſta filia fuit Hippetæ Troiani, quæ poſita à patre in nauiculâ fuit, vt ferretur quò ſors impelleret. in Siciliam ergo delata, Crimniſo regi nupſit, qui amni nomẽ dedit: & ex eo peperit Aceſtem. Dionyſius ait: Sub Laomedonte, vir quidam illuſtris, præter duas filias, cũ totâ familiâ interijt. puellæ mercatoribus commẽdatæ, in Siciliam delatæ ſunt. alterius puellarum captus amore adoleſcens quidam, eas ſecutus eſt, & duxit vxorẽ: ex quâ natus Egeſtus. ex hoc Egeſto natus eſt Aceſtes. Egeſtus à Priamo reditũ impetrauit. capto Ilio redijt in Siciliã cum Elymo, qui è regiâ ſtirpe erat. ab his in Siciliã vrbes, Egeſta & Elyma, poſitæ. in Elymã templũ Veneris conditũ ab Aeneâ: in Egeſtâ templum dicatũ Aeneæ, poſitum ab Aceſte, excipit Troianos. A' ſanguine diuûm.] Troiani propter Dardanum, Iouis filium, poterant dici è ſanguine deorũ. PARENTIS.] auguris. Augur diuinus dicitur: vel diuini, vaticinantis. ARAS.] mortuo patri aræ ſacrantur circa rogum. HONORATVM.] annales dies defunctorum celebramus. & illos amiſiſſe in memoriam venit, nõ ſine dolore. SI Syrtibus.] deſerta & hoſtilia dicit loca. quantò magis in Siciliã, quæ neq; deſerta, neq; hoſtilis erat, & vbi manes paterni? MYCENÆ.] Silius numero ſingulari protulit; vt, Ante Agamemnoniam grauiſsima tecta Mycenen.

AT procul excelſo miratus vertice mõtis.] In veteribus quibuſdam libris, Et procul legitur. Eſt & diſtinctio in dictionibus, præpoſitione & nomine, Ex celſo. ET pelle Libyſtidis vrſæ.] Sunt qui Libyſsidis, per ſſ geminatũ, nõ per ſt, legere contendãt. AC feſſos opibus ſolatur amicis.] Veteres aliquot exemplaria legunt, Et feſſos: Eſt & Amicos legere, in libris aliquot antiquis. GENVS alto à ſanguine diuûm.] In libris aliquot antiquis, A' ſanguine Teucri legitur. NI fallor.] In antiquis libris, Niſi fallor. ET vrbe Mycene.] In libris aliquot antiquis Mycenæ, cũ diphthongo: In aliquot Mycena legitur. Mihi ſanè mirificè placet, quòd in Romano libro legi. Mycenis. VAR. Lect.

HÆC vbi dicta, petunt portus.] Hæc Aeneas dixit; nõ tamen Erycis fecit mentionẽ. Hoc quippe nomẽ omiſit: quoniã, quod Palinurus dixit, explicare non debuit. Addidit tamẽ Palinuri dictis augmẽtum; nominando Aceſten, & paternam memoriam. ET vela ſecundi Intendunt Zephyri; fertur cita gurgite claſsis.] Mutato nauigationis curſu, proſperum factum eſt: quod in alia tendentibus contrarium fuit. quippe ferebantur naues curſibus plenis. ET tandem læti notæ aduertuntur arenæ.] Troianis lætitia fuit, quòd, ad littus tendentes, ad loca tamen nota peruenіſſent. AT procul excelſo miratus vertice montis Aduentum, ſociaſque rates.] Ciuitas, in quâ Aceſtes commorabatur, fuit in excelſo. quâ cauſâ longè adhuc poſitas naues cognouit eſſe Troianos; & earum eſt miratus aduentum. Legitur & Accurrit; quod eſt amplius, quàm occurrit. OCCVRRIT Aceſtes.] Occurſus impatientiam hominis verè gratulantis oſtẽdit. non enim ferre potuit, donec ad ipſum littus accederent. HORRIDVS in iaculis & pelle Libyſtidis vrſæ. Troia Crimniſo conceptum flumine mater Quem genuit.] Ipſe enim cultu vti debuit, qui eſſet tali parente progenitus. Flumina enim ſinè veſtis ambitione pinguntur. Quod ait: Troia mater, non patriam dixit; ſed Troianam mulie- DON.

 rem.

Digitized by Google

rem. *Proinde quum hoc dicimus, in tres ſyllabas efferendum eſt, vt ſit dactylus, Troia, & adiectiuum.* VETERVM non immemor ille parentum Gratatur reduces.] *Conſiderans, vnam ſibi & illis eſſe originem veterum; gratulatus eſt eos iterum veniſſe. Huius lætitiæ quod fuit ſignum?* GAZA, *inquit,* lætus agreſti Excipit.] *Ab ipſo littore duxit eos, agreſtes eis exhibiturus diuitias, hoc eſt, epulas ruſticanas. Si ad ipſum Vergilium redeamus: intelligere poterimus, quæ ſint iſtæ, vel quales. nam ipſas præferens in Bucolicis paſtor:* Sunt, *inquit,* nobis mitia poma, Caſtaneæ molles, & preſsi copia lactis. *His addere poſſumus oua, atq; herbas agreſtes. Ecce, quanta humanitas hominis, quãtaq; honorificẽtia! occurrit venientibus; ſuorũ fuit memor, incolumes ac ſaluos gratulatus eſt; admodũ lætus duxit eos ad domũ. quòd alterũ eorum: hoc eſt, ſecundũ, excepiſſet aduentũ, excepit feſſos, & opibus ruſticis pauit; plus habens affinitatis & amicitiæ meritũ; quàm ciborũ. non enim illa in eo placebãt, quæ imparatus exhibebat; ſed puritas mentis, & ſuperioris tẽporis largitas, & lætitia præſentis.* POSTERA cùm primo ſtellas oriente fugârat Clara dies, ſocios in cœtum littore ab omni Aduocat Æneas, tumulique ex aggere fatur.] *ſequenti die, in ipſo loci exordio, hoc eſt, ante actus alios, iuſſit Aeneas omni littore ſocios omnes acciri: ac redactos in cœtum, id eſt, congregatos, ipſe in ſummo conſiſtens, vnde faciliùs audiri poſſet, his allocutus eſt verbis.* DARDANIDÆ magni, genus alto à ſanguine diuûm.] *Licèt ſuos alloqueretur, eorum tamẽ laudem, in quã & ipſe partẽ habuit, noluit præterire, quæ laus eò tendit; vt aſſerat, deos, ex quibus eſſent geniti, fauiſſe potiùs, quàm nocuiſſe: vt impedito curſu, qui tenebatur, ad Siciliæ rurſum littora ducerentur. Quod verum eſſe afferit euidenti argumento, vt exacti anni munus, & incipientis alterius, paternis redderetur imperijs. Verè, inquit, magni ſumus, Dardanidæ: & iure noſtra pertinere videntur ad deorum curam; vtpote originem ab ipſis ducentes & genus.* ANNVVS exactis cõpletur mẽſibus orbis. Ex quo relliquias diuiniq; oſſa parentis Condidimus terræ, mœſtasq; ſacrauimus aras. Iamq; dies (ni fallor) adeſt, quem ſemper acerbũ, Semper honoratũ (ſic dij voluiſtis) habebo.] A *Annus, inquit, concluditur, ex quo diuinum patrẽ meum, hoc eſt cõſecratione dignũ, terrâ cõdidimus. Nõ dixit, ex quo mortuus eſt pater meꝰ; ſed, ex quo terrâ eſt cõditus. Hoc enim intelligi potiùs voluit, q̃ dici. nõ enim viuus obrui potuit. Et quoniam iam dies adeſt, & quantò triſtis, tantò ſuis obſeruationibus honorãdus: religioſi filij perſonã induxit dicẽtis:* QVEM ſemper acerbũ, Semper honoratũ (ſic dij voluiſtis) habebo.] *Optabat enim (niſi dij obſtitiſſent) officia pietatis viuo potiùs exhibere, quã mortuo. & ideò facit ... cũ quadã inuidiã, q̃ veniret ex dolore. Sciebat enim, cõmunem omniũ conditionẽ, ac ſuperiora inſtituta apertiùs accuſari nõ poſſe. Proinde,* ſic dij voluiſtis, *nõ ad cauſam patris tantũmodò; verumetiã ad omniũ hominũ retulit ſortẽ, quaſi diceret: Ferã nõ inuitus, quod expugnare nõ potui. Semper acerbum, ſemper honoratũ: ideò, quia dolor omnis acceſſu tẽporis cõſeneſcit, & ſolennitatis omnis diuturnitate tenuatur. Quod apud Aeneam nõ fuerat, apud quẽ luctus patris ſemper recens offendebatur, & nouus. Interea edicturos ludos, illi parti primò occurrit, quã potuit reprehẽdi; vt, quum de morte patris mœſtus eſſe debuerit, velit potiùs læta ſectari. Idcirco dixit;* Quẽ ſemper acerbũ, ſemper honoratũ: B *quoniã feriebat animũ eius dolor ex cauſã; & exigebat defuncti meritũ honorificentiam ſuã. Non ergo dixit, futurã ludorũ lætitiam; ſed futurũ honoratum diem. Dicit ergo, quid in animo gereret; vt oſtendat, in exhibitione ludorum, non laſciuiam fore; ſed neceſſitatis cauſam.* HVNC ego, Getulis agerem ſi Syrtibꝰ exul, Argolicóve mari deprenſus, & vrbe Mycenæ; Annua vota tamẽ, ſolẽneisq; ordine pompas Exſequerer, ſtrueréq; ſuis altaria donis.] *Duo poſuit dura: Si me, inquit, teneret Syrtes, aut Græci captiuum. ſenſerat enim ſolitudinẽ Syrtium & Græcorũ vrbem viderat, & tranſierat littora; ſicut in primo libro & tertio lectum eſt. Hunc, inquit, tamen triſtiſſimum diem ego, qui ſim filius, ſi inter hoſtes eſſem, & ſolitudines Syrtium, honorarem tamen: neq; iſtud clàm, ſed publicè facerem; ducens funereas pompas, & onerans altaria ſuis donis, id eſt, ſolennibus, & veterum moribus inſtitutis.*

Annua vota tamen, ſolenneisq; ordine pompas
Exſequerer, ſtruerémq; ſuis altaria donis.
Nunc vltrò ad cineres ipſius & oſſa parentis
(Haud equidẽ ſinè mẽte, reor, ſine numine diuũ)
Adſumus, & portus delati intramus amicos.
Ergo agite, & lætum cuncti celebremus honorẽ:
Poſcamus ventos; atq; hæc mea ſacra quotannis
Vrbe velit poſitâ templis ſibi ferre dicatis.
Bina boum vobis Troiâ generatus Aceſtes
Dat numero in capita in naueis: adhibete penates
Et patrios epulis, & quos colit hoſpes Aceſtes.
Præterea, ſi nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit, radijsq; retexerit orbem;
Prima citæ Teucris ponam certamina claſsis:
Quiq; pedum curſu valet, & qui viribus audax,
Aut iaculo incedit melior leuibúsve ſagittis;
Seu crudo fidit pugnam committere cæſtu:
Cuncti adſint, meritæq; exſpectẽt præmia palmæ.
Ore fauete omnes, & tempora cingite ramis.
Sic fatus, velat maternâ tempora myrto.
Hoc Helymus facit; hoc æui maturus Aceſtes;
Hoc puer Aſcanius; ſequitur quos cætera pubes.
Ille è concilio multis cum millibus ibat

SER. ANNVA vota tamen, ſolenneisq;.] *Hæc quaſi nummi. Et vota nouè funebre ſacrificium dixit, id eſt, ludos funebres; cùm vota rerum ſecundarum ſint.* SVIS donis.] *Cõgruis; aut certè debitis. Sunt enim tantùm ſuperorum: munera inferorum; vt in Bucolicis,* Phœbo ſua ſemper apud me Munera ſunt lauri, & ſuaue rubens hyacinthus. *Ponit autem* altaria, *quæ ſuperorũ deorũ ſunt; & hoc ideò, quia Anchiſes iam deus eſt.* NVNC vltro.] *Argumentum à minore ad maius.* Vltrò *autem, aut vltrà, id eſt, inſuper hoc eſt, ampliùs, numina præſtiterunt. aut* vltrò, *id eſt, ſponte ſuâ; non optantibus, vel volentibus nobis. Vult enim ob hoc tempeſtatem ortam: non vt ab Italiâ depellerentur; ſed vt ſacra renouarentur Anchiſæ.* SINE numine diuûm.] *Sinè voluntate & ſinè auctoritate.* INTRAMVS.] *Pro, intrauimus.* CELEBREMVS honoré.] *Quomodo lætum honorẽ? an pro, nos læti? & honorẽ dixit, non exſequias. Nam & ventos, quaſi à numine, vult petere. Et eum deum vbiq; memorat; cùm in ſubſequẽtibus etiam vino libârit, quod mortuis non licebat.* POSCAMVS C ventos.] *Vtrũ tùm, id eſt, deinde, petamus vẽtos. & vtrum à Dijs an ab Anchiſe, quē Deum per templa commemorat?* POSITA.] *Conſtitutã; vt,* Et poſuère in montibus vrbem Pallantis proaui de nomine Pallanteum. *Dicit autem, Petamus etiam hoc, vt velit nos ſibi ſacra perſoluere. & bene* ſacra, *tanquam de Deo: &* vrbe poſitâ, *hoc eſt, nõ quaſi exſules & vagi.* IN naueis.] *Per naueis. In enim multa ſignificat, vt diximus ſuprà.* QVOS colit hoſpes Aceſtes.] *Nõ ait, Siculos; ſed, quos Aceſtes incolit.* SI nona diem mortalibus almum.] *Aut pro confirmatiuâ poſita eſt; vt,* Veſtro ſi munere tellus: *vt ſit* Si, *pro cùm, id eſt, cum venerit. Aut* Si *pro dubitatiuâ eſt. Vt accipiamus* almum, *ſerenum: id eſt, Si dederit diẽm ſerenum, & talem, qualis ludis aptus eſt. Ergo non de die, qui certus eſt, dubitat: ſed de ſerenitate. Vnde paulò pòſt;* Serenâ iam luce. *Et ſciendum, quia apud maiores, vbi quis fuiſſet extinctus, ad domum ſuam referebatur: (Vnde eſt illud in* VI. Sedibus hunc refer antè ſuis, & conde ſepulchro.)

& illic

A & illic ſeptem erat diebus: octauo incendebatur: nono ſepeliebatur. *Vnde Horatius*; Nouemdiales diſsipare pulueres. *Vnde etiam ludi, qui in honorem mortuorum celebrabantur, nouendiales dicuntur. Sciendum, quia etiam domi ſuæ ſepeliebantur: vnde orta eſt conſuetudo, vt dij penates colantur in domibus. Nonnulli tamẽ, ſi pro quando accipiunt.* PRIMA.] *Reuerà prima. Nam cætera non eo quo dicit, editurus eſt ordine. Ergo ἀνακόλουθον.* QVIQVE pedum.] *Id eſt, hinc vel indè.* VIRIBVS audax.] *Hoc ad omnia pertinet. Et poteſt non ſubdiſtingui. quámuis quidam luctationem accipiant; quod non reddidit.* AVT iaculo incedit melior, leuibúſue ſagittis.] *Id eſt, iactu velocium ſagittarum: vt vacet ve. Sic iſta iunxit in nono*; Inſidijs iaculo & longè fallente ſagittâ. *Id eſt iactu longè fallentis ſagittæ. Nam non exibuit iaculatores. Aut notandum, quòd iaculatores promiſit, nec exibuit.* MELIOR.] *Comparatiuum pro abſoluto. ſed in vſu iam, vt pro abſolutis accipiantur.* CRVDO cæſtu.] *Aut crudeli, aut duro. Vt ſit ſimpliciter dictum, quod ex corio duro ſint ceſtus: aut per diphtongon, pugilum arma ſignificat. habet etiam pluralem numerum, & eſt quartæ formæ. Nam Ceſtus,*
B *ceſti, numeri tantùm ſingularis, ſinè diphthongo, baltheum Veneris ſignificat.* PRIMÆ palmæ.] *Id eſt, virtutis: à præcedenti, id quod ſequitur.* ORE fauete.] *Apto ſermone vſus eſt, & ſacrificio, & ludis. Nam in ſacris taciturnitas neceſſaria eſt, quod etiam præco, magiſtratu ſacrificante, dicebat*: fauete linguis, fauete vocibus. *hoc eſt, bona omnia habete, aut tacete. In ludis quoque neceſſarius fauor eſt: quem propter plauſum futuris ſpectatoribus dicit. Fauet autem ore quis, per taciturnitatem. Horatius poſuit*: Fauete linguis, carmina non priùs Audita muſarum Sacerdos. CINGITE tempora ramis.] *Ex Romano more. Nam feſtis ludis omnis ætas coronata ſpectabat. quod oſtendit per Aeneam, Aceſtem, Aſcanium: per quos omnem demonſtrat ætatem.* MATERNA myrto.] *Vel quaſi filius: vel quaſi Veneris ſacrificaturus marito. Et quia dixerat* ramis *ſuperiùs, ipſe reddidit, cùm dicit* myrto. *Vnde autem myrtus Veneri dicata eſt? Fabula talis eſt. Myrrha, Cinyræ filia, cùm adamâſſet patrem, & eius ſe concubitu, pro nocturnis horis captatâ ebrietate paternâ, ſubiecìſſet, grauidaq; eadem eſſet facta; prodito inceſto, cùm pa-*
C *trem inſequentem ſe ſtricto gladio fugeret, in arborem verſa eſt: quæ cùm infantem, quem intra vterum habuerat, etiam in cortice retineret, percuſſa, vt quidam volunt, à patris gladio, vt quidam, ab apro, paruulum edidit: quem educatum Nymphæ Adonè appellauerunt. Hunc Venus vehemẽtiſsimè dilexit: & cùm irâ Martis ab apro eſſet occiſus, ſanguinem eius vertit in florem, qui nunquam vento decuti dicitur: Arborem quoque myrtum, ex quâ puer natus fuerat, tutelæ ſuæ adſcripſit. Quàuis alij dicunt, ideò Myrtum Veneri dicatam: quia, cùm è mari exiſſet, ne nudus cõſpiceretur, latuit in myrto. vel quia fragilis eſt arbor ipſa, vt amor inconſtans: vel quia iucundi odoris: vt*, Sic poſitæ quoniam ſuaueis miſcetis odores. *Eclog.* 2. HOC Helymus facit.] *Princeps Troianorum, qui dicitur in Siciliâ condidiſſe ciuitates, Aſcam, Entellam, Egeſtam. Alij dicunt, eum, poſt incenſum Ilium, cum Aceſte in Siciliam veniſſe, eiq; participem fuiſſe. Alij, Anchiſæ nothum filium tradunt fuiſſe Helymum regem, in Siciliâ genitum, & Erycis fratrem.* ÆVI maturus.] *Honeſtius, quàm ſi æuo maturo diceret: vel certè æui maturi.* SEQVITVR.] *Imitatur. Vt*, Victriciaque arma ſequutus. RITE.] *Secundùm ritum ſacrificij: quod exigebat, vt libaret de mero Baccho, id eſt, puro.*

POM. Sabi. SINE mente: ſine numine diuûm.] *Dicimus idem, diuos & deos: antiqui poëtæ, & diuum Iouem dicunt; & deos agreſtes & ſemideos.* HONOREM.] *exſequias.* POSCAMVS ventos] *vt pater vellet hanc annuam pompam, conditâ vrbe.* PENATES.] *adhibete patrios penates; & eos quos aceſtes colit.* NONA diem.] *Nonâ die ab his exſequijs inſtituam certamina cum præmijs. Ludi, qui mortuorum causâ celebrabantur, appellantur nouendiales; à numero dierum. Conſueuerunt antiqui, nouem diebus celebrare pompas in funere magnorum virorum: hinc nouendiales ceremoniæ, à nouem diebus dictæ. Seruius ait, moris fuiſſe apud antiquos, cadauera octauo die poſt mortem dari rogo; & nono ſepeliri. Ego puto, hunc numerum dierum dictum à Vergilio: quia nono quôque die conueniebant ad ſacra antiqui. Silius libro decimoſexto, ſeptenarium numerum ponit, cùm ludi funebres parati. ſic loquitur Scipio*: Mente fauete pari, atque aures aduertite veſtras, Septima cum ſolis renouabitur orbita cœlo, Quique armis, ferroque valent. *Nec fas erat, eo die quo venerant parentare, & celebrare ludos: ideò datur ſpatium, vt multitudo coëat. Vergilius ab Homero accepit, qui funebres ludos Patroclo exhibitos ſcribit. Ludos funebres primus omnium fertur celebrâſſe Hercules, in Piſæis campis, in honorem diui Pelopis. Volunt quidam, Alcumenam è Pelope & Hippodamiâ ortam. Secundi fuêre Phocenſes, poſt interfectam Pythonem ſerpentem ab Apolline. Tertij Achæi, in Iſthmo, in honorem Leucothoës & Palæmonis. Quarti Argiui, in honorem Archemori. Græcia, ex more, poſtea tale ludorum decus ſeruauit. Ludi indicebantur, vt eſſet ſpatium conueniendi: vt Papinius*; Nuntia multiuago Danaas perlabitur vrbes Fama gradu, ſancite nouo ſolennia luſtro, Inachidas ludumque ſuper quo Martia bellis Præſudant paret, ſeſeque accendere virtus. CÆSTV.] *Cæſtus, huius cæſtus, ex corio bubulo fit. periculum affert ludentibus. ideò* durò, *id eſt, ſæuo. Ceſtus ceſti, ſinè diphthongo, cingulum eſt Veneris, & ponitur pro venuſtate.* VELAT tempora.] *Coronati antiqui parentabant: vel à Romanis tractum. feſtos ludos omnis ætas coronata ſpectabat.* HELYMVS.] *Troianus Helymus vſq; Siciliam nauigauit; vbi ſex vrbes condidit.*

ERGO agite, & cuncti lætum celebremus honorem] *In antiquis libris, tranſpoſitis dictionibus*, Et lætum cuncti celebremus, *habetur*. ATQVE hæc me ſacra quotannis.] *In antiquis aliquot libris*, Mea ſacra *legitur*. AVT iaculo incedit melior, leuibúſue ſagitttis.] *In antiquis*, Leuibusque. SEV crudo fidit pugnam committere cæſtu.] *In antiquis aliquot libris, tranſpoſitis verbis legitur*, Seu pugnam crudo fidit. ET cingite tempora ramis.] *Quod in Romano libro & aliquot alijs ita habetur*, Et tempora cingite ramis. VAR. Lect.

NVNC vltrò ad cineres ipſius & oſſa parentis DON.
(Haud equidem ſinè mente reor, ſinè numine diuûm) Adſumus, & portus delati intramus amicos.] *Sinè mente, inquit: & ſinè numine, ad deorum poteſtatem retulit. An, inquit, putatis, citra deorum voluntatem ac poteſtatem factum: vt ad tumulum patris mei, die ſolenni ac neceſſario, atque ad amica littora, veniremus? Prouenit hoc voluntate diuinâ, debita ſolui manibus eius: in quo ſunt etiam dij ipſi fautores.* ERGO agite, & lętum cuncti celebremus honorem.] *Honorem dixit, non turpia, quæ ludis exhiberi conſueuerunt. Lætum autem, non exhibentibus: ſed illi, cui exhibetur honorificentia. Lætari enim feruntur mortui, quando hæc ſibi ſolennitas redditur.* POSCAMVS ventos, atque hæc me ſacra quotannis Vrbe velit poſitâ templis ſibi ferre dicatis.] *Cùm celebrauerimus hæc, poſcamus ventos, qui dent proſperam nauigationem, cùm autem peruenero, & ciuitatem debitam conſtituero; faciam etiam templum. Templum dixit, vt deo, non memoriam, vt homini mortuo: & ſacra dixit, non inferias. Et quoniam ſpectaculorum gratiam debet etiã refectio corporũ ſeq; promittit vniuerſis annonã.* BINA boũ vobis Troiâ generatus Aceſtes Dat numero in capita in naueis.] *Promiſit de alieno; tantũ p̃ſumens de Aceſtis beneuolẽtiã; quantũ fiduciæ dabat ſuperioris tẽporis largitas, & p̃cipui animi virtus.* ADHIBETE penates, Et patrios epulis, & quos colit hoſpes Aceſtes.] *Vos memito*

te, vt, cùm binos boues per naues ſingulas ſumpſeritis, & parraueritis epulas, cum noſtris penatibus adhibere deos: quos hoſpes ipſe veneratur. PRÆTEREA ſi nona diem mortalibus almum Aurora extulerit, radijsq; retexerit orbem.] *Præſtruxit omnia, & edixit diem ludorum: ſic tamen, ſi aëris etiam temperies proueniret: & non proximum ſatis, nec ſatis longum: vt medium tempus non haberet diuinæ exſpectationis tædium; & tamen maiorem celebritatem poſſet acquirere. Nono, inquit, die ludos exhibebo, ſi conſentientibus elementis almâ luce prouenire potuerit.* Almum diem, *tranquillum debemus accipere: quia naualé certamen fuerat habiturus, quo tranquillitas pelagi fuerat neceſſaria. Inſinuat dehinc futura certaminum genera: vt vnuſquiſque maiori ſtudio ante tempus accenſus veniret ad diem. Percurrit hæc, in quibus eniteſceret virtus potiùs, quàm ludorum turpium corruptione ſordeſceret. Non edicuntur mimi qui ſolis inhoneſtis & adulteris placent: per illos enim diſcitur, quemadmodum illicita fiant, aut facta noſcantur. Non enim dicuntur ſaltationes fluxæ: in quibus ſaltator ille eſt melior, qui perditorum iudicio membrorum virilium robur in ſaltationem verterit. Non edicitur funis futura temeritas: cuius anguſtum iter ac pendulum, in periculum magis, quàm ſalutis ſecuritatem, deuexum eſt. Omittit hæc vir fortis & egregius: nihil eum iuuat illorum, quæ ſcitis illis exhiberi, quibus poſſunt placere, cùm fiant. Idcirco autem primò aëris tranquillitatem pronunciauit eſſe neceſſariam: quòd in mari habiturus naualé certamen (vt dictum eſt) placiditatis debuit habere ſuffragium. Incipit iam proferre certaminum genera; ſed cum conditione temporis, propter aërem incertum.* Prima, *inquit,* citæ Teucris ponam certamina claſsis. *Secunda:* Quique pedem curſu valet. *Tertia:* Et qui viribus audax. *Quarta:* Aut iaculo incedit melior, leuibúſue ſagittis. *Quinta:* Seu crudo fidit pugnam committere cæſtu. *Enumeratis ſpectaculorum generibus ait:* CVNCTI adſint, meritæque exſpectent præmia palmæ.] *Adſint omnes, qui hæc ſubire voluerint; ſperantes digna pro ſuis virtutibus præmia, & probaturi verum iudicium palmæ.* Exſpectent, *poteſt ſignificare Sperent; poteſt & Videant.* ORE fauete omnes, & cingite tempora ramis.] *In ſacris, ore fauere, eſt ſilentium commodare. Significat hîc,* Ore fauete, *exclamationibus lætis fauorem commodare.* SIC fatus, velat maternâ tempora myrto.] *Myrto maternâ, non coronis infamibus.* HOC Helymus facit; hoc æui maturus Aceſtes; Hoc puer Aſcanius.] *Vſque adeò honeſtiſsimum fuerat factum, vt dignitati ſingulorum, & omnibus ætatibus conueniret. Fecit denique Aeneas; fecit Helymus: Aceſtes quoque, maturus ſenio & grauis, non habuit indignum; quod religione potiùs, quàm luxuriâ, conſtabat effectum. Non dubitauit Aſcanius imitari maiores: nec putauit ſeſe erraturum, ſi ſequeretur factum patris, & ſtudium honeſtorum.* ILLE è concilio multis cum millibus ibat Ad tumulum, magnâ medius comitante cateruâ.] *E concilio ibat ad tumulum patris, cum ingenti numero deductorum.*

Ad tumulum magnâ medius comitante cateruâ.
Hîc duo ritè mero libans carcheſia Baccho
Fundit humi; duo lacte nouo; duo ſanguine ſacro:
Purpureosq; iacit flores, ac talia fatur.
Salue ſancte parens iterum; ſaluete recepti
Nequicquã cineres, animæq; vmbræq; paternæ.
Non licuit fines Italos, fataliaq; arua,
Nec tecũ Auſoniũ (quicũq; eſt) quærere Tybrim.
Dixerat hæc: adytis cùm lubricus anguis ab imis
Septem ingens gyros, ſeptena volumina traxit;
Amplexus placidè tumulum, lapſusq; per aras:
Cæruleæ cui terga notæ, maculoſus & auro
Squamam incendebat fulgor; ceu nubibus arcus
Mille trahit varios aduerſo ſole colores.
Obſtupuit viſu Aeneas. ille agmine longo
Tandem inter pateras, & læuia pocula, ſerpens,
Libauitq; dapes; rurſusq; innoxius imo
Succeſsit tumulo, & depaſta altaria liquit.
Hoc magis inceptos genitori inſtaurat honores;
Incertus, geniúmne loci, famulúmne parentis
Eſſe putet. cædit quinas de more bidentes;
Totq; ſues; totidem nigrantes terga iuuencos:
Vinaq; fundebat pateris: animamq; vocabat
Anchiſæ magni, manesq; Acheronte remiſſos.
Nec non & ſocij, quæ cuiq; eſt copia, læti
Dona ferunt; onerantq; aras, mactantq; iuuencos.
Ordine ahena locant alij; fuſiq; per herbam
Subijciunt verubus prunas, & viſcera torrent.
Exſpectata dies aderat; nonamq; ſerenâ
Auroram Phaëthontis equi iam luce vehebant.
Famaq; finitimos, & clari nomen Aceſtæ
Exciérat: læto complerant littora cœtu,
Viſuri Aeneadas; pars & certare parati.
Munera principiò ante oculos, circoq; locantur
In medio; ſacri tripodes, viridesq; coronæ,

SER. CARCHESIA.] *Genus poculorum eſt. Dicitur autem & ſummitas mali, per quam funes traijciunt.* HVMI.] *Terræ.* LACTE nouo.] *Aut ſtatim mulcto: aut poſt fœtũ; quod coloſtrum dicitur, neutro genere. Vmbræ autem ſanguine & lacte ſatiantur. vnde fœminæ, quæ mortuos proſequuntur, vbera tundunt, vt lac exprimant. Cuncti autem ſe lacerant, vt ſanguinem effundant.* SANGVINE ſacro.] *Victimarũ: vt diximus ſuprà. Et notãdum, quia partim quaſi mortuo, pari numero ſacrificat; partim impari, quaſi deo: vt,* Cędit quinas de more bidentes. *Par nãque numerus diuiſibilis; per quem mortalitas ſiginficatur. Impar autem diuidi non poteſt; per quem immortalitas oſtenditur. Nam legimus;* Numero deus impare gaudet. PVRPVREOSQVE iacit flores.] *Ad ſanguinis imitationẽ, in quo eſt ſedes animæ. Sic in ſexto;* Purpurpureos ſpargam flores. *Item,* Purpureaſq; ſuper veſtes velamina nota. *ſcilicet, vt ſedis ſuæ cognoſcat imitationem.* SALVE ſancte parens.] Salue & Vale, *ſecundùm Varronem in Logiſtoricis, ſynonyma ſunt. Vnde his & in ſalutatione vtimur, & in exſecrationibus. vt Terentius:* Valeant, qui inter nos diſsidium volunt. *Vnde etiam hæc mortuis dicimus: non quòd eis optemus, ſalutem; in quibus nulla eſſe poteſt: ſed vt ſignificemus, nos ſic digredi, vt oſtendamus eos nunquam in noſtram communionem eſſe venturos. Et hoc verbũ* Salue, *apud auctores bonos ter enuntiatum inuenitur:* Salue, Salue, reſalue ter. ITERVM.] *Pro ſecundò. Hîc diſtinguendum: nam quo tempore ſepelijt eum, dixit ſinè dubio, Salue & Vale.* RECEPTI nequicquam cineres.] *Cineres pro ipſo patre poſuit: ac ſi diceret; Salue pater, de Troiæ periculis liberate.* Nequicquam *autem, ſinè cauſâ: propter quod ſequitur,* Non licuit fines Italos fataliaque arua. *Alij ad hiſtoriam ſupradictam referunt, diſtinctione mutatã: vt dicant,* Recepti iterum cineres: *ſemel ex Troiâ; ſemel à Diomede: qui dicitur, oſſa eius eruta cum Palladio reddidiſſe Aeneæ.* Nequicquam *autem, ſecundùm Epicureos; qui dicunt, omnia perire cum corpore.* ANIMÆQVE, VMBRÆQVE paternæ.] *Vocatiuus pluralis eſt. Nam Plato, & Ariſtoteles, & omnes periti, dicunt in homine quatuor eſſe animas. Vnam intellectualem, per quam & cogitare, & iudicare poſſumus. alteram eſſe ſenſualem, vt in mutis animalibus: in quibus eſt ſenſus & timoris, & gaudij. Eſſe etiam vitalem; vt in vermibus, qui tantùm mouentur. Eſſe etiam quartam infra omnes; quæ phyſicè vocatur naturam*

A *naturalitas: vt eſt in herbis & in arboribus: quæ etiam motu carent; vitam tamen habent. Nam & naſcuntur, & creſcunt, & pereunt. Indè eſt,* Atq; interfice meſſes. *His rebus colligitur, hominum harum omnium animarum eſſe participem. Vnde & Salluſtius ait* Alterum nobis cum dijs; alterũ cum belluis, commune eſt. *De Vmbris autem, facilis eſt probatio. Nam ſi quatuor ſunt animæ; ſequitur vt tot ſint vmbræ: vt ſi quis inter duas ſtet lucernas, geminam vmbram creat. Hoc autem de animis etiam Lucretius aſſerit: ſed non tantum veritati ſtudet, quàm ſectæ Epicureæ. Alij iſta fugientes, dicũt,* Animæ & vmbræ, *genitiuum eſſe ſingularem: vt ſit,* cineres vmbræ & animæ paternæ. *quod non valde probandi eſt. Nec enim vmbra, aut anima, cineres habet.* QVICVNQVE eſt.] *Aut quia adhuc eum nuſquam vidit: aut tædio lõgæ nauigationis hoc dicit.* ADYTIS ab imis.] *Ecce ſicut dictum eſt, vbi tanquam de deo loquitur. Templorum enim, & deorum adyta dicimus.* LVBRICVS anguis.] *Labilis. aliâs locũ dicit: vt,* Per lubrica ſurgens. *Alij hoc ſecundùm Platonem dictum volunt: qui ait, animas per ſeptẽ circulos ad corpora penetrare.* SEPTEM ingens gyros.] *Loci geniũ per magnitudinem vult probare. Nullus enim ſinè genio locus eſt:*
B *qui per anguem plerunq; oſtẽditur. Perſius:* Pinge duos angues: pueri (ſacer eſt locus) extrà Mejite. *Sanè hunc locum de Homero ſumpſit: qui inducit Græcos, apud Aulidem, omen futuri decennalis belli ex ſerpente collegiſſe: qui etiã matrem conſumpſit nouem pullis comeſis.* ἔνθ' ἐφάνη μέγα σῆμα, δράκων, ἐπὶ νῶτα δαφοινός. *Ita ergo nunc etiam Aeneæ omen ſui erroris oſtenditur, ſeptem gyris. Nam ſeptimus ei annus eſt finis erroris. & eſt optimum ſignificatum. Annus enim, ſecundùm Aegyptios, indicabatur ante inuentas litteras, picta dracone caudam ſuam mordente: quia in ſe recurrit.* GYROS.] *Nomẽ legimus: verbum exinde non inuenimus.* AMPLEXVS placidè.] *Hoc eſt, molliter, quietè repẽs. Nec dixit, corripuit; ſed,* amplexus eſt. CÆRVLEÆ cui terga notæ, maculoſus & auro Squamâ incendebat fulgor.] *Cerulea notæ, & auro maculoſus fulgor, hoc eſt, pro auri fulgor,* incendebat, *Id eſt, illuſtrabat.* AGMINE longo tandem.] *Poſt illos gyros tandem longo repere cœpit Agmine, id eſt, impetu, tractu.* SERPENS.] *Participium eſt, non nomen: ac ſi diceret, repens.* LIBAVITQVE dapes.] *Leuiter guſtauit epulas ſuperpoſitas: quæ Silicernium vocantur, quaſi ſilicerniũ,*
C *ſuper ſilicem poſitæ: quæ, peractis ſacris, ſenibus dabantur, vt ſe citò morituros cognoſcerent.* DEPASTA altaria.] Altaria, *ſpecies ararum.* Depaſta *autem, non à ſe. Nam ſuprà ait,* Libauitq; dapes. *Sed hoc dicit: tamdiu permanſit, quamdiu cuncta aris ſuperpoſita ſacer ignis abſumeret.* GENIVMNE loci.] Quia *(vt diximus) nullus locus ſinè genio eſt.* FAMVLVMNE parentis.] *Fuit enim hæc maiorum conſuetudo, ſicut hodieq; apud Indos eſt: vt, quotiens reges moriebantur, cum his dilecti equi, vel ſerui, & vna de vxoribus charior, circa rogum occiſi incenderentur: Inter quas de hoc erat magna contentio. Poſſumus ergo* famulum, *ſeruum ſepultum cum Anchiſâ accipere: quem per Apotheoſin deum oſtendit effectum. Vnde ei famulum dat, quaſi miniſtrum. Singula enim numina habent inferiores poteſtates, quaſi miniſtras: vt Venus Adonim; Diana Virbium. Aut certè ſecundùm Pythagoram dicit: qui primus deprehendit, de medullâ hominis, quæ eſt in ſpinâ anguem creari. quod etiam Ouidius, in quintodecimo Metamorphoſeon, dicit, loquente Pythagorâ.* NIGRANTES terga.] *Nigra terga habentes.* MANESQVE Acheronte remiſſos.] *Aut venientes de Acheronte ad hanc parentationem: aut certè* remiſſos Acheronte, *qui iam in Acheronte non eſſent, poſt Apotheoſin; remiſſos, vt remitterẽtur, poſt diuinitatis confirmationem.* QVÆ cuique eſt copia.] *Pro ſuâ quiſque facultate.* LÆTI dona ferunt.] *Alacres libenter & ipſi conferunt parentationem.* FVSI.] *Id eſt, ſtrati.* PHAETONTIS.] *Solis:* ἀπὸ τοῦ φαίνειν, *vel potiùs* ἀπὸ τοῦ φάος καὶ αἴθω. *Sanè de Phaëthonte fabulam, in decimo pleniùs inueniet.* FAMA finitimos.] *Vtrùm per ſe potiùs audienda: an & ipſa ad Aceſten referendo? an ſubtiliter, ad Aeneam fama; nomen, ad Aceſten?* EXCIERAT.] *Euocauerat, Inuitauerat.* LÆTO cœtu.] *Pro, ipſi læti.* VISVRI Æneadas.] *Poteſt & abſolutè accipi,* viſuri Æneadas: *poteſt & per ſyllepſin ſubaudiri, certantes.* CERTARE parati.] *Hoc eſt, parati ad certandum.* CIRCO.] *in ſpatioſo ludorum loco.* LOCANTVR.] *Ponuntur.* SACRI tripodes.] *Sic pulchri, vt ſacros putares: vel, quales ſacrari ſolẽt. nec enim ſacrilegus erat, vt ſacra donaret. & ſic dictũ eſt, vt* Dodoneosq; lebetas, *quales ſunt in Dodonâ.*

CARCHESIA Baccho.] *Silius de Scipione:* Ipſe tenens nunc lacte ſacro, nunc plena Lyæo Pocula, odoriferis aſpergit floribus aras: Tùm manes vocat POM. Sabi.
CARCAESIA.] *pocula de his in ſecundo diximus.* CINERES.] *pro corpore.* PATERNÆ.] *ac ſi diceret: ſaluete ô manes paterni.* TYBRIM.] *In antiquo erat ſcriptum ſemper* Tymbris. LVBRICVS anguis.] *Nam ſæpenumerò è ſepulchris erupêre ſerpentes: vt è tumulo Murri apud Silium libro ſecundo: & Pariſiis, vrbe Galliarum, è tumulo Carimanni regis. Homerus ſcribit, Græcos cœpiſſe in Aulide omnia tempora belli à ſerpente. Ouidius, ex opinione Pythagoræ, credere videtur, ſerpentem naſci ex medullâ hominis, quæ in ſpinâ eſt.* LIBAVIT.] *tandem ſtetit ſerpens, donec omnia abſumpta fuerunt.* LIQVIT.] *ponebat ſupra tumulum dapes.* GENIVM.] *Singula loca habebant genios; & ſinguli dij miniſtros. & iam Anchiſes erat in numero deorum.* REMISSOS.] *id credebant propter viſum ſerpentem: ſerpens bonum eſt omen.* LÆTI.] *lætitiâ affecti.* PHAETONTIS.] *Phaëthontem ponit pro ſole.* SACRI.] *retulit ad Apollinem, cui tripodes ſunt ſacri.* VIRIDES coronæ.] *pulchræ. Silius:* Et pulchræ certent de laude coronæ. *In ludis, quos inſtituit Hercules, data fuit corona ex oleaſtro: hic ex lauro.*

CÆDIT quinas de more bidentes.] *In Romano libro legere eſt,* Binas. *In quibuſdam alijs exemplaribus ſcriptũ obſerues,* Cæditq; binas. DONA ferunt, onerantque aras.] *In antiquis aliquot libris, abſq; copulatiuâ particula legere eſt,* Dona ferunt, onerant aras. VAR. Lect.

Sedenim priuſquam reuellantur indè; non prætereamus, quod Mercurialibus contentum literis prodidit Iamblicus: duas hominem animas habere. & eſſe quidem vnam ab intelligibili primo, atque ipſius opificis potentiæ participem: alteram verò, ex circuitu cœleſtium nobis inditam, in quam & anima & diuinorum ſpeculatrix irrepat. Sed animam à mundis in nos deſcendentem, mundorum quoque circuitus ſequi. Quæ verò ab intelligibili veniens, intelligibiliter adeſt, beneficum circuitum ſupereminet; atque per eam & à fato ſoluimur, & ad intelligibilem deum aſcendimus, & religionem habemus ad æterna tendentem. propterea non eſt arbitrandum, omnia inſolubilibus neceſſitatis vinculis, quod fatum nominant, colligari: quando habet anima principium in ſe proprium, quo ad intelligibile ſeſe conferat. Ex hac verò doctrinâ eluceſcit (opinor) ampliùs, cur poëta maximus Aeneidos quinto cecinerit: CAEL. Rhod.

Animæq; vmbræq; paternæ.

HIC.] *Hoc eſt, vbi ſepulchrum patrium fuit.* DVO ritè mero libans carcheſia Baccho Fundit humi.] *Carcheſia, nomẽ eſt poculorum. Duo, inquit, carcheſia mero Baccho plena, hoc eſt, vino incorrupto, terræ infundens.* DVO lacte nouo, duo ſanguine ſacro.] *Terræ infundens: & ad vinum pertinet, & ad lac, & ad ſanguinem: omnia enim ſimul fuſa ſunt. Hæc mortuorum ſacrificijs exhibentur.* PVRPVREOSQVE iacit flores.] *Et hic color florum ſepultis congruit. Fudit & iacit, largum animum exhibentis oſtendunt, & ſpecierum maximam copiam.* AC talia fatur: Salue, ſancte parens, iterum.] *Iterum ideò: quia hæc fuit ſecunda poſt illam, quâ, cùm ſepeliretur, ſalutatus eſt. Quod autem* DONAT.

autem ait, Sancte, & non dixit, Chare, vt in ſecundo libro meminimus poſitũ; Ergo age chare peter ceruici imponere noſtræ: hoc ſic intelligendum eſt. Illic enim cum viuo loquebatur, & cum eo, à quo nollet ſeparari: hic cum eo loquitur, quem religionenimiã noluit mortuum dicere, ſed receptum volebat inter deos. Nam & in libro tertio, quum finem vitæ eius apud Didonem referret, ait: Hic me, pater optime, feſſum Deſeris. Duxi te, inquit, & deſeruiſti me: non dixit, mortuus es. & in quarto libro hoc tenuit, quum diceret: Viſa dehinc cœlo facies delapſa parentis Anchiſæ. Sancte ergo, cùm dijs conueniat, patrem ſuum numinibus iunxit. Hoc fecit filius religioſo affectu, & hominum more: qui præcipuos viros migrare potiùs dicunt, quàm interire moriendo. ITERVM ſaluete recepti Nequicquam cineres, animæque vmbræq; paternæ.] Animæ & vmbræ, non eſt nominatiuus pluralis, ſed genitiuus ſingularis. ſalutauit enim cineres animæ & vmbræ patris ſui. Non ergo ſequamur eos, qui putant Anchiſen plures vmbras & multas animas habuiſſe. Nequicquam rurſum recepti coneres: quia inimicorum manibus dicuntur erepti; & iterum rurſum filij operâ conditi. quod beneficium cùm non ſenſerit mortuus; non fruſtra propoſitum eſt, Nequicquam. Huius facti poëta meminit in quarto libro. Nam ex perſonâ Didonis dixit: Nec patris Anchiſæ cineres, manéſue reuelli. Ex perſonâ filij bene poſitum eſt, Nequicquam. Ille enim viuo potiùs obſequi; quàm mortuo, voluit. NON licuit fines Italos, fataliaq; arua, Nec ſecum auſonium, quicunq; eſt, quærere Tybrim.] Hoc tempore mortis eius oſtenditur doluiſſe. In tertio enim libro, quum de eius caſu loqueretur, hoc dixit: Heu tantis nequicquam erepte periclis. Nequicquam cur illic dictum ſit, hic perfecit. Non obtinuit enim patre incolumi ad Italiã peruenire: quod quia non prouenit, & hic ingemiſcit. DIXERAT hæc.] mox, vt loquutus eſt talia, hæc ſequuta ſunt. ADYTIS cùm lubricus anguis ab imis Septem ingẽs gyros, ſeptena volumina traxit, Amplexus placidè tumulum, lapſuſq; per aras: Cæruleę cui terga notę, maculoſus & auro Squamam incẽdebat fulgor; ceu nubibus arcus Mille trahit varios aduerſo ſole colores.] Adytis, inquit, non ſepulchro preceſsiſſe anguem: vt confirmaret, Anchiſen dijs eſſe coniunctum. Adyta enim, deorum ſecreta ſunt: quæ nondum ſacrati, ingredientes templa, nôſſe non poſſunt. Magnitudinem eius & decorum quâ causâ deſcripſerit, poſſumus æſtimare. Debuit enim magnum aliquod & pulchrum indè procedere, vbi perſonæ potioris reliquiæ tenebantur. OBSTVPVIT viſu Aeneas.] Quis enim non miraretur nouum viſum & magnum? ILLE agmine longo.] Agmen dicitur, quo naturaliter impellitur ſerpens, vt loco moueatur. Anguis ergo ſerpebat agmine. TANDEM inter pateras & læuia pocula ſerpens, Libauitq; dapes, rurſusq; innoxius imo Succeſsit tumulo, & depaſta altaria liquit.] Miracula alia. non timuit anguis ipſe, cùm ſerperet, præſentium hominum cœtum: ſumpſit ad victum quod voluit: & eò, vnde proceſſerat, remeauit innoxius. Color eius & ſplendor, idcirco ſpeciei cœleſti comparatus eſt: vt oſtenderetur, non ex illis eſſe, quorum deteſtanda natura eſt, & saluti hominum infeſta. Denique, vt dictum eſt, proceſsit in conſpectum populi præſentis; & amplexibus placidis tumulum circundederit: ex aris vſurpauit quæ voluit; & nullo hominum læſo remeauit. HOC magis inceptos genitori inſtaurat honores, Incertus, geniúmne loci famulúmne parẽtis Eſſe putet.] Cùm miraretur Aeneas, nec ſcire euidentiùs poſſet, quis eſſet ille; cur in lucem & in humanum conuentum tam facilè proceſsiſſet; quodq; eſſet intrepidus; quòd tractu ſuo ambiſſet tumulum toties; quòd deguſtâſſet ea quæ appoſita fuerant: & depaſta reliquiſſet; ac rediſſet innoxius: A
in ipſo incerto raptus eſt, aliquid eſſe diuinum. HOC magis.] hoc eſt, idcirco repetit honores patrios, quos diſpoſuerat, facto iam fine concludere: hoc eſt, à medio actu ad initium rediit. INCERTVS, geniúmne loci, famulúmne parentis Eſſe putet.] Hoc quoniam non potuit verius æſtimari coniecturâ ſuſpicantis, non vacuum iudicatum eſt. aut enim genius loci putabatur; aut famulus patris: non anguis; ſed in augurem conuerſus. CÆDIT quinas de more bidentes, Totque ſues, totidem nigrantes terga iuuencos: Vinaque fundebat pateris; animamque vocabat Anchiſæ magni, maneſq; Acheronte remiſſos.] Hæc faciebat, quòd putaret relaxatis egreſsibus animam patris eſſe præſentem. & hoc ſuſpicione colligebat Aeneas; vt acta repeteret, & vocaret animam patris. Ecce animam vocat Anchiſæ: vnde manifeſtiùs probat, quod ſupra tractauimus, genitiuum eſſe ſingularem; & non nominatiuum pluralem, quum dixit: Animęq; vmbræq; paternæ. NEC non & ſocij, quæ cuique eſt copia, læti Dona ferunt, onerantq; aras, mactantq; iuuencos.] Obſequebantur & ſocij, vt poterant ſinguli. hoc enim Anchiſæ B
meritum exigebat; & honorificentia filij præſentis perfectis ſolennibus. ORDINE ahena locant alij, fuſique per herbam Subijciunt verubus prunas; & viſcera torrent.] Militaris iſta ceremoniarum ratio eſt, aut ad ſacrorum pertinens ritum: nam in octauo libro ait: Viſcera toſta ferunt taurorum. EXSPECTATA dies aderat, nonamq; ſerenâ Auroram Phêthontis equi iam luce uehebant.] Exſpectata dixit, quaſi tardiùs veniſſet: tantùm enim optata eſt. Quippe, quicquid gratum ſperatur, aut commodum; etiamſi maturè proueniat, tardum eſt. Interea tantum fauoris etiam de ipſis elementis diſpoſitiones Aeneæ meruerant: vt optabilis omnibus dies ille tranquillã luce fulſiſſet. FAMAQVE finitimos & clari nomen Aceſtæ Excierat.] Fama edictorum ſpectaculorum, & Aceſtæ nomen, quod in honore apud vniuerſos fuerat, excitauerat proximos, vt venirent. Fuit enim in illis regionibus inſperata ludorum gratia: quæ exoriens, repentè non tantùm commanentes, verùmetiam finitimos, prouocauerat ad uiſendum. LÆTO complerant littora cœtu Viſuri Aeneadas; pars & certare parati.] Breuis diſtinctio; ſed intellectu latiſsima. Primum quippe, quod dixit, Viſuri Aeneadas: expreſsit plenisſimam laudem Troianorum. neque enim ſola ludorum voluptas ducebat vniuerſos: cùm vnuſquiſque ad hoc concurreret, vt etiam nôſſet Aeneadas. Erant tamen, inquit, inter ipſos, qui etiam ſtudio quoque certandi ducerentur; capturi ex viſu Troianorum gratiam, & commodum de certamine. C
Tanti autem confluxerant, vt latitudinem littorum compleuiſſent. MVNERA principiò ante oculos, circoque locantur In medio.] Cùm concionem haberet Aeneas, & ludos ediceret: promiſit, digna præmia ſe daturum eſſe certaturis. quæ res nonnullos adduxerat, vt vellent ſubire certamina. Sed quia promiſsio nonnunquam minorem retinet fidem: munera ipſa, ante cœpta certamina, in medio circo propoſuit; & obiecit oculis omnium: vt volentes magis vellent certare; & qualitate præmiorum etiam inuiti cogerentur. CIRCOQVE locantur in medio.] Non quòd reuerà circus fuiſſet exſtructus: ſed in ſpatio, quod ad vicem circi fuerat deſignatum. In medio ideò, vt à circumfuſis populi partibus videri potuiſſent.

Et palmæ, precium victoribus, armaq;, & oſtro
Perfuſæ veſtes, auri argentiq; talenta.
Et tuba commiſſos medio canit aggere ludos.
Prima pares ineunt grauibus certamina remis,
Quattuor ex omni delectæ claſſe carinæ.

SER. ET palmæ pretium victoribus.] Zeugma vtriuſque lateris. Nam victoribus pretium, & ad ſupradicta, & ad dicenda, pertinet. ARGENTI aurique talenta.] Talenti, ſecundùm varias gentes, varium pondus eſt. ſed apud Romanos, talentum

eſt ſe-

Velocem Mnestheus agit acri remige Pristim:
Mox Italus Mnestheus, genus à quo nomine Mẽ- (mi:
Ingentemq; Gyas ingenti mole Chimæra;
Vrbis opus, triplici pubes quã Dardana versu
Impellunt, terno consurgunt ordine remi:
Sergestusq; domus tenet à quo Sergia nomen,
Centauro inuehitur magnâ: Scyllâq; Cloanthus
Ceruleâ, genus vnde tibi, Romane Cluenti.
Est procul in pelago saxum, spumantia contra
Littora: quod tumidis summersum tunditur olim
Fluctibus: hyberni condunt vbi sidera Cori:
Tranquillo silet, immotâq; attollitur vndâ
Campus, & apricis statio gratissima mergis.
Hîc viridem Aeneas frondenti ex ilice metam
Constituit, signum nautis, pater: vnde reuerti
Scirent: & longos vbi circumflectere cursus.

A *est septuaginta libræ: sicut Plautus ostendit in Mustellariâ, qui ait, duo talenta esse centũ quadraginta libras. Talentum verò Aegyptium, pondo octoginta. Varro tradit talentum pro bilance: sicut Homerus;* χρυσοῦ ἡμιτάλαντα. *Talentum autem, minarum* 60: *Mina, drachmarũ* 100: *Drachma, obolorum sex:* Obolus, *æra continet sex:* Aes, *minuta sex. Legimus etiam, talentum esse paululum quiddam. Nam Homerus, in ludis funebribus Patrocli, vltima præmia dicit duo aurea talenta. Quod nos cogit aliquid minimum intelligere. Nam si primus victor bouem accepit, consequens non est, vt dicamus, vltimum tam magnum accepisse præmium. vnde apparet, talentum etiam minimum quiddam significare.* ET tuba

B commissos.] *Romano more: sicut hodieq; videmus omnibus ludis funebribus, vt sunt diuorum. Nam si sacri sint, id est, festis lustrantur faculis. Antè etiam ab hymnis incipiebant.* PRIMA certamina.] *Punico bello primo naumachiã ad exercitium instituêre Romani: postquam probarunt exteras gentes etiam nauali certamine plurimum posse. ad quam rem in hoc certamine alludit poeta.* PARES.] *Aut pariter: aut diuersis comparabiles rebus: vt sequentia indicant,* Melior remis, sed pondere pinus Tarda tenet. *Aut pares ita, vt ante certamen videbantur. Aut pares ordine remorum: quãmuis rex tantummodò triremem dicit.* GRAVIBVS remis.] *Fortibus: vt,* Ferit ense grauem Tymbræus Osyrin. *Nam graues inferunt tarditatem.* REMIGE.] *Erit nominatiuus, Remix. Serenus:* Semiremex Hercules. PRISTIM.] *Vel à tutelâ depictâ: vel* ἀπὸ τοῦ πρίζειν τὰ κύματα, *id est, à secandis fluctibus.* MOX Italus.] *Subaudi futurus. Ipse enim familiam Memmiorum constituit. Et bene laudat familias nobilium. Nam à Sergesto, Sergia familia fuit: à Cloantho, Cluentia: à Gyâ, Gygania, cuius nunc facit mentionem. Nobiles*

C *autem familias à Troianis fuisse, Iuuenalis ostendit. vt,* Iubet à præcone vocari ipsos Troiugenas. A' quo nomine.] *Scilicet Mnesthei. & Mnestheus sic est, vt Tydeus. Nã diphthongus Græca est.* MEMMI.] *Pro, Memmiorum: genitiuus singularis pro plurali, vel, à quo nomine genus Italorum est, Memmij: vt non sit genitiuus singularis; sed nominatiuus pluralis.* INGENTI mole.] *Motu: vt,* Magnâ se mole mouentem. CHIMÆRAM.] *Fabula, ex quo hoc nomẽ translatum est, talis est. Bellerophontes, admisiâ per ignorantiam cæde, profugit ad Prœtum, Argiuorum regem. à quo cùm esset susceptus hospitio, à Sthenobœâ vxore eius adamatus, de stupro interpellatus est. qui cùm frequentiùs hoc se indicaturum Prœto minaretur: præoccupatus à Sthenobœâ, ipse apud Prœtum accusatus est, tanquam reginæ castitatem appetiisset, quem cùm Prœtus ad Iobaten, Lyciæ regem, socerum suum, cum litteris signatis, quibus præcipiebat, vt puniretur, misisset: Iobates Bellerophontem aduersùs Tympios siue Solymos, gentem ferocissimam, mittit. quos cùm ille superâsset, reuertens in insidias, quas sibi Iobates struxerat, incidit. quibus etiam prostratis, nouissimè missus est aduersùs Chimæram, triplex monstrum: siquidem prima pars leo erat; posterior draco; in medio caput capræ, quod ignes efflabat. Hanc ille, vectus Pegaso equo, qui volabat, occîdit. Miratus hanc constantiam Iobates, filiam suam ei cum parte regni in matrimonio dedit.* VRBIS opus.] *Tam magna, vt vrbẽ putares.* TRIPLICI versu.] *Omnes. n. triremes fuerunt.* Versu *autem: aut ordine; vt,* Ille etiam seras in versum distulit vlmos: *aut tractu, à vertendo; vt,* Æquora verrebãt caudis, æstumq; secabant.

Sanè vnus est sensus. & est Græcum: nam illi πίχορ *dicunt.* PVBES impellunt.] *Figura est: vt,* Pars in frusta secant. *Et sciendum, inter Barbarismum & Lexin, hoc est, Latinã & perfectiam elocutionem, Metaplasmum esse, qui in vno sermone fit ratione vitiosus. Itẽ inter Solœcismũ & Schema, id est, perfectiam sermonum connexionem, figura est, quæ fit contextu sermonum ratione vitiosa. Ergo Mettaplasmus & Figura media sunt: & discernuntur peritiâ & imperitiâ. Fiunt autem ad ornatum.* DOMVS Sergia.] *Familia: vt,* Da propriã Tymbræe domum. *Et indè est, Sergius Catilina.* TENET.] *Vltrà tenet, vel seruat.* CENTAVRO magnâ.] *Fœminini est generis, si de naui dicas: vt Terentius:* in Eunuchum suam; *cùm comœdiã diceret. Iuuenalis cõtrà sensit, dicens:* Scriptus & in tergo necdum finitus Orestes. *Sed sciendum, genera plerunq; confundi, aut metri, aut hiatus causâ. Sic Horatius:* Nec Cupido sordidus aufert. *Cùm, significantes cupiditatem, fœminino genere dicamus. Ipse etiam Vergilius ait,* Timidi damæ, ceruiq; fugaces: *cùm ipse secundùm fidem dixerit,* Cum canibus timidę veniunt ad pocula damæ. *Et Horatius;* Et superiecto pauidę natarunt Æquore damæ. CÆRVLEA.] *Aut nigrâ; aut altâ carinâ. Omne. n. altũ, nigrum est: vt,* Scrupea tuta lacu nigro, nemorumq; tenebris. CLVENTI.] *Ad ipsum Apostrophe est.* EST procul.] *Modò, non nimis longè: vt suprà diximus. Sic in Buccolicis, de nimiâ vicinitate ait;* Serta procul tantum capiti delapsa iacebant. *Interdum &, Satis longè, significat.* OLIM.] *Tunc ferè, cùm cori nubibus abscondunt & obruunt sydera.* TRANQVILLO.] *Meliùs septimus casus est, quàm datiuus.* CAMPVS.] *Saxi latitudo.* APRICIS.] *Sole gaudentibus. Sanè* Apricus, *& locus dicitur sole calens; quod est opaco & abdito contrarium: & apricos homines dicimus, locis apricis gaudentes. Vergilius:* Duceret apricis in collibus vua colorem. *Persius:* Nostra vt Floralia possint Aprici meminisse senes. *Apricum autem, quasi* ἄνευ φρίκης, *sine frigore. Indè & Africa, quòd est calidior.* MERGIS.] *Esacus, Priami filius fuit: hic se præcipitauit de muro, nec perijt. & cùm hoc sæpius faceret, deorum miseratione in auem versus est: quæ ad imitationẽ præcipitandi, quasi idem facit sæpe mergendo.* FRONDENTI ex ilice.] *Hæc enim arbor in tutelâ Iouis est. &* frondenti, *pro frondente: datiuus pro ablatiuo.* CIRCVMFLECTERE. *Bene vno sermone, & profectionem complexus est, & reuersionem.*

TALENTA.] *De talento Aegyptio loquitur, quod, vt ait Plinius, est ex* 80. *libris: vt talẽtum Romanum,* 70: *Atheniẽse,* 60: *Talentum verò magnum, libris* 83. ET tuba.] *dedi signũ certaminis.* PRISTIM.] *nauim. Nonius ait, Pristim dictam à similitudine marinæ beluæ, quæ oblonga est. Mihi non placet: sed potiùs* ἀπὸ τοῦ πρίζειν, *id est, secando.* MEMMI.] *Familia Memmiorũ nobilissima fuit. Lucretius poeta opus suum scribit ad Memmium. Probus vult, hunc locum sumptum à primo bello Punico. nam Romani victis in mari Siculo Pœnis, naumachiam instituêre. Mihi non placet.* GYAS.] *à Gyâ, Gyanorum familia.* Chimæra, *mons est, & vrbs in Lycia.* VRBIS opus.] *ita magna, vt vrbem putares.* SERGIA.] *ex hac nobili familiâ fuit Catilina; & Sergius Galba, qui imperauit.* CENTAVRO.] *Centaurus nauis.* CLVENTI.] *Cluentij. vnde Cicero orationem habuit pro Aulo Cluentio.* SCYLLA.] *nomen nauis.* PROCVL.] *nunc* procul *è propinquo significat. & dicitur procul,* POM. Sabi.

quasi

Digitized by Google

quasi præ oculis, id est, ante oculos. VBI.] *pro, quando hyberni venti mouent mare.* ET vbi.] *in quo saxo.* CAMPVS.] *latitudo saxi.* STATIO.] *illud saxum. Hoc saxum nunc videtur insula, vbi mergi apricantur.* META.] *meta dicitur, vbi præmium figitur.* SCIRENT.] *ludentes.*

DON. SACRI tridodes, viridesq; coronæ, Et palmæ.] *Quare hæc?* PRÆCIVM, *inquit,* VICtoribus.] *Honores scilicet; quod victoris gloriam testaretur. Coronæ & palmæ positæ fuerant super tripodes.* ARMAQVE, & ostro Perfusæ vestes, argenti auriq; talenta.] *Ecce & illa proposuit, quæ maiore precio certantium diuitias augere potuissent. Tanta autem largientis copia fuit: vt proposita speciatim, quæ numero vel pondere tenerentur, dici non possent. Proinde, quia speciatim dici non voluerunt; compendij causâ vestes generaliter dixit:* Arma, & auri atque argenti talenta, *similiter percurrit.* ET tuba commissos medio canit aggere ludos.] *Ecce aggerem posuit, qui dixerat* Circum: *vt ostenderet, non structilem fuisse.* PRIMA pares ineunt grauibus certamina remis, Quattuor ex omni delectæ classe carinæ.] *Ex omni, inquit, classe, delectæ sunt naues quatuor pares, ludorum primum initura certamen. Pares ideò: quia, si impares ordinarentur, nulla esset æquitas, & spectaculorum gratia claudicaret. Dicuntur rectorum nomina: dicuntur & nauium.* VELOCEM Mnestheus agit acri remige Pristim: Mox Italus Mnestheus, genus à quo nomine Memmi: Ingentemque Gyas ingenti mole Chimæram, Vrbis opus, triplici pubes A quam Dardana versu Impellunt, terno consurgunt ordine remi: Sergestusq; domus tenet à quo Sergia nomen, Centauro inuehitur magnâ: scyllaq; Cloanthus Cæruleâ, genus vnde tibi Romane C uenti.] *Dixit nauium nomina; & earum magnitudines expressit. Nominauit duces; & eorum nobilitatē complexus est.* EST procul in pelago saxum, spumantia contra Littora, quod tumidis submersum tunditur olim Fluctibus, hyberni condunt vbi sidera Cori. Tranquillo silet, immotaq; attollitur vndâ Campus, & apricis statio gratissima mergis.] *Ad imaginem ludorum Circensium, composuit nauale certamen. Naues habuit pro quadrigis: pro aurigis verò eos, quorum nomina superiùs comprehendit: Spatium pelagi, pro circi spatio: Saxum, quod secundum naturam suam descriptum est, ad vicem metæ. Illud igitur saxum eminet, inquit, quum tranquillum est mare, & marinis auibus stationem præbet: cùm autem commouetur in tumorem, fluctibus tunditur, & vndis spumantibus operitur. Erat autem positum non longè: atq; ita, vt de littore videri potuisset.* HIC viridē Aeneas frondenti ex ilice metam Constituit, signū B nautis, pater.] *Hîc, hoc est, in Saxo: quoniā tranquilitas fuit, & ex vndis apparebat; pater Aeneas metam ex ilice frondenti constituit.* VNDE reuerti Scirent, & longos vbi circumflectere cursus.] *Illi scil. qui regebant naues & ductores earum fuerant; vt nossent, ab illo signo sibi esse redeundum.*

Tùm loca sorte legunt: ipsiq; in puppibus auro
Ductores longè effulgent, ostroq; decori.
Cætera populeâ velatur fronde iuuentus,
Nudatosq; humeros oleo perfusa nitescit.
Considunt transtris, intentaq; brachia remis
Intenti exspectant signum: exsultantiaq; haurit
Corda pauor pulsans, laudumq; arrecta cupido.
Indè vbi clara dedit sonitum tuba, finibus omnes
(Haud mora) prosiluêre suis: ferit æthera clâmor
Nauticus; adductis spumant freta versa lacertis.
Infindunt pariter sulcos: totumq; dehiscit
Conuulsum remis, rostrisq; stridentibus, æquor.
Non tam præcipites biiugo certamine campum
Corripuêre, ruuntq; effusi carcere currus.
Non sic immissis aurigæ vndantia lora
Concussêre iugis: proniq; in verbera pendent.
Tum plausu, fremituq; virûm, studijsq; fauentum
Consonat omne nemus; vocemq; inclusa volutát
Littora; pulsati colles clamore resultant.
Effugit ante alios, primusq; elabitur vndis
Turbam inter fremitumque Gyas: quem deinde Cloanthus
Consequitur, melior remis; sed pondere pinus
Tarda tenet. post hos æquo discrimine Pristis,
Centaurusq;, locum tendunt superare priorem:
Et nunc Pristis abit; nunc victam præterit ingens
Centaurus: nunc vnà ambæ, iunctisq; feruntur
Frontibus & longę sulcant vada salsa carinæ.
Iamq; propinquabant scopulo, metamq; tenebát;
Cùm princeps, medioq; Gyas in gurgite victor,
Rectorem nauis compellat voce Menœtem:
Quò tantū mihi dexter abis? huc dirige cursum:
Littus ama, & læuas stringat sine palmula cautes:
Altum alij teneant. dixit: sed cæca Menœtes
Saxa timens, proram pelagi detorquet ad vndas.
Quò diuersus abis iterum? pete saxa, Menœte:
Cum clamore Gyas reuocabat: & ecce Cloanthū
Respicit instantem tergo, & propiora tenentem.
Ille inter nauemq; Gyæ, scopulosq; sonanteis,

SER. LEGVNT.] *Eligūt.* DVCTORES.] *Domini nauium; non gubernatores.* POPVLEA velatur fronde iuuentus.] *Hebe, Græcè ἥβη, id est, Iuuentus, filia Iunonis, vxor Herculis. Nunc ergo aut propter hoc iuuentus vtitur populeis coronis; aut imitatione virtutis. Populus enim Herculi consecrata est: vt,* Populus Alcidæ gratissima. *Aut* populeâ, *quia ludi funebres sunt: & hæc arbor ab Hercule ab inferis allata est, cùm canē Cerberum extraheret. nam & ipsa arbor Acerusia vocatur.* NVDATOS.] *Benè, nudatos: quia veste tecti esse consueuerunt. Nam nudum est, quod nunquam tegi solet: vt facies.* OLEO perfusa.] *Oleo perfusos habēs.* TRANSTRIS] *Et transtra dicuntur, & iuga. vt in Sexto;* Indè alias animas, quæ per iuga longa sedebant. INTENTA.] *Porrecta. & bene eodem sermone in diuersis vsus est rebus. Aliter enim brachia; aliter intendimus mentem.* EXSVLTANTIAQVE haurit corda pauor pulsans.] *Hypallage: omni parte pulsans pauor corda haurit, id est, ferit, & exultare facit: vt,* Latus haurit apertum. LAVDVMQVE.] *Ne esset turpe, quòd ait* pauor. *Sanè istæ sunt prolusiones bellorum: vnde etiam ad tubam geruntur. Sed sciendum, maioris ætatis funera ad tubam solere proferri: Persius;* Hinc tuba candelæ. *Minoris verò, ad tibias: vt Statius de Archemoro;* Tibia enim teneros solitum deducere manes. FINIBVS omnes.] *Secundùm naturam antè generali vsus est descriptione, venturus ad specialitatem.* PRÆCIPITES.] *Festinātes: vt,* Præcipites vigilate viri. *& est hyperbole. Aliâs Præcipites, temerarij & inconsulti.* BIIVGO.] *Pro, bigarum: nam è dixit. Sanè & hoc celeritatis est. Plures enim se impediunt.* C CARCERE.] *Vsurpauit. Nam Carcer est, numero tantùm singulari, custodia noxiorum: Carceres verò, numero tantùm plurali, ostia & repagula, quibus equi arcentur. vnde & carceres, quasi arceres, secundùm Varronem.* IVGIS.] *Pro, equis Iugalibus.* VNDANTIA.] *Largè effusa.* CONSONAT.] *Ideò consonat, propter echo: nam ἠχῶ, græcè est resono: Echo enim, nostræ vocis est æmula. vnde &* resultát *ait.* ELABITVR.] *Præcurrit celeriter: vt,* Labere nympha polo. TVRBAM inter.] *Tumultum, hoc est, in ipso principio.* DISCRIMINE.] *Vel Interstitio, vel certamine, vel cursu. Et benè variat, nunc naues, nunc ductores commemorans.* PRIOREM.] *Inter se: hoc est, tertium.* METAMQVE tenebant.] *Nauticum verbum.*

PRIN-

A PRINCEPS.] *Modò ordinis est.* QVO tantum mihi.] *Vocat* mihi: *vt solet plerunq.* LITTVS ama.] *Littus est omne, quòd aquâ alluitur. Vnde & saxum littus vocauit.* STRINGAT.] *Radat. ac si diceret, Hoc volo quod times.* PALMVLA.] *Extrema pars remi, in modum palmæ protenta.* ITERVM.] *Hoc verbum & à poëtâ potest dici; vt,* Iterū reuocabat: *& à Gyâ; vt,* Quò abis iterum? *non iterum petis.* INTER nauemq;.] *Que vocat.*

POM. Sabi. POPVLEA.] *populus est dicata Herculi: quercus, & omnia quæ ferunt glandem, Ioui: myrthus, Veneri: laurus, Phœbo: cupressus, Syluano: taxus, Plutoni.* PERFVSA.] *aut vncta vero oleo; aut vnguentata.* HAVRIT.] *ferit.* ADDVCTIS.] *tentis.* INFINDVNT.] *valde findunt.* TRIDENTIBVS.] *id est, acutis, legit Apronianus. ab Ennio tractum est.* CVRRVS.] *Currus cùm emittūtur è carceribus, volare videntur.* VNDANTIA.] *effusa.* IVGIS.] *iugalibus.* COLLES.] *non erant in saxo, qui spectabant; sed in collibus. ideò dicit, in saxo præmium fixum erat.* RESVLTANT.] *reboant.* PINVS.] *nauis magna.* TENDVNT.] *Centaurus & pristis.* HABET.] *priorē locum.* VICTAM.] *pristim.* FRONTIBVS.] *proris.* SCOPVLO.] *vbi præ-* B *mium erat.* LITTVS ama.] *id est, locum vbi præmium erat: id est, saxum.* STRINGAT.] *radat.* SINE.] *permitte.* PALMVLA.] *remus.* PROPIORA.] *propinquum.* ILLE.] *Cloanthus.*

VAR. Lect. INTENTAQVE brachia, remis Intenti exspectāt signùm.] *In libris aliquot antiquis legere est,* Nudataque brachia remis Intenti. CONVVLSVM remis, rostrisq; stridentibus æquor.] *In vetusto quodam libro,* Rostrisq; sonantibus *scriptum est. Alij* s *in stridentibus abundare putauerunt, (quod omnino plerisq; alijs locis factum deprehendi, in Romano præsertim libro) suspicatiq; sunt* Tridentibus. *legendum. Alij* Ruentibus *adinuenēre. quâ in opinione literatissimos ætate superiore viros fuisse, accepimus. In Oblongo illo libro peruetusto, quem Pomponij Læti delitias fuisse dicunt.* Rostrisq; rudentibus *legitur.* NEC sic immissis.] *Veteres aliquot libri manuscripti legunt,* Non sic immissis. PRIMVSQVE elabitur vndis.] *In Romano libro, in Longobardico, in Mediceo, & aliquot alijs, legere est.* Primis. ET nunc Pristis abit.] *In antiquioribus libris legere est,* Et nunc Pristis habet. ET longè sulcāt C vada salsa carinæ.] *In Romano libro legere est,* Et longâ sulcant vada salsa carinâ. *In Mediceo quidē* Carina *prius fuerat: sed alienâ manu & atramento* Carinæ *factum est.* CVM princeps.] *In antiquis aliquot libris scriptum est* Tùm. HVC dirige cursum.] *Vulgata quidem exemplaria,* Cursum *habent. Sed in Romano, & plerisq; alijs vno exemplo legat,* Gressum. LITTVS ama, & læuas.] *In Longobardico legere est,* Littus amet, læuas. CVM clamore Gyas reuocabat: & ecce Cloanthum Respicit.] *Multi expungunt* Et: *quòd in antiquis libris particulam eam asserant non inueniri. Ego sanè, & in Vaticanæ bibliothecæ lib. & in plerisque alijs, qui mihi præ manibus fuerunt, passim* Et *ipsum notantum animaduerti.*

DONAT. TVM loca sorte legunt.] *Vt fieri consueuit in Circo. non est enim idem labor in singulis locis. & indè sors adhibetur; ne sit in ordinatione contentio, aut humanum iudicium gratia cuiuspiam transducatur.* IPSIQVE in puppibus auro Ductores longè effulgent, ostroque decori.] *Ipsi ductores, hoc est, qui ad vicem aurigarum fuerant ordinati, longe fulgebant, auro insignes & purpurâ preciosa: vt qualitate vestitus euidentiùs præter cæteros apparerent.* CÆTERA populeâ velatur fronde iuuentus, Nudatosque humeros oleo perfusa nitescit.] *Cætera iuuentus, id est, nautarum, coronata fuerat populeis frondibus, oleoq; perfusa. Cùm dicit* Cætera iuuentus, *ostendit, etiam ductores iuuenes fuisse.* CONSIDVNT transtris.] *locis scilicet remigum.* INTENTAQVE brachia remis.] *tenentes remos, brachiorum paratâ virtute.* INTENTI exspectant signum, exsultantiaq; haurit Corda pauor pulsans, laudumque arrecta cupido.] *Et signum exspectabant; quo accepto certamen aggrederentur: & suspensis animis fuerant; cogitantes de victoriâ & laude: quorum euentus fuerat incertus.* INDE, (*hoc est, deinde*) vbi clara dedit sonitum tuba, finibus omnes (Haud mora) prosiluēre suis: ferit æthera clamor Nauticus; adductis spumant freta versa lacertis.] *In ardore vincendi, non more solito remigabant. Plurimum illis addiderat desiderium gloriæ: pariter incumbebant remis, & claris vocibus personabant; vsq; adeò, vt cœlum ipsum ingenti clamore percuterent. quod ait,* Ferit æthera clamor: *hoc vult intelligi, vltrà ire clamorem potuisse, vt occurreret cœlum.* TOTVMQVE dehiscit Conuulsum remis rostrisque stridentibus æquor.] *Translationibus collecta descriptio. lignum quippe cùm infunditur, dehiscit; & arctatum cuneorum vi, remis præcedentibus aperitur: & ager, cùm aratro aperitur, signatur sulcis, & vomeris vias glebis inuersis ostendit. Igitur aperiebatur mare transitu nauium, & remorum ictibus crebris.* NON tam præcipites bijugo certamine campum Corripuēre, ruuntque effuso carcere currus: Nec sic immissis aurigæ vndantia lora Concussēre iugis, pronique in verbera pendent.] Q*uia ad Circensium vicem exhibebatur nauale certamen: comparationem de Circensibus facit. Non, inquit, tantâ mobilitate currus equiue aguntur in circo: quantâ certantibus nautis nauigia peruadabant.* Quòd ait, Iugis, *equos debemus accipere de iugo constitutos; non iuga, quibus equi nectuntur.* TVM plausu fremituque virûm studijsque fauentum Consonat omne nemus, vocemque inclusa volutant Littora, pulsati colles clamore resultant.] *Finitâ comparatione, redijt ad rem. Populus, inquit, fauoris ratione diuisus, cùm prorsus streperet, voce ac plausibus personabat, in tantum, vt nemus omne dissono clamore fuisset impletum. Augebat autem eundem qualitas loci, naturâ conclusi: quæ acceptas fauentium voces reddendo duplicabat.* EFFVGIT ante alios primisque elabitur vndis Turbam inter fremitumque Gyas.] *Non inter turbam & fremitum effugit: sed dum populus fremit, & certantes turbantur, primum locum tenuit Gyas.* QVEM deinde Cloanthus Consequitur, melior remis.] *Si melior remis: cur non præcessit? Dicit causam, propter quam non est factum.* SED pondere pinus Tarda tenet.] *Iuuabatur, inquit, remorum meliore substantiâ: sed lignorum genere, quibus fabricata fuerat, & pondere, tardabatur.* POST hos.] *Hoc est, post Gyam & Cloanthum.* ÆQVO discrimine.] *Id est, vno & pari interstitio.* PRISTIS Centaurusque.] *Pristis, in quâ Mnestheus fuerat; & Centaurus, cui Sergestus præerat.* LOCVM tendunt superare priorem.] *Priorem locum tenere nitebantur: sed inter se. Ergò priorem locum, inter duos posteriores, debemus accipere: quoniam impossibilis videbatur, vt tertius vel quartus excluderet primum; quem secundus transire non poterat. Interea casu factum est, vt Cloanthus, qui secundus fuerat, fieret primus; hoc modo. Nam Gyas, qui prima loca tenuerat, Menœtis imperitiâ deceptus est. cùm enim Gyas eidem Menœti dixisset:* QVO tantùm mihi dexter abis? huc dirige cursum; Littus ama.] *Hoc est, finem saxi.* Et læuas stringat sine palmula cautes: Altum alij teneant. dixit: sed cæca Menœtes Saxa timens, proram pelagi detorquet ad vndas. Quò diuersus abis? iterum pete saxa Menœte; Cum clamore Gyas reuocabat: & ecce Cloanthum Respicit instantem tergo, & propiora tenentem. Ille inter nauemque Gyæ, scopulosque sonantes Radit iter læuum interior, subitusq; priorem Præterit.] *Ille verò, metuens saxa latentia, quum nauem in altum torsisset: Cloanthus, qui Gyæ proximus fuit, arreptâ spatij occasione, fecit, quod Menœtes timuit. nàm inter saxum & nauem Giæ te-*

Digitized by Google

quasi præ oculis, id est, ante oculos. VBI.] *pro, quando hyberni venti mouent mare.* ET vbi.] *in quo saxo.* CAMPVS.] *latitudo saxi.* STATIO.] *illud saxum. Hoc saxum nunc videtur insula, vbi mergi apricantur.* META.] *meta dicitur, vbi præmium figitur.* SCIRENT.] *ludentes.*

DON. SACRI tridodes, viridesq́; coronæ, Et palmæ.] *Quare hæc?* PRÆCIVM, *inquit,* VIctoribus.] *Honores scilicet; quod victoris gloriam testaretur. Coronæ & palmæ positæ fuerant super tripodes.* ARMAQVE, & ostro Perfusæ vestes, argenti auriq́; talenta.] *Ecce & illa proposuit, quæ maiore precio certantium diuitias augere potuissent. Tanta autem largientis copia fuit: vt proposita speciatim, quæ numero vel pondere tenerentur, dici non possent. Proinde, quia speciatim dici non voluerunt; compendij causâ vestes generaliter dixit:* Arma, & auri atque argenti talenta, *similiter percurrit.* ET tuba commissos medio canit aggere ludos.] *Ecce aggerem posuit, qui dixerat* Circum: *vt ostenderet, non structilem fuisse.* PRIMA pares ineunt grauibus certamina remis, Quattuor ex omni delectæ classe carinæ.] *Ex omni, inquit, classe, delectæ sunt naues quatuor pares, ludorum primum initura certamen. Pares ideò: quia, si impares ordinarentur, nulla esset æquitas, & spectaculorum gratia claudicaret. Dicuntur rectorum nomina: dicuntur & nauium.* VELOCEM Mnestheus agit acri remige Pristim: Mox Italus Mnestheus, genus à quo nomine Memmi: Ingentemque Gyas ingenti mole Chimæram, Vrbis opus, triplici pubes quam Dardana versu Impellunt, terno consurgunt ordine remi: Sergestusq́; domus tenet à quo Sergia nomen, Centauro inuehitur magnâ: scyllaq́; Cloanthus Cæruleâ, genus vnde tibi Romane Cluenti.] *Dixit nauium nomina; & earum magnitudines expressit. Nominauit duces; & eorum nobilitate complexus est.* EST procul in pelago saxum, spumantia contra Littora, quod tumidis submersum tunditur olim Fluctibus, hyberni condunt vbi sidera Cori. Tranquillo silet, immotaq́; attollitur vndâ Campus, & apricis statio gratissima mergis.] *Ad imaginem ludorum Circensium, composuit nauale certamen. Naues habuit pro quadrigis: pro aurigis verò eos, quorum nomina superiùs comprehendit: Spatium pelagi, pro circi spatio: Saxum, quod secundum naturam suam descriptum est, ad vicem metæ. Illud igitur saxum eminet, inquit, quum tranquillum est mare, & marinis auibus stationem præbet: cùm autem commouetur in tumorem, fluctu tunditur, & vndis spumantibus operitur. Erat autem positum non longè; atq; ita, vt de littore videri potuisset.* HIc viride Aeneas frondenti ex ilice metam Constituit, signũ nautis, pater.] *Hîc, hoc est, in Saxo: quoniã tranquillitas fuit, & ex vndis apparebat; pater Aeneas metam ex ilice frondenti constituit.* VNDE reuerti Scirent, & longos vbi circumflectere cursus.] *Illi scil. qui regebant naues & ductores earum fuerant: vt nossent, ab illo signo sibi esse redeundum.*

Tùm loca sorte legunt: ipsiq́; in puppibus auro
Ductores longè effulgent, ostroq́; decori.
Cætera populeâ velatur fronde iuuentus,
Nudatosq́; humeros oleo perfusa nitescit.
Considunt transtris, intentaq́; brachia remis
Intenti exspectant signum: exsultantiaq́; haurit
Corda pauor pulsans, laudumq́; arrecta cupido.
Indè vbi clara dedit sonitum tuba, finibus omnes
(Haud mora) prosiluêre suis: ferit æthera clâmor
Nauticus; adductis spumant freta versa lacertis.
Infindunt pariter sulcos: totumq́; dehiscit
Conuulsum remis, rostrisq́; stridentibus, æquor.
Non tam præcipites bijugo certamine campum
Corripuêre; ruuntq́; effusi carcere currus.
Non sic immissis aurigæ vndantia lora
Concussère iugis; proniq́; in verbera pendent.
Tum plausu, fremituq́; virûm, studijsq́; fauentum
Consonat omne nemus; vocemq́; inclusa volutát
Littora; pulsati colles clamore resultant.
Effugit ante alios, primusq́; elabitur vndis
Turbam inter fremitumque Gyas: quem deinde Cloanthus
Consequitur, melior remis; sed pondere pinus
Tarda tenet. post hos æquo discrimine Pristis,
Centaurusq́;, locum tendunt superare priorem:
Et nunc Pristis abit; nunc victam præterit ingens
Centaurus: nunc vnà ambæ, iunctisq́; feruntur
Frontibus & longę sulcant vada salsa carinæ.
Iamq́; propinquabant scopulo, metamq́; tenebãt:
Cùm princeps, medioq́; Gyas in gurgite victor,
Rectorem nauis compellat voce Menœtem:
Quò tantũ mihi dexter abis? huc dirige cursum:
Littus ama, & læuas stringat sine palmula cautes:
Altum alij teneant. dixit: sed cæca Menœtes
Saxa timens, proram pelagi detorquet ad vndas.
Quò diuersus abis iterum? pete saxa, Menœte:
Cum clamore Gyas reuocabat: & ecce Cloanthũ
Respicit instantem tergo, & propiora tenentem.
Ille inter nauemq́; Gyæ, scopulosq́; sonanteis,

SER. LEGVNT.] *Eligũt.* DVCTORES.] *Domini nauium; non gubernatores.* POPVLEA velatur fronde iuuentus.] *Hebe, Græcè* ἥβη, *id est, Iuuentus, filia Iunonis, vxor Herculis. Nunc ergo aut propter hoc iuuentus vtitur populeis coronis; aut imitatione virtutis. Populus enim Herculi consecrata est: vt,* Populus Alcidæ gratissima. *Aut* populeâ, *quia ludi funebres sunt: & hæc arbor ab Hercule ab inferis allata est, cùm canẽ Cerberum extraheret. nam & ipsa arbor Acerusia vocatur.* NVDATOS.] *Benè, nudatos: quia veste tecti esse consueuerunt. Nam* nudum *est, quod nunquam tegi solet: vt facies.* OLEO perfusa.] *Oleo perfusos habes.* TRANSTRIS] *Et transtra dicuntur, & iuga. vt in Sexto;* Indè alias animas, quæ per iuga longa sedebant. INTENTA.] *Porrecta. & bene eodem sermone in diuersis vsus est rebus. Aliter enim brachia; aliter intendimus mentem.* EXSVLTANTIAQVE haurit corda pauor pulsans.] *Hypallage: omni parte pulsans pauor corda haurit, id est, ferit, & exsultare facit: vt,* Latus hausit apertum. LAVDVMQVE.] *Ne esset turpe, quòd ait* pauor. *Sanè istæ sunt prolusiones bellorum: vnde etiam ad tubam geruntur. Sed sciendum, maioris ætatis funera ad tubam solere proferri: Persius;* Hinc tuba candelæ. *Minoris verò, ad tibias: vt Statius de Archemoro;* Tibia enim teneros solitum deducere manes. FINIBVS omnes.] *Secundùm naturam antè generali vsus est descriptione, venturus ad specialitatem.* PRÆCIPITES.] *Festinãtes: vt,* Præcipites vigilate viri. *& est hyperbole. Aliâs* Præcipites, *temerarij & inconsulti.* BIIVGO.] *Pro, bigarum: nouè dixit. Sanè & hoc celeritatis est. Plures enim se inpediunt.* CARCERE.] *Vsurpauit. Nam Carcer est, numero tantùm singulari, custodia noxiorum: Carceres verò, numero tantùm plurali, ostia & repagula, quibus equi arcentur. vnde & carceres, quasi arceres, secundùm Varronem.* IVGIS.] *Pro, equis Iugalibus.* VNDANTIA.] *Largè effusa.* CONSONAT.] *Ideò consonat, propter echo: nam* ἠχῶ, *græcè est resono: Echo enim, nostræ vocis est æmula. vnde &* resultát *ait.* ELABITVR.] *Præcurrit celeriter: vt,* Labere nympha polo. TVRBAM inter.] *Tumultum, hoc est, in ipso principio.* DISCRIMINE.] *Vel Interstitio, vel certamine, vel cursu. Et benè variat, nunc naues, nunc ductores commemorans.* PRIOREM.] *Inter se: hoc est, tertium.* METAMQVE tenebant.] *Nauticum verbum.*

PRIN-

A

B

C

Google

A PRINCEPS.] Modò ordinis eſt. QVO tantum mihi.] Vacat mihi: vt ſolet plerunq. LITTVS ama.] Littus eſt omne, quòd aquâ alluitur. Vnde & ſaxum littus vocauit. STRINGAT.] Radat. ac ſi diceret, Hoc volo quod times. PALMVLA.] Extrema pars remi, in modum palmæ protenta. ITERVM.] Hoc verbum & à poëtâ poteſt dici; vt, Iterū reuocabat: & à Gyâ; vt, Quò abis iterum? non iterum peto. INTER nauemq;.] Quæ vacat.

IOM. Sabi. POPVLEA.] populus eſt dicata Herculi: quercus, & omnis quæ ferunt glandem, Ioui: myrthus, Veneri: laurus, Phœbo: cupreſſus, Syluano: taxus, Plutoni. PERFVSA.] aut vncta vero oleo; aut vnguentata. HAVRIT.] ferit. ADDVCTIS.] tentis. INFINDVNT.] valde findunt. TRIDENTIBVS.] id eſt, acutis, legit Apronianus. ab Ennio tractum eſt. CVRRVS.] Currus cùm emittũtur è carceribus, volare videntur. VNDANTIA.] effuſa. IVGIS.] iugalibus. COLLES.] non erant in ſaxo, qui ſpectabant; ſed in collibus. ideò dicit, in ſaxo præmium fixum erat. RESVLTANT.] reboant. PINVS.] nauis magna. TENDVNT.] Centaurus & priſtis. HABET.] prioré locum. VICTAM.] priſtim. FRONTIBVS.] proris. SCOPVLO.] vbi præ-B mium erat. LITTVS ama.] id eſt, locum vbi præmium erat: id eſt, ſaxum. STRINGAT.] radat. SINE.] permitte. PALMVLA.] remus. PROPIORA.] propinquum. ILLE.] Cloanthus.

VAR. Lect. INTENTAQVE brachia, remis Intenti exſpectāt ſignum.] In libris aliquot antiquis legere eſt, Nudataque brachia remis Intenti. CONVVLSVM remis, roſtriſq; ſtridentibus æquor.] In vetuſto quodam libro, Roſtriſq; ſonantibus ſcriptum eſt. Alij ſ in ſtridentibus abundare putauerunt, (quod omnino pleriſq; alijs locis factum deprehendi; in Romano præſertim libro) ſuſpicatiq; ſunt Tridentibus legendum. Alij Ruentibus adinuenēre. quâ in opinione literatiſſimos ætate ſuperiore viros fuiſſe, accepimus. In Oblongo illo libro peruetuſto, quem Pomponij Læti delicias fuiſſe dicunt. Roſtriſq; rudentibus legitur. NEC ſic immiſſis.] Veteres aliquot libri manuſcripti legunt, Non ſic immiſſis. PRIMVSQVE elabitur vndis.] In Romano libro, in Longobardico, in Mediceo, & aliquot alijs, legere eſt. Primis. ET nunc Priſtis abit.] In antiquioribus libris legere eſt, Et nunc Priſtis habet. ET longè ſulcāt C vada ſalſa carinæ.] In Romano libro legere eſt, Et longâ ſulcant vada ſalſa carinâ. In Mediceo quidē Carina prius fuerat: ſed alienâ manu & atramento Carinæ factum eſt. CVM princeps.] In antiquis aliquot libris ſcriptum eſt Tùm. HVC dirige curſum.] Vulgata quidem exemplaria, Curſum habent. Sed in Romano, & pleriſq; alijs vno exemplo legas, Greſſum. LITTVS ama, & læuas.] In Longobardico legere eſt, Littus amet, læuas. CVM clamore Gyas reuocabat: & ecce Cloanthum Reſpicit.] Multi expungunt Et: quòd in antiquis libris particulam eam aſſerant non inueniri. Ego ſanè, & in Vaticanæ bibliothecæ lib. & in pleriſque alijs, qui mihi præ manibus fuerunt, paſſim Et ipſum notantum animaduerti.

DONAT. TVM loca ſorte legunt.] Vt fieri conſueuit in Circo. non eſt enim idem labor in ſingulis locis. & indè ſors adhibetur; ne ſit in ordinatione contentio, aut humanum iudicium gratiæ cuiuſpiam transducatur. IPSIQVE in puppibus auro Ductores longè effulgent, oſtroque decori.] Ipſi ductores, hoc eſt, qui ad vicem aurigarum fuerant ordinati, longe fulgebant, auro inſignes & purpurâ precioſa: vt qualitate veſtitus euidentiùs præter cæteros apparerent. CÆTERA populeâ velatur fronde iuuentus, Nudatoſque humeros oleo perfuſa niteſcit.] Cætera iuuentus, id eſt, nautarum, coronata fuerat populeis frondibus, oleoq; perfuſa. Cùm dicit Cætera iuuentus, oſtendit, etiam ductores iuuenes fuiſſe. CONSIDVNT tranſtris.] locis ſcilicet remigum. INTENTAQVE brachia remis.] tenentes remos, brachiorum paratâ virtute. INTENTI exſpectant ſignum, exſultantiaq; haurit Corda pauor pulſans, laudumque arrecta cupido.] Et ſignum exſpectabant, quo accepto certamen aggrederentur: & ſuſpenſis animis fuerant; cogitantes de victoriâ & laude: quorum euentus fuerat incertus. INDE, (hoc eſt, deinde) vbi clara dedit ſonitum tuba, finibus omnes (Haud mora) proſiluêre ſuis: ferit æthera clamor Nauticus; adductis ſpumant freta verſa lacertis.] In ardore vincendi, non more ſolito remigabant. Plurimum illis addiderat deſiderium gloriæ: pariter incumbebant remis, & claris vocibus perſonabant; vſq; adeò, vt cœlum ipſum ingenti clamore percuterent. quod ait, Ferit æthera clamor: hoc vult intelligi, vltrà ire clamores potuiſſe, ni occurreret cœlum. TOTVMQVE dehiſcit Conuulſum remis roſtriſque ſtridentibus æquor.] Tranſlationibus collecta deſcriptio. lignum quippe cùm infunditur, dehiſcit; & arctatum cuneorum vi, remis præcedentibus aperitur: & ager, cùm aratro aperitur, ſignatur ſulcis, & vomeris vias glebis inuerſis oſtendit. Igitur aperiebatur mare tranſitu nauium, & remorum ictibus crebris. NON tam præcipites bijugo certamine campum Corripuère, ruuntque effuſo carcere currus: Nec ſic immiſſis aurigæ vndantia lora Concuſsêre iugis, proniqúe in verbera pendent.] Quia ad Circenſium vicem exhibebatur nauale certamen: comparationem de Circenſibus facit. Non, inquit, tantâ mobilitate currus equiue aguntur in circo: quantâ certantibus nautis nauigia peruadabant. Quòd ait, Iugis, equos debemus accipere de iugo conſtitutos; non iuga, quibus equi nectuntur. TVM plauſu fremituque virûm ſtudijſque fauentum Conſonat omne nemus, vocemque incluſa volutant Littora, pulſati colles clamore reſultant.] Finitâ comparatione, redijt ad rem. Populus, inquit, fauoris ratione diuiſus, cùm prorſus ſtreperet, voce ac plauſibus perſonabat, intantum, vt nemus omne diſſono clamore fuiſſet impletum. Augebat autem eundem qualitas loci, naturâ concluſi: quæ acceptas fauentium voces reddendo duplicabat. EFFVGIT ante alios primiſque elabitur vndis Turbam inter fremitumque Gyas.] Non inter turbam & fremitum effugit: ſed dum populus fremit, & certantes turbantur, primum locum tenuit Gyas. QVEM deinde Cloanthus Conſequitur, melior remis.] Si melior remis: cur non præceſſit? Dicit cauſam, propter quam non eſt factum. SED pondere pinus Tarda tenet.] Iuuabatur, inquit, remorum meliore ſubſtantiâ: ſed lignorum genere, quibus fabricata fuerat, & pondere, tardabatur. POST hos.] Hoc eſt, poſt Gyam & Cloanthum. AEQVO diſcrimine.] Id eſt, vno & pari interſtitio. PRISTIS Centauruſque.] Priſtis, in quâ Mneſtheus fuerat; & Centaurus, cui Sergeſtius præerat. LOCVM tendunt ſuperare priorem.] Priorem locum tenere nitebantur: ſed inter ſe. Ergò priorem locum, inter duos poſteriores, debemus accipere: quoniam impoſſibilis videbatur, vt tertius vel quartus excluderet primum; quem ſecundus tranſire non poterat. Interea caſu factum eſt, vt Cloanthus, qui ſecundus fuerat, fieret primus; hoc modo. Nam Gyas, qui prima loca tenuerat, Menœtis imperitiâ deceptus eſt. cùm enim Gyas eidem Menœti dixiſſet: QVO tantùm mihi dexter abis? huc dirige curſum; Littus ama.] Hoc eſt, finem ſaxi. Et læuas ſtringat ſine palmula cautes: Altum alij teneant. dixit: ſed cæca Menœtes Saxa timens, proram pelagi detorquet ad vndas. Quò diuerſus abis? iterum pete ſaxa Menœte; Cum clamore Gyas reuocabat: & ecce Cloanthum Reſpicit inſtantem tergo, & propiora tenentem. Ille inter nauemque Gyæ, ſcopuloſque ſonantes Radit iter læuum interior, ſubituſq; priorem Præterit.] Ille verò, metuens ſaxa latentia, quum nauem in altum torſiſſet: Cloanthus, qui Gyæ proximus fuit, arreptâ ſpatij occaſione, fecit, quod Menœtes timuit. nàm inter ſaxum & nauem Giæ tenens,

nens, læuâ iter rasit: hoc est, temerè iuxta saxa transiens, subitò præterijt eum, qui primi loci gloriabatur euentu. *bimus quempiam, vt à negotio abstineat, cui sit impar: veluti si, de grammaticâ scribens, theologiam eruditioribus relinquat.* A

ADR. Bar. LITTVS ama; Altum alij teneant.] *His mone-*

Radit iter læuum interior, subitusq; priorem
Præterit & metis tenet æquora tuta relictis.
Tùm verò exarsit iuueni dolor ossibus ingens:
Nec lachrymis caruère genæ: segnéq; Menœten,
Oblitus decorisq; sui, sociûmq; salutis,
In mare præcipitem puppi deturbat ab altâ.
Ipse gubernaclo rector subit, ipse magister:
Hortaturq; viros, clauumq; ad littora torquet.
At grauis vt fundo vix tandem redditus imo est
Iam senior, madidâq; fluens in veste Menœtes:
Summa petit scopuli, siccâque in rupe resedit.
Illum & labentem Teucri, & risère natantem:
Et salsos rident remouentem pectore fluctus.
Hîc læta extremis spes est accensa duobus,
Sergesto, Mnestheoq;, Gyan superare morantem.
Sergestus capit antè locũ, scopuloq; propinquat.
Nec totâ tamen ille prior præeunte carinâ:
Parte prior; partem rostro præmit æmula Pristis.
At mediâ socios incedens naue per ipsos,
Hortatur Mnestheus: Nunc nunc insurgite remis,
Hectorei socij, Troiæ quos sorte supremâ
Delegi comites: nunc illas promite vires,
Nunc animos; quibus in Getulis Syrtibus vsi,
Ionioq; mari, Maleæq; sequacibus vndis.
Nõ iã prima peto Mnestheus; neq; vincere certo:
(Quãquã o) sed superẽt, qb. hoc, Neptune, dedisti.
Extremos pudeat redijsse: hoc vincite ciues,
Et prohibete nefas. Olli certamine summo
Procumbunt: vastis tremit ictibus ærea puppis,
Subtrahiturq; solum. tũ creber anhelitus artus
Aridaq; ora quatit: sudor fluit vndique riuis.
Attulit ipse viris optatum casus honorem.
Namq; furens animi, dũ proram ad saxa suburget
Interior, spatioq; subit Sergestus iniquo:
Infelix saxis in procurrentibus hæsit.

SER. EXARSIT iuueni.] *Causa pendet ex causâ. Horatius:* Non ego hoc ferrem calidus iuuentâ, consule Planco. NEC lachrymis caruère genę.] *Nimis irascẽtum est. Cicero de Verre:* Cùm irasceretur, lachrymas vix interdum teneret. DECORISQVE sui.] *Inhonestum enim est irasci; duci præsertim.* SOCIVMQVE salutis.] *Possumus intelligere, oblitus salutis suæ socium, id est, gubernatorẽ. Possumus &, sociûm salutis oblitus, pro sociorum; præcipitato scilicet gubernatore.* IPSE gubernaclo.] *Vt ostenderet, nihil esse, quod etiam ipse, qui non profusus erat, posset implere. Vt in* VI. *Aeneid.* Cui deinde subibit. HORTATVRQVE viros.] *Aut ipse dicit celeusma: nam hortatores dicuntur. aut* hortatur *ideò, quia consternati fuerant, perdito gubernatore.* CLAVVM.] *Fustem gubernaculi.* IAM senior madidâque fluẽs in veste Menœtes.] *Contra illud, quia occurrebat gubernatorem natandi peritum fuisse debere, addidit Seniorẽ, veste madidâ. Et ideò grauis, madidâ.* Fluens *autem, id est, cui vestis fluebat. Honestè locutus est. sic Iuuenalis:* Et multo stillaret penula nimbo. RISERE natantem.] *Vnde in ludis voluptas quæritur.* REVOMENTEM.] *Sæpiùs vomentem: vel quòd diu hauserat.* MORANTEM.] *Imperitiâ gubernantis.* ÆMVLA pristis.] *Eiusdem rei studiosa. Vt, Cic. pro M. Marcello:* Illo æmulo atque imitatore studiorum meorum. *Aliâs inimicum significat.* INSVRGITE.] *contrà Lucanus:* Atque in transtra cadunt. HECTOREI.] *Aut fortissimi, qualis Hector fuit: aut reuerâ quondam Hectoris socij.* GETVLIS.] *Africanis. à parte totum. Nam Getulia mediterranea est: Syrtes verò iuxta Lybiam sunt. sic de Syrtibus Horatius:* Vbi Maura semper æstuat vnda. *Fuisse autem Troianos in Syrtibus, ille indicat versus:* In breuia & Syrtes vrget miserabile visu. IONIO mari.] *Quando iuxta Charybdin nauigauerunt.* MALEÆQVE.] *Malea promontorium est Laconiæ prouinciæ: vbi vndæ sunt sequaces, id est, persecutrices: vt,* Capreæq; sequaces illudunt. PRIMA.] *Quasi, quæ soleo.* MNESTHEVS.] *Ille semper victor.* HOC vincite.] *Loco victoriæ sit, vltimos non redire.* NEFAS.] *Modò opprobrium: quod est viro forti, in quocunq; certamine perdere.* ÆREA.] *Fortis: vt,* Et iunctos temo trahat æreus orbes. *Nam puppis ærea non est, sed prora.* SVBTRAHITVRQVE solum.] *Vnicuiq; rei quod subiacet, solum ei est. vnde est solum nauis, mare: & aër, auium: & stellarum, cælum. vnde* Ouid. Astra tenent cœleste solum. *& est verbum, cuius perlucida significatio per naturam nõ inuenitur.* RIVIS. *Quasi riuis, more riuorum: ac si Riuatim diceret.* FVRENS animi.] *Figuratè dixit: vt,* Præstans animi iuuenis. INTERIOR.] *Sinisterior. Cicero:* In quem omnia intus canere dicebât. *Sallustius:* Igitur introrsus prima Asiæ Bithynia est. INIQVO.] *Angusto: vt,* Et syluis insedit iniquis. PROCVRRENTIBVS.] *Prominentibus, & obiectis, & velut obuiam venientibus.*

POM. Sabi. PRIOREM.] *Gyæ.* RELICTIS.] *reliquit metas, ne illa saxis nauis frãgeretur.* LACHRYMIS.] *quia fleuit.* OBLITVS.] *nã iratus erat.* PRÆCIPITEM.] *Menœtes pcepi datuo à Gyâ.* VIROS.] B *ad remigandum.* AD littora.] *ad metã.* VT.] *postquã.* IMO.] *ad superficiẽ aquæ.* HIC.] *tũc, & statim.* Mnestheiq;.] *casus Atticus est; vt Orphei. Sergestus non erat prior Mnestheo longitudine carinæ; sed erat prior parte: partem postremam rostro premebat.* Pristis, *nauis Mnesthei.* ÆMVLVS.] *Seruius ait bene, eiusdem rei studiosus.* IONIO.] *prope Syllã & Charybdim.* MALEÆ.] *Malea promontorium Laconiæ. vnde sinus Maleacus, prope Malcam, vnde in nauigantes insilire videntur.* NON iam.] *Non peto habere præmium; nec certo vincere.* O.] *vtinam vincerem, significat hæc exclamatio.* HOC.] *extremi ne simus.* ÆREA.] *prora ærata est: & palmulæ remorum æratæ erant.* SOLVM.] *quodcunque subest solum appellatur, solum nauigijs est mare; auibus aër. Ouidius:* Astra tenent cœleste solum. C *Inuenitur numero plurali Ennius:* Et sola terrarum. ANHELITVS.] *propter laborem remigandi.* RIVIS.] *sudoris.* INTERIOR.] *dum interior pars proræ suburget ad saxa: id est sinistra pars impellitur.* Interior, *pro sinistrâ ponitur: vt Introrsus significat à læuâ parte.* SVBVRGET.] *Vrgeo, vrget, & vrgis: Fulgeo, fulget, & fulgis præteritum habent, vrsi, & fulsi. Subtemperat pronuntiationem, & minus significat: vt Subridet, quasi ridet, vel non fuit aptus risui: Suburget, pro suburgetur: & Nutrit, pro nutritur; Accingu, pro accingitur; Continuat, pro continuatur.* IN procurrentibus.] *scilicet accurrentibus & eminentibus, hæsit Sergestus. Paruum spatium erat inter littus & nauim Mnesthei. Pristim Sergestus conatus est summis remigum viribus anteire, & saxis illidit nauim, ideò dicit* Iniquo.

VAL. Lect. SVBITVSQVE priorem Præterit.] *In Mediceo & antiquis aliquot alijs libris,* Subitò *legitur.* PVPPI deturbat ab altâ.] *In antiquis aliquot libris,* Detraxit *legitur.* REDDITVS imo est.] *In nonnullis libris antiquis,* Est *verbum desideratur: in aliquot alijs, per apostrophen scriptum inuenias,* Im' est. SERGESTO, Mnestheoque Gyam superare.] *In libris aliquot antiquis,* Mnesthei *legitur.* NEC totâ tamen ille prior præeunte carinâ.] *In antiquis plerisque libris, versus hoc legitur ordine dictionum:* Nec tamen ille prior totâ præeunte carinâ.

PAR-

Digitized by Google

A PARTEM roſtro premit.] *In libris aliquot antiquis,* Partim *legitur.* NEQVE vincere certo: (Quanquam ò!)] *In antiquis pleriſq; libris abraſa eſt caſtior lectio, ſcilicet* Quanquā ò! *& eius loco repoſitum,* Quenquam. NAMQVE furens animi, dum proram ad ſaxa ſuburget.] *In libris aliquot antiquis legere eſt,* Namq; furens animis. FERRATASQVE ſudes.] *In Mediceo, & antiquis aliquot alijs exemplaribus,* Trudes *legitur.*

CAEL. Rhod. *Quare, ſi & paulula modò adiecero, coronidem apponam. Cùm canant citharistæ manus vtriuſque officio perfungi: quippe plectro dextra vtitur; & hoc eſt foris canere: chordas verò ſiniſtra carpunt digitis; quod vocant intùs canere. quoniam, quæ ſiniſtra ſunt, ſæpiùs interiora dicuntur vt apud Vergilium:*

Dum proram ad ſaxa ſuburget Interior.

Et apud Sal. Introrſus prima Aſiæ Bithynia eſt. Intùs apud Plin. In terrarum ſitu loca ſtatuuntur, quæ in mediterraneis ferè ſunt.

DON. ET metis tenet æquora tuta relictis.] *Ideò æquora tuta: quia in metis ſaxi periculum fuit: quod euaſerat.* TVM B verò exarſit iuueni dolor oſsibus ingens; Nec lacrymis caruêre genę.] *Cū fortunæ ſuffragio ademptū locum, vitio imperiti hominis, perdidiſſet.* Tum verò exarſit: *tum magis exarſit, in tantum, vt dolor illum perduxiſſet ad lacrymas.* SEGNEMQVE Menœten, Oblitus decoriſq; ſui, ſociumq; ſalutis, In mare præcipitem puppi deturbat ab altâ.] *Non, inquit, habuit ante oculos ſuos honeſtum aut vtile; cùm omne conſilium dolor ipſe turbâſſet: ſed oblitus honeſtatis ſuæ, & ſalutis ſociorum, rectorum, qui de decoris culpam primus negligendo contraxerat, præcipitem dedit in mare.* IPSE gubernaclo rector ſubit, ipſe magiſter.] *In officium deiecti ipſe ſuccedens, idem rector & magiſter effectus eſt.* HORTATVRQVE viros, clauũq; ad littora torquet.] *Torſit nauem ad littus ſaxi: ne tertius fieret aut quartus; ſi illi tranſiſſent, qui fuerant poſtremi.* AT grauis vt fundo vix tandem redditus imo eſt.] *præcipitatus Menœtes, & vix, & tandem emerſit ex undis. Ideò* Tandem, *quia* vix. *fuit enim in ipſo reditu eius, & difficultas, & mora. Dicit cauſas difficultatis ipſius moræ.* IAM ſenior, C madidâq; fluens in veſte Menœtes.] *Cadenti in præcept, ne maturè poſſet emergere, impedimento fuerunt, ſenectus & veſtes.* SVMMA petit, ſcopuli, ſiccâque in rupe reſedit.] Qui *fuerat madidis veſtibus, non remeauit ad nauem; ſed in ſaxo ſicco conſedit.* ILLVM & labentē Teucri, & riſere natantem; Et ſalſos rident remouentem pectore fluctus.] *Mœrorem gloriæ perditæ ille ſocijs ſuis excuſſerat, cùm caderet; cùm emergeret; cùm euomeret fluctus.* HIC læta extremis ſpes eſt accenſa duobus, Sergeſto, Mneſtheoque, Gyan ſuperare morantem.] *Duobus poſtremis ſpes acceſsit ex caſu Gyæ: quoniam eius mora poterat prodeſſe ſequentibus; vt ſuperiores efficerentur.* SERGESTVS capit antè locum, ſcopulusq; propinqua, Nec totâ tamen ille prior præeunte carinâ, Parte prior, partem roſtro premit æmula Priſtis.] *Propinquabat, inquit, ſcopulo Sergeſtus: ſic tamen, vt non tota nauis eſſet libera. Pars quippe eius videbatur prӕteriſſe: pars verò premi poſterioris roſtro. Aemulam Priſtim dixit, quæ tranſire contenderet.* AT mediâ ſocios incedens naue per ipſos. Hortatur Mneſtheus.] *Mneſtheus, quòd videret modico labore compleri poſſe victoriam, aut modicâ tarditate interire, incedens per mediā nauim, id eſt, inter omnes remiges diſcurrēs, hortabatur vniuerſos ad gloriā pficiendā.* NVNC nunc inſurgite remis Hectorei ſocij, Troiæ quos ſorte ſupremâ Delegi comites: nunc illas promite vires: Nunc animos, quibus in Getulis Syrtibus vſi, Ionioq; mari, Maleæq; ſequacibus vndis.] *Admonebat eos præteritæ virtutis, eorum fortia facta commemorans ac repetens ſæpe. Quòd quater ait* Nunc, *& id ipſum ſæpe commendauit: hoc ſignificat, quòd omnis gloria interitura eſſet; ſi illud tempus, ſi occaſio præſens laberetur è manibus. Nunc, inquit, nunc inſurgite, adeſt tempus, quo fortia virtutis veſtræ, & geſta ſuperioris temporis, comprobetis. Nunc illis animis, nunc viribus opus eſt; quibus vſi eſtis, cùm Hectoris eſſetis ſociati virtutibus: qui multa mala & ingentia ſuperaſtis: quos ego poſt vltimam patriæ ſortem comites delegi. Poteſt & ſic intelligi:* Hectorei ſocij: *vt tales eos videatur dixiſſe, qualis Hector fuiſſet; quaſi ſinguli ſingulos Hectores facere potuiſſent. Denique addidit &* Delegi: *vt oſtenderet, ex pluribus bonis electos eſſe meliores. Rectè eos admonet præteritæ virtutis: vt exemplis ſuis erigantur potiùs, quàm factis prouocentur alienis. Ordinatur ſenſus ſic: Nunc nunc inſurgite remis ſocij. vt* Hectorei, *laudis loco poſitum videant; non quòd aliquando ſocij fuerant Hectori. vſque eò locutus eſt, quos ita ab exemplo virtutis Hectoreæ laudaret; vt addiderit:* Quos *mihi delectos adiunxi poſt patriæ noſtræ vltimum fatum; & quorum probaui virtutem plurimis in locis. enitamini vos: vt, quod in manus dedit fortuna, compleamus.* QVANQVAM ò (ſed ſuperent, quibus hoc Neptune dediſti) Extremos pudeat rediſſe.] *Licèt tenuerint loca melioris curſus, quibus Neptunus ſuffragium ferre voluit: victoriæ genus eſt, non rediſſe poſtremum.* HOC vincite ciues, Et prohibete nefas. *Si primum locum tenere nequitis: ſecundum ſaltem perdere non debetis. Superanda ſunt extrema ludibria, & vitandum pudoris detrimentum. Ante nouiſsimum ſaltem venire debemus: qui non valuimus præuenire victorem. Qui ſocios ſuos cum magnâ laude dicebat Hectores: magnâ arte excuſauit à culpâ non retenti primi loci. quoniam hunc Neptunum aſſeruit inuidiſſe: qui in regnis ſuis, cui voluit, fauit. Ecce & victori præripuit gloriā: quia non ſuâ virtute; ſed alieno adiutus auxilio, loca prima poſſederit.* OLLI certamine ſummo Procumbūt: uaſtis tremit ictibus ærea puppis.] *Quantum valuerint hortamenta, deſcribuntur. Illi enim, non incaſſum auditis, quæ dicta ſunt, dederunt labori operam in tantum; vt nauis ipſa nixibus fortiſsimis contremiſceret. Aeream nauem dixit, ære adornatam & communitam.* SVBTRAHITVRQVE ſolum.] *Sic intenti plenis ſtudijs remis incumbebant: vt nihil præter ſe & nauim viderent. cæterùm prolixitas ſaxi cernebatur ex littore; & è ſaxo apparebat ſoliditas.* TVNC creber anhelitus artus Aridaq; ora quatit: ſudor fluit vndiq; riuis.] *Remigum laborem accidentibus contrarijs expreſsit. Os, inquit, habebant ſiccum: ex eorum verò corporibus fluebant ſudores riuis; quaſi ex interiore corporis parte humor omnis, qui per ora omnium ſoleret mitti, per ſudoris fluxum videretur effundi. Ad virtutis ingenitum robur, ecce quantum in rebus hortamenta proficiunt!* ATTVLIT ipſe viris optatum caſus honorem.] *Faciebant quidem, quod vincendi cupiditas exigebat: ſed illis ad effectum plùs contigit.* NAMQVE furens animi.] *Dicendo, ac præmittendo,* Furens animi, *aliquid iſte inconſideratè reperietur feciſſe.* DVM proram ad ſaxa ſuburget Interior, ſpatioq; ſubit Sergeſtus iniquo; Infelix ſaxis in procurrentibus hæſit.] *Dum inter ſaxum & nauim Sergeſtus tranſire contendit: non vidit ſaxa procurrentia; & his inhæſit. Procurrentia ſaxa ſunt, quæ latenter à radicibus eminentis ſaxi in mare tenduntur. Hæc ille, vtpote furens, videre non potuit; &, vt dictum eſt, hæſit.*

Concuſſæ cautes, & acuto in murice remi
Obnixi crepuêre, illiſaq; prora pependit.
Conſurgūt nautæ, & magno clamore morantur:
Ferrataſq; ſudes, & acutâ cuſpide contos

SER. MVRICE.] *Saxi acumē, eminens per tranquillitatem. Alibi ſignificat piſcem, cuius ſucco purpura tingitur: vt,* Saturato murice palla. MORANTVR.] *Id eſt, retrò agūt.* LEGVNT.] *Alij,* prętereunt: *ſed melius* leguut, *id eſt,*

eſt, colligunt. Nam ſequitur, Et fractis diſcentem currere remis. PRONA.] *Vicina littoribus. Vnde Altum, eſt longè poſitum.* COLVMBA.] *Vbique de his domeſticis columbis Vergilius dicit. Perſius verò ait;* Teneroq́; columbo Eſt ſimilis. *Nam agreſtes, palumbes vocantur.* EXTERRITA pennis.] *Pennarum concuſſione terrorem ſignificans: vt,* Timuitq́; exterrita pennis Ales. *Non enim timet pennis: ſed indicat timorem.* RADIT.] *Secat.* LIQVIDVM.] *purum aërem.* FRVSTRA.] *Quis enim ei relictâ victoriâ ſubueniret?* IPSO ſupereſt in fine.] *Prope terminũ certaminis. Vt,* Spatia etſi plura ſuperſint, Trãſeat elapſus prior. PROPRIVM decꝰ.] *Quaſi iam partam victoriam & honorem ni teneât, indignâtur.* SVCCESSVS.] *Felicitas.* POSSVNT, quia poſſe videntur.] *Sperabant victoriam opinione ſpectantiũ: vt,* Cunctiq́; ſequentes Inſtigant ſtudijs. ET fors.] *Pro, fortaſſe.* PALMAS vtraſque.] *Diximus ſuprà, antiquum hoc eſſe. Carminius tamen dicit, (qui de elocutionibus ſcripſit) per naturam vitioſam eſſe hanc elocutionem: &, ſiue vtramque palmam, ſiue vtraſque palmas dixerimus, eſſe in aliquo vſurpationem.* IMPERIVM pelagi.] *Id eſt, in pelago: vt,* Dij quibus imperium eſt animarum, *id eſt, in animabus.* LÆTVS.] *Victor. à præcedenti quod ſequitur.* ANTE aras.] *De quibus paulò pòſt;* Pars ſpoliant aras. VOTI reus.] *Debitor. Vnde & vota ſoluentes, dicimus abſolutos. Inde eſt,* Damnabis tu quoque votis: *quaſi, reos facies.* PROIICIAM.] *Exta proijciuntur in fluctus: Aris proijciuntur, hoc eſt, porriguntur. Niſi fortè dicamus, etiam fluctibus maris offerri. quod ſi eſt,* porriciam *legendum eſt, id eſt, porrò iaciam.* PHORCIQVE.] *Latinè, hic Phorcus, huius Phorci dicimus. nam apud nos, græca huius nominis non eſt declinatio: vt φόρκυς, φόρκυος: quod interdum φόρκυν, φόρκυος. Vnde Lucanus in 8.* Phorcynidos ora Meduſæ. *Eſt autem hic Phorcus, deus marinus.* PANOPÆAQVE virgo.] *Vna de Nereidibus: quam ideò ſeparatim dixit, vt illas non virgines intelligamus.* PORTVNVS.] *Deus marinus, qui portubus præeſt. Et bene* impulit *eum ipſe, iam vicinum portui. Nota eſt autem fabula. Indignata Iuno, quòd ex pellice ſuâ Semele natus Liber pater, ab Ino matertera eius eſſet nutritus, Athamanti viro eius, regi Thebanorum, ſiue, vt quidam volunt, Horchomenorum, furorem immiſit qui cùm, occiſo Learcho filio, dum eum feram credit, Melicertam alterum filium cum Ino vxore ſuâ perſequeretur; & ſe illi in mare præcipitaſſent: voluntate numinum in deos verſi ſunt: Melicerta in Portunum, qui Græcè Palæmon dicitur; (nam λιμὴν portus dicitur: vnde Palæmon) Ino in matrem Matutam, quæ græcè dicitur Leucothea.*

POM. Sabi. MVRICE.] *murex dicitur acutum ſaxorum.* CREPVERE.] *fuêre fracti.* PEPENDIT.] *mutauit, librauit ſeſe.* MORANTVR.] *retrò nauigantes morabantur clamore; & ſublegebant remos, vt iterum nauigarent.* FRACTOS.

Expediunt, fractosq́; legunt in gurgite remos.
At lætus Mneſtheus, ſucceſſuq́; acrior ipſo,
Agmine remorum celeri, ventisq́; vocatis
Prona petit maria, & pelago decurrit aperto.
Qualis ſpeluncâ ſubitò commota columba,
Cui domus & dulces latebroſo in pumice nidi,
Fertur in arua volans, plauſumq́; exterrita pennis
Dat tecto ingentem: mox aëre lapſa quieto
Radit iter liquidum, celeres neq; commouet alas,
Sic Mneſtheus; ſic ipſa fugâ ſecat vltima Priſtis
Aequora: ſic illam fert impetus ipſe volantem,
Et primum in ſcopulo luctantem deſerit alto
Sergeſtum, breuibusq́; vadis, fruſtraq́; vocantem
Auxilia, & fractis diſcentem currere remis.
Inde Gyan, ipſamq́; ingenti mole Chimæram
Conſequitur. cedit, quoniam ſpoliata magiſtro eſt.
Solus iamq́; ipſo ſupereſt in fine Cloanthus:
Quem petit & ſummis annixus viribus vrget.
Tùm verò ingeminat clamor; cunctiq́; ſequentem
Inſtigant ſtudijs: reſonat clamoribus æther.
Hi proprium decus, & partũ indignâtur honorẽ,
Ni teneant; vitamq́; volunt pro laude paciſci.
Hos ſucceſſus alit: poſſunt, quia poſſe videntur.
Et fors æquatis cepiſſent præmia roſtris:
Ni palmas ponto tendens vtraſq; Cloanthus,
Fudiſſetq́; preces, diuosq́; in vota vocâſſet.
Dij, quibus imperiũ pelagi, quorũ æquora curro;
Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurũ
Conſtituam ante aras, voti reus: extaq́; ſalſos
Porriciam in fluctus, & vina liquentia fundam.
Dixit: eumq́; imis ſub fluctibus audijt omnis
Nereidum Phorciq́; chorus, Panopęaq́; virgo:
Et pater ipſe manu magnâ Portunus euntem

A QVE.] *volebant nauigare fractis remis. ideò malè exponunt, qui dicunt, illiſâ prorâ, id eſt, fractâ. Paulò pòſt ſe ipſum declarat.* SVCCESSV.] *felicitas eſt ſucceſſus.* AGMINE.] *totis remis, & vi & impetu.* VENTIS.] *celeritate nauigandi concipit ventos nauis.* PRONA.] *prope littora.* NIDI.] *dulces ſunt.* VOLANS.] *cùm incipit volare columba, dat ingentem ſonitum: indè ita quieta volat, vt non videatur mouere alas.* DAT.] *cùm incipit volare.* EXTERRITA.] *terretur concuſſu pennarum: vel quaſi exterrita.* LIQVIDVM iter.] *aërem purum & ſerenum dicit, & clarum.* LVCTANTEM.] *iterum nauigare fractis remis.* B CHIMÆRAM.] *nauem Gyæ, quæ maxima erat.* GYAM.] *iratus Gyas deiecit Menœtẽ in mare.* PETIT.] *Mneſtheus.* VRGET.] *ſtimulat.* CLAMOR.] *proſpectantiũ.* CVNCTI.] *ſpectantes.* STIMVLIS.] *fauore.* PRO laude.] *volunt mori pro laude.* NI.] *Donatus, inquit, ni pro ne, & ne pro non. Ego ſic intelligo: Volunt mori, Ni, pro, ſi non teneant: vel ni, pro, vt non.* ILLI Mniſthei.] *volunt mori hos nautas Mneſthei.* PORRICIAM.] *quaſi debitor huius voti porriciam, id eſt, porrò iaciam. Sacrificium cùm fiebat Neptuno, iaciebantur extorum partes in mare.* Porricio, *porrò iacio: &* porrigo, *porrò ago.* PANOPEA.] *Nympha maris eſt, vna Nereidum.* PORTVNVS.] Phorcus, *deus maris;* *Portunus, deus portus eſt: à Græcis dicitur Palæmon. filius fuit Inûs & Athamantis. & Portunus ſcribitur per ſimplex n: ſicut Vertunus.* C

VAR. Lect. ET primum in ſcopulo luctantem.] *In libris aliquot antiquis,* At, *in alijs,* Ac *legitur.* RESONAT clamoribus æther.] *In Romano libro antiquiſſimo, & in aliquot alijs manuſcriptis, legere eſt.* Reſonatque fragoribus æther. VOBIS lætus ego candentem in littore taurum Conſtituam.] *In Rom. lib. abſque* In *præpoſitione locali, legitur. In Med. vnâ plus dictione legitur,* Ego hoc candentem in littore. EXTAQVE ſalſos Porriciam in fluctus.] *Antiqua omnia exempl. quotquot habere potui, vno eodemq́; exemplo legunt,* Proiciam: *idq́; vnico i, pro ſui temporis conſuetudine.*

DON. CONCVSSÆ cautes.] *Tantus nauis impetus incitis remigibus fuit: vt percuſſæ cautes interueniſſent.* ET acuto in murice remi Obnixi crepuêre.] *Cùm obnixi remis luctantibus tenderent; impulsâ naui, meritoq́; non cedentibus ſaxis, crepuerunt remi.* ILLISAQVE prora pependit.] *Prora, hoc eſt, prima pars nauis, ſaxum conſcendit, cæterâ parte ſuſpenſa.* CONSVRGVNT nautæ, & magno clamore morantur.] *Dum clamant fecerunt moras naui liberandæ.* FERRATASQVE ſudes, & acutâ cuſpide contos Expediunt, fractosq́; legunt in gurgite remos.] *Non ijdem omnia faciebant. namq́; alij expediebant contos liberationi nauis neceſſarios; & ſudes, hoc eſt, quibus inhærens ſaxo includi nauigium, & retrorſum reuocari potuiſſet. Alij legebant remorum fragmenta. Verbò nautico (vt plu-*

A rimis locis) vſitat eſt. nam legere dicunt colligere; vel aliqua loca nauigando tranſire: vt, Vela legunt ſocij. Item: Littoraq; Epiri legimus. AT lætus Mneſtheus, ſucceſſuq; acrior ipſo.] Lætus fuit Mneſtheus, quòd optata tenuiſſet, & indè magis, quia ſenſerat ſibi fauiſſe fortunam. Succeſſus autem ipſe non veniebat, niſi ex malis alienis. AGMINE remorum celeri, ventiſq; vocatis Prona petit maria, & pelago decurrit aperto.] Prona maria, inquit: quaſi non ipſa eſſent, per quæ tranſierant; aut poſſit fieri, vt ſint maria deuexa. Non hoc ſenſit: ſed facilitatem reditus voluit demonſtrare. Pronum enim dicimus, quicquid difficultatem non habet: & Arduum, quicquid difficulter ſuperatur. QVALIS ſpeluncâ ſubitò commota columba, Cui domus & dulces latebroſo in pumice nidi, Fertur in arua volans, plauſumq; exterrita pennis Dat tecto ingentem; mox aëre lapſa quieto Radit iter liquidum, celeres neque commoueat alas: Sic Mneſtheus, ſic ipſa fugâ ſecat vltima Priſtis Aequora; ſic illam fert impetus ipſe volantem.] Celeritatem feliciter currentis nauis, rectè volatui columbæ comparauit. tunc enim acriùs volat: quum ad naturalem mobilitatem aliquis ei pauor accedit.
B Hac completâ comparatione, redit ad rem. ET primùm in ſcopulo luctantem deſerit alto Sergeſtum.] Tanta eſt ſubtilitas recedentis è deſcriptione; & poſt parabolam redeuntis; vt, ſi ſubtrahas parabolam, tunc inuenias carminis textũ. Denique, antè dixit: At lætus Mneſtheus, ſucceſſuq; acrior ipſo, Agmine remorum celeri ventiſq; vocatis Prona petit maria, & pelago decurrit aperto. Etiam poſt parabolã iunxit, quæ deſcribebat: ET primùm in ſcopulo luctantem deſerit alto Sergeſtum, breuibuſq; vadis, fruſtraq; vocantem Auxilia.] Deſeruit cõſtitutum in ſaxo; deſeruit conſtitutum in vadis; deſeruit fruſtra vocantem auxilia: quia volebat vincere; quia non poterat ſubuenire. idcirco fruſtra ad auxilium ferendum vocabatur: plus enim ſibi auxiliari debuit, quàm alteri. ET fractis diſcentem currere remis.] Huc quoque pertinet, Deſerit. nam deſeruit Sergeſtum, luctantem in ſaxo, quod nauem tenaciter retinebat; & meditantem ex neceſſitate rem nouam, vt nauis eius ſinè remorum adminiculis curreret. INDE Gyan, ipſamq; ingenti mole Chimæram Conſequitur: ceſſit: quoniam ſpoliata magiſtro.] Et factum explicauit: & facti cau-
C ſam. Ceſſit, inquit, Gyas: quia Chimæra, nauis eius, magiſtrum non habebat. Præterijt igitur vnum, ſaxis infixum. alterum verò, quia magiſtrum non habuit. ſupererat ſolus Cloanthus. Hunc petebat; ſperans quòd etiam ipſum tranſire poſſet. Deniq; ait: SOLVS iamq; ipſo ſupereſt in fine Cloanthus: Quem petit, & ſummis annixus viribus vrget.]

In deſperatione ſequentis, victoria fuit. quoniam conſumpta pelagi ſpatia fuerant: & tranſire volentibus prolixitas fuerat neceſſaria; in quâ remigum virtus proficere potuiſſet. Non defuit tamen inſtantia: vt opponeretur per induſtriam, quod arctiatum iter anguſtijs pernegabat. TVM verò ingeminat clamor, cunctiq; ſequentem Inſtigant ſtudijs, reſonatq; fragoribus æther.] Conati tranſire, magis fauebat ſpectantium turba: quia poſſe videbatur. Tantus autem fragor fuit: vt, ipſo æthere percuſſo, reſonaret vox populi. Ergo hoc ſtudio ſpectantes ducebantur. Videamus nunc, quemadmodum certantium facta deſcribat. HI proprium decus, & partum indignantur honorem; Ni teneant: vitamq; volunt pro laude paciſci. Qui locum primum tenebant, hunc ne amitterent, laborabant: eâque ducebantur gloriâ; vt hunc ſaluti ſuæ præſumerent præponendam. HOS ſucceſſus alit: poſſunt, quia poſſe videntur.] Alterius nauis viros, qui primum locum præripere nitebantur, erigebant res ſecundæ, & fortunæ ſuffragium: eò magis, quòd videbantur auſus ſuos poſſe complere. Quantò enim laborioſum eſt, partã gloriam è manibus perdere: tanto eſt glorioſum acquirere deſperatam. ET fors æquatis cepiſſent præmia roſtris.] pares ſcilicet ad palmã forſitan veniſſent. NI palmas ponto tendens vtraſque Cloanthus, Fudiſſetq; preces, diuoſq; in vota vocâſſet.] niſi victoriam, quæ vtriq; poſſet eſſe communis, præueniſſet Cloanthus precibus ſuis, & ſupplicibus manibus deos adhibuiſſet in vota. Hæc prædicendo, oſtendit poëta, ipſum futurum eſſe victorem. DII, quibus imperium pelagi, quorum æquora curro: Vobis lætus ego.] Hoc eſt, ſi lætus de prouentu victoriæ fuero. HOC candentem in littore taurum.] Hoc eſt, candidi coloris taurum. & addendo, Candentem, ornauit munus ſuum. Minueretet autem, ſi diceret bouem; & taceret de colore. CONSTITVAM ante aras, voti reus; extaq; ſalſos Porriciam in fluctus, & vina liquentia fundam.] Illic vobis candido tauro ſacrificium faciam; vbi glorioſus extitero; vtpote manifeſtæ pollicitationis reus & debitor. Vina etiam fundam, & animalis exta fluctibus tradam. DIXIT: eumque imis ſub fluctibus audijt omnis Nereidũ Phorciq; chorus, Panopeaque virgo, Et pater ipſe manu magna Portunus euntem Impulit.] In cauſâ ſuâ deos inuocauit: & audiri commeruit. Denique, in tantum omnes dij maris, & ipſe Portunus fauit: vt nauim ſuis impellerent manibus; quò celeriùs præuenirent.

CEDIT, quoniam ſpoliata magiſtro eſt.] Nihil ſtabile, quod duce caret. POSSVNT: quia poſſe videntur.] Ad rem peragendam confert plurimum, ſi quid te non deſperes poſſe conficere; aut alij te poſſe exiſtiment. ADR. Bar.

SER. PORTV ſe condidit alto.] Id eſt, vſque ad interiora peruenit. EX more.] Ludorum ſcilicet, per præconem. VICTOREM.] primum Cloanthum, ſubaudi. Nam & illi duo ſunt victores Sergeſti. unde paulò pòſt habes: Quem modò nauali Mneſtheus certamine victor Conſequitur. DAT ferre.] Græcum eſt, duo verba coniungere. vt paulò pòſt: Donat habere viro. ſed hoc datur poëtis. MAGNVM Talentum.] Vt diximus, Talentum eſt quidam breue: ſed magnum dixit, comparatione alterius minoris: cùm primum ſit vnum, & maximum aliorum. CIRCVM.] Id eſt, in parte extrema, quaſi fimbriâ: vt diximus. MÆANDRO duplici.] Flexuoſo. & dicit: Erat in chlamyde flexuoſa & in ſe remeabilis purpura, in modum Mæandri fluminis Cariæ prouinciæ, qui ſinuoſus eſt. MELIBOEA.] Melibœenſis. Alij putant Mileſia. Eſt autem ciuitas Theſſaliæ, Melibœa. REGIVS.] Trois regis Phrygiæ filius. FATIGAT.] Laus picturæ: quaſi gerat, & non gerere videatur. ACER.] Id eſt, velox. PRÆPES.] Modò volans. SVBLIMEM.] In altum. PALMAS ad ſydera tendunt.] Aut mirantes: aut increpantes deos. VIRTVTE ſecundum.] Quia primus fauore

Impulit. illa noto citiùs volucriq; ſagittâ
Ad terram fugit, & portu ſe condidit alto.
Tùm ſatus Anchisâ, cunctis ex more vocatis,
Victorem magnâ præconis voce Cloanthum
Declarat, viridiq; aduelat tempora lauro:
Muneraq; in naueis ternos optare iuuencos,
Vinaque, & argenti magnum dat ferre talentum.
Ipſis præcipuos ductoribus addit honores.
Victori chlamydem auratam; quam plurima circùm
Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit:
Intextuſq; puer frondoſâ regius Idâ
Veloces iaculo ceruos, curſuq; fatigat,
Acer, anhelanti ſimilis: quem præpes ab Idâ
Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger vncis.
Longæui palmas nequicquam ad ſidera tendunt
Cuſtodes; ſæuitq; canum latratus in auras.
At, qui deinde locum tenuit virtute ſecundum,

viceras numinum. Vnde & præmia dantur congrua: illi chlamys, deorum continens fabulam, huic lorica, id eſt, virtutis inſigne.

POM. Sabi. ILLA.] nauis Cloanthi. VIRIDI lauro.] ſuprà ideò dixit, Virides corona. CHLAMYDEM auratam.] purpura circumdabat extremas partes, vt fimbria. MÆANDRO.] Mæander fluuius è lacu oritur: repletusq; fluminibus, crebris flexibus ita ſinuoſus labitur, vt credatur reuerti. Apameam primùm peruagatur regionem: deinde † Hyrgaleticos campos: poſtremò Cariam, omnesq; agros fertiliſsimo rigat limo: lenis mari illabitur. Nunc dicit duplici, id eſt, ſinuoſo. Ornamentum purpureum, quod circumibat chlamydem, erat ſinuoſum & flexuoſum, vt eſt Mæander. Mœlibæa vrbs eſt poſt Theſſalonicem in Theſſaliâ, verſùs Cherſoneſum, patria Philoctetæ. propè ferunt Aeneam hyemâſſe. Mœlibæa etiam vicus Laconiæ. in mari autem Laconico purpura capitur. REGIVS.] Ganymedes. ARMIGER.] aquila. DVPLICI Mæandro.] Bene expreſsit Papinius, cùm ait: At tibi Mæonio fertur circumflua limbo, Pro meritis, Admete, chlamys. Vergilius Mæandrum poſuit, pro flexuoſo limbo. ILIO alto.] quando dictio finit in vocalem, quamuis longam: ſi ſequens incipit à vocali; illa finalis breuis eſt.

† Bargyleti c.s

VAR. Lect. TERNOS aptare iuuencos.] In Rom. lib. legere eſt Optare. Eaq; lectio in quibuſdam alijs vetuſtis exemplaribus habebatur: quâ abraſâ, Aptare indè ſuffectum eſt.

DONAT. ILLA Noto citiùs, volucriq; ſagittâ, Ad terram fugit, & portu ſe condidit alto.] Tantum roganti deorum maris auxilium profuit: vt nauis curſus velocior ventis, & ſagitta volatibus, prouenisſet. denique, prima tenuit littus, & ad palmam prima perducta eſt. TVM ſatus Anchiſâ, cunctis ex more vocatis.] Cunctos vocauit: ſed præſentes. cæterùm non erant omnes. tenebatur enim Sergeſtus, qui inhæſerat ſaxis. VICTOREM magnâ præconis voce Cloanthum Declarat, viridiq; aduelat tempora lauro.] Hoc non fuit præmium; ſed inſigne victoriæ. MVNERAQVE in naues ternos aptare iuuencos, Vinaq;] Et hæc extrema præmium fuerant: quæ edendo vel bibendo conſumi potuerant. ET argenti magnum dat ferre talentum.] Hoc fuit, quod augere rem familiarem potuit, & præmium videri. alia tamen communia nauibus fuerant. IPSIS præcipuos ductoribus addit honores.] Præcipua dicuntur, quæ præter communionem ſingulis proprio nomine deputantur: vt fit ſæpe in teſtamentis; cùm aliquam perceptionem ſingulorum hæredum conſuerit eſſe teſtator. VICTORI chlamydem auratam, quam plurima circùm Purpura, Mæandro duplici Melibœa cucurrit, Intextusq; puer frondosâ regius Idâ Veloces iaculo ceruos curſuq; fatigat, Acer, anhelanti ſimilis: quem præpes ab Idâ Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger vncis. Longæui palmas nequicquam ad ſidera tollunt Cuſtodes, ſæuitq; canum latratus in auras.] Laus chlamydis dicta eſt; propter honorem dantis, meritumq; victoris. Laudat ſpecies, quibus illa confecta eſt: aurum ſcilicet copioſum, & purpura precioſa. Ars quoque & artificum manus: qui veritatem ſic fuerant imitati; ut mutæ & inanimatæ formæ viuere, ac moueri viderentur. In præmiorum autem liberalitate, multis generibus largitor ipſe laudatur: qui haberet alia, quæ potuiſſet donare. In ipſa donatione, conſideratur Aeneæ pietas, iuxta paternam memoriam; quoniam ob eius honorificentiam, tanti meriti munera donabantur. In hac igitur chlamyde, raptus ad cœlos per aquilam Ganymedes videbatur: apparebant canes perſequentes latratibus dominum, quem iam in aëris altitudinem raptum liberare non poterant. Cuſtodes quoque, ſic tendentes manus ad ſidera, quaſi retinere poſſent; quem fortiſsimæ aluis tenacei amplexus innoxiâ ſubtilitate portabant.

Læuibus huic hamis conſertam auroq; trilicem
Loricam, quam Demoleo detraxerat ipſe
Victor, apud rapidum Simoënta ſub Ilio alto
Donat habere viro decus, & tutamen in armis.
Vix illam famuli Phegeus Sagarisq; ferebant
Multiplicem, connixi humeris: indutus at olim
Demoleus, curſu palenteis Troas agebat.
Tertia dona facit, geminos ex ære lebetas;
Cymbiaq; argento perfecta, atque aſpera ſignis.
Iamq; adeò donati omnes, opibusq; ſuperbi,
Puniceis ibant deuincti tempora tænijs:
Cùm ſæuo è ſcopulo multa vix arte reuulſus
Amiſsis remis, atque ordine debilis vno,
Irriſam ſine honore ratem Sergeſtus agebat.
Qualis ſæpe viæ deprenſus in aggere ſerpens,
Aerea quẽ obliquum rota tranſijt, aut grauis ictu
Seminecem liquit ſaxo, lacerumq; viator,
Nequicquam longos fugiens dat corpore tortus,
Parte ferox ardensq; oculis, & ſibila colla
Arduus attollens: pars vulnere clauda retentat,
Nexantem nodis, ſeq; in ſua membra plicantem.
Tali remigio nauis ſe tarda mouebat.
Vela facit tamen, & plenis ſubit oſtia velis.
Sergeſtum Aeneas promiſſo munere donat,
Seruatam ob nauem lætus, ſociosque reductos.
Olli ſerua datur, operum haud ignara Mineruæ:
Creſſa genus, Pholoë, geminique ſub vbere nati.
Hoc pius Aeneas miſſo certamine tendit
Gramineum in campũ, quẽ collibus vndiq; curuis
Cingebant ſyluæ, mediâque in valle theatri
Circus erat: quò ſe multis cum millibus heros
Conſeſſu medium tulit, exſtructoque reſedit.
Hîc, qui forte velint rapido contendere curſu,
Inuitat precijs animos, & præmia ponit.

SER. HAMIS auroque.] Hamis aureis ἄνω δι' ἰνός. SIMOENTA.] Venit à nominatiuo Græco, non in is, ſed in ns exeunte: vt σιμόεις, σιμόεντος. SVB ilio alto.] O breuis fit ſequente vocali. DECVS & tutamen.] Quia triplex, & aurea. PHEGEVS Sagarisque.] Nominatim dicendo, addidit laudem. CVRSV palanteis Troas agebat.] Ad Aeneæ, qui eum vicit, pertinet laudem. CYMBIAQVE.] Pocula ſunt in modum cymbæ nauis. ASPERA ſignis.] Hoc eſt, ἀνάγλυφα. OMNES.] Qui vicerunt ſcilicet. PVNICEIS tænis.] Vittis roſeis. & ſignificat lemniſcatas coronas, quæ ſunt de frondibus & diſcoloribus faſcijs: & ſicut dicit Varro, magni honoris ſunt. Tænis autem: modò vittis: aliàs vittarum extremitates dicit; vt, Fit longæ tænia vittæ. ARTE.] Id eſt, virtute. Quod Græcè ἀρετὴ dicitur. ATQVE ordine debilis vno.] Sergeſtus ſcilicet. Et bene ex mutatione ſenſuum conquiſiuit ornatum. Nam irrideri & ſinè honore eſſe, hominis eſt: remis carere, nauis. VIA in aggere.] Agger eſt media viæ eminentia, coaggeratis lapidibus ſtrata. Vnde viæ aggere dixit. ÆREA.] Fortis: vt, Ærea puppis. GRAVIS.] Fortis: vt, Grauibus certamina remis. TORTVS.] Hos tortus. id eſt, ſinè cauda incat inceſſus. CLAVDA.] Ab homine tranſtulit. Cicero pro Milone: Mancam ac debilem fore Præturam ſuam. MEMBRA.] Etiam hoc ab homine tranſtulit. VELA facit tamen.] ἀνανάκλυτον. Nam non præmiſit, Quanquam remigare non poſſet. SVBIT oſtia.] Portus, vt ſuprà diximus: ideò: quia exitus fluminum frequenter portus efficiunt. PROMISSO.] Aut magno: aut antè promiſſo, κατὰ τὸ σιωπώμενον: vt intelligamus, in omnibus ludis illud eſſe firmatum; Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit. Quod etiam in τῷ ἱππικῷ ait certamine: Victori velatum auro vittiſque iuuencum; Enſem atque inſignem galeam ſolatia victo. Aut certè promiſiſſe eum intelligamus, quando vidit

A

B

C

A *vidit nauem periclitantem.* OPERVM haud ignara Mineruæ.] *Perita lanificij.* CRESSA genus.] *Hoc eſt, Cretenſis. & eſt figura Græca: vt,* Qui genus? vnde domo? PHOLOE] *Nomẽ proprium. erat autem lactant. Nam infantes lactentes dicimus.* GRAMINEVM.] *Graminoſum. Cicero de haſtis:* Bene etiam ne gramineas haſtas. *Quia gramineum, eſt ex gramine: Graminoſum, gramine abundans.* COLLIBVS vndiq; curuis] *Mutauit. Nõ enim ſylua colles habet: ſed eſt in collibus ſylua. Debuit ergo dicere,* Quẽ colles cingebãt ſyluis. MEDIA'QVE in valle theatri.] *Mediâ in valle erat circus theatri, id eſt, ſpatium ſpectaculi. Et theatri græcè dixit, à circumſpectione. Omne ſpectaculum, theatrũ poſſumus dicere, ἀπὸ τῦ θεωρίας: non enim eſt ſpeciale nomen.* CONSESSV medium tulit.] *Ordo eſt: Quò ſe Aeneas medium tulit, cũ multis millibus, & extructo conſeſſu reſedit.* ANIMOS.] eorum, *ſubaudi.* MISTI'QVE Sicani.] *Quia ait,* Pars & certare parati. FORMA inſignis.] *Id eſt, decorus.* VIRIDI'QVE iuuentâ.] *Aetates*

B

omnes Varro ſic diuidit: Infantiam, pueritiam, adoleſcentiam, iuuentam, ſenectã. Hæ tamẽ, ſicut etiã de tẽporibus ſuprà diximus, ſingulæ trifariàm diuidũtur: vt ſit prima vel viridis, adulta, & præceps. Hinc eſt: Et viridi iuuentâ *&,* Cruda deo viridisq; ſenectus. *item Salluſtius,* Sed Mithridates extremâ pueritiâ regnum ingreſſus, matre ſuâ veneno interfectâ. AMORE pio pueri.] *Caſto, non infami. Aut genitiuus eſt: & dicit eum ob hoc veniſſe, ne amicum relinqueret. aut diſtinguendũ per ſe; & eſt nominatiuus pluralis: vt pueri nõ referamus ad ætatẽ; ſed ad agonale ſtudiũ, in quo ſunt puerorũ & virorũ ſeparata certamina. Nam dicũtur, licèt non ſint eiuſmodi ætatis, παῖδες ἢ ἄνδρες.* ACARNAM.] *Epirota. Acarnania enim eſt pars Epiri.* TEGEÆ de ſanguine gentis.] *Si deriuatiuum fuerit,* Tegeææ, *de non ſequitur. ſi* Tegeæ *legerimus, nõ ſtat verſus, niſi additâ de ſyllabâ. Deriuatiuũ aũt*

C

ille indicat locus, Tunc lateri atq; humeris Tegeæum ſubligat enſem. *Tegeum aũt, oppidũ eſt Arcadiæ: à Tegæo, Arcadia filio.* HELYMVS] *Ecce vbi ſubtiliter Helymũ cũ Aceſte ad Siciliam dicit veniſſe, cùm ait,* comites ſenioris Aceſtæ. ADSVETI ſyluis.] *Id eſt, venatores.* QVOS fama obſcura recondit] *Hoc dicendo, per contrarium illos omnes eſſe nobiles indicauit.*

POM. Sabi. LEBETAS.] *quos accepit dono ab Aeneâ.* ASPERA.] *ſculpta.* SIGNIS.] *figuris.* TÆNIIS.] *vittis: tænia vitta eſt.* IRRISAM ratẽ.] *nauis Sergeſti fuit illiſa ſcopulo, & fregerat remos.* ÆREA.] *Aereus & ferreus orbis circuit currũ. ideò nũc dicit, ſerpentẽ læſum æreâ rotâ.* SAXO.] *magnete.* TORTVS.] *torſiones: accuſatiui caſus.* CLAVDA.] *tranſlatio ab animali, quod habet pedes.* NITENTEM nodis.] *ſerpens cùm it, mẽbra ſua replicat, & in nodis nititur. eius enim ſpina tota nodoſa eſt, id eſt, flexibilibus iuncturis repleta.* CRESSA Pholoë.] *Pholoë Cretenſis, optima textrix, datur Sergeſto, ob nauim ſeruatã. habebat hæc ſerua duos filios.* Minerua *inuenit fuſum & colum, & texendi artẽ.* PVERI.] *Pueri, nominatiui caſus numeri pluralis. adoleſcẽtes occurrebant: vt etiã ex Papinio lib. 6. & ex Sicilio cõferre licet, lib. 16. Ego magis puto, pueri genitiui caſus. nam Niſus Euryalum amabat, vt infrà:* Non ille oblitus amorum. TEGEÆ.] *in primogenio, id eſt, primitiuo. Tegea vrbs Arcadiæ, primas ſyllabas habet breues: in declinato, id eſt, deriuatiuo, primas ſyllabas habet longas: vt, Tegæus, Tegæa, Tegæum. ſic Nemæa ſylua: & Nemæus, a, um. Vergilius tamen,* lateri atq; humeris Tegæum ſubigat enſem.

VAR. Lect. PVNICEIS ibant euincti tẽpora tænijs.] *Hoc loco pleriq; lib. antiqui* Tęnis, *vnico* i *ſcribũt. Nõ diſſimulabo tamen, quod in antiquo libro, pro* Tænijs, Vittis *ſcriptum eſt.*

Vndiq; conueniunt Teucri, miſtiq; Sicani:
Niſus, & Euryalus primi.
Euryalus formâ inſignis, viridiq; iuuentâ:
Niſus amore pio pueri. quos deinde ſecutus
Regius egregiâ Priami de ſtirpe Diores. (nam
Hũc Salius, ſimul & Patron: quorum alter Acar.
Alter ab Arcadiâ Tegeæ de ſanguine gentis.
Tũ duo Trinacrij iuuenes, Helymus, Panopesq;,
Aſſueti ſyluis, comites ſenioris Aceſtæ.
Multi præterea, quos fama obſcura recondit.

CVM ſæuo è ſcopulo multâ vix arte reuulſus.] *In Romano libro,* Scopulo *legit: &* Reuulſã, *quippe ratẽ, legas. In alijs* Reuulſus, *quippe Sergeſtus, legitur.* ILLISAM ſinè honore ratẽ.] *In antiq. omnibus exẽpl.* Irriſam, *vel* Inriſã *legi.* ARDENSQVE oculis, & ſibila colla, Arduus attollens.] *In Rom. lib. legere eſt,* Pars ſibila colla Arduus attollens. NEXANTEM nodis.] *Vtrũq;,* Nodis, *&* nodos, *in antiq. habetur exẽplaribus.* ET plenis ſubit oſtia velis.] *Antiqua omnia, quæ legerim hactenus, exẽplaria, à vulgatis omnibus diuerſa ſunt, duarũ dictionũ trãſmutatione,* Et velis ſubit oſtia plenis. OLLI ſerua datur, operũ haud ignara Mineruę.] *Lõgè alio numero carmẽ hoc habetur in lib. quibuſdã antiq. in quibus ita legitur:* Olli ſerua operũ datur haud ignara Mineruę. GEMINIQVE ſub vbere nati.] *In Rom. li.* Sub vbera. ALTER ab Arcadię Tegeę de ſanguine gentis] *In Romano libro,* Arcadio, *quippe* ſanguine, *legit. Eſt & vbi legatur,* Alter ab Arcadio Tegeææ ſanguine, *abſq;* De *præpoſitiua particulâ.* HELYMVS, Panopesq;.] *In Romano libro ſemper* Helemus, *per* e *mediã ſyllabã, nõ per* y *ſcriptum inuenias. Sed reliqui omnes antiqui libri, vno conſenſu,* Helymum *legunt.*

Quintil. lib. 11. ita ſcribit: Tranſire in diuerſa ſubſellia, parùm verecundũ eſt. nam & Caſsius Seuerus vrbanè aduerſus hoc facientes lineã popoſcit. *Quid ſit hac parte linea, videri ambiguum ſcio. Ego longuriũ accipio. ſic enim longiores perticas, aut robuſtiora ligna, quæ in ſtabulo equis interponũtur, ne conſurgãt in pugnã, aut ſe mutuò feriant, appellari obſeruauimus. Varr. in Rei ruſt. lib. 2.* Itaq; in ſtabulis & humore perhibere oportet humũ; clauſa habere oſtia & feneſtras; & inter ſingulas equas à præſepibus interijcere lõgurios, qui eas diſcernãt, ne inter ſe pugnare poſsint.] *Meminit & longuriorũ libro primo, in ſeptorũ ratione:* Sepes, *inquit,* fit palis ſtatutis crebris, ac virgultis implicitis aut perforatis, & per foramina traiectis longurijs ferreis binis aut ternis. *Cæſar Comment. quarto:* Hæc directa materiâ iniectâ contexebantur. *Longurios etiam rameces dici, obſeruatum apud Columel. eſt lib. 10. quã in parte vacerras item clatrorum genus interpretatur Seruius, Aeneid. 5. vbi in ludorum celebratione Vergilius ait:* CAEL. Rhod.

—ſignoq; repentè
Corripiunt ſpatia audito, limenq; relinquunt.

Regulam interpretatur, quod dixit poëta limen, aut ſignũ de cretâ factũ. Ex cuius verbis facilè percipi licet, cur in ludis ab eruditis perſæpe linea nuncupetur alba, quam ſignificâſſe Martialis videri poteſt, illis verſibus libro octauo:

Omnis habet ſua dona dies, nec linea diues
Ceſſet, & in populum multa rapina cadit.

Sed & Ouidius, primo de Arte, Circenſia attingens ſpectacula currentium equorum:

Et bene te cogit, ſi nolit, linea iungi,
Quã tibi tangenda eſt lege puella loci.

Etiam ſi modò longum ſedendi ordinem nonnulli interpretantur. Sicut & illud in Amoribus:

Quid fruſtra refugis? cogit nos linea iungi.

Porrò, vt in carceribus viſebatur linea: ſic & in metâ, vbi vincẽtibus proponebantur præmia: vt Pindaricus tradit interpres.

AT, qui deinde locum tenuit virtute ſecundum, Læuibus huic hamis conſertam, auroq; trilicẽ Loricam.] *Vnum genus laudis. Hamis, inquit, læuibus, hoc eſt, minutis & omni ſubtilitate perfectis, fuerat nexa; texta trilici opere. quæ eſt ſecunda laudatio, admixto auro ſplendens. Ecce & fortis fuit, & pulchra. ſequitur aliud, quod illa omnia cumularet.* QVAM Demoleo detraxerat ipſe Victor DON.

ctor apud rapidum Simoënta ſub Ilio alto.] *Hãc, cùm Demoleum ſuperâſſet apud Ilium, victoris iure ſuſtulerat. quod nõ faceret, niſi illũ ſpeciei qualitas & meritũ prouocâſſet.* DONAT habere viro decus, & tutamẽ in armis.] *Donat, inquit, viro: vt cõgrueret perſona cũ ſpecie. Digno iſtã viro cõtulit: vt in armis, hoc eſt, in bello, & pulcher eſſe poſſet, et tutus. Tutus, propter trilicẽ facturã, & hamorũ nexus. Pulcher, quia auro fulgebat.* VIX illã famuli Phegeus Sagarisq; ferebant Multiplicẽ, connixi humeris: indutus at olim Demoleos, curſu palantes Troas agebat.] *Adhuc in augmẽtis eſt laudis; fatis Demoleum præferẽs, qui hanc primus habuit: Aeneam quoq; qui occidiſſet talẽ, & tãti ponderis ſpeciem occiſo detrahere, aut ſolus portare valuiſſet; cùm ipſe quoq; eſſet armatus. Nec minùs etiam illũ, cui donabatur, huic nexuit laudi: quoniam credebatur molẽ tantam poſſe perferre. Hæc igitur quũ traderetur; vix illã tulerunt duo ſerui: nec ſolis manibus verumetiã humeris. Tantum aũt Demoleus potuit lacertis atq; virtute: vt hanc indutus, habuiſſet pro leui, & curſu fugientes ageret Teucros. Non ad Troianorũ crimen pertinebat; quia vno inſequẽte fugiebant: ſed Aeneæ laudis prædicatio cumulata eſt; qui eum ſtrauit, quẽ timuerãt omnes.* TERTIA dona facit, geminos ex ære lebetas, Cymbiaq; argẽto perfecta, atq; aſpera ſignis.] *Qui tertio loco conuenerat, congruum munus accepit: quanquã & hoc fuerit precioſum. Ornabatur quippe argenti materiã, & ſubtilitate artis.* IAMQVE adeò donati omnes, opibusq; ſuperbi, Puniceis ibant euincti tẽpora tænis.] *Vult oſtendere, quantis mortis implicatus Sergeſtus veniret. Iam, inquit, omnes, qui venerãt, muneribus ditati diſceſſerant; & incedebant, habentes vincta tempora tænis puniceis, hoc eſt, vittis rubeis. Quòd dixit,* Omnes, *ad tres refertur, qui præſentes aderant; nõ ad quatuor: quia nondũ venerat Sergeſtus.* QVVM ſæuo è ſcopulo multã vix arte reuulſus, Amiſsis remis, atq; ordine debilis vno, Irriſam, ſinè honore, ratẽ Sergeſtus agebat.] *Multa cõgeſsit, quæ tarditatem illius, ludibrioſumq; reditũ demonſtrarent. Sic, inquit, ſæuo inhæſerat ſaxo; vt plurimâ arte vix nauis liberari valeret. Veniebat aũt irriſus, perditã totius certaminis gratiã: agebat enim nauim remorum ſuorum amiſsione deformẽ. Quod dixit,* Sergeſtus agebat, *cùm remos nõ haberet: intelligit poëta, quòd Sergeſti manibus duceretur, vt ſic ſaltẽ peruenire potuiſſet.* QVALIS ſæpè viæ deprehenſus in aggere ſerpens, Ærea quẽ obliquum rota tranſijt, aut grauis ictu Seminecem liquit ſaxo lacerũq; viator; Nequicquã longos fugiens dat corpore tortus.] Tortus, *accuſatiuũ pluralẽ poſuit; ne ſerpens videatur tortus: ſed, cũ ſe torqueret ex vulneris cauſã, tortus corporis lacerati feciſſet, hoc eſt, inflexiões: vt ſit, hos tortus.* PARTE ferox, ardensq; oculis, & ſibila colla Arduus attollens: pars vulnere clauda retentat Nexantem nodis, ſeq; in ſua membra plicantem. Talis remigio nauis ſe tarda mouebat.] *Sic, inquit, mouebatur nauis, exarmata remorũ ſubſidijs: vti ſolet vno in loco remanere ſerpens, volubilis rotæ trãſitu debilis redditus, aut viatoris ictu percuſſus: quum exagitatus vulneris cauſã incaſſum ſæuit, & in ſeſe voluitur, nec vſquã progreditur.* VELA facit tamẽ, & velis ſubit oſtia plenis.] *Ne tamen cæteris voluptatibus maiores faceret moras velis, præ venti flatibus opportunè iuuãtibus, faciens cõtra nauticam diſciplinã neceſsitatis cauſã. nullus enim nauta plenis velis venit ad terrã: ſed cũ adhuc in alto eſt, deponit vela, & nauigium ad littus remigãdo perducit. Quia ergo iſte non habuerat remos; velis plenis ſubit oſtia: quod fuit periculoſum.* SERGESTVM Æneas, promiſſo munere donat.] *Cùm nõ eſſet meritus præmiũ ſumere; dicitur accipiendi cauſã: ne Aeneæ iudiciũ claudicaret.* SERVATAM, *inquit,* ob nauẽ lætus, ſociosq; reductos.] *Nõ ergo idcirco, quia meruit ſumere, qui nouiſsimus & ludibrioſus venerat: ſed quia poſt grauem caſum, integris nauigio & ſocijs remeârit. Lætus igitur Aeneas, ex quo promiſſum munus ac propoſitum dedit.* OLLI ſerua datur operum haud ignara Mineruæ.]
Hoc eſt, non neſciens laniſicij; ſed perita. CRESSA genus, A
Pholoe, geminiq; ſub vbere nati.] *Omnia prima cũ ſuis laudibus poſuit. Videamus ancillæ iſtius quib. rebus ſit cõpletã laudatio: ſcilicet quæ mulieris perſonæ cõueniunt. Et laniſiciũ, inquit, nouerat: & fuit plùs quàm fœcũda. nam duos ferebat ad vbera, quos vno partu genuerat. Fuit aũt Creſſa: quaſi tali regione veniens, quæ præcipuas fœminas mitteret.* HOC pius Æneas miſſo certamine.] *Miſſo, non dimiſſo dixit, quaſi relicto: ſed, cõfectis liberalitatibus expedito.* TENDIT gramineum in campũ.] *Tranſitũ facit ad aliud certaminis genus, deſcripto ſuperiore cũ admiratione magnâ. Hoc enim cũ eſſet leue: addidit ei gratiã, inſerẽdo varios euentus ipſius certaminis, & caſus aliquot deſcribẽdo. Cæterùm, ſi ſimplicẽ deſcriptionẽ immitteret; nec vllus exſiſteret caſus, aut vlla cõtentio: nulla exſiſteret gratia. Tranſit ergo ab hoc ſpectaculorũ genere, ad gramineum campũ; hoc eſt, vacuum ab omni fructus: ne eſſet domino detrimentũ, ſi illũ populus obtegeret pedibus ſuis.* QVEM collibus vndiq; curuis Cingebãt ſyluæ, mediàq; in valle theatri Circus erat.] *Nõ illic theatrũ ædificatione compoſitũ fuit, aut circus; ſed natura illũ locũ in morem theatri cõpoſuerãt vera. Montes ergo circumdederãt planiciem campi; atq; ita theatri imaginẽ dabant: plana aũt, circi vicẽ poterant exhibere.* B
Gramineum in campum, *etiã ſic poſſumus ſentire, aptum curſibus, & curſuris oportunũ: ac per hoc non durũ, ſed mollem: in quo nudis plantis curri potuiſſet, omnibus ſubmotis impedimentis. Campi igitur planicies fuit, quæ ſpatium cõpetens certaturis daret. Cingebatur illa inflexis mõtibus: vt, quæ in plano exhiberẽtur, ex ſummis partibus videri potuiſſent.* QVO ſe multis cũ millibus heros Cõſeſſu mediũ tulit, exſtructoq; reſedit.] *Ad hunc campũ deductus Aeneas, comitibus multis, & multis hominũ millibus venit: & vbi exſtructũ habuit ſeſſum, in ſublime ſeſe attollens, reſedit. Nõ dixit,* Sedit, *inquit,* Reſedit: *quod ſignificat, iterum ſedit. Sed cũ antea in illo loco nõ ſediſſet: quomodo iterũ ſedit? Nõ ita eſt: ſed, quia ſedẽs præfuit nauali certamini; mutato loco rectè dictum eſt reſediſſe.* HIC, qui fortè velint rapido cõtendere curſu, Inuitat precijs animos, & præmia ponit.] *Promiſsione quippe & propoſitione præmiorum, augebatur certare volentibus ſtudium; & exoriebatur cupiditas dubitantibus, vel inuitis. ecce quantum profuit propoſitio præmiorũ?* VNDIQVE, *inquit,* cõueniunt Teucri, mi- C
ſtiq; Sicani: Niſus & Euryalus primi.] *Dicitur diuerſitas populi; Troianorũ ſcilicet, & Siculorũ. Verùm certamẽ exſiſtere nõ poſſet inter eos, qui vno ſanguinis cõſortio vel eãdẽ ſocietate tenebãtur. Quòd autẽ à generali coëuntium multitudine, tranſijt maturiùs ad ſpecialem ſignificationẽ Niſi & Euryali: hoc intelligi poteſt poëtã feciſſe: vt, magnis eorũ meritis, cũctis fuiſſe potiores demõſtraret. Deſcribit iã ſingulos: vt nõ vacet, quòd eos à cæteris ſeparauit.* EVRYALVS formâ inſignis, viridiq; iuuentâ.] *Vt apertiùs oſtẽderet, nõ accuratione aliquã fuiſſe, ſed ætatis bono inſignem: inquit, Fuit formâ & iuuentâ pulcher Euryalus.* NISVS amore pio pueri.] *Subauditur de ſuperioribus,* Inſignis. *Ornabatur, inquit, Niſus: quia pio amore diligebat Euryalum. Addidit amori pietatẽ: ne Euryalum, formâ inſignem, & ætate præſtantem, amore turpi Niſus diligere videretur.* QVOS deinde ſecutus Regius egregiâ Priami de ſtirpe Diores.] *Poſt hos proceſsit Diores, ipſe quoq; Troianus: nam de gente Priami fuit, præclarâ & magnâ.* HVNC Salius ſimul & Patron.] *Hunc, hoc eſt, Dioren, ſecutus eſt Salius; ſecutus etiã Patron.* QVORVM alter Acarnan; Alter ab Arcadiâ, Tegeææ de ſanguine gẽtis.] *Alterũ dixit Saliũ, qui eſſet ab Acarnaniâ: (ipſum enim primò nominauit) alterum, qui eſſet Patron, ab Arcadia magnâ gente.* TVM duo Trinacrij iuuenes.] *Id eſt, in Siciliã geniti.* HELYMVS, Panopesq;, Aſſueti ſyluis, comites ſenioris Aceſtæ.] *qui eſſent aſſueti ſyluis, proindeq; durati ad laborem, & digni, qui Aceſti comites iungerentur: cùm ipſe quoq; venandi cauſã iret ad ſyluas. Aſſuetos, dixit frequenter euntes ad ſyluas.* MVLTI præterea, quos fama ob-

A ma obscura recondit.] A generalitate veniens, quâ dixit, Vndiq; conueniunt Teucri, mistiq; Sicani, ad generalitatē rediit, dicens: Multi præterea, quos fama obscura recondit. Hoc dicendo, ostendit primos fuisse, quorum nomina posuit. qui enim dixerat, Læto complerant littora cœtu: immemor sui factus, derogaret etiam ludorum celebritati, si tot viderentur ad subeunda certamina conuenisse, qui nominibus suis enumerati potuissent.

SER. GNOSIA.] Cretensia. Gnosus enim, ciuitas Cretæ. Et bene, sicut etiam in nauibus, & generalia dat, et specialia. LÆVATO.] Nitido: vt, At læuē clypeum sublatis cornibus Io. PRIMI.] Aliorum comparatione. Nam vnus est primus. FLAVA.] Viridi: vt suprà, Iaspide fuluâ. PHALERIS.] Equorum ornamētis. sermo Græcus est: quia φάλαρα dicuntur græcè. HABETO.] Habeat: tertia persona est à futuro imperatiui, quæ in hoc modo numeri singularis, similis secundæ est. AMAZO-

B NIAM.] Quasi Amazoniam: vt, Sacri Tripodes. BALTHEVS.] Baltheus dicitur, non tantùm quo cingimur: sed etiam à quo arma dependent. CONTENTVS abito.] Quasi de paruo munere. CORRIPIVNT spatia.] Rapiunt: vt, Corripit Æneas aditū custode sepulto. LIMEN'QVE relinquunt.] Aut regulam: aut signum de cretâ factum. SIMVL vltima signant.] Intuentes & notantes vltima spatia, id est, finē

Æneas quibus in medijs sic deinde locutus:
Accipite hæc animis, lætasq; aduertite mentes.
Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.
Gnosia bina dabo læuato lucida ferro
Spicula, cælatamq; argento ferre bipennem.
Omnibus hic erit vnus honos: tres pręmia primi
Accipient, flauâq; caput nectentur oliuâ.
Primus equum phaleris insignem victor habeto:
Alter Amazoniam pharetram, plenamq; sagittis
Threicijs, lato quam circumplectitur auro
Baltheus, & tereti subnectit fibula gemmâ.
Tertius Argolicâ hac galeâ contentus abito.
Hæc vbi dicta, locum capiunt; signoq; repentè
Corripiunt spatia audito, limenq; relinquunt,
Effusi, nimbo similes; simul vltima signant.
Primus abit, longeq; ante omnia corpora Nisus
Emicat, & ventis, & fulminis ocyor alis.
Proximus huic, longo sed proximus interuallo,
Insequitur Salius: spatio post deinde relicto,
Tertius Euryalus. (ipso
Euryalumque Helymus sequitur: quo deinde sub
Ecce volat, calcemq; terit iam calce Diores;
Incumbens humeris: spatia & si plura supersint,
Transeat elapsus prior, ambiguumq; relinquat.
Iamq; ferè spatio extremo, fessiq; sub ipsum
Finem aduentabant, læui cùm sanguine Nisus
Labitur infelix: cæsis vt fortè iuuencis
Fusus humi, viridesq; super madefecerat herbas.
Hîc iuuenis, iam victor ouans, vestigia presso
Haud tenuit titubata solo: sed pronus in ipso
Concidit, immundoq; fimo, sacroq; cruore.

bratus tempora ramis. AMAZONIAM.] Amazones vtūtur pharetrâ. in Thracia virgines arc⁹ et sagittas ferūt: vt in primo: Qualis Threicię Rhodopen Pangæoq; lustrat. Baltheus, cingulum est. LIMEN.] dicit propter carceres, vnde effundebātur. NISVS.] Nisus vt omniū pulcherrim⁹, sic prim⁹ in cursu: vt apud Papiniū Parthenopæus. SVB ipso.] post ipsum. LABITVR.] quia terra erat madefacta sanguine iuuencorum. CÆSIS iuuencis.] in Agonalibus primò sacra fiebant; deinde ludus. p hoc agonalē dicere possumus.

VAR. Lect. LATO quam circumplectitur auro Baltheus.] In libris antiquis plerisque omnibus, vnâ plus dictione distinctâ legitur, Circùm amplectitur. INCVMBENS humeris.] In Romano libro, in Longobardico, & aliquot alijs, Humero legitur: quod & Seruius agnoscit. AMBIGVVM'VE relinquat.] In libris aliquot antiquis, Ambiguūq;. SVB ipsum Finē.] In omnibus penè libris antiqs, Snb ipsam, fœminini generis, positum inueni. LÆVI cum sanguine.] In exēplaribus aliquot manuscriptis, Tum habetur. FVSVS humi viridesq; super madefecerat herbas.] In Lōgobardico quidē, & in Mediceo libro, Humi legitur. Sed in Romano, & alijs ferè omnibus, Humum habetur.

cursus, auiditate vincendi. & deest, visu: vt Cicero; Notat & designat oculis. Aut signant vltima, cumulorum scilicet summitatem signant vestigijs: vt alibi, Vix summa vestigia signat arenâ. PRIMVS abit.] Sicut & de nauibus, post generalitatem transit ad specialitatem. & bene, cùm tribus statuta sint præmia, quinque commemorat; scilicet casuris duobus. ALIS.] Velocitate, quia tam ventos, quàm ful-

C mina alata fingunt poëtæ: vt, Ex alitis austri. PROXIMVS huic.] Secundùm hunc locum proximum dicimus etiam longè positum, nullo interueniente. QVO deinde sub ipso.] id est, post ipsum, iuxta ipsum. CALCEM'QVE calce terit.] Calcem dicimus, vnde terram calcamus. Ergo non propriè dixit, Calcem calce terit. Plantam enim calce potuit terere. vnde à parte totum accipiendum: id est, calce pedem terebat. INCVMBENS humero.] Aut Helymi humero: aut currentis est gestus. ELAPSVS prior.] dum labitur, id est, celeriter currit, vt prior fiat. sed satis licenter est dictum. AMBIGVVM'QVE relinquat.] Minùs firmū ad celeritatem. SVB ipsam finem.] Finem bis subaudi: Sub ipsam finem, fessi aduentabant ad finem. LABITVR infelix.] Quia partâ victoria caruit. CÆSIS vt fortè iuuencis.] Bene rem notam per transitum tetigit, Agonalis enim moris fuerat, post sacrificia ad certamen venire. FVSVS humū viridesq; super madefecerat herbas.] Ordo est, superfusus. TITVBATA.] Participium sinè verbi origine. Nō enim dicitur Titubor, titubaris: licèt & quædā neutra sint, quæ tria habēt participia, præsentis, præteriti, & futuri: vt Placens, placitus, & placiturus: & Prandeo similiter. IN ipso concidit.] Ablatiuum posuit: Non enim dixit, In ipsum cōcidit fimum: quia nō est mutatio: nam motum non significat.

IOM. Sabi. OLIVA.] nam in ludis oleastro coronabantur. Papinius: Prior omnibus Idas, Nuper Olympiacis vmbratus tempora ramis.

DON. ÆNEAS quibus in medijs sic deinde locutus.] Voluit Aeneas hos alloqui, vt hortatu suo etiā volētes impelleret, & scirent, labori suo vicissitudinē numerum esse præparatam. ACCIPITE hęc animis, lætasq; aduertite mentes.] Magna principia, quæ pararēt præsentes ad audiendum. Audite inquit, plenis animis: cùm lætitia vestris sensibus meis insinuationibus immitatur. NEMO ex hoc numero mihi non donatus abibit.] Quàm citò, & quantâ breuitate, mentem propriæ liberalitatis expressit: & volētes securos reddidit; &, qui forsitan dubij venerāt & incerti, benignitate ipsa liberalitatis suæ magna pollicendo, firmauit, omnibus munera promittens, nec quenquam asserens à suis fore largitionibus alienum. cùm enim fieri non posset, vt omnes victores exsisterent: omnibus tamen donaturum se esse promisit: vt & victores sperarent victoriæ commodum; & victi scirent, esse cum aliquot muneribus se recessuros. GNOSIA bina dabo læuato lucida ferro Spicula, cęlatáq; argēto ferre bipennē. Omnibus hic erit vnus honos.] Omnibus, ait, simile erit donū, victoribus scilicet; & par in largitione meritū. TRES præmia primi Accipient.] Tres, inquit, accipient præmia, qui fuerint primi. FLAVAQVE caput nectētur oliuâ.] Illic, vbi omnes posuit, omnes æqualiter se dixit muneraturū. hîc excepit tres, atq; illis munera pollicetur, qui primi exsistere potuissent, hoc est, quibus alios præuenire cōtingeret, vt præmia perciperēt & coronā: scil. vt alterū cederet cōmodo, alterū dignitati. PRIMVS equum phaleris insignē victor habeto.] Ex tribus primis, q primo loco fuerit, accipiet equū, & phaleris

Digitized by Google

phaleris insigne. ALTER.] *Hoc est, secundi loci.* AMAZONIAM pharetram, plenamq; sagittis Threicijs, lato quam circũ amplectitur auro Baltheus, & tereti subnectit fibula gemmâ. Tertius Argolicâ hac galeâ cõtentus abito.] *Equum ergo promisit phaleratũ: cui ex ornatibus preciosis addidit meritũ. Pharetra verò, quòd aliquando fuerit Amazonum, quòd sagittis Treicijs plena; quòd aurato baltheo. Galea, quòd ex Græcis hostibus fuisset.* HÆC vbi dicta, locũ capiunt.] *Locum scilicet, vnde initium certaminis nasceretur.* SIGNOQVE repentè Corripiunt spatia audito, limenq; relinquunt Effusi.] *Ex illo loco effusi, limẽ relinquunt: nõ quòd verè esset illic limen, vbi ædificium nõ fuit; sed quasi in ianuis sic stabant, indeq; effusi sunt.* NIMBO similes.] *fusi sunt, inquit, omnes simul, vt nimbus, cùm cõgestis simul pluuijs vberrim9 venit.* SIMVL vltima signát.] *designabant locum, qui finẽ cursibus daret.* PRIMVS abit, longeq; ante omnia corpora Nisus Emicat, & ventis & fulminis ocyor alis.] *Ex illis, qui cursus certamẽ fuerãt ingressi, præcesserat Nisus, longissimo spatio relictis alijs. tanta quippe eius celeritas fuit, vt vinceret vẽtos, & cursum fulminis superaret.* PROXIMVS huic (lõgo sed proximus interuallo) Insequitur Salius: spatio pòst deinde relicto, Tertius Euryalus.] *Dixit Salium Niso proximũ fuisse: sed proximũ longo interuallo. Quòd si nõ altiùs descriptio cõsideretur: videbitur nõ cohærere; vt idẽ ipse & proximus fuerit, & longo interuallo discretus. Addidit:* SPATIO pòst deinde relicto, Tertius Euryalus.] *& aperuit, quod fecerat obscurum. spatium enim considerari voluit, quod inter Nisum & Euryalum fuit. Salium verò, qui medius inter duos fuerat, magis Niso proximum fuisse, quàm Euryalo; licèt adhuc plurimum restaret: scilicet vt, quod ante Salium fuerat, non tàm prolixum fuisset; quàm fuit, quod à tergo inter ipsum & Euryalum tendebatur. Primus igitur fuerat Nisus; secundus Salius, Euryalus tertius. Spatium, quo Euryalum præcesserat Nisus, tenebat Salius medium: sic tamen, vt præcedenti Niso magis, quàm sequẽti Euryalo, proximus videretur.* EVRYALVMQVE Helymus sequitur; quo deinde sub ipso Ecce volat, calcemq; terit iam calce Diores.] *Euryalũ sequebatur Helymus; Helymum Diores, atq; ita, vt calcẽ præcedentis posterior tereret, hoc est, tantum proximus priori posterior fuit, vt pedes eius, dum coniunctè sequeretur, obtereret.* INCVMBENS humero.] *Præter proximitatem pedum, humero quoq; trudebat perdurantem.* SPATIA & si plura supersint, Transeat elapsus prior, ambiguumque relinquat.] *Quanquàm plura spatia restarent, quibus transire potuisset: nitebatur tamen, vt certum de spe victoriæ faceret incertum.* IAMQVE ferè spatio extremo.] *Scilicet quo ad palmam potuit perueniri.* FESSIQVE sub ipsam Finem aduentabant, læui cùm sanguine Nisus Labitur infelix.] Lęui cùm sanguine: *quem terra non bibisset, & inter herbas congelatus superesset.* Labitur infelix, *vtpote qui casu perdidisset virtutis insigne, causâ sanguinis effusi.* CÆSIS vt fortè iuuencis Fusus humum viridesque super madefecerat herbas.] *Duæ fuerunt lapsus causæ, herba viridis, & superfusus sanguis. Iam, inquit, definita currentibus spatia complebantur; proindeq; Niso non multus ad implendam gloriam supererat labor: cùm subito infelix lapsus super sangumem concidit, & deceptus perdidit palmam.*

Non tamen Euryali, non ille oblitus amorum.
Nam sese opposuit Salio, per lubrica surgens:
Ille autem spissâ iacuit reuolutus arenâ.
Emicat Euryalus, & munere victor amici
Prima tenet, plausuq; volat, fremituq; secundo,
Pòst Helymus subit, & nunc tertia palma Diores.
Hìc totum caueæ consessum ingentis, & ora
Prima patrũ magnis Salius clamoribus implet,
Ereptumq; dolo reddi sibi poscit honorem.
Tutatur fauor Euryalum, lachrymæq; decoræ,
Gratior & pulchro veniens in corpore virtus.
Adiuuat, & magnâ proclamat voce Diores,
Qui subijt palmæ, frustraq; ad præmia venit
Vltima, si primi Salio reddantur honores.
Tùm pater Æneas, Vestra, inquit, munera vobis
Certa manent, pueri; & palmá mouet ordine nemo.
Me liceat casum miserari insontis amici.
Sic fatus, tergum Getuli immane leonis
Dat Salio, villis onerosum. atq; vnguibus aureis.
Hìc Nisus, si tanta, inquit, sunt præmia victis,
Et te lapsorum miseret: quæ munera Niso
Digna dabis? primam merui qui laude coronam:
Ni me, quæ Salium, fortuna inimica tulisset.
Et simul his dictis faciem ostentabat, & vdo
Turpia membra fimo. Risit pater optimus olli;
Et clypeum efferri iussit, Didymaonis artes,
Neptuni sacro Danais de poste refixum.
Hoc iuuenem egregiũ præstanti munere donat.
Pòst, vbi confecti cursus, & dona peregit:
Nunc, si cui virtus, animusq; in pectore præsens,
Adsit, & euinctis attollat brachia palmis.
Sic ait, & geminum pugnæ proponit honorem:
Victori velatum auro vittisq; iuuencum;
Ensem, atq; insignem galeam, solatia victo.
Nec mora: continuò vastis cum viribus effert
Ora Dares; magnoq; virûm se murmure tollit
Solus qui Paridem solitus contendere contra:
Idemq; ad tumulum, quo maximus occubat Hector,
Victorem Buten immani corpore, qui se

SER. OBLITVS amorum.] *Id est, Euryali. Et diuisit sententiam Euryali.* Amorum, *pro, amoris. nec supradictis cõgruit: ait enim,* Amore pio pueri. *nunc amorũ: quia pluraliter non nisi turpitudinem significat.* SPISSA arenâ.] *Tenui. quantò enim quid minutius, tantò est densius.* PRIMA tenet.] *τὰ πρῶτα, prisca.* FREMITVQVE secũdo.] *Bene secũdo addidit: quia est & irascentium.* HIC totum caueæ.] Hìc *tẽporis aduerbium est modò.* CAVEÆ consessum.] *Per caueam, plebẽ significat. Nam Cauea, consessus est populi.* ET ora prima patrum.] *Hoc est quod Iuuenalis ait,* Et omnibus ad podiũ spectantibus. LACRYMÆQVE decoræ.] *Ipse etiam fletus habebat aliquid venustatis, ortus à gaudio: vt Terentius;* Lacrymo gaudio. *Quod & congruit puero, propter victoriam inopinatã. Aut certè ad miseratione mouendã contra eum, qui se adserebat esse victorem.* VENIENS.] *Crescẽs: vt,* Hìc segetes, illìc veniunt felicius vuæ. *Venire anni dicũtur in adolescentibus: sicut in senibus recedere. Horatius:* Multa ferũt anni venientes cõmoda secum: Multa recedẽtes adimunt. CERTA manent.] *Firma.*

PVERI.] *Vt diximus suprà ideò, quia, ἄνδρες καὶ παῖδες dicuntur.* ME liceat.] *Liceat me miserari. Nam non dicimus, Me liceat: sed, mihi liceat.* CASVM.] *Allusit: à cadendo.* TERGVM.] *Mutauit more suo. Nam tergus debuit dicere: tùm Tergũ habeat carnis appellationẽ; Tergus verò, sit pellium, vt,* Tergora diripiunt costis. ONEROSVM.] *Plus est, quàm si oneratũ diceret: sicut Sceleratum & Scelerosum.* QVI laude coronã.] *Virtute: à sequẽti quod præcedit. Nam ex virtute præcedente sequitur laus.* FORTVNA.] *Bene dolũ suũ excusat.* OPTIMVS olli.] *Aut ei adrisit: aut illi iussit efferri. Sanè cõgruè arma dat iuueni.* DIDYMAONIS artes.] *Laus ab artifice: vt,* Diuinũ opus Alcimedontis. NEPTVNI sacro Danais de poste refixũ.] Danais, *à Danais. & intelligimus hoc ad Aeneũ transisse per Helenũ: ne videatur ex sacrilegio quæsitũ.* PRÆSENS.] *Fortis: ac si diceret, Si adsit quis plenus animi.* VELATVM.] *i. Coronatũ.* Auro aũt, *quia solent habere laminas quasdã: vt,* Et statuam antè aras auratâ frõte iuuencum: VIRVM se murmure tollit.] *Cũ suffragio plurimorum.* SOLVS qui paridẽ solitus cõtendere contra.]

A contra.] *Multi hæc à poëta volunt dici: meliùs tamen verba ſunt populi. Vnde &*, Virûm ſe murmure tollit. *Simile dixit Homerus de Euryalo ad ſepulchrum Patrocli, in ludo ceſtuum:* εὐρύαλος δ' οἱ οἶος ἀνίστατο ἰσόθεος φὼς, μηκιστῆος υἱὸς ταλαϊονίδαο ἄνακτος, ὅς ποτε θήβας δ' ἦλθε δεδουπότος οἰδιπόδαο ἐς τάφον, ἔνθα δὲ πάντας ἐνίκα καδμείωνας. PARIDEM.] *Venit ab eo, quod eſt Paris, Paridis, vel Paridos.* Quod *aũt legimus*, Vrbe Parin creat, paternâ *venit ab eo, quod eſt* πάρις, τοῦ πάριος, τῷ πάρι, τὸν πάριν. *& volunt, ſi proprium ſit, in* dos *exire genitiuum: ſi appellatiuum, in* os. *Sanè hic Paris (ſecũdùm Troica Neronis) fortiſsimus fuit: adeò vt in Troiæ agonali certamine ſuperaret omnes; ipſum etiam Hectorẽ. qui cùm iratus in eum ſtringeret gladiũ, dixit ſe eſſe germanum: quod allatis crepundijs probauit: qui habitu ruſtici adhuc latebat. Hos autem ludos transfert Vergilius ad Hectoris tumulum: qui ſunt facti, cùm ludi funebres celebrarentur cadaueri Hectoris ab Achille occiſi.*

POM. Sabi. OBLITVS.] *cùm cecidit Niſus, oppoſuit ſe Salio, vt Euryalus haberet palmam.* IACVIT.] *Salius, dolo Niſi.* AMICI.] *Niſi.* CAVEÆ.] *Cauea ab ſitu, naturâ concauum, quod in theatro eſt, appellatur. ponitur & pro conſeſſu populi.* B EREPTVM dolo.] *Idas, apud Papinium lib. 6. crinibus corripuit Parthenopæum, & occupauit primum locum. & ſic ait:* Acceſsit lachrymarum gratia formæ. VENIT.] *ſi primus fuiſſet Salius; ipſe, qui tertius erat, perdidiſſet palmam.* CLYPEVM.] *opus Didymaonis. hũc clypeum deaerat Aeneæ Helenus.* REFIXVM.] *ſublatum ab Heleno, & datum Aeneæ,* NEPTVNI.] *ſcilicet Troiani.* NVNC ſi cui.] *De cæſto agitur. Cæſtus erant pilæ plumbeæ, alligatæ corio bubulo lignea claua, qua acuta erat: & cæſtus brachijs alligabantur.* DARES.] *apud Papiniũ, Capaneus Dares Troianꝰ erat.*

VAR. Lect. NON ille oblitus amorum.] *In veteribus plerisq; libris, vnâ plus dictione,* Amorũ eſt *legitur. Sunt etiã libri, in quibus* Amoris *legitur.* HIC totũ caueæ conſeſſum.] *In libris aliquot antiquiſsimis,* Conſenſum *habetur.* SI primi Salio redduntur honores.] *In exẽplaribus plerisq; veteribus legere eſt,* Reddãtur. ME liceat caſum miſerari inſontis amici.] *In libris omnibus antiquis, quotquot legi,* Caſus *habetur. Quorũ nonnulli verbum etiam alterius figuræ, quippe* Miſereri, *ponunt.* C GETVLI.] *Scribendũ* Gætuli, *cum diphthongo* æ, *vt alibi oſtenſum.* ET clypeum efferri iuſsit, Didymaonis artes.] *In antiquiſsimis aliquot libris,* Offerri *eſt. Sunt etiam libri, in quibus* Didymæonis, *mediâ per* æ *diph. notatum ſit. Illud ſilentio minimè prætereundũ eſt, quòd in Romano libro,* Artem, *vnitatis numero, hoc eſt,* opus, *legitur. Quam lectionẽ etiam in aliquot alijs manuſcriptis obſeruaui.* QVO maximus occupat Hector.] *In vetuſtis aliquot exemplaribus,* Accubat *habetur.*

DON. HIC iuuenis iam victor, ouans, veſtigia preſſo Haud tenuit titubata ſolo, ſed pronus in ipſo Concidit, immundoq; fimo, ſacroq; cruore. Non tamen Euryali, non ille oblitus amorum: Nam ſeſe oppoſuit Salio per lubrica ſurgens. Ille autem ſpiſſâ iacuit reuolutus arenâ.] *Niſus, poſt deceptionẽ lapſus ſui, nõ inuidens, ſi, quod ipſe perdiderat, conſequeretur Euryalus, quem amabat; non omiſit iuuandi occaſionẽ. nam cùm ex lubrico ſurgeret, obiecit ſe Salio venienti: &, dum ipſe nitendo cupit attolli, illum fraude proueniente deiecit. Propter hanc cauſam, ſuperiùs præmiſit, amorẽ magnum inter Niſum & Euryalum fuiſſe. huius enim memor, in Salij deceptione, Euryali partes Niſus adiuuit.* EMICAT Euryalus, & munere victor amici Prima tenet.] *De tertio primus effectus Euryalus emicabat, vtpote victor: ſed hoc illi amicitia fidelis Niſi contulerat.* PLAVSV'QVE volat, fremituque ſecundo.] *Huius curſum tantum fouebat populi fauor: vt ille non ſolùm currere videretur; ſed volare.* POST Helymus ſubit, & nunc tertia palma Diores.] *Ac per hoc ꝙ cadentibus Niſo & Salio, primus Euryalus factus eſt; ſecundus Helymus; tertius Diores.* HIC totum caueæ conſeſſum ingẽtis, & ora Prima patrũ magnis Salius clamoribus implet.] *Perſeuerauit in eo, vt locum, quem ſuprà* Circum & theatrum *dixit, nunc caueam diceret. Conſtat enim, etiã caueam dici, quòd incluſos ſpectatores teneat. Ingens ergo ſpectaculi illius ſpatium, & primùm cunctorum ora maiorum, Salius clamoribus magnis oppleuerat. Iam æſtimandum eſt, qualis illius hominis clamores fuerint: quando magnitudo illa ſpectaculi impleta eſt, & ſpectantium repletæ ſunt aures.* EREPTVM'QVE dolo reddi ſibi poſcit honorem.] *Ars agendi pleniſsima exercebatur: quia negare non poterat, ſe victum eſſe. Fatebatur hoc ipſum: ſed fraudem ſibi dolo quæſitam iuſtiſsimè querebatur: proindeq; implorabat honorem, quem adipiſci potuerat, ſi nullius exſtitiſſet impedimentum. Bene definijt poëta, quid ſit dolus. ſicuti enim interpretatio eius prudenti exitu diſputationis expreſſa eſt: Dolus eſt, quum aliud agitur, aliud ſimulatur. Finxit enim Niſus, ſe velle erigere poſt caſum: non vt verè reſurgeret; ſed vt deciperet tranſeuntem. Ergo iure Salius honorem amiſſum implorabat: quoniam hoc genere deceptis non iniquè ſubuenitur.* TVTATVR fauor Euryalum, lachrymæque decoræ.] *Faciebant pro Euryalo hæc magis gratioſa, quàm vera: fauor populi qui ſtudio ſemper, non veritate, ducitur; & lachrymarum miſeratio, quæ in iudicijs veris & integris retinere non debent locum.* GRATIOR, & pulchro veniens in corpore virtus Adiuuat.] *Tertiò eum virtus, pulchritudini mixta, adiuuabat. Non veniens virtus in corpore, accipiendum eſt; quoniam erit vitium: ſed ordinato ſenſu, quid intelligendum ſit, requirendum, vt verborum pateſcat integritas. Tutatur Euryalum gratior veniens fauor, lachrymæq; decoræ; & virtus pulchro in corpore tutatur: vt ſit, Tutatur fauor Euryalum; tutatur virtus.* Lachrymæ, *inquit,* decoræ. *tanta vis pulchritudinis eius fuit: vt ornaretur fletibus ſuis; qui ſoliti ſunt pulchritudines egregias deformare. Huic loco Terentianum conuenit dictum:* Virgo, *inquit,* pulchra: & quod magis diceres, Nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem: Capillus paſſus, nudus pes, ipſa horrida, Lachrymæ, veſtitus turpis: vt, quicquid boni In ipſâ ineſſet formâ, hæc formam extinguerent. *Reuerà enim ipſa eſt incorruptibilis pulchritudo: quæ tunc quoque inuiolata perdurat, quum pulſatur aduerſis, & ſui detrimenta non ſentit.* QVI ſubijt palmæ, fruſtraque ad præmia venit Vltima, ſi primo Salio reddantur honores.] *De numero quinque hominum, qui curſu contenderant, lapſus Niſus remanſit: Salius ſolo deceptus cedit: Euryalus primus venit; ſecundus Helymus; Diores tertius. Aeneas primo, ſecundo, & tertio, propoſuerat præmium. Tres igitur fuerant munerandi. Trium ſors ex euentu prouenerat; vno caſu lapſo, altero deiecto per dolum. qui tertius venerat, vidit Aeneam velle munerare Salium; qui neque primus eſſet, aut ſecundus, aut tertius: intellexit ſe à tertio præmio excludi poſſe; ſi primi loci præmium Salius ſumeret, quâ cauſâ indignatus, faciebat inuidiam, quòd non eſſet verum iudicium.* QVI ſubijt palmæ.] *quis, inquit, palmam ſumet? hoc eſt, quem pronuntiabis victorem? & quis erit tertius, ſi præmium victoris alius ſumpſerit? Fiebat enim præiudicium: vt Salius eſſet primus, ſecundus Euryalus, tertius Helymus: Diores verò, excluſus à formâ trium præmiorum, inhonoratus abſcederet: vt nec illud ei prodeſſet, quòd nouiſsimus venerat. Ergo rectè dixit, quis erit primus, quis ſecundus; ſi additur Salius, qui nihil mereatur accipere?* TV'M pater Æneas, Veſtra, inquit, munera vobis Certa manent, pueri, & palmam mouet ordine nemo.] *Aeneas, cùm vidiſſet Diorem ſatis de muneris præceptione ſollicitum; omnibus ſimul vnâ voce reſpondit, dicens: Munera veſtra tenebunt ordinem ſuum; nec loco mouebitur palma, quæ vobis paulò antè promiſſa eſt.* ME liceat

Digitized by Google

ceat casum miserari insontis amici.] Sinite, inquit, me innocenti largiri de meo; cùm nihil sitis de vestris sortibus perdituri. Pueros, hic pro iuuenibus debemus accipere: aut pueriliter sentientibus: qui putabant, Aeneam, sub conspectu bonorũ omnium, contra pollicitationis suæ fidẽ aliquid esse facturum. SIC fatus, tergũ Getuli immane leonis Dat Salio, villis onerosum, atq; vnguibus aureis.] Indè magnum, quòd leonis ingentis; & precij maioris; quòd vngues eius auri fulgor incluserat. HIC Nisus, si tanta, inquit, sunt præmia victis, Et te lapsorum miseret; quæ munera Niso Digna dabis, primã merui qui laude coronã; Ni me, quæ Salium, fortuna inimica tulisset?] Ex præsentis occasione dicti Nisy instructus tenuit Aeneam. Quoniã te, inquit, tangit laborũ miseratio: magis me, quàm Salium, considerare te cõuenit. Ego enim primus essem, vt fui: nisi in lapsum incidissem. Nec est similis causa ipsius & mea: quoniam, cùm esset nouissimus, cecidit. Tenuit quidẽ fortuna pares in lapsu; sed antè casum quales fuerimus, discutiendũ est. Ego veniebam ad coronam: Salius modò posterior fuit. Proinde, quoniã habet lapsorum iustã rationem; & multũ interest inter casum Salij, & meũ: si isti tantũ præmium datur, quid erga me fieri conueniat, æstimatione iustâ debes expendere. ET simul his dictis faciem ostentabat.] Nõ iam causam, sed deceptionis suæ causam, volebat ostẽdere. Deniq; sequitur: ET vdo Turpia mẽbra fimo.] Vbi enim Nisus fuerat, sanguis fuit, & fimus. RISIT pater optimus olli.] Quis enim non in risum moueretur? cùm ille, quasi visus nõ esset antea, sic faciem suã, & mẽbra fimo recenti oblita, demonstraret. ET clypeum efferri iussit.] Sic addidit, & quasi iam aliud proferri iussisset. nõ ita est: nam risit, & iussit clypeum proferri. Laus clypei dicenda est: quæ non sinè prædicatione dantis explicatur. DIDYMAONIS artes.] Magni videlicet artificis manu formatũ. Hoc ad laudem clypei specialiter pertinuit. alia adijcitur mixta, quæ esset clypeo ipsi atq; Aeneæ communis. NEPTVNI sacro Danais de poste refixũ.] Scuti laus fuit, quòd fecit cum ostentatione erui, & tolli prædicabile. nam gloriæ causâ fixum est, propter eius insigne; quia dux erat: Aeneæ verò, qui per insulas Græcorũ transiens, & euellere potuit transiens, & morat non metuere, quàm diu id faceret, & secũ aueheret. Maluit autẽ scutũ ipsum sacris detrahere postibus templi: non vt Neptuno iniuriam faceret; sed vt virtutẽ animi sui hostibus approbaret. HOC iuuenem egregium præstanti munere donat.] Quia cõtemplatione virtutis egregiæ meruit Nisus; tanto donatus est munere. Quantum poeta cũ Aeneæ laudibus certet: in tertio libro, transeuntem ipsum per Græcas vrbes, descripsit, clypeum fixisse, id est, scutum, & scripsisse: Æneas hæc de Danais victoribus arma. In quo vna fuit gloria, detraxisse hosti Græco: altera, in vrbe Græcâ fixisse. Ecce alia virtus: fixum eripuisse regionibus Græciæ, & refigere. Plus habet laboris, perficere; quàm refigendi mora potuit afferre periculum. A

POST vbi confecti cursus, & dona peregit.] Aliud ingreditur certaminis genus. Perfecta enim retulit, quæ ad certamen cursus vel dona pertinebant: magno vsus cõpendio, quòd reliquos præmia specialiter accepisse non dixit. Memorãdo tamẽ dona peracta esse, in generalitate cõplexus est, quod putatur omisisse. NVNC, si cui virtus animusq; in pectore præsens Adsit.] Hortamenta sunt ista: quoniam durũ certaminis genus fuerat propositurus. quæ enim tractata fuerãt, & carebãt periculo, & habebant partẽ maximam voluptatis. ET euinctis attollat brachia palmis.] Progrediatur, inquit, & palmas suas cæstibus armatas ostendat, qui certare voluerit. SIC ait, & geminũ pugnæ proponit honorẽ.] More suo hoc fecit. propositio quippe præmij cõfirmat volentes, & ad certamen dubitantes impellit. VICTORI velatũ auro vittisq; iuuencũ; Ensem, atq; insignẽ galeam, solatia victo.] Vt præmium esset victoris; quoniã in eo fuit vtilitas: victi autẽ solatium; quoniam in speciebus non magni precij, non magnum esse commodũ potuit. NEC mora, continuò vastis cum viribus offert Ora Dares, magnoq; virûm se murmure tollit.] Post Aeneæ dictum, nulla morâ interpositâ, emersit ex populo Dares, ingenti corpore, viribus vastis: tantâ admiratione cunctorũ, vt presso murmure vniuersi mentis suæ miracula testaretur. B SOLVS qui Pariden solitus contẽdere contra.] Dicuntur istius virtutis exẽpla, quibus notissimus fuerat redditus. Solus, inquit, Idoneus inuentus est, qui cũ Paride certaret, nominato in cæstuum certaminibus viro. Hoc quia parum fuit, vel ne vno exẽplo eius gloria minueretur, adijcit & secundũ: IDEMQVE ad tumulũ, quo maximus occubat Hector, Victorẽ Buten immani corpore (qui se Bebryciâ veniens Amyci de gente ferebat) Perculit, & fuluâ moribundũ extendit arenâ.] In hoc exẽplo multa sunt, quæ præsentes laudes extollũt. Vicit, inquit, etiã iste Buten; cùm esset in alijs certaminibus victor. Victorẽ autẽ superare, gloria est maxima. Immani corpore: ne fortè talem vicisset, qui esset debilis corpore. Hũc certè sic voluit proferre; vt diceret corporis quoq; sustantiâ floruisse, qui è Bebryciâ veniret. Sic Bebryciam nominauit, quasi illa fortes viros sit solita generare, vel mittere. AMYCI de gente ferebat.] quasi ab Amyco degenerare non potuerit; ita sibi nobilitatem virtutis ex eius nomine vindicabat. Enumerauit bona illius, quem vicit; vt ex his istius nitesceret meritum. Memorat C etiam locum, in quo res gestæ dicerẽtur: vt veritatem firmissimam comprobaret. AD tumulum, inquit, quo maximus occubat Hector.] illîc eum vicit, vbi superatus est Hector, vel sepultus. Dicit & exitum pugnæ, hoc est, quem finem vincẽdi sortitus esset: Et fuluâ moribundũ extendit arenâ.] Omni genere probationum Daretis virtus ostensa est: demonstratis personis, & locis, & certaminis fine.

SER. AMYCI de gente ferebat.] Amycus fuit Neptuni filius, & Nymphæ Melies; qui à Polluce victus est pyctali certamine. Bebrycia autẽ, ipsa est Bithynia Sallustium. Igitur introrsus prima Asiæ Bithynia est, multis antea nominibus appellata: Ipsa enim est & maior Phrygia. MORIBVNDVM.] Morienti similẽ. TALIS.] Qualẽ multitudo loquebatur. OSTENDIT.] Melius dixisset, ostentabat. ALACRIS.] Cùm acer vbiq; dicat; alacer tamen non dicit: licèt inde nascatur. Vitat enim confusionem. Vnde

Bebryciâ veniens Amyci de gente ferebat,
Perculit: & fuluâ moribundum extendit arenâ.
Talis prima Dares caput altum in prælia tollit;
Ostenditq; humeros latos, alternaq; iactat
Brachia protendens, & verberat ictibus auras.
Quæritur huic alius; nec quisquã ex agmine tanto
Audet adire virum, manibusq; inducere cæstus.
Ergo alacris, cunctosq; putans excedere palmâ,
Æneæ stetit ante pedes: nec plura moratus,
Tùm læuâ taurum cornu tenet, atq; ita fatur:
Nate deâ, si nemo audet se credere pugnæ;
Quæ finis standi? quò me decet vsq; teneri?
Ducere dona iube. Cuncti simul ore fremebant
Dardanidæ; reddiq; viro promissa iubebant.
Hîc grauis Entellum dictis castigat Acestes,
Proximus vt viridante toro consederat herbæ:
Entelle, heroum quondam fortissime frustrà,
Tantáne tam patiens nullo certamine tolli

vtrumq; non vult dicere. Nam alacer nusquam; & iterũ acris nusquam dixit. Indè est, quòd etiam Papinius supprimit genus, quia dubitatur. SI nemo audet.] ὄρ. βιαί. Argumentatur enim, se omnes vicisse; ex eo, quòd ad certamen nullus accedit. REDDI.] Quasi debita promissa: quia ait, Victori velatum auro vittisq; iuuencũ. HIC.] Tunc. GRAVIS.] vel ætate, vel obiurgatione. CASTIGAT.] Increpat obiurgat. TORO consederat herbæ.] Verbũ de verbo. Nam torus, à tortis dictus est herbis. FRVSTRA.] Ordo est:

Digitized by Google

Dona sines? vbi nunc nobis deus ille magister
Nequicquam memoratus Eryx? vbi fama per omnem
Trinacriam, & spolia illa tuis pendentia tectis?
Ille sub hæc: non laudis amor, nec gloria cessit
Pulsa metu: sed enim gelidus tardante senectâ
Sanguis hebet, frigentq; effœtæ in corpore vires.
Si mihi, quæ quondam fuerat, quâq; improbus iste
Exsultat fidens; si nunc foret illa iuuenta:
Haud equidẽ precio inductus, pulchroq; iuuenco
Venissem: nec dona moror. Sic deinde locutus,
In medium geminos immani pondere cæstus

A *est. Tantáne dona tam patiens sines tolli frustra? Sanè sciendum, hunc, secundùm Hyginum, qui de familijs Troianis scripsit, vnũ Troianorũ fuisse; de quo Vergilius mutuat historiam.* NOBIS deus ille magister.] Nobis *non vacat; vt Cicero,* Qui mihi accubantes: *sed pro* noster *est positum, vitandi propter similitudinem homœoteleuti causâ; ne dicat, Noster deus ille magister.* ILLE sub hæc.] *Aut statim, aut post hæc.* SED enim gelidus tardante senectâ Sanguis hebet.] *Aliud pendet ex alio.* Quare hebet.? *quia gelidus est. quare* gelidus? *quia senis.* EFFOETÆ] *Exhaustæ. & est translatio à mulieribus, quas partus frequens debiles reddit..* IMPROBVS ille.] *id est, nimis auidus: qui sinè certamine postulat præmium.* ILLA iuuenta.] *Aut magna; aut quæ quondam fuerat.* NEC dona moror.] *Id est, non exspecto. Hic* B *enim sensus, tam superioribus, quàm sequentibus congruit. Etenim suprà ait, se non præmij causâ dimicare; sed gloriæ. & paulò pòst, boue victor interemit.* IMMANI põdere.] *Pro, immanis ponderis: more suo; vt,* Hamis auroq; trilicem.

POM. Sabi. AMYCI.] *Amycus, Neptuni filius, pugnauit cæstu cum Polluce; & victus fuit.* Bebrycij *vocantur Bithyni, quibus imperauit Amycus. lege Valerium Flaccum.* Butes, *victus in funebri ludo Hectoris à Darete, erat è genere Amyci.* Bebryx, *rex fuit & in Bithynia, & Pyrenæis montibus. meminit Silius tertio libro de rege Pyrenæo. Est & Bebryacus vicus inter Cremonam & Veronem; vbi pugna fuit Vitelli & Othonis. Plinius lib. 6. sic ait:* In eodem tractu portus Amyci est, Bebryce rege interfecto clarus. eius tumulus à supremo die lauro tegitur, quam insanam vocant: quoniam, si quid ex eâdem decerptũ inferatur nauibus, iurgia fiunt, donec abijciatur. GRAVIS.] *senex. reprehendit Entellum, qui propè sedebat.* ERYX.] *Eryx in cæstu valuit, & magister fuit Entelli. Sic apud Papinium inducitur Alcydamas contra Capaneum, eruditus à Polluce.* SANGVIS.] *id est, vigor, pigrescit propter senectutem.* HAVD precio.] *vt non præmio, sed gloriâ pugnet.*

C PERCVLIT, & fuluâ moribundum extendit arenâ.] VAR. Lect. *Antiquus admodum liber,* Percutit *legit.* ERGO alacris, cunctosq; putans excedere pugnâ.] *In Romano libro, & in Longobardico,* Palmâ, *non* Pugnâ *legitur: quod valde placet.* QVò me decet vsq; teneri?] *In Mediceo, & veteribus quibusdam alijs libris,* Morari *legitur.* PROXIMVS vt viridante toro consederat herbę.] *In antiquis,* Proximus vt viridante toro consederat herba. NON laudis amor, nec gloria cessit.] *In aliquot libris antiquis,* Nec laudis amor, nec gloria. *Sed in pluribus,* Nõ. SANGVIS hebet.] *Non placet, quod in Romano libro legitur,* Habet. SI nunc foret illa iuuenta.] *In Romano libro,* Iuuentas *legitur. In aliquot alijs,* Iuuentus *est.* HAVD equidem precio inductus, pulchroq; iuuẽco.] *In Mediceo, per disiunctiuam,* Pulchróve *legitur.*

DON. TALIS prima Dares caput altum in prælia tollit, Ostenditq; humeros latos, alternaq; iactat Brachia protendens, & verberat ictibus auras.] *Redijt, vt incessum Daretis & habitudinem corporis perimpleret. Suprà enim dixit:* Continuò vastis cum viribus effert Ora dares. *hîc subiunxit,* Caput altum in prælia tollit: *quod fit ex fiduciâ virtutis. Ostendebat autem humeros latos: non enim fuerat moles occultanda membrorum, quæ admirationi omnium poterat subiacere. Iactibus autem brachia, & auras vacuis ictibus verberabat: addens videntibus, nondum initâ concertatione, terrorem.* QVÆRITVR huic alius.] *Non dixit, nullum exstitisse, qui vellet audere: sed etiam quæsitum inueniri nequiuisse.* NEC quisquam ex agmine tanto Audet adire virũ, manibusq; inducere cęstus.] *Nullus exstitit in tanto populo, qui cæstibus auderet cum tanto viro contendere.* ERGO alacris, (*id est, nimiùm lætus*) cunctosque putans excedere palmâ, Æneæ stetit ante pedes?] *Quum dicit,* Putans, *iam nuntiat emersurum, qui cum eo confligeret.* Quòd *verò vsque ad ipsos Aeneæ pedes accessit, ostendebat ingentem fastum.* NEC plura moratus.] *Noluit enim non pertinentia ad rem plurimis loqui.* TVM læuâ taurum cornu tenet, atque ita fatur.] *Taurum, inquit, læuâ manu cornu tenuit; quasi retento cornu totum taurum tenuisset. Deinde sic loquutus est:* NATE deâ, si nemo audet se credere pugnæ.] *Dicendo,* Audet, *arrogat sibi quamplurimum.* QVÆ finis standi? quò me decet vsque teneri? Ducere dona iube.] *Quandiu, inquit, sto? & hoc ipsum quo fine tardatur? proinde, si nemo est qui audeat congredi, iube me abire cum dono.* CVNCTI simul ore fremebant Dardanidę, reddiq; viro promissa iubebant.] *Ipsa est vera iustitia, quæ vno totius consensu multitudinis comprobatur. Proinde in vnum fauebant cuncti: vt pro victore haberetur, qui parem habere non potuit; & duceret dona.* Quòd *ait,* Viro reddi, *non sexum significare, sed meritum voluit: quippe* viro *dixisse, cognoscitur tantorum meritorum, tantæ virtutis, tantæ artis, tot pollenti victorijs; ad extremum, quem tãta multitudo pertimuit.* HIC grauis Entellum dictis castigat Acestes.] *Bene dixit,* Dictis castigat: *quasi ex patientiâ delinquentem verberat verbis, hoc est, arguit.* PROXIMVS vt viridante toro consederat herbæ.] *Ex eâ occasione cum verbis obiurgatiuis aggressus est; quòd ei cõsessu proximus fuisset. Consessus autem ipse fuit herbis exstructus: quia in campo aliud, quod sessuros exciperet, non fuerat.* ENTELLE, heroum quondam fortissime,] *Obiurgatio non iniuriosa; sed habens admixtam laudem. Entelle, soles, inquit, inter fortes viros fortissimus numerari.* FRVSTRA Tantáne tam patiens nullo certamine tolli Dona sines?] *Poteritne tantum durare patientia tua: vt nullo certante, frustra præmiũ in alterius commodum transeat? Singula verba cum ingenti pondere persuasionis posuit. primùm* Frustra, *hoc est, sinè laboris merito.* Tantáne, *hoc est, tam pretiosa, tam pulchra, sinè gloriâ vincendi, tolli dona patieris?* Patieris, *hunc potest intellectum admittere: quia ille dixerat,* Si nemo audet se credere pugnæ, ducere dona iube; *dixisse Acestes videtur: si passus fueris dona tolli sinè certamine, videberis ipse quoque cum cæteris timuisse.* Vbi nunc nobis deus ille, magister, Ne quidquam memoratus Eryx?] *dicetur, magistrum te memoratum Erycem frustra habuisse?* VBI fama per omnem Trinacriam?] *concidet, inquit, fama nominis tui, quæ per omnem Siciliam nota est.* ET spolia illa.] *obumbrabuntur cum victoriâ tuorum tam plurima documenta?* TVIS pendentia tectis?] *Vt pudeat istius facti, quoties domum tuam fueris ingressus, & pendêre videris tectis quæsita tuis virtutibus præmia?* ILLE sub hæc.] *Hoc est, post illa quæ Acestes dixit, hæc subnexuit Entellus.* NON laudis amor, nec gloria cessit Pulsa metu.] Cessit *bis accipitur: non cessit gloria, non cessit amor laudis; nec aliquis metus interuenit.* SED ENIM gelidus tardante senectâ Sanguis hebet, frigentque effœtæ in corpore vires.] *Virtus, inquit, mea, atque amor laudis, non huic; sed senectuti cesserunt. proinde esset crimen, si adhuc in iuuentute durarem.* Au-

dere igitur, quod est iuuenum, non valet ætas imbellis: quæ omnis friget, & exclusâ vi caloris obtorpuit. SI mihi, quæ quondam fuerat, quâque improbus iste Exsultat fidens; si nunc foret illa iuuenta: Haud equidem precio inductus, pulchroque iuuenco, Venissem.] *Si essem, inquit, eius ætatis, qua iste est; & si non iam studium meum senectuti cessisset: non istum sinerem tantâ duci dementiâ, vt se ex eo arbitretur inuictum; quia nullus, qui cum eo certet, exsistit. & quia Acestes dixit:* Tantáne tam patiens nullo certamine tolli Dona sines? *ait Entellus:* Haud equidem precio inductus pulchroq; iuuenco Venissem. *Ad certamen istiusmodi gloria, inquit, me, non præmium, prouocaret: & excitatus in certamen, contemplatione magis laudis pergerem, quàm vt præmio & commodo iudicarer exisse.* A NEC dona moror.] *Nec tamen doni contemplatione mora aliquid debet afferri. Hæc idcirco de ætatis excusatione præmissa sunt: vt Dares à longæuo, post iactationem maximam, maiori ludibrio videretur oppressus.* SIC deinde locutus, In medium geminos immani pondere cæstus Proiecit: quibus acer Eryx in prælia suetus Ferre manum, duroque intendere brachia tergo.] *Hos cæstus protulit, quibus vsus est Eryx, in hoc genere certaminis exercitatissimus, & virtute præclarus.*

Proiecit: quibus acer Eryx in prælia suetus
Ferre manum, duroque intendere brachia tergo.
Obstupuêre animi tantorum; ingentia septem
Terga boum, plumbo insuto, ferroque rigebant.
Ante omnes stupet ipse Dares, longeq; recusat:
Magnanimusq; Anchisiades, & pondus, & ipsa
Huc illuc vinclorum immensa volumina versat.
Tùm senior tales referebat pectore voces:
Quid, si quis cæstus, ipsius & Herculis arma
Vidisset, tristemq; hoc ipso in littore pugnam?
Hæc germanus Eryx quondã tuus arma gerebat:
Sanguine cernis adhuc, sparsoq; infecta cerebro.
His magnum Alciden cõtra stetit: his ego suetus,
Dum melior vires sanguis dabat, æmula necdum
Temporibus geminis canebat sparsa senectus.
Sed si nostra Dares hæc Troius arma recusat,
Idq; pio sedet Æneæ, probat author Acestes:
Æquemus pugnas. Erycis tibi terga remitto:
Solue metus, & tu Troianos exsue cęstus.
Hæc fatus, duplicem ex humeris reiecit amictum,
Et magnos membrorum artus, magnaque ossa lacertosque
Exsuit, atque ingens mediâ consistit arenâ.
Tùm satus Anchisâ cæstus pater extulit æquos,
Et paribus palmas amborum innexuit armis.
Constitit in digitos extemplo arrectus vterque,
Brachiaq; ad superas interritus extulit auras.
Abduxère retro longè capita ardua ab ictu:
Immiscêtq; manus manibus, pugnamq; lacessunt.
Ille pedum melior motu, fretusq; iuuentâ:
Hic membris, & mole valens; sed tarda trementi
Genua labant, vastos quatit æger anhelitus artus.
Multa viri necquicquam inter se vulnera iactant:
Multa cauo lateri ingeminant, & pectore vastos
Dant sonitus, erratq; aures & tempora circùm
Crebra manus; duro crepitant sub vulnere malæ.
Stat grauis Entellus, nisuq; immotus eodem,
Corpore tela modò atq; oculis vigilantibus exit.

SER. QVIBVS.] *Quorum instructu.* FERRE manum.] *Contendere. Nam vtraq; manus armatur. Et* manũ, *pro,* manus. INTENDERE brachia Tergo.] *Ligare: vt,* Intenditque locum sertis. ANIMI tantorum.] *Hîc distinguendum est. hoc est, virorum fortium, quos, æquum non erat magna mirari. Vnde addit;* Ante omnes stupet ipse Dares. *Nã stultum est dicere, tantorum boũ: cùm diceret septem.* LONGEQVE.] *Valde: vt,* Tybernaq; longè Ostia. *Et Sallustius,* Longè alia mihi mens est, Patres conscripti. VERSAT.] *Considerat. Sallustius;* Exercitum maiorum more verteret, *hoc est, consideraret.* SENIOR.] *Secundùm Varronem, senior & iunior, comparatiui sunt per imminutionem. Hinc est;* Iam senior, sed cruda deo viridisq; senectus. *Additum enim hoc est, ad exprimẽdum, qui sit senior. Item Ouidius,* Inter iuuenemque senemq;. *Et reuerâ non conuenit hunc satis senem accipi, qui & vincere potest, & vno ictu taurum necare. Ergo* senior, *non satis senex: sicut iunior, non satis iuuenis, intra iuuenẽ: sicut pauperior, intra pauperem: Dicit autem hoc Varro, in libris ad Ciceronem.* CÆSTVS & arma.] *ὲ διὰ δυοῖν: arma, id est, cæstus.* TRISTEMQ. hoc ipso in littore pugnam.] *Aut in quo magister occisus est: aut in tristi littore, id est, in fœcundo. Varro enim dicit, sub Eryce monte esse infœcundum campum ferè in tribus iugeribus, in quo Eryx & Hercules dimicarunt.* HÆC germanus.] *Germanus est, secundùm Varronem in libris de gradibus, de eâdem genitrice manans: non (vt multi dicunt) de eodem germine, quos ille tantùm fratres vocat. secundùm quem bene nunc Erycen, Butæ & Veneris filium, Aeneæ dicit fuisse germanum.* SANGVINE cernis adhuc.] *Non Herculis, quippe victoris; sed Erycis, qui infecerat se tegendo.* ÆMVLA.] *aduersa virtuti.* GEMINIS.] *Duobus.* AVCTOR Acestes.] *Huius certaminis scilicet.* ÆQVEMVS pugnas.] *Id est, arma. à sequenti quod præcedit.* TIBI.] *Pro, te: vt,* Tibi deserit Hesperus Oetam. EXSVE.] *Proijce, solue.* DVPLICEM amictum.] *Id est, Abollam, quæ duplex est, sicut chlamys. Horatius:* Contra quẽ duplici panno patientia velat. CONSTITIT.] *Hîc distinguendum, propter vitiũ, vt sit,* arrectus in digitos. *Est autem hic totus locus de Apollonio trãslatus: partimq; de Homero. Sic enim iste;* ἄντα δ' ἀνασχομένω χερσὶ στιβαρῇσιν ἅμ' ἄμφω σὺν ῥ' ἔπεσον, σὺν δέ σφι βαρεῖαι χεῖρες ἔμιχθεν. *Apollonius autem:* αὐτίκ' ἀνασχόμενοι ῥέθεος προπάροιθε βαρείας χεῖρας ἐπ' ἀλλήλοισι μένος πολὺ δηριόωντες. B PVGNASQVE lacessunt.] *Prouocãt potiùs, quàm gerunt: vel certè irritant.* MEMBRIS & mole.] *Hoc est, mole membrorum: vt,* Molemque & montes. *sed vtrumque in pedum, an in manuum digitos?* GENVA labant.] *Proceleusmaticus est: quem (vt suprà diximus) sic semper ponit, vt cogi possit in dactylũ: vt,* Arietat in portas. C NEQVICQVAM.] *Nõ profutura victoriæ.* VVLNERA iactant.] *Ictus.*

POM. Sabi. TERGO.] *zonis bubulis.* OBSTVPVERE.] *Papinius ait:* Obstupuere animi, fecitque silentia terror. TERGA boum.] *Papinius;* & dum nigrantia plumbo Tegmina cruda boum, *dicit.* SEPTEM.] *vt ostendat magnitudinem Erycis.* RECVSAT.] *congredi cum tam magnis cæstibus,* PVGNAM.] *Hercules cæstu pugnauit cum Eryce, & interemit eum.* GERMANVS.] *Eryx filius Veneris, & Aeneas eiusdem fuit filius.* INFECTA.] *arma, id est, cæstus.* ÆMVLA.] *viribus contraria nunc.* ÆQVEMVS.] *faciamus æquales cæstus.* AMICTVM.] *Inquit Seruius, amictum, id est, abollam: quæ duplex vestis est, vt chlamys.* MANVS manibus.] *Papinius:* Erexère manus toto procul ora recessu Armorum in speculis. *& paulò pòst:* Instat gressu, vultuq; recedit. ARTVS.] *propter senectutem non poterat ferre dolorem.* CORPORE.] *flexibilitate corporis.* VIGILANTIBVS exit.] *reijcit, euitat, eludit, refugit. Papinius de Alcidamante:* Et patriâ vigil arte Lacon hos reijcit ictus. *Hos cauet corpore, id est, mole corporis. Valerius de Polluce & Amy-*

Digitized by Google

A & Amyco: Emicat hic, dextramq; parat, dextrâq; minatur, Tyndarides; redit hic oculis & pondere Bebryx. ENTELLVS.] ſic Entellus corpore & animo vitabat ictus, vt ciuitas bene munita.

VAR. Lect. ID'QVE pio ſedet Æneę, probat auctor Aceſtes.] In lib. aliquot antiq. vnâ plus dictione legitur, Sedet Æneæ, hoc probat auctor. DVPLICEM ex humeris reiecit amictum.] In veteribus aliquot exemplaribus, Deiecit habetur. Plura tamen exemplaria vetuſta, Reiecit habent. MAGNA oſſa, lacertoſq; Exſuit.] In peruetei quodam libro, ſententia non parum diminutâ, legere eſt, Magnoſq; lacertos Exſuit. In aliquot alijs, Magna oſſa, lacertos, abſque particulâ copulatiuâ encliticâ. Non præteribo, quòd in Actio Pont. Magna ora' lacertoſq; legitur. PVGNAMQVE laceſſunt.] Antiq. aliquot lib. Pugnas, numero multitudinis habent.

DON. OBSTVPVERE animi.] In tantâ multitudine hominum nullus fuit, quem nō ſtupor admiratione tenuiſſet. TANTORVM ingentia ſeptem Terga boum, plumbo inſuto, ferroq; rigebant. Ante omnes ſtupet ipſe Dares, longeq; recuſat.] Tantum honoris & ponderis illi cæ-

B ſtus habuerant: vt mirarentur omnes, & ipſe quoque Dares negaret ſe certaturum, ſi illos aliquis induiſſet. Entellus quippe, certator antiquus & peritus in ſuo, egit arte mirificâ: vt ante ingreſſum pugnæ præmitteret talem metum, quo audacem & ſuperbum aduerſarium debilem redderet. Denique, cùm cæſtus ſuos, quibus fuerat certaturus, vniuerſorum conſpectibus obtuliſſet; nullus exſtitit, qui non ipſorum pondus miraretur & formam: vſque adeò non mirum fuit omnibus; quando ipſe etiam Dares, qui certamini parabatur, recuſabat pugnam, ſolo interim conſternatus aſpectu. Quantum hîc Entelli virtus præfertur, qui armis talibus ſemper pugnauit, & vicit? MAGNANIMVSQVE Anchiſiades & pondus, & ipſa Huc illuc vinclorum immenſa volumina verſat.] Aeneas tamen, qui magni animi eſſet, & æquitatem nôſſet: omni cum moderatione conſiderabat oculis, immanitatem tantam; & verſabat manibus: vt, quanti eſſent, quidve haberent ponderis, videndo atque tractando cognoſceret. TV'M ſenior tales referebat pectore voces.] Non dixit, tùm Entellus: minueret enim ad ſtructionem ſuam, ſi nomen hominis poneret. ætatis tamen commemorationem fecit: vt ſuperbi Daretis crimen augeret, cùm iuuenem ſenex ſuperaret & exter-

C reret, Ex admiratione verò omnium, atque ipſius Daretis, ingentem audaciam Entello non fruſtra acceſsiſſe, ſequentia dictorum eius euidentiſsimè probauerunt. ait enim: QVID? ſi quis cæſtus ipſius, & Herculis arma Vidiſſet, triſtemq; hoc ipſo in littore pugnam?] Quantum, inquit, vnuſquiſq; veſtrûm miraretur: ſi vidiſſet pugnam in hoc littore cōmiſſam, iſtis ſcilicet cæſtib9; cùm Eryx atq; Alcides acerrimè certauiſſent? A populo dehinc conuertit ſe ad Aeneam: nō iam vt inſultaret ei de cæſtibus, & fraternâ morte: verùm vt rē geſtam ſimplicitur diceret. in quo ipſo fuit ſolatiū virtutis eius: quia Eryx cum Hercule cōtendit, & ab ipſo Hercule potuit ſuperari. HÆC germanus Eryx quondam tuus arma gerebat.] Hæc, inquit, arma geſtare conſuerat germanus tuus Eryx, cùm eſſet incolumis. SANGVINE cernis adhuc ſparſoque infecta cerebro.] Etiam ſi ego, inquit, taceā: ipſa arma crudelitatem geſti certaminis teſtabuntur. nam ſanguine infecta ſunt, & cerebro ſparſa. HIS magnum Alciden contra ſtetit,] Auget cæſtuum laudem, dicendo; quia Eryx, dum illis fideret, ſtare aduerſùs Alcidem potuit. Etſi, inquit, ſuperatus eſt Eryx, cùm his eſſet armatus: non tamen parua exſtitit certantis gloria, quòd contra Alciden (faciendo cerebri mentionem, oſtendit & ſanguinem de capite fluxiſſe) ſtare auſus eſt: hoc eſt, cum Alcide contendere, & perſeuerare vſque ad mortem. Alciden quum pronunciamus: nomen ipſum pro magnitudine virtutis eius debemus extollere. Dictâ magiſtrorum laude, venit etiam ad ſuam. Quid enim diceret; ſi poſt talia egregiorum facta, ipſe nihil geſſit, aut potuit? HIS, ait, ego ſuetus.] Quum dicit, Suetus, oſtendit, his ſe vſum eſſe frequenter. Dicit & tempus, & propter arrogantiam vitandam iam ſe aſſerit ſenuiſſe: vt ex eo probet, quæ iuuenis effeceret, cùm in præſenti contemneret iuuenem. DVM melior, vires ſanguis dabat.] dum melior ſanguis ſubminiſtrabat congruas vires. Ecce oſtendit ſenectutis ipſius teſtes, crines ſuos, dicendo: ÆMVLA necdum Temporibus geminis canebat ſparſa ſenectus.] Bene poſuit Æmulam ſenectutem: quia, quum nihil poteſt, videtur inuidere virtuti. SED ſi noſtra Dares hæc Troius arma recuſat, Idque pio ſedet Æneæ; probat author Aceſtes.] Neceſſariò hoc loco pium Aeneam dixit: quia de ſalute hominis agebatur. Ne, inquit, à certamine preſſus interiret: & hoc approbat etiam autor Aceſtes. Autorem dixit: quia ipſo hortante fuerat excitatus. ÆQVEMVS pugnas: Erycis tibi terga remitto.] Vt, remotis cæſtibus, quos Entellus protulerat, alios ſumeret: vt æquales eſſe potuiſſent. SOLVE metus.] Non, ait, te iſta formido diſcruciet: ſed, vt ego iſtos remoueo; ita ET tu Troianos exſue cęſtus.] Indutis enim manibus aderat Dares. HÆC fatus, duplicem ex humeris reiecit amictum, Et magnos membrorum artus, magnaque oſſa lacertoſque Exſuit; atq; ingens mediâ conſiſtit arenâ.] Ecce etiam ipſe magnitudine corporis, & membrorum mole laudatur. TVM ſatus Anchisâ cæſtus pater extulit æquos, Et paribus palmas amborum innexuit armis.] Amborum, inquit, palmas paribus armis innexuit. Patrem dixit Aeneam, paternum habentem iudicium, hoc eſt, æquale & iuſtum. CONSTITIT in digitos extemplo arrectus vterq;, Brachiaq; ad ſuperas interritus extulit auras.] In digitos vterq; arrectus extemplò conſtitit: hoc eſt, mox vt arma ſumpſerunt Dares & Entellus, continuò in digitos conſtiterūt. & in Digitos arrectus, & interritus, ad vtrumq; pertinet. Idcirco autem in digitos erigitur cæſtibus certaturus: quia tantò faciliùs & fortiùs percutit, quantò fuerit corporis proceritate ſublimior. Pronuntiatio & intellectus loci iſtius talis eſt: Conſtitit. & facienda eſt mora. dehinc dicendum: In digitos arrectus vterq;: hoc eſt, ille & ille. brachiaq; vterq; interrit9 in auras ſuperas extulit, & ille ſcilicet & ille. ABDVXERE retrò lōgè capita ardua ab ictu.] Et hoc vterq; fecit. capitibus enim magis imminent cæſtus. Hæc reſupini reuocabāt, vt eſſent longè ab ictu ſubmota. IMMISCENTQVE manus manibus, pugnamq; laceſſunt.] Et hoc vterque. Fieri ſolet iſtud in ingreſſu certaminis: vt primò quaſi per ictum; paulatim tamen commotio mentis accedat. Ecce quid ſingulorum ſeparatum fuerit, dicitur: completum eſt enim, quod vterq; ſimiliter fecerat. ILLE pedum melior motu, fretuſq; iuuentâ.] Dareta dictum debemus accipere. Licèt enim pronomen poſuerit, non nomen: tamen, quia addidit; Fretuſq; iuuenta; ille intelligitur, qui ſuprà iuuenis dictus eſt. HIC membris, & mole valens.] Id eſt, Entellus. quia, quantò grauior fuit ætate; tantò magis pro remedio ſibi duxerat ſtandū. tutus enim fuerat corporis mole. Ecce fecit iam ſeparationem, ſignans quid ſinguli agerent. Dares, inquit, vigebat mobilitate, quoniam ætatis ſuffragio iuuabatur: alter ſiſtendum eſſe crediderat, propter ſenectutis impedimentum, & corporis pondus. SED tarda trementi Genua labant, vaſtos quatit æger anhelitus artus.] Non pugnæ fatigatione nutabant genua eius; aut certando magnos anhelitus dabat: ſed hoc illi ætas prouectior faciebat, & corporis magnitudo. MVLTA viri necquicquam inter ſe vulnera iactant, Multa cauo lateri ingeminant, & pectore vaſtos Dant ſonitus; erratque aures & tempora circùm Crebra manus.] Hoc eſt, circùm aures & tempora. DVRO crepitant ſub vulnere malæ.] Nequicquā, ad omnia, quæ enumerata ſunt, pertinet. omnes enim ictus non tā graues fuerāt, vt hos fortes viri ſuſtinere nō poſſent. STAT

grauis Entellus, nixuq; immotus eodem, Corpore tela modò atq; oculis vigilantibus exit. *Flos laudis in Entello fuit: qui stanti corpore, oculis tamen omni cautelâ currentibus, ictus vitabat crebrò venientes. Hoc est, quod dixit;* Erratque aures & tempora circùm Crebra manus: *quis omnes ille cauendo declinabat.* A

ADR. Bar. His ego suetus.] *Si quis indicabit, quæ puero sibi fuerint cordi studia, eadem seni desijsse iucunda esse: dicet illud;* His ego suetus, Dum melior vires sanguis dabat, æmula necdũ Tẽporibus geminis canebat sparsa senectus.

Ille velut celsam oppugnat qui molibus vrbem,
Aut montana sedet circùm castella sub armis;
Nunc hos, nunc illos aditus, omnemq; pererrat
Arte locum, & varijs assultibus irritus urget.
Ostendit dextram insurgens Entellus, & altè
Extulit: ille ictum venientem à vertice velox
Præuidit, celeriq; elapsus corpore cessit.
Entellus vires in ventum effudit; & vltrò
Ipse grauis, grauiterque ad terram pondere vasto
Concidit: vt quondam caua concidit, aut Erymantho,
Aut Idâ in magnâ radicibus eruta pinus.
Consurgunt studijs Teucri, & Trinacria pubes:
It clamor cœlo: primusq; accurrit Acestes,
Æquæuumq; ab humo miserans attollit amicum.
At non tardatus casu, neq; territus heros.
Acrior ad pugnam redit & vim suscitat ira.
Tùm pudor incendit vires, & conscia virtus;
Præciptemq; Daren ardens agit æquore toto,
Nunc dextrâ ingeminans ictus, nunc ille sinistrâ.
Nec mora, nec requies. quàm multâ grandine nimbi

SER. Qui molibus vrbem.] *Amphibolon est: aut celsam molibus; aut quæ molibus oppugnatur.* Sedit circùm castella.] *Tmesis est: hoc est, circumsidet.* Ostendit dextram.] *Aut fiducia virtutis est, ostendere quod minaris: aut certè prouectius ætatis ostenditur, qui eum ex improuiso ferire non sinit.* Velox.] *Velociter. nomẽ pro aduerbio.* Vltrò.] *E contrario: Ille enim cadere debuerat.* Grauis, grauiterque.] *Figura à similitudine.* Caua pinus.] *Id est, excisa vetustate: & dicendo,* caua pinus, *bene respexit ad ætatem.* Erymantho.] *Mons est Arcadiæ.* Ida in magnâ.] *Modò non Cretæ; sed Phrygiæ, propter pinus.* Consurgunt studijs.] *In studia.* Præcipitemq'ue Daren.] *Celerem: vt,* Præcipites vigilate viri. Nunc ille sinistrâ.] Ille *vacat: nam metri causâ additum est. De ipso enim dicit;* Creber vtrâque manu pulsat, versatque Dareta. Quam multa grandine nimbi.] *Hypallage. Nam debuit dicere;* Quàm multo nimbo *grando præcipitatur.*

POM. Sabi. Celeri.] *iuuenili.* Cessit.] *Dares.* Caua.] *annosa.* Erymantho.] *Erymanthus mons Arcadiæ, in quo Hercules cepit aprum.* Ida *mons Troiæ, totus pinifer.* Amicum.] *Entellum.*

VAR. Lect. Nunc hos, nunc illos.] *In Romano libro, vario numero, legere est,* Nunc illos, nunc hos aditus. Vires in ventum effudit.] *In antiq. aliquot.* Effundit, *præsentis temporis.* Radicibus eruta pinus.] *In Romano libro, & aliquot alijs,* Radicitùs *aduerbium est. Sed* Radicibus *nomen, longe plurium librorum consensus; & vsitatè loquendi figura, libẽtiùs legit.* Primusq'ue accurrit Acestes.] *In Oblongo libro peruetери,* Occurrit *legitur: sed* Adcurrit, *vel* Accurrit *omnino melius.* Ad pugnam redit, & vim suscitat.] *Veteres pleriq; libri,* Ac vim *legunt: quod magis placet.*

DON. Ille (*id est, Dares*) velut celsam oppugnat qui molibus vrbem, Aut montana sedet circùm castella sub armis; Nunc hos, nunc illos aditus, omnemque pererrat Arte locum, & varijs assultibus irritus vrget.] *Dares Entellum sic varijs assultibus, sinè effectu nocendi, vrgebat: ac si quis velit oppugnare vrbem, magnis molibus constructam: aut castella destruere, summis in montibus constituta. Magnam hominis peritiam demonstrauit, & habitudinem corporis; vt, qui discursus habere non poterat, sui ponderis causâ, vno in loco consistens, tela crebrò venientia declinationibus corporis euitaret, & funderet. Hæc præstabant, præsens animus, artis ingenium, & oculi vigilantes.* Ostendit dextrâ insurgẽs Entellus, & altè Extulit: ille.] *hoc est, Dares.* Ictum venientẽ à vertice velox Præuidit, celeriq; elapsus corpore cessit.] *Entellus, inquit, erectâ quantũ potuit dextera, ictũ in Daretis direxerat verticem. sed ille hũc præuidit, hoc est, antè quàm perueniret, vidit; & suffragio recessus celeris ictum citiùs effugit.* Entellus vires in ventum effundit, & vltrò Ipse grauis, grauiterque ad terrá pondere vasto Cõcidit: vt quondam caua concidit, aut Erymantho, Aut Idâ in magnâ radicitùs eruta pinus.] *Ictum tam fortiter erogatum, & in vacuum effusum, nullo impellente, secutus Entellus concidit; & grauissimi corporis mole ingentem ruinam fecit: ita vt solet in montibus arbor pinea radicitùs eruta cadere. Benè posuit* Radicitùs: *quia, cùm arbor ruptis radicibus cadit; nullus, vt Entellus, procumbit impulsu.* Consvrgunt studijs Teucri, & Trinacria pubes.] *Consurgunt studijs, hoc est, voluntatibus diuersis. Troiani quippe gratulabantur, Entellum cecidisse: Daretem pro victore habentes: Siculi contrà turbati, quòd Entellus cecidisset.* It clamor cœlo.] *Nec immeritò: fuit enim causa, quæ hunc magnis viribus excitaret.* Primusq'ue accurrit Acestes, Æquæuumq; ab humo miseratus attollit amicum.] *Acestes miseratione commotus, æquæuum suum, & amicitiæ religione coniunctum, leuauit auxilio suo, & erexit iacentem,* At non tardatus casu, neque territus heros, Acrior ad pugnam redit, ac vim suscitat ira.] *Non illo erubuit vir fortis, sed iratus est: quæ ira stimulus fuit excitandæ virtutis. Accedebat tamen nonnulla etiam pudoris contemplatio. idcirco enim addidit.* Tùm pudor incendit vires, & conscia virtus.] *Virtus, inquit, quã sese nouerat, animum irascẽtis armabat.* Præcipitemque Daren ardens agit æquore toto.] *Ille, qui ætatẽ grauis, & corpore vno in loco consistens, ictus veniẽtes declinando fundebat, irâ simul & conscientiâ virtutis accensus, repentè mobilis & acer effectus, agitabat Darem per omnem campum: atque ita, vt fugiens ille, & præceps actus, stare non posset. Agebat autem istum:* Nunc dextrâ ingeminans ictus; nunc ille sinistrâ.] *Ille, quem iuuenta superbum fecerat; ille, qui pedum melior fuerat motu, sic cedebat Entello: vt insequentis senis ictus vitare non posset: vsq; adeò, vt non iam singularibus; sed geminatis & multiplicatis ictibus cæderetur: nec vnâ tantummodò manu; sed vtrâq; verberante.* Nec mora, nec requies.] *Nulla vapulanti dabatur requies: quia ictibus duris & iugibus, nulla moratum præbebatur occasio.* B C

Culminibus crepitant: sic densis ictibus heros
Creber vtrâque manu pulsat, versatque Dareta.
Tùm pater Æneas, procedere longiùs iras,
Et sæuire animis Entellum haud passus acerbis;

SER. Versatque Dareta.] *Dares, Daretis; vnde est Dareta: & Dares, Daris; vnde est Daren: sicut Chremes, & Chremis & Chremetis, Chremen & Chremeten.* Infelix.] *Consolatio est. Vnde non dicit, imbellis: vt*

Sed finem imposuit pugnæ, fessumq; Dareta
Eripuit, mulcens dictis, ac talia fatur:
Infelix, quæ tanta animum dementia cepit?
Non vires alias, conuersaque numina sentis?
Cede deo. dixitque, & prælia voce diremit.
Ast illum fidi æquales, genua ægra trahentem,
Iactantemq; vtroque caput, crassumq; cruorem
Ore reiectantem, mistosq; in sanguine dentes,
Ducunt ad naueis; galeamq; ensemq; vocati
Accipiunt: palmam Entello, taurumq; relinquunt.
Hîc victor, superans animis, tauroq; superbus;
Nate deâ, vosq; hæc (inquit) cognoscite Teucri:
Et mihi quæ fuerint iuuenili in corpore vires,
Et quâ seruetis reuocatum à morte Dareta.
Dixit: & aduersi contra stetit ora iuuenci,
Qui donum astabat pugnæ: durosque reductâ
Librauit dextrâ, media inter cornua, cæstus,
Arduus, effractoq; illisit in ossa cerebro.
Sternitur, exanimisq; tremēs procūbit humi bos.
Ille super taleis effudit pectore voces:
Hanc tibi, Eryx, meliorē animā pro morte Daretis
Persoluo: hîc victor cæstus artemq; repono.
Protinus Æneas celeri certare sagittâ
Inuitat, qui fortè velint; & præmia ponit:
Ingentiq; manu malum de naue Seresti
Erigit, & volucrem traiecto in fune columbam,
Quo tendant ferrum, malo suspendit ab alto.
Conuenēre viri, deiectamq; ærea sortem
Accepit galea. & primus clamore secundo
Hyrtacidæ ante omnes exit locus Hippocoontis.

A *lior vt fortunæ videatur esse, quòd victus est.* DIXITQ.] *Vacat* que, *metri causa: & maluit perissologiam facere, quàm vti cōmuni syllabâ, quæ frequens vitiosa est. Vnde Horatius:* Nec tantâ in metris veniâ cōceditur vti. *Græci enim his vtuntur frequenter.* FIDI æquales.] *Homerus:* φῖλοι δ' ἀμφίσαν ἑταῖροι, οἵ μιν ἄγον δι' ἀγῶνος ἑλκομένοισι πόδεσσι, αἷμα παχὺ πτύοντα, κάρη βάλλονθ' ἑτέρωσε. VTROQVE.] *In vtramq; partem & aduerbium est.* VOCATI accipiunt.] *Bene eorum ostēdit pudorem: vel, quia erant occupati circùm amicum,* vocati *dixit.* COGNOSCITE Teu-
B cri.] *Habet rationem personarum: quia virtutem eius nouerāt Siculi.* EFFRACTOQVE inlisit ossa cerebro.] *Hypallage: fregit ossa, & illisit in cerebrum.* HVMI bos.] *Cur, cùm de vno loquatur, hîc bouē, alibi Iuuencum, alibi taurum appellat. sed videtur pro tempore ac diuersitate vsus: ideoq; Iuuēcum ait. Est autem hic pessimus versus, in monosyllaba desinens.* MELIOREM.] *Aptiorem. Nam animalem hostiā dat.* CÆSTVS artemq; reponit.] *Et arma deposuit, & arti renunciauit: Idest, Catalysin fecit.* INGENTIQVE manu.] *Magnā multitudine. Ille verò inquit:* ἱστὸν δ' ἵστη νηὸς κυανοπρῴροιο τηλοῦ ἐπὶ ψαμάθοιο, ἐκ δὲ τρήρωνα πέλειαν. MALVM.] *Malus, arbor nauis, generis est masculini. Horatius:* Nec malus celeri saucius Africo. *Et dictus est malus, vel quia habet malos, instar mali, in summitate: vel quia quasi quibusdam malis ligneis cingitur, quorum volubilitate vela faciliùs eleuantur.* TRA-
C IECTO.] *Extento. vnde Transenna dicitur extentus funis. Sallust.* Transennâ demissum victoris simulachrum, cum machinato strepitu tonitruum, coronam capiti imponebat. *Sic Homerus:* λεπτῇ μηρίνθῳ δῆσεν ποδός. QVÒ.] *In quam. Nam ponit aduerbia pro pronominibus: vt,* Genus vnde Latinum. DEIECTAMQVE ærea sortem.] *sicut Homerus:* κλῆροι δ' ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλον ἐν κόρυθι. CLAMORE secundo.] *Sicut suprà ait,* Magnoq; virûm se murmure tollit.

POM. Sabi. VOCATI.] *nam, si vocati non fuissent, non accessissent ad præmium. victi pudore affecti erant.* BOS.] *Entellus mactauit Eryci taurum.* COLVMBAM.] *Quæritur, quare posuerit columbam, cùm sit sacra Veneri? Respondet Vrbanus: Aues omnes consecratas esse dijs. & posuisse columbam: quia mater à filio faciliùs placaretur.* GALEA.] *positæ in galeâ sortes erant, cum nominibus sagittariorum.*

VAR. Lect. ORE reiectantem.] *Antiqua aliquot exemplaria* Eiectāntē *legunt, alia* Reiectātē. IVVENILI in corpore.] *In Rom. lib. atq; alijs plerisq; omnibus,* Iuuenali, *per a in penultimâ notatū, legas.* EFFRACTOQ. illisit in ossa cerebro.] *Sunt qui* Illisit ossa, *absque præpositione, legi debere contendunt. Sed enim in antiquis omnibus exemplaribus, quæ ad manus meas peruenēre, vno exemplo scriptum inueni,* Illisit *vel* Inlisit in ossa. *Non præteribo tamen, legisse me in libris aliquot manuscriptis,* Immisit in ossa, *sed* Illisit *omnino melius* HIC victor cæstus, artemque repono.] *In Romano libro, & aliquot alijs vetustis,* Reponit *scriptum est: sed* Repono *in reliquis plerisque libr. habetur.* QVÒ tendant ferrum.] *In libris aliquot antiquis,* Tendat, *singulari numero, scriptum est. In quibusdam alijs, pro* Ferrum, Telū *legitur.* ET primus clamore secundo.] *In Romano libro,* Primùm *legitur.*

QVAM multâ grandine nimbi Culminibus crepitant.] *Sic, inquit, illisi in Daretem ictus crepitabant: vt solet densa grando, quùm tectis infunditur, personare. Magna comparatio grandinis, & tectorum. quum enim grando exstiterit, cæduntur tantùm tecta; non etiam ipsa feriunt: vt ostendatur Dares tantùm crebris ictibus cæsus: vt ipse suos non valuisset exserere.* DON. SIC densis ictibus heros Creber vtrâq; manu pulsat, versatq; Dareta.] *Denique, vt grando densior tecta; sic crebris & vtrâq; manu incussis ictibus superatus Dares, nunc cecidit: non vt Entellus casus; sed virtute fortioris est versus.* TVM pater Æneas, pcedere longiùs iras, Et sæuire animis Entellum haud passus acerbis: Sed finem imposuit pugnæ.] *Aeneas, & sui honoris causâ: & quia acerbum fuit, post victoriam, hominem cædi vsq; ad terminum vitæ: finem certaminis dedit; nec passus est vlterius progredi sæuientem.* FESSVMQVE Dareta Eripuit, mulcens dictis: ac talia fatur.] *Necessariò verbo vsus est dicens Eripuit; vt ostenderet, magnam interuenisse violentiam, & periculum salutis immanè. Ipso, vsus est hic, quo ex personâ Sinonis iterum vsus est, dicens:* Eripui, fateor letho me, & vincula rupi. *Ipso, ex personâ Aeneæ:* Illū ego per flāmas & mille sequentia tela Eripui his humeris, medioq; ex hoste recepi. *Ipso, ex personâ Veneris:* Eripe nate fugā, finemq; impone labori. *Ipso, ex personâ Palinuri:* Eripe me his inuicte malis. *Ereptum ergo consolabatur dictis, locutus talia.* INFELIX quæ tanta animū dementia cepit? Nō vires alias, cōuersaq; numina sentis?] *Infelix est, qui vltrà, quā potest, audet appetere. Infelix est, qui secūdis rebus modū nescit imponere. quod contigit in ipsius Daretis causâ. Cùm enim superbiâ intoleranda ferretur, & existimaret se inuictū, atq; vniuersis esset terrori: sic fortiorem reperit; sic discrimen propriæ salutis inuenit.* Demens *aūt est, qui, exclusâ sanitate consilij, mente perditâ, nō cernit, aduersùm se, non tantùm hominem, verùm etiā deos, ex aperto contendere. Hoc aūt amatoris animo Aeneā dixisse, intelligēdū est: vt Dares, nō Entelli; sed dei cuiusdā violentiā, superatus esse videretur. Deniq; sequitur:* CEDE deo.] *Deo, inquit, cede; non homini. Sic ipse Aeneas, & in suâ causâ prosecutus est: vt, in fine secundi libri, dijs cessisse potiùs, quàm Græcis, diceret. Dicendo igitur,* Cede deo, *minuere voluit victoris hominis laudem. Errant igitur, qui putant, Aeneam deū dixisse. Entellum: cuius victoriā deprimere debuit, propter amici miserabilē casum.* DIXITQ. & prælia voce diremit.] *Quantū potuit iubentis autoritas: solâ diremptū est voce, quod magno incendio irascentis & furore flammauerat.* AST illū fidi æquales, genua ægra trahentem, Iactantemq; vtroq; caput, crassumq; cruorem Ore reiectantem, mixtosq; in sanguine dentes. Ducunt ad naues: galeamq; en-

ſeinq; vocati Accipiunt: palmam Entello, taurumq; relinquũt.] *Quũ hæc Aeneas dixiſſet, quũ interpoſuiſſet terminũ pugnæ: duxerunt indè amici ſui Daren afflictũ, trahentem genua, tanquã morbo ægra, quæ paulò antè fortia fuerãt: & deiectis nunc in hanc, nunc aliã in partẽ ceruicibus, quas in cœlũ antea ſuperbia ferebat & faſtus, craſſumq; cruorem cum dentibus fractis ex ore fundentem, ad naues ducunt. Dixit, vt ferri potiùs ex parte, & trahi ex parte videretur. Vocati verò acceperunt præmiũ Daretis: quoniã vltrò victi hominis ſortem puduit poſtulare.* PALMAM Entello, taurumq; relinquunt.] *Palmã interea & taurũ victori Entello reliquerunt. Quanto iſtud cum dolore amicorũ Daretis factũ eſt? ducere hominem victũ, debilẽ trahere; accipere ludibrioſum donum; gloriã palmæ cum tauro relinquere cõmodis & vtulis inimici: illã ſcil. palmã, quã putabat ſe adepturũ Dares, quũ nullus certator exſiſteret; & taurũ, quem cornu tenuerat, quũ ſe putaſſet victorem.* HIC victor ſuperans animis, tauroq; ſuperbus.] *Entellus gloriã euectus, & præmio.* NATE deâ, voſq; hæc, inquit, cognoſcite Teucri: Et mihi quæ fuerint iuuenili in corpore vires: Et quã ſeruetis reuocatũ à morte Dareta.] *Et tu, inquit, Aenea, & vos Troiani, ex præſenti facto, quod mox proferã, intelligite, qualis in iuuentute fuerim; quãdo admiranda longæuus oſtendo: ſimul hoc quoq; probaturi, quantã mortis acerbitate liberaueritis Daren veſtrũ.* DIXIT, & aduerſi cõtra ſtetit ora iuuẽci, Qui donũ adſtabat pugnæ; duroſq; reductâ Librauit dextrâ media inter cornua cæſtus Arduus, effractoq; illiſit in oſſa cerebro.] *Stetit, inquit, cõtra iuuẽci faciem. Cùm illo dixit, & reductá dexterâ: tũc enim ictus redditur fortior, ſi è maiori ſpatio veniat. Librauit in eius cerebrũ manũ, atq; inter cornua cæſtus illiſit. Hæc pars capitis maximã duritiem habet; proindeq; maximã frangendi difficultatem: & tamen ictus iſtius, effractis oſſibus, vſq; ad ipſum cerebrũ penetrauit. Proindè, quã morte interijt bos, ipsã oſtendit Daren interire potuiſſe. Expreſſio facti illa eſt. Sparſo, inquit, cerebro, cæſtus in oſſa illiſit. Oſſa ſunt, quæ cerebrũ tegunt: Cerebrum ipſum, ſecundũ eſt, hoc eſt, ſub oſſibus: rurſum oſſa ſuccedunt, quæ ſunt ſub cerebro. Sic igitur virtus operata eſt, vt ictus cæſtuũ, perfractis ſuperioribus oſſibus, & cerebro ſparſo, ad interiora quoq; oſſa deſcenderet.* STERNITVR, exanimiſq; tremens procũbit humi bos.] *Non deſcripſit morientem: ſed vt vnius ictus violentiã demõſtraret, poſt illiſos, inquit, cæſtus, mortuus concidit bos. Si bos, animal durũ, durã frõte, tam facilè concidit & fractus eſt: quid ſi ipſe Dares tam lethalem impetũ ſuſcepiſſet? Ecce quantã celeritas mortis! antequàm caderet, reddit animã: nec viſus eſt poſt factũ, niſi exanimis, & humi proſtratus. Et vicit, & donũ bouis cõmodumq; cõtempſit.* ILLE ſuper tales effudit pectore voces.] *Entellus,* A *poſt exitũ bouis, has addidit voces. Quũ dicit Voces; oſtendit, hunc dicta ſua clarã voce proſecutũ.* HANC tibi Eryx meliorem animã, pro morte Daretis, Perſoluo.] *Meliorem, inquit, animã: quaſi melior eſſet bouis anima, quàm hominis, non ipſe eſt intellectus: placare enim voluit Aeneæ mentem, & animos Troianorũ, quos in pernicie Daretis læſerat. & poſito furore certaminis, ait: Meliùs factũ eſt, vt bos potiùs interiret, quàm Dares; meliuſq;, tibi Eryx bouis animã vota perſolui; quàm hominis. Hæc enim eſt hoc loco anima melior, quæ ſinè piaculi contagione mactata eſt.* HIC victor cæſtus, artemq; repono] *Quod dignũ ſpectaculũ prouenſſet: congruũ ei viſum eſt, ab ipsã ſe artis profeſſione diſſoluere; ſed maximè, quia victor ſteterat, vt ſæpè de victorijs quoq; veteribus, lætus. Indè ait: Quo loco dedi tale meæ virtutis exemplũ, ibi pono & artem, & cæſtus ſtudiumq; certandi.* PROTINVS Æneas, celeri certare ſagittâ Inuitat, qui fortè velint; & præmia ponit, Ingentiq; manu malũ de naue Sereſti Erigit; & volucrem traiecto in fune columbã, Quò tendant ferrũ, malo ſuſpendit ab alto.] *Sagittarũ dehinc certamẽ induxit; propoſitis præmijs, & ipſius certaminis genere. Erexit igitur arborem nauis, magnã iuuenũ manu. Cũm hoc dicit per plurimos factũ; monſtrauit formæ* B *fuiſſe potioris. ideò poſuit & Sereſti nomen: quoniam dixit ſuperiùs, nauim illum habuiſſe maiorem. Huic ſuſpendit volucrem columbam: non quòd ſit vlla non volucris; ſed vt genus oſtenderet animalis. & intactis pennis: ac per hoc, quæ poſſet volare. Hoc ideò præſtruxit; quòd dicturus eſt, eam volaſſe, & ictu ſagittæ ab ipſis nubibus reuocatam: vt eò tenderent ſagittas, qui haberent artem peritiamque mittendi; &, qui eam figere potuiſſet, victoris ſumeret præmium.* CONVENERE viri.] *Viros, non propter ſexum dicit; ſed propter acumen ingenij, & artis induſtriam. Conuenerunt tales, qui ſcirent ſe tendendi arcus habere peritiam.* DEIECTAMQVE æream ſortem Accepit galea.] *Vſus eſt ad vicem vrnæ galeã; & commiſit virorum nomina. Hoc non dixit poëta: ſed intelligitur factum ex eo, quod ait; Sumpſit Aeneas ſortem ex galeã eductam. Sorte enim ordinandi fuerant, propter euentum feriendi: quippe, ſi ſinè ſortè id fieret, eſſet nonnulla in ordinatione contentio. ſi enim primi quoque columbam fixiſſent; alij nihil haberent, quòd ferirent.* ET primus clamore ſecundo, Hyrtacidæ ante omnes exit locus C Hippocoontis.] *Alluſit de primo & ſecundo: ſed intellectu diſcernuntur. primus quippe exijt Hippocoon; ſed ſecundo fauore populi. Secundo, non poſt primum; ſed pro proſpero, debemus accipere. Hunc ergo ſors fecerat primum, conſentiente fauore plurimorum.*

Quem modò nauali Mneſtheus certamine victor
Conſequitur; viridi Mneſtheus euinctus oliuâ.
Tertius Eurytion, tuus ô clariſſime frater
Pandare: qui quondã iuſſus confundere fedus,
In medios telum torſiſti primus Achiuos.
Extremus galeâque imã ſubſedit Aceſtes,
Auſus & ipſe manu iuuenum tentare laborem.
Tunc validis flexos incuruant viribus arcus
Pro ſe quiſque viri, & depromunt tela pharetris.
Primaque per cœlum neruo ſtridente ſagitta
Hyrtacidæ iuuenis volucres diuerberat auras:
Et venit, aduerſique infigitur arbore mali.
Intremuit malus, timuitque exterrita pennis
Ales, & ingenti ſonuerunt omnia plauſu.
Poſt acer Mneſtheus adducto conſtitit arcu,
Alta petens, pariterque oculos telumque tetendit.
Aſt ipſam miſerandus auem contingere ferro
Non valuit: nodos & vincula linea rupit,
Quîs innexa pedum malo pendebat ab alto.
Illa notos atque atra volans in nubila fugit.
Tùm rapidus iamdudum arcu contenta parato

SER. QVEM modò.] *Id eſt, nuper. nam, vt diximus, victor fuit duorum. Vrbanus verò dicit,* modò, *propemodum, penè: nam ſecundus fuit. Alij* victor, *voti compos volunt: vt,* Rapidiſque rotis inſiſtere victor. *Optauerat enim, ne extremus rediret: vt,* Hoc vincite ciues. CLARISSIME frater Pandare.] *Notiſſimè: qui fuit Lycaonis filius. Pandarus autem, ſecundùm Homerum, Mineruæ perſuaſione, ſingulare Menelai & Paridis certamẽ, cùm in eo eſſet vt Paris vinceretur, iactu teli diremit, quo Menelaum vulnerauit.* IVSSVS.] *A Mineruã.* SVBSEDIT Aceſtes.] *Hoc eſt, remanſit. Nec enim proferebatur ſors, quæ remanſerat ſola. aut certè* ſubſedit, *delituit. Vnde & Subſeſſores vocantur, qui occiſuri aliquem deliteſcunt. De quo verbo pleniùs dicitur illo verſu,* Deuictâ Aſiâ ſubſedit adulter. FLEXOS incuruant.] *Mutatione vſus eſt verborum. Nam* curuos inflectunt *debuit dicere.* PRO ſe quiſq; viri.] *Pro qualitate roboris ſui.* DIVERBERAT auras.] *Scindit.* ARBORE mali.] *Sic dixit, vt,* Luſtrat Auentini montẽ. EXTERRITA pennis.] *Timorem ſuum pennis ſignificant. Singula enim animalia habent ſigna, quibus indicant ſuum timorem. Vnde ipſe de*

lupo,

Digitized by Google

Tela tenens, fratrem Eurytion in vota vocauit:
Iam vacuo lætam cœlo speculatus, & alis
Plaudentem nigrâ figit sub nube columbam.
Decidit exanimis, vitamq; reliquit in astris
Aërijs; fixamq; refert delapsa sagittam.
Amissâ solus palmâ superabat Acestes:
Qui tamen æthereas telum contorsit in auras,
Ostentans artem pariter arcumq; sonantem.
Hîc oculis subitò obijcitur, magnoq; futurum

A *lupo*; Caudamq; remulcés Subiecit pauitanté vtero. *Item de Caco*: Turbatúq; oculis. *Hominũ enim timorem primi indicant oculi.* OMNIA plausu.] *Alij pennarum dicunt: sed melius, spectantiũ fauore. Illud enim est incredibile.* ADDVCTO arcu telũ tetendit.] *Hypallage est. nam adducitur telum, & arcus intenditur.* AST ipsam miserandus auem.] *Sic Homerus*: ὄρνιθος μὲν ἄμαρτε, μέγηρε γάρ οἱ τόγ᾽ Ἀπόλλων. MISERANDVS.] *Qui perfectâ re difficiliore victoriã caruit.* NODOS & vincula linea rupit.] *Homerus verò ait*: δέσμον δ᾽ ἀπὸ μήρινθον τάμε πικρὸς ὀϊστός. INNEXA pedem.] *Innexum pedem habens.* ILLA Notos atq; atra volans in nubila fugit.] *Homerus ait*: αὐτὰρ ἡ ὄρνις ἀνχ᾽ ἀπαρίμασον, μὲν ἡ πτερὰ πυκνὰ κίασθον. TVM.] *Deinde. & est aduerbium ordinis. Nam* tunc *temporis est.* ARCV contenta parato Tela tenens.] *Contento arcu tela tenens parata.* IN vota vocauit.] *Nam apud Lycios colitur Pandarus, quasi heros.*

B IAM vacuo lætam cœlo.] *Sicut Homer.* ὕψι νεφέων ἴδε τρήρωνα πέλειαν. NIGRA nube.] *Id est, altâ.* DECIDIT examinis.] *Homerus*: ὠκὺς δ᾽ ἐκ μελέων θυμὸς πτάτο. VITAMQ. reliquit in astris.] *Vnde sumpserat vitã: vt*, Hinc hominũ pecudũq; genus, vitæq; volantũ. *Sanè sciendũ, hunc totũ locũ ab Homero esse sumptũ. Vnde inanis est vituperatio Aeneæ, quòd suspenderit auem maternã. Nam & res est translata simpliciter: & quãcunq; suspendisset auem, in hanc incideret vituperationem. Nulla enim auis caret consecratione: quia singulæ aues numinibus sunt consecratæ.* Quanquàm *Vrbanus dicit, matrem ciuiùs potuisse placari.* ARTEM pariter, arcũq; sonantẽ.] *Semelq; culpat hoc Vergiliomastix. Artem enim in vacuo aëre ostendere non poterat.* Quanquàm *dicant periti, posse ex ipso sagittariorum gestu artis peritiam comprobari.* OBIICITVR.] *Superiùs de his particulis secũdùm Iubã artigraphũ tractauimus. Sed dicunt alij, istas monosyllabarum ratione, vel produci, vel corripi. Sane sciendum, naturæ esse, vt breues sint. euphoniæ vel Iubæ ratione: vt in cõpositione producuntur, si tamen i sequatur: quæ licèt non sit consonãs; potest tamẽ in declinatione pro cõsonanti haberi: vt* Obijcit, *obiecit*; *Subijcit, subiecit.*

C MODO.] *Vrbanus pro propemodũ exponit.* PANDARE.] *Pandarus primus iecit tela in Græcos. Pandarus filius Lycaonis, emissa sagitta vulnerauit Menelaum congressum cũ Paride. sic Homerus. Vergil. aliter, primum misisse hastam in Achiuos.* PLAVSV.] *theatrali.* VINCLA.] *quibus alligata erat auis.* PENDEBAT.] *columba in nubila abruptis vngulis effugit in aërem.* PARATO.] *id est, tenens parata tela contento arcu.*

POM. Sabi.

VAR. Lect. VOLVCRES diuerberat auras.] *Sunt, qui ex T. Donato,* Alas *legendũ autument. Cæterùm in antiq. omnibus libr. quos inspexerim;* Auras *notatũ obseruaui*: ET vincula linea rũpet.] *In antiq. aliquot.* Rumpit *est, præsenti tempore.* ATQVE atra volans in nubila.] *In lib. aliq. antiq.* Atque alta volans in nubila *legitur.* VITAMQ. reliquit in astris Aërijs.] *In vetustiss. plerisq; exemplar.* Æthereis *legere est.* TELVM contorsit in auras.] *In Rom. & Med. lib. pro* Contorsit, Contendit *legitur.* OSTENTANS artem pariter, arcumq; sonantẽ.] *Nonnulliq; particulã addidêre, ita legentes,* Artem pariterq; arcumq; sonantem. *Sed magis placet quod in Rom & in Med. legere est,* Ostentásq; artem pariter, arcumq; sonantem. SED lætum amplexus Acesten.] *In Rom. lib.* Et lætũ cõplexus *legitur.*

DON. QVEM modò nauali Mnesteus certamine victor Cõsequitur, viridi Mnesteus euinctus oliuâ.] *Secũdus exijt Mnesteus; qui paulò antè, cùm nauale certamen ageretur, victor exstiterat: atq; ita, vt coronatus ex oliuâ & frondib. fuit incedens, tenebat ordinẽ fortis.* TERTIVS Eurytion, tuus, ô clarissime frater Pãdare, qui quondã iussus cõfundere fed?, In medios telũ torsisti primus Achiuos.] *Exijt tertio loco Eurytion, frater Pandari: qui aliquando in Græcos cõtorsit telũ, non suo arbitrio, sed præcedente iussione: vt ictum fedus pugnæ posset repetitioni cõfundi. Tres istos cum signis suis posuit, quæ aggere vinculorũ trahebãtur, aut factis. melior tamen Hippocoontis descriptio fuit; in qui alludere voluit, & iuuare. nam qui primus exierat, habuit secundũ fauorem populi. Hunc ergo dixit Hyrtaciden, Hyrtaci scilicet nobilis hominis filiũ: Mnesthẽũ victoriæ signis, & coronæ indicio, ac repetito nomine, euidenter ostendit: Eurytionem verò, quòd Pandori esset frater, qui iussus, torquendo in hostem telum, fedus confudit.* EXTREMVS galeâq; imâ subsedit Acestes, Ausus & ipse manu iuuenũ tentare laborẽ.] *Noluit ergo Acestes inter iuuenes numerari, nõ mentis ignauiã; sed laudum voto: vel maximè, cùm sagittarũ certamen, non robore corporis, sed vsu posset & exercitatione constare. Hunc tamen euentus sortis à fortiorib? separauit, in sinu galeæ retinendo.* TVM validis flexos incuruant viribus arcus Pro se quisque viri, & depromũt tela pharetris.] *Meditamenta sunt ista, tentare arcus, atq; curuare pro modo viriũ suarũ.* PRIMAQ. per cœlũ neruo stridente sagitta Hyrtacidæ iuuenis volucres diuerberat alas: Et venit, aduersiq; infigitur arbore mali. Intremuit malus, timuitq; exterrita pennis Ales, & ingenti sonuerũt omnia plausu.] *Hic fuit euentus sagittæ primæ. nam inter alas, hoc est, inter alarum pennas, transiens, ligno potiùs, quàm columbæ visceribus fixa est. quo impetu & arbor impulsa contremuit; & columba exterrita, geminauit trepidos plausus in tantum, vt eorum sonus compleuisset vniuersa.* PÒST acer Mnestheus educto constitit arcu, Alta petens, pariterq; oculos telumq; tetendit.] *Dicendo acrem, & oculos eum simul ac telum in altitudinem librâsse; iam significat aliquid in ipsâ arte mirabile facturum.* AST ipsam miserandus auem contingere ferro Non valuit: nodos & vincula linea rupit, Quîs innexa pedem malo pendebat ab alto.] *Bene posuit miserandum: nam plurimum non fuit, quod plenum impedit euentum. Fecit tamen, quod non longè esset ab artificis subtilitate: nam nodos rupit. Illa autem fuerunt linea, quibus columba nexa pede vno pendebat.* ILLA notos atque atra volans in nubila fugit.] *Præter naturam, quæ toties periculum senserat, liberata nexibus, fugit in altitudinem summam, ventis suffragantibus.* TVM rapidus iam dudum arcu contenta parato Tela tenens, fratrem Eurytion in vota vocauit.] *Voluit poëta monstrare, quãta apud Eurytionem valebat fraterna religio; q uum hunc, tanquam deum, propria vocauit in vota: quia fuit Eurytion rapidus, hoc est, omnes moras præueniens? stabat parato arcu, & sagittâ intentâ: & vocato priùs in vota fratris nomine, volantem speculatus est columbam.* Speculatus est, *quòd dixit, artis fuerat: debuit enim volatum eius explorare: quoniam turbato eo atq; incomposito, ferendi locus inueniri nõ poterat.* IAM vacuo lætã cœlo speculatus & alis Plaudentem nigrâ figit sub nube columbam.] *Vbi igitur hanc vidit lætis ac securis volatibus ferri, iecit sagittam, & columbam in aëre confixit. Quantæ peritiæ fuit, volantem percutere, atq; in alto constitutam? præter obumbrata nube atrã? Hoc loco & peritia laudatur, & acies luminis: vt in tantâ altitudine & adhuc volantem, sub colore nubis tetro, librato primùm telo, & videre potuerit, & ferire.* DECIDIT exanimis, vitãq; reliquit in astris Aërijs, fixamq; refert delapsa sagittam.] *Vitam diu tenere non potuit: & exanimis lapsa sagittam, quam exceperat, reddidit. Non dixit, sagitta reuocauit columbã, quæ ruptis vinculis libera fuerat: sed, quod*

erat pulchrius, alet ipsam sagittam reuocauit. AMISSA solus palmâ superabat Acestes: Qui tamen aerias telum contorsit in auras: Ostentans artem pariter, arcumq; sonantem.] *Nouissimus Acestes in galeâ subsederat. Ecce & hic perdidit occasionem mittendi. quod enim exspectari potuerat vsq; ad tertiam sortem, finem sumpsit. Licèt igitur solutum esset illud certamen: voluit etiam ipse, ostentationis causâ, in vacuum sagittam destinare: vt spectantibus demonstraret, & posse aliquid in arte; & si locus exstitisset, aliquid implere potuisse:* HIC oculis subitò obijcitur, magnoque futurum Augurio monstrum, docuit pòst exitus ingens; Seraq; terrifici cecinerunt omnia vates.] *Cùm Acestes sagittam iecisset: subitò oculis omnium magnum obiectum est monstrum; quod præuidendo, nec intelligi potuit, nec aliquâ interpretatione dissolui. Probauit tamen hoc exitus rerum; & vatum tarda responsa docuerunt. Hic vates reprehenduntur, quòd nec intelligere potuerunt, nec aduertere: vsque adeò, vt etiam ipsos, quid illud esset, casus, qui consecutus docuisset.* A

ADR. Bar. VOLVCRES diuerberat auras.] *Si quem dicemus inanem operam sumere, accommodabimus illud: Volucres diuerberat auras: Vt nos fecimus: docendis plerisque discipulis.*

Augurio monstrum: docuit pòst exitus ingens;
Seraq; terrifici cecinerunt omina vates.
Namq; volans liquidis in nubibus arsit arundo,
Signauitq; viam flammis; tenueisq; recessit
Consumpta in ventos: cœlo ceu sæpè refixa
Transcurrunt, crinemq; volantia sidera ducunt.
Attonitis hæsêre animis, superosq; precati
Trinacrij Teucriq; viri. nec maximus omen
Abnuit Æneas; sed lætum amplexus Acestem
Muneribus cumulat magnis, ac talia fatur:
Sume pater. (nam te voluit rex magnus Olympi
Talibus auspicijs exsortem ducere honorem)
Ipsius Anchisæ longæui hoc munus habebis;
Cratera impressum signis, quem Thracius olim
Anchisæ genitori in magno munere Cisseus
Ferre sui dederat monumentũ, & pignus amoris
Sic fatus, cingit viridanti tempora lauro,
Et primũ ante omneis victorẽ appellat Acestem:
Nec bonus Eurytion prælato inuidit honori;
Quàmvis solus auem cœlo deiecit ab alto:
Proximus ingreditur donis, qui vincula rupit:
Extremus, volucri qui fixit arundine malum.
At pater Æneas, nondum certamine misso,
Custodem ad sese, comitemq; impubis Iuli,
Epitiden vocat, & fidam sic fatur ad aurem:
Vade age, & Ascanio, si iam puerile paratum
Agmen habet secum, cursusq; instruxit equorum;
Ducat auo turmas, & sese ostendat in armis:
Dic, ait. ipse omnem longo discedere circo
Infusum populum, & campos iubet esse patenteis.
Incedunt pueri, pariterq; ante ora parentum
Frænatis lucent in equis: quos omnis eunteis
Trinacriæ mirata fremit, Troiæq; iuuentus.
Omnibus in morem tonsâ coma pressa coronâ:

SER. AVGVRIO monstrum.] *Augurium dictum, quasi auigerium, id est, quod aues gerunt. Et bene de sagitta dixit augurium, quæ habet pinnas: quanquàm omnia ad vnum congesserit locum; mõstrum, augurium, auspicium, oraculum.* SERA.] *Grauia. Sallustius:* Serum bellum in angustijs futurum, *id est, graue. Et quod improbant vates, Æneas amplectitur, deceptus augurij similitudine, quod apud Troiam probauerat pater: vt* Stella facem ducens. LIQVIDIS in nubibus.] *Nubes pro aëre posuit. Nubes enim liquidæ esse non possunt.* CEV sæpè refixa.] *Poëticè dixit, secundùm publicam opinionem. Nam, vt Lucretius dicit,* Vētus altiora petens, æthereum ignem secum torquet; qui fractus, imitatur stellas cadentes. ATTONITIS animis.] *Interritis, stupefactis per tonitrua: quæ semper cohærent cælestibus ignibus.* NEC maximus omen Abnuit Æneas.] *Amplexus est, & probauit. Non secundùm augurum disciplinam dixit, ad se non pertinere. Nam nostri arbitrij est, visa omnia vel improbare, vel recipere.* SVME pater.] *Percipe. Nam verbum est Iurisconsultorum: quo vtuntur, quotiens legatum non ab hærede datur; sed est in accipientis arbitrio.* EXSORTEM,] *ἄκληρον, sinè sorte.* ANCHISÆ munus.] *Quod Cisseus, rex Thraciæ, (secundùm Vergilium pater Hecubæ: vt,* Cisseus regina Parin creat) *Anchisæ aliquando donauerat.* IMPRESSVM signis.] *Impressa signa habens, id est, emblemata.* VIRIDANTI.] *Species participij sinè verbi origine, temporis præsentis.* PRIMVM ante omneis.] *Vnum vocat.* APPELLAT.] *Vel dicit: vel salutat. Sallustius:* Iugurthâ adueniens velox Quęstorem appellat. PRÆLATO inuidit honori.] *Id est, prælatum honorem.* PROXIMVS.] *Post Eurytionem.* DONIS.] *Ad dona.* EXTREMVS.] *Ostendit hos sua munera percepisse: Acesten verò sumpsisse præcipua.* NONDVM certamine misso.] *De peractis nunc loquitur rebus. Indè debuit dicere,* vocauit, & fatus est. *Ergo aut tempus est pro tempore: aut sic refert, vt videatur non de præterito loqui; sed actum præteriti temporis ponere & referre.* CVSTODEM ad sese.] *Secundùm Tullium, qui dicit ad militiam euntibus dari solitos esse custodes, à quibus primo anno regantur. Vnde ait de Pallante:* Sub te tolerare magistro Militiam & graue Martis opus.

IMPVBIS Iuli.] *Ab eo quod est, hic Pubis. Nã quod ait Sallu.* Puberes omnes interfici iubet: *venit ab eo, quod est Puber. & sunt ista communis generis, si referantur ad singulos. Multitudo autem si dicatur, generis tantùm feminini est: vt, hæc Pubis.* B FATVR ad aurem.] *Sequitur &,* Dic *ait. Vnde, sicut & in tertio diximus, vnum vacet necesse est.* CAMPOS iubet esse patenteis.] *Discessu populi iubet fieri campos patenteis.* INCEDVNT pueri.] *Aut poëtica licentiâ confudit ætates; vt modò pueros, modò iuuenes dicat. Nam ait,* Vna acies iuuenum. *Aut certè, secũdùm quosdam, sequenti distinctione mutatâ, magistros, pueros dicit: sequentes verò, maturioris ætatis.* QVOS omnis euntes.] *Quos euntes omnis turbâ fremit, id est, cum fauore prosequitur.* TONSA coma.] *Composita. Nã propriè comæ sunt, non cæsi capilli.* PRESSA coronâ.] *Id est, galea. & sermone Homeri vsus est: nam galeam στεφάνην dixit. Et reuerâ Coronâ non potest intelligi: cùm sequatur,* Galeâ ante pedes proiecit inanem. *Sed alij dicunt, potuisse eos galeas habere coronatas. Bebius tamen Macer dicit, à Cæsare Augusto pueris, qui luserunt Troiam, donatas esse galeas, & bina hastilia. ad quod Vergilium constat adludere.* C

POM. Sabi. AVGVRIO.] *Augurium etiam apud Papinium est: cùm Adrastus sagittam emisit, rediji ad se; significauit, interituros reges Argiuorum omnes, præter Adrastum.* LIQVIDIS in nubibus.] *liquidò aëre.* ARSIT.] *quia sagitta pennata est.* EXSORTEM.] *sinè sorte. Consors, eiusdem sortis: Exsors, extra sortem.* HONOREM.] *ideò arsit: quia sagitta in aëre.* CYSSVS.] *Cysseus & Dimas fratres, natione Thraces. Cysseus pater Hecubæ: & Dimas pater Ledæ.* INCEDVNT.] *pueri. Bebius Macer ait: Augustum dedisse pueris ludentibus Troianam galeam, & bina hastilia. ad quam similitudinem dicunt Vergilium scripsisse hunc equestrem ludum.* FREMIT.] *fauore prosequitur.* TONSA coma.] *Antiqui excedentes pueritiam, incipiebant tondere crines; & eos dicabant aris alicuius dei. Coronam ponit pro galeâ. Homerus στεφάνην pro galeâ accipit. Ego puto, eos propter ludum coronatos venisse: alij volunt Tonsam comam, Id est, compositam.*

EPITI-

Digitized by Google

A EPITIDEM vocat.] *In libris aliquot antiquis, Æpytidem, cum diphthongo primâ ſyllabâ, & y ſecundâ, ſcriptum eſt.* SIC ait: ipſe omnem.] *In veteribus libris, quotquot habere potui, ſcriptum inueni,* Dic ait.

VAR. Lect.

DON. NAMQVE volans liquidis in nubibus arſit arundo.] *Ecce vnde monſtrum, & mirandum, & graue. nam volans arundo arſit inter liquidas nubes, hoc eſt, mundas: cùm neq; fulgura exſtarent, & aëris eſſet nulla turbatio.* SIGNAVITQVE viam flammis, tenuiſq; receſſit, Cōſumpta in ventos.] *Quum cucurrit, veſtigium traxit incendij: & paulatim vaneſcendo, conſumpta fuit, flamma ſcilicet & ſagitta: quoniam conſumpta erat arundo, quam flamma tenuerat.* COELO ceu ſæpè refixa Tranſcurrunt, crinémque volantia ſidera ducunt.] *Sic ſagitta igneam viam faciens cucurrit, & poſtea non apparuit; vt ſtellarum tranſitus exſiſtunt, & quaſi quodam incendio vias monſtrant continuò receſſuras.* ATTONITIS hæsêre animis, ſuperoſque precati Trinacrij Teucrique viri.] *Omnium mentes viſus iſte turbauerat. Teucrorum ſcilicet & Siculorum: nullus tamen diſcernere valuit, quid ingrueret. ſtupor enim ex repentino facto, conſilia omnia iudiciumq; confuderat.* NEC maximus omen Abnuit Æneas.] B *Aeneas maximus, hoc eſt, magni intellectus arbiter. Omen non abnuit: id eſt, non recuſauit; ſed arripuit: magis exiſtimans, ſecundùm magiſterium patris, quum ex Iuli capite exſiſteret flamma, ignem proſpera potiùs, quàm aduerſa portendere.* SED lætum amplexus Aceſtem.] *Quum dicit Aceſten lætum, oſtendit etiam ipſum læta ſenſiſſe. Hunc igitur Aeneas amplexus:* MVNERIBVS cumulat magnis, ac talia fatur.] *Ecce & augmentum munerum oſtendit; nihil illos ſenſiſſe metuendum. Acceſſerunt & verba Aeneæ; quæ interpretationem tenerent monſtri, nihil triſte ſignificantis.* Muneribus, *inquit,* cumulat magnis. *debuit enim pro merito perſonæ ſuæ competenter honorari; qui fuiſſet ſenex, hoſpes, diues, liberalis, officioſus, & ciuis.* SVME pater.] *Vno verbo & nomine, religionem plenam præcipuæ charitatis expreſſit, dicendo* Sume *& dicendo* Pater. Sume *enim, verbum, hoc loco non tradentem ſignificat; ſed hortantem, vt ſibi ipſi pro ſuo merito vendicaret. quod plus fuit, quàm dare. ac ſi diceret:* Quod eſt *in vſu hominum, res mea res tua eſt: tolle quod vis.* Patris *autem appellatione, omne officiorum genus expreſſit. conſiderato enim quod patribus debetur; inueniemus, quid in hac perſonâ* C *intelligere debeamus. Patrem enim, non ſolùm propter ætatem dixit; verùm etiam religionis causâ: nec habuit aliud nomen, quod paternum tranſgrederetur affectum. eſt enim in patris poteſtate, quicquid eſt in ſubſtantiâ filiorum. Illi tantum debetur, quantum Aeneas ipſe patri debili ac ſeni exhibuiſſe monſtratur. Denique hunc collo atque humeris vexit: ac deſperatis omnibus, vſque ad vltimum finem fortunâ ſæuientem perduxit, aut cum patre deſiderauit euadere, aut cum eo finem inuenire viuendi. Sic enim ille paternis fatis ſua quoque fata coniunxit: vt quicumque eſſet vitæ vel mortis euentus, non ſeparatum alterum: ſed vtrumque inueniret ſocium, & vtrumque coniunctum. Certè, quàm conueniens huic loco perſona, vt hic Aceſten diceret patrem: in quo omnis paterni nominis, etiam poſt vltimum diem, quo acceſſit ad ſuperos, illibata reuerentia perdurabat. Certè & illud Aeneam intelligere poſſumus dixiſſe: quòd illo nomine, tam ſancto, tam religioſo, Aceſten apellare voluiſſet; cuius affectum nec mors abolere potuit nec viuendi finis extinguere.* (NAM te voluit rex magnus Olympi Talibus auſpicijs exſortem ducere honorem.)] *Ecce & hic exponitur, quid ſit* Sume. *auſpicio, inquit, ſagittæ, quæ repētino conflagrauit incendio, oſtendit magnus & venerabilis Iupiter, honorem te ducere; non traditū ferre: nec pertinere ad iudicium ſortis; ſed eſſe ſeparandum. Deniq; cùm errore humano nomen tuum galea cum cæteris ſuſtineret, non exiuiſti de ſorte: quod diuini fauoris fuit: (neq; enim tantus ac talis cæteris æquari debuiſti; vt ludicris actibus probarentur merita tua) reſeruatus es ſacris rebus; vt nobis per tuum factum futuri temporis commoda monſtrarentur.* IPSIVS Anchiſæ longæui hoc munus habebis, Cratera impreſſum ſignis, quem Thracius olim Anchiſæ genitori in magno munere Cyſſeus Ferre ſui dederat monumentū, & pignus amoris.] *Hoc, inquit, munus apud te debet eſſe præcipuū; quod amico tuo, & æquæuo, Anchiſæ, inter magna munera præferendum, Cyſſeus, largitor & diues, dono contulerat. Cratera impreſſum ſignis: hoc eſt, precioſum arte & pondere. Ponderis quidam poëta non meminit: ſed dicendo, impreſſum ſignis, etiam pondus videtur tetigiſſe. quoniam ſignis imprimi non poteſt, niſi quod fuerit ponderoſum & validum. Quod igitur amicus religioſus amico chariſſimo cōtulit, hoc Aeneas Aceſti fieri libentiſſimè voluit: quem appellauit patrem, eo affectu, quaſi ſpecies illa dominum non eſſet mutatura.* SIC fatus, cingit viridanti tempora lauro, Et primum ante omnes victorem appellat Aceſten.] *Quod fuit inſigne victoriæ: poſtpoſitis, qui ratione geſtorum præponi debuiſſent, victorem Aceſten pronunciauit.* NEC bonus Eurytiō prælato inuidit honori; Quàmuis ſolus auem cœlo deiecit ab alto.] *Nec inuidit bonus Eurytion, honorem victoriæ, ſibi debitum, ad Aceſten Aeneæ iudicio eſſe tranſlatum. ſolum enim honorem primatus; non etiam præmium, ab eo conſtabat auocatum.* PROXIMVS ingreditur.] *Hoc eſt, ad accipiendum præmium ſuccedit.* DONIS.] *vt donum ſumeret.* QVI vincula rupit.] *Non donis ingreditur; ſed ingreditur, id eſt, ambulando ſuccedit, vt dona percipiat: quoniam ipſe ruperat vincula, quibus auis ſuſpenſa pendebat.* EXTREMVS, volucri qui fixit arundine malū.] *Hippocoontem dixit.* AT pater Æneas, nondum certamine miſſo] *Id eſt, antequàm certamen equitū mitteretur.* CVSTODEM ad ſeſe, comitemq; impubis Iuli, Epitiden vocat.] *Dixit cauſam, cur Aſcanius hunc habuiſſet comitem atq; cuſtodem. Impubes, inquit, fuit: quæ ætas quia non poteſt regi per ſeipſam; adiūgitur ei cuſtos & comes, qui impuberē non recedendo tueatur.* ET fidam ſic fatur ad aurem.] *Facilè enim conſiliorum ſuorum ſecreta fundebat, cui ſecurus ſpem filij commiſerat.* VADE age, & Aſcanio: ſi iam puer ille paratus Agmen habet ſecū, curſuſq; inſtruxit equorum, Ducat auo turmas, & ſeſe oſtendat in armis: Dic, ait. ipſe omnem longo diſcedere circo Infuſum populum, & campos iubet eſſe patētes.] *Secretò Aeneas præceperat, quid fieri deberet, quum Epytiden mittit. gratiora enim ſunt, quæ ad ſpectantium oculos inſperata atq; inopinata perueniunt. Ipſe tamen omnem populū iubet de medio abſcedere, qui ſe paſſim longo circi ſpatio infuderat: vt campi vacui facti hominum cœtibus, futuro certamini liberum ſpatium darent.*

Cornea bina ferunt præfixa haſtilia ferro:
Pars læueis humero pharetras; it pectore ſummo
Flexilis obtorti per collum circulus auri.
Tres equitum numero turmæ, terniq; vagantur
Ductores: pueri biſſeni quemq; ſecuti,
Agmine partito fulgent, paribuſq; magiſtris.
Vna acies iuuenum, ducit quam paruus ouantem
Nomen aui referens Priamus, tua clara Polyte
Progenies, auctura Italos: quem Thracius albis

SER. IT pectore ſummo.] *Sic legendum eſt, ne ſit ſolœciſmus. & rei inanimali dedit motum, dicendo* it. *Summum autem pectus ait, pectoris & colli confinium.* TRES equitum numero turmę.] *Rem Romanæ militiæ ſuo intulit carmini. Nam conſtat, primò tres partes fuiſſe populi Romani: vnam Tatienſium, à Tito Tatio, duce Sabinorum, iam amico poſt fœdera: alteram Ramnetum, à Romulo: tertiam Lucerum, quorum, ſecundùm Liuiū, & nomen & cauſa in occulto ſunt. Varro tamen dicit, Romulum dimican-*

Digitized by Google

Portat equus bicolor maculis; vestigia primi
Alba pedis, frontemq; ostentans arduus albam.
Alter Atys, genus vnde Atyi duxêre Latini:
Paruus Atys, pueroq; puer dilectus Iulo.
Extremus, formâq; ante omneis pulcher Iulus,
Sidonio est inuectus equo: quem candida Dido
Esse sui dederat monimentum, & pignus amoris,
Cætera Trinacrijs pubes senioris Acestæ
Fertur equis.
Excipiunt plausu pauidos, gaudentq; tuentes
Dardanidæ; veterumq; agnoscunt ora parentum.
Postquàm omnem læti consessum, oculosq; suorû
Lustrauère in equis: signum clamore paratis
Epitides longè dedit, insonuitq; flagello.
Olli discurrère pares; atq; agmina terni
Diductis soluère choris: rursusq; vocati
Conuertère vias, infestaq; tela tulêre.
Indè alios ineunt cursus, aliosq; recursus,
Aduersis spatijs: alternosq; orbibus orbes
Impediunt; pugnæq; ciêt simulachra sub armis:
Et nunc terga fugæ nudant; nunc spicula vertunt
Infensi; factâ pariter nunc pace feruntur.
Vt quondam Cretâ fertur labyrinthus in altâ,
Parietibus textum cæcis iter, ancipitemq;
Mille vijs habuisse dolum; quà signa sequendi

dimicantem contra Titû Tatium, à Lucumonibus, id est, Thuscis, auxilia postulâsse. Vnde quidã venit cum exercitu: cui, recepto iam Tatio, pars vrbis est data: A quo in vrbe Thuscus dictus est vicus. Horat. Ac Thusci turba impia vicit. *Ergo à Lucumone Luceres dicti sunt. Sic autem in tres partes diuisum fuisse populum Romanorum, constat: vt etiam, qui præerant singulis partibus, Tribuni dicerentur. Vnde etiã sumptus, quos dabant populo, Tributa nominarunt.* TERNI.] *Tres. & sic ait more suo.* DVCTORES, pueri.] *Hic quidam distinguunt, vt diximus suprà.* PARIBVSQVE magistris.] *Et hoc alludit. Nam hodièq; equitũ dicũtur magistri.* POLYTE progenies.] *Illum dicit, qui suprà à Pyrrho introduxit occisum: de quo Cato in Originibus dicit, quòd ad Italiam venerit; & segregatus ab Aeneâ, condiderit oppidũ Polytorium, à suo nomine.* QVEM Thracius albis.] *Cùm tres dixerit duces, duorũ equos commemorat. Sed aut prætermisit, quod vt consequeretur necesse erat: nec enim vnus pedes esse poterat. aut illo reddidit loco: vt,* Cætera Trinacrijs pubes senioris Acestæ Fertur equis. *Quamquam multi, distinctione mutatâ, tres equos commemorant: vt sit plenè primus* Equus bicolor maculis: *& de alio dicatur,* vestigia primi Alba pedis, *Id est, primorum pedum vestigia: &* Frontem albam ostentans alter. GENVS vnde Atyi duxêre Latini.] *Propter Actiam dicit, matrê Augusti: de quâ Antonius ait,* Actia Latini mater. *Vult enim eius etiam maternum esse genus antiquißimum.* EXTREMVS.] *Quantum ad numerum spectat.* CÆTERA Trinacrijs.] *Cætera pubes equis Acestæ fertur.* PAVIDOS.] *Gloriæ cupiditate sollicitos: vt,* Corda pauor pulsans. FLAGELLO.] *Virgâ, quæ sonat in morem flagelli.* CHORIS.] *Aciebus.* VOCATI.] *Ictu virgæ.* ET nunc terga nudant.] *Tria, quæ in bellis geruntur, cuncta commemorat: fugam, pugnã, pacem.* LABYRINTHVS.] *Locus apud Cretam, factus à Dædalo perplexis parietibus: vbi Minotaurus inclusus est, ex Pasiphaë & Tauro genitus.* PARIETIBVS textum cæcis iter.] *Hypallage est: cæcum iter intextis parietibus.* ANCIPITEM dolum.] *Perplexum errorem eundi ac redeundi.*

POM. Sabi. TVRMÆ.] *ductores turmarum dicebantur Tribuni, à ternario numero. vt apud Dionys. lib. 11.* Romulus multitudinem in tres partes diuisit: à numero Tribus appellauit: singulos his præfecit duces, quos Tribunos dixit. *Varro sic:* Romanus ager primùm diuisus in partes tres: à quo Tribus appellatæ. *Ennius ait:* Tacienses, à Tacio: Rhamnenses, à Romulo. *Iunius ait:* Luceres à Lucumone. *Volumnius, Thusca vocabula dixit esse. indè fortè tribus quinq; Palatina, Collina, Exquilina, Suburrana, Romilia. Liuius ait:* Lucerum origo incerta est, ab hoc ternario numero tributo dicta. POLITE.] *Priami filius Polites, interfectus fuit à Pyrrho. Huius filius Priamus nunc ducebat aciem. Cato ait: Politem venisse in Italiam cum Aeneâ, & condidisse Politorium oppidum. Vergilius aliter sentit: scilicet ipsum oppidum conditum ab Priamo, nomine patris.* ATYI Latini.] *dicti ab Aty, vel ab Atyâ matre, Latini. hinc volunt Actiam, Augusti matrem, duxisse maternum genus.* CRETA.] *in Cretâ insulâ labyrinthus Dædali: de quo dicemus in 6.* A

VAR. Lect. PRÆFIXO hastilia ferro.] *Libri antiqui omnes, quos inspexi,* Præfixa hastilia ferro *legunt.* IT pectore summo Flexilis obtorti per collum circulus auri.] *Quâmvis lectio hæc vulgata candidior videatur; in quibusdam tamen libris antiq. ita legere est:* Et pectore summo Flexilis obtorti per collum it circulus auri. TVA clara Polite Progenies.] *In Roman. & antiquis aliquot alijs exẽplaribus,* Polytes, *Atticorũ more scriptũ est.* ALTER Atys, genus vnde Atyi duxêre Latini.] *Scribendum* Atti, *ex antiq. lib. In aliquot verò duplici ij.* Atij. *Attius verò duplici i scribitur, & non per* Et, *vt ex veterum monumentis apparet.* B SIDONIO est inuectus equo.] *In antiquis aliquot libris,* Sidoneo *scriptũ est.* CÆTERA Trinacrijs pubes senioris Acestæ Fertur equis.] *In Romano libro legere est,* Trinacrij. *In Longobardico, in Mediceo, & plerisq; alijs,* Trinacriæ pubes *legitur.* ATQVE agmina terni Diductis soluêre choris.] *In Romano libro, & aliquot alijs antiquis,* Deductis *habetur. In Mediceo & aliquot alijs, quod magis placet,* Diductis. *Sunt etiam libri manuscripti, qui legãt* Ternis. INFESTAQVE tela tulêre.] *In Mediceo libro,* Instructaq; tela *legitur. Sed* Infesta, *in alijs.* ADVERSVS spatijs, alternosq; orbibus orbes.] *In libris aliquot antiquis,* Aduersis *legitur. Id verò non improbârim: quòd* Alternisq; orbibus orbes, *quædam habent exemplaria.* ET nunc terga fugæ nudant.] *In antiquis aliquot,* Fugâ *est, ablatiuo casu.* NVNC spicula vertunt.] *In vno tantùm libro Rom.* Spicula torquent *habetur: In alijs omnibus,* Vertunt.

C

DON. INCEDVNT pueri, pariterq; ante ora parentum Frænatis lucent in equis: quos omnis euntes Trinacriæ mirata fremit, Troiæq; iuuentus. Omnibus in morem tonsâ coma pressa coronâ: Cornea bina ferunt, præfixo hastilia ferro: Pars læues humero pharetras, it pectore summo Flexilis obtorti per collum circulus auri.] *Processerũt pueri ad campum, omnes equites, frænatis equis splendidi: constituti sub parentum oculis, cùm ludis ipsis spectatores interessent.* TRES equitum numero turmæ, terniq; vagãtur Ductores: pueri bisseni quêque secuti, Agmine partito fulgent, paribusq; magistri. Vna acies iuuenum.] *Alio loco pueros dicit, alio iuuenes: sed iuuenes voto magis, quàm verè iuuenes. cæterùm pueri fuerant, ætati Ascanij comparati.* DVCIT quam paruus ouantẽ Nomẽ aui referẽs Priamus, tua clara Polyte Progenies, auctura Italos: quem Thracius albis Portat equ9 bicolor maculis, vestigia primi Alba pedis, frontemq; ostentans arduus albã.] *Suprà generaliter dixit, Tres turmarũ fuisse ductores: hic specialiter singulos nominat, signis euidentioribus monstrans. Ex his vnũ Priamũ memorat fuisse, Priami, senioris aui sui, nomine nuncupatũ: equo vectũ maculis discoloribus, & albũ colorem primis in pedibus & frõte gestantẽ.* ALTER Atys, genus vnde Atyi dixêre Latini.] *Alterũ dicit Atyn nuncupatum: à quo multò posteà Latini hoc nomine vocitati.* PARVVS Atys pueroq;

puer

Digitized by Google

A puer dilectus Iulo.] *Magnum enim parit affectum ætas, annorum ratione conſimilis: vnde hunc diligebat Aſcanius, ex puta puerum puer.* EXTREMVS formâq; ante omnes pulcher Iulus.] *Hos omnes ſequebatur Aſcanius, non merito, ſed incedendi ratione poſterior; pulchrior cunctis.* SIDONIO eſt inuectus equo; quem candida Dido Eſſe ſui dederat monumentum, & pignus amoris.] *Aſcanius, inquit, equo Sidonio vehebatur. hunc enim ei Dido cõtulerat, propter vim amoris & meritum conſtituendum, & diuturnam pueri pectoris dilectionem. Candidam Didonem dixit, animo potiùs, quàm corpore: quæ cùm ſe patris eius conſideraret vxorem, non eum vt priuignum habuit; ſed dilexit vt filium: vſq; adeò, vt affectum, quem retinebat mente, donis & muneribus comprobaret; haberetq; Aſcanius eius amoris monumentum: quæ potuit & odiſſe.* CÆTERA Trinacrijs pubes ſenioris Aceſtæ Fertur equis.] *Troianos ductores ſpecialiter enumerauit: quando ad Siculos ventum eſt, & vnâ generalitate complexus eſt omnes, vt oſtenderet, eos ſub Troianis fuiſſe.* EXCIPIVNT plauſu pauidos, gaudentque tuentes Dardanidæ, veterumque agnoſcunt ora parentum.] *Illi quidem pauebant in conſpectu*
B *publico: ſed hos Troiani reficiebant plauſibus, duplici modo gaudentes: quòd videbant in liberis ſpem, & in ipſis cernebant parentum ſimilitudinem propriorum.* POSTQVAM omnem læti conſeſſum oculôſque ſuorum Luſtrauêre in equis.] *quum procederent, pauorq; eos confuderat, incontemptæ multitudinis cauſâ. ſed poſtquam acceptis ſuorum fauoribus recreati ſunt, conſiderato conſeſſu, in quo alieni non fuerant, refecti ſunt.* SIGNVM clamore paratis Epytides longè dedit, inſonuitque flagello.] *Paratis iam ſignum dedit Epytides clamore & flagello.* OLLI diſcurrêre pares, atque agmina terna Diductis ſoluêre choris.] *Agmen aliâ ſpecie atq; ordinatione compoſitum, in alios ſeſe ordines vertit. Hoc enim faciendum ſignificauerat Epytides.* ATQVE, agmina terna Diductis ſoluêre choris.] *choris ſoluêre agmina, id eſt, in partes.* RVRSVSQVE vocati Conuertere vias, infeſtaq; tela tulêre.] *Alio ſigno accepto, mutati ſunt in alium modum. & tulerunt tela infeſta: non veris, ſed ad imaginem veritatis infeſta.* Quid *ſit conuertere vias, ipſe exponit.* INDE, *inquit,* alios ineunt curſus, aliosque recurſus, Aduerſis ſpatijs, alterniſq; orbibus orbes Impediunt.] *Id eſt, miſcent.* PVGNÆQVE cient ſimulachra ſub armis.] *Propter imaginem veræ pugnæ dixit ſuprà,* infeſtaq;: *ſcilicet alijs in vero certamine, non ipſis, qui ludicris operam dabant.* ET nunc terga fugæ nudant, nunc ſpicula vertunt Infenſi: factâ nunc pace feruntur.] *Aliquando ſimulatâ fugâ vertebantur, conuerſis lentis ſpiculis, hoc eſt, mollibus, & nudato dorſo: hic enim fugientibus mos eſt. aliquando factâ pace remeabant concordes. Hoc genus certaminis pyrrhicam vocant: in quâ ineſt veriſimilis ratio; ſed bellis veris & prælijs neceſſaria. Denique, quicquid illic geritur, militari artificio proficit, & aperto certamine. Ecce ipſi, dum ludunt, faciem imitati ſunt belli: nunc nudantes terga, hoc eſt, velut in fugam verſi; nunc ſpicula exſerentes; nunc factâ pace in concordiam redeuntes.*

Falleret indeprenſus & irremeabilis error:
Haud aliter Teucrûm vati veſtigia curſu
Impediunt, texuntq; fugas & prælia ludo;
Delphinûm ſimiles, qui per maria humida nando,
Carpathiũ, Libycumq; ſecant, luduntq; per vndas.
Hunc morẽ, hos curſus, atq; hæc certamina, primꝰ
Aſcanius, longam muris cùm cingeret Albam,
Rettulit, & priſcos docuit celebrare Latinos:
Quo puer ipſe modo, ſecum quo Troia pubes,
Albani docuêre ſuos. hinc maxima porrò
Accepit Roma, & patrium ſeruauit honorem:
Troiaq; nunc pueri, Troianum dicitur agmen.
Hac celebrata tenus ſancto certamina patri.
Hìc primùm fortuna fidem mutata nouauit.
Dum varijs tumulo referunt ſolennia ludis,
Irim de cœlo miſit Saturnia Iuno
Iliacam ad claſſem; ventoſq; adſpirat eunti,
Multa monẽs, necdũ antiquũ exſaturata dolorem.
Illa viam celerans per mille coloribus arcum,
Nulli viſa, citò decurrit tramite virgo.
Conſpicit ingentem concurſum, & littora luſtrat;
Deſertoſq; videt portus, claſſemq; relictam.
At procul in ſolâ ſecretæ Troades actâ
Amiſſum Anchiſen flebant, cunctæq; profundum
Pontum aſpectabant flentes: heu, tot vada feſſis,
Et tantum ſupereſſe maris! vox omnibus vna.
Vrbem orant, tædet pelagi perferre laborem.

SER. FALLERET.] *Frangeret deciperet. Eſt autem verſus Catulli, ſic inquientis:* Errabunda regẽs tenui veſtigia filo, Ne labyrintheis è flexibus egredientem Tecti fruſtraretur inobſeruabilis error. IMPEDIVNT.] *Implicãt, intexunt.* Quod *à veſtibus tractũ.* DELPHINVM.] *Aut venit ab eo, quod eſt Delphin, delphinis, à delphine. aut Del-*
C *phinûm, pro delphinorum poſuit; à Delphinus, delphini.* MARIA humida.] *Homerus, ὑγρὰ κέλευθα.* CARPATHIVM.] *Mare eſt inter Aegyptum & Rhodum, ab inſulâ Carpatho, illic poſitâ, dictum. Nec mirum, duas eum poſuiſſe comparationes; cùm & in ſecundo hoc fecerit: vt,* In ſegetẽ veluti cùm flãma furentibus auſtris Incidit, aut rapidus montano flumine torrens. *Et in Georgicis tres poſuit comparationes:* Frigidus vt quondam ſyluis immurmurat Auſter. *Et,* Vt mare ſollicitum ſtridit refluentibus vndis. *Et,* Æſtuat incluſis rapidus fornacibus ignis. PRIMVS Aſcanius.] *Generis ordinem docet: vt in primo diximus.* RETTVLIT.] *Innouauit, quod antè iam fecerat.* PRISCOS latinos.] Qui *tenuerant loca, vbi Alba eſt condita.* PORRÒ.] *Poſt longum interuallum. & eſt aduerbium temporis. Eſt autem græcum πόῤῥω.* TROIAQVE nunc pueri, Troianum dicitur agmen.] *Vt ait Sueton. Tranquil.* Luſus ipſe, quẽ vulgò pyrrhicã appellant, Troia vocatur. *cuius originem expreſſit in libro, de puerorũ luſibus.*

HAC celebrata tenꝰ.] *Tmeſis eſt: hoc eſt, hactenꝰ. & Hic ſermo, quantũ ad artẽ ſpectat, duas cõtinet partes orationis: vt* hac *pronomen ſit,* tenus *præpoſitio: ſicut* Pube tenus, *&* Crurum tenus. *ſed iam vſus obtinuit, vt pro vnâ parte habeatur. Ergo aduerbium eſt, (omnis enim pars orationis, cùm deſierit eſſe quod eſt, in aduerbiũ migrat) & eſt temporis: nam Hucuſq; ſignificat.* HIC primum.] *Sequitur enim Palinuri mors, vel Miſeni.* IRIM de cœlo miſit Saturnia Iuno.] *Ex magnâ parte ſeruatur, vt Mercuriꝰ ad concordiã; Iris ad diſcordiam mittatur: vnde & Iris dicta eſt quaſi ἔρις. Falſum eſt autem, quòd dicitur miniſtra eſſe tantùm dearũ: cùm & à Ioue plerumq; mittatur: vt,* Aëriam cœlo cùm Iuppiter Irim Demittit, germanæ haud mollia iuſſa ferentem. *Et bene Irim mittit: quæ ſit de nubibus, quarum dea eſt Iuno.* VENTOSQVE adſpirat eunti.] *Vt de Mercurio:* Voca Zephyros & labere pennis. PER mille coloribꝰ arcũ.] *Aut ſubaudi, factum: aut Antiptoſis eſt, mille colorũ, hoc eſt, multicolorũ.* NVLLI viſa.] *Ad ipſum retulit numen. Nam arcus ſemper videtur: quem non Irim; ſed viã Iridis dixit. Alij,* nulli viſa. *celeritatis eſſe volũt: vt oculi cõſequi non poſſint, præ fugâ celeri. Notãdũ ſanè etiam de Iride, arcũ genere maſculino dicere Vergiliũ: Catullus & alij, genere fœminino ponunt, referẽtes ad originẽ; ſicut hæc Catus, & hæc Gallus legimus: imitatione Græcorũ, qui ὁ κỳ ἡ κύων, ὁ κỳ ἡ ἀλεκτρυὼν, dicunt.* CONSPICIT ingen-

ingentem.] *Quia ait suprà*, Vndiq; conueniunt Teucri mistiq; Sicani. Concursum *autem, circa ludicra.* DESERTOSQVE videt portus.] *A viris scilicet.* IN solâ] *Desertâ. Terent.* Venit meditatus alicundè è solo loco. ACTA.] *Mutato η in a, superiori accentum damus: vt, ἑλένη Helena; κίρνη, Cirna. Ergo quoniam & ἀκτὴ græcum est; etiàm Acta facit, penultima debet habere accentum: sed propter differentiam commutatur; ne non secreta, & amœna littorũ, sed acta significet participaliter.* ASPECTABANT flentes, heu.] *Multi* flentes, heu *distinguunt: vt sit, miserabiliter flentes; & à personâ dicatur poëtæ. alij* heu *à mulieribus dictum accipiunt.*

POM. Sabi. DELPHINVM.] *Delphines mille gyros & volumina faciunt nando.* CARPATHIVM.] *Carpathos insula Rhodiorum, mari nomen dedit. Carpathium appellatur: in eâ regnum fuisse Prothei traditur.* TROIAQVE.] *Troia vocatus ludus equestris puerorum.* ACTE.] *in solo littore, ἀκτὴ, littus significat.*

VAR. Lect. FALLERET indeprensus.] *In Roman. libro, & aliquot alijs,* Frangeret, *habetur.* CARPATHIVM Libycumq; secant, luduntq; per vndas.] *In Oblongo illo libro, & in aliquot alijs,* Luduntq; per vndas, *desideratur: & sic solummodò legitur,* Carpathium Libycumque secant. NVNC morem, hos cursus.] *Vetera exemplaria,* Hunc morem, hos cursus, *plurimùm habent.* HIC primùm.] *In Romano libro, & aliquot alijs,* Hinc, *sed* Hîc *magis placet.* NECDVM antiquum exsaturata dolorem.] *Antiqui libri,* Antiquum saturata, *legunt.*

DON. *Inducit παραβολὴν: vt ostendat, quâ subtilitate quâ ve arte, pueri in ludicro certamine, & imaginariâ pugnâ, ordines duxerint, & expresserint veritatem, fregerint flexus, collegerint orbes, & ordines numerumq; confuderint.* VT quondam, *inquit,* Cretâ fertur Labyrinthus in altâ Parietibus textum cæcis iter, ancipitemq; Mille vijs habuisse dolum, quà signa sequẽdi Falleret indeprensus & irremeabilis error: Haud aliter Teucrûm nati vestigia cursu Impediunt, texuntq; fugas & prælia ludo; Delphinum similes, qui per maria humida nando, Carpathium Libycumq; secant, luduntq; per vndas.] *Et propter Labyrinthi perplexas viarum formas, & propter ludicrum certamen delphinorum, similitudinem dedit. nam multiplices ostenderant flexus; vt labyrinthum viderentur imitati: & delphinorum lætitiam demonstrarent, quibus, quum in tranquillo pelagi ludunt, nihil est gratius.* HVNC morem, hos cursus, atq; hæc certamina, primus Ascanius, longam muris cùm cingeret Albam, Rettulit.] *Hoc est, attulit, ostendit, ac docuit.* QVO puer ipse modo secũ quo Troia pubes, Albani docuêre suos. hinc maxima porrò Accepit Roma, & patriũ seruauit honorem: Troiaq; nunc pueri, Troianum dicitur agmen.] *Tantum certamen illud habuit gratiæ, vt ad posteros quoq;, & per Romanum genus, mitti meruerit. nam primus Ascanius, quo ad tumulum aui sui Anchisæ genere certaminis lusit, censuit reuocandum, quum Albam cingeret muris. Intelligitur tunc ludos habuisse, propter lætitiam conditæ ciuitatis. per murorum enim fabricam, totam ciuitatem debemus accipere.* Quomodo *autem ipse exhibuit, se tenuerunt Albani, & consecratum habuerunt: piaculum existimantes, si hunc, quem Ascanius induxerat, morem prætermisissent. Nec ipsi tantùm, qui Ascanium viderant, curauerunt esse seruandum; sed docuerunt etiam suos: tantumq; istius memoria valuit; vt ad Romanos, atq; eorum posteros, reuerendâ obseruatione transiret. Deniq; ne origo istius ritus seculis labentibus interiret: quũ quotannis ludus ipse replicatur, Troia dicitur, & Troianum agmen asseritur.* HAC celebrata tenus sancto certamina patri: Hîc primùm fortuna fidem mutata nouauit.] *Quum hactenus, hoc est, hucusq; fuissent ludi, & securo cursu res Troianæ ducerentur; repentè mutata fortuna est: &, vt primò fuerat, effecta est iterum mala.* Quomodo *talis facta sit, demonstratur.* DVM varijs tumulo referunt solennia ludis, Irim de cœlo misit Saturnia Iuno Iliacam ad classem, ventosq; aspirat eunti.] *Dum omnes intenti ludorum varietatibus delectarentur, & exhiberent sepulchra solennia; Irim Iuno demisit ad terras è regionibus cæli, ad eam littoris partem, in quâ naues tantùm fuerant, & Troianorum fœminæ.* VENTOSQVE aspirat eunti, Multa mouẽs, nec dum antiquum exsaturata dolorem.] *Iris naturâ suâ velox est. hinc, quò properatior fieret, ventos addidit Iuno. Vetus enim & pertinax inimica, ne occasionem temporis perderet, quo aberant viri, & aderant solæ mulieres, maturè debuit cogitata perficere: quia Troiani, perfectis rebus, iam redituri sperabantur ad naues.* MVLTA mouens.] *multa ipsa, non extra causam posita; sed quæ negotio ipsi proficere potuissent, intelligenda sunt.* NECDVM antiquũ exsaturata dolorem.] *Vbi Iuno Vergilio displicet: quia per tot annos, proindeq; vetus inimica, tanquam nouas inimicitias gerebat. Nondum, inquit, saturata: tanquam si dicat; quando id fieret, si tot pœnis, ac tantis temporibus, expleri nequiuit? Cogitauerat autem incendium nauium, quarum adminiculo Carthaginem demiserant Troës; vt in Siciliâ saltem perditis nauigandi subsidijs remanerent. hoc enim desiderabat implere, vt Aeneas, si perire non posset, Italiam saltem non teneret. Hac consilij sui fuisse sententiam, ipsa etiam primo libro testata est, quum diceret:* Nec posse Italiâ Teucrorum auertere regem? ILLA viam celerans per mille coloribus arcum.] *Non, per mille coloribus; quoniam vitium est: sed ita, Illa viam mille coloribus, per arcum celerans.* NVLLI visa cito decurrit tramite virgo: Conspicit ingentem cõcursum, & littora lustrat.] *Cito tramite, hoc est, celeri trãsitu. vsq; adeò celeritas fuit, vt nullus vidisset venientem.* DESERTOSQVE videt portus, classemque relictam.] *Quod faciebat ad causam: vt omnes viri abfuissent, quibus contrarium aliquid suaderi non posset.* AT procul in solâ secretæ Troades actâ Amissum Anchisen flebant.] *Quanquam viri abessent, non tamen longè à nauibus separatæ in actâ considebant fœminæ. Actam dixit, secretam littoris partem. Illic, inquit, constitutæ, flebant Anchisen perditum.* CVNCTÆQVE profundum Pontum aspectabant flentes: heu, tot vada fessis, Et tantum superesse maris; vox omnibus vna. Vrbem orant; tædet pelagi perferre laborem.] *Occasionem nocendi iuuabant omnia. primùm solitudo loci: tempus quoq;, quo aberant viri: persona etiam mulierum, quibus facilè potuit persuaderi; quarumq; ingenium leue, in quamcunq; partem duci faciliùs posset. quæq; iam cunctæ laboris & pelagi odio ac formidine premebantur. denique, quum ob aliam causam lachrymas funderent, dolentes alienam mortem; de suo quoq; exitio vniuersæ cogitabant, respicientes altitudinem pelagi, & immensæ nauigationis futura discrimina, vltrà quàm esse possent, immoderatiùs æstimantes. Non enim hæc inani coniecturâ metuebant: quæ malorum præcedentium magisterio didicerant, quid mali esset, relictâ securitate terræ, ire per æquor; quod infidum homini, quod multiplici discriminum mole cumulatum esse constaret; quodq; detestandum, ac non immeritò fugiendũ, suis potiùs exitijs, quàm exemplis didicerant alienis. Tractatur igitur iste mulierum cõsensus. eòusq; enim processerat fixa scilicet & definita sententia; vt remanerent in loco, atq; hic sinè colendæ vrbis fabricâ prouenirent: odio quippe his fuerat nauigandi; tantummodò cura perpetua, finem inueniendi. Ecce quanta opportunitas occurrit volentibus euadere contraria: vt profuturùm putaretur, quod esse constabat inimicum. iam enim volebant, quod pro voluntate Iunonis fuerat necessarium.*

SER. FACIEMQVE deæ, Ergo inter medias sese, haud ignara nocendi, Vestemque reponit.] *Duo diuersa*

Digitized by Google

Conijcit; & faciemq; deæ, vestemq; reponit.
Fit Beroë, Ismarij coniux longæua Dorycli;
Cui genus, & quondam nomen, uatiq; fuissent:
Ac sic Dardanidûm mediam se matribus infert.
O' miseræ, quas non manus, inquit, Achaica bello
Traxerit ad læthum patriæ sub mœnibus! O' gens
Infelix, cui te exitio fortuna reseruat!
Septima post Troiæ excidium iam vertitur æstas;
Cùm freta, cùm terras omneis, tot inhospita saxa,
Sideraq; emensæ ferimur: dum per mare magnũ
Italiam sequimur fugientem, & voluimur vndis.
Hîc Erycis fines fraterni, atq; hospes Acestes:
Quis prohibet muros iácere, & dare ciuib9 vrbẽ?
O' patria, & rapti nequicquam ex hoste Penates;
Nullàne iam Troiæ dicentur mœnia? nusquam
Hectoreos amnes, Xanthũ, & Simoënta videbo?
Quin agite, & mecum infaustas exurite puppes.
Nam mihi Cassandræ per somnum vatis imago
Ardentes dare visa faces. Hîc quærite Troiam;
Hîc domus est, inquit, vobis: iam tempus agi res.
Nec tantis mora prodigijs. En quattuor aræ
Neptuno! Deus ipse faces, animumq; ministrat.
Hæc memorás, prima infensum vi corripit ignẽ;
Sublatâq; procul dextrâ connixa coruscat,
Et iacit. arrectæ mentes, stupefactaq; corda
Iliadum. Hîc vna è multis, quæ maxima natu,
Pyrgo, tot Priami natorum regia nutrix:
Non Beroë vobis, non hæc Rhœtëia, matres,
Est Dorycli coniux. diuini signa decoris,
Ardenteisq; notate oculos, qui spiritus illi,
Qui vultus, vocisve sonus, vel gressus eunti.

A diuersa vno sermone concludit. ISMARII Dorycli.] Thracij. Ismarus enim est mons Thraciæ. Et bene suadentis commendatur authoritas. AC sic.] Sic, aut mutato habitu: aut ista dictura. O' MISERÆ.] Magnâ vtitur arte persuadendi: vt non ex abrupto, quod persuadere vult, dicat; sed circumstantijs ad illud veniat. EXITIO.] non regno. SEPTIMA post Troiæ excidium iam vertitur æstas.] Atqui & Dido dixit: Nam te iam septima portat Omnibus errãtem terris & fluctibus æstas. de quâ re quidam hoc dicunt: quòd Aeneas apud Carthaginem paucis diebus fuerit. nam

SER.

B ait: Quum subitò assurgens fluctu nimbosus Orion: qui oritur, vt Sallust. dicit, iuxta Solis æstiui pulsum. Item ait: Dum pelago desæuit hyems, & aquosus Orion: vt hyemem pro tempestate posuerit. Secũdùm quod Carthagini paucis fuit diebus. Sed illud occurrit; Nunc hyemem inter se luxu quàm longa fouere. & hoc quidam sic purgant: vt dicant, potuisse fieri, vt intra anni metas, & ad Africam venerit, & indè nauigauerit. Sed istis occurrit, quod in Primo ait: Septima æstas. vnde apparet, hanc octauam fuisse: quod & ab Anchisæ morte indicat impletus annus. Ergo constat, quæstionem hanc vnam esse de insolubilibus; quas non dubium est emendaturum fuisse Vergilium. CV'M terras omneis.] Quia peragrauerat multas. SIDERA'QVE emensæ ferimur.] Aut tempestates, ait, quæ ortu vel occasu siderum sæpè nascuntur: aut prouincias, quæ sideribus subiacent; vt in

C Bucolicis, Æthiopum versemus oues sub sidere cancri. PER mare magnum.] procellosum Lucretius: Suaue mari magno. ITALIAM sequimur fugientem.] Vt, Iam tandem Italiæ fugientis prendimus oras. Et reuerâ nullus sequitur, nisi quod fugit. VOLVIMVR.] non nauigamus: quasi inutilis sit & desperata nauigatio. sicut in Terent. Moues, at nihil promoues. HIC ERYCIS fines.] Argumentum à facili. Et est necessaria antithesis: vt, opportunitate meliorum præsentium, animi à futuris incertis auertantur. NEQVICQVAM.] Quia non proderant: cùm essent fatorum comites. INFAVSTAS.] mali ominis. NECTOREOS amnes.] Quemadmodum vidit sibi patriæ recordatione finxisse. Aut, non continget mihi videre flumina? NAM mihi Cassandrę.] Non, cui credere non debeant; sed cui cum suâ pernicie non crediderant. IAM tempus agi res.] Id est, Troiam fieri. MORA prodigijs.] Ecce prodigium de bono. & argumentatur, ad incendium nauium, aras ardere Neptuni: quas ideò quatuor dicit; quia singuli duces nauium, qui certauerant, singulas posuerant. nam contrarium est, Numero Deus impare gaudet. Alij dicunt, à Cloantho positas, quas promiserat se daturum. DEVS ipse.] maris, vel nauiũ. INFENSVM ignem.] ipsa infensa. TOT.] Aut multorum; aut supradictorum: vt, Quinquaginta illi thalami, spes tanta nepotum. NON Beroë vobis.] Non est dissuasio, vt quidam putant: sed magis hortatur, persuadendo numinis autoritate. RHOETEIA.] A' Rhœteo promontorio. DIVINI signa decoris.] Omnia colligit, quibus numina cognoscuntur: vt, Nâq; haud tibi vultus Mortalis, nec vox hominem sonat; ò dea certè. SPIRITVS.] odor: vt, Comæ diuinum vertice odorem Spirauêre. VEL gressus eunti.] Vt, Et vera incessu patuit dea.

POM. Sabi.

MARII Dorycli.] fortè Ismarij Dorycli: Thracij, ab Ismaro monte Thraciæ. Mihi non placet: nam antiqui codices Marij habent: & hæc Beroë Troiana, in Siciliâ manebat. In Bucolicis Apronianus ait: Maros, mons Thraciæ, vbi Maro vinum dedit Vlyssi. & Probus, in commentariolo Georgicorum, facit mitionem. Ismarus autem, mons non est; sed oppidum sub Maro monte. Vergilius, Et Maros, & Rhodope: in Bucolicis. ÆSTAS] iam diximus, autoritate Dionysij, non 7. annis erràsse Aeneã; sed secundo venisse in Italiam, post excidium Ilij. aut ergo fingit Poëta: aut historiam alicuius secutus est. ACESTES.] Persuadet habitandum in Siciliâ. SIMOENTA.] vt Helenus in Epiro: & nos nusquam habebimus. QVATTVOR aræ.] illæ fortè, quas fecerat Cloanthus victor Neptuno, in nauali certamine. Vel dicit quatuor fuêre duces naualis cursus, qui signum posuêre aras Neptuno. DEVS.] illum scilicet intelligit, in cuius tutelâ nauigia sunt. EN quattuor.] quæ satis nobis supersunt ad iaciendum ignem. SIGNA.] his signis numina cognoscimus: vultu, voce, incessu: vt in primo libro de Venere. SPIRITVS.] qui nõ est humanus. GRESSVS.] ex incessu patuit dea.

VAR. Lect.

SIDERA'QVE emensæ ferimur?] In Romano libro, pro Ferimur, Tulimus habetur. QVIS prohibet muros iácere.] In Mediceo, & plerisq; alijs lib. Quid legitur. NVSQVAM Hectoreos amnes.] In Romano libro, Nunquam legitur. Et manes, pro Amnes scriptum, per literarum trãspositionem. NVNC tempus agi res.] In Romano libro, in Mediceo, atq; in nonnullis alijs vetustis, legere est, Iam tempus agit res. In peruetusto quodam libro, pro Iam, Nunc repositum est. DEVS ipse faces animũq; ministrat.] In Romano libro, Animam legimus. PRIMA infensum vi corripit ignem.] In Med. lib. Infestum legitur. QVI spiritus illi, Qui vultus.] In lib. aliquot antiquis legere est, Quis spiritus illi, Quis vultus. VOCIS'QVE sonus, vel gressus eunti.] Antiqua aliquot exemplaria legunt, Vocisve sonus, & gressus.

DON.

ERGO inter medias sese haud ignara nocendi Conijcit.] Inter medias sese coniecit, vt verba eius simul circumfusæ omnes audire potuissent. qui enim pluribus hominibus locuturus est, medius esse debet: vt omnibus esse proximus posit. ET faciemq; deæ vestemq; reponit. Fit Beroë, Ismarij coniux longæua Dorycli.] Fraus quæsita est ad fallendum. si enim sciretur, quæ esset; nulla eam ex præsentibus fœminis audiret. Positâ igitur veste, ac deæ personâ, facta est Beroë: quam illi nouerant, quàm nobili esset ex genere; quanti esset meriti; cuius vxor, quantorum filiorum mater; quantæ sapientiæ per ætatem: digna omni modo, quæ audiri debe-

ri deberet, si quid fortè suadere voluisset. AC sic Dardanidûm mediam se matribus infert.] *Iam suprà dictum est, quare mediam. hic verò* Mediam *dixit, quasi participem causæ, hoc est, vnam ex illis, quarum fuit tractatus in medio.* O' MISERÆ, quas non manus, inquit, Achaica bello Traxerit ad lethum patriæ sub mœnibus! ò gens Infelix, cui te exitio fortuna reseruat? Septima post Troiæ excidium iam vertitur æstas, Cùm freta, cùm terras omnes, tot inhospita saxa, Sideraque emensæ ferimur: dum per mare magnum Italiam sequimur fugientem, & voluimur vndis.] *Vt euaderemus, inquit, Achaicas manus; vt interitus nostros non videret Troia, cùm caderet; vt ossibus nostris occasus patriæ non faceret sepulturam: non illa felicitas fuit æstimanda. Hoc inter initia posuit: antequàm nos malorum congeries multiplicata docuisset, infelicitatem potiùs esse, quòd superstites sumus; quòd post tantorum interitum ciuium, pœnis potiùs, quàm incommodis, reseruamur. Intelligamus tandem, quod inter initia imprudentes omisimus; & infelicitatis nostræ miserabiles casus consilio cautiore tractemus. deterior miseras peioribus fortuna supplicijs semper esse obnoxias voluit: contrà certandum est, vt illam, si non resistendi, constantiæ remedio superemus.* * Deest aliquid: pendet enim imperfecta sententia.* *Gens nostra, malâ fatorũ sorte progenita, omnis est aduersis destinata supplicijs. potuerunt aliquando meritò simul interire cum patriâ; noster finis adhucusque differtur, vt varijs tormentorum vicibus afflictæ perducamur. Nam quis erit malorum ipsorum finis? qui continuis annorum septem spatijs concludi non potuit? maria omnia, & vniuersæ terrarum partes, cruciatus nostros pœnasque testantur: quum Italiam sequimur semper, quæ fugit, aut non est,* HIC Erycis fines fraterni, atque hospes Acestes: Quid prohibet muros iacere, & dare ciuibus vrbem?] *Opportunum prorsus remanendi tempus est; locus volentibus congruit. Negari non potest, quod fuerat fratris. Troiani sunt harum terrarum incolæ: non denegabunt ciues necessarium ciuibus sedem. conueniunt omnia commodis nostris: omittenda non est tantæ expeditionis occasio; ne quæsita posteriùs reperiri nõ possit.* O' PATRIA, & rapti nequicquam ex hoste penates!] *O', inquit, patria, quam deseruimus imprudentes, quid profuit penates deos è flammâ esse subtractos? ecce nec sibi potuerunt prodesse, nec vobis.* Quid profuit nauibus vectos esse? quid effectos comites nobis? errant ipsi quoque, nec suam saltem iniuriam pellunt: miseræ nostræ nullius auxilium sperant. vnum superest, vt secutæ consilium, quod vestris sensibus intimauero, prouideamus nobis quiescendi remedium. Dictura, quid esset necessario faciendum, præmisit & hæc, vt persuasionis obtineret effectum.* NVLLA'NE, inquit, iam Troiæ dicentur mœnia? nusquam Hectoreos amnes, Xanthum & Simoënta videbo?] *Tantũ, inquit, errandum est nobis; vt, quum otium non suppetit, nequeamus reparare perdita. Hunc affectum videtur eâ occasione dixisse: quia apud Helenum Troiani, & Troiam viderant, & Troiæ portas agnouerant; Simoim quoque & Xanthum: quæ conditoribus suis solatium dabant, si non magnitudine; saltem appellationibus nominũ. Hoc igitur ista doloribus velut proprijs iungit: quòd, non proueniente otio, spes nulla exstaret, etiã ipsis nouandi, quæ Helenus potuit.* Nusquam *semel positum, singulis debet adiungi; vt sit,* Nusquam Hectoreos amnes, nusquam Xanthum, nusquam Simoim videbo. *Narrat iam consilium suum: & huic addit authoritatem, expositâ personâ; & se sociam facti futuram spondet: ne, excusando partes suas, aliarũ consensus auerteret. Agite iam quod dico, inquit, & mecum naues istas, commodis nostris inimicas, incendite. mala quippe, quæ patimur, puppium nobis incolumitas nutrit. Ipsæ infaustæ sunt: ipsarum est fortuna deterior. abolendæ sunt, ne nos ad infeliciora deducant; quibus nulla requies, nullus datus est portus. Hoc faciendum Cassandra mandauit, & monuit, quum quiescerem dormiens. parendum est consilijs eius, quæ mihi cõplenda commisit, & implendi substantiam dedit. Hoc est, quod ait, dicens:* NAM mihi Cassandræ per somnum vatis imago Ardẽtes dare visa faces. hîc quærite Troiam: Hîc domus est, inquit, vobis iam tẽpus agi res.] *Personæ consilium sumpsit, atque vatis adhibuit nomen, à tempore, quo dormienti sibi dictum esse mẽtita est. quippe constaret falsitas ex eo, si alio tempore mortuam diceret visam esse, vel auditam. Refert iam velut mandati summam. Errat, inquit, vestri tractatus intentio: non alia vobis, quàm hæc terra, debetur: frustra adhuc peregrinandi suscipitur labor. Hîc quærenda est Troia, vbi Troiam reperti sunt ciues.* Quærite, *hoc significat; quia, quod non quæritur, non potest inueniri. ideò hoc posuit, quòd potuit dici:* Quid si non inuenietur? *contrà ait:* Hîc *potest quæsita consurgere: hic enim vobis est domus. O' commodum consilium vatis! ò ciuis veneranda consulta! Loquebatur, quid effici conueniret: & quâ viâ posset impleri, non dubiâ, (vt fieri solet) sed apertâ ratione, monstrabat.* B *Videbatur illa faces mihi flammantes afferre: vt ostenderet, miserijs nostris aliter prospici ac prouideri non posse.* NEC tantis mora prodigijs, en quattuor aræ Neptuno: deus ipse faces, animumque ministrat.] *Concurrunt probamenta fidei; & veritatis supplementa non desunt. Incendia quippe nauium cogitantibus, sacer ignis occurrit. Offert aras ipse Neptunus, implendis rebus porrigendo substantiam: nam nostros à suis regnis prohibet, atque arcet accessus. Fiat ergo cum deorum voto, quod dicitur: fiat, quod vatis prædixit autoritas, & numina præsentia prohibuerunt.* HÆC memorans, prima infensum vi corripit ignem, Sublatâque procul dextrâ connixa coruscat, Et iacit.] *Ne Troianorum fœminæ de faciendo vel non faciendo tractarent: omnia disputationis incerta Iris præueniens, ignem prima, dum loquitur, rapuit simul & misit. Subitum enim ac repentinum esse debuerat; quod displicere forsitan potuit, & obiectu contradictionis excludi.* ARRECTÆ mentes, stupefactaque corda Iliadum.] C *Stupuerat hoc facto vniuersarum mens.* HIC vna à multis, quæ maxima natu, Pirgo, tot Priami natorum regia nutrix.] *Dicturus, ex multis solam insidias sensisse, dedit ei ex ætatis maturitate prudentiam. vt autem digna videretur, quæ deberet audiri: Nutrix, inquit, fuit infinitorum filiorum Priami; qui reges esse possent, si Troianorum fortuna constitisset.* NON, inquit, Beroë vobis non hæc Rhœteia, matres.] *Disputat, quid de illâ sentiret. Matres, inquit, non est ista Beroë, nec Rhœteia, hoc est, Cretensis. potest intelligi & Rhœtei filia.* EST Dorycli coniux.] *Si non erat Beroë, quomodo dicit,* Est Dorycli coniux? *cùm absurdum sit confirmare, quod negatum videatur. Totum negatiuum est. nam quod dixit,* Non est, *non semel, sed per omnia intelligendum est. & non habebit errorem, vt putetur illa esse, & non esse: vt sit, Non est Beroë vobis; non est hæc Rhœteia, matres, non est, Dorycli coniunx. Expletâ denique negantis coniecturâ, incipit suspicionis suæ partes asserere: vt adstruat, non esse ipsam, quæ putabatur; neque hominem esse, sed deam.* DIVINI signa decoris, Ardentesque notate oculos: quis spiritus illi, Quis vultus, vocisve sonus, vel gressus eunti.] *Animum percurrit, & corpus: vt nihil in eâ videretur esse mortale. Quod videtur, (inquit) quod loquitur, quodque ambulat, diuinum est omne; nec sonat hominem, nec hominem monstrat.*

SER. PRIMO ancipites.] *antequam numen agnoscerent.* OCVLISQVE malignis.] *ipsæ malignæ.* MISE-

Ipsa egomet dudum Beroën digressa reliqui,
Ægram, indignantem tali quòd sola careret
Munere, nec meritos Anchisæ inferret honores.
Hæc effata.

RVM inter amorem.] *Aut magnum vt Terent.* Eam miserè amat: *aut* Miserum, *quòd fiebant miseriores, quum eis regna*

Digitized by Google

At matres primò ancipites, oculisq; malignis
Ambiguæ, spectare rates, miserum inter amorem
Præsentis terræ, fatisq; vocantia regna:
Cùm dea se paribus per cœlum sustulit alis,
Ingentemq; fugâ secuit sub nubibus arcum.
Tùm verò attonitæ monstris, actæq; furore
Conclamant, rapiuntq; focis penetralibus ignem.
Pars spoliant aras, frondem, ac virgulta, facesq;
Conijciunt, furit immissis Vulcanus habenis
Transtra per & remos, & pictas abjete puppes.
Nuntius Anchisæ ad tumulum cuneosq; theatri,
Incensas perfert naueis Eumelus: & ipsi
Respiciunt atram in nimbo volitare fauillam.
Primus & Ascanius, cursus vt lætus equestres
Ducebat, sic acer equo turbata petiuit
Castra: nec exanimes possunt retinere magistri
Quis furor iste nouus? quò nûc, quò têditis, inqt,
Heu, miseræ ciues? non hostem, inimicaq; castra
Argiuûm, vestras spes vritis. en ego vester
Ascanius! galeam ante pedes proiecit inanem,
Quâ ludo indutus belli simulachra ciebat.
Accelerat simul Æneas; simul agmina Teucrûm.
Ast illæ diuersa metu per littora passim
Diffugiunt, syluasq;, & sicubi concaua furtim
Saxa petunt, piget incepti, lucisq;: suosq;
Mutatæ agnoscunt, excussaq; pectore Iuno est.
Sed non idcirco flammæ, atq; incendia vires
Indomitas posuêre: vdo sub robore viuit
Stuppa vomens tardum fumum; lentusq; carinas
Est vapor, & toto descendit corpore pestis:
Nec vires heroum, infusaq; flumina prosunt.
Tùm pius Æneas humeris abscindere vestem,
Auxilioq; vocare deos, & tendere palmas:
Iuppiter omnipotens, si nondum exosus ad vnum
Troianos; si quid pietas antiqua labores
Respicit humanos: da flammam euadere classi
Nunc, pater, & tenues Teucrûm res eripe letho!
Vel tu, quod superest, infesto fulmine morti,
Si mereor, dimitte; tuâq; hîc obrue dextrâ.
Vix hæc ediderat: cùm effusis imbribus atra
Tempestas sinè more furit, tonitruq; tremiscunt
Ardua terrarum & campi, ruit æthere toto
Turbidus imber aquâ, dêsisq; nigerrimus austris,
Implenturq; super puppes; semusta madescunt

A *tiis regna negarentur.* ABIETE pictas.] *Vel in abiete pictas; & subaudi, In: vel abiete, hoc est, quæ erant de abiete.* EVMELVS.] *Latinus accentus est: translato nomine in Latinum. nam Græcè dicitur* ἔμμηλος *: & diligens interpretatur.* CASTRA.] *Vt.* Nos castra mouemus: *id est, classem.* MAGISTRI.] *custodes. Terentius:* Me filijs relinquunt quasi magistrum. QVIS furor iste.] *Quasi ad furentes loquitur. vnde ne tunc quidem agnitus est, cùm dixisset,* En ego vester Ascanius. NOVVS.] *Aut magnus; aut inopinatus.* QVO tenditis.] *Id est, quid habetis intentionis?*
B VESTRAS spes vritis.] *Nauibus enim ad regna tendebant.* INANEM.] *concauam, vacuam sinè capite.* LVDO.] *per ludum.* EXCVSSAQVE pectore Iuno est.] *Furoris causa, non furor: idcirco, quia furor desierat.* VDO sub robore.] *vicino aquis.* STVPA.] *Secundùm antiquam orthographiam: nam Stupa dicta est à stipando. abusiuè etiam linum dicimus.* TARDVM.] *densum, crassum. nam ignem solet fumus preire. vnde* Tardum *ad densitatem retulit.* CORPORE.] *nauium: vt,* Disijce corpora ponto.
C DESCENDIT pestis.] *incendium: more suo. & declamauit per contrarium: nam ignis superiora semper petit.* FLVMINA prosunt.] *vis aquæ.* HVMERIS abscindere vestem.] *Notant quidã, quòd Aeneas, vir fortis & rex, damnum quatuor nauium impatienter doleat. Sed magis illud considerandum est, quod ait suprà Ascanius;* Vestras spes vritis *: vt non damnum doleat; sed spem nauigationis ereptam.* IVPPITER omnipotens.] *Figuratis agit coloribus. nec enim reverâ vult perire: sed agit obliquè, vt restinguatur incendium. Bene* Si *vbiq; interponit. hic enim est optimus ductus, qui agentis voluntatem latenter ostendit.* EXOSVS.] *Antiqui dicebant,* Odi, *&* Osus sum. *hinc est* Exosus, *quo vtimur: licèt iam,* Osus sum, *non dicamus.* Odi *autem, & præsens est, & præteritum.* AD vnũ.] *nullo excepto.* SIQVID pietas.] *Aut, si tibi chara pietas præstat aliquid humanis laboribus: aut, si quid meremur propter pietatis cultum, (vt,* Parce pio generi) *hoc ipsum remunerare: aut certè, quod est melius, si vel respicit res humanas Pietas, quæ de terris olim recessit.* RES eripe letho.] ἀκυρολογία *est, id est, improprietas sermonis: non enim Lethum dicitur, nisi de viuentibus animalibus.* QVOD superest.] *Id est, quod congruè sequitur.* SINE more.] *sinè exemplo.* TONITRVQVE tremiscunt.] *Ablatiuus hic incertus est, vtrùm à neutro indeclinabili veniat, hoc Tonitru, vt hoc Cornu: (nam indè est,* Fractæq; tonitrua nubis: *vt cornua) an à masculino secundùm quartam declinationem: hinc enim Statius;* Tonitrus agis, & mea fulmina torques. AR-DVA terrarum.] *περίφρασις montium, per circuitionem: vt,* Candida venit auis, longis inuisa colubris. ÆTHERE toto.] *Pro aëre posuit: cũ aër inferior sit, Aether, id est, ignis, sit superior.* MADESCVNT.] *Aut humectãtur: aut resoluuntur in cinerem, quod naturale est post incendium.*

EXANIMES.] *ideò, quia credebant Ascanium aliquo furore impelli.* TROIANOS.] *scilicet habes.* TENVES.] *pauperes.* POM. Sabi.

TALI q; sola careret Munere.] *In antiquis,* Quæ sola *legitur: quod non displicet. In quibusdam alijs,* Quo sola. HÆC effata.] *Sunt libri antiqui, vbi* Hæc est fata *legere.* MISERVM inter amorem Præsentis terræ.] *In libris aliquot admodum vetustis,* Præsentes terras *legimus.* CVM Dea se paribus per cœlum sustulit alis.] *In libro Mediceo,* Tum Dea. DVRO sub robore viuit Stuppa.] *In libris aliquot antiquis legere est,* Vdo sub pectore. DA flammam euadere classi.] *Antiqua aliquot exemplaria,* Classes *legunt, accusatiuo casu.* SEMVSTA madescunt.] *In antiquis ferè omnibus,* Semiusta, *quadrisyllabum scriptum est.* VAR. Lect.

Aliud addit, quod non ex coniectura; sed ex veritate descenderat. ait enim: IPSA egomet dudum Beroën digressa reliqui Ægram; indignantem, tali quæ sola careret Munere, nec meritos Anchisæ inferret honores.] *Magna confirmatio.* Ipsa, *inquit; & adiecit,* ego. *duplicatio enim facit meliorem fidem. &, quæ dictura est, non ex alijs se audiuisse; sed potiùs vidisse, contendit. Dehinc loquentis verba sumpsisse auribus, & sciuisse, quid dixerit. His ergo copiosè, quod dicebat, adstruxit.* Dudum, *inquit, ducens à tempore rationem, hoc est, antè paululum significans; vt ex proximitate nulla videretur interuenisse causa, quæ memoriam falleret. Item à personâ ipsâ,* Egomet. *Persona est, quòd* Beroën *nominauit. Signa personæ ipsius ab actu quoq; monstrauit:* Aegra, *inquit, fuit: hoc est, cruciabatur animo, animoq; commouebatur. Dicit causam ægritudinis ipsius, & commotionis:* TALI quæ sola careret Munere, nec meritò Anchisæ inferret honores.] *Dolebat, quòd nõ obsequeretur manibus Anchisæ, in solennibus exhibẽdis.* HÆC effata.] *locuta est hæc.* AT matres primò ancipites, oculisque malignis Ambiguæ, spectare rates.] *Primò, ait, ancipites; primò ambiguæ; primò oculis malignis rates spectabant, hoc est, oculis suis malas animo cogitationes demonstrantes. Sed cùm dicit, Primò dubijs, & primò incertis & malignis: primò hoc ipsum videndum est, quos exitus habeat, quóve eius tendat incertum.* MISERVM inter amorem Præsentis terræ, fatisque vocantia regna.] *Tenebantur amore præsentis terræ, in quâ sibi otium spondebant, & malorũ omnium* DON.

 finem:

finem: vbi cum ciuibus essent futuræ, & habituræ requiem sempiternam. è contrario tractabant spem, fatis volentibus debitam. Hoc fuit sequitis consilij. QVVM dea se paribus per cœlum sustulit alis, Ingentemque fugâ secuit sub nubibus arcum.] Adhuc incerto sententiæ constitutis, Iris se demisit, & rediit ad cœlum. TVM verò attonitæ monstris, actæque furore Conclamant.] Attonitæ, hoc est, sollicitæ effectæ, & etiam non dubiæ, ac furore correptæ, conclamant. vt iam nõ paucæ, sed vniuersæ peccarent: clamabant, alacres scilicet, quas primas furor inuaserat. RAPIVNTQVE focis penetralibus ignem: Pars spoliant aras.] Non sufficiebat furentibus, quod suggerebant aræ: ex interioribus quoq; partibus incendia rapiebant, vt futuro sceleri omne genus criminũ iungeretur. FRONDEM, ac virgulta, facesq; Coniiciunt.] Atq; vt sceleris prouenirent effectus, fomenta virgultorum & frondium congerebant; quæ incensa arderent facilè, & faciliùs accensa consumerent. Quantum autem malum ex frondibus atq; virgultis inflictum repentè sit, & maturè cumulatum, sequentes versus ostendunt. ait enim: FVRIT immissis Vulcanus habenis Transtra per & remos, & pictas abiete puppes.] Translatione vsus est, dicendo; Furit Vulcanus immissis habenis. aurigæ enim, vt quadrigæ vehementiùs currant, relaxantq; frænos, & habenas remittunt. ignis autem, tanquam habenarum laxamenta sumpsisset, virgultis adiutus & frondibus, & remos occupauit, & transtra atq; ipsas puppes plenâ virtute possedit. NVNTIVS Anchisæ ad tumulũ cuneosq; theatri Incensas perfert naues Eumelus: & ipsi Respiciunt atrã in nimbo volitare fauillam.] Solet nuntijs plerunq; non credi. sed quod Eumelus de incendio nauium dixerat, tam credibile fuit, vt, quod Troiani auribus sumpserant, oculis euidentissimè probaretur: cùm fumus nubes faceret, & per aëra fauilla ferretur. PRIMVS & Ascanius, cursus vt lætꝰ equestres Ducebat, sic acer equo turbata petiuit Castra: nec exanimem possunt retinere magistri.] Etsi adhuc puer Ascanius fuit; senserat tamen, quantum mali esset effectum. quo permotus ipse, dum res lætas ageret, & equestre certamen agitaret: aduolauit ita, vt equo vehebatur, nec eum magistri agminis retinere potuerunt. Fuit enim sceleris immanitate exanimis redditus. QVIS furor iste nouus? quò nunc, quò tenditis? inquit: Heu miseræ ciues! non hostem inimicaq; castra Argiuûm; vestras spes vritis.] Inuectio inducta sinè principijs. sic enim procedere debuit, ab eo cuius commodum fuerat interceptum. Factum, inquit, quod estis aggressæ, quòd funestis manibus spem vestram tradidistis incendio, insaniam vestram, ciues, amẽtiamq; testatur. Nullus enim, nisi satis vehementerq; desipiens, qui rebus suis interitum ferat. Ausus huiusmodi, aut dementis esse constat, aut hostis. Demq;, sic magistro furore peccatis; vt confidam, vos, naues nostras castra arbitratas esse Graiorum. Nostrum est, miseræ, quicquid ardet & vritur: nostrum est, quicquid per vestras manus inimicum consumit incendium. EN ego vester Ascanius.] Vel me, inquit, Ascanium vestrum, reiecto furore, cognoscite: non sum alienus à causâ, qui loquor. GALEAM ante pedes proiecit inanem, Quâ ludo indutus belli simulachra ciebat.] Sic debuit agere, qui à furiosis cupiebat agnosci. nec aliter potuit exprimi status desipientium. si enim vlla sanitas fuisset; illum & in galeâ cognoscere debuerunt. & Proiecit bene additum est; vt pueri turbatio loquentis meliùs posset aduerti. Exsuit galeam, & quod in spectaculis ornatus causâ gerebat, abiecit. ACCELERAT simul Æneas, simul agmina Teucrûm.] Qui equo vehebatur, præcesserat, pernicitate animalis adiutus. mox tamen Aeneas & cæteri consecuti sunt: omnes enim vna & communis calamitas mouerat. AST illæ diuersa metu per littora passim Diffugiũt, syluasq;, & sicubi cõcaua furtim Saxa petunt.] Quæ obiurgationem solius Ascanij ferre nequiuerant: multò magis sperabant; se ipsius Aeneæ multitudinisq; præsentiam sustinere nõ posse. proinde fugientes petebant diuersa, in quibus latere potuissent: scilicet aut abdita littorum, aut caua saxorum, aut syluarum deuia, aut summa montium, aut longinqua camporum. PIGET incepti lucisq;.] Erubescebant, inquit, reprehendentes ipsæ consilia sua, & factũ detestabile iudicij sui definitione damnantes, intantũ: vt ipsæ in sese viderẽtur protulisse sententiã, quòd post tam nefarium scelus indignè caperent lucem. SVOSQVE Mutatæ agnoscunt.] Iam cœperant scelus nôsse, quod fecerant, & iam suos agnoscere. EXCVSSAQVE pectore Iuno est.] Successerat enim sanitas; vnde Iuno discesserat. Non potuit fortiùs exprimi scelus, quod Troianorũ matres admiserant: nisi vt diceret Poëta, in earum sensibus Iunonẽ fuisse præsentẽ. sic enim ad eius arbitriũ factum est, quod fuit Troianis aduersum: quasi ipsa Iuno interitũ nauium procurãdo suijsset operata. SED nõ idcirco flamma atq; incẽdia vires Indomitas posuêre.] Fugiebant quidem illæ: sed quid ardẽti profuit classi, cuius aduersa crescebant? VDO sub robore viuit Stuppa, vomẽs tardũ fumum, lentusq; carinas Est vapor: & toto descendit corpore pestis.] Tenebat ignis vires suas: sed ignis humidis impediebatur aliquantũ: sic tamẽ, vt ederet occupata, & correpta cõsumeret. NÆ vires heroum, infusaq; flummina prosunt.] nec vincebatur illud malũ labore atq; fortissimâ operâ Troianorũ: quũ portarent aquã, & nauibus largissimam infunderent. FLVMINA.] cùm illic non essent flumina & præstò esset mare: flumina debemus accipere aquam marinã, in modũ fluminum fusam: copiosa enim esse debuerat, vt magnũ incendium valeret extinguere. TVM pius Æneas humeris abscindere vestem, Auxilioq; vocare deos & tendere palmas.] Quũ videret Aeneas, auxilio suorum, hoc est, humanis nixibus, contra tantã perniciem nauium, opem cõpetentem ferri non posse: tùm discissâ ab humeris veste (quod signum fuit doloris maximi: quoniam pius fuit, hoc est, deorum purissimus cultor) superûm numen restinguendo incendio supplice voce poscebat in auxilium. IVPPITER omnipotẽs, si nondũ exosus ad vnũ Troianos; si quid pietas antiqua labores Respicit humanos: da flammã euadere classi Nunc pater, & tenues Teucrûm res eripe letho.] Complexus est omnia, quæ pro malorum necessitate fuerant postulanda. Tenuit quippe, quæ ad impetrandum proficere potuissent. Ait igitur: Iuppiter. quod si esset solum: sufficerat illum nominatum esse, qui posset auxiliari. Addit, Omnipotens: qui enim præstandi habet substantiam; valet etiam difficilia atq; ardua remouere. Restabat vt vellet: non enim sufficiebat posse; nisi & voluntas accederet. Quapropter addidit: Si tamen non odio tibi omnes sumus. multi enim ipso conniuente in Troiã perierant. Idcirco dixit: Si nondũ exosus ad vnum Troianos. Quod ait, Ad vnũ: hoc intelligi debet: si non etiã me odisti; & me quoq; cũ cæteris infensus insequeris: da vt recedat à meâ classe incendium. Addidit, ad commouendam miserationem, egestatis & paupertatis angustias: quæ nõnunquam etiam inimicorum duritiam molliunt. VEL tu, quod superest, infesto fulmine morti, Si mereor, dimitte, tuâq; hîc obrue dextrâ.] Ecce aperuit, quid sit quod dixit: Si nondũ exosus ad vnũ. ait enim: si ego non mereor viuere: da, ne excrucier tot malis; sed potiùs peream semel, & interam fulmine tuo. Libẽter peribo; si dexterâ tuâ mihi contigerit mori. VIX hęc ediderat: cùm effusis imbribꝰ atra Tẽpestas sinè more furit; tonitruq; tremiscũt Ardua terrarũ & campi: ruit ęthere toto Turbidus imber aquâ, densis nigerrimus Austris; Implenturq; super puppes; semusta madescunt Robora: restinctus donec vapor omnis; & oẽs, Quattuor amissis, seruatę à peste carinę.] Meritũ hoc loco poscẽtis ostẽditur: & beneficiũ plenum eius, qui de potentiã maiore, ac voluntate studiosâ, præstabat. Infinitũ, inquit, pluuiæ modũ mox Iupiter nauibus infudit ardentibus: atq; ita illarũ extinxit incẽdia; vt, areis oppletis, ne vapor quidẽ reliquus remaneret. Perditis igitur quatuor, cœlesti beneficio reliquæ liberatæ sunt. Quantũ Aeneæ meruit deprecatio; cui duo sunt præstita, quæ

negotio

Digitized by Google

A *negotio fuerant necessaria? Celeritas beneficij, quia, quicquid flamma possederit, maturè consumit: & vis pluuiarum maior, cum tempestate commodâ; quæ ipsa pluuias concitauerat: vt incendij maiorem vim extinguere potuissent.*

Robora: restinctus donec vapor omnis, & omnes,
Quattuor amissis, seruatæ à peste carinæ.
At pater Æneas, casu concussus acerbo,
Nunc huc ingentes, nunc illuc pectore curas
Mutabat versans, Siculisne resideret aruis,
Oblitus fatorum, Italásne capesseret oras.
Tùm senior Nautes, vnum Tritonia Pallas
Quem docuit, multáq; insignem reddidit arte;
Hæc responsa dabat, vel quæ portenderet ira
Magna deûm, vel quæ fatorum posceret ordo.
Isq; his Æneam solatus vocibus infit:
Nate deâ, quò fata trahunt retrahuntq; sequamur.
Quicquid erit, superáda omnis fortuna ferédo est.
Est tibi Dardanius diuinæ stirpis Acestes:
Hunc cape consilijs socium, & coniunge volétem:
Huic trade, amissis superant qui nauibus, & quos
Pertæsum magni incepti rerumq; tuarum est;
Longæuosq; senes, ac fessas æquore matres;
Et quicquid tecū inualidū, metuensq; pericli est,
Delige: & his habeant terris sine mœnia fessi.
Vrbem appellabunt, permisso nomine, Acestam.
Talibus incensus dictis senioris amici;
Tùm verò in curas animum diducitur omneis:
Et nox atra polum bigis subuecta tenebat.
Visa dehinc cœlo facies delapsa parentis
Anchisæ, subitò taleis effundere voces:
Nate, mihi vitâ quondam, dum vita manebat,
Chare magis; nate, Iliacis exercite fatis:
Imperio Iouis huc venio; qui classibus ignem
Depulit, & cœlo tandem miseratus ab alto est.
Consilijs pare, quæ nunc pulcherrima Nautes
Dat senior: lectos iuuenes, fortissima corda,
Defer in Italiam. gens dura, atq; aspera cultu,
Debellanda tibi Latio est. Ditis tamen antè
Infernas accede domos, & Auerna per alta
Congressus pete, nate, meos. non me impia nanq;
Tartara habét, tristésve vmbræ: sed amœna piorū
Concilia, Elysiumq; colo. Huc casta Sibylla
Nigrantum multo pecudum te sanguine ducet.
Tū genus omne tuū, & quę dentur mœnia, disces.
Iamq; vale: torquet medios nox humida cursus,
Et me sæuus equis oriens afflauit anhelis.
Dixerat: & tenueis fugit ceu fumus in auras.
Æneas, quò deinde ruis? quò proripis? inquit:
Quē fugis? aut quis te nostris complexibus arcet?
Hæc memorās, cinerem & sopitos suscitat ignes;
Pergameumq; larem, & canæ penetralia Vestæ,
Farre pio, & plenâ supplex veneratur acerrâ.
Extemplò socios, primumq; accersit Acesten:
Et Iouis imperium, & chari præcepta parentis
Edocet: & quæ nunc animo sententia constet.
Haud mora consilijs: nec iussa recusat Acestes.
Transcribunt vrbi matres; populumq; volentem
Deponunt: animos nil magnæ laudis egenteis.
Ipsi transtra nouant, flammisq; ambesa reponunt
Robora nauigijs; aptant remosq; rudentesque,

SER. FATORVM.] *oraculorum.* TVM senior Nautes.] *Bene datturum consilium, & ab ætate, & à prudentiâ, & à religione, commendat. Quòd autem dixit;* Pallas quem docuit: *propter illud, quod suprà diximus, fingitur: quia ipse Romā Palladium detulit. vnde Nautiorū familia Mineruæ sacra retinebat. Quod etiā Varro dicit, in libris quos de familijs Troianis scripsit.* VNVM.] *præcipuum.* TRITONIA Pallas.] *Pro vno proprio, duo antonomastica posuit.* REDDIDIT arte.] *virtute. ἀπὸ τῆς ἀρετῆς.* RESPONSA da-
B bat.] *Laus consilij: quum consilium diuinis comparat responsis.* VEL quæ portenderit ira Magna deûm.] *Id est. Iuno. vt alibi:* Cœlestûm vis magna iubet. SOLATVS vocibus infit.] *Solatus, & infit. nam Solans debuit dicere: sicut sequens eius indicat consolatio.* QVICQVID erit.] *Vt alibi:* Fuerit quodcunque, fatebor. FERENDO.] *dum fertur. modus gerundij est à passiuo.* EST tibi.] *id est, habes. Iam hoc consilium est.* DIVINÆ stirpis.] *Propter Dardanum à Crimiso flumio.* VOLENTEM.] *voliturum. nam velle habebit: non iam vult.* SVPERANT.] *supersunt,*
C *superfluunt. Dicit autem, non tantùm debiles; sed etiam valentes iuuenes. vnde sequitur:* Longæuosque senes. *nec enim adderet* que; *nisi suprà iuuenes dixisset. vnde sequitur expressiùs:* Et quicquid tecum inualidū, metuensq; pericli est. PERTÆSVM magni incepti.] *Compositum pro simplici, hoc est, pro* Tæsum; *quod vsus non obtinet. vt,* Si non pertæsum thalami tædæque fuisset. PERMISSO nomine.] *ab Aceste scilicet. Dicta autem Acesta, deinde Segesta.* TVM verò.] *Nam & antè ea cogitauerat: vt,* Pectore curas Mutabat versans. ANIMVM diducitur.] *Græca figura: vt,* Mentem læsus. ET nox atra polum.] *Quasi maior causa cogitationis: vt,* Et sub noctem cura recursat. *Vnde Græcè nox dicitur εὐφρόνη: quia subtiliùs homo sapiat, quàm interdiu.* BIGIS.] *Propriè modò. Bigis, meliùs plurali vtimur, quàm singulari. ideò,* Roriferâ gelidum tenuauerat aëra bigâ, *abusiuè dixit Statius.* Bigæ *autem, à binis iugis dictæ. Præcipuè autem Luna dicitur habere bigas, quæ nocti præest: cui duplex proprietas; crescendi, & decrescendi.* COELO facies delapsa parentis.] *Aut secundùm quod suprà diximus; quia animæ cœlum tenent; simulachra verò apud inferos sunt: aut ad errorem pertinet somnij. nam &* Visa *ait. Aut certè intelligamus, à Ioue missam potestatem aliquam, quæ se in Anchisæ conuerteret vultum; vt religiosius videretur. nam & ipse dicit:* Imperio Iouis huc venio. *& infert,* Elysiumque colo. CHARE magis.] *Pro, charior. Benè autem addidit;* Dum vita manebat: *vt ostendat, vitâ fuisse chariorem.* IMPERIO Iouis.] *Ab authoritate. vt,* Ipse deûm tibi me claro demittit olympo Regnator. NAVTES Dat senior.] *Vt soles, ijsdem vsus est sermonibus. nam ait:* Tùm senior Nautes. ATQVE aspera cultu. *Quod in nono latiùs exsequitur:* Natos ad flumina primùm Deferimus; *vsque,* At patiens operum. DEBELLANDA tibi.] *bello perdomanda. Et benè victoriam, non bella sola prædicit, in quibus esse poterat terror.* AVERNA alta.] *Vt Gargarus, Gargara; & Tartarus, Tartara; Mænalus, Mænala, pluraliter: ita Auernus, Auerna.* NON me impia nāq;.] *Propter facilitatem.* AMOENA.] *Loca sunt solius voluptatis plena: quasi amunia, vnde nullus fructus exsoluitur. vnde etiam, nihil præstantes, immunes vocamus.* PIORVM Concilia, Elysiumque colo.] *Elysium est, vbi piorum animæ habitant, post corporis animæq; discretionem. vnde & interitus dicitur, res inter animam & corpus veniens. Ergo Elysium, ἀπὸ τῆς λύσεως, à solutione. nam sic diffinitur mors, ψυχῆς καὶ σώματος λύσις. Quod secundùm poëtas, in medio inferorum est, suis felicitatibus plenum: vt,* Solemque suum, sua sidera norunt. *Secundùm philosophos, Elysium est, insulæ fortunatæ, quas μακάρων νήσους vocant; quasq; ait Sallustius inclytas esse Homeri carminibus: quarum descriptionē Pius commentator dicit esse sublatam. Secundùm theologos, circa lunarem circulum, vbi aër purior est. vnde ait ipse Vergilius:* Aëris in campis. *Item Lucanus:* Quaque patet terras inter lunæque meatus, Semidei manes habitant,

bitant, quos ignea virtus Innocuos, vitâ patientes ætheris imi, Fecit, & æternos animam collegit in orbes: Non illuc auro positi, nec thure sepulti, Perueniunt. CASTA Sibylla.] Casta dicitur, propter fabulam, quæ est apud Ouidium libro decimotertio Metamorphos. quia noluit Apollini consentire. TVM genus omne tuum, & quæ dentur mœnia, disces.] Hæ sunt causæ, propter quas Aeneas descendit ad inferos: generis agnitio, & ciuitatis nomen: quod ei nullus vnquam prædixerat; sed solus indicat pater. Et nomen quidem Romæ à poëta dictum est. Latet enim, vt suprà diximus, verū vrbis nomē. vnde ei pater, quasi pro mysterio & affectione, ait: Illa inclyta Roma. TORQVET medios nox humida cursus.] Dies est plenus, qui habet horas vigintiquatuor: nam & nox pars diei est. Dicimus autem diem, à parte meliore. vnde & vsus est, vt sinè commemoratione noctis numerum dicamus dierum. Hic autem dies, secundùm Aegyptios, inchoat ab occasu Solis: secundùm Persas, ab ortu Solis: secundùm Hetruscos & Athenienses, à sextâ horâ diei: secundùm Romanos, à mediâ nocte. & hos nunc secutus, ait: Medios torquet nox humida cursus, Et me sæuus equis oriens afflauit anhelis. Hæc autem plenè exsequitur, & Cicero in Auguralibus, & Aulus Gellius in libris noctium Atticarum. Hoc enim illa res iuris indicat: quòd, cùm tribunum plebis abnoctare ab vrbe non liceret, licebat tamen exire post noctem mediam, & ante mediam reuerti. SÆVVS oriens.] Sol, cuius lux est vmbris inimica. vnde Lucanus: Et medio ferit axe diem. Est autem physicum: nam pereunt vmbræ, Solis aduentu. ÆNEAS, quò deinde ruis?] Ordo est: Aeneas, deinde, quò ruis? QVEM fugis?] Quasi ignorans rationē, quâ fugeret. CANÆ Vestæ.] aut antiquæ, aut propter ignis fauillas. FARRE pio.] Vel quia exinde sacrificabant: vel quia mos fuit apud maiores, vt diuinum ignem farre seruarēt: qui si durâsset in alterū diem, eum aptum agendis rebus significabatur. Far autem frumenti certa species est, sicuti Adoreum. Horatius: Non sumptuosâ blandior hostiâ, Molliuit auersos penateis, Farre pio & saliente micâ. Et Tibullus: Farre pio placant & saliente sale. ACERRA.] id est, arca thuralis. id quod continet, pro eo quod cōtinetur. PRIMVM.] principem. HAVD mora.] Hoc est quod ait: Et cōiunge volētē. NEC iussa.] voluntatē. vt suprà: Infandū regina iubes renouare dolorē. aut certè, quæ Iupiter iusserat. TRANSCRIBVNT vrbi matres.] Romani moris verbum est. Trāscripti enim in colonias deducebātur. VRBI.] ad vrbem. DEPONVNT.] quasi de nauibus. ANIMOS nil magnæ laudis egētes.] Aut Aeneas deponit eos, qui nullâ gloriæ cupiditate tanguntur: aut ij, qui erāt transcripti, id est, matres & volentium multitudo, deponunt animos, id est, summittunt inertiæ. Robora nauigijs.] Meliùs sic distinguitur.

POM. Sabi. TRITONIA Pallas.] quia Pallas dea artium est. Aiunt operâ Nautæ Palladium recuperatū à Diomede. vnde Romæ Nautiorū familia Mineruæ ceremonias administrauit. ACESTAM.] q̄ postea Segesta dicta est. SÆVVS.] q̄a veniente die vmbræ euanescūt. IGNES.] Vestales. DEPONVNT.] reliquerūt fessos, et q̄ gloriā nauigatione negligebāt. TRANSCRIPTI dicebātur, missi ad deducēdas colonias. ROBORA.] non multi nauigationē annuêre; verùm hi viuaces bello.

VAR. Lect. MVTABAT versans, Siculisne resideret aruis.] In antiquo admodum libro legere est, Mutabat dubius Siculisne. HVNC cape consilijs socium.] In Mediceo, & in antiquis aliquot alijs libris manuscriptis, Consilij socium habetur. VRBEM appellabunt permisso nomine Acesten.] In Romano libro, & plerisque alijs antiquis, legere est, Promisso nomine. TALIBVS incensus.] In libris aliquot antiquis, Accensus habetur. TVM verò in curas animus diducitur.] In Romano lib. in Mediceo & plerisq; alijs peruetustis, legere est, Animo deducitur. SVBITO tales effundere voces.] Antiqua aliquot exemplaria duas transponūt dictiones, Voces effūdere tales. Ita quod paulò inferiùs est, Depulit & cœlo tandē: quod est, Depulit & tandē cœlo. CONGRESSVS pete nate meos.] In Mediceo, & antiquis plerisq; libris, Amplexus habetur. TARTARA habēt tristesq; vmbræ.] Veteres aliquot lib. disiūctiuè legūt, Tristesve vmbræ. Romanus, Mediceus, atq; nōnulli alij, Tristes vmbræ, appositiuè, absq; vllâ cōiunctione. QVEM fugis?] In libris aliquot manuscriptis, Quid legit.

DON. AT pater Æneas, câsu concussus acerbo, Nunc huc ingētes, nunc illuc pectore curas Mutabat versans, Siculisne resideret aruis, Oblitus fatorum, Italasne capesseret oras.] Hæc fuerant in deliberatione Aeneæ constituta; & tamē sibi contraria. nam talia è diuerso veniebant, quæ confunderēt æstuantem. Vnū fuit compēdiosum: quòd amissarum nauium damnū veniebat ex casu, vt in Sicilia cū socijs remaneret. Huic consilio occurrebat inexpugnabilis fatorū necessitas, quæ illum trahebat ad Italiam, sed eò tendi non poterat, deficiente numero nauium, qui vniuersis transuehendis videbatur esse necessarius. TVM senior Nautes, vnum Tritonia Pallas Quē docuit, multâq; insignem reddidit arte, Hæc responsa dabat.] Deliberationis incertum, & confusæ mētis turbata consilia, instruebat Nautes. talis enim fuerat, qui ætate potior mereretur audiri; & quē Pallas fecisset prudentē, & ad sentiendum prouidendumq; reddidisset aptissimū. Laudē istiusmodi præmittēdo; iam ostēdit, ipsius cōsilijs Aeneam instructū, occurrisse pro tēporis ratione necessitatibus suis. Hæc ergo responsa dabat, quæ dictabat aduersorum ratio, vel quæ portenderet ira Magna deûm, vel quæ fatorū posceret ordo. Sciebat enim, alia sequi vnumquemq; nō debere, ne aduersantibus fatis, dum nititur, superetur. Sperauit ergo, istū daturū cōtra casus remedium, & secuturū fatorū cursum, qui aliam in partē peruerti nō potest. ISQVE his Æneam solatus vocibus infit.] Necesse enim fuerat, refici cōsolationibus æstuantē: vt audire remediū posset. NATE deâ, quò fata trahūt retrahūtq;, sequamur. Quicquid erit, superāda omnis fortuna ferendo est.] Duas sentētias dixit, quæ actus hominū teneant: quas nisi quis sequitur, errabit semper, nec agēdi rationē, quâ cōmodè amplectatur, inueniet. Hæ quanquā ad Aeneæ causam pertinere videantur: tamen sequēdæ sunt omnibus, quos aduersa percusserint. Agimur enim fatis; & sumus idcirco alienæ potestati subiecti. proinde sequi necesse est, quò quenq; fata pertraxerint: consentiendum rursum, si ab eo retraxerint, quò primò perduxerāt. Quid enim prodesse poterunt, si aduersus ea oboritur reluctatio; quæ nitēdo superari nō possunt? Bene posuit, Trahūt, & Sequamur. qui enim sequentē trahit; proculdubiò ostēditur fortior. vndè necesse est etiā inuitū sequi; qui potioribus nixibus superatur. Sequamur, inquit, quicquid erit: hoc est, siue trahant, siue retrahāt fata. Hæc est vna sentētia, quæ sequēda est: quum fatâ aut volūt aliquid, aut nolunt. Alia verò est, quæ aduersus mala necessaria est: vt aduersa ferēdo potiùs, quā resistēdo, vincātur. Huic sententiæ & Terētiana cōsentit, dicta alijs verbis, mēte tamen eâdē: Quādo, inquit, nō potest fieri quod vis; id velis qd' possit. Ipse Vergilius alio loco dixit: Superat quoniā fortuna, sequamur; Quaq; vocat, flectamus iter. Post cōsolatiua verba, cœpit consilium dare: & id præstitit, ne contradictione improbetur. EST tibi Dardanius diuinæ stirpis Acestes: Hūc cape consilij sociū, & coniunge volentē.] Habemus hîc, inquit, Acestē Dardanū proinde, q̄a noster est, nō reluctabitur; volet, quicquid te viderit velle. Daturus consilium, muniit etiam illam partem, quâ dici potuit: quid si, quæ volumus, respuat, qui velle aut nolle habet in suâ potestate? Huic, vt diximus, occurrit necessarijs assertionibus, & incipit ipsum consilium dicere: Iunge, inquit, tractatibus tuis eius consilia, & consensum ante omnia retine. Hoc quippe agēdum primitus fuit: vt haberet ille suscipiendi voluntatē. nolenti enim frustra insinuarentur cætera. HVIC trade, amissis superant qui nauibus.] Non enim oportuit imponi nauibus

Digitized by Google

A nibus plus, quàm poterant ferre. Ecce vnum consilium, in tantâ necessitate probabile. subiungit aliud: ET quos Pertæsum magni incepti, rerumq; tuarum est.] Nonnulli sunt, inquit, qui nolunt vlteriùs tendere; quibus labor tædio est: aut qui commoda tua non libenter attendunt; & gloriam non curant. LONGÆVOSQVE senes, ac fessas æquore matres.] Sequenti loco posuit eos, qui, etiamsi ire vellent, non possent laborem perferre, & frustra ducerentur: senes scilicet atque anus, quibus vicina mors esset. & si his contigisset viuere, per ætatis defectum; condituro nouam sedem auxiliari nequirent. ET quicquid tecum inualidum metuénsue pericli est, Delige.] Bene sub generalitate colligit alia hominum genera. & quoscunque, inquit, alios inualidos scis, qui sunt infirmis corporibus, & qui pericula metuunt. tales enim nihil faciunt, & aliorum etiam vires & audaciam frangunt. Hos omnes censuit deligendos: non probando; sed reprobando. Deligendos ergo, hoc est, separandos. aliâs enim Deligere, est meliores discernere. ET his habeant terris sine mœnia fessi.] Quum hæc hominum genera separaueris: permitte remaneant, & in his terris habeant ciuitatem. VRBEM appellabunt permisso nomine Acestam.] Ipsamq; ciuitatem

B Acestam vocent; ipso Aceste nomen commodante. TALIBVS incensus dictis senioris amici, Tùm verò in curas animum diducitur omnes: Et nox atra polum bigis subuecta tenebat.] Consilijs accedentibus Nautæ; tum magis Aeneæ cogitationes augmentis potioribus cumulatæ sunt. Monitionis enim necessitas cogebat efficere. sed sceleratum videbatur, dimittere socios; cum quibus tantum fuerat laboratum. In his igitur cogitationibus positum, reperit nox: quæ curarum omnium fomes est, & nutrix. Sed cùm necessitate naturæ, æger licèt lassusq; dormisset: VISA dehinc cœlo facies delapsa parentis Anchisæ, subitò tales effundere voces.] Ecce & hîc asserit poëta, Anchisen non esse mortuum, sed translatum ad superos. si enim mortuum vellet dicere; assereret eum ab inferis venisse. Venisse ergo è summo visus est: & talibus verbis cogitationes æstuantis filij soluisse. Quòd de cœlo dixit poëta visum Anchisen venisse; pro nuntio fuit dicturus. est enim ipse Anchises dicturus, Imperio Iouis huc venio: vt ab ipso missum credi potuisset. NATE, mihi vitâ (quondam dum vita manebat) Chare magis, nate Iliacis exercite fatis.] Principia ex personâ patris ap-

C posita blanda, & religiosa; & quæ, post mortem quoq;, pietatem debitam testarentur. vult enim, filium labores omnes, patriæ potiùs fato sustinere, quàm suo, & ipsius adhuc infortunia perdurare. Hoc ideò dicebat: vt cogitantis æstus abrumperet, & reuerâ Ilium fatali ratione periisse firmaret; Aeneam verò cogi in alia, sed in longè meliora. IMPERIO Iouis huc venio.] Vt præter amorem patrium ostenderet, se iubentis Iouis autoritate directum: quò sciret Aeneas, fieri debere, quod esset ille dicturus. QVI classibus ignem Depulit.] Audiendus est, inquit, cuius in liberatione nauium sensisti beneficiũ. ET cœlo tandem miseratus ab alto est.] Contemnendus non est, hoc vel maximè tempore, quo noster fautor esse cœpit: ex inimico tandem factus est mitis. CONSILIIS parete, quæ nunc pulcherrima Nautes Dat senior.] Ecce & ipsum Nauti vult, non humanâ voluntate, sed Iouis, id quod prudenter senserat, protulisse; & ipsum Aeneam, à culpâ omni, relinquendorum in alienâ regione sociorum, euidenter excusat. suadentibus enim Naute & patre suo, & ipso Ioue iubente: facere cogebatur, quod inter initia dubitauerat. LECTOS iuuenes, fortissima corda, Defer in Italiam.] Duo sunt, quæ spectantur, quum iuuentus ad bellicum certamen eligitur: corporis habitudo, & animus liber ab omni terrore. Hæc pater filio curanda mandabat: addens ad consilium Nautæ, quod fuerat pro causæ commodo necessarium. nec tamen eadem monuit quæ Nautes. Ille enim enumerauit, qui essent relinquendi: hic de ipsâ parte conticuit; & dixit, quales essent ducendi. Si consideremus tamen horum mentem: vnum atque idem inuenientur dedisse consilium. qui enim persuasit, relinquendos imbelles, vitiosos, & timidos: hoc fecit, vt fortes soli ducerentur. Rursum, qui dixit lectos iuuenes esse deligendos, & solos ad Italiam ducendos: proculdubiò, quid vtilius sensisset, ostendit. Ergo pulchra loquentium varietas; sed tamen vna sententia. Incipit rationem præstare consilij sui: quod est in persuasionibus summum. sic enim melior effectus prouenit; si auditor commodum proprium in his à disputatione persuasoris aduertat. GENS, inquit, dura.] hoc naturæ est. ATQVE aspera cultu.] hoc morum. DEBELLANDA tibi Latio est.] In expressione naturæ Italæ gentis & morum, nonnihil potuit esse terroris. sed reficit audientem, dicendo, Debellanda tibi. ostendit quippe, futuram esse victoriam. Italia, inquit, feroces populos habet: domanda tibi est duro conflictu bellorum; fortis eò ducenda est iuuenum manus. superfluis quid opus est pugnaturo; qui nec sibi prodesse, nec tuis commodis possint? Confirmatâ filij sententiâ, & remotis omnibus, quæ cogitantis animum distrahebant; dat filio mandata: vt sciret, quæ essent curanda, & antè, quàm videret Italiam. DITIS tamen antè Infernas accede domos.] Ecce vnum impossibile. Addidit: ET Auerna per alta Congressus pete, nate, meos.] Scilicet, quod euidenter viuus implere non posset. Hoc loco poëta mortuum dicit Anchisen, & apud inferos degere; quem suprà è cœli regionibus asseruit lapsum. Sed illud pro personâ dormientis Aeneæ bene dictum est; quòd de cœlo venisset Anchises. hoc enim visum est superato, & seducto errore dormientis. Ipse tamen mortuum se asseruit: ne falleret filium, qui debuit veris insinuationibus edoceri. tamen in ipsâ morte additur plurimum meritis eius, quum dicitur: NON me impia nanque Tartara habent, tristesque vmbræ: sed amœna piorum Concilia, Elysiumq; colo.] Nec, ait, horrescas, quòd accessurus sis, vbi sunt sedes infernæ. Non sum sceleratis admixtus; nec Tartarus me habet, nec vmbræ tristes. Vmbræ tristes, intelligi possunt, non hominum; sed loci tenebræ. SED amœna piorum Concilia, Elysiumq; colo.] inuenies me, inquit, in Elysiis campis: qui pios habent, & præcipuorum religiosa concilia. Quis non horreret ad inferos pergere; ad mortuos, ad vmbras, ad tenebras? TVM genus omne tuum, & quæ dentur mœnia disces.] Idcirco aliqua illîc læta proposuit; addens: non infructuosum fore, si hoc fecisset. nam visurus erat patrem; consideraturus genus suum; & agniturus, quæ terræ, quæ mœnia, & quæ gloriæ sibi deberentur; & qui futuri essent posteri sui: vt, his commodis inuitatus, tantam mandatorum molem æquo animo ferret. & quia potuit dici; quomodo vado ad impossibilia, & ad incognita? ipse vltrò instruxit nescientem. HVC, inquit, casta Sibylla Nigrantum multo pecudum te sanguine ducet.] Vt illa monstraret incognita; cui nihil esse constabat occultum. IAMQVE vale.] Quòd dicit, Iamque vale, vult ostendere, abscessum suum temporis necessitate compelli. Denique inquit: TORQVET medios nox humida cursus, Et me sæuus equis oriens afflauit anhelis.] Non enim finitur mortuis loqui; quum sol fuerit exortus. Ex hac occasione etiam illud Vergilius docet: quâ horâ noctis, solis cursus ad eum finè veniat, vnde incipit in alium tendere, vt reparet diem: hoc est, dicitur temporis modus, qui mortuos remeare compellit. Sæuum orientem bene posuit, ex personâ patris: quoniã cœli cursus inuitum separabat à filio. Ex eo verò collectum est, solem medio noctis exortum: quòd hunc gallorum cantus nuntiare dicantur. Non hoc tantùm loco sæuus dictus est oriens: nam & illic inimica dicta est lux, vbi tenebrarum suffragium proderat: Absistamus (ait) nam lux inimica propinquat. non omnibus inimica; sed illis solis, quos lux fuerat proditura. DIXERAT; & tenues fugit ceu fumus in auras.] Nihil est enim celerius fumo; cùm liberum habuerit in auras ascensum. ÆNEAS, quò deinde ruis? quo proripis? inquit. Quem fugis? aut quis te nostris cõple-

xibus arcet?] *Hoc ait, non est, pater, abire; sed fugere.* Quò *recessurus te proripis? vel quis est iste tam durus, qui te ab amplexibus filij separet?* HAC memorans, cinerem, & sopitos suscitat ignes.] *Verbis iuncta sunt facta: vt sinè morâ solennitatis ritus debitus sequeretur abeuntem. Non exspectauit lucem: sed noctis tempore ignem obrutum, & commendatum cineribus, excitauit.* PERGAMEVMQVE larem & canæ penetralia Vestæ.] *Ipsi sunt, quos incendio patriæ liberatos, secum Aeneas deuotâ mente portabat.* FARRE pio, & plenâ supplex veneratur acerrâ.] *Ergo hæc propitiabat farre, & thure copioso; vtpote quod ex plenâ acerrâ proferebatur.* Acerræ *dicuntur, quæ thuri condendo ac seruando deseruiunt; & ad templa deferuntur, cùm necessitas fuerit.* EXTEMPLO socios, primumque accersit Acesten: Et Iouis imperium, & chari præcepta parentis Edocet; & quæ nunc animo sententia constet.] *Magna narrandi celeritas. Vidit, inquit, Acesten primùm; dehinc socios. indicauit, quid Iupiter Anchise perferente præcepisset; quid ipse Anchises mandâsset. totum strictim transiit, ne eandem rem bis diceret: &, quid sibi placeret, indicauit.* Quid *esse potuit, nisi quod superiora mandata continebant?* HAVD mora consilijs: nec iussa recusat Acestes.] *Acestes, ne contra iussa diuina faceret, aut contra necessitatem suorum; nihil ex his, quæ comperit, recusauit.* TRANSCRIBVNT vrbi matres, populumque volentem Deponunt, animos nil magnæ laudis egentes.] *Deputabat mulieres futuræ vrbi, & populum nullam gloriam requirentem. In appellatione* Populi, *& ætates mixtæ sunt, & sexus, & merita.* IPSI transtra nouant.] *nauigandi causâ scilicet.* FLAMMISQVE ambesa reponunt Robora nauigijs: aptant remosque rudentesque, Exigui numero; sed bello viuida virtus.] *ipsi exigui numero, sed qui essent bellis aptissimi, nouabant transtra & remos.* Quo*niam suprà dixit;* Furit immissis Vulcanus habenis Transtra per & remos: *idcirco hîc dixit; transtra nouant, nauigijs aptant remos. Dixit etiam funes reparari: quia ait,* Et pingit abiete puppes. *non enim sola arserant transtra, aut remi tantummodò: cùm in illo incendio multa eodem casu commutaret.* A

B

Exigui numero; sed bello viuida virtus.
Interea Aeneas vrbem designat aratro,
Sortiturq; domos: hoc Ilium, & hæc loca Troiæ
Esse iubet. gaudet regno Troianus Acestes:
Indicitq; forum, & patribus dat iura vocatis.
Tunc vicina astris Erycino in vertice sedes
Fundatur Veneri Idaliæ; tumuloq; sacerdos,
Ac lucus latè sacer additur Anchisæo.
Iamq; dies epulata nouem gens omnis; & aris
Factus honos: placidi strauerunt æquora venti;
Creber & aspirans rursus vocat auster in altum.
Exoritur procurua ingens per littora fletus:
Complexi inter se noctemq; diemq; morantur.
Ipsæ iam matres, ipsi, quibus aspera quondam
Visa maris facies, & non tolerabile numen,
Ire volunt, omnemq; fugæ perferre laborem.
Quos bonus Aeneas dictis solatur amicis:
Et consanguineo lachrimans cômendat Acestæ.
Treis Eryci vitulos, & Tempestatibus agnam
Cædere deinde iubet: soluiq; ex ordine funes.
Ipse caput tonsæ folijs euinctus oliuæ,

SER. EXIGVI numero; sed bello viuida virtus.] *Transit ad rem à numero* VRBEM designat aratro.] *Quem Cato in Originibus dicit morem fuisse. Conditores enim ciuitatis, taurum in dextrâ, vaccam in sinistrâ, iungebant: & incincti ritu Sabino, id est, togæ parte caput velati, parte succincti, tenebant stiuam incuruam & obliquam, vt glebæ omnes intrinsecùs caderent: & ita sulco ducto loca designabant murorum, aratrum suspendentes circa loca portarum. Vnde & territorium dictum est, quasi tritorium, tritum bobus & aratro.* GAVDET regno Troianus Acestes.] *Suo nomine enim fuerat ciuitas appellata.* INDICITQVE forum.] *Id est, tempus & locum designat agendorum negotiorum: qui conuentus vocatur.* Indicit *autem, verbum iuris est: & per hoc potentem vult significare ciuitatem.* ET patribus dat iura vocatis.] *Dat condendi iuris potestatem his, quos appellauerat patres: aut certè vocatis patribus iura distribuit. Hi autem, vt Sallustius dicit, vel ætate, vel curæ similitudine, patres appellati sunt. Senatores autem, alij, à senectâ ætate, vt Græci γερουσίαν dicunt, ἀπὸ τοῦ γέρως: alij à sinendo, dictos accipiunt. ipsi enim agendi facultatem dabant per senatusconsultum.* ERYCINO in vertice.] *Erix, mons Siciliæ supra Drepanum: vbi fuit templum Veneris Erycinæ.* IDALIÆ.] *Cypriæ.* SACERDOS.] *Alij ad tumulum referunt: vt lucus tantùm tumulo detur Anchisæ. vt in Buccolicis:* Inducite fontibus vmbras Pastores. *Nemora enim aptabant sepulchris: vt in amœnitate animæ forent post vitam.* VISA maris facies.] *Vt,* Méne salis placidi vultum? *Vult autem istos aspectum quoque maris horrere.* FVGÆ.] *profectionis.* ERYCI, & Tempestatibus.] *Benè iunxit. procellæ enim, aut de fluminibus, aut de montibus fiunt: quas προπυργίας dicunt; vulgò per pinnas.* SOLVIQVE ex ordine funem.] Ordo *est: Iubet cædere ex ordine, id est, ritè peragi sacrificium: & sic solui funem. Sic in 7.* Phrygiamque ex ordine matrem Inuocat: *Id est, ritè.* Funem *autem: quo naues ad terram ligantur.* TONSÆ oliuæ.] *comptæ, minutis frondibus.*

POM. Sabi. ARATRO.] *vt mos erat. Cato ait:* Condentes vrbem, taurum dextris, vaccam intrinsecùs iungebant. ERYCINO.] *Diximus, templum Veneris Erycinæ positû ab Aeneâ.* STRAVERE.] *tranquillum fecêre.* AVSTER.] *pro quouis vento.* EXORITVR.] *Hæc imitatio est apud Valerium Flaccum, lib. 1. descendentibus Argonautis.* MATRES.] *illi qui abnuerant nauigationem, ire volunt cum suis* TRES Eryci.] *Antiqui, priusquàm nauigarent, semper sacrificabant.*

VAR. Lect. HOC Ilium, & hæc loca Troiæ Esse iubet.] *In antiquis aliquot libris.* Hoc Ilium, hæc loca, *absque &* C *in aliquot alijs,* Ilion: *vt per se versus stet, absque figurâ. In plerisque verò antiquioribus,* Hæc loca Troiam Esse iubet. TVNC vicina astris.] *Scribendum est omnino* Tùm *ex libris antiquis, & sententiæ continuatione.* TVMVLOQVE sacerdos, Et lucus.] *Antiqui aliquot libri,* Ac lucus *legunt.*

DON. INTEREA Aeneas vrbem designat aratro.] *Vt fit quum ciuitates nouæ conduntur: aratro designatur spatium, mœnibus publicis priuatisq; necessarium.* SORTITVRQVE domos.] *Voto futuræ ciuitatis,* domos *dixit: non quæ iam essent, sed quæ disponebantur, vt surgerent. Dabantur autem de sorte, propter locorum differentiam.* HIC Ilium, & hæc loca Troiam Esse iubet.] *Illud interea omne, quod amplectebatur dispositio, Ilium dici voluit, & Troiam.* GAVDET regno Troianus Acestes.] *Bonum studium egregij ciuis expressit: qui non tantùm non inuidit in regno suo hoc fieri, verùmetiam lætebatur. Hic & meritum Aeneæ dilucidè probatur: qui in alienum ius autoritatem iubendi exercebat, gratulante eo, qui posset contradicere: nisi fuisset in omnibus liberalis.* INDICITQVE forû, & patribus dat iura vocatis.] *Hoc non Acestes, sed Aeneas. Post expletam enim Acestæ beneuolentiam, redijt ad Aeneæ dispositiones. His quippe, qui condebant vrbem nouam, debuit instituere, quæ ciuitatem regant, & ipsius Rempublicam firment; eius scil. patres & municipalem legem.* TVM vicina astris Eryci-

Digitized by Google

A Erycino in vertice sedes Fundatur Veneri Idaliæ.] *non defuit cura regligiosi filij; vt futuri incolæ haberent alienis regionibus etiam Idaliæ Veneris templum: vt in Siciliâ colerent, quod solebant in Troiâ. Constituitur igitur, excelso in monte, ipsum quoque templum tam sublime; vt esset syderibus proximum.* TVMVLOQVE sacerdos, Ac lucus latè sacer additur Anchisæo.] Additur, *bis accipiendum: Additur sacerdos, additur lucus, tumulo Anchisæo. Non custodem loci dixit; sed sacerdotem. Vult enim Vergilius, Anchisen, vt plurimis locis ostendimus, inter deos numerari.* IAMQVE dies epulata nouem gens omnis.] *Et remansuros simul, & recessuros, debemus aduertere. possumus etiam idem sentire de Siculis.* ET aris Factus honos.] *Debemus quippe etiam aduertere, duo adhiberi per sacra: vt rebus prosperis nouum auspicium darent; & fauorem tribuerent recessuris.* PLACIDI strauerunt æquora venti; Creber & aspirans rursus vocat Auster in altum.] *Dispositis omnibus, quæ temporis necessitas exigebat, peractis conuiuijs per plurimos dies: iam cœperant suffragari maria & venti; vt opportunè nauigare possent.* EXORITVR procurua ingens per litB tora fletus: Cóplexi inter se, noctemq; diemq; morantur.] *Hæc est moralis dictio; in quâ humani actus apparent. Tunc enim abscessus est grauior, quum fit; non quum disponitur. Primò enim non vehementer animum mordet æstus: si ad perfectionem fuerit ventum, aliter animi commouentur. Denique Troiani, quibus leue cessandi consilium fuit, & futura separatio, remansuros se cogitantes, quid doloris gererent, lachrymis testabantur. quod ne maturiùs fieret: nectebant moras, vsque adeò, vt has post dierum nouem spatia cuperent dilatare.* IPSÆ iam matres, ipsi, quibus aspera quondá Visa maris facies; & non tolerabile numen, Ire volunt, omnemq; fugæ perferre laborem.] *Ipsæ, quæ dudum pótum aspectabant flentes, & dolebant cum cæteris tantum sibi maris superesse, volebant pergere, & omne laborum genus æquis animis ferre.* QVOS bonus Aeneas dictis affatur amicis; Et consanguineo lachrymans commendat Acestæ.] *Bonus iuxta ciues, bonus iuxta socios, bonus iuxta remansuros, consolabatur omnes; & religioso Acestæ commendat.* TREIS Eryci vitulos, & tempestatibus agnam Cędere deinde iubet, soluiq; ex ordine funem.] *Sacrificium fieri Eryci fratri ex tribus iuuencis, iussit: & ventis, ne violenti exsisterent, agnam immolari.*

SOPITOS suscitat ignes.] *In eum, qui sopitum dissidium renouat.* ADR. Bar.

Stans procul in prorâ, pateram tenet; extaq; salsos
Porricit in fluctus, ac vina liquentia fundit.
Prosequitur surgens à puppi ventus eunteis:
Certatim socij feriunt mare, & æquora verrunt.
At Venus interea Neptunum, exercita curis,
Alloquitur, taleisq; effundit pectore questus:
Iunonis grauis ira, & inexsaturabile pectus,
Cogũt me, Neptune, preces descẽdere in omneis:
Quam nec longa dies, pietas nec mitigat vlla;
Nec Iouis imperio fatisue infracta quiescit.
Non mediâ de gente Phrygum exedisse nefandis
Vrbem odijs satis est, pœnam traxisse per omnem
Relliquias Troiæ: cineres atq; ossa peremptæ
Insequitur. causas tanti sciat illa furoris.
Ipsa mihi nuper Libycis (tu testis) in vndis,
Quam molem subitò excierit. maria omnia cœlo
Miscuit; Aeolijs nequicquam freta procellis:
In regnis hoc ausa tuis.
Proh scelus! ecce etiam Troianis matribus actis,
Exussit fœdè puppes, & classe subegit
Amissâ socios ignotæ linquere terræ.
Quod superest, oro: liceat dare tuta per vndas
Vela tibi! liceat Laurentem attingere Tybrim!
Si concessa peto; si dant ea mœnia Parcæ.
Tunc Saturnius hæc domitor maris edidit alti:
Fas omne est, Cytherea, meis te fidere regnis,
Vnde genus ducis. merui quoque: sæpè furores
Compressi, & rabiem tantam cœliq; marisque.

SER. PROCVL in prorâ.] *Id est, in parte extremâ.* EFFVNDIT. pectore.] *Hoc est, cum dolore: vt,* Funditq; preces rex pectore ab imo. PRECES descendere in omnes.] *Si quid inuidiæ est in humilimis precibus, imputandum non est per omnia Iunoni. Nam* Omnes *dicendo, etiam humiles significat. vnde ait etiam* Descendere. QVAM nec longa dies.] *Id est, tempus. de quo licèt meliùs fœminino genere dicamus; tamen etiam masculino dicimus. Nam de certo* C *die, masculino tantùm vtẽdum est: vt,* hic natalis meus dies est. PIETAS nec mitigat] *Aut Troianorum, qui pij sunt. aut certè propter illud;* Iunoni Argiuę iussos adolemus honores: *quasi quæ nec sacrificijs placaretur.* INFRACTA.] *valde fracta: vt,* Turnus vt infractos aduerso Marte Latinos. MEDIA de gente vrbem] *Id est, totius gentis potentem.* EXEDISSE.] *Muliebriter dictũ. nam indè est quod sequitur:* Cineres atque ossa peremptæ. *Sanè* Edo, *habet & rectam declinationem, & obliquam. Rectam, sed antiquam declinationem; vt Edo, edis, edit: anomalam; ut Edo, es, est. quarum secunda & tertia persona longæ sunt; propter differentiam Sum, es, est.* Edit *autem, in præterito producit e; vt Legit.* CAVSAS tanti sciat illa furoris.] *Benè supprimit. cõtra ipsam enim sunt, quæ Iuno exsequitur in Decimo: vt,* Me Duce Dardanius Spartam expugnauit adulter. QVAM molem.] *Vt,* Tantas audetis tollere moles. NEQVICQVAM.] *Aut sinè causa, id est, nullâ exstante ratione: aut nequicquam, quantum ad eius pertinet mentem. vnam enim nauem ex omnibus euertit. Vnde ait Iuno:* Quæ potui, infelix, quæ memet in omnia verti, Vincor ab Æneâ. IN regnis hoc ausa tuis.] *Vt,* Non illi imperium pelagi, sęuumq; tridentem. ACTIS.] *furore compulsis: vt,* Reginam Alecto stimulis agit vndique Bacchi. IGNOTÆ.] *ignobili: vt, IV. Georg.* Nam sæpè fauos ignotus adedit Stellio. *&* *dixit* Ignotum, *Italiæ comparatione. nam ignota nõ erat, ad quam bis Troiani venerant.* TIBI.] *id est, per regnũ tuum.* SI cõcessa peto.] *siquidem. nam* Si *modò confirmantis est. Agit autem à possibili.* FAS omne est.] *Fas est, hoc est, possibile est.* MEIS te fidere regnis.] *fido, datiuum tantùm regit.* VNDE genus ducis.] *Vt diximus suprà, quia feliciter est nauigaturus Aeneas; Venerem dicit è mari procreatam. &, vt fert fabula, Cælus pater fuit Saturni: cui quum iratus filius falce virilia amputásset, lapsa in mare sunt: de quorum cruore, & maris spumâ, nata dicitur Venus. Vnde & ἀφροδίτη dicitur ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ, id est, spumâ. sed hoc habet ratio. Omnes vires vsu venereo debilitãtur; qui sine corporis damno nõ geritur. Vnde fingitur nata Venus p damnũ. De mari autẽ ideò: quia dicũt Physici, sudorẽ salsum esse; quẽ semp elicit coitus. Vnde & myrtus ei cõsecrata est; quę littorib. gaudet: vt,* Littora myrtetis lętissima. *Ideo autẽ diximus, Cælus pater: vt Deũ significaremus. nullus.n. Deus generis neutri est. nã Cœlũ, generis neutri, elementũ significat: vnde & οὐρανὸς, Saturni pater quoq; dicit᷑.* MERVI quoq;.] *etiã p̃stiti. vt,* Nec te regina negabo Promeritã. *Alij dicũt, militaui: vt,* Ære meret paruo. Rabiẽ tãtã cœliq; marisq;.] *Vt in 1. legim9*

VAR. Lect. IVNONIS grauis ira, & inexsaturabile pectus.] *In Longobardico, & aliquot alijs,* Neq; exsaturabile. NEC Iouis imperio, fatisue infracta.] *in libris antiquis,* Fatisq; *legere est.* VRBEM odijs satis est, pœnam traxisse per omnem.] *In libris antiquis plerisque ita legitur,* Nec pœnam traxisse per omnem. *In Mediceo, & aliquot alijs libris,* Vrbem odijs satis est, pœnam traxisse per omnem.

Digitized by Google

omnem. QVAM molem subitò excierit.] *Oblôgus liber*, Quam subitò molem excierit: *aliquot alij*, Quam molem excierit subitò, *legunt.* PROH scelus! ecce etiam.] *Antiqua pleraq; exempl. cum Mediceo & Portio legunt*, Per scelus. SOCIOS ignotæ linquere terræ.] *Antiqui aliquot libri*, Ignotâ linquere terrâ, *ablatiuo casu legunt.*

DONAT. IPSE caput tonsę folijs euinctus oliuę, Stans procul in prorâ, pateram tenet, extaq; salsos Porricit in fluctus, ac vina liquentia fundit.] *Iussit ipse Aeneas, prædicti generis animalia immolari: ipse idem exta sumpta ex his accepit; pateram tenens, & stans celsâ in puppi, omnia proiecit in fluctus; addens vinum, quod ferebat in paterâ.* PROSEQVITVR surgens à puppi ventus euntes.] *Tantum sacrificia valuerunt: vt non deesset opportunitas venti, venientis à puppi. ipse est enim ventus prosperior, qui nauem sequitur.* CERTATIM socij feriunt mare, & ęquora verrũt.] *Aduentu flatuum lętiores effecti, remis nauigia in altum proficisci studebant.* AT Venus interea Neptunum, exercita curis, Alloqitur; talesq; effundit pectore questus.] *Alloquitur: qualitatem verbi futuri non exprimit. dubium est enim qualis futura sit allocutio. Effundit tamen questus, & aperto monstrat esse aliquid, quod iram locuturæ pronuntiet, & dolorem.* IVNONIS grauis ira, & inexsaturabile pectus, Cogunt me, Neptune, preces descendere in omnes: Quam nec longa dies, pietas nec mitigat vlla; Nec Iouis imperio, fatisue infracta quiescit.] *Magna hoc loco & artificiosa conceptio: nam inter ipsa initia, & personam suam commendat, & deformat inimicæ. Dicendo enim, Prouocor conqueri: & quæ prouocabat, grauabatur inuidiâ; & quæ prouocari sese querebatur, culpa vacuam sese laborabat ostendere. Interea cœpit à nomine: vt ostenderet, ex eius primatu absumptam potentiam. Addidit,* grauis ira. *Grauis, hoc est, iniusta; & proinde grauis. ferri enim non poterat, quæ irascebatur frustra, hoc est, cùm causa non suppeteret. Deinde, quæ irasceretur immoderatè, nec pectus eius innumeris Troianorum supplicijs satiaretur. Exsecrandi autem sunt, qui nullâ ex causa inimicitias suscipiunt, & qui in eo ipso non retinent modum. Tertium, quorum pectora nec pœnarum numero saturantur, nec aliquâ humanitate tanguntur.* QVAM nec longa dies, pietas nec mitigat vlla; Nec Iouis imperio fatisue infracta quiescit.] *Dedit querelis suis augmentum: & eam, de quâ quærebatur, vehementer exponit. Irata, inquit, cùm causa non esset; irata sinè modò; irata sinè fine iracundiæ, non misericordiâ flectitur: non Iouis frangitur iussu: non fatorum authoritate reuocatur. Cur fauenter adhuc exspectaretur talis; quæ nefas existimet, effici, quod Iupiter præcipit, & fata præscribunt? aut quem iniquis odijs datura est terminum; quæ cùm sit vetus inimica, nouam se esse existimat, & recentia tormenta componit? Incipit iam dicere, & exemplis probare manifestis, quæ proposuit vera esse.* NON mediâ degente Phrygum exedisse nefandis Vrbem odijs satis est, pœnam traxisse per omnem.] *Non ei sufficit interitus Troiæ, nec tantos illic perijsse quum caderet. nullum præterijt miseros supplicij genus: ipsam patriam ruina consumpsit & flamma. & post tantorum scelerum cladem, nec habet aut retinet modum: leue quiddam se existimans perfecisse; quia supersint Troianorum aliqui, & viuunt aliqui post excidiũ Troiæ.* RELLIQVIAS Troiæ, cineres atq; ossa peremptæ Insequitur.] Reliquiæ, *dicuntur funera mortuorum:* Cineres, *qui post exusta corpora remanent: atque* ossa, *quæ colligi consueuerunt, & sepulchro mandari. Tantum ergo crudelis Iuno; tantum impia: vt illa quoque persequenda existimet, quæ sunt debita sepulchris & terris. Perempta ossa, miserabiliter posuit. solent enim hostes, post effusum sanguinem, nullas dehinc inimicitias habere cum funere: & imponere odijs terminum, quum deest ille, qui audere aliquid possit.* Reliquias *rursum possumus etiam sic intelligere: quòd flos Troianæ iuuentutis esset perductus ad paucos: quibus, si in Iunone esset humanitas, debuit largiri miseratio. Quis enim tam ferreus, tam durus hostis inuentus est vnquam; cuius victoriæ nihil superesse potuerit, post acerba odia partæ? datur nonnunquam venia reliquis, & vsque ad victoriam crudelitas valet. Tam sæua exstitit Iuno: vt, post excisum Ilium, perditosq; diuersâ cæde Troianos, persequatur reliquos, & inuentionibus nouis affligat.* A CAVSAS tanti sciat illa furoris.] *Huius, inquit, odij si causæ requirantur; ab ipsâ quærenda sunt. nos enim scimus, nihil in eam Troianos admisisse, quod nollet.* CAVSAS tanti sciat illa furoris.] *Furoris sui, dixit, non doloris. sinè ratione quippe irasci, furere est. Cæterùm dolor illic esse potest, vbi inest iusta commotio.* IPSA mihi nuper Libycis (tu testis) in vndis, Quam molem subitò excierit: maria omnia cœlo Miscuit, Aeolijs nequicquam freta procellis.] *Magnum inuenit assertionibus suis compendium; ipsum vocando testem, quem audiendis querelis arbitrum cupiebat acquirere. Testis es, inquit; etsi vnius tantùm facti: ex eo tamen cætera poteris æstimare, quòd non sint falsa; sed vera. Sic illum communem facit, & in memoriam reuocat: vt tempus, & locum & factum replicet. Nuper, inquit, nosti in Libycis vndis, quas moles exciuit: quum assumptâ potestate ventorum, omnia in Troianorũ perniciem* B *elementa confudit. Quod factum est frustra; dum omne illud, te iuuante, summotum est. quòd ait*, Quam molem subitò excierit: *artificium nocendi voluit demonstrare. Quicquid enim subitum est, facile opprimit imparatum: speratum autem & præuisum, cauendo potest, aut substantiâ contrariæ prouisionis, effundi.* IN regnis hoc ausa tuis.] *Vt meis procuraret interitum, ausa est te contemnere; &, regna tua commouendo, etiam tibi iniuriam facere.* Quod ait, In regnis tuis: *dixit, vt ipsi huius facti rectè induceret commemorationem. Petitura enim quietem pelagi, ostendit, etiam ipsum Neptunum aliam passurum iniuriam; nisi & Troianis prouidisset, & sibi.* PROH scelus! ecce etiam Troianis matribus actis Exussit fœdè puppes.] *Hoc est, etiam nunc Troianis matribus coactis per scelus exussit fœdè puppes. Troianorum matribus in incendio nauium delictum esse, constabat. hic Venus adstitit, dicens: non esse requirendum, quis fecerit scelus; sed cuius impulsu videatur admissum.* EXVSSIT fœdè puppes.] *alienis manibus ipsas naues incendit. atque vtinam palàm; & non turpiter fraude conceptâ.* ET classe subegit amissâ, socios ignotæ linquere terrę.] *Vt ab hoc facto, quod contra ciuitatem; religionem, humanitatemq; processerat, excusaret etiam filium: in Iunonem reuocat relictorum sociorum culpam. quoniam Aeneas hoc non faceret: si pars classis non esset amissa. Accedebat ex hoc facto augmentum mali:* C *quia post tot labores, nec ad Italiam peruenire potuerunt; & ignotis in terris fuerant relicti. Ecce diuersitas posita, & sese impugnans. suprà enim dixit:* Quis prohibet muros facere, & dare ciuibus vrbem? *hîc dixit:* Socios ignotę linquere terræ. *cùm ignota non esset, in quâ fuerant ciues. Sed factum est hoc oratoriâ virtute, pro personâ dicentis: quæ voluit exaggerare inuidiam facti; vt in vno incensarum nauium scelere multa aperiret, intantũ: vt religiosorum nefas incurrere cogerẽtur; & spargeret̃ societas, qua vna perditæ ciuitatis calamitas iunxerat. Interea, quia non magnus inuidiæ fragor esse poterat, quòd ciuibus iuncti fuerant ciues: relictâ ratione personarum, aut ignotis terris, relinqui socios, graue admodũ crimen est. proinde non quærendum est, qui vel apud quos; sed vbi remãserint, est tractandũ. Ergo vnũ accipimus ex personâ persuadẽtis.* Quis prohibet muros facere, & dare ciuibus vrbem? *alterũ ex personâ dolentis Veneris:* Socios ignotę linquere terrę. *ne se contraria impugnent. Vbi nouissimum posuit, quod potuit in querelas grauiores adduci; cõstabat Sicilia, & fas fuisse: in quibus Acestes fuerat alienus. Venit ad summam petitionis suæ. ait. n.* QVOD superest, oro.] *Quasi vnũ esset petitura; nõ plurima: singulari numero significauit, qd vellet. pinde'q; ostẽdit, graue nõ esse quod peteret: vtpote quod in vno esset; nõ in plurimis positura. ideò dixit;* Quod supest, oro:

Digitized by Google

A oro: quia transacta curari non poterant. Quod superest ergo: quod integrum est, & potest praestari. Dicit iam quid sit, quod effici cupiebat. LICEAT dare tuta per vndas Vela tibi: liceat Laurentem attingere Tibrim.] Liceat, inquit, per regna tua tutos dehinc nauigare Troianos: liceat tenere Italiam, in quâ est Tibris. SI concessa peto; si dant ea mœnia Parcae.] Non dubitanter posuit Si: sed vt ostenderet licita cupere, quae constabat Neptunum nôsse. & illud egregiè dictum; Liceat tuta vela dare tibi: vt non ventis, aut fluctibus, qui semper incerti sunt: sed ipsi potiùs Neptuno, vela crederentur. TVM Saturnius haec domitor maris edidit alti.] Quia placidum mare ipso tempore quaerebatur: rectè hoc loco Neptunus maris domitor dictus est. FAS omne, Cytherea, meis te fidere regnis, Vnde genus ducis.] Debes, inquit, habere fiduciam regni mei: vel maximè, quia indè originem ducis. MERVI quoque.] Cur dixit Quoque? cùm nullum adhuc commemorârit se praestitisse beneficium. Hoc vt corrigatur, ordinata prima ponenda sunt: vt sit posterius, Merui quoque; & sit primum, SAEPE furores Compressi, & rabiem tantam cœlique marisque.] Ordinemus iam simul totum: Saepè furores compressi rabiem cœli; saepè compressi rabiem maris. nunc ponere debemus, Merui quoque, hoc est, laboraui quoque pro tuis.

Nec minor in terris (Xanthũ Simoëntaq; testor)
Aeneae mihi cura tui. cùm Troia Achilles
Exanimata sequens impingeret agmina muris;
Millia multa daret letho; gemerentq; repleti
Amnes; nec reperire viam, atque euoluere posset
In mare se Xanthus: Pelidae tunc ego forti
Cõgressum Aeneam, nec dijs, nec viribus aequis,
Nube cauâ eripui; cuperem cùm vertere ab imo
Structa meis manibus periurae mœnia Troiae.
Nũc quoq; mẽs eadẽ perstat mihi. pelle timores:
Tutus, quos optas, portus accedet Auerni.
Vnus erit tantùm, amissum quẽ gurgite quaeret:
Vnum pro multis dabitur caput.
His vbi laeta deae permulsit pectora dictis:
Iungit equos curru genitor; spumantiaq; addit
Fraena feris; manibusq; omneis effundit habenas.
Caeruleo per summa leuis volat aequora curru.
Subsidunt vndae; tumidumq; sub axe tonanti
Sternitur aequor aquis: fugiũt vasto aethere nimbi.
Tùm variae comitum facies: immania cete,
Et senior Glauci chorus, Inousq; Palaemon,
Tritonesq; citi, Phorciq; exercitus omnis.
Laeua tenent Thetys, & Melite, Panopeaq; virgo,
Nisaee, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque.

SER. IN terris.] Etiam in terris. nam augmentum est. GEMERENTQVE repleti Amnes.] Homerus: ἐν δ' ἔπεσον μεγάλῳ πατάγῳ, βράχε δ' αἰπὰ ῥέεθρα, ὄχθαι δ' ἀμφὶ περὶ μεγάλ' ἴαχον· οἱ δ' ἀλαλητῷ ἔννεον ἔνθα καὶ ἔνθα ἑλισσόμενοι κατὰ δίνας. Et paulò pòst: ὣς ὑπ' Ἀχιλλῆος Ξάνθου βαθυδινήεντος πλῆτο ῥόος κελάδων. IN mare se Xanthus.] Omnia B haec Homeri sunt. PELIDAE tunc ego forti Cõgressum Aeneam, nec dijs nec viribus aequis Nube cauâ eripui.] Hic locus ex Homero sumptus est: ἔνθ' αὖτ' Αἰνείαν ὑ... ἀντίον ὦρσεν Ἀχιλλῆος... [Greek partly illegible] ... ἀσπίδος ... Αἰνείας, καὶ τὴν μὲν προπάροιθε ποδῶν Ἀχιλλῆος ἔθηκε, πολλὰς δὲ στίχας ἡρώων, πολλὰς δὲ καὶ ἵππων, Αἰνείας δ' ὑπεράλτο θεοῦ ἀπὸ χειρὸς ὀρούσας. NEC dijs, nec viribus aequis.] id est, dijs iniquis: hoc est, aduersis: ἀντίπτωσις figura est. Aut non aequis, id est, non aequali fauore: plures enim Graecis fauebant. C De matribus autem, id est, Thetyde & Venere, intelligere non possumus: quia Thetyde melior Venus est; & ei praesenti derogare nollet. CVPEREM cũ vertere ab imo.] quod proprium eius est: vt, Magnoq; emota tridenti Fundamenta quatit. Hinc vt suprà diximus, ἐνοσίχθων dictus est: eò quòd terram quatiat. & fecit augmentum, quùm se praestitisse dixit iratum. PORTVS accedet.] Hic distinguendum: ne sit contrarium Veneris petitioni, quae ait; Liceat Laurentem attingere Tybrim. AMISSVM quẽ in gurgite quaeret.] Misenum dicit. de quo legimus: Inter saxa virum spumosa immerserat vnda. VNVM pro multis dabitur caput.] Palinurum significat. Nam falsum erit, si vnum voluerimus accipere. duos enim constat perisse, Misenum & Palinurum. LAETA permulsit.] Aut permulsit, & laetam fecit: vt, Animũq; labantem Impulit. aut certè perpetuum est epitheton Veneris; quam Homerus vocat φιλομμειδέα. SPVMANTIA frena.] spumas mouentia. FERIS.] equis: vt, Inq; feri curuã compagibus aluum Contorsit. VARIAE comitum facies.] Aut beluas dicit marinas secùndum naturam: aut poëticè deos marinos. IMMANIA cete.] Graecè declinatio, τὸ κῆτος, κήτεος, vt βέλος, βέλεα. nam Latinè sic declinari non potest. Nullum enim apud nos animal generis neutri est: nisi fortè hic Cetus, huius ceti, dicamus; quod nusquam lectum est. nam dicuntur canes marini. ET senior Glauci chorus.] Glaucus Anthedonius piscator fuit: q cùm captos pisces super herbã abiecisset, & eos recepisse vidisset, quam amiserant vitam: intellectã herbarum potentiã, decerptam herbam gustauit, seq; praecipitauit in maria; & in Deum marinum mutatus est: cuius hic chorum ideò senem dixit, quia & ipse senex fuerat. Aut certè seniori dicit, propter spumarum colorem: sicut penè omnes dij finguntur marini. INOVSQVE Palaemon.] Melicerta, Inûs filius. Et notandum patronymicum à matre, in authore idoneo. PHORCIQVE exercitus omnis.] Dij qui sub Phorco agunt. Hic autem Phorcus, dicitur Thoosae nymphae & Neptuni filius. Vt autẽ Varro dicit, rex fuit Corsicae & Sardiniae: qui cũ ab Atlante rege nauali certamine, cũ magnâ exercitus parte, fuisset victus & obrutus: finxerunt socij eius, eum in deum marinum esse cõuersum. LAEVA tenẽt Thetys.] Satis prudenter sexum debiliorem sinistrae applicat parti. NISAEE. Media diphthongus est.

POM. Sabi. CONGRESSVM Aeneam.] Neptunus eripuit Aeneam ab Achillis congressu. VNVS erit.] Ergo duo sunt, qui summergentur: vnus Palinurus; & aler, qui magno more sacrificabitur dijs inferis, id est, Misenus. ideò inquit: Vnum caput dabitur pro cunctis. AVRO.] aurato currui. FERIS.] id est, equis. vt in 2. In latus, inq; feri: id est, equi. SVBSIDVNT vndae.] Homerus lib. duodecimo de Vlysse: cùm solu it è Trinacriâ in Cretam, nauis cito cursu Sirenum insulae appropinquauit: secundo namq; vento ferebantur: qui illic statim cessauit, & placidâ tranquillitate deus vndas strauit. AXE.] Axem ponit pro cœlo tonanti. vel Axe tonanti, pro curru Neptuni strepitum facienti. GLAVCI.] Glaucus piscator fuit: qui cùm gustâsset herbam, quâ pisces reuocati erant ad vitam, in mare prosiluit, & pro deo habitus fuit. PHORCI.] Mirum hoc: nam quotiens haec monstra videntur, tempestatem significant. Phorcus, Neptuni & Thoosae nymphae filius. Varro ait, eum imperâsse Corsicae & Sardiniae: alij, insulis Oceani Africi: & victum ab Atlante: posteà pro numine marino habitum. Pater fuit Medusae, & caeterarum Gorgonum. Probus ait, fuisse duos Phorcos: & deum maris, & regem in Africâ. Homerus, libro 1 Vlysseae, ait, Thoosam nympham fuisse filiam Phorci, indomiti regis maris: & in cauis antris ex Neptuno peperisse Polyphemum. PANOPAEA.] omnes filiae Phorci fuêre deae maris.

VAR. Lect. IMPINGERET agmina muris.] Veteres quidam libri, immitteret habent. MILLIA multa daret letho.] Romanus li. Darent legit. ATQVE euoluere posset In mare se Xanthus.] In Mediceo Reuoluere legitur. NVBE cauâ eripui.] In Rom. nonnullis alijs, Eripuit, est. MENS eadem perstat mihi.] In Oblongo libro, & quibusdam alijs antiq. legere est, Restat mihi.

AMIS-

Digitized by Google

AMISSVM quem gurgite quęrat.] In exempl. omnibus antiq. quotquot habui, Quæres legitur. IVNGIT equos curru.] Vetera omnia manuſcr. Iungit equos aut genitor, vno exemplo legunt. STERNITVR æquor aquis.] In Antiq. aliq. Equis. Sed Aquis melius.

DON. NEC minor in terris (Xāthū Simoēntaq; teſtor) Æneæ mihi cura tui.] Quia ſciebat ſe cōtra Troiā nixū: iurat tamē ſe pro Aeneâ ſpecialiter feciſſe. Dicit & tempus: oſtendit & locum: deſignat pericula ipſa; & cuius eum manibus eripuiſſet. CVM Troia Achilles Exanimata ſequens impingeret agmina muris.] Tunc, inquit, quum Troiana agmina infeſtus Achilles agitaret, exanimes perſequens, & opprimens fugientes Teucros; neque eos permittens ad murorum tuta peruenire. MILLIA multa daret letho.] Tunc, quum innumera hoſtium millia mactaret. GEMERENTQVE repleti Amnes; nec reperire viam, atque euoluere poſſet In mare ſe Xanthus.] Tunc quum, flumina omnia onerata cæſorum funeribus gemerent; impedita ſcilicet & obcluſa: vel maximè Xanthus amnis; qui tantorum corporum retentui obiectus, exitum in fluctus reperire non poterat. PELIDÆ tunc ego forti Congreſſum Aeneam, nec dijs, nec viribus æquis, Nube cauâ eripui.] Quantum aſſerit operam ſuam? vel ex quantâ neceſſitate dixit Aeneam liberatum? Congreſſus, inquit, fuit Pelidæ. Licèt poſſit intelligi, quòd laudis cauſâ dixiſſet, Pelidæ: tamen addidit, forti. Quantum forti, ſuprà expreſſit: multa millia illum Troianorum fugâſſe; cùm ſolus tantos premeret, vrgeret, ac ſterneret. Huic ergo cùm eſſet congreſſus Aeneas, nullo deo fautore, cunctis aduerſis, viribus quoque longè imparibus: nube immiſſâ eripui. Eripui (inquit) imparem: eripui iam periturum. CVPEREM cùm vertere ab imo Structa meis manibus periuræ mœnia Troiæ.] Admiranda oratio: in quâ ſe confitetur inimicum; & eo tempore Aeneæ ſaluti beneficium præſtitiſſe, quum omnes Troianos cum ipsâ vrbe volebat extinctos. Quàm grande beneficium memoratur! quum ſolus Aeneas mereri potuit veniam: irato eo, qui cunctos ſemel volebat extinguere, & diruere omnia, quæ ſuis manibus ſtruxerat. Magnus affectus eſt iuxta ea, quæ manu noſtrâ proueniunt: magnus quoque eſt dolor, ſi noſtrâ manu vertantur. Sed iſte dixit, cauſam interueniſſe periurij; quæ omnem affectum conſtructionis abruperat. NVNC quoque mens eadem perſtat mihi.] A Quæ ſit ipſa mens, ex conſequentibus probat. Potuit enim dictum in incerto remanere: quoniam iuxta Troianos, & Troiam, inimicitias ſe habuiſſe profeſſus eſt. Quæ ergo mens in præſenti perſtaret; videndum eſt, quum ſequentia tractare incepimus. PELLE, inquit, timores.] Ad remouendam ſollicitudinem Veneris, quam breuibus vſus eſt verbis! vt & ipſam ſecuram redderet; & indicaret, qualem gereret mentem. Quòd ſi hoc ſolum dixiſſe, ſuffecerat curæ remouendæ. Addidit: TVTVS, quos optas, portus accedet Auerni.] Quoniam pelagi tranquillitatem fuerat poſtulatus: hanc Neptunus pollicetur, & ſpondet. Optas, inquit, vt tutus tranſeat mare filius tuus? tutus ad portus Auerni perueniet. VNVS erit tantùm amiſſum quem gurgite quæret. Vnum pro multis dabitur caput.] Dicit futura, vt deus, quem fugere ventura non poſſent. Hæc ipſa, quoniam triſte aduerſumq; nuntiabant, extenuat. Debebatur, inquit, interitus plurimis: ſed pro cunctis vnius procedit exitium. quod ipſum æquo animo ferendum eſt: præſtat enim vnum magis flere, quàm plurimos. Hoc ideò prædixit: ne ille, qui tutam pelagi tranſmiſſionem promiſerat, in vnius caſu videretur Venerem fefelliſſe, & ex eo falſa cætera putarentur. HIS vbi B læta deæ permulſit pectora dictis.] Vbi dictis talibus leniit animum Veneris: promiſſam pelagi placiditatem cœpit procurare. Ob hanc igitur cauſam, IVNGIT equos curru genitor, ſpumantiaque addit Fræna feris; manibusque omnes effundit habenas: Cæruleo per ſumma leuis volat æquora curru. Subſidunt vndæ; tumidumque ſub axe tonantis Sternitur æquor aquis; fugiunt vaſto æthere nimbi. Tùm variæ comitum facies: immania cete, Et ſenior Glauci chorus, Inousque Palæmon, Tritonesque citi, Phorcique exercitus omnis. Læua tenent Thetis, & Melite, Panopœaque virgo, Niſæe, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque.] Omnis hæc deſcriptio poëtica eſt; propter Aeneæ meritum poſita: vt, ob eius tranquillam nauigationem, Neptunus cum dijs maris videretur excurrere. Eò tamen res reducitur: vt quies omnis pelagi monſtraretur effecta: fugatis omnibus, quæ obeſſe potuerant; ventis ſcilicet, qui timore pelagi nocere poſſent.

Hic pàtris Aeneæ ſuſpenſam blanda viciſſim
Gaudia pertentant mentem. iubet ocyùs omnes
Attolli malos, intendi brachia velis.
Vnà omnes fecêre pedem; pariterq; ſiniſtros,
Nunc dextros ſoluêre ſinus: vnà ardua torquent
Cornua, detorquētq;: ferunt ſua flamina claſſem.
Princeps ante omneis denſum Palinurus agebat
Agmen: ad hunc alij curſum contendere iuſsi.
Iamq; ferè mediam cœli nox humida metam
Contigerat; placidâ laxarant membra quiete
Sub remis, fuſi per dura ſedilia nautæ:
Cùm leuis æthereis delapſus Somnus ab aſtris
Aëra dimouit tenebroſum, & diſpulit vmbras,
Te Palinure petens; tibi triſtia ſomnia portans
Inſonti: puppiq; deus conſedit in altâ,
Phorbanti ſimilis; funditq; has ore loquelas:
Iaſide Palinure, ferunt ipſa æquora claſſem;
Æquatæ ſpirant auræ; datur hora quieti.
Pone caput, feſſosq; oculos furare labori:
Ipſe ego pauliſper pro te tua munera inibo.
Cui vix attollens Palinurus lumina fatur:
Méne ſalis placidi vultum, fluctusq; quietos
Ignorare iubes? méne huic confidere monſtro?
Aeneam credam quid enim fallacibus Auſtris,
Et cœlo, toties deceptus fraude sereni.
Talia dicta dabat; clauumq; affixus & hærens
Nuſquam amittebat; oculosq; ſub aſtra tenebat.

SER. VICISSIM] Quia reliquerat quidem ſocios; ſed feliciter petebat Italiam. PERTENTANT.] ſollicitant. ATTOLLI malos.] id eſt, vela per malorum volubilitatem leuari. nam, cùm nauigarent; iam non dubium, quòd olim erexerant arbores. FECERE pedem.] podiam: id eſt, funē, quo tenditur velum; quod Græci πόδα vocāt: vt eſt apud Pindarum & Ariſtophanem. SINISTROS, Nunc dextros.] Pro auræ mutabilitate. CORNVA.] antennarum extremitates. SVA flamina.] proſpera, à puppi venientia. PRINCEPS ante omnes.] Vnum vocat: vt, Primus vbi ante omnes. quæ figura ἐκ παραλλήλου dicitur: cùm vnum ad alterius expoſitionem venit. MEDIAM cœli metam.] Peritè locutus eſt. nam medium cœlum meta eſt ἀναβιβάζοντος, id eſt, aſcendentis circuli, qui medius eſt inter ortum & occaſum; qui Meridianus circulus appellatur. C A' medio enim cœlo, & finitur ortus, & occaſus incipit ſiderum. Alter eſt Horizontis, qui ſegregat aſpectum huius cœli, ab alio inuiſibili nobis. SVB remis fuſi per dura ſedilia nautæ.] id eſt, requierant paululùm, ſic remos tenentes. LEVIS.] Vel aduentu, vel diſceſſu. nam leuis in vtroq; eſt. DISPVLIT vmbras.] Nam ſemper deos ambit nimbus. TE palinure petens.] appetens, factiosè aggrediens. Et ſciendum, in maius celebrari Palinuri mortem, more poëtico; quem dormientem cecidiſſe in vndas, ſatis conſtat. SOMNIA.] ſoporem. Benè autem diſcernit iſta Vergilius: vt Somnum ipſum deum dicat: Somnium, quod dormimus; Inſomnium, quod in ſomnis videmus: vt, Falſa ad cœlum mittunt inſomnia manes. IASIDE.]

[illegible] *quod* [illegible] VVLTVM *mutabilem* [illegible] IVBE[illegible] *Infan.* [illegible] dolorem. MENE huic [illegible] *subaudi* [illegible] ÆNEAM credam [illegible] *Cur Aeneam committam* [illegible], *qui sum totiet serenitatis fraude* [illegible] *non?* SERENI.] *fee* [illegible] æqui. *Alij legunt*, Et cœli [illegible] fraude sereni. VIQVE soporatum [illegible]. SVPER vtraque tempora]*per* [illegible]. CVNCTANTI.] *quasi reluctanti. nam* [illegible] *per mare, effugere non potuisset pee* [illegible] *certantia, somni vicinitate.* CVM [illegible] *vt triduo natare potuerit.* [illegible] *Vt Cicero pro Murenâ: Ite viam, redite* [illegible] *præsidio Neptuni.*

[illegible] *autumnarum.* FERE.] *prope mediam no-* [illegible] *somnus. In medio cœlo est quasi me-* [illegible] *inter ortum & occasum: illic circulus lacteus* [illegible] *Palinurus filius Iasij.* FALLACIBVS.] [illegible] *Aeneam fallacibus auris non credam.*

[illegible] brachia velis.] *In Romano lib. pro* Velis, [illegible] Remis. PLACIDA laxarant membra qui- [illegible] *aliquot lib.* Laxabant *habetur.* TIBI tristia [illegible] portans.] *Multi quidem lib. antiq. vertunt illud:* [illegible] tristia portans. PHORBANTI similis.] *Libri* [illegible], Phorbantis *habent.* FVDIT- [illegible] has ore loquelas.] *Vetera omnia exemplaria, quæ* [illegible] *habent.* MENE salis placidi vultum.] *In* [illegible] Mene salis placidum vultum. ÆNE- [illegible] quid enim fallacibus austris?] *In lib. ali-* [illegible] Auris *habetur. Est & Ænean, per n finalem.* [illegible] deceptus fraude sereni?] *Antiq. lib. versum hûc* [illegible] *habent: nam &* Fraude serenâ; *& alibi,* [illegible] *legitur.*

[illegible] patris Aeneæ suspensam blanda vicissim [illegible] tentant mentem.] *Cùm hæc Aeneæ cum ipso* [illegible] *principio prouenissent: ex suspenso & saucio, vi-* [illegible] *prosperi, in gaudium repentè mutatus est.* IV- [illegible] omnes Attolli malos, intendi brachia [illegible] *cunctarum nauium arbores iubet, & vela solui* [illegible] omnes fecere pedem.] *simul omnes ag-* [illegible] PARITERQVE sinistros, Nunc de- [illegible] vnà ardua torquent Cornua, de- [illegible] ferunt sua flamina classem.] *Tantum* [illegible] *autoritas: vt simul attollerent malos; simul* [illegible], *& opportuna facerent ventis: denique naui-* [illegible] *ferebantur.* PRINCEPS an- [illegible] Palinurus agebat Agmen: ad hûc [illegible]. *Palinurus,* [illegible]

[illegible]

[illegible] *Lethi autem causa non reperiebatur; & tamen* [illegible] *mus ferebatur insonti: non quia meruit, sed vt Aeneas* [illegible] *luctu percuteretur ac necessarij: cæteris saluis per* [illegible] *mentum.* PVPPIQVE deus consedit in altâ, [illegible] ti similis, funditque has ore loquelas.] *Sedit,* [illegible] *Palinurum in puppi, (illic enim gubernatores sedent)* [illegible] *Phorbantis faciem, qui esset vnus ex illis, qui eâdem naui ferebantur. Talem personam Phorbantis debemus accipere* [illegible] *bernare nauim nôsset; proinde* [illegible] *mereretur audiri:* [illegible] *cui Palinurus nauim rectè committeret dormiens.* [illegible] *igitur mutatus, tales effundit ore loquelas.* [illegible] *dit, significat, magnam verborum copiam interue*[illegible] *læta esset omnibus quies. Videamus, quibus verbis* [illegible] *multis deceptus sit Palinurus: cauto quippe, & dilig*[illegible] *natori, desertio muneris paucis persuaderi non pote*[illegible]. [illegible]DE Palinure, ferunt ipsa æquora classem. Ae[illegible] spirant auræ: datur hora quieti. Pone caput, [illegible] oculos furare labori.] *Magnum persuasionis* [illegible]. *Primò enim occurit omnibus, quæ Palinurus ad ex*[illegible] *prætendere potuit. Suffragantur, inquit,* [illegible] *pelagi, ratioque ventorum. ipsa quippe maria naues* [illegible] *currentibus blandiuntur: quietis petendæ tempus est:* [illegible] *paulisper, & oculos tuos aliquantulum laboribus* [illegible] *ne partes tuæ nauibus currentibus denegentur, ego* [illegible] *ficium gubernatoris subibo. Hæc dixit, qui suadet* [illegible] *quæ diximus opponi è diuerso potuisse; quæque asser*[illegible] *præuenta. Id enim dixit;* Ferunt ipsa æquora classem. [illegible] quatæ aspirant auræ. *ne Palinurus diceret,* [illegible] *dixit: mare sæuum & infidum, importuni sunt flatus:* [illegible] *re non possum officium, omnibus semper in hac vnda* [illegible]. DATVR hora quieti.] *dissoluti est enim, dormire* [illegible] *pus. & quia esse id tempus asserebatur: posset dici, non* [illegible] *mnendum, propter perfidiam maris, & nauigation*[illegible] *dinem.* PONE, *inquit*, caput, fessosque oculos furare labori: Ipse ego paulisper per te tua munera [illegible] *Benè dixit.* Furare: *vt quodammodo nec ipsa* [illegible] *Palinurum* [illegible], *propter* [illegible] [illegible]

[illegible] CVLOS attollens Palinurus [illegible] *quibus premebatur* [illegible] MENE [illegible] placidi vultum, [illegible] quietos [illegible] monstro huic confidere [illegible] *quid agatur in pelago,* [illegible] *tranquillitati, quæ me decepit sæpe* [illegible] *commissum Æneam* [illegible] *gero? Ecce Æneæ meritum* [illegible] *tamen ipse Palinurus,* [illegible] *tem, sed soli Æneæ* [illegible] *Quem igitur pronuntiauit,* [illegible] MONSTRO [illegible] *Bene* [illegible] *in aliam faciem mutatur,* [illegible] *hoc est, cui commissum est vniuer* [illegible] *qui semper in his diligens fui:* [illegible] *pro salute Æneæ peruigil cura: me, qui sæpè* [illegible] *non habendam etiam tranquillis fluctibus fi*[illegible] *fidissimum regis ipsius amatorem.* ÆNEAM credam] *Id est, spem Romanæ Reipublicæ fortem, pium, religiosum, inuictum in bello, in pace præstantem,* [illegible] *circumuenient turbinum, & procellarum subire discrimen? Ecce addidit experiundo se didicisse, quod caueret.* QVID enim, ait, fallacibus Austris, Et cœlo?] *Quasi fallacius* [illegible] *reperiri non possit Austris & cœlo: quos* [illegible] *& cœlum mutatur in nubila, & in procellas venti sæpè* [illegible]*. Interrupto silentio, ecce, præter mare, metuendum* [illegible] *& cœlum.* TALIA dicta dabat, clauumq; affixus & hærens Nusquam amittebat [illegible] *clauo id est gubernaculo, videretur affi*[illegible] OCVLOSQVE sub astra tenebat. [illegible] *suis manibus clauum, cuius causa vi*[illegible] *à stellis, quarum cursus obseruabat,* [illegible] *cautior: quantùm eos vrgeri sentiebat in somnum.* [illegible] *autem deus aduertit pertinaciter resistentem:* [illegible] *nulla consecuta est mora.* ET super [illegible] puppis parte reuulsa, Cumque gubern[illegible] proiecit in vndas Præcipitem, ac [illegible] sæpe vocantem.] *Multum de Palinuro,* [illegible] *vi gubernaculum non remisit: nonnisi plus* [illegible] *potentia, totum valuit superare. Sic enim* [illegible] *tem dedit in fluctus: vt secum & gubernaculum* [illegible] *eius partem nauis, cui videbatur appositus.* [illegible] *socios frustra: & in ipsâ vi positus, omnes* [illegible] *bant enim, sicut suprà dictum est: nec audiuit ali*[illegible] *vocem, nec subuenit pereunti. Hæc tutè causa,* [illegible] *Troiani describerentur: ne esset, qui Palinuro* [illegible] *curreret. debuit enim compleri vnius* [illegible] *Veneri venturam prædixerat.* IPSE volans [illegible] stulit ales in auras.] *Perfectâ Palinuri nece,* [illegible] *volauit ad cœlum: quod alato facere facillimum* [illegible] RIT iter tutum non secius æquore classis. [illegible] *duce nihilominus classis tutis cursibus ferebatur.*

IPSE ego paulisper pro te tua munera ini[illegible] *defesso integer in negotio succedit: illud* [illegible] paulisper pro te tua munera inibo.

Promissisq; patris Neptuni interrita fertur.
Iamq; adeò scopulos Sirenum aduecta subibat,
Difficiles quondam multorumq; ossibus albos.
Tum rauca assiduo longè sale saxa sonabant:
Cùm pater amisso fluitantem errare magistro
Sensit, & ipse ratem nocturnis rexit in vndis,
Multa gemens, casuq; animum concussus amici.
O nimiùm cœlo & pelago confise sereno,
Nudus & ignotâ, Palinure, iacebis arenâ!

SER. SIRENVM.] *Sirenes, secundùm fabulam, tres in parte virgines fuerunt, in parte volucres: Acheloi fluminis & Calliopes Musæ filiæ. Harum vna voce, altera tibijs, alia lyra canebat: & primò iuxta Pelorum, post in Capreis insula habitauerunt: quæ illectos suo cantu in naufragia deducebant. Secundùm veritatem, meretrices fuerunt: quæ transeuntes quoniam deducebant ad egestatem, his fictæ sunt inferre naufragia. Has Vlysses contemnendo deduxit ad mortem.* Sirenum *autem, venientis est, veniens ab hac Sirene.* TVM rauca.] *Ac si diceret: antehac delectabili voce resonabant, tunc fluctibus soli. & bene imitatus est maris stridorem:* Sale saxa sonabant. AMISSO fluitantem.] *Naturale enim est, vt fluctuet nauis sine gubernatore.* NOCTVRNIS rexit in vndis. *Dat et hoc & in Decimo: vt,* Ipse sedens clauumque regit, velisq; ministrat. MVLTA gemens.] *Nomen pro aduerbio pro, multùm & satis gemens.* CASV amici.] *propter ruinam, allusit ad nomen.* PELAGO confise.] *Hoc est quod suprà Palinurus excusat.* NVDVS.] *insepultus, mortuus vt,* Et freta destituent nudos in littore pisces. IGNOTA.] *peregrinâ, non antè visâ. nam in Sexto dicturus est:* Paulatim adnabam terræ, iamque arua tenebam. *Sciendum sanè, Tuccam & Varium hunc finem Quinti esse voluisse. nam à Vergilio duo versus sequentes huic iuncti fuerunt. Vnde in nonnullis antiquis codicibus Sexti initium est:* Obuertunt pelago proras; tum dente tenaci.

POM. Sabi. SIRENVM.] *Sirenes tres* [illegible] *fuerunt* [illegible] *& Calliopes* [illegible] *Parthenope* [illegible] *Neapolis dicitur* [illegible]

[illegible] *Leucasiam* [illegible] *est ante Lucaniam* [illegible] *tem tenuisse Pelori* [illegible] *bunt alij vndè* [illegible] *Leucasiam* [illegible] *tu, altera tibijs* [illegible] *let. Ad eas per*[illegible] *libro duodeci*[illegible] *merunt: quæ* [illegible] *suaui cantu ad* [illegible] *pitabant.*

NVDVS & ignotâ, Palinure iace[illegible] *tiq. omnibus exempl. quæ versare mihi contigit,* [illegible] gnotâ legitur.

PROMISISQVE patris Nept[illegible] tur.] *promissis Neptuni respondent,* [illegible] *dixerat. Interrita, inquit, hoc est,* [illegible] *rem perdidisset. numine enim Neptuni* [illegible] QVE adeò scopulos Sirenum adue[illegible] ficiles quondam, multorumq; [illegible] *tota classis secaret fluctus; iam* [illegible] *ferri, difficiles alijs. dicturus est enim,* [illegible] *Troianos.* Difficiles, *dixit asperos,* [illegible] *tepore qui sæuitiam suam* [illegible] *spes venientium esse poterat: vbi aliorum* [illegible] *sed oculis probabatur. Hoc* [illegible] *ptuni beneficium, qui Troianos* [illegible] *infiniti perierant.* TVM rauca assi[illegible] sonabant.] *Quàm euidens tempestas* [illegible] *psorum scopulorum sonus* [illegible] *gebat* [illegible] *gistro* [illegible] & ipse [illegible]

[illegible] ... Nu- [illegible] ... litore iacebis arenā?] *Haec ex persona* [illegible] *qui arbitrabatur deliquisse Palinurum* [illegible] *quasi caelo sereno & pelago,* [illegible] *non posset. Accedebat ad dolorem gemens* [illegible] *instiĉta post mortem: ut inhumatus ia-* [illegible] *terris, ignotusque omnibus, in litoribus* [illegible] *et in quibus sepulchrum inueniri non posset.*

[Æ]NEIDOS LIBRI VI

Argumentum.

AD [illegible]

Quæruntur Sexto manes, & tartara Ditis.

MODESTINI IVRISCONSVLTI, IN SEXTVM librum Aeneidos, Argumentum.

Cumas deinde venit: fert hinc responsa Sibyllæ.
Misenum sepelit: mons seruat nomen humati.
Ramum etiam, antè deûm placato numine, portat:
Et vates longæua vnà descendit Auernum.
Agnoscit Palinurum, & ibi solatur Elissam:
Deiphobumque videt lacerum crudeliter ora.
Vmbrarum pœnas discit, narrante Sibyllâ:
Conuenit Anchisen; penitusque in valle virenti,
Agnoscitque suam prolem, monstrante parente.
Hæc vbi percepit, graditur, sociosque reuisit.

P. VERGILII M. ÆNEIDOS LIBER VI.

SIc fatur lachrymans; claßique immittit habenas:
Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris.
Obuertunt pelago proras: dum dēte tenaci
Anchora fundabat naueis, & littora curuæ
Prætexunt puppes. Iuuenū manus emicat ardens
Littus in Hesperium. quęrit pars semina flammæ
Abstrusa in venis silicis: pars densa ferarum
Tecta rapit, syluas; inuentaq; flumina monstrat.
At pius, Æneas arces, quibus altus Apollo
Præsidet, horrendęq; procul secreta Sibyllæ,
Antrū immane, petit: magnā cui mentē animūq;
Delius inspirat vates, aperitq; futura.
Iam subeunt Triuiæ lucos, atque aurea tecta.

SIc fatur lachrymans, classique.] *Totus quidem Vergilius scientiā plenus* [illegible] *quā hic liber possidet principatum: cuius ex Homero pars maior sumpta est. Et dicuntur aliqua simpliciter,* [illegible] *de historiā, multa per altam scientiam Theologicorum* [illegible] *sophorum Aegyptiorū:* [illegible] *plerique, de his singulis libri, integras scripse-* [illegible] *Sanè sciendum licet primos duos versus,* [illegible] *& alij, in Quinti reliquisse fine: prudenter ad initium* [illegible] *translatos. nam* [illegible] *iunctio poematis melior* [illegible] *Homerus etiam, quem imitatur in Odysseā, sic inchoa-* [illegible]

CLASSIQVE.] *nauibus: aut suæ* [illegible] *dicitur: vel quæ fiat de fustibus. Calas enim* [illegible] *maiores nostri, fustes, quos portabant serui sequentes* [illegible] *ad prælium: vnde etiam Calones dicebantur. Nam* [illegible] *erat Romani, vt ipse sibi arma portaret, &* [illegible] Scinde puer [illegible]

propriè enim classes dicimus. [illegible] *suæ naui,* [illegible] *primo diximus* [illegible] *de Horatius:* Me vel extremos Numidarū in agros Classe releget: *cum de vnā loqueretur naui) aut omnium, quæ eius cursum sequuntur. Palinurum implet* [illegible] *de quo suprà ait:* Ad hunc alij cursum contendere iussi. IMMITTIT habenas.] *Aut funes per metaphoram dixit: aut Homerum secutus est, qui ait:* [illegible] *id est, loris tortis: his enim vtebantur antiqui.* ET tandem.] *Ad Aeneæ desiderium retulit, olim ad Italiam venire cupientis. Cæterum mora non congruit, de Capreis Cumas* [illegible] *tantā vicinitate tam longam fuisse nauigationem* [illegible] *tum accedente fauore Neptuni.* An Tandem, [illegible] *dinem nauigantium* [illegible]

[illegible]

venit celeriter: vt, Labere nympha polo. PELAGO.] In pelagus: vt, It clamor cœlo. Bene autem. Obuer- tunt: et non Aeneæ, sed socij: [illegible] & nautica semper [illegible]. gubernandi verò ars [illegible] conceditur Aeneæ. DENTE te- naci.] Vnde in Primo: Vnco non alligat anchora mor- su. ANCHORA.] Ancora, [illegible] in græco aspi- rationem non habet: [illegible] vnde apud maio- res sinè aspiratione [illegible] [illegible] orcus, veteres dicebant [illegible] quibus sequens ætas detraxit aspirationem. IVVENVM manus.] Post con- ditam in Sicilia [illegible] aut nulla, aut [illegible] men- tio. ARDENS.] [illegible]: vt, Instant ardentes Ty- rij. LITTVS in [illegible] eriam.] Hinc ostenditur, He- speriam [illegible] Italiam dictam, vt supradixi. [illegible] SEMINA flammæ.] [illegible] Homerus dicit. ABSTRVSA in venis si- licis.] Sic in Georg. Vt silicis venis abstrusum excu- deret ignem. Abstrudere enim est, industriâ celare. FE- RARVM tecta.] [illegible] sylua. FLVMINA mon- strat.] quæcunque fluenta. Et sciendum, Aeneæ monstra- ri ad expiandum se: nam funestatus fuerat morte Palinuri. non quòd eum viderat: sed quòd funus agnouerat, & dolue- rat. In eo enim est pollutio, quod ait: Casuque animum concussus amici. nam ipsa inquinant: quæ cognoscimus. Vnde in Liuio habemus: Horatium Puluillum, quum Capito- lium dedicare vellet, audi[illegible] ab inimico mortuum filium: &, ne pollutus dedicare non posset, respondisse, Cadauer sit. Hanc autem purgationem Aeneæ polluto dat vbique Vergi- lius. vt paulò post: Corpusque recenti Spargit aqua. AT pius Aeneas.] Opportunè hoc loco: quippe ad tem- pla festinans. ARCES, quibus altus Apollo.] Cùm vbique arx Ioui detur: apud Cumas in arce Apollinis templum est. Altus autem, vel magnus: vt, Iacet altus Orontes. & de ipso Apolline: Sic pater ille deûm faciat, sic altus Apollo. Vel ad simulachri magnitudinem retulit, quod esse constat altissimum. Cælius enim de Cumano Apolline ait: Est in fano signum Apollinis ligneum, altum non minus pedes XV. cuius meminisse putatur Vergilius. QVIBVS præsidet.] quibus præest, quas defendit. HORRENDÆ.] venerandæ. vt, Horrendum syluis & relligione parentum. PROCVL.] Haud longè. Procul enim est, & quod præ oculis est, & quod porrò ab o- culis. vnde & duplicem habet significationem: & iuxtà, & longè. ANTRVM immane petit.] [illegible] est do- mus Sibyllæ. MENTEM [illegible] est. nam [illegible] [illegible] pro [illegible] pro [illegible] et [illegible] DELIVS [illegible] vates [illegible] Delius: vt Nunc [illegible] re autem, [illegible] expresse [illegible] tem animumque D[illegible] prædiximus [illegible] dicta est, [illegible] tentia. [illegible] cas.] [illegible] Apollini, & [illegible] paulò post [illegible] Triuia quæ [illegible] corum Dianæ commemoratio. quæ [illegible] REA tecta.] Apollinis

SIC fatur lachrymans: [illegible] Hi duobus [illegible] Cornelianis commentariis [illegible] nifestum est, & inchoasse sextum librum. Obuertunt pe- lago proras. Nescio tamen cur [illegible] [illegible] liter habuerit. Apronianus autem principium [illegible] fatur lachrymans. TANDEM.] ad [illegible] uigationis refertur. nam à Sicilia in Ita[illegible] am, non longus tractus est; præsertim adiuuante Ne[illegible] HABENAS.] Titianus dicit ex vero locutum [illegible] la apud veteres loris ligabantur. CYMARVM.] [illegible] vel Cumæ, condita à Chalcidensibus in Campania. [illegible] authores fuerunt Hippocles Cumæus, & Megasthenes [illegible] nomen habuêre a fluctu, qui κῦμα dicitur. In Cumanis [illegible] sylua est, arboribus & virgultis frequens, quam Gall[illegible] riam vocant. Dicunt alij, vrbem nominatam à mu[illegible] prægnantis augurio, cui nomen erat Cyma. In hoc [illegible] tendum, per syllepsim locutum: nam post Aeneam [illegible] cidentes in Italiam nauigauerunt. IVVENVM ma- nus.] Soli iuuenes & fortes nauigauerunt: debiles [illegible] nes relicti fuerunt in Siciliâ. DENSA.] ad [illegible] celeritatem. ALTVS.] vel ad arcem retulit: vel ad [illegible] nerationem numinis. SIBYLLÆ.] Cumanæ. MEN- TEMQVE animumque.] Idem dicit duobus ver[illegible] TRIVIÆ.] Dianæ. AVREA.] laquearia aurea. [illegible] telligit vel templum Apollini & Dianæ dedicatum: vel [illegible] munita erant templa: vel quòd lucus Dianæ, templum Phœbi.

ABSTRVSA in venis.] Antiqui aliquot libri Ob- strusa legunt: sed Abstrusa, receptior lectio.

Dædalus (vt fama est) fugiens Minoia regna,
Præpetibus pennis ausus se credere cœlo,
Insuetum per iter gelidas enauit ad Arctos:
Chalcidicâq; leuis tandem superastitit arce.
Redditus his primùm terris, tibi, Phœbe, sacrauit
Remigium alarum: posuitq; immania templa,
In foribus lethum Androgeo: tum pendere pœ-
nas
Cecropidæ iussi (miserùm) septena quotannis
Corpora natorum: stat ductis sortibus vrna.
Contrà elata mari respondet Gnosia tellus.
Hic crudelis amor Tauri, suppostaque furto
Pasiphae: mistumq; genus, prolesq; biformis,
Minotaurus inest, Veneris monimenta nefandæ.
Hic labor ille domus, & inextricabilis error.
Magnum reginæ sed enim miseratus amorem
Dædalus, ipse dolos tecti ambagesq; resoluit,
Cæca regens filo vestigia: tu quoque magnam
Partè opere in tanto (sineret dolor) Icare haberes.
Bis conatus erat casus effingere in auro:
Bis patriæ cecidêre manus: quin protinùs omnia

SER. DÆDALVS (vt fama est) fugiens Minoia re- gna.] Vbique de incertis du- bitat: vt, Fama est Encela- di. Sane fabula de hoc talis est. Indicato à Sole adulterio Martis & Veneris, Vulcanus minutissimis catenis lectulum cinxit: quibus Mars & Venus ignorantes implicati sunt, & cum ingenti turpitudine reso- luti, sub testimonio cunctorum deorum. Quod factum Ve- nus vehementer dolens, stir- pem omnem Solis persequi in- fandis amoribus cœpit. Igitur Pasiphaë, Solis filia, Minois regis Cretæ vxor, Tauri amo- re flagrauit: & arte Dædali in- clusa intra Vaccam ligneam, septam corio iuuencæ pulcher- rimæ, cum tauro concubuit. Vnde natus est Minotaurus: qui intra Labyrinthum inclusus,

humanis carnibus vesc[illegible] Sed Minos de Pasiphae [illegible] liberos plures: Andro[illegible] riadnem, Phædram [illegible] drogeus, cùm esset [illegible] tissimus, & superasset [illegible] bus cunctos: apud A[illegible] Atheniensibus, & [illegible] garensibus coniurati[illegible] est. Quod Minos [illegible] lectis nauibus bella [illegible] & victis Athen[illegible] hanc statuit, vt sing[illegible] quæ annis septem [illegible] dendos Minotauro [illegible] Alij dicunt, à M[illegible] ctam [illegible] occisi [illegible] est. Phœbum [illegible] Atheniensibus [illegible] [illegible] Sed tertio anno [illegible]

[illegible]

[illegible] Pasiphae amauit, cum quo in do[illegible] & quia geminos peperit, vnum de Mi[illegible] Minotaurum dicitur. Quod [illegible] ostendit, dicens: Mixtumque genus. [illegible] relaxauit regina custodibus: [illegible] delatus est Cumas. quod & ipsum [illegible], Remigium alarum. Alæ enim, & volu[illegible], Velorum pandimus alas. Pa[illegible] * Dædalum, propter supradictas causas fu[illegible] nauem conscendisse; & cùm imminerent, qui eum se[illegible], intendisse palium ad adiuuandum ventos; & sic [illegible] Illos verò, qui insequebantur reuersos nunciâsse, [illegible] euasisse. Menecrates, Dædalum occiso patruele [illegible] Cretam petisse, dicit: Icarum filium eius, ab Atticis pul[illegible] patrem petit, naufragio perîsse; vnde mari nomen. [illegible] Dædalum, Eupalami filium, arte fabrili nobi[illegible] Perdice sororis suæ filio, quem solum habere me[illegible] artis suæ: (nam ab illo, & vsum serræ de osse [illegible] piscis, & circinum, propter nomen suum: nam aliqui[illegible] Circinus putatus est appellatus, vel, vt quidam, Organum; [illegible] tradunt) fugientem inuidiam, ad Minoëm delatum [illegible], Pasiphaes, vxoris eius, nefandi stupri dolum fabricâs[illegible]. MINOIA regna.] Cretam scilicet: id est, Minois sæui[illegible]. PRÆPETIBVS pennis.] Vel velocibus; vel feli[illegible]. Præpetes autem dictæ, vel quòd priora petant, vel sum[illegible] volatus; vel qui præpetût volatum: vel qui secundùm auspi[illegible] facit. & quidam Præpetes tradunt, non tantùm aues di[illegible] prosperiùs præuolant; sed etiam locos, quos capiunt, [illegible] idonei felicesq; sunt. Vnde bene Dædali pinnas præpe[illegible] de loca, in quibus periculum metuebat, in loca tutio[illegible]. Præpetes enim sunt aues boni augurij: quod huic [illegible] peruenit quo cupiebat. Ausus se credere cœlo. [illegible] sedibus. Horatius: Expertus vacuum Dæ[illegible] pennis non homini datis. INSVETVM.] [illegible] scilicet. ENAVIT ad arctos.] Bene miscet [illegible]. Nare enim & de nauibus dicimus: vt, Natat vncta [illegible], Et terris adnare necesse est. Et de vo[illegible], Nare per æstatem liquidam suspexeris ag[illegible]. Ad Arctos autem, si ad fabulam, contra Septentrio[illegible] volunt, propter feruorem solis & ceratas pin[illegible] veritatem, ad Septentrionis obseruationem, cuius [illegible] naues regunt. CHALCIDICAQVE.] [illegible] Chalcidenses condiderunt. & suprà ab insu[illegible] dedit epitheton. REDDITVS his pri[illegible] Quasi de alieno elemento in suum. Hora[illegible] Atticis Reddas incolumem precor. RE[illegible] [illegible]

[illegible] natorum, [illegible] STAT.] Aut horret [illegible] plena est: vt, puluere [illegible] Stat, post ductas [illegible] volui in picturâ non poter[illegible] non sit vrna, stare: de [illegible] Stat, horret [illegible] de quâ ducebantur [illegible] sæpe diximus) [illegible] priè autem, ductis sortibus. Sallustius: Sorte d[illegible] sti necat. ELATA mari.] [illegible] Sallustius dicit: Creta altior est, quâ parte spectat [illegible] entem. RESPONDET.] Aspicitur. [illegible] nat est posita. SVPPOSTAQVE furto.] Hoc est, furtim inclusa in vaccam ligneam, quæ erat operta eius vaccæ corio, quam maximè taurus adpetebat. Aut furto, adulteria: vt, Vulcani Martisq; dolos & dulcia furta: Potest autem, sicut dictum est, & ad vaccam referri: cuius specie tauro fu[illegible] rata sit coitum. MIXTVMQVE genus.] Secundùm veri[illegible] tatem: quia duos peperit, vnum ex Tauro, alterum ex Minoe. PROLESQVE biformis.] Secundùm fabulam: quia vi[illegible] ro mixtus esset taurus. VENERIS monimenta nefan[illegible] dæ.] Aut memoria turpissimi coitus: aut vltio Veneris à Sole proditæ. Significat autem Minotaurum. INEXTRICABI[illegible] LIS error.] Insolubilis, indeprehensibilis. Horatius: Si pu[illegible] gnat extricata densis cerua plagis. Et, extricata, est soluta: inextricata, insoluta sine dubio. REGIN[illegible] gis filiæ, Ariadnes. OPERE in tanto.] In fortibus [illegible] factis. BIS patriæ cecidère manus.] Ideo, quia patriæ ex affectu, & paternâ pietate. QVIN protinus [illegible] dit plura fuisse, quàm dixit depicta.

VT fama est.] Probus sic ait: Poëta fortiùs probat, cum suæ opinioni etiam famam consentire pronuntiat. vt est illud: Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam Posthabitâ coluisse Samo. &, Dædalus vt fama est. &, Fama est Enceladi. DÆDALVS.] [illegible] Mitionis, vt Diodorus ait: vt Alexander, filius Eupalmi. Ve[illegible] rùm eius origo sic est. Eriothei filius Athmeus: Athmei Eu[illegible] palmus: Eupalmi Mition: Mitionis Dædalus: patria [illegible] niensis. interfecto Perdice à (vt Diodorus [illegible]) sororis filio, cuius ingenio inuidebat, reus capitis accersitus, aufugit in Cretam: & eius operâ Pasiphaë, Minois vxor, cum Tauro concubuit: & iram Minois timens, pennas sibi & filio aptauit, & euolauit in Siciliam ad Cocalum regem. [illegible] cùm licentiosè per aërem lasciuiret, in mare cecidit: & [illegible] nomen Icario mari. Pasiphae ex tam nefando concubitu Mi[illegible] notaurum edidit: cui enutriendo Dædalus labyr[illegible] bricauit. Quo irato numine Pasiphaë ad hunc amorem im[illegible] puli[illegible] [illegible] in Sicili[illegible] [illegible] Præpetes [illegible] quibus contrariæ [illegible] præpetit volatum. vel quæ secundùm [illegible] POM. Sabi.

aut:

[illegible] *Deucalion, pater* [illegible] *tam,* [illegible] *Pelasgis ex Creta, Cre.* [illegible] *Austerium genuit: quo regnante, Iu*[illegible] *Iouis filij tres Asterio, qui* [illegible] *Minos, Radamantus, Sarpedon.* [illegible] *Lycij, genuit Lycastum: Lycastes ex Ida,* [illegible] *genuit Minoem secundum: ex hoc, & Pasi*[illegible] *Deucalion, Creteus, Androgeus, & Ariadna. Androgeus,* [illegible] *certaminibus Atheniensium, amicitiam* [illegible] *Aegeus Athenarum rex,*

[illegible] VT [illegible] IN foribus [illegible] Androgeo [illegible] libris An[illegible] to (sineret [illegible] verba, Icare [illegible] omnem Perlegerent oculis [illegible] Omnem, *omne templum animaduerti.* [illegible] *& Pet. & plerique alij,* Omnia, [illegible] *gnoscunt.*

Perlegerent oculis; ni iam præmissus Achates
Afforet, atque vnà Phœbi Triuiæq; sacerdos
Deiphobe Glauci, fatur quæ talia regi.
Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit.
Nunc grege de intacto septem mactare iuuencos
Præstiterit; totidem lectas de more bidentes.
Talibus affata Aeneam, (nec sacra morantur
Iussa viri) Teucros vocat alta in templa sacerdos.
Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum,
Quò lati ducunt aditus centum, ostia centum:
Vnde ruunt totidem voces, responsa Sibyllæ.
Ventum erat ad limen: cùm virgo, Poscere fata
Tempus, ait: Deus, ecce Deus. cui talia fanti,
Ante fores subitò, non vultus, non color vnus,
Non comptæ mansère comæ: sed pectus anhelũ,
Et rabie fera corda tument; maiorq; videri,
Nec mortale sonans, afflata est numine quando
Iam propiore dei. Cessas in vota precesq;,

SER. PERLEGERENT.] *Per*[illegible] *picturam.* [illegible] *dicit: nam græce* [illegible]*, scri*-*bere significat, & pingere. Hoc est, quod ait Horatius in arte poëtica:* Et noua fictaq; nu-per habebunt Verba fidẽ, si græco fonte cadant parcè detorta. PRÆMISSVS Achates.] [illegible] *intelligimus, secun*-*dum: Id est, secundùm taciturnitatem.* DEIPHOBE glauci.] *Subaudi, filia. & est proprium nomen Sibyllæ. Multæ autem fuerunt, vt suprà diximus in Tertio: quas omnes Varro cõmemorat in libris Rerum diuinarum: & requirit, à qua sint fata Romana conscripta. & multi sequentes Vergilium, ob hoc Cumanam dicunt: vt quæ, licèt longæua legatur; tamen non valde congruit, eam vsque ad Tarquinij tempora durâsse: cui Sibyllinos libros constat oblatos. Dicit tamen Varro, Erythræam creditam scripsisse: quia post incensum Apollinis templum, in quo fuerant libri, apud Erythram insulam, ipsa inuenta sunt carmina.* NON hoc ista sibi tempus spectacula poscit.] *Et suprà diximus, Apollinem sex mensibus apud Lycios, & sex apud Delum, dedisse responsa. Item lectum est, deos aliquotiens tantùm calendis, aliquotiens tantùm idibus vaticinari: nonnunquam diei vel primâ, vel mediâ, vel postremâ parte. Vnde est in Iure* Fissus [illegible]*, id est, non totus religiosus. quem nunc ostendit, dicens, non oportere Aeneam, religiosam diei partem perdere, id est, oraculis congruam. Sane sciendum,* poscit, *lectionem esse meliorem.* [illegible] *poscit spectacula: non à spectaculis poscitur.* NVNC grege de intacto.] *Gregem pro armento posuit. Nam de iuuencis dicturus est. sed hæc per poëticam licentiam sæpe confundit. Illo loco propriè posuit:* Quinque greges illi balantum, quina redibant Armenta. In-*tacto autem, indomito: vt,* Intactâ totidem ceruice iu-uencas. LECTAS de more bidentes.] De more, *antiquo scilicet, quem prætermisit, quasi tunc omnibus notum. id est, ne* [illegible] *caudam aculeatam, ne linguam fissam, ne aurem nigram. per quod docet, aliud esse maciũm, aliud lectum.* Bidentes *autem,* [illegible]*, oues sunt, circa bimatem,* [illegible] *dentes* [illegible] *quæ erant aptæ sacrificiis.* EVBOICÆ rupis latus.] [illegible]*, est. Hoc est,* [illegible] *Cumanæ, quæ à Euboicis habitauerunt. Est autem* [illegible]

[illegible]*. theron, vel dicit* [illegible] *est,* Rupis [illegible] antrum.] *in* [illegible] [illegible] QVÒ lati ducunt [illegible] centum.] *Non* [illegible] *& Aditus,* [illegible] *Vitruuius, qui* [illegible] *scripsit, Ostium dicit* [illegible] *ab eo quo* [illegible] *ostiando, id est,* [illegible] *tium: Aditum, ab* [illegible] *quem ingredimur.* O[illegible] centum.] [illegible] *pro infinito. Licet* [illegible] *tionabiliter dictam* [illegible] sponsa *enim Sibyllæ,* [illegible] *loco, plus minùs centum sermonum sunt. Inueniuntur* [illegible] *Apollinis elogia, & viginti quinque & trium sermonum.* [illegible] *de & melius est, finitum pro infinito accipi.* TOTIDE[M] voces.] *Ac si diceret, tot sermones.* DEVS, ecce deu[s.] *Vicinitate templi iam adflata est numine. Nam* [illegible] *ba sunt, deum velle ostendere, qui ipsi tantùm videmur.* [illegible] *cauti satis esse debemus, quando plena sit numine, &* [illegible] *deum deponat. De Miseno enim post vaticinati*[illegible] *est.* NON color vnus.] *Idem Lucanus:* [illegible] facies. COMPTÆ comæ.] *Antehac* [illegible] *pter sacra resolutæ sunt: vt,* Vittasque resolut[illegible] pitis. MAIORQVE videri.] *Videbatur* [illegible] *vaticinatione apparere per numinis præsenti*[illegible] *nis illudebat aspectibus. Vnde ait,* Maiorq; v[illegible] *numerat reuerã.* NEC mortale sonans [illegible] *numine est: vt,* Nec vox hominem sona[t] [illegible] sonus, vel gressus euntis. ADFLA[TA nu]mine.] *Nondum deo plena: sed adflata* [illegible] QVANDO.] *Siquidem. Nam coniunctio* [illegible] *bium.* CESSAS in vota.] *Tardus es* [illegible] *da. Nam si dixerit, Cessas in votis: hoc* [illegible] *es dum vota facis. Aliud est, Cessas in* [illegible] *Cessas in illa re: tardus es ad faciendam rem* [illegible] *faciendã re. Figuratè autem dixit,* [illegible] *vota numinibus.*

DEIPHOBE.] *Deiphobe, nomen est* [illegible] *Glauci filia, dei marini. Sibyllas* [illegible] *ro. Marianus ait fuisse tantùm* [illegible] *equitu.*[illegible] DEVS, [illegible]

[illegible]

Tros ait Aenea? cessas? neque enim ante [illegible]
Attonitæ magna ora domus. & talia fata
Conticuit. gelidus Teucris per dura cucurrit
Ossa tremor. funditq; preces rex pectore ab imo.
Phœbe graues Troiæ semper miserate labores,
Dardana qui Paridis direxit tela manusq;
Corpus in Æacidæ: magnas obeuntia terras
Tot maria intraui, duce te, penitusq; repostas
Massylum gentes, prætentaq; Syrtibus arua.
Iam tandem Italiæ fugientis prendimus oras.
Hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta.
Vos quoq; Pergameæ iam fas est parcere genti,
Dijq;, deæq; omnes, quibus obstitit Ilium, & ingens
Gloria Dardaniæ: tuq; ô sanctissima vates,
Præscia venturi, da (non indebita posco
Regna meis fatis) Latio considere Teucros.

[illegible] PECTORE [illegible] *nec immerito: nam illa re diuinitas fle[illegible] cum diuinitate communis, id est, sensu.* [illegible] graues. Troiæ semper miserate labores.] [illegible] *qui eum dicit semper Troiæ propugnatorē* [illegible] *ait,* Miserate: *quia Troia defendi non potuit.* [illegible] *Qui defendisti: sed, Miseratus est.* DARDA[illegible] Paridis.] *Achilles, à matre tinctus in Styge palude,* [illegible] *corpore inuulnerabilis fuit, excepta parte quâ tentus est* [illegible] *Unde Statius: si te Stygis amne seuero Armaui,* [illegible] *Qui cū amatam Polyxenam, vt in tēplo acci*[illegible] *insidijs Paridis, post simulacrum latentis, occi*[illegible] *Unde singitur, quòd, tenente arcū Apolline, Paris du*[illegible] *tela. Et bene ait,* direxit, *quasi ad solū vulnerabilē locū;* [illegible] *talum* Dardana *autem ideò, vt non adultero, sed genti* [illegible] *videatur.* TELA manusq;.] *Vel quia aliud sinè* [illegible] *esse non potest. vel hoc dicit: Et artem per tela nôsse, & vt* [illegible] *quid feriret: & virtutem per manus dedisti, vt eius vota* [illegible] MAGNAS obeuntia terras Tot maria in[illegible] *Terras cingentia. Oceanus quidem ambit omnes ter*[illegible] *per ea maria nauigauerit, quæ terris cingun*[illegible] *non dixit impropriè; cùm de Oceano ista nascantur.* [illegible] maria.] *Dicendo* maria, *partes eum maris nauigasse* [illegible] *non totum mare. Mare, enim elementum est totum:* [illegible] *partes maris. sicut & Terræ partes sunt: Terra ve*[illegible] *est.* PENITVSQVE repostas.] *Lon*[illegible] MASSYLVM gentes.] *Massyli sunt* [illegible] *speciem pro genere posuit. Nam Aeneas ad Afri*[illegible] *partem constat esse Massyliam: præsertim cùm* [illegible] *Nam Massylia, mediā breui, ciuitas est Galliæ.* [illegible] Massyliam delere vacat. PRÆTENTAQVE [illegible]] *Circumfusa. Incerta enim illic sunt maria &* [illegible] *Lucanus:* Æquora fracta vadis, abruptaq;

[illegible] QVIBVS obstitit Ilium.] *Ganymedes enim Hebæ ob*[illegible] *fuit; Paris Mineruæ, & Iunoni. Cur autem, cùm dixerit,* Dijq; deæq; omnes: *dearum tantùm reperiamus exempla. non mirū est; cùm suprà dixerimus,* [illegible] *esse omnes deos. Possumus ergo & per vnam rem vtrumq; intelligere; licèt dicatur etiam Neptuno obstitisse Troia,* [illegible] *mercede. Nouimus præterea, esse morem poëticum, vt duabus præpositis rebus vni respondeant: vt,* Nauita tum stellis numeros & nomina fecit, Pleiadas, Hyadas, claramq; [illegible] nis Arcton. *Nam suppresso numero dixit nomina.* PRÆSCIA venturi.] *Absolutum est rerum venturarum.* DA.] *Dic, vt,* Qui sit, da Tityre nobis. *Unde est econtra:* Accipe nunc Danaûm insidias. *Non enim aliquid præstare poterat; sed indicare futura.* NON indebita posco regna meis fatis.] *Deest, si. Est autem* [illegible], *id est, longissimum hyperbaton. Phœbe, & vos dij deæq; tuq; ô vates da, id est,* [illegible] *Latio Teucros considere, si non posco regna meis fatis indebita. Dic autem considere, id est, vtrùm possimus considere. Et verecundè ait, Non posco indebita: cùm certum constet, regna deberi.*

ORA domus.] *Oraculorum arcanæ fores aperiebantur precibus; non manibus.* CORPVS in Æacidæ.] *Aiunt, Achillem, Stygiā aquâ perfusum, fuisse tutum ab* [illegible]*bus, præter quàm in plantis: eas latenter vulnerauit Paris, Priami filius, in templo Apollinis, volente Apolline: quia* [illegible] *in templo violare Polyxenam.* FORTVNA [illegible] *sit finis calamitatis Troianæ.* QVIBVS obstitit [illegible] *Ganymedes Iunoni; Paris Mineruæ. si qui dij sunt à* [illegible] *læsi, ponant iram.* POM. Sabi.

FVDIT'QVE preces rex.] *In antiquis penè* [illegible] *exemplaribus,* Fundit, *præsenti tempore, scriptum est.* V[illegible] quoq; Pergameæ iam fas est parcere genti.] *In* [illegible] *aliquot antiquis* Parcite *legitur.* LATIO considere Teucros.] *In Romano libro,* Consistere *legitur* VAR. Lect.

Errantesq; deos agitataq; numina Troiæ.
Tum Phœbo & Triuiæ solido de marmore templa
Instituam, festosq; dies de nomine Phœbi.
Te quoq; magna manent regnis penetralia nostris.
Hic ego namq; tuas sortes arcanaq; fata

[illegible]

[illegible] A[illegible]
Bacchatur [illegible] magnum [illegible]
Excussisse Deum. tanto magis [illegible]
Os rabidum, fera corda domans [illegible]

[illegible] & dignitatis [illegible]

propter [illegible] LECTOS QVE [illegible] mine Phœbi [illegible] Apollinares, qui, secundum quosdam, bello Punico [illegible] secundùm alios, tēpore Syllano, ex responso Martiorum vatum, quibus [illegible] prophetauerat, quorum responsa [illegible] & Sibyllina responsa. TE quoque magna manent nostris penetralia regnis.] Id est, celestis numen. Manent aute expectant, in futurum. PENETRALIA. secreta templorū. TVAS sortes.] Id est, Sibyllinos [illegible] (vt supra diximus) incertum est cuius Sibyllæ fuerint: quamquā Cumana Vergilius dicat, Varro Erythrææ. Sed cō[illegible], regnante Tarquinio, quandā mulierem, nomine Amalthæam, obtulisse ei nouem libros, in quibus erant fata & remedia Romana: pro his poposcisse ter centum Philippeos, qui aurei tunc precioli erant. Quæ contempta, alio die tribus mēsis cū sex reuersa est, & tantundē poposcit, ac denuo cōtempta est: item tertio, alijs tribus incensis, cū tribus tantùm reuersa est; & accepit pro tribus tercentum, quantum postulauerat, pro nouem. hac ipsa re commoto rege, quòd precium non mutabat, tum mulierem subitò non apparuisse. Qui libri in templo Apollinis seruabantur. Nec ipsi tantùm, sed & Martiorū, & Begoës nymphæ, quæ artem scripserat fulguritarum, apud Thuscos. vnde addidit: Tuas sortes arcanaque fata. & hoc inde trahit poeta. Aeneam tamen inducit, quasi de præsenti dicētem oraculo. LECTOS QVE sacrabo Alma viros.] Quia nisi patricij non fiebant. Sanè sciendum, primò duos librorum fuisse custodes: indè decem: indè quindecim, vsq; ad tēpora Syllana. post creuit numerus. nam & sexaginta fuerunt. sed remansit in his quindecim virorum vocabulum. FOLIIS tantùm ne carmina manda.] Vt Varro dicit: In folijs palmæ interdum notis, interdum scribebant sermonibus: vt in tertio suprà diximus. IPSA.] Pro, tu. & pronomen posuit eius personæ, de quâ loquimur, pro illius, cum quâ loquimur. Est autem Græcum: nam dicunt αὐτὴ εἶπε, id est, tu dic. FINEM dedit ore loquendi.] Hoc est, definijt ei, vt ore loqueretur, nec in folijs scriberet. NONDVM patiens.] Aut quæ nondum posset implere oraculorum sermones: aut Dum vacat, & est impatiens Phœbi. BACCHATVR vates.] Bene Bacchatur: idem enim est Apollo, qui Liber pater, qui Sol. vnde ait Lucanus: Cui numine mixto Delphica Thebanæ referunt trieterica Bacchæ. Vnde in eorum sacris erat Phœbadum Baccharumq; conuentus. EXCVSSISSE Deum.] Excuti propriè de equis dicimus. quod indè traxit, quod Phœbus, id est, Sol, equis vtitur. & nunc Sibyllam, quasi equum: Apollinem, quasi equitem, inducit. & in ea permanens translatione, Excussisse ait: vt, Excussus Aconteus. item, Fera corda domās. quod propriè equorū qui celo, magnus dicitur [illegible] re tempus pro tempore [illegible] ciuerunt: vt dece[illegible] ponatur [illegible] quæ hac licenter vtuntur poetæ. FINGIT QVE premendo.] componit: vt, Et corpora fingere lingua. [illegible] nit autem ad moderationem certam dicendi [illegible] mus, omnia quidem vident; sed non omnia indiu[illegible] tes. vt suprà de Heleno. & Lucanus: Nec tantum pro[illegible] vati. Quantum scire licet.

TEMPLVM Instituam.] cum posuero [illegible] tuam Apollini & Dianæ templum. Per hoc quid [illegible] falsò Apollinem Palatinum ab Augusto positum. nec dies pro ludis Apollinaribus intelligo, sed [illegible] dies dicatos Apollini & Dianæ. nam ludi Apollinares [illegible] Apollini & ipse de vtroq; intelligit. De ludis Apollinaribus [illegible] quire de bello Punico 2. Apollinares ludi ex Sib[illegible] instituti sunt, suadente Cornelio Ruffo decemuiro. [illegible] fuerant Apollini faciendos ludos: propterea 12. mil[illegible] tori, & hostias maiores dari decemuiris præceperunt [illegible] co ritu hisce hostijs sacrum facerent, Apollini boue [illegible] capris duabus albis & auratis: Latonæ boue [illegible] Ludos in circo Flaminio populus coronatus spectauit. In [illegible] pite circi ædes erat Apollinis: vnde aliqui circum Apo[illegible] dixerunt. Hadrianus pontifex, antiquitatis amator, A[illegible] ædem, mutato titulo, sancti Apollinaris appellauit. Volu[illegible] Syllano tempore dedicatos hos ludos, ex responso [illegible] Martiorum. Martius vates duos libros ad senatum tulit [illegible] monebat, ludos faciundos Apollini, vt quia ciuitas ex eo [illegible] melior. Igitur ex S.C. creati decemuiri, qui quotannis Sib[illegible] linos libros inspicerent. Cornelius Ruffus ob id Sib[illegible] gnominatus. hinc postea, corrupto vocabulo, Cornelius [illegible] Scylla. FOLIIS ne carmina.] Præmonuerat hoc Helenus. Folijsq; notas & carmina mandat: libro 3. ait enim Fo[illegible] lia, in quibus mandat carmina, relinquit in antro: cum ostium aperitur, vento volitant huc & illuc. Varro ait, in folijs pa[illegible] marum data responsa. NONDVM patiens.] Difficile e[illegible] vaticinantibus, continere numen. FATIGAT.] nolen[illegible] cutere Sibyllam. FINGIT.] Fingere, formare est, [illegible] fingunt. nunc Apollo, premendo Sibyllā, format ad [illegible]

SOLIDO de marmore templa Instituam.] [illegible] mano libro, Templū Constituam legitur. In [illegible] co, Templum quidem est: sed Instituam, verbum [illegible] festos dies accommodatur. FOLIIS tantum ne [illegible] manda.] In antiq. omnibus exemplaribus, quot [illegible] mihi contigit, Carmina, non Nomina scriptum [illegible] quidem lectio Seruium non latuit.

SER. OSTIA iamq; domus patuere.] precibus scilicet. & quæ antè ostia erant, patefacta adytum esse cœperunt. FERVNT responsa.] Quia suprà ait, Ora domus. PELAGI defunctæ periclis.] Non liberate pelago, sed marinis periculis. nam adhuc nauigaturus est, sed sine vllo discri[illegible]

Ostia iamq; domus patuêre ingentia centum
Sponte suâ, vatisq; ferunt responsa per auras.
O' tandem magnis pelagi defuncte periclis;
Sed terrâ grauiora manent. in regna Lauini
Dardanidę venient: (mitte hâc de pectore curā)
Sed non & venisse volent. bella, horrida, bella,
Et Tibrim multo spumantem sanguine cerno.
Non Simois tibi nec Xanthus, nec Dorica castra
Defuerint. alius Latio iam partus Achilles,
Natus & ipse deâ. nec Teucris addita Iuno

mine. Defun[illegible] berate. nam d[illegible] ficio, qui o[illegible] pleuerunt. [illegible] bus functi. & [illegible] mortuos d[illegible] uerunt vit[illegible] Nil iam [illegible] Debente[illegible]

[illegible] Alij [illegible]

[illegible] nouam mi facies, inopinave surgit.

[illegible] Tyberina fluenta San[illegible] [illegible] tibi, nec Xanthus [illegible] quem cecidit. NEC Dorica ca[illegible] [illegible] Turnus Graecus fuerit, Et Tur[illegible] [illegible] repetatur origo, Inachus Acri[illegible] [illegible] diæque Mycenæ. PARTVS A. [illegible] & sic hoc dictum est, vt in Bu[illegible] [illegible] tunc Tiphys, & altera quæ vehat [illegible] & hoc est quod dicit: Obscuris vera in[illegible] [illegible] vera sint, latent. Vnde Apollo λοξίας di[illegible] [illegible]. NATVS & ipse deâ.] De Venilia so[illegible] [illegible]. Cui diua Venilia mater. Nec debet me[illegible] [illegible] mortalem: cùm & Turnus Iuturnæ fra[illegible] [illegible] fuerit. nam hæc fuerant diuina beneficia. AD[illegible] [illegible] inimica. est autem verbum Lucilij & anti[illegible] [illegible] Additus Ioui Argus. IN rebus ege[illegible] [illegible] ostendit famem futuram. CONIVNX [illegible] Nam & Paris ab Helenâ fuerat susceptus [illegible] autem more suo dixit: & bene, ne aliquid [illegible], quasi hoc fatorum esse prædixit. TV ne [illegible] sed esto audentior, quàm tua te fortuna per[illegible] [illegible] aduersam fortunam edocet, virtute, aut vitas [illegible], aut patienter sustineri. VIA.] ratio, opportu[illegible] [illegible] GRAIA pandetur ab vrbe.] Propter Euandrum, [illegible] in [illegible] missurus ad Tarcontem est. EX adv[illegible] [illegible]] Locum vaticinationis ostendit. CVMÆA Sibylla] [illegible] bene addidit, propter discretionem. ANTRO [illegible] remugit.] Quia in antro est: vt, Pulsati colles cla[illegible] [illegible]. OBSCVRIS vera inuoluens.] vera [illegible] confundens. Est autem [illegible], veris obscura m[illegible] [illegible] CESSIT furor.] non penitus recessit; sed paula[illegible] [illegible]. nam & paulò pòst est de Miseni morte [illegible] non procedit, si nunc numen recessit. NON vlla [illegible]] pro, Nulla. vt, Nullus aratro cessit honos. [illegible] O, licèt sit naturaliter breuis in sermonibus Lati[illegible] [illegible] tamen pro longâ habetur: vt hoc loco, [illegible] alibi: Quis te magne Cato tacitum. ex[illegible] [illegible], Alt ego quæ diuûm. & Duo: vt, Si duo [illegible] Scio: vt, Nunc scio quid sit amor. & Ne[illegible] [illegible] quis teneros oculus mihi fascinat a[illegible] [illegible] O, nisi in Græcis nominibus, non produci. [illegible] debemus. dicunt tamen quidam, O tunc pro[illegible] [illegible] est. Nam & Vergilius produxit Virgo, [illegible] Lucanus Cato corripuit: vt, Nos Ca[illegible] [illegible] facta. Item Iuno, cùm produ[illegible] [illegible] corripit. Sine [illegible] [illegible] cum [illegible] [illegible]

[illegible]

INOPINA VE surgit. [illegible] Inopinata diceret, quod non [illegible] ab eo quod est opinor [illegible] nec Inopinatus facit. sicut & Nocens, [illegible] inuenimus Noceo. Innocens, nomen quia [illegible]. Nullum est enim participium, quod à [illegible] cèt à sui verbi formâ non [illegible] Placitus [illegible] dicamus, tamen placeo inuenimus, sicut & [illegible], & Tubatus, item Regnata, & [illegible], & Tunicatus. & Togatus, nomina compo[illegible]: nullum enim verbum horum originis reperitur.

SPONTE.] propter preces & sacrificia. [illegible] ait, qui suæ sponte est. PERICLIS.] non erat [illegible] rus pericula in mari Aeneas. GRAVIORA [illegible] MANENT.] exspectant. MITTE curam.] quia veniet in Latium, vt cupit. BELLA.] Bellum dicit Aeneæ cum Turno. SANGVINE.] propter cædem Latinorum & [illegible] dicit. ACHILLES.] qui erit Turnus. Achilles [illegible] dis, Turnus filius Dauni, & Veniliæ nymphæ [illegible]. ADDITA.] inimica, [illegible] Additus Ioui Argus. SVPPLEX.] Supplex [illegible] rerum inopiâ & fame. ORAVERIS.] [illegible] xilium ab omnibus. HOSPITA.] vt Hel[illegible] Troiani: sic Lauinia causa belli Rutulis & Latini. [illegible] excepit Paridem: Lauiniæ pater Latinus excepit [illegible]. AVDENTIOR.] esto fortis. GRAIA vrbe.] [illegible] Euander Graius auxiliatus est Aeneæ: & Tarcon ex [illegible] genere auxilium dedit, & Diomedes Græcus [illegible] fauit. REMVGIT.] Naturaliter: quia locus [illegible] aliter dicitur Resultat. OBSCVRIS [illegible] VERA [illegible] quæ vera futura erant. Probus ait, vera, lucida. Alexan[illegible] quo cepit Seruius, pro, veris obscura miscens. vt, Date classibus austros. VT.] postquam. CESSIT.] [illegible]

SED terrâ grauiora manent.] In lib. quibusdam [illegible] dum vetustis, Terræ, genitiuo casu, legitur. IN regna [illegible] ni Dardanidæ venient.] Vetera quedam ex[illegible], Et regna, pro In regna. Sunt & qui Latini [illegible] ment. NEC Teucris addita Iuno.] Nulli [illegible] tiquis Abdita legût. SED contrà audentior [illegible] tua te fortuna sinet.] In plerisque veteribus libris, [illegible] gree est. STIMVLOS sub pectore vertit [illegible] libris aliquot antiquis, Versat habetur. ET [illegible] Vetera pleraque exemplaria, Rapida legunt.

Scire tamē oportet in Atace [illegible] gus [illegible] qui tragicos affectus [illegible] mollerit. dum mortuo iam Atace, de eiusdē [illegible] [illegible]

Et tragicus plerumque dolet sermone pedestri.

POM. Sabi.

VAR. Lect.

[illegible] *fuerit diuini afflatu* [illegible] *quis* [illegible] *mihi in numen* [illegible] *Musa, siue quiuis alius. Nam & in* [illegible]

Omnia præcepi, atque animo mecum ante peregi.
[illegible] dolor, infernique ferunt
[illegible] & tenebrosa palus Acheronte refuso:
Ire ad conspectum cari genitoris & ora
Contingat: doceas iter, & sacra ostia pandas.
Illum ego per flammas, & mille sequentia tela,
Eripui his humeris, medioque ex hoste recepi.
Ille meum comitatus iter, maria omnia mecum,
Atque omnes pelagique minas cælique ferebat
Inualidus, vires vltra sortemque senectæ.
Quin, vt te supplex peterem & tua limina adirem,
Idem orans mandata dabat. Natique patrisque,
Alma, precor, miserere: potes namque omnia: nec te
Nequicquam lucis Hecate præfecit Auernis.
Si potuit manes arcessere coniugis Orpheus
Threicia fretus cithara, fidibusque canoris:
Si fratrem Pollux alterna morte redemit,
Itque reditque viam toties. quid Thesea? magnum
Quid memorem Alciden? & mi genus ab Ioue summo.
Talibus orabat dictis, arasque tenebat;
Cum sic orsa loqui vates: Sate sanguine diuum

SER. Omnia præcepi, atque animo mecum ante peregi.] [illegible] *ab Heleno vel a patre,* [illegible] *ra atque aspera* [illegible] bellanda [illegible] *est autem, se* [illegible] *dixisse, partem mente præcepisse. Sed occurrit: Si* [illegible] *omnia,* [illegible] *Sed dicit nosse se omnia, quantum ad labores pertinet, &* [illegible] *totam peruenerit,* [illegible] *venit, quo possit patrem videre. Nam quod dicit,* Vnum oro, *non solum id dicit, sed præcipuum: vt,* Vnam Posthabita coluisse Samo. Qvando.] *siquidem, & est coniunctio.* Et tenebrosa palus Acheronte refuso.] *Paludem pro lacu posuit. nam Auernum significat, quem vult nasci de Acheronte* [illegible] *Palus autem, bene iste producit* Lus: *quia paludis facit, quod suprà plenius diximus. Horatius corripuit: vt,* Sterilisque diu palus, aptaque remis. Tenebrosa *autem,* [illegible] *per quod altam significabat. vt,* Nigra figit [illegible] *ambam, id est, alti.* Acheronte refuso.] [illegible] *fluuius dicitur inferorum, quasi sine gaudio:* [illegible] *Sed constat locum esse haud longè à Baijs, vndique montibus septum, adeò vt nec orientem, nec occidentem solem possit aspicere, sed tantùm medium diem. Quod & Homerus ipse scribit:* [illegible Greek] *Quòd autè dicitur Ignibus plenus, hæc ratio est: quia omnia vicina illic loca calidis & sulphuratis aquis scatent. Sinè gaudio autem ille dicitur locus, quòd necromantia vel sciomantia (vt dicunt) non nisi ibi poterat fieri: quæ sinè hominis occisione non fiebat. nam & Aeneas illic occiso Miseno sacra ista compleuit: & Vlysses occiso Elpenore: sicuti sequentes Homeri versus testantur: licèt cecidisse illum fingat Homerus, & indè mortuum esse.* [illegible Greek] *Quanquam fingatur in extrema parte Oceani Vlysses fuisse: quod & ipse Homerus falsum esse ostendit, ex qualitate locorum quæ commemorat, & tempore nauigationis. Dicit enim, eum Circeium nocte nauigasse, & ad locum venisse, vbi sacra perfecit. quod de Oceano non procedit, de Campania manifestum est. vt hisce versibus in λ. ὀδυσ. testatur idem Homerus:* [illegible Greek] *Præterea à Baio, socio eius illic mortuo, Baias constat esse nominatas. Dicitur etiam vidisse Herculem: ideò quia illic sunt Bauliæ, locus Herculis dictus, quasi boaulia:* [illegible] *animalia, quæ Geryoni detraxerat* [illegible] [illegible] *Auernus* [illegible]

[illegible] QVE ferebat.] *Vt antè morte præuentus* [illegible] *fuerit. & mirè imperfecto vsus est tempore: ac si diceret,* [illegible] *si viueret, ferret.* Invalidvs.] *valdè validus.* [illegible] vltra sortemque senectæ.] *Quia senectæ* [illegible] *otium: sicut pueritiæ, ludus, amor, adolescentiæ,* [illegible] *lis ætatis. Ergo aliud ferebat pater, quàm sors* [illegible] *ctæ.* Orans mandata dabat.] *Sic dictum est* [illegible] plex tua numina posco. *In re omni ad imperandum* [illegible] *ius erat. maior ad impetrandũ vis est, eum rogare,* [illegible] *bere.* Mandata dabat.] *Vt,* Huc casta Sibylla [illegible] rũ multo pecudũ te sanguine ducet. Lvcis [illegible] præfecit Auernis.] *Hecate trium potestatum numen* [illegible] *est enim Diana, Luna, Proserpina. Sed solã Proserpinam* [illegible] *nõ potuit, propter lucos, q Dianæ sunt. itẽ Dianã* [illegible] *ait. Bene ergo elegit nomẽ, in quo vtrũq; cõstabat.* [illegible] *nus de Proserpina ait:* Matrẽq; perosa Persephone [illegible] strẽq; Hecates pars vltima. Si potuit manes.] [illegible] *exẽplis, quæ inferiora sunt per comparationẽ;* [illegible] *iustiùs velle descẽdere. Nã Orpheus conatus est reuocare* [illegible] *hic vult tantũ patrẽ videre. Orpheus aũt voluit* [illegible] *minibus reducere animã cõiugis: quod quia implere* [illegible] *poëtis fingitur receptã iam coniugẽ perdidisse,* [illegible] *nis. Quod etiã Vergilius ostẽdit, dicẽdo* Arcessere [illegible] *cantis est proprium.* Fidibvsqve canoris.] [illegible] *tibus chordis. Fidibus aũt, est à nominatiuo* [illegible] *Pyrrhichius: nam Fides, iambus est.* Si fratrem [illegible] ternâ morte redemit.] *Vt suprà diximus,* [illegible] *lux de Ioue nati immortales fuerunt. nam Castor* [illegible] *lius fuit; cuius mortem suo interitu fraterno* [illegible] *Quod ideò fingitur: quia horum stellæ ita se* [illegible] *vnã oriatur altera. & iterum exemplum per* [illegible] *quod quia pium est, se ad frequentiam* [illegible] reditque viam totiens: *propter stellas* [illegible] *occidentes Castoris & Pollucis. Quod Homerus* [illegible] *stantur in Odyssea λ.* [illegible Greek] Qvid Thesea.] [illegible] *exemplum. vnde nec immoratus est in eo.* [illegible] *debere* [illegible] [illegible] Quid memorem [illegible]

[illegible] *Intelligitur esse* [illegible] *Acheron fluuius inferorū qui* [illegible] *per paludē, fortè intelligit la*[illegible] *ab Acheronte infernalis* [illegible] ILLVM [illegible] RECEPI.] *Alexander ait:* [illegible] *quod à periculo seruatur:* [illegible] *imperfecto vsus est, quia* [illegible] *Alexander* SENECTA.] *Aemilius* [illegible] *Vergilius, quòd & senex esset, & debilis.* [illegible] *fortunā accedentē, & appositam for*[illegible] QVIN VT te peterē.] *pater præcepit, vt adis* [illegible] *Sibyllā laudat, præpositā huic officio à* [illegible] CONIVGIS Orpheus.] *Orpheus cantilenâ* [illegible] *ad inferos, vt abduceret coniugē suam:* [illegible] descensus A. [illegible] *& auerno:* [illegible] *sed si auerni,* [illegible] *& lacū pro* [illegible] NOCTES atq; [illegible] patet atri ianua [illegible] *tempore homi*[illegible] *concedunt. & hoc* [illegible] *Lucretius ex ma*[illegible] *& alij, integrè do*[illegible] *inferorum regna ne esse* [illegible]

[illegible] *Sed solus* [illegible] *Pallas pro* [illegible] *Thelus* [illegible] *Tyndaridæ* [illegible] *Pirithoo* [illegible] *Proserpinam* [illegible] *Sed Theseo* [illegible] *Alexander legit* Magnum [illegible] *Is magnum* [illegible] ITQVE reditq; [illegible] *id est, non semel* [illegible]

OMNIA præcepi.] [illegible] Percepi legitur. [illegible] *genitoris Scota Contingat* [illegible] ra Contingam *legunt.* [illegible] Continget. VT te [illegible] dirēm, Idem orans [illegible] *In plerisque omni*bus antiq. exempl. [illegible] *particula, &* Idem orans [illegible] nulli, Id memorans *legunt.* [illegible] Idme or[illegible] NATIQVE.] *In antiq. exempl.* [illegible] VAR. Lect.

Tros Anchisiade: facilis descensus Auerni.
Noctes atq; dies patet atri ianua Ditis:
Sed reūocare gradū, superasq; euadere ad auras.
Hoc opus, hic labor est. pauci, quos æquus amauit
Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera virtus,
D.js geniti, potuêre. tenent media omnia syluæ,
Cocytusq; sinu labens circumfluit atro.
Quòd si tantus amor menti, si tanta cupido est,
Bis Stygios innare lacus, bis nigra videre
Tartara, & insano iuuat indulgere labori:

[illegible] *funderit* [illegible] *superne:* [illegible] *heroes* [illegible] TENENT media omnia syl[illegible] [illegible] COCY-TVSQVE [illegible] circumfluit [illegible]

[illegible] *posse. Nam locum ipsorum quem possumus dicere,* [illegible] *sub terris dicantur esse antipodes: in media verò terrâ eos* [illegible] *nec soliditas patitur, nec centrum terræ. quæ si in medio* [illegible] *est: tanta eius esse profunditas non potest, vt in medio* [illegible] *habeat inferos, in quibus est tartarus: de quo loquitur,* Bis [illegible] in præceps tantum tenditq; sub vmbras. Quā[illegible] ad æthereum cœli suspectus Olympum. *Ergo hàc* [illegible] *inferos esse voluerunt: quia est omnium* [illegible] *infima, planetarum scilicet septem, Saturni, Iouis,* [illegible] *Solis, Veneris, Mercurij, Lunæ, & duorum magnorum,* [illegible] *de quibus superiùs plenius. Hinc est,* [illegible] Et nouies Styx interfusa coërcet. *nam* [illegible] *cingitur terra. Ergo omnia, quæ de inferis fin*[illegible] *hic esse comprobabimus. Quòd autem dicit,* [illegible] ianua Ditis: Sed reuocare gradum, supe[rasq; eu]adere ad auras, Hoc opus hic labor est: *aut* [illegible] *est, aut secundùm philosophorum altam scien*[illegible] *deprehenderunt, bene viuentium animas, ad superio*[illegible] *ad originem suam redire. quod dat Luca*[illegible] Vt vidit quantâ sub nocte iaceret No[illegible] *viuentium verò, diutiùs in his permorari cor*[illegible] *diuersā, & esse apud inferos semper.* [illegible] æquus amauit Iuppiter.] *Tria genera* [illegible] *ad superos posse remeare. Quos diligit Iupiter, id* [illegible] *benignus siderū aspectus irradiat. Iuuenal.* [illegible] *Hercules* [illegible] *& deorū sobo*[illegible] DIIS geniti.] [illegible] *quia corporibus se*

rum, dictus ἀπὸ τοῦ κωκύειν, id est, lugere. nam Homerus [illegible] *fuit. Est autem locus vicinus Acheronti, de quo di*[illegible] *prà. Qui ideò luctuosi esse finguntur: quia (vt diximus supra) hæc sacra, morte hominis fiebant.* BIS.] *modò, & post mortē. Quòd autem dicit* Omnia*, Aeneam inter deos relatum, non mirum est. nam (vt suprà etiam diximus) necesse est,* [illegible] *relatorum inter deos, apud inferos esse simulachra: vt Herculis, Liberi patris, Castoris & Pollucis. vt est apud Homerum:* [illegible] *Multi hoc non videntes, ad Sibyllam referunt: vt dicat: Vis me bis inferos cernere: modò, & quum me lucis Hecate præfecit auernis: quod & paulò post est dictura. Quòd si est, non bis hæc, sed tertiò inferos cernet. nam quandoque etiam ipsa morietur. Item hi supradictam rationem non videntes, dicunt de se Sibyllam dicere. nam de Aeneâ si dicat; non eum præuidet Deum futurum. Quod si est: caruit numine. &, quemadmodum de Miseno,* [illegible] *Vnde referre nos debemus ad id vt dicamus, etiam post apotheosim apud inferos remanere simulachra.* STYGIOS innare lacus.] *Styx palus quædam apud inferos dicitur, de quā legimus:* Dij cuius iurare timent & fallere numē. *quod secundùm fabulas ideo est: quia dicitur Victoria, Stygis filia, bello Gigantum Ioui fauisse: pro cuius rei remuneratione Iupiter tribuit, vt dij iurantes per eius matrem non audeant fallere. Ratio autem hæc est.* [illegible] *id est, à tristitia, Styx dicta est.* [illegible] *semper, vnde & immortales quia* [illegible] *sine morte & beati. Ergo qui* [illegible] *rem suæ naturæ contrariam, id est, tristitiam, quæ est* [illegible] *cōtraria. vnde iusiurandum est per exsecrationem.* TARTA-

RA.]

[illegible]

SER. [illegible] *pars [illegible] necem, [illegible] imagine fabula- [illegible] vitam, [illegible] ad superos [illegible]* LATET *ar-* bore opacâ Aureus. *Licèt in hoc ramo, quòd de sacris Proserpinæ [illegible] dicun- tur, quiddam esse [illegible] af- firment: publica tamen opi- nio hoc habet. [illegible], post [illegible] regnum Taurica, cum soro- re [illegible] fugit, [illegible] simulachrum [illegible], haud longè ab Aricia collocauit. In huius templo, post mutatum ritum sacrificiorum, fuit arbor quæ- dam, de qua infringi ramum non licebat. Dabatur autem fu- gitiuis potestas, vt, si quis exin- de ramum potuisset auferre, monomachiâ cum fugitiuo il- lius templi sacerdote dimica- ret. nam fugitiuus illic erat sa- cerdos, ad pristinæ imaginem fugæ. Dimicandi autem daba- tur facultas, quasi ad pristini sacrificii reparationem. Nunc ergo istum inde sumpsit colo- rem. ramus enim necesse erat vt & vnius causa esset interitus. vnde & statim subiungit mortem Miseni. Et ad sacra Proserpinæ accedere, nisi sublato ramo, nõ poterat. [illegible] subire, dicit, sacra celebrare Proserpinæ. [illegible] hoc est. Nouimus, Pythagoram Samium [illegible] Y literæ: scilicet, quòd pri- [illegible] quippe quæ adhuc se nec vitijs, nec virtuti- bus [illegible] Y literæ à iuuentute incipere: quo tẽpo- re [illegible], id est, partem sinistram aut virtutẽ, id est, [illegible] sequuntur. vnde ait Persius:* Traducit tre- pidas [illegible] compita mentes. *Ergo per ramum vir- tutes [illegible]: qui est Y literæ imitatio.* Quem ideò *[illegible] quia reuerà in huius vitæ confusione, ex [illegible], virtutis integritas latet. Alij dicunt, [illegible] inferos peti: quòd diuitijs facilè mortales in- [illegible]:* Aurum quo precio referantur li- [illegible] LENTO vimine.] *flexibili: vt,* Lenta qui- [illegible] superaddita vitis. *aliàs, grauis.* IVNO- [illegible] Sacra Ioui Stygio. DI- [illegible] ET obscuris claudunt conuallibus [illegible] SED nõ [illegible] *intelligẽtes, remo-* [illegible] Longo post tẽpore vi- [illegible] *quos, rami quoq; de-*

Accipe quæ, peragenda prius. latet arbore opaca
Aureus, & folijs, & lento vimine ramus,
Iunoni infernæ dictus sacer. hunc tegit omnis
Lucus, & obscuris claudunt conuallibus vmbræ.
Sed non antè datur telluris operta subire,
Auricomos quàm quis decerpserit arbore fœtus.
Hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus
Instituit. primo auulso non deficit alter
Aureus, & simili frondescit virga metallo.
Ergo altè vestiga oculis, & ritè repertum
Carpe manu. namq; ipse volens facilisq; sequetur,
Si te fata vocant. aliter, non viribus vllis
Vincere, nec duro poteris conuellere ferro.
Præterea iacet exanimum tibi corpus amici,
(Heu nescis) totamq; incestat funere classem;
Dum consulta petis, nostroq; in limite pendes.
Sedibus hunc refer antè suis, & conde sepulchrò.
Duc nigras pecudes: ea prima piacula sunto.
Sic demum lucos Stygios, regna inuia viuis
Aspicies. dixit, pressoq; obmutuit ore.
Æneas mœsto defixus lumina vultu
Ingreditur, linquens antrum, cæcosq; volutat
Euentus animo secum: cui fidus Achates
It comes, & paribus curis vestigia figit.
Multa inter sese vario sermone serebant,
Quẽ sociũ exanimẽ vates, quod corpus humandũ
Diceret. atq; illi Misenum in littore sicco,
Vt venêre, vident indignâ morte peremptum:
Misenum Æoliden, quo non præstantior alter
Ære ciere viros, Martemq; accendere cantu.
Hectoris hic magni fuerat comes: Hectora circũ
Et lituo pugnas insignis obibat, & hastâ.
Postquam illum vitâ victor spoliauit Achilles,

[illegible] LVRI [illegible] *[illegible] terram [illegible] putari [illegible]* [illegible] *regna* [illegible] *Quæ [illegible]* SVVM [illegible] *destinatum.* [illegible] *ter.* [illegible] FRONDE [illegible] *redit. [illegible] cem.* [illegible] ALTE vestiga [illegible] *quire omni [illegible] repertũ* Carpe [illegible] *id est, cũ obseruatione [illegible] repertũ.* SI te fata [illegible] *Hic enim, [illegible] sequitur.* POTERIS [illegible] *terit quis. [illegible] significationi ad [illegible] stulit, & generaliter [illegible] nam vt de Aenea [illegible] cedit. Si enim [illegible] Deo. nec potest de [illegible] cinari.* DVRO ferro [illegible] *nus esse potest, & [illegible]* PRÆTEREA.] *Ac si diceret: [illegible] alia opportunitas descenden[di] ad inferos, id est, Proserpinæ [sa-] cra peragendi. Duo enim [illegible] sacrorum genera fuisse dicuntur: vnũ νεκυομαντείας, quod [illegible] canus exsequitur; & aliud σκιομαντείας, id est, diuinationis [per] vmbras. σκιὰ enim vmbra est, & μαντεία vaticinia [illegible] mero, quẽ Vergilius sequitur, lectũ est. Sed, secundum [illegible] necyomantiæ, ad eleuandum cadauer, sanguis est ne[cessarius]* vt, Pectora tunc primùm feruenti sangui[ne] [illegible] *In sciomantiâ verò, quia vmbræ tantùm est euoca[tio] [illegible] solus interitus. vnde Misenus in fluctibus occisus [illegible]* TIBI.] *Ideò addidit* Tibi, *ne* Amici *posset [illegible] referri.* INCESTAT.] *polluit. & Incestus est [illegible] lutio.* PENDES.] *sollicitus es: vt,* Ipse manu [illegible] spensum numine ducit. *& propriè* Pendere *est [illegible] aliquid audire: vt,* Pendetq; iterum narra[ntis ab ore.] Ouidius: Narrantis coniux pendet ab ore [illegible] [SEDI]BVS hunc refer antè suis.] *Apud maiore[s] [illegible] mus, omnes homines in suis domibus sepeliebantur [illegible] est, vt lares colerẽtur in domibus. Vnde etiam [illegible] camus. nam dij penates alij sunt. vnde est, quẽ [illegible] taphium domũ fecit marito. Ergo aut [illegible] est more, quamuis Troiana adhuc domus [illegible] Refer hunc naturalibus sedibus, id est, [illegible] rierat. Verũtamẽ illud est, vt [illegible] eum: nam sepulchrũ sedes vocatur.* [illegible]

A tamen Rapacis orci fine destinata Aula diuitem manet Herum. *Item Vergilius*: Et nunc seruat honos sedem tuus, ossaq; nomen. *Persuadet autem sepulturam, vt possit recentis cadaueris vti animâ. vt ait Lucanus*: Non in tartareo latitantem poscimus antro, Assuetamq; diu tenebris modò luce fugatâ Descendêtem animam, primo pallentis hiatu Hæret adhuc orci. PRIMA piacula sunto.] *Ad expiationem pollutionis, quæ fuerat nata morte Miseni.* SIC demum.] *ad postremum, hoc est, nouissimè. Hæc particula tàm apud Vergilium, quàm apud idoneos authores, hoc significat: licèt in alijs diuersa.* LVCOS Stygios, regna inuia viuis Aspicies.] *Seneca scripsit de ritu & sacris Aegyptiorum. Hic dicit, circa ciuitatem Syenem, extremam partem Aegypti, esse locum, quem Philas, hoc est, Amicas, vocant: ideo quòd illic est placata ab Aegyptijs Isis; quibus irascebatur, quòd membra mariti Osiridis non inueniebat, quē frater Typhon occiderat. quæ inuenta postea cùm sepelire vellet, elegit vicinæ paludis tutissimū locum; quem ad transitū constat esse difficilem. limosa enim est palus & papyris referta. Vltra hanc est breuis insula, inaccessa hominibus: vnde ἄβατος appellata est. Lucanus*: Hinc A-
B batos, quam nostra vocat veneranda vetustas. *Hæc palus, Styx vocatur: quòd tristitiam transeuntibus gignit. Sanè ad illam insulam ab his, qui sacris imbuti sunt, certis transitur diebus. Lectum est etiam, quòd vicini populi cadauera suorum ad alteram regionem transferunt. sed si quis fortè in fluuio perrat, nec eius inueniatur cadauer; post centum ei annos persoluuntur officia. hinc est tractum*: Centum errant annos, volitantque hæc littora circùm. REGNA inuia viuis.] *Quæ contra naturam sunt, non afferunt præiudicium generalitati. vnde ait*, Inuia: *licèt Hercules & alij transierint; & si transiturus Aeneas. Sic dictum est & illud*: Euaditque celer ripam irremeabilis vndæ. MOESTO vultu.] *Propter mortem amici, & rami inquisitionem.* DEFIXVS lumina.] *defixa lumina habens. per quod tristitia mentis ostenditur.* INGREDITVR.] *Pro, graditur. vacat præpositio: vt*, Ingrediturq; solo, & caput inter nubila condit. ET paribus curis vestigia figit.] *Aut simili sollicitudine deiectus incedit: aut* figit vestigia, *id est, stat ex improuiso, quod cogitantes facere consueuerūt.* MVLTA inter sese vario sermone serebant.] *Hinc propriè dictus est sermo: quia inter duos seritur, & inter vtrumq; agitur.* INDIGNA
C morte.] *miserabili, nō congruâ eius meritis: vel propter animæ etiam extinctionē elementi contrarietate.* MARTEMQ. accendere cantu.] *Hemistichium, id est, dimidium hunc versum, dicitur addidisse; dum Augusto hunc sextum librum recitaret. nam antè Hemistichiū fecerat, dicendo*; Aere ciere viros. *postea in præsentiâ Augusti, ex abundantiâ intellectus, addidit subitò*, Martèmque accendere cantu.

POM. Sab. ARBORE fœtus.] *arbor illa erat, in quâ suspendisse Orestes ensem dicitur, & ideò sacra Proserpinæ, ex eâ decerpere ramum, nefas erat. Vel de hac intelligit: vel de arbore, quæ erat Aricia sacra Dianæ: vel de aliquâ re mysticâ, quam nefas est mortalibus aperire.* ALTER] *quia subnascitur statim.* PENDES.] *sollicitus es.* NIGRAS pecudes.] *apud Silium*: Tùm nigra triformi Hostia mactatur. INGREDITVR.] *itur ad naues.* INDIGNA morte.] *Genus mortis non dicit hic; sed intelligit, mactatum fuisse dijs inferorum.* LITVO.] *tubâ.*

AVRICOMOS quàm quis decerpserit arbore fœtus.] *In libris aliquot antiquis.* Discerpserit *scriptum est. Plura tamen exemplaria manuscripta* Decerpserit *habent.* ALITER non viribus vllis.] *In Romano lib.* Nec *legitur*, SIC demum lucos Stygios, regna inuia viuis Aspicies.] *Antiqua omnino pleraq; exemplaria legunt* Lucos Stygios, & regna inuia viuis. *Sunt verò etiam libri manuscripti, in quibus* Lucos Stygis, & regna inuia, *legatur. Sed enim ea omnino lectio probabilior, quæ in Mediceo atq; aliquot alijs absq; copulatiuâ particulâ*, Regna inuia, *appositiuè scriptum ostendit.* INGREDITVR linquens.] *In exemplar. aliquot manuscriptis*, Egreditur *legitur.* SERMONE serebant.] *Vetera quædam exemplaria* Ferebant, *pro* Conferebant, *legunt.* VAR. Lect.

In huius libri initio, CLVIII carminum expositio deest,

Quia eum perdidisset, & quem gemeret nesciebat.

CVI fidus Achates. It comes, &, paribus curis vestigia figit.] *Ibat cum ipso Achates, pari curâ possessus. Quum verò irent*: MVLTA inter sese vario sermone serebant, Quem socium exanimum vates, quod corpus humandum Diceret.] *Tractabant inter se, quis ille esset mortuus; vel cuius corpus sepeliendum Sibylla præcepisset. Quantum hìc laudatur fides Achatæ & amicitia, quæ paribus curis agèbatur, tantumq; torquebatur, quantum Aeneas: ad quem specialis luctus & amissio necessarij pertinebat!* ATQVE illi Misenum in littore sicco.] *Id est, in arenâ littoris sicci, est enim & vdum littus, vbi pelagus terminatur.* VT venêre, vident indignâ morte peremptū Misenum Æoliden.] *mox agnouerunt Misenum iacentem, letho miserabili occisum. Enumerat iam, quæ in illo viro essent dolenda: Misenum Aeoliden, inquit; hoc est, sanguine optimo genitum. Ecce duo indigna: lethi genus, & sāguinis ratio.* QVO non præstantior alter, Ære ciere viros, Martemq; accendere cantu.] *Addita alia: nam in tubæ cantu nullus peritior fuit, nullus viros sic accendebat, quum veniretur ad conflictum. Dixit* viros: *quoniam imbelles & timidi nullius hortationibus commouentur. Viros ergo fortes debemus accipere; nō ad sexus discretionem. Dixit hæc: confert quoq; alia.* HECTORIS hic, *inquit*, magni fuerat comes, Hectora circum Et lituo pugnas insignis obibat & hastâ.] *Cùm sint multi, qui alios in furorem concitent belli; ipsi tamen pugnare non possint. laudatur in Miseno; quia faciebat cum viris, quod per tubam ipse dicebat. Hectoris, inquit, fuerat comes. Si cōsideretur Hectoris magnitudo, cui iste fuerat iunctus: intelligetur, qualis fuisset etiam Misenus. nam nullus cuiquam comes, aut amicus efficitur; nisi qui fuerit studiorū affectu non dispari.* HECTORA circùm, Et lituo pugnas insignis obibat, & hastâ.] *Quoties cum Hectore procedebat ad pugnam, & lituo placebat, & hastâ inferior non fuit, duo officia simul exercens.* DON.

Dardanio Æneæ sese fortissimus heros
Addiderat socium; non inferiora secutus.
Sed tùm fortè cauâ dum personat æquora conchâ
Demens, & cantu vocat in certamina diuos:
Æmulus exceptum Triton (si credere dignū est)
Inter saxa virum spumosâ immerserat vndâ.
Ergo omnes magno circùm clamore fremebant;
Præcipuè pius Æneas. tùm iussa Sibyllæ
(Haud mora) festinant flentes; aramq; sepulchri
Congerere arboribus, cœloque educere certant.
Itur in antiquam syluam stabula alta ferarum:
Procumbunt piceæ; sonat icta securibus ilex,

SER. VITA spoliauit.] *Ad bellū retulit, in quo victis tolluntur exuuiæ.* NON inferiora secutus.] *Vbiq; Aeneam Hectori comparat: vt*, Ambo animis, ambo insignes præstātibus armis. CAVA dum personat æquora conchâ.] *Aut personare facit: aut ὑπερονεγία est, dum per caua æquora sonat.* DEMENS.] *improuidus: qui non considerauit, etiam deos in æmulationem posse descendere.* ÆMVLVS.] *Modò eiusdem rei studiosus: aliâs inimicus inuenitur.* EXCEPTVM.] *oppressum insidijs. quo sermone ostendit, eū tantæ fuisse virtutis, vt ne à numine quidem, nisi insidijs, opprimeretur.* TRITON.] *Penultima accentum habet: nā Tritonis facit. si enim vltima ha-*

V bet

Fraxineæq; trabes, cuneis & fiſſile robur
Scinditur, aduoluunt ingentes montibus ornos.
Nec non Æneas opera inter talia primus
Hortatur ſocios, paribusq; accingitur armis.
Atq; hæc ipſe ſuo triſti dum corde volutat,
Aſpectans ſyluam immenſam, & ſic fortè precatur:
Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus
Oſtendat nemore in tanto! quando omnia verè
Heu nimiùm de te vates, Miſene, locuta eſt.
Vix ea fatus erat; geminæ cùm fortè columbæ
Ipſa ſub ora viri cœlo venêre volantes,
Et viridi ſedêre ſolo. tùm maximus heros
Maternas agnoſcit aues, lætusq; precatur:
Eſte duces, ô, ſi qua via eſt; curſumq; per auras
Dirigite in lucos, vbi pinguem diues opacat
Ramus humum: tuq; ô dubijs ne deſice rebus,
Alma parens. ſic effatus, veſtigia preſſit;
Obſeruans quæ ſigna ferant, quò tendere pergant.
Paſcentes illæ tantum prodire volando,

bet; Tritonis facit. quod non procedit; vt Demophoon, Demophontis. ERGO.] *Aut quia talis perierat: aut quia ſic fuerat interemptus.* PRÆCIPVE pius Æneas.] *Vbiq; Aeneam ſupra cæteros inducit mortem cuiuslibet dolere: vt,* Nunc Amyci caſum gemit. *item:* Caſuq; animum concuſſus amici. *Hoc præcipit Horatius in arte poëticâ:* Seruetur ad imum, Qualis ab incepto proceſſerit, & ſibi conſtet. *vt ſemper pius deſcribatur Aeneas. Hinc ei dat circa ſepulturam etiam ſordida officia; quæ in alijs denegat locus. Qui enim de pietatis generibus ſcripſerũt, primum locum in ſepulturá eſſe voluerunt. vnde, cùm Pontificibus nefas eſſet, cadauer videre: magis tamen nefas fuerat, ſi viſum inſepultum relinquerent. Genus autem ſepulturæ fuerat, iniectio pulueris. vnde eſt,* Aut tu mihi terram Inijce. *Horatius:* Non eſt mora longa, licebit Iniecto ter puluere curras. ARA'MQVE ſepulchri.] *Pyram dicit, quæ in modum aræ lignis conſtrui ſolebat. nam ſequitur:* Congerere arboribus, cœloq; educere tentant. *& aram, quæ ante ſepulchrum fieri conſueuit, intelligere non poſſumus; vt,* Stant manibus aræ: *cùm nondum facta ſit funeratio, quæ præcedit ſepulchrum. Probus tamen & Donatus, de hoc loco requirendum adhuc eſſe dixerunt.* COELO'QVE educere certant.] *Vt hoc faciant, mente pertractant: nam adhuc ituri ad ſyluas ſunt.* ITVR.] *Eo, e breuis eſt: Itur,* i *longa inuenitur. Ergo quia hoc verbum breue eſt in origine; & in declinatione fit longum: ideò eius certa natura nec in temporibus, nec in participijs inuenitur. nam quum* Itur *longa ſit,* Iturus *breuis inuenitur: vt,* Superumq; in lumen ituras. *Multi tamen tentant, dicentes,* Itur, *propter Eo, quæ prima verbi origo eſt, per diphthongum ſcribi debere. quod non procedit: quia diphthongus ſemper longa eſt:* I *autem & produci poteſt, & corripi. Hinc eſt, quòd Fortuitò, & producit* i, *& corripit. Iuuenalis:* Non quaſi fortuitò, nec ventorum rabie; ſed Iratus cadat in terras, & vindicet ignis. *Contra Horatius:* Nec fortuitum ſpernere ceſpitem Leges ſinebant. *hic enim, niſi* I *litera longa ſit, non ſtat verſus. Et hoc protulimus exemplum vnius ſermonis, ne quis dicat, Iturus & Itur, ideò variam habere naturam, propter temporum varietatem. Vnde melius eſt, vt diximus, originis conſiderare rationem. Sanè Fortuitus ab eundo eſt, & à fortunâ compoſitum.* PROCVMBVNT piceæ.] *picea, ſecundùm Plinium in Naturali hiſtoriâ, quinta ſpecies cedri eſt. nam Cedria dicta eſt, quaſi* [illegible] *id eſt, arboris humor ardentis.* NECNON Æneas.] *Bonâ œconomiâ venitur ad ramum.* ACCINGITVR armis.] *inſtruitur officijs.* FORTE' precatur.] *Vacat* fortè. *& eſt verſus de his, qui tibicines vocantur: quibus additur aliquid ad ſolam metri ſuſtentationem: vt,* Nunc dextrâ, nunc ille ſiniſtrâ. *nec enim poſſumus intelligere, eum fortuitò rogâſſe.* SI.] *Aduerbium rogantis & optantis, eſt, per ſe plenum; ſicut & o. vt in Quinto:* Quanquam ò, ſed ſuperent. *Licet neoterici hæc iungant, & pro vnâ ponant. Perſius:* O' ſi Ebullat patrui præclarum funus, & ò ſi. QVANDO.] *ſiquidem.* OMNIA verè Heu nimiùm.] *Cum ingenti dixit affectu; quaſi mors prædicta falſa eſſe debuerit.* CVM fortè columbas.] *Auguria aut oblatiua ſunt, quæ non poſcuntur; ſed caſu eueniunt: aut impetratiua, quæ optata veniunt. Hoc ergo quia oblatiuum eſt; ideo dixit* Fortè. *Benè autem à columbis Æneæ datur augurium: & filio Veneris, cui columbæ ſunt conſecratæ; & regi. nam ad reges pertinet columbarũ auguriũ: quia nunquam ſolæ ſunt: ſicut nec reges quidem.* IPSA ſub ora.] *Peritè: ne, ſi longiùs volarent, non ad eum pertinere viderentur. nam moris erat, vt captãtes auguria, certa ſibi ſpatia deſignarent; quibus volebant videnda ad ſe pertinere. quod ſpatium, templum totum appellatur; & extremæ partes, Antica & Poſtica vocabantur.* MATERNAS.] *Veneri conſecratas; propter fœtum frequentem & coitum.* SI qua via eſt.] *ſi eſt ratio. & ex hoc loco eſſe incipit impetratiuum quod oblatiuum fuerat.* CVRSV'MQVE per auras.] *Curſum vocauit impetum, & eundi officium nam & eundi officium: nam & nauium curſum dicimus.* NE deſice rebus.] *ne deſere in rebus incertis. & bene in ſyluis inuocat matrem; quam iam ſcit ſibi viſam eſſe habitu venatricis, vt in Primo legimus.* SIC effatus.] *Propriè effata ſunt augurum preces: vnde ager poſt pomeria vocabatur effatus, vbi captabantur auguria.* VESTIGIA preſſit.] *Quia ad captanda auguria poſt preces, immobiles vel ſedere vel ſtare conſueuerant.* OBSERVANS quæ ſigna ferant.] *Obſeruare, & de cœlo, & de auibus, verbo augurum dicitur.* QVÒ tendere pergant Paſcentes.] *Hinc optimum ſignificatur augurium, quòd paſcebant. nam Romani moris fuit, vt in comitijs agendis, & in bellis gerendis, pullaria captarent auguria Vnde eſt in Liuio, quòd, quum quidam cupidus belli gerendi à tribuno plebis prohiberetur, ne iret, pullos iuſſit afferri: qui quum miſſas non ederent fruges, irridens conſul augurium, ait: Vel bibant: & eos proiecit in Tiberim. indè nauibus victor ex Africâ reuertens, in mari cum omnibus, quos ducebat, extinctus eſt. Et multi* Paſcentes *diſtinguunt: & abſolutus eſt ſenſus. Alij dicunt,* Paſcentes volando: *& referunt ad naturam columbarum: quæ exſilientes paſcere conſueuerunt. Alij* Volando, *ambulando dicũt: vola enim dicitur media pars pedis, vel manus.* PRODIRE.] *prodibãt: infinitiuus pro indicatiuo.*

NON inferiora ſecutus.] *Laudat Aeneam, quòd non inferior eſſet Hectore.* DVM perſonat.] *Fictio eſt. dicit Miſenum perijſſe: quia prouocauerit Tritonem ad cantum.* ARAM.] *vel aram ſepulchri, quæ ante ſepulchrum fieri conſueuit pyra. Dicit aram: quia rogus, id eſt, pyra, non fiebat ſine aris; vt ait Probus. Pontificibus nefas erat cadauer videre; & viſum non ſepelire, etiam nefas.* ITVR.] *ad excidendum arbores pro rogo.* COELO.] *per cœlum.* SEDERE.] *paſcentes viſæ ſunt librare ſeſe, veluti ſederent in aere. Solum, pro aëre, meliùs: vt Aeneas obſeruauerit columbas paſcentes, quæ poſtea exſiliuêre, & indè ſedêre in arbore rami aurei. Mihi tamen placet, vt accipiamus ſolum pro aëre.* VOLANDO.] *Apud antiquos in augurijs, cùm aues non guſtarent cibum, malum portendebant. Alexander dicit* paſcentes, *volantes: vt,* Aera paſcunt.

AC voluunt ingentes.] *In Romano & in Longobardico,* Aduoluunt *legitur.* ET ſic fortè precatur.] *In Romano libro legere eſt,* Voce precatur. *In Longobardico,* Ore. *Sed enim Seruius agnoſcit* Fortè: *quod etiam in plerisq; libris antiquis habetur.* ALMA parens.] *Antiqua pleraque exemplaria, cum Mediceo, legunt,* Diua parens. *In Romano & aliquot alijs,* Alma.

POSTQVAM illum victor vitâ ſpoliauit Achilles, Dardanio Æneæ ſeſe fortiſſimus heros Addiderat ſo-

A rat ſocium,non inferiora ſecutus.] *Plurimùm laudatur*
Miſenus: quia nunquam illi ſocietas, niſi cum præcipuis fuit.
nam poſt Hectoris mortem, quem Achilles occidit, ſe addi-
dit Aeneæ, non diſpari, virtute, vel factis. SED tùm fortè
cauâ dum perſonat æquora chonchâ Demens, &
cantu vocat in certamina diuos, Æmulus exceptum
Triton (ſi credere dignum eſt) Inter ſaxa virum
ſpumoſâ immerſerat vndâ.] *Illo, inquit, tempore, quo*
cum Aeneâ fuerat, dum artem ſuam exerceret in littore, & can-
tu eius perſonarent caua ſaxorum: repentinâ dementiâ poſſeſ-
ſus, deos homo in certamina credidit prouocandos. ſed illum
Triton exceptum, vtpote æmulus, hoc eſt, ex prouocatione ad-
uerſarius, inter ſaxa colliſum dedidit morti, atq; vndis immer-
ſit. Licèt ſit factum, vt deos ad cantus homo prouocaret, &
mors prouocantis exſtitiſſet: tamen poëta, Si credere di-
num eſt, *inquit. vt oſtenderet, etiam ſe dubitare potuiſſe, ex-*
ſiſtere tantam audaciam, quæ in ſuam perniciem diuinum o-
dium concitaret. Exceptum *dixit, vt feram, venabulo: quæ*
dum ſuâ feritate plurimum ſe poſſe arbitratur, ſic incauta ruit
in ferrum, & pœnam ſuæ temeritatis expendit. ERGO o-
mnes magno circùm clamore fremebant.] *freme-*
B *bant, inquit, quaſi iraſcentes in naturam, quæ illum tam neceſ-*
ſarium, tam optimum virum, comitem regis, indignâ morte
preſſiſſet. Ergo planctus fuerant non vſitati; ſed quibus que-
relæ quoq; viderentur admixtæ. PRÆCIPVÈ Æneas.]
Eadem causâ etiam pius Aenes dolebat; ſed plusquàm cæteri.
Ex ſuperioribus apparet, quid doluerint omnes. nam ſuprà di-
xit de Aeneâ & Achate, quòd illius non ſolùm mortem; ve-
rùm etiam genus lethi doluiſſent. Vt venêre, *inquit,* vident
indignâ morte peremptum. *Indigna mors eſt, quæ non*
conuenit viro forti. nullus enim, aut non talis exſiſteret dolor,
ſi in pugnâ cecidiſſet, & câpo, TVM iuſſa Sibyllæ (Haud
mora) feſtinant flentes.] *Feſtinandum fuit, vt iuſſa Si-*
byllæ maturè & in omnibus complerentur: ſcilicet vt curare-
tur funus, & eius ſolennia. ARAMQVE ſepulchri Con-
gerere arboribus, cœloq; educere certant.] *Maiorem*
de ipſis diligentiam ac laborem exigebat meritum mortui: præ-
ter quæſtus enim ac fletus, maturabant funeri neceſſaria. Pro-
perabant igitur, aram, non ſaxis ſtruere, ſed arboribus: vt ipſa
eſſet & ſpulchrum. In tantum autem roboribus congeſtis eam
erigere nitebatur, vt cœlum tangere potuiſſet. nam vltra mo-
dum aliquid exhiberi mortuo, meritum in vitâ quæſitum, non
C *alia neceſſitas, facit. Hoc agebatur in Miſeni causâ, quem ami-*
cum fuiſſe Hectoris dixit, & Aeneæ poſteriùs: vt virium con-
templatio & meritum monſtraretur. Cæterùm & modicis li-
gnis, nec in tantum tumulum ſtructis, funus eius conſumi po-
terat. ITVR in antiquam ſyluam.] *Idcirco dixit* An-
tiquam: *quia dicturus eſt, arbores illic fuiſſe ingentes & ma-*
gnas, quas ſolitudo nutrierat, in multorum prolixitas ſeculo-
rum. Dicit cauſam, propter quam nullus illic habuit acceſſum.
STABVLA, *inquit,* alta ferarum.] *Significando alta ſta-*
bula, oſtendit illic feras commorari conſueuiſſe maiores: qua-
rum metus arceret incolas, ne hanc propter abſcindenda ligna
conſcenderent. Quantum Troiani laudantur, qui non timue-
runt euertere ſtabula alta ferarum! Quòd autem dixit; Itur
in Antiquam ſyluam: & *hîc ait;* Stabula alta ferarum:
continua intelligi voluit ſtabula habuiſſe, in quibus congeſtæ
feræ commanerent potioris formæ; vt ſtabulis noſtris redacta
in vnum animalia ſimplicia colliguntur. Hac appellatione, &
locum oſtendit, & de qualibus loqueretur. Cæterùm cubilia
diceret, ſi minores ſignificare voluiſſet. PROCVMBVNT
piceæ.] *Ecce vnum genus ligni, fouendo incendio neceſſa-*
rium: habet enim quendam ſuccum, quo nutriat flammam,
SONAT icta ſecuribus ilex.] *Ecce vnum genus ligni ſyl-*
ueſtris. FRAXINEÆQVE trabes.] *Vt fuerât integræ,*
voluebantur. CVNEIS & fiſſile robur Scinditur.] *Li-*
gnum, quod robur appellatur, eius eſt naturæ, vt ſcindi faciliùs
poſſit. ADVOLVVNT ingentes montibus ornos.]
Ornos quoq;, robora foſſilia: quæ, propter effectum rei, Tro-
iani deijciebant. Prouoluere eſt, vt, quod ſtat, porrò voluatur,
id eſt, cadat. NEC non Æneas opera inter talia.] *Talia,*
hoc eſt, quæ pertinent ad amici funus. PRIMVS hortatur
ſocios, paribusq; accingitur armis.] *Duplex curabat of-*
ficium: vt omniũ eſſet hortator, & operũ particeps. Arma di-
xit paria, qualia alij geſtabant, qui cædebant arbores, vel iam
cæſas ſcindebant cuneis. Poteſt & ſic, vt non iam verba eſſent
hortamenta; ſed facta. Quis enim non faceret, quod faciebat
& rex? Prouocabat hunc amici memoria, & ſuadendi neceſ-
ſitas potens: multum quippe accedit ad effectum expediendæ
rei, ſi operâ ſuâ, cùm aliquid laborioſum geritur, rex ipſe con-
iungat. ATQVE hæc ipſe ſuo triſti cũ corde volutat,
Aſpectans ſyluam immenſam.] *Licèt eſſet triſtis: quo-*
niam cauſa funeris gerebatur, & eius expeditio iam fuerat cer-
ta; cœperat cogitare, quæ ad inuentionem rami pertinebant.
Voluebat igitur hæc, & cum corde ſuo, quaſi cum ſecundâ per-
ſonâ, conſiderans immenſam latitudinem ſyluæ. ET ſic ore
precatur.] *In prece ſuâ oſtendit cogitationes ſuas, quas taci-*
tus ſecumq; tractauerat. Auxilio quippe diuino ſciebat opus eſ-
ſe; vt inueniretur in tantâ prolixitate ſyluæ arbor, quæ porta-
ret aureum ramum. Vbi igitur eius defecit intentio, & tracta-
tus æſtuantis; & eum confudit in immenſum confusè latitudo,
prolixitasq; ſyluarum: his precatus eſt verbis, vt diuino adiu-
tus auxilio deſideratam ſpeciem poſſet reperire. SI nunc ſe
nobis ille aureus arbore ramus Oſtendat nemore in
tanto.] Quando, *inquit, inueniendo ramo aureo in tanto ne-*
more difficultas obſiſtit, vtinam vltrò ſe nobis oſtenderet!
QVANDO omnia verè Heu nimiùm de te vates,
Miſene, loquuta eſt.] *Neceſſe eſt enim etiam de ramo vera*
eſſe dicta: cùm de tuo caſu, Miſene, nimiùm miſerando, vera
loquuta ſit vates. VIX ea fatus erat.] *Ita hæc dixit; & ta-*
men aliquem implorauerat deum. quippe hoc ſolum protule-
rat: vt optare videretur potiùs, quàm rogare. Præuenit mater-
na miſeratio euntem in preces; &, quod deſiderabat, oſtendit.
GEMINÆ cùm fortè columbæ Ipſa ſub ora viri cœ-
lo venêre volantes, Et viridi ſedêre ſolo.] *Quia co-*
lumbæ fuerunt, quia duæ, quia ſub eius oculis tranſierunt, quia
ſederant in ſolo herboſo & iocundo: intellexit Aeneas, in ma-
terno ſigno omen eſſe inueniendi rami ſubſtantiam. Venientes
enim de cœlo, apertè monſtrabant, non alio ſe ferre, niſi eius
expeditionem rei, de quâ cogitabatur in præſenti. TVM ma-
ximus heros.] *Laus iſta non ad corporis bona; ſed ad animi*
virtutes pertinet. Vigilantia mentis & aſtutia, quâ Aeneas pol-
lebat, intellexit, anguſtias ſuas materno remedio ſubleuatas, &
illas aues expeditionem rebus neceſſarijs ferre. Hoc eſt quod
ait: MATERNAS agnoſcit aues, lætusq; precatur.]
Quòd *inquit,* Mternas agnoſcit aues, *bis cœperat lætus*
precari. ESTE duces, ô, ſi qua via eſt.] *Bene de viâ,*
quæ ad ramum duceret, dubitauit. ſtabat enim in ſyluâ, cuius
denſitas vniuerſa concluſerat. Vos, inquit, viam monſtrate, ſi
vlla eſt. CVRSVMQVE per auras Dirigite in lucos,
vbi pinguem diues opacat Ramus humum.] *Vos enim*
poteſtis difficilia ſuperare: quas auræ portant, & ſyluarum
impedimentis leues pennæ ſuſpendunt. Vos illò viam dirigite,
vbi diues humum opacat ramus; locum in quo eſſe commeruit.
TVQVE ô dubijs ne deſice rebus, Diua parens.] *Et*
tu mater ne deſere filium: cum vel maximè quem incerta con-
fodiunt. O' *poſuit, cùm loqueretur cum columbis:* O', *cùm*
preces torſiſſet ad matrem. Illîc enim ponitur, vbi ſimplex hor-
tatio eſt, & blanda. SIC effatus, veſtigia preſſit, Obſer-
uans quæ ſigna ferant, quò tendere pergant.] *Præter*
aduentum enim, quo ſpem maximam columbæ pollicebantur;
etiam ſedentes aliquid poterant, & motibus proprijs nuntia-
re. Quod ipſum quia Aeneas nouerat poſſe prouenire; ob-
ſeruabat tacitus, veſtigijs fixis: vt ſciret, quæ
eſſent habituræ indicia futu-
rorum.

Quantum acie poſſent oculi ſeruare ſequentum.
Indè vbi venêre ad fauces graueolentis Auerni,
Tollunt ſe celeres: liquidumq; per aëra lapſæ,
Sedibus optatis geminâ ſuper arbore ſidunt,
Diſcolor vnde auri per ramos aura refulſit.
Quale ſolet ſyluis brumali frigore viſcum
Fronde virere nouâ, quod non ſua ſeminat arbos,
Et croceo fœtu teretes circumdare truncos:
Talis erat ſpecies auri frondentis opacâ
Ilice: ſic leni crepitabat bractea vento.
Corripit Æneas extemplò, auidusq; refringit
Cunctantem, & vatis portat ſub tecta Sibyllæ.
Nec minùs interea Miſenum in littore Teucri
Flebant: & cineri ingrato ſuprema ferebant.
Principiò pinguem tædis, & robore ſecto,
Ingentem ſtruxêre pyram: cui frondibus atris
Intexunt latera, & ferales ante cupreſſos
Conſtituunt decorantq; ſuper fulgentibus armis.
Pars calidos latices, & ahena vndantia flammis
Expediunt, corpusq; lauant frigentis, & vngunt.
Fit gemitus: tùm membra toro defleta reponunt,
Purpureasq; ſuper veſteis, velamina nota,
Conijciunt, pars ingenti ſubière pheretro,
Triſte miniſterium, & ſubiectam more parentum
Auerſi tenuêre facem. congeſta cremantur
Thurea dona, dapes, fuſo crateres oliuo.
Poſtquam collapſi cineres, & flamma quieuit:
Relliquias vino & bibulam lauêre fauillam,
Oſſaque lecta cado texit Chorineus aheno.
Idem ter ſocios purâ circumtulit vndâ,
Spargens rore leui, & ramo felicis oliuæ:
Luſtrauitq; viros, dixitque nouiſſima verba.
At pius Æneas ingenti mole ſepulchrum
Impoſuit, ſuaq; arma viro, remumque, tubamque,
Monte ſub aërio: qui nunc Miſenus ab illo
Dicitur, æternumq; tenet per ſecula nomen.
His actis, properè exſequitur præcepta Sibyllæ.
Spelunca alta fuit, vaſtoq; immanis hiatu,

SER. GRAVEOLENTIS Auerni.] *malè olentis. alibi, bene olentis: vt,* Et grauiter ſpirantis copia thymbræ Floreat. LIQVIDV'MQ. per aëra.] *Non eſt aëris perpetuum epitheton: ſed purum ait, Auerni comparatione. Dicit autem, eas altè volaſſe, ad vitandum Auerni odorem.* SVPER arbore ſidūt.] *Secundùm antiquam licentiam.* Super *iungit ablatiuo.* AVRI aura.] *ſplendor auri. Horatius:* Tua ne retardet Aura maritos, *id eſt, ſplendor. Hinc & Aurum dicitur, à ſplendore, qui eſt in eo metallo. Hinc & Aurarij dicti, quorum fauor ſplendidos reddit.* BRVMALI frigore viſcum.] *Bene Brumali addidit. tunc enim maturum eſt, & auri imitatur colorem: nam nouâ fronde viret. Quod (vt ait Plinius in Naturali hiſt.) de fimo turdelarū in certis arboribus naſcitur. vnde Plaut.* Ipſa ſibi auis mortē creat. TERETES truncos.] *Teres eſt rotundum aliquid, cum proceritate: vt,* Incumbens tereti Damon ſic cœpit oliuæ. *Horat.* Brachia, & vultum, teretesq; ſuras. EXTEMPLO.] *Bene verbo vſus eſt augurum, vt diximus ſuprà.* CVNCTANTEM.] *Aliud pendet ex alio.* Cunctantem, *quia auidus. vt oſtendat, tantam fuiſſe auellendi cupiditatem, vt nulla ei poſſet ſatisfacere celeritas. Nam tardantem dicere non poſſumus eum, qui fataliter ſequebatur. Alij* Cunctantem *ad auri naturam referunt, id eſt, mollem: quia paulatim frangitur, id eſt, lenteſcit. Alij* Cunctantem, *grauem dicunt: vt,* Glebas cunctantes, craſſaq; terga Exſpecta. NEC minùs.] *nihilominùs ille deflebatur.* INTEREA.] *dum itur ad ſyluam.* INGRATO] *triſti: vt Gratum, aliquid lætum dicimus. Alij* Ingrato *dicunt, gratiam non ſentienti.* PINGVEM.] *Aut de græco tranſtulit,* λιπαρὸν: *aut* ὑπαλλαγὴ *eſt, hoc eſt, de pinguibus tædis.* FRONDIBVS atris.] *aptis ad funera.* CVPRESSOS.] *Adhibetur cupreſſus ad funera: vel quòd cæſa non repullulat: vel quòd per eam funeſtata oſtenditur domus; ſicut lætam frondes indicant feſtæ. Varro tamen dicit, pyras ideò cupreſſo circundari, propter grauem vſtrinæ odorem; ne eo offendatur populi circunſtantis corona: quæ tamdiu ſtabat reſpondens fletibus præficæ, id eſt, planctuum principi, quamdiu conſumpto cadauere, & collectis cineribus, dicebat nouiſſimum verbum, Ilicet; quod ire licet ſignificat. vnde eſt:* Dixitque nouiſſima verba. PARS calidos latices] *Plinius in Naturali hiſt. dicit, hanc eſſe cauſam, vt mortui & calidā aquâ abluantur, & per interualla conclamentur: quòd ſolet plerumque vitalis ſpiritus excluſus putari, & homines fallere. Denique refert, quendam ſuppoſitum pyræ, adhibitis ignibus erectum eſſe, nec potuiſſe liberari. vnde & ſeruabantur cadauera octo diebus, & calidâ abluebantur aquâ: & poſt vltimam conclamationem comburebantur. vnde traxit Terent.* Deſine, iam conclamatum eſt. AHENA vndantia flammis.] *Hoc eſt, per flammas. alibi:* Nec ſe iam capit vnda, volat vapor ater ad auras. LAVANT frigentis, & vngunt.] *Verſus Ennij, qui ait:* Tarquinij corpus bona fœmina lauit & vnxit. DEFLETA.] *Participium, ab eo quod eſt fleor: ſi tamen inueniatur: aliàs ſine verbi origine eſſe dicemus.* PVRPVREAS.] *Ad imitationem ſanguinis, in quo eſt anima; vt ſuprà diximus:* Purpuream vomit ille animam. VELAMINA nota.] *Vel ipſi chara, vel anima. ex notitiâ enim gignitur charitas: vt* Hîc inter flumina nota. PHERETRO.] *Græcè dixit: nam Capulus dicitur, à capiendo. vnde ait Plautus:* Capularis ſenex, *id eſt, capulo vicinus.* SVBIERE pheretro.] *Sic dixit, vt* Subeunt muro. MORE parētum.] *Propinquioribus enim virilis ſexus hoc dabatur officium.* FACEM.] *De fune, vt Varro dicit: vnde permanſit, vt & mortuos faces antecedant.* FVSO crateres oliuo.] *Dijs ſuperis tâtùm libabant: inferis verò ſacrificantes, etiam vaſa in ignem mittebant. vnde ait* Crateres. *Quod etiam Statius in Archemori ſepulturâ commemorat.* Oliuum *aūt, ab oliuâ dixit. nam Oleū ab oleâ dicitur: vel ἀπὸ τῆς ἐλαίας, ἡ ἐλάας.* FLAMMA quieuit.] *Quaſi pyra ingentis. quia (vt in Quarto diximus) pro qualitate perſonæ, pyræ fiebant ſepulchra etiam vel maiora, vel minora fiebant.* OSSAQVE lecta.] *Aut collecta: aut lecta ideò, quia (vt ſuprà diximus) nobiles nunquam ſoli comburebantur; (vnde Homerus:* τοί δ' ἄλλοι [illegible] *) ſed cum dilectis equis, vel canibus, vel famulo.* TER ſocios.] *Aut ſæpiùs: aut reuerâ ter. licèt enim à funere contraxerint pollutionem: tamen omnis purgatio ad ſuperos pertinet. vnde & ait imparem numerum. aut quia hoc ratio exigit luſtrationis.* CIRCVNTVLIT.] *purgauit: antiquum verbum. Plaut.* Pro lauatore circunferam, *id eſt, purgabo. nam luſtratio à circundatione dicta eſt, vel tædæ, vel victimæ in quibuſdam, vel ſulphuris. Iuuenalis:* Cuperent luſtrari, ſi qua darentur Sulphura cum tædis, aut ſi foret humida laurus. SPARGENS.] *Quia res agitur infernæ. In Secundo verò, Aeneas deos portaturus ait:* Donec me flumine viuo Abluero. *Hic enim erat mos, vt diximus ſuprà.* FELICIS oliuę.] *arboris feſtæ. ſed moris fuerat, vt de lauro fieret. quod propter Auguſtum mutauit, vt dicit Donatus. Nam nata erat laurus, eo die quo natus eſt Auguſtus, in palatio. vnde triumphantes coronari conſueuerant. propter quam rem noluit laurum dicere ad officium lugubre pertinere.* NOVISSIMA verba] *Id eſt, Ilicet. nam Vale dicebatur poſt tumuli peracta ſolennia.* SVA'QVE arma viro.] *ipſi chara ſculpſit in ſaxo. nam ſuprà ea iam legimus concremata.* REMV'MQVE, tubamque.] *Quia & bellator & remex fuerat. licèt poſſimus etiam ſolam tubam accipere. Remus enim dicitur lorum, quod*

[illegible] *Hoc ex Homero imitatus est Vergilius, in* [illegible] *sepultura:* [illegible Greek] [illegible] MONTE sub aerio.] *in aerio:* [illegible] *est positus. Aerium autem alij altum dicunt: alij* [illegible] *montis volunt. vnde est:* Qui nunc M se- [illegible] Dicitur. PRÆCEPTA Sibyllæ.] *Vt,* Duc [illegible] *cudes, ea prima piacula sunto.* SPELVN- [illegible] *Quia ad inferos descendebatur: non vbi fue-* [illegible].

[illegible] GRAVEOLENTIS Auerni.] *Auernus locus grauiter* [illegible] [illegible]M.] *Viscum aureum est, id est, aurei coloris. Vi-* [illegible] *itur in larice, abiete, quercu, robore, ilice, pinastro,* [illegible] *stelin & hyphear vocant: & à quibusdam dicitur* [illegible] *Satum nullo modo nascitur, nec nisi per aluum auium* [illegible] *palumbi ac turdi: & hoc ipsum iubente na-* [illegible] *maturatum in ventre auium non prouentat. Fit &* [illegible] *qui colliguntur post solstitium: qui & aridi* [illegible] *aqua putrescunt: hinc rursus malleis tunsi,* [illegible] *fermescunt.* NON sua.] *aues enim reliquunt.* BRA- [illegible] *lumina: nunc pro frōdibus.* CVNCTANTEM.] [illegible] *dicitur.* TEDIS.] *Teda, genus arboris.* CV- [illegible]SOS.] *Cupressus & picea, positæ ante ostium, luctum* [illegible] *indicabant.* LAVANT.] *Antiqui lauabant & vn-* [illegible] *cadauera. calida lauabant: quia eā sordes meliùs ab-* [illegible]*, quàm frigidā.* NOTA.] *quia ipse ferebat.* SVB- [illegible] *propiores, si affines non fuissent, amiciores accen-* [illegible] *rogum.*

GEMINA super arbore sidunt.] *In Longobardico,* GEMINÆ *legitur.* DISCOLOR vnde auri per ra- [illegible] aura refulsit.] *In Romano libro,* Auro *legitur, casu* [illegible]. TERETES circundare truncos.] *Antiqui ali-* [illegible] *libri,* Circundare ramos, *habent.* CVI frondibus [illegible] Intexunt latera.] *In antiquis aliquot libris, pro* Cui, [illegible] *positum est* Tum. FIT gemitus: tum membra toro [illegible] reponunt.] *In antiquis aliquot libris scriptum in-* [illegible]*, Cùm membra toro* LVSTRAVIT'Q. viros.] [illegible] *Rom. lib.* Lustrauitq; domos *legitur.* INGENTI mo- [illegible] sepulchrū Imposuit.] *Antiqua omnia exemplaria, quæ* [illegible]gi, Imponit, *præsenti tempore scriptum, ostendunt.*

Et quoniā de sepulchris in hoc superiùs capite meminimus: [illegible] *non esse incongruum putauimus, quæ in hoc Verg. carm. in 6.* Ossaq; lecta cado texit Corineus aheno, *Seruius repo-* [illegible] *referre, tutariq. Ait interpres:* lecta, *aut collecta, aut e-* [illegible]*: quia eligebantur ossa. id est, cineres, cum flamma rogi* [illegible] *sederat. vt suprà diximus. nobiles nunquā soli combureban-* [illegible] *sed cum dilectis equis, vel canibus, vel famulo. Quæ Seruij* [illegible] *negantes, asserunt, quòd ossa non eligebantur; sed colli-* [illegible]*antur. quos esse falsos, Plin. in 19. ca. 1. prodidit. Tradidit* [illegible] *inter cætera lini genera: Linum inuentū iam est, & quod* [illegible] *non absumeretur. viuum id vocant: ardentesq; in focis* [illegible] *ex eo vidimus mappas, sordibus exustis splendes-* [illegible] *igni magis, quàm possent aquis. Regum indè funebres* [illegible] *corporis fauillam ab reliquo separant cinere. Nascitur* [illegible] *desertis, adustisq; sole Indiæ, vbi non cadunt imbres: & inter* [illegible] *serpentes: assuescitq; viuere ardendo. Rarum inuentu,* [illegible] *texitu, propter breuitatē. Ruffus de cætero color splen-* [illegible] *cùm inuentum est, æquat præcia excellentium mar-* [illegible]*. Vocatur autem à Græcis Asbestinum. Hæc Plinius:* [illegible] *verbis, separari eligiq; fauillam, ossaq; regum &* [illegible] *ab reliquis cineribus. Ad quod allusit quoq; Ouidia-* [illegible] *Sappho:* Cùm lecta parentis Ante diem lachrymas [illegible] meas. *Quod linum mihi dono dedit Fuscanus,* [illegible] *integerrimus, & Musarum alumnus, nulli synchrono* [illegible] *carmine cudendo.*

[illegible]*, de quo necdū verba fecimus, quærat hic aliquis,* [illegible] *in animā intelligere alas aut possimus, aut debeamus.* [illegible] *quo doctos omnes cōmonitos volumus, nihil esse, quod nos* *vocabulis in Platone, vel hæreseos eiusmodi auctoribus, tur-* *bent. Rudis enim, inquit Dionysius Areop. & temerarij hominis* *est, non vim rei attendere; sed vim facere velle vocabulis. So-* *lent enim de nominibus altercari, qui non diuinas res exqui-* *runt, sed sonos verborum sectantur, & aurium tenus ea reci-* *piunt, quæ mente volutare recto pioq; iudicio debuissent. Igi-* *tur vt ad rem veniamus, geminas alas accipio geminum instin-* *ctum, mentis ingenitum, ad superna animum eleuantem. In in-* *tellectu quidèm, instinctum ad diuinum verum: in voluntate,* *instinctum ad diuinum bonum, pro viribus conuertentem. His* *verò remissis, è cælo labi animam, Pythagoricis placet. Aut* *plantis, animæ alas, cōteplatatiuam intelligamus virtutem, at-* *que item moralem: quas veritatis diuinarumq; rerum contem-* *platione ac intuitu recuperet, quemadmodum terrenorum ap-* *petitione atq; caligine amiserat. Porrò apud optimū maximum* *Poëtam, diuini operis libro 6. Columbas geminas, ad verum* *ramum inueniendum duces, non aliud, quàm hasce alas esse cō-* *tenderim: quibus continentibus erigitur mens ad sapientiam,* *auri nomine sæpiùs significatam. Sed & à Venere mittuntur:* *quia amor diuinorum eximius alit præstat alimenta, quibus sur-* *rigimur, mox & in deum transimus. Quārem illa significant:*

> *Tollunt se celeres, liquidumq; per aëra lapsæ*
> *Sedibus optatis, geminæ super arbore sidunt.*

PASCENTES illæ tantū prodire volando, Quā- tum acie possent oculi seruare sequentum.] *prodie-* *runt, inquit, volando. Prodierunt, pedum significat gressum:* *volandi autem partes, ad alas pertinent. Si sic intelligamus, non* *cohæret, Voletur pedibus, aut alis ambuletur. sed non ipse est* *intellectus. Vola enim dicitur media pars manus, & plātæ, quæ* *faciebat columbas volare, hoc est, ambulare per volam. Inde* & Inuolare *dicimus, quū aliquid furtim volā manus subtra-* *hitur: &* Inuolare *rursum, cùm violentæ manus in aliquem* *diriguntur. sicuti Terentius ait:* Illi facilè in oculos inuo- lem venefico. *Ecce & hic,* Volare, *posuit pro ambulare.* *Cæterùm vbi pennarum volatum dicere voluit, inquit,* Venē- re volantes: *nullus enim sinè alio adminiculo potest de cæ-* *lo descendere. Ac ne huius rei remaneret incertum; infrà osten-* *dit apertiùs, quid hoc loco significat,* Volando. *Quum enim* *tantum issent pedibus, quantum obseruantis oculi sequi po-* *tuissent.* INDE, *inquit,* vbi venēre ad fauces graueolē- tis Auerni, Tollunt se celeres. liquidumq. per aera lapsæ Sedibus optatis geminæ, super arbore sidunt.] *Patefactum est, de quo potuit dubitari. dicendo enim,* Tol- lunt se celeres, *ne grauem odorem Auerni paterentur: &* *addendo;* Liquidumq; per aëra lapsæ: *vt factum est, ob-* *latæ arboris destinata contingeret. Sederunt igitur columbæ* *geminæ, super arbore gemina. Ipsam enim significabant nume-* *ro duplici; quæ frondem duplicem materiamq; portabat. Mox* *igitur, vt super eam sederunt:* DISCOLOR vnde auri per ramos aura refulsit.] *Statim, inquit, ex eā, quæ viridis* *fuit, aliud genus coloris effulsit. quod magno desiderio quære-* *batur, inuentum est. Ingreditur descriptionem, quā illius rami* *similitudinem monstret, vel colorem.* QVALE solet syluis brumali frigore viscum Fronde virere nouâ, quod non sua seminat arbos, Et croceo fœtu teretes cir- cundare truncos: Talis erat species auri fronden- tis opacâ Ilice; sic leni crepitabat bractea vento.] *Quemadmodum, inquit, hyemali frigore, emergentibus fron-* *dibus nouis, solent arborum trunci visco fluente perfundi, &* *colorem croceū demonstrare:* Talis erat species auri frō- dentis. *Cum admiratione positum est:* Auri frondentis opacâ Ilice. *Miraculum enim fuit, ex arbore ilicis, hoc est,* *ex ligno, durissimum ramum aureum cum aureis frondibus ex-* *stitisse.* CORRIPIT extemplò Æneas.] *Propter remo-* *uendam narrandi prolixitatem, non dixit, quomodo Æneas ad* *ipsam arborem videatur perrexisse, cùm volantes columbæ vix* *illò peruenissent, propter Auerni grauem odorem. Nos tamen,* *quod breuiandæ narrationis causa poëta prætermisit, intellige-*

V [illegible] re pos-

DON.

gitized by Google

re possimus: quæsisse Aeneam aliam viam, & peruenisse, vt inuentum se munus offerret. Statim igitur Aeneas hunc ramum corripuit, vtpote diu desideratum. AVIDVSQVE refringit Cunctantem.] Et cum ramus ipse auulsionem properantis retardaret, hunc tamen Aeneas vicit. ET vatis portat sub tecta Sibyllæ.] Nimirum iam completis omnia, portauit ipsum ramum sub vatis tecta. NEC minus interea Misenum in littore Teucri Flebant, & cineri ingrato suprema ferebant.] Rediit ad ea, quæ reliquerat: completis in causa rami partibus ad Miseni exequias reuolutus est. ne tamen ea ipsa obstarent curantibus sepulturam: nihilominus Troiani Misenum flebant, & cineri ingrato suprema ferebant. Cùm nondum arsisset, sed mox esset arsurus: rectè defuncti corpus cinerem dixit: quia hæc agebantur, vt in cinerem verteretur. PRINCIPIO pinguem tædis, & robore secto, Ingentem struxêre pyram.] Hæc primùm admouerunt, quæ non solùm pyram struerent: verùmetiam faciliùs arderent, & alia quoque accendere potuissent. CVI frondibus atris Intexũt latera.] Sunt enim genera lignorum, quæ mortuorum solennitati conueniant. ET ferales ante cupressos Constituũt.] Cupressus quoque luctibus congruit. DECORANTQ. super fulgentibus armis.] Virorum enim fortium, cum ipsis funeribus, arma, apud veteres consumebantur: nec solùm hæc; sed cætera quæ habuissent charissima. PARS calidos latices, & ahena vndantia flãmis Expediũt.] Pars aliqua hominũ aquã calidã procurabat. Hoc genere locutionis multis locis vsus est poëta: exquisita enim grauior est, quàm simplex. CORPVSQ. lauant frigentis, & vngunt.] Hæc fuit causa calidæ aquæ expeditæ: vt frigens corpus, hoc est, frigidũ, aquã calida lauaretur. Vngebatur autem, quò celeriùs arderet. FIT gemitus.] Gemitus fit omnis, vt fieri solet, quum ad supremum mortui peruenitur obsequium. TVM membra toro defleta reponunt.] membra, propter quæ tantas effuderãt lachrymas, toro cum ipsis arsuro posuerunt. Torum dixit stratum, quod fuit in pheretro. PVRPVREASQVE super vesteis, velamina nota, Conijciunt.] Vult ostendere precium vestium, quæ propter defuncti meritum dabantur incendio. Illarum vestium commemorationem fecit: quæ ex eo amauisse probatur: quia frequentiùs his vsus est, & inde notæ omnibus fuerant. Debuit ergo & in morte his velari, quas dilectas, cùm viueret, habuit. Sic fecit & Dido: nã exsuuias, quarum tenebatur affectu, imposuit proprio rogo: & has ipsa secum consumpsit, ipsáque sibi vltrò funereum procurauit obsequium, quæ saluti suæ tempus abrupit. PARS ingenti subiêre pheretro, Triste ministerium.] Ferendi quippe funeris ministeriũ luctuosum est, & eò magis in Miseni obsequio, vbi nullus erat, qui non doleret. adhuc enim extrarios adhiberi conuenerat, sed illic, vbi possunt reperiri. ET subiectam more parentum Auersi tenuere facem.] Prisci enim, quum ignem rogis inferebant, non sub oculis suis, propter pellendum doloris augmentum; sed à tergo suo, vt dicitur, faces apponebant. CONGESTA cremantur Thurea dona, dapes, fuso crateres oliuo.] Meritum mortui in specierum flagrantia probatur. & cùm non dicitur, tantum thuris, quantum solet: plus potest sentiri, quàm constabat impensum. Proinde Thus, inquit, cõgestum, hoc est, copiosum, traditum flammis ardebat: & oleum non paulatim, sed semel ea [illegible] incendia ipsa cumulabat. POSTQVAM colla[illegible] & flamma quieuit Reliquias vino & bibulam lauere [illegible] [illegible] reta: cinis, est, quod ardebat, vino [illegible] legit [illegible] O[illegible] A [illegible] [illegible] ni. CA[illegible] neus [illegible] [illegible] pserant flamm[illegible] IDEM ter socios pura circuntulit vnda, Spargens rore leui, & ramo felicis oliuæ [illegible] dixitque nouissima verba.] [illegible] mentis [illegible] gationemque describit, quæ fit eo ritu, quo C[illegible] fertur: scilicet vt vniuersi, qui obsequio interfu[illegible] ri & felicis oliuæ frondibus spargerentur. Hæc fuit [illegible] omnis, & expiatio, hominum scilicet & domorum. A[illegible] Æneas ingenti mole sepulchrum Imposuit, su[illegible] ma viro, remumque, tubamque.] Quæ superius [illegible] alij compleuerant. Dicit nunc, quid Aeneas ipse curauit [illegible] sic eũdum. Pius, inquit, Æneas. hoc loco bene posuit [illegible] quoniã comitis ac famuli sui condebat memoriã, ait [illegible] mole ponit sepulchrũ ædificat, quod et magna mole [illegible] ret, contẽplatio faciebat Miseni meritorũ, [illegible] rat. Cæterùm mortuos suprà dixit nihil sentire, quum [illegible] Cineri ingrato suprema ferebant: quia nihil s[illegible] promdéque nec vicem reddunt, rectè mortui dicuntur [illegible] Ergo Aeneas, animo suo satisfaciens, constituebat ing[illegible] pulchrum. quod faciebat, non tantùm vt ossa contegeret [illegible] rùmetiam vt opus illud seculis omnibus perduraret. A[illegible] tem eius & eris insignia, non immeritò addebat. oport[illegible] ea cum ipso constitui, per quæ in vitã floruit: & Hect[illegible] mùm, dehinc Aeneæ ipsi adhærere, & commẽdari com[illegible] Dixit, quid fieret: dicit nunc, quo loco. MONTE sub aërio, qui nunc Misenus ab illo Dicitur.] Sub [illegible] ait, monte. hoc nomen apud veteres fuit montis: sed qu[illegible] gilij temporibus aliter appellabatur, breuitate mirifica [illegible] periori tempori, & præsenti respondit: vt instrueret [illegible] & doceret commutationem nominis occurrisse, vt Mi[illegible] ceretur, ex Miseni nomine, qui dicebatur Aëreus. Æ[illegible] NVMQVE tenet per secula nomen.] Tantum [illegible] viri meritum valuit, licèt mortui: tantumque eius autor[illegible] tuit, quòd voluit seruari: vt seculis omnibus Misenus n[illegible] & hoc nomine vocitetur à posteris. Aereum montem [illegible] non nomen eius fuisse arbitrantur: sed quòd sit altis[illegible] hoc magis sensisse Vergilium. sed non hoc positum [illegible] qui dixit: Qui nunc Misenus ab illo Dicitur. [illegible] à veteribus Aereum nuncupatum. Nam quæ esset Miseni [illegible] aut vnde fieretur ipsum positum: si non illi monti [illegible] cæteris, vocabulo Miseni nomen esset appositum. HI[illegible] properè exsequitur præcepta Sibyllæ.] Votum [illegible] rea asseritur fecisse id: quòd illum aut vino patris [illegible] aut Misenus inuentus vrgeret. Descriptio adijcitur [illegible] ferna tendentis. SPELVNCA alta fuit, vastoque immanis hiatu.] spelunca fuit alta: hanc ingens hiatus terræ [illegible] ter profundam fecerat.

SER. SCRVPEA.] lapillosa. nam Scrupus est propriè lapillus breuis, qui pressus sollicitudinem creat. vnde etiã Scrupulus dictus est. vnde Terent. Inieci scrupulum. LACV nigro.] Aut alto: aut verè nigro, inferorum vicinitate. Tuta autem: quia hinc lacu, hinc cingitur syluis. dicit autem locum, quem nũc Doliola

Scrupea, tuta lacu nigro, nemorumq. tenebris:
Quam super haud vllæ poterant impunè volantes
Tendere iter pennis: talis sese halitus atris
Faucibus effundens supera ad conuexa ferebat.
Vnde locum Graij dixerunt nomine Auernum.
Quattuor hic primùm nigranteis terga iuuencos
Constituit, frontiq. inuergit vina sacerdos:
Et summas carpens media inter cornua setas,
Ignibus imponit sacris libamina prima:
Voce vocans Hecaten, cœloq. Ereboq. potentem.
Supponunt alij cultros, tepidumq. cruorem

vocant, apud [illegible]
LANTE[illegible]
cipium pro [illegible]
Plurimus A[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Succipiant pateris: ipse atri [illegible]
[illegible] matri [illegible]
Ense ferit, [illegible] vaccam.
Tum Stygio regi [illegible]

[illegible] possent volare: et, Tollunt se celeres, [illegible] le. A[illegible] [illegible] sacerdos. In Quarto est: Me [illegible] fundere, est supina manu [illegible] facta: Vergere autem est, conuersa [illegible] manu, ita fundere, vt patera conuertatur: [illegible] autem pertinent ad victimarum ex [illegible] fuerint, apte probentur. VOCE vo[illegible] [illegible] verbo: sed quibusdam mysticis sonis. [illegible] bantur. quod aperte Lucanus expres[illegible] [illegible] lle canum gemitusq; luporum: [illegible] q; feræ, quod sibilat anguis. Ex[illegible] [illegible] fractæq; tonitrua nubis: Tot re[illegible] [illegible] CŒLO QVE Ereboq; potentē.] [illegible] Hecaten, vt plenum numen ostenderet. SV[illegible] [illegible] Id est, victimas cædunt. Est aūt ver[illegible] [illegible] mali ominis verba vitantur. hinc est, [illegible] ur, quod magis augere significat. Stat [illegible] uuenis. Dicimus autem, hic Culter, tri[illegible] [illegible] est: hoc Cultellum, penitùs Lati[illegible] [illegible] SVCCIPIVNT.] Antiquum est. modò Sus[illegible] [illegible] Succepitq; ignem folijs. MA[illegible] [illegible] Id est, nocti vt, Hunc mihi da pro[illegible] [illegible] laborem. Et Eumenides dicun[illegible] [illegible] eùm sint immites: ἀπὸ τῶ ἀμφῶς. MA[illegible] [illegible] Id est, terræ. nam (vt supra diximus) [illegible] est nox, nisi vmbra terrarum. ENSE ferit.] Vt [illegible] vmbras haberet cōsecratum. hinc est, quòd ei dicit [illegible] Tu[illegible] inuade viam, vaginàque eripe ferrum. [illegible] Strictamq; aciem venientibus offert. Hoc etiam [illegible] dicit: [illegible] [illegible]. STERILEMQVE tibi Proserpina vaccam.] [illegible] congruam, nunquam enitenti. NOCTVRNAS aras.] Quæ tota nocte arderent. Inchoat autem, perficit. & est ver[illegible] [illegible] sacrorum.

LACV nigro.] id est, Cocyto. Poëtæ Auernū Cocytum [illegible] Silius de eodem specu sic ait libro 13. Tùm quà se [illegible] mùm ruptà tellure recludit Inuisum cœlo specus, [illegible] eructat acerbam Cocyti, laxo suspirans ore pa[illegible] [illegible] m. & alibi: Hortatur vicina palus, vbi signat A[illegible] [illegible] Squallentem introitum stagnans Acherusius [illegible] De introitu ad inferos, sic Lucretius libro 6. loqui[illegible] Principiò quod Auerna vocantur, nomen id ab [illegible] positum est: quia sunt auibus contraria cun[illegible] E regione ea quod loca cum venère volantes, [illegible] oblitæ pinnarum vela remittunt, Præcipi[illegible] [illegible] sunt molli ceruice profusæ In terram, si for[illegible] [illegible] fert natura. locusq;: Aut in aquam, si fortè la[illegible] [illegible] tractus Auerni. Is locus est Cannas apud. [illegible] vllæ. [illegible] euaporationis crassitie nulla hic auis volare [illegible] & ideò cadit. aut tantus est fœtor vaporis, qui ex lacu [illegible] aues in ipso aere exanimet: & ideo cadit. Auernus [illegible], id est, auibus contrarius. FRONTI.] [illegible] media cornua. HECATEN.] vel nomine cā ap[illegible] [illegible] quodā ritu vocans, secūdùm varias potesta[illegible] [illegible] CIPIVNT.] Antiquū verbū est: vt, Succepitq; [illegible] MATRI Eumenidū.] Nox est mater Eume[illegible]

[illegible] nidum: Noctis soror, Terra. AGNAM.] Circe in 10. Homeri libro, Vlyssi sic loquitur: Nigrā mactabis agnam, [illegible] VACCAM.] Antiqui Plutoni mactabant taurum, & Proserpinæ iuuencam, quam nunc appellat sterilem vaccam, [illegible] vel ab ætate, in quā non est fas pati [illegible] casta pro sacris Proserpinæ. Silius lib. [illegible] Ordine [illegible] pecudes iubet, acer operto Ante omnes taurus regi, tum proxima diuæ Cædi[illegible]tur Ætneæ castà ceruice iuuenca. NOCTVRNAS.] inferis dicatas. INCHOAT.] id est, initiat, perficit: vel quod hæc sacra per noctem fiebant.

VNDE locum Graij dixerunt [illegible] Aornū.] In antiq. li. omnib⁹, quotquot habui, Auerni nomen obseruaui. VAR. Lect. DON.

SCRVPEA.] hoc est, saxosa [illegible] asperis: non enim illā ars procurauerat, aut homine [illegible] TVTA lacu nigro, nemorumq; tenebris.] [illegible] semper pa[illegible]tet, ne ad eam cuipiā sit facilis accessus [illegible] habet lacum. ex vndis aūt horribilibus & teter[illegible], & [illegible] tenebris, satis fuerat occulta. QVAM super [illegible] poterant impunè volantes Tendere iter [illegible].] Super hanc nullæ volucres poterant sine [illegible] enim morie[illegible]bantur. Dicit causam: TALIS sese halitus atris Faucibus effundens supera ad conuexa ferebat: Vnde locum Graij dixerunt nomine Aornon.] Quantummo[illegible]menti auibus fuerat necessarium, vt transire incolumes possent: si tanta vis exhalabat ex illis faucibus, vt illic punctu temporis etiam citi volatus superarentur: nec illas iuuabat, si peterent altum. ad cœlum enim vsq; perueniebat, quicquid lacus teter, & hiatus speluncæ ructabat. QVATTVOR hic primum nigrantes terga iuuencos Cōstituit, frontiq; inuergit vina sacerdos: Et summas carpens media inter cornua setas, Ignibus imponit sacris libamina prima, Voce vocans Hecaten, cœloq; hereboq; potentem.] Contra detestandos speluncæ ipsius hiatus, [illegible] Sibylla sacri[illegible]ficiorum remedia procurabat. Si enim aues, volantes per altitudinem cœli, citæ transire non poterant: quid homo efficeret, per ipsas fauces, & lacū teterrimū transiturus, tardo [illegible] gressu, super tenebras & loca incognita? Quatuor ergo iuuencos admouit nigros: & numerū, & colorem, intelligere debemus, ad ritum pertinuisse sacrorum. Frontiq; inuergit vina sacerdos: & tollit setas, ex his quas inter cornua habebant: & ignibus sacris imponit. Hoc quoq; intelligere debemus factum, ratione sacrificandi. Hæc erant prima libamina. SVPPONVNT alij cultros.] Hoc est, boues decidunt. TEPIDVMQ. cruorem Suscipiunt pateris.] Ne consecratus sanguis funderetur in terram, hunc pateris suscipiebant. IPSE atri velleris agnam Æneas matri Eumenidum magnæq; sorori Ense ferit, sterilemque tibi Proserpina vaccam.] Aeneam, quòd esset deorū cultor, non latebat, quid etiam ipse iuxta deos inferos deberet efficere. Denique agna mactauit nigri velleris, & sterilem vaccam. Totum enim nigrum deputatur inferis, & sterile animal: quod dicitur ideò infecundum mactari, quòd ab inferis nihil possit exoriri. ATRI velleris agnam.] Quatuor simul voluit demonstrare: colorem, genus animalis, cum primo vellere, mactatum. sic in duodecimo ait: Intonsamq; bidentem Attulit, admouitque pecus flagrantibus aris. vt ostenderet, tale animal [illegible] sacrificijs esse necessarium, quod primam lanam gestet: ac per hoc nunquam sit attonsum, & [illegible] rebus immune.

[illegible] DA imponit tau[illegible] [illegible] flammis.] [illegible] sed carnes: nā [illegible] quicquid inter [illegible] est. vnde etiam [illegible] conuiuium

Et solida imponit taurorum viscera flammis,
Pingue superq; oleum fundens ardentibus extis.
Ecce autem primi sub lumina Solis & ortus,
Sub pedibus mugire solum, & iuga cœpta moueri
Syluarum, visæq; canes vlulare per vmbram,
Aduentante deā. Procul, ò procul este, profani,

de [illegible] supra [illegible] hoc [illegible] quod [illegible] [illegible] quam [illegible]

(Conclamat vates) totoq́ absistite luco.
Tuq́ inuade viam, vaginâq́ eripe ferrum.
Nunc animis opus Ænea, nunc pectore firmo.
Tantum effata, furens antro se immisit aperto.
Ille ducem haud timidis vadẽtem passibus æquat.
Dj, quibus imperiũ est animarũ, vmbræq́ silẽtes,
Et chaos, & Phlegethon, loca nocte silentia latè,
Sit mihi fas audita loqui: sit numine vestro
Pandere res, altâ terrâ & caligine mersas.
Ibant obscuri solâ sub nocte per vmbras
Perq́ domos Ditis vacuas, & inania regna.
Quale per incertam lunam sub luce malignâ
Est iter in sylvis; vbi cœlum condidit vmbrâ

ipsa reddebantur. vnde infert: Fundens ardentibus extis. *Quanquam alij pro parte totum volunt, vt per* Exta *totũ animal intelligatur.* PRIMI sub lumina Solis & ortus.] *Atqui hæc sacra per noctem fiebant. sed locutus est secundùm Romanum ritum, quo dies creditur à medio noctis incipere. Illo autem loco, quo dicit,* Nox ruit Ænea: *non venit, sed finitur significat. quanquam alij dicunt, sacra hæc à medio die incipere, & produci vsq́ ad mediam noctem. Quod si est.* Nox ruit, *potest* Venit *significare.* VISÆQVE canes vlulare.] *Ita numinis ostendebatur aduentus.* Canes *autem, furias dicit Lucanus:* Stygiasq́; canes in luce supernâ Destituam. *sicut enim diximus suprà,* Vlulare *canũ & furiarum est.* ADVENTANTE deâ.] *Ipsâ scil. Proserpinâ.* PROFANI.] *qui non estis initiati. De Callimacho:* ἑκὰς ἑκὰς ἐστὲ βέβηλοι. TOTOQVE absistite luco.] *Hoc est, non tantùm à luco, sed ab omni luci vicinitate discedite. & Aeneæ comites inclamat.* INVADE viam.] *ingredere.* FVRENS.] *deo plena: aut certè similis furenti.* DII, quibus imperiũ est animarũ.] *Plenus locus altâ sapientiâ, de quâ variè disserunt philosophi. Nam dicunt, per alios animas ad inferos duci: vt,* Hac animas ille euocat Orco Pallentes, alias sub tartara tristia mittit. *Item per alios transferri: vt,* Nauita sed tristis: *Per alios purgari: vt,* Aliæ panduntur inanes Suspensæ ad ventos. *Per alios verò ad summa reuocari: vt,* Lethæum ad fluuium Deus euocat agmine magno. *Sciens enim, de deorum imperio varias esse opiniones, prudentissimè tenuit generalitatem. ex maiore autem parte Sironem Epicureum, magistrum suum, sequitur. Huius autem sectæ homines nouimus superficiem rerum tractare; nunquam altiora disquirere.* VMBRÆQVE silentes.] *Secreta inferorum semper silentia. nam hominum vmbræ loquuntur. hinc est:* Quæ sacra silentia norunt. *Inuocat autem summum bonum: quod in silentio constare, manifestum est.* ET Chaos.] *Elementorum confusio. Inuocat etiam rerum primordia, quæ in elementorum fuerant confusione.* ET Phlegeton.] *Phlegetonta, fluuium inferorum, ignem significat, nam* φλὸξ *græcè latinè ignis est: vnde, secundùm Heracletum, cuncta procreantur. Et reuerâ sine calore nil nascitur: adeò vt de Septentrione dicat;* Sterili nõ quicquam frigore gignit: LOCA nocte silentia latè.] *Aut hoc est, quod suprà ait;* Vmbræq́; silentes. *aut vult ostendere, esse partem mundi, in quâ perpetuæ sint tenebræ. Cùm enim probatum sit, quod legimus,* Et minimâ contentos nocte Britannos: *sphæræ exigit ratio, vt è contrario sit regio noctibus vacans.* SIT mihi fas audita loqui.] *De altâ dicturus prudentiâ, miscet poëticam licentiam.* SIT numine vestro.] *concedatur à vestro numine.* ALTA terrâ & caligine mersas.] *Bene iunxit. ex terris enim caligo procreatur, id est, vmbra obscurior.* OBSCVRI sub solâ nocte.] *Aut* ὑπαλλαγή *est; sub obscurâ nocte soli ibant: aut, sub solâ nocte, id est, vbi nihil aliud est præter noctem.* DOMOS vacuas.] *nostri mundi comparatione. Simulachra enim illic quæ sunt, inania esse, nõ dubium est.* INANIA regna.] *inanium: per quod ostenduntur vacua.* INCEPTAM.] *Alij* Incertam *legunt. illuc tamen recurrit. nam* Incertam, *incipientem, id est, minorem, significat.* LVCE malignâ.] *Id est, obscura. nam propriè Malignum est angustum: vt,* Aditusque maligni, *id est, minores & obscuri. Sanè sciendum, Lunæ, licèt minoris, commemoratione, ostendere eum voluisse, fuisse illic aliquid lucis. nam aliter omnia, quæ dicturus est, videre non poterat.* VBI.] *Quando. nam non est loci, sed temporis.*

IMMVGIRE.] *euocante sacerdote. Sil.* Immugit tellus, rumpitq́; horrenda per vmbras Sibila. CANES.] *pro furijs.* PROPHANI.] *qui nõ sunt initiati.* TVQVE inuade.] *Circe apud Homerum, Vlissem ita monet: Tu interea euaginato ferro vmbras appropinquare sanguini nõ permittas. Silius:* Eductumq́; tenet vaginâ interritus ensem. A POM. Sabi.

FVRENS.] *immanis, vel furenti similis.* DII quibus.] *Inuocatio poëtæ ad deos inferorũ.* LOCA tacentia.] *æternũ apud inferos silentiũ. Alexander dicit, silentia loca inferorum, non quòd illic strepitus & gemitus nõ sit, sed tenebrosa. translatio est à tenebris nocturnis, quando silent omnia: quia id tempus est quietis.* CALIGINE.] *Caligo ex terrâ oritur, & nox est. Val. Flac. lib. 4.* Est procul ad Stygiæ deuexa silentia noctis Cimmeriæ domus, & superis incognita tellus, Cæruleo tenebrosa situ, quo flãmea nũquã Sol iuga, sidereos nec mittit Iuppiter annos: Stant cæcæ frondes, immotaq́; sylua comanti Horret verna iugo, specus vmbrarumq́; meatus Subtus, & Oceani præceps fragor, aruaq́ nigro Vasta metu, & subitæ post longa silentia voces. SVB nocte.] *Infernus sub terrâ est, adeò demissus, vt subeat Oceanum.* INCERTAM.] *Id est, primam. cùm luna incipit lucescere, incerta est: in sylvis, maiores vmbras explicat.* B

PINGVE superq́ oleũ fundens] *In antiq. aliq. exemplar.* Pingue oleũ, *habetur, absq́ particula* Superq́. VISÆQ. canes vlulare per vmbrã.] *In lib. aliquot antiquis,* Visi, *virili genere legitur.* PANDERE res altâ terrâ & caligine mersas.] *In lib. aliquot antiq. legere est,* Res altas terrâ & caligine mersas. IBANT obscuri solâ sub nocte per vmbras.] *In libris quibusdam antiquis ita legitur,* Ibant obscurâ soli sub nocte. *Est &* Per vmbrã, *vnitatis numero, in pluribus exemplar.* QVALE per incertã lunã.] *Antiqui lib. nonnulli, cum Mediceo,* Inceptam *legunt.* VAR. Lect.

Refectum verò dæmonicum corpus coit rursum, recreaturq́; aëris modo aut aquæ. Et id quidem celeritate incredibili. Interim tamen dolet insigniter, dum peragitur dissectio, quo fit, vt ferri aciem reformident vehementq́, quantum possint maximè. Propterea qui exagitare dæmones moliuntur, enses de tela studiosè prætendunt. Ex quâ veterũ, & quidem Platonicorum doctrinâ, Platonicus ipse poëta, Aeneidos sexto, ita scribit: CAEL Rhod. C

— *procul, ô, procul este profani;*
Conclamat vates; totoq́ absistite luco,
Tuq́ inuade viam, vaginâq́ eripe ferrum.

Eum verò locum quàm aptè excusserint interpretes, indicabunt volentes. Nam satis habuit Seruius dicere, voluisse Aeneam habere contra vmbras ensem consecratum.

TVM Stygio regi nocturnas inchoat aras, Et solida imponit taurorũ viscera flãmis.] *Ipsi regi inferorũ nocturna sacrificia instituit exhiberi. nã etiã hoc tempus, quod tenebrosũ est, inferis cõuenit. Quòd aũt solida taurorũ corpora imposuit: aut obsequij pleni fuit, aut moris, aliquâ sacrorũ lege definitâ. Oleũ verò nõ dubitatur idcircò infusũ; vt arit imposita faciliùs exureretur. Omnis verò ista descriptio ostendit, quã morte, vel quibus, aut qualib9, & quãtis animalibus casis, inferorũ numinũ fauor possit acquiri.* ECCE aũt.] *Vbicunq́ ponitur* Ecce aũt, *aliquid necesse est sequi, quod metũ afferat, vel admiratione.* PRIMI sub lumina solis.] *Ne incertũ esset, quid significaret,* Sub lumina Solis; *addidit* ort9: *vt apertâ significatione horæ vel tẽporis demonstraret. Potest enim esse lumen Solis, etiã horis alijs, quibus dicitur dies.* SVB pedibus mugire solũ.] *Mugire cœperat subiecta pedibus terra.* DON

ET iuga

Digitized by Google

A ET iuga cœpta moueri Syluarum, viſæq; canes vlulare per vmbram.] *Hæc fiebant per vmbram; propè tamen ſub Solis exortum. Exſiſtebant, inquit, miracula omnia, quum deæ Triuiæ propè videretur aduentus. Mouebantur & iuga ſyluarum: mugitus ſub pedibus exortus hominum aures tangebat & mentem: canes per vmbram vlulatus dabant.* Per vmbram, *ad omnia pertinet, quæ deſcripſit; licèt ſemel ſit poſitum. His animaduerſis, Sibylla intellexit, ipſam venire inferorum principem, & ſic loquuta eſt.* ADVENTANTE deâ: Procul, ô procul eſte profani! Conclamat vates.] *Quid ſibi velit duplicatio dicti, euidentiùs demonſtrat, dicendo:* TOTOQVE abſiſtite luco.] *Quoniam aduentus deæ nullius profani præſentiam patitur. Diſcedite, inquit, alieni, non paululùm; ſed ita, vt lucum ipſum penitùs deſeratis. Hoc ait vates, & hoc clarâ voce nuntiat.* Conclamat vates, *ex perſonâ poëtæ dictum eſt: reliqua ex ore Sibyllæ proceſſerunt.* TVQVE inuade viam, vaginâque eripe ferrum. Nûc animis opus, Ænea, nunc pectore firmo.] *Tu, inquit, Aenea, viam audaciùs inuade; educ vaginâ gladium: animum præpara, & eſto firmiſſimo pectore.* TANTVM effata, furens antro ſe immiſit aperto.]
B *Cùm hæc Aeneæ dixiſſet, antrum, quod ſemper patebat, ingreſſa eſt, furens cum omni properatione.* ILLE ducem haud timidè vadentê paſſibus æquat.] *Illa prior pergebat, quæ numine fuerat plena, & eundi fiduciam gerebat. Aeneas verò, ipſius ſocietate confiſus, ibat, non minore greſſu, quàm Sibylla. Magnâ conſtantiâ Aeneæ fuiſſe oſtêdit, dicendo,* Vadentem paſſibus æquat. *haud timidè: nam qui confidens præcedentem ſequitur, ſinè dubio poſterior ambulat, veſtigia demonſtrantis obſeruans: & qui trepidus vadit, fit metus cauſâ tardior. Aeneas autem tantâ animi fiduciâ tenebatur; vt Sibyllæ paſſibus ſuos greſſus æquaret.* DII, quibus imperium eſt animarum, vmbræq; ſilentes, Et Chaos, & Phlegethon, loca nocte ſilentia latè: Sit mihi fas audita loqui! ſit numine veſtro Pandere res altâ terrâ & caligine merſas!] *Dicturus poëta, quales eſſe ſedes infernæ aſſerentur, & quæ illic iuxta animas gerantur: vt, multa deſcripturus incognita viuentibus, ne temerarius indicaretur, veniam à dijs inferis poſtulabat; aſſerens, non ſe autore, ſed alijs proferentibus, ſcripta vel dicta narraturum. Poſſet enim in vtroq; reprehendi: quod viuus incognita viuis pro veris aſſereret: aut præceps, ſi effunderet vera, quæ occulta eſſe debuerant, nec in vulgus exire. Proinde ait: Veniam peto à dijs, quibus imperium eſt animarum: vt mihi impunè liceat audita narrare.* IBANT obſcuri ſolâ ſub nocte per vmbram, Perque domos Ditis vacuas, & inania regna.] *Per vmbras ire, per ſolam noctem, quàm impoſſibile eſt! ſola enim nox eſt, cui lux nulla ſuccedit; ac per hoc perpetua. Idcirco aliquam poſſibilitatis inducit ſimilitudinem.* QVALE, *inquit,* per incertam lunam.] *Hoc eſt, in ipſis initijs poſitam, aut ſub nubilo conſtitutam.* SVB luce magnâ.] *Non clarâ, & non plenâ; & quæ ſecuros inuideat greſſus. Addidit aliud:* EST iter in ſyluis.] *Vt ipſam malam lucem maximâ ex parte ſyluarum denſitas radiat. Ecce quiddam luminis dixit in illis tenebris fuiſſe; non tamen plenum. Ibant ergo per loca vacua & inania: quia nec quod videretur fuit, nec cui poſſit occurri.*

NVNC animo opus, Ænea, nunc pectore firmo.] *Hunc verſum occinemus, aggreſſuro negotium, in quo ſit animo opus atq; audaciâ.*

Iuppiter, & rebus nox abſtulit atra colorem.
Veſtibulum ante ipſum, primiſq; in faucibꝰ Orci,
Luctus, & vltrices poſuêre cubilia curæ:
Pallenteſque habitant morbi, triſtiſque ſenectus,
Et metus, & maleſuada fames, ac turpis egeſtas:
Terribiles viſu formæ, lethumq; laborq;:
Tum conſanguineus lethi ſopor; & mala mentis
Gaudia, mortiferumq; aduerſo in limine bellum;
Ferreiq; Eumenidum thalami; & diſcordia demês,
Vipereum crinem vittis innexa cruentis.
In medio ramos annoſaq; brachia pandit
Vlmus opaca, ingens: quam ſedem ſomnia vulgò
Vana tenere ferunt, folijſq; ſub omnibus hærent.
Multaq; præterea variarum monſtra ferarum:

NOX abſtulit atra colorem.] *Hoc & videmus, & tractatur ab Epicureis, rebus tollere noctem colorum varietatem. vnde & apud inferos omnia nigra eſſe dicuntur. Côtra hos Academici in vno repugnant: nam ſquamæ piſciû per noctem lucent.* VESTIBVLVM.] *Vt Varro dicit, etymologiæ non habet pro-*
C *prietatem; ſed fit pro captu ingenij. nam Veſtibulum, vt ſuprà diximus, dictû ab eo, quòd ianuam veſtiat. Alij dicunt à Veſtâ dictum, per imitationem. nam Veſtæ limen conſecratum eſt. Alij dicunt ab eo, quòd nullus illîc ſtet: in limine enim ſolus eſt tranſitus. Sed quomodo Veſanus dicitur, non ſanus: ſic Veſtibulum quaſi non ſtabulum.* FAVCIBVS Orci.] *Deû poſuit pro loco: vt Iouem dicimus, & ætherem ſignificamus. Horatius:* Manet ſub Ioue frigido Venator. *Orcum autem, Plutonem dicit. nec enim per Charonta poſſumus intelligere inferos deos: quia minor poteſtas pro imperio nunquã ponitur; ſed illa quæ tenet imperium. Ergo alter eſt Charon: nam Orcus eſt Pluto. vt in Verrinis Cicero, dicens:* Vt alter Orcus veniſſe Ennam: & non Proſerpinam, ſed ipſam Cererem rapuiſſe videatur. *Alibi ait:* Quia Ditem patrem emerſiſſe ab inferis putant. *Dicimus autem & hic Dis, & hic Ditis.* LVCTVS. & vltrices puoſuêre curæ.] *Ea dicit eſſe in aditu inferorum, quæ vicina ſunt morti; aut quæ poſt mortem creantur. Dicit & quæ in morte ſunt, vt pallorem: luctus enim poſt mortem eſt.* VLTRICES curæ] *conſcientiæ, quæ puniunt ſemper nocentes. vt dicit Iuuenalis:* Quos diri conſcia facti Mens habet attonitos, & ſurdo verbere cædit, Occultum quatiente animum tortore flagello. TRISTIS.] *ſeuera, quæ gignit ſeueritatem. Cicero:* Iudex triſtis & integer. TVM conſanguineus lethi ſopor.] *Secundùm Homerum, qui ait:* ἔνθ' ὕπνῳ ξύμβλητο κασιγνήτῳ θανάτοιο. *Et* Côſanguineus, *ſimilis: iuxta illud,* Dulcis & alta quies, placidæque ſimillima morti. TVRPIS egeſtas.] *Quæ turpes facit. & quaſi harum rerum imagines facit, quas dicit eſſe apud inferos: ideo, quia in quem iſta concurrunt, fit mortalis neceſſe eſt. Vnde Deos immortaleis dicunt: quia iſta non ſentiunt, quibus mors creatur.*

TERRIBILES viſu formæ.] *Omnes ſcilicet, quas ſuprà dixit.* MALA mentis Gaudia.] *Generaliter omnium ſcelerum dicit: at ſi diceret Malæ mentis gaudia, vt, cùm malè fecerunt, gaudeant.* MORTIFERVMQ. aduerſo in limine bellum.] *Mirè, cùm omnia in veſtibulo, bellum verò in limine ipſo poſuit: quoniam nulla maior eſt mortis cauſa, quàm bellum. Et eſt familiare epitheton.* EVMENIDVM thalami.] *Furiæ nunquam nupſerunt. vnde* Thalamos *accipimus loca in quibus natæ ſunt. Alij* Thâlamos *dicunt, qui facti ſunt authoribus furijs. ſed non procedit; quia ait:* Terribiles viſu formæ. *Et vt non videatur eſſe contrarium: quia pòſt furias alibi dicit eſſe. nam poſſunt hìc natæ eſſe, & alibi manere; & alibi officium exercere pœnarum.* VITTIS innexa] *vt,* ſciſſa comam: *&,* Oculos ſuffuſa. IN medio] *Aut veſtibulo: aut abſolutum eſt. & intelligimus hanc eſſe eburneam portam, per quam exiturus eſt. quæ res, hæc omnia indicat eſſe ſimulata, ſi & ingreſſus & exitus falſus eſt & ſimulatus.* VLMVS opaca, ingens.] *Diſtinguenda ſunt iſta, propter duo epitheta.* Pandit *autem, non aperit, ſed expandit. Et quidam,* Pandit, *volunt ab eo, quod eſt aperit, venire: nam, quod apertum, eſt latiùs diffuſum. Hinc eſt,* Patulæ recubans ſub tegmine fagi. VVLGÒ.] *paſſim, cæterum*

uatim. VANA ferre.] vtrùm habens an quæ ex his vana sunt. Et duo somniorum genera putantur: vnum de cœlo: vt, Visa dehinc cœlo facies delapsa parentis Anchisæ: quod est verum. Aliud ab inferis: quod est vanum. FOLIIS-QVE sub omnibus.] Qui de somnijs scripserunt, dicunt; quo tempore folia de arboribus cadũt, vana esse somnia. quod per transitum tetigit. Vana autẽ ideò: quia ab inferis. nam vana superi non mittunt. Homer. καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν.

POM. Sabi. COLOREM.] nox aufert omnem colorem. VESTIBVLVM. ante ipsum.] Silius lib. 13. Luctus edax, maciesq; malis comes addita morbis, Et mœror pastus fletu, & sinè sanguine pallor, Curæq;, insidiæq;, atq; hinc queribunda senectus. Hinc angens vtrâq; manu sua guttura liuor, Et deforme malum, ac sceleri procliuis egestas: Errorq; infido gressu, & discordia gaudens Permiscere fretum cœlo: sed & ostia Ditis Centenis solitus Briareus recludere palmis: Et sphynx virgineos rictus infecta cruore, Scyllaq; centauriq; truces, vmbræq; Gigantum. VLMVS.] quia vlmus multos parit flores; fructus nullos. Silius taxum dicit: Dextera vasta comas, nemorosaque brachia fundit Taxus, Cocyti riguâ frondosior vndâ. Hîc diræ volucres, pastusq; cadauere vultur, Et multus bubo, ac sparsis strix sanguine pennis, Harpyiæq; fouent nidos, atque omnibus hærent Condensæ folijs, sæuit stridoribus arbor. SOMNIA.] Intelligit, omnia somnia vana esse.

VAR. Lect. PRIMI'SQ. in faucibus Orci.] In libr. plerisq; sanè quàm veter. non inuenustè legitur, Primis in faucibus, absq; copulatiuâ particulâ: sed ea inserta, versum reddit canorũ magis. MALESVADA fames, & turpis egestas.] In Rom. lib. in Mediceo, ac plerisq; alijs antiq. Ac turpis habetur.

CAEL. Rhod. Cæterùm libet parte hac cum veteribus Theologiæ studiosis confabulari, qui & ipsi super ijs aliqua sibi prodenda censuêre. Adeunda verò præcipuè Platonis arcana, in quibus stupenda sæpe deprehendas. Animum intemperatum, dum etiamnum agit in corpore, talem esse veteres sanciunt, vt consopitam in eo rationem intelligant, vel affectui prorsum mancipatam: vnde ineluibilis ad corporea vergens concipiatur habitus, qui in naturam euadat quodammodò. Proinde hunc graphicè appingens Orpheus, ita canit:

Ἄρρηκτοι τ' ἀΐδαο πύλαι, δῆμος ὀνείρων.

Frangi nequeunt Plutonis portæ: intùs agit populus somniorum. De animo ita affecto, grauissima est, ex septimo de Repub. Platonis, sententia: Dormire illum in hac vitâ, & quidem profundiùs; ac priusquàm omnino expergefiat, demigrare. Post obitum verò, etiámnum altissimo premi sopore. Quin & insomniorum absurdissimâ exterreri specie: quam rem sub Tartari nomine intelligi voluit. Philosophi verò sententiam, aptissimè Platonicus poëta, inuolucro quàmvis obscuriore, Aeneidos sexto expressit; cùm inferorum vestibulum ac ingressum primum describens, ita canit:

In medio ramos, annosaq; brachia pandit
Vlmus opaca, ingens: quam sedem somnia vulgò
Vana tenere ferunt, folijsq; sub omnibus hærent.

DON. VESTIBVLVM ante ipsum, primusq; in faucibus Orci Luctus, & vltrices posuêre cubilia curæ, Pallentesque habitant morbi, tristisque senectus, Et metus, & malesuada fames, & turpis egestas, (Terribiles visu formæ) lethumq; laborq;: Tum consanguineus lethi sopor, ac mala mentis Gaudia, mortiferumq; aduerso in limine bellum, Ferreiq; Eumenidum thalami: & discordia demens Vipereum crinem vittis innexa cruentis.] Feralem Ditis domum ecce quale obseruabat officium in primo vestibulo: illic enim fuerant omnia, quæ cruciant viuos, aut defunctos afficiunt. Hæc specialiter enumerata sunt, & aliqua cum suis epithetis posita. Luctus primò, quorũ sordidus & miserabilis cultus est. Curæ, quæ, quæcunq; possident, torquent. POSVERE cubilia.] significauit eas à vestibulo non diuelli. PALLENTES morbi.] omnes enim morbi pallorem inferũt ægris, quos corripuerint. TRISTIS senectus.] vel quòd rugis contrahat eorum vultus, qui vixerint diu: vel quod morti proximos faciat. Et Metus, quo excruciantur homines, qui ex aliqua conscientiâ aliquam metuunt pœnam. FAMES malesuada.] famem, non solùm egestatem victus debemus accipere, quæ inopiæ causâ suggerit detestanda cõsilia: sed illam quoque, quæ neminem, nunquenq; etiam locupletem ducit, vt aliena rapiat, aut ... ter inuadat: ipso docente Vergilio, qui ait; Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Ac egestas, quoniã defectus substãtiæ familiaris, deformes facit macie ... corporis cultu. Terribiles visu formę: etiã solo aspectu terrorẽ incutiẽtes. LETHVM, & labor.] mors enim & labor odiosa sunt. nec enim appetũtur à quoquã; sed ingerũtur inuitis. TVM cõsanguineus lethi sopor.] quoniã somnus & mors propè vnius sunt generis. nã qui dormit, perinde facit ac mortuus. Hoc solo distat, quòd recedẽs somnus reddit hominem vitæ: mors autem irreparabilem tenet, quem fortè possederit. MALA mentis gaudia.] hæc sunt, quæ in scelera homines ducunt. adulter quippe, latro, homicida, quum lucra & voluptatem de sceleribus capiunt, sic in mala gaudia perducuntur. Indè autem mala sunt eiusmodi gaudia: quia, si apud superos inulta fuerint, apud inferos puniuntur. Quid igitur opus est, hoc gaudiorum genus malâ mente sectari; si hæc quolibet loco & tempore grauissima pœna consequitur? MORTIFERVM bellum.] nullũ est enim bellũ, quod esse sinè funeribus possit. FERREI Eumenidũ thalami.] duri, ijdem immites. ET discordia demens.] demẽtes enim facit, quos fortè ceperit. Non possunt quidem esse integro statu mentis, qui fuerint discordiâ emergẽte inflãmati. Dicit eius ornatũ, vt ex eo appareat, vel qualis ipsa sit, vel quales efficiat. VIPEREVM, inquit, crinẽ vittis innexa cruentis.] ad vicẽ crinis, serpentibus circumdatũ habuit caput; vittis quoq; cruentis innexũ. IN medio ramos, annosaq; brachia pãdit Vlmus opaca, ingẽs.] Transijt à descriptione vestibuli; & venit ad interiorẽ partem, quæ non esset sub tecto. Fuit illic, inquit, vlmi arbor annosa: perinde, inquit, ingens, ingentibus ramis effusa, & opaca frondibus. Bene posuit annosam, & ingentẽ: sunt enim arbores, non tamen ingentes, nec opacæ, nec ornatæ frondibus. In hac autem & antiquitas apparebat; & ramorũ & frondiũ opacitas antiquitati respõdens. QVAM sedẽ somnia vulgò Vana tenere ferunt.] Hîc, ait, dicuntur esse vana somnia. Hic vult esse errores, qui pro necessarijs inaniter occurrũt dormientibus. Rectè dixit, Ferunt: quia suprà ait; Sit mihi fas audita loqui. nec debuit author esse in incertis. FOLII'SQ. sub omnibus hærent.] Ipsa scilicet somnia. MVLTA'QVE præterea variarũ monstra ferarũ.] Quæ sint multa monstra, vel quæ ferarum varietas, è generalitate ad speciem transiens dicit.

A

B

C

Centauri in foribus stabulant, Scyllæq; biformes,
Et centumgeminus Briareus, ac bellua Lernæ
Horrendum stridens flammisq; armata Chimæra,
Gorgones, Harpyiæque, & forma tricorporis vmbræ.
Corripit hîc subitâ trepidus formidine ferrum
Æneas, strictamq; aciem venientibus offert.
Et, ni docta comes tenueis sinè corpore vitas

SER. CENTAVRI in foribus stabulant.] Bene in foribus: quia ea, quæ contra naturam possunt creari, statim pereunt. Stabulant autem, habitant. & vsurpatiuè dixit, vt populat, luctat: nam Stabulor dicimus. Et bene allusit: quia ex parte equi sunt. Centauri autẽ, Ixionis & Nubis filij sunt. Ixion enim amatam Iunonem de stupro interpellauit. Illa confessa Ioui est; & ex eius voluntate, Nubem in suam formam conuersam obtulit. vnde feruntur ... Cen-

Admoneat volitare cauâ sub imagine formæ,
Irruat, & frustra ferro diuerberet vmbras.
Hinc via Tartarei quæ fert Acherontis ad vndas.
Turbidus hîc cœno, vastâq; voragine gurges
Æstuat, atq; omnem Cocyto eructat arenam.
Portitor has horrendus aquas & flumina seruat
Terribili squallore, Charon: cui plurima mento
Canicies inculta iacet: stant lumina flammâ:

A [illegible] SCYLLÆ Q. [illegible] *Scylla,* [illegible] *in* [illegible] *conuersa est. secundum* [illegible] *Ergo etiam* [illegible] *hæc* [illegible] *autem* [illegible] *vel li.* [illegible] *pluralem numerū pro singulari positum* [illegible] *conuersa est, & nihil terroris habet. Ha.* [illegible] *fabula in Bucolicis plenius narratæ sunt.* CEN[TVMGE]MINVS Briareus.] *Centies duplex. secundùm* [illegible] *ipse etiam dictus est Aegæon: qui, vt nonnulli tra.* [illegible] *aduersùs Gigantes bella gessit: vt verò alij affir*[mant] *contra Deos pugnauit eo maximè tempore, quo inter* [illegible] *Saturnum de cælesti regno certamen fuit. vnde eum* [illegible] *ad inferos tradunt esse trusum. Alij dicunt, cùm* [illegible] *Minerua, & Neptunus, cæteriq; dij, Iouem ligare vel*[lent] [illegible] *Briareum adhibitum, Iouem vinculis exemisse.* [Bell]ua Lernæ.] *Hydram dicit, serpentem immanis ma*[gnitu]*dinis quæ fuit in Lernā, Argiuorum palude: sed Latinè* [illegible] *dicitur. quòd vno cæso, tria capita excrescebant.* [C]*um sæpe amputata triplarentur, summoto ab Hercule in*[cendio] *consumpta narratur: cuius felle Hercules sagittas suas tinxisse dicitur. Sed constat, Hydram locum fuisse,* [illegible] *aquas, vastantes vicinam ciuitatem: in quo vno* [illegible] *clauso, multi erumpebant. Quod Hercules videns, loca* [illegible] *: quibus siccis aquæ clausit meatus. Nam Hydra ab* [illegible] *dicta est, id est,* ἀπὸ τοῦ ὕδατος. *Potuisse autem hoc fieri,* [illegible] *locus, vbi dicit.* Omne per ignem Excoqui[tur] vitium, atque exsudat inutilis humor. *Et virùm* [illegible] *plena sit: an horrendùm stridens inferiori*[bus] [iun]*gendum sit? Stridere enim, bene Chimeræ datur: quæ & serpentes habet, & flammas.* HORRENDVM stri.dens.] *Pro horrendè: aduerbium qualitatis deriuatum in nomen.* FLAMMISQVE armata Chimæra.] *Titonis & Cheldriæ filia: ore leo; postremis partibus, draco; mediâ,* [capra]*, secundùm fabulas fuit. & maximè Homero dicente,* [πρόσθε] λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα. *Reuerà autem* [mons] *est Lyciæ: cuius hodieq; ardet cacumen, iuxta quod sunt* [leones] *: media autem pars huius, pascua habet, quæ capreis ab.* C [und]*ant: ima verò montis, serpentibus plena sunt. Hunc Belle*[rophon] *habitabilem fecit: vnde Chimæram dicitur occidisse.* GORGONES.] *Hæ Gorgones, Phorci filiæ, tres fuisse di*[cuntur]*, in extremâ Africâ, circa Atlantem montem: quæ o*[mnes] *vnum oculum habebant, quo inuicem vtebantur. quarum nomina hæc fuerunt: Sthenio. Euryale, Medusa. Sed Medu*[sa] *erecta fauore Neptuni, ausa est crines suos Mineruæ capillis præferre. quā re indignata dea, crines, quibus amatori maxi*[mè] *placuerat, in serpentes vertit: eamq; excidi à Perseo fecit luminibus orbatam, fecitq;, vt, quisquis caput eius vidisset, ver*[teretur] *in saxum. Sed Perseus, Iouis & Danaës filius, cùm ad eam occidendam volaret, præ se scutum ferens, speculi can*[dore] *pellucidum, sicut Minerua monstrauerat; in vmbrâ eius vidit caput Gorgonæ, & ita auersus accedens, id amputa*[uit]*. quod cum ad Polydioten regem pertulisset, isq; nega*[ret] *id eius virtute confectum; conspicuum id regi fecit. cu*[ius] *conspectu ille in saxum mutatus est: quod in Seripho in*[sula] *hodieq; ostenditur. Serenus tamen Poëta dicit, Gorgonas puellas fuisse vnius pulchritudinis: quas cùm vidissent adoles*[c]*entes, stupore torpebant. vnde fingitur, quòd si quis eas vidis*[set]*, vertebatur in lapidem. Sanè quidā dicunt, versus alios hos à Poëtâ hoc loco relictos, qui ab eius emendatoribus sublati sint:*

Gorgonis in medio portentum immane Medusæ,
Vipereę circùm ora comæ cui sibila torquent,
Infamesq; rigent oculi, mentoq; sub imo
Serpentū extremis nodantur vincula caudis.

HARPYIÆQVE.] *Aut iam mortuas intellige: aut, secundùm Platonem & alios, simulacra, licèt viuarum, illic fuisse. Nam dicūt, esse omnium rerum ideas quasdam, id est imagines: ad quarū similitudinem procreantur vniuersa. Hinc est, quòd in Statio Amphiaraus Plutoni dicit:* Omnibus finitor rerū, videris mihi verò & sator. *Harum autem simulachra bene apud inferos sunt: quæ esse dicuntur & furiæ.* TRICORPORIS vmbræ.] *Herili & Geryonis.* OFFERT.] *Non ad feriendum, sed ad repellendas vmbras. Vnde & offert dixit. Sacerdos autem ferire prohibet.* TARTAREI quæ fert Acherontis ad vndas.] *Sequitur illud Pythagoricum, dicens, tenuisse eos viam post errorem syluarum, quæ vel ad vitia vel ad virtutes, vt diximus, ducit.* TARTAREI Acherontis.] *Acheronta vult quasi de imo nasci Tartaro: huius æstuaria Stygem creare: de Styge autem nasci Cocyton. & hæc est mithologia. Nam Physiologia hoc habet: Quia, qui caret gaudeo, sine dubio tristis est. Tristitia autem, vicina luctui est: qui procreatur ex morte. Vnde hæc esse apud inferos dicit.* COCYTO eructat arenam.] *In Cocytum: scilicet per Stygem.* HAS horrendus aquas.] *Propter tria flumina.* PORTITOR.] *Propriè, qui portat: abusiuè etiam, qui portatur, portitor dicitur; sicut vector, qui significat vehentem, & qui vehitur Lucanus:* Venia est hæc sola timoris, Vectorem non esse suum. *Sic & Alumnus, & Hospes significant.* TERRIBILI squallore.] *Id est, terribilis squalloris.* CHARON.] κατ' ἀντίφρασιν, *quasi* ἀχαίρων. CANICIES inculta iacet.] *Veteres enim non solùm comam ornabant; sed etiam barbam: vt nonnullis videmus statuas. Ideò dixit,* Inculta mento canicies. STANT] *Horrent. Et est Polysemia, hoc est, multiplicatio sermonum, vt diximus suprà.*

POM. Sabi. CENTAVRI.] *Ixion stupro ausus est tentare Iunonem. Iupiter in formā Iunonis nubem obtulit, cum quā coiuit. indè nati Centauri.* SCYLLÆQ.] *Scylla duæ: altera filia Nisi, conuersa in auem; altera Glauci, conuersa in monstrū marinū.* BRIAREVS] *Aegeon gigas Briareus dicitur, qui centum habet manus.* BELLVA Lernæ] *hydrā, quæ interempta fuit ab Hercule in Lernā palude.* CHIMÆRA.] *mōs est Lyciæ, qui flammas euomit instar Aetnæ. Siculæ Poëtæ finxêre esse monstrum, quod interemit Bellerophon. huius forma: Prima pars leo, media capra, postrema draco.* GORGONES.] *tres, filiæ Phorci, in insulā Oceani Africi: quarum maiorem natu Medusam, interfecit Perseus, Iouis & Danaës filius. Ammonius Serenus scribit: fuisse puellas formosissimas, quæ intuentes mutabant in saxa. Geryones in Erythreā Hispaniæ imperauit: triformis erat, ideò horribilis. eum interemit Hercules.* ACHERONTIS.] *Circe apud Homerum, lib. 10. Vlysii loquitur ita: Tu ad sacram amplamq; inferni descendas domum; vbi inter Acherontem & Phlegeton interluit, & Cocytus, qui ex Stygis aquā manat. Silius:* Tristior his Acheron sanie, crassoq; veneno Æstuat, & gelidam eructans cum murmure arenam. Descendit nigrâ lentus per stagna palude. CHARON.] *dicitur infernalis aër Charon: quia animæ aëriæ sunt. ideo finxêre esse portitorem cum naui, & animas transuehere. & ideò squalere: quia inferni aër squalidus est.*

VAR. Lect. COCYTO eructat arenam.] *In aliquot antiquis libris,* Cocyti *legitur.* TERRIBILI squalore Charon] *In nonnullis omnino veteribus exemplaribus,* Terribilis *habetur, nominandi casu. sed ablatiuo, magis receptum.* STANT lumina flammâ.] *In Romano libro, & aliquot alijs antiquis,* Flammæ *legitur.*

CENTAV-

DON. CENTAVRI in foribus stabulant.] Centauros constant monstra esse. nam partem membrorum habent ab humano corpore venientem, partem ab equorum formâ. Stabulant, dixit, commanent. & rectè habitationem ipsorum stabulum vocitauit: vult enim eos plus cum equis, quàm cum hominibus, membrum habere commune. SCYLLÆQVE biformes.] Et has aiunt monstra esse: vtpote quæ vsq; ad pubem virgines pingantur, & canibus marinis armatæ pro pedibus. ET centumgeminus Briareus.] Gemini dicuntur, duo geminæ formæ, hoc est duplicis. Qualem igitur putamus fuisse Briareum, qui centumgeminus fuit? AC bellua Lernæ.] Lerna, vnus anguis fuisse dicitur, habens multos serpentes in capite. HORRENDVM stridens.] Ipsa magis quàm Chimæra, quam infrà nominauit: serpentibus enim plurimis stridorem emittebat. Fuit ergo monstrum, quæ fuit vltra naturam serpentum FLAMMISQVE armata Chimæra.] Quæ pro armis habuit flammas à contrario: vt ipsis defenderetur, quibus posset absumi. GORGONES.] Hæc quoq; facie fuit humanâ, pro capillis gestans in capite serpentum turbam. HARPYIÆQ.] Harpyiæ quales fuerint & quàm multiplici naturâ compositæ, tertius liber ostendit. ET forma tricorporis vmbræ.] Geryonum triplicem fuisse formâ, memoria veterum prodidit. CORRIPIT hîc subitâ trepidus formidine ferrum Æneas, strictamq; aciem venientibus offert.] Aeneas, visis tot malis, & repentinâ formidine turbatus vehementer, strictam aciem venientibus [illegible]rebat gladij: existimans, illas omnes monstrorum formas aliquid ausuras aduersi, & facere. ET, ni docta comes, [illegible] nues sine corpore vitas Admoneat volitare [illegible] imagine formæ. Irruat, & frustra ferro [illegible] vmbras.] Nisi turbatum Sibylla docuisset, manes [illegible] corporibus esse, vt res ipsa indicabat: paratus erat [illegible] frustra, & vmbras appetere incassum: vtpote incorporeas [illegible] ferire non posset. HINC via tartarei quæ fert Ache[illegible]tis ad vndas.] Hinc via, hoc est, ex illo loco quem [illegible] scripsit, tenditur ad fluuium Acherontis. TVRBI[illegible] cœno, vastaq. voragine gurges, Æstuat, a[illegible] Cocyto eructat arenam.] Pro qualitate inferna[illegible] tura aquæ turbida, cœnosa, odoris pessimi: vtpote [illegible] retur à cœno. PORTITOR has horrēdus aqu[illegible] mina seruat Terribili squallore Charon.] Portitores dicuntur, qui portus obseruant ideirco, vt sine ipsorum [illegible] lus transeat in alienas regiones. His igitur aquis, tam [illegible] odore, tam horrendis aspectu, præerat sordibus par, & [illegible] parte dissimilis, loco & regionibus tetris aptè conueniens, [illegible] quoq; terribilis, Charon. Exponitur visus eius, metum [illegible]bus spargens. CVI plurima mento Canicies [illegible] iacet.] Barbam, inquit, habuit canam, prolixam, & [illegible] STANT lumina flammea.] inflexibiles oculi eius, & [illegible] per stantes, quasi quasdam flammas emittebant.

A

B

Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.
Ipse ratem conto subigit, velisq; ministrat:
Et ferrugineâ subuectat corpora cymbâ:
Iam senior: sed cruda deo, viridisq; senectus.
Huc omnis turba ad ripas effusa ruebat,
Matres atq; viri, defunctaq; corpora vitâ
Magnanimûm heroum, pueri, innuptæq; puellæ,
Impositiq; rogis iuuenes ante ora parentum.
Quàm multa in syluis autumni frigore primo
Lapsa cadunt folia, aut ad terram gurgite ab alto
Quàm multæ glomerantur aues, vbi frigidus annus
Trans pontum fugat, & terris immittit apricis:
Stabant orantes primi transmittere cursum;
Tendebantq; manus ripæ vlterioris amore.
Nauita sed tristis, nunc hos, nunc accipit illos:
Ast alios longè summotos arcet arenâ.
Æneas (miratus enim, motusq; tumultu)
Dic, ait, ô virgo, quid vult concursus ad amnem?
Quidve petunt animæ? vel quo discrimine ripas
Hæ linquunt; illæ remis vada liuida verrunt?
Olli sic breuiter fata est longæua sacerdos:
Anchisâ generate, deûm certissima proles;
Cocyti stagna alta vides, Stygiamq; paludem,
Dij cuius iurare timent & fallere numen.
Hæc omnis, quam cernis, inops inhumataq; turba est.
Portitor ille, Charon: hi, quos vehit vnda, sepulti.
Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta
Transportare priùs; quàm sedibus ossa quierunt.
Centum errant annos; volitantque hæc littora circùm:

SER. SVBIGIT.] Subagit, sursum agit, regit. Et est κοινὸς [illegible] sermo. Nam & Acuit significat; vt, Subiguntq. in cote secures: & Compellit; vt, Subigitq; fateri. VELISQVE ministrat.] Aut per vela; & est septimus: aut velis obsequitur, & est datiuus. FERRVGINEA.] nigrâ, tristi. nam lugubrem esse hunc colorem ostendit, dicens: Cùm caput obscurâ nitidum ferrugine texit. CORPORA cymbâ.] Omne quod potest videri, corpus dicitur. nam paulò pòst discretionem fecit, dicens: Corpora viua nefas Stygià vectare carinâ: ad mortuorum discretionem. IAM senior.] Aut comparatiuum pro positiuo posuit: aut (vt diximus) senior, est virens senex: vt iunior, intra iuuenem est. quam rem à Varrone tractatam confirmat etiam Plin. CRVDA deo, viridisq; senect9.] τὸ αἴτιον: quis in deo. AVTVMNI frigore primo.] Extremitatem vult ostendere. quod ait Iuuenalis: Iam lethifero cedēte pruinis Autumno. nam eius prima pars feruet: vt, Totoque autumni incanduit æstu. Sanè sciendum, secundùm Plinium, folia autumnali tempore ideò cadere: quia omnis tunc in arboribus humor æstatis calore inuenitur exhaustus. Ergo cadunt, non quia tunc siccari incipiant; sed quia tunc eis iam deest humor. GLOMERANTVR aues.] Bene rebus v[illegible]itantibus comparauit animas: quia & ipsæ volant. IMMITTIT apricis.] Id est, sinè frigore, ἄνευ φρίκης, vt diximus suprà. onde nonnulli & Africā dictam volunt. PRIMI transmittere.] Figura græca est: vt primi transi[illegible] TRISTIS.] asper & [illegible]serabilis seuerus. ÆNEA[illegible] Ordo est: Aeneas ait: [illegible] virgo. cætera per parenth[illegible] dicta sunt. QVÓ discrimine.] qua differentia. R[illegible]S hæ linquunt.] repulsæ [illegible]cet, non transeuntes. VADA liuida.] nigra. nam liuidum, inuidum, non nisi apud neotericos inuenimus. Lucan. Liuor edax tibi cuncta [illegible]gat. licèt Ouidius dixerat Liuor iners vitium [illegible]res non exit in altos. LONGÆVA sacerdos.] Sibylla. Hanc Apollo pro amore dilexit, & ei obtulit poscenti, quod vellet, arbitrium. Illa hausit arenā manibus, & tam longam vitam poposcit. Cui Apollo respondit, id posse fieri, si Erythream insulam, in quâ habitabat, relinqueret, & eam nunquam videret. Profecta igitur Cumas tenuit, & illic defecta corporis viribus, vitam in solâ voce retinuit. Quod cùm ciues eius cognouissent: siue inuidiâ, siue miseratione commoti, ei epist[illegible] miserunt, cretá antiquo more signatam. quā terrā visa, (quæ erat de eius insulá) in mortem resoluta est. Vnde nonnulli [illegible] cunt, hanc esse quæ Romana fata conscripsit: quod [illegible] Apollinis templò, vndè Romam allati sunt libri, [illegible] rat. CERTISSIMA proles.] Ex eo, quòd [illegible] potuit. ideò autem Certissima: quia multi, ad gloriam [illegible]ris, simulant se numinum filios: vt Romulus ex Marte, A[illegible]der ex Ioue Hammone. Hoc ergo excludit. Sic alibi: [illegible] le: Salue vera Iouis proles. ET fallere nu[illegible]

C

[illegible] tumulum Rhetæo in littore inanem [illegible] id est, si tot, nam hic [illegible] Ishomata [illegible] flumina transire, quibus ludius nomen [illegible] annos [illegible] potest anima transire [illegible] purgationis venire, vt redeat rursus in [illegible] quia, cùm terram dicimus, hæc Ops [illegible] dicamus, hæc Opis: si diuitias, hæ Opes, nu[illegible]. RAVCA fluenta.] Aut [illegible], id [illegible] aut bene pluraliter: quia de tribus loquitur. [illegible] ossa quierint.] Id est, priusquam corpus in na[illegible] redeat, id est, in terram.

[illegible] CORPORA.] quia vmbræ, cùm videntur, necesse est [illegible] nam, quodcunque corpus non est, cerni non [illegible]. Licentia poëtica est, cùm dicit corpora. DEO.] [illegible] AVES.] intelligit de gruibus, anseribus, ciconijs, [illegible] auibus: quæ hyeme nostrâ fugiunt loca Europæ, [illegible] tepidiorem regionem petunt. LONGÆVA sacer[illegible].] [illegible] Sibyllam adamauit: eiq; copiam fecit petendi, [illegible]. Sibylla numerum annorum, ab acceptâ arenâ ma[illegible], impetrauit: eâ tamen conditione, vt, relictis Erythris, [illegible] erat, Cumas nauigaret. sui ciues epistolam miserunt, [illegible]: quam cùm vidisset (nam eâ lege discesserat, [illegible] reuisura patriam) statim mortua est. hanc volunt [illegible] de Romanis cecinit. INOPS.] Antiquum est. Ino[illegible] antiqui appellabant, qui sepulturâ carebat. PORTITOR ille.] Portitor dicitur, qui in portu est, vt vectigal ex [illegible] exigat. Velatura est precium, quod nautæ dant, qui [illegible] vehuntur. ET rauca.] id est, sonantia. Homerus so[illegible] flumina dicit. SEDIBVS.] non vehuntur cymbâ, nisi [illegible].

SORDIDVS ex humeris nodo dependet ami[ctus.]] Sunt qui Nudo legere contendant. LONGE' sum[illegible] arcet arenâ.] In antiquis aliquot libris, Semoto [illegible]. REMIS vada liuida verrunt.] In Romano li[illegible] Vada liquida legitur. Præterea Vertunt, in aliquot [illegible] exemplaribus. NEC ripas datur horrendas, nec [illegible] fluenta.] In antiquis omnibus exemplaribus, quot[illegible] habui, pro Nec rauca, legere est, Et rauca. QVAM [illegible] ossa quierint.] In Mediceo, & aliquot alijs, Quie[illegible] legitur.

[illegible] verò numeri (seu decussim, ex Vitruuij imitatione, [illegible]) excellentiam, multa equidem declarant. Illud v[illegible] [illegible], quod est ab Aristotele proditum, cùm alibi, tum [illegible] physicæ tertio: Omnes homines, tàm Barba[illegible] Græcos, priscam seruâsse consuetudinem, perpetuò [illegible] numerandi. Neq; enim censeri fortuitum debet; [illegible] naturæ fontibus propagatum, quod semper fiat, atq; [illegible]. Id verò numeri huius absolutam indicat qualitatẽ. [illegible] quippe hic numerandi genera vniuersa: vti par, im[illegible], quadrantale siue cubum, longum, planum; [illegible] compositum. Denarius porrò fons est ac principium [illegible] ex vno, duobus, tribus, & quatuor, constet. quo ar[illegible] scribit Chalcidius, decumanum numerum Py[illegible] quadraturam vocabant primam. In senarij autẽ ra[illegible] eandem, secunda explicatur quadratura, quin etiã [illegible] reijciendum: dedisse nobis in manuum digitis [illegible] rerum naturam. Vna tamen gens Thra[illegible], ad quatuor modo numerari solitam terminare. [illegible] nec terè [illegible] rerum [illegible]. [illegible] porrò, decadi [illegible] quod omnem in se numerum recipiat. [illegible] decada etiam mundum vocabant [illegible] constat [illegible] aplanes, & planetis septem, & [illegible], postremò [illegible] quo tamen nomine [illegible] quia, vt terra lunam [illegible] tat, ita solem luna nobis adimit plerumq;. [illegible], ex [illegible] quadam & obseruantia, [illegible] reciterit, vt [illegible] arandæ [illegible], dexteras iungerent: quia sic denarium præmitterent numerum. Nec il[illegible] negligendum, Platonem, ad [illegible] culpam, numero etiã denario, centenario, millenario [illegible] voluptatis gradus suppliciorum decem contribuit. Ita enim [illegible] maiestati diuinæ rependi, omnino par fuit. Adde, quòd [illegible] beatitudines, gaudia iustitiæ humanæ, dolores exsuperant [illegible] riæ cruciatus, iniustitiæ voluptates. Denarij porrò ra[illegible] tinere & centenarius videtur: sed & millenarius. [illegible] vniuersi censentur. quoniam ex denario vniuerso [illegible]. Proinde numeri, quos vniuersos dicimus, pur[illegible] & emas[illegible] culandis dicantur animis: vt labes ex peccato [illegible] taq; prorsum eluenda significetur, vt candidissimâ æternitatis luce perfrui valeamus: quæ depuratum modò extersumq; nitidius admittat æthereum sensum, atq; aurai simplicis ignem. Propterea reconditioris scientiæ poëta nobilis, Platonicorum mysterijs ampliter imbutus, ita pronuntiat.

Centum errant annos, volitantq; hæc littora circum.

Et alibi ad eundem sensum:

Mille rotam voluêre per annos.

SORDIDVS ex humeris nodo dependet amictus.] Velamen eius tale fuerat, quod plenum corpus tegere non posset. Denique ex eius pendebat humeris sordidum, tetrum, nec saltem fibulâ, sed nodo suspensum. IPSE ratem conto subigit, velisque ministrat: Et ferrugineâ subuectat corpora cymbâ.] Non ille aliquam potestatem agendi videbatur habere, sed pœnam. Denique ipse agendo subigebat ratem. Quum dicit, Subigit: non fuit sine laboris tormento, quod agebat. Ipse dabat vela. ipse corpora vectabat. cùm multa, multorumq; officia solus impleret: apparebat illum perpetuis deditum fuisse tormentis. IAM senior: sed cruda deo, viridisque senectus.] Iam, inquit, senior fuit, si anni eius considerarentur: si autem aspectu eius, quis metiretur ætatem, poterat adhuc iuuenis existimari. Illius enim canities, hoc est, senectus viridis, aliud offerebat oculis, quam poterat veritas indicare. Viridem senectutem, non propter colorem dixit, quẽ habent herbæ vel frondes: sed quæ adhuc non parum de primis temporibus retineret. Cruda, inquit, & viridis: quia virumq; nondum aduertebatur ad maturitatem peruenire: dum autem humanæ ætatis senectus plena sit. HVC omnis turba ad ripas effusa ruebat.] Huc, hoc est, vbi Charon obseruauerat, concurrebat omnis animarum turba, vt Charontis ipsius ministerio traijcerentur vlteriùs. MATRES, atq; viri, defunctaq; corpora vitâ Magnanimûm heroum, pueri, innuptæq; puellæ, Impositique rogis iuuenes ante ora parentum.] In illâ turbâ fuerũt matres & mulieres: fuerũt viri, qui compleuerant vitam. vult enim alia genera mortuorũ separare. Dicit ergo, quorum illic animæ in præsenti haberentur: matrum, vt diximus, & virorum, magnanimorum heroum, puerorum, & virginum, & eorum quos viderunt parentes rogis imponi: istorum mortẽ cum miseratione poëta commemorat. Quàm durum quippe est iuuenes mori, qui sibi adhuc & suis & patriæ prodesse commodis potuissent? rapi pueros, & virgines, immaturæ mortis interuentu, quos in spem posteritatis seruari conueuerat, & in longum tempus seniumq; perduci? Quàm funestum parentes funeribus interesse liberorum, cu-

DON.

rare tam diuas exsequias, & ardentes aspicere [illegible] *mas describeret, velle* [illegible] *flumium transire:* [illegible] *discreuit ætates.* [illegible] *munem omnes mortem* [illegible] *tatibus mori.* [illegible] *rit turba, vel quomodo* [illegible] Q[illegible] [illegible] ad [illegible] aues, vbi frigidus annus Trans pontum fugat, & terris immittit apricis.] *Tam multæ, animæ, multorūq. animæ, volentes fluuium transire, confluxerant, vt solent innumera folia excidere arboribus, cùm* [illegible] *tempus superuenit: aut, vt sunt aues, quæ congestæ, quum* [illegible] *ngiuere cœperit, adimantur, vt aprica repetant loca:* [illegible] *pruinas effugiāt.* STABANT orantes, primi transmittere cursum, Tendebantq. manus ripæ vlterioris amore.] *Rogantes, & Stabant totum ad obsequium supplic*[illegible] *dicit causam standi, & rogandi: vt cuncti primum tran*[illegible] *prouenire. tantus amoris affectus tenuerat omnes. tantumq; vlterioris ripæ desiderium habuit.* NAVITA sed tristis.] *Non enim poterat nauiculi* [illegible] AST alios lōgè submotos arcet arenā.] *Alios longè submotos ipsam arenam littoris contingere non sinebat.* ÆNEAS (miratus enim motusq. tumultu) Dic, ait, o virgo, quid vult concursus ad amnem? Quidue petunt animæ? vel quo discrimine ripas Hæ linquunt, illæ remis vada liuida verrunt? *Hæc interrogatio propositionis retinet vicem: quoniam ad omnia Sibylla responsura est. Hæc ipsa tripartita est. quæsit quippe, cur tantus animarum concursus ad amnem hæret: vel quid ipsæ animæ desiderarent: vel esset inter illas distantia, vt aliæ fugatæ linquerent ripas, aliæ nauiculà transmitterentur, & ad vlteriora portarentur?* OLLI sic breuiter fata est longæua sacerdos.] *Breuiter quippe loqui debuit, rela*[illegible]

[illegible] *cere. Stagnum igitur illud, Cocyti,* [illegible] *lus verò, quæ ex superfusione* [illegible] *tur: per quam iurant dij* [illegible] *lant numen.* HÆC omnis, quam cernis, [illegible] taq. turba est.] *Ipsorum est turba,* [illegible] *cùm sint inhumati.* PORTITOR ille C[illegible] *dicitur, qui portitoris sustinet curam.* H[illegible] sepulti.] *Qui vndā portantur & transeunt,* [illegible] *rursum ad sepultorum exitum dicendum.* N[illegible] horrendas & rauca fluenta Transportare [illegible] *inhumatis aquam istam transire.* PRIVSQVAM ossa quierunt.] *Hoc est, donec ossa ipsorum sepeliantur.* CENTVM errant annos, volitantq; [illegible] ra circùm: Tùm demum admissi, stagna exoptata reuisunt.] *Tractat Vergilius, inhumatorum corpora* [illegible] *fluuium transire non posse; nisi priùs sepulturam fuerint secuta: & tot illic annos errandos ducere, quot fu*[illegible] *sinè humationis honore iacuerint. Quod idcirco* [illegible] *ta, quia Aeneam dicturus est aliquot illic* [illegible] *quos humare non potuit.*

SER. STAGNA optata reuisunt.] *Lethæi scilicet fluminis.* VESTIGIA pressit.] *Scilicet cogitatione tardatus. Et intentionem constantis ostendit.* PVTANS.] *reputans, cum animo pertractāt.* SORTEMQVE animo miseratus iniquam.] *Iniqua enim sors est, puniri propter alterius negligentiam. nec enim quis culpâ sui caret sepulchro. Bene autem, Animo, quasi rei præsago. vt alibi:* Præsaga mali mens. *Ipse enim Aeneas insepultus iacebit vt* Mediâq; inhumatus arena. *periit enim in flumine Numico. vnde & Iuuenal.* Et ipse mihi continens sanguine cœlum, Alter aquis, alter flammis ad sidera missus. MORTIS honore.] *sepulturæ: vt,* Quis quis honor tumuli. DVCTOREM classis.] *Apertum exemplum, Classem dici etiam vnam nauem. nam legimus:* Vnam, quæ Lycios, fidumque vehebat Orontem. AVSTER.] *Hi. distinguendum.* SESE agebat.] *Sese agere, est, sinè negotio incedere.* QVI Libyco nuper cursu.] *Bene Libyco. nauigatio enim non à diuerticulo: sed à intentione accipit nomen.* EFFVSVS in vndis.] [illegible] *est. quanquam Donatus esse ordinem velit: dum seruat syderam vndis medijs.* MVLTA mœstum cognouit in vmbra.] *Prudentiores dicunt,*

Tùm demum admissi stagna exoptata reuisunt.
Constitit Anchisā satus, & vestigia pressit,
Multa putans, sortemq. animo miseratus iniquam.
Cernit ibi mœstos, & mortis honore carentes,
Leucaspim, & Lyciæ ductorem classis Orontem:
Quos simul à Troiâ ventosa per æquora vectos
Obruit Auster, aquâ inuoluens nauemq. virosq;.
Ecce gubernator sese Palinurus agebat:
Qui Libyco nuper cursu, dum sidera seruat,
Exciderat puppi, medijs effusus in vndis.
Hunc vbi vix multâ mœstū cognouit in vmbrâ;
Sic prior alloquitur: Quis te, Palinure, deorum
Eripuit nobis, medioq. sub æquore mersit?
Dic age. namq; mihi fallax haud ante repertus,
Hoc vno responso animum delusit Apollo:
Qui fore te ponto incolumem, finesq. canebat
Venturum Ausonios. en hæc promissa fides est?
Ille autem: Neq; te Phœbi cortina fefellit,
Dux Anchisiade; nec me Deus æquore mersit.
Namq; gubernaclum multâ vi fortè reuulsum,
Cui datus hærebam custos, cursusq. regebam,
Præcipitans traxi mecum. maria aspera iuro,
Non vllum pro me tantum cepisse timorem,
Quàm tua ne spoliata armis, excussa magistro,
Deficeret tantis nauis surgentibus vndis.

communi perit periculo SVB æquore [illegible] *medio æquore submersit.* DIC age.] [illegible] *est. vnde est & Age fac, & Age* [illegible] Ausonios.] [illegible] NA.] *Dicta est, aut quòd cor* [illegible] *certo* [illegible] *vt* [illegible] *dat puellam: vt,* Mauorque [illegible]

[illegible] ARMIS.] pro [illegible]

[illegible] quem [illegible] In [illegible] Ulysses [illegible]: *Elpenor, cuius huc pedes,* [illegible] *Me, Vlysse, vinum: quo & [illegible] descenderem alios in domo [illegible] collum fregi: umbra huc pro[illegible] quæ domi reliquisti, vt, ad Octam m[illegible] memor mei, ne insepultum relinquas in [illegible] vt sit fama fortis meæ: tibi cu[illegible] remum, quo vtebar.* ARMIS.] pro [illegible]

[illegible] est.] *In libris aliquot anti[illegible]*

[illegible] TITIT Anchisa satus, & vestigia pressit: [illegible] sortemq. animo miseratus iniquam.] [illegible] *hæc conditio tenuisset, cõsiuit.* CER[illegible] & mortis honore carentes, Leu[illegible] ductorem classis Orontem.] *Asser[illegible] non defuerunt probamenta. vidit quippe illic [illegible] Orontem quos nouerat inhumatos.* QVOS [illegible] a Troia ventosa per æquora vectos Obruit [illegible] inuoluens nauemque, virosque.] *Hoc [illegible] duas tenuit causas. vna est, vt legenti reuocaret in me[illegible] qui essent isti, vel vbi, aut quando, aut quã vi interijsse[illegible], altera, ne esset Aneæ vitiũ, quòd suos nõ tradidisset [illegible] Isti sunt, inqt, quos ab ipso separauerũt sæua naufra[illegible] humare nõ potuit, quos cũ ipsis nauibus procella [illegible] quod vitium purgatur, nec Aneam aspergit: quia, [illegible] in præsenti, sepelire non valuit: vtpote quos [illegible] procella presserat, & immensi per diuersa rapuerant* [illegible] gubernator sese Palinurus agebat.] *In [illegible] etiam Palinurus positus apparebat.* QVI Libyco

[illegible] *sponsa* [illegible] *re. Idem* [illegible] *rat. Apollo* [illegible] *de eius aduer*[illegible] tem.] *Ad* [illegible] cortina fefellit, Dux Anchisiade.] *Mortis meæ, inquit, casus, responsis Apollinis non debet vindicæ esse aut obtrecta[illegible] tioni. neq. enim te fefellerunt, aut me. Incipit exponere lethi sui causam.* NEC me [illegible] *est, vis maior me oppressit, & fluctibus tradidit: deo scilicet aduerso. Ecce respondit interrogationi, mi dictum est.* Quis te, Palinure, deorum Eripuit nobis? [illegible] *suam perniciem gestat.* NAMQVE gubernaclum multa vi forte reuulsum. Cui datus hærebam custos, cursusque regebam, Præcipitans [illegible] cum.] *Hinc, ait, intellige, quantam tum multum resistens pertulerim: quando cum ipso gubernaculo, cui tenacius inhærebam, præceps datus sum, & cum ipsius puppis par[illegible] te. Inimici sui non retulit nomen: quia nesciit, aut solum Phorbantem viderat.* MARIA aspera iuro, Non vl[illegible] lum pro me tantum cepisse timorem, Quam tua ne, spoliata armis, excussa magistro, Deficeret tan[illegible] tis nauis surgentibus vndis.] *Vt dictis suis fides haberetur, iurauit per ipsa maria. Aspera autem dixit, quasi ipsa causa mortis eius exstitissent: cum illa fuissent, quæ illum præcipitem dederant. Dehinc subiunxit, in casibus suis nihil sibi curæ, nisi periculum ipsius Aneæ: ne, perditis duobus [illegible] dijs, hoc est, gubernaculo & gubernatore, etiam ipse periculis subderetur.*

[illegible] *asperat.* [illegible] *naui.* [illegible] ADNABAM.] *Et* [illegible] *potest:* Paula[illegible] [illegible] *vt sequentis* [illegible] Terræ iam tu[illegible] [illegible] GENS crus [illegible] *& dicit* [illegible] *interempti.* [illegible] requi[illegible] [illegible] *dum.* [illegible]

Treis Notus hybernas immẽsa per æquora noctes
Vexit me violentus aquâ: vix lumine quarto
Prospexi Italiam, summâ sublimis ab vndâ.
Paulatim adnabam terræ: & iam tuta tenebam:
Ni gens crudelis madidã cum veste grauatum,
Prensantemq. vncis manibus capita aspera mõtis,
Ferro inuasisset: prædamq. ignara putasset.
Nunc me fluctus habet, versantq. in littore venti.
Quod te per cœli iucundum lumen, & auras,
Per genitorem oro, per spem surgentis Iuli.
Eripe me his, [illegible] malis: aut tu mihi terram
Inijce, namque potes, portusq. require Velinos.
Aut tu, [illegible] tibi diua creatrix
Ostendit [illegible]
Flumina [illegible] paludem)
Da dextram misero, & tecum me tolle per vndas:

autem per alium, vitiosa est, et nunc de Palinuro ait. [illegible] *dictum:* [illegible] *id nomen per* [illegible] *ponentium.* [illegible] *do Velinos.* [illegible] *est à paludibus,* [illegible] *tur.* [illegible] *degammon.* [illegible] TI [illegible] Saxis [illegible]

id est, montis. Item: Fertur in abruptum magno mons improbus actu, pro saxo. nam ista reciproca sunt. ME fluctus habet.] Quia, secundùm philosophos, corpus solum nostrum est: quod nobiscū oritur, nobiscum moritur. Anima enim generalitatis est: & adeò non est nostra, vt etiam in alia corpora plerunque transeat. Ergo Me, id est, corpus meum: quod est hominis proprium. Est autem Homeri: αὐτὸν δ' ἐνὶ ψυχὴ ... [illegible]

Sedibus vt saltem placidis in morte quiescam.
Talia fatus erat; cœpit cùm talia vates:
Vnde hæc, ô Palinure, tibi tam dira cupido?
Tu Stygias inhumatus aquas, amnemq; seuerum
Eumenidum aspicies? ripamve iniussus abibis?
Desine fata deûm flecti sperare precando:
Sed cape dicta memor, duri solatia casus.
Nam tua finitimi, longè lateq; per vrbes
Prodigijs acti cœlestibus ossa piabunt
Et statuent tumulum, & tumulo solennia mittent.
Æternumq; locus Palinuri nomen habebit.
His dictis curæ emotæ, pulsusq; parumper
Corde dolor tristi: gaudet cognomine terra.

Ch[illegible] ... IVM. [illegible] de per antiq[illegible] ... SINE [illegible] opinion[illegible] ... Na[illegible] ... ga nostri. N[illegible] meritis capitur, n[illegible] tur ira. ET stat[illegible]

COELI iucundum lumē.] Bene iucundum addidit: est enim etiam apud inferos; sed non iucundum. HIS inuicte malis.] Qui inferos subire potuisti. His autem, ac si diceret, quæ cernis. TERRAM inijce.] Bene autem maius petijt, vt vel hoc impetraret. Terræ autem iniectio, secundùm pontificalem ritum, poterat fieri & circa cadauer, & circa absentium corpora, quibusdam solennibus sacris. Eundem sermonem habet apud inferos cum Elpenore Vlysses: σῆμά τέ μοι χεῦαι πολιῆς ἐπὶ θινὶ θαλάσσης. NAMQVE potes.] Quia vbiq; eum rerum diuinarum inducit peritum. SI qua via est.] Si est vlla ratio. DIVA creatrix.] rerum omnium generaliter. INNARE.] nauigare, more suo. DA dextram.] Præsta auxilium. vmbra enim nunquam tenetur. vt, Ter frustra comprensa manus: ter fugit imago. SEDIBVS vt saltem.] Vt saltem in morte requiescam sedibus placidis. & bene; quia nautæ semper vagantur. TAM dira cupido.] Cupiditas, ex deorum irâ veniens. aut certè magna: vt, Sua cuique deus fit dira cupido. SEVERVM.] tristem. & hæc reciproca sunt: vt contrà, Iudex tristis & integer, id est, seuerus. EVMENIDVM.] circa quem habitant Eumenides. Εὐμενίδες dictæ, (nam εὐμενὴς beneuolus est) quòd minimè sint beneuolæ, sed maleuolæ. & est κατ' ἀντίφρασιν figura, quoties rem malam bono appellamus exemplo: vt hic. RIPAMVE iniussus abibis.] Vt, Abro in Tuscos: sicut suprà diximus. quanquam alij Adibis legant. DESINE fata deûm flecti sperare precando.] Fata, quæ semel decreuerunt. & locutus est secundū Epicureos, qui dicūt: Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira. DVRI casus.] impossibilis ad mutationem. LONGE lateq; p vrbes.] De historiâ hoc traxit. Lucanis enim pestilētiâ laborātibus, respondit oraculū; manes Palinuri esse placādos. ob quā rem, non longè ab Heliâ, & lucū ei dederūt, & cenotaphion. PRODIGIIS cœlestibus.] Compendiosè & pestilētiam ortā, & petitū significat oraculum. PIABVNT.] placabūt, expiabunt. ÆTERNVM.] in æternū & est aduerbiū. PALINVRI.] Plus est, quàm si Tuū diceret. PARVMPER.] paulatim lætari cœpit. spem enim solā; nondum præsens acceperat beneficiū. Vnde bene dictū est, quasi ab eo magnâ moderatione dolor recesserit. Alij, Parūper, valde parum volūt. GAVDET cognomine terrâ.] Nominis sui similitudine. Facit aūt, hic & hæc Cognominis. Nam in Plauto lectum est, cùm vnam de Bacchidibus diceret: Illa mea cognominis fuit. Quòd autē à communi genere in E misit ablatiuum, metri necessitas fecit.

POM. Sabi. PORTVS Velinos.] Velia Leucaniæ oppidū est, dicta, quia paludibus cingitur. palus, ἕλος dicitur. Latinè Helia: pòst aspiratio vertitur in V, & fit Velia. Alia Velia in Latio: dicta etiā, quia loco palustri fingitur posita à Pelasgis. Mos Græcis fuit, vt inquit Dionysius, nominibus, quæ inciperēt à vocalibus, B præponere. Festus habet V literā. Obijcitur hoc Vergilio: nā & eo tēpore Velia nō erat. sed quia Palinurus loquitur, permittitur, vt anima, postquā reliquit corpus, particeps sit omniū futurorū. SEVERVM.] Latinè expressit: qui sinè gaudio est, superciliosus est, id est, seuerus. INVISVS.] quòd nō videat te

lum.] Lucanis pestilentiâ laborantibus, respondit [illegible] manes Palinuri esse placandos: quod vbi fecēre, cess[illegible] hinc lucus & portus nomine Palinuri dictus.

PAVLATIM adnabam terrę, iam tuta te[illegible] libris aliquot antiquis legere est, Adnabā terre[illegible] VERSANTQVE in littore vēti.] Exēpl[illegible] tera. In littora, accusatiuo casu, legūt. PER spem[illegible] Iuli.] In antiquis omnibus exēplaribus, quot quot hab[illegible] numero multitudinis, legitur. NEQVE enim [illegible] numine diuûm.] Antiqui pleriq; libri, Crede, leg[illegible] RIPAMVE iniussus abibis?] Antiqua pleraq; ex[illegible] Adibis legunt. GAVDET cognomine terr[illegible] quis porrò omnibus exemplar. quotquot versare c[illegible] ptum animaduerti, terræ, genitiuo casu.

Adnotatum à Græcis, Triptolemi temporibus Pythi[illegible] cœpisse, annis post Orestem propemodum sexcentis. [illegible] men in Electrâ Sophocles, Clytæmnestræ nuntiar[illegible] Pythicis perijsse certaminibus: quod ab interpretibus [illegible] animaduersum. Proinde excutiant ingeniosi, ecquid adu[illegible] lij supercilium tueri hoc exemplo Vergilium que[illegible] tu Velino. libro sexto. Et in Trachinijs fingit Sophocl[illegible] niram Solonis sententiam proferre: Neminem ante [illegible] ei beatum posse. Fuit autem Solon Deianirâ longè p[illegible] Dicitur verò hæc dicendi figura Anachronismus.

TREIS Notus hybernas immēsa per æquora [illegible] ctes Vexit me violētus aquā: vix lumine quarto [illegible] spexi Italiā.] Vetus, inquit, Notus, per longissima hybern[illegible] noctiū spatia, me violētis fluctibus traxit: demùm quartâ die [illegible] liam vidi. Nō ipse oculis suis Italiā vidit, vtpote super vn[illegible] sed ipsum quod factū est: vt, quā cū Aeneā videre cupieb[illegible] columis, ipsa cura cerneret in fluctibus sæuis exanimē. SV[illegible] MA sublimis ab vndâ, Paulatim adnabā terrę, [illegible] tuta tenebā.] Tunc, ait, vidi Italiā, quū me proximum [illegible] ferret vnda sublimē; & tuta tenere cœpissem. Ni ge[illegible] delis madidā cū veste grauatum, Præsentēq; [illegible] manibus capita aspera montis Ferro inuasisse[illegible] damq; ignara putâsset.] Non defuerunt crudeles h[illegible] qui arbitrarētur prædā se inuenisse; quia vestibus [illegible] uatus fuerā: & vncis me manibus inuaderēt. Vnc[illegible] quæ in modū humanarū manuum ferro fabric[illegible] lut digitis, & in vndas mittuntur: vt, quod hom[illegible] potest cōprehendere, ipsis teneat prædo at[illegible] PITA aspera mōtis.] Accipere possumus aspera [illegible] ex radicibus montiū, quasi cū quibusdā capit[illegible] ducta tendūtur: iuxta quæ cū fluctibus portaret[illegible] NVNC me fluctus habet, versantq; in littore [illegible] Vt nō plenè videretur eiectus intra aquā, inquit, [illegible] tamē, vt terrā littoris tangā. Rectè dixit crudel[illegible] pulturā enim loquebatur, quā sibi dolebat nō exhibitā [illegible] qui venerāt, si humanitatē retinerēt, nō quā rete pro[illegible] tuo, sed sepulturā defuncto procurare debuerant. QV[illegible] per cœli iucundū lumē & auras. Per genitor[illegible] Bene positū, per cœli iucundū lumen [illegible] loquebatur, & Aeneæ optabile fuit, cō[illegible]

...r, cuius causâ tantum laborem susceperat. & pro... ...quærebat Italiam, ERIPE me his inuicte malis: ...valuit ad impetrandum. quid malis, sit, com... ...miserationis causâ, demonstrabat. generalitas au... ...ipsius, quo... sibi promitteri cupiebat, ... nam ... ...Inuicte. ... etiam loquebatur ... ... comprehen... ...petitum posset, & ... ...primo pars petitionis: ... ...paucitatem prodesset: si postulant ... præsti... ...teneat. Addit: AVT tu mihi terram Inijce: ...potes.] Quod ipsum et ostenderet non esse diffici... ...: PORTVSQVE require Velinos.] Ne dice... ...neas, nescio vbi funus tuum reperiri posset. Ecce ter... ...præsenti occasione adijcit: & hoc suggerit dubitan... ...fortè non concederetur. AVT tu, si qua via est, si ...tibi diua creatrix Ostendit, (neq; enim, credo, ...numine diuûm, Flumina tanta paras, Stygiamq; ...paludem) Da dexteram misero, & tecum me ...per vndas, Sedibus vt saltem placidis in morte ...quiescam.] Aut tu, inquit. Tu, quid ponderis habeat, videa... ...Tu, qui es meriti potioris: qui genus ducis à superis: qui ...ingenio, & corporis virtute cogitationes susceptas va... ...plere. Si qua via est, consiliorum scilicet, vel effectus. si ...tibi diua creatrix Ostendit: habes enim deam ma... ...quæ præstitit, vt tibi sit pronum, quod alijs non licet. Ne... ...credo, sinè numine diuûm Flumina tanta pa... Stygiamque innare paludem. Occasio præsentium ...et argumentandi substantiam. Quomodo tibi, inquit, dij ...interint, vt viuus ad inferos pergeres? & hoc ipsum diui... ...numine prouenisse, dubitari non debet. ita & hoc, quod cu... ...potes implere. Dixit, quid velit, & quid commodi ex eo suis ...posit accedere. DA dextram misero.] Quid tam ...; quid tam bono viro conueniens: quàm miseri homi... ...grauantem subleuare fortunam? ET tecum me tolle ...vndas.] Nullus labor est, inquit, porrigendo remedio. ...faciendi occasio præstò est: tecum transeam: tecum ad ...me adducere potes, vt loca desiderata contingam. Dici... ...tam beneficij ipsius fructus, & commodum; Sedibus vt ...item placidis in morte quiescam: hoc est, vt in morte ...item sedibus placidis quiescam, qui in vitâ tutus esse non po... ...i. Ecce aperuit, quid sit: Eripe me his inuictæ malis.

TALIA ... cœpit cùm talia vates.] Quum talia Palinurus ... vates ei hoc modo respondit. Petierat enim ... contra inferorum ... vt insepultus ille ... conscenderet nauim, quam non nisi sepultos fas erat conscen... ... Ecce vates ei respondet, non Aeneas. ipsa enim nouerat inferorum morem, & Charontis iura. VNDE hæc, o Palinure, tibi tam dira cupido.] Vnde, ait, tibi exorta est ista cupido desiderij, hoc est, cupiditas? Quoties enim Cupido fœmineo genere ponitur, cupiditatem, non amoris deum, significat. Reddit ei rationem: vt sciat transitum suum infernis legibus prohiberi. TV stygias inhumatus aquas, amnemq. seuerum Eumenidum aspicies? ripámve iniussus abibis? Vnde ait, fieri potest, vt vlteriora videas loca, qui te efferas inhumatum? aut qui fieri potest, vt ex his locis iniussus abscedas? nec vltrà speres aliquid fieri posse, côtra semel datas leges, & sentêtias deûm. Fata hic dixit, quorum firmitas moueri non posset. DESINE fata deûm flecti sperare precãdo.] ne vlteriùs speret, sententiã superûm semel dictam flecti aliquatenus posse. SED cape dicta memor, duri solatia casus.] sed tene dicta mea, & horũ memor esto, habiturus in aduersis solatium sempiternũ. NAM tua finitima longè lateq; per vrbes Prodigijs acti cœlestibus ossa piabũt: Et statuent tumulũ, & tumulo solennia mittẽt; Æternumq; locus Palinuri nomẽ habebit.] Meliùs ex persona vatis ei respõsum est, quæ nouerat vniuersa: quàm ex persona Aeneæ: ne, quod nõ licebat, videretur negâsse voluntate suã. Habebis iocundissimum, inquit, solatium eorum, quæ tuleris in aduersis. omnes quippe eius loci homines, ad quem funus tuum videtur delatum, & multò longiùs positi, deorum commonefacti responsis, cùm exinde prodigia existere cœperint, & expiabunt ossa tua, & sepulturæ mandabunt: ac nomine tuo locus ipse, erectus in tumulum, in æternum vocabitur Palinurus. Ecce solatium ac meritum Palinuri: cùm dijs autoribus, ossibus eius sepultura, & celebritas nominis in æternum mansura, promittitur. HIS dictis curæ emotæ, pulsusque parumper Corde dolor tristi.] Tantum veridica vatis authoritas & consolatio valuit: vt Palinurus, susceptã oratione tali, curam inflictam dudum relaxâsset animo; & dolorem, quò angebatur, remisisset. GAVDET cognomine terræ.] Gaudebat se, tristem licet, tamen perpetuam memoriam sui nominis in illis regionibus habiturum.

Ergo iter inceptũ peragũt, fluuioq; propinquant.
Nauita quos iam indè vt Stygiâ pspexit ab vndâ
Per tacitum nemus ire, pedemq; aduertere ripæ;
Sic prior aggreditur dictis, atq; increpat vltrò:
Quisquis es, armatus qui nostra ad flumina tẽdis,
Fare age, quid venias; iáq; isthinc cõprime gressus.
Vmbrarum hic locus est, Somni noctisq; soporæ:
Corpora viua nefas Stygiâ vectare carinâ.
Nec verò Alciden me sum lætatus euntem
Accepisse lacu, nec Thesea, Pirithoumque;
Dijs quanquàm geniti, atq; inuicti viribus essent.
Tartareum ille manu custodem in vincla petiuit,
Ipsius à solio regis traxitq; trementem:
Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.
Quem contra breuiter fata est Amphrysia vates:
Nullæ hîc insidiæ tales; absiste moueri:
Nec vim tela ferunt. licet ingens ianitor antro
Æternum latrans exsangues terreat vmbras:
Casta licet patrui seruet Proserpina limen.
Troius Æneas, pietate insignis & armis,
Ad genitorem, imas Erebi descendit ad vmbras.

NAVITA.] nauta. ... vt Mauors, pro Mars. IN... vt Stygiâ prospexit ab vndâ.] Vt, Siculo prospe... ...abusq; Pachyno. & hinc ...ditur, quod diximus: iuncta ...hæc flumina tria, Acheron... Stygem, Cocyton. De his autẽ ...cuntur alia: vnde est, No... Styx interfusa coër... PER tacitum nemus.] ...solum: aut ipsos tacitos, id ...tacitè. AGGREDITVR ...; Hoc sermone ostendit ...; QVISQVIS es ar... ...tus. Benè à præscriptione: ...diceret, nihil pium molitur ...tus. QVID venias.] ...adverbium est. IAM ...] à loco in quo es. nam ...significat adeunti. ...CORPORA viua.] Quia, vt ...amus, sunt corpora etiam mortuorum, quæ tantùm ...idest, vmbræ. ME sum lætatus euntem.] Le... ...in Orpheo, quòd, quando Hercules ad inferos descen... ...territus eum statim suscepit: ob quam rem anno integro in compedibus fuit. ideò ergo Nõ lætatus, scilicet propter supplicium suum. Sanè Alciden volunt quidã dictum, ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, id est, à virtute. quod nõ procedit: quia à primâ ætate hoc nomẽ habuit ab Alceo, patre Amphitryonis. & scimus, cognomina ab accidentibus dari. QVANQVAM.] Ac si diceret: hoc in te nondũ probaui, scilicet per simulationẽ: nam nouerat. IN vincla petiuit.] Hercules à prudẽtioribus, mẽte magis, quàm corpore, fortis inducitur: adeò vt duodecim eius labores referri possint ad aliquid. nam cũ plura fecerit, duodecim ei tantũ assignantur, propter agnita duodecim signa. Quòd autem dicitur traxisse ab inferis Cerberum, hæc ratio est: quia omnes cupiditates & cuncta vitia terrena contempsit, & domuit. Nam Cerberus est terra, quæ est consumptrix corporũ. vnde & Cerberus dictus, quasi κρεοβόρος, id est, carnẽ vorans. vnde & lectum est, Ossa super recubãs: nam non ossa citiùs

terra conſumit. IPSIVS à ſolio regis.] *Atqui Cerberus ſtatim poſt flumina eſt: vt,* Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci Perſonat. *nam illic quaſi eſt aditus inferorum. ſolium aũt Plutonis interiùs eſt. Ergo aut ad naturã canum referendum eſt, qui territi ad dominos cõfugiunt: aut ſolium pro imperio accipiendũ eſt; vt alibi arces pro imperio poſuit:* Imbellem auertis Romanis arcibus Indum. *cùm Indi vſq; ad primos venerint fines, non vſq; ad arces.* HI dominã Ditis.] *Aut de Græco eſt, qui vxorẽ Δέσποιναν dicunt: aut* Ditis thalamo, *vt dominam Charon ad ſe retulerit.* AMPHRYSIA vates.] *Apollinea. & eſt longè petitum epitheton. nam Amphryſius fluuius Theſſaliæ eſt, circa quẽ Apollo ſpoliatus, à Ioue irato, diuinitate, Admeti regis pauit armẽta: ideò, quia occiderat Cyclopas fabricatores fulminũ; quibus Aeſculapius extinctus eſt, Apollinis filius: quia Hippolitũ ab inferis herbarũ potentiã reuocauerat.* NEC vim tela ferũt.] *Ac ſi diceret, tantũ repellunt.* LICET.] *fas eſt. & eſt conceſſiuum aduerbiũ; ſicut* eſto. Æternùm.] *id eſt, ſemper. Aduerbiũ eſt, vt ſuprà. & ſubauditur bis: & Aeternùm latrans, & Aeternùm terreat.* PATRVI.] *Quia Iouis eſt filia ex Cerere.* SERVET.] *cuſtodiat: vt,* Tantas ſeruabat filia ſedes. TROIVS Æneas.] *Quaſi à dijs originẽ ducens.* PIETATE inſignis & armis.] *Propter illud:* Pauci quos ęquus amauit Iuppiter, aut ardẽs euexit ad æthera virtus. EREBI.] *Erebus propriè eſt pars inferorũ, in quã hi, qui benè vixerũt, morãtur. Nam ad Elyſium non niſi purgati perueniunt. Vnde eſt;* Et pauci lęta arua tenemus. *Hinc fit, vt quæratur, an animæ de Elyſio poſſint in corpora redire? Et deprehenſum eſt non redire: quia per purgationem carent cupiditate.*

POM. Sabi. NAVITA.] *Mercurium reducentem animas, Homerus, Orphea imitatus, in poëmate ſuo vſurpauit. Magiſter nauis, linguã Aegyptiã, Charon dicitur; qui cadauera tranſportat. Orpheus primus ad Græcos hanc rerũ imaginẽ tranſtulit* ALCIDEN.] *vel ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, id eſt, virtute: vel ab auo Alceo. Hercules autem Ioue natus eſt; vt Homerus in fine libri 11. tradit.* THESEA.] *Theſeus, vnáq; Pirithous, præclari deorum filij, voluêre auferre Proſerpinã.* AMPHRYSIA.] *ab Amphryſio flumine Theſſaliæ, apud quem Apollo pauit armenta Admeti, regis. vnde Amphryſius Apollo; & Sibylla ſacerdos Apollinis, Amphryſia.* CASTA.] *Proſerpina caſta: ideò ei caſta iuuenca mactabatur.*

VAR. Lect. VMBRARVM hic locus eſt, ſomni noctisq;.] *In Romano libro, abſq; verbo ſubſtãtiuo, legit̃,* Hic locus ſomni. NEC verò Alcidẽ me ſum lætatus euntẽ Accepiſſe lacu.] *In libris aliquot antiquis legere eſt,* Nec verò Alciden, ne ſum lętus. DEDVCERE adorti.] *In antiquis plerisq; exẽplaribus,* adorſi *legitur.* QVEM cõtra breuiter.] *In antiquis plerisq; lib.* Quę *legitur.* NVLLÆ hîc inſidię tales.] *Veteres aliquot lib.* Hinc, de loco, *legũt.* LICET ingẽs ianitor antro.] *Apud Sen. niſi libri corrupti ſunt, legere eſt,* Licet ingẽs ianitor Orci. *Reliq libri,* Antro *legũt.*

CAEL. Rhod. *Proinde addamus ex Pauſaniæ theſauris illud quoq;, Titana, creditũ Solis fratrẽ, regionẽ ad Aſopum, ſicuti ferũt indigenæ, habitáſſe primũ, & ab eo dictã Titanen. Verũ, vti ego, inq̃t cẽſeo, vir ſagax fuit Titan, & temporũ anni obſeruator diligens: & quãdo auctiora ſol faciat ſemina, & arborũ percoquat fructus; ac proinde Solis frater habit9. Vnde cõiectatio euidẽs, cur aſtra Titania dixerit Maro. Titanas omniũ princeps ad poëſin Homerus induxit; vt deos apud Tartarũ. Ex ijs Anytus cõmemoratur vnus, quo educatã ferunt Δέσποιναν. Propterea apud eius ſimulachrũ ſtabat armati præferens ſchema. Hãc Δέσποιναν, ſeu dominam, venerãtur cum primis Arcades, Neptuni aſtruentẽs filiam. Cæterùm pluribus eſt Cereris cognomentum, Δέσποινα: quo tamen & Proſerpina honeſtetur. Ad, quod poëtam nobilem reſpexiſſe contenderim, illo verſiculo:*

Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.

Certè in Arcadicis rebus Pauſanias ſcribit; In tẽplo, Cereris ſtatuam dextrã facẽ geſtare: alterã verò incumbere iuxta τὴν Δέσποιναν; quæ & ipſa ſceptrum ciſtamq; in genibus habeat. Templi porrò parieti affixũ ſteſiſſe ſpeculũ; in quod intuẽs, initio quidẽ ſe aut parũ, aut omnino nil ſpectaret, dearũ planis ſimulachris conſpicuis, atq; item throno. Ad ſiniſtram templi τὸν Λύκαιον, montem ſtatuunt Lycæum, qui & Olympus dicatur. A

ERGO iter inceptum peragunt.] *Inceptũ dixit, deſtinatum atq; diſpoſitũ.* FLVVIOQVE propinquãt.] *Completis, quæ ad ſolatiũ Palinuri ſufficerẽt, perrexerũt ad fluuiũ.* DON.

NAVITA.] *hoc eſt, Charon.* QVOS iam indè, vt ſtygiã proſpexit ab vndã, Per tacitũ nemus ire, pedẽq; aduertere ripæ, Sic prior aggreditur dictis, atq; increpat vltrò.] *Quòd Vltrò, quòd Adhuc veniens, quòd Aggreſſus, quòd Increpat, dictũ eſt; iam intelligendũ eſt cõmoti futurã eſſe loquutionẽ.* QVISQVIS es, armatus qui noſtra ad flumina tendis; Fare age, quid venias: iam iſthinc & cõprime greſſum.] *Cùm duo venirẽt, commotionẽ ſuã in eũ direxit, quẽ vidit armatũ. nouerat enim, violentiã tacitè, qui armati ſunt, ſæpiùs inferre. Quis enim reuerà nõ moueretur, quũ videret tacitos venire p occulta nemorũ; & propinquare iuuenẽ ſtricto mucrone? Proculdubiò quidẽ Charon timebat. Interrogantis tamẽ hæc vox eſt, & magis ſuſpecti, quã iniurioſi, quum dicit:* FARE age, quid venias.] *Sperat & iuſtas exiſtere poſſe cauſas veniẽdi: licèt eum terruerit aſpectus armati.* IAM iſthinc & cõprime greſſum.] *interea dũ aduẽtus tui cauſas dicas, defige greſſus tuos; ne progrediaris vlteriùs.* VMBRARVM hic locus eſt.] *An, inquit, vbi poſitus ſis neſcis? vmbrarũ quippe hic locus eſt.* SOMNI, noctisq; ſoporæ.] *Somnus hic habitat, & tenebræ noctis, quæ ſopora eſt, hoc eſt, abundãs ſomno.* CORPORA viua nefas ſtygiã vectare carinã.] *vt aũt viuos traijciam, nefas eſt.* NEC verò Alcidẽ me, ſum lętat9 euntẽ Accepiſſe lacu; nec Theſea, Pirithoumq;: Dijs quanquã geniti, atq; inuicti viribus eſſent.] *Dat eorũ exẽpla, qui, apud inferos illicita cõmiſerunt, ſub eã occaſione, quòd deorum originem ducerẽt.* TARTAREVM ille manu cuſtodem in vincla petiuit.] *Magna iniuria, priuare inferos proprio cuſtode.* IPSIVS à ſolio regis.] *Hoc eſt, ab ipſius regis penetralibus. Ecce alia ipſius regis peior natura.* TRAXITQVE trementẽ.] *Tantũ Herculi licuit, vt traheret trementẽ; qui neminem timuit. Trahebat inuitum: hoc eſt,* *. HI dominã Ditis thalamo deducere adorti.] *Potiùs conati ſunt iſti, vt vxorẽ regis ex ipſo cubiculo ſuo eripere niterẽtur; quã iniuriæ violẽtiã. Quot loca ſunt in iſtã accuſatione? vim facere vxori alienæ; vxori regis & potẽtis; ipſi quoq; reginæ. Hæc à perſonã. A' loco verò: de ipſo thalamo ſuo; quẽ nôſſe, præter maritũ, nefas cuicunq; fuerat. A' facto: abſtrahi, quã honorificè etiã tangi nõ licuit.* QVEM cõtrà breuiter fata eſt Amphryſia vates.] *Idcircò* Breuiter: *quia non egent longo ſermone, quæ iuſta ſunt.* NVLLÆ hîc inſidię tales, abſiſte moueri; Nec vim tela ferũt.] *Hoc eſt quod ait:* Cõtrà locuta eſt, *hoc eſt cõtraria, quibus ſe oſtẽdit Charon fuiſſe ſuſpectũ; & cõtra illa quæ ſenſerat. putabat enim vim parari, quam fecerant alij. Exorſa eſt igitur ſic:* NVLLÆ hîc inſidię tales.] *ſcilicet, quales illorũ exemplis extitiſſe narrauerat.* Nec vim tela ferũt: *paucis ſecuritã reddit Charontẽ, quòd nullã portaret armatus violentiã. plerunq; enim geritur ferrũ, non vt inferatur, ſed vt depellatur violẽtia.* LICET ingẽs ianitor antro Æternùm latrãs exſangues terreat vmbras; Caſta licet patrui ſeruet Proſerpina limẽ.] *Seruet, inq̃t, Cerberus quod ſeruat, & vmbras licet exſangues terreat; licet ſeruet Proſerpina matrimoniũ ſuũ: ad curã noſtrã nõ pertinet. Potuit iterũ dici, quod ſuperiùs Charon exegit: Si hæc nõ ſunt, q̃ fuit cauſa veniẽdi? ipſa vltrò ingerit, quod interrogata potuit reſpondere.* TTOIVS Æneas, pietate inſignis & armis, Ad genitorẽ imas Erebi deſcẽdit ad vmbras.] *Expoſuit, cur poſuerit Inſignẽ pietate & armis. Pietas fuit, quòd mortuũ perrexit ad patrẽ, nec vmbras, nec inferos timuit. Fortitudo autẽ: quia hoc ipſum impleri ſinè virtutis adiumento nõ potuit: & ſi eſſet neceſſe, nõ deeſſet etiam induſtria dimicandi. Ecce ad interrogata reſpondit, & proſecuta eſt ea, quæ neceſſariò Charonti fuerant intimanda.* B C

Si te

Si te nulla mouet tantæ pietatis imago:
At ramum hunc (aperit ramum, qui veste latebat)
Agnoscas. tumida ex ira tum corda residunt.
Nec plura his: ille admirans venerabile donum
Fatalis virgæ, longo post tempore visum,
Cæruleam aduertit puppim, ripæq; propinquat.
Inde alias animas, quæ per iuga longa sedebant,
Deturbat, laxatq; foros: simul accipit alueo
Ingentem Aeneam. gemuit sub pondere cymba
Sutilis, & multam accepit rimosa paludem.
Tandem trans fluuiū incolumes vateq; virumq;,
Informi limo, glaucâq; exponit in vluâ.
Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci
Personat, aduerso recubans immanis in antro.
Cui vates, horrere videns iam colla colubris,
Melle soporatam & medicatis frugibus offam
Ob jicit. ille fame rabidâ tria guttura pandens,
Corripit obiectam, atque immania terga resoluit,
Fusus humi: totoq; ingens extenditur antro.
Occupat Aeneas aditum, custode sepulto:
Euaditq; celer ripam irremeabilis vndæ.

[illegible] te nulla mouet.] *Vis* [illegible] *persuadere, quia* [illegible] *te flecti. vt,* [illegible] agnoscere manes. [illegible] ATIS imago.] *Pie-* [illegible] *periphrasim de la esse* [illegible] *sal lecerdet.* APE [illegible] *mdu* [illegible] Hinc aperi [illegible] montes. NEC plura [illegible] *est aliquid vlterius* [illegible] *post ramum visum, vel* [illegible] *vel à Charonte.* FA[illegible] IS virgæ.] *Vnde secu-* [illegible] Si te fata vocant. [illegible] *pit*] *Aut aduer-* [illegible] *aut præpositio anti-* [illegible] *quamquam ablati-* [illegible] *sic, recessum figu-* [illegible] *ante, & multo* [illegible] *Græcè dixit,* [illegible] *quæ trans* [illegible] LAXAT[illegible] foros.] *tabulata vacuat. vt suprà:* Et campos iubet [illegible] patentis. *multitudine enim remotâ, quasi laxantur spa-* [illegible] ALVEO.] *Fluminis scilicet. & per synæresim* Aluo *fa-* [illegible] INGENTEM Æneam.] *Bene hunc solum dicit: vt* [illegible] *transitum ostendat, purgatioris animi homines etiam cor-* [illegible] *habere leuiora. quod de Sibyllâ vult accipi.* SVTI[illegible] LIS, *intexta: per quod fragilem ostendit.* RIMOSA.] [illegible] TANDEM.] *Aut propter pondus Aeneæ; quod* [illegible] *melius: aut propter paludis magnitudinem, & propter cœ-* [illegible] *densitatem.* INFORMI limo.] *magno, sinè formâ.* VLVA.] *Herba palustris: cùm marina dicatur alga: vt,* Illisę [illegible] bus algæ. PERSONAT.] *Aut personare facit: aut per regna sonat. quia de animâ dicturus est, bene facit antè Cerberi commemorationem, consumptoris corporum. Luca-nus:* Qui viscera sæuo Spargis nostra cani. *tunc enim animæ locum suum recipiunt, quum fuerit corpus absumptum.* HORRERE videns iam colla colubris.] *Fingitur enim pro pilis habere serpentes. & est* [illegible]: *In collo e-ius horrebant colubri.* OFFAM.] *Hinc est diminutio Ofella: sed f non geminat. in diminutione enim plerunque multa mutantur. Quòd autem ait* Melle, *alludit ad corpo-ra, quæ plerunque cum melle obruuntur.* MEDICATIS.] *confectis.* TOTOQVE ingens extenditur antro.] *Per hoc magnitudo eius ostenditur. sicut ait in Tertio, de Po-lyphemo:* Iacuitque per antrum Immensum. OCCV-PAT Æneas aditum.] *rapum ingreditur.* SEPVLTO.] *dormiente sinè pulsu, id est, sinè motu.* EVADIT.] *modò,* [illegible] IRREMEABILIS vndæ.] *Aut perpetuum est* [illegible] *theron, vt supra diximus: aut ipsi Aeneæ irremeabilis. nam* [illegible] *alteram egressurus est portam: vt,* Portâque emittit e-[illegible].

DONVM.] *quod ferebatur Proserpinæ.* IN vluâ.] [illegible] *palustri.* CERBERVS.] *Cerberus interpretatur* [illegible], *quæ omnia consumit. dictus quasi* [illegible], *id est,* [illegible] *consumens.* HORRERE.] *pilos habet serpen-*[illegible] *Cerberus.* ANTRO.] *magnitudinem notat.* SE[illegible] VLTO.] *soporato.* VNDÆ.] *non erat rediturus eâ-*[illegible].

ET medicatis frugibus offam.] *Sunt libri admo-*[illegible] *vetusti, in quibus* medicatam frugibus offam *le-*[illegible]

SI te nulla mouet tantæ [illegible] imago: At ramum hunc [illegible] ramū, qui veste latebat. A[illegible] [illegible] *honum* [illegible] *agnoscere* [illegible] *ferre non* [illegible] *rentur* [illegible] *iure eiusq;* [illegible] *diuinis legibus ad inferos ve-niunt. Vt autem eius* [illegible] *compesceret; dum loquitur,* [illegible] *osten??? ramum, quem condi-tum sub veste habuit.* RABIDA ex irâ tum corda residunt.] *Hoc facto, atque his dictis, sedatus est Charon: &* [illegible] *tumorem* [illegible] *tionis deposuit.* NEC plura his.] *Post demonstrationem quippe rami, nihil vlterius di-xit.* ILLE admirans venerabile donum Fatalis virgæ, longo pòst tempore visum, Cæruleam auertit puppim, ripæq; propinquat.] *Admiratus est, inquit, Charon, & rami speciem, & factum; quod infinitorum tempo-rum fuerat desuetudine prætermissum: mox admonet ratem, vt trajceret properantes.* INDE alias animas, quæ per iuga longa sedebant, Deturbat.] *Aeneæ causa ac Sibyllæ, o-mnes animas longiùs exclusit: ne his moram faceret, qui cum tanto munere veniebant. Deturbare, est terroribus propellere, ac mouere.* LAXATQVE foros.] *Opportunum ascensum ad nauigium facit.* SIMVL accipit alueo Ingentem Æneam.] *Aut reuerâ ingentem, quòd magno esset corpore. aut ingentem, propter capacitatem nauis, quæ fuit* [illegible] *tum, vt hanc non nauim, sed alueum dixerit: vtpote quæ vm-bris manibus, non viuis corporibus, præparata esset. Denique secutum est:* GEMVIT sub pondere cymba Sutilis. & multam accepit rimosa paludē.] *Pressa quippe insolito pondere gemuit, & per rimas recepit paludis limum.* TANDEM trans fluuium incolumes, vatemque, virumq;, Informi limo glaucâque exponit in vluâ.] *Tandem quòd ait, aut mora fuit in transfactione; quia nauis, vltra soli-tum morem onerata, tardiùs peruenit ad vlteriorem ripam: aut propter Aeneam, qui properabat ad patrem.* CERBERVS hæc ingens latratu regna trifauci Personat, aduerso recubans immanis in antro. Cui vates, horrere videns iam colla colubris, Melle soporatam & medicatis frugibus offam Obijcit.] *Cùm latratu trium fau-cium Cerberus inferorum regiones impleret, latranti offam Si-bylla proiecit: nec hanc simplicem: sed medicatis frugibus & melle hoc est, diuersis speciebus & arte, confectam. Hic poëta mel tantumodò specialiter posuit: reliqua noluit aperire; ne ad conficiendam speciem legentes instrueret.* ILLE fame rabidâ tria guttura pandens Corripit obiectam, atq; immania terga resoluit, Fusus humi, totoq; ingens extenditur antro.] *Ecce quantum potuit vis offæ transuoratæ ingluuie triplici: quæ sic eū pressit, vt iacêret pro mortuo.* OCCVPAT Æneas aditū, custode sepulto; Euaditq; celer ripā irremeabilis vndę.] *Irremeabile propriè posuit, et verè: nā Aeneā ipsum scripsit alio egressu luci & superis redditum. Celerē dixit Aeneā transisse, sepulto custode: vel quia oc-casio transeundi fuit temporalis; & offæ transuoratione dige-stâ, potuit Cerberus reddi statui suo: & quia festinabat ad patrē.*

Continuò auditæ voces, vagitus & ingens,
Infantumq; animæ flentes in limine primo:
Quod dulcis vitæ exsortes, & ab vbere raptos
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo:

CONTINVO auditæ [illegible] *Nouem circulis* [illegible] *esse dicuntur; quos nunc* [illegible] *nam primum dicit* [illegible] *animas infantium tenere: secun-dum, eorum qui sibi per simpli-citatem adesse, id est, defensio-ni instare, nequiuerunt: ter-*

Hos iuxta falſo damnati crimine mortis.
Nec verò hæ ſinè ſorte datæ, ſinè iudice, ſedes.
Quæſitor Minos vrnam mouet: ille ſilentum
Conciliumq́; vocat, vitasq́; & crimina diſcit.
Proxima deinde tenẽt mœſti loca, qui ſibi lethum
Inſontes peperêre manu, lucemq́; peroſi
Proiecêre animas: quàm vellent æthere in alto
Nunc & pauperiem, & duros perferre labores.
Fata obſtant, triſtiq́; palus inamabilis vndâ
Alligat, & nouies Styx interfuſa coërcet.
Nec procul hinc partẽ fuſi monſtrantur in omnẽ
Lugentes campi: (ſic illos nomine dicunt.)
Hîc quos durus amor crudeli tabe peredit,
Secreti celant calles, & myrtea circùm
Sylua tegit; curæ non ipsâ in morte relinquunt.
His Phædrã Procrinq́; locis, mœſtamq́; Eriphylẽ,
Crudelis nati monſtrantem vulnera cernit:
Euadnenq́;, & Paſiphaén. his Laodomia
It comes, & iuuenis quõdã, nũc fœmina, Cęneus,
Rurſus & in veterem fato reuoluta figuram.
Inter quas Phœniſſa recens à vulnere Dido
Errabat ſyluã in magnâ: quam Troius heros
Vt primùm iuxta ſtetit, agnouitq́; per vmbram
Obſcuram; qualem primo quis ſurgere menſe
Aut videt, aut vidiſſe putat per nubila lunam:

tium, eorum qui euitantes ærumnas ſe necarent: quartum, eorum qui amauerunt: quintum, virorum fortium eſſe dicit: ſextum, nocentes tenent, qui puniuntur à iudicibus: in ſeptimo, animæ purgantur: in octauo, ſunt animæ ita purgatæ, vt redeant: in nono, vt iam non redeant, ſcilicet in campo Elyſio. VAGITVS & ingens.] *fletus infantum.* INFANTVMQVE animæ flentes.] *Poeticè dixit ſanè Ploratus tantùm lachrymarum eſt; Planctus tantùm vocum; Fletus ad vtrumq; pertinet. quæ plerunque confundunt Poetæ.* IN limine primo.] *Quia de primâ hi ſurrepti ſunt vitâ.* EXSORTES.] *expertes, ſinè parte: ἀκλήρους dicunt Græci.* ACERBO.] *immaturo. tranſlatio à pomis eſt.* SINE ſorte.] *ſinè iudicio. Traxit autem hoc ex more Romano. Non enim audiebãtur cauſæ, niſi per ſortem ordinatæ. nam tempore, quo cauſæ agebantur, conueniebant omnes; (vnde in* Concilium *ait) & ex ſorte dierum ordinem accipiebant, quo poſt diem trigeſimum ſuas cauſas exſequerẽtur. vnde eſt,* Vrnam mouet. *Iuuenalis:* Gratia fallacis Prætoris vicerit vrnam. QVÆSITOR.] *Quæſitores ſunt, qui exercendis quæſtionibus præſunt. Et notandum, quòd Minoën quaſi crudelem introducit. quod ei epitheton & Plato & Homerus dant: ἐσθλὸν μίνω & ὀλοόφρονα. nam Aeacus & Rhadamanthus fratres mitiores ſunt.* MOESTI.] ideò Mœſti, *quia, vt ſuprà diximus, ſecundùm Platonem, grauiter puniuntur eorum animæ, qui ſibi inferunt mortem.* LVCEMQVE peroſi.] *Figuratè dixit. nam* Peroſus illius *dicimus. Sanè Peroſus, & Exoſus, de eo tantùm, qui odit, dicitur.* PROIECERE animas.] *quaſi rem vilem.* ET duros perferre labores.] *Homerus Achillis vmbram introducit loquentem, & dicentem, libentiùs ſe apud ſuperos cuncta aduerſa tolerare, quàm apud inferos imperare. βουλοίμην δ' ἐπάρουρος ἐὼν θητευέμεν ἄλλῳ ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς ἂν εἴη, ἢ πᾶσι νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν.* Quòd autem ait, Aethere in alto, *poeticè dictum eſt. æther enim ſuperior eſt. ſed noſtrum habitaculum ætherem vocauit, inferorum comparatione.* FATA obſtant.] *iura naturæ.* TRISTIQVE.] *triſti vndâ palus inamabilis: ne, ſi triſtis dicamus, duo ſint epitheta.* NOVIES Styx interfuſa.] *Qui altiùs de mundi ratione quæſierunt, dicunt, intra mundi hos nouem circulos incluſas eſſe virtutes, in quibus & iracundiæ ſunt & cupiditates: de quibus triſtitia naſcitur, id eſt, Styx. Vnde dicit, nouem eſſe circulos Stygis, quæ inferos cingit, id eſt, (vt ſuprà diximus) terram. nam dicunt, alias eſſe purgatiores extra hos mũdi circulos poteſtates.* PARTEM fuſi monſtrantur in omnem.] *Plures vult oſtendere eos, in quibus libido dominatur.* LVGENTES campi.] *Quaſi lucis egentes: quod etiam amoribus congruit.* DVRVS amor.] *immitis, inexorabilis.* TABE peredit.] *corpore defluente paulatim.* SECRETI celant calles.] *amantibus congruit.* MYRTEA ſylua.] *Quæ eſt Veneri conſecrata.* Curæ non ipſa in morte relinquunt.] *Hoc eſt, etiam illic amant, & habent peractorum imaginem criminum. ſicut etiam de pijs dicturus eſt:* Quæ gratia currûm Armorumque fuit viuis, quæ cura nitenteis Paſcere equos; eadem ſequitur tellure repoſtos. *Sanè ſciendum eſt, vt ſuprà diximus: loqui eum de amore generali: ſicut etiam Plato in Sympoſio tractat. Nil enim intereſt, quid quis amet, dummodò amore teneatur. Notandum etiam, (nam rarum eſt,) quia, cùm maſculino genere ſuprà vſus fuerit: vt,* Hîc quos durus amor: *nunc tantùm fœminarum ponit exempla. non quòd deſint viri: ſed elegit ſexum impatientem ad amandum. tamen paulò pòſt etiam Sichæi facturus eſt commemorationem.* A HIS Phædram.] *Hoc ex Homero: φαίδρην τε, πρόκριν τε ἴδον, καλήν τ' Ἀριάδνην. Phædra, fuit filia Minois & Paſiphaës; vxor Theſei: quæ priuignum Hippolytum, amore capta, de ſtupro interpellauit; & deſpecta, apud maritum eum falſi criminis detulit. qui iratus, inuocauit Aegeum patrem, vt Hippolyto currum agitanti immitteret Phocam. Quo facto, & Hippolyto interempto, Phædra amoris impatientiã laqueo vitam finiuit.* B PROCRINQVE.] *Hæc filia Iphidi, vxor Cephali fuit, filij Aeoli. qui quum venandi ſtudio teneretur: labore feſſus ad locum quendam ire conſueuerat, & illic ad ſe recreandum Auroram vocare. quod quum ſæpè faceret, amorem in ſe mouit Auroræ: quæ ei canem velociſſimum, Lælapa nomine, donauit, & duo haſtilia ineuitabilia; eumq; in amplexus rogauit. Ille ait, iuſiurandum ſe habere cum coniuge, mutuæ caſtitatis. Quo audito, Aurora reſpondit: Vt probes igitur coniugis caſtitatem, muta te in mercatorem. Quo facto, ille iuit ad Procrin, & oblatis muneribus, impetratoq; coitu, confeſſus eſt ſe eſſe maritum.* Quod *illa dolens, quum audiſſet à ruſtico quodam, amare eum Auroram, quam inuocare conſueuerat; ad ſyluas profecta eſt, & in frutetis latuit, ad deprehendendum maritum cum pellice. qui quum more ſolito Auroram vocaret; Procris egredi cupiens, fruteta commouit: ſperans Cephalus feram, haſtam ineuitabilem iecit, & ignarus interemit vxorem.* C MOESTAMQVE Eriphylem.] *Hæc Amphiarai, auguris Argiui, vxor fuit: quæ latentem bello Thebano maritum Polynici prodidit, monili accepto, quod antè vxori dederat: qui ductus ad prælium, hiatu terræ perijt. cuius filius Alcmæon poſteà in vindictam patris, matrẽ necauit: & eſt, vt Oreſtes, furore correptus. Vituperatur ſanè Vergilius, quòd* Mœſtam *dixerit, quam στυγερὴν legit, id eſt, nocentem. apud enim Homerum eſt, ἰδὸν στυγερήν τ' Ἐριφύλην. Imò verò odio dignam & inuiſam. nam στυγῶ eſt odio habeo, & inuiſus ſum. licèt* Mœſta *eſt à Styge.* EVADNENQVE.] *Vxor Capanei fuit, quæ ſe in ardentis mariti rogum præcipitauit.* ET Paſiphaën.] *Hæc autem vt ſuprà diximus, Tauri amore flagrauit.* LAODOMIA.] *Vxor Proteſilai fuit: quæ quum maritum in bello Troiano periſſe cognouiſſet, optauit, vt eius vmbram videret. qua re conceſſa, non deſerens eum, in eius amplexibus perijt.* NVNC fœmina Cęneus.] *Cæneus virgo fuit; quæ à Neptuno pro ſtupri precio meruit ſexus mutationem. Fuit etiam inuulnerabilis, qui pugnando pro Lapithis, à Centauris, crebris ictibus fuſtium, paulatim fixus in terrâ eſt: poſt mortem tamen in ſexum redijt. Hoc autem dictum oſtendit Platonicum illud vel Pythagoricum; animas κατὰ μετεμψύχωσιν ſexum plerunque mutare.* ERRABAT.] *vagabatur. & bene alluſit: quia & amauerat, & ſe interemerat; vt quaſi incertum eſſet, quem circulum*

[illegible] OBSCVRAM.] recenti morte, vt di[illegible]

[illegible] ne primo.] statim nati perierunt, & non per[illegible] [illegible]. ACERBO.] Translatio [illegible] immaturo. DAMNAT.] apud C[illegible]riros cau[illegible] [illegible]es audiebantur per sortem: id est, inscribebantur [illegible], & imponebantur in vrnam, ex qua eximebantur, [illegible] prætore. QVÆSITOR.] vocatur in exqui[illegible] [illegible]. QVI sibi lethum.] qui non potuêre fer[illegible] [illegible]ates, ærumnas, labores, & se occiderunt. PER[illegible] [illegible] Perosus, cum accusatiuo, participium est: [illegible]tiuo, nomen. Achilles sic loquitur Vlyssi: Mal[illegible] [illegible], mercenarius, seruus, mendicus, victus egens, [illegible] esse; quàm æmulus mortuis dominari. Effœmi[illegible] [illegible] est. QVAM vellent.] contra philosophi[illegible] [illegible] damnat eos, qui cupiditates viuendi patiuntur. [illegible]RES.] morbos, cruciatus. STYX.] Styx, [illegible] Horum stationem Styx nouies circuit, ambit: [illegible] per circulos, per quos sparsêre virtutes; sed propter [illegible], odi, id est, odio habeo: ideò inama[illegible] [illegible], quæ odio habetur. MYRTEA.] dicata [illegible] amantium. RELINQVVNT.] quia ad[illegible] [illegible]. PHÆDRAM.] Interfecto Minoë in [illegible], Deucalion eius filius successit: qui, reuocatâ cum [illegible] amicitiâ, Phædram filiam suam despondit [illegible] qui ante ex Amazone susceperat Hippolytum. Phæ[illegible] [illegible] peperit Athamantem & Demophoontem. di[illegible] [illegible] Phædram filiam Minois. ERIPHYLEM.] [illegible]yle, vxor Amphiarai: quæ, accepto aureo monili, la[illegible] [illegible] maritum prodidit. qui cùm esset hiatu terræ haustus; [illegible]æon filius eam interemit, & in furorem versus est. nam [illegible] ceperat pater, vt auditâ morte matrem interimeret. E[illegible] [illegible] soror erat Adrasti, & Thaleonis filia dicimus, Alcmaō, [illegible]menon. EVADNEN.] Euadne, vxor Capanei, quæ [illegible] in ardentem mariti rogum in agro Thebano præcipitauit. [illegible] Pasiphaë diximus. LAODOMIA.] Laodomia vxor Protesilai fuit: quæ cùm impetrâsset, mariti defuncti in bello Troiano posse intueri vmbram, in eius complexi[illegible]bus perijt. CÆNEVS.] Cæneus olim virgo; sed à mercede stupri in alium sexum demutatus est. cum in bello Centaurorum & Lapitharum perijsset, in pristinum sexum redijt. cùm inuulnerabilis esset, paulatim ictu fustium terræ [illegible]fixus est. PROCRINQVE.] Cephalus respiran[illegible] [illegible] gratiâ in syluis auram excipiebat tamdiu, donec Aurora e[illegible] [illegible] amore capta fuit: quæ velocissimam canem Lelepham ob[illegible] [illegible] tenuit Cephalus; asserens seruaturum vxori Procri fidem. [illegible] Aurora: Experire pudicitiam illius; conuersus in mer[illegible] [illegible]. Fecit; muneribus expugnauit. illa ægrè fe[illegible] [illegible], maritum, exspectantem Auroram, in syluis obser[illegible] [illegible]. Cephalus putans feram, hastâ transegit vxorem Procrin.

RAPTOS Abstulit atra.] Multi libri antiqui Ra[illegible] [illegible] legunt. In quibusdam alijs manuscriptis ita etiam legi[illegible], Abstulit vna dies. FATA obstant, tristiq; pa[illegible] [illegible] inamabilis vndâ.] In Romano libro, Fas ob[illegible] [illegible] videtur esse debuisse. Quod verò sequitur, Tristisq; [illegible], multi legunt, Tristi. Alij, Vndæ. Reliquum [illegible], Inamabilis, plerique Innabilis legere malunt. [illegible] procul hinc.] In Romano libro, & aliquot alijs [illegible], Hîc habetur. CRVDELI tabe peredit.] In [illegible] aliquot exempl. Peremit legitur. HIS Phæ[illegible] [illegible] Procrinque.] Neque illud placet, quòd in Romano [illegible] Procnin legitur. FATO reuoluta.] In Romano, [illegible] legitur. PRIMO quis.] In antiquis plerisque [illegible], Qui legitur.

[illegible]NTINVO auditæ voces, vagitus & ingens, [illegible] animæ flentes in limine primo.] Vbi celeri gressu, non impediente Cerbero, ripa transmissa est: [illegible] ad aures Æneæ sonus lamentabilis venit, & vagitus ingens, & fletus infantium. QVOS dulcis vitæ exsortes.] hoc est, quos dulcis vita citò deseruit. & fecit exsortes, id est, extra sortem viuendi maiorem. ET ab vbere raptos Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.] Ad augmentum miserationis addidit, ab vbere raptos. Quid enim durius, quàm extorqueri insontes matribus liberos suos, & ab ipsis vberibus diuelli? perire quoque immaturâ morte, & antè opprimi, quàm loqui potuissent? HOS iuxta, falso damnati crimine mortis.] Iuxta hos fuerunt illi, qui falsis criminum insimulationibus pressi sunt, & traditi neci. NEC vero hæ sinè sorte datæ, sinè iudice sedes.] Et tamen, inquit, hæc loca sini iudice aut sorte non sunt. QVÆSITOR Minos vrnam mouet.] Minos ille, & inquirendi habet potestatem, & vrnæ agitandæ licentiam: vt, si iudiciorum exitus etiam sortis arbitrium quæreret, non deesset vrnæ substantia. ILLE silentum Conciliumque vocat, vitasque & crimina discit.] Ille, id est, Minos: Silentum, hoc est, mortuorum, & congregationem curat; & inuestigat, quemadmodum singuli duxerint vitam. PROXIMA deinde tenent mœsti loca, qui sibi lethum Insontes peperere manu.] Proxima loca, hoc est, à supradictis non longè posita, tenebant tristes: qui quum insontes essent, ipsi intulerunt mortem; cùm nullo crimine premerentur. Dicitur causa facti: nihil enim fit, nisi quod faciendi necessitatem habeat. LVCEMQVE perosi Proiecêre animas.] Ipsa fuit appetendæ mortis ratio: quia illis odio fuerat lux laborum, & ærumnarum causa. QVAM vellent æthere in alto Nunc & pauperiem, & duros perferre labores!] Quum viuerent, & laborum tædia atque inopiæ paterentur: existimantes profuturum, si morerentur: vim sibi ipsi intulerunt. sed postea pœnitebat eos facti; & quærebant lucem rursum videre: quam maluissent, quàm pati sedes infernas. Sed FATA, inquit, obstant.] Ne proueniret, quod optabant, obstabat lex: quæ de morte & vitâ definita est. TRISTIQVE palus inamabilis vndâ Alligat & nouies Styx interfusa coërcet.] Earum reditum animarum prohibebat lex: retinebat palus odiosa: & claudebat Styx, quæ eas omni ex parte nouies circundederat. NEC procul hinc partem fusi monstrantur in omnem Lugentes campi: sic illos nominê dicunt.] Non longè indè videbantur lugentes campi fusi in omnem partem: hoc est, læuam, dextram, & quocunque oculi tendi potuissent. Interea (quia potuit quæri, cur dicerentur lugentes) vlterò ait, sic eos appellari: non tamen nominis ipsius præstitit rationem. HIC quos durus amor crudeli tabe peredit.] Hic, id est, in ipsis campis degebant, quos vis amoris absumpserat. SECRETI celant calles, & myrtea circùm Sylua tegit.] Hos eosdem, qui amoris violentiâ perierunt, & celabant viarum angustiæ, & arbores myrti. Secretos calles, aut in abdito constitutos: aut separatos debemus accipere. CVRÆ non ipsâ in morte relinqunt.] Tanta vis amoris in illis fuit, vt nec in morte essent ab ipsâ curâ immunes. HIS Phædram Procrinq; locis.] In his locis fuerant istæ, quæ diuersis causis, & dispari mortis genere, perierunt. INTER quas Phœnissa recens à vulnere Dido Errabat syluâ in magnâ.] Recens: qui non multò ante perierat: & aspera post reces vulnus. infrà enim dicturus est Poëta, eam nec videre Æneam voluisse, nec cum eo habere colloquium. AGNOVITQVE per vmbram Obscuram.] Quum dicit Vmbram obscuram, habuit aliquid luminis. hoc est enim Obscurum, quod ostendat aliquam lucem: sed & maximâ parte mixtas habeat tenebras. QVALEM primo qui surgere mense, Aut videt, aut vid[illegible] putat per nubila lunam.] Sic apparebat Dido in illâ obscu[illegible]

obscuritate. quomodo incipiens luna nubilo cælo conspicitur: tamen incertam hanc vis[illegible] , non p[illegible]

Demisit lachrymas, dulciq; affatus amore est.
Infelix Dido, verus mihi nuntius ergo
Venerat, extinctam, ferroq; extrema secutam?
Funeris, heu, tibi causa fui? per sidera iuro,
Per superos, & siqua fides tellure sub ima est:
Inuitus, regina, tuo de littore cessi.
Sed me iussa deum, quæ nunc has ire per vmbras,
Per loca senta situ, cogunt, noctemq; profundam,
Imperijs egere suis. nec credere quiui
Hunc tantum tibi me discessu ferre dolorem.
Siste gradum, teq; aspectu ne subtrahe nostro.
Quē fugis? extremū fato qd' te alloquor, hoc est.

SER. INFELIX Dido.] *Veniali vtitur statu: & excusat se per necessitatem, ne mortis causa fuisse videatur.* VERVS mihi nuntius.] *κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligendum, quòd sit nuntiatus Didonis interitus. Alij ad ignem referunt risam: alij ad Mercurium, qui ait:* Certa mori. *Sed in neutro eius et etiam genus mortis est significatum. & hic dicit:* Ferroque extrema secutam. *Sane qui nuntiat, genere tantùm dicitur masculino: quod autem nuntiatur, licet neutro dicatur apud Catullum, tamen inuenitur etiam masculino.* FVNERIS, heu, tibi causa fui.] *Ac si diceret, qui fueram antè causa voluptatis.* SI qua fides tellure sub ima est.] *Vbi promissa exitum non habent. Respexit autem ad Orpheum, qui receptam perdidit coniugem.* QVÆ nunc has ire per vmbras.] *Argumentatur ex eo, quòd est inferos subire compulsus: inuitum se reliquisse Carthaginem.* SENTA situ.] *spinosa, squalida. & est translatio à terrâ incultâ.* Situs *autem propriè est lanugo quædam, ex humore procreata; quæ fit in locis carentibus sole.* NEC credere quiui.] *Argumentationem tendit, ac si diceret: si credidissem fore, etiam deorum iussa contemnerem.* SISTE gradum.] *Discedere eam, datur intelligi.* EXTREMVM fato quòd te alloquor, hoc est.] *Aut quia deus futurus est: aut (quod melius est) quia post mortem tenebit alterum circulum; viris fortibus scilicet, non amantibus datum.*

POM. Sabi. NE subtrahe.] *Vlysses fugientem Aiacem, qui ei causa mortis fuit, sic alloquitur: Tuam autem mortem non minùs, quam Achillis, omnes deflemus: nemo autor, nisi Iupiter: qui nos odio inexpugnabili prosequitur. sed huc accede. at ille nihil motus, Erebum repetit.*

DONAT. DEMISIT lachrymas, dulcique affatus amore est.] *Mox vt eam vidit demisit lachrymas: hoc est, non cogitauit flere; sed mox lachrymas fudit. Ipse est enim dolor verus, qui repentinos fletus non coactus excludit. Instituit igitur cum eâ, quam vix agnouerat, loqui. hoc enim manentis in ipso adhuc amoris compellebat affectus.* INFELIX Dido, verus mihi nuntius ergo Venerat, extinctam, ferroque extrema secutam?] *Dictio ista mirè certè concepta est, & pro personarum & causarum ratione composita. Didonis persona fuit aspera, propter recentem facti causam: nam non multò antè relicta est amans. Huius rei siquis metiri dolores voluerit; attendat exitum mortis eius: qui non interuenisset; nisi illa rupti amoris iniuriam tolerare potuisset. Accedebat huc, quod acerbitas vulneris recens, & aspectus eius, qui tanti mali fuerat causa, coloris ipsius sæuitiam duplicabat. Aeneæ verò personam depressam in omnibus: in quā tantus reatus exstabat, vt ipse agnosceret se reum, & de facto purgatione expositā fateretur. Mutauerat enim fidem, contra Didonis meritum: quæ illum vel humanitate confouerat, vel amauerat: ipsumq; cum suis naufragis exceperat, & egentes collegerat. Incipit ergo sic:* Infelix Dido: *vt ostenderet, eius miserabilem casum se grauiter ferre: vt lachrymis eius etiam verba congruerent: protestans oculis, quantum dolorem sensibus ferret; & voce indicans, quod mentis interna vexabat. In hoc dicto, non tantùm animus dolentis expressus est; verùm etiam, per extenuationem facti adiecta purgatio. nullus enim infelicem quenquam dicit, nisi dolens: nullusq; infelix est, nisi qui fataliter premitur. Denique hoc vult asserere, illi quidem debitum fuisse genus mortis, [illegible] necessitate [illegible] rum: sed nec [illegible] quid ipsi [illegible] teneri [illegible] nuntius ergo V[illegible] stinctam, ferr[illegible] ma secutam [illegible] nuntius peruenerat, [illegible] scientiam meam [illegible] bus tuis, abs[illegible] sceptis, extrem[illegible] niter. dolebam [illegible] & genere ipso mortis vehementer angebar.* FVN[ERIS] heu tibi causa fui.] *Accedebat ad luctum anim[illegible] sciebam, tibi abscessum meum talem displicuisse. [illegible] purgationis probat ipsi, quæ ab homine apud Di[illegible] fido proferebatur: & miro genere adhibet firmament[illegible]* sidera iuro, Per superos, & si qua fides tell[ure sub] imà est.] *Quia testes animi sui, vel maximè ap[illegible] degens, habere non potuit, ad iusiurandum sese [illegible] quo firmantur, quæ aliquibus documentis deficien[tia pro]bari non possunt. Iurauit per sidera, perq; superos [illegible] meare cupiebat. Apud inferos posset; quoniam illi[illegible] eademq; loquebatur.* SI qua fides, inquit.] *quia [illegible] quod genus iusiurandi apud inferos haberetur, pe[illegible] ralem iurationem, dicens: Iuro per fidem, si qua in [illegible] aut colitur, aut timetur.* INVITVS regina, tu[o de] littore cessi.] *Non te, inquit, fugi; sed potioru[m] [illegible] nibus cessi. Quòd ait;* Tuo de littore: *hoc vult [intelli]gi, vt relictis littoribus Carthaginis, ipsa tamen [illegible] mis Aeneæ teneretur infixa.* SED me iussa de[um], [quæ] nunc has ire per vmbras, Per loca senta si[tu, co]gunt, noctemque profundam, Imperijs [egere] suis: nec credere quiui, Hunc tantum tibi me [di]scessu ferre dolorem.] *Quoniam poterat fides [illegible] iuranti non haberi; vel maximè ei, qui apud superos per[illegible] exstitisset: sumptum à loco & tempore rapuit argumen[tum] quo ostenderet, se compulsum deorum iussis Carthag[inem] reliquisse. Vt scias, inquit, maiore vi tuis terris exclus[um] ex præsentibus probamus. non enim ad has tenebras, & [lo]ca horrenda, libens aut voluntate discendi. ipsi sunt a[illegible] tes laboris istius, qui fuerunt dudum; quum inuitus ab[illegible] herer à sedibus tuis. quod quum fieret, existimare non [illegible] tui, ad hæc te esse venturam, abscessus mei causā. [illegible] gitur, hoc Aeneam additurum fuisse: Contemsissem [illegible] & remansissem; si præscissem, hunc te habituram e[illegible] tæ. Non quia verè contemnere potuit deorum iu[ssa] [illegible] mendacio verisimili placaret eam, quam sic læsera[t] [illegible] tæ suæ cursum gladio præcidisset. Ecce vsus est [illegible] quod negare non poterat, fateretur vltrò; & in[illegible] sione purgaret. Quantum autem odium etiam m[illegible] tineret: ex eo non obscurè, sed euidenter ostend[illegible] se proripuit tacitam; nec exspectauit verborum [illegible] aliquid ipsa respondit. Aeneas tamen, quum [illegible] untem, reliquit quod dicebat: vt ostenderet se tene[illegible] rio eius.* SISTE, inquit, gradum, teque a[spectu ne] subtrahe nostro.] *Quid enim melius aman[illegible] apud inferos potuit: quàm videre eam, aut fabul[ari] cum eâ? quas quia Dido diruperat abeundo: hac [illegible] voce prosecutus est.* QVEM, inquit, fugis? extre[mum fa]to, quod te alloquor, hoc est.] *Verè, ait, extre[illegible] to: cui te desideratam denegas, & inopinatam [illegible] cultatem. Verba sola sunt, quæ tecum contrahere [illegible] rit animo meo, si vel fabulat tecum plene [illegible]*

Talibus Aeneas ardentem, & torua tuentem,
Lenibat dictis animum, lachrymasq; ciebat.
Illa solo fixos oculos auersa tenebat:
Nec magis incepto vultum sermone mouetur;
Quàm si dura silex, aut stet Marpesia cautes.
Tandem proripuit sese, atque inimica refugit
In nemus vmbriferum: coniux vbi pristinus illi
Respondet curis; æquatq; Sichæus amorem.
Nec minùs Aeneas, casu percussus iniquo,
Prosequitur lachrymans longè, & miseratus euntem est.
Indè datum molitur iter:iamq; arua tenebant
Vltima, quæ bello clari secreta frequentant.
Hic illi occurrit Tydeus; hic inclytus armis
Parthenopeus, & Adrasti pallentis imago.
Hic multùm fleti ad superos, belloq; caduci
Dardanidæ: quos ille omnes lõgo ordine cernés,
Ingemuit; Glaucũq., Metontaq., Thersilochũq;,
Treis Antenoridas, Cereriq; sacrum Polybeten,
Idæumq;, etiam currus, etiam arma tenentem.
Circumstant animæ dextrâ, leuàque frequentes.
Nec vidisse semel satis est: iuuat vsq; morari,
Et conferre gradum, & veniendi discere causas.
At Danaûm proceres, Agamemnoniæque phalanges,
Vt vidère virum, fulgentiaq; arma per vmbras,
Ingenti trepidare metu: pars vertere terga,
Ceu quondam petière rates; pars tollere vocem

[illegible] VA. Pro, toruè. [illegible] LENIBAT.] [illegible] dixit: [illegible] poli. [illegible] Maiores [illegible] imperfectum [illegible] in tribus adhuc [illegible] in Quarti etiam [illegible]. [LACHR]YMASQVE cie[bat.] [illegible] non Didoni. Vel, [illegible] aut certè illud di[illegible] quæ item eius lachry[illegible] illa immobilis [illegible] Ciere est propriè, [illegible] commouere. Tractum [illegible] de Homero; qui [illegible] umbram, Vlysis [illegible] qui ei su[illegible] quem Vlys[illegible] [Greek illegible] [INC]EPTO sermone.] à [illegible] orationis. DVRA [sile]x.] Saxi est species. genera[l]e enim esse non potest, sequente specialitate. nam cautem [Mar]pesiam, Parium lapidem dicit. Marpesos enim, mons est [Pa]riæ insulæ, habens durissimos lapides. TANDEM.] [illegible] diu deliberauerit. VMBRIFERVM.] Id est, fron[dos]um. PRISTINVS.] Id est, prior: quod difficilè inueni[tu]r. Nam de hoc sermone quærit & Probus, & alij. RE[SP]ONDET curis.] Aut pari eam diligit affectione: quod [Ae]neã non fuit: vt expressio rei supradictæ sit; Æquatque Sichæus amorem. aut certè, Respondet curis, par est [m]ortis similitudine: ferro enim vterq; consumptus est. PRO[S]EQVITVR lachrymis longè.] oculis eam sequebatur [illegible]mentibus. DATVM molitur iter.] peragit. Datum au[te]m dixit, aut ratione fati concessum: aut oblatum fortuitò, [q]uod τυχὸν dicunt: an iniunctum? ARVA tenebant Vlti[m]a.] Atqui multa adhuc supersunt? sed dixit, quantum ad Y [p]ertinet literam. In his enim, quæ dixit, mixta sunt virtutibus [illegible] his autem, quæ dicturus est nocentum pœnas à piorum [se]gregat meritis. Nam inferi (vt diximus suprà) humanam con[tin]ent etiam, hoc est, animam in corpore constitutam. Hæc [a]utem, quæ dixit, mixta esse, manifestum est. Licèt enim in viris [for]tibus laudetur virtus: est tamen vituperabile, alienum ime[periu]m cædibus occupare. Item, amare priuignum crimen [illegible], maritum. Alij distinctione mutatâ dicunt; Tene[bant] arua, quæ vltima viri fortes frequentant: id est, [qu]æ possident vltima, hoc est, post mortem. HIC.] illic. OC[CV]RRIT Tydeus.] Altheæ & Oenei filius: quem in bello [Th]ebano Menalippus extinxit. PARTHENOPEIVS.] Me[lan]ippæ & Martis, siue Melanionis filius, rex Arcadiæ, qui The[ba]na bella puer admodum petijt. ADRASTI pallentis imago.] Rex Sicyonis Adrastus, primò fuit; pòst Argiuos [illegible] Tydei, & Polynicis. Quòd autem ait Pallentis, [illegible] epitheton est vmbræ: aut illud respexit: quia in bello The[b]ano consumptis sex ducibus solus aufugit. fugæ autem co[me]s semper est pallor. HIC multum fleti.] Id est, nobi[les]: quorum mortem magna sequitur lamentatio. AD su[pero]s.] Pro apud. CADVCI.] qui ciciderint bello: [illegible] mortui, à cadendo. vnde & Cadauera dicuntur: & Græ[illegible]. LONGO ordine.] ingenti multitudine: vt, Pue[ri] pauidæ longo ordine matres. non, ad ordinem

stantes? Sanè In minus est, pro, In longo ordine. TREIS Antenoridas.] Multi supradictos accipiunt. quod falsum esse Homerus docet qui eos commemorat. [Greek illegible]. Et alibi: [Greek illegible]. CERERI sacrum.] sacratum. nomen pro participio. IDÆVMQVE.] Quem aurigam legimus Priami. ETIAM.] adhuc et, Quæ cura nitentes Pascere equos: eadem sequitur tellure repostos. VSQVE.] Diu. & est aduerbium. TREPIDARE.] pro, trepidabant. CEV quondam petiere rates.] ostendit, vita nec morte finiri.

MARPESIA.] Marpesos mons est in insula Paro, vna Cycladum. Per cautem Marpesiam, intelligit Parium marmor durissimum. PRISTINVS.] id est, prior. Probus de hoc vocabulo dubitat. TYDEVS.] Tydeus Oenei filius, occisis nepotibus, Calydone excessit; Argos petijt. gener Adrasti factus, Diomedem genuit in bello Thebano. ADRASTI.] Adrastus Thalaonis filius, solus superfuit ex 7. regibus, qui ad Thebas castra metati sunt. HI multum.] horum mortem multi fleuerunt. DARDANIDÆ.] hi per se Troiani sunt. Homerus tres Antenoridas dicit: Tres Antenoridas, Polibumque, & Agenora durum, Æqualemque Athamanta deis, iuuenilibus annis. & libro vltimo Iliados: Quadraginta mulas Idæus doctus agebat. cùm scribit Priamum euntem ad Achillem. PHALANGES.] Phalanx, vt inquit Liuius & Curtius, vocabulum est Macedonicum. GLAVCVM.] Legimus Glaucum fuisse filium Antenoris: sed nunc intelligendum de alio Glauco. Glaucus Antenoris, interfectus ab Agamemnone, vt diximus lib. 1. — POM Sabi.

AVERSA tenebat.] In libris aliquot antiquis, Aduersa legitur. VVLTVM sermone.] In libris aliquot antiquis, Vultu, casu septimo legitur. PRORIPVIT sese.] In Romano libro, in Oblongo, in Mediceo, & plerisque alijs antiquis, legere est, Corripuit sese. CASV perculsus.] Veteres omnes libri, quos legi, ferè passim Percussus legunt. PROSEQVITVR lachrymans longè, & miseratus euntem est.] Vltima huius carminis dictio, Est, nusquam in antiquis exemplaribus habetur. In Romano libro versus totus ita legitur; Prosequitur lachrymis longè, & miseratur euntem. IDÆVMQVE etiam currus.] In Romano libro, Currum, vnitatis numero, absque vllâ collisione legitur. VENIENDI discere causas.] In antiq. lib. Rom. & aliquot alijs, Poscere causas, legitur. — VAR. Lect.

TALIBVS Aeneas ardentem, & torua tuentem Lenibat dictis animum, lachrymasq; ciebat.] Quum Aeneas miserabilia dictu effunderet, lachrymarũ plurimarum augmenta nõ deerãt. nam Didonis abscessus eos magis magisq; commouebat. ILLA solo fixos oculos auersa tenebat: Nec magis incepto vultus sermone mouetur; Quàm si dura silex, aut stet Marpesia cautes.] Aeneas quidem — DON.

dolendo

[illegible] *& fletu: [illegible]* [illegible] *ipse* [illegible] *fuerat* [illegible] *ut* [illegible] *tamen* [illegible] *Hæc fecit,* [illegible] *& ne* [illegible]. TANDEM corripuit sese, atque inimica refugit.] *Augmentum iræ suæ, Aeneam refugiendo testata est: & ut fuerat inimica* [illegible]. *Dicitur ad quem locum.* In nemus, inquit, vmbriferum, coniunx vbi pristinus illi Respondet curis, æquatq; Sichæus amorem.] [illegible] *tum est, relinquere eum, quem odio habuit. & ad* [illegible] *eum tendere, qui* [illegible] *eum ex animum gereret, vel* [illegible]*, & qui amore mutuo & consimili teneretur.* NEC minus Aeneas, casu percussus iniquo, Prosequitur lachrymans longe, & miseratus euntem est.] *Admodum dolebat Aeneas, desertum se ab ipsa atque contemptum: tamen recedentem prosequebatur gemitu & verbis. &, quantum poterat, intuebatur oculis. & videret vlterius, si non eam arbores nemorum, atque vmbræ texissent. His gestis, cœpit ire, quò dudum intenderat.* INDE datum molitur iter: iamq; arua tenebant Vltima, quæ bello clari secreta frequentant.] *Vltima dixit, quæ fuerant satis vlteriora: scilicet vsus gradu superlatiuo. Hæc separatim fuerant deputata his, qui magni inueniebantur fuisse in exercitatione bellorum.* HIC illi occurrit Tydeus, hic inclytus armis Parthenopæus, & Adrasti pallentis imago.] *Hoc specialiter posuit, addens:* HIC multum fleti ad superos.] *Pro merito scilicet virtutis suæ magnum viuis reliquerant luctum; quum aduersantibus fatis pro patria cecidissent.* BELLOQVE caduci Dardanidæ.] *A speciali enumeratione singulorum, transijt ad generalitatem: vt plurimos illic Troianos visse memoraret.* QVOS ille omnes longo ordine cernens ingemuit, Glaucumque, Medontaque, Thersilochumque, Treis Antenoridas, Cererique sacrum Polybetem, Idæumque etiam currus, etiam arma tenentem.] Ingemuit, *ad omnes pertinet. non enim solùm doluit propter* Glaucum: *cùm omnes, quorum nomina complexus est, habuisset æquales.* Cereri sacrum Polybeten *dixit, vt ostenderet, numina cultores suos in causa mortis iuuare non posse. nam perierat, qui Cereri fuerat consecratus.* Idæum *verò talem vidit, qualis fuerat in vita. is enim duo officia sustinens, tenebat arma, regebat & currum: quarum rerum studium apud superos habuit.* CIRCVMSTANT animæ dextrâ læuaq; frequentes.] *Ab vtroque latere circumstabant animæ maximi numeri.* NEC vidisse semel satis est.] *Tanti meriti fuerunt, quorum animæ obtutibus Aeneæ offerebantur: vt eas semel vidisse non sufficeret. tantus fuit dolor: tantum videndi desiderium.* IVVAT vsque morari.] *In infernis tenebris & squaloribus delectabatur, aliquas moras innectere.* ET conferre gradum.] *Ex vtraque parte vnum desiderium fuit videndi, deambulandi, & confabulandi: erat* [illegible] *ex* [illegible] *in* [illegible] *perducere* [illegible] *Grais* [illegible] *phalanges:* [illegible] *exercitum quoque* [illegible] *apud inferos viderentur, quasi omnes* [illegible]. *Principium Græciæ, & Agamemnonis exercitum* [illegible] *commemorationem: cum laude nonnulla glori*[illegible] *tur vt viderunt virum non contemnendum, &* [illegible] *nouerant, & qui de fiducia fortitudinis ad inferos* [illegible] *non mediocriter sunt territi. Vnde intell*[illegible] *tuerent quia, quum hominem atque eius vidissent* [illegible] *quoque timebant fulgorem.* PARS vertere [illegible] (quondam petiêre rates) pars tollere vocem [illegible]am: inceptus clamor frustratur hianteis. [illegible] *sicut in Troiâ fecerunt, quum ad naues* [illegible] *desperatione compulsi. Alij verò volebant clamare,* [illegible] *cùm non esset clamandi substantia. Denique in ipso* [illegible] *deficiebant, dantes non vocem, sed exiguum sonum.* [illegible] *Græcorum non inaniter posita est, primò omnium* [illegible] *retur, quot millia ex ipsis cecidisse viderentur. nulla* [illegible] *ctoria est sine calamitate victoris. Denique,* [illegible] *fuisse cum ipsis metum, quem apud superos habuerunt* [illegible] *pugnaretur Troia. Meminerat enim poeta, se dix*[illegible] giunt alij ad naues, & littora cursu Fida petunt [illegible] ingentem formidine turpi Scandũt rursus equum, & notâ conduntur in aluo. *Vbique firmat* [illegible] *aduersantibus; nõ virtute Græcorum superatum esse* [illegible] *Troiæ. Denique & hic timidos & fugaces Græcos* [illegible] *quibus vsque adeò timor statum mentis præripuerat* [illegible] *rent Aeneam idcirco apud inferos armatum incedere,* [illegible] *eos etiam mortuos insequeretur. Fugiebant, inquit,* [illegible] *mittebant exiguam vocem: &, cùm vellent aliquid dicere* [illegible] *ipso vocis defectu patenti ore remanebant, non* [illegible] *officio. Troianos laudauit: & ostendit timidos Græcos* [illegible] *indeq; imbelles: nullus enim hostem, nisi imbellis fugit.*

NEC vidisse semel satis est.] *Si quam* [illegible] *brûmue inuenimus nobis, ob elegantiam, vehementer* [illegible] *locus erit illi:* Nec vidisse semel satis est: iuuat [illegible] rari. *De filio quoque dicetur, qui è longinquis* [illegible] *exspectatus rediit: cuius conspectu parens, sub prim*[illegible] *appulsum, expleri nequiuerit.*

SER. FRVSTRATVR.] deci- pit. HIANTEIS.] *clamare cupientes. Nec nos moueat, quod alij vmbris verba dat, his silentium. Timorem enim exprimit, qui* [illegible] *quoq; adimit vocem:* [illegible], Obstupui, steteruntq; comæ, & vox faucibus hæsit. DEIPHOBVM vidit.] *Qui Helenam* [illegible]*, mortuo Paride, ad* [illegible] *primùm ire necesse* [illegible] *fuerat causa bellorum:* [illegible] Deiphobo dedit [illegible], Vulcano

Exiguam: inceptus clamor frustratur hianteis.
Atque hîc Priamidem, laniatum corpore toto,
Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora:
Ora, manusq; ambas, populataq; tempora raptis
Auribus, & truncas inhonesto vulnere nares.
Vix adeò agnouit pauitantem, & dira tegentem
Supplicia: & notis compellat vocibus vltrò.
Deiphobe armipotens, genus alto à sanguine Teucri:
Quis tam crudeleis optauit sumere pœnas?
Cui tantum de te licuit? mihi fama supremâ
Nocte tulit, fessum vastâ te cæde Pelasgûm
Procubuisse super confusæ stragis aceruum.
Tunc egomet tumulum Rhœteo in littore inanẽ
Constitui, & magnâ maneis ter voce vocaui.

superante, [illegible] CERVM.] *Pro,* [illegible] *est, habens ora lacera.* [illegible] PVLATA.] [illegible] *deformia* [illegible] TRVNCAS [illegible] HONESTO. [illegible] *deformi. Terent.* [illegible] lecro inhonest[illegible] nem, senẽ, [illegible] *signis enim de*[illegible] *pudo est in vultu,* [illegible] *ribus.* PAVI[illegible] *timitem, ne* [illegible] GENTEM.

Nomen & arma locum ſeruant:te, amice,nequiui
Conſpicere & patriâ decedens ponere terrâ.
Atq; hîc Priamides: Nihil ô tibi, amice, relictũ eſt:
Omnia Deiphobo ſoluiſti;& funeris vmbris.
Sed me fata mea, & ſcelus exitiale Lacænæ,
His merſêre malis:illa hæc monumenta reliquit.
Namq; vt ſupremam falſa inter gaudia noctem
Egerimus noſti;& nimiùm meminiſſe neceſſe eſt:
Cùm fatalis equus ſaltu ſuper ardua venit
Pergama, & armatum peditem grauis attulit aluo.
Illa chorum ſimulans, Euanteis orgia circùm
Ducebat Phrygias: flammam media ipſa tenebat
Ingentem, & ſummâ Danaos ex arce vocabat.

A *tem. non truncatis manibus quid tegebat?* Tegere *autem, eſt celare: vt contrà* Nudare, *eſt indicare:vt,* Traiectaque pectora ferro Nudauit. NOTIS vocibus.] *amicabilibus.* OPTAVIT ſumere.] *elegit vt ſumeret.* DE te.] *Pro, in te.* RHOETEO in littore.] *Vbi erat Aſylum Aiacis; ſicut in Sigæo Achillis. & benè illic, quaſi vbi tutus eſſe potuerant. Sanè Rhœteium dicitur; & facit Rhœteum: ſicut etiam Cythereia, & Cytherea.* ET arma.] *depicta ſcilicet.* SERVANT.] *tenent, obtinent.* TE.] *tuum corpus: vt,* Nunc me fluctus habet. OMNIA ſoluiſti.] *Quia conſtituto tumulo manes vocauit.* ET funeris vmbris.] *ſepulturæ meæ vmbris. nam funus illic eſſe non potuit, vbi ne cadauer quidem fuerat.* FATA mea & ſcelus exitiale
B Lacænæ.] *Helenæ ſecundùm mathematicos, qui dicunt, etiam inimicitias ex fato deſcendere. vnde iſta coniunxit: Fatum & ſcelus Helenæ, per quæ illi mors contigit.* Lacænæ, *patrium eſt nomen, à Lacedæmone vrbe: cuius Lacones & Lacænæ, ciues vtriuſque ſexus ſunt.* MONVMENTA.] *Medius eſt ſermo, dictus ab eo, quòd mentem monet. vnde eſt hîc de malis. contrà in Tertio:* Manuum tibi quæ monumenta mearum. EGERIMVS.] Ri, *metri neceſsitate corripuit.* MEMINISSE neceſſe eſt.] *Ciceronis eſt:* Cui placet, obliuiſcitur: cui dolet, meminit. *Ergo quia dolet, neceſſe eſt meminiſſe.* FATALIS.] *mortifer: vt,* Fatiferumque enſem. SVPER ardua venit Pergama.] *Aut quòd in arce eſt poſitus: aut quia deiectis muris ſuprà tractus eſt.* GRAVIS.] *grauidus: vt,* Graues tentabunt pabula fœtas. *Suprà autem dixerat,* Fœta armis. CHORVM.] *multitudinẽ in ſacris collectam.* EVANTEIS.] *Euanteis Phrygias: aliter non ſtat verſus.* Euantes *autem, bacchantes: à Libero, qui Euan dicitur.* ORGIA.] *Id eſt, cantharos maximos, plenos vino. Tamen* Orgia, *Bacchi ſacra dicuntur,* ἀπὸ τῆς ὀργῆς, *id eſt, irâ & furore; propter vinum. ſed tamen omnia Sacra dicuntur,*
C *quæ à Latinis Ceremoniæ.* CIRCVMDVCEBAT.] *Diuiſit in duos verſus vnam partem. ſed idem eſt, quia eſt compoſitum. Lyrici verò, etiam incompoſitam partem orationis in duos diuidunt verſus.*

POM. Sabi. DEIPHOBVM.] *Deiphobus mutilatus, poſt mortem Paridis, Helenam duxit.* RHOETEO.] *in Rhœteo littore erat aſylum Aiacis.* TER voce.] *Antiqui poſt iuſta, id eſt, exſequias, manes mortuos vocabant ter.* LOCVM.] *tumulum.* ARMA.] *inſignia. vel* arma: *quia mos erat, arma in ſepulchris ponere.* NOCTE.] *in quâ credebamus appuliſſe Græcos.* EVANTEIS.] *Euam Bachus dicitur. indè Euantes, bachantes mulieres. Euantes etiam dictæ, quæ ſacra Cybeles faciebant.* ORGIA.] *dicuntur ſacra cum impetu & furore facta,* ἀπὸ τῆς ὀργῆς, *id eſt, à furore.* Orgia *dicuntur etiam vaſa vini plena.*

VAR. Lect. VASTA de cæde.] *Antiqui omnes libri legunt,* Vaſtâ te cæde. RHOETEO in littore.] *In Romano libro, abſq; præpoſitione,* Rhœteo littore, *ſcriptum eſt.* NOMEN & arma locum ſeruant.] *In Longobardico libro,* Locus, *nominatiuo caſu legitur.* ATQVE hîc Priamides.] *In Romano libro, & in quibuſdam alijs antiquis, legere eſt,* Ad quæ Priamides. *In Longobardico,* Ad quem. RELICTVM eſt.] *In nullo ex his veteribus lib. inueni verbum* Eſt.

DON. ATQVE hîc Priamidem, laniatum corpore toto, Deiphobum vidit lacerum.] *Tanta detrimentorum corporis deformitas fuit: vt hunc ciuis notus, & affinis, agnoſcere non potuiſſet. abſciſsis quippe fuit, & obtruncatis, inquit, auribus. qui vt Aeneam vidit, erubuit. Voluit denique fœditatem ſuam, toto corpore ſparſam, tegere; nec tamen potuit: quia deerant manus, quæ hoc procurare potuiſſent. Intelligi tamen poteſt, quid ſit, quod ait,* Tegentem: *aut enim totum ſe ſubtrahere conatus eſt; aut totum auertere. Hoc in genere potuerunt vitia eius non videri: ſed cùm antè eſſet agnitus; Aeneâ præuidente, paranti fraudem argumentum vocis occurrit: hæc ingerens prior.* DEIPHOBE armipotens.] *Principia iſta non iam interrogantis ſunt; ſed potiùs admirantis & dolentis. Denique ſequitur:* QVIS tam crudeles optauit ſumere pœnas? Cui tantum de te licuit.] *Cùm te, inquit, in vitâ ſciam fuiſſe in armis potentem, & præſtantem genere, atque inter Troianos fortiſſimum: primùm miror, quis iſte ſit, qui te exſtitit fortior, tantamq; exhibendarum pœnarum habuit poteſtatem. Quia malorum inſpectio euidens fuit: non quæſijt, quid factum eſſet: ſed facti ipſius nôſſe cupijt authorem. Admiratio ipſa multiformis fuit. primò, quis cogitare potuiſſet tot aduerſa, vel talia; cùm vir fortis ſibi potuiſſet reſiſtere: dehinc, fuiſſet auſus implere: tertiò, vſque ad totius corporis ſupplicia prouenire?* MIHI fama ſupremâ Nocte tulit.] *Retulit mihi, inquit, fama, quum ſuprema nox ageretur, quâ Ilium concidit.* FESSVM vaſtâ te cæde Pelaſgûm Procubuiſſe ſuper confuſæ ſtragis aceruum.] *Dixit laudem ipſius; aſſerendo, eum certaminis labore, & cædibus feſſum, ſuper aceruos hoſtium procubuiſſe. Non dixit occiſum cecidiſſe; ſed quaſi procubuiſſe laſſatum.* TVNC egomet tumulum Rhœteo in littore inanem conſtitui.] *Erexi, inquit, honoris tui causâ, tumulum ſinè funere: quia confuſus fuiſti corporibus hoſtium, nec inquiſitus reperiri potueras. nomen tamen tuum vocaui ſolenniter. Ecce amici animus! ego, inquit, pro me ſuprema compleui; non alijs facienda commiſi. Solent res non rectiùs peragi, quæ curanda alijs dantur.* NOMEN & arma locum ſeruant.] *Signatus eſt locus ipſe nomine tuo; & arma illîc cum tui vocabuli appellatione decorata ſunt: vt, qui eadem viderint, arbitrentur tui quoque funeris illîc oſſa recondita.* TE, amice, nequiui Conſpicere, & patriâ decedens ponere terrâ.] *Feci, ait, non quod volui; ſed quod potui. optaui enim te reperire, & in ſolo patrio tuas reliquias condere. quod quia non prouenit: inueni remedium doloris; ne memoria tua inhonorata remaneret.* ATQVE hîc Priamides.] *Intelligitur, reſpondit:* NIHIL ô tibi, amice, relictũ: Omnia Deiphobo ſoluiſti, & funeris vmbris.] *Hoc eſt plenè gratias agere: vt, quòd Aeneas aſſeruit, munus factum iuxta illius exſequias propterea, quia corpus eius inuenire non potuit; Deiphobus diceret, ſatis abundare, quod factum eſt. Primò quæſijt Aeneas, quis author fuiſſet deformitatis eius: dehinc retulit, ſe conſtituiſſe ei ſepulchrum, honoris causâ. ſed ille cùm reſponderet, quoniam ſupremæ honorificentiæ potior fuerat cauſa; huic primò reſpondit: oſtendens ſe gratias agere beneficijs eius. Deinde redijt, vt referret, quis pœnarum in toto corpore autor videretur exſtitiſſe; vel quo ordine fuiſſet tanta perpeſſus. Incipit ergo ſeriem referre geſtorum.* SED me fata mea, & ſcelus exitiale Lacænę, His merſêre malis: illa hæc monumenta reliquit.] *Duo, inquit, deteſtanda in vnum conuenerant: tempus, & factum ſatis aduerſum. His acceſſerat vxor peſsima. Quòd dit* Lacænæ, *illîc conſtituit omnem vituperationem. Ea enim & in omnibus probroſa ſignificatio. Si enim Sinonem vel Vlyſſem dixeris, mox mendacem hominem vel factioſum oſtendit. Si à gentibus, vel locis, vel parẽtibus, tradere volueris nomen: mox dabis intellectũ, bonúsne quiſquam, an malus videatur. A gen-*

tibus : Infandum regina iubes renouare dolorem, Troianas vt opes & lamentabile regnum Eruerint Danai. *A' locis :* Hîc Ithacus vatem magno Calchanta tumultu. *A' parentibus:* Bellum etiam pro cæde boum, ſtratisq; iuuencis Laomedontiadæ. *Hæc & laudibus obſeruanda ſunt. A' regionibus: vt eſt,* Poſtquam res Aſiæ. *A' locis:* dicite Dardanidæ, *hoc eſt, nati in Dardaniâ. A' parentibus :* Sate ſanguine diuûm. *Ita eſt ergo & Lacænæ, quaſi omnes, quæ indè oriuntur, tales ſint, vt decipiant maritos & fallant. Expletis principijs, in quorum breuitate, & perſonam expreſsit & cauſam : incipit malorum ipſorum præſtare rationem. Dicturus igitur, quòd dormiens deceptus fuit; prætendit excuſationem: ne viro forti, illo vel maximè tempore, criminoſum eſſet, ſic dormiuiſſe ; vt ſupplicijs innumeris opportunum ſe faceret. Hic ergo, loci, temporis, & perſonæ ratione ſeruatâ, tuetur partes ſuas; & vxoris grauat.* NAMQVE vt ſupremam falſa inter gaudia noctem Egerimus, noſti ; & nimiùm meminiſſe neceſſe eſt.] *Fecit noctis commemorationem ; & adiecit ſigna eius : vt apertiùs Aeneas* A *agnoſceret, de quâ nocte ille loqueretur.* Supremam dixit: *quia ipſa concluſit exitium Troiæ, & Ilienſis imperij. Addidit aliud.* Quum gauderent, *inquit, omnes : & ego cum omnibus: quo tempore inter gaudia nihil ſperabatur aduerſi. Redijt ad ſigna:* CVM fatalis equus ſaltu ſuper ardua venit Pergama, & armatum peditem grauis attulit aluo.] *Ecce ſignificat tempus. Meminiſti, inquit, noctis illius, (quoniam mala in obliuionem venire non poſſunt) tunc, cùm equus ille vltimum mihi & patriæ interitum ferret, & noſtras duceretur in portas, ac nobis, nihil aduerſi ſuſpicàtibus, inimica gratulatio eſſet.* ILLA chorũ ſimulãs.] *Hoc eſt, cõmunem ſe nobiſcũ gratulationẽ habere cõfingens.* EVANTES orgia circũm Ducebat Phrygias, flammã media ipſa tenebat.] *Ad pulchritudinẽ mulieris,* Phrygias *dicit, & ludũ fingere: Græcis vocatis è ſummo arcis face, quã ipſa tenebat ardentem. Nec ſuprà nomen eius, propter odium nimium, dixit ; neq; hic eam nominauit, vt Helenam diceret: ſed dixit* Illa, *dixit* Lacænã.

Tùm me confectum curis, ſomnoq; grauatum,
Infelix habuit thalamus; preſsitq; iacentem
Dulcis & alta quies, placidæq; ſimillima morti.
Egregia interea coniux arma omnia tectis
Emouet, & fidum capiti ſubduxerat enſem:
Intra tecta vocat Menelaum, & limina pandit.
Scilicet id magnum ſperans fore munus amanti,
Et famam extingui veterum ſic poſſe malorum.
Quid moror? irrũpũt thalamo. comes additur vnà
Hortator ſcelerum Aeolides. Dij talia Graijs
Inſtaurate; pio ſi pœnas ore repoſco.
Sed te qui viuum caſus, age fare viciſsim,
Attulerint: pelagine venis erroribus actus?
An monitu diuûm? an quæ te fortuna fatigat,
Vt triſteis ſinè ſole domos, loca turbida, adires?
Hac vice ſermonum roſeis aurora quadrigis
Iam medium æthereo curſu traiecerat axem;
Et fors omne datum traherent per talia tempus.
Sed comes admonuit, breuiterq; affata Sibylla eſt
Nox ruit, Ænea; nos flendo ducimus horas.
Hîc locus eſt, parteis vbi ſe via findit in ambas:
Dextera, quæ Ditis magni ſub mœnia tendit;

SER. CONFECTVM curis.] *plenum, aut afflictum. Atqui vacauerat gaudijs. ſed illud oſtendit, quod ait Statius:* Stant veteres ante ora metus. *nam curæ ferebantur pro ſuo impetu ex priſtino bellorum tumultu. Alij hanc ipſam curam volunt, quòd habebat coniugem pernicioſam maritis. vnde ſequitur ;* Egregia interea coniunx. *κατ' ἀντίφρασιν.* VOCAT Menelaum, & limina pandit.] *antè pandit, & ſic vocat : vt,* Subeunt luco, fluuiumq; relinquunt. ID magnum ſperans fore munus amanti.] *Putauit ſe vitia præterita præſentibus poſſe celare. quod etiam ſequens indicat verſus:* Et famam veterum extingui ſic poſſe malorum. ÆOLIDES.] *Vlyſſes : qui vbiq; talis inducitur. nam Anticleæ filius eſt ; quæ antè Laërtis nuptias clàm cum Siſypho, Aeoli filio, cõcubuit: vnde Vlyſſes natus eſt. Sed quia ante nuptias natus, Laërtis reputatus filius. Hoc ei etiam in* Ouidio *Aiax obijcit :* Quid ſanguine cretus Siſyphio? *Alij Oelidè legunt: de quo nuſquam legimus.* SI.] *ſiquidem.* VICISSIM.] *Quia ipſe narrauerat.* PELAGINE venis erroribus actus?] *Non ad inferos, ſed ad locum, in quo inferorum deſcenſus eſt : id eſt, ad Auernum; ſi intra terram ſunt inferi. Alij altiùs intelligunt qui ſub terrâ eſſe inferos volunt: ſecundùm chorographos & geometras, qui dicunt, terram æquipondũ eſſe, quæ aquâ & aëre ſuſtentatur. quod ſi eſt ; ad Antipodes poteſt nauigatione perueniri: quia, quantum ad nos ſpectat, inferi ſunt ; ſicut nos illis. Hinc eſt, quòd ſub terrâ inferos dicimus eſſe : quanquam illud ſit, quia nouem cingitur circulis. Tiberianus etiam inducit epiſtolam, vento allatam ab Antipodibus, quæ habet :* Superi inferis ſalutem. *quâ occaſione tractat reciprocum hoc, quod diximus ſuprà. nam prudentiores etiam animas, per μετεμψύχωσιν dicunt ad alterius terræ partis corpora tranſitum facere : id eſt, non in eodem climate verſari, in quo priùs fuerint. Vnde ait Lucan.* Regit idem ſpiritus artus, Orbe alio longæ canitis ſi cognita vitæ. *Sciendum tamen, Homericum eſſe : nam & illic Elpenor ſimiliter Vlyſſem interrogat.* FATIGAT.] *fatigando impellit.* SINE ſole domos.] *Non eſt contrarium;* Solemque ſuum, ſua ſidera norunt. *illud enim de campis Elyſijs dicitur.* HAC vice ſermonum.] *Hæc ſacra, vt diximus ſuprà, præter vnius diei* B *ſpatium non tenebant. Vnde veretur Sibylla, ne manibus fabulis datum, id eſt, ſtatum & legitimum tempus, teratur.* Quòd autem dicit, Aurora medium axem traiecerat: *illud oſtendit ; quòd, ſecundùm Thuſcos, diei ortus eſt à ſexta diei horâ. ortus enim diei, habet auroram. Donatus tamen dicit, auroram cum quadrigis poſitam, ſolem ſignificare.* BREVITERQVE.] *Quod congruit moram obiurganti.* NOX ruit.] *Si per diem ſacra celebrantur ;* Nox ruit, *id eſt, imminet : ſi per noctem ; finitur.* FLENDO.] *Propriè. nam & lachrymæ, & gemitus, fuerant deplorantis Deiphobum.* FINDIT in ambas.] *Compendioſius, quàm ſi* Duas *diceret : poteramus enim dicere, & iam tertiam ſperare. Sic Salluſt.* Inter ſecundum atque vltimum bellum Carthaginenſe. *non ait, Tertium.* C

POM. Sabi. AEOLIDES.] *Alij* Elides *legunt. ſed meliùs Aeolides, Aeoli nepos : vt ſit Vlyſſes. eius mater Anticlia, antequam Laërti nuberet, cognita fuit à Siſypho, Aeoli filio.* IAM medium.] *ſacra ſuperis facta vno die valebant. Hoc loco Aurora ſignificat ſolem.* TEMPVS.] *vnius diei.* COMES.] *Sibylla.*

ADR. Bar. IRRVMPVNT thalamo.] *In Romano libro, ac pleriſque alijs.* Irrumpunt thalamos, *accuſatiuo caſu legitur.* ADDITVR vnà.] *In libris antiquis pene omnibus.* Additus *ſcriptum eſt.* AGE fare viciſsim, Attulerint.] *In antiquis aliquot,* Attulerunt.

DONAT. TVM me confectum curis, ſomnoque grauatum, Infelix habuit thalamus, &c.] *Quum me, inquit, cura & fatigatio corporis, tempuſq; duxiſſet in ſomnum ; iacebam in cubiculo meo ; & infelix thalamus tenebat dormientem. Benè infelicem thalamum dixit : cùm malo fato talem duxiſſet vxorem ; vel in quo tot ſupplicia pertulit. Hæc facta ſunt, inquit, quum me alta quies tenuiſſet, & iacerem pro mortuo: grauiùs dormirem, cogitationibus fractus, & æſtibus animi fatigatus. Etiam Salluſt. dicit :* Vti animum (inquit) ægrum ſolet, ſomnus cœpit. *Hæc aſſeruit Deiphobus ; quæ non fuerunt criminoſa viro forti. quid enim* metue-

A metueret eo tempore, quo publica lætitia fuit? Cur non dormiret, cùm nox quietem ſuaderet? Quid formidinis gereret, conſtitutus in cubili ſuo? excuſauit ergo pleniſſimè ſe, & ab omni reprehenſione diſcreuit; quòd alto ſopore dormierat. Temporis ſcilicet & loci commemoratione decurſâ venit ecce, vt oſtendat, prorſus nihil ſe metuere debuiſſe. EGREGIA interea coniunx.] Nec hoc loco dixit nomen eius: ſed, quod eſt grauius, matrimonij vocabulum poſuit ſanctum & religioſum, & quod inuiolatum deberet exſiſtere. nec ademit ei quod fuerat: vt eo deteſtabilior teneatur, quòd coniugij fœdera ſic diripuit ac prodidit. EGREGIA interea coniunx.] quum dicit Egregiam, ſequentia probant, non laudis; ſed vituperationis causâ poſitum. potuit enim & laudem ſignificare. ARMA omnia tectis Emouet; & fidum capiti ſubduxerat enſem.] In ſceleribus erudita, primò, inquit, omnia mihi arma ſubtraxit; & ipſum enſem, in quo haber- potui vltionem fidam ſalutis meæ: hoc conſilio; vt, ſi inſidias ſenſiſſem, ſubſidium mihi defenſionis non ſuppeteret. INTRA tecta vocat Menelaum, & limina pandit.] Coniunx, inquit: & non dixit mea proindeq; multo-

B rum. Fuit enim Menelai; dehinc Paridis; & tunc Deiphobi. quæ nec ipſum chorum habuiſſet, cui primò fuerat iuncta; quæq; neſciret vxoris affectum: hoſtem communem omnium, & ſpecialiter meum, in exſecratum cubiculum miſit: velut ſatiſfactura ei pro veteribus ſceleribus ſuis, cui primò mutauerat fidem; & ſupplicijs meis penſatura, quæ deteſtanda commiſerat. quaſi violata matrimonij ſanctitas emendationem illam poſſet admittere. Fertur enim, cum conſenſu proprio, per imaginarium raptum, eam cum Paride ad Troiam peruenisse. Denique, ſit huius rei & in primo libro commemoratio, hoc modo: Munera præterea Iliacis erepta ruinis Ferre iubet, pallam ſignis auroque rigentem, Et circumtextum croceo velamen acantho: Ornatus Argiuæ Helenæ quos illa Mycenis, Pergama cùm peteret, inconceſſosque Hymenæos Extulerat, matris Ledæ mirabile donum. Quæ vtique non ferret, niſi diſpoſitum habuiſſet diſceſſum, quod ipſum & ſic Vergilius monſtrat. Pergama, inquit, cùm peteret, inconceſſosque Hymenæos cum peteret; dixit: non vt per raptum abſtractam; ſed vt conſenſu proprio iunctam eſſe, monſtraret. Pe-

C teret bis accipiendum eſt; licèt ſemel poſitum videatur. Ipſo verbo Salluſtius vſus eſt, quum diceret: Libido accenſa, ſic vt ſæpiùs peteret viros, quàm peteretur. Hoc genere, & hîc intelligendum eſt, Pergama cùm peteret, inconceſſosque Hymenæos: vt ſinè aliquâ violentiâ ad Paridem, vel ad Troiam, veniſſe noſcatur. Hoc enim vult firmare Vergilius, ex perſonâ Deiphobi; nullam fidem illā ſeruare tertio marito potuiſſe: quia nec primo eam valuit exhibere. vt probaret, quod ſuprà dixit, Egregia interea coniunx: quoniam conſueuerat maritum fallere & fallendo decipere. QVID moror? irrumpunt thalamos.] Hoc eſt, cum violentiâ erumpunt. cæterum ſi vis non eſſet, Ingrediuntur fuerat dicendum. Intelligendum eſt etiam, ipſam cum ipſis fuiſſe: quoniam neſciebant, vbi Deiphobus requieſceret; ac ſola vxor poterat nôſſe. COMES additur vnà Hortator ſcelerum Aeolides.] Vxor peſſima, & maritus proprias iniurias gemens, Aeolides author malorum, & hortator ſcelerum, in vnum, inquit, conuenerant in perniciem meam. DII talia Graijs Inſtaurate, &c.] Pulchram fecit ἀπο-ſφραγίδα: & multa continentem. Soli, ait, dij poteſtis eſſe huius ſceleris vindices, quo innocens perij: qui talia rependatis Graijs, qualia in meam exercuerunt perniciem. Græcos generaliter maledicto ſuo collegit: non quòd omnes ipſi mala intuliſſent; ſed vt genus ipſum penitùs interiret, vnde talis vxor, & tales inimici, tam ſæui, tamq; crudeles, viderentur exorti. Inuaſiſſe cubiculum retulit; & prætermiſit, quæ conſecuta ſint: vel quia in promptu ſupplicia fuerint, quæ illis ſæuientibus pertulit: vel quia malorū ipſorum relationes horrebat. Quippe melius fuit, præterire ſuperflua; quàm referre dura, & quæ offerebantur aſpectibus. Poteſt tamen, quæ poëta non complexus eſt verbis, videri demōſtraſſe Deiphobum, quū diceret: Dij talia Graijs Inſtaurate. vtiq; talia, quæ ſibi illata monſtrabat. Ecce reſpōdit propoſitis: dixit quod quæſiuit Aeneas, quis eſſet pœnarum autor. Quid autem factum eſſet, quoniam aſpectibus ſuberat, dictum non eſt. Sed te qui viuum caſus, age fare viciſſim, Attulerint.] Audiſti, inquit, caſus meos: etiam ipſe viciſſim refer, caúſme te ad inferos viuum miſerint; an dij compulerint adire tenebras; an fortuna hoc etiam tibi laboris impeſgerit, vt loca triſtia & ſole carentia penetrares, & quæ nihil aliud præter caligines habeant. Quæſijt iſta Deiphobus. ſed Aeneæ reſponſionem optimo conſilio poëta præterijt: ne rebus, propter quas ventum fuerat, mora prolixior fieret: vel ne repēterentur ea, quæ ſuperiùs dicta ſunt. ſed nec Aeneam fecit negâſſe reſponſum. Interuenit enim interdictio Sibyllæ: quæ cùm videret diem labi; fabulas omnes & moras abſcidit. tamen dat illi humanitatis partes iuſtas. HAC vice ſermonum, roſeis aurora quadrigis Iam medium æthereo curſu traiecerat axem.] Dum viciſſim, inquit, fabulas conſeruerunt, iam exactus fuerat medius dies. ET fors omne datum traherent per talia tempus.] Sic libēter verba miſcebant, vt dies illis non ſufficeret. SED comes admonuit; breuiterq; affata Sibylla eſt.] Sibylla, quæ ideò Aeneæ fuerat iuncta, vt in omnibus inſtrueret ignorantem, commonuit breuiter fabularum prolixis tractatibus occupatum: intelligens, totum diem minimis poſſe conſumi. Vſa eſt igitur breuitate ſermonis: ne moras, quas remouere cupiebat, ipſa plurimum loquēdo nutriret. NOX ruit, Aenea; nos flendo ducimus horas.] Neceſſitate complendi actus, cuius causâ venerat, Aeneas non reſpondet Deiphobo. Quare Sibylla breui ſermone monuit ipſum. atq; id ne ad Aeneæ vitium, vel ipſius pertinere videretur, defenſionem ſumpſit à tempore atq; ita, vt hanc non lōgo, vt dictum, ſermone produceret. Nox, ait, ruit, Aenea. Ecce tempus fuit in causâ quòd labi non debuit propter noctis incertum. Quid enim intelligendum eſt in eo, quod dixit, Nox ruit? niſi quod diximus: quia, ſinè ipſorum impedimento, nox eadem venire non poterat. Nos autem flendo ducimus horas; hunc poteſt admittere intellectum, quaſi diceret: ad quem vtinam actibus commodis aut vtilibus teneremur! nunquam rebus perditis lachrymæ profuerunt. Fles: quid indè vtilitatis proueniet neceſſario tuo? quid fletum prolixitas dabit; cùm longum non ſit, quicquid fine concluditur? Quapropter fiat impulſu temporis, quod inuitis nobis ipſa neceſſitas iubet. HIC locus eſt, partes vbi ſe via findit in ambas.] Incipit ei futurū iter demonſtrare, in quo ex viâ enata altera fuit. Honeſtiſſimâ locutione vſus eſt, dicendo, In ambas, quaſi diceret, duas. & ſic eſt intelligendum: vt ambas vias dixerit, quæ eſſent natæ ex vnâ. Subnectit de hinc vtriuſque viæ rationem: ne, alteram ſequens, alteram habere videretur incognitam.

SER. ITER Elyſium.] Id eſt, ad Elyſium; de quo diximus ſuprà MALORVM.] impiorū: vt, Multa malus ſimulans, vanâ ſpe luſit amantem. IMPIA tartara.] vbi puniūtur impij. NE ſæui.] ne iraſcere. Terentius: Ne ſæui tanto-

Hac iter Elyſium nobis: at læua malorum
Exercet pœnas, & ad impia tartara mittit.
Deiphobus contrà: Ne ſæui, magna ſacerdos:
Diſcedam, explebo numerum, reddarq; tenebris.
I decus, i, noſtrum: melioribus vtere fatis.
Tantum effatus, & in verbo veſtigia torſit.
Reſpicit Aeneas ſubitò; & ſub rupe ſiniſtrâ
Mœnia lata videt, triplici circumdata muro:

pere. & antiquè dictum eſt: nam Ne ſæuias dicimus; nec imperatiuum iungimus aduerbio imperantes. Nec autem, & Non, negantis. EXPLEBO numerum.] vt ſuprà diximus, Explebo, eſt, minuam. nam ait Ennius: Nauibus explebant

bant ſeſe, terraſque replebant. *Quem Caper ſeruitur, quum de præpoſitione* Ex *tractaret, hoc exemplum poſuit. Senſus ergo eſt: Minuam veſtrum numerum, & reddar tenebris. Nam circa Aeneam & Sibyllam aliquid lucis fuiſſe, intelligimus; quippe circa viuos. vnde paulò pòſt:* Reſpicit Aeneas ſubito. *Alij,* explebo *male putant* Complebo *eſſe; vmbrarum ſcilicet, à quibus diſceſſerat, numerum. Alij,* Explebo numerum, *dicunt eſſe: Finiam tempus ſtatutum purgationi, & in corpus recurrã. vt hoc ſit,* Reddarq. tenebris. *nam legimus;* Clauſæ tenebris & carcere cæco. *vt ſit ſenſus, Iraſceris mihi quaſi hoc mo: nónne & ego futurus ſum? Alij dicunt, cur iraſceris? in his locis ſum, quamdiu vitæ per vim ereptæ expleam tempus: pòſt tenebris, id eſt, meis ſedibus, reddar. Sed hæc omnia, congrua loco non eſſe, manifeſtum eſt. non enim intelligere poſſumus, Sibyllã aliud volente, ſcilicet vt Aeneas abſcederet; ad alia Deiphobum reſpondiſſe.* I decus, i, noſtrum.] *Aut, I ô decus noſtrum, vtere melioribus fatis; inferorum ſcilicet comparatione: quia ait ſuprà;* An quæ te fortuna fatigat, Vt triſtes ſinè ſole domos, loca turbida adires? *aut certè: I decus, & fatis vtere noſtris: id eſt, melioribus, quàm aut ego aut tu habuerimus.* MOENIA lata videt.] *Tartarum dicit, quem vult eſſe carcerem inferorum.* Quòd *autem ait* Lata, *nocentum exprimit multitudinem.* TRIPLICI circumdata muro.] *Valde munitum indicat locum.* TORQVET.] *trahit, voluit.* PORTA aduerſa ingens.] *Diſtinctione excludendum eſt vitium de duobus epithetis.* SOLIDOQVE adamante columnæ.] *Adamas lapis eſt duriſſimus, & tantæ ſoliditatis, vt nec ferro poſſit infringi: quem hircino ſanguine frãgi dicũt. ab α, ſinè, & δαμάζω, domo: id eſt, lapis indomitus.* VIS vt nulla virûm.] Virûm *non ad ſexum retulit; ſed ad virtutem: hoc eſt, virorum fortium. vt Cicero:* Virum res illa quærebat, *cùm de viro diceret. Per hoc oſtendit, nullum de tartaro ad ſuperos poſſe remeare; ne numinum quidem fauore.* STAT.] *eminet.* Auras *autem, inferis congruas intelligamus. Statius de Mercurio ait, libro 2. Theb.* Vndiq; pigræ Ire vetant nubes, aut turbidus implicat aër. *Pigræ enim auræ eius impediebant volatum. De illo enim loco multi querunt;* Quis tantus plangor ad auras. *& Pollio dicit, Aeneæ & Sibyllæ, quas ſecum traxerant illi: cum conſtet, eſſe illic etiam auras.* HINC exaudiri.] *exaudiebantur.* TRACTÆQVE catenæ.] *Et genitiuus ſingularis poteſt eſſe, & nominatiuus pluralis.* STREPITVMQVE exterritus hauſit.] *Hauſit & exterritus eſt. ὑπαλλαγὴ eſt.*

POM. Sabi. HAC.] *ſcilicet dexterâ viâ.* EXPLEBO.] *minuam numerum. nam ex tribus remanebunt duo.* ET reddar tenebris.] *Ennius:* Nauibus explebant ſeſe, terraſq; replebant. ADAMANTE.] *Adamas lapis precioſus, duriſſimus omnium lapidum.*

VAR. Lect. ET in verbo veſtigia torſit.] *In Romano libro,* Preſſit *legitur.* SVBITO & ſub rupe. *In aliquot libris antiquis verſus hic non habet* Et *copulatiuam.* TORQVETQVE ſonantia saxa.] *In Romano libro,* Tonantia ſaxa *legitur.* NON ipſi exſcindere ferro Cœlicolæ valeant.] *In Romano libro, & aliquot alijs antiq.* Bello, *pro* Ferro *habetur.* VESTIBVLVM inſomnis.] *In Longobardico, in Mediceo, & aliquot alijs veter. exempl.* Exſomnis *legitur.* ET ſæua ſonare Verbera.] *Sunt antiqui libri, in quib.* Sonore *legitur.* EXTERRITVS hauſit.] *In Romano libro,* Hæſit *habetur.*

CAEL. Rhod. *Sed nos in ſanctis. item literis legimus; Deum omnia in*

Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Tartareus Phlegethon, torquetq; ſonantia ſaxa.
Porta aduerſa, ingens, ſolidoq; adamãte columnę:
Vis vt nulla virûm, non ipſi exſcindere bello
Cœlicolæ valeant: ſtat ferrea turris ad auras.
Tiſiphoneq; ſedens, pallâ ſuccincta cruentâ,
Veſtibulum inſomnis ſeruat noctesq; diesq;.
Hinc exaudiri gemitus, & ſæua ſonare
Verbera; tum ſtridor ferri, tractæq; catenæ.
Conſtitit Aeneas, ſtrepitumq; exterritus hauſit.

numero, mẽſurâ pondere, perfeciſſe. quæ ipſa & Plato apertè ſignificat: dum numeros, menſuras, ſolida, in medium adducit. Sed per numeros intelligi vult ipſas rerum naturaliũ ſpecies, formaſq; ſubſtãtiales: quas etiam Ariſtoteles numeris comparat. Per menſuras autem certas, inſtrumentaleſq; figuras vel magnitudines ſpeciebus certis accommodatas. Per ſolida deniq; atque vires, ſignificat qualitates; quæ & cum molibus penitùs protenduntur, & præſtant motionibus actionibuſq; momentum. Ex hac item occultiore facultate ſcribit Aurelius Macrobius: Numerorum certam conſtitutamq; rationem animas ſociare corporibus. qui numeri dum ſuperſint; perſeuerat corpus animari: cum verò deficiant, arcanam illam vim ſolui, quâ ſocietas ipſa conſtabat. Et hoc eſſe, quod fatum, & fatalia vitæ tempora, vocemus. Vnde fit illud doctiſſimi vatis: A

——Explebo numerum, reddarq; tenebris. B

Hinc item probabile eſt, veterum ſapientum curam pronunciare non dubitãſſe; animam eſſe numerum ſe mouentem. Hoc Pythagoricum eſſe decretum, auctor Plutarchus probat, libro, De ijs quæ philoſophis placeant, quarto. Sed adijcit, ἀυθαρεῖ ἀντὶ τοῦ νοῦ παραλαμβάνειν: id eſt, numerum pro mente acipere.

DOX. DEXTERA, quę Ditis magni ſub mœnia tendit, Hâc iter Elyſium nobis: at læua malorum Exercet pœnas, & ad impia tartara mittit.] *Quum bona dexteri itineris his diceret dictis: tetigit nomen tantùm, propter narrationis compendium. De Elyſijs autem campis, diſcretioneq; iuſtorum, putatus dicturus fuiſſe: hanc partem non omiſit: ſed meliori occaſione monſtrauit. quum enim diceret;* At læua malorum Exercet pœnas & ad impia tartara mittit: *proculdubiò patefecit, in dexterâ parte animas morari iuſtorum. Ex perſonâ Sibyllæ Vergilius oſtendit, animas infantium locis ac regionibus eſſe diſcretas; nec inter animas impiorum collocari. Nunc ſequitur partem, vt genera ſeparet locis, ſingulaq; diſtinguat.* DEIPHOBVS cõtrà: ne ſæui, magna ſacerdos. Diſcedam; explebo numerũ, reddarq; tenebris.] *Ne, inquit, te moueas vlteriùs, optima ſacerdotum. Si tibi quod agimus, non placet: iam recedam, expleturus numerum, (quem abeundo minuerat) & tenebris iterum reddar.* C I decus, i, noſtrum; melioribus vtere fatis.] *Cum duobus locutus eſt diuerſo genere. placauit iratã vatem: & Aeneæ felicia optauit, & proſpera: ſed magnâ breuitate ſermonis: ne loquendo plurima moras necteret, quas reprehenderat Sibylla.* RESPICIT Aeneas ſubitò & ſub rupe ſiniſtrâ Mœnia lata videt triplici circundata muro.] *Deſcriptio loci, quæſtionibus & ſupplicijs rectè conueniens. nam triplici muro fuerat clauſus; ne reis labendi atq; euadendi ſubeſſet occaſio. Portæ eius tam duræ, & tam fortes erant; vt neq; humanã, neq; deorum virtute ſuperari poſſent, etiamſi belli certamen exſiſteret. Omnia fluuius clauſerat, ſaxis & forticibus flammeis copioſus: qui tranſiri, propter rapacitatem, & ſaxa quæ voluebat, propterq; incẽdia, nõ poſſet. Turris illic fuit eduila in altitudinẽ nimiã, tam fortis; vt ferreis ſaxis videretur extructa. In foribus Furia fuit, egreſſus diligenti cautelâ cuſtodiret, die noctuq; cõtinuè peruigil, flagellis terribilis, & armata ſerpentibus. Quid illic non cruentũ, nõ triſte eſſe potuiſſet? vbi nihil gerebatur, niſi quod tormẽta mõſtraret aut pœnã. Deniq; gemitus & ſonitus verborũ, & tractarũ catenarũ ſtridor auditus, qd intùs gereretur, euidẽtiſſimè nũtiabat.* CONSTITIT Aeneas ſtrepitũq; exterritus hauſit.] *Tãtus in illo loco tormentorũ ſtrepitus fuit: vt Aeneas, extra ipſum poſitus, ferre nequiſſet; quod feriebat aures, & vulnerabat hominem piũ.*

SER. SCELERVM facies.] *ſpecies. vt ſuprà:* Viſa maris

Quæ ſcelerum facies? ô virgo, effare: quibúſue
Vrgentur pœnis? quis tantus plangor ad auras?

facies. NVLLI fas caſto.] *pio. & hæc reſponſio oſtendit,*

ſicut eam

[illegible] Et Styx [illegible] Arguit. RHA[illegible] [illegible]] Hic & [illegible]

[illegible]
Nec [illegible]
Sed [illegible]
[illegible]
[illegible] mare.
[illegible] igna:
[illegible] manu,
[illegible] mortem.
Continuo sonteis vltrix, accincta flagello,
Tisiphone quatit insultans, toruosque sinistra
Intentans angueis, vocat agmina sæua sororum.
Tum demum horrisono stridentes cardine sacræ
Panduntur portæ. cernis, custodia qualis
Vestibulo sedeat? facies quæ limina seruet?
Quinquaginta atris immanis hiatibus, Hydra
Sæuior, intus habet sedem. tum Tartarus ipse
Bis patet in præceps tantū, tenditque sub vmbras:
Quantus ad æthereum cœli suspectus Olympum.

[illegible] cum propheta [illegible] Tunc Vates sic [illegible] Dux inclyte Teucrum.] Magna in poeta nostro loquendi copia. [illegible] principia cum eius laude [illegible] Cetlas in vota preces.] Tros, ait, Aenea [illegible]

[illegible] fuit, qui postea facti [illegible] SVBIGITQVE fateri.] cōpellit [illegible] per totum versum. nam priùs [illegible] postea audita castigat. FVRTO læ[tatus inani.] [illegible] non valde profuturā: quippe quæ fuerat [illegible] post mortem. DISTVLIT in seram.] in gra[tiam] [illegible] Sallust. Serum bellum, in angustijs futurum. [CO]MMISSA piacula.] Propter quæ expiatio debetur. [ACC]INCTA flagello.] Aut hoc dixit, quod videmus: [illegible] qui longo flagello vtitur, vt id pòst ictum in se reuoluat [illegible] est. aut accincta, instructa est, ad verbera scilicet: id [illegible] flagello quatit ipsa præparata. AGMINA [sæ]uorum.] Aut impetus, vt de Harpyis dixit: aut serpen[tes] agmina quos pro comitibus habet. TVM demum horri[sono.] Mittuntur, inquit, post verbera ad æternum suppli[cium]. Et est secutus ordinem iuris antiquum. nam post habi[tam] quæstionem in Tulliano, ad vltimum supplicium mittes [illegible]. Alij hoc à Poëtā dictum volunt, vt illā loquente intelli[gamus] portam esse patefactam. alij continuant narrationem. SACRÆ.] exsecrabiles. CERNIS, custodia qualis.] Custodia est, quæ custodit, nō quæ custoditur. Vsurpatum au[tem] est, sicut Hospita, sicut Neptis. nam, hic & hæc Custos fa[cit]. Hæc enim quæ finiuntur in o, vt fullo; in os, vt nepos; in es, vt hospes: fœminina ex se non faciunt. quæ autem inueni[untur], vsurpata sunt. Vnde & dissimilia inueniuntur. nam Cu[stos], Custodia facit: & Nepos, Neptis: & Hospes, hospita. VE[ST]IBVLO sedeat.] Significat Megæram. hoc autem dicit: [illegible] hanc, quàm sæua sit, est & intus alia. ATRIS imma[nis hi]atibus.] Quæ sæuior, quàm hydra fuit. Multi ipsam [illegible] fuisse dicunt: quod non procedit. nam eam in aditu [illegible] inferorum: vt, Ac bellua Lernæ. quam alij tria vo[luerunt h]abuisse capita, alij nouem: vt Simonides dicit, quinqua[ginta]. TARTARVS.] Vel quia omnia illic turbata sunt, ἀπὸ [illegible] aut, quod est melius, ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν, id est, à [illegible] frigoris. sole enim caret. BIS patet in præceps.] [illegible] præceps addidit: quia potest quid etiam sursum pa[tere] [illegible] autem hoc prudentioribus ideò dictum: quia, se[cundum] rationē sphæræ, sol, cū in vnā cōcesserit partē, duæ quasi [illegible] faciunt: vna, à quā discessit; & altera ad quam nunquā [illegible] quod melius sphæræ indicat ratio. Hoc autē dicit: Tar[tarus] [illegible] bis tantū in præceps patet, & tendit sub vmbras; quā[tus] [illegible] altitudo, ad Olympū æthereum. Et sic Hom. [illegible]

[illegible] IS tantus plangor ad auras?] In Romano & [illegible] Qui tantus plangor legitur. Sunt & libri [illegible] TVNC Vates sic [illegible] Tunc Vates sic orsa [illegible] intentans angues. [illegible]

[illegible]

diuum, Tros Anchisiade. [illegible] pater æquatus est superis & diuinis [illegible] Anchise [illegible] hoc ipsius fuit speciale: Tros autem [illegible] teris. Alio etiam loco similiter. Anchisa generate [illegible] certissima proles. [illegible] Dux inclyte Teucrūm. nam & hic eum laudat [illegible] eius extollit. Quid pulchrius [illegible] quid tam memorabile: quam primum esse [illegible] suo? quid'ue magis egregium: quàm honorum merito [illegible] patum? Teucrum enim, laudis esse posuit [illegible] esse videretur. NVLLI fas casto sceleratum [insistere] limen.] Ne diceret Aeneas: eamus, & discamus [illegible] sit clamorum atque verberum: Nulli, inquit, casto [illegible] ratum illud limen contingere vestigijs suis: proinde [illegible] nec mihi. Hoc genere profitetur, se nunquam [illegible] neas cupiebat audire: tamen audisse se, & audita [illegible] re, professa est. SED me, quum lucis Hecate [præfe]cit Auernis, Ipsa deûm pœnas docuit, per[que om]nia duxit.] Dixit eorum authorem, quæ fuerat narratura: vt fidem verba eius habere potuissent. Ait ergo, [illegible] Hecate lucis Auernis me præposuit, ipsa me docuit omnia, & mihi vniuersa monstrauit: cuncta per ordinem referens [illegible] etiam reddens, propter eos, quibus fas esset viuis ad [illegible] tendere. Incipit ergo ad interrogata respondere, tam [illegible] vt etiam illa coniungat, quæ interrogatio non tenebat. [illegible] frustra describeret illius loci actus & gesta: si non [illegible] gnitorem criminum, & pœnarum iudicem, demonstraret. [Di]cit ergo primùm: GNOSIVS hæc Rhadamanthus habet durissima regna.] Potestatis ipsius [illegible] diffinitionem. CASTIGATQVE, auditque dolos, subigitque fateri, Quæ quis apud superos furto lætatus inani, Distulit in seram commissa piacula mortem.] Hanc, inquit, ille habet potestatem: vt verberibus & tormentis extorqueat, & ad confessionem vsque perducat, quod apud superos scelerate commissum vindicare non potuit: & dilatam pœnam inanis gratulatio consectata [illegible] trarentur scelerati, sese fugisse vindictam nescientes [illegible] furto quæsitum pœnam non deleuisse: sed in aliud tempus [illegible] distulisse supplicia. CONTINVO sontes vltrix accincta flagello Tisiphone quatit insultans, toruosque sinistrâ Intentans angues, vocat agmina sæua sororum.] Adest furia, reos, sontes, & noxios flagello [illegible] cans; intentans angues; vt tormentorum metu [illegible] magis ac magis ardesceret: vocans etiam sorores [illegible] modi ea sola ferire nō posset. TVM demum horrisono stri[illegible] dentes cardine sacræ Panduntur portæ. [illegible] horrisono cardine, cuius sonus ad aures [illegible] CERNIS custodia qualis V[estibulo sedeat] [illegible] [illegible] quod pudendi, horrendi [illegible] posset [illegible] Ergo specialitatem recte [illegible]

[illegible] QVINQVAGINTA [illegible] immanis [illegible] Hydra [illegible] Sedet [illegible] perpetuam [illegible] in Georgicis [illegible] Immensusque [illegible] pabula [illegible] ut ostenderet [illegible] lum, sine intermissione [illegible] semper intentum [illegible] quam pars interior [illegible] quippe est [illegible] & quinquaginta [illegible] Quinquaginta [illegible] et multitudinem [illegible] Quinquaginta [illegible] serpentum [illegible] ostenderet [illegible] dendum semper [illegible] ore paratissimos. TVM TARTARVS IPSE BIS PATET IN PRÆCEPS.] Necessario addidit. In præceps patet. Patêre enim etiâ in superna quid potest, & quod [illegible] Carthaginis [illegible] Constitit [illegible] In altum [illegible] ex affectu poetæ [illegible] hic melior est [illegible] cit, ut multa etiam vulgi opinione [illegible]

SER. HIC genus antiquum terræ.] Id est, primum. Titanes enim contra Saturnum [illegible] : Gigantes postea contra Iouem. [illegible] fabulæ. Titanes [illegible] contra deos Terræ [illegible] in eius ultionem creatos. [illegible] & Titanes [illegible] ALOIDAS [illegible]

Hic genus antiquum terræ, Titania pubes,
Fulmine deiecti, fundo voluuntur in imo.
Hic & Aloidas geminos, immania vidi
Corpora: qui manibus magnũ rescindere cœlum
Aggressi, superisq; Iouem detrudere regnis.
Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas,
Dum flammas Iouis & sonitus imitatur Olympi.
Quattuor hic inuectus equis, & lampada quassans,
Per Graiũm populos, mediæq; per Elidis vrbem,
Ibat ouans, diuûmq; sibi poscebat honorem:
Demens, qui nimbos, & non imitabile fulmen,
Ære & cornipedum cursu simulârat equorum.
At pater omnipotens densa inter nubila telum
Contorsit (non ille faces; nec fumea tædis
Lumina) præcipitemq; immani turbine adegit.
Nec non & Tityon, terræ omniparentis alumnũ,
Cernere erat: per tota nouem cui iugera corpus

[illegible] altitudine, cœlũ voluerũt subuertere: sed cõfixi sunt Dianæ & Apollinis telis. Aloidas autem [illegible] dixit, ut de Hercule Amphitryoniades dicimus. Hoc in Odysseâ Homer. in λ. scribit: [Greek illegible] GEMINOS.] [illegible] similes. CRVDELES pœnas.] sæuas nimias. nam non dicit indignas ferentem, qui sacrilegus fuit. SALMONEA.] Salmoneus, Aeoli filius fuit, non regis ventorum, sed cuiusdam apud Elidem: ubi regnauit. qui, fabricato ponte æreo, super eum agitabat currus, ad imitanda tonitrua: & in quem iussisset iaculatus facem, eum iubebat occidi. [illegible] fulmen. MEDIÆQVE per Elidis [illegible] est indignatio. quòd in eâ ciuitate [illegible] specialiter Iupiter colitur. DENSA INTER [illegible] Ostendit fulminis causam & originem. CONTORSIT.] [illegible] cum impetu. FVMEA lumina. [illegible] eius ignis caret fumo: solo enim [illegible] ADEGIT.] [illegible] NEC NON & TITYON.] [illegible] secundum aliquos, filius terræ [illegible] : secundùm alios à Terrâ nutritus. [illegible] elegit sermonem, quo utrumque significaret: nam alumnum dixit. Hic amauit Latonam: propter quod Apollinis telis confixus est. Damnatus est autem hac lege apud inferos, ut eius iecur vultur exedat. Quamquam Homerus vicissim dicat, duos vultures sibi in eius pœnam succedere. unde hæc canit de Tityo: [Greek illegible] Vultur. licèt [illegible] Vulturus: dixerit & Plautus [illegible] vultures quatuor. quod [illegible] potest [illegible] Vulturis in câpo miserũ [illegible] tota nouem [illegible]

& cœlo, & locis superiorib. malè opinantur. [illegible] qui per reuerentiam [illegible] Per [illegible] autem, qui [illegible] bitum vult & repulsam significari: quia semel [illegible] res, ambire non [illegible] Per totam autem, ostend[illegible] res. quia semp [illegible] temptationibus turbinibusq; volu[illegible]

ALOIDAS.] Vlysses in 11. Homeri: Iphim[edeam] Aloei uxorem, quæ se Neptuno mi[scuisse] iactaui[t] [illegible] & breui [illegible] suscepit prolem [illegible] Otũ & Ephia[lten] quos terra maximos & pulcherrimos, post gloriosum [Orionem] sustulit. nono enim ætatis anno, in latum, nouẽ cubitis, in long[um] nouem vlnas excreuerant. Hi dij superis bellum [illegible] Olympo, & frondosum Pelion imposuêre, quò [illegible] sibi facerent. SALMONEA.] Deucalion ge[nuit] [illegible] Aeolus Salmoneum: Salmoneus Tyro. Vlysses apud [Homerum] Singulis [illegible] genus cognoscebam, inter quas [illegible] bili patre genitam. fertis enim Salmonei filia, [illegible] nupta dicitur. hæc Enipeum fluuiorũ pulcherri[mum] [illegible] Igitur Tyro, filia Salmonei & Alcidices [illegible] cõuerso in Enipeũ, genuit Peliam & [illegible] li filio, genuit Amithaonẽ, Pheretẽ, & Aeson[em] [illegible] dum vellet tonitru imitari Iouem in Elide, vbi [illegible] natus fuit. Elis, vrbs est sub Olympo monte. [illegible] lysses apud Homerũ: Indè Tityon, [illegible] Terræ [illegible] nouem iugera humi porrectum. gryphes [illegible] nitus exedunt. neq; eos abigit. Latonã [illegible] Pytho, per [illegible] Panopeam [illegible] Lucretius lib. 3. Qui non sola [illegible] membris Obtineat: sed qui terrai to[tius] [illegible] tamen æternũ poterit perferre dolore[m] [illegible] bere cibũ præbero de corpore semper. Se[d] [illegible] bis hic est, in amore iacentem [illegible] [illegible]

[illegible] Hoc ergo [illegible] *Q*[illegible] *ingens* [illegible] HIC & Alo[illegible] *Gemmos, quos* [illegible] *geminos, due* [illegible] Tenedo [illegible] *immensis orbibus* [illegible] *non* [illegible] *partu* [illegible] *proceritatis fuerint, ostēdit.* QVI ma[illegible] cœlū Aggressi, superisque [illegible] *Quid non auderet temeritas* [illegible] *suffragium: Tangebat manibus* [illegible] *exclusio Ioue, posse sibi eius imperium* [illegible] *fulminis violentiā pressi sunt: quanuō* [illegible] *forma cœlo proximos fecerat. Ecce,* [illegible] *scriptus est Tartarus, duplicē in præceps* [illegible] *quare in imum fundū eius coniecti sint: ne* [illegible] *per altitudinē corporum, præberetur* [illegible] *ad superos spatiū remaneret, quod supera*[illegible] *pronuntiamus:* Superisq; Iouē detru[illegible] *nomē debemus extollere. est enim & in hoc* [illegible] *significatio potestatis: vt hoc loco Iouē supera.*

[illegible] *cum scilicet, qui cœl*[illegible] [illegible] VIDI & [illegible] *Hoc adhuc* [illegible] *aut species* [illegible] DVM flāmas Iouis, & so[illegible] *tior sceleris causa* [illegible] *sit imitatio.* QVATTVOR [illegible] *lam*[illegible]pada quassans, Per Graium [illegible] *per* [illegible] *vrbem Ibat ouans, diuum*[illegible] *ho*norem Demens: qui nimbos, & [illegible] Ære, & cornipedum cursu simula[illegible] *tabatur, inquit, Ioui: & se illi per dementiam* [illegible] *pro fulmine præferens face: & æris so*[illegible] *currētium* [illegible] *tonitrua simulans.* AT pater [illegible] densa inter nubila telū Contorsit [illegible] fumea tædis Lumina) præcipitem [illegible] adegit.] *Iupiter nō faces aut fumantes tædas* [illegible] *portabat, sed diuina in ipsum coniecit* [illegible] *cipitem. ostendit eum in tartari altitudine* [illegible]

Porrigitur; rostroq; immanis vultur obunco
Immortale iecur tondens, fœcundaq; pœnis
Viscera, rimaturq; epulis: habitatq; sub alto
Pectore: nec fibris requies datur vlla renatis.
Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumq;?
Quos super atra silex iamiam lapsura, cadentique
Imminet adsimilis: lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris, epulæq; ante ora paratæ
Regifico luxu. Furiarum maxima iuxtà
Accubat, & manibus prohibet contingere mēsas:
Exsurgitq; facem attollens, atq; intonat ore.
Hîc quibus inuisi fratres, dum vita manebat:
Pulsatúsve parens, & fraus innexa clientis
Aut qui diuitijs soli incubuêre repertis,
Nec partem posuêre suis. (quæ maxima turba est)
Quiq; ob adulterium cæsi, quiq; arma secuti
Impia, nec veriti dominorum fallere dextras:

[illegible] CVNDAQVE pœ[illegible] *pœnam.* RI[illegible] *Caystri.* [illegible] *eminentiæ* [illegible] QVID memorē La[illegible] *populi Thessaliæ* [illegible] *Ixion* [illegible] *suprà diximus)* [illegible] *qui post* [illegible] *in formā Iu*[illegible] *cùm se de eius stupro ia*[illegible] *ab irato Ioue ad inferos* [illegible] *est, & illic religatus ad* [illegible] *circumfusam serpentibus.* [PIR]ITHOVMQVE.] *Et* [illegible] *de Lapithis fuit: qui* [illegible] *cum Theseo ad rapiendam Proserpinam.* ADSI[MI]LIS.] *Valde similis. Ad vacat: & à maioribus ad ornatū* [illegible] *ita* [illegible] *pro inuenire, legimus.* LVCENT [genia]libus altis.] *Aliud est. Tantalus, rex Corinthiorū, ama*[illegible] *fuit: qui cùm frequenter eos susciperet; & quo*[illegible] *tempore defuissent epulæ: filium suum Pelopem occidit,* [illegible] *ipsis posuit. Tunc abstinentibus cunctis, Ce*[illegible] *eius exedit: & cùm eum dij per Mercurium* [illegible] *ad superos vellent: eburneus est ei humerus restitutus.* [illegible] Humeroque Pelops insignis eburno. [illegible] *Ceres dicitur comesse: quia ipsa est terra, quæ* [illegible] *Per Mercurium autē ob hoc fingitur esse reuo*[illegible] *ipse est Deus prudentiæ, per quam Philosophi de*[illegible] [illegible] *Tantalus autē* [illegible] *damnatus: vt in Eridano in*[illegible] *nec vndis præsentibus, nec vicinis eius pomarijs* [illegible] *& Homerus* [illegible] [illegible]

[illegible] FERIALO [illegible] *regio* [illegible] LVCENT [illegible] maxima [illegible] *hoc est,* [illegible] *præmium* [illegible] Furiar[illegible] do. ET manibus [illegible] *cet, non fuit.* [illegible] lens.] *Hinc* [illegible] *et abstineat.* QVIBVS [illegible] fratres.] *Hæc* [illegible] *esse dicta genera*[illegible] *tamen & ad speciem* [illegible] *Ægisthum* [illegible] *&* [illegible] *lyncem, significare videatur. Bene autem,* [illegible] *per id quod leue est, etiam maiora comple*[illegible] [PULSA]TVSVE parens.] *Iterum quod leuius est* [illegible] *comparatione. Possumus autem Oedipum accipe*[illegible] *tractorem.* AVT fraus innexa clienti.] *Ex lege* XII *ta*[illegible]*bularum venit, in quibus scriptum est:* Patronus [illegible] fraudem fecerit, sacer esto. *Si enim clientes* [illegible] *sunt; patroni, quasi patres: tantundem est, clien*[illegible] *lium fallere. Et hoc posse fieri, ex Horat.* [illegible] *qui cùm loqueretur de auaris potentibus, ait de* [illegible] Reuellis agri terminos & vltra Limites [illegible] auarus: pellitur paternos In sinu ferens [illegible] xor, & vir. *Vrbano tamē hoc displicet: & dicit* [illegible] *magisq; contrarium: cùm magis patroni* [illegible] *clientes. Vult autem intelligi* [illegible] *sunt clientum quos nunc suscepto*[illegible] posuêre suis.] *Bene addidit suis.* [illegible]

[illegible] QVIQVE arma secuti Impia [illegible] dominorum fallere dextras.] Hoc [illegible] Augusto, qui contra Cæsarem patrem [illegible] ignoti, arma susceperant. Fit namq; eius dict[illegible] Dare quod severus Pompeianis, sed [illegible] [illegible] arma impia, [illegible] bella vel e[illegible], qua me[illegible] Pompeium contra acceptæ veniæ fidi. Sed [illegible] [illegible] arma impia [illegible] bella ciuilia, tangit & Augustum [illegible] [illegible] qui et ipsi be[illegible] [illegible] tractarût. Ite, si culpat eos, qui contra fidi datæ veniæ [illegible]: tangit Augustum nam tradiderunt ad eum ab Antonio duo millia equitũ per quos est victoria [illegible] secutus Horatius: Adhuc frementes verterunt bis mille equos Galli canentes Cæsarem. Fecit præterea iniuriam Augusto, vel Cæsari, si eos dominos dixit: quod apud maiores inuidiosum fuerat. vnde Tullius: Dominante Sylla. nam Patres patriæ dicebantur, non domini. Iuuenalis. Roma patrẽ patriæ Ciceronem libera dixit. Melius ergo est, vt bellũ a Sexto Pompeio, Magni filio, in Siculo freto gestũ, accipiamus. Nam occiso patre, Siciliam tenuit: & collectis inde seruitijs, vastauit sex annis vltro citroq; Siciliam. postea victus est ab Augusto & Agrippâ. Horatius: Minatus verbi vincla, quæ detraxerat Seruis amicus perfidis. Et hoc sensu tam arma impia, quàm dominorum congruit commemoratio.

POM. Sabi. FOECVNDA.] nisi essent illæ pœnæ, non renascerentur. IXIONA.] Ixion, filius Phlegyæ: vt Diodorus ait, filius Antionis & Melites. de quo lege suprà. ADSIMILIS.] ornatus gratiâ, pro, similis cadẽti. SILEX.] notat Tantalũ. Tantalus, Iouis filius, diuitijs clarus, Paphlagoniæ imperauit. cùm mystica deorũ palàm pronuntiasset, pœnas habuit, & viuus, & apud inferos. aiunt alij punitũ, quòd in mẽsã apposuerit dijs epulandũ Pelopen, eius filiũ: cuius humerũ quia Ceres comedit, eburno restituto, eum reuocauerũt ad vitam. Vlysses apud Homerũ. Vidi Tantalum grauiter in palude laborantẽ aquâ, quæ vsq; ad ima vada diffugiebat. Proceræ supra caput arbores: pyri, punicæ mali, dulces ficus, feraces oliuæ. quoties legere volebat senex, ventus per nubes inferebat. Lucret. lib. 1. NEC miser impendens magnũ tenet aëre saxum Tantalus, vt fama est, cassâ formidine torpens. Sed magis in vitâ diuũm metus vrget inanis Mortales, casumque timet, quemcunque ferat sors. INVISI fratres.] In generali loquitur de Polynice & Eteocle, Atreo & Thyeste, Danao & Aegystho. PVLSATVS.] verberatus. PARENS.] Oedipodes Laiũ verberibus cecidit. CLIENTI.] In 12. Tabulis cautũ est: Patronus si clienti fraudẽ fecerit, sacer esto. Vrbanus intelligit præuaricatores, qui fraudant clientes: nõ patronos. Officium patronorũ in clientes, & clientum in patronos, Romulus primus instituit. OB adulterium.] Milo Sallustium Crispũ verberauit, deprehensum cum vxore suâ Faustâ, filiâ Syllæ. Cynaras, rex Cypri, cõcubuit cũ filiâ, & Adonim genuit. QVIQVE arma secuti.] [illegible] notat nam Lucretius ait: Sisyphus in vitâ quoq; nobis ante oculos est, Quòd petere à populo fasces sæuasq; secures Imbibit, & semper victus tristisq; recedit. Nam petere imperium, quod inane est, nec datur vnquã, Atq; in eo semper durũ sufferre laborem: Hoc est, aduerso nixantẽ trudere mõte Saxum: quod tamẽ è summo iã vertice rursum Voluitur, & plani raptim petit æquora campi. Vlysses apud Homerũ. Vidi & Sisyphum, ingens saxum ambabus manibus voluantẽ,

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] TITANIA pubes [illegible] DOMINORVM fallere dextras [illegible] Dextrã [illegible] numero [illegible]

NEC non & Tityon terræ omniparentis alumnum Cernere erat: per tota nouẽ cui iugera corpus Porrigitur, rostroq; immanis vultur obunco Immortale iecur tundens, fœcundaq; pœnis Viscera, rimaturq; epulis, habitatq; sub alto Pectore, nec [illegible] datur vlla renatis.] Monoptoton declinatur [illegible] Tityonem diceret, si per casus variari posset. [illegible] illum Tityon, cuius informe corpus nouem iugera [illegible] occupabat. huic enim, pro sceleribus adm[illegible] adpositus fuerat, grandis & sæuus natura, & [illegible] tre, rostrum habens obuncum, aptum scilicet ad [illegible] la, & consumendis visceribus competenter arma[illegible] deessent membra, quæ semper improbus peteret [illegible] talitas non deerat. Non quòd reparatio viscerum [illegible] futura suppeteret: sed sarciens detrimenta, quæ [illegible] rat: ne pœna conquiesceret, corporis deficiente [illegible]

QVID memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumque? Quos super atra silex iamiam lapsura, cadentiq; Imminet assimilis?] Genus est transitus, per [illegible] idcirco ponitur, ne continuatio narrationis horres[illegible] ait: Quid memorem Lapithas, supra quos pen[illegible] ruinam promittit: nec tamen cadit: vt perpetuo metu [illegible] nexorum mens iugiter crucietur. LVCENT genialibus altis Aurea fulcra toris, epulæq; ante ora paratæ Regifico luxu.] Et torus regifico luxu fuerat paratus, & [illegible] tio epularum. non quia his vti meruerant: sed vt ab his [illegible] ti, cruciatibus maximis afficerentur. FVRIARVM maxima iuxtà Accubat, & manibus prohibet contingere mensas, Exsurgitq; facem attollens, atq; intonat ore.] Denique his apposita fuerat maxima furiarum, quæ eos [illegible] tantùm prohiberet ab epulis, sed ipsas quoq; mensas non [illegible] vel manibus tangere: exsurgens etiam voce magna, [illegible] terribili atq; intonanti: vt vetaret acriter, ne quid tangerent [illegible] confirmaret vocis operâ prohibitionem ipsam. HIC quibus inuisi fratres, dum vita manebat, Pulsatusve parens, & fraus innexa clienti.] Illic fuerunt, qui [illegible] fratres suos: & patres ferierunt manu; vel qui pauper[illegible] [illegible] strauerunt fraudem. AVT qui diuitijs soli incubuere repertis; Nec partem posuère suis; quæ maxima turba est.] Illic etiam illi, qui nacti diuitias, nullam suis [illegible] voluerũt: quorum multitudo fuerat maxima. QVIQVE ob adulterium cæsi.] Et qui, ob illicitos concubitus [illegible] ingij, mactati sunt. QVIQVE arma secuti [illegible] sunt, qui, necessitudine coniuncti sanguinis [illegible] inimicitias vsq; ad sanguinẽ ducunt. NEC veriti dominorum fallere dextras.] Illi quoq;, qui deceperunt [illegible] Possunt etiam intelligi, qui imperatores pro[illegible]

SER. POENAM expectant.] Quæ grauius est. nam expectatione, & præ en[illegible] metus est. et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] FORMA [illegible] [illegible]

Inclusi pœnam exspectant. ne quære doceri,
Quã pœnã: aut quæ forma viros fortunave mersit.
Saxum ingens voluunt alij: radijsq; rotarum
Districti pendent. sedet, æternumq; sedebit
Infelix Theseus: Phlegyasq; miserrimus omneis
Admonet, & magnâ testatur voce per vmbras.
Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos.
Vendidit hic auro patriam, dominumq; potentem
Imposuit: fixit leges precio, atq; refixit.
Hic thalamum inuasit natæ, vetitosq; hymenæos.

consilia hom[illegible] qualis ab Homero [illegible]

[illegible] licèt suprà dixerit: Quos super atra silex. nã de fabulis variæ sunt in ipsis authoribus opiniones. ÆTERNVMQVE sedebit Infelix Theseus.] Contra opinionẽ, [qui] fertur ab Hercule esse liberatus: quo tẽpore eum ita abstra[xit, vt] [illegible] corporis eius relinqueret partẽ. Frequẽter enim va[riant f]abulas Poetæ. Hippolytum ab inferis liberatũ Vergilius [dicit,] Horatius cõtra. Neq; enim Diana pudicũ Liberat [Hipp]olytũ. PHLEGYASQVE miserrimus omnes [Ad]monet.] Si nominatiu⁹ est singularis, hoc dicit: Phlegyas [omn]es admonet apud inferos pœnas ferẽtes. Si aũt accusatiuus [plura]lis est, Theseũ omnes Phlegyas admonentẽ debemus accipere. [Phlegyæ] nanq; secundùm Euphorionẽ, populi insulani fuerũt, [cõtra] deos impij & sacrilegi. vnde iratus Neptunus, percussit [tridente] eam partẽ insulæ, quam Phlegyæ tenebãt; & omnes ob[ruit.] Phlegyas aũt, pater Ixionis, habuit Coronidẽ filiam; quã [Apollo] vitiauit vnde suscepit Aesculapium. quod pater dolens, [Apollinis] spoliauit templum: & eius sagittis est ad inferos trusus. [Statius:] Phlegyam subter caua saxa iacentẽ Æterno [prem]it accubitu. DISCITE iustitiã.] vel nunc in pœnis [positi.] VENDIDIT hic auro patriã.] Et hæc, licèt generaliter dicantur, habẽt tamen specialitatẽ. nam Lasthenes O[lynt]hum Philippo vẽdidit: Curio Cæsari viginti septẽ millibus [sestertij]s Romam. de quo Lucan. Gallorũ captus spolijs & Cæsaris auro. & illud: Emêre omnes; hic vẽdidit vrbẽ. FIXIT leges precio, atq; refixit] Possumus Antonium, secundum Ciceronẽ in Philippicis, accipere. Fixit aũt ideò: quia [o]lim in æreis tabulis leges affigebãtur parietibus. HIC thalamũ inuasit natę.] Thyestes Pelopeæ filiæ: vnde Aegysthus natus est. Item Cinyras filiæ Myrrhæ; de quâ natus est Adonis. Nam, quod Donatus dicit, nefas est credi, dictũ esse de Tullio. quod conuitium à Sallustio, Ciceronis inimico, natũ est: qui de [illo] inquit, Filia matri pellex. VETITOSQVE hymenæos.] Legibus scilicet. nam dicẽdo, Vetitos, ostendit fuisse non vetitos: velut est apud Persas hodie. Vnde Catullus ait, de [con]cumbentibus cũ matre Persis: Nam magus ex matre & gnato gignatur oportet, Si vera est Persarum impia religio. vnde Donatus malè ait, naturã & legibus vetitos.

RADIISQVE rotarũ.] Ixion voluentibus assiduè rotis ferreis subiacet. PHLEGYAS.] Phlegyas, Martis filius. Apollinis tẽplum incẽdit: quia Apollo eius filiã Coronidẽ cõpresserat; ex quã genuit Aesculapium. vnde Apollineis sagittis confossus, apud inferos ingenti mole saxorũ premitur. Impius fuit, & contra omne fas vixit. VENDIDIT.] hic generaliter loquitur: in historijs multa inueniuntur exempla. Scilla vendidit patriam, & parentes: & conuersa fuit in graculum auem; quæ [est] nigri coloris, minor cornice. REFIXIT.] Quia leges sculptæ in ære figebantur in publico.

INCLVSI pœnam exspectãt.] Hoc de omnibus dictũ est, quos suprà cõplexus est; quòd inclusi exspectarẽt pœnas. Exspectare aũt incertũ prius est, quàm pati. NE quære doceri, Quã pœnã, aut quæ forma viros, fortunàve mersit.] Quid enim referret Sibylla, quod nondũ in illorũ criminũ reos fuerat definitũ? Ne quæras, inquit, doceri, quã pœnã isti afficiãtur: cùm sola sit interim, quòd eam exspectant: & nec tẽpus, quo pœna ipsa ventura sit, norint; nec sciant, quæ illa sit. Quod dixit: Hic, quibus inuisi fratres, dum vita manebat: omnibus potest aptari, quos diuersorũ criminum reos suprà enumerauit. omnes enim, dum vita manebat, prædicta crimina admiserant. SAXVM ingẽs voluunt alij] Scilicet sine fine voluendi. RADIISQVE rotarũ Districti pendẽt.] Et hic intelligitur: alij saxũ voluebãt: alij pendebant, rotarũ radijs districti. SEDET, æternũq; sedebit Infelix Theseus] Theseus sic damnatus. PHLEGYASQVE miserrimus omnes Admonet, & magnâ testatur voce per vmbras.] Phlegyas præpositus omnibus fuit; ipsis miserrimis reis vniuersis insultans voce magnâ. DISCITE iustitiam moniti, & non temnere diuos.] Post admonitionẽ enim peccare, crimẽ est maximũ: nec habent defensionẽ imprudentiæ, qui hoc fecerent. Non timere aũt diuos, sacrilegiũ est. VENDIDIT hic auro patriã.] Exsecrabile criminis genus, hostibus patriã vẽdere. Patriã, inquit, primũ altricẽ suã, quæ proprio sinu nascentẽ vagientẽq; suscepit: quã supra matris affectũ amare & colere debuisset: quam præclari ciues liberis ac posteris suis optãt cupiuntq; esse superstitẽ. Ecce addit causam, quâ impulsus multiforme scelus admisit. Propter auaritiam solam exsecrandã, inquit, id est, auri cupiditatẽ, decepit eam, pro quâ occũbere gloria fuerat, & per victoriã fidã mẽtis obstinatione durare: et hãc hostibus, exitiũ eius perniciẽq; quærẽtibus, nõ dubitauit offerre. Definiamus, qd sit, patriã vẽdere. decipere ipsam primò, quã (vt dictũ est) superstitẽ relinquere est gloriosum: decipere insontes: cuius diuersas quoq; ætates, in diuerso sexu cõstitutas, locupletes ex prædâ hostes efficerẽt. Adde causam; sola auaritia est, & sumendi auri cupiditas exsecrãda: seruaturus hæc: quibus perdidit omnia, q̃ charissima habere debuerat. DOMINVMQVE potentẽ Imposuit.] Et seruitio potentis domini suos omnes addixit. victos quippe seruitiũ sequi. FIXIT leges pretio, atq; refixit.] Corruptione interueniente præmiorũ, alias cõscribi leges effecit, & alias remoueri: quales esse potuerũt, quas ferebat inimicis. HIC thalamum inuasit natæ, vetitosq; hymenæos.] Hic, inquit, contra iura publica, legemq; naturæ, filiæ concubitus inuasit. Quod libidinis genus iste prætermisit: qui in nefarios natæ complexus improuidus ruit. DON.

Ausi omnes immane nefas, ausoq; potiti.
Non, mihi si linguæ centum sint, oraq; centum,
Ferrea vox, omnes scelerũ comprendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina possem.
Hæc vbi dicta dedit Phœbi longæua sacerdos:
Sed iã; age, carpe viam, & susceptũ perfice mun⁹.
Acceleremus, ait. Cyclopum educta caminis
Mœnia conspicio, atq; aduerso fornice portas:
Hæc vbi nos præcepta iubent deponere dona.
Dixerat: & pariter gressi per opaca viarum,
Corripiũt spatiũ medium, foribusq; propinquant
Occupat Æneas aditum; corpusq; recenti
Spargit aquã, ramumq; aduerso in limine figit.
His demum exactis, perfecto munere Diuæ:
Deuenère locos lætos, & amœna vireta

AVSI omnes immane nefas, ausoq; potiti.] Illic [s]unt, qui fecerunt, & qui conati [sunt.] Dicit aũt secundùm ritum [Ro]manũ: in quo nõ tantũ exitus [pu]nitur, sed ẽtia voluntas. NON, [mih]i si linguæ centũ sint, [Ora]q; centũ; Ferrea vox.] [Hi] tres versus sublati de Hom. [illegible] δ' εἰ μοι δέκα [μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ' εἶεν,] [φωνὴ δ' ἄρρηκτος], χάλκεον δέ [μοι ἦτορ ἐνείη.] Sed ille ærea [vo]x dixit. SCELERVM [com]prendere formas.] Vt, [Aut quæ] forma viros fortunàve mersit. PERFICE munus.] [illegible] ramũ redde. nam suprà ait: Hoc sibi pulchra [suum ferri] Proserpina munus Instituit. CYCLOPVM [educta c]aminis.] Hoc est, magna. ita enim cuiuslibet rei magnitudinem [illegible]: adeò et Statius, Arginorũ muros, ab ipsis [Cyclopibus] perfectos. FORNICE.] arcu. Cicero: Vidit ad [illegible] fornicẽ Fabianũ. CORRIPIVNT spatiũ.] ra[ptim] spatium peragũt. OCCVPAT Æneas aditũ.] ingreditur: vt suprà dixit. RECENTI.] semper fluenti. Dixit autẽ hoc, propter paludem Stygem. SPARGIT aquã.] Id est, purgat se. nã inquinatus fuerat, vel aspectu tartari. Et spargit: quia se inferis purgat. nã superis immolaturi, corpus abluunt: vt suprà, Donec me flumine viuo Abluero. AMOENA vireta.] virentia. & est satis vsurpatum. Amœna autem, quæ solum amorem præstant: vel, vt suprà diximus, quasi amunia, hoc est, sine fructu; vt Varro & Carminius docet. Alludit autem ad insulas fortunatas: nam & sequenti hoc indicat versu.

AVSI immane nephas.] concubuêre cũ filiabus. Thyestes concubuit cum Pelopea filia, & genuit Aegisthum adulterum Clytemnestræ. Sunt qui dicant, Vergilium voluisse intelligere de Cicerone, qui concubuit cum filiâ [illegible], [illegible] eis Sallustius obiecit, verum non est. NON, mihi si linguæ, centum.] Ex Lucretio sumptum. MOENIA conspicio.] POM. Sabi.

superius;

ſuperiùs : Dextera quà Ditis magni ſunt mœnia, tendit. *Plutarchus in vita* Qu. *Sertorij ait* : Qu. *Sertorium inſulas fortunatas inuadere conſilium cœpiſſe, vt illîc ſecuro frueretur otio. Cilices piratæ vetuêre. Et Atlantici maris inſulæ duæ beatæ vocantur, paruo inter ſe diuiſæ ſpacio: 10. ſtadijs à Libyâ diſtant. imbres illîc rari, & mediocres venti, ſuaues ac roriferi: ager ſpontè omnia neceſſaria producit : aëris magna temperies. illîc Elyſios campos , & beatorum domicilia eſſe, Homerus aſſerit. In fortunatis his inſulis, Heraceus ponere videtur hyperboreos : vbi tanta Solis benignitas, vt bis fructus anno proueniant. Hyperborei citharis & delicijs vacant : applicantes illuc, harmonijs detinêt. Hîc natam Latonã volunt: ideò Apollinẽ colunt. De inſulis fortunatis varia eſt ſententia. Alij poſuêre in Oceano ſeptentrionali , & fecêre domicilium Hyperboreorum; & in eis dixêre campos Elyſios: in quibus bis anno ijdẽ ſpontè naſcantur fructus, & perpetui ſint aprici dies. Alij poſuêre in Oceano Africæ occidẽtis: in quibus, vt ſcribũt, amœniſſima pomaria , & palmæ. Alij dicunt, inſulas fortunatas eſſe nouem & dici Canarias. Alij poſuêre inſulas fortunatas cum campis Elyſijs, in oriente. Aiunt, Sertorium penetrãſſe vſq; ad inſulas fortunatas.* VIRETA.] *vbi ſunt ſemper viridia. Vireta prope Memphim amœna ſunt, in quib. Aegyptiorũ ſepulchra ſunt. hæc Elyſios campos vocant. Palus propè eſt luco, & calamis plena: & grauiter olet. Per hanc paludẽ vectãtur cadauera. Hinc dixit* Orpheus, vehi per Acherontẽ. *Hom. lib. 4.* Odyſſeæ, *vbi loquitur Proteus : Sed te Elyſium campũ, & vltimas terras alij immortales mittent : vbi flauus Rhadamanthus, & minimè laborioſa hominibus vita : nulla illîc nix, non hyems, non pluuia; ſed ſemper leniter ſpirantis Zephyri flatus, Oceanus ad hominum refrigerium mittit.*

VAR. Lect. PERCVRRERE nomina poſſem.] *In antiquis penè omnibus,* Poſsim, *non inuenuſtè.* ACCELEREMVS, ait: Cyclopũ educta caminis.] *Libri aliquot* Obducta *habẽt aliquot, abſq; præpoſitiua compoſitione ,* Ducta *tantùm. Sunt tamen, quibus* Educta *ſatisfaciat magis.* ADVERSO fornice portas.] *Libri omnes antiqui, quotquot habui,* Verſo fornice , *abſq;* Ad *præpoſitione interiectã, legunt.* HÆC vbi nos præcepta iubent deponere dona.] *Antiqui nonnulli libri,* Hîc vbi, *legunt.*

CAEL. Rhod. *Athenienſes præcipuè comicis ſalibus ex hoc aſperguntur: quòd, nautici magna pars cũ eſſent, ob ſedẽdi aſsiduitatẽ depyges reddebãtur. Additur & fabella: Theſeum, cũ Pirithoo inferos petentẽ, in petrã quadã, Proſerpinæ imperio, coactũ ſedere: à quâ cùm ab Hercule auelleretur , affixas petræ natiũ partes reliquiſſe. quamobrem, honoris eius ergò, cæteris itẽ Athenienſibus hæſiſſe cognomentum. Ad eam verò petram alluſiſſe credi Vergilius poteſt , vbi Aeneidos ſexto ait:*

——ſedet, æternumq; ſedebit,

Infelix Theſeus.——

A DON. *Iam ſpecialis narratio , producta per multos , ne faceret maiorẽ properantibus morã, confugit ad generalitatẽ , dicens:* AVSI omnes immane nefas, auſoq; potiti.] *Omnes, inquit, iſti nefariorũ ſcelerũ rei ſunt, et, quicquid aggreſſi ſunt, perfecerũt. quũ dicit,* Omnes: *& illos tetigit, quos deſignatis criminibus depoſuit. Omnia hæc pœnarũ & criminum genera, Vergilius nõ inaniter poſuit. neq; enim id curauit, vt oſtẽderet, ſe curare actus infernos: ſed vt, ſuppliciorũ metu, ad bonos mores omnes ſingulosq; cõuerteret : & apertiùs docti rectiùs viuerent, certi, deteriùs puniri poſt mortẽ , quæ ſciendo vindicarint homines, aut prætermiſerint ignorando. Mirè tamen addidit:* NON, mihi ſi linguæ centũ ſint, oraq; centũ, Ferrea vox, omnes ſcelerũ cõprendere formas, Omnia pœnarũ percurrere nomina poſſem.] *Generalitas enim neceſſariò adiecta eſt: ne poëta videretur omnes deſcripſiſſe, quæ apud inferos gerebãtur: quoniã fuit impoſsibile, latitudinẽ tantam plenè cõplecti: vel ne contẽptui haberẽtur pœnæ propoſitæ, ex quotidiana meditatione. ampliùs enim ſupplicia incerta metuuntur. Certè, etiam ſi falſa fuerant , quæ dicta ſunt: acceſsit humanis actibus, quod prodeſſet ex poëtæ mendacio. Plus enim* B *fecit timere: & minùs peccare metuentẽ: eoq; res redit, vt viuatur rectiùs, cùm infinita pœna proponitur.* HÆC vbi dicta dedit Phœbi longæua ſacerdos : Sed iam age, carpe viã, & ſuſceptũ perfice munus] *Sequere, inquit, viam: vt ſuſceptum munus poſsis implere.* ACCELEREMVS, ait.] *Ordinatur ſenſus ſic : Hæc vbi dicta dedit Phœbi longæua ſacerdos: acceleremus, ait: age, carpe viã, & ſuſceptũ perfice munus.* CYCLOPVM educta caminis Mœnia cõſpicio, atq; aduerſo fornice portas : Hæc vbi nos pcepta iubẽt deponere dona.] *Vbi, inquit, apparẽt camini Cyclopũ, & eorũ habitacula: illic dona munus iubemur exponere.* Fornicẽ *dixit, camerã in arcum ductã.* DIXERAT, & pariter greſsi per opaca viarũ Corripiunt ſpatium medium, foribusq; propinquant.] *Hæc quũ Sibylla dixiſſet, direxerunt iter; vt ſpatium tranſmitterẽt, quod inter ipſos & locũ deſtinatũ fuit. Sed vbi ad ipſas fores ventum eſt:* OCCVPAT Æneas aditũ, corpusq; recenti Spargit aquã, ramũq; aduerſo in limine figit] *Luſtrauit ſe Aeneas, & ſic ramum* C *fixit.* HIS demũ exactis.] *Omnibus ſcilicet exactis, quæ dicta ſunt; & completo officio , quod debebat.* DEVENERE locos lætos, & amœna vireta Fortunatorum nemorum, ſedesq; beatas.] *Vt dixit , quid mali ſit, malè viuere, atq; vt noxios & noxiorum pœnas expoſuit: ita vult oſtendere, quid poſt vitam proſit, rectè vixiſſe. Nec à perſonis, vel à beatorum felicitate incipit : ſed primùm regionum bona perſequitur; dehinc quod ex ipſis locis capiant commodum , & qualibus bonis ipſi perfruantur.*

LARGIOR hîc campos æther, & lumine veſtit Purpureo.] *Non noſtro largior : ſed quà eſt in cæterã inferorũ parte. Aut reuerâ largior; ſi lunarem intelligamus circulum. nam, vt ſuprà diximus, cãpi Elyſij aut apud inferos ſunt, aut in inſulis fortunatis , aut in lunari circulo. Lucanus:* Illîc poſtquam ſe lumine vero Induit. *Homerus campos Elyſios ad inſulas fortunatas eſſe teſtatur, his verſibus:* ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον, καὶ πείρατα γαίης ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς Ῥαδάμανθυς, τῇ περ ῥηΐστη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισιν, οὐ νιφετὸς, οὔτ' ἂρ χειμὼν πολὺς, οὔτε ποτ' ὄμβρος, ἀλλ' αἰεὶ ζεφύροιο λιγυπνείοντας ἀήτας ὠκεανὸς ἀ-

Fortunatorum nemorum, ſedesq; beatas.
Largior hîc campos æther, & lumine veſtit
Purpureo: ſolemq; ſuum, ſua ſidera norunt,
Pars in gramineis exercent membra palæſtris;
Contendunt ludo, & fuluâ luctantur arenâ:
Pars pedibus plaudũt choreas , & carmina dicunt.
Nec non Threicius longâ cum veſte ſacerdos,
Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum:
Iamq; eadem digitis, iam pectine pulſat eburno.
Hîc genus antiquum Teucri, pulcherrima proles,
Magnanimi heroës, nati melioribus annis;
Ilusq;, Aſſaracusq; & Troiæ Dardanus author.
Arma procul , currusq; virûm miratur inanes.
Stant terræ defixæ haſtæ, paſsimq; ſoluti
Per campos paſcuntur equi. quæ gratia currûm
Armorumq; fuit viuis; quæ cura nitenteis
Paſcere equos: eadem ſequitur tellure repoſtos.
Conſpicit ecce alios dextrâ læuâq; per herbam
Veſcentes, lætumq; choro pæana canentes,
Inter odoratum lauri nemus : vnde supernè
Plurimus Eridani per ſyluam voluitur amnis.

νίησιν, ἀναψύχειν ἀνθρώπους. SOLEMQVE ſuũ] *ſibi cõgruũ, Græcè dixit: vt,* Feſſosq; ſopor ſuus occupat artus. PALÆSTRIS.] *luctationibus. Græcè dixit: nam* [illegible] *luctari dicũt Græci : vnde* [illegible]. CONTENDVNT ludo.] *Inter ſe ludo; non odio.* CHOREAS.] *Re corripuit propter metrũ. alibi ait ſecundũ naturã: vt,* Iuuat indulgere choreis. *Ergo aut ſyſtolẽ fecit: aut antitheſin, e pro i ponens , vt pro* χορεία *poſuit* χορία. *nam græcum eſt nomẽ.* NEC non Threicius longâ cũ veſte ſacerdos.] *Orpheus, Calliopes Muſæ & Oeagri fluminis filius fuit: qui primus Orgia inſtituit: primus etiã deprehendit harmoniam,*

Hîc manus, ob patriam pugnando vulnera passi:
Quiq; sacerdotes casti, dum vita manebat,
Quiq; pij vates, & Phœbo digna locuti:
Inuentas aut qui vitam excoluêre per arteis,
Quiq; sui memores alios fecêre merendo.
Omnibus his niueâ cinguntur tempora vittâ.
Quos circumfusos sic est affata Sibylla:

[illegible] id est, circulorum mundanorum [illegible] esse noui. [illegible] quibus [illegible], quê āras [illegible] id est [illegible] astris dicūt, sono [illegible] oleimus, q terrenus est: [illegible] septē sunt, quorū sonum [illegible] Orpheus: vnde vtiq; [illegible] fingitur chordis. Longā aūt veltē, aut citharœdi habuū [illegible] longā barbā. nam è cōtrario imberbes, muestes vocamus. Sacerdos aūt: quia theologus fuit, & Orgia primus instituit. Ipse etiā homines de feris & duris mites composuit. vnde [illegible] arbores & saxa mouisse, vt diximus suprà. Horat. Syluestres homines sacer interpresq; deorū, Cædibus & victu fœdo deterruit, Orpheus: Dictus ob hoc lenire tigres, rabidosq; leones. OBLOQVITVR numeris.] Dicendo, Obloquitur, chordarum expressit laudē, [illegible] verbis locutas. Obloqui enim, nō est nisi cōtra loquē. [illegible] aūt male dicere, vt aliàs. NVMERIS.] rhythmus, [illegible] Numeros memini, si verba tenerē. SEPTEM discrimina.] Quia omnes chordæ dissimiliter sonāt. IAM.] [illegible] PECTINE.] Hoc pectē declinatur, vt hoc carmē. HIC genus antiquū.] Quòd nō omnes viros fortes in Elysio vis [illegible] esse cōmemorat, hæc est ratio: quia isti diuinos meruerāt honores, quod Tydeo, vel his quos suprà memorauit, non contigit. [illegible] Antiquū addidit: quasi & illis Elysij contingerent cāpi [illegible] annorū nō derogaret vetustas. NATI melioribus annis.] Plerūq; enim virtus decoloratur tēporis infelicitate. Cicero: Vt illa laus tēporum nō hominū fuisse videatur. ILVSQVE, Assaracusq;.] Troiam reges fuerūt. TROIÆ Dardanus author.] Hūc in Septimo inter deos dicit relatū: et & numerū diuorū altaribus auget. sed, vt suprà dixi, Homerū sequitur: qui inducit simulachrū Herculis apud inferos visum. DEFIXÆ hastę.] Subaudi, inanes: & item equos [illegible]. QVÆ gratia currûm.] Detraxit vnū u licentiā, quā [illegible], Græcos secuta, genitiuo plurali syllabā aut addit, aut [illegible] hoc loco detraxit: sicut, Arma virûm, tabulæq;. [illegible] alibi addit. Alituū pecudūq; genus; pro, alitū. sicut Græci, [illegible]. NITENTEIS.] pingueis. ab eo quod sequitur, id quod præcedit intelligit. Per omnia aūt, q̄ [illegible] est, intelligēdū hoc est. Quæ gratia fuit viuis, eadē sequitur tellure repostos. PÆANA.] Propriè Apollinis laudes: [illegible] nunc cōgruit, propter lauri nemus. abusiuè, omniū deorū. [illegible] Orgia, propriè Liberis abusiuè, omnium deorū sacra. ODORATVM.] Pro odorum, vt suprà diximus. VNDE supernè Plurimus Eridani per syluā voluitur amnis.] Eridanum, Aratus in cœlo, esse dixit, haud lōgè à Ceto belluā. Hic & in terris est, qui in Italiâ, hoc est, in Venetiâ, Padus vocatur. quē alij etiā ad inferos volūt tēdere: alij, nasci apud inferos & exire in terras. Ideò aūt ista fingūtur: quia de Apennini parte oritur; quæ spectat inferū mare, & tendit vsq; ad superū. Ergo hic sensus est: Canebant in locis, vnde supernè, id est, ad superos, plurimus Eridani amnis per syluā voluitur. namq; verisimile est: quoniā legimus de Aristeo: Omnia sub magna labētia flumina terrā Spectabat diuersa locis. Et cōgruè: nam omnis humor ex terræ nascitur venis. Alij Eridanū pro quocunq; accipiunt: & dicūt [illegible] dictū. nam legimus, Fluuiorū rex Eridanus. Et amāt Poëtæ, pro appellatione magnæ rei, proprietatē ponere. vt alibi: Poculaq; inuentis Acheloia miscuit vuis. Melius tamē est, si distinguamus: Vnde supernè, id est, vnde ad superos: Plurimus, id est, magnus; amnis voluitur: per syluā Eridani, id est, populos. Fabula namq; hæc est: Eridanus Solis filius fuit. hic à patre impetratū currū agitare nō potuit: & quū per errorē mundus arderet, fulminatus in Italiæ fluuiū cecidit: & tunc à luce ardoris sui Phaëton appellatus est: & pristinū nomē fluuio dedit. vnde mixta hæc duo nomina inter Solis filiū & fluuium inuenimus. Postea eius sorores flendo in populos versæ sunt. vt in Decimo: Populeas inter frondes, vmbráq; sororū. & hoc Vergilius. nam alij in alias arbores dicunt. HIC manus, ob patriam pugnādo vulnera passi.] Manus, id est, multitudo eorū, qui ob patriā passi sunt vulnera. & est figuratè dictū. Sanè animaduertendū illud, quod ait Horatius in Arte poetica: Et simul & iucunda & idonea dicere vitæ. nullam enim maiores nostri artē esse voluerunt, quæ non aliquid Reipub. cōmodaret. Vnde Vergilius hoc per transitum facit. nam dicēdo, Puniri patriæ venditores, cōtrà præmia defensoribus solui. nihil vtiq; aliud, nisi fugienda vitia, & sectāda docet esse virtutes. Vbi verā fortitudinis diffinitionē expressit; cùm vtilitate publicâ suscipiatur fortitudo, videlicet ob patriam: & locū fortitudinis expressit, quū dixit Pugnādo. quia fortitudo, est rerū magnarū & terribilium inuasio. SACERDOTES casti, dum vita manebat.] Quasi quis castus possit esse post mortē. sed aliud dicit: id est, qui fuerunt casti, dū in cōmunione vitæ versarentur. nam hi, qui maxima sacra accipiebant, renunciabant omnibus rebus, nec vlla in his, nisi numinum cura, remanebat. Herbis etiam quibusdam emasculabantur: vnde etiam coire non poterant. Dicit ergo eos sacerdotes, qui casti fuerunt, etiam ante sacra suscepta. PII vates.] vaticinantes, non mendaces. PHOEBO digna locuti.] Veridici: qui talia loquebantur, qualia decebant Apollinem. multi enim mentiebantur: sicut in Lucano Phœbas, ad quā Appius Claudius: Et nobis dabis improba pœnas, Et superis quos fingis, ait. INVENTAS aut q vitā excoluēre p artes.] Qui erudiuerūt, & ornauerūt vitā per inuēta artificia. Significat aūt philosophos: qui aliquid excogitauerunt, vnde vita coleretur. QVIQVE sui memores alios fecēre merēdo.] Et qui aliquos sui memores fecēre præstando: vt, Nunquā, regina, negabo Promeritā. id est præstitisse. Terentius: Ego, Charine, neutiquā liberi esse hominis officium puto: cùm is nihil promereat postulare id gratiæ apponi sibi. OMNIBVS his niuea cinguntur tempora vittâ.] Per quod eos ostendit meruisse diuinos honores. vt diximus suprà.

SACERDOS Threicius.] Orpheus lyræ peritissimus, à mulieribus nō dilaniatus fuit; sed fulmine ictus. Musæ sepelierūt in Dio Macedoniæ. Cū Argonautis nauigauit. prim9, vt aiūt, ex Aegypto arcana ceremoniarū trāstulit. Græci, q̄ Aegyptū petiêre ob doctrinā, hi fuerūt: Orphe9, Musæ9, Melāpodes, Dædalus, Homerus, Lycurgus, Solon, Plato, Pythagoras, Eudoxus, Inopides. Sed animaduertendū, plures fuisse Orpheos. PVLCHERRIMA proles.] De prole Teucri & Dardani lege in 3. lib. DISCRIMINA.] propter septē chordas in citharā, et inæquales. MELIORIBVS annis.] Refert ad infelicitatē sui tēporis, propter bellū Troianū. PÆANA.] laudes Apollinis. POM. Sabi.

LARGIOR hîc campos æther, & lumine vestit Purpureo.] In lib. aliquot antiquis legere est, Largior hic cāpus. Indè altero mēbro, ęther, & lumine vestit Purpureo. In quibusdā alijs, Largior hîc aër cāpos. CVRSVSQVE virûm mirātur inanes.] In antiquis sanè omnibus libris, Longobardico excepto, Miratur est, singulari numero. STANT terræ defixę hastæ.] Antiqui pleriq; libri. Stāt terrâ defixæ, legūt, ablatiuo casu. PER cāpos pascūtur equi.] In antiquis aliquot exēplaribus, Campū legitur, vnitatis numero. QVÆ gratia currûm Armorūq; fuit.] Sūt antiqui libri, Mediceus & alij, in quibus Curruū, integrā dictione, scriptū habeat. SVI memores alios fecēre.] Placet, quod in exemplaribus plerisq; veteribus, Aliquos legitur. VAR. Lect.

Adde, quòd deliciarum, quibus in vitâ intemperantiùs perfrui assueuerant, atrox habitus subiens exulcerat excarnificatq;, tum cupiditate, tum desperatione potiēdi. Hæc Sardanapalum, muliere corruptiorē, à pellicum amplexu reuellit: rationē dispescit à mensarum luxu Tantalum: à congestis Midam retrudit opibus. Propterea in Gorgiâ Plato: Idem mihi videtur CAEL. Rhod.

circa

Digitized by Google

circa animam. cuncta enim in eâ apparent, cùm corpus exſuerit: tàm quæ ex naturâ; quàm quæ ex affectibus inerant, quæ ob rei cuiuſq; ſtudiũ homo cõtraxit in animã. Hinc, ni fallor, aperitur egregiè Platonici Maronis locus alter, ex ſexto eodem:

——quæ gratia currûm
Armorumq; fuit viuis; quæ cura nitenteis
Paſcere equos; eadem ſequitur tellure repoſtos.

DON. LARGIOR hîc campos æther, & lumine veſtit Purpureo; ſolemq; ſuum, ſua ſidera norunt.] *Nihil illic deeſt eorum, quæ ſuperi habent. ſol illic eſt; nec deſunt ſidera, & cœlum perſpicuum. campi illic, prata, ac nemora, beatitudinem commorantibus præſtant. Solum illic opus eſt; quod dimittitur ſuperis. Locis ipſis nomen inditum eſt, vt beata & fortunata dicantur. quod ipſum vocabulũ ab illis ſumpſerant, qui merito ſuo, beati & fortunati dici meruerunt. Quo enim nomine appellari debuerunt; quos probauit curſus vitæ, & à peſſimis quos mors ipſa diſcreuit?* PARS in gramineis exercent membra palæſtris, Contendunt ludo, & fuluâ luctantur arenâ: Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt. Nec non Threicius longâ cũ veſte ſacerdos Obloquitur numeris ſeptẽ diſcrimina vocũ; Iamq; eadẽ digitis, iam pectine pulſat eburno.] *Vſq; adeò illic ſecuri degunt, qui apud ſuperos rectè vixerũt: vt his honeſtæ & ſimplices voluptates, etiã illic gratæ ſint. Non illis habẽdi, aut rapiendi iurgãdiq; aſper affectus eſt: ſed, quod eſt gaudium, ludo certant, ludoq; contendunt. Lucta certamen efficit; & palæſtra imaginẽ quandam veri certaminis fingit. ac, ne quid eorum voluptatibus deſit; Orpheus longã, id eſt, ſubmiſſã, veſte compoſitus, mulcet omnia varijs chordarum vocibus: dum has aut impellit digitis; aut plectro contingit. Et multis exemplis, & hoc loco Vergilius probat, citharæ artem inter honeſtas & præcipuas numerari virtutes: eſt enim muſica, ars ſanè liberalis.* HIC genus antiquum Teucri, pulcherrima proles.] Antiquos *hoc loco, veteres potiùs, quàm magnos debemus accipere. quod enim laudis cauſâ dicendum fuerat, dixit;* pulcherrima proles. *Deniq; vt oſtẽderet, ſe de antiquioribus loqui; addidit:* MAGNANIMI heroës nati melioribus annis.] *Vt hoc genere probaret, alijs illis ſeculis fuiſſe progenitos. Quum hoc dicitur: mõſtratur, illos non ſolùm generis bona habuiſſe: verumetiam ſeculorum, quibus naſci meruerunt.* ILVSQVE Aſſaracusq;, & Troiæ Dardanus autor.] *Ecce vbi melius aperuit: quia de priſcorum memoriã loquebatur. Quum eos nominat, quos Aeneas ipſe non nouerat; rectè veteres Troianos dixit, natos annis melioribus: quoniam poſterioris æui, & perdiderant cum patriã imperium; & multi perierunt caſibus diuerſis; & reliqui grauiſſimis incommodis tenebantur.* ARMA procul, curruſque virûm mirantur inanes. Stant terræ defixę haſtæ, paſſimque ſoluti Per campum paſcuntur equi.] *Mirabantur Sibylla & Aeneas, habere mortuos, quod ſuperi incolumes habent.* QVÆ gratia currûm Armorumque fuit viuis, quæ cura nitentes Paſcere equos: eadem ſequitur tellure repoſtos.] *Nitentes equos habere, eſt, ſemper id agere, vt iugiter niteant, & nunquam videantur eſſe neglecti. Talis ſenſus eſt in Bucolicis:* Formoſi pecoris cuſtos, formoſior ipſe. *Cuſtos eſt enim cauſa pulchritudinis pecorum; cui eſt cura, vt ſemper formoſa ſit. Quæ cura nitentes equos paſcere, & gratia armorum aut curruum fuit viuis: eadem mortuos ſequitur: id eſt, cura & gratia præcedens; quippe diligentiam gratia parit. Hoc igitur mortuis ſtudium fuit; quod viuis.* CONSPICIT ecce alios dextrâ læuâq; per herbam Veſcentes, lętumq; choro pæana canẽtes.] *Scilicet conuiuiũ celebrantes, &, præter epularũ lætitiam, hilaritatẽ ſuã feſtiuis etiã cantibus proteſtantes.* INTER odoratũ lauri nemus: vnde ſupernè Plurimus Eridani per ſyluã voluitur amnis.] *Omnia in vnũ læta cõuenerant: honeſtorum perſonæ, cœtus iuſtorum, apparatus affluentes, lætitia, cantus: locus herbis hilaris, & iucundus odoribus lauri, nemoroſus, atq; vndarũ perennium copiã ſemper apricus.* HIC manus, ob patriam pugnando vulnera paſſi.] *In maximã enim ſunt gloriã; qui pro patriã pugnãtes obierunt: vt è cõtrario, ſunt in maximo crimine proditores.* QVIQVE ſacerdotes caſti, dũ vita manebat.] *qui colentes deos, puritati ſplendidæ caſtitatiq; operam congruã præbuerunt.* QVIQVE pij vates, & Phœbo digna locuti.] *qui inſtructi literis poëtæ, phœbo carmina digniſſima protulerũt.* INVENTAS aut qui vitã excoluêre per artes.] *qui, diuerſo repertarũ artium genere, vitam ſuam cultiorem facere voluerunt.* QVIQVE ſui memores alios fecêre merendo.] *Qui humanæ conditionis memores, alios beneficiorum largitionibus promeruerunt.* OMNIBVS his niueâ cinguntur tempora vittâ.] *omnibus, quos enumerauit, albæ vittæ pendebant de capite. Omnia igitur commoda, iuſtitiæ honeſtatiſq; cultores in illis locis habent, & fruuntur omnibus lætis, loco, ſideribus, luce, pratis, nemoribus, cibis, delicijſq; & ſtudijs artium diuerſarum: propè vt illi, non exempti vitã; ſed ad aliud viuendi genus tranſiſſe videntur.*

Muſæum ante omnes, (mediũ nam plurima turba
Hunc habet) atq; humeris exſtantem ſuſpicit altis.
Dicite felices animæ, tuque optime vates:
Quę regio Anchiſen, quis habet locus? illius ergô
Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes.
Atq; huic reſponſum paucis ita reddidit heros:
Nulli certa domus: lucis habitamus opacis;
Riparumque toros, & prata recentia riuis
Incolimus. ſed vos (ſi fert ita corde voluptas)
Hoc ſuperate iugum, & facili iam tramite ſiſtam.
Dixit: & antè tulit greſſum, campoſq; nitenteis
Deſup oſtẽtat; dehinc ſumma cacumina linquunt.
At pater Anchiſes, penitùs conualle virenti
Incluſas animas, ſuperumq; ad limen ituras,
Luſtrabat ſtudio recolens: omnemq; ſuorum
Fortè recenſebat numerum, charoſq; nepotes;
Fataq; fortunaſq; virûm, moreſq; manuſque.
Iſq; vbi tendentem aduerſum per gramina vidit
Ænean, alacris palmas vtraſq; tetendit:
Effuſæq; genis lachrymæ, & vox excidit ore.
Veniſti tandem, tuaq; exſpectata parenti
Vicit iter durum pietas. datur ora tueri,
Nate, tua: & notas audire & reddere voces.

SER. MVSÆVM ante omneis.] *Theologus fuit iſte, poſt Orpheum. Et ſunt variæ de hoc opiniones. nam eum alij Lini filium; alij Orphei volunt, cuius eum conſtat fuiſſe diſcipulum: nam ad ipſum primum carmen ſcripſit; quod Cratera appellauit.* HVMERIS exſtantẽ ſuſpicit altis.] *quaſi philoſophum; ac ſi diceret Platonem. Alludit enim Poëta. Nam Plato ab humerorum dictus eſt latitudine; quã Græci πλάτ@ vocant. Athleta enim fuit: qui poſt omnium victoriam ſe philoſophiæ dedit.* TVQVE optime vates.] *quia Theologus fuit. & eſt ſciendum, hoc loco Sibyllam iam à numine derelictam. vnde & interrogat: quod aliàs non faceret.* QVÆ regio Anchiſen, quis habet locus?] *Bene & generalitatem requirit, & ſpeciem: vt poſſit faciliùs inueniri. nam in locis in regione eſt.* ILLIVS ergô.] *propter illum. Ergô autem cõiunctio fuit: ſed per accentus mutationẽ in aduerbium tranſijt. & eſt ſola particula, quæ habet in fine circumflexũ. Multi malè putant, nomen eſſe indeclinabile, & dicunt poſitum eſſe pro cauſâ: (Cauſa autem nomen eſt, quod ponitur pro ratione) qui caſus declinatione caret. Græcè autem ἕνεκα, vel ἕνεκα.* MAGNOS amnes.] *Aut magna fluenta: aut quia nouem ſunt: quæ odioſum fuerat ſingula cõmemorare.* NVLLI certa domus.] *Id eſt, habitatio: quam animæ tamdiu certam habent; quamdiu in corporibus ſunt: poſt quorum ſolutio-*

Sic equidem ducebam animo, rebarq; futurum,
Tempora dinumerans: nec me mea cura fefellit.
Quas ego te terras, & quanta per æquora vectum
Accipio! quantis iactatum, nate, periclis!
Quàm metui, ne quid Libyæ tibi regna nocerent!
Ille autem: Tua me, genitor, tua tristis imago,

[illegible] *nem, vagantur pro vi-* [illegible] LVCIS [illegible] opacis.] *Varia* [illegible] *pro sui varietate* [illegible]. *In his autem lu-* [illegible] *animæ coluntur.* [illegible] *I* [illegible] IVGVM.] *Ita enim diuiduntur mon-* [illegible] *radices, latera, iuga, vertices, pro qualitate locorum.* [illegible] INC summa cacumina linquunt.] *Non linquit.* [illegible] *dicit: Aeneas & Sibylla, perducti ad summum, in* [illegible] *descendunt.* PENITVS conualle virenti.] *valde* [illegible], Penitusq; sonantes Acceltis scopulos. IN[illegible] AS animas.] *Non reuerà inclusas: sed separatas à* [illegible] *udine; quò facilius agnoscerentur.* LVSTRABAT [illegible] recolens.] *circumibat studiosè retractans.* Inclu[illegible] *aut segregatas, aut secundùm ritum antiquum. Mul-* [illegible] *cum si numerare non poterant: eam in certum lo-* [illegible] *per partes includebant: & ita ex vnius numero, quanta* [illegible] *videbant. quod & Xerxes de suo fecit exercitu.* CHA[illegible] SQVE nepotes.] *posteros. sic per nurus, fœminas di-* [illegible] FATAQVE fortunasq; virum, moresque ma[illegible].] *Felicitas enim aut fatalis est, aut fortuita, aut ex vir-* [illegible] *scendens.* ALACRIS,] *Ipse alacris. Et sciendum, an-* [illegible], *& Alacris, & Alacer, & Acris, & Acer: tàm de mascu-* [illegible] *quàm de fœminino genere dixisse: nunc masculino vtrum-* [illegible] *dimus: de fœminino Alacer & Acer nunquam dicimus.* [illegible] *diuerit*: Æstatem autumnus sequitur, pòst [illegible] hyems fit. *nam indè est Alacer.* GENIS.] *palbebris.* [illegible] *de dormiente*: Imprimitque genæ genam. EX[illegible]IT ore.] *Quasi sens. quod circa Anchisen reseruat*: [illegible] Tantumq; nefas patrio excidit ore. VENISTI [illegible]. *Hoc ad affectum pertinet desiderantis. aliâs oritur* [illegible], *quod dicit*: Sic equidem ducebam animo. EX[illegible]ECTATA.] *probata nunc etiam. vt*, Et rebus specte[illegible] inuentus. *Hoc autem dicit: Tua pietas, mihi semper pro-* [illegible], *nunc etiam* iter durum *vicit; scilicet inferorum.* ET [illegible] notas audire & reddere voces.] *familiariter loqui.* RE[illegible]BAR'QVE futurum.] *arbitrabar, ratiocinabar esse venitu-* [illegible] *rum. Et per hoc intelligimus, fataliter Aeneam ad inferos des-* [illegible] *cendisse. non enim nisi fatalia deprehenduntur.* NEC me mea cura fefellit.] *nec decepit me dulcissimus filius. nam vo-* [illegible] *est*, Mea cura: *id est, tu. & dictum est, sicut*, Vene[illegible] iustissima cura. QVAS ego te terras & quanta per æquora vectũ!] *Pietatis magnitudo ostenditur, quum pa-* [illegible] *ingemit casibus.* LIBYÆ tibi regna nocerent.] [illegible] *quia de Iunone ait Venus*, Haud tanto cessabit car[illegible] rerum. *aut, quod est melius, illud dicit: Timui ne, dum apud regna Carthaginis voluptatibus vacabas, imperium fa-* [illegible] *relinqueres. Vnde per transitum insinuat, quòd intelliga-* [illegible] *Aeneam in Africà apud Didonem diuertisse: cùm vtrunq;* [illegible] *diuersis ætatibus fuisse.* TRISTIS imago.] *seuera,* [illegible] *supra*: Et turbida terret imago.

[illegible] MVSÆVM.] *Musæus, Eumolpi filius, Atheniensis, pri-* [illegible] *generationem deorum scripsit. in Aegyptum se contulit:* [illegible] *prio um scientiâ adiutus, astrologiam illustrauit. Pha-* [illegible] *obijt. Athenas, vbi natus, nobilitauit; & locum, vbi* [illegible]. *Tanta fuit literarum autoritas apud antiquos! Linus,* [illegible] *& Vraniæ filius, Thebanus, mundi generationem scri-* [illegible] *Solis iter ac Lunæ, animalium & fructuum generatio-* [illegible]: *in principio operis sui, cuncta simul nata cecinit.* [illegible] *secutus est Anaxagoras, in Euboiâ ab Apolline sagittâ* [illegible]. ALTIS.] *aut propter honorem; aut propter cæ-* [illegible] *scripsit.*

[illegible] prata recentia riuis.] *In Romano libro*, Syluis, [illegible], *legitur.* SI fert ita corde voluptas.] *In libris* [illegible], Voluntas *habetur.* ET facili iam trami[illegible].] *In libris aliquot antiquis*, Facili vos tramite, *legitur. Sed*, Iam, *in antiquioribus habetur.* QVAS ego te terras.] *Romanus liber, & aliquot alij vetusti*, Quas ego per terras, *legunt.*

QVOS circumfusos sic est affata Sibylla: Musæum ante omnes.] *Ipsius enim fuerat præferenda persona, quem vtpote potiorem circumdederant omnes. Hos, inquit, allocuta est Syllaba: sed Musæum primò; dehinc cæteros. intelligebatur quippe, quis fuisset ex omnibus potior.* ATQVE humeris exstantem suspicit altis.] *Inter medios enim apparêre non potest, nisi qui eminentior fuerit humeris. ita tamen altior cæteris fuit: vt eius humeri apparerent, cùm esset multitudinis circumdatus cœtu. Hunc ergo & cæteros alloqui cœperat Sibylla.* DICITE felices animæ, tuque optime vates; Quæ regio Anchisen, quis habet locus?] Felices, *inquit: vtpote quæ post depositam vitam talibus locis & delicijs vterentur. Ad omnes autem cucurrit interrogatio confusa, ad Musæum verò separata, propter honorificentiam. Indicate, inquit, vel maximè tu vates optime, quæ regio habet Anchisen, quis locus? In regionis enim diffusâ latitudine, quia inueniri quemquam difficile fuit; addidit*: Quis habet locus? *& vtrumq; coniungit: quia, sicut in latitudine regionis locum inuenire, difficile est; ita arduum, sinè designatione regionis locum necessarium reperire. Ergo dicenda regio fuit, cuius pars necessaria quærebatur. Quia verò potuit dicere Sibyllæ: quare eum quæritis? prima ipsa dixit.* ILLIVS ergò Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes.] *Propter ipsum, inquit, venimus; & propter ipsum transmittendi Erebi laborem suscepimus.* ATQVE huic responsum paucis ita reddidit heros: Nulli certa domus.] *Ad illam inquisitionem hoc pertinet, quâ dictum est*: Quæ regio Anchisen habet. LVCIS, *inquit*, habitamus opacis; Riparumque toros & prata recentia riuis Incolimus.] *Et hoc ad responsum pertinet quæsitæ regionis. Potes, inquit, partem nôsse, quam colimus: hæc est enim, in quâ nos vides. Locum certum, aut propriũ, hic habere, cuiquam concessum non est. indiuisum est hoc spatium, omnibusq; commune: proindeq; incertum est, vbi quis possit inueniri, dum quæritur.* SED VOS (si fert ita corde voluntas) Hoc superate iugum, & facili iam tramite sistam.] *Sed si vos videndi eum cupiditas tenet, atq; in eo persistitis: iugum, quod videtis, hoc est, collem, superate facto ascensu; & facili ad eum itinere, me auxiliante, venietis. Beneuola instructio: omnis enim, qui pleno studio aliquid præstat, debet id ipsum leuare remedio. Huius igitur fuit maxima pars beneficij, quâ dixit: Ego vobiscum veniam; vt de summo inspectione habitâ, possitis implere quod vultis.* DIXIT; & antè tulit gressum.] *Præcessit ignaris, vt illis facilitatẽ itineris demonstraret.* CAMPOSQVE nitentes Desuper ostentat.] *mõstrauit illis subiectam camporum nitentium latitudinem.* DEHINC summa cacumina linquunt.] *Hoc est, deserto colle descenderunt ad plana. Quomodo descripsit, sic debuit esse: &, quum peruenissent in collis cacumen, ostendere iter. Sed hoc non tantùm vitium non est, sed est laudanda breuitas. nullus enim descendit, nisi qui primò intelligatur ascendisse.* Campos nitentes *dixit: vt meritum Anchisæ monstraret; ne in locis sordidis positus videretur.* AT pater Anchises penitùs conualle virenti Inclusas animas.] *Non ad iniuriam dixit*, Inclusas: *sed ad meliorem spem separatas à cæteris, & penitùs viridi in valle discretas. Hoc ipsum potest apparere, quando adiectum est*: SVPERVMQVE ad lumen ituras.] *Non enim dimitterentur ad vitam, si ob reatum aliquem tenerentur inclusæ.* LVSTRABAT studio recolens.] Lustrabat, *ad oculos pertinet*: recolens, *ad animi intentionem. Libenter, inquit, oculis ac mente considerabat Anchises suorum numerum: qui, propter spem feliciorem*

DON.

Romanæ reipublicæ, in lucem fuerant cum omni proſperitate venturi. Numerum pro multitudine poſuit: non enim reuerà numero poterant recenſeri. aut id fuerat conſideranti neceſſarium. CHARO'SQ. nepotes;] Gradus omnes tetigit futuræ poſteritatis: quia Aeneæ & Aſcanij tempora ſecuturi videreutur. FATA'Q. fortunaſq; virûm, moreſque, manuſq;.] Propoſitio eſt iſta, quam inferioribus explanaturus eſt: demonſtrans, qui ſint poſteri, vel quales futuri, vel quali fato, quibuſq; moribus & fortunâ. Ecce laus Anchiſæ. locis quippe optimis & præclaris inuentus eſt: agẽs etiã poſt mortẽ res altas; & glorioſè cõſiderans vota generis ſui. Laudatur & Aeneæ fatum: cui prouenit occaſio, vt etiam ipſe ſpem ſuæ poſteritatis viuus aſpiceret. ISQVE vbi tendentem aduerſum per gramina vidit Ænean.] Prior inducitur Anchiſes vidiſſe: vt hoc fecerit exſpectantis intentio: vel quia cum plurimis fuit: vel quia Aeneas neſciebat, quò oculos tenderet: vel quia nemorum amœnitate tegebatur. Vbi igitur vidit Aeneam contrà venientem: ALACRES palmas vtraſque tetendit: Effuſæq; genis lachrymæ, & vox excidit ore.] Ecce patris pietas plena, antè ad amplexus filij præparauit manus: quàm fuerit poteſtas veniendi. Veniebat enim adhuc Aeneas; non tamen peruenerat. Expreſſus deſiderantis ardor impatiens: quum aduentus filij manibus procul occurrit. & voce feciſſet, nihilominùs & pedibus: ſi ætas non obſiſteret; & cupientem corporis vitium non teneret. VENISTI tandem.] ſecundùm animum dictum eſt; cui tardus venire potuit: etiamſi illud, quod geſtum eſt, celeriter videretur effectum. Poteſt tamen & ſic: etſi tardè, tamen, quia veniſti, non incuſatur tarditas tua. TVA'QVE exſpectata parenti Vicit iter durum pietas.] Ecce tarditatem, quam interueniſſe deſiderans putabat, ipſe excuſat. Poſſum, inquit, conijcere, quæ cauſa te fecerit tardum: iter durum viuis, & adeundi difficultas, atq; ad hæc loca tẽdendi. ſed per te, fili, compertum eſt, pietatem veram omnibus eſſe difficultatibus fortiorẽ. DATVR ora tueri, Nate tua, & notas audire & reddere voces.] Quàm, inquit, felix ſum! cui licuit mortuo filium apud inferos incolumẽ cernere, affari, atq; audire glorioſum, A & amplecti dulciſſimum. SIC equidem ducebam animo, rebarq; futurũ, Tempora dinumerans: nec me mea cura fefellit.] Non inopinatus aduenis. certus enim de inſtituto tuo fui: & ſperaui fore, quod officio plenæ pietatis impleſti. Dinumerare autem eſt, tempora æſtimare, quando quid poſſit impleri. NEC me mea cura fefellit.] quia iuxta æſtimationem meam veniſti, gratulor non fuiſſe in illo falſas cogitationes meas. Exſpectata pietas eſt: aut probata documentis; aut ſperata temporibus multis. QVAS ego te terras, & quanta per æquora vectũ Accipio! quantis iactatum, nate, periclis?] Quas ego, duo pronomina. vnum, pertinent ad diuerſitatem, & quantitatem qualitatemq; terrarum, quas obierat Aeneas, vt perueniret ad fauces, quæ dabant ad inferna deſcenſum. Aliud, quia dixit Ego: hoc eſt, cogitas pater ego, cui eſſent omnia pro tuâ ſalute ſuſpecta. Addidit Te pronomen: hoc eſt, quem non conuenerat tãtis laboribus affligi; te, filium bonum, pium, religioſum. Vt illud dixiſſe videatur: Mihi iucundiſſimum eſt, quia veniſti: ſed, quia id magno tuo labore ac periculis factum eſt, vehementer affligor. ET quanta per ęquora vectum Accipio.] in quibus & labor fuit immenſus: euidens etiam periculum, apertumq; diſcrimen? QVAM metui.] Hoc eſt, quantùm timui? B NE quid Libyæ tibi regna nocerent!] Hoc non inaniter timuit. potuit enim illic Aeneas extingui: vbi Iuno præcipuè colebatur, atrox nimiùm & pertinax; inimicitiâ accedente, & ſæuâ hominum natura. de quâ dictum eſt: Genus inſuperabile bello. &, Quod genus hoc hominum? quæve hunc tam barbara morem Permittit patria? ILLE autem: Tua me, genitor, tua triſtis imago. Sæpiùs occurrens, hæc limina tendere adegit.] Pijſſimi filij & reuerentis officia exſecutum ſe, in reſponſione proſequitur. Quid, inquit, talis facerem, pater, niſi vt præceptis tuis, duris licèt, obſequerer? feci te iubente ſæpius; & labores omnes tui causã contempſi.

Sæpius occurrens, hæc limina tendere adegit.
Stant ſale Tyrrheno claſſes. da iungere dextram,
Da genitor: teq; amplexu ne ſubtrhe noſtro.
Sic memorans, largo fletu ſimul ora rigabat.
Ter conatus ibi collo dare brachia circùm,
Ter fruſtrà comprenſa manus effugit imago;
Par leuibus ventis, volucriq; ſimillima ſomno.
Interea videt Æneas in valle reductâ
Secluſum nemus, & virgulta ſonantia ſyluis;
Lethæumq;, domos placidas qui prænatat, amnem.
Hunc circùm innumeræ gentes populique volabant.
Ac, veluti in pratis, vbi apes æſtate ſerenâ
Floribus inſidunt varijs, & candida circùm
Lilia funduntur: ſtrepit omnis murmure campus.
Horreſcit viſu ſubitò, cauſaſq; requirit
Inſcius Æneas: quæ ſint ea flumina porrò;
Quidve viri tanto complerint agmine ripas.
Tùm pater Anchiſes: Animæ, quibus altera fato
Corpora debentur, Lethæi ad fluminis vndam
Securos latices, & longa obliuia potant.
Has equidem memorare tibi, atq; oſtẽdere coràm,
Iampridem hanc prolem cupio enumerare meorum.
Quò magis Italiâ mecum lætere repertâ,

SER. SÆPIVS occurrens.] κατὰ τὸ σιωπώμενον, ſæpiùs ei dictum intelligimus. aut certè, Egit me tua imago ad hæc tẽdere limina, quam ſæpè videre conſueui. STANT ſale Tyrrheno claſſes.] affectionis eſt filij, etiam ea indicare, de quibus nõ interrogatur. LARGO fletu.] nato ex gaudio. TER.] ſæpius. finitus pro infinito. Eſt autem locus iſte ex Homero ſumptus: ὣς ἔφατ', αὐτὰρ ἔγωγ' ἔθελον φρεσὶ μερμηρίξας μητρὸς ἐμῆς ψυχὴν ἑλέειν κατατεθνηυίης. τρὶς μὲν ἐφωρμήθην, ἑλέειν τέ με θυμὸς ἀνώγει, τρὶς δέ μοι ἐκ χειρῶν σκιῇ εἴκελον ἢ καὶ ὀνείρῳ ἔπτατ'· ἐμοὶ δ' ἄχος ὀξὺ γενέσκετο κηρόθι μᾶλλον. INTEREA videt Æneas.] ἀρμὸς eſt hoc loco, id eſt, vnus ſermo protenſus per multos verſus: in quo tractat de Platonis dogmate, quod in Phædone poſitum eſt, περὶ ψυχῆς. de quo in Georgicis ſtrictim, hic latiùs loquitur. de quâ re etiam Varro, libro primo Diuinarum, pleniſſimè tractauit. Hoc autem continet: Aeneas, dum per inferos pergeret, reſpexit fluuium quendam loci remotioris; ad quem innumera multitudo tendebat animarum. Interrogauit patrem, qui eſſet fluuius, & quâ ratione ad eum pergerent animæ. Pater ait: Lethæus eſt. pergunt autem, vt potent, & obliuionem patiantur; vt incipiant in corpora velle remeare. Stupefactus Aeneas interrogat: Dic pater, animæ, quæ C per præteritam vitam tot ſupplicia pertulerunt, poſſunt habere votum reuertendi in corpora? non eſt veriſimile, liberatas de corporis carcere, ad eius nexum reuerti. Suſceptâ narratione, hoc Anchiſes exſequitur. primò, debere fieri vt redeant; deinde, poſſe; deinde, velle. quæ quoniam obſcura ſunt, alijs diuiſionibus innoteſcunt. Quid eſt, Debere? cũcta animalia à Deo originem ducunt: quæ quia naſci cernimus; reuertuntur ſine dubio, vnde cuncta procreantur. Deinde, Poſſe, ſic probat: quia immortales ſunt animæ; & ſunt quæ poſſunt reuerti. Tertium verum Velint. quod dicit fieri per Lethæum fluuium. Et hoc eſt, quod dicturus eſt. ſed incidentes quæſtiones faciunt obſcuritatem. VIRGVLTA ſonantia ſyluæ.] Quia eſt iuxta prærupta fluminis. DOMOS placidas.] id eſt, campos Elyſios. PRÆNATAT amnẽ.]

praeter-

[illegible] & contrariè dictum est: nam non natant aquae, [illegible] natamus. Ennium igitur secutus est, qui ait: Fluctusque natantes. Sanè de hoc fluuio quaeritur à prudentibus, vtrùm de illis nouem sit, qui ambiunt inferos, an praeter nouem? & datur intelligi, quòd ab illis separatus est. Nam [illegible] volunt esse senectutis imaginem. nam animae nostrae [illegible] & alacres sunt, plenaeq; memoriâ, à pueritia vsque ad [illegible] senectam: postea, in nimia senectute, omnis memoria [illegible]tur: quâ lapsâ, mors interuenit: & animae in aliud corpus [illegible]. Vnde fingunt Poëtae, animas Lethaeo haustu in corpora redire. Ergo Lethaeus, est obliuio, morti semper vicina. [illegible]eum autem, ἀπὸ τῆς λήθης constat, id est, obliuione, esse [illegible]. GENTES populique.] innumerarum gentium & [illegible]orum animae. FLORIBVS insidunt.] Insido illi rei: [illegible] Insidat quantus miserae deus. Insisto autem illam rem: [illegible] Nulli fas casto sceleratum insistere limen. CIRCVM lilia.] circa flores. speciem pro genere posuit. FLVMINA porrò.] longè remota. & est Graecum aduerbium, [illegible]. Bene autem Aeneam longè à Lethaeo facit: quia [illegible] iuuenis est. AGMINE.] cursu, impetu. Per quod [illegible]ndit, citò iri ad senectam: quia totâ celeritate vsus labitur [illegible]r, ANIMAE, quibus altera fato Corpora debentur.] Sciendum, non omnes animas ad corpora reuerti. Aliae enim, propter vitae merita, non redeunt: aliquae redeunt, propter malam vitam: aliquae, propter fati necessitatem. LETHAEI ad fluminis vndam.] Si anima aeterna est, & summi spiritus pars: quâ ratione in corpore non totum videt, nec [illegible] tantae prudentiae tantaeq; viuacitatis, vt omnia possit agnoscere? Quia, cùm coeperit in corpus descẽdere, potat stultitiam & obliuionem. vnde non potest implere vim numinis sui, post [illegible] suae obliuionem. Obliuiscitur autem, secundùm poëtas, praeteritorum: secundùm philosophos, futuri. vnde medium [illegible], dicendo Obliuia. Docent autem philosophi: quid anima ad ima descendens, per singulos circulos perdat. Vnde etiam disputantes de ratione mathematici, fingunt; quòd singulorum numinum potestatibus corpus & anima nostra connexa sint, eâ ratione: quia, quum descendunt animae, trahunt secum torporem Saturni, Martis iracundiam, libidinem Veneris, Mercurij lucri cupiditatem, Iouis regni desiderium. quae res faciunt perturbationem animabus; ne possint vti vigore suo & viribus proprijs. SECVROS latices.] qui securos faciunt, id est, sinè curâ, ἀφροντίσως. vt, pallida mors, quòd pallidos facit. IAMPRIDEM.] Ex quo ait: Tùm genus omne tuum, & quae dentur moenia disces.

LETHAEVM amnem.] Vidit Lethen fluuium Aeneas, ad quem properabant animae rediturae ad corpora. Lethe, fluuius obliuionis: cuius aquam potantes animae, omnium in vitâ actorum obliuiscuntur. ἀπὸ τῆς λήθης, id est, obliuione. Pythagoras dicebat, animas ingredi alia corpora. [illegible] Elysij dicuntur, ἀπὸ τῆς ἐλεύσεως, hoc est, à profectione: quòd iustorum animae eò proficiscuntur. DOMOS.] [illegible] per Elysios. SERENA.] scilicet verno tempore.

[illegible] limina tendere adegit.] In libris aliquot pervetustis legere est, Adire coëgit. SIMVL ora rigabat.] [illegible] antiquis plerisque, Rigabant, plurali numero est. SEPOSITVM nemus.] In Romano libro, Reclusum legi[illegible]. VIRGVLTA sonantia syluis.] Seruius Syluae le[illegible] & Romanus ille liber adstipulatur. QVI'VE viri tanto complerint agmine ripas.] In vetustis quibusdam exemplaribus legere est, Quidve: in aliquot alijs, Quique [illegible], habetur. Est &, Complerunt, finitiuo modo, in bo[illegible], antiq. parte. In aliquot, vt in Mediceo, Comple[illegible].

STANT sale Tyrrheno classes.] Quid iustius hac [illegible] timebatur mare, in quo naufragium fecerat. ac iterum [illegible] sub incerto periculi diutiùs esse non debuit? hoc [illegible]dicere. Propter eundem te naues meas in Tyrrheno mari dimisi, in quibus omnis constituta est ad Italiam perueniendi spes. Quòd ait, Tyrrheno mari, hoc intelligi potest: in portu, non in loco seu alto, naues meas dimisi. saeuum est Tyrrhenum mare: nouit iam nostra naufragia. cauendum est, ne quid iterum moliatur, cuius perfidiam sensimus. DA iungere dextram, Da genitor: teq; amplexu ne subtrahe nostro.] Dixerat enim in Creusae cautâ, mortuorum esse fallaces amplexus. SIC memorans, largo fletu simul ora rigabat.] Vel quòd talem perdiderat patrem: vel quòd cum fuerat maturo reditu deserturus. TER conatus ibi collo dare brachia circùm, Ter frustra comprensa manus effugit imago, Par leuibus ventis, volucrique simillima somno.] Factum est, quòd Aeneas, ne contingeret, timuit. nam quum auidus in patris iret amplexus, & colla eius officiosis brachijs cingere niteretur, frustra factum est. quod enim fuerat inane, teneri non potuit. Denique, Fugit imago, non sic dixit; quasi voluntate sua tota declineret: sed subtrahebatur manibus, non Anchisae studio; sed naturae deficiente substantiâ: ac si quis velit tenere ventos, aut auras manu concludere. INTEREA videt Aeneas in valle reductâ Seclusum nemus, & virgulta sonantia syluis: Lethaeumq;, domos placidas qui praenatat, amnem. Hunc circùm innumerae gentes populique volabant.] Magna circùm Lethaeum fluuium nemoraq; erat. & multarum gentium, inquit, agmina voluabant. AC veluti in pratis, vbi apes aestate serenâ Floribus insidũt varijs, & cãdida circùm Lilia fundũtur: strepit omnis murmure cãpus.] Apibus istas animas cõparauit, quae in valle secretâ infinitae circùm virgulta syluarũ volitãt, & fluminis ripas: ideò, quia eadẽ apes iustae & castae floribus suã concipiunt prolẽ, floribus mella concipiunt, & fauos honesto labore dijudũt. Proinde, quia & illae animae, pro merito suo cõdendo Romano imperio parabãtur, & completurae fuerãt vrbẽ & creaturae Romanam sobolem; apum coetibus aequatae. HORRESCIT visu subito.] Hoc est, cum stupore miratur. CAVSASq; requirit. Inscius Aeneas.] Meritò requirebat causas: quia inscius fuerat. nullus enim quaerit nôsse, quod nouit. QVAE sint ea flumina porrò, Quique viri tanto complerint agmine ripas.] Haec Aeneas cupiebat nôsse, quae essent illa flumina, vel quorum virorum animae in vnum essent congregatae. Per interrogantis respondentisq; personam, eò poëtae ducitur carmen: vt Aeneas laetus ab inferis dimittatur; & felicitas eius appareat: cui soli contingit, antequam nascerentur, nôsse posteros suos. Interrogatio igitur eius continet propositionem: quã cupiebat audire, quis vel qualis ille sit fluuius, quiq; sint illi, qui ad eundem collecti streperent; vel cur eò congregati confluerent. TVM pater Anchises: animae, quibus altera fato Corpora debentur, Lethaei ad fluminis vndam Securos latices, & longa obliuia potant.] Quàm citò summatim, duobusq; quaestiis occurrit? Dixit enim, qui sit fluuius; & quam ob causam animae conuenissent. Istae, inquit, animae sunt primis exemptae corporibus, eius fati, vt secundae luci, & altero corpori debeant reddi: hae ad Letheum fluuium, quem cernis, veniunt. Eius enim natura talis est: vt, quisquis ex eo potauerit, quicquid apud superos gestorum suorum memoriae mandauerit, perdat. Quâ causâ istae conueniunt? vt, dum se vndam simplicem haurire arbitrantur, obliuionem superioris temporis bibant. nulli enim iucundum est, ad lucem iterum venire post mortem: si malorum, quae in vitâ perseuerat, recordatione teneatur. Hic fluuius facit: vt, omissâ primorum incommodorum memoriâ, non viuendi atq; ad superos redeũdi odio: sed amore ducatur. HAS equidem memorare tibi, atq; ostẽdere coràm, iampridem hanc prolem cupio enumerare meorum.] Maior enim oculorum, quàm aurium, fides est: multò melior, si audita videantur. Quò magis Italiâ mecum laetere repertâ.] Quae autem istae sint animae, quidq; facturae, debet

nôſſe. tunc enim gratulaberis meliùs, Italiam reperiſſe; quàm quæris: cuius gaudij etiam ipſe particeps ero. A

O' pater, ánne aliquas ad cœlum hinc ire putandum eſt
Sublimeis animas? iterumq́ue ad tarda reuerti
Corpora? quæ lucis miſeris tam dira cupido?
Dicam equidem; nec te ſuſpenſum, nate, tenebo.
Suſcipit Anchiſes, atque ordine ſingula pandit.
Principiò cœlum, ac terras, camposq́ue liquenteis,
Lucentemq́ue globum Lunæ, Titaniaq́ue aſtra,
Spiritus intus alit: totamq́ue infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.
Indè hominum pecudumq́ue genus, vitæq́ue volantum,
Et quæ marmoreo fert monſtra ſub æquore pontus.
Igneus eſt ollis vigor, & cœleſtis origo
Seminibus; quantum non noxia corpora tardant,
Terreniq́ue hebetant artus, moribundaq́ue membra.
Hinc metuunt, cupiuntq́ue, dolent, gaudentq́ue: nec auras
Reſpiciunt clauſæ tenebris, & carcere cæco.
Quin & ſupremo cum lumine vita reliquit:
Non tamen omne malum miſeris, nec funditùs omnes
Corporeæ excedunt peſtes; penitusq; neceſſe eſt
Multa diu concreta modis inoleſcere miris.
Ergo exercentur pœnis, veterumq; malorum
Supplicia expendunt. aliæ panduntur inanes
Suſpenſæ ad ventos: alijs ſub gurgite vaſto
Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni.
Quiſq; ſuos patimur manes. exinde per amplum
Mittimur Elyſium; & pauci læta arua tenemus:
Donec longa dies, perfecto temporis orbe,
Concretam exemit labem; puruumq́ue reliquit

SER. O' pater.] *Nota breuitas. Nam dicendo* pater, *qui loquatur, oſtendit.* AD cœlum hinc ire putandum eſt.] *Miſcet philoſophiæ figmenta poëtica: & oſtendit, tam quod eſt vulgare; quàm quod continet veritas & ratio naturalis. nam ſecundùm Poëtas hoc dicit: Credendum eſt, animas ab inferis reuerti poſſe ad corpora: vt Cœlum ſuperos intelligamus, id eſt, noſtram vitam. Secundùm Philoſophos verò hoc dicit: Credendum eſt, animas, corporis contagione pollutas, ad cœlum reuerti.* SVBLIMES animas.] *Non omnes; ſed ſublimium.* AD tarda reuerti Corpora?] *Animæ comparatione, quâ nihil velocius eſt: vno enim momento cuncta diſcurrit.* QVÆ lucis miſeris tam dira cupido?] *Vt id deſiderent, propter quod ſentiunt ſe pœnas apud inferos, dum purgantur, dediſſe; ſcilicet vitam.* SVSPENSVM.] *ſollicitum, incertũ. vt,* Multo ſuſpenſum numine ducit. SVSCIPIT Anchiſes, atque ordine ſingula pandit.] ὕστερον πρότερον. *poſt hunc enim verſum ſequi debuit:* Dicam equidem; nec te ſuſpenſum, nate, tenebo. PRINCIPIÒ cœlum, ac terras, camposq́ue liquentes.] *Interrogatus Anchiſes, quare animæ velint reuerti ad corpora; quaſi aliud dicit: tamen illuc recurrit, quod græcè τὸ πᾶν dicitur, id eſt, omne quod eſt. Quatuor ſunt elementa; terra, aqua, aër, æther: & Deus. præter hæc nihil eſt aliud. Et hoc, τὸ πᾶν, mundum non poſſumus dicere: nam mundus non eſt totum. Ergo eſt Deus quidam diuinus ſpiritus, qui per quatuor infuſus elementa, gignit vniuerſa. Igitur, ſi de elementis & Deo naſcuntur omnia: vnam originem habent; & par eſt natura omnium. Sed videamus, quid in nobis à Deo eſt; & quid à quatuor elementis. Quantum datur intelligi: ab elementis habemus corpus; à Deo animum. quod ideò probatur: quia eſt in corpore terra, humor, anhelitus, calor: quæ omnia videntur; ſicut etiam elementa. Animus intuiſibilis eſt; ſicut & Deus, vnde originem ducit. Illa præterea ſunt irrationabilia; ſicut etiam corpus: contrà Deus conſilium habet; ſicut etiam animus. Deinde, elementa mutantur; quorum perire, mutari eſt: ſicut etiam corpus, quod indè originem ducit. Contrà, Deum non perire, manifeſtum eſt: ergo nec animus perit, qui indè originem ducit. nam pars ſemper genus ſequitur. Huc igitur tetendit primam intentionem ſuam: vt animas immortaleis doceret. Sed occurrit illud: Si immortales ſunt, & vnum habent principium: quâ ratione non omnia animalia ſentiant ſimiliter? Et dicit, non eſſe in animis diſſimilitudinem; ſed in corporibus: quæ prout fuerint vel viuacia, vel torpentia, ita & animos faciunt. Quod poteſt etiam in vno eodemq; corpore comprobari. In ſano enim corpore alia viuacitas eſt mentis; in ægro, pigrior: infans inualida, & ratione carens; vt in phreneticis cernimus. adeò, cũ ad corpus venit, non naturâ ſuâ vtitur; ſed ex eius qualitate mutatur. Indè Afros verſipelles, Græcos leues, Gallos pigrioris videmus ingenij. quod natura climatum facit: ſicut Ptolomæus deprehendit; qui dicit, tranſlatum ad aliud clima hominem, naturam ex parte mutare. de toto enim non poteſt: quia in principio accepit ſortem corporis ſui. Ergo anima pro qualitate eſt corporis. Et quâ ratione res melior, eſt in poteſtate deterioris? atqui diuinus animus debuit corpus in poteſtate habere: non corpus naturam animi corrumperet. Sed hoc ideò fit: quia plus eſt quod continet; quàm quod continetur: vt, ſi leonem includas in caueam, impeditus vim ſuam non perdit; ſed exercere non poteſt. Ita animus non tranſit in vitia corporis; ſed eius coniunctione impeditus, nõ exercet vim ſuam. Occurrit & illud: Omne, quod corrumpitur, æternum non eſt. Si animus inſanit, iraſcitur, deſiderat, timet: caret æternitate; cui ſunt iſta contraria. nam paſſio æternitatem ſoluit. Quod ideò falſum eſſe dicimus: quia animus per ſe nihil patitur; ſed laborat ex corporis coniunctione. Et aliud eſt, per naturam ſuam corrumpi; aliud, per contactum rei alterius. Videmus enim tale aliquid, vt in lucernã: quæ per ſe clara eſt: & locum, in quo eſt, ſinè dubio illuminat. ſed ſi quâ re tecta fuerit & incluſa: non perdit ſplendorem proprium, qui in eã eſt, (remoto namq; impedimento, apparet) nec tamen, quia impeditus eſt eius vigor, ideò etiam corruptus. Ita ergo & animus, quamdiu eſt in corpore, patitur eius contagione: poſtquàm verò depoſuerit corpus; recipit ſuum vigorem, & naturâ vtitur propriâ. Si ergò propriam recipit naturam: quare pœnas apud inferos patitur? Ideò, quia res, quæ ſimul diu fuit, non poteſt, depoſitâ ipsa re, ſtatim ad ſuum nitorem reuerti. vt, ſi ſpeciem candidam miſſam in lutum polluas, & eam ſtatim auferas, non idcirco ſordibus caret; ſed ablutionem requirit, vt in priſtinum nitorem poſſit redire. Sic anima ex eo, quòd datur corpori, inquinata eſt: vt, etiamſi corpus deponat, neceſſe habeat purgari. Si ergo purgãtur, & recipiunt naturam ſuam: cur volunt reuerti? Quia potant, inquit, obliuia. Et iam eſt illud ambiguum. nam aut præteritarum obliuiſcuntur pœnarum: aut certè, vt ignaræ futuri habeant deſiderium redeũdi in corpora; quod ſinè paſſione fit: & animus in id, in quo eſt paſſio, mittitur reuerti.* COELVM.] *Pro aëre & æthere poſuit: vt duo ſignificet elementa. vt,* Iam cœlum terrasq́ue meo ſine numine. CAMPO'SQVE liquentes.] *iſt eſt, maria.* LVCENTE'MQVE globum lunæ.] *Ideò vſus eſt participio; vt oſtendat, eam ſuum lumen non habere. nam* Lucens *eſt, quod aliundè illuminatur:* Lucibile, *quod per ſe lucet. vt Patulum, & Patens. Patulum eſt, quod per ſe patet: Patens, quod aperitur & clauditur; vt oculus.* Globum autem,

[illegible] *quis dicitur lunæ* [illegible] *esse.* TITANIA[illegible] [illegible] *astra.*] *Aut stellas dicit: aut solem, quem* [illegible] *Titanibus* [illegible]. SPIRITVS.] *diuinus scilicet.* [illegible] *sive mentem dicat, siue animum, siue spiritum.* [illegible] S alit.] *vegetat, & in æternitatem custodit: quia mix-* [illegible] *& nulla pars elementi sine Deo est.* PER artus.] *per* [illegible] *quæ membra sunt mundi corporalia. Corpora nam* [illegible] *quæ possunt videri.* MENS agitat molem.] *ma-* [illegible] *molem mundi mens agitat. &, si (vt Cicero dicit in Tus-* [illegible] *æternum est, quicquid in æterno motu est: sine dubio* [illegible] *æternus est. semper enim in motu est: adeò vt ne no-* [illegible] *quiescentibus conquiescat.* MAGNO se corpo- [illegible].] [illegible] *est, pro,* corpori: *vt,* Hæret [illegible] pes, densusque viro vir. *quod potius credendum* [illegible] *certè secundùm eos loquutus est, qui dicunt Deum cor-* [illegible] *esse. & eum ita definiunt:* πῦρ νοερὸν, *id est, ignem* [illegible]. *Quod si verùm est: corpus est. nec per antiptosin* [illegible], Magno corpore, *id est, non* [illegible]. INDE hominum pecudumque genus.] *De* [illegible] *& Deo.* ET cœlestis origo.] *Quod su-* [illegible] *in omnibus viget pars diuinita-* [illegible] *in quantum sunt corporum qualitas.* TERRENIQVE [illegible] artus.] [illegible] *non hebetant artus.* MORI- [illegible]NDAQVE membra.] *morienti similia, hoc est, sem-* [illegible] *morientia. nunquam enim in eodem statu sunt: sed aut mi-* [illegible], *aut crescunt. Ergo animus idem est: sed vti viribus suis* [illegible] *potest, propter corporis coniunctionem.* HINC metu- [illegible], cupiuntque.] *ex corporum coniunctione & hebetudi-* [illegible], *& omnes philosophi, dicunt, quatuor esse passiones:* [illegible] *bonis, duas à malis opinatis rebus. nam dolere & time-* [illegible] *opiniones malæ sunt: vna præsentis, alia futuri. Itemque* [illegible] *& cupere, sunt opiniones bonæ: vna præsentis; alia* [illegible]. *Hæc ergo nascuntur ex ipsâ coniunctione. nam neque animi* [illegible], *neque corporis propria. Pereunt enim, factâ segregatione* [illegible] *à corpore: quam mortem esse diffinit, hoc est,* [illegible]. NEC auras Respiciunt.] *Nam quia co-* [illegible] *corpori, obliuiscuntur naturæ suæ; quam Auras vo-* [illegible]: *scilicet cœlestem & diuinam.* CLAVSÆ. tenebris & carcere cæco.] *Diffinitiones sunt corporis. nam Græ-* *ci* [illegible], *quasi* [illegible], *corpus vocant, quasi vinculum animi.* QVIN & supremo.] *Quia, vt diximus, occurrit; debere* [illegible] *statim, post corpus depositum, in suum vigorem reuerti. Et* [illegible], *non posse. quæ enim diu coniuncta sunt inuicem se tenent,* [illegible] *trahunt reliquias sordium antiquarum.* NON tamen [illegible]nne malum.] *cedit quidem: sed non omne. nam remanet,* [illegible] *vt purgetur, necesse est. Inde est, quod dicit:* Eadem [illegible] tellure repostos. MISERIS.] *Bene Mise-* [illegible] *quia etiam post corpus habent corporis sordes. vnde est:* [illegible] funditus omnes Corporeæ excedunt pestes. [illegible] concreta.] *Id est, coniuncta & conglutinata* INO- [illegible]CERE] *crescere. vt,* Vdoque docent inolescere [illegible] ERGO exercentur pœnis.] *Quia, deposito cor-* [illegible] *sordes supersunt. Pœnas autem non perferunt animæ: sed* [illegible] *coniunctionis reliquiæ, quæ fuit inter animam & corpus.* [illegible] *per se pœnas perferre non possunt: homo ta-* [illegible] *qui de his duobus est factus.* SVPPLICIA [illegible].] *Non agunt supplicia, vt animas puniant: sed* [illegible] *pristinis.* ALIÆ panduntur inanes [illegible] ad ventos.] *Loquitur quidem poëticè, de pur-* [illegible]: *tangit tamen, quod & Philosophi dicunt.* [illegible] *est omnis purgatio. aut in terrâ purgantur, quæ* [illegible] *sordibus fuerunt; deditæ scilicet corporalibus* [illegible]: *id est, transeunt in corpora terrena. & hæc igni* [illegible]. *Ignis enim ex terra oritur, quo exuruntur o-* [illegible] *Aut in Aquâ: id est, trans* [illegible] *si paulò melius vixerint. Aut certè* [illegible] *in aëria corpora; si satis bene vi-* *xerint. Quod & in Statio legimus, vbi de augurijs tractat:* Seu quia mutatæ, nostrâque ab origine versis Corporibus subière notos. *Vnde etiam in sacris omnibus, tres sunt istæ purgationes. nam aut tædâ purgantur & sulphure: aut aquâ abluuntur: aut aëre ventilantur. quod erat in sacris Liberi. Hoc est enim, quod dicit in secundo Georgicorum.* Tibique Oscilla ex altâ suspendunt mollia pinu. *nam genus erat purgationis. Id autem & apud Iuuenalem tangitur:* Quoties hunc talis ad illos Vmbra venit: cuperent lustrari, si qua darentur Sulphura cum tædis; & si foret humida laurus. *Et in ipsis purgationibus, bonum meritorum secutus est ordinem, vt antè aërem; indè aquæ; post ignis diceret purgationem.* QVISQVE suos patimur manes.] *Supplicia varia, quæ sunt apud manes. vt si quis dicat, Iudicium patimur: & significet ea, quæ in iudicio continentur. Est & aliud verius. Nam, cùm nascimur, duos Genios sortimur. vnus est, qui hortatur ad bona: alter, qui* [illegible] *ad mala: Nec incongruè dicuntur genij: quia, cum vnusquisque genitus fuerit, ei statim obseruatores deputantur. quibus* [illegible] *tibus post mortem: aut asserimur in meliorem vitam, aut condemnamur in deteriorem: per quos aut vacationem* [illegible] *remur; aut reditum in corpora. Ergo* manes, *Genios dicit, quos cum vitâ sortimur.* EXINDE.] *Vna pars orationis est. Et in tertiâ à fine accentum habet: licèt penultima longa sit. quòd ideò factum est; vt ostenderetur vna pars esse orationis: ne præpositio adiungeretur aduerbio: quod vitiosum esse, non dubium est.* PAVCI læta arua tenemus.] *Non omnes. qui enim minùs purgantur, statim redeunt ad corpora.* DONEC longa dies, perfecto temporis orbe] *Quia etiam post purgationem opus est tempore: vt perseueret in purgatione: & sic redeat. Et quæritur; vtrùm animæ per apotheosin (de quibus ait:* Et pauci læta arua tenemus) *possint mereri perpetuam purgationem? Quod non potest fieri. merentur enim temporis multi, non perpetuitatis. & quæ male vixerunt, statim redeunt: quæ meliùs, tardiùs: optimè, diutissimo tempore sunt cum numinibus. Paucæ tamen sunt, quæ & ipsæ, exigente ratione, licèt tardè, coguntur reuerti.* PERFECTO temporis orbe.] *finito legitimo tempore.* CONCRETAM.] *affixam, & inhærentem.*

AD cœlum.] *superas oras, vbi viuimus. Credendúmne est, ô pater, posse reuerti animas ad corpora?* SVBLIMES animas.] *Corpus nostrum elementatum, anima diuina: quæ cùm à deo sit; immortalis est. Nec vigor, qui cuncta intelligit, extinguitur: sed dum in corpore, qualitates corporis sequitur viuacitas diffusa per membra.* QVÆ lucis.] *Nihil celerius est animâ, solutâ corpore: & nihil tardius corpore, si deest anima. Animæ, postquam liberatæ sunt corpore, non desiderant ampliùs redire ad corpora: quis amor ergo est, velle viuere?* PRINCIPIO cœlum.] *Aristoteles ait, elementa esse quatuor: aquam & terram, ponderibus suis deorsum ferri; ignem & aera, tenuitate subleuari. & his quatuor elementis, quintum quasi proprium, æthera addit; priuatâ vndè vi discretum. Anaxagoras Abderites, Democriti discipulus; vt alij, Dionysij Smyrnei; Alexandri apud Persas comes; quatuor elementis constitutis rectorem adiungit; siue spiritum, siue deum, siue mentem: per quem hæc quatuor regantur. hunc alij appellauêre sensum.* Terram *simpliciter dixit. per* Campus liquentes, *intelligit mare.* Cœlum, *si pro igni; vbi aër? si pro aëre; vbi ignis est? Ridiculum est, intelligere cœlum pro duplici elemento: id est, aëre, & æthere. Aemylius Asper, cùm hunc locum annotaret, sic ait: Membra naturæ sic solet iungere Vergilius, vt in tertia diuidat. nam & alibi:* Maria, ac terras, cœlumque profundum. *Ennium secutus, qui ait:* Qui tuo lumine mare, ter-

POM. Sabi.

[illegible] 3 [illegible]

tam, cœlum contines.] Cœlum pro aëre accipi apud Vergilium, notum est. Nam & Lucretius ait: In hoc cœlo, qui dicitur aer. Sol pro igni accipitur. Anaxagoras Clazomenius ait: Solem nihil aliud esse, quam lapidem ignitum permixtum. Probus ait: Ignem ... quod ait: Titaniaque astra. ea enim ... ait: Vbi maximus Atlas Axem humero torquet stellis ardentibus aptum. & inde: Nox operit terras, quotiens astra ignea surgunt. item: Nam neque erant astrorum ignes. Cicero, libro secundo de Natura deorum, sic: Quem complexa summa pars cœli, quæ æthera dicitur, & summum retinet ardorem. & paulò pòst: Sunt autem stellæ naturâ flammeæ. Si cœlum acceperimus pro igni: spiritus erit pro aëre, qui vitam largitur. In his versibus, ait Probus spiritum pro aëre accipimus. Varro, mundo omnia comporauit, in Tuberone. Sunt, qui elementis principia assignauerunt. Parmenides Eleates terram, Hippasus Metapontinus & Heraclitus Ephesius ignem, Anaximenes Lampsacenus (qui primus existimatur physica induxisse) aërem, Thales Milesius, magister eius, aquam: quia Hesiodus dixerit, Chaos, quod Zenon Citieus aquam interpretatur. Possumus ab Homero intelligere idem positum. Quem Vergilius quoque imitatus, ait: Oceanumque patrem rerum, nymphasque sorores. GLOBVM.] Luna sphærica est, id est, globosa: scilicet ignem. SPIRITVS.] deus immensa grauans. PER artus.] per elementa, quæ membra. MENS.] spiritus. MOLEM.] machinam mundi. SE.] scilicet spiritus dicitur miscere se cum elementis: quia vim suam afflat in creandis rebus. INDE.] ob hanc mixturam. VIGOR.] Vigor cœlestis est omnibus animatis: quantum ipsa corpora non tardant. TERRENI.] omnia corpora ex terra sunt. MORIBVNDA.] omnia, quæ nata sunt, quotidie moriuntur. HINC metuunt.] ex coniunctione animi & corporis. Quattuor sunt affectus: dolor & gaudium, de præsenti, timor & cupiditas, de futuro. Cùm animæ relinquunt corpora: non statim purgatæ sunt; sed paulatim, & cum tempore, sordes peccatorum in animis eluuntur. purgatæ in Elysium mittuntur: & post mille annos, epotâ aquâ lethæâ, redeunt in corpora. Tria sunt piaculorũ genera. nam aut in terris purgantur animæ scelestorũ homiũ, & transeunt in corpora brutorũ: aut in aquâ, & transeunt in pisces: aut in aëre, & transeunt in corpora aëria, id est, ventos, vt Papinius ait. & auguribus, in libris Pontificum, est piaculum aut ex tædâ, aut ex sulphure, aut ex aquâ. CLAVSÆ.] animæ non despiciunt naturam suam. CARCERE.] Carcer animæ vocatur corpus. INOLESCERE.] crescere. Lucretianus versus est. EXPENDVNT.] dant. MANES.] supplicia, quæ ad manes sunt.

VAR. Lect. Quò magis Italiâ tandem lætere repertâ.] In libris aliquot antiq. Lætare, imperatiuo modo. In omnibus deinde, pro Tandem, vno exemplo, Mecum scriptum est. In Roman. totus versus ita mutatus: Quò magis Italiam metuus lætare repertam. ITERVMQVE ad tarda reuerti Corpora?] In libris aliquot antiquis. In tarda legere est. QVÆ lucis miseris tam dira Cupido?] In libris aliquot sanè quàm vetustis, Cupido est, vnâ plus dictione legitur. SVSPICIT Anchises.] In probatioribus libris antiquis, Suscipit habetur: quod significat, Respondet. Ac terras.] In Romano libro, Terram, mutato numero scriptum est. NEC auras respiciunt.] In antiquis omnibus libris, quos viderim, eodem exemplo legitur, Neque auras Despiciunt. Alicubi, etiam, Respiciunt habetur.

CAEL. Rhod. Ab indagine verò dici Musa videtur: quippe, ex sapientum sententiâ, gnostices copiæ mater, est indagatrix inopia. At Platonicorum sententia nobilis, Musarum nomine cœlestes intelligit tantùm. Quo argumento & Camœnas dici quandoque opinantur ... verò à Ioue profecti ... Plotinum ... nuncupet ... totum ... :

Principiò cœlum, ac terras, camposque liquentes,
Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque astra
Spiritus intus alit, totamque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

Inde namque ... & ab Ioue ... quoniam ... sarum nomine ... oriantur & ... innuit illud ...

Ab Ioue principium Musæ: Iouis omnia plena.

Quoniam vigeat vbique Iupiter, ac impleat ... citharam velut quandam, (vt est ab Alexandro ... lesio) perfectè ... cœlestes inde ac harmonic... cantus.

O pater, anne aliquas ad cœlum hinc ire putandum est Sublimes animas, iterumque ad tarda reuerti Corpora? quæ lucis miseris tam dira cupido?] Conueniens fuit ista dubitatio. Qui innumera ... perpessus est, cùm his fueran & sperabat ... : credimus inquit, velle quenquã, non tamen ... vitæ tædia, reuocari? quæ tanta nascitur cupidi... velint esse iterum, quod semel euasisse debuerant ... seros ostendit non solùm illos esse, fortun... sed etiam illos, qui non intelligunt, quid sit ... deterrima petunt, & fugienda perquirunt. DIC... dem: nec te suspensum, nate, teneb... tur, cupis audire? dicam, nate: ne te sub ... diutiùs teneam. SVSCIPIT Anchises, atque ... singula pandit.] Aggreditur Anchises relationem ... ne suo singula prosequi cœpit. Occasione futura ... altior tractatus inducitur: vt ostendat poëta, ex ... sit hominum genus, vel animalium cæterorum ... ueantur in gaudium: vnde vertantur in metum ... cupiditatibus teneantur; vnde affligantur doloribus ... mæ nutrimenta suscipiant. Sed priùs erat dicendum ... sint: & quemadmodum constent, ex quibus ... & valent PRINCIPIÒ cœlum, ac terras, ... liquentes. Lucentemque globum Lunæ, T... astra, Spiritus intus alit: totamque infusa per ... Mens agitat molem, & magno se corpore ... Quatuor quidem elementa esse asseruntur. cœli, terræ, ... & inferorum. sed, quia apud inferos fuit, vbi lo... agebatur de ratione superorum: idcirco trium ... sequitur, cœli, terræ, & maris. Addidit duo alia ... parte sunt cœli, solem scilicet & lunam. His eni... tur, quicquid terra continet, quicquid mare compre... triri spiritu quodam abstruso & recondito, & late... narit, eundemque spiritum per omnia esse infusum, & ... omnibus. INDE hominum pecudumque ... taque volantum, Et quæ marmoreo fert ... sub æquore pontus.] Inde, inquit, viuunt ... terrestria, inde etiam, quicquid monstrorum maris ... tegitur. IGNEVS est ollis vigor, & cœlestis ... omnibus, quantum non noxia corpora tard... terenique hebetant artus, moribundaque m... Ex duorum elementorum substantiâ hominem ... compositum: vt spiritus è partibus cœli sumi videa... ex terrâ. Quod de cœlo sumitur, esse perpetuum ... tem interire, quod ex terrâ concipitur. Spiritum ... corpus verò contagionibus plenum. sed vbi in ... tium venerint, vt corpus spiritusque iungantur, spi... corporibus maculari. HINC metuunt, cupiunt... lent, gaudentque: nec auras Respiciunt cla... bris, & carcere cæco.] Vsque adeò corpus ...

[illegible] *in caeco carceri comprimuntur.* [illegible] *quae fit amnis lapsus* [illegible] *quae patimur manes* [illegible] QVIN & supremo cum lumine vita reliquit [illegible] omne malum [illegible] Corporeae [illegible] Multa diu concreta modis [illegible] *ex corpore* [illegible] *redire ad caelum: quia caeleste meritum per* [illegible] *Necesse est enim* [illegible] *concreta non* [illegible] *dicitur, quod ex minutiis multis in unam* [illegible] *Prouidentia* [illegible] *mala, & longo tempore col* [illegible] *maximum* [illegible] *nisi haec vis maior expiauerit.* [illegible] *exercentur poenis, veterumq́ malorū Supplicia expendunt.] Incipit dicere, quae poenae, quae sint ipsa* [illegible] ALIAE panduntur inanes Suspensae ad ventos.] [illegible] *ventos manes, an animas dixerit: quia v-* [illegible] *rectū esse potest. & sic vel semel positum,* [illegible] *manes animae, manes ad ventos suspensae,* [illegible] ALIIS sub gurgite vasto Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.] *Dixit poenarum genera, quibus animae mundantur.* QVISQ. suos patimur manes.] *Conteste cōplexus est, vnumquemq; tales sentire poenas, qualis ad inferos venerit: si bonus, bonas: si malus, malas.* EXINDE.] [illegible] *ordinationem suae.* PER amplū Mittimur Elysium, & pauci laeta arua tenemus.] *Comparationem* [illegible] *genere. Mittimur, inquit, per amplum Elysiū pauci: quasi illorū numerum breue spatium ferre non posset. Non super* [illegible] *tudo paucis fuerat deputata, sed tributa pro meri-* [illegible] *enim inter sontes & innoxios distaret: si cunctos aequali spatio locorum angustiae continerent? Docuit poeta, non paucis videri paratam latitudinem, sed pluribus: si tamen ita viuant, vt eò venire mereantur. Quod quia non fit, (quia bene viuendi studium non omnium, sed paucorum est) latitudinem & diffusa spatia pauci incolunt. Laudatur hoc genere Anchi-ses, & eius laus* [illegible] *patrem* [illegible] *commeruit, vt hoc genere, pro* [illegible] *rauisse, nec ipsum Aeneam poenituerit.* DONEC longa dies, perfecto temporis orbe, Concretam exemit labem: purumque reliquit Aethereum sensum, atque aurai simplicis ignem.] *Tantum* [illegible] *hanc vis maior, & prolixum tempus vix* [illegible] *scilicet vt talis fiat ablutione, qualis fuit ante, quam in corpus perueniret.*

Aethereum sensum atque aurai simplicis ignem.
Has omneis, vbi mille rotam voluêre per annos,
Lethaeum ad fluuiū deus euocat agmine magno:
Scilicet immemores, supera vt conuexa reuisant,
Rursus & incipiant in corpora velle reuerti.
Dixerat Anchises: natumque, vnaq; Sibyllam,
Conuentus trahit in medios, turbamq; sonantem:
Et tumulum capit, vnde omnes lōgo ordine possit
Aduersos legere, & venientum discere vultus.
Nunc age, Dardaniā prolem quae deinde sequatur
Gloria, qui maneant Italâ de gente nepotes,
Illustreis animas, nostrumq́ in nomen ituras,
Expediam dictis, & te tua fata docebo.
Ille, vides, purâ iuuenis qui nititur hastâ,
Proxima sorte tenet lucis loca: primus ad auras
Aetherias Italo commistus sanguine surget,
Syluius, Albanum nomen, tua posthuma proles.

AETHEREVM sen-[illegible] *id est, Deū.* [illegible] *quid sit anima, osten-* AVRAI simplicis [illegible] *non* [illegible] Simpli-[illegible] *nostri comparatio-* [illegible] *constat de ligno & aëre* [illegible] *per se* [illegible] *est, & aeternus: quia sim* [illegible] *Omnia* [illegible] *id est,* [illegible] *posita, exitum sortiuntur.* [illegible] *& atomos perpetuos di-* [illegible] *quia simplices sunt, nec* [illegible] *sectionem.* HAS O-[MNEIS.] *Ac si diceret, etiā has* [illegible] *nam suprà non omnes* [illegible] Animae quibus [altera] fato Corpora debentur. ROTAM voluêre [per] annos.] *peregerunt, exegerunt statutum tempus, per an-* [illegible] *obliuiatem. Est autem sermo Ennij.* DEVS euo-[cat.] [illegible] *non dicit quis, sicut suprà:* Dij quibus imperium est [animar]ū. *Sed alij Mercuriū volunt, propter hoc:* Animas [ille] euocat orco Pallentes. *Et est ratio: nam* [illegible] *dicitur,* [illegible] *sensit; quo philosophiam, quae haec indicat, intelligimus:* [illegible] *etiam inuenerit literas.* AGMINE magno.] *impe-* [illegible] *est imperatiuè,* [illegible] *non enim blanditijs* [illegible] *redeunt, sed necessitate quadam coguntur, vt potantes* [illegible] *reuerti.* IMMEMORES.] *vel praeteritorum, vel fu-*[turorum.] DIXERAT Anchises.] *antedicta de reuersione* [illegible] *probatio huc tendit: vt celebret Romanos & prae* [illegible] *namq; qui bene considerant, inuenient, omnem* [illegible] *historiam, ab Aeneae aduentu vsq; ad sua tempora,* [illegible] *celebrâsse Vergilium. Quod ideò latet: quia con-* [illegible] *ordo. nam euersio Ilij, & Aeneae errores, aduentusque,* [illegible] *manifesta sunt. Albanos autem reges, Romanos etiam* [illegible] *Catonem, Caesarem, & Augustum, & multa* [illegible] *Romanam pertinentia, hic indicat locus. Caetera,* [illegible] *in* [illegible] *commemorat. vnde et* [illegible] *inuenimus, opus hoc appellatum esse, non Ae-*[neida, sed] *Gesta populi Romani. Quod ideò mutatum est:* *quia nomē nō à parte, sed à toto debet dari.* TVRBAMQVE sonantem.] *Aut quae tunc propter festinationem sonabat: aut turbae perpetuum est epitheton.* LONGO ordine.] *Non quo nati sunt: sed* [illegible] *non enim* [illegible] *regnauerūt,* [illegible] *est ordine.* ADVERSOS legere.] *relegere, considerare.* DARDANIAM prolem.] *Albanos reges: qui tredecim fuerunt de Aeneae & Lauinae genere. vnde ait:* Italâ de gēte. ILLVSTRES.] *Hoc nomen notitiae fuit, non meriti. vnde etiam in meretricibus inuenitur: nam & nobiles & illustres vocātur.* IN nomen ituras.] *in gentem vt,* Ipse Nomen Echionium, matrisq; genus Peridiae. ILLE, vides, purâ iuuenis qui nititur hastâ.] *Aeneas, vt dicit Cato, simul ac venit ad Italiam, Lauiniam accepit vxorem: propter quod Turnus iratus, tam in Latinum, quàm in Aeneam, bella commouit; à Mezentio impetratis auxilijs.* Quod etiā ipse ostendit, dicens: Se satis ambobus Teucrisque venire, Latinisque. *Sed, vt suprà diximus, primo bello perijt Latinus: secundo, pariter Turnus & Aeneas: postea Mezentium interemit Ascanius, & Lauro lauinium tenuit. Cuius Lauinia timens insidias, grauida confugit in syluas & latuit in casâ pastoralis Tyri. Ad quod alludens, ait:* Tyrusque pater, cui regia parent Armenta. *& illic enixa est Syluium. Sed cùm Ascanius* [illegible] *graret inuidiâ: euocauit nouercam, & ei concessit Lauinium; sibi verò Albam constituit. Qui quoniam* [illegible] *perijt: Syluio, qui & ipse Ascanius dictus est, suum reliquit imperium. Vnde apud Liuiū error est, vter Ascanius* [illegible] *diderit. Postea Albani omnes reges, dicti sunt Syl*[uij], *ab huius nomine. sicut hodieq; Rom. imperatores, Augusti* [illegible] *Aegypti, Ptolemaei; Persae, Arsacidae; Latini,* [illegible] Murrhanū hic atauos, & auorū antiqua sonantē Nomina, per regesq; actū genus omne Latinū. PVRA [illegible] qui

qui nititur haſtâ.] *Id eſt, ſinè ferro. nam hoc fuit præmium apud maiores, qui tunc primùm viciſſet in prælio. ſicut ait Varro, in libris de gente populi Roman.* SYLVIVS Albanum nomen.] *Quia omnes Syluij ab eo dicti ſunt.* TVA poſthuma proles.] *Poſthumus eſt, poſt humationem parentis creatus. Per hoc autem, Aeneam citò oſtendit eſſe periturum.*

POM. Sabi. RELIQVIT.] *qui antè erat. nihil purius eſt naturâ animæ; quæ eſt ſimilis deo.* IMMEMORES.] *obliti.* ILLE, vides purâ.] *Liuius non ponit, quòd Aſcanius patri ſucceſſerit; nam ait, ex Lauiniâ natum Aſcanium: & viuente patre, & mortuo Aeneâ, in tutelâ muliebri manſiſſe regnum dicit, vſque ad filij pubertatem: & ab hoc Aſcanio natum Syluium, ita dictum, quòd caſu quodã in ſyluis natus ſit. cum Vergilio magis conuenit Dionyſius, qui ait: Lauinia, Latini filia, poſt mortem Aeneæ coniugis, verita priuignum Aſcanium, qui regno ſucceſſerat, Tyrrheno cuidam, regij pecoris magiſtro, ſe tradidit. qui in remotis ſyluis, vbi puella peperit, cuſtodiuit. cumq́; videret Aſcanium populo ſuſpectum de cæde; Lauiniæ rem omnem aperuit. Aſcanius, vt gratus erga ſtirpem patris videretur; hæredem & ſucceſſorem ſuum ſtatuit Syluium, Lauiniæ & Aeneæ filium: Ilum verò, eius filium, ſacerdotio præfecit. ab hoc gens Iulia manauit. Aeneas Lauiniæ, Syluius, quia in ſyluis natus eſt, cognominatus. ab eo reges omnes Albanorum, Syluij appellati ſunt: qui ab hoc Aeneâ, vſque ad Amulium regnauêre, diximus lib. 1. Syluius, poſt mortem patris natus, ideò* Poſthumus *dictus: id eſt, poſt humatum patrem natus. Caſellius putat,* poſthumam prolem *eſſe, quæ poſtrema eſt, patre ſene. Sulpitius Apollinaris Caſellium in hoc reprehendit.*

VAR. Lect. ATQVE aurai.] *Antiqua omnia exemplaria, quæ legi,* Auræ *quidem legunt.* SVPERA vt conuexa.] *In libris aliquot antiquis,* Supera in conuexa *eſt.* LONGO ordine poſſit.] *In antiquis pleriſq; libris,* Poſſet *habetur.* ITALO commixtus ſanguine ſurget.] *Sunt libri admodum antiqui, in quibus legere eſt,* Italo mixtus de ſanguine.

CAEL. Rhod. *Denarij verò numeri (ſeu decuſſim, ex Vitruuij imitatione, malis dicere) excellentiam, multa equidem declarant. Illud vtiq; mirum, quod eſt ab Ariſtotele proditum: cùm alibi, tum Auſcultationis phyſicæ tertio. Omnes homines, tàm Barbaros, quàm Græcos, priſcam ſeruâſſe conſuetudinem, perpetuò ad decem vſq; numerandi. Neq; enim cenſeri fortuitum debet; verùm ex naturæ fontibus propagatum: quod ſemper fiat, atque item vbique. Id verò numeri huius abſolutam indicat qualitatem. Continet quippe hic numerandi genera vniuerſa: vti par, impar, quadratum, quadrantale, ſiue cubum, longum, planum, primum, compoſitum. Denarius porrò, fons eſt ac principium: quippe qui ex vno, duobus, tribus, & quatuor, conſtet. Quo argumento, vt ſcribit Chalcidius, decumanum numerum, Pythagorici quadraturam vocabant primam. In ſenarij autem ratione, apud eundem, ſecunda explicatur quadratura: quinetiam tertia. Nec illud reijciendum, dediſſe nobis, in manuum digitis, eum numerum ipſam rerum naturam. Vna tamen gens Thracum narratur, ad quatuor modò numerandi ſeriem Terminare? quoniam ampliùs ritu puerorum nequeat meminiſſe; nec ferè vſum habeat rerum multarum. Denarium porrò, decada Græci vocant, quaſi dechada: quòd omnem in ſe numerum recipiat. At enim Pythagorei decada etiam mundum vocabant: quòd eo numero ſit compactus. Conſtat enim ſphærâ, quæ dicitur aplanes; & planetis ſeptem, elementari naturâ; poſtremò Antichthone. quo tamen nomine (quod mirum eſt) intelligebant illi lunarem ſphæram: quia, vt terra lunam vmbrâ hebetat; ita ſolem luna nobis adimit plerunq;. Adijce illud item: ex numeri huius religione quadam & obſeruantiâ, moris fuiſſe veteribus; vt iuſtiſſimi quique, fidei comparandæ gratiâ, dextras iungerent: quia ſic denarium præmitterent numerum. Nec illud negligendum; Platonem, ad delendam culpam, numero vti denario, centenario, millenario: cuilibet ſiquidem voluptatis gradui, ſuppliciorum decem contribuit.* A *Ita enim oblæſæ maieſtati diuinæ rependi omnino par fuit. Adde quòd, ſicut beatitudinis gaudia iuſtitiæ humanæ dolores exſuperant; ſic miſeriæ cruciatus, iniuſtitiæ voluptates. Denarij porrò rationem, continere & centenarius videtur: ſed & millenarius. Nam & hi vniuerſi cenſentur: quoniam ex denario vniuerſo conſurgunt. Proinde numeri, quos vniuerſos dicimus, purgationi & emaculandis dicuntur animis: vt labes ex peccato muſta concretaq́; prorſum eluenda ſignificetur; vt candidiſſima æternitatis luce perfrui valeamus: quæ depuratum modò exterſumq́; nitidiùs admittat æthereum ſenſum, atque aurati ſimplicis ignem. Propterea reconditioris ſcientiæ poëta nobilis, Platonicorum myſterijs ampliter imbutus, ita prænunciat:*

Centum errant annos, volitantq́; hæc littora circùm.

Et alibi ad eundem ſenſum:

—— mille rotam voluêre per annos.

SICINIVM *Dentatum, Plinius ſcribit, fuiſſe donatum haſtis puris duodeuiginti. Haſtam puram Grammatici intelligunt, ſinè ferro. Id enim fuiſſe præmium apud maiores, eius, qui tunc primùm viciſſet in prælio: ſicut ſcriptum in libris de* B *gente Pop. Romani. vnde Poëta nobilis:*

Ille (vides?) purâ iuuenis qui nititur haſtâ.

Donatus, puram *quidem accipit ſinè ferro: ſed addit, pacis id eſſe ſignum; non belli.*

HAS omnes, vbi mille rotam voluêre per annos, DON. Lethæum ad fluuium deus euocat agmine magno: Scilicet immemores, ſupera vt conuexa reuiſant, Rurſus & incipiant in corpora velle reuerti.] *Vbi, inquit, omnes iſtas animas exercitatio rotæ per annos mille voluerit: deducit deus ad lethæum fluuium. cuius talis eſt vis: vt, quiſquis ex eo biberit, memoriam ſuperioris temporis perdat, nec, quid fecerit, nec quid paſſus ſit, teneat: proindeq́; immemor redditus, incipiat velle remeare ad ſuperos, & mala corporis iterum pati.* DIXERAT Anchiſes: natumque, vnaq́; Sibyllam, Conuentus trahit in medios, turbamque ſonantem; Et tumulum capit, vnde omnes longo ordine poſſit Aduerſos legere, & venientum diſcere vultus.] *Quum hæc dixiſſet Anchiſes: natum ac Sibyllam ad plurimorum conuentum duxit: atque vt poſſet neſcientibus ſingulos demonſtrare, & nomina ſingulorum dicere: tumulum cepit. oportuit enim eum, vt inſtructiorem filium redderet, cunctos ex ordine numerare.* NVNC age, Dardaniam C proles quæ deinde ſequatur Gloria; qui maneant Italâ de gente nepotes, Illuſtres animas, noſtrumq́; in nomen ituras; Expediam dictis, & te tua fata docebo.] *Propoſuit, quæ ſit dicturus. Nunc, inquit, dictis expediam: vel qui admixti ex Italo ſanguine nepotes, tui regnaturi ſint; vel quemadmodum eos virtutis gloria ſecutura ſit. Dicam etiam fata tua: vt, quod nulli ante te contigit, tu multò antè condiſcas. Hoc loco, quantum ad Vergilij & Cæſaris tempora pertinet, non futura; ſed tranſacta numerantur: & ſubtiliter oſtenditur, quæ Troianorum progenies ex ipſo Aeneâ & Italo ſanguine indicatur exſtitiſſe, & vſque ad Cæſarem cucurriſſe. Hîc ſpecialiter dicuntur; quos generaliter in primo libro tetigit Iupiter: non eorum perſonas, ſed tempora regnandi, ſignificans.* ILLE (vides) purâ iuuenis qui nititur haſtâ, Proxima ſorte tenet lucis loca: primus ad auras Ætherias Italo commiſtus ſanguine ſurget, Syluius, Albanum nomen, tua poſthuma proles: Quem tibi longæuo ſerum Lauinia coniux Educet ſyluis regem, regumque parentum. Vnde genus longâ noſtrum dominabitur Albâ.] *Vides, inquit, illum iuuenem, qui haſtâ nititur purâ, hoc eſt, ferro vacuâ: nunciâ ſcilicet, non belli, ſed pacis. iam proximus vt in lucem veniat. Expoſuit, ipſum futurum eſſe primum ex Aeneâ & Lauiniâ.*

... & Proximum dicit: non qui citò venturus esset ... sed proximum ex omnibus, qui illic videbantur. Hic, ... nascetur ex Italo sanguine, & tuo. Hoc ipsum aperit, vt o... quomodo, & quando, & quo nomine esset emersurus. ... inquit, dicetur: quoniam hoc nomen Albanis fami... est. habent enim regiones vel ciuitates nomina, quæ ... extera familiariùs frequentant. Nascetur enim ex La- uinia, quam constat Italam fuisse. sed nascetur Posthumus, adeò ipse serus: vt ex te iam longæuo conceptus oriatur. Noluit illum pronuntiare moriturum: sed dicendo, Habebis filium posthumum: hoc ipsum significauit. Posthumos scimus dici, qui nati sunt post patris discessum. Neq; adeò indè filij animum læsit: quia, quum dicit, Longæuo tibi, & serum, ostendit eum fore longæuum prouenturum.

Quem tibi longæuo serum Lauinia coniux
Educet syluis regem, regumque parentem:
Vnde genus longâ nostrum dominabitur Albâ.
Proximus ille Procas, Troianæ gloria gentis;
Et Capys, & Numitor, & qui te nomine reddet,
Syluius Æneas: pariter pietate vel armis
Egregius; si vnquam regnandam acceperit Albam.
Qui iuuenes, quantas ostentant, aspice vires;
Atque vmbrata gerunt ciuili tempora quercu.
Hi tibi Nomentum, & Gabios, vrbemq; Fidenam;
Hi Collatinas imponent montibus arces;
Laude pudicitiæ celebres: addentque superbos
Pometios, castrumq; Inui, Bolamq;, Coramque.
Hæc tùm nomina erunt: nunc sunt sinè nomine terræ.
Quin & auo comitem sese Mauortius addet
Romulus: Assaraci quem sanguinis Ilia mater
Educet. viden' vt geminæ stent vertice cristæ?
Et pater ipse suo superùm iam signat honore?
En, huius, nate, auspicijs illa inclyta Roma
Imperium terris, animos æquabit olympo:
Septemq; vna sibi muro circumdabit arces:
Felix prole virûm: qualis Berecynthia mater
Inuehitur curru Phrygias turrita per vrbes:
Læta deûm partu, centum complexa nepotes,
Omneis cœlicolas, omneis supera alta tenentes.
Huc geminas nunc flecte acies: hanc aspice gentem,
Romanosq; tuos: hic Cæsar, & omnis Iuli
Progenies, magnum cœli ventura sub axem.
Hic vir, hic est, tibi quem promitti sæpiùs audis,
Augustus Cæsar, diuûm genus, aurea condet
Secula qui rursus Latio, regnata per arua
Saturno quondam: super & Garamantas & Indos
Proferet imperium. iacet extra sidera tellus,

... statim infert consola... dicens: QVEM ti... longæuo.] Id est, deo. Ae... enim propriè æternitatis ... qua non nisi in deos venit. ... Romulus in cœlo ... genitalibus æuū ... autem vindica... per quē dixit: Lon... senes. VNDE.] ... Genus vnde ... Latinum. nam posteri eius ... qui postea Albam re... tenuerunt ciuitatem. PROXIMVS ille Procas.] sla... non nascendi ordine. nam duodecimus fuit: & Capys, sextus est rex Albanorū: item Numitor tertiusdecimus fuit. SI vnquam regnandam acceperit Albam.] Aeneas ... Syluius. & hic ostendit, omnes Albanos reges, Syluios dictos. Accepit autem à tutore, qui eius inuasit imperium: quod ei vix anno LII. restituit. & rem historiæ plenam per transitū retigit. CIVILI tempora quercu.] Ciuica, debuit dicere. sed mutauit: vt contrà Horat. Motum ex Metello consule ciuicum. pro ciuilem. Quercean autem coronam accipiebant, qui in bello ciuem seruassent: ideò, quia antè causa vitæ in hac arbore hominibus fuit, qui glandibus vescebantur. vnde Ouid. in Metam. Et quę deciderant patulæ Iouis arbore glādes. Vnde Iouis arbor dicitur: quasi per quam Iupiter suos aleret populos. Aliæ enim murales erant: aliæ agonales, id est, lemniscatæ. Muralis aūt dabatur ei, qui primus murū ascēdisset. HI tibi Nomentum, & Gabios.] Hæ ciuitates sunt priscorum Latinorum, ab Albanis regibus constitutæ. quanquam Collatiam Tarquinius constituisse dicatur: qui, vt erat superbus, eam ex collatâ pecuniâ constituit. vnde & Collatia dicta est. Potest tamen etiam fieri, vt ab Albanis fundata sit, aucta à Tarquinio. sicut suprà de Tarento diximus: quòd Taras fecit; auxit Phalantus. Romam etiam Romulus fecisse dicitur: quam antè Euander condidit: vt, Tunc pater Euandrus, Romanæ conditor arcis. VRBE'MQVE Fidenam.] Fidenæ dicuntur sicut Thebæ. sed dixit, vt Iuuenalis: Atque vetus Thebe centum iacet obruta portis. Nam varietati studet vnde etiam Pometios ait: cùm dicatur numero singulari, Pometia. CASTRV'MQVE Inui.] Vna est Italiæ ciuitas: Castrum nouum dicitur. De hac autem ait: Castrum Inui, id est, Panos, qui illic colitur. Inuus autem latinè appellatur, græcè ... item ... græcè; latinè Incubus: idem Faunus; idem Fatuus, Fatuellus. Dicitur autem Inuus, ab ineundo passim cum omnibus animalibus: vnde & Incubus dicitur. Castrum autem, ciuitas est. nam Castra numero plurali dicimus. licèt legerimus in Plauto: Castrum pœnarum. quod etiam diminutio ostendit: nam Castellum dicimus. NVNC sunt sine nomine terræ.] Atqui in catalogo hinc est dicturus aliquas ciuitates. sed ex persona suâ præoccupat. QVIN & auo comitem sese Mauortius addet Romulus.] Amulius & Numitor fratres fuerunt. sed Numitorem regno Amulius pepulit: & Iliam, eius filiam, sacerdotem Vestæ fecit. De hac & Marte, nati Remus & Romulus. qui cùm adoleuissent; occiso Amulio, auum Numitorem in regnum reuocarunt; & cum eo vno anno regnauerunt. postea, propter angustias imperij, Romam captatis augurijs condiderunt. Ergo auo se comitem: aut auito se iunget imperio: aut, secundùm Ennium, refertur inter deos cum Aneâ. Dicit namque, Iliam fuisse filiam Aeneæ. Quod si est: Aeneas auus est Romuli. vnde etiam addidit: Assaraci quē sanguinis. Nam hoc epitheton non sinè causâ est mirò ductum; quod est proprium Aeneæ. nam Assaracus, pater est Capyos; Capys Anchisæ; Anchises Aeneæ. VIDEN'.] Den naturaliter longa est: breuem tamen eam posuit, secutus Ennium & adeò est eius immutata natura: vt iam vbiq; breuis inuenatur. GEMINÆ stent vertice cristæ.] Omninò in omnibus hoc egit Romulus, vt cum fratre regnare videretur: ne se reum parricidij iudicaret. vnde omnia duplicia habuit, quasi cum fratre communia. Etenim ad captanda auguria, Palatinum Romulus tenuit; Auentinum Remus: qui prior sex vultures vidit; pòst Romulus duodecim. Et cùm ille tempore, ille numero, de condendâ vrbe certarent: ortâ contentione de vrbis nomine inter exercitum, à Romuli militibus Remus occisus est. Fabulosum autem est, quòd à fratre propter muros dicitur interemptus. ET pater ipse suo superum iam signet honore.] merito virtutis, Mars Romulum Deum esse significat. Superum enim, accusatiuus est singularis: ab eo quod est, Superus, superi. ILLA.] quam tibi sæpe fata promiserunt. INCLYTA.] Græcum est: nam κλυτὸν gloriosum dicunt. IMPERIVM terris.] in quantum tenditur terra. ANIMOS æquabit olympo.] Id est, magnanimitate æquabitur cœlo. De hoc autem loco, & probus & Trogus quærunt. SEPTE'MQVE vna sibi

ſibi muro.] *Bene dicit, vrbem Romanam ſeptem incluſiſſe montes: & medium tenuit. nam grandis eſt inde dubitatio. Et alij dicunt, breues ſeptem colliculos à Romulo incluſos: qui tamen alijs nominibus appellabantur. Alij volunt, hos ipſos, qui nunc ſunt, à Romulo incluſos: id eſt, Palatinum, Quirinalem, Auentinum, Cælium, Viminalem, Aeſquilinum, & Ianiculanum. Alij verò volunt, hos quidem fuiſſe, alijs tamen nominibus appellatos: quæ mutata ſunt poſtea, vt de omnibus rebus legimus fieri. ſicut etiam de multis locis & fluminibus legimus. vt ſæpius:* Et nomen poſuit Saturnia tellus. PROLE virûm.] *Pro, virorum fortium.* QVALIS Berecynthia mater.] *Phrygia. nam Berecynthos, caſtellū eſt Phrygiæ, iuxta Sangarium fluuium, vbi mater deûm colitur. Per hanc autem comparationem nihil aliud oſtendit: niſi Romanos duces inter deos eſſe referendos.* TVRRITA.] *Quia ipſa eſt, terra, quæ vrbes ſuſtinet: ideò deſignatur ei corona cum turribus in capite.* HVC geminas nunc flecte acies.] *Totum viſum tuum huc dirige, & huc ſpecialiter intuere.* HIC Cæſar, & omnis Iuli Progenies.] *Vt,* Iulus à magno demiſſum nomen Iulo. COELI ventura ſub axem.] *Nam, cùm Auguſtus patri Cæſari ludos funebres exhiberet, ſtella crinita per diem apparuit. quam, perſuaſione Auguſti, populus Cæſaris eſſe credidit. hinc eſt,* Ecce Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum. Sub axem *ergo: id eſt, ad diuinos honores.* HIC vir, hic eſt, tibi.] *C litera, pro duplici, non niſi in monoſyllabis habetur: vt,* Hoc erat alma parens*: per eorum ſcilicet priuilegium. Vnde falſum eſt quod Terentianus dicit; eam pro metri ratione, vel duplicem haberi, vel ſimplicem. nam ſi hoc eſſet, etiam in diſſyllabis pro duabus haberi debuerat: quod nuſquam inuenimus. Literæ enim naturam ſeruari, etiam in polyſyllabis conuenit.* DIVI genus.] *Cæſaris, qui factus eſt deus. Dicit autem genus, non ſolùm iure adoptionis, ſed etiam conſanguinitatis. nam Actiæ fuit filius; quæ erat ſoror Cæſaris. Hic autem* Auguſtus Cæſar, *hoc nomen accepit è patre adoptiuo. nam antè* Octauianus *dictus eſt, à patre* Octauio*: poſt Auguſtus Cæſar.* SECVLA qui rurſus Latio.] *Sub Saturno, dicit aurea ſecula fuiſſe in orbe terrarum: ſub Auguſto, tantùm in Italiâ.* GARAMANTAS.] *Populi inter Libyam & Africam, iuxta* ἐπικαυμένην. INDOS.] *Populi orientis extremi.* IACET extra ſidera tellus.] *Nulla terra eſt, quæ non ſubiaceat ſideribus. Vnde peritè addidit,* Extra anni ſoliſq; vias.

POM. Sabi. QVEM tibi longævo.] *Qui dicunt,* Longæuum *pertinere ad Deos, errant: quia dij, non longæui, ſed immortales ſunt. Quid ſit æuum, dicemus alibi. Hoc in loco Credo Vergilium tenuiſſe eam ſententiam, quam eſt ſecutus Liuius, id eſt, quòd natus fuit puer viuente Aeneâ: & Syluium nominâſſe. niſi intellexerit* Longæuum*, pro indigete deo; & poſuerit pro æterno.* PROXIMVS ille Procas.] *Auentini filius fuit, pater Amulij & Numitoris: quibus, vt alternis regnarent annis, reliquit regnum. Amulius cùm imperaret, fratri regnum non dedit. eius dolo Romulus Lauſus, filius Numitoris, in venatione interijt; & Rheam filiam ſacerdotio Veſtæ præpoſuit.* ET Capys.] *Capys, Capeti filius fuit. Hunc nominat, vt magis lætaretur, futurum ex ſe alterum Capyn: quia Capys, Anchiſæ pater, eius auus fuit.* CIVILI quercu.] *Ciuica corona primùm ex ilice facta fuit: indè ex æſculo: poſtea ex quercu. & ei donabatur, qui ciuem ſeruauerat, hoſte interempto. Apud antiquos illos primos nimia obſeruatio: nam addebant;* ſi locum pugnando non reliquiſſet. *Acceptâ licet vti perpetuò: ludos ineunt, aſſurgi à ſenatu in more eſt, & ſedendi ius proximè ſenatum. Quatuordecim coronas ciuicas habuit Sicinius Dentatus, ſex Capitolinus. Africanus de patre accipere apud Trebiā noluit. Sola hæc omnium coronarum precioſa metalla non accipit: quoniam nefas viſum eſt, hominem lucri causâ ſeruare.* NOMENTVM.] *Nomentum, Fidenæ, Collatia, Pometij, Inuum, Bola, Cora; oppida fuêre priſcorum Latinorum, in Latio antiquo.* QVIN & [illegible] *laudem Numitoris: vel ad vetuſtatem Aeneæ refert.* [illegible] *quidam, ex Iliâ, filia Aeneæ, natum Romulum.* RO[illegible] LVS.] *Iulia Rhea Syluia, præpoſita ſacerdotio, vt ſob*[illegible] *uaretur. compreſſa à genio luci Martis, peperit Romu*[illegible] *Remum. qui adulti ad 18. annum, interempto Amu*[illegible] *gnum auo Numitori reſtituêre; & vrbem Romam con*[illegible] *Romulus & Remus dicti ſunt, à rumine lupæ: vel ab eo,* [illegible] *ſub ruminali ficu expoſiti. Rumen, dicimus mammam,* [illegible] *vbera.* INCLYTA Roma.] *Hoc propter eos, qui* [illegible] *aſtris, & imperium Oceano terminauerunt.* ARCES[illegible] *tium, Capitolium, Cælium, Exquilias, Viminalem,* [illegible] *num, Ianiculum. Cephalus Gergithius, qui de aduentu* [illegible] *in Italiam ſcripſit, ait: ſecundâ ætate poſt captum Ilium* [illegible] *niam conditam à Romo, comite Aeneæ, in Palatio mon*[illegible] *libi idem Gergithius ait; à Romo, filio Aeneæ. Aeneas* [illegible] *filios: Aſcanium, Euryleontem, Romulum, & Romum.* [illegible] *lodorus ait; Aeneâ & Lauiniâ natum Romum: vnde R*[illegible] *Alcimus ait: Tyrrhenâ & Aeneâ natum Romulum ex* [illegible] *mulo Alba: ex quâ Rhodius, qui vrbem condidit, & a*[illegible] *mulo auo nominauit. Antigonus ait: Romum, Io*[illegible] *condidiſſe in Palatio vrbem Romam. In hiſtorijs Cum*[illegible] *legitur: inopiâ domicilij, quoſdam ex Athenis, Sicyone &* [illegible] *ſpijs, profectos in Italiam; & appellatos Aborigines. quo*[illegible] *ſedes in Palatio fuit, dicta à Viribus Valentia, aduen*[illegible] *uandri & Aeneæ: à Græcis appellata Roma.* ῥώμη *græ*[illegible] *titudo eſt. Agathocles Cizycenarum rerum ſcriptor, ait:* [illegible] *cinio Heleni impulſam Aeneam in Italiam, nepte* [illegible] *nomine Româ: & puellam conſecrâſſe in Palatio Fide*[illegible] *plum. in quo monte cùm poſtea conderetur vrbs: à memo*[illegible] *puellæ dicta fuit. Aiunt quidam, Aeneam ſepultum in vrbe Berecynthiâ, prope flumen Molon: atque ex eius progenie* [illegible] *mum quendam veniſſe in Italiam, & condidiſſe Romam. Ca*[illegible] *thinius arbitratur: capto Ilio, fugientium Troianorum qui*[illegible] *dam, nomine Latinus, qui à coniuge ſuâ Româ appel*[illegible] *Italiâ. Ariſtoteles & Heraclides aiunt; Achiuos cum captiuis fœminis, è Troiâ, nauigâſſe Maleam: hinc tempeſtate* [illegible] *per Tyrrhenum mare, perueniſſe ad oſtia Tybridis: &* [illegible] *vbi nunc Roma eſt, deſcendiſſe noctu; mulieriſq;* [illegible] *iuſdam concaptiuæ, nomine Romæ, incendiſſe naues* [illegible] *fundata, Roma dicta. Callias ait: poſt obitum Aeneæ, imperium remanſiſſe Latino, Telemachi & Circes filio. qui ex coniuge Româ, Troianâ muliere, genuit Romulum & Romum. qui deduxêre in Palatio coloniam, à nomine matris, Romam. Alij ſcribunt: Aeneam, poſt Vlyſſem, è Moloſſis* [illegible] *in Italiam, condidiſſe vrbem, nomine mulieris Romæ quæ alias hortata eſt, vt naues incenderent. Xenagoras ait:* [illegible] *ces filios treis, Romulum, Antium, & Ardeam, condidiſſe vrbes 3. Dionyſius Chalcidenſis dicit: à Romo, filio Itali, ex Leuctrâ, filiâ Latini. In ſacris vetuſtate Tabulis legitur: Romulum & Romum, filios Aneæ, datos obſides Latino. qui cùm ſinè liberis interiret; hæredes inſtituit. & hos condidiſſe Romam aiunt. Alij, Aſcanium diuiſiſſe cum fratribus regnum; ex quibus Romum condidiſſe Romam: & poſtea inſtauratam ab Albanis ducibus, Romulo & Remo. Romanæ hiſtoriæ affirmant: Romulum & Romum, Marte genitos, condidiſſe vrbem Romam, deorum heroumq; habitaculum, & orbis terrarum caput, & cunctarum gentium reginam: initio ſeptimæ Olympiadis, poſt captum Ilium 433. anno. Sed tempus vrbis conditæ in dubio eſt. Timæus dicit, condita*[illegible] *mam eo tempore, quo & Carthago. id eſt 38. anno ante primam Olympiadem. L. Cincius ait, anno ſecundo duodecimæ Olympiadis. Quint. Fabius, anno primo octauæ Olympiadis. Cato tempus non diſtinguit. Alij tradunt, 44*[illegible] *anno poſt captum Ilium. Dionyſius ait: Romulum cœpiſſe imperare anno primo ſeptimæ Olympiadis: regnante Athenienſium Caropo.* FELIX.] *Roma eſt. Hac comparatione*

... referendi. BERECYNTHIA ... pingitur. Cybele turritum habet ... nem Phrygiæ. LÆTA.] Cybele ... DIVI.] C. Iulij Cæsaris. GA- ... ramantes supra Psyllos sunt ... commercio ... se defendunt: aspectum ... EXTRA sidera tellus.] Si qua tel- ... apricornis, versus meridiem, erit ...

... te nomine reddet.] In Romano libro, Red- ... ATQVI umbrata gerunt ciuilia tempora ...] ... in omnes lib. quotquot legi, Atq. vmbrata, ... nem copulatiuam; non per At, & relatiuũ Qui, ... LAVDE pudicitiæ celebres: addentq; ... Hic versus repertus est in vetustissimo manuscri- ... D.L. Fabricio Lampugnano. I.C. V. Medio- ... MERIOS.] In antiquis omnibus libris, quos ha- ... metios, per t. non per r legitur. VIDEN' vt ... stant.] In antiq. Stant, finitiuo modo est. Ita Si- ... verfu: quod malè quædam exemplaria Si- ... AVGVSTVS Cæsar, diuûm genus.] In ... in Mediceo, & plerisque alijs legere est, Diui ... LATIO regnata per arua.] In Romano libro le- ... fortasse, Regnata per annos.

... Syluij spem pollicetur. Erit, inquit, rex ... regum: hoc est, regnabit ipse, & generabit reges. ... ille, Procas.] Hoc est, qui iuxta Syluium ... TROIANÆ gloria gentis.] Flos scilicet Tro- ... ET Capys, & Numitor, & qui te nomine red- ... Syluius Æneas.] Omnes isti eadem laude continentur, ... Æneas Syluius. PARITER pie- ... vel armis egregius.] Vt te in omnibus similem reddat: ... scilicet virtutis & pietatis studio. Optimo verbo vsus ... reddet: vt non secundus Æneas nasci; sed ipse, qui fuit, ... luci esse videatur. SI vnquam regnandam ac- ... erit Albam.] si aliquando regendam Albam sumpserit. ... debemus accipere: ne Anchises certis dubia misceret ... QVI iuuenes quantas ostentant, aspice vi- ... Atque vmbrata gerunt ciuili tempora quercu. ... Nomentum, & Gabios, vrbemque Fidenam, ... Collatinas imponent montibus arces, Pome- ... tiumq. Inui, Bolamq., Coramque.] Isti, inquit, ... Ac, ne Æneas inter plurimos nesciret, qui sibi ostende- ... signum dedit ipse monstrator, quo illi à cæteris discer- ... Aspice igitur, isti iuuenes, quorum tempora coronis con- ... rapiis ex ciuili quercu. Ciuilem dixit festam, paci- ... est laurus, oliua. QVANTA ostentant, aspice, ... qualia ostendunt suæ virtutis indicia? vel quantas ... sunt ciuitates? Atq; et hoc ipsum plena assertione ... dixit & nomina singulorum. HÆC tum nomina ... nunc sunt sine nomine terræ.] Quanta gloria ... quanta ipsa terrarum felicitas? vt, quæ sine alis ... iacebant incognitæ, inciperent vrbium fatis orna- ... QVIN & auo comitem sese Mauortius addet Ro- ... Addet se auo comitem Romulus, hoc est, Ioui: vt per ... progeniem tantum posset Romulus: vt merito fatorum ... cælum, ASSARACI quem sanguinis Ilia ma ... , Ecce etiam matrem eius, quæ esset futura, mõ-

stranit. VIDEN' vt geminæ stant vertice cristæ? Et pater ipse suo superum iam signat honore?] Dat etiam istius signa: vt inter alios positus euidenter appareat. Vide, inquit, quomodo duas habeat cristas in capite: & quomodo eum iam pater superum, id est, Iupiter, honore suo & maiestate perfundat. EN, huius, nate, auspicijs illa inclyta Roma Imperium terris, animos æquabit olympo.] Lauet vrbi Romæ, quæ temporibus Cæsaris iam florebat. Poeta ... ad laudem. Cæterum Anchises apud inferos Romam nominauit, quam Æneæ demõstraret: potuit tamen, aliorum nominum nomen dicere: & spem pronuntiare felicitatis eius: vt fecit, dicendo; SEPTEMQVE vna sibi muro circumdabit arces: Felix prole virum: qualis Berecynthia mater Inuehitur curru Phrygias turrita per vrbes, Læta deûm partu, centum complexa nepotes, Omnes cœlicolas, omnes supera alta tenentes.] Omni genere laudata est: positione loci, potentia, virtute, & felicitate sobolis suæ. tales habitura animos, quales habet mater deûm, cùm per vrbes Phrygias fertur. HVC geminas nunc flecte acies: hanc aspice gentem, Romanosq. tuos: hic Cæsar, & omnis Iuli Progenies.] Quando ad Cæsarem venit: & eius nomen voluit præferre, & confirmare, quod à Troianis originem ducat: addidit hortationem. Res, inquit, magna est, quam tibi monstraturus sum: proinde plenam aciem tuorum luminum ad ea conuertes. Hæc est gens tua: hi sunt Romani, & Iuli vniuersa progenies: in qua est & Cæsar. Laudãtis studio, primò Cæsarem specialiter posuit, dehinc generaliter cæteros. MAGNVM cœli ventura sub axem.] Sub axe cœli sunt omnes, qui fruuntur luce: sed hic dictum est, non tantùm ituros in lucem: verùmetiam merito virtutis, vsq; ad ipsum cœli axem esse venturos. HIC vir, hic est, tibi quem promitti sæpiùs audis, Augustus Cæsar.] Hic est, inquit, vir, cuius inter maxima spei tuæ ornamenta promittitur decus: ipse est Augustus Cæsar. Incipit dicere, quid sit, quòd ait Vir. non enim sexum eius significare voluit: sed facta. Deniq; sequitur, DIVI genus, aurea condet Secula qui rursus Latio, regnata per arua Saturno quondam; super & Garamantas & Indos Proferet imperium: iacet extra sidera tellus, Extra anni Solisque vias, vbi cœlifer Atlas Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.] Vir hic est, qui ad similitudinem Saturni regnabit: qui aurea tempora habuit, regnauitq; per Italiam. Dum Saturni commemorationem facit, quem vult inter maiores Cæsaris numerari: illud videtur astruere: vt regnandi felicitas generi eius attributa videatur. Ordinatur sensus sic: Hic est Augustus Cæsar, diuinum genus, qui rursus condet aurea secula, à Saturno regnata. Dicit etiam, Cæsarem gestum maiora & plura, quàm Saturnus. non enim adeò laudis impléßset officium; si tantùm, quæ Saturnus gesserat, facturum Cæsarem diceret: quod alius videatur impléßse, qui in solã regnauit Italiã. Faciet, inquit, Cæsar, quod Saturnus & eo amplius: domabit gentes, & terram quæ iacet extra sidera, & extra anni vias & Solis. Vult esse vlteriùs aliquid poëta, quod sol nesciat, & mundus excludat. Vbi est, inquit, Atlas, baiulus cæli, & axis eius, qui astris fulgentibus splendet: illò vsque imperium Cæsaris triumphiq; peruenient. Ecce melior Cæsar, quàm Saturnus: quia hunc excedere virtutis & felicitatis merito asseritur posse, & vltra Solis vias triumphos suos gloriam producere.

... EXTRA anni So- ... vt ostenderet ... regna, in quibus ... Solis. Significat ... Æthiopum ...

Extra anni Solisque vias: vbi cœlifer Atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.
Huius in aduentu iam nunc & Caspia regna
Responsis horrent diuûm, & Mæotica tellus;
Et septemgemini turbant trepida ostia Nili.
Nec verò Alcides tantum telluris obiuit:
Fixerit æripedem ceruam licèt; aut Erymanthi
Placârit nemora, & Lernam tremefecerit arcu.

premeretur ... gniteri regione, ... nisi poplite ... HVIVS in aduentu iam nunc & Caspia regna.]

Extes

Nec, qui pampineis victor iuga flectit habenis,
Liber agens celſo Nyſæ de vertice tigres.
Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?
Aut metus Auſoniâ prohibet conſiſtere terrâ?
Quis procul ille autem ramis inſignis oliuæ,
Sacra ferens? noſco crines incanaq; menta
Regis Romani: primus qui legibus vrbem
Fundabit; Curibus paruis, & paupere terra
Miſſus in imperium magnum: cui deinde ſubibit,
Otia qui rumpet patriæ, reſideſq; mouebit
Tullus in arma viros, & iam deſueta triumphis
Agmina. quem iuxta ſequitur iactantior Ancus,
Nunc quoque iam nimium gaudens popularibus auris.
Vis & Tarquinios reges, animamq; ſuperbam
Vltoris Bruti, faſceſq; videre receptos?
Conſulis imperium hic primus, ſæuaſq; ſecures
Accipiet: natoſq; pater, noua bella mouentes,

Fines Aſſyriorum, in quibus ſunt χῦνα Caſpiæ. Quod autem dicit, verum eſt. nam & Suetonius ait, in vitâ Cæſaris: reſponſa eſſe data, per totum orbem naſci inuictum imperatorem. MÆOTICA tellus.] *Scythica tellus; cuius palus eſt Mæotis.* SEPTEMGEMINI.] *Septemflui.* TVRBANT.] *turbantur.* FIXERIT.] *ſtrauerit, defatigauerit. quia, ſi telo feriſſet; non ita eſſet laudabile.* ÆRIPEDEM ceruâ] *pro Aëripedem.* ἐπισαυανοιρῶ. *Vicit autem Cerynitim ceruam, dictam à loco. Reuerà ceruam ipſe curſu ſuperauit, quæ videbatur æreos pedes habere. Vnde ille:* Non ceruam æripedes eripuiſſe. ERYMANTHI.] *Mons Arcadiæ, vbi aper ferociſſimus fuit.* LERNAM tremefecerit arcu.] *Pro hydrâ paludem ipſam poſuit. & intelligamus eam antè ſagittis fuiſſe confixam; poſt exſectam & aduſtam* NYSÆ de vertice.] *Mõs eſt Indiæ, de quo loquitur. Cæterùm eſt & Nyſe ciuitas in monte Parnaſſo, in quâ Liber colitur: vnde* Nyſæus *dictus eſt.* ET dubitamus.] *Pro, Dubitas miſcuit perſonam ſuã. Eſt aũt ſenſus: Cùm ſit tibi tãta præparata poſteritas; dubitas virtutẽ factis extendere: id eſt gloriã? Ab eo quod præcedit, idq; ſequitur: nam è virtute* gloria *naſcitur.* AVT metu.] *Aut eſt aliquis timor, qui te à regnis Italiæ reuocet?* QVIS procul ille autem?] *Nunc redit ad Romanos reges; qui ſeptem fuerunt: Romulus, Numa Pompilius, Tullus Hoſtilius, Ancus Martius, Tarquinius Priſcus, Seruius Tullus, Tarquinius Superbus. Mirâ autem vtitur phanthaſiâ: vt quaſi oſtendat, ſe non agnoſcere eum, qui de gente Romanâ non fuerat. Romulo enim mortuo, cùm annum Senatus regnaſſet per decurias; quod tempus. Interregnum dictum eſt: tædioſum viſum eſt; & quæſitus eſt rex. Sed cùm in vrbe nullus idoneus eſſet inuentus: orta eſt bona Pompilij fama; quòd eſſet apud Cures, ciuitatem Sabinorum. Rogatus itaque per legatos, accipit imperium: qui ferociam populi à bellis ad ſacra contulit. vnde etiam Numa dictus eſt, ἀπὸ τῶν νόμων, ab inuentione & conſtitutione legum. Nam proprium nomen Pompilius habuit. Hic etiam canus fuit à primâ ætate. ad quod alludens, ait:* INCANA'QVE menta.] *Item propter ſacerdotium;* Ramis inſignis oliuæ. OTIA qui rũpet patriæ.] *De hoc Liuius: Hic non ſolùm proximo regi diſſimilis; ſed ferocior etiam quàm Romulus fuit.* RESIDES.] *pigros, otioſos, nimiùm ſedentes.* DESVETA.] *à conſuetudine triumphandi diſſueſcentia.* IACTANTIOR Ancus.] *amans populi fauorem. hic Oſtiam fecit.* Ancus, *autem dictus, ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος, id eſt, à cubito; quem incuruum habuiſſe dicitur.* AVRIS.] *fauoribus. vnde etiam aurarij, dicuntur fautores.* VIS & Tarquinios reges, animamque ſuperbam.] *Vnus enim de Tarquinijs fuit Superbus.* VLTORIS Bruti.] *Vis videre etiam vltoris Bruti faſces receptos? Hiſtoria autem hoc habet. Tarquinius, ob multa quidem Superbus eſt dictus; præcipuè tamen ob hanc cauſam. Mandauit aliquando Sexto filio, qui minimus ex tribus erat: vt, patris in ſe ſæuitiam intollerabilem conquerens, Gabios transfugeret. quò cùm veniſſet, & ſuperbiam patris ab alienis in ſuos verſam diceret, nihil vſquam ſibi tutum, niſi apud hoſtem Tarquinij patris crediſiſſe; multiſq; in Gabinorum fraudem ſimulatis: ad vltimum, dux belli contra patrem legitur. Itaq; prælijs quibuſdam feliciter geſtis: cùm tantam charitatem ab omnibus adeptus foret, vt non pater Tarquinius potentior Romæ, quàm filius Gabijs eſſet: ſatis iam virium ad conatus ſibi* A *collectum exiſtimans; ex ſuis vnum ſatellitem, ſciſcitatum apud patrem, Romam mittit: quid iã ſe facere vellet. Quod cùm Tarquinio ſatelles renuntiâſſet: rex ipſe (quia dubiæ fidei nuntius videbatur) nihil voce reſpondit: ſed deambulans cum virgâ in hortis velut deliberabundus, capita decuſſit papauerum: vt, eâ re per ſatellitem renũtiatâ, filius, quid fieri vellet, agnoſceret, & primores ciuitatis quoquo modo interimeret. quod & ab eo factum eſt. Huius filius, vitiauit nobiliſſimam matronam Lucretiam: quod illa dolens, ſe interemit. Tunc eius auunculus Brutus, rapto ex eius corpore gladio, proceſſit ad populum & de hac re concionatus eſt. Quo facto, omnibus placuit, ne reciperetur rex: qui tunc Ardeam expugnabat. Propter quod* B *Tarquinius ſe cum literis ad Porſenam regem Thuſciæ contulit: & bellum geſſit grauiſſimum contra populum Romanum. Tunc duo creati ſunt conſules; Brutus, & Tricipitinus, pater Lucretiæ. Iſte & Tarquinius dicebatur: ob quod ſolum eſt ex vrbe pulſus; & in eius locum ſurrogatus eſt Valerius Publicola. quo mortuo, item alter eſt factus; & alter ſimiliter. Quod cernens tædioſum eſſe Vergilius, ſolum Brutum poſuit; qui annum ſolus impleuit. Sed Brutti filij erant amici filijs Tarquinij: cum quibus cùm iniſſent conſilium, vt per noctem eos intromitterent. proditi à ſeruo Vindicio, & à patre interempti ſunt. Ideo ergo* Vltoris, *ſcilicet & libertatis publicæ, & Lucretiæ pudoris.* SÆVA'SQVE ſecures.] *Quæ ſæuierunt etiam contra liberos.*

EXTRA anni Soliſq; vias.] *dicit propter 12. ſigna, per quæ it Sol. Aethiopiam intelligit. Lucanus:* POM. Sabi.

Aethiopumq; ſolum, quod non premeretur ab illâ
Signiferi regione poli; niſi poplite lapſo
Vltima curuati procederet vngula Tauri.

Aethiopes, vſq; ad Auguſtum intacti, Gallo in Arabiã bellum gerente, irrumpunt in Thebaidem: & ſtatuas Cæſaris euertère. M. Petronius, cum 10. millibus peditum, & DCCC. *equitibus, in fugam compulit: triduo maximam vrbem cepit. Canace regina, altero oculo capta, legatos miſit. Petronius reſpondit, vt ad Cæſarem irent: & dedit itineris duces. qui humanè à Cæſare ſuſcepti, & tributa eis remiſſa ſunt. Plin. & Strabo meminerũt.* C IN aduẽtu] *Propter hoc vult intelligere, vaticinatũ eſſe de imperio Octauij Auguſti.* CASPIA regna.] *Per Caſpia regna, credo, Parthica intelligit: quæ quamuis imperium Auguſti honorem: tamen cũ Armenis conſpirauerũt. Sed Auguſto in oriente res gerente, Tiberius, miſſus ab Octauio, in Armeniâ res geſſit. Poſſumus intelligere & omnem terram, quæ eſt à mari Caſpio vſq; ad Mæotim paludem; quam Pompeius victor peragrauit. Suetonius ait:* Nota ac vulgata res eſt, P. Nigidium, vt horam quoq; partus acceperit, affirmâſſe, dominum terrarum orbi natum. MÆOTIA tellus.] *Aegyptus à regionibus amicis tenebatur. Sed victis Antonio & Cleopatrâ, prouincia facta ab Octauio Cæſare. ei primus Romanorum præfuit Cornelius Gallus.* ÆRIPEDEM.] *curſu ſuo Hercules ceruam ſuperauit; quæ ferebatur habere pedes æreos: quia in curſu nunquam defatigabatur.* Erymanthus, *mons Arcadiæ, vbi Hercules interemit aprum.* LERNAM.] *hydram Lernæam.* NYSÆ.] *Nyſa triplex: in Africâ, in quâ educatus Bacchus: & in Indiâ, cum monte Libero patri ſacro: & in Phocide illâ Africæ. Appellata fuit à Nyſâ nymphâ, quæ nutriuit Bacchum.* OLIVÆ.] *quia Numa fuit Sabinus. Sabina oliuifera eſt. Silius in tertio, de eodẽ:*

Noſco

A Nosco crines incanaque menta Regis Romani. *Numa Pompilius, Pomponij filius, Romulo successit: sacris ceremonijs, cultuq; deorum, Romanorum gentem exornauit. Gellius ait, solam reliquisse filiam: ex quâ natus Ancus Martius. Alij volunt, reliquisse filios quatuor. Vixit supra octogesimum annum: imperauit 43.* TVLLVS in arma viros.] *Tullus Hostilius, filius Hostilij illius: qui ex vrbe Medusiâ coloniâ Albanorum, venit Romam, & duxit coniugem Hersiliam, Sabinam fœminam. Albanos per Horatios vicit. Metium Suffetium laudabili astutiâ sustulit. cùm regnâsset annis 32. Romam petijt, eius ardente domo, quæ in Cælio erat, cum totâ familiâ.* IACTANTIOR Ancus.] *Successit Ancus Martius, nepos Numæ ex filiâ, amator pacis. Viuente Tullo ægrè ferebat, cùm è stirpe regiâ se iactaret, prælatum sibi Tullum. Itaque statuerat, fauore populari, Tullum regem cum totâ familiâ occidere. Imperauit annis viginti quatuor; relictis duobus filijs.* TARQVINIOS reges.] *Successit Anco L. Tarquinius, cognomento Lucumo, Corinthij Demarati filius: qui fugiens Cypselum, Corinthiorum tyrannum, in Tarquinios vrbem Etruriæ venit. indè eius filius, Tarquinius Lucumo,*
B *cum Tanaquile vxore Romam migrat. Cùm regnâsset annis triginta octo, & octogenarius esset; à filijs Anci Martij interfectus est. Successit ei Seruius Tullus Posthumius, in eius domo natus, & vt filius educatus. Captâ vrbe Corniculo, Tullus quidam è regiâ stirpe, bello interfectus, Ocrisiam prægnantem vxorem reliquit: quæ vt captiua data à Tarquinio vxori Tanaquili, vbi fortunam mulieris intellexit, dilexit multum, & in honore habuit. Filia Tarquinij ei coniunx data. cùm regnâsset annis trigintaquatuor, interfectus fuit à Tarquinio. Hunc Vergilius, quoniam vt Tarquinij Prisci filius educatus, & tanquam verus hæres successerit, intelligit. Inter Tarquinios reges huic successit Tarquinius, cognomento Superbus; Tarquinij Prisci ex filio nepos: qui, autore M. Bruto pulsus regno fuit. L. Iunius Brutus, L. Iunio & sorore Superbi genitus, primus consul fuit cum Tarquinio Collatino. Insignia regia, fasces & securis, & lictores, & purpura, pro dignitate consulatus remanserunt. Insignia autem fuêre hæc, quæ ex Etruriâ Romam transtulit Tarquinius Priscus: corona aurea, sella eburnea, sceptrum cum aquilâ, 12. secures, & totìdem fasces, & purpura. Verùm consules coronam & pi-*
C *ctam vestem non accepêre; præterquàm in triumpho, permittente senatu. Fasces 12. propter 12. populos Etruriæ, qui suffragia dabant in creando rege. Virgis cædebant delinquentes; securibus colla scelestorum truncabant. Ex betulâ gallicâ, quæ est arbor candidissima, fiebant virgæ magistratuum. Prætores habebant sex fasces, & totidem secures.*

VAR. LECT. HVIVS in aduentu.] *In Romano libro, & quibusdam alijs, legere est,* Huius in aduentum. ET Mæotica tellus.] *Alibi* Mæotia, *absque* c *literâ, passim in antiquis libris scribi annotauimus. ita hoc loco habetur.* FIXERIT æripedem ceruam licèt.] *In Romano libro, & quibusdam alijs,* Fixerat æripedem, *legitur.* AVT Erymanthi Placârit nemora.] *In Mediceo, & plerisque alijs veteribus exemplaribus,* Pacarit *habetur.* AVT Lernam tremefecerit arcu.] *In libris aliquot antiquis,* Tremefecerat *habetur.* VIRTVTEM extendere factis?] *In Romano libro hemistichium ita legitur,* Virtutem extendere vires. REGIS Romani.] *Multa quidem vetera exempl.* Romani regis *legunt.* PRIMVS qui legibus vrbem Fundauit.] *In plerisque libris antiquis,* Primam *legitur. In Mediceo,* Primùm *est.* ET iam desueta triumphis Agmina.] *Totum hoc in Romano libro longè diuersa lectione habetur.* Et magnum deinde triumphũ Agmina. VIS & Taraquinos reges.] *In libris antiquis,* Tarquinios, *quadrisyllabum legitur.*

CAEL. Rhod. *Senecam Cassiodorus putat indè dici: quoniam, cui primò cognomentũ id impositũ, canus sit natus. sicuti de Numâ Pompilio lectum est. Ad quod allusisse Vergilium credunt:*

——agnosco crines, incanaq; menta
Regis Romani——

Quinetiam Tyrrhenũ, à quo Tyrrhenia nuncupata, ab ineunte pueritiâ incanuisse, traditur fabulis: sed ad egregiam indolem id Strabo referendum putat.

HVIVS in aduentum iam nunc & Caspia regna Responsis horrent diuûm, & Mæotica tellus, Et septem gemini turbant trepida ostia Nili.] *Quum ille, inquit, venire ad has cœperit partes; omnia, quæ sunt sub oriente sole, turbabuntur: regna scilicet Caspia, Mæotica, & Nilus.* NEC verò Alcides tantum telluris obiuit.] *Post Saturni comparationem, inducitur & secunda. Hercules, inquit, cuius multa præferuntur exempla virtutum, non tantùm valuit terrarum circuire regiones.* FIXERIT æripedem ceruam licèt, aut Erymanthi Placârit nemora, & Lernam tremefecerit arcu.] *Quantus ille, qui ceruam, animal tantæ velocitatis, superauerit cursu; aut apri infestantis eam regionem, in quâ fuerat, liberauerit; aut sagittis terruerit Lernam? Huic subiungit & gesta Liberi patris.* NEC qui pampineis victor iuga flectit habenis Liber, agens celso Nysæ de vertice tigres.] *Duorum exempla proposuit, qui plurima loca superarunt; Herculem & Bacchum. quorum alter ceruam, vt dictum est, velocitate; aprum Erymanthum arcu Gorgonam vicit: alter Indos obtinuit; transcendit & Nysam montem, & triumphans curru mites tigrides iunxit. Hic exemplis vsus magnis & memorandis, meliorem Cæsarem facit; qui Herculis accessus & Liberi transire valuit, & tenere. Hanc dicendi artem exsecutus est in comœdiâ Terentius; assentatoris officium in eo stare significans; vt in comparatione sit ille potior, qui laudatur. Ait enim Thraso miles:* Magnas verò agere gratias Thais mihi? *Ille, si diceret* magnas, *qui interrogabatur; non promerebatur patronum, cui placere cupiebat. sed ait,* Ingentes; *vt æstimationem audientis assentatione superaret. Ita ergo & hic laudauit alios poëta; vt in alienâ laudatione potiorem Cæsarem faceret.* ET dubitamus adhuc virtutem extendere factis?] *Et dubitat virtus, posse peruenire ad Italiam? Virtus ipsa non desit; & adiuuent fata. Genus fuit hortamenti, quo impellebat filium; ne frangeretur tarditate perueniendi.* QVIS procul ille autem?] *Quis procul est? dat etiam ipsius signum.* RAMIS, *inquit,* insignis oliuę, Sacra ferens?] *Ille, qui non longè est, & oliuæ frondibus coronatus est.* NOSCO crines, incanaque menta Regis Romani, primam qui legibus vrbem Fundabit, Curibus paruis, & paupere terrâ Missus in imperium magnum: cui deinde subibit, Otia qui rumpet patriæ, residesque mouebit, Tullus, in arma viros, & iam desueta triumphis Agmina.] *Multa signa eius ostendit, vt, in multitudine mediâ positus, potuisset agnosci. Oliuæ, inquit, ramum gestat, & sacra; cano capiti barba consimilis. Dicit dehinc, quæ esset temporibus sui regni facturus: Fundabit legibus patriam; nec magnâ aut locuplete substantiâ hominum, aut familiaris rei. Quanta laus; modico terrarum subsidio, ac per modicas vires, in magnum imperium pergere. Cui succedit Tullus, perditurus glorias patris, quas ex diuturnitate pacis fuerat consecutus; moturus eos in bellum, quos mutauerat quies, otiumq; corruperat; ducens agmina, quæ desiissent triumphare. Triumphare enim non potest, qui officium pugnandi non posuit.* QVEM iuxta sequitur iactantior Ancus.] *Iactat se, quisquis plurimum sibi arrogat.* NVNC quoq; iam nimium gaudens popularibus auris.] *Populares auræ, sunt fauores populi, quos non quærunt sapientes.* VIS & Tarquinios reges, animamq; superbam Vltoris Bruti?] *Superbiæ vitium Tarquinio applicatur, secundùm veterum fabulas, non Bruto.* FASCESQVE videre receptos, Consulis imperium?] *Definiuit, quid sit fasces. Hi sunt, inquit, per quos apparet imperium Consulis.* DON.

Digitized by Google

Ad pœnam pulchrâ pro libertate vocabit, A
Infelix: vtcunq; ferent ea facta minores:
Vincet amor patriæ, laudumq; immensa cupido.
Quin Decios, Drusosq; procul, sæuumq; securi
Aspice Torquatum, & referētem signa Camillū.

SER. PVLCHRA pro libertate.] *Ingēti arte loquitur, pro cōsideratione personarū. Factū enim laudat, dicens;* Pulchrâ pro libertate: *personam vituperat.* VTCVNQVE ferēt ea facta minores.] *Etiamsi lauderis à posteris, nō extorquere debet vim naturæ amor patriæ.* QVIN Decios.] *Quin imò Decios respice. Hi duo fuerunt, qui Mures dicti sunt; pater & filius. Horum alter se bello Gallico; alter Sannitico, vouit pro Republicâ: cùm terrâ & mari vniuersum bello vellēt exercitum perdere.* DRVSOS'QVE procul.] *Et hi duo fuerunt. Horum prior vicit Hasdrubalem. Liuius Drusus Salinator. Alter est filius Liuiæ, vxoris Augusti.* SÆVVM'QVE securi Aspice Torquatū.] *Hic Gallum quendam in ponte Anienis, singulari certamine superauit, & eius sibi torquem imposuit. vnde & nomen accepit. Hic ad vrbem pergens, præcepit filio, vt tantùm castra tueretur. Ille, prouocatus ab hostibus, nactā occasione, victoriam cōsecutus est. Reuersus postea pater, laudauit fortunam populi Romani: sed filium (vt dicit Liuius) fustuario necauit.* Sæuum *ergo, iure occidendi, non ferri genere. nam securi non animaduertit in filium.* REFERENTEM signa Camillum.] *Brenno duce, Galli apud Alliam fluuium, deletis legionibus, euerterūt vrbē Romanam, absq; Capitolio: pro quo immensam pecuniam acceperūt. Tunc Camillus absens dictator factus est; cùm diu esset apud Ardeā in exilio, propter Veientanam prædam, nō æquo iure diuisam. & Gallos iam abeuntes secutus est; quibus interemptis aurum omne recepit, & signa.* Quod *cùm illîc appendisset, ciuitati nomen dedit. nam Pisaurum dicitur; quòd illîc aurum pensatum est. Post hoc tamen factum, redijt; vnde rogatus reuersus est.*

POM. Sabi. NATOS'QVE patri.] *Brutus securi percussit filios; qui cum Aquilijs & Vitellijs, de reducendis Tarquinijs, coniurauerant.* QVIN Decios.] *Decius pater, bello Latino, cum collegâ Manlio se deuouit: quia, positis ad Veserim castris, somno monitus, eum victorem fore, si caderet: ita per Valerium pontificem se dijs manibus consecrauit. Decius filius de Samnitibus triumphauit; quorum spolia Cereri dicauit. Quartùm consul, cum Fabio Maximo, cōtra Vmbros, Tuscos, Gallos profectus; per M. Liuium pontificē, patris exēplo, dijs manibus se deuouit.* DRVSOS'QVE.] *Drusus Scordiscos trāsire Danubium coēgit. & Drusus alius, qui magna incēdia reliquit belli, propter legē agrariam. Vel Cl. Drusum Neronem intelligit, qui interemit cum Liuio Salinatore Hasdrubalem.* TORQVATVM.] *T. Manlius, sub Sulpitio dictatore, Tribuno militū, Gallum prouocantem ad certamen occīdit; torquemq; ei ademit; à quo ipse Torquatus est dictus.* CAMILLVM.] *Furius Camillus, Faliscos cepit; Veios hyeme domuit. ab Apuleio Saturnino, quòd equis albis triumphâsset, exilio dānatus. Illinc collatâ Latinorū manu, Gallos, pensantes aurum, in obsidione Capitolij cæcīdit, & fugauit.*

FERENT ea fata minores.] *In antiq. omnibus exemplaribus quotquot habere potui,* Ex facta, *sub notione participij, scriptum animaduerti.* VAR. Lect.

HIC primus sæuasque secures Accipiet, natosq; pater noua bella mouentes. Ad pœnam, pulchrâ pro libertate, vocabit Infelix.] *Hic, inquit, primus pro libertate patriæ parricidium facturus est; mactando filios suos, qui noui sceleris bella molituri sunt.* VTCVNQVE ferent ea facta minores; Vincet amor patriæ, laudumque immensa cupido.] *Apostropham, quasi ad præsentem fecit. Qui tractabunt, inquit, factum tuum, licèt eos vincat commodum publicum: tamen infelicem te reperient; qui tam sæuus in tuos liberos exstitisti, vt eorum nec saluti, nec sanguini pepercisse videaris.* QVIN Decios, Drusosque procul.] *Decij & Drusi nobiles fuerunt, & Reipublicæ plurimùm profuerunt.* SÆVVM'QVE securi Aspice Torquatum, & referentem signa Camillum.] *Torquatus ideò sæuus: quia filium suum dicitur occidisse, ob iniustam causam. Camillus aūt liberâsse asseritur signa, quæ Romani perdiderant.* B DON.

Illæ autem, paribus quas fulgere cernis in armis,
Concordes animæ nunc, & dum nocte premūtur;
Heu! quantum inter se bellum, si lumina vitæ
Attigerint; quantas acies, stragemq; ciebunt? C
Aggeribus socer Alpinis, atq; arce Monœci
Descendens; gener aduersis instructus Eois.
Ne, pueri, ne tanta animis assuescite bella;
Neu patriæ validas in viscera vertite vires.
Tuq; prior, tu parce, genus qui ducis olympo;
Proijce tela manu, sanguis pius.
Ille triumphatâ, Capitolia ad alta, Corintho,
Victor aget currum, cæsis insignis Achiuis.
Eruet ille Argos, Agamemnoniasq; Mycenas;
Ipsumq; Æaciden, genus armipotentis Achilli:
Vltus auos Troiæ, templa & temerata Mineruæ.
Quis te, magne Cato, tacitum; aut te, Cosse, relinquat?
Quis Gracchi genus? aut geminos, duo fulmina belli,
Scipiadas, cladem Libyæ? paruoq; potentem

SER. FVLGERE.] *Ab eo quod est, Fulgo, fulgis: accentum habet in primâ.* ET dum nocte premuntur.] *Bene allusit. nam, dum pauperes fuerunt, concordes manserunt, & concordiam in humilitate tenuerunt: cum nobilitate verò in bella venerunt.* AGGERIBVS socer Alpinis.] *A' munimentis Alpium. hæc enim Italiæ murorum exhibent vicem.* Socer *verò; quia Pompeius habuit Iuliam, filiam Cæsaris; quæ in partu perijt. vnde etiam isti facilè in bella venerunt. Hinc Lucanus: Morte tuâ discussa fides, bellumq; mouere Permissum est ducibus.* ARCE Monœci.] *De Liguriâ, vbi est portus Monœci Herculis. Dictus est autem μόνοικος; vel quòd, pulsis omnibus, illîc solus habitauit: vel quòd in eius templo nunquam aliquis deorum simul colitur; sicut in Iouis, Minerua & Iuno; in Veneris, Cupido.* ADVERSIS instructus Eois.] *Orientis enim auxilijs vsus est.* ASSVESCITE bella.] *Mirè dictum est. ab ipsis enim quasi consuetudinem fecit populus Romanus bellorum ciuilium. Septies enim gesta sunt. ter à Cæsare: contra Pompeium in Thessaliâ; item contra eius filium Magnum, in Hispaniâ; item contra Iubam & Catonem, in Africâ. mortuo Cæsare, ab Augusto, contra Cassium & Brutum, in Philippis, ciuitate Thessaliæ; contra Luciū Antonium in Perusiâ, Thusciæ ciuitate: contra Marcum Antonium & Cleopatram, in Epiro; & cōtra Sextum Pompeium, in Siciliâ.* TV'QVE prior, tu parce.] *Cæsari dicit; quem clemētem circa Pompeianos legimus. cui vult hoc tunc esse mandatum. Licèt Lucanus dicat:* Cæsar in arma furens, nullas nisi sanguine fuso Gaudet habere vias. *item:* Gaudet tamen esse timori Tam magno populis; & se non mallet amari. ILLE triumphatâ.] *Mummiū significat.* IPSVM'QVE Æaciden.] *Necesse est, vt* Ille *subaudiamus. Pyrrhum enim, quem Aeaciden dicit, Curius & Fabricius vicerunt, ferentem Tarentinis auxilium. Hic postea fugit in Græciam, & illîc occisus est in templo. nam cùm Argos obsideret, ictu tegulæ perijt. Argos verò & Mycenas, alij vicerunt, Quint. Metellus & Mummius.* VLTVS auos Troiæ.] *Aut hic distinguendum est; vt sit,* Troiæ Mineruæ, *pro Troianæ; principale pro deriuatiuo. aut certè,* auos Troiæ; *non quos Troia habuit auos; sed qui de Troiâ fuerunt: id est, auos*

Troia-

zed by Google

A Troianorum. MAGNE Cato.] *Censorium dicit, qui scripsit historias multas: & etiam multa bella confecit. nam Vticensem, praesertim Augusto (contra quem pater eius dimicauit, & Anticatones scripsit) laudare non poterat. Suprà autem, Mineruae templa temerata per stuprum Cassandrae dicit.* COSSE, relinquat?] *Cossus, tribunus militum consulari potestate fuit. Hic regem Thuscorum, Lartem Tolumnium, à loco dictum, occidit: & opima spolia, secunda post Romulum, reportauit. Erit autem nominatiuus, hic Lar, huius laris.* QVIS Gracchi genus.] *Gracchos seditiosos constat fuisse, nobiles tamen genere. namque per Corneliam, nepotes Scipionis Africani fuerunt. vnde Iuuenalis ad eam:* Tolle tuũ, precor, Annibalem, victumq; Syphacẽ. *Ergo Scipionem dicit, per Gracchi genus. Duo autem fuerunt; maior Africanus: Aemilianus minor, qui obsidione Carthaginis ab Italiâ reuocauit Annibalẽ.* SCIPIADAS.] *Hi gemini fratres fuerunt; qui cùm fortissimè dimicarẽt in Hispaniâ, apud Carthaginem nouâ, quae Spartaria dicitur, interempti sunt. quorũ alter pater, alter, patruus Scipionis Africani maioris fuerunt.* CLADEM Libyę.] *Scipiones Africanos duos; maiorem & minorem: quorum alter vicit Carthaginem, alter deleuit.*

B GENER aduersis.] *Pompeius Magnus primò Siciliam recuperauit, Africã domuit; vnde Magni nomẽ accepit: Alpinas gentes & Pyrenaeas subegit; Qu. Sertorium cũ Hispanis vicit: Mithridatẽ regẽ, Syriam, Phoeniciam, Palaestinã, Iudaeam, Aegyptũ, Armenios, Cappadocas, Colchos, Hiberos, & alias septentrionales regiones. victus tandẽ à Caesare, qui orbi imperauit.* ARCE Monoeci.] *ex quâ descendit Caesar cum gallico exercitu in Italiam.* TV parce.] *quia Caesar clementissimus fuit.* CORINTHO.] *L. Mummiũ, à deuictâ Achaiâ, Achaicum dictum, intelligit. Is Corinthum, Achaiae caput, deleuit.* IPSVM Aeaciden.] *Pyrrhus, rex Epirotarum, filius fuit Aeacidae, & Phthiae, Memnonis Thessali filiae. Tarentinorum dux contra Romanos, vltimo praelio, post quod Italiâ cessit, superatus fuit à M. Curio. genus è Pyrrho, filio Achillis, duxit; cognomento Neoptolemo, qui Epiroticis imperauit. Reprehenditur Vergilius, quòd dixerit:* Ipsumque Aeaciden. *nam L. Mummius, qui vicit Achaiam, & Argos & Mycenas; non vicit Pyrrhum; sed Curius. Hoc carmen putant à multis delendum esse. nam Vergilius proculdubio, si correxisset,*

C *fuisset exempturus. nisi aliquid aspexerit nobis incognitum, ex Veliâ. nam eam condidêre, & Massiliam illi fugati fuêre ab Harpalo praefecto, Cyri.* TEMERATA.] *furto Palladij, & stupratâ Cassandrâ.* MAGNE Cato.] *M. Cato, genere Tusculus, Portius Priscus antea appellabatur, inde ab sapientiâ Cato cognominatus fuit: (Romani enim virum sapientem, Catum & Catonem appellant.) subrufus, glaucus, laboris patiens, & ipsâ naturâ frugi, bonus orator, bonus miles, bonus imperator, acerrimus vitiorum reprehensor, id quod distichon in eum scriptum indicat:* Portius hic mordax, glaucis subruffus ocellis, Interiens Erebo sedes non comperit vllas. *Medicos odio habuit. Graecis literis senex operam dedit. Siue intelligit Catonem Vticensem; qui non fuit minor Catone maiore, praestantiâ animi. Vtica autem, est vrbs Africae, vnde Vticensis dictus.* COSSE.] *Cornelius Cossus, magister equitum sub Quintio dictatore fuit, contra Fidenates.* GRACCHI genus.] *Tiberius Gracchus, bis consul, bis triumphator & censor, Corneliam vxorem, Africani filiam, adeò amauit; vt salutem eius suae praetulerit. & ipsa Cornelia, defuncto eo, Ptolemaei regis nuptias spreuit. duos filios reliquit, Titum & Caium Gracchos. Titus, aspectu & ingenio mitis erat; Caius asper & concitatus. In Tiberium, propter legem Agrariam, quae erat de diuidendis agris, conspirauêre diuites; authore Nasicâ. Saturninus, eius collega, fuste caput percussit: Ruffus secundum fecit vulnus, ex quo gloriabatur: cadauer eius in Tyberim proiectum. Eadem ira in C. Gracchum saeuijt. nam pro lege frumentariâ, id est, agrariâ, coeptus tumultus est: repentè facta fuga, Fuluius in balneo latuit. Gracchus, in templo Dianae, cùm vellet se interimere; Pomponius & Licinius, integerrimi amici, vetuêre. indè fugientem per pontem Sublicium insequebatur multitudo; quae non prius pontem ingressa est, quàm Pomponius & Licinius resistentes essent trucidati. vbi hoc cognouit; seruo Polycrati se iugulandum tradidit; qui, iugulato domino, statim eodem gladio se interemit. Caput Gracchi, à Septimuleio pilo affixum, auro redemptum.* SCIPIADAS.] *maiorem & minorem Africanum.*

NVNC & dum nocte premuntur.] *In antiquis libris legere est,* Prementur. SANGVIS pius] *In alijs legere est,* Sanguis meus. VAR. Lect.

ILLAE autem paribus, quas fulgere cernis in armis; Cõcordes animę nũc, & dum nocte premũtur; Heu, quantũ inter se bellũ, si lumina vitę Attigerint, quãtas acies, stragẽq; ciebũt! Aggeribus socer Alpinis, atq; arce Monoeci Descẽdens, gener aduersis instructus Eois.] *Vides, inquit, illas animas, quae arma similia gerunt; & videtur esse cõcordes? hoc est, nũc. quia hic degunt, & cõtendere eas, sedes inferna nõ patitur. caeterùm, quũ ad superos venerint, quãta illi dolenda cõmittent, exercitibus ex toto orbe cõtractis! & eò deterius, quòd socer & gener haec inter se impia funestaq; gesturi sunt.* NE, pueri, ne tanta animis assuescite bella; Nec patriae validas in viscera vertite vires.] *Personarum fecit commutationem. dum enim de alijs loquitur conuertit se ad eos, qui futuri erant eorum posteri. Nolite, inquit, pueri.* Pueros, *idcirco arbitror: quia vnusquisque mox, vt nascitur, puer est, licèt in ipsum longaeui hominis anima transitum faciat. Et isti rectè pueri: quoniam in aetate puerilem fuerant venturi. Ait ergo, nolite pueri malè assuescere: non expedit, vt talia bella gerere discatis. Non in sua viscera debent arma cõuerti, quae geritis; nec ab hostibus in ciues cum scelere reuocari. Consilium dat; ostendẽs, quid prohibiti ab actibus inimicis facere debuissent.* PROIICE, *inquit,* tela manu, sanguis pius. Ille triumphata Capitolia ad alta.] *Ad alta Capitolia. i. magna, vel in altũ ducta.* Triumphata *dixit, triumphis ornata.* CORINTHO Victor aget currus.] *Hoc est, à Corintho victor currũ ducet; aut quos captiui traherẽt; aut quibus ipse veheretur.* CAESIS insignis Achiuis; Eruet ille Argos, Agamemnoniasq; Mycenas, Ipsumq; Aeaciden, genus armipotentis Achilli, Vltus auos Troiae, templa & temerata Mineruae.] *Quantũ filij animũ reficit, promittẽdo interitũ Graecia; & vltionẽ spondendo Troiani excidij!* QVIS te, magne Cato, tacitũ; aut te, Cosse, relinquat? &c.] *Omnes isti diuersis artibus, meritisq; & virtute floruerunt; quos Vergilius, ex personâ Anchisae, dicit non esse praetermittendos, &, propter exempla optima, tradendos memoriae posterorum.* DON.

Fabricium? vel te sulco, Serrane, serentem?
Quò fessum rapitis Fabij? tu Maximus ille es;
Vnus qui nobis cunctando restituis rem.
Excudent alij spirantia molliùs aera:
Credo equidẽ, viuos ducent de marmore vultus:
Orabunt causas meliùs: coeliq; meatus
Describent radio, & surgentia sidera dicent.
Tu regere imperio populos, Romane, memento;
(Hae tibi eruntartes) paciq; imponere morem;

III. FABRICIVM?] *paupertate gloriosum. Hic est, qui respondit legatis Samnitum, aurum sibi offerentibus: Romanos non aurum habere velle, sed habentibus aurũ imperare.* SERRANE, serentẽ.] *Atilium quidẽ senator fuit; qui quũ agrum suum coleret, euocatus propter virtutem, meruit dictaturam.* Serranus *autem, à serẽdo dictus est.* QVO fessum rapitis Fabij?] *Cur me, ô Fabij, fessum ad vestram trahitis narrationẽ? aut certè* Fessum, *tristem: vt,* Ter fessus valle resedit. *scilicet propter eorum mortẽ. nam trecenti sex fuerunt*

Parcere subiectis, & debellare superbos,
Sic pater Anchises; atq; hæc mirantibus addit:
Aspice, vt insignis spolijs Marcellus opimis
Ingreditur, victorq; viros supereminet omneis,
Hic rem Romanam magno turbante tumultu
Sistet eques: sternet Pœnos, Gallumq; rebellem:
Tertiaq; arma patri suspendet capta Quirino.
Atq; hic Æneas (vnà namq; ire videbat

de familiâ vnâ; qui coniurati cũ seruis & clientibus suis contra Veientes dimicarunt, & insidijs apud Cremeram fluuium interempti sunt. vnus tantùm superfuit, scilicet Fabius Maximus, qui propter teneram adhuc pueritiam in ciuitate remãserat, à quo, per temporis successionem longioris, Fabius ille Maximus creatus est: qui postea, quum Annibalis impetum ferre non posset, morâ eum elusit, & ad Campaniam traxit, vbi delicijs Carthaginensium virtus eius obtorpuit. Hic est, de quo Ennius: Vnus homo nobis cunctando restituit rem. Non ponebat enim rumores ante salutem. Ergo postque magisque viri nunc gloria claret. Sciens enim Vergilius, quasi pro exemplo, hunc versum posuit. EXCVDENT alij.] cudendo efficient. & est rhetoricus locus. SPIRANTIA æra.] animata. Horatius: Et molleis imitabitur ære capillos. VIVOS vultus.] Hoc est quod dixit, Spirantia. Per æra, Corinthios indicat; per marmor, Parios; per actionem causarum, Athenienseis; per astronomiã, Aegyptios & Chaldæos. PACISQVE morem.] leges pacis. SPOLIIS Marcellus opimis.] Hic Gallos & Pœnos equestri certamine superauit. Viridomarum etiam, Gallorum ducem, manu propriâ interemit, & opima retulit spolia; quæ dux detraxerat duci; sicut Cossus Larti Tolumnio. SVPEREMINET omnes.] virtutis scilicet genere. REM Romanam.] statum Reipublicæ. TVRBANTE tumultu.] Ideò Tumultu: quia res in Italiâ adversus Gallos geritur. SISTET.] confirmabit, corroborabit. TERTIAQVE arma patri.] captaq; hæc tertia opima spolia suspendet patri, id est, Ioui. CAPTA Quirino.] Qualia & Quirinus ceperat, id est, Romulus, de Acrone rege Ceninensium; & ea Ioui suspenderat. Possumus &, quod est melius, secundùm legem Numæ hunc locum accipere: qui præceperit, prima opima spolia Ioui Pheretrio debere suspendi; quod iam Romulus fecerat: secunda Marti; quod Cossus fecit: tertia Quirino; quod fecit Marcellus. Quirinus autem est Mars, qui præest paci; & intra ciuitatem colitur. iam belli Mars, extra ciuitatem templum habuit. Ergo aut Suspẽdet patri, id est, Ioui: aut suspendet patri, Quirino. Variè de hoc loco tractant commentatores; Numæ legis immemores; cuius facit mentionem Liuius.

POM. Sabi. FABRICIVM.] C. Fabricius ad Pyrrhum, de redimendis captiuis, legatus missus fuit. cum rex auro corrumpere tẽtauit. postridie elephantus, latens inter aulæa, promuscidem extendebat. Fabricius dixit: Neq; me heri aurum, neq; hodie mouebit bellua. In cœnâ, cum Cyneas voluptatem, & deos nõ curare humana, prædicaret, exclamat: Vtinã Pyrrho & Samnitibus hic sit animus, dum contra nos bellum gerunt! Interea creatus est consul contra Pyrrhum. Medico, caput Pyrrhi per epistolam promittenti, renuit. ad Pyrrhum scripsit, vt caueret à veneno: quoniam populus Romanus virtute, non dolo vinceret. Rex admirans, medicum supplicio affecit: captiuos dimisit Romanos. SERRANE.] Fictum nomen est à Vergilio. Columella libro tertio: Quintius Atilius Cincinnatus, obsessi consulis & exercitus liberator, ab aratro vocatus, ad dictaturam venit: ac rursus, depositis fascibus, ad auitum prædiolum, id est, quatuor iugera, rediit. FABII.] Fabiorum familia ab Hercule est. Fabios priùs appellatos Fodios tradunt, mutatis literis. Romani, fossas, fodias dicunt. nunc intelligit de Qu. Fabio Pamphilo, qui cunctando, id est, morando, vicit Hannibalem: in Falernis milites conseruauit. militum eum parentem vocauêre. senex discessit, eo tempore, quo Scipio Carthaginem expugnârat. cuius exsequijs, propter merita, singuli ciues impensas contulerunt. Fabij 300. occisi à Veientibus ad Cremeram. SPOLIIS Marcellus.] M. Claudius Marcellus, M. Claudij filius, à marte nomen accepit; propter peritiam rei militaris. vt Posidonius ait, Græcis literis eruditus, primò ædilis curulis, indè augur. consul creatus cum Cn. Cornelio, missus contra Insubres, Briomachum ducem superauit; cuius opima spolia tertius à Romulo Ioui Feretrio appendit. Feretrius dictus: quia fulmine feriat. quod & Silius ostendit, cùm ait: Tertia qui tulerit sublimis opima tonanti. & de Romulo sic traditur: Postquam victor Ceninensium, bello Acronem Ceninensium regem interfecit; cuius opima spolia in Capitolium tulit, designatoq; Ioui templo cognomen deo addidit: Iupiter, inquit, Feretri, (vt meminit Liuius) hæc tibi victor Romulus rex regia arma ferens, templum in regionibus, quas modò animo metatus sum, dedico; sedem opimis spolijs, quæ regibus ducibusq; hostium cæsis, me authorem sequentes, posteri ferent. Primus Romuli triumphus de Ceninensibus & Antennatibus fuit. Sic post multa sacrificia, pompa præcedebat; vltimus ipse, purpuratus coronatusq; lauro, quadrigis vehebatur; equites peditesq; sequebantur, extemporale & patrium B pæana canentes. ex vrbe multitudo vtriusque sexus obuiàm procedebat. per domos nobilium paratæ erant lautæ epulæ. aderant & qui crateras vino plenas habebant Romulus in vertice Capitolini collis Iani, quem Feretrium vocant, Acronis regis opima spolia consecrauit. & bina post eum consecrata sunt. nam Cornelius Cossus, Laris Tolumnij opima spolia, secundus à Romulo, Ioui Feretrio consecrauit. Manubiæ communes spolia dicuntur; priuatæ manubiæ, dicuntur opima. & Ioui appendi non poterant; nisi quæ regiæ essent manubiæ. Numa Pompilius, in commentarijs suis, vt Plutarchus meminit, spolia opima sic consecrari instituit. Prima Ioui Feretrio, cum 300. assibus: secunda Marti, cum 80. assibus: tertia Quirino, cum 100. assibus. Marcellus igitur, quinquies consul, secundo bello Punico sæpius Hannibalis exercitũ cæcidit; Syracusas expugnauit: tandem apud Brutios, præmonitus vaticinio, fatum vitare non potuit; insidijsq; circumuentus, vnà cum Crispino collegâ interfectus est. Corpus Hannibal, adempto annulo, magnificè cremauit; reliquias, argenteo vase positas, mittendas filio iussit; qui semel fuit consul. Nepos eius, qui perijt, dum naues in Africam trajceret, mo- C numentum erexit (vt Pedianus Asconius ait) cum tali titulo: Hîc siti sunt Marcelli: nouies consules, auus quinquies, filius semel, nepotes ter. Marcellorum familia, vsq; ad Marcellum, Augusti nepotem, venisse videtur. is enim genitus erat ex Octauiâ, Augusti sorore, & Cn. Marcello. & is decem & octo natus annos, grauante ferè per biennium morbo, in Baiano interijt. Romam translatus, communi omnium luctu, in campo Martio magnificentissimè sepultus. Hic est, quem aiunt Vergilium intemperantiâ amoris exosculatum fuisse, præsente Augusto. Octauia mater, bibliothecã & theatrum, sub filij Marcelli nomine, dedicauit.

VAR. Lect. QVO' fessum rapitis Fabij?] In Romano lib. Quò gressum rapitis, habetur. CVNCTANDO restituis rem.] In Romano, in Mediceo, & alijs quibusdam antiquis exemplaribus, Rest tues, futuro tempore positum est: quod non displicet. PACIQVE imponere morem.] In Longob. & quibusdam alijs lib. veter. Pacis legitur. TERTIAQVE arma patri suspendet capta Quirino.] Non placet quod in Rom. lib. legitur, Trist aq; arma.

DON. QVO' fessum rapitis Fabij?] Voluit & Fabios demonstrare, qui futuri essent in numero nobilium; sed longæuus tædium patiebatur ambulandi. TV Maximus ille es, &c.] Hic diu tractando, & consultius differendo, malè gesta correxit. EXCVDENT alij spirantia molliùs æra, &c.] Quoniam diuersitas artium, ornamentum est vitæ humanæ, ait, sequentur alij peritiam fundendi æris, vt vultus fingant sic expressos,

Digitized by Google

A *expressos, vt spiritum habere videantur.* Molliùs *dixit: vt in duro ære talis figurarum esset expressio; vt per molliciem quandam mouere ora, istas qui vidisset, existimaret. Alij hæc ex marmore facient tantâ subtilitate; vt materia lapidis, formatum animal, non iam viuentis similitudinem; sed viuum, ostendere videatur. Alij eloquentiæ operam dabunt; & erunt in foro meliores. Alij disputabunt de astrorum motibus & cursibus diuersis, & rationibus orientium atq; occidentiũ.* TV regere imperio populos Romane, memento, &c.] *Tibi autẽ ars erit omnibus potior; regendi scilicet imperij; seruare subiectos, superbosq; mactare.* SIC pater Anchises.] *Trãsitus sunt quidam, ne vna & continua narratio tædiosa sit. Hinc enim generibus varietas nascitur; & quasi noua initia aliarum narrationum fiunt. Quum hæc ergo locutus esset Anchises; alia quoq;* mirantibus addidit. *aduertit eos quippe, cogitationes futurarum rerum libenter audire.* ASPICE, vt insignis spolijs Marcellus opimis Ingreditur.] *Omnia iste victoriarum iam ferre indicia videbatur; & dinumerare, quæ esset facturus apud superos. sic enim incedebat altior cæteris: vt vniuersos viros excellere videretur. Incipit enumerare glorias eius; si ex personâ Anchisæ, futuri temporis: si ex Vergilij, iam factas.* HIC rem Romanam magno turbante tumultu Sistet eques.] *Hic, inquit, labantẽ firmabit rempublicam.* STERNET Pœnos, Gallumq; rebellem.] *Non vnũ Gallum; sed Galliam totã. variando enim numeros, meliore eloquentiã, & Pœnos ipsius virtute casuros dixit, & Gallos.* TERTIAQVE arma patri suspendet capta Quirino.] *captaq; arma tertius ipse patri Quirino suspẽdet. Duo quippe ante ipsum hoc fecisse intelligẽdi sunt; quãdo hic asserit tertius.* ATQVE hic Æneas (vnà namq; ire videbat Egregiũ formâ iuuenẽ, & fulgentibus armis.] *Et hic locus irrumpẽdæ narrationi cõtinuationis retinet causã. Interrogationes enim & responsiones, nõ tantùm tædium non habent; sed & iucundæ sunt. quod genus in dialogis præstat.*

Egregium formâ iuuenem, & fulgentibus armis:
Sed frons læta parùm, & deiecto lumina vultu)
Quis, pater, ille, virum qui sic comitatur euntem?
Filius, an'ne aliquis magnâ de stirpe nepotum?
Quis strepitus circà comitũ? quãtum instar in ipso est?
Sed nox atra caput tristi circũuolat vmbrâ.
Tũ pater Anchises, lachrymis ingressus obortis:
O nate, ingentem luctum ne quære tuorum.
Ostendent terris hunc tantùm fata; neq; vltrà
Esse sinent. nimiùm vobis Romana propago
Visa potens, Superi; propria hęc si dona fuissent.
Quantos ille virûm magnam Mauortis ad vrbem
Campus aget gemitus? vel quæ, Tiberine, videbis
Funera; cùm tumulum præterlabère recentem?
Nec puer Iliacâ quisquam de gente Latinos
In tantum spe tollet auos; nec Romula quondam
Vllo se tantum tellus iactabit alumno.
Heu pietas, heu prisca fides, inuictaq; bello
Dextera! non illi quisquam se impunè tulisset
Obuius armato; seu cùm pedes iret in hostem;
Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.
Heu miserande puer! si quà fata aspera rumpas,
Tu Marcellus eris. manibus date lilia plenis:
Purpureos spargam flores; animamq; nepotis
His saltem accumulem donis, & fungar inani
Munere. Sic totâ passim regione vagantur
Aëris in campis latis, atq; omnia lustrant.
Quæ postquam Anchises natũ per singula duxit,
Incenditq; animum famæ venientis amore:
Exin bella viro memorat, quæ deinde gerenda:

SER. EGREGIVM formâ iuuenem, & fulgentibus armis.] *Tria sunt secũdùm Carminium; pulchritudo, ætas, & virtus. Significat autẽ Marcellum, filium Octauiæ, sororis Augusti; quem Augustus sibi adoptauit. Hic decimosexto anno incĩdit in valetudinẽ; & periit de cimooctauo in Baiano, quum Aedilitatem gereret. Huius mortem ciuitas vehementer doluit. nam & affabilis fuit, & Augusti filius. Ad funeris huius honorem, Augustus sexcentos lectos intrare ciuitatem ire iussit. Hoc autem apud maiores gloriosum fuerat; & dabatur pro qualitate fortunæ. nam Sylla sex millia habuit. Igitur cum ingenti gloriâ & pompâ elatus, & in campo*

B

C *Martio est sepultus. Ergo modò, in Augusti adulationẽ, quasi epitaphion ei dicit. Etiam constat, hũc librum tantâ pronuntiatione Augusto & Octauiæ esse recitatum; vt fletu nimio imperarent silentium; nisi Vergilius finem esse dixisset. qui, pro hoc, ære graui donatus est, id est, massis. nam sic & Liuius* Argentum graue *dicit, id est, massas.* SED frons læta parùm.] *Omen est mortis citò futuræ. contrà alibi:* Incipe, parue puer, risu cognoscere matrem. VIRVM qui sic comitatur euntem?] *Marcellum, cui similis est.* QVIS strepitus.] *Propter ædilitatẽ.* INSTAR.] *similitudo. & est nomen, quod non recipit præpositionem.* Ad instar *enim non dicimus; quod Probus declinat.* OSTENDENT terris hunc tantùm fata.] *parùm illucescet, & mox peribit.* VISA potens, superi.] *Cum indignatione dictum. Inuidistis & gloriæ Romanæ, & vestris muneribus. nam felicitas vestra, sunt munera.* PROPRIA.] *perpetua, vt,* Propriamq; dicabo. MAVORTIS campus.] *in quo est sepultus.* FVNERA.] *propter sexcentos lectulos.* IN tantum spe tollet auos.] *eriget generis antiquitatem. & rhetoricè spem laudat in puero: quia facta non inuenit. Est autem Ciceronis in Dialogo;* causa difficilis, laudare puerum. Non enim res laudanda: sed spes est. NEC Romula quondam.] *Pro, Romulea. vt,* Quos Africa terra triumphis Diues alit. Quondam *autem, potest & præteriti esse, & futuri.* PRISCA fides.] *quia fidelitas non requirit iuuenes; sed senes. Vnde Lucanus:* Quippe fides robustos exigit annos. FODERET calcaribus armos.] *Species pro genere. Equi armos, pro equo posuit: non enim possunt armi calcaribus fodi.* FATA aspera rumpas.] *Posse aliquã ratione fata dirumpi, per transitum docet.* TV Marcellus eris.] *Talis, qualis est Marcellus, ille vir amplissimus, superiùs dictus.* PVRPVREOS flores.] *Vt sæpè diximus, propter sanguinis similitudinẽ: quia aut anima est, aut sedes animæ.* NEPOTIS.] *posteri: non enim reuerà nepos fuit.* INANI Munere.] *Secundùm Epicureos, non profuturo.* SIC.] *ista noscentes.* AERIS in campis.] *collisionem fecit. Locutus est autem secundùm eos, qui putant Elysium lunarem esse circulũ.* INCENDITQVE animum.] *Nam suprà ait:* Et dubitamus adhuc virtutẽ extendere factis? EXIN.] *deinde. Confert autem in compendium narrationis prolixitatem. Sic Terent. propter longum actum ait:* Intùs despondebitur; intùs transigetur; si quid est, quod restat.

POM. Sabi. LÆTA parùm.] *quia citò moriturus erat.* QVANTVM instar.] *quanta similitudo.* STREPITVS.] *propter futuram pompam funebrem. Probus declinat, hoc Instar, huius instaris.* REGIONE aëris.] *Probus in hoc loco ait: Aër, qui segniùs iacet per summa montium & ima terrarum, dici potest chaos: qui verò superincumbit, vicem inferorum obtinet. Quod hic annotauit Vergilius; vt post mortem, soluto corpore, vmbræ in hac obuersentur caligine: animæ vltimo aëre, vt puriores, transmittantur. Alij dicunt, secutum eos, qui Elysios lunarem esse globum intelligunt. Beatorum animæ in lacteo Circulo esse putantur.* GERENDA.] *cum Turno & Mezentio in Latio.*

VAR. Lect. QVANTVM instar in ipso est.] *In Romano libro antiq.* Est *non habetur.* NEQVE vltrà Esse sinent.] *In pluribus antiq.* Nec *monosyllabum est.* NIMIVM vobis Romana propago Visa potens, superi.] *In Romano lis*

no libro, Superis *legitur.* In tantum ſpe tollet auos.] *In Romano libro legitur,* Spes.

DON. QVIS, pater, ille, virum qui ſic comitatur euntê? Filius; an ne aliquis magnâ de ſtirpe nepotum? Quis ſtrepitus circà comitum? quantum inſtar in ipſo eſt? Sed nox atra caput triſti circumuolat vmbrâ.] *Quum Aeneas circa Marcellum vidiſſet iuuenem ſtare, egregium formâ atq; armis inſignem;* fronte *tamen* parùm lætâ, *hoc eſt, triſti, & proiecto vultu ad terram: Quis, inquit, iſte eſt, ô pater, qui, inter plurimos Marcelli comites, ipſe familiariùs iunctus eſt? ne filius; an aliquis poſterorum eius, vel ex eius genere? vel quid ſibi vult ſtrepitus congregatæ multitudinis? Placet enim mihi inſtar eius, hoc eſt, corporis forma. ſed cur tenebræ caput eius fuſcauerint, nôſſe cupio.* TVM pater Anchiſes lachrymis ingreſſus obortis.] *Secundùm quæſita inſtruit filium Anchiſes, lachrymas fundens.* O nate, ingentem luctum ne quære tuorum.] *Nolim, fili, quæ ſunt lugenda, perquiras; nec velim ſcias tuorum aduerſa, quæ tuum animum frangunt. Aeneas de vno quæſijt; & is pariter ei de pluribus reſpondit. ſciebat enim, latiùs poſſe porrigi interrogationē. quapropter occurrit, ne Aeneas vltrà aliquid quæreret* OSTENDENT terris hunc tantùm fata; neq; vltrà Eſſe ſinent.] *Non diu erit iſte in luce; ſed mox, vt monſtratus fuerit ſuperis, rapietur.* NIMIVM vobis Romana propago Viſa potens, ſuperi, propria hæc ſi dona fuiſſent.] *Conuertit ſermonem ſuum ad deos. Credo, inquit, noluiſtis ſuperi potentiorem fieri Romanam rempub. Si enim hæc propria fuiſſent dona; hoc eſt, ſi hoc diuturnum condereteis imperium.* QVANTOS ille virûm magnam Mauortis ad vrbem Campus aget gemitus! vel quæ, Tiberine, videbis Funera, quum tumulum præterlabêre recentem!] *Si ille, inquit, diu eſſet luci côceſſus; quantis triumphis ornaret Romam? vel quas ſtrages de hoſtibus daret? quâtos aggeres corporum, Tiberine, pertraheres?* NEC puer Iliacâ quiſquam de gente Latinos In tantum ſpe tollet auos, nec Romula quondam Vllo ſe tantum tellus iactabit alumno.] *Nec erit quiſquam ex aliquâ terrâ, qui Latinos ſpe meliore poſſit ſubleuare; nec terra Italiæ talem vnquam poterit ferre.* HEV pietas, heu priſca fides, inuictaque bello Dextera!] *Quid proderit, quia naſcitur pius, & ſupra eos, quos antiqua loquitur fides? quid proderit, quòd fortis; & totum maturè fata preſſura ſunt?* NON illi quiſquam ſe impunè tuliſſet Obuius armato; ſeu cû pedes iret in hoſtem, Seu ſpumantis equi foderet calcaribus armos.] A *Si diu iſte durare poſſet in luce, quis illum ferret peditē? quis equitem toleraret?* HEV miſerande puer, ſi quà fata aſpera rumpas, Tu Marcellus eris.] *Si, inquit, poſſis erumpere fata tua; id eſt, ſi poſſis fata aduerſa ſuperare; poteris eſſe tu Marcellus. Poſt infinita, quæ de eius ſpe locutus eſt; & peritura fleuit & gemuit; poſuit eius nomen nunc, cùm de eo aliquid dixit.* MANIBVS date lilia plenis; Purpureos ſpargam flores.] *Affectum dolentis expreſſit, dicendo,* Date; *cùm non eſſent præſtò, qui darent. & quòd ait,* Manibus plenis, *hoc quoque plena officia ſignificat.* ANIMAMQVE nepotis His ſaltem accumulē donis.] *Solatium eſt enim corū, per quos parentalia mortuis exhibentur.* ET fungar inani Munere.] *Mirè poſitum ex perſonâ mortui; quòd inania ſint, quæ mortuis exhibentur: hoc enim certiùs ipſe nouerat.* SIC totâ paſsim regione vocantur Aëris in campis latis, atque omnia luſtrant.] *Non compleuit omnia, quæ apud inferos agebantur. Nec debuit eſſe vitium; ſi tantum vellet poëta carmine ſuo comprehendere; quod longum & impoſſibile fuit. Conuertit ſe igitur ad generalitatem, quæ totum etiam non dictum potuit ſignificare. Omni mora ſubmotâ,* B *camporum, inquit, latitudinem totam monſtrauit, & per ſingula eum duxit.* Poſtquam per ſingula, *ait: ſingula enim, nec in vnum confuſa monſtrare debuit; qui filium benignè volebat inſtruere. Hoc eſt, quod ait:* QVÆ poſtquam Anchiſes natum per ſingula duxit; Incenditque animum famæ venientis amore: Exin bella viro memorat, quæ deinde gerenda; Laurenteſque docet populos, vrbemque Latini: Et quo quemq; modo fugiatque, feratque laborem.] *Primò læta narrauit filio; prætermiſit triſtia; ſolum vnum, quod eſſet dolendum, de Marcello retulit; & hoc ipſum, non voluntate; ſed vt interroganti Aeneæ reſponderet. Cætera ei ſub generalitate dixit, nec ſpecialiter oſtendens quæ. Quando enim tantum camporum, vel tantam multitudinem animarum poſſet includere? Dein bella ſubiunxit, quæ geſturus in Italiâ fuit, & gentes Italos futuras è diuerſo monſtrauit, quibus videbat virum non terreri. Tamen, quò firmiorem dimitteret, docuit, quomodo vnumquemq; laborē, aut vinceret, aut certè ferendo toleraret. Ipſam ſententiam poſtea, & in quinto libro poſuit:* Superanda, *inquit,* omnis fortuna ferendo eſt. *quod enim vinci non poteſt, reſiſtendo vel ferendo ſuperatur.* C

Laurenteſq; docet populos, vrbemq; Latini:
Et quo quemq; modo fugiatq; feratq; laborem.
Sunt geminæ ſomni portæ: quarum altera fertur
Cornea, quâ veris facilis datur exitus vmbris:
Altera candenti perfecta nitens elephanto;
Sed falſa ad cœlum mittunt inſomnia manes.
His vbi tùm natum Anchiſes, vnaq; Sibyllam
Proſequitur dictis, portâq; emittit eburnâ:
Ille viam ſecat ad naues, ſociosq; reuiſit.
Tùm ſe ad Caietæ recto fert littore portum;
Anchora de prorâ iacitur; ſtant littore puppes.

SER. SVNT geminę ſomni portæ.] *Pro, ſomniorum. Eſt autē in hoc loco Homerum ſecutus.* ξεῖν᾽, ἤτοι μὲν ὄνειροι ἀμήχανοι ἀκριτόμυθοι γίνοντ᾽, οὐδέ τι πάντα τελεῖται ἀνθρώποισι. δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσὶν ὀνείρων. αἱ μὲν γὰρ κεράεσσι τετεύχαται, αἱ δ᾽ ἐλέφαντι. τῶν οἱ μέν κ᾽ ἔλθωσι διὰ πριστοῦ ἐλέφαντος, οἵ ῥ᾽ ἐλεφαίρονται ἔπε᾽ ἀκράαντα φέροντες, οἱ δὲ διὰ ξεστῶν κεράων ἔλθωσι θύραζε, οἵ ῥ᾽ ἔτυμα κραίνουσι βροτῶν ὅτε κέν τις ἴδηται. *In hoc tamen differt; quòd ille, per vtramq; portam ſomnia exire dicit; hic vmbras veras, per quas ſomnia indicat vera. &* Poëticè *apertus eſt ſenſus. Vult autem intelligi, falſa eſſe omnia, quæ dixit. Phyſiologia verò hoc habet. Per portam corneam oculi ſignificātur; qui & cornei ſunt coloris, & duriores cæteris membris. nam frigus non ſentiunt: ſicut etiam Cicero dicit, in libris de Deorum naturâ. Per eburneam verò portam, os ſignificatur, à dentibus. Et ſcimus, quia, quæ loquimur, falſa eſſe poſſunt: ea verò, quæ videmus, ſinè dubio vera ſunt. ideò Aeneas per eburneam emittitur portam. Eſt & alter ſenſus. Somnum cū cornu nouimus pingi; & qui ſcripſerunt de ſomnijs, dicunt, ea, quæ ſecundùm fortunam & perſonæ poſſibilitatem videntur, habere effectum: & hæc vicina ſunt cornu. vnde cornea vera fingitur porta. ea verò, quæ ſupra fortunam ſunt, & habent nimium ornatum, variamq; iactantiam, dicunt falſa eſſe: vnde eburnea. quaſi ornatior porta, fingitur falſa.* FALSA inſomnia.] *Id eſt, ſomnia.* SECAT.] *tenet. vnde* Sectas *dicimus, ab eo quòd propoſitū tenent.* AD Caietæ recto fert littore portū.] *A perſonâ poëtæ,* πρόληψις. *nam Caieta nondū dicebatur.*

LATINI.] *regis.* SVNT geminæ ſomni portæ.] POM. Sabi. *Ex Homero hoc ſumptum eſt. ſed ille per vtramq; portam ſomnia exire dicit: Vergilius aliter. Valerius Flaccus, hîc fecit duas inferorum portas, in fine libri primi. Portæ ſomni cùm duæ ſint, non caret ratione. nam per corneam intelligimus, quòd cornu attenuatum viſu ſit peruium: per ebur, quia propter denſitatem obtutum oculorum repellit. Somnus cum cornu pin-*

A *nu pingitur. Cùm vera somnia sunt; in cornu esse aiunt: cùm falsa, in ebore: quia ebur est densum, & fragile.* Insomnia *dicũtur, quia in somnis videntur sinè vtilitate; vt hic dixit* falsa. Cœlum, *pro mundo posuit. Phantasmata dicuntur in prima quiete, cùm principium somni est. Oraculum est, cùm in quiete nocturnâ parens, vel aliqua persona grauis, denuntiat. Visio dicitur, cùm occurrit quod videris in somnis, & cùm sua sepis tutelam eius, qui se tibi per quietem commiserit.* ILLE viam.] *Sic finit Homerus vndecimo, & Silius decimoquarto.*

VAR. Lect. HIS vbitùm natum.] *In Romano libro, & aliq. alijs veter. legere est,* His ibi tùm.

DON. SVNT geminæ somni portæ; quarum altera fertur Cornea, quâ veris facilis datur exitus vmbris. Altera, candẽti perfecta nitens elephanto; Sed falsa ad cœlũ mittunt insomnia manes.] *Duas dixit portas: hoc est, duos exitus inferorum. portam vnã corneam, aliam ex ebore. Per corneam dixit veras mitti vmbras.* Quod *aũt videmur nobis videre dormientes, & quod nos plerũq; facit non dormire, per eburneam mittitur.* HIS vbitùm natũ Anchisen, vnaq; Sibyllã Prosequitur dictis, portâq; emittit eburnã.] *Vbi igitur Anchises natũ & Sibyllã his dictis prosecutus est, eos per portã eburneam reddidit luci.* ILLE viam secat ad naues, sociosq; reuisit.] *Quid enim aliud facere debuit, quàm suos videre post tẽpus?* Reuisere *est, post aliquas moras iterũ videre.* TVM se ad Caietæ recto fert littore portũ.] *Recta via dicitur, si quando nil aliud agimus, nisi iter continuum; vt nullo alio actu rumpatur, quò tendimus. Consideremus & Aeneæ mentẽ, quæ suorũ reuisendorũ cupida, nihil agere debuit, nisi tenere littus, donec perueniret ad naues. Sic igitur intelligendũ est,* recto littore: *quia rectũ littus non potest inueniri: vt vnã intentione animi ad portũ Caietæ peruenerit, in quo fuerant naues.* ANCHORA de prorâ iacitur, stant littore puppes.] *Hæ enim illic stabant, munitæ anchoris: duplici scilicet ratione securæ; vel quòd muniebat has portus; vel quòd pondere tenebantur. Portum Caietæ, ex personâ poetæ melius accipimus: Aeneas enim nondum loco ipsi dederat nomen.*

B

ÆNEIDOS LIBRI VII.

Argumentum.

A D H A O N:

Septimus Aeneam reddit fatalibus aruis.

MODESTINI IVRISCONSVLTI, IN SEPTIMVM librum Aeneidos, Argumentum.

C

Hic quoq; Caietam sepelit: tùm deinde profectus
Laurentum venit: hanc verbis cognouit Iũli
Fatalem terram: mensis en vescimur, inquit.
Centum oratores, veniam pacemq; petentes,
Ad regem mittunt læti cum sorte Latinum.
Qui cum pace etiam natæ connubia pactus.
Hoc fortè Alecto Iunonis dissipat ira.
Concurrunt dictis; quàmuis pia fata repugnent.
Belli causa fuit, violatus vulnere ceruus.
Tùm gentes sociæ arma parant: fremit arma iuuentus.

P. VERGILII M. ÆNEIDOS LIBER VII.

TV quoq; littoribus nostris Æneïa nutrix
Æternam moriens famam Caieta dedisti:
Et nunc seruat honos sedem tuus: ossaque nomen

SER. TV quoque littoribus nostris.] *Vt & in principio diximus, in duas parteis hoc opus diuisum est. nam primi sex libri, ad imaginem* Odysseæ *sunt dicti; quos personarum & allocutionum varietate constat esse gratiores. Hi autem sex, ad imaginem Iliadis dicti sunt; qui in negotijs validiores sunt. nam & ipse hoc dicit:* Maius opus moueo. *& reuerà tragicum opus est, vbi tantùm bella tractãtur.* TV quoq;.] *Sicut Misenus & Palinurus.* NOSTRIS.] *Italicis: vt,* Non eadem arboribꝰ pendet vindemia nostris.

Hesperiâ in magnâ (si qua est ea gloria) signat.
At pius exsequijs Æneas ritè solutis,
Aggere cōposito tumuli, postquam alta quierunt
Æquora, tendit iter velis; portumq; relinquit.
Aspirant auræ in noctem; nec candida cursum
Luna negat: splendet tremulo sub lumine pontus.
Proxima Circææ raduntur littora terræ:
Diues inaccessos vbi Solis filia lucos
Assiduo resonat cantu; tectisq; superbis

stris. non, vt Donatus ait, nauigabilibus, in Comparationi Oceani. ÆNEIA nutrix.] *Hanc alij Aeneæ, alij Creusæ, alij Ascanij nutricem volunt. Lectum tamen est in Philologis, in hoc loco casu incensam classem esse Troianam: vnde Caieta dicta est,* ἀπὸ τοῦ καίειν. SERVAT.] *tenet, possidet: vt,* Seruantem ripas, altâ nō vidit in herbâ. HESPERIA in magnâ.] *Magnâ, ad Hispaniæ discretionem.* SI qua est ea gloria.] *Secundùm Epicureos; cùm ea res nihil ad mortuorum voluptatem attineat sentiendam. Bene autem interest funeri, postquam ab inferis rediit: sicut interfuit, antequam descenderet; vt medium actum ostenderet.* QVIERVNT.] *Author Hebrus,* Quierant *legit.* TENDIT iter velis.] Q*uia, prout vela extensa fuerint; ita etiam cursus extenditur, in quo nauis est.* ITER.] *Impropriè dictum. nam ait suprà:* Flecte viam velis. *Aliud est autem iter velis tendere; aliud, per vela iter. quod si dicimus; bene procedit; & tendit viam velis; vt in ipsis velis ratio sit viæ.* ASPIRANT auræ in noctem.] Q*uia (vt diximus) temporum mutatione ventus vel minuitur, vel augetur.* In noctem *autem, circa noctem. Et quotiens tempus exprimitur, accusatiuum regit ista præpositio.* NEC Luna negat.] λιτότης. *nam dicit, largè præstat: vt,* Munera nec sperno. TREMVLO sub lumine.] *Ita enim mobilitas aquæ facit videri.* CIRCÆÆ raduntur littora terræ.] *Vt diximus suprà, mons iste antehac insula fuit. paludibus enim à continenti segregabatur, quas exclusit limus de Albanis mōtibus fluens. & dicebatur Aeæus, ab horrore transeuntium; quo homines mutabantur in feras. In hoc summo oppidum fuit, quod & Circæum dictum est, à Circe: & Circæi. nam vtrumq; Liuius dicit.* DIVES.] *Non addidit cuius rei; cùm soleat: vt,* Diues equûm, diues pictai vestis & auri, Diues opum variarū. INACCESSOS.] *inaccessibileis, inaccedendos. nam Vlysses illûc venit. Ergo* inaccessos, *non ad quos nullus accessit; sed ad quos nullus debeat accedere. vt,* Aut illaudati nescit Busiridis aras: *hoc est, illaudabilis. nam ab Isocrate laudatus est.* RESONAT cantu.] *resonare facit. Hoc ex Homer.* εὗρον δ' ἐν βήσσῃσι τετυγμένα δώματα Κίρκης, ξεστοῖσιν λάεσσι περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ. ἀμφὶ δέ μιν λύκοι ἦσαν ὀρέστεροι ἠδὲ λέοντες, τοὺς αὐτὴ κατέθελξεν ἐπεὶ κακὰ φάρμακ' ἔδωκεν. *Et paulò pòst:* Κίρκης δ' ἔνδον ἄκουον ἀειδούσης ὀπὶ καλῇ, ἱστὸν ἐποιχομένης μέγαν, ἄμβροτον, οἷα θεάων λεπτά τε, καὶ χαρίεντα, καὶ ἀγλαὰ ἔργα πέλονται. SVPERBIS.] *nobilibus, propter antiquam oppidi magnitudinem.*

POM. Sabi. CAIETA.] *Diodorus lib. 6. cùm loquitur de erroribus Argonautarū, ait, Formias & Caietā ab Argonautis positas. Strabo scribit: Formias cōdidisse Lacones, & Caietā. nam Lacones caieta curua dicūt. Alij Caietā ab nutrice Aeneæ, alij ab nutrice Ascanij, aut Creusæ. Caieta regnū Lami fuit. Silius:* Et regnata Lamo Caieta. *Propè fuit Lestrygonum domus. Hom. lib. 10. Septimo die altā magnamq; Lami Lestrygonum vrbē attingimus. Alij aiūt, Caietā portū dici, & vrbē Formias, sedē Lestrygonum, cū liquido fonte Artaciæ; vt meminit Homerus. Ego puto, Epychem dici promontoriū, vbi Caieta est: quod Dionysius ait dictum à nutrice Aeneæ.* CIRCEÆ terræ.] *Aeæa insula, in quâ regnauit Circe, Solis filia: vt diximus lib. 3. ab eo Circæum dictū insula quondā, si creditur Homero; nunc insula non est. Theophrast. lib. 5. Circeum excelsum promontorium, robore, lauro, myrto refertū. Tradunt, Circem in eo habitâsse: idq; incolæ referunt. Locus antè insula erat, sed facta cōtinens, exaggeratione fluminum ferētium limū. Insulæ ambitus fuit 80. stadij: eo in loco tumulus Elpenoris, apud quem myrti coronariæ locus, variarum radicum ferax. ideò aiunt, Circen in medicamentis valuisse. paludoso verberatur mari. habebat castellum, cum templo Circes, & arā Mineruæ, & exiguo portu.* A

VAR. Lect. PORTVM'QVE relinquit.] *Non placet,* Reliquit, *tempore præterito: vt libri plerique veteres habent. Nam &* Tendit, & Aspirant, *præsentia sunt.* ASSIDVO resonat cantu.] *In Romano libro,* Adsiduo, *per d scriptū est.*

DON. *Post reditū ab inferis, describit poëta, Aeneam Caietæ portum recto itinere potiuisse. & quia occasio fuit, meritum ipsius Caietæ cōmendat, in sepulchri honorificētiā: hoc enim solū exhiberi mortuis licuit. Suffecit propter transitū inferni fluminis. viderat quippe ipse, quā cladem illîc insepulti patiantur. Hanc refert poëta Aeneæ fuisse nutricē: cuius de sepulturâ quū loquitur, & Aeneam ipsum præfert, & tantæ benignitatis fœminam laudat. Mortuæ quippe beneficium stabat in eo, quòd Romani imperij principem, pium, religiosum, prudentissimumq; nutrierat. Ipsius verò Aeneæ vicissitudo reciproca sit, defunctæ curâsse sepulturam; vt post excessum æterna nominis eius memoria superesset. Verùm, quia id etiam Miseno & Palinuro, summis egregijsq; familiaribus suis, fecerat, atq; eorū nomina dederant locis; huic libro initium datur;* B TV quoq; littoribus nostris Æneia nutrix Æternam moriens famam Caieta dedisti.] *Fortassis aliquis putet, impropriè caput libri constituisse Vergilium: quia dixit,* Tu quoque: *cùm antè versum nullum nominare videatur. Hoc existimant, qui interiecta nesciunt retrahere; vt, quod ad tempus separatum est iungāt. Iste enim versus, sublato medio de inferis tractatu, Miseni exsequijs iungitur. ab his enim discedens carminis, cursus, ad easdē redit, & facit integram narrationē: vt rectè posuerit,* Tu quoq;. *Melius aūt apparebit hæc assertio; si, vnde discesserit, repetamus.* Et pius Æneas ingenti mole sepulchrū Imponit, suaq; arma viro, remumq;, tubamq;, Monte sub Aërio, qui nūc Misenus ab illo Dicitur, æternumq; tenet per secula nomē. *Sequi debuit,* Tu quoq; littorib9 nostris Æneïa nutrix, Æternā moriens famam Caieta dedisti. *Interposita igitur de inferis carmina, quod vnū esse oportuit, diuiserūt. Sed & nunc vnum est: quia, vnde se recessisse meminerat poëta, remeauit. Ergo superioribus hæc nectens, ait:* Tu quoq; littoribus nostris Æneïa nutrix, Æternum moriens famā Caieta dedisti. C ET nūc seruat honos sedē tuus, ossaq; nomen Hesperiâ in magnâ (si qua est ea gloria) signat.] *In singulis verbis magnū dictionis est pondus: quod ipsum quale quantūq; sit, incipiemus exponere.* Tu quoq;: *hoc est, quæ admirādæ memoriæ viris, supremo officio coniungi meruisti. sed hoc referendū est ad personæ rationē. Videamus, an etiā locus fuerat dignus: quia Aeneæ nutricis, seculis pòst futuris, ossa cum nomine reseruaret.* Littorib9, *inquit,* nostris, *hoc est, Italiæ: quod tam pulchrū, tamq; egregium prouenire potuisset: quòd illîc, cùm conderētur reliquiæ eius, vbiq; Aeneæ nutricis nomen excelleret? Vbi, qui ipsius vberibus nutritus esset, fuerat cum posteris regnaturus; proindeq; esset æterna vtriusq; memoria. scilicet illius semper per se, & per posteros imperantis, & illius perpetui sepulchri consecratione celeberrima Aeneia nutrix, qualem vel vbiq; memoriam consequi debuit? Cuius erat totum, quicquid per Aeneā Romanis rebus prosperè videretur feliciterq; collatū.* ÆTERNAM moriens famā Caieta dedisti.] *A' cōtrario laudis augmentū: tunc enim creuit eius nomen & fama, quando interuentu mortis potuit aboleri.* Quod *factum ad Aeneæ laudem proculdubio reuocatur; qui curauit, ne post altricis suæ vltimū fatum, totum sibi mortis eius exitus vindicaret. vnde factum est, vt contrarium naturæ, quæ fines hominum morte concludit, nominis saltem procuraretur æternitas.* ET nunc seruat honos sedem tuus.] *Dixit* Nunc

dixit

Digitized by Google

A dixit etiam his temporibus, quando hæc scribebantur. sed quòd ait, Et nunc, quoque ad eius meritum accedit, vt integrum transiret ad posteros; quod Aeneæ temporibus viuentis contemplatione seruatum erat. ET nunc seruat honos sedem tuus.] *Honos tuus etiam nunc seruat sedem: hoc est, defertur illi loco, contemplatione honoris tui; & sic custoditur eius integritas, vt semper maneat, & firmâ nominis æternitate perduret.* OSSA'QVE nomen Hesperiâ in magnâ (si qua est ea gloria) signat.] *Mira ratio, vt, cùm viuentium nomen vix inter homines valeat eminere, huius ossa per celebritatem nominis perpetuis temporibus ac seculis præferentur.* HESPERIA in magnâ.] *tanta exstitit condendis reuerentia; tantus sepulturæ honos; vt in magnâ Italiæ latitudine vnus omnium consensu gratissimè teneretur.* SI qua est ea gloria.] *fecit Aeneas, quod ad religiosa officia pertinuit. sed cùm nihil mortui sentiant, & omnis gloria (etiam si vlla est apud homines) caduca sit, & habeat finem, quid profuit id fecisse? nisi vt satisfieret animo, qui religioso nutricis suæ tenebatur affectu.* AT pius exsequijs Æneas rite solutis, Aggere composito tumuli.] B *Exsequiarum ordinem ac ritum in aliorum funeribus poëta monstrauit: cumq; iam esset ex hoc ipso legentibus cognitus, hunc prætermisit hoc loco. eadem tamen facta intelligi debent; & quæ exsequiarum solennitas, sepulchri aggestione perficitur, dixit vtrumque completum.* POSTQVAM alta quierunt Æquora, tendit iter velis portumque relinquit. Aspirant auræ in noctem, nec candida cursum Luna negat, splendet tremulo sub lumine pontus.] *Post curam Caietæ depositam, opportunitas nauigandi matura & commoda subindè successerat. nam & mare ex alto, hoc est, tumido & inflato, placidum fuit. vsqueadeò non indè mersum, sed in superiore suspensum debemus accipere. Et ipse poëta eodem loco dixit,* Quierant alta æquora *quæ si erãt, constat fuisse humentia; & auræ noctis non deerant. Metus omnis sic abfuit; vt etiam in lustris lunæ suffragium, gratum potiùs, quàm horrendum faceret pelagus. Alio loco:* Et inhorruit vnda tenebris. *Hic verò, quia tanta nauigantis felicitas fuit, vt luna faceret splendidum; quod formidolosum esse potuit; securitas demonstratur suo more successura.* PROXIMA Circææ raduntur littora terræ] *Imprudens Aeneas, vtpote qui loca nesciret, ferebatur Neptuni suffragio, & circa loca, quæ nesciens incurrere potuisset, radebatur cursu prosperrimo. & quid illic cũ socijs perpeti potuisset, dicit. Describitur, quæ illic consuetudo Circææ teneretur; & quæ indè audirentur, apertâ descriptione narratur.* DIVES inaccessos vbi Solis filia lucos Assiduo resonat cantu, tectisq; superbis Vrit odoratã nocturna in lumina cedrũ, Arguto tenues percurrens pectine telas] *In his, inquit, locis, lucos habuit Circe, Solis filia, semp vigilãs, & ad insidias semper intenta, voce decipiens transeuntes: & odorato lumine tẽporibus noctis. Quẽ non delectaret sonus vocis in cantilenã deductæ, & odor cedri ardẽtis, & sperata cantantis hilaritas? Incidebat, inquit, cedri materiem per solidam, quæ naturali fomento, tanquã oleo madida, incendia ipsa nutriebat. Ad hoc lumẽ lanam curabat, & telam, vt peruigilare posset, ne fraudẽ vllam oblatæ occasionis amitteret. Nauigantes interea, opportunum hospitium rati; non iuuabantur auxilio commanentis, sed dolo capiebantur & fraude.*

Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum,
Arguto tenueis percurrens pectine telas.
Hinc exaudiri gemitus, iræq; leonum
Vincla recusantum, & serâ sub nocte rudentum:
Setigeriq; sues, atq; in præsepibus vrsi
Sæuire, ac formæ magnorum vlulare luporum:
Quos hominũ ex facie, dea sęua, potẽtibus herbis
Induerat Circe in vultus ac terga ferarum.
Quæ ne monstra pij paterentur talia Troës,
Delati in portus, neu littora dira subirent,
Neptunus ventis impleuit vela secundis;
Atq; fugam dedit, & præter vada feruida vexit.
Iamq; rubescebat radijs mare, & æthere ab alto
Aurora in roseis fulgebat lutea bigis;
Cùm venti posuêre, omnisq; repentè resedit
Flatus, & in lento luctantur marmore tonsæ.
Atq; hic Æneas ingentem ex æquore lucum
Prospicit. hunc inter fluuio Tyberinus amœno
Vorticibus rapidis, & multâ flauus arenâ,
In mare prorumpit: variæ circumq; supraq;
Assuetæ ripis volucres & fluminis alueo,
Æthera mulcebant cantu, lucoq; volabant.
Flectere iter socijs, terræq; aduertere proras
Imperat, & lætus fluuio succedit opaco.
Nunc age, qui reges, Erato, quæ tempora rerum,
Quis Latio antiquo fuerit status; aduena classem,
Cùm primùm Ausonijs exercitus appulit oris,
Expediam, & primæ reuocabo exordia pugnæ.
Tu vatem, tu d ua, mone. dicam horrida bella;
Dicam acies, actosq; animis in funera reges,
Tyrrhenamq; manum, totamq; sub arma coactam

SER. ODORATAM.] *Pro, odoriferam. & hoc ideò, quia vsus olei apud maiores non fuit, præcipuè in Italiâ.* ARGVTO pectine.] *garrulo, stridulo, sonãti vt,* Fortè sub argutâ consederat ilice Daphnis. PERCVRRENS pectine telas.] *Aut manu percurrens tactu pectinis; vt videmus: aut quia apud maiores stãtes texebant, vt hodie linteones* C *videmus. Est autẽ Homeri, qui ait: ἱστὸν ἐποιχομένη.* GEMITVS, iræq;.] *Gemitus irascẽtium leonum, iv διαδυσ.* SERA sub nocte.] *Quasi eo tẽpore, quo naturali libertate vti consueuerunt.* Sub serâ nocte, *per seram noctem.* RVDENTVM.] *Ru naturaliter longa est. Persius:* Findor, vt Arcadię pecuaria rudere dicas. *Systolẽ ergo fecit. Ruditus aũt propriè est clamor asinorum, vt Grunnitus porcorũ, ranarũ autem Coax. quæ nomina à sono vocis constat esse composita.* PRÆSEPIBVS.] *caueis, vbi aluntur. nõ enim reuerà præsepia habẽt.* DEA sæua.] *Aut p seuaut herbis potentibus sæua. Circe autem ideò Solis fingitur filia: quia clarissima fuit meretrix: & nihil sole clarius. & hoc ex Homer.* [Greek illegible] *Hæc autẽ libidine suâ, & blanditijs, homines in ferinam vitam ab humanâ deducebat, vt libidini & voluptatibus operã darent: vnde fabulæ datus est locus. Horat.* Sub dominâ meretrice fuisset turpis & excors. IN vultus ac terga ferarũ.] *Corrumpebantur in illis sensus. animus namq; manebat idem. οἱ δὲ συῶν μὲν ἔχον κεφαλὰς, φωνήν τε τρίχας τε, καὶ δέμας· αὐτὰρ νοῦς ἦν ἔμπεδος, ὡς τὸ πάρος περ.* PII paterentur Troës.] *Ergo impij, qui pertulerunt. Impij aũt, propter occisa Solis armenta.* NEPTVNVS ventis impleuit vela secũdis.] *Physice locutus est. motu enim aquæ ventus creatur; vt videmus in bombis organorũ.* PRÆTER vada feruida vexit.] *periculosa nauigantibus. & est τραῦμα.* IN roseis fulgebat lutea bigis.] *Lutea, est crocei coloris: vt,* Croceo mutauit vellera luto. *Vnde multi iungunt,* In roseis, *id est, non rubicundis ne sit contrarium. Tamen secundùm Homerũ dictũ est, q interdũ ῥοδοδάκτυλον auroram, id est, rosei coloris digitos habentem; interdum κροκόπεπλον dicit, id est, crocei coloris circumdatam veste.* CVM venti posuêre.] *cùm ortu diei quieuêre.* Posuêre enim, *est quieuêre. sicut contrà, flantes ferentes dicimus: vt,* Fieret vento mora ne qua ferenti, *id est, flanti.* OMNIS'QVE repentè resedit Flatus.] *Omnis, id est, & qui ripæ est, & qui pelagi, qui Altanus vocatur.* TONSÆ.] *remi, dicti à*

decutiendo

Digitized by Google

decutiendis fluctibus. sicut tonsores, à tondendis & decutiendis capillis. LVCVM Prospicit.] *In quo erat fluminis numen. nam, vt diximus, nunquam lucum sinè religione ponit.* HVNC inter.] *per hunc. Terentius:* Dum rus eo, cœpi egomet mecum inter vias. *Est autem crebra Frontonis elocutio.* AMOENO.] *vmbroso syluis circumdato.* MVLTA flauus arenâ.] *Epitheton proprium. Et sciendum, exitũ Tyberini fluuij naturalem non esse; nisi circa Ostiam, vbi prima Aeneas castra cõstituit. nam aliter non procedit, quod ait:* Murorum in parte sinistrâ Opposuêre aciem: nam dextrà cingitur amni. *Et postea in Laurolauinio castra fecit ingentia; quorum vestigia adhuc videntur.* ASSVETÆ ripis volucres.] *Bono compendio vsus est.* ÆTHERA mulcebant cantu.] *lenibant. corporalia enim sunt elemẽta, vt diximus suprà. non enim mulcetur, nisi quod corporale est. suprà ait:* Totamque infusa per artus. NVNC age.] *Hic est sequentis operis initiũ. ante dicta enim pendent ex superioribus.* ERATO.] *pro Calliope posuit, vel pro qualicũq; Musâ.* QVÆ tempora rerum.] *Quia, vt suprà diximus secundùm Lucretium, tempora nisi ex rebus colligantur, per se nulla sunt.* LATIO antiquo.] *Quia duo sunt, vetus et nouũ: sicut & in iure lectũ est.* EXORDIA pugnæ.] *cerui interitum* ACTOS.] *Aut collectos, aut reuerà compulsos. quod est verisimile, propter illud:* Longâ placidas in pace regebat. TOTAM'QVE sub arma coactam.] *collectam: vt,* Tityre coge pecus. Totam autem, *ὑπερβολικῶς dixit.*

POM. Sabi. VRIT odoratam.] *Quære apud Homerum, in principio libri quinti Odysseæ, de Calypso, in hanc sententiam: Vlysses eam texentem inuenit; focus magno igni fulgebat, odores facilè ardentes cedri & thyi, longè per insulam diffundi. ipsa argutâ inter texẽdum voce, telam aureo percurrens radio, canebat. antrũ florenti circùm syluâ cingebatur. quatuor illic fontes, circùm mollia prata, lilijs & apio amœnissima.* EXAVDIRI gemitus, iræq; leonũ Vincla recusantũ, & serâ sub nocte rudentũ.] *Homer. lib. 10. Vlysses Aeæam venit insulam, in qua loco edito erat Circes domus. montani lupi & leones, quos venenis deceperat, oberrabant: non autem in homines sæuiebant; sed vt canes blandiebantur, illa inter eas domi canebat; texebatq; tenues & pulchras telas, quales dearum. socij Vlyssis, qui illuc accesserant, præter Eurylochum, qui non intrauit, demutati fuêre in porcos.* FERVIDA.] *ad conuersionem formarum retulit.* IN lento.] *tranquillo.* LVCVM.] *vbi Hostia Tybridis fuit. dicit lucũ, vt ostẽdat religionem loci: nam lucus non nisi religiosus est.* AMOENO.] *propter ripas, quæ erant opacæ arboribus.* FLAVVS.] *Horatius flauum Tyberim dicit. & fertur, quia lutosus: lutũ enim flauũ est.* HVNC age.] *Inuocatio ad Musam.* LATIO.] *Latium antiquum & nouum. Latium antiquum, à Tyberi vsq; ad Circeos seruatum est: postea verò dilatatum vsq; ad ostia Lyris amnis; quod spatium implet 800. stadia, id est, 100. millia passuum. in exitu Lyris, Miturnæ colonia; in exitu Tyberis, Hostia, positæ sunt.* REGES.] *Latinum, Turnum, Aeneam, Mezentium.* TYRRHENAM.] *propter Tarcontem.*

VAR. Lect. IN vultus ac terga ferarum.] *Veteres quidam libri,* In voltus & terga, *legũt.* VORTICIBVS rapidis.] *In plerisq; libris sanè quàm vetustis,* Verticibus, *per e scriptũ, obserues.* FLECTERE iter socijs.] *In lib. aliquot antiq.* Socios, *accusatiuo casu legitur.* QVIS Latio antiquo fuerit status.] *In quibusdam antiquis libris,* Fuerat *legitur.*

DON. HINC exaudiri gemitus, ireq; leonum Vincla recusantũ, & serà sub nocte rudentũ: Setigeriq; sues, atq; in presepibus vrsi Sæuire; ac formę magnorum vlulare luporũ; Quos hominũ ex facie, dea sęua, potentibus herbis Induerat Circe in vultus ac terga ferarũ.] *Audiebatur indè gemitus leonũ irascentium; ferarumq; aliarũ indignatio significabatur: non quas natura protulerat, sed quas ex hominibus pessimæ fecerant artes. Ita ergo omnes exagitabat, & sæua cõmotio tenebat. leones, vrsi, atq; apri, sæuiebant, captiuitatis iniuriâ commoti; & lupi, ex causa pari,* A *diris vlulatibus personabant. Postremò, omnes non fiducia naturalis vrgebat; sed factionis violentia. Hos enim* dea sæua, *(cum deæ non conueniret, sectari mala.)* POTENTIBVS herbis Induerat Circe in vultus ac terga ferarũ.] *naturâ pessima, & arte sciẽtiæ deterioris instructa, ex hominibus feras effecerat; cõmutans & sonum vocis, & corporũ formas.* QVÆ ne mõstra pij paterẽtur talia Troes, Delati in portus; neu littora dira subirẽt: Neptunus vẽtis impleuit vela secundis; Atq; fugã dedit, & pręter vada feruida vexit.] *Ne, conuersi in monstra bestiarũ, mutarentur pij Troiani. Ecce dixit formas, proindeq; causam, quâ ab his malis liberari meruerũt. Pij fuerũt, inquit; nec debuerũt illis æquari, qui pro nefarijs actibus eiusmodi supplicia perferebant. Hos tetigit, quos suprà mutatos dixit. de quibus Diomedes etiã locutus est in vndecimo libro sic:* Nunc etiã horribili visu portẽta sequũtur, Et socij amissi petierũt ęthera primi, Fluminibusq; vagãtur aues (heu dira meorũ Supplicia) & scopulos lachrymosis vocibus implent. *Quãta ergo Troianorũ felicitas fuit; vt, quia auræ impulsu leuiore nauigabãt, repentinis ventorũ flatibus, Neptuno iuuãte,* B *per loca aduersa opportunè trãsissent?* IAM'QVE rubescebat radijs mare, & æthere ab alto Aurora in roseis fulgebat lutea bigis.] *Auspicia describũtur, quibus ad Italiã veniẽs Aeneas exceptus est. Apparebat iam, inquit, post noctis decursa spatia, nouæ lucis exortus; cœlũ remotis nubibus purũ; & aurora fulgẽs præcedebat splendidi Solis egressum.* QVVM vẽti posuêre, omnisq; repẽtè resedit Flatus, & in lẽto luctantur marmore tonsę.] *Quasi scirẽt iam, se nõ esse necessarios officio, discesserãt venti; mare ipsum sic repẽtina placiditas statuerat, vt spatiũ, quod supererat, remissione molestâ luctaminis posset excludi.* ATQVE hîc Æneas ingentẽ ex ęquore lucũ Prospicit.] *Facilis esse potuit luci apparẽtis inspectio, ex trãquillo pelagi sereno, et sole surgẽte.* HVNC inter fluuio Tyberinus amœno Verticibus rapidis, & multà flauus arenâ, In mare prorũpit.] *Descriptio luci & fluminis. Inter frondosas, inquit, arbores ferebatur verticibus rapidis, amœno fluuio, Tiberinus. & licèt illum rapta velocitas volueret: apparebat tamen in eo magna prospectus gratia; quòd non cœnũ, sed arenas splendidas trahebat in mare.* VARIÆ circũq; supraq; Assuetæ ripis volucres, & fluminis alueo, Æthera mulcebãt cãtu, lucoq; volabãt.] C *Hilaritas auiũ, populariũ lætitiã significabat. Sic aũt lætus fuit Aeneæ aduentãtis ingressus; vt obsequi viderẽtur elementa; & aues quoq; ipsæ gratulari viderentur.* VARIÆ circũq; supraq; Assuetæ ripis volucres, & fluminis alueo Æthera mulcebãt cantu.] *Mirá celeritate quatuor partes descripsit. quippe* Circùm *significat & dextram, & læuam, à tergo, & antè. Item duas; infrà & suprà. nam* Infrà *ostendit, quod ait,* fluminis alueo: *Suprà,* æthera mulcebant cantu, lucoque volabant. FLECTERE iter socijs, terræque aduertere proras Imperat, & lætus fluuio succedit opaco.] *Cur enim illo tempore non lætaretur; qui factionem Iunonis inimicæ constantiâ & virtute superasset? Cur non lætaretur; visis tot augurijs ac signis futuræ prosperitatis suæ? Cur non lætaretur, periculorum maris omni curâ depositâ?* NVNC age, qui reges, Erato, quæ tempora rerum. Quis Latio antiquo fuerit status, aduena classem, Quum primùm Ausonijs exercitus appulit oris, Expediam.] *Magno consilio, & exquisitis inuentionibus, Aeneæ laudes accumulat. Facit enim noui aduentus eius initium, nouum exordium carminis; vt & errorum & laborum eius alia pars videatur esse, gestorum in Italiâ. Inuocat igitur Musam, poëtarum more; quæ inuocatio vehementer necessaria continet, cum ipsius laudati viri fœlicitate & fortitudine. Debuit quippe posteritas nôsse, qualem Italiæ rempublicam, vel quem statum rex Troianorum inuenerit; qui reges eam, vel sub quo euentu fortunæ, tenuerint;*

vt, cùm

Digitized by Google

A vt, cùm eam demonstrauerit in extremo per id temporis fuisse, victuros ipsos cũ aduenã exercitu tangat; & inde emergat prædicatio eius, cuius virtute simul & facto multò altior & felicior facta est. Sub imagine aũt inuocationis, propositionum tenuit formã; vt in ipso carminis capite lector instructus edisceret, quid omnis ordo fuisset habiturus. Dicit ergo, qui reges, q tẽpora, qui status, quæ exordia exstiterint pugnæ. Sic tamen inuocat, dicẽs, Nunc age: Vt hortari potiùs, quàm iubere videretur. Non enim præceptiuis verbis vti potuit iuxta eam; cuius ob expedienda necessaria quærebat auxiliũ. Quũ verò aduenam dixit Troianorũ exercitũ; intellectũ nobis latissimũ dedit. Pertinet hoc quoq; ad eorũ laudẽ; vt virtute & prosperitate suâ peregrini, in alienis locis, ingenti fultos familiari substãtiã, superauerint. Simulq; etiã illud excusat, quod apud Ilium gestũ est. Qui enim Italiam, opimã substãtiã, & viris armisq; instructam, paruo exercitu & reliquijs Danaûm obtinere potuerunt: possent etiam patriam suã cõgruè defendere; nisi essent factione Iunonis ab effectu opitulationis exclusi. TV vatem, tu diua, mone.] Vates volunt poëtas dici ideò, quia Musarũ sacerdotium profitentur. Etenim vt sunt vates, qui deorum responsa
B ad homines perferunt; ita & istos vates dici conuenit; quòd vt dij per suos, ita per poëtas Musæ, loqui perhibentur. DICAM horrida bella, Dicam acies. actosq; animis in funera reges. Tyrrhenamq; manũ, totamq; sub arma coactam Hesperiam.] Aliam partem propositionis adiunxit, & ipsam fœtam feminibus laudis. tantò enim victoris Aeneæ cumulabatur gloria: quanto coniuratione tot regũ, tot gentium, & totius Italiæ, cõgredientibus ex parte Troianorum paucis, cõstiterit superatam. Interea verba ipsa, in positione cõstituta, repetamus; vt intendamus omnia cũ suis põderibus posita. DICAM, inquit, horrida bella.] Leuia quippe esse non potuerunt, quæ cũ opulentis regibus gesta sunt: nec vnum bellum; sed plura: nec leuia, sed horrida. DICAM acies.] Quando acie cõstitutâ pugnatur; magnâ virtute opus est. comminus enim geritur bellũ. Quãta igitur exstitit Troianorũ virtus in paucis? qui instructas acies hostium, & cõgregatæ multitudinis molẽ, ferre primitus, & dehinc euincere valuerunt? Ecce & hic pluralitate, Acies dixit; vt ostenderet, etiã hoc nõ semel, sed sæpiùs factum. ACTOSQVE animis in funera reges.] Quũ non dicit quos, nec definit quantos; multò plures possumus æstimare, pro voluntate laudantis. ACTOSQVE animis in funera reges.] In sua, non in Troianorũ funera. cùm enim, animis ferocitate exagitatis, in alienum exitium ruerent; sic ipsi, Troianis è diuerso certãtibus, ceciderũt. TYRRHENAMQVE manũ.] Idcircò hic manũ cũ gentis nomine posuit; quòd in bellicis, hunc subiectis, hanc asserunt esse cæteris omnibus fortiorem. TOTAMQVE sub arma coactã Hesperiam.] Generalis ista conclusio, quantum Italorum metum significat exstitisse? qui cùm scirent, paucos esse Troianos; non numerum, sed virorum fortitudinem timuerint.

322 HVNC Fauno & nymphâ genitum Laurẽte Maricâ Accipimus.] Quidam deus est Fatuellus: huius vxor est Fatua. idem sunt Faunus & Fauna. Dicti autem sunt à vaticinando, id est, fando: vnde & Fatuos dicimus, inconsideratè loquẽtes. Ergo Faunæ & Fatuæ nomen, quasi asperum, fugit Poëta; & Maricam dixit vxorem fuisse Fauni; quæ est dea littoris Minturnensiũ, iuxta Lirim fluuium. Horatius: Innantem Maricę littoribus
C tenuisse Lirim. Quòd si voluerimus accipere vxorẽ Fauni

Hesperiam, maior rerum mihi nascitur ordo:
Maius opus moueo. Rex arua Latinus & vrbes,
Iam senior, longâ placidas in pace regebat.
Hunc Fauno & Nymphâ genitũ Laurente Maricâ
Accipimus. Fauno Picus pater: isq; parentem
Te, Saturne, refert: tu sanguinis vltimus author.
Filius huic, fato diuûm, prolesq; virilis
Nulla fuit; primâq; oriens erepta iuuentâ est.
Sola domum & tantas seruabat filia sedes,
Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.
Multi illam magno è Latio, totâq; petebant
Ausoniâ. petit ante alios pulcherrimus omneis
Turnus, auis atauisq; potens; quem regia coniux
Adiungi generum miro properabat amore:
Sed varijs portenta deûm terroribus obstant.
Laurus erat tecti medio in penetralibus altis,

tulit: Totâq; petebant Ausoniâ. PETIT ante alios.] Aut, Ante alios petit; aut certè, Pulcherrimus ante alios. MIRO amore.] nouâ intemperãtiâ. SED varijs terroribus.] Propter apes, & incendium; & oraculum Fauni. PORTENTA.] signa, quæ sunt media: à portendendo. nam & bona & mala sunt portẽta. LAVRVS erat.] Latinus, post mortẽ Lauini fratris, qui Lauinium amplificaret; ab inuẽtã lauro Lauro lauinium appellauit. IN penetralibus.] Penetrale est omnis interior pars domus, licèt sit intecta. vnde laurum fuisse in penetralibus, non est mirum.

Maricam, nõ procedit. Dij enim τοπικοὶ, id est, locales, ad alias regiones nunquam transeunt. Sed potest dictum esse per poëticam licentiam, Laurente Maricâ, cùm sit Minturnensis. Dicunt alij, per Maricam, Venerem intelligi debere: cuius fuit sacellum iuxta Maricam; in quo erat scriptum, ναὸν τῆς Ἀφροδίτης. Sanè Hesiodus, Latinũ, Circes & Vlyssis filium dicit. quod & Vergilius tangit, dicẽdo: Solis auis specimen. Sed quia temporũ ratio non procedit; illud accipiendum est Higini, qui ait, Latinos plures fuisse: vt intelligamus, Poëtam abusũ, vt solet, nominum similitudine. ACCIPIMVS.] Propter varias opiniones hoc adiecit. vt Salust. Vrbem Romam, sicuti ego accepi, condidêre atq; habuêre in initio Troiani. VLTIMVS author.] primus, vt Supremum, summum dicimus: Proh supreme Iuppiter! PRIMAQVE oriens erepta iuuentâ.] Per transitũ tangit historiã. Amata enim duos filios, voluntate patris, Aeneæ spondentes sororem Lauiniam, factione interemit: vnde & Erepta dixit, quasi per vim. Hos alij cæcatos à matre tradunt; postquam, amisso Turno, Lauinia Aeneæ iuncta est. Fato aũt dicit, voluntate. nam Dij id fantur, quod sentiunt; non vt homines, de quibus lectũ: Aliud clausum in pectore, aliud in linguâ promptũ habere. IAM matura viro, iam plenis nubilis annis.] Nõ est iteratio; sed secundùm ius loquutus est; in quo & ex annorum ratione, & ex habitu corporis ætas probatur. Primũ ergo, ad habitũ; secundũ, ad annos pertinet. LATIO.] Latium pars est Ausoniæ. vnde dixit priùs, quod minus est. sicut intecta.

HESPERIAM.] propter Diomedem. REGEBAT.] nam licèt in pace esset exercitus; in armis vigebat. HVNC Fauno.] genus Latini regis. Saturnus genuit Picum; Picus Faunũ; Faunus Daunũ; Daunus Turnũ; Faunus etiã Latinum. POM. Sabi.
LAVRENTE Maricâ.] Maricã ait Põponius fuisse reginã Lyrinatũ: ab eã fortè Maricã syluã, in hostio Lyris amnis, vbi sunt Minturnæ. Vergilius ait esse nymphã, ex quã & Fauno natus est Latinus. alij volũt Latinũ filiũ Herculis, & ab Hercule Fauno regi Aboriginũ cõmendatum: ideò putatũ eius filium. Hesiodus ait, Latinũ filiũ Circes & Vlyssis. Alij volũt, ex Vlysse & Circe natos tres: Telegonũ, Latinũ, & Ausoniũ. Sed omnem dubietatẽ Higynus remouit; cùm ait plures in Latio reges appellatos Latinos. Latinus vnicam filiam habebat. nam duo mares in ipsã adolescentiã interierant; quos volunt quidam fraude Amatæ matris (sic illi erat nomen) in venatione cæsos. Varro sic ait libro sexto: Fauni dei Latinorũ, ita vt Faunus & Fauna sunt in versibus, quos Saturnios vocant. in syluestribus locis traditũ est solitos fari. & etiam ab hoc, id est fando, Fatuus & Fatua: qui idem sunt. Dionysius sic ait: Faunus rex Aboriginum, pronepos Martis: hunc puto fuisse patrẽ Latini. & Vergilius fortè nominis similitudine historiam confudit. VLTIMVS.] primus, ad Saturnum refert. EREPTA.] proles virilis. TVRNVS.] Dauni filius. de hoc suo loco. LAVRVS.] Laurentum, Latini regia, nomen habet à lauro, quæ in medijs ædibus erat; vt alij, in medio foro.

MAIOR

Digitized by Google

DON. MAIOR rerum mihi nascitur ordo; Maius opus moueo.] *Comparationis ratio ex carmine superiori descendit. In hoc enim librorum ordine, actus superioris temporis facilior inuenitur. Plus est quippe quæsitum virtute; quàm fuit illud, quod casibus & vi maiore constabat amissum. Totam verò Italiam coaluisse ad bellum, idcirco asserit vt ostendat, nullum Italorum virum sinè furore mansisse bellandi. His in propositione cum Aeneæ fauore collatis; redit ad ordinem dispositionis suæ; vt rerum textum & ordinem pandat: admixturus alia, vt nihil ex positis transeat.* REX arua Latinus & vrbes, Iam senior, longâ placidas in pace regebat.] *Regebat quidem Latinus Italiam, non virtute, vtpote iam senex; sed longæ pacis succurrente suffragio: proindeq; qui stare non posset, si aliquid aduersi fuisset exortum. Statut igitur regni qualis esse potuerat; cui præsidebat inualidus per ætatem.* HVNC Fauno & nymphâ genitum Laurente Maricâ Accipimus. Fauno Picus pater; isque parentem Te, Saturne, refert, vt sanguinis vltimus auctor.] *Persuaserunt sibi nonnulli, ac propè omnes; quòd inter Latini maiores Saturnus fuerat primus; & ab ipso, per Picum & Faunum, Latini origo profluxerat.* Vltimum, *non nouissimum; sed primum: voluntq; hoc velut exemplo vltimum virum dicere, quem putauerint aliquando laudandum, cùm non ita sit. Nam siquando plurium edicendus est numerus, erit primus, à quo fuerit cœptum: & verè nouissimus, qui posterior fuerit nominatus. Ecce vt hoc loco, si à Saturno inceperit enumeratio, vltimus inuenietur Latinus. non enim hic primus, quasi excellens; aut vltimus, quasi humilis & abiectus; sed primus & nouissimus, in ratione numerorum intelligendum est. Ille quippe, vt dictum est, erit primus, à quo numerus cœperit: ille verò vltimus, ad quem numerorum ipsorum venit facta conclusio. Huic loco addamus exemplum eius, qui scalarum gradus enumerare voluerit. ascendens enim primum faciet, à quo incipit: & nouissimum, qui sit manifestâ ratione superior. aut, si descendens velit numerum recensere, faciet ipsum gradum primum, à quo descensum fuerit auspicatus; & nouissimum, qui ascendenti primus occurrerat. Vltimum ergo sentiemus Saturnum, verè nouissimum. Vergilius enim, cùm Latini originem totam enumerare cœpisset; nouissimum fecit, qui nascendi posteris originem dedit. & reuerâ ille est vltimus, ante quem & post quem nullus est. Talis vltimi exemplum Cicero, & crebrò, in secundo Rhetoricorum, dedit:* Omnium, *inquit,* qui fuerunt ab vltimo principio. *Huius enim nouissimum fixerat gradum. Sed sequentia ostendunt, ad Latinum contextum narrationis esse reuocatum.* FILIVS huic, fato diuûm, prolesque virilis Nulla fuit: primâq; oriens erepta iuuentâ est.] A *Vt enim ante Latinum gradus omnes excussit: post ipsum quoque quid esset, debuit enumerare.* Fato, *inquit,* diuûm, *hoc est, deorum sententiâ, sobolem illi virilis sexus constat esse denegatam: (non quidem, quòd nasci nequiuerit: nam prouenerat nascendo; sed moriendo consumpta est) &, quod maximi doloris esse constabat, tunc intercepta est, quum iam spes eius in ipsis exordijs iuuentæ cœpisset enitescere.* SOLA domum & tantas seruabat filia sedes, Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.] *Deficiente virilis sexus sobole; senis, hoc est, qui iam aliam sperare non posset, sola fuerat filia: ad quam regni potestas, propter infirmitatem fœmineam, transire non posset.* MVLTI illam magno è Latio, totâque petebant Ausoniâ.] *Hanc, propterea quòd esset vnica, & senis filia, spesq; esset regno futuro, sibi vxorem dari, multi nobiles ex omni Italiâ postulauerant. Maiorem quippe procorum numerum, (vt dictum est) fecerat spes maturæ iam, atque vnicæ virginis; regni cupiditas eueniuri; & latitudo agrorum.* PETIT ante alios pulcherrimus omnes Turnus, auis atauisque potens.] *Ante omnes, inquit. non petisse ante omnes intelligendus est* B *Turnus; sed ante omnes pulcherrimus. Eò accedebat, quòd Venere quoq; præstabat, & maioribus regijs, vt regis filiæ multiformi ratione congrueret.* QVEM regia coniunx Adiungi generum miro properabat amore.] *Cùm ille splendore generis, & corporis pulchritudine, petitores cæteros anteiret: Latini vxor, proindeq; virginis mater, talem generum, miro amore, filiæ suæ cupiebat adiungi.* SED varijs portenta deûm terroribus obstant.] *Voluntati & studio matris, ne, quod cupiebat, impleret, obstant dij portentis euidentibus; nuntiantes, quid magis esset pro puellæ commodis curandum. Omnis iste tractatus, atque originis Latini descriptio, & regni status magnus, continuatio quoque totius Italiæ, & vnicæ Latini filiæ petitorum nobilium turba, laudibus Aeneæ nectuntur: ne ignobilem, ne imparem ducturus esse videretur vxorem; vel eam spreuisse vicinos, vel ciues. Laudatur etiam, quòd tantas opes esset superaturus. in quo ipso mirificè poëtæ ingenium valuit: ne, in coniunctione regalis virginis, ipse Aeneas ratione sanguinis videretur inferior. Idcircò & à Latino, vsque ad Saturnum, generis origo dicta est; vt Aeneas idem Latino videretur affinis. A' Saturno* C *enim Faunus; à Fauno Picus; à Pico Latinus; à Latino Lauinia. Idem ex alio generis cursu, à Saturno Iupiter; ab ipso Venus; Aeneas à Venere sanguinis originem traxit. vt ostenderetur par sanguinis meritum: & Aeneas inueniretur potior, robore virtutis, & exercitatione bellandi.*

Sacra comam, multosq; metu seruata per annos.
Quam pater inuentã, primas cùm cōderet arces,
Ipse ferebatur Phœbo sacrâsse Latinus;
Laurentisq; ab eâ nomen posuisse colonis.
Huius apes summum densæ (mirabile dictu)
Stridore ingenti, liquidum trans æthera vectæ,
Obsedêre apicem; & pedibus per mutua nexis,
Examen subitum ramo frondente pependit.
Continuò vates, Externum cernimus, inquit,
Aduentare virum; & partes petere agmen easdẽ
Partibus ex ijsdem, & summâ dominarier arce.
Præterea, castis adolet dum altaria tædis,
Et iuxta genitorem astat Lauinia virgo;
Visa (nefas) longis comprendere crinibus ignem,
Atq; omnem ornatũ flammâ crepitante cremari;
Regalesq; accensa comas, accensa coronam
Insignem gemmis: tùm fumida lumine fuluo
Inuolui, ac totis Vulcanum spargere tectis.
Id verò horrendum ac visu miserabile ferri.
Namq; fore illustrem famâ fatisq; canebant
Ipsam: sed populo magnum protendere bellum.

SER. METV.] *religione, quæ nata est per timorē.* PRIMAS cùm conderet arces.] *Primas, circa laurum scilicet: nam iam ciuitas fuerat.* TRANS æthera.] *Aethera, pro aëra, posuit.* OBSEDERE apicem.] *Verbum oppugnationis est,* obsedêre: *quo vsus signatè, propter bellum futurum.* PER mutua.] *inuicem & est absolutum. Melissus, qui de apibus scripsit, ait:* Duobus pedibus se tenent; & duabus alis se sustinent. VATES.] *diuinus. Per quam autem artem, non dixit; nec nomen eius: sed datur intelligi, coniecturis eum quibusdam dixisse futura.* PARTES petere agmen easdem.] *Intelligimus ab infero mari apes venisse: vnde & Troianos.* Partes *autem* easdem, *summitates rerum petere dicit; sicut apes apicem lauri. Quòd autem in laurum sedêre; ostenditur aduenarum futura victoria.* CASTIS.] *pijs. Et intelligimus, Latinum sacrificâsse iuxtà adstante, Lauiniâ.* NEFAS.] *Absoluta παρένθεσις, & est hypallage.* Cō, rendere crinibus ignem: *cũ ignis crines comprehendat.* FVMIDA.] *in quo fumus est, causa lachrymarum & belli.* VVLCANVM spargere.] *incendium belli significat. His enim duobus hoc ab augurio distat Ascanij: fumo, & aspersione flammarum.*

FAVNI.]

Digitized by Google

At rex sollicitus monstrorum, oracula Fauni
Fatidici genitoris adit; lucosq; sub altâ
Consulit Albuneâ: nemorum quæ maxima sacro
Fonte sonat, sæuamq; exhalat opaca mephitin.
Hinc Italæ gentes, omnisq; Oenotria tellus,
In dubijs responsa petunt. huc dona sacerdos
Quum tulit, & cæsarum ouium sub nocte silenti
Pellibus incubuit stratis, somnosq; petiu t:
Multa modis simulachra videt volitantia miris;
Et varias audit voces, fruiturq; deorum
Colloquio, atq; imis Acheronta affatur Auernis.
Hîc & tùm pater ipse petens responsa Latinus,

A FAVNI.] *Faunus ἀπὸ τῆς φωνῆς dictus est: quòd voce, nō signis, futura ostēdit.* LVCOSQVE.] *Id est, in lucis.* SVB Albuneâ.] *id est, in Albuneâ.* ALTA.] *Quia est in Tiburtinis altissimis montibus. & Albunea dicta est, ab aquæ qualitate, quæ in illo fonte est. vnde etiam nonnulli ipsam Leucotheam volunt. Sciendum sanè, vnum esse nomen fontis & syluæ.* FONTE sacro.] *Nullus enim fons non sacer: propter attributos illis deos, qui fontibus præesse dicuntur.* MEPHITIN.] *Mephitis propriè est terræ putor, qui de aquis nascitur sulphuratis. & est in nemoribus grauior, ex densitate syluarum. Alij Mephitim deum volunt, Leucotheæ connexum: sicut est Veneri Adonis; Dianæ Virbius. Alij Mephitin Iunonem volunt; quam aërem esse constat. nouimus enim, putorem non nisi ex corruptione aëris nasci; sicut etiam bonum odorem de aëre incorrupto. vt sit Mephitis,*
B *dea odoris grauissimi, id est, graue olētis.* HINC Italæ gentes.] *Commendatio oraculi.* OENOTRIA tellus.] *Propriè Sabinorum tractus, ab Oenotrio rege.* INCVBVIT.] *Incubare propriè dicuntur hi, qui dormiunt ad accipienda responsa. vnde est:* Ille incubat Ioui: *id est, dormit in Capitolio, vt responsa possit accipere.* SVB nocte silenti.] *per noctem silentem: id est, per noctis silentium, quum omnes tacēt.* VARIAS audit voces.] *Scilicet propter multa simulachra, petentibus oracula, apparentia.* FRVITVR.] *pascitur. quod de rebus tantùm bonis dicimus.* ACHERONTA affatur Auernis.] *potestates quæ sunt in Acheronte, ad quem per Auernum venitur. Hoc autem ideò: quia Faunus dicitur inferius deus: & congruè. nam nihil est terra inferius, in quâ habitat Faunus. Hinc est quòd eum Horatius inducit nocentem, dicens:* Lenis incedas, abeasq; paruis Aequus alumnis. PATER ipse.] *Aut honoris est: aut reuerâ, propter Lauinium.*

POM. Sabi. PARTES.] *vbi laurus est.* PARTIBVS] *vnde venîre apes.* IGNEM.] *Aliud augurium, ex igne sacrificij, quo visa est inuolui tota Lauinia.* FAMA] *propter Romanos, qui indè habituri erant originem.* FAVNI.] *quia Faunus dicitur*
C *à fando; vel à vaticinando: quia voce respondet. vnde est:* Fauni vatesq; canebant. ALBVNEA.] *Albunea nemus est trans Anienem, cum fonte eiusdem nominis. sed nomen esse videtur, aut ab albâ aquâ; aut à Leucotheâ deâ, quæ ibi præsidebat, & Albunea Latinè dicitur. Huic deæ volunt adhibere Mephitim: vt Dianæ Virbium; Cybeli Atym; Veneri Adonim. Ab alijs Mephitis interpretatur Iuno, id est, aër: quia fœtor ex aëre. Ab alijs dicitur dea fœtoris: ab alijs fœtor terræ. Quidam somniant, locum esse cum pestilenti hiatu: vnde nomen deduci, cum fœtore. Nisi fortè sit Albunea, vbi Albulæ aquæ sunt sulphureæ; de quibus apud Plinium & Strabonem. Odor talium aquarum grauis est. Pomponius, in primo libro carminum Horatij, ait Albuneam esse deam. Probus ait: Albuneam esse Laurentinorum syluam, in quâ erat oraculum Fauni: à quo fana dicta.* ADIT.] *petit.* SVB alta.] *densissima.* ALBVNEA.] *sylua Laurentinorum.* MAXIMA.] *nympha, vel sylua.* AFFATVR.] *dormiendo.* PATER.] *patrem dicit, ab honore.*

VAR. Lect. ET partes petere agmen easdem.] *In Rom. lib. & quibusdam alijs legere est,* Partis petere agmine. Et iuxta genitorem astat Lauinia virgo.] *In antiq. aliquot lib.* Vt iuxta genitorem adstat, *legitur.* AT rex sollicitus monstrorum.] *In nonnullis exempl. legitur,* sollicitus monstris. HVC dona sacerdos Contulit.] *In antiq. lib. duæ sunt partes,* Cùm tulit.

CAEL. Rhod. *Pausanias inquit, existimare se, Amphiaraum interpretatione*

dorum somniorum laude excelluisse. quod, inquit, vel ex co liquet: quoniam, quo tempore in deos est relatus, futurorum cognitionem per somnia constituit. Ad huius item oraculum qui pergit, inquit, purgari primùm oportet. Purgatio autem est, vt deo res sacra peragatur: cui, & omnibus, quorum nomina in arâ sculpta sunt, sacrificant. His peractis, Mactati arietis pellem substerni: atque ita solitos dormire captantes somnij significationes. Ad quod cùm multiscius poëta interim alluderet, ita de Latino scriptum reliquit, lib. Aen. 7.

Pellibus incubuit stratis, somnosq́ petiuit.

Legimus item, Daunijs vel Calabris in more fuisse, pellibus incubare, quas melotas dicunt, id est, ouillas, in Podalirij sepulchro: sicq́ per quietem oraculis instrui.

LAVRVS erat tecti medio in penetralibus altis, DON.
Sacra comam, multosque metu seruata per annos:
Quam pater inuentam, primas cùm conderet arces,
Ipse ferebatur Phœbo sacrâsse Latinus, Laurentisq; ab eâ nomen posuisse colonis.] *Quomodo Turni & Lauiniæ coniunctionem deorum portenta distulerint, cœpit exponi. Arbor, inquit, lauri fuit in penetralibus medijs. Dicit causam, quomodo emersisset, vel cur in penetralibus fuisset seruata. & ait: Sacram habuit comam, & per multos annos custoditam. Intrò enim se protulerat, quum arces primas Latinus erigeret: proindeq; non inanis fuit coniuncturæ suspicio, quòd arbor Lauri, in ipsis penetralibus nullo procurante proueniens, aliquid boni portenderet. Demq; primùm ex eius appellatione Laurentes dixit colonos, hoc est, commanentes. atque vt haberet competentem reuerentiam; hanc conditor Phœbo sacrauerat: quo factum est, vt adulta veneratione creuisset, & tempore.* HVIVS apes summum densæ (mirabile dictu) Stridore ingenti, liquidum trans æthera vectæ, Obsedêre apicem; & pedibus per mutua nexis, Examen subitum ramo frondente pependit.] *Exorto repentè apum signo, quod sinè magna admiratione videri non potuit: suspicio maior exorta est. quod ipsum ex occulto aliqua futura portendebant.* CONTINVO vates, Externum cernimus, inquit, Aduentare virum, & partes petere agmen easdem, Partibus ex ijsdem, & summâ dominarier arce.] *Continuò vates, inquit, cui manifesta hæc erant, quid portenderent, dixit. Non dixit, Virum cernimus, quasi præsentem: sed, quod cernimus, externum virum aduentare significat. Et vt firmaret hanc ipsam coniecturam: addidit, ex eâ parte agmen cum ipso venturum, quâ apes venerant: & summæ arcis dominium retenturum. Ecce de personâ pronunciauit; & ex quâ parte cum agmine ventura esset, ostendit, atque obtenturam in Italiâ summam rerum.* PRAETEREA, castis adolet dum altaria tædis, Et iuxta genitorem adstat Lauinia virgo, Visa (nefas) longis comprendere crinibus ignem, Atque omnem ornatum flammâ crepitante cremari; Regalesque accensa comas, accensa coronam Insignem gemmis: tum fumida lumine fuluo Inuolui, ac totis Vulcanum spargere tectis.] *Licèt superiora, quæ emerserant, miranda omnibus viderentur: hoc tamen vehementer omnes commouebat; quum aduerterent ardere Lauiniæ virginis caput, atque ita incendium per diuersa iactare, vt vicina omnia potuisset accendere* ID verò horrendū, ac visu mirabile ferri.] *illi, scilicet, qui cum vate aderant, quòd spargerentur flammæ, nec quidquam consumeretur incendio, mirabantur.* NAMQVE fore illustrem famâ fatisq; canebant Ipsam; sed populo magnum portendere bellum.] *Vates dicebant,*

Digitized by Google

sentientibus cunctis, magnam ex causâ belli venturam populis esse perniciem; ipsam verò meliorem fore famâ & fatis. Ecce & hoc ad Aeneæ pertinet laudem: quoniam ipse futurus erat Italiæ populis rex; ipsi Lauiniæ honoris collaturus augmenta. Pluralis inductus est numerus, & ipse sinè definitione summæ: vt in plurimorum sententiâ maior esset veritatis authoritas. id est enim in tractatibus firmum, quod probauerint multi. AT rex sollicitus monstrorum, oracula Fauni Fatidici genitoris adit, lucosque sub altâ Consulit Albuneâ, nemorum quæ maxima sacro Fonte sonat, sæuamq; exhalat opaca Mephitin.] *At rex, inquit: non dixit, virginis pater. Publici status, quàm filiæ, potior fuerat causa: licèt ipsius quoque contineretur cura, cuius caput repentè flammauerat. Non enim tunc de suscipiendo tantùm genero agitabatur: sed metus fuerat ex eo, quòd vatei pronuntiâsset, magnam portendi populorum stragem, ipsam tamen futuram potiorem. Non igitur vatis responso contentus, etiam Fauni authoritate certior voluit reddi. Faunus quippe, quòd fatidicus esset & pater, videbatur posse instruere certiùs filium, duplici curâ suspensum: qui cùm iuxta cæteros in respondendo facilis fuerit; benigniorem se in suorum causâ præbiturum dubitari non poterat. Adijt, inquit, rex patrios lucos: hoc est, in quibus ille colebatur, & dabat responsa postulantibus. Hi luci fuerunt sub altâ sylua, quæ dicebatur Albunea: illîc fuerat fons luci, numinibus sacer, sed qui exhalaret miphitim sæuam, i. e. est, odorem grauissimum.* A

HINC Italæ gentes, omnisq; Oenotria tellus, In dubijs responsa petunt.] *Non tellus petebat responsa, sed qui in eâ commorabantur.* In dubijs *dixit, in quibus incerti esse viderentur.* HVC dona sacerdos Quum tulit, & cæsarum ouium sub nocte silenti Pellibus incubuit stratis, somnosq; petiuit: Multa modis simulachra videt volitantia miris, Et varias audit voces, fruiturq; deorum Colloquio, atque imis Acheronta affatur Auernis.] *Morem dixit illius luci, dum dixit; responsa poscuntur, venit sacerdos ad lucum, affert dona, pecudes cædit, & earum stratis pellibus incubuit, ibiq; dormiens futura somniat, & ventura cognoscit: tantumq; alto premitur somno, vt ad instar defuncti hominis iacens, cum ipsis inferis, & cum ipso Acheronte sibi arbitretur esse colloquium. Auditurus enim deos, & fabulas cum numinibus habiturus, humanum sensum debet dormiendo nescire.*

HINC Italæ gentes, omnisq; Oenotria tellus, In dubijs responsa petunt.] *De homine sapientiâ multâ prædito, ad quem consulendi causâ vndiq; concurritur.* ADR. Bat.

B

Centum lanigeras mactabat ritè bidentes:
Atq; harum effultus tergo stratisq; iacebat
Velleribus. subita ex alto vox reddita luco est:
Ne pete connubijs natam sociare Latinis,
O' mea progenies; thalamis neu crede paratis.
Externi venient generi: qui sanguine nostrum
Nomê in astra ferant; quorumq; à stirpe nepotes,
Omnia sub pedibus, quà sol vtrumq; recurrens
Aspicit Oceanum, vertiq; regiq; videbunt.
Hæc responsa patris Fauni, monitusq; silenti
Nocte datos, non ipse suo premit ore Latinus:
Sed circùm latè volitans iam fama per vrbes
Ausonias tulerat, cùm Laomedontia pubes
Gramineo ripæ religauit ab aggere classem.
Aeneas, primiq; duces & pulcher Iülus,
Corpora sub ramis deponunt arboris altæ:
Instituuntq; dapes, & adorea liba per herbas
Subijciunt epulis, (sic Iuppiter ipse monebat)
Et cereale solum pomis agrestibus augent.
Consumptis hîc fortè alijs; vt vertere morsus
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi:
Et violare manu, malisq; audacibus orbem
Fatalis crusti; patulis nec parcere quadris:
Heus, etiam mensas consumimus! inquit Iülus.
Nec plura adludens. ea vox audita laborum
Prima tulit finem: primamq; loquentis ab ore
Eripuit pater; ac stupefactus numine pressit.
Continuò, Salue fatis mihi debita tellus;
Vosq;, ait, ô fidi Troiæ saluete penates.

SER. CENTVM.] *Aut pro qualitate fortunæ: vnde & ritè dixit. aut certè finitus numerus sit pro infinito: i. e. multas.* TERGO.] *Pro tergoribus: id est, corijs.* THALAMIS neu crede paratis.] *propter Turnum.* VENIENT.] *Melius, veniunt: vt iam eos venire significet.* GENERI.] *Plurali, pro singulari vsus est.* A' stirpe.] *Stirpem quum de genere dicimus; tantùm fœminino: quũ de arbore; masculino genere & fœminino inuenitur. Masculino: vt,* Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum: *fœminino: vt Horatius;* Stirpesq; raptas, & pecus, & domos. SVB pedibus.] *sub imperio suo ac potestate.* MONITVS'QVE.] *Alibi* Monita *dixit: vt,* Carmentis Nymphæ monita, & Deus author Apollo. NON ipse suo premit ore Latinus.] *quò à se repelleret generos.* SED circùm latè volitãs.] *τμῆσις est,* Circumuolitans. ADOREA liba.] Ador, *propriè est genus farris:* liba *autem, sunt placentæ de farre & melle & oleo, sacris aptæ.* SVBIICIVNT.] *supponunt in epularum locum.* IPSE.] *Qui per Harpyiam vaticinatus est. vt,* Quæ Phœbo pater omnipotens. ET cereale solum.] Solum *dicit omne, quod aliquid sustinet. vnde de mari suprà ait:* Subtrahitúrq; solum. *& Ouidius primo Metamorphoseon:* Neu regio foret vlla suis animalibus orba, Astra tenent cœleste solum. *Sicut nunc paniciasmẽsas, id est, epularum sustentaculum, solum vocauit.* FORTE alijs.] *Abundat* Fortè. FATALIS crusti.] *Ad negotium respexit Aeneæ: cui hic erat finis laborum.* Crustum *autem, &* Crusta, *neutro dicimus, de his quæ comedi possunt. Horatius:* Vt pueris olim dant crustula blandi Doctores. *Iuuenalis:* Nos colaphum incutimus lambenti crustula seruo. *Fœminino autem genere, fragmenta dicimus, quæ non sunt esui: vt,* Concrescũt subitæ currenti in flumine crustæ. QVADRIS.] *Aut misit. & est ἀντονομασία: nam suprà orbem dixit. Aut* quadris, *fragmentis accipiamus: vt Iuuenalis;* Vt bona summa putes, alienâ viuere quadrâ. ADLVDENS.] *Aut vacat* Ad, *& ludentem significat. aut certè* Adludẽs, *ad responsi fidem verba componens.* LABORVM finem.] *Scilicet maritimorũ. nam in terrâ multa passurus est: vt ait Sibylla;* Sed terræ grauiora manẽt. PRIMAM'QVE loquentis ab ore Eripuit pater.] *Hoc est, ad huc loquente Ascanio, intellexit famem, quam fata prædixerant.* NVMINE pressit.] *oraculi fide, ab Heleno & Anchisâ prædicti. Pressit autem vocem Ascanij: quò posset ipse numina deprecari.* C FATIS mihi debita tellus.] *Bona periphrasis est: ne fatalis diceret; quod est medium. & in precibus nihil esse debet ambiguum.* O' fidi.] *Aeneæ scilicet; & non Troiæ, quam nequiuêre seruare.*

ALTO.] *denso, opacissimo.* SANGVINE.] *affinitate mixtâ.* SOL vtrunque.] *Petronius ait:* Orbem iam totum victor Romanus habebat, Quà mare, quà terras, quà sidus currit vtrunque. *Imperium populi Romani, terminatum cum Oceano occidentis & orientis.* RECVRRENS.] *occidens & oriens.* PREMIT ore.] *Latinus aperuit oraculum.* TVLERAT.] *hæc oracula.* CVM Laomedontia.] *eo tempore, quo Troiani appulêre ad ripas Tyberis.* HERBAM.] *apium: quia in gramine discumbitur.* SVBIICIVNT.] *supposuêre quadras panis dapibus: quòd ingenti fame ipsum panem, qui pro mensâ cibariâ erat, comederunt. & Ascanius,* Mensas consumpsimus, *inquit.* CEREALE solum.] *ex pane stratum.* Solum *dicitur omne, quod aliquid sustinet.* AVGENT.] *accumulant poma.* ADOREA liba.] POM. Sabi.

Digitized by Google

A ba.] *adoreum dicebant antiqui far. Hinc adorare. Detractatione literarum,* ador *dicitur.* ORBEM.] *frusta panis in orbē.* CRVSTI] *ita iubebat fatum.* QVADRIS.] *frustis panis quadratis. Dionysius libro primo ait in hanc sententiam: In agro Laurēte, vbi posuēre sedem, aqua fluebat vsq; ad mare. nūc in cauo loco est scatens fons, sacer soli, cum duabus ædiculis, in quibus Aeneas primùm sacrificauit. & ibi Troiani prandiū supra apium habuēre, strato pane ad munditiem. cùm quidam comedisset ex apio, siue ex pane, filius Aeneæ, vel aliquis ex discumbentibus, clamauit,* Mensam consumpsimus. *quo audito, credidēre finem oraculi, siue Dodonæ accepti, siue Erythrīs in tugurio Sibyllæ. quod fuit: vt occasum versùs nauigarent, vsquequò peruenirent, vbi comederent mensam. Gaudente multitudine cum tripudijs: Aeneas ante aras constitit coronatus, vt sacrificaret.*

PAR. Lect. ATQVE harum effultus.] *In plerisque libris antiquis,* Atque earum *legitur.* EXTERNI veniunt generi.] *In antiq. omnibus exempl. quotquot habui,* Venient *legere est, futuro tempore.* HÆC responsa.] *Sunt lib. antiqui, in quib.* Hæc præcepta *scriptum est.* PER herbas.] *In antiq. plerisq; lib.* Per herbam, *vnitatis numero legitur.* SIC Iuppiter ipse monebat.] *Prisc. agnoscit,* Iuppiter ille: *quæ* B *quidem lectio priùs erat in lib. Mediceo.* ET vertere morsus.] *In plerisq; veteribus libris* Morsum *scriptum.* CONSVMIMVS.] *In Mediceo libro, & aliquot alijs antiquis,* Consumpsimus, *præterito tempore scriptum est.*

CAEL. Rhod. *Illud adijciendum, mensas Troianorum, de quibus est illud Vergilianum,* Heus etiam mensas consumimus, inquit Iülus: *ab Græcis interpretib. tradi selinnas fuisse, id est, apiastras; vel ex panis portionibus prædurīs. Cæterùm quæ mensa est apud Verg. citra N à Varrone dicitur mesa: quia media poneretur, originatione nimirum græcâ.*

DON. HIC & tum pater ipse petens responsa Latinus, Centum lanigeras mactabat rite bidentes, Atque harum effultus tergo stratisq; iacebat Velleribus.] Hic & tum, *inquit: hoc est, hoc loco, atque ipso tempore, quo tot monstra exstiterant in causā filiæ.* PATER ipse petens responsa Latinus.] *ipse pater perrexit ad petenda vel accipienda responsa: non misit alterum, nec adhibuit aliquem sacris. in tantā causā tantum diligentiæ adhibuit: vt curaret vniuersa pro se, nulli habens fidem; plenum exhibens officium patris & regis.* CENTVM lanigeras mactauit ritè biden- C tes.] *multitudine animalium plenæ venerationis, & in negotiō tali, se exhibens largum.* ATQVE harum effultus tergo, stratisq; iacebat Velleribus.] *Ecce quò peruenerat dignitas regis, propter expetitionis effectum! post plumam, post vestes ostro atque auro fulgentes, plebeio more iacuis in pellibus, graui quoq; earum odore contentus.* SVBITA ex alto vox reddita luco est.] *Peractis solennibus, subito ei ex alto luco talis reddita est vox: hoc est, nullā morā interpositā, ex interiore luci parte talis vox exstitit, quæ suspensum instrueret consulentem.* NE pete connubijs natam sociare Latinis, O' mea progenies; thalamis neu crede paratis.] *Sic vt opportunius natam iungas, fili, quæris audire? fuge nuptias, quas ciuis Latinus exposcit: nec transducat sententiam tuam parata matrimonij coniunctio.* EXTERNI venient generi.] *Quasi Italis aut peregrinis pluribus daturus esset filiam suam, ita plurali vsus est numero? non ita est: sed illud intelligendum est, responsa sinè ambiguitate esse non posse. Noli, inquit, ciues sperare, ex quibus virum deligas filiæ: sed peregrinos exspecta: in quorum numero est ille, cui debet rectè tua sociari filia.* QVI sanguine nostrum Nomen in astra ferant, quorumq; à stirpe nepotes Omnia sub pedibus, quà sol vtrumque recurrens Aspicit Oceanum, vertiq; regique videbunt.] *Ecce quantis laudibus extollitur Aeneas: vt ipse condat, quod cumulent posteri sui; quod vsque ad cœlum leuent, & dilatent imperando per omnia quà solis radij siderumq; tendantur.* HÆC responsa patris Fauni, monitusq; silenti Nocte datos, non ipse suo premit ore Latinus: Sed circùm latè volitans iam fama per vrbes Ausonias, tulerat.] *Quid silentio noctis Latinus audisset, nec ipse tacere potuit: & per omnia loca, atque vniuersas vrbes Ausonias, circum tulerat fama. Cur tantum licuit, vt hæc mox vbiq; vulgâsset?* Circùm, *quod dixit, non separatum esse debet, vt iuxtà dixisse videatur: sed quod ratione poēticā diuisum est, colligi debet, & iungi. Non enim possumus dicere, quòd* Circùm *iuxtà sit: cùm poēta dixerit,* Latè volitans iam fama per vrbes Ausonias tulerat. *Vnde* circum *&* tulerat *iungendum est, vt faceret,* Circumtulerat. CVM Laomedontia pubes Gramineo ripæ religauit ab aggere classem.] *Quum hæc agerentur, iam Troiani nauium vincula commendauerant ripæ.* ÆNEAS, primiq; duces, & pulcher Iülus, Corpora sub ramis deponunt arboris altæ: Instituuntq; dapes, & adorea liba per herbam Subijciunt epulis (sic Iuppiter ipse monebat) Et cereale solum pomis agrestibus augent.] *Accubuerunt, inquit, Aeneas & Iülus. Tacuit dignitates ipsorum: sed quum dicit primos illis ad epulas duces adiunctos, ostendit, patrem & filium cæteris fuisse potiores. Parauerunt igitur sese, vt sub altæ arboris ramis caperent cibum. Hunc ex adoreā habuerunt, ad vicem panis. hanc enim illis necessitatem imposuerat Iupiter, qui illis futuram famem per Harpyiam nuntiauerat. & quia panis deerat, qui sufficeret vniuersis, agrestia poma media ingerebantur.* CONSVMPTIS hîc fortè alijs.] *Hoc est, quæ loci qualitas & necessitas dederat.* VT vertere morsus Exiguum in Cererem penuria adegit edendi.] *Tanta fuit penuria: vt, quod mandentibus exciderat, legerent & appeterent morsibus: cùm esset tantâ breuitas; vt dentibus teneri non posset.* ET violare manu, malisq; audacibus orbem Fatalis crusti, patulis nec parcere quadris. Heus etiam mensas consuimus, inquit Iülus.] *Iülus, vbi vidit Troianorum famem illò vsq; perductam, vt hanc sacrilegio extinguere laborarent; ingemuit puer, & ex alto dolorem trahens, ait: Gemenda fortuna nostra est, quæ nos ad egestatem tantam pios religiososq; perduxit, vt, quod venerari soliti sumus, irreuerenter cogamur assumere.* NEC plura alludens. ea vox audita, laborum Prima tulit finem: primamq; loquentis ab ore Eripuit pater, ac stupefactus numine pressit.] *Non perfecit, quod dicebat Ascanius: sed, ne res necessariò dicta verteretur in iocum, vocem eius primam altiùs intellexit pater, ac tenuit; atque in memoriam reuocans prædictam famem; dictum miratus est illius ætatis: & quòd secum aduerterat, puerum cognouisse. quare sic deinde rupit in vocem:* CONTINVO', salue fatis mihi debita tellus, Vosq;, ait, ô fidi Troiæ saluete penates.] *Quum hæc dicit, & nunc salutat fatalem terram, quam olim videre cupiebat: ostendit, se certum non habuisse, quum fluuium fuisset ingressus. Continuò ergo ait, salue terrā fatorum mihi voluntate decreta: saluete dij penates, qui mihi fidem vera pronuntiando seruastis.*

Hîc domus, hęc patria est. genitor mihi talia nāq;
(Nūc repeto) Anchises fatorum arcana reliquit.
Cùm te, nate, fames ignota ad littora vectum
Accisis coget dapibus consumere mensas:
Tùm sperare domos defessus, ibiq; memento
Prima locare manu, moliriq; aggere tecta.
Hæc erat illa fames: hæc nos suprema manebat,

SER. HIC domus.] *Aut familia: vt,* Da propriam Thymbræe domum. *aut ordo est,* Hîc patria, hîc domus. *antè enim patria est, quàm sit domus.* ACCISIS.] *vndiq; concisis & consumptis. & hoc est apud nos* Āc, *quod apud Græcos* ἀμ *& hoc* Accisi, *valde vndique cæsi, id est,* ἀμφίκοποι: *& hoc,* Amsancti valles, *id est, vndiq; sancti.* HÆC erat illa fames.] *Ac si diceret: hoc fuerat timendū periculum, quod peri-*

Exitijs positura modum.
Quare agite, & primo læti cum lumine Solis,
Quæ loca, quiue habeât homines, vbi mœnia gẽtis
Vestigemus; & à portu diuersa petamus.
Nunc pateras libate Ioui; precibusq; vocate
Anchisen genitorem: & vina reponite mensis.
Sic deinde effatus, frondenti tempora ramo
Implicat: & Geniumq; loci, primamq; deorum
Tellurem, Nymphasq;, & adhuc ignota precatur
Flumina: tum noctem, noctisq; orientia signa:
Ideumq; Iouem, Phrygiamq; ex ordine matrem
Inuocat, & duplices Cœloq; Ereboq; parentes.
Hîc pater omnipotens ter cœlo clarus ab alto
Intonuit, radijsq; ardentem lucis & auro,
Ipse manu quatiens ostendit ab æthere nubem.
Deditur hic subitò Troiana per agmina rumor;
Aduenisse diem, quo debita mœnia condant.
Certatim instaurant epulas; atque omine magno
Crateras læti statuunt, & vina coronant.
Postera cùm primâ lustrabat lampade terras
Orta dies; vrbem, & fines, & littora gentis
Diuersi explorant: hæc fontis stagna Numicî
Hunc Tibrim fluuiũ: hîc fortes habitare Latinos.
Tùm satus Anchisâ, delectos ordine ab omni
Centum oratores augûsta ad mœnia regis

cula terminat. HABEANT.] *habitent. Hoc enim frequentatiuum est, ab eo quod est Habeo.* VBI mœnia gentis.] *Laurolauinum significat.* NVNC pateras libate Ioui.] *ab eo quod continet, id quod continetur.* ANCHISEN genitorem.] *Benè Iouem & Anchisen: qui causa oraculi fuerunt.* REPONITE mensis.] *Aut timore verborum Ascanij interrupta renouate. aut* Reponite, *frequenter ponite: id est, crebrò libate & bibite.* TEMPORA ramo implicat.] *Diebus enim festis ita epulabantur coronati.* GENIUM'QVE loci.] *Apollinem vult intelligi: in tutelâ enim eius tota fuerat regio. vt,* Quam pater inuentum primas cùm conderet arces, Ipse ferebatur Phœbo sacrâsse Latinus. *Aliter iniquiũ est, si, cùm omnes inuocet, Apollinem prætermittat: præsertim cùm Helenus dixerit;* Aderitque vocatus Apollo. PRIMAM'QVE deorum.] *Quia ipsa est mater deorum.* NYMPHAS'QVE, & adhuc ignota precatur Flumina.] *Bonum ordinem sequitur. sic alibi:* Nymphæ Laurentes, Nymphæ, genus amnibus vnde est. NOCTEM noctisq; orientia signa.] *Quæ noctem sequuntur: vt nymphas flumina. Inuocat enim sibi coniũcta.* PHRYGIAM'QVE ex ordine matrem.] *Aut contiguè: quia Idæum dixerat Iouem. aut certè ex ordine, id est, more solenni.* ET duplices.] *duos.* Cœlo *autem, Venerem;* Erebo, *Anchisen.* COELO clarus ab alto.] *In serenitate: quod est augurij. nam in nubibus fulminis causa est.* RADIIS & auro.] *radijs aureis.* ARDENTEM nubem.] *Alij fulmen, ardentem nubem dicunt: vt Lucanus;* Atque ardens aëre solo. *quos hoc loco secutus est. Alij dicunt, fulmen esse, aëris scissione ardentem rimam. quos alibi sequitur, dicens:* Ignea rima micans percurrit lumine nimbos. CERTATIM instaurant epulas.] *Hoc est,* Et vina reponite mensis. VINA coronant.] *Pro pateris. vt alibi:* Magnum cratera coronâ Induit. Magno *autem, omine cœlesti dicit. alibi:* Nam te maioribus ire per altum Auspicijs manifesta fides. HÆC fontis stagna Numici.] *Ista iam ab incolis discunt. Quòd autem ait,* Fontis stagna, *verum est. nam* Numicus *ingens antè fluuius fuit; in quo repertum est cadauer Aeneæ, & cõsecratum: pòst paulatim decrescens, in fontem redactus; qui & ipse siccatus est, sacris interceptis. Vestæ enim libari, non nisi de hoc fluuio licebat.* ORDINE ab omni.] *ex omni qualitate dignitatis: quod apud Romanos, in legatione mittendâ, hodièq; seruatur.* AVGVSTA ad mœnia.] *augurio consecrata. hinc paulò pòst:* Tectum augustum, ingens. *Et nisi in augusto loco senatus consilium habere non poterat. vnde templum Vestæ non fuit augurio consecratum: ne illuc conueniret senatus, vbi erant virgines. Nam hæc fuerat regia Numæ Pompilij. Ad atrium autem veste conueniebatur, quod à templo remotum fuerat.*

POM. Sabi. HIC domus.] *vel pro familiâ; vel pro domo.* ACCISIS.] *vndiq; incisis, diuisis.* REPONITE.] *quia propter verba Ascanij turbata erant omnia. nunc significat, iterum ponite.* RAMO.] *lauro coronatus.* GENIVM.] *Apollinem, inquit Dionysius: vbi descendit Aeneas, duo sacella erant Solis. nam illi, qui dicunt intelligi ab eo, Phœbo sacrâsse Latinos,*

erant: quia illic tantummodò de Laurêto intelligitur. A TELLVREM.] *deam terræ: id est, Opim, hoc est, Cybelem genitricem rerum omnium.* IDÆVM.] *in Idâ Cretensi dedicatum.* PHRYGIAM.] *Cybelem.* DVPLICES.] *Duplices erant parentes: cœlo Venus, erebo Anchises.* INTONVIT.] *Quæ probat Iupiter, firmat fulmine. Fulmen gignitur in nube, & in eâ ardet.* AVRO.] *Ignis aureus est.* DEDITVR.] *spargitur.* OMINE.] *tali augurio.* NVMICI.] *Numicus fluuius, in quo submersus fuit Aeneas: è cuius tantùm aquâ libari Vestæ licebat.* HABITARE.] *acceperunt, & retulêre Aeneæ.* AVGVSTA ad mœnia.] *augurio consecrata apum: ideò sancta & religiosa: & quòd mœnia erant in tutelâ Phœbi.* B

VAR. Lect. ACCISIS coget dapibus consumere mensas.] *In libris aliquot antiquis,* Ambesis *legitur.* HÆC nos suprema manebat.] *In Romano libro,* Suprema manebant, *scriptum est.* DEDITVR hic subitò Troiana per agmina rumor.] *In antiquis* Diditur *legitur.* QVO debita mœnia condant.] *In antiq. aliquot libris,* Condent *habetur.* POSTERA cùm primâ.] *Vetera aliqua exemplaria,* Primò *legunt, aduerbialiter.*

DON. HIC domus, hîc patria est.] *Hæc dicta plenâ gratulatione proferebantur, & eâ magis causâ: vt securiores redderet suos, quòd laborandi iam ac nauigãdi necessitas fuisset. Quòd vt magis probaret verum esse; addidit paternæ sententiæ firmitatem, dicens:* GENITOR mihi talia namque (Nunc repeto) Anchises fatorum arcana reliquit.] *Modò mihi, inquit, veniunt in mentem dicta patris mei, quæ mihi ex fatorum arcanis intimauit. dixit enim:* QVVM te, nate, fames ignota ad littora vectum Accisis coget dapibus consumere mensas: Tùm sperare domos defessus, C ibique memento Prima locare manu molirique aggere tecta.] *Quum ad ignota, inquit, perueneris loca, & extremam famem fueris passus; & eam, quæ te cogat etiam sacras mensas inuadere: illîc spera perpetuam requiem; illîc firmissimam sedem: mox denique aggredere fundamentorum cœpta, & institutionem domorum felicibus auspicijs suscipe.* HÆC erat illa fames: hæc nos suprema manebat, Exitijs positura modum.] *Magna confirmatio animorum illorum scilicet, quos iste turbauerat casus. Fames ista, inquit, optanda potiùs fuerat, quàm metuenda. venit enim cum malorum omnium fine, & paruæ necessitatis horrori, & aduersis solitis terminum dedit. Hoc sic positum est: vt signum potiùs videatur esse, quàm pœna. Quis non optaret inediam talem: quæ præterita mala propelleret: & securitatem plenam sponderet in posterum?* QVARE agite, & primo læti cum lumine Solis, Quæ loca, quiue habeant homines; vbi mœnia gentis Vestigemus, & à portu diuersa petamus.] *Securi de perpetuâ requie, mox vt sol crastinus fulserit, hæc agamus. Exploremus primò, quæ loca sint, hoc est, qualia: quíue habeant homines; humani scilicet, an feri, propter nouitatis incerta: vel vbi sint ipsorum hominum mœnia; quò possimus à portu deflectere.* NVNC pateras libate Ioui, precibusque vocate Anchisen genitorem, & vina reponite mensis.] *Interea, antequam diei alterius actus aduenient, hoc vinum fundamus pateris Ioui, vel honorificas preces patri meo; duobus scil-*

A *bus scilicet authoribus signi, per quod securi sumus effecti. nam & qui iussit, & per quem iussa ipsa perlata sunt, in honore maximo primi esse debent. Et vinum mensis reponite: vt potarent in ipsâ lætitiâ, & essent solo interim vino ipso contenti: quoniam panis defuerat.* SIC deinde effatus, frondenti tempora ramo Implicat.] *Cinxit tempora sua ramo frondenti, mox vt hæc dixit. hic aut lætitia fecerat; aut honorum diuinorum solennitas.* ET Geniumque loci, primamque deorum Tellurem, Nymphasque, & adhuc ignota precatur Flumina: tùm noctem noctisque orientia signa, Idæumque Iouem, Phrygiamque ex ordine matrem Inuocat, & duplices cœlóque ereboque parentes.] *Quum multa iniungeret socijs, ipse ab obsequijs deorum vacuus esse non potuit. obsecutus est quippe Genio loci: secundò terræ, ad quam venerat nouus. Dehinc nymphis, propter aquam; vt commoda peregrinis esse potuisset. Flumina quoque licèt adhuc ignota, deprecabatur. Ipsa fuit causa fluminum; ipsa Nympharum.* TVM.] *Hoc est deinde.* NOCTEM, noctisque orientia signa.] *quoniam, die consumpto, ipsa iam fuerant ventura: vt cœlo terrâque propitia haberet, quæ homines venerantur. Iouem quo-*
B *que, patrem deorum, qui in Idâ monte colebatur; & matrem deûm, vocat ex ordine. Semel positum* Ex ordine, *non semel, sed sæpiùs debemus accipere: vt sit,* Cingit lauro tempora ex ordine; *hoc est, non confusè, sed singulatim enumerauit omnes, & omnibus obsecutus est: addens duplices parentes suos, hoc est, duos; Venerem cœlo, Anchisen ab inferis.* HIC pater omnipotens ter cœlo clarus ab alto Intonuit.] *Clarus, aperto fauore auxilia sua significans, accipiendus est.* RADII'SQVE ardentem lucis & auro, Ipse manu quatiens ostendit ab æthere nubem.] *Vsque adeò hilaris signo Iouis fauor apparuit, vt nubes non fusca, nec terrea; sed aureo colore apparuisset: quo signo compertum est mox, Aeneæ preces auditas. Ter autem intonuit: ne, si semel factum fuisset, casus putaretur; sed, quum ter intonuisset, apertis signis monstraretur prosperitas. Factum est ergo sæpiùs, & contra morem naturæ. Mundo, nubibus, cœlo, vna tantùm nubes visa est, & radijs ardens lucis, & auri splendore rutilans: atque ita, vt in ipsâ quoque esset prosperitatis signum.* IPSE manu quatiens ostendit ab æthere nubem.] *ipsam nubem sic Iuppiter demonstrauit, plaudens manu: vt appareret, eum excepisse vota, & gratulatum, quòd Troiani ad Italiam venissent.* DICITVR hîc subitò Troiana per agmina rumor; aduenisse diem, quo debita mœnia condant.] *Rumor repentè exoriens, ad aures omnium magnâ gratulatione peruenit: asserens, venisse tempus & diem, quo dare operam condendis debitis ædificijs possent.* CERTATIM instaurant epulas. *Hoc est, conuiuium reuocant.* ATQVE omine magno Crateras læti statuunt, & vina coronant.] *nouis rebus prospera omnia facientes.* POSTERA cùm primò lustrabat lampade terras Orta dies, vrbem, & fines, & littora gentis Diuersi explorant.] *Cùm verò posterior dies Solis radijs claruisset: successit eorum complendorum cura, quæ superiore luce Aeneas inuestiganda mandauerat. Diuisis igitur celeritatis causâ officijs; quæ perquirerent, consultò partiti sunt: alij vrbem; fines alij; nonnulli commanentes & littora requirentes. tunc renuntiauerunt, stagna Numici illic esse, & Tiberim fluuium, & terras regionis illius fortè Latinos incolere.* TVNC satus Anchisâ delectos ordine ab omni.] *Licèt fatalis terra esse constaret: in officijs primùm rex aduena regem loci credidit aggrediendum. neque eum in superbiam duxit successus ille, qui fatis suffragantibus debebatur. Misit legatos centum placituros & nomine legationis, & numero legatorum: & magis obsequia sua commendans ambitione multorum. Tales autem delegit omni multitudine, hoc est, ex omni multitudine, per electionem separatos; qui legationis ipsius partes congruè complere potuissent. Coronabantur autem omnes olearum ramis: vt visu potiùs, quàm verbis, pacem procul videntibus nuntiarent.*

Ire iubet, ramis velatos Palladis omnes:
Donaq; ferre viro, pacemq; exposcere Teucris.
Haud mora: festinant iussi, rapidisq; feruntur
Passibus. ipse humili designat mœnia fossa,
Moliturq; locum; primasq; in littore sedes,
Castrorum in morem, pinnis atq; aggere cingit.
Iamq; iter emensi, turres ac tecta Latinorum
Ardua cernebant iuuenes, muroq; subibant.
Ante vrbem pueri, & primæuo flore iuuentus,
Exercentur equis, domitantq; in puluere currus:
Aut acreis tendunt arcus; aut lenta lacertis
Spicula contorquent, cursuq; ictuq; lacessunt.
Cùm prouectus æquo longæui regis ad aures
Nuntius, ingenteis ignotâ in veste reportat
Aduenisse viros: ille intra tecta vocari
Imperat, & solio medius consedit auito.
Tectũ augustũ, ingens, centũ sublime columnis,
Vrbe fuit summâ, Laurentis regia Pici;
Horrendum syluis, & relligione parentum.
Hinc sceptra accipere, & primos attollere fasces
Regibus omen erat: hoc illis curia templum:
Hæ sacris sedes epulis: hîc ariete cæso
Perpetuis soliti patres considere mensis.
Quinetiam veterum effigies ex ordine auorum
Antiquâ ex cedro: Italusq;, paterq; Sabinus,
Vitisator, curuam seruans sub imagine falcem;
Saturnusq; senex, Ianiq; bifrontis imago,
Vestibulo astabant: alijq; ab origine reges,
Martia qui ob patriam pugnando vulnera passi.
Multaq; præterea sacris in postibus arma:
Captiui pendent currus, curuæq; secures,
Et cristæ capitum, & portarum ingentia claustra,

SER. FOSSA.] *sulco. & sunt ista reciproca: nam & sulcum ponit pro fossâ: vt,* Ausim vel tenui vitem committere sulco. MOLITVR'QVE locum.] *id est, parat. Aliàs, fa-*
C *bricat: vt,* Et Phrygiæ molimur montibus Idæ. PRIMAS'QVE in littore sedes.] *Quia imperium Lauinium translaturus est. Et sciendum, ciuitatem, quam primò fecit, Troiam dictam, secundùm Catonem & Liuium. quod & ipse docet:* Nec te Troia capit. CASTRORVM in morem.] *Hoc est, breuem.* PINNIS atq; aggere cingit.] *muro, in quo pinnæ sunt. & est συνεκδοχή.* AGGERE.] *fossâ.* IAM'QVE iter emẽsi turres ac tecta Latinorũ.] *Hypermetrus versus.* MVRO'QVE subibant.] *Alij per accusatiuum: vt,* Æneæ subijt mucronem. *& hoc secũdùm naturam est: nam,* It sub mucronem, *dicimus. per datiuũ autem, figuratũ est.* PVERI & primæuo flore iuuentus.] *Bene Romanæ militiæ exprimit morem, nam post pubertatē armis exercebantur, & sextodecimo anno militabant: quo etiam solo sub custodibus agebant. Nec est contrariũ:* Longâ populos in pace regebat. *nam licèt in pace essent: exercitiũ tamen vigebat armorũ.* DOMITANT'QVE in puluere currus.] *equos sub curribus.* ACRES arcus.] *fortes. & est καταχρηστικῶς: nã acrimonia mentis est; non autem inanimatarũ rerum, vt arcuum.* LENTA.] *mollia.* ICTV.] *iaculatione.* INGENTES.] *Ex stupore nuntij laus ostenditur Troianorum. Et bene nouitatis ostendit opiniones: ingentes enim esse, quos primùm vidimus, opinamur.* REPORTAT.] *Aut* Re *vacat: aut apportat, vt* Re *pro* Ad *positũ sit.* INTRA tecta vocari.] *Dissentit hoc loco à Romanâ consuetudiñe. nam legati, si quando incogniti venire nuntiarentur, primò, quid vellent, ab exploratoribus requirebatur: postea ad eos egrediebãtur magistratus minores: & tũc demum Senatus extra vrbẽ postulata noscebat: & ita, si visum fuisset, admittebantur. Sed hoc*

Digitized by Google

Spiculaq́, clypeiq́, ereptaq́ rostra carinis.
Ipse Quirinali lituo, paruâq́ sedebat
Succinctus trabeâ, læuâque ancyle gerebat A

prudenter fecit: Latinum namq; memorem vult esse responsi, & auidum satis ad videdos exter- nos; per quos ei promittebatur felicitas. SOLIO medio consedit.] *Vt suprà diximus, Solium est veluti armarium, de vno ligno, ad regum tutelam factum: secundùm alios, à soliditate dictum: secundùm Asprum, κατ' ἀντίστοιχον, quòd solũ vnum capit; quasi sodium, à sedédò dictum: nam & Sella, quasi seda, dicta est.* TECTVM augustum, ingens.] *Domum, quam suprà diximus in Palatio ab Augusto factam, per transitum laudat: quam commemorat, & quasi in Laurolauinio vult fuisse.* HORRENDVM.] *venerandum: non quòd horrori sit.* HIC sceptra accipere.] *hoc in palatio fiebat.* CVRIA templum.] *Quia, vt diximus suprà, curia non nisi in augurato erat loco.* ARIETE cæso.] *Hoc sacrificium in Ianua Palatij festis diebus fiebat.* PERPETVIS mensis.] *longis ad ordinem exæquatis sedentium: maiores enim nostri sedentes epulabantur: quem morem habuerunt à Laconibus & Cretensibus; vt Varro docet, in libris de gente populi Romani, in quibus dicit quid à quaq; traxerit gente per imitationem.* EX ordine.] *prout sibi successerant. Sanè intelligendum est, ita vt nati fuerant; sic eorum imagines fuisse compositas.* EX cedro.] Quod lignum non *facilè consumitur vetustate. Hoc genus ligni tinea nescit corruptionem: quòd & antiquitatem non sentit. Vnde est Cedria, quæ chartam reseruat. Hinc & Persius:* Et cedro digna locutus. *Aut, Cedri oleo perunctæ: quoniam ligna custodit ac conseruat.* VITISATOR.] *Non inuentor vitis; sed qui genus vitis Italis demonstrauit populis.* SVB imagine falcê.] *Aut statuæ exprimit gestum; vt dicat: Ita tenebat falcem, vt eam sub vultu haberet. aut,* Sub imagine, *sub thecâ dicit, quæ falci similis est.* Quare sub imagine falcem? *cum imagine enim pictus est Saturnus. Soluitur: aut* Sub *pro* In *posuit; aut ipsius quoque falcis non veritas, sed imago, vagina quædam falcis putatur.* SATVRNVS'QVE senex.] *Antiqui reges nomina sibi plerunq; vendicabant deorum. Ergo Saturnus rex fuit Italiæ. nam & suprà ait:* Veterum effigies ex ordine auorum. *& infert:* Alijq́ ab origine reges. *Hinc est, quòd apud Cretam esse dicitur Iouis sepulchrum. Gabalus etiam, Imperator Romanus, Solem se dici voluit: nam Heliogabalus dictum est.* AB origine.] *Pro, Aboriginum reges. sed est metro prohibitus.* PVGNANDO vulnera passi.] *Quasi reges.* SACRIS in postibus.] *vbi spolia cõsecrabantur.* CAPTIVI.] *Pro, captiuorum. nota figura est.* CRISTÆ.] *galeæ. à parte totũ posuit.* EREPTA'QVE rostra carinis.] *Bene de omni genere præliorum spolia illic demonstrat fuisse.* QVIRINALI lituo.] *Lituus est incuruus augurum baculus, quo vtebantur ad designanda cæli spatia: nam manu non licebat. Quirinalem autem ex personâ suâ dixit; qualem postea Quirinus habuit: nam tunc adhuc non fuerat Romulus. Vel Lituus, id est, regium baculum, in quo potestas erat dirimendarum litium.* SVCCINCTVS trabeâ] *Toga est augurum de cocco & purpurâ.* ANCYLE.] *scutum breue. Regnante Numâ, cœlo huiusmodi scutum lapsum est: & data responsa sunt, illic fore summam imperij, vbi illud esset. Quod ne aliquando posset auferri, aut ab hoste agnosci: per Mamurium fabrum multa similia fecerunt: cui & diem consecrauerunt, quo pellem virgis feriunt ad artis similitudinem. Dicimus autem, hoc Ancyle, & hæ Ancylia. Ancyliorum verò, vsurpauit Horatius:* Ancyliorum & nominis & togæ Oblitus.

POM. Sabi.

DONA.] *accepta è Troiâ.* MOENIA.] *Aeneas ponit vrbem, quam appellauit Troiam: vt scribunt omnes, qui de originibus loquuntur.* PINNIS.] *Summa mœnium & vallorum vocantur pinnæ, quòd pinnæ in summis galeis sunt. Aggeres, ab aggerendo, id est, cumulando. Oppidũ, ab ope: quòd opis causâ munitur locus: aut ab operâ. Mœnia à muniendo, u conuerso in œ: vt, punio pœna. Muri, quasi mœri: œ in u. Varro ait: Oppida condebantur in Latio, Etrusco ritu, iunctis bubus, id est, tauro & vaccâ. interiore aratro circumagebant sulcum. hoc faciebant religionis causâ, die auspicato; vt fossâ & muro essent munita. Terram, vnde exemerant, fossam vocabant; & introrsum factã, murũ: postea, quod fiebat orbis, vrbis principiũ erat.* DOMITAM'QVE in puluere.] *Morem bonum militandi exprimit. Boni milites in castris pubescunt, & sub galeâ primam lanuginem vident. quod de Romanis Silius libro secundo Belli Punici scribit. Bene exprimit labores tyronum. Tyrones dicuntur noui milites. Antiqui, aut dorso equorum, aut turribus insidebant.* AVITO.] *propter honorem.* TECTVM augustum.] *templum Apollinis, ab Augusto in Palatio positum, describit. vnde per similitudinem hoc dicit. Mos fuit apud antiquos, in templis cogere senatum, & audire legatos. ideò nunc Latinus in templo consedit. Curia, à curis. Templum, à contemplando.* EX ordine.] *Mos fuit, vt Vergilius & Silius ostendunt de templo constructo à Didone, ponere in talibus locis imagines antiquorum.* CEDRO.] *Cedrus Iunipero non dissimilis est: folio distat. Est & Cedrus Lycia, & Phœnicia. in alterâ, folium durum, acutum, & spinosum, oxycedrus dicitur: in alterâ, mollius. vtraque nodosa. Iuniperus breui pu-* B *trescit: cedrus vetustatem non sentit. fructus eius odoratus, pulcher, suauis: semen cupresso simile. simulachra deorum ex eâ fiunt. Romæ cedrinus est Ianus, Seleuciâ aduectus. Cedrino oleo peruncta, vetustatem non sentiunt.* ITALVS.] *Italia dicta est à Saturni pronepote, Italo; qui imperium inter Neptiinum sinum & Scyllaceum tenuit. fuit tamen genere Oenotrius. Sabinus, pro Sabo ponitur à Vergilio: is enim nomen Sabinis dedit. Silius lib 8,*

—— pars sanctum voce canebant
Autorem gentis; pars laudes ore ferebat,
Sabe, tuas: qui de proprio cognomine primus
Dixisti populos magnâ ditione Sabinos.

Sabinos etiam dictos aiunt, quasi Seuinos, à cultu deorum. σέβειν, colere est. Sabini existimantur ab alijs gens indigena, & aborigenes: è quibus aiunt ortos Picenos Samnitas, quos vocamus Sabellos. indè Lacones se miscuêre Sabinis; vt dicemus in fine libri. Sabinus ager, à bonitate olei & fertilitate nomen habet. Ego etiam puto, Sabinum ostendisse suis vitem serere. Portius Cato ait; Sabinos à Sabino dictos. Fabius author est; Romanos cœpisse ditari, subactis Sabinis. SATVRNVS hinc.] *vt Silius: In principio Saturnus in Italiâ serere triticum docuit:* C *ideò pingitur cum falce.* IANI'QVE.] *Ianus, antiquissimus Italiæ rex, cum Camese dimicauit: à quo regio Camesena; & ab Iano, Ianiculum. sic tradit Higynus. Solertiâ præteritorum & futurorum, bifrons dictus. Aliqui eum fecêre quadrifontem, à quatuor anni temporibus. Dicemus postea latiùs. In numismatibus argenteis, Ianus biceps cõspicitur ex vno latere; altero, nauis Saturni, quæ significat illius aduẽtũ in Italiã. Hæc numismata nunc in manibus habentur. Ianus dictus, quasi Hianus, ab hiando, id est, aperiendo: vel quasi Eanus, ab eundo. Saturnus, aut à satione: aut quasi satur annis, à vetustate.* ABORIGINE.] *in versu non potuit dicere* Aboriginum: *sed debemus intelligere. Aborigenes dicuntur primi cultores, quasi sinè origine, ac si essent terrâ geniti: de quibus dicemus loco suo. Reges Aboriginum memorantur apud Higynum.* SECVRES.] *propter triumphos.* QVIRINALI lituo.] *Lituus genus est buccinæ incuruæ. eâ qui cecinerit, dicitur liticen. Ennius:* Indè loci lituus sonitus effundit acutos. *Lituus etiam incuruum baculum auguris, quo vtebatur ad designanda cæli spatia.* QVIRINALI.] *Martiali. Antiqui Quirinum Martem dicebant.* TRABEA.] *genus vestis purpureæ, quâ Romulus vsus est.* ANCYLE.] *dicitur ex omni parte excisum, id est, cæsum. Breue scutum est, è cœlo lapsum, imperante Numâ Pompilio. Mamurius faber plura ad huius imaginem fecit: ne illud cæleste posset transferri. diebus sacris Salij per vrbem ferunt.*

TVRRES

Digitized by Google

A VAR. LECT. TVRRES ac tecta Latinorum.] *In libris nonnullis admodum vetustis,* Turres ac tecta Latini, *legitur.* MVRO'QVE subibant.] *In Romano libro,* Muros, *per accusatiuũ est.* CV'M prouectus equo.] *In libris omnibus antiquis, quotquot habui, vno exemplo legitur,* Præuectus. *Est & vbi, loco particulæ* Cùm, *scriptum sit* Tum. VRBE fuit mediâ.] *Veteres libri nonnuli, vnà cùm Mediceo,* Summâ; *nonnuli* Mediâ *legunt.* HINC sceptra accipere.] *In antiquis plerisque libris,* Hîc sceptra accipere, *legitur.* HÆ sacris sedes epulis.] *In Romano libro,* Hæc, *vnitatis numero legitur. In reliquis plurale est. In Mediceo,* Sacræ sedes. ANTIQVA ex cedro.] *In veteribus libris, quos legerim,* Antiquâ è cedro, *absque x literâ legitur. In alijs, absq; vllâ ppositione,* Antiquâ cedro: *vt in Mediceo habetur.* MARTIA qui ob patriã.] *In Romano libro,* Martiaq; *legitur.*

CAEL. RHOD. *Stibas denique, à Cyprijs etiam bunos dicitur. quanquam in montibus conditæ vrbes Buni appellentur: quoniam voce eã Græcis collis indicatur. Sed & cespitibus surrectas aras ita vocant. Sedilia item discumbentium videtur spondas nuncupâsse Vergilius, cùm de Didone ita scribit:*

——Aulæis iam se regina superbit
B *Aurea composuit spondâ.*

Phyllada in Philoctete vocat Sophocles, lectum ex folijs. Sed & coronam eodem modo alibi. Legimus in historiâ, Fœminas cum viris cubantibus sedentes cœnitâsse. Lectisternio præterea Iouis, ipse in lectulum, Iuno & Minerua in sellas, ad cœnam inuitabantur. Nec me fallit, Seruium grammaticum scribere, Maiores nostros sedentes epulari solitos, eum'q; morem habuisse à Laconibus & Cretensibus: sicuti, inquit, Varro docet, in libris De gente populi Rom. & proinde Vergilium ita scripsisse:

Hæ sacris sedes epulis: hic ariete cæso,
Perpetuis soliti patres considere mensis.

DON. DONA'QVE ferre viro.] *Ne sinè munere esset legationis officium.* PACEM'QVE exposcere Teucris.] *Et oblatis muneribus pacem Teucris necessariam postularent: ne quis eos putaret venisse violenter.* HAVD mora; festinant iussi.] *Sic in celeritate explicandorum mandatorum, & iubẽtis authoritas, & obsequendi studium probabatur.* Quod non *solùm ostendebatur in facto: verùmetiam in ipsâ properatione cumulabatur.* RAPIDIS'QVE feruntur Passibus.] *Non tantùm studio complendi agressi sunt peragendi munus: sed iter quoq; ipsum festinanter gressibus agitabant. Celeres* C *gressus fuerunt ideò: vt optata maturiùs prouenirent.* IPSE humili designat mœnia fossâ.] *Hæc legatis agentibus: non putauit Aeneas differenda operum cœpta; donec responsum referret missa legatio. Gerebat enim fatorum fiduciam: quæ illi ipsarum terrarum dominium dederant.* Ipse humili designat mœnia fossâ: *hoc est, non magnæ altitudinis futura mœnia designabat manu suâ. hoc enim vel vota condentis, vel auspicia exigebant.* MOLITV'RQVE locum.] *Hoc est, disponit.* PRIMAS'QVE in littore sedes Castrorum in morem pinnis atque aggere cingit.] *In Auspicijs constituendorum mœnium tale genus operis collocauit, quod defensionem sponderet conditoribus suis.* IAM'QVE iter emensi, turres, ac tecta Latinorum Ardua cernebant iuuenes, muroq; subibant.] *Cùm hæc ageret Aeneas, iam legati sic confecerant iter: vt viderent Latinorum turres, & domorum tecta. Turres viderunt primò; quòd altiores fuerunt: quum verò propiores efficerentur, viderunt & domorum tecta.* MVRO'QVE subibant.] *Hoc est, ad ipsum murum iam cœperant peruenire. Describitur iam veterum incolarum mos, studiumq; bellandi. multis enim locis poëta asseruit, asperam esse bellis Italiam, & ad arma facilè properantem. Denique, vt vnum de multis demus exemplum:* Non illum, *inquit,* nobis genitrix pulcherrima talẽ Promisit, Graiûmq; ideò bis vindicat armis: Sed fore, qui grauidã imperijs belloq; frementem Italiam regeret. *Idcirco hoc loco virilem Italorum sexum ostendit, iam indè à pueris studio exerceri virtutis. deniq; sic ait:* ANTE vrbem pueri, & primæuo flore iuuentus Exercentur equis, domitantq; in puluere currus.] *Exercebantur equis: aut eorum dorso repositi; aut habenas retinentes in curru.* In puluere, *inquit: quia illîc iuncta animalia meliùs domantur, vbi difficilior tractus est.* AVT acres tendunt arcus; aut lenta lacertis Spicula contorquent.] *Alij mittendis sagittis operam dabant: alij, vt hastilia mitterent, meditando discebãt.* CVRSV'QVE ictuq; lacessunt.] *prouocabant se alij, vt cursu contenderent, aut ictu. Ictum possumus intelligere: non vt ferirent se inuicem, sed vt destinata percuterent. Hæc omnia certaminum genera, idcirco vsu & exercitatione discebant: vt veris bellis & veræ dimicationi proficerent. Pueros dixit & iuuenes his studijs fuisse intentos. Ex omnibus igitur, quæ iuuenes, quæ pueri gererent.* CV'M prouectus equo longæui regis ad aures Nuntius, ingentes ignotâ in veste reportat Aduenisse viros.] *Fuit occasio, vt ex illis, qui equis exercebantur, prouectus equo, hoc est, ante legatos ad regem vectus, nuntiaret, viros venisse ingentes, & ignotâ veste. & quia turbatus repentino conspectu, pro qualitate animi sui nuntiabat, quæ viderat: nuntiabat eos esse vltra humanam formam. eò accedebat & terror, ex vestium specie ignotâ descendens.* ILLE intra tecta vocari Imperat, & solio medius cõsedit auito.] *Sedit regio more, & eos tecta iussit intrare.* TECTVM augustum, ingens, centum sublime columnis Vrbe fuit summâ, Laurentis regia Pici, Horrendum syluis, & relligione parentum.] *Describitur domus Latini: vt in eâ ostendatur genus eius cucurrisse per reges, vt laus ipsa Aeneæ laudationi proficiat. In ipsâ, vt dictum est, domus descriptione adijcitur felicitas generis: dum imaginum, dum statuarum series recensetur. Domus igitur fuit admirabili magnitudine, & pulchritudine satis egregiâ, vrbi summæ & regali dignitati conueniens. Huius decus augebat numerus columnarum centum: quibus vecta in altitudinẽ sublimior ferebatur.* LAVRENTIS regia Pici.] *Laus eiusdem domus, & à personâ domini veteris sumebat augmentum. fuit enim Pici Laurentis: ne fortè exsisteret Pici alterius nomen, & ex similitudine nominum cõfusio nasceretur. Vt in primo libro positũ scimus;* Ornatus Argiuę Helenę: *vt si esset alia, ostenderetur ipsa regionis signo, & monstraretur quæ esset. Quũ autem nominat tectũ: intelligendũ est solum. Interim describit vestibulũ: vt ex qualitate triumphalis ingressus, qualia fuerint reliqua, colligi posset. Illîc non picturæ fuerant turpiũ fabularum, nec adulteria, vel illiciti amores impressi; non alienæ palmæ vel gloriæ.* HORRENDVM syluis, & relligione parentũ.] *Syluarũ densitas, vmbra nemorũ, & originaliũ parentũ imagines, addebant tremorẽ loco: vt sinè reuerentiâ videri non posset.* HIC sceptra accipere, & primos attolere fasces Regibus omen erat; hoc illis curia templũ: Hæ sacris sedes epulis: hîc ariete cæso, Perpetuis soliti patres cõsidere mensis.] *Ecce propter quam causam dixit tectũ augustũ: vel quia domus fuit regũ; vel quia reges ipsi illîc regnãdi auspicia sortiebãtur: illîc omnẽ suscipiebant potestatẽ; atq; illîc primùm fasces erigebãt. Tantâ autẽ incolarũ religione suspiciebatur: vt hæc illis esset curia, hoc templum: & in hoc sacra cõniuia exercerentur.* Perpetuis mensis *dixit, in longũ cõpositis, & digestis. Descriptũ est vestibulũ domus, & morum cõsuetudo signata. & pars propositionis; quũ dixit,* horrendũ religione patrum: *& narrat specialiter, qui fuerint in illo ingressu parentes Latini.* QVINETIAM veterum effigies ex ordine auorum Antiquâ ex cedro.] Ex ordine *intelligendũ est ita: vt nati fuerant, sic eorũ imagines fuisse compositas.* ANTIQVA ex cedro.] *aut ex cedro factæ: quia hoc genus ligni tineam nescit, corruptionemq; ex antiquitate non sentit. aut cedri oleo perunctæ: quoniam ligna custodit ac seruat.* ITALVS'QVE, paterq; Sabinus, Vitisator.] *Hoc signũ meruit, quòd multas vites instituit in Italiâ.* CVRVAM seruãs sub imagine falcẽ.] Seruãs falcẽ, *hoc est,*

perpetuam tenent. Sub imagine, sic accipiendum: quod sic eam teneret, vt eius visu semper delectaretur, vtpote amator vitium, quarum culturam omnem putatio falcis inuenit. Sub imagine ergo, sub oculis imaginis suæ tantùm, quoniam mox sequitur: SATVRNVS'QVE senex.] Ecce patefecit, quid sit, sub imagine seruans falcem. sic enim sub imaginis oculis fuit, vt ferentis aspectibus semper esset obiecta. Curuam cur dixerit, manifestum est: sic enim formatur. erecta quippe aliam speciem facit. IANI'QVE bifrontis imago, Vestibulo astabant.] Vna, inquit, Iani statua fuit: sed duas habuit frontes; proindeq; facies duas: vnam præ se, alteram præ dorso. ALII'QVE ab origine reges.] Speciali enumeratione ad generalitatem se conuertit, compendio referendi vsus: & illa causâ vel maximè, vt augeret maiorem Latini numerum. in generalitate enim infinita æstimatio est, & plus intelligitur, quàm veritas habet. MARTIA'QVE ob patriam pugnando vulnera passi.] Tantam gloriam assecutæ horum virorum statuæ illic fuerunt: vt pro patriâ, hoc est, pro tuendâ libertate, vel augendâ Republicâ suâ, & pugnâsse eos sæpè, & vulnera pugnantes excepisse, dubitari non posset. MVLTA'QVE præterea sacris in postibus arma.] Indicia autem virtutis ipsorum, rapta hostibus spolia testabantur, infixa postibus, vel in triumphis reposita, quid singuli gessissent, apertiùs indicabant. Describuntur eadem ipsa hoc modo. CAPTIVI pendent currus.] Currus inter arma principaliter posuit; quòd fuerunt aduersi hostibus. Armorum enim significationes, & multas Vergilius posuit, & diuersas. proinde pro armis habetur, quicquid hostem expugnare possit. CVRVÆ'QVE secures, Et cristæ capitum, & portarum ingentia claustra.] Omnia sinè modo vel numero posuit: vt plus arbitretur vnusquisq;, quàm fuit. Ne verò, in expugnatione ciuitatum atq; portarum, leue quiddam videretur effectum. Ingentia, inquit, claustra: vt aspectu ostenderent, quantũ laboris fuisset impensum, vt subtraherentur. SPICVLA'QVE, clypeiq; ereptaq; rostra carinis.] Quibus apparebat, illos non tantùm terrestribus bellis; verùmetiam naualibus prælijs certauisse: & his quoq; extitisse victores. QVIRINALI lituo paruâq; sedebat Succinctus trabeâ, læuâq; ancyle gerebat Picus, equũ domitor.] Ipse Picus, domitor equorũ proindeq; studio equitãdi præstans, sedebat, ferẽs in dextrâ lituũ, i.e. regum baculũ, in quo potestas esset dirimendarũ litiũ: & paruâ trabeâ succinctus. aut verè paruâ; quia extant tales: aut non magni precij; quoniam apud veteres ambitiosi cultus non fuerunt. Læuâ verò gestans ancyle: quod esse fertur scuti breuioris nomen. B

SER. AVREA coniunx.] nam aliter non constat versus. & auream per Ironiã dixit. Coniunx verò, non quæ erat; sed quæ esse cupiebat. vt, Quos ego sum toties iam dedignata maritos. Fabula talis est. Picum amauit Pomona, dea pomorũ; & eius volentis est sortita coniugium. postea Circe, eum cùm amaret, & sperneretur, irata, eũ in auem picum martium conuertit. nam altera est pica. Hoc autem ideò fingitur: quia augur fuit; & domi habuit picum, per quem futura noscebat. quod & pontificales indicant libri. Bene autem ei suprà lituũ dedit: quod est augurum proprium. nam ancyle, & trabea, communia sunt cum Diali vel Martiali sacerdote. PLACIDO prior edidit oro.] Bene Placido. Legatorum enim fuerat, vt ipsi antè loquerentur. sicut in Secũdo: Vltrò flens ipse videbar Compellare virum. DICITE Dardanidæ.] Aut ex veste eos Troianos esse cognoscit, quæ erat propria gentium singularum: aut κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus, famam, quæ eos venire prænunciauerat, eandem etiam Troianos esse dixisse. vnde infert: Auditique aduertitis æquore classem. Dardanidæ autem: ac si diceret, cognati. SIVE errore viæ, seu tempestatibus acti.] Duo quærit. si voluntate venistis; quid petitis? si necessitate, tempestas vos an error aduexit? VADA cerula.] Cæruleum est viride cum nigro. vt est mare. QVALIA multa.] Ad duo respexit: errorem & necessitatẽ. PORTV'QVE sedetis.] Antè enim pro portu

Pic⁹, equûm domitor: quẽ capta cupidine coniũx
Aurea percussum virgâ, versumq; venenis,
Fecit auem Circe, sparsitq; coloribus alas.
Tali intùs templo diuûm, patriâq; Latinus
Sede sedens, Teucros ad sese in tecta vocauit:
Atque hæc ingressis placido prior edidit ore.
Dicite Dardanidæ (neq; enim nescimus & vrbẽ,
Et genus; auditiq; aduertitis æquore cursus)
Quid petitis? quæ causa rates, aut cuius egenteis
Littus ad Ausonium tot per vada cærula vexit?
Siue errore viæ, seu tempestatibus acti,
(Qualia multa mari nautæ patiuntur in alto)
Fluminis intrastis ripas, portuq; sedetis.
Ne fugite hospitium; neue ignorate Latinos,
Saturni gentem, haud vinclo, nec legibus æquã,
Sponte suâ veterisq; dei se more tenentem.
Atq; equidem memini (fama est obscurior annis)
Auruncos ita ferre senes: his ortus vt agris
Dardanus Idæas Phrygiæ penetrauit ad vrbes,
Threiciamq; Samũ, quę nũc Samothracia fertur:
Hinc illum Coriti Tyrrhenâ ab sede profectum,
Aurea nunc solio stellantis regia cœli
Accipit, & numerum diuorum altaribus auget.
Dixerat: & dicta Ilioneus sic voce secutus.
Rex, genus egregium Fauni: nec fluctibus actos
Atra subegit hyems vestris succedere terris;
Nec sidus regione viæ, littúsue fefellit.
Consilio hanc omnes animisq; volẽtibus vrbem
Afferimur; pulsi regnis, quæ maxima quondam
Extremo veniens sol aspiciebat olympo.
Ab Ioue principiũ generis; Ioue Dardana pubes
Gaudet auo: rex ipse Iouis de gente supremâ,
Troïus Aeneas, tua nos ad limina misit.
Quanta per Idæos sæuis effusa Mycenis
Tempestas ierit campos; quibus actus vterque
Europæ atq; Asiæ fatis concurrerit orbis,
Audijt: & si quem tellus extrema refuso
Submouet oceano; & si quem extenta plagarum
Quattuor in medio dirimit plaga Solis iniqui.
Diluuio ex illo, tot vasta per æquora vecti,
Dijs sedem exiguam patrijs, litusq; rogamus
Innocuũ, & cunctis vndamq; auramq; patentem.

erat illic exitus fluminis. NE fugite.] ne fugiatis. NE'VE ignorate Latinos.] ignoretis. SATVRNI gentem.] Laus generis. SPONTE suâ veterisq; dei se more tenentẽ.] Xenocratis est: qui quũ primus scholã aperuisset, (quòd antea in porticibus de philosophiâ tractaretur) & interrogatus esset, quid præstare posset discipulis suis: respondit; Vt id voluntate faciant, quod alij iure coguntur. VETERIS.] antiqui. ac si diceret: aurei seculi imagine viuimus. FAMA est obscurior annis.] Ac si diceret: nisi esset, iam vos sciretis. AVRVNCOS ita ferre senes.] Apud veteres historiæ hoc genus fuit: vt maiores natu anteacta posteris indicarent. quod hic indicat locus. Lucanus apertiùs, quũ esset de Antæo narraturus, ait: Cognita per multos docuit rudis incola patres. Aurunci verò, Italiæ populi antiquissimi fuerunt. Ferre autem, quasi cum ostentatione iactare. DARDANVS.] Iupiter cũ Electrâ, Atlantis filia, Coriti regis Italiæ vxore, cõcubuit. sed ex Iouis semine, natus est Dardanus: ex Coriti, Iasius. Dardanus profectus ad Phrygiã, Iliũ condidit: Iasius verò Thraciã tenuit, vbi est Samos, quã & Samothraciã nominauit. nam Iunonis alia est Samos insula. quanquã ciuitas Thraciæ, quæ est in Cephaleniâ, Same dicitur. Vnde postea, cùm responsum esset, Antiquam exquirite matrem; & Aeneas italiam peteret: profectus ad Thraciam, Samothracas deos sustulit, & pertulit secum, propter ori- C

A per originem matris. IDÆAS Phrygiæ.] Quia erant Idæ & Cretæ, addidit Phrygiæ, ad discretionem. CORITI.] Oppidum & mons, dictus à rege Corito, patre Dardani. AVREA nunc.] Quomodo dicit illum in cœlo esse, si apud inferos hunc vidit Aeneas? ait enim: Ilusq; Assaracusque & Troiæ Dardanus author. Soluitur: quod tribus tria reddidit: animam cœlo, corpus terræ, umbram inferis. ADDIT.] auget, adiectione scilicet nominis sui. VOCE secutus.] plerunque enim consentimus & taciti. REX.] Conciliatio ab honore: indè à genere. SVCCEDERE terris.] Vt, Succedoq; oneri. NEC sidus.] aspectu siderum. nam tempestatem suprà dixit. VRBEM afferimur.] Ad urbem ferimur. EXTREMO veniens.] primo. nam aliàs Rediens diceret; non Veniens. DARDANA pubes Gaudet auo rex ipse Iouis.] generis origine. nam auus non est Troianorum Iupiter, sed Aeneæ solius, per Venerem. QVANTA per Idæos.] Ad illud respexit: Auditiq; aduertitis æquore cursum. Id est: non mirum te audisse, quæ vniuersus orbis agnouit. TEMPESTAS.] vis bellorũ. ACTVS.] collisus. FATIS.] Per transitum, & excusat Troianos; & Græcorum laudem minuit. TELLVS extrema.] Vt est Britannia, &
B omnium insularum Oceani. Refuso autem refluo: vt indicat Lucan. Quaque iacet littus dubium, quod terra fretumq; Vendicat alternis vicibus, quum funditur ingens Oceanus, vel quum refugis se fluctibus aufert. & est hoc Homeri: αὐτὰρ ἐπεὶ ποταμοῖο λίπεν ῥόον ὠκεανοῖο νηῦς, ἀπὸ δ' ἵκετο κῦμα θαλάσσης εὐρυπόροιο. EXTENTA plagarum.] Audierunt etiam illi, qui separantur zonâ eâ, quæ est in medio quatuor, id est feruens. significat autẽ Antipodas. INIQVI.] intemperati, vel ardentis. DILVVIO ex illo.] ex illâ vastitate. Alij hic distinguunt, & mutant sensum: vt sit, Quos dirimit plaga solis ardentis, ex quo mundus est constitutus: hoc est, ex quo chaos esse desijt. TOT.] pro multa. DIIS sedem exiguam patrijs.] Pia & verecunda petitio. LITTVS'QVE rogamus Innocuum.] Non quòd nulli noceat: sed quòd vindicatum nulli possit nocere. aliter serpentes innocuos dicimus. CVNCTIS vndamq; auramq; patentem.] ista enim communia sunt.

POM. Lib. PICVS.] Picum ab Circe vxore in auem conuersus. SEDE sedens.] aut veste cognouit, aut famâ, eos venisse. ET vrbem.] antiqui solebant petere primùm de patriâ & genere, postea de aduentu. NESCIMVS.] sed scimus patriam & genus.
C AVDITI'QVE.] audiuimus vos aduertisse cursum ab æquore. VEXIT.] quæ causa. NEC legibus.] id est, non vi & lege coactam; sed sponte æquam ac benignam. DEI.] Saturni, sub quo omnia sponte viuebant. ARVNCOS.] Auruncam antiquissimam Italiæ urbem fuisse, in monumentis suis Pompeius reliquit: eamq; posuisse dicit Ausonem, Vlyssis & Calypsus filium; à quo ausonia denominata. ORTVS Dardanus.] Electra, Atlantis filia, ex Coritho, rege Ethruriæ, peperit Iasium: ex Ioue, Dardanum & Hermionem, quam duxit Cadmus, & filiã Veneris & Iouis. Vt alij volunt, Iasius Cybelem duxit: ex quâ genuit Corybanthum. Volunt quidam, ex Iasio & Cerere natum Plutonem. Corybanthus duxit Theben, filiam Cilicis; qui Lyram Mercurij transtulit Lyrnessum, ab Achille raptam. Corybanthus initiandi morem ostendit, initiatosq; nomine suo appellabat. Dardanus duxit Chrysem, Pallantis filiam: vnde nati Idæus & Dimas, qui regnauère in Arcadiâ. nam Dionysius ait, Atlantem fuisse regem Arcadiæ. Diodorus ait, Dardanum & Iasium natos in Samo insulâ: quæ appellata fuit à Samo, Mercurij filio, & Rheæ nymphæ Cyllenidos: indè aduentu colonorum Thracum Samothrace dicta, id est, Samothracia. Mortuo Iasio, Dardanus & Corybanthus petière Phrygiam. Dardanus, defunctâ Chryse, duxit Bacheam, filiam Teucri, cui successit. Latini pro certo habent, Dardanum è Corintho profectum Samothracen; & è Samothrace in Phrygiam. Panodemus dicit, ex Atticâ profectum Dardanum. dubia est historia. Dionysius, regnâsse Dimantem & Idæum vsque ad diluuium in Arcadiâ, dicit: & fulmine ictum Iasium: & ex Idæo Dardani, nominatam Idam Phrygiæ. Alij dicunt, nomen habuisse ab Idâ Cretæ: quia Teucrus Cretensis fuit. Argonautæ è Samothrace initiandi modum sumpsère. AVGET.] Dardanus deificatus. FAVNI.] Faunus, vt ait Trogus libro 43. filius fuit Saturni: quo imperante, Euander in Italiam venit. Fauno vxor Fatua fuit, vaticinatrix. vnde adhuc, qui diuinant, fatuari dicuntur. Ex fauni filiâ & Hercule, genitus Latinus, sub quo Aeneas Latio appulit, & filiam Lauiniam duxit vxorem. SIDVS.] aut quia hespero nauigauère, id est, venère: vel sidus pro aspectu siderum, vel pro arcto. PLAGA Solis.] Sub torridâ zonâ, quoniam locus infimus est, putant Antipodas esse. Quinq; sunt zonæ, de quibus diximus in Georgicis. Torrida zona in medio est.

TALI intus templo diuûm, patriàque Latinus.] In antiquis nonnullis exemplaribus legere est, Tali intus temploque deum, patriàque. Alij habent, Tali intus diuûm templo, vt in Mediceo est. QVALIA multa mari nautæ patiuntur in alto.] Veteres aliquot libri, Qualia sæpe mari, legunt. VETERIS'QVE dei se more tenentem.] Sunt veteres libri, in quibus Ferentem, pro Tenentem, scriptum inuenias. AVRVNCOS ita ferre senes.] In libris aliquot antiquis, Auricomos positum est. IDÆAS Phrygiæ penetrauit.] In Romano libro, & quibusdam alijs, Penetrarit legitur. ACCIPIT, & numerum diuorum altaribus auget.] In nonnullis antiquis libris, Addit legitur. VESTRIS succedere terris.] Sunt & qui Tectis legant. CONCVRRERIT orbis.] In Romano libro, Concurreret habetur. AVDIIT, & si quem tellus.] In Romano libro, Si quam legitur. VAR. Lect.

QVEM capta cupidine coniunx Aurea percussum virgâ, versumq; venenis Fecit auem Circe, sparsitq; coloribus alas.] Circe, inquit, cùm haberet hunc maritum, malignitate ducta detestabilis scientiæ suæ, virgâ aureâ percussit: & ex viro tam nobili, tantarumq; gloriarum, auem fecit, gestantem in pennis varietatem colorum, ad indicium coniugis suæ. Quòd ait, Aurea, & coniugi aptari potest: vt sit locus cum vituperatione, quæ græcâ linguâ ἀφορμία dicitur, vt alio loco: Erepta interea coniunx. vel, Virga aurea, (vt iam dictum est) quâ illa in magicis vtebatur; & cuius ille indicia habebat. Hoc non sinè magnâ vituperatione positum est; nec sinè dolentis affectu: tantum virum, tantarumq; gloriarum, tantiq; generis, sceleratæ vxoris artibus in auem esse conuersum. TALI intùs templo diuûm, patriàque Latinus Sede sedens, Teucros ad se intra tecta vocari Imperat.] Intra tecta, dixit, quæ descripta non sunt: ex vestibuli enim qualitate, intelligi potest interior domus. Certè tectum dixit primò; cùm vnum domus describeret membrum, nunc pluraliter posuit tecta, vt ostenderet, iam se de interioribus loqui. ET solio medius consedit auito.] In mediâ sellâ, quâ vsi sunt maiores eius, sedit. ATQVE hæc ingressis placido prior edidit ore.] Vidit homines, & ex ipsâ qualitate vestitus, cuius gentis essent, euidenter agnouit: & his plurimum concessit, vt primi verba facerent: facilem enim se & beneuolum præbuit. DICITE Dardanidæ.] Suprà dixit: Nuntius ingentes ignotâ in veste reportat Aduenisse viros. & reuerâ, si ætates considerentur eorum, qui ante vrbem per ludũ bellicis certaminibus exercebantur, potuerunt & famâ mirari hominũ, & nescire qui essent. Non enim vestiũ primò verè genus poterant nôsse, vt Troianos esse proferrent, sed vbi ad Latinum ventũ est, hominẽ longæuũ atq; prudẽtem, & vsu in omnibus instructũ, & is eorũ habitum vidit: continuò sciuit esse Troianos. Ideoq; sic cœpit: Dicite Dardanidæ. Verùm ne Troiani mirarentur, nomẽ suæ gentis à Latino prolatũ, addidit: Neq; enim nescimus & vrbẽ. Et genus. Superfluũ.n. ei visũ est, quærere, quod vidẽdo cognouerat. Si non posset intelligere ex habitu homines: diceret: qui estis, aut vnde? DON.

Omissa

Digitized by Google

Omissa sunt igitur ista & in compendio posita sunt. opinionem enim habuit maximam Troia, cùm floreret felicitas eius; & de aduersis facta omnibus fuerat notior. Illud tantùm, quod necessariò fuerat requirendum, subdidit: AVDITI'QVE aduertitis æquore cursum.] Dicit, Auditi: vt demonstraret, se ab aliquo audiuisse, vnde venissent Troiani. QVID petitis?] Intellexerat enim, eos aliquid velle postulare. QVÆ causa rates?] Quæsiuit causam, quâ factum est, vt, remotis regionibus cæteris, ad Italiam venissent. AVT cuius egentes Littus ad Ausonium tot per vada cærula vexit?] At cuius rei egentes tantùm laborem suscepistis? Vt autem euidentiorem faceret interrogationem suam; hæc annexuit. SIVE errore viæ.] Via pelagi, non in vndis, sed in cælo est. Deniq; quum nubes obducuntur, nec videntur sidera, nauta fertur, non quò scit aut instituit tendere, sed quò duxerint venti. vt ipse alio loco Vergilius ait: Ipse diem noctemque negat discernere cœlo, Nec meminisse viæ mediâ Palinurus in vndâ. SEV tempestatibus acti: Qualia multa mari nautæ patiuntur in alto.] Noui, inquit, non solùm tempestates, sed & multa alia, nautis accidere, quum in alto sunt pelago. Compleuit interrogationum textum: incipit iam prosequi ea, quibus offert beneuolentiam, atque petitionem aliquam, securos efficiens. FLVMINIS intrastis ripas, portuque sedetis: Ne fugite hospitium.] Nec reprehendit, quod Troiani fecerant authoritate suâ: & aliud obtulit, quod excederet hospitium littoris. Quòd, inquit, ripa vos fluminis tenet, & portus; venite potiùs, & hospitio nostro iungimini. Hospitij significatio, & domus habitationem tenet, & gratiam iungendæ amicitiæ. Vtrumq; igitur Latinum obtulisse, manifestum est in eo, quod dixit: Ne fugite hospitiū, néue ignorate Latinos. Addidit suam & suorum suorum laudem, vt optimorum se amicitias intelligerent sortituros. NEVE ignorate Latinos: Saturni gẽtem, haud vinclo nec legibus æquam; Sponte suâ veterisq; dei se more tenentem.] Debetis, inquit, nôsse Latinorum Saturniam gentem, non metu legum, sed naturâ mansuetam. cùm ipse dixisset; quid petitis? præuenit eorum postulatum; & vltrò obtulit, quod sperabat petituros. Melius enim fuit, sponte ingerere, quod poscentibus non fuerat negaturus: in eo ipso cumulans beneficium; vt eorum amicitiam offerret, qui à Saturno genus & originem ducerent. ATQVE equidem memini, (fama est obscuriòr annis) Auruncos ita ferre senes.] Veterem satis memoriam replicat, non tantùm sibi vitio antiquitatis obscuram; verùmetiam Auruncis senibus tenuiter notam: qui referre consueßent, quæ sequũtur. His ortus vt agris Dardanus Ideas Phrygiæ penetrauit ad vrbes, Threïciamq; Samum, quæ nunc Samothracia fertur. HINC illum Coriti Tyrrhenâ à sede profectũ, Aurea nũc solio stellantis regia cœli Accipit, & numerum diuorum altaribus auget.] Omnibus modis astruens beneuolentiam suam, multis generibus ostendit, eos habere debere fiduciam præsumendi: adeò vt asserat, inter Troianos & Italos nullum generis esse discrimen. Licèt obruerit, inquit, longa temporum series veritatem: nouatur tamen cum relationibus senum. transit deinde ad posteros. Auruncis quippe (vt memini) referentibus, habeo cõpertum, Dardanum in his genitum terris, profectum esse ad Phrygiam, indè isse ad Threïciam Samum, quæ posterioribus seculis Samothracia dicta est: à Corito verò ad cœlum esse sublatum, & merito illustris vitæ relatum inter deos. Vndè cœpit, indè conduxit dictionem suam. nam incipiens, dixit: Dicite Dardanidæ. Et quod clausum inter initia fuit, apperuit in fine: vt Troiani non tantùm de nouâ amicitiæ coniunctione, verùmetiam de affinitatis fiduciâ gloriarentur. DIXERAT, & dicta Ilioneus sic voce secutus.] Licèt ille interrogationem suam releuauerit, offerendo Troianis, quæ fuerant petituri: tamen respondẽdum omnibus fuit. Idcirco Ilioneus hæc post Latini dicta prosecutus est. & quia principiorum solennitas non adeò necessaria videbatur, in eâ causâ, in quâ Latinus ipse beneuolũ se demõstrauerat, & plus, quàm optari potuisset,

A

iam sponte contulerat: tamen non intermisit principiorum formam; nec in totum prosecutus est. ait enim: REX, genus egregium Fauni.] Hoc est enim principium, quod est breuissimum, si verba considerentur: si verò bonitatem ipsius intellectus placeat considerare, inueniemus latè diffusum. Rex, inquit. à fortunâ sumpta laudatio. quid enim felicius eo, qui teneat regnum; qui populos regat: qui condat leges; in cuius inuolumnitate costituatur omnium salus; qui redundet diuitijs, & qui omni honore atque autoritate præcellat? GENVS egregium.] plus esse voluit, nobilem nasci, quàm fieri. Faunus, inquit, elegit vnum de omnibus Latini patribus, cuius nomen insereret laudi: licèt, nominando genus egregium omnium, omnes eius tetigerit retrò maiores; ipsumq; Faunum, qui fuit ex ipsis. Forsitan quæretur; vnde Ilioneus, recèns veniens ad Italiam, genus Latini tam citò nôsse potuerat? mirandum non est, id facilè nôsse potuisse; quod ingresso domum regis in ipso vestibulo constat ingestum. Incipit, post principiorum breuitatem, quæsita narrare: sed non eo ordine, quo sunt proposita. in quo nullum est vitium. in his enim hoc quæritur; vt omnibus tunc rogatis occurrat. NEC fluctibus actos Atra subegit hyems vestris succedere tectis, Nec sidus regione viæ littúsue fefellit.] Quàm citò & quàm breuiter totum dixit! Venientes ad te, inquit, nec vis maior tempestatum, nec impetus maris inuitos impulit; neque error induxit. CONSILIO hanc omnes animisque volentibus vrbem Afferimur.] Voluntate potiùs nostrâ, & vno omnium consilio, communiq; tractatu, ad hanc vrbem sumus aduecti. PVLSI regnis, quæ maxima quondam Extremo veniẽs sol aspiciebat olympo.] Non potuit altitudinis mœnium melius instar ostendere. sol enim cùm exoritur, & adhuc in exordio mundi est, proindeq; in humili, nihil videt primò, nihil contingit; nisi quod altissimum fuerit. Dixit laudem mœnium ciuitatis suæ, quæ fuerant, quum incolumia perdurabant: venit ad hominum prædicationem, quæ commendationis, non iactantiæ causâ interposita est: simul vt affinitatem Latini cum suâ suorumq; monstraret esse coniunctam; proindeq; ab eo alienos non esse, qui rogarent. Quod ipsum non frustra prosequebatur apud eum, qui omnem vetustatis ordinem nôsset, vsque adeò, vt seriem rerum Latinum docentem ante momentum audisset. AB Ioue principium generis.] Plus Ilioneus dixit, quàm Latinus. Latinus quippe dixit; Dardanum, ex Italiâ genitum, dedisse originem Teucris. Ilioneus verò ait: Iupiter nostri autor est generis. quod adeò laudabile fuit; vt hoc iterum repetisset, dicẽs: Ioue Dardana pubes Gaudet auo. Ecce & tertiò: Rex ipse Iouis degente supremâ. Confirmãdæ veritatis causâ, eandẽ rem non semel, sed secundò & tertiò repetiuit: nominans Iouẽ, quo nullus potior esset. Iupiter, inquit, caput est generis nostri. Ecce nõ recusat Dardanũ, sed posterioris hunc tẽporis dixit: & non à Dardano cœpisse Troianorũ genus, sed à Ioue, qui esset dijs omnibus notior. Deniq; addidit, Ioue auo gaudet posteritas Dardani: quẽ Latinus dixerat ex Italiâ profectũ ad Troiam. Et quia in omni genere Troianorum nullus potior fuit: solũ eũ frequenter nominat; de cæteris tacet. & immoratur in nomine Dardani, quẽ Latinus veterũ fabulis recognitũ habuisse testatus est: sed strictim transit. Quum verò venisset ad nomẽ regis sui, quẽ proculdubio cæteris meliorẽ debuit demõstrare, ait: REX ipse Iouis de gẽte supremâ.] Supremã sic dixit, quomodo ait: Tu sanguinis vltimus autor. vt enumeratione maiorũ ipse videatur in fine. Proximiorẽ tamẽ dixit Aeneã Ioui, quàm cæteros: quoniã Iouis nepos fuit. TROIVS Aeneas tua nos ad limina misit.] Debuit hoc loco subiungi causa, propter quã missi fuerat: sed causam causæ primò subiecit; vt, procuratâ miseratione, faciliùs, quod optabat, eligeret. Idcirco dilatâ petitione subnexuit: QVANTA per Idæos sæuis effusa Mycenis Tempestas ierit campos; quibus actus vterq; Europæ atq; Asiæ fatis cõcurrerit orbis, Audijt; & siquẽ tellus extrema refuso

A fuso Submouet Oceano, & siquem extenta plagarũ Quattuor in medio dirimit plaga Solis iniqui.] Quæ calamitas oppresserit Troiam, ex ordine fuerat referendum: vt posset ex duris aduersisq; moueri miseratio. sed remouendæ fuerant moræ: vt maturè posset effectus legationis impleri. Vtramque igitur temperat partem: vt tangat hæc; nec tamen in ipsis diutiùs commoretur: vsus compendio relationis, & eo, quo maiorem miserationis moueret affectum. quicquid enim non tacet fama, & quod ad cœli partes, & vltra Oceanum profertur, constat esse firmissimum. Bona quippe, vel aduersa, pro qualitate suâ habent famam: & magis mala, quàm bona. Ait igitur Ilioneus: Quid repetam nostrorum malorum cõtextum: cùm tempestatis illius violentiam, acerbitatemq; infandam, famâ referente, confidam tuis auribus cognitam? cùm ad hanc partem, ad finem quoque mundi, & vltra siderum metas, credam peruenisse? Clades tamen ipsas ex eo metire: & quid emerserit, confligentibus duabus orbis partibus, Asiâ scilicet & Europâ. DILVVIO ex illo.] Non dixit, bello; sed diluuio. Bello quidem confecto aliquid superat, quod superioris temporis initia monstrando testatur: post diluuium verò, nihil remanet; sed, quicquid inuenit, tollit. TOT vasta per æquora
B vecti.] Post calamitatem grauissimam, belli deterior nos casus excepit. nam sensimus maria, & grauia, & longa: nec vnius tantùm, sed plurimorum littorum, loca nouimus. Ecce necessariam miserationem! quis enim non doleret de iis, quos ex superiore imperij culmine sæuiens fortuna deiecit? Dehinc mirâ poscendi arte ipsam petitionem inducit: ostendens, negandam non esse; facilem verò commodamq; præstanti quod in orationibus suasorijs necessarium est, quoties aliquid postulamus. DIIS, inquit, sedem exiguam patrijs.] Ecce & modicum quid petit; & dijs concedi postulat sedem, hoc est, templum. (vbicunque enim deorum simulachra fuerint, templum est) & ostendit, sacrilegium esse, si illis sedes, vel maximè exigua, denegetur. Quantâ laude talis petitor dignus? Quantum pius & religiosus inuenitur: qui, omissâ hominum interim causâ, dijs primitùs, quos secum Aeneas aduexerat, desiderat prouideri? Si tamen agendi artem consideremus in vnâ petitione, inueniemus & alteram. Quum enim dicitur, deos esse patrios: quis numinibus tribuat sedem, cultore despecto? Vnde eò res redit: vt, deorum factâ commemoratione, etiam hominibus sedes latenter postulata videatur. Illud tamen, quod ad homines pertinebat, nec onerosum fuit; nec aliquâ ratione difficile. LITTVS'QVE rogamus Innocuum, & cũctis vndamq; auramq; patentem.] Quid tam humanum, & tam simplex, morari velle in littore; nullius molestiam pati; nullum onerare præsentiâ peregrini: vti aurâ, quâ omnibus præstitit rerũ natura cõmunem: & habere aquæ perennis copiã, quæ nescit detrimenta, cùm tollitur de sinu fontis, aut decursu fluminis rapitur?

ADR. Bar. Ab Ioue principium generis.] Locus in hominem se iactantem natalium splendore.

Non erimus regno indecores: nec vestra feretur
Fama leuis, tantiq; abolescet gratia facti:
Nec Troiam Ausonios gremio excepisse pigebit.
Fata per Aeneæ iuro, dextramq; potentem,
Siue fide, seu quis bello est expertus & armis:
Multi nos populi, multæ (ne temne, quòd vltrò
Præferimus manibus vittas, ac verba precátum)
Et petière sibi, & voluère adiungere gentes.
Sed nos fata deûm, vestras exquirere terras,
Imperijs egère suis. hinc Dardanus ortus,
Huc repetit: iussisq; ingentibus vrget Apollo
Tyrrhenũ ad Tibrim, & fontis vada sacra Numici.
Dat tibi præterea fortunæ parua prioris
Munera, relliquias Troiâ ex ardente receptas.
Hoc pater Anchises auro libabat ad aras:
Hoc Priami gestamen erat, cùm iura vocatis
More daret populis; sceptrumque, sacerq; tiaras,
Iliadumq; labor, vestes.
Talibus Ilionei dictis, defixa Latinus
Obtutu tenet ora; soloq; immobilis hæret:
Intentos voluens oculos. nec purpura regem

SER. INDECORES.] Decus, décoris facit: Decor, decôris. sed hic Indecor dicimus: hic Indecus, non possumus dicere. vnde Indecores, cùm co breuis sit, aut systole est: aut certè dicimus, nominatiuum non inueniri, vt in multis nominibus fit: (nam Indecus lectum non est) quod & melius est. nam systole sinè exemplis fieri nõ debet. Verecundè autẽ hoc dicit, suâ coniunctione etiam ornari Italos. ABOLESCET.] abolebitur. & vsus est inchoatiuâ formâ, cũ opus nõ esset. TROIAM.]
C Id est, Troianos. FATA per Aeneæ iuro.] Quæ iam nouit Latinus: oraculo scil. Fauni, per quod audit; Externi veniunt generi. SIVE fide, seu quis bello est expertus & armis.] In His enim dextra comprobatur; fide & virtute. VITTAS.] Quæ religabantur ad ramum. Alibi: Et vittâ comptos voluit prætẽdere ramos. HINC Dardanus ortus Huc repetit.] Id est, Aeneas, qui & Dardanus vocabatur; vt diximus suprà. & bene repetit, non petit; quasi ad sua. INGENTIBVS.] Delijs, quæ magna constat fuisse. FORTVNÆ parua prioris.] Bene medium tenuit. nam, ne laudare videretur, ait Parua: ne deformare, (nam durum est aliquid ab infelicibus accipere) ait, Fortunę prioris. HOC pater Anchises auro libabat ad aras.] pateram significat. HOC Priami gestamen erat.] Diadema dicit. nam sceptrũ dicturus est. SACER'QVE tiaras.] Pileum Phrygium dicit. & sciendum, hic Tiaras per vsurpationem dictum: nam hæc Tiara dicimus. Meliùs ergo Iuuenalis: Et Phrygiâ vestitur bucca tiarâ. OBTVTV tenet ora.] Ordo est: Latinus defixa tenet ora: & obtutu, id est, intuitu, solo hæret immobilis. INTENTOS voluens oculos.] Cogitantis est gestus. sic de Bocco Sallustius: Vultu & oculis pariter atque animo varius.

POM. Sabb. INDECORES.] hic & hæc Indecor. TEMNE.] procontemne: quòd vltrò petimus pacem & præferimus ramos olearum cum vittis. AD Tibrim.] Tiberis labitur ex Apennino Etruriæ. MVNERA.] dona missa ab Aeneâ ad Latinum. HOC auro.] cratere aurato. SACER'QVE tiaras.] tiaras tegmen capitis, quo vtebãtur Assyrij, reges Troianorũ. PVRPVRA.] vestis purpurea. Vestis purpurea regia erat.

VAR. Lect. BELLO est expertus.] In Mediceo, absque verbo Est legitur. VITTAS ac verba precantum.] In libris plerisque veteribus legere est, vel Et, vel Ac verba precantia. In aliquot verò alijs inemendatè, Proferimus manibus, vittasq; precantia verba. IMPERIIS egêre suis.] In libris aliquot antiquis, Cogêre legitur.

DON. NON erimus regno indecores.] Superbum & arrogãs fuit, dicere; Ornabit te societas nostra. temperauit dictum, & ait: Non tales sumus, vt pudeat in amicitiam suscepisse Troianos. NEC vestra feretur Fama leuis] nec pro leui ducimur; quicquid in præsenti præstiteris. TANTIVE abolescet gratia facti.] Aut istiusmodi factum aliqua ex nostris sensibus deterget obliuio. NEC Troiã Ausonios gremio excepisse pigebit.] Gratulabuntur Ausonij, nos sibi amicitiæ fœderibus esse cõiunctos. Hoc genere commodius fore, generaliter spondet: specialitas enim, si definiret futuri temporis spem, fieret leuior. In infinito verò promisso plus sentitur, quàm potest exhiberi. Post multa, quæ suadenter locutus est, adhibet iusiurandum cum laude regis sui, dicens: FATA per Aeneę iuro, dextramq; potentẽ, Siue fide, seu quis bello est expertus, & armis.] Laudat quoq; eius fidẽ: quæ vel maximè negotio nouæ amicitiæ, & firmitatis fœderis, fuerat necessaria. Ecce addit aliud, quod ostendat concedendi necessitatem; & meritũ petẽtium cumulet. dicit enim: MVLTI nos populi, multæ (ne temne, quòd vltrò Præferimus manibus vittas, ac

Digitized by Google

tas, ac verba precantum) Et petière ſibi & voluère adiūngere gentes.] Multi populi rogauerunt nos, volentes ſibi adiungi ſocietatem noſtram. nec dixit, qui; nec dixit, quanti: vt, quod afferebat, extolleret. Multum hic ſuſpendenda pronuntiatio eſt: quoniam interpoſuit rem neceſſariam. & ne contemnas, inquit, perſonas ſupplicum: quia vltrò venimus, preces tibi fundentes. rogauerunt enim nos multæ gentes, & voluerunt nos multi populi ſibi coniungi. Tractatus hic magnus eſt: vt incredibile fiat, quod non poterat credi. Gentes enim plures, pluvimi populi, quos nulla quærendorum auxiliorum neceſſitas cogeret, quando poterant aliorum adminiculum quærere: niſi quia muniri fortiore manu, & meliore acceſſu ornari, cupiebant? Vnde, quia potuit dici: ſi rogati eſtis, cur non eſt factum, quod petebamini; & ſupplices nunc eſſe maluiſtis? huic parti mox occurrit, dicens: SED nos fata deûm, veſtras exquirere terras Imperijs egère ſuis.] Dimiſimus, inquit, compendium noſtrum, & commodum remanendi; & rogantes non ſpreuimus: ſed deorum iuſſa, quibus ad has terras agebamur, præponenda credidimus. Hæc dicendo, nonnullum metum ingerit audienti: ne auderet negare, quod promiſerant numina. HINC Dardanus ortus, Huc repetit.] Nec nos, inquit, huc exiſtimes nouos veniſſe; ſed Dardanum remeâſſe cum ſuis: nec incognita petere; ſed repetere originem noſtram. IVSSISQVE ingentibus vrget Apollu Tyrrhenum ad Tibrim, & fontis vada ſacra Numici.] Apollo hec fieri iuſſit; et ſui autoritate nominis coëgit, & impulit poteſtate, vt quæreremus Tibrim, & Numici venerabilem fontem. Multis generibus aſtruxit petitionem ſuam rogauit, terruit, denuntiauit inhumanum fore, ſi ſperneret ſuos: ſacrilegium quoque incurſurum, ſi deorum iudicia refragatione violaret. DAT tibi præterea fortunæ parua prioris Munera, relliquias Troiâ ex ardente receptas.] Præterea, importunè poſitum videbitur; quoniam nihil fuerat antea datum: ſi intellectus, multorum interpoſitione confuſus, non refertur. Huius igitur aperiendi causâ, narrationis ſuperiora repetamus, retrahentes, quæ narrationem diuiſerunt: Troius Aeneas tua nos ad limina miſit: Dat tibi præterea fortunæ parua prioris Munera, relliquias Troiâ ex ardente receptas. Ecce dictionis integritas. Miſit nos Aeneas, vt rogaremus te: præterea dat tibi munera. ac ne perſonæ ſuæ, & eius qui miſerat, contemplatione ductus Latinus, vilia duceret, quæ ferebantur: commendauit Iliōneus, non tantùm ſpecierum merita: ſed eorum quoque, qui his fuerant vſi. Dat tibi, inquit, rex noſter; quæ manente fortunâ Troiani imperij fuerunt parua. hæc enim ſola de incendio eripi potuerunt. In maiore enim vi, ceſſante eligendi arbitrio, quod potuerit, rapitur. Parua ergo fuerunt, ante interitum Troiæ: nunc pro magnis etiam efferuntur. Quòd Paruum dixit, ſatiat dicendo, reliquias eſſe. Dat, bis accipitur: dat munera fortunæ prioris parua; dat reliquias Troiâ ex ardente receptas. A

HOC pater Anchiſes auro libabat ad aras: Hoc priami geſtamen erat, quum iura vocatis More daret populis, ſceptrumque ſacerque tiaras.] Et ſi nō ſatis hæc, inquit, magna per ſe ſint; pro magnis tamen accipi meruerunt: vel quia in vſu talium virorum fuerunt; & videtur hoc hominis fuiſſe: vel quod Aeneæ pater habuit, & ſocer geſtauit, id tranſiret ad eum, qui loco patris futurus eſſet, & ſocer. Certè, quanta fuit mittentis gratia, illud dare, quod chariſſimum & religioſum parentibus fuit? Ipſo, ait, vtebatur Anchiſes, cùm dijs vota perſolueret: ac per hoc libenter accipi debet, quod fuit in obſequio numinum. Illud verò, quod geſtamen fuiſſe Priami dictum eſt; ne omen traheret ex perſonâ hominis lapſi, & eius qui interîſſet cum imperio ſuo: addidit tempus, quo Priamus floruit, dicens; Cùm iura vocatis More daret populis. B. Vbi fuit maior dignitas in ſpeciebus muneris: hoc eſt, in ſceptro & tiarâ. SCEPTRVMQVE, ſacerq; tiaras.] Debuit dici, Sceptrumq; ſacrūq; tiarâ; & ſic ſimpliciter ponere. quod ne ſit vitium, ſic ordinemus: Hoc Priami geſtamen erat. & dicantur, quæ fuerunt in geſtamine: Sceptrū, inquit, & ſacer tiaras. & erit integra locutio. Fuit ergo geſtamen, ſceptrum & tiaras. ILIADVMQVE labor, Veſtes.] In veſtibus, Iliadum fœminarum labor, ſpecialem deſignationem tenuit. Hæ autem, quæ fuerunt manu Iliadum factæ, proindeq; eſſent meriti leuioris, ſub generalitate latêre debuerunt. licèt commendationis fuiſſet, quod ait: Et veſtes noſtrarum mulierum labore confectas. Tiaram dixit pileum, quo Phryges vtuntur, quum celebrant ſacra. indè Sacrum dixit: quia, quod ad ſacra attinet, ſacrum eſt.

ADR. Ber. MVLTI nos populi.] Si quis innuet, ſe à multis certatim peti: conueniet illud: Multi nos populi, multæ Et petière ſibi, & voluère adiungere gentes. Apud poitam parentheſis eſt: quam ideò detraximus, quòd ad rem nihil attinere videretur.

Picta mouet, nec ſceptra mouent Priameïa tantū:
Quantum in connubio natæ thalamoq; moratur,
Et veteris Fauni voluit ſub pectore ſortem.
Hunc illum fatis externâ ab ſede profectum
Portendi generum, paribusq; in regna vocari
Auſpicijs: hinc progeniem virtute futuram
Egregiam, & totum quæ viribus occupet orbem.
Tandem lætus ait: Dij noſtra incepta ſecundent,
Auguriumq; ſuum! dabitur, Troiane, quod optas.
Munera nec ſperno: non vobis, rege Latino,
Diuitis vber agri, Troiæ'ue opulentia deerit.
Ipſe modò Aeneas (noſtri ſi tanta cupido eſt,
Si iungi hoſpitio properat, ſociusq; vocari)
Adueniat, vultus néue exhorreſcat amicos:
Pars mihi pacis erit, dextram tetigiſſe tyranni.
Vos contrà regi mea nunc mandata referte.
Eſt mihi nata, viro gentis quam iungere noſtræ,
Non patrio ex adyto ſortes, non plurima cœlo
Monſtra ſinunt: generos externis affore ab oris,
(Hoc Latio teſtare canunt) qui ſanguine noſtrum
Nomen in aſtra ferant. hunc illum poſcere fata
Et reor, &, ſi quid veri mens augurat, opto.
Hæc effatus, equos numero pater eligit omni.
Stabant tercentum nitidi in præſepibus altis.
Omnibus extemplò Teucris iubet ordine duci,
Inſtratos oſtro alipedes, pictisq; tapetis.

SER. REGEM picta mouet.] Quippe regi. & hoc eſt, Labor Iliadum. PORTENDI.] porrò tendi, prædici, ſignificari. PARIBVS auſpicijs.] pari poteſtate. & tractum eſt ex comitijs, vt diximus ſuprà in IV. DII noſtra incepta ſecundent.] Antiquo more locuturus de publicis rebus, id eſt, de pace & nuptijs regijs facit ante deorum commemorationem. ſicut etiam in omnibus Catonis orationibus legimus. Hinc eſt in Diuinatione Ciceronis: Si quid ex aliquâ veteri oratione eſt, Iouem ego optimum maximum. Ipſe etiam Vergilius: Præfatus diuos ſolio rex infit ab alto. AVGVRIVM.] Propter ea, quæ dicta ſunt ſuprà. QVOD optas.] Id eſt, pax. NEC ſperno.] Quia dixerat: Fortunæ parua prioris. & eſt αντέρως: id eſt, libenter accipio. VBER agri.] vbertas alibi: pecorique & vitibus almis Aptius vber erit. C Et eſt maior petitione promiſſio. nam littus illi tantùm petierant. PACIS.] fœderis. ab eo quod ſequitur, id quod præcedit. TYRANNI.] Græcè dixit, id eſt, regis. nam apud illos tyranni & regis nulla diſcretio eſt: licèt apud nos incubator imperij, tyrannus dicatur. Declinatur autem, apud Græcos, hic & hæc tyrannos. EST mihi nata.] Malè multi arguunt Vergilium, quòd Latinum vltrò induxit filiam pollicentem: nec oraculum conſiderantes, quia Italo dari non poterat: nec Aeneæ meritum, quem decebat rogari. Nam antiquis mos fuit, meliores generos rogare. Sic Terentius: Hac famâ impulſus Chremes, vltrò ad me venit, vnicam gnatam ſuam cum dote ſummâ filio

vxorem

Digitized by Google

Aurea pectoribus demissa monilia pendent:
Tecti auro, fuluum mādunt sub dentibus aurum.
Absenti Æneæ currum, geminosq; iugales
Semine ab æthereo, spiranteis naribus ignem.
Illorum de gente, patri quos Dædala Circe
Suppositâ de matre nothos furata creauit.
Talibus Æneadæ donis, dictisq; Latini,
Sublimes in equis redeunt, pacemq; reportant.
Ecce autem Inachijs sese referebat ab Argis
Sæua Iouis coniux, aurasque inuecta tenebat,
Et lætum Æneam, classemq; ex æthere longè
Dardaniam Siculo prospexit ab vsque Pachyno.
Moliri iam tecta videt, iam fidere terræ,
Deseruisse rates: stetit acri fixa dolore.
Tùm quassans caput, hæc effudit pectore dicta.
Heu stirpem inuisam, & fatis contraria nostris
Fata Phrygûm! num Sygæis occumbere campis?
Num capti potuêre capi? num incensa cremauit
Troia viros? medias acies, mediosq; per igneis
Inuenêre viam? an, credo, mea numina tandem
Fessa iacent; odijs haud exsaturata quieui?
Quin etiam patriâ excussos infesta per vndas
Ausa sequi, & profugis toto me opponere ponto:
Absumptæ in Teucros vires cœlique marisque.
Quid Syrtes, aut Scylla mihi? quid vasta Charybdis

A vxorem vt daret. *Hesiodus etiā περὶ τ γυναικῶν, inducit multas heroidas optâsse nuptias virorū fortiū.* SORTES.] *Abusiuè pro oraculis posuit. Hic enim à Fauno, oraculum; non sortes, acceperat.* PLVRIMA cœlo Monstra sinunt.] *Aut per augmentum dixit: aut & alia visa intelligamus. nam duo, non sunt plurima.* HOC Latio restare canút.] *Hoc Italiam manere significant. nam sic dicimus: Hoc mihi restat; id est, manet me illa res.* MENS augurat.] Auguro *dicimus, secùndùm Plin. quum præsagio mentis futura colligimus:* Auguror *verò tùm, quum futura veris ca-* B *ptamus augurijs.* NVMERO omni.] *Vtrùm equorum numero, an legatorum? Sed si de equis trecētis locutus est; perite dixit. nā in legione non nisi trecenti equites erant: quæ tamen habebat sex millia virorum: per quod ostenditur, vnam habuisse legionem Latinum. vnde & alibi:* Tercentum scutati omnes, Volscente magistro. IN præsepibus altis.] *Multa non propter se, sed propter aliud dicuntur. nam & per præsepia alta, equorum magnitudo monstratur. Homerus, ταναύποδας, id est, per longas vesteis.* ORDINE] *Pro meritis singulorum.* TAPETIS.] *Secundo declinatur hoc nomen, Tapetum Tapeti; vt hoc Templum Templi. vnde est,* Pictis tapetis, *hoc loco. Item hoc Tapete, huius tapetis; vt, hoc Sedile, sedilis. vnde est:* Qui fortè tapetibus altis Exstructus. *Declinatur autem græcè, ὁ τάπης, τοῦ τάπητος. vnde est:* Pulchrosque tapetas. DEMISSA monilia pendent.] *Suspendenda pronuntiatio est. Et ambitus maior est. Nam monilia non nisi hominum dicimus: quæ nunc ad laudem pro phaleris posuit.* GENTE.] *De equis abusiuè dixit; quod est hominum pro-* C *prium.* PATRI quos Dædala Circe.] *Ingeneosa & hoc fingit eam fecisse. Tractum autem est de Homero, qui taleis equos habuisse inducit Anchisen, ἐν τῷ ε. τῶν γάρ οἱ γενεῆς ἧς ... φωτὸς ἐφ᾽ ... ἀλλ᾽ ... ἵππων. Et bene est compositum ad illud, quod suprà ait:* Troiæ'ue opulentia deerit. *vt Troianis nihil de priscâ rerum copiā abesse videretur.* NOTHOS.] *materno ignobiles genere. Est autem nomen hoc græcum: nam latinè quemadmodum dicas, non est.* DONIS dictisq; Latini.] *equis, & pacis nuptiarumq; promissione.* INACHIIS sese referebat ab Argis.] *Bene* Inachijs. *non enim est vna Argos. fuit enim & in Italiâ, quam Diomedes condidit: quæ primò Agri, pòst Argirippa, pòst Arpi dicta est. Fuit & in Thessaliâ. Lucan.* Vbi nobile quondam, Nunc super Argos arat. *Fuit & haud longè ab Athenis, quod à siti Dipsion dictum est: apud quos erat magna societas inter eos, qui vno puteo vtebantur. Vnde & fratrias dixerunt, ἀπὸ τοῦ φρέατος, quas tribus vocamus. Et notandum, quòd vbicumq; bonus sequitur euentus Troianos, Iuno remouetur: & congruè, quasi numen inimicum, quod præsens posset nocere.* AVRASQVE inuecta tenebat.] *Per elementum suum ibat.* ABVSQVE.] *Abusque, & Adusque, vsurpatiuè dicimus. Præpositio enim nec aduerbio iungitur, nec præpositioni.* Vsque *autem, aut præpositio est, aut aduerbium.* IAM fidere terræ.] *Per datiuum iungendum: aliter non procedit. Vt,* Et fidere nocti. STETIT.] *quod solet esse cogitantium.* FATIS.] *volens* *tatibus.* CAPTI potuêre capi.] *Cum felle dictum est. nam si hoc remoueas, erit ὀξύμωρον. Dicit autem, omnia, quæ contigerunt, non videri contigisse: quia non obfuerunt.* Capti *autem* capi *dixit, vt Cic.* Vt in vberrimâ Siciliæ parte Siciliam quæreremus. AN credo, mea numina.] *Nec fatigata destiti, nec satiata requieui.* PATRIA excussos.] *Satis significatè locutus est.* OPPONERE ponto.] *Plus est, quàm si diceret tēpestates. Me autem, per ἀστρολογίαν: Imbres tonitrua, tempestates.* AVT Scylla mihi.] *Benè,* mihi. *Ac si diceret: Etiam quæ per suam naturam solent nocere, me rogante, minimè obfuerunt Troianis.*

HVNC illum.] *Hoc volebat: quia hæc erat sors.* VOCARE.] *volebat animo hūc vocare. hæc secum loquebatur.* QVÆ.] *progenies.* AVGVRIVM.] *quia ipsi dij augurium dedêre.* LATINO.] *sub rege Latino.* VBER.] *pro vbertate. Habebitis à me, quod Troiæ habebatis sub rege Priamo.* TYRANNI.] *Tyrannus, olim odiosum nomen non erat: sed postea, quàm ex violentiâ acceptum est regnum, remansit antiquum nomen.* TAPETIS.] *Tapes, tapetis; & Tapetum, tapeti.* GEMINO'SQVE iugales.] *equos duos; Equi solis sunt tres: Pyrous, Eous, Aethon: è quibus furata est Circe, Solis filia, progeniem.* DÆDALA.] *ingeniosa. vt Lucretius libro 1. de numine Veneris:* Tibi suauis Dædala tellus Summittit flores; tibi rident æquora ponti. *Rident hîc, pro, læta sunt.* NOTHOS.] *Nothi, ignobiles.* INACHIIS.] *Inachus fluuius Argiuorum, ab rege Inacho, qui regnauit Argis.* PACHINO.] *promontorium Siciliæ.* TECTA.] *Aeneas condebat Troiam.* CREMAVIT.] *cum stomachatione legendum. Dicit; quæ contigerint, non videri contigisse. Cicero:* In vberrimâ Sicilię parte Siciliam queramus. COELI'QVE.] *quòd neq; ruina cœli, neq; sæuitia maris nocuit.* POM. Sabi.

FAVNI voluit sub pectore sortem.] *In libris aliquot antiquis,* Voluens *legitur.* EXTERNA sede profectum.] *In antiquis omnibus libris,* Ab sede: *& in aliquot,* prouectum. HINC progeniem virtute futuram.] *In plerisq; libris antiquis* Hîc *legitur.* SOCIV'SQVE vocari.] *In Romano libro, & aliquot alijs antiquis,* Sociúsue *legitur.* INSTRATOS ostro alipedes.] *Nō placet, quod in plerisq; legitur exempl.* Instructos. IAM fidere terræ.] *Antiqui pleriq; libri,* Sidere terræ *legunt.* AN, credo, mea numina.] *Quædā exempl. legunt,* At, credo, *sinè interrogatione.* ODIIS haud exsaturata quieui.] *In Oblongo libro ita legitur,* Odijs aut exsatiata quieui. TOTO me opponere ponto.] *In antiq. aliquot lib.* Exponere *habetur.* QVID vasta Charybdis?] *Sunt quidam antiqui libri, in quibus* Dira Charybdis *habeatur.* VAR. Lect.

TALIBVS Ilionei dictis, defixa Latinus Obtutu tenet ora, soloq; immobilis hæret, Intentos voluens oculos, nec purpura regem Picta mouet, nec sceptra mouent Primeia tantum: Quantum in connubio natæ, thalamoque moratur, Et veteris Fauni voluit sub pectore sortem.] *Talia quidem Ilioneus prosecutus est; &, quæ habuit, obtulit munera. sed Latinum talis animi intentio tenuit: vt præter naturam nihil attenderet,* DON.

more scilicet cogitantium. Oculi enim sparsi per multa, trahunt quoq; animum secum: quæ res verum consilium non potest reperire. Diriguntur igitur oculi in terram, & colligitur mentis intentio ex continuatione tractatus; ac quæsitus rerum exitus inuenitur. Multi hîc faciunt quæstionem, dicentes: Si intentos, quare voluens? quasi toto cogitationis spatio immobiles oculi teneri potuissent: quod est contra naturam. Certè illud sentiendum, quoniam tacitarum cogitationum est, mouere oculos, cùm animi æstus per diuersa rapiuntur: ita, quò ierit redieritq; animus, oculorum signis consueuit ostendere. Intentos ergo oculos Latinus habuit, & solam terram intuebatur: non considerans, qui aut quæ obtulisset. non enim regem rebus omnibus redundantem mouerant munera: quem potior causa in aliam duxerat partem. Cogitabat quippe de coniugio vnicæ filiæ, & eius quæ post orbitates plurimas sola supererat seni. Considerabat portenta, quæ videbat in examine apum: in capite quoq; ipsius filiæ, quod innoxius ignis inuaserat, flammas erráſſe. Tractabat vatis quoq; sententiam, qui dixerat: Externum cernimus aduentare virum, & partes petere agmen easdem Partibus ex ijsdem, & summâ dominarier arce. Non minus commouebant patris Fauni responsa, qui cecinerat: Ne pete connubijs natam sociare Latinis, O' mea progenies; thalamis neu crede paratis: Externi venient generi, qui sanguine nostrum Nomen in astra ferant. Interea cùm in vno esset vultus obtutu; cùm solum tantummodò intueretur; cùm tractaret commodum filiæ; cùm portenta ac responsa perpenderet: arbitrabatur, HVNC illum fatis, externâ ab sede profectum. Portendi generum, paribusque in regna vocari Auspicijs: hinc progeniem virtute futuram Egregiam, & totum quę viribus occupet orbem.] Omnia, quæ cecinerant vates, & quæ condolens respondisset Faunus, occurrebant Latini tractatibus. nec inanis apud eum sententia fuit, ipsum esse externum; ipsum generum; ipsum, qui res Italas, florenti progenie, maiore numero fuisset aucturus; possessurus quoque orbis imperium, corporis simul animiq; virtute. TANDEM lætus ait.] Suprà dixit, obducto eum vultu fuisse, cùm cogitaret: dehinc tamen, cùm optatos ac secundos exitus reperisset, ostendit lætum protulisse; quæ voluendo discusserat. Tandem, quòd ait, monstrauit eum diu in tractatibus immoratum. in causâ enim tali non deberet inueniri præproperans. Lætus ideò, quia sperabat prædicta super votis filiæ esse completa. DII nostra incepta secundent, Auguriumque suum.] Quod magnopere desideramus impleri, commendamus dijs: in quorum potestate sunt, quæ inter homines aguntur ideò sic cœpit: Dij tantùm cœptis nostris faueant; hoc est, his quæ continentur tractatibus nostris. Hoc potest pertinere ad nuptias filiæ, super quibus tacitus habuit tractatum: ideóq; non debet cæteris esse coniunctum; vt quasi responsionis ad Ilioneum indè sumatur initium. melius est enim, vt id dixisse videatur. Tunc demum ad Ilioneum ipsum claram dirigit vocem, dicens: DABITVR, Troiane quod optas.] Responsione modicâ totum complexus est: largiturum se, quod fuerat postulatus. Troianum appellauit: quia nomen gentis solum nouerat; Ilioneum dici nesciebat. MVNERA nec sperno.] Hoc loco meliùs probatur, Ilioneum, non pro merito Aeneæ, neq; pro merito Latini, munera obtulisse: cùm ipsum Latinum inducat dicentem, Munera nec sperno. videtur enim dixisse: Nec speretis apud me pro merito vestrorum munerum fore: quæ idcirco accepi, ne arbitremini, in eorum reiectione, amicitiam quoq; vestri nominis esse despectam. Hoc qui meliùs cupit aduertere, ad oblationem ipsorum munerum redeat: & inueniet, Ilioneum in legationibus perficiendis probatissimum dixisse. Quæ offero, parua sunt, quum in suo statu fortuna Troiana consisteret: verùm quia potiora perierunt, sume, inquit, non quod es meritus, sed quod potuit liberari de flammis. Interea, quia Ilioneus periisse omnem substantiam Troianorum dixerat, & munerum qualitas angustias indicabat: ait Latinus, munera vestra non reijcio. Cæterum, si egeret alieno, diceret, vt in vsu est hominum, Bene me accepistis. Addidit tamen ipse liberalitatis infinitæ promissum. optimus quippe largitor plus debuit offerre, quàm fuerat postulatus: & spontè ingerere, quod Troiani per verecundiam prætermiserant. Ait ergo: NON vobis, rege Latino, Diuitis vber agri, Troiæ'ue opulentia deerit.] Me, inquit, Latino regnante, nihil vobis deerit: in tantum, vt non arbitremini ex Troianâ opulentiâ nihil vos, fortunâ sæuiente, perdidisse. Pulchrè adiecit, Me regnante: quoniam longæuus fuit, & memor esse debuit humanæ conditionis, cui omnes ætates subiectæ sunt. IPSE modò Æneas (nostri si tanta cupido est, Si iungi hospitio properat, sociúsue vocari) Adueniat.] Ipse quoq; veniat rex vester, si amicitiam nostram & societatem desiderat libenter amplecti. Et, si inter initia venire dubitaret, nihil de nouitate præsumens, vultum suum non deneget nobis: quoniam ex præsenti tempore amici esse iam cœpimus. PARS mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni.] Donec maior fœderis accedat autoritas, quæ pacem plenissimam firmet, non perhorrescat amici sui conspectum. Auspicetur dexterarum concordiam: quia pars pacis est, dexteras inter fœdera conuenisse. Tyrannorum nomen posterioribus seculis infamatum est. nam reges etiam hoc nomine dicebantur. nam & de Pygmalione sic dixit: Quibus aut odium crudele tyranni, Aut metus acer erat. Ecce & illum tyrannum dixit, quem constabat regem fuisse apud Tyrum. VOS contrà regi mea nunc mandata referte.] Vt dictum suprà est, & tyrannum dixit Aeneã, & regem: more scilicet veterum, qui reges etiam tyránnos vocabant. Omnia autem respondendi studio cùm protulisset, atq; ea complêsset; voluit etiam ipse mandata transmittere; atq; illa proferre, quæ ipsius deliberationem longo tractatu tenuerant. EST mihi nata, viro gentis quam iungere nostræ Non patrio ex adyto sortes, non plurima cœlo Monstra sinunt: generos externis affore ab oris (Hoc Latio restare canunt) qui sanguine nostrum Nomen in astra ferant. hunc illum poscere fata Et reor, & si quid veri mens augurat, opto.] Habeo, inquit, filiam, quam consensu omnium numinum incolis vel ciuibus prohibeor dare: ijsdem responsis & augurijs gener externis ab oris ostenditur, per quem progenies mea possit ornari. Sic in tempore venisti, vt arbitrer ipsum promitti filiæ. Quod si ita est, & mentis errore non ducor: & opto, & cupio illi côiungi. Verecunda oblatio, & aduersùs exprobrationem satis munita. nec in hunc locum conueniret Terentiana sententia, quâ dictum est: Aliquid môstri alunt: ea quoniam nemini obtrudi potest, Itur ad me. Et reuerâ, quum quis offert filiam suã, cauere debet, ne in suspicionem contrariam veniat. Quod ne Latino occurreret, non apertè detulit filiam: sed indicauit, quæ signa oblata sint super eius coniunctione perficiendâ; quæ & ipse, quum patrem consuluisset, audierit. Nec criminis esse arbitratus est, si profiteretur, sibi placere deorum iudicium, cui resisti non posset: cùm potiùs & lætari debuit, nuptias filiæ suæ dijs fauentibus ordinatas esse. Ecce vitauit obtrectationem, & in eo magis plurimum sibi dedit: nec ipse est autor, sed executor cupit esse diuinæ sententiæ. Si tamen eius verba considerentur; causæ secretum protulit: ne fortè ipse non esset, quem dij prædixerant esse venturum. Opto, inquit, magis ipsum esse quàm alterum. Hoc loco illud quoq; tractandum est: quanta curâ Vergilius partes Aeneæ tueatur, etiam contra responsum vatis & Fauni; qui dixerunt, externum virum deberi Latinis. Potuit enim Aeneas non videri externus: quoniam per Dardanum (vt suprà comprehensum est) Italis fuerat iunctus. Hanc igitur partem intelligitur communire, ipsum dicendo esse externum; etiam sanguinis ratione separatum. Deniq; sic superius posuit: Hunc illum fatis externâ ab sede profectum: item in præsenti: Generos externis affore ab oris.

ris. Et

A ris. vt externi appellatio, à terris potiùs, quàm tramite generis, *videatur exorta.* HÆC effatus, equos numero pater eligit omni. Stabant tercentum nitidi, in præsepibus altis.] *ex trecentis equis meliores deligi iussit.* OMNIBVS extemplò Teucris iubet ordine duci.] *Omnes enim equites remeare debuerunt: ne quis remanaret inferior. Per ordinem dixit: ne aliquem præterîsset regis honorificentia.* INSTRATOS ostro alipedes.] *stratis purpureis ornatos.* Alipedes, *tantum veloces: vt, quum currendum his esset, alas habere putarentur.* PICTISQVE tapetis.] *Iungitur, instratos ostro, pictisq; tapetis.* AVREA pectorib. demissa monilia pendent.] *Ad similitudinem mulierum habentes monilia: aut verè talia, qualia matronæ. Regis enim substantiæ, quod quis imponeret, deesse non potuit.* TECTI auro, fuluum mandunt sub dentibus aurum.] *Si aurum eos texerat: quæ aureis salinaribus tenebantur, & monilia vera debemus accipere. Mirum beneuolentiæ signum, quod suggerat temporis ratio, & meritum Troianorum.* Qui *enim pedum labore peruenerant, ab opulento rege suscepti, ad Æneam, futurum generum, non quales venerant, remeare debuerunt.* ABSENTI Æneæ currum, geminosque iuga-
B les Semine ab ætherio, spirantes naribus ignem.] *Currum & bigam misit regi; quæ fuerunt insignis honoris atque virtutis. Honoris; vt ipse curru vectus cum dignitate veniret ad socerum. Virtutis; quia equi & currus bellorum instrumenta sunt. Datur equis ipsis meritum: ne rex, in regno suo florentissimo positus, leue quoddam misisse videretur aut vilei ei vel maximè, cui filiam dare cupiebat.* Semine ab ætherio, *ait. Parum fuerat, cœlestes esse dixisse: addidit,* Spirantes naribus ignem: *flatu suo qui significarent, originem suam esse cœlestem. naribus quippe emittebant ignem. Subiungit rationem, quâ confirmet, eos fuisse ab ætherio semine.* ILLORVM de gente, patri quos Dædala Circe, Suppositâ de matre, nothos furata creauit.] *Dædalam dixit, ingenij viuacitate pollentem: quoniam Dædalus, in arte fabrili peritissimus, miris inuentionibus floruit. Circe ergo, paternis equis matre suppositâ, furtum fecit: vt cœlestes illi essent, qui ab ijs nascerentur. Indè ergo fuerunt, quos Æneæ Latinus misit. Nothi dicuntur, sicut in præsenti est positum: quos diuersa in vnum conueniens animalium natura protulerit.* TALIBVS Æneadæ donis dictisque Latini Sublimes in equis redeunt, pacemque reportant.]
C *Magnum fuit securitatis signum; quòd equites remeauerant, qui pedites fuerant missi. Respondit duobus: hoc est, donis & dictis. Donis:* Sublimes in equis redeunt. *dictis:* Pacemque reportant. *Inter illa, quæ dicta commemorant, quibus fuerant læti, etiam illud continebatur, quod Latinus de filiæ nuptijs dixit.* Q*uantum hic putamus gloriosam effectam legationem, quæ tantam lætitiam fuerat ad Æneam perlatura? Plus quippe est, delegi generum, quàm suscipi hospitio peregrinum.* ECCE autẽ Inachijs sese referebat ab Argis Sæua Iouis coniunx, aurasque inuecta tenebat; Ex lætum Æneam, classemq; ex æthere longè Dardaniam Siculo prospexit abusque Pachyno. Moliri iam tecta videt; iam fidere terræ; Deseruisse rates.] *Dum inter Latinum & Troianos vel post Latini dicta, hæc gererentur, quæ superiùs comprehensa sunt: repentè exijt Iuno, ab Argis remeans, & summo cœlo respiciens vniuersa, votis suis studijsq; cõtraria: scilicet Troianos lætos, quod nunquam antea factum est: tuta erga ipsos omnia; fiduciam gerentes prosperorum successuum, molientes tecta, & sedis perpetuitate securos: deseruisse etiam rates, vtpotè iam non necessarias.* STETIT acri fixa dolore.] *Stetit, non sponte, sed doloris morsibus fixa.* TVM quassans caput.] Q*uod est apertæ commotionis signum.* HÆC effudit pectore dicta.] *Demonstrat, qualem orationem esset habitura. nam quòd longè adhuc posita, lætitiam Troianorum vidit, & doluit, signum fuit veteris & pertinacis odij: quam perpetua curiositas ducebat, quamprimùm nôsse, quid agerent inimici.* Q*uassare, est commouere.* HEV stirpem inuisam, & fatis contraria nostris Fata Phrygum.] Q*ui contrarijs fatis dicuntur nasci, inter se inimicitias gerunt: vt nunquam conquiescant, nec accipiant finem. Hoc asseritur ex Iunonis personâ. atque hoc firmatur etiam, fatis deos gubernantibus agi. Ait igitur Iuno;* Heu, *quòd fuit altissimi doloris signum: vt vinceret gemitus vocem. Dehinc ait, doleo, quòd fatis meis obuiam veniant Troianorum fata contraria.* Q*uod quum ita sit, obtinere proculdubiò debuerunt fata mea, & æmulos nocendo peruincere. Ecce ipsi cum dolore meo superiores sunt: & quicquid inimica cogitare potuit, constantiâ & felicitate vicerũt.* NVM Sigæis occumbere campis? Num capti potuêre capi? num incensa cremauit Troia viros?] *Hæc sunt, propter quæ dictum est,* Heu, *quorum caput est, quòd cõtrarijs fatis Iuno aduersus Troianos frustra nitebatur. Sequebantur illa quoq;, quæ superiùs enumerauit: inimicitijs scilicet suis excidium Troiæ prodesse nequisse. quod quum esset vnum, hoc misit in partes, vt multa genere videretur. Capta est, inquit, Troia, & oppressa hostilibus copijs: ignis additus; vt quicquid armis absumi non posset, aboleret incendium. sed illos nec mucro pressit; nec captiuitas vinxit; nec ignis inuenit.* MEDIAS acies, mediosq; per ignes Inuenêre viâ.] Q*uod magis dolendum est mihi: quia per medias acies, perq; medias flammas, tanquam nihil obstiterit, tuti securiq; transierunt. quod fuit felicitatis ipsorum, vt abscessisse potiùs otiosi, quàm fugisse territi viderentur. Euaserunt igitur pericula duo; quibus grauius nihil est. Ruptæ sunt acies; incendia vanuerũt: inuentus est exitus conseruationis ipsorum, vbi sperabatur interitus.* Q*uòd dixit,* Medias acies, *&* medias flammas: *ibi maiorem cumulum doloris expressit. magnum enim non esset, flammarum terminos aut fines exercitus euasisse: è medio aũt euadere, difficilimum,* AT credo mea numina tandem Fessa iacent; odijs haud exsaturata quieui.] *Ipsa sibi proposuit, quibus se magis accederet. Defecisse me, inquit, quispiam dicet; aut saturatam odijs quieuisse? Nec satiata sum, nec quieui deniq; post excidium Troiæ; passa non sum vllas cineris eius superesse reliquias.* QVINETIAM patriâ excussos.] Excussos, *mirabiliter positũ. quidquid enim excutitur, vim testatur, quam ferre non potuit: & ad hoc excutitur, vt cum suâ pernicie cadat. Excussi eos, inquit, finibus Troiæ.* INFESTA per vndas Ausa sequi, & profugis toto me opponere põto.] *Sæuior secuta sum nauigantes: & in pelago positis, me frequẽter obieci. Nullus locus est maris, in quo me non senserint inimicam.* ABSVMPTÆ in Teucros vires cœliq; marisq;.] Q*uicquid in Troianorum necem mitti de cœli partibus potuit, quidquid de fluctibus procurari, factum est, totumq; frustratum.*

DII nostra incepta secundent.] *Orantes, vt incepta nobis negotia deus ad felicem exitum perducat: vsurpabimus illud;* Dij nostra incepta secundent. NON vobis, rege Latino, Diuitis vber agri Troiæue opulentia deerit.] *Hoc versu indicabitur, sub optimo præceptore, non defuturum discipulis, quod discant.* AD. Bar.

SER. CONDVNTVR Tibridis alueo.] *Condi propriè dicuntur, qui sibi statuunt ciuitatem.* Cõduntur *ergo, sedem stabilem locant. Sallus.* Parte conditur orbis ter-

Profuit? optato, conduntur Tibridis alueo,
Securi pelagi, atque mei. Mars perdere gentem
Immanem Lapithûm valuit: concessit in iras
Ipse deûm antiquam genitor Calydona Dianæ:
Quod scelus aut Lapithis tantum aut Calydone
merente?

rarum. *Et sunt propria verba, quæ nullâ ratione mutantur: vt Sacerdotes creari, virgines capi dicimus.* PELAGI.] *propter illud:* Sed terræ grauiora manent.

Ast ego magna Iouis coniux, nil linquere inausum
Quæ potui infelix, quæ memet in omnia verti,
Vincor ab Ænea. quòd si mea numina non sunt
Magna satis; dubitem haud equidem implorare
quod vsquam est?
Flectere si nequeo superos; Acheronta mouebo.
Non dabitur regnis (esto) prohibere Latinis;
Atque immota manet fatis Lauinia coniux:
At trahere, atq; moras tantis licet addere rebus;
At licet amborum populos exscindere regum.
Hac gener atq; socer coëant mercede suorum:
Sanguine Troiano & Rutulo dotabere virgo:
Et Bellona manet te pronuba; nec face tantum
Cisseis prægnans igneis enixa iugales.
Quin idem Veneri partus suus, & Paris alter,
Funestæq; iterum recidiua in Pergama tedæ.

MARS perdere gẽtem.] *Benè belli & vastationis quæ-rit exempla, in rebus huiusmodi: sicut in Primo, naufragij Pirithous, Lapitharũ rex, quum vxorem duceret, vicinos populos, Centauros etiam sibi cognatos, & deos omneis, excepto Marte, ad conuiuium vocauit. indè iratum numen immisit Furorem; quo Centauri & Lapithæ in bella venerunt.* ANTIQVAM genitor Calydona Dianæ.] *Oeneus, Calydonis rex, de primitijs omnibus numinibus sacrificauit, exceptâ Dianâ: quæ irata aprum immisit, qui cuncta vastabat; donec à Meleagro occideretur.* Concessit *autem ideò dixit: vt ostenderet, minora numina, nisi impetrauerint, non posse nocere. Statius de Venere:* Infandum natæ concessit honorem. QVOD scelus aut Lapithis tantum, aut Calydone merente?] *Hæc est vera lectio. sic & sensus præcedit, vt vterque ablatiuus sit. nam si* Calydona *legas; vitium erit, nec sensus procedet,* Scelus *autem, pro pœnâ posuit: ab eo quod præcedit, id quod sequitur. vt,* Scelus expendisse merentem. QVÆ potui infelix.] *Id est, nocens, irata. vt contrà,* Sis felix, *id est, propitia: vt etiam diximus suprà.* IMPLORARE quod vsquam est.] *Ac si diceret, etiam humilia. Quòd autem Iuno vbique alieno vti introducitur auxilio; physicum est. natura enim aëris per se nihil facit, nisi alienâ coniunctione, ventorum scilicet, qui creant nubes & pluuias.* ATQVE moras tantis licet addere rebus.] *Ostendit, deos retardare fata; non penitùs tollere. vt,* Troiam nec fata vetabant Stare, decemque alios Priamum superesse per annos. *Quæ autem dicit, etiam à Creüsâ dicta sunt: vt,* Regnumque & regia coniux Parta tibi. SANGVINE Troiano & Rutulo dotabere virgo.] *Ambitiosæ execrationes.* NEC face tantùm.] *tantummodò.* CISSEIS.] *Regina Hecuba, filia fuit, secundùm Euripidem, Cissei: (vt, ἑκάβη· πολύδωρ[illegible] quem Ennius, Vergilius, & Pacuuius, sequuntur. nam Homerus, loquens de Asio, Hecubæ fratre, Dimantis dicit,* [illegible Greek] *Ouidius etiam:* Proles enixa Dimantis. *Hæc se face parere in somnijs vidit: & Parin creauit, qui causa fuit incendij. Ergo nunc hoc dicit: Talis erit Veneris partus suus. nam sicut per Parin Troia consumpta est: sic per Aeneam reliquiæ Troianorum. Comparatio autem iniuriosa: nam Veneri Hecubam, Paridem Aeneæ, Helenam Lauiniæ comparat.* IVGALES.] *coniugales, matrimonio conceptos.* IDEM.] *similis.* FVNESTÆQVE iterum recidiua in Pergama tædæ.] *Sic recidiua, vt Pergama.*

POM. Sabi. ATQ. mei.] *nec pelagus, nec me ampliùs timẽt.* CONCESSIT.] *minora numina non possunt; nisi concedente Ioue.* LAPITHVM.] *Pirithous, Ixionis & Diæ filius, cùm Hippodamiam Athracis filius filiam duxisset vxorem, cum Centauris & Lapithis deos conuiuas habuit; præter Martem: qui indignatus, furore adeò nuptias impleuit; vt inuicem Centauri & Lapithæ se trucidarent.* QVOD scelus.] *ait, quòd tantum scelus commiserunt Lapithæ & Aetoli; vt fuerint merentes pœnam talem. Ordo est, Quam tantam pœnam vidisti merentes Lapithas & Calydona.* Scelus, *pro pœnâ: vt,* Scelus expendisse merentem. CALYDONA.] *Oeneus, rex Aetoliæ, cùm in magnâ copiâ frumenti dijs omnibus sacrificâsset, præterquàm Dianæ; luit pœnas. quoniam Diana misit aprum ingentis magnitudinis: qui omnem regionem depopulabatur. tum interemit Meleager, Oenei filius, spectante Atalantâ puellâ; quam adamabat, & apri pelle honorauit.* A *Indignati auunculi puellæ, facto impetu pellem abstulêre. Meleager eos necauit. mater, cùm filij fatum ex responso Parcarum in ligno haberet; irata ad focum abiecit, quo combusto, perijt Meleager: cuius facti postea pœnitentiâ, laqueo se suspendit mater. Calydõ, vrbs regia Aetholiæ.* In omnia verti: *id est, omnia tentaui, & nocere Troianis non potui: accommodaui me ad omnia, vt nocerem.* AT trahere.] *differre.* AMBORVM.] *Latini & Aeneæ.* MERCEDE.] *Merces erat sanguis, & exitium.* BELLONA.] *Bellona* ἐνυὼ *Græcè dicitur. furor belli est: cuius sacerdotes iuuenes romani erant, & secis brachijs sacrificabant. Antoninus Commodus, vt verè* B *dicerentur sacerdotes, fecit illis exsecari brachia. eius templum erat in capite Circi maximi. Ait, dea nuptiarum Lauiniæ erit Bellona.* CISSEIS.] *secundùm Euripidem, Hecuba fuit filia Cissei, regis Thracum nostri eum sequuntur. Homerus dicit, Hecubam fuisse filiam Dimantis: quia erat ex origine Phœnicis, & imperauit Thebis Ciliciæ. Ouid. in 13. Metamorph.* Ergo alijs latrâsse Dimantida flebile visum est. IVGALES.] *coniugales. Paridem, qui dedit Troiam in excidium.* VENERI partus.] *Aeneas, qui partus est Veneris, erit Veneri matri, vt Paris hecubæ.*

VAR. Lect. QVOD scelus aut Lapithis tantum, aut Calydone merente?] *In plerisque lib. ita legitur,* Quod scelus aut Lapithis tantum, aut Calydona merentem. *In alijs sic,* Quod scelus, aut Lapithas tantum, aut Calydona merentem? NON dabitur regnis (esto) prohibere Latinis?] *In Mediceo libro ita legitur,* Nõ dabitur (esto) regnis prohibere Latinis. AT licet amborum populos excindere regum.] *In Mediceo libro,* Excidere *legitur.*

DON G. QVID Syrtes, aut Scylla mihi, quid vasta Charybdis Profuit?] *Quærat, quid mihi profuerint Syrtes? quid Scylla, vel vasta Charybdis?* Vasta, *hoc, est sæua; in quâ me laborante constat impactos. Hoc interrogantis est: ecce ipsa respondet.* OPTATO conduntur Tybridis alueo Securi pelagi, atque mei.] *Ego illis meuitabilia obieci: illa eos ad optata duxerunt; in tantùm, vt vlteriùs nec me timeant, nec mare ponti formident. Per istiusmodi comparationem, ostendit cumulum doloris sui: quum cerneret inimicos suos, superatis tot discriminibus terrenis ac pelagi, defendi placiditate fluminis & regis amicitiâ.* MARS perdere gentem Immanem Lapithùm valuit, cõcessit in iras Ipse deûm antiquam genitor in Chalydona Dianæ: Quod scelus aut Lapithis tãtum, aut Calydone merente? *More suo, ab exemplis quoq; iras suas accendit: & inducit, minores deos ad plenum se defendisse. Atq; vt hoc grauius faceret, addidit comparationem à personâ suâ; dicens:* AST ego, magna Iouis coniunx, nil linquere inausum, Quæ potui infelix, quæ memet in omnia verti, Vincor ab Æneâ.] *Et personas & delicta comparat Marti & Dianæ: itemq; eos, qui vtrosque deos offenderant, & Troianorum personam; illorum factum, & Troianorum causam: pœnam quoque, quam Mars & Diana inflixerant, confert cum conatibus suis. in alieno negotio leuiorem facit delinquentium causam; in suo grauiorem: alios quum irascerentur, implêsse vindictam; se non tantùm non potuisse, verùmetiam superatam.* VINCOR ab Æneâ.] *ab vno scilicet: & pro animo mini-*

A *mo inimicæ intelligamus, ab homine humili atque inertissimo. nomen enim pro conuicio posuit.* QVOD si mea numina non sunt Magna satis; dubitem haud equidem implorare, quod vsquam est.] *Quòd si, inquit, meum numen non valet exsequi iniuriam suam: non dubitem implorare auxilia, quæ vbicunque sunt. Dum hæc tractat, inuenit, quid pro tempore facere debuisset.* FLECTERE si nequeo superos, Acheronta mouebo.] *Quia non possum auxilio superûm implere, quod cupio; inferos mouebo. Tractat, in quo obesse Troianis inferi possent.* NON dabitur regnis (esto) prohibere Latinis, Atque immota manet fatis Lauinia coniux; At trahere, atque moras tantis licet addere rebus.] *Quoniam, inquit, ferunt Lauiniæ nuptias Aeneæ deberi volentibus fatis; & Troianis Italiam: si hæc cōuelli non possunt; possunt tamen morarum impedimento differri:* AT licet amborum populos exscindere regū.] *Magnum factiosæ inimicæ consilium: quæ cùm non posset regum concordiā rumpere populos, disposuit dissipare. his enim commissis & excitatis in discordiam; necesse fuerat etiam regem suis paribus necti.* HAC gener atque socer coëant mercede suorum.] *Hæc sit merces coëuntium in affinitate, vt suorum funeribus crucientur.* SANGVINE Troia-
B no & Rutulo dotabere virgo.] *Effusio sanguinis partium, ipsa sit, virgo, dos tua. Ecce animus iratæ, dum secum tractat, ad virginem sese conuertit: quasi ipsa cum Troianis, aut cum ipso Aeneā aliquid egisset. Dos tua, inquit, constituitur in partium cæde.* ET Bellona manet te pronuba.] *crudelitatis scilicet dea. Pronubæ dicuntur, quæ sunt in obsequio nubentis.* NEC face tantum Cisseis prægnans ignes enixa iugales.] *Solent, inquit, Troianorum fœminæ mali ominis vtero gestare progeniem; sicut Cisseis incendij signo protulit Paridem. Cur non contingat Veneri similem filium peperisse?* QVIN idem Veneri partus suus, & Paris alter, Funestæque iterum recidiua in Pergama tedæ.] *Indicium ex Paride captum est; tunc magis perire Troianos, quum nectuntur vxoribus alienigenis. Cisseis peperit Paridem: sed istius natiuitatem præcesserant somnia, quæ non exortum hominis; sed ex incendijs futurum interitum nuntiarent. In hoc extremo fit & Veneris partus: vt renascens Troia ante ipsas, quas præparant nuptias, consumatur. Ecce & hic tractat Vergilius, esse quidem fatum: quod licèt superari non posset; valeat tamen aliquo impedimento turbari. non autem prohiberi licere ei, qui currentibus feliciter fatis obuius ire voluerit.*

Hæc vbi dicta dedit, terras horrenda petiuit.
Luctificam Alecto, Dirarum ab sede sororum,
Infernisq; ciet tenebris: cui tristia bella,
Iræque, insidiæque, & crimina noxia cordi.
Odit & ipse pater Pluton, odêre sorores
Tartareæ monstrum. tot sese vertit in ora;
Tam sæuæ facies; tot pullulat atra colubris.
Quam Iuno his acuit verbis, ac talia fatur:
Hunc mihi da propriū, virgo sata Nocte, laborem;
Hanc operam: ne noster honos, infractaue cedat
Fama loco; neu connubijs ambire Latinum
Æneadæ possint, Italosque obsidere fines.
Tu potes vnanimeis armare in prælia fratres,
Atque odijs versare domos: tu verbera tectis,
Funereasque inferre faces. tibi nomina mille,
Mille nocendi artes. fœcundum concute pectus:
Disijce compositam pacem; sere crimina belli:
Arma velit, poscatque simul, rapiatq; iuuentus.
Exin Gorgoneis Alecto, infecta venenis,
Principiò Latium & Laurentis tecta tyranni
Celsa petit, tacitumque obsedit limen Amatæ.
Quā superaduētu Teucrûm, Turnique hymenęis,
Fœmineæ ardentem curæque iræq; coquebant.
Huic dea cæruleis vnum de crinibus anguem
Conijcit, inq; sinum præcordia ad intima subdit;
Quo furibunda domum monstro permisceat omnem.
Ille inter vestes & læuia pectora lapsus
Voluitur attactu nullo, fallitque furentem;
Vipeream inspirans animam. fit tortile collo
Aurum ingens coluber; fit longæ tænia vittæ:
Innectitque comas, & membris lubricus errat.
Ac dum prima lues vdo sublapsa veneno
Pertentat sensus, atque ossibus implicat ignem:

SER. LVCTIFICAM Alecto.] *Græcus accusatiuus. Huius autem declinationis tres tantùm casus vsurpamus: genitiuum videlicet, vt ἀληκτοῦς, Alectus: nominatiuum & accusatiuum, vt ἀληκτὼ, Alecto.* ODIT & ipse pater Pluton.] *Venerationis est ipse* Pater: *nam Furiæ, Acherontis & Noctis filiæ sunt.* HIS acuit verbis.] *Incitauit & instigauit eius insaniam.* PROPRIVM.] *Aut tibi aptum: aut certè perpetuum, indefessum, vsque ad finem perducendum. Et sciendum; ideò Furiæ nihil pro præmio dari: quia præstatur*
C *hoc ipsum furiæ, vt bella cōmoueat: & vt dicatur defendisse Iunonem.* INFRACTA.] *Aut valde fracta: aut quæ fuit antehac semper infracta: vt in Duodecimo;* Turnus vt infractos aduerso Marte Latinos. CEDAT Fama loco.] *vincatur. Cicero:* Loco ille motus est, quum est ex vrbe depulsus. AMBIRE Latinum.] *amplecti, circumretinere. Nec ob ambitum hoc dixit: nam* Ambio ad illum *dicimus; non,* ambio illum. TV potes vnanimes.] *A maiore ad minus.* VERSARE.] *vertere. & vsus est frequentatiuo, ad vim augendam.* TIBI nomina mille.] *Id est, Facies: vt,* Et sinè nomine corpus. Mille *autem, secundùm Euripidem; in cuius Tragœdiā dicitur, furias non esse vnius potestatis; sed plurimarum: sed fortunam, sed Nemesin, sed fatum, sed esse necessitatem. Ita dicit etiam Asper.* FOECVNDVM concute pectus.] *Plenum maliciæ efficaciā.* COMPOSITAM pacem.] *Quam suprà Latinus dederat.* CRIMINA belli.] *causas: vt,* Crimen amor vestrum.

EXIN.] *Statim. Et est ordinis aduerbium.* GORGONEIS.] *sæuis, pessimis. à Gorgone.* TACITVM.] *Pro, tacitè.* OBSEDIT limen.] *Bene* Obsedit: *quasi quæ insidiabatur.* FOEMINEÆ.] *vrbentissimæ & impatientes.* CVRÆQVE iræque coquebant.] *Peruerso ordine respondit. nam ira in Troianos est; & cura de nuptijs, & primò aduentum Teucrorum dixerat.* Coquebāt *verò, macerabant.* HVIC dea cæruleis vnum.] *Figura ὑπέρβατον. namque talis est ordo: Huic dea vnum anguem in sinus conijcit, & vsque ad intima subdit præcordia: quæ sunt loca cordi vicina, quibus sensus percipitur.* Anguem *autem iniecit, id est, furoris sui partem.* LÆVIA pectora.] *pulchra.* ATTACTV nullo.] *sinè morsu.* FALLITQVE furentem.] *inijcit furorem sinè accipientis sensu.* Furentem *autem; vt furore teneatur: nam nondum furebat.* TÆNIA vittæ.] *Tænia est vittarum extremitas.* VDO.] *Scilicet veneno. ὑπαλλαγὴ in sensu: Veneno vdo, quod est de vdo corpore. namque serpentum vda sunt corpora; adeò vt, quà eunt, viam humore designent.*

PLVTON.] *Pluton, à veneratione. nam furiæ sunt Acherontis & noctis filiæ. vel pater inferorum.* SORORES.] *Tisiphone & Megera.* VERTIT.] *in tot vultus horrendos.* ATRA.] *Alecto proprium.* NOMINA mille.] *Alecto nomen habet à flagitijs & à pœnis: & quot sunt mala, tot sunt illius nomina.* FOECVNDVM.] *malorum.* IVVENTVS.] *Itala & Troiana.* QVAM.] *Amatam.* COQVEBANT.] *Accessit ad Amatam: quæ vexabatur voluntate* POM. Sabi.

Latini erga Æneam, & Turni. QVO.] serpente. FIT tortile collo.] serpens non sentiebatur. & modò fiebat torques, modo tenia; (tænia dicitur extremitas vittarum) modò innectit comas. VDO.] pingui. & ideo penetrat unguentum.

VAR. Lect. TOT pullulat atra.] In veter. plerisque libris, pullulat ora, Figuratè positum inuenias. HIS acuit verbis.] In antiquis aliquot libris, Dictis legitur. LABOREM.] Roman. libr. Laborum legit. ARMA velit, poscatque simul rapiatque iuuentus.] In antiquis quibusque libris legere est, Arma velit, poscatq; simul Troiana iuuentus. ET læuia pectora lapsus. In quibusdam antiquis libr. Læuia corpora lapsus, legitur, AC dum.] In libris aliquot antiq. At dum legitur.

DON. HÆC vbi dicta dedit, terras horrenda petiuit.] Horrendam dixit, ex causâ ingentis iracundiæ vehementissimè commotam: in tantum, vt, quisquis eam cerneret, sinè horrore esse non posset. Magna enim vis est eorum, qui in summâ potestate positi commouentur. Dimisso ergo aëre, quo vehebatur venit ad terrã. LVCTIFICAM Alecto.] Quæ nihil aliud, præter luctus, nôsset efficere; aut quæ faceret luctus. DIRARVM ab sede sororum. Infernisque ciet tenebris, cui tristia bella, Iræque, insidiæque, & crimina noxia cordi. Odit & ipse Pater Pluton; odere sorores Tartareæ monstrum: tot sese vertit in ora; Tam sæuæ facies; tot pullulat ora colubris] Quanta congessit, vt ostenderet, exquisitum malum, & quo peius non esset, sibi Iunonem adhibuisse? Et reuerâ, nisi talis, voluntatem dolentis implere non posset. Et licèt sufficere deberet, quòd luctificam dixit, & ex Dirarum cœtu, atque ab ipsis tenebris euocatam: tamen addidit alia, quibus aptam negotio demonstraret. CVI tristia bella.] bellis aptatur, quicquid triste est. quando enim possunt esse bella non tristia? & quæ semper iras commouet, quibus fuerat plena: & æquè ad excogitandas insidias artifex. ET crimina noxia cordi.] Omne quoque noxium criminum genus sensibus detestabilibus portans. Omnia, quæ dixit in eâ fuisse, monstrata sunt; cùm Iunoni, negotium gereret. Nec hæc sola, quæ superiùs dicta sunt; verùm etiam alia, quæ sequentur, quum detestandis artibus abundaret, & esset idcirco odiosa, omnibus displicebat. Intellis etiam illis, quibus placere debuerat; Plutoni scilicet & sororibus suis: omnes enim nequitiâ & scelere superauerat. Hæc tantùm malis artibus redundabat: vt vno eodemq; momento, quas vellet, mutaretur in formas, & quantis opus esset serpentibus pullularet. nihil ei gratius erat, nisi quòd luctus haberet & sanguinem. Vituperationem istius Furiæ, Vergilius ex personâ suâ posuit: sed vbi ad Iunonem ventum est, animi sui necessitate permota, quod damnabile in Furiâ fuit, vertit in laudem. QVAM Iuno his acuit verbis ac talia fatur.] Acuebat hanc Iuno verbis suis, & instructionibus pessimis: vt mala natura persuasione loquentis deterior fieret. HVNC mihi da proprium, virgo sata Nocte, laborem; Hanc operam.] Nihil à te, virgo, quæritur alienum: nec laborabis prouidere, quod habes. Proprium quippe est tibi, quod mihi est in tempore necessarium. primùm, quòd indè præferenda es, quòd te tenebrarum substantia genuit; opera sola necessaria est. Cæterùm implendis, quæ desidero, aptam geris, conuenientémque personam. Ecce Iuno non vtitur arte poscendi: nec subtilitatem quærit, nec petit aliquid fieri; sed iubet verbis imperatiuis. Da, inquit, laborem, hoc est impende, quid enim petere debuit maior, quæ iubendi teneret plenissimam voluntatem? aut quid petere ab eâ, quæ optabat inuenire, quod verteret? Sola igitur insinuatio fuerat necessaria causæ, & summa designanda desiderij. Incipit dici laus in apertâ vituperatione. si enim pro persona Furiæ, vt factum est; si remoueatur huic prædicationi persona conueniens: erit exsecrabilis, in quâ ista conuenerant. Dicitur ergo, sub specie laudis, vituperatio. Denique locum prædicationis obtinuit: quia Furiæ dicebatur. sed necessariò præmittitur causa, propter quam tantum malum fuerat ab inferis euocatum. NE noster honos infractàue cedat Fama loco.] Ventum est, inquit, ad eum cardinem, virgo: vt casura sit nominis mei omnibus reuerenda maiestas, nisi his, quæ contra eam sunt, itum obuiàm fuerit. Cedere loco, verbum est ex re militari sumptum: nam in pugnâ qui loco cesserit, constat eum superatum. Quod igitur ait Iuno, Nec noster honos, infractàue cedat Fama loco: significat, ne victæ perdamus honorem nostrum. His subiungit personas omnes: & rem, & quid facto opus sit, significans. non enim tempus verbis prolixioribus occupari debuerat: in quo non verba, sed facta quærebantur adhibenda. Quippe rumpendis initijs celeritas fuit: ne, alijs quoque concordiâ roboratis subsidijs, aut superari non posset, aut difficulter euicta succumberet. NEV connubijs ambire Latinum Æneadæ possint; Italósue obsidere fines.] nolo, inquit, cum Troianis connubia fieri: nec Latinum sic circumueniri, vt his filiam tradat: ne sit eis causa, in Italiâ remanendi. nolo affinitatis iure concordiam, contra vota mea surgentem, conualescere. Redit rursum ad laudem Furiæ: repetens etiam illa, & sensibus eius inculcans, quæ cupiebat impleri. TV potes vnanimes armare in prælia fratres.] Magna quippe vis est, naturalem dissipare concordiam; & eos, quos vnus sanguis idemq; vterus genuit, in exitium prouocari. Quod ipsum idcirco positum est; vt ostenderetur Alecto plus posse, quàm Iunoni fuerat necessarium. si poterat, pulso germanitatis affectu, non modò in dissensiones, verùm etiam in bella, fratres armare: multò validiùs potuit extraneos & incognitos, in nouam coëuntes amicitiam, dissociare, atque dissoluere. ATQVE odijs versare domos.] Potes odia conserere inter eos, quos vnum domicilij consortium tenet: tantumq; immittere seditionum pondus; vt parietes quoque, atque ipsa fundamenta vertantur. TV verbera tectis, Funereasque inferre faces.] Verbera, inquit, & faces funeras, hoc est, litium motiones & causas, potes alienis tectis immittere, quæ vsque ad interitum commanentium tendant. Potes, semel positum, omnibus aptetur, quæ diximus. TIBI nomina mille.] Per nomina, formas ostendit; in quas conuersa, mutabat etiam, quod poterat vocitari. id enim incipiebat esse, in quo dolebat forte conuerti. Mille verò artes nocendi suppetebant, cui facile fuerat esse, quod vellet. FOECVNDVM concute pectus.] Scio pectus tuum nocendi artibus redundare. hoc si agitare volueris; proferetur indè, quod mihi est necessarium. Interea, licèt scelerum conflandorum artificio Furia redundaret, & nôsse quid ageret: tamen Iuno, vehementer in suâ causâ sollicita, desiderij summam iterum ac sæpiùs succinctâ breuitate commendat. DISIICE compositam pacem; sere crimina belli: Arma velit, poscatq; simul, rapiatque iuuentus.] Magna ordinatio consiliorum. primum fuit quippe, vt pacis fœdere structa verterentur: vt via exteris inuentionibus patefieret. SERE crimina belli.] ad belli enim certamen veniri non posset; nisi primò exstitisset causa pugnandi. Optimo tamen verbo dictum est, Sere: vt ex his, quæ essent sata, alia rursum fœcundis excessibus pullularent; & aliud atque aliud, quod ex sese vindicare deberet, effunderent: Iuuentusq; ipsa velit arma. Plus est enim, in rebus perficiendis, velle; quam cogi. Quia igitur voluntas in agendo prima est: effice, inquit, primò velit; dehinc poscat. si nullus dederit; rapiat scilicet: vt, non exspectatâ visione cuiusquam, volens ad arma concurrat. Rapere, significat aliquid sinè autoritate iubentis inuadere. Compleuit propositionem, quâ dixit, Quam Iuno his acuit verbis. nam laudando eam, & in officijs detestabilibus præferendo; quæ etiam dando consilia ad perficiendum mandata, armando naturam feram, fecit instruendo peiorem. EXIN.] Hoc est, ex eo momento. GORGONEIS Alecto infecta venenis.] Alecto, cui

A cto, cui venena supererant, diris infectam serpentibus Gorgoneis, dixit: vt in eum modum mutata videretur, quo fingitur Gorgone: & tales serpentes gestare pro crinibus, quales illa portat in vertice. PRINCIPIO Latium, & Laurentis tecta tyranni Celsa petit.] Hoc mandatis non inseruerat Iuno: sed faciendum suggesserat furiæ naturalis inuentio. Dicit ergo, quid factum sit. Fuit, inquit, ad Latini domum. Nunc ipsius facti reddi incipit causa. TACITVM'QVE obsedit limen Amatæ: Quam super aduentum Teucrûm, Turnique hymæneis Fœmineæ ardentem curæque iræque coquebant.] Non sic petit domum regiam Furia, vt regem ipsum aggrederetur aut falleret: sed tacitè limen Amatæ obsedit. Tacitum dixit, sinè strepitu aliquo: quæ iam flebat fortunâ filiæ, & obtabat Turnum potiùs ei iungi, quàm Phrygium virum. Denique cruciabatur animo curâ simul doloréq. Tacitum limen, etiam sic possumus sentire: vt non limen dixerit tacitum; sed ipsam furiam tacitam obsedisse, vt faciliùs nescienti valeret obrepere. Facilè etiam fuit, nullâ vi adhibitâ obtinere eius animum, cui Amatæ iam coniunctio displicebat. Consilium tamen probabile videbatur, inuentâ mulieris cumulare sententiam: vt efficeret vis maior, ne com-

B mutaret mentem, & in aliam partem sexus forsitan mobilitate transiret. HVIC dea cæruleis vnum de crinibus anguem Conijcit, inque sinum præcordia ad intima subdit, Quo furibunda domum monstro permisceat omnem.] Furiam poëtæ sic fingunt, quòd angues pro crinibus habeat: & quòd eius ministri sint, quum aliqua ei mala perficienda sint. Nunc tamen Amatæ, non anguem, sed commotionem mentis immensam debemus accipere: vt compertâ Latini voluntate nuptiæ perturbarentur. Itaque licèt hæc ita sint; exponamus secundùm poëtam, quæ dicta sunt. Huic, inquit: hoc est, Amatæ. Deam furiam dixit, vt suprà: deos enim deasq; veteres putauerunt, qui essent alicuius virtutis, & homines potestate superarent. CÆRVLEIS vnum de crinibus anguem Conijcit.] Quando vnum ad perditionem harum rerum arbitrata est posse sufficere; quid in euersionibus poterat, quam tot etiam funesti angues armabant? INQVE sinum præcordia ad intima subdit.] Sinus dicitur, qui potest aliquid excipere & tenere. Furia igitur in sinum & præcordia anguem misit, ad ipsa intima. Subiungit, cur hoc fecerit: QVO furibunda domum monstro permisceat omnem.] Id est, vt hoc monstro, per puellæ matrē, totam domum misceret: scilicet vt, subuersâ omnium voluntate, in vnam omnes sententiam reducerentur: &, contraria sentiendo, nihil contra Iunonis vota perficerent. ILLE inter vestes & læuia pectora lapsus Voluitur.] Serpens inter vestes, & mulieris læuissimum pectus, voluebatur. ATTACTV nullo.] Sic tamen, vt tactus eius non sentiretur. FALLI'TQVE furētem, Vipeream inspirans animam.] Vt, pulso humani sensus vigore, ad eam malignitatem redigeretur, quā fuerat serpens. Ecce addit pererrantis ipsius serpentis speciem: FIT tortile collo Aurū ingens coluber.] Quum esset magnæ longitudinis coluber; sic se collo Amatæ inuoluebat, tanquam aurum tortile. FIT longæ tænia vittæ, Innectitq; comas.] In aurum tortile versus est: in tæniam, inquit, hoc est, extremitates vittæ. Vittæ significatio ostendit prolixitatem & longitudinem. Nectebat igitur comas eius, vt vitta. ET membris lubricus errat.] A corporis partibus membra omnia generalitate conclusit, ne ille aliquam partem non videretur intrâsse.

CVI tristia bella, Iræque insidiæque, & crimina noxia cordi.] In eum dicetur, qui rixis, bellis, dolis gaudet; eaq; quoquò ierit, secum feret. ODIT & ipse pater Pluton; odere sorores Tartareæ.] In hominem omnibus inuisum. NE noster bonos.] Si quis ingentem semel de se hominibus spem dederit; huic annitendum, ne eam segnitiâ minuat. ad quod significandum, illud conueniet: Ne noster honos, infractaque cedat Fama loco. ADR. Bar.

Necdum animus toto percepit pectore flammam:
Molliùs & solito matrum de more locuta est:
Multa sup nata lachrymans, Phrygijsq; hymenęis.
Exsulibúsne datur ducenda Lauinia Teucris;
O' genitor? nec te miseret natæque, tuique?
Nec matris meseret: q̄ primo Aquilone relinquet
Perfidus, alta petens, abductâ virgine prædo?
At nō sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor,
Ledæamq; Helenam Troianas vexit ad arces?
Quid tua sancta fides? quid cura antiqua tuorum;
Et consanguineo toties data dextera Turno?
Si gener externâ petitur de gente Latinis;
Idq; sedet, Fauniq; premunt te iussa parentis:
Omnem equidē sceptris terram quæ libera nostris
Dissidet, externam reor; & sic dicere diuos.
Et Turno, si prima domus repetatur origo,
Inachus Acrisiusq; patres; mediæq; Mycenæ,
His vbi nequicquam dictis experta, Latinum
Contrà stare videt; penitusq; in viscera lapsum
Serpentis furiale malum, totamque pererrat:
Tùm verò infelix ingentibus excita monstris,
Immensam sinè more furit lymphata per vrbem:
Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo,
Quem pueri magno in gyro vacua atria circùm
Intenti ludo exercent. ille actus habenâ
Curuatis fertur spatijs: stupet inscia turba,
Impubisque manus, mirata volubile buxum,

SER. SOLITO matrum de more.] Nondum ad plenum furebat. Vnde per muliebrem iracundiam (nam est de matrum more) mixtâ asperitate loquebatur. nam paulò pòst vero furore quatietur. EX-

C SVLIBV'SNE datur.] Propter dissuasionem signatè loquitur; exsules vocans, qui propria regna repetebant. DVCENDA.] abducenda. PRÆDO.] Quasi piratam dicit hominem diu in mari morantem. AT non sic Phrygius.] Legitur &, Annon. sed hoc absolutum est. Si autem legeris At; copulatiua particula est, ad ornatum solum pertinens. Horatius: At ô deorum quidquid in cœlo regit Terras, & humanum genus. ET consanguineo.] Filius enim est Veniliæ, Amatæ sororis. SI gener externâ petitur de gente Latinis.] De qualitate transit ad definitionem. nam vult, Turnum extraneum esse, definire per callidam argumentationem; quia imperio Latini non subiaceat: cùm oraculum de Latinis omnibus cauerit. Postea etiam huic argumento aliâ argumentatione occurrit; Turnum Græcum esse: ab Acrisio ortum commemorans. Per quod duas res latenter agit: nam dicendo, originem considerandā, docet, & Turnum Græcū esse, ab Inacho & Acrisio, & Aeneā Latinum, à Dardano. PREMVNT.] vrgent, & in hoc compellunt. IVSSA.] sortes, oracula. INACHVS Acrisiusq; patres.] Danaē, Acrisii regis Argiuorum filia, postquam est à Ioue vitiata, pater eam intra arcam inclusam præcipitauit in mare. quæ delata ad Italiam, inuenta est à piscatore cum Perseo, quem illic enixa fuerat: & oblata regi Pilumno, qui eam sibi fecit vxorem; cum quâ etiā Ardeam condidit: à quibus Turnum vult originē ducere. SINE' more furit.] sinè exemplo. & hoc etiam contra decus est regium. LYMPHATA.] percussa furore Lympharum: sicut Ceritos à Cerere dicimus. TVRBO.] Catullus, hoc Turben dicit: vt Carmen. hic, Turbo: vnde Turbinis facit. nam si Turbonis sit, erit à proprio nomine genitiuus, vt Horat. Turbonis in armis. IMPVBIS'QVE manus.] Aut multitudo puerorum: aut à parte totum posuit: vt pro manu ipsum puerum intelligas.

FLAMMAM.] serpentinam. PASTOR.] Ex- POM. Sabi.

emplum Paridis inducit, cùm rapuit Helenam. TVRNO.] *Nam Turnus originem habebat à Saturno, & sobrinus erat Amatæ.* EXTERNAM.] *Latium repletum est externis & peregrinis: & Turnus ipse ab antiquâ origine Argiuus est.* ACRISIVS'QVE.] *post commissum à Ioue stuprum, Acrisius rex Argiuorum indignatus, filiam Danaën capsulâ inclusam proiecit in mare: quæ vecta est fluctu in Latium, & à piscatoribus accepta puella, quæ iam pepererat intùs Perseum. puella data fuit regi Rutulorum: qui vbi genus audiuit, duxit vxorem. Hac duce Rutuli duxêre Ardeam coloniam.* Ardea *dicta est ab Ardeâ, filio Vlyssis &* Circes. Acrisius *fuit de genere Inachi, pater Danaæ: in cuius gremium descendit Iupiter, liquefactus in aurum; & cum puellâ coiuit.* TVRBO.] *turbo ligneus: cuspis eius ænea, quo pueri ludunt.*

VAR. Lect. TOTO percepit pectore.] *In Romano libro, quod minimè displicet,* Toto concepit pectore, *legitur.* EXSVLIBV'SNE datur ducenda Lauinia Teucris.] *In antiquis nonnullis libris hic totus versus ita legitur,* Exsulibus ducenda datur Lauinia Teucris? AT non sic Phrygius.] *In aliquot libris.* An non *habetur.* HABENA.] *In antiquis aliquot libris,* Habenis, *numero multitudinis.* STVPET.] *Sunt qui legant,* Super incisa turba.

DON. Ac dum prima lues vdo sublapsa veneno Pertentat sensus, atque ossibus implicat ignem: Nec dum animus toto percepit pectore flammam: Molliùs & solito matrum de more locuta est; Multa super natâ lachrymans Phrygijsque hymenæis.] *Antequam eam furialis lues incendio robustiore inflammaret; antequam ossa eius ac medullas venena plenissimè possiderent: verba cum marito habuit. nec lachrymæ deerant, quum illa loqueretur: vt, habitura sermonem super filiæ votis ac Turni, matris officio fungi videretur potiùs, quàm furore præcipitata, nesciret quid diceret.* EXVLIBV'SNE datur ducēda Lauinia Teucris? O' genitor, nec te miseret nutæque tuique: Nec matris miseret, quam primo Aquilone relinquet Perfidus alta petens, abductâ virgine, prædo? At non sic Phrygius penetrat Lacedæmone pastor; Ledæamque Helenam Troianas vexit ad vrbes. Quid tua sancta fides, quid cura antiqua tuorum: Et consanguineo toties data dextera Turno? Si gener externâ petitur de gente Latinis, Idque sedet, Faunique premunt te iussa parentis. Omnem equidem sceptris terram, quæ libera nostris, Dissidet, externam reor, & sic dicere diuos. Et Turno, si prima domus repetatur origo, Inachus, Acrisiusque patres, mediæque Mycenæ.] *Apud maritum locutura de filiæ connubijs mater, non debuit vti principijs. tunc enim sunt necessaria; quum apud extraneum sumus verba facturi: vt attentum, beneuolum, docilemq; reddamus. In præsenti verò attentum cur faceret: cùm Latinus causam nôsset? Beneuolum cur: cùm negotio filiæ, vtpote pater, non esset nociturus? Docilem quomodo: cùm ab eo ipsa sciret? Causam non insinuatio negotij; sed disputatio exinde exorta, habere debuisset. Incipit igitur ab ipsis quæstionibus: deformans factum & personam mariti; improbans eius sermones, qui sponte illi obtulerat filiam. ita tamen agit cum marito; vt suadere potiùs, quàm reprehendere videatur. Conueniebat hoc quippe reuerētiæ maritali; & ei, quæ imperandi cupida, molliùs apud eum loqui debuerat, qui principalem in filiam habuit potestatem: & hominis mentem à promisso diuellere cupiebat. Oblitus, inquit, quid patribus in filiarum coniunctione conueniat; totâ penitùs pietate atque honestate reiectâ, non petentibus vltrò ingeris filiam? Nec saltem respicit, sub quo euentu sit miseram traditurus: naufragis, vndis eiectis, & perpetuis erroribus actis; quibus sedes nullæ, & domicilium semper incertum. Quid prodest, habere præcipuos, quos exsilio sempiterno fortuna damnauit? Vellem id, marite, fieri, si consilijs tuis commoda* A *vel honesta suppeterent. nihil est eorum; contràq; sunt omnia inhonesta & dura. Nullus postulat; pater ingerit. erit in naui thalamus filiæ, & omnis vita ducetur in fluctibus: gratia certè nulla coniugis, & nullum decus vxoris. Quis dignam iudicabit matrimonio suo, quam pater non tradidit, sed obiecit? Non ista dabitur maritali consortio: sed infelicibus Troianorum fatis, & fortunæ ingetur. Vbi patris officium? Vbi sacri huius nominis pietas? Solent in his causis patres esse suspensi: etiam quum liberorum numerus maior est & felicioris sobolis beatitudo suppeditat. quò magis in vnicæ negotio filiæ debuit te facere necessitas cautiorem. Ducetur misera; ducetur infelix, nunquam occursura visibus meis. fient non nuptiæ, sed filiæ miseranda transcriptio: si nuptiæ dicendæ sunt, quæ non in augmentum generis nostri, sed in interitum processuræ sunt. Orbitas ista est; non propagatio sanguinis: & in hoc facto, domus nostræ solitudo perpetua. Quis erit ille funereus dies, quo sine spe reditus, his terris miseranda portabitur, æternũ matrem lachrymis relictura? Quòd si te non peregrinorum, sed exulum fauor, in suum commodum traxit incautum: perfidæ gentis antegestorum debueras exempla tractare, & recentem facinoris infandi recensere memoriam. Phrygius ille fur-* B *rat pastor, quem in raptum regiæ coniugis, nec præsumpta temeritas, nec terrarum remota penitùs desperatio reuocauit. Tantum prædicto licuit; vt ignobilis ouium custos, Lacedæmoniam petens, longè discretam regis coniugem, Ledâ regali genitam matre, vexisset ad Troiam. Quid non audeant tales, quum ad solitum sceleris præmium sine labore peruenerint? Quid inquam, non audeant, quibus inopinatum prædæ cōmodum non quæritur scelere; sed manibus paternis offertur? O' vnicum solatium senectutis! ô liberorum meorum, post tot funera, miserandæ reliquiæ! nihil intererit inter luctus & vota: semper ego plangam; semper lachrymas fundam. Lugeo mortuos; & sub imagine votorum in filiæ luctus impellor. Aequâ lance in orbitatem meam maritus & fortuna contendunt: & in hac parte mitior fortuna, quàm genitor. Reliquit illa, quæ temperarent lachrymas meas: pater mihi infelici tollit, quod sæuiens inimica dimisit. Non addam, quod euidenter apparet. neq; enim incusandi sunt illi, qui proprium de se habuêre iudicium; non ausi sunt poscere, quod optimo iudicio patris impetrare non poterant. Quos putamus illius perfidi nunc esse tractatus? aliquid monstruosum existimet genuisse, monstrum a-* C *lere, & monstrum deforme nutrire. non se enim prælatum cæteris putat; sed coniunctionem nostram cunctos incolas horruisse. Quid te arbitrabitur ille sectatum? fidem? at nouit se ac suos esse fallax genus. Quid tam monstro consimile? Quæ prudentia ista est? Fortuna illos olim indignata destituit. Auxiliorum spes? conciderunt ista cum Troiâ: neq; enim sperabo profuturos nostris, propria qui perdiderunt. Superioris fortunæ reditus nescio quando peruenire possit, qui per Troianos reperiri non potuit. Nec mihi persuaderi potest, aliquem Troiæ superesse felicem; cùm euasisse crimen sit, & vixisse tormentum. Quin potiùs, si infelicium facienda comparatio est, meruerunt aliquid in aduersis, quos in laboribus suis vltimum supplicium maturè consumpsit. Emissi sunt isti, vt iactati per vniuersos mundi cardines pœnas expenderent; ne quis fieret reliquus, qui Troianorum exitium miseriasq; nesciret. Venio nunc ad fidei partes, quæ semper apud te sancta & inuiolabilis fuit: venio ad singulare institutum animi tui, quo tuorum curam semper & vbique seruasti. Recusatur Turnus; quem coniunctum tibi & ratio sanguinis fecit, & dexterarũ sæpiùs repetita conuentio. Ah, putas nihil sceleris admitti, quum nullâ interueniente causâ rumpitur fœdus; quod multi religionum nodi & numerosa pariter vincula nexuerunt? Tradas tu dexteram proximo: & hoc non semel, sed sæpiùs facias? obstringas cunctis tuam religionibus fidem, quas dijs fœderum testibus non sine veneratione firmasti? repentè, cùm læserit nullus, denique nullus offenderit, ipse primus excidij autor exsistas?*

Digitized by Google

A *exsistas? &, quod patri regiæ turpissimum est, sententiam tuam contraria sentiendo dissoluas? Certè, si in hac causâ deorum te responsa sollicitant; si generum Faunus prædixit externum: nolo in hac parte parentis tanti iudiciū lædas: comPleantur iussa; sic tamen, ne ipso patris obsequio intellecto, errore prolapsus lædas potiùs iubentem, & quem te officijs promereri credas, offendas. Responsa semper magnâ cautelâ & plenâ intentione consideranda sunt: quippe dubijs inuoluta verbis, & ancipiti syllabarum congregatione miscentur; ne apud humanum ingenium, diuina beneficia, intelligendi facilitate vilescant. Consideremus igitur, quid faciendum responsa prædixerint: video enim, sententiam tuam te in his, marite, fixisse.* Externi, *inquit,* venient generi. *Videamus, quid sit* Externus: *volo enim dicti ipsius definire rationem, & parentis tui mentem plenâ intentione colligere. Consultus ille in negotio nepris, quid possit prodesse, respondit:* Externo *inquit, trade filiam tuam. Externus est quisquis à regno tuo & tuâ potestate discretus est: cui tamen sit substantia congruens, & domicilium certum. Exules sunt isti, quos arbitraris externos: nec ille sic dixit nostræ filiæ consulendum, vt talis virginem sumat, qui ventos fugitiuus exspectet. Habes externum consortium Turni: quem si nobis aliquando affinem ratio temporis fecit, repetita tamen origo superior, & eius numerati maiores, & patria, quo nomine debeat appellari, euidenti significatione monstrabunt. Mutatio quippe terrarum, originem nascendi commutat. Inachus illi & Acrisius maiores numerantur, & Mycenarum illum ciuitas tenet.*

* Deest in XLII. carmina interpretatio.

STVPET inscia turba.] *Indocti, quæ nesciunt, in alijs mirantur.* ADR. Bar.

SER. SIMVLATO numine Bacchi.] *Talem patiebatur furorem, vt speraret se Liberis sacra celebrare. non* B *enim ipsa simulabat; quod est sanorum. nam & paulò pòst dicturus est:* Alecto stimulis agit vndique Bacchi. QVO.] *vt,* EVOHE.] *Vox bacchantis est.* TIBI sumere thyrsos.] *Pro, sumebant. & sunt infiniti pro indicatiuis.* PAMPINEAS hastas.] *Pampinis tectas* INCINCTÆ pellibus.] *Nebridum scilicet.* PINVM sustinet.] *facem Pineam, vt fiebat in Liberalibus.* NATÆ Turnique canit hymenæos.] *Hic apertè expressit dementiam. nam cùm consecrauerit filiam Libero hymenæum canit eius ac Turni.* Hymenæum *autem, nunc carmen nuptiale dixit.* TOR- C VVM.] *Pro, toruè.* Iò.] *Vox clamantis. & est tragicus sermo.* PIIS animis.] *Id est, maternis.* CRINALES vittas.] *Quæ solarum matronarum erant. nam meretricibus non dabantur.* ACVISSE furores.] *Vt suprà:* Quam Iuno his acuit dictis. CONSILIVMQVE.] *Quod habuerat, vt filiam dando Aeneæ, bella remouerer: quæ significauerat fumus augurij.* ACRISIONEIS Danaë.] *Patronymicum, id est: nam filiam Acrisij significat, non Acrisioneis colonis. Sola enim venerat, non cum colonis.* PRÆCIPITI delata Noto.] *Vt diximus suprà, intra arcam.* MAGNVM tenet Ardea nomen.] *Bene alludit: nam Ardea, quasi ardua dicta est, id est, magna & nobilis. Et quanquam Higynus, in Italicis vrbibus, ab augurio auis ardeæ, Ardeam dictam velit: (illud namq; Ouidij in Metamorphosi fabulosum est; incensam ab Hannibale Ardeam, & in hanc auem esse conuersam) sciendum tamen, Ardeam κατ' ἀντίφρασιν dictam, quòd breuitate pennarum altiùs non volat. Lucanus:* Quoque ausa volare Ardea sublimis pennæ confisa natanti. MEMBRA exsuit.] *Bene* Exsuit. *nam dij, cùm volunt videri, induunt se corporibus, propter mortalium oculos. nam incorporei sunt.* ALBOS Cum vittà crines.] *Id est, etiam albas vittas.* RAMVM innectit oliuæ.] *Aut coronam accipit: aut ramum illigat vittis. Quod apertè in Octauo ostendit:* Et vittâ comptos voluit prætēdere ramos. *suprà etiā:* Præferimus manibus vittas. IVNONIS anus, templique sacerdos.] Ordo est: *Iunonis templi sacerdos anus.*

Dant animos plagæ. non cursu segnior illo
Per medias vrbeis agitur, populosq; feroces.
Quinetiam in syluas, simulato numine Bacchi,
Maius adorta nefas, maioremque orsa furorem,
Euolat; & natam frondosis montibus abdit:
Quò thalamum eripiat Teucris, tedasq; moretur.
Euohe Bacche, fremens, solum te virgine dignum
Vociferans: etenim molleis tibi sumere thyrsos,
Te lustrare choros, sacrum tibi pascere crinem.
Fama volat, Furijsque accensas pectore matres
Idem omnes simul ardor agit, noua quærere tecta.
Deseruêre domos: ventis dant colla, comasque.
Ast aliæ tremulis vlulatibus æthera complent,
Pampineasq; gerunt incinctæ pellibus hastas.
Ipsa inter medias flagrantem feruida pinum
Sustinet, ac natæ Turniq; canit hymenæos,
Sanguineam torquens aciem, toruumque repentè
Clamat: Iò matres audite vbi quæque Latinæ;
Si qua pijs animis manet infelicis Amatæ
Gratia; si iuris materni cura remordet:
Soluite crinales vittas; capite orgia mecum.
Talem inter syluas, inter deserta ferarum,
Reginam Alecto stimulis agit vndique Bacchi.
Postquam visa satis primos acuisse furores,
Consiliumq; omnemque domum vertisse Latini:
Protinus hinc fuscis tristis dea tollitur alis
Audacis Rutuli ad muros; quam dicitur vrbem
Acrisioneis Danaë fundasse colonis,
Præcipiti delata Noto. locus Ardea quondam
Dictus auis; & nūc magnum tenet Ardea nomen.
Sed fortuna fuit. tectis hîc Turnus in altis
Iam mediam nigrâ carpebat nocte quietem:
Alecto toruam faciem, & furialia membra
Exsuit; in vultus sese transformat aniles;
Et frontem obscœnam rugis arat; induit albos
Cum vittâ crines; tùm ramum innectit oliuæ.
Fit Calybe Iunonis anus, templique sacerdos;

POM. Sabin. IN syluas.] *petit syluas cum natâ Lauinia, vbi eam abscondat.* EVOHE.] *interiectio est bacchantis & furentis.* THYRSOS.] *Thyrsi, hastæ cum pampinis sunt.* CRINEM.] *post pueritiā, siue pueri, siue puellæ, crinem dedicabant aris.* COMPLENT.] *vt faciebant bacchantes, clamantes euohe.* PELLIBVS.] *bacchantes, tectæ pellibus Nebridum, furebant. Nebridem multi appellant vulpem. multi per Nebridas intelligunt pelles damarum: mihi placet vulpium.* PINVM.] *faces pineæ in Bacchanalibus.* TORQVENS aciem.] *Dementiam exponit. nam modò filiam destinauerat Libero patri, id est, Baccho: modò Turnum canit.* ORGIA.] *Bacchi sacra.* ACRISIONEIS.] *Acrisione patronymicum est: id est, Danaë, filia Acrisij. indeclinatum nomen Acrisioneus vt Silius:* Acrisioneis Tyrinthia culmina muris. *Qui autem dicunt,* Acrisioneis *patronymicum esse, errant. Acrisionei, Rutuli dicti.* ARDEA.] *quasi ardua: vel quòd condentibus vrbem auspicium fuit ardea auis: vel ab Ardeâ, filio Vlyssis &* Circes: *vel ab Ardeâ, rege Rutulorum, qui duxit Danaën.* SED nunc.] *Appronianus legit,* Et nunc tantum manet Ardea nomen. CALYBE.] *custos templi Iunonij.*

VAL. Lect. IN syluas.] *In libris nonnullis peruetustis legere est,* In syluis simulato nomine Bacchi. ADORTA nefas,

nefas, maioremque orsa furorem.] *In antiq. quibusdam exempl.* Adorsa *legitur. Preterea etiam in Romano libro*, Maiorem exorsa furorem, *absque particulâ copulatiuâ habetur.* EVOHE Bacche fremens.] *Sunt, in* Euohe, *qui vnam tantùm aspirationem notent. Sunt qui statuant in medio, duabus hinc indè vocalibus adnotatis,* Eu ohe. *Sunt qui etiam dictionem incipiant ab aspiratione,* Heu hoe. TE lustrare choro.] *In plerisque veteribus libr. cum Roman. & Medic. legitur* Choros. Iò matres audire vbicunque Latinæ.] *Sunt qui ex Prisc. legunt,* Vbiquaque. *atque ita in Mediceo, & antiq. omnibus libris.* LOCVS Ardea quondam dictus auis, & nunc magnum tenet Ardea nomen.] *Antiqui aliquot lib. legunt*, Locus ardua quondam. *Est & pro* Tenet, Manet ardua nomen, *in Mediceo & aliquot alijs antiquis libris.* IAM mediam nigrâ carpebat nocte quietem.] *Libri nonnulli peruetusti legunt,* Iam mediâ nigrâ. *In alijs inuenio,* Iam mediâ nigrâ. ALECTO toruâ faciē, & furialia membra Exsuit in vultus.] *In veterib. aliq. lib. legere est.* Furialia membra Exit. *In aliq. alijs.* Exsuit & vultus, *absq;* In. *Sed illud mihi arridet, vt figuratū magis,* Exit & in voltus.

A DON. ALECTO toruam faciem, & furialia membra Exsuit: in vultus sese transformat aniles, Et frontem obscœnam rugis arat: induit albos Cum vittâ crines: tum ramum innectit oliuæ: Fit Beroë Iunonis anus, templique sacerdos.] *Suscepit Alecto sacerdotis personam: vt maiore autoritate loqueretur. Interea, quàm pulchrè posuit,* Alecto toruam faciem, & furialia membra Exsuit? *item*, Induit albos Cum vittâ crines? *Nam Exsuit & Induit sic est, vt est illud, quum vestem permutamus, exsuimus quam habemus, & induimus alteram.* INDVIT albos cum vittâ crines.] *eiuò ostendit, & crines & vittam albos fuisse.* ET iuueni ante oculos his se cum vocibus offert.] *Rectè commotæ vultū aperuit: obiurgans iuuenem, quòd in suâ causâ tam segnis exsisteret: qui & cogitare deberet pericula sua, & ætatis suffragio posset aduersum se cogitata depellere.*

ADR. Barl. VLVLATIBVS æthera complent.] *In mulierum intemperiem. Qualis illa fuit olim in senatu Romano lachrymantium mulierum, atq; obsecrantium; vt vna potiùs duobus nuberet, quàm vni duæ. Historia est in noctibus Gellianis.*

B

Et iuueni ante oculos his se cum vocibus offert:
Turne, tot incassum fusos patiêre labores?
Et tua Dardanijs transcribi sceptra colonis?
Rex tibi coniugium, & quæsitas sanguine dotes,
Abnegat; externusq; in regnum quæritur hæres.
I nunc, ingratis offer te irrise periclis;
Tyrrhenas i sterne acies; tege pace Latinos.
Hæc adeò tibi me, placidâ cùm nocte iaceres,
Ipsa palàm fari omnipotens Saturnia iussit.
Quare age, & armari pubem, portisq; moueri
Lætus in arma para; & Phrygios, qui flumine pulchro
Consedêre duces, pictasq; exure carinas.
Cœlestûm vis magna iubet; rex ipse Latinus,
Ni dare coniugium & dicto parêre fatetur,
Sentiat, & tandem Turnum experiatur in armis.
Hîc iuuenis, vatem irridens, sic orsa vicissim
Ore refert: classes inuectas Tibridis vndam,
Non, vt rere, meas effugit nuntius aures.
Nec tantos mihi finge metus: nec regia Iuno
Immemor est nostri.
Sed te victa situ, verique effœta senectus,
O mater, curis nequicquam exercet, & arma
Regum inter falsâ vatem formidine ludit.
Cura tibi, diuûm effigies & templa tueri:
Bella viri, pacemq; gerant, queis bella gerenda.
Talibus Alecto dictis exarsit in iras.
At iuueni oranti subitus tremor occupat artus:
Diriguêre oculi: tot Erinnys sibilat hydris,
Tantaque se facies aperit. tum flammea torquens
Lumina, cunctantem & quærentem dicere plura

SER. INCASSVM.] *tractum à cassibus, id est, retibus.* FVSOS patiêre labores.] *Probus de temporum connexione libellum composuit, in quo docet, quid cui debeat accommodari: ex quo intelligimus, hāc, quam facit, arduam esse connexionem. nam* Patiêre *futuri temporis est:* Fusos *verò, participium est præteritum. dicit autem:* Patieris, *vt tot tui labores fundantur incassum, vel in irritum cadant.* TRANSCRIBI.] *tradi. sermo autem hic tractus est de pecuniâ: nam scribi, est dari. Horatius:* Scribe decem Nerio: non est satis, adde Cicuto Nodosi in tabulas centum. *Rescribi verò, reddi. Hor.* Dictantis quod tu nunquā rescribere possis. *Terē.* Argentū illud denuò rescribi iube Phormio. QVÆRITVR hæres.] *De iure traxit, vt non generū, sed hæredem diceret. nā per coëmptionem facto matrimonio sibi inuicē succedebant.* TYRRHENAS i sterne.] *Vt,* I sequere Italiā ventis. *Sanè notum est, bello multum potuisse Tyrrhenos; & fuisse præcipuè infestos Latinis: vt,* Hi bellum assiduè ducunt cum gente Latinâ. HÆC adeò tibi me.] *Addidit authoritatem: quia scit anui credi difficilè. Adeò autem, valde, scilicet iussit. vt Terent.* Adolescentem adeò nobilem. LÆTVS.] *alacer, festinus. nam lætari non poterat, qui perdebat vxorem. sicut suprà in Primo:* Vela dabant læti. FLVMINE pulchro.] *Vt suprà:* Hunc inter fluuio Tiberinus amœno. COELESTVM vis magna iubet.] *Aut per diffinitionem, ipsa Iuno est vis deorum; aut per augmentum suasit, primò per se, secundò per Iunonem, postremò per vim omnium deorum.* TVRNVM experiatur.] *contra se, quem pro se laborantem probare non potuit.* HIC iuuenis vatem irridens.] *caluit: quia iuuenis. Horatius:* Non ego hunc ferrem calidus iuuentâ, Consule Planco. VICTA situ.] *temporis longinquitate, ex quâ nascitur situs.* VERIQVE effœta.] *cassa veritatis.* O' mater.] *Irrisionis est; non honoris.* FALSA formidine.] *Quia vatem. nam eam defendebat à bellis, si non ætas, saltem religio sacerdotij.* EXARSIT in iras.] *Communis sermo habet,* Ardeo illâ re: *sed figuratiùs,* Ardeo in illam rem, *dicimus. & est specialis Cornelij elocutio.* ORANTI.] *loquenti. vnde etiam oratores dicimus.* TREMOR occupat artus.] *Vicinitate scilicet furiæ: nam tremor furoris est.* TANTAQVE se facies aperit.] *Semoto anili vultu, quem finxerat, & quo se induerat. sicut suprà in Primo de Venere:* Et vera incessu patuit dea.

C

POM. Sabl. EXTERNVSQVE in regnum.] *Latinus, cùm sine prole virili esset, quærebat filiæ maritum, & successorem regni.* TYRRHENAS acies.] *Tyrrhenos, irruentes in Latium contra Latinum, fudit; vt affinis & gener.* IVSSIT.] *misit me ad te Iuno.* ET armari.] *vt armetur.* PHRYGIOS.] *quasi imbelles.* SENTIAT.] *se malè fecisse.* IN armis.] *te armatum & potentem.* AVRES.] *quia nunciatum mihi est, venisse Phrygas.* EXERCET.] *vexat te senium.* SITV.] *Situs squalor senilis est: & sunt sordes.* TREMOR.] *irata Alecto.*

VAR. Lect. REX tibi coniugium, & quæsitas.] *In antiquis aliquot libris, non habetur* Et. TYRRHENAS i sterne acies.] *Veteres aliquot libri legunt,* Tyrrhenas & sterne. ET dicto parere fatetur.] *In libris aliquot antiquis,* Parere iubetur *legere est.* CLASSES inuectas Tybridis vndam.]

A vndam.] Romanus liber, Portius, & aliquot alij veteres, legunt Tybridis alueo. BELLA viri pacemque gerant.] In antiquis libris, Gerent scriptum obseruaui: in alijs, Gerunt. SVBITVS tremor occupat artus.] In antiquis aliquot exemplaribus, Subitò aduerbium est. TVM flammea torquens Lumina.] In Romano libro, Fumea legitur.

DON. TVRNE, tot incassum fusos patiêre labores?] Poteris, inquit, pati tuos, Turne, labores effundi? hoc est, non paulatim, sed semel interire? Funditur enim, quidquid vno impulsu contentum traditur terræ. ET tua Dardanijs transscribi sceptra colonis?] Et imperium, iam tuis meritis debitum, ad indignos & aduenas sinè labore transire? Bis intelligendum est, Sceptra transcribi. quòd autem ait, Tot labores: à quantitate adiecit pondus dictioni. quòd ait, Tua, laudis loco accipiendum. Dardanijs verò, pro conuitio: vtpote qui sua perdidissent; & inuadere cuperent aliena. Incipit aperire, quod suprà generaliter posuit. REX tibi coniugium.] Rex, tuo semper auxilio & labore defensus, tibi, tantorum meritorum viro indigno, tanquàm inerti, Coniugium, hoc est, non rem ludicram aut leuem, sed coniugium, negat.

B Non dixit, Sponsam: quoniam tanto affectu apud Latinum aut Amatam habebatur; quasi iam illi iunxisset filiam suam. ET quæsitas sanguine dotes Abnegat.] Ecce & in hac parte satiat, quod asserebat: dixit enim, Turnum dotis quoque esse possessorem; ac per hoc non ei sponsam negari & coniugem: quæ omnia, non leui, sed periculoso labore quæsisset. EXTERNV'SQVE in regê quæritur hæres.] Quod erat iniuriarum augmentum; scilicet indignum præferre meliori. I nunc, ingratis offerte irrise periclis; Tyrrhenas i sterne acies; tege pace Latinos.] Quid profuit, toties de laboribus obiectum, & periculis tuis stratos esse Tyrrhenos? quid Italos otio texisse perpetuo? HÆC adeò tibi me, placidâ quũ nocte iaceres, Ipsa palàm fari omnipotens Saturnia iussit.] Denique, quum hæc satis indignè magnæ Iunoni displicuissent, iussit manifestari tibi per me: ne, dum securus noctem continuam dormiendo conteris, regnum simul & consortium perdas vxoris. Dixit omnia, quæ hominem regium ac fortem meritò commouerent. Dixit laboribus eius gratiam non solùm non relatam; verùmetiam intolerâbilem iniuriam factam; cuius indignitate meritò doleret & Iuno: irrisum scilicet, qui factum defendere deberet & posset. Dat

C etiam vincendi fiduciam: asserendo, Iunonem auxilio fore: cui causa displicebat, & quæ suadebat vltionem. Dixit facilitatem totius effectus: quòd cum peregrinis esset necessariò côfligendum. Addidit etiam metum: ne, si interueniret mora; firmatos arctiore fœderis vinculo superare non posset. In pronominibus quoque magnã vim dictionis ostendit, ait enim: Ipsa tibi me hæc fari iussit. Ipsa: Hoc est, quæ omnia potest, & commoda tua pertractat. Tibi: contra meritum laborum irriso: forti quoque ac regio. Tibi, qui malè gesta possit propriâ virtute defendere. Tibi, suscepto iam genero. Me: sacerdotem scilicet suam, & templi venerandi custodem: cuius fidem nôsset & fidele ministerium; cuius efficaciam in his, quæ curanda mandâsset, habuit ritè compertam. Hæc: Hoc est, incongrua, nec respondentia dignissimo viro; in quibus sit irrisionis culpa, & mutatio fidei. Non immeritò, celeriter corrigenda, propè generaliter posuit: hoc est, clausa ex parte, ex speciebus expressa. Quod ipsum arte mirâ perfectum est; vt commoto intimaret sententiam. Fecit & omnium Latinorum cum rege communem causam: quum solus ipse filiam Troianis promisisset; vt omnes simul vnâ odij societate perfunderet. QVARE age, & armari pubem, portisque moueri Lætus in arma para.] Et dispone pubem, quemadmodum producatur portis. Age para, iubentis est. quis autem suadet, vt quis lætus eat ad bellum: nisi qui spondet spem vincendi certissimam? Quod ipsum etsi falsò promittebatur; non curabat furia exitum rerum: quæ, propter turbanda omnia, belli tantùm quærebat initium. ET Phrygios, qui flumine pulchro Consedère duces, pictasque exure carinas.] Suadebat inuadendos bello, qui venerant. atque vt hoc securus ageret Turnus; deformat Troianorum personas, imbelles ostendens. Phrygij sunt, inquit, hoc est, qui per inertiam sedes suas & patriam perdiderunt. delectantur amœnitate fluminis; quod non facerent, nisi essent soluti & inertes. PICTAS'QVE exure carinas.] notatur, quòd picturis nauium luxuriosos esse comprobaret, & ad bellicum certamen infirmos. Has igitur iubebat incendi: vt pressis fugiendi vel euadendi subsidium negaretur. COELESTVM vis magna iubet.] debet audacius fieri, quòd superna præcipit autoritas. Quòd verò reginam deorum dixit præcepisse, ad omnes deos voluit pertinere: qui voluntati potioris non poterant contradicere. Nec dubites, inquit, accepta perficere: cùm cœptis tuis affuturus sit potentissimorum numinum fauor: & id Iuno præcepit magnæ potentiæ: hoc est, quæ plus posset quàm dij cæteri. REX ipse Latinus, Ni dare coniugium, & dicto parere fatetur; Sentiat, & tandem Turnum experiatur in armis.] Quòd ait, Rex ipse; sic intelligendum est: Ipse, qui te fefellit; ipse, cui obsecutus es semper; ipse, cuius imperium tuâ defensione seruasti; ipse, qui mobilis esse non debuit; ipse, penes quem summum super filiæ coniunctione iudicium est; ipse, qui iniuriæ suæ autor esse non debuit. Nisi tibi coniugem dederit: nisi conditionibus se professus fuerit pariturum; qui beneuolentiam generi contemnendam credidit, armati sentiat & irati virtutem. HIC iuuenis vatem irridens, sic orsa vicissim Ore refert.] Hic iuuenis, hoc est, qui ætatis & fortitudinis substantiâ confisus esset; aniculæ dicta per somnium & verba fœminæ pro leuibus ducens, talia dedit responsa. Expressit vtriusque ætatis morem. nam senes, vltrà quàm sat est, timidiores sunt, & apud iuniores hæc ætas contemni consueuit. Denique & poëta hæc præmisit: Hic, inquit, iuuenis. quippe non tantùm spernuntur senes, contempti à iuuenibus, verùmetiam ridentur. eò magis in præsenti negotio, vbi mulier interueniebat, & anus: cuius & ætas Turno displicebat, & sexus. Sic ergo incipit loqui. CLASSES, inquit, inuectas Tibridis vndam, Non; vt rere, meas effugit nuntius aures.] Res, ait, istas olim mihi cognitas pro nouis attulisti. nuntius enim ad aures meas dudum attulit, & venisse naues, & fluuium Tibridis ingressas. NE tantos mihi finge metus.] Proinde cessa terrere nihil metuentem. NEC regia Iuno Immemor est nostri.] Nam & Iunonem reginam non immemorem nostri scio; & quemadmodum facta mea commodumque tueatur. SED te victa situ.] Situs, est corruptio ex humore & diuturnitate contracta, quo deteriores fiunt species, vno loco & prolixo tempore constitutæ. Ita & hanc victam situ posuit, quasi quæ senio esset & nihil agendo corrupta. Sic, inquit, sunt senes: nam hoc illis speciale vitium est, nescire quid agant, quidue loquantur. O' mater.] Irrisio est aperta. nam primæuis familiare est, senes irridere. Igitur religiosum nomen matris adiunxit: vt illa minùs grauiter ferret, vnde multò acriùs potuit commoueri. Probatio assertionis Turni, ex præsentibus sumpta subiecta est. SED te victa situ, veríque effœta senectus, O' mater, curis nequicquam exercet, & arma Regum inter, falsâ vatem formidine ludit.] Senectus tua, inquit, nescit congrua & competentia sectari. Denique iuuenum te exagitat cura. & cùm sis vates, templíque te dedicatam esse conueniat: vis scire, quid pugnaturi agant, quidue armati disponant. CVRA tibi diuûm effigies & templa tueri.] Repetendum est tibi officium, quod incauta deseruisti: serua deorum effigies, & numinum templa custodi. BELLA viri pacemque gerant, quîs bella gerenda.] Acceptâ, inquit, talium dictorum iniuriâ; Alecto facta est repentè, quæ fuit. non enim difficulter commoueri potuit; in quâ semper erat, quod quieta perturbaret. AT iuueni oranti subitò tremor occupat artus.]

Quum

Quum hæc dixisset Turnus: eodem temporis puncto contremuit; & iniuriosis vocibus ad deprecationē conuersus, rogare cœpit iratam. DIRIGVERE oculi.] *Vsq; adeò perterritus fuit, vt oculi eius vigorem solitum perdidissent.* TOT Erinnys sibilat hydris.] *Quem enim tantorum multitudo serpentum non terreret; quæ minacibus sibilis personans turbauerat intuentem?* TANTA'QVE se facies aperit.] *Crescebant, quæ metuentis formidinem cumularent.* TVM flammea torquens Lumina, cunctantem & quærentem dicere plura Reppulit.] *Incipit exponere, quid sit,* Tantaque se facies aperit. Tum, *hoc est, deinde, quum oculis furiæ emitteretur incendium; quum, quid iracundiæ gereret, tortis in peruersum oculis testaretur. O*[...]*antem repulit, & vehementissimè deprecantem trudendo compescuit.* A

ADR. Barl. TOT incassum fusos.] *Si quis literatior constituerit abolere, quæ multo labore conscripsit: hoc dicemus;* Tot incassum fusos patière labores.

Reppulit, & geminos erexit crinibus angueis:
Verberaq; insonuit, rabidoq; hæc addidit ore:
En ego victa situ, quam veri effœta senectus
Arma inter regum falsâ formidine ludit.
Respice ad hæc: adsum dirarum ab sede sororum,
Bella manu, lethumque gero.
Sic effata, facem iuueni coniecit, & atro
Lumine fumanteis fixit sub pectore tędas.
Olli somnum ingens rupit pauor: ossaque & artus
Perfudit toto proruptus corpore sudor.
Arma amens fremit, arma toro tectisq; requirit:
Sæuit amor ferri, & scelerata insania belli.
Ira super: magno veluti cùm flamma sonore
Virgea suggeritur costis vndantis aheni,
Exsultantque æstu latices, furit intùs aquai
Fumidus, atque altè spumis exuberat amnis:
Nec iam se capit vnda: volat vapor ater ad auras.
Ergo iter ad regem, pollutâ pace, Latinum
Indicit primis iuuenum, & iubet arma parari:
Tutari Italiam, detrudere finibus hostem.
Si satis ambobus Teucrisq; venire Latinisque.
Hæc vbi dicta dedit, diuosque in vota vocauit:
Certatim sese Rutuli exhortantur in arma.
Hunc decus egregium formæ mouet atq; iuuentæ:
Hunc ataui reges: hunc claris dextera factis.
Dum Turnus Rutulos animis audacibus implet:
Alecto in Teucros Stygijs se concitat alis,
Arte nouâ, speculata locum: quo littore pulchèr
Insidijs cursuque feras agitabat Iülus.
Hîc subitam canibus rabiem Cocytia virgo

SER. GEMINOS erexit crinibus angues.] *similes. nam omnes dicit erexisse, non duos.* VERBERA'QVE insonuit.] *Pro, verberibus insonuit: id est, per verbera.* RABIDO.] *Habitum futuræ orationis ostendit.* RESPICE.] *Multi hîc distinguunt, & superioribus iūgunt: vt sit sensus, Respice eã, quam dicis falsâ deludi formidine.* AD hæc adsum.] *Id est, ad regū arma & ad bella. Quomodo ergo dicis, quòd superfluè his inferar rebus, ad quas veni? Alij,* Respice ad hęc, *legunt: vt si quasi demonstrãtis; Respice, bella & lethum gero.* FACEM iuueni cōiecit] *Satis consideratè, Facem iuueni iniecit; quæ citò exardescit & desinit. Suprà verò Amatæ serpentem iniecit: quod in mulieribus semper viget venenum.* ATRO lumine.] *atri luminis tędæ. vt,* Pulchrâ faciat te prole parentem. *Atro autem lumine, furiali, inferno. aliâs ratione caret.* SVB pectore.] *Vbi fellis locus est, id est, iracundiæ.* FREMIT.] *cum clamore deposcit. Bene autem* Amens: *quia in thoro requirebat.* SCELERATA insania belli.] *Nihil enim tàm insanum, quàm desiderare id, per quod possis perire.* VIRGEA.] *de viminibus vel virgis facta: vnde est flamma validior.* COSTIS.] *lateribus: vt,* Tardi costas agitator aselli. *& bene antiquum respexit morem: nam ollas non suspendebant; sed positis circumcirca ignem adhibebant.* FVRIT intùs aquai.] *Id est, fumidus aquæ amnis. nec immeritò: nam potest esse & alterius rei amnis: vt,* Fluuios videt ille cruoris. *Hanc autem diæresim Tucca & Varus fecerunt. nam Vergilius sic reliquerat:* Furit intùs aquæ vis, Fumidus atque altè spumis exuberat amnis: *quod satis asperum fuit. Notandum, quod in toto Vergilio non reperiuntur, nisi quatuor diæreses: hoc loco; & in III. vt,* Aulai in medio libabat pocula Bacchi. *& in VI. vt,* Aurai simplicis ignem. *& in IX. vt,* Diues pictai vestis & auri. NEC se iam capit vnda.] *Meliùs, quàm si diceret, Nec iam vas vndam capit. Homerica est comparatio:* ὡς δὲ λέβης ζεῖ ἔνδον ἐπειγόμενος πυρὶ πολλῷ, κνίσην μελδόμενος ἁπαλοτρεφέος σιάλοιο, πάντοθεν ἀμβολάδην, ὑπὸ δὲ ξύλα κάγκανα κεῖται. ERGO.] *Quia sic incensus est.* POLLVTA pace.] *Vel sua, vel Troianorum.* INDICIT.] *Signatè verbum bellicum posuit.* IN vota vocauit] *Quia nuncupatis votis bella sumebant.* HVNC decus egregium formæ mouet.] *Turni scilicet decus. nam hoc dicit: Alios pulchritudo Turni, alios nobilitas, alios virtus mouebat ad bellum. nam hoc est.* ANIMIS audacibus implet.] *affectione sui iniecit omnibus magnanimitatem. Quidam hæc ad singulos, qui se in arma hortabantur, referri voluit.* ARTE nouâ.] *dolo.* SPECVLATA locū quo littore.] *Pronomen pro nomine ponitur, non pro nominibus. Vnde modò nouè inter duo nomina vnum pronomen posuit. nam rectè* quo loco *diceret. & hoc semel tantùm fecit.* B INSIDIIS cursuque.] *Cursu agitabat. nam si insidijs circumuenimus, non agitamus.* CANIBVS rabiem.] *studium mutauit in rabiem.*

POM. Sabi. GEMINOS.] *quia omnes erant eiusdem formæ & magnitudinis. nam Varro geminum semper pro simili capit, in Analogiâ: vt,* Gorgones geminæ, *id est, similes, & tres erant.* FLAMMA] *virgea.* SONORE] *Sonor, sonoris; pro sono: vt fulgor.* SVGGERITVR.] *supponitur.* VNDANTIS.] *bullientis.* AQVAI.] *dicit riuum aquæ: hîc dicit amnem aquai, pro aquæ, antiquitatem imitatus. Apud antiquos genitiuus Græcus erat in ai. vt in Bucolicis:* Propter aquæ riuū. C CAPIT.] *in aheno.* INDICIT.] *Turnus.* DECVS.] *forma mouebat Turnum, & sanguis, & præstantia in armis.* PVLCHER.] *in his, qui venator erat.*

VAR. Lect. RABIDO'QVE hæc addidit ore.] *In Romano, & paucis alijs,* Rapido *legitur.* FALSA formidine ludit.] *In Romano libro,* Falsò, *scriptum est.* OLLI somnum ingens rupit pauor.] *In Romano libro, & in quibusdam alijs legere est:* Illi ingens somnum rupit pauor. OSSA'QVE & artus Perfudit toto proruptus corpore sudor.] *Sunt libri antiq. in quibus ita scriptum inuenitur:* Perfundit toto præruptus corpore sudor. FVRIT intùs aquai Fumidus, atque altè spumis exuberat amnis.] *Sanè Seruius,* Aquai, *repositum à Tuccâ, & Varro asserit: cùm Virg.* Aquæ amnis *scriptum reliquisset. In antiquis verò libris omnibus, quotquot versare contigit,* Furit intùs aquæ vis, *scriptum animaduerti. Et ita etiam habetur in Seruij Commentarijs manuscriptis; quàmuis vulgata* Aquæ amnis *habeant.* FORMÆ mouet, atque iuuentæ.] *In libris aliquot antiq.* Iuuenta *legitur.* HVNC claris dextera factis.] *In Mediceo libro,* Clari facti *scriptum est.*

CAEL. Rhod. *Nec illud neglexero, Vergilianum carmen, ex septimo Aeneidos, sic ab eruditioribus legi, solere: id quod diobolares grammatici, ne suspicati quidem vnquam sunt.*

Sæuit amor ferri, & scelerata insania belli:

Ira su-

A *Ira super, magno veluti cùm flamma sonore*
Virgea suggeritur costis vndantis aheni,
Exsultantq́ æstu latices, furit intùs aquai
Fumidus, atq́ alto spumis exuberat amnis;

Cui sanè lectioni, vt plausibili, in libris sinceris suffragetur Seruius quoque diæresin esse inibi factã, testatus. Suffragetur Cornutus item Persianus interpres, poëtæ versu aduocatò. Hunc porrò esse locum à Quintiliano *significatum, vbi libro* Oratoriarum *Institutionum primo ita scribit*: Vnde pictai & aquai, Vergil. amantissimus vetustatis, carmini inseruit. *Quanquam modò legitur* aulai, *in peruulgatis Fabij voluminibus. Porrò exundationem, aquarum defluxum, per onomatopœiam Græci* cochon *vocant. vnde* ἐχάχλαζε *apud Theocritum in Pharmaceutriâ, pro decurrebat, deferebaturque, ac vbertim fluebat. Apud Latinos Deductoria liquoris vocantur, quibus vacans redundansque humor effluit.*

DON. ET geminos erexit crinibus angues.] *Quos habuit in illã turba serpentum potiores.* VERBERA'QVE insonuit.] *Id est, flagella concussit; vt, verberato aëre, quid pati*
B *potuisset ipse Turnus, aduerteret.* RABIDO'QVE hæc addidit ore.] *Quum commotionis suæ tot signa prodidisset, conuenientem iratæ sermonem protulit: scilicet inflatum, & qualem habere sunt soliti, qui rabioso furore fremescunt.* EN ego victa situ, quam veri effœta senectus Arma inter regum, falsâ formidine ludit.] *Peiùs obiurgare non potuit metuentem; quàm vt ea illi ingereret, quæ ille meminerat protulisse. Senti nunc, inquit, anum delirantem: seni desipientis per senium hebetata consilia, & actus longè à sexu & merito ætatis alienos: quæ sim nunc, quoniam superioris formæ contemptor esse maluisti, cõsidera.* RESPICE ad hæc.] *Intuere diligentiùs, quid inter præterita præsentiaq́ distet; ac te ne adhuc vsq́ pertinax intentio teneat; aut ne falli somnio, aut oculis putes: disce vnde veniam, quæ sim, vel quib. germanitate coniungar, aut quâ vigeam potestate.* ADSVM dirarum ab sede sororum; Bella manu, lethumq́ gero.] *Idcirco posuit, in manu sua esse bella & mortẽ: quia Turnus ei obiecerat, quòd importunè gereret virorũ fortium curam; vel cuperet nôsse, vtrum pacati esse vellent, an bello contendere.* SIC effata facem iuueni coniecit.] *Post indignationem*
C *talem, & obiurgationẽ verborum tumentium, quale factũ fieret, oportuit sequi; ne sinè effectu discederet. debuit enim proficere aperta violentia; vbi nõ potuit habere dolus locum.* ET atro Lumine fumantes fixit sub pectore tędas.] *Poëtica descriptio, quâ ardentem facem ac fumantem iuueni dixit infixam. Cæterùm ardorem quendam, & cupiditatem mentis memorauit iniectam; vt impatienter cuperet, quod antè contempserat. Nec vacat, quod dixit,* Iuueni coniecit: *facilè enim potuit velle, qui iuuentæ subsidio, effectus voluntatis furiæ valebat implere. Dehinc annectit descriptionẽ hominis, quẽ vis maior accèderat.* OLLI somnum ingens rupit pauor.] *Non vigilauit satiatus somno; sed quies eius, metu maximi terroris, abrupta est.* OSSA'QVE & artus Perfudit, toto proruptus corpore sudor.] *Dehinc cõsecutus est sudor: nõ ex laxamẽto vtili corpori; sed quem excitatæ mẽtis commotiones extorserãt, & repentinus membrorum tremor. Dehinc ille, qui spreuerat cunctos auditus,* ARMA amens fremit, arma toro tectisq́ requirit: Sæuit amor ferri, & scelerata insania belli.] *Contraria salutis suæ omnia requirebat. quod est familiare his, qui non suo; sed dominantis trahuntur arbitrio. Arma in stratis requirebat amantis; arma posita putabat in lecto; arma rursum arbitrabatur in tectis.* IRA super.] *Tantum contraria desiderabat, vt irasceretur sibi, quòd nondum iret ad bellum neq́ enim posset hæc velle; nisi primò esset multiplici ratione commotus. Inducitur hæc pars; vt illi instructioni respondeatur, quâ dictum est:* Arma velit, poscatque simul, rapiatque iuuentus. *Vt autem demonstraret quoq́ ardores Turni, subiecit similitudinem; ex quâ, quantæ vis furiæ fuerit, posiit aduerti.* MAGNO veluti cũ flamma sonore Virgea suggeritur costis vndantis aheni, Exsultantq́ æstu latices, furit intùs aquai Fumidus, atque altè spumis exuberat amnis; Nec iam se capit vnda; volat vapor ater ad auras.] *Ornatus carminum in parabolis similitudinibusq́ consistũt. quâ causâ, vt ardẽtes hominis æstus ostenderet, dixit: Quemadmodũ aeneum vas, aquis plenum, subiecto igni feruescit; & feruore quodã æstuans vnda mensurarũ speciem, quâ continetur, excedit, & longiùs erecta fumosis feruoribus fertur: sic Turnus, incendio furiæ sæuientis accẽsus, nesciebat quis esset, quidve vel vbi perquireret.* Virgeas flammas *posuit: quia ex tenui lignorum substãtiâ, & flamma torridior nasceretur, & sonus ingens emitteretur.* ERGO iter ad regem, pollutâ pace, Latinum Indicit primis iuuenũ, & iubet arma parari; Tutari Italiam, detrudere finibus hostẽ.] *Aduersus Latinum moueri non debuit, quẽ socerum cupiebat: sed dicta est causa, propter quã fieri conueniret. Polluerat, inquit, pacem: hoc est, primus pacis iura violauerat. Accedebat alia causa: quia hoc Turnus non suâ voluntate, sed impulsu furiæ cogebatur efficere. quippe ipsa dixerat:* Rex ipse Latinus, Ni dare coniugium & dicto parêre fatetur, Sentiat, & tandem Turnum experiatur in armis.] *Exsequens igitur iussa, iter disponebat ad regem, pollutæ pacis reum.* Quod *ipsum edixit suis: nõ quidem omnibus, sed primis iuuentutis; hoc est, ductoribus multitudinum, qui causam nossent, & scirent agenda, & propter quos essent ista facturi. Parent arma, ne resistere hostis auderet: sed tamen consideret, quòd æmulus sinè certamine finibus Italiæ non posset excludi, summam interea consiliorum in eo esse ostendit; vt in vno egressu, & Itali premerentur, & Teucri. Ideò positum est:* SE satis ambobus Teucrisque venire, Latinisque.] *Ambobus dixit venire; cùm multorum sit numerus designatus; Teucrorum scilicet & Latinorum. & videtur esse vitiosum, vt, quod multorum fuit, duobus videatur appositum. Hunc locum sic possumus exponere, vt nõ solùm ambobus, hoc est, Latino & Aeneæ, prædixerit sese venturũ; verumetiã Latinis & Teucris.* HÆC vbi dicta dedit, diuosque in vota vocauit; Certatim sese Rutuli exhortantur in arma. *Quãtus cunctorum amor fuerit iuxta Turnum, quantus vniuersorum fauor, quanta iubentis autoritas; breuiter ostendit. Mox enim, vt ille prædixit, quid esset, pro necessitate temporis faciendum, & dijs vota fecit: omnis iuuentus, non exspectans hortatus alienos, ipsa sibi exstitit hortamento. Ipse impellebat ad bellum; quod est proculdubiò studiosius, & in officijs præcipuum; voluntate potiùs facere aliquid, quàm vi & cum metu. Dicuntur causæ, quæ iuuentutem magis in arma commouerant.* HVNC decus egregium formæ mouet atque iuuentæ, Hunc ataui reges, hunc claris dextera factis.] *Vnusquisque, pro ingenio suo, dolebat iniuriam Turni: in quo fuerunt omnia, quæ improbari non possent. ætas primùm; & corporis forma; & fortia eius facta, hoc est, probata virtus in plurimis triumphis, & glorijs. Hæc ipsius fuerunt propria; quæ diuersi mirabantur, & dolebant esse contempta. Ecce extra ipsum, ad eum tamen generis ratione pertinentia:* Hunc, *inquit,* ataui reges. *qui regibus gaudebat maioribus, non debuit reijci, vt indignus: sed præponi cæteris, & præferri: & maximè is, qui virtutis suæ plurima exempla monstrâsset.* DVM Turnus Rutulos animis audacibus implet, Alecto in Teucros stygijs se concitat alis.] *Posteaquam furia Turnum excitauit in bellum; atq́ ita, vt iam non solus, sed cum suis desideraret exire; reliquit bellica disponentem. debuit enim etiam alterius partis quieta turbare. Proinde euolauit aduersus Teucros; vt his quoq́, quas posset insidias, tenderet.* ARTE nouâ speculata locum, quo littore pulcher Insidijs cursuque feras agitabat Iũlus.] *Nocendi artibus ex occasione arripuit tempus, & locum; in quo Iũlus feras insidijs agitabat, & cursu. Cursus pertinet ad equos, & canes; insidiæ autem, ad retia.*

Obijcit, & noto nares contingit odore,
Vt ceruũ ardentes agerent: quæ prima malorum
Causa fuit; belloq; animos accendit agrestes.
Ceruus erat formâ præstanti, & cornibus ingens,
Tyrrhidæ pueri quem matris ab vbere raptum
Nutribant, Tyrrhusq; pater; cui regia parent
Armenta, & latè custodia credita campi.
Assuetum imperijs soror omni Syluia curâ
Mollibus intexens ornabat cornua sertis;
Pectebatq; ferum, puroq; in fonte lauabat.
Ille manûm patiens, mensæq; assuetus herili,
Errabat syluis, rursusq; ad limina nota,
Ipse domum serâ quamuis se nocte ferebat.
Hunc procul errantem rabidæ venantis Iüli
Commouêre canes; fluuio cum fortè secundo
Deflueret, ripâq; æstus viridante leuaret.
Ipse etiam eximiæ laudis succensus amore
Ascanius, curuo direxit spicula cornu.
Nec dextræ erranti Deus abfuit; actaq; multo
Perq; vterum sonitu, perq; ilia venit arundo.
Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit
Successitq; gemẽs stabulis, questuq; cruentus,
Atq; imploranti similis, tectum omne repleuit.
Syluia prima soror, palmis percussa lacertos,
Auxilium vocat, & duros conclamat agrestes.
Olli (pestis enim tacitis latet aspera syluis)
Improuisi adsunt. hic torre armatus obusto,
Stipitis hic grauidi nodis: quod cuiq; repertũ est
Rimanti, telum ira facit. vocat agmina Tyrrhus;
Quadrifidam quercum cuneis vt fortè coactis
Scindebat, raptâ spirans immanè securi.
At sæua è speculis tempus Dea nacta nocendi,
Ardua tecta petit, stabuli & de culmine summo
Pastorale canit signum; cornuq; recuruo
Tartaream intendit vocẽ; quâ protinus omne
Cõtremuit nemus, & syluæ intonuêre profundæ.
Audijt & Triuiæ longè lacus; audijt amnis
Sulphureâ Nar albus aquâ, fontesq; Velini;
Et trepidæ matres pressêre ad pectora natos.
Tùm verò ad vocem celeres, quâ buccina signum
Dira dedit, raptis concurrunt vndiq; telis
Indomiti agricolæ; nec non & Troïa pubes
Ascanio auxilium castris effundit apertis.
Direxêre acies. non iam certamine agresti,
Stipitibus duris agitur, sudibúsve præustis;

SER. NOTO odore.] *ceruino. solent enim ita institui. Horat.* Venaticus ex quo Ceruinam catulus pellem latrauit in aulâ. MALORVM causa fuit.] *Hoc est,* Et primę reuocabo exordia pugnę. ANIMOS agrestes.] *Plus est, quàm si agrestium diceret animos.* CORNIBVS ingens] *ingens. & ad præstantem formam pertinet, & ad magnitudinẽ cornuum.* TYRRHIDÆ pueri.] *Tyrrhidæ filij; &, vt diximus suprà, alludit ad nomen. nam Tyrrhus dictus est pastor, apud quem Lauinia peperit.* CVI regia parẽt Armẽta.] *Magistrũ hunc pecoris vult fuisse, & saltuariũ. nam hoc est:* Et latè custodia credita cãpi. *Magister aũt pecoris est, ad quẽ omnia pertinẽt animalia.* [*Cicero nominat hominẽ, quẽ magistrũ pecoris esse dicebat.* SYLVIA.] *Bonum puellæ rusticæ nomen formauit.* PECTEBATQVE ferum.] *quadrupedem: vt,* In latus inq; feri curuam cõpagibus aluum. *Sic dictæ feræ, quòd velocitate pedum ferantur.* MANVM patiens.] *patiens illius rei, dicimus. vnde apparet vnum* u, *causâ metri, esse detractum.* MENSÆ herili.] *Nouè dixit. nam herum non nisi dominum dicimus. nisi fortè ideò dixit; quia dat ei humanum sensum: vt,* Imploranti similis. ERRABAT syluis.] *pascebatur: vt,* Mille meæ Siculis errant in mõtibus agnæ. IPSE.] *Id est, suâ sponte.* RABIDÆ canes.] *Quare fœminino genere Canes posuit? Soluitur: ideò noluit mascul. genere Canes nominare: quia in fœminis plus sit iracundiæ.* SECVNDO deflueret.] *Secundo, id est, cum aquâ: vnde & Aduerso dicimus, contra aquam. nam ideò* Deflueret *dixit. & Secundo: quia cursus fluminis post natantem videtur.* DEVS abfuit.] *Alecto Deum dicit: sicut de Venere:* Descendo, ac ducente Deo. *Nam, vt diximus, numina vtriusq; sexus videntur ideò, quia incorporea sunt; &, quod volunt, assumunt corpus. Vt autem Deum dicamus pro deâ; hoc non apertè ponit; sed in subauditione.* ERRANTI.] *Licèt enim certum esset feriturum; tamen bene Errantem dixit: quia non vsquequaque semper certus est ictus. Horatius:* NEC semper feriet, quodcunque minabitur arcus. PERQVE ilia.] *Hoc Ile, & hæc Ilia facit. hinc & Iuuenalis:* Vis frater ab ipsis ilibus? *Nam quod Marullus mimographus dixit:* Tu Hectorem imitaris; ab Ilio nunquam recedis: *quum de guloso diceret; allusit ad ciuitatis nomen: nam ab Ili debuit dicere. Bene autem ea loca vulnerata dicit, quæ statim mortem afferre non possent; vt domum rediret, vt esset causa bellorum. nam si statim periret, aut ipse ceruus, aut vulneris author lateret.* SYLVIA prima soror.] *Bene puellæ dat doloris impatientiam.* DVROS conclamat agrestes.] *Aut quia semper duri sunt: aut Duros, quia cerui interitum non dolebant.* A PESTIS.] *Furia.* TORRE.] *Hic Torris facit, vt hic Fustis.* GRAVIDI.] *grauis, propter nodos scilicet.* QVADRIFIDAM.] *quæ in partes posset findi quatuor.* CVNEIS coactis.] *Et satis signatè* Coactis *dixit. Exprimit autem antiquum morem; vt dixit superius:* Nam primùm cuneis scindebant fissile lignum. DE culmine summo.] *Bene culmine: quia de tectis agrestium loquitur.* TARTAREAM.] *Aut terribilem, aut fortem, secundũ v'um dixit.* NEMVS.] *Locus haud longè ab Aricia, in quo lacus est, qui speculũ Dianæ dicitur. Et notandum, quod vocem eius paulatim facit procedere. quod locorum indicat commemoratio.* B TRIVIÆ lacus.] *Hic est, qui Dianæ speculũ dicitur.* SVLPHVREA Nar albus aquâ.] *In vid Flamineâ, est ciuitas Narnia, in montibus posita; quibus subest Nar fluuius, qui Tiberino coniungitur.* Sulphureâ *verò, sulphurei saporis. aut sulphureâ, id est, subuiridi. Ideò autem dicit,* Sulphureâ Nar albus aquâ: *quia, dum currit, est sulphurei coloris; dum hauritur, albi. Et Sabini, linguâ suâ, Nar dicunt sulphur. Ergo hunc fluuium ideò dicunt esse Nar appellatum: quòd odore sulphureo nares contingat; siue quòd in modum narium geminos habeat exitus.* C FONTESQVE Velini.] *Vltra Interamnium sunt. nam, vt diximus, vox furiæ paulatim processit.* PRESSERE ad pectora natos.] *Statius:* Pressitque Palæmona mater.] *Item contrà:* Nec natos ausæ deponere matres. AD vocem.] *buccinæ scilicet. vt,* Sensit, & ad sonitum vocis vestigia torsit. *nam quicunque sonus dici vox propriè potest. Sed, cùm dij inferi inducantur, quare signũ buccinæ datur? Soluitur, quòd buccina ex cornu capræ fiat & quòd sit propriè Ditis patris hostia; & quia capra semper febriculosa sit. nam & ipsum Februum esse dicunt. Ergo rectè ab hac deâ hoc signum dixit dari.* AVXILIVM castris effundit apertis.] *Id est, ipsa in auxilium effunditur.* DIREXERE acies.] *Ordinauerunt in latitudinem.* PRÆVSTIS.] *Præ, breuis fit, propter sequentem vocalem. quod in vnâ parte orationis factum tolerabile est; quia compositus est sermo.*

POM. PRIMA malorum.] *interemtus ceruus, principium fuit belli inter Rutulos & Troianos.* TYRRHVS.] *Tyrrhus erat* Sabi. *custos armentorum & camporum.* SYLVIA.] *filia Tyrrhi.* FERVM.] *pro ceruo: in Secundo, pro equo ligneo.* DEFLVERET.] *ceruus, ad delectationem.* QVADRIFIDAM.] *magnã & horribilem.* LACVS.] *Aricinus.* NAR albus.] *Nar fluuius, à quo Narnia. Tyberi miscetur inter Amiterninorum montibus labitur.* Velinus *pòst miscetur paludi* Rheatin

A Rheatinæ; in cuius exitu saxum crescit. Varro lacum Velini appellat paludem Rheatinam; quæ est vetus controuersia inter Amnatium & Rheatinorum populos. ACIES.] In certamine acies non erant agrestes: propter enses, qui micabant. Agrestes dicuntur cum stipitibus & sudibus certare præustis: vt mos est rusticorum.

VAR. Lect. QVÆ prima malorum Causa.] In Romano libro, in Mediceo, & aliquot alijs, Laborum legitur. ET latè custodia credita campi.] In Romano libro, Lati. PECTEBAT'QVE ferum.] In libris aliquot antiquis, Potabat legitur. ILLE manûm patiens.] In libris aliquot Manuum per synæresin habetur. RAPIDÆ venantis Iüli.] In libris aliquot antiquis, Rapidi. Sed in Romano, atq; in Portio Rabidæ legitur. RAPIDA'QVE æstus viridante leuaret.] Plerique lib. antiq. Leuaret legunt. In alijs etiam manuscriptis inuenitur, Ripâq; æstus vndante leuaret. NEC dextræ erranti deus abfuit.] Hoc variè reperitur in libris antiquis scriptum. Nam Affuit, & Afuit, & Adfuit, & etiam Atfuit legitur. OLLI, pestis enim.] Plerique libri antiq. cum Mediceo, legunt Illi. ARMATVS obusto.]
B Exemplaria vetera Palatina legunt, Abusto. Sunt tamen & alia, in quibus, Adusto, legere est. QVOD cuique repertum Rimanti telum ira facit.] Ira fuit legitur. VOCAT agmina Tyrrhus.] In libris aliquot antiquis legere est, Tyrrheus, eâque de causâ superiùs in Romano libro scriptum est, Tyrrhædæ. Est verò passim in obliquis, Tyrrhei. AT sæua è speculis.] In plerisque libris non habetur E'. INTENDIT vocem.] In Romano libro, Incendit habetur. SYLVÆ intonuêre.] In quibusdam libris antiquis, Syluæ insonuêre. legitur. AVDIIT & Triuiæ longè lacus, audijt amnis.] In antiquis libris plerisque, Audit legitur. In Romano verò libro, & Audit, & amnis legi. RAPTIS concurrunt vndique telis.] In veteribus aliquot libris, Occurrunt legitur.

DON. HIC subitá canibus rabiem Cocytia virgo Obijcit, & noto nares contingit odore, Vt ceruum ardẽtes agerent.] Ad naturalem rabiem canum, quâ feras persequi fueram soliti, nocitura furia adiecit augmentum. ac ne animal, opportunè necessarium, minûs obuium canibus sæuientibus fieret; odorem cerui ad eorum nares peruenire perfecit,
C vt inuenirent ipsi, quem forsitan euentus fuerat seruaturus. QVÆ prima malorum Causa fuit.] Nec occasio prætermittenda fuit, quæ idonea videbatur, vt initio belli primam faceret causam. BELLO'QVE animos accendit agrestes.] Hoc est, asperos & imperitos animos, primùm excitatos in bellum. nullus enim sapiens sic moueri potuisset, vt illi excitati sunt: vt, propter vilissimi animalis iniuriam leuem, quæ imprudentiâ pueri venantis defendi potuerat, proprium sanguinem daret. Huius cerui, quoniam neuerat poëta nullum meritum fuisse, vel precium; ex alijs prosequitur laudem; vt ipsi quoq; agrestes, pro naturali imperitiâ, velut iustè exarsisse videantur. Exsequitur igitur, qualis ille fuerit ceruus; & huius formam, mores, mansuetudinemq; commendat. CERVVS erat formâ pręstanti, & cornibus ingens.] Duo habuit summa; formam corporis, & cornuum magnitudinem, quâ sublimior efficiebatur. Ecce non ipsius generis exsequitur meritum, quod nullum fuerat: sed magnitudinem eius, & pulchritudinem præstantiæ. Hoc ergo fuerat primum; quòd pulcher & magnus, quodq; ornatus arboreis cornibus. TYRRHIDÆ pueri, quem matris ab vbere raptum Nutribant, Tyrrhusque pater.] Hic versus habet non paruã confusionẽ, si personarum ratio lateat. Nonnulli enim, sic pronuntiant, vt dicant: Ceruus erat formâ præstanti, & cornibus ingens Tyrrhidæ pueri. quod si ita remãserit; reliquum non apparebit, quî eum retraxerint vberibus matris. Proinde personæ cõstituendæ sunt; vt intellectus fiat illustrior. Dicimus, Tyrrhum filios habuisse, inter cæteros, Tyrrhidem & Syluiam. Inuentores antè cerui, fuisse pueros Tyrrhidæ, & gentem, hoc est, homines Tyrrhidæ. Nec miremur pueros dictos: cùm alio loco, qui iuuenes fuerunt, dicti sint pueri, hoc modo: Vestra, inquit, munera vobis Certa manent, pueri. Ergo ceruus per Tyrrhidas pueros peruenit domum Tyrrhi maioris, ibiq; nutriebatur inter filios eius. Non solùm aũt natis domini amabilis factus erat, verùm & ipsi seni. solent quippe parẽtes diligere, quæ amare viderint liberos suos. CVI regia parent Armenta, & latè custodia credita campi.] Commendatus est ceruus, retentâ interim parte laudis, quã post demonstrata Tyrrhi merita posuit. Debuit enim ipse ostẽdi vel maximè, in quo apud regẽ Latinum merito fuisset; qui videbatur in cerui vulneratione contemptus. Dignus, inquit, inuentus est, cui rex armẽta sua camposq; cõmitteret. Quanti igitur meriti fuit procurator regis? cuius scribendi causâ, Vergilius nec armentorũ numerum, nec camporum modum, voluit designare; vt rectorẽ illum maiores habere census, sub generalitate ostenderet. Melius autẽ est, propter cumulandam laudẽ Tyrrhi, latè pronuntiare, quàm strictum. In latitudine enim multæ species intelligi possunt; ne vnus campus minuat studium præsentis. In appellatione Campi cõtinuatio intelligitur, & vna planicies. si enim Camporũ diceret, interpositos significaret montis tumulos, qui multos efficerent. Redit ad aliam partem laudis cerui: nam ab his, quæ communia sunt omnium ceruorum, transit ad ea, quæ propria ipsius fuerunt. quippe multi alij reperiri potuerunt, & grandes, & cornibus satis superq; sublimes. ASSVETVM imperijs soror omni Syluia curâ Mollibus intexens ornabat cornua sertis; Pectebatque ferum, puroque in fonte lauabat.] Facilè ille secutus est hominum mores; nec feritatem perdiderat. quia hãc nondum fuerat consecutus in syluis; vtpote raptus ab vberibus matris. sed solam humani generis cognouerat lenitatem; eo vel maximè, quòd puellæ Syluiæ promptiore excolebatur affectu: nam pectebat ferum. Ferum naturâ dixit, non moribus. Lauabat in fonte, hoc est, in aquâ mundissimâ: & eius ramosa cornua sertis intexebat. Ferum, quod semel posuit, omnibus, quæ dicta sunt, nos debemus aptare: vt sit, Pectebat ferum, lauabat ferum, coronabat ferum. Addidit nunc laudis eius augmentum; quòd hæc ille ferebat patienter. nam totum, quod puella faciebat habuit gratum: & reluctari potuisset; nisi naturalem animalis sensum, studiosa virginis magisterium permutâsset. vt enim libenter vniuersa perferret; didicerat obedire præceptis. Non enim frustra positum est, Assuetum imperijs: quippe quis crederet, ferum animalis genus, & manu puellæ potuisse contingi, & pecti, & lauari in fonte, & coronis ornari; nisi hæc præmisisset? Ideò hæc facta; quòd ille ceruus iubenti patêre primitùs, & iussa cõplere, didicisset. ILLE manûm patiens, mensæque assuetus herili, Errabat syluis, rursusque ad limina nota, Ipse domum serâ quáuis se nocte ferebat.] Quæ fuerũt potiora laudis eius, ad vltimũ reseruata sunt: quòd errabat per syluas, & remeabat domum, nec confundebatur eius coniunctio; & si tenebræ noctis irruissent, intelligebat vnde exîsset, & quò sibi esset necessariò redeundum. Huius quoq; facti, quoniam incredibilis relatio videri potuit, prætulit causam; quâ illud fieri potuisse, sinè dubitatione monstraret. Patiens, inquit, fuit manuum. cur reuerti metueret; qui humanæ manus nullas metuebat insidias? mensæ domini sui cur formidaret accessum; vbi conseruatio salutis eius tuta fuerat, & satietas ventris? Hæc igitur ille non faceret cõtra institutũ generis sui; nisi illius naturã, multiformis hominum benignitas permutâsset. HVNC procul errantem rapidæ venantis Iüli Commouêre canes, fluuio cùm fortè secundo Defluere, ripâq; æstus viridante leuaret.] Hunc ceruum, ex more paulò longiùs à domini parietibus errantem, rapidæ canes Iüli venantes commouerunt; vel naturâ, vel factione furiæ immissæ. suprà enim dixit: Hîc subitam canibus rabiem Cocythia virgo Obijcit, & noto nares contingit odore, Vt ceruum ardentes agerent. Hoc igitur, vt dictum est, faciebant ca-

nes; quum ad vim naturæ accesisset & rabies immissa per furiam. Commouerunt eum in ripâ fluminis oberrantem, leuandi æstus causâ. fluebat quippe idê fluuius secundis lapsibus, & placido agmine, & delectationem præbebat aspectu, & aprico frigore leuabat æstuantis ardorem. Requiescendi autem præbebat occasionem, & ipsam requiem gratiosiorem faciebat, herbis virentibus affatim ministratis. Ordinatur sensus sic: Hunc procul errantem rapidæ canes venantis Iüli commouêre; secundo fluuio cùm deflueret, ripâque æstus viridante leuaret. Dicta est causa, quâ inuitabatur ceruus, vt fluuium peteret. Defluebat lenis: hoc est, nô habuit strepitus odiosos dormienti; & habuit ex placiditate gratiosum aspectum, si fortè esset iacenti vigilandum; & aurâ vndis arborumq; opacitate collectâ, gratiâque riparum viridantium, reficiebat exceptos & exclusis æstibus sublenabat. Hæc sunt, quæ aliquantùm inuitauerunt ceruum: quê venantes Iüli commouerant canes errantê. Et venantes quòd dixit, illi constituit omnem defensionê Ascanij. Si enim super eo apud prudentes ageret, diceret: Agrestem putaui, nescij mansuetum, vtpote extra domos degentê: nec ipsius causâ venatum processi, sed ferarum capiendarû studio, quæ in syluis & in ripis fluminû reperiri consueuerût. Hæc quia iustè dici potuerunt apud æquos iudices; data est opera, labore Furiæ, vt tales repentè in iram consurgerent, quibus æqua ratio reddi nô posset; agrestium scilicet infinita turba, sæuorû quoq; & imperitorum. IPSE etiam eximiæ laudis succensus amore Ascanius.] Ipse etiam, inquit, vt in commotione & malo domestici animalis non soli canes errauerint, qui feras discernere, impediente naturâ & furore, non possent; verumetiam ipse Ascanius æstimâsset agrestem. Deniq; laudis amore captus; vt suam potiùs, quàm canû faceret gloriam. CVRVO direxit spicula cornu.] Vt sagittæ volucris cursu fugam cerui præueniret & premeret, arcum arripuit, & eiecit sagittam. NEC dextræ erranti deus abfuit.] Non defuit deus, qui mittentis dextram falli non sineret. Deum, quê debemus accipere; nisi euentum, qui humanos actus aut implet aut deserit? ACTAQVE multo Perq; vterû sonitu, perq; ilia venit arundo.] Multo sonitu ventrê cerui iliaq; penetrauit. SAVCIVS at quadrupes nota intra tecta refugit.] Quasi sciret, quid in periculo salutis suæ facere debuisset, notam confugit ad domû. Nota tecta, nô solùm, pro vt remeare consueuerat, accipiendû est; verumetiam, quorû humanitatê longo tempore comprobâsset. Ecce & à têpore meritum cerui dixit; vtpote, qui raptus ab vberibus matris, ad formam talê, & tantæ magnitudinis cornua peruenisset. SVCCESSITQVE gemens stabulis.] Aut ex dolore grauissimi vulneris gemens; aut ex gemitibus indicans cladem suam, quam voce testari non poterat. QVESTVQVE cruêtis.] Gemitus eius exsistebant sic, vt non solùm dolere; verumetiam conqueri videretur. ad testimonium autê cladis acceptæ, monstrabat & sanguinê. ATQVE imploranti similis.] Sic se, inquit, offerebat singulis; vt defensorem putaretur inquirere. TECTVM omne replebat.] nullû domus reliquerat locum, quem non querelis implêsset. SYLVIA prima soror, palmis percussa lacertos, Auxilium vocat, & duros conclamat agrestes.] Ipsa prima cerui casus ingemuit, quæ pectebat, ferumq; lauabat in fonte, quæ cornua eius sertis intexerat; &, quòd patienter hæc referret, habuit gratum. Tantum côsuetudinis affectus potuit; vt hanc etiam grauiores prouocaret ad plâctus, & humeros palmis proprijs verberaret. Ecce, ad excitandû leui ex causâ bellû, datur etiam puellæ persona: quæ pro simplicitate putaret magnû scelus admissum. quia moriturus fuerat ex causâ vulneris ceruus; in auxilium repetendæ vltionis homines vocabat agrestes, imperitos, & duros: hoc est, animo feros & rationis expertes, atq; ad certamê robore corporis competêter aptissimos. OLLI (pestis enim tacitis latet aspera syluis) improuisi adsunt.] Quoniam naturâ sæui, & pro locorû asperitate truces, optatam puellæ sume pserant você: improuisi repentè venerût. Improuisi sunt, qui subitò apparent, nec videntur, dum veniunt. Describitur in armis A ipsis hominum furor, & repentina cômotio. Ruebant, inquit, in hominû perniciem properantes. non arte armati vel gladijs: agrestes quippe, nô vsum habuerunt pugnandi, sed inferêdæ violentiæ. HIC torre armatus obusto, Stipitis hic grauidi nodis.] Vnus, inquit, ferebat fustê ex incêdio [illegible] ter stipitê impolitum, & nodorû ponderibus prægrauatû. Duorum specialiter dicta sunt arma; vt de exemplo potuisset intelligi, qualia omnis multitudo portaret. Quû igitur [illegible] breui dictione concluderet, ait: QVOD cuiq; repertû est, Rimanti telum ira facit.] Postremò succedebat furentibus, in armorû vicê, quicquid præsens ministrarat occasio. VOCAT agmina Tyrrhus.] Quû, pro magnitudine cômotionis suæ, Tyrrhus præsentê iuuentutem sufficere nô posse speraret, [illegible] ni vocabat alia quoq; agmina. Describit etiam, quomodo veniebant euocati, quanti, vel quales, vel vnde. QVADRIFIDAM quercû cuneis vt fortè coactis Scindebat, rapta spirans immanè securi, Ardua tecta petit stabuli.] Veniebat iuuenû manus, quæ scindebat cuneis quercû; immanè spirans, & crudelitatê in anhelitu etiam spondens. Securim verò secû vehens ad bellû, quâ scindêdis roboribus operam dabat. Securis rapta, ostêdit meram furêtis insaniam. AT sæ- B ua è speculis tempus dea nacta nocendi.] E speculis, hoc est, ex summo: indè enim inferiora, vel longè posita, faciliùs cernuntur. Mirè positum est, Tempus dea nacta nocêdi: vnum est enim de tribus, quæ in omni actu possunt explicare, quæ cupimus. sunt enim, locus, tempus, persona. Opportunitas igitur têporis, quoniam nitentem poterat iuuare suffragio suo, eam nô amisit Alecto: quippe nocêdi peritiam callens, [illegible] dispositioni suæ têpus & efficax præterire non passa est. Deniq; eminêtissimum tenuit locû, tectorum scilicet stabuli, vt, quicquid fecisset, vel voluisset dicere, id nô ipsa, sed stabuli dominus, facere vel dicere videretur. ET de culmine summo Pastorale canit signum.] Vt pastorum congregatio fieret maior, de summo datum signum est cunctis pastoribus notum. CORNVQVE recuruo Tartaream intendit você.] Emisit tristem você ex tubâ. Tartaream ideò: quia, cùm interuenerit, funera consequûtur & cædes. QVA protinùs omne Côtremuit nemus.] Quàm luctuosum fuit, quod emittebatur ex tubâ; quando, hoc accepto, ipsa quoq; nemora tremuerunt? ET syluæ intonuêre profundæ.] Tantum profecit altitudo loci, vt exindè lethalis sonus etiam ad syluarum C profunda peruenisset; hoc est, interiora, & penitùs abstrusa. AVDIIT & Triuiæ longè lacus.] Id est, Auernus, qui fortis à Latini stabulo fuerat remotissimus. AVDIIT amnis Sulphureâ Nar albus aquâ, fontesque Velini.] Per locorum nomina, expressa est longitudo regionum, ad quas dirus tubæ peruenerat sonus. Idcirco autê dixit: Nar sulphureâ aquâ album fluere; quòd currens colorem sulphuris monstraret. est verò aqua eius alba, quû hauritur. Velinus autem lacus est. ET trepidæ matres pressêre ad pectora natos.] Fœminæ, quæ bellicum cùm acceperant auribus, mox, non sibi plùs, quàm liberis metuentes, continuerunt filios suos amplexibus pauidis: scientes, quid mali etiam paruulis bella minarentur. Ad pectora, inquit, presserunt pignora sua: vt ostenderet poëta nimium affectum maternæ sollicitudinis; quasi demum deinde diuelli non possent. Certè etiam illud intelligi potest; voluisse eas satiare corda sua, antequam illis vel earum liberis accideret interitus. TVM verò ad vocem celeres, quâ buccina signum Dira dedit, raptis concurrunt vndique telis Indomiti agricolæ.] Superiùs, Sylura, inquit, prima soror, palmis percussa lacertos, Auxilium vocat, & duros conclamat agrestes. Postea dixit, Vocat agmina Tyrrhus: & venisse aliquot. Tertiò, furiam ipsam bellum tubâ finitimis & longè positis nuntiasse, secutû est. Tùm verò: hoc est, tùm magis in finitimos agricolas cœpisse concurrere: vt manifestaret, quantâ virtute singuli auxilia conuocassent, propter vltionem facti. NEC non & Troiâ

A Troïa pubes.] *Hoc est, Troianorum iuuenum multitudo. Troia, sic pronuntiare debemus, vt, quum ipsa patria significatur, duæ syllabæ fiant; quando aliquid ipsius, tres syllabæ numerentur. vt nunc prima sit, Tro, secunda ï, tertia a.* ASCANIO auxilium castris effundit apertis.] *In periculo regij pueri, non paulatim processerāt ad auxilium; nec in partibus, sed semel omnes Troiani effusi sunt. Quantum tuetur Vergilius Troianorum partes ab illâ inuidiâ; ne in alieno regno positi, improbitatis crimen incurrerent? Procedebant, inquit, Troiani, non vt inferrent, sed vt repellerent bellum: nec vt persequerentur quenquam, sed vt regis filium tuerentur, & ab agrestium improbitate defenderent.* NON iam certamine agresti, Stipitibus duris agitur, sudibusve præustis.] *Ad id iam fuerat ventum, vt non lite inter paucos, sed inter innumeros acie, veris armis contenderetur ac bello.*

ADR. Bar. EXIMIÆ laudis succensus amore.] *Hoc versiculo innuemus, laudis studio excitatum quempiam, ad pulchrum aliquod facinus peragendum.*

Sed ferro ancipiti decernunt, atraq; latè
Horrescit strictis seges ensibus; æraq; fulgent
Sole lacessita, & lucem sub nubila iactant.
Fluctus vti primo cœpit cùm albescere vento,
Paulatim sese tollit mare, & altiùs vndas
Erigit, indè imo consurgit ad æthera fundo.
Hîc iuuenis primam ante aciem, stridente sagittâ,
Natorum Tyrrhi fuerat qui maximus, Almon,
Sternitur. hæsit enim sub gutture vulnus, & vdæ
Vocis iter, tenuemq; inclusit sanguine vitam.
Corpora multa virûm circà, seniorq; Galesus,
Dum paci medium se offert, iustissimus vnus
Qui fuit, Ausonijsq; olim ditissimus aruis.
Quinq; greges illi balantum, quina redibant
Armenta, & terram centum vertebat aratris.
Atq; ea per campos æquo dum Marte geruntur,
Promissi Dea facta potens, vbi sanguine bellum
Imbuit, & primæ commisit funera pugnæ:

SER. FERRO ancipiti.] *vtrinq; noxio. dicit autem, aut gladios, aut bipennes.* SEGES.] *Terra modò: vt,* Quid faciat lætas segetes. *Per arram verò, fertilem significat: vt ostenditur in Georg.* SOLE lacessita.] *Naturale enim est, vt metallorum splendor plùs fulgeat, aliâ luce repercussus.* PAVLATIM

B sese tollit mare.] *Sic bella dicit surrexisse paulatim, sicut ventis flantibus mare turgescit.* HIC iuuenis.] *Hîc confundit nomina: nam & puerum, & iuuenē, indiscretè nonnunquam Verg. ponit; vt hoc loco. Nam Almonē, quem modò iuuenem dicit, paulò pòst ait puerum: vt,* Almonem puerum. *Mouet autem miserationem ab ætate, cùm dicit, Iuuenis: à virtute, cùm dicit, Primā ante aciē: à vulneris etiam crudelitate.* ALMON.] *Bene rustici nomen vsurpauit à fluuio.* HÆSIT enim sub gutture vulnus.] *Id est, sagitta. vt,* Ardens infesto vulnere Pyrrhus Insequitur. VDÆ vocis iter.] *Id est, iter vdum vocis. non enim vox vda est, sed per vdam arteriarum labitur viam; vnde in febricitantibus deficit.* CORPORA multa virûm circà.] *Constrata sunt. & rhetoricè viles trudit in medium: nobiles verò, primo & vltimo loco commemorat.* DVM paci medium se offert.] *Reddit causam, cur senex bellis interierat.*

C OLIM ditissimus aruis.] *Secundùm antiquum morē. Horatius:* Diues antiquo censu. QVINA redibant armēta.] *Pro quinq; sicut,* Bina manu lato crispans hastilia ferro. TERRAM vertebat aratris.] *Duo dixit à Catone memorata: qui interrogatus, quis esset paterfamiliâs? respondit, eum, qui bene pascit, & bene arat. nam pascere, per armēta intelligit: arare verò, per aratra.* ÆQVO dum Marte geruntur.] *apertâ contētione, bello manifesto: nam sic dicimus.* Æquum *autē æqualē non possumus dicere; cùm soli interemti sint Itali.* PROMISSI dea facta potens.] *Honesta locutio: Potens promissi. Promisisse autem eam consensione intelligimus: nam non promisit.* IMBVIT.] *initiauit. & bene* Sanguine: *nam potest bellum & à discordiâ, & à dissensione inchoari.*

POM. Sabi. DECERNVNT.] *pugnant.* CONSVRGIT.] *mare procellosum.* ALMON.] *fluuius ad mœnia vrbis, qui labitur in Tyberim, dicitur Almon, in quo lauabatur Cybele.* GALÆSVS.] *Galæsus nō ad certamē, sed ad pacem venerat cōponendam. Galæsus fluuius est Tarentinus, cuius aquam cùm bibunt oues, lanam mollissimam & albam nutriunt.*

VAR. Lect. ET lucem sub nubila iactant.] *In libris aliquot antiq.* Lumen *legitur. In aliquot,* Lucem sub lumina *habetur.* COEPIT cùm albescere vento.] *In Romano lib.* Pōto *legitur.* HÆSIT enim sub gutture vulnus.] *In antiquis aliquot libris,* Exit *legitur. Et, pro* Gutture, Gurgite.

DON. ATRA'QVE latè Horrescit strictis seges ensibꝰ.] *In tantū grauis horror apparebat armorum; vt, nudatis gladijs atq; eductis, terra omnis sinè magno tremore videri non posset.* ÆRA'QVE fulgent Solē lacessita, et lucē sub nubila iactant.] *Repercussa æra Solis radijs tantū luminis cogebātur effundere, vt Solis ipsius lucē superarēt.* FLVCTVS vbi primo cœpit cū albescere vēto, Paulatim sese tollit mare.] *Mittit similitudinē, quā ostēdit augmenta calamitatis & belli. Quēadmodum solet, inqt, inflari paulatim flatib. mare; et, dum temperatis tumoribus fertur, excitatū maioribus incremētis vsq; ad astra pertēdit: sic belli furor populorū cōgregatione crescebat.* HIC iuuenis primā ante aciem, stridente sagittâ, Natorū Tyrrhi fuerat qui maximus, Almon, Sternitur.] *Post casum cerui, qui malis omnibus initiū dederat, fortè accedit; vt eiusdē Tyrrhi filius, sagittâ ictus, ante congressionē cecidisset. Huic, præter iniuriā hominis occisi, addūtur merita, q̄ duriorē dolorē commouerent. Primò quippe ait: Tyrrhi filius, & Tyrrhi merita superiùs dicta sunt. Secundò ait, Iuuenis; in quo mors acerba maiorē inferre dolorē posset. Tertiò dixit, eum inter filios Tyrrhi natu fuisse maiorē; qui locus nascēdi, vt maiorē affert parētibus gratiā; ita maiorē dolorem parit, si funere præuentus interreat. Dicit iam, quomodo, vel quo casu perierit.* HÆSIT enim sub gutture vulnus, & vdæ Vocis iter, tenuēq; inclusit sanguine vitā.] *Sic sagittâ percussus est, vt occluso vocis transitu, nec spirare vltrà, nec loqui potuisset. Itaq; interijt, vt solēt interire, qui laqueo terminant vitam.* CORPORA multa virûm circà.] *Qui non fuerunt superioris loci, generaliter dicti sunt.* SENIOR'QVE Galæsus, Dū paci medium se offert, iustissimus vnus Qui fuit, Ausonijsque olim ditissimus aruis. Quinque greges illi balantū, quina redibāt Armēta, & terrā centū vertebat aratris.] *Indignū istius hominis lethum multis generibus demonstratur. Primò, quòd senior; ac per hoc & prudētissimus fuit: neq; is, qui ad hoc venisset, vt affectu videretur prouocatus esse pugnādi; sed suasor potiùs pacis atq; cōcordiæ, qui nollet bellorū causas vlteriùs crescere. Iste iustissimus fuit inter suos &, quia difficile est, bonū esse, Vnꝰ dictus est. Talis vnus inuētus, qui concordiā suaderet; qui, dum existimaret iustitiæ suæ esse, improbos coercere, sic inter pacem bellumq; prostratus est. Dixit interea publici cōmodi causas, propter quas nascēt bellū persuasione iustâ cupiebat extinguere. Dixit ipsius quoq; primatus facultatē. Ditissimus, inqt, fuit in possessione agrorū, nec nouus diues, sed olim locupletissimus: ac per hoc, qui nollet repentino malo perdere, q̄ longâ quiete possederat. Quinq; aūt greges habuit ouium, & quina armēta: hoc est, in singulis generibus animaliū quina. Armētorum appellatio, boues, equos, & cætera huiuscemodi significat, quæ facilè interire possent, perturbatis omnibus, & belli rabie confusâ republicâ. Huius personâ & nece iniquitas omnis expressa est; quæ iuxta iustissimum senē non existeret; si rationē rustici furentes habere potuissent. In aratrorū numero, non tantùm armētorum copiam*

vel animalium, quæ iungebat; verumetiam fructus ostendit, vt in omnibus ditissimum comprobaret. & reuerà locupletissimi, & iustissimi persuasio, longæui quintiã, fuerat necessaria, tali tempore, quo rebus publicis metueret, ac suis: quippe diuitibus detrimentosa sunt bella. Cæterùm plebs non metuit quicquam belli tẽpore, nec aliquo damno percutitur, quoniã iam deest ei, *quod perdat.* ATQVE ea per cãpos æquo dum Marte A gerũtur.] *Dũ adhuc ex vtraq; parte æqua fortuna est.* PROMISSI dea facta potens?] *Gloriosa de malis alienis, vbi promissum effectũ læta perfecit.* VBI sanguine bellũ Imbuit, & primæ cõmisit funera pugnæ.] *Vbi, occisis talibus, idoneas causas perpetrandis sceleribus dedit.*

Deserit Hesperiam, & cœli conuexa per auras,
Iunonem victrix affatur voce superbâ:
En perfecta tibi bello discordia tristi!
Dic in amicitiam coëant, & fœdera iungant:
Quãdoquidẽ Ausonio respersi sanguine Teucros.
Hoc etiam his addam: tua si mihi certa voluntas,
Finitimas in bella feram rumoribus vrbes:
Accendamq; animos insani Martis amore,
Vndiq; vt auxilio veniant: spargã arma per agros.
Tùm cõtrà Iuno: Terrorũ & fraudis abundè est:
Stant belli causæ; pugnatur cominus armis.
Quę fors prima dedit, sanguis nouꝰ imbuit arma.
Talia connubia, & tales celebrent hymenæos,
Egregium Veneris genus, & rex ipse Latinus.
Te super æthereas errare licentiùs auras,
Haud pater ille velit, summi regnator Olympi.
Cede locis: ego, si qua super fortuna laborum est,
Ipsa regam. Taleis dederat Saturnia voces;
Illa autem attollit stridentes anguibus alas,
Cocytiq; petit sedem, supera ardua linquens.
Est locus, Italiæ in medio, sub montibus altis,
Nobilis, & famâ multis memoratus in oris;
Ansancti valles, densis hunc frondibus atrum
Vrget vtrinq; latus nemoris: medioq; fragosus
Dat sonitum saxis, & torto vertice torrens.
Hîc specus horrendum, & sæui spiracula Ditis
Monstrantur, ruptoq; ingens Acheronte vorago
Pestiferas aperit fauces: queis condita Erinnys,
Inuisum numen, terras cœlumq; leuabat.
Nec minùs interea extremam Saturnia bello
Imposuit Regina manum. ruit omnis in vrbem
Pastorum ex acie numerus; cæsosq; reportant;
Almonem puerum, fœdatiq; ora Galesi:
Implorantq; deos, obtestanturq; Latinum.
Turnus adest, medioq; in crimine, cædis & ignis
Terrorem ingeminat; Teucrosq; in regna vocari;
Stirpem admisceri Phrygiam; se limine pelli.

SER. ET cœli connexa per auras.] *Probus, Asper, Donatus, dicũt hoc loco* Per *bis accipiendum: alloquitur Iunonẽ per cœli conuexa, & per auras. Potest tamen esse* [illegible]: *Per auras, id est, cœli cõuexa. nec enim aliud sunt auræ. Dicit etiã quidã commẽtarius,* Cõuecta *legendum: vt sit, ipsa conuecta. quod difficilè in exemplaribus inuenitur.* VICTRIX.] *voti cõpos.* AFFATVR.] *iam cũ superbiâ. Bene autẽ ei in principio denegauit orationem, quasi ad scelera festinanti; quã modò tribuit, post bella iam cœpta.* BELLO discordia tristi.] *Iuno enim belli poposcerat semina: hæc etiã ipsa bella perfecit.* DIC in amicitiam coëant.] *Ac si diceret: ita bella cõmoui, vt ne tuo quidem imperio possint in pacem redire. & hoc est, quod dicit:* Affatur voce superbâ. *Alij dicũt; Ego inter hos bella cõmisi; tu vicinos populos fœderibus iunge, & artibus Turni, & Aeneæ, fauere cõpelle: quod tamen si vis, ego faciam. vt hinc sit dictum* Ego, si qua super fortuna laborũ est, Ipsa regam. CERTA voluntas.] *Si tua in hoc consentit authoritas.* INSANI Martis amore.] *Homeri epitheton;* [illegible]. SPARGAM arma.] *Meminit sui. nam suprà dixit:* Sere crimina belli. TERRORVM & fraudis abundè est.] *Terrorum, ex morte tot hominum. Fraudis verò, ex cerui vulneratione.* STANT belli causę.] *manifestæ sunt; vel placent; vt,* Stat conferre manum. TALIA connubia.] *Concessio ex indignatione.* EGREGIVM Veneris genus.] [illegible] *dictum est: vt alibi,* Egregiam verò laudem, & spolia ampla refertis. IPSE Latinus.] *Ac si diceret, qui Aeneæ causâ cogor odisse. vnde & Amatæ nulla fit mentio, quæ est Troianis inimica. Vrbanus tamen hunc locum accipit per interrogationẽ:* Terrorum & fraudis abundè est? Stant belli causæ? *vt quasi per gratulationem non credat. sicut Terentianum illud:* Quid tam miserè cupio, eò Vereor magis. SVPER æthereas auras.] *Quia dixerat,* Cœli conuexa per auras. ATTOLLIT alas.] *Honesta volãtis periphrasis.* ITALIÆ in medio.] *Hunc locum vmbilicum Italiæ chorographi dicunt. Est autẽ in latere Campaniæ & Apuliæ, vbi Hirpini sunt. & habet aquas sulphureas ideò grauiores, quia ambitur syluis. Ideò aũt ibi aditus dicitur inferorum; quòd grauis odor iuxtà accedẽtes necat: adeò vt victimæ circa hunc locũ nõ immolarentur; sed odore perirent, ad aquam applicatæ. & hoc erat genus litationis. Sciendũ tamẽ, Varronẽ enumerare, quot loca in Italiã sint eiusmodi. vnde & Donatus dicit, Canusiæ, esse, vel Lucaniæ, qui dicitur locus à Poëtà, circa fluuiũ, qui Calor vocatur. quod ideò non procedit: quia ait, Italiæ medio, sub montibus altis. Hoc nisi ad totã Italiam referas, nõ procedit: vt sit, Est in vallibus Italiæ montuosæ. nam hoc in loco mõtes penitùs non sunt.* NOBILIS.] *notus. quod sequentia indicãt.* ANSANCTI valles.] *Loci Ansancti: id est, omni parte sancti: quẽ dicit & syluis cinctum, & fragosum fluuio torrente.* HIC specus horrendum.] *Hoc nomẽ apud maiores trium generum fuit. Ennius fœminino posuit:* Sub monte specus altæ. *Horat. masculino:* Quę nemora, aut quos agor in specꝰ? *Verg. neutro: quo hodie in numero singulari trib. tantũ vtimur casibus: Hoc Specus, huius specus, ô specus. Plurale tãtũ à genere masculino habemus, in omnib. casibus. Hinc est,* Ipsi in defossis specubus. *Quãquã antiq. codices habeãt,* Hîc specꝰ horrẽdo. SPIRACVLA Ditis.] *aditus; à spirando; quòd ibi hostiæ admotæ concidãt & moriãtur. antiq. codices* Piracula *habẽt; quę dicta sũt* [illegible], *hoc est, à finibus inferorũ.* VORAGO.] *Acherontis exæstuatio.* CONDITA Erinnys.] *Alij* cõdit *legunt. & Se subaudiunt.* COELVMQVE leuabat.] *recreabat, releuabat, cui præsentia sua erat oneri.* EXTREMAM Saturnia bello Imponit regina manum.] *Quod superest, perficit. & est translatio à picturã, quã manus complet, & ornat extrema.* FOEDATI.] *cruentati.* IMPLORANTQVE deos.] *Ad auxiliũ & vltionẽ.* OBTESTANTVRQVE Latinũ.] *Propter cædẽ factã testẽ adhibent; & dicunt, authores rupti fœderis esse Troianos; cùm ipsi pacis iura temerarint.* ET ignis.] *In ipso feruore seditionis.* TEVCROS in regna vocari.] *Subaudi, Dicit. Teucros autẽ, iniuriosè dictum accipe, quasi exsules ac perfidos.* SE limine pelli.] *Interiore familiaritate. vt Iuuenalis:* Limine summoueor.

B

C

POM. Sabi. CONNEXA.] *Alloquitur Iunonem, per connexa cœli & per auras. quidam ait,* conuecta *legendũ esse, vt sit ipsa Furia cõuecta.* TALIA coniugia.] *Per interrogationẽ omnia hæc vt legantur, vult Vrbanus.* AMSANCTI.] *Amsanctus dicitur, quasi circumsanctus, id est, vndiq; sacer. Locus est in Hirpinis, vt Plin. meminit lib. 2. in quo specus est, cũ pestiferã exhalatione. Ideò putatum est, illinc esse descensum ad Tartarum. Inter montes est, per quos Melphes amnis præcipiti lapsu fertur. Hirpini, Samnitica gens, sunt ita appellati; quòd in ducẽdã coloniã oblatus est lupus, quẽ Samnites hirpum vocant. qui exponunt Vergilium ex antiquis idem sentiunt. Donatus dicit,*

Ansanc-

A Amsanctum Lucaniæ esse: vnde Calor amnis præceps fertur: vbi antrum ingentis magnitudinis, cum pestiferâ exhalatione est. Accolæ appellant os inferni. Labitur Calor inter oppidum Aquariam & Pestanos agros, & Silaro miscetur. Amsanctum esse in exitu paludis Rheatinæ, non puto, qui id addunt, decepti sunt: quòd apud Varronē est vmbilicus Italiæ, ager Rheatinus. Alij alias intelligunt fauces, & pestilentes hiatus. Ego verò sentio cū Plinio. Fortè Italiam accepit cis Rubiconē, secūdùm antiquam descriptionem: ipse semper vetustatem imitatur. QVEIS.] faucibus. LEVABAT.] liberabat pestifero halitu suo. INTEREA.] dū causæ belli spargūtur. REGINA.] Iuno perficit quod superest. VRBEM.] Laurentū. ACIE.] conflictu. DEOS.] ad vltionē. LATINVM.] qui Troianis pacem in Latio dederat. IGNI.] furore, seditionis impetu.

VAR. Lect. EN perfecta tibi bello discordia tristi.] In libris aliquot antiquis legitur, Belli discordia tristis. TALIA cōnubia.] In antiquis omnibus libris, quotquot habui, Cōiugia legi. HAVD pater ipse velit.] In antiquis omnibus libris, Pater ille legitur. FORTVNA laborū est.] In plerisq; libris antiquis, Est non habetur. ITALIÆ in medio.] Antiqua omnia exēplaria legunt, Italiæ medio, absq; In. AN-B SANCTI valles.] In Romano lib. Anfracti legitur. MEDIO'QVE fragosus.] In libris aliquot antiquis, Fagosis inuenitur. SPECVS horrendū, & sæui.] In antiq. plerisq; non habetur, Et. DITIS monstrantur.] In plerisq; libris Mōstratur legi. QVEIS condita Erinnys.] In Mediceo libro, Condit, verbi voce scriptū est. TERRAS cœlumq; leuabat.] In aliq. antiquis libris, Terram legere est; & Leuauit, præterito tempore. MEDIO'QVE in crimine, cędis & ignis.] In Romano libro, Igni legitur.

DON. DESERIT Hesperiam, & cœli cōuexa per auras Iunonē victrix affatur voce superbâ.] Desertis, inquit, terris, in quibus perfecto scelere superflua noluit remora, euolauit per auras ad Iunonē, relatura triumphos suos, et mala populorū. Expressit aūt moraliter animū eius, quæ mādata perfecerat, dicendo: Iunonē victrix affatur voce superbâ. Vnusquisq; enim, qui secūdis successibus potioris iussa vel mādata perfecerit, superbus remeat, nec humili voce perfectionē rerum, sed elatā renunciat. Quòd aūt posuit, victrix, ibi ostēdit poeta, quemadmodū Alecto fuisset locutura, quæ in suis artib. C vincēdo floruerat. Victoriam quippe superbia sequitur, & tumores animorū vehemēter extollit. EN perfecta tibi bello discordia tristi.] Locus iste talis est, qualis est, quo Furiam Iuno à cōtrario laudauit ac prætulit. nam & Alecto indè se existimat magnā; vnde bonorū iudicio damnari debuerat. sed fecit hoc pro personâ suâ, & eius, quæ lætaretur malis inimicorū. Ecce, inquit, quæ voluisti: cōpleui bellum, discordiam, funera. Videamus, quid significet, quod primò posuit, En. non enim referētis est tantùm, verumetiam demonstrantis. Tantâ enim fide gesta sua referebat, vt hæc nō solis auribus Iunonis, verumetiā ipsis quoq; oculis subderet. Quòd referebat verbis ostētationis fuit: quòd monstrabat, plenissimæ probationis. DIC in amicitiam coëant, & fœdera iungant: Quandoquidem Ausonio respersi sanguine Teucros.] Quod fieri pro tuâ voluntate, meo ministerio, debuit; factum est. Polluti sunt Troiani sanguine Latinorum. tanta ex eo exstitit causa discordiæ, vt etiā ex voluntate tuâ, concordia populorū reparari nō possit. Ecce, quantū furia gloriatur; quantū sese extollit, asserens, dissipatam pacē integrari nō posse, etiam si ipsa Iuno, satiata partium cædibus, hanc velit in integrum reuocare. Ad perpetuitatem discordiæ pertinet, quod positum est à Troianis. Primùm, illatam cædē Ausonijs: qui nouitatem suam funeribus inferendis commēdandam esse crediderunt. HOC etiam his addam, tua si mihi certa voluntas: Finitimas in bella feram rumoribus vrbes, Accēdamq; animos insani Martis amore.] Ecce, ex consequentibus ostēdit, quā mente dixisset, Dic in amicitiam coëant. non enim poterat furia: quia nihil præter mala nōsset, & facere, & implere, ac suadere concordiam; & Iuno, vetus & pertinax inimica, repentè haud leui vltione satiari. Ergo Alecto, glorians de eo quod fecerat, quò apud Iunonē fieret gratior, adiecturam se, si illa permitteret, malis conflatis augmentum, vltrò pollicetur, dicens: Hoc etiam his addam: si altior tibi nocēdi volūtas est, & vis fortiùs impleri; his, quæ facta sunt, addam, quæ non continet instructio tua: vt finitimæ quoq; vrbes, amore dimicationis accēsæ, totâ festinatione concurrant; & ne subsidium volētibus desit. Vndiq; vt auxilio veniant, spargā arma per agros. TVM cōtra Iuno.] Ne videretur minus prospexisse, cū mandatorū summam traderet furiæ; nō admisit oblata; sed cōtra respondit. TERRORVM & fraudis abundè est.] Satis inquit, factū est animo meo; exstat competens terror, & superat fraudis inuentum, quod turbandis rebus fuerat necessarium. STANT belli causæ.] Hoc est, idonea belli fundamēta cōstructa. sinè causarū quippe substantiâ, bellū nasci non potuit: quoniam dissensiones omnes, & dissidia, emergere atq; exoriri non possunt, nisi primitus exstiterit, quod concordiam rumpat. PVGNATVR cominus armis.] Plenum bellū est, cùm venitur ad manus. Ait enim superiùs poëta: Direxère acies, nō iam certamine agresti, Stipitibus duris agitur, sudibúsve præustis: Sed ferro ancipiti decernūt, atraq; latè Horrescit strictis seges ensibus. vt probaret, plenū susceptū esse certamē, atq; vt in eo ipso furiæ laudaret effectus. quoniam ipsa Alecto dixerat: Quandoquidē Ausonio respersi sanguine Teucros: Iuno huic loco respōdit; QVÆ fors prima dedit, sanguis nouus imbuit arma.] Hoc est, quod optabile fuit, inde est datum initium malis, vnde dari debuit. TALIA connubia, & tales celebrent Hymeneos, Egregiū Veneris genus, & rex ipse Latinus.] Talia, inquit, nota habere digni sunt, qui faciūt, quod sit votis meis animoq; contrariū. TE sup ęthereas errare licētiùs auras, Haud pater ipse velit, summi regnator Olympi.] Quod vltrò Alecto obtulerat, ne videretur Iuno fastidiosè respuisse, dixit causas. Superfluū est, inqt, quod rebus impletis adijcere quæris argumentū; & te diutiùs hic remorari, molestū est. Nō enim hoc potest Iupiter æquo animo ferre, vt vlteriùs superā tenearis in luce. CEDE locis.] Non dixit, Abi hinc, sed, Cede: propter Iouis personā; q ex diutinâ cōmoratione furiæ poterat grauiter offendi. nec fuit iniuria, si diceret, potior. EGO, si qua super fortuna laborū est, Ipsa regā.] Et si fortè, inqt, aliquis superest labor, regetur operâ meâ. TALEIS dederat Saturnia voces.] hæc locuta est Iuno. ILLA aūt attollit stridētes anguib9 alas, Cocytiq; petit sedē, supera ardua linquēs.] Illa, hoc est, Alecto, auditis q̃ necessariò Iuno prætulerat, relictis cœli regionibus, alis delapsa est ad eam partem, quâ remeare ad inferos posset. Incipit loci descriptio, per quem ire potuit ad infernum. EST locus Italiæ in medio, sub montibus altis, Nobilis, & famâ multis memoratus in oris, Ansancti valles.] Dixit regionē, in quâ esset locus, & in quâ eius parte. Dixit etiā nomen, Ansancti, à fani vocabulo, ac nemoris. dixit sitū, quòd in valle haberetur. DENSIS hunc frondibus atrū Vrget vtrinq; latus nemoris.] Densitas, inquit, nemoris hunc fecerat tenebrosum: latera verò eius, in angustias natura perduxerat. MEDIO'QVE fragosus Dat sonitū saxis, & torto vertice torrēs.] Cōpendiosa descriptio, quâ amnē simul, & partē, & quâ fundebatur, & sonū cadētis aquæ, & causam, quæ sonū ipsum faceret, indicat. Nascebatur aūt medio eius loci copiosus amnis, dabāt, vndæ sonitū saxis illisæ, & inter saxa eadē verticibus rapidis torquebantur. HIS specus horrendum, sæui spiracula Ditis Monstrantur, ruptoq; ingens Acheronte vorago Pestiferas aperit fauces, quîs condit Erinnys Inuisum numen, terras cœlumque leuabat.] Vel densitate nemorum, vel sono torrentis; vel vmbrâ foraminis tenebrosi; vel indè magis horrendum, quia inferorum ianua fuit, & ad Ditem patrem, qui mulceri nesciret, iter infelicibus dabat: & rupta humo vsq; ad ipsum

Digitized by Google

Acherontem profunda demersio, quam obsidebat Erinnys, solam patentis hiatus terræ conspiciens altitudinem, ex quâ solum cœlum cernebatur, ac terra monstrabatur. Dixit: hoc est, opinione, nõ visu. cæterùm hæc nouerat nullus. NEC minùs interea.] Hoc vertendum est, vt sit, Interea non minùs. EXTREMAM Saturnia bello Imponit regina manũ.] Recedẽte furia, in eius curã Iuno succedẽs, complebat, quæ illa fortè ad satiandũ partium cladẽ imperfecta dimiserat. Dixerat enim Iuno furiæ, vt recederet; & se promiserat necessaria curaturũ. Idcirco dabat rebus extremã manũ, hoc est perfectionem. Extrema enim dicitur in artibus manus, post quã nihil fit, & res inuenitur esse perfecta. Deniq; sequẽtia cõsideranda sunt, & inuenietur, quid significet manus extrema, quã Iuno imponebat, hoc est, addebat. RVIT, inquit, omnis in vrbẽ Pastorum ex acie numerus.] Pastores, qui relictis agris congregati in aciem fuerant, relictã eâdẽ acie, in ciuitatis mœnia confluebãt. Illic enim fuerat Latinus, qui primus contra Iunonis fecerat voluntatẽ. CÆSOS'QVE reportãt, Almonẽ puerum, fœdatiq; ora Galesi.] Ad inuidiã facti portabãt funus Almonis pueri, qui vtiq; pro ætate nihil tale meruerat; & ferebãt Galesi faciẽ, indignis vulneribus fœdatã. IMPLORANT'QVE deos.] implorabant deos, indignitatis indices, quibus sperabant displicere posse, quæ peregrini in ciues admiserant. OBTESTANTVR'QVE Latinum.] Hoc est, inuidiosis vocib. lacerabãt, quòd malorũ omniũ, p Troianorũ fœdus, ipse author videretur exstitisse. hoc multitudo confusa faciebat, & vulgus. TVRNVS adest, medioq; in crimine, cædis & ignis Terrorem ingeminat.] Ecce, inquit, etiam Turnus aderat, cuius maior fuerat causa: & idem geminabat terrorẽ, quem populus fecerat, spondens omnia cædibus & incendiis peritura. TEVCROS in regna vocari, Stirpem admisceri Phrygiam; se limine pelli.] Huius comminationis Turnus exponebat causas, & doloris indignitatem claris vocibus testabatur; quòd Teucri vocarentur in regnum, & Phrygij iungerentur Italiæ, se scilicet excluso ex regiæ domus limine. Singula magnam vim tenent intellectus; nam Teucros, & Phrygiam stirpem, pro cõuitio posuit. In regna vocari: hoc est, in honorem maximum potestatemq; regnandi; ac per hoc immeritis deferri summam rerum, & fortissimorũ generi misceri maculam Phrygiorum; se, videlicet multò meliorem genere ac fortitudine, iam generum regis, iam pleno assensu suo sceptum, ex ipso regiæ domus limine excludi.

Nobilis, & famâ multis memoratus in oris.] De homine, qui ob eruditionem nulli non est notus. ADD. Ser.

Tum, quorũ attonitæ Baccho nemora auia matres
Insultant thiasis, (neq; enim leue nomen Amatę)
Vndiq; collecti coëunt, Martemq; fatigant,
Ilicet infandum cuncti contra omnia bellum,
Contra fata deûm, peruerso numine, poscunt
Certatim regis circumstant tecta Latini.
Ille velut pelagi rupes immota resistit:
Vt pelagi rupes, magno veniente fragore;
Quæ sese multis circùm latrantibus vndis
Mole tenet, scopuli nequicquã, & spumea circùm
Saxa fremunt, lateriq; illisa refunditur alga.
Verùm vbi nulla datur cæcũ exsuperare potestas
Consilium, & sæuæ nutu Iunonis eunt res;
Multa deos aurasq; pater testatus inanes:
Frangimur, heu, fatis, inquit, ferimurq; procellâ.
Ipsi has sacrilego pendetis sanguine pœnas,
O miseri: te, Turne, nefas, te triste manebit
Supplicium; votisq; deos venerabere seris.
Nam mihi parta quies, omnisq; in limine portus:
Funere felici spolior. nec plura locutus,
Sepsit se tectis, rerumq; reliquit habenas.
Mos erat Hesperio in Latio; quem protinùs vrbes

SER. ATTONITÆ Baccho.] Quasi Baccho furiã enim agebãtur. Et sic est dictum, vt, At medias inter, cędes exsultat Amazon. NEMORA auia.] per nemora. THIASIS.] choreis. NEQVE enim leue nomẽ Amatæ.] Iuuenalis: Quæ non faciet, qđ principis vxor. MARTEM'QVE fatigant.] prælium cum clamore deposcunt. CONTRA omina.] Superiùs de apibus & Lauiniã. FATA deûm.] proper oraculum Fauni. PERVERSO] irato. VELVT pelagi rupes.] Sic Cicero seditionẽ populi fluctibus cõparauit: In illis duntaxat fluctibus concionum. Bene Verg. eum, qui restitit seditionis, Rupẽ vocauit. MOLE tenet.] Hîc distinguendum; vt Scopuli nominatiuus pluralis sit. CÆCVM consilium.] Fremitui populi bonum nomen posuit. FRANGIMVR.] Permansit in rupis trãslatione. SACRILEGO sanguine.] Quia bellum sumebant contra voluntatẽ deorum. VOTIS'QVE deos venerabere seris.] Quia religio rigida, dicitur semel malè commissa nullâ ratione reuocari. Horat. Dira detestatio Nullâ expiatur victimâ. PARTA quies.] Scilicet vicinæ mortis beneficio. IN limine portus.] Securitas omnis in portu est. FVNERE felici spolior.] Exsequijs tantùm regalibus careo. MOS erat.] Varro vult, Morẽ esse communem cõsensum omnium simul habitantium; qui inueteratus, consuetudinẽ facit. HESPERIO in Latio.] Hoc est, in antiquo. nam, vt in Primo diximus, duo Latia fuerunt: vnde nõ frustra Hesperio addidit. Quod aũt dicit, hanc consuetudinẽ antiquã fuisse, falsum est. nam à Numã Pompilio primùm instituta est. sed carmini suo, vt solet, miscet historiã. Notandũ sanè, inconnexũ esse hunc locũ, si quis totius libri cõsideret textum. nam suprà ait: Lõgâ placidas in pace regebat. itẽ dicturus est: Ardet inexcita Ausonia atq; immobilis antè. & nũc dicit: Mos erat Hesperio in Latio. suprà etiam: Captiui pendẽt currus. itẽ: Tyrrhenas ĩ sterne acies. Quæ ne sint contraria, accipiemus, Italiam primò caluisse belli, medio tempore quieuisse, & ad antiquum studium nunc reuerti. sicut Romani bello flagrauêre sub Romulo; quieuêre sub Numã; sub Tullo Hostilio prima studia repetiuerũt. Hinc est, quod & ipse Vergilius ait, Lõgâ placidas in pace regebat; nõ ppetuã. itẽ: desuetaq; bello Agmina in arma subitò, ferrũq; retractat. nam Retractare, est, repetere quæ omiserat. Tale aliquid dicit de genere Syllano Sallustius. nam volens ostẽdere, antiquos maiores eius consulares fuisse; vicinos verò ignauissimos, Syllam verò florẽtissimum; ait: Igitur Sylla patriciæ gentis fuit, familiâ iã extinctâ maiorũ ignauiâ. PROTINVS.] Iugiter, deinde. Nam nunc temporis est aduerbium: alibi loci. vt, Cùm protinus vtraq; tellus vna foret.

POM. Sabi. TVM quorum.] coëunt illi iuuenes, quorum matres bacchabantur cum Amatâ in syluis. THIASIS.] choreis. NOMEN.] scilicet erat, bacchari & furere in syluis. FATIGANT.] stimulant, incendũt. ILICET.] statim. Apronianus legit, scilicet. OMNIA.] Mihi placet, Omina. FATA.] oracula Fauni. TECTA.] regia. ILLE.] Latinus. SCOPVLI.] per saxa & scopulos intelligit famulos regis. VERV`M vbi.] vbi nulla potestas fuit Latino vincere cæcum consilium, id est, cæcitatem suorum; clamauit: Frangimur. FRANIMVR.] quia rupi comparatus erat. IPSI.] vos qui me frangitis. SACRILEGO.] quia bellum sumebant contra voluntatem deorum, & violabant deos penates & ipsos Troianos, qui iubentibus fatis in Latiũ venerant. PARTA quies.] senex sum, & in portu vita mea est. Intelligit de quiete mortis. In hoc bello non sepeliar, vt rex. FVNERE.] exsequijs regalibus careo. MOS erat.] Mos communis est consensus omnium: & idem dicitur vsus, & consuetudo. QVEM.] morem sacrum.

VAR. Lect. CONTRA omnia bellum.] In antiquis libris legere est, Contra omina, quam lectionẽ agnoscit Seruius. CERTATIM regis circumstant tecta Latini.] In Mediceo,

Tecta

A Tecta Tyranni, *scriptum est.* ILLE velut pelagi rupes immota.] *In antiquis nonnullis libris legere est,* Pelagi moles. LATERI'QVE illisa refunditur alga.] *Variat hæc lectio in libris antiq. Alij* Asperfa: *alij* Infusa *legunt.* CÆCVM exsuperare potestas Consilium.] *In aliquot antiquis libris,* Expugnare *habetur.* NVTV Iunonis eunt res.] *In Romano libro vna dictione legitur,* Euntes. TESTATVS inanes.] *In antiquis aliquot libris,* Testatur inanis *legitur.* FERIMVR'QVE procellâ.] *In antiquis aliquot libris,* Procellis *est.* OMNIS'QVE in limine portus.] *Nonnulli lib. absq; particulâ que legunt.* MOS erat Hesperio in Latio.] *In libris aliquot antiquis legere est,* Mos erat in Latio Hesperio.

DON. TV'M quorũ attonitæ Baccho nemora auia matres Insultãt thiasis (neq; enim leue nomẽ Amatæ.)] *Et id ille, quæ cũ Amatâ petierãt syluas, venerãt, perseuerãtes in furore: hoc enim exigebat reginæ meritũ, vt in causâ filiæ, mariti studiũ sententiamq; superaret.* VNDIQVE collecti coëunt.] *adunabantur collecti ex diuersis & plurimis locis.* MARTEM'QVE fatigant.] *Et ardorẽ pugnæ totis nixibus cumulabant.* ILICET infandũ cuncti cõtra omina

B bellũ, Contra fata deûm peruerso numine poscũt.] *Nitebantur omnes abrumpere omnia sacrilegis mentibus, quæ constabat diuino iudicio atq; arbitrio esse firmata. Cõtra omina, inquit, & deûm fata.* Contra omina: *propter apes & incēdij denuntiationẽ; quod ex capite Lauiniæ cõstabat exstitisse.* Contra fata: *hoc est, contra deorũ sententias, & Fauni responsa.* peruerso numine, *bellum appetebãt, in peruersum trahites deorum iudicium, vt bello excludẽdos crederent, qui in Italiam fatorum ducti ratione conuenerunt.* CERTATIM regis circumstant tecta Latini.] *Obliti regalis reuerẽtiæ, in domo Latini astabant violẽter, & circum eam, quã omni religione venerari cõuenerat, tumultuoso cõnitu grauiter perstrepebant.* ILLE, velut pelagi rupes immota, resistit: Vt pelagi rupes, magno veniẽte fragore, Quæ sese, multis circũm latratibus vndis, Mole tenet scopuli: nequicquã & spumea circũm Saxa fremunt, laterĩq; illisa refunditur alga.] *Admirabilis cõparatio. Latinus enim comparatur rupi; voces populi, fluctibus & tẽpestatibus; consensus vocum & clamor omnium, algæ ictibus. Ille,*

C *inquit, hoc est, Latinus, vt pelagi rupes: scilicet saxum ingens, constitutũ in pelago immotum, resistit, quum magno fluctuum percutitur verbere.* MOLE tenet scopuli.] *immobile fit magnitudine suâ, & frustrà vndarũ clamoribus vrgetur: latera autẽ eius inefficaci verberatione pulsantur, & solâ algâ, non quatiuntur ictibus, sed perfusa tanguntur. Ita & clamores vulgi, magno quidẽ sono veniebant ad Latinum; sed virtutẽ commouẽdi non habebant; scilicet vt alga, quæ nullum habet impetum feriendi; nec quum corpori fuerit illisa, sentitur.* VERV'M vbi nulla datur cæcum exsuperare potestas Consilium. *Vbi vidit Latinus, cæcum multitudinis furorem consilio superari non posse.* ET sæuæ nutu Iunonis eunt res.] *Et res pro voluntate sæuientis Iunonis, nõ sano tractatu curritet.* MVLTA deos aurasq; pater testatꝰ inanes.] *Multa verbis testatus est deos, & ipsas aẽris auras. qui enim alium adhiberet voluntatis suæ testẽ, omnibus qui aderãt furore correptis?* FRANGIMVR heu fatis, inquit, ferimurq; procellâ.] *Inter tot insanos, solus Latinus integro cõsilio fuit. solũ enim nõ cõmutauerat Iuno, vel furia. Et cùm populorũ sæuientẽ agmẽ solus superare nequiret, voluntatis suæ deos esse voluit testes atq; auras: se vacuum ab eo, quod gerebatur, scelere, cupiẽs demõstrare. Itaq; rupit in vocẽ istiusmodi:* Frangimur heu fatis, ferimurq; procellâ. *Frangimur, & procellâ, inquit, ferimur. perseuerãs in eo poeta, quod in Latini cõparatione superiùs tenuit; quũ rupẽ describeret, & pelagi tumẽtis fluctus, & rabiem maris, & algã, & molẽ, arripuit. Hic quoq; per translationẽ dicent, frangi cõmoda imperij sui, & spẽ publicam improuidis nisibus, tanquã naufragio, laniari. Signata ergo posuit verba; conferẽs ea, quæ oriuntur in mari, & euidẽter ostendens. Nam frangitur nauis, & naufragio interit, tempestatum electa turbinibus; quibus, vt furẽti populo, resisti nõ potest, & nauigia pereunt. Sic ipse, quia tantũ impetũ populi insanientis reuocare nõ potuit: Frãgimur, ait, nec malo valemus occurrere.* Ferimur procellâ: *quia is, qui procella vrget ac portat, nõ quomodo vult, aut quò voluerit, fertur.* Heu fatis, *scilicet aduersis quia dixit:* Ilicet infandum cuncti contra omina bellũ, Cõtra fata deûm peruerso numine poscũt. IPSI has sacrilego pendẽtis sanguine pœnas, O'miseri.] *Bene miseros dixit, vt dolore videretur errare. Nullus.n. sciẽs ac sanæ mẽtis, cadit in foueam scelerum: nullus peccat in deos, nisi is, quẽ dementia antè possederat. A' generali increpatione ad specialẽ transit.* TE, Turne, nefas, te triste manebit Supplicium.] *Ipse fuit omnibus causa peccãdi.* VOTIS'QVE deos venerabere seris.] *Turno suadebat omittẽda esse talia incepta: nã q citò ab errato discedit, & malè cœpta maturè condẽnat, potest mereri veniã. Sera verò erroris agnitio, agnitori fauorem non potest prouocare.* NAM mihi parta quies; omnisq; in limine portus.] *Vt à periculis pelagi tuti sunt, qui fuerint in portu: sic ipse tutum se futurum dicit, qui domus suæ septo vsurus esset pro portu. Etiam nunc perseuerauit in eo genere trãslationis, dicẽdo: Portus mihi erit limẽ domus mea, quod egressurus non sum.* FVNERE felici spolior.] *Vnum se dolere testatur, quòd indignè esset moriturus, qui potuit habere felicẽ exitũ vitæ.* NEC plura locutus, Sepsit se tectis, rerumq; reliquit habenas.] *Quia res magno furore turbatas, nec cõsilio potuit, nec sermone cõponere, cõdidit se parietibus proprijs: casibus relinquẽs habenas reip. quas contra maiorẽ vim nec gubernare potuit, nec tenere.* MOS erat Hesperio in Latio, quem protinùs vrbes Albanæ coluêre; sacrum nũc maxima rerum Roma colit.] *Obseruationes omnes, aut legibus principum, aut hominum sensibus constitutæ, seruantur. Quidquid igitur obseruare cunctis in commune placuerit, perinde habeatur vt lex, morem, longo tempore custoditum, diuturnitas firmet; qui vsqueadeò commodus iudicatur, vt à conditoribus ad posteros quoq; trãsitum faciat. Hunc ipsum Vergilius refert fuisse morem vsqueadeò commodum publicis rebus; vt ex Latio prolatum Albanæ vrbes probatum placidumq; retineant. Quantum mos iste laudatus; vt prolatus ex vno loco, plurimis vrbibus esse cœperit curæ, obseruationiq; perpetuæ? Magnum est quippe, quod ab vno profectum, plurimis placet. Deniq; hunc Albani coluêre sacrum; nec pro leui ducentes, consecratione quadã & veneratione plenissimã tenuerunt; vt esset sacrilegium, si fuisset aliquã temeritate mutatus.*

Albanæ coluêre sacrum, nunc maxima rerum
Roma colit, cùm prima mouẽt in prælia Martem:
Siue Getis inferre manu lachrymabile bellum,
Hircanísve, Arabísve parãt; seu tẽdere ad Indos,
Auroramq; sequi, Parthosq; reposcere signa.
Sunt geminæ belli portæ, (sic nomine dicunt)
Relligione sacræ, & sæui formidine Martis:
Centum ærei claudunt vectes, æternaq; ferri
Robora; nec custos absistit limine Ianus.
Has vbi certa sedet patribus sententia pugnæ,
Ipse, Quirinali trabeâ cinctuq; Gabino

SER. MAXIMA rerum Roma.] *Imperij potita.* MOVENT in prælia Martem.] *Nam moris fuerat, indictio belli, in Martis sacrario ancilia cõmouere. vnde est in Octauo:* Vterq; impulit arma. GETIS.] *Getarũ fera gens etiam apud maiores fuit: nam ipsi sunt Myrij, quos Sallust. à Lucullo dicit esse superatos.* HYRCANIS'VE.] *Gens dicta à syluâ Hyrcaniâ, vbi sunt tigres.* ARABIS'VE parãt.] *Hic datiuus venit ab eo, quod est hic Arabus: nam ab eo quod est hic Arabs, ab hoc Arabe, Arabibus facit; sicut Hiberibus. vnde est in Lucano:* Occurrat Hiberibꝰ alter. *& Hiberis. Horat.* Discet Hiberꝰ Rhodaniq; potor. *Iti lectum est Aethiopi, & Aethio-*

Digitized by Google

nefas, maioremque orsa furorem.] *In antiq. quibusdam exempl.* Adorsa *legitur. Praeterea etiam in Romano libro*, Maiorem exorsa furorem, *absque particula copulatiuâ habetur.* EVOHE Bacche fremens.] *Sunt, in* Euohe, *qui vnam tantùm aspirationem notent. Sunt qui statuant in medio, duabus hinc indè vocalibus adnotatis,* Eu ohe. *Sunt qui etiam dictionem incipiant ab aspiratione,* Heu hoe. TE lustrare choro.] *In plerisque veteribus libr. cum Roman. & Medic. legitur* Choros. Io matres audire vbicunque Latinae.] *Sunt qui ex Prisc. legunt,* Vbiquaque. *atque ita in Mediceo, & antiq. omnibus libris.* LOCVS Ardea quondam dictus auis, & nunc magnum tenet Ardea nomen.] *Antiqui aliquot lib. legunt,* Locus ardua quondam. *Est & pro* Tenet, Manet ardua nomen, *in Mediceo & aliquot alijs antiquis libris.* IAM mediam nigrâ carpebat nocte quietem.] *Libri nonnulli peruetusti legunt,* Iam mediâ nigrâ. *In alijs inuenio,* Iam mediâ nigrâ. ALECTO toruâ faciē, & furialia membra Exsuit in vultus.] *In veterib. aliq. lib. legere est.* Furialia membra Exit. *In aliq. alijs.* Exsuit & vultus, *absque* In. *Sed illud mihi arridet, vt figuratū magis,* Exit & in vultus.

ALECTO toruam faciem, & furialia membra Exsuit: in vultus sese transformat aniles, Et frontem obscœnam rugis arat; induit albos Cum vittâ crines: tum ramum innectit oliuae: Fit Beroë Iunonis anus, templique sacerdos.] *Suscepit Alecto sacerdotis personam: vt maiore autoritate loqueretur. Interea, quàm pulchrè posuit,* Alecto toruam faciem, & furialia membra Exsuit? *item,* Induit albos Cum vittâ crines? *Nam* Exsuit *&* Induit *sic est; vt est illud, quum vestem permutamus, exsuimus quam habemus, & induimus alteram.* INDVIT albos cum vittâ crines.] *citò ostendit, & crines & vittam albos fuisse.* ET iuueni ante oculos his se cum vocibus offert.] *Rectè commotae vultū aperuit: obiurgans iuuenem, quòd in suâ causâ tam segnis existeret; qui & cogitare deberet pericula sua, & aetatis suffragio posset adiutrum se cogitata depellere.* A DON.

VLVLATIBVS aethera complent.] *In mulierum intemperiem. Qualis illa fuit olim in senatu Romano lachrymantium mulierum, atq. obsecrantium; vt vna potiùs duobus nuberet, quàm vni duae. Historia est in noctibus Gellianis.* ADR. Bar.

SER. INCASSVM.] *tractum à cassibus, id est, retibus.* FVSOS patière labores.] *Probus de temporum connexione libellum composuit, in quo docet, quid cui debeat accommodari: ex quo intelligimus, hāc, quam facit, arduam esse connexionem. nam* Patière *futuri temporis est:* Fusos *verò, participium est praeteritum. dicit autem: Patieris, vt tot tui labores fundantur incassum, vel in irritum cadant.* TRANSCRIBI.] *tradi. sermo autem hic tractus est de pecuniâ: nam scribi, est dari. Horatius:* Scribe decem Nerio: non est satis, adde Cicuto Nodosi in tabulas centum. *Rescribi verò, reddi. Hor.* Dictantis quod tu nunquā rescribere possis. *Terē.* Argentū illud denuò rescribi iube Phormio. QVAERITVR haeres.] *De iure traxit, vt non generū, sed haeredem diceret. nā per coemptionem facto matrimonio sibi inuici succedebant.* TYRRHENAS i sterne.] *Vt,* I sequere Italiā ventis. *Sanè notum est, bello multum potuisse Tyrrhenos, & fuisse praecipuè infestos Latinis: vt,* Hi bellum assiduè ducunt cum gente Latinâ. HAEC adeò tibi me.] *Addidit authoritatem: quia scit anui credi difficilè. Adeò autem, valde, scilicet iussit. vt Terent.* Adolescentem adeò nobilem. LAETVS.] *alacer, festiuus. nam laetari non poterat, qui perdebat vxorem. sicut suprà in Primo:* Vela dabant laeti. FLVMINE pulchro.] *Vt suprà:* Hunc inter fluuio Tiberinus amœno. COELESTVM vis magna iubet.] *Aut per diffinitionem, ipsa Iuno est vis deorum; aut per augmentum fuasit, primò per se, secundò per Iunonem, postremò per vim omnium deorum.* TVRNVM experiatur.] *contra se, quem pro se laborantem probare non potuit.* HIC iuuenis vatem irridens.] *caluit: quia iuuenis. Horatius:* Non ego hunc ferrem calidus iuuentâ, Consule Planco. VICTA situ.] *temporis longinquitate, ex quâ nascitur situs.* VERIQVE effœta.] *cassa veritatis.* O' mater.] *Irrisionis est, non honoris.* FALSA formidine.] *Quia vatem. nam eam defendebat à bellis, si non aetas, saltem religio sacerdotij.* EXARSIT in iras.] *Communis sermo habet,* Ardeo illâ re: *sed figuratiùs,* Ardeo in illam rem, *dicimus. & est specialis Cornelij elocutio.* ORANTI.] *loquenti. vnde etiam oratores dicimus.* TREMOR occupat artus.] *Vicinitate scilicet furiae: nam tremor furoris est.* TANTAQVE se facies aperit.] *Semoto anili vultu, quem finxerat, & quo se induerat. sicut suprà in Primo de Venere:* Et vera incessu pátuit dea.

Et iuueni ante oculos his se cum vocibus offert:
Turne, tot incassum fusos patière labores?
Et tua Dardanijs transcribi sceptra colonis?
Rex tibi coniugium, & quaesitas sanguine dotes,
Abnegat; externusq; in regnum quaeritur haeres.
I nunc, ingratis offer te irrise periclis;
Tyrrhenas i sterne acies; tege pace Latinos.
Haec adeò tibi me, placidâ cùm nocte iaceres,
Ipsa palàm fari omnipotens Saturnia iussit.
Quare age, & armari pubem, portisq; moueri
Laetus in arma para; & Phrygios, qui flumine pulchro
Consedêre duces, pictasq; exure carinas.
Coelestûm vis magna iubet; rex ipse Latinus,
Ni dare coniugium & dicto parêre fatetur,
Sentiat, & tandem Turnum experiatur in armis.
Hîc iuuenis, vatem irridens, sic orsa vicissim
Ore refert: classes inuectas Tibridis vndam,
Non, vt rere, meas effugit nuntius aures.
Nec tantos mihi finge metus: nec regia Iuno
Immemor est nostri.
Sed te victa situ, verique effœta senectus,
O' mater, curis nequicquam exercet, & arma
Regum inter falsâ vatem formidine ludit.
Cura tibi, diuûm effigies & templa tueri:
Bella viri, pacemq; gerant, queis bella gerenda.
Talibus Alecto dictis exarsit in iras.
At iuueni oranti subitus tremor occupat artus:
Diriguêre oculi: tot Erinnys sibilat hydris,
Tantaque se facies aperit. tum flammea torquens
Lumina, cunctantem & quaerentem dicere plura

EXTERNVSQVE in regnum.] *Latinus, cùm sinè prole virili esset, quaerebat filiae maritum, & successorem regni.* TYRRHENAS acies.] *Tyrrhenos, irruentes in Latium contra Latinum, fudit; vt affinis & gener.* IVSSIT.] *misit me ad te Iuno.* ET armari.] *vt armetur.* PHRYGIOS.] *quasi imbelles.* SENTIAT.] *se malè fecisse.* IN armis.] *te armatum & potentem.* AVRES.] *quia nuntiatum mihi est, venisse Phrygas.* EXERCET.] *vexat te senium.* SITV.] *Situs squalor senilis est: & sunt sordes.* TREMOR.] *irata Alecto.* POM. Sabi.

REX tibi coniugium, & quaesitas.] *In antiquis aliquot libris, non habetur* Et. TYRRHENAS i sterne acies.] *Veteres aliquot libri legunt,* Tyrrhenas & sterne. ET dicto parere fatetur.] *In libris aliquot antiquis,* Parere iubetur *legere est.* CLASSES inuectas Tybridis vndam.] VAR. Lect.

Digitized by Google

A vndam.] Romanus liber, Portius, & aliquot alij veteres, legunt Tybridis alueo. BELLA viri pacemque gerant.] In antiquis libris, Gerent scriptum obseruaui: in alijs, Gerunt. SVBITVS tremor occupat artus.] In antiquis aliquot exemplaribus, Subitò aduerbium est. TVM flammea torquens Lumina.] In Romano libro, Fumea legitur.

DON. TVRNE, tot incassum fusos patière labores?] Poteris, inquit, pati tuos, Turne, labores effundi? hoc est, non paulatim, sed semel interire? Funditur enim, quidquid vno impulsu contentum traditur terræ. ET tua Dardanijs transscribi sceptra colonis?] Et imperium, iam tuis meritis debitum, ad indignos & aduenas sinè labore transire? Bis intelligendum est, Sceptra transcribi. quòd autem ait, Tot labores: à quantitate adiecit pondus dictioni. quòd ait, Tua, laudis loco accipiendum. Dardanijs verò, pro conuitio: vtpote qui sua perdidissent, & inuadere cuperent aliena. Incipit aperire, quod suprà generaliter posuit. REX tibi coniugium.] Rex, tuo semper auxilio & labore defensus, tibi, tantorum meritorum viro indigno, tanquàm inerti, Coniugium, hoc est, non rem ludicram aut leuem, sed coniugium, negat.
B Non dixit, sponsam: quoniam tanto affectu apud Latinum aut Amatam habebatur, quasi iam illi iunxisset filiam suam. ET quæsitas sanguine dotes Abnegat.] Ecce & in hac parte satiat, quod asserebat: dixit enim, Turnum dotis quoque esse possessorem, ac per hoc non ei sponsam negari & coniugem: quæ omnia, non leui, sed periculoso labore quæsisset. EXTERNV'SQVE in regẽ quæritur hæres.] Quod erat iniuriarum augmentum; scilicet indignum præferre meliori. I nunc, ingratis offer te irrise periclis; Tyrrhenas i sterne acies; tege pace Latinos.] Quid profuit, toties de laboribus obiectum, & periculis tuis stratos esse Tyrrhenos? quid Italos otio texisse perpetuo? HÆC adeò tibi me, placidâ quũ nocte iaceres, Ipsa palàm fari omnipotens Saturnia iussit.] Denique, quum hæc satis indignè magnæ Iunoni displicuissent, iussit manifestari tibi per me: ne, dum securus noctem continuam dormiendo conteris, regnum simul & consortium perdas vxoris. Dixit omnia, quæ hominem regium ac fortem meritò commouerent. Dixit laboribus eius gratiam non solùm non relatam; verùmetiam intolerabilem iniuriam factam; cuius indignitate meritò doleret & Iuno: irrisum scilicet, qui factum defendere deberet & posset. Dat
C etiam vincendi fiduciam: asserendo, Iunonem auxilio fore: cui causa displicebat, & quæ suadebat vltionem. Dixit facilitatem totius effectus: quod cum peregrinis esset necessariò confligendum. Addidit etiam metum: ne, si interueniret mora, firmatos arctiore fœderis vinculo superare non posset. In pronominibus quoque magnã vim dictionis ostendit, ait enim: Ipsa tibi me hæc fari iussit. Ipsa: Hoc est, quæ omnia potest, & commoda tua pertractat. Tibi: contra meritum laborum irriso: forti quoque ac regio. Tibi, qui malè gesta possit propriâ virtute defendere. Tibi, suscepto iam genero. Me: sacerdotem scilicet suam, & templi venerandi custodem: cuius fidem nôsset & fidele ministerium; cuius efficaciam in his, quæ curanda mandâsset, habuit ritè compertam. Hæc: Hoc est, incongrua, nec respondentia dignissimo viro; in quibus sit irrisionis culpa, & mutatio fidei. Non immeritò, celeriter corrigenda, propè generaliter posuit: hoc est, clausa ex parte, ex speciebus expressa. Quod ipsum arte mirâ perfectum est; vt commoto intimaret sententiam. Fecit & omnium Latinorum cum rege communem causam: quum solus ipse filiam Troianis promisisset; vt omnes simul vnâ odij societate persuaderet. QVARE age, & armari pubem, portisque moueri Lætus in arma para.] Et dispone pubem, quemadmodum producatur portis. Age para, iubentis est. quis autem suadet, vt quis lætus eat ad bellum: nisi qui spondet spem vincendi certissimam? Quod ipsum etsi falsò promittebatur; non curabat furia exitum rerum: quæ, propter turbanda omnia, belli tantùm quærebat initium. ET Phrygios, qui flumine pulchro Consedère duces, pictasque exure carinas.] Suadebat inuadendos bello, qui venerant. atque vt hoc securus ageret Turnus; deformat Troianorum personas, imbelles ostendens. Phrygij sunt, inquit, hoc est, qui per inertiam sedes suas & patriam perdiderunt: delectantur amœnitate fluminis; quod non facerent, nisi essent soluti & inertes. PICTAS'QVE exure carinas.] notatur, quòd pictura nauium luxuriosos esse comprobaret, & ad bellicum certamen infirmos. Has igitur iubebat incendi: vt pressis fugiendi vel euadendi subsidium negaretur. COELESTVM vis magna iubet.] debet audaciùs fieri, quòd superna præcipit autoritas. Quòd verò reginam deorum dixit præcepisse, ad omnes deos voluit pertinere: qui voluntati potioris non poterant contradicere. Nec dubites, inquit, accepta perficere: cùm cœptis tuis affuturus sit potentissimorum numinum fauor: & id Iuno præcepit magnæ potentiæ: hoc est, quæ plus posset quàm dij cæteri. REX ipse Latinus, Ni dare coniugium, & dicto parere fatetur; Sentiat, & tandem Turnum experiatur in armis.] Quòd ait, Rex ipse, sic intelligendum est: Ipse, qui te fefellit; ipse, cui obsecutus es semper; ipse, cuius imperium tuâ defensione seruasti; ipse, qui mobilis esse non debuit; ipse, penes quem summum super filiæ coniunctione iudicium est; ipse, qui iniuriæ suæ autor esse non debuit. Nisi tibi coniugem dederit: nisi conditionibus se professus fuerit pariturum; qui beneuolentiam generi contemnendam credidit, armati sentiat & irati virtutem. HIC iuuenis vatem irridens, sic orsa vicissim Ore refert.] Hic iuuenis, hoc est, qui ætatis & fortitudinis substantiâ confisus esset, aniculæ dicta per somnium & verba fœminæ pro leuibus ducens, talia dedit responsa. Expressit vtriusque ætatis morem. nam senes, vltrà quàm sat est, timidiores sunt, & apud iuniores hæc ætas contemni consueuit. Denique & poëta hæc præmisit: Hic, inquit, iuuenis. quippe non tantùm spernuntur senes, contempti à iuuenibus; verùmetiam ridentur. eò magis in præsenti negotio; vbi mulier interueniebat, & anus: cuius & ætas Turno displicebat, & sexus. Sic ergo incipit loqui. CLASSES, inquit, inuectas Tibridis vndam, Non, vt rere, meas effugit nuntius aures.] Res, ait, istas olim mihi cognitas pro nouis attulisti. nuntius enim ad aures meas dudum attulit, & venisse naues, & fluuium Tibridim ingressas. NE tantos mihi finge metus.] Proinde cessa terrere nihil metuentem. NEC regia Iuno Immemor est nostri.] Nam & Iunonem reginam non immemorem nostri scio; & quemadmodum facta mea commodumque tueatur. SED te victa situ.] Situs, est corruptio ex humore & diuturnitate contracta, quo deteriores fiunt species, vno loco & prolixo tempore constitutæ. Ita & hanc victam situ posuit, quasi quæ senio esset & nihil agendo corrupta. Sic, inquit, sunt senes: nam hoc illis speciale vitium est; nescire quid agant, quidue loquantur. O' mater.] Irrisio est aperta. nam primæuis familiare est, senes irridere. Igitur religiosum nomen matris adiunxit: vt illa minùs grauiter ferret, vnde multò acriùs potuit commoueri. Probatio assertionis Turni, ex præsentibus sumpta subiecta est. SED te victa situ, verique effœta senectus, O' mater, curis nequicquam exercet, & arma Regum inter, falsâ vatem formidine ludit.] Senectus tua, inquit, nescit congrua & competentia sectari. Denique iuuenum te exagitat cura. & cùm sis vates, templisque te dedicatam esse conueniat: vis scire, quid pugnaturi agant, quidue armati disponant. CVRA tibi diuûm effigies & templa tueri.] Repetendum est tibi officium, quod incauta deseruisti: serua deorum effigies, & numinum templa custodi. BELLA viri pacemque gerant, quîs bella gerenda.] Acceptâ, inquit, talium dictorum iniuriâ; Alecto facta est repentè, quæ fuit. non enim difficulter commoueri potuit, in quâ semper erat, quod quieta perturbaret. AT iuueni oranti subitò tremor occupat artus.]

Quum

Quum hæc dixisset Turnus: eodem temporis puncto contremuit; & iniuriosis vocibus ad deprecationē conuersus, rogare cœpit iratam. DIRIGVERE oculi.] *Vsq; adeò perterritus fuit, vt oculi eius vigorem solitum perdidissent.* TOT Erinnys sibilat hydris.] *Quem enim tantorum multitudo serpentum non terreret; quæ minacibus sibilis personans turbauerat intuentem?* TANTA'QVE se facies aperit.] *Crescebant, quæ metuentis formidinem cumularent.* TVM flammea torquens Lumina, cunctantem & quærentem dicere plura Reppulit.] *Incipit exponere, quid sit,* Tantaque se facies aperit. Tum, *hoc est, deinde, quum oculis furiæ emitteretur incendium; quem, quid iracundiæ gereret, tortis in peruersum oculis testaretur. Orantem repulit, & vehementissimè deprecantem trudendo compescuit.*

ADR. Tur. TOT incassum fusos.] *Si quis literatior constituerit abolere, quæ multo labore conscripsit: hoc dicemus;* Tot incassum fusos patière labores.

Reppulit, & geminos erexit crinibus angueis:
Verberaq; insonuit, rabidoq; hæc addidit ore:
En ego victa situ, quam veri effœta senectus
Arma inter regum falsâ formidine ludit.
Respice ad hæc: adsum dirarum ab sede sororum,
Bella manu, lethumque gero.
Sic effata, facem iuueni coniecit, & atro
Lumine fumanteis fixit sub pectore tędas.
Olli somnum ingens rupit pauor, ossaque & artus
Perfudit toto proruptus corpore sudor.
Arma amens fremit; arma toro tectisq; requirit:
Sæuit amor ferri, & scelerata insania belli.
Ira super: magno veluti cùm flamma sonore
Virgea suggeritur costis vndantis aheni,
Exsultantque æstu latices, furit intùs aquai
Fumidus, atque altè spumis exuberat amnis;
Nec iam se capit vnda; volat vapor ater ad auras.
Ergo iter ad regem, pollutâ pace, Latinum
Indicit primis iuuenum, & iubet arma parari;
Tutari Italiam, detrudere finibus hostem.
Si satis ambobus Teucrisq; venire Latinisque.
Hæc vbi dicta dedit, diuosque in vota vocauit;
Certatim sese Rutuli exhortantur in arma.
Hunc decus egregium formæ mouet atq; iuuentæ:
Hunc ataui reges; hunc claris dextera factis.
Dum Turnus Rutulos animis audacibus implet;
Alecto in Teucros Stygijs se concitat alis,
Arte nouâ, speculata locum; quo littore pulchèr
Insidijs cursuque feras agitabat Iülus.
Hic subitam canibus rabiem Cocytia virgo

SER. GEMINOS erexit crinibus angues.] *similes. nam omnes dicit erexisse, non duos.* VERBERA'QVE insonuit.] *Pro, verberibus insonuit: id est, per verbera.* RABIDO.] *Habitum futuræ orationis ostendit.* RESPICE.] *Multi hîc distinguunt, & superioribus iūgunt: vt sit sensus, Respice eā, quam dicis falsā deludi formidine.* AD hæc adsum.] *Id est, ad regū arma & ad bella. Quomodo ergo dicis, quòd superfluè his inferar rebus, ad quas veni? Alij,* Respice ad hęc, *legunt: vt si quasi demonstrātis; Respice, bella & lethum gero.* FACEM iuueni cōiecit.] *Satis consideratè, Facem iuueni iniecit; quæ citò exardescit & desinit. Suprà verò Amatæ serpentem iniecit: quod in mulieribus semper viget venenum.* ATRO lumine.] *atri luminis tædæ. vt,* Pulchrâ faciat te prole parentem. Atro *autem* lumine, *furiali, inferno. aliâs ratione caret.* SVB pectore.] *Vbi fellis locus est, id est, iracundiæ.* FREMIT.] *cum clamore deposcit. Bene autem* Amens: *quia in thoro requirebat.* SCELERATA insania belli.] *Nihil enim tàm insanum, quàm desiderare id, per quod possis perire.* VIRGEA.] *de viminibus vel virgis facta: vnde est flamma validior.* COSTIS.] *lateribus: vt,* Tardi costas agitator aselli. *& bene antiquum respexit morem: nam ollas non suspendebant, sed positis circumcirca ignem adhibebant.* FVRIT intùs aquai.] *Id est, fumidus aquæ amnis. nec immeritò: nam potest esse & alterius rei amnis: vt,* Fluuios videt ille cruoris. *Hanc autem diæresim Tucca & Varus fecerunt. nam Vergilius sic reliquerat:* Furit intùs aquæ vis, Fumidus atque altè spumis exuberat amnis: *quod satis asperum fuit. Notandum, quod in toto Vergilio non reperiuntur, nisi quatuor diæreses: hoc loco; & in III. vt,* Aulai in medio libabat pocula Bacchi. *& in VI. vt,* Aurai simplicis ignem. *& in IX. vt,* Diues pictai vestis & auri. NEC se iam capit vnda.] *Meliùs, quàm si diceret, Nec iam vas vndam capit. Homerica est comparatio:* ὡς δὲ λέβης ζεῖ ἔνδον ἐπειγόμενος πυρὶ πολλῷ κνίσσην μελδόμενος ἁπαλοτρεφέος σιάλοιο, πάντοθεν ἀμβολάδην, ὑπὸ δὲ ξύλα κάγκανα κεῖται. ERGO.] *Quia sic incensus est.* POLLVTA pace.] *Vel sui, vel Troianorum.* INDICIT.] *Signatè verbum bellicum posuit.* IN vota vocauit.] *Quia nuncupatis votis bella sumebant.* HVNC decus egregium formæ mouet.] *Turni scilicet decus. nam hoc dicit: Alios pulchritudo Turni, alios nobilitas, alios virtus mouebat ad bellum. nam hoc est.* ANIMIS audacibus implet.] *affectione sui iniicit omnibus magnanimitatem. Quidam hæc ad singulos, qui se in arma hortabantur, referri voluit.* ARTE nouâ.] *dolo.* SPECVLATA locū quo littore.] *Pronomen pro nomine ponitur, non pro nominibus. Vnde modò nouè inter duo nomina vnum pronomen posuit. nam rectè* quo loco *diceret. & hoc semel tantùm fecit.* INSIDIIS cursuque.] *Cursu agitabat. nam si insidijs circumuenimus, non agitamus.* CANIBVS rabiem.] *studium mutauit in rabiem.*

POM. Sabi. GEMINOS.] *quia omnes erant eiusdem formæ & magnitudinis. nam Varro geminum semper pro simili capit, in Analogiâ: vt, Gorgones geminæ, id est, similes, & tres erant.* FLAMMA.] *virgea.* SONORE.] *Sonor, sonoris; pro sono: vt fulgor.* SVGGERITVR.] *supponitur.* VNDANTIS.] *bullientis.* AQVAI.] *dixit riuum aquæ: hic dicit amnem aquai, pro aquæ, antiquitatem imitatus. Apud antiquos genitiuus Græcus erat in ai. vt in Bucolicis:* Propter aquæ riuū. CAPIT.] *in aheno.* INDICIT.] *Turnus.* DECVS.] *forma mouebat Turnum, & sanguis, & præstantia in armis.* PVLCHER.] *in his, qui venator erat.*

VAR. Lect. RABIDO'QVE hæc addidit ore.] *In Romano, & paucis alijs,* Rapido *legitur.* FALSA formidine ludit.] *In Romano libro,* Falsò, *scriptum est.* OLLI somnum ingens rupit pauor.] *In Romano libro, & in quibusdam alijs legere est:* Illi ingens somnum rupit pauor. OSSA'QVE & artus Perfudit toto proruptus corpore sudor.] *Sunt libri antiq. in quibus ita scriptum inuenitur:* Perfundit toto præruptus corpore sudor. FVRIT intùs aquai Fumidus, atque altè spumis exuberat amnis.] *Sanè Seruius,* Aquai, *repositum à Tuccâ, & Varro asserit: cùm Virg.* Aquæ amnis *scriptum reliquisset. In antiquis verò libris omnibus, quotquot versare contigit,* Furit intùs aquæ vis, *scriptum animaduerti. Et ita etiam habetur in Seruij Commentarijs manuscriptis; quàmuis vulgata* Aquæ amnis *habeant.* FORMÆ mouet, atque iuuentæ.] *In libris aliquot antiq.* Iuuenta *legitur.* HVNC claris dextera factis.] *In Mediceo libro,* Clari facti *scriptum est.*

CAEL. Rhod. *Nec illud neglexero, Vergilianum carmen, ex septimo Aeneidos, sic ab eruditioribus legi, solere: id quod diobolares grammatici, ne suspicati quidem vnquam sunt.*

Sæuit amor ferri, & scelerata insania belli:

Ira su-

A *Ira super, magno veluti cùm flamma sonore*
Virgea suggeritur costis vndantis aheni,
Exsultantq́; æstu latices; furit intùs aquai
Fumidus, atq; alto spumis exuberat amnis;

Cui sanè lectioni, vt plausibili, in libris sinceris suffragetur Seruius quoque diæresin esse mihi factã, testatus. Suffragetur Cornutus item Persianus interpres, poëtæ versu aduocato. Hunc porrò esse locum à Quintiliano significatum, vbi libro Oratoriarum Institutionum primo ita scribit: Vnde plctai & aquai, Vergil. amantissimus vetustatis, carmini inseruit. *Quanquam modò legitur aulai, in peruulgatis Fabij voluminibus. Porrò exundationem, aquarum defluxum, per onomatopœiam Græci* cochon *vocant. vnde* ἐκόχυεν *apud Theocritum in Pharmaceutriâ, pro decurrebat, deferebaturque, ac vbertim fluebat. Apud Latinos Deductoria liquoris vocantur, quibus vacans redundansque humor effluit.*

DON. Et geminos erexit crinibus angues.] *Quos habuit in illâ turba serpentum potiores.* VERBERAQVE insonuit.] *Id est, flagella concussit; vt, verberato aëre, quid pati* B *potuisset ipse Turnus, aduerteret.* RABIDOQVE hæc addidit ore.] *Quum commotionis suæ tot signa prodidisset; conuenientem iratæ sermonem protulit: scilicet inflatum, & qualem habere sunt soliti, qui rabioso furore fremescunt.* EN ego victa situ, quam veri effœta senectus Arma inter regum, falsâ formidine ludit.] *Peiùs obiurgare non potuit metuentem; quàm vt ea illi ingereret, quæ ille meminerat protulisse. Senti nunc, inquit, anum delirantem: senti desipientis per senium hebetata consilia, & actus longè à sexu & merito ætatis alienos: quæ sim nunc, quoniam superioris formæ contemptor esse maluisti, cõsidera.* RESPICE ad hæc.] *Intuere diligentiùs, quid inter præterita præsentiaq́; distet; ac te ne adhuc vsq; pertinax intentio teneat; aut ne falli somnio, aut oculis putes: disce vnde veniam, quæ sim, vel quib. germanitate coniungar, aut quâ vigeam potestate.* ADSVM dirarum ab sede sororum; Bella manu, lethumq́; gero.] *Idcirco posuit, in manu sua esse bella & mortẽ: quia Turnus ei obiecerat, quòd importunè gereret virorũ fortium curam; vel cuperet nôsse, vtrum pacati esse vellent, an bello contendere.* SIC effata facem inueni coniecit.] *Post indignationem* C *talem, & obiurgationẽ verborum tumentium, quale factũ fieret, oportuit sequi; ne sinè effectu discederet. debuit enim proficere aperta violentia; vbi nõ potuit habere dolus locum.* ET atro Lumine fumantes fixit sub pectore tędas.] *Poëtica descriptio, quâ ardentem facem ac fumantem iuueni dixit infixam. Cæterùm ardorem quendam, & cupiditatem mentis memorauit iniectam; vt impatienter cuperet, quod antè contempserat. Nec vacat, quod dixit,* Iuueni coniecit: *facilè enim potuit velle, qui iuuentæ subsidio, effectus voluntatis furiæ valebat implere. Dehinc annectit descriptionẽ hominis, quẽ vis maior accẽderat.* OLLI somnum ingens rupit pauor.] *Non vigilauit satiatus somno; sed quies eius, metu maximi terroris, abrupta est.* OSSAQVE & artus Perfudit, toto proruptus corpore sudor.] *Dehinc cõsecutus est sudor: nõ ex laxamẽto vtili corpori; sed quem excitatæ mẽtis commotiones extorserãt, & repentinus membrorum tremor. Dehinc ille, qui spreuerat cunctos auditus;* ARMA amens fremit, arma toro tectisq́; requirit: Sæuit amor ferri, & scelerata insania belli.] *Contraria salutis suæ omnia requirebat. quod est familiare his, qui non suo; sed dominantis trahuntur arbitrio. Arma in stratis requirebat amantis; arma posita putabat in lecto; arma rursum arbitrabatur in tectis.* IRA super.] *Tantum contraria desiderabat, vt irasceretur sibi, quòd nondum iret ad bellum neq; enim posset hæc velle; nisi primò esset multiplici ratione commotus. Inducitur hæc pars; vt illi instructioni respondeatur, quâ dictum est:* Arma velit, poscatque simul, rapiatque iuuentus. *Vt autem demonstraret quoq; ardores Turni, subiecit similitudinem, ex quâ, quanta vis furiæ fuerit, possit aduerti.* MAGNO veluti cũ flamma sonore Virgea suggeritur costis vndantis aheni, Exsultantq́; æstu latices, furit intùs aquai Fumidus, atque altè spumis exuberat amnis; Nec iam se capit vnda; volat vapor ater ad auras.] *Ornatus carminum in parabolis similitudinibusq́; consistũt. quâ causâ, vt ardẽtes hominis æstus ostenderet, dixit: Quemadmodũ æneum vas, aquis plenum, subiecto igni feruescit; & feruore quodã æstuans vnda mensurarũ speciem, quâ continetur, excedit, & longiùs erecta fumosis feruoribus fertur: sic Turnus, incendio furiæ sæuientis accẽsus, nesciebat quis esset, quidve vel vbi perquireret.* Virgeas flammas *posuit: quia ex tenui lignorum substãtiâ, & flamma torridior nasceretur, & sonus ingens emitteretur.* ERGO iter ad regem, pollutâ pace, Latinum Indicit primis iuuenũ, & iubet arma parari; Tutari Italiam, detrudere finibus hostẽ.] *Aduersus Latinum moueri non debuit, quẽ socerum cupiebat: sed dicta est causa, propter quã fieri conueniret. Polluerat, inquit, pacem: hoc est, primus pacis iura violauerat. Accedebat alia causa: quia hoc Turnus non suâ voluntate, sed impulsu furiæ cogebatur efficere. quippe ipsa dixerat:* Rex ipse Latinus, Ni dare coniugium & dicto parêre fatetur, Sentiat, & tandem Turnum experiatur in armis.] *Exsequens igitur iussa, iter disponebat ad regem, pollutæ pacis reum. Quod ipsum edixit suis: nõ quidem omnibus, sed primis iuuentutis; hoc est, ductoribus multitudinum, qui causam nossent, & scirent agenda, & propter quos essent ista facturi. Parent arma, ne resistere hostis auderet: sed tamen consideret, quòd æmulus sinè certamine finibus Italiæ non posset excludi, summam interea consiliorum in eo esse ostendit; vt in vno egressu, & Itali premerentur, & Teucri. Ideò positum est:* SE satis ambobus Teucrisque venire, Latinisque.] *Ambobus dixit venire; cùm multorum sit numerus designatus; Teucrorum scilicet & Latinorum. & videtur esse vitiosum, vt, quod multorum fuit, duobus videatur appositum. Hunc locum sic possumus exponere, vt nõ solùm ambobus, hoc est, Latino & Aeneæ, prædixerit sese venturũ; verumetiã Latinis & Teucris.* HÆC vbi dicta dedit, diuosque in vota votauit; Certatim sese Rutuli exhortantur in arma. *Quãtus cunctorum amor fuerit iuxta Turnum, quantus vniuersorum fauor, quanta iubentis autoritas, breuiter ostendit. Mox enim, vt ille prædixit, quid esset, pro necessitate temporis faciendum, & dijs vota fecit: omnis iuuentus, non exspectans hortatus alienos, ipsa sibi exstitit hortamento. Ipse impellebat ad bellum; quod est proculdubiò studiosius, & in officijs præcipuum; voluntate potiùs facere aliquid, quàm vi & cum metu. Dicuntur causæ, quæ iuuentutem magis in arma commouerent.* HVNC decus egregium formæ mouet atque iuuentæ, Hunc ataui reges, hunc claris dextera factis.] *Vnusquisque, pro ingenio suo, dolebat iniuriam Turni: in quo fuerunt omnia, quæ improbari non possent. ætas primùm; & corporis forma; & fortia eius facta, hoc est, probata virtus in plurimis triumphis, & glorijs. Hæc ipsius fuerunt propria; quæ diuersi mirabantur, & dolebant esse contempta. Ecce extra ipsum, ad eum tamen generis ratione pertinentia:* Hunc, *inquit,* ataui reges. *qui regibus gaudebat maioribus, non debuit reijci, vt indignus; sed præponi cæteris, & præferri: & maximè is, qui virtutis suæ plurima exempla monstrâsset.* DVM Turnus Rutulos animis audacibus implet, Alecto in Teucros stygijs se concitat alis.] *Posteaquam furia Turnum excitauit in bellum; atq; ita, vt iam non solus, sed cum suis desideraret exire; reliquit bellica disponentem. debuit enim etiam alterius partis quieta turbare. Proinde euolauit aduersus Teucros, vt his quoq;, quas posset insidias, tenderet.* ARTE nouâ speculata locum, quo littore pulcher Insidijs cursuque feras agitabat Iülus.] *Nocendi artibus ex occasione arripuit tempus, & locum, in quo Iülus feras insidijs agitabat, & cursu. Cursus pertinet ad equos, & canes: insidiæ autem, ad retia.*

Obijcit,& noto nares contingit odore,
Vt ceruū ardentes agerent: quæ prima malorum
Causa fuit: belloq; animos accendit agrestes.
Ceruus erat formâ præstanti,& cornibus ingens,
Tyrrhidæ pueri quem matris ab vbere raptum
Nutribant,Tyrrhusq; pater: cui regia parent
Armenta,& latè custodia credita campi.
Assuetum imperijs soror omni Syluia curâ
Mollibus intexens ornabat cornua sertis;
Pectebatq; ferum, puroq; in fonte lauabat.
Ille manum patiens,mensæq; assuetus herili,
Errabat syluis:rursusq; ad limina nota,
Ipse domum serâ quamuis se nocte ferebat.
Hunc procul errantem rabidæ venantis Iüli
Commouêre canes; fluuio cum fortè secundo
Deflueret,ripâq; æstus viridante leuaret.
Ipse etiam eximiæ laudis succensus amore
Ascanius,curuo direxit spicula cornu.
Nec dextræ erranti Deus absfuit:actaq; multo
Perq; vterum sonitu,perq; ilia venit arundo.
Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit,
Successitq; gemēs stabulis, questuq; cruentus,
Atq; imploranti similis, tectum omne repleuit.
Syluia prima soror, palmis percussa lacertos,
Auxilium vocat,& duros conclamat agrestes.
Olli(pestis enim tacitis latet aspera syluis)
Improuisi adsunt.hic torre armatus obusto;
Stipitis hic grauidi nodis: quod cuiq; repertū est
Rimanti, telum ira facit.vocat agmina Tyrrhus;
Quadrifidam quercum cuneis vt fortè coactis
Scindebat,raptâ spirans immanè securi.
At sæua è speculis tempus Dea nacta nocendi,
Ardua tecta petit, stabuli & de culmine summo
Pastorale canit signum; cornuq; recuruo
Tartaream intendit vocē; quâ protinus omne
Cōtremuit nemus, & syluæ intonuêre profundæ.
Audijt & Triuiæ longè lacus; audijt amnis
Sulphureâ Nar albus aquâ, fontesq; Velini;
Et trepidæ matres pressêre ad pectora natos.
Tùm verò ad vocem celeres, quâ buccina signum
Dira dedit,raptis concurrunt vndiq; telis
Indomiti agricolæ; nec non & Troia pubes
Ascanio auxilium castris effundit apertis.
Direxêre acies.non iam certamine agresti,
Stipitibus duris agitur, sudibùsve præustis;

SER. NOTO odore.] *ceruino. solent enim ita instituí. Horat.* Venaticus ex quo Ceruinam catulus pellem latrauit in aulâ. MALORVM causa fuit.] *Hoc est,* Et primę reuocabo exordia pugnę. ANIMOS agrestes.] *Plus est, quàm si agrestium diceret animos.* CORNIBVS ingens] *ingens. & ad præstantem formam pertinet, & ad magnitudinē cornuum.* TYRRHIDÆ pueri.] *Tyrrhidæ filij, &, vt diximus suprà, alludit ad nomen. nam Tyrrhus dictus est pastor, apud quem Lauinia peperit.* CVI regia parēt Armēta.] *Magistrū hunc pecoris vult fuisse, & saltuariū. nam hoc est:* Et latè custodia credita cāpi. *Magister aūt pecoris est, ad quē omnia pertinēt animalia.* [*Cicero nominat hominē, quē magistrū pecoris esse dicebat.* SYLVIA.] *Bonum puellæ rusticæ nomen formauit.* PECTEBATQVE ferum.] *quadrupedem: vt,* In latus inq; feri curuam cōpagibus aluum. *Sic dictæ feræ, quòd velocitate pedum ferantur.* MANVM patiens.] *patiens illius rei, dicimus. vnde apparet vnum* u, *causâ metri, esse detractum.* MENSÆ herili.] *Nouè dixit. nam herum non nisi dominum dicimus. nisi fortè ideò dixit; quia dat ei humanum sensum: vt,* Imploranti similis. ERRABAT syluis.] *pascebatur: vt,* Mille meæ Siculis errant in mōtibus agnæ. IPSE.] *Id est, suâ sponte.* RABIDÆ canes.] *Quare fœminino genere Canes posuit? Soluitur: ideò noluit mascul. genere Canes nominare: quia in fœminis plus sit iracundiæ.* SECVNDO deflueret.] *Secundo, id est, cum aquâ: vnde & Aduerso dicimus, contra aquam. nam ideò* Deflueret *dixit. & Secundo: quia cursus fluminis post natantem videtur.* DEVS absfuit.] *Alecto Deum dicit: sicut de Venere,* Descendo, ac ducente Deo. *Nam, vt diximus, numina vtriusq; sexus videntur ideò, quia incorporea sunt; &, quod volunt, assumunt corpus. Vt autem Deum dicamus pro deâ; hoc non apertè ponit; sed in subauditione.* ERRANTI.] *Licèt enim certum esset, feriturum; tamen bene Errantem dixit: quia non vsquequaque semper certus est ictus. Horatius:* NEC semper feriet, quodcunque minabitur arcus. PERQVE ilia.] *Hoc Ile, & hæc Ilia facit. hinc & Iuuenalis:* Vis frater ab ipsis Ilibus? *Nam quod Marullus mimographus dixit:* Tu Hectorem imitaris; ab Ilio nunquam recedis: *quum de guloso diceret; allusit ad ciuitatis nomen: nam ab Ili debuit dicere. Bene autem ea loca vulnerata dicit, quæ statim mortem afferre non possent; vt domum rediret, vt esset causa bellorum. nam si statim periret, aut ipse ceruus, aut vulneris author lateret.* SYLVIA prima soror.] *Bene puellæ dat doloris impatientiam.* DVROS conclamat agrestes.] *Aut quia semper duri sunt: aut Duros, quia ceruis interitum non dolebant.* A PESTIS.] *Furia.* TORRE.] *Hic Torris facit; vt hic Fustis.* GRAVIDI.] *grauis; propter nodos scilicet.* QVADRIFIDAM.] *quæ in partes posset findi quatuor.* CVNEIS coactis.] *Et satis signatè* Coactis *dixit. Exprimit autem antiquum morem; vt dixit suprà:* Nam primùm cuneis scindebant fissile lignum. DE culmine summo.] *Bene* culmine: *quia de tectis agrestium loquitur.* TARTAREAM.] *Aut terribilem, aut fortem, secundū vsum dixit.* NEMVS.] *Locus haud longè ab Aricia, in quo lacus est, qui speculū Dianæ dicitur. Et notandum, quòd vocem eius paulatim facit procedere. quod locorum indicat commemoratio.* B TRIVIÆ lacus.] *Hic est, qui Dianæ speculū dicitur.* SVLPHVREA Nar albus aquâ.] *In viâ Flamineâ, est ciuitas Narnia, in montibus posita; quibus subest Nar fluuius, qui Tiberino coniungitur.* Sulphureâ *verò, sulphurei saporis. aut sulphureâ, id est, subuiridi. Ideò autem dicit,* Sulphureâ Nar albus aquâ: *quia, dum currit, est sulphurei coloris; dum hauritur, albi. Et Sabini, linguâ suâ, Nar dicunt sulphur. Ergo hunc fluuium ideò dicunt esse Nar appellatum: quòd odore sulphureo nares contingat; siue quòd in modum narium geminos habeat exitus.* C FONTESQVE Velini.] *Vltra Interamnam sunt. nam, vt diximus, vox furiæ paulatim processit.* PRESSÊRE ad pectora natos.] *Statius:* Pressitque Palæmona mater.] *Item contrà:* Nec natos ausæ deponere matres. AD vocem.] *buccinæ scilicet. vt,* Sensit, & ad sonitum vocis vestigia torsit. *nam quicunque sonus dici vox propriè potest. Sed, cùm dij inferi inducantur, quare signū buccinæ datur? Soluitur; quòd buccina ex cornu capræ fiat; & quòd sit propriè Ditis patris hostia; & quia capra semper febriculosa sit. nam & ipsum Februum esse dicunt. Ergo rectè ab hac deâ hoc signum dixit dari.* AVXILIVM castris effundit apertis.] *Id est, ipsa in auxilium effunditur.* DIREXERE acies.] *Ordinauerunt in latitudinem.* PRÆVSTIS.] *Præ, breuis fit, propter sequentem vocalem. quod in vnâ parte orationis factum tolerabile est; quia compositus est sermo.*

POM. PRIMA malorum.] *interemtus ceruus, principium fuit belli inter Rutulos & Troianos.* TYRRHVS.] *Tyrrhus erat* Sabi *custos armentorum & camporum.* SYLVIA.] *filia Tyrrhi.* FERVM.] *pro ceruo: in Secundo, pro equo ligneo.* DEFLVERET.] *ceruus, ad delectationem.* QVADRIFIDAM.] *magnā & horribilem.* LACVS.] *Aricinus.* NAR albus.] *Nar fluuius, à quo Narniā. Tyberi miscetur; ex Amiterninorum montibus labitur.* Velinus *pòst miscetur paludi* Rheatinæ

A Rheatinæ; in cuius exitu saxum crescit. Varro locum Velini appellat paludem Rheatinam; quæ est vetus controuersia inter Amatium & Rheatinorum populos. ACIES.] In certamine acies non erant agrestes, propter enses, qui micabant. Agrestes dicuntur cum stipitibus & sudibus certare præustis: vt mos est rusticorum.

VAR. Lect. QVÆ prima malorum Causa.] In Romano libro, in Mediceo, & aliquot alijs, Laborum legitur. ET latè custodia credita campi.] In Romano libro, Lati. PECTEBAT'QVE ferum.] In libris aliquot antiquis, Potabat legitur. ILLE manûm patiens.] In libris aliquot Manuum per synæresin habetur. RAPIDÆ venantis Iüli.] In libris aliquot antiquis, Rapidi. Sed in Romano, atq; in Portio Rabidæ legitur. RAPIDA'QVE æstus viridante leuaret.] Plerique lib. antiq. Leuaret legunt. In alijs etiam manuscriptis inuenitur, Ripâq; æstus vndante leuaret. NEC dextræ erranti deus abfuit.] Hoc variè reperitur in libris antiquis scriptum. Nam Affuit, & Afuit, & Adfuit, & etiam Atfuit. legitur. OLLI, pestis enim.] Plerique libri antiq. cum Mediceo, legunt Illi. ARMATVS obusto.] B Exemplaria vetera Palatina legunt, Abusto. Sunt tamen & alia, in quibus, Adusto, legere est. QVOD cuique repertum Rimanti telum ira facit.] Ira fuit legitur. VOCAT agmina Tyrrhus.] In libris aliquot antiquis legere est, Tyrrheus, eâque de causâ superiùs in Romano libro scriptum est, Tyrrhædæ. Est verò passim in obliquis, Tyrrhei. AT sæua è speculis.] In plerisque libris non habetur E. INTENDIT vocem.] In Romano libro, Incendit habetur. SYLVÆ intonuêre.] In quibusdam libris antiquis, Syluæ insonuêre. legitur. AVDIIT & Triuiæ longè lacus, audijt amnis.] In antiquis libris plerisque, Audit legitur. In Romano verò libro, & Audit, & amnis legi. RAPTIS concurrunt vndique telis.] In veteribus aliquot libris, Occurrunt legitur.

DON. HIC subitá canibus rabiem Cocytia virgo Obijcit, & noto nares contingit odore, Vt ceruum ardentes agerent.] Ad naturalem rabiem canum, quâ feras persequi fuerant soliti, nocitura furia adiecit augmentum. ac ne animal, opportunè necessarium, minùs obuium canibus sæuientibus fieret; odorem cerui ad eorum nares peruenire perfecit, C vt inuenirent ipsi, quem forsitan euentus fuerat seruaturus. QVÆ prima malorum Causa fuit.] Nec occasio prætermittenda fuit, quæ idonea videbatur, vt initio belli primam faceret causam. BELLO'QVE animos accendit agrestes.] Hoc est, asperos & imperitos animos, primùm excitatos in bellum. nullus enim sapiens sic moueri potuisset, vt illi excitati sunt: vt, propter vilissimi animalis iniuriam leuem, quæ imprudentiâ pueri venantis defendi potuerat, proprium sanguinem daret. Huius cerui, quoniam neuerat poeta nullum meritum fuisse, vel precium; ex alijs prosequitur laudem; vt ipsi quoq; agrestes, pro naturali imperitiâ, velut iustè exarsisse videantur. Exsequitur igitur, qualis ille fuerit ceruus: & huius formam, mores, mansuetudinemq; commendat. CERVVS erat formâ prestanti, & cornibus ingens.] Duo habuit summa: formam corporis, & cornuum magnitudinem, quâ sublimior efficiebatur. Ecce non ipsius generis exsequitur meritum, quod nullum fuerat: sed magnitudinem eius, & pulchritudinem præstantiæ. Hoc ergo fuerat primum, quòd pulcher & magnus, quodq; ornatus arboreis cornibus. TYRRHIDÆ pueri, quem matris ab vbere raptum Nutribant, Tyrrhusque pater.] Hic versus habet non paruâ confusionê, si personarum ratio lateat. Nonnulli enim, sic pronuntiant, vt dicant: Ceruus erat formâ præstanti, & cornibus ingens Tyrrhidæ pueri. quod si ita remâserit, reliquum non apparebit, quî eum retraxerint vberibus matris. Proinde personæ cõstituendæ sunt, vt intellectus fiat illustrior. Dicimus, Tyrrhum filios habuisse, inter cæteros, Tyrrhidem & Sylulam. Inuentores autẽ cerui, fuisse pueros Tyrrhidas, & gentem, hoc est, homines Tyrrhidæ. Nec miremur pueros dictos: cùm alio loco, qui iuuenes fuerunt, dicti sint pueri, hoc modo: Vestra, inquit, munera vobis Certa manent, pueri. Ergo ceruus per Tyrrhidas pueros peruenit domum Tyrrhi maioris, ibiq; nutriebatur inter filios eius. Non solùm autẽ natis domini amabilis factus erat; verùm & ipsi seni. solent quippe parẽtes diligere, quæ amare viderint liberos suos. CVI regia parent Armenta, & latè custodia credita campi.] Commendatus est ceruus; retentâ interim parte laudis, quã post demonstrata Tyrrhi merita posuit. Debuit enim ipse ostẽdi vel maximè, in quo apud regẽ Latinum merito fuisset; qui videbatur in cerui vulneratione contemptus. Dignus, inquit, inuentus est, cui rex armẽta sua camposq; cõmitteret. Quanti igitur meriti fuit procurator regis? cuius scribendi causâ, Vergilius nec armentorũ numerum, nec camporum modum, voluit designare; vt rectore illum maiores habere census, sub generalitate ostenderet. Melius autẽ est, propter cumulandam laudẽ Tyrrhi, latè pronuntiare, quàm strictum. In latitudine enim multæ species intelligi possunt; ne vnus campus minuat studium præsentis. In appellatione Campi cõtinuatio intelligitur, & vnâ planicies. si enim Camporũ diceret; interpositos significaret montis tumulos, qui multos efficerent. Redit ad aliam partem laudis cerui: nam ab his, quæ communia sunt omnium ceruorum, transit ad ea, quæ propria ipsius fuerunt. quippe multi alij reperiri potuerunt, & grandes, & cornibus satis superq; sublimes. ASSVETVM imperijs soror omni Syluia curâ Mollibus intexens ornabat cornua sertis; Pectebatque ferum, puroque in fonte lauabat.] Facilè ille secutus est hominum mores; nec feritatem perdiderat. quia hãc nondum fuerat consecutus in syluis; vtpote raptus ab vberibus matris. sed solam humani generis cognouerat lenitatem; eo vel maximè, quòd puellæ Syluiæ promptiore excolebatur affectu: nam pectebat ferum. Ferum naturâ dixit, non moribus. Lauabat in fonte, hoc est, in aquâ mundissimâ: & eius ramosa cornua sertis intexebat. Ferum, quod semel posuit, omnibus, quæ dicta sunt, nos debemus aptare: vt sit, Pectebat ferum, lauabat ferum, coronabat ferum. Addidit nunc laudis eius augmentum: quòd hæc ille ferebat patienter. nam totum, quod puella facie, bat habuit gratum: & reluctari potuisset; nisi naturalem animalis sensum, studiosæ virginis magisterium permutâsset. vt enim libenter vniuersa perferret; didicerat obedire præceptis. Non enim frustra positum est, Assuetum imperijs: quippe quis crederet, ferum animalis genus, & manu puellæ potuisse contingi, & pecti, & lauari in fonte, & coronis ornari; nisi hæc præmisisset? Ideò hæc facta, quòd ille ceruus iubenti parêre primitùs, & iussa cõplere, didicisset. ILLE manûm patiens, mensæque assuetus herili, Errabat syluis, rursusque ad limina nota, Ipse domum serâ quáuis se nocte ferebat.] Quæ fuerũt potiora laudis eius, ad vltimũ reseruata sunt: quòd errabat per syluas, & remeabat domum, nec confundebatur eius coniunctio; & si tenebræ noctis irruissent, intelligebat vnde exîsset, & quò sibi esset necessariò redeundum. Huius quoq; facti, quoniam incredibilis relatio videri pôtuit, prætulit causam; quã illud fieri potuisse, sinè dubitatione monstraret. Patiens, inquit, fuit manuum. cur reuerti metueret; qui humanæ manus nullas metuebat insidias? mensæ domini sui cur formidaret accessum; vbi conseruatio salutis eius tuta fuerat, & satietas ventris? Hæc igitur ille non faceret cõtra institutũ generis sui; nisi illius naturâ, multiformis hominum benignitas permutâsset. HVNC procul errantem rapidæ venantis Iüli Commouêre canes, fluuio cùm fortè secundo Defluere, ripâq; æstus viridante leuaret.] Hunc ceruum, ex more paulò longiùs à domini parietibus errantem, rapidæ canes Iüli venantes commouerunt; vel naturâ, vel factione furiæ immissæ. suprà enim dixit: Hîc subitam canibus rabiem Cocythia virgo Obijcit, & noto nares contingit odore, Vt ceruum ardentes agerent. Hoc igitur, vt dictum est, faciebant ca-

Google

res; quum ad vim naturæ accessisset & rabies immissa per furiam. Commouerunt eum in ripâ fluminis oberrantem, leuandi æstus causâ. fluebat quippe idè fluuius secundis lapsibus, & placido agmine, & delectationem præbebat aspectu; & aprico frigore leuabat æstuantis ardorem. Requiescendi autem præbebat occasionem, & ipsam requiem gratiosiorem faciebat, herbis virentibus effatum ministratis. Ordinatur sensus sic: Hunc procul errantem rapidæ canes venantis Iüli commouêre; secundo fluuio cùm deflueret, ripâque æstus viridante leuaret. Dicta est causa, quâ inuitabatur ceruus, vt fluuium peteret. Defluebat lenis: hoc est, nô habuit strepitus odiosos dormienti; & habuit ex placiditate gratiosum aspectum, si fortè esset iacenti vigilandum; & aurâ vndis arborumq; opacitate collectâ, gratiâque riparum viridantium, reficiebat exceptos, & exclusis æstibus subleuabat. Hæc sunt, quæ aliquantùm inuitauerunt ceruum; què venantes Iüli commouerant canes errantê. Et venantes quòd dixit, illi constituit omnem defensionê Ascanij. Si enim super eo apud prudentes ageret, diceret: Agrestem putaui, nescij mansuetum, vtpote extra domos degentê: nec ipsius causâ venatum processi, sed ferarum capiendarû studio, quæ in syluis & in ripis fluminû reperiri consueuerût. Hæc quia iustè dici potuerint apud æquos iudices; data est opera, labore Furiæ, vt tales repentè in iram consurgerent, quibus æqua ratio reddi nô posset; agrestium scilicet infinita turba, sæuorû quoq; & imperitorum. IPSE etiam eximiæ laudis succensus amore Ascanius.] Ipse etiam, inquit, vt in commotione & malo domestici animalis non soli canes errauerint, qui feras discernere, impediente naturâ & furore, non possent; verumetiam ipse Ascanius æstimâsset agrestem. Deniq; laudis amore captus, vt suam potiùs, quàm canû faceret gloriam. CVRVO direxit spicula cornu.] Vt sagittæ volucris cursu fugam cerui præueniret & premeret, arcum arripuit, & eiecit sagittam. NEC dextræ erranti deus abfuit.] Non defuit deus, qui mittentis dextram falli non fineret. Deum, quê debemus accipere; nisi euentum, qui humanos actus aut implet aut deserit? ACTAQVE multo Perq; vterû sonitu, perq; ilia venit arundo.] Multo sonitu ventrê cerui iliaq; penetrauit. SAVCIVS at quadrupes nota intra tecta refugit.] Quasi sciret, quid in periculo salutis suæ facere debuisset, notam confugit ad domû. Nota tecta, nô solùm, pro vt remeare consueuerat, accipiendû est; verumetiam, quorû humanitatê longo tempore comprobâsset. Ecce & à têpore meritum cerui dixit: vtpote, qui raptus ab vberibus matris, ad formam talê, & tantæ magnitudinis cornua peruenisset. SVCCESSITQVE gemens stabulis.] Aut ex dolore grauissimi vulneris gemens; aut ex gemitibus indicans cladem suam, quam voce testari non poterat. QVESTVQVE cruêtis.] Gemitus eius exsistebant sic, vt non solùm dolere; verumetiam conqueri videretur. ad testimonium autê cladis acceptæ, monstrabat & sanguinê. ATQVE imploranti similis.] Sic se, inquit, offerebat singulis; vt defensorem putaretur inquirere. TECTVM omne replebat.] nullû domus reliquerat locum, quem non querelis implêsset. SYLVIA prima soror, palmis percussa lacertos, Auxilium vocat, & duros conclamat agrestes.] Ipsa prima cerui casus ingemuit, quæ pectebat, ferumq; lauabat in fonte, quæ cornua eius sertis intexerat; &, quòd patienter hæc referret, habuit gratum. Tantum côsuetudinis affectus potuit; vt hanc etiam grauiores prouocaret ad plâctus, & humeros plamis proprijs verberaret. Ecce, ad excitandû leui ex causâ bellû, datur etiam puellæ persona; quæ pro simplicitate putaret magnû scelus admissum. quia moriturus fuerat ex causâ vulneris ceruus; in auxilium repetendæ vltionis homines vocabat agrestes, imperitos, & duros: hoc est, animo feros & rationis expertes, atq; ad certamê robore corporis competêter aptissimos. OLLI (pestis enim tacitis latet aspera syluis) Improuisi adsunt.] Quoniam natura sæui, & pro locorû asperitate truces, optatam puellæ sumpserant você, improuisi repentè venerût. Improuisi sunt, qui subitò apparent, nec videntur, dum veniunt. Describitur in armis A ipsis hominum furor, & repentina cômotio. Ruebant, inquit, in hominû perniciem properantes, non arte armati vel gladijs: agrestes quippe, nô vsum habuerunt pugnandi, sed inferêdæ violentiæ. HIC torre armatus obusto; Stipitis hic grauidi nodis.] Vnus, inquit, ferebat fustê ex incêdio sublatum, alter stipitê impolitum, & nodorû ponderibus prægrauatû. Duorum specialiter dicta sunt arma; vt de exemplo potuisset intelligi, qualia omnis multitudo portaret. Quû igitur cunctos breui dictione concluderet, ait: QVOD cuiq; repertû est, Rimanti telum ira facit.] Postremò succedebat furentibus, in armorû vicê, quicquid præsens ministrarat occasio. VOCAT agmina Tyrrhus.] Quû, pro magnitudine cômotionis suæ, Tyrrhus præsentê iuuentutem sufficere nô posse speraret, vltioni vocabat alia quoq; agmina. Describit etiam, quomodo veniebant euocati, quanti, vel quales, vel vnde. QVADRIFIDAM quercû cuneis vt fortè coactis Scindebat, rapta spirans immanè securi, Ardua tecta petit stabuli.] Veniebat iuuenû manus, quæ scindebat cuneis quercû; immanè spirans, & crudelitatê in anhelitu etiam spondens. Securim verò secû vehens ad bellû, quâ scindêdis roboribus operam dabat. Securis rapta, ostêdit meram furêtis insaniam. AT sæua è speculis tempus dea nacta nocendi.] E' speculis, B hoc est, ex summo: indè enim inferiora, vel longè posita facilius cernuntur. Mirè positum est, Tempus dea nacta nocêdi: vnum est enim de tribus, quæ in omni actu possint explicare, quæ cupimus. sunt enim, locus, tempus, persona. Opportunitas igitur têporis, quoniam nitentem poterat iuuare suffragio suo, eam nô amisit Alecto: quippe nocêdi peritiam callens, amittere dispositioni suæ têpus & efficax præterire non passa est. Deniq; eminêtissimum tenuit locû, tectorum scilicet stabuli; vt, quicquid fecisset, vel voluisset dicere, id nô ipsa, sed stabuli dominus, facere vel dicere videretur. ET de culmine summo Pastorale canit signum.] Vt pastorum congregatio fieret maior, de summo datum signum est cunctis pastoribus notum. CORNVQVE recuruo Tartaream intendit você.] Emisit tristem você ex tubâ. Tartaream ideò: quia, cùm interuenerit, funera consequûtur & cædes. QVA protinùs omne Côtremuit nemus.] Quàm luctuosum fuit, quòd canebatur ex tubâ; quando, hoc accepto, ipsa quoq; nemora tremuerunt? ET syluæ intonuêre profundæ.] Tantum profecit altitudo loci, vt exindè lethalis sonus etiam ad syluarum C profunda peruenisset; hoc est, interiora, & penitùs abstrusa. AVDIIT & Triuiæ longè lacus.] Id est, Auernus, qui satis à Latini stabulo fuerat remotissimus. AVDIIT amnis Sulphureâ Nar albus aquâ, fontesque Velini.] Per locorum nomina; expressa est longitudo regionum, ad quas dirus tubæ peruenerat sonus. Idcirco autê dixit: Nar sulphureâ aquâ album fluere; quòd currens colorem sulphuris monstraret. est verò aqua eius alba, quû hauritur. Velinus autem lacus est. ET trepidæ matres pressêre ad pectora natos.] Fœminæ, quæ bellicum cùm acceperant auribus, mox, non sibi plùs, quàm liberis metuentes, continuerunt filios suos amplexibus pauidis; scientes, quid mali etiam paruulis bella minarentur. Ad pectora, inquit, presserunt pignora sua, vt ostenderet poëta nimium affectum maternæ sollicitudinis; quasi demum deinde diuelli non possent. Certè etiam illud intelligi potest; voluisse eas satiare corda sua, antequam illis vel earum liberis accideret interitus. TVM verò ad vocem celeres, quâ buccina signum Dira dedit, raptis concurrunt vndique telis Indomiti agricolæ.] Superiùs, Sylum, inquit, prima soror, palmis percussa lacertos, Auxilium vocat, & duros conclamat agrestes. Postea dixit: Vocat agmina Tyrrhus: & venisse aliquos. Tertiò, furiam ipsam bellum tubâ finitimis & longè positis nunciâsse, secutû est. Tùm verò; hoc est, tùm magis in finitimos agricolas cœpisse concurrere: vt manifestaret, quantâ virtute singuli auxilia conuocassent, propter vltionem facti. NEC non & Troia

A Troia pubes.] *Hoc est, Troianorum iuuenum multitudo. Troia, sic pronuntiare debemus, vt, quum ipsa pátria significatur, duæ syllabæ fiant; quando aliquid ipsius, tres syllabæ numerentur. vt nunc prima sit,* Tro, *secunda* ï, *tertia* a. ASCANIO auxilium castris effundit apertis.] *In periculo regij pueri, non paulatim processerât ad auxilium; nec in partibus, sed semel omnes Troiani effusi sunt. Quantum tuetur Vergilius Troianorum partes ab illâ inuidiâ; ne in alieno regno positi, improbitatis crimen incurrerent? Procedebant, inquit, Troiani, non vt inferrent, sed vt repellerent bellum: nec vt persequerentur quenquam, sed vt regis filium tuerentur, & ab agrestium improbitate defenderent.* NON iam certamine agresti, Stipitibus duris agitur, sudibúsve præustis.] *Ad id iam fuerat ventum, vt non lite inter paucos, sed inter innumeros acie, veris armis contenderetur ac bello.*

AD R. Bar. EXIMIÆ laudis succensus amore.] *Hoc versiculo innuemus, laudis studio excitatum quempiam, ad pulchrum aliquod facinus peragendum.*

Sed ferro ancipiti decernunt: atraq; latè
Horrescit strictis seges ensibus: æraq; fulgent
Sole lacessita, & lucem sub nubila iactant.
Fluctus vti primo cœpit cùm albescere vento,
Paulatim sese tollit mare, & altiùs vndas
Erigit: indè imo consurgit ad æthera fundo.
Hîc iuuenis primam ante aciem, stridente sagittâ,
Natorum Tyrrhi fuerat qui maximus, Almon,
Sternitur. hæsit enim sub gutture vulnus; & vdæ
Vocis iter, tenuemq; inclusit sanguine vitam.
Corpora multa virûm circà; seniorq; Galesus,
Dum paci medium se offert, iustissimus vnus
Qui fuit, Ausonijsq; olim ditissimus aruis.
Quinq; greges illi balantum, quina redibant
Armenta; & terram centum vertebat aratris.
Atq; ea per campos æquo dum Marte geruntur,
Promissi Dea facta potens, vbi sanguine bellum
Imbuit, & primæ commisit funera pugnæ:

SER. FERRO ancipiti.] *vtrinq; noxio. dicit autem, aut gladios, aut bipennes.* SEGES.] *Terra modò: vt,* Quid faciat lætas segetes. *Per atram verò, fertilem significat: vt ostenditur in Georg.* SOLE lacessita.] *Naturale enim est, vt metallorum splendor plùs fulgeat, aliâ luce repercussus.* PAVLATIM B sese tollit mare.] *Sic bella dicit surrexisse paulatim, sicut ventis flantibus mare turgescit.* HIC iuuenis.] *Hîc confundit nomina: nam & puerum, & iuuenē, indiscretè nonnunquam Verg. ponit; vt hoc loco. Nam Almonē, quem modò iuuenem dicit, paulò pòst ait puerum: vt,* Almonem puerum. *Mouet autem miserationem ab ætate, cùm dicit, Iuuenis: à virtute, cùm dicit, Primā ante aciē: à vulneris etiam crudelitate.* ALMON.] *Bene rustici nomen vsurpauit à fluuio.* HÆSIT enim sub gutture vulnus.] *Id est, sagitta. vt,* Ardens infesto vulnere Pyrrhus Insequitur. VDÆ vocis iter.] *Id est, iter vdum vocis. non enim vox vda est; sed per vdam arteriarum labitur viam; vnde in febricitantibus deficit.* CORPORA multa virûm circà.] *Constrata sunt. & rhetoricè viles trudit in medium: nobiles verò, primo & vltimo loco commemorat.* DVM paci medium se offert.] *Reddit causam, cur senex bellis intererat.*
C OLIM ditissimus aruis.] *Secundùm antiquum morē. Horatius:* Diues antiquo censu. QVINA redibant armēta.] *Pro quinq; sicut,* Bina manu lato crispans hastilia ferro. TERRAM vertebat aratris.] *Duo dixit à Catone memorata: qui interrogatus, quis esset paterfamiliâs? respondit, eum, qui bene pascit, & bene arat. nam pascere, per armēta intelligit: arare verò, per aratra.* ÆQVO dum Marte geruntur.] *apertâ contētione, bello manifesto: nam sic dicimus.* Æquum *autē æqualē non possumus dicere; cùm soli interemti sint Itali.* PROMISSI dea facta potens.] *Honesta locutio; Potens promissi. Promisisse autem eam consensione intelligimus: nam non promisit.* IMBVIT.] *initiauit. & bene* Sanguine: *nam potest bellum & à discordiâ, & à dissensione inchoari.*

POM. Sabi. DECERNVNT.] *pugnant.* CONSVRGIT.] *mare procellosum.* ALMON.] *fluuius ad mœnia vrbis, qui labitur in Tyberim, dicitur Almon, in quo lauabatur Cybele.* GALÆSVS.] *Galæsus nō ad certamē, sed ad pacem venerat cōponendam. Galæsus fluuius est Tarentinus, cuius aquam cùm bibunt oues, lanam mollissimam & albam nutriunt.*

VAR. Lect. ET lucem sub nubila iactant.] *In libris aliquot antiq.* Lumen *legitur. In aliquot,* Lucem sub lumina *habetur.* COEPIT cùm albescere vento.] *In Romano lib.* Põto *legitur.* HÆSIT enim sub gutture vulnus.] *In antiquis aliquot libris,* Exit *legitur. Et, pro* Gutture, Gurgite.

DON. ATRA'QVE latè Horrescit strictis seges ensib9.] *Intantū grauis horror apparebat armorum; vt, nudatis gladijs atq; eductis, terra omnis sinè magno tremore videri non posset.*

ÆRA'QVE fulgent Solè lacessita, et lucē sub nubila iactant.] *Repercussa æra Solis radijs tantū luminis cogebātur effundere, vt Solis ipsius luci superaret.* FLVCTVS vbi primò cœpit cū albescere vēto, Paulatim sese tollit mare.] *Mittit similitudinē, quā ostēdit augmenta calamitatis & belli. Quēadmodum solet, inqt, inflari paulatim flatib. mare; et, dum temperatis tumoribus fertur, excitatū maioribus incrementis vsq; ad astra pertēdit: sic belli furor populorū cōgregatione crescebat.* HIC iuuenis primā ante aciem, stridente sagittâ, Natorū Tyrrhi fuerat qui maximus, Almon, Sternitur.] *Post casum cerui, qui malis omnibus initiū dederat, fortè accedit; vt eiusdē Tyrrhi filius, sagittâ ictus, ante congressionē cecidisset. Huic, præter iniuriā hominis occisi, addūtur merita, q̃ duriorē dolorē commouerent. Primò quippe ait: Tyrrhi filius, & Tyrrhi merita superiùs dicta sunt. Secundò ait, Iuuenis; in quo mors acerba maiorē inferre dolorē posset. Tertiò dixit, eum inter filios Tyrrhi natu fuisse maiorē; qui locus nascēdi, vt maiorē affert parētibus gratiā; ita maiorē dolorem parit, si funere præuentus intereat. Dicit iam, quomodo, vel quo casu perierit.* HÆSIT enim sub gutture vulnus, & vdæ Vocis iter, tenuēq; inclusit sanguine vitā.] *Sic sagittâ percussus est, vt occluso vocis transitu, nec spirare vltrà, nec loqui potuisset. Itaq; interijt, vt solēt interire, qui laqueo terminant vitam.* CORPORA multa virûm circà.] *Qui non fuerunt superioris loci, generaliter dicti sunt.* SENIOR'QVE Galæsus, Dū paci medium se offert, iustissimus vnus Qui fuit, Ausonijsque olim ditissimus aruis. Quinque greges illi balantū, quina redibāt Armēta, & terrā centū vertebat aratris.] *Indignū istius hominis lethum multis generibus demonstratur. Primò, quòd senior; ac per hoc & prudētissimus fuit: neq; is, qui ad hoc venisset, vt affectu videretur prouocatus esse pugnādi; sed suasor potiùs pacis atq; cōcordiæ, qui nollet bellorū causas vlteriùs crescere. Iste iustissimus fuit inter suos; &, quia difficile est, bonū esse,* Vn9 *dictus est. Talis vnus inuētus, qui concordiā suaderet; qui, dum existimaret iustitiæ suæ esse, improbos coërcere, sic inter pacem bellumq; prostratus est. Dixit interea publici cōmodi causas, propter quas nascēt bellū persuasione iustâ cupiebat extinguere. Dixit ipsius quoq; primatus facultatē. Ditissimus, inqt, fuit in possessione agrorū; nec nouus diues, sed olim locupletissimus: ac per hoc, qui nollet repentino malo perdere, q̃ longâ quiete possederat. Quinq; aūt greges habuit ouium, & quina armēta: hoc est, in singulis generibus animaliū quina. Armētorum appellatio, boues, equos, & cætera huiuscemodi significat, quæ facilè interire possent, perturbatis omnibus, & belli rabie confusâ republicâ. Huius personā & nece iniquitas omnis expressa est; quæ iuxta iustissimum senē non existeret; si rationē rustici furentes habere potuissent. In aratrorū numero, non tantùm armētorum copiam*

y Google

vel animalium, quæ iungebat; verumetiam fructus ostendit, vt in omnibus ditissimum comprobaret. & reuerâ locupletissimi, & iustissimi persuasio, longæui quinetiã, fuerat necessaria, tali tempore, quo rebus publicis metueret, ac suis: quippe diuitibus detrimentosa sunt bella. Cæterùm plebs non metuit quicquam belli tẽpore, nec aliquo damno percutitur, quoniã iam deest ei, quod perdat. ATQVE ea per cãpos æquo dum Marte A gerũtur.] *Dũ adhuc ex vtraq; parte æqua fortuna est.* PROMISSI dea facta potens.] *Gloriosa de malis alienis, vbi promissum effectũ læta perfecit.* VBI sanguine bellũ Imbuit, & primæ cõmisit funera pugnæ.] *Vbi, occisis talibus, idoneas causas perpetrandis sceleribus dedit.*

Deserit Hesperiam, & cœli conuexa per auras,
Iunonem victrix affatur voce superbâ:
En perfecta tibi bello discordia tristi!
Dic in amicitiam coëant, & fœdera iungant:
Quãdoquidẽ Ausonio respersi sanguine Teucros.
Hoc etiam his addam: tua si mihi certa voluntas,
Finitimas in bella feram rumoribus vrbes:
Accendamq; animos insani Martis amore,
Vndiq; vt auxilio veniant: spargã arma per agros.
Tùm cõtrà Iuno: Terrorũ & fraudis abundè est:
Stant belli causæ: pugnatur cominus armis.
Quę fors prima dedit, sanguis nouꝰ imbuit arma.
Talia connubia, & tales celebrent hymenæos,
Egregium Veneris genus. & rex ipse Latinus.
Te super æthereas errare licentiùs auras,
Haud pater ille velit, summi regnator Olympi.
Cede locis: ego, si qua super fortuna laborum est,
Ipsa regam. Taleis dederat Saturnia voces:
Illa autem attollit stridentes anguibus alas,
Cocytiq; petit sedem, supera ardua linquens.
Est locus, Italiæ in medio, sub montibus altis,
Nobilis, & famâ multis memoratus in oris:
Ansancti valles, densis hunc frondibus atrum
Vrget vtrinq; latus nemoris: medioq; fragosus
Dat sonitum saxis, & torto vertice torrens.
Hîc specus horrendum, & sæui spiracula Ditis
Monstrantur: ruptoq; ingens Acheronte vorago
Pestiferas aperit fauces: queis condita Erinnys,
Inuisum numen, terras cœlumq; leuabat.
Nec minus interea extremam Saturnia bello
Imposuit Regina manum. ruit omnis in vrbem
Pastorum ex acie numerus; cæsosq; reportant
Almonem puerum, fœdatiq; ora Galesi:
Implorantq. deos, obtestanturq; Latinum.
Turnus adest, medioq; in crimine, cædis & ignis
Terrorem ingeminat; Teucrosq; in regna vocari:
Stirpem admisceri Phrygiam; se limine pelli.

SER. ET cœli connexa per auras.] *Probus, Asper, Donatus, dicũt hoc loco* Per *bis accipiendum: alloquitur Iunonẽ per cœli conuexa, & per auras. Potest tamen esse* ἐπεξήγησις: *Per auras, id est, cœli cõuexa. nec enim aliud sunt auræ. Dicit etiã quidã commẽtarius,* Cõuecta *legendum: vt sit, ipsa conuecta. quod difficilè in exemplaribus inuenitur.* VICTRIX.] *voti cõpos.* AFFATVR.] *iam cũ superbiã. Bene autẽ ei in principio denegauit orationem, quasi ad scelera festinanti, quã modò tribuit, post bella iam cœpta.* BELLO discordia tristi.] *Iuno enim belli poposcerat semina: hæc etiã ipsa bella perfecit.* DIC in amicitiam coëant.] *Ac si diceret: ita bella cõmoui, vt ne tuo quidem imperio posint in pacem redire. & hoc est, quod dicit:* Affatur voce superbâ. *Alij dicũt; Ego inter hos bella cõmisi; tu vicinos populos fœderibus iunge, & artibus Turni, & Aeneæ, fauere cõpelle: quod tamen si vis, ego faciam. vt hinc sit dictum:* Ego, si qua super fortuna laborũ est, Ipsa regam. CERTA voluntas.] *Si tua in hoc consentit authoritas.* INSANI Martis amore.] *Homeri epitheton;* θοῦρος Ἄρης. SPARGAM arma.] *Meminit sui. nam suprà dixit:* Sere crimina belli. TERRORVM & fraudis abundè est.] *Terrorum, ex morte tot hominum. Fraudis verò, ex cerui vulneratione.* STANT belli causę.] *manifestæ sunt; vel placent; vt,* Stat conferre manum. TALIA connubia.] *Concessio ex indignatione.* EGREGIVM Veneris genus.] *εἰρωνικῶς dictum est: vt alibi,* Egregiam verò laudem, & spolia ampla refertis. IPSE Latinus.] *Ac si diceret; quẽ Aeneæ causã cogor odisse. vnde & Amatæ nulla fit mentio, quæ est Troianis inimica. Vrbanus tamen hunc locum accipit per interrogationẽ:* Terrorum & fraudis abundè est? Stant belli causæ? *vt quasi per gratulationem non credat. sicut Terentianum illud:* Quid tam miserè cupio, eò Vereor magis. SVPER æthereas auras.] *Quia dixerat,* Cœli conuexa per auras. ATTOLLIT alas.] *Honesta volãtus periphrasis.* ITALIÆ in medio.] *Hunc locum vmbilicum Italiæ chorographi dicunt. Est autẽ in latere Campaniæ & Apuliæ, vbi Hirpini sunt. & habet aquas sulphureas, ideò grauiores; quia ambitur syluis. Ideò aũt ibi aditus dicitur inferorum, quòd grauis odor iuxtà accedẽtes necat: adeò vt victimæ circa hunc locũ nõ immolarentur; sed odore perirent, ad aquam applicatæ. & hoc erat genus litationis. Sciendũ tamẽ, Varronẽ enumerare, quot loca in Italiã sint eiusmodi. vnde & Donatus dicit, Canusiæ, esse, vel Lucaniæ, qui dicitur locus à Poëtã, circa fluuiũ, qui Calor vocatur. quod ideò non procedit: quia ait, Italiæ medio; sub montibus altis. Hoc nisi ad totã Italiam referas, nõ procedit: vt sit, Est in vallibus Italiæ montuosæ. nam hoc in loco mõtes penitùs non sunt.* NOBILIS.] *notus. quod sequentia indicãt.* ANSANCTI valles.] *Loci Ansancti, id est, omni parte sancti: quẽ dicit & syluis cinctum, & fragosum fluuio torrente.* HIC specus horrendum.] *Hoc nomẽ apud maiores trium generum fuit. Ennius fœminino posuit:* Sub monte specus altæ. *Horat. masculino:* Quę nemora, aut quos agor in specꝰ? *Verg. neutro; quo hodie in numero singulari trib. tantũ vtimur casibus: Hoc Specus, huius specus, ô specus. Plurale tãtũ à genere masculino habemus, in omnib. casibus. Hinc est,* Ipsi in defossis specubus. *Quãquã antiq. codices habeãt,* Hîc specꝰ horrẽdꝰ. SPIRACVLA Ditis.] *aditus; à spirando: quòd ibi hostiæ admotæ concidãt & moriãtur. antiq. codices* Piracula *habẽt; q̃ dicta sũt* ἀπὸ τῶν περάτων, *hoc est, à finibus inferorũ.* VORAGO.] *Acherontis exæstuatio.* CONDITA Erinnys.] *Alij* cõdit *legunt. & Se subaudiunt.* COELVMQVE leuabat.] *recreabat, releuabat, cui præsentia sua erat oneri.* EXTREMAM Saturnia bello Imponit regina manum.] *Quod superest, perficit. & est translatio à picturã, quã manus complet, & ornat extrema.* FOEDATI.] *cruentati.* IMPLORANTQVE deos.] *Ad auxiliũ & vltionẽ.* OBTESTANTVRQVE Latinũ.] *Propter cædẽ faciã testẽ adhibent: & dicunt, authores rupti fœderis esse Troianos, cùm ipsi pacis iura temerarint.* ET ignis.] *In ipso feruore seditionis.* TEVCROS in regna vocari.] *Subaudi, Dicit. Teucros autẽ, iniuriosè dictum accipe, quasi exsules ac perfidos.* SE limine pelli.] *Interiore familiaritate. vt Iuuenalis:* Limine summoueor.

POM. Sabi. CONNEXA.] *Alloquitur Iunonem, per connexa cœli & per auras. quidam ait,* conuecta *legendũ esse, vt sit ipsa Furia cõuecta.* TALIA coniugia.] *Per interrogationẽ omnia hæc vt legantur, vult Vrbanus.* AMSANCTI.] *Amsanctus dicitur, quasi circumsanctus, id est, vndiq; sacer. Locus est in Hirpinis, vt Plin. meminit lib. 2. in quo specus est, cũ pestiferã exhalatione. Ideò putatum est, illinc esse descensum ad Tartarum. Inter montes est, per quos Melphes amnis præcipiti lapsu fertur. Hirpini, Samnitica gens, sunt ita appellati, quòd in ducẽdã coloniã oblatus est lupus, quẽ Samnites hirpum vocant. qui exponunt Vergilium ex antiquis idem sentiunt. Donatus dicit,*

Amsan-

A Amſanctum Lucaniæ eſſe: vnde Calor amnis præceps fertur: vbi antrum ingentis magnitudinis, cum peſtiferâ exhalatione eſt. Accolæ appellant os inferni. Labitur Calor inter oppidum Aquarium & Peſtanos agros, & Silaro miſcetur. Amſanctum eſſe in exitu paludis Rheatinæ, non puto. qui id addunt, decepti ſunt: quòd apud Varronē eſt vmbilicus Italiæ, ager Rheatinus. Alij alias intelligunt fauces, & peſtilentes hiatus. Ego verò ſentio cū Plinio. Fortè Italiam accepit cis Rubiconē, ſecūdùm antiquam deſcriptionem: ipſe ſemper vetuſtatem imitatur. QVEIS.] faucibus. LEVABAT.] liberabat peſtifero halitu ſuo. INTEREA.] dū cauſæ belli ſpargūt̄. REGINA.] Iuno perfecit quod ſupereſt. VRBEM.] Laurentū. ACIE.] conflictu. DEOS.] ad vltionē. LATINVM.] qui Troianis pacem in Latio dederat. IGNI.] furore, & ſeditionis impetu.

VAR. LECT. EN perfecta tibi bello diſcordia triſti.] In libris aliquot antiquis legitur, Belli diſcordia triſtis. TALIA cōnubia.] In antiquis omnibus libris, quotquot habui, Cōiugia legi. HAVD pater ipſe velit.] In antiquis omnibus libris, Pater ille legitur. FORTVNA laborū eſt.] In plerisq; libris antiquis, Eſt non habetur. ITALIÆ in medio.] Antiqua omnia exēplaria legunt, Italiæ medio, abſq; In. B ANSANCTI valles.] In Romano lib. Anfracti legitur. MEDIO'QVE fragoſus.] In libris aliquot antiquis, Fagoſis inuenitur. SPECVS horrendū, & ſæui.] In antiq. plerisq; non habetur, Et. DITIS monſtrantur.] In plerisq; libris Mōſtratur legi. QVEIS condita Erinnys.] In Mediceo libro, Condit, verbi voce ſcriptū eſt. TERRAS cœlumq; leuabat.] In aliq. antiquis libris, Terram legere eſt; & Leuauit, præterito tempore. MEDIO'QVE in crimine, cędis & ignis.] In Romano libro, Igni legitur.

DON. DESERIT Heſperiam, & cœli cōuexa per auras Iunonē victrix affatur voce ſuperbâ.] Deſertis, inquit, terris, in quibus perfecto ſcelere ſuperflua noluit remora, euolauit per auras ad Iunonē, relatura triumphos ſuos, et mala populorū. Expreſſit aūt moraliter animū eius, quæ mādata perfecerat, dicendo: Iunonē victrix affatur voce ſuperbâ. Vnuſquiſq; enim, qui ſecūdis ſucceſſibus potioris iuſſa vel mādata perfecerit, ſuperbus remeat, nec humili voce perfectionē rerum, ſed elatā renunriat. Quòd aūt poſuit, victrix: ibi oſtēdit poëta, quemadmodū Alecto fuiſſet locutura, quæ in ſuis artib. C vincēdo floruerat. Victoriam quippe ſuperbia ſequitur, & tumores animorū vehemēter extollit. EN perfecta tibi bello diſcordia triſti.] Locus iſte talis eſt, qualis eſt, quo Furiam Iuno à cōtrario laudauit ac prætulit. nam & Alecto indè ſe exiſtimat magnā; vnde bonorū iudicio damnari debuerat. ſed fecit hoc pro perſonâ ſuâ, & eius, quæ lætaretur malis inimicorū. Ecce, inquit, quæ voluiſti: cōpleui bellum, diſcordiam, funera. Videamus, quid ſignificet, quod primò poſuit, En. non enim referētis eſt tantùm; verumetiam dēmonſtrantis. Tantâ enim fide geſta ſua referebat; vt hæc nō ſolis auribus Iunonis; verumetiā ipſis quoq; oculis ſubderet. Quòd referebat verbis oſtētationis fuit: quòd monſtrabat, pleniſſimæ probationis. DIC in amicitiam coëant, & fœdera iungant: Quandoquidem Auſonio reſperſi ſanguine Teucros.] Quod fieri pro tuâ voluntate, meo miniſterio, debuit; factum eſt. Polluti ſunt Troiani ſanguine Latinorum. tanta ex eo exſtitit cauſa diſcordiæ; vt etiā ex voluntate tuâ, concordia populorū reparari nō poſſit. Ecce, quantū furia gloriatur; quantū ſeſe extollit: aſſerens, diſſipatam paci integrari nō poſſe, etiam ſi ipſa Iuno, ſatiata partium cædibus, hanc velit in integrum reuocare. Ad perpetuitatem diſcordiæ pertinet, quod poſitum eſt à Troianis. Primùm, illatam cædē Auſonijs, qui nouitatem ſuam funeribus inferendis commēdandam eſſe crediderunt. HOC etiam his addam; tua ſi mihi certa voluntas; Finitimas in bella feram rumoribus vrbes, Accēdamq; animos inſani Martis amore.] Ecce, ex conſequentibus oſtēdit, quâ mente dixiſſet, Dic in amicitiam coëant. non enim poterat furia: quia nihil præter mala nôſſet, & facere, & implere, ac ſuadere concordiam; & Iuno, vetus & pertinax inimica, repentè haud leui vltione ſatiari. Ergo Alecto, glorians de eo quod fecerat, quò apud Iunonē fieret gratior, adiecturam ſe, ſi illa permitteret, malis conflatis augmentum, vltrò pollicetur, dicens: Hoc etiam his addam: ſi altior tibi nocēdi volūtas eſt, & vis fortiùs impleri; his, quæ facta ſunt, addam, quæ non continet inſtructio tua: vt finitimæ quoq; vrbes, amore dimicationis acceſſæ, totâ feſtinatione concurrant; & ne ſubſidium volētibus deſit. Vndiq; vt auxilio veniant, ſpargā arma per agros. TVM cōtra Iuno.] Ne videretur minùs proſpexiſſe, cū mandatorū ſummam traderet furiæ; nō admiſit oblata; ſed cōtra reſpondit. TERRORVM & fraudis abundè eſt.] Satis inquit, factū eſt animo meo; exſtat compeſens terror, & ſuperat fraudis inuentum, quod turbandis rebus fuerat neceſſarium. STANT belli cauſæ.] Hoc eſt, idonea belli fundamēta cōſtructa. ſinè cauſarū quippe ſubſtantiâ, bellū naſci non potuit; quoniam diſſenſiones omnes, & diſſidia, emergere atq; exoriri non poſſunt; niſi primitus exſtiterit, quod concordiam rumpat. PVGNATVR cominus armis.] Plenum bellū eſt, cùm venitur ad manus. Ait enim ſuperiùs poëta: Direxēre acies, nō iam certamine agreſti, Stipitibus duris agitur, ſudibúsve prę uſtis; Sed ferro ancipiti decernūt, atraq; latè Horreſcit ſtrictis ſeges enſibus. vt probaret, plenū ſuſceptū eſſe certamē; atq; vt in eo ipſo furiæ laudaret effectus. quoniam ipſa Alecto dixerat: Quandoquidē Auſonio reſperſi ſanguine Teucros: Iuno huic loco reſpōdit: QVÆ ſors prima dedit, ſanguis nouus imbuit arma.] Hoc eſt; quod optabile fuit, indè eſt datum initium malis, vnde dari debuit. TALIA connubia, & tales celebrent Hymeneos, Egregiū Veneris genus, & rex ipſe Latinus.] Talia, inquit, nota habere digni ſunt, qui faciūt, quod ſit votis meis animoq; contrariū. TE ſup ethereas errare licētiùs auras, Haud pater ipſe velit, ſummi regnator Olympi.] Quod vltrò Alecto obtulerat, ne videretur Iuno faſtidioſè reſpuiſſe, dixit cauſas. Superfluū eſt, inqt, quod rebus impletis adijcere quæris argumentū; & te diutiùs hic remorari, moleſtū eſt. Nō enim hoc poteſt Iupiter æquo animo ferre, vt vicetiùs ſuperâ tenearis in luce. CEDE locis.] Non dixit, Abi hinc; ſed, Cede: propter Iouis perſonā; q ex diutinâ cōmoratione furiæ poterat grauiter offendi. nec fuit iniuria, ſi diceret, potior. EGO, ſi qua ſuper fortuna laborū eſt, Ipſa regā.] Et, ſi fortè, inqt, aliquis ſupereſt labor, regetur operâ meâ. TALEIS dederat Saturnia voces.] hæc locuta eſt Iuno. ILLA aūt attollit ſtridētes anguibꝰ alas, Cocytiq; petit ſedē, ſupera ardua linquēs.] Illa, hoc eſt, Alecto, auditis q̄ neceſſariò Iuno prætulerat, relictis cœli regionibus, alis delapſa eſt ad eam partem, quâ remeare ad inferos poſſet. Incipit loci deſcriptio, per quem ire potuit ad infernum. EST locus Italiæ in medio, ſub montibus altis, Nobilis, & famā multis memoratus in oris, Anſancti valles.] Dixit regionē, in quâ eſſet locus, & in quâ eius parte. Dixit etiā nomen, Anſancti, à ſani vocabulo, ac nemoris. dixit ſitū, quòd in valle haberetur. DENSIS hunc frondibus atrū Vrget vtrinq; latus nemoris.] Denſitas, inquit, nemoris hunc fecerat tenebroſum: latera verò eius, in anguſtias natura perduxerat. MEDIO'QVE fragoſus Dat ſonitū ſaxis, & torto vertice torrēs.] Cōpendioſa deſcriptio, quâ amnē ſimul, & partē, & quâ fundebatur, & ſonū cadētis aquæ, & cauſam, quæ ſonū ipſum faceret, indicat. Naſcebatur aūt medio eius loci copioſus amnis, dabāt, vndæ ſonitū ſaxis illiſæ, & inter ſaxa eadē verticibus rapidis torquebantur. HIS ſpecus horrendum, ſæui ſpiracula Ditis Monſtrantur, ruptoq; ingens Acheronte vorago Peſtiferas aperit fauces, quîs condit Erinnys Inuiſum numen, terras cœlumque lauabat.] Vel denſitate nemorum; vel ſono torrentis; vel vmbrâ foraminis tenebroſi; vel indè magis horrendum; quia inferorum ianua fuit, & ad Ditem patrem, qui mulceri neſciret, iter infelicibus dabat: & rupta humo vſq; ad ipſum

A Tecta Tyranni, *scriptum est.* ILLE velut pelagi rupes immota.] *In antiquis nõnullis libris legere est,* Pelagi moles. LATERI'QVE illisa refunditur alga.] *Variat hæc lectio in libris antiq. Alij* Aspersa: *alij* Infusa *legunt.* CAECVM exsuperare potestas Consilium.] *In aliquot antiquis libris,* Expugnare *habetur.* NVTV Iunonis eunt res.] *In Romano libro vnâ dictione legitur,* Euntes. TESTATVS inanes.] *In antiquis aliquot libris,* Testatur inanis *legitur.* FERIMVR'QVE procellâ.] *In antiquis aliquot libris,* Procellis *est.* OMNIS'QVE in limine portus.] *Nonnulli lib. absq; particulâ* que *legunt.* MOS erat Hesperio in Latio.] *In libris aliquot antiquis legere est,* Mos erat in Latio Hesperio.

DON. TV'M quorũ attonitæ Baccho nemora auia matres Insultãt thiasis (neq; enim leue nomẽ Amatę.)] *Etiã illæ, quæ cũ Amatâ petierãt syluas, venerãt, perseuerãtes in furore: hoc enim exigebat reginæ meritũ, vt in causâ filiæ, mariti studiũ sententiamq; superaret.* VNDIQVE collecti coëunt.] *adunabantur collecti ex diuersis & plurimis locis.* MARTEM'QVE fatigant.] *Et ardorẽ pugnæ totis nixi-* B *bus cumulabant.* ILICET infandũ cuncti cõtra omina bellũ, Contra fata deûm peruerso numine poscũt.] *Nitebantur omnes abrumpere omnia sacrilegis mentibus, quæ constabat diuino iudicio atq; arbitrio esse firmata. Cõtra omina, inquit, & deûm fata.* Contra omina: *propter apes & incẽdij denuntiationẽ; quod ex capite Lauiniæ cõstabat exstitisse.* Contra fata: *hoc est, contra deorũ sententias, & Fauni responsa.* peruerso numine, *bellum appetebãt, in peruersum trahẽtes deorum iudicium; vt bello excludẽdos crederent, qui in Italiam fatorum ducti ratione conuenerunt.* CERTATIM regis circumstant tecta Latini.] *Obliti regalis reuerẽtiæ, in domo Latini astabant violẽter, & circùm eam, quã omni religione venerari cõuenerat, tumultuoso cõuẽtu grauiter perstrepebant.* ILLE, velut pelagi rupes immota, resistit: Vt pelagi rupes, magno veniẽte fragore, Quæ sese, multis circùm latrãtibus vndis, Mole tenet scopuli: nequiquã & spumea circùm Saxa fremunt, lateriq; illisa refunditur alga.] *Admirabilis cõparatio. Latinus enim comparatur rupi; voces populi, fluctibus & tẽpestatibus; consensus vocum & clamor omnium, algæ ictibus. Ille,* C *inquit, hoc est, Latinus, vt pelagi rupes: scilicet saxum ingens, constitutũ in pelago immotum, resistit, quum magno fluctuum percutitur verbere.* MOLE tenet scopuli.] *immobile fit magnitudine suâ, & frustrà vndarũ clamoribus vrgetur: latera autẽ eius inefficaci verberatione pulsantur, & solâ algâ, non quatiuntur ictibus, sed perfusa tanguntur. Ita & clamores vulgi, magno quidẽ sono veniebant ad Latinum; sed virtutẽ commouẽdi non habebant; scilicet vt alga, quæ nullum habet impetum feriendi, nec quum corpori fuerit illisa, sentitur.* VERV'M vbi nulla datur cæcum exsuperare potestas Consilium. *Vbi vidit Latinus, cæcum multitudinis furorem consilio superari non posse.* ET sæuæ nutu Iunonis eunt res.] *Et res pro voluntate sæuientis Iunonis, nõ sano tractatu currẽtes.* MVLTA deos aurasq; pater testat⁹ inanes.] *Multa verbis testatus est deos, & ipsas aëris auras. quẽ enim alium adhiberet voluntatis suæ testẽ, omnibus qui aderãt furore correptis?* FRANGIMVR heu fatis, inquit, ferimurq; procellâ.] *Inter tot insanos, solus Latinus integro cõsilio fuit. solũ enim nõ cõmutauerat Iuno, vel furia. Et cùm populorũ sæuiens agmẽ solus superare nequiret, volũtatis suæ deos esse voluit testes atq; auras: se vacuum ab eo, quod gerebatur, scelere, cupiẽs demõstrare. Itaq; rupit in vocẽ istiusmodi:* Frangimur heu fatis, ferimurq; procellâ. *Frangimur, & procellâ, inquit, ferimur. perseuerãs in eo poëta, quod in Latini cõparatione superiùs tenuit; quũ rupẽ describeret, & pelagi tumẽtis fluctus, & rabiem maris, & algã, & molẽ, arripuit. Hic quoq; per translationẽ dicens, frangi cõmoda imperij sui, & spẽ publicam improuidis nisibus, tanquã naufragio, laniari. Signata ergo posuit verba; conferẽs ea, quæ oriuntur in mari, & euidẽter ostendens. Nam frangitur nauis, & naufragio interit, tempestatum eiecta turbinibus; quibus, vt furẽti populo, resisti nõ potest, & nauigia pereunt. Sic ipse, quia tantũ impetũ populi insanientis reuocare nõ potuit: Frãgimur, ait, nec malo valemus occurrere.* Ferimur procellâ: *quia is, quẽ procella vrget ac portat, nõ quomodo vult, aut quò voluerit, fertur.* Heu fatis, *scilicet aduersis quia dixit:* Ilicet infandum cuncti contra omina bellũ, Cõtra fata deûm peruerso numine poscũt. IPSI has sacrilego pendẽtis sanguine pœnas, O'miseri.] *Bene miseros dixit, vt dolore viderẽtur errare. Nullus.n. sciẽs ac sanæ mẽtis, cadit in foueam scelerum: nullus peccat in deos, nisi is, quẽ dementia antè possederat. A' generali increpatione ad specialẽ transit.* TE, Turne, nefas, te triste manebit Supplicium.] *Ipse fuit omnibus causa peccãdi.* VOTIS'QVE deos venerabere seris.] *Turno suadebat omittẽda esse talia incepta: nã q cità ab errato discedit, & malè cœpta maturè condẽnat, potest mereri veniã. Sera vero erroris agnitio, agnitori fauorem non potest prouocare.* NAM mihi parta quies; omnisq; in limine portus.] *Vt à periculis pelagi tuti sunt, qui fuerint in portu: sic ipse tutum se futurum dicit, qui domus suæ septo vsurus esset pro portu. Etiam nunc perseuerauit in eo genere trãslationis, dicẽdo: Portus mihi erit limẽ domus mea, quod egressurus non sum.* FVNERE felici spolior.] *Vnum se dolere testatur, quòd indignè esset moriturus, qui potuit habere felicẽ exitũ vitæ.* NEC plura locutus, Sepsit se tectis, rerumq; reliquit habenas.] *Quia res magno furore turbatas, nec cõsilio potuit, nec sermone cõponere, cõdidit se parietibus proprijs: casibus relinquẽt habenas reip. quas contra maiorẽ vim nec gubernare potuit, nec tenere.* MOS erat Hesperio in Latio, quem protinùs vrbes Albanæ coluère; sacrum nũc maxima rerum Roma colit.] *Obseruationes omnes, aut legibus principum, aut hominum sensibus constitutæ, seruantur. Quidquid igitur obseruare cunctis in commune placuerit, perinde habeatur vt lex; morem, longo tempore custoditum, diuturnitas firmet; qui vsqueadeò commodus iudicatur, vt à conditoribus ad posteros quoq; trãsitum faciat. Hunc ipsum Vergilius refert fuisse morem vsqueadeò commodum publicis rebus; vt ex Latio prolatum Albanæ vrbes probatum placidumq; retineant. Quantum mos iste laudatus; vt prolatus ex vno loco, plurimis vrbibus esse cœperit curæ, obseruationiq; perpetuæ? Magnum est quippe, quod ab vno profectum, plurimis placet. Deniq; hunc Albani coluère sacrum; nec pro leui ducentes, consecratione quadã & veneratione plenissimâ tenuerunt; vt esset sacrilegium, si fuisset aliquã temeritate mutatus.*

Albanæ coluère sacrum, nunc maxima rerum
Roma colit, cùm prima mouẽt in prælia Martem:
Siue Getis inferre manu lachrymabile bellum,
Hircanisve, Arabisve parãt; seu tẽdere ad Indos,
Auroramq; sequi, Parthosq; reposcere signa.
Sunt geminæ belli portæ, (sic nomine dicunt)
Relligione sacræ, & sæui formidine Martis:
Centum ærei claudunt vectes, æternaq; ferri
Robora; nec custos absistit limine Ianus.
Has vbi certa sedet patribus sententia pugnæ,
Ipse, Quirinali trabeâ cinctuq; Gabino

SER. MAXIMA rerum Roma.] *Imperij potita.* MOVENT in prçlia Martem.] *Nam moris fuerat, indictio bello, in Martis sacrario ancilia cõmouere. vnde est in Octauo:* Vterq; impulit arma. GETIS.] *Getarũ fera gens etiam apud maiores fuit: nam ipsi sunt Mysij, quos Sallust. à Lucullo dicit esse superatos.* HYRCANIS'VE.] *Gens dicta à syluã Hyrcanã, vbi sunt tigres.* ARABIS'VE parãt.] *Hic datiuus venit ab eo, quod est hic Arabus: nam ab eo quod est hic Arabs, ab hoc Arabe, Arabibus facit; sicut Hiberibus. vnde est in Lucano:* Occurrat Hiberib⁹ alter. *& Hiberis. Horat.* Discet Hiber⁹ Rhodaniq; potor. *Itẽ lectum est Aethiops, & Aethio-*

Insignis, reserat stridentia limina Consul:
Ipse vocat pugnas, sequitur tùm cætera pubes:
Æreaq; assensu conspirant cornua rauco.
Hoc & tùm Æneadis indicere bella Latinus
More iubebatur, tristeisq; recludere portas.
Abstinuit tactu pater, auersusq; refugit
Fœda ministeria, & cæcis se condidit vmbris.
Tùm regina Deûm, cœlo delapsa, morantes
Impulit ipsa manu portas, & cardine verso
Belli ferratos rupit Saturnia postes.
Ardet inexcita Ausonia, atq; immobilis antè.
Pars pedes ire parat campis: pars arduus altis
Puluerulentus equis furit: omnes arma requirũt.
Pars læueis clypeos, & spicula lucida tergent
Aruinâ pingui, subiguntq; in cote secures:
Signaq; ferre iuuat, sonitusq; audire tubarum.
Quinq; adeò magnæ positis incudibus vrbes
Tela nouant, Atina potens, Tyburq; superbum,
Ardea, Crustumeriq;, & turrigeræ Antemnæ.
Tegmina tuta càuant capitum, flectuntq; salignas

& Aethiopus: sed modò tantũ Aethiops dicimus. AVRORAM'QVE sequi.] *ingenti ambitu ipsum ortũ diei dicit, populis.* PARTHOS'QVE reposcere signa.] *Hoc in honorẽ Augusti posuit, quo regnãte à Parthis repetita sunt signa, quæ Crassus triumuir perdiderat. qui quũ auiditate suâ cõtra auspicia bellũ suscepisset, interdicentibus Tribunis plebis, captus cũ filio est, & necat⁹ infuso in os auro, cuius amore pugnauerat.* SVNT geminæ belli portæ.] *Sacrarum hoc Numa Pompilius fecerat, circa imum Argiletũ, iuxta theatrũ Marcelli: quod fuit in duobus breuissimis tẽplis. Duobus autẽ, propter Ianum bifrontẽ. Postea captis Faliscis, ciuitate Thusciæ, inuentũ est simulachrum Iani, cum frontibus quatuor. Vnde quod Numa instituerat, translatũ est ad forũ transitorium, & quatuor portarũ vnum tẽplum est institutum. Ianũ sanè apud aliquos bifrontem, apud aliquos quadrifrontem esse, non mirũ est: nam alij eum diei dominũ volũt, in quo ortus est & occasus: Horat.* Matutine pater, seu Iane libentiùs audis. *Alij anni totius, qui in quatuor tempora cõstat esse diuisum. Anni autẽ esse Deum illa res probat: quod ab eo prima pars anni nominatur: nam à Iano Ianuarius nuncupatus est,* RELLIGIONE sacræ.] *tremendæ, exsecrabiles. nam & paulò pòst dicturus est,* Tristesque recludere portas. FERRI robora.] *Bene addidit,* Ferri: *nam omne, quod forte est, Robur vocamus.* IANVS.] *Quidam Ianum Eanum dicunt, ab eundo; eumq; esse Martem: &, quòd apud Romanos plurimum potest, ideò primum in veneratione nominari. Alij Ianum aërem credunt: & quia vocis genitor habeatur, idcirco mandari ei preces nostras, ad deos perferendas. Alij Ianum Mundum accipiunt; cuius caulæ ideò in pace clausæ sunt, quòd Mundus vndique clausus est: belli tempore aperiuntur, ad auxilium petendum, vt pateant. Nam, quasi Mundo, ei duas facies dederunt,* Orientis & Occidentis: *quod iam suprà dictum est: alij quatuor, secundùm quatuor partes Mundi. Alij* Clusiuium *dicunt; alij* Patulcium, *quod patendarum portarum habeat potestatem. Idem Iunonius: indè pulchrè Iuno portas aperire dicitur. Idem* Quirinus: *vnde trabeatus, Consulem aperire portas dicunt, eo habitu, quo Quirinus fuit.* QVIRINALI trabeâ.] *Aut regali: aut quâ vsus est Romulus. Horatius:* Trabeati iura Quirini. *Sueton. in libro De generibus vestium, dicit tria esse genera trabearum. vnum dijs consecratum. quod est tantùm de purpurâ: aliud regium, quod est purpureum. & habet tamen album aliquid: tertium augurale, de purpurâ & cocco mixtum.* QVIRINALI *ergò, regali.* CINCTV'QVE Gabino.] *Gabinus cinctus, est toga sic in tergum reiecta, vt vna eius lacinia à tergo reuocata hominem cingat. Hoc autem vestimenti genere veteres Latini, quum nec dum arma haberent, præcinctis togis bellabant. vnde etiam milites in procinctu esse dicuntur. Hoc rursus vtebatur Consul bella indicturus: ideò, quia, cùm Gabij, Campaniæ ciuitas, sacris operaretur, bellum subitò venit: tunc ciues accincti togis suis, ab agris ad bella profecti sunt, & adepti victoriam. Propter quod omen, tali habitu semper vtebantur in bellis. vnde hic ortus est mos.* INSIGNIS, reserat stridentia limina Consul.] *Is qui prior creatus est. Insignem accipe, primo locò creatum: licèt alter similem habeat potestatem.* IPSE vocat pugnas.] *Tria sunt, vt suprà dicimus, militiæ genera: Sacramentum, in quo vnusquisque miles iurat, se non recedere, nisi præcepto Consulis,* A *post completa stipendia, id est, militiæ tempora; scilicet viginti quinque annos: Coniuratio, quæ fit in tumultu, id est, Italico bello & Gallico, quando vicinum vrbis periculum singulos iurare non patitur; vt inter Fabios fuit: Euocatio, quod genus nunc tetigit. nam ad subitum bellum euocabantur. vnde etiam Consul solebat dicere:* Qui vult rempublicam saluam, me sequatur. CONSPIRANT cornua rauco.] *Nam & tubæ simul inflabantur.* FOEDA ministeria.] *cruenta, more suo.* MORANTES.] *Id est, differentes, scilicet bella.* BELLI ferratos rupit Saturnia po- B stes.] *ἀκυρολογίαν fecit, mutando Ennij versum. nam ille ait:* Belli ferratos postes portasque refregit. IMMOBILIS antè.] *Non semper; sed antehac. Potest tamen & tunc immobilis esse à furiâ: nam antè gessit bella; sed iure indicta per feciales, & patrem patratum.* TERGENT.] *Ab eo, quod est Tergeo, terges. fit & tergunt, à Tergo, tergis: quod de vsu penitùs recessit.* ARVINA pingui.] *Secundùm Suetonium de vitijs corporalibus, Aruina est durum pingue, quod est inter cutem & viscus. Alij Aruinæ nomine laridum dicunt.* ADEÒ magnæ.] *valdè magnæ. vt Terentius,* Adolescentem adeò nobilem. ATINA potens.] *Ciuitas hæc est iuxta Pontinas paludes; dicta à morbis, qui Græcè ἄται dicuntur; quos paludis vicinitas creat.* TYBVR'QVE superbum.] *Aut nobile: aut per transitum tetigit illud, quod aliquando, cùm à senatu auxilia poscerent Tyburtes sub commemoratione beneficiorum, hoc tantùm à senatu responsum acceperunt:* Superbi estis. CRVSTVMERI.] *Mutauit: nam Crustumerium dicitur. Cassius Heminâ tradidit, Siculum quendam, nomine vxoris suæ Clitemnestræ, condidisse Clitemnestrum: mox, corrupto nomine, Crustumerium dictum. Alij volunt, à crustulâ panis, quam Troiani, coàcti fame, exedisse dicuntur, appellatam.* C TVRRIGERÆ Antemnæ.] *bene mutata. Antemnæ autem dictæ sunt, quòd amnis eas præterfluit: quasi ante amnem positæ.* SALIGNAS Vmbonum crates.] *Vt dicit Sallustius de Lucanis; qui de vimine facta scuta corijs tegebant.*

COLIT.] *habet morem.* SIVE Getis.] *Lucullus Bessas & Emimontanos omnes vicit; primusque omnium Scythis Romana monstrauit arma.* Getæ, *populi Scythiæ sunt, qui nunc* Tartari *dicuntur. & hoc referri potest ad Augustum. qui Mesos feros & truces, per A Martium, Crassum, & Canidium centurionem, repressit; & Thracas & Sarmatas per Lentulum. hoc igitur ad laudem Augusti. Cæteræ portes orbis terrarum subactæ erant; sequentia ad Augustum pertinent.* ARABIS.] *per Aquilium Gallum.* AD Indos.] *India in ipsâ aurorâ est, id est, in Oriente. In Orientem Augustus duos nepotes misit: Lucium Cæsarem, & Caium Cæsarem. Lucius morbo solutus est; Caius in Syriâ vulnere perijt.* SIGNA.] *Augustus signa, id est, aquilas populi Romani, ablatas cæde Crassi, à Parthis recuperauit. Parthi sponte signa Augusto remiserunt.* SVNT geminæ belli portæ.] *Liuius ait: Ianum, ad infimum Argileium, indicem pacis bellique fecit: apertus, vt in armis esse ciuitatem; clausus, pacatos esse omnes populos significaret. Bis deinde, post Numæ regnum, clausus fuit: semel Tito Mãlio consule, post primum bellum Punicum: iterum id nostræ ætas*

PON. Sabi.

A *stræ atati dij dederunt, post bellum Actiacum, ab Imperatore Cæsare Augusto, pace terrâ mariq; partâ. In templo Iani duæ portæ erant. Lucius Piso scribit in Annalibus; in Ianuali portâ positum Iani signum à Numâ, & ius institutum, vt clausum semper esset; nisi cùm bellum sit. Nigidius ait, Ianum Apollinem esse, & Dianam dici Ianam, appositione D. Et Sol est, qui aperit & claudit diem. eius imaginem cùm exprimunt Phœnices, finxerunt draconem orbiculatum, caudam deuorantem. duodecim ei aræ fuerunt constitutæ, propter 12. menses. Bifrons pingitur. eius templum inter duo fora fuit. captis Phaliscis, vrbe Etruriæ, inuenêre simulachrum Iani, cum quatuor vultibus; & Romam transtulerunt. Traianus Cæsareæ templum inter quatuor fora constituit.* RESERAT.] *aperit.* VOCAT pugnas.] *bellum indicit; statim clamat populus Romanus.* PATER.] *Latinus.* FORDA.] *impia, scelesta.* MORANTES.] *tardantes.* IPSE Quirinali trabeâ.] *Tria sunt genera trabearum; vnum dijs sacratum: alterum regium & ex purpurâ: tertium augurum, ex purpurâ admixto cocco.* QVIRINALI.] *quia Romulus, id est, Quirinus, trabeâ vtebatur. vt apud Ouidium:* Trabeati cura

B Quirini. *Gabinus, est toga, quæ in tergum reijcitur, quâ vtebatur consul, indicturus bellum hostibus: quia Gabij, cùm hostes venirent, & in sacris essent, accincti togas ad bella profecti sunt, & victores fuerunt. Plinius ait: Prætextæ apud Etruscos originem inuenêre. Trabeis vsos accipio reges. Cinctum, ait Pomponius, esse genus vestis: vnde Cethei cinctuti dicti. Varro ait; Cinctus vestis est, à cingendo.* IMMOBILIS anté.] *propter lentam pacem, quæ fuerat sub Latino.* TERGVNT.] *abstergunt.* ARVINA pingui.] *Aruina est illa pinguedo duriuscula, quæ est inter cutem & viscera, id est, carnem.* ATINA potens.] *Atina vrbs est in Campaniâ, iuxta Pontinas paludes, in excelso colle posita, post Fabateriam, versus Itrum, circumdata montibus asperis. Tarracina eam habet à sinistris, inter montes, qui imminent Cecubis campis, vbi Fundi sunt.* CRVSTVMERIQVE.] *Crustumerium oppidum in antiquo Latio, prope Antemnas.* Antemnæ *dictæ sunt, quòd sint ante amnem positæ, qui influit in Tyberim: quod oppidum in bello malè acceptum consenuit, inquit Varro. Colonia fuit Siculorum; ideò vetustissima est. Silius ait: Antemnæq; prisco Crustumerio prior.*

C *Primæ vrbes, quæ post raptum virginum decreuêre inferre bellum Romanis, fuêre; Cecinnâ, Crustumeri, Antemnæ. pòst Romulus Cecinnensibus & Antemnatibus peperit, & colonias Roman. eorum vrbes esse voluit. Crustumeri, Albanorum colonia fuit, ante vrbê Romam: postquam expugnauit eam Romulus, coloniam Romanorũ fecit; vt scribit Dionysius.* TEGMINA.] *galeas.* SALIGNAS.] *è salice.*

VAR. Lect. HIRCANISVE, Arabisve parant.] *In Mediceo lib. & plerisq; alijs, per copulatiuã* que *scriptum est,* Hircanisq;, Arabisq;. CINCTVQVE Gabina.] *In plerisque libris antiquis inemendatè legitur,* Sabino. LVCIDA tergunt.] *In nonnullis libris antiquis,* Tergent *legitur.*

CIEL. Rhod. *Maiorem igitur consulem dici solitum enotauimus, penes quem fasces forent. Hi verò in antecessum seniori contribuebantur: vt Plutarchus, & Maximus quoq; Valerius, prodidêre. Lex tamen Iulia, priori ex consulibus fasces sumendi potestatem faciebat, cui plures forent liberi. Nam & in candidatis liberorũ præpolluisse numerũ, Tacitus scribit Cornelius. Quòd si par numerus fuisset, vtriq; tùm præferebatur maritus. quòd si in eo quoq; inuenirêtur compares, annorum vtiq;, vt legis eiusdem, ratio inibatur. Solitos tamen audio, qui lege potiores essent, mensis primi fasces collegis concedere natu grandioribus aut nobilioribus; vel si alterum inirent consulatum. aut certè consule erat maior, qui priore loco renuntiatus esset: nam & Liuius, ab Vrbe cond.* XXIX. *lib. Scipionem priorem consulem à centurijs omnibus dictum scribit. Et Cic. in Pisonem: Me cuncta Italia, me omnes ordines, me vniuersa ciuitas, non priùs tabulâ, quàm voce, priorem consulem declarauit. Quem verò nunc maiorem, nunc priorem nuncupauit consulem. Vergilius etiam insignem dixit, vt qui nullius sit doctrinæ inscius, & vetustatis vsq; ad anxietatem obseruator:*

Ipse Quirinali trabeâ, cinctuq; Gabino
Insignis, reserat stridentia limina consul.

DON. NVNC maxima rerum Roma colit.] *Laudis adiunxit augmentum; quum in vrbe quoq;, rerum omnium dominâ, consentiente, sacer religiosusq; susceptus habebatur. Incipit dicere, qui sit ipse mos, vel quibúsnam sit temporibus necessarius.* CVM prima mouent in prælia Martê, Siue Getis inferre manu lachrymabile bellũ, Hircanisve Arabisve parant, seu têdere ad Indos, Auroramq; sequi, Parthosq; reposcere signa.] *Quum, inquit, parantur gentibus bella. & dixit, quæ essent ipsæ gentes, & sub quibus cæli partibus morarentur; dixit & quando exsistat ipse mos; subiungit etiam moris ipsius ritum.* SVNT geminæ belli portæ (sic nomine dicunt)] *Duæ, inquit, portæ sunt: ac quia belli têpore tantummodò reserantur, appellatæ sunt belli portæ.* RELLIGIONE sacræ, & sęui formidine Martis.] *cum omni religione habentur, propter Martium numen.* CENTVM ærei claudunt vectes.] *Dedit claustris ipsis maiorem vim, à numero & qualitate materiæ.* ÆTERNAQVE ferri Robora.] *Crescit rei ipsius argumêtum. Aereos vectes dicit, etiã roboribus ferreis portas ipsas clausas atq; firmatas.* NEC custos absistit limine Ianus.] *Omnibus his claustrorum firmamentis additus non deest Ianus, qui geminâ fronte circumspiciens omnia, non patitur furoris & scelerum Ianuas temerè reserari.* HAS, vbi certa sedes patribꝰ sententia pugnę.] *Vbi patribus vno consensu bellum geri placuerat, & omnium fuerat fixa sentêtia.* IPSE Quirinali trabeâ cinctuq; Gabino Insignis, reserat stridêtia limina consul.] *cultu Romuleæ vestis, & Gabini cinctu insignis consul, harum portarum reserat fores.* Stridêtia limina *posuit, vt in ipsâ quoq; patefactione valuarum, magnus stridoris terror emissus, terreat audientes.* IPSE vocat pugnas.] *Idè ipse consul voce suâ vocat pugnas: hoc est, dat iuuenibus pugnandi potestatem.* SEQVITVR quem cætera pubes.] *Cùm ille permiserit, sequitur multitudo omnis, & consensum cõmodat imperatis omnibus: & sic iuuentus, acceptâ potestate pugnandi, confidêter quærunt bella. sequitur:* ÆREAQVE assensu cõspirant cornua rauco.] *cõtinuò & cantus bellici æreis cornibus emittuntur.* HOC & tùm Æneadis indicere bella Latinus More iubebatur, tristesque recludere portas.] *Secundùm igitur veterê morem conueniebant Latinum, & vehementer vrgebant, aperire portas belli, & ijs bellum indicere, quos in amicitiam & affinitatem religionis, secutus deorum & patris responsa, susceperat. Ergo mos fuit, vt ipse portas aperiret; sed si pugnandum esset contra inimicos & longè positos, (vt suprà dictum est, cùm de ipso more disputaret) vel si bellum geri patribus placuisset. Cæterùm isti inuitis numinibus, sinè tractatu maiorum, & firmatâ pace, fiebant rei admissi sacrilegij.* ABSTINVIT tactu pater.] *Licèt illi furore possessi, præcipites fuerint in perniciem suam, & aduersa cuperent: Latinus tamen, qui esset publicus pater, apud quê religio generi fuit, & commodum filiæ, nolebat funestas fores luctuosasq; contingere.* AVERSVSQVE refugit Fœda ministeria, & cæcis se condidit vmbris.] *Nolês se officijs tristibus maculare, discessit in tenebrosa loca, auersus à conspectu generorũ; ne cerneretur ab aliquo, aut ipse videret illicita geri, & ea quæ iudicio religioso damnauerat.* TVM regina deûm cœlo delapsa, morâtes Impulit ipsa manu portas, & cardine verso, Belli ferratas rupit Saturnia postes.] *Fecit Iuno, quod nõ conueniebat deam, vt, relictis cæli partib. veniret ad terras, & pãderet scelerib. viã, atq; in bello perituros vrgeret. Fecit tamê, vt vera & pertinax inimica: verebatur enim, ne mora patefaciendarũ portarũ, furorê paratæ iuuêtutis, aut consenescere faceret, aut penitùs remoueri. Animus quippe vulgi, vt repentinis moti-*

bus ex-

bus excitatur, ita maturè languescit, & interueniente torpore consumitur. Ergo quod Latino displicuit, & refugit ne faceret, fecit dea, & manu suâ impulit portas, quibus fiebat mora. Vt autem huius sæuientis ardorem euidentiùs poëta monstraret, non solùm hanc dixit portas aperuisse, sed euertisse postes ipsos à cardine, hoc est, ab eo loco, in quo nexibus idoneis tenebantur: quasi demum patentibus portis aliquod impedimentum potuissent postes afferre, si locis suis fortè mansissent. In euersione postium animus inimicæ considerandus est; quæ sic belli reserauerat cum ipsis postibus portas, vt vulsis ipsis, qui firmaméta præstabant, iterum claudi non possent, & nunquam desineret bellum. Quanta autem vis Iunonis sit, in facto ipso expressè & euidéter ostensum est: nam quas centum ærei clauserant vectes, quas æterna ferri firmauerant robora, ipsa vnius manus impulsu innitens, non corporis virtute, sed numine, ipsum quoq; bifrontem custodem autoritate maioris potestatis exsuperans, & patefecit portas, & earum postes subuertit. Patefactio portarum quid præstiterit, studio Iunonis, incipit enumerari. ARDET inexcita Ausonia, atque immobilis ante.] *Bene poëta memor fuit. suprà enim dixit:* Rex arua Latinus & vrbes Iam senior longâ placidas in pace regebat. *Ergo nunquã excitata in bellũ Ausonia, & semper otio pacis immobilis, ardebat tunc furore bellandi. Sunt qui asserant, hoc loco cõtraria scripsisse Vergilium: vt cùm ipse dixerit, sub Latino lõgam pacẽ fuisse, proindeq; Ausoniam bella nescisse: ipse rursum, in descriptione vestibuli domus eius, ostẽdit multa ex hostibus capta; currus scilicet, secures, & cætera. Hoc non dicerẽt, si poëtæ verba singula considerarẽt, vel certè tempora, aut per quos capta sint: nam & ipsum Latinũ possumus intelligere aliquando pugnâsse, & post labores bellicos longam pacẽ habuisse, & captiuorum armorum ac triumphorum ostentationem, constitutam in vestibulo domus, ad Latini maiores, nõ ad ipsum Latinũ pertinuisse. Deniq; longa illic memoria descripta est in vetustate: imaginẽ & Pici, nõ Latini nomen, regia illa retinebat. sic positũ est:* Tectũ augustum, ingens, centum sublime columnis, Vrbe fuit summâ, Laurẽtis regia Pici: Quinetiam veterum effigies ex ordine auorum Antiqua ex cedro; Italusq;, paterq; Sabinus Vitisator, curuã seruans sub imagine falcẽ: Saturnusq; senex, Ianiq; bifrontis imago. &, Aliiq; ab origine reges, Martia qui ob patriã pugnãdo vulnera passi. &, Picus equũm domitor. *Quæ res, p maiores Latini feliciter gestæ, procurare potuerunt.* ARDET inexcita Ausonia, atq; immobilis antè.] *Ecce, quantũ potuit factio Iunonis? sic ardebat in bellũ omnis Ausonia, vt nulla pars eius remãsisset immunis; & sic ducebatur ardore bellãdi, vt hanc nec seuocaret à periculis desuetudo. Subiungit* A *species ipsæ incensarũ mentiũ.* PARS, *inquit,* pedes ire parat campis, pars arduus altis Puluerulẽtus equis furit.] *Alij pedestri arte certaturi; alij equis sublimes, petebant campũ. omnes arma requirũt; nullus fuit, qui arma non quæreret. Inquisitio armorũ, ostendebat maiorẽ certandi cupiditatẽ. Nullus enim quærit armari, nisi qui desiderio dimicationis impellitur. Dicẽdo,* Requirũt omnes arma, *confirmat poëta, longũ interuentum pacis, habendorũ armorum curam corrupisse. quis enim habenda per otium diceret, quæ essent turbatis tẽporibus necessaria?* PARS læues clypeos, & spicula lucida tergẽt.] *Erant tamen nonnulli, qui haberent scuta, & spicula, olim pace currẽte, nec collecta, aut polita. Hæc tamen tergebãt, vt splendorẽ reciperẽt; quo modo fulgor armorũ plerumũ hostibus terroris importat.* ARVINA, *inquit,* pingui.] B *Vt doceret, quã specie fiat mundius ferrum.* SVBIGVNTQVE in cote secures.] *Et quod fiebat, expressit; & quemadmodum fieret. subigentis enim more acuitur species, multo ferro perfecta.* SIGNA'QVE ferre iuuat, sonitusq; audire tubarũ.] *In desiderium venerat, quicquid cõstabat omnibus esse contrarium: tanta enim vis insaniæ fuit, vt aduersa pro cõmodis optarentur.* QVINQVE adeò magnę positis incudibus vrbes Tela nouant] *Tantus bellãdi amor incesserat, vt plurimæ vrbes & magnæ, positis incudibus nouãdis telis, quo modo vetera esse desierant, operam darent. Numerum & magnitudinem ciuitatum expressit. Cùm verò de incudibus loqueretur, modũ tacuit; vt infinita esset æstimatio, ac maioris ponderis fieret, quod dicebat; tantumq; telorum fieri crederetur, quantũ exigebat tot populorũ cõfluens multitudo. Subiungit ipsarum vrbium nomina, cũ virtute ac potentiã fuisse, quasi humiles, non tantùm parare viderentur, quantum fugientibus cateruis fuerat necessarium.* ATINA potẽs, Tyburq; superbum, Ardea, Crustumeriq;, & turrigeræ Antemnæ.] *Hæc fuerunt nomina ciuitatum.*

SER. THORACAS ahenos.] *Quia apud maiores loricæ pectora tantùm tegebant. Statius:* Triplici seruãtur pectora ferro. *Pectora: nam tergo nullus metus.* LENTO ducunt argẽto.] *flexili argẽto ducunt, id est, extendũt. est aũt & spondaicus, & reciprocus versus.* CLASSICA iamq; sonãt.] *Bene posuit amphibologiam. nam classicũ dicimus, & tubam ipsam, & sonũ. Classicum autẽ, est flexilis tuba.* IT belli tessera signũ.] *Symbolum bellicum, quod ad pugnam exeuntibus datur; scilicet propter confusionẽ euitandam. Græcè dicitur σύνθημα; vt fuit in bello Marij, Lar Deus; in Syllæ, Apollo Delphicus; in Cæsaris, Venus genitrix.* TREPIDVS.] *festinus: more suo.* LORICAM induitur.] *Dicimus, & Induor illã re, & illam rem.* HELICONA deæ.] *Parnassus, mõs Thessaliæ, diuiditur in Cytheronẽ Liberi, & Heliconẽ Apollinis, cuius sunt Musæ. Est* C *aũt Homeri versus: ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι. ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε, πάρεστέ τε, ἴστε τε πάντα· ἡμεῖς δὲ κλέος οἶον ἀκούομεν, οὐδέ τι ἴδμεν, οἵ τινες ἡγεμόνες Δαναῶν καὶ κοίρανοι ἦσαν.* MOVETE.] *legitur &* Monete. QVIBVS arserit armis.] *Aut splẽduerit, aut amore flagrauerit.* PRIMVS init bellũ.] *Non mirũ, si & contemptor diuûm, & sacrilegus Mezentius, cõtra piam gentem primus arma corripuit. Et sciẽda est Poëtæ affectatio: (nam* ἀμβλυσίαν *nefas dicere) hîc aliquos cõmemorat, quos in bello non inuenis: & in sequentibus aliquos inuenimus, quos hîc omnino non posuit.* TYRRHENIS asper ab oris.] *oriundus Thuscus; non qui tunc de Thusciã venit, quem antea pulsum à ciuibus constat.* AGMINA'QVE arma.] *Aut eorum, qui eum secuti fuerant, sicut eius filium. nec enim credibile*

Vmbonum crates: alij thoracas ahenos,
Aut læueis ocreas lento ducunt argento.
Vomeris huc & falcis honos; huc, omnis aratri
Cessit amor; recoquunt patrios fornacibus enses.
Classica iamq; sonant: it bello tessera signum.
Hic galeam tectis trepidus rapit; ille frementeis
Ad iuga coquit equos; clypeumq; auroq; trilicem
Loricam induitur, fidoq; accingitur ense.
Pandite nunc Helicona deæ, cantusq; mouete:
Qui bello exciti reges; quæ quemq; secutæ
Complerint campos acies; quibus Itala iam tùm
Floruerit terra alma viris; quibus arserit armis.
Et meministis enim diuæ, & memorare potestis:
Ad nos vix tenuis famæ perlabitur aura.
Primus init bellum, Tyrrhenis asper ab oris,
Contemptor diuûm Mezentius, agminaq; armat.
Filius huic iuxtà Lausus: quo pulchrior alter
Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.
Lausus equûm domitor, debellatorq; ferarum,
Ducit Agillinâ nequicquam ex vrbe secutos
Mille viros; dignus patrijs qui lætior esset
Imperijs, & cui pater haud Mezentius esset.
Post hos insignem palmâ per gramina currum,
Victoresq; ostẽtat equos, satus Hercule pulchro,
Pulcher Auentinus; clypeoq; insigne paternum,
Centũ angues, cinctãq; gerit serpentibus hydrã.
Collis Auentini syluâ, quem Rhea sacerdos
Furtiuum partu sub luminis edita auras,

Mista deo mulier postquam Laurentia victor,
Geryone extincto, Tirynthius attigit arua:

A *dibile est, solum fugisse, nam & Statius dicit;* Vel quos mouet exul, & hęsit Tristibus apta fides. *aut certè eorum, quos Turnus ei antè dederat: vt Adrastus Polynici in Stat. qui ait:* Ne parua mouens inglorius arma Iret. AGILLINA ex vrbe.] *Ex Cerete oppido.* NEQVICQVAM.] *Quia in prælio perijt, nec paternum recepit imperium.* PATRIIS qui lætior esset Imperijs.] *Dignus, qui haberet imperatorem potiùs quàm exulem patrem.* PVLCHRO.] *forti: vt diximus suprà.* PVLCHER Auentinus.] *Auētinus mons vrbis Romæ est; quem constat ab auibus esse nominatum: quæ de Tiberi ascendentes, illîc sedebant: vt in Octauo legimus,* Dirarum nidis domus oppórtuna volucrum. *Quidam etiam rex Aboriginum, Auentinus nomine, illîc & occisus, & sepultus est: sicut etiam Albanorum rex Auentinus, cui successit Procas. Varro tamen dicit de gente populi Romani, Sabinus à Romulo susceptos istum accepisse montem; quem ab Auente fluuio prouinciæ suæ appellauerunt Auentinum. constat ergo, varias opiniones postea secutas. Nam à principio Auentinus dictus est, ab auibus: vel à rege Aboriginum. vnde hunc Herculis filium con-*
B *stat nomen à monte accepisse; non ei præstitisse.* INSIGNE paternum.] *Absolutè dixit.* CENTVM angues.] *Secundùm Simonidem, vt diximus suprà. nam alij dicunt nouem fuisse: cùm centum angues, & quinquaginta fuerint serpentes, vti dictum est: vt,* Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra. *soluitur magnitudine clypei: per id quod erat, ostendit non ideò pictū: quia sublata capita interim crescebant.* COLLIS Auentini syluâ.] *In syluâ collis Auentini. & dicendo, Auentini, ostendit iam antea ita esse nominatum.* RHEA sacerdos.] *Alludit ad nomen matris Romuli, quæ dicta est Ilia, Rhea, Syluia.* FVRTIVVM.] *Illicitè conceptum; quippe à sacerdote. sic ait alibi:* & dulcia furta. MISTA deo.] *μιγεῖσα θεῷ, Græcè dixit.* MVLIER.] *compendiosè mortalem dixit: consequens namque fuerat, vt diceret, Mista deo mortalis.* LAVRENTIA arua.] *Laurentum ciuitas plurimum potuit: nam omnia vicina loca, eius imperio subiacuerunt. vnde nunc ait,* Arua laurentia: *cùm iuxta Tyberim eius armenta Hercules pauerit. Sed secundùm antiquum situm, ante Albam & Romam, Tyberis Laurētini fuit territorij.* GERYONE.] *Geryones rex fuit Hispaniæ: qui ideò trimembris fingitur, quia tribus insulis præfuit: quæ adiacent Hispaniæ; Balearicæ mino-*
C *ri, & maiori, & Ebusæ. Fingitur etiā bicipitē canē habuisse: quia & terrestri, & nauali certamine, plurimū potuit. Hunc Hercules vicit, qui ideò fingitur ad eum ollâ æreâ transuectus; quòd habuit nauem fortem, & ære munitam Hunc Geryonem alij Tartessiorum regem dicunt fuisse, & habuisse armenta pulcherrima; quæ Hercules, occiso eo, abduxit: de cuius sanguine dicitur arbor nata, quæ vergiliarum tempore, poma in modum cerasi, sinè ossibus, ferat. Sanè sciendum, declinari, hic Geryones, huius Geryonæ. vnde est,* Tergemini nece Geryonæ. *vt Anchises, Anchisæ. Vnde vsurpauit Sallust. Geryonis dicēs. Veniens autem Hercules de Hispaniâ per Campaniam. in quadam campaniæ ciuitate, pompam triumphi sui exhibuit. vnde Pompeij dicitur ciuitas. Postea iuxta Baias caulam bobus fecit, & eam sepsit: qui locus Boaulia dictus, hodieq; Boaule dicitur.* TIRYNTHIVS.] *A` Tirynthe, ciuitate Argis vicinâ, vbi nutritus est Hercules.*

POM. Lahi. VMBONVM crates.] *tegebant corio crates antiqui, & faciebant scuta.* THORACAS.] *Thorax, tegmen est pectoris.* AVT læueis ocreas.] *Antiqui ocreas faciebant ex corio, & obducebant argento. Ocreæ, sunt tegmina crurum. sive nunc intelligit ocreas ferreas, ornatas argento.* VOMERIS huc.] *Bene Ouid.* Vertunt in pila ligones. *ex instrumentis agricolarum fiebant pila & arma.* RECOQVVNT fornacibus.] *quia priùs fuerant arma.* IT bello tessera signū.] *Tessera signum est, quod habent milites inter se, vt dignoscantur: vel nomine, vel aliquo signo.* TRILICEM auratam.]

id est, tribus licijs distinctam. PANDITE.] *Inuocatio ad Musas.* MEZENTIVS.] *rex Ethruscorum.* DVCIT Agillina.] *Agilla vrbs est, quàm condidére Pelasgi; quæ postea Cære dicta est. Cùm Tyrrheni vrbem oppugnarent, ex eis vnus interrogauit, quod esset vrbi nomen? respondisse fertur Thessalus quidam è Pelasgis, χαῖρε: quod omen vocabulo vrbis fuit: nam eâ captâ, Tyrrheni Cære appellauerunt.* AVENTINVS.] *mons vrbis, qui imminet Tyberi: dictus aut ab rege Auentino, ibi sepulto: aut, vt Næuius ait, ab auibus; quòd eò se à Tyberi ferrent aues: aut ab aduentu hominum; quòd commune ibi Latinorum Dianæ templum erat. Varro putat ab aduehendo: nam mons olim à reliquis paludibus disclusus erat: & eò ex vrbe ratibus aduehebantur. & alibi Varro ait Sabinos, ab eorum fluuiolo Auente, hunc montem dixisse Auentinum. Poëta nunc fingit, Herculis filium dictum Auentinum, genitum è Rheâ nymphâ, eo tempore, quo ipse Hercules victor ex Hispaniâ cum armento Geryonis redibat. Is regnauit in Erythrâ, insulâ Oceani Hispani, de quo diximus. Fortè poëta ad Romulum alludit, qui ex Rheâ Syluiâ natus est, in luco Martis: qui erat in Albano agro, prope Tyberim* TIRYNTHIVS.] *à Tyrintho oppido, prope Thebas, vbi regnauit Amphitryo.*

COMPLERINT campos acies.] *In antiquis plerisq; libris,* Complerunt *legitur. Alibi* Compulerint. QVIBVS Itala tantum Floruerit terra alma viris.] *In antiquis exēplaribus legere est,* Quibus itala iā tùm Floruerit. FILIVS huic iuxtà Lausus.] *Libri aliquot antiq. legunt,* Filius huic fuerat Lausus. *Alij,* Filius hunc Lausus iuxta. *Alij,* Huc iuxtà. SATVR Hercule pulchro Pulcher Auentinus.] *Sunt libri, in quibus* Hercule forti *legatur. Est &,* Ostendit equos, *in aliquot antiquis.* SVB luminis edidit auras.] *Antiqui plerique libri legunt,* Oras, non Auras. *Quanquam alia exemplaria nō desunt, in quibus,* ad sublimes edidit auras, *legere est. Sed enim,* Sub luminis edidit oras, *magis omnino placet.* COLLIS Auentini syluâ.] *In libris aliquot antiquis,* In syluis *legitur.* VAR. Lect.

Allusum autem puto, ad Græcum verbum μίγνυσθαι, quod misceri signat, id est, coire; etiam apud Paulum Æginetam lib. 1. Vnde Vergilius: CAEL. Rhod.

Mixta deo mulier.

Id & apud Homerum vel frequentissimum.

TEGMINA tuta cauant capitum, flectuntq; salignas Vmbonum crates: alij thoracas ahenos, Aut leues ocreas lento ducunt argento. Vomeris huc & falcis honos; huc omnis aratri Cessit amor.] *Faciebant, inquit, alij Galeas; scutaq; formabant: alij humeris parabant munimenta.* VOMERIS huc & falcis honos.] *vt curandis præparata fructibus, & cunctorum saluti profutura, in eas illi species mutarent, quæ adimerent vitam. Ecce quanta confusio, & quantus in omnibus error: quantaq; laus Æneæ atque Troianorum. Omne ferrum vertebatur in gladios: & parum fuit, quidquid inæstimabilis fortitudo distabat. Sic omnia culturarum subsidia consumebantur; vt præsagio quodam omnium iam monstraretur interitus, & appareret, eos ad aruorum exercitium nunquam esse redituros.* RECOQVVNT patrios fornacibus enses.] *Patrios, inquit, non suos: tantâ enim pace vsi videbantur; vt armorum strepitus, & tubarum clangor, omnibus esset incognitus.* CLASSICA iámque sonant: it bello tessera signum.] *Tessera dicitur nuntius, gerendum significans bellum.* HIC galeam tectis trepidus rapit: ille trementes Ad iuga cogit equos, clypeumq;, auroq; trilicem Loricam induitur, fidoq; accingitur ense.] *Post classicorum sonum, postq; nuntium tesseræ, maior animorum feruor exstiterat. Denique alter galeam rapuit, non immunis à trepidatione. nam qui solam galeam rapuit, proculdubio amens fuit: cùm non caput solùm sed membra omnia tegere debuisset. Alter equos cogebat ad cur-* DON.

Et rum.spe

Digitized by Google

rum. species est ista militiæ, vt curru pugnarent: quod ipsum multis locis expressum est. Alius sumebat scutum: induebatur loricâ alius, & gladio cingebatur. Accingitur, dixit, munitur, in singulis. multos intelligere debemus, aut omnes hoc fecisse. PANDITE nunc Helicona deæ, cantusq; mouete: Qui bello exciti reges; quæ quemque secutæ Complerint campos acies; quibus Itala iam tùm Floruerit terra alma viris; quibus arserit armis. Et meministis. enim diuæ, & memorare potestis. Ad nos vix tenuis famæ perlabitur aura.] *R latarus antiquitatis memoriam, inuocat Musas, vt hæc comprehenderent; nec habere culpam in eo videretur: vtpote qui esset confessus, ignorare se multa; alia verò leui ac tenui & incertâ relatione didicisse. Meritò ergo inuocat Musas: quoniam his occultum esse non potuit, quidquid temporis diuturnitas texerat. In ipsâ inuocatione, & complexione propriæ petitionis, posuit ea, quæ fuerat secuturus.* Qui, inquit. bello exciti reges: *hoc est, qui, quanti, vel quales.* QVÆ quemque secutę Complerint campos acies.] *ostendit, inæstimabilem multitudinem conuenisse cum regibus.* QVIBVS Itala iá tùm, floruerit terra alma viris.] *vsq; in illud scilicet tempus, quo partium congressio parabatur. Vult ostendere, bona longæ pacis nutrîsse egregios viros: belli autem rabiem perdidisse. Idcirco subiunxit,* QVIBVS arserit armis. Et meministis enim diuæ, & memorare potestis: Ad nos vix tenuis famæ perlabitur aura.] *Dixit causas deprecationis suæ. idcirco ait: Hæc quæro, quia vetera solæ potestis nôsse, ac solæ narrare. ad homines quippe vix aliquæ gestorum partes, leui relatione perueniunt. Catalogus iste, huic interpretationum libro, non fuerat inserendus. Nihil enim habet, quod artificiosè posset exponi: est quippe nominibus hominum, gentium fluuiorum, deorum, terrarum, montium, herbarum, prouinciarum, ac fontium, plenus & refertus. Tamen, ne quid libro decerpi videatur, dicemus aliqua eius vno libro; qui tertiusdecimus erit; cum totius operis complexione dicturi: vt historiæ per duodecim libros sparsæ, & cætera, quæ supradicta non sunt, possint euidenter apparere.* PRIMVS init bellum Tyrrhenis asper ab oris Contemptor diuûm Mezentius.] *Ideò primus, quia asper: ideò primus, quia contemptor deorum; illorum scilicet, quibus authoribus Aeneas ad Italiam venit, & ei Lauiniæ coniugium fuerat destinatum.* AGMINA'QVE armat: Filius huic iuxtà Lausus.] *Imitatus studium patris, etiam Lausus agmina ducebant ad bellum. Quum non dicit, quanta; plura voluit sentiri, quàm fuerant.* QVO pulchrior alter non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.] *In comparatione pulchri corporis vnum prætulit Lauso: postposuit autem omnes Italos.* A LAVSVS equûm domitor, debellatorque ferarum.] *In pulchro corpore non facilè potest reperiri fortitudo: quæ quia fuit in Lauso, laudatur. nam equitandi studium, & venandi, illic esse conuenit, vbi fuerit virtus. At in Lauso maior: quia equos feros domare, & aptos humanis vsibus efficere consueuerat.* DVCIT Agillinâ nequicquam ex vrbe secutos Mille viros.] *Ideò nequicquam; quia non erant euasuri.* DIGNVS patrijs qui lætior esset Imperijs, & cui pater haud Mezentius esset.] Dignus, *bis accipiendum est: dignus, qui teneret patris imperium; & dignus, qui non diceretur Mezentio patre progenitus. Mezentinus quippe à suis eiectus est, propter crudelitatem inauditam; & profanus fuit: Lausus verò naturæ mitioris, & religiosus, & fortis.* POST hos.] *Id est, post Mezentium & Lausum.* INSIGNEM palmâ per gramina currum, Victoresque ostentat equos, satus Hercule pulchro Pulcher Auentinus; clypeoque, insigne paternum Centum angues, cinctamq; gerit serpentibus hydram.] *Venit, inquit, etiam Auentinus ad bellum. hic filius Herculis fuit. vehebatur curru cum signo palmæ; more scilicet triumphantis, gestans clypeum cum hydræ serpenti-* B *bus: vt hoc genere demonstraret gloriam patris, qui eam contriuerat, tot capitibus venenatis armatam.* COLLIS Auentini syluâ, quem Rhea sacerdos Furtiuum partu sub luminis edidit auras, Mixta deo mulier: postquam Laurentia victor, Geryone extincto, Tirynthius attigit arua, Tyrrhenoque boues in flumine lauit Iberas.] *Auentinus quidem, gloriæ causâ, hydram gestabat in clypeo: vt hoc signo filium se Herculis demonstraret. sed ludibrium matris hoc genere prodebatur: nam hanc, Rheæ sacerdotium præferentem, stupro Hercules in Auentino monte appetijt. Vnde Auentini tenuit nomen, qui furto conceptus ac furto editus, atque nutritus, relatione didicerat matris, quo esset authore susceptus. Testatur autem signum: vt appareat tempus, quo admissum est crimen. Tunc, inquit, quando Geryone extincto, per Auentinum Hercules iter fecit, & boues à flumine Ibero perductas Tyrrhenis vndis abluit. Tali genere laudis Sallustius plenus est. nam & ipse multos collaudat, ac deprimit adiectâ vituperatione.*

AD nos vix tenuis.] *si quid nobis parùm cognitum innuere volemus; congruet illud:* Ad nos vix tenuis famæ prolabitur aura. *Est poëtæ, inuocantis deas; vt res parùm cognitas suggerant scribenti.* C ADR. Bu.

SER. TYRRHENO'QVE boues in flumine lauit Iberas.] *Admiratio, locorum longinquitate.* PILA manu.] *Pilum propriè est hasta Romana: vt gessa Gallorum; sarissæ Macedonum.* DOLONES.] *Dolo est, aut flagellum, intra cuius virgam latet pugio: aut secundum Varronem, ingens contus, cum ferro breuissimo. Dolones autem à fallendo dicti sunt, quòd decipiant ferro; cùm speciem præferant ligni. Et multi volunt, per Teretes mucrones, dolones dici: per Veru Sabellum, pila significari.* IPSE pedes.] *Ad genus respicit. nam & Hercules semper pedes incessit, cùm equos habuerit nobilissimos.* TORQVENS.] *sustinens: vt,* Axem humero torquet. HORRIDVS.] *tremendus; non reuerâ horribilis.* TYBVRTIA mænia linquunt.] *De Græciâ tres fratres venerunt ad Italiam: Catillus, Coras, Tyburtus. hi simul omnes fecêre vnam ciuitatem; & eam, de fratris maioris nomine, Tybur appellauerunt: licet & alias fecerint singuli. Nunc ergo dicit, duos ad bella venisse, dimisso in ciuitate ad custodiam Tyburte, vel Tyburto.* CATILLVS.] *Vnde mons Catilli, quem Castelli dicunt, per corruptionem, iuxta Tybur.* CORAS.] *A' cuius nomine est ciuitas in Italiâ.* DESCENDVNT CEtauri.] *Ex hac comparatione, equites eos fuisse intelligimus. quod tamen dicturus est postea.*

Tyrrhenoq; boues in flumine lauit Iberas.
Pila manu, sæuosq; gerunt in bella dolones;
Et teriti pugnaut mucrone, veruq; Sabello.
Ipse pedes tegmen torquens immane leonis,
Terribili impexum serâ, cum dentibus albis
Indutus capiti; sic regia tecta subibat,
Horridus, Herculeoq; humeros innexus amictu.
Tùm gemini fratres Tyburtia mœnia linquunt,
Fratris Tyburti dictam cognomine gentem;
Catillusq;, acerq; Coras, Argiua iuuentus:
Et primam ante aciem densa inter tela feruntur;
Ceu duo nubigenæ, cùm vertice montis ab alto
Descēdunt Centauri, Homolen, Othrynq; niualē
Linquentes: cursu rapido, dat euntibus ingens
Sylua locum, & magno cedunt virgulta fragore.
Nec Prenestinæ fundator defuit vrbis,
Vulcano genitum pecora inter agrestia regem,
Inuentumq; focis, omnis quem credidit ætas,
Cæculus. hunc legio latè comitatur agrestis:
Quiq; altum Preneste viri, quiq; arua Gabinæ
Iunonis, gelidumq; Anienem, & roscida riuis
Hernica saxa colunt: quos diues Anagnia pascit,

Nec

A Nec non celeresque Latini, Et cum fratre coras, & virginis ala Camillæ. HOMOLEN Othrynq; niualem.] montes Thessaliæ. INGENS Sylua locum, & magno cedunt virgulta fragore.] Quum vtiq; cedit sylua, cedunt virgulta. à minore autem ad maius venire debuerat. NEC Prenestinæ fundator defuit vrbis.] De ciuitatibus totius orbis, multi quidem ex parte scripserunt; ad plenum tamen, Ptolomæus Græcè, Latinè Plinius. de Italicis etiam vrbibus Higynus plenissimè scripsit, & Cato in Originibus. Apud omnes tamen, si diligenter aduertas, de authoribus conditarum vrbium, dissensio inuenitur: adeò vt ne vrbis quidem Romæ origo diligenter possit agnosci. nam Sallustius dicit: Vrbem Romam, sicuti ego accepi, condidêre atque habuêre initio Troiani, & cum his Aborigines. Alij dicunt ab Euandro: secundùm quos Vergilius: Tunc rex Euandrus, Romanæ conditor arcis. Alij à Romulo: vt, En huius, nate, auspicijs illa inclyta Roma. Si igitur tantæ ciuitatis certa ratio non apparet: non mirum, si in aliarum opinione dubitatur. Vnde nec historicos, nec commentatores variè dicentes, imperitiæ condemnare debemus. nam antiquitas creauit errorem: & plerique confundunt; pleriq; augêt, & ad se transferunt nomina. Quam

B rem etiam non paruum errorem afferre, manifestum est. vt ecce, Laurentum à Pico factum est: vt, Laurentis regia Pici. item à Lauinio, Latini fratre, est Lauinium dictum. item à Latino, Laurentum. item à Lauiniâ, Laurolauinium. NEC Prenestinæ fundator defuit vrbis.] Preneste locus est, haud longè ab vrbe, dictus ἀπὸ τῶν πρίνων, id est, ab arboribus ilicibus, quæ illîc abundant. Ibi erant pontifices, & dij indigetes; sicut etiam Romæ. Erant etiam illîc duo fratres, qui Diui appellabantur. horum soror dum ad focum sederet, desiliens scintilla eius vterum percussit: vnde dicitur concepisse. postea enixa puerum, iuxta templum Iouis abiecit: quem virgines, aquatum euntes, iuxta ignem inuentum sustulerunt; qui à fonte haud longè erat. vnde Vulcani dictus est filius. Cæculus autem ideò, quia minoribus oculis fuit: quam rem efficit frequenter fumus. Hic postea, collectâ multitudine, postquam diu latrocinatus est, Prenestinam ciuitatem in montibus condidit: & quum ad ludos, vicinos populos inuitâsset, cœpit eos hortari, vt secum habitarent; & pro gloriâ iactare se filium Vulcani. Quod quum illi non crederent: inuocato Vulcano, vt filium eum comprobaret, omnis illius multitudinis cœtus flammâ est circumdatus. quo facto commoti, omnes simul habitaue-

C runt; & Vulcani filium esse crediderunt. Hinc est, Omnis quem credidit ætas: quasi post dubitationem; & quia sinè dubio ætas varia in spectaculis fuit. ALTVM Preneste.] Cato dicit; quia is locus in montibus præstet, Preneste oppido nomen dedit. Ergo altum: quia in montibus locatum. Dicimus autem, & hoc Preneste: vt, Quiq; altum Preneste viri. & hæc Prenestis: vnde est, Quum primam aciem Preneste sub ipsâ Straui. QVI'QVE arua Gabinæ Iunonis.] Gabij diu in agris morati, tandem Gabios condiderunt. vnde peritè Arua dixit; non mœnia. Sanè illîc Iuno religiosissimè colitur. Est autem locus haud longè ab vrbe. GELIDV'MQVE Anienem.] Anio fluuius haud longè ab vrbe est. sed hîc euphoniam secutus est: nam Ennius Anionem dixit, iuxta regulam. HERNICA saxa colunt.] Sabinorum linguâ Herne saxa vocantur. Quidam dux Maius, Sabinos de suis locis elicuit, & habitare secum fecit in montibus saxosis. vnde dicti sunt Hernici populi; & Hernica loca. DIVES Anagnia.] Aut fertilis: aut alludit ad historiam. Nam Antonius, Augusti sorore contemptâ, postquam Cleopatram duxit vxorem, monetam eius nomine in Anagniâ ciuitate iussit feriri.

POM. Sabi. SÆVOS dolones.] dicuntur trunci lignei, cum ferratâ cuspide. PILA.] Pilum, telum Romanorum. IPSE pedes.] Pedes dicit: vt imitaretur patrem, qui pedibus lustrauit orbem terrarum. Hercules enim semper pedes incessit. TEGMEN leonis.] caput suum tegebat capite leonis. ostendit rictus, id est, dentes: vt in Herculis sculpturâ videmus. FRATRIS Tyburti.] Tybur Herculi dedicatum erat. In Tyburtinâ aurâ purgabatur ebur, & candidius fiebat. Plinius lib. 16. in fine: Tyburtes quoque originem multò ante vrbem habent: apud eos exstant ilices tres, etiam Tyburte conditore eorum vetustiores: apud quas inauguratus traditur. Fuisse autem eum dicunt filium Amphiarai, qui apud Thebas obijt, vnâ ætate ante Iliacum bellum. Tres fuêre fratres: Tybur, Catillus, & Coras. & mons, qui Tyburti imminet, Catullus dicitur: nam Amphiaraus Argiuus. HOMOLE.] filia Thessaliæ: & Otrus, vel Otrys, mons Thessaliæ. Legunt alij Holoën, quæ postea facta Pholoë: vt Hormæ, Phormæ. tamen apud Ptolemæum legitur Homole, vrbs Macedoniæ, illius quæ Thessalia dicitur. Strabo, Homolum appelat, libro 9. NVBIGENÆ.] Centauri nube geniti. NIVALEM.] quia tota Macedonia niualis & frigida est. NEC Prenestinæ.] Preneste, vrbs in monte sita: vt Corinthus in Isthmo. in vtroque loco, multa templa deorum: & illîc inter prima, Veneris; hîc Fortunæ, cùm oraculo. vnde Silius: Sacrisque dicatum Fortunæ Preneste iugis. & dictum Preneste putant, ἀπὸ τῶν πρίνων, id est, ab ilicibus, quarum copia in monte erat. vel à πρηῶνος, quod est præcipito: quia est in præcipiti loco situm. Condidisse aiunt Cæculum, Vulcani filium. Historia sic traditur: Puella deorum fratrum soror, cùm ad focum sederet, ex cinere, qui genitalis est, concepit. Enixa puerum, prope templum Iunonis exposuit. Virgines, quæ aquatum ibant, inuenerunt, & nutriuerunt. Cæculus est appellatus, à paruis oculis. Dux latronum fuit, Vulcano se genitum iactans. Preneste condidit. QVI'QVE arua Gabinæ.] Gabij priùs vicatim habitabant: postea vrbem sibi elegerunt. Apud eos colebatur Iuno. non longè à Preneste, Gabinij sunt. Gabiorum vrbs centum stadijs ab vrbe distat quæ est iuxta Latinam & Valeriam; vt Dionysius ait: tempore suo deserta. capta fuit per dolos Aruntis, Tarquinij superbi filij. Aedificia vrbis Romæ, ex saxo Gabinio fiebant. ANIENEM.] Anio fluuius è montibus Trebanorum labitur. Lacum olim faciebat, cui nomen erat Subluco: Hinc preceps è Tyburtino saxo fertur in Latium, quod à tergo includit: nauigabilis Tyberim intrat. Ennius dixit Anio, onis, per o. dicitur & Anien, Anienis, & Anienus, Anieni. in vsu tamen, Anio Anienis, o mutatur in e. HERNICA saxa.] Sabinorum linguâ Herne saxa vocantur. ANAGNIA.] Sabinorum colonia est: & ipsi Hernici, Sabinæ natio sunt. DIVES.] ad fertilitatem retulit. Silius ait:

Hernicaq; impresso raduntur vomere saxa,
Queis patri pinguis sulcaris Anagnia glebâ.

BOVES in flumine lauit Iberas.] In libris aliquot antiquis, Iberos legitur. TERRIBILI impexum setâ.] In libris aliquot, implexum legitur. FRATRIS Tyburti dictam cognomine gentem.] In Romano libro, Tyburtini legitur. Est & vbi legas, Tyburtina limina. QVOS diues Anagnia pascit. In nonnullis libris; Pascis habetur. VAR. Lect.

PILA manu, sæuosque gerunt in bella dolones, Et tereti pugnant mucrone, veruque Sabello.] Non significat, cum Auentino aliquos venisse: sed quum dicit genera armorum, & gerunt arma, & pugnant: ostendit, non solum fuisse Auentinum; cuius genus & mores expressit. IPSE pedes tegmen torquens immane leonis, Terribili impexum setâ, cum dentibus albis, Indutus capiti: sic regia tecta, subibat Horridus, Herculeoque humeros innexus amictu.] Præter signum Hydræ, quod gerebat in scuto, opertus fuit etiam leonis pelle: exemplo patris incedens, vt terrorem videntibus immitteret. nec satis fuit aliquâ arte vel subtilitate compositus; sed cum ipsis dentibus, & rictu leonis horrebat: vt, qui eum videret, Herculè putaret esse præsentem. TVM gemini fratres Tyburtia mœnia linquunt, Fratris Tyburti dictam cognomine gentem.] Geminos, aut simul natos dixit, aut duos: sicut plurimis locis vsus est hoc modo: Gemini à Tenedo tranquilla per al- DON.

ta, Horresco referens, immensis orbibus angues. item: Hîc geminas nunc flecte acies. &, Geminę quũ fortè columbę. &, Geminę super arbore sidunt. CATILLVS'QVE, acerq; Coras, Argiua iuuentus, Et primam ante aciem densa inter tela feruntur.] *Catillus & Coras, ab Argis ducentes originem, conuenerant, pugnaturi tantâ fiduciâ; vt ante primam aciem constituti, densitatem non formidarent.* CEV duo nubigenæ, quum vertice montis ab alto Descendunt Centauri, Omolen, Otrynq; niualem Linquentes, cursu rapido dat euntibus ingens Sylua locum, & magno cedunt virgulta fragore.] *Sic ibant, inquit, Catillus & Coras, elati superbiâ & fidentis virtute, itáq; apparebant: vt Centauri venire putarentur, quum descendant è verticibus montium; & his currentibus cedunt omnia, quæ fortasis occurrerent.* NEC

Prenestinæ fundator defuit Vrbis, Vulcano genitum pecora inter agrestia regem, Inuentumque focis, omnis quem credidit etas, Cæculus.] *In illo conuentu multorum regum & plurimarum gentium, non defuit Cæculus, fundator vrbis Prenestinæ, quem ex Vulcano & Sebethide nymphâ genitum, omnes vno consensu crediderunt, hac coniecturâ: quia in medio igni inuentus, exuri non potuit.* HVNC legio latè comitatur agrestis.] *truci naturâ atque asperâ. & copiosissimum erat agmen: nam quum dicit,* Latè comitatur, *infinitum in modum diffusam multitudinem fuisse significat.* QVI'QVE altum Preneste viri, quique arua Gabinæ Iunonis, gelidumque Anienem, & roscida riuis Hernica saxa colunt: quos diues Anagnia pascit: Quos Amasene pater.] *Amasenus fluuius est.*

Quos Amasene pater. non illis omnibus arma,
Nec clypei currúsue sonant: pars maxima glandes
Liuentes plumbi spargit; pars spicula gestat
Bina manu, fuluosq; lupi de pelle galeros
Tegmen habet capiti: vestigia nuda sinistri
Instituêre pedis: crudus tegit altera pero.
At Messapus, equûm domitor, Neptunia proles,
Quem neq; fas igni cuiquam, nec sternere ferro:
Iampridem resides populos, desuetaq; bello
Agmina in arma vocat subitò, ferrumq; retractat.
Hi Fescenninas acies, æquosq; Faliscos:
Hi Soractis habent arces, Flauiniaq; arua:

SER. QVOS Amasene pater.] *Aut pascit: aut sit ἀντίπτωσις, quos pascit Amasenus. Est autem fluuius, vicinus ciuitatis Priuernatum, quæ est in Campaniâ: qui Anagnienses agros irrigat.* ARMA.] *scuta.* CLYPEI.] *scuta maiora: dicti ab* κλύω, *quòd celent corpus: ἀπὸ τῶ κλέπτειν.* FVLVOS'QVE lupi de pelle galeros.] *Galerus, genus est pilei: quod Fronto neutro genere dicit, hoc Galerum.* VESTIGIA nuda.] *Atqui ipse est in pugnantibus primus. sed bene nudus est: quia tegitur scuto. Dextrum autem tectum esse conueniebat, quasi ab armis remotum.* PERO.] *Rusticum est calceamentum. & traxit hoc à Græciæ more vnde isti transierant, & vnde hoc armorum fuerat genus.* AT Messapus, equûm domitor, Neptunia proles. *Hic Messapus per mare ad Italiam venit: vnde Neptuni dictus est filius. quem inuulnerabilem ideò dicit: quia nusquam periit in bello. Ignem autem ei nocere non posse, propter Neptunum dicit: quia est aquarum Deus. Ab hoc Ennius dicit se originem ducere. vnde & nunc cantantes inducit eius socios, & eos comparat cygnis. Domitor autem equorum, quasi animalium à patre inuentorum: quod fuit in contentione cum Pallade, de impositione nominis Athenarum.* HI Fescenninas acies.] *Fescennium oppidum est Campaniæ; vbi nuptialia inuenta sunt carmina. hi autem populi ducunt originem ab Atheniensibus.* ÆQVOS'QVE Faliscos.] *Faliscos Halesus cōdidit. hi autē, immutato h in f, Falisci dicti sunt. sicut Febris dicit', quæ antea Hebris dicebatur: Formiæ, quæ Hormiæ fuerunt, ἀπὸ τῆς ὁρμῆς. nā posteritas, in multis nominibus, f pro h posuit. Aequos autem dixit, id est, iustos: quia populus Romanus missis Decemuiris, ab ipsis iura fecialia collegit, & nonnulla supplementa duodecim tabularum accepit, quas habuerant: nam ab Atheniensibus decem habuerunt tabulas.* HI Soractis habent arces.] *Soracte, qui est mons apud Hirpinos, haud longè à Flaminiâ. de quo Horatius:* Vides vt altâ Stet niue candidum Soracte. FLAVINIA'QVE arua.] *Locus est in Italiâ, Flauinium nomine.*

POM. Sabi. QVOS Amasene pater.] *Amasenus fluuius æstate parum habet aquæ: in montibus Hernicorum, qui sunt Alatrinorum, oritur, agrum Verulanum secat, & Frusinatem. Tereo fluuio miscetur: & ambo fluunt in Lyrim.* GALEROS.] *pileos. Et dicimus, hoc Galerum, galeri.* VESTIGIA nuda sinistri.] *Hernici Pelasgi fuêre, & ab eorum duce Hernico nominati: vt Iulius, Ouidii comes, libro septimo Vrbium Italicarum, meminit. Euripides Tragicus ait: Aetolos sinistro pede nudo ire ad bellum. Aristoteles eum reprehendit libro 2. de Poëtis, dicens, non sinistro, sed dextro pede nudo. Vergilius Euripidem secutus Hernicis hunc morem tribuit, non sine ratione:*

nam Pelasgi, vnde sunt Hernici, sub Deucalionis imperio fuêre; qui dux fuit Aetolorū. ALTERA.] *vestigia dextri pedis.* PERO.] *genus calceamenti rustici, quo vtuntur Campani.* AT Messapus.] *Messapus Neptuni filius fuit, antiquissimus in Italiâ rex: vnde Ennius habere originem dicitur. & Silius Italicus lib. 14. meminit.*

Ennius antiqui Messapi ab origine regis.

Vergilius propter Ennium poëtam, dicit milites Messapi canere; & comparat cygnis, & dicit, Equûm domitor: *quia Neptunus equum inuenit.* FESCENNINAS acies.] *Fescennia oppidum fuit Sabinorum, vnde nuptiales versus primum venêre. ideò Fescennini dicti: nisi à fascinationibus dicantur. Fescennina carmina ponit Horatius, in Sermonibus.* ÆQVOS Phaliscos.] *Aequi Phalisci, vnum vocabulum est. Phalisci, colonia cognominatur Etruscorum. Phalerii prope Nepetem sunt; qui & Falisci. vrbs condita fuit ab Haleso Phrygio, comite Aeneæ, adiuncto p. prope Vtriculum est Aequum Phaliscum.* Æquos *dicit: quia populus Romanus à Phaliscis, supplementum 12. Tabularum, per X viros habuit, & multa iura. Bene dixit Silius:* Hîc iuxtà Nepesina cohors, æquique Phalisci. HI Soractis.] *Soracte mons est in agro Phalisco, asper: cum templo Pheroniæ nymphæ, & cum templo Apollinis: cuius sacerdotes illæsi super prunas ardentes ambulabant.* FLAVINIA'QVE arua.] *Flauinia est vrbs longè antiqua, Silius:*

Quíq; tuos, Flauina, focos.

VAL. Let. NEC clypei currúsue sonant.] *In antiquis libris,* Currusq; *legitur.* TEGMEN habent capiti.] *In plerisq; libris antiquis,* Habet *notatum est.* NEC sternere ferro.] *In antiquis aliquot exemplaribus,* Nec sistere *legitur.*

CAE. Rhod. *Est Aristophanis, poëtarum facetissimi, comœdia, cui titulus ἱππῆς, id est, Equites. In eâ, Cleon remis velisq; proscinditur. inter probra alia, quibus eius infamatur vita, illud item est: vbi Cleonis manus esse in Aetolis scribit; mentem verò in Clopidis. Sed rectius commodiusq; fuerit, Græca subtexuisse verba, quæ solicitiùs forsitan studiosorum requirent aliqui:*

Τὼ χεῖρ' ἐν αἰτωλοῖς, ὁ νοῦς δ' ἐν κλωπιδῶν.

Quid verò sit, in Aetolis manum habere, poëtæ interpretes appositissimè explicant, & meminit Eustathius: cùm in fortis extremæ hominem, semperq; in petendo paratum, ac nil nisi rapinas meditantem, vt qui nil suauius opinaretur, quàm accipere, dici interpretantur. Loci autem gratia, ex verbi Græci notatione consurgit: nā αἰτεῖν, petere significat. Sed & qui Ethnica scripsit, Aetolum esse epitheton quandoq; scribit, ab αἰτεῖν. Quod verò infertur, in Clopidis fuisse mentem: vrbanissimè item in depeculatorem pronunciatur; quando κλοπὴ furtum indicat.

A indicat. *Vrbanitas verò indè elicitur: quia Clopidæ in Leontis de recensebantur tribu. Dum ergo signari loca videntur, mores impostoris ac nefarij hominis scitulè occultiùsue reteguntur, comicoq́ inspergunturt felle. Faciunt ad hæc, quæ apud Athenæum legimus & Polybium obseruata. Aetolicum fuisse, rapere τὰ τῶν πέλας, id est, res eorum qui propè forent, καὶ δὴ καὶ τὰ πόῤῥω, id est, nunc & quæ remotiora. Sed & bellaces tamen fuisse Aetoli produntur; ac propterea μονοκρηπῖδας, id est, crepidæ vnius. quod Pindarici nouerunt interpretes; & ad Hernicos transtulit Maro:*

——vestigia nuda sinistri
Instituêre pedis; crudus tegit altera pero.

Nec omisit in Cœnis Macrobius. Quod autem de manu in Aetolis diximus; adnotandum & illud, quod in historijs posuit Plethon Gemistus: Carthaginensium legatum, ad Andromachum missum, posteà quàm elatè multa minaciterq́ disseruit, denique manum producentem, nunc supinam, nunc pronam, iussisse remitti Timoleontem. Quod irridens Andromacho, gestu compari manu prolatâ, primo quôque tempore, vt indignè enauigaret, præcipit. Verùm ad institutum redeo. Clopia, id est, κλωπεία, saltationis fuit species. meminit Theatricorum quarto Iubas. B *Dignum scitu, κλωπεύεσθαι Græcis dici, clàm taciteq́, id est, ἀψοφητὶ, facere quid, vel loqui, aut furari. Audaciam magnam, parœmiæ formâ quadam, Polybius, Historiarum quinto, Aetolicam dicit.*

NON illis omnibus arma.] *Illis omnibus non fuerunt armorum cultus, ex more bellantium.* NEC clypei, currúsue sonant: pars maxima glandes Liuentis plumbi spargit.] *Alij enim ipsorum, & complures, plumbeis massulis pugnabant, iacientes has per diuersa.* PARS spicula gestat Bina manu.] *Alia pars fidebat spiculis binis.* FVLVO'QVE lupi de pelle galeros tegmen habet capiti.] *Pro galeis, velamen capitis eorum fuit, rapta pellis ex lupo in capitibus.* VESTIGIA nuda sinistri Instituêre pedis crudis tegit altera pero.] *Vnum pedem, hoc est, sinistrum nudum habuerunt: dextrum tectum.* AT Messapus equûm domitor, Neptunia proles.] *Nec deerat etiam Messapus, domandis equis vehementer insistens.* NEPTVNIA proles.] *id est, filius Neptuni.* QVEM neque fas igni cuiquam, nec sternere ferro.] *Hunc, quòd esset ex eodem genitus, nullus poterat igni vel ferro consumere.* IAMPRIDEM resides populos, desuetaque bello Agmina in arma vocat subitò, ferrumque retractat.] *Idem ducebat agmen hominum, quos desuetudo corruperat, ac per hoc non volebant belli subire certamen: vel maximè repentinis motibus excitatum, vsq; adeò trepidum agmen, vt ferrum formidaret attingere.* HI Fescêninas acies, æquosq; Faliscos; Hi Soractis habent arces, Flauiniaq; arua; Et Cymini cum monte lacum, lucosq; Capenos.] *Dixit loca, ex quibus diuersi conuenerant.*

Et Cymini cum monte lacum, lucosq; Capenos.
Ibant æquati numero, regemq; canebant:
Ceu quondam niuei liquida inter nubila cygni,
Cùm sese è pastu referunt, & longa canoros
Dant per colla modos; sonat amnis, & Asia longè
Pulsa palus.
Nec quisquam æratas acies ex agmine tanto
Misceri putet; aëriam sed gurgite ab alto
Vrgeri volucrum raucarum ad littora nubem.
Ecce Sabinorum prisco de sanguine, magnum
Agmē agēs Clausus, magniq; ipse agminis instar:
Claudia nunc à quo diffunditur & tribus, & gens,
Per Latiū; postquā in partem data Roma Sabinis.
Vnà ingens Amiterna cohors, prisciq; Quirites,
Ereti manus omnis, oliuiferæq; Mutiscæ:
Qui Nomentum vrbem, qui Rosea rura Velini,

SER. ET Cymini cum monte lacum.] *Et lacus, & mons, hoc nomine appellatur. Sanè hoc habet fabula. Aliquando Hercules ad hos populos venit: qui, quum à singulis prouocaretur ad ostendendam virtutem, defixisse dicitur vectem ferreum, quo exercebatur. qui quum terræ esset affixus, & à nullo potuisset auferri, eum rogatus sustulit. vnde immensa vis aquæ secuta est; quæ Cyminum lacum fecit.* LVCO'SQVE Capenos.] *Hos dicit Cato Veientum condidisse, au-* C *xilio regis Propertij; qui eos Capenam, cùm adoleuissent, miserat. Vnde & porta Capena, quæ iuxta Capenos est nomen accepit.* ÆQVATI numero.] *digesti in ordinem. Hinc sæpenumero, hoc est, ordine, rationabiliter. congruenter, sicut decebat.* LIQVIDA inter nubila.] *pura. sed nil tam contrarium nubibus: nam liquidæ non sunt: vt in Quinto diximus; vbi est,* Liquidis in nubibus arsit arundo. *Ergo nubes pro aëre posuit.* ET longa canoros Dant per colla modos.] *Secundùm Plinium, qui ait in naturali histor. Cygnos ideò suauiùs canere: quia colla longa & inflexa habent. Et necesse est, eluctantem vocem per longum & flexuosū, varias reddere modulationes.* SONAT amnis.] *Caystrum in Mysiâ regione dicit, qui cohæret Asiæ paludi. quam quum significamus, A longa est. quod significatur in Georg. vt,* Atque Asia circùm Dulcibus in pratis rimantur prata Caystri. *nam quum Asiam de prouinciâ dicimus, A breuis est: vt,* Postquam res Asię. VOLVCRVM raucarum.] *Raucum τῶν μέσων est: sicut grauiolens. nam legimus,* Grauiter spirantis copia Thymbræ. *Sciendum tamen, Vergilium secundùm morem prouinciæ suæ locutum, in quâ bene canentes cygni, rauciores vocantur. Est autem hæc Homeri comparatio, quam ipse etiam de cygnis facit: τῶν δ' ὥς τ' ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλὰ, χηνῶν ἢ γεράνων ἢ κύκνων δουλιχοδείρων, ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμενα πτερύγεσσι κλαγγηδὸν προκαθιζόντων, σμαραγεῖ δέ τε λειμὼν Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα.* ECCE Sabinorum.] *Vsurpabat hoc. nam Clausus dux Sabinorum, post exactos reges, cum quinque millibus clientum & amicorum Romam venit; & susceptus, habitandam vrbis partem accepit. ex quo & Claudia tribus est, & familia nominata.* PRISCO de sanguine.] *De antiquis Sabinis.* MAGNVM agmen.] *quinque millia clientum.* POSTQVAM in partem data Roma Sabinis.] *Hoc de aliâ traxit historiâ. nam post Sabinorum raptum, & factum inter Romulum & Titum Tatium fœdus, recepti in vrbem Sabini sunt: sed hac lege, vt in omnibus essent ciues Romani, exceptâ suffragij latione. nam magistratus non creabant.* AMITERNA cohors.] *De Amiterno oppido.* PRISCIQVE Quirites.] *Id est, Sabini. Prisci autem ideò: quia post fœdus Titi & Romuli placuit, vt quasi vnus de duobus fieret populus. vnde & Romani Quirites dicti sunt: quod nomen à Sabinorum ciuitate, Curibus, fuerat: & Sabini à Romulo Romani dicti sunt.* ERETI manus omnis.] *Oppidum est dictum ἀπὸ τῆς Ἥρας, id est, à Iunone, quæ illic colitur.* OLIVIFERÆ'QVE Mutiscæ.] *Hæc Trebia postea dicta est; quā modò Trebulam dicunt. Apud hanc Hannibal deleuit populum Romanum. Lucan.* Quòd non in Punica natæ Tempora Cannarum fuimus, Trebiæq; iuuentus. QVI Nomentum vrbem.] *Hoc ex suâ personâ dicit Poëta. nam adhuc ciuitas Nomentum non fuerat; vt in Sexto ait:* Hi tibi Nomentum & Gabinos. *Item:* Hæc tùm nomina erunt, nunc sunt sinè nomine terræ. ROSEA rura Velini.] *Velinus lacus est circa Reate, iuxta agrum, qui Rosulanus vocatur. Varro tamen dicit, lacum hunc à Curio Consule in Nartem vel Narem fluuiū deriuatum, (nam vtrumq; dicitur) esse diffusum post quod tanta secuta sit eo loco fertilitas, vt etiam perticæ lōgitudinē altitudo superaret herbarum. quinetiā quantum per diem demptum esset, tantū per noctē crescebat. quod Vergilius ad suā prouinciā transtulit, dicens.* Et quantū longis carpent armēta dieb9, Exiguā tantū gelid9 ros noctē reponet.

Digitized by Google

POM. Sabi. ET Cymini cum monte lacum.] *lacus & mons Cymini, post Sutrium est. tempore nostro Lacus vici appellatur: nam illic oppidulum, nuper dirutum, appellabatur vicus Cymini: Prope versus mare sunt Sabatia stagna. Sunt tamen qui dicunt, Sabatia esse lacum Angillariæ.* LVCOS'QVE Capenos.] *Capenates autem dicuntur, qui post Vaccanas ad sinistram partem habitant, ab Româ eunti.* ÆQVATI.] *ordinati.* ET longa canoros.] *Cygni habent longum collum.* MODOS.] *cantilenas.* AMNIS.] *Cayster qui fluuius est Phrygiæ, apud quem cygni bene canunt. Hæ acies ita blandè canebât: vt non viderentur acies; sed cygni canentes.* EX nomine Lani.] *Lanum quidam putant fuisse patrem Messapi.* EX nomine Lani misceri æratas acies.] *Lanus fuit dux Læstrygonum, vt in commentario in Homerum.* ASIA.] *dicuntur stagna, quæ facit Cayster.* PVTET.] *credat.* VOLVCRVM raucarum.] *cygnorum bene sonantium.* ECCE Sabinarum.] *Zenodotus Træzonius ait, Vmbros habitâsse circa agrum Rheatinum; pulsos indè à Pelasgis, accessisse vbi nunc sunt; & mutatis nominibus vocatos esse Sabinos. M. Cato ait: Sabinos nominatos ex Sabino; eos habitâsse prope vrbem Amiternum, in vico quodam, nomine Testrina: & indè egressos, habitâsse cum Aboriginibus in agro Rheatino, & multas fecisse colonias, inter quas sunt Cures. Agri Sabini longitudo, mille stadiûm fuit. Aiunt quidam, posteaquam Lycurgus Lacedæmonijs legem dedit, plerosque legum duritiâ reliquisse patriam. & cùm iactarentur mari, vouerunt, locum, in quem primi delati essent, habitaturi: & contigit appulisse ad Pontinas paludes: ibiq; construxêre templum Pheroniæ deæ. indè quidam profecti, habitauêre vnà cum Sabinis: ideò Sabini Oebalij, & Lacedæmones, dicti. Claudiorum & Valeriorum familia, è Sabinis cum Tatio venit. Valesius, quem alij dicunt Volusum: vnde Valerij, id est, Valerij. Clausus, post exactos reges, cum quinque millibus clientum, Romam venit: ex eo Claudia tribus, & Claudiorum familia, quæ postea imperauit. Suetonius ait: Claudia gens orta est è Regillis oppido Sabinorum. Romam migrauit, autore T. Tatio, consorte Romuli: vel quod magis constat, Romam migrauit, Tatio Clauso gentis principe, post reges exactos, sexto ferè anno; à patribus in patrios cooptata, agro clientibus trans Arienem dato: & locum sibi ad sepulturam sub Capitolio accepit.* TRIBVS.] *quæ olim fuerunt diuisæ à Romulo in treis partes.* VNA ingens Amiterna cohors.] *Amiternum, vrbs est Sabinorum, vetustissima omnium. etiam ante Sabinos appellatum est, ab ambitu. Amiternini vnà cum Sabinis migrauêre Romam, ad habitandum. Dicuntur etiam Amiternini, qui circà terminos manent, id est ambiunt: & dicuntur etiam illi, qui populum candidati circumeunt, id est, ambiunt. Placuit in concordiâ Romuli & Tatij vt Roma à conditore Romulo nominaretur; & ciues omnes Romani illi, qui ex Tatio essent simul omnes Quirites: vel à Curibus Sabinorum; vel ab hastâ, quæ dicitur Quiris: vel à Quirino, id est, Marte, quem ita Sabini appellabant. Sed nunc priscos Quirites intelligit Cures. Amiternum, ab Amiterno fluuio; & ipsum Amiternum flumen, ab ambitu: quod Vestinos & Marrhucinos à sinistrâ habet: suprà sunt Peligni. Volunt quidam Amiternum esse prope mare. Sallustius fuit Amiternus Dionysius libro quinto, de T. Claudio: Interim T. Claudius, Sabinus genere, & opibus clarus, ex vrbe Regillo cũ omni familiâ & amicis Romam transfugit, numero quinque millium arma ferentium. Huic diem dixerunt principes ciuitatum Sabinarum; quòd bellum contra Romanos non probaret. Benignè à Romanis susceptus, atque in patricios adscriptus, ei locus ad habitandum vrbem datus. ab ea postea tribus descendit Claudia. Liuius libro secundo: P. Valerio quater, & T. Lucretio iterum coss. Titus Actius Clausus, cui postea Appio Claudio fuit Romæ nomen, cùm pacis ipse autor, à turbatoribus belli premeretur, nec par factioni esset; ab lacu Regillo, magnâ clientum comitatus manu, Romam transfugit. His ciuitas data, & ager trans Anienem. Vetus Claudia tribus Appius inter patres lectus. Locus multitudini ad habitandum inter Fidenas & Piculiam, inquit Dionysius.* ERETI manus.] *Eretum vicus est, supra ripas Tyberis, viâ Salariâ: vbi iungitur etiam via Nomentana, non longè ab vrbe.* MVTVSCÆ.] *tanquam Sabinorum arx est, à dextrâ agri Rheatini. alio nomine hæc vrbs dicta est Trebula, & Suffena. Plinius sic ait: Rheatini, Trebulani, qui cognominãtur Mutusci; & qui Suffenates.* NOMENTVM.] *adhuc nomen tenet, ad dextram viæ Salariæ, quod Romulus cùm expugnâsset, coloniam fecit Romanorum. Dionysius, à Nomento Albano appellatum.* RVRA Velini.] *lacus sunt in agro Rheatino, quos, proscissis collibus, Nar amnis exhaurit, sulphureis aquis Tyberim petens. Varro, ex Velino lacu, Velinam deam dictam scribit.* A

B

VAR. Lect. POSTQVAM in partem data Roma Sabinis.] *In antiquis aliquot libris legere est,* Postquam pars est data Roma Sabinis. QVI rosea rura Velini.] *Sunt quidam libri, in quibus* Roscida *legat.*

DOK. IBANT æquati numero, regemq; canebant.] *Reprehendit istos poëta: quia, quum irent ad bellum, proculdubiò in periculis rerum, delectabat ire compositis in ordinem numeris, & regis fasta percurrere.* CEV quondam niuei liquida inter nubila cygni, Quum sese è pastu referunt, & longa canoros Dant per colla modos, sonat amnis, & Asia longè Pulsa palus.] *Hos cantantes, & ordinibus compositis in bella tendẽtes, comparat poëta generi auium, quæ sunt inertes, & non confusæ volitant; & quoties pleno ventre fuerint, satietatem suam canoræ vocis gratulatione testantur.* NEC quisquam æratas acies ex agmine tanto Misceri putet; aëriam sed gurgite ab alto Vrgeri volucrum raucarum ad littora nubem.] *Non inuenietur, qui putet, illum auium numerum aliquâ posse ratione confundi, quum tendit ad littora: sic enim conglobatæ tendunt, vt nubes.* ECCE Sabinorum prisco de sanguine magnum Agmen agens Clausus, magniq; ipse agminis instar.] C *Veniebat & Clausus, ex gente priscâ Sabinorum, magnus ipse, & magni agminis ductor.* CLAVDIA nunc à quo diffunditur & tribus & gens Per Latium, postquam in partem data Roma Sabinis.] *à Clauso, qui ortus fuerat ab antiquioribus Sabinis, Claudia gens diffusa est, & tribus, per omne Latium; postquam Sabini admissi sunt in participationem Romani imperij.* VNA ingens Amiterna cohors, prisciq; Quirites, Ereti manus omnis, oliviferæque Mutiscæ: Qui Nomentum vrbem, qui roscida rura Velini: Qui Tetricæ horrentes rupes, montemq; Seuerum Casperiamq; colunt, Forulosque, & flumen Himellæ: Qui Tyberim Fabarimque bibunt: quos frigida misit Nursia, & Hortinæ classes, populiq; Latini: Quosq; secans infaustum interluit Allia nomen. *Ex omnibus prædictis locis auxilia pugnatura confluxerant.*

Qui Tetricæ horrẽteis rupes, montemq; Seuerũ,
Casperiamq; colũt, Forulosq;, & flumẽ Hymellę:
Qui Tyberim Fabarimq; bibũt: quos frigida misit
Nursia, & Ortinæ classes, populiq; Latini:
Quosq; secans infaustum interluit Allia nomen.
Quàm multi Libyco voluuntur marmore fluctus!
Sæuus vbi Orion hybernis conditur vndis:
Vel cùm sole nouo densæ torrentur aristæ:
Aut Hermi campo, aut Lyciæ fluentibus aruis,

SER. TETRICÆ horrentes rupes.] *Tetricus, mons in Piceno & Sabinis asperrimus. vnde tristeis homines, tetricos dicimus.* MONTEM'QVE Seuerum.] *Nomen proprium montis: sicut agri, Roseus.* CASPERIAM'QVE colũt.] *Casperia & Foruli, ciuitates fuerunt.* FLVMEN Hymellæ.] *Hymella fluuius est. & sic dixit Hymellæ flumen; vt Buthroti vrbem.* QVI Tyberim Fabarimq; bibũt.] *Benè, Bibunt: nam Tyberis fluuius in Thusciâ oritur, sed trãsit etiam per Sabinos. vnde Bibũt, non Possident, dixit. Et sciendum,*

Scuta sonant, pulsuq; pedum tremit excita tellus.
Hinc Agamemnonius, Troiani nominis hostis,
Curru iungit Halesus equos, Turnoq; feroces
Mille rapit populos: vertunt felicia Baccho
Massica qui rastris, & quos de collibus altis
Aurunci misêre patres, Sidicinaq; iuxta
Aequora: quiq; Cales linquunt: amnisq; vadosi
Accola Vulturni, pariterq; Saticulus asper,
Oscorumq; manus. teretes sunt Aclides illis
Tela, sed hæc lento mos est aptare flagello.

A dum, *Turno dari auxilium à tractu Piceni, Samnij, Campaniæ, & pro parte Apuliæ.* Omnis *verò Thuscia superior, & Venetia, Aeneæ præstat auxilium. Fabarim autem, quem dicit, etiam ipse per Sabinos transit; & Farfarus dicitur. Plaut. in Pœnulo:* Dissipabo te tanquã folia Farfari. *Ouidius:* Et amœnæ Farfarus vmbræ.

FRIGIDA misit Nursia.] *Piceni ciuitas.* Frigida *autẽ, aut reuerâ: aut certè venenosa, nocens. Gracchi namq;, vbiq; in cõcionibus suis, Nursinos sceleratos appellauêre. Et sciendum, amare Vergilium, historiarũ rem per transitum tangere.* ORTINAE classes.] *Ortini equites, qui classes dicuntur. vnde & eorũ tubas, classica dicimus: & partes populi, classes vocamus; quæ quinq; fuerunt.* POPVLI Latini.] *Qui intererant Albani montis viscerationi.* INFAVSTVM interluit Allia nomen.] *Allia fluuius, haud longè ab vrbe est: iuxta quẽ Galli, Brennio duce, quintodecimo Cal. Augusti die, deleto exerci-*
B *tu, post triduum deleuerunt etiam vrbem, excepto Capitolio. Sanè Alia dicitur: cui additur vnum l, propter metrum; vt Relliquias. vnde Luca. benè posuit:* Quas Aliæ clades. MARMORE.] *mari.* VEL cùm sole nouo.] *primâ æstatis parte. Nam propriè Sol nouus est,* VIII. *Calend. Ianuarias die: sed tunc non sunt aristæ; quas ab ariditate dictas esse constat.* AVT Hermi campo.] *Hermus Lydiæ fluuius est; qui superfusus campis gignit fertilitatem. vnde arenas aureas fingitur trahere.* LYCIAE flauentibus aruis.] *Prouincia est minoris Asiæ, fertilis frugum.* PVLSV'QVE pedũ tremit excita tellus.] *Homerus:* ὑπὸ ποσσὶ μέγα στοναχίζετο γαῖα. HINC Agamemnonius, Troiani nominis hostis.] *Nunc Agamemnonis pleriq; comitem, pleriq; nothum filiũ volunt: qui quum venisset ad Italiam, audito aduentu Aeneæ, in bellum ruit: non amore Turni; sed odio hostilitatis antiquæ. vnde ait:* Troiani nominis hostis. RAPIT populos.] *raptim abducit. Etiam Campaniæ loca cõmemorat. Nam Massicus mons est, vitibus plenus. Massica autè dixit, vt Mænala.* AVRVNCI misêre patres.] *Isti Græcè Ausones nominantur.* SIDICINA'QVE iuxta.] *Ab oppido Sidicino.* CALES linquũt.] *Ciuitas est Campaniæ. nam in Flaminiâ est, quæ Cale dicitur.*
C *Est & in Galliâ hoc nomine; quam Sallust. captam à Perpennâ cõmemorat.* AMNIS'QVE vadosi Accola Vulturni.] *Fluuius, qui iuxta Cumas cadit in mare.* SATICVLVS asper.] *Populus Campaniæ, asper moribus.* OSCORV'MQVE manus.] *Capuenses dicit: qui antea Ophici appellati sunt, quòd illic plurimi abundauêre serpentes. nam Græcè* ὄφις *dicitur serpens.* ACLIDES illis Tela.] *Aclides, sunt tela quædam antiqua; adeò vt nec vsquam commemoretur in bello. Legitur tamen, quòd sint clauæ, cubito & semis factæ, eminentibus hinc indè acuminibus; q̃ ita in hostẽ iaciũtur, religatæ loro vel lino; vt peractis vulneribus possint ad dominos redire. Putatur tamẽ esse teli genus, quod p flagellũ in immẽsum iaci potest.*

ROM. Sabi. QVI Tetricæ.] *Tetricus mons est in Sabinis asperrimus: à quo asperitas Sabinorum dicta est apud antiquos, duobus in locis. Seueritatem legimus, & Sabinarum mulierum, & Patauinarum. hinc homines seueros dicimus tetricos.* CASPERIAM.] *oppidum Sabinorum in montibus. dictum, vel quasi asperula, ab asperitate; vt,* Aulonis arx, Caulonis fuit: *vel à Caspelo, oppido Bactrianæ regionis; vt Silius:* Et Bactris nomina ducens Casperula. FORVLOS'QVE.] *Foruli oppidum Sabinorum: ab eo Forenses.* FABARI'MQVE.] *Fabaris fluuius, Tyberi miscetur: & non est (vt plerique putant) Farfarus; sed alius. dicitur in antiquo codice Fabaris.* HIMELLA.] *fluuius est in Sabinis.* QVOS frigida misit Nursia.] *id est, pruina, quæ est inter Apennini montes. Nursia Sabinorum colonia est, inter niuosos montes sita; ideò ait* frigida. *Patria fuit Quin. Sertorij, & gentis Flauiæ, quæ imperauit. Silius:* Necnon habitata pruinis Nursia. ET Hortinæ classes.] *Hortini dicũtur ab Hortensibus, qui ex antiquo Latio migrauêre. ideò subiungit postea Latinos. nam, vt aiunt, ex Albano monte Latini Sabinam profecti. nisi intelligit Latinenses, qui cum Hortensibus migrauêre. Legunt aliqui, Latini, vt sint populi Sabinorum.* Horti, *ciuitas ab amœnitate & iucunditate hortorum appellata: scribitur per h.* INTERLVIT Allia.] *Allia, fluuius non longè ab vrbe est; vbi exercitus Romanus, duce Fabio, à Gallis Senonibus deletus fuit, postridie idus Quintilis: qui dies est & infaustus; vt Cremerisus, & postea Cannensis fuit, & alij item.* AVT Hermi.] *Hermus & Pactolus, fluuij Lydiæ, ramenta auri habent.* FLAVENTIBVS aruis.] *fertilibus, propter aristam, quâ flauescit.* HALESVS.] *Agamemnonis auriga, aut, vt quidam volunt, filius. Italiam aufugit, & sedit in Campaniâ, cæso domino.* MASSICA.] *montes in Campaniâ, in quibus Bacchus vinum inuenit.* AVRVNCI.] *Ausones fuêre: habitauerunt ea loca Italiæ, quæ postea Bruttij tenuêre: è Lucanis orti, vt Cato ait libro Originum 3. Plinius ait, Auruncos tenuisse Latium: alij dicunt, ex Auruncis fuisse, qui in Campaniâ habitauerunt.* SIDICINA'QVE iuxta.] *Sidicinum, oppidum Campaniæ, cognomine Nola vetus; vt inquit Plinius: vastam habet planitiem. Varro ait, Sidicinum Thebanum esse.* ÆQVORA.] *planities.* QVI'QVE Cales.] *Cales, in Campaniâ oppidum, appellatum ab Calai conditore; qui fuit filius Boreæ & Orithyiæ. & est Cales prope Pelignos aliud, & in Flaminiâ aliud, & in Galliâ quartum; quod captum fuisse à Perpennâ, Sallustius scribit.* ACCOLA Vulturni.] *Vulturnus fluuius mediam secat Campaniam: vadosus est prope mare, vbi est Linternum.* SATICVLVS.] *Campaniæ populus vicatim habitat, supra Linternum in montibus.* HOSCORVM'QVE manus.] *Hosci vetustissimi Campaniæ populi; qui olim tenuêre Latium: linguam ab alijs separatam habuêre, quæ fuit ex 7. quibus Romana facta fuit. Volunt quidam, eos habitasse Capuæ.* ACLIDES.] *Aclis, genus iaculi breuis, quod vel loro vel funiculo in medio vincitur; quod iactum potest retrahi. Silius de Campanis:* Aclidis vsus erat.

VAR. Lect. CASPERVLAM'QVE colũt.] *Ex antiq. lib. omnino,* Casperiã *legendum.* FORVLOS'QVE.] *In antiq. aliquot,* Ferulos *habet. Ita* Himillę, *pro* Himellę. FABARI'MQVE bibũt.] Fabarum, *in antiq. aliquot lib. habetur.* VOLVVNTVR marmore fluctus.] *In plerisq; lib. antiq pro* Marmore, Littore *scriptum inuenias.* SCVTA sonant, pulsuq; pedum tremit excita tellus.] *In plerisq; antiq. lib. scriptum inueni,* Scuta sonant, pulsuq; pedum conterrita tellus. OSCORVM'QVE manus.] *Malè in quibusdam antiq. lib.* Thuscorum *est.* TERETES sunt aclides illis Tela.] *In quodam antiquo lib legimus* Alcides.

QVA'M multi Libyco voluũtur marmore fluctus, DON.
Sęuus ibi Orion hybernis cõditur vndis: Vel quum sole nouo dẽsę torrentur aristę, Aut Hermi cãpo, aut Lycię flauẽtibus aruis.] *Tot populi cõgregabantur ad bellum; quot sunt fluctus in mari, quũ vndis pelagi Orion occidẽs mergitur. Cõstat enim, in occasu vel ortu siderũ elemẽta turbari; aut quũ sol nouus exoritur, aristas siccaturus in cãpo Hermi, aut in aruis Lycijs.* SCVTA sonãt, pulsuq; pedũ tremit excita tellus.] *Illis euntibus, strepebãt scuta, & pulsu pedum pcussa terra cõtremiscebat.* HINC Agamemnonius Troiani nominis hostis Curru iungit Halesus equos.] *Ex aliâ parte veniebat originalis hostis Halesus, ortus ab Agamemnone; quem constabat in Troiæ excidio plurimũ sæuisse.*

Veniebat igitur curru vectus. TVRNOQVE feroces Mille rapit populos.] *Feroces populos, inquit, mille congesserat, qui ferrent auxilium Turno: (multitudinem numeri ait) & animo truces mille populi, hoc est, mille gentes accipiendæ sunt, non mille homines.* VERTVNT felicia Baccho Masſica qui raſtris.] *Hoc eſt, vbi vites ſupereſſent florentes vini vbertate, hi raſtris vertunt humentia Maſſica.* ET quos de collibus altis Arunci misêre patres, Sidicinaque iuxta Aequora; quiqúe cales liquunt; amnisque vadoſi Accola Vulturni; pariterque Saticulus aſper, Oſcorumque manus.] *Hos omnes congregabat fauor Turni.* TERETES ſunt aclides illis Tela.] *Non teretes ſunt telæ, ſed tela illis aclides ſunt teretes.* SED hæc lento mos eſt aptare flagello.] *Hoc enim genus teli flagello aptatur, vt iaci poſſit, & deſtinata percutere.* A

Læuas cetra tegit, falcati cominus enſes.
Nec tu carminibus noſtris indictus abibis,
Oebale: quẽ generâſſe Telon, Sebethide nymphâ,
Fertur, Theleboûm Capreas cùm regna teneret
Iam ſenior. patrijs ſed non & filius aruis
Contentus, latè iam tùm ditione premebat
Sarrhaſtes populos, & quæ rigat æquora Sarnus:
Quiq; Rufas Batulũq; tenent, atq; arua Celennæ:
Et quos maliferæ deſpectant mœnia Bellæ,
Teutonico ritu ſoliti torquere cateias:
Tegmina queis capitum raptus de ſubere cortex,
Æratæq; micant peltæ, micat æreus enſis.
Et te montoſæ misêre in prælia Nurſæ,
Vfens, inſignem famâ, & felicibus armis.
Horrida præcipuè cui gens, aſſuetaq; multo
Venatu nemorum, duris Aequicola glebis:
Armati terram exercent, ſemperq; recentes
Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.
Quin & Marrubiâ venit de gente ſacerdos,
Fronde ſuper galeam, & felici comptus oliuâ,
Archippi regis miſſu, fortiſsimus Vmbro:
Vipereo generi & grauiter ſpirantibus hydris,
Spargere qui ſomnos cantuq; manuq; ſolebat;
Mulcebatq; iras, & morſus arte leuabat.

SER. LÆVAS cetra tegit.] *Scutum loreum, quo vtuntur Afri & Hiſpani.* FALCATI cominus enſes.] *Affectauit varietatem: nam conſequens fuerat, vt diceret, Dextras armarunt gladij falcati. Falcatus autem enſis eſt Harpe, quâ vſus eſt Perſeus. Lucanus ait:* Harpen alterius monſtri iam cæde rubentem. OEBALE.] *Oebalus, filius eſt Telonis, & nymphæ Sebethidis. Hæc autẽ eſt iuxta Neapolim: ſed Telõ diu regnauit apud Capreas, inſulam contra Neapolim ſitam. filius verò eius, patrijs non contentus imperijs, tranſijt ad Campaniam: & multis populis ſubiugatis, ſuum dilatauit imperium.* TELEBOVM Capreas cùm regna teneret.] *Cùm teneret Capreas, regna Thelebóarum. nam Theleboæ Caprearum ſunt populi; quos Telon ſuo regebat imperio.* SARRHASTES populos.] *Populi Campaniæ ſunt, à Sarno fluuio. Conon, in eo libro, quem de Italiâ ſcripſit, quoſdam Pelaſgos, aliosq; ex Poloponneſo conuenas, ad eum locum Italiæ veniſſe dicit, cui nullum antea nomen fuerit; & flumini, quem incolerent, Sarno nomen impoſuiſſe ex appellatione patrij fluminis; & ſe Sarrhaſtes appellâſſe. Hi inter multa oppida Nuceriam condiderunt.* RVFAS Batulumq; tenent.] *Caſtella Campaniæ, à Samnitibus condita.* ARVA Celennæ.] *Locus eſt Campaniæ, Celenna, ſacer Iunoni.* ET quos maliferæ deſpectant mœnia Bellæ.] *Multi Nolam volunt intelligi: & dicunt: iratum Vergilium nomen eius mutâſſe, propter ſibi negatum hoſpitium: & id apertè noluiſſe dicere; ſed oſtendere per periphraſin. nam illic Punica mala naſcuntur: vt nunc Bella, pro Nolâ, poſuerit. Alij idem à Vergilio in Georgicis factum memorant; vt etiam ab Aulo Gellio traditur: qui cùm à Nolanis aquam petijſſet, vti duceret in propinquum rus, Nolanos petitum beneficium non feciſſe: Poëtam offenſum, nomen vrbis eorum, quaſi ex hominum memoriâ, ſic ex carmine ſuo detraxiſſe. Nam quum primùm ab eo recitatum & editum ſic eſſet;* Talem diues arat Capua, & vicina Veſeuo Nola iugo: *Ora, pro Nola, mutauit, atque ita reliquit:* Et vicina Veſeuo Ora iugo. *Alij volunt accipi Mœnia Abellæ, vt ſit συναλοιφὴ; & legatur, Mœni' Abellæ. Quidam hanc ciuitatem, à rege Murano conditam, Mœram nomine vocatam ferunt: ſed Græcos primùm eam incoluiſſe; quæ à nucibus auellanis. Abella nomen acceperit: alij, quòd imbelle vulgus & otioſum ibi fuerit, ideò Abellam appellatam: huius ciues, cùm loca circa Capuam poſſiderent, orto tumultu interijſſe; aliosq; fugientes Mœranum abijſſe.* CATEIAS.] *tela Gallica. vnde etiam Teutonicum ritum dixit. Cateiam quidam aſſerunt teli genus eſſe tale, quale aclides ſunt, ex materiâ quàm maximè lentâ, cubiti longitudine, tota ferè clauis ferreis illigata: quam in hoſtes iaculantes, lineis, quibus ea adnexerunt reciprocam faciebant. Cateiæ autem, linguâ Thuſcâ, haſtæ dicuntur.* RAPTVS de ſubere cortex.] *Benè Raptus: quia recens ſuberis cortex in quamuis formam totâ flectitur facilitate.* MONTOSÆ Nurſæ.] *ciuitas in môtibus poſita.* INSIGNEM famâ.] *Benè famâ; quia eum occidet Gyas. vt,* Vfentemq; Gyas, cadit ipſe. FELICIBVS armis.] *Dum aſſiuit fortunâ.* HORRIDA præcipuè cui gens.] *Aequicolam gentem dicit, & morum & vitæ qualitate præduram. Semper aliud pendet ex alio. Ideò erant horridi: quia venabantur. Ideò venabantur: quia habebant duras glebas, id eſt, infertiles. nam molles feraces ſunt; vt in Georgicis docet:* Et cui putre ſolum; namque hoc imitatur arando. QVIN & Marrubiâ venit de gente ſacerdos.] *Scilicet Medea, quando relictis Colchis Iaſonem ſecuta eſt, dicitur ad Italiam perueniſſe: & populos quoſdam circa Fucinum ingentem lacum habitantes, qui Marrubij appellabantur, quaſi circa mare habitantes, propter paludis magnitudinem, docuit remedia contra ſerpentes. Quanquam alij Marrhubios à rege dictos velint. Hi ergo populi Medeam Angitiam nominauerunt, ab eo, quòd eius carminibus ſerpentes angerent. Ab his nunc Vmbronem veniſſe dicit: non regem, ſed ducem. Sunt autem iſti Marſorum populi.* FRONDE ſuper galeam, & felici comptus oliuâ.] *comptus frondibus feſtæ oliuæ.* VIPEREO generi.] *terrenis ſerpentibus.* GRAVITER ſpirantibus hydris.] *aquæ ſerpentibus: grauiter ſpirantibus, ſolo nocentibus flatu. Lucanus:* Ante venena nocent. SPARGERE.] *conſicere: vt Cicero:* Spargere venena didicerunt. ARTE leuabat.] *leuiores eſſe faciebat: vt,* Noſtrumque leues quicunque laborem. B C

POM. Sabi. LÆVAS cetra.] *Cetra genus clypei.* FALCATI enſes.] *falcatus enſis, paululùm recuruus, dicitur harpe.* OEBALE.] *Oebalus, Telonis filius, non contentus paterno regno, ad maritimam oram nauigauit, vbi Pompeij ſunt; & eam tenuit. Telon rex regnauit in Capreis.* Capreæ, *ſunt inſulæ contra Neapolim, Tiberij Cæſaris deliciæ.* Sebetos *fons eſt Neapoli; cuius aqua ducta per varios canales, parti vrbis maritimæ ſeruit.* Sebetis, *nomen patronymicum eſt. Oebalus natus erat Telone, à Sebethide nymphâ. Capreis habitâſſe Proteum, fingit Silius: niſi intelligat de Inarime, quæ inſula propè eſt.* THELEBOVM.] *Theleboi dicti à Theleboâ, nepte Lelegis: habitauêre in Acarnaniâ & Aetoliâ.* SARASTRIS populos.] *Saraſtes populi dicuntur, accolentes Sarnum. Sarnus fluuius è quinque fontibus naſcitur, ſub monte, cui idem eſt nomen, prope Herculaneum Pompeij mare intrat.* QVI Rufras, Batylum.] *Rufræ, Batylum, Celennæ in Sannio ſunt, prope Campaniam: ex quis*

Digitized by Google

A ex quibus, Celene vrbs dicata Iunoni. MALIFERAE Auellae.] Auella, ciuitas Campaniae, prope Samnium, pomifera. Alia Auella supra est Vestinos, versùs ciuitatem Pinnae. Vestini sunt supra Soram. SOLITI torquere cateias.] Cateiae, tela Teutonica sunt & Gallica. ideò ait, Teutonico ritu. MONTOSAE Nersę.] Nersa ciuitas est Aequiculorum: Aequiculi sunt inter Marsos & Pelignos, & Sabellos montes habitant. Vfens, fluuius in Aequiculis est: & Vfens est etiã fluuius, qui labitur per Pontinas paludes, & in Circeo sinu mare intrat. hunc per ignorãtiam aliqui dixêre Aufidum. Aequi sunt populi Latinorum, prope Volscos. Aequiculi montanorum cis Vestinos qui habitant montes, propter sterilitatem, venatores sunt. Aequiculi & Aquiculani, ijdem sunt. Carseoli, & Clinternum, oppida Aequiculorum sunt. GENS.] scilicet Aequicula. ARMATI.] propter venatum. VIVERE rapto.] vt venatores viuunt. & refertur ad rapinas ferarum. QVIN & Marruuiâ.] Marruuium oppidum Marsorum, conditum à Marro, comite Marsiae. Marsi in Italiã, appellati à Marsiâ vate, qui fuit victus ab Apolline. Plinius ait, Marsos ortos à filio Circes: ideò inesse vim eis contra serpentes. Alij volunt esse à Psyllis. Psylli autem populi fuêre Africae, qui pulsi à Nasamo-
B nibus, partim petière Cyprum: partim Italiam, ex quibus Marsi nati sunt: partim Asiam minorem. & Psylli naturâ ipsâ contra serpentes erant muniti: ideò & Marsi, Psylli, à Psyllo rege dicti. Alij dicunt, cum Marsiâ venisse homines, qui vim habebant contra serpentes. Eos ego puto fuisse, quos Plinius appellat Ophiogenas, qui fuêre in Hellespõto. Marsi etiã ad alia carmine valent, quemadmodum meminit Plin. lib. 28. ARCHIPPI regis.] Archippa oppidum fuit in ipso lacu Fucino, haustum à lacu, conditum à Marsiâ duce Lydorum: vt meminit Plinius, à quo ipsi Marsi nominati. Vergilius ab hoc oppido Archippum regem dicit. VMBRO.] sacerdos. HYDRIS.] quia Marsus & Marsi serpentes domant.

VAR. Lect. LAEVAM cetra tegit.] In antiquis lib. Laeuas legitur. PATRIIS sed non & filius aruis Contentus.] In antiquis aliquot libris, Sed non iam legitur. BATVLVMQVE tenent, atque arua Celennae.] In Romano libro, Batulam, & Celemnae legitur. DESPECTANT moenia Abellae.] Antiqui omnes lib. quotquot habui, Moenia Bellae legunt. MISERE in praelia Nursae.] In Romano libro, Nyrsae scribitur. sunt & plerique libri, in quiquibus Nersae scriptum est. QVIN & Marrubiâ venit.]
C Veteres libri Marruuiâ legũt. Romanus tamẽ Marulâ habet.

DON. LAEVAS cetra tegit.] Laeuas tegit cetra, scuti genus. FALCATI cominus enses.] Designando enses, ostendit dextris manibus ferre: nec tamen rectos, vt mos est: sed curuatos, in modum falcis. NEC tu carminibus nostris indictus abibis, Oebale.] Pulchrè transit ad Oebali narrationem: nam fecit quasi alterius narrationis caput. Non te, inquit, praeteribunt, Oebale, carmina mea. QVEM generâsse Telon Sebethide nymphâ Fertur.] Sic huius originem narrat, vt non probatum sibi aliquid dicat; sed opinione compertum. Dat tamen tempora, vt fidem faciat auditis. TELEBOVM Capreas cùm regna teneret Iam senior.] Quum iam senior regnaret Capreas, hunc ex Sebethide nymphâ suscepit. PATRIIS sed non & filius aruis Contentus, latè iam tùm ditione premebat Sarrastes populos, & quae rigat aequora Sarnus, Quiq; Rufas, Batulumq; tenent, atque arua Celennae, Et quos maliferae despectant moenia Bellae.] Oebalus, quum paruipenderet, quod sibi demiserat Pater, tenuuit haec loca, & per ea dilatauit imperium, quae superiùs dicta sunt. TEVTONICO ritu soliti torquere Cateias.] Hi omnes imitati Teutonas, mittebant telorum species, quae Catiae dicebantur. TEGMINA quis epitum raptus de subere cortex.] vt loco galearum tegerent capita, more suo tegmina de suberis corticé procurabant. AERATAE'QVE micant peltae.] Pro scutis peltas habuerunt, aere fulgentes. MICAT aereus ensis.] Mirandum non est, ex aere fuisse gladium. Fertur enim, veteres saepe aes pro ferro habuisse. ET te montosae misêre in praelia Nursae Vfens, insignem famâ, & felicibus armis: Horrida praecipuè cui gens, assuetaque multo Venatu nemorum duris Aequicola glebis, Armati terram exercent, semperque recentes Conuectare iuuat praedas, & viuere rapto.] Vfens quoque partibus Turni consenserat, famâ insignis: armis autem semper felicibus, hoc est, inuictis. Haec gens fuit semper bellis intenta, neque vnquam viuens de suo: vtpote quae non delectaretur, nisi nouâ praedâ. QVIN & Marrhuuiâ venit de gente sacerdos, Fronte super Galeam, & felici comptus oliuâ, Archippi regis missu, fortissimus Vmbro: Vipereo generi & grauiter spirantibus hydris, Spargere qui somnos cantuq; manuq; solebat, Mulcebatq; iras, & morsus arte leuabat.] Venerat etiam Vmbro ex Marhuuiae partibus sacerdos, redimitus oleae frontibus, tanquam de pacis otio & tranquillitate securus. Hic tantâ scientiâ floruit: vt serpentibus immitteret somnum, ac placaret saeuientes, & curaret, quicquid venenatis morsibus appetissent. his medebatur vel cantu, vel manibus. Hunc autem constabat missu venisse regis Archippi. fuit ipse, praeter scientiae nobilitatem, fortissimus.

CONVECTARE iuuat praedas, & viuere rapto.] In eos, qui nullâ re furaces manus abstinere possunt; quiq; student diripiendis opibus. A D R. Ban

Sed non Dardaniae medicari cuspidis ictum
Eualuit: neque eum iuuère in vulnera cantus
Somniferi, & Marsis quaesitae montibus herbae.
Te nemus Angitiae, vitreâ te Fucinus vndâ,
Te liquidi fleuère lacus.
Ibat & Hippolyti proles, pulcherrima bello,
Virbius: insignem quem mater Aritia misit,
Eductum Aegeriae lucis, Hymetia circùm
Littora; pinguis vbi & placabilis ara Dianae.
Namque ferunt famâ, Hippolytum, postquam arte nouercae
Occiderit, patriasq; explêrit sanguine poenas,
Turbatis distractus equis: ad sidera rursus
Aetherea, & superas coeli venisse sub auras:
Paeonijs reuocatum herbis, & amore Dianae:

SER. MEDICARI cuspidis ictum.] Medicor illam rem, & illi rei: sicut Modulor, & Moderor, & Comitor. LIQVIDI fleuère lacus.] Etiam alij. IBAT & Hippolyti proles pulcherrima bello.] Theseus, mortuâ priore vxore Hippolyte, Phaedrã, Minois & Pasiphaës filiam, superduxit nouercã Hippolyto: qui cùm illam de stupro interpellantem contempsisset, falsò delatus est ad patrẽ, quòd ei vim voluisset inferre. Ille Aegeum patrem rogauit, vt se vlcisceretur: qui agitanti currum Hippolyto phocã immisit, quã equi territi eum traxerunt. Tunc Diana, eius castitate commota, reuocauit eum ab inferis in vitam per Aesculapium, filium Apollinis & Coronidis; qui natus erat exsectio matris ventre: ideò quòd, cùm Apollo audisset à coruo eius custode, eam adulterium committere, iratus Coronidem, maturo iam partu, confixit sagittis: coruum verò nigrum fecit ex albo: & exsecto ventre Coronidis produxit Aesculapium, qui factus est medicinae peritus. Hunc posteà Iupiter, propter reuocatum Hippolytum, interemit, vnde Apollo, iratus ei, Cyclopas, fabricatores fulminum, confixit sagittis. ob quã rem ab Ioue iussus est, admeti regis nouem annis armenta pascere, diuinitate depositã. Sed Diana, Hippolytũ reuocatum ab inferis, in Aritiã, nymphae cõmendauit Aegeriae: & eũ Virbiũ, quasi bis vi-

bis virum, iussit vocari. cuius nunc filium cognominem dicit in bellum venire: adeò omnia ista fabulosa sunt. Nam cùm castus vbique inductus sit, & qui semper solus habitauerit: habuisse tamen fingitur filium. Reuerà autem, vt etiam suprà diximus, Virbius est numen coniunctum Dianæ; vt Matri Deûm Atys, Mineruæ Erychthonius, veneri Adonis. QVEM mater Aritia misit.] *Ciuitas iuxta Albam.* Mater *autem propter Augustum dicit, qui fuerat ex Aricinâ, matre Actiâ progenitus. ac si diceret: Quæ tanti author est generis.* EGERIÆ lucis.] *Nymphæ in Aricino nemore; quam amicam suam Numa esse fingebat, ad firmandam legum suarum authoritatem.* PINGVIS vbi & placabilis.] Pinguis, *frequenti sacrificio.* Placabilis *autem, ac si diceret: non qualis antè fuit, vel illic, vel apud Centauros, humano gaudens cruore. quam historiam plenè in Secundo diximus, cùm Iphigeniæ incidit commemoratio.* ARTE nouercæ Occiderit.] *Benè vim sceleris expressit, solâ nouercæ commemoratione.* PÆONIIS reuocatum herbis.] *Aut medicinalibus; à Pæone, medico deorum, qui παιὰν secundùm Doricos dicitur; secundùm rationem Pæon. aut reuerà herbam Pæoniam dicit, cuius Creta ferax est.* ET amore Dianæ.] *Amore, id est curâ.*

POM. Sabi. TE nemus Anguitiæ.] *Anguitia progenies dicitur Marsorum: quia Anguibus aduersatur: & hoc propter Circen, vnde nata: nam Circe carmine multum valuit. Vel dicitur Anguitia proles, ab angendo: quia cantu eius angitur serpens. C. Cælius scribit, Aetæ filias treis: Circen, quæ habitauit Circeis, vt diximus: Angetiam, quæ habitauit ad lacum Fucinum: Medeam, quæ fuit vxor Iasonis, & ab eo Butroti Epirotarum sepulta. In alijs reperio, Medeam appellatam, in Italiâ Angetiam; & consedisse in lacu Fucino. Marsos nominatos à Marso, filio Circes.* FVCINVS.] *lacus est in Marsis.* IBAT & Hippolyti proles.] *Theseus, Aegei filius, ex Aethrâ, Pythei filiâ, Trœzene nutritus in domo aui, fuit victor apud Thermodoontem fluuium. duxit Hippolytam Amazonem, ex quâ genuit filium Hippolytum, formâ præstantem: hac defunctâ, duxit Phædram, siue filiam, siue neptem Minois. quæ cùm caperetur Hippolyti amore, iuuenem ad concubitum sollicitauit: & renuentem, tanquam corruptorem, accusauit patri. Theseus indignatus, Neptunum precatus est, vt in filium sæuiret; qui tunc per littora curru veheretur. immisit illi phocas, quibus equi deterriti, iuuenem curru lapsum traxère, & disiis pauère. Historiam Diodorus scribit: Hippolytum adeò doluisse, ob nouercæ falsas querimonias; vt, paulatim labente manu, lora equis remiserit: vnde equi currum præcipitem dedêre. ob hoc Theseus ab Atheniensibus pulsus, apud hospitem vitam finiuit. sed Hippolytus, precibus Dianæ, ab Aesculapio, Apollinis ex Coronide filio, ad vitam reuocatus est. Iupiter indignatus, Aesculapium fulmine interemit. Apollo Cyclopes, architectos fulminum, sagittis fixit. hinc à Ioue pulsus Apollo, pastor fuit armenti Admetæ regis. Diana Hippolytum in templo suo Aracinæ syluæ abscondit, & Aegeriæ nymphæ commendauit. Virbius est appellatus, quòd bis vir fuit. ab illo nunc Virbius ad bellum venit. hic Virbius erat filius Hippolyti Virbij & Aricia.* ÆGERIÆ eductum.] *Aegeria nympha est syluæ Aricinæ, quam Numa rex iactabat se consulere, cùm religionem populo dabat.* LITTORA pinguis.] *pinguis ad sacrificia. Diana placabatur sanguine humano.* NOVERCÆ.] *Phædræ.* VENISSE sub auras.] *reuixisse.*

HIMETTIA circùm Littora.] *In Romano libro legere est,* Humentia circùm Littora. A VAR. Lect. NEQVE eum iuuère in vulnera cantus.] *In antiquis plerisque libris,* In vulnere *legunt.* QVÆSITÆ in montibus herbę.] *In antiquis plerisque exempl. legitur,* Quæsitæ montibus, *absque* In. TE nemus Angitiæ.] *Antiqua aliquot exemplaria,* Argitiæ *legunt.*

CAEL. Rhod. *Sed fortè ex ijs quispiam, quos φιλομαθεῖς vocant Græci, nos discendi cupidos dicere possumus, quærat ex me nunc: quódnam esse genus serpentis putem, quæ passim dicitur Latinè vipera, in Græcorum verò literis, echidna: nam mas, echis nuncupatur. Ego, quantum coniecturâ ducor, Viperam suspicor vulgò dici marassum. quæ nomenclatura nec Barbara est; nec citra rationem excogitata: quippe à Marsorum populis, interpretatione etymologicâ, duci nomen videtur: quia id genus maximè consectarentur Marsi, circumferrentque. Quod ne quis pro libidine confictum, auctore nullo, arbitretur: significat id maximus artis medicæ magister Galenus, volumine xi. simplicium pharmacorum, necnon ad Glauconem. Innuit & poëta nobilis illis versibus, quos & apposuimus:*

Quin & Marrubia venit de gente sacerdos,
Fronde super galeam, & felici comptus oliuâ,
Archippi regis iussu fortissimus Vmbro:
Vipereo generi, & grauiter spirantibus hydris,
Spargere qui somnos cantuque manuque solebat,
Mulcebatque iras, & morsus arte leuabat.

Marrubios verò esse Marsorum populos, non ferè est in literis modo assiduior, (vt Varronis vtamur verbo) qui nesciat. Plinius quoque auctor est, Marsos à Circes filio ortos: ob idque afa fuisse illis ingenitam vim contra serpentes. Quin & Angitios putant nuncupatos, quòd obluctantes angerent serpentes. Firmicus quoque, Matheseos quarto in lunæ decretis: Si, inquit, in Saturni domo fuerit ista coniunctio, tortores aut carnifices faciet, aut Marsos tales, qui aspides venari consueuerunt. Nec me fallit, ex eruditioribus quendam, edito etiam libello, Marassam à viperâ disparâsse: quo Nicolai Leoniceni, viri vndecunque scientissimi, placita vberiùs, de huius animalis naturâ, conuellat.

DON. SED non Dardanię medicari cuspidis ictum Eualuit, neque eum iuuère in vulnera cantus Somniferi, & Marsis quæsitæ montibus herbæ.] *Aut herbæ in regionibus repertæ Marsorum.* TE nemus Angitiæ, vitreâ te Fucinus vndâ, Te liquidi fleuère lacus.] *Doluerunt, inquit, exitum tuum loca, quorum incolis profuisti frequentiùs.* C IBAT & Hippolyti proles pulcherrima bello, Virbius.] *homo in dimicationibus bellicis probatissimi generis.* INSIGNEM quem mater Aritia misit, Eductum Ægeriæ lucis, Hymetia circùm Littora; pinguis vbi & placabilis ara Dianæ.] *Ex Aritiâ matre genitus, nutritusque est in lucis Aegeriæ, iuxta Hymetia littora, vbi Dianæ ara consecrata est.* NAMQVE ferunt famâ.] *Ferunt, inquit, quoniam auditu relaturus est: vt, quid famâ ferebatur, videretur dicere, non quod ipse plenâ cogitatione didicisset.* HIPPOLYTVM, postquâ arte nouercę occiderat, patriasque explerat sanguine pœnas, Turbatis distractus equis, ad sidera rursus Aetherea, & superas cœli venisse sub auras, Pæonijs reuocatum herbis, & amore Dianæ.] *Fuit fama, occisum Hippolytum remeâsse in lucem, remedio herbæ Pæoniæ, & Dianæ amantis auxilio.*

Tum pater omnipotens, aliquem indignatus ab vmbris
Mortalem infernis ad lumina surgere vitæ,
Ipse repertorem medicinæ talis & artis,
Fulmine Phœbigenam Stygias detrusit ad vndas.
At Triuia Hippolytum secretis alma recondit
Sedibus, & nymphæ Ægeriæ nemorique relegat:
Solus vbi in syluis Italis ignobilis æuum

SER. MEDICINÆ talis, & artis.] *Quæ etiam fata dissolueret.* POENIGENAM.] *Matris pœnâ genitum. Alij* Phœbigenam *legunt, vt Probus.* RELEGAT.] *commendat, ab alijs segregatum.* SOLVS.] *In solis locis. nam solus quo modo, qui dicitur filium suscepisse?* IGNOBILIS.] *non vilis; sed ignotus. quanquam posit etiam ad illud referri, quòd dicitur quibusdam artibus hominum vita vlta fata protendi posse: ita tamen vt solam*

Digitized by Google

Exigeret, versoq; vbi nomine Virbius esset.
Vnde etiam Triuiæ templo, lucisq; sacratis,
Cornipedes arcentur equi: quod littore currum,
Et iuuenem monstris pauidi effudêre marinis.
Filius ardenteis haud seciùs æquore campi
Exercebat equos, curruq; in bella ruebat.
Ipse inter primos præstanti corpore Turnus
Vertitur, arma tenens, & toto vertice suprà est.
Cui triplici crinita iubâ galea alta Chimæram
Sustinet, Ætnæos efflantem faucibus igneis:
Tam magis illa fremens, & tristibus effera flāmis;
Quàm magis effuso crudescunt sanguine pugnæ.
At læuam clypeum sublatis cornibus Io
Auro insignibat, iam setis obsita, iam bos;
Argumentum ingens, & custos virginis Argus,
Cælataq; amnem fundens pater Inachus vrnâ.
Insequitur nimbus peditum; clypeataq; totis
Agmina densentur campis; Argiuaq; pubes,
Auruncæq; manus, Rutuli, veteresq; Sicani,
Et Sacranæ acies, & picti scuta Labici.
Qui saltus, Tyberine, tuos, sacrumq; Numici
Littus arant; Rutulosq; exercent vomere colles,
Circæumque iugum: queis Iuppiter Anxurus aruis
Præsidet, & viridi gaudens Feronia luco:
Quà Saturæ iacet atra palus, gelidusq; per imas
Quærit iter valles, atque in mare conditur Vfens.
Hos super aduenit Volscâ de gente Camilla,
Agmen agens equitum, & florētes ære cateruas,
Bellatrix: non illa colo, calathisue Mineruæ,
Fœmineas assueta manus, sed prælia virgo
Dura pati, cursuq; pedum præuertere ventos.
Illa vel intactæ segetis per summa volaret
Gramina; nec teneras cursu læsisset aristas:
Vel mare per medium, fluctu suspensa tumenti
Ferret iter: celeres nec tingeret æquore plantas.
Illam omnis tectis agrisq; effusa iuuentus,
Turbaq; miratur matrum, & prospectat euntem,
Attonitis inhians animis: vt regius ostro
Velet honos læues humeros; vt fibula crinem
Auro internectat; Lyciam vt gerat ipsa pharetrā,
Et pastoralem præfixâ cuspide myrtum.

A *vt solam habeant vitæ imaginationem. videntur enim omnia facere; nec faciūt.* ÆVVM.] *Aeuum est ætas perpetua, cuius neq; initium, neq; extremum nascitur. Et hoc modo æuum ætatem Hippolyti posuit. Veteres æuum etiam Deorum vitam dicebant. nā & virbius inter Deos colitur. Virbium autem quidam Solem putant esse, cuius simulacrum non est fas attingere: propterea quòd nec Sol tangitur.* VERSO'QVE vbi nomine.] *de re facto: vt,* Oestrum Graij vertêre vocantes. VNDE etiam Triuiæ templo lucisq;.] *Exponit τὸ αἴτιον. nam Callimachus scripsit αἴτια, in quibus etiam hoc commemorat.* HAVD seciùs.] B *Nō segnius patre. Dicit autem, tantæ eum fuisse audaciæ, vt nec paternæ mortis terreretur exemplo.* VERTITVR.] *id est, agit.* ET toto vertice suprà est.] *Statius:* Et toto despectat corpore bellum. Aetnæos efflantem faucibus ignes.] *Nimios, quantos habet Aetna.* TAM magis illa fremens, & tristibus effera flammis; Quàm magis effuso crudescunt sanguine pugnæ.] *Legitur in arte, quòd tam, magis, maximè, minus, minimè, positiuo tantùm iunguntur. quod tamen tunc obseruatur, si ponantur ad augmentum istæ particulæ: tunc enim vitiosam faciunt elocutionem. Caterùm, si ad exæ-* C *quationem positæ sunt, possunt vel comparatiuo, vel superlatiuo, vel pro his ipsis gradibus ipsæ inter se iungi. hinc ergo est:* Tam magis illa fremens & tristibus effera flammis, Quàm magis effuso crudescunt sanguine pugnæ. *Non enim ad prælationem positæ sunt; sed ad exæquationem. maiores enim nostri, non in dicto vitia; sed in significatione esse voluerunt. hinc est in Salustio:* Ita quàm quisque pessimè facit, tam maximè tutus est. *Nam & hîc exæquatio est; non comparatio.* IO auro insignibat.] *Hæc Inachi filia, Argiuorum fluminis, fuit. hanc amauit Iupiter: &, dum cum eâ esset, superuenit Iuno. ille timens, ne deprehenderetur, Io mutauit in vaccam; & eam poscenti dedit Iunoni, ne pellicem confiteretur. Cui Iuno Argum, oculatum omnibus membris, Aristoris filium, custodem apposuit. quem cùm Iupiter per Mercurium interemisset, Iuno eum in pauonem mutauit: Ioni verò immisit œstrum, quo diu exagitata, peruenit ad Aegyptum; & Iouis voluntate in Isim mutata, colique cœpta est.* INSIGNIBAT.] *signo suo clarum esse faciebat: suâ picturâ insignem faciebat.* ARGVMENTVM.] *Aut fabula; vt Cicero;* Argumenta erant in valuis. *aut reuerâ argumentum, id est, probationem, quo se Græcum comprobare cupiebat. hoc enim etiam Amata superiùs dixit:* Inachus Acrisiusque patres, mediæque Mycenæ. CVSTOS.] *Ne reuerti posset in formam priorem.* PATER Inachus.] *Pater non tantùm eius, sed author originis Turni.* TOTIS agmina densentur campis.] *Qui oculis poterāt subiacere.* DENSENTVR.] *Denseo, denses, dicimus; aliter non.* ARGIVA'QVE pubes.] *Et hoc ad generis, vt diximus suprà, pertinet probationem: quòd eum sequebantur Argiui.* VETERES'QVE Sicani.] *Bene* Veteres*: nam vbi nunc Roma est, ibi fuerunt Sicani; quos postea pepulerunt Aborigines.* SACRANÆ acies.] *Dicunt quendam Corybantem venisse ad Italiam, & tenuisse loca, quæ nunc vrbi vicina sunt: & ex eo populos ducentes originem, Sacranos appellatos. nam sacrati sunt Matri deûm Corybantes. Alij Sacranas acies Ardeatium volunt: qui aliquando cùm pestilentiâ laborarent, ver sacrum vouerunt: vnde Sacrani dicti sunt. Ver sacrum autem, immolationis est genus. mos enim Italis fuit, vt magnis in periculis addicti vouerent, quæcunque proximo vere nata essent apud se animalia, immolaturos.* PICTI scuta Labici.] *Glaucus, Minois filius, venit ad Italiam: & cùm sibi imperium posceret, nec acciperet; ideò quòd nihil præstabat, sicut eius pater præstiterat: zonam eius transmittendo, cùm antehac discincti essent, ostendit scutum militare; à quo & ipse Labicus dictus est, & ex eo populi: ἀπὸ τῆς λαβῆς, quam Latinè ansam vocamus.* Picti autem scuta, *id est, in bello frequenter probati. nam apud maiores virorum fortium picta erant scuta; contrà inertium & tyronum pura erant. vnde est:* Parmaq; inglorius albâ, *id est, non pictâ.* QVI saltus, Tyberine, tuos.] *Non originem, vt suprà diximus.* SACRVM'QVE Numici Littus arant.] *Aut iam tunc sacrum: aut πρόληψις est, à cadauere Aeneæ: nam sacratus est Numicus, postquam inuentum est illîc cadauer Aeneæ.* LITTVS arant.] *Littus fluminis: vt,* Viridique in littore conspicitur sus. *cùm ripæ propriæ fluminum sint, littora maris: vt* Ouid. Pro ripis littora pulsant. CIRCÆVM'QVE iugum.] *Circa hunc tractum Campaniæ colebatur puer Iupiter, qui Anxurus dicebatur, quasi ἄνευ ξυροῦ, id est, sine nouaculâ; quia barbam nunquam rasisset: & Iuno virgo, quæ Feronia dicebatur. Est autē fons in Campaniâ iuxta Taracinam, quæ aliquando Anxur dicta est.* ET viridi gaudens Feronia luco.] *Non vacat, quod addidit,* Viridi. *nam cùm aliquando huius fontis lucus fortuitò arsisset incendio; & vellent indè incolæ transferre simulachra: subitò reuiruit.* QVA Saturæ iacet atra palus.] *Secundùm hanc lectionem reuerâ Saturam paludem intelligimus. sed alij* Asturiæ *legunt. quod si est; paludem pro flumine posuit. nam haud longè à Terracinâ oppidum est Austuria, & eiusdem cognominis fluuius.* QVÆRIT iter valles.] *Satis signatis verbis expressit flumen angustum. contrà de Tiberino ait:* In mare prorumpit. HOS super aduenit Volscâ de gente Camilla.] *Prudenter,*

denter, post completam commemorationem virorum, transit ad fœminas. ita enim & de Troianis legitur, qui vltimum Amazonum postularunt auxilium: quæ res ab Homero prætermissa est. Sanè iam præsagium est infelicitatis futuræ: quod inter ipsa principia armantur & fœminæ. VOLSCA de gente.] *De Priuerno, Volscorum oppido. vt,* Priuernum antiquâ Metabus cũ excedere vrbe. FLORENTEIS ære cateruas.] *Ennius & Lucretius Florens dicũt, omne quod nitidũ est. hoc est secutus Vergilius: aliter ἀκυρολογία est. Lucretius:* Florebat nauibus pontus. CALATI'SVE Mineruæ.] *Minerua & armorum dea est, & Lanificij. sed Camilla animum ad arma solùm contulerat.* CVRSV'QVE pedum.] *Benè* Pedum *adiecit: ne per equum eius gloria minueretur; quod ei obijcitur:* Quid tamen egregium si fœmina forti Fidis equo? ARISTAS.] *primas spicæ partes: dictas ab eo, quòd primæ arescant.* TINGERET.] *mergeret: vt,* Tingat equos. IVVENTVS Turbaq; miratur matrum.] *Antè, ornatum eius; pòst, arma dicturus est. vnde ὕστερον πρότερον esse voluerunt in respondendo: vt ornatum matres; viri verò, arma mirentur. Sed melior sensus est, vt, sicut dictum est, accipiamus. ea enim sexus vterq; miratur, quæ sunt posita contra opinionem: vt mirentur fœminæ arma in muliere; viri ornatum in bellatrice.* INHIANS.] *Stupore quodam patefacto in ore.* LYCIAM pharetram.] *quasi Lyciam: vt legimus,* Cretenses sagittas. PASTORALEM præfixâ cuspide myrtum.] *Quia hac pugnare pastores solent.* MYRTVM.] *Non hastam myrteam; sed ipsum myrtum. Statius:* Lernæam iacit ille trabem.

POM. Sabi. REPERTOREM.] *Aesculapium.* PHOEBIGENAM.] *genitum Phœbo. multi legunt* Pœnigenam. *Probus & Apronianus legunt,* Phœbigenam. RELEGAT.] *segregat.* IGNOBILIS.] *incognitus.* CORNIPEDES arcentur equi. *arcentur à templo Dianæ.* MONSTRIS.] *phocis.* CHIMÆRAM.] *monstrum supra galeam Turni. Chimæra mons Lyciæ, qui ardet.* ILLA.] *Chimæra.* SVBLATIS cornibus Io.] *Io, filia Inachi, conuersa in bouem, sub custodiâ Argi centoculi; quem Mercurius interemit.* IAM bos.] *id est, iam Io facta bos.* CÆLATA.] *hinc Silius:* Cælata Bagrada Parmam. ARGIVA'QVE pubes.] *Primi, qui in Italiam venêre, vt M. Cato & Sempronius aiunt, fuêre Achæi, multo ante bellum Troianum: &, cùm essent vagi, appellati sunt Aborigines. Dissentit ab his Dionysius, asserens fuisse Arcadas; qui cum Oenotro & Peucetio, Lycaonis regis Arcadiæ filijs, venêre. Aborigines dicti, quia vagi & sinè laribus erant: aut quòd quasi primi. nisi sit, tanquam editi sinè patribus: aut quòd ex variâ gentium colluuione mixti erant. Sunt qui scribant, eos fuisse Ligures; sunt qui Vmbros: quoniam vtraq; gens in Italiâ indigena est, & cæterarum vetustissima. Aboriginibus gratum fuit habitare montes; vt M. Varro tradit. Coluêre prope Reatem, Tribolam, Vesbolam, Simam, Mephilam, Orminum; & viâ Iuniâ Cursulam & Matieam. in quâ fuit oraculum matris deûm; & Listam, & Cotyliam. ab his locis ipsi pepulerunt Vmbros; & cum Siculis, qui finitimi erant, assiduè certauerunt. Plinius ait, tenuisse Latium Aborigines, Siculos, Pelasgos, Arcadas, Auruncos, Rutulos: adde Argiuos, Epeos, Sicanos, Troianos, & Cretenses, & Elymnos vltra Circeum, Volscos, Hoscos, Opicos, Ausonas. De Pelasgis varia est sententia: sed constat, eos fuisse ex Argis Achais, dictos à Pelasgo rege filio Iouis & Niobes Phorenei, &, pulsis Aboriginibus, per hæc loca habitâsse. Siculi, vt multi volunt, gens indigena, coluerunt montes: prope Corniculos & Tybur, Siciliensis quædam pars dicebatur. pulsi fuerunt ab Aboriginibus & Pelasgis; & traiecerunt insulam Trinacriam, & habitauerunt cum Sicanis: qui paulò antè pulsi à Liguribus, ad ea loca peruenerant. hinc insula Sicania & Sicilia dicta. Sicani fuêre gens Hispana, à Sicori amne deducta per seditionem.* RVTVLI, veteresq; Sicani.] *Rutulos aiunt fuisse Argiuos. Siculorum autem vrbes fuêre: Pisa, Saturnia, Alsium, Phescennium, & Phalerium: in Phalerijs colitur Iuno. Arcades sub Euandro: Argiui & Epei cum Hercule habitauerunt Saturnium* A *montem: Cretenses cum Saturno: & Elymij ex Argiuis fuêre: Ausones fuêre Oenotrij. Ideò Dionysius dicit, Lacedæmonas venisse in Latium. memorant, Corybantem quendam venisse in Latium; & ab eo gentem appellatam propter ceremonias sacram. Sergius refert, quòd quidam Sacranos Ardeates dicebant, ob sacrum votum. quod videtur comprobare Silius, cùm ait:* Sacra manus Rutuli. *Glaucus, Minois filius, dicitur venisse in Latium; nisi intelligat ipsos Rutulos fuisse: & scutum ostendit; vnde Labicus dictus. Glaucus Labicus dictus, scutum in Latio primus ostendit.* PICTI.] *quia apud maiores pingebantur scuta.* Labicum *oppidum est.* VIRIDI gaudens Feronia luco.] *Olim incendio lucus Feroniæ cõsumptus est: & cùm incolæ cogitassent transferre simulachrum, lucus statim reuiruit.* PALVS.] *in Pontinis paludibus fuisse 24. vrbes, Mutianus tradit; inter quas fuit Satura: tempore etiam nostro vndiq; solitudo magna est.* QVA' Satyræ iacet.] *Satyra, vrbs antiqua in Pontinis paludibus: & est etiam fluuius Satyra, & Satura, Astyra, & Astura. Qui legunt hîc,* Quà Asturæ iacet atrâ palus, *ignorant antiquitatem loci, & errant.* VFENS.] *fluuius labitur per Pontinas paludes* B *qui Aufentum à quibusdam appellatur. Silius libro octauo:* Et quos pestiferâ Pontini vligine campi, Quà Satyræ nebulosa palus restagnat, & atro Liuentis cœno, per squalida turbidus arua Cogit aquas Vfens, atque inficit æquora limo. ANXVRIS aruis.] *Venêre ex Anxuris aruis, quibus præsidet Iupiter. Tarracina, antè Trachyna dicta, id est, aspera, & linguâ Volscorum Anxor appellata. Volsci enim Iouem Anxurem nominant. Lacedæmonij, fugientes leges Lycurgi, nauigauêre in Latium; & in Pontinis paludibus, locum, vbi consedêre, dixerunt Feroniam, à ferendo vel nutu, vel pretio, & Feroniæ templum: remansit loco nomen, qui non longè à Tarracinâ distat. Cornelius Tacitus sic ait: L. Vitellius, positis ad Feroniam castris, excidio Tarracinæ imminebat. Meminit etiam eiusdem loci Horatius. Putauerunt quidam, Feroniam esse Iunonem: quidam verò à Sabinis ita appellari Palladem. Quare dixerit Strabo, Feroniam in Soracte esse non video.* CAMILLA.] *Antiqui ministros dicebant Scamillos; & ministras Scamillas. in Samothrace, deus, minister magnorum deorum, dicitur Scamillos. Camilla Volscorum regina fuit. hinc Silius de Asbite.* INHIANS.] *auida, stupida.* LYCIAM pharetram.] *Lyciam, Apollineam* C *& Dianeam: vnde Lycius Apollo, & Lycia Diana, diximus in Culice. Lycia nunc dicta, à Lyco Pandionis filio.* MYRTVM.] *propter Venerem, quæ in suâ est hastâ myrtea.*

STYGIAS detrusit ad vndas.] *In antiquis libris,* In vndas *legitur.* VAR. Lect. EXIGERET, versoq; vbi.] *Plerique libri antiqui, absque particulâ* Que *legunt.* VNDE etiam Triuiæ templo.] *Plures antiqui libri habent,* Templo Triuiæ. QVO'D littore currum.] *In libris aliquot antiquis,* Quò littore *legitur.* HAVD secius æquore campi.] *In antiquis plerisq; libris,* Segniùs *legitur.* DENSANTVR.] *In antiquis libris* Densentur *obseruaui.* IVPPITER Anxurus.] *In Romano, & aliquot alijs,* Anxirus; *in alijs plerisque,* Anxyris *scribitur.* FLVCTV suspensa tumenti.] *In aliquot veteribus libris legere est,* Fluctus tumentis. VT gerat ipsa pharetram.] *Sunt antiqui libri, vbi* Ferat *scriptum est. Et est pronomẽ* Illa *in antiquis exempl.*

Quoniam verò ab Satyris exorsi sumus; id forsan expendisse præstiterit: quid ita coruum satyram auem dixerit, in Valerij Coruini historiâ, Lucius Florus. Et sunt, qui ad fellationem putent referendum; de quâ Martialis: CAEL. Rhod.

Corue salutator, quare fellator haberis?
In caput intrauit mentula nulla tuum.

Et Plinius libro 10. Coruos, inquit, ore parere aut coire, vulgus credit. Id ab Anaxagorâ item traditum. Verùm lib. de Animalium generatione tertio, negat Aristoteles. Commeminit

lib. XVII.

A *lib.* XVII. *Auicenna.* *Quid si ad Saturam paludem, seu satyram, relatum malis? Ea verò Pontina est, 24. vrbium olim locus capax. Vergil. Aeneid. 7.*

Quà Saturæ iacet atra palus, gelidusq; per imas
Quærit iter valles, atque in mare conditur Vfens.

In agro autem Pontino rem gestam, auctor idem Florus est, nec non Aulus Gellius, ac Titus Liuius: etiam si apud hunc Pomptino legitur. Quo autem argumento, coruum paludis nomine significârit disertissimus historicus; ex Theone summi poetæ apud Aratum: qui prodit, cronicem ac coruum insigniter aquis oblectari: quòd earum alitum corpora maruerint vehementius; proinde humentia expetere admodum. Quin & solitudinis amicum animal coruus est, prouerbio suffragante: βάλλ' ἐς κόρακας. Erat proximè Tarentum locus item Satyra, vel Satyrion, vt Stephan.

DON. TVM pater omnipotens, aliquem indignatus ab vmbris Mortalem infernis ad lumina surgere vitæ, Ipse repertorem medicinæ talis & artis, Fulmine Phœbigenam stygias detrusit ad vndas.] *Iratus Iupiter, rediisse ab inferis vmbris mortuum, in eius authorem facti tenebras misit: à quibus, contra statutam legem, reuocatus est* B *in lucem, qui reuocari non debuit.* AT Triuia Hippolytum secretis alma recondit Sedibus, & nymphæ Ægeriæ nemorique relegat, Solus vbi in syluis Italis ignobilis æuum Exigeret, versoq; vbi nomine Virbius esset.] *Diana, miseratione reparati iuuenis, hunc in secretum nemorum abdidit: Aegeriæ nymphæ commendans, vt illic latens sua transigeret tempora. quem ne notissimi appellatio proderet, dici Virbium voluit. Addidit argumentum, quo credi posset, quod fama narrauerat.* VNDE etiam Triuiæ templo lucisque sacratis Cornipedes arcentur equi; quòd littore currum, Et iuuenem monstris pauidi effudère marinis.] *Ideò, inquit, quia Hippolytus equorum furore decerptus est, templo, & lucis Dianæ sacratis, equi arcêtur: ne in memoriam Dianæ factum, quo Hippolytus periit, rediret.* FILIVS ardentes haud segniùs æquore campi Exercebat equos, curruq; in bella ruebat.] *Huius igitur filius, non minore studio, equis & curru acer, ruebat in bellum.* IPSE inter primos.] *Ipse, vbi ponitur potioris meriti persona significatur. Demq; sequitur:* PRÆSTANTI corpore Turnus Vertitur arma tenens, & toto vertice suprà est.] *Ipse Turnus inter primos vertitur, tenens arma; &* C *toto vertice altior cæteris fuit. Potest etiam sic intelligi, quod ait,* Ipse: *scilicet cum quo tanta auxilia veniebant.* CVI triplici crinita iubâ galea alta Chimæram Sustinet, Ætneos efflantem faucibus ignes.] *Dixit causam, vnde cæteris altior videbatur. Habuit, inquit, galeam cum triplici iubâ, habentem informatam* Chimæram. *Idem ad imaginem veritatis expressam, vt Aetneos ignes euomere putaretur.* TAM magis illa fremens, & tristibus effera flammis; Quàm magis effuso crudescunt sanguine pugnæ.] *Habere videbatur in fremitu & in flãmis, vt visâ crudelitate crescere putaretur.* AT læuam clypeum sublatis cornibus Io Auro insignibat, iá setis obsita, iam bos, Argumentum ingens, & custos virginis Argus, Cælataque amnem fundens pater Inachus vrnâ.] *Describsit caput & Galeam Turni: dicit, quid habet in clypeo. Expressa illic fuit Io, nondum armata cornibus; iam tamen setis obsita, & bouis corpus ostendens. nec Argus illic defuit, qui custos virginis appositus fuerat: & Inachus, pater eius, additus videbatur, ornatâ auro vrnâ flumen quoddam effundens.* INSEQVITVR nimbus peditum.] *Ducem Turnum sequebatur peditum multitudo.* CLYPEATA'QVE totis Agmina densantur campis.] *Quanta multitudo scutata peditum fuit? quam quum latitudo campi non caperet, densabatur, vt sustineri potuisset.* AROIVA'QVE pubes, Aruncæque manus, Rutuli, veteresque Sicani. Et Sacranæ acies, & picti scuta Labici; Qui saltus, Tyberine, tuos, sacrumque Numici Littus arant, Rutulosque exercent vomere colles, Circæumque iugum: quîs Iuppiter Anxurus aruis Præsidet, & viridi gaudens Feronia luco: Quà Saturæ iacet atra palus, gelidusque per imas Quærit iter valles, atque in mare conditur Vfens.] *Omnes isti, ex diuersis locis & regionibus congregati, cum Turno fuerunt.* HOS super aduenit Volscâ de gente Camilla, Agmen agens equitum, & florentes ære cateruas Bellatrix.] *Super hos, inquit, qui è diuersis locis conuenerant, venit & Camilla bellatrix, de Volscorum gente. Tantus fuit amor belli in omni Italiâ; tanta aduersus Aeneam cunctorum conspiratio; tantus metus vniuersis: vt etiam fœmina multitudinis dux non dubitaret exsistere; fiducia videlicet, non sexus sui, sed exercitationis: cùm ipsa in eo sexu esset, qui alienus esse debuerat à bello. Ducebat tamen maximi numeri iuuentutem, equitum atque peditum, armis competentibus instructam, viris ipsa non inferior. Incipit asserere Poëta, posse vsum superare naturam.* NON illa colo, calathisue Mineruæ Fœmineas assueta manus.] *Despecto ad quod nata esset, & spretis lanâ & colo, manus fœmineas virili studio mancipauit.* Sed prælia virgo Dura pati.] *Aderat illa duris bellis. Dixit qualibus; & non dixit eorum numerum: vt cumularet virginis laudem, sub generali significatione. Dura, inquit, bella, in quibus maior crudelitas esset, & maximus labor.* CVRSV'QVE pedum præuertere ventos.] *Fidebat illa non tàm equorum mobilitate, quàm pedibus suis, tantùm pernix, vt cursu præuerteret ventos.* ILLA vel intactæ segetis per summa volaret Gramina; nec teneras cursu læsisset aristas: Vel mare per medium fluctu suspensa tumenti Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.] *Illa, si super segetes, & super medio maris cursu, vellet exerceri, tantâ leuitate mobilis corporis ferebatur; vt nec aristas læderet, nec plantis tangeret mare: vt non iam currere, sed volare videretur.* ILLAM omnis tectis agrisque effusa iuuentus, Turbaque miratur matrum & prospectat euntem, Attenitis inhians animis.] *Euntem illam in medio agmine, mirabatur multitudo omnis ac sexus, domibus & agris in aperta prosiliens. Cui fœminæ, vel cui viro, non miraculo esset, in fœmineo sexu Martis habitare virtutem?* Vt regius ostro Velet honos læues humeros.] *Præter ausos ipsos, & omnia quæ laudantur, tenuit. laudatur etiam ipse vestitus: quem ornabat precium vestis, & subtilitas. Velabat enim humeros eius, taxatio vestis amplissima.* VT fibula crinem Auro internectat.] *Crinem eius non ars fœminea; sed virilis fibulæ militarisq; nectebat. Aurum illic ostrumq; subierat: sic tamen, vt reginæ esset totum; non quò illis delectari videretur, quæ tendebat ad bellum.* LYCIAM vt gerat ipsa pharetram, Et pastoralem præfixâ cuspide myrtum.] *Inter cætera etiam illa mirabatur multitudo spectantium: quòd incedens arma sua ipsa portabat; pharetram scilicet & hastam myrteam, præfixo ferro grauiorem: quæ tanti etiam ipsa roboris fuit, vt ad vsum pastorum fortium parata videretur. Quæ suprà scripta sunt, pertinent ad extremam manum, quam imposuit Iuno per furiam: perfectionem autem significat* Extrema manus. *Hic igitur dixit Extremam manum, vbi perficiendis rebus intendebat opera. In vndecimo autem libro induxit illam dixisse,* Me fine prima manu tentare pericula belli; *hoc est, incipere pugnæ certamen:* Tu pedes ad muros subsiste, & mœnia serua. *sequitur, vt reliqua Turnus impleret, præter ista, quæ huius libri expositio continet. Etiam illud sciendum, quod sæpe iam diximus, laudes Aeneæ libros omnes continere; sed in hoc plura eiusmodi, & maxima, & miranda complexum. Nam vt venit Aeneas idem ad Italiam, auspiciis diuinis susceptus est; blandientibus omnibus elementis: sereno cœlo, placido mari, ventis silentibus, lucè crescente, sole mundo, aurorâ fulgente, secundo fluminis cursu, etiam ipsis auibus lætis, nemoribus quoque otium securitatemq;*

temq́; spondentibus. Quo tempore emerserunt apes, genus animalis asperum per se, & aduersùs eos, quos senserint inimicos, generans mella & examinum infinitam prolem. Flammatum est quoq; Lauiniæ caput: sed illud lumen potiùs, quàm incendium fuit. Responsum est vocibus vatum, venturum virum admirabilem, cui Italiæ totius deberetur imperium. Ecce, aduentus eius non homines nuntij fuerunt, sed dij. Consultus Faunus, super deligendo genero, multos petitores respuit, spondens venturum, cuius reuerâ coniugio Lauinia deberetur. Occurrit eius felicitati ætas, & orbitas regis: nam Latinus rex & senex fuit, & vnam filiam habuit. Hic in eo præfertur Aeneas: quia, nisi opportunè venisset, omnis Italiæ futura prosperitas, & res Romani Imperij, protinus concidisset. Dein ab ipso rege libenter exceptus est, & vxor oblata potiùs quàm petenti concessa. Prælatus est ciuibus multis, virtute, genere, pulchritudine corporis, fortunâq; præstantibus. Huius felicitati inuidens Iuno, defectus suos euidenti dolore confessa, etiam inferos mouet. Vocat Furiam: hanc aduersùs homines, deorum voluntate munitam, iunxit partibus suis. cui ministra apponitur mater eius per fraudem, quæ fidem promissam affinitatis euerteret: scilicet cùm offerret alterum generū diuitem, regium, atq; formosum. Sed hæc non potuerunt Latini mentem commouere. Excitatus est Turnus in bellum; exciti reges innumeri; prouinciæ quoque & gentes, asperæ, bellicosæ, feroces, & multitudinis fiducia truces. Adijcitur octauo libro, ad Diomedem quoque missum: sed illum, tanti nominis reuerentiâ territum auxilia pernegâsse. Aeneam interea de reliquijs Danaûm (vt dictum est) atq; immitis Achilli, perditisq; ex his naufragio plurimis, & interueniente luis contagione nonnullis exstinctis; relictis quoq; in Siciliæ partibus aliquantis; cum paucis, quos Euander ei ex angustâ substantiâ dederat, obtinuisse: ipsam Iunonem sæuam, & in exercendis inimicitijs infinitis temporibus perdurantem, virtute, tolerantiâ, & felicitate superatam, Aeneæ partibus (vt in 12. libro lectum est) fauere compulsam: illumq; omnia cum prosperitate adeptum, quæ nuntiauerunt dij, & cecinerant vates. A

TOTO vertice suprà est.] De eo, qui cæteros antecit corporis magnitudine. ADR. Bir.

ÆNEIDOS LIBRI VIII.

Argumentum.

ΑΔΗΛΟΝ.

Præparat octauo bellum, quos mittat in hostem.

MODESTINI IVRISCONSVLTI, IN OCTAVVM librum Aeneidos, Argumentum.

Dat belli signum Laurenti Turnus ab arce.
Mittitur & Magni Venulus Diomedis ad vrbem:
Qui petat auxilium; & doceat, quæ causa petendi.
Æneas, Diuûm monitis, adit Arcada regem
Euandrum, Arcadiæ profugum, noua regna petentem.
Accipit auxilium: hinc natum, & socia agmina iungit
Euander. Pallas fatis comes ibat iniquis.
Iamq; habilis bello, & maternis lætus in armis,
Fataq;, fortunasq; ducum, casusq; duorum
Sortitus, clypeo diuinâ tentus in arte est. B

P. VERGILII M. ÆNEIDOS LIBER VIII.

VT belli signum Laurenti Turnus ab arce
Extulit, & rauco strepuerunt cornua cantu:
Vtque acreis concussit equos; utq; impulit arma:
Extemplò turbati animi. simul omne tumultu
Coniurat trepido Latium: sæuitque iuuentus
Effera. ductores primi, Messapus, & Vfens,
Contemptorque deûm Mezentius; vndiq; cogunt
Auxilia, & latos vastant cultoribus agros.
Mittitur & magni Venulus Diomedis ad vrbem;
Qui petat auxilium, & latio consistere Teucros:
Aduectum Æneam classi, victosque penates

SER. VT belli signū Laurenti Turnus ab arce.] Apud maiores nostros tria erant militiæ genera, in bellis gerendis. nam aut legitima erat militia, aut coniuratio, aut euocatio. Legitima erat militia eorum, qui singuli iurabant, pro Republicâ se esse facturos: nec discedebant, nisi completis stipendijs, id est, militiæ temporibus. & Sacramentum vocabatur. vt Aeneid. 2. Fas mihi, Graiorum sacrata resoluere iura. Aut certè, si esset tumultus, id est, bellum Italicum, vel Gallicum: in quibus, ex periculi vicinitate, erat timor multus; quia singulos interrogare non vacabat: qui fuerat ducturus exercitum, ibat ad Capitolium, & exinde proferens duo vexilla: vnum roseum, quod pedites euocabat; & vnum cæruleum, quod erat equitum, (nam cæruleus color est maris; à cuius Deo equum constat inuentum) dicebat: Qui Rempublicam vult saluam esse, me sequatur. & qui conuenissent, simul iurabant. & dicebatur ista militia, Coniurati. C

A iuratio. Alij album & roseum vexilla tradunt: & roseum, bellorum; album, comitiorum signum fuisse. Fiebat etiam Euocatio. nam ad diuersa loca diuersi, propter cogedos mittebantur exercitus. Modò ergo duo sunt genera militiæ: coniuratio, & euocatio; quippe in tumultu. Sanè incongruũ non est, quòd signum belli, id est, vexilli eleuationem, Turno dat: cùm de rege Latino dixerit suprà; Rerumque reliquit habenas. Aut, quia Turnus, furore succensus, maluit ipse efficere, quàm iubere; vt omnes abrumperet moras: aut quia, sicut dictum est, Latinus, cui soli imperandi hoc ius erat, abstinuerat; & nemo, illo abstinente, parebat. Belli autem signum dixit generaliter (nam multa sunt) sed Vexillum significat, quod est tractum à veli diminutione: vt Velum, Vexillum. AB arce.] Quoniam vexillum in arce poni solebat, quod esset specimen imperati exercitus. STREPVERVNT
B cornua.] Quæ simul sonabant. vt, Æreaque assensu conspirant cornua rauco. Thucydides ait: Lacedæmonios, non cornuum tubarúmue cantu, sed tibiarum, vsos. Homerus de Achæis: οἱ δ᾽ ἄρ᾽ ἴσαν σιγῇ. Et antea de Phaliscis, Regémque canebant, dixit. VT'QVE acres cõcussit equos.] Hoc ad equites pertinet. Et verùm hoc epitheton equorum perpetuum est, an dum concutiuntur? VT'QVE impullit arma.] Hoc ad pedites. Est autem factorum. nam is qui belli susceperat curam, sacrarium Martis ingressus, primò ancilia commouebat, pòst hastam simulachri ipsius, dicens: Mars vigila. Quidam sanè suos equos, & sua arma, de Turno tradunt: scilicet vt cæteris esset exemplum. EXTEMPLÒ.] Aut subitò: aut reuerà ex ipso templo, id est, pòst diuina arma commota. TVMVLTV trepido.] festino: more suo. Non enim timere poterant, qui pericula vincebãt. CONIVRAT.] Nota, de re bona coniurationem dici posse. nam coniuratio τῶν μέσων est. IVVENTVS Effera.] efferata per furiam vt, Arma velit poscatque simul. MESSAPVS & Vfens.] Bona electio personarum, ad delectum habendum. vnus eques bonus, id est, Messapus, mittitur: alter, pedes egregius, id est, Vfens. CONTEMPTOR'QVE deûm Mes-
C zentius.] Quis enim iustius, quàm sacrilegus, contra pios, & prepararet bellum & gereret? VASTANT cultoribus agros.] Abducendo cultores, vastos & desertos efficiunt. Sallustius in Iugurthâ: Vastus ab naturâ & humano cultu. Alibi: Quippe vasta Italia rapinis, fugâ, cædibus: hoc est, hominibus deserta. MITTITVR & magni Venulus Diomedis ad vrbem.] Diomedes, postquam repêrit irâ Veneris, à se vulneratæ, vxorem Aegialiam apud Argos cum Cillabaro, vt Lucilius, vel Cometâ, vt plerique tradunt, turpiter viuere: noluit reuerti ad patriam; vel, vt dicitur, ab adulteris proturbatus: sed tenuit partes Apuliæ, & edomitâ omnis Gargani montis multitudine, in eodem tractu ciuitates plurimas condidit. nam & Beneuentum, & Aequitutium, ipse condidit, & Arpos, quæ Argyrippa dicitur, ad quam nunc Venulus mittitur: non Arpinum; quam constat esse Campaniæ: vnde Cicero Arpinas. Sanè sciendum, Apuliam vno dictam vocabulo: sed huius partem, quam Diomedes tenuit, Messapiam & Peucediam à duobus fratribus dictam, qui illic imperarunt. Alij aliter sentiunt de Messapiæ nomine: In Anthedonis enim orâ, quæ Bœotiæ est, mons stat Messapius, à duce Messapo nominatus: qui aduentans in Iapygiam, ab se Messapiam regionem appellauit. item Dauniam, à Duno rege Apuliæ; à quo huc Diomedem quidam hospitio receptum dicunt. Sanè artificiosè ad Diomedem mittitur. mouenda est enim indignatio & metus Diomedi: vt subueniat Latinis contra Troianos; vel vt eum, quasi ciuis, citiùs posset adducere. VENVLVS.]

Inferre, & fatis regem se dicere posci,
Edoceat: multasq; viro se adiungere gentes
Dardanio, & latè Latio increbrescere nomen:
Quid struat his cœptis: quem, si fortuna sequatur,
Euentum pugnæ cupiat: manifestiùs ipsi,
Quàm Turno regi, aut regi apparere Latino.
Talia per Latium. quæ Laomedontius heros
Cuncta videns, magno curarum fluctuat æstu:
Atq; animum nũc huc celerem, nunc diuidit illuc:
In partesque rapit varias, perq; omnia versat.
Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen ahenis

Hunc fuisse constat Argiuum. nam Tyburs est; vt ille indicat locus: Prędam Tyburti ex agmine raptam Portat ouans. Hunc alij Latini imperasse olim tradunt. CONSISTERE.] Iam esse conditos: id est, fundâsse ciuitatem. Plus enim est, consistere, quàm venisse. INFERRE.] Hic inuidiam facit. vt, Inferretque deos Latio. Propriè enim inferuntur penates. VICTOS'QVE penates.] vt maior sit indignatio. Et amat Poëta, quotiens aduersùm Troianos poscuntur auxilia, penatibus victorum crimen adscribere: vt apud Aeolum: Ilium in Italiam portans, victosque penates. FATIS regem se dicere posci.] Vnde illud est; Exspectate solo Laurentum. & dicendo, Posci, agit subtiliter. nam, si non venit errore, sed fato: omnem sibi vtiq; est vendicaturus Italiam; sinè dubio & Diomedis imperium. VIRO se adiungere gentes Dardanio.] Hic metum iniicit. Et bene, non Aeneæ dixit, sed viro Dardanio: vt non sit mirum, si sequebantur hominem, sibi cognatione sociatum. vt, Hinc Dardanus ortus; Huc repetit. QVID struat his cœptis.] Cùm hæc iam cœperit. Et participialiter dixit. ab eo, quod est Incipio, Cœptus facit. hinc est, Cœptis. QVEM, si fortuna sequatur, Euentum pugnæ cupiat.] Si eum fortuna comitetur, quem suæ finem velit esse victoriæ, ipsum meliùs nôsse, qui iam antiquus est hostis. Ergo Quem acutè pronuntiandum. vt sit ordo: Quem euentum pugnæ cupiat, si fortuna sequatur. Vult autem intelligi, Aeneam etiam contra Diomeden bella gesturum: non tantùm propter præsens imperium; sed & causâ hostilitatis antiquæ. TALIA per Latium.] gerebantur, subaudi. & est formosa ἔκλειψις. CVNCTA videns.] animo pertractans. nam non videbat. CVRARVM fluctuat æstu.] His verbis futuram præoccupat comparationem; quæ est Apollonij de verbo ad verbũ. FLVCTVAT æstu.] Vtrumque verbum de mari est. ATQVE animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc.] Vel quòd suis copijs bellum Itali aduersùs eum parabant? vel quòd à Diomede, vetere hoste suo, auxilia postulabant. Celerem autem, ad corporis comparationem, quod tardum est: vt, Iterumque ad tarda reuerti corpora.

VT belli signum, &c. CONCVSSIT.] Scilicet sonitu tubæ. TVRBARI.] propter bellum. TREPIDO tumultu.] festino. LATOS cultoribus agros.] Quia agricolas ad bella vocabant. ex eis namque optima militia est. MAGNI Diomedis.] Diomedes in Apuliam venit: Dauni filiam duxit: condidit Arpos vrbem; aliter nominatam Argyrippam; & Argos Hippium. VENVLVS.] vnus ex Argiuis, huc mittitur à Turno. CLASSI.] prò, classe. POSCI fatis.] vt sit rex in Latio, poscentibus fatis. EDOCEAT.] significet Diomedi. ADIVNGERE gentes.] vt magis inuidiam concitaret. NOMEN.] scilicet Troianum, fauente Latino. QVEM, si fortuna sequatur.] si fortuna adfuerit Aeneæ, quem finem cupiat, Diomedem, qui antiquus hostis, meliùs nôsse. Qui hostis est Troianis, meliùs ipse cognoscit Diomedes, quàm nos. IPSI.] Diomedi. TALIA.] qualia diximus. SICVT aquæ.] Comparatio est. Ita animus Aeneæ fluctuabat: vt, cùm aqua feritur radio solari, paruo momento lumen huc illuc prosperat. POM. Sabis

EVENTVM pugnæ cupiat.] In aliquot antiquis libris, Cupiet legitur: sed longè venustiùs, Cupiat. VAR. Lect.

VT belli signum Laurenti Turnus ab arce Extulit, & rauco strepuerunt cornua cantu; Vtque acres concussit equos; vtque impulit arma: Extemplò DON.

turbati animi simul omne tumultu Coniurat trepido Latium, soluitque iuuentus Effera.] *Turnus, hortamento furiæ & mandatis, ducibus & auxilijs fultus, factus audacior, primus prorupit in bellum, signumq́ extulit, quò maiore furore bellandi cæteros excitaret. Denique, vt vexillum ostendit; & rauco cantu strepere cœperunt cornua: vt equos produxit, & arma impulit; extemplò turbati animi, singulorum scilicet, qui viderant, vel audierant. quibus ita gestis, alia mens virorum fortium facta est. Et quando ad id ventum est, vt non dispositioni sequenti tempore profutura, sed in præsens momentum facta procederent:* simul, omne tumultu Coniurat trepido Latium. *Simul, inquit, & omne: hoc est, vno tempore, omnibus in vnum coëuntibus, Latium omne trepido tumultu coniurat. Trepidatio quippè cunctorum talis exstiterat, & talis tumultus, hoc est, timor multus: vt in contrahenda coniuratione, & tantâ congregatione populorum, parui sibi & adhuc impares viderentur: proindéq; desperatio vniuersos obsederat. Quo factum est, vt nullus immunis fieret à consortio dimicandi. Ecce quantum Aeneæ meritis datur: quantâ arte laudes eius & præconia cumulantur. Profitetur primus violentiam Turnus: & coniugium, quod meritis obtinere non valuit, bello nititur quærere. Hîc quoque partes Aeneæ tutæ redduntur: ne peregrinus, optimo studio susceptus, & optatus cum omni beneuolentiâ gener, in socios impius, & asper in ciues videretur exstitisse; si priùs arma sumpsisset. Accedebat aliud, quod magis laudes eius extolleret: vt Italia omnis, tot duces, tot populi, tanta vniuersorum conspiratio, rebus suis, cum ipsâ subsidiorum mole, diffideret: cùm peregrinum naufragium, nomen, ac nullis in eâ regione familiaritatibus fretum, contemnere armata multitudo debuisset.* SÆVIT'QVE iuuentus Effera.] *Ferebatur iuuentus, non ratione aliquâ, sed feritate, & iniectâ per furiam furoris amentiâ.* DVCTORES primi, Messapus & Vfens, Contemptorque deûm Mezentius, vndique cogunt Auxilia.] *Duces, timidiores cæteris, cogebant auxilia vndique.* Cogebant, *accipiendum est, non congregabant; sed, inuitos vrgebant. Denique sequitur:* ET latos vastant cultoribus agros.] *Vt ostenderet poëta, tanto illos metu fuisse oppressos, vt solitudinem latis inducerent agris, nullo saltem relicto custode. In significatione latitudinis agrorum, intelligere possumus, quantus cultorum numerus, ad bellum videatur esse pertactus.* MESSAPVS, & Vfens, Contemptorque deûm Mezentius.] *Non frustra singulorum nomina posuit. ostendit enim, excepto timore plebis, etiam in ipsis ducibus, in quibus præcipua virtus exsisteret, maximum fuisse terrorem. Nam, qui auxilijs cogendis operam dabant, & ne ipsos quidem inermes esse patiebantur cultores agrorum; proculdubiò, quem formidinem animo gererent, euidentissimè profitebantur. Quòd autem etiam hoc loco* Contemptorem diuûm Mezentium *posuit: maximum Troiani ducis insigne, in eo quoque voluit demonstrare; vt contemptor diuûm Mezentius aliquando inueniret quæ timeret.* MITTITVR & magni Venulus Diomedis ad vrbem, Qui petat auxilium; & Latio cõsistere Teucros Aduectum Æneã classi.] *Tanta formido Italorũ tenuerat mentes: vt conquirendorũ auxiliorũ non inuenirent terminum, nec caperent finem. Deniq; etiam ad Diomedem miserant Venulum, qui auxiliũ posceat. Et quoniam petendi ars illa prima est, vt illud, quod petendum est, ostendatur etiam illi profuturum, qui dederat mandata: ad ipsum defert ea, quibus & mulcere hominem, & impetrare posset quæ volebat. Longè autem fuerat Diomedes; proindéque nesciebat, quæ in Italiâ gererentur. facilimũ videbatur, eum etiam falsis terroribus ad dandum posse prouocari. Mandata igitur pro naturâ causæ hæc erant, quibus suasoria posset impleri. Primùm, vt aduectum Aeneam classe narraret: hoc est, vt de aduentu Aeneæ ignarus non fieret; quem in Troiâ nouerat victum, eundémque nauibus aduectum. vt ex hoc verum esse consideret; & arbitraretur, paruis opibus fultum, timendum propter bellorum incerta non esse.* A VICTOS'QVE penates Inferre.] *Secundum, vehere deos suos; quos ipse Diomedes in exidio Troiæ contempserat. Quum hunc asseerit penates secum vehere: ostendit, eum his constituendis in Italiâ sedibus cogitare.* ET fatis regem se dicere posci, Edocet.] *Referat etiam, Aeneam dicere, quòd sibi fatorum ratione Italia debeatur. licèt hoc non adeò posset Diomedem terrere: volebant suspicione colligere, Aeneam in causâ suâ de regno debito esse mentitum. Adduntur supplementa terroris falsa; quæ inimicum veterem in magnam sollicitudinem mitterent.* MVLTAS'QVE viro se adiugere gentes Dardanio, & latè Latio increbrescere nomen.] *Hæc non fuerant facta: sed idcirco veris admixta sunt, vt pro certis acciperentur. Sed neque ipsa Diomedes poterat formidare, etiam si hæc pro veris accepisset. Diceret, aduersùs eos profutura, quos in Italiâ sui æmulos inuenisset.* MVLTAS'QVE viro se adiungere gentes Dardanio, & latè Latio increbrescere nomen.] *multas, inquit, gentes. maior metus iniiciebatur ex eo, quòd neque numerum expressit, aut gentium nomina. Dehinc dixit,* Adiungere & increbrescere. *imperfecto enim modo maior formido poterat exoriri; quòd auxiliorum & fauoris Aeneæ quotidie crescebat effectus.* B *nam si aliquid perfectum nuntiaret: æstimari poterat, & fortè contemni. Duo igitur mandata portabat Venulus. vnum, quod medicaret, quæ gererentur in Italiâ: alterum, quod terreret.* Edoceat *non semel accipiendum est. quod idcirco in medio posuit: ne turbaretur ex continuatione narratio; si in capite, vel in fine consisteret. Ordinemus ergo omnia; vt intellectus fiat illustrior, & propter demonstrandam petitionis causam;* Edoceat latio consistere Teucros: aduectum Æneam classi, victosque penates Inferre, & fatis se regem dicere posci. *Per singula ergo, quæ dicta sunt, subaudiendum est,* edoceat. *Item inferioribus aptandum, vt sit:* Edoceat multas gentes viro Dardanio se adiungere. *Item,* edoceat Latè Latio increbrescere nomen. *Hæc exempla docendi debemus imitari, quum aliqua scribimus. Odiosa est enim in his continuatio. quæ fit melior, cùm vnum verbum, in medio positum, superioribus simul inferioribúsque respondet. Incipit pars alia mandatorum interponi; vt, si impetrationem non concederet; ex periculi sui contemplatione, postulatis Diomedes annueret.* QVID struat his cœptis: quem, si fortuna sequatur, Euentum pugnæ cupiat.] C *Manifestum est, inquit, quid eius cœpta significent: Manifestum, quem cupiat euentum. si fortuna consentiat. Dicit iam maioris metus causam.* MANIFESTIVS ipsi, Quàm Turno regi, aut regi apparere Latino.] *Ex aperto ait; non Turno aut Latino esse cupit infestus, quos constaret nullas causas odij præbuisse; sed illi, quem, propter excidium Troiæ exsecrabilem habuit inimicum. Etiam huic parti* Edoceat *debet adiungi: quia, vt dictum est, semel positum, omnia tenuit. Ponamus ergo in capite,* Edoceat, *& cum ipsâ dictione percurramus omnia. Mittitur & magni Venulus Diomedis ad vrbem, qui petat auxilium: & hunc edoceat aduectum Aeneam classe, edoceat victos penates inferre: edoceat fatis regem se discere posci, edoceat multas gentes se adiungere viro Dardanio. Quòd addidit,* Dardanio, *non vacat. admonere enim voluit Diomedem odij veteris: quod metuere debuit, propter excidium Troiæ. Edoceat, Latio increbrescere nomen eius: Edoceat, quid ferat. His conceptis, edoceat, Aeneæ hanc esse sententiam: &, si euentum pugnæ sequatur fortuna prosperior, ex aperto magis ipsi Diomedi, veteri hosti, redditurum vicem, quàm Latino aut Turno nociturum.* TALIA per Latium.] *Multi hîc distinguunt, & finiunt; & faciunt caput cum quodã transitu, & sequuntur, dicentes:* QVÆ Laomedontius heros Cuncta videns, magno curarum fluctuat æstu; Atque animum nunc huc celerem,

nunc

A nunc diuidit illuc: In partesque rapit varias, perque omnia versat.] *Nos hanc pronuntiationem propositi versus sic tradenmus, additâ ordinatione sensus: Quæ cuncta talia videns Laomedontius heros per Latium geri, magno curarum fluctuat æstu: & cætera quæ sequuntur; vt nulla sit separatio.* Cuncta videns: *id est, planè considerans omnia, & habens comperta ac manifesta.* Quòd ait, Cuncta, *illud exprimere voluit: Ex illis, quæ per diuersa agitabant, nihil Aeneam latuisse.* Laomedontium dixit, *astutum, callidum, vigilantem, & respondentem virtutibus Laomodontis. Et reuerà hæc prima sollicitudo est in ratione bellorum: vt vnusquisque intelligat, quid hostes agant, quid innouetur. Hæc igitur Aeneas sic nouerat: vt eadem ipsa non solùm audisse, sed vidisse videretur: ita omnes actus diuersæ partis inuestigando collegerat. Magno autem animi æstu & vehementi agitabatur; considerans totius Italiæ factionem.* Æstus animi, *ex causâ translationis dicti sunt. Cæterùm propriè maris dicuntur æstus; quum vltra naturam suam aliquâ ex causâ tollitur, aut mundat. Nec immeritò igitur prudentissimus, diuersis cogitationibus & inæstimabili curâ, huc atque illuc, propria cogitata tenebat. Videbat enim, aduersis omnem Italiam sibi conspiràsse: missum quoque esse ad Diomedem, quem non sperabat auxilia negaturum. Considerabat opes suas, quæ contra tantos ac tales stare non possent: vtpote quæ essent satis exiguæ, & nullius extrinsecus subsidijs fultæ. Hæc exposuimus, captâ coniecturâ ex præsentibus. Cæterùm poëta nullas cogitationum speciales causas aperuit: æstimationi relinquens, quæ ille pro loco, pro tempore, pro personâ, pro causâ, soluere secum ipse potuit. Nihilominùs mirâ arte tractauit naturam animi: qui, quum diuersis, vt mare, cœperit æstibus agitari, citò in alta rapitur; & citò reuocatur. Mittit comparationem: vt vnusquisque animi mobilitatem, quam latentem in interiore pectoris non poterat cernere, proposito videret exêplo.* SICVT aquæ tremulū labris vbi lumē ahenis Sole repercussum, aut radiantis imagine lunæ, Omnia peruolitat latè loca, iamq; sub auras Erigitur, summiq; ferit laquearia tecti.] *Aqua enim, patentibus vasis condita, & percussa Solis aut Lunæ radijs, si habeat motum: emittit ex sese quoddam lumen vagum atque discurrens; & nunc tecta ipsa, nunc parietes omni celeritate percurrit. Quod ipsum idcirco positum est: vt intelligatur, quantâ mobilitate animus Aeneæ, per diuersas cogitationes, videatur excutrisse.*

B

Sole repercussum, aut radiantis imagine lunæ,
Omnia peruolitat latè loca, iamque sub auras
Erigitur, summique ferit laquearia tecti.
Nox erat, & terras animalia fessa per omneis,
Alituum, pecudumq; genus, sopor altus habebat:
Cùm pater in ripâ, gelidique sub ætheris axe,
Æneas, tristi turbatus pectora bello,
Procubuit, seramque dedit per membra quietem.
Huic Deus ipse loci, fluuio Tyberinus amœno,
Populeas inter senior se attollere frondes
Visus; eum tenuis glauco velabat amictu
Carbasus, & crines vmbrosa tegebat harundo.
Tùm sic affari, & curas his demere dictis.
O' sate gente deûm, Troianam ex hostibus vrbem
Qui reuehis nobis, æternaque Pergama seruas;
Exspectate solo Laurenti, aruisque Latinis:
Hîc tibi certa domus; certi (ne absiste) penates:
Neu belli terrêre minis, tumor omnis, & iræ
Concessêre deûm.
Iamq; tibi (ne vana putes hæc fingere somnum)

SER. SOLE repercussum.] *Aut vacat* Re: *aut bene Repercussum, quia primò aquam feriti; indè posteà tendit ad tecta.* RADIANTIS imagine lunæ.] *Negant omnes physici, lumen lunæ, aliud ex se reddere. & vituperatur hoc dicto Vergil. quod tamen tolerabile est: quia non lunam, sed imaginem dixit lunæ: quā à sole lumen accipere, manifestum est. An ideò Radiantis: vt, quoniam Luna lumen de sole mutuatur, idem videatur etiam ipsa efficere, quæ de sole procedit.* LAQVEARIA.] *Multi* Lacunaria *legunt: nam Lacus dicitur. vnde est in Horatio:* Nec meâ
C renidet in domo Lacunar. *Non enim à Laqueis dicitur; sed ab eo, quod sunt Lacus.* ALITVVM.] *Pro alitum. sed metri caussâ, vt diximus suprà, addidit syllabam.* SVB ætheris axe.] *Id est, sub aëre.* SERAM'QVE dedit per membra quietem.] *Tardam: quippe in bellicis curis.* Seram *autem, pro Serò, aduerbium temporis in nomen deflexum.* dedit *autem, mirè dixit, hoc est, indulsit quietem corpori suo. Ab Homero ductum est, qui dicit: ὀ χρὴ παννύχιον ἕνδειν βουληφόρον ἄνδρα, ᾧ λαοί τ' ἐπιτετράφαται, καὶ τόσσα μέμηλεν.* HVIC deus ipse loci.] *Cùm ipse fluuius Tyberinus sit; quid ita intulit deus fluuio; Tyberinus enim, deus genius loci.* TYBERINVS.] *Bene* Tyberinus: *quia suprà dixerat, Deus. Nam in sacris, Tyberinus: in cœnolexiâ, Tyberis: in poëmate, Tybris vocatur.* TENVIS glauco velabat amictu Carbasus, & crines vmbrosa tegebat harundo.] *Fluuialem aquam, purificationi aptam, latenter ostendit; intantum, vt etiam harundinibus, quæ fluminum germina esse non dubium est, purificatio ritè celebretur. Ideò inuentâ occasione, poëta ab harundinibus tectum fluuium inducit: vt doceat, hoc etiam harundinibus in purificatione, quod per aquam, impleri posse; sicut in sacris traditur. Ideò & vbiq; fluminibus harundinem dat: vt lib.* X. Velatus harundine glaucâ Mincius. *& lib.* II. *Georgic.* Ripis fluuialis herundo. *Quòd autem ait,* tenuis glauco velabat amictu Carbasus; *docet, quædam sacra purè à linteaceis debere fieri.* Carbasus *autē genus lini est:* Linum *verò vt ait Plinius,* Meliùs irrigatione fluminum, quàm pluuiâ nascitur. *Ideò & vestis linea fluminibus, tanquā propria, datur.* SENIOR.] *Atqui vbiq; eum flauū dixit. sed Senior, aut propter spumas dictum est; aut ad reuerentiam pertinet. Sic Lucanus, de vrbe Româ adhuc florente:* Turrigero canos effundens vertice crines. TVM sic adfari.] *Subaudi visus.* CVRAS his demere dictis.] *Habitum futuræ orationis ostēdit.* O' sate gête deûm.] *Alibi;* Deûm certissima ples: *&,* Vigilâsne deûm gens: *&,* Sate sanguine diuûm. *Sanè interdum hæc epitheta non vacant; sed vim hortandi obtinent.* VRBEM, qui reuehis nobis.] *Vt,* Ilium in Italiam portans. Vrbem *ergo pro ciuibus posuit.* Reuehis *autem, propter Dardanum, à quo Troiani descendunt.* ÆTERNA'QVE pergama seruas.] *Pro Seruas & æterna facis: id est, efficis vt æterna sint.* EXSPECTATE solo Laurenti.] *Dat affectum etiam locis. Vt,* Ipsæ te, Tityre, pinus. Ipsi te fontes; ipsa hæc arbusta vocabant. HIC tibi certa domus.] *Quod superius ab Apolline poposcerat, hoc nunc indicat Tyberit. vt,* Da propriam, Tymbræe, domum: da mœnia fessis. TVMOR omnis, & iræ concessêre deûm.] *Quidam* concessêre *pro discessêre accipiunt. Alij ita tradunt: qui nondum concesserunt; sed vtiliter dissimulant. Sed aliqua hemistichia in Vergilio, tam sunt sensu imminuta, quàm verbis: vt ecce hoc loco. Namque non possumus intelligere, quieuisse omnem tumorem, & iram deorum: cùm & adhuc inimica sit Iuno; & ad Troianorum perniciem addantur alia numina, vt Furia, aut Iuturna. Vnde mirè quidam conclusit hunc versum, dicens:* Concessêre deûm *profugit noua mœnia Teucris.* Concessêre *ergo, indulserunt vel cesserunt; id est permiserunt. vt,* Nec, si muneribus certes, concedat Iolas: *id est, permittat, indulgeat. &,* Extremum hunc, Arethusa, mihi concede laborem. *Quòd si ita acceperimus, vt dicat, Teucros constituere ciuitatem; nec ea numina, quæ irata sunt, vetant; nihil erit contrarium. Nam & ipsa Iuno*

Digitized by Google

hoc dicit: Non dabitur regnis, eſto, prohibere Latinis: Atque immota manet fatis Lauinia coniux. *Hic autem ſenſus etiam, ſi detrahas ſubauditionem, poteſt accipi à ſuperioribus: vt ſit*. Tumor omnis, & iræ Conceſsêre deûm. *vt*, Hìc tibi certa domus, certique penates.

POM. Sabi. GLAVCO.] *Color eſt aquæ*. TVMOR omnis, & iræ.] *Nondum Iuno poſuerat iram.*

DON. NOX erat, & terras animalia feſſa per omnes, Alituum pecudumque genus, ſopor altus habebat: Cùm pater in ripâ gelidoque ſub ætheris axe, Æneas, triſti turbatus pectora bello, Procubuit, ſeramque dedit per membra quietem.] *Nihil cogitantibus, & nulli curâ diſtentis, aderat noctis tempus, quod ſomnum ſuaderet & requiem. Sed Aeneæ aliud aſsignat: vt fecerit, quod bono: & fecerit, quod ſollicito congruebat. Cùm, inquit, cuncta animalia ſomnus habuiſſet, ac pleno otio requieſcerent: ſolus Aeneas, per aliquantam partem noctis, peruigil fuit. ſed vbi vicit natura vigilantem, & reſiſtentem ſuperauit: non quæſita ſunt tecta; nec procuratus eſt ad delicias torus; neque omne corpus traditum ſomno: ſed ſub nudo æthere, atque in fluminis ripâ, hoc eſt, vbi, pro ratione temporis & loci, frigus ſupererat & pruina, procubuit ſuper; omne corpus quieti conceſsit. Serum capiens ſomnũ, hoc eſt, tardum. quod proculdubio faciunt ij, quos ſollicitat ſalutis cura: nec voluit primo veſpere in lucẽ vſq; dormire.* HVIC deus ipſe loci, fluuio Tyberinꝰ amœno, Populeas inter ſenior ſe attollere frõdes Viſus.] *Ecce felicitas cogitantis: dormit, auxilia potiùs, quàm delicias quæſiturus. nã deus ipſe fluminis præſentis viſus eſt dormiẽti, non occultus aut dubius. nec aliter, quàm fuit apparens. nam ipſo alueo fluminis; inter populeas frondes, & aquæ virentis lapſus, emerſerat.* EVM tenuis glauco velabat amictu Carbaſus, & crines vmbroſa tegebat arundo.] *Ex ipſo habitu intelligebatur, quis eſſet, etiamſi eum vidiſſet imprudens. Habuit Aeneas vltrà quàm ſperabat, maximũ metũ; quem leuabat ſomnus, leuabat & ſomnium.* TVM ſic affari, & curas his demere dictis.] *Dubitari non poteſt, quantum detur Aeneæ ſucceſsibus: vt affatibus Dei præſentis, omnis eius cogitationũ remoueretur acerbitas. Cultus aũt ipſius numinis, non inaniter poſitus. Dormiebat: debuit enim dormiens euidenter cernere, quis eſſet; ne daret humanis erroribꝰ, quod magni beneficij loco fuerat præſtitum. Hoc aũt ei demebat deus ipſe, quòd eum importunis cogitationibus vexari cognouerat.* O' ſate gẽte deûm, Troianam ex hoſtibus vrbem Qui reuehis nobis, æternaq; Pergama ſeruas, Exſpectate ſolo Laurenti, aruisq; Latinis.] *Parum fuit, quòd venerat deus, excuſſurus omne tædium cogitantis. Dicit ei etiam laudem: quam ſi ſolam dixiſſet; nec addidiſſet alia, ſufficerent, quæ ſub laudatiuo cõtextu poſuerat. Primùm enim dixit;* O' ſate gente deûm.] *cogitas, inquit, humana pericula, nate ex dijs, nec reſpicis, ſalutem tuã in hominũ manus venire non poſſe: quã intuetur natiuitas, ſuâ incolumitate conſiſtens, & ſaluum, & integrũ, illibatumq; retinet? Pergama quoq; interiſſe, quis aſſerat, cùm tecũ durent, in tempora æterna manſura? Olim te ſperabat Italia: tenet præſentem, & optatis amplexibus fouet. Hæc dicendo, magnam ſpem futuris temporibus pollicetur. Addit alia, vt animum æſtuantis, maiore ſecuritatis ſpõſione cõfirmet.* HIC tibi, *inquit*, certa domus; certi, ne abſiſte, penates: Neu belli terrere minis.] *Qui ſperatus veniſſe dictus eſt, magis magisq; ſecurior redditur: quòd illìc habiturus eſſet ſedes; illìc penates collocaturus. illum nihil debere metuere, neque illam ſollicitudinem ferre: quòd crudeſcerent bella, & maiora pericula minarentur.* TVMOR omnis, & iræ Cõceſsêre deûm.] *In leuitatem pleniſsimam verſum eſt, quod animorum tumoribus ferebant numina; & in omnem placiditatem, illorum durata dudum iracũdia, commutata eſt. Promdeq; ceſsit felicitati tuæ, quidquid ſolebat eſſe contrarium.*

HIC tibi certa domus.] *Hoc verſu indicabimus cuipiam, domum noſtram iure amicitiæ ſemper patêre.* ADR. Sp.

Littoreis ingens inuenta ſub ilicibus ſus,
Triginta capitum fœtus enixa, iacebit
Alba, ſolo recubans; albi circùm vbera nati.
Hic locus vrbis erit; requies ea certa laborum:
Ex quo ter denis vrbem redeuntibus annis
Aſcanius clari condet cognominis Albam.
Haud incerta cano. nunc quâ ratione, quod inſtat,
Expedias victor, paucis (aduerte) docebo.
Arcades his oris, genus à Pallante profectum,
Qui regem Euandrum comites, qui ſigna ſecuti,
Delegêre locum, & poſuêre in montibus vrbem,
Pallantis proaui de nomine Pallanteum.
Hi bellum aſsiduè ducunt cum gente Latinâ.
Hos caſtris adhibe ſocios, & fœdera iunge.
Ipſe ego te ripis, & recto flumine ducam,
Aduerſum remis ſuperes ſubuectus vt amnem.
Surge, age, nate deâ, primisq; cadentibus aſtris
Iunoni fer ritè preces: iraſque, minaſque
Supplicibus ſupera votis. mihi victor honorem
Perſolues. ego ſum, pleno quem flumine cernis
Stringentem ripas, & pinguia culta ſecantem;

SER. LITTOREIS ingẽs.] *Licèt poſsimus etiam de fluuio Littus dicere: ponit tamen diſcretionem. vt hic*, Sub ilicibus. *paulò pòſt*: Viridiq; in littore conſpicitur ſus. *Hanc autem porcam, vt diximus ſuprà, ſecum habuêre Troiani: quàm amiſſam in Campaniâ inuenerũt cum fœtu, circa Laurentem agrum. quam ideò Aeneas immolauit Iunoni: quia ipſa dicitur Terra. Vt eſt*, Coniugis in gremiũ lætæ deſcendit. *Scimus autem, hoc animal inimicum eſſe frugibus: vt caprum vitibus; qui Libero immolatur. Alij de eâ ſue dicunt, habuiſſe eam Troianos; & vbi primùm generâſſet, ibi certam ſpem ſedis concepiſſe. Alij in littore Laurenti inuentam: quam ſecutos Troianos, in eum montem perueniſſe, vbi poſtea Alba, à colore porcæ, Longa à poſitione, ſit condita. Sanè & Littoreis, & Littoralibus, dicitur.* ENIXA iacebit.] *Participio vtens, tangit hiſtoriam.* SOLO recumbans.] Solo *videtur abundare.* EX quo.] *Quà ratiocinatione.* QVOD inſtat.] *Quod ſolum ex laboribus reſtat. Cura enim Aeneæ, præſentis fuerat neceſsitatis.* ARCADES his oris, genus à Pallante profectum.] *Euander Arcas fuit, nepos Pallantis, regis Arcadiæ. Hic patrem ſuum occidit, ſuadente matre, Nicoſtratâ. (quæ etiam Carmentis dicta eſt; quia carminibus vaticinabatur.) Alij ipſam Nicoſtratã, matrẽ Euandri, cùm eſſet centum decem annorum, à filio peremptam tradunt. Conſtat autem, Arcadas plurimùm vixiſſe: intantum, vt quidam vſq; ad trecentos annos viuendo peruenerint. Ipſe autem Euander, dimiſſâ prouinciâ ſuâ, exilio, non ſpõte, compulſus venit ad Italiam: & pulſis Aboriginibus, tenuit loca, in quibus nunc Roma eſt: & modicum oppidum fundauit, in monte Palatino. ſicut ait Varro.* Nonne Arcades exules confugerunt in palatium, duce Euandro? *Hic aũt mons Palatinus, ſecundùm Vergilium, à Pallante, auo Euandri, eſt dictus: ſecundùm Varronem & alios, à filiâ Euandri Pallantiâ, ab Hercule vitiatâ, & poſtea illìc ſepultã. Alij à Pallante, qui de filiâ Euandri natus, & ibi ſepultus eſt, immaturæ ætatis. Alij à filio Euandri, qui poſt mortem patris ſeditione occiſus eſt. Alij à balatu ouium Balanteum volunt dictum: & exinde per antiſtœchon, Pallanteum dictum. Sed ſi à balatu hoc nomen venerit, pa breuis eſt: ſicut eam Martialis ponit plerunq; Si autem à Pallante, pa longa eſt; vt eam ponit vbiq; Vergilius ſecundùm ſuam opinionem.* GENVS à Pallante profectum.] *Profectũ ad has oras genus à Pallante,*

non, à

A non, à Pallante profectum. QVI regem Euandrum, qui signa.] Id est, qui regis Euandri signa secuti. vt, Sanguine placastis ventos & virgine cæsa: pro, sanguine virginis cæsæ. IN montibus.] Vt diximus suprà, est in minoribus illis collibus, An pro monte; an inter montes? PALLANTIS proaui.] Confundit nomina, vt plerumq; solet. Nã auus fuit. sic & illud dixit; Luco tunc forte parentis Pilumni Turnus. Et alibi: Pilumnusq; illi quartus pater. A quibusdam tamen hic Pallas, auctor Euandrij generis Aegei filius fuisse dicitur: qui à fratre Theseo Athenis regno pulsus ad Arcadiam venit, & ibi regnum tenuit. & hoc poëta quasi Romanis dicit: nam ad Aeneam non pertinet. HI bellũ assiduè ducunt cum gente Latina.] Ducunt, aut gerunt: aut in longum trahunt. Et bene præstandorum auxiliorum exprimit caussam: ne magis Turno, quasi Græco, fauere credantur. FOEDERA iunge.] Legitur &, Fœdere iunge. RECTO flumine ducam.] Non ad naturam aluei referendum est: nam aluei longos superant flexus. sed recto fluminis itinere: quia non sunt erraturi. & sic dixit, vt; Tunc se ad Caietæ recto fert littore portum: hoc est, à littore non recedens. Sic ergo & nunc, ducam à littore fluuij non recedentem, significat. Est & alia expositio: vt, recto flumine,
B edomito, frenato, & in tranquillitatẽ redacto, intelligamus. quod etiam fecit: vt, Mitis vt in morẽ stagni placidæq; paludis. vt sit, recto, præteriti temporis participium, ab eo quod est Rego. PRIMIS.] Proprium cadentibus astris, cùm primùm nox occiderit. & dictam iuxta vulgarem opinionem, tanquam oriente de occidant astra. IVNONI fer rite preces.] Sicut etiam Helenus monuit. Et sic, fer preces, quemadmodum Sacra ferri dicimus. VICTOR honorem persolues.] Bene ei adimit bellicam curam, promittendo voti fore compotem. STRINGENTEM ripas.] Radentem, imminuentem. nam hoc est Tyberini fluminis proprium; adeò vt ab antiquis Rumon dictus sit, quasi ripas ruminans & exedens. in sacris etiam Serra dicebatur. Vnde ait nunc; Et pinguia culta secantem. In aliquã etiam vrbis parte Terentum dicitur; eò quòd ripas terat. Alij, stringentem, iuxta veterem morem dictum intelligunt. Stringere enim, significare dicunt, tactu modico præterire: vt ipse ait in x. Magno strinxit de corpore Turni.

INVENTA sub ilicibus sus.] Aiunt quidam, suem semper Troianos secum habuisse. alij volunt, perdidisse; &
C postea inuenisse. Dionysius in hanc sententiam ait: Cùm Aeneas sacrificaret, aufugit porca; quam secum ferebant: & oraculum erat, vbi deficeret sus, eo loco mansuri essent. Prægnans autem hæc erat. insecuti ergo sunt, vsque ad tumulum; qui abest à mari tribus millibus passuum. audita vox, vt consisterent, & obseruarent suem parientem: nam post tot annos, quot illa páreret porculos, Troianos mutaturos esse sedem, cum meliore fortunâ. die sequenti triginta porcos est enixa. totidem post annos deducta fuit colonia ab Ascanio, ab colore porcæ dicta Alba, & à situ longa. Aeneas porculum & porcos dijs consecrauit. ARCADES his horis.] Annis sexaginta ante bellum Troianum, Arcades in Latinum nauigauêre, ex Phalanto Arcadiæ, duce Euandro, filio Mercurij & Nicostratæ, quam Themin vocant: Latini, à diuinatione, Carmentem dicunt. Locum habitandi à Fauno regẽ Aboriginum accipêre. monitu Carmentis coluêre collem, quem à Phalanto Arcadiæ Palatium dixêre. Polybius ait, dici ex Palante, filio Herculis, & filiã Euandri. & condidêre templum Pani Lycæo: Romani Lupercal dicunt. Romani id sacrum mense Februario faciebant. Carmentis, filia fuit Pallantis, filij Lycaonis. didicit diuinandi artem à Pallade: quia Iupiter Palladem Pallanti educandam dedit. Arcades, Græca gens, secunda post Pelasgos, in Italiam venerunt. STRINGENTEM.] implentem.

NE absiste, penates.] In plerisque libris antiquis, Absiste legitur. TIMOR omnis, & iræ Concessêre Deum.] In veteribus omnibus libris quotquot habui, Tumor legitur. IAMQVE tibi, ne vana putes.] In Romano libro, Nec vana putes, legitur. ADVERSVM remis superes subuectus vt amnem.] In libris aliquot, mutato numero, Aduersum superes remis. In aliquibus autem manuscriptis, versus hic non habetur. SVRGE age, nate deà.] In Romano libro, & quibusdam alijs antiquis, non habetur Age. SVPPLICIBVS supera votis.] In plerisque libris Donis legitur. EGO sum, pleno quem flumine cernis.] In libris aliquot antiquis legere est, Ego sum, quem pleno gurgite cernis.

IAMQVE tibi (ne vana putes hæc fingere somnum) Littoreis ingens inuenta sub ilicibus sus, Triginta capitum fœtus enixa, iacebit Alba, solo recubans; albi circùm vbera nati.] Benignus monitor omnia ei adimit, quæ incertum bellum fecerant. nouerat quippe, multos homines falli per somnium, & somniare superflua. Quod ne Aeneæ accideret: dat ei dormientis signa, quæ vigilans probaret in luce. Hinc, inquit, scies, veris te instrui: cùm prædicta in præsenti, ipsâ occurrente veritate, cognosces. Quippe inter littoreas salices emerget sus, formæ maximæ, cum fœtibus triginta. Nec immeritò ingens: quæ posset vno partu tanti numeri incolumes fœtus exponere. Fuit ergo vnum signum, à loco, & eius qualitate. Alterum, à genere animalis, & magnitudine. Tertium, quòd numerus in fœtu consisteret. Quartum, quòd visurus esset iacentem, natis circùm vbera constitutis. Quintum, quòd albi omnes, & vno colore cum matre. Quid autem significaret hoc ipsum, quod prædicebatur; ipse aperit, atque ipse disponit, dicens: EX quo ter denis vrbem redeuntibus annis Ascanius clari condet cognominis Albam.] Hoc, inquit, signo monstratur Ascanius, conditurus ciuitatem Albam, atque in eâ per triginta annos regnaturus. Compleuit omina, quæ adimendæ sollicitudinis causâ prosecutus est. Dixit alia quoque, quæ tenerent futuri temporis spem; in tantum, vt prosperitatem ipsam diceret, per Aeneam ipsum, ad Ascanium quoque venturam. Confirmationis omnium fuit. HAVD incerta cano.] Quod solet euenire, dum homines dormiunt. Ista, inquit, vera sunt, & certo proferuntur autore. NVNC quâ ratione, quod instat, Expedias victor, paucis, aduerte, docebo.] Qui prædixerat futuri temporis bona; haud ambigua etiam de præsenti prosperitate pronuntiâsse videtur. Et tamen, nihil volens occulto remanere, addidit etiam hæc, quæ illum facerent lætiorem. Audi, inquit, nunc, & quomodo præsentia declines, ausculta. Bene promisit breuitatem: ne, iamdiu sollicitum, sermonis prolixitate suspenderet. ARCADES his oris, genus à Pallante profectum, Qui regem Euandrum comites, qui signa secuti, Delegêre locum; & posuêre in montibus vrbem, Pallantis proaui de nomine Pallanteum. Hi bellum assiduè ducunt cum gente Latinâ. Hos castris adhibe socios, & fœdera iunge.] Promiserat, se paucis esse dicturum: & hoc tenuit. sed ipsa pauca latum habent intellectum: nam nihil de necessarijs prætermisit; vt solent efficere, qui compendio student constricti sermonis. Dixit enim genus, nomen, & vnde videretur assumptus, quem secuti noscerent, & quàm proximi essent, ne tædio Aeneæ foret, tali tempore, longinqua profectio: aperuit vbi ciuitatem condidissent; & quo ea nomine vocaretur; & in cuius honorem tale vocabulum meruisset. Præuenit verò omnia, quæ opponi è contrario potuissent. Dicturus quippe, indè posse auxilia prouenire; præcepit desperationem, posset enim dici: Fortasiis non ibunt. Atque ideò dixit, illis nonnunquam cum Latinis causam extitisse bellandi: vt Aeneas fideret certis, & ad illos præsumptâ intentione contendere deberet. illos enim posse castris Troianis adiungi; cùm vetus inimicitiarum causa subsisteret. DON.

Hæc erant signa instructionis, quæ doceret nescientem. Idcirco autem dixit, Arcades non esse indigenas: vt Italos ostenderet perosos habere peregrinos; & ipsos Arcades demonstraret, contra æmulos suos, cum peregrinis posse venire Troianis. Consequens fuit, etiam illam præuenire partem: quoniam nouus, proinde incognita habens vniuersa, potuit dicere; Nec homines noui, nec loca, nec viam, quâ duce ad eos securè perueniam. IPSE ego te, *inquit*, ripis, & recto flumine ducam, Aduersum remis superes subuectus vt amnem.] *Dicit, quid fiat, & quomodo fiat. hoc enim conuenicbat studio pleni fautoris. Ego, inquit, te ducam per amnem meum; hoc collaturus meritis tuis, vt aduersùs vndarum cursus remis superes, & omni remoto luctamine ad destinata peruenias. Dicendo, contra amnem etiam tendendum, edocuit, in eâ parte constructos Arcades, quæ flumini caput & originem dabat. Ne autem eo ipso terreretur Aeneas: illi ipsi pollicitus est, futurum ducem, & difficilia omnia remoturum.* SVRGE age, nate deâ.] *Surge, & age, hortantis sunt potiùs, quàm iubentis.* PRIMIS'QVE cadentibus astris.] *Hoc est, antequàm lucis exortus omnia astra remoueant.* IVNONI fer ritè preces.] *Nouerat enim, vtpote deus, ipsam Troianis fuisse infestam. proinde placandam dicebat, & potentem deam pijs obsequijs leniendam. Ecce & iste in eâ sententiâ est, in quâ Helenus fuit, sed opportuniùs hic suadet rogandam: quoniam suprà dixit,* Tumor omnis, & iræ Concessêre deûm. IRAM'QVE minasque Supplicibus supera votis.] *Sola remansit in tumore animi Iuno: quæ placanda tibi est,* A *vt cæteris ipsa quoque animo promptiore consentiat.* Et placandam *Iunonem docuit sacrificiorum obsequijs: & matutinum tempus ostendit diuinis honoribus conuenire: vt fecit alio loco Aeneas, vbi dictum est,* Vota deûm primo victor soluebat Eoo. SVPPLICIBVS, *inquit*, supera votis.] *Potentium quippe inimicitiæ, obsequendo potiùs, quàm resistendo, franguntur.* MIHI victor honorem Persolues.] Q*uum senseris beneficia mea, quum lætus de effectibus fueris: tunc mihi repræsentabis, quæ mereor propter hanc causam.* Oportuit *Aeneam euidentiùs nosse, quis ille esset: vt sciret, cui per tanta beneficia factus esset obnoxius. sub quâ occasione, & deum aduerteret monitorem, & fideret, quòd per eius amnem ad optata auxilia posset peruenire.* EGO sum, *inquit*, pleno quem flumine cernis Stringentem ripas, & pinguia culta secantem, Cæruleus Tybris, cœlo gratissimus amnis.] *Non arroganter tetigit laudes suas, sed necessariò. debuit enim Aeneas multifario modo, quis ille esset consiliorum bonorum commodissimus demonstrator, euidenter attendere. vt, considerato tantorum autore dictorum, fideret vera esse, quæ audiuerat, atque auribus senserat.*

REQVIES ea certa laborû.] *Hoc carmine significabimus non esse magnopere timendam mortem, quod ea vitæ huius laboribus, ferundisq; miserijs finem imponere videatur, & certè imponit ijs qui ex hac lachrymarum valle ad cælum demigrant.* AD E. Bar.

Cæruleus Tybris, cœlo gratissimus amnis.
Hîc mihi magna domus, celsis caput vrbibus exit.
Dixit: deinde lacu fluuius se condidit alto,
Ima petens. nox Æneam, somnusq; reliquit.
Surgit: & ætherei spectans orientia Solis
Lumina ritè cauis vndam de flumine palmis
Sustulit; ac taleis effudit ad æthera voces.
Nymphæ, Laurentes nymphæ, genus amnibus vnde est,
Tuque ô Tybri, tu ô genitor cum flumine sancto:
Accipite Ænean: & tandem arcete periclis.
Quo te cunq; lacus miserátem incommoda nostra
Fonte tenet, quocunq; solo pulcherrimus exis,
Semper honore meo, semper celebrabere donis.
Corniger Hesperidû fluuius, regnator aquarum,
Adsis ô tandem, & propiùs tua numina firmes.
Sic memorat: geminasq; legit de classe biremes;
Remigioq; aptat socios: simul instruit armis.
Ecce aût subitum, atq; oculis mirabile monstrum!
Candida per syluam cum fœtu concolor albo
Procubuit, viridiq; in littore conspicitur sus.
Quam pius Æneas, tibi enim, tibi, maxima Iuno,
Mactat, sacra ferens: & cum grege sistit ad aram.
Tybris eâ fluuiû, quàm longa est, nocte tumentem
Leniit, & tacitâ refluens ita substitit vndâ:
Mitis vt in morem stagni, placidæq; paludis,
Sterneret æquor aquis; remo vt luctamen abesset.
Ergo iter inceptum celerant rumore secundo.
Labitur vncta vadis abies. mirantur & vndæ;
Miratur nemus insuetum, fulgentia longè
Scuta virûm, fluuio, pictasq; innare carinas.
Olli remigio noctemque diemque fatigant;

SER. CÆRVLEVS Tybris.] *Altus, profundus.* COELO gratissimus.] *Pro his, qui in cælo sunt.* HIC mihi magna domus.] *Scilicet circa exitum suum. quàmuis enim alibi ortus; hunc tamen locum incolo. Alij Romam dicunt Tyberim esse domicilium: hinc dixisse magnâ domum. Alij ostia dicût, ab hoc quòd nos, cùm per diuersa discurrerimus officia, in domum nostram nos recipimus, ibiq; requiescimus. vt idê hic, cùm per reliqua spatia discurrerit, recipiat se per ostia in mare. Alij domum, non Romam significare, quæ adhuc nô erat, sed regionem illam: vt ostendat, sibi eam demum electam, quæ ad totam gloriam peruētura sit.* CELSIS caput vrbibus exit.] *De Thusciâ, quam illis multùm constat floruisse temporibus. Nam & Lucumones reges habebat; & maximam Italiæ superauerat partem.* LACV fluuius.] *Abutitur Lacus nomine: vt mox,* Quò te cunque lacus. Fluuius *autem hic, ipse scilicet deus aluei.* NOX Æneam somnusque reliquit.] *Vt,* Fessos ventus cum sole reliquit, Et citò. ORIENTIA solis lumina.] *Pro orientis solis lumina.* VNDAM de flumine palmis sustulit.] *Quia dicitur nox etiam solo somno polluere. Vnde est,* Et noctem flumine purgat. *Secretior etiam ratio est: quia sacrificaturus superis, de viuo haurit flumine.* NYMPHÆ.] *Hic distinguendum; vt generalitatem sequatur specialitas. vt in Georg.* Mater, Tyrrhene mater. *Non vitiosum est, post speciem genus inferre.* GENVS amnibus vnde est.] Quidam *hîc hypallagen putant, vt sit; Nymphæ, quæ ab omnibus genus habetis. Sanè, cùm* vnde *hodie ad locum referamus, veteres etiam personis applicabant: ita vt ad omne genus, & ad omnem numerum referrent. vt hoc loco genus fœmininum, & pluralem numerum posuit: cùm alibi masculinum, & singularem posuerit.* Genus vnde Latinum. *quod pleniùs in initio primi libri Aeneidos dictum est.* TV ô genitor cum flumine.] *Sic enim inuocabatur in precibus:* Adesto Tyberine cum tuis vndis. *Tyberim verò alij à rege Aboriginum* C *dictum volunt; qui iuxtà dimicans, interemptus est. Alij ab eo rege, quem Glaucus, Minois filius, in Italiâ interemit. Alij, inter quos & Liuius, ab Albanorum rege, qui in eum cecidit.* ARCETE periclis.] *Hypallage: pro, à me prohibere pericula.* QVÒ te cunque lacus tenet.] *Lacus, est quoddam latentis adhuc aquæ receptaculû. & dictus lacus, quasi lacuna: ex quo erumpens aqua, efficit fontem: qui cùm fluere cœpit, alueum facit. Vnde tria ista dixit: lacum, fontem, alueum. Hoc enim est,* quocunque solo pulcherrimus exis. *Quanquam multi hoc versu superfusionem eius velint significari. Ideò autem hoc dixit Aeneas: quia audierat,*

Hîc

A Hic mihi magna domus, celsis caput vrbibus exit. SEMPER honore meo.] *Amphiboliam facit. Satis autem piè Aeneas pollicetur: cùm Tyberis verecundè poposcerit. Ait namq;* Mihi victor honorem Persolues. CORNIGER.] *Flumina ideò cum cornibus pinguntur: siue quòd mugitum boum imitatur murmur vndarum; siue quòd plerunque in cornuum similitudinem curuatas cernimus ripas.* HESPERIDVM regnator aquarum.] *Bene addidit* Hesperidum, *id est, Italicarum. Nam Eridanus rex est fluminum Hesperiæ: vt,* Fluuiorum rex Eridanus. FLVVIVS.] *Vocatiuus antiquus est: quia apud maiores in omni formâ similis erat nominatiuo. Sed modò aliter est, in secundâ tantum formâ. namque si proprium fuerit nomen, & I ante us habuerit; us perdita facit vocatiuum: vt Terentius, Terenti: nullo excepto. si autem appellatiuum sit, in e mittit vocatiuum: vt Pius, pie; Fluuius fluuie: excepto Filius; nam Fili facit. Plerunque tamen poetæ, Euphoniæ causâ, antiquitatem sequuntur.* ET propiùs.] *Legitur &* propriùs. *Et si* propriùs, *familiariùs, stabiliùs significat: vt,* Et propriùs res aspice nostras. *Si autem* propiùs, *citiùs significat. Cicero in Verrinis:* Nec eo quicquam est pro- B piùs factum, quàm vt illud exemplum de Adriano Syracusas referretur. *Et hoc est meliùs. nam statim est porca conspecta: & Aeneas non dubitat de fide oraculi, sed exposcit celeritatem.* TVA numina.] *Tua oracula & promissa.* GEMINAS.] *Pro, duas.* REMIGIO'QVE aptat.] *Id est, ad remigium. officium remigantium: alibi pro turbâ remigantium; vt,* Remigium supplet. MONSTRVM.] *Quia & subitò, & cum triginta porcellis, est visa.* FOETV concolor albo.] *Expedita locutio.* VIRIDI'QVE in littore.] *Fluuiali scilicet.* CONSPICITVR sus.] *Horatius:* Et amica luto sus. *Sciendum tamen, hoc esse vitiosum, monosyllabo finiri versum: nisi fortè ipso monosyllabo minora explicentur animalia. Vt,* Parturient montes; nascetur ridiculus mus. *Gratiosiores enim versus isti sunt, secundùm Lucilium.* PIVS Æneas. *Opportunum epitheton: quoniam rem diuinam facit.* TIBI enim.] *Vacat* enim, *& tantùm ad ornatum pertinet. Integrum est ergo,* tibi; *vt ex iteratione crescat augmentum. Terentius:* ô Mysis Mysis. MAXIMA Iuno.] *Quæsitum est, quæ sit Iuno maxima. Nam, vt diximus, variæ sunt eius potestates: vt Curetis, Lucina, Matrona, Regina. & dicunt* C *Theologi, ipsam esse matrem deûm, quæ terra dicitur. Vnde etiam porca ei sacrificatur. Ergo peritè elegit epitheton, vt maximam diceret.* MACTAT sacra.] *Mactatio post immolationem est: vnde bono vsus est compendio. Sanè Hysteron proteron est in hoc versu. Primum enim est,* Cum grege sistit ad aram: *& sic mactat, id est, auget, perficit. Sed sciendum, sacrum propriè esse, quod ad deos pertinet. & hic breuiter factum sacrificium dixit.* CVM grege.] *Ambitiosè Poëta triginta filios gregem dixit.* FLVVIVN.] *Hîc fluuium, ipsum aquæ cursum lentum accipere debemus.* QVA'M longa est nocte.] *In quantum longa est. Vt,* Nunc hyemé inter se luxu quàm longa fouere. REFLVENS.] *Velut in alueum suum recurrens: vt Aeneas, contra vndas pergens, descendentis celeritate propemodum vteretur.* MITIS.] *Vel ad Tyberim; vel ad stagnum referes.* ÆQVOR aquis.] *Ipsius æqualitatem. nam & pòst ait,* Placido æquore. RVMORE secundo.] *Hoc est, bonâ famâ: cùm neminem læderent. Aut certè dicit, antè eos venisse, quàm fama nuntiaret esse venturos. Aut* rumore, *pro* rumone, *posuit. Nam, vt suprà diximus, Rumon dictus est. vnde & ficus ruminalis, ad quam eiecti sunt Remus & Romulus: quæ fuit, vbi nunc est Lupercal in circo. hàc enim labebatur Tyberis, antequam Vertumnus factis sacrificijs auerteretur. Quamuis ficum ruminalem alij à Romulo velint dictam, quasi Romularem. Alij à lacte infantibus dato. nam pars gutturis Ruma dicitur. Ergo, si fuerit,* Rumone secundo; *fauente fluuio, intelligimus.* LABITVR vncta vadis abies.] *Descendentis celeritate propè conscendit. Statius de disco:* Similisq; cadenti Crescit in aduersum. MIRANTVR & vndæ.] *Laus Troianorum, per phanthasiam quandam, ex vndarum vel nemoris admiratione veniés.* NOCTEM'QVE diemq; fatigant.] *Vt,* Syluasq; fatigant: *pro, ipsi fatigantur. An deest* se: *vt sit, fatigant se? an diem fatigant, pro, occupant & consumunt?*

CAERVLEVS Tybris.] *Tyberis, antè Tybris, & priùs Albula: oritur in mediâ fere longitudine Apennini montis, in finibus Aretinorum primò tenuis, nec nisi piscinis augetur. Etruriam ab Vmbris ac Sabinis: mox ab vrbe pass. 16. Veientem agrum à Crustumerio; deinde Fidenatem atq; Latinum à Vaticano dirimens. XL. fluuios beingnè excipit. præcipuos sit Nare & Antene. subito incremento augescit; & nunquam, nisi in ipsâ vrbe, sæuit. nomen habet, aut à Tybri, rege Etruscorum: aut à Tyberino, Latinorum rege, qui ibi interijt. Etruria, nomen amnis suum esse credit, & Latinum suum. volunt Etrusci quidam, à Tyberi, regulo Veientum, appellatum: & priscum nomen Latini fuisse Albulam. contrà Latini suum dicunt, & à Tyberino nominatum. certant & Pelasgi nomen dedisse, Græcâ declinatione. * Vnde à fossâ, quæ est Syracusis, Tybris appellata.* CAPVT vrbibus exit.] *de futurâ Româ dicit.* CORNIGER.] *quia cornua habent fluuij, ideò corniger appellantur.* LENIIT.] *Tybris eâ nocte leniuit fluuium; quàm, pro, in quantum, longa nox fuit: vt alibi,* Nûc hyemem inter se luxu quàm louga fouere. LVCTAMEN.] *scilicet labor & difficultas.* RVMORE secundo.] *id est, nautico clamore.* PICTAS carinas.] *Homerus meminit, quòd naues pingebantur rubricâ.* POM. Sabi.

SOMNVS'QVE reliquit.] *In antiquis aliquot exemplaribus,* Relinquit *legitur.* SVSTVLIT.] *In antiquis aliquot libris,* Sustinet *legitur. Et quod sequitur,* Tales effundit *habetur.* TV QVE ô Tybri, tu ô genitor.] *Plerique lib. habent:* Tuq; ô Tybri, tuq; ô genitor. FONTE tenet.] *In Romano libro,* Tenent *legitur.* SEMPER celebrabere donis.] *In plerisq; libris antiq.* Venerabere *legitur.* ADSIS ô tandem.] *In Romano libro, & in Mediceo,* Adsis ô tantùm *legitur: in aliquot alijs,* Adsis & tandem. QVVM longa est, nocte.] *In libris aliquot antiq. non habetur* Est. ERGO iter inceptum celerant.] *In plerisq; libris antiq.* Peragût *legitur. In Mediceo,* Celebrant. LABIRVR vncta vadis abies.] *In libris aliquot antiq.* Vda, *non* Vncta *legitur.* VAR. Lect.

HIC mihi magna domus.] *Hîc ait, commoror, hîc domicilium habeo. Hîc dixit, vbi loquebatur.* CELSIS caput vrbibus exit.] *Originem, inquit, fero; & caput inter celsas vrbes habeo.* DIXIT: deinde lacu fluuius se cõdidit alto, Ima petens.] *Redijt ad sedem propriam, aquarum profundo submersus: quû ea complêsset, quæ ad instruendum virum fuerant necessaria.* NOX Æneam, somnusq; reliquit.] *Nihil celerius dici, vel describi potuit: vt Aeneam expergefactum, & noctem consumptam esse monstraret: tantumq; Aeneam dormîsse, quantum dei commonitioni sufficere potuit. Potuit enim fieri, vt ante lucem mediâ nocte vigilâsset. Reddidit poëta totius noctis rationê. In primâ parte, vigilauit Aeneas, occupatus curis ingentibus: dehinc, transacto nô paruo spatio noctis eiusdem, dormijt, necessitate naturali compulsus. Quod ipsum videtur non sinè numine procuratum: vt diuinis affectibus instrui posset, & securior reddi. Fas enim non fuit, vt cum vigilante deus loqueretur. Dum igitur tantis rebus instruit: totû noctis tẽpus effluxit: nec trãsacta est hora quâ Iunoni iussus fuerat vota persoluere.* SVRGIT, & ætherei spectâs oriẽtia Solis Lumina, ritè cauis vndã de flumine palmis Sustulit; ac tales effudit ad ęthera voces.] *Quoniã cõsumpta fuerat nox, surrexit: & spectans ortũ ipsum Solis, hoc est, intuens recentem vndam ipsius fauoris sui, manibus sustulit, & tales voces effudit, claras, scilicet Aen* DON.

Digitized by Google

cet Aeneas: Nymphæ, Laurentes nymphæ, genus amnibus vnde est.] Hic versus diuersas potest pronuntiationes admittere. Dicimus ergo vnam sic: Nymphę Laurentes: quoniam ipsarum causa prædicabatur; & ipse in tempore fuerant necessariæ. Secundò addendum; Nymphæ genus amnibus vnde est: vt Nymphæ, Italiæ vniuersis amnibus genus dedisse videantur. Item alia sic; Nymphæ, Laurentes nymphæ: duplicatio nominis, significans potestatem, cumulauit honorificentiam deprecantis. Dehinc dicendum, Genus amnibus vnde est. Tertia sic; Nymphæ: & subsistendum: vt incipiens generalitatem videatur ingressus, dehinc correctâ eâ, ad speciem redeat, dicens: Laurentes nymphæ, quomodo ipse cæteris fuerant proponendæ, quas rogabat, & quarum in præsenti beneficium senserat. Ergo, cùm omnes habeant rationem suam; aut iudicio legentis eligenda est melior; aut sequendæ sunt omnes. TVQVE ô Tybri, tuo genitor cum flumine sancto, Accipite Æneam.] Genitorem Tybrim, aut honorificè dixit; aut suũ: quoniam ad similitudinem paterni moris, consulta eius acceperat. Interea videamus, cur primò Nymphas induxerit, & secundo loco nominauit Tybrim; quem primo debuit venerari. Nunc sciendum est, partem secutum laudatiuæ materiæ: in quâ retinendum est, vt parentes eius præferantur, qui fortè laudandus est. Cùm igitur ipse ista dixisset; Nymphæ, genus amnibus vnde est: non fuit eius iniuria, qui secundo loco est positus. ipsius enim etiam illud fuit, quòd primò laudatum est. Colligitur desiderium laudantis sic: Vos nymphæ, & tu Tybri, tuo me alueo, suscipite. Tuo, quod dixit, ad Tybrim pertinet: quia ipsius fuerat flumen. Accipite autem, ad omnes, quos rogabat. ET tandem arcete periclis.] Et aliquando, inquit, liceat sinè periculo nauigare, & ab omni discrimine esse discretum. QVò te cunque lacus, miserantem incommoda nostra, Fonte tenes, quocunque solo pulcherrimus exis.] Quò te cunque, bis accipiendum est: vt sit, Quò te cunque lacus tenes; & quocunque fonte contineris. sed horum alterum ad eius originem pertinet; alterum ad exitũ. SEMPER honore meo, semper celebrabere donis] Siue, inquit, ad originem tuã venero, siue te, alijs locis constitutũ, exeuntẽ reperero, vel conditũ lacu: celebrabo te donis semper, & semper honorabo muneribus. Semper duplicatum, plenam præstitorum memoriam monstrat. Fons & lacus, non sunt eadem. Fons est, vbi est aquæ initium: Lacus, vbi fontis aqua colligitur. Hoc ergo numini spondet. Vbicunque te, inquit, inuenero, siue ex fonte nascentem, siue in stagno collectum, siue fluentem per liberos exitus; venerabor te pro meritis tuis, & semper offeram vota. Semper etiam illud videtur significare, iugiter inferendis muneribus futurum obnoxium. solent quippe liberari nexu, qui semel promittunt; & semel vota persoluunt. CORNIGER Hesperidum fluuius regnator aquarum.] Corniger ideò: quia nonnunquam flumina, scissa in partes, tanquam in cornua diuiduntur. Hesperidum fluuius: dignus qui per Italiam fluat. Regnator aquarum: non suarum tantummodò, sed omnium fluminum. Hoc dicendo, voluit hunc, studio laudantis, vniuersis amnibus esse potiorem. ADSIS ô tandem.] Adsis vsibus meis: hoc est, actus meos non deseras, peto. ET placidus tuâ numina firmes.] Placidus mente; placidus flumine, propter imminentem nauigationem. SIC memorat: geminasq; legit de classe biremes, Remigioque aptat: socios simul instruit armis.] Magna breuitas, & pulchra in breuitate descriptio. Naues elegit duas: has instruit remis, & aptat cursibus præstat: & armat socios, quò fuerat portaturus. Ideò elegit biremes; quoniam contra vim currentis fluminis maior conatus fuerat necessarius: vt, resistens in aduersum, contrarius fluminis cursus posset superari. Socios instruit armis: aut armis nauium, hoc est, velis; aut armis hominum: quia suspecto tempore inermes non debuerant ire. Sed melius est, sentire arma hominum; quoniam suprà dixit: Remigióque aptat. A In consequentibus autem probatum est, quid sit, Socios simul instruit armis. Quippe ex naui responsum est Pallanti: Troiugenas & tela vides inimica Latinis. Socios idcirco armis instruxit: non vt faceret; sed vt depelleret violentiam. ECCE autem subitum, atq; oculis mirabile monstrum.] Subitum, inquit, & mirabile: repentè quippe occurreret res noua; & antea non visa, nec postea. Quod ergo subitum fuit, commouit intuentem: quod subiectum est oculis, fecit admirationem animi. Monstrum dicitur, quod exoritur contra rationem naturæ. Idcirco exsistit, vt futurum aliquid monstret. Subiungit, quale monstrum, vt mirabile ostendat. CANDIDA per syluam cum fœtu concolor albo Procubuit, viridique in littore conspicitur sus.] Factum est, quod futurum prædixerat Tybris facienda erant reliqua: quoniam somnij veritas iam fuerat in aliquibus comprobata. QVAM pius Æneas, tibi enim, tibi, maxima Iuno, Mactat, sacra ferens, & cum grege sistit ad aram.] Pius, inquit, Aeneas mactat: cùm mactandi officium crudelitatem potiùs, quàm pietatem significet. Non ita pium dixit, quasi misericordem: sed pro loco supplicem numini, & religiosum sacrificantem. nam & in B primo libro Pium dixit: vt deorum cultorem assereret; & illum miraretur Deos omnes aduersos habuisse, & ipsam Iunonem. Denique sic posuit: Musa, inquit, mihi causas memora; quo numine læso, Quídue dolens regina deûm, tot voluere casus Insignem pietate virum, tot adire labores, Impulerit. QVAM pius Æneas mactat:] putamus eum tacuisse de fœtibus: quia dixit, Quam mactat; & non dixit, Quos mactat. Potest constare de omnibus dictum; si verborum componatur ordinatio: eorum scilicet, quæ metrorum causâ permixta sunt. & sic potest aliud vitium corrigi; si fiat ordinatio. Prius quippe dixit, Mactat, & Sistit, postea: cùm primum sit, Sistere; secundum, Mactare. Ordinamus ergo sic: Quam pius Aeneas, tibi enim, tibi, maxima Iuno, ad aras cum grege sistit; & sacra ferens cum grege mactat. Cum grege enim, bis debemus accipere. TYBRIS eâ fluuium, quàm longa est nocte tumentem Lenijt.] Tybris omnem noctem, in quantum fuerat longa, fluuium lenijt: hoc est, aquam verticibus abundantem fluminis sui. Suprà enim in septimo libro ait: Vorticibus rapidis, & multâ flauus arenâ In mare prorumpit. Qui ne talis esset Aeneæ nauigaturo; placidum fecerat, qui fa- C ciendi habuit potestatem. Diuitem noctem, prolixam posuit; hyemalem scilicet. Probatur hoc ex eo: quia Aeneam dixit sub gelidi ætheris axe procubuisse; hoc est, in loco pruinoso, ex hyemis causâ. ET tacitâ refluens ita substitit vndâ Mitis.] Sic mitis fuerat factus, vndâ refluente: hoc est, repressâ & retentâ. VT in morem stagni, placidæque paludis, Sterneret æquor aquis.] Tanta illius fluminis placiditas fuit: vt nec sonũ aliquem mitteret cadentis vndæ; & remotis tumoribus, præberet faciem stagni, ac tranquillæ paludis. ERGO iter inceptum celerant rumore secundo.] prospero aquarum murmure, rumore secundo. Potest etiam sic intelligi: vt ideò Troiani peragendo spatio fluminis operam darent; quòd animati fuerant opinionibus prosperis, & ad optimam spem properabant. LABITVR vncta vadis abies.] Naues ad vsum maris effectæ labebantur in vndis, hoc est, in flumine: quod ad vicem vadorum strauerat Tybris. MIRANTVR & vndæ, Miratur nemus insuetum.] Vertenda ordinatio est. Nemo enim dicit, nisi qui priùs aliquid dixerit. vt sit: Mirantur vndæ, & nemus insuetum. Dicuntur ipsa miracula: FVLGENTIA longè Scuta virûm fluuio, pictasque innare carinas.] Vnda & nemus mirabantur scuta & naues innatare per fluuium. Pulcherrimum poëta ex occasione tenuit locum, propter Aeneam factum: vt, contra totius antiquitatis fidem, loca illa & naues veherent, & armatos in naui.

SVPE-

Et longos superant flexus, varijsque teguntur
Arboribus; viridesq; secát placido æquore syluas.
Sol medium cœli conscenderat igneus orbem:
Cùm muros, arcemq; procul, & rara domorum
Tecta vident: quæ nunc Romana potentia cœlo
Æquauit. tùm res inopes Euandrus habebat.
Ocyùs aduertunt proras, vrbique propinquant.
Fortè die solennem illo rex Arcas honorem,
Amphitryoniadæ magno, diuisq; ferebat
Ante vrbem in luco. Pallas huic filius vnà,
Vnà omnes iuuenum primi, pauperque senatus,
Thura dabant; tepidusq; cruor fumabat ad aras.
Vt celsas vidêre rates, atque inter opacum
Adlabi nemus, & tacitis incumbere remis:
Terrentur visu subito, cunctique relictis
Consurgunt mensis. audax quos rumpere Pallas
Sacra vetat; raptoque volat telo obuius ipse.
Et procul è tumulo: Iuuenes, quæ caussa subegit
Ignotas tentare vias? quò tenditis? inquit.
Qui genus? vnde domo? pacémne huc fertis, an arma?
Tùm pater Æneas puppi sic fatur ab altâ;
Paciferæque manu ramum prætendit oliuæ:
Troiugenas, ac tela vides inimica Latinis;
Quos illi bello profugos egere superbo.
Euandrum petimus: ferte hæc, & dicite, lectos
Dardaniæ venisse viros, socia arma rogantes.
Obstupuit tanto perculsus nomine Pallas:
Egredere ô quicunq; es, ait; coramq; parentem
Alloquere, ac nostris succede penatibus hospes.
Excepitq; manu; dextramque amplexus inhæsit.
Progressi subeunt luco; fluuiumque relinquunt.
Tùm regem Æneas dictis affatur amicis:
Optimè Graiugenûm, cui me fortuna precari,
Et vittâ comptos voluit prætendere ramos;

A SVPERANT flexus.]
SER. *Superant, transeunt: vt,* Fontem superare Timaui. *Et hîc ostendit, non esse alueum fluminis rectum: Quia Tyberim libri Augurû colubrum loquuntur, tanquam flexuosum.* VARIIS'QVE tegûtur Arborib9.] *Hoc est,* Hûc inter fluuio Tiberinus amœno. SECANT placido æquore Syluas.] *Ostendit, adeò perspicuâ fuisse naturam fluminis, vt in eo apparerent imagines nemorû, quas Troianæ naues secabant. Terentianus:* Natura sic est fluminis, vt obuias imagines nemorum recepter in lucem suam. SOL medium cœli côscenderat igneus orbem.] *Alterius scilicet diei.* CV'M muros, arcemq; procul.] *Palatinum vidit: nec situm præsentem considerare debemus. Tunc enim, nullis obstantibus ædificijs, & Tyberi per Lupercal (vt diximus) fluente, facilè mons poterat videri Palatinus.* COELO æquauit.] *Pro, ad cœlum extulit.* FORTE' die solennem illo.] *εὐσυμβόλως, id, est, bono omine, victori deo, Troianis venientibus sacra celebrabantur. Bonâ etiam vsus est œconomiâ.* AMPHITRYONIADÆ magno, diuisque ferebat.] *Amphytrio rex Thebanorum fuit, cuius vxorem Alcmenam Iupiter adamauit: & dum vir eius Oechaliam ciuitatem oppugnaret, de trinoctio pactâ vnâ nocte cum eâ concubuit. quæ post duos edidit filios: vnûm de Ioue, id est, Herculem; alterum de*
C *marito, qui Iphlicus appellatus est. Ergo adsumpsit epitheton Amphitryoniadæ: satis peritè ait,* diuisque ferebat. *Nam cuiuis deo sacrificaretur, necesse erat, post ipsum reliquos inuocari.* DIVIS'QVE ferebat.] *Quidã sic intelligût: Ergo & Hercules de diuis est. vt est illud schema;* Cœúmq; Iapetúmq; creat, sæuúmq; Typhœa, Et côiuratos cœlum rescindere fratres: *Ergo & superiores tres coniurati. &,* Niueamque Paron, sparsasq; per æquor Cycladas: *ergo & ille Cycladis.* ANTE vrbem.] *Secundùm antiquum situ. Tûc enim breuis ciuitas fuerat.* PALLAS huic filius.] *Pro, cum hoc.* IVVENVM primi, pauperque senatus.] *Totam ostendit ætatem. Et præmisit iuuenes: nam per Senatum, seniores significauit.* Pauper *autem, aut ad numerum retulit, (centum enim sub Romulo fuerunt:) aut reuerâ* pauper; *per quod Romani imperij ostenditur parsimonia, pro laude tunc habita. Et libri veterum tradunt, à maioribus sacrificando parsimoniam obseruatam esse.* TEPIDVS'QVE cruor.] *Frustra quidam cruorem, pecorum; sanguinem, hominum volunt. Nam Iuuenalis ait:* Sanguis Iret, & à magno ceruix frienda magistro. *Vergilius:* Atque atros siccabat veste cruores. THVRA dabant.] *verbo sacrorum vsus est. nam dici solebat in sacris:* Da quod debes, de manu dextrâ aris. CELSAS videre rates.] *Quia dixit,* Geminasque legit de classe biremes. INTER opacum Adlabi nemus.] *Hoc est, per nemus: vt,* Hunc inter fluuio Tyberinus amœno. *Et est honesta elocutio: vt si dicat, Inter cœnâ locutus sum, id est, per cœnam. & melius, dum cœnatur, & in cœnæ tempore: vt, Inter agendû, id est, dum agis: &, Inter eûdû, id est, dum itur.* TACITIS incûbere remis.] *Pro, ipsi taciti: id est, sinè celeusmate. Nam celeusma, nauticus est clamor, ad hortandû: vt,* Nûc nunc incumbite remis Hectorei socij. CONSVRGVNT mensis.] *Quidã mensas propriè deorum tradunt. nam & ideò subiunctû,* quos rumpere pallas sacra vetat. *Ne interruptione sacrificij (rumpere enim, pro interrumpere, posuit) piaculum committeretur. Vnde etiã in Tertio Helenus:* Ne qua inter sanctos ignes in honore deorum Hostilis facies occurrat, & omina turbet. *Denique, cùm ludi Circêses Apollini celebrarentur, vt Hannibal nûtiatus esset circa portã collinã vrbi ingruere: omnes raptis armis concurrerunt. Reuersi postea, cùm piaculû formidarent, inuenerunt saltantem in circo senê quendam: qui cùm interrogatus dixisset, se nô interrupisse saltationê; dictû est hoc puerbiû:* Salua res est; saltat senex. Audacê *autê dicit vbique Vergilius, quotiens vult ostendere virtutem sinè fortunâ. Vnde etiam Turnum audacem vocat.* IVVENES quæ caussa subegit?] *Succincta & plena interrogatio: cui per singula respôdet Aeneas.* IGNOTAS têtare vias.] *Ideò ignotas, qa videt eos esse peregrinos. & bene breuiter: sed frequentiùs interrogationibus eos vrget: vt,* State viri; quæ caussa viæ quiue estis in armis? QVI genus?] *Quo genere. & bona elocutio.* VNDE domo?] *De qua ciuitate?* AN arma.] *Tropû fecit, metri caussâ. Nam consequens erat vt, cùm dicit pacem, subiungat bellum.* PVPPI sic fatur ab alta.] *Sic intelligendum, vt simul dicat & faciat.* PACIFERÆ'QVE manu ramum prætêdit oliuæ.] *Ne moram faceret in responsione: quoniã Pallas priùs de pace quæsierat. & ideò mox signum pacis ostendit: vt cætera Pallas securus audiret.* TROIVGENAS ac tela.] *Breuiter singulis quæsitis respondet. &* Troiugenas, *ad* Qui genus *referendum.* TELA vides inimica latinis.] *Bona conciliatio. Nam audierat,* Hi bellum assiduè ducunt cum gête Latinâ. *Ergo* tela inimica *ad illud pertinet,* Pacémne huc fertis, an arma? QVOS illi bello profugos.] *Sicut & vos. Et mouet conciliationem, etiam ex similitudine fortunæ.* SVPERBO.] *Iniusto.* EVANDRVM petimus.] *Hoc ad* Quò tenditis *pertinet.* FERTE hæc.] *Hoc ad ramum pertinet:* dicite, *ad verba.* SOCIA arma rogantes.] *Hoc ad illud pertinet,* Quæ caussa subegit. Rogantes *autem, ad id pertinet, quod à Sibyllâ dictû fuerat;* Quas gentes Italûm, aut quas non oraueris vrbes? TANTO perculsus nomine.] *Dardani scilicet commemoratione.* Tanto *autem, id est, magnitudine nominis.* QVICVNQVE es.] *Hoc ad nomen Aeneæ pertinet. Nam esse Troianos audierat.* NOSTRIS succede penatibus hospes.] *Mirè sinè patris auctoritate nihil confirmat; & tamen hospitem appellat.*

appellat. DEXTRAM'QVE amplexus inhæsit.] Ostendit virum, & virtutis, & hospitalitatis amatorem. SVBEVNT luco, fluuiumque relinquunt.] Hypallage in sensu: nam primum est fluuium relinquere, deinde lucum subire. Et hic subeunt, iuxta veteres, datiuo iunxit: cùm alibi, iuxta vsum præsentem, accusatiuo iunxerit: vt, Æneæ subit mucronem: Sicut & succede veteres datiuo iunxerunt; quod significat, penitus ingredere: vti hoc loco, Ac nostris succede penetibus hospes. Sallustius tamen, vt dictum est, accusatiuo iunxit. OPTIME Graiugenûm.] Quàtum ad Aeneam pertinet; Græci neq; boni, neq; meliores sunt. Ergo optime Graiugenûm, superlatiuus est pro positiuo. Nam, optimus malorum, non possumus dicere. Superlatiuus enim suo tantùm iungitur generi. Sic ergo dixit, vt Homerus, δικαιότατ© κενταύρων, id est, iustissimus Centaurorum, pro, iustus: cùm Centauri fuerint crudeles & impij. Et est rhetorica persuasio: nam principium ex vtriusq; personâ sumpsit. Optime Graiugenûm, ad Euandrum pertinet: Cui nec fortuna precari, ad Aeneam, qui se fatetur supplicem venire. Sed quia ignotus est, & ostendere vult, quod impetrare debet, ait: Dardanus Iliacæ primus pater vrbis & author. Contra quos auxilium petat, Gens eadem, quæ te. Quid ipsi etiam sit vtile, à quo beneficium postulatur, Nos si pellant, nihil abfore credunt. Dicit enim, nos pellimur: sed vos seruietis postremi, ipsam proposuit: Accipe daque fidem. ad vltimum, possionis reddere beneficium: Sunt nobis fortia bello Pectora. nam vtrùm posset is, à quo petebatur, omisit: quia manifestum erat, posse. & ignotus à demonstratione personæ suæ incipere debebat. CVI me fortuna precari.] Seruauit τὸ πρέπον, dicendo fortuna. Et cui me precari, antiquum est. Nam modò, Quem precari, dicimus. Terent. Credo, qui mihi sic oret. Item: Facite vt vobis decet. Sallust. Locum editiorem, quàm victoribus decebat. & est Græcum, vt δέχω ἀκούειν. Sanè veteres, & Precor illi, pro Precor pro illo, dicebât. Plaut. in Amphytrione: Noli pessimo precari, hoc est, pro pessimo noli precari. Aut hyperbaton est, hoc modò: Tibi me fortuna vittâ comptos voluit prætendere ramos, & precari. VITTA comptos ramos.] Vt in pacis petitione ramus oliuæ cum vittis offeratur, partim fabulæ, partim naturæ efficit ratio. Nam cùm de nomine Athenarum Neptunus & Minerua contenderent; & iussisset Iupiter, vt illius nomine diceretur ciuitas, qui munus melius obtulisset hominibus: equum Neptunus, Minerua oliuam protulit, & statim vicit. Vnde cùm eius ramus alicui offertur, indicat eum esse meliorem. Hinc est illud prouerbium: Herbam do, id est, cedo victoriam. Quod Varro in Antiquitatis libris ponit: Cùm in agonibus herbam in modum palmæ dat aliquis ei, cum quo contendere non cupit, & fatetur esse meliorem. Vittas autem habet ramus oliuæ ideò, vt inertiam & imbecillitatem offerentis ostendat. Scimus enim, oues egere alieno semper auxilio. Aut quia & lana in tutelâ Mineruæ sit; quæ pacis belliq; sit cultrix: aut quia mite & quietum animal est ouis; cuius quietem habere debent, qui in fœdus & amicitiam coëunt. Quæritur autem, quid dixerit comptos? sed vt crines comi dicimus, cùm nectuntur: ita & hic etiam ramos camptos & illigatos intellige, vt ipse, Tum ramum innectit oliuæ. Ergo quod illic Innectit, hic Comptos dixit. VOLVIT.] Hinc eum laudat, quòd tantus eum vir rogare compellitur.

POM. Sabi. LONGOS flexus.] quia Tybris semper flectitur. SYLVAS.] riparum amnis. AMPHITRYONIADÆ magno.] sacrificabant Herculi: quare, dicet postea. ANTE vrbem in luco.] Bene, lucus: nam in eo luco antrum erat Panis Lycæi, & ara Herculis. SENATVS.] pro senibus posuit: quia pauperes erant. MENSIS'QVE relictis.] in sacris parabantur mensæ: quia proiectis extis comedebant. QVOS.] Arcadas. RVMPERE.] quia nefas erat. QVÆ causa.] Loquitur Pallas. TROIVGENAS.] Aeneas loquitur: & incipit ab odio. PROGRESSI subeunt luco.] A intrant lucum, qui erat ante vrbem, vbi faciebant sacrificia Herculi. OPTIME Graiugenûm.] loquitur Aeneas Euandro, PRECARI.] precor tibi, antiquissimum est. ET vittâ comptos.] vitta ideò in ramo est: quia oliua pacem, vitta religionem significat.

CVM muros, arcemque procul, & rara domorum.] In Oblongo libro peruetusti, & quibusdam alijs, Arces legitur. Est etiam, pro Et rata, in Romano libro, & in Mediceo, Ac. EVANDER habebat.] In Romano, & in Mediceo, Euandrus legitur. FORTE' die solennem illo.] In Romano libro Solenne, genere neutro, legitur. ADLABI nemus, & tacitis incumbere remis.] In Romano libro, & aliq. alijs, Tacitos legitur. QVÆ causa subegit Ignotas tentare vias?] In antiquis aliq. exempl. Quæ cura, legitur. QVOD genus?] In antiquis aliq. lib. Qui genus, positum est: in aliq. alijs, Quis genus. DARDANIÆ venisse viros.] In Romano libro & aliq. alijs, Duces legitur. OBSTVPVIT tanto perculsus nomine Pallas.] Percussus in antiquis libris habetur, à Percutio. EGREDERE ô quicunque es.] In Romano libro, Et gradere, ô quicunque es, legitur. CORAM'QVE parentem Alloquere.] Codices plerique veteres, Parente legunt. EXCEPIT'QVE manu, dextramq; amplexus inhæsit.] In plerisq; lib. anti. Accepitq; manu, dextràq; & pro Amplexus, sunt libri, in quibus, Implexus legitur. VAR. Lect.

OLLI remigio noctemq; diemq; fatigant Et longos superant flexus; varijsq; teguntur Arboribus, viridesq; secant placido æquore syluas.] Ostendit, quanto spatio temporis peruenisse viderentur. Nocte vnâ (inquit) & die remis fuerunt intenti, & transierunt longos fluminis flexus. Ideò curuaturas & inflexiones tetigit: quia flumina omnia recta esse non possunt. Per omnem autem illum nauigationis cursum, ex placiditate vndarû tuti sunt, & opacitate nemorum. SOL medium conscenderat igneus orbem, Quum muros, arcemq; procul, ac rara domorû Tecta vident.] Dixit omne tempus, quo nauigationis peractus est cursus: nunc horam dicit, quâ ad locum ventum est. Medium, inquit, cœlum Sol tenuerat: ipsa est sexta hora, & quum iam non tegerentur nimiâ vmbrâ arborum, apparebât his muri ciuitatis, arx quoq;, & rara domorum tecta. Illo tempore ait rara, quo Aeneas accesserat. QVÆ nunc.] hoc est, cùm Vergilius hæc scribebat. ROMANA potentia cœlo Æquauit, tunc res inopes Euander habebat.] Et hoc Aeneæ virtutibus applicatur. felicitati enim Romanæ ipse initium dedit: vt ex humili & paruâ fieret maior & perueniret culmen eius ad cœlum. OCYV'S aduertunt proras, vrbiq; propinquant.] Ocyùs ideò quia ad desideratum peruenerant locum. FORTE' die solennê illo rex Arcas honorem Amphitryoniadæ magno, diuisq; ferebat, Ante vrbem in luco: Pallas huic filius vnà; Vnà omnes iuuenum primi, pauperque senatus Thura dabant.] Non est vitium, quia dixit, Pauperque sanatus dona dabant. Non enim senatus respondit pluraliter: sed omnibus, qui illic tunc erant, vt res diuinas complerent. TREPIDVS'QVE cruor fumabat ad aras.] Eo tempore, quo Aeneas venit ad auxilia poscenda, læta omnia, atque ad diuinas res pertinentia, gerebantur in Herculis luco, qui extra vrbem fuerat constitutus. Nam hac eâdem die soliti fuerant Arcades anniuersaria vota persoluere. Amphitryoniadæ dixit: vt intelligeretur, de quo Hercule loqueretur; feruntur enim fuisse & alij. nec tamen illi soli, sed & cæteris dijs obsequebantur: ipse tamen specialiter, quoniam ipsius debita solennitas fuit. Ecce læti hominen sacer locus, religiosus lucus, arborum nemorositate gratissimus: conuentus etiam nouorum hominum & religiosorum pacatissimus. Pauperem senatum debemus accipere, & numero, & opibus: quomodo & ipsum regem Pauperem dixit. Volunt autem quidam, pauperem senatum nu- DON. B C

Digitized by Google

A natum, numero tantùm dixisse Vergilium; quasi fieri posset, vt regi pauperi diuites obsequerentur. Hi igitur adunati illo die fuerũt. aderat & Pallas, filius regis. vt deo, cuius beneficia senserãt, vota persoluerent oĩs, & darent thura. quæ quum fierẽt, fumabat iuxta aras tepidus cruor. Tepidus ideò, quia vicinæ fuerãt aræ ardẽtes: aut quia continenti, fuerat effusus. Intereà, quanta dicta sunt in narratione breuissima? Nam dicendo Solennem diem, & tempus designauit, quod obseruari cõsueuerant: & causam quæ solennitatem ipsam fecerat. REX Arcas.] & personam regis designauit; & gentis nomen, quã esset exortus. HONOREM Amphitryoniadæ magno.] & dei nomen cum omni honorificentiã tetigit: &, dicendo Honorem, ostẽdit, meritum præcessisse eius, cui honor anniuersarius debebatur. Diuis quoq; exhibebatur hic ipse honor: quia specialis solennitas, replicata propter Herculem, occasionem præbuerat religiosis, vt deos quoq; alios iungerẽt. ANTE vrbem in luco.] designatus est euidenter lucus, & qualitas eius expressa; proximitas quoq;, quòd non longè esset separatus à mœnibus ciuitatis. Vnà, autem fuerat Pallas, Euandri natus: nam tantis votis secerni non debuit filius regis. In hac
B autem descriptione, vt in omnibus, non vacat, quicquid constat dictum. nec superfluum est, quòd ibi fuisse etiam Pallantem dixit: hunc enim dicturus est occurrisse Troianis. Vnâ fuerunt iuuenum primi; propter obsequium regis & numinis. Interfuit & pauper senatus: tunc pauper, cùm per Euandrum regebatur. Dicitur iam, quid illîc negotij gererent. Aris, inquit, imponebant thura. sacrificia facta non dixit; sed ostendit præcessisse hæc, quum effusum cruorem assereret tepidum, & fumantem. VT celsas vidère rates, atq; inter opacum Adlabi nemus, & tacitos incumbere remis; Terrentur visu subito.] Quem non terreret talis aspectus? venire subitò; venire nauibus per insueta; &, contra naturæ morem, tacitos remis incumbère? CVNCTI'QVE relictis Consurgunt mensis.] Omnes enim tùm cunctis ingruere periculum arbitrabantur: proindeq; vniuersos, idemq; simul excitauerat error. AVDAX quos rumpere Pallas Sacra vetat, raptoq; volat telo obuius ipse.] Audax dictus, non temerarius; sed propriã virtute confidens; proindeq; intrepidus, Pallas, inquit, ne perturbatio illa piaculum sacris, aut offensam inferret; non interrupto eo, quod esse continuum debuit.
C euolauit; prohibitis cæteris. Nec tamen inermem, sed rapto telo festinantem, in tanto metu rapuisse dixit gladium; non tulisse. ET procul è tumulo.] Ecce alia cautela. nam & gladio munitus fuit; & in tumulo constitit; vt aliquantò ab his remotus esset, & illis altior, quos habuit in re incertâ suspectos. Quid enim contra plurimos posset, si contrariam sententiam gererent? quid omnes timuerint, qui illis intererant sacris, dubium esse non poterit; si suprascripta vel descripta tractentur. Dictum est quippe: Hi bellum asiduè ducunt cum gente Latinâ. Sperâsse igitur intelliguntur, obseruare hostes Italos diem, vt extra vrbem in solennitate sacrorum constitutos Arcades inuaderent: proindeq; se regem, ac regis filium, senatum omnẽ, & iuuenum primos, vno tempore fuissent interempturi. Ergo, vt è tumulo loqueretur, habuit considerationem sui; nec totum se venientibus obtulit. fuit enim, quum venirent, incertum; & magis suspectum, quàm securum. Ergo aliquantò longiùs positus, locutus est hæc. IVVENES, quæ causa subegit Ignotas tentare vias? quò tenditis? inquit, Quî genus? vnde domo? pacémne huc fertis, an arma?] Oratio, non superfluis, in tanto metu; sed necessarijs interrogationibus plena. Iuuenes, inquit; ab ætate tradens posse illos inferre violentiam. Quæ, inquit, causa subegit? bene posuit, Subegit: intellexit enim, magnam fuisse necessitatem, istã parte veniendi, quã nulli transitus antea exstitisset; ad incerta scilicet & incognita. Quò tenditis? venerant enim, & ad oram fluminis defluxerant; ex eo ostendentes, se non transituros fuisse, sed descensuros. QVI genus? vnde domo?] honestum & exquisitum locutionis genus. non enim ait, quo estis ex genere, vel ex quâ ciuitate exorti. compendiosè enim, audito nomine ciuitatis aut gentis, poterat nôsse, quo animo venirent. & tamen addidit: PACEM'NE huc fertis, an arma?] bellum, inquit, fertis, an pacem? TV'M pater Æneas puppi sic fatur ab altâ, Paciferæque manu ramũ prætendit oliuæ.] Suffecerat, ad indicãdum securitatem, ramum ostendisse pacificæ frondis: quia multa ille quæsiuerat, quibus debuit ordine responderi; inter quæ intellexit sollicitudinẽ iuuenis, de conspectu armorũ. Idcirco, præmisso signo pacis, exorsus est; atq; ita omnibus breuiter respondit, vt securum celeriùs faceret. TROIVGENAS, ac tela vides inimica Latinis.] Troia, inquit, genuit nos, ac tela portamus, non vobis inimica; sed Latinis. Hoc sic accipiendum est; quasi dixisset, Illis sumus inimici, quibus & vos. ac ne intulisse bellum ciuibus & indigenis videretur, ait; QVOS illi bello profugos egêre superbo.] Superbum bellum dixit: quia est & iniustum. Secundum autẽ fuit, hoc ipsum probare; ne meruisse videretur, & scelus in se malis actibus prouocâsse. Hoc genere tuitus est personam suã, & deformauit inimicorũ. Quibus, ait, nihil fecimus, bello nos superbo egerunt: vt consuetudo est illis, oẽs homines insontes & bonos superbis inimicitijs petere. Hoc libenter audiebat Pallas, inimicitiarũ præcedentiũ causã. Addidit, Profugos egerunt bello; vt illos ostẽderet duros, & iuxtà peregrinos immites; & se demonstraret, in Profugi appellatiõe, nihil in alienis terris audere potuisse. EVANDRVM petimus.] Ad Euandrum, inquit, venimus. Ecce, dixit aduẽtus sui causam, quam ille quæsierat. FERTE hæc, & dicite lectos Dardaniæ venisse duces, socia arma rogantes.] Ferte & Dicite, pluralis est numerus; cùm poeta solum aduolâsse dixerit Pallantem; nisi quia fieri non potuit, in tanto metu, solum esse Pallantem filium regis. Venisse lectos duces: & ad meritum eius pertinet, qui fuerat rogandus; & ad terrorẽ, si contrarijs votis exciperẽtur: & ideò Lectos, vt non illi crederẽtur esse, qui venerant. DARDANIÆ venisse duces.] & extolli debet Dardaniæ: quia loco laudis est positum. SOCIA arma rogantes.] dixit aduẽtus sui necessitatem. OBSTVPVIT tanto perculsus nomine Pallas.] Nec immeritò: quis enim non miretur, ad illa loca venisse Troianos, præceptã omni securitate? EGREDERE ô quicunq; es, ait.] Quicunq; es, ad nomẽ hominis; non ad originem retulit gentis. Iam enim, quòd Troianus esset, nouerat Pallas. CORAM'QVE parentem Alloquere.] quod mihi dicis, corãm refer patri meo. Seruauit summũ iudicium, & patri, & regi; ne ipse temerè aliquid promittere, aut negaret. AC nostris succede penatibus hospes.] Veni, inquit, ad domum nostram iure hospitis. Ecce, quod in potestatẽ eius esse potuit, obtulit humanitatem hospitij: asserens, melius esse, vt, quæ mandãda Aeneas crediderat, ferret ipse per se. Interea, quum dicit, Tu loquere cũ patre meo; regis se filium demonstrauit. ACCEPIT'QVE manu.] Scilicet descendentem de naui. DEXTRAM'QVE amplexus inhæsit.] Hæc enim sunt signa & pignora societatis & amicitiæ; iungere dextras: sed benignitatem meritum, amplexus religiò testatur. PROGRESSI subeunt luco, fluuiumque relinquunt.] Conuersum erit rectius: nam primò relictus est fluuius; secundò ventũ ad locum; vt, Progressi relinquunt fluuiũ, & subeunt luco. TV'M regem Æneas dictis affatur amicis.] Aeneam non fecerat humilem causa; nec ex eo, quia petebat auxilia, inferiorem se præbuit. Rex igitur cum rege familiare loquendi exordium sumpsit; eã fiduciã mentis ac simplicitate pectoris, vt amicum se venisse euidentiùs comprobaret. OPTIME Graiugenûm, cui me fortuna precari, Et vitta comptos voluit prętendere ramos.] Hæc oratio satis artificiosa est, satisq; subtilis. Laudat enim eum, à quo beneficium fuerat petiturus; & beneuolum facit, dicendo: Optime Graiugenûm: vt omnibus Græcis ipse melior videretur. nam inde Optimus, quòd esset fortunæ melioris: ex eo, quòd Aeneam supplicem videret. Sed hæc

obliqua est querela: nam subtiliter incusat inimicum fortunæ iudicium, quæ Græcum addixerat Romanæ felicitatis autorem. simul asserit, suum factum esse deterrimum; quo in eas angustias ductus est, vt ei, qui esset ex origine hostium, proindeq́ persequendus foret, preces supplex funderet. Melior es, inquit, omnibus Græcis. plus est enim, Aeneam rogantem videre, quàm vicisse: magneq́ felicitatis est indigentibus, videre necessarium. A

Non equidē extimui, Danaûm q; ductor, et Arcas,
Quodq; à stirpe fores geminis cōiunctus Atridis:
Sed mea me virtus, & sancta oracula diuûm,
Cognatiq; patres, tua terris didita fama,
Coniunxère tibi, & fatis egère volentem.
Dardanus, Iliacæ primus pater vrbis, & author,
Electrā (vt Graij perhibent) Atlantide cretus,
Aduehitur Teucros. Electram maximus Atlas
Edidit, æthereos humero qui sustinet orbes.
Vobis Mercurius pater est; quem candida Maia
Cyllenes gelido conceptum vertice fudit.
At Maiam (auditis si quicquam credimus) Atlas,
Idem Atlas generat, cœli qui sidera torquet.
Sic genus amborum scindit se sanguine ab vno.
His fretus, non legatos, neq; prima per artem
Tentamenta tui pepigi: meme ipse, meumq;
Obieci caput, & supplex ad limina veni.
Gens eadem, quæ te, crudeli Daunia bello

SER. DANAVM q; ductor, & Arcas.] *Nec, quòd multitudinē haberes, extimui; nec quòd esses Arcas: vt illuc hoc tendat,* Geminis cōiunctus Atridis, *id est Agamēnoni & Menelao cognatione coniunctus. Et hoc ad laudē Euandri pertinet: qui per qualitatē morum nō timeri meruit.* FORES.] *Pro, fuisses. Et notandum,* fores, *de præterito.* GEMINIS cōiunctus atridis.] *Gemnos hîc, duos; aliter gemini, vno partu editi. Quæritur sanè, vnde Euander Atridis genere fuerit coniunctus? & quámuis Hesiodus dicat, qualiter cōiunctus sit Euāder: tamē quidā aiunt, Thyestæ filias, Ledam & Hypermnestrā fuisse; Ledæ & Tyndari filias, Clytemnæstrā, Helenā, & Tymandram fuisse, quā duxit vxorē Echinus Arcas: cuius filius Euander. Clytemnestrā & Helenā notū est Agamemnoni & Menelao iunctas fuisse. Alij ita tradunt: Steropes & Atlantis filios Oenomaum & Maiam fuisse; Oenomai Hippodamiam filiā; vnde Atreus natus. at Maiæ filius Mercurius, ex quo Arcades; de quibus Euāder. Quod Actius in Atreo plenius refert. Alij ita narrant. Atlas cōplures habuit filios; sed de Lino Pelopen genuit; is Atreum; Atreus Agamemnonē & Menelaum. Mercurius deinde est Nicostratæ pater, quæ fuit mater Euandri. Mercuriū Maia, filia Atlantis, genuit. Sic Euāder Atridis cōiunctus est. Troianis aūt sic iungitur. ex Electrā, Atlantis filia, & Ioue, Dardanus nascitur. eius filius Erichthonius: ex eo Assaracus: ex illo Capys: ex illo Anchises: ex illo Aeneas.* MEA me virtus.] *Hæc arrogatio ad honorē Euandri pertinet. & sanè paulo arrogantiùs videretur virtutē suam laudâsse, nisi deorū oracula & facta cōiungeret. Deinde, vt Euandro blandiretur,* Tua, *inquit*, terris didita fama: *& vt in audientis mēte remaneret in vltimo addidit,* Et fatis egère volētē. *Sed hîc singula distinguēda, vt maior sit enumeratio.* SANCTA oracula diuûm.] *Tyberis scilicet, vel Apollinis; vt,* Via prima salutis. Quod minimè reris, Graiā pandetur ab vrbe. DIDITA fama.] *Diuulgata. vt,* Diditur hic subitò Troiana p agmina rumor. FATIS egère volentē.] *Id est, quod voluntatis fuerat, egit necessitas fati.* DARDANVS Iliacæ primus pater vrbis, & author.] *Dardanus ex Ioue & Electrā, Atlantis filiā, genitus; de Italiā forte abire cōpulsus, agros Troicos petit, ibiq́ Dardanū oppidum, in regione Dardaniā, collocauit. Sanè hîc reddit, quod ait suprà,* Cognatiq; patres. *Sed sciendum, Atlantes tres fuisse: vnū Maurū, qui est maximus: alterum Italū, patrē Electræ; vnde natus est Dardanus: terti Arcadicū, patrē Maiæ; vnde natus est Mercurius. Sed nūc ex nominū similitudine facit errorē: & dicit, Electrā & Maiā filias fuisse Atlantis maximi. Nec præter rationē ait,* & maximus: & Atlas *idē Atlas generat. nā & ipse habuit etiā horū nominū filias, id est, Electrā & Maiā.* VT Graij perhibēt.] *Id est, vt vestræ continet literæ. Firmius enim est, quod ipsorum testimonio infertur.* ADVEHITVR Teucros.] *Et homines, & regionē significat. Sane prolepsis est: nam post Dardanū Teucri appellati sunt.* MERCVRIVS pater est.] *Mercurius Iouis & Maiæ, quæ est vna de Pleiadibus, filius; auctor eloquētiæ & lyræ; internūtius deorū. Iste etiā palæstræ inuentor hoc modo esse narratur. Chorieus, rex quidā Arcadiæ, filios habuit, Plexippū & Enetum, & Palæstrā filiam. Sed iuuenes, cū casu inter se haberēt certamen, impressione & nisu corporū inuenerūt luctamina. qui cùm hoc patre præsente facerēt, & ille re nouā delectaretur; ex eâ re ludus factus est. quam rem Palæstra, soror iuuenum, Mercurio amāti se prodidit. qui cùm rem nouā vidisset, pleniore de industriā artē homines docuit. hoc seni iuuenes à sorore proditum nuntiauit. ille iratus est potiùs filijs, quòd nō; tanquā furē Mercuriū insequerentur. Quem cùm illi in monte dormientē inuenissent, manus ei amputauerūt. vnde & ipse Cyllenius, & mōs, dicuntur. Namq; Græcè κυλλὸς, aliquā mutilatos parte corporis dicūt. vnde etiā hermos vocamus, quosdā stimulos, in modū signorum sine manibus. Mercurius verò, noui cōquestus Choricum euisceratum in folliculū redigi fecit; amatam verò suā Palæstram remuneratus, omne luctamē, quod corpore cōficitur, palæstram vocari fecit. Alij Mercurium, quasi medicurrium, à Latinis dictū volunt; quod inter cœlū & inferos semper incurrat: hic etiā mercimonij Deus est. Quidam hunc in petaso & in pedibus pinnas habere volunt, propter orationis, cuius auctor est, velocitatem. Caduceum illi à deo adsignatur; quòd fide mediā hostes in amicitiam cōducat. quæ virga ideò serpentibus illigata est; vt, sicut illi obliti veneni sui in se coëunt, ita hostes, contemptis & depositis inimicitijs, in amicitiam reuertantur.* CANDIDA Maia.] *Splendidior enim est Maia inter Pleiadas, quæ est vna de Atlantibus, id est, Pleiadibus. Nō ergo* candida, *pulcra; vt* candida Dido. *Meminit aūt, Maiam Atlantidē esse, vt,* Ante tibi Eoæ Atlantides abscōdantur, *& multi ante occasum Maiæ cepêre: cùm vellet per Maiam etiā cæteras Atlantis filias intelligi.* CYLLENES.] *Cyllene mōs est Arcadiæ, vbi Maia Mercurium est enixa.* Fudit *aūt, non iniuriosè dictū est. Vt in Pisonē:* Quę te belluam ex vtero, nō hominē fudit. *Sed celeritatem parientis ostendit: quod infantibus dicitur omen felicitatis adferre. Spectat etiam ad rationem physicam. Nam celer est vbiq; Mercurius, vt diximus suprà. Ideò dicit, eū etiā in ortu fuisse velocem.* GENVS amborū.] *Aut meū & tuum; aut Troianorū & Arcadū. Ergo* amborū *potest vtrorumq́ accipi.* NEQVE prima per artē Tentamēta tui pepigi.] *Cùm nullo antè pactus sum, vt te aut per artē aliquā, aut per legatos probarē: sed intrepidū me tibi commisi.* TENTAMENTA pepigi.] *Experimēta pactus sum. Nam genus est hic præteritus, ab eo quod est Paciscor: facit enim & Pepigi & Pactus sum; sicut Placeo, & Placui, & Placitus sum. Pango enim, vnde multi venire volunt Pepigi, nusquā est lectum. Et altera est expositio: Non tentaui te quibusdam pactionibus, quibus crederem tutò ad te venturum; vt hæc fuerit ars tentantis.* Aut non legatos, *tale est, quemadmodum in oratione ab alio in aliud initium transitur: vt,* Meme, adsum qui feci. *Et non respondetur propositis: ergo illud refertur. Non legatos misi, aut tale aliquid, quod sententiam compleat.* GENS eadē, quę te.] *Sic agit, vt & ipse præstare videatur. Nam & suprà ait,* Socia arma rogantes. *Et argutè infertur,* eadem; *nec addidit,* nos. DAVNIA.] *Rutula, à Dauno.* CRVDELI bello.] *Suprà,* Bello profugos egère superbo.

Geminis

A POM. Sabi. GEMINIS coniunctus Atridis.] *Tantalus, Iouis filius, ex vnâ filiâ Atlantis. Tantali filius Pelops; Pelopis Atreus; Atrei Menelaus & Agamemnon. Maia, filia Atlantis: ex Ioue & Maiâ Mercurius: ex Mercurio & Nicostrate Euander. Alij sic: Læda & Hypermnestra, filiæ fuerunt Thyestæ: Lædæ & Tyndari filiæ, fuerunt Helene & Clytemnæstra & Timandra, quæ nupta Echino, peperit Euandrum. Alij sic: Ex Sterope, filiâ Atlantis, natus fuit Oenomaus: ex Oenomao, Hippodamia: Hippodamiæ & Pelopis Atreus: Atrei Agamenon & Menelaus: ex Maiâ, sorore Steropes & Atlantis filiâ, Mercurius: ex Mercurio Euander. De Dardani familiâ diximus. Atlantes tres fuerunt: Atlas rex in Mauritaniâ; Atlas rex Arcadiæ, Atlas rex Corinthi, pater Electræ. Similitudine nominis alius pro alio accipitur.* HIS fretus.] *consanguinitate.* NON legatos.] *non per legatos volui pacisci tecum: sed me commisi fidei tuæ, vt intelligas, quanti te faciam.* DAVNIA.] *à Dauno patre Turni.*

VAR. Lect. TVA terris dedita fama.] *In antiquis aliquot libris* Debita *legitur: cùm* Dedita *in emendatioribus habeatur.*

B CYLLENES gelido conceptum in vertice fudit.] *In antiquis libris, partim* Cyllene, *partim* Cyllenę *legitur. Et,* Conceptum vertice, *absq;* In. AVDITIS si quidquã credimus.] *In libris aliquot antiquis,* Si cuiquam credimus, *legitur.* QVI sidera tollit.] *In libris antiquis,* Torquet *legitur.* ME me ipse, meúmque.] *In antiquis aliquot libris,* Memet ipse, *&* Meque ipse *legitur.*

DON. NON equidem extimui, Danaûm quòd ductor, & Arcas, Quodq; à stirpe fores geminis coniunctus Atridis.] *Non, inquit, timui, quòd natus es Græcus; vel esses inter tuos potior. Quum multa congereret, primam posuit virtutem suam: secundùm illam sententiam, quã Terentius tenuit, dicens;* Mihi spes omnis in memet sita est. *Multum enim valet, qui non in aliena, sed in suâ virtute fiduciam ponit. Addidit huic deorum fauorẽ, qui interueniens, euentus bonos auxilio fortunæ conduplicat.* SED mea me virtus, & sancta oracula diuûm, Cognatique patres, tua terris didita fama, Coniunxêre tibi, & fatis egere volẽtem.] *Hæc fuerunt, quæ contra fortẽ virum, & deorum fauore munitum, nihil aduersi sinerent cõcitari. Addidit tertiũ, quo obtinere debuit; etiam si illa nõ essent; Virtus scilicet, & deorum responsa.*

C *Ante oculos, inquit, habui, tutum fore aduitum meum: qui, licèt incognitus tendebã ad finẽ. Hoc genere ostendit, se non timuisse; quòd esset Græcorũ stirpe progenitus rex Arcas: se magis habuisse fiduciã, quòd Troianis quoq; ratione sanguinis videretur annexus. In cõclusione posuit;* Tua terris didita fama *cessantibus quippe omnibus, quæ suprà dicta sunt, maiorẽ se asserit ipsius habuisse fiduciam: quod religiosum vel bonum nouerant oẽs, & cũcti per terrarũ partes nomẽ eius & beneuolentiã præferebant.* CONIVNXERE tibi, & fatis egere volentẽ.] *significat iussionis autoritatẽ: cui nec ipse reniti potuit, nec debuit Euander reluctari. Postremò adiecit voluntatẽ, ne id, quod agebat, inuitus videreẽ suscepisse; quasi optasset etiã ipse, nôsse affinẽ, quem summo laudis præconio omnes populi præferebãt.* Tua, *inquit,* terris didita fama: *nõ famæ respondit plurali numero; sed omnibus, quæ posuit, antequam de fama aliquid diceret. Inducit post hæc expositionẽ & narrationẽ talem, quã Euandri se monstret affinẽ. quomodo suprà dixit,* Cognatiq; patres. *Hãc igitur rationẽ sanguinis, stemmate collato, prosequitur sic;* DARDANVS Iliacæ primus pater vrbis & autor, Electrâ (vt Graij perhibẽt) Atlantide cretus.] *Necessariò posuit,* Vt Graij perhibẽt *vt testimoniũ Græcorũ esset in cõfirmatione veritatis; & Euander, homo Græcus, suis potiùs, quã Troianis testibus, crederet.* ADVEHITVR Teucros.] *Cõtinuus sensus est sic: Dardanus, inquit, natus ex Electrâ, Atlantis filiâ ad Teucros venit: & ipsum primũ nominus patrẽ, Ecce ostendit vnã originis partẽ; venit ad alterã.* VOBIS Mercurius pater est: quẽ candida Maia Cyllenes gelido cõceptũ in vertice fudit. At Maiã (auditis si quicquã credim⁹) Atlas, Idẽ Atlas generat, cœli q sidera torquet.] *Ne similitudo nominis falsò vsurpari videretur; vel maximè quũ adderetur & signũ; quod idẽ esset Atlas, q Troianis originẽ per Electrã & Dardanũ dederat, cœli qui sidera portaret: idẽ verò qui genuisset Maiã, & ex eã Mercuriũ nepotẽ suscepisset.* SIC gen⁹ amborũ.] *Hoc est, Dardani & Mercurij.* SCINDIT se sanguine ab vno.] *Atlantis scilicet, qui vtrisq; partib. originẽ dederat, secundùm prædictã rationẽ. Cõstituamus tamẽ illustriorẽ intellectũ. Electra genuit Dardanũ, & Maia Mercurium. Dardanus dedit Troianis principiũ, et Mercurius Arcadibus. proinde vnus atauus est ambobus, Dardanus scilicet & Mercurius. Probauit cognationis contextũ; redit ad ea, q̃ paulò antè dimiserat, quũ rationẽ sanguinis redderet.* HIS fretus, nõ legatos, neq; prima p artẽ Tentamẽta tui pepigi.] *his, inquit, fretus, hoc est, illis quæ superiùs dixi: hoc est, virtute suã, deorum responsis, spe, & famã optimã ipsius regis; non legatos misi, nec sententiam tuam aliquã artis calliditate elicui.* MEME ipse.] *Duplicatio eiusdem pronominis addidit dictioni pondus.* MEVM'QVE Obieci caput, & supplex ad limina veni.] *Plus, ait, feci vt ad fores tuas ipse rogaturus accederẽ. Exponit deprecationis ipsius causas; in his ostendens, quid, & contra quos peteret. quod ipsum nõ tantùm sibi profuturũ ostendit; verumetiã ipsi, qui rogabat, vt daret.* GENS eadẽ, quę te crudeli, Daunia, bello Insequitur.] *Quid tam pulchrũ, tamq; egregium, & imperatori ipsi necessarium, quàm in deformatione personæ hostiũ, ipsius partes primas ponere, qui daturus videretur auxilium: vt in ipsã oblatione, & dare Troianis beneficiũ, & sumere videretur? Illud quoq; quàm mirè est positũ?* Crudeli bello: *vt eum validiùs commoueret; quòd indignus vnius gentis violentiam sustineret: quẽ omnium consensus meritò præferebat. Hic quoq; grande loquendi compendium tenuit, Euandri partes suasq; coniungendo. nam semel dicta vtrumq; continent.* Gens, *inquit,* eadem. *dicendo vnam gentẽ, extenuauit mentẽ, q poterat forsitan exoriri. Addidit,* Daunia, *quasi abiecta, humilis, & omni ignobilitate depressa.* QVÆ te.] *Te quod posuit, significat te, qui sic magnus, & ab omni merito memorabilis, crudeli bello insequitur. Duo mala coniunxit; bellum scilicet iniustũ, & improbitatẽ hostium, quibus non suffecerat iniquitas facti, verùm etiam persequebantur insontes. Crudele bellum est, quod iniustã subsistente ratione indicitur. Deniq; & iustum aliquando dicitur, & Iniustum proinde asserit; nec sibi, nec Euandro, eam gentem aduersam esse debuisse, si æquitatem gens eadem naturã tradente sumpsisset.*

ADR. Bar. ACCEPIT'Q. manu, dextrãq; amplexus inhęsit.] *De homine qui officiosiùs aliquẽ exceperit. Vt me iureconsultus inter Louanienses doctissimus, Petrus Theneus, quoties ad se inuitat, fraterna quadam charitate complectitur.*

ILL. NIHIL abfore credũt.] *Sibi absuturũ nihil arbitrãtur.* QVIN omnẽ.] *Vt non omnẽ, & bene omnẽ ait; ne non solũ Euandrũ contemnere viderentur.* PENITVS sua sub iuga.] *Vtrùm penitus sub iuga mittant, an omnem penitus Hesperiam?* QVOD suprà, te-

Insequitur: nos si pellant, nihil abfore credunt,
Quin omnẽ Hesperiã penitùs sua sub iuga mittãt,
Et mare quod suprà, teneant, quodq; alluit infrà.
Accipe, daq; fidem. sunt nobis fortia bello
Pectora; sunt animi, & rebus spectata iuuentus.
Dixerat Æneas. ille os, oculosq; loquentis
Iamdudum, & totum lustrabat lumine corpus.
Tum sic pauca refert: Vt te, fortissime Teucrûm,
Accipio, agnoscoq; libens! vt verba parentis,

neant.] *Adriaticum dicit.* QVOD'QVE alluit infrà.] *Tyrrhenũ dicit, omne enim, mare, quod à Sicilia vsq ad Hispaniam tendit, inferũ appellatur. ideò, quòd Sol ibi ad inferiores cœli partes delapsus occidat.* ACCIPE, daq; fidem.] *Ab vtili agit. Et hoc est, quod ait* in decimo,

Digitized by Google

Et vocem Anchisæ magni, vultumq́; recordor!
Nam memini Hesionæ visentem regna sororis
Laomedontiaden Priamum, Salamina petentem,
Protinùs Arcadiæ gelidos inuisere fines.
Tùm mihi prima genas vestibat flore iuuenta;
Mirabarq́; duces Teucros; mirabar & ipsum
Laomedontiaden; sed cunctis altior ibat
Anchises. mihi mens iuuenili ardebat amore
Compellare virũ, & dextræ coniungere dextram.
Accessi, & cupidus Phenei sub mœnia duxi.
Ille mihi insignem pharetram, Lyciasq́; sagittas
Discedens, chlamydemq́; auro dedit intertextã;
Frænaq́; bina, meus quæ nunc habet aurea Pallas.

in decimo; Humanis quæ sit fiducia rebus. SVNT nobis fortia bello pectora.] *Iterum sic laudat iuuentutem suam, quasi præstet auxilium.* REBVS spectata iuuentus.] *Experimẽtis probata, decennali scilicet prælio. Et benè promissioni rebus confirmat & testimonijs; quæ est verbis inualida.* ILLE os, oculosq́; loquẽtis.] *Suffecerat ad recordationẽ, Anchisæ vultũ agnouisse. Addidit;* Et totũ lustrabat lumine corpus; *quod sinè dubio non vacat. nam quià Aeneas in virtute suâ multa prædixerat; orationem eius voluit æstimare de corpore: & postquã fides facta est, indè cœpit;* Vt te, fortissime, Teucrûm accipio. TOTVM lustrabat lumine corpus.] *Paterna in eo lineamẽta cognoscens.* LVMINE.] *Pro, luminibus, id est oculis.* PAVCA refert.] *Nõ pauca, sed paucis, id est, breuiter. Hoc vult dicere: multa eum dixisse; sed paucis.* VT te.] *Ad* Optime Graiugenûm, *reddidit,* Fortissime Teucrûm. AGNOSCO'Q. libens.] *Postquam probauit ex habitu corporis, vera esse quæ dicebat Aeneas; per Anchisen eum laudat, adulatione depositã. Sanè, Agnosco & Cognosco, superfluè quidã volunt facere discretionẽ; vt Cognoscamus nouos; Agnoscamus antiquos. sed hæc à Poëtis metri necessitate variãtur. Nam Agnosco, propter synalœpham dixit.* VOCEM Anchisæ magni.] *Mirè, quòd non fecit Aeneam dicentẽ, qui scit Euandrum cognoscentem.* HESIONES visentẽ regna sororis.] *Commemorationi necessitudinis, reddit commemorationem hospitij. Sanè fabula de Hesione, & nota est, & aliquot locis exposita, quis enim nescit, à Laomedonte mercedem, Neptuno & Apollini, ob muros Troiæ fabricatos, negatam; cumq́ incursu maris ciuitas vexaretur, coactũ Laomedontẽ, filiam Hesionẽ ceto obijcere; eamq́ ab Hercule liberatã, euersâ Troia, & occiso Laomedõte, propter negatum præmiũ, Telamoni in matrimoniũ datã. quæ causa fecit, vt Priamus, ad visenda sororis regna proficiscens cùm Salamina tenderet, iter per Arcadiã faceret; & tunc ab Euandro esset susceptus Anchises.* VISENTEM regna.] *Videre cupientẽ.* PROTINVS.] *Vno eodemq́ tẽpore: hoc est, dum pergit, vidit Arcadiam. Nam nõ possumus simul intelligere: cũ Salamina insula sit; Arcadia, in continenti.* MIRABAR'Q. duces Teucros.] *Hos laudat: quò melior sit ille, quem præfert.* CVNCTIS altior.] *Non solùm ad staturã; sed ad omnia.* IVVENILI ardebat amore.] *Inest enim iuuenibus strenuis, studium acquirendarũ amicitiarum. Horatius:* Animusq́; virilis Quærit opes & amicitias. PHENEI sub mœnia.] Oppidi *Arcadiæ. Homerus:* οἳ Φενεόν τ' ἐνέμοντο, καὶ Ὀρχομενὸν πολύμηλον. *Nec nos debet mouere, quòd, cùm Euander de Palanteo sit, dicit;* Phenei sub mœnia: *cùm sciamus, poëtas vicinas omnes pro vnâ habere ciuitates. sicut de Didone facit; quam nõnunquam Tyriam aliquotiens Sidoniam vocat.* ILLE mihi insignem pharetram.] *Ius hospitij habet inter se remunerationem. sed verecundè tacet Euander de suis muneribus.* LYCIAS'QVE sagittas.] *Enumerando singula, effecit, ne communia & ficta videãtur.* AVRO dedit intertextam.] *Legitur &* intertexto. *Et figuratè dictum est, intertextũm aurũ habentem.* FRÆNA'QVE bina.] *Poëticè. Nam duo debuit dicere. Bina enim, secundùm Ciceronem, non dicuntur; nisi de his, quæ sunt numeri tantùm pluralis. Nam Cicero per epistolam culpat filium, dicens, malè eum dixisse,* Direxi literas duas: *cùm literæ, quotiens epistolam significant, numeri tantùm pluralis sint. Contrà epistolas binas non dicimus; sed duas.*

POM. Sabi. TV'M sic pauca.] *respondet Euander.* SALAMINA petentem.] *Alij volunt, vt est, insulam dici Argmam, & vrbem ipsam Salaminam. Salamin, Salaminis, insula est, in quâ regnabat Telamon. Hercules in primo bello Troiano Hesionem, Laomedontis filiam, Telamoni suo comiti dedit. Salamin, insula contra Eleusin, Atticæ opposita Peloponneso: in quâ deletus fuit exercitus naualis Xerxis, à Themistocle Athenensi.* CVPIDVS Phenei.] *Pheneum oppidũ Arcadiæ.* SAGITTAS.] *Apollinis.* A

VAR. Lect. QVOD'QVE alluit.] *In antiquis,* Albuit *legitur.* ET rebus spectata iuuentus.] *In libris antiquioribus,* E rebus *legitur.* ACCIPIO, agnoscoque libens.] *In libris aliquot antiq.* Aspicio agnoscoque *legitur.* HESIONÆ visentem regna.] *Varia declinatio genitiui in antiqu. libr. Nam in alijs,* Hesiones; *in alijs,* Hesionæ. GENAS vestibat flore iuuenta.] *In nonnullis libris,* Iuuentus; *in alijs quibusdam* Iuuentas *inuenitur.* IVVENILI ardebat amore.] *In Romano libro, & in quibusdam alijs,* Iuuentali *legitur.* ET dextræ coniungere dextram.] *In antiq. aliquot lib. legere est,* Dextram & coniungere dextræ. ACCESSI, & cupidus Phenei.] *In antiquis exemplaribus variè legitur, Nam &* Phenei, & Phœni, & Phinei *inuenitur.* CHLAMYDEM'QVE auro dedit intertextam.] *In Romano libro legere est,* Intertexto. B

DON. NOS si pellant, nihil abfore credunt, Quin omnẽ Hesperiam penitùs sua sub iuga mittant; Et mare, quod suprà, teneant, quodq́; alluit infrà.] *Idcirco demonstrat expulsionem cogitatam; vt viam sibi in aliam referet partem, quæ mare Inferum Superumq́ complectitur. Debuit Euander his auditis præcauere, ne cum alijs etiam ipse seruiret.* ACCIPE, daq́; fidẽ.] *Sume, inquit, auxilium, & da: quando, contra quem auxilium peto, cõmunis est hostis. Posset dici, impares sunt vires tuæ, & non tantum mihi poteris prodesse, quantum ego tibi. Occurrit priori, & ait:* SVNT nobis fortia bello Pectora; sunt animi.] *Labori enim bellico, & animi virtus, & corporis substantia, necessaria est. vt, inquit, vos fortes estis, ita & nos. Probatio fortitudinis Troianorum robustiùs fuerat demonstranda. Hanc impulit, dicendo:* ET rebus spectata iuuentus.] *Insigne est virtutis (inquit) quod factorũ probauit effectus.* DIXERAT Æneas: ille os oculosq́; loquẽtis Iamdudũ, & totũ lustrabat lumine corp9.] *Aeneas quũ loqueretur, intuebatur Euander priùs incognitũ, & vocẽ eius ac singula corporis mẽbra considerabat.* TVNC sic pauca refert.] *Pauca enim dici cõuenerat; ne fabulæ lõgiores solẽnitati solitæ essent impedimento. Pauca debemus accipere, hoc est, pauciora quàm dici potuerunt.* VT te fortissime Teucrũm Accipio, agnoscoq́; libens; vt verba parẽtis, Et vocẽ Anchisæ magni, vultũq́; recordor.] *Magna mentis recordantis: cùm nesciret hominem, hoc est, nomẽ eius aut patrem; dicit se de vultu ac voce collegisse, quia ex Anchisâ genitus esset. Ait ergo: Quum te audio loquentem, & vultum tuum libenter intueor, cupiens te cognoscere. nam plenè colligere redeunte memoriâ puto, mecum Anchisen loqui, & ipsum etiam nũc esse præsentem. Subiungit gesta veteris facti, ex eo ostensurus, chariorem futurum susceptæ societatis affectum, quum patris eius veterẽ notitiam replicat, & beneuolentiam eius repetit. Poterat enim Aeneas quærere, quo casu emergente factum esset, vt habuisset ille Anchisæ notitiam? Ideirco ait:* NAM memini Hesiones visentem regna sororis Laomedontiaden Priamum, Salamina petentem, Protinùs Arcadiæ gelidos inuisere fines, Tùm mihi prima genas vestibat flore iuuẽtus.] *Ecce felix memoria recordantis. nam & personas tetigit, & tempus, & causam, &* C

A *sam, & personarum nomina, & locorum. Et reuerà miraculum fuit; vt loquens senior, & adolescentiæ suæ temporis assignās, ista omnia sic tenaciter dixerit, quasi proximè gesta viderentur.* MIRABAR'QVE duces Teucros: mirabar & ipsum Laomedontiaden. sed cunctis altior ibat Anchises] *Laudat, & prælaturus Anchisen, præfert omnes: & dicit Anchisen fuisse præstantiorē. nec esset occasio præponendi; nisi incidisset prima comparatio, sinè quā laus esse præcipua non potest. Procliue quippe est, bonum esse; meliorem verò, arduum. Altiorē dixit, corporis formā. quoniam sic posuit:* Sed cunctis altior ibat Anchises, *hoc est, incedebat.* MIHI mēs iuuenili ardebat amore Compellare virū, & dextræ cōiungere dextram. Accessi, & cupidus Phenei sub mœnia duxi.] *Quamuis, inquit, adolescētis ætas prouectiori non congrueret; tamen quoniam est ardor quidam iuuenibus, noscendi potiores, ad eum accessi, & eius amicitiæ cupidus, eum duxi sub mœnia Phenei. Iunxi dextram meam eius dexteræ, amicitiam'q; firmaui. At humanitati meæ officijs respondens:* ILLE mihi insignem pharetram, Lyciasque sagittas Discedens, chlamydemq; auro dedit intertextam, Frænaq; bina, meus quæ nunc habet, aurea, Pallas.] *Dedit mihi, inquit, pharetram, sagittas, & fræna aurea, & chlamydem auro intertextam. Quomodo ornauit ipsa munera, vt ne leuia viderentur? Pharetram dixit insignem: sunt enim pharetræ nullius meriti. Sagittas dixit Lycias, vt illis regio sua tribueret ornamenta. Chlamydem, auro splendentem. Fræna, inquit, bina aurea: vt numero hæc laudaret, & qualitate materiæ. Ecce addit prædicationis supplementum. Horum, ait, apud me, propter dātis meritū, fuit gratia; vt, quā his per senium vti non possem, traderem filio meo; & in hodiernum vsq; diem perdurant. Eodem quodammodo perseuerante dominio cum patris & filij vnā personā, laudari munera meruerunt, propter has causas. debuit enim Aeneas probare libenter acceptam largitatem patris sui: debuit & Anchises ostendi bonus largitor, in speciebus preciosis; & Euander non leue quiddam accipere meruisse.*

Ergo &, quā petitis, iuncta est mihi fœdere dextra.
Et lux cùm primùm terris se crastina reddet:
Auxilio lætos dimittam, opibusq; iuuabo.
Interea sacra hæc (quando huc venistis amici)
Annua, quæ differre nefas, celebrate fauentes
Nobiscum: & iam nunc sociorū assuescite mensis.
Hæc vbi dicta; dapes iubet & sublata reponi
Pocula, gramineoq; viros locat ipse sedili;
Præcipuumq; toro, & villosi pelle leonis
Accipit Æneam, solioq; inuitat acerno.
Tùm lecti iuuenes certatim, aræq; sacerdos,
Viscera tosta ferunt taurorū: onerantq; canistris
Dona laboratæ Cereris; Bacchumq; ministrant.
Vescitur Æneas simul, & Troiana iuuentus,
Perpetui tergo bouis, & lustralibus extis.
Postquā exempta fames, & amor cōpressus edēdi;
Rex Euandrus ait: Non hæc solennia nobis,
Has ex more dapes, hanc tanti numinis aram,
Vana superstitio, veterùmve ignara deorum,
Imposuit: sæuis, hospes Troiane, periclis
Seruati facimus; meritosq; nouamus honores.

SER. IVNCTA est mihi fœdere dextra.] *Antiquis amicitijs, p Anchisæ hospitiū.*
B AVXILIO lætos dimittam.] *Hæc sunt pauca, quib. auxilium pollicetur.* OPIBVS.] *Id est, militib⁹. Opes antiqui vocabāt milites.* QVANDO huc venistis amici.] *Siquidem amici venistis. Extraneos enim ad sacra nō licebat adhibere. Hos aūt adhibet ad sacra, quasi antiquis iunctos amicitijs. Vnde infert,* Etiam nūc sociorū assuescite mēsis. ANNVA q̄ differre nefas.] *Anniuersaria sacrificia .i. solennia, ideò nō differūtur; q̄a nec iterari possunt. Solenne autem hoc esse ipse ait;* Fortè die solennē ille rex Arcas honorē. *Nā calendaria, si qua fuerint ratione dilata, possunt repeti: nec piaculū eorum*
C *intermissione cōmittitur. Sanè hoc sacrū polluū vocatur, quod populo annis singulis luitur.* FAVENTES.] *Vt in sacris;* Fauete linguis, fauete vocibus. ET iam nūc.] *Ordo est; Et iā sociorū.* DAPES.] *Epulæ deorū propriæ, vt Iouis cœna.* SVBLATA reponi pocula.] *Quoniā metu reliquerāt mēsas, ideò ait reponi.* GRAMINEO.] *Hîc, de gramine facto: alibi* gramineo, *pro graminoso; vt,* Gramineo ripę religauit ab aggere classem. SEDILI.] *Bene, Sedili. Nam in tēplo Herculis lectisterniū esse nō licebat. Quāuis apud veteres oēs sedētes vescerētur.* Pręcipuū: *Potest et præcipuè accipi.* VILLOSI pelle leonis accipit Æneā.] *Aut suscipit ad sedendū: aut pascit; vt,* Illos porticib⁹ rex accipiebat in amplis. *Torū aūt herbarū super soliū fuisse intelligamus, ne sit sedili contrariū. Congruè aūt de leonis pelle dicitur coopertū, quia nihil opportunius in Herculis festo.* TV'M lecti iuuenes.] *Nō vacat,* lecti. *In sacris enim Herculis, nec serui intererāt, nec liberti: adeò vt Appius, qui sacra hæc transtulit in libertos, vel, vt quidam volūt, in seruos publicos, & caruerit oculis, et intra annū omnē familiā perdiderit Pinariorū.* INVITAT & accipit.] *Verba hospitalia,* CERTATIM.] *Id est, studiosè.* ARÆ'Q. sacerdos.] *Maximæ scilicet. Nondū enim templū Herculis fuerat; sed ara tantummodò; quā maximā dicit, ex magnitudine fabricæ.* LABORATÆ Cereris.] *Quæ eget laboris: vt,* Mox & frumētis labor additus, vt mala culmos Esset rubigo. *Glādes enim sinè vllo labore nascūtur.* PERPETVI tergo bouis.] *Aut secundū Homerū intelligendū, qui dicit, carnes dorsi apponi solere honorabilioribus: vt sit sensus talis, Posuit ante eos magni bouis carnes eas, quæ apud maiores in honore fuerūt. Aut reuerā perpetui. nam de hoc boue, immolato Herculi, carnes carius vendebātur, causā religionis: et indè vitulus alter redimebatur; qui ex illius precio cōparatus, quasi perpetuus esse videbatur.* Tergo *aūt, potest à parte totū intelligi. Quāuis alij dicant, ideò tergo bouis, quòd ad arā maximā aliquid seruari de tauro nefas est: nam & coriū illius mandunt.* LVSTRALIBVS.] *Aut pinguibus. Moris enim fuerat, cōpleto lustro pingues victimas offerre Censores. Aut certè de quinquennali boue, id est, perfectæ ætatis. Nam Homerus dicit, βοῦν ἄρσενα πενταέτηρον. Aut q̄a per quinquēnium ipsis victimis vrbs lustrari solebat. Alij propriè Lustralia dicūt, quæ duabus manibus accepta, in aram Pontifex vel Censor imponit, quæ nō prosecantur.* POSTQVAM exempta fames, & amor cōpressus edendi.] *Postquā & necessitati satisfactum est, & voluptati.* REX Euandrus.] *Aut nō seruauit nominis declinationem: nam Euander facit; sicut ipse alibi,* Pallas Euāder in ipsis. *Aut Græcè declinauit, ὁ Εὔανδρος.* NON hæc solennia.] *Variat in vno pronomine.* Non hæc solennia nobis, Has ex more dapes, Hanc tanti numinis aram. VANA superstitio.] *Superstitio est timor superfluus & delirus. Aut ab anicula dicta superstitio; quia multæ superstites per ætatem delirant, & stultæ sunt. Aut, secundùm Lucretium,* Superstitio est superstantium rerum, *id est, cœlestium & diuinarum, quæ super nos stant,* inanis & superfluus timor. VETERV'MVE ignara deorum.] *Duo dicit. Non ideò Herculem colimus, aut quia omnem religionem veram putamus; aut quia deos ignoramus antiquos. Cautum enim fuerat, & apud Athenienses, & apud Romanos; ne quis nouas introduceret religiones. Vnde & Socrates damnatus est: & Chaldæi vel Iudæi sunt vrbe depulsi. Sanè quidam veteres deos Nouensiles dicunt, quibus merita virtutis dederint numinis dignitatem. Ergo ideò vana, quia superstitio ignara deorū.* NOVAMVS honores.] *Detraxit re: nam Renouamus debuit dicere. quam particulam alibi addidit: vt,* Fata renarrabat diuûm. *Aliter in quarto,* Tecta nouantem, *dixit. Quidam intelligunt, propriè esse Nouare replicando vetera quandam facere nouitatem; ac per hoc excludere vetustatis iniuriam.*

POM. Sabi. CELEBRATE fauentes.] *inuitate Aeneam ad sacra.* VILLOSI leonis.] *Apud maiores moris fuit, vt reges in pellibus ferarum sederêt.* ACERNO.] *ab acere arbore.* LABORATÆ Cereris.] *pro elaboratæ: quia non sinè labore. acquiritur triticum.* NON hæc solennia.] *vana superstitio imposuit & loquitur Euandrus.*

VAR. Lect. AVXILIO lætos dimittam.] *In libris aliquot antiquis,* Auxilio tutos *legitur.* REX Euander ait.] *Pauci libri sunt, in quibus non* Euander *legatur, sed* Euandrus. VANA superstitio, veterumve.] *In quibusdam lib. antiq. legere est,* Veterumq;.

DON. ERGO, & quam petitis, iuncta est mihi fœdere dextra: Et lux quũ primùm terris se crastina reddet, Auxilio lętos dimittã, opibusq; iuuabo.] *Ergo, inquit, propter præcedentẽ & præsentis tẽporis causam, profiteor me societatẽ fœderis habere vobiscũ; &, crastinâ incipiente luce, vos instructos opibus cũ auxilijs dimittã. Respondit quæsitis; & promissa nõ distulit in prolixũ tempus; pollicens proximâ luce facturũ, quod petitũ fuerat; addens quod Aeneas nõ petit. Ipse enim Euander, more boni promissoris, maius debebat efficere, quod fuerat præstiturus. Hinc auxilia promisit, & victui necessaria; nec morã lucis alterius fecisset, nisi interesset sacra solennitas, & eiusdẽ diei pars lucis, sole currente, transacta esset.* INTEREA sacra hęc (quãdo huc venistis amici) Annua, quę differre nefas, celebrate fauentes Nobiscũ, & iam nũc sociorũ assuescite mẽsis.] *Reddidit causam dilationis in alterã diem. Sacra, inquit, quæ celebrari cõspicitis, nefas est differri, vel aliquâ ratione prærumpi. Sunt enim annua, hoc est, quæ per singulos annos nouantur: & hunc habent diem, quo numini redduntur. Hæc, quoniã amici venistis, celebremus pariter: erit enim quædam nouæ amicitiæ consecratio. Mensarũ auspicia, sub testificatione diei, præsentis exordiũ sumant: & ipsæ nos primitùs iungãt, quæ tãto dicatæ sunt numini.* Nouamus, *inquit. Nouare, est replicatione annuâ nouam ex veteri facere eam rem, quæ promissione frequẽtioris cultus posset abscondi.* HÆC vbi dicta: dapes iubet & sublata reponi Pocula, gramineoque viros locat ipse sedili.] Iubet, & Reponi, *non semel accipienda sunt. Iubet dapes reponi: iubet reponi pocula sublata.* Sublata, *aut metus causâ; quoniam subitò venerant Troiani: aut* Sublata, *satietate interueniente. Deinde ipse, officio boni hospitis functus, collocauit omnes in sedili gramineo. Ecce non fieri præcepit, vt longæuus & rex: sed ipse per se humanitatis plenissima iura cõpleuit.* Sedili, *inquit,* gramineo: *quomodo in nemore conuiuium fuit; & ratio ritus ipsius sedendi potiùs, quàm accumbendi consuetudinẽ fecerat. Testatur hoc ipsum etiam alio loco Vergilius. denique Septimo libro hanc tetigit partẽ, quũ diceret:* HOC illis curia templũ; Hæ sacris sedes epulis; hîc ariete cęso Perpetuis soliti patres cõsidere mẽsis. *Ecce illis nobilibus quoque non licebat accumbere. Propter hospites igitur iussit reponi epulas, et pocula: ipse verò collocat omnes Troianos sedilibus, structis ex gramine.* PRÆCIPVUMQVE toro, & villosi pelle leonis, Accipit Æneam, solioq; inuitat acerno.] *Vt sedendi merito discerneretur Aenes, qui cæteris fuerat potior; & sublimem ei locũ dedit, & cultiorem ornatũ. Leonis ergo pellem; quod conueniebat Herculis sacris. Egregiam quoque sellam & materiâ preciosâ perfectã, quæ eius dignitati congrueret.* Præcipuum *dixit, singularem & soli.* A Tùm lecti iuuenes certatim, aræq; sacerdos, Viscera tosta ferunt taurorum; onerantq; canistris Dona laboratæ Cereris; Bacchũq; ministrant. *Fuit quidẽ ciborum copiosa substantia; sed bubula caro, panis & vinũ. Hæc portabant iuuenes, qui plurimũ plurimis apposuerit. Aderat etiã sacerdos ipse, propter epulas sacras; ipse quoque aliquantũ cũ iuuenibus gestiens. Nullâ interea, vt apud regẽ, ambitione sedebatur; nullo vestium adhibito cultu. Caro portabatur manibus copiosa; sed bubula. Assa, id est, nõ aliquibus impensis excocta. Panis nõ argento vehebatur, sed canistris. Vinũ similiter ministrabatur; ministris nullo cultu adornatis. Hæc tñ simpliciter accipienda sunt: nam, sicut infrà monstratũ est, ritus sacrorũ hic erat; neque aliud in his sacris, aut alio modo exhiberi licuit, nec paupertati Euandri applicãda; ex quã inter præcipuos fuit.* VESCITVR Æneas, simul & Troiana iuuentus, Perpetui tergo bouis, & lustralibus extis.] *Etiãsi Aeneæ vel Teucris epulæ illæ displicebãt, edebant tamẽ apposita, vel quia aliud nõ fuit, vel quia sacris intererãt, quæ omnia præter bubulã recusabant. vt aũt fuit integrũ latus tauri, sic omnem extis appositũ.* VESCITVR Æneas simul & Troiana B iuuentus, Perpetui tergo bouis, & lustralibus extis.] *quũ hoc pronuntiamus; Aeneæ nomẽ & Troianorum debemus extollere: quibus indignè apposita est bubula assa, nec saltẽ aliquo iure cõdita. & reuerã iniuria fuit, si tollamus è medio sacrorũ morẽ, qui alia respuebat.* POSTQVAM exẽpta fames, & amor cõpressus edẽdi, Rex Euãdrus ait.] *Cœna illa, si edẽdi delicias nõ habuit, tamẽ fames excludẽdæ substantiam. Postquã igitur hoc factũ est, & edẽdi fastidiũ de satietate successit; ex illis sic cœpit loqui. Moraliter positũ;* Postquàm exẽpta fames: *nullus enim in cõuiuio libẽter fabulas cõserit, aut audit alienas; nisi venter fuerit plenus. Longã quippe narraturus fuerat Euãder fabulã; & ipsam nõ superfluam; sed natã ex eo, quod ipso tẽpore gerebatur. debuit habere auditores animis liberis, & nullã ex causã suspẽsos, quod procuratũ est auxiliorũ promissis, & ediã exclusã.* NON hęc solẽniã nobis, Has ex more dapes, hãc tanti numinis aram, Vana supstitio veterúmve ignara deorũ Imposuit; sæuis, hospes Troiane, periclis Seruati facimus, meritosq; nouamus honores.] *Dum vult originẽ præsentium referre; sacrorum simul & epularum genus excusat. Sciebat enim, quibus apparatibus tantus hospes excipi debuisset; si non obsisteret lex instituta sacrorum. & Sacra ista, inquit, & epularum morem, & aram quam cernis, nõ inanis, vel rationis expers, proindeq; superfluus ritus, aut terror imposuit patrum: nec falsis aut dubijs assertionibus ducimur, vt colamus incognita, aut minùs probata persequamur. Vidimus beneficia huius dei; & per ipsum non leuibus, sed sæuis periculis sumus liberati. Proinde hæc pro nostrã conseruatione cõdidimus; tantaque* C *huic numini pro præstitis debetur veneratio; vt quotannis nouentur ista solennia, ne vllis obscurari temporibus possint. Incipit iam respondere propositis suis, & apertiùs referre, quid esset;* Sæuis periclis seruati facimus. *proindeq; cognoscat non inaniter dictũ;* Meritosq, nouamus honores. *Nouare est, vt suprà diximus, replicando vetera quandã facere nouitatem; & hoc modo excludere vetustatis inuidiam, quæ multa per desuetudinem obscurat, ac tollit.*

Iam primùm saxis suspensam hanc aspice rupem:
Disiectæ procul vt moles; desertaq; montis
Stat domus; & scopuli ingentem traxère ruinam.
Hîc spelunca fuit, vasto summota recessu,
Semihominis Caci; facies quam dira tenebat,
Solis inaccessam radijs: semperq; recenti
Cæde tepebat humus; foribusq; affixa superbis
Ora virûm tristi pendebant pallida tabo.
Huic monstro Vulcanus erat pater; illius atros
Ore vomens ignes, magnâ se mole ferebat.
Attulit & nobis aliquando optantibus ætas

SER. SVSPENSAM hanc aspice rupem.] *Cacus, secundũ fabulas, Vulcani filius fuit: ore ignem ac fumũ vomens, qui vicina omnia populabatur. Veritas tamen, secundùm philologos & historicos, hoc habet; hunc fuisse Euandri nequissimum seruum ac furem. Nouimus autem, malũ à Græcis κακὸν dici: quem ita illo tempore Arcades appellabant. postea translato accentu, Cacus dictus est: vt Helene, Helena. Ignẽ autẽ dictus est vomere; quòd agros igne populabatur. Hunc soror sua eiusdem nominis prodidit. Vnde etiam sacellum meruit, in quo ei peruigili igne, sicut Vestæ sacrificabat.* SVSPENSAM rupẽ. *Quasi iam iamq; lapsurã.* RECESSV.] *A vestigijs sci-*

Auxilium, aduentumq́ Dei. nam maximus vltor
Tergemini nece Geryonis, ſpolijsq́ ſuperbus,
Alcides aderat, taurosq́ hâc victor agebat
Ingentes, vallemq́ boues amnemq́ tenebant.

A ſtigijs ſcilicet hominum. SEMIHOMINIS.] *Hoc eſt, feritate corrupti.* FACIES.] *Pro, vniuerſus viſus.* INACCESSAM.] *Participiũ ſinè verbi origine: Accedor enim non dicimus. ſed tale eſt, vt placita, nupta, triumphata, regnata.* ORA virûm.] *Hoc eſt, capita.* HVIC Monſtro.] *Bene vitauit caſum, in quo errat turpis ſignificatio verbi; ne diceret, huic Caco.* ET nobis.] *Sicut multis, quibus Hercules profuit, mõſtra purgando.* ÆTAS.] *Beneficiũ tẽporis: vt,* Voluẽda dies en attulit vltro. AVXILIVM aduẽtumq́ Dei.] *Hyſteroproteron. antè enim aduentũ, ſic auxiliũ debuit dicere.* MAXIMVS vltor.] *Nõ tantùm noſter, ſed & omniũ terrarũ. Vnde Lucanus:* Terras mõſtris ęquorq́ leuantẽ Magnanimũ Alciden Libycas exciuit in oras. TERGEMINI nece Geryons.] *Hæc fabula dicta eſt illo loco,* Poſtquam Laurẽtia victor Geryone extincto Tirynthius attigit arua. SPOLIIS'QVE ſupbus.] *Atqui boues abduxerat. ſed ſpoliũ eſt, quicquid de hoſtib. tolliĩ: vt,* Addit equos & tela, quibus
B ſpoliauerat hoſtẽ. *Iti,* Poſtquã illum vitâ victor ſpoliauit Achilles. *Sanè aliter ſuprà,* Foribusque ſuperbis. VICTOR.] *Perpetuo epitheto Herculis vſus eſt, quia omnia animalia vicit. quod in ſequẽtibus pleniùs dicetur. Sanè de Caco interempto ab Hercule, tam Græci, quàm Romani conſentiunt. Solus Valerius Flaccus dicit, Garanum fuiſſe paſtorem magnarum virium, qui Cacum adflixit; omnes autem magnarum virium, apud veteres, Hercules dictos.*

POM. Sabi. STAT domus.] *ſcilicet Caci, infamis latronis. Cacus, filius Vulcani.* QVAM.] *ſpeluncam.* SPOLIIS'QVE ſuperbus Alcides.] *Hercules, victo Geryone, ex Hiſpaniâ in Italiam venit, cũ armento. tunc Aborigines Latium tenebant: inter quos Potitius & Pinarius Herculẽ magno honore ſuſceperunt: vt alij ſcribunt, Arcades cũ Euandro. hic cùm quieſceret Cacus paſtor, & Auentini mõtis accola, captus ſpecie boũ, aliquot ex armẽto abegit in ſpeluncam; & aduerſos caudis traxit, ne veſtigia cognoſcerentur. Hercules ſomno excitatus, armentũ luſtrauit: abeſſe à numero ſenſit: pergit vndiq; veſtigia aduerſa videt. ita cõfuſus, boues agere cœpit. quæ clauſæ in ſpeluncâ erant, audito abeuntiũ mugitu, ingentẽ vocem edidêre:*
C *cõuertit ſe Hercules: fruſtra Cacus ſociorũ prædonũ auxilium vocat. Ictus clauâ occubuit. acceſsêre omnes paſtores; reum cædis iuuenẽ faciunt. Statuerũt, vt iudex Euander eſſet: qui his locis, non vt rex, ſed gratiâ fatidicæ matris præſidebat. cauſam audit ab Hercule: rogat, quis eſſet. Vbi nomẽ ac patrẽ audiuit, veneratus eſt cũ omni multitudine: aramq́ ei erexit, quæ Maxima appellatur: & hoc annuale ſacrum, quod nunc fiebat, inſtituit. Potitij & Pinarij præfecti ſacris fuêre, & per multas ætates præſederunt. Romani bouem indomitum quotannis ſacrificabant. edixit Hercules, vt, quicunq; decimas ſolueret, futurus eſſet diues. multi Romanorum id fecêre; inter quos & Lucullus. Templum Herculi condiderunt Romani iuxta Tyberim: nam Hercules apud illos antiquos tantùm aram habuerat, foro boario propinquam.*

VAR. Lect. IAM primùm ſaxis.] *In perueteri libro,* Iampridem *legitur.* DISIECTÆ procul vt moles.] *In Romano libro,* Deiectæ *legitur.* FACIES quam dira tenebat.] *In Romanõ libro, & aliquot alijs,* Tegebat *legitur.* FORIBVS'QVE affixa ſuperbis.] *In aliquot exemplaribus legere eſt,* Foribus ſuſpenſa ſuperbis. *In Mediceo,* Foribꝰ affixa *legitur.* NAM maximus vltor.] *In libris nonnullis peruetеribus,* Maximus heros *legitur.*

DON. IAM primùm ſaxis ſuſpenſam hanc aſpice rupem, Diſiectæ procul vt moles, deſertaque montis Stat domus, & ſcopuli ingentem traxêre ruinam.] *Antequàm factum diceret, quod anno currente tranſierat, & ſolâ poterat relatione cognoſci: primùm cœpit à teſte: vt ex eo, quod oculis ſubiacebat, fides accedere poſſit. Auditis primùm, inquit, hoc eſt, antequàm audias curſum rerum geſtarum, rupem hanc aſpice, quã ſaxis facit naturã pendentẽ. Vide ſcopulos ruinarũ euerſione diſiectos, ſolitudo illic horrenda eſt, memorabilis facti ſolâ durante memoria.* HIC ſpelunca fuit, vaſto ſummota receſſu, Semihominis Caci.] *Qualis enim ſemiferi prædonis habitatio eſſe debuit, niſi occulta, grandis, munita naturali opere, ac tenebroſa?* FACIES quã dira tegebat Solis Inacceſſam radijs.] *Hæc etiam extrinſecus dira & horribilis, vſq; adeò, vt ſinè tremore videri nõ poſſet. tantâ aũt immenſitate fuit; vt hãc Solis radij nec tangerent, nec viderent.* SEMPER'QVE recẽti Cæde tepebat humus.] *Hoc potuit leue æſtimari. nondũ enim ſpeciem cædis dixerat; nec ſignificauerat, quorum illic ſanguis videretur effuſus. Neceſſario igitur addit:* FORIBVS'QVE affixa ſuperbis, Ora virûm triſti pendebãt pallida tabo.] *Tanta illius monſtri feritas fuit, vt ſemper recenti cæde gauderet; ſemper humani ſanguinis vaporibus aleretur. nec id faciebat occultè, ſed ad oſtentationẽ propriorũ ſcelerum, cæſorũ capita figebat in foribus. Affixa verò, tabo corrupta pendebant. Fixum durabat, quod ſolidũ in oſsibus fuit: corruptio verò carnis pendula remanebat.* HVIC monſtro Vulcanus erat pater, illius atros Ore vomens ignes, magnâ ſe mole ferebat.] *Hoc, inquit, monſtrũ Vulcanus genuerat. Vulcani incẽdia in pectus filij migrauerãt, exibat de eius faucibus fumus & flãmæ; & quũ ipſe contra naturam rerum non arderet, vrebat tamen, quod flatibus attigiſſet. nec defuit ſubſtantia corporis, animæ ferali conueniens. Magnus fuit, & ad incutiendum terrorem altiſsimis greſsibus ferebatur. Quis poſſit tolerare magnum corpore, & ratione feritatis tutum, ac vomentem Vulcani patris incendia? Hæc idcircò ſunt poſita, ne inertiæ vitium teneret incolas, qui qualecunq; monſtrũ, vnum omnes non valuerũt ſuperare. acceſſus enim ad eum quis eſſe poſſet? cuius anhelitus flãma fuerat, & incendium vomitus? Hoc genere Herculi creſcebat prædicationis augmentum; quòd ſolus perfecit eius inſperatã necem, quam vniuerſi regionis illius homines tentare non auſi ſunt.* ATTVLIT & nobis aliquando optantibus ætas Auxiliũ, aduentũq; dei.] *Aduerſus monſtrũ intollerabile, quũ optaremus auxilium cõpetens prouenire; opportunum aliquando tẽpus aduentũ dei iſtius conceſsit; vt nobis quoq; prodeſſet in cæteris. Suſcipimus igitur hoſpitẽ; & optatũ diu probamus vindicẽ.* NAM maximus vltor Tergemini necẽ Geryonis, ſpolijsque ſuperbus, Alcides aderat; taurosq́ hâc victor agebat Ingentes, vallẽq; boues amnemq́ tenebãt.] *Occiſo triformi monſtro, & vindicatis regionibus, quas pernicioſè poſſederat tanti mali calamitas; per nos Alcides victor habuit tranſitũ, lætus ſecũdis rebus, & ſpoliorũ pompâ glorioſus. ducebat quippe ingentẽ numerũ boum; in quibus fuit emolumentum & ſignum perfectæ victoriæ. Hi boues, paſtus & fœtus cauſâ, herboſam tenuerant vallem, & fluminis ripam. Loci & iſtorum armentorum, idcircò incerta deſcriptio eſt, & ſignificata in numero boum multitudo: quoniam Caco ipſi dederant occaſionem furandi, vt occultus illicita gereret, & de multis periſſe aliquos, nõn poſſet intelligi.*

At furijs Caci mens efferа, ne quid inauſum
Aut intentatum ſcelerisve dolive fuiſſet,
Quattuor à ſtabulis præſtanti corpore tauros
Auertit, totidem formâ ſuperante iuuencas:
Atq; hos, ne qua forent pedibus veſtigia rectis,
Caudâ in ſpeluncam tractos, verſisq́ viarum
Indicijs raptos, ſaxo occultabat opaco.

SER. AT furis Caci mens.] *Pro ingenti ſcelere, Furis nomẽ poſuit. Capitale enim crimen apud maiores fuit, ante pœnam quadrupli. Sed hic quidam ab Euandro, tanquã in degeneris fraude, furem appellatũ volũt.*

AVERTIT.] *Erat propriũ,* Abegit: *ſed reſpexit ad prædam, quæ auerti dicitur. vt,* Raptas ad littora vertere prædas. ATQVE hos.] *Quotiens maſculinũ & fœmininũ iunguntur, hæc diſciplina*

Quærentem nulla ad speluncam signa ferebant.
Interea cùm iam stabulis saturata moueret
Amphitryoniades armenta, abitumq; pararet,
Discessu mugire boues, atq; omne querelis
Impleri nemus, & colles clamore relinqui.
Reddidit vna boum vocem, vastoq; sub antro

est, vt etiam, si posterius est fœmininum, masculino respódeamus. PEDIBVS rectis.] *Pro, pedũ rectorũ: datiuus pro genitiuo.* VERSISQVE viarũ indicijs.] *Hoc est, vestigijs, quòd auersi trahebantur: id est, contra naturã inijcientibus errorẽ indicijs. Ipsa (inquit) decipiebant indicia, quæ indicare consueuerũt. Nam indicium ab indicando nomẽ accepit.* SIGNA.] *Et hîc Signa pro vestigijs.* OMNE querelis impleri nemus.] *Nõ, vt multi dicunt, quia cõsortes perdiderãt: sed quia auellebantur à pascuis. Insita enim est bobus auiditas edẽdi. Vnde est in Bucolicis:* Ite domũ pasti, si quis pudor, ite iuuenci. *Vel certè propter stabulorũ mutationẽ.* IMpleri nemus.] *Pro, impletur & relinquitur: Infinitum pro indicatiuo.* ET colles clamore relinqui.] *Cũ clamore: vt,* Et templũ clamore petebant. *&,* Atq; Ixionei vẽto rota cõstitit orbis, *id est, cũ vento. Et hoc est melius. nam multi dicũt, Relinquebantur colles etiã à clamore, hoc est, tantũ recesserant à collib. boues, vt nec echo resultaret: scilicet ad colles iam clamore nõ perueniẽte. quod nõ procedit: quia hoc sensu illud excluditur,* Reddidit vna boum vocẽ. *Si enim tã lõgè fuerunt, vt nullã ratione recedẽtiũ boũ mugitus colles derelictos feriret: quemadmodũ inclusi bouis est clamor auditus ab Hercule?* REDDIDIT.] *Quasi inclamata.* VNA boum.] *Figura Græca: μία τῶν βοῶν.*

VAR. Lect. AT Furijs Caci mẽs effera.] *In Romano libro, & quibusdã alijs recẽtioribus libris,* Furis *legi.* AVT intemptatum sceleris.] *Iuniores* Intentatum *scribunt: in Romano libro,* Intractatum *legitur.* QVÆRENTEM nulla.] *In Rom. libro, & aliquot alijs,* Quærentes *legitur: in Mediceo,* Querente. SVB antro Mugijt.] *In antiquis plerisq; libris* Mugit, *per synæresim scribitur.*

DON. AT furijs Caci mens effera, ne quid inausum Aut intentatũ sceleris ve doli ve fuisset: Quattuor à stabulis præstãti corpore tauros Auertit, totidẽ formã superante iuuencas.] *Quoniam tãta temeritas fuerat Caci, vt dolo vel fraude auerteret aliena: more proprij furoris arripiens, octo boues viuẽtes ex omnibus furto subtraxit.* ATQVE hos, ne qua forent pedibus vestigia rectis, Caudã in spelũcã tractos, versisq; viarũ Indicijs, raptos saxo occultabat opaco. *Arte Cacus sceleratè cõtenderat, vt furtũ ingeniosã inuentione contegeret. nã retentã animaliũ caudã, retrorsum [illegible] tractis in speluncã, vt in peruersum ducta vestigia, explorãtis intentionem plenè confunderent.* QVÆRENTEM nulla ad speluncã signa ferebãt.] *Proinde si quæreret quisquã, deficiẽtib. signis, ad illã speluncã peruenire nõ poterat.* INTEREA cùm iam stabulis saturata moueret Amphitryoniades armenta, abitumque pararet, Discessu mugire boues, atq; omne querelis Impleri nemus, & colles clamore relinqui.] *Quia intelligimus, boues doluisse, se à locis vtilibus discessisse: & ideò dictum,* Discessu mugire boues: *aut amistione illorum, qui surrepti erant: melius est, vt amissos queri videantur. habent enim quendam inter se, etiã muta animalia, quasi familiaritatis affectum, & separationis iniuriam patienter ferre non possunt: denique quid extrã [illegible] porrent, querulã voce testantur. vsq; adeò hoc verum est: vt ipse Vergilius dixerit,* Reddidit vna boum vocem, *vt etiã hoc intelligi possit, linguã suã inter se muta animalia intelligẽ. nam bos quæsita respondit. Hoc, quod dicimus, firmat locus ille, vbi in libro tertio idem poëta dixit:* Qui volucrum linguas sentis. *Quod enim apud nos abstrusum est; & putamus sonũ esse, non verba; intelligunt vates. vnde, si possunt enuntiare, quid aues dicant; potest verũ videri, quod secum atq; inter se muta animalia loquantur; licèt impropriè dicantur, qui secum ipsa loquuntur secundùm naturam suam, & possunt eorum dicta voce vaticinãtis exponi.* REDDIDIT vna boum vocem.] *Reddidit voci, dixit; vt probaret, sicut dictum est; quia quæsita respondit.* Vna boum; *hoc est, vna ex ijs, quæ tenebantur inclusæ cum tauris.*

Mugijt, & Caci spem custodita fefellit.
Hîc verò Alcidæ furijs exarserat atro
Felle dolor. rapit arma manu, nodisq; grauatum
Robur, & aërij cursu petit ardua montis.
Tùm primùm nostri Cacum vidêre timentem,
Turbatumq; oculis. fugit ilicet ocyor Euro,
Speluncamq; petit: pedibus timor addidit alas.
Vt sese inclusit, ruptisq; immane catenis
Deiecit saxum, ferro quod & arte paternã
Pendebat, fultosq; emunijt obice postes;
Ecce furens animis aderat Tirynthius, omnemq;
Accessum lustrans, huc ora ferebat & illuc,
Dentibus infrendens: ter totum feruidus irã
Lustrat Auentini montem: ter saxea tentat
Limina nequicquam: ter fessus valle resedit.
Stabat acuta silex præcisis vndiq; saxis;
Speluncæ dorso insurgens, altissima visu;
Dirarum nidis domus opportuna volucrum.
Hanc, vt prona iugo læuum incũbebat ad amnem,
Dexter in aduersum nitens concussit; & imis
Auulsam soluit radicibus: indè repentè
Impulit; impulsu quo maximus insonat æther;
Dissultant ripæ; refluitq; exterritus amnis.
At specus, & Caci detecta apparuit ingens
Regia, & vmbrosæ penitùs patuêre cauernæ:
Non secùs, ac si quã penitùs vi terra dehiscens
Infernas reseret sedes, & regna recludat
Pallida, dijs inuisa; superq; immane barathrum
Cernatur; trepident immisso lumine manes.
Ergo insperatã deprensum in luce repentè,
Inclusumq; cauo saxo, atq; insueta rudentem,
Desuper Alcides telis premit; omniaq; arma

SER. MVGIIT.] *More suo, pro Mugiuit: vt,* Audijt & Triuiæ lõgè lacus. CVSTODITA fefellit.] *i. dum custoditur, fefellit.* EXARSERAT.] *Pro, exarsit.* ATRO felle dolor.] *Quo irascimur, secundũ Physicos; vt splene ridemus. Persius;* Sed sum petulanti splene cachinno. RAPIT arma manu, nodisq; grauatũ robur.] *Duo dixit, sagittas & clauã. & nõ vacat* que. *Nam si armorũ, Epexegesis est.* Nodisq; grauatum robur, *vacat* que. *Grauatum aũt, pro graue posuit. Nam graue est per naturã põderosum: grauatum, quod oneratur extrinsecus. Sed quidã melius grauatũ, quã graue, dictũ volunt; quasi extrinsecus nodi sint additi.* TVM primũ.] *Id est, primo Herculis beneficio.* TVRBATVMQ. oculis.] *Eã parte turbatũ, quæ proditrix mentis est. Alij* oculi *legunt; & accipiunt à superioribus,* Vidêre turbatum oculi. ILICET.] *Potest* Ilicet *accipi pro Igitur, aut continuò.* ARTE paternã.] *Perseuerat in fabulã. Sanè aliter* ferro: *aliter* arte. EMVNIIT.] *Hysteron proterõ: fulsit vt muniti essent. & Emunijt, vt mugijt, pro, mugiuit, & pro emuniuit.* OBICE postes.] *Hanc obicẽ dicimus: vt,* Ecce maris magnã claudit nos obice pontus. *Dubitãt enim nõnulli, vtrũ masculinũ sit, an fœmininum.* TIRYNTHIVS.] *A Tirynthiã, vbi natus est, ciuitate, vt diximus suprà. et est versus hypermeter.* DENTIBVS infrendẽs.] *Propriè infrendens est, inter se cõprimens dẽtes. nam et frendere significat, dentibus frangere, vnde & nefrẽdes infantes, quia nondũ habent dentes. & Varro frenos hinc putat dictos. Frendere ergo, quomodo frãgere: Vt fresa fabula, fracta.* AVENTINI montẽ.] *Vt* fontem Timaui, Buthroti vrbẽ: *id est Auentinũ montẽ.* TER fessus valle resedit.] *Egẽt consilij. Sallustius:* Fessus in Pãphiliã se receperat. *Nã corpore fatigatum dicimus, animo verò fessum. quãmuis hoc sæpe cõfundit autoritas. Sanè quidã sic distinguũt,* Ter saxea tentat limina. *& subiungũt,* nequicquam

Aduocat, & ramis, vaſtiſq; molaribus inſtat.
Ille autem (neq; enim fuga iam ſuper vlla pericli)
Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu)
Euomit, inuoluitq; domum caligine cæcâ;
Proſpectũ eripiens oculis: glomeratq; ſub antro
Fumiferam noctem, commiſtis igne tenebris.
Non tulit Alcides animis: ſeq; ipſe per ignem

A quicquam ter; *ac poſt*, feſſus valle reſedit; *vt ſemel ſederit.* STABAT acuta ſilex.] *Penè omnes, hunc Silicẽ dixerunt. nam & Varro, & Lucretius, ita dixerunt. Iuuenalis:* Silicem, qui contulit anũ. *Tanta tamẽ eſt Vergilij autoritas vt perſuadeat nobis, etiam hãc ſilicem dici.* DIRARVM volucrum.] *Modò dirarũ non mali ominis dicit, vt ſunt bubones: ſed quæ humanis cadaueribus veſcebantur. Dixit enim:* Foribusq; affixa ſuperbis Ora virûm, triſti pendebant pallida tabo. DEXTER.] *Hoc eſt, à dextrâ parte conſiſtens.* CONCVSSIT.] *Soluit, impulit. Satis ſignatis vſus eſt verbis.* REFLVIT'QVE exterritus amnis.] *Rem naturæ vertit in fabulã; cùm ruina rupis in ſe currere non poſſit: & recurrere in ſe, faciat neceſſe ſit impetum fluminis.* INGENS regia.] *Regia, ſicut Cacus putabat. Sic eſt & illud* dictũ, Illâ ſe iactet in aulâ Æolus. PENITVS patuêre.] *Admiſſum lumen eſt vſq; ad ſecreta ſpeluncæ. Cauernas* B *aũt ſpeluncæ, per* [Greek illegible] *dixit. Sanè veteres loca concaua, vel ſi quid incuruum fuiſſet, cauernas appellabãt.* SI quâ vi.] *Terræ hiatus non niſi ex terræmotu fit, qui quoniam aut motu aquæ inferioris naſcitur, aut crebris tonitribus; aut de concauis terrarũ erumpentibus ventis: ideò ait,* Si quâ vi. *Quòd aũt dicit,* Infernas reſeret ſedes: *notandũ eſt, etiã de impoſſibilibus fieri poſſe comparationem.* DIIS inuiſa.] *Superis ſcilicet.* TREPIDENT'QVE immiſſo lumine manes.] *Lucanus:* Et ſubito periere die. INSVETA rudentẽ.] *Clamantẽ. Abuſiuè dictum eſt, ſicut ſuprà de leonibus:* Et ſerâ ſub nocte rudentũ. *Nam rudere propriè aſinorum eſt. Perſius,* Findor, vt Arcadiæ pecuaria rudere dicas. *Aut ideo rudentẽ, quia ſuprà ait,* ſemihominis Caci. TELIS premit.] *Omne quod iaci poteſt, telum vocatur: dictũ* [Greek illegible]. *Vnde addidit,* Omniaq; arma Aduocat. MOLARIBVS.] *Aſperrimis ſaxis, non vnde molæ fiunt. & ſecundùm Homerum dixit:* [Greek illegible]. *Aut certè magnis, & molis conuenientibus.* FAVCIBVS ingentem fumũ (mirabile dictu.)] *Cõſuetudine ſuâ vſus eſt, vt, cùm aliquid contra naturam factũ infert, prædicet, vnde incredibile videatur. vt,* C Naſcenti cui tres animas Feronia mater, Horrendũ dictu, dederat. *Et* mirabile dictu, *Parentheſis eſt.* FVMIFERAM noctem.] *non eſt noctis Epitheton; ſed, quam Cacus fumum euomens faciebat.* COMMIXTIS igne tenebris.] *Vtrumq; enim euomebat.* NON tulit.] *Non ſuſtinuit.* ANIMIS.] *Pro, ira: vnde iracundos dicimus animoſos.* PER ignẽ.] *Per eam rem, vnde ille ſperabat auxiliũ;*

POM. Sabi. MONTIS.] *Auentini.* ILICET.] *ſtatim.* LIMINA nequicquam.] *ſaxum oppoſitum antro.* DOMVS volucrum.] *bubonum; à malo omine: aut vulturum, propter cadauera.* IMPVLIT.] *ſilicem.*

VAR. Lect. MVnit obijce poſtes.] *In antiquis libris* Obice, *legitur.* OMNEM'QVE Acceſſum luſtrans.] *In plerisq; libris antiquis.* Omnem Acceſſum *legitur.* MAXIMVS inſonat æther.] *In antiquis aliquot libris,* Intonat *habetur.* Et regna recludat.] *In libris aliquot antiq.* Reſerat, *&* Recludit *legitur.* TREPIDENT immiſſo lumine manes.] *In Rom. libro,* Trepidentq; *legitur.* DEPRENSVM in luce.] *In libris aliquot antiq. non habetur* In. INSVETA rudentem.] *Sunt libri antiqui, in quibus* Inſueta pauentem *ſcriptum eſt.* FVGA iam ſuper vlla pericli eſt.] *In plerisq; libris antiquis non habetur* Eſt *verbum.*

DON. VASTO'QVE ſub antro Mugijt, & Caci ſpem cuſtodita fefellit.] *Nihil Caco profuit cuſtodia ſua; nihil fraus & ingenioſa inuentio doli, quibus indicia omnia quærẽtibus pernegauerat. clauſa prodidit factũ, & ſpem Caci mugiẽdo fruſtrata eſt. Ecce fortuna regionis illius, & cunctis omni proſperitate pleniſſima. Iam recedebat Hercules, nec boum intellexerat damna; euaſurus fuerat Cacus, ſi boues paululùm tacuiſſent.* HIC verò Alcidę furijs, exarſerat atro Felle dolor; rapit arma manu, nodisque grauatum Robur, & aërij curſu petit ardua montis.] *Cùm hoc, inquit, Hercules cognouiſſet; iniuriam magis, quàm detrimenta conſiderans, exarſit præ iracundiâ. hoc enim præſtabat fellis immoderata commotio. Denique non tulit; ſed rapuit: nec paſſibus, ſed veloci curſu, aëreum tetendit ad montem. Virtus Herculis vtroq; ſignatur. nam rapere grauatum nodis robur, quo vtebatur pro armis, & tanti montis ardua curſu tranſmittere, plena virtutis & conſtantiæ demonſtratio eſt.* TVM primùm noſtri Cacum vidêre timentem, Turbatumque oculis.] *Timebatur ante aduentum Herculis Cacus; nec ipſe quenquam metuebat, armatus magnitudine corporis, feritate naturæ, & flammarum incendio: ſed vbi ad Herculem ventum eſt, & eius virtutem auſis talibus approbauit; didicit timere, quod antè neſcierat. Incipit dicere rationem timoris ipſius ſignis magis, quàm alia ex cauſâ cõpertam. Turbatus, inquit, oculis fuit; nec immeritò, cùm videret tantam potentiam dei.* FVGIT ilicet ocyor euro.] *Et quum fuiſſet extremâ deſperatione poſſeſſus; fugit vt ventus: & ipſam venti celeritatẽ mobilitate præueniens.* SPELVNCAM'QVE petit; pedibus timor addidit alas.] *Tria fuerunt ſigna timoris: ipſius oculorum perturbatio; quicquid animo gereret, indicabãt. Fuga arctioris curſus: neq; enim illud fugere fuerat; ſed volare. nam metus inſuetus pedibus alas addiderat. Tertiũ, quòd non ſe credidit campo, aut patentibus locis; ſed in ſpeluncam fugit, quam putabat inexpugnabilem.* VT ſeſe incluſit, ruptisq; immane cathenis Deiecit ſaxum, ferro quod & arte paternâ Pendebat, fultosq; emunijt obice poſtes.] *Inter Herculem & Cacum non plurimum ſuperérat ſpatij. Deniq; ille, cùm ſe videret velocitate fortioris arctari, ingreſſus ſpeluncam, non ſoluit cathenas, vt ſecurus; ſed rupit, vt timens. Celeriter enim claudendæ fuerunt fores, quæ ſpeluncæ interiora venienti negare potuiſſent. Rupit cathenas ergo; non ſoluit; & deiecit ſaxum, quod ferro & paternâ arte pendebat. Duabus rebus pendebat ſaxum, quibus ſpeluncæ illius aditus claudebatur: ferro ſcilicet, & arte. Ferro, hoc eſt, materiâ ipſâ: arte verò, fabricâ cathenarum. Quantus autẽ in illo fuerat metus; vt ſecuritati ſuæ putaret nõ poſſe ſufficere ſpeluncam, continuis lateribus montis, & vertice ſatis tutam; niſi ſaxi tanti ponderis firmitate, additis obicibus, eam roboraſſet? ne quo caſu aut impelli poſſet; aut foribus euictis excludi? Vt igitur hæc omnia facta ſunt; & propter tuitionem ſuam metuens prædicta firmauit:* ECCE furens animis aderat Tirynthius.] *Poſſet ſic carmen poëta componere, vt celeritate Hercules Cacum videretur præueniſſe, ſed reſeruanda fuerat difficultas facti; vt talem haberet gratiam, quæ merito ſuo, & nouari quotannis deberet, & ad poſteros quoq; magnâ cum veneratione tranſire.* OMNEM'QVE Acceſſum luſtrans, huc ora ferebat & illuc, Dentibus infrendens.] *Conſiderabat oculis omnes acceſſus, & ſpatia montis illius; & quum viſibus eius nihil, quod tenere poſſet, occurrit; magis magisq; agitabatur irâ, & dentibus infrendebat. Bene tranſtulit* frendere. *Frendere quippe aprorum eſt, quum arrepto furore iraſcuntur ac ſæuiunt, & acuunt dentes.* TER totum feruidus irâ Luſtrat Auentini montem; ter ſaxea tentat Limina nequicquam; ter feſſus valle reſedit.] *Ipſe mons Auentinus dicitur, ſed ornatiùs dictum eſt, vt non ipſe, ſed ille nominaretur, cuius ſumpſerat nomen. Quantus labor fuit, tantæ altitudinis montem curſu tranſcendere; & huius altitudinem immenſam, nõ ſemel, ſed tertiò circuire? Ter, inquit, fruſtra tentauit fores Caci; ter feſſus valle reſedit; fatigatus aſiduâ circuitione montis, aſi-*

duâ ſi

Digitized by Google

duâ sibi sedendi refectione consuluit. Sedit igitur tractans, & maximam pudorem sustinens, quòd iniuriam suam latente autore vindicare nō poterat. STABAT acuta silex, præcisis vndiq; saxis, Speluncæ dorso insurgens, altissima visu, Dirarū nidis domus opportuna volucrum.] Tractantis oculis animóq; satis astuto, grandis & in immensum deducta occurrerat silex; sic laterum abscisione munita, vt in eâ diris auibus, & commanēdi facultas, & securitas fida fœtibus educandis non deesset. Diras aues possumus sentire eas, quæ cadaueribus aluntur, vt sunt vultures, & aliorū generū, quæ carne pascuntur. HANC vt prona iugo læuum incumbebat ad amnem, Dexter in aduersum nitens cōcussit, & imis Auulsam soluit radicibus; indè repentè Impulit; impulsu quo maximus insonat æther, Dissultát ripæ, refluitq; exterritus amnis.] In hoc facto, non tantùm Herculis virtutē, verumetiam prudentiā laudat. Suspicione enim ex animi vigore collectā, potuit existimare, illā silicem postrema speluncæ cōtegere; atq; hac remotā, posse, quod clausum fuerat, reserare. Fuit igitur à dorso speluncæ deuexa silex, in sinistram fluminis partem; qui mōtis radicibus inhærebat: & quia tot seculis, quū esset prona, nō occidit; impellenda nō fuit, vt alij putant; sed reuocanda, vt laxatis nexibus solui posset à consortio mōtis, & indè impulsu præcipitari. Itaq; cùm in sinistram partem incumberet, & reducta est in aduersum, hoc est, dextrum. aduersum enim est incumbenti, quod stat: aduersum quoq; sinistro est dextrum, & læuum dextro: vt albo nigrum, lucidū tenebroso. Ergo Hercules, virtute & prudētiā pollens, à sinistro in dextrum nixus, silicem adduxit; eiusq; radices hoc consilio soluit, & hanc in partē, qua iacebat, impellendo reuocauit. Ita factū est, vt casus eius strepitu & terrore vniuersa cōpleret, in tantū, vt contremuerint fluminis ripæ; ipsum verò flumē, pigrè factis cursibus steterit, & ad originē suam sit remeare compulsum. AT specus, & Caci detecta apparuit ingens Regia, & vmbrosæ penitùs patuêre cauernæ.] Specus, inquit, regia, & cauernæ Caci patuerunt. nō quod paria sint iuncta; siquidē singula habent rationē suam. aliā quippe vim habet spelunca, aliam regia, aliam cauernæ. Spelunca, significat longitudinē, & interiorē recessum. Regia, latitudinē. Cauernæ verò, coarctatas angustias monstrant. Poeta ergo non potuit, vt qui magnū dixerit, facere minimū. Tollamus hūc conflictum è medio; asserentes reuerâ speluncam fuisse, & pro qualitate personæ dictā regiam: scilicet vbi Cacus impius, scelera committendo, habitaret, regis animum gerens. Cauernas quoq; sic debemus accipere patuisse; vt non solæ latiores speluncæ partes; verùm etiam angusta eius patuisse videantur. naturalis enim spelunca, æqualis esse non potuit; & tanta vis luminis in eam prodierat; vt, quicquid in eâ fuisset abstrusum, videri potuisset. Comparatio inferorū, ipsi speluncæ conueniens. A quæ, vt inferi, necibus hominū redundabat, & tenebris densioribus fuerat cæca. NON secùs, ac siquâ penitùs vi terra dehiscēs.] Vi terra dehiscens, quā speluncā maior vis fecerat. INFERNAS reseret sedes.] Quia in speluncā solæ fuerant tenebræ. ET regna recludat Pallida, dijs inuisa.] Quia suprà dixit: Solis inaccessam radijs. SVPER'Q. immane barathrū.] Barathrum posuit, propter altitudinē demersam speluncæ patefactæ. TREPIDENT immisso lumine manes.] Sic fuit Cacus, qui, remotis in speluncā tenebris, insolitā & inimicā viderat lucē; vt sunt inferi, quæ aliquā violentiā patefiūt. ERGO insperatâ deprensum in luce repētè, Inclusumq; cauo saxo, atq; insueta rudentē, Desup Alcides telis premit.] Ergo, qui prodiderat lux, & cauum cōcluserat saxum, premebat Alcides omni genere telorum, loco & virtute superior. Ille tamen rudebat insueta: insueta quidem: quia nunquam ad tantam necessitatem venerat. Rudere dicuntur feræ. conuenienter etiam hic Rudere dictus est: quia semifer fuit. ET ramis vastisque molaribus instat.] Quia rami arborum minores, ad implendā Caci necē, perficere soli non poterant; instabat & molaribus magnis, scilicet roboribus arborū, præruptisq; saxorum molibus. B ILLE autē (neq; enim fuga iam super vlla pericli) Faucib' ingentem fumū (mirabile dictu) Euomit, inuoluitq; domum caligine cæcâ; Prospectum eripiens oculis; glomeratq; sub antro Fumiferam noctem cōmistis igne tenebris.] Ille, quū aduerteret discrimen præsens viuēdi, & fugiendi spem nullā; vertit se ad ea, quibus putabat Herculem teneri potuisse; fumo atq; flammis vniuersa confundēs, vt, erepto hosti prospectu, vitaret quod videbat instare. NON tulit Alcides animis.] his Alcides magnanimus terreri non potuit. SE'QVE ipse p ignē Præcipiti iecit saltu.] Tāto ad vltionē feruore properans, Caci cōtempsit incēdia quòd per ea sese intrepidus iecit; nec ipsam loci altitudinem metuens.

FVGIT ilicet ocyor Euro.] De ætate, quâ nihil est fugacius. Hoc innuens Horat. 2. lib. Serm. Heu heu fugaces, Posthume, inqt, Posthume labūtur anni. PEDIBVS timor addidit alas.] Trepidè fugienti, metus est pro alis. OMNIA'QVE arma Aduocat, atq; armis vastisque molarib. instat.] In eū cōuenit, quæ magno conatu rem aggreditur. NEQVE enim fuga iam super vlla pericli est.] C De eo, quæ est circūuentus; ita vt imminēs periculū iā nequeat effugere. Ad hunc modū Carthaginēsis Hannibal, videns vndiq; se occursu militū Romanorum obseptum, poculum, in quo venenum multò antè præparatum inerat, exhausit. autor Liuius.

ADB. Bar.

Præcipiti iecit saltu; quà plurimus vndam
Fumus agit, nebulâq; ingens specus æstuat atrâ.
Hîc Cacum in tenebris, incendia vana vomētem,
Corripit, in nodum cōplexus; & angit inhærens
Elisos oculos, & siccum sanguine guttur.
Panditur extemplò foribus domus atra reuulsis:
Abstractæq; boues, abiuratæq; rapinæ
Cœlo ostenduntur: pedibusq; informe cadauer
Protrahitur, nequeunt expleri corda tuendo
Terribiles oculos, vultum, villosaq; setis
Pectora semiferi, atq; extinctos faucibus ignes.
Ex illo celebratus honos, lætiq; minores
Seruauêre diem; primusq; Potitius author,
Et domus Herculei custos Pinaria sacri,

SER. INCENDIA vana.] Vana, quantum ad Herculem pertinet. ANGIT inhærens elisos oculos, & siccū sanguine guttur.] Angit guttur, bene dicimus: Angit oculos, nō procedit. Ergo angit ad vnam rem pertinet: vt, Disce puer virtutem ex me, verumq; laborem; Fortunam ex alijs. Nam fortuna non discitur. Vnde multi elidens legunt: & integer sensus est. Nam elisos, solœcophanes facit, id est, figuram, quæ masculinum & neutrum, vel accusatiuum cum nominatiuo iungit. vt sit ita: Angit guttur, & elisos oculos facit. ET siccum sanguine guttur.] Per hoc iam exanime cadauer ostenditur. ABIVRATÆ'QVE rapinæ.] Abiurare, est rem creditā negare periurio. Plautus Curcul. Qui abiurant, si quid creditum est. Sed hoc isti loco non congruit. Vnde modò abiuratas rapinas, contra ius retentas intelligamus. Alij abiuratas, abductas atque alieni iuris factas; alij fraude & furto abductas tradunt. INFORME Cadauer.] Informe, magnum: cuius formam non sit facilè complecti. & Cadauer est corpus nondum sepultum: dictū Cadauer, quòd careat honore sepulturæ. NEQVEVNT expleri corda tuendo terribiles oculos.] Non poterant homines, videndo Cadauer, sua corda satiare, propter odium, ex acceptis iniurijs susceptum. Tuendo aūt, pro intuēdo. SEMIFERI.] Bene semiferi; cū suprà semihominis. LÆTI Q. minores.] Nouè, & satis decenter, minores dixit; cùm ab ipso Euandro Herculem constet esse susceptum. & minores nō dicimus, nisi quotiens graduum deficit nomen; vt puta filius, nepos, pronepos, abnepos, trinepos. Vbi isti gradus defecerint; meri-

Digitized by

A rint, meritò iā dicimus minores. sicut etiā Maiores dicimus, post patris, aui, proaui, atauiq; vocabulū. Ergo minores accipimus, pro deinceps: vel certè minores, cū quib. viuis; quia ipsum cōstat esse longæuum. nam pòst ait, O' mihi præteritos referat si Iuppiter annos! PRIMVS'QVE Potitius author, & domus Herculei custos Pinaria sacri.] Apud maiores nostros rarò aduenæ suscipiebātur, nisi haberēt ius hospitij. Incertū enim erat, quo animo venirēt. Vnde etiā Hercules, primū ab Euādro nō est susceptus: posteà verò, cū se & Iouis filiū dixisset, & morte Caci virtutē suā probâsset, & susceptus, & pro numine habitus est. Deniq; ara est ei maxima cōsecrata: quod Herculi Delphicus Apollo in Italiā fore prædixerat. Cùm ergo de suo armento ad sua sacrificia boues dedisset, inuēti sunt duo senes: vel, vt quidā tradūt, ab Euandro dati, Pinarius & Potitius: quibus, qualiter se coli vellet, ostendit: scilicet vt manè & vespere ei sacrificaretur. Perfecto itaq; matutino sacrificio, cū circa solis occasum essent sacra repetēda: Potitius prior aduenit; Pinarius postea, extis iam redditis. Vnde iratus Hercules statuit, vt Pinariorū familia tantùm ministra esset epulātibus Potitijs, & cōplentibus sacra. Vnde & Pinarij

B dicti sunt, ἀπὸ τῆς πείνας, id est, à fame. Nam senē illū Pinarium, cōstat alio nomine nuncupatū. Hinc est, quod paulò pòst Potitij tantùm facit commemorationem: Vt, primusq; Potitius ibat. Quòd aūt dicit, domus Herculei custos; nō est contrarium, nam custos, est ministra. vt in vndecimo, At Triuiæ custos iamdudum in mōtibus Opis Alta sedet, id est ministra. Alij, custos Pinaria sacri dicūt; quòd, cū ara maxima vicino incēdio conflagraret, à Pinarijs liberata sit; & ideò custos sacri. Autor verò Potitius quare? num quòd sinè familiâ Potitiorū sacra ista nō fiebant; donec illos Appius Clodius corrupit pecuniâ, vt seruos publicos hoc sacrum doceret: propter quod dicitur & ipse mox cæcus factus, & Potitiorum familia intra breue tēpus extincta. Quidā tradūt, ideò custos; quòd Potitij sacra publica seruis publicis prodiderint. & quāuis tradatur, eos ideò ad sacra Herculis nō admitti, quòd serius venerint; & ideò custos, quoniā nec prodēdi habuerint facultatē; & id quasi religiosè dictū est, quod ignorantiæ cuctus attulerat; tamē habent Ciceronē auctorē, qui in De domo suâ, Pinarium Nattā appellās, sic dicit; Quē ego tamē credo, sic est ortus ab illis, quos memoriæ proditū est ab ipso

C Hercule, perfuncto laboribus, sacra didicisse. Quidā etiā tradunt, ideò Potitijs ab Hercule sacra cōmissa; quòd, cùm ipse Hercules, rem diuinā faciens, preces præcaneret, quas Potitius diceret pro eo Deo cui Hercules rem diuinam faciebat, ipsum Herculē fortuitu inuocâsset Potitius: fertur tunc Herculem, accepto omine diuinitatis, reiecto Pinario, perpetuæ epulationis sacrū Potitio tradidisse; à quo videbatur consecratus; & Potitius dici, quòd eorum auctor epulis sacris potitus sit; Pinarius, quòd eis, sicut dictū est, fames epularū sacrarū indicta sit. hoc enim eis Hercules dixisse dicitur, ὑμεῖς δὲ πεινάσετε.

POM. Sabi. ET angit inhærens.] inhærens angit Cacū, ipso amplexu habitem elisos oculos, & siccum guttur sanguine. ABIVRATAE'QVE rapinæ.] Abiurat, qui iureiurando affirmat se non sustulisse. Abiurare, quod creditur, aut deponitur, periurio negare. NEQVEVNT.] Arcades.

VAR. Lect. QVA' plurimus vndam.] In antiq. aliquot lib. QVO legitur. DOMVS atra reuulsis.] In lib. aliquot, Reclusis legitur. POCVLA porgite dextris.] In libris aliquot antiquis Spargite legitur.

DON. QVA' plurimus vndam Fumus agit, nebulâq; ingens specus æstuat atrâ.] Prudētis suspicio illò tēdebat, vbi caligo maior, densior fumus & incēdia fortiora crescebāt. Dubitari enim nō pp̄terat, illîc latēre desperantē, vbi fortiores insidiæ superabāt. HIC Cacū in tenebris, incendia vana vomentē, Corripit in nodū cōplexus.] Quū nō videretur in tenebris; per eas insidias captus est, quibus se sperauerat euasurū. Quum igitur inefficacibus flāmis frustra contēderet, hūc Hercules in nodū cōplexus exstinxit, pressis simul oculis & gutture. Magnū viri fortis ingeniū: quoniā viderat eum fumū & flammas fundere, & inuentum in tenebris, eâ parte corporis pressit, quâ se crediderat tutū. nam totum iuxta Herculē irritū esset, quod aduersus alios præualebat. Hūc corripit, vt dictū est, in nodū cōplexus. Hæc species in imitationē venit, in agone certantium. nam frequēter occurrit pars ista certaminis; vt, excēpto brachio, ceruicē cū capite alter alteri cōprehendat; & occurrente aliā manu colligatis digitis, fauces guláq; cōcludat. Hoc igitur Hercules fecit; vt fumiferas fauces, & ipsa quibus fidebat incēdia, brachiorū virtute premeret. quo facto oculi, fumus, & flāma, cum ipsâ simul Caci animâ defecerūt. PANDITVR extēplo foribus domus atra reuulsis.] Extēplo quū dicit, celeriter patefactam domū significat; foribus reuulsis, auulsione etiā saxi, quod ruptis cathenis præceps fuerat datū. Quo facto, omnis illa scelerū patuit domus; atq; ita, vt omnibus exinde securus daretur accessus; & euntes cernerēt, quod incognitum fuerat vniuersis. ABSTRACTAE'QVE boues.] Abstractas, mortuas vel occisas significat. ABIVRATAE'Q. rapinę.] vt in ipsis bobus fuerāt; aut in speciebus alijs. COELO ostēduntur.] aut in lucē proferūtur, aut sideribus cū inuidiâ offerūtur, quòd multa dimiserant, quæ illicita cōmiserat Cacus. PEDIBVS'QVE informe cadauer Protrahitur.] Vel qa hoc meruit, trahebatur: vel quia propter magnitudinē membrorū fieri aliter nō potuit. Protrahitur, est porrò trahitur: hoc est, extra speluncā. Informe, inquit. In, non ad minuendā corporis formā positum est. Informe enim vna pars est orationis; & significat, vltra solitam formā; vt istâ qualitate cæteras formas videretur excedere. Exponit iam, quid sit Informe. NEQVEVNT expleri corda tuendo, Terribiles oculos, vultū, villosaq; setis Pectora semiferi, atq; extinctos faucib9 ignes.] Ecce vnde informe: quia etiam mortuus, occulorū terrifico oēs formidabat obtutu; vultus ipse plenus scelerib. apparebat; & illud gerēs, quod viuus habuerat. Villosa fuerūt pectora eius, vtpote semiferi. cunctis aūt vt omnia eius miraculo essent tàm magis, quàm anima eius incendio quoq; cōsiderabatur extincta. EX illo celebratus honos, lætiq; minores Seruauêre diem.] Ex illo tēpore, quo his terris securitas facta est, honores ei decreti sunt; & celebratum dignis laudibus factū. Seruatū quoq; per minores, quod nō frustra fuerat institutū. PRIMVS'QVE Potiti9 author, Et domus Herculei custos Pinaria sacri, Hanc aram luco statuit, quę maxima semper Dicetur nobis, & erit quæ maxima semper.] Primus hunc ritum Potitius dedit; & Pinariorum domus hanc aram condidit; quâ nullam habemus potiorem, nec erit alia præter ipsam.

ADR. Bar. NEQVEVNT expleri corda tuēdo.] Qui rei cuiuspiam aspectu impensiùs delectabitur; non insciè deflexerit illud; Nequeunt expleri corda tuendo. !

SER. LVCO.] Templum enim nōdum habuerat Hercules: sed aram tantummodò, vt diximus suprà. MAXIMA.] Ingens enim est ara Herculis; sicut vidermus hodieq; post ianuas Circi maximi. Alij maximā ideò dicunt, quia illo tempore omnibus erat honore potior; quā sibi Hercules, postquam se à matre,

Hanc aram luco statuit: quæ maxima semper
Dicetur nobis; & erit quæ maxima semper.
Quare, agite, ô iuuenes; tantarū in munere laudū
Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris;
Communemq; vocate deū; & date vina volentes.
Dixerat. Herculeâ bicolor cùm populus vmbrâ
Velauitq; comas, folijsq; innexa pependit:
Et sacer impleuit dextrā scyphus. ocyùs omnes
In mensam læti libant, diuosq; precantur.
Deuexo interea propior fit vesper Olympo:

Euandri Iouis filium esse, & mortalē futurum, cognouit, statuit. ERIT quę max.] Repetitio verbi, ad honorē & potestatem pertinet. IN munere.] Nō tam in officio, quàm in honore, hic accipiendum. PORGITE dextris.] Præbete inuicem pocula. & est Homeri: τοῖς μὲν ἄρα χρυσέοισι δεπάεσσι ...

Iamq; ſacerdotes, primusq; Potitius, ibant,
Pellibus in morem cincti; flammasq; ferebant.
Inſtaurant epulas, & menſæ grata ſecundæ
Dona ferunt; cumulantq; oneratis lancibus aras.
Tùm Salij ad cantus incenſa altaria circùm,
Populeis adſunt euincti tempora ramis:
Hic iuuenũ chorus, ille ſenum: qui carmine laudes
Herculeas, & facta ferunt: vt prima nouercæ
Mõſtra manu, geminosq; premẽs eliſerit angues:
Vt bello egregias idem diſiecerit vrbeis,
Troiamq;, Oechaliamq;: vt duros mille labores,
Rege ſub Euryſtheo, fatis Iunonis iniquæ,
Pertulerit. tu nubigenas, inuicte, bimembres,
Hylæumq;, Pholumq;, manu; tu Creſsia mactas
Prodigia. & vaſtum Nemeæ ſub rupe leonem.
Te Stygij tremuêre lacus: te ianitor Orci
Oſſa ſuper recubans antro ſemeſa cruento.
Nec te vllæ facies; non terruit ipſe Typhœus

λοις, οἱ δ' ἄρ ἀχαιῶν ἀνδιχαν ἄποτιν ἄπ. *An diuiſæ ſunt perſonæ? vt,* Cingite fronde comas, *ad conuiuas referatur:* Pocula porgite, *ad miniſtros?* COMMVNEM vocate deũ.] *Aut quia Argiuus eſt Hercules, vt ſuprà dixit Aeneas, tam Græcos, quàm Troianos, de vno ſanguinis fonte deſcẽdere. aut communẽ deum dixit, inter deos atq; homines. vnde Mediusfidius dictus: Aut vtriuſq; naturæ medium, id eſt, inter mortalitatem & diuinitatem. Sunt enim numina aliqua tantùm cœleſtia; aliqua tãtùm terreſtria; aliquã media: quos deos Apuleius Medioximos vocat, hoc eſt, qui ex hominibus dij ſiunt. Alij* communem deum *ideò dictum volunt; quia ſecundùm pontificalem ritum, idem eſt Hercules, qui & Mars. Nam & ſtellam, Chaldæis dicentibus, vnã habere dicuntur; & nouimus, Martẽ communem dici. Cicero;* Martemq; communẽ. *Vergilius, ipſe inquit:* In medioq; focos, & dîs cõmunibus aras. *Idẽ paulò pòſt, dat Salios Herculi; quos Martis eſſe, non dubiũ eſt. Alij* communẽ, *humanum, beneficium,* φιλάνθρωπον; *vnde & communes homines dicimus. Varro dicit,* deos alios eſſe, qui ab initio certi & ſempiterni ſunt, alios, qui immortales ex hominib9 facti ſunt & de his ipſis, alios eſſe priuatos, alios communes. Priuatos, quos vnaquæq; gẽs colit: vt nos Faunũ; Thebani Amphiaraũ; Lacedæmonij Tindareum. Communes, quos vniuerſi: vt Caſtorem, Pollucem, Liberum, Herculem. *Eſt & alia ratio, Herculẽ deum communẽ vocari: nam cõſtat, Herculem hominum commodis tutelæq; ſeruiſſe. Vnde Lucanus:* Terras monſtris æquorq; leuantẽ, Magnanimũ Alciden, Libycas exciuit in oras. DATE vina.] *Quia tantùm Dijs ſuperis vina libari decebat.* HERCVLEA populus.] *Herculi conſecrata: qui cùm ad inferos deſcenderet fatigaretur labore, dicitur de hac arbore coronã factã caput velaſſe. vnde foliorum pars, temporibus cohærens, & capiti, albuit ſudore: pars verò exterior, propter inferorum colorẽ, nigra permanſit. Et honeſtè ait,* Pependit populus, *id eſt, corona de populo. Atqui lauro coronari ſolebant, qui apud aram maximam ſacra faciebant. ſed hoc poſt vrbem conditam cœpit fieri; neq; aliã fronte circumdat caput Prætor vrbanus qui Græco ritu ſacrificat. Sed Poëta ad illud tempus retulit, quo Euander apud aram maximam ſacra celebrauit. Varro enim, Rerum humanarũ lib. docet, in Auentino inſtitutum Laurentum: de quo proximò monte decerpta laurus ſumebatur ad ſacra. quàmuis ipſe dixerit,* Populus Alcidæ gratiſsima. SACER impleuit dextram ſcyphus.] *Legitur in libris antiquis, Herculem ad Italiam ingens ligneum poculum attuliſſe; quo vtebantur in ſacris. quod ne carie conſumeretur; pice oblitum ſeruabatur. cuius magnitudinem & religionem ſimul ſignificat, dicendo;* Impleuit dextrã ſacer ſcyphus. *Scypho Prætor in anno ſemel vino libabat; neq; hoc ſine ſacra fiebant. Poſſumus & illud accipere, quòd inter munera deorum etiam pocula ſunt. Salluſtius;* Hi ſunt qui ſecundùm pocula, & alias res aureas, dijs ſacrata inſtrumenta, conuiuio mereantur. In menſam læti libant.] *Hoc eſt,* date vina volentes. *Quæritur ſanè, cur in menſam, & non in aram libauerint? Sed apud antiquos, inter vaſorum ſuppellectilem, etiam menſam cum aris, mos erat conſecrari, quo die templum conſecrabatur. vnde benè ait;* In menſam læti libant; *quam conſtabat cum arã maximã dedicatam. vt alibi,* Menſæque deorum. DEVExo Olympo.] *Inclinato in noctem cœlo.* PELLIBVS in morem cincti.] *Aut in morem Herculis: aut certè ſecundùm morem ſacerdotũ: aut quia Pan, Deus Arcadiæ, pellitus ſit; vnde Euander.* A ET mẽſæ grata ſecundæ Dona ferunt.] *Quia, vt dixi, vna carnis fuerat; altera pomorum, apud Romanos. Menſæ autẽ ſecundæ, quæ ſunt alioquin gratæ.* CVMVLANTQVE oneratis lancibus aras.] *Id eſt, reddunt exta.* SALII.] *Salij ſunt, qui tripudiantes aras circumibant. Saltabant aũt ritu veteri armati, poſt victoriam Tiburtinorum de Volſcis. Sunt autem Salij Martis & Herculis; quoniam Chaldæi ſtellam Martis Herculem dicunt; quos Varro ſequitur; & Tiburtes Salios etiam dicauerant. Quidam hos à ſaltu appellatos tradunt; quos alij à Numã inſtitutos, vt arma ancilia portantes ſaltarent. Ergo bene à ſaltu appellati. Horum numerum Hoſtilius addidit: nam duo ſunt genera Saliorum, ſicut in Saliaribus carminibus inuenitur, Collini, & Quirinales, à Numã inſtituti; ab Hoſtilio verò, Pauorij & Pallorij inſtituti. Habuerunt ſanè & Tuſculani Salios, ante Romanos. Alij dicunt, Salium quendam Arcadem fuiſſe, qui Troianis iunctus, hunc ludum in ſacris inſtituerit. Nõnulli tamen hos à Dardano inſtitutos volunt; qui Samothracibus dijs ſacra perſoluerent. Quidam etiam dicunt, Salios à Morrio, rege Veientanorum, inſtitutos; vt Aleſus, Neptuni filius, eorum carmine laudaretur; qui eiuſdem regis familiæ auctæ vltimus fuit.* LAVDES Herculeas, & facta ferunt.] *Senes tantũ voce laudes Herculis exſequebantur: Iuuenes & geſtu corporis eius facta monſtrabant. Vnde ibi immorandũ eſt;* Hîc iuuenum chorus. *vt Salij iuuenibus conueniunt; carmina adſenes pertinent. Et bene ſenes facta Herculis canunt; quorũ ætas ſcire, & intereſſe geſtis Herculis potuit, antequã hic ab hominibus tranſiret ad deos. Sanè quæritur, cur huic deo, operto capite ſacrum fiat? Legitur enim in libris antiquioribus his verbis;* Mihi detecto vertice cuncti Sacrificant. *Id facit obſeruatio, ne in æde Herculis eius habitũ imitaretur. Signum enim eius operto capite eſt. Conſtat autẽ, ante aduentũ Aeneæ in Italiam aram Herculi conſecratam; ab Aeneã verò, morem operiendorum capitum inductum: ſicut ait,* Purpureo adopertus amictu. C PRIMA nouercę monſtra.] *Bene Prima. nam & alia omnia Iunonis inſidijs pertulit. Fabula autẽ hoc habet. Hercules natus eſt cum Iphiclo, Amphitryonis filio: ſed cùm Iuno duos ſerpẽtes immiſiſſet Herculi; Iphiclus de cunis terrore lapſus, ſuo vagitu excitauit parentes. qui cùm ſurrexiſſent, viderunt Herculem angentem manibus angues, immiſſos ei nouercalibus odijs.* ELISERIT.] *Præfocauerit, Et bene verſum iunge: vnum eſt enim, monſtra & angues.* TROIAMQVE.] *Vt ſuprà diximus, Troiam Hercules euerrit, propter negatos ſibi à Laomedonte equos, diuino ſemine procreatos; & Heſionæ nuptias, quam à ceto liberauerat, negato patre eius Laomedonte. Sanè Critici fruſtra culpant Vergilium, quòd præſentibus Troianis Troiæ laudare introduxerit excidium; non reſpicientes, quia hoc ratio fecit hymnorum; quibus aliquid ſubtrahere, ſacrilegium eſt. Alij, magis hoc in ſolatium Aeneæ cantatum poſſe accipi, tradunt; nam quod Herculi datur, Græcis aufertur. & poteſt oblitteratus dolor videri præteritus, quando ad fatalem terram peruentum eſt. ſicut alibi ait Aeneas;* Illîc fas regna reſurgere Troiæ. *vt ibi iam dixerat,* Salue fatis mihi debita tellus: *quia exſpectatus venerat ſolo Laurenti, aruiſq; Latinis.*

ORCHA-

A OECHALIAM'QVE.] *Oechalia ciuitas in Eubœâ insulâ fuit: cuius Eurythus rex, Oecaliæ, Iolem filiam Herculi denegauit, victori certamine sagittarum, antè promissam; ideò quòd eum fuerat filius dehortatus, dicens ab Hercule & Megaram vxorem, & ex eâ filios interemptos: quod factum fuerat Iunonis instinctu. Vnde iratus Hercules, propter nuptias sibi denegatas, euersâ ciuitate interemit Eurythum, & Iolem sustulit.* MILLE.] *Pro multis.* REGE sub eurystheo.] *Huius asperrima imperia sustinuerat Hercules, voluntate Iunonis. Nam hoc est, quod dicit,* Fatis Iunonis, *id est, voluntate. vel certè responsis, quæ Eurystheo in Herculem dederat. Et quidã bono auspicio,* Fatis Iunonis, *positum volunt. hoc est, quam etiam Troiani grauem sustinent: vt dei iubeatur exemplo, qui tam multis eius instinctu subiacuerit ærumnis, virtute tamen ad diuinitatem peruenerit.* NVBIGENAS.] *De Ixione & Nube procreatos Cẽtauros, vt superiùs diximus. Pindarus, Ipsum, cùm equas pasceret, incestâsse eas: inde Centauros natos, dicit,* HYLÆVM'QVE Pholumq;.] *Hylæum Theseus occidit: Pholus verò Herculem suscepit hospitio, eo tempore, quo ad expugnandos Centauros est profectus. Lucanus:* Hospes & Alcidæ magni Phole. *Vnde apparet, per poëticam licentiã* B *nomina esse pro nominibus posita. Alij Pholum non abhorrere à verâ historiâ tradunt. Pholus enim, dum miratur sagittas Herculis, quibus tot Centauros interfecerat; vna ex illis in pedem eius decidit: cuius vulnere sanari non potuit.* CRESSIA mactas prodigia.] Mactas *bene ad leonem, quem interemit, refertur. Nam Cretensem taurum non mactauit: sed cùm eum incolumem ad Eurystheum perduxisset; ille eum, licèt flammas vomuisse dictus sit, illectus pulcritudine, in Atticâ regione reliquit. Qui cùm Marathonem vastaret; à Theseo posteà occisus est. Vno tamen verbo vtrumq; sæpè concluditur; aliquotiens vna pars. vt,* Disce puer virtutẽ ex me, verumq; laborem; Fortunam ex alijs. *Alij* mactas, *ad Centauros, sicut ad Leonem, referri volunt.* NEMEÆ sub rupe.] *Nemea sylua est vicina Thebis, in quâ Hercules interemit leonem; qui Lunæ filius, & inuulnerabilis dictus est. Interemit & alterum leonem apud Cleonas vrbem; cuius pellem gestabat in tutamen. Vnde Lucan.* Ille Cleonæi proiecit terga leonis. Nemeæ *autem, anapæstus est. nam &* ne, & me, *breues sunt æ autem longa diphthongo.* STYGII tremuêre lacus.] *Id est, Inferni, quo tempore descendit ad rapiendum Cerberum.* OSSA super recubans.] *Aut ad terrorem dictum* C *est: aut certè illud est, quod suprà diximus; Cerberum esse terram, quæ corpora sepulta consumit. Nam indè Cerberus dictus est, quasi κρεωβόρος. Alij pueriliter volunt, à Cerbero Amphiarai ossa consumi; qui hiatu terræ, secundùm fabulas, viuus descendit ad inferos.* SEMESA cruento.] *Semensum non dicimus, sicut nec ensum: nam Esum facit, & Comesum.* NEC te vllæ facies.] *Facies, id est, species: more suo. vel periculorum vices multæ: vt,* Noua mi facies, &c. Quæ scelerum facies? *subauditur tamen,* Terruêre. IPSE Typhœus arduus, arma tenens.] *Et hoc poëticè, nam si interemit Centauros; quemadmodum etiam Gigantum interfuit prælio, qui ante innumeros annos fuisse dicũtur? Ergo,* non terruit, *pro,* non terreret *vel* terruisset: *vt sit, Nec te Typhœus ipse terreret.*

POM. Sabi. HANC aram luco statui.] *Euander instituit. ideò eo loquente, meliùs* Statui, *quàm* statuit. *Tamen* Ouid. *dixit de Hercule, libro 1. Fastorum,* statuit: *quòd ipse statuerit. Liuius sic ait: Ioue nate Hercules salue, inquit: te mihi mater veridica, interpres deûm, auctûrum cœlestium numerum cecinit: tibiq; aram hîc dicant viri; quam opulentissima olim in terris gens Maximam vocet, tuoq; ritu colat. Omen accepit Hercules, & bouem immolauit: statuitq;, vt sacris præessent Potitij ac Pinarij; quæ familiæ tunc in Latio claræ erant. factum posteà ita euenit, vt Potitij præstò adessent; quibus exta, iubente Hercule, apposita fuêre. Pinarijs, propter moram, non nisi consumptis extis, ad cæteram dapem vt venirent, concessum est. Potitij ab Euandro edocti, per multas ætates præfuêre: posteà verò, empti serui è castatâ, tale sacrum peragebant. Pinarij tantùm ministri epulantibus exta. quia ad tempus non venerant, fuêre.* POPVLVS.] *arbor dicata Herculi.* ET sacer impleuit dextram scyphus.] *Hercules legitur tulisse in Italiam ligneum vas magnum & reliquisse. quod ne vetustas consumeret, obductum pice seruabatur. Ideò ait,* scyphus: *nunc cantharus, poculi & nauigij genus, quo vtebatur Bacchus: ideò Baccho sacer. At Herculi sacer est scyphus: non solùm quia bibax is fuit; verùm, quia scyphus tam amplus erat, vt eo, tanquam nauigio, transiret maria. Sed quidam existimant, nauigium ipsum appellatum nomine scyphi.* ET mensæ grata secundæ.] *Apud maiores secunda mensa pomorum fuit: sed nunc de epulis intelligit.* TV'M Salij.] *Salij sacerdotes Martis, à saltando dicti: quia saltu semper faciebant sacra.* GEMINOS angues.] *Hercules in cunis strangulauit angues, missos à Iunone. nota est fabula.* EGREGIAS vrbes.] *Hercules expugnauit Troiam, sub Laomedonte; & Hesionem, regis filiam, Telamoni dedit.* OECHALIAM.] *vrbs Thessaliæ, in quâ regnauit Eurytus: cuius filiam Iolem, quia pater denegauerat, Hercules vi cepit: Eurytum interfecit; & Iphytum, eius filium, è turri præcipitem dedit.* REGE sub Eurystheo.] *Eurystheus, rex Argiuorum, qui omnia impossibilia præcipitabat Herculi, iubente Iunone: & frater erat Herculis ex Amphitryone.* NVBIGENAS bimembres.] *Pholus in Thessaliâ Herculi hospiti, ad signum lætitiæ, vetustum vinum dedit. odore Centauri, qui propè habitabant, tracti, impetum ad rapiendum fecêre. Hercules Centauros vicit. quanquam Nebula, Centaurorum mater, terram madefecerat; vt infirma vestigia faceret Herculi. Pholus, cùm tractaret Herculis sagittas, veneno imbutas, vna cecidit supra pedem, & necauit. Hercules non sinè lachrymis eum tumulauit; & loco Pholi nomen dedit.* TV Cressia mactas.] *Taurum, Pasiphaæ adulterum, ex Cretâ insulâ viuum Argos ad Eurystheum aduexit.* LEONEM Nemææ.] *Hercules interemit leonem in Nemæâ syluâ, quæ est inter Cleonem & Phliuntem, in Argiuâ regione.* TE Stygij tremuêre lacus.] *impetum fecit apud inferos Hercules; & Cerberum ab inferis vinctum catenis traxit.* IANITOR.] *Cerberus scilicet tremuit.* VLLÆ facies.] *scilicet, quæ stabulantur ad ostia inferni.* TYPHOEVS.] *gigas.* LERNÆVS anguis.] *interemit hydram Lernæ paludis. notum est.*

ET sacer impleuit dextram scyphus.] *In lib. aliquot antiq. legere est,* Et dextram impleuit sanctus scyphus. FLAMMAS'QVE gerebát.] *In lib. aliquot antiq.* Flammamq; ferebant, *legitur.* EVINCTI tempora.] *In lib. aliquot antiq.* Et vincti *legitur.* HIC iuuenum chorus, ille senum.] *In nonnullis lib.* Atque senum *legitur.* DISIECERIT vrbes.] *In vetustis aliquot libris,* Deiecerit *legitur.* NEMEÆ sub rupe leonem.] *In Rom. lib.* Nemeâ *legitur.* VAR. Lect.

QVARE agite, ô iuuenes, tantarum in munere laudum Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris, Communemq; vocate deum.] *Munus dicitur, cura vniuscuiusq; rei perficiendæ, imposita cum necessitate faciendi. Ait ergo: quoniam huic interestis muneri, & amicitiã nostram sacra ipsa iunxerunt; nobiscum vocate communem deum.* Communem, *benè positum: vt ostenderet, se per coniunctionem fœderum missum esse Troianis. vel ideò* Communem: *quia suprà ex personâ Aeneæ ostendit Poëta, Troiæ & Arcadiæ populos ijsdem parentibus genitos.* ET date vina volentes.] *Id est, aræ vinum infundite, quum deum vocare cœperitis. Addidit autem,* Volentes: *quia obsequia non accipiuntur, nisi plenâ voluntate fuerint persoluta. aut ideò* Volentes: *quia aliquando, (sicut infrà positum est) inimicus Troiæ Hercules fuit. vt videatur hoc dixisse:* Qui inimicus vester fuit, erit iam amicus vobis; qui nostri estis effecti. *Ecce Euandri etiam in hoc beneuolentia: vt iam dudum offensum deũ velit illis esse propitium.* DIXERAT: Herculeâ bicolor quum populus vmbrâ Velauitq; comas, folijsq; in- DON.

nexa pependit.] Mox Troiani, vel quia occasio fuit offensis iamdudum satisfacere, vel quia non debuit respui, quod Arcades magno cultu venerabantur, ne ex hoc læsi postulata non facerent, Herculeis se, hoc est, populeis frondibus coronauerũt. ET sacer impleuit dextram scyphus.] Sacer idcircò posuit: quia, quibus sacrorum cura est, habent dicata numinibus vasa, quibus obsequia diuina perficiũt. OCYVS omnes In mensam læti libant, diuosq; precantur.] Hoc est, læti libant, quod est & volentes: qui enim sacra numinibus soluit, nec inuitus debet esse, nec tristis. Omnes ergo infundebant vinum mensis, & id faciebant, quod Aeneas. DEVEXO intereà propior fit vesper olympo.] Poeta memor est sui. horâ enim sextâ, hoc est, mediatis cursibus Solis; suprà dixit Aeneam peruenisse: nunc diem dicit, peractis propè spatijs omnibus, claudi. IAM'QVE sacerdotes, primusq; Potitius, ibant Pellibus in morem cincti, flámamq; ferebant.] Sacerdotes, quorum primus Potitius fuit, secuti institutũ morem, ibant accincti pellibus; retinentes in manibus faces. INSTAVRANT epulas, & mensæ grata secundæ Dona ferunt.] Hanc secundam mensam, lætitiæ nuntiam, in speciebus plurimis ferebant sacrorum. CVMVLANT'QVE oneratis lancibus aras.] Debuit enim, repepetito conuiuio hominum, etiam numini secundum officium repræsentari; vt honorificentiæ causâ solemus. TV'M Salij ad cantus.] Saliorum nomẽ, genus ministrorum significat. POPVLEIS adsunt euincti tempora ramis.] Dicit, qui dicerentur: dicit etiam, quemadmodum coronati venissent. Tecta, inquit, habebant tempora, populeis ramis. HIC iuuenum chorus; ille senum: qui carmine laudes Herculeas & facta ferunt.] Patres ad cantus quærunt, non turpes, aut ab ipsis sacrorum solennitatibus alienos; nec humiles aut imperito sermone compositos: sed digestos cum doctissimi carminis disciplinâ: honestatem quoq; cum dei veneratione testátes. Hic, ait, iuuenum chorus; ille senum. vsq; adeò religiosa parabãtur, vt senes consisterent ex vnâ parte, quos non deceret, nisi sacra cantare: & iuuenes ex aliâ, qui suos maiores imitarẽtur: qui carmine laudes Herculeas, & facta ferẽt. Iam dictum est, ipsius dei laudes fuisse, quod senes iuuenesq; cantabant. Quod generaliter posuit, hoc est, laudes; incipit specialiter dicere. VT prima nouercæ Monstra manu, geminosq; premẽs eliserit angues.] Hoc, inquit, fuit primum in puero virtutis indicium; quòd serpentes singulos, singulis manibus, constrictis faucibus contriuit. Hic multiformis est laus: quoniam mirandum est, in puero nullum pauorem fuisse: non timuisse in duobus anguibus maiorem violentiam, rudem scilicet, insuetum & inermem: tantam verò exstitisse in eo ipso facto industriam, A tantamq; virtutem, vt eâ parte tenerentur, quâ hostem suum venenatis morsibus appetere potuerunt, & occidere. Eliserit indè tractum est: quia venæ maiores gutturis Lisæ dicuntur: vnde Elisum dicimus, quicquid ipsâ ex causâ fuerit mortuum. VT bello egregias idem disiecerit vrbes.] Nondum dixit, quales & quantas: vt innumeræ intelligantur & magnæ. TROIAM'QVE, Oechaliamque.] Hæ non fuerunt solæ, sed sumptæ ex generalitate: vt ex his apparere posset, quales vel quantæ fuerint aliæ. Multi hoc loco Vergilium reprehendunt; quòd, præsentibus Troianis, triumphum actum de Troiâ non debuerit ponere; quasi demum in hominum gratiam, diuorum debeat veneratio mutilari. Hoc genere minueretur solennis illa laudatio eius dei; cuius apud eos meritum, in maximo atque æterno honore, fuerat constitutum. VT duros mille labores.] A' qualitate, duros; à quantitate, mille. REGE sub Eurystheo, fatis Iunonis iniquæ, Pertulerit.] Nunquam enim nouerca exspectat iustas commonitionis caussas; sed nomen suum existimat causam esse sæuiendi. Senserat igitur Hercules duo mala: nouercam, implentem partes suas, & Eurystheum regem, aptum iniquis iussionibus. TV nubigenas inuicte bimembres, Hylæumque, Pholúmque manu; tu Cresia mactas Prodigia, & vastum Nemeæ sub rupe leonem.] Quod semel dixit, Manu B mactas, sæpiùs accipiendum est: vt sit, Tu nubigenas, hoc est, Centauros, qui ex dimidio homines, ex altero equi sunt; atque alter dicitur Hyleus, alter Pholus; mactas manu, vtpote inuictus. Tu Minotaurum mactas manu: & leonem vastum mactas manu. Vastum dixit, & crudelem, & magnitudine sublimem. TE Stigij tremuêre lacus; te ianitor Orci.] Id est lacus per quem ad inferorum interiora transitũ: & ianitor, Cerberus, quem ad superos duxit. OSSA super recubans antro semesa cruento.] In retrahendo Cerbero, illam dicit Herculis mirabilem exstitisse virtutem; vt tremuerit custos, foribus appositus Ditis, sæuus semper, semperq; super ossa recubans. Ossium significatio, ex parte crudelitatem Cerberi ostendit: qui tantùm sæuiebat, vt consumptâ carne ad ossa rodenda remearet. Cruentorum autem ille est intellectus, qui est descriptus in Caci speluncâ his verbis: Semperque recenti Cæde tepebat humus: vt etiam Cerberus semper recenti prædâ pasci videatur. NEC te vllæ facies, non terruit ipse Typhœus Arduus, arma tenens.] Non terruerunt diuersæ monstrorum formæ: nec tibi C formidinem Typhœus incussit, ingentis corporis mole confidens, atque armis instructus.

Arduus, arma tenens: non te, rationis egentem,
Lernæus turbâ capitum circumstetit anguis.
Salue vera Iouis proles; decus addite diuis:
Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo.
Talia carminibus celebrant: super omnia Caci
Speluncam adijciunt, spirantemq; ignibus ipsum.
Cõsonat omne nemus strepitu; collesq; resultant.
Exin se cuncti diuinis rebus ad vrbem
Perfectis referunt. ibat rex obsitus æuo;
Et comitem Aeneam iuxtà, natumq; tenebat
Ingrediens; varioq; viam sermone leuabat.
Miratur, facilesq; oculos fert omnia circùm
Aeneas; capiturq; locis; & singula lætus
Exquiritq;, auditq; virûm monumenta priorum.
Tùm rex Euandrus, Romanæ conditor arcis:
Hęc nemora indigenę Fauni, Nymphęq; tenebát,
Gensq; virûm trúcis, & duro robore nata: (ros,
Queis neq; mos, neq; cultus erat; nec iungere tau-
Aut componere opes norant, aut parcere parto:
Sed rami, atq; asper victu venatus alebat.
Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo,
Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis.

SER. NON te rationis egentem.] Liprotes figura. nam minus dixit, & plus intelligimus. hoc enim dicit: Prudentissimũ te non circumuenit. Et est talis figura, qualis, Munera nec sperno. LERNÆVS anguis.] id est, Hydra. TVRBA capitum.] Alijs amphibolia videtur. Præter hæc, quæ Herculem hoc loco Poëta fecisse memorauit, alia facta Herculis hæc sunt. Superatus est aper Erymanthius; pòst Cerua; item Stymphalides aues, quæ alumnæ Martis fuisse dicũtur. quæ hoc periculum regionibus irrogabant: quòd, cùm essent plurimæ volantes, tantum plumarũ stercorumq; de se emittebant; vt homines & animalia necarent; agros & semina omnia cooperirent. Indè ab Augeâ Eliësium rege rogatus, ouilia, quæ, stercore animalium congesto, pestilentiam tam suis, quàm vicinis regionibus creauerant, immisso Alpheo flumine, repurgauit, & regionibus salubritate redditâ, ipsum regem, negatâ sibi mercede, interemit. Indè equos Diomedis Thracis, q humanis carnibus vescebantur, abduxit. Indè ad Hippolytæ cingulum petendum perrexit; eamq; ablato cingulo superauit. Ad Geryonẽ autem, sicut iam suprà dictũ est, naui æneâ nauigauit, tergo leonis velificãs: ibiq; primùm Caustem, Echidnes filium, peremit: deinde Eurytiona pastorem, Martis filiũ: nouissimè Geryonem, cuius abduxit armenta. Itẽ ad Hesperidas perrexit, & Antheum,

Digitized by Google

A *theum, filium Terra, victũ luctatione necauit. Indè in Aegypto Busyridem necauit, qui aduenictes hospites immolare cõsueuerat. Pòst Prometheum, Iouis imperio in Caucaso monte religatum, occisã sagittis aquilã, liberauit. Acheloum etiam fluuium, qui se propter Deianirã, Oenei filiam, certando cũ Hercule, in formas varias commutabat, mutatũ in taurum, auulso ab illo cornu, victoriã cedere compulit. Pòst Lycum regẽ, qui, se apud inferos constituto, Megæram vxorem eius tentauerat, reuersus peremit: propter cuius necẽ Iuno ei insaniam immisit, vt vxorem necaret ac filios. qui post receptam sanitatem, cũ expiationẽ parricidij ab Apolline petiisset nec ab eo responsa meruisset, irã concitus, cortinam ipsam & tripodẽ Apollinis sustulit. ob quod iratus Iupiter, eũ Omphalæ seruire præcepit. Cuius finis humanitatis talis fuit. cùm Deianiram coniugem, per fluuium, in quo Nessus Centauros commeantes transuehebat, etiã*
B *Hercules transuehere vellet; ausus est Nessus occultè Deianirã de stupro interpellare. quod cùm Hercules cognouisset, Nessum peremit. sed Nessus moriens, Deianiram monuit, vt sanguinem suum exceptũ seruaret; & si quando aduertisset, Herculem alterã fœminã delectari, sanguine ipso vestem illitam marito daret, per quã vindicari possit. Sed Deianira, cùm audisset maritum Iolen, Eurythi Oechaliensis filiam amare, vestem tinctam Nessi sanguine Lycæ seruo dedit ad eum perferendam. qui cùm Herculi in Oetã occurrisset, munus vxoris tradidit. quam cùm ille Ioui sacrificaturus induisset; tanto corporis ardore correptus est: vt non inuento remedio, pyram construi iuberet, donatisq; Philoctetæ sagittis, peteret ab eo vt cremaretur, ne inueniretur. quo facto, inter deos relatus est.* SALVE.] *Hic salue sic dictum est, vt alibi;* Sis felix. *Hic Diuus fidius solus dicitur, quòd solus fide fecit se Iouis filium.* VERA Iouis proles.] *Nullus enim humano sanguine procreatus tãta perficeret.* DEXTER adi.] *Id est, propitius.* PEDE secũdo.] *Omine prospero.* SVPER omnia Caci.] *Id est, hoc factum laudant vltra omnia. Et sic est dictum, vt est;* Et te super omnia dona Vnum oro. *Et bene, quantum ad ipsos pertinet, rem maiorem & sibi vtiliorem seruauêre post omnia: quia ita sæpè fit, vt ea,*
C *quæ in præsente aguntur, fabulis omnibus postea addantur. & quæ experierant, potiora videãtur ignotis; & fides habeatur illis, quæ audierant, & his quæ viderant.* OBSITVS æuo.] *Aetate inuolutus. vt Terentius ait;* Annis panisq; obsitus. *Nõnulli obsitum, quasi insitum, & obsessum, & possessum, tradunt.* FACILES'QVE oculos fert omnia circũ.] *Physici dicunt, ex vino mobiliores oculos fieri. Plautus:* Faciles oculos habet, *id est mobiles vino. Hoc etiã Mæcenas in Symposio, vbi Vergilius & Horatius interfuerunt, cùm ex personã Messalæ de vino loqueretur, ait: Vinum ministrat faciles oculos; pulcriora reddit omnia; & dulcis iuuentæ reducit bona.* CAPITVR'QVE locis.] *Delectatur locorum pulcritudine: id est, vno loco diutiùs retinetur.* ROMANÆ conditor arcis.] *Conditor Pallantei, vbi nunc palatium est: quod non est reuerã arx, sed tenet omniũ rerum principatum. Et hìc subtiliter videtur significare, Romam initium ab Euandro ducere.* HÆC nemora indigenæ fauni.] *Indigenæ id est, indè geniti, αὐτόχθονες. Et sciendum, secundùm Hesiodi theogoniam, primò deos genitos, indè ἡμιθέους; pòst heroas, indè homines innocentes, vltimò sceleratos: quem & hìc nunc ordinem seruat. Sanè, sicut suprà dictũ est, Faunus Pici filius dicitur, qui à fando, quòd futura prædiceret, Faunus appellatus est. Hic Faunus habuisse filiam dicitur, Omam, castitate & disciplinis omnibus eruditam: quam quidam, quòd nomine dici prohibitum fuerat, Bonam deam appellatam volunt. Hos Faunos etiam fatuos dicunt, quòd per stuporem diuina pronuntient. quidam Faunum*

Is genus indocile, ac dispersum montibus altis,
Composuit, legesq; dedit, Latiumq; vocari
Maluit: his quoniam latuisset tutus in oris.
Aureaq; (vt perhibent) illo sub rege fuère
Secula. Sic placidâ populos in pace regebat:
Deterior donec paulatim, ac decolor ætas,
Et belli rabies, & amor successit habendi.
Tùm manus Ausoniæ, & gentes venêre Sicanæ
Sæpius; & nomen posuit Saturnia tellus.
Tùm reges, asperq; immani corpore Tybris:
A' quo post Itali fluuium cognomie Tybrim

appellatum volunt eum, quem nos propitiũ dicimus. TRVNCIS, & duro robore nati.] *Hoc figmentum Homericũ est, & ortum est ex antiquâ hominum habitatione; qui ante factas domos, aut in cauis arboribus, aut in speluncis manebant: qui cùm exinde egrederentur, vt suam educerent sobolem, dicti sunt indè procreati* NEQVE cultus erat. *Id est, nullam sui curam habebant. Alij ad animum referunt: vt Sallustius;* Indocti incultiq;. *Alij ad morem: hoc est, qui neq; legibus, aut imperio cuiusquam regebantur. quia mos est lex quædam viuendi, nullo vinculo adstricta, hoc est, lex non scripta. Sed hìc* cultum, *legem, imperium, dictum volunt. Alij mores pro legibus: veluti,* Moresq; viris & mœnia ponet. & Veterisque dei se more tenenentem. COMPONERE opes.] *Reseruare, ordinare.* PARCERE parto.] *De die, inquit, viuebant; nec inuenta seruabant.* RAMI, atque asper victu venatus alebat.] Cognato *quodammodo victu alebantur: aut venatu montium, aut arborum ramis. hunc enim ali debent ex arboribus nati.* PRIMVS.] *Quasi & alius venerit è cælo. sed primus in Italiam venit.* AB ætherio venit Saturnus olympo.] *Hoc dicit secundùm poeticum morem. Nam Saturnus rex fuit Cretæ, quem Iupiter filius bello pepulit. Hic fugiens ab Iano rege, qui vrbem habuit, vbi nunc Ianiculum est, susceptus est, qui regnabat in Italiã: quem cùm docuisset vsum vinearum & falcem, & humaniorem victum; in partem est admissus imperij, & sibi oppidum fecit, sub cliuo Capitolino, vbi nunc eius ædes videtur: qui postea suum repetiuit imperium. Ex hoc & Saturnalia: vt essent memorialia vitæ, quam Saturnus docuerat. quã die simili & promiscuo victu vtũtur serui & liberi. Ideò autẽ in æde ipsius ærariũ Saturni: quòd ibi posfuntim pecunia seruaretur; eò quòd illi maximè credatur.* Is genus indocile.] *Pro, indoctum. nam indocile est, quod penitus non potest doceri: Indoctum, quod nondum didicit. Hos autem dicit esse compositos: vnde apparet, quia* indocile *dixit pro, indoctum. Hoc autem est, quod dicit Cicero in primo Rhetoricorum:* Feros adhuc homines magni cuiusdam viri oratione cõpositos. LEGES'QVE dedit.] *Atqui dixit,* Haud vinclo, nec legibus æquam. *sed intelligimus Saturnum dedisse leges: quibus adò obtemperauerunt, vt iam ità per naturã sinè legibus viuerent. Hunc sanè Deum, & leges recipere, & legibus præesse, docet antiquitas. nam ideò, & acceptæ à populo leges in ærario claudebantur; quoniam ærarium Saturno dicatũ erat: vt hodieq; ærarium Saturni dicitur.* LATIVM'QVE vocari maluit.] *Bene maluit. nam & Saturnia dicta est: vt,* Et nomen posuit Saturnia tellus. *Et Vergilius Latium vult dici: quòd illic Saturnus latuit, fugiẽs Iouem. Fabula nota est: quòd Saturnus filios suos deo progenitos vorauerit; cùm audisset à filio se regno esse pellendum; & quòd ei vxor, nato Ioue, lapidem pro infante obtulerit deuorandum. Varro autem Latium dici putat, quòd latet Italia inter præcipitia Alpiũ & Apennini. Quidam ferunt à Latino dictum Latium: alij ipsum Latinum à Latio.* SIC placidâ populos in pace regebat.] *Vt meritò aurea secula crederentur.* DECOLOR ætas.] *Vitiosa, quæ decoloraret veteres mores. In omni enim vitioso corpore, inest pessimus color. Et alludit ad naturam metallorum, quam cernimus discolorẽ. nec immeritò: suprà enim dixerat,* Aurea secula: *ideò nunc dixit,* Ætas decolor, *i.e. ferrea, sicut Hesiodus dicit.* TVNC manus Ausoniæ.] *Omnes terræ habitatores, aut indigenæ, aut aduenæ, aut conuenæ, aut incolæ sunt. Indigenæ sunt indè geniti: quos vocant Aborigines Latini; Græci αὐτόχθονας: vt idem de Faunis dixit. Aduenæ, de vno loco venientes: vt Saturnus. Conuenæ, de diuersis: vt Ausones & Sicani. quàmuis quidã*

Ausones cognominatos ab Ausone, Vlyssis & Circes filio, dicant. Sicani autem, secundùm nonnullos, populi sunt Hispaniæ, à fluuio Sicori dicti. Lucanus: Hesperios inter Sicoris nō vltimus amnes. *Hi, duce Siculo, venerunt ad Italiam; & eam tenuerūt, exclusis Aboriginibus. Mox ipsi pulsi ab illis, quos antè pepulerant, insulam vicinam Italiæ occupauerūt: & eam Sicaniam, à gentis nomine; Siciliam verò, à ducis nomine dixerunt. quanquam Tucydides dicat, de Siciliâ Italium regem venisse, & ab eo esse Italiam appellatam. Alij sic distinguunt: Sicanæi & subiungunt,* Sępius & nomē posuit Saturnia tellus. *Semel enim Sicani ex Hispaniâ in Italiam venisse dicuntur, at Italia plura nomina habuit: dicta est enim Hesperia, Ausonia, Saturnia, Vitalia.* IMMANI corpore Tybris.] *Hic Thuscorum rex fuit: qui iuxta hunc fluuium pugnans cecidit, & ei nomen imposuit. vel, vt quidam volunt, à Glauco, Minois regis filio, occisus est. Alij volunt, istum ipsum regem latrocinatum esse circa huius fluminis ripas, & transeūtibus crebras iniurias intulisse. Vnde Tybris, quasi ὕβρις, dictus est; ἀπὸ τῆς ὕβρεως, id est, ab iniuriâ. Nam amabant maiores, vbi aspiratio erat, S ponere: vt ἑπτὰ, Septem: vel H; vt Ἑλένη, Helena. Alij Tyberim, Iani & Camesenæ filium, ibi in bello periisse tradunt. Varro, Tyberim à Tyberino quodam, rege Latinorum, quòd ibi interierit, dictum tradit. Alij, vt suprà diximus, volunt, eos, qui de Sicilia venerunt, Tybrim dixisse, à similitudine fossæ Syracusanæ, quā fecerunt per iniuriā Afri & Athenienses, iuxta ciuitatis murū. Nam quod Liuius dicit, ab Albano rege Tyberino Tyberim dictum, non procedit: ideò, quia etiam ante Albam Tybris dictus inuenitur. Sed hic Alexandrum sequitur, qui dicit; Tyberinum, Capeti filium, venātem, in hunc fluuium cecidisse, & fluuio nomē dedisse. nā & à Pontificibus indigitari solet.* PO'ST Itali.] *Etiam Euander se Italum dicit.*

POM. Sabi. ARCIS.] *Palatij.* HÆC nemora indigenæ Fauni Nymphæq; tenebant.] *Post chaos in elementa diuisum, geniti principio fuēre dei; postea semidei, indè heroes; indè homines & cætera animalia. Primi ergo, qui habitauēre Latiū, fuēre dij. Et bene inquit,* Fauni. *Primi homines, priusquàm esset repertus vsus ædificiorum, habitabant cauos truncos arborum, & antra: & inde geniti putabantur. hi viuebant, vt bruta animalia viuunt. Lucret. lib. 5.* Sed nemora, atq; cauos montes, syluasq; colebant, Et frutices inter condebant squalida membra: Nec commune bonum poterant spectare, neq; vllis Moribus inter se scibāt, nec legibus vti: Quod cuiq; obtulerat prędā fortuna ferebat. & Sponte suâ sibi quisq; valere & viuere doctus; Et Venus in syluis iungebat tempora amantum. *Et paulò pòst:* Circùm se folijs ac frondibus inuoluētes. *Paulò pòst:* Nunc rerū copia mersat, *& idem:* Quòd si quis veram vitā ratione gubernat, Diuitię grandes homini sunt, viuere parcè, Aequo animo. RAMI.] *fructus arborum.* PRIMVS Saturnus.] *Saturnus Cretâ profugus, propter arma filij, id est, Iouis, in Latium venit. ab latebrâ eius Latium dictum. Cum Camese indigenâ tunc habitabat Ianus; apud quos hospitatus Saturnus: à quo oppidum sub monte, Saturnia: & ipsum Latium, Saturnia terra. Nisi credamus illis, qui aiunt, terram appellari Saturniam: quod fertilitas ei deo sacra sit; & indè nomen Latij.* ÆTHERIO Olympo.] *nō è cœlo; sed è Cretâ.* TV'M manus Ausoniæ.] *Ausones habitarunt illam partem Italiæ, quæ incumbit dorsis mōtis Apennini, prope Rheginos, versùs meridiem: appellati ab Ausone, antiquissimo rege. Illuc delatus ex Arcadiâ Oenotrus, mutauit nomen: & Ausones Oenotrij dicti; qui postea dispersi per Italiam, appellati Aborigines fuēre.* SATVRNIA tellus.] *Qui ex Peloponneso venēre cum Hercule, remanserunt in Latio: & habitauerunt collem: quem ab memoriâ illius, qui est in Elide, Saturnium dixerunt. Alij volunt, Piseos dedisse nomen Saturnio: à Saturnio monte, qui est in agro Piseo. Epei aram Saturno in radice posuēre, in viâ, quæ ducebat à foro in montem. Alij aiūt, ante aduentum Herculis, nomē Saturni fuisse in Latio. Incolæ narrant, Saturnum in Latio regnâsse. Alij scribunt, Saturniam conditam ab Aboriginibus. Saturni fanum hic erat, in quo capite velato sacrificabatur. qui mons seruatus ab Aeneâ: & porta Saturnia, vt Iunius scribit, quæ postea appellata est Pandana. & mons postea, à Tarpeiâ, virgine vestali, Sabinorū scutis necatâ, Tarpeius dictus. Et idem: Cùm fundamēta ædis Iouis foderentur à Tarquinio Prisco caput humanum dicitur inuentū, à quo Capitolium dictum. Capitolium postea ornatum auro, primum inter septem spectacula mūdi annumeratum. Oenotrus ex Arcadiâ venit in Italiam; & Ausonas appellauit Oenotros. ex Oenotris Aborigines.* POSVIT.] *pro, deposuit; ac per hoc mutauit.* TYBRIS.] *rex fuit, vt multi volunt, natione Hetruscus: vt alij, rex Aboriginum, qui dedit nomen fluuio. Alij volunt, quòd Tybris dicatur, quasi Hybris, ἀπὸ τῆς ὕβρεως, id est, ab iniuriâ. nam aiunt, fuisse antiquo tempore, per ripas Tyberis, quendam prædonum ducem, qui omnia molestabat: & ab eo, qui venerant Græci in Latium, appellauerunt Tybrim, ab iniuriâ; appositione T.* ASPER.] *quia rex prædonum.* A

NEC iungere.] *In aliquot antiquis, particula* Neq; *ter repetita.* Quis neq; mos, neq; cultus erat, neq; iungere tauros. AVREA'QVE, vt perhibent, illo sub rege fuerunt Secula.] *Veteres libri ferè omnes legunt,* Aurea, quæ perhibent. *In aliquot verò lib. legere est,* Aureaque perhibent illo sub rege fuisse Secula. TV'M manus Ausonia.] *In Romano libro* Ausoniæ *legitur.* VAR. Lect. B

Quod in cœlo sol & luna; ipsum id sunt in homine oculi. Sol & Luna, duo mundi lumina: oculi, certissima in carne sidera, fulgente sublimi splendore micantissimo inferna collustrāt, perinde ac in statione speculatores, interdiu noctuq; nobis excubantes. Quibus mira voluptatis accedit celeritas. vnde nobilissimo poëtæ, libro octauo, oculi nuncupātur faciles: etiamsi vino id contingere nimio, haud ita multum videntes, opinentur nonnulli. Certè Astronomicôn primo M. Manilius ait: CAEL. Rhod.

Circunfer faciles oculos vultumq; per orbem.

Addunt scientissimi, oculorum splendorem ingenij præferre solertissimū acumē. Quod ipsum in pupillis color indicet glaucus. Quo argumento, sapientiæ Pallas dea Glaucopis creditur cognominata. Quod ad faciles oculos spectat, vtiq; in lib. de venatione, Xenophon canum oculos faciles nuncupauit. Vergilij carmen:

Miratur facilesq; oculos fert omnia circùm.

NON te rationis egentem Lernæus turbâ capitū circumstetit anguis.] *Cumq; tibi Lernæus anguis, quasi nociturus occurrerit, innumeris capitibus fidens: in illo extinguendo malo, nec virtus tua, nec ingenij viuacitas defuit; qui cùm habuisti naturalem industriam, cur quæreres alienam?* SALVE vera Iouis proles.] *Pars est ista laudatiuæ materiæ: vt præferatur, vnde ortus sit, qui laudatur. Apparet, inquit, esse verum filium Iouis: dum paternæ potentiæ factorum nobilitate respondet.* DECVS addite diuis.] *Nec ideò factus es deus, vt ornareris ex alijs dijs: sed vt illos accessione tuæ societatis ornares.* ET nos, & tua dexter adi pede sacra secundo.] *Summa nostræ deprecationis est: vt adsis nobis prosperè, & sacris tuis propitius interesse digneris.* TALIA carminibus celebrant.] *Talia, inquit, hoc est, quorum ipsi non senserant commodū, venerationis causâ laudabant.* SVPER omnia.] *Scilicet, quæ suprà dicta sunt.* CACI speluncam adijciūt, spirantemq; ignibus ipsum.] *Ab his, quæ Hercules in alienis regionibus gesserat, ad Caci speluncam rectè peruentum est. Debuerant quippe etiam sui commodi meminisse; qui tanto malo per ipsius virtutem fuerant liberati.* CONSONAT omne nemus strepitu, collesq; resultant.] *Vbi ventum est ad ea, quæ sibi fuerant præstita, creuit omnium vox: & laudationis affectus in tantum cumulatus est, vt exsultantium clamor, emissus in nemore, perueniret ad montes. Resultat, exsultat; quod magno ictu illiditur, & tremit, quasi remissum.* EXIN se cuncti diuinis rebus ad vrbem Perfectis referunt.] *vbi vota perfecta sunt, recesserunt omnes ex loco, &* DON. C

Digitized by Google

A *luco, & ad vrbem cœperunt remeare: quin & hora propinquātis noctis, ad ſedem propriam reuocabat vniuerſos.* IBAT rex obſitus æuo; Et comitem Aeneam iuxtà, natumque tenebat Ingrediens.] *Ibat, inquit, rex contra meritum poteſtatis. ac ne eſſet obſcurum, quid ſit,* Ibat: *non vehebatur, inquit; ſed ambulabat ſuis pedibus ſenex: qui & itineris laborem, quem longæuus ferre non poterat, remedio toleraret.* COMITEM Aeneam iuxtà natumq; tenebat Ingrediens.] *id eſt, ambulans, duorum adminiculo innitens, ipſe medius. nam ex vnâ parte Aeneam; ex alterâ filium retinebat.* VARIOQVE viam ſermone leuabat.] *Vnum fuit adiumentum, quòd itineris labor duorum auxilio iuuabatur. Acceſſerat aliud, quòd veniebat ex varietate fabularum. Et verè nulla alia res ſic animum leuat, aut animi tædium reficit: vt ſermonis alterna collatio, aut diuerſitas viſus. Sermonis varietas Euandro datur: facilitas viſus Aeneæ partibus applicatur. Denique ſequitur:* MIRATVR, facilesq; oculos fert omnia circùm Aeneas.] *Illo fabulante, hoc eſt, Euandro, Aeneas circumferebat oculos, admirans ea, quæ fortè conſpexiſſet, vnde deſcenderent. Quid ſit intuentis facilitas, ipſe Vergilius docet. Nam facilitas oculorum, & confabulatio, prouenit ex ſecuri-*

B *tate & lætitiâ animi: iam enim auxiliorum promiſſum retinebat. Deniq; annexum eſt:* ET ſingula lætus Exquiritque, auditq; virûm monumenta priorum.] *Indè lætus, quia ſecurus de auxilijs fuerat redditus. Cæterùm ſi hoc non eſſet; culparetur Aeneas: qui in tantâ curâ poſitus, locis capiebatur, & veterum fabulas cupiebat audire.* TVM rex Euandrus, Romanæ conditor arcis.] *Euander, quum aduertiſſet, hominem origine veterum delectari: ne interrogando aut reſpondendo tarditas oriretur, die iam in occaſu cōſtituto: ipſe vltrò, quaſi ſuper omnibus interrogatus, plenè exorſus eſt; oſtēſurus ſingula, & eorum originem narraturus, cœpit ſic:* HAEC nemora indigenę Fauni, Nymphęq; tenebāt, Gēſq; virûm truncis, & duro robore nata.] *Iſta, inquit, nemora primitùs Fauni tenebant & nymphæ; & aliud virorum genus, natum ex arborum truncis, aut robore.* Robore *quòd ait, aut genus ligni ſignificauit; aut arboris craſſitudinem.* Indigenæ, *indè geniti, hoc eſt, in ipſis locis: quod poteſt & ad Faunos, & ad Nymphas pertinere; vt omnes ſint indigenæ. Dicto neceſſariò ſubnectit, quomodo ſe inter initia geſſerint.* QVIS neque mos, neq; cultus erat.] *Omnes populi, aut legibus tenentur, aut moribus leges imponuntur.* Mos *verò ex volun-*

C *tate naſcitur incolarum: & eſt per regiones diuerſus; & perinde obſeruatur vt lex. Iſti tam rudes fuerunt, tam aſperi: vt nec lege vllâ, nec aliquo more tenerentur: cultum quoq; neſciebāt. Quid ſit* Cultus, *ipſe Poeta ponit:* NEC iungere tauros, Aut componere opes norant.] *Hoc eſt, terras inuertere: & ſi fuiſſet eis opum magna ſubſtantia, neſciebant eâ vti. eamq; elegantiùs ordinare.* AVT parcere parto.] *Vel in futurum ſeruare, propter neceſſitatum varietatem. Ordinationem more ſuo exſecutus eſt. Primò dixit,* Nec; *& in medio poſuit,* Norant: *vt eſſet; Nec norant tauros iungere, nec norant opes componere, nec norant parcere parto. Ac per hoc vſum hominum, qui poſtea ſucceſſit; nec eſſe ſcilicet, nec procurare vt eſſet: &, ſi eſſe poſſet, ſeruare non nouerant. Componere opes, quid eſſet, ignorabant.* Componere opes, *eſt vti bonâ veſte; panem conficere, vel cibum accuratè præparare; habere ſuppellectilem & cultum. Poſſet dici: ſi omnia genus hoc hominum neſciebat; quomodo alebatur? ait ipſe:* SED rami, atque aſper victu venatus alebat.] *Paſcebantur his, quæ ſylueſtres rami naturaliter procreabant; & quæ illis laborioſa venatio dabat.* PRIMVS ab æthereo venit Saturnus olympo, Arma Iouis fugiens, & regnis exſul ademptis.] *Primus, inquit, Saturnus, violentiâ Iouis excluſus, (non dixit, Filij: vt & hiſtoriam tangeret, & impietatem in patres non doceret) perditis cœleſtibus regnis, ad has delatus eſt terras, atq; in his delituit. quo ex facto Latium appellauit ſcilicet, quòd hic tutus latuiſſet, id eſt, Saturnus.* IS genus indocile.] *indoctū, & quod doceri non poſſet.* AC diſperſum montibus altis Compoſuit.] Diſperſum, *per montes vagum.* Compoſuit, *formauit humanis perſuaſionibus & inſtitutis.* LEGESQVE dedit.] *Vſq; adeò ad humanitatem perduxit: vt etiam leges timere, & legibus ſeruire didiciſſent. Quanta Saturni induſtria? qui tale hominum genus durū, indocile, aſperum, inhumanum, inſtitutis melioribus, ad humanum cultum, egregiâ magiſterij arte conuertit; & teneri legibus fecit, qui ſub legibus non fuerunt!* LATIVMQVE vocari Maluit: his quoniā latuiſſet tutus in oris.] *Et Saturnus hîc potiùs Latium dici voluit, quàm alibi: quoniam ibi tutus, fugiens Iouem latuerat.* AVREAQVE (vt perhibent) illo ſub rege fuêre Secula.] *Secula, inquit, quæ aureo nomine appellari conſueuerunt, fuerunt ipſo regnante.* SIC placidâ populos in pace regebat.] *Additur ad Saturni laudem: potuiſſent alijs modis & inſtitutis aſperis regi homines: ſed lenitate ſuperare, ac pacè potiùs frenare voluit; quàm poteſtatis imperio redigere in vnū diſperſos & vagos, & contra inſitam feritatē placidæ ſocietatis amore coniungere.* Populorū *ſignificatione nominantur omnes. Populorum quippe appellatione, multa naturæ ac morum diuerſitas demonſtratur: quam regere ſinè metu imminentium pœnarum & legum, felicitatis eſt plenæ.* DETERIOR donec paulatim, ac decolor etas, Et belli rabies, & amor ſucceſſit habendi.] *Deterior ætas & decolor; illorum ſcilicet, qui fuerunt poſt Saturnum.* Deterior *dicitur, qui ex bono in contrarium mutatur, & fit malus.* Decolor *verò, qui ex optimo colore, & ſplendido, in ſordidum aſpectum conuertitur.* Aetatem *dixit, aut ſuccedentium hominum, aut ſequentis temporis. Benè autem addidit,* Paulatim: *longo enim benè viuendi conſuetudo, non potuit ſemel abrumpi. Recedente igitur imperio Saturni; felicitas ſeculorum eius, inſueto ſtatu, manere non potuit. ſucceſſerat enim ætas deterior: hoc eſt, peſſima hominum ac temporis ratio, quæ homines, à bene viuendi vſu, in malam viuendi conſuetudinem verteret. Hîc Vergilius, benè vel malè viuendi rationem, non rectorum vult eſſe; ſed temporum. nam ſuprà dixit, aurea ſecula extitiſſe: nūc dicit* Deterior *ætas ſucceſſit. Fœlix tamen eſt, cuius imperio naturæ curſus arridet. Infelix vero, cuius adminiſtrationi temporum iniquitas deputatur.* ET belli rabies & amor ſucceſſit habendi.] *quorum alterum ſinè altero eſſe non poteſt: ſicuti multis locis plenè tractatum eſt. Habendi cupiditas, ſinè crudelitate & ſcelere non poteſt procurari. nam vbi quis animo hauſerit aliena; hæc crudelitatis & ſceleris adiumento conſequitur: crudelitas quoque, & perpetratio ſceleris, ſinè auaritiâ eſſe nō poteſt, quia raro aliquis ſinè lucro malus eſt.* TVM manus Auſonia, & gentes venêre Sicanæ Sæpiùs, & nomen poſuit Saturnia tellus.] *Emergentibus, inquit, malis crudelitatis & auaritiæ; quum diuerſarum gentium populi in hæc loca veniſſent: felicitas morum ſimul, cum nomine præcipui rectoris, oppreſſa eſt; & Auſonia vocitari cœpit, quæ Saturnia dicebatur.* TVM reges, aſperq; immani corpore Tybris, A quo poſt Itali fluuiū cognomine Tybrim Diximus.] *Deinde cœperunt, inquit, reges ſuccedere, ſucceſsit & Tybris, grādis corpore, atq; animo ferus: ex cuius nomine fluuius dictus eſt Tybris.* AMISIT verum vetus Albula nomen.] *Et, amiſſo Albulæ nomine, Tybris cœpit nominari.*

SER. ALBVLA nomen.] *Antiquum hoc nomen à colore habuit.* ME pulſum patriâ] *aut, vt diximus ſuprà, propter parricidium; aut certè oraculorum neceſsitate compulſum.* PELAGIQVE extrema.] *Id eſt, per extrema pelagi actum. aut, vt dicunt quidam, per pelagus extrema pelagi ſequentem:*

Diximus, amiſit verùm vetus Albula nomen.
Me pulſum patria, pelagiq; extrema ſequentem,
Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum
His poſuêre locis, matriſq; egêre tremenda
Carmētis nymphę monita, & deus author Apollo.

Vix ea dicta, dehinc progressus monstrat & aram,
Et Carmentalem Romano nomine portam:
Quá memorát Nymphę priscũ Carmẽtis honorẽ
Vatis fatidicæ: cecinit quæ prima futuros

vt pelagi aduerbiũ sit: aut pro in pelago: aut pelagi pericula. FORTVNA omnipotens, & ineluctabile fatũ.] *Secũdùm Stoicos locutus est, qui nasci & mori fatis dant: media omnia, fortunæ. Nã vitæ humanæ incerta sunt omnia. vnde & miscuit, vt quasi plenũ ostenderet dogma. Nam nihil tam contrarium est fato, quàm casus. sed secundùm Stoicos dixit. Alij* fortuna omnipotens, *propter fugam & exiliũ:* Ineluctabile fatum, *idcircò, vt se sceleris & parricidij crimine purgaret.* EGERE.] *Coëgerunt, vt quasi ostendat initiũ.* CARMENTIS Nymphæ monita.] *Matris Euandri, quæ Nicostrate dicta est. Sed ideò Carmentis appellata à suis quòd diuinatione fata caneret. nam antiquè vates Carmẽtes dicebantur. vnde etiam librarios, qui eorũ dicta perscriberent, Carmentarios nuncupatos ferunt: Alij huius comites, Porrimã & Postuotam, tradunt: quia vatibus & præterita & futura sunt nota. Alij etiam Tyburtem dictam.* Nymphę *autem, maritæ dicit. Nam Græcè* νύμφη, *Latinè sponsa dicitur. hæc autẽ non verè Nympha fuit, sed vaticinatrix. Alij Nympham ideò dictam: quoniam, qui res Arcadum scripserunt, tradũt sex fœminas ibi fuisse, quæ Nymphæ vocarentur, in queis & Carmentem. Proprio ergo vocabulo, non epitheto poëtico, vsus est.* AVTHOR.] *Scilicet oraculorum.* MONSTRAT & aram.] *Aut quam Euander matri fecit extinctæ. aut aram pro monumento: aut ideò aram, quia ibi sepulta est, & post excessum dea credita. Hæc ara est iuxta portam, quæ primò à Carmente Carmentalis dicta est: pòst Scelerata, à Fabijs CCC sex, qui per ipsam in bellum profecti, nõ sunt reuersi.* VATIS fatidicæ.] *Bene addidit,* fatidicę. *nam vatem & poëtã possumus intelligere. Lucil.* Nec si te pectore vates Accipiam: vnde solum plenum non erat. *Ergo tale est, vt illud in Sallustio:* In tugurio mulieris ancillæ. *Non quia mulieris, statim & ancillæ: si autẽ ancillæ, statim & mulieris.* QVÆ prima.] *Quia postea etiam Sibylla dixit.*

tur præcedẽtis causa: mox subijcit, fortunam fecisse omnia, vt mutaret terras, & in Italiæ partibus locaret. Addidit Omnipotentẽ fortunã, & fatum ineluctuabile: *vt ostenderet, se nec fortunã virtute, nec fatũ luctando superare potuisse, proindéq; cõsensisse potiorib⁹.* MATRIS QVE egere tremẽda Carmẽtis Nymphę monita, & deus author Apollo.] *Ex occasione alia cõmendat originẽ suã: quòd deã sit matre progenitus: & hanc exæquat Apollini. Ad hæc, inquit, loca perductus sum, post expulsionis factũ; quũ fortuna impelleret, truderet fatum, Apollo præciperet, mater vrgeret. In vocabulo* Matris, *quantũ pondus est? Iubebat mater; & dea mater, quæ filiũ contra pietatis meritũ monere nõ posset. Matris habẽs nomen, & pronuntiandi substantiã: Cessit, ait, omnibus, & dubitationẽ, quæ exsistere potuit, horrendũ iudicium matris abrupit.* VIX ea dicta: dehinc progressus, mõstrat & arã, Et Carmentalẽ Romano nomine portã.] *Quasi quodam transitu nouauit narrationem: ne continua pareret fœditatem. Pulchrè enim ambulãtis Euandri poëta interposuit morã propter audiendi tædiũ. Progressus ergo, monstrauit & portã materni meriti testem: arã quoq; vt ex hac probaret deũ.* QVAM memorant Nymphę priscũ Carmentis honorem.] *Hanc arã, vel hanc portã, idcirco constituerũt, & ideò hoc nomine appellari voluerunt: quòd in his honor Nymphæ videatur esse cõstitutus. Interea etiam hoc pertinuit ad supradictam moram: vt ambulans sparsa per omnem viam monstret, non vno in loco congesta: vt omne iter haberet fabularum diuersarum recreationem: quum Euander multa gereret, animoq; monstraret, aut diceret.* VATIS fatidicæ.] *Et deam dixit matrem: & fatidicam fuisse confirmat, hæc addendo:* CECINIT quæ prima futuros Aeneidas magnos, & nobile Pallanteum.] *Ipsa, inquit, prima magnos futuros in his terris Aeneadas, & nobile Pallanteum, cecinit. Ecce apertum documentum, quòd deam, & Nympham, & fatidicam, Euander habuit matrem. quod ipsum potuit Aeneas libenter audire: quòd dea, quæ prima pronuntiâsset futuros magnos Aeneadas. Quòd autem prima hoc ipsum dicta est cecinisse, hanc habet gratiam & fidem, ne præcedentia responsa secuta videantur.*

DON. ME pulsum patriâ, pelagiq; extrema sequentem, Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum. His posuère locis.] *Etiam se memorat esse peregr..ũ, atq; id fuisse, non hominum culpâ, sed fato atq; fortunâ, vt genitalem patriã perdidisset. Ac ne esset vitium in eo, quod dixit, Me pulsum patriâ (nemo enim patrijs terris bonis excluditur) vel ne quæreret-*

Aeneadas magnos, & nobile Pallanteum.
H.nc lucum ingẽtem, quem Romulus acer Asylũ
Rettulit, & gelidâ monstrat sub rupe Lupercal;
Parrhasio dictum Panos de more Lycæi.
Nec non & sacri monstrat nemus Argileti;
Testaturq; locum, & lethum docet hospitis Argi.
Hinc ad Tarpeiam sedem, & Capitolia ducit;
Aurea nunc, olim syluestribus horrida dumis
Iam tùm rell gio pauidos terrebat agrestes
Dira loci: iam tùm syluam saxumq; tremebant.
Hoc nemus, hunc (inquit) frondoso vertice collẽ,
(Qu s deus, incertũ est) hab tat de⁹. Arcades ipsũ
Credunt se vidisse Iouem: cùm sæpe nigrantem
Aegida concuteret dextrâ, nimbosq; cieret.
Hæc duo præterea disiectis oppida muris,
Rell quias veterumq; vides monumenta virorũ.
Hanc Ianus pater, hanc Saturnus cõdidit vrbem:
Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.
Tal bus inter se dictis ad tecta subibant
Pauperis Euandri: passimq; armenta videbant,
Romanoq; foro, & Lautis mugire Carinis.
Vt ventum ad sedes: Hæc, inquit, limina victor
Alcides subijt, hæc illum regia cepit.
Aude hospes cõtemnere opes: & te quoq; dignũ
Finge Deo, rebusq; veni non asper egenis.
Dixit: & angusti subter fastigia tecti
Ingentem Aeneam duxit; stratisq; locauit,

SER. NOBILE Pallanteum.] *Futurum scilicet: sicut & Aeneadas. ad sequens enim Romanorum retulit tempus.* ASYLVM Rettulit.] *Postquã Hercules migrauit è terris: nepotes eius, timentes insidias eorũ, quos auus adflixerat, Athenis sibi primi Asylum, hoc est, templum misericordiæ collocarunt; vnde nullus posset adduci. Quod etiã Statius dicit: vt,* Herculeos fama fundâsse nepotes. *Ideò ergo ait,* Quem Romulus acer Asylũ Retulit: *Hoc est, fecit ad imitationem Atheniensis Asyli. quod ideò Romulus fecit: vt haberet aduenas plures cum quibus conderet Romã. Iuuenalis:* Et tamen, vt longè repetam, longeq; reuoluã Nomen, ab infami gẽtem deducis Asylo. *Sanè hoc non ad Euandri personam applicatur, quòd ipse Aeneæ retulerit.* GELIDA monstrat sub rupe Lupercal.] *Sub monte Palatino est quædã spelunca, in quã de capro luebatur, id est, sacrificabatur: vnde & Lupercal dictum nonnulli putant. alij, quòd illîc lupa Remũ & Romulũ nutrierit. Alij (quod est verius) locum esse hunc sacratum Pani, deo Arcadiæ: cui etiam mons Lycæus in Arcadiâ est consecratus. Et dictus Lycæus, quòd* λύκος, *hoc est, lupos, non sinat in oues sæuire. Ergo idò & Euander deo gentis suæ sacrauit locum: & nominauit Lupercal; quòd præsidio ipsius numinis, lupi à pecudibus arcerentur. Sunt qui dicant hũc Panem: alij deum bellicosum: alij Liberum patrem; eò quòd capro ei fit diuina res, qui est hostia Liberi propria. In huius similitudinem intecti cultores eius, cui Lupercalia instituta sunt: quia Deus pastoralis est. Nam Remũ & Romulum, ante vrbem conditam, Lupercalia celebrâsse; quòd quodam tempore*

Digitized by Google

A pore nuntiatũ illis sit, latrones pecus illorum abigere: illos togis positis cucurrisse, cæsisq; obuijs pecus recuperasse: id in morem versum, vt hodieq; nudi currant. Nonnulli propter sterilitatem hoc sacrum dicunt à Romulo constitutum: ideoq; & puellæ de loro capri ceduntur; vt careant sterilitate, & fecundæ sint. nam pellem ipsam capri, veteres februm vocabant. PARRHASIO dictum Panos de more Lycæi.] Ordo est: Monstrat Lupercal Panos Lycæi dictum de more Parrhasio, id est, ostendit Lupercal Panos Lycæi, dicatum ex more Arcadico. Nam Parrhasia, Arcadia est. DICTVM.] dicatum, cõsecratũ. PANOS Licęi.] Huius Panos, genitiuus est græcus. & Panos Lycæi, sic dictum est, vt Iouis Olympici, Apollinis Delphici. SACRI monstrat nemus Argileti.] Sacri, execrabilis. Sanè Argiletum, quasi argilletum, multi volunt, à pingui terrâ. alij à fabulâ. Nam Euander Argum quendam susceepit hospitio: qui cùm de eius cogitaret interitu, vt ipse regnaret: Euandro hoc non sentiente, socij intellexerunt; & Argum necarunt. Cui Euander, & sepulchrum fecit, & locum sacrauit: non quòd ille merebatur, sed hospitalitatis caussâ. Bene autem in hac re Euander immoratur: & docet caussas, ne apud hospitem veniat in suspicionẽ. Ergo Argiletum, ab Argo illic B sacrato & sepulto. Alij Argum occisum dicunt ab ipso Euandro, auxiliante sibi Hercule: quòd is ex hospite factus esset inimicus. Alij, Danaẽn cum duobus filijs, Argo & Argeo, quos de Phineo habuit, venisse in Italiam; & locum, vbi nũc Roma est, tenuisse; ibiq; Argum, Aboriginum insidijs interfectum, loco nomen dedisse. Alij, Argiletanam portam appellari, quòd eam Cassius Argillus siue fecerit, siue refecerit: quòd ibi Cassius, pòst Argillus, bello Punico primo sit interfectus, ob turbulentam & seditiosam naturam. Alij, quòd Argillus Senator, post Cãnense prælium, suaserit à Pœnis pacem postulari: ideo in Senatu carptum, domumq; eius dirutam, & locum Argiletum appellatum. Quidam dicunt: cùm Capitolij, vbi nunc est, fundamenta iacerentur, caput humanum, quod Olli diceretur, inuentum: quo omnes sollicitatos conditores, misisse ad Thusciam, ad aruspicem illius temporis nominatum; qui iam indicauerat Argo filio suo, tributum fataliter esse, vt is locus orbi imperaret, in quo illud caput esset inuentum. Obuij igitur Argo hi, qui missi erant, vbinam esset pater, interrogauerint: qui, cognitâ causâ itineris eorũ, omne responsum patris prodidit; monuitq;, vt cauerent, ne ab eo interrogatione deciperentur. Sed cùm Legati ad eum peruenissent, & de significatione inuenti capitis C quærerent: volens ille dominatum orbis patriæ suæ potens adscribere: interrogauit, ànne hîc (suum locum ostendens) inuenissent? Illis negantibus, suspicatus proditum esse responsum, quæsiuit, an quenquam obuium fecissent? illis simpliciter confitentibus, occurrisse sibi iuuenem: tunc aruspex, conscenso equo, sequutus, Argum occîdit eo loco, vb nunc Roma est: à cuius cæde Argiletum. Quamuis hæc historia etiam de alio nomine sæpe celebrata sit. TESTATVR'QVE locum.] Iurat, non suâ culpâ iura hospitij esse violata: vel in testimonium ducit nomen loci: vel detestatur. TARPEIAM sedem.] Prolepsis: duo hæc enim nomina postea monti indita sunt. AVREA nunc.] Nunc ad vtrumq; pertinet: & ad aurea, & ad Tarpeiam sedem. Nam Tarpeia sedes dicta est à Tarpeiâ virgine. Cùm enim Romulus contra Sabinos bella tractaret; & Tarpeio cuidam dedisset arcem tuendam: filia eius Tarpeia, aquatum profecta, in hostes incidit. quam cùm cohortarentur ad proditionem arcis: illa pro præmio poposcit ornatum manuum sinistrarum, id est, armillas. Facta itaq; arcis proditione, hostes ingeniosâ morte promissa soluerunt. Nam scuta, id est, sinistrarum manuum ornatum, super illam iacientes, eam vitâ priuarunt. quæ illic sepulta, Tarpeiæ sedi nomen imposuit. RELLIGIO.] id est, metus. ab eo, quòd mentem religat, dicta religio. DIRA.] Magna, admirabilis: vt, An sua cuique deus fit dira cupido? SAXVM.] Sic appellatur Capitolium. HOC nemus.] Bene vbique nemus dixit nam tunc ædificia non erant. QVIS deus.] Dubitando, quis deus, affirmat deum esse. IPSVM credunt se vidisse Iouem.] In hoc scilicet nemore. Sanè ad illud alludit, quòd primi dicuntur Ioui templa & rem diuinam fecisse. Cæcus enim primus in Arcadiâ templum constituisse dicitur. Nec enim longè sunt à monte Olympico. Vnde eos dicit Iouem vidisse: & quòd ipsi sunt προσέληνοι, id est, ante Lunam creati; vt ait Statius; Arcades astris Lunâque priores. licèt dicat Sallustius, Cretenses primos inuenisse religionem. vnde apud eos natus fingitur Iupiter. ÆGIDA concuteret.] Hîc distinguendum. nam ægida, id est, pellem Amaltheæ capræ, à quâ nutritus est, in sinistrâ Iupiter tenet. Sanè Græci poëtæ, turbines & procellas, καταιγίδας appellant: quòd hæc mota faciat tempestates. Ergo nigrantem, Tempestatem commouentem. DEXTRA nimbosq; cieret.] Et de dextrâ fulmina commoueret. nam modò nimbos pro fulminibus posuit, quæ dextrâ iacit. Aegidis autem concussio, commouet pluuias. Ergo concuteret ægida, atque per eam nimbos moueret. DISIECTIS oppida muris.] Vnum Iani, aliud Saturni: iam tunc vetusta. MONVMENTA virorum.] Hoc sermone ostendit, etiam Saturnum virum fuisse. IANVS pater.] Ianus in Ianiculo habitauit: qui quòd vnâ naui exsul venit: in pecuniâ eius, ex vnâ parte, Iani caput; ex alterâ, nauis signata est. DICTIS.] Dubium est, nomen sit dictis, an participium. PASSIM'QVE armenta videbant.] Quæ, post mortem Caci, passim nullo timore vagabantur. ROMANO'QVE foro.] Romanum forum est, vbi nunc rostra sunt. Sed & hîc prolepsin fecit: nam postea sic dictum est. LAVTIS mugire carinis.] Carinæ, sunt ædificia facta in carinarum modum, quæ erant circa templum Telluris. Lautas autem dixit, aut propter elegantiam ædificiorum: aut propter Augustum, qui natus est Curijs veteribus, & nutritus in Carinis. Alij dicunt, Carinas montem nominatum: quòd ager suburbanus ante portas Carijs erat. Alij lauta loca legatorum, quæ in eâ regione instructa accipere consueuerant. Alij, quòd ibi Sabini nobiles habitauerint: quorum genus inuidere & carinare solebat. Carinare autem, est obtrectare. Ennius: Contra carinantes verba atque obscœna profatus. Alibi: Neque me decet hanc carinantibus edere chartis. Alij, quòd Romani, Sabinis instantibus fugientes, eruptione aquæ feruentis, & ipsi liberati, & hostes ab insequendo repressi. Aut, quia calida aqua lauãdis vulneribus apta fuit, locus Lautulus appellatus est. VICTOR Alcides subijt.] Vergilius hîc ius pontificale quibusdam videtur subtiliter tangere. domum enim, in quâ Pontifex habitat, regia dicitur: quòd in eâ rex sacrificulus habitare consuêsset: sicut flaminia domus, in qua flamen habitat, dicebatur. Quod hîc ostendit ex personâ Euandri: quem facit orantem, vt Aeneas suam ingrederetur domum: non vtique profanam, sed sacratam: scilicet quæ fuerit hospitium Herculis: illis versibus; Hæc, inquit, limina victor Alcides subijt, hæc illum regia cepit. quem etiam honore diuinæ dignationis sociat, adijcient: Aude hospes contemnere opes, & te quoque dignum Finge deo. hæc enim dicendo, quid aliud agit, quàm vt sacratæ religionis vsum tribuat antistiti, & diuina communia; vtpote quem etiam Pontificali honore nuncupauerat, dicens: Maxime Teucrorum ductor. neque enim, quia ductor eo maximus: sed quia maximus eo omnia.* Regiæ autem veriùs meminit, dicendo; Tecta subibant Pauperis Euandri, Romanoque foro, quis enim ignorat, regiam, vbi Numa habitauerat, in radicibus palatij, finibusq; Romani fori esse? Victor autem Alcides subijt: εὐσύμβολον, id est, bonum Aeneæ omen, ostenditur. Varro enim, diuinarum Lib. IIII. victorem Herculem putat dictum, quòd omne genus animalium decies vicerit. Sed Romæ, victoris Herculis ædes duæ sunt: vna, ad portam trigeminam; altera, ad forum boarium. Cuius commenti causa hæc exponitur. Marcus Octauius Hersennus, in primâ adolescentiâ tibicen,

postquam arti suæ diffisus est, mercaturam instituit. bene re gestâ, decimam Herculi dicauit. postea, cùm nauigans hoc idem ageret; à prædonibus circumuentus, fortissimè pugnauit, & victor recessit. quem insomnis Hercules docuit suâ operâ seruatum: cui Octauius, impetrato à magistratibus loco, ædem cum signo sacrauit, & victorem incisis literis appellauit. Ergo Vergilium, non tantùm ad victoriam præsentem, victorem dixisse; sed occultè perpetuo eius epitheto vsum, debemus accipere: quippe quem Romæ sub hoc nomine sacratum coli videbat. nam suprà ait; Taurosq; hàc victor agebat: cùm de pugnâ eius aliâ loqueretur. Sanè hic subijt, iuxta vsum præsentem, accusatiuo iunxit: cùm antiquo more alibi datiuo iunxerit: vt, Progressi subeût luco. CEPIT.] Mirè dixit: vt alibi, Nec te Troia capit. AVDE hospes contemnere opes.] Bene Aude, quasi rem arduã & difficilem: tanquam virtute opus sit animi, & ad expellendũ amorem diuitiarum. DIGNVM finge deo.] Compone te, & forma in similitudinẽ numinis: quod, iuxta sectam cynicam, hospes Herculis suadet. Sanè quidam, Deo, pro immortalitate dictum volunt. NON asper.] Non aspernator, id est, fastidiosus. ANGVSTI subter fastigia tecti ingẽtem Æneam duxit.] Ex contrarietate quæsitus ornatus. ait enim, Angusti tecti subter fastigia ingentem Aeneam duxit.

POM. Sabi. ET aram.] Ara Carmentis Romæ erat, inter Capitolium & Auentinum: & illic porta Carmentalis. NOBILE Pallanteum.] quia in Palatio erat sedes Imperij. ASYLVM.] Asylum templum fuit in luco, qui erat inter capitolium & Palatiũ: quod Romulus aperuit, vt eò confugiẽtes tuti essent. Sub Palatio mõte antrum erat, in quo sacrificabant Arcades Pani. Romani hunc deum appellabant Inuum: in cuius sacris homines nudi & bene agiles currebant. à Lycæo Pane lupercal appellabant: nam & λύκος lupus: Lupercalia, sacra, Panis Lycæi erant. Alij aiunt, supra antrum fuisse constructũ templum Pani Lycæo; & appellatum Lupercal: cuius sacerdotes, mense Februario, cum zona pellis caprinæ discurrentes per vrbem, verberabant dextras prægnantium fœminarum, ad facilem partũ. & ab eo putant appellatum Lupercal: id est, luere per caprum. Illi verò, qui aiunt Lupercal locum esse, in quo lupa dedit vbera Romulo & Remo, errant. Dionysius sic ait: Sub colle erat antrum, cum fontibus, & luco & arâ Lycæi; cui Romani sacrificabant mense Februario, more Arcadico. PARRHASIO.] Arcadico. Parrhasos, oppidum Arcadiæ non est: sed Arcades vetusto vocabulo Parrhasij dicti: Parrhas Arcadia dicta. LYCÆVS.] mons Arcadiæ, vnde aduectus Pan. SACRI Argileti.] Argiletum, inter Capitolium & Palatium locus; à letho Argi dictus. Argus illîc sepultus. Argolus, siue Argus dux Argeorum, apud Euandrum hospitatus est. cùm in suspicionem regni veniret; clàm noctu ab Arcadibus est interfectus, vt volũt, inscio Euandro. cui Euander tumulũ fecit; & loco nomen posuit à letho, i. e. à morte Argoli, siue Argi. ARGILETVM.] Varro ait, Argiletum etiam dictum ab argillâ, id est, cretâ; cuius copia illîc erat. AGRESTES.] intelligit de maiestate Capitolij futuræ Romæ. AVREA Capitolia.] adeò ornata fuerunt, vt prima nominarẽtur inter septem spectacula mundi. OLIM.] antiquo tempore. DVRIS.] id est, spinis. TVM.] ex eo tempore. SAXVM.] Tarpeium: qui sub Saturno venerant Cretenses, & in cauis Saturnij montis habitauerũt, primi religionem in Latio ostẽderunt. Antra, quæ sub Capitolio sunt, Q. Catulus appellat Phanissas: in quibus veteres imagines deorum ponebant antiqui. Valerius Soranus dicit, thesauros à priscis Latinis appellatos Flanissas; scil. rude æs & argentum. hinc remoto l locum, vbi condebatur, dixẽre Fanissas: quibus postea sunt vsi, ad veteres templorum res custodiendas. Statua Menaci vocatur illa, quæ est sub Capitolio. ÆGIDA.] Aegis fuit clypeus Iouis: appellatus, quòd tectus fuerit pelle capræ Amalthea. Educauerat illa Iouem: mortuæ pellem exemit Iupiter, vt haberet memoriam nutricis, & clypeũ texit eâ pelle. postea Iupiter dedit clypeũ Mineruæ: in quo Perseus victor posuit caput Gorgonis Medusæ, αἲξ, αἰγὸς, dicitur capra. indè Aegloga, A quasi ægos logos, id est, caprinus sermo. HANC.] scilicet Ianiculum. Ianiculus, oppidum trans Tyberim erat. MVGIRE] id est, tollere vocem. ROMANOQVE foro.] Romanũ forũ erat à sinistrâ parte, vbi sunt tres columnæ. Forũ, à ferendo. & erant ibi quatuor fora: boariũ, Romanum, forũ causarum, forũ Traiani. LAVTIS mugire carinis.] Carinæ, carinarũ, appellata est regia vrbs: à similitudine carinæ nauis. & eà ducebat ex Palatio & Capitolio, p mediã vallẽ Exquilinã; quæ nunc dicit regio montis: & ex aliâ parte ducebat versùs viã Prenestinã. In Carinis omnia sumptuosa ædificia. ibi erat domus Ciceronis, in cuius porticu erant centum columnæ. LAVTIS.] sumptuosis, propter ædificia. VT ventum.] ventum ad Palatium montem est. Palatiũ dictum, aut ab Arcadibus, q in eo palantes habitabant: aut Aboriginibus, q ex Palatio, oppido agri Rheatini, venẽre, & cum Euandro habitarũt: aut dicitur à Palatiâ, matre Latini: aut à Phalãto puellâ, quæ ex Hercule peperit Latinũ. STRATISQVE locauit.] Strata erant ex herbâ & pelle; non ex purpura.

NOBILE.] In Rom. lib. legitur, Nomine. ET lethũ.] VAR. Lect. In lib. aliquot legere est. Et mortẽ. IAM tùm syluam.] In B Romano, Syluas: in quibusdam alijs, Iamiam syluam. VRBEM.] In libris aliquot antiq. Arcem, non Vrbem legas. CARINIS.] In Romano libro legitur, Cauernis. SVBTER fastigia tecti.] In lib. aliquot antiquis, Subeunt, legitur.

HINC lucum ingentem, quèm Romulus acer Asylum Rettulit, & gelidâ monstrat sub rupe Lupercal.] DON. Monstrauit & lucum; qui postea à Romulo Asyli nomen accepit: monstrauit & Lupercal, sub rupe gelidâ. Rupes dicuntur saxa composita, & prærupta, & erecta naturaliter in altitudinem immensam. Lupercal verò illud ostendit, vnde Luperci & Lupercalia sumpserunt nomen. PARRHASIO dictum Panos de more Lycæi.] Parrhasium montem esse memorant; & eius incolas Parrhasios dictos, vnde Lycæum ferunt exstitisse; cuius ex more cultores sacra reddebant. Panos, vnde singulari numero Pan dicitur. hunc enim Arcades plurimùm venerantur. NEC non & sacri monstrat nemus Argileti, Testaturque locum, & lethum docet hospitis Argi.] monstrauit locum, in quo interemptus est Argus. Sacer, hoc est, crudelis & pessimus. Vnde & Ignis sacer dicitur morbus, qui hominem perniciosè persequitur. Vnde &, Auri sacra fames, hoc est, detestanda. Lethum au- C tem ipsius Argi, & lethi causam referebat Euander. cùm Argus ex hospite professus sit inimicum: nec eundem Euandrum pudebat, hospitis auribus intimare alterius hospitis necem: propter quam reddebatur facti ratio; quòd mortis suæ ipse extiterat causa: & vim pertulisset iustæ vltionis, qui iniustam parauerat violentiam. TESTATVRQVE locum, & lethum docet hospitis Argi.] Testimonium adhibens loci, vt probaret scelerati hominis mentem: qui hospitalis immemor religionis, non amorem reciprocum; sed hostilem animum sceleratè suscepit. HINC ad Tarpeiam sedem.] Ad Tarpeium scilicet montem. ET Capitolia ducit, Aurea nunc.] id est, quum hoc scribebatur à Poëtâ. OLIM syluestribus horrida dumis.] Erant tunc, inquit, in illo loco Capitolia, non aurea, non culta, vt nunc: non magnifica: sed syluestribus dumis obsessa. Quòd dixit, Duxit eum ad Tarpeium montem, & Capitolia dumis obsessa: fieri non potuit, vt senex, & qui alieno adminiculo niteretur, maximè imminente iam vespere, iret ad montem, & ad loca, quæ sentes occupassent. Ergo intelligendum est possibile aliud, quod possit ex subiectis comprobari: vt monstrando duxisse eum videatur; non ambulando scilicet: vt videret oculis procul, quò iri nõ poterat. IAM tùm relligio pauidos terrebat agrestes Dira loci; iam tùm syluã saxumq; tremebant.] Dixit iã tùm, hoc est, quũ esset loc9 ille humilis atq; desertus; iã habuit numẽ, eratq; illîc, quod terreret accedẽtes, & his incuteret horrorẽ: maximè rusticantis, qui pa-

Digitized by Google

A *qui pauore naturali omnia metuunt, & vniuersa formidāt. Hoc genere ostendit, numen, quod in aureis Capitolijs temporibus Cæsaris habitabatur, fuisse etiā tunc, quū locus ipse videretur abiectus: & conditorem melioris fabricæ, numini iam illic habitanti detulisse. quod fecit, quum numen secutū esset ambitionis insignia.* HOC nemus, hunc, inquit, frondoso vertice collem (Quis deus, incertū est) habitat deus.] *Hîc manifestius fit non illū circumisse loca singula, sed demōstrâsse: quum dicit,* Hoc nemus *constitutū in frondosā collis vertice: non enim illò ascenderat. Quis deus, inquit, inhabitet, incertū est: est illic tamen deus.* ARCADES ipsum Credunt se vidisse Ioué.] *Arcadibus illic apparuit, quod ostenderet deum in terrā: & coniecturā currente, crediderunt Iouem se vidisse præsentē. Dicit, vnde hoc suspicari potuerint, vel certè cōijcere. Tū, inquit, se vidisse arbitrati sunt:* QVVM sæpe nigrātē Aegida cōcuteret dextrâ, nimbosq; cieret.] *Proinde, qa Iupiter pluuiā facit, Iupiter fulmina emittit; & tūc, quū hoc fieret, visus est: visi sunt sibi deū vidisse in loco. indè crediderunt, Ioué illic gratissimè cōmorari.* HÆC duo ꝑterea, disiectis oppida muris, Relliquias, veterumq; vides monumenta virorū.] *Hæc duo oppida, quæ ruinarum labē mu-*
B *rorum dissipatione testantur, reliquiæ sunt veterum conditorū.* HANC Ianus pater, hanc Saturnus condidit vrbem: Ianiculumq; illi, huic fuerat Saturnia nomen.] *Quum dicit,* Fuerat*: ostendit etiā nomina, cum oppidorum mœnibus abdita.* TALIBVS inter se dictis ad tecta subibant Pauperis Euandri, passimq; armenta videbant, Romanoq; foro, & lautis mugire carinis.] *Quū hæc inter se essent locuti. non enim solus euander locutus est; sed Aeneas etiam. nam suprà dixit,* Et singula lætus Exquiritque, auditq; virûm monumenta priorum. Ad tecta subibāt, *inquit, non subibant tecta, vt ingredi; sed iam vt propiores fieri viderentur.* PAVPERIS Euandri.] *hinc Euandri memoria prædicabilis; quòd pauper: & indè meritò proficiendus, quia magna eius gloria exstitit, in paupertate regnâsse; atq; in regni potestate positū, nec quæsisse, nec auxisse diuitias. Sic tamen pauperem debemus accipere, non egestate oppressum; sed congruentem regi non habuisse substātiam. Describit, quid sit, quod dixit* Passim, *vel qualis fuerat ipsa paupertas. Passim, inquit, boues errare videbantur in foro: vt, per locorum penuriam, non esset discretio inter homines & boues. & vbi hominū strepitus esse debuerat, illic armenta lautis carinis mugirent.*
C *Carinarum fecit cōmemorationem: vt significaret loci nomen, non vt verat naues in foro fuisse monstraret.* VT ventum ad sedes.] *Ecce aperitur, quod suprà dictum est,* Ad tecta subibant: *vt nō ad ipsa tecta, sed prope ipsa, ostenderentur venisse. Nunc ergo peruentum est ad ipsas sedes. quo facto,* HÆC, inquit, limina victor Alcides subijt.] *Quoniam non tanta merita fuerant Euandri; vt per se laudari potuissent: vt factum est, quū Latini regiam perferuntur: quæsiuit Euander suis laudem, ex persona Herculis. & debemus nôsse qualemcunq; domum regis, regiam dici posse. Regiā enim illam, vsu hominum Vergilius vocat: non quæ dignitate aut magnitudine operis cætera præcedat; sed in quā commaneat rex. Ait ergo:* HÆC limina victor Alcides subijt.] *personam Herculis posuit, meritumq; victoris, vtraq; humilibus tectis incōgrua. & tamen, quum aliud non esset, illum fuisse contentum; ac mentem potius hospitis, quàm ipsius hospitis angustias tractauisse.* HÆC illum regia cœpit.] *Non ideò regiam dixit, quòd parietum eius aut cultus aliqua fuisset ambitio: sed tantam illius dei voluit ostendere beneuolentiam; vt magnum putaret, quò fuisset ingressus.* AVDE hospes contemnere opes, & te quoque dignum Finge deo, rebusq; veni non asper egenis.] *Quantum Aeneæ laudibus Euander dedit; quale, circa ipsum, votum suæ mentis ostendit: quando eum Herculi compararet, ostendendo domum suam his vigere auspitijs, vt lætos semper victores aspiciat. Quòd verò ait,* Aude hospes contemnere opes: *ostendit, contemptum opum esse difficilem: debere tamen eum tolerare pauperiem: vbi de temporali hospitio, non de diuturnā habitatione tractatum est.* ET te quoq; dignum Finge deo.] *& sic posito fastu fac, quod deus fecit.* REBVSQVE veni non asper egenis.] *sic putatur positum, vt ad res egenas non asperè veniret. sed non ita est: non enim Euander de egestate; sed de paupertate fatebatur. Pauper est enim, cui deest maior copia familiaris rei; & tamen aliquātum sibi substantiæ est. Egenarum autem rerum significatio, miserias exprimit, & mendicitatem plenam. Quid ergo asserimus Euandrum dixisse: vt hoc non sit, quod ita diximus intelligendum? Nec asper veniat, inquit: aut offensus ex eo, quòd ingrederis pauperis domum. ego enim, si copiosus non sum, nec abundans pro merito tuo; non sum tamen mendicus, aut miser. Quapropter, quum dicimus,* Rebusq; veni non asper egenis: *non his debemus accipere. vt sit, Non asper veni, vsurus rebus non egenis.* DIXIT, & angusti subter fastigia tecti Ingentem Aeneam duxit, stratisq; locauit.] *Ingentem dixit, corpore & dignitate: locauit eum stratis, quò posset, vespere iam vergente, dormire. Dicitur iam, quale stratum habuit pauper.*

Effultum folijs, & pelle Libystidis vrsæ.
Nox ruit, & fuscis tellurem amplectitur alis.
At Ven⁹, haud animo nequicquā exterrita mater.
Laurentumq; minis, & duro mota tumultu,
Vulcanū alloquitur: thalamoq; hęc cōiugis aureo
Incipit, & dictis diuinum aspirat amorem.
Dum bello Argolici vastabant Pergama reges
Debita, casurasq; inimicis ignibus arces:
Non vllum auxilium miseris, non arma rogaui
Artis opisq; tuæ: nec te, charissime coniunx,
Incassúmue tuos volui exercere labores.
Quàmuis & Priami deberem plurima natis:
Et durum Aeneæ fleuissem sæpe laborem:
Nunc Iouis imperijs Rutulorum constitit oris.
Ergo eadem supplex venio, & sanctū mihi numē
Arma rogo, genitrix nato. te filia Nerei,
Te potuit lachrymis Tithonia flectere coniunx.
Aspice, qui coëant populi; quę mœnia clausis
Ferrum acuant portis, in me excidiumq; meorū.
Dixerat: & niueis hinc atq; hinc diua lacertis
Cunctantem amplexu molli fouet. ille repentè
Accepit solitam flammam; notusq; medullas
Intrauit calor, & labefacta per ossa cucurrit.
Non secùs atque olim, tonitru cùm rupta corusco

SER. EFFVLTVM.] *Sicut suprà dictum est, apud veteres dicebatur, super quod vnusquisq; iacuisset.* PELLE Libystidis vrsæ.] *Species pro genere. nam cuiuslibet feræ possumus accipere. Ideò dicit* Libystidis: *vt ex precio bestiæ aliquid gratiæ potuisset ipsis stratis accedere.* EXTERRITA mater.] *Ideò territa, quia mater.* TVMVLTV.] *Gallicus tumultus.* DICTIS diuinum inspirat amorē.] *Id est, dictis suis addit venustatē, vt amabiliter eius audiat oratio. Sanè Venus petitura pro filio, de adulterio procreato, orationem suā ingenti arte cōposuit, quòd etiā Vulcanus ipse testatur, dicens:* quid caussas petis ex alto? *Nō enim aperta est petitio eius: sed longo procemio persum amoré arte circūuenit. Præsenté ergo quæstionē hāc, q̄ nascit̄ ex petitione Veneris impudicā, soluimus his modis. Primò, quòd Vulcanū amore circūuenit: nā & post cōpletā orationē statim eū cōplectitur, & molli amplexu fouet. Deinde, nacta est eius occasionē tēporis, quo Marti arma faciebat; quem fuisse sciebat adulterū. Per quod dat̄ intelligi, Vulcanū iā omnē suspicionē & irā, quā habuit circa Venerē, deposuisse: adeò vt arma etiam ipsi fabricaret adultero. Prætera, Vulcanū vxoriū fuisse, testatur & ipse Virgilius, dicēs,* Tūc pater æterno fatur deuinctus amore. *Et Statius, vbi Martē Venus alloqt̄: vt,* At nō eadē Vulcania nobis Obsequia, & lęsi seruat tamē ira mariti. *Nā quod dicit Donat⁹, potuisse fieri, vt cū Anchisā cōcūberet Venus, antequā Vulcano nu-*

Ignea rima micans, percurrit lumine nimbos.
Sensit læta dolis, & formæ conscia coniunx.
Tùm pater æterno fatur deuinctus amore:

no nuberet: nõ procedit. Cõstat enim à principio Venerẽ vxorẽ fuisse Vulcani. Sanè diuinũ, τὸ θεῖον, debemus accipere. DVM bello Argolici.] Dũ, postquã Sanè hæc oratio rhetorica suasio est: nã principiũ à verecũdiã sumsit. dicẽdo.n. nunquã se molestã antea fuisse, ostẽdit, impetrare debere: pſertim ex eo, quòd nõ timuerit petere. Nũc Iouis imperio Rutulorũ cõstitit oris: ERGO eadẽ supplex venio.] Hæc non tantùm rogandi; sed etiam impetrandi vim habent: verso tamen ordine. nam primò arma petit: deinde adiuuat exemplo, dicendo, Te filia Nerei, &c. deinde causam, Aspice, qui coëant populi. Ipsum enim populi multitudinem significat & quasi non impugnet, sed impugnetur Aeneas: ita nat & fecit, dicẽs In me excidiumq; meorum. nam quòd à principio arma petit, hæc ratio est: quòd rem nec magnã, nec difficilem, Vulcano petebat. ideò & statim posuit. nam vbi maius aliquid est, antè causa dicenda est: vt, præmollitis animis, tunc quod petitur suggeratur. DEBITA.] Fataliter ad exitium destinata. CASVRAS'QVE inimicis ignibus arces.] Causa cur non petierit. MISERIS.] Atqui honestũ est, miseris subuenire. Sed hoc dicit: cur te fatigarem pro hominibus, fati necessitate perituris? ARMA rogaui.] Arguè hîc in principio arma nominat: vt id intelligatur, quid petitura sit. ARTIS opisq; tuę.] Duo duobus reddit: opis, arma. aut certè idẽ valet opis, quod artis. hinc opifices. INCASSV'MVE tuos.] Ordo est: tuósue labores incasũ exerceri volui. PRIAMI deberem plurima natis.] Scimus, quod paridi tantum debuit. sed hoc honestiùs ad aliarum cõmemorationem personarum traduci potest: ne ex turpi causã Paridi debuisse videatur. & simul, vt quidam tradunt, pulchritudinis suæ Vulcanum admonet: hoc est, formæ indicio Iouis coniugem vincit. ÆNEÆ fleu sſem sępe laborem.] Bene post Pergama, post Troianos, post Priami liberos, cum excusatione fit Aeneæ cõmemoratio. Dicit enim, se eius infelicitate commotam: vt illud, causas habeat; hoc, Miseratione consistat. NVNC Iouis imperio.] Id est, nunc verò. & subdistingue; nunc autẽ Iouis imperio. ne videretur impudens, si aliena regna deposceret. & hoc latenter dicere videtur: Faue huic, cui etiã Iupiter fauet. EADEM.] Quæ tũc scilicet silui; quæ nihil petij. SANCTVM mihi numen.] Si sanctũ simpliciter accipiatur, leue est numẽ. Ergo sanctũ, vt leges sanctas dicimus, id est, firmas: à sanciendo. ARMA rogo.] Hîc distinguendum: vt, cui petat, non dicat; sed relinquat intelligi: ne fœdè apud maritũ & amorem suum circa Anchisem memoret, & susceptũ de adulterio filiũ. GENITRIX nato. te filia Nerei. Hoc est, soles hoc præstare matribus. & dicit Thetidẽ, quæ Achilli arma impetrauit. & bonis vtitur cõparationibus, dicendo, filia Nerei: cùm ipsa Iouis sit filia: Itẽ vxor Tithonia; cùm sit ipsa Vulcani. Neri autẽ, pro Nerei. Omnia enim q̃ in eus exeunt hodie, apud maiores in es exibãt: vt, Nereus, Neres, Tydeus, Tydes: & genitiuũ in is mittebãt: vt, Tydis, Neris. Sed quia plerunq; s suprà in Latinitate detrahitur, remanebat ei. hinc est, filia Nerei: Immitis Achillei. Itẽ in Sallustio: Ad bellũ Persei Macedonicũ. Sic Asper. TITHONIA cõiux.] Aurora, q̃ petiuit pro Memnone. ASPICE qui coeãt populi.] τὸ ἄποψ: vt præsentẽ ostenderet necessitatẽ. dicendo autẽ, populi, phantasiam fecit. CLAVSIS ferrũ acuãt portis.] Vt ostenderet festinationem. dixit enim superiùs, Quinq; adeò magnę positis incudibus vrbes Tela nouant. IN me.] Artificiosè arma petit, etiam sibi profutura: nisi enim subuenis, iterũ vulnerabor. Nã à Græcis fuerat vulnerata. Vnde est, Et quidẽ credo mea vulnera restãt. CVNCTANTEM.] Dubitantem scil. de promissione; quã per amplexũ suũ, immisso amore, psoluit. ACCEPIT solitã flãmam.] Vel quasi maritus: vel alludit ad rem naturalẽ. Namq; ideò Vulcanus maritus fingitur Veneris: quòd Venereũ officiũ non nisi calore consistit. Vnde est. Frigidus in Venerem senior. LABEFACTA per ossa.] Si ossa labefecit: quantò magis animũ? ATQVE olim.] Ferè vt solet. nam non est aduerbium temporis. IGNEA rima micans.] Id est, fulmen: cuius naturam expressit. Namque nubes vento coactæ plerunque rumpuntur, & ex se fulmen emittunt. Quamuis philosophi fulgura & tonitrua simul exprimi dicant: sed illud celeriùs videri; quia clarũ est. tonitrua autem ad aures tardiùs peruenire. Alij rima micans, Fulgetrum dicunt: ex hoc ad velocitatẽ amoris, qui momẽto Vulcanũ pcussit. FORMÆ cõscia coniux.] Intellexit, se solã pulchritudine peruertisse mentem mariti. Alij duabus rebus Venerẽ volũt maritũ aggressum: dolis, & pulchritudine. & volũt meliùs, dolis & formę cõscia; quàm lęta: & formæ meliùs datiuo casu, quàm genitiuo. DEVINCTVS.] Hoc sermone ostẽdit, eũ posse cuncta cõcedere. A

LIBYSTIDIS] vel legatur Hybistidis, vt à Siciliã; vt diximus in quinto: vel vt sit à Libyã, vbi sunt vrsi. Vel pro quacũq; ferã ponit. Si volumus intelligere. Libystidis; Siculæ: vt, Libystinus Apollo in Pacheno LAVRENTVM.] Latinorũ. AVREO.] i.e. pulchro. QVAMVIS & Priami.] propter Paridẽ, qui iudicauit Venerem formâ excellere. TE filia Neri.] olim Neres, non Nereus. Nomina finita in eus diphthongum, vt Theseus, Tydeus, apud antiquos terminabantur in es: vt Theses, Tydes: genitiuus erat in is; vt Thesis, Tydis: in fine carminis abijcitur s; vt Thesi, Tydi. sic Neri, à Neres est. remãsit consuetudo in Achilleus & Vlysseus, Achilles & Vlysses; quorum genitiuus in carmine est, Achilli & Vlysi. Probus meminit. datiuus hoc meliùs indicat: nã dicimus, Thesi, & Orphi; quæ est à Theses & Orphes. Cùm accepta fuit hæc vox nominatiui in eus etiã; genitiuus venit, qui est in eos: vt Theseus Theseos, Orpheus Orpheos. Thetys, Nerei filia, impetrauit arma à Vulcano, pro filio Achille. TITHONIA coniunx.] Aurora, pro Memnone filio, impetrauit arma à Vulcano: ego, quæ sum filia Iouis, & tua coniunx, non impetrabo? FLAMMAM.] Veneris. CALOR.] ignis amoris. PERCVRRIT lumine nimbos.] fulmẽ per nimbos it. Si aperiuntur nimbi, cadit fulmen, hoc est, lux & amor sic errabat per Vulcanũ. TVM pater.] Vulcanum appellat patrem. ideò vxoriũ intellige: tanquã esset pater Aeneæ, qui maritus Veneris matris. DEVINCTVS amore.] ex principio Lucretij, qui sic loquit̃ de amore Martis erga Venerẽ: Et nõ deuinctus vulnere amore. POM Sabi. B

ASPIRAT.] In aliquot antiquis libris Inspirat legitur. OPIS'VE.] In antiquis aliquot libris, Opísue. Est etiam Opisq; legere. IMPERIIS Rutulorũ.] In Oblõgo libro, & quibusdam alijs antiquis, Imperio legitur. NEREI.] In libris aliquot antiquis, Neri legitur: in nonnullis. Neres. ET labefacta per ossa.] In plerisq; libris antiquis Calefacta legi. ÆTERNO fatur deuinctus amore.] In Romano libro, & in quibusdam alijs, deuictus legitur. VAR. Lect. C

EFFVLTVM folijs & pelle.] Iacebat vir tantus, folijs fultus & pelle. hoc enim solũ paupertas potuit exhibere. Ne tamen in totum deprimeret, quod tanto viro præbuerat pauper, addidit: LIBYSTIDIS vrsæ.] Vt ex precio bestiæ, aliquid stratis ipsis gratiæ potuisset accedere. NOX ruit, & fuscis tellurẽ amplectitur alis.] Describitur nõ iam noctis initiũ; sed nox ipsa plena, & tenebris densior. AT Venus haud animo nequicquã exterrita mater Laurentumq; minis, & duro mota tumultu.] In ordinatione verborũ huius loci, est intellectus. hac enim cessante, fiet, vt in periculo filij, nec animo mota sit Venus; & tanto exsistẽte tumultu cõiurationis Italiæ, nequicquã videatur exterrita. Sic igitur currit ordinatio: Et Venus mater haud quicquam animo exterrita minis Laurentũ. Itẽ: Haud nequicquã mota tumultu duro. Dedit ergo tantũ sollicitudini maternæ, quantũ debuit: quæ etiã ex leuibus causis sunt suspectæ pro natis. Huius aũt mentẽ nimius turbauerat terror: quum aduersùs Aeneã tanta ac tam dura pararentur. Hæc poeta specialiter commemorare non debuit; quoniam superiùs dicta sunt omnia: scil. coniurãsse omnẽ Italiam; auxilia multarum gentium cateruatim congregata venisse cum Turno DOR.

etiam

Digitized by Google

A *etiam Camillam, acrem in dimicatione bellorum, & venisse cum multitudine instructâ; missum quoq; ad Diomedē, veterem Troianorum hostem Venulum.* VVLCANVM alloquitur.] *Filij quidem vitricum; sed tamen maritum suum: tantum habens spei; quantum vxor postulans mereri de coniuge debuisset: tantum ponens in desperatione; quantum ostēdebat odium, quod inter priuignos esse conuenit & vitricos. Hæc igitur Venus tractans, se apud vitricum pro priuigno inefficaciter locuturam; consultò occasionem temporis rapuit: vt extorqueret fraude, quod quidem aliâ ratione non poterat. Tempori interea sociauit & locum: perindeq; personæ vxoris, loci & temporis suffragabatur occasio. Idcirco dixit.* THALAMOQVE hæc coniugis aureo Incipit.] *Vt mater, blandimenta & amplexus, ac secreta lectuli, ab eo, qui poterat nolle, alienus extorqueretur affectus: fieret alio modo possibile; quod odio condito personarum repugnantium poterat pernegare.* ET dictis diuinum aspirat amorem.] *Persuasione dictorum inspirabat, quod se humanis pectoribus diuino quodam dono consueuerat inserere. Diuinus amor, quem dat natura, quū nascimur: quo fit, vt amemus parentes, aut liberos, fratres, cōiuges, & cæteros, qui nobis aliquâ sanguinis ratione iunguntur. Diuinus a-*
B *mor, non in amicis & cæteris, quos voluntate diligimus, aut cōmodi alicuius, aut beneuolentiæ causâ. Hæc igitur loquendi arte laborat: vt talem vitricum redderet, quales esse debent patres in periculo filiorum. Incipit ergo, ducto ex alio principio, loqui: ex eo ostendens, quàm sit difficile, priuignum vitrici iuuari auxilio. Cæterùm si hoc non obstaret; debuit vti fiduciâ coniugis, & ab ipsis rebus incipere.* DVM bello Argolici vastabant Pergama reges Debita, casurasq; inimicis ignibus arces.] *Dum Pergama, inquit, reges Argiui bello vastabant, & arces incendio.* Vastabant *dixit, vasta faciebāt. quod alio loco dictum est;* Et campos, vbi Troia fuit. *vt sic vastatâ, nosceretur in eâ nullū fuisse ædificium.* DEBITA.] *hoc dicto astruit, causam non petiti tunc auxilij, ipsam fuisse: quia ducibus Græcis, fatorum ratione, Troiæ debebatur excidium.* NON vllum auxilium miseris, non arma rogaui Artis opisue tuæ; nec te, charissime coniunx, Incassúmue tuos uolui exercère labores.] *Nolui, inquit, tunc aliquid à te petere: quoniam fatis aduersantibus perituros iuuare nō poteras.* QVAMVIS & Priami deberē plurima natis, Et durum Aeneæ fleuissem sæpe laborem.] *Licèt me, inquit, arctaret affectus, quòd succurrere debebam filijs*
C *Priami; (hoc propter Creusam potest videri dixisse: quæ filia Priami fuit, & ipsius Veneris nurus) dolerem quoq; vehemēter laboribus Aeneæ: nolui tuos labores effundi. Ecce ostendit se marito obsequentem; ac se hoc genere commendat; quòd in petendis beneficijs nec assidua fuit, nec perinde odiosa: neq; hoc impetrandi diffidētiâ factum; sed ne Troiani cum Vulcani beneficijs interirent. Hoc idē illius quoq; profecit partibus: ideoq; asseritur tunc tacitum: vt consilium fuerit, siluisse; non desperatio impetrandi. Sic enim prouocari ad largiendum præsens beneficium Vulcanus potuit: si verecundiam in eo probâsset vxor, vt mariti operam non inaniter quæreret.* NON vllum auxilium miseris, non arma rogaui Artis opisue tuæ.] *Arma voluit pertinere ad artem: auxilium verò, ad opem ipsius dei. Interea fatis astruit perisse imperium Troiæ, quod ipsius vitio Veneris constabat erasum: vt inuidiam fatis tegeret, & vitaret. Causam filij sui secundam fecit; in quâ maximum sustinebat dolorem: quoniam, quæ potiora sunt, meliùs collocantur in fine.* NVNC Iouis imperijs Rutulorum cōstitit oris.] *Ecce necessaria inuentio, & vtilis ad persuadendum. qui enim Iouis imperio Italiam venire compulsus est, non iuuabatur incassum. Proindeq; constabat, & illam opportuno tempore postulare; & illum non inefficaciter præstiturum.* ERGO eadem supplex venio, & sanctum mihi numen Arma rogo, genitrix nato.] *Eadem: hoc est, quæ tunc tacui, nunc necessariò & opportuniùs rogo.* GENITRIX nato.] *dicēdo, non hominum, sed necessitudinum nomina, maiorem miserationem mouit; ac subtiliter dicere visa est. Si vxor non essem: tamen, quia mater pro filio peto, etiamsi extraneum rogarem, mereri debueram. Certè quàm fuit subtile, remouere odiosa nomina vitrici atq; priuigni! quasi & illud dixisse videretur: Ego vxor à te impetrem pro filio meo, quod prouigno tuo nō fuerat præstiturus. Arma, inquit, rogo, quibus & ille tutus esse possit, & quæ tibi sit procliue præstare.* TE filia Nerei, Te potuit lachrymis Tithonia flectere coniunx.] *Extranearum personarum datur exemplum: vt, quod illis facilè præstitum est, faciliùs præstetur vxori.* ASPICE, qui coëant populi; quæ mœnia clausis Ferrum acuant portis, in me, excidiumq; meorum.] *Epilogica dictio: quam idcirco ad finem distulit; vt meliùs partes miserationis impleret. Dicendo autem, qui populi, & quæ vrbes; multitudinem, & feritatē gentium, & vrbium magnitudinē, in pronominibus duobus voluit significare. Quòd verò imperfectâ speciē dixit,* Coëant: *illud expressit, quòd adhuc colligerentur. quæ res creabat maximum metum; quum per dies singulos metuēda crescebant. Hoc idem significat &* Acuant. *quicquid enim imperfectū est, plus habet timoris; dum malorū sperat augmētum. Addidit,* Aspice, *propter fidem dictis suis faciendam: vt probarent oculi eius, quæ dolentis animum mentemq; feriebāt. Hæc omnia* clausis portis *fieri, maiore metu affirmabat: insistētibus qui gladios inclusi acuebant; vt nullus sciret, quid gererent. In perniciem meam meorumq;, inquit, parari vniuersa, manifestum est. Hæc magnâ arte sunt addita:* In me excidiumq; meorum. *Iunxit enim negotio etiam personam suam, vt magis magisq; mariti mētem in suas partes adduceret. Nouerat quippe ipse Vulcanus, apud Ilium vulneratam Venerem Diomedis ausu: quod cauere debuerat, ne iam in Italiâ fieret.* DIXERAT: & niueis hinc atq; hinc diua lacertis Cunctantem amplexu molli fouet. ille repentè accepit solitā flamam; notusq; medullas Intrauit calor, & labefacta per ossa cucurrit.] *Ecce quantū Veneri profuit, obseruâsse loci, temporis, & personæ rationem! non enim tantū commouerunt Vulcanū Veneris verba; quantū necessitas ipsa poscebat. Deniq; posuit,* Cunctantem. *sed hoc non fuerat parum. si enim non plenè: tamen vterq; cōmotus est. In huiusmodi cunctationibus quid sperandū sit, Terentius docuit; qui ait:* Dum in dubio est animus, paulo momento huc vel illuc impellitur. *Necessarium igitur aliquot fuit inuentum; vt dubitantem Venus ab incertâ sentētiâ celeriùs reuocaret. Ruit, inquit, in amplexus eius vxor: & indè magis obtentura, quòd pulchra hominem circundedit bracchijs niueis, delicatis, mollibus. Fecit arte, quod alio tempore atq; alio loco nō poterat. Ille verò totis medullis ac membris sic amoris calores accepit; vt nulla pars corporis eius non dissoluta mansisset. Tantū potuit fraudis inuentio; vt vis flāmæ per omne corpus, perq; corporis venas & medullas excurrent, totum extorqueret marito cunctanti, quod vitricus negare potuerat: accedente etiam notitiâ veteris affectus, quæ in concitandis animis plurimum valet.* NON secus, atq; olim tonitru cùm rupta corusco ignea rima micans percurrit lumine nimbos.] *Poëtarum more inseruit comparationem: vt ostenderet, quâ vi per venas & medullas Vulcani, amoris incendia peruolauerint. Quemadmodum, inquit, solent missa fulmina, rptis nubibus, ire totâ celeritate per nimbos.* SENSIT læta dolis.] *Tristis antea de incerto; vbi maritū aduertit esse superatū.* ET formæ conscia coniūx.] *Et illū victū esse formâ potiùs, quàm verbis vxoris: lætata non immeritò est dolos suos plenis effectibus profecisse.* TVM pater æterno fatur deuinctus amore.] *Patrem dixit, qui patris loco fuerat Aeneæ profuturus: licèt illū Venus aliâ ratione vinxisset.*

SER. EX alto.] *Mirū & hoc. & vtitur argumētatione lōgè repe-*

Quid causas petis ex alto? fiducia cessit
Quò tibi, Diua, mei? similis si cura fuisset:

titâ. Est aūt de vsu dictū. Cicero primo libro ad Brutū: Si Pōpeius

Tùm quoque fas nobis Teucros armare fuisset.
Nec pater omnipotens Troiam, nec fata vetabant
Stare, decemq; alios Priamũ superesse per annos.
Et nunc, si bellare paras, atque hæc tibi mens est:
Quicquid in arte meâ possum promittere curæ,
Quod fieri ferro liquidoue potest ur electro,
Quantum ignes animæq; valent, absiste precãdo
Viribus indubitare tuis. Ea verba loquutus,
Optatos dedit amplexus; placidumq; petiuit
Coniugis infusus gremio per membra soporem.
Indè vbi prima quies medio iam noctis abactæ
Curriculo expulerat somnũ: tùm fœmina primũ,

peius non ex alto peteret, & multis verbis me iã hortaret. TVM quoq;.] *Sicut nunc & tunc quoq; bis audiendum.* TEVCROS armare fuisset.] *Per Teucros Aeneam debemus accipere: quia Venus ante ait,* Arma rogo. *& subiungendo,* Genitrix nato, *per similitudinem significat Aeneam. Ergo Poëta, aliud dicẽdo, aliud dedit intelligi.* NEC pater omnipotens.] *Notandum, quòd hîc Iouem à fatis separet; cùm alibi iungat: vt,* Sic fata deûm rex Sortitur. *Sed hanc imminentium maiorem dilationem, Hetrusci libri primo loco à Ioue dicunt posse impetrari; postea fatis. vnde & hîc sic ait;* Nec pater omnipotens, nec fata vetabant. NEC fata vetabant stare.] *Atqui suprà ait,* debita. *Sed sciendum, secundùm aruspicinæ libros, & sacra Acherontia, quæ Tages composuisse dicitur, fata decem annis quadam ratione differri. quod nunc dicit Vulcanus, potuisse fieri. Ergo non est contrarium. nam fata differuntur tantùm; nunquam penitus immutantur. Quod etiam Iuno dicit: vt,* Atq; immota manet fatis Lauinia coniux; At trahere atque moram tantis licet addere rebus. SI bellare paras.] *Quia dixerat,* In me excidiumq́ue meorum. *Quidam hunc sensum illi iungunt:* Absiste precãdo Viribus indubitare tuis *cætera enim per parẽthesin dicta sunt.* POSSVM promittere curæ.] *Quicquid in me curæ est, id est, officij & sollicitudinis.* LIQVIDO electro.] *Aut liquefacto: aut puro. & secundùm Plinium, in naturali historiâ, sunt tria electri genera: vnum ex arboribus, quod succinum dicitur. aliud, quod naturaliter inuenitur. tertiũ, quod fit de tribus partibus auri, & vnâ argenti. quas partes etiam, si naturam resoluas, inuenies. Vnde errant, qui dicunt, melius esse naturale. Electri autem natura probatur veneno: quo recepto, & stridorem emittit, & varios ad similitudinem arcus cœlestis reddit colores. Et ad lumina in conuiuio clariùs auro & argento lucet.* ANIMÆ'QVE valent.] *Fabrica Vulcani duobus constat: ventis, & flatu. Hîc ergo animæ, pro spiritu, quo fabriles folles inflari solent. Id est, venti, ἀπὸ τῶν ἀνέμων. Horatius:* Impellant animæ lintea Thraciæ. *Vnde anima dicitur, quæ secundùm aliquos ventus est. vt,* Atque in ventos vita recessit. EA verba locutus.] *Quidam humiliter dictũ accipiunt.* PRECANDO viribus indubitare tuis.] *Id est, dubitare: nam in vacat. & hoc dicit: Precum timiditas, postulationis significat dubitationẽ. Sanè Indubitare, quis ante hunc?* CONIVGIS infusus gremio.] *Hoc est, antè concubuit, & sic quieuit. Probus verò & Carminius, propter sensum κακέμφατον,* iufusum *legunt; vt sit sensus: Dormijt cum coniuge dormiente. id est, perijt soporem infusum, etiam coniugis è gremio. Alij* infusus *legunt; vt significetur, coisse illos, & sic sopitos: & volunt esse ἔμφασιν coitus. nam infusum gremio soporem, nihil esse dicunt. Multi autem κακέμφατον accipiunt: ne duo epitheta videantur, placidum & infusum. Alij figuratè accipiunt,* placidum per membra, *pro eo quod est,* placidum membris. Et, per membra, *potest ambiguum videri: Vulcani, an Veneris.* CVRRICVLO.] *Tẽpore modò: aliâs loco: aliâs officio. Cic. in Orat. pro loci spatio:* Hęc sunt curricula, ac spatia multiplicium variorumq; verborum. *Et multi sic distingunt:* Indè vbi prima quies, medio iam noctis abactæ, Curriculo expulerat somnũ, cùm fœmina primum, Cui tolerare colo vitam, tenuiq; Mineruâ, Impositum. *nam quies curriculo expulerat somnum, cùm penè nihil est: quid enim est quies, nisi somnus? aut, vt sit aliquid; non est abstemia matrona illa, dum surgit: quia est vitiata maximè. Aut,* tolerare colo vitam, tenuiq; Minerua, Impositum. *Et hîc distinguitur. quid enim est,* Impositum cinerem? *cùm illud sit pulchrius: cui castitas imposuit lanificio tolerare vitã, vt sequat̃,* Cinerẽ & sopitos suscitat ignes. *vt alibi:* Et sopitas ignibus aras Excitat. A

EX alto.] *scilicet ab excidio Troiæ.* FIDVCIA cessit.] *quòd ita supplex petis; an credis, fidem, quam in me debes habere, cessisse & euanuisse? fiducia mei, pro mea, quò abijt? crede mihi adhuc stat.* TEVCROS armare.] *si venisses ad me bello Troiano, armassem Troianos tuos.* FATA vetabant.] *Tages Hetruscus, summus omnium aruspex scripsit, fata non posse euitari: sed bene posse protrahi, & contrà rescindi.* LIQVIDO electro.] *Electrũ nunc non succinum intelligit; sed metallum positiuum. In omni auro, cùm foditur, inest argentum; alibi octauâ parte, alibi tricesimâ sextâ. quoties verò quinta portio argenti in auro est, electũ vocatur: cui autoritas fuit etiam Homeri tempore. Helene dicitur sacrâsse Lindiæ Mineruæ calicẽ ex electro.* B *Potest & artificio fieri, in simplici auro, addito argento.* VIRIBVS.] *id est, meæ vires tuæ sunt.* LIQVIDO.] *mundo, lucido.* INFVSVM.] *diffusum.* ABACTÆ.] *transactæ & perfectæ.* Indè vbi.] *Imitatio est ex Lucretio, de eâdem re, vt suprà.* EXPVLERAT.] *post mediam noctem.*

POM. Sab.

QVID causas petis ex alto? fiducia cessit Quò tibi.] *Legitur vtroq; loco* Quid? *vt repetitio sit:* Quid causas petis ex alto? fiducia cessit Quid tibi diua mei? Placidumque petiuit Coniugis infusus.] *Sunt lib. in quibus* Infusum *legitur.* TVM fœmina primùm, Cui tolerare colo vitam, tenuiq; Mineruâ.] *Sunt libri, in quibus ita legitur:* Ceu fœmina primùm, Cui tolerare colo vitam, calathisq; Mineruæ. VAR. Lec.

QVID causas petis ex alto? fiducia cessit Quò tibi diua mei?] *Quã circuitione, ait, vti voluisti verborum, dubitâsse te de mariti voluntate ostendisti. Sic exorsus est, quasi non ipse esset, qui paulò antè cunctabatur, ita se facilem prebet, & tanquam Veneris non intellecto ingenio, bonum se satis & beneuolum præstat. Quantùm illũ fecit libido subiectum? Si cõsiderares, inquit, esse te coniugẽ meam; & quid vxor de marito mereatur: aduerteres; nõ duceres ex alto principia, nec petitionem tuã circuitione munires. Diffidentis hoc signũ est. nunquã enim, inter coniunctas religione personas, petitioni futurã sermo laboratus anteuenit: nisi cùm honestatis ratio non suppetit, aut destituitur meritis persona poscẽtis. Velim igitur eius diffidentiæ nôsse rationẽ: cuius erroribus ducta, verborũ superfluis anfractibus impetrare cõtendis; quod summotã posses loquacitate præsumere.* SIMILIS si cura fuisset, Tunc quoq; fas nobis Teucros armare fuisset.] *Reprehendo superioris & præsentis temporis diffidentiã, proclinẽ de se mõstrat effectũ. ait quippe: Et tũc, si suggessisses aliquid tuis fuisse necessariũ, hos potuisse cõpetenter armare. non enim futurũ exitum rerũ aliquis poterat nôsse. Dicẽdo,* Et tũnc, *ostẽdit, se nihil in præsenti negaturũ.* NEC pater omnipotẽs Troiam, nec fata vetabant Stare, decemq; alios Priamũ superesse per annos.] *Hîc tractat poëta, fatorũ vim quidẽ nõ posse subuerti: posse tamẽ imminẽs malũ aliquâ ratione differri. Etsi peritura, inquit, fuerat Troia: posset tamen aliquanto adhuc tempore perdurare: hoc Iupiter & fata poterant sinere. Si etiam tunc diligentiam habuisses, & curam: vt in eo constitueretur beneficij commodum; si, quod celeriùs perijt, tardiùs interiret.* ET nunc, si bellare paras, atque hæc tibi mens est.] *Respondit ad præterita: & ad præsentia benignior venit. Ita enim & Iliensi bello comprobat vtilem se Troianis exhibere posse: si præsenti necessitati spondeat profuturum. Si verò, inquit, bellare disponis, & huius gerẽdæ rei tua fixa sentẽtia est.* HON. C

QVID

A QVIDQID in arte meâ possum promittere curæ. Quod fieri ferro, liquidóue potest electro.] *Alterum pertinet ad firmitatem; alterum ad pulchritudinem. plurimum enim terrorem hostibus incutit, etiam splendor armorum. Ecce plus, promisit, quàm petierat Venus. debebat quippe postulanti sola arma ex ferro promittere. Hic addidit, dicens: Faciam ex ferro; &, quod vltra necessitatem est, electro ornabo, quod fecero.* QVANTVN ignes, animæque valent.] *Dabunt, inquit, mecum operam, ignes & venti.* Animas *quippe dixit ventos: quibus ignis animatur, vt fortiùs calefaciat ferrum.* ABSISTE precando Viribus indubitare tuis.] *Absiste diffidentiam tuam monstrare, dum rogas. Proinde, cùm quidquid possum, tuum sit; remotis precibus vtere viribus tuis.* EA verba locutus. Optatos dedit amplexus.] *Vbi verbis talibus plenos promisit effectus, iuit in amplexus vxoris. Per amplexus, cætera quoque consecuta intelligenda sunt.* PLACIDVM'QVE petiuit Coniugis infusus gremio per membra soporem.] *Significatio gremij diuersitatem tenet.* Gremium *enim intelligitur, non solùm sedentis sinus; verùm etiam quicquid homini ad requiem præstiterit locum. Deniq; hoc ipsum etiam alio loco tetigit*
B *Poëta, quum de eâdem Venere & de Ascanio loqueretur:* At Venus, *inquit,* Ascanio placidam per membra quietem Ingerit, & fotum gremio dea tollit in altos Idaliæ lucos. *Gremium dixit sinum, quem parauerat dormituro: item:* Hæc oculis, hæc pectore toto Hæret, & interdum gremio fouet; *hoc est, reficit sinu, quasi eum, qui pedibus suis peruenisset ad patrem.* & Coniugis in gremium latè descendit: *quia quum pluit, excipit terra, quidquid de summo descendit. Ecce & hic Coniugis in gremium memorat infusum Vulcanum: hoc est, totum proiectum in corpus vxoris. Bene posuit,* Infusum *in vxoris sinum: quia suprà dixit;* Ille repentè Accepit solitam flammam, notusq; medullas Intrauit calor, & labefacta per ossa cucurrit. *Infundit ergo; quoniã amoris liquefecerat calor.* INDE, vbi prima quies medio iam noctis abactæ Curriculo, expulerat somnum.] *Vbi, inquit, medium noctis exactum est, & satiatus somno vigilauit. nondum completo sensu, quo ostenderet poëta, Vulcanum surrexisse ad conficiendam armorum fabricam; induxit in medio comparationem, & fecit saltum: peractaq; eius descriptione, rediit ad eundem.*

QVIDQVID in arte meâ.] *Qui innuet amici omnes res sibi curæ fore, dicet illud:* Quicquid in arte meâ possum promittere curæ, Quod fieri ferro, liquidóue potest electro; Quantum ignes animæque valent absiste precando. AD R. Bar.

Cui tolerare colo vitam, tenuique Mineruâ,
Impositum cinerem, & sopitos suscitat ignes:
Noctem addens operi, famulasq; ad lumina longo
Exercet penso: castum vt seruare cubile
Coniugis, & possit paruos educere natos.
Haud secùs Ignipotens, nec tempore segnior illo,
Mollibus è stratis opera ad fabrilia surgit.
Insula Sicanium iuxta latus, Æoliamque
Erigitur Liparen, fumantibus ardua saxis:
Quam subter specus, & Cyclopum exesa caminis
Antra Ætnæa tonant, validique incudibus ictus
Auditi referunt gemitum, striduntque cauernis
Stricturæ chalybum, & fornacibus ignis anhelat:
Vulcani domus, & Vulcania nomine tellus.
Hôc tunc Ignipotens cœlo descendit ab alto.
Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro,
Brontesque Steropesque, & nudus membra Pyracmon.
His informatum manibus iam parte politâ
Fulmen erat, toto genitor quæ plurima cœlo
Deijcit in terras: pars imperfecta manebat.
Treis imbris torti radios, treis nubis aquosæ

SER. COLO,] *Hunc sequimur. nam huius Coli dicimus; non, vt Statius, huius Colus: in* VI. *Thebaid.* Extremâ iam fila colu datus ordo senectæ. *Et in* IV. Nigræque sororũ Intrauêre colus. TENVI'QVE mineruâ.] *Non filo tenui, id est, subtili artificio; sed paruo precio lanificij, id est, tenuiter & exiliter victum præbente. Et alij hic distinguũt, & subaudiunt,* mos est, *aut,* placet. *vt sit sensus:* Cui tolerare colo vitam, tenuique Mineruâ, *mos est, vel placet. & sic inferunt:* IMPOSITVM
C cinerem, & sopitos suscitat ignes.] *Vt contrà Horatius:* Incedis per ignes suppositos cineri doloso. *Alij sic legunt:* Tenuitque Mineruà Impositum: *quasi fato datum; hoc est, cui hæc est fataliter data necessitas.* NOCTEM addens operi.] *Per transitum ostendit, noctem esse partem diei.* EXERCET penso.] *Fatigat. Terentius in Andr.* Primò hæc vitam parcè, ac duriter agebat, lanâ & telâ victum quæritans. *Hinc ergo traxit Vergilius, vt diceret;* Castum vt seruare cubile Coniugis: *Id est, ne cogatur, propter paupertatem, pudorem deserere.* IGNIPOTENS.] *Vulcanus, vt diximus, ignis est: & dictus Vulcanus, quasi volicanus; quòd per aërem volet. Ignis enim è nubibus nascitur. Vnde etiam Homerus dicit, eum de aëre præcipitatum in terras: quòd omne fulmen de aëre cadit, quod quia crebro in Lemnum insulam iacitur: ideò in eam dicitur cecidisse Vulcanus, vbi eum Sinties nutriuerint. Claudus aũt dicitur: quia per naturã nunquã rectus est ignis. Hoc enim ex Homero tractũ, vbi dicit:* ἤδη γάρ με καὶ ἄλλοτ' ἀλεξέμεναι μεμαῶτα ῥῖψε ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο, πᾶν δ' ἦμαρ φερόμην, ἅμα δ' ἠελίῳ καταδύντι κάππεσον ἐν Λήμνῳ, ὀλίγος δ' ἔτι θυμὸς ἐνῆεν· ἔνθα με Σίντιες ἄνδρες ἄφαρ κομίσαντο πεσόντα. NEC tẽpore segnior illo.] *Bene cõparationis similitudini duo reddidit, festinationem & industriã.* OPERA ad fabrilia surgit.] *Dura. & ex contrarijs epithetis fecit ornatum, dicens:* Mollibus è stratis opera ad fabrilia surgit. INSVLA Sicaniũ iuxta latus, Æoliamq; erigitur Liparem.] *Physiologia est, cur Vulcanus in his locis officinam habere fingatur, inter Aetnam & Liparen: scilicet propter ignem & ventos, quæ apta sunt fabris.* Æoliam *autem* Liparen *ideò: quia vna est de illis septem insulis, quibus Aeolus imperauit.* EXESA caminis.] *Exesa ad vsum caminorum, qui sunt Cyclopum. an* caminis exesa, *pro, ignibus exesa?* ANTRA Ætnæa tonant.] *Magnitudinem ictuũ ostendit, quibus etiã vicini mõtes resultãt. aut certè Aetnea, quasi Aetnæ dixit.* AVDITI referũt gemitũ.] *Et hoc breuiter significauit. Id est, referẽtes gemitus audiũtur. nõ enim prius audiũtur, & postea referũt gemitus. Potest & bis intelligi audire eos: primũ cùm eduntur: postea, per Echo, cùm venerunt in eos locos, ex quibus repulsi vocis imaginem referunt.* STRICTVRÆ Chalybum.] Strictura, *est terra ferri in massam coacta.* Chalybes *autem propriè populi sunt, apud quos nascitur ferrum. vt ipse,* At Chalybes nudi ferrum, virosaque Pontus Castorea. *vnde modò Chalybum posuit stricturas, pro ferri masiis.* HOC tunc.] *Id est, huc tùm. &* hoc, *pro* huc *posuit, secundùm antiquum morem. Nam anteà,* hoc, *aduerbium loci fuit; quod nunc aboleuit. Nam crebrò in antiquis lectionibus inuenitur: sicut in epistolis probat Verrius Flaccus, exemplis, autoritate, & ratione: dicens; in aduerbijs pro* u, o *plerunque maiores ponere consuetos. & sic, pro* huc, hoc *veteres dicere solebant: sicut, pro* illuc, illò *dicimus. Vnde etiam* hoc, o *longum esse apparet: sicut* illò, *quod pro* illuc *ponitur.* FERRVM exercebãt.] *Oeconomia.* BRONTES'QVE.] *Quid facturi sint, ex nominibus docet. Nam* brontes *à tonitru dictus est,* ἀπὸ τῆς βροντῆς. Steropes, *à fulgetrá,* ἀπὸ τῆς στεροπῆς. Pyracmon *verò qui nunquam à calenti*

incude discedit, ἀπὸ τοῦ πυρὸς καὶ ἄκμονος. Nam πῦρ ignis est, ἄκμων incus. NVDVS membra.] *Per hunc etiam cæteros nudos fuisse significat.* INFORMATVM.] *In quandam formam designatum & compositum. Dicit autem, in fulmine partem non perfectam, partem iam politam fuisse.* MANIBVS.] *Deest* In: *vt sit, in manibus.* TOTO genitor quæ plurima cœlo.] *Toto cœlo, id est, ab omni parte cœli. Nam dicunt Physici, de sexdecim partibus cœli iaci fulmina.* Quæ *autem, pro* Qualia: *vt,* Hunc ego te, Euryale, aspicio, *id est, talem. Ergo hoc dicit: Faciebant fulmen in eorum similitudinem, quæ Iupiter iacit toto cœlo, hoc est, diuersis partibus cœli; scilicet sexdecim.* DEIICIT.] Quibusdam vide*tur humiliter dictum. alij* de *pro valde accipiunt: sicut dicimus, Deamo, pro valde amo.* TREIS imbris torti radios] *Constricti & coacti in grandinem. Statius:* Sicco quos asper hiatu Præsolidat Boreas. *Et sciendum, hoc eum velle ostendere, toto anno iaci fulmen. nam per has periphrases, tempora ostendit anni totius: quæ & quatuor esse, & ternos menses habere, manifestum est. Vnde est,* Treis imbris torti radios: *hoc est grandinis, quæ abundat per hyemem.* TREIS nubis aquosæ.] *Hoc est, veris; quo tempore nimiæ sunt pluuiæ. vt:* Et ruit imbriferum ver.

POM. Sabi. TENVIQVE Minerua] *id est, artificio. Minerua inuentrix artium omnium. Nota diligentiam fœmineam, cùm rerum tenuitas artificio viuere cogit. Probus & Carminius* infusum *legunt, vt soporem infusum in gremio: scilicet, quòd gremium Veneris soporem & quietem afferebat.* EDVCERE.] *euitare.* INSVLA Sicanium.] *Vulcania insula est vna Aeoliarum, saxosa, & tota ignita; propter cauernas, in quibus venti inclusi id faciunt. Græci appellant Ephestiade. indè, qui obseruant exeuntem fumum, cognoscunt spiraturos ventos.* Ætnęa *dicit, à similitudine Aetnæ; quæ in Siciliâ euomit ignes.* STRICTVRÆ.] *strictura dicitur materies terræ, quæ ferrum.* CHALYBVM.] *Chalybs appellatur ferrum: quia primùm apud Chalybas populos, qui sunt à dextris maris Pontici, inuentum est* BRONTES.] *à sono est appellatus, id est, tonitru.* STEROPES.] *à fulgetrâ* PYRAGMON.] *ab igne, qui nunquam à calenti incude discedit.* FVLMEN erat.] *Fulmen gignitur in corpore frigido nubium.* TORTI imbris.] *Accipit pro glacie: id est, glaciati. & intelligit hyemem.* NVBIS aquosæ.] *intelligit ver.*

VAR. Lect. QVAM subter specus,] *In vetustis exemplaribus,* Quã subtus, *habetur.* HOC tunc Ignipotens.] *Plerique libri* Huc *legunt.*

DON. QVVM fœmina primùm, Cui tolerare colo vitam, tenuiq; Minerua, Impositum cinerem, & sopitos suscitat ignes, Noctem addens operi: famulasq; ad lumina longo Exercet penso; castum vt seruare cubile Coniugis, & possit paruos educere natos. Haud secùs Ignipotẽs, nec tẽpore segnior illo, Mollibus è stratis opera ad fabrilia surgit.] *Quemadmodum solet fœmina, labore & honestate, lanificijs, necessitatibus domesticis subuenire; non temporibus lucis:* * *castum seruatura mariti coniugium, & pastura libros suos, non grauatur vigilare per noctem, conficere ad lumen stamina, & exercere famulas suas. Sic & Vulcanus, placiturus vxori, mollia strata deseruit; laborem preferens voluptati. Vt instantiam Vulcani, armorum præparatione, poëta describeret: comparauit ei fœminam pauperem, quæ non tantùm alimoniæ suæ, verùmetiã natorum sollicitudine tangeretur, & castitatem maritali toro debitam cuperet custodire. Huic famulas dedit nocte vigilantes, quæ laborabant. Adijcit facti ipsius causam, in quâ vera pauperies demonstratur.* CASTVM vt seruare cubile Coniugis, & possit paruos educere natos.] *melius existimãs,*
lanificio & labore victum, qui non erat liberis paruulis, quàm A
corruptâ & violatâ matrimonij fide cõquirere. Ecce, quantum animus amoris, quantum proficit artificium Veneris: excitatur Vulcanus noctis medio: relinquitur pulchra vxor, & blãdi talis fœminæ deseruntur amplexus: præponitur quieti labor, cœlo spelunca: & strato molli contempto, fabrilis artis difficultas eligitur. Hoc enim desiderabant, ratio temporis, & grauet æstus vxoris: vt, submotâ omni segnitie, perfectus opportunè armis gratior rediret ad coniugem. Describitur locus, in quo Vulcani fuerat officina. INSVLA Sicanium iuxta latus, Æoliamque Erigitur Liparen, fumantibus ardua saxis: Quam subter specus, & Cyclopum exesa caminis Antra Æthnæa tonant; validique incudibus, ictus Auditi referunt gemitum; striduntq; cauernis Stricturæ chalybum, & fornacibus ignis anhelat Vulcani domus, & Vulcania nomine tellus.] *Quid de tali loco exire potuit vel sonare; nisi fumus, ignis, & gemitus, strepitusq; tundentium ferrum? Lipare, inquit, insula fuit, iuxta fines Siciliæ; hoc est, opportunè proxima. Deinde alludit ex his, quæ in eâdem vertebantur. Aeolia illic erat, inquit: scilicet propter ventorum necessarium flatum: & ipsa in sublime tollitur saxis fumantibus, & in altitudinem suâpte naturã per-* B
ductis. Ibi cum artificis nixu in effectus celeres etiam natura certabat. QVAM subtus specus, & Cyclopum exesa caminis Antra Ætnæa tonant.] *in locis enim vacuis, & manibus atq; conclusis, nata vox, aut emergens strepitus, duplicatur. Deniq; non* Sonant *dixit, sed* Tonant. VALIDIQVE incudibus ictus.] *Validi ictus, vtpote Cyclopes; auditi referunt gemitum, incussi ictus audiebantur, quum illiderentur. illi sic tamen non sonitum, sed gemitum reuocabant. Magnitudo speluncæ descripta est, propter multorum operum molem, & operantum Cyclopũ vastitatem.* STRIDVNTQVE cauernis Stricturæ chalybum, & fornacibus ignis anhelat.] *Ferrum quippe, quum valido igni exarserit, stridit. ignis autem, quum assiduis ventorum flatibus verberatur, anhelitum quendam spirat ac mittit.* VVLCANI domus, ac Vulcania nomine tellus.] *aptus locus, in quo Vulcanus commemorari debuisset: & regio ipsa conueniens, quæ non immeritò Vulcania diceretur.* HOC tunc Ignipotens cœlo descendit ab alto.] *Augmentum illorum, quæ superiùs dicta sunt: relictam coniugem formosam & blãdam, stratum molle medio noctis desertum, laborem delicijs præpo-*
situm, Vulcanus enim in tali negotio, & vrgente tempore, in eã C
causã quæ vehementer vrgebat, vxore in periculo filij suspensã, non misit aliquem; sed ipse cœlo relicto perrexit. HOC.] *inter pronunciandum producenda est* o, *vt aduerbium loci sit, ne fiat vitiũ. vt sit,* hoc cœlo, *id est, eodem in quo gesta sunt, quæ superiùs dixit. Cæterùm, si speluncæ locum significare voluisset, diceret,* Huc descendit. FERRVM exercebant vasto Cyclopes in antro, Brontesque, Steropesque, & nudus membra Pyragmon.] *Cùm venisset ad speluncam, inuenit Cyclopes in alijs operibus occupatos: quæ res futuris rebus bis addidit gratiam. Inuitum est quippe, vt propter Aeneæ meritũ postponi debuisset. verùm quia suprà dixit,* Antra Ætnæa tonãt: *dat Cyclopibus nomina, quæ tonitruis & motibus cœlestibus cõuenirent.* Brontes, *à rugitu, qui exsistit quũ fabricæ opus exercetur, & velut tonitrua meditatur.* Steropes, *propter scintillas, quæ in modum stellarum mittuntur, quum ardens massa cõtunditur. Et* Pryagmon nudus, *propter ignem, sinè quò duci in formas ferri species non potest.* Quòd *ait,* Nudus, *ad tres Cyclopes intelligendum est pertinere: non enim vnus operam fabricis dabat nudus, vestitis alijs. ac per hoc nudus Brontes, nudus Steropes, nudus Pyragmon, ferrum exercebant simul omnes.*

Addiderant, rutili treis ignis, & alitis austri.
Fulgores nunc terrificos, sonitumque, metumque
Miscebant operi; flammisque sequacibus iras.

SER. RVTILI treis ignis.] *Hoc est, æstatis.* ET alitis austri.] *Id est, Autumni; quo ventorum crebra sunt flamina. Et prudenter his omnibus naturam exprimit fulminis: quod*

necesse

Digitized by Google

Parte aliâ Marti currumque rotaſque volucres
Inſtabant: quibus ille viros, quibus excitat vrbes:
Ægidaque horrificam, turbatæ Palladis arma,
Certatim ſquamis ſerpentum, auroque polibant;
Connexoſq; angueis, ipſamq; in pectore Diuæ
Gorgona, deſecto vertentem lumina collo.
Tollite cuncta, inquit, cœptoſq; auferte labores,
Ætnei Cyclopes; & huc aduertite mentem.
Arma acri facienda viro: nunc viribus vſus,
Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magiſtrâ.
Præcipitate moras. nec plura effatus. At illi
Ocyùs incubuêre omnes, pariterque laborem
Sortiti. fluit æs riuis, aurique metallum;
Vulnificusque chalybs vaſtâ fornace liqueſcit.
Ingentem clypeũ informant: vnum omnia contra
Tela Latinorum, ſuptenoſque orbibus orbes
Impediunt. alij ventoſis follibus auras
Accipiunt redduntque: alij ſtridentia tingunt.
Æra lacu: gemit impoſitis incudibus antrum.
Illi inter ſeſe multâ vi brachia tollunt
In numerum, verſantque tenaci forcipe maſſam.
Hæc pater Æolijs properat dum Lemnius oris,
Euandrum ex humili tecto lux ſuſcitat alma,
Et matutini volucrum ſub culmine cantus.
Conſurgit ſenior, tunicaque inducitur artus,
Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis.

A *neceſſe eſt per nubes naſcatur & ventos. Nam alibi ait:* Fulminis adflauit ventis & contigit igni. *& bene in materiam fulminis vertit ea, ex quibus fulmen naſcitur: nubem, imbrem, ventum. nam, vt Phyſici volũt, cùm nubes ventis vehementer agitatæ ſunt, ſic incaleſcunt, vt accendantur. Sanè fulmen triplici præditum poteſtate eſt: oſtentatorium, peremptorium, præſagum. Oſtentatorium eſt, quo terror incutitur: vt,* Fulgores nunc horrificos, ſonitumque metumque. *At cùm dicit,* Flammiſque ſequacibus iras, *peremptorium docet. Præſagi autem ſic meminit.* Tertius ille ho-

B minum diuûmque interpres Aſylas, Cui pecudum fibræ, cœli cui ſydera parent. Et linguæ volucrum, & præſagi fulminis ignes. *Nonnulli verò manubias fulminis, his numinibus, id eſt, Ioui, Iunoni, Marti, & Auſtro vento, aſſerunt attributas: quod hoc loco oſtendunt. nam cùm dicit,* Treis imbris torti radios, *Iouem ſignificâſſe intelligitur. cùm verò,* Treis nubis aquoſæ, *Iunonem intelligit. cùm,* Rutili treis ignis, *Martem. & ſic adiectum,* Alitis Auſtri. *Alij ideò ternorum radiorum volunt mentionem factam: quia fulmen triſulcum eſt. Et* imbris torti radios, *pro, tortos radios:* Torti *autem, elementis: & hoc verbo frequenter vtitur; quotiens vim aliquam vult exprimere: vt,* Torquet aquoſam hyemem. *&,* Ante genitor, cùm fulmina torques. FVLGORES nunc terrificos.] *Quas fulgetras dicunt.* SONITVM'QVE metumque.] *Non quem habeant; ſed quem inferant. & per ſonitum, tonitrua oſtendit: per* metum, *fulgetras. Et hunc ordinem ſic poſuit, vt hominibus videtur. Nam reuerà prior*

C *eſt colliſio nubium, vnde ignis emanat. Nos autem ideò priùs fulgetras videmus, quàm tonitrua audimus: quia velocior oculorum, quàm aurium ſenſus eſt.* SEQVACIBVS.] *Perſecutricibus: quoniam rapax natura ignis eſt. & ordo eſt: Iráſque flammis ſequacibus.* CVRRVM'QVE rotáſque.] *Noua locutio: currum & rotas inſtabant. Nec nos moueat, quòd in domo Vulcani Marti currus fabricatur: eo enim abſente fabricabatur.* ÆGIDA'QVE horriferam.] *Aegis propriè eſt munimentum pectoris æreum, habens in medio Gorgonis caput: quod munimentum ſi in pectore numinis fuerit, Aegis vocatur: ſi in pectore hominis, ſicut in antiquis Imperatorum ſtatuis videmus, Lorica dicitur.* TVRBATÆ.] *Vel concitatæ & iratæ: vel turbantis. nam timuit homœoteleuton, & fecit ſupinam ſignificationem. Alij ad fabulam referunt: quia dicitur in bello Gigantum arma perdidiſſe turbata, vt quaſi ipſa nunc reparet. cuius dicti nullus autor inuenitur idoneus.* SQVAMIS ſerpentum auroque polibant.] *Aegida horriferam aureis ſquamis ſerpentium certatim polibant. Alij volunt, reuerà de corio ſerpentum dicere eum, arma eſſe læuigata.* CONNEXOS'QVE angues.] *Gorgonis ſcilicet capiti.* DESECTO vertentem lumina collo.] *Aut ſua lumina circumferentem, & mortis indignatione quærentem, quorum ſe interitu poſſet vlciſci. Aut certè intuentum lumina in ſaxa vertentem. Aut, horrore ſuo aliorum oculos auertentem, ne cum periculo videretur. Hoc autem caput ideò Minerua fingitur habere in pectore: quòd illîc eſt omnis prudentia, quæ confundit alios, & imperitos ac ſaxeos comprobat.* IPSAM'QVE in pectore diuæ.] *Hoc eſt, quæ in pectore ponatur.* DESECTO vertentẽ.] *Quomodo vertentem? Id eſt, ſecto collo, non ſua lumina vertentem; ſed immutantem eorum faciem, qui hanc vidiſſent. aut* vertẽtem, *dixit lumina aduerſa habentem: vt habuit, cùm ſecaretur ei collum, & quæreret aſpectibus vindicari.* TOLLITE cuncta, inquit.] *Vile eſt, quod plerique dicunt, propter arma Martis iratum eſſe Vulcanum, præſertim cùm & arment Mineruam; & fabricent fulmina Cyclopes; & Vulcanus dixerit,* Cuncta tollite. *Ergo* tollite, *aut differte eſt; aut celeriùs terminate.* COEPTOS'QVE auferte labores.] *Quia dixerat,* His informatum manibus iam parte politâ Fulmen erat. ÆTNEI Cyclopes.] *Vt, Ætneos fratres.* NVNC viribus vſus.] *Hoc eſt, nunc eſt veſtrarum virium exercitium: id eſt, tempus eſt exercendæ virtutis circa arma viri fortis. Et ſic dictum eſt, vt dicimus, Opus eſt viribus & hoc quidam non ad difficultatem operis; ſed ad celeritatem, referunt.* RAPIDIS.] *Latis.* ARTE magiſtrâ.] *Ambitioſiùs, quàm ſi dixiſſet* magiſtri. *& rem perſonæ in artem tranſtulit: vt ſi dicat, Opus eſt peritiâ medicinæ; non medici.* PRÆCIPITATE moras.] *Præcipitanter, id eſt, feſtinanter abijcite.* NEC plura effatus.] *Sicut feſtinantem decebat.* OCYV'S incubuêre.] *Quàm ille præceperat.* PARITER.] *Pari modo. dicitur & pro Similiter, & pro Simul.* SORTITI.] *Diuiſerunt inter ſe laboris officium: vt,* Sortiti remos. VVLNIFICVS'QVE chalybs.] *Populum, apud quem naſcitur, pro ferro poſuit.* LIQVESCIT.] *dixit propriè. Nam ferrum non ſoluitur, ſed molleſcit.* INFORMANT.] *Deſignant.* INGENTEM.] *& magnitudine, & ſoliditate. Nam &* clypeum *dixit, qui magnitudine corpus furatur. Vnde & clypeus dictus eſt, ἀπὸ τοῦ κλέπτειν. & dicturus eſt,* ſeptenoſque orbibus orbes impediunt: *Id eſt, veluti ſeptem ſcuta facta in vnitatem connectunt.* VENTOSIS.] *Ventos gignentibus. aliter,* Ventoſa per æquora vectis, *qui ventis turbentur.* ACCIPIVNT redduntque.] *Iungendum. vno enim eodémque tempore partim reddunt, partim ventos accipiunt.* STRIDENTIA tingunt.] *Tingendo ſtridere faciunt.* ÆRA lacu.] *Amat lacum pro aquâ ponere.* ILLI.] *Quidam pro alij accipiunt.* IN numerum.] *In ordinem: vt,* Tunc verò in numerum Faunoſque feraſque videres Ludere. FORCIPE.] *Forfices ſunt, quibus incidimus: forcipes, quibus aliquid forbum tenemus, quaſi forbicapes. Nam forbum eſt calidum. Vnde & formoſos dicimus, quibus calor ſanguinis ex rubore pulchritudinem creat. Has tamen forcipes in Medicinalibus Græci ἀρδιοθῆρας appellant; quibus ſolent in bello vulneratis ſpicula extrahi.* HÆC dum properat.] *Hoc eſt, properanter facit. & eſt honeſta elocutio.* ÆOLIIS.] *Nam, vt diximus, Vulcania vna eſt de ſeptem Aeolijs, in quibus Aeolus regnauit.* LEMNIVS.] *Qui in Lemnum inſulam, vt*

diximus, cecidit, à Iunone propter deformitatem deiectus; quam aërem constat esse, ex quo fulmina procreantur. Ideò autem Vulcanus de femore Iunonis fingitur natus: quòd fulmina de imo aëre nascuntur. quod etiam Lucanus dicit: Fulminibus terræ propior succenditur aër, Pacem summa tenent. VOLVCRVM sub culmine.] *Potest & generaliter accipi, volucrum quarumuis, quæ matutinò sonant: potest & specialiter, vt hirundinum; potest & gallorum, quæ omnia propter sermonis humilitatē vitauit.* TYRRHENA vincula.] *Thusca calceamenta. Et dicit crepidas, quas primò habuêre Senatores; pòst equites Romani; nunc milites. Alij calceos senatorios volunt: quia hoc genus calceamenti à Thuscis sumptum est.*

POM. Sabi. RVTILI ignis.] *intelligit æstatem.* AVSTRI.] *intelligit autumnum. Vel quatuor notat anni tempora. Tonitrus gignitur ex collisione nubium, quas impellunt pugnantes venti: & ideò nunquam tonat, vbi serenum est cœlum. Lege Lucretium, in principio libri sexti.* INSTABANT.] *scilicet fabricando.* ÆGIDA'QVE.] *ægis clypeus, vt diximus. sed veriùs significat loricam, quæ pectus munit. & in Pallade solâ hoc nomen habet. In medio ægidis, est caput Gorgonis, cum serpentinis crinibus.* TOLLITE cuncta.] *Loquitur Vulcanus Cyclopibus.* FLVIT.] *liquefit.* VVLNIFICVS'QVE chalybs.] *adeò impenetrabile fecerunt scutum, vt ex septem clypeis vnum facerent.* STRIDENTIA tingunt.] *æra, cùm tinguntur ignita in aquâ, strident.* GEMIT.] *tonat.* ILLI.] *Cyclopes,* IN numerum.] *in ordinem. multi volunt artem numerorum acceptam, ex ictibus malleorum.* LEMNIVS.] *Vulcanus à Lemno insulâ.* MATVTINI.] *à Matutâ, id est, aurora.* CANTVS.] *quia in sylua erat.* CONSVRGIT senior.] *Hoc ex imitatione. nam Telemachus, in principio secundi libri Homeri, oriente aurorâ è lecto surrexit; vestem induit; humero acutum ensem suspendit, & pulchros formosis pedibus calceos annexuit: ferratam manu hastam gerens; duobus albis canibus comitatus. Et in Papinio de Adrasto idem.* ET Tyrrhena.] *Hetrusca. nam indè fortè Romani senatorios calceos acceperunt.*

VAR. Lect. FVLGORES nunc terrificos.] *In veteribus libris,* Horrificos *legere est.* COEPTOS'QVE auferte.] *In libris antiquis,* Certos *legitur.* PRÆCIPITATE moras.] *In antiquis,* moram *legitur.*

DON. HIS informatum manibus, iam parte politâ Fulmen erat, toto genitor quæ plurima cœlo Deijcit in terras, pars imperfecta manebat. Tres imbris torti radios, tres nubis aquosæ Addiderant, rutili tres ignis, & alitis austri. Fulgores nunc terrificos, sonitumque metumque Miscebant operi, flammisque sequacibus iras. Parte alia Marti currumque rotasq; volucres Instabant: quibus ille viros, quibus excitat vrbes. Ægidaque horrificam, turbatæ Palladis arma, Certatim squamis serpentum auroq; polibant, Connexosque angues, ipsamque in pectore diuæ Gorgona desecto vertentem lumina collo.] *Omnium istarum specierum descriptio, ad laudem posita est. Indè enim crescit Aeneæ meritum, quum ipsi necessaria diuinis præponuntur operibus: & indè maior eius gloria est, quum ipsius primò perficienda mandantur: tantorum deorum speciebus sinè aliquâ perfectione reiectis. Idcirco sic Vulcanus exorsus est, dicens.* TOLLITE cuncta, inquit, cœptosque auferte labores, Ætnęi Cyclopes, & huc aduertite mētem.] Cuncta, *hoc est, vniuersa, quæ specialiter superiùs enumerauit fuisse in manibus Cyclopum. Ecce quantus ardor perficiendi, quæ vxor postulauerat pro filio suo. Iubentur omnia remoueri: nec saltem persona Iouis excipitur; qui deorum omnium retinet & imperium. Quumq; alloqueretur Cyclopes, & remouenda vniuersa præciperet; & remotionis ipsius caussas mutaret, & cogeretur edicere: non priùs aliquid protulit, quàm monneret attentius audienda, quæ fuerat narraturus.* ÆTNÆOS Cyclopes *laudis causâ posuit: hoc enim illi honore gloriabantur. Debuit quippe hoc genere etiam beneuolos facere; vt lenitas laudis autoritatem iubentis attolleret.* ARMA acri facienda viro.] *Quàm citò, & quid fieri oporteret, dixit: & tetigit, licèt sub generalitate, personam, afferens* Acrem; *vt in eo exprimeret, qualia arma fieri conueniret. Interea cùm loqueretur, & remouenda vniuersa mandaret, & remotionis ipsius causas efferret: quod secretum inter se & vxorem suam fuit, breuitatis ratione ductus, simul & pudoris sui causa contexit. Turpe enim fuit dicere, & satis prolixum: Vxor mea petijt, vt filio eius arma faciam. Idcirco vetâ: ne animum ipsius lædam, si non fecero, aut tardiùs fecero. Omnia igitur expressit: nec Venerem in eo, nec Aeneam nominauit; ne in causâ priuigni, qui ei per naturalem malitiam charus esse non potuit, vxorium se magis ostenderet, & probaret. Ait igitur; Est vir acer, cui volo arma fieri.* Virum *dixit, qualem in themate posuit, dicens:* Arma virumque cano. *Virum enim etiam hoc loco dixit: non vt sexum significaret; sed meritum eius, & corporis. Denique* Acri *addidit: vt ostenderet dignum, quem ipse Vulcanus armaret: vt meritò videretur dixisse, cuncta, & omnes de medio cœptorum operum labores auferte.* NVNC viribus vsus, Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magistrâ.] *Tria posuit: vires, manus, & artem. His enim ferrarium opus potest explicari.* PRÆCIPITATE moras.] *In beneficijs quippe, vel maximè belli, præstandis, non solùm factum; sed & facti ipsius maturitas grata est.* PRÆCIPITATE moras.] *ad omnia pertinet: hoc est, & ad remotiorem specierum, & ad fabricam, & ad pulchritudinem armorum. Solet enim diligentiam mora comitari. vbi enim volumus aliquid rectiùs fieri, necesse est interueniat mora. quæ ne fieret, præuenit, dicens: Non tantùm bene fiant, quæ iubeo; verùmetiam citò.* NEC plura effatus.] *Tanta quippe necessitas demonstrata est: vt necessaria potiùs strictim, quàm superflua plurimis, dici debuissent. vel maximè, cùm breuitas ipsa nihil subtraxerit causæ: cùm dictum sit, Fiant arma magistrâ arte, hoc est, fortia & decora, & omni perfectione compleantur.* AT illi Ocyùs incubuêre omnes.] *Hic ostensa est mandatorum memoria, & iubentis autoritas. omnes simul laborem aggressi sunt: hoc est nullus ipsorum remansit in morâ, & cum omni celeritate incubuerunt, hoc enim maximè inter mandata Vulcanus dixerat curandum. Quòd ait,* Incubuêre, *ostendit, Cyclopes opus iussum totis viribus aggressos.* PARITER'QVE laborem Sortiti.] *In hac arte, vt, in alijs, diuersa sunt officia faciendi; quæ in vnum dehinc collecta, vnam speciem reddunt. Necessarium igitur laborem sortiti sunt, hoc est, sortis iudicio diuiserunt.* FLVIT æs riuis, aurique metallum, Vulnificusque chalybs vastâ fornace liquescit.] *Inter* Fluit & liquescit *plurimùm differt. fluit enim, quod sic soluitur, vt currat effusum. Demq;* Fluit, *inquit,* riuis: *scilicet vt aqua. Hoc pertinet ad æs atque aurum ferrum verò, quoniam est materia durioris,* Liquescit, *dixit: hoc est, tantùm mollitur, vt perditâ duritie, quæ est in eo, in liquorē vi caloris arctetur: vt neq; constrictū sit, neq; fluere possit, vt solutū. Ecce dixit, quomodo laborē operis diuisissent. Alij, inquit, conflabant æs; alij aurū; alij ferrū mollicbant. Non enim fieri poterat, vt diuersi generis metalla in vnam fornacem congererentur; sed vt omnia vno tempore, futuris speciebus parata, peruenirent. Alij igitur alijs operam dabant. Vnam interea fornacem, quam dixit* Vastam *sic debemus accipere: vt vna singulis, non omnibus pariter, videatur fuisse deputata: proindéq; vt vna auri fuerit, alia æris; alia ferri.* VVLNIFICVS'QVE chalybs.] *Tunc vulnificus: quia propter fabricandos gladios parabatur. Cæterùm, si erit in nauale opus, aut rusticum, aut simile aliud, non erit vulnificus.* INGENTEM clypeum informant.] *Hic simul sunt omnes, vt informaretur vna species maior.* VNVM omnia contra Tela Latinorum.] *Exposuit, quod dixit,* Ingentem cly-

A tem clypeum: *ut posset gestator occurrere, etiamsi Latinis omnibus simul iacere tela contigisset. Sed hæc ex personâ poëtæ debemus accipere. Cæterùm nesciebant Cyclopes, cui vel contra quem, arma illa pararentur. Post scuti igitur formam, contextus eius consequenter ostenditur.* SEPTENOSQ. orbibus orbes Impediunt.] *Quatuordecim circulis sic clypei textura currebat ordinatis orbibus, vt se inuicem nectere & impedire viderentur. Incipit rursum exponere, quid sit,* Pariterque laborem sortiti. ALII ventosis follibus auras Accipiunt, redduntque.] *Non, quod ventum habeant folles, ventosi dicti sunt; sed quòd ventum admittant, vbi auras acceperint. Cæterùm, si non moueantur, nullus ex ipsis ventus exsistit.* ALII stridentia tingunt Æra lacu.] *Emittit quippe stridorem ferrum accensum, quū in aquam fuerit missum.* GEMIT impositis incudibus antrum.] *Gemebat omne antrum, crebrò verberatis incudibus.* ILLI inter sese multâ vi brachia tollūt In numerū, versantq; tenaci forcipe massam.] *In numerū tendebant; in numerū maxima versabant: ordinatis scilicet vicibus feriendi atq; versandi: ne ictus illiderent ictibus, aut massam tempore importuno conuerterent.* Quia Incudibus dixit, pluralem numerum tan-

B *gens, & hîc singulari numero posuit,* Forcipem *&* massam: *responsum omnibus debebet intelligi. Non enim vnam massam plurimi tenebant aut versabant: sed qui singulis incudibus præerant, aut tendebant in alueis. aut vnusquisq; massam, quam in opere habuit, forcipe versabat.* HÆC pater Æolijs properat dum Lemnius oris.] *Ex Aeneæ vitrico, patrem fecerat dolus vxoris: demque, patris ad plenum dum fungeretur officio, & perficiendis armis instanter operam dabat.* EVANDRVM ex humili tecto lux suscitat alma, Et matutini volucrum sub culmine cantus. * *Quod suprà locis aliquot fecimus, vt lectorem moneremus: idem nobis hîc necessariò est faciendum; grauissimo huic autori vulnere inflicto. Nam quæ de auxilijs Euandri, coniunctione Hetruscorum, fatis Romanorum in Aeneæ clypeo, à poëtâ scripta fuerunt; amissa sunt omnia. ducentorū enim & septuaginta quinq; versuum explanatio, in huius libri extremo, desideratur. Quæ iactura eò indignior: quòd etiā Tertiodecimo interpretationum libro careamus; in quem cuncta hæc ab interprete fuisse coniecta, suspicari possumus. Nos, quia nihil habemus, quo damnū illud resarciamus: admonere voluimus, vt aliorum in perquirendo studium atq; industriam acueremus.* * *Scientia futurorum attollens famam, & fata nepotum. lætabatur; futurorum nescius, portans posterorum suorum fata, & multorum curricula seculorum. atque hæc vno numero atque vno scuto, quantum ad clypei rationem pertinet. quod sub Aeneâ factum asseritur, futura continebat. sed omnia temporibus Cæsaris præterita, etiam facta numerabantur, quæ futurorum præscitus Vulcanus in clypeo expresserat. Poëta verò, de rebus iam gestis, & ipsis triumphis Cæsaris, doctâ & præcipuâ inuentione textum ipsum, descriptionemque complexus est: vt Cæsaris præsentis gesta laudaret.*

INCVBVERE omnes, pariterque laborem Sortiti.] *De opere intentis. Est apud Poëtam de ijs, quos fabricæ suæ Vulcanus, deorum faber, præfecerat.* AD R. Bat.

Tum lateri atq; humeris Tegeæū subligat ensem,
Demissa ab læuâ pantheræ terga retorquens.
Nec non & gemini custodes limine ab alto
Procedunt; gressumq; canes comitantur herilem:
Hospitis Æneæ sedem, & secreta petebat,
Sermonum memor, & promissi muneris, heros.
Nec minùs Æneas se matutinus agebat.
Filius huic Pallas; olli comes ibat Achates.
Congressi iungunt dextras, medijsque residunt
Ædibus; & licito tandem sermone fruuntur.
Rex prior hæc.
Maxime Teucrorum ductor; quo sospite, nunquā
Res equidem Troiæ victas, aut regna, fatebor:
Nobis ad belli auxilium, pro nomine tanto,
Exiguæ vires. hinc Thusco claudimur amni:
Hinc Rutulus premit, & murum circūsonat armis.
Sed tibi ego ingentes populos, opulentaq; regnis
Iungere castra paro: quam fors inopina salutem
Ostentat; fatis huc te poscentibus, affers.
Haud procul hinc saxo incolitur fundata vetusto
Vrbis Agyllinæ sedes: vbi Lydia quondam
Gens, bello præclara, iugis insedit Hetruscis.
Hanc multos florentē annos, rex deinde superbo
Imperio, & sæuis tenuit Mezentius armis.
Quid memorē infandas cædes? quid facta tyranni
Effera? Dij capiti ipsius generique reseruent!
Mortua quinetiam iungebat corpora viuis;
Componens manibusq; manus, atq; oribus ora:
(Tormenti genus) & sanie, taboque fluentes,
Complexu in misero, longâ sic morte necabat.
At fessi tandem ciues, infanda furentem
Armati circumsistunt, ipsumque domumque:
Obtruncant socios; ignem ad fastigia iactant.
Ille, inter cædes, Rutulorum elapsus in agros
Confugere; & Turni defendier hospitis armis.
Ergo omnis furijs surrexit Hetruria iustis:
Regem ad supplicium præsenti Marte reposcunt.

SER. TEGEÆVM ensem.] *Arcadicum gladium. Totum hoc ex Homero:* ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον, [illegible] DEMISSA ab læua pantheræ terga retorquens.] *A sinistro humero pellem demissam habuit; quā retorquens, & in dexteram reuocans partem, se amiciebat.*

C GEMINI custodes.] *Hoc & in Homero lectum est de Telemacho, Vlyssis filio,* [illegible] *& in historiâ Romanâ, quæ ait:* Syphax inter duas canes stans, Scipionem appellauit. SERMONVM memor.] *Scilicet promissi auxilij. vt,* Auxilio tutos dimittam, opibusq; iuuabo. HEROS.] *Hoc nomen non tantùm præsentis est virtutis; sed & præteritæ. Vnde est, quòd Euandrum heroëm dicit; cùm sit virtutis emeritæ. Plerunque heros & generis est.* MATVTINVS agebat.] *Rē temporis ad personam transtulit.* IVNGVNT dextras.] *Sic enim se antiqui salutabāt.* LICITO tandem sermone.] *Tandem, quia amborum desiderio nox fecerat moram. vel, tandem dato secreto.* MAXIME Teucrorū.] *Dicendo* maxime, *subtiliter ostendit, eum Pontificii maximi & scientiam & potestatē habere.* NVNQVAM res equidem Troiæ victas.] *Satis mature* equidem *dixit: id est, ego equidem Troiam te viuo victam non arbitror; quantum est in opinione meâ.* PRO nomine tanto.] *Pro tui nominis gloriâ.* ET murum circumsonat armis.] *Et breuitatem sui ostendit imperij, & hostilem necessitatem: ob quā se penitus exarmare non poterat.* Amni *autem* claudimur Thusco, *ideò dixit: quia ipse fuit Romani finis imperij. Iuuenalis:* Et quæ Imperij fines Tyberinū virgo natauit. HINC rutulus premit.] *Hoc est,* Gens eadem, quæ te crudeli Daunia bello Insequitur. SED tibi ego.] *Artificiosè ait: vt etiam, quæ monstrantur auxilia, ipsius esse videantur.* Ingentes *autem* populos, *non sinè causâ dixit. nam Thuscia duodecim Lucumones habuit, id est, reges, quibus vnus præerat. Vnde est:* Gens illi triplex; populi sub gente quaterni. QVAM fors inopina.] *Hoc beneficium casus præstat, qui efficit, vt eo tempore*

quærat auxilium, quo Tyrrheni ducem requirunt. FATIS huc te poscentibus affers.] *Perge illuc, poscentibus fatis. nam talis est sensus. Si legeris, affert, similiter iungit fortunam fato: vt suprà, vbi ait;* Fortuna omnipotens & ineluctabile fatum. *Si autem legeris, affers, sensus erit talis: Fati necessitate factum est, vt venires, fortunæ beneficio, vt illi ducem requirant. Legimus ergo, & adfert, & adfers.* HAVD procul hinc.] *Vt ire ei facilè persuadeat.* SAXO colitur fundata vetusto.] *Antiquo opere: vt,* Templa dei saxo venerabar structa vetusto. VRBIS Agyllinæ sedes.] *Quæ nunc Cere dicitur.* LYDIA quondam gens.] *Quondam insedit; non, quondam bello præclara. nam etiam tunc florebat. Sanè etiam suprà diximus, Mæoniam prouinciam esse: cuius dum breuitas duos fratres, Lydum & Tyrrhenum, ferre non posset; ex sorte Tyrrhenus, cum ingenti multitudine, profectus est: & partem Italiæ tenuit; & Tyrrheniam nominauit. Hi diu piraticam exercuerunt: vt etiam Cicero in Hortensio docet: cùm captiuos nouis pœnis affligerent, occisorum eos religantes cadaueribus. quod Vergilius dat Mezentio; sciens lectum esse de gente Tyrrhenorum. Sanè illo tempore Tyrrheni dicti sunt: postea Thusci, ἀπὸ τοῦ θύειν. Lydi autem, à Lydo Tyrrheni regis fratre, qui in prouinciâ remanserat. &, Lydia prouincia, positiuum: Lydia gens, deriuatiuum. Sanè hanc Agyllinam quidam à Pelasgo conditam dicunt: alij à Telegono: alij à Tyrrheno, Thelesi filio.* Insedit *autem, secundùm Sallustium,* Montem sacrum, atque Auentinum. SÆVIS tenuit Mezentius armis.] *Vnde illi magis indigni iniurijs, quorum persona laudata. & hoc positum est, vt ostendatur, an vtile illis sit, iungi Aeneæ.* QVID memorem infandas cædes?] *Figura oratoria, quæ παράλειψις vocatur. Cicero:* Nam illa nimis antiqua prætereo. EFFERA.] *Cruenta.* DII capiti ipsius.] *Vt est,* Quod dij priùs omen in ipsum Conuertant! *Quando enim volumus exprimere indignitatem rei, quasi commoti, auertimus orationem. vt,* Dij talia Graijs! A MORTVA quinetiam.] *quod suprà dictum est. Quod Cicero etiam in Hortensio de Thuscis dixit.* TORMENTI genus.] *Exclamatio est inuenti supplicij, & detestatio.* SANIE, taboque.] *Sanies, mortui est: tabo, viuentis, scilicet sanguinis.* AT fessi.] *Cùm essent fessi, tandem circumsistant.* CONFVGERE.] *Confugiebat. vt diximus, historicus stylus est.* DEFENDIER.] *Defendi: id est, defendebatur. Et vertit historiam. nam, vt diximus, Turnus magis confugit ad Mezentium.* AD supplicium.] *Bene; non ad bellum.* PRÆSENTI Marte reposcunt.] *Sinè aliquâ dilatione.*

POM. Sabi. PANTHERÆ.] *pellem pantheræ.* CANES comitantur.] *Antiqui ad custodiam corporis canes habebant.* PROMISSI muneris.] *promiserat auxiliari Aeneæ.* MAXIME Teucrorum.] *Loquitur Euandrus.* SAXO vetusto.] *antiquitatem notat.* AGYLLINÆ vrbis.] *de Agyllâ diximus.* VBI Lydia quondam.] *Lydi venerunt in Italiam, duce Tyrrheno, Atys filio: & sederunt in Hetruriâ. Rex Mezentius tenuit Hetruriam: sed crudelitate suâ expulsus est: & consedit in Latio.* AT fessi.] *sæuitiâ & crudelitate Mezentij. Vituperat Mezentium à crudelitate.* DOMVM.] *familiam.* B

VAL. Lect. DEMISSA ab læuâ.] *Antiqui libri.* Ab læuo *leguntur, vt subintelligatur,* humero. ET murum circumsonat armis.] *In libris aliquot antiquis,* Arcens *legitur: in aliquot alijs* Aruns. TABO'QVE fluentes.] *In antiquis libris* Fluenti, *quippe* tabo, *legitur.* ILLE inter cædes Rutulorum.] *In Vaticanis omnibus libris,* Cædem *legitur.*

His ego te, Ænea, ductorem millibus addam.
Toto namque fremunt condensæ littore puppes,
Signaque ferre iubent. retinet longæuus aruspex,
Fata canens: ô Mæoniæ delecta iuuentus,
Flos veterũ virtusq; virũm; quos iustus in hostem
Fert dolor, & meritâ accendit Mezentius irâ.
Nulli fas Italo tantam subiungere gentem:
Externos optate duces. tùm Hetrusca resedit
Hoc acies campo, monitis exterrita diuûm.
Ipse oratores ad me, regnique coronam
Cum sceptro misit, mandatq; insignia Tarchon.
Succedam castris, Tyrrhenaque regna capessam.
Sed mihi tarda gelu, seclisque effœta senectus,
Inuidet imperium, seræque ad fortia vires.
Gnatum exhortarer: ni mixtus matre Sabellâ
Hinc partem patriæ traheret. tu, cuius & annis,
Et generi fatum indulget; quem numina poscunt,
Ingredere, ô Teucrûm atq; Italûm fortissime du-(ctor.
Hunc tibi præterea, spes & solatia nostri,
Pallanta adiungam: sub te tolerare magistro
Militiam, & graue Martis opus; tua cernere facta
Assuescat; primis & te miretur ab annis.
Arcadas huic equites bis centum, robora pubis
Lecta, dabo; totidemque suo tibi nomine Pallas.
Vix ea fatus erat: defixique ora tenebant,
Æneas Anchisiades, & fidus Achates:
Multaque dura suo tristi cum corde putabant,
Ni signum cœlo Cytherea dedisset aperto.
Namque improuiso vibratus ab æthere fulgor
Cum sonitu venit: & ruere omnia visa repentè,
Tyrrhenusque tubæ mugire per æthera clangor.
Suspiciunt: iterũ atq; iterũ fragor intonat ingens.

SER. HIS ego te, Ænea, ductorẽ.] *Quasi grande incrementũ.* ADDAM.] *Aut dabo: aut re verâ addam habentibus Tarchontem.* TOTO namq; fremunt.] *Vel præterita narrat: vel coniectura est, vtrùm velint, qui cessant.* LONGÆVVS Aruspex.] *Argumento ætatis vult doctum videri. Quibusdam sanè displicet, quòd aruspicis nomen addiderit; cuius ætatem auctoritatemq; designat.* FLOS veterum.] *Ennianum.* EXTERNOS optate duces.] *Votis scilicet. Vel certè exspectate, legite.* HOC acies campo.] *Quasi iam in bellum parati.* SVBIVNGERE.] *Coniungendo subiungere.* REGNI'QVE coronam.] *Insigne: non reuerâ coronam; quam Thusci reges nunquam habuerunt. ergo species est pro genere.* MANDAT'Q. insignia.] *Aut mittit insignia, id est, omnia ornamenta regalia. Aut reuerâ* MANDAT insignia.] *id est magna: vt,* Castris succedam, Tyrrhenaque regna capessam. *Aly,* Insignia, *pro fascibus, qui ad Romanos à Thuscis trãslati sunt. aliud est enim insigne singulari numero: aliud insignia: in quibus vestis & sella regia accipi potest. Vel,* mandat, *trahit; vt dicimus mandare magistratum Sallustius:* Ad consulatum mandandum M. Tullio Ciceroni. SED mihi tarda Gelu.] *Occurrit tacitis quæstionibus: dicens, se non isse propter senilem ætatem; filium verò propter mixtũ genus, per originem matris. Vnde Aeneam dicit ire debere: cui & ætas, & origo, regna concedunt.* C SECLIS'QVE effœta senectus.] *Notandum, dicta secula etiam in vno homine, secundùm eos, qui dicunt, seculum triginta annos habere. Nam alij centum & decem: alij mille annis putant seculum contineri.* INVIDET imperium.] *Bona locutio: vt,* Liber pampineas inuidit collibus vmbras. MIXTVS matre Sabellâ.] *Pro, duplici genere natus.* PARTEM patriæ traheret.] *Sic dixit, traheret; quomodo dicitur originẽ ducere.* ET annis.] *Ad se retulit.* GENERI fatum indulget.] *Ad Pallanta retulit.* QVEM numina poscunt.] *Vt,* Externos optate duces. ITALVM fortissime ductor.] *Βουλευτικῶς iam*

Digitized by Google

A *Bónus iam ductorem Italiæ vocat Aeneam.* SPES & solatia.] Spes; *quia multa sibi de eius virtute promittebat pater:* solatia; *quia, amissâ coniuge, vnici filij vtebatur solatio. Est autem solatium, præsentis diminutio tristitiæ.* TOLERARE.] *Quasi rem asperam & difficilem. Et per hoc significat, nondum eum sufficere; vt intelligatur, quid nolit. nam & paternam sollicitudinem seruat, & heroicam virtutem. & ideò non vult simpliciter dicere, nondum debere puerum pugnare; sed verecundè,* Sub te tolerare magistro. MIRETVR.] *Imitetur. Lucanus:* Miratoremque Catonis, *id est, imitatorem. Optima enim ingenia necesse est, vt ea, quæ mirantur, imitentur.* SVO nomine.] *Bene in omnibus filij gratiam facit. maluit enim munus suum cum personâ eius diuidere, quàm suo nomine totum dare. Namque dicit, Dat tibi Pallas milites ducentos suo nomine: ipse vero à me accipies ducentos.* DEFIXI'QVE ora tenebant.] *Aut tacebant: vt,* Tenuitque inhians tria Cerberus ora. *aut stupebant.* TRISTI cum corde.] *Propter breuitatem auxiliorum.* PVTABANT.] *Figura per tempora:* putabant; *quasi putassent, nisi signum dedisset. aut certè* putabant, *cogitabant. Vnde & arbores putari dicuntur: quia diu deliberatur, quid* B *eis adimi debeat, quid relinqui.* Putare *est & discernere, & in partes redigere; indè disputare.* COELO aperto.] *Sereno: vt,* Et aperta serena Prospicere. IMPROVISO.] *Nullum enim indicium præcesserat nubium.* VIBRATVS.] *Proprium telorum ad fulgura transtulit.* FVLGOR.] *Id est, fulgetra. Et tria genera fulguris esse dicuntur. vnum consiliarium; vbi quid cogitantibus nobis accidit, quod vetat aut hortatur. alterum autoritatis: quòd euenit re gestâ, quod probet. tertium statum est: vbi nec noui quicquam gessimus, nec cogitamus; sed quietis nostris rebus fruimur. Sed duo hæc, quæ sequuntur, ad locum hunc non pertinent. Primum sanè aptè videtur adiuncti verbi: quod cogitantibus nobis accidit; quod vetat aut hortatur; quod consiliarium dicitur. Nam & hic modò Aeneas de breuitate auxilij cogitat: quia ait,* Multaque dura suo tristi cum corde putabant. *& sic fulgur factum est, quo eum hortetur, ne de bellicis subsidijs desperet.* CVM sonitu.] *Tonitruum scilicet. Et, vt diximus suprà, ordinem tenuit, qui nobis apparet: vt fulgetras dicat priores, cum sint antè tonitrua.* RVERE omnia.] *Sic enim sonat, vt videatur ruina. alibi,* Cœlique ruina. *Bene autem temperauit dicens,* visa, *id est, ad opinionem animi.*

C TYRRHENVS'QVE tubæ mugire per æthera clangor.] *Tyrrhenum clangorem dixit, ideò; quia apud Thuscos tubam constat inuentam. Ergo Tyrrhenus clangor, sonus Tyrrhenarum tubarum. Et bene congruis ominibus arma nuntiantur, per sonum tubarum. Et figuratè, per epitheti immutationem, Tyrrhenæ tubæ. Varro, de seculis, auditum sonum tubæ de cœlo dicit. Videtur autem hic opportunè Tyrrhenæ tubæ facta mentio: vt iam Tyrrhenorum castra vocare videatur Aeneas.* FRAGOR intonat ingens.] Fragor *est propriè armorum sonus. quòd autem dicit,* intonat, *illuc spectat,* Fulminat Æneas armis: *quæ vult fragore tonitrua, splendore fulgetram, imitari. Non autem mirum est, à Venere allatis armis inesse fulgorem. Nam & Homerus dicit, à Thetide oblata arma habere motum quendam & spiritum: quæ duo in aquâ esse manifestum est. Thetidem autem nouimus Nympham esse. Homerus autem sic:* ὣς ἄρα φωνήσασα θεὰ κατὰ τεύχε' ἔθηκε πρόσθεν Ἀχιλῆος, τὰ δ' ἀνέβραχε δαίδαλα πάντα, μυρμιδόνας δ' ἄρα πάντας ἕλε τρόμος, οὐδέ τις ἔτλη ἄντην εἰσιδέειν, ἀλλ' ἔτρεσαν. αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς ὡς εἶδ', ὥς μιν μᾶλλον ἔδυ χόλος.

POM. Sabi. LONGÆVVS aruspex.] *scilicet Tarchon; Tyrrhenis asserens, quærendum esse ducem externum.* O' Mæoniæ delecta iuuentus.] *Verba aruspicis, quæ refert Euander.* EFFOETA.] *exinanita.* SENECTVS.] *senes frigidi sunt. Si iuuenis essem: suscepissem laborem, vt fierem rex Tyrrhenorum.* NATVM exhortarer.] *illi volunt externum ducem: & filius meus ex sanguine materno est Italus.* MATRE Sabella.] *Euander duxit filiam regis Sabinorum.* PVBES.] *vel pubis; id est, iuuentutis: vel dabo bis centum robora iuuenum, quæ sunt lecta pubes.* FVLGOR.] *fulgetra venit cum sonitu.* VISA ruere.] *propter concessionem sonitus.* TYRRHENVS'QVE tubæ.] *quia in Hetruriâ inuenta tuba fuit: scilicet in Vetuloniâ, eius vrbe. Ex eâ venêre fasces, secures, sella curulis.* SVSCIPIVNT.] *Arcades attoniti.* INCREPAT ingens clangor.] *In tertio consulatu Marij, à Mamertinis & Tudertibus spectata arma in cœlo, ab ortu occasuq; concurrentia. Bene* increpat, *propter tubas.* FRAGOR.] *scilicet tubarum. nam Cimbrico bello, auditus cœlo tubarum sonitus. Vergilius ex historijs hoc accepit. eodem Cimbrico bello, armorum sonitus auditus in cœlo.*

VAR. Lect. NVLLI fas Italo.] *In antiquis aliquot libris, mutato numero legitur,* Fas Italo nulli. MANDAT'QVE insignia Tarcon.] *In antiquo libro,* Tarco. ET generi fatum indulgent.] *In Mediceo libro,* Fata indulgent, *scriptum est.* HVNC tibi præterea.] *In aliquot antiquis legere est,* Nunc tibi. PRIMIS & te miretur ab annis.] *Sunt libri antiqui, in quibus legere est,* Te imitetur. ARCADES huic equites.] *In antiquis libris,* Arcadas *scriptũ est.* ROBORA pubis Lecta dabo.] *Antiqui aliquot lib.* Corpora pubis *legunt.* TOTIDEM'QVE suo tibi nomine Pallas.] *In libris aliquot antiq. legere est,* Suo tibi munere Pallas. DEFIXI'Q. ora tenebant.] *Vetusta quædam exempl. legunt,* Intentiq;. FRAGOR intonat ingens.] *Antiq. pleriq; lib.* Increpat *legunt. Quod verò paulò pòst sequitur,* Pulsa tonare: *In antiq. aliquot,* Sonare *legere est. Sunt etiam libr. in quibus* Fragor intonat aures *legatur.*

ADR. Bar. TVA cernere facta.] *Cùm innuemus, optimum esse, vt discipulus boni præceptoris vitam omnem ac mores intueatur, discátque mirari: sic enim fore, vt libentiùs imitetur: congruet illud;* Tua cernere facta Assuescat, primis & te miretur ab annis. *Dicit apud Vergilium Euander ad Aeneam, de Pallante filio: quem vult idcirco cum duce Troiano proficisci; vt sub militiâ illius, tyrocinij rudimenta deponat; & fortissimi ducis consuetudine, rei militaris peritior euadat.*

Arma inter nubem cœli in regione serenâ
Per sudum rutilare vident, & pulsa tonare.
Obstupuêre animis alij; sed Troius heros
Agnouit sonitum, & diuæ promissa parentis.
Tũ memorat: Ne verò hospes, ne quære profectò,
Quẽ casum portenta ferant. ego poscor Olympo.
Hoc signũ cecinit missuram diua creatrix:
Si bellum ingrueret, Vulcaniaque arma per auras
Laturam auxilio.
Heu, quantæ miseris cædes Laurentibus instant!
Quas pœnas mihi Turne dabis? quàm multa sub vndas
Scuta virũm, galeasque & fortia corpora volues

SER. INTER nubem.] *Per nubem: more suo. Et dicit, in serenâ parte cœli fuisse nubẽ, per quam arma portata sunt.* PER sudum.] *Sudum est, quasi sub vdum, serenum post pluuias: vt,* Ver nactæ sudum. *Alij,* sudũ, *semiudum volunt dici: cùm per nubes ad nos perueniat solis ictus non integer.* PVLSA tonare.] *Rectè arma, quæ ijsdem ignibus, quib9 fulmina facta sunt, ait tonare pulsa. & hic magis propriè, quàm Homerus. Ille enim spirare ait, & moueri: hic verò armis Aeneæ cælestem sonitum dedit, vnde veniebant.* AGNOVIT sonitum.] *Hoc est, quid sonitus significaret.* DIVÆ promissa parentis.] *κατὰ τὸ σιωπώμενον, intelligamus Venerem ei promisisse.* HOSPES.] *Et qui suscipit, & qui suscipitur, hospes vocatur. vt hoc loco*

Euander. Item suprà, Hospitis Æneæ sedem. *Sicut & Vector, qui vehit, & qui vehitur: & Alumnus, qui alit, & qui alitur.* NE verò, ne quę re profectò.] *Hic profectò vetustè pro expletiuâ coniunctione positum. Ambæ particulæ ad ornatum pertinent tãtùm.* PORTENTA.] *Mo dò bona omnia.* EGO poscor Olympo.] *Aut de Olympo poscor: id est hæc signa mei causâ fiunt. aut certè, in Olympum poscor, dempta præpositione: vt*, It clamor coelo. *Alij*, Olympo poscor: *alij*, Olympo *sequentibus iungunt.* DIVA creatrix.] *Rerum omnium generaliter.* HEV.] *Adeò de victoriâ fretus est, vt etiam hostium misereatur. Quod Aeneæ κατὰ τὸ πρέπον rectè tribuitur, qui pius vbiq; inducitur. & hinc nascitur ille sensus:* Non hæc ô Palla dederas promissa parenti. *Item Aeneas*, Hi nostri reditus, exspectatique triumphi, Hæc mea magna fides. POSCANT acies.] *Quasi eant nunc, & flagitent bellum.* FOEDERA rumpant.] *Quæ se facturũ Latinus promiserat: non enim erant facta. aut certè fœdera: quòd in septimo legati cum muneribus misit.* HERCVLEIS sopitas ignibus aras.] *Hypallage est: id est, suscitabat aras Herculeas, in quibus erant ignes sopiti.* Hesternum *autem larem, cui pridie sacrificauerat. & est iteratio. nam malè quidam* externum *legunt id est, extraneum.* MACTAT lectas.] *De more lectas An de more mactat?* EVANDRVS.] *Pro Euander. sed vitauit ὁμοιοτέλευτον sequentis verbi.* PÔST hinc ad naueis graditur.] *Vnũ vacat, aut pôst, aut hinc: vt*, Pôst hinc digrediens iubeo frondẽtia capris Arbuta sufficere. *tale est & illud:* Primus ibi ante omnes. QVI sese in bella sequantur.] *In expeditionem & bellis eam præparationem. nam, vt suprà dictum est, bellum est tempus omne, quo vel præparatur aliquid pugnæ necessarium; vel quo pugna geritur. Prælium autem dicitur, conflictus ipse bellorũ. Vnde modo bene dixit*, Qui sese in bella sequantur, *non ad præliũ. nam ad auxilia petenda vadit, non ad pugnam. Quanquam etiam, si sic diceret*, qui se in prælium sequantur: *non valde ab re esse videbatur. Hi enim equites, cum à Tarchonte accepisset Aeneas auxilium, cum alijs Hetruscis equitibus per terram missi, obuios statim habuère bellantes: & quasi iam hinc rectà pergere videntur in prælium. Vnde etiam à Cymodoceâ nauiganti Aeneæ dicitur:* Iam loca iussa tenet forti permixtus Hetrusco Arcas eques. SEGNIS.] *Sine remigio: Id est, cessans, nihil administrans. Et respexit ad descendentes, de quibus ait:* Remigio noctẽmque diemque fatigant. *licèt fuerit lenissimus fluuius. Epitheton ergo ad tempus: non enim ignauos dixit. Aut* segnis *certè, quia meliores elegerat.* DEFLVIT.] *Defertur.* RERVM.] *Quæ gesserat.* PATRIS.] *Vbi esset.* EXSORTEM Æneæ.] *id est, extra sortem aliorum. Per id, quod non est factum, quod factum est indicatur. Per exsortem autem, optimum & præcipuum significat. Exsortem autem, exlegem. Et multi hoc loco reprehendunt Vergilium: qui cùm Aeneam vbiq; Pontificem ostendat: & Pontificibus non liceat, equo vehi, sed curru; sicut in Septimo, à Latino ei currũ missum dicit: cur equo eum insidentem faciat, dicens, ducũt* exsortem Æneæ, quem fulua leonis Pellis obit totum, præfulgẽs vnguibus aureis? *Et*, Iamque adeò exierat portis equitatus apertis Æneas inter primos. *Cuius rei hæc redditur ratio. Aeneam non tantùm Pontificij iuris, sed omniũ sacrorum, & peritum & primum fuisse: Vergilium, autem inuentâ occasione, ritum Romanarum ceremoniarum exponere. more etenim veteri sacrorum, neq; Martialis, neq; Quirinalis Flamen, omnibus ceremonijs tenebatur, quibus Flamen Dialis: neq; diurnis sacrificijs destinabantur: & abesse eis à finibus Italiæ licebat: neque semper prætextam, neque apicem, nisi tempore sacrificij, gestare soliti erant. Ergo, si ire eis in prouinciam licebat; & equo sinè religione vehi licuit. Quod hic ostẽdit, velut in prouinciam misso Aeneæ equum datum. nam Euander hoc ait;* B Sed tibi ego ingẽtes populos opulẽtaq; regnis Iungere castra paro. *deinde infrà, de potestate obtinendæ prouinciæ subtexuit;* Ipse oratores ad me regniq; coronam Cum sceptro misit. *Tùm excusatione interpositâ, hortatur Aeneam, vt Etruscis, regẽ & ducem desiderantibus, præsit. ait enim*, Tu, cuius & annis, Et generi fatũ indulget. *Incedere ergo & equo meritò vti potuit; si ei ire in prouinciam fas erat. Sciendum tamen poëtam contentum esse, diuersum Ius Pontificale, dum aliud narrat, attingere.* PELLIS obit totum.] *Pellis ostenditur magnitudo in eo, quòd dicit*, totum obit, *id est, circumdat.* VNGVIBVS aureis.] *Aut quia vngues ipsi, cùm aruerint, auri imitantur colorem: aut quia solent deaurari. Statius:* Auro mansueuerat vngues. SVBITÒ vulgata.] *Cur subitò? ipse dicit: quasi per paruam vrbem.*

Tybri pater? poscant acies, & fœdera rumpant.
Hæc vbi dicta dedit, solio se tollit ab alto:
Et primùm Herculeis sopitas ignibus aras
Suscitat; hesternumque larem, paruosq; penates
Lætus adit: mactat lectas de more bidentes
Euandrus pariter, pariter Troiana iuuentus.
Pôst hinc ad naueis graditur, sociosq; reuisit:
Quorum de numero, qui sese in bella sequantur,
Præstantes virtute legit. pars cætera prona
Fertur aquâ, segnisque secundo defluit amni,
Nuntia ventura Ascanio rerumque patrisque.
Dantur equi Teucris, Tyrrhena petentibus arua:
Ducunt exsortem Æneæ; quem fulua leonis
Pellis obit totum, præfulgens vnguibus aureis.
Fama volat, paruam subitò vulgata per vrbem,

A

POM. Sibi.

PER sudum.] *Sudus, id est, subudus: id est, liquidus, purus.* NE verò hospes.] *Verba Aeneæ ad Euandrum.* OLYMPO.] *id est, ego poscor ad bellum ex Olympo.* MISSVRAM.] *scilicet se.* CREATRIX.] *sic appellatur Venus: quia omnia gignit.* PÔST hinc ad naueis.] *Reuertitur Aeneas ad naueis, & facit delectũ militũ.* SEGNIS.] *sinè remis.* SECVNDO amni.] *ferebatur aquâ fluenti.* NVNTIA Ascanio.] *hi erant futuri nuntij Ascanio de actis rebus.* QVEM fulua leonis.] *equus, qui dabatur Aeneæ, erat extra sortem; & tectus pelle leonis. vngues leonis aurati, ad ornatum. vt Papinius:* Auro mansueuerat vnguis. *aut à colore vnguium.* PER vrbem.] *Pallanteum.* C

VAR. Lect.

AGNOVIT sonitum, & diuæ.] *In Romano libro non habetur* Et. NE verò hospes, ne quære profectò.] *In libris aliquot antiquis legere est.* NE quære hospes, ne quære profectò. QVA'M multa sub vndas.] *In Romanis libris legere est*, Sub vndâ. HERCVLEAS sopitis ignibus aras Suscitat.] *In antiquis libris*, Excitat *legitur.* HESTERNVM'QVE larem.] *In Romano libro*, Externum *legitur.* EVANDER pariter.] *In antiquis libris* Euandrus *legitur.*

ADR. Bar.

QVAS pœnas mihi, Turne, dabis.] *Minæ in quempiam, qui nobis malè fecerit.*

SER.

OCYVS.] *Positiuus antiquus est: id est, celeriter. nec enim potest esse comparatiuus, vbi nulla est comparatio. Tractum autem est ex Græco ὤκιον. Aut comparatiuum pro positiuo ponitur.* VOTA metu duplicant matres.] *Bene metu duplicãt: nam inest semper in matribus votum.* PROPIVSQVE periclo it timor.] *Periclo, id est,*

Ocyùs ire equites Tyrrheni ad littora regis.
Vota metu duplicant matres: propiusq; periclo
It timor; & maior Martis iam apparet imago.
Tùm pater Euandrus, dextram complexus euntis,
Hæret, inexpletùm lachrymans; ac talia fatur:
O' mihi præteritos referat si Iuppiter annos!

Qualis eram cum primam aciem Preneste sub ipsâ
Straui, scutorumque incendi victor aceruos;
Et regem hac Herilum dextrâ sub tartara misi:
Nascenti cui treis animas Feronia mater,
(Horrendū dictu) dederat: terna arma mouenda,
Ter letho sternendus erat. cui tunc tamen omneis
Abstulit hæc animas dextra: & totidē exsuit armis.
Non ego nunc dulci amplexu diuellere vsquam,
Gnate, tuo: neque finitimo Mezentius vnquam,
Huic capiti insultans, tot ferro sæua dedisset
Funera; tam multis viduâsset ciuibus vrbem.
At vos ô superi, & diuûm tu maxime rector
Iuppiter, Arcadij, quæso, miserescite regis;
Et patrias audite preces. si numina vestra
Incolumem Pallanta mihi, si fata reseruant:
Si visurus eum viuo, & venturus in vnum;

A *id est, ad periculum viciniùs. aut certè*, propius, *propior. nam matres, quod timent, hoc putant liberis posse contingere. Aut certè æquatur periculo timor: & per datiuum extulit, vt* Propiùs stabulis armenta tenerent. *aut potiùs dixit, timorem periculo comitem.* IAM apparet.] *Adhuc illis pergētibus, iam prælium cogitabatur à matribus. Ergo, vt solet*, imaginem, *φαντασίαν: vt est,* Et plurima mortis imago. *Hanc Sallustius* Speciem *dicit: sicut ipse dicit*, speciem captæ vrbis efficere discedentes. PATER Euandrus.] *Cùm dicit* pater, *ostendit cuius.* DEXTRAM complexus euntis.] *Filij scilicet: quia dixerat pater.* HÆRET inexpletum.] *Multi hic distinguunt: vt sit,* Inexpletus hæsit, *& talia locutus est lachrymans. Alij legunt*, inexpletus lachrymis. B *Honestius tamen est*, inexpletùm lachrymans: *vt sit nomen pro aduerbio, id est, inexplebiliter.* O' mihi præteritos referat si Iuppiter annos.] *Et* o *&* si *optantis sunt, id est, vtinam: quæ nunc iunguntur. nam singula antè ponebantur: Vt,* Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus. *Ergo vnum vacat, quantum ad antiquitatem. & notandum, votum de præterito fieri.* QVALIS eram, cùm primam aciem.] *Aut vt sim talis, qualis tunc eram, quando ista perfeci. Aut certè laudantis est:* Qualis eram cùm primam aciem Præneste sub ipsâ Straui. *Et bonum principium parentis, qui filium ad bella mittens cohortetur. ab ætate enim iuuenum cœpit: cui facile esse debet, hostem prosternere. Simul & filium paternis exemplis admonuit: vt,* & pater Æneas, & auunculus excitat Hector. PRÆNESTE sub ipsa.] *In septimo, neutro genere dixit:* Quique altum præneste viri. SCVTORVMQVE incendi victor aceruos.] *Hoc traxit de historiâ. Tarquinius enim priscus, victis Sabinis, in honorem Vulcani, eorum arma succendit: quem postea secuti sunt cæteri.* VICTOR.] *Euandrum in Italiam venientem, Herilus, rex Prænestinus, auxilio suorum ciuium voluit expellere: quos vicit* C *Euander; & Herilum interfecit; & interfectorum clypeos combussit.* CVI treis animas.] *Per transitum ostendit illam Platonis & Aristotelis contentionem: qui dubitant, vtrùm quatuor, an tres animæ sint in homine: φυσικὴ, αἰσθητικὴ, νοητικὴ, κινητικὴ. Hoc autem loco, per tres animas, magnum & perfectum indicat virum. Nam quantum ad fabulam pertinet, tres animas per tria habuit corpora. Attendendum sanè, hoc sibi Euandrum vindicare, quod fuit in Hercule. Nam vt ille Geryonem extinxit: ita hic Herilum occîdit. indè est, quod paulò pòst ait:* Neque finitimo Mezentius vnquam, Huic capiti insultans. *Herculis enim mos fuit, vt etiam non rogatus laborantibus subueniret. Tunc enim, sicut Varro dicit,* Omnes qui fecerant fortiter, Hercules vocabantur. *Licèt eos primò* XLIIII. *enumerauerit. Hinc est, quòd legimus, Herculem Tirynthium, Argiuum, Thebanum, Libyum, &c.* FERONIA mater.] *Nympha Campaniæ, quam etiam suprà diximus. Hæc etiam libertorum dea est: in cuius templo, raso capite pileum accipiebāt. Cuius rei etiam Plaut. in Amph. facit mentionem:* Quod vtinam ille faxit Iuppiter, vt ego hodie raso capite caluus capiam pileum. *In huius templo, Tarracinæ sedile lapideum fuit, in quo hic versus incisus erat:* Bene meriti serui sedeant, surgent liberi. *Quam Varro libertorū deam dicit Feroniā, quasi fidoniam.* HORRENDVM dictu.] *Dictū est per Poëtā his, quibus fides difficiliorē interponit affectū. vt alibi,* Horresco referēs: *&*, Horrendū dictu latices nigrescere sacros. *& hoc facit, vt probabilitas credendi nascatur.* TERNA arma mouēda.] *Figura poëtica. nam trina debuit dicere.* Arma *enim numeri sunt tantùm pluralis, cui non iunguntur nomina numeralia. Non enim dicimus, Tria arma.* Mouēda *aūt, vel cōtra ipsum, vel ab ipso.* FINITMO] *Aut in finitimo: aut finitimo capiti, id est, vicino.* HVIC capiti insultās.] *Ad curā enim viri fortis, & viri boni pertinet ne quid iniuriosè fiat alicui homini: Ergo & hinc cōtumeliā ducit, quod finitimos à tyrāni iniuria non defenderit.* VIDVASSET ciuibꝰ vrbē.] *Scilicet viris fortibus perēptis. & ppriè* viduâsset *dixit: quia vrbs generis est fœminini. Horat. abusiuè, & satis incongruè, in genere masculino posuit, dicens:* Viduus pharetrâ risit Apollo. AT vos ô superi.] *Iā hîc quasi pater loquitur. diuisa enim est hæc allocutio; & vltima pars eius habet affectū parentis. quòd & ipse ostēdit, dicens:* Et patrias audite preces. *Prima verò viri fortis est. vt,* Qualis eram cùm primam aciem Præneste sub ipsâ Straui. PATRIAS audite preces.] *Poterat videri idem dixisse: nisi libenter voto suo immoraretur.* NVMINA vestra.] *mihi fauentia.*

HÆRET inexpletus.] *id est, quia nō poterat se cōtinere à lachrymis.* SVB ipsâ Preneste.] *nūc Prenestis huius Prenestis. dicimus hæc Prenestis, & hoc Preneste.* INCENDI victor aceruos.] *Apud antiquos mos erat, vt victores incenderent arma & scuta eorum, quos vicerant.* TREIS animas.] *quia, si tria habebat corpora, etiam tres animas.* FERONIA mater.] *fictio est. Herilus filius Feroniæ. & sumpta ex Geryone Herculis. Feronia dea libertinorum. in eius templo, liberti raso capite accipiebant pileum: quod erat libertatis signum.* DIVELLERER vnquā.] *id est; non diuellerer amplexu tuo, fili, (quia filius ibat cum Aeneâ ad Tarchontem) si essem iuuenis: Mezentius non sæuiret in nos.* FINITIMO.] *iuncti erant vtriusq; fines.* SÆVA funera.] *Mezentius faciebat impetū in Pallanteum.* AT nos ô superi.] *si vultis me viuum; seruate mihi filium.* IN vnum.] *cum filio meo.* POM. Sabi.

TYRRHENI ad littora regis.] *Antiq. aliq. li.* Ad lumina *habent.* TIMOR, & maior Martis iam apparet imago.] *In Rom. li.* Et timor maior. *Sunt etiā libri, in quibus absq; particula* Iam, *ita legitur:* Maior Martis apparet imago. HÆRET inexpletùm lachrymās.] *In quibusdam lib. antiq.* Inexpletus *legitur. in aliquot alijs,* In amplexus lachrymans *habetur.* CV'M primam aciem.] *In antiq. lib.* Primùm *legitur.* NEQVE finitimo Mezētius vnquam, Huic capiti insultans.] *In antiq. lib.* Finitimus *legitur, &* Exsultās *legitur &* vsquam, *in libris aliquot antiq.* QVÆSO miserescite regis, Et patrias audite preces.] *In antiq. libr. lectio hæc variat in hunc modum:* Quæso reminiscere regis, Exaudiq; preces patrias. VAR. Lect.

O' mihi prœteritos referat si Iuppiter annos! *Est senis, præteritam ætatem optantis; quæ rebus gerendis, & ad gloriam comparandam, magis idonea est. senectus, viribus destituta, consilio tantùm valet.* ADR. Bar.

Vitam oro: patiar quemuis durare laborem.
Sin aliquem infandum casum fortuna minaris:

SER. DVRARE laborem.] *Ipsius scilicet senectutis. Terent.* Senectus ipsa morbus est. Durare *autem, est sustinere.*

Digitized by Google

Nunc, nunc ô liceat crudelem abrumpere vitam!
Dum curæ ambiguæ; dum spes incerta futuri;
Dum te, chare puer, mea sola & sera voluptas,
Complexu teneo grauior ne nuntius aures
Vulneret! Hæc genitor digressu dicta supremo
Fundebat. famuli collapsum in tecta ferebant.
Iamque adeò exierat portis equitatus apertis:
Æneas inter primos, & fidus Achates;
Indè alij Troiæ proceres: ipse agmine Pallas
In medio, chlamyde & pictis conspectus in armis.
Qualis, vbi Oceani perfusus Lucifer vndâ,
Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes,
Extulit os sacrum cœlo, tenebrasque resoluit.
Stant pauidæ in muris matres; oculisq; sequuntur
Pulueream nubem, & fulgenteis ære cateruas.
Olli per dumos, quà proxima meta viarum,
Armati tendunt. it clamor; & agmine facto
Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum.

Est ingens gelidum lucus prope Cæritis amnem,
Relligione patrum latè sacer: vndique colles
Inclusère caui, & nigrâ nemus abiete cingunt.
Syluano fama est veteres sacrâsse Pelasgos,
Aruorum pecorisq; Deo, lucumque, diemque:
Qui primi fines aliquando habuère Latinos.

sustinere. Horatius: Ac sinè funibus vix durare carinæ Possunt imperiosius æquor. *Et Vergilius:* Durate, & vosmet rebus seruate secundis. INFANDVM casum.] *Parentis est, nolle memorare, quod formidat.* CRVDELEM vitã.] *Quæ filio est superstes. vt,* Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam. SOLA, & sera.] *Quia & vnus erat, & serius susceptus, id est, à seniore. Vel propter hoc vitam optat longiorem, quòd breuem ex illo fructum consecutus sit: vel quòd sera ex filijs voluptas est.* SVPREMO.] *Hoc ex personâ Poëtæ: quia periturus erat Pallas.* IAM'QVE adeò exierat.] Adeò, *ad ornatum pertinet tantùm.* INDE'] *Hic deinde significat. & est polysemus sermo.* IPSE agmine Pallas in medio.] *Hic enim mos fuit, vt tyrones ponerentur in medio; & ambirent viri fortes exercitum. Aut certè honoris est, medium locum in exercitu tenere. vt ipse alibi,* Medio dux agmine Turnus, *& suprà,* Cõposuit spondâ, mediumq; locauit. CONSPECTVS.] *Conspicuus, conspicabilis. Nam pro nomine participium posuit. Sic est,* Et versis arcades armis. QVALIS oceani.] *Homericum est.* ANTE alios astrorum diligit ignes.] *Venus in cœlo habet vnam propriam stellam: quæ oriens, Luciferum; occidens, Vesperum facit. Inde Statius:* Et alterno deprehenditur vnus in ortu. *Habet etiam duas alias: vnam in signo Tauri, & vnam in Septentrione. Vnde etiam Taurus, domus esse dicitur Veneris. Ideò dixit,* Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes. SACRVM.] *Venerabile.* Tenebras *autem* resoluit, *propter iubar; quod sola possidens, aliquod adfert lumen.* OCVLIS'QVE sequuntur.] *Mirâ breuitate hoc explicuit. id est, quàm longissimè prospiciũt.* PVLVEREAM nubem.] *ὕστερον πρότερον.* QVA' proxima meta viarum.] *Quà proximus circuitus est.* AGMINE facto.] *Agmen est propriè exercitus ambulans. quicquid fuerit aliud, abusiuè dicitur: siue stans, siue castra metatus.* PROPE Cæritis amnem.] *Agylla ciuitas est Thusciæ, à conditore Agellã appellata: cui ex inscientiâ Romanâ aliud est inditum nomen. Nam cùm Romani, euntes per Thusciam, interrogarent Agyllinos, quæ diceretur ciuitas: illi, vtpote Græci, quid audirent ignorantes, & optimum ducentes, si priùs eos salutarent, dixerunt, χαῖρε. quam salutationem, Romani nomen ciuitatis esse putauerunt, detractâ aspiratione, eam Cære nominauerunt: vt dixit Hyginus, de vrbibus Italicis.* Amnis *autem, aut tacuit nomen: aut, vt quidam volunt, Minio dicitur: quia alibi dixit,* Qui cerete domo: qui sunt Minionis in aruis. *Alij certè montem putabant: ab hoc oppidum dictum.* LATE' sacer.] *Hoc est, non solùm colebatur à ciuibus; sed etiam ab accolis.* VNDIQVE.] *Deest,* quem, *vel* eum. NIGRA.] *Vmbrosâ: more suo.* VETERES sacrâsse Pelasgos.] *De his varia est opinio. Nam alij eos ab Atheniensibus, alij à Laconibus, alij à Thessalis, dicunt originem ducere: quod est propensius. Nam multas in Thessalia Pelasgorum constat esse ciuitates. Hi primi Italiam tenuisse perhibentur. Philocorus ait, ideò nominatos Pelasgos: quòd velis, & verno tempore, aduenire visi sunt, vt aues. Hyginus dicit, Pelasgos esse, qui Tyrrheni sunt. hoc etiam Varro commemorat.* A ARVORVM pecorisque Deo.] *Publica ceremoniarum opinio hoc habet: Pecorum & agrorum deum esse Syluanum. Prudentiores tamen dicunt, eum esse ὑλικὸν θεὸν, hoc est, deum τῆς ὕλης. Hyle autem, est fex omnium elementorum: id est, igni sordidior & aëre, item aqua & terra sordidior: vnde cuncta procreantur.* B *Quam ὕλην, Latini materiam, appellauerint. nec incongruè: cùm materiæ syluarum sint. Ergo, quod Græci à toto: hoc Latini à parte dixerunt.* LVCVM'QVE, diemq;.] *Hoc à Romanis traxit: apud quos nihil fuit, tam solenne, quàm dies consecrationis. Hinc est illud:* Nostrosque huius meminisse minores. *Ecce & his luco & numen, & consecrationem dedit.*

POM Sabi. IAM'QVE adeò.] *Aeneas cum Pallante præit Tarchontem.* PROPE Ceritis.] *Agylle dicta Cere. hoc Cere, Ceretis. Agylla dicta, à nymphâ Agylle.* VETERES sacrâsse Pelasgos.] *Pelasgi condiderunt Agyllem, id est, Cere. Strabo ait, eos fuisse Arcadicos, & militares. Homerus ait, Cretenses: Aeschylus, Argiuos: Ephorus, Peloponnesum Pelasgiam. Euripides ait, Pelasgos dictos Danaos. alij aiunt habitâsse Lemnum & Imbrum. nonnulli dicunt, Pelasgos venisse cum Tyrrheno. Herodotus ait, Pelasgos semper vagos, sub Deucalione habitâsse Thessaliam; sub Doro, Hellenis filio, Istiotim, inter Olympum & Ossam: hinc à Cadmeis eiectos, Macedoniam; postremò Peloponnesum.* C *Athenienses eos vocabant Pelargos, id est, ciconias aues: quoniam semper essent vagi. Dionysius ait, dictos à Pelasgo, Iouis filio: & habitâsse Argos Achaicum. Post 6. ætates in Thessaliam migrarunt, quæ Hæmonia dicebatur. Vel Pelasgi dicti, à duce Pelasgo, filio Larissæ & Neptuni. Thessaliâ pulsi fuerunt à Curetibus & Lelegibus: qui & Aetoli & Locri sunt vocati. Pelasgi pulsi, per varia loca diuisi, Cretam, Calydas, Estiotim, Phocydem, Euboiam, Lesbum, Dodonem. Hi, cùm non sufficeret ager, in Italiam monitu oraculi venerunt: quæ Saturnia dicebatur.* AMNEM.] *Minionem.* LVCVM'QVE diemque.] *apud antiquos, dies consecrationis solennis erat.*

VAR Lect. PATIAR quemuis durare laborem.] *In antiquis libris* Patior *est.* NVNC nunc, ô liceat.] *In libris Romanis & quibusdam alijs legere est,* Nunc ô nunc liceat. MEA sola, & sera voluptas.] *In Mediceo, transpositis verbis, legere est,* Mea sera & sola voluptas. COMPLEXV teneo] *In Romano libro legere est,* Complexus.

Haud procul hinc Tarcho & Tyrrheni tuta tenebãt
Castra locis; celsoque omnis de colle videri
Iam poterat legio; & latis tendebat in aruis.
Huc pater Æneas, & bello lecta iuuentus,

SER. TARCHO & Tyrrheni.] *Tarcho, sic legitur: & est Latinus nominatiuus, de Græco veniens; ab eo quod est Tarchon: perditâ literâ* n, *&* o *in* o *mutatâ, vt Apollo, ἀπόλλων; Plato, πλάτων alìter versus non stat.* TVTA tenebant

A nebant Castra locis.] *Hoc est, industriâ & naturâ munitissima. Sed nouimus, castra per naturam munita esse non posse, nisi in collibus fuerint. quòd si in mõtib. sunt, quomodo procedit*, Latis tẽdebat in aruis? *Ne sit ergo contrarium; intelligamus, quod hodieq; videmus & legimus, hãc collium fuisse naturâ, vt planities esset in summo, in quâ inerât castra Tarchontis.* Quãquam multi velint, Celsoq; omnis de colle videri Iã poterat legio: *ad Aeneam referre: vt intelligamus, venientes in collibus fuisse Troianos: Castra verò Hetrusca in campis.* Quod si velimus accipere: *quemadmodũ procedit*, Tuta tenebant Ga-
B stra locis? *nam tuta, id est, per naturam locorum.* De colle videri.] *Incertum, vtrùm ipsa in colle agens; an ab his, qui de colle prospiciũt.* Tendebat in aruis.] *Vt*, Hîc sæuus tendebat Achiles: *hoc est, tentoria habebat.* Et bello lecta.] *Quia ait suprà*: Qui sese in bella sequantur, Pręstantes virtute legit. *Aut lectâ propriè: quia delectus militum est.* Fessi'que &equos, & corpora curant.]

Succedunt, fessique & equos & corpora curant.
At Venus, æthereos inter dea candida nimbos,
Dona ferens aderat: natumque, in valle reductâ,
Vt procul è gelido secretum flumine vidit,
Talibus affata est dictis, seque obtulit vltrò.
En, perfecta mei promissâ coniugis arte
Munera: ne mox aut Laurenteis, nate, superbos,
Aut acrem dubites in prælia poscere Turnum.
Dixit, & amplexus nati Cytherea petiuit:
Arma sub aduersâ posuit radiantia quercu.
Ille deæ donis, & tanto lætus honore,
Expleri nequit, atque oculos per singula voluit:
Miraturque, interque manus & brachia versat
Terribilem cristis galeam, flammasq; vomentem,
Fatiferumque ensem, loricam ex ære rigentem,
Sanguineam, ingentem: qualis, cùm cærula nubes
Solis inardescit radijs, longeque refulget.
Tùm læueis ocreas, electro auroque recocto,
Hastamque & clypei non enarrabile textum.
Illîc res Italas, Romanorumque triumphos,
Haud vatum ignarus, venturique inscius æui,
Fecerat Ignipotens: illîc genus omne futuræ
Stirpis ab Ascanio, pugnataque in ordine bella
Fecerat: & viridi fœtam Mauortis in antro
Procubuisse lupã: geminosq; huic vbera circùm
Ludere pendentes pueros, & lambere matrem
Impauidos: illam tereti ceruice reflexam
Mulcere alternos, & corpora fingere linguâ.
Nec procul hinc Romam, & raptas sinè more Sabinas,
Consessu caueæ, magnis Circensibus actis,
Addiderat; subitoq; nouum consurgere bellum
Romulidis, Tatioque seni, Curibusque seueris.
Pòst ijdem inter se posito certamine reges
Armati, Iouis ante aram, paterasque tenentes

brachia versat.] *Ex Homero*: τεύχεα δ' ἐν χείρεσσιν ἔχων θεοῦ ἀγλαὰ δῶρα. *Distinguendum autem est: vt intelligas, Aenean manibus minora, brachijs maiora arma considerâsse, vt puta loricam vel scutum. hæc enim sunt arma maiora. minora verò galeam, gladiũ, ocreas.* Versat.] *Considerat. Vt*, Huc illuc vinclorum immensa volumina versat. Fatiferum'que ensem.] *Fatum sæpè pro morte positum legitur.* Fatiferum *ergo, lethiferum.* Rigentem, sanguineam, ingẽtem.] *Distinguendum, propter plura epitheta.* Sanguineam *autem, velut cruëntam, terribilem.* Solis inardescit radijs.] *Irim physicâ ratione describit: quæ fit, cùm aquosam nubem ardor solis irradiat. Nec est incongrua hæc comparatio: cùm lorica de diuersis metallis fieri plerumq; cõsueuerit.* Laeueis ocreas.] *Id est, nitida tibialia.* Recocto.] *Sæpè purgato: quia, quantò plùs coquitur, meliùs fit. Ergo ad qualitatem, & ad commendationem refertur. Sic Homerus*: αὐτὰρ ἐπειδὴ τεῦξε σάκος μέγα τε στιβαρόν τε, τεῦξ' ἄρα οἱ θώρηκα φαεινότερον πυρὸς αὐγῆς, τεῦξε δέ οἱ κόρυθα βριαρὴν κροτάφοις ἀραρυῖαν, καλὴν, δαιδαλέην· ἐπὶ δὲ χρύσεον λόφον ἧκε, τεῦξε δέ οἱ κνημῖδας ἑανοῦ κασσιτέροιο.

Ingenti arte, quod sequebatur, omisit; redditurus in decimo. namque, si vellet dicere, venisse Aeneã, vidisse Tarchontem, petisse auxilia: satis longum fuerat; & peribat illud, quod ait suprà, Toto namq; fremunt condensæ littore puppes. *cùm & Hetruscorum festinationi, dicentis breuitas congruat. Verùm hoc, quod in isto loco*
C *prætermisit, reddidit in decimo dicens*: Namque vt ab Euandro castris ingressus Hetruscis, Regem adit, & regi memorat nomenque, genusque. Aetherios nimbos.] *Per aërem numinum, scilicet purgatiorem, qui circa deos est.* Dona ferens aderat.] *Homerus ait*: ἡ δ' ἐς νῆας ἵκανε θεοῦ πάρα, δῶρα φέρουσα. Redvcta.] *Secreta.* Egelido secretum flumine vidit.] *Egelido, id est, minimùm gelido. & est vna pars orationis: vt 4. Georg.* Edurámque pyrum. *id est, valde duram. Et sic dixit*, Secretum flumine egelido, *hoc est, præsidio fluminis: vt dicimus. Secretus est monte vel syluis. Latenter autem ostendit, Aeneam, non nisi flumine ablutum, numen videre potuisse.* Obtvlit vltrò.] *Id est, dea confessa est, vt in Secundo dixit*, Cùm mihi se non ante oculis tam clara videndam Obtulit. *est autem ὕστερον πρότερον: & ordo est*; Obtulit se. & locuta est. Promissa.] κατὰ τὸ σιωπώμενον: *vt suprà*, Hoc signum cecinit missuram diua creatrix. Lavrenteis superbos.] *Vt*, Quos illi bello profugos egêre superbo. Acrem Turnum.] *Fortem. & propriè apud nos. Acer est, qui apud Græcos δεινὸς dicitur. nam fortem, & vehementem, & asperum, & amarum, potest significare.* Poscere.] *Prouocare. Cicero* 1. & 2. *Actione in Verrem*: Poscunt maioribus poculis, *id est, prouocant.* Deae donis.] *Propter arma.* Tanto lætus honore.] *munere diuæ: Quòd manifestè viderat matrem, & plenam numinis sui.* Inter'que manus & brachia versat.]

Bene, non enarrabile. cùm enim in clypeo omnem historiam Romanam vellet esse descriptam, dicendo, Illîc genus omne futuræ Stirpis ab Ascanio, pugnataq; in ordine bella: *carptim tamen pauca commemorat. sicut in primo ait*, Videt Iliacas ex ordine pugnas: *nec tamen vniuersa describit. Sanè interest inter hunc, & Homeri clypeum. Illîc enim singula, dum fiunt, narrantur: hîc verò, perfecto opere noscuntur. nã & hîc arma priùs accipit Aeneas, quàm spectaret: ibi, postquam omnia narrata sunt, sic à Thetide deferuntur ad Achillem. Opportunè ergo Vergilius: quia nõ videtur, simul & narrationis celeritas potuisse connecti, & opus tam velociter expediri, vt ad verbum posset occurrere.* Havd vatum ignarus.] *Liptotes figura: id est, futurorũ non inscius. Et quibusdam videtur, hunc versum omitti potuisse.* Ventvri'q. inscius æui.] *Non æui, sed quæ in æuo erant futura.* Stirpis ab Ascanio.] *Vsq; ad Augus. Cæsari.* Pvgnata'que in ordine bella.] *Et hîc subaudiri potest de Ascanio: Et bella bonorum, quæ Romanorũ in clypeo dicit.* Mavortis in antro.] *Potest accipi, & Fecerat lupam Mauortis, & Mauortis in antro. Fabius speluncam Martis dixit. Dicendo autem &, ostendit, multa alia esse depicta. Est autem elegans figura: Fecerat procubuisse, sanè laus operis, vt tale videretur.* Fœtam *verò, quæ peperit, & nutrire potuisset.* Procvbvisse.] *Id est, primâ parte se inclinasse, quod Græci προκύπτειν dicunt: vt inclinatione corporis vbera præberet infantibus. Nã si pcubisse, iacuisse accipias, contrariũ est quod dicit*: Ludere pẽdẽtes pueros. *Quòdsi pcubuisse, vt*, Cùm fœtu concolor albo Procubuit, *accipiamus: intelligere debe-*

Digitized by Google

re debemus, pendẽtes, desiderio alimoniæ suspensos, vel intẽtos: vt, Pendetq; iterũ narrantis ab ore. Alij, pendẽtes, cessantes: vt, Pendent opera interrupta, minæq; Murorũ ingẽtes. Sciendũ tamen, voluisse eũ gestũ propriè exprimere, quem in ipsius lupæ cernimus statuis. GEMINOS huic.] Modò, reuerà geminos: aliàs, similes. Sanè totus hic locus Ennianus est. LVDERE.] Moueri. Terentius: Congruum istum maximum paulisper in aquâ sinite ludere, id est, moueri. LAMBERE matrem.] Quasi matrem, cuius affectum pueris exhibebat. Sanè veteres etiam nutrices vocabant: vt ait Plautus in Menæchmis: Et mater non possit dignoscere, quę mammam dabat. TERETI ceruice.] Rotundâ cum longitudine. Vt, Incumbens tereti Damon sic cœpit oliuæ. MVLCERE alternos.] Non quod in picturâ erat, dicit: sed id, quod intelligimus factum fuisse. Vt, Ter circùm Iliacos raptauerat Hectora muros. ET corpora fingere linguâ.] Id est, tergere. Cicero in Sestianâ: Spongijs sanguis effingebatur, id est, tergebatur. Fingere tamen, & formare aliquid, & ad integram faciem arte perducere, significat. indè fictores dicuntur, qui imagines vel signa, ex ære vel cerâ faciunt. NEC procul hinc Romam.] Congruè, iuxta proprios conditores. RAPTAS sinè more Sabinas.] Raptas spectaculo, sinè vllo exemplo: aut, sinè vllo bono more. Vel raptas, stupratas, id est, per vim. Historia autem talis est. Romulus, cùm turbam ciuium non haberet, asylum condidit: ad quem locum si quis confugisset, eũ exinde non liceret auferri. Hic cùm videret, virorum multitudinem sinè connubijs posse deperire, à vicinis ciuitatibus matrimonia postulauit. sed ab eis contemptus, celetes se Neptuno, equestri Deo, qui & Consus dicitur, editurum proposuit: ad quos celetes cùm de vicinis ciuitatibus maxima multitudo, cum omnibus fœminis, conuenisset: Romulus eas signo dato rapi de spectaculo fecit. ob quam rem à Sabinis bellum ei indictum est: in quo cùm, iam capto à Sabinis Capitolio, in foro Romano pugnaretur, & eius milites fugerent, Ioui Statori templum se facturum esse promisit, si eius stetisset exercitus. Quo voto restituta pugna, cùm anceps esset, interuenientibus mulieribus Sabinorum, quæ iam Romanis nuptæ erant, sedata est: & icto fœdere, Tatius, Rex Sabinorum, in partem vrbis acceptus est. vnde Romani, à Curibus, Quirites appellati sunt. CONSESSV caueæ.] Cauea est, vbi populus spectat. Plautus in Amphytrione: Vt conquisitores singuli in subsellia eant, per totam caueam spectatoribus. Vallis autem ipsa, vbi Circenses editi sunt, ideò Murcia dicta est: quia quidam vicinum montem Murcum appellatum volunt: alij, quòd fanum Veneris verticordiæ ibi fuerit, circa quod nemus Murteis fuisset; indè mutatâ litterâ Murciam appellatam. alij Murcidam, à murcido, quod est marcidum, dictam volunt. Pars à Deâ Murciâ dicit. MAGNIS circensibus actis.] Magnis, quantum ad paupertatem pristinam pertinet. Nam legimus, propter equorum inopiam, diuersis eos tunc vsos animalibus. Raptæ autem sunt Sabinæ Consualibus, hoc est, mense Martio. Consus autem est deus consiliorum: qui ideò templum sub tecto in Circo habet, vt ostendatur, tectum debere esse consilium. indè est, quòd & Fidei panno velatâ manu sacrificabatur; quia fides tecta esse debet & velata. Ideò autem dicato Consi simulachro rapuerunt Sabinas, vt tegeretur initum de rapto consilium. Iste Consus, & Eques Neptunus dicitur: vnde etiam in eius honorem Circenses celebrabantur. Errant ergo, qui dicunt magnis Circensibus, aut Megalesiacis, aut Romanis: quos constat fieri ante calendas Ianuarias. Actis autem, cùm agerentur: quia non erat præsens à passiuo participium. vt, Et quâ vectus Abas. CIRCENSIBVS.] Circenses dicti, vel à circuitu: vel quòd, vbi nunc metæ sunt, olim gladij ponebantur, quos circumibant. dicti indè Circenses ab ensibus, circa quos circumibant. Sanè notandum, positos Circenses, sinè adiectione ludorum: cùm ita dicamus Ludos theatrales, ludos gladiatorios, ludos Circenses. ROMVLIDIS.] Hic datiuus pluralis venit ab eo, quod est, hic Romulida. CVRIBVS'QVE seueris.] Mirè & meritò dixit, seueris. Cùm enim filias perdiderint Cernenses, Antemnates, Crustuminij, & Sabini: cæteris quiescentibus Sabini soli bella sumpserunt, sicut dictum est: sed interuenientibus postea triginta fœminis, iam enixis, de illis, quæ raptæ erant, pax facta est. ex quarum nominibus Curiæ appellatæ sunt. In communem etiam mulierum honorem, Calendæ eis dicatæ sunt Martiæ. Horatius: Martijs cælebs quid agam calendis? Iuuenalis: Munera fœmineis tractat secreta calendis. Nec enim aliter congruit, Martias calendas esse fœminarum: nisi quia (vt diximus) à fœminis bella sedata sunt. Sanè sciendum, omnes virgines raptas; exceptâ Hersiliâ: quam sublatam à marito, sibi Romulus fecit vxorem. Aut seueris disciplinâ: aut rem hoc verbo reconditam dixit; quia Sabini à Lacedæmonijs originem ducunt, vt Hyginus ait, de Origine Vrbium Italicarum: à Sabo, qui de Perside Lacedæmonios transiens, ad Italiam venit; & expulsis Siculis, tenuit loca, quæ Sabini habent. Nam & partem Persarum nomine Caspiros appellare cœpisse: qui pòst corruptæ Casperuli dicti sunt. Cato autem & Gellius, à Sabo Lacedæmonio trahere eos originem referunt. Porrò Lacedæmonios durissimos fuisse, omnis lectio docet. Sabinorum etiam mores populum Romanum secutum, idem Cato dicit. Meritò ergo seueris, qui & à duris parentibus orti sunt; & quorum disciplinam victores Romani in multis secuti sunt. POSITO certamine.] Finito: vt, Ante diem clauso componet vesper Olympo. IOVIS ante aram.] Ante templum Iouis Statoris: quod fecerat Romulus, postquam orans clausis armis meruit, ne suus exercitus fugaretur.

A

B

LEGIO.] exercitus Aneæ. HVC.] apud Tyrrhenos: id est, vbi erant castra Tyrrhenorum. EN perfecta mei.] Loquitur Venus Aneæ, eiq; portat arma, fabricata à Vulcano. STIRPIS ab Ascanio, purgataque in ordine bella.] De stirpe ab Ascanio & Aneâ Syluio, diximus in primo. FOETAM Mauortis in antro Procubuisse lupam.] illam, quam fingunt peperisse in Lupercali. Fingunt Romulum & Remum fuisse Lupæ filios. Germalum appellatur, vbi proiecti Romulus & Remus. CIRCENSIBVS actis.] Romulus Circenses ludos simulauit, quando rapuit Sabinas. BELLVM.] Sabinum, quod secutum est ex raptu virginum. Romulus Numitorem consuluit de rapiendis virginibus. placuit omnibus sententia. statuitur dies & ludi Neptuno equestri. conuenêre finitimi omnes ad ludos. Romulus dato signo milites iubet impetum facere. diffugientibus hospitibus, illæ raptæ sunt, secundùm leges patrias eas iuuenibus locauit, communione panis & aquæ. raptæ fuerunt sexcentæ & octoginta tres, anno primo imperij Romuli, vt volunt quidã: quidã, anno quarto Romani hæc sacra appellant Consualia. Deus vocatur Consus, à consilio: cuius ara subterranea erat iuxta Circum maximum. Ex cursibus equorum ludi fiunt, cum curru, & sinè curru. Ideò autem subterraneam habebat aram: quia consilium debet esse tectum. SINE more.] sinè honestate. TATIO] T. Tatius, rex Sabinorum, contra Romanos: regnauit postea cum Romulo, post bellum Sabinum.

POM. Sab.

C

TVTA tenebant.] In libris antiquis legere est, Cuncta tenebant. EGELIDO.] In Romano libro, Hæc gelido. in alijs, E' gelido, separatim legitur. MIRATVR interque manus.] In plerisque libris antiquis legere est, Miraturque interq; manus. AVRO'QVE recocto.] In Oblong. libr. Auroque nitentem legitur. REFLEXAM Mulcere.] In Romanis lib. Reflexa legitur. Quod verò subsequitur: ET corpora fingere linguâ.] Sunt antiqui lib. in quibus Lingere scriptum sit. Sed enim Fingere agnoscit Seruius.

VAR. Lect.

HAVD vatum ignarus, venturique inscius æui.] De eo, qui futura prædicere potis est. Hanc artem, vt multi sibi vendicant insolenter, ita paucissimi callent.

ADE Bar.

IVNGE-

Stabant, & cæsâ iungebant fœdera porcâ.
Haud procul indè, citæ Metū in diuersa quadrigæ
Distulerant: (at tu dictis Albane maneres)
Raptabatq; viri mendacis viscera Tullus
Per syluam; & sparsi rorabant sanguine vepres.
Necnon Tarquinium eiectum Porsenna iubebat
Accipere, ingentiq; vrbem obsidione premebat.
Æneadæ in ferrum pro libertate ruebant.
Illum indignanti similem, similemq; minanti
Aspiceres: pontem auderet quod vellere Cocles,
Et fluuium vinclis innaret Chlœlia ruptis.
In summo custos Tarpeiæ Manlius arcis
Stabat pro templo; & Capitolia celsa tenebat:
Romuleoq; recens horrebat regia culmo.
Atq; hîc auratis volitans argenteus anser
Porticibus, Gallos in limine adesse canebat.
Galli per dumos aderant; arcemq; tenebant:
Defensi tenebris, & dono noctis opacæ.
Aurea cæsaries ollis, atq; aurea vestis:
Virgatis lucent sagulis: tum lactea colla

A SER. IVNGEBANT fœdera porcâ.] *Fœdera, vt diximus, dicta sunt à porcâ fœdè & crudeliter occisa. Nam cū antè gladijs cōfigeretur, à Fecialibus inuentum, vt silice feriretur: eâ causâ, quòd antiquū Iouis signū lapidis siliceni putauerunt esse. Cicero fœdera à fide putat dicta. Sed huius porcæ mors optabatur ei, qui à pace resilijsset. Falsò autē ait,* Porcâ. *Nam ad hoc genus sacrificij porcus adhibebatur. Ergo aut vsurpauit genus pro genere: Vt,* Timidi venient ad pocula damæ: *cùm has damas dicamus. Itē suprà Lupam: cùm artis sit, hic & hæc lupus. Aut certè illud ostēdit, quia in omnibus sacris fœ-* B *minei generis plus valent victimæ. Deniq; si per marem litare nō possent; succidanea dabatur fœminea. Si aūt per fœminā non litassent; succidanea adhiberi nō poterat. Quidā porcam euphoniæ gratiā dictā volunt. Huius aūt facti in sacrâ viâ signa stant. Romulus, à parte palatij; Tatius, venientibus à rostris.* CITÆ metū in diuersa quadrigæ.] *Donatus hoc loco cōtra metrum sentit, dicens;* Citę, diuisæ, *vt est in iure,* Erecto, nō cito: *id est, patrimonio vel hæreditate nō diuisâ. Nam* Citus, *cùm diuisus significat, ci lōga est. Ergo* Citę, *veloces intelligimus. Quē autem dicit Vergilius Metū; Metius Suffetius dictus est: quod nomen mutilauit, causâ metri. Nouimus aūt, nominū vel mutationē, vel mutilationē, concessam poëtis. sic pro Polluce, Castori: pro Citheride, Lycoridē posuit: vt,* Sed quę legat ipsa Lycoris. *Hic aūt Metius Suffetius, cùm apud Albanos summā rerū teneret, à Romanis in auxilium cōtra Fidenates vocatus, iure societatis venit quidē; sed in ipso prælio ad hostes defecit. Quod cernens Tullus Hostilius, ait voce maximâ militibus suis, ita vt etiam hostis audiret;* Ne trepidetis: meo consilio factum *est, vt factiosè Metius Suffetius ad hostes transiret. Quo consi-* C *lio & suis iam penè amissas reddidit vires: & effecit, ne hostes crederēt Metio. quē post victoriam captū, Tullus Hostilius religauit ad duas quadrigas; ita vt ab vnis quadrigis traherentur manus, pedes verò ab alteris. quibus agitatis velociter, eū crudeli morte discerpsit. Videns itaq; poëta, Romano nomini incongruam esse vindictā; culpam criminis retorquet in auctorē; dicēs ex suâ personâ ad ipsum Metium;* At tu dictis Albane maneres. *Ideò etiā* mendacis *infert; vt tacitæ quæstioni, & inuidiæ crudelitatis occurrat. Sanè cōstat, post victoriā de Albanis Romanorū, quam per conditionē Horatiorū & Curiatiorū adepti sunt, hoc factū esse, quod hoc loco poëta narrauit.* NECNON Tarquinium eiectū Porsenna iubebat.] *Tarquinius Superbus habuit perditos filios; inter quos Aruntem. qui dum in castris esset, patre suo Ardeam obsidēte; & ortus esset inter eum & Collatinū, maritum Lucretiæ, de vxoribus sermo; eò vsq; processit contentio, vt ad probandos earum mores, arreptis equis, statim domus suas simul proficiscerentur. Ingressi itaq; ciuitatē Collatinā, vbi Lucretiæ domus, inuenerunt eam lanificio operam dantē, & tristē, propter mariti absentiam. Indè ad Aruntis domū profecti, cùm vxorē eius inuenissent cantilenis & saltationibus indulgentē, reuersi ad castra sunt. Quod Aruns dolens, cùm de expugnandâ Lucretiæ castitate cogitaret; mariti eius nomine epistolam finxit, & dedit Lucretiæ: in quâ hoc continebatur; vt Aruns susciperetur hospitio. Quo facto, per noctem stricto gladio eius ingressus cubiculum cum Aethiope, hac arte egit, vt secum coiret, dicens; Nisi mecum cōcubueris, Aethiopem tecum interimam, tanquā in adulterio deprehenderim. Timens itaq; Lucretia, ne famam castitatis morte deperderet; (quippe quam sinè purgatione futuram esse cernebant) inuita turpibus imperijs paruit: & alterâ die conuocatis propinquis, marito Collatino, patre Tricipitino, Bruto auūculo, qui Tribunus equitum celerum fuerat, rem indicans, petijt, ne violatus pudor, néue inultus eius esset interitus: & eiecto gladio se interemit. quē Brutus de eius corpore extractum tenens, processit ad populum: & multa conquestus de Tarquinij superbiā, & filiorum eius turpitudine, egit, ne in vrbem reciperentur, auctoritate, quâ plurimum poterat. nam, vt diximus, Brutus tribunus equitum fuerat. Sed cùm non susciperetur Tarquinius; cōtulit se ad Porsennā regē Thusciæ: qui pro Tarquinio cū ingētibus copijs, capto Ianiculo, & illic castris positis, Romam vehementer obsedit. Et cùm per sublicium pontē, hoc est, ligneum, qui modò lapideus dicitur, transire conaretur; solus Cocles hostilē impetum sustinuit: donec à tergo pons solueretur à socijs; quo soluto, se cum armis præcipitauit in Tyberim. Et licèt læsus esset in coxâ, tamen eius fluenta superauit. Vnde est illud ab eo dictum, cùm ei in comitijs coxæ vitium obijceretur;* Per singulos gradus admoneor triumphi mei. *In tantam autē obsidionis necessitatē populus venerat; vt etiam obsides daret; ex quibus Chlœlia, inuentâ occasione, transnatauit Tyberim, & Romam reuersa est: redditaq; mox rursus est, pacis lege eam Porsennâ repetente. qui admiratus virtutē puellæ, dedit ei optionem, vt, cum quibus vellet, rediret. Illa elegit virgines, quæ iniuriæ poterant esse obnoxiæ. Vnde Porsenna, hoc quoq; miratus, concessit: & rogauit per literas populum Romanum, vt ei aliquid virile decerneretur. cui data est statua equestris, quam in sacrâ viâ hodieq; conspicimus.* Eiectum *aūt quare? aut quia facilè poterat suscipi, & occidi. Sed ideò non est susceptus: quia occidi non poterat, religione impediente. rex enim etiam sacrorū fuerat. Vnde etiam alij postea Cōsules facti sunt, alij Reges sacrorū.* PORSENNA.] *Vnum n addit, metri causâ. vnde & penultimæ datus accentus est. Nam Porsena dictus est. Martialis:* Vrere quā potuit contempto Mutius igne, Hâc spectare manū Porsena nō potuit. ÆNEADÆ] *Satis longè petitum epitheton. Et potest hoc loco historia de Mutio accipi.* ILLVM.] *Coclitem scilicet. Et modò Cocles in hoc homine, de quo dicit, proprium est nomen: in alijs, appellatiuum. nam luscos, coclites dixerūt antiqui. Vnde & Cyclopas, coclitas legimus dictos; quòd vnū oculum habuisse perhibentur: quasi στρογγυλῶπας, à rotunditate. Plautus in Curculione:* De Coclitum prosapiâ te esse arbitror: nam hi sunt vnoculi. VINCLIS innaret Chlœlia ruptis.] *Atqui obsides nō ligantur. sed vincla pro custodijs accipiamus; aut pro fœderibus. Aut certè,* ruptis vinclis pōtis, *id est, ponte iam resoluto.* IN summo custos Tarpeiæ Manlius arcis.] *In summâ clypei parte. nam postea ait,* In medio classes æratas. *Et bonâ ratione vtitur, in picturâ, apta vnicuiq; rei loca distribuens. Ideò enim in summâ clypei parte dicit esse factum Capitolium; quia hoc arcem vrbis esse, manifestū est. Hæc historia aūt talis est. Brenno duce, Senones Galli venerunt ad Vrbē: & circa Alliam fluuium, occurrentē sibi omnem deleuerunt exercitum populi Romani. Aliâq; die, cùm vellent ingredi ciuitatem, primò cunctati sunt, insidias timentes: quia & patentes portas, & nullum in muris videbant. Postea paulatim ingressi, cuncta vastarunt octo integris mensibus: adeò vt, quæ incendere non poterant, militari manu diruerent)*

rent, solo remanente Capitolio: ad quod cum vtensilibus reliqui confugerant ciues, qui tamē à Gallis obsidebantur, etiam id penetrare cupientibus: quos alij per dumeta & saxa aspera, alij per cuniculos dicunt conatos ascendere. Tunc Manlius, custos Capitolij, Gallos detrusit ex arce, clangore anseris excitatus, quē priuatus quidam dono Iunoni dederat (Namq; secundùm Plinium, nullum animal ita odorem hominis sentire dicitur. Quod Ouidius in Metamorph. intelligens, dixit: Nec seruaturis vigili Capitolia voce Crederet anseribꝰ.) Quā causā posteà, eo die quo hoc factū est, canes, qui tunc dormientes nō senserant, cruci suffigebantur: anseres, auro & purpurâ exornati, in lecticis gestabantur. Sanè hic Manlius, post defensum Capitolium, pro præmio singulis libris farris, ob virtutē, à populo donatus est. In tantam aūt sibi penuriam redacti erant in obsidione, vt corijs madefactis, & postea frictis, vescerētur. cuius rei argumētum est, quòd hodièq; ara in Capitolio est Iouis Soteris; in quā liberati obsidione, coria & solia vetera cōcremauerunt. Hic tamē Manlius postmodū, adductus in suspicionē regni appetiti, vel inimicorū oppressus factione, à populo damnatus est. PRO Templo.] Pro defensione templi: hoc est, in templo. nam Ante templum, non procedit: cùm obsessus intra templū esset. Sic in nono: Ipsi intus dextrâ ac læuâ pro turribus astant. Terentius: Nam nisi hæc ita essent, pro illo haud stares Phędria. TENEBAT.] Defendebat. & est militare verbum; vt etiam Sallustius dicit. Vnde è contrario Victos, loco motos dicimus. Cicero: Loco ille motus est. HORREBAT regia culmo.] Curiam Calabram dicit, quā Romulus texerat culmis. Ideò aūt Calabria, quòd, cùm incertæ essent Calendæ aut Idus, à Romulo constitutum est, vt ibi patres vel populus calarentur, id est, vocarentur, & scirent, quā die Calendæ essent, vel etiam Idus. A Rege Sacrificulo idem fiebat: vt, quoniam adhuc fasti non erant, ludorum & sacrificiorum prænoscerent dies. ATQVE hîc.] Hic, in Capitolio scilicet. Et satis prudēter argēteum anserē dixit. nam quasi & epitheton est coloris: & significauit rem veram. Nam in Capitolio, in honorē illius anseris, qui Gallorū nuntiauerat aduentū, positus fuerat anser argenteus. AVRATIS Porticibus.] Hoc ad tempus retulit florentis Romanæ reipublicæ. Nam illo loco, vbi dixit, Horrebat regia culmo: ideò addidit Romuleo, vt incipientis & pauperis adhuc imperij tēpora designaret. GALLOS.] Senones. & Senones dicti sunt, quòd Liberum patrem hospitio recepissent. CANEBAT.] Quasi præcanebat. Nam canere, & dicere, & diuinare significat. ARCEM'QVE tenebant.] Deest, Pene. Nam propè tenuerūt. Vnde & tēpore præterito imperfecto vsus est, Tenebant: non aūt, Tenuerunt. DEFENSI tenebris, & dono noctis opacæ.] Multi iterationē volunt. Alij dicunt tenebris, propter cuniculos. DONO noctis.] Somno Manlij. Nā somnus noctis est donum. CÆSARIES.] Coma: ideò, quòd cædi potest. AVREA vestis.] Hoc est, barba. Vnde contrà Inuestes dicimus, imberbes. vnde est, Tunc mihi prima genas vestibat flore iuuenta. VIRGATIS lucēt sagulis.] Quæ habebant in virgarum modum deductas vias. Et bene allusit ad Gallicam linguam, per quam virga purpura dicitur. Virgatis ergo, ac si diceret, purpuratis.

ROM. Sabi. CÆSA porcâ] Conuenēre Albani & Romani, vt fœdera sancirent. apud Romanos, sacerdos fecialis Tullum de fœdere rogauit. Tullus post multa verba subdit: Audi Iupiter, audi pater patrate populi Albani: audi tu populus Albanus. & indè subiunxit: Populum Romanū sic ferito, vt hunc porcum hîc hodie feriam: tantoq; magis ferito, quantò magis potes, pollesq;. id vbi dixit, porcū saxo silice percussit. pòst Albani patrio ritu sacra peregerunt. Fœdus Ennius appellat fidus. Quintilianus ait, inesse quandā maiestatē, cùm dixit, cæsâ porcâ fœminâ. Metius Suffetius, dux Albanorū, cùm apertè non posse nocere, propter fœdera: dolo quæsiuit obesse Romanis. nec operā suā Albanus diu in fide mansit. Metius bellum Fidenatum & Veientum clàm excitauit. Tullus, Anienem transgressus, obsidebat Fidenas. aderat Metius, vocatus à Tullo, cum auxilio Albanorum. A vt dies pugnæ venit, suos alloquitur: & regis Romani iniurias erga Albanos refert, & perditam libertatē. Tullus ignarus aduersus Veientes læuum habebat cornu. Metius oppositus erat Fidenatibus. Fidenates, participes consilij Metij, sinè timore irruebant in Romanos. territi Romani, vix pugnare audebant. Metius occupauerat montem. Tullus, qui cautissimus erat, dolum cognouit. itaq; magnâ voce clamauit: Vicimus vicimus: iam nostro iussu Albanus montem occupauit: hostes neq; à tergo, neque à fronte euadent. sicq; victor fuit. Lictores, iussu regis, Metium comprehendunt: vestimenta lacerant: corpus verberibus cædunt: indè quadrigis religatum aurigæ discerpunt. Imitatores Metij, acies obtruncant. M. Horatius Albam cum armatis petijt. decreta Tulli & Senatus refert: scire licet vt vrbe cederent. vrbem diruit: loco ad habitandum assignato Albanis, anno quingentesimo tertiodecimo ab eius principio. REGES.] Tullum Hostilium, & Metium Suffetium. ILLVM indignanti.] adeò bene expressum erat in clypeo, vt Porsena indignaretur, & minaretur Romanis. Porsena, rex Clusinorum in Hetruriâ, legatos Romā mittit, de restituendis Tarquinijs. B indè bellum intulit: & primo impetu Ianiculum occupauit. Erant tùm Gabij cum filio Tarquinij, & Tusculani Camertini: Antemnates cum Octauio Manlio, Tarquinij genero. tandē bene resistentibus Romanis, obsidione fastiditus discessit. QVI.] pro quomodo. COCLES.] quomodo Cocles auderet auellere pontē. ET Chlœlia.] Aiunt quidā equo tranâsse Tyberim, et admiratum Porsennam repetijsse. & ei potestatem fecisse abeundi, cum quibus vellet. CVSTOS Manlius.] Diripientibus vrbē Gallis Senonibus. Titus Manlius autor fuit conscendēdi Capitolium: Capitolinus ob id vocatus. mox suspicione regni affectati carceri datus, populi assensu liberatur. cùm eiusdē rursus suspicionis reus esset, è saxo Tarpeio præcipitatus est. REGIA.] Capitolium, quod regia erat. ANSER argenteus.] id est, pulcher. Galli cùm arcem Capitolinam noctu, admotis scalis, ascendissent; anser clangorē edidit. Romani opem tulerunt. quare in tēplo Iouis Capitolini, anseris imaginē fecēre. & Manlius clangore anseris excitatus est. SAGVLIS.] Sagulū, genus vestis militaris. In certamine præualentibus Hetruscis, tres viri restiterunt cōtra impetum eorū in ponte, Sp. Martius, T. Erinnius, & P. Horatius: C qui Cocles dicebatur, quòd alterū oculum in pugnâ iampridē amiserat. & erat sobrinus M. Horatij Consulis, è genere Trigeminorū. Martius & Erinnius, defessi subtraxerunt se. remansit Horatius, omnē molem corpore suo sustinens: & iussit rescindi pontem, qui ligneus erat. Saucius lanceâ femur, accepto signo dissoluti pontis, in flumē armatus desilijt: & ita ad suos trāsnatauit. magnis infertur laudibus. statua ænea in foro ei publicè posita est: & duo ex publico iugera agri data. post hoc tempus Horatius bello inutilis fuit. Ab hoc aūt Cocles appellantur, qui habēt vnū oculū. Inter obsides, datos Porsenæ, quædā puellæ erāt. vna ex eis, Chlœlia nomine, hortata est cæteras Tyberim tranare, & domū petere. Erāt hæ virgines maiore ex parte nobiles: inter quas filia Valerij consulis. fingunt se in flumine loturas. procul à ripâ erant castra. sinè suspicione permittūtur. deceptis igitur custodibus, virgines, duce Chlœliâ, fluuiū trāsnarunt. quod vbi regi nuntiatū est, repetijt. & redditæ fuerunt per consules: quibus cū vlibus venientibus, cùm Tarquinius & Manlius insidias facerēt, Aruns, filius Porsenæ, cōsules à periculo liberauit. Porsena id indignè ferēs, Tarquinios dissolutā amicitiā abire iussit: obsides reddidit: Chlœliam laudauit, & equo phaleris ornato donauit: cum Romanis amicitiam fecit. Romani, Chlœliam nouo honoris genere decorantes, statuam eius equo sedentem in summâ sacra viâ posuēre.

CITÆ Metū in diuersa quadrigę.] Antiqui libri, Metium legūt, & Metriū. VAR. Lect. PONTEM auderet quòd vellere Cocles.] In antiquis libris legitur, Auderet quia vellere. MANLIVS arcis.] In Rom. lib. Malius arcis: in alijs Mallius

A Mallius *legitur.* ATQVE hîc auratis.] *In quibusdam lib. antiquis,* Hinc *legitur.* GALLI P dumos aderât.] *In antiquo admodū libro,* Olli *legitur.* AVREA cæsaries illis.] *Hoc autem loco,* Ollis, *in antiquis habetur exemplaribus.*

CAEL. Rhod. *Sed & in tunicis virgæ purpureæ vocantur paryphi. vnde, & in Latinis literis, virgatæ vestes: & apud Poëtam, Aeneidos octauo, sagula virgata, quæ haberent in virgarum modum deductas vias. Cui sententiæ subscribit sexto Bibliothecæ Diodorus. tametsi in eo allusum Seruius putat ad Gallicam linguā: quâ virga videretur purpura. Vergilij versus est:*

Virgatis lucent sagulis: tùm lactea colla.
Auro innectuntur.

Auro innectuntur: duo quisq; Alpina coruscant
Gesa manu, scutis protecti corpora longis.
Hinc exsultantes Salios, nudosq; Lupercos,
Lanigerosq; apices, & lapsa ancylia cœlo
Extuderat: castæ ducebant sacra per vrbem
Pilentis matres in mollibus. hinc procul addit
Tartareas etiam sedes, alta ostia Ditis:
Et scelerum pœnas, & te, Catilina, minaci
Pendentem scopulo, furiarumq; ora trementem:
Secretosq; pios, his dantem iura Catonem.
Hæc inter tumidi latè maris ibat imago
Aurea; sed fluctu spumabant cærula cano:
Et circùm argento clari delphines in orbem
Æquora verrebant caudis, æstumq; secabant.
In medio classes æratas, Actia bella
Cernere erat: totumq; instructo Marte videres
Feruere Leucaten, auroq; effulgere fluctus.

SER. GÆSA.] *Hastas viriles. Nam etiā viros fortes Galli gessos vocāt.* SCVTIS lōgis.] *Per hoc, corporū ostēditur magnitudo. vt suprà,* Stabāt tercentū nitidi in præsepibus altis. *Per quod equorū magnitudinē expressit.* HIC.] *In eodē scuto. Et congruè sacerdotes statim post tēpla commemorat.* SALIOS.] *Qui sunt in tutelā Iouis, Martis, Quirini. Dicti Salij ideò, quòd circa aras saliant & tripudiant. Alij à Salio,*
B *Aeneæ comite, dictos volunt.* NVDOS'QVE lupercos.] *Cùm in honorē Panos Lupercaliorū solennitas celebraretur, pecora Romanorū subitò à latronibus rapta sunt. Illi, proiectis vestibus, insecuti sunt. his latronibus oppressis, & receptis animalibus, propter rem à nudis properè bene gestam, consuetudo permāsit, vt nudi Lupercalia celebrarēt.* LANIGEROS'Q. apices.] *Flamines in capite pileū habebant, in quo erat breuis virga, desuper habēs lanæ aliquid.* Quod *cùm per æstus portare nō possent; filo tantū capita religare cœperunt. Nam nudis penitus eos capitibus incedere, nefas fuerat. Vnde à filo, quo vtebantur, Flamines sunt dicti, quasi filamines. Verùm festis diebus, filo deposito, pilea necesse erat accipere: quæ, secundùm alios, ad ostendendam sacerdotij eminentiam sunt reperta: sicut columnæ mortuis nobilibus superponūtur, ad ostendendū eorum culmen. Alij dicūt, nō propter eminentiam dignitatis hoc factū; sed quia, cùm sacrificaret apud Laurolauiniū, & eis extà frequēter aues, de vicinis venientes locis, abriperēt, eminen-*
C *tiâ virgarū eas terrere voluerunt. Exinde etiā consuetudo permansit, vt apud Laurolauinium ingentes haberent virgas, non breues, vt in vrbe. Sunt etiā, qui Flamines à gestamine pilei dictos aiunt, quasi pilamines.* LAPSA ancylia cælo.] *Regnāte Numâ Pompilio, scutū breue & rotundum cœlo lapsum est. Et cū aruspices respondissent, illîc fore vrbis imperiū, vbi illud fuisset: diligentiâ Numæ, nequando ab hostibus posset auferri, adhibito Māmurio fabro, multa similia facta sunt, & in tēplo Martis locata.* Quod *aūt dicit* ancylia, *plurali vtitur numero, pro singulari. Nā vnū lapsum est. Ancyle aūt dicitur, aut quasi vndiq; circumcisum: aut quasi* ἀμφίκυκλον [illegible], *id est, vndiq; labrū habens.* EXTVDERAT.] *Studiosè fecerat.* DVCEBANT.] *Deducebāt. Hæc enim fuerat consuetudo.* PILENTIS matres in mollibus.] *Pilenta sunt vehicula: sicut nūc basternas videmus. Erant autē tunc Veneti colorisnon, vt nūc sunt, russati: quibus, nisi castæ matronæ vti non poterant; sicut nec vittis. vnde addit,* Castæ. Mollibus *autem, pensilibus: vt molle feretrum, & oscilla mollia: cōtrà, Plumas pensiles dicimus, & molles significamus: vt* mollibus, *molliter stratis.* HINC procul.] *Bene à templis longè inferos facit. Et bene* Tartareas sedes, *vt nihil prætermissum videretur.* SCELERVM pœnas.] *Pro, sceleratorū. Et bene ait,* scelerum pœnas. *in crimina enim personæ incidunt; non ipsarum sunt propriè crimina. Vnde & sceleribus sunt statuta supplicia, quæ in se incidentes homines obnoxios faciunt.* ET te, Catilina, minaci Pendentē scopulo.] *Hoc quasi in Ciceronis gratiam dictū videtur.* SECRETOSQ. pios.] *Aut in secreto morātes: aut participialiter, ab illis secretos.* HIS dantē iura Catonem.] *Vt suprà diximus, Censoriū significat; nō Vticensem, qui contra Cæsarem bella suscepit. Quomodo enim pijs iura redderet, qui in se impius fuit? Et supergressus est hoc loco Homeri dispositionē. Siquidem ille Minoen, Rhadamantū, & Aeacū, de impijs iudicare dicit; hic, Romanū ducē innocentibus dare iura commemorat.* HÆC inter.] *Bene inter inferos & superos mare factū dicit; qđ, vt suprà diximus, nos ab Antipodib. diuidit; q inferi sūt, nostri cōparatione.* IMAGO aurea.] *Non est contrariū, quòd & cæruleam, & aureā, & argēteam, maris esse dicit imaginē: quā scimus, pro ventorū qualitate, mutari, & colores varios reddere. quod expressum in scuto fuisse, significat.* Ibat *autem, quidam pro* erat *accipiunt; vt,* Ast ego, quæ diuûm incedo regina. *Sanè, vbiq; propositum est poëtæ, Augusti gloriam prædicare. itaq; maiorē partē operis, in hoc clypeo, Augusto assignat.* CÆRVLA] *Id est, maria.* FLVCTV cano.] *Omnis enim spuma alba est, quæ fluctibus nascitur.* IN orbē.] *In circuitu: in medio, vtrùm clypeo, an mari?* ÆSTVM'QVE secabant.] *Naturalem rem ostendit. nam semper mare turbatur, cùm Delphini apparuerint.* CERNERE erat.] *Græca figura est: sicut Græcè dicitur,* ἦν ἰδεῖν. FERVERE Leucatē.] *Feruere, ab eo quod est Ferueo, facit. nam ab eo, quod est Ferueo, feruēre facit, ve productâ. sic Effulgere. Alij dicunt, antiquè, per tertiam cōiugationi, correptâ mediâ syllabâ, positum; vt,* Lauit ater corpora sanguis, *pro lauat. de eo, in tertio Georgicorum, in ipso loco plenius dictum est.* LEVCATEN.] *In promontorio Epiri, est mons Leucate: quod quia saxa nuda in cacumine habuit; ex horū candore Leucates appellatus est.* AVRO'QVE effulgere fluctus.] *Non quòd hic ex auro fluctus esse dicat, quos suprà canos dixit: sed quòd mare auro expressum sit; fluctus per aurum effulgeant.*

POM. Sabi. GESSA.] *Gallorum tela.* SALIOS.] *sacerdotes Martis.* LVPERCOS.] *sacerdotes Panos Lycai; qui sinè vestibus currebant per vrbem, vt diximus.* LANIGEROS.] *flamines; quòd in Latio capite velato erant semper, ac caput cinctum habebant.* PILENTIS matres.] *Pilenta sunt vehicula, id est, currus. ex antiquâ consuetudine in Latio, quotiens matronæ sacrificabāt, vel Carmenti, vel Cereri, vehebātur pilentis, id est, curribus. vnde aliquādo à Carmēte, carpenta, dicti currus; vt meminit Ouid. in Fastis.* MOLLIBVS.] *delicatis.* TARTAREAS sedes.] *Hoc dicit propter Catilinam; qui apud inferos, propter scelera, dabat pœnas.* SCELERVM.] *propter coniuratos, Cethegum & Cornelium Lentulum.* ET te, Catilina, minaci.] *scilicet expressit, dantem pœnas. Ad laudē verò Ciceronis nominauit Catilinam: nam satis erat, dixisse pœnas scelerū. Itaq; in suo opere, honestissimè & latenter Ciceronē laudat. L. Catilina, nobili familiâ Sergiorum ortus, rapinis belli Syllani assuetus, à tyrannide se continere non potuit; fautoribus Cornelio Lentulo & Cethego, scelus inchoat; patefactâ coniuratione vrbe cessit. socij in carcere Tulliano strangulantur. ipse, quia summa rerū penes Consules, Ciceronē & Antonium, erat, nō destitit Catilina, sed patriam infestis ab*

Digitized by Google

Hetruriâ signis petebat. sed oppressus est in agro Pistorensi, ab Antonio consule & Petreio. Quàm acriter bellatum fuerit, exitus docuit. nemo hostium bello superfuit. Catilina, inter hostium cadauera repertus, longè à suis, & vultu minaci, & furibundus, quámuis mortuus esset: tantus fuit in eo vigor. PIOS.] Pij dicuntur, quia in Elysijs sunt. SECRETOS.] segregatos. HIS.] scilicet beatis. DANTEM iura Catonem.] Vt Catilinam, tanquam ducem scelerum, posuit: sic Catonem ducem beatorum. Dubium verò, an Vticensem, an Censorinum, vterq; pius: vterq; censor & castigator morum: vterq; sanctus. & si fabulæ Græcorum, Minoëm, Rhadamantum, Aeacum, iudices inferorum statuerunt: quantò melius fecêre Romani, qui Curios, Serranos, Atilios, Catones, iudices in Elysijs posuerunt? Puto ego de Vticensi loqui; quo nemo integrior constantiorq;: vt exitus contemptæ vitæ docuit. Vticæ cum exercitu erat, acceptâ partium suarum clade, nihil cunctatus, mortem lætus accepit. Prius tamen cum amicis cœnauit. post cœnam proposuit, omnes bonos esse liberos, & omnes malos seruos. Hoc ita pronuntiabat, vt signum propinquæ necis faceret. Ingressus cubiculum, filium & amicos complexus, dimisit. librum Platonis, de immortalitate animæ, vsq; ad somnum legit. assistentibus Demetrio & Apollonide, inquit: A Potestis rationibus vllis mihi ostendere, non esse turpe Catoni, salutem ab hoste petere, & seruire? & illos flentes abire iussit. cumq; solus in cubiculo esset, inquit, Nunc mei iuris sum. Paululùm quieuit, excitatus somno, bis pectus ense fodit. ad strepitum concurritur: fomenta adhibentur. ille passus est. paulò pòst, positis in vulnus manibus rescidit omnia. secuta vis sanguinis, mortuum reliquit. Hic exitus est Catonis. de hoc intelligit. libertatis amator erat. nec Pompeium sequutus, quòd amaret, sed vt defenderet Senatum. cuius interitum fertur Cæsar, qui hostis erat, & laudâsse, & fleuisse.

HINC exsultantes Salios.] In antiq. aliquot, Hîc legitur. EXTVDERAT.] In Rom. lib. Extuderant leguntur. SPVMABANT cærula cano.] In antiq. lib. Spumabat, legitur. ACTIA bella.] In antiquis libris legitur, Acecia. TOTVMQVE instructo Marte.] Antiqui aliquot lib. Exstructo legunt: aliquot alij, Instructum. VAR. Lect.

Hinc Augustus, agens Italos in prælia Cæsar
Cú patribus, populoq;, Penatibus & magnis Dijs,
Stans celsâ in puppi; geminas cui têpora flammas
Læta vomunt, patriumq; aperitur vertice sidus.
Parte aliâ ventis, & dijs Agrippa secundis,
Arduus, agmen agens: cui, belli insigne superbû,
Tempora nauali fulgent rostrata coronâ.
Hinc ope barbaricâ, varijsq; Antonius armis
Victor, ab Auroræ populis, & littore rubro,
Ægyptum, viresq; Orientis, & vltima secum
Bactra vehit; sequiturq; (nefas) Ægyptia coniunx.
Vnâ omnes ruere; ac totum spumare reductis
Conuulsum remis, rostrisq; stridentibus æquor.
Alta petunt: pelago credas innare reuulsas
Cycladas, aut môtes concurrere montibus altos.
Tantâ mole viri turritis puppibus instant!

SER. HINC Augustus, agens Italos.] Cùm de statu reipublicæ esset lôga contentio, inter Augustû, & Antoniû, & Lepidû; placuit, vt totû Orienté teneret Antonius; Augustus, Gallias & Hispanias, cû Italiâ; Lepidus, Africâ, Siciliâ, Sardiniâ. & ad causam maioris fidei, Antonius sorori Augusti duxit vxorê. Profecti itaq; sunt in prouincias suas. Sed Antonius, in primâ ætate creatus Tribunus plebis, Cæsarianas partes cum Curione defendens, bellû ciuile inter Cæsarê Pompeiumq; cômouit. Quæstor fuit, idemq; Augur: quo Côsule, in senatu Cæsar occisus est. Hic sicut dictû est, cùm diuisâ Repub. ad orientê îsset, in Aegypto captus est amore Cleopatræ: non vsquequaq; adeò, vt eâ dimissâ côtra Parthos proficisceretur. quibus, cùm antè victor esset, pòst repulsus, dum Cleopatræ cupiditate festinat, exercitû omnê frigore in Armeniâ perdidit. Ipse tamê animaliû cadaueribus pastus, cû paucis ad Aegyptû est reuersus: vbi ei cœpit suadere Cleopatra, vt se sortiretur vxorê, derelictâ sorore Augusti. quo facto, Augustus vehementer accensus, côtra eum cœpit bella moliri. Antonius, re côpertâ, collectis Orientis viribus, prior cû vxore Cleopatrâ venit ad bellû. Conflictum est nauali certamine, circa Actium, Epiri promontoriû: vbi victi sunt Antonius & Cleopatra, & in fugam coacti. Sed Antonius, cùm Alexandriâ obsideri videret, & in eo esse vt capi posset, seipsum occîdit. Cleopatra verò, cùm ad Augustû esset adducta, & in custodiâ esse iussa esset; admotis sibi, vt putatur, serpentibus, vitâ finiuit. Sed quia belli ciuilis triumphus turpis videtur; laborat poëta, vt probet, iustû bellû fuisse, dicens, Augustû esse cû patribus, populoq;, Penatib9, & magnis dijs: Contrà cû Antonio, auxilia peregrina, & monstrosa Aegypti numina. & reuerâ in exercitu Antonij, omnes barbari fuerunt. quod & Vergilius dicit; Ægyptû, viresq; orientis, atq; vltima secû Bactra vehit. Vnde etiam de hoc bello egit triumphû. Nec enim ciuile putatum est, quod tantummodò Romano duce gestum est; qui & ipse barbaræ seruiebat vxori: adeò vt prætoria ei castra concederet: quorum qui potiebatur imperio, ipse vocabat exercitum. Vnde est in loco de Cleopatra, Patrio vocat agmina sistro. Nam Antonius consultare sibi tantùm detinuit imperium, in quo sola est potestas iubendi. Ille enim ducit exercitum, qui habet in potestate castra prætoria. PENATIBVS & magnis dijs.] Alij id vnum volunt esse. alij separant: vt magnos deos accipias, Iouem, Mineruam, Mercurium; B quos Aeneas de Samothraciâ sustulit. TEMPORA flammas læta vomunt.] Naturaliter enim Augustus igneos oculos habuisse dicitur; adeò vt obtutû eius nemo côtrà aspectare posset, denique quidam eques Romanus, interrogatus ab eo, cur se viso verteret faciem? dixerit; quia fulmen oculorû tuorum ferre nô possum: sicut ait Suetonius. APERITVR vertice sydus.] Apparet sydus in vertice, hoc est, super galeam. Nam ex quo têpore per diem stella visa est, dum sacrificaretur Veneri genitrici, & ludi funebres Cæsari exhiberêtur; per triduum stella apparuit in Septentrione: quod sidus Cæsaris putatum est, Augusto persuadente. nam ideò Augustus, omnibus statuis, quas ob diuinitatê Cæsaris statuit, hanc stellâ adiecit. Ipse verò Augustus, in C honorê patris, stellâ in galeâ cœpit habere depictam. Honorificè aût poëta, vnam stellâ sidus dixit; cùm sidus ex multis stellis côstet. PARTE aliâ.] Non econtrà: sed in aliâ parte aciei. VENTIS & dijs Agrippa secundis.] Agrippa dicitur ab ægro partu, id est, qui hodie bis nascitur. Sed hic Agrippa nô adeò claro genere ortus, viribus & societate Augusti, ad summos honores peruenit. nam & Tribunus plebis quietissimus fuit; & pòst tertiùm Consul: & in multis bellis, cû Augusto gestis, victoriam Augusto suâ virtute côfecit. nam & Sextum Pompeium apud Mylas ipse diuicit; & apud Actiû, Antonium & Cleopatram nauali certamine propè ipse superauit. ob quod meruit etiâ gener esse Augusto. Secundis ergo dixit, Augusti côparatione. Nam hoc dicit: Augustus nimio ventorû & numinû vtebatur fauore. AGRIPPA secundis.] Hoc est, Ille habuit primû fauorem, hic secundum. Hadrianus scribit, Agrippam solitum, tempestate ortâ, milites cogere naues in fluctus vrgere, vt consuetudine discriminis, dempto metu, redderet eos aduersum pericula fortiores. Ergo πρὸς ἀντιδιαστολὴν saui maris, quod exercitatione militibus erat, ait, dijs & ventis secundis esse pugnatû: vt tempestatem quidê Agrippa non timuerit; sed fauor diuinus maria constrauerit. Nam & ipsâ Actiacâ pugnâ, cùm Aquilo ei esset aduersus, eo exercitio, quo milites adsueuerat aduersum fluctus naues agere, ad portum se fugere finxit. quare, cùm hostes decepti insequi conati essent, conuersus subitò, nauigijs suis Alexandrinas naues incurrit; & telis ac flammis in eas missis, refragante hostibus fluctu, cùm nihil ipsi tale facere possent, victoriam consecutus est. Meritò ergo,

Digitized by Google

A ergo, Ventis ſecundis. INSIGNE ſuperbum.] *Quaſi principale decus.* NAVALI roſtrata coronâ.] *Sextus Pompeius, Pompeij filius, in Siciliâ piraticam exercuit. contra quem primò cum Agrippâ dimicauit Auguſtus. Poſtea Agrippæ cura data eſt: qui eum deleuit. ob quod ei Auguſtus roſtratam dedit coronã; quia vicerat nauali certamine.* HINC.] *A parte contrariâ.* OPE barbarica.] *Crimen Antonij, quòd ope barbaricâ Romanus pugnet.* VICTOR ab Auroræ populis.] *Quia primò vicerat Parthos, vt diximus. aut quia Antonium Parthi poſtea pepulerunt. Sed videtur hoc ideò tacuiſſe, ne Auguſtus imbellem ſuperâſſe videatur. ideò addidit, victorem Orientis Antonium: vt maiorem hoſtem Auguſtus vicisse videatur.* LITTORE rubro.] *Erythræo mari, quod eſt inter Aegyptum & Indiam.* ET vltima ſecum bactra vehit.] *Vltima, non quantum ad fines pertinet orbis terrarum: ſed vltima in imperio Antoniano. Conſtat enim, Bactrianos poſt ſe habere gentes innumeras.* NEFAS.] *Exclamatio eſt: quaſi, Prô nefas! aut per parentheſin dictum eſt. &* Nefas, nõ *in eo tantùm, quòd Aegyptiam Romanus duxerat: ſed etiam, quòd mulier caſtra ſequebatur; quod in ingenti turpitudine*
B *apud maiores fuit. Vnde bellaturus Pompeius, in Lesbo reliquit vxorem.* RVERE.] *Ruebant: id eſt, veniebant cum impetu. Et hoc verbo, more ſuo, oſtendit velocitatem.* CREDAS.] *Pro, credat quis.* CONCVRRERE montibus altos.] *Alij* altis *legunt. vnum tamen eſt.* TVRRITIS puppibus inſtant.] *Hoc de hiſtoriâ traxit. nam Agrippa primus hoc genus turrium inuenit, vt de tabulatis ſubitò erigerentur: ſimul ac ventum eſſet in prælium, turres hoſtibus improuiſæ, in nauigando eſſent occultæ.*

POM. Sabi. NAVALI coronâ.] *Naualis dabatur, qui maritimo bello primus nauem hoſtium cum victoriâ aſcendiſſet. & erat aurea. Poſt naualem victoriam, in Ciliciâ, M. Agrippam cæruleo vexillo donauit.* VARIIS Antonius armis.] *Poſt multa geſta, M. Antonius, ex recenti pace, in gremio Cleopatræ, reginæ Aegypti ſe reficiebat; veluti Mars in gremio Veneris: & non ſinè vecordia. nam propter crapulas & libidinem, Bacchus iunior appellari paſſus eſt: & petenti reginæ imperiũ Romanũ, promiſerat. ad hoc dedecus, ſe ferè toto Oriente muniuit. Collegit peditũ centũ millia; equitũ decem millia. cum eo ſex reges erãt: Bochus Libyæ, Tarcodemus ſuperioris Ciliciæ,*
C *Archelaus Cappadociæ, Philadelphus Paphlagoniæ, Mithridates Comagæ, Adollas Thraciæ. & auxilia miſſa à Palæmone, ex Ponto, Perſide, Arabiâ primâ, Indiâ: ab Herode ex Iudæâ ab Amyntâ ex Lycaoniâ & Galatiâ. His accinctus gentibus, non Romano more præcedebant faſces. aureum in manus baculũ ferebat, & ad latus acinacẽ: veſte purpureâ indutus, intertextis gemmis cum diademate. naues habebat magnas, vt in ipſo mari eſſent moles. Auguſtus, cum auxilio Italorũ, è Brunduſio traiecit in Epirum: armis præcinxit inſulam Leucada, montem Leucatem, & Ambracij ſinus. Erant Octauio naues agiles, triremes 400. Antonio vaſta & incompoſitæ. Bellum naualẽ fuit. victi Antonius & Cleopatra, fugerunt in Aegyptum. Octauius inſecutus eſt fugientes. Mittunt ad Octauium: Antonius, vt ei priuato Athenis viuere liceret: Cleopatra, vt filijs regnum Aegypti concederet. Promiſit omnia reginæ; ſi Antonium necâſſet, vel expuliſſet. Tenuit, & omni apparatu natalem Antonij celebrauit. ſe inuicem exoſculabantur. receperat ſe in quadam pyramide Cleopatra; & Heroeli ſeruo iuſsit, vt ſe necaret. Ille id non audens; viſcera ſibi gladio tranſegit; ſic q; domino exemplum fuit. tum Antonius;* Docuiſti quid facere deberem. *& ſtatim ventrem magno vulnere aperuit. aduenit Diomedes, miſſus à Cleopatrâ, vt eam viuere nuntiaret. Antonius ſemiuiuus fertur ad Cleopatram: & funibus per feneſtram, iuuante reginã tractus eſt cruentatus, & vix ſpiritum tenens. Regina vbi eum aſpexit, ſciſſã veſte, ſciſsis crinibus, lachrymans, ab vultu tam formoſo non continebat vngues; clamans eum dominum, imperatorem, virum. Antonius hortatur eam bono animo eſſe: & hauſto vino, ſpiritum exhalauit. Ferunt, Octauium Cæſarem, audito Antonij interitu, fleuiſſe; & filios omnes, prætẽr Antyllum, ſeruâſſe. Regina magnificentiſsimè, in regijs monumentis, Antonium ſepeliuit. vbi Cleopatra in cuſtodiam venit; ab Octauio petijt, vt liceret Antonio parentare. conceſsit. ſic ad ſepulchrum veniens, inquit:* Antoni, liberis te manibus ſepeliui; nunc captiua hos tibi vltimos honores do: ne morte ſeparemur, in hoc me tumulo recipe. *Literas ſtatim obſignatas Octauio dat: in quibus petebat, vt cum Antonio ſepeliretur. Octauius ſuſpicatus, quod euenit, miſit, qui illam à facinore reuocaret. & inuenta eſt mortua cũ duabus ancillis. Tradunt, eam morſu aſpidis, in ciſtâ ficorum incluſi, necatam. Alij, aſpide ad brachia admoto, quem in vaſe ſeruabat. Alij, veneno, quod in laminâ cõcauâ ſub crinibus tenebat. Cæſar eam cum Antonio ſepeliuit, regio funere.*

„STANS celſâ in puppi.] *In Romano libro, & quibuſdam alijs,* Stat. VAR. Lect. VARIISQVE Antonius armis.] *In libris aliquot antiquis,* Varijs Antonius armis, *legitur.* ROSTRIS ſtridẽtibus æquor.] *Antiq lib.* Roſtriſq; *legũt.*

CAEL. Rhod. *Sunt & in belli vſibus Harpagæ, ab Agrippâ excogitatæ, capiẽdis oblaqueandiſq; nauibus. Ea verò ſunt cubitorũ quinq; ligna, ferro circũplexa tabulaſq; ab capite vtroq; præfixas cõtinentia: vni falx ferro curuata inhæret; alteri funes deſtinãtur plurimi, Falces machinis attrahẽtes, vbi in tendiculam incidit hoſtica nauis. cui intercipiendæ, machinula præſtò & altera eſt. Coraca vocant, id eſt, coruum. Quod autem ad Agrippam attinet, ſunt, qui ab eodem genus id turrium adinuentum ſcribant; vt de tabulatis ſubitò erigerentur, ſimul ac in prælium foret ventum. Ad quod alluſerit poëta nobilis:*

Tantâ mole viri turritis puppibus inſtant.

Harpagones (inquit Plin.) Anacharſis excogitauit primus; & manus Pericles Athenienſis. Auctor nobis eſt, in Vitis illuſtribus, Nepos Cornelius, hiſce vſum ex Romanis primum imperatorem Duillium.

Stupea flamma manu, teliſq; volatile ferrum
Spargitur: arua nouâ Neptunia cæde rubeſcunt.
Regina in medijs patrio vocat agmina ſiſtro:
Necdum etiam geminos à tergo reſpicit angues.
Omnigenûmq; deûm mõſtra, & latrator Anubis,
Contra Neptunum, & Venerẽ, contraq; Mineruã,
Tela tenent: ſæuit medio in certamine Mauors,
Cælatus ferro: triſteſq; ex æthere Diræ,
Et ſciſsâ gaudens vadit Diſcordia pallâ:
Quam cum ſanguineo ſequitur Bellona flagello.
Actius hæc cernens arcum intendebat Apollo
Deſuper: omnis eo terrore Ægyptus, & Indi,
Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabæi.
Ipſa videbatur ventis regina vocatis
Vela dare; & laxos iam iamq; immittere funes.
Illam inter cædes, pallentem morte futurâ,
Fecerat Ignipotens vndis & Iapyge ferri.

SER. TELISQVE volatile.] Cato: Sub tela volãtia. ARVA nouâ Neptunia cæde rubeſcũt.] *Nouâ cæde; magnâ nimiâ. Nam dicit nõ reuerâ, noua arua; ſed nouâ cæde: cũ alia fuerint bella ciuilia, & cædes aliæ in ipſis. Homerus* ἐρεύθετο αἵματι γαῖα; *ſed non eſt hoc rubeſcunt.* PATRIO vocat agmina ſiſtro.] *Cleopatra ſibi tãtum aſſumpſerat, vt ſe Iſin vellet videri. Iſis aũt, eſt genius Aegypti: qui per ſiſtri motum, quod gerit in dextra, Nili acceſſus, receſſuſq; ſignificat: per ſitellã, quã ſiniſtra manu retinet, oſtendit affluentiam omniũ lacunarũ. Iſis aũt, linguâ Aegyptiorũ, eſt terra: quã Iſin volunt eſſe. Hanc Iſim, & alios deos, ideò Aegyptij colunt; quia deos reges habuiſſe dicũtur. Ergo in opprobriũ Alexandrini exercitus, pro claſsico, ſiſtrum poſuit.* Quòd aũt ait, vocat agmina; *hoc eſt, quod ſuperiùs dictũ eſt, & Auguſtus in cõmemoratione vitæ ſuæ refert;* Antoniũ iuſſiſſe, vt legiones ſuæ apud Cleopatrã excubarẽt, eiuſque nutu & iuſſu parẽrent. *Bene ergo* Vocat agmina; *quæ ſignũ dabat.* A TERGO

Digitized by Google

Contrà autem magno mœrentē corpore Nilum,
Pandentemq; sinus & totâ veste vocantem
Cæruleum in gremiū, latebrosaq; flumina victos.
At Cæsar, triplici inuectus Romana triumpho
Mœnia, dijs Italis votum immortale sacrabat.
Maxima trecentum totam delubra per vrbem
Lætitiâ, ludisq; viæ, plausuq; fremebant:
Omnibus in templis matrū chorus, omnibus aræ:
Ante aras terram cæsi strauēre iuuenci.
Ipse sedens niueo candentis limine Phœbi,
Dona recognoscit populorum, aptatq; superbis
Postibus. incedunt victæ longo ordine gentes:
Quàm variæ linguis, habitu tam vestis & armis.
Hinc Nomadū gen⁹, & discinctos Mulciber Afros:
Hîc Lelegas, Carasq;, sagittiferosq; Gelonos
Finxerat. Euphrates ibat iam mollior vndis:
Extremiq; hominum Morini, Rhenusq; bicornis,
Indomitiq; Dahæ, & pontem indignatus Araxes.
Talia, per clypeum Vulcani, dona parentis
Miratur, rerumq; ignarus imagine gaudet:
Attollens humero famamq; & fata nepotum.

respicit angues.] *Hoc est, nondū videbat mortē futuram. Traditur enim, vt ad triumphū Augusti asseruaretur, admoto sibi aspide, defecisse.* tū gemi-nos: *cùm vnū sibi admoueret.* DEVM mōstra.] *Ideo monstra dixit: quia sub Augusto necdū Romani Aegyptia sacra susceperāt. Et admittebat loc⁹, pro laude Augusti, aliquid etiā in deos inclemētiùs dici. Varro indignatur, Alexandrinos deos Romæ coli.* LATRATOR anubis.] *Quia capite canino pingitur. Hunc volūt esse Mercuriū: ideò, quia nihil est cane sagacius. Bello aūt Gigantū, plures Deos ferarū formas accepisse, traditur.* CONTRA Neptunū.] *Homerum sequitur, qui deos dicit cōtra se pro diuersis partib. habere certamē. Et quidam latenter illud tetigisse Vergiliū volunt, quod Plinius Secundus in historiâ naturali dicit: quòd Antonij nauē piscis Echen, retinuerit; qui piscis Latinè Remora dicitur.* CÆLATVS ferro.] *Aut in armis locatus: aut de ferro sculptus, scilicet metallo sibi cōgruo: aut,* sæuit ferro. DIRÆ.] *Diræ propriè sunt vltrices deæ. & bene has interesse dicit prælio: aut à Ioue missas, ad terrorē Aegyptijs inferendū; aut puniendum Antoniū, qui matrimonij læserat fidē.* SCISSA discordia pallâ.] *Vtrùm scissâ pallâ gaudens: an scissâ pallâ vadit, & seorsum gaudens? Ideò aūt* discordia: *quia vnius ciuitatis, & ciues principes erāt. Et bene Dirā discordia sequitur, quā Bellona comitatur. Nam per discordiam venitur ad bellū: in quo necesse est sanguinē fundi. ideò ait,* sanguineo flagello. *Horatius:* Ira, truces inimicitias, & funebre bellum. ACTIVS hęc cernēs.] *Quē postea Actium nominauit Augustus.* VERTEBANT terga Sabæi.] *Omnes isti populi Orientis sunt.* IPSA videbatur vētis.] *Apud plures, Cleopatram priorē fuisse, pòst insecutū Antoniū.* Iam iamq;. *Scilicet auiditate fugiendi. Et bene* iam iamq; *addidit: quia tēpus operis in picturâ declarare nō poterat.* INTER cædes.] *Inter suorū cadauera.* MORTE futurâ.] *Omne mortis futuræ.* IAPYGE ferri.] *Vento, qui de Apuliâ flans, optimè ad Orientē ducit. Iapygia enim, Apulia dicta est. Horatius:* Obstructis alijs, præter Iapyga. *Quem Varro de orâ maritimâ Argesten dicit, qui de Occidēte æstiuo flat. hic in Apuliā pestilens est.* MAGNO corpore.] *Aut ita eum, tanquam deum, magno corpore formatū, accipiendū est: aut* magno, *septemfluo: &, nō corpore mœrentem, sed magno corpore pandentē sinus.* VOCANTEM Cæruleum in gremiū.] *Hoc de historiâ est. nam legitur, Cleopatram, præsagio mortis futuræ, oblitā esse recessus Aegypti petere: in quibus facilè poterat bella reparare. De quâ re se moriens dicitur increpâsse. Bene ergo poēta adijcit, hortatum fuisse Nilū, vt interiùs fugeret. ideò,* totâ veste vocantē Cæruleū in gremiū. LATEBROSAQVE flumina.] *Quia Nili origo nescit̃. licèt Plinius dicat, haud longè ab Aethiopiâ, Maurorū, post maiorem Atlantem, lacū esse, ex quo Nilus erumpit. Quod videtur esse verisimile, ex belluarum similitudine.* TRIPLICI triumpho.] *Tres enim Augustus habuit triumphos. Nam primo die triumphauit exercitus, qui Antoniū vicerat nauali bello: Se-* *cundo, qui Dalmatas vicerat:* A *Tertio, ipse cū Alexandrino est ingressus triumpho.* DIIS Italis votū immortale sacrabat.] *Videtur ædem Apollinis dixisse, quæ est in Palatio.* TERCENTVM.] *pro multis.* LVDISQVE viæ, plausuq; fremebāt.] *Hoc est, per cōpitalitia ludi celebrati sunt. Et est Zeugma: nam & delubra fremebant.* CANDENTIS limine Phœbi.] *In tēplo Apollinis, in palatio, de solido marmore effecto, quod allatum fuerat de portu Lunæ, qui est in cōfinio Thusciæ & Liguriæ. ideò ait,* candētis. DONA recognoscit populorū.] *Aurum coronarium dicit: quod triumphantibus hodieq; à victis gentibus datur. Imponebant aūt hoc Imperatores, propter concessam vitam. Ideò ergo dicit,* Dona. *Nam si hoc nō esset, spolia diceret.* APTATQVE superbis postib⁹.] *Porticū enim Augustus fecerat, in quâ simulacra omnium gentium collocauerat: quæ porticus appellabatur, Ad nationes.*

ET latrator Anubis.] *Osiridis filij duo fuerunt: Anubis,* POM. Sabi. *qui pro insigni canem habuit: & Macedon, qui lupum. Physici, Anubim Mercurium putant: & pingitur capite canino.* OMNIGENVMQVE deûm.] *Aegyptus colit canem, felē, lupū, crocodylū, cæpā, & alia mōstra.* CONTRA Neptunū.] *pugnat Antonius, fauētibus dijs Aegyptiorū.* TRISTES diræ.] *deæ tristes vocātur diræ, id est, quæ vlciscūtur & puniūt.* ACTIVS.] *Nicopolim, post victoriā apud Actiū, cōdidit; ludosq; illîc quinquennales cōstituit: & ampliato vetere Apollinis tēplo, locū castrorū, quibus fuerat vsus, exornatum naualib. spolijs, Neptuno ac Marti cōsecrauit.* SABÆI.] *Saba metropolis Arabū. Sueton. ait, bis ouantē ingressum: post Philippense bellū, & rursus post Siculū, triūphos tres egit: Dalmaticū, Actiacū, Alexandrinū cōtinuo triduo.* LATEBROSA flumina.] *quia origo Nili incerta est.* VICTOS.] *Aegyptios suos vocantē.* IPSA sedēs.] *in templo Apollinis marmoreo.* DONA.] *vt coronarium aurum: quod ferebant illi, qui vitâ donati erant ab ducibus. Suetonius: Templum Apollinis in eâ parte Palatinæ domus extruxit, quam fulmine ictam desiderati à Deo aruspices pronuntiarant: addidit porticus, cum Bibliothecâ Latinâ, Græcâq; quo loco iam senior sæpe etiam senatum habuit, decuriasq; iudicum recognouit.* C

ET latrator Anubis.] *In lib. antiq.* Natator Anubis VAR. Lect. *legitur.* TRISTESQVE ex æthere Diræ.] *In Romano libro, & in Mediceo,* Diuæ *legitur.* QVEM cōsanguineo sequitur Bellona flagello.] *Legendum distinctis dictionibus,* Cum sanguineo. ACCIVS hæc cernens arcū intendebat Apollo.] *Actius, hîc legendum, vt superiùs adnotatum. Est verò in Mediceo,* Tendebat. LÆTITIA, ludisque viæ.] *In Oblongo libro,* Lusu *legitur.* MATRVM chorus omnibus aris.] *In antiquis libris legere est,* Omnibus aræ.

CONTRA Neptunum, & Venerem, contraque Mineruam, Tela tenent.] *Conuenit in eum, qui infirmior, contra longè potentiorem depugnat: vt si Frisius Gallo, Burgundo, Gelris bellum inferat.* ADR. Bar.

SER. HIC Nomadū genus.] *Atqui Antonius Oriētis habuit populos. sed intelligamus, has gentes Africæ operas suas locâsse, et simul cū Antonio ab Augusto esse superatas.* DISCINCTOS.] *Vel habitū eorū ostēdit, qui vsque in talos fluebat. Quod Plautus videt in Pœnulo, dicēs:* Quænam illęc auis est? *Cùm Afrum vidisset, vestē demissam trahentē. Neq; enim* *vtuntur hodieq; zonis. Aut discinctos dixit, inhabiles militiæ. Omnes enim, qui militant, cincti sunt. Aut certè inefficaces: vt cōtrà, Præcinctos, strenuos dicimus. Horatius:* Altiùs ac nos præcincti sunt. *Vnde & Græcè εὔζωνος appellatur: non qui bonā zonā habet; sed strenuus.* MVLCIBER.] *Vulcanus: ab eo, quòd totū ignis permulcet: aut quòd ipse mulciaret* pedes

A *pedes ſit; ſicut quibuſdam videtur: aut quòd igni mulctatur.* LELEGAS.] *Theſſalos. Lucanus de Theſſaliâ;* Mox Lelegûm dextrâ preſſum deſcendit aratrũ. CARAS'QVE.] *Caræ, inſulani populi fuerũt, piraticâ famoſi, victi à Minoë: vt Thucydides & Salluſt. dicunt.* GELONOS.] *Populos Scythiæ.* EVPHRATES ibat iam mollior vndis.] *Sentiens quaſi ſe eſſe ſuperatũ. Horatius;* Minores voluere vertices. MORINI.] *Populi in Galliæ finibus, qui Britanniam ſpectãt, proximi Oceano.* RHENVS.] *Fluuius Galliæ: qui Germanos à Galliâ diuidit.* Bicornis *aũt, aut cõmune eſt omnibus fluuijs: aut propriè de Rheno, quia per duos alueos fluit. per vnũ, quà Romanũ imperium eſt: per alterũ, quà interluit Barbaros. Vbi iam Vahal dicitur, & facit Inſulã Batauorum.* INDOMITI'QVE Daç.] *Scythiæ populi, à parte Septentrionali iuncti Perſidi: vnde Dani dicti.* PONTEM indignatus Araxes.] *Hic Armeniæ fluuius eſt, quẽ pontibus niſus eſt Xerxes cõſcendere: vel cui Alexander Magnus pontem fecit, quẽ fluminis incremẽta ruperũt. poſtea Auguſtus firmiore ponte eum ligauit. vnde ad Auguſti gloriã dixit,* Pontẽ indignatus Araxes. PER clypeum Vulcani.] *Hîc diſtin-* B *guendum: nam* Vulcani parẽtis *non procedit.* PARENTIS.] *id eſt, matris.* RERVM.] *ſcilicet futurarũ, quæ nondũ fuerãt.* IGNARVS imagine gaudet.] *Ignarus erat veritatis: ſed triumphorũ imagine delectabatur.* ATTOLLENS humero famáq; & fata nepotũ.] *Si* fata *legeris, hoc eſt, quod nepotes fataliter fecerunt. Hunc verſum notant Critici, quaſi ſuperfluè & inutiliter additum; nec conuenientem grauitati eius. namq; eſt magis neotericus.* FAMAM'QVE.] *Gloriam.* NEPOTVM.] *poſterorum.*

POM. Sabi. GELONOS.] *Geloni ſunt populi Scythiæ.* EVPHRATES ibat iam.] *Euphrates ex montibus Armenorũ fluit, ex quibus & Tygris: labitur per Armenos, Cappadocas, Comagenos, Syriã, Meſopotamiam, Babylonẽ, & ad Seleuciã: mari Perſico infunditur: terminus fuit regni Parthici & Romani.* EXTREMI Morini.] *vltimi populi in oceano Gallico.* HIC Lelegas.] *Ariſtoteles ait: Acarnaniæ partẽ Curetes habent, partem Leleges, partem Theleboi. Locros Lelegas vocat, quos Aborigenes dicit: & occupâſſe Bœotiam indè ſcribit. inter eos Aborigines quendam fuiſſe, nomine Lelegam; & ex Lelege neptem Theleboam: cuius 20. liberi Theleboi dicti: quorum pars Leucadem habitauit. Aiunt alij, Lelegas & Caras incoluiſſe Ioniam Atticæ: hinc pulſos periiſſe Phrygiam, & habitâſſe Siden, Pedaſum, & Simoëntem. vnde Ouidius de Hippodamiâ, Chryſei filiâ, amatâ ab Achille; & de Pedaſo, regno Chryſei ait:* Lelegeia mœnia vidi. *Græci, qui vicerunt Troiam, expulerunt ex his locis Lelegas, & habitarunt tandem vnà cum Caribus. nam inde monumenta Caria, Lelegia dicuntur. Vergilius intelligit Cariam, & partem Ciliciæ & Phrygiæ. Theleboi ex Leucade venerunt Capreas, inſulam Campaniæ. Iones ex Atticâ exſules, tranſiuerunt in Aſiam minorem, & conſederunt prope Cariam: à quibus eſt Ionia regio.* INDOMITI'QVE Daæ.] *Herodotus libro primo: Daæ, Mardi, Dropici, ſunt populi Perſarum: & paſtoritiũ ſunt paſtores.* INDIGNATVS Araxes.] *Araxes, fluuius maioris Armeniæ: ortus in eiuſdem mõtibus, quibus Tygris & Euphrates, quadraginta duorum millium paſſ. ſpatio: intrat poſtea Circum amnem, & defertur in mare Caſpium. ita rapidus eſt, vt pontem nõ patiatur: terminat Atropatiam & Armeniam. Herodotus in fine libri primi: Araxes è Mantienis montibus naſcitur; vnde Gindes fluuius, Hiſtro par. Inſulas habet Lesbo ſimiles: quarum incolæ per æſtatem radicibus arborum veſcuntur, maturos fructus in hyemem ſeruant. Gindem Cyrus rex in riuos quamplurimos mutilauit.*

LONGO ordine gẽtes.] *In lib. aliquot antiq;,* Matres, *nõ* gẽtes *habetur.* HINC Nomadũ genus.] *In antiquis libris* Numidũ *legitur.* SAGITTIFEROS'QVE Gelonos Finxerat.] *In Romano lib.* Tinxerat: *in aliquot alijs,* Fixerat *legitur.* INDOMITI'QVE Daæ.] *nomen huius gentis variè ſcribitur in antiquis libris. Nam ſunt, in quibus* Daci; *in aliquot,* Dacæ: *in Romano libro,* Dathæ. VAR. Lect.

RERVM'QVE ignarus imagine gaudet.] *In profanos: qui, ſi quando ad ſpectandas comœdiarum actiones admiſſi ſunt; dum nullam habent idiomatis cognitionem, perſonarum veſtitu atq; ornatu oculos paſcunt.* ADR. Bar.

C

ÆNEIDOS LIBRI IX.

Argumentum.

ΑΔΗΛΟΝ.

Nonus habet pugnas; nec adeſt dux ipſe tumultu.

MODESTINI IVRISCONSVLTI, IN NONVM librum Aeneidos, Argumentum.

Atq; ea diuerſâ penitùs dum parte geruntur,
Iunonis monitu Turnus feſtinat in hoſtem.
Teucrorum naues, Rutulis iaculantibus ignem,
Nympharum in ſpeciem diuino numine verſæ.
Euryali & Niſi cœptis fuit exitus impar.
Pugnatur; caſtra Æneadæ vallumq; tuentur.
Audacem Rutulum dat læto pulcher Iülus.
Fit via vi: Turnus Bitian & Pandaron altum
Deijcit, & totis victor dat funera caſtris;
Iamq; fatigatus recipit ſe in caſtra ſuorum.

by Google

ÆNEIDOS P. VERGILII M. ÆNEIDOS LIBER IX.

ATQVE ea diuersâ penitùs dum parte geruntur;
Irim de cœlo misit Saturnia Iuno
Audacem ad Turnum. luco tunc fortè parentis
Pilumni Turnus sacratâ valle sedebat.
Ad quem sic roseo Thaumantias ore locuta est:
Turne, quod optanti Diuûm promittere nemo
Auderet, voluenda dies en attulit vltrò.
Æneas, vrbe & socijs, & classe relictâ,
Sceptra Palatini, sedemq; petiuit Euandri.
Nec satis, extremas Coriti penetrauit ad vrbes,
Lydorúq; manū, collectos armat agresteis.
Quid dubitas? nūc tēpus, equos, nūc poscere curRus.
Rumpe moras omnes, & turbata arripe castra.
Dixit: & in cœlum paribus se sustulit alis;
Ingentemq; fugâ secuit sub nubibus arcum.
Agnouit iuuenis; duplicesq; ad sidera palmas
Sustulit, ac tali fugientem est voce secutus:
Iri, decus cœli, quis te mihi nubibus actam
Detulit in terras? vnde hæc tam clara repentè
Tempestas? video medium discindere cœlum,

SER. ATQVE ea diuersa penitus dum parte geruntur.] *In hoc libro mutatio est omnium rerum. Nam & aliæ personæ, & loca alia sunt, & aliud negotiū incipitur. Ab Aeneâ enim transit ad Turnū; à Thusciâ ad Ardeam; à petitione auxiliorū ad bellum. quē transitū quidā culpant; nescientes, Vergiliū prudēter iunxisse superioribus negotijs sequētia, per illā particulā, Atq;* ea diuersa penitus dum parte gerūtur: *scilicet, dum offerūtur arma, dum dātur auxilia.* Dum *enim, cùm sit coniunctio, hìc tamen aduerbij vim obtinet. Terent.* Meâ nihil refert, dum potiar modò. *Sane formatus est iste liber ad illa Homeri, vbi dicit, per noctē egressos esse Diomedē & Vlyssē, cū capto Dolone castra penetrarūt. nam partē maximā & œconomiæ, & negotiorū, exinde habet.* DIVERSA penitus.] *Valde diuersâ, id est, longiùs remotâ; vel apud Pallanteum; vel in Etruriâ. vnde paulò pòst dicit;* Nec satis, extremas Coriti penetrauit ad vrbes, Lydorúq; manū. IRIM.] *Iris, quasi ἔρις dicta est. nunquã enim ad conciliationē mittitur, sicut Mercurius; sed ad disturbationē. Et est ministra, nō tantùm dearū; sed & deorum. nam, præter Homerū, & Vergilius hoc probat, dicēs;* Aëream cœlo nam Iuppiter Irim Demisit, germanę haud mollia iussa ferentē. AVDACEM ad Turnū.] *Fortē, sinè felicitate; sicut de Pallante diximus. & modò audaciæ laus opportuna; quia ad audendū exhortandus est.* PARENTIS Pilūni.] *Pilumnus & Pithumnus fratres fuerunt, & dij. Horū. Pisthumnus, vsum stercorandorū inuenit agrorū: vnde & Sterquilinius dictus est. Pilumnus verò, pinsendi frumēti: vnde & à pistoribus colitur. Ab ipso etiā pilum dictū est. Quidā Pilumnum & Pithumnū, Castori & Polluci accipiunt: nōnulli Laudum deos. Varro coniugales deos suspicatur.* SACRATA valle.] *Ideò* sacrata, *quia, vt diximus suprà, nunquã est lucus sinè religione.* SEDEBAT.] *Vt Asper dicit, erat. quæ clausula, antiqua est, & de vsu remota. Secundùm Plautum aũt,* sedere, *est consilium capere; qui inducit in Mostellariâ seruum dicentē;* Sine iuxta arã sedeam, & dabo meliora consilia. *Sed secundùm augures, Sedere, est auguriū captare. namq; post designatas cœli partes, à sedentibus captabantur auguria. quod & suprà ipse ostendit latenter, inducens Picum solū sedentem; vt,* Paruâq; sedebat Succinctus trabeâ; *quod est augurū; cùm alios stantes induxerit. Ergo* sedebat, *aut erat, aut consilia capiebat, aũt augurabatur. Vnde & hìc lucus, vice ædis sacratæ accipi debet. quod pleniùs illo loco dictum est,* Hoc illis curia templū. *Aut, quia in locis sacris sedētes, qui cōsilia habituri erant, curiam in tēplo haberent. quod Numa cùm sciret, Vestæ ædiculā, non templum statuit; ne ibi Senatus haberi posset, & ipsā necessitate vir introiret locū. Nam et ipsa cōsilia à sedēdo, quasi cōsilia, dicta sunt. Sedentiū enim animi, trãquilliores sunt.* THAVMANTIAS.] *Secundùm poeticam, Thaumantis filia. Cæterùm ex admiratione hoc nomen accepit: quæ admiratio de eius coloribus nascitur; & Græcè θαῦμα dicitur.* DIVVM promittere nemo.] *Nemo, pro Nullus, posuit. & est Acyrologia: nam,* diuûm nemo, *non possumus dicere; cùm propriè* Nemo *sit, nec homo.* AVDERET.] *Docet per transitum, multa interdum temporis ratione prouenire, quæ numina præstare non possunt. Quod etiam paulò pòst, in Matris deûm petitione, Iuppiter probat, dicēs;* Cui tāta deo permissa potestas? A VOLVENDA.] *Pro, volubilis.* ÆNEAS vrbe & socijs.] *Ab occasione et ostendit, quòd ille expugnandus sit, quia careat defensore.* VRBE.] *hanc Castrum Laurentem ait dici Varro; oppidū tamen. Sed vbi primùm Aeneas egressus sit, eum locum Troiam nuncupari, traditur.* PALATINI.] *Prolepsis est.* NEC satis.] *Quia occurrebat, ab Euandro eum facilè posse remeare.* CORITI penetrauit.] *Vt totā Hetruriam peragrâsse videatur. Coriti autem, mōtis Thusciæ: quia, vt diximus, nomē accepit à Corito rege; cū* B *cuius vxore concubuit Iuppiter, vnde natus est Dardanus.* Penetrauit *aũt, bene; quia suprà dixerat,* penitus. LYDORV'MQVE manū.] *Omnia hæc ad occasionē faciendi pertinent, ex longinquitate, vt dictū est, regionis.* NVNC tempus.] *A metu.* ARMAT agrestes.] *Ne ei formidinē iniiciat, agrestes esse commemorat.* ET turbata arripe castra.] *Aut, arripe & turbata inuade, per absentiā Aeneæ inordinata. Aut certè, turba et arripe.* PARIBVS alis.] *Id est, æqualibus. & ostendit æqualē volatū.* FVGA.] *Pro veloci reditu. neq; enim fugit.* SECVIT sub nubibus arcū.] *Hoc est, duxit, vt,* Ille viam secat ad naues. *Et reuerà arcus ipse varijs coloribus sectus est. Bene autem* sub nubibus: *q̃a sinè nubis beneficio arcus non videtur.* AGNOVIT iuuenis.] *Deest* eam. *& Irim tantùm agnouit; non & à quo missa sit: vtrùm à Ioue, an à Iunone. Hinc est quod dicit,* Quis te mihi nubibus actam Detulit in terras? *Vnde apparet, eum scisse, nuntiam illam & Iouis, & Iunonis esse.* REPENTE.] *Item aliud augurium. Nam, cùm Iris sinè nu-* C *bibus non possit videri; post eius abscessum statim est secuta serenitas.* Clara *autē, bene addidit; quia tempestas τῶν μέσων est.* DISCINDERE cœlū.] *Chasma dicit factū, id est, subitam aëris disruptionē, & quendã recessum. per quod vult videri, intra chasma Irim se recepisse.* Medium *aũt, bene dixit: nam est & summum. vnde est, lib. 1. Aen.* Sic vertice cœli Constitit. *Nubes autem in medio sunt, vbi omnia ista fiunt signa, quæ dicit; id est, Iris, chasma serenitas. Nam si in summo fieret; nullus videre potuisset. Humani enim oculi, altiorem & nimium splendorem ferre non possunt. Sanè chasma est (ita enim Plinius vocat) disruptio, & quidam cœli recessus. In Auguralibus libris, inter ostenta, etiam cœlum discîsse dicitur. Et quidam hìc* cœlum, *pro aëre, accipiunt; vt Lucretius,* In hoc cœlo, qui dicitur aër.

ATQVE ea diuersa.] *Dum Aeneas in Hetruria cōparat auxilia; Iuno misit Irim; & Turnus bello ardet. Iris, quasi ἔρις.* POM. Sabi. PARENTIS Pilumni.] *Pilumnus dictus est Saturnus, qui pinsendi honorē instituit. olim frumēta pilo tundebantur. & à stercorādis agris, idē Saturnus dict⁹ Stercutius. Alij volūt, Pilumnū & Pitumnū duos fuisse fratres; & Pitumnū dictū Sterculiū.* NEMO diuûm.] *pro, nemo deorū: id est, nullus deorum.* EN attulit vltrò.] *tēpus tulit, quod nullus deorū auderet promittere.* VOLVENDA.] *volubilis.* NEC satis.] *petijsse Euandrū.* ARCVM.] *quia arcus cœlestis è nubibus gignitur. cū Sol inseritur cauis nubibus, colores accipit à mixtura nubiū, & varietate ignium aëris. nō fiunt arcus, nisi aduerso sole, & nūquã dimidiâ circuli formâ: nec noctu. Fiunt aũt ma-*

A *xime ab æquinoctio autumnali, decreſcēte die.* COELVM.] *Hiatus cœli, chaſma vocatur. poſt diſceſſum deæ ſerenitas ſecuta eſt.*

VAR. LECT. SCEPTRA Palatini, ſedemq; petiuit Euandri.] *In Romano libro, & in quibuſdā alijs, legere eſt,* Sceptra Palatini, regnūq; petit Euandri. LYDORVMQVE manum, collectoſq; armat agreſteis.] *In lib. aliquot antiquis legere eſt,* Ludorūq; manū, & collectos armat: *in nōnullis,* Lydorumq; manū, collectos armat agreſtes. NVNC poſcere curr⁹.] *In Mediceo, & aliquot alijs,* Currum *legitur.* RVMPE moras omneis, turbata arripe caſtra.] *In libris omnibus, quos legi,* Et turbata arripe caſtra. ET in cœlū paribus ſe ſuſtulit alis.] *In aliquot antiquis libris,* Pariter *habetur.* DVPLICESQVE ad ſidera palmas Suſtulit, ac tali.] *In antiq. aliquot,* Duplices, *abſq;* que: & Suſtulit & tali. VIDEO medium diſcindere cœlum.] *Antiqua ferè omnia exemplaria legunt,* Medium video diſcedere cœlum.

DON. VTQVE ea diuerſâ penitùs dum parte gerūtur.] *Quū hæc, inquit, diuerſâ & longiori parte agerentur: hoc eſt,* B *quum armis cœleſtibus & auxilijs inſtrueretur Aeneas. quos actus habuerit Turnus, Poëta deſcribit. Vult enim oſtendere, comparatione factâ, qualis Aeneas in cogitationibus belli, & qualis fuerit Turnus. In primâ quippe parte octaui libri, competentem viro Dardanio ſolicitudinē dedit: deſcribens eum, ſic totâ mēte fuiſſe ſuſpenſum; vt quum eſſet nox, & omnia ſilentio & ſomni requie tenerētur, ſolus ipſe vigilaret ſub cœlo, & loco gelido cōſtitutus: procumbens in ripâ fluminis, non iacens: vbi ex vicinitate frigidarū aquarum, acerrimum frigus, & duriſſimum fuit: tardiuſq; dormiſſe, nō voluptatis (vt apparuit) cauſâ; ſed vt cū eo deus ex occaſione loqui, eumq; ſecurū reddere, & firmare conſilio potuiſſet. Ecce & hîc labori maximum ſuſcepit. perrexit ad remotas penitùs partes; ſcilicet venturus inſtructior. Interea propter eos, qui ab intellectu manifeſto diuerſi ſunt, & putāt,* Diuerſam partē, *quaſi aduerſariorū, dixiſſe Vergiliū, addamus exemplū; vt oſtēdamus,* Diuerſâ parte, *longiùs ſeparatā ſignificare. Quippe in quinto libro ait:* Quò diuerſus abis? iterū pete ſaxa Menæte: *hoc eſt, plurimū à metâ & curſu neceſſario ſeparatus. Itē in hoc lib. ſic poſitū eſt;* Diuerſâ parte furenti, *hoc eſt, à Troianorū caſtris longè diſcretâ:* C Turbátiq; viros perfertur nuntius, hoſtes Feruere cæde nouâ, & portas præbere patētes. *Non enim mitteretur nuntius, niſi ad eum, qui longiùs ageret, & cum ſuis talia geri neſciret. Et in præſenti probat Poëta ipſe, quid ſit* diuerſâ parte. *nam ſic induxit Irim loquentē; vt ipſa exponat, quid ſit hoc ipſum: vt omnes ambiguitates excluſdat.* IRIM de cœlo miſit Saturnia Iuno, Audacem ad Turnum, luco tùm fortè parentis Pilumni Turnus ſacratâ valle ſedebat.] *Ecce, quū ea, quæ diximus, Aeneas gereret; quum cautiorē Turnū facere debuiſſet inimici propinquitas; nullâ bellici certaminis tangitur curâ.* Sedere *autem, vel maximè hoc loco, non tantùm corpore, vetumetiā otioſum animo eſſe, ſignificat. Volunt tamen aliqui, quaſi tractibus neceſſarijs vacantem dici. ſed non ita eſſe, multis documentis apparet. nam & illius quoq; inertiâ, vult Poëta, per comparationem, Aeneæ laudes extollere. Deniq; vt Aeneam ipſum prætulit, à loco & frigore fluminis; ſic huic à loco obtrectationem cōflat.* Sedebat, *inquit; &* ſedebat in luco; *vt amœnitas eū & opacitas nemoris delectaret. & tunc ſedebat; quum, pro ratione ſuſpecti temporis, diſcurſibus neceſſarijs vacare debuiſſet. Sedebat in luco parentis Pilumni; quaſi demum illum aut Pilumnus mortuus aut vallis conſecratio, iuuare potuiſſet. Hunc igitur vſqueadeò Poëta deſidem notat, & in periculo ſuo ſatis incautum: vt ipſi quoq; Iunoni diſplicuiſſet. nam hæc fuit cauſa, vt ad eum Irim mitteret; quæ torpentem ad aliqua facienda compelleret. Quumq; hoc eſſet, ſatis notabile: addit ei & crimē audaciæ. non enim hoc faceret Iuno; ſi ille, in periculo poſitus, partes ſuas rectè, tractaret.* Audacem *ergo, incō-ſultum & temerarium, accipiendum eſt. nam qui tales ſunt, vt incerta pro certis tentant; non poſſunt videri probatæ ſententiæ. Ipſa quoq; Iris reprehenſionem eius loquēdo proſequitur, & incuſat ignauiæ.* TVRNE, *inquit,* quod optāti diuûm promittere nemo Auderet, voluenda dies en attulit vltrò.] *Turne, inquit, qui saluti tuæ profutura tractare non noſti; vltrò occurriſſe non ſentis? quod optatum multiplicibus votis, etiamſi fauerent numina, præſtare nō poſſent.* NON arripis, quod ſpontè detulit dies opportuna, dum ſe voluerit? Æneas, vrbe, & ſocijs, & claſſe relictâ, Sceptra Palatini, ſedemq; petit Euādri: Nec ſatis; extremas Coriti penetrauit ad vrbes; Lydorumq; manū, collectos armat agreſtes. Quid dubitas? nunc tempus, equos, nūc poſcere currus; Rumpe moras omnes, & turbata arripe caſtra.] *Hæc dictio intellectū multiplicem tenet. habet enim ex vnâ parte exhortationē: terrorem verò & obiurgationē ex aliâ. Nam quòd dicit, Aeneam longinquum petiuiſſe, tanto labore, vt vſq; ad Euandū Tyrrhenoſq; peruenire potuiſſet; obiurgatio eius eſt, qui neſciebat inimici tractatus & res geſtas. Ille enim impigrè vigilabat, prouidens partibus ſuis: Turnus ſedebat, periculum ſuum non cogitans, trahēs otium, quaſi quietis omnibus. Quòd verò, armari populos, & cogi dixit agreſtes ad bellum: iniciendi terroris cauſâ. Exhortationis partes ſunt hæ: Et relictis vrbe, nauibus, ac ſocijs, longinqua penetrauit Aeneas. Monet igitur Iris, tēpus eſſe, vt, antequam inſtructus veniat, inuadātur præſentes, quorū rector abſceſſit. Quod ipſum confirmat conſilio profuturoū: vt qui ſecurus cū auxilijs venerit, ſuorū ſtragem ſuneraq; reperiat, eoq; fiat, vt, ſicut acceſſu duplicaturū ſe credebat exercitū, ſolos inueniat ſupereſſe, quos ducit. Rurſus ex eo inijcit metum. nam, ſi beneficiū eſt, quòd Aeneas videbatur abeſſe; apparet, id fieri non poſſe, quum inſtructior venerit. Ecce, quanta Aeneæ prædicatio! Solus abeſt, & Troianorū omnium timetur interitus: quaſi demum ipſe omnes, & defenſare poſſit, & tegere. Solius Aeneæ rurſum timetur aduētus; ne, rebus integris, redeūtis impetū Turnus ſuſtinere nō poſſit. Hæc vt apertiùs exponātur, ipſa ſigillatim Iris verba tractemus.* TVRNE.] *cœpit à nomine, quaſi excitaret dormientē.* QVOD optanti diuûm promittere nemo Auderet, voluēda dies en attulit vltrò.] *nihil interim ſpecialiter indicādo, fecit attentū, ſimulq; cōmendat, quod erat dictura. Magnū eſſe, vtile, neceſſarium, & omni celeritate rapiendū. Attulit tibi, inquit, volubilitas dierū; quod ſi à numinibus multis precibus poſceres, nec cōſequi poſſes, nec illi præſtare valuiſſent.* ÆNEAS.] *eſt magnū pondus in nomine: qui enim metui, qui tueri ſocios, qui armis obtegere propria, qui obſiſtere audētibus poſſet, vrbe, & ſocijs, & claſſe relictâ, diſceſſit; atq; ita, vt in longinqua, & procul remota tenderit. Vnde magnū beneficiū tuis quæſitū eſt cōmodis; quòd abeſt, & omnia ſub tuâ ditione deſeruit.* Vrbe, *inquit, ipſâ ſcilicet primâ, in quâ fuit virgo; quæ, patre ac Troianis oppreſſis, potuit tolli. nam quid profuit facta vrbis commemoratio, niſi quia fuit in eâ, quod ſpecialiter Aeneas ferre potuiſſet?* SOCIIS, & claſſe relictâ.] *quòd plenâ victoriâ potiri poſſit, oſtendit; niſi interciperētur naues, & omnis interiret exercitus. Diximus, quæ dimiſit Aeneas; dicamus ad quæ perrexit: in his quippe, & maior metus poteſt oſtendi; & obtinēdi Turno maior occaſio.* SCEPTRA Palatini, ſedemque petit Euandri. Nec ſatis.] *hoc eſt, non eius intentioni ſufficit, vſque eò tetendiſſe.* EXTREMAS Coriti penetrauit ad vrbes; Lydorumq; manum, collectoſq; armat agreſtes.] *armat Lydorum manum; armat collectos agreſtes: metus eſt.* SCEPTRA Palatini, ſedemque petit Euandri.] *potuit leue & minùs formidoloſum videri: quia ſciebat Turnus, Euandrum non magnis opibus fultum. Addit:* EXTREMAS Coriti penetrauit ad vrbes.] *nec dixit quas; nec dixit quantas. in hac enim infinitâ generalitate, metus eſſe potuit maior.* LYDORVMQVE manum; collectos armat agreſtes.] Manum *dixit, ſingulari numero, &*

Collectos

Digitized by Google

Collectos agreſtes, plurali. proinde ſeparanda ſunt hæc, collecta atq; coniuncta: ne vitium per genera & per numeros faciant. QVID dubitas?] dubitare, timentis eſt ſignū. Tanta, inquit, perſonæ & tēporis occaſio, non eſt deliberationibus differenda. non enim tractandum eſt; faciendúmne ſit aliquid, an non faciendum. Iam dicit, quid faciendum ſit: ne ille, capiēdo conſilium, perderet tēpus. Nunc tempus, equos, nunc poſcere currus. RVMPE moras ōes, & turbata arripe caſtra.] Iam, inquit, debes equos & currus petere, & arripere caſtra turbata. Turbata dixit, indiſpoſita, & ſine rectore. DIXIT, & in cœlum paribus ſe ſuſtulit alis, Ingentemq; fugā ſecuit ſub nubibus arcum.] Vbi impleuit partes ſuas, obiurgauit Turnum, terruit, inſtruxit, hortata eſt, & quid facere deberet oſtendit: alijs partibus remeauit ad cœlū. Bene addidit, Paribus alis. niſi enim pari nixu, volatū præſtare nō poſſunt. nam, ſi vna eſt debilis, incolumis verò alia, perinde ſunt, ac ſi ambæ vexatæ ſint. AGNOVIT iuuenis, duplicesq; ad ſidera palmas Suſtulit.] Duplices dixit, non duas. neq; enim vltra duas habuit; neq; habere potuit. ſed ambas ſimul erexit: quod fuit ſignum plenè agentis gratias. AC tali fugientem eſt voce ſecutus.] Eò iſtud tendit; vt oſtendat, repentinam precem, non meditatione collectam. Denique tanta fuit celeritas ſubſecuta vocis; vt fugientis abſceſſum, hoc eſt, celeriter recedentis, vox Turni fuiſſet ſubſecuta. Quàm iocunda autem gratiarum actio eſt: quando iris antè inuenit, qui gratias ageret; quā ipſa ad ſedem propriam reuenire potuiſſet! IRI, decus cœli.] In breuitate iſtā putamus exiguū, pro Iris laudibus. A deinde, cū plenè & nouo genere ꝓdicationis expreſſiſſet, (voluit.n. definire in laude ipſā, Iris qđ ſit; & in ipſa definitione, totā cōplexus eſt laudē) Iri, inqt, decus cœli. Ornare cœlū, quāti eſt meriti? pulchritudinis quantæ? vbi tot ſidera, ſuo quoq; ſplendore radiantia, parēt ſoli? & tamen, quū Iris extiterit, omnia illa cū ipſo ſole vincūtur. Neq; obſcuratur radijs Solis; ſed coloribus diuerſis pingit cœlum, & ipſum ſolē gratiâ fulgoris exſuperat. Hæc pro voluntate dicta ſint eius, qui agebat gratias; nō quòd reuerâ ipſa ſit potior ſole. QVIS te mihi nubibus actā Detulit in terras?] Intelligo, inqt, multū me meruiſſe de ſuperis; quòd, dimiſſis regionib. cœli, quorū es ornamentū, ad terras mei cauſâ venire potuiſti, ac mei cauſā viduare tuis ornatib. cœlū, quod decorare cōſueuiſti. VNDE hęc tam clara repēte Tēpeſtas?] Hoc iam ad Irim nō pertinet. cōpleto enim eo, quod ad ipſam loquebat̃; diſputare cœpit de diuerſis motib. cœli. Vnde, inquit, hæc repētina tēpeſtas? & cur clara, hoc eſt, ſine caligine aut nubis alicuius obiētu? VIDEO mediū diſcedere cœlū, Palāteſq; polo ſtellas.] Cur reſcinditur ſinè nubibus cœlū? cur reductis hiatibus aperitur? cur ſtellæ radijs Solis ex more non cedunt? B &, ruptā lege naturæ, alienis temporibus in lucem venire non dubitant? Quum hæc tractaret: collecto eo, quod tot ſigna monſtrabant, incipit iudicare de omnibus.

ADR. Bar. RVMPE moras omnes.] Hoc ſignificamus, properandum cuipiam ad rem peragendam.

Palanteſq; polo ſtellas. ſequar omina tanta,
Quiſquis in arma vocas. Tùm ſic effatus, ad vndā
Proceſsit; ſummoq; hauſit de gurgite lymphas;
Multa deos orans, onerauitq; æthera votis.
Iamq; omnis campis exercitus ibat apertis,
Diues equûm diues pictai veſtis & auri.
Meſſapus primas acies; poſtrema coërcent
Tyrrhidæ iuuenes: medio dux agmine Turnus
Vertitur, arma tenens, & toto vertice ſuprà eſt.
Ceu ſeptem ſurgens, ſedatis amnibus, altus
Per tacitum Ganges; aut pingui flumine Nilus:
Cùm refluit campis, & iam ſe condidit alueo.
Hîc ſubitam nigro glomerari puluere nubem
Proſpiciūt Teucri, ac tenebras inſurgere campis.

SER. PALANTESQVE polo ſtellas.] Bene palantes, quaſi in alienū tēpus errore venientes. Aut palātes, quæ ſunt palantes. Epitheton ſtellarum perpetuum. OMINA tāta.] Scilicet cœleſtia. Et hæc omina, pro ſignis vel auſpicijs poſuit. QVISQVIS in arma vocas.] Vel Iuno, vel Iupiter. ONERAVITQVE ęthera votis.] Iterum atq; iterum, aut alia atq; alia eſt vota pollicitus. Locus autē iſte dictus eſt ſecundùm augurum morem, apud quos fuerat conſuetudo; vt, ſi poſt acceptū augurium ad aquam veniſſent, inclinati aquas haurirent; exinde & manibus, & fuſis precibus, vota promitterēt: vt viſum perſeueraret augurium; quod aquæ interceſſu diſrumpitur. Vnde etiā in Duodecimo, viſum augurium non procedit, nec ſortitur exitum firmum; quia cygnus, dimiſſus ab aquilâ, in fluuium cecidit. vt, Prædamq; ex vnguibus ales Proiecit fluuio. Hinc videtur etiam, Turnum minimè potuiſſe liberari. IAMQVE omnis cāpis exercitus ibat.] Intelligamus, hunc exercitum primò confusè in campos iuiſſe; pòſt digeſtum in ordines. vt ſit ſequentium fluminum congrua comparatio: quæ flumina dicit, poſt camporū inundationē, in alueos ſuos reuerti. nam hoc vult dicere: Vt de campis flumina in alueos ſuos redeunt; ſic digeſta eſt in acies militum multitudo, quæ fuerat antè diffuſa. DIVES equûm.] Per genitiuū frequentiùs vtimur hac figurâ, quàm per ablatiuum. Sanè hîc ſecutus veteres, cuius rei diues, addidit; cùm alibi ſubtraxerit. lib. 4. Aen. Vt Diues q̃ munera Dido. &, Diues inacceſſos vbi Solis filia lucos. COERCENT.] Colligunt, aliâs continēt: aliâs cōpeſcūt. nonnulli poſtrema, pro, poſtremas partes accipiunt. SEDATIS amnibus.] Quia Nilus exundat æſtate: cū cætera flumina imminutione quieta ſunt. ALTVS per tacitū Ganges.] Fluuius Indiæ eſt; qui, ſecūdùm Senecā, in ſitu Indiæ, nouē alueis fluit; ſecūdū Melonem, ſeptē. qui tamē & ipſe cōmemorat, nōnullos dicere, quòd tribus tantū alueis fluat. Vergilius tamē, Nilo eū iungens, ſeptē alueos habere ſignificat. Hāc varietatē Donatus fugiens, longū hyperbaton facit, dicens: Ceu ſurgēs ſeptē amnibus Nilus, aut Ganges. ALTVS ꝑ tacitū.] Sanè bene addidit, per tacitū alt9, hoc eſt, ꝑ profundā altitudinē. nam licèt creſcat; intra ripas tamē eſt; nec, vt Nilus, ſuperfunditur cāpis. vnde Aſper diſtinxit, Altus ꝑ tacitum. Et bene agmē exercitus flumini cōparauit: quia & fluuiorū agmina ipſe dicit; Leni fluit agmine Tybris. PINGVI flumine Nilus.] Nilus dict9 eſt, quaſi νέαν ἰλύν, hoc eſt, nouum limū trahens. quod volens exprimere, C dixit Pingui flumine, id eſt, fluore: quæ res fœcundam efficit terram. quod & ipſe in Georgicis oſtendit, dicens, Liquūtur montibus amnes, Felicemque trahunt limum. Item; Et viridem Ægyptum nigrâ fœcundat arenâ. CVM refluit campis.] Hoc eſt, à campis redijt; tunc enim omnia ora eius apparent. aliâs, cū abundat, vna eius facies eſt.

POM. Sab. AD vndā proceſsit.] Hoc genus purgationis erat apud antiquos. ÆTHERA.] Iunonē ipſam, aut potiùs ipſum Iouē. vel pro aëre ponit, vnde cepit auguriū. PICTAI.] pro, pictæ. DIVES.] Meſſapus. ALTVS.] profundus. GANGES.] fluuius Indiæ: oritur ex Caucaſo, mōte Indiæ ſeptētrionalis: & ipſam aiūt mediā ſecare. 7. oſtijs erumpit in mare: vt Nilus. Romanorum, ſolus Troianus ad Gangem peruenit. Ganges non tantùm latum habet alueum, vſq; ad 40. mill. paſ. ſed & profundū. Nilus fluuius labitur per Atlantē montem; priùs ex Aethiopiâ, & indè per Aegyptū: & 7. oſtijs intrat mare. Nili limo pingueſcit Aegyptus. REFLVIT.] propter inundationem.

VAR. LEC. SEQVAR omina tanta.] In pleriſq; libris vetuſtis, Sequor, legitur. QVISQVIS in arma vocas.] In libris aliquot antiquis, Vocat, notatum eſt. ONERAVITQVE æthera votis.] Pleriq; veteres libri, Onerauit æthera, abſq; particula legunt.

DON. SEQVOR, inquit, omina tanta, Quiſquis in arma vocas.] in illis ſignis facile fuit ſententiam dicere: quia bellum in manibus fuit. Et tamen iſte non iam futurum bellum dixit oſtendi; ſed euentus eius proſperos demonſtrari. Itaq; ait, In campum vocor, Sequor prouocantem: quoniam læta nunciantur & proſpera. Fecit hoc, quia potiùs dixit hominū more,

vt pro

A vt pro se intelligeret, quod rerum exitus probauit aduersum. Signa quippe illa constabant esse contraria. sed Turnum gratiosa coniectura fallebat: quia putabat, interitum hostibus, nõ sibi portendi, & prouocanti imminere perniciem. quia dixit: Sequor omina tanta, Quisquis in arma vocas: cùm ipsum cõstaret priorẽ arma sumpsisse. ET sic affatus, ad vndam Processit; summoq; hausit de gurgite lymphas: Multa deos orãs, onerauitq; æthera votis.] Fecit Turnus, q̃ solẽt facere, q̃ dubia subituri sunt. tunc enim vberiùs rogãt, quum numinibus potiora persoluunt, & maiorẽ sibi fauorem superûm promerendo conciliant. IAMQVE omnis campis exercitus ibat apertis, Diues equûm, diues pictai vestis & auri.] Iãq;, celeritatis significat exsecutionem eius, qui ducturus fuerat, exercitum omnẽ semel effusum. maiorẽ quippe multitudinem, camporũ maior potuit capacitas ferre. Campis apertis dixit, in magnã latitudinẽ iacentibus, nullo impedimẽto lignorum, aut speciei alterius. DIVES equûm, diues pictai vestis, & auri.] preciũ enim, & multitudo cultus, in bello auget hosti terrorem. Dixit, ire exercitum quà pergeret, qui cultus; & qualis eorũ esset incessus. nunc de-

B scribere incipit ea, quibus illa multitudo ducibus regeretur. MESSAPVS primas acies; postrema coërcent Tyrrhidę iuuenes; medio dux agmine Turnus Vertitur, arma tenẽs, & toto vertice suprà est.] Dixit, qui esset in primâ exercitus parte; qui curaret postremã: vt constricta multitudo pergeret; non vltrà, quàm necesse esset effusa. In medio verò Turnũ fuisse: potestas enim maior in medio est. quod quũ sit, & primis est apposita; & à postremis non longè disiuncta. CEV septẽ surgẽs, sedatis amnibus, altus Per tacitũ Gãges, aut pingui flumine Nilus, Quũ refluit cãpis, & iam se cõdidit alueo.] Post dispositionẽ instructi exercitus, dicit, quàm leniter ipse habitauerit: vt militarẽ artẽ euidẽtissimè demonstraret. Silentio quippe fuerat veniendum; vt insperati effusos & incautos hostes inuaderent. Idcirco igitur, quia tacito agmine incedebat Turnus, comparationẽ dat Poëta duorum fluminum, Gangis & Nili. quorum Ganges, cùm sit copiosus, & septem diuisus in flumina, semper lenis est: Nilus verò tunc magis mitis, quum ex maxima camporum latitudine in alueum redit, & indè actu molliri impellitur. Descripta est pars Turni, & ars ducendi exercitus demonstrata. Videamus, quales Aeneas recessurus præfecerit suis. HIC subitam nigro glomerati puluere nubem Prospiciunt Teucri, ac tenebras insurgere campis.] Ibat quidem tacitis gressibus exercitus Turni; sed nihil procuratum silentium profuit. prodidit quippe, quamuis tacitos, puluis; & Troianis semper, absente rege, diligenti curâ sollicitis, quasi quidam nuntius aduentum insidiosi hostis indicauit. Videbant igitur atri pulueris nubem, accedente multitudine, glomerari; & tanta lucis excessu, tenebras cãpi, incumbere. In imperfectis maior semper est terrori. illud enim, quod iam accepit, statim de perfectione potest habere dispositum animum: illud verò, quod adhuc in augmentis est, & habetur incertum, quemadmodum euasurum sit, plus terret, quàm necesse est. Deniq; malum illud, quod sic per momenta crescebat, vt primò in modum nubium glomeratio tetra, dehinc tenebræ, non agrorum angusta, sed campos obtegere cernerentur, addebant terrorem intuentibus.

ADR. Bar. DIVES equûm, diues pictai vestis & auri.] De homine vehementer diuite.

Primus ab aduersâ conclamat mole Caicus:
Quis globus, ô ciues, caligine voluitur atrâ?
Ferte citi ferrum; date tela; scandite muros:
Hostis adest. eia! ingenti clamore per omnes
Condunt se Teucri portas, & mœnia complent.
Namq; ita discedens præceperat optimus armis
Æneas: si qua interea fortuna fuisset;
Ne struere auderent aciem, neu credere campo:
Castra modò, & tutos seruarent aggere muros.
Ergo, etsi conferre manum pudor iraq; monstrat:
Obijciunt portas tamen, & præcepta facessunt:
Armatiq; cauis exspectant turribus hostem.
Turnus, vt anteuolans tardũ præcesserat agmen,
Viginti lectis equitum comitatus, & vrbi
Improuisus adest: maculis quem Thracius albis
Portat equus; cristâq; tegit galea aurea rubrâ.
Ecquis erit mecũ, ô iuuenes; qui primus in hostẽ?
En, ait: & iaculum intorquens, emittit in auras;
Principium pugnæ: & campo sese arduus infert.
Clamorem excipiunt socij; fremituq; sequuntur
Horrisono. Teucrûm mirantur inertia corda,
Non æquo dare se campo: non obuia ferre
Arma viros. sed castra fouere. huc rabidus atq; huc
Lustrat equo muros; aditumq; per auia quærit.

SER. AB aduersâ] Castris oppositâ; an venienti agmini? QVIS globus.] i. quãtus. admirãtis enim est, nõ interrogãtis. nec. n. interrogat, qui nuntiat. HOSTIS adest, eia.] Hîc distinguẽdũ; vt, Eia, militũ sit properantiũ clamor. et est Ennianũ, q̃ ait; Eia macheras. Ergo eia ingenti clamore dicẽtes, ad por-

C tas ruebãt. Alij, Hostis adest eia: legũt. Alij Eia non à personã ad personã dictũ putant; sed ipsum Poetam, quasi actu rei & imaginatione, exclamâsse. NAMQVE ita discedens prçceperat.] Excusatio Troianorũ; ne portas clausisse timore viderentur. OPTIMVS armis.] Peritus armorum; dux egregius, qui & futura prouideret. SI qua interea fortuna fuisset.] Scilicet bellicus casus. TVTOS seruarent aggere muros.] Id est, tutos beneficio aggeris muros. PVDOR iraque monstrat.] Licèt eos hortaretur ire pudor. OBIICIVNT.] Obices ponũt; vel, obicibus muniũt; & per hoc ludũt. FACESSVNT.] Hîc faciunt; aliâs, discedunt; vt, Illa hinc facessat. TVRRIBVS.] Pro, in turribus. TARDVM agmen.] Peditum dicit; qui, equitũ cõparatione, tardi sunt. VRBI.] Troiæ, quã fecerat Aeneas castrorũ in morem. MACVLIS quẽ Thracius albis.] Figuras maculis albas habẽs. & nouè albas maculas dixit; cũ propriè macularũ hæc sit natura, vt obscuritate suâ album aliquid infuscent. CRISTAQVE tegit galea aurea rubrâ.] Pro, galea cristas habens rubras. sed duo ablatiui sunt, & duo nominatiui: quos metricâ ratione discernimus. Nam rubrâ cristâ, longæ sunt vltimæ: quia ablatiui sunt casus. Sanè huiusmodi versus pessimi sunt. EN, ait.] Eclipsis, festinationis exprimendæ gratiâ. quicquid enim addideris, sensus admittet. PRINCIPIVM pugnę.] Hoc de Romana solennitate tractum est. Cùm enim volebant bellũ indicere, Pater patratus, hoc est, princeps Fecialiũ, proficiscebatur ad hostium fines; & præfatus quædã solennia, clarâ voce dicebat se bellum indicere, propter certas causas: aut quia socios læserant; aut quia nec abrepta animalia, nec obnoxios redderent. Et hæc Clarigatio dicebatur, à claritate vocis. Post quam Clarigationem, hastâ in eorum fines missâ, indicabatur iam pugnæ principium. Post tertium autem & tricesimũ diem, quàm res repetissent ab hostibus, Feciales hastam mittebant. Denique, cùm Pyrrhi temporibus, aduersum transmarinum hostem, bellum Romani gesturi essent; nec inuenirent locum, vbi hanc solennitatem per Feciales indicendi belli celebrarent; dederunt operam, vt vnus de Pyrrhi militibus caperetur; quem fecerunt in Circo Flaminio locum emere; vt, quasi in hostili loco, ius belli indicendi implerent. Denique in eo loco, ante pedem Bellonæ consecrata est columna. Varro in Caleno ita ait: Duces cum primùm hostilem agrum introitum ierant, ominis causâ, priùs hastam in eum agrum mittebant; vt castris locum caperent. Ergo bene hoc Poëta, de more Romano tractum, Turno, vtpote duci, dedit. Sed in hac consuetudine, Fecialis, qui bellum indicebat, antequàm hastam iaceret, etiam terram hostium contestabatur.

Digitized by Google

stabatur. vnde quidam volunt, Aeneam, scientem quòd bellum gesturus esset, sicut à Sibyllâ cognouerat, vbi ad Italiæ partem debitam venit, primùm adoràsse terram, vt, Geniumq; loci, primamq; deorum Tellurem. CLAMOREM excipiunt socij.] *Legitur & clamore. Si clamore; sensus erit talis: Hastæ iactum socij clamore comitantur. Si clamorem intelligimus, Turni eos clamorem excepisse, & cũ fremitu eos sequutos esse: id est, Excipiunt clamorem Turni, & cum fremitu eum sequuntur.* INERTIA corda.] *Non reuerà: sed sicut hostibus videbatur,* ARMA viros.] *Vehementiùs viros pronuntiandum.* CASTRA fouere.] *Veteres* fouere, *pro diu incolere & habitare, dicebant.* ADITVMQVE per auia quærit.] *Etiam per auia. Sanè exprimitur Turni violentia: nam viam per auia nullus requirit.*

POM. Sabi. QVI globus.] *loquitur Caicus.* PRÆCEPERAT.] *vt citò armati adessent portis & muris; & nõ exirẽt.* GALEA qui primus in hostẽ.] *Mos Romanorũ fuit, vt princeps fecialiũ sacerdotũ, id est, pater patratus, vel prætor, in finibus iaceret hastã in agros hostiles, & indiceret bellũ. postea, propter magnitudinẽ imperij, iaciebat hastã supra columnam, quæ erat ante templũ Bellonæ, in capite Circi maximi.* SOCII.] *Rutuli, & alij.* INERTIA corda.] *quia non veniebant instructa acie in pugnam.* PER auia quærit.] *Insolentiam notat Turni, & furorem; qui per auia quærebat viam.*

VAR. Lect. DATE tela, scãdite muros.] *In Romano libro, & quibusdã alijs, legere est,* Et scandite: *in Oblongo,* Asscendite. NEV struere auderẽt aciem.] *In quibusdã antiquis libris,* Ne struere auderent acies, *legitur.* ET tutos seruarẽt aggere.] *In Oblongo libro,* Tuto aggere *legitur: in alijs,* Totos. QVI primus in hostẽ.] *In Mediceo libro,* Quis primus *habetur.* Et iaculũ attorquẽs emittit in auras.] *In aliquot libris,* Torquens *legas: & in plerisq; alijs,* Intorquens: *&, pro,* Emittit, Euertit *legitur.* ET campo sese arduus infert.] *In Romano libro,* Campis: *et, pro* Infert, Affert *legitur.* CLAMOREM excipiunt socij.] *In Romano libro,* Clamore, *septimo casu legitur.*

DON. PRIMVS ab aduersã conclamat mole Caicus.] *Aduersa dixit, vnde videre poterat, qui contrà veniebant. Primus Caicus, quòd esset lõgè superior, & vidit, & nuntiauit, dicens hæc:* Quis globus, ô ciues, caligine voluitur atrã? Ferte citi ferrũ; date tela; scandite muros. HOSTIS adest, eia.] *In vnã eâdẽq; personã, diuersi extitêre tractatus. videtibus quippe Troianis, nihilq; suspicãtibus mali, solũ profuit, Caicũ vidisse, qui primus hostiũ intellexit aduentũ. qui tamen etiam ipse sic exorsus est, vt fateretur se primò dubitare. Hoc est, quòd quasi interrogans locutus est:* Quis globus, ô ciues caligine voluitur atrã? *Vbi nullus intellexit, nullusq; respondit; ipse rursum confirmato animo ait:* Ferte citi ferrũ, date tela, scãdite muros. *Subnectitur causa faciẽdi;* Hostis adest, *atq; vt maturè fieret, accessit hortatio, et dictũ,* Eia. *Hunc locũ, more suo, Poëta executus est. in his enim, quæ habent aliquã perturbationẽ, primò dicit faciẽda: dehinc adijcit rationẽ, propter quã debent fieri. vt in quarto libro,* Præcipites vigilate viri, & cõsidite trãstris, Soluite vela citi. *Ecce dixit, quod pro rerũ necessitate fieri debuisset. Dehinc ostẽdit iussionis suæ rationem:* Deus, *inquit,* æthere missus ab alto, Festinare fugã tortosq; incidere funes. *ecce iterũ simulat. Hoc consiliũ hanc tenet substantiam cõmodi: ne, dum priùs referat causam, medium tempus, celeritate hostis & velocitate præuentũ, necessaria nõ sinat opportunè disponi. Ait igitur:* Ferte citi ferrũ. *Festinandũ enim fuit hostibus in proximo cõstitutis. proximitatẽ quippe istã nuntiabat magnitudo pulueris, & nubes atra præbebat indicium.* Date tela: *nõ hoc idẽ, qui dandũ dixerat ferrũ. Ferrũ quippe alterius species potest habere significationẽ; & tela alterius. nam sunt gladij; sunt sagittæ. Certè & sic accipi potest hoc dictũ: vt ferrũ primò videatur dixisse, præparandum in hostes, sagittis & gladijs: tela verò, in quibuscunq; speciebus, quæ occidere hominem possent; vt sunt lapides, fustes, & cætera huiusmodi, quibus repelli hostis queat, aut superatus occumbere.* A *Citi, quidem semel positum, omnibus dictis aptemus; quò melior intellectus appareat, vt sit, Citi ferte ferrum, & citi date tela, & citi muros asscendite. nõ enim, in tantã perturbatione, fuit ex illis aliquid, quod segniùs curari debuisset. Ecce nouissima interuenit causa:* Hostis, *inquit,* adest. *non dixit affuturum; ne daret occasionem differendi: sed iam adesse; vt præsens videretur vrgere. Nouissimum fuit,* Eia: *quod dictum hortantis est potiùs, quàm iubentis.* INGENTI clamore per omnes Condũt se Teucri portas; & mœnia complent.] *Congesserũt se omnes intra septa castrorũ, & oppleuerunt portas & mœnia. Crimen potiùs duci, & manifestũ timoris indicium videri, quòd, veniente hoste, sese clauserint potiùs, quàm instruxerint aciem. Hoc genus obtrectationis, ne viris fortibus inhæreret, purgat honestã excusatione Vergilius, dicens:* NAMQVE ita discedẽs præceperat optimus armis Æneas, si quà intexta fortuna fuisset, Neu struere auderent aciem, neu credere campo; Castra modò & tutos seruarẽt aggere muros.] *Aeneas, inquit, absuturus, qui tractare nõ esset incerta bellorũ, tali suis mandatũ dederat: vt, si aliqua emersisset certandi necessitas, nõ auderent struere aciem non auderẽt campo committere; sed solũ aggerẽ tuerẽtur, & castra, quæ securitatẽ illis plenã præstare potuissent: magnã interea existimans esse victoriã, si suos remeans incolumes inueniret.* B ERGO, etsi cõferre manũ pudor iraq; monstrat, Obijciunt portas tamen, & præcepta facessunt, Armatiq; cauis exspectant turribus hostẽ.] *Duas illis virtutes dedit: vnã, ne imbelles; alteram, ne iuxtà regis præcepta incumbentes, ignaui viderentur. Nam pugnare cupiebant: sed mandatorum contemplatione reuocabãtur; meliùs existimantes pudorẽ ferre, quàm contra regis præcepta reatum temeritatis incurrere. Quapropter muniuerũt portas firmis obicibus, & armati, qui hostis moliretur accedens, vigilanter speculabantur. Huius præcepti etiã Caicum memorem fuisse, verba eius ostendunt. nam dixit:* Date tela, ferte ferrum, muros asscendite. *non dixit, Eamus ad campum; occurramus hosti; & certamen pugnandi subeamus.* TVRNVS vt anteuolans tardũ præcesserat agmẽ, Viginti lectis equitum comitatus, & vrbi Improuisus adest, maculis quẽ Thracius albis Portat equus, cristâque tegit galea aurea rubrâ. Ecquis erit mecũ iuuenes, qui primus in hostẽ? Sic ait.] C *Non tardum fuit agmen, aut tardè ambulabat; sed cõparatione tardũ putabatur. Turnus enim, vt cæteros præueniret, ductis secũ equitibus viginti electis, egressus itineris modũ, quo cõgregata multitudo vel consueuit ambulare vel non potest, celeriùs venit. Tãta maturitas fuit, vt ante vrbem improuisus apparuisset; nõ iam itinere; sed quasi quodã volatu prouectus. Quum verò equum eius describeret, dixit caput eius fuisse galeatum, quam galeam fulgentem auro & rubram fuisse memorauit; vt longè appareret, regem fuisse, qui venisset. Continuò autẽ suos hortatur ad initium belli, & hastã primus misit. Hoc est, quod ait:* ET iaculũ intorquẽs emittit in auras, Principium pugnę, & campo sese arduus infert.] *Iecit telum, lege scilicet obseruatã bellorũ. nulli enim fas est, mouere arma, vel telũ iactare priùs, quàm mittat, qui ducit exercitũ: non autẽ, vt aliquem feriat; sed vt solennitatem compleat, & legem. Denique, Turnus in auras iaculum, non hominẽ contorsit. ὑπερβατὸν hic debet aduerti, cuius causã, quũ pronuntiatur, totum debet vno tractatu suspendi; & illîc finiri, vbi primo verbo suspẽderit ex fine. Cœpit enim sic, atq; ita ordinatur: Turnus vt anteuolans venit; Ecquis erit mecum iuuenis; & misit telum.* CLAMORE excipiunt socij, fremituq; sequuntur Horrisono.] *Ecce, quo loco respondet vniuersis, quæ fecerũt hyperbaton. Descripti sunt actus Rutulorum. videamus quid Troiani. post hæc non mouebantur. Denique sequitur:* TEVCRVM mirantur inertia corda; Non æquo dare se campo; non obuia ferre Arma viros; sed castra fouere.] *Pro animo suo*

Digitized by Google

A *suo Rutuli, quum Aeneæ consulta mandataq; nescirent, inertes Teucros iudicabant: cùm illi prudentissimi regis sui præcepta seruantes, non crederent campo; sed castra diligentiùs custodirent.* HVC turbidus atq; huc Lustrat equo muros, aditumq; per auia quærit. *Fremens Turnus, quòd contra spem hostis copiam non haberet, circuibat muros explorans, qui ad eos exsistere posset ingressus; quem negabat castrorum firma constructio. Describit per parabolam, quomodo Turnus clausos hostes, & murorum firmitate munitos, non valebat inuadere.*

Ac, veluti pleno lupus insidiatus ouili,
Cùm fremit ad caulas, vêtos perpessus & imbres,
Nocte super mediâ; tuti sub matribus agni
Balatum exercent: ille asper & improbus irâ
Sæuit in absentes; collecta fatigat edendi
Ex longo rabies, & siccæ sanguine fauces:
Haud aliter Rutulo, muros & castra tuenti,
Ignescunt iræ, & duris dolor ossibus ardet:
Quâ tentet ratione aditus; & quà via clausos
Excutiat Teucros vallo, atq; effundat in æquor.
Classem, quæ lateri castrorum adiuncta latebat,
Aggeribus septam circùm & fluuialibus vndis,
Inuadit: sociosq; incendia poscit ouantes:
Atq; manum pinu flagranti feruidus implet.
Tùm verò incumbunt: vrget præsentia Turni:
Atque omnis facibus pubes accingitur atris.
Diripuêre focos: piceum fert fumida lumen
Tæda, & cômixtam Vulcanus ad astra fauillam.
Quis deus, ô Musæ, tam sæua incendia Teucris
Auertit? tantos ratibus quis depulit ignes?
Dicite. prisca fides facto; sed fama perennis.
Tempore quo primùm Phrygiâ formabat in Idâ
Aeneas classem, & pelagi petere alta parabat;
Ipsa deûm fertur genitrix, Berecyntia, magnum
Vocibus his affata Iouem: Da, nate, petenti,
Quod tua chara parês domito te poscit Olympo.
Pinea sylua mihi multos dilecta per annos,
Lucus in arce fuit summâ, quò sacra ferebant,

SER. Ad caulas.] *Munimenta & septa ouium. Est autem Græcû nomen, C detracto. Nam Græci αὐλὰς vocant animalium receptacula. Vnde in sacris ædibus, & in tribunalibus, septa, quæ turbas prohibet, aulas vocamus.* NOCTE super mediâ.] *Vltra mediam noctem: id est, plus quàm mediâ, vel maiore eius parte transactâ. Et est bona elocutio, facta per Syllepsim: vt si dicas, Legi nocte super mediâ: id est, vltra mediam noctem. Nulla enim syllepsis est,*
B *quæ non & casum mutet, & egeat subauditione. Vt,* Hanc ego nunc ignaram huius, quodcunq; pericli est. IMPROBVS irâ.] *Non irâ improbus, sed ira sæuit. totum autem summâ breuitate narratû.* SÆVIT in absentes.] *Phãtasiam sæuitiæ expressit: quia & lupi sic circa caulas fremunt, vt in ipsis animalibus solent.* EX longo rabies.] *Absoluta elocutio: vt si dicas, Ille fame fatigatur ex longo.* SANGVINE.] *Pro, à sanguine.* ET quà via clausos.] Quà *aduerbiû loci est, non pronomen: nam non stat versus, si viâ septimus sit: non nominatiuus. Ergo* Quà via, *per quam partem viæ, vallo Troianos excutiat. Legitur tamen &,* quæ via: *& est sensus absolutior.* EFFVNDAT in æquor.] *In planum, in campû.* INVADIT, sociosq; incendia poscit ouantes.] *Hysteronproteron: vt auiditatem Iuuenis ostenderet.* Incendia au-
C *tem, pro materiá, ex quâ incendia sequuntur. & videtur euentum posuisse.* TVm verò.] *Vt signum incendendarum nauium datû est.* FACIBVS pubes accingitur atris.] *Pro ad faces accingitur: vt sit datiuus. vt,* Accingunt omnes operi. *aut* Accingitur, *armatur, instruitur facibus.* ATRIS.] *Quasi lethiferis. nam faces ardentes sunt.* DIRIPVERE focos.] *Quæritur, quid ibi faciant foci? Sed in carminibus quædam, nec ad subtilitatem, nec ad veritatem exigenda sunt. Aut certè focos, quos ibi habere potuerunt.* PICEVM fert fumida lumen.] *Sordidior enim in tædis, & ignis, & fumus est.* QVIS deus, ô Musæ.] *Quia res deorum est, & ardua: ideò per se eam non potest dicere. Hic autem gloria Turni latenter ostenditur, cuius vis, nisi à numinibus, repelli non potuit.* TEVCRIS.] *Aut detraxit præpositionem* Ab: *vt sit, ab Teucris: aut* Teucris, *in honorem salutemq; Teucrorum, incendia classibus auertit.* PRISCA fides facto, sed fama perennis.] *Omnis antiquitas difficile pura & incorrupta manat in posteros. Ergo hoc dicit: Factum hoc, licèt priscum sit, id est, antiquum; tamen fama eius non est obliterata temporum vetustate. Alij sic intelligunt: Fabulosum est quidem; sed fides eius rei penes priscos est. Eius enim rei cuius autorem facere noluit: sed ordinem protulit. Alij: iam quidem euanuit fides, hoc est, nemo credit factum; adhuc tamen fama viuit. Et dicitur, prisca fides, ἀξιοπιστία; quasi non sit facta historia.* QVO primùm.] *Hoc est, initiò. non enim secundò factæ sunt naues apud Idam ab Aeneâ.* PHRYGIA formabat in idâ.] *Id est, formare cogitabat. non enim in Idâ; sed apud Antandrum factæ sunt. Et bene* Phrygiâ in Idâ: *quia & in Cretâ est alia Ida. vt,* Mons Idæus vbi, & gentis cunabula nostræ. ALTA pelagi.] *Absolutum est: vt, Lata camporum.* IPSA deûm fertur genitrix.] *Figmentum hoc, licèt poëticum sit, tamen, quia exemplo caret, notatur à Criticis. Vnde longo proœmio excusatur. nam ideò & priscâ ratione religionis, & Iouis beneficio, dicit esse perfectum; vt naues mutarentur in Nymphas: quò vel aliquâ ex parte possit esse verisimile. Sanè quidam* Fertur *reprehendunt: quòd dicendo auctoritatem rei detraxerit. Alij laudant, quòd dicendo,* Fertur, *incredibilem rei autoritatem dare noluerit.* BERECYNTIA.] *Mater deûm, à monte Phrygiæ Berecynto. cuius vltima syllaba caret aspiratione: quam addimus, quotiescunq; mõtem Deli Cynthum dicimus. Est autem tenuis ista discretio, quibus nominibus subtrahi debeat aspiratio. Nã ecce* Ripæi, *montes Arcadiæ, non scribuntur cum aspiratione: quam addimus, cùm Riphæos, mõtes Scythiæ, significamus.* DA, nate petenti.] *Ac si diceret: Ei, quæ iubere debuerat. Et dicendo,* Nate, *&* parens, *iteratione auxit affectum.* DOMITO te poscit olympo.] *Videtur hoc dicere: Præsta ei, cuius beneficio seruatus ad Olympi regna venisti. Saturnus enim, cùm omnes consumeret filios, Iouem solum esse non potuit, celatum matris auxilio:* Domito ergo Olympo: *in tuas scilicet leges, per beneficium meum mundo redacto. Sanè hæc narratio tunc 11. libri erat: sed dilata est, vt hîc opportuniùs redderetur, aut ne bis idem diceretur. Potest ergo aut κατὰ τὸ σιωπώμενον videri, aut ὑστεροπρότερον.* PINEA sylua mihi.] *Congruè. nam pinus in tutelâ Matris deûm est.* IN arce fuit summâ.] *Hoc est, apud Gargara: quæ dicta sunt, quasi κάρα κάρατος, id est, caput capitis, altitudinis altitudo. κάρα est ἡ κεφαλὴ. Homer. γάργαρον ἄκριον. Gargara autem, sunt montis Idæ cacumina. Propter quod dixit,* In arce summâ. *Sanè & hîc locum sacratum ostendit. Et pinea sylua lucus fuit. Tale schema est Eclog. 1.* Nec tamen interea raucæ, tua cura, palumbes. *vbi fœminino plurali fœmininum singulare iungit. Et,* Ite meæ, quondam felix pecus. *vbi duobus fœmininis pluralibus neutrum singulare respondet.*

CAVLAS.] *septa ouilis.* NOCTE super mediâ.] *scilicet vltra mediam noctem.* EX longo rabies.] *rabie edendi ex longo collectâ, fatigante septa lupo.* SICCÆ fauces.] *scilicet fatigant. Siccæ, propter famem.* EXCVTIAT.] *turbet.* ÆQVOR.] *in campum, ad pugnandum.* QVÆ classis.] *id est, cohors.* VNDIS.] *id est, Numici.* POSCIT.] *Turnus.* DIRIPVERE focos.] *scilicet Rutuli: quia Turnus poposcerat ignem.* QVIS deus.] *Inuocatio poëtæ.* DEPVLIT ignes.] *ignes è ratibus depulit Cybeles. & dicit causam, quare.* PRISCA fides facto.] *prisca fides est antiquitati. Hoc* POM. Sabi.

uult dicere: Licèt antiquum ſit; tamen hoc factum non caret fide: & facto priſca eſt fides, & æterna fama. PARABAT.] *Aeneas.* GENITRIX Berecyntia.] *Probat, quare dicat,* Quis deus. *& dicitur à Berecyntho, monte Phrygiæ; & Cybelo, monte item Phrygiæ, Cybele.* DA, nate.] *Cybele Ioui.* PETENTI.] *mihi.* PINEA ſylua.] *Pinus in tutelâ Cybeles, matris deûm, eſt.* IN arce.] *Ea Gargara dicuntur, cacumina montis Idæ.* Picea *genus arboris eſt: & ſic acer.* QVO.] *ad quem lucum.*

VAR. Lect. IGNESCVNT iræ, & duris dolor oſsibus ardet.] *In antiquis libris hic verſus ita legitur:* Igneſcunt iræ, duris dolor oſsibus hæret. ET quà via clauſos excutiat Teucros vallo.] *In Romano libro, & pleriſque alijs, legere eſt,* Et quæ via clauſo Excutiat Teucros vallo. ATQVE effundat in æquor.] *In Romano libro legere,* In æquum. AGGERIBVS ſeptam circùm.] *In Romano libro* Clauſam. *ſed enim.* Septam *magis placet. id verò per æ diphthongum ſcribitur.* SED fama perennis.] *In Romano libro legere eſt,* Sit fama perennis. IPSA Deûm fertur genitrix.] *In Romano librò legitur.* Ipſa Deûm genitrix fertur.

DON. AC veluti pleno lupus inſidiatus ouili, Quum fremit ad caulas, ventos perpeſſus & imbres, Nocte ſuper mediâ, tuti ſub matribus agni Balatum exercêt: ille aſper & improbus irâ Sæuit in abſentes; collectâ fatigat edendi Ex longo rabies, & ſiccæ ſanguine fauces: Haud aliter Rutulo, muros & caſtra tuenti, Igneſcunt iræ, & duris dolor oſsibus hęret: Quâ tentet ratione aditus; & quæ via clauſos Excutiat Teucros vallo; atq; effundat in æquor.] *Et hic ὑπερβατόν eſt. nā propoſito capiti reſpondet in fine: unde totū debet in pronuntiatione ſuſpendi. Media enim pronuntiationis ſunt: Sic inquit, Turnus circuibat muros, quomodo lupus, exagitatus fame & furore, ouilia infeſtare contendit; nec poteſt aditum reperire. Ouilia ſunt loca, in quibus oues manent. Caulas dixit, ambitum ipſum, quo tutæ aduerſùs inſidias cōmentur.* Improbus, *abruptus ſcilicet & immoderatè ſæuiens. plus enim irarum accedit, quum in manus venire non poteſt, cui iraſcimur. quod ne fieret, Troiani conſultò præuenerant. Ille autem quærebat, quo conſilio poſſet eos è turribus in planum fundere. arbitrabatur enim, profuturū ſibi, quod hoſtis formidabat.* CLASSEM, quæ lateri caſtrorum adiuncta latebat, Aggeribus ſeptam circùm, & fluuialibus vndis, Inuadit, ſociosque incendia poſcit ouantes.] *Non potuit feciſſe, quod fuerat primum: conuertit ſe ad aliud, ne in totum nihil profeciſſe videretur. Occaſionem quippe lædendi, atq; nocendi vtcunq; nauium vicinitas fecit: namq; adhærebant caſtris. Ex aliâ verò, parte tutas reddebant circumfuſi aggeres, & vnda fluialis. ſic tamen eas aggreſſus eſt, poſcens incendia; quò faciliùs interiret.* Ouantes ſocios. *dixit; quòd neſcientes cōſilia Troianorum, pro victoriâ habuerunt: quia nullus egrediebatur è caſtris, & nullo abſiſtente poſſent naues exurere.* ATQVE manum pinu flagranti feruidus infert.] *Prior ipſe rapuit facem; vt cæteris audendi præberet exemplum. Feruidum ſic dixit facem ardentem manu corripuiſſe; quaſi & ipſe aliquo igne cœpiſſet ardere. ac per hoc alluſit,* Feruidum *dicens: quia ferebat facē.* TVM verò incumbunt.] *Hoc eſt, tùm magis cœperunt operam dare.* VRGET præſentia Turni.] *Nihil verius, nihil ſecundùm mortalitatem dici expreſsius potuit. Hoc ſolum ad implendos effectus ſufficit: vt præſens ſit, qui iubere potuerat. quum potiùs plus valet præſentia, quàm iuſsio. Si enim iubeas, & recedas, poteſt iuſsio negligi: præſens verò, etiam quum nihil iubet, tacitâ præſentiâ videtur vrgere, Vnuſquiſq; enim, præſentiæ neceſsitate, magis magisq; compellitur facere, quod aduerterit eſſe faciendum.* ATQVE omnis facibus pubes accingitur atris.] *Tantum rebus implendis animum dabat Turni præſentia, vt omnis exercitus facibus armaretur. Idcirco deſtituerunt igne focos, & omnis in faces flamma migrauerat.* PICEVM fert fumida lumen Tęda, & commixtam Vulcanus ad aſtra fauillam.] *Ipſe expoſuit, cur* atris facibus *dixerit, quum dicit: Fumida tæda fert ad aſtra piceum lumē, & ignis fauillas emittit ad ſidera.* QVIS deus, ô Muſæ, tam ſæua incendia Teucris Auertit? tantos ratibus quis depulit ignes? Dicite. priſca fides facto: ſed fama perennis.] *Intellectus in verborum ordinatione aperitur. Dicite ô Muſæ, quis Deus à Teucrorū nauibus tam ſæua auertit incēdia? tantos ignes quis depulit? Quod dixit, à nauibus: manifeſtum eſt, naues fuiſſe arſuras; vt fugæ ſubſidium Troiani non haberent. Huius, inquit, facti antiqua eſt fides. & poſſet vitio vetuſtatis intercipi: niſi illud famâ, propter admirationem, ſuis poſteris tradendo, perpetrâſſet. Huius igitur authorem vult Poëta libris ſuis inſerere: & vt maiore fide conſiſteret, vult videri, Muſis ſuggerentibus poſuiſſe veritatem. Incipit iam loqui, quod veluti Muſæ rogatæ docuerunt.* TEMPORE, quo primùm Phrygiâ formabat in Idâ Aeneas claſſem, & pelagi petere alta parabat, Ipſa deûm fertur genitrix Berecyntia magnum Vocibus his affata Iouem.] *Tempus, & locum, & perſonas, & rem poſuit; quibus maximam relationis fidem fecit. Tunc enim verum oſtenditur factum, quum dicitur, quando extiterit, & vbi, & quibus annitentibus.* B *Itaq; memoriam tangit illius temporis, quo regreſſus Aeneas, ex littoribus patriæ ſuæ nauigia præparabat; ſicut in primâ parte tertij libri dictum eſt:* Claſſemq; ſub ipſâ Antandro & Phrygiæ molimur montibus Idæ. *Non poſſet enim, niſi nauibus fugere: quia ipſo tempore nō fuerunt. Dixit tempus, dixit locum & ſpeciem facti: & dixit plenâ authoritate. Manifeſtè enim cōſtabat, Aeneam nauigia fabricâſſe, vbi ad eam partē venit, quæ in cœlo, & inter deus geſta dicebat, ait:* IPSA deûm fertur genitrix Berecyntia magnū Vocibus his affata Iouem.] *Hæc quis audiuit? quis, quum dicerentur, interfuit? quis aſcendit cœlum? vel quis inde, vt referret, deſcendit? Solàs Muſas poſſumus arbitrari inſinuâſſe Vergilio. & quoniā ſic poterat æſtimari fabuloſum, ait:* Ipſa deûm fertur genitrix Berecyntia magnum vocibus his affata Iouem. *Fertur, inquit, locuta ad Iouem. incertum poſuit: quia verum ſciri non potuit. Hæc autem fuiſſe memorantur verba poſtulantis* DA, nate, petenti, Quod tua chara parens domito te poſcit Olympo.] *Mixta dictio, habens authoritatem matris; habēs & poſcentis blandam vocem.* Da, *cùm ſit imperatiuus modus, poteſt oſtendere fiduciam parentis. dixit* Nate, *quod nomen ad imperandi cauſam ſatis abundeq;* C *ſupererat. Securum eſt petenti: vt faciliùs mereretur poſtulans, quæ iubere debuerat. Et hoc ipſum facit; quaſi dicat, nihil negandum eſſe parentibus, quum aliquid iubent; quantò magis, quum rogant? Verùm quia ſunt parētes, qui nihil de liberis merentur, addidit,* Chara. *quod dictum vtramq; perſonam tangit: vt ſit, da parenti, quam diligis, & quæ te amat. Fecit ergo attentum neceſſariò ex abundāti, & beneuolum: quod non facit, niſi qui expedienti conſtringitur. Debuit proculdubiò principijs ſubnectere deſiderij ſummam: ſed nō fecit. oportuit enim, vt, rem arduam petitura, primò cauſas inſereret iuſtæ petitionis, vt mereri faciliùs poſſet. Quod obſeruandum eſt, quoties in materijs talis locus occurrit. ſi enim primò dixeris, quod petas: perturbas audientem petitionis forſitan iniquitatem, quum iam non admittit cauſam afferentem ipſius deſiderij. Quocirca incipit dicere cur petat, & petitionis ſpeciem ſeruat ad finem.* PINEA ſylua mihi multos dilectâ per annos, Lucus in arce fuit ſummâ, quo ſacra fiebant Nigranti piceâ, trabibusq; obſcurus acernis.] *Dum refert, lucum ſe habuiſſe. quod merito eius oſtendit: vt non tantùm ipſe; verùm etiam quicquid ex eo factum eſt, iudicaretur dignum veneratione. Habui, inquit, lucum, gratum ex loci poſitione: nam fuit in ſummâ arce: qui conſtabat ex arboribus diuerſi generis, hoc eſt, pini, piceæ, & aceris: quæ meritò ad fabricā nauium neceſſariæ negari nō poſſent. Lucus fuit dilectus arboribus per multos annos: cuius affectum nutrierat diuturnitas temporum. Et*

dilectus,

A dilectus, fugitur custoditus: vsque adeò honore præstant, vt hunc sacris incolæ celebrarent. Ex eo igitur, quòd meus, debet habere ex meâ maiestate priuilegium: quòd gratus ex amœnitate; quòd nullius vnquam manu contactus; quòd seruatur temporibus multis; quòd incolarum iugibus honoratus est obsequijs. Ecce quanta præmisit, vt, quod desiderabant, inuenire potuissent.

TVM verò incumbunt: vrget præsentia Turni.] Præsentibus heris diligentiùs omnia agunt serui. Et in scholis, pueri libris suis immussant, magister vbi adest. ADR. Bar.

Nigranti piceâ trabibusq; obscurus acernis.
Has ego Dardanio iuueni, cùm classis egeret,
Læta dedi: nunc sollicitam timor anxius angit.
Solue metus, atq; hoc precibus sine posse parentē:
Nec cursu quassatæ vllo, neu turbine venti
Vincantur. prosit, nostris in montibus ortas.
Filius huic contrà, torquet qui sidera mundi:
O genitrix, quò fata vocas? aut quid petis istis?
Mortaline manu factæ immortale carinæ
Fas habeant? certusq; incerta pericula lustret
Aeneas? cui tanta Deo permissa potestas?
Immò, vbi defunctæ, fines portusq; tenebunt
Ausonios, olim quæcunq; euaserit vndis,
Dardaniumq; ducem Laurentia vexerit arua;
Mortalem eripiam formam, magniq; iubebo
Æquoris esse deas: qualis Nereia Doto,
Et Galatea, secant spumantem pectore pontum.
Dixerat: idq; ratum Stygij per flumina fratris,
Per pice torrentes, atrâq; voragine ripas,
Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum.
Ergo aderat promissa dies; & tempora parcæ
Debita complerant: quum Turni iniuria matrem
Admonuit, sacris ratibus depellere tædas.

SER. NIGRANTI piceâ.] Nigranti, vmbrosâ. & Picea arboris genus est, vnde pix desudat. Harum autem, secundùm Plinium, quinq; sunt species: sicut etiam suprà diximus. HAS ego.] Non trabes. nam de acere naues non fiunt. Vnde meliùs arbores intelligimus; referentes ad piceas, vel pinus. Sanè notandum, trabes eum dixisse de arboribus: cùm non dicantur trabes, nisi iam cæsæ sint & cōpositæ. Abutitur ergo eo, quod posterius est, pro eo quod est prius. QVO sacra ferebant.] Non B addit, q: sed intelligimus Phrygas. Item, Centum vrbes habitant magnas, id est, Cretes. Et bene arbores consecrauit, quibus immortalitatem petiturus est. CLASSIS egeret.] Pro, classe: genitiuus pro ablatiuo. Et iusta Aeneæ petitio: & concedentis benignitas numinis exclusit piaculum. Nam his remotis, sacrilegium committeretur. Ideò addidit, læta dedi. TIMOR anxius angit.] Aut perpetuum est timoris epitheton: aut certè verùm timorem voluit significare: vt separaret ab eo, qui ex cupiditate nascitur prosperorum. vt, Exsultantiaq; haurit Corda pauor pulsans. SOLVE metus.] Id est, meos. PROSIT, nostris in montibus ortas.] Bonâ breuitate detraxit, & his & esse. Nam plenum est; Prosit his ortas esse in montibus nostris. quod fecit elocutionis caussa. Sanè ostendit, quòd suprà Arcem dixit pro monte. Et bene ortas, vt sensum quendam nauibus daret. verbum de origine commoda. TORQVET.] Sustinet, aut nutu suo regit. QVO fata vocas?] Ostendit, fata posse aliquatenus trahi; non tamen vsque C quaq. Hinc enim dicit, quò, id est, ad quam rem. PETIS istis?] Id est, pro istis. nam sic dicimus, Peto tibi, id est, pro te. Aut Istis, vtrùm precibus, an nauibus? FAS habeant.] Ius. nec enim possunt æterna esse, quæ ab hominibus facta sunt. Horatius: Debemur morti nos nostraq;. Nā, sicut animi facta sunt immortalia, ita corporis pereunt. Sallustius: Cæterū studia omnia nostra, sicut anima, immortalia sunt. CERTVS'QVE incerta pericula lustret Æneas.] Securus dubia tendet? Et hoc dicit: Casibus licentiam hæc petitio vult adimere. Nam Aeneas forte, quā homo est, nauigationis debet timere periculum. quod perit, si eius nauibus æternitas detur. CVI tanta deo permissa potestas?] Cui: ac si diceret, nec regi quidem deorum. Permissa autem, data, vt hoc posiit præstare. DEFVNCTÆ.] Liberatæ. vt, O tandem magnis pelagi defuncte periclis. PORTVS'QVE tenebūt.] Nautico vsus est verbo, cū de nauibus diceret. QVÆCVNQVE.] Hic ostendit, aliquas esse perituras. EVASERIT vndis.] De vndis exierit quum venerit ad eum locum, de quo nauigaturus iam non sit. Alij legūt, euaserit vndas. quod si est: intelligimus, quæcunq; euaserit vndarum periculū. MORTALEM eripiam formam.] Bene dixit mortalem. Nec enim potest fieri, vt eadē res, & mortalis sit, & immortalis: sed, vt sit immortalis, antè est, vt desinat esse mortalis. QVALIS Nereia Doto.] Non dixit, tales erunt. sic suprà: Qualis mugitus, fugit cùm saucius aram Taurus. PER pice torrenteis.] Ardentes. & est figmentū poëticum. TOTVM nutu tremefecit Olympum.] Homericū est μέγαν δ' ἐλέλιξεν ὄλυμπον. ADERAT promissa dies.] Promissum tempus aduenerat. TVRNI iniuria.] Scilicet, quā inferebat. Et modò iniuria est ἀδίκημα, id est, iniustitia. Hinc est apud Comicos iniurius, qui audet aliquid contra ordinem iuris. Et bene Iniuria: quia & cōtra necessitatē fati, Troianos ad Italiam venire cōpulerat; & cōtra rationem fœderis, bella cōmouerat. Alij iniuria, violentiā accipiunt.

POM. Sabi. SOLVE.] id est, effice, vt Aeneas ad construendā classem non accipiat ex luco ligna. sed meliùs sic. DARDANIO iuueni.] id est, Aeneæ. Et posteà petit arboribus suis perpetuitatem: & impetrauit. Errant, qui de Paride intelligūt. QVASSATÆ.] trabes, quæ sacræ mihi sunt. ORTAS.] fuisse in luco meo. optat æternitatem arboribus suis. O genitrix.] Iupiter matri. AVT quid petis istis?] vt, Peto illi beneficium, id est, pro illo. MORTALI manu.] quæ ab hominib9 facta sunt, non possunt æterna esse. INCERTA pericula.] vt Aeneas non sit sub periculis; cùm sit mortalis. CVI tanta deo potestas.] scil. ex mortali facere immortalem. id est, cui ergo deorū est permissa tanta potestas? quasi dicat nulli. EVASERIT vndas.] id est, ab vndis, à procellis: quia aliqua perierūt in Syrtibus. DOTO.] nympha. STYGII per flumina fratris.] i. e. per Stygiā paludē: per quā non poterant dij peierare. INIVRIA.] scil. quam turnus inferebat in matrē Cybelem.

VAR. Lect. TIMOR anxius vrget.] In Mediceo libro, in Porcio, & aliquot alijs, Angit, nō Vrget, est. NEC cursu quassatæ.] In libris antiquis, Ne cursu legitur. QVÒ fata vocas.] In nonnullis libris est, quò fata trahis? QVALIS Nereia Clotho.] In libris aliquot antiquis, Qualis Nereia Doto, legitur. ADMONVIT ratibus sacris.] In antiquis libris legere est, Admonuit sacris ratibus.

DON. HAS ego Dardanio iuueni.] Grande pondus in vno nomine, & pro nominib9 duobus. dixit enim, Has, hoc est, quas sacras habui; quas violauit nullus; quas per infinitos annos incolæ venerati sunt: quæ amœnitate, & magnitudinne suā, ingentem loco gratiā dabant. Ego: id est, cui soli licuit iubere, quod vellem. Ego, qui reliquis saltem debeo fauere Troianis. Dardanio iuueni: pio, forti, religioso. QVVM classis egeret, Læta dedi.] Quum recessurus de Troiā subsidiū nauigandi non haberet. hoc enim est beneficij summi, quum vrgēt necessaria, dare. Quòd dixit, Dedi, ostendit, se non petenti præstitisse. Addidit aliam gratiā: vt cum lætitiā mentis id se asserat contulisse. Quòd dixit, Læta dedi, ad accipientis meritum pertinet: vt beneficium digno videretur præstitisse. Multis enim inuitis extorquetur, quod præstatur indignis. Quòd ait, Dedi, potest etiam sic intelligi: non petenti libentiùs dedi. ille enim, licèt in magna necessitate positus, auderet postulare, quod nouerat sacrum aut exscindere, quod ab incolis omnibus venerari consueuerat. NVNC sollicitam timor anxius angit. Solue metus, atq; hoc precibus sine posse patentem.] Permitte, ait securam impetrare precibus matrem tuam; quod te

etiam non rogatum contra venerat sine mora præstare. Venit ad summam petitionis, confectis omnibus, quæ præmitti debuerãt. NEV cursu quassatæ vllo, neu turbine venti Vincantur.] Id est, ne currendo quassentur: néue eas venti suis turbinibus superent. PROSIT, nostris in montibus ortas.] Non debet eiusdem esse meriti, cuius sunt aliæ, quæ non sacris ex lucis oriuntur. FILIVS huic contrà, torquet qui sidera mundi.] Filius, cuius potestas est: & nollet datam omnibus lucem, quamuis poscente matre, corrumpere. Contrà respondit: hoc est, non est assensus ei, quæ studio magis, quam ratione ducebatur. Reddenda tamen ei ratio fuit, cur non posset impetrare: ne læsa discederet. & mereri tamen aliquid debuit: quod legibus datis non irrogaret iniuriam. Incipit igitur sic. O genitrix, quò fata vocas? aut quid petis istis?] Fiduciã, inquit, veteris matris: atq; vt possibile impetres, sacrum nomẽ pietatis opponis. sed in hac causá, quâ in regendi mundi necessitate constringor, nec possum cælestia iura côuellere, non solũ quæ, aut à quo petas; verùmetiam quid fieri velis, debes expendere. Incipit iam tractare, quale sit, quod petatur, & qui desiderium matris nolebat implere, vsus est inuentione mirificâ: vt non arborum sacrarum, quæ æternitatem merebãtur, nec originis aut fabricæ; sed nauium faceret causam. O' genitrix, quo fata vocas? aut quid petis istis? Mortaline manu factæ immortale carinæ Fas habeant? certusq; incerta pericula lustret Aeneas? cui tanta deo permissa potestas?] Vis, inquit mater, fatorum cursum mutari? Cõtraria poposuisti duo, vtraq; fatorũ legibus nexa. vnum, vt nauibus decernatur æternitas: alterũ, vt Aeneas cursus subeat non incertos. vtraq; impossibilia. Non interire necesse est, quod manus hominis fecerit? tantus autem est in discursibus nauigationis euẽtus: vt, si deus aliquis velit nauigare, securitas illi sponderi non possit. IMMÒ, vbi defunctæ, finẽ portusq; tenebunt Ausonios, olim quæcunq; euaserit vndis, Dardaniumq; ducem Laurẽtia vexerit arua, Mortalem eripiá formam, magniq; iubebo Aequoris esse deas, qualis Nereia Doto, Et Galatea, secant spumantẽ pectore põtum.] Faciá tamen, inquit, quod tuũ, mater, exsuperet postulatum: vt fiant pelagi deæ, quæ, laborandi necessitate transmissa, Dardaniũ in Italiá iuuenem cursu prosperiori peruexerint: & sit miraculo omnib9, sub aliâ formá naues incolumes esse sub fluctibus, quibus perire consuessent. Sic hoc loco dixit, Defunctæ; quomodo in sexto libro: O tandẽ magnis pelagi defuncte periclis. Aliás enim Defunctũ, mortuũ dicimus. sed in vtroq; vna significatio est: defungi enim, est cõplere. Defungitur ergo, qui munus debitum complet. Defungitur quoq;, qui tempora sua viuendo transmiserit. Proinde & Naues defunctæ dici potuerunt; quæ Aeneam ad Italiã, completã nauigãdi necessitate, vexissent. MORTALEM eripiá formam, magniq; iubebo Aequoris esse deas: qualis Nereia Doto Et Galatea secãt spumantẽ pectore pontũ.] Plus promiserat, quàm debuerat postulare: vt ex mortalibus fierent deæ pelagi, & cæteris æquarentur. DIXERAT: idq; ratũ Stygij per flumina fratris, Per pice torrentes atra[que] voragine ripas, Annuit; & totũ nutu tremefecit Olympum.] Quoniam rẽ arduã promiserat: futurũ effectum iurando firmauit. Iurauit ergo, firmũ fore, quod dixit. & iurauit per Stygem: cuius tanta potestas est, vt etiam ipsis dijs credatur esse venerationi. vt ipse Vergilius etiam in sexto lib. posuit: Cocyti stagna alta vides, Stygiamq; paludem, Dij cuius iurare timent & fallere numen. ERGO aderat promissa dies, & tempora Parcæ Debita complerant.] Retulit, quod olim gestum videretur. rediit ad causam, & ad præsentis temporis necessitatem. Venerat, inquit, dies promissi, & dispositionem suam fata compleuerant: hoc est, & nauigiorum munus expletum fuerat, & Aeneas in Italiâ fuit. restabat vt naues, depositâ formâ mortali, verterentur in deas. CVM Turni iniuria matrem Admonuit, ratibus sacris depellere tædas.] In obliuionem venerat deûm matri: sed interuenit iniuria, hoc est, improba cogitatio, quæ illam commonere faceret, vt à nauibus sacris, hoc est, quæ ex sacris arboribus ædificatæ fuerant, incendia & faces auerteret. proinde nihil tale fieret, nisi extitisset inimici violentia.

Hîc primùm noua lux oculis effulsit, & ingens
Visus ab aurorâ cœlum transcurrere nimbus,
Idæiq; chori. tùm vox horrenda per auras
Excidit & Troûm Rutulorumq; agmina complet.
Ne trepidate meas Teucri defendere naues,
Néue armare manus: maria antè exurere Turno,
Quàm sacras dabitur pinus. vos ite solutæ,
Ite deæ pelagi: genitrix iubet. & sua quæque
Continuò puppes abrumpunt vincula ripis,
Delphinûmq; modo demersis æquora rostris
Ima petunt. hinc virgineæ (mirabile monstrum)
Reddunt se totidem facies, pontoq; feruntur,
Quot priùs æratæ steterant ad littora proræ.
Obstupuêre animis Rutuli: conterritus ipse
Turbatis Messapus equis: cunctatur & amnis,
Rauca sonans, reuocatq; pedẽ Tyberinus ab alto.
At non audaci cessit fiducia Turno:
Vltrò animos tollit dictis, atq; increpat vltrò.
Troianos hæc monstra petunt: his Iuppiter ipse
Auxilium solitum eripuit. non tela, neq; ignes
Exspectant Rutulos. ergo maria inuia Teucris;
Nec spes vlla fugæ: rerum pars altera adempta est.
Terra autem in manibus nostris: tot millia gẽtes
Arma ferunt Italæ. nil me fatalia terrent,

SER. NOVA lux.] Hoc est, repentina: Id est, nimbus deorum. quod ipse paulò pòst dicit. Et hîc lux propriè: aliter postea, Continuò noua lux oculis effulsit. NIMBVS.] Lumen, quod capita deorum ambit: vt sæpè dixi. NE trepidate meas.] Pro, ne festinetis. Et p hoc significatur, ideò ad nauiũ defensionem egressos non Troianos; quia numẽ vetuit. QVAM sacras dabitur pinus.] Fabula talis est. Atys, puer speciosus, cùm Matris magnæ præesset sacris, à rege ciuitatis suæ adamatus est. sed cùm intelligeret, vim sibi à rege instare, quasdam in syluas profugit. Cùm ergo inuentus vim sibi videret inferri; verenda stupratoris abscidit: qui moriens, eandem ipsam partem corporis puero abscidit. quem semianimẽ, sub pinu latentem, cùm inuenissent antistites Matris magnæ, perlatum in templum deæ frustra conati resicere, defunctum sepelierũt. cuius vt perpetua maneret memoria: Mater magna instituit, vt quotannis in sacris suis plangeretur, pinumq; arborem, sub quá iacuerat, tutelæ suæ adscripsit: & effecit, vt cultores sui viriles sibi partes amputarent, qui Archigalli appellantur. ITE deæ pelagi.] Alij hucusq; volunt matrem deûm locutam. Propè enim videtur absurdum, ipsam indicare, quæ sit: cùm iam nymphis, & audientibus vtiq, & videntibus dicat. Alij iungunt, Genitrix iubet, & putant melius: quia postea ait, Quas alma Cybele Numẽ habere maris nymphasq; è nauibus esse iusserat. OBSTVPVERE animis Rutuli.] Hoc est, Rutulorum datiuus pro genitiuo. Timuerunt ergo Rutuli; timuit Messapus, numinis marini filius, qui vtiq, fiduciâ patris & sui, nihil ex mari timere debuerit: vel certè, Quẽ neq; fas igni cuiquã, nec sternere ferro. timuit etiam Tyberis. Per hos autem gradus (id est, Rutuli, Messapi, amnis) maior Turni designatur audacia. Tale est & in quarto, At nõ infelix animi Phœnissa. ET amnis rauca sonans.] Licèt antiquitas habuerit, hic & hæc Amnis. melius tamen est, accipere, rauca sonás, pro raucè; quàm, rauca amnis. REVOCATQVE pedem Tiberinus ab alto.] Nũc ipsum deum territũ dixit: suprà, vndas fuisse perterritas, & in se repressas. AVDACI Turno.] Ecce, vbi cõfirmat epitheton, quod Turno semper imponit. & hoc loco re futuram orationẽ ostendit. ANIMOS tollit dictis.] Magnanimitatem suam, quia ipse non terreatur, comprobat dictis. Tale est & illud de contrario,

Digitized by Google

A contrario; Turbatumq; oculis. poteſt tamen accipi, eorum animos tollit, qui erãt territi: & hinc increpat. TROIANOS hæc monſtra petunt.] Id eſt, Appetunt: hoc eſt, ad Troianorum pertinet damnum. vt, Reginam petit. IVPPITER ipſe.] Scilicet, qui omnibus præſtare cõſueuit. Vnde & Iupiter dictus eſt, quaſi iuuans pater. Ergo auxilium ſolitũ, non circa Troianos accipimus: ſed quod ipſe omnibus præſtare cõſueuit. Alij auxilium ſolitum, auxilium fugæ accipiunt. NON tela, neq; ignes Exſpectãt Rutulos.] Non exſpectãt Troiani, vt Rutulorũ ignibus aut telis pereant: qui iam nauiũ amiſſione perierũt. MARIA inuia Teucris.] Color eſt. nã rem, quam pro ſe Troiani putabant, in contrarium vertit, dicens; nauigationis & fugæ auxiliũ perdidiſſe Troianos: quos cõſtat pro felicitate habuiſſe, nauigationis vitare diſcrimina. RERVM pars altera adempta.] Id eſt, naturæ rerum. Humanæ enim naturæ duo elementa conceſſa ſunt; mare & terra. NIL me fatalia terrent.] Nihil, pro non. & Tacitis occurrit quæſtionibus, dicens: Si fataliter ſe ad Italiam veniſſe dicunt; iam venerunt: completa ſunt fata. & callidè tacuit, quod erat fatale. Troiani enim dicebãt, Italiæ ſibi regna deberi. Et eſt oratoriũ, B quæſtiones ita proponere, vt facilè ſolutionis ſortiãtur euentũ.

POM. Sabi. Ab aurorâ.] id eſt, ab Oriente. VOX.] ex nimbo. NE trepidate.] Loquitur Cybele. ITE deæ.] ſcilicet vos naues, iam factæ deæ maris. GENITRIX iubet.] Loquitur poëta. Volunt aliqui, quod loquatur Cybele. PVPPES.] naues vertuntur in nymphas. HINC virgineæ.] primâ parte virgines; poſtremâ delphines. ATQVE increpat.] Oratio Turni ad ſuos. MONSTRA.] Naues euerſæ. HIS.] Troianis. AVXILIVM.] maritimum, propter naues. NEC ſpes vlla fugæ.] Nam & auxilium ſolitum nauigationis, & fugam perdiderunt. PARS altera.] ſcilicet terreſtris. DEMPTA eſt.] maritima & terreſtria auxilia dempta ſunt. FATALIA terrent.] fatales res: id eſt, conuerſio nauium in virgines.

VAR. Lect. LVX oculis effulſit.] In Romano libro, & aliquot alijs, Offulſit, & Obfulſit habetur. Sed Effulſit receptum. GENITRIX iubet.] In quibuſdam libris antiq. ita ſcriptũ inueni: Genitrix iubet: ſua quæq;. HINC virgineæ (mirabile monſtrum) Reddunt ſe totidem.] In Romano libro legere eſt, Mirabile dictu, Redduntur totidem. QVOT priùs æratæ ſteterant ad littora proræ.] Verſus hic non habetur prorſus in pleriſq; libris antiquis, niſi ſubditiur: & vbi inuenitur adſcriptitius, nõ Proræ, ſed Puppes legitur; & in aliquibus, Naues. Neq; tamen diſſimulandum, C quòd in codice Porcio verſus is inuenitur quidem: ſed nõ eo ordine, quo in vulgatis exemplaribus; ſed ita tranſpoſitus:

Ima petunt: hinc virgineæ (mirabile monſtrum)
Quot priùs æratæ ſteterant ad littora proræ;
Reddunt ſe totidem facies, pontóq; feruntur.

TVRBATIS Meſſapus equis.] In Romano legitur, Turbatus: præterea Meſſapus variè ſcribitur. AT non audaci ceſsit fiducia Turno.] In lib. aliquot antiquis, trãſpoſitis dictionibus legitur: At non Audaci Turno fiducia ceſsit. TERRA autem in noſtris manibus.] In quibuſdam antiquis libris legere eſt, In manibus noſtris. TOT DON. millia gentis.] In antiquis libris, Gentes legitur.

HIC primùm noua lux oculis effulſit, & ingens viſus ab aurorâ cœlum tranſcurrere nimbus, Idæiq; chori.] Bene poſuit hîc primum. debuerant enim ante commutationem nauiũ oſtendi ſigna, ne caſus videretur, quod deorum voluntate & arbitrio fuerat proceſſurum. Primùm igitur facta eſt lux noua. Lux eſt, quæ præter ſolitam naſcitur, & ab oriente parte nimbi curſus oſtenſus eſt. deinde Idæi chori ſonus auditus. Debuit enim, in ipſo facto, eius beneficij author intelligi. TVM vox horrenda per auras Excidit, & Troûm Rutulorumq; agmina complet.] Primò ergo ſigna poſuit, quibus ſolâ coniecturâ colligi poſſet, quod per id temporis gerebatur. deinde, quod ſignis ipſis acceſsiſſet argumentum: vt, vniuerſis ſuſpicionibus excluſis, ipſa veritas veniret in medium. nam vox horrenda, id eſt, non deformis, ſed metuenda reuerenter, emiſſa eſt: & tam clara, vt & Troianorum, & Rutulorum, agmina complêſſet. NE trepidate meas Teucri defendere naues, Néue armate manus.] Ceſſet, inquit, officium veſtrum, in defenſione nauium; nec manus veſtræ profuturis onerentur auxilijs. habent quippe defenſionem meam: nec poſſum pati perire, quod meum. MARIA antè exurere Turno, Quàm ſacras dabitur pinus.] Pulchrè ab eo loco, in quo tenebantur, arripuit impoſsibilitatem faciendi. Antè, inquit, proueniet Turno, mare incendio, quàm naues exurere; quas tuetur origo venerabilis. VOS ite ſolutæ, Ite deæ pelagi; genitrix iubet.] Vos, ait, ſolutis vinculis pergite. Et ne periſſe potiùs, quàm liberatæ viderentur, addidit: Ite deæ pelagi; genitrix iubet. Oſtendit iuſsionis authoritatem, dicendo; Genitrix iubet. ET ſua quæque Continuò puppes abrumpunt vincula ripis.] Rupta vincula, vim periculi imminentis oſtendunt. nam ſi eſſet otium, ſoluerentur potiùs vincula eadem, quàm rumperentur. DELPHINVMQVE modo demerſis æquora roſtris Ima petunt.] Ipſe expoſuit, quid ſit. Delphinûmque modo: quum dicit, nauium roſtra primùm ima æquoris petiſſe. Delphini enim, quum ima maria petunt, primam mergunt ſui corporis partem, hoc eſt, caput. HINC virgineæ (mirabile monſtrum) Reddunt ſe totidem facies, pontóque feruntur; Quot prius æratæ ſteterant ad littora proræ.] Quot naues merſæ ſunt; totidemq; facies virgineas pelagus reddidit. OBSTVPVERE animis Rutuli.] Quòd dixit, Obſtupuêre, ad ſolos Rutulos pertinet. TOTIDEM.] ideò, vt oſtenderet, reuerà ipſas eſſe, quæ fuerunt merſæ. OBSTVPVERE animis Rutuli.] Vtpote qui talia probabant merita Troianorum. Obſtupuêre, non ad permutationem nauium pertinet tantummodò; ſed ad omnia, quæ viſa fuerant, vel audita. Obſtupuerunt igitur ſimul vniuerſi: nec remanſit quiſquam, qui non admiratione teneretur. CONTERRITVS ipſe Turbatis Meſſapus equis.] Territus eſt ipſe quoque Meſſapus; atque equi eius viſu ipſo turbati ſunt. Ipſe, inquit, Meſſapus, qui eſſet conſtans inter ſuos, & fiduciâ virtutis intrepidus, tantum perterrefactus eſt: vt equos ſuos tenere non poſſet; quos conſtabat cum domino eſſe turbatos. Qualem interea putamus terrorem fuiſſe, quum illa fierent: quando maieſtatis potentiam animalia etiam muta ſenſerint? CVNCTATVR & amnis, Rauca ſonans.] Raucus ſonus eſt, vnde tardioris & paruæ. REVOCATQVE pedem Tyberinus ab alto. At non audaci ceſsit fiducia Turno.] Retardatur etiam potentiſſimus Tyberis; & ex his, quæ in fauorem nauium geſta ſunt, in fluctus maris non audebat exire. AT non audaci ceſsit fiducia Turno.] At Turno audaci non ceſsit fiducia. Omnes, inquit, facti nouitate occupauerat ſtupor; homines, equos, & flumen cum ipſo deo ſuo: audacia tantùm Turni immobilis manſit. Temerarij enim non mouentur ex accidentibus: nec ſuccedentibus malis aliquando franguntur. ſic pereunt, manifeſta grauiaq; pericula pro leuibus & dubijs æſtimantes. VLTRÒ animos tollit dictis, atque increpat vltrò.] Ecce, ſecundùm temeritatem ſuam, intellexit factum: & intellectum ipſum, qui flere fortunam ſuam debuit, inſultanter exponit. quæ inſultatio proficiebat ſuis; vt animis reficerentur: ſed quos initio immoderatus fauor afflixerat. TROIANOS hæc monſtra petunt.] Cœpit non à principijs; ſed ab ipſa diſputatione: vt maturè reficeret. Quod ſi ſolum fuiſſet, ſufficeret. Quid enim fuit in tempore neceſſarium: niſi vt ſciret exercitus, illud, quod geſtum eſt, malum quidem eſſe; ſed ex pectare Troianos? Addidit alia, quibus aſtrueret expoſitionem ſuam. HIS Iuppiter ipſe Auxilium ſolitum eripuit.] Solitum dixit: non quod ſolitus eſſet præſtare Iupiter; ſed quo Troiani ſemper in fugâ vti conſueſſent. NON tela, nec ignes exſpectant Rutulos.] Vltrò, inquit, Iupiter præſtitit, quod nitendo cupiebamus efficere. quid enim fuit pro imbel-

lium personā necessarium; nisi vt fugiendi subsidium non habeant, quos formido turpis retinet inclusos? Denique, arreptas faces deponite, & remouete, quæ tenetis incendia. Dijs iuuantibus factum est, quod per nos forsitan impleri non potuisset. ERGO maria inuia Teucris; Nec spes vlla fugæ; rerū pars altera adempta est. Terra autē in manibus nostris.] *Votis nostris optata cesserūt. tenemus hostem, metu desperationis oppressū: mare fugiendi subsidiū negat: armis clausimus terram. Quid superest, remotis incertis, nisi certa victoria? Hinc, pergit ad cæteras materiæ partes: vt ab omnibus, quæ obiectari poterant, ipse magis quasi obiectis occurreret. Equidem primam quæstionem noluit euidenter ponere. Potuit enim dici sic: Si occidissemus istos, quid faceremus in illos, qui cum Aeneā venturi sunt? Huic ex occulto respondit, dicens:* TOT millia gentes Arma ferunt Italæ.] *Hunc locū quum pronuntiamus, separare debemus.* Tot millia, *separare* Gentes, *ne coniuncta vitium faciāt, si dicamus,* Tot millia gentes. *separatione verò factā, nō semel intelligamus positū:* Tot, *vt sit, Tot millia, tot gentes, arma ferunt. Quod ipsum sic intelligitur posuisse atq; dixisse: vt assereret, se nec illud metuere, quòd cum auxilijs Aeneas sperabatur esse venturus. Hinc transit ad aliam quæstionem. potuit enim dici: Frustra contendimus contra eos, qui dijs & fatis volentibus ad Italiam venerunt. Ait ipse:* NIL me fatalia terrent, Si qua Phryges præ se iactant, responsa deorum.] *Nec illa me, inquit, terrent deûm responsa, quæ cū fatorum voluntate se meruisse confingunt.* Phryges, *pro conuitio posuit: non enim potuit hostes suos sinè iniuriā nominare.* A

Si qua Phryges præ se iactant responsa Deorum.
Sat fatis Venerīq; datum est; tetigēre quòd arua
Fertilis Ausonæ Troēs. sunt & mea contrà
Fata mihi; ferro sceleratam exscindere gentem,
Coniuge præreptā. nec solos tangit Atridas
Iste dolor, solisq; licet capere arma Mycenis.
Sed perijsse semel satis est: peccare fuisset
Antè satis; penitùs modò nō genus omne perosos
Fœmineum: quibus hæc medij fiducia valli,
Fossarumq; moræ, lethi discrimina parua,
Dant animos. an non viderunt mœnia Troiæ,
Neptuni fabricata manu, considere in igneis?
Sed vos, ô lecti, ferro quis scindere vallum
Apparat, & mecum inuadit trepidantia castra?
Non armis mihi Vulcani, non mille carinis
Est opus in Teucros. addant se protinùs omnes
Hetrusci socios: tenebras & inertia furta
Palladij, cæsis summæ custodibus arcis,
Ne timeant: nec equi cæcā condemur in aluo.
Luce palàm certum est igni circumdare muros.

SER. SI qua Phryges præ se iactant responsa deorum.] Iactant: *quasi & ista cōfingāt. aut,* Præ se iactant, *præferūt.* TETIGERE quod arua.] *Quæstio est: an superare possent, qui fortè venerint? & sicut suprà dictum est, per concessionem argumentatur: Etiamsi vera sunt, quæ iactant; tamen iam completa sunt:* tetigere quòd arua Fertilis Ausoniæ Troës. SVNT & mea contrà fata mihi.] *Hoc falsum est, quod dicit Turnus. sed in arte rhetoricā, tunc nobis conceditur vti mendacio, cùm redargui vere nullus potest: vt hoc loco. Quis enim potest scire, si Turno verè data sint, nécne, responsa? Sanè, quia scit falsum esse, quod loquitur, argumentis probare dicta contendit: dicens, esse sceleratam gentem, ob raptam sibi coniugem. in quo facto vtitur Græcorum exemplo, qui ob raptam Helenam gentē deleuêre Troianam.* CONIVGE præreptā.] *Inuidiosè, sponsam coniugē vocat.* NEC solos tangit Atridas Iste dolor.] *Cur non, in similitudine criminis, sit pœna similitudo? si culpa repetitur, supplicia quoque geminentur.* PERIISSE semel satis est.] *Quasi obiectio est, vt si dicatur: Sed perijsse semel satis est: immò verò semel satis fuit eos peccasse. Ex quo colligitur, quotiens peccauerint, totiens eos perire debere.* PENITVS modò nō genus omne perosos Fœmineū.] *Modò omne genus fœmineum, non eos penitus perosos oportebat, propter quod antè perierunt. Locutus est autem figuratè.* MEDII fiducia valli.] *Quod inter Troianos Rutulosq; sit medium. & bene de muris nihil dixit.* FOSSARVMQVE morę.] *Quasi non tutela, sed mortis dilatio.* AN non viderunt.] *Legitur &,* at non viderunt. *si* an non, *absolutum est: si* at non, *inceptiua est particula, ad ornatum pertinēs. Horatius:* At ô deorum quicquid in cælo regit. *Tale est,* At non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor. *& est exemplum à maiore ad minus. hoc est: At, credo, non viderunt Neptuni manu fabricata mœnia conflagrâsse: vt fiduciam vitæ in exiguo vallo, & parua fossā habeant.* LECTI ferro.] *Vtrùm ad ferrum lecti, an potiùs acie lecti?* VALLVM.] *Historicè locutus est. Vallum autem dicitur ipsa munitio. Nam Valli fustes sunt, quibus vallum munitur. Ipse de sustentaculis vitiū;* Vallos primus sub tecta referto. TREPIDANTIA castra.] *Vt,* Turbataq; arripe castra. NON armis mihi vulcani, non mille carinis.] *Bene arma generaliter dixit. Nam & ipse habuit à Vulcano, sed solū gladium. vt,* Ensem Quem Dauno ignipotens deus ipse parenti Fecerat, & Stygiā candentem tinxerat vndā. *Per hoc autem, quasi latēter dicit, se Achille esse meliorem; qui se Troianos etiam sinè diuinis armis superare posse confidit.* ADDANT se protinus omnes.] *Ne timere videatur auxiliorum multitudinem, dicit incrementa esse victoriæ. Quidam* protinus *hic pro* licet *accipiunt.* LVCE palam.] *Propter tenebras & furta inertia. Vel* luce, *quòd Ilium nocte captum est:* Palàm, *quia insidijs.* B

POM. Sabi. IACTANT.] *quasi consingant ista.* SVNT & mea contrà fata mihi.] *Fata Troianorum sunt mea. Siue verum sit hoc, siue fingat: nihil refert.* NEC solos tangit Atridas.] *scilicet Menelaum; cui ablata fuit Helene vxor.* MYCENIS.] *Mycenæ, vrbs Agamemnonis.* SED perijsse semel.] *Hoc vult significare: Si semel peccâsse, & perisse, satis esset; profectò Troiani essent perosi omnes fœminas.* QVI scindere vallum.] *qui apparat, & qui inuadit.* INERTIA furta Palladij.] *Diomedes & Vlysses abstulerunt Palladium noctu.* NE timeant.] *quia nos tales non sumus.* LVCE palàm.] *scilicet die: non vt Græci, qui exsilientes equo noctu incenderunt Troiam.* C

VAR. Lect. SAT fatis Veneriq; datum est.] *In libris antiquis,* Est *non legitur.* SED perijsse semel satis est.] *In libris vetustis legere est,* Si perijsse: *& pro* Peccare, Peccâsse. PENITVS modò non genus omne perosos.] *In libris aliquot antiquissimis,* Modò nec genus, *legitur. Est & vbi* Perosum *legatur.* FOSSARVMQVE moræ, lethi discrimine paruo.] *In Romano libro legere est,* Fossarumq; morâ, & lethi discrimine paruo. *In eodem, in Porcio, & alijs quibusdam manuscriptis,* Discrimina parua *legitur, per appositionem: quod valde placet.* AN non viderunt.] *In antiquis plerisque libris,* At non *legitur.* SED nos, ô lecti, ferro quis scindere?] *In libris aliquot antiquis,* Sed vos electi *legitur. In Mediceo verò habetur,* Ferro qui scindere vallum. CÆSIS summæ custodibus arcis.] *in Rom. lib.* Cæsis latæ custodibus arcis *legitur. In quibusdam alijs,* Latè *aduerbialiter.* NEC equi cæcā cōdemur in aluo.] *In quibusdam libris antiq.* Cæco *legitur.*

DOR. SAT fatis Veneriq; datum est: tetigēre quod arua Fertilis Ausoniæ Troës.] *Noluit in eo perseuerare, quòd de responsis & fatis Troiani mentirentur: sed hæc pro veris collocat, & tanquam vera dissoluit. Non hoc, inquit, solum assero, quòd Troiani mentiantur: sed soluta iam sunt. & si vera iactantur, quòd tetigerunt Italiam: quid ampliùs quærunt fatis Veneriq; dari? Factum est, & illorum fata completa sunt. Aliā partem*

A partem dispositionis fatorum, responsorumq; diuinorum, quoniam destruere non valebat, omisit: scilicet, quòd illis & veniendum in Italiam, & in eâ regnandum esset. Idcirco dixit, Certè debebatur Troianis, videre Italiam. factum cõstat: nihil iam præter eorum exitium superest. SVNT & mea contrà Fata mihi.] Fatis, inquit, illorum oppono etiam ipse fata mea: non enim solis licet habere. Fatum fuit ipsorum, vt terras Italas tãgerent: habeo & ipse debitam meis virtutibus partem. FERRO sceleratam exscindere gentem, Coniuge præreptâ.] Effundam, inquit, sceleratorum sanguinẽ, repetiturus armis coniugem, & habiturus eam, non patris voluntate; sed iure victoris. NEC solos tangit Atridas Ille dolor, solisq; licet capere arma Mycenis.] Admirandum exemplum repetit. nam personæ eædem fuerunt, & similis causa. Aptum autem pro tempore: vt ostenderentur faciliùs posse superari: sicut primo scelere victos esse constabat, & sedibus suis exclusos. Plus interea fuit, quòd ipsorum, & in ipsos, proferebatur exemplum. SED perijsse semel satis est: peccare fuisset Antè satis.] Aliud crimen annectit, quo magis magisq; Troiani deformentur. Post primum quippe facinorosum admissum, post vltionem facti, debuit morum prouenire correctio. Ducũtur, inquit,
B peccãdi consuetudine; & morem sceleratorum pertinaci temeritate sectantur. PENITVS modò non genus omne perosum Fœmineum.] Vel non intereãt penitùs, quos exitium suum ad bonam vitam formare non valuit. suprà posuit: Si qua Phryges præ se iactant. & in appellatione Phrygum, occultum conuitium dixit. Hîc autem dum loqueretur, vehementer exarsit. quod ipsum intelligitur ex eo, quòd in apertã iniuriam ruit, dicendo; Perosum fœmineũ genus: vt corruptionem sexus sui, non aliqui, sed omnes, ratione nascendi, viderentur habuisse. Probatio ex præsentibus fuerat colligenda: vt inertes, vt soluti dicerentur. QVIBVS hæc medij fiducia valli, Fossarumq; moræ, lethi discrimina parua Dant animos.] Vsq; adeò, inquit, inertes ac stolidi: vt indè se arbitrentur superiores ac fortes: quòd eorum exitium, paruulũ interstitiũ valli, & exigua mora fossarum, defenderet. ac si diceret: Quantum inter ipsos putatis & mortuos interesse; quos tuetur interim, quod potest facillimè superari? Definit interea, quid sit Vallum; vel quantum præstet ambitus fossæ. Hoc, inquit, præstant, vt paulò tardiùs moriantur. Deniq; hoc est, quod ait; Vallum, & fossa, lethi parua discrimina: ipsis expugnatis, nihil superest moræ, quin hostes intererant. AN non viderũt
C mœnia Troiæ, Neptuni fabricata manu, cõsidere in ignes?] Fiduciam gerunt, quia defenduntur fossis & vallo, post paulum morituri: quasi non viderint Ilienses muros, mirâ fortitudine atq; admirabili magnitudine structos, & Neptuni diuinis manibus fabricatos, in ignes consedisse. Non dixit, Incendio dirutos; sed in flammarum substantiam esse conuersos. Comparationem induxit maioris ædificij & minoris; & illorum, qui hæc atque illa condiderunt. Laudat perdita, & deprimit peritura. Proinde, cùm pronuntiamus, Mœnia Troiæ, extollere debemus; vt fuerint magna. Neptuni etiam nomen cum laude extendere: vt muros Troiæ ille fecisse videatur, qui integri elementi habeat potestatem. Rursum, quum dicimus, Considere in ignes, ita intelligamus: vt nullæ ipsorũ reliquiæ, post flammam, superesse valuerint. Redigitur abhinc intellectus ad eum finem: qui, si magna, & dei manu constructa, perdiderunt; multò faciliùs possent præsentia perdere: quæ non fulcirentur tanto firmitatis subsidio; nec tali niterentur authore. SED vos ô lecti.] Ecce, suorum quoque & hostium facit comparationem. non enim vacat, quod dixit in exhortationis primordio: Vos ô lecti. Troianos enim deprimit, qui essent ex reliquijs Troiæ; proindeq; non lecti. Ferro quĩ scindere vallum Apparat, & mecum inuadit trepidantia castra?] Dixit suos lectos; hostes verò trepidantes. quam trepidationem non facit, nisi desperatio salutis, & certaminis metus. Tertium addidit, ad incitanda hortamenta validissimum; quòd ait, Mecum. Videbatur enim, de victoriâ securus, persuadere militibus, is, qui societatem faciendi fuerat subiturus. NON armis mihi Vulcani, non mille carinis Est opus in Teucros.] Ecce ostendit, non magno labore opus esse, vt superentur. Non, inquit, faciam quod Græci; vt mille nauium subsidia componam: non exercitus tantos adducam; quantos illi tot nauibus vexerunt in interitum Troiæ. NON armis mihi Vulcani.] nec quæro arma Vulcani. Hæc exprobratio est ipsius regis: quasi diffidentiâ virtutis fuisset effectum, vt arma illi Vulcania pararentur. ADDVNT se protinùs omnes Etrusci socios, tenebras & inertia furta Palladij, cæsis summæ custodibus arcis Nec timeant, nec equi cæcâ condemur in aluo.] Deprimit omnia, pro qualitate materiæ; vt pauorem suorũ penitùs tegat. Nec arbitremini, inquit, esse difficile, superare Troianos. Ergo arma, Vulcani manibus fabricata, nec quæro, nec timeo, nec mille nauibus ad longinqua tendendũ est mihi. Veniãt Etrusci; congregẽtur vniuersi ad eorum expugnationem: nulla doli tentamenta perquirã; nec faciã, quod inertes Græci. Palladij præsidiũ non vocabo: non eius custodes occidã: non fabricabo equũ: non eius vtero armatos abscondã. nihil insidiarũ metuant: superabo hos solã virtute; superabo per lucẽ: nõ me iuuabunt illorũ ebrietates, aut tenebræ: non capiã vino sepultos aut somno. LVCE palàm certũ est igni circũdare muros.] Ego potiùs vigilãtes aggrediar: mactabo ignauos; ad eorumq; exitium, solus mihi auxilio ignis est necessarius. sic enim imbelles necari conuenit; quos bellandi vsus & fortitudo deseruit.

SER. QVOS distulit Hector.] Bene solius Hectoris facta est commemoratio: vt ostendatur, perijsse eum, qui potuit esse terrori. Et satis Hectori dedit: quasi plus esset, differre, quàm vincere. per quod vult, Aeneam nihil fortiter in bello fecisse Troiano. MELIOR quoniam pars acta diei.] Id est, maior, & prima. An quoniam dicit hoc optimũ, quod matutinum? BENE gestis corpora rebus.] In eo tantùm, quòd hostes non ausi sunt egredi: nam nihil egerant. Ergo hortatiua est oratio ad socios, vt audaciores esse debeãt: cùm videant se timeri. Homeri est: νῦν δ' ἔρχεσθ' ἐπὶ δεῖπνον, ἵνα ξυνάγωμεν ἄρηα.

Haud sibi cum Danais rem, faxo, & pube Pelasgâ,
Esse putent; decimũ quos distulit Hector in annũ.
Nunc adeò, melior quoniam pars acta diei,
Quod superest, læti bene gestis corpora rebus
Procurate viri; & pugnam sperate parati.
Interea vigilum excubijs obsidere portas
Cura datur Messapo, & mœnia cingere flammis.
Bis septem Rutuli, muros qui milite seruent,
Delecti: ast illos centeni quemque sequuntur
Purpurei cristis iuuenes, auroq; corusci.
Discurrunt, variantq; vices: fusiq; per herbam
Indulgent vino, & vertunt crateras ahenos.
Collucent ignes: noctem custodia ducit
Insomnem ludo.
Hæc super è vallo prospectant Troës, & armis
Alta tenent: nec non trepidi formidine portas
Explorant, pontesq; & propugnacula iungunt:
Tela gerunt. instant Mnestheus, acerq; Serestus:
Quos pater Aeneas, si quando aduersa vocarent,
Rectores iuuenũ, & rerum dedit esse magistros.

PROCVRATE. Verbum compositum: id est, curate. PVGNAM sperate parati.] Scilicet contra Troianos; non à Troianis: ne videatur, contra supradicta omnia, nunc socijs inferre terrorem. Ergo à me pararì sperate, id est, pugnaturos vos scitote, licet hostes muris se teneant. vt, Arma parate animis, & spe præsumite bellum. Sperate autẽ dixit: quia cupidos eos ostẽdit pugnæ & victoriæ, vt viros fortes. VIGILIVM excubijs.] Excubiæ, diurnæ sunt: Vigiliæ, nocturnæ. CENTENI quemque.] Centurionum scilicet, ex more Romanæ militiæ. nam ex numero militũ, q eos sequuntur,

Omnis per muros legio sortita periclum
Excubat, exercetq; vices, quod cuiq; tuẽdum est.
Nisus erat portæ custos; acerrimus armis
Hyrtacides: comitem Aeneæ quem miserat Ida
Venatrix, iaculo celerem, leuibusq; sagittis.
Et iuxtà comes Euryalus: quo pulchrior alter
Non fuit Aeneadûm, Troiana nec induit arma;
Ora puer primâ signans intonsa iuuentâ.
His amor vnus erat, pariterq; in bella ruebant:
Tùm quoq; communi portam statione tenebant.
Nisus ait: Diine hunc ardorem mentibus addunt,
Euryale? an sua cuiq; Deus fit dira cupido?
Aut pugnã, aut aliquid iãdudũ inuadere magnũ,
Mens agitat mihi, nec placidâ contenta quete est.
Cernis quæ Rutulos habeat fiducia rerum?
Lumina rara micant: somno vinoq; sepulti
Procubuère: silent latè loca. percipe porrò,
Quid dubitẽ, & quæ nunc animo sententia surgat.
Aenean acciri omnes, populusque, patresque,

gradus dignitatis apparet. Vnde & Milites dicti, à mille: & Tribuni militum, dicti sunt χιλίαρχοι. PVRPVREI cristis iuuenes.] *Hic versus per figuratum ablatiuũ prolatus est.* VARIANT'QVE vices.] *Vt inuicẽ potiũ.* INDVLGENT vino.] *Ablatiuus casus est: & deest, sibi. ni figuratum est: ex fiduciã scil. sequitur enim:* quæ Rutulos habeat fiducia. VERTVNT crateras ahenos.] *Potantes exhauriunt. & est hemistichiũ Ennianũ.* CVSTODIA.] *Nomẽ ambiguũ: sed modò, quæ custodit.* E' vallo.] *E' muro.* ARMIS alta tenent.] *Bona elocutio: id est, armati tenent alta, hoc est muros.* Tenent *autem, custodiunt.* TREPIDI formidine.] *Festini p formidinẽ Nam non est iteratio.* EXPLORANT.] *Confirmant.* PONTES'QVE.] *Qui siũt in muris angustioribus, vt sit facilior transitus ad diuisas muri partes.* PROPVGNACVLA.] *Pinnas murorũ.* RECTORES iuuenũ.] *Legitur &* iuueni. *Si* iuueni; *Ascanium: si* iuuenum; *magistros militum accipe.* SORTITA periculum.] *Aut sorte diuisa, aut defensionem pericli: Aut parturiis periculum, quod quisq; experiretur.* QVOD cuiq; tuendum est.] *Exercet vnusquisq; vices ad id, quod accipit tuẽdum.* IDA venatrix.] *A' plerisq; Ida mater Nisi accipitur: quia dixit,* venatrix. *Nam, si montem volueris accipere; abusiuè Idam venatricem dictam intellige, pro, venationibus abundãtem. Nam venatrix est propriè, quæ venatur, non quæ venationibus abundat. Aut venatrix, pro his qui in eã venantur: vt,* Domitrixq; Epidaurus equorum. IACVLO celerem.] *Bene inducit Nisum optimum esse iaculatorem: & hanc præmittit armorum peritiam, quia plurimũ potuerit in Euryali defensione.* TROIANA neque induit arma.] *Hoc est, qui nõdum bellicosa arma induerat, id est, acceperat. Et hoc dicit: Pulcher quidem erat, sed nondum bellandi peritus.* PRIMA iuuentâ.] *Num primâ lanugine?* INTONSA.] *Hoc ad sua tempora retulit: alioquin heroës non tondebãtur.* AMOR vnus erat.] *Id est, eorum studio flagrabant.* PARITER'QVE in bella ruebant.] *Aut simul: aut similiter, & pari virtute, id est, æquè fortes erant.* DIINE hunc ardorem mentibus addunt, Euryale? an sua cuiq; deus fit dira cupido?] *Apud Plotinum philosophum, & alios, quæritur: vtrùm mentis nostræ motus per se ad cupiditates & consilia moueatur; an impulsu alicuius numinis? Et primò dixerunt, mentes humanas moueri suâ sponte: deprehenderunt tamen, ad omnia honesta impelli nos Genio, & Numine quodam familiari; quod nobis nascentibus datur: praua verò, nostrâ mente nos cupere & desiderare. Nec enim potest fieri, vt praua numinum volũtate cupiamus. quibus nihil malum constat placere. Vnde nunc hic ortus est sensus. hoc enim dicit Nisus: O Euryale, dij ne nostris mentibus cupiditates iniiciunt & desideria? an deus fit ipsa mentis cupiditas?* MENTIBVS addunt.] *Nam animus suâ naturâ prudens est: sed ei additur, vt aliquid impatienter desideret, quasi præter eius naturam adiunctum.* DIRA cupido.] *Magna. Nonnulli tamen inter cupiditatem, & cupidinem, hanc differentiã esse volunt: vt masculino genere, Cupidinẽ, deum ipsum, id est,* ἔρωτα, *significemus: fœminino, cupiditatem. quamuis hoc autores plerunq; confundunt.* ALIQVID magnum.] *Scilicet per hostes transitum.* AGITAT.] *Molitur.* QVIETE.] *Modò otio, non somno: nam in vigilijs fuerat collocatus. qui enim custos est, de insomnio suo queri non potest.* CERNIS quæ rutulos habeat fiducia rerum.] *Ipsius desiderij vult*

A *esse rationabiles causas: ne vanum mens agitare videatur. nã & negligẽtia hostium, per fiduciam nimiam ostenditur; & occasio dabatur, aliquid strenuè gerẽdi.* SOMNO vinoq; sepulti.] *Alterum pendet ex altero. Et* Sepulti, *quasi sinè pulsu, & nil sentientes.* PORRO.] *Hortantis est. Aut num coniunctio expletiua?* QVID dubitem.] *Id est, cogitem. omnis enim cogitatio in dubitatione est, ante sententiam.* POPVLVS'QVE, patresq;.] *Trãsfert in Troianos Romanam cõsuetudinem, vt solet plerunque. Priùs enim iubebat aliquid populus: postea confirmabat senatus.*

HECTOR.] *solum Hectorem laudat.* CVSTODIA.] *id est, milites qui excubabant.* TVENDVM.] *defendendum est.* HYRTACIDES.] *Nisus, filius Hyrtaci.* DEVS fit dira cupido.] *voluntas in nobis deus est.* PERCIPERE porrò.] *Hortantis est dictio.* POPVLVS'QVE patresq;.] *Non constat sibi. nam si tantum iuuenes venerant cum Aeneâ; quomodo patres? nisi intelligat patres, ob venerationem appellatos. paulò pòst dicit,* Iuuenumque senumque. POM. Sabi. B

ESSE putent.] *In libris aliquot antiquis,* Esse ferant *legitur.* PARS acta diei.] *In plerisq; libris antiquis,* Diei est *legitur.* ET pugnam sperare parati.] *Antiqui libri,* Sperate parari *legunt.* CINGERE flammis.] *In antiquis,* flammâ *legitur.* CENTENI quenque sequuntur.] *In Romano libro,* Secuti *legitur.* PVRPVREI cristis iuuenes.] *Sunt libri, in quibus* Purpureis cristis *leguntur.* ET iuxtà comes Euryalus.] *In aliquot exempl.* Et Nisum iuxtà Euryalus *legitur.* TROIANA nec induit arma.] *In antiq. aliquot lib.* Neque induit *legitur.* SOMNO vinoque sepulti.] *In lib aliquot legere est,* Soluti. ÆNEAN acciri omnes.] *In antiq. lib.* Omnis *legitur.* VAR. Lect.

C

Dignum scitu, quod cum Proclo Apuleius inquit, Quodam significatu animum humanum, etiam in corpore constitutum, nuncupari dæmonem. vnde & apud Vergil. Diine hunc ardorem mentibus addunt, Euryale? an sua cuiq; deus fit dira cupido? *Ergo & bona cupido animi, deus est. vnde eudæmonas dici beatos putant, quorum dæmon bonus, id est, animus virtute perfectus est.* CAR. Rhod.

HAVD sibi cum Danais rem, faxo, & pube Pelasgâ, Esse putent: decimum quos distulit Hector in annum.] *Ecce hic quoque Græcorum victoriam tenet, sumpto à tempore argumento: dans crimini, quòd est apparatus nauium mille; postq; innumera insidiarum genera, decimo vix anno obtinere valuerunt: & hoc, quia interuenit casu mors Hectoris, qui eos vnus tamdiu impediuit, & distulit. Ex personâ igitur Hectoris, cuius vita tenuit Teucros, quantum suos reficit? quam ostendit, potuisse Troianos maturiùs tunc penitusq; superari, si Hector inter initia defecisset.* NVNC adeò, melior quoniam pars acta diei est.] *Ex eo, quòd quolibet genere nauigia Troiani perdiderant, dixit illum diem festum, quod eius pars tantam lætitiam peperisset.* QVOD superest, læti bene gestis corpora rebus Procurate viri, & pugnam sperate parati.] *Vnum, inquit, faciendum restat, quia omnia pro voluntate prouenerint: vt reficiatis vestra corpora, cum gaudio spei melioris; & animos vestros imminenti iam certamini præparetis.* INTEREA vigilum excubijs obsidere portas Cura datur Messapo, & mœnia cin- DON.

A nia cingere flammis.] Recedendum Paulisper fuerat, reficiendorum corporum causâ: debuit cum necessariâ dispositione discedere, ne aliquo casu euaderent, qui tenebantur inclusi. Data est igitur Messapo cura huiusmodi: vt vigilibus & vigilijs custodiret portas, & omnes Troianorum obseruaret egressus; muros verò cingere flammis. Incipit dicere, quali dispositione iussa curabantur. BIS septem Rutuli, muros qui milite seruent, Delecti: ast illos centeni quemq; secuti Purpurei cristis iuuenes, auroq; corusci.] Electi, inquit, fuerant quatuordecim, qui centenis iuuenibus essent præpositi; instructi armis, & in ipso armorum habitu satis superq; perspicui. Ordinatur sensus sic: Electi bis septem, qui Rutulo milite seruent muros. DISCVRRVNT, variantq; vices.] Sic enim vigilijs exercendis durari consueuit; dum vicissim vigilando noctis transigitur tempus. FVSIQVE per herbã Indulgent vino, & vertunt crateras ahenos.] Velut de prosperitate securi, non reficiendis corporibus, vt Turnus mandauerat; sed onerandis vino atq; obruendis, operam dabant: vsque adeò, vt vasa exhausta verterent. quæ res ostendebat, tantũ bibitum, quantum fuit; non quantum naturali refectioni sufficeret. COLLVCENT ignes.] Vtpote omnibus adhuc vigi-
B lantibus, & nondum vino sepultis, ac somno. NOCTEM custodia ducit Insomnem ludo.] Vigilabant, bibebant, ludebant. quæ omnia non refectioni proderant; sed fatigationem pariebant. HÆC super è vallo prospectãt Troës.] Hæc videntes Troiani. facilis enim fuit de summo prospectus: quia ignis plurimis locis accensus, nihil occultabat. ET armis alta tenens.] Licet, inquit, securi essent munitione valli: tamen armati vigilabant: tenentes altiora; nequid præter eorum aspectũ moliretur hostis, aut faceret. NEC non trepidi formidine portas Explorant, pontesq; & ꝓpugnacula iungũt.] Nec non, significat Sed &. Alta, inquit, tenebat armati, & portas firmabãt; satis intenti, ne has aliqua vis superare posset, & vincere. Trepidos dixit, cum timore diligentes; nec immunes à sollicitudine, & etiam pro maiori cautelâ. TELA gerunt.] tanta eorum fuerat cura; vt, firmatis omnibus, tela etiã gererent, quasi iã hostis infestus insisteret. INSTANT Mnestheus, acerq; Serestus.] Acer, in medio positum, & Mnestheo potest applicari, & Seresto. QVOS pater Aeneas, si quando aduersa vocarent, Rectores iuueni, & rerũ dedit esse magistros.] Illis fuit omnibus communiter commissa respub. vt, si aliquid tentaretur aduersi, regerent iuuenem,
C & omnia consilio meliore firmarent. Iuuenem, aut Ascaniũ dixit: aut appellatione vnius iuuenis, omnes intelligi voluit. Hæc ergo vt tantâ curâ gererent, faciebat ductorum præferenda solertia; quibus docendi iubendiq; suas partes Aeneas dederat. OMNIS per muros legio sortita periclum Excubat, exercetq; vices, quod cuique tuendum est.] In consuetudine, vel maximè bellicâ, non est consimilis labor, nec periculum æquale. Proinde vicissim de sorte diuiditur; quod fuerit pro temporis necessitate subeundũ. NISVS erat portæ custos, acerrimus armis Hyrtacides, comitem Æneæ quem miserat Ida Venatrix, iaculo celerem, leuibusq; sagittis.] Quàm citò dixit hominis nomen locum, in quo esset natus; quo genitus patre; quibus studijs, quâ naturâ, & quâ arte polleret. Portæ, inquit, Nisus curandæ custos, iudicio sortis exciderat: natus in syluâ proindeq; qui esset in labore nutritus; Hyrtaco genitus patre. Cõmemoratio paterni nominis, ad explendam posita est laudem. & quia maiorum laus tunc proficit, quum is, qui laudatur, paternæ gloriæ nobilitatiq; respondet: ait, hunc acerrimum fuisse in exercitatione bellorum, vsq; adeò, vt iaculator bonus esset, & sagittis iaciendis aptissimus. Tantâ autem industriâ florentissimus: vt dignus esset, qui Aeneæ, tanto principi, comitis officio fungeretur. Ecce plena instructio dicta est laudatiuæ materiæ. ET iuxtà comes Euryalus: quo pulchrior alter Non fuit Aeneadũ, Troiana nec induit arma.] Cæteris Troianis pulchrior fuit: pulcherrimus tamen, quum arma sumpsisset. ORA puer primâ signãs intonsa iuuentâ.] Definit tempus ætatis ipsius. & quia incongruum fuit, incogniti hominis annorum numerũ dicere: signo corporis, quanti esset temporis, apertè signauit. Primam, inquit, barbam habuit nondum plenam, nondum tonsam. HIS amor vnus erat, pariterq; in bella ruebãt.] Magnum familiaritatis exemplum: singulare quoq; ac nouum, in diuersis ætatibus affectum similem exsistere potuisse. & quia indiuiduo amore inuicem tenebantur: quoties vsus esset, pares ibant ad bellum: nec exspectabant venire ad se hostes; sed vltrò ruebant in ea, quæ essent necessariò subeunda. TVM quoq; communi portam statione tenebant.] Suprà dixit, de sorte singulis curanda loca prouenisse: quod ipsum fecerat ad istorum fœlicitatẽ, vt nec ipsa sors diuisisse videatur, quos tanta familiaritas iunxerat. NISVS ait: dîne hũc ardorem mentibus addunt, Euryale? an sua cuiq; deus fit dira cupido?] Animorum, inquit, motus & cogitationes maximas, deus aliquis mouet; an ipsa sibi mens hominis deus est? AVT pugnam, aut aliquid iamdudum inuadere magnum, Mens agitat mihi: nec placidâ contenta quiete est.] Iamdudum, desiderio ducor maximo, aut pugnam magnis nixibus aggredi; aut aliquid gloriosè perficere: ideoq; sic animus agitatur, vt vno in loco stare nõ possit. & ecce occurit occasio, quæ est omni virtute rapienda. CERNIS, quæ Rutulos habeat fiducia rerum?] Hoc est, quemadmodum nos hostes contemnant, vides. nam illorum negligentia, ex quo nascitur, nisi quòd nos arbitrantur imbelles? LVMINA rara micãt.] Quod primum signum fuit soporati hostis. SOMNO vinóque soluti Conticuère.] Quum esset coniectura de raritate luminum; accessit & silentij: quod geminum diuersâ partẽ procurauerat malum; scilicet somnus & vinum, quibus strati conticuerant. SILENT latè loca.] In tantâ locorum latitudine silentium vbiq; est plenum. PERCIPE porrò, Quid dubitem.] Hoc est, quid in animo meo tractando voluam. ET quæ nunc animo sententia surgat.] quid decreuerim faciendum. ÆNEAM acciri omnes populusq; patresq; Exposcunt: mittiq; viros, qui certa reportẽt.] Cogitationibus meis cõsentit opportunitas, & necessitas tẽporis. nam vno omnes eodemq; cõsensu, tàm patres, quàm etiã populus, ad Aeneã decreuerunt esse mittendũ. cui rei virtus est necessaria; quæ tam egregiũ factũ, & aggredi possit, & implere.

HIS amor vnus erat.] De duobus, qui magnâ inter se concordiâ vixerint. Est apud Poëtam de Niso & Euryalo: qui tam concordes in vitâ fuerunt; vt inter rara amicorum paria collocari meruerint. ALIQVID iamdudum inuadere magnum Mens agitat mihi, nec placidâ contenta quiete est.] Nonnulli magna semper moliuntur: nonnullos otij impatientes, tenet insanabile scribendi studium. ad quod significandum, valent superiores versus. ADR. Bar.

BER. REPORTENT.] Portẽt: nam re vacat. Aut ab eo, quod est Reportare. SI tibi, quæ posco, promittunt.] poscere est, secundùm Varronem, quotiens aliquid pro merito nostro deposcimus: petere verò est, cũ aliquid humiliter, & cũ præcibus

Exposcunt; mittiq; viros, qui certa reportent.
Si tibi, quæ posco, promittunt: (nam mihi facti
Fama sat est) tumulo videor reperire sub illo
Posse viam ad muros, & mœnia Pallantea.
Obstupuit magno laudum perculsus amore
Euryalus; simul his ardentem affatur amicum:
Méne igitur socium summis adiungere rebus,
Nise, fugis? solum te in tanta pericula mittam?
Non ita me genitor, bellis assuetus, Opheltes,

postulam'. Et bene quòd Euryalum nolit ducere, latenter ostendit. Nam ideò adiecit, Mihi facti Fama sat est. SVB illo.] Pro, ex illo: præpositionem mutauit. MOENIA Pallantea.] Vbi nunc credit esse Aeneam. ARDENTEM.] Modò ardentem; vt, Ardet a-

mans

Argolicum terrorem inter, Troiæq; labores,
Sublatum erudijt: nec tecum talia gessi,
Magnanimum Aenean & fata extrema secutus.
Est hic, est animus lucis contemptor, & istum
Qui vitâ bene credat emi, quò tendis, honorem.
Nisus ad hæc: Equidem de te nil tale verebar,
Nec fas: non: ita me referat tibi magnus ouantem
Iuppiter, aut quicunque oculis hæc aspicit æquis.
Sed si quis (quæ multa vides discrimine tali)
Si quis in aduersum rapiat casúsue deúsue,
Te superesse velim: tua vitâ dignior ætas.
Sit qui me raptum pugnâ, precióue redemptum,
Mádet humo solitâ: aut si qua id fortuna vetabit,
Absenti ferat inferias, decoretq; sepulchro.
Neu matri miseræ tanti sim causa doloris:
Quæ te sola, puer, multis è matribus ausa,
Prosequitur, magni nec mœnia curat Acestæ.
Ille autem: Causas nequicquam nectis inanes.
Nec mea iam mutata loco sententia cedit.
Acceleremus, ait. vigiles simul excitat. illi
Succedunt, seruantq; vices. statione relictâ,
Ipse comes Niso graditur; regemq; requirunt.
Cætera per terras omneis animalia somno
Laxabant curas, & corda oblita laborum.
Ductores Teucrûm primi, & delecta iuuentus,

mans Dido. *an festinantem? vt,* Instant ardentes Tyrij. *an cupiditate tædij flagrantem? vt,* Ardet in arma magis. *an propter illud, quod ipse dicat?* Diine hunc ardorem mentibus addunt: *& deinde,* Aut pugnam, aut aliquid iamdudum inuadere magnum. SVMMIS adiungere rebus.] *Summũ, & extremum dicimus, & laudabile. Bene ergo, in rebus dubijs, sermone vsus est dubio. nã hoc dicit: Non debes me, nec à tuâ gloriâ, nec à periculis segregare.* GENITOR bellis assuetus.] *Ipse puer est, necdum probatus. Vnde se & à belli temporibus, & à patris virtute commendat.* ARGOLICVM terrorem.] *Quem Græci inferebant.* TROIÆ QVE labores.] *Bene κατὰ τὸ σιωπώμενον annos Euryali ostendit. nam si à cœpto Troiano bello, quod decennium tenuit, septem anni erroris addantur, anni decem & septem sunt. Est ergo ætas pene ad bellum inhabilis. sed exercitium ostenditur: quod inter bella nutritus est.* SVBLATVM.] *Susceptum.* MAGNANIMVM Æneam.] *Ideò secutus, non vt vitæ studeam, sed gloriæ.* EST hic, est animus.] Hîc, *potest esse & aduerbium demonstrantis: vt sit,* Est hîc, *est in meo pectore. Potest & sic accipi, vt dicas:* Est hic animus lucis contemptor, *hoc est, iste animus. Ergo* hic, *& produci potest, & corripi.* ISTVM qui vitâ bene credat emi honorem.] *Qui istum honorem,* quò tendis, *id est, ad quem niteris, libenter emat vitâ, id est, vitæ precio.* NIL tale verebar.] *Quale tu suspicaris.* NON.] *Distinguendum, vt initium iurisiurandi sit;* Ita me referat. REFERAT tibi magnus ouantem Iuppiter.] *Mirè iusiurandum compositum sic enumerat; quasi relicturus eum: tùm de virtutibus eius optimè sentiat.* HÆC.] *Humana negotia: vel quæ loquitur.* SED si quis.] *Multas causas prætendit. Primam, ipsius pueri: secundam, propter se: tertiam, matris. & est parenthesis.* SI quis in aduersum rapiat casúsue deúsue.] *Hoc est, quæ multa, vt in tali discrimine, accidere posse intelligis.* PRECIOVE.] *Pro vel* Ve *enim syllaba, propriè, vel, significat.* MANDET humo.] *Multi hîc distinguunt. alij iungunt,* mandet humo solitâ: *vt sit, commendet in terrâ.* Solita *autem, id est, cui mandari defuncti solent.* FORTVNA.] *Scilicet quæ pijs inuidere consueuit. Statius hinc trahens colorem, ait:* Inuida fata pijs, & fors ingentibus ausis Rara comes. ABSENTI ferat inferias.] *Absenti, quem non sepelierit. Hoc est, cenotaphion faciat, & impleat honorem sepulchri. De inferijs autem, plenius in quarto Georgicorũ inuenies.* MISERÆ.] *Ad illum exitum, quem timet, retulit. an dolet vicem iam miseræ, quæ in hoc consilio filij periclitatur?* PVER.] *Mirè dissuadet, dicendo* puer. E' matribus.] E' *nobilibus. nam matres non nisi nobiles dicimus. Vnde & matronæ dictæ sunt. Scimus autem, non omnes mulieres in Siciliâ remansisse. nam legitur in vndecimo,* Et mœstum Iliades crinem de more solutæ. NEC mœnia curat Acestæ.] *Id est, Nec tenetur desiderio Segestæ ciuitatis.* ILLE autem.] *Hoc loco esse interruptam orationem Nisi ab Euryalo, intelligimus.* VIGILES simul excitat.] *Qui vigiliarum officium habebant: hoc est, futuros vigiles. alioquin quomodo excitat? Et totum iunctim legendum est; vt simul & dictum, & factum videatur.* SERVANT QVE vices.] *Hîc distin-*

guendum: aliàs sensus non procedit. STATIONE relictâ.] *Hoc ad Nisum & Euryalum pertinet; vt sit sensus:* statione relictâ, Ipse comes Niso graditur. *Quidam,* seruantq; vices statione relictâ, *pro, stationis relictæ vices seruant, intelligi volunt: vt,* Et pulchrâ faciat te prole parentem, *hoc est, pulchræ prolis.* REGEM QVE requirunt.] *Regis filiũ. vt,* Magnæ reginæ sed enim miseratus amorem. CÆTERA per terras omneis.] *Exaggerat more suo vigilantium labores.* A

EXPOSCVNT.] *Possimus propter merita & præmia supplices.* MAGNO amore laudum.] *quia lateret, per medios hostes isse ad Aeneam.* AMICVM.] *Nisum.* ME NE igitur.] *Loquitur Euryalus.* OPHELTES.] *pater Euryali fuit. Laudat patrem in re militari.* ARGOLICVM terrorem.] *scilicet Græcorum apud Troiam.* TALIA gessi.] *vt me comitem fugias.* LVCIS contemptor.] *quasi dicat, non curo mori.* ISTVM.] *scilicet honorem. optima & non ingrata est emptio, dare vitam pro honore.* VERERAR tale.] *quale tu suspicaris in præsentiâ.* NEC fas.] *scilicet erat, ita vereri.* ÆQVIS.] *scilicet referat me tibi.* SED si quis.] *si aliquis casus in aduersum rapiat nos, ego vellem te superstitem.* SIT qui me raptum.] *hoc est, sit qui me sepeliat.* MANDET humo.] *Apronianus distinguit,* mandet humo. *vel dicas,* humo solitâ: *id est, quia solitum erat, humare homines. Alij legunt,* Id solita, *pro, id solitum. alij,* solita fortuna, *scilicet inuidere magnis rebus.* QVÆ te sola.] *mulieres non omnes remanserunt in Siciliâ.* ACESTÆ.] *Acesta (lege in 5. lib.) in Siciliâ condidit vrbem, ex suo nomine, Acestam.* ILLE autem.] *Loquitur Euryalus.* ILLI succedunt.] *quia Euryalus & Nisus vigiles erant: ideo illi successêre.* STATIONE relictâ.] *Euryalus, relictâ statione, fuit comes Nisi.* REGEM.] *Ascanium.*

POM. Sabi.
B
C

TVMVLO videor reperire.] *In libris aliquot peruetustis,* Aperire *legitur.* ET fata extrema.] *In Romano libro,* Famæ *legitur.* QVÆ te sola, puer, multis è matribus ausa Prosequitur.] *In Romano libro,* Multis à matribus *habetur: & pro* Ausa, Vna: *&* Persequitur, *non* Prosequitur. *Tangit enim hoc perseuerantiam in sequendo gnato.* REGEM QVE requirunt.] *In antiq. aliquot libr.* Reuisunt *habetur.* PRIMI & delecta iuuentus.] *In libr. antiq. versus legitur absque* Et *copulatiuâ particulâ.* VAR. Lect.

SI tibi, quæ posco, promittunt, (nam mihi facti Fama sat est) tumulo videor reperire sub illo Posse viam ad muros, & mœnia Pallantea.] *Si tibi, me petente, aliquid decernitur commodi, (nam mihi sufficit gloria, quæ nascetur ex facto) videor mihi, posse me inuenire viam sub illo tumulo: hoc est, per hostes transitum, qui pergendi ad Euandrũ præbeat facultatẽ.* OBSTVPVIT magno laudũ perculsus amore Euryalus: simul his ardẽtem affat amicũ. *Euryalus, etiã ipse cupidus laudis, quã hoc accepisset, dictis suis amicum est affatus ardentem.* ME NE igitur socium summis adiungere rebus, Nise, fugis? solum te in tanta pericula mittam.] *Et prospera simul & aduersa proposuit. Contra meritũ, inquit, veteris amicitiæ, consilium, Nise, capere potuisti, & solidã facti gloriam tuis rationibus* DOR

tibus

A tum titulis vſurpare: videlicet ſperans nihil poſſe in contrarium verti? Quòd ſi tu exploratæ amicitiæ virum, proſperis tuis non vis adiungere: ego te non deſeram in pericula pergentem. Non vis tu glorioſus remeare cum ſocio? ego veniam tecum: ne pereas ſolus. NON ita me genitor bellis aſſuetus Opheltes, Argolicum terrorem inter Troiæq; labores, Sublatũ erudijt; nec tecum talia geſsi.] Erudire, eſt iuuentutem indoctam, hoc eſt, rudem, facere docendo meliorem. Tractum eſt hoc à veſtibus: quæ cùm rudes ſunt, nullam retinent gratiam; & poſitâ rudimentorum illuuie, arte ſuſcipiunt ſpecioſiſſimã formam, quam inter initia non habebant. MAGNANIMVM Aeneam, & fata extrema ſecutus.] Non ſic ſum inſtructus à puero; nec tale magiſteriũ patris accepi. Patre natus ſum bello aſſueto. probauerunt virtutem noſtram labores patriæ: &, ſi aduerſo Marte pugnatum eſt; non noſtrum, ſed fortunæ vitium fuit. Docuit me ille, aut cum ſocijs, aut pro ſocijs mori. Rudimentis meis non defuit cauſa; quâ viri fortis filius, magiſterio tanti genitoris inſtrueter. Ardebat infelix patria; vaſtabatur armis hoſtilibus: & laboribus paternis adiunctus, cùm nondum ætas hummeros meos lacertosq; firmâſſet, aut faciendo quod poteram, aut videndo, diſcebam. O' pietas conſultiſſi-
B mi patris! adoleſcentem filium periculis vigentibus dabat, iam tum præcipuo magiſterio docens, fluctuantem rempub. vniuerſis affectibus eſſe potiorem. Quam putas me animi conſtantiam ferre: quando illis temporibus nec occumbere timui, nec armorũ fragores expaui? Hinc digreſſi cũ rege, ſubſidium, quod extremis ſupererat fatis, pariter ſumus aggreſſi. Quid tibi vnquam diſplicuit in moribus meis? quando non vnum ſenſimus? quando in duobus pectoribus noſtris nõ ijdem fuêre tractatus? Voluiſti aliquid? volui. ſi improbatum eſt aliquid: ſententiam tuam ſecutus, iſtam, quam recuſaſti, damnaui. EST hîc, eſt animus lucis contemptor: & iſtum Qui vitâ bene credat emi, quò tẽdis, honorem.] Noui ipſe quoq; pro laude vitam ſalutemq; contemnere: noui, facinus magnum ſinè magno periculo compleri non poſſe: quippe gloriæ preciũ eſt, vitæ ſtatus necisq; diſcrimen: talisq; in eâ parte conditio; vt aduerſi euẽtus, & proſperi, viros fortes in facto ſemper & vbiq; probent. Ergo Niſe, conſimile precium, quo honorem ſummum comparare diſpoſuiſti, communi ſe dat amicitiæ; quod fortuna præſtiterit. NISVS ad hæc.] Oſtendit, obiectus ſe eſſe reſpõſurum. Ille dixit, Niſum malè de amici voluntate ſenſiſſe: indicâſſe timidum; aſſeruiſſe imbellem: idcirco ſolum ſe ire voluiſſe.
C Hæc ipſa, quæ ſuſpicione fuerant collecta, atq; cum ingenti inuidiâ expoſita, non negat Niſus; ſed apertè confitetur: & doluit; oſtendere cupiens, id ſe merito fidelis amicitiæ, & animo religioſo feciſſe. cuius rei quoniam nullus teſtis exſtabat, & diſpenſationem ſuam ſolum tractãtis nouerat pectus; addidit iuſiurandum: vt deorum teſtimonio, qui ſoli humanæ mentis poſſunt nôſſe ſecreta, confeſſionis puræ firmaretur aſſertio. Incipit igitur ſic: EQVIDEM de te nil tale verebar: Nec fas.] Hoc eſt, nil tale, quale tu dixiſti. NON, ita me referat tibi magnus ouantem Iuppiter.] Non ſeparandum eſt à ſequentibus. cùm verſum ipſum pronuntiare cœperimus; tunc dicendũ: Ita me referat tibi magnus ouantem Iuppiter: Nam ſi totum iungamus; erit maledictum potiùs, quàm iuſiurãdum. AVT quicunq; oculis hæc aſpicit æquis.] Aut Iupiter, aut dei alterius numen, aut æquitas placet. Ecce & ipſo iureiurãdo cõfitetur, ſe ſolũ ire voluiſſe; & in eâ etiã tũc voluiſſe perſiſtere. quũ.n. dicit; Ita me referat tibi magnus ouantẽ Iupiter quid animo gereret, ex aperto ſignauit. Huius tamẽ rei cauſam proſequitur, nõ ex maleuolo ſtudio; ſed ex beneuolẽtiæ partibus prouenientem. SED ſi quis (quæ multa vides diſcrimine tali) ſi quis in aduerſum rapiat caſus've deus've, te ſupereſſe velim; tua vita & dignior ætas. Sit qui me raptum pugnâ, preciòue redemptum, Mandet humo ſolitâ: aut ſi qua id fortuna vetabit, Abſenti ferat inferias, decoretq; ſepulchro: Neu matri miſeræ tanti ſim cauſa doloris; Quæ te ſola, puer, multis è matribus auſa Proſequitur, magni nec mœnia curat Aceſtæ.] Sed quoniam hoc tempore, & in tali cauſâ, minus ſpei, aut plus timoris eſt; diſceptationem meam vtriuſq; commodum continentem, paucis aduerte. Tractaui quippe, non illam tantum: ſed & perſonam tuam; perſonam quoque tuæ matris, & meam. Stetit ante oculos meos periculum facti; quod æquo animo longæuus feram: &, ſi caſus aut Deus mè ſubiugauerit morti, relinquam te incolumẽ: cuius ætas dignior, & dignior vita. Te, inquam, qui amiciſſimus, repertum terræ commendes, aut funerationis cauſâ præmio redimas: aut, ſi neutrum fortuna præſtiterit; conſtituas honoris cauſâ ſinè funere tumulum: in quo inferias mihi ſoluas, & amici tui memoriam ſupremo honore teſtificeris. Certè non ero matri tuæ doloris cauſa: ne conſilia mea ictu ſæuientis orbitatis accuſet. Meretur illa non decipi aduerſis caſibus tuis. Ipſa eſt, cuius affectum nec ætas minuit, nec longæuus tot nauigationum labor afflixit. Tantùm illa præcipuas matris partes impleuit; vt, remanentibus apud Aceſtem tot matribus, laborem prætulerit otio, & humanitatem ac diligentiam tanti hoſpitis ſpreuerit. Quam putas illis temporibus eius intentionem fuiſſe? laborare proculdubio contra ætatis meritum maluit; quàm diuelli à conſpectibus tuis. O' præcipuum ſtudium matris! O' pietas in longam propaganda memoriam! quam nec labor terruit; nec ceſſantium traxit aut mutauit exemplum. Quantâ materiam iſtam ſubtilitate, quantâ arte concluſit? Seruauit quippe ad finem perſonam matris; & eius merita euidenter oſtendit. Sed ille animum gerens reipub. neceſſarium, priuatis prætulit, quod publicum fuit. ILLE autem: cauſas nequidquã nectis inanes, nec mea iam mutata loco ſententia cedit.] Quàm citò allegationes omnes Niſi diſſoluit; dicendo, inanes eſſe cauſas, quas ad excuſationem ſui putauit eſſe nectendas? Si enim reuerâ conſiderentur: reperientur omnes ipſæ cauſæ, à profeſſione viri fortis alienæ. Supereſſe enim Euryalum voluit: eâ videlicet cauſâ, ne in primis annis occumberet. quaſi domũ optare vir fortiſſimus debeat: cui pulchrum eſt in campo potiùs, quàm in lectulo, mori. Deinde, ſepulturæ ſubnexuit aliam, quã non decuit moueri præcipientem. Quando enim ſentiunt mortui commodum ſepulturæ? quando terræ beneficium? quando inferiarum ſuperfluas dapes? Tertiam poſuit matris cauſam, quam putauit validiſſimam Niſus: ſed ipſam quoque Euryalus videtur tetigiſſe, & tranſmiſiſſe pro leui. Cur enim illa grauiùs filij luctus exciperet, ſi illum in certamine perderet; quàm conueniebat ad omnia animum tenere compoſitum? quæ viri fortis conditionem noſſet? quæ, vtpote longæua, tot bellorum incerta experiendo didiciſſet? ACCELEREMVS, ait.] Ecce iam celeritatem ſuadet: vt oſtenderet, ſtudio ſuo, & diſpoſitionibus reip. profuturis, moras non eſſe nectendas. in quo oſtendebat, perſuaſionibus alijs ſententiam ſuam mutari non poſſe. VIGILES ſimul excitat: ille Succedunt, ſeruantq; vices: ſtatione relictâ, Ipſe comes Niſo graditur: regemque requirunt.] Si vigiles fuerunt; quomodo excitabantur? Manifeſtum eſt nullam hîc eſſe quæſtionem. vicibus enim ſeruatis, eâ horâ dormientibus alijs, qui fuerant vigilaturi, Niſus tunc & Euryalus vigilabant. proinde receſſuri excitabant alios, qui eſſent ex vigilum numero. quo facto, dimiſſâ ſtatione, id eſt, dimiſſo officio, cui fuerant deputati, fuerunt pares, vt quærerent regem. Incertum enim fuerat, quâ in parte caſtrorum inuenire potuiſſent Aſcanium. CÆTERA per terras omnes animalia ſomno Laxabant curas, & corda oblita laborum. Ductores Teucrûm primi, & delecta iuuentus, Cõſilium ſummis regni de rebus habebant: Quid facerent, quisue Aeneę iam nuntius eſſet.] Dicẽdo, Cætera animalia quieta fuerãt, & per omnes terras ſomno laxabant curas; vult Troianos ſolos peruigiles fuiſſe, tractantes de ſummâ regni, hoc eſt, de ſtatu quia obſeſſi tenebantur; & incerti quid agerent, vel quis ad Aeneam ire nuntius poſſet, cogitabant. Oſtẽdit, & homines dici poſſe animalia. Laus interea exprimitur ducum: qui,

abſciſſe

absente rege, tantā curā ac diligentiæ dabant, vt vltra tempus vigilarent, tractantes regni commoda, & quid fieri in tantā necessitate congrueret; vel quis ad Aeneam posset nuntius destinari.

Consilium summis regni de rebus habebant:
Quid facerent, quisue Aeneæ iam nuntius esset.
Stant longis adnixi hastis, & scuta tenentes,
Castrorum & campi in medio. tùm Nisus, & vnà
Euryalus, confestim alacres admittier orant:
Rem magnā, preciumq; moræ fore. Primus Iulus
Accepit trepidos; ac Nisum dicere iussit.
Tunc sic Hyrtacides: Audite ô mentibus æquis
Aeneadæ; nêue hæc nostris spectentur ab annis,
Quæ ferimus. Rutuli somno vinoq; sepulti
Procubuêre: locum insidijs conspeximus ipsi,
Qui patet in biuio portæ, quæ proxima Ponto.
Interrupti ignes, aterq; ad sidera fumus
Erigitur. si fortunā permittitis vti,
Quæsitum Aeneam ad mœnia Pallantea:
Mox hîc cum spolijs, ingenti cæde peractā,
Affore cernetis. nec nos via fallit eunteis.
Vidimus obscuris primam sub vallibus vrbem,
Venatu assiduo, & totum cognouimus amnem.
Hîc annis grauis, atque animi maturus Alethes:
Dij patrij, quorum semper sub numine Troia est,
Non tamen omnino Teucros delere paratis;
Cùm taleis animos iuuenum, & tam certa tulistis
Pectora. sic memorās, humeros dextrasq; tenebat
Amborum; & vultū lachrymis atq; ora rigabat:
Quæ vobis, quæ digna, viri, pro laudibus istis,

SER. CONSILIVM summis regni de rebus habebant.] *Summis, vtrùm maximis, an, quòd putabant eas in extremo sitas? & est Lucilij versus, vno tantùm sermone mutato. Nam ille ait;* Consilium summis hominum de rebus habebant. IAM nuntius esset.] *Iam, aut citò: vt festinandum sit, & iam nuntiandum Aeneæ, nec differendum. aut, cùm nullum inuenirent: ad desperationem; quasi nemo esset iam, qui posset audere.* ADNIXI hastis.] *Mira facies consilij. in rebus dubijs non sedent, sed stant. Ostendit ergo iam eos diuturnā statione fatigatos. Quòd autē stant, & Romani moris est, & bellicæ necessitatis. Hūc autem standi habitum & Sallustius commemorat: vt,* Fessi arma sua quisq; stantes incumbere. CASTRORVM & campi medio.] *In medio cā pi statio, qui campus castrorum medius fuit. Quia in medijs castris principes sunt semper. Et bene,* campi medio, *quàm campo medio. Tunc enim campo medio, cùm aliquot campi sunt, & vnus est medius campus: Campi autē medio, in mediā parte vnius cāpi.* ALACRES.] *Cōcitati. Terentius:* Quid tu es tristis; quídue es alacris? ADMITTIER orant.] *Hoc verbo ostendit, olim & apud reges admissionum fuisse officium.* REM magnam preciumq; moræ fore.] *Dicebant, se adferre rem magnam, cuius mora precium posset adferre, id est, pœnam. Terentius;* Ego precium ob stultitiam fero. *vt sit sensus: Si tardiùs mittamur ad Aeneam, luemus hostibus pœnas. Alij sic intelligunt: scimus quidem, aduentum nostrum moram vestris adferre consilijs; verùm huius moræ erit precium, id est, remuneratio. Namq; hoc offerebant, quod illi cogitabant, vt diximus suprà;* Quisue Aeneæ iam nuntius esset? *Alij deesse putant,* Affirmantes: *vt sit sensus: affirmantes rem magnam futuram, & multum illos consecuturos, si audiendi se moram pertulissent. Alij, qui precium pro pœnā dicunt positum, ita tradunt: eos anxios tamdiu super rebus dubijs futuros, quam diu se non admiserint ad loquendum.* ACCEPIT trepidos.] *Festinos: more suo. Ergo per metalepsin cupidos dixit, non enim possumus timentes accipere; quòd festinabant.* NE'VE hæc nostris spectentur ab annis.] *Bene excusat: quia scit de ætate puerorum posse dubitari: dicens, non ex suggerentum personā, in quā est maior autoritas; sed suā vi consilia ponderanda. Spe-ctentur autem, æstimentur.* RVTVLI somno vinoq; sepulti.] *Occasio priùs narratur, quàm consilium: vt necessariò ad id quod nuntiat, veniat.* LOCVM insidijs conspeximus ipsi.] *Ordo est: locum cōspeximus, qui insidijs patet.* Ipsi *autem, ad fidem pertinet. qui enim rem tantam nuntiat, debet firmā autoritate contendere, & communicat conscio, quod solus conspexit.* QVI patet in biuio.] *Necessariò signa addidit.* PORTÆ, quæ proxima ponto.] *Apparet, vt & suprà diximus, castra Troiana in Ostiensi fuisse. Siquidem nullus alter locus in Laurolauinati hinc fluuio cohæret, hinc pelago. Et nunc dicit,* Portæ quæ proxima ponto. *Item paulò pòst dicturus est,* Murorum in parte sinistrā Opposuere aciem; nam dextera cingitur amni. INTERRVPTI ignes.] *Suprà aliter,* Lumina rara micant. FVMVS erigitur.] *Signum est sopitorum ignium, quotiens maior fumus erigitur.* FORTVNA.] *Occasione, ad inquirendum Aeneam. Alij hunc ordinem volunt:* si fortunā permittitis vti, Mox hîc cum spolijs, ingenti cæde peractā, Affore cernetis. nec nos via fallit euntes Quæsitum Aeneam, & mœnia Pallantea. QVÆSITVM.] *Vt quæramus.* CVM spolijs.] *Hinc est, quod suprà Euryalo dixit;* Me referat tibi magnus ouantem Iuppiter: *respiciens ad id, quod posset fortiter facere.* NEC nos via fallit.] *Bene vtique cuncta cum amico communicat.* OBSCVRIS primam sub vallibus vrbem.] *Nos in obscuris vallibus positi, vidimus primam vrbem, hoc est, primam partem vrbis. Nam Pallanteum in monte est; non in vallibus.* TOTVM amnem.] *Hoc est, regionem amnis.* ANNIS grauis, atque animi maturus Alethes.] *Sallustius de Philippo:* Qui ætate & consilio cæteros anteibat. *Nam in senioribus viget prudentia. Vnde Ouidius:* Seris venit vsus ab annis. NON tamen omnino Teucros delere paratis.] *Ac si diceret: Licèt irascamini ad tempus; hinc tamen apparet, non velle vos penitus delere Troianos, quòd tales animos nostris iuuenibus datis.* CERTA.] *Hoc loco, firma, vel fortia.* HVMEROS dextrasq; tenebat.] *Hoc ad affectum retulit: nec enim simul fieri potest. Intelligimus autem, quòd & singulos, & membratim amplectabatur.* VVLTVM lachrymis, atque ora rigabat.] *Poëticè lusit: & modò vnum significant; est autem iteratio. Interdum recipiunt discretionem. Nam est naturaliter facies, quam habemus: vultus verò, quem pro nutu animi ad tempus formamus.* PRO laudibus.] *Id est, virtutibus. ab eo quod præcedit, id quod sequitur. Vt lib.* V. *Aeneid.* Primam merui qui laude coronam.

POM. Sabi. STANT.] *scilicet gubernatores Teucrorum.* CASTRORVM & campi medio.] *In medio castrorum, quæ pro vrbe erant, campus fuit. Apronianus legit,* Campis in medio costrorum: *mihi placet,* Campi. AB annis.] *scilicet quòd simus penè pueri.* ATER fumus.] *tantùm fumus sine flammā.* NEC nos via fallit.] *multoties in viā occidimus.* VIDIMVS.] *Dat causam.* VRBEM.] *scilicet Pallanteum.* VENATV assiduo.] *scilicet venando vidimus Pallanteum, vbi est.* AMNEM.] *Tyberim.* ALETIS.] *Troianus Aletis anteibat cæteros consilio & ætate. vel Alethes: ideò talia dicta probat Alethes, vt index.* DII patrij.] *Loquitur Alethes, vbi vidit tales animos iuuenū.*

VAR. Lect. CONSILIVM summis.] *In libris aliquot manuscriptis,* Concilium *legas.* IAM nuntius esset.] *In antiq. aliquot exempl.* Isset *legitur.* CASTRORVM & campi in medio.] *In libris antiq.* In *præpositio non habetur. Sunt verò libri, q legūt,* Castrorū & medio cāpi. TVNC sic Hyrtacides.] *In antiq.* Tū *legitur.* VINO QVE sepulti.] *In aliquot lib.* Soluti *legitur.* PROCVBVERE.] *Veteres libri, excepto Mediceo,* Cōticuêre *legūt.* QVÆ proxima pōto.] *In quo*

Digitized by Google

A *In antiquis libris*, Quæ proxima ponto eſt. QVÆSITVM Æneam ad mœnia Pallantea.] *In antiquis.* Et mœnia *legitur.* ATQVE animi maturus Alethes.] *In Romano libro* Animis *legitur.* IVVENVM & tam certa tuliſtis.] *In antiquis exempl.* Iuuenum tam certa tuliſti *legitur.* QVÆ digna, viri, pro laudibus iſtis.] *In libris aliquot antiq.* Pro talibus auſis *legitur.*

DON. STANT longis adnixi haſtis, & ſcuta tenentes, Caſtrorum & campi medio.] *Præter vigiliarum laborem, non ſaltem ſedentes, ſed ſtantes, & tenentes ſcuta, & longis haſtis adnixi. Ecce & armorum geſtatio quantum laboris imponebat vigilantibus; quos ſolum leuabat haſtarum auxilium, quibus innixi iuuabantur.* Medio *bis accipiendum eſt: vt ſit, medio caſtrorum, & medio campi.* Campum *hic dixit, non talem, quales ſunt, in quibus bellicæ congreſsiones agitantur: ſed ſpatium intra caſtra conſtitutum. Denique idcirco addidit,* Caſtrorum medio: *vt oſtenderet, ſpatium: quod campi nomine appellauit, intra caſtra fuiſſe cõſtitutum. Campum ergo debemus accipere, ſpatium intra caſtra, tractatibus neceſſarijs deputatum.* TVM Niſus, & vnà Euryalus, confeſtim alacres admittier orant; Rem magnam,
B preciumque moræ fore. primus Iülus Accepit trepidos, ac Niſum dicere iuſſit.] *Tùm, inquit, hoc eſt, eo tempore, quo illi vigilabant, quo ſtabant, quo æſtibus iactabantur, quo tractatibus publicis non occurrebat effectus; opportunè venerant ſimul Euryalus & Niſus, qui alacres orarent, ſe in illud conſilium admitti.* Alacres, *hoc loco, non gaudentes; ſed feſtinantes, debemus accipere. non enim conueniebat gaudium illi tempori, aut perſonis, aut loco. Hoc verum eſſe, ſequentia probant:* Rem, *inquit,* magnam, preciumq; moræ fore. *Dicebant enim illi, res magnas ſe ferre, & earum inexiſtimabile pondus: & labi poſſe, ſi fieret mora. & meritò fuerat properandum, dum in hoſtibus vinum fuit & ſomnus; & dum paratas fraudes noctis tempus poterat adiuuare.* Precium, *ſignificare vtilitatem, & multi autores dixerunt, & ex eo fit manifeſtius: quia* Operæprecium *dicitur, cùm ex aliquo actu quæritur commodum. Ergo celeritatem rogabant, ne mora corrumperet parata conſilia.* PRIMVS Iülus Accepit trepidos.] *id eſt, turbatos cogitatione neceſſariâ & properatione.* AC Niſum dicere iuſſit.] *debuit quippe deferri natu maiori; & ei, qui per ætatem potuit ferre matura conſilia.* TVM ſic Hyrtacides: audite ô mentibus
C æquis Æenadæ.] *Præclarè in ipſis principijs poſuit.* Mentibus æquis: *ne quis, quum audiſſet, inuideret audientibus.* NEVE hæc noſtris ſpectentur ab annis, Quæ ferimus.] *Ne, arreptâ ætatis noſtræ occaſione, leuiter ſumant, quod eſt pro omnium ſalute proſpectum. Aetatis commemoratio facta eſt propter Euryalum, de quo ſuprà dixit:* Ora puer primâ ſignans intonſa iuuentâ. *Vult enim egregius amicus, omnino gratiam inuenti conſilij participare cum ſocio.* RVTVLI ſomno vinoque ſoluti Conticuêre.] *Bene poſuit,* Conticuère. *potuit enim dici, Et vnde ſcis eos dormire? ex eo, inquit, quòd tacent, dormiunt. Quòd autem vinum hoc feciſſet & ſomnus, viderant omnes.* LOCVM inſidijs coſpeximus ipſi, Qui patet in biuio portæ, quæ proxima Ponto. Interrupti ignes, aterque ad ſidera fumus Erigitur.] *Hæc quoque ſigna conſtabant eſſe dormientium.* Ater, *inquit,* fumus: *non quòd ſit aliquando albus; ſed vt craſſum, copioſumq; monſtraret. Interea more ſuo Vergilius, ante ipſius conſilij cognitionem, poſſibilitatem præmittit effectus. tùm inuentionem ipſam dicit: ne contrarijs interrogationibus, relationis ipſius intentio rumperetur. Si enim in primâ parte diceret Niſus: Ne tractetis vlteriùs; nos imus ad Aeneam: poſſet reſponderi; Quomodo ibitis, ſi circumfuſi ſunt hoſtes? Hæc iſti inter initia non negarunt; ſed ſepultos vino eſſe aſſeruerunt, ac ſomno. proinde pro abſentibus haberi debuerant, qui ad mortuorum vicem fuerunt ſtricti.* SI fortunâ permittitis vti, Quæſitum Ænean ad mœnia Pallantea; Mox hîc cum ſpolijs, ingenti cæde peractâ, Affore cernetis.] *Tetigit diſciplinam militarem; citra potiorum quippe iuſsionem nulli licerei abſcedere.* Fortunam, *euentum debemus accipere. Si permittitis, vt ſubeamus euentum; poſſumus tranſire per hoſtes ebrios & dormientes: præbebit nobis tranſitum locus, qui patet in biuio portæ, quæ proxima Ponto. Pergemus quæſitum, hoc eſt, ad inquiſitionem Aeneæ ad Pallanteam ciuitatem. Erit argumentum proſperitatis iſtius, vt videatis redeuntes onuſtos ſpolijs, & peractâ cæde victores. Potuit dici:* Quomodo *pergetis, qui viam non noſtis? Huic parti occurrit, dicens:* NEC nos via fallit euntes.] *Ecce, acceſsit huius rei aſſertio.* VIDIMVS obſcuris primam ſub vallibus vrbem Venatu aſſiduo, & totum cognouimus amnem.] *Hic non quærenda eſt veritas. eundi enim cupidi, potuerunt in ſuâ aſſertione mentiri. Aſsignauit dictionem pota hominum perturbatorum ſuprà enim dixit:* Primus Iülus Accepit trepidos. *Hunc locum dicamus apertiùs.* AVDITE ô mentibus ęquis Æeneadæ, néue hæc noſtris ſpectentur ab annis, Quæ ferimus.] *Principiorum curſus habet continuationem ſuam: ſed quando eſt ad alia ventum, exorta interruptio eſt. vbi enim cœpit dicere, quid hoſtes agerent; non coniunxit vniuerſa: ſed miſcuit, quæ ad actus Rutulorum non pertinerent; & ad ea rurſus reuolutus eſt; & ſic compleuit interpoſita. Sed hæc confuſio, factâ ordinatione, monſtrabitur; & inuenietur intellectus inſtructior.* RVTVLI ſomno vinoque ſoluti Conticuêre, interrupti ignes, aterque ad ſidera fumus Erigitur.] *hoc pertinet ad æſtus Rutulorum. Dicitur, quid & qua vi faciendum ſit.* LOCVM inſidijs conſpeximus ipſi, Qui patet in biuio portæ, quæ proxima ponto: ſi fortunâ permittitis vti, quæſitum Æneam ad mœnia Pallantea. Mox hîc cum ſpolijs, ingenti cæde peractâ, Affore cernetis, nec nos via fallit euntes. Vidimus obſcuris primam ſub vallibus vrbem Venatu aſſiduo, & totum cognouimus amnem. Hîc annis grauis, atque animi maturus Alethes.] *Maturi hominis, & tantam ſollicitudinem gerentis, qualis eſſe debeat reſponſio, videamus.* DII patrij, quorum ſemper ſub numine Troia eſt: Non tamen omnino Teucros delere paratis; Quum tales animos iuuenum, & tam certa tuliſtis Pectora.] *Profectò ad eos Alethæ actio gratiarum, magnam Niſi & Euryali continet laudem. nec immeritò ſic exorſus eſt: deorum quippe beneficium eſt, naſci homines magnanimos, fortes, vtiles ac neceſſarios. Quando, inquit, tales meruerunt habere Troiani; quid ſpei ſit, longè mõſtratur.* SIC memorans humeros dextramq; tenebat Amborũ.] *Hoc ſignum fuit gratias agentis etiã ipſis, ante verba.* ET vultum lachrymis atq; ora rigabat.] *Gratulationis fuerunt lachrymæ, & doloris. gratulationis, quòd exſtitiſſent tales voluntarij: doloris verò, quia dixit,* Non tamẽ omnino Teucros delere paratis. *Recordatus eſt enim, quàm perdidiſſent magnanimos heroës Troiani.* QVÆ vobis, quę digna, viri, pro talibus auſis Præmia poſſe rear ſolui?] *Bene dubitauit: vt in ipſâ dubitatione metuiſſe videretur, ne minus diceret, quàm illi merebantur.*

CONSILIVM ſummis regni de rebus habebât.] *His verſiculis eos videbimus: qui ſemotis alijs, perinde ſermonem ſeruant, ac ſi de ſerijs arduiſq; rebus colloquerentur; cùm interim nugas agant.* ADR. Bar.

SER. DII, moreſque dabunt veſtri.] *Ciceronis eſt, tractum de Philoſophis: qui*

Præmia poſſe rear ſolui? pulcherrima primùm
Dij, moreſque dabunt veſtri: tùm cætera reddet
Actutùm pius Æneas, atque integer æui

dicunt, ſufficere ad gloriam, benefacti cõſcientiam. Quod & Vergilius ſuprà ait: Et mens

Digitized by Google

Aſcanius; meriti tanti non immemor vnquam.
Immò ego vos, cui ſola ſalus genitore reducto,
(Excipit Aſcanius) per magnos, Niſe, penates,
Aſſaracique larem, & canæ penetralia Veſtæ,
Obteſtor, (quæcunque mihi fortuna fideſq; eſt,
In veſtris pono gremijs) reuocate parentem;
Reddite conſpectum: nihil illo triſte recepto.
Bina dabo argento perfecta, atque aſpera ſignis
Pocula, deuictâ genitor quæ cepit Ariſbâ:
Et tripodas geminos, auri duo magna talenta:
Cratera antiquum, quem dat Sidonia Dido.
Si verò capere Italiam, ſceptriſque potiri
Contigerit victori, & prædæ ducere ſortem:
Vidiſti, quo Turnus equo quibus ibat in armis
Aureus? ipſum illũ clypeum, criſtaſq; rubenteis,
Excipiam ſorti; iam nunc tua præmia, Niſe.
Præterea bis ſex genitor lectiſſima matrum
Corpora, captiuoſq; dabit, ſuaq; omnibus arma:
Inſuper his, campi quod rex habet ipſe Latinus.
Te verò, mea quem ſpatijs propioribus ætas
Inſequitur, venerande puer, iam pectore toto
Accipio, & comitem caſus complector in omneis.
Nulla meis ſinè te quæretur gloria rebus;
Seu pacem, ſeu bella geram: tibi maxima rerum,
Verborumque fides. Contra quem talia fatur
Euryalus: Me nulla dies tam fortibus auſis
Diſſimilem arguerit; tantùm fortuna ſecunda,

mens ſibi conſcia recti. Scit enim Poëta, nihil eſſe ma‑ius, quàm quod vel à dijs meruerimus; vel rectis moribus fecerimus. ACTVTV'M.] Confeſtim, ſinè dilatione. & eſt aduerbium temporis. INTEGER æui.] Integri æui; Id eſt, Adoleſcens, cui ætas integra ſupereſt. Vnde Ennius deos æui integros dicit, quibus multum æui supereſt. Et bono omine, ad pericula pergentibus, etiam per Aſcanium præmium pollicetur. Longiorem enim eis vitam promittit; ſi ea exſpectent, quæ Aſcanius dare maiora poſſit. MERITI.] Præſtiti: vt, Merui quoq;. Item, Quiq; ſui memores aliquos fecère merendo. cùm Mereri, ſit conferre: vt, Si bene quid de te merui. IMMÒ ego vos.] Pulchrè Poëta fidem ſponſionis Alethi addidit, vt eum ſtatim promiſſa Aſcanij ſequerentur. EXCIPIT Aſcanius.] Id eſt, ſubſequitur. & à poëtâ dictum eſt. Vos autem, Niſe, figuratè: vt, Vos, ô Calliope. Sola ſalus verò, cui vna eſt ſalus, genitore reducto. CANÆ Veſtæ.] Venerabilis, antiquiſſimæ. Ipſa enim antiquiſſima dea eſt, Terra. PER magnos, Niſe, penates.] Hoc eſt quod ait, Penatibus & magnis Dijs, id eſt, quos Aeneas ſecum aduexerat. nam ideò ait, Aſſaracique larem, id eſt, familiæ noſtræ vel generi proprium: vel quos nos Troiani præcipuè colimus: de quibus ait III. Aeneid. Phrygijq; Penates, Quos mecum à Troiâ, medijs ex ignibus vrbis, Extuleram. Qui tamen dij, qui ſint, à diuerſis variè traduntur: ſicut ſuprà dictum eſt. OBTESTOR.] Adiuro. & eſt ordo: Immò ego, cui ſola ſalus genitore reducto, Vos obteſtor, per deos reuocate, parentem. FORTVNA, fideſque eſt.] Id eſt, Quicquid caſu, quicquid conſilio egero, vobis committam. nam per fidem, conſilia ſignificat: per fortunam, opes, imperium, & cuiuslibet rei poſſibilitatem. Alij ſic tradunt: fortuna, vt poſſim, fides, vt velis promiſſa perſoluere. Alij ita: quantum habeo fortunæ, in veſtris pono gremijs; doq; fidem, me ita animatum eſſe, & ſic ſentire. Mihi, inquit, habeo coniunctam fortunam & fidem. Nam, cùm volumus oſtendere, quantum in noſtrâ ſit poteſtate, dicimus fortunam & fidem. Fortuna, de noſtris eſt poſſeſſionibus: fides, quantum nobis creditur ab inimicis. NIHIL illo triſte recepto.] Subaudi, erit. ARGENTO perfecta.] Id eſt, tota argentea. DEVICTA genitor quæ cepit Ariſbâ.] Atqui, ſecundùm Homerum, Ariſba miſit Troianis auxilium, & ab Achille ſubuerſa eſt. Sed accipimus, aut ante bellum Græcorum Ariſbam à Troianis captam, & in amicitiæ fœdus admiſſam: Aut certè pocula hæc data ab Heleno, qui in Achillis bona per Pyrrhi ſucceſſit hæreditatem. vt ſit, quæ cepit, pro, quæ accepit. DEVICTA Ariſbâ.] Scilicet ab Achille. Dicta eſt Ariſba, Meropis vel Macarei filia, quam primùm Paris in coniugio habuit. Quidam ab Abante, qui Troica ſcripſit, relatum ferunt; poſt diſceſſum à Troiâ Græcorum, Aſtyanacti ibi datum regnum: hunc ab Antenore expulſum, ſociatis ſibi finitimis ciuitatibus; inter quas & Ariſba fuit. Aenean hoc ægrè tuliſſe, & pro Aſtyanacte arma cepiſſe, ac proſperè geſtâre, Aſtyanacti reſtituiſſe regnum. Quod ſi ita eſt; meritò eam Aeneas, & viciſſe, & hæc pocula indè cepiſſe, memoratur. DVO magna ta‑

lenta.] Bene addidit, magna. nam varium apud diuerſas gentes pondus eſt talenti. Vnde talentum poteſt, & breue aliquid, & magnum ſignificare. Nam, vt ſuprà diximus, ſecundùm Plautum, talentum ſeptuaginta librarum eſt. qui cùm dixiſſet debere centum quadraginta libras: paulò pòſt intulit duo talenta; per iocum dicens: Debentur talenta tot, quot ego & tu ſumus. Item Homerus talentum breue quiddam oſtendit; apud quem in equorum curſu, tertium præmium eſt lebes: quippe quod accepit victus: cùm victori leuia data ſint munera. CRATERA antiquum.] Hoc eſt, antiquo opere factum: vt ei precium creſcat ex tempore. CAPERE Italiam.] Obtinere. DVCERE ſortem.] Statuere. Alij propriè ducere legunt, quod eſt fortium: vt, Stat ductis ſortibus vrna. Alij deijcere legunt: ſecundùm illud. Deiectamque ærea ſortem Accepit Galea. Id eſt, ſortiri prædam. VIDISTI, quo turnus equo.] Meliore œconomiâ Niſum noluit inducere, poſtulantem equum Turni, præmij loco; ſed honeſtius facit, vltrò offerri: cùm Homerus fecerit Didonem, Achillis currus improbè poſtulantẽ. IPSVM illum.] Equum ſcilicet: cui ex pronomine addidit dignitatem. EXCIPIAM ſorti.] Extra ſortem ſeponam, vt tibi dari poſſit: id eſt, præter ſortem dabo. IAM nunc.] Aut iam nunc excipiam. MATRVM.] Cùm dicit, matrum; non ſolùm ſexum oſtendit, ſed etiam, propter muneris laudem, vult oſtendere fœcundas. CAPTIVOS'QVE dabit.] Subaudiendum, bis ſex. INSVPER his.] Super hæc. eſt figurata elocutio, per datiuum caſum. CAMPI quod rex habet ipſe latinus.] Mos fuerat, vt viris fortibus, ſiue regibus, pro honore daretur aliqua publici agri particula: vt habuit Tarquinius Superbus in campo Martio. quod ſpatium ab Homero τέμενος dicitur, hoc ergo, quod Latinus pro honore de republicâ habuit; ab Aſcanio intelligamus eſſe promiſſum. PECTORE toto.] Omni affectu: παντὶ θυμῷ. Et eſt de prouerbio. Cicero de legibus: Niſi toto pectore amatur, vt dicitur. cùm enim dicit, vt dicitur; oſtendit prouerbiale. RERVM verborumq; fides.] Et rempublicam tibi committam; & tecum omne communicabo conſilium. CONTRA quem talia fatur Euryalus.] Cur, cùm duobus ſit locutus Aſcanius, vnus illi reſpondit, id eſt, Euryalus? An quia Aſcanius, minorq;, Euryalo & familiariùs, & poſteriùs eſt locutus. dein, quia Euryalus matrem commendare debeat. ME nulla dies tam fortibus auſis Diſſimilem arguerit.] Ab hoc officio, & ab hac audaciâ, acceſſu temporis inferior non probabor, qualiſcunq; fortuna comitetur. Id eſt, nunquam aut tam ſecunda fortuna acciderit, aut tam aduerſa, vt me diſſimilem mei faciat: hoc eſt, neque ſecundis intumeſcam, neque aduerſis deijciar. TANTV'M.] Tãtummodò hoc poſſum de me promittere, vt ſemper audeam, ſemper velim fortiter facere. nam hoc eſt quod dicit: tam fortibus auſis diſſimilem arguerit. Tantùm ergo meum eſt, hoc promittere, ſiue proſpera, ſiue aduerſa fortuna comitetur. nam aut diſiunctiua particula eſt; non negantis aduerbium. Quidam ſic intelligunt: tantummodo fortuna proſpera non in contrarium re‑

cidat

A cidat tanquam nunc in ſecundis rebus ſit, cùm obſideatur. Alij ita putant: me nulla dies diſsimilem arguet, ſiue, quæ eſt hodie, fortuna permanſerit; ſiue etiam læta fuerit: id eſt, nec ſi feliciter mihi, nec ſi infeliciter ceſſerit, diſsimilis ero huic conatui. Et meliùs legitur ſinè aſpiratione aut aduerſa.

POM. Sabi. ATQVE integer æui.] cum erit maturæ ætatis. Laudat Euryalum & Niſum: laudat Aeneam & Aſcanium. CANÆ.] puræ & ſanæ. QVÆ cepit Arisbâ.] Ariſba, oppidum Phrygiæ, ab Achille dirutum in bello Troiano. Sed intelligendum, antequam Græci venirent; fuiſſe vrbem ſubactam à Troianis. Eſt alia Ariſba, in agro Metymnæo, Leſbi inſulæ: & Ariſbus fluuius in Thraciâ, qui intrat Hebrum Credo nunc eum loqui de Ariſbâ Phrygiâ. CRISTAS'QVE rubentes.] Promittit ſpolia ex Turno, quæ eo die viderant. SEV pacem, ſeu bella.] Attendendum, quomodo dixerit, Seu pacem, ſeu bella geram. quid enim meritorum non conferat, cui ſe crediturum, & pacis iura, & bellorum cauſas, ſpondet? Vide, quàm moderata reſponſio; tam magna præclaráque ſibi Aſcanio promittente: quòd dixerit; Me nulla dies tam rebus fortibus diſsimilem inueniet: vt non tam conſcientiæ promiſſa committi videantur, quàm audaciæ meritorum. B ME tam fortibus auſis.] ſcilicet; nunquam ero diſsimilis in tam fortibus auſis.

VAR. Lect. GENITORE reducto.] Mediceus liber, & aliquot alij, Recepto legunt. SI verò capere Italiam.] In aliquot veteribus libris legitur, Si verò Italiam capere. CRISTAS'QVE rubentes.] In Romano libro, Comantes legitur. INSVPER id campi, quod rex habet.] Libri veteres, Inſuper his, campi quod, & quos. Alij legunt, His campis, quod rex habet.

DON. PVLCHERRIMA primum Dij, moresque dabunt veſtri.] Ecce tractatum ancipitem indicauit. Quicquid, inquit, debetur meritis veſtris, reddent dij præſtantibus vobis, rectè honeſtéque viuentibus. TVM cætera reddet Actutùm pius Æneas.] Actutùm dixit: ſolutio enim reciproca eſt viciſsitudinis. proxima debuit promitti ipſius Aeneæ; pro cuius ſalute, tam dura, & tam incerta fuerant ſubeuntiri. ATQVE integer æui Aſcanius, meriti tanti non immemor vnquam.] Ne illi dicerent; Quanto tempore nobis poterit Aeneas prodeſſe? Addidit ætatem pueri, ex quo plurima longo tempore ſperari potuiſſent. Meriti tanti nunquam immemor futurus: hoc non tantùm promittentis eſt; verùmetiam optantis. Hoc enim deſiderabatur, vt Aeneas C maturè remearet. IMMÒ ego vos, cui ſola ſalus genitore reducto, Excipit Aſcanius.] Excipit Aſcanius, primò debuerat poni: eſt enim poëtæ perſona. & deinde, Immò ego vos, cui ſola ſalus genitore reducto; cùm hæc Aſcanius dicebat. Ergo poſt Alethem excepit eos Aſcanius, dicens: Immò ego vos. Alethes deorum liberalitatem pollicitus fuit. Aſcanius: immò ego vos munerabo. & adiecit cauſam, propter quam faciebat obnoxium: Cui ſalus genitore reducto. tunc ſcio tutam fore vitam meam, cùm remeauerit pater meus. Proinde pro paterno reditu, & pro conſeruatione ſalutis meæ, ego vobis meliora ſoluam. Addidit & iuſiurandum, quò magis ſecuriores de promiſsis efficeret. PER magnos, Niſe, penates, Aſſaracique larem, & canæ penetralia Veſtæ, Obteſtor.] Hæc enim præcipua Troiani, quæ colerent, habuerant: Penates deos, Aſſarici larem, & Veſtam canam, hoc eſt, antiquam & perpetuam. Obteſtari, eſt ob aliquam cauſam deos teſtes adhibere, cum iureiurando. QVÆCVNQVE mihi fortuna fidesq; eſt.] Fortuna in euentu eſt factorum: Fides autem, in poteſtate. Quæcunque, inquit, in me fuerit fortuna: hoc eſt, ſi melior me fortuna proſpexerit, & ſi qua in me fides eſt; hanc ſeruabo meritis veſtris, in tantum: vt in veſtrâ ſit poteſtate, quid repen di vobis pro meritis debeat. REVOCATE parentem, Reddite conſpectum.] Hæc fuit deſiderij ſumma; hæc promiſſorum cauſa: vt rediret pater, & hunc filius reducem videret. NIHIL illo triſte recepto.] Hoc non ſolùm ad Aſcanium pertinebat; ſed ad omnia. Idcirco poſuit: Nihil futurum triſte, cùm ille remeauerit. BINA dabo argento perfecta, atque aſpera ſignis Pocula, deuictâ genitor quæ cœpit Arisbâ.] Bina dixit, non quatuor, ſed duo: vt, Bina manu lato criſpans haſtilia ferro. vt ſinguli ſingula pocula haberent. Species aũt muneris, cum laude ſuâ poſita eſt. Argento, inquit, perfecta atque aſpera ſignis Pocula. deuictâ genitor quæ cœpit Arisbâ. non enim tollebatur poſt victoriam, niſi quod eſſet magni meriti. ET tripodas geminos, auri duo magna talenta.] Omnia vtriſque communia obtulit. CRATERA antiquum.] Ex ipſa vetuſtate mirabilem. QVEM dat Sidonia Dido.] Additum eſt iſtis meritum, ex perſonâ eius, quæ dederat. Sed & hoc, quia vnum fuit commune ambobus datum eſt. DAT Sidonia Dido.] ſic poſuit, quaſi tunc non ab Aſcanio; ſed à Didone proficiſceretur. Poſtea ab eis, quæ dabat in præſenti, futuri quoque temporis ſeparata ſingulis munera pollicetur; & quæ eſſet largiturus, expreſsit. Propter quam rem promiſerat; Quæcunque mihi fortuna fideſque eſt, hoc ipſum nunc exponit. SI verò, inquit, capere Italiam, ſceptriſque potiri Contigerit victori, & prædę ducere ſortem.] Hoc eſt, ſi prædam nos ducere dij conceſſerint. Vidiſti, quo Turnus equo, quibus ibat in Armis Aureus? ipſum illum clypeum, criſtaſque rubenteis Excipiam ſorti, iam nunc tua præmia, Niſe.] Certus enim de adipiſcendo eſſe non poteſt, cui obſtat ſortis incertum. Idcirco dixit, Excipiam: vt hæc iudicio potiùs hominis, quàm euentu ſumeret ſortis. Hæc erunt, Niſe, præmia tua. PRÆTEREA bis ſex genitor lectiſſima matrũ Corpora, captiuosq; dabit, ſuaq; omnibus arma.] Duodecim ex captiuis fœminas formoſas. Quòd ait Matrum, non ſolùm mulieres intelligere poſſumus, quoniã ſic multis locis poſuit: verùmetiam propter muneris laudem. Fœcundas: vt præter numerum & formam, indè quoque earum creſceret meritum; quòd ex illarum etiam partu magna poſſent emolumenta conquiri. Vſque adeò oſtenditur, fœcunditatem tetigiſſe in appellatione matrum; vt de iſto intellectu non debeat dubitari. Mater enim dici non poteſt, niſi quam conſtat peperiſſe. Cùm captiuorum non definit quantitatem, vt mulierum fecit: intelligitur etiam ipſi duodecim promiſiſſe, vt in mulieribus ac viris idem numerus teneretur. INSVPER id campi, &c.] Huius campi facere videtur commemorationem, quem tuendum Latinus crediderat. magnum quippe futurum eſſe conſtabat, quod habuiſſet rex. In poſſeſſione regis, ex aperto ſignificatur etiam latitudo terrarum. Interea mos poëtæ ad imitationem retinendus eſt. vbi enim multa narranda ſunt; ne continuatio faſtidium pariat, hæc diuidit, interponendo aliquid, quod tamen non ſit alienum. nam in mediâ enumeratione numerum interpoſuit. EXCIPIAM ſorti, iam nunc tua præmia, Niſe.] Quis non arbitraretur completam fuiſſe enumerationem ipſam? venit ad alia: rediit præterea, cùm poſſet continuare, & completis omnibus dicere; Hæc erunt, Niſe, præmia tua. TE verò, mea quem ſpatijs propioribus ætas Inſequitur, venerande puer, iam pectore toto Accipio, & comitem caſus complector in omnes.] Multum enim valet, ad confirmandum religionis affectum, ætas ætati conueniens. Deinde ait: Te, Euryale, quoniam ætas noſtra propè æqualis eſt, ſic totis accipio ſenſibus meis: quoniam ſpes abhinc tuæ virtutis apparet; ſis mihi comes. NVLLA meis ſinè te quæretur gloria rebus, Seu pacem, ſeu bella geram.] Tempora omnia viuendi complexus eſt, dicendo: Seu pacem, ſeu bella geram. Tertium enim non eſt. TIBI maxima rerum Verborumque fides.] Es enim tantus: vt tibi tutò committantur conſilia pacis ac belli. CONTRA quem talia fatur Euryalus: me nulla dies tam fortibus au-

Digitized by Google

sis Dissimilem arguerit.] *Nunquam, inquit, fiet, vt dies aliqua mutet sententiam meam; vel maximè in hac causâ, in qua tanta gloria, & tantus futurus est labor: nec erit quisquam, qui me mutati consilij teneat reum.* TANTVM fortuna secunda, Aut aduersa cadat.] *Solum illud absit, ne fortuna in nos vultum contrarium vertat: quod in nostrâ non est potestate, sed potiùs in ipsius fortunæ arbitrio.*

MERITI tāti nō immemor vnquā.] *Huic locus erit, si quis dicet, accepti beneficij memoriā, nullo vnquā die apud se interiturā. Vt mihi donet hoc vita manus saluū esse deus volet, nō intermorietur apud me Iac. Poterij Brugēsis à Latina lingua studijs nō abhorrentis hominis, munificentiæ erga nos memoria.* ADR. BAR.

SER. SVPER omnia dona] *Vltra omnia, magis quàm omnia. propriè enim super id significat; vt sit, pro omnibus donis.* PRIAMI de gente vetustâ.] *De familiâ. Et bene eam etiam ex cognatione commendat. nam Ascanius, nepos est Priami, per Creüsam.* MISERAM.] *Quæ sic impatienter diligit filium.* MECVM excedentem.] *Vt,* Ille meum comitatus iter. *vult enim intelligi, sui causâ matrem secutam.* IGNARAM.] *Hic ignaram, cui non dixerit.* QVODCVNQVE pericli est.] *Syllepsis. nam subaudi, periclum.* INQVE salutatam linquo.] *Insalutatam. & est Tmesis: vt,* Inutilis inque ligatus Cedebat. QVÒD nequeam lachrymas perferre parentis.] *Excusat, ne videatur crudelis. Vnde sequitur matris eius tragicus, & miserabilis ille conquestus:* Potuisti linquere solā Crudelis? *& talia.* INOPEM.] *Modò auxilij egentem.* RELICTÆ.] *Aut à me: aut ab hominibus.* AVDENTIOR.] *Vt sapientior: ab appellatione, non à participio, futurâ. Terentius in Heautontimorumenon:* Natu grauior ignoscentior. IN casus omnes.] *Vt suprà,* Fortuna secūda, Aut aduersa cadat. PVLCHER Iūlus.] *Incongruum epithetō pulchritudinis posuit: cùm res sit in hoc loco religionis.* STRINXIT pietatis imago.] *Momordit, perstrinxit, admonuit. Sensus autem est: aut postquam vidit istum sic amare matrē, paternæ pietatis virtutē cœpit agnoscere. aut certè cœpit etiā ipse sic in pietate moueri, vt eius consueuerat pater. Aut certè exemplo Euryali, auidiùs cœpit amare patrem, etiam antè dilectum.* NEC partum gratia talem Parua manet.] *Debet ab omnibus coli, quæ talem creauit. Non ergo antè tantùm; sed per te commendatur.* CASVS factum quicunq; sequetur.] *Satis congruè. Præmia enim non debentur euentui; sed voluntati. Hoc est: quidquid euenerit, præmia dabo.* PER quod pater antè solebat.] *Alij volunt, ideò antè; quia absens est Aeneas. sed iurare possumus etiam per absentis filij caput. Alij ad caussam religionis trahunt: quæ præcipit, vt filij imitentur in omnibus rebus suos parentes: vt nūc quasi imitatio sit iusiurandi, vt dicat Ascanius: Iuro per caput meum, sicut præsens pater per suum caput iurare cōsueuerat, quotiens fidem suam confirmare cupiebat. Alij volunt, ideò dictum antè, quia pontificibus per liberos iurare non licebat, sed per deos tantummodò: vt sit antè, antequam pontifex esset Aeneas. Ergo antè, aut temporis est, aut ordinis.* REDVCI rebusq; secundis.] *Mirâ arte moratur in prosperis, & ea iterat: tacet aduersa, & magis intellectui & subauditioni relinquit. Cùm enim non dicat, si non redieris; ait:* matriq; tuæ, generiq; manebūt. *Hoc autem secundùm morem Romanorum dicit, apud quos ita præmia decernebantur:* Illi liberisq; eius: *vt darentur liberis, quæ accipere non potuissent parentes.* LYCAON Gnosius.] *Cretensis. Et est laus ab artifice. Hunc autem gladium Euryalo datum intelligimus: nam Nisus accepit galeam & pellem.* PELLEM horrentisq; leonis Exsuuias.] *ἓν διὰ δυοῖν dicit: hoc est, bis idem. vt,* Bellum etiam pro cæde boū, stratisq; iuuencis Laomedōtiadæ, bellúmne inferre paratis? GALEAM fidus permutat Alethes.] *Alia enim sunt explorantium arma: sicut etiam Homerus ostendit, qui exploratores sic armat. vt primo, de Diomede:* [illegible] *Et infrà de Vlysse:* [illegible] *Sed de illā Diomedis galeā propriè intelligendum, quæ sine cono est; vt occultior sit explorator. Talis enim vocatur* [illegible]*, quia sit humilis fabricata, id est,* [illegible]. *Aliæ sunt bellantium: vt idem de Paride:* [illegible]. Permutat *autem, compositum pro simplici.* PRIMORVM.] *Genitiuus hic est, ab eo quod est, hic Primor, hō Primi; & ab eo quod est, Primores: sicut hi proceres: quorum nominum nominatiuus singularis non inuenitur, licèt dicamus,* huius

Aut aduersa cadat. sed tē, super omnia dona,
Vnum oro. genitrix, Priami de gente vetustâ,
Est mihi: quam miseram tenuit non Ilia tellus
Mecum excedentem, non mœnia regis Acestæ.
Hanc ego nunc ignaram huius, quodcunque pericli est,
Inque salutatam linquo: (nox & tua testis
Dextera) quòd nequeam lachrymas perferre parentis.
At tu (oro) solare inopem, & succurre relictæ:
Hanc sine me spem ferre tui: audentior ibo
In casus omneis. perculsâ mente dederunt
Dardanidæ lachrymas. ante omnes pulcher Iūlus,
Atque animum patriæ strinxit pietatis imago.
Tùm sic effatur:
Spondeo digna tuis ingentibus omnia cœptis.
Namque erit ista mihi genitrix, nomenque Creüsæ
Solum defuerit: nec partum gratia talem
Parua manet; casus factum quicunque sequetur.
Per caput hoc iuro, per quod pater antè solebat:
Quæ tibi polliceor reduci, rebusque secundis,
Hæc eadem matrique tuæ, generique manebunt.
Sic ait illachrymans: humero simul exuit ensem
Auratum, mirâ quem fecerat arte Lycaon
Gnosius, atque habilem vaginâ aptârat eburnâ.
Dat Niso Mnestheus pellem horrentisque leonis
Exsuuias: galeam fidus permutat Alethes.
Protinus armati incedunt. quos omnes eunteis
Primorum manus ad portas, iuuenumq; senumq;,
Prosequitur votis: necnon & pulcher Iūlus,
Ante annos animumq; gerens, curamque virilem,
Multa patri portanda dabat mandata. sed auræ
Omnia discerpunt, & nubibus irrita donant.
Egressi superant fossas, noctisque per vmbram
Castra inimica petunt: multis tamen antè futuri
Exitio. passim somno vinoque per herbam
Corpora fusa vident: arrectos littore currus,
Inter lora, rotasque viros; simul arma iacere,
Vina simul. Prior Hyrtacides sic ore locutus:
Euryale, audendum dextrâ: nunc ipsa vocat res.
Hâc iter est: tu, ne qua manus se attollere nobis
A tergo possit, custodi, & consule longè.
Hæc ego vasta dabo, & lato te limite ducam.
Sic memorat, vocemq; premit: simul ense superbū
Rhamnetem aggreditur: qui fortè tapetibus altis
Exstructus, toto proflabat pectore somnum.
Rex idem, & regi Turno gratissimus augur,
Sed non augurio potuit depellere pestem.
Treis iuxtà famulos temerè inter tela iacentes,

A huius Primoris, huius Proceris. VOTIS.] *Aut, cum votis: aut, pro reditu vota facientes. An Iuuenumq́ manus ad portas votis proſequitur? an iuuenum quidem manus ad portas; ſenum verò, votis proſequitur: vt iuuenes quidem illos deduxerint; ſenes verò optauerint illis reditum.* PORTANDA.] *Nuntianda.* AVRÆ omnia diſcerpunt.] *Quia non pertulerint illa mandata Aeneæ.* Quæ *inutiliter iubentur, dicitur ventus diſcerpere.* ET nubibus irrita donant.] *Vt ipſe:* Partem volucres diſperſit in auras. SVPERANT.] *Transgrediuntur.* CASTRA inimica.] *Non tantùm hoſtilia, ſed & pernitioſa. nam cum dolore dictũ eſt,* inimica: *vnde ſcilicet redituri non erant. quod ex ſequentibus comprobatur: dicendo enim,* Multis tamen antè futuri Exitio, *id eſt antequam ipſi perirent; oſtendit, pernicioſa caſtra eſſe, quæ ipſis mortem fuerant allatura. Et bene citò dictum eſt,* exitio: *cùm caſtra mortifera dicuntur.* LITTORE.] *Aut aream littori proximum, ſicut ſolet. quidam Littore fluminis volunt.* CVRRVS.] *Quia antè dixerat,* Portæ, quæ proxima ponto. VINA ſimul.] *Hoc eſt, vaſa vini: ſcilicet, in quibus vina ponuntur.* ORE locutus.] *No eſt Periſſologia. nam, ſecundùm Homerum, exploratores; quæ volunt, plerunq́ nutu*
B *ſignificant: apud quem Vlyſſes Diomedi ſibilo innuit:* ῥοίζησεν δ' ἄρα πιφαύσκων Διομήδεϊ δίῳ. AVDENDVM dextrâ.] *Quia audemus & curſu, & animo.* NVNC ipſa vocat res.] *Id eſt, ſomnus & vinum.* HAC iter eſt.] *Per hoſtium cædem, & audaciam noſtram.* ATTOLLERE.] *Adſurgere.* CONSVLE.] *Prouide.* HÆC ego vaſta dabo.] *De quibus dixit,* Corpora fuſa vident. VOCEM'QVE premit.] *Aut ſummiſſâ voce loquitur; aut tacet.* SVPERBVM.] *Cur ſuperbum dixerit, enarrat:* qui fortè tapetibus altis exſtructus. *Superbũ enim eſt & nobile: vt,* Tiburq; ſuperbum. Exſtructus *autem, pro exſtructis tapetibus altis. Veteres & menſis, & toris, tapetas appendebant.* TOTO proflabat pectore ſomnũ.] *Periphraſis eſt: ne verbo humili ſtertentem diceret.* SED non augurio potuit depellere peſtem.] Augurio *hîc, pro ſcientiâ augurij. & oſtendit per tranſitum, fati neceſſitatem nullâ peritiâ poſſe depelli. Eſt autem Homericus verſus:* Ἀλλ' οὐκ οἰωνοῖσιν ἐρύσατο κῆρα μέλαιναν. TEMERE.] *Paſſim, fortuitò, negligenter: vel humi; vel periculoſè: vt conſuetudine ſolemus dicere temerarios homines.* Temerè, *ſignificat & facilè. Plaut.* Magnus eſt hic fluuius: non hâc temerè tranſiri poteſt. *Signi-*
C *ficat & ſubitò. Ennius:* Quid tam temerè itis? *Significat & ſinè cauſâ. Ennius:* Haud temerè eſt, quod tu triſti cum corde gubernas.

POM. Sabi. IN'QVE ſalutatam.] *pro, inſalutatam. Facit ad commiſerationem.* SPONDEO digna.] *Reſpondit Iulus: id eſt, Aſcanius.* NEC partum gratia talem.] *debetur ei, ſcilicet matri tuæ, non parua gratia; quæ talem peperit filium.* REBVS'QVE ſecũdis.] *ſilentio mittit aduerſa omnia.* HÆC eadem.] *Mos erat, vt decreta dona alicui, ſi cecidiſſet, cui debebantur, darentur domui ſuæ.* DAT Niſo.] *armantur Euryalus & Niſus.* SENVM'QVE.] *ergo ſenes hîc erant.* SOMNO vinoque per herbam.] *Nota ebrietatem Rutulorum; propter profundam quietem.* IACERE.] *ſcilicet vident.* HAC iter.] *per cedes hoſtium.* VASTA.] *fuſa humo corpora.* RHAMNETEM.] *Rhamnetis erat rex & augur.* PESTEM.] *cædem. Cædes facta per Niſum.*

VAR. Lect. QVODCVNQVE pericli eſt.] *In Romano libro,* Pericli, *abſq;* Eſt *legitur.* AT tu (oro) ſolare inopem.] *In libris aliquot manuſcriptis,* Hanc tu, *legitur.* TV'M ſic effatur.] *In antiq. &* Tum, *&* Tunc, *inuenio.* CASVS factum quicunq; ſequetur.] *In antiq. lib.* Sequentur. *habetur: in aliquot,* Factũ caſus quicunq; ſequetur. HÆC ait illachrymás.] *In veterib. lib.* Sic ait *legitur.* MVLTA patri portãda dabat mãdata.] *In antiq. exẽpl.* Multa patri mãdata dabat portãda. NOCTIS'Q. per vmbrã.] *Antiqui libri* Per vmbras *legunt.* INTER lora rotasq;.] *Legitur in nonnullis libris,* Inter tela, rotasq;. HÆC ego vaſta dabo.] *Pleriq; veteres lib. legunt,* Hęc ego vaſtabo.

SED te ſuper omnia dona Vnum oro.] *Vnum, inquit: ne poſt tanta quæ fuerant; odio ſuſpectior fieret. Incipit iam venire ad ipſum vnum, arte mirificâ. Commendat tantùm eius perſonam; à quo ipſum vnum fuerat petiturus: nec in hac parte poeta morem ſuum deſeruit. Primò enim dicit, à quo petat: deinde, pro quo petat: tũc venit ad illud, quod ex neceſſitate poſcendum eſt. multum enim deſideriorum iuuant præmiſſæ cauſæ; ſi ponantur primæ priùs, quàm poſtremæ nectantur. Ponit igitur commendationem primam: quæ filij meritum non teneret; habere tamen ex ratione ſanguinis pondus. Atque ita hunc arripit partem; vt, ingratum ſe non eſſe, de præteritis monſtret: & tamen adhuc ſibi aliquid aſſerat neceſſarium, in quo ipſe non auaritiæ, ſed pietatis ſtudium comprobaret.* GENITRIX, Priami de gente vetuſtâ, Eſt mihi.] *Magna pondera verborum ſingulorum prepoſita ſunt. Eſt maternum nomen: quod religione tranſeat affectus cæteros, & maieſtate pietatis exſuperet. Sequitur ſanguinis cauſa, quòd eſſet ex genere Priami: nec acceſſione noua; ſed vetuſtatis ratione coniuncta. Ecce, quot merita! mater tanti viri, ei quoq;, cui commendabatur, affinis; atque ex gente Priami interiore deſcendens.* Quid *illa non mereretur ab eo; pro cuius patre Euryalus tot incerta fuerat ſubiturus?* Quid *ille largiri non debuit, conſorti ſanguinis ſui: quem non tantùm generis ratio; verùmetiam ipſa tuebatur antiquitas: quam decorabat filij meritum: quam Priami nomen ornabat; qui auus fuiſſet Aſcanij? Hoc pertinebat ad ordinem generis. Dicit iam ipſius non immeritò præferenda. fruſtra quippe laus originis tangitur; niſi ipſe, qui laudatur, moribus optimis & probitate vitæ maioribus ſuis rectè reſpodeat.* QVAM miſeram tenuit non Ilia tellus Mecum excedentem; non mœnia regis Aceſtæ.] *Hæc, inquit, tantùm me dilexit: vt illam, me recedente de Troiâ, nec originalis terræ retentaret affectus; nec cæterarum ceſſantium tardaret exemplum. Hæc apud Aceſtem, mei cauſâ, otium labori non prætulit: contempſit delicias affluentiſſimi ciuis; ne deſereret filium. Hanc ergo nunc videamus, quid ſignificare poſſit.* Hanc, *inquit, quæ tantum laboris meâ cauſâ ſuſcepit; quæ matribus cunctis tale monſtrauit exemplum; quæ noſtrorum tædium non ſenſit errorum; quæ conſtantiam ſeruauit, vſque ad ipſos effectus.* Ego, *quem conuenit reddere maternis affectibus religioſiſſimam vicem: Ego, ſupra matrum nomen dilectus ab eâ: Ego, qui ingrati culpam declinare debueram:* nunc *ſollicitus, ſcilicet in tempore, quo hoſtis caſtra circumdedit; quo etiam, ſi abeſſem, debui curare præſentiam meam.* HANC ego nunc ignaram huius, quodcunq; pericli, Inque ſalutatam linquo.] *Quod fuit maximi ſceleris; vt peregrina, vt periculoſa petiturus, non retuliſſet matri; huius facti inſerit purgationem; ne reum læſa pietas retineret.* NOX, *ait,* & tua teſtis Dextera; quod nequeam lachrymas perferre parentis.] *Iureiurando adhibito confirmauit, ſe non impiè facere: ſed quòd lachrymas eius ferre non poſſet; quas fuſura fuerat, ſi filium in tali cauſâ videret abſcedere. Hoc exemplo ſalutationem dicere poſſumus: non eam tantùm, quâ matutinis horis vti conſueuimus; verùmetiam illam, quam abeuntes relinquimus remanſuris. Cauſâ lachrymarum matris, ſi eam flentem cerneret, hoc vult oſtendere, iturum ſe non eſſe. vincere enim eam neceſſe eſſet, quæ cruciatus ſuos effuſis fletibus approbaret. Hoc genere quanta factis commendatio eſt? quàm ſubtiliter dicitur: vt tu videas patrem tuum, ego ſum matrem religioſiſſimam relicturus?* AT tu, oro, ſolare inopem, & ſuccurre relictæ.] *Inopem dixit, non ſubſtantiâ familiaris rei exhauſtam; ſed minoris animi: quoniam conſtabat, illam abſentiam filij æquo animo ferre non poſſe. Hoc ita eſſe, aliud quoque probat exemplum, quo eſt dictum:* Sæuit inops animi. *Ergo foue, inquit, mente inopem fœminam; foue deſertam: vt habeat ſolatium tuum & abſentiam filij non ſentiat.* HANC ſine me ſpem ferre

DON.

tui; audentior ibo In casus omnes.] Securum me redde de partibus matris: ergo omnes casus intrepidus petam. PERCVLSA mente dederunt Dardanidæ lachrymas, ante omnes pulcher Iülus, Atq; animum patriæ strinxit pietatis imago.] Licèt moti essent omnes, loquente Euryalo: plùs tamen Iulus perculsus est. nam eius animum exagitauit Euryali exemplum, & accedens charitas patris: quoniam similis fuerat causa, & de parentibus agebatur. Quippe alterum cruciabat patris absentia: alterum monebat, quòd talem matrem fuerat relicturus. TV'M sic effatur.] Videamus Iüli responsum, cui dictum est: At tu, oro, solare inopem, & succurre relictæ: &, Hanc sine me spem ferre tui; audentior ibo In casus omnes. SPONDEO digna tuis ingentibus omnia cœptis. Namque erit ista mihi genitrix, nomenq; Creüsæ Solum defuerit: nec partum gratia talem Parua manet, casus factum quicunque sequetur.] Quidquid scis, ait, conuenire meritis tuis; quidquid arbitratus fueris te dignum: ante ipsam petitionem tu tibi spondere ne dubites; atq; ita, vt iam te accepisse confidas. nec te vlteriùs matris cura sollicitet. quæ enim tua est, meritò efficitur & mea: tantusq; illius erit in animo meo religionis affectus; vt hoc solum differat à meâ matre, quod Creüsa non dicitur. Meretur quippè magnam gratiam, quæ genuit talem: nec illi euentus facti, sed mitium debitam honorificentiam dabit; & quod semel meruit, erit perpetuum. PER caput hoc iuro, per quod pater antè solebat.] Hæc, quæ loquebatur, vt magis Euryalus crederet, iureiurando confirmauit. quod ipsum non quasi incertus de salute patris dixit. Solebat, sed alio illum more: & dehinc iurare consuêsse, voluit demonstrare. QVÆ tibi polliceor reduci, rebusque secundis; Hæc eadem matrique tuæ, generique manebunt.] Nec solùm tibi, inquit, digna promittuntur, verùm etiam matri tuæ & generi tuo. Hæc dicendo, Et, si redijsset, promisit beneuolentiam; &, si non redijsset. quod aduersum fuit, reticuit: ne euidentia mala potiùs, quàm bona promittere videretur. SIC ait illachrymans: humero simul exsuit ensem Auratum; mirâ quem fecerat arte Lycaon Gnosius, atq; habilem vaginâ aptârat eburnâ.] Mox, vt hæc Ascanius dixit; detraxit ab humero suo conditum vaginâ gladium, quem prætulit amoris merito, & precio eboris, quo fuit vagina ipsa perfecta. DAT Niso Mnestheus pellem horrentisq; leonis Exsuuias: galeam fidus permutat Alethes.] Mnestheus, inquit, pellem leonis Niso dedit. Alethes verò, galeam permutat: hoc est, dominium, quod in eâ habuit, transfert. PROTINV'S armati incedunt: quos omnes eunteis Primorum manus ad portas, iuuenumq; senumque, Prosequitur votis.] Quos omnis euntes, quum pronunciamus: separare debemus, Quos omnis, & moram facere: dehinc dicere, Euntes, qui fuerunt duo. Ordinari autem debet sensus sic: Quos euntes, id est, Euryalum & Nisum. Primorum & senum & iuuenum omnis manus, hoc est multitudo, ad portas votis prosequitur: optans scilicet bona patriæ. Eos prosequebatur, ad quos cura pertinebat, & summa tractatuum publicorum. Iuuenes, quibus adhuc fuerat laborandum, & excitabantur exemplo. Senes verò, quicquid Nisus & Euryalus fuerant aggressi, admirabâtur omnes. Ergo isti votis prosequebantur duos, & ad incerta pergentes. NEC non & pulcher Iülus, Ante annos animumque gerens, curamq; virilem, Multa patri portanda dabat mandata.] Egregium inuentum, vt à cæteris separaretur Ascanius. esset enim magnum poëtæ vitium; si hunc vniuersis æquâsset, qui specialiter in causâ patris esse magis sollicitus debuit. Etsi puer, inquit, Ascanius fuit: tamen ante ætatem congruam tangebatur virorum curâ, quum necessitas temporis requirebat. Dabat multa mandata, quæ ferrentur ad patrem. SED auræ Omnia discerpunt, & nubibus irrita donant.] Ille quidem præcipui filij partibus fungebatur: sed totum ibat in nubes & ventos. etenim mox hi duo fuerant perituri. EGRESSI superant fossas, noctisq; per vmbram Castra inimica petunt.] Transierunt fossas, quibus tuti antea fuerant, & peruenerunt ad loca ipsa, in quibus degebant inimici. quod fuit factu facilimum, iuuante auxilio tenebrarum. Castra dixit, militari more, non constructa parietibus, sed locum, qui tenebat exercitum. MVLTIS tamen antè futuri Exitio.] Etsi perituri fuerant; erat tamen solatium gloriæ: quia multos antè fuerant occisuri. Inimica castra dixit: quoniam illò contenderant, vnde non erant rediturì. Non ergo, quasi diuersæ partis castra, dixit inimica: sed specialiter Niso & Euryalo occasionem peragendæ cædis dederant, qui iacebant pro mortuis, vtpote quos fatigauerat ludus, & ebrietas presserat, & possederat somnus. Ecce comparatio regis, & regis ducum; & ducum exercitus, & exercitus gestorum. In Troianorum parte & Rutulorum; Aeneas describitur vigilans, & in peregrinis agens, inter gentes incognitas: Turnus, sedens in luco, nihil cogitans: vtpote qui nihil prorsus fuisset aggressus; nisi esset impulsus ab eâ, quæ Troianis esset inimica; quæq; ageret causam suam, & aliorum malo ipsum Aeneam niteretur extinguere. Exercitus verò Troianorum, mandata regis sui rectè custodiens, vigilans, sobrius, intentus, ac diligens: & ne tunc quidem aliquid concedens otio, quo hostes vinum & somnus oppresserat. Rutulorum verò copias nimius somnus, ac temulenta vini vis, belli tempore luxuriosas, pronasq; in ludum, tantumq; ad insidias patentes impulerat; vt duobus Troianis sanguinem præbuissent, & colla: quorum licèt aduersa tenuissent, ausus tamen memorabilis fuit; & interfecisse plurimos, gloriosum. Describuntur iam ludibria Rutulorum. PASSIM somno vinoque per herbam Corpora fusa vident.] Passim dixit, non more dormientium, cum ordinatione aliquâ; sed vbi quisq; superatus ebrietate conciderat. non stratis iacêre; sed per herbam: vt non iam dormientium, sed mortuorum funera putarentur. ARRECTOS littore currus.] Non, vt solet belli tempore, currus paratos habentes ad signum. INTER lora, rotasque viros.] Vt nulla humani moris ordinatio videretur. SIMVL arma iacere, Vina simul.] Nulla specierum discretio apparebat: confuderat ebrietas, quæ solet sobriorum solertia separare. PRIOR Hyrtacides sic ore locutus: Euryale, audendum dextrâ, nunc ipsa vocat res.] Euryale, inquit, audere debet manus; quod opportuna monstrat occasio. HAC iter est.] Aperienda est per neces hostium via, atq; istâ parte pergendum. TV, ne qua manus se attollere nobis A' tergo possit, custodi, & consule longè. Hæc ego vasta dabo, & lato te limite ducam.] Magna cautela, & sollicitudo satis superq; laudabilis. Constituti inter eos fuerant, quos ad mortuorum vicem, & strauerat somnus, & vinum: tamen prouidus fuit Nisus, ne quis à tergo adueniens imprudentes inuaderet. Ego, inquit, aperiam perfectis cædibus viam: tu prouide, & longiùs respice, ne à tergo opprimamur incauti. Non metuebat Nisus ex præsentibus aliquem; sed ne venirent alij: vt mox factum est, cùm iam cædibus satiati, & spolijs onusti, discederent. Intuere in ipsis mandatis hominis, longo vsu eruditi, quàm doctissimum magistrum. Longè, inquit, prospice, ne nos insidiæ repentinæ opprimant: vt medium, quod interesse spatium posset, euadendi consilium vel copiam daret. Cæterùm quid afferret cõmodi propiùs procurata conspectio; cùm priùs hostis oppressurus esset improuidos, quàm eius nunciaretur aduentus? SIC memorat; vocemq; premit.] Silentio quippe opus fuerat: si quisquam hostium euigilaret, aut surgeret. SIMVL ense superbum Rhamnetem aggreditur.] Primò aggreditur gladio Rhamnetem superbum. Exponit cur istum superbum dixerit, hoc est, elatum ambitione diuitiarum. QVI fortè tapetibus altis Exstructus, toto proflabat pectore somnum.] Plena est istius Rhamnetis reprehensio: quòd tali loco, ac tali tempore, multâ veste, & vltra pacis delicias constructâ, dormiebat: toto pectore efflans somnum, proinde nescius, viuúsne faceret an mortuus. stertebat enim

A bat enim: quod non facit, niſi qui ſecurus & in otio conſtitutus eſt. Ecce quales vigiliæ Rutulorum! vt mactarentur, & ſe trucidari neſcirent. REX idem, & regi Turno gratiſſimus augur.] Augmentum dedecoris: & rex fuit, & augur ſed quomodo regere alios poſſet, qui ſalutem ſuam tueri non potuit? aut, quantum in arte auguriorum valuit, qui nec exitium proprium vidit, nec vitare contendit? TRES iuxtà famulos temerè inter tela iacentes.] Temerè dixit, paſſim & incautè.

ADR. Lat. SPONDEO digna tuis.] Qui promittit, mercedem non pœnitendam ablaturum quempiam, ob nauatam alteri operam, applicabit illud: Spondeo digna tuis ingentib. omnia cœptis. NEC partũ gratia talẽ Parua manet.] Hoc ſignificabimus, doctiſsimi cuiuſpiã viri opus futurum ſtudioſis gratiſsimũ. ANTE annos.] Ad ſignificandum hominem, viridi adhuc ætate, fortitudine & cõſilio virũ, congruet illud Ante annos animumque gerens curamq; virilem. SED non augurio.] Cùm libebit quempiam videre qui, cùm augurandi ſcientiam profeſſus, alijs mala prædixerit, ipſe, quid ſibi eſſet euenturum mali, præuidere minimè potuerit: non infacetè citabimus illud, Gratiſſimus augur, Sed non augurio potuit depellere morbum.

Armigerumq; Rhemi premit, aurigamq; ſub ipſis
Nactus equis; ferroq; ſecat pendentia colla.
Tùm caput ipſi aufert domino, truncũq; relinquit
Sanguine ſingultantem. atro tepefacta crore
Terra toríque madent: nec non Lamirumque, Lamumque,
Et iuuenem Serranum; illâ qui plurima nocte
Luſerat, inſignis facie, multoque iacebat
Membra deo victus. felix, ſi protinùs illum
Æquaſſet nocti ludum, in lucemque tuliſſet!
Impaſtus ceu plena leo per ouilia turbans,
(Suadet enim veſana fames) manditque trahitq;
Molle pecus, mutumq; metu, fremit ore cruento.
Nec minor Euryali cædes: incenſus & ipſe
Perfurit; ac multam in medio ſinè nomine plebem,
Fadumq;, Hebeſumq; ſubit, Rhetumq;, Abarimq;,
Ignaros: Rhetum vigilantem, & cuncta videntem;
Sed magnum metuens ſe poſt cratera tegebat.
Pectore in aduerſo totùm cui comminùs enſem
Condidit aſſurgenti, & multâ morte recepit.
Purpuream vomit ille animam; & cum ſanguine miſta
Vina refert moriens. hic furto feruidus inſtat.
Iamque ad Meſſapi ſocios tendebat: vbi ignem
Deficere extremum, & religatos ritè videbat
Carpere gramen equos: breuiter cùm talia Niſus,
(Senſit enim nimiâ cæde atque cupidine ferri)
Abſiſtamus, ait: nam lux inimica propinquat.
Pœnarum exhauſtum ſatis eſt, via facta per hoſtes.
Multa virûm ſolido argento perfecta relinquunt,
Armaque, craterasque ſimul, pulchrosque tapetas.
Euryalus phaleras Rhamnetis, & aurea bullis
Cingula; Tyburti Remulo ditiſsimus olim
Quæ mittit dona, hoſpitio cùm iungeret abſens,
Cædicus: ille ſuo moriens dat habere nepoti:
Poſt mortem, bello Rutuli prædâque potiti.
Hæc rapit; atq; humeris nequicquam fortib. aptat.
Tùm galeam Meſſapi habilem, criſtisq; decoram,
Induit. excedunt caſtris: & tuta capeſſunt.
Interea præmiſſi equites ex vrbe Latinâ;
Cætera dum legio campis inſtructa moratur,

SER. PREMIT.] Opprimit, occîdit. SVB ipſis equis.] Circa ipſos equos. PENDENTIA colla.] Quaſi ebriorum: aut ita iacentium, vt colla penderent. SINGVLTANTEM.] cum ſingultu animam efflantem. ATRO.] Poteſt & ſuperioribus applicari, vt ſit intelle-
B ctus; ſanguine ſingultantem atro. poteſt & ſequentibus iungi: ſed meliùs ſequentibus. PLVRIMA luſerat.] Pro plurimùm luſerat, dixit: vel, per plurimam noctem. DEO.] Vel vino, vel ſomno. PROTINVS.] Hic porro tenus, pro continuò. Propriũ Vergilio. PER ouilia turbans.] Perturbans ouilia. nam Tmeſis eſt. MVTVMQVE metu.] Scilicet pecus. nam malè quidam accipiunt, mutum fremit, de leone. quod ſi dixeris, vacat metu. INCENSVS & ipſe perfurit.] Exemplo Niſi. SINE nomine plebẽ.] bene expreſſit, & bellatoris
C peritiam, & tyronis inconſideratam auiditatem. Nam Niſus reges interemit: Euryalus ſæuit in plebem. vt Salluſtius: Ex inſolentiâ auidus malefaciendi. Sine nomine autem dixit, ſinè gloria; quorum per humilitatem non ſunt omnibus nota nomina. Atqui adiecit nomina: nam ait, Fadumque, Hebeſumque ſubit. Ergo aut ſinè dignitate & nobilitate: aut ſeorſum plebem dicit, & ſeorſum nobiles, quorum nomina inſeruit. RHETVM vigilãtem.] Hoc loco non tantùm Rheti timor, ſed & Niſi audacia comprobatur. ET multâ morte recepit Purpureã.] Multi hoc diſtinguunt, vt ſit ſenſus talis: Eduxit gladium, multo cruore purpureum. Alij multâ morte recepit: vt ſit, Eduxit gladium cum multo cruore. & ſic inferunt, Purpuream vomit ille animam: ſecundùm eos, qui animam ſanguinem dicunt. RECEPIT.] Eduxit. vt, Libro decimo, Haſtamque recepat Oſſibus hærentem. vel ſecundùm Homerum, τὸν δ' ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή. Cornutus nocte legit: & adnotauit, vtrùm nocte, pro morte? an, cùm multa nox eſſet? VINA refert.] Propriè, quæ paulò antè potauerat. Refert autem, reijcit. Græci, vt ille dicunt, ἀναφέρει. Hoc eſt, qui intantum potando vigilauerat, vt metuens poſt magnum cratera ſe tegeret. HIC furto feruidus inſtat.] Scilicet Euryalus, qui furebat latenter: vt ſit furto, nocturno prælio. Nam fures ideò dicti ſunt, quòd furuo, id eſt, nigro tempore, furta committunt. aut reuerà furto feruidus: quia Meſſapi galeam ſuſtulit, & Rhamnetis phaleras. DEFICERE extremum.] Vtrùm ignem extremum? RELIGATOS.] Non reſolutos, ſed diligenter ligatos. Vnde addidit Ritè, id eſt, ex militari conſuetudine optimè ligatos. RITE.] Ex more. SENSIT enim.] Parentheſis. NIMIA cæde.] Id eſt, illum. FERRI.] φέρεσθαι. LVX inimica.] Proditrix. POENARVM exhauſtum ſatis eſt.] Bene exhauſtum: vt oſtendat, eos auidos cædis fuiſſe, & cruoris hoſtilis. VIA facta per hoſtes.] Vt, Hæc ego vaſta dabo, & lato te limite ducam. MVLTA virûm ſolido argento.] Mirâ arte tempus expreſſit, quo neceſſe erat hæc omittere. PVLCHROSQVE tapetas.] Secundùm Græcos, per maſculinũ genus. EVRYALVS phaleras Rhamnetis, & aurea bullis Cingula.] Phaleræ, ornamẽta equorum ſunt. & eſt ſermo Græcus: τὰ φάλαρ' ἀποίητα. Cingulum autem hominum, generis neutri eſt. Nam animalium, fœminino genere dicimus, has cingulas. TYBVRTI Remulo ditiſſimus olim Quæ mittit dona.] Conſuetudo erat apud maiores, vt inter ſe homines hoſpitij iura mutuis muneribus copularent, vel in præſenti, vel per internuntios. Senſus ergo nunc talis eſt: Cædicus quidam Tyburti Remulo, cùm eum ſibi abſens hoſpitio vellet adiungere, miſit phaleras & cingula bullis aureis, hoc eſt, clauis, inſignita. Remulus moriens, nepoti ſuo cognomini hæc reliquit: qui poſtea victus à Rutulis eſt, & occiſus. poſt cuius mortem, apud Rhamnetem Rutulum, ab Euryalo hæc reperta ſunt munera. Quòd autem dixit, Tyburti Remulo: aut Tyburtino intelligimus, hoc eſt, de Tybure; vt ſit datiuus, ab appellatiuo veniens, hic Tyburs.

aut Tyburti, hoc est, filio Tiburti, ab eo quod est, hic Tyburtius, huius Tyburtij: vt sit, Tyburti Remulo; sicut Deiphobe Glauci. CV'M iungeret absens.] Aut cùm se illi iungeret, aut cùm iungeretur. SVO moriens dat habere nepoti.] Nepoti Remulo; quem suprà auo cognominem diximus. Nam quotiens apertè non ponitur nomen filij vel nepotis, cognominem eum esse intelligimus auo, vel patri, quorum nomen apertè positum inuenimus: & econtrà, si filij vel nepotis positum nomen fuerit, prætermissum autem parentum; cognomines eos esse intelligamus necesse est. POST mortem.] Scilicet Remuli, secundùm suprà dictum sensum. Nam Donatus dicit: Post mortem Nisi & Euryali; bello potiti sunt Rutuli. quod non procedit, si diligenter aduertas. Sanè sciendum, hunc locum vnum de XII. Vergilij, siue per naturam obscuris, siue insolubilibus, siue emendandis, siue sic relictis, vt à nobis per historiæ antiquæ ignorantiam liquidò non intelligantur. NEQVICQVAM.] Non fruiturus. & est, Nequicquam aptat; non, Nequicquam fortibus. GALEAM Messapi.] Non occisi Messapi abstulit galeam; (nam dimicaturus est paulò pòst) sed inuenit iacentem, & sustulit. CRISTIS'QVE decoram.] Bene præmittit, dicens decoram. nam eius splendore prodente, Euryalus capitur. Deniq. Nisus hac ratione non proditur: cui habenti inferiorem galeam, habiliorem galeam Alethes permutauit. EXCEDVNT castris.] Rutulorum scilicet. nam suprà dixit, Castra inimica petunt. VRBE latinâ.] Non est contrarium illi loco, vbi ait, Sepsit se tectis, rerumque reliquit habenas: quod modò à Latinâ vrbe auxilia venire commemorat. Intelligimus enim, Latinum in principio discordiæ & tumultus, paululum se abstinuisse; postea tamen nec suorum copias, nec propria denegâsse consilia. nam tum & cœtui, & fœderibus interfuisse, dicturus est. PRÆMISSI equites.] Hos neque alio loco à Turno missos vsquam dixit; nec priùs de eis mentionem fecit dubitatur ergo, à quo sint, vel quibus præmissi, vel cur præmissi: cùm eos constet alijs iam in campo positis aduenire. LEGIO campis instructa moratur.] Propriè. nam legiones peditum sunt: turmæ verò, equitum.

POM. Sabi. PERIMIT.] interficit & occidit. COLLA aurigæ.] Id est, armigeri. ÆQVASSET nocti ludum.] id est, si totâ nocte lusisset. MOLLE pecus.] pecus non dat vocem, propter metum leonis. IGNAROS.] dormientes. CONDIDIT.] Euryalus. ILLE.] Rhetus. HIC furto.] Euryalus latenter sæuiebat. FERRI.] Euryalum ferri, id est, duci. ABSISTAMVS, ait.] loquitur Nisus. EXHAVSTVM.] Ostendit, eos auidos cædis fuisse. CINGVLA Tiburti.] hic locus totus ab expositoribus dicitur emendandus. HOSPITIO, cùm iungeret absens, Cædicus.] Fuit mos hospitalitatis apud maiores, vt hospites inuicem sibi munera darent: qui nunc est apud Turcos. Vel sic intelligamus: Cædicus dedit Remulo, filio Tiburti, dona hospitalitatis. Rutuli, cùm superiore tempore expugnassent Tibur, potiti fuerunt tali munere. ideò Rhamnetis habebat, quà Rutulus erat. Mihi placet, vt intelligamus Rhamnetem, nepotem Remuli. NEPOTI.] scilicet Remulo, qui paulò pòst cadet; vt habeat nomen aui. Remulus moriens reliquit nepoti suo Rhamneti talia dona. MESSAPI.] dormientis. Messapus non erat cæsus. DECORAM.] splendentem. EXCEDVNT.] Nisus & Euryalus, è castris Rutulorũ. EX vrbe Latinâ.] Id est, regis Latini. Latinus principiò restitit: postea auxilia permisit.

VAR. Lect. ARMIGERVM'QVE premit Rhemi.] Plerique libri antiqui legunt, Armigerumque Rhemi premit. NEC non Lamirumque.] Antiqui libri legunt, Tamirumque. Aliqui, Lomurumq., & Limirum. FADVM'QVE Hebesumque subit.] In antiquis plerisque libris Heresum legas. RHÆTVM'QVE, Abarimque.] In libris nonnullis transpositis consonantibus, Arabumque legere est. HIC furto feruidus.] In Oblongo libro, Huic inuenias scriptum. VBI ignem.] In libris aliquot antiquis, Ibi ignem. PVGNA'QVE potiti.] In Romano libro, A Prædaque potiti legitur.

ARMIGERVM'QVE Rhemi premit.] Hoc est, DON. necat. AVRIGAM'QVE sub ipsis Nactus equis.] quomodo enim reperiri debuit; qui deligendi loci, oppressus vino, arbitrium habere non potuit? vt cecidisse potiùs videretur, quàm corpus suum sponte ad requiem tradidisse. FERRO'Q. secat pendentia colla.] Premit, in medio posuit: vt sit, Premit famulos, premit aurigã. Parũ aũt fuit, dixisse, Temerè inter tela iacentes, & aurigã sub ipsis nactus equis: vt altissimã ebrietatẽ et grauissimã demõstraret, addidit, Ferroq; secat pendẽtia colla. Secare est enim, abscindere cum morâ. quæ mora proculdubio ex securitate veniebat facientis; & ex patientis ignoratione, qui colla sua nimiã ebrietate secari nesciebat. Quod ipsum quũ plurimis, nullus fuit, qui dolorem sentiret aut ferrum. TVNC caput ipsi aufert domino, truncumq; relinquit Sanguine singultãtem.] Conatus exeuntis animæ. quæ sublato capite pauere non poterant, singultibus sanguinis monstrabantur. ATRO tepefacta cruore Terra toriq; madent.] Tantus ex multis cadaueribus fuerat cruor effusus, vt tepefacta & madida effecta fuerit terra simul ac tori. Fœminino & masculino, neutrali genere B occurrit: quod imitandum est, quum ad huiusmodi locutiones fuerit ventum. Vtraq igitur maduerant sanguine, vtraq eius calore tepuerant. Ad omniũ necem respondit, dicendo: Atro tepefacta cruore Terra torique madent. In terrâ enim fuerant serui, & auriga: ipse aũt dominus, in toro. NEC non Tamyrumq;, Lamumq;, Et iuuenẽ Serranũ.] Quum dicit Necnon, etiam hos Nisus intelligitur occidisse. ILLA qui plurima nocte Luserat.] Hoc est, plurimâ parte noctis, proindeq maiore: cuius fatigatio ebrietati coniuncta, hominem non somno, sed quasi sepulturæ tradiderat. INSIGNIS facie, multoq; iacebat Membra deo victus.] Ebrium tantummodò vult istum ostendere, quem somno oppressum. quod fuit peius: vt solo vino superatus sic iacẽret; vt illi qui ex vtroq iacebant fusi. FELIX, si protinùs illum Æquâsset nocti ludum, lucemque tulisset.] Felix esset, si ludum toto tempore noctis æquâsset: hoc est, continuans perseuerâsset in lucem. IMPASTVS ceu plena leo per ouilia turbans.] Hoc est, turbas dans. Impastum dixit, esurientem: feritatem quippe bestiæ conduplicat fames. Leoni comparauit Nisum: Rutulos verò, inertissimo animalium generi. (SVADET enim vesana fames) manditque trahitque Molle pecus.] Duo opportuna prædæ conficiendæ: C leonis fames, & teneritudo animalis. accedebat enim timiditas pecoris, naturâ veniens; quod nescit clamare, dum petitur. Ecce quanta gloria Troianorum: quantum Rutulorum ludibrium? Comparatur (vt dictum est) Nisus leoni, & ouibus Rutuli. NEC minor Euryali cædes: incensus & ipse Perfurit, ac multam in medio, sinè nomine plebem, Fadumque Hebesumque subit, Rhætumque Abarimque, Ignaros: Rhætum vigilantem, & cuncta videntem.] Quia multos cum nominibus superiùs posuit: idcirco hac quum diceret, sinè nominibus commemorauit. hoc enim genere non paucos significare potuit cæsos. vocabulorum enim enumeratio, speciem euidentem transire non posset. Certè dixit & causam, quæ non admisit dici nomina singulorũ. Ex plebe, inquit, fuerunt. quis potest nomina nôsse multorũ; & eorum, quorũ nullũ appareat meritũ? Fadũ tamen & Hebesum, Rhætumq, Abarimq, ignaros: cum his scilicet, qui ex plebe fuisse videbãtur. Subit, ad omnes pertinet, qui asseruntur occisi. Ignaros quoq quòd ait, ad omnes similiter pertinet; Rhæto excepto. quoniã sequitur: RHÆTVM vigilantẽ & cũcta videntẽ. Sed magnũ metuẽs se post cratera tegebat.] Iste tantùm occisus est sciens, & conspiciens vniuersa. obfuit timiditas sua, qui, quum magnum hostem vltra modum metueret, sese post cratera nitebatur abscondere. Hic dubitatur, quò debeat applicari, quod dixit; magnum metuens.

cum ma.

Digitized by Google

A an magnum post cratera? sed melius est, magnum hostem accipere, propter nimium timorem: quàm magnum, quod occultari non potuit. Denique indè occisus, quia visus est veluti latens. PECTORE in aduerso totum cui cominùs ensem Condidit assurgenti.] Et visus est iste; & tulit hostem venientem: & antequàm assurgens plenè consisteret, in ipso pectore plenum ictum mucronis suscepit. Quod factum est surgentis impetu, & feruentis: nam impactis inter se duro & molli, & præualuit ferrum solidũ naturâ, & rigore satis aptéq; compositũ. Huic intellectui, ferarum, quum percutiuntur, congruit factum: quæ saltu ac pondere suo venientem adiuuant ictum. ET multâ morte recepit. Purpuream vomit ille animá.] Vbi vidit hominem plenâ morte confectum, reuocauit gladiũ: quia, propter aliorũ necem, diutiùs in vnius morte retineri non debuit: quem iam constabat extinctũ. Potest & sic intelligi; Purpureá vomit ille animá: quoniá sanguis colorem naturæ seruare non potuit; in purpurei coloris speciem fundebatur: purpurea quippe, nigra est cum rubore. Sanguis igitur ex vini cómixtione corruptus, & colori suo respondebat, & vini. Hunc intellectum poëta ipse monstrauit, dicens: ET cũ sanguine mixta Vina refert moriens.] Quantũ interea
B bibitũ fuit; si vini superfluens modus copiam superauerat sanguinis? HIC furto feruidus instat.] Hic tàtò magis perficiendis cædibus operá dabat; quantò videbat occasionem multiplicé suffragari: tantóq; perficiebat furtiua victoria; quantò animus viri fortis rapiebatur ad gloriam. IAM'QVE ad Messapi socios tendebat.] Ipse est, de quo suprà dixit: Interea vigilum excubijs obsidere portas Cura datur Messapo. Vult ergo ostendere, qualem iste gesserit vigiliarum sibi commissarũ curam: vt probet, in parte Rutulorũ, & ipsius regis, ducũ, & totius exercitus, summam fuisse inertiam. IBI ignem Deficere extremũ.] Ibi, inquit, videre cœpit ignem, vt extrema sui deficientem: hoc est, ignis consumi reliquias: quod fuit dormientum & tremulentorum signum. vbi enim ignis fomenta non sumpserit suggerentis industria; continuò languescit, & perit. ET religatos ritè videbat Carpere gramê equos.] Et equi, omnibus liberi nexibus, non errarent per gramina; si præstò esset, qui alimoniam ex more suggereret. BREVITER, quũ talia Nisus (Sensit enim nimiâ cæde atq; cupidine ferri)] Dixit factum, & simul caussam facti ipsius ostendit. Talia, inquit, breuiter locutus est Nisus, reprehensurus enim moras, non debuit plurimis loqui, ne
C multiloquio eas excluderet. Dicit, iamq; illum ratio cogebat in verba. senserat quippe, non satiari Euryalum cædibus, sed magis accendi. ABSISTAMVS, ait: nam lux inimica propinquat.] Recedendũ est, inquit, cùm lux proxima sit, quæ nos posset hostibus prodere. Nec immeritò dixit Inimicá lucem. si enim tenebræ profuerunt, vt gloriosa cœpta perficerentur: proculdubiò obfutura fuerat lux, quæ nihil relinquit occultũ. POENARVM exhaustum satis est: via facta per hostes.] Recedendũ suadebat Nisus. Sed dicere Euryalus potuit; occasionem talem non esse perdendá, quá hostes in maiori numero possent trucidari. Hoc ne diceretur, prior Nisus occurrit: Ad necessitatem vel satis abundare, quod factũ videbatur. Transitus, inquit, nobis per hostes fuerat necessarius. factus est: quid ampliùs quærimus? Nec considerandũ est hoc tempore, quid infligi ampliùs debeat; sed quemadmodum vsq; ad ipsum Aenean susceptũ instruatur officium: ne lux ingruens prodat, quos tenebræ tegunt. MVLTA virûm solido argéto perfecta relinquũt, Armaq; craterasq; simul, pulchrosq; tapetas.] Qui solâ gloriâ ducebantur, non capti sunt rebus preciosis & magnis: nec voluerunt onerari pondere, qui expediti properare debuerant. EVRYALVS phaleras Rhamnetis, & aurea bullis Cingula, Tyburti Remulo ditissimus olim Quæ mittit dona, hospitio quũ iungeret absens, Cædicus: ille suo moriês dat habere nepoti. Post mortem, bello Rutuli prædaq; potiti.] Contemptis, quæ superflua pro tempore esse poterãt; id abstulit, quod ornaret virũ fortem, & posset in necessitate bellicâ cómunire. Rapuit igitur cingula occisi Rhamnetis, ornata aureis bullis. quorũ meritũ vt appareret, ordo commemoratur originalium dominorum. Cædicus, inquit, hæc miserat Remulo, qui esset ex oppido Tybure, absens absenti, ob confirmandã amicitiam, & honorandá hospitij religionem. Ille aũt, hoc est, Remulus moriens reliquit hæc nepoti: quæ &, ipse bello deiectus quum fuisset, transitum fecerunt ad Rutulos: à Rutulis nunc ad Euryalum. HÆC rapit, atq; humeris nequicquam fortibus aptat.] Hoc est, aptè componit. quicquid enim portandũ est, si bene feratur, leuius redditur. Omnia igitur imposuit humeris, nequidquam fortibus: quia mox & ille fuerat periturus. potest & ordinari: Omnia humeris fortibus imposuit nequidquã quia hæc fuerat cũ salutis dispêdio perditurus. TV'M galeá Messapi habilê, cristisq; decorá, Induit.] Hoc est, cristis insignê, & capiti suo aptissimá. EXCEDVNT castris, ac tuta capessunt.] His gestis, reliquerunt loca Rutulorum, quæ fuerant eorum vitæ contraria; & tuta petierunt. INTEREA præmissi equites ex vrbe Latinâ, Cætera dum legio campis instructa moratur, Ibant, & Turno regi responsa ferebant, Tercentum, scutati omnes, Volscente magistro.] Quoniam primo loco dixit, Præmissi; hoc primum exponamus. Veniebant enim equites; veniebant & pedites. ex vtroq; quum est exercitus; non potest vno duci itinere: quia humani gressus, generi equino comparari non possunt. Ne igitur per armatos pedites proindeq; oneratos, tardarentur: equites primi erant præmissi simul; illi verò instructis ordinibus sequebantur, ex vrbe Latinâ. Ecce dicitur, vnde missi: non & solos equites fuisse. & ostendit, an pedites remansissent. instructis enim ordinibus ambulabãt. Non ergo remanserunt; sed cũ morâ veniebant. iter enim peditũ tardũ est, vel maximè armatorũ. Designat quãtitatẽ præmissorũ. Trecẽti, inquit, fuerunt; scutati omnes.] Non omisit, quomodo essent muniti.

MVLTO'QVE iacebat.] Si quando apud literatos iocabimur in ebrium iacentem, &, vt Verg. ait, Toto perflantem pectore somnum: haud inconcinniter vsurpabimus illud; Multoq; iacebat Membra deo victus. Per deum, intellige Bacchum, vini deum. ADR. Bar.

Ibant, & Turno regi responsa ferebant,
Tercentum, scutati omnes, Volscente magistro.
Iamque propinquabant castris, muroq; subibant;
Cum procul hos læuo flectentes limite cernunt.
Et galea Euryalum, sublustri noctis in vmbrâ,
Prodidit immemorem, radijsque aduersa refulsit.
Haud temere est visum. conclamat ab agmine Volscens:
State viri: quæ caussa viæ est? quiue estis in armis?
Quoue tenetis iter? Nihil illi tendere contrà;
Sed celerare fugam in syluas, & fidere nocti.
Obijciunt equites sese ad diuortia nota,
Hinc atq; hinc; omnemq; abitũ custode coronant.
Sylua fuit latè dumis, atque ilice nigrâ.

BER. TVRNO regi.] In omnibus bonis Regis dicitur inuentum. nam quasi absurdum est, duobus positis, Turnum potiùs, quàm Latinum, responsa dare. TERCENTVM.] Quia Romani equites primò trecenti fuerunt. De singulis enim curijs deni dabantur; quas triginta fuisse diximus. An tercentum, vt, δεῦρο πάντ' ἴτω? SCVTATI omnes.] Armati. à parte totum. Non clypeati: nam clypei, peditum sunt; scuta verò equitum: vt hæc breuiora; illi verò longiores. VOLSCENTE magistro.] Propriè. nam magister equitum dicitur more Romano, quòd dictatori adiungi solet. MVROS subibãt.] Muros Troianorum. Et est locutio de Cicerone: Poterisne eius orationem subire? LÆVO limite.] Respiciens situ regionis, locutus est. SVBLVSTRI noctis in vmbrâ.]

Digitized by Google

Horrida, quam densi complerant vndique sentes:
Rara per occultos ducebat semita calles.

brâ.] *Sublustris nox est, habent aliquid lucis. Horatius:* Nocte sublustri nihil astra præter Vidit & vndas. IMMEMOREM.] *Amentem: vt,* Instamus tamen immemores. *vel incuriosum, vel incautum.* RADIIS.] *Lunaribus intelligendũ.* HAVD temere.] *Particula hæc modò, non sine causâ significat: aliâs fortuitò, aliâs malè, aliâs improuidè, aliâs passim; (vt,* Temerè inter tela iacentes) *aliâs facilè. Plautus:* Rapidus fluuius est hic, non hâc temerè transiri potest. *quæ pro loco accipiuntur & intelliguntur. Aduerbio qualitatis sanè relatum est hoc loco.* NIHIL illi tendere contrà.] *Hoc est, nihil contrà responderunt. nam, Tendo contra sermonem tuum, est, Respondeo tibi: Tendo contra iter tuum, est,* Occurro tibi. *ergo,* nihil contrà tendebant, id est, *nihil respondebant econtra.* AD diuortia.] *Viæ in diuersa tendentes: hoc est, ad diuerticula viæ militaris. Terentius:* Vbi ad ipsum venit diuerticulum. *Diuerticula autem sunt semitæ transuersæ, quæ sunt à laterè viæ militaris.* ADITVM coronant.] *Melior lectio,* abitum, *quàm* aditum. *Cingunt enim syluam, ne abeant: non, ne adire possint.* DVCEBAT semita calles.] *Legitur &* lucebat. *quod si est,* rara, *pro rarò accipiendum: vt sit, Rarò lucebat, herbis scilicet in aliquibus locis interuenientibus. Si* ducebat, *intelligimus inter calles pecorum raram fuisse semitam, hoc est, hominum viam. Et non ostendit, quò ducebat: sed intelligamus euntes.*

POM. Sabi. MVROS.] *scilicet Troianorum.* SVBLVSTRIS.] *nox habens lucem lunæ.* RADIIS.] *lunaribus.* PRODIDIT,] *quia non debuerat ferre galeam.* NIHIL illi.] *non respondebât.* DIVORTIA.] *ad diuerticula.* ADITVM.] *Sergius legit* abitum, *id est,* exitum.

VAR. Lect. VOLSCENTE magistro.] *In aliquibus libris,* Volcente *legere est.* MVRO'QVE subibant.] *Vetera aliq. exemplar.* Muros *habent.* HAVD temerè est visum.] *In libris nonnullis,* Haud temere visum, *absque* Est. OMNEM'QVE abitum custode coronant.] *In Romano libro & in Mediceo,* Aditum *legunt,*

DON. TVRNO regi responsa ferebant.] *veniebant ad Turnum cum responsis. Quæ ista essent, vel cuius, & vtrùm deorũ, an hominis; non dixit.* VOLSCENTE magistro.] *numeri enim militares, sinè magistris esse non possunt. Totum dixit, & summâ breuitate collectum.* IAM'Q. propinquabãt castris, muroq; subibant.] *Ipsi scil. equites.* QVVM procul hos læuo flectentes limite cernunt.] *Viderunt Nisum & Euryalum, in sinistram transitus partem inter flectentes. Quæritur, quomodo per noctem videri potuerunt?* ET galea Euryalum, sublustri noctis in vmbrâ, Prodidit immemorem, radijsque aduersa refulsit.] *Sublustris vmbra est, quæ sereno cælo habet aliquid luminis. Talis igitur quum esset nox: galeæ splendor, spargens ex se radios, occulis exercitus venientis refulsit. Non ergo ipsi homines visi sunt: sed eorum indicium arma fulgentia dederunt. Attulit hæc Niso & Euryalo ex aduerso euitus exoriens: vt eâ horâ illi egrederentur è castris Rutulorum; quâ venientes hostes propè ingressi fuerint. Attulit & incuria Euryali malum, qui fulgentem galeam non abscondit.* HAVD temere est visum.] *Quum hoc vidisset [illegible] non credidit esse tacendum. non enim vacuum esse potuit, quod splendor ille nuntiabat.* CONCLAMAT ab agmine Volcens: State viri.] *Quasi ipsos tenere conspexisset. & sic clamare cœpit,* State. QVÆ causa viæ? quiue estis in armis? Quoue tenetis iter?] *Totum summâ breuitate quæsiuit; qui essent, quò armati tenderent, & quæ vos duceret causa. Ante omnia clamabat, vt starent: quò facilius instruerent ignorantem. Quum verò clamaret Volscens, & ista inquireret:* NIHIL illi tendere contrà.] *hoc est nullum dedêre responsum, nec voluerunt consistere: quoniam fuit illis inimica cessatio, & homini incertissimo non fuit sermo reddendus; qui arbitratus est, aut stari posse, aut emitti responsum ab his, qui euadẽdi discriminis causâ, quærebãt fugiendi subsidiũ.* NIHIL illi tẽdere cõtrà: Sed celerare fugã in syluas, & fidere nocti.] *Nutriebat fugientiũ spem qualitas loci, & noctis opportunũ tempus: quæ ipsa in contrariũ versa sunt. Ibidẽ quippè decepti sunt, vnde se fore sperauerãt tutos. sed loca incognita, ac densissimis occupata tenebris noctis, instantis periculi metus, sic eorũ consilia confuderant: vt non discernerent inter seipsos; &, quam in partem tendere debuissent, turbati nescirent. Interea considerandũ est, quomodo istorum personas pro ætate, poëta descripserit. alia enim dedit Niso consilia, qui natu fuerat maior: alia Euryalo; de quo suprà dixit:* Ora puer primâ signans intonsa iuuentâ. *Nisus consilium reperit, quo ad Aeneam iri potuisset: Nisus ducere Euryalum noluit: Nisus dixit Euryalo; vt caueret, ne quis à tergo imprudentes inuaderet: Nisus dixit, absistamus; nam lux inimica propinquat: Nisus nihil tulit, quod postea fieret aduersum: Nisus euasit in syluã; & implêsset factũ, si Euryali captiuitas non extitisset. Contrà Euryalo spes magna; sed puerile consiliũ tãtum, feruens & immoderatum, ac leue. Contrà Rutuli, quid fuerint moliti, videamus.* OBIICIVNT equites sese ad diuortia nota, Hinc atq; hinc, omnemq; aditũ custode coronãt.] *Potuerũt inter initia existimari, de numero fuisse Rutulorũ, quorũ galea fulserat: sed cùm Volscenti non fuisset responsum: intellectũ est, hostes esse potiùs, quàm socios. proinde notitiâ locorũ instructi, clauserunt custodibus syluã; & omnia loca, per quæ euadi potuissent, tenuerunt.* SYLVA fuit latè dumis, atq; ilice nigrâ, Horrida, quá densi cõplerant vndiq; sentes: Rara per occultos ducebat semita calles.] *Situs syluæ in tantũ describitur, vt nihil superfluũ teneat. Hoc exigit breuitatis ratio. id enim solũ habere debet, quod Niso & Euryalo facere posset errorẽ: cætera verò descripta nõ sunt, quæ negotio nõ cõgruebãt. Sylua igitur occupata sentibus fuit, per immẽsam latitudinẽ fusis; illicibus nigris, ramosis, & spissis. Tenebrosa, vt, præter obscuritatẽ noctis, alias atris frõdibus suis tenebras adderet.* RARA per occultos ducebat semita calles.] *difficilis trãsitus, & plenâ inuestigatione quæsitus, inter angustos calles poterat reperiri.* Callis *quid sit, ipse poëta exposuit: viæ quippe sunt perangustæ, inter dumos, quæ vix admittãt transitũ. Duo igitur subsidia, videndi scil. atq; gradiẽdi, fugientibus negabãtur. & ipsa describendæ syluæ fuerat causa. per hæc enim separati sunt; qui nõ debuerãt discerni & vltimis supplicijs dari. Incipit iam deceptionem ipsam dicere.*

Euryalum tenebræ ramorum, onerosaque præda,
Impediunt, fallitque timor rogione viarum.
Nisus abit, iamque imprudens euaserat hostes,
Atque locos: qui pòst, Albæ de nomine, dicti
Albanitũm rex stabula alta Latinus habebat.
Vt stetit, & frustra absentem respexit amicum:
Euryale, infelix quâ te regione reliqui?
Quáue sequar? rursus perplexum iter omne reuoluens
Fallacis syluæ: simul & vestigia retrò
Obseruata legit, dumisque silentibus errat;

SER. EVRYALVM impediunt.] *Impedio te, dicimus per accusatiuum. & casus mutari non potest, nisi deferas verbum, vt dicas, Impedimento mihi est. Sciendum sanè, multas conferri in Euryalum excusationes.* REGIONE viarum.] *Regionem, hic rectum iter dixit: ab eo, quòd regat transitum.* NISVS abit.] *Bene meminit velocitatis, quam ei in Quinto dedit: vt,* Primus abit, longeq; ante omnia corpora Nisus Emicat. IMprudens.] *Scilicet remanentis Euryali. aut, imprudens suasisse. Alij,* imprudẽs, *valde prudens accipiunt.* ALBÆ de nomine.] *Vel porcæ, vel ciuitatis, vel regis Albani,*

Audit equos; audit ſtrepitus, & ſigna ſequentum.
Nec longũ in medio tempus; cùm clamor ad aures
Peruenit, ac videt Euryalum: quem iam manus omnis,
Fraude loci, & noctis, ſubitò turbante tumultu,
Oppreſſum rapit, & conantem plurima fruſtra.
Quid faciat? quâ vi iuuenem, quibus audeat armis
Eripere? an ſeſe medios moriturus in hoſtes
Inferat, & pulchrá properet per vulnera mortem?
Ocyùs adducto torquens haſtile lacerto,
Suſpiciens altam ad Lunam, ſic voce precatur:
Tu dea, tu præſens noſtro ſuccurre labori,
Aſtrorum decus, & nemorum Latonia cuſtos!
Si qua tuis vnquam pro me pater Hyrtacus aris
Dona tulit; ſi qua ipſe meis venatibus auxi,
Suſpendiue tholo, aut ſacra ad faſtigia fixi:
Hunc ſine me turbare globũ; & rege tela per auras.

A *Albani, cui ſucceſſit Procas.* INFELIX, quâ te regione reliqui?] *Se infelicem dixit, qui dolet: non illũ, propter quem dolet.* ITER omne reuoluens.] *Vrbanus hucuſque verba Niſi vult eſſe: alij, poëtæ dant.* Rurſus perplexũ iter omne reuolens. FALLACIS ſyluæ.] *Vt Niſus,* Vſquequaque ſequar, *dixiſſe videatur.* OBSERVATA.] *Id eſt, obſeruãs.* SILENTIBVS.] *Pro, ipſe ſilens. aut ſilentibus,* cùm tacet omnis ager. SIGNA ſequentum.] *Militarem ſonũ dicit, qui varius eſt. nam interdum canit, vt inſequantur eos, qui fugiunt; interdum receptui.* NEC longum in medio tempus.] *Inter auditum ſonum, & viſum Euryalum. & eſt eclipſis.* B FRAVDE loci & noctis.] *Fraude* loci, *difficultate loci:* Noctis, *pro tenebris & obſcuritate, fraudem appellat.* Quidam Noctis ſubito turbante tumultu *legunt: vt ſit,* noctis tumultu, *nocturno tumultu explorantium.* OPPRESSVM rapit.] *Hoc eſt,* Quem iam manus omnis rapit. *nam malè quidam* videt, rapit *accipiunt. quod ſi admiſeris, vacat* Quem iam manus omnis. QVID faciat.] *Mirè affectum ſuum poëta interpoſuit.* IN hoſtes.] Quidam in enſes *legunt: & melius hoc putãt, quàm* in hoſtes. PVLCHRAM properet per vulnera mortem.] *Aut deeſt* audire: *aut deeſt* ad, *vt ſit, ad mortem properet: aut certè antiquè,* properet mortem; *vt Plautus,* Properate prandiũ. *Ennius,* Feſtiuum feſtinant diem. PVLCHRAM mortem.] *Glorioſum enim eſt, pro amico deficere. Et* pulchram, *ex perſonâ poëtæ dictum. vel certè* pulchrã, *ad eum qui hoc putat.* OCYVS.] *Pro, ociter.* TV præſens noſtro ſuccurre labori.] *Non dicit, quæ præſens es, ſed, præſens ſuccurre, id eſt, ilicò, ſtatim: ex conſuetudine eius, vt de vicino & proximo ducat opportunas inuocationes.* Faune, precor, miſerere, *inquit: &,* Nymphas venerabar agreſtes, Gradiuumq; patrem, Geticis qui præſidet aruis. *Et in repetione,* Tu dea, tu C præſens, *maior emphaſis videtur.* SI qua.] Qua *vacat, & in ſequenti.* SVSPENDI'VE tholo.] *Tholus propriè eſt, veluti ſcutum breue, quod in medio tecto eſt, in quo trabes coëunt; ad quod dona ſuſpendi conſueuerant. Quæ tamdiu dona dici poterant; quamdiu non profana fierent: ſicut in libris Sacrorum refertur. Bene autem venatorem inducit, numen inuocare ſyluarum. Alij tholum ædium ſacrarum, dicunt genus fabricæ Veſtæ & Pantheræ. Alij tectum ſinè parietibus, columnis ſubnixum. Aedes autem rotundas tribus dijs dicunt fieri debere: Veſtæ, Dianæ, & Herculi vel Mercurio.* TVRBARE globum.] *Sana petitio. Nam quia tot vincere, impoſſibile fuerat; petit vt ſaltem eos perturbet, telorum beneficio.* REGE tela per auras.] *Per noctem, in quâ, ſine auxilio numinis, recti iactus eſſe non poſſunt.*

DON.

FALLIT'Q. timor regione viarũ.] *non erat ita callidus itineris, vt Niſus: & fortè, propter ætatem, Niſo dat velocitatem.* ATQ. locos.] *nam nomen, loci Latij, ab imperio, quod erat Albæ, Albani dicti: aliter non ſtat ſenſus.* AMICVM.] *quia non vidit.* RVRSVS iter omne reuoluẽs.] *Ego rurſus reuoluens iter fallacis ſyluæ, quâ viâ ſequar te, ô Euryale. ſimul hæc dicens, veſtigia retrò legit. ſic Vrbanus ait.* NEC longum tempus.] *ſcilicet inter ſtrepitum armorum, quem vidit: vel inter ſonum, id eſt, clamorem. & viſum Euryalum.* SVSPENDI'VE tholo.] *Tholus, pars illa ſub tecto eſt, in quâ trabes coëunt, vbi ſuſpendebantur ſpolia, & dona, quæ ſacrabantur dijs.* GLOBVM.] *300. militum.*

VAR. Lect.

SVSPICIENS altam Lunam, ſic voce precatur] *In Romano libro, & aliquot alijs, legere eſt,* Altam ad Lunam: *in alijs,* Et ſic voce precatur.

DON.

EVRYALVM tenebræ ramorum, oneroſaq; præda, Impediũt; fallitq; timor regione viarum.] *non,* Præda impediunt; *quoniam ſingularis numerus plurali iungi non potuit: ſed ramorum tenebræ, & præda, impediebat fugere cupientem, accedebat etiã timor: eò quòd terrore ſimul & locorũ ignoratione confuſus, quò iter tenderet, neſciebat.* NISVS abit, iamq; imprudẽs euaſerat hoſtes, Atque locos, qui pòſt, Albæ de nomine, dicti Albani; tùm rex ſtabula alta Latinus habebat.] *Niſus, qui nullo ponderis impedimento teneretur, adiutus proſperitate fortuitâ, omnia impedimenta dum neſcit, euaſit.* VT ſtetit, & fruſtra abſentem reſpexit amicum.] *Reſpexit, inquit, abſentem: quaſi videri poſſet, qui non erat præſens.* Reſpexit *ergo, hoc eſt, retrorſum aſpexit. & quiã eũ, cuius causâ hoc fecerat, animaduertiſſet abſentem;* Fruſtra, *inquit,* reſpexit. *quia, quem videre voluerat, non inuenit.* EVRYALE infelix, quâ te regione reliqui? Quáue ſequar?] *In hoc verſu diuerſa diſtinctio eſt.* Infelix *enim ſic in medio poſitum eſt; vt & Niſo, & Euryalo, poſſit adiungi. Si Niſo: ſic pronuntiandũ, vt dicamus,* Euryale; *& hoc nomine ſuſpenſo, conſequatur:* Infelix quâ te regione reliqui? *deinde accedat:* Quáue ſequar? *vt indè magis infelix Niſus: quia neſciit, quã amicũ perderet, vbi amicũ deberet inquirere. Alia diſtinctio eſt;* Euryale infelix: *vt miſerationis videatur eſſe, quũ perditũ nominat. & ideò* Infelix: *quia amici peritioris greſſus obſeruare nõ potuit.* Quâ te regione reliqui? quáue ſequar? *Indè quoq; infelix: quia ſic errauerat, vt inueniri non poſſet. Iudicium hîc legentis eſt neceſſarium: vt ſequatur vtrumq;; aut deligat alterum, quod putaueris melius. Mihi tamen videtur, amicum. Niſum tantùm doluiſſe perditum: vt ſe potiùs infelicem diceret, quia tardiùs reſpexit. Deniq; addidit accuſationem ſuã, dicendo,* Quâ te regione reliqui? *non dixit, quam regionem reliquiſti? vt & indè infelix Niſus: quia neſciit, quũ perderet; & perditũ tardè intellexit.* RVRSVM perplexum iter omne rouoluens, Fallaces ſyluas, ſimul & veſtigia retro Obſeruata legit.] *Quem intellectum nobis dederit, cautè conſiderandum eſt: vt pleniùs appareat infelicitas Niſi. nam rurſum cœpit repetere: quod cum maximo labore ſemel tranſmitti potuit. Quantæ infelicitatis fuit, bis viam repetere perplexam, hoc eſt, multis impedimentis obſeſſam? ſubire omnem reditus molem? & remeare, vnde fuerit periculi contemplatione diſceſſum? repetere fallacem ſyluam?* Syluæ *ſignificatione, & latitudo monſtratur, & dumorum impedimentum.* Fallacem *autem ideò: quia, quum nulla gradiendi facilitas eſſet in tenebris; in eâ magis ſupererant, quæ non regerent, ſed fallerent ambulantem. Veſtigia verò conſiderare, & redeundo colligere, quis potuit; cùm tali tempore ac loco videri non poſſent? Tamen quantarum morarum hæc fuit, & quantæ diligentiæ?* DVMIS'QVE ſilentibus errat.] *Tantum valuit aduerſa natura loci: vt, cum ipsâ ſpectatione curioſâ, toto ſimul implicatus eſſet errore.* AVDIT equos; audit ſtrepitus, & ſigna ſequentum.] *Tantum inter ipſum & hoſtes ſupererat ſpatij, vt ad eius aures equorum ſtrepitus, & ſequentium hoſtium ſigna peruenirent.* NEC longum in medio tempus.] *Non plurimum temporis conſecutum eſt.*

Quum

Digitized by Google

QVVM clamor ad aures Peruenit.] *Clamor, capti scilicet Euryali.* AC videt Euryalum.] Videt, *dixit: ed. uertit.* QVEM iam manus omnis Fraude loci, & noctis, subito turbante tumultu Oppressum, rapit.] *Capti Euryali defensionem Poëta prosecutus est: ne iners, nec per imbecillitatem, videretur factus esse captiuus. Captus est, inquit, Euryalus: sed illum locorum fraus hostibus dedit, & tumultus repentinus, & inimicum tempus tenebrarum: accedente multitudinis violentiâ, quæ totam circumdederat syluam.* ET conantem plurima frustrà.] *In ipsis tamen angustijs nō sibi defuit. conatus est quippe multa pro se: sed contra tot difficultates obtinere non valuit. Sallustius quoque, vbi ponit,* Conatus est; *nullos effectus consecutos ostendit.* QVID faciat? quâ vi iuuenem, quibus audeat armis Eripere? an sese medios moriturus in hostes Inferat? & pulchram properet per vulnera mortem?] *Quia Nisus perdiderat euentum primæ inuentionis suæ, in deliberationem repentè mutatus est. sed prima illa pars fuit æstuantis, vt amicum incolumem, vi aut armis, si posset, eriperet: aut, quia id contra multos impleri non poterat, hostibus sese ipse quoque ingereret, subiturus gloriosam cum socio mortem.* OCYVS adducto torquens hastile lacerto, Suspiciens altam ad lunam, sic voce precatur.] *Deliberantis, inquit, hæc fuit in illâ necessitate sententia. Citò reduxit cum*

hastili dexteram. Cito ideò, ne locum mutarent, lum detinebant. Reductio autem manus idcirco [...] *tenuit, quod fuerit destinatum.* Altam lunam [...] *summæ, aut magni luminis, aut in excelsâ cœli p*[...]*tem.* TV dea, tu præsens nostro succurre [...] strorum decus, & nemorum Latonia cust[...] *inquit, te rogo: quia dea, & sola es præsens.* SV[...] labori nostro.] *Generalis petitio, quam sequ*[...] *cturus est. priùs enim vult connumerare obsequia* [...] *sum sui patris, & sua promissa nihilominus narra*[...] *nem numina laudati, quem rogantur. Tu es, ait,* [...] *namentum, & decus cœli: tu nemorum custos,* [...] *lia.* SI qua tuis vnquam pro me pater Hy[...] Dona tulit.] *Bene addidit,* Pro me: *quoniam* [...] *ex eo istius meritum, si ille non pro filio fecisset.* S[...] meis venatibus auxi, Suspendiue tholo, a[...] fastigia fixi.] *Ecce addidit etiam obsequia sua,* [...] *se quoque eius esse cultorem. Tholum, ferunt esse* [...] *in rotunditatem collecti. Subiungit, prece complen*[...] *summam.* HVNC sine me turbare globum, [...] la per auras.] *Non petit impossibile, quod* [...] *posset; liberationem scilicet suam & socij E*[...] *vt turbaret saltem hostium congregationem;* [...] *ctum est.*

SER.

Dixerat: & toto connixus corpore, ferrum
Conijcit. hasta volans noctis diuerberat vmbras,
Et venit aduersi in tergum Sulmonis: ibique
Frangitur, ac fixo transit præcordia ligno.
Voluitur ille, vomens calidum de pectore flumen
Frigidus, & longis singultibus ilia pulsat.
Diuersi circumspiciunt. hôc acrior idem.
Ecce, aliud summâ telum librabat ab aure,
Dum trepidant. it hasta Tago per tempus vtrumq;
Stridens, traiectoque hæsit tepefacta cerebro.
Sæuit atrox Volscens: nec teli conspicit vsquam
Authorem, nec quò se ardens immittere possit.
Tu tamen interea calido mihi sanguine pœnas
Persolues amborum, inquit. simul ense recluso
Ibat in Euryalum. Tùm verò exterritus, amens
Conclamat Nisus, nec se celare tenebris
Ampliùs, aut tantum potuit perferre dolorem.
Me, me: adsum, qui feci: in me conuertite ferrum,
O' Rutuli: mea fraus omnis. nihil iste nec ausus,
Nec potuit (cœlum hoc, & conscia sidera testor)
Tantùm infelicem nimiùm dilexit amicum.
Talia dicta dabat. sed viribus ensis adactus
Transadigit costas, & pectora candida rumpit.
Voluitur Euryalus letho: pulchrosq; per artus
It cruor, inq; humeros ceruix collapsa recumbit.
Purpureus veluti cùm flos succisus aratro
Languescit moriens, lassòue papauera collo
Demisêre caput, pluuiâ cùm fortè grauantur.
At Nisus ruit in medios, solumque per omnes
Volscentem petit, in solo Volscente moratur.
Quem circum glomerati hostes, hinc cominùs atque hinc
Proturbant. instat non segniùs, ac rotat ensem
Fulmineum: donec Rutuli clamantis in ore
Condidit aduerso, & moriens animâ abstulit hosti.
Tùm super exanimem sese proiecit amicum

FERRVM conijcit, hasta.] *De ferro ad hastam transiit.* conijcit, *pro coijcit: nam coijcit antiquum est.* ADVERSI in tergū Sulmonis.] *Tergum, pro Tergus, dixit. Sallustius,* Tergis vinciebant: *pro tergoribus. vt intelligamus, hastam in scutum venisse, & illic esse collisam; vt,* frangitur, *sit pro colliditur: fissoq; scuti ligno, etiam præcordia penetrâsse. aliter non procedit. nam si hastam reuerâ fractam accipiamus: ratione caret, quod dicit,* Fisso transit præcordia ligno. *Alij reuerâ in tergum volunt esse percussum: quod falsum est. nam quomodo antè fissum lignum esset, & sic præcordia penetrata? Sciendum tamen, locum hunc esse de his, quos suprà insolubiles esse dictum est.* LIGNO.] *Quidam humiliter dictum accipiunt.* HÔC acrior idem.] *Quòd lateat, & quòd ei primus prosperè cesserat iactus.* TELVM librabat ab aure.] *Gestus iaculantis exprimitur. duobus autem generibus manualia tela mittuntur: aut enim ab aure, aut à latere, tela iaciuntur.* PER tempus vtrumq;.] *Congruè dicit, telum per tempus vtrumq; trāsisse. ait enim,* diuersi circumspiciunt, *hoc est, huc & illuc ora circumferunt, per quam opportunitatem potuit telum tempus vtrumq; transire. Asper tamen dicit,* Per tempus vtrumque, *hoc est, inter tempus vtrumq. vt econtrà,* Hunc inter fluuio Tyberinus amœno, *id est, per hunc. Quod si est: intelligamus eum in fronte esse vulneratum.* TEPE-

FACTA cereb[...] Et fixo ferrum [...] ne tepescit. IN[...] *Donec ille iuuen*[...] DO mihi sang[...] nas.] [...] mî calido das [...] pœnas. PER [...] amborum.] [...] *aut tuas & Nisi.* [...] *fuisse, nouit.* [...] State viri. A[...] *De cetero, posthac* [...] *& quantitatem* [...] *Terentius,* Quod [...] ars efficere hoc [...] pliús. TANT[...] *Hoc quamuis ad* [...] *pertineat: tamen* [...] *etiam poëta et* [...] cit. ME, me.] [...] *terficete. & est* [...] *cutio, dolore* [...] ausus. *Propter* [...] sum qui feci. N[...] tuit.] *Validior* [...] *ex impossibilitate.* [...] Troes potuêre [...] ea vis animo [...] superbia victis [...] TVM infelicem [...] dilexit amicum. [...] *illud; Cur ergo* [...] *Tantùm amicum* [...] *cùm nihil posset,* [...] *ret.* VOLVITV[...] lus letho.] *aut* [...] *aut datiuus. Sed si datiuus fuerit; figuratum est:* [...] *thum. vt,* It clamor cœlo. PVRPVREVS ve[...] flos succisus aratro languescit.] *Habetur* [...] *rationis. videtur enim Euryalo Hyacinthum* [...] *pulcherrimus fuit, & post mortem conuersus* [...] LANGVESCIT moriens.] *Duplex similit*[...]

A *ebritudinis, & gestus.* LASSO'VE papauera collo demisêre caput.] *Homeri est, & comparatio, & figura. nam & ille sic ait, vt multorum vnũ diceret caput: μήκων δ' ὡς ἑτέρωσε κάρη βάλεν, ἥ τ' ἐνὶ κήπῳ καρπῷ βριθομένη νοτίῃσί τε εἰαρινῇσι.* SOLVM'QVE per omnes.] *An per obstantes; an protegentes?* VOLSCENTEM petit.] *Appetit. Petitiones enim propriè dicimus, impetus gladiatorum. Vnde Cic.* Quot ego tuas petitiones ita coniectas, vt vitari nullo modo posse viderētur, paruâ quadã declinatione, & (vt aiũt) corpore effugi? MORATVR.] *Perseuerat.* PROTVRBANT.] *Modò, confodiunt. vt paulò pòst,* Cõfossus. NON seciùs.] *Non segniùs: quámuis vulneratus.* IN ore condidit aduerso.] *Archaismus est. vt suprà,* Pectore in aduerso totum cui cominus ensem Condidit.

POM. Sabi. SVLMONIS.] *interemit Solmonem. nomen tractũ est à Sulmone. Sulmo in antiquo Latio oppidum fuit.* VOLSCENS.] *in antiquo sine* s. ME, me.] *Loquitur Nisus.* ADACTVS.] *à Volcente.* IN solo Volcente moratur.] *Nisus in Volscentem ruit, & interemit.* HOSTI] *Rutulo.*

VAR. Lect. ILIA pulsat.] *In Romano libro,* Pulsant *legitur.* B TELVM vibrabat.] *In libris plerisq; legitur,* Librabat. IT hasta Tago.] *In aliquot libris,* Iit *legitur.* HAVD tantum potuit,] *In antiquis lib.* Aut tantum *legitur.* NIHIL iste nec ausus.] *In Rom. lib.* Neq; ausus *legitur.* ET conscia sidera testor. *Veteres libri legunt,* Et sidera conscia. TRANSADIGIT costas.] *In Rom lib.* Transabijt *legitur: & in aliquot alijs,* Transadijt. ET candida pectora rupit.] *Rom. lib. cum aliquot alijs,* Pectora candida, *legit.* LASSO'VE papauera collo.] *Antiqui pleriq; lib.* Lasso, *aliquot alij,* Lapso *habent.* AT Nisus ruit in medios.] *In* Oblongo Ac: *in quibusdam alijs* Et. PROTVRBANT.] *In antiquis aliquot,* Perturbant. INSTAT non segniùs.] *In antiquis libris,* Non seciùs *legitur.*

DON. DIXERAT: & toto cõnixus corpore ferrũ Conijcit.] *Toto corpore connixus; aut quia paulò longiùs stabat; aut quia mittebat iratus.* HASTA volãs noctes diuerberat vmbras. Et venit aduersi in tergum Sulmonis; ibiq; Frangitur, ac fixo transit præcordia ligno.] *Expressum est hîc beneficium deæ, & humanæ fortitudinis robur. hastã enim Rutuli Sulmonis scutũ excipit: ibiq; frangitur, non* C *hasta, sed scutũ. deniq; sequitur,* Et fixo trãsit præcordia ligno: *diuiso scuto atq; perfracto, trãsit hasta per illius præcordia, qui tenebat.* VOLVITVR ille vomẽs calidũ de pectore flumẽ Frigidus, & lõgis singultibus ilia pulsa.] *Ille, inquit, frigidus, effudit vomens sanguinis calidũ flumẽ. De frigido, ait, fundebatur calidus sanguis: quoniã recedente eo, quod in corpore calidũ est; quid supererat, nisi vt frigus repentè succederet? singultus verò sanguinẽ sequebãtur. Exspirantis enim signa sunt, quũ vis maior animã visceribus excludit. Plena descriptio morientis ex magno ictu, per plagã, quã eius fuerant perforata præcordia. Vomebat, vt dictum est, calidũ sanguinis flumẽ: ipse, recedẽte calore, frigidus remanet; singultus ducens animæ luctantis, quã in extremos exitus cogebat exitium.* DIVERSI circũspiciunt.] *Nõ omnes vnã partẽ intuebantur; sed alij aliam: volẽtes missi teli autorẽ, & mali tanti originem nõsse.* HOC acrior idẽ, Ecce, aliud summâ telum librabat ab aure.] *Magna copia describentis; magna varietas. suprà dixit,* Abducto lacerto missum telũ. *hîc dixit,* Ab aure librabat. *Vbi igitur primũ iactũ euentus cõsecutus est; acrior factus, parabat alterũ ab ipsâ aure. Quãdo enim retrorsum ducitur telũ, tãto ictus & longiùs vadit, & fortior peruenit.* DVM trepidant, it hasta Tago per tẽpus vtrũq; Stridens; traiectoq; hæsit tepefacta cerebro.] *Dum Rutuli vnius casu cõmoti turbantur; percussus est etiam Tagus. nam per eius vtrũq; tẽpus transijt hasta.* SÆVIT atrox Volscens; nec teli cõspicit vsquã Authorẽ, nec quo se ardẽs immittere possit.] *Plus enim crescebat iracundia eius: quòd author facti nõ apparebat; nec constabat, vndẽ vltio debuisset exposci.*

TV tamẽ interea calido mihi sanguine pœnas Persolues amborum, inquit.] *Quoniam latet, inquit, socius tuus: tu interim duorũ pœnas expendes.* SIMVL ense recluso Ibat in Euryalũ.] *Dictio irati feruens satis & breuis. non enim in verbis; sed in facto, vltio fuerat reposcenda. Ibat igitur in Euryalũ, educto gladio, & parato ad feriendũ.* TVM verò exterritus amens Conclamat Nisus, nec se celare tenebris Ampliùs, aut tantũ potuit perferre dolorem.] *Quãdo ad amici necẽ ventũ est, latebras dolor vlteriùs ferre nõ potuit; in tantũ, vt seipsum suâ perderet voce. Videamus nunc, qualis vox perturbati esse potuit; & eius, quẽ ex causâ maximi doloris amentẽ dixit effectũ. Quum ad ea responderẽ cogeretur, quæ dixerat Volscens;* Tu tamẽ interea calido mihi sanguine pœnas Persolues amborum. *Nisus cõtrà ait:* ME, me: adsum qui feci: in me cõuertite ferrum, O' Rutuli: mea fraus omnis. nihil iste neq; ausus, Nec potuit.] *Deficientis vox fuit, propter nimium dolorem: deniq; quod animo tenebat, nõ potuit ipsemet effundere. Ait ergo,* Me, *& cum deesset continuatio verborum, ait iterum,* Me. *tertiò, vbi cœpit paulatim sese colligere; adiunxit,* Adsum, qui feci. *quartò,* In me conuertite ferrum. *Quũ igitur hæc pronuntiantur, separanda sunt: ne coniuncta minuant intellectũ, magnâ subtilitate dispositũ. Quòd aũt duplicatũ est* Me; *infrà completũ est, adiectione factâ verborum, quæ inter initia secuta nõ fuerant. Si, inquit, malũ in vos admisi, quæritis Rutuli? præstò sum: audite confitentem; & ferrũ retorquete in me, ab exitio innocentis. Me percutite; me pœnis, quibus volueritis, absumite. Me quippe authore & inuentore factũ constat, quidquid vobis inflictũ est.* MEA fraus omnis.] *Inuentiones fraudis, in perniciem vestrã conceptæ, meis consilijs processerunt.* NIHIL iste nec ausus est, nec potuit. *Considerate eius ætatẽ: inuenietis, eum nec aliquid audere potuisse, nec facere. Probatur istius amentia: dum putat, hostes iusiurandum inimici in tantis angustijs acceptare posse.* COELVM, *inquit,* hoc & cõscia sidera testor.] *Hîc q̃a potuit ei dici: Si iste reus non est; quid hîc facit, vel cur tecum est? occurrit vltrò, & ait:* TANTVM infelicẽ nimiùm dilexit amicũ.] *Quod ait* Tantùm, *corripi debet in pronuntiatione; nõ produci: vt sit; Hoc solum deliquit: quia venit huc mecũ, amicitiã infelicis hominis ductus; non odio vestro. Errãt aũt, qui producunt* Tantùm; *& sic intelligunt, quasi Nisus dixerit: Tantũ me amauit, quasi multũ. Quod si solùm est: non implet intellectum, vt excusetur Euryalus. Multũ enim putauit interesse Nisus, inter reum facti, & eum qui interfuerit facto, nec tamen aliquid fecerit: quum ambos teneat vna sententia. Sed hoc Vergilius non approbans, pro dolentis & turbati per amẽtiam personã potuit: vt quasi hoc genere parceretur ei; qui diuelli ab amico nõ potuit.* TALIA dicta dabat: sed viribus ensis adactus Transadigit costas, & pectora cãdida rumpit.] *Nisus quidẽ loquebatur, quæ prodesse Euryalo potuissent: sed hostis tenuit intentionẽ suam; &, quantum iræ gereret animo, in ictu, quo Euryalum percussit, ostendit. nam viribus omnibus adegit ensem per costas eius & pectus.* VOLVITVR Euryalus letho, pulchrosque per artus It cruor; inq; humeros ceruix collapsa recumbit. Purpureus veluti cùm flos succisus aratro Languescit moriens; lassóve papauera collo Demisêre caput, pluuiâ quũ fortè grauantur.] *Duo genera comparauit funeri: purpureum florem toti corpori, præter ceruicẽ & caput; quia sic inflectitur, cùm maturitate lassatur, aut humoris onere prægrauatur.* AT Nisus ruit in medios; solumq; per omnes Volscentẽ petit; in solo Volscente moratur.] *Vicit hostium multitudinem Nisus; & ruptâ circumstantium turbâ, ad authorẽ ipsum peruenit occisi: nihil de suâ morte formidans; qui moriturus irruerat, & post amici mortẽ petebat potiùs, quàm vitabat interitũ.* QVEM circùm glomerati hostes, hinc cominùs atq; hinc Proturbant.] *Proturbant tum, qui poterant & ferire. sed obseruabant potioris iu-*

dictum, nec temerè addendum aliquid arbitrabantur; vbi fuit excelsior potestate, qui arbitrio suo pœnam deberet exigere. sed nō abfuit mitioni, nisi perturbantiū multitudo. INSTAT nō segniùs, ac rotat ensem Fulmineū.] *Quò magis institit, nec deseruit consilium suum, rotauit ensem fulmineum: hoc est, in morē turbinis misit gladiū quasi iáceret fulmē.* DONEC Rutuli clamātis in ore Condidit aduerso.] *Opportunè iactus est ensis: fuit enim penetrandi facilis via; vt os clamātis simul feriret, & clauderet. O' consilium præsens, desiderans vltionē consortis occisi! Manu propriā ferire, non potuit; Impediebatur enim proturbantium turbâ: & tamen, rotatœ ense, vindictam, quam desiderabat, impleuit.* ET moriens animā abstulit hostis.] *Hoc dicendo, ostendit etiam Nisum fuisse percussum, propter Volscentis exitiū. cui gloriosa mors fuit: quia vindicato consorte, diem vltimū clausit.* TVM super exanimū sese proiecit amicum Confossus, placidâq; ibi demū morte quieuit.] *Et quum vltimū spiritū redderet, in animo habuit amicum indiuiduum. Demq; cùm ab eo nollet etiam mortuus separari; super ipsum maluit cadere, & super charissimum funus animam efflare.* A

Confossus, placidâq; ibi demum morte quieuit.
Fortunati ambo! si quid mea carmina possunt,
Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo:
Dum domus Æneæ Capitoli immobile saxum
Accolet, imperiumq; pater Romanus habebit.
Victores prædâ Rutuli spolijsq; potiti,
Volscentem exanimem flentes in castra ferebāt.
Nec minor in castris luctus, Rhamnete reperto
Exsangui; & primis vnâ tot cæde peremptis,
Serranoq;, Numâq;: ingens concursus ad ipsa
Corpora, seminecesq; viros, tepidâq; recentem
Cæde locum & plenos spumanti sanguine riuos.
Agnoscunt spolia inter se, galeamq; nitentem
Messapi, & multo phaleras sudore receptas.
Et iam prima nouo spargebat lumine terras,
Tithoni croceum linquens aurora cubile:
Iam sole infuso, iam rebus luce retectis,
Turnus in arma viros, armis circumdatus ipse,
Suscitat; æratasq; acies in prælia cogit.
Quisq; suos, varijsq; acuunt rumoribus iras.
Quin ipsa arrectis (visu miserabile) in hastis
Præfigunt capita, & multo clamore sequuntur,
Euryali & Nisi.
Æneadæ duri, murorum in parte sinistrâ,
Opposuêre aciem, (nam dextera cingitur amni,)

SER. PLACIDA'QVE ibi demum morte quieuit.] *Aut proprium mortis epitheton est: aut ex affectu pereuntis dictum est, qui cum amico moriebatur.* FORTVNATI ambo.] *προφώνησις est. Mirè horum mortē, non luctu aut misericordiâ; sed felicitatis testimonio, prosequitur.* SI qd mea carmina possunt.] *Verecūdè ad euitandum arrogantiam dictū.* DOMVS.] *Familia.* CAPITOLI immobile Saxū accolet.] *In vrbe Romā Iouis tēplum nō fuit: quod cùm iam deuotum à Prisco Tarquinio, vellet Superbus Tarquinius ædificare; cœpit augurijs captare, qui mons huic tēplo esset aptissimus. Et cùm in omnibus Tarpeius esset inuētus, (in quo erāt multa diuersorū numinum sacella) factum est, vt exinde ad alia tēpla numina euocarentur sacrificijs; quò posset liberè, & sinè piaculo, templū Iouis exædificare. Cumq; omnes dij libenter indè migrassent, Terminus solūs, hoc est, limitū deus, descēdere noluit; sed illic remāsit. Tùm de hoc ipso sacrificatū est; & deprehensum, quòd Terminus cū Ioue remanens, æternū Vrbi imperium cum religione significaret. Vnde in Capitolio prona pars tecti patet, quæ lapidē ipsum Termini spectat. nam Termino nō nisi sub cliuo sacrificabatur. Hinc ergo nūc dixit.* Capitoli immobile saxū Accolet: *quia Terminus nō est reuulsus de loco.* Prædâ Rutuli spolijsq; potiti.] *Nō solùm sibi eos armis exsuerūt; sed etiā illā prædā, quæ Rutulis fuerat antè detracta.* NEC minor in castris luctus.] *Decens repetitio.* SERRANO'QVE Numâq;.] *Decima antapodosis: quæ fit, quotiens commemorantur ea, quæ non sunt antè prædicta. Neq; Numam induxit occisum.* TEPIDA'QVE recentē cæde locū.] *Hypallage est: tepidū lucum recenti cæde. Vnde multi legunt,* Tepidumq; recenti Cæde locū. *Sic alibi:* Tepidusq; cruor fumabat ad aras. SPVMANTEM sanguine riuos.] *Spumas tunc habet sanguis, cùm effunditur. nam postea conquiescit. Vnde bene dixit,* Spumantem riuos: *quia præmisit,* Seminecesq; viros. ET iam prima nouo.] *Lucretianum est. Et bene, descripturus cædes & bella, morosè diem oriri facit.* IAM rebus luce retectis.] *Suprà,* Et rebus nox abstulit atra colorē. QVISQVE suos.] *Scilicet comites. nam plenum est,* Æratasque acies. ACVVNT rumoribus iras.] *Quia duo ausi sunt per eorū castra transire.* EVRYALI, & Nisi.] *Volunt nonnulli, clamorem esse militum. Sed meliùs hoc à poëta dictum accipimus. nam Rutuli, eorum non nouerant nomina: vt sit,* Quin etiam *capita Euryali & Nisi præfigunt in arrectis hastis, & cū magno clamore comitātur.* MVRORVM in parte sinistrâ.] *Aliud agens, situ castrorū ostendit. Præterea & prosconomia est; quia postea castris per fluuiū Turnus euadit.* CINCTVS amni.] *Amne debuit dicere: nunquid enim bene in I exeunt: nisi quæ communis sunt generis: vt Docilis, Agilis. Sed ideò ausus est ita ponere ablatiuum: quia, vt suprà, apud maiores, hic & hæc Amnis dicebatur. Verūtamen, quæ duas habēt consonantes ante IS, in I & E ablatiuum mittūt: vt Ignis, Igne vel Igni. Vergil.* Vulnus alit venis, & cæco carpitur Igni. *Sic & Vectis, Vecte vel Vecti. Terent. in Eunuch.* Cū vecti Donax. B

POM. Sabi. CAPITOLI immobile saxum.] *scilicet dum durabit Capitolium. pro Termino deo; de quo lege Lactantium in Institutionibus. Aiunt, omnes deos cessisse Ioui, præter Terminum, qui fuit immobilis: vt apud Ouidiū in Fastis. ideò dixit,* Immobile saxū. *Sed meliùs immobile; vt nunquam ruiturum Capitolium intellexerit. ecce, quomodo putabat imperium non ruiturum.* PHALERAS sudore receptas.] *Per hoc notat, Rutulum fuisse Rhamnetem; & Rutulos debellâsse Tybur.* ET iam prima.] *Descriptio diei.* CAPITA.] *Nisi & Euryali.* C

VAR. Lect. VOLSCENTEM exanimem.] *In Rom. lib.* Volcētem exanimū. TEPIDA'QVE recentē Cæde locū.] *In Rom. lib.* Tepidumq; recenti Cæde locū, *legitur: in Porcio,* Tepidâq; manentē Cæde locū *habetur.* IAM rebus luce retectis.] *Antiqua exemplaria,* Receptis, *scriptum habent.* MVRORVM in parte sinistrâ.] *In Romano libro,* Murorum parte *legitur, absq;* In.

DON. FORTVNATI ambo.] *Exæquauit amborum fidem exæquauit laudem. Euryalus enim noluit Nisum relinquere, in pericula pergentem. Ecce & Nisus, qui euaserat, ne amico exanimi superstes esset, properauit ad mortem. Et quoniam, res fuit præclari exempli: digni inuenti sunt, quorum per Vergilij carmē memoria conderetur ad posteros. Ideóq; factâ apostrophâ, ait:* SI quid mea carmina possunt, Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo.] *Ne videretur arrogans in laude carminū suorum, dixit;* Si quid mea carmina possunt: *hoc est, si digna fuerint carmina mea, quæ concelebret secutura posteritas; semper ipsi eritis in laude.* DVM domus Æneæ Capitoli immobile saxū Accolet, imperiūq; pater Romanus habebit.] *Hæc dicendo, ostēdit, nihil fore perpetuum; & omnia ad vltimum finem esse ventura. Tamen magna fuit gloria illorum, cum omnibus suâ quoq; durante memoriâ, vno cum omnibus fine concludi.* VICTORES prædâ Rutuli spolijsq; potiti.] *Victores dixit, obtrectationis causâ: qui putarent se aliquid magnum fecisse; quia trecenti occiderant duos: cùm & duo, ac potiùs alter duorum, iam*

A *rum, iam ipsi tres peremissent. Denique, qualis victoria fuit, quam sequebantur lachrymæ perditorum? Quod ipsum ut satiaret, ait:* VOLSCENTEM exanimum flentes in castra ferebant.] In castra, *dixit, vbi pars alia erat exercitus, qui Troianos obsederat.* Spolijs, *inquit*, potiti. *& hoc notabile. gloriabantur enim, pro magno existimantes, quia acceperunt ea, quæ solus portabat Euryalus. Intelligamus prædam fuisse in speciebus, quas tulerat Nisus. Spolia verò, quibus ipse & Nisus fuerant induti, vel armati.* NEC minor in castris luctus, Rhamnete reperto Exsangui, & primis vnà tot cæde peremptis, Serrhanoq;, Numâq;.] *Auctus est eorũ luctus ex aliorũ cædibus, repertis in castris; quos primos et plurimos vna simul calamitas strauerat.* INGENS cõcursus ad ipsa Corpora.] *Vel quia videbatur plurimorũ acerbitas funerum, vel quia volebant scire, quos quantósue perdidissent. Tantum autem momenti vnius clades inflixerat; vt omnes simul turbati, calamitatũ causâ tenerentur intenti.* SEMINECES'QVE viros, tepidâq; recentem Cæde locũ, & plenos spumanteis sanguine riuos.] *Scelus recẽter admissum ex eo colligebant, quòd nonnulli adhuc aliquam partem*
B *spiritus retinebãt, & cæsorum sanguis nondũ amiserat colorẽ: terraq; ipsa nõnihil caloris, ex cruoris effusione, reddebat. Vnde magis angebantur dolentes: quia, si aduersa illos fortuna nõ impedisset, nihil emersisset eiusmodi, quod plangerẽt aut lugerent.* AGNOSCVNT spolia inter se, galeamq; nitentem Messapi, & multo phaleras sudore receptas.] *Agnoscebant Messapi galeam; & phaleras sudore largissimo recuperatas. Intelligi potest etiã sic: vt adhuc maneat Rutulo-*
SER. *rum ludibriosa laudatio: vt trecenti armati receperint sudore ingenti, quæ sustulerant duo.* ET iam prima nouo spargebat lumine terras, Tithoni croceum linquens aurora cubile: Iam sole infuso, iam rebus luce retectis.] *Iam, inquit, consumpta nox fuerat: & apparebant omnia, quæ occultauerant tenebræ.* TVRNVS in arma viros, armis circumdatus ipse, Suscitat.] *Suscitat, vtpote dormientes, nec posset alios in bellum constantiùs excitare, nisi etiam ipse primò fuisset armatus.* ÆRATAS'QVE acies in prælia cogit, Quisque suos, varijsque acuunt rumoribus iras.] *Rege procedente ad bellum, armatas acies vnusquisque dux cogebat in prælia.* QVIN ipsa arrectis (visu miserabile) in hastis Præfigunt capita, & multo clamore sequuntur, Euryali & Nisi.] *Ipsa capita, quorum alterum Euryali fuit, alterum Nisi, hastis infixa, insultationis causâ monstrabant; non sibi, sed Troianis miseranda; clamore magno eadem persequentes. Clamor iste qualis fuerit, ex personâ insultantium poterit æstimari. Ordinatur sensus sic: Ipsa capita Euryali & Nisi præfigunt erectis hastis, & magno clamore sequuntur.* ÆNEADÆ duri.] *Duros dixit, durantes in labore.* MVRORVM in parte sinistrâ Opposuêre aciem; (nam dextera cingitur amni) Ingentesq; tenent fossas, & turribus altis Stant mœsti.] *Suprà dixit causam, propter quam non egrediebantur & fossas tenebant turribus oppositas, & aciem in læuam partem. dexteram enim muniebat amnis. Tristis interea dicitur causa mœstitiæ.*

SI quid mea carmina possunt, Nulla dies vnquã memori vos eximet æuo.] *Hoc versu scriptis nostris famã cuipiã perennẽ pollicebimur: quã, in illustrium poëtarum atq; oratorum operibus, adepti sunt non pauci illustres Principes.* AD R. Bar.

Ingentesq; tenent fossas, & turribus altis
Stant mœsti. simul ora virûm præfixa videbant,
Nota nimis miseris, atroq; fluentia tabo.
Intereà pauidam volitans pennata per vrbem
Nuntia fama ruit, matrisq; adlabitur aures
Euryali; ac subitus miseræ calor ossa reliquit.
Excussi manibus radij, reuolutaq; pensa.
Euolat infelix, & fœmineo vlulatu,
Scissa comam, muros amens atq; agmina cursu
Prima petit. non illa virûm, non illa pericli,
Telorũq; memor: cœlũ dehinc questubus implet.
Hunc ego te, Euryale, aspicio? tune ille senectæ
Sera meæ requies? potuisti linquere solam
Crudelis? nec te, sub tanta pericula missum,
Affari extremùm miseræ data copia matri?
Heu, terrâ ignotâ, canibus data præda Latinis
Alitibusq; iaces! nec te, tua funera, mater
Produxi, pressive oculos, aut vulnera laui,
Veste tegens: tibi quam noctes festina diesq;
Vrgebam; & telâ curas solabar aniles.
Quò sequar? aut quæ nũc artus, auulsaq; membra,
Et funus lacerum tellus habet? hoc mihi de te,
Nate, refers? hoc sum terraq; mariq; secuta?
Figite me, si qua est pietas: in me omnia tela
Conjicite, ô Rutuli: me primam absumite ferro.
Aut tu, magne pater diuum, miserere, tuoq;
Inuisum hoc detrude caput sub tartara telo:
Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitã.
Hoc fletu concussi animi, mœstusq; per omnes
It gemitus; torpent infractæ ad prælia vires.

TENENT fossas.] *Tuentur, defendũt.* NOTA nimis miseris.] *Hoc plùs cõmouebãtur; quia etiam abscissi vultus, necdũ agnitionis amiserant notas.* PENNATA.] *Quidam volũt ideò hic famã pennatã à poëtâ inductã, quæ tumultũ & res aduersas nuntiet: vt illud tangere videretur, qđ qui bellũ*
C *nuntiaret, pinnatas literas diceretur adferre.* SVBITVS miseræ.] *Potest pro, subitus miseræ: vel pro, subitò miseræ. ergo et genitiuus potest esse.* CALOR ossa reliquit.] *Homericũ est:* τῆς δ᾽ ἐλελίχθη γυῖα, χαμαὶ δέ οἱ ἔκπεσε κερκίς. EXCVSSI manibus radij.] *Bene* Excussi, *quasi nescienti. melius, quàm si diceret, proiecti.* Radij *sunt textoris instrumenta.* FOEMINEO vlulatu.] *Impatienti: vt,* Fœmineo prædæ & spoliorum ardebat amore. PRIMA petit.] *Ideóq;* prima; *quia solent literi muros ascendere: vt,* Ipsæ de muris matres. *Ita in extremâ necessitate etiam Homerus:* πύργον τε καὶ ἀνδρῶν ἷξεν ὅμιλον. NON illa virûm, non illa pericli.] *Vnum pudoris est; aliud salutis.* TELORVM'QVE memor.] *Hanc impatientiam matris Euryali illo loco poëta præmisit: cùm Euryalus nec profectioem suam ad requirẽdum Aeneam scire significat; & tantopere commendat Ascanio, nam & Nisus, propter illam, dicit nolle Euryalum sibi comitem iungere: quod sciret, si quid ei accidisset, intolerabiliter eam laturam.* HVNC.] *Talem. Et est conquestio matris Euryali, plena artis rhetoricæ. nã penè omnes partes habet de misericordiâ commouendâ, à Cicerone in Rhetoricis positas.* EGO hunc te aspicio?] πάθος *à qualitate cædis.* SERA meæ requies?] *Euander;* Mea sola & sera voluntas. *Et* Requies *hic pro solatio.* POTVISTI linquere solã.] *Ab intercepto solatio.* CRVDELIS.] *Quî potuisti linquere solam, cùm pius esses.* SVB tanta pericula.] Sub, *pro in: vt 1. Aeneid.* Namque sub ingenti lustrat dum singula templo. AFFARI extremùm.] *Cùm mos fuisset, dicere;* Vale vale. *Anchises:* Sic ô, sic positum affati discedite corpus. *Terentius* Quin igitur, dum licet, dumque adsum, loquimini mecum Antipho? MATRI.] *Meliùs* matri; *quàm si dixisset,* mihi. LATINIS.] *Id est, Latinorum.* NEC te tua funera mater.] *Id est, funerea. Nã apud maiores Funeras dicebãt eas, ad quas funus pertinebat; vt sororẽ, matrem nam Præficæ, vt & suprà diximus, sunt planctus principes non doloris. Funeras autem dicebant, quasi funereas, ad quas pertinet funus. Vel deriuauit, veteres secutus; vt funeram pro funestã diceret: vt homo scelerus, sicuti scelestus vel scelerosus, dicebatur. Plautus in Pseudolo:* Peritur sinapis scelera. *In eâdem:* Nunc iube venire Pseudolum, scelerum

caput, id est, scelestum. AVT vulnera laui.] *Romana consuetudo fuit, vt mortui lauarentur: ideoq; hos, qui hoc officium implebant, pollinctores appellatos dicunt, qui mortuis os polline oblinebant, ne liuor appareret extincti.* FESTINA.] *Pro, festinans. Nomen pro participio: vel à verbo deriuatum, vt ab eo, quod est Festino, Festinus dicatur. vt hic* festina: *quomodo superius* funera *Sallustium* In secundâ cohortes festinas cōposuerat. *sicut ipse, ab eo quod Propero,* Circumstant properi aurigæ. *vt sit nominatiuus, hic* Properus. *Et bene* festina: *nam ait superius,* Excussi manibus radij, reuolutaque pensa. QVO sequar.] *Id est, inquiram.* ET funus lacerum tellus habet.] *Dilaniatum cadauer. nam funus pro cadauere posuit. Ergo ex posteriore intelligitur prius.* HOC mihi de te.] *Hoc, caput intuens, ait.* SIQVA est pietas.] *Si qua est pietas in occidendo, in me probetur.* ME primam absumite ferro.] *Vnusquisq; enim, in propriæ salutis desperatione, credit tum vniuersa etiam posse consumi. vnde est, quod modò dixit,* Me primam: *quasi, mortuo Euryalo, omnes Troiani perituri essent.* INVISVM hoc detrude caput sub Tartara telo.] *Inuisum quidem est, hoc est, odio, non caput. ergo deest,* tibi *&, si Inuisum quomodo misereret? Verùm misericordiæ genus est, si me etiā iratus interimas.* QVANDO aliter nequeo crudelem abrumpere vitam.] *Hinc traxit illum colorē Iuuenalis:* Quod facinus dignum tam longo admiserit æuo? TORPENT infractæ.] *Antea infractæ, nunc tamen torpent. Vt,* Turnus vt infractos aduerso Marte Latinos. *Naturaliter enim homines, dolore ac miseratione franguntur.*

POM. Sabi. MATRIS] *Euryali.* EXCVSSI radij.] *Radius dicitur instrumentum illud, quo telæ innectuntur.* HVNC ego te, Euryale.] *Lamentatio matris Euryali, quæ vndiq; misericordiam mouet.* SERA meæ requies.] *Filiorum salus, est requies parentum; præsertim in senectute.* DATA præda Latinis.] *cadauer relictum erat.* TVA funera mater.] *funera, pro funerea. Nostri maiores dicebant eas funereas, ad quas funus pertineret. Mihi non placet. Sed sic: Ego tua mater peperi te, non ad funera, id est, vt ipsa facerem tibi funus. Incipit postea dicere funeris officia.* QVAM.] *vestem ex telâ.* HOC.] *funus tuum.* PATER.] *ô Iupiter.* TELO.] *fulmine.* CRVDELEM.] *miserabilem.* TORPENT.] *pigrescunt.*

VAR. LEC. ORA virûm præfixa videbant.] *In quibusdam libris peruetustis,* Mouebant *legere est.* TIBI quam noctes.] *In Romano libro,* Tibi quod *legitur.* NATE, refers? quæ sum terrâq;.] *Exemplaria manuscripta ita legunt,* Gnate refers? hoc sum terrâq;.

DON. SIMVL ora virûm præfixa mouebant Nota nimis miseris.] *Mouebant Rutuli occisorū capita; quæ Troiani ex notitiâ agnoscerent, & viderent.* ATROQVE fluentia tabo.] *Quæ tabo corrupta agnosci nō possent; nisi ab his, qui ea penitùs noscunt. In eo autem Troianos dolor angebat: quòd & tales viros perdidissent; & nihil fuisset Aeneæ nunciatum.* INTEREA pauidam volitans pennata per vrbem Nuntia fama ruit, matrisque allabitur aures Euryali.] *Poëtica descriptio. Cæterùm nuntium dicit ad matrem Euryali peruenisse, quo filium sciret occisum.* AT subitus miseræ calor ossa reliquit.] *Quum audisset filij mortem, à ferali nuntio corporis calor diriguit, & reliquit ossa eius torpentia.* EXCVSSI manibus radij, reuolutaque pensa.] *Dolor enim, vel maximè insperatus ac repentinus, neruos eius membraq; dissoluerat.* EVOLAT infelix.] *Vtpote, quæ antè filium occisum cōperit, quàm didicisset abscentem.* ET fœmineo vlulatu, Scissa comam, muros amens atq; agmina cursu Prima petit.] *Ecce, quæ faciunt luctus, & subitus dolor! Amens, inquit, effecta est: ex amentiâ, inconsideratio ætatis & sexus accessit. Petebat denique muros cursu, capillis fusis, & maximos vlulatus attollens.* NON illa virûm, non illa pericli Telorumque memor.] *Petebat imprudenter muros; non cogitans, illic viros consistere; vel se* incurrere periculum posse. *Quid enim detrimentum pudoris* A *formidaret, aut mortē: quum post filium talem cupiebat extingui? Mirandum non est, fœminam grauioris ætatis, cursu muros potuisse conscendere; quam mentis permutatio in amentiâ fecerat fortē, & plùs audere, quàm deberet, aut posset.* COELVM dehinc questibus implet.] *Ecce etiam voce fortior facta est ex dolore. namq; querelis suis compleuit & cœlum.* HVNC ego te, Euryale, aspicio?] *Ad hoc, inquit, deducta est, Euryale, infelicitas mea? ad hoc incolumes manserunt oculi mei? vt post illum ætatis tuæ florem, hunc te videam mater, hoc est, occisum, & triumphum præbentē hostibus duris?* TVNE illa senectę Sera meæ requies?] *Hoc est, quòd senectæ meæ fuisti solatio? quòd ait,* Seræ, *probamus. Cur seræ? apparebat enim, illum in prouectiori matris ætate susceptum, quum illa anus esset. Euryalus verò ora primâ signans intonsa iuuentâ. Ergo rectè dictus est serus accessisse materno solatio.* POTVISTI linquere solam, Crudelis?] *Plena accusatio in paucissimis verbis. Nam quāti est sceleris, matrem in periculis linquere? quanti est sceleris, deserere eam, quæ alterius solatia non haberet? Crudelis enim signum est, quòd tam exsecrabile malum in filio esse non debuit. Pos-* B *sent ad hæc dici, ex personâ filij: Missus sum, vt pote miles, qui non fui in potestate meâ: munus hoc militiæ non voluntarium fuit. Ad hæc illa ait:* NEC te sub tanta pericula missum, Affari extremum miseræ data copia matri?] *Nō, inquit, accuso abscessum tuū: missus es: nec tui iudicij fuit, quod maiorū tuorū imponebatur arbitrio. Faceret tamen, quod fuerat potestatis tuæ; quod publicæ non officeret causæ, faceres, quod reprehendere nullus auderet subiectus casibus: videres primitus matrem, non leuem subiturus interitum: videres matrem, tanta in pericula coniectus: dares loquendi liberum locum: misceremus extrema colloquia. Omnia hæc dolentis sunt. Cæterùm, quid prodesset occiso, aut eius matri, si hæc, quæ dicta sunt, extitissent? Missum sub tanta pericula, possumus etiā sic intelligere: vt subiugatum periculis accipiamus: sed illud est melius, quod superiùs dictum est: vt non ipse voluntate, sed impulsus esse videretur. Non enim sciebat mater, quòd Euryalus sese sponte ingesserat.* HEV, terrâ ignotâ, canibus data præda Latinis, Alitibusque iaces!] *Addidit augmētum: præter orbitatem quippe accesserat aliud: quòd gemeretur vehementer, quòd iacēret insepultus ignotis in terris, relictus & canibus Latinis, & auibus præda. Dolebat ergo propter mortis eius accidentia; quæ magis orbatæ pectus validiùs vul-* C *nerabant. Si enim ignotæ terræ non essent: potuisset exsistere, qui noti funus traderet sepulturæ; qui eriperet canibus & alitibus. Vbicunq; est* Heu *separari à cæteris debet. affectus enim dolentis, à verborum contentione secernendus est.* NEC te.] *Hic quoq; aliud fuerat dictura, & aliud subiecit, dolentis more.* IN tua funera mater Produxi.] *Nec tuum, inquit, funus prosecuta sum.* PRESSIVE oculos, aut vulnera laui, Veste tegens; tibi quam noctes festina diesque Vrgebam, & telâ curas solabar aniles.] *Hoc est, neque tuos oculos clausi, (vt moris est) aut vulnus laui, (vt fieri solet) quum cecidisti perfossus, aut veste cōtexi. Transit ad aliam doloris partem, illa, quæ se dixerat solatia perdidisse, euidenter enumerans. Prosequitur querelas suas misera mater. Tali casu, inquit, vixi, & viuere optaui; solum habens in te, & in lanificio, solatium: quod nec in luce dimisi; nec noctis occasione deserui. Iterum ad alium doloris rapitur modum.* QVO sequar? aut quæ nunc artus auulsaque membra, Et funus lacerum tellus habet?] *Quò sequar, cùm omnia retineant hostes? aut quomodo sinè capite ac laniatum corpus inspiciam? Bene addidit* Lacerum corpus. *debuit enim mater, & potuit, quàmuis truncum filij agens funus agnoscere: si illæsum reperire potuisset. Rursum labitur in aliam partem:* HOC mihi de te, Nate, refers? hoc sum terrâq; mariq; secuta?] *Cur, inquit, non te video, quem secuta sum mari? Cur non te video, quē tantis in regionibus terrarū non dimisi?* FI-

A GITE me, si qua est pietas, in me omnia tela Conijcite, ô Rutuli: me primam absumite ferro.] *Sensu à contrario positus, vt pius dicatur, quisquis eam velit occidere. Si nouimus, inquit, hostes aliquando misereri, me quoque occidite Rutuli. In me omnia tela congerite, praestabitis infelici beneficium, & vobis procurabitis vltionem. Hic videndum est, cur dixerit* Me: *& rursum posuerit,* Me. *Ita est enim, ac si diceret: Me occidite, quae hostem vestrum genui, quae alui, quae nutriui. Conuerti debet exitium in me, à quâ hostis vester exortus est, & pugnandi sumpsit exordium.* AVT tu, magne pater diuûm, miserere, tuoque Inuisum hoc detrude caput sub tartara telo: Quãdo aliter nequeo crudelẽ abrumpere vitã.] *Miserere, inquit, Iupiter, et me perime fulmine tuo. sentio enim, quia aduersis superis viuo. In nece meâ probabitur pietas, si doloris cruciatus abruperis, & deleueris letho. aliud quippe doloribus meis remediũ nõ est; nisi vt mors adimat, quod odiosa vitae diuturnitas dedit. Haec fuit orbatae mulieris vox abscissa, & per multa diuersaque discurrẽtis. Integritas enim sensus manere non potuit in eâ, quã infelicis casus repentina turbârat acerbitas: vsqueadeò, vt multa impossibilia pro possibilibus videatur posuisse.* HOC fletu concussi animi.] *Audientiũ scilicet Troianorũ.* MOESTVSQVE per omnes It gemitus, torpent infractae ad praelia vires.] *Quũ talia diceretur, concussa Troianorum omnium mens est: & plena maestitia vniuersorum sensus affixit tantùm, vt pugnandi officium cuncti respuerent, virtutis repente substantiã.*

SER. IDAEVS & Actor.] *Ex nominibus personarũ, & finem, & dignitatem rei addidit.* LACHRYMANTIS Iûli.] *Puero dat lachrymas, cui potest sine pudore: viris fortibus, tantũ dolorem.* CORRIPIVNT.] B *non iniuriae est; vt raptores distrahunt: sed celeritatis; id est, raptim tollunt.* SVB tecta reponunt.] *Homericè:* ἐς δῶμα φέρον. AT tuba terribilem sonitũ.] *Hemistichium Ennij: nam sequentia iste mutauit. Ille enim, ad exprimendum tubae sonũ, ait:* At tuba terribili sonitu Taratantara dixit. *Et multa huiusmodi Vergilius, cũ aspera inuenerit, mutat. Bene tamẽ hîc electis verbis imitatur sonũ tubarũ.* INCREPVIT. *Et insonuit: & segnitiam increpauit.* VOLSCI.] *Non mirũ, quia dicit Volscos: cùm & Camilla de Volscis sit. vt,* Et Volscâ de gente Camilla. *Namque pars aliqua Thusciae* C *dat Turno auxilia: cùm Thuscos diximus specialiter Aeneae fauere. Item econtrà pars Venetiae auxilium praestat Aeneae; quam Turni fuisse, superiùs diximus.* TESTVDINE.] *Testudo scutorum est connexio, curuata in modum & similitudinem testudinis; cùm à militibus aliqua ciuitas obsidetur; & fit, vt murus eius subruatur. Namque in armorum generibus, milites sumunt ab animalibus nomina: vt Aries. Salustius:* In modũ hirci militaris. *Inuentor autem testudinis, Artemon Clazomenius fertur: idemque arietis repertor dicitur. Scuta gestare Curetes primi inuenerunt. Galea, Thracicum tegmen est. Thorax quidam rex dicitur inuenisse. Lycaon arcas, gladium longiore laminâ, produxisse narratur. Peleus primus machaeram dicitur inuenisse. Arpen, id est, curuum gladium in modum falcis, à Perseo inuentam, multi dixerunt.* FOSSAS implere parant] *Vertit ordinem. nam antè est, vt impleatur fossa, tollantur valli; & sic testudine accedatur ad murum. Quanquam possimus intelligere etiam, ad fossas eos factâ venisse testudine. Propriè tamen fossas implere, vallum vellere. sic enim & historici* EFFVNDERE contrà.] *Propriè: tela enim non iaciunt in subiectos; sed funditur. & dicendo,* Omne genus telorum, *ostendit, telum vocari omne, quod iacitur. vt Graeci τὰ βέλη, sic Latinè tela, ἀπὸ τοῦ βάλλειν: ἀπὸ τοῦ τῆλε, id est, longè.* ASSVETI longo.] *Docet, vsum in rebus omnibus plurimum posse.* INFESTO voluebant pondere.] *Hoc est, Infesti ponderis.* NEC iam sufficiunt.] *Diu iam non sustinent.* RVVNTQVE.] *Hic ruunt, pro deijciunt.* ARMORVMQVE resoluit tegmina.] *περιφραστικῶς hîc ostendit, armorũ connexionẽ esse testudinẽ. Lucanus de testudine:* At postquã virtus incertã virorũ Perpetuã rupit defesso milite cratẽ, Singula continuis cesserunt ictibus arma. HETRVSCAM pinum.] *Hoc est, ipse Hetruscus.* Quassabat *autem, &* infert, *mutatio temporum: vt 1. Aen.* Tydides multâ vastabat caede cruentus; Ardẽtesque auertit equos in castra. VOS, ô Calliope, precor.] *Syllepsis per numeros. erat enim rectum,* Vos Musae; *aut,* tu Calliope. ASPIRATE canenti.] *Fauete: vt,* Aspirat primo fortuna labori. *Ductum est verbum à prosperè nauigantibus, quibus ventus dicitur* ἐξ οὐρίου *spirare.* ORAS euoluite belli.] *Hoc est, ingentis belli narrare non tantùm initia, sed etiam extrema. Nam orae sunt extremitates. Est autem Ennianum:* Qui potis ingentis oras euoluere belli. ET meministis enim diuae, & memorare potestis.] *Differt meminisse, ac memorare: cùm illud sit, memoriter tenere; Memorare verò, exponere & narrare, Est autem Homeri sententia:*

> ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι:
> ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε, πάρεστέ τε, ἴστε τε πάντα.

Illam incedentem luctus, Idaeus & Actor,
Ilionei monitu, & multùm lachrymantis Iûli,
Corripiunt, interque manus sub tecta reponunt.
At tuba terribilem sonitum procul aere canoro
Increpuit: sequitur clamor, coelumque remugit.
Accelerant actâ pariter testudine Volsci,
Et fossas implere parant, ac vellere vallum.
Quaerunt pars aditum, & scalis asscendere muros;
Quà rara est acies, interlucetque corona
Non tam spissa viris. telorum effundere contrà
Omne genus Teucri, ac duris detrudere contis,
Assueti longo muros defendere bello.
Saxa quoque infesto voluebant pondere, si quà
Possent tectã aciẽ perrumpere: cùm tamẽ omnes
Ferre libet subter densâ testudine casus.
Nec iam sufficiũt. nã quà globus imminet ingens,
Immanem Teucri molem voluuntque, ruuntque:
Quae strauit Rutulos latè, armorumque resoluit
Tegmina. nec curant caeco contendere Marte
Ampliùs audaces Rutuli; sed pellere vallo
Missilibus certant.
Parte aliâ horrendus visu, quassabat Hetruscam
Pinum, & fumiferos infert Mezentius ignes.
At Messapus equûm domitor, Neptunia proles,
Rescindit vallum, & scalas in moenia poscit.
Vos, ô Calliope, precor, asspirate canenti;
Quas ibi tùm ferro strages, quae funera Turnus
Ediderit; quem quisque virûm demiserit Orco:
Et mecum ingenteis oras euoluite belli.
Et meministis enim diuae, & memorare potestis.

POM. Sabi. ILLAM.] *matrem Euryali.* TESTVDINE.] *Quid sit testudo lege in Secundo libro.* ACIES.] *Troianorum.* INTERLVCET.] *parùm lucet.* CORONA.] *hominum. Inter, particula additur verbis: vt Interambulo, Interungo, Interluceo.* CONTIS duris.] *Contus nunc telum est.* LONGO bello.] *propter obsidionem Troianam.* DENSA testudine.] *sub testudine Rutuli tolerabant ictus.* QVAE.] *moles.* RESOLVIT.] *scilicet istã testudinẽ.* CAECO Marte.] *sub testudine.* CERTANT.] *Rutuli.* NEPTVNIA proles.] *ab eo, quòd equi originem habuerunt à Neptuno. & cùm Messapus esset domitor equorum, videbatur Neptunia proles.* INGENTES horas.] *scilicet tempus, quo bellatum est. alij accipiũt* horas *pro fine: quia sunt extremitates. Ergo* horas, *id est, tempora.*

VAR. Lect. SVB tecta reponunt.] *In antiquis libris,* In tecta reponunt, *habetur: in Porcio,* Sub tecta reportant. AC vellere vallum.] *In Romano libro,* Pellere *est.* FERRE libet.] *In Mediceo,* Iuuat *scriptũ est.* RESCINDIT vallum.] *In libris vetustis legere est,* Transscendit vallum.

DON. ILLAM incendentem luctus.] *Luctus per se mali*

 sunt &

sunt & graues; acerbiores verò fiunt, si hoc quispiam aliquibus nutrimẽtis accumulet. Quum igitur mater Euryali lugendum casum verbis accenderet, & affligeret audienteis: IDÆVS & Actor, Ilionei monitu, & multùm lachrymantis Iüli, Corripiunt, interque manus sub tecta reponunt.] *Quoniam apud Iülum multarum rerum consideratio fuit: primò, quòd ad patrem mandata perferri nequiuerant: deinde, amissio tantorum virorum: commendatio Euryali in causâ matris, & fides promissa peragentis. Rapta igitur & missa sub tecta est: ne vlteriùs virorum animos suis clamoribus frangeret.* AT tuba terribilem sonitum procul ære canoro Increpuit: sequitur clamor, cœlumque remugit.] *Rutuli, qui ad hoc venerant, vt dimicarent; accensi quoq; ex facto, dederunt belli signum per tubam; tantoq; nixu & ferali cantu oppleta fuerunt vniuersa, vt remugierit cœlum. Inter* Mugire *&* Remugire, *hoc interest: Mugit vnde mugitus primò proficiscitur: Remugit, quod mugitu alieno percussum, reddit auribus, quod accepit.* ACCELERANT actâ pariter testudine Volsci, Et fossas implere parant, ac vellere vallum.] *Post hoc signum venerunt Volsci, vno animo, vnoq; consensu, actâ testudine.* Testudo *est, quæ coniunctione scutorum facta, latentes subter tegit armatos: quæ tunc fit, quoties inferiora adeunda sunt, & superiorum metuitur violentia. In summo igitur fuerunt Troiani. Volsci autem, pro Rutulis facientes, parabant fossas implere, vel rumpere; quò possent etiam ad turris parietes perducere. Fecerunt idcirco testudinem, vt disposita complerent: cui rei (vt factum est) vna mentium conspiratio fuerat necessaria; ne maiore Troianorum vi, testudo ipsa dissoluta succumberet. Huic societati animorum celeritatem quoq; coniunxerant: vt aggredientium tarditas expugnationem faceret fortiorẽ.* QVÆRVNT pars aditũ.] *Quærunt aditũ, diuisis officijs. Dicit iam, quomodo quærebãt.* ET scalis ascẽdere muros, Quà rara est acies, interlucetq; corona, Nõ tã spissa viris.] *Alij cõsilio potiùs, q̃ temeritate ducti, voluerũt scalis appositis muros ascẽdere, p ea loca, q̃ videbãt nõ multis defensorib. instructa. apparebãt enim rari, & sperabãtur defensioni murorũ superesse nõ posse.* TELORVM effundere cõtrà Omne gen⁹ Teucri.] *Quũ nõ enumerat genera telorũ; relinquit intellectui latissimã suspicionẽ: vt misisse Troianos arbitremur, quicquid hominẽ, in inferioribus positũ, necare, vel excludere potuisset. cuius rei magnã copiam exstitisse, monstrauit. Quũ dicit,* Effundere, *plus est, quàm* Mittere. *& ille* Fũdit, *cui magna est copia: nec mittẽdi metuit finem, nimia existente substantia. In eo, quòd dixit* Effundere, *etiam illa possunt intelligi, quæ mitti non possunt; sed fusa proficiunt: vt aqua calida, vt pix feruens & soluta, vel oleum.* AC duris detrudere contis.] *Hoc tunc fit, quum scalæ occupantur, & propè ad summum peruenitur; & fortissimis contis truditur ascendens, ne desiderata possideat. Vnde intelligendum est, scalis vsq; ad Troianos esse peruentum; quãdo virtute res agebatur & contis.* ASSVETI longo muros defendere bello.] *Faciebant hæc, vtpote illi, quos Troiani belli prolixa calamitas fecerat doctiores.* SAXA quoque infesto voluebant pondere, si quà Possent A tectam aciem perrumpere.] *Præter illa, quæ superiùs cõprehendit missa, vel potiùs effusa; dicit nunc ea, quæ testudinẽ, quàmuis firmam & fortem, opprimere pondere & dissoluere potuissent.* CVM tamen omnes Ferre libet subter densâ testudine casus.] *Troianis hæc instanter agentibus, constituti sub testudine, fortiter tolerabant ex summo deiecta, quærentes adipisci victoriam.* NEC iam sufficiunt.] *Iam tamen cœperant vinci, & expugnationem superiorum ferre nõ posse. Posset hoc & de Troianis intelligi: quòd fundendo atq; mittendo defecissent.* NAM quà globus imminet ingẽs, Immanem Teucri molem voluuntq; trahuntq;.] *Hic confirmatur, quòd Troianorum defectio magis dicta sit, quàm Rutulorum. nam quum minuta nihil proficerent, & virium exstitisset magna defectio; super congregatam multitudinem, magnam molem, trahendo atq; voluendo, miserunt Troiani præcipitem. Aestimandum est, quid habuerit moles illa ponderis: quæ quum ferri non posset; tracta in præceps, vel inuoluta, peruenit. Ne autẽ in dubium veniret; præcipitatæ molis euentus dictus est.* QVÆ strauit Rutulos latè armorumque resoluit Tegmina.] *Super quos tanta ruina conciderat, mox eos necauit, aut soluit.* B NEC curant cæco contendere Marte Ampliùs audaces Rutuli; sed pellere vallo Missilibus certant.] *Post factam de suis stragem, vltrà non ausi sunt Rutuli testudinem struere: sed remota fraude atq; insidijs bellicis, cœperunt missilibus & apertâ dimicatione certare. quia suprà dixit,* Quærunt: *& addidit:* Pars aditum, & scalis conscendere muros. *Hoc ipsum,* Quærunt, *ad multas partes, non ad vnam pertinet. Deniq; ait:* PARTE aliâ horrendus visu, quassabat Etruscam Pinum, & fumiferos infert Mezentius ignes.] *Horrendum dixit visu; trucem animo & corpore ingentem.* ET fumiferos infert Mezentius ignes.] *Ibat ergo Mezentius: quem videre tantummodò, magnus fuerat tremor.* CONCVTIEBAT pinum.] *non paruam facem; sed ipsam arborem pini fumiferam.* Pini *dixit: quia hoc materiæ genus, quum ardet, plurimũ fumũ emittit ex se.* AT Messapus equûm domitor, Neptunia proles, Rescindit vallum, & scalas ad mœnia poscit.] *Ecce alia pars, in quà fuit Messapus, Neptunia proles, filius scilicet euersoris Troiæ, & antiqui inimici: obtinuit vallum. Et quia sola supererat turris, quæ esset occupanda: scalas petebat, quibus ad summa eius posset perueniri. Quantò istorum laudatur instantia: tantò præferuntur Troiani: quos ingens manus superare non poterat.* C VOS, ô Calliope, precor, aspirate canenti; Quas ibi tùm ferro strages, quæ funera Turnus Ediderit; quem quisque virum demiserit Orco: Et mecum ingentes oras euoluite belli. Et meministis enim diuæ, & memorare potestis.] *Sub inuocationis contextu, quæ esset dicturus, ostendit; inuocans vnam specialiter Musam; & tangens generaliter, sub plurali numero, vniuersas: vt omnes rogatæ videantur. Obseruanda sunt ergo subiecta: vt colligi possit, vbi, & quemadmodum propositis poëta responderit.*

Turris erat vasto suspectu, & pontibus altis,
Opportuna loco: summis quam viribus omnes
Expugnare Itali, summâq; euertere opum vi
Certabant: Troës contrà defendere saxis;
Perq; cauas densi tela intorquêre fenestras.
Princeps ardentem coniecit lampada Turnus,
Et flammam affixit lateri: quæ plurima vento
Corripuit tabulas, & postibus hæsit adesis.
Turbati trepidare intùs; frustraq; malorum
Velle fugam: dum se glomerant, retroq; residunt
In partem, quæ peste caret: tùm pondere turris
Procubuit subitò; & cœlum tonat omne fragore.
Semineces ad terram, immani mole secutâ,
Confixiq; suis telis, & pectora duro

SER. TVRRIS erat.] *Turres huiusmodi esse ad munitionem ciuitatũ, & in Secũdo legimus. Sed hæ plerumq; mobiles sunt; plerumq; fixæ. Mobiles: vt in duodecimo meminit;* Subdideratq; rotas, pontesque instrauerat altos. *Et Lucanus:* Stellatis axibus agger erigitur, geminasq; æquantes mœnia turres Accipit. *Fixæ: vt in secũdo;* Turres ac tecta domorum. PONTIBVS.] *Pro, tabulatis.* OPPORTVNA loco.] *scilicet circa portas.* OPVM vi.] *Potest & hypallage esse, vt sit, Ope virium.* CERTABANT.] *Zeugma. Potest & Latinos, & ad Troianos referri.* CAVAS.] *Patulas.* DENSI tela.] *Pro, tela densa.* ET flammam affixit lateri.] *Affectatè. Debuit enim dicere: Affixit aut facẽ, aut malleolũ: nõ flammam.* QVÆ plurima vẽto.] *Gliscẽs, & magna facta per ventum.* HÆSIT adesis.] *Non iam adesis.*

Digitized by Google

Transfossi ligno veniunt. vix vnus Helenor,
Et Lycus, elapsi: quorum primæuus Helenor,
Mæonio regi quem serua Licymnia furtim
Sustulerat, vetitisq; ad Troiam miserat armis,
Ense leuis nudo, parmâq; inglorius albâ
Isq;, vbi se Turni media inter millia vidit,
Hinc acies atq; hinc acies astare Latinas:
Vt fera, quæ densâ venantum septa coronâ
Contra tela furit, seseq; haud nescia morti
Inijcit, & saltu supra venabula fertur:
Haud aliter iuuenis medios moriturus in hosteis
Irruit: & quà tela videt densissima, tendit.
At pedibus longè melior Lycus, inter & hosteis,
Inter & arma, fugâ muros tenet, altaq; certat

A *iam adesis; sed quos exedit adhærendo: id est, hæsitâs adedit, vel adesos reddidit.* MALORVM Velle fugâ.] *Honestissima elocutio: cùm honestius sit forti, mala fugere velle, quàm timere mala: quod timidi est, nô fortis.* PESTE.] *Incendio. vt,* Et toto descendit corpore pestis. VNVS.] *Subaudi & alter. nâ nô procedit,* VNVS Helenor & Lycus, elapsi.] *Scilicet non mortem; sed turris ruinam.* MÆONIO regi.] *Aut proprium patris nomen est: aut cognominê eum filio intelligamus. quia, vt suprà diximus, cùm filij vel patris nomê præmittitur, & aliud tacetur; cognomenes eos esse intelligimus.* FVRTIM sustulerat.] *E stupro educauerat. hinc est,* Et dulcia furta. VETITISQVE ad Troiam miserat armis.] *Secundùm Donatum,* B *vetitis fato; quia stare Troia diutiùs vetabatur. sed meliùs, lege militari intelligimus, quâ serui à militiâ prohibebantur. Vnde in Deiotaranâ purgat hoc Cicero: cùm fuisset obiectum, inter equites, quos Deiotarus miserat Cæsari, vnum seruum fuisse: & ait;* Nescio quem ex eo numero seruum iudicatum, non arbitror, nô audiui. sed in eo, etiamsi accidisset, culpam Regis nullam esse arbitrarer. *Vergilium autem nouimus trahere aliqua de historiâ. Seruos sanè nunquam militâsse, côstat; nisi seruitute depositâ: excepto Hannibalis têpore; cùm post Cannense prælium, in tantâ necessitate fuit vrbs Roma vt ne liberâdorum quidem seruorum daretur facultas.* ENSE nudo.] *Id est, stricto.* Ense, *leuis armaturæ est:* nudo *aût stricto, vel sinè vaginâ.* PARMAQVE inglorius alba.] *Quasi tyro: vt diximus suprà: quia picta arma iam probati in bellis habebant.* VT fera.] *Quidâ pardum significari volunt.* LONGE melior Lycus.] *Ergo & Helenor bonus.* INTER.] *Per: vt,* Hunc inter fluuio Tyberinus amœno.

DOM. Sabi. OPPORTVNA.] *turris imminebat portis.* ADESIS.] *côsumptis.* VELLE.] *volebât.* PESTE.] *scilicet igne, incen-* C *dio.* QVEM.] *Helenorem.* SERVA Lycinna.] *Lycinna puella, ex Mæonio rege peperit Helenorem. Poëta hoc fingit.* PALMAQVE inglorius.] *quia rudis ad bellandû Helenor.* VETITIS.] *vel vetitis, quia nesciebat tractare: nam tyro erat.* IVVENIS.] *Helenor.*

VAR. Lect. ET flammam affixit lateri.] *In Mediceo,* Affecit *habetur.* VIX vnus Helenor.] *In antiquis libris,* Halenor. SERVA Lycimnia.] *In antiquis aliquot lib.* Lacymnia *legitur: in alijs,* Licynnia.

CAEL. Rhod. *Seruos non habere caput, Iureconsulti statuunt. Id cùm dicunt, intelligi volunt statum. Proinde, seruum non minuit capite, quia nullum habet: hoc est, nec libertatem, nec ciuitatem, nec familiam. Quibus si quis exsuatur; maxima dicitur capitis diminutio: vt acidit ijs, qui serui pœnæ efficiuntur, atrocitate sententiæ; vel libertis nomine ingratitudinis in patronos condemnatis; vel qui se ad precium participandum venundari passi sunt. Nam minor, siue media capitis diminutio est, cùm ciuitas quidem amittitur, libertas verò retinetur. Quod accidit ei, cui aquâ & igni interdictum fuerit; aut in insulam sit deportatus. Minima verò capitis diminutio est, cùm ciuitas retinetur & libertas, sed status hominis cômutatur. Quod ijs euenit, qui cùm sui iuris fuerint, cœperunt alieno iuri subiecti esse: vel si filius. familiâs à patre mancipatus fuerit. Modestinus, digestis De gradibus cognationis: Cui, inquit, aquâ & igni interdictum est, vel aliquo modo capite diminutus est, ita vt libertatem & ciuitatê amitteret; is cognationes & affinitates omnes, quas antè habuit, amittit. Apud Pacatum in Panegyrico, vbi scriptum legas; Quid memorem capita diminuta, & vitâ are texatam? Sunt qui pro capitatione accipiendum arbitrentur, id est, pro tributo, quod viritim confertur. Id verbum est Iurisperitis frequens. Capitationem qui exigunt, peræquatores ab ijsdem nuncupantur: quòd, inquiunt, ex æquo ab omnibus exigant. In ijs verò, quæ paulò antè diximus, perpendendum id ex Quintiliani libro tertio, capite De statibus, in fine: In adoptionem dato, in familiam redire liceat. Illud certè nouimus, Exeuntem à patris potestate filium, ab paternis quoq; sacris solitum liberari: quæ celebrabat necessariò is, ad quem patris familiâs peruenisset pecunia. Ex hac seruili (vt sic dicam) infirmitate, ad militiam sacramêto rogare, aut vllo modo admittere, nefas sancitum veteribus est. Quod Cicero in Deiotaranâ significat. & & Martianus digestis De rè militari: Ab omni, inquit, militiâ serui prohibentur: alioqui capite puniuntur. Sed & in Helenôre Mantuanus vates, Aeneidos nono, monstrauit:*

——quem serua Lycimnia furtim
Sustulerat, vetitisq; ad Troiam miserat armis.

DON. TVRRIS erat vasto suspectu, & pontibus altis, Opportuna loco.] *Suspectus, est sursum aspectus. quicquid enim in summo ductû est, videri non potest, nisi oculi fuerint in superna porrecti. Ideò* loco opportuna: *quia muniebatur ex maximâ parte vndis fluuialibus, sicut ipse Vergilius suprà dixit:* Classem, q̃ lateri castrorû adiuncta latebat Aggeribus septâ circùm, & fluuialibus vndis. PONTIBVS altis.] *quia, quod altum est, altos necesse est habeat pôtes; quibus in cacumen eius esse possit ascensus.* SVMMIS quam viribus oês Expugnare Itali, summâq; euertere opû vi Certabât.] *Hâc turrim, quâ Troiani tutissimè defendebât, oês Itali, omni adhibitâ vi, & opibus totis, nitebantur euertere: sed nec illi deerât sibi. Deniq; ait:* TROES côtrà defendere saxis.] *Ne quis ad euersionê turris accederet, hâc Troës defendebât saxa mittêdo.* PERQVE cauas dêsi tela intorquêre fenestras.] *Densitatem defensorû faciebat timor, & plena virtutis instâtia.* PRINCEPS ardentê côiecit lâpada Turnus, Et flammâ affixit lateri: quæ plurimâ vêto Corripuit tabulas, & postib⁹ hæsit adesis.] *Principem dixit Turnum: aut omnibus potiorê; aut qui ante omnes facê misisset ardentem: sed quum secutum est,* Ante omnes coniecit: *magis in eo accipiendum est principem, quia facem primus coniecerat. Hæc igitur quoniam venti suffragio iuuabatur, quo incendia nutriuntur; hæsit postibus, & hos cœpit absumere. facilè enim ardere potuit, quod adesum fuerat vetustate.* TVRBATI trepidare intùs, frustraq; malorû Velle fugam.] *Quum inimicis ignibus se peruri aduerterêt, trepidi, quid facerent, cogitabant; quando fugiendorum malorum spes deerat. quoniam per omnia discurrebat incendiû, & hostis tenebat, quà euadi potuerat. Proinde aût flammis pereundû fuit, aut ferro.* DVM se glomerant, retroq; residût, In partê quæ peste caret.] *Dum se, inquit, in eam partê congerunt oês, q̃ interim carebat incêdio.* TVM pôdere turris Procubuit subito; & cœlû tonat omne fragore.] *Bene addidit* Subito: *quoniâ si signû dedisset, liberari forsitâ possent.* SEMINECES ad terrâ, immani mole secutâ, Côfixiq; suis telis et pectora duro Trâsfixi ligno, veniunt.] *Descriptio accidentium, post casum turris. Præcesserunt, inqt, homines, & mox ruina côsequuta est. Inuenit semineces aliquos; alios suis telis, alios lignorum fragmêtis infixos.* VIX vnus Helenor, Et Lycus, elapsi.] *duo de tot & tantis.* QVORVM primæuus Helenor Mæonio regi, quê serua Lycimnia furtim Sustulerat, vetitisq;

titisque ad Troiam miserat armis, Ense leuis nudo, parmâq; inglorius albâ.] *Superfluam originem Helenoris refert. Filius, inquit, fuit regis: natus tamen ex seruâ, nutritus furtim, & quod non licebat, seruus in militiam Troianã datus est. Hic igitur sic effugit casum turris; strictũ ensem & scutum vetmens breue.* Inglorium *dixit hac mereri potuisse: quia casu potiùs euaserat, quàm virtute corporis, aut subtilitate consilij.* ISQVE vbi se Turni media inter millia vidit, Hinc acies atque hinc acies astare Latinas: Vt fera, quæ densâ venantum septa coronâ, Contra tela furit, seseq; haud nescia mortis Inijcit, & saltu supra venabula fertur: Haud aliter iuuenis medios moriturus in hostes Irruit; & quà tela videt densissima, tendit] *Nihil profuit Helenori, quòd ruinam turris euasit, aut quòd nõ interijt gladio suo, quem tenebat nudum. non enim euadere potuit millia hostium, & cateruas incurrit; ad hoc deductus, vt turris casibus liber, teneretur inter arma captiuus. Is igitur, vbi hostibus sic circumdatum, nullamq; spem superesse fugiendi, conspexit; ruit in confertos hostes: ferarum more, quæ viuendi desperatione se ingerunt ferro; & petunt mortem, quam vitare non possunt.* A AT pedibus longè melior Lycus, inter & hostes, Inter & arma, fugâ muros tenet.] *Dixit causam, quâ inter hostes, & inter arma, ad muros potuit peruenire. Pedibus melior, inquit, quàm Helenor: & his adiutus, ad muros fugâ factâ peruenit.* ALTAQVE certat Prendere tecta manu, sociúmque attingere dextras.] *Vbi ad muros venit cœpit niti: vt retineret tectorũ tũna aut sociorum dextris tolleretur in summum.*

ADR. Bat. CONFIXIQVE suis telis.] *In eum, qui eius ipsius verbis reuincitur. Trãslatio sumpta à militibus, qui nonnunquã in pugnã suis ipsorũ gladijs trausuerberantur. Similimum est illi in Terentianis Adelphis:* Suo sibi gladio hunc iugulo.

Prendere tecta manu, sociũmq; attingere dextras.
Quem Turnus pariter cursu teloq; secutus,
Increpat his victor: Nostras'ne euadere, demens,
Sperasti te posse manus? simul arripit ipsum
Pendentem, & magnâ muri cum parte reuellit:
Qualis vbi aut leporẽ, aut candẽti corpore cygnũ,
Sustulit alta petens pedibus Iouis armiger vncis;
Quæsitum aut matri multis balatibus agnum
Martius à stabulis rapuit lupus. Vndiq; clamor
Tollitur: inuadunt, & fossas aggere complent:
Ardentes tædas alij ad fastigia iactant.
Ilioneus saxo, atq; ingenti fragmine montis,
Lucetium portæ subeuntem, ignesq; ferentem;
Emathiona Liger; Chorinæum sternit Asylas:
Hic iaculo bonus; hic longè fallente sagittâ.
Ortygium Cæneus; victorem Cænea Turnus:
Turnus Ityn, Cloniumq;, Dioxippũ, Promulũq;,
Et Sagarim, & summis stantẽ pro turribus Idam:
Priuernũ Capys. hũc primò leuis hasta Themillæ
Strinxerat: ille manum, proiecto tegmine, demẽs
Ad vulnus tulit. ergo alis allapsa sagitta,
Et læuo infixa est lateri manus, abditaq; intùs,
Spiramenta animæ lethali vulnere rupit.
Stabat in egregijs Arcentis filius armis,
Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Iberâ,
Insignis facie: genitor quem miserat Arcens,
Eductum Martis luco, Symethia circùm
Flumina; pinguis vbi & placabilis ara Palici.
Stridentem fundam, positis Mezentius armis,
Ipse ter adductâ circùm caput egit habenâ;
Et mediâ aduersi liquefacto tempora plumbo
Diffidit; ac multâ porrectum extendit arenâ.
Tùm primùm bello celerem intendisse sagittam
Dicitur, antè feras solitus terrere fugaces
Ascanius; fortemq; manu fudisse Numanum:
Cui Remulo cognomen erat; Turniq; minorem
Germanam, nuper thalamo sociatus, habebat.
Is primam ante aciem digna atq; indigna relatu
Vociferans, tumidusq; nouo præcordia regno,
Ibat, & ingenti sese clamore ferebat.
Non pudet obsidione iterum valloq; teneri,

SER. PRENDERE tecta manu.] *Quia tunc alti non erant muri, sed ad impetũ tantũ repellendũ. vt etiam Sallustius ostẽdit, vbi Sertoriũ, humeris sublatũ, per muros ascendisse cõmemorat.* CVRSV teloque secutus.] *Nimiam eius ostendit celeritatem, qui potuit telũ missum cõsequi. nam hoc dicit: Cum præmisso telo ad hostẽ venit. Statius:* Et emissum cursu comprendere telũ. REVELLIT.] *In verbo* Vello, *facit in participio* Vulsus. QVALIS vbi aut leporẽ.] *Pro, qualiter. Comparatio Homerica:*

ὥρμησεν δ' ἀλεὶς ὡς αἰετὸς ὑψιπετήεις
ὅς τ' εἶσιν πεδίονδε διὰ νεφέων ἐρεβεννῶν
ἁρπάξων, ἢ ἄρν' ἀμαλὴν ἢ πτῶκα λαγωόν.

PEDIBVS Iouis armiger vncis.] *Quia dicitur in bello Gigantum Aquila Ioui arma ministrâsse, quod tamen fingitur. Nam, vt suprà diximus, Iupiter & Saturnus reges fuerunt. Sed Iupiter dum cum patre Saturno haberet de agris contentionem, ortum bellum est: ad quod egrediens Iupiter, Aquilæ vidit augurium: cuius cùm vicisset auspicio, fictum est, quòd ei pugnanti tela ministrâsset. Vnde etiam à felici augurio natum est, vt Aquila militaria signa comitet.* QVÆSITVM.] *Qui quæritur. nam præsens à passiuo non habet. & est prothysteron: nam post raptum requiritur. Vel quæsitũ, requirendum,* ποθητόν. MVLTIS balatibus.] *Id est, cum multis balatibus.* MARTIVS lupus] *Aut cruentus, aut Marti dicatus.* AGGERE.] *Agger est cuiuslibet rei cumulatio; vnde fossæ aut valles possunt repleri. Subaudiendũ tamẽ,* Alij. INGENTI fragmine mõtis.] *Supradicti saxi exaggeratio est.* LVCETIVM.] *Solum hoc nomẽ est, quod dictũ à Vergilio in nullo alio reperitur autore. Sanè linguâ Oscâ Lucetius est Iupiter; dictus à luce, quã præstare dicitur hominibus. Ipse est nostrâ linguâ Diespiter, id est, diei pater. Horat.* Namq; Diespiter plerũq; per purum tonantes Egit equos. HIC iaculo bonus.] *Nescias de quo dixerit.* CÆNEA Turnus: Turnus Ityn.] *Vt ait Lucil. Bonum schema est quotiens* B *sensus variatur in iteratione verborum; & in fine positus, sequentis fit exordium: qui appellatur climax.* PRO turribus.] *Aut pro defensione turrium: Aut sic magni, vt turrim putares.* HASTA Themillæ.] *Themillas, Themillæ, vt Aeneas Aeneæ.* Leuis *autẽ* hasta, *pro, leuiter veniens.* Vnde & strinxerat *dixit, id est, paulùm vulnerauerat. Vt,* Tãdem etiã magno strinxit de corpore Turni. DEMENS.] *Qui scutũ, quo se tegebat, abiecit.* ALIS.] *Pennis.* ET læuo infixa est lateri.] *Ostendit vulneris locũ qui antè suppresserat. Sic in quarto;* Infixum stridit sub pectore C vulnus. SPIRAMENTA animæ. *Diffinitio pulmonũ: qui dicũtur à spirãdo. i. à pulsu, sicut Græcè πνεύμων, ἀπὸ τοῦ πνεῖν.* PICTVS acu chlamydẽ.] *Hoc est, habẽs chlamydẽ Phrygiam. Vt,* Et Phrygiâ Ascanio chlamydẽ. *& est figuratũ,* pictus chlamyde. FERRVGINE clarus Iberâ.] *Ferrugo coloris genus est, qui vicinus est purpuræ subnigræ.* Iberâ *aũt modò, nõ Hispanicâ, sed Ponticâ. nam Iberia pars Ponti est, inter Persicam & Armeniam; vbi optimè colores diuersi tinguntur: vt ostendit Horatius, dicens,* Herbasque, quas & Colchos atque Iberia mittit, Venenorum ferax. GENITOR quem miserat arcens.] *Ordo est: Stabat Arcentis filius, Arcens, in armis egregius. nam non cõgruit, vt, huius filij prætermisso nomine, bis fiat patris commemoratio.* SYMÆTHIA circùm flumina.] *Symæthos fluuius est Siciliæ à rege Symætho dictus, haud lõgè ab vrbe Catinensi; circa quẽ sunt Palici dei, quorũ talis est fabula. Aetnam nympham (vel, vt quidã volũt, Thaliã) Iupiter cũ vitiâsset, & fecisset grauidam; timẽs Iunonẽ, (secundũ alios) ipsam puellã Terræ commendauit; & illic enixa est. Secundùm alios, partum eius.*

A tum eius. Postea, cùm de Terrâ erupisset duo pueri, Palici dicti sunt quasi iterum venientes. nam πάλιν ἱκέσθαι, est iterum venire. Hi primò humanis hostijs placabantur: postea quibusdā sacris mitigati sunt, & eorum immutata sacrificia. Indè ergo, placabilis ara: quia mitigata sunt eorū numina. Palicos, nauticos deos Varro appellat. Alij dicunt, Ioué hunc Palicum, propter Iunonis iracundiam, in Aquilam commutâsse. Alij, Vulcani & Aetnæ filium tradunt. Sed incertum, ex quâ reconditâ historiâ Arcenté istum induxerit. neq; enim sine ratione, vel lucus Martis appositus est. & quid homo Siculus in hoc bello faciat, quem nusquam suprà cū Aeneâ dicit ad Italiā peruenisse? LIQVEFACTO tēpora plumbo diffidit.] Plumbum enim iactū, nimio rotatu & aëris calore dissoluitur. Statius: Et arsuras cœli per inania glandes. MVLTA.] Dicendo, multâ, ostēdit corporis proceritatē. PORRECTVM extendit arenâ.] Intelligimus eum cecidisse trans murum. TVM primùm bello.] Hoc loco puerū ideò postea fecit armari; quia legit in historiâ, pueros de bellis gloriam reportâsse: Filium Marci Drusi annorum sexdecim: Crispini filium Crispinum, in Corsicâ, cùm fugeret exercitus Spurij Caruilij Consulis, bellū

B restituisse: Apud Soram, bello Italico, ab Herennio, puerum in aciem eductū, à quo hostem occisum spoliatumq;: Lucij Tarquinij filium, quem ob hoc pater aureâ bullâ prætextâq; donauit. MINOREM germanā.] Quia maior nympha fuerat, Iouis voluntate. DIGNA atq; indigna relatu.] Indigna, id est, turpia & obscœna. Vt dici solet, fanda & nefanda. NOVO regno.] Aut nouâ regij generis affinitate: aut quia etiam ipsi per regis filiam portio debebatur imperij: aut partem regni à Turno acceperat. INGENTEM sese clamore ferebat.] Non erat ingens, sed se esse clamabat ingentem. ITERVM.] Denuo. Nam iam tertiò obsidentur. & Iterum non nisi de duobus dicimus.

POM. Sabi. IOVIS armiger.] aquila quia fulmine non tangitur, fingitur à poëtis armiger Iouis. Poëtæ dicunt, in bello Giganteo aquilam ministrâsse Ioui arma. Alij volūt, Iouē, cùm vellet pellere Saturnū, augurio aquilæ vsum. ILIONEVS &c.] Hæc nomina data Troianis sunt Græca, propter Euandrum, & sunt Tyrrhena. nam ex Euādro & Tyrrhenis auxilia erāt. HIC.] Emathio. SAGITTA bonus.] Corynneus. TVRNVS Itym, &c.] Hæc nomina sumpta ex antiquitate Phrygiæ.

C SAGARIM.] à fluuio Phrygiæ Sāgario. LEVIS hasta.] leuiter veniens. STRINXERAT.] vulnerauerat. DEMENS.] ideò demens, quia clypeum proiecit. THEMILLAS.] Troianus erat. LATERI manꝰ.] vulnerauit manū & latus. LETALI vulnere.] sagitta perforauit pulmonem. nam pulmo spiramentū animæ est. PICTVS acu chlamydē.] Phrygiā intelligit. nam Phryges inuenerunt acu pingere vestes. FERRVGINE clarus Iberâ.] Iberi populi sunt, inter Colchos & Albanos. ex his venêre, vt M. Varro ait, qui in Hispania habitauerunt: à quibus Hispania Iberica; & fluuius Hispaniæ Iberus. SYMETHIA flumina.] supra Catonem & Centuripas, Symetus fluuius est, in Siciliâ. Propè est fabula Palicorū. Talia nympha, Ioue grauida, optauit: & ita factum est, vt sub terrâ pareret gemellos. & dixêre Palicos: quia è terrâ emerserūt. Alij dicūt, Aetnam nymphā à Ioue, post concubitum, cōmendatam terræ; & illic enixā gemellos. Appellauêre Palicos, quasi iterū nascētes. Sanguine humano priùs placabātur: & indè mitigati, alias admisêre hostias. Templū habebant, cū vaticinio. Olim cū premeretur Sicilia caritate annonæ, ab his accepto responso, fertilitas cōsequuta est. ideò dicit: Pinguis ara, nisi de sacrificijs intelligat. C. Nautio Rutilio, L. Minutio Carutiano Coss. Ducetius Siculorum dux, vrbē condidit iuxta templū Palicorū: Palicos enim appellauit. Templū id vetustâ religione et miraculis horrendū. Propè sunt crateres profundissimi, ignis interdū scintillas emittētes. Sunt & alij fontes bullientes, vt aquæ in lebetibus sulphureum odorē eructantes: supra hæc id verò admirabilius, quòd aqua bulliens nunquā effunditur, & nunquam subsidit. In templo Palicorū, qui periuri sunt, obcæcantur: ideò iurisiurandi trutina illic posita. Quicunq; eò cōfugiebant, tuti erāt: nec quisquā vllo tēpore fraudatus est. In planitie situm est templū, porticibus & sumptu ædificiorū conspicuum. Palice vrbs breui coaluit, breui perijt. Hæc Diodorus libro 11. Silius: Et qui præsentis domitant periura Palici. STRIDENTEM fundam.] Mezentius fundā interemit filiū Arcentis. CELEREM sagittā.] prima sagitta emissa ab Ascanio contra homines. GERMANAM minorem.] Maior soror Turni dicebatur Iuturna; & erat nympha: minor erat nupta Remulo Numano. IS.] Numanus. TVMIDVS nouo regno.] nam acceperat in dotē à Turno particulam regni. NON pudet.] Loquitur Numanus.

QVÆSITVM aut matri.] In Romano libro, Matris legitur. ET læuo infixa est lateri manus.] In antiquis aliquot Adfixa: quod nequaquam displicet. VAR. Lect.

DON. QVEM Turnus pariter cursu teloque secutus.] Cursu, inquit, secutus & telo. tantum cucurrit Turnus, quantum cucurrit & telum. Magnam ibi laudem currentis expressit; quam dicit eum cum telo peruenisse, quod iecerat. INCREPAT his victor.] Insultantis voce vsus, his compreh ensum increpare non destitit. NOSTRAS NE euadere demens, Sperasti te posse manus?] Quàm breuis dictio, & superfluis carens! Quid enim multa ingerat verbis in eum, quem iam tenebat ad exitium; & ad cuius pœnam gladius debebat properare potiùs, quàm verba? cui satis ad conuersationem daret, si plurimis loqueretur. Apparet, inquit, te esse dementem; quando sperasti te meas manus euasurū; quando hoc tibi prouenire posset, vt viueres: qui sequentem Turnum ratus es fugam tuam præuenire non posse. SIMVL arripit ipsum Pendentem, & magnâ muri cum parte reuellit.] Ecce, quantum profuit pernicitas Turni. Iam euaserat Lycus, iam tenebat tuta: denique, quum eum pendentem rapuisset, cum muri parte, quam tenebat, auulsus est. Hoc factum est Turno loquente; ne effectum perderet increpatio. Hoc est, quod ait, Simul arripit ipsum Pendentem: vt Turnum & locutum esse, & verbis factum sociâsse monstraret. QVALIS vbi aut leporem, aut candenti corpore cygnum, Sustulit alta petens pedibus Iouis armiger vncis.] Comparatio, quomodo Turnus rapuit Lycum. Quemadmodum solet, inquit, aquila vnguibus leporem tenere, vel cygnum. QVÆSITVM aut matri multis balatibus agnum Martius à stabulis rapuit lupus.] Aut quomodo solet lupus agnum matri subripere. Aquila & Lupus, quibus Turnum comparauit, animalia sunt satis astuta, & ad rapiendum aptissima. Lepus verò & Cygnus, semper prædæ subiecti; & quos semper feritas tanta despiciat. Hoc igitur factum quum Turnus mirâ celeritate complesset: VNDIQVE clamor Tollitur.] Quis enim nō laudaretur, propter tantum velocitatis effectum? INVADVNT, & fossas aggere complent.] Occasio eorum, quæ Troianis acciderant, dedit Rutulis inuadendi copiam, & congestione terræ fossas implendi. ARDENTEIS tædas alij ad fastigia iactant.] Euictis enim fossis, facilè vsque ad ipsam turrim potuit perueniri. quo factum est, vt vsque ad ipsa fastigia iactarentur faces; vt à summo ardens, inferiora flammis & ruinâ dejiceret. ILIONEVS saxo, atq; ingēti fragmine montis. Lucetium portæ subeuntem, ignesq; ferentem; Emathiona Liger; Chorinæū sternit Asylas.] Semel positū Sternit, ter accipiendū: quoniā tres à tribus dixit occisos. Ilioneus quippe Lucetiū strauit; Emathiona Liger strauit; Chorinæum Asylas strauit. Similiter intelligendum, & portæ subeuntem, ignesq; ferentem, trium personis aptandum esse: vt tres ad incendendū portam accesserint; tres à tribus videantur occisi. HIC iaculo bonus, hic lōgè fallente sagittâ.] Ad istorum trium perficiendum necem, vnum dixit vsum esse saxo; alterum iaculo; tertium sagittâ. Ortygium Ceneus; victorem Cenea Turnus; Turnus Ityn, Cloniumq;, Dioxippum, Promulumq;, Et Sagarim,

Digitized by Google

rim,& summis stantem pro turribus Idam.] *Subauditur, occîdit. Sed quærendum est, quid sit,* Summis stantem pro turribus? *potest enim intelligi, quòd ante turres stabat. sed hîc magis, quia de obsessis loquebatur clausis, pro defensione turrium stantem, hoc est, laborantem, debemus accipere.* PRIVERNVM Capis: hunc primò leuis hasta Themillæ Strinxerat.] *Primò, inquit, illum Themillæ hasta non grauiter percusserat.* ILLE manũ proiecto tegmine demens Ad vulnus tulit] *Demẽs, hoc est, incautus atq; incõsideratus, proiecto scuto, quo aduersus insidias vel secuturam vim tutus esse potuerat, manũ tulit ad vulnus.* ERGO alis elapsa sagitta, Et læuo infixa est lateri man⁹, abditaq; intus Spiramẽta animę lethali vulnere rupit.] *Et quũ se opportunum dedisset ad mortẽ, & vulnus cuperet manu contingere, & premendo dolorem mitigare; sagitta sequens ipsam eius manum, lateri infixit, & vsq; ad interiora viri pertendens, lethale vulnus, ruptis omnibus, quæ animum tenent, commota morâ difficultatis, innexit. Hinc intelligitur, quia ictus hastæ nihil lethale percusserat.* STABAT in egregijs Arcentis filius armis.] *Huius nomẽ non dicẽdo, & demonstrando patris, videtur ostendisse, quòd Arcens etiam ipse diceretur. & illud intelligi potest p patrẽ: vt ostẽderetur iste, cuius fuit nomẽ incognitũ.* STABAT, *inqt,* in armis egregius, Pict⁹ acu chlamydẽ.] *Ex acu habẽs picturas in chlamyde.* ET ferrugine clarus Iberâ.] *À nomine loci addidit speciei dignitatem. quomodo alio loco:* Tyrioque ardebat murice læna. *sed illic purpura significata est, cõfecta ex murice: hîc aũt ferrugine dixit aërij coloris.* INSIGNIS facie.] *Hoc est, ipse quoq; formosus.* GENITOR quẽ miserat. Arcens.] *Hũc in bellũ pater suus Arcẽs miserat.* EDVCTVM Martis luco.] *Educatum atq; nutritũ in Martis luco.* SYMÆTHIA circùm Flumina, pinguis vbi placabilis ara Palici.] *Dixit lucum, & cui deo videretur esse sacratus: addidit & regionis & fluminis signa. Hunc iuuenem notabiliter poëta descripsit: quasi bellum, aut tempus, quo Troiani in periculo tam graui fuerant constituti, non desiderarent aut pulchros, aut otiosos, aut veste conspicuos.* STRIDENTEM fundam, positis Mezentius armis, Ipse ter adductâ circum caput egit habenâ.] *Quantò enim contorta fuerit funda frequentiùs; tantò ictus perfectus ex ipsâ fortiùs currit, & grauior peruenit. Positis, inquit, hastis Mezentius, ad fundam sese conuertit. Cur enim contra morem ferro contenderet? & illud intelligi potest, idcirco illum hastas posuisse; vt expeditior esset ad fundam.* Stridentem *ait* fundam: *quia, cùm torquetur, vt impetum colligat, stridet. Fundæ intortæ quanta vis fuerit, consequenter ostendit, subijciendo:* ET media aduersi liquefacto tẽpora plumbo Diffidit, ac multâ porrectum extendit arenâ.] *Solent & lapides his mitti tormentis: sed violentior est species plumbi, quum iacitur. Hæc enim emissa sinu fundæ, dum fertur, aëre dissoluitur; & veniens, non tantùm pondere, verùm etiam liquore plumbeo, quasi ignis, quicquid inuenit, vrit, atq; dissoluit. Deniq; in huius faciem veniens, eum, qui stabat, non armis, sed veste conspicuus, vno ictu prostrauit.* TVM primùm bello celerem intendisse sagittam Dicitur, antè feras solitus terrere fugaces, Ascanius; fortemque manu fudisse Numanum, Cui Remulo cognomen erat Turnique minorem Germanam, nuper thalamo sociatus, habebat.] *Ecce, quanta necessitas, vt puer inter iuuenes auderet arma tractare! Poëta tamen, quoniam impossibile videbatur, pueri manu robustissimum iuuenem cecidisse; non se facit autorem.* Dicitur, *inquit, factum, vt in auspicijs Ascanij, qui feras sagittis agitare consuêsset, Numanum cecidisse, qui alio nomine etiam Remulus diceretur, & sorori Turni, quæ esset natu minor, nuptiarum esset sorte coniunctus. Quum dicit,* Thalamo sociatus habebat, *ostendit, honestã coniugij societatem fuisse contractam. Erigebat istum regalis puellæ cõiunctio, nouum regnum, & affinitas Turni.* IS primam ante aciem digna atq; indigna relatu Vociferans.] *Indigna relatu, turpia debemus accipere: quæ non decuit grauem poëtam, & honestum, inserere carminibus suis.* TVMIDVSQ. nouo præcordia regno Ibat, & ingenti sese clamore ferebat.] *Tantâ iste coniunctionis Turni superbiâ ferebatur, vt licenter ante aciem & temerè staret: indè existimans se magnum; quia clamabat. Est aũt tale hominũ genus, qui secundis rebus; vt, qui sint, vel quales, nec ipsi discernant. Incipit dicere, quæ essent relatu digna, omissis deterioribus; quæ tãto carmini potuit nectere.* NON pudet obsidione iterũ] *Ideò* Iterũ, *quia obsessi fuerant in Troiâ, & rursum in præsenti.* VALLOQVE teneri?] *Quod semel dixit,* Iterum, *bis debemus accipere: vt sit, Iterum obsidione, iterum vallo.*

A

B

DIGNA atq; indigna.] *Si quẽ significabimus inter iurgandum nihil reticuisse, sed quicquid in buccam venerit dixisse: conueniet illud;* Digna atq; indigna relatu vociferans. TVMIDVSQVE nouo præcordia regno Ibat.] *In eum, cui sublatus animus est, quia paululum fortè accesserit possessionis, à mortuis parentibus relictæ: aut quia sacerdotium obuenerit inopinatum.* ADR. Bar.

C

Bis capti Phryges, & morti prætendere muros?
En, qui nostra sibi bello connubia poscunt.
Quis deus Italiam? quæ vos dementia adegit?
Non hîc Atridæ, nec fandi fictor Vlysses.
Durum à stirpe genus: natos ad flumina primùm
Deferimus, sæuoq; gelu duramus & vndis:
Venatu inuigilant pueri, syluasq; fatigant:
Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu.
At patiens operum, paruoq; assueta iuuentus,
Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello.
Omne æuum ferro teritur, versâq; iuuencûm
Terga fatigamus hastâ; nec tarda senectus
Debilitat vireis animi, mutatq; vigorem.
Caniciem galeâ premimus: semperq; recentes
Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.
Vobis picta croco, & fulgenti murice vestis:

SER. BIS capti Phryges.] *Semel ab Hercule, postea à Græcis. Alij tradũt, semel à Græcis; & nunc à Latinis: & hoc magis aptum esse Numani personæ: vt se cœpisse existimet, qui tam iactans & petulans inducatur.* MORTI prætendere muros.] *Emphasis est.* Morti *enim, pro bello posuit. Sic suprà,* Læti discrimine paruo. *Cũ potuerit* hosti *dicere: scilicet vt nihil Troianis reliquum faceret.* NOSTRA cõnubia.] *Aut quasi Turni cognatus loquitur: aut inuidiosè retorquet* nostra connubia; *& vult causam omnium esse communem.* ITALIAM.] *Ad Italiam.* NON hîc Atridæ.] *Exaggeratio vituperationis. nam non tantùm se Troianis; sed etiam eorum victoribus præfert. Potest & Atridas intelligere, quorum coniuges aut deserunt maritos; aut interimunt reuertentes.* FANDI fictor Vlysses.] *Aut fallax; aut λογοδαίδαλος, id est, qui dolum celat sermonis ornatu.* DVRVM à stirpe genus.] *Italiæ disciplina et vita laudatur: quam & Cato in Originibus, & Varro in gente populi Romani, commemorant.* GELV duramus, & vndis.] *Vndis gelidis. & est ἓν διὰ δυοῖν: vt,* Hamis auroq; trilicẽ. *Nam nemo, quod plus est, priùs dicit. Si enim duo essent, antè aquã diceret; sic gelu.* VENATV.] *Pro, venatui: vt, Curru, pro currui. Ablatiuo dubius, vel pro datiuo.* PVERI.] *Bene venerationẽ pueris dedit; opus rusticũ iam iuuenib.* SYLVASQVE fatigant.] *Ipsi fatigantur in syluis: vel pro feris* syluas *posuit, in quibus sunt feræ.* FLECTERE ludus equos.] *Aliorum labor, nostræ pueritiæ ludus est.* Flectere *aũt, verbo antiquo, vsus est. nam equites apud veteres Flexuntæ vocabãtur; sicut ait Varro rerũ humanarũ. Sanè Poëta meminit sui. nã ait superiùs,* Ante vrbẽ pueri, & primæuo flore iuuẽtus, Exercẽtur eqs.

AT pa-

A AT patiens operum, paruoq; adsueta iuuentus.] *Hoc & in Georgicis laudat. nam magnæ virtutis est, in nimio labore paruis esse contentũ.* TERRAM domat.] *Bene bellico vsus est verbo. & ne à re militari discederes: nõ dixit, terras colimus; sed domam⁹: ac si diceret: cũ hostes desunt, terras ferro domamus.* QVATIT oppida bello.] *Oppidũ qdã à vico castelloq; magnitudine secernũt. Alij locũ muro, fossâue aliâue, quâ munitione cõclusum: alij, locũ ædificijs cõstitutũ, vbi fanũ, comitium, forum, & murus sit: alij oppidũ dici, ab oppositione murorũ: vel quòd hominibus locus esset oppletus: vel quòd opes illò munitionis gratiâ congestæ sint.* VERSA iuuencûm terga fatigamus hastâ.] *Agriculturã sine officio belli non gerimus. Est aũt* κακοσύνθετον *&* ὁμοιοτέλευτον. *Nã* Terga, *cũ eodem fine casus terminatur, vt* Versâ hastâ. *Nam est ita: versâ hastâ iuuencorũ terga fatigamus, id est, cædendo vrgemus.* TARDA senectus.] *In alijs,* sera senectus. NEC senectus debilitat vires animi.] *Bene animi: quia nõ est ausus,* corporis *dicere. Nec enim potest fieri; vt, quamuis robustus senex, vires habeat prioris ætatis, & suæ cõparetur adolescentiæ. Nunc ergo, licèt dicat fortes esse etiam senes; bonâ* B *tamẽ est vsus tẽperatione; vt diceret, nihil animorũ vigori derogare temporis vetustatem.* CANICIEM galeâ premimus.] *Id est, semper militamus.* VOBIS picta croco.] *Vituperatio Troianorũ: in quâ vtitur argumẽtis, quæ in Rhetoricis commemorat Cicero; à gente, habitu, & gestu. Et sunt molliores versus apti, ad carpendam molliciem. Sanè vestes acu pictas coloribus Phryges primi inuenerunt: nam ideò & artifices talium vestium Phrygiones appellantur.* FVLGENTI murice.] *Purpurâ. Hanc autem vitio & dedecori apud maiores fuisse, constat. Iuuenalis:* Peregrina ignotaq; nobis, Ad scelus atque nefas quæcunque est purpura ducit.

POM. Sabi. ET morti.] *id est, bello; aiunt. Ego puto,* morti: *quia omnino moriemini in hoc bello.* BIS capti.] *Deridet Troianos.* SÆVOQVE gelu duramus & vndis.] *Nutrimus infantes inter gelicidia, ad labores futuros: qui mos Lacedæmoniorum fuit. qui verò infantes inter delicias fouent, peccãt.* FLECTERE ludus equos.] *Italis lud⁹ est flectere equos. Laudat Italos. Silius:* Et opum non indiga corda. AVT rastris.] *Maiores nostri optimos milites ex agriculturâ accipiebant. Cato ait: Maiores nostri, virum bonũ cùm laudabãt,* C *ita laudabant: Bonum agricolam, bonumq; colonum. Amplissimè laudari existimabatur, qui ita laudabatur.* ANIMI.] *nõ ad vires; sed ad vigorem.* MVRICE vestis.] *Murice, pro purpurâ. vt suprà:* Et acu distincta. *diximus in Culice, & paulò antè.*

VAR. Lect. ET morti prætendere muros?] *In libris antiq. Marti legitur.* SÆVOQVE gelu.] *In antiquis libris,* Duroq; gelu *habetur.* CONVECTARE iuuat prædas.] *In peruetustis aliquot libris,* Comportare *legitur.*

CAEL. Rhod. *Persis itẽ videntur lege permissa fuisse furta. Nam qui rapto viuerẽt apud eos, Cardaces vocabantur: quia carda, virile ac bellicosum signat. Apud Pausaniam & Ammoniũ, Cardaces pro militibus accipi videtur. à Caribus verbũ esse propagatũ, scribit Eustathius. Apud Aelium Dionysium impios homines dici Cardacas, obseruaui. Esse enim mercede militantes Barbaros, apud Theopompum. Simpliciter verò, inquit, Persæ, quélibet fortè furaciq́, Cardaca vocãt. Cares primos mercede militâsse, auctor Pausanias est. Tauro Scythas Herodot⁹ scribit, in Melpomene, furãdi licẽtiã sibi victũ cõparare; atq; itẽ ex bello. Refert Gellius, apud veteres Aegyptios, quod genus homines cõstat, & in artibus reperiendis solertes cumprimis extitisse, & in cognitione rerum indagãdã sagaces, furta omnia indiscriminatim fuisse licita; & proinde citra vllam noxam pœnámve. Sed & poëta nobilis, Aeneid. 9. de Latinis ita canit:*

Canitiem galeâ premimus; semperq; recentes
Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.

Sed quod paulò antè, ab eodem, de Latinis eisdem pronunciatum:

Durum à stirpe genus: natos ad flumina primùm
Deferimus, sæuoq; gelu duramus & vndis:

videtur item de Spartanis tractum moribus. Nam, vt Seneca nobis auctor est, libro Suasoriarum primo: Omnibus sua decora sunt. Athenæ eloquentiâ inclytæ habebantur; Thebæ sacris; Sparta armis. Ideò Eurotas amnis hanc circumfluit; qui pueritiam induras ad futuræ militiæ patientiam.

DON. Quid sit Iterum, *ipse exposuit, dicẽdo:* Bis capti Phryges. *Sed idcirco, inquit, non semel vobis hoc contingit, quia Phryges estis. Hoc gentis nomẽ pro conuitio posuit; quasi eneruati, molles, imbelles, ac fœminis proximi, & captiuitatibus crebris obiecti. Crimẽ enim fuit, quia iterũ. potuit quippe casus fuisse in primâ obsidione: sed quum secundò quoq; vallati sunt, nec prima potest casibus applicari, nec secunda obsidio.* ET morti prætendere muros?] *Nouum, inquit, inuentũ inertiæ: quæ sibi murorũ munimẽta conquirit, nõ vt clausos defendant; sed vt obsessos abdicẽt.* EN, qui nostra sibi bello cõnubia poscũt.] *Singula habent vim suam.* En, *inquit: vituperantis demõstratio est hæc.* En qui, *hoc est, mèdici, naufragi, dissoluti.* Nostra, *quasi meliorũ, atq; nobilium.* BELLO cõnubia poscũt.] *volunt, inquit, bello alienũ coniugium quærere; qui in causâ simili sciũt sese mactatos.* QVIS deus Italiam?] *Quis deus, iratus scilicet, vos ad Italiã morituros adduxit?* QVÆ vos demẽtia adegit?] *An dementia vos huc impulit, quâ soletis ferri præcipites?* NON hîc Atridæ, nec fandi fictor Vlysses.] *Inter nos, inquit, nõ sunt Atridæ, nec Vlysses. Primos Græcorũ maculat; vt reliqui deteriores inueniantur. Vlysses enim, mentiendi atq; fallendi arte peritissimus fuit. Atridæ, quũ summam tenerẽt imperij, Helenã perdiderunt nescientes; & tamẽ obtinuerunt aduersum vos, & vicerũt: & victores fecistis, qui alios superare nõ possent.* DVRVM à stirpe genus.] *Genus, inquit, nostrũ, non arte aliquâ fit durũ, sed nascitur forte.* NATOS ad flumina primũ Deferim⁹.] *Vsqueadeò nostros liberos paramus ad laborem, vt mox natos deferamus ad flumina. Si hoc solum diceret, nõ tãta esset laudantis assertio. quanti enim laboris est, vndam fluminis pati?* Addidit: SÆVOQVE gelu duram⁹ & vndis.] *Vt ostẽderet, naturã fluminis frigidã, &, interueniente gelu, sæuitiam ipsius fluminis duplicari: Apud nos (inquit) vnusquisq;, quum nascitur, cum ipso primæ lucis exordio, labores quoque durissimos auspicatur: in vndas fluuiales, & in glaciem missos; ne aliquando delicias etiam sui nescius sentiat.* VENATV inuigilant pueri.] *Puerilis enim ætas succedit infantiæ. Ad hanc, inquit, quum venerint; venationibus pueritiam transigunt.* Quod *genus exercitij proficit bello. illic enim discitur, quicquid pugnarum certaminibus est necessarium: equitatur, curritur, mittuntur hastæ, sagittæ iactantur. Vsqueadeò hoc verum est, vt sequatur:* Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu. *Hi sunt nostrorum puerorum ludi: nec aliorum puerorum more, inanibus officijs occupantur.* SYLVASQVE fatigant.] *Non syluas fatigant; sed latitudinem syluarum obeundo percurrunt. A pueritiæ autem laboribus, & venandi studio, ad agrorum transeunt cultum. Itaque ad omne genus laboris sic producitur ætas eadem: vt à consuetudine laborandi nihil repentinum videat, nihil sentiat nouum. Hoc est, quod ait:* AT patiens operum, paruoq; assueta iuuentus.] *Sic, inquit, ætatem iuuenum nostri suscipiunt: & laborare didicerunt, & paruis opibus viuere.* AVT rastris terram domat, aut quatit oppida bello.] *Nunquam se patiuntur desidiã otioq; corrumpi. Denique, illorum virtute, aut hostis domatur, aut terra.* OMNE æuum ferro teritur.] *Itaque fit, vt vita omnis nunquam deserat ferrum.* VERSAQVE iuuencûm Terga fatigamus hastâ.] *Et quum aratro proscindimus terram, hastâ iuuencus ducitur; hastâ in opus vrgetur: vna atq; eadem species, & ruri seruit, & bello. Vertitur in hostem exercitatio agricolæ: & sic exagitat bouẽ, vt semper apud nos militas rusticus. Et ne quisquã improuisus irruat, semp armatus est: ne tunc securus animi, quũ iacet,*

OMNE

OMNE æuum ferro teritur.] *Nulla ætas nostra est, quæ nesciat ferrum.* Quum dixit, Omne æuum: *addidit ætatis sensum: vt confirmet, omne æuum ferro conteri.* NEC tarda senectus Debilitat vires animi, mutatq; vigorem.] *Tardam senectutē dixit: nō quòd tardè veniat, sed quòd faciat homines tardos, hoc est, segnes ad laborem subeundū. Nec ipsa (ait) senectus vires nostras infringit animi, mutatq; vigorem. hoc vult dicere: senectutis aduētus nec vigorem animi minuit, nec de subtilitate corporis.* CANICIEM galeâ premimus.] *Tantū potest laborandi vsus, vt nec ipsi senectuti parcamus. Tegitur canicies galeâ: nec tūc immune periculis caput est, quo debuit excusari, propter seniū.* SEMPERQVE recētes Cōportare iuuat p̄das, & viuere rapto.] Semp, *inquit. nō enim magnū est, interdum aliquid agere laboriosum. indè est, quòd ait:* Recentes prædas. *Qui enim semper venatur, aut pugnat, semper potitur prædarum nouitate. Et quia sunt, qui inuiti laborē subeant, adiecit:* Iuuat viuere rapto. *Illa est, inquit, apud nos ratio melior vitæ, si recēti prædâ pascamur, & alienis opibus captis, ducamus cōmunes dies.* CANICIEM galeâ premimus.] *tamen in nobis maior gloria est, vt etiam cani procedamus ad bellū. Nulla nobis ætatis occasio est, nec à militiæ munerib. quenquā tarda senectus excludit. voluntas aggreditur omnia, & ausus omnes voluntate cōplentur. Senes nostri nouerint de campo redire cū palmis: & quā iuniores sudantem posuerint galeam, madentem monstrant* [illegible] *bus senectuti. Nescit apud nos senectus tardos efficere, quos iuuentutis finibus, quum venit, exclusrit. vna temporis adeptio est: nec imminentem metuimus senectutem, neq; eius senes detrimenta sentimus: sola canorū signo discitur aduenisse. Ipse capitis candor, non solùm hostes, sed ipsa quoq; vitia senectutis expugnat. Imponitur senectuti galea: ne iuniorem faciat, quem gloriosum iuuentā tradente suscepit. Interea, ab ipso obiurgationis initio, comparatiuæ materiæ partes induxit. Completis, quæ pro se facerent, transit ad deformationem Troianorum.* VOBIS, *inquit,* picta croco, & fulgenti murice vestis; Desidiæ cordi.] *Delicata enim vestimenti species, dissolutionem animi & corporis parit. Deniq; ostendit, corruptionem vestitus multa vitia comitari.* A

Desidiæ cordi: iuuat indulgere choreis:
Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.
O' verè Phrygiæ, (neq; enim Phryges) ite per alta
Dindyma: vbi assuetis biforem dat tibia cantum:
Tympana vos, buxusq; vocat Berecyntia matris
Idææ. sinite arma viris: & cedite ferro.
Talia iactantem dictis, ac dira canentem,
Non tulit Ascanius: neruoq; obuersus equino
Contendit telum: diuersaq; brachia ducens,
Constitit ante Iouem, supplex per vota precatus:
Iuppiter omnipotens, audacibus annue cœptis!
Ipse tibi ad tua templa feram solennia dona:

SER. DESIDIÆ cordi.] *Vobis sunt. Et est ab animo argumentū.* CHOREIS.] *Seruauit hoc loco naturā syllabæ, id est, χορέας: quā in Sexto, metri causâ, corripuit; Vt,* Pars pedib9 plaudūt choreas, et carmina dicūt. ET tunicæ manicas.] *Tunicæ vestræ habēt manicas. quod etiā Varro vitupperat, dicēs:* Manicatis ac talaribus tunicis. *Nam colòbijs vtebātur antiqui, quæ dicta sunt ἀπὸ τῶν κολοβῶν. Sanè* habent, *bis subaudiendū.* ET habēt redimicula mitræ.] *Illud dicturus fuerat: Habetis in pileis redimicula, quod cōuertit in vituperationem maiorem, dicens, Religatas habetis mitras. nam pilei, virorū sunt: mitræ, fœminarum, quas Calanticas dicunt.* Mitra *autē propriè Lydorum fuit; vt,* Mœonia mentū mitrâ. *quem habitum imitati sunt Troiani. Alij mitras meretriciū esse voluerunt: quod hîc tanquā effœminatis obiectū.* O' VERÆ Phrygiæ.] *Ipsos vituperauerat Phrygas. Sed hunc, ad maiorem iniuriam,* Phrygias, *non Phrygas, dixit. Sic Homerus: ὦ πέπονες, κάκ' ἐλέγχε', Ἀχαιΐδες, οὐκ ἔτ' Ἀχαιοί.* ALTA Dindyma.] *Montes matris deûm.* Ite *aūt* per alta, *sic dixit, quasi, currite p Dindyma, & ducite choros per Dindyma. Nec sufficit Numano, loqui iniuriam Troianorum; nisi etiam sacris numinum coniunctam faciat. Sed hoc iam quasi moriturus loquitur. hoc est enim,* Digna atq; indigna relatu vociferans: *vt digna sint, quæ de suorum virtute dixit; indigna, quæ impia & in deos ausus est.* BIFOREM dat tibia cantū.] *Bisonum, imparem, Et seruauit eis tibiarum suarum, id est, Phrygiarum, naturam.* Tibiæ *aut Serranæ dicuntur, quæ sunt pares, & æquales habent cauernas: Aut Phrygiæ, quæ & impares sunt, & inæquales habent cauernas. Ergo* biforē, *dissonum, dissimilemq. Non enim sunt pari modulatione cōpositæ. Vt enim ait Varro;* Tibia Phrygia, dextrâ vnū foramen habet; sinistrâ duo: quorum vnū, acutū sonū habet; alterū, grauem. BVXVSQ. vocat Berecyntia.] *A' mōte Berecynto dicta. Dicitur autē, & hæc Buxus, & hoc Buxū: vt,* Et torno rasile Buxū. *Vnde superfluò quidam arborem generis fœmini esse volunt: cùm hoc loco, etiam de ligno, generis fœminini habeamus exemplum.* ET cedite ferro.] *Aut ferrū relinquite: & est iteratio. Aut* cedite ferro, *id est, cùm viri nō sitis, abscindite partem virorum; id est, castrare vos debetis, more vestrorū Gallorum, Cybeles sacerdotūm. vt Iuuenalis:* Phrygio quos, tēpus erat iam, More, superuacuam cultris abrumpere carnē. IACTANTEM.] *De suorū gloriâ.* DIRA canētem.] *Ad iniuriam Troianorū.* B NERVOQVE equino.] *Quia in arcubus nerui equini solent esse. Accius Philoctete:* Tendens neruo equino cōcita tela. ANTE Iouem supplex p vota precatus.] *Atqui Apollinem debuit inuocare, iaculaturus sagittas. sed dicimus ideò Iouē inuocatum, quia omne initiū & incrementū Ioui debetur: vt,* Ab Ioue principiū Musę. *Vnde* [illegible] *Ascanius, nō quid faciat, cogitat, sed quid primū. indè inuocat Iouem.* IVPPITER omnipotēs.] *Hoc epitheton interdū ad gloriam numinis ponitur, interdū ad causam dicitur. Namq; hoc loco, dicendo* omnipotens, *ostendit, eum etiam his, qui per se minùs valent, præstare posse virtutem.* IPSE tibi.] *Bene* ipse; *quia adhuc pro Ascanio pater solebat sacrificare. nam ideò &* solemnia *ait, quæ fieri solerent: vt se ostenderet, si victoria & pax esset secuta, etiam illius officij capacem esse.* FERAM solemnia dona.] Feram, *de iuuenco non dicimus, sed, adducam. Intelligimus ergo, alia dona eum ferre promisisse. Singulis enim numinibus certa sunt dona, quæ offeruntur. Vnde est:* Struerémve suis altaria donis, *id est, congrua.* C

POM. Sabi. ET tunicæ manicas.] *In opprobrio erant tunicæ manicatæ: quia fœmineæ vestes.* REDIMICVLA mitræ.] *Mitra mulierum fuit: vnde Mitella. & tegmen capitis tale apud Lydos in vsu fuit.* O' VERÆ Phrygiæ.] *appellat eos mulieres.* ITE per alta Dindyma.] *Dindyma, montes maioris Phrygiæ, vbi veneratio Cybeles erat.* TIBIA.] *sacra Cybeleia fiebant ex buxeâ tibiâ, & tympanis, cum maximo vlulatu. Tibia Phrygia in dextrâ parte vnum habet foramen, in sinistrâ duo foramina.* BVXVS.] *tibiâ buxea.* SINITE arma viris.] *scilicet nobis, qui viri sumus: & vos mulieres estis.* IVPPITER omnipotens.] *Loquitur Ascanius.* SOLENNIA dona.] *scilicet spolia Numani Remuli. Vel dona intelligit, quæcunq; dona dijs accommodata. & postea iuuencum dicit. Apud antiquos victima, quæ mactabatur, & præferebatur in triumpho, habebat aurata cornua.*

VAR. Lect. TYMPANA vos, buxusq; vocat.] *In antiquis exemplaribus.* Vocant *legitur.*

DOR. IVVAT indulgere choreis.] *Vestitū vestrū turpis saltatio sequitur: & fœminarū similes estis.* ET tunicæ manicas, & habēt redimicula mitrę.] *Vsqueadeò in vobis virorum nihil est; vt pro scutis sit vobis manicata vestis, & mitra pro galeâ.* O' VERÆ Phrygię (neq; enim Phryges.)] *Errat, inqt, quisquis vos Phryges, & nō Phrygias vocat.* [illegible]

A enim inter vos & vestras mulieres distat. vnus vobis est cultus: vna debilitas corporis: vna dissolutio mentis. *Certamen vobis est maximum: vt, turpitudinis studio, fœminas vestras nitendo superetis.* ITE per alta Dindyma; vbi assuetis biforem dat tibi cantũ: Tympana vos, buxusq; vocant Berecynthia matris Idææ.] *Apparet qui sitis, quũ ea, quæ colitis, recēsendo cõuoluo. nec immeritò enim Idææ matris sacra sectamini. Ite, psallite cũ timpano: habetis illic amœnitates ex buxo. Potestis vacare his, quæ vestræ personæ moribusq; conueniant.* SINITE arma viris, & cedite ferro.] *Habetis, quæ vos ipsã magis sacrorum solennitate corrumpant. Patiamini viros arma tractare; & ferrum, quod viris paratum est, ac vobis non congruit, ponite.* TALIA iactantē dictis, ac dira canentem, nõ tulit Ascanius.] *Rectè facit poëta, verba obtrectãtis scindens. neq; enim exspectãdum fuit irascēti, vt ille adderet multò peiora. Loquentē igitur, & adhuc deteriora meditantē, non est vltrà passus Ascanius.* NERVO'QVE obuersus equino Contēdit telũ, diuersaq; brachia ducens, Cõstitit ante Iouē, supplex per vota precatus.] *Quia primordia fuerunt, meritò rogatus est Iupiter, vt faueret. cætera descriptionem tenēt sagittã mißuri. Stabat, inquit, tenens arcũ, habentem neruũ equinum; latere vno retrorsum verso; sagittã impositã; brachijs in diuersum adductis: huiusmodi precē fundens.* IVPPITER omnipotēs, audacibus annue cœptis.] *Hoc loco bene posuit,* Omnipotēs. *is enim poterat omnia; & illud valebat implere, vt puer sterneret fortiorem.*

ET tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.] *In homines immodicè cultui indulgentes.* ADR. Bar.

Et statuam ante aras auratâ fronte iuuencum
Candentem, pariterq; caput cum matre ferētem;
Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam.
Audijt, & cœli genitor de parte serenâ
Intonuit læuum. sonat vnà lethifer arcus:
Effugit horrendum stridens elapsa sagitta;
Perq; caput Remuli venit, & caua tempora ferro
Traijcit. I, verbis virtutem illude superbis:
Bis capti Phriges hæc Rutulis responsa remittũt.
Hoc tantum Ascanius. Teucri clamore sequũtur,
Lætitiâq; fremunt, animosq; ad sidera tollunt.
Aethereâ tùm fortè plagâ crinitus Apollo,
Desuper Ausonias acies vrbemq; videbat,
Nube sedens, atque his victorem affatur Iülum:
Macte nouâ virtute puer! sic itur ad astra:
Dijs genite, & geniture deos: iure omnia bella

SER. ET statuam ante aras.] *Aptam se daturum victimam ostendit. alibi:* Si ductus cornu stabit sacer hircus ad aras. *Quotiens enim victima reluctabatur, ostēdebat se improbari. Lucanus:* Discussâ fugit ab arâ Taurus. *Iuuencum autem, secundùm Romanas ceremonias dicit. Nã Ioui de tauro non immolabatur; vt etiam in tertio diximus: nisi cùm triũphi nomine suo vel tauro fiebat: quod tamen ideò admissum est: quia non tantùm Ioui, sed & alijs dijs, qui bello præsunt, sacrificabatur.* AVRATA fronte iuuencum.] *Ita enim victima ornari consueuerat.* CANDENTEM.] *Candidum. Iuuenalis:* Duc in Capitolia magnam Cretatumq; bouem. CAPVT cum matre ferentem.] *Hoc est, nõ iuuenci matrem; sed quæ iam peperisset. Vnde consuetudo permansit; vt vacca simul & taurus, auratis cornibus, Ioui Capitolino immolarentur. Et æqualem matri, nondum patri. Iuuenalis:* Quem iam pudet vbera matris Ducere: qui vexat nascenti robora cornu. DE parte serenâ.] *Vt non causæ naturalis sit; sed augurij & auspicij vis ostenderetur. Solent enim tonitrua per tempestatem inferri.*

C INTONVIT læuum.] *Prosperum. Vt enim suprà diximus, quæ sinistra nobis videntur, intuẽtibus cælum, illic dextra sunt: nõ quòd sinistra bona sunt; sed quòd dextra cæli, nobis sinistra sunt.* SONAT vnà lethifer arcus.] *Simul vt cognouit augurium.* ET fugit.] *Meliùs* effugit *legitur. Et figura est,* horrendũ effugit. PER'QVE caput Remuli venit.] *Figmenta vulnerum plerunq; non sine ratione ponunt poëtæ. Nam modò hunc ideò in capite dicit esse percussum; quia eum suprà vaniloquum introduxerat, & superbum: quod vitio capitis euenit. Horatius:* Attollens vacuum plùs nimio gloria vertitem. *Sic Homerus Thersiten à tergo vulneratum dicit, vsque ad præcordia; (nam ait, σκῆπτρῳ δὲ μετάφρενον ἠδὲ καὶ ὤμω πλῆξεν) quia eum stultum induxerat. Item de Achille dicit:* πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς: *Item,* ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς: *quem legimus in talo esse vulneratum. Vel ideò per caput & caua tempora: vt, diuinitus misso telo, nulla pars alia corporis; sed caput vulneraretur: scilicet vt hominis, qui infanda & impia de religionibus dixerat, sacrilegium capite expiaretur.* VIRTVTEM illude.] *Illudo tibi, & Insulto tibi, dicimus. Nam Illudo te, figuratum est; vt hoc loco: Item, Insulto te. Sallustius:* Multos à pueritiâ bonos insultauerat. HÆC rutulis.] *Pro talia. vitauit pronomen.* HOC tantum Ascanius.] *Et dixit, & fecit.* ANIMOS'QVE.] *Aut suos, aut Ascanij, per fauorem.* ACIES vrbemq;.] *Syllepsis.* NVBE sedens.] *Vt sedent numia. Iuno:* Nec tu in aëriâ solam nunc nube videres Digna indigna pati. VICTOREM.] *Benè; qui vnum occiderat, addidit dignitaté.* AFFATVR Iülũ.] *Non ita, vt Iülus audiret.* MACTE.] *Magis aucte, affectatæ gloriæ. Et est sermo tractus à sacris. Quotiens enim aut tus, aut vinum super victimam fundebatur, dicebant: Mactus est taurus vino vel ture: hoc est, cumulata est hostia, & magis aucta. Macte ergo, pro mactus esto: vocatiuum pro nominatiuo posuit. vt Persius:* Stemmate quod Thusco ramum millesime ducis, Cēsorémue tuũ vel quod trabeate salutas: *Pro, millesimus & trabeatus. & Virgilius:* Vicinosq; ignare paras inuadere portus: *Pro, ignarus. & alibi:* Quos Amasene pater: *pro, Amasenus. Sic ergo & Macte, pro mactus. quòd autem* Esto *non addidit; ab antiquitate desciuit: nam veteres* Macte esto *dicebant. sed hoc, secutus suã consuetudinē, fecit. Nam & alibi;* Diues inaccessos vbi Solis filia Lucos. *& iterum* IIII. *Aeneid.* Diues quæ munera Dido. *prætermisit, cuius rei* diues: *cùm veteres* diues illius rei *dicerent. quod ipse alibi;* Diues opum variarum: *&,* Diues pictaĩ vestis & auri. *Item, cùm veteres natalem diem, vel locum, vel tempus, dicerent: vt Horatius,* Natalemq; mares Delon Apollinis: *& Plautus in Pseudolo;* Natalem hunc mihi diem scitis esse: *Vergilius, his omissis, dixit;* Phyllida mitte mihi, meus est natalis, Iola. *Ergo & hîc ita subtraxit. nam integrum est, Macte esto nouâ virtute puer. Mactus autem, apud veteres etiã mactatus dicebatur: vt Ennius,* Liuius indè redit magno mactatus triumpho. *Et Lucilius lib.* V. Macte, inquam, virtute simulq; his viribus esto. *Et in Pontificalibus sacrificantes dicebant deo:* Macte hoc vino inferio esto. NOVA virtute puer.] *Aut magnâ & mirâ: vt,* Pollio & ipse facit noua carmina. *Aut re verâ nouâ, id est, rudi, quantum ad bellum.* DIIS genite.] *Propter Venerem.* GENITVRE deos.] *Propter Iulium Cæsarem & Augustum.* IVRE.] *Merito.*

POM. Sabi. CANDENTEM.] *candidum: id est, pinguem.* MATRE ferentem.] *scil. æqualem matri.* INTONVIT læuum.] *à sinistrâ parte omnia prospera sunt, vt diximus.* FATIFER.] *ferens fatum, id est, mortem.* PER'QVE caput Remuli.] *interficitur Remulus ab Ascanio.* NVBE sedens.] *dij in nube solit sedere.* MACTE nouâ.] *loquitur Apollo Iülo. Mactus, magis auctus: vocabulum tractum à sacris. cùm vino spargebantur cornua victimæ; dicebãt, Magis auctus est taurus.* SIC itur.] *cum virtute.* GENITVRE deos.] *propter Cæsarem & Augustum.* IVRE.] *meritò.*

VAR. Lect. LETHIFER arcus.] *In libris nonnullis legitur.* Fatifer. EFFVGIT horrendum stridens elapsa sagitta.] *Vetera*

Digitized by Google

tera exempl. Et fugit legunt: & pro Elapsa, Adlapsa, & Allapsa, & Adducta, inueni.

DON. IPSE tibi ad tua templa ferá solennia dona, Et statuam ante aras auratâ fronte iuuencum Candêtem, pariterq; caput cum matre ferentê, Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam.] *In obsequio istiusmodi, plenum debet officium exhiberi. Quod ostenditur & probatur in ipsius hostiæ oblatione, signatū animal sacrī, si nō macie vel ætate confectum fuerit. Hæc ergo Ascanius tetigit. Feram, inquit, ad templa tua dona solēnia. noluit dona ipsa solennia specialiter dicere, ne faceret morā. Adducam ad aras tuas bouem iuuenem, candidū: vaccam quoq; matrē. Non iuuenci matrē dixit, sed quæ iam peperisset. Vnde consuetudo permansit, vt vacca simul & taurus, auratis fronte & cornibus, Ioui capitolino mactentur. Talem quoq; iuuencum spondet, non qui esset breuis, sed qui iam se se posset agnoscere.* AVDIIT, & cœli genitor de parte serenâ Intonuit læuū.] *Audijt Iupiter, cœli genitor: & de parte serenâ intonuit à sinistro latere. non enim esset aliquod signum, si de nubibus fragor exiret. Ea sunt autē læua, quæ à læuâ parte nuntiantur: quia, quod petentibus læuū est, id est, præstātibus dexterū.* SONAT vnà fatifer arcus.] *Arcus fatifer, qui hosti fatum portat aduersum.* EFFVGIT, horrendū stridēs, elapsa sagitta: Perq; caput Remuli venit, & caua tempora ferro Traijcit.] *Sagitta, quæ fauore numinis ferebatur, per inimici caput temporaq; transijt.* I, verbis virtutē illude superbis: Bis capti Phryges hæc Rutulis responsa remittūt.] *Hæc Ascanij verba sunt. Nūc,* A *inquit, velim verbis superbis Troianis insultes: talia bis capti Phrygibus responsum accipere meruisti. Hoc tantum Ascanius vel fecit, vel dixit.* TEVCRI clamore sequuntur, Lætitiáq; fremunt, animosq; ad sidera tollunt.] *Commoti Troiani ex felicitate facti, tulerunt clamorem cum læto fremitu, & sperantes tanto auspicio meliora, plurimum gratulabantur.* ÆTHEREA tùm fortè plagâ crinitus Apollo, Desuper Ausonias acies vrbemq; videbat, Nube sedens, atq; his victorem affatur Iülum.] *Iulus tam felici auspicio ardebat ad gloriam: sed Apollo, qui nôsset, quid in sagittarum arte ageretur, noluit illum vlteriùs animos tendere, nec quicquam dehinc audere. Hunc igitur monebat dictis, & à certamine reuocabat.* MACTE nouâ virtute puer, sic itur ad astra; Dijs genite, & geniture deos.] *Laudat Ascaniū: &, ne incipientis animū frangeret, eum, quem à certamine reuocare cupiebat, extollit. Sufficiat, te, inquit, in ipsis cœptis & in exordio placuisse: auctus es noui facti successu: sic peruenitur ad cœlū. Nec tibi erit hæc sedes insueta: nam dijs genitus, & geniturus deos. dignus es, qui opinione factorum ad ipsa vsq; astra peruenias.* IVRE omnia bella Gente sub Assaraci fato ventura resident.] *Cùm dicit, Geniture deos, &* B *residet bellorum omnium timor, pacem fore perpetuam spondet, & spem pollicetur præsentis temporis & futuri.*

ADR. BAR. MACTE puer virtute nouâ, sic itur ad astra.] *Dicit adolescēti, qui supra ætatē in literis aut philosophiâ profecerit.*

Gente sub assaraci fato ventura resident:
Nec te Troia capit. simul hæc effatus, ab alto
Æthere se mittit, spiranteis dimouet auras,
Ascaniumq; petit: formâ tùm vertitur oris
Antiquum in Buten. hic Dardanio Anchisæ
Armiger antè fuit, fidusq; ad limina custos.
Tùm comitem Ascanio pater addidit. ibat Apollo
Omnia longæuo similis, vocemq;, coloremque,
Et crines albos, & sæua sonoribus arma:
Atque his ardentem dictis affatur Iülum.
Si satis, Aeneide, telis impunè Numanum
Oppetijsse tuis: primâ hanc tibi magnus Apollo
Concedit laudem, & paribus non inuidet armis:
Cætera parce puer bello. Sic orsus Apollo,
Mortales medio aspectus sermone reliquit,
Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.
Agnouêre deum proceres, diu naq; tela
Dardanidæ pharetramq; fugâ sensère sonantem.
Ergo auidum pugnæ dictis, ac numine Phœbi
Ascanium prohibent: ipsi in certamina rursus
Succedunt, animasq; in aperta pericula mittunt.
It clamor totis per propugnacula muris:
Intendunt acreis arcus, amentaq; torquent.
Sternitur omne solum telis: tùm scuta, cauæq;
Dant sonitum flictu galeæ: pugna aspera surgit.
Quantus ab occasu veniens pluuialibus hœdis
Verberat imber humum: quá multi grādine nimbi
In vada præcipitāt; cùm Iuppiter horridus austris

SER. GENTE sub Assaraci.] *Sub gente Romanâ. Assaracus enim pater est Capyos, auus Anchisæ.* FATO ventura.] *Magna. hæc enim bella sunt grauia, quæ fatali ratione proueniunt: vt Troiana & Thebana.* RESIDENT.] *Sedabuntur: vt Tempestatem residere dicimus.* NEC te Troia capit.] *Vel maior es quàm patria: vel maior es meritis, quàm ciuitas, in quâ nunc es. Lucanus de Cæsare:* Plus patriâ potuisse suâ. SPIRANTES.] *Vitales, quibus spiramus & viuimus.* ASCANIVMQVE petit.] *Notandum,* petit, *sinè insidijs dictum.* ANTIQVVM in Buten.] *Hic* Butes *semel hîc nominatur, vt bis* Nautes. FIDVSQVE ad limina custos.] *Aedituus fuit: quod, vt suprà diximus, in ingenti honore apud maiores fuit. illic enim & epulabantur, & deos colebāt. Census etiam omnes illic seruabānt, quod etiam Plautus docet in Asinariâ, quâ inducit Sauriam seruum atriensem in totâ familiâ plurimum posse.* Ad limina, *sanè figuratum.* SÆVA sonoribus arma.] *Strepitu terribilia. Et sunt sæua arma, quæ habent sonorem: Vt,* aurea bullis cingula. *An etiā sonoribus sæua?* ARDENTEM.] *Desiderio dimicandi. Vnde,* Animosq; ad sydera tollunt. *Meliùs Ascanij intelligimus: sicut Statius de Menæceo;* Et laudibus implet honestis. ÆNEIDE.] *Patronymicū hoc, non venit ab eo, quod est Aeneas: nam hic Aeneades, & ô Aeneade, faceret: sed ab eo, quod est Aeneus, vt, à Theseus, Theseide.* PRIMAM hanc tibi magnus Apollo.] *Dicendo* primam *pollicetur & aliam.* Concedere *autem ideò se dixit, quia sagittarū deus est. & licèt eum Iupiter iuuerit: Apollo tamē suum sibi officium vindicat. dicit se concessisse, quia non prohibuit. Ea enim, quæ ab alijs numinibus poscimus tunc implentur, si non aduersentur numina, quorum propria sunt quæ poscimus. vnde & Quarto Iuno ait:* Adero, & tua si mihi certa voluntas. *Hoc est, Quod in me est, iungam eos: restat vt & tu tuum velis impleri officium.* PARIBVS nō inuidet armis.] *Pari gloriæ. Nam, vt Apollo puer extinxit Pythonem, in vindictam matris: sic Numanum Ascanius, vt Troianorum* C *castra iniuriasq; defenderet. Paribus ergo armis, id est, similibus: non peritiâ, sed triumpho.* CÆTERA.] *Deinceps: & est aduerbium: Id est, in cæterum. Est autē Ennianum:* Cetera, quos peperisti, ne cures. ORSVS.] *Modò locutus: id est, pro eo qui desierit: aliàs cœpit: quod magis est proprium, vt,* Sic Venus: at Veneris contrà sic filius orsus. MEDIO sermone.] *Ideò medio quia non respondit Ascanius. Sermo est enim duorum vel plurium oratio: & ex dicente respondenteq; conficitur.* FVGA.] *Abscessu. & more suo abeuntes deos inducit agnosci.* PHARETRAMQVE sonantem.] *Quia ait suprà,* Et sæua sonoribus arma. [illegible] DICTIS.] *Propter auditam orationē.* AC numine.] *Propter agnitum deum.* ANIMASQVE in aperta pericula mittunt.] *Plùs enim, quàm manifesta sunt, præsentia pericula: quando audientibus Troianis bello prohibebatur Ascanius, ne periclitaretur.* INTENDVNT acreis arcus.] *Pro, ipsi acres. Vt enim & in primo diximus, arcum vnusquisq; habet pro viribus suis.* AMENTAQVE torquent.]

A quent.] *Pro, tela amentis torquent. nam amētum, est lorum, quo media hasta ligatur & iacitur.* FLICTV.] *Pro, afflictu, vel inflictu; id est, ictu. nam detraxit more suo præpositionem. Et loquutus est iuxta antiquum morem. Pacuuius Teucro:* Flictus nauium. PLVVIALIBVS hœdis.] *Sub Tauri cornu est signum, cui Auriga nomē est: hunc cum Tauro vna clara stella coniungit. Retinet autem Auriga stellas duas in manu, quæ Hœdi vocantur; & capram, quam Amaltheam dicūt: quarum & ortus & occasus grauissimas tempestates faciunt. Oriente autē Scorpione, occidunt mense Octobri.* IVPPITER.] *Aē[illegible] Horatius:* Manet sub Ioue frigido venator.

POM. Sabi. GENTE.] *Romanā.* FATO ventura.] *hoc vult significare: quòd ea, quæ dispositione fatorum veniunt, magna sunt.* SPIRANTES auras.] *vitales, quibus viuimus: id est, dimouit ventos, quibus viuimus.* FORMAM tùm vertitur.] *Apollo se in Butem mutauit, qui auriga fuit Anchisæ: indè relictus ab Aeneâ custos Ascanij.* IN antiquam.] *vertitur in antiquam formam: id est, in Butem, qui senex erat.* SIT satis Æneide.] *pro, Aeneade: vocandi est. Aenidem, vel quia ex origine Theleboum; qui fuerunt Aetholi & Acarnanes: vel ex origine Hernicorū; quò ex Aetoliâ, in quâ regnauit Oeneus, pro-*
B *fectos Vergilius indicat cum Hernicis. dat morem Aetolicum, & in militiâ. vel filium alicuius Aenei.* PARIBVS armis.] *Apollo eiusdem ætatis interemit Pythonem, & vltus est matrem: & Ascanius vindicâsse videtur contumeliam, à Numano illatam Troianis.* CÆTERA.] *deinceps.* SIC orsus.] *id est, locutus est. aliâs* orsus, *incepit.* MORTALIS.] *reliquit mortales, & ascendit in cœlum.* ANIMAS.] *id est, vitam.* INTENDVNT acres arcus.] *ipsi acres intendūt arcus.* PLVVIALIBVS hœdis.] *hœdi oriuntur pridie Non. Octobris, medio Ariete desinente. Auriga, id est, Heniochus, duas habet stellas, quæ vocantur Hœdi, & pluuiam indicant orientes. Vult inducere, quòd tela tunc pluebant.*

VAR. Lect. ÆTHERE se mittit.] *In antiquis aliquot libris,* Misit legit. ET crines albos.] *In Porcio, & quibusdā alijs manuscriptis libris,* & Crines flauos, *habetur.* DANT sonitū galeæ flictu.] *In Romano libro, & aliquot alijs,* Afflictu *legitur. In aliquot,* Dant sonitum flictu galeæ.

DON. NEC te Troia capit.] *Erit tale meritum tuum, vt hinc nō iam imperium, sed fortiora conueniant.* SIMVL hæc effatus.] *Loquutus est hæc; sed constitutus in nubibus etiam: quem audire Ascanius posset, qui præsentem affatus est. sed quia ad-*
C *stantis dei nomen puer, vel cuiuslibet ætatis alius, ferre non poterat:* AB alto Æthere se mittit; spirātes dimouet auras.] *Scil. quibus vectus ad terras venerat.* ASCANIVMQVE petit.] *Hoc est, ad Ascanium venit.* FORMA tum vertitur oris Antiquum in Butē.] *Deligit eius hominis formam, qui antiquitatis, & exercitationis longinquitate collectæ meritò, sanum dare consilium posset; & debuisset audiri.* HIC Dardanio Anchisæ Armiger antè fuit, fidusq; ad limina custos.] *Armiger belli tempore: & quū esset Anchises in otio, fidelissimus ei fuerat custos, & non ab eo diuellebatur. Dicitur eius etiam aliud meritum: vt ostēdatur amoris causa, iuxta ipsius nepotem.* TVM comitē Ascanio pater addidit.] *Necessariò istum fidelissimum senē tali tempore filio addiderat pater; & talem in nepotem, qualem Anchisæ auo in armis & in pace præbuerat. Ecce alia dicitur causa commēdationis & fidei; quæ Apollinem fecerat talis viri sumere personā.* IBAT Apollo, Omnia longęuo similis, vocemq; coloremq;, Et crines albos, & sęua sonoribus arma.] *Ibat, inquit, deus, latens sub hominis formâ; & mortalem susti-*
nens cultum ac vocem. ATQVE his ardentem dictis affatur Iülum.] *Solēt secundæ res erigere homines, etiam ætate prouectos: sed quando ad pueri animum ventum est, sic ardere cœpit, & prosperis ferri, vt alia quoq; non dubitaret audere. sed hunc ille, de cuius personâ tanta dona sunt, sic per sua signa reuocabat: vt sciret Ascanius, animum suum robustiori ætati seruandum.* SIT satis, Aeneide, telis impunè Numanū Oppetijsse tuis.] *Sufficiat tibi, inquit, qui sis Aeneæ filius; quòd Numanum telis tuis impunè prostraueris. visus est magnū facinus aggredi, necemq; hominis cum tuâ incolumitate complecti. sufficiat, quod factum est.* PRIMAM hanc tibi magnus Apollo Concedit laudem, & paribus non inuidet armis: Cætera parce puer bello.] *Imitatus es Apollinis studium: ipsius fauore, quod voluisti, completum est: non inuidet cœptis tuis. Caue aliquid puer tentare posteriùs. Ab eo, quod est primo casu, Æneides, declinauit, & dixit vocatiuo, Aeneide.* SIC orsus Apollo.] *Ipse enim fuit, non Butes: & sic compleuit dicta, etiam puerum instruxit mandatis vtilibus: & ostendit, in effectu occisi se potiùs adiutorem fuisse, quàm Iouem.* MORTALES medio aspectus sermone reliquit, Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.] *Hunc locū sic pronuntiare debemus: Sic orsus Apollo mortalis, h. e. cōstitutus sub hominis forma. tūc dicendū: Medio aspectus sermone reliquit. Antequā sermonē acciperet, mediū sermonem reliquit: & deseruit humanos aspectus, & in aurā tenuē repentè discessit.* Medius sermo, *qui cōmunicatur cum alio: vel Medius, q non impletur, aliquâ occurrēte causa. quod intelligendū est in præsenti. Multa enim dici poterant: sed in corpore mortali deum diutiùs esse nō decuit: proinde vlteriùs videri noluit, & abscessit.* AGNOVERE deum proceres, diuinaque tela, Dardenidę, pharetramq; fugâ sensêre sonantē.] *Dardanidæ inquit, proceres, prudentes & sobrij, agnouerunt deum locutum esse, nō hominem: & indè magis, quòd arma diuina sensissent.* ERGO auidum pugnæ, dictis ac numine Phœbi Ascanium prohibent.] *Ergo auidum pugnæ Ascanium, & suâ, & (quod potissimum omnibus fuit) autoritate Phœbi, prohibebant; ne cui se certaminū committeret.* IPSI in certamina rursus Succedunt, animasq; in aperta pericula mittunt.] *Vtpote quos aperta exempla certos securosq; præstiterāt.* IT clamor totis per propugnacula muris.] *emittebatur audax clamor, per omnia murorum propugnacula.* INTENDVNT acres arcus, amentaq; torquent; Sternitur omne solū tellis.] *Tanta tela mittebantur, vt omnem obtegerent terram.* TVM scuta cauæq; Dant sonitum flictu galeæ.] *Quòd terra dicitur telis obtecta; quòd icta galea & scuta percussa crebros sonitus dabant, & bellantium animi, & missilium multitudo, & copiosa substantia, significatur. Inducitur comparatio: vt ostendatur, quanta vis telorum fuisset; & quemadmodum resonabant, quæ percutiebantur telis.* QVANTVS ab occasu veniens pluuialibus hœdis Verberat imber humum; quàm multâ grandine nimbi In vada præcipitant: cùm Iuppiter horridus austris Torquet aquosam hyemem, & cœlo caua nubila rumpit.] *Tam crebra, inquit, fuerant, quæ mittebant certantes; atque ita percussa resonabant: quàm densæ sunt pluuiæ, cùm Hœdorum sidus exsistit; & quemadmodum crepitat grando, cùm densis è nubibus funditur.*

ADR. Bar. OMNIA longæuo similis, vultumq; coloremq;.] *De puero vultu patrem referente; aut (si ad animum velis trahere) per vestigia paternæ virtutis decurrente.*

Torquet aquosā hyemē, & telo caua nubila rūpit.
Pandarus & Bitias, Idæo Alcanore creti,
Quos Iouis eduxit luco syluestris Hiera,
Abjetibus iuuenes patrijs & montibus æquos:
Portam, quæ ducis imperio commissa, recludunt;
Freti armis, vltroq; inuitant mœnibus hostem.
Ipsi intùs dextrâ ac læuâ pro turribus astant,

SER. EDVXIT.] Quidam, *pro* educauit, *volunt intelligi.* MONTIBVS æquos.] *Ideo; vel eius arboribus exequādos.* DVCIS imperio cōmissa.] *Aut quæ eis commissa fuerat imperio absentis Aeneæ: aut, quod est melius, quæ imperio Aeneæ fuerat commissa, id est, clausa. Vnde & commissuræ dicuntur, coniunctiones tabularum; secundùm superiorum sensum. Contrarium est, quod dixit;* Rectores iuuenum &

Digitized by Google

Armati ferro, & cristis capita alta corusci.
Quales aëriæ, liquentia flumina circúm,
Siue Padi ripis, Athesim seu propter amœnum,
Consurgunt geminæ quercus, intonsaq; cœlo
Attollunt capita, & sublimi vertice nutant.
Irrumpunt, aditus Rutuli vt vidêre patentes.
Continuò Quercẽs, & pulcher Equicolus armis,
Et præceps animi Tmarus, & Mauortius Hęmon,
Agminibus totis, aut versi terga dedêre:
Aut ipso portæ posuêre in limine vitam.

rerũ dedit esse magistros. *Aeneas enim abscedens, principibus omnium rerum commisses serat curam. Alij*, ducis, *Ascanium accipiunt. Alij*, commissa, *ideò clausa accipiunt; quia superiùs lectum est*: Eia ingẽti clamore per omnes Condũt se Teucri portas. *Quietis enim rebus portæ patebant, per quas se Teucri sub aduentum hostis receperant. Propter quod ait*; Namq; ita discedens pręceperat optimus armis Æneas, si qua interea fortuna fuisset. Non æquo dare se campo, nõ obuia ferre Arma viros; sed castra fouere. *Sanè*, commissa; *deest, sibi; vel illis, Pandaro & Bitiæ: ne contrarium sit, quod dixit*, Rectores iuuenum & rerum dedit esse magistros. *Scimus enim, quòd Mnestheo & alijs ducibus imperauerat Aeneas, ad petenda proficiscens auxilia, ne portas aperirent. vt*, Castra modò, & tutos seruarent aggere muros. *Item legimus, Mnesthea & Serestum ductores fuisse, & rerum magistros; non Pandarum & Bitiam. Vnde apparet, quia hunc locũ malè intellexit Donatus, dicens; Commissam portam, id est, creditam Pandaro & Bitiæ: qui duces nõ erant. Ergo melius est, vt cõmissam dicamus, clausam; quàm creditam Pandaro & Bitiæ. Cornutus verò meliùs sensit, dicens: Portam, quæ ducis imperio commissa fuerat, hoc est, clausa, eam aperuerunt. Commissura enim, dicitur tabularum cõiunctio. sicut Cic. in Pinteiana meminit. Ergo melius est, vt* Commissam *clausam dicamus, quàm creditam Pandaro & Bitiæ.* MOENIBVS.] *pro in mœnia.* PRO turribus.] *Aut vice turrium: aut pro defensione.* ARMATI ferro.] *Aut bene instructi armis: aut, vt Asper dicit, ferrea corda habentes, id est, dura & cruenta committentes: vt Ennium sit secutus, qui ait*; Succincti corda machæris. QVALES aëriæ.] *Comparatio ex Homero*: ἐν δὲ κύνε ... *(Greek quotation, largely illegible)* ... LIQVENTIA flumina.] *Iuxta Padum & Athesim, Venetiæ flumina, etiam est fluuius Liquetius, inter Altinum & concordiam; quem nunc commemorat. Ergo Liquetia proprium est nomen; non epitheton: ne incipiens à generalitate, ad speciem reuertatur: quod vitiosum est. vt si dicas, Circa flumina nascuntur arbores: & sic inferas, circa Tyberim vel Anienem. sufficit enim dixisse, circa flumina generaliter. Vnde apparet, quia* Liquetia *legendum est; non* liquentia. Padus, *Italiæ fluuius, aliquas prouincias dextrâ læuâque contingit: inter quas & Venetiæ partem præterfluit* Ætesis, *Venetiæ fluuius est, veronam ciuitatem ambiens, & in Padum cadens.* INTONSA'QVE cœlo Attollunt capita.] *Hoc ad supradictas cristas refertur.* GEMINÆ quercus.] *Non quia duæ tùm nascuntur; sed istorum ad similitudinem respexit: id est, quando similes eleuantur quercus.* PVLCHER Equicolus armis.] *pulcher vestibus; sicut pulcher armis: hoc est, per arma. quod erat armorum, retulit ad personam. Et melius figuratum, quàm si dixisset, Pulchris armis.* PRÆCEPS animi.] *Figuratè genitiuo iunxit: nam dicimus, Præceps furore, Præceps iracundiâ.* MAVORTIVS Hæmon] *Non Martis filius; sed bellicosus.* AGMINIBVS totis.] *Deest* Ab. *& significat, eos primò fugatos esse, mox occisos: aut certè aliquos fugatos, alios interemptos. Quidam dubium putant, vtrum ab agminibus totis terga dedêre: an ab agminibus versi.* POSVE-

RE limine vitam.] *vt*, Animasque in vulnere ponunt. A

PATRIIS.] *id est, Idæis.* POM. Sabi.
ÆQVOS.] *scilicet parens vel exæquandos montibus & abietibus.* COMMISSA.] [illegible] *commissa Pandaro & Bitiæ ab Aeneâ. vel commissa, id est, coniuncta tabulis.* ARMATI ferro.] *Amplius Asper ait, ferro armati, id est, ferrea habẽtes corda. sed melius, armati gladijs. & ideò subiũgit, capita.* ARMATI.] *Bitias & Pandarus.* LIQVETIA flumina.] *fluuius est Venetiæ, post Taruisinum agrum: & oritur in montibus Opiterginis.* Padus *fluuius secat Galliam Cisalpinam lato alueo: & nauigabilis, oritur è Vesulo monte.* Athesis *fluuius labitur per Veronam.* NVTANT.] *quercus.* VT vidêre.] *vt vidêre patentem portam, statim irrumpunt Rutuli in vrbem.* AVT versi terga dedêre.] *significat eos primos fugatos esse, inde cæsos.* B

IDÆO Alcanore creti.] *Veteres lib.* Nati *habent.* PRO turribus astant.] *In veteribus libris*, Instant *legitur.* LIQVENTIA flumina circùm.] *In Oblongo quidem libro*, Liquetia *legitur. Romanus tamen liber, cum plerisq; alijs,* Liquentia *legunt.* CONTINVÒ Quercens.] *In antiquis libris* Querquens *habetur.* ET pulcher Equicolus.] *In antiquis libris*, Aquiculus *legitur.* ET pręceps animi Tmarus.] *In antiquis libris*, Tmaros. AVT versi terga dedêre.] *In libris nonnullis*, Auersi terga dedêrunt. AVT ipso portæ.] *In nonnullis exemplis*, Ipsi *habetur.* VAL. Lat.

PANDARVS & Bitias, Idęo Alcanore creti: Quos Iouis eduxit luco syluestris Hiera, Abjetibus iuuenes patrijs & montibus æquos.] *Quia istos dixit in luco editos, in lucoq; nutritos: Longi, inquit, fuerunt, vt arbores: & duri, vt montes.* PORTAM, quæ ducis imperio cõmissa, recludunt.] *Commissam sibi iussu ducis portam, inquit, vt perpetuò clausa teneretur, patefecerant ipsi arbitrio suo.* FRETI armis.] *Hoc est, fiduciam gerentes in armis, quibus plurimum possent.* VLTRO'QVE inuitãt mœnibus hostẽ.] *Vt hostis occasione irrumpendi decipi posset, & auderet intrare.* IPSI intùs dextrâ ac læuâ pro turribus astant Armati ferro, & cristis capita alta corusci.] *Stabãt ipsi pro turribus.* Astant, *hoc est, non ante turres, aut pro ipsarum defensione tantummodò, sed ad vicem turriũ: quoniam ĩ excelsi fuerunt & fortes: vt iam non homines dextrâ ac læuâ, sed turris astare videretur. Inducitur comparatio stantium, & proceritas monstratur.* QVALES aëriæ liquẽtia flumina circùm. Siue Padi ripis, Athesim seu propter amœnũ, Consurguut geminæ quercus, intonsaq; cœlo Attollunt capita, & sublimia vertice nutant.] *Sic illi stabant, reseratã portam obseruantes: tantumq; fuerũt prolixi in altitudinẽ immensam: vt viderẽtur arbores, quæ crescendo relinquũt flumina, & in altũ geminæ producũtur, atq; intonsis capitibus agitantur.* IRRVMPVNT, aditus Rutuli vt vidêre patẽtes.] *Nõ aditus irrũpunt, qui iam patebãt: sed irrũũt Rutuli, vt viderũt aditum, portã patefactã.* CONTINVÒ Quercẽs, & pulcer Equicolus armis, Et pręceps animi Tmarus.] *Hoc est, temerarius.* ET Mauortius Hæmon, Agminibus totis aut versi terga dedêre: aut ipso portę posuêre in limine vitã.] *Hi primò venerãt, vt reseratã portam violenter intrarent: sed aut versi sunt trudentiũ agminibus, aut limine in ipso mactati. Non omnes intelligendi sunt fusi, aut versi: sed aliqui ex his occisi; aliqui in fugam versi. quia fieri non potuit, vt ijdem dicãtur occubuisse, ijdem abscedendi quæsiuisse suffugia.* DON C

Tum magis increscunt animis discordibus iræ:
Et iam collecti Troes glomerantur eòdem:
Et conferre manum, & procurrere lõgiùs audent.

SER. ANIMIS discordibus.] *hostilibus: scil. Troianorũ, qui à Rutulis discordabant.* NVNTIVS.] *Et qui mittit, dicitur, & qui nuntiatur. sed modò hic qui nunciatur.* FRATRESQVE.]

Ductori Turno diuersâ in parte furenti,
Turbantiq; viros, perfertur nuntiùs; hostem
Feruere cæde nouâ, & portas præbere patentes.
Deserit inceptum, atque immani concitus irâ,
Dardaniam ruit ad portam, fratresq; superbos:
Et primũ Antiphatẽ, (is enim se primus agebat)
Thebanâ de matre nothum Sarpedonis alti,
Coniecto sternit iaculo. volat Itala cornus
Aëra per tenuem, stomachoq; infixa sub altum
Pectus abit: reddit specus atri vulneris vndam
Spumantem, & fixo ferrum in pulmone tepescit.
Tum Meropem, atq; Erimantha manu, tum sternit Aphydnum:
Tum Bitian, ardentẽ oculis, animisq; frementem.
Non iaculo, (neq; enim iaculo vitam ille dedisset)
Sed magnum stridens contorta phalarica venit,
Fulminis acta modo: quã nec duo taurea terga,
Nec duplici squamâ lorica fidelis & auro
Sustinuit. collapsa ruunt immania membra:
Dat tellus gemitum: & clypeum super intonat ingens.
Qualis in Euboico Baiarum littore quondam
Saxea pila cadit; magnis quàm molibus antè
Constructam Ponto iaciunt. sic illa ruinam

A QVE.] *Quos suprà portam dixit tenere.* SE primus agebat.] *Iuxta veteres*, agebat, *pro veniebat. vt*, Ecce gubernator sese Palinurus agebat. *Plautus in Mostellaria:* Vnde agis te? *Vt enim nos è contrario dicimus, Duco me: ita illi, Agit se; ἀπὸ τοῦ ἄγειν.* Se agebat, *hoc est, incedebat. Tractus autem sermo est à ratione Physicâ. Nam agitur corpus animi iudicio. Vnde Terentius:* Quò te agis? THEBANA de matre. *Parenthesis est. Sanè Thebæ, aliæ Aegyptiæ, aliæ Bœotiæ, aliæ Phrygiæ.* SARPEDONIS alti.] *Idest, nobilis.* ITALA cornus.] *Telum de Italâ cornu factum. & materiam pro opere posuit.*

B STOMACHO infixa.] *Græcus sermo est.* SPECVS vulneris.] *Poëtica exaggeratio. Specum enim pro cauatione posuit.* ET fixo ferrum in pulmone.] *Et ferrum fixum, & pulmonem fixum possumus accipere.* ERYMANTHA manu.] *Id est, gladio comminus ferit, Nam illi, de quibus superiùs dixit, non manu occisi sunt; sed misso iaculo. Ergo, ad differentiam teli iacti, accipe* manu, *id est, gladio.* ARDENTEM oculis, animisq; frementem.] *Et gestu corporis, & mente commotum.* NEQVE enim iaculo.] *Parenthesis.* VITAM dedisset.] *Pro, reddidisset.* PHALARICA venit.] *De hoc telo legitur; quia est ingens, torno factum, habens ferrum cubitale, supra quod veluti quædam sphæra, cuius pondus etiam plumbo augetur. dicitur etiam ignem habere affixum, stupâ circumdatum, & pice oblitum incensumq;, aut vulnere hostem, aut igne consumit. Hoc autem in telo pugnatur de turribus, quas Phalas dici manifestum est. Vnde & in circo Phalæ dicuntur, diuisiones inter Euripũ & metas: quòd ibi constructis ad tempus turribus, his telis pugna edi solebat. Iuuenalis:* Cõsulit antè phalas, delphinorumq; colu-
C mnas. *Hinc phalarica hasta: sicut à muro muralis. Sanè phalaricam Lucanus dixit neruis mitti tortilibus, & quadam machinâ. vt,* Hunc aut tortilibus vibrata phalarica neruis Obruat. *Vergilius verò ait; Turnum manu iaculari potuisse. Vnde apparet, aut à Lucano, ad auxesim illius, qui occidendus fuerat, esse dictum: aut à Vergilio ad laudem Turni, qui talem hastam manu iaculatus est.* FVLMINIS acta modo.] *Amat tela cum impetu venientia fulminibus comparare.* TAVREA terga.] *Vsurpauit, pro taurinâ. Alibi,* taurinis follibus. *Vnde, sicut & Plinius dicit,* Deriuationes, firmas non habent regulas; sed exeunt, prout authoribus placet. *Bene autem, per transitum, eius arma descripsit.* DVPLICI squamâ & auro.] *Idest, duplicibus squamis aureis. Squamæ autem sunt loricarum catenæ, in modum squamæ compositæ. Sanè Squama & splendorem significat, si à piscibus veniat: & sordes, si ab squalore. Sed in Vergilio splendorem vbique significat.* ET clypeum superintonat ingens.] *Aut ipse ingens super clypeum intonat: aut ingens clypeum super ipsum tonat. Nam lectum est etiam hoc Clypeum, vt probat Caper: quod magis debemus accipere. Nam Homerum imitatus est, qui ait;* ἀράβησεν δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ. EVBOICO Baiarum littore.] Bene Baiarũ *addidit; ne Euboeam insulam intelligeremus: vnde Chalcidenses venerunt, qui condiderunt Cumas; quæ sunt Baijs vicinæ. Varro à Baio, Vlyssis comite, qui illic sepultus est, Baias dictas tradit.* QVONDAM.] *Hic* quondam *pro expletiuâ posuit. Alij* quondam *medij temporis volunt: quidam* quondam *ad perpetuitatem temporis referunt, hoc est, vt solet fieri.* PONTO iaciunt.] *Hoc est, contra Põtum.* SIC illa.] Sic, *protrahendum. nam cùm dixisset,* qualis: *addidit.* sic illa.

IRÆ.] *Troianorum.* DISCORDIBVS.] *hostilibus. Rutuli appellarunt discordes animis: id est, non eiusdem voluntatis.* ANIMIS.] *scilicet Troianorũ.* PERFERTVR nuntius.] *nuntiatur Turno cædes suorum.* ANTIPHATEN.] *Dicit interemptos à Turno.* CONTORTA phalarica.] *Phalarica, vt Ammianus ait, dicitur à Phalari, Siculo tyranno. Telum est missile, hoc modo factum: hastile teres est, præterquam ad extremum, vnde ferrum exstat; quod stupâ circumligatur, & illinitur pice. ferrum in longitudine habet pedes tres: vt cùm armis corpus transfigat: stupa, vncta pice & sulphure, ipso motu ignem concipiebat. vnde phalaricæ maximus est terror. & phalarica est magna, & est parua: emissa per sulcum ignis, & per aërem. Alij volunt phalaricam dictam, quia phalas, id est, turres defendat.* DVPLICI loricâ.] *Laminæ æreæ, quibus compacta est lorica.* INTONAT ingens.] *ipse ingens intonat super clypeum.* EVBOICO.] *Cumano.* BAIARVM littore quondam.] *Baiæ, vrbs prope Cumas, à socio Vlyssis Baio. Cumas Chalcidenses ex Euboiâ condiderunt. Silius appellat Baias sedem Ithacesiam: ab Vlysse, qui Ithacus, id est, Ithacesius fuit. Quidam scribunt, Ithacesiam, paruam insulam in Baiano sinu speculam fuisse Vlyssis.* SIC illa.] *pila saxea.* POM. Sabi.

TROES glomerantur eódem.] *In Romano libro legere est,* In vnum. AERA per tenuem.] *In plerisq; libris,* Tenerum *inuenias.* ATRI vulneris vndam.] *Sunt libri antiqui, in quibus* Sanguinis vndam *legas.* TVM sternit Aphydnum.] *In lib. Romano,* Achydnum: *in Oblongo,* Afidnum: *in alijs* Adfidum: *in alijs* Aphidnum. CONSTRVCTAM ponto iaciunt.] *Antiqui libri legunt,* Cõstructam iaciunt ponto. VAR. Lect.

TVM magis increscunt animis discordibus iræ.] *Rutulorum scilicet.* ET iam collecti Troës glomerantur eódem, Et conferre manum & procurrere longiùs audent.] *Tanti facti exemplo animati Troiani, densabantur ad portam: remotâque trepidatione omni, & egredi longiùs audebant, & alios comminùs prouocare.* DVCTORI Turno diuersâ in parte furenti, Turbantq; viros, perfertur nuntius, hostem Feruere cæde nouâ, & portas præbere patentes.] *Turnus, cùm esset in longinquâ parte, & turbaret viros vnus plures & magnos: nuntiatur repentè, nouum aliquid exstitisse; Troianos cædibus feruere, & tantâ duci animorum fiduciâ; vt portas aperirent. Ecce moralitas nuntiorum; qui aduersis falsò addunt plurima, pluri maq; confingunt. vna enim patebat porta: ille ait;* Portas præbere patentes. *non multi adhuc venerant Rutuli, nec plurimi occisi: ille ait,* Feruere cęde nouâ. *Fit hoc hominum more: qui veris malis multa deteriora commiscent; & vt nuntiant grauius, fictione falsorum.* DESERIT inceptum.] *Hoc comperto, deseruit quod agebat, & demisit inceptum.* Incepta, *sæpè diximus dispositiones significare, & inuentiones fixarum sententiarum.* ATQVE immani concitus irâ.] *Irâ scilicet; quam maiore, quàm fuerat, assertione, nuntius excitauerat.* DON.

Digitized by Google

citauerat. DARDANIAM ruit ad portam.] *Non quæ propria esset Troianorum; sed quâ defendebantur inclusi.* Ruit, *inquit, non venit: vt ostenderet eius feruorem, qui suorum necem veniebat vlturus; & qui nolebat patentis portæ occasionem perdere: ne iterum clauderetur.* FRATRESQVE superbos.] *Hic mora facienda est. postea enim describit, quid cum ipsis gestum sit. Interuenerunt quippe alij, qui Turnum ab ijsdem fratribus auocarent.* ET primum Antiphaten, (is enim se primus agebat) Thebanâ de matre nothum Sarpedonis alti, Coniecto sternit iaculo.] *Primum igitur Antiphaten, qui ante fratres sese obtulerat, coniecto iaculo strauit. Superfluè genus hoc describit; licèt nobilem significare voluerit.* VOLAT Itala cornus Aëra per tenuem.] *Duo fuerunt, quæ velocitatem dabant telo, quod iecerat Turnus. vnum, quòd fuit cornus leuis, & apta missilibus: alterum, quòd aëris tenuitas non impediebat volantis excessum.* STOMACHOQVE infixa sub altum Pectus abit; reddit specus atri vulneris vndam Spumantem.] Specus dixit, *id est, Suspensura pectoris, in modum speluncæ naturali ratione compositi. non vndam veram; sed in modum vndæ, copiã sanguinis fundebat ex vulnere.* ET fixo ferrum in pulmone tepescit.] *Non potuit dici, feruescit: quia calor corporis cum sanguine discedebat, quo calefieri ampliùs non potuit.* TVM Meropen atque Erymantha manu, tùm sternit Aphidnum.] *Et isti de illis fuerant, qui primi furenti occurrerant Turno. Magna distributionis varietas. alios enim iaculo strauit, alios manu: scilicet non iaculo, vt alios; sed gladio.* TVM Bitian ardentem oculis, animisq; frementem.] *Iste & oculis monstrabat ferociam mentis; & quid intùs gereret, asperitate animi testabatur.* NON iaculo, (neq; enim iaculo vitam ille dedisset) sed magnum stridens contorta phalarica venit, Fulminis acta modo: quam nec duo taurea terga, Nec duplici squamâ lorica fidelis & auro Sustinuit.] *Aduersùs nouam hominis formam, nouam inuenerat Turnus speciem: quã ingentem corporis molem valeret euincere. non enim ille iaculo superari poterat. Misit igitur phalaricam, genus teli, quod omnia superabat. quæ cùm Bitiæ corpus lethali vulnere penetrâsset, putabatur fulmen de cælo transmissum. Describitur iam, quantæ sit virtutis. Phalarica perforauit duobus tauri corijs prumuniata munimenta, & loricam duplici squamâ consertam. In primo libro dixit;* Taurino quantum posset circumdare tergo. *hic splendidiùs locutus est;* Duo taurea terga: *non dixit, taurina.* COLLAPSA ruunt immania membra.] *Præuentauit descriptionis aliquam partẽ.* DAT tellus gemitum.] *Illo, inquit, cadente, cum tanti corporis pondere, gemuit terra.* ET clypeũ superintonat ingens.] *Magna clypei species magnum fecerat sonitum; in tantum, vt cælum putaretur intonuisse.* QVALIS in Eboico Baiarum littore quondã Saxea pila cadit; magnis quam molibus ante Constructam iaciunt ponto.] *Talem dat sonitum pila, quando constructam iaciunt ponto Baiani littoris homines.* A B

ET conferre manum, & procurrere longiùs audent.] *De puerulis, quos sic in politiori literaturâ profecisse indicabimus; vt condiscipulos quoque in literarium certamen audeant, tanquam in arenam, prouocare.* ADL. Bar.

Prona trahit, penitusq; vadis illisa recumbit:
Miscent se maria, & nigræ attolluntur arenæ.
Tum sonitu Prochyta alta tremit, durumq; cubile
Inarime, Iouis imperijs imposta Typhœo.
Hìc Mars armipotens animum viresq; Latinis
Addidit; & stimulos acreis sub pectore vertit:
Immisitq; fugam Teucris, atrumq; timorem.
Vndiq; conueniunt; quoniam data copia pugnæ,
Bellatorq; animo deus incidit.
Pandarus, vt fuso germanum corpore cernit,
Et quo sit fortuna loco, qui casus agat res:
Portam vi multâ conuerso cardine torquet,
Obnixus latis humeris; multosq; suorum
Mœnibus exclusos duro in certamine linquit:
Ast alios secum includit, recipitq; ruentes,
Demens; qui Rutulum in medio nõ agmine regẽ
Viderit irrumpentem, vltroq; incluserit vrbi:
Immanem veluti pecora inter inertia tigrim.
Continuò noua lux oculis effulsit; & arma
Horrendum sonuêre: tremunt in vertice cristæ
Sanguineæ; clypeoq; micantia fulgura mittit.
Agnoscũt faciem inuisam, atq; immania membra,
Turbati subitò Aeneadæ. tùm Pandarus ingens
Emicat; & mortis fraternæ feruidus irâ,

SER. PRONA trahit.] *Ita enim exædificatur.* PROCHYTA alta tremit.] *Atqui hæc insula plana est. sed epitheton de præterito traxit. Nam, vt dicit Plinius in naturali historiâ, Inarimes insula fuit alta. quæ terræmotu diffusa, aliam insulam fecit, quæ Prochyta, ab effusione dicta est, ἀπὸ τοῦ προχέειν. Hanc Næuius, in primo belli Punici, de cognatâ Aeneæ nomen accepisse dicit. sed Inarimes nunc Aenaria dicitur: & sæpe fulgoribus petitur, ob hoc, quòd Tiphoeum premat; & quia in eandem contumeliam simiæ missæ sunt quas Narias dicunt, ob quã causam Pithecosam etiam vocitant: licèt diuersi auctores variè dicant. Nam alij hanc insulam Tiphoeum, alij Enceladũ tradunt premere. & putatur nouè dictum,* Inarimem: *quòd & singulari numero, & additâ syllabâ dixerit; cùm Homerus εἰν Ἀρίμοις posuerit: vt prior syllaba præpositionis locum obtineat. Liuius, in libro nonagesimo-quarto, Inarime in Maeoniæ partibus esse dicit, vbi per quinquaginta miliaria terræ igni exustæ sunt. Hoc etiam numerum significasse vult.* Prochyta ergo alta, *quondam scilicet.* DVRVMQVE cubile.] *Hoc est, mortiferum, ad pœnam statutum.* STIMVLOS acres.] *Sæuiendi scilicet. nam sunt & timoris, & libidinis stimuli. Notanda quoque prooeconomia, quæ id agit, vt verisimile sit, Turnum victorem euasisse de castris.* VNDIQVE conueniunt.] *Non dicit, qui conueniũt: sed illi sinè dubio, quibus Mars iniecit audaciam, inuentâ opportunitate irruperint castra Troiana.* QVONIAM.] *Postquam.* OBNIXVS.] *Connisus, conabundus.* DVRO in certamine linquit.] *Sinè spe euadendi.* AST alios secum includit.] *Pro hostibus: quoniam multos suos exclusisset. Statius:* Par operi iactura lucro: namque hoste recepto Exclusêre suos. *Potest tamen & dubium esse,* Includit; *vtrùm hostes, an suos.* VLTRO.] *Insuper.* DEMENS.] *πάθος ex personâ Poëtæ proferẽdum. Alibi,* Sed tum fortè cauâ dum personat æquora conchâ Demens, & cantu vocat in certamina diuos. RVTVLVM.] *Potest accusatiuus esse: potest & genitiuus.* C

PROCHYTA.] *insula est ante Misenum promontorium, in Boiano maiori ... Pithecusis. ita appellata, à fono; quòd fuerit indè profusa: nam προχύω est profundo. Quidam volunt, Prochytam dictam esse à nutrice Aeneæ, eiusdem nominis.* INARIMA.] *insula est, quæ ab statione nauium Aeneæ etiam appellata est Aenaria: & ab dolijs dicta eadem est Pithacusa. Eam insulam Erethrienses & Chalcidenses habitarunt. flammas aliquando vomit: vnde nata fabula, sub eâ sepultum esse Typhoeum gigantem. Totus hic tractus cauernosus est: ventos facilè concipit; qui iactantes, aut terræmotum faciunt, aut ignem emittunt.* TORQVET.] *claudit.* OBNIXVS.] *conatur.* INCLVDIT.] *Pandarus clausâ portâ suos reliquit in medijs hostibus; & hostes cum Turno inclusit mœnibus.* ALIOS.] *scilicet Rutulos, ruentes in Troiã nouam.* ARMA.] *Turni.* MITTIT.] *Turnus.* POM. Sabi.

VADIS illisa.] *In antiquis libris legitur,* Vndis elisa. QVI casus agat res.] *In Roman. libro,* Quis *legitur.* LVX oculis effulsit.] *In Romano libro,* Offulsit. MICANTIA fulmina mittit.] *In libris antiquis,* Fulgura: *& verbum,* VAR. Lect.

A *bum, Mittit, numero variat.*

DON. SIC illa ruinâ Prona trahit, penitusq́; vadis illisa recumbit.] *Dixit duas causas, quibus violentior voluebatur, & cum ingenti ruinâ peruenit. Vna est, quia saxis & impensarum admixtione congeritur: altera, quia vrgetur in praeceps, penitusq́ vadis illisa recumbit. Necesse enim est ima petere, quae magnis ponderibus cadunt: & tantò depressiùs, quantò fuerint grauiora. Ecce factum ex facto.* MISCENT se maria, & nigrâ tolluntur arenâ: Tum sonitu Prochyta alta tremit, durumq́; cubile Inarime, Iouis imperijs imposta Tiphoeo.] *Pilae, inquit, casu multa alia contremuerunt.* HIC Mars omnipotens animos viresq́; Latinis Addidit] *Turni factum caeteris audendi fiduciam dedit.* ET stimulos acri sub pectore vertit.] *Et quasi quibusdam stimulis rursum in belli certamen accendit.* IMMISITQVE fugam Teucris, atrumq́; timorem.] *Contrà Troianis iniecit metum, & ex eo fugam. non enim fugit, nisi qui stare formidat, & & diffidit praesentibus.* VNDIQVE conueniunt.] *Causa conueniendi dicitur: quoniam data copia pugnae, quae antea nô fuit.* BELLATORQVE animo deus incidit.] *Totû in vnum conuenerant, Troianorû timor & fuga, & Turni ex prosperâ dimicatione successus.* B *Data quoq; regnandi copia, & belli gerendi ardor: quem armipotens deus vniuersis ingesserat.* PANDARVS, vt fuso germanum corpore cernit, Et quo sit fortuna loco, qui casus agat res.] *Pandarus, cùm considerando cognosceret, in fratris interitu partem se auxilij perdidisse, & virû interisse, quê putabat inuictû: casibus quoq; multis iniacere, quae homines agunt: & suam mutatâ esse fortunam.* PORTAM vi multâ conuerso cardine torquet, Obnixus latis humeris.] *Hoc fecit, vt emendaret factum suum quod aduersa corruperant.* MVLTOSQVE suorû Moenibus exclusos duro in certamine linquit: Ast alios secû includit, recipitq́; ruêtes.] *Portâ claudere, quâ congesti hostes oppleuerant, quae fuit virtutis: fecit tamê, quod exigebat necessitas: exclusis aliquot suis, & ad perniciem traditis, receptis verò nonnullis hostium. quod & commodû esset, contrariû posuit: quia aut occidi illic potuerût, aut praeualere.* DEMENS, qui Rutulû in medio non agmine regê Viderit irrumpentê, vltroq́; incluserit vrbi.] *Nisi illum multa aduersa turbassent, plenâ potuisset procurare victoriam, si irrumpente Turnû cum caeteris recepisset; cum scil. qui vltrò venerat, vt periret.* IMMANEM veluti pecora inter inertia tigrim.] *Ecce vitiû eius, qui non vidit Turnum plurimû inter caeteros eminêtem. quod si fecisset, esset tale, quale, si clausisset cum paruis pecoribus tigrim.* CONTINVO noua lux oculis effulsit, & arma Horrendum sonuêre: tremût in vertice cristae Sanguineae, clypeoq́; micantia fulmina mittit.] *Tanta fuit inter caeteros dissimilitudo Turni, vt illum formâ corporis & armorum qualitate quiuis posset agnoscere. Denique agnouerunt Aeneadae facilè, qualem nunquam viderant, & licèt turbati, quis esset, intellexerunt.* TVRBATI subitò Aeneadae: tùm Pandarus ingens Emicat, & mortis fraternae feruidus irâ Effatur.] *Respiciens Pandarus vidit, quem antè nequiuerat noscere: & in irâ perditi fratris positus, gratulatus hostem oblatum ad poenam, sic instituit loqui.*

Effatur: Non haec dotalis regia Amatae,
Nec muris cohibet patrijs media Ardea Turnum.
Castra inimica vides: nulla hinc exire potestas.
Olli subridens sedato pectore Turnus:
Incipe, si qua animo virtus, & consere dextram:
Hîc etiam inuentum Priamo narrabis Achillem.
Dixerat ille rudem nodis, & cortice crudo,
Intorquet summis adnixus viribus hastam.
Excepêre aurae: vulnus Saturnia Iuno
Detorsit veniens: portaeq́; infigitur hasta.
A: non hoc telum, mea quod vi dextera versat,
Effugies: neq; enim is teli, nec vulneris autor.
Sic ait: & sublatum altè consurgit in ensem,
Et mediam ferro gemina inter tempora frontem
Diuidit, impubesq́; immani vulnere malas.
Fit sonus: ingenti concussa est pondere tellus.
Collapsos artus, atque arma cruenta cerebro
Sternit humi moriens: atque illi partibus aequis
Huc caput atq; illuc humero ex vtroq; pependit.
Diffugiunt versi trepidâ formidine Troës.
Et, si continuò victorem ea cura subisset,
Rûpere claustra manu, sociosq́; immittere portis:
Vltimus ille dies bello gentiq́; fuisset.
Sed furor ardentem, caedisq́; insana cupido,
Egit in aduersos.
Principiò Phalarim, & succiso poplite Gygen,
Excipit: hinc raptas fugientibus ingerit hastas
In tergum: Iuno vires animumq́; ministrat.
Addit Halyn comitê, & confixû Phegea parmâ:
Ignaros deinde in muris, Martemq́; cientes,
Alcandrûq́; Haliumq́;, Noëmonaq́;, Prytanimq́;:
Lyncea tendentem contrà, sociosq; vocantem,
Vibranti gladio connixus ab aggere dexter
Occupat. huic vno deiectum comminus ictu
Cum galeâ longè iacuit caput. inde ferarum
Vastatorem Amycum; quo non felicior alter

SER. DOTALIS regia Amatae.] *Aut tibi data per dotê: aut quia sperabatur. Et bene Amatae, quae illum sola generum esse cupiebat, contra mariti iudicium. Ergo cum mulieri probatum, nô viro, dicit. Notandû sanè, quia id agit, vt ostendat, non se per imprudentiam Turnû inclusisse; sed illum per temeritatê sibi minimè profutura castra penetrâsse.* OLLI subridens.] *Magnam confidentiam virtutis ostendit.* PRIAMO C narrabis Achillê.] *Propter illud Sibyllae:* Alius Latio iâ partus Achilles. *Hoc autem sic dictum est, vt illud:* Degeneremq́; Neoptolemum narrare memento. RVDEM nodis.] *Non laeuê, nec pulchram; sed fortem.* CORTICE crudo.] *Viridi. Nam hastae igni plerunq; torrentur.* VVLNVS Saturnia Iuno Detorsit veniens.] *Vulnus veniens, id est, ictum, quo vulnerari habuit. Plerique sed non idonei commentatores, dicunt hoc loco occisum Turnum; sed causâ oeconomiae, gloriam à Poëtâ Aeneae esse seruatâ. quod falsum est. Nam si veritatem historiae requiras, primo praelio interemptus Latinus est in arce: indè vbi Turnus Aeneam vidit superiorem, Mezentij implorauit auxilium. Secundo praelio Turnus occisus est: & nihilominus Aeneas postea comparuit. Tertio praelio Mezentium occidit Ascanius. Hoc Liuius dicit, & Cato in Originibus.* TELVM.] *Telû hoc loco gladiû dixit, à lôgitudine. Vnde & mustela dicitur, quasi mus longus. Telû posuisse pro gladio, illud significat, quod infert paulò post:* Consurgit in ensem. VERSAT.] *Librat, iactat. & est Ennianû,* Versat mucronem. IS.] *Talis, par, similis.* ALTE' côsurgit in ensê.] *Genus feriendi Gallicanû. Salustius:* Regressi ad faciliores ictus loco cedebant. IMPVBESQVE.] *Pathos ex aetate mouit.* HVC caput.] *Huc pependit figuratè.* BELLO gentiq́; fuisset.] *Duo dicit: & bellum finiri potuisset, omnibus interemptis: & gens penitùs fuisset extincta, occiso Ascanio, à quo Romani ducunt originem. Ideò* Bello gentiq́; *dixit, quia plerûq; bellû finitur, gête superstite: vt in bello Troiano contigit.* CAEDISQVE insana cupido.] *oeconomia est, quâ excusat Turnum, cur nô à portâ fugatis Troianis penitùs deleta sint castra.* PRINCIPIO.] *Intra castra, post Troianorum fugam.* SVCCISO poplite Gygen, Excipit.] *Ordo est: excipit & succidit poplitem. vt,* Postibus haesit adesis: & Scuta latentia condunt. *Nam antè fuit, vt eû circumueniret insidijs. Poples autem, po correpta est; sicut in Sereno legitur: sed producitur positione.* HINC.] *Nec loci est, nec temporis; sed ordinis: id est, deinde.* RAPTAS.] *de hostilibus cadaueribus. nam,*

tized by Google

quod dicit Donatus de armigero, non procedit. cùm solus inclusus fuerit Turnus: vt pòst ait, Vnus homo. Quamuis possit: sicut in, Suggere tela mihi. & paulò pòst, Tùm magnam corripit hastâ, Et iacit. IVNO vires animumq; ministrat.] Ne sit incongruum, vnum tot occidisse, Iunonis dat auxilium. Horatius in arte Poëtica: Nec Deus intersit, nisi dignus vindice nodus Inciderit. MARTEMQVE cientes.] Pugnam agitantes. ALCANDRVMQVE, Haliumq;, Noëmonaq;, Prytanimq;.] Homeri versus, tantùm coniunctione mutatâ: ἄλκανδρόν θ' ἅλιόν τε, νοήμονά τε πρύτανίν τε. Vnde apparet, non ad historiam; sed ad ornatum poëmatis haec nomina pertinere. TENDENTEM contrà.] In se facientem impetum. CVM galeâ longè iacuit caput.] Ad exprimendam celeritatem, præterito vsus est tempore. Potuisse autem caput cum galeâ longè iaci, præmissa loci altitudo significat. Ergo eum cominùs percussum intelligimus: sed tantam vim ictus fuisse, vt longè caput excuteret. FELICIOR.] peritior. nam in vngendis telis non est felicitas, sed peritia. Sanè nec Vngo, nec Vngentum, u recipit: excepto vno nomine, vt Vnguen. vnde est: Et pingues vnguine ceras. Vergilij versus in Georg. Est autem mirâ breuitate inducta descriptio.

POM. Sabi. NON hæc.] Loquitur Pandarus. AMATÆ.] vxoris Latini, quæ in generum volebat Turnum. Pandarus his verbis ostendit, non per imprudentiam inclusisse vrbi Turnum: imò temeritatem Turni ostendit. INCIPE.] Loquitur Turnus. RVDEM.] scilicet impolitam; ac per hoc nodosam. ILLE.] Pandarus. CRVDO.] duro. AT non hoc telum.] Turnus loquitur Pandaro, dicens: Non effugies hoc telum; vt ego effugi tuum. IS.] scilicet talis, & similis ductor. PARTIBVS æquis.] diuisum fuit æquali parte caput Pandari. SOCIOS.] Rutulos. RAPTAS hastas.] vel ab armigero suo, vel ab hostibus.

VAR. Lect. SIQVA animo virtus.] In Romano Animi legitur. VERSAT.] Est in Mediceo, Librat. NEQVE enim is teli. In Romano libro est scriptum, Neque enim es. GEMINA inter tempora.] Lib. nonnulli legunt, Media inter tempora. ATQVE illis in partibus.] Antiqui libri legunt absq; in; Atque illi partibus. CÆDISQVE insana cupido.] In ueteribus exemplaribus legitur, Infanda. IN tergum.] Romanus liber, Tergus habet. ET confixum Phegea parmâ.] Veteres libri, Confixa legunt.

DON. NON hæc dotalis regia Amatæ, Nec muris cohibet patrijs media Ardea Turnum.] Sic, inquit, fretus audaciâ, consistis, ac si te Amatæ regia habeat? iocularitèr hoc dixit: quoniam Amata illum vehementissimè diligebat. aut quasi, inquit, teneat ciuitas patris, in quâ otiosus esse consuesti, nec timeres vlteriùs. CASTRA inimica vides, nulla hinc exire potestas.] Tenent te obsessum castra, quæ inimicus intrasti; nec aliquem tibi exitum tribuunt. OLLI subridens sedato pectore Turnus.] Diuersos animorum motus singulis dedit. Pandarum dixit sublato animo: quòd Turnum teneret in septo castrorum. & quòd esset fratris amissione confectus: dedit ei superbum quoque sermonem. Turno patientiam tribuit: deniq; sinè tumore mentis responsum dedit, huiusmodi sermone: INCIPE, siqua animo virtus, & cōsere dextram; Hîc etiam inuentum Priamo narrabis Achillem.] De fiduciâ fortitudinis, vrbanum potiùs, quàm contumeliosum reddit in respondendo sermonem. Iocatus etiam ipse de nominibus, vt Pandarus fecit: Si, inquit, aliquatenus tuâ virtute confidis miscere; ego te ad Priamum mittam: vt in Italiâ alterum Achillē nunties inuenisse. DIXERAT.] Hoc de Turno sit dictum. ILLE.] Hoc est, Pandarus. RVDEM nodis, & cortice crudo Intorquet summis adnixus viribus hastam.] In compositam scilicet & impolitam, quàm sola fortitudo maxima potuisset emittere. EXCEPERE auræ.] Hasta ipsa auras potiùs, quàm hominem verberauit. VVLNVS Saturnia Iuno Detorsit veniens, porteq; infigitur hasta.] Quippe auxilio Iunonis detorsum est vulnus à Turni corpore; portaq; magis infixa. Ictus quidem validus fuit, vt exceptum auris portæ figeretur. AT non hoc telum, mea quod vi dextera versat Effugies: neq; enim is teli, nec vulneris author.] Verba sunt Turni, loquentis ante ictum. Hoc (inquit) telum tu non effugies, quod magnâ vi versat dextera mea: neq; eius ictū poteris euitare. non enim hoc tu mittis, vt inefficaciter currat: tale enim venit, qualis ego sum; cuius manu portatur, & regitur. SIC ait, & sublatum altè consurgit in ensem.] Ecce, quâ ratione ait: Effugi ictum tuum; declinare tu non poteris meū. Quando enim telum missile est; potest declinari vigilantibus oculis, & corporis mobilitate. quū verò ventū fuerit ad manū atq; ense pugnatur, ictus nullâ potest ratione frustrari: & tunc vera virtus ostēditur. Timentis est, certare hastis, & telū longum mittere. Turnus igitur, vt se ostenderet virtute potiorem, gladio magis vsus est: nec timuit tantū hosti propior fieri, vt consurgere in ensem posset, & ferire. quod non facit, nisi qui propriæ virtuti cōfidit. Itaq; vt manum, inquit, erexit: ET mediam ferro gemina inter tempora frontem Diuidit, impubesq; immani vulnere malas.] Totum hoc, quod factū, descripsit: licet exponi non debeat; quia planum est: tamen meliùs apparebit, quū fuerint inspecta sequentia. FIT sonus; ingenti concussa est pondere tellus.] Sonus, quem ipse ictus fecerat, & ruina prostrati. Pondus autem sensit terra, quæ sustinebat occisum. COLLAPSOS artus atq; arma cruēta cerebro Sternit humi moriens.] Impleuit terrā funere proprio, & dissoluto cerebro, sanguine suo, arma quoq; perfundit. ATQVE illi partibus æquis Huc caput, atq; illuc humero ex vtroq; pepēdit.] Hæc est omnis descriptio mortis Pandari. Medio, inquit, capite ictum teli venientis excepit; & per frontē ac faciē plaga descēdens, singulas partes singulis humeris dedit. Ecce, propter quā causam suprà posuit: Sic ait, & sublatum altè consurgit in ensem. Hominis enim longi, & eius, cuius forma arboribus luci comparata est, caput & faciē, vno ictu in duas partes separare non posset: nisi in ensem consurgens, altior esset effectus; vt descendens plaga faciliùs compleret hominis necem. Tanta autē facti celeritas fuit; vt aduersùs consistentes Pandarus venientem mortem vitare nequiuerit. DIFFVGIVNT versi trepidâ formidine Troës. Troiani omnes tali exemplo perterriti fugiunt. ET, si continuò victorem ea cura subîsset Rumpere claustra manu, sociosq; immittere portis, Vltimus ille dies bello gentiq; fuisset.] Occisis illis, qui valebant obsistere, si victorē Turnū congrua cura tetigisset; vel maximè, quia fugerant cæteri, vt perruptis claustris portaq; patefactâ suos admisisset; eodem die omnis Troianorū gens fuisset absumpta; & plenus belli terminus prouenisset. Cur hoc non sit factum: subnectitur: SED furor ardentem cædisq; insana cupido Egit in aduersos.] Impediuit hoc consilium furor; qui humanas mentes à tractabilibus commodis proturbare consueuit. Raptus est enim, vt insequeretur fugientes: & non vidit, quod prodesse plus posset. PRINCIPIÒ Phalarim, & succiso poplite Gygem, Excipit: hinc raptas fugiētibus ingerit hastas In tergum.] Locus iste intellectus, duplicem rationem potest admittere. Aut enim hastas sublatas hostib9 ingerebat: aut alij raptas in eos iaciebat, qui fugerant. Excipiebant autem iactus omnes in terga, quæ dederant hosti. IVNO vires animumq; ministrat.] Vbi erexit laudibus Turnum; ibi eum plenâ vituperatione deiecit. Nihil enim propriâ virtute faciebat; sed Iunonis iuuabatur auxilio. ADDIT Halyn comitem, & confixū Phegea parmâ: Ignaros deinde in muris Martemq; cientes.] Deinde addit comitem Halyn & Phegeum: qui nescij, quid esset cum alijs gestum, pugnam in muris nouare nitebantur. ALCANDRVMQVE, Haliumq;, Noëmonaq;, Prytanimq;; Lyncea tendentē contrà sociosq; vocātē, Vibrāti gladio cōnixus ab aggere dexter Occupat: huic vno deiectū comitis ictu Cū galeâ longè iacuit

Digitized by Google

A iacuit caput.] *Post multos, quos prostratis comites dedit, Lyceum aggressus est; qui socios vocauit ad bellum. sed quum istum, animantem cæteros, & hortantem, obuium habuisset; occasione aggeris sublimior factus, caput eius è summo percussit; & vno ictu abscissum, longius fecit iacêre cum galea.* Quod dixit, Cum galeâ longè iacuit caput; *virtutem ferientis ostendit. nam non longè cum galeæ pondere iacuisset, nisi magnâ fortitudine virium fuisset excussum.* INDE ferarum Vastatorem Amycum, quo non felicior alter Vngere tela manu, ferrumque armare veneno.] *Iste venator fuit: qui vt faciliùs feras occideret, ferrum armabat venenatis vnguentis.*

Vngere tela manu, ferrumq; armare veneno:
Et Clytium Aeoliden, & amicum Cretea Musis:
Cretea Musarum comitem; cui carmina semper
Et citharæ cordi, numerosq; intendere neruis:
Semper equos, atque arma virûm, pugnasque canebat.
Tandem ductores, auditâ cæde suorum,
Conueniunt Teucri, Mnestheus, acerq; Serestus:
Palantesq; vident socios; hostemq; receptum.
Et Mnestheus: Quò deinde fugam? quò tenditis? inquit.
Quos alios muros? quæ iam vltrà mœnia habetis?
Vnus homo, & vestris, ô ciues, vndiq; septus
Aggeribus, tantas strages impunè per vrbem
Ediderit? iuuenum primos tot miserit orco?
Non infelicis patriæ, veterumq; deorum,
Et magni Aeneæ, segnes, miseretq; pudetque?
Talibus accensi firmantur, & agmine denso
Consistunt. Turnus paulatim excedere pugnâ,
Et fluuium petere, ac partem, quæ cingitur amni.
Acriùs hoc Teucri clamore incumbere magno,
Et glomerare manum. ceu sæuum turba leonem
Cùm telis premit infensis: at territus ille,
Asper, acerba tuens, retrò redit; & neq; terga
Ira dare aut virtus patitur: nec tendere contrà
Ille quidem, hoc cupiês, potis est, per tela virosq;.
Haud aliter retrò dubius vestigia Turnus
Improperata refert, & mens exæstuat irâ.
Quin etiam bis tùm medios inuaserat hostes;
Bis conuersa fugâ per muros agmina vertit.
Sed manus è castris propere coit omnis in vnum.
Nec contrà vires audet Saturnia Iuno
Sufficere: aëream cœlo nam Iuppiter Irim
Demisit; germanæ haud mollia iussa ferentem,
Ni Turnus cedat Teucrorum mœnibus altis.
Ergo nec clypeo iuuenis subsistere tantum,

SER. FERRVM'QVE armare veneno.] *Speciosè dictum; Armabat ferrum, quo nos armari consueuimus: vt ex venenato ferro vehementius & perniciosius vulnus sit.* AMICVM Cretea musis.] *Poëtam lyricum. & tale est schema per repetitionem; vt,* Sequitur pulcherrimus Astur, Astur equo fidens. MVSARVM comitem.] *Non reuerà comitem; sed carminum studiosum.* NVMERO'SQVE intendere neruis.] B *Rhythmos facere intentione neruorum. nam numeri sunt rhythmi: vt,* Nmeros memini, si verba tenerem. *Hoc ergo dicit: secundùm chordas verba componebat.* AVDITA cæde suorum.] *Seruat τὸ πρέπον: ne præsentibus ducibus Turnus tot strages fecisse videatur.* QVÒ deinde fugam.] *vacat* Deinde; *vt* *Tandem, Gentium, Locorum. aut intelligimus, mente eum tractâsse, quòd de campis milites solent ad castra confugere; & sic dixisse:* Quò deinde? *scilicet de castris: quò fugietis vlterius? Sic Terentius:* Quid igitur faciam? *& hoc est melius: vnde & sequitur;* Quos C alios muros? *Est ea autem amara accusatio.* VNVS homo.] *Ac si diceret, Mortalis. & bona extenuatio est, cùm suprà dixerit:* Rutulum in medio non agmine regem. INFELICIS patriæ.] *Troiæ, in quâ nunc sunt.* VETERVM'QVE deorum.] *Penates significat, quos semper coluêre Troiani.* MISERET'QVE pudetque.] *Sic Pallas:* Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris. ACRIVS hoc Teucri.] *Cùm eum decedentem viderent.* CEV sæuum turba leonem.] *Sensus hic est: Haud aliter Turnus retrocedens petebat fluuium: ac solet leo, pressus multitudine, nec terga præbere, propter iram & pudorem; nec posse, licèt cupiat, in venantes impetum facere. Comparatio Homeri est.* ILLE quidem.] *Parenthesis.* POTIS est.] *Ille enim tendere contrà potis est, per tela virosq;.* INVASERAT hostes.] *Aut speciem præteriti temporis mutauit; aut tempora: nam cùm dixisset,* Inuaserat; *subiunxit,* Vertit. NEC contrà vires audet Saturnia Iuno.] *Atqui fauente numine debuit etiam contra multitudinem posse: sed hoc Iupiter vetuit.* HAVD mollia iussa ferentem.] *Meliùs, quàm Homerus, hũc locũ exsequut⁹ est. Saluo enim sensu, vitauit & fabulosa, & vilia. Nã ille ipsas minas exsequitur.* SVFFICERE.] *Subministrare.* ERGO.] Quia *numinis est desertus auxilio.*

POM. Sabi. VRGVERE.] *Alij legunt* Vnguere: *alij* Vrgere: *vel quòd vnguebat tela. sed melius, vrgebat tela. & erit* Vrguere, *vt* Fulgere. CRETHEA.] *Cretheus fuit poëta Lyricus. alludit nunc ad nomen.* NERVIS.] *pro chordis scilicet, carmina in lyrâ canere.* RECEPTVM.] *scilicet intra mœnia.* INQVIT.] *Mnestheus.* DEORVM.] *penates significat.* VNDA.] *Tyberis.* LEONEM.] *leo pressus turbâ venantum, propter virtutem non retrocedit. sic nunc Turnus.* ILLE quidem.] *etsi cupit leo impetum facere in venantes; quia potis est: non licet tamen posse.* IMPROPERATA.] *paulatim decedebat.* CASTRIS.] *scilicet ex vrbe.* VIRES.] *Troianorum.* AERIAM Irim.] *Iupiter miserat Irim, quæ auerteret Iunonem, præstantem auxilia Turno.* NI Turnus cedat.] *ni cederet Turnus, superba iussa ferebat Iris.* GERMANÆ.] *Iunoni, sorori & coniugi.* SVBSISTERE.] *non poterat resistere Turnus.*

VAR. Lect. PAVLATIM excedere pugnâ.] *In Romano libro,* Pugnæ *legitur.* QVÆ cingitur amni.] *In Romano libro & alijs,* Vnda, *pro* Amni *habetur.* DEMISIT: germanæ haud mollia.] *In libris antiquis legere est,* Misit: germanæ haud.

DON. ET Clythium Aeoliden.] *hoc est, Aeoli filium.* ET amicum Cretea Musis.] *Amicitiam Musarum dixit: qualis ea sit, in sequentibus docet.* CRETEA Musarum comitem.] *Non tantùm amicus Musarum fuerat; verùm etiam comes.* CVI carmina semper, Et citharæ cordi.] *Non vnâ tantummodò Musicæ artem nouerat. sciebat componere carmina: nouerat citharæ studium, & loqui per neruos. Eâ quippe moderatione tendebat; vt humanam vocem sonis & numeris testaretur.* SEMPER equos, atq; arma virũ, pugnasq; canebat.] *Hoc laudis augmentum est: vt scientiam musicam non ad turpes cantus, sed ad virorum fortia facta conuerteret. Denique ait, equos, aut arma canebat, aut bella.* TANDEM ductores, auditâ cæde suorum, Cõueniunt Teucri: Mnestheus, acerq; Serestus.] *Non soli, sed inter cæteros ipsi præcipui.* PALANTES'QVE vidẽt socios, hostẽq; receptũ.] *Contrariũ nescio quid: vt, clauso ostio, quũ insistere debuissent, atq; hostem necare; fugere potiùs, quàm cum hoc certare, maluissent.* ET Mnestheus: quò deinde fugam? quò tenditis? inquit.] *Mnestheus suos obiurgans, deinde ait: hoc est, vt vidit fugientes, confestim loquutus est ista. Sic, inquit, fugitis, quasi vos exitio fuga possit eripere? vellem tamen nôsse, quò sententia vestra contendit. Ille, ait, præsens periculum fugit; qui receptaculi potest habere subsidium. Vos quò tenditis? quæ vobis præter istius loci munimẽta sunt? qui occurrent fugientibus muri? quæ talis turris palãtes excipiet? hoc est,* quod

quod ait: QVOS alios muros? quæ iam vltrà mœnia habetis?] *Incipit iam factum ipsorum excutere: & dum consilium incommodum reprehendit, quòd inconsultè timerent, viam, quam sequi debeant, subtiliter monstrat.* VNVS homo, & vestris, ô ciues, vndiq; septus Aggeribus, tantas strages impunè per vrbem Ediderit? iuuenum primus tot miserit orco.] *Vnus, inquit, homo multos homines, captiuus liberos, non vnâ, sed plurimâ, & nulla vltione repetitâ, iuuenes electos, & nobiles, ac tanti muneris, strauerit? & hoc fecerit per vrbem: in quâ faciliùs, adunatâ multorum manu, potuit sterni, solus valuit plures occidere?* NON infelicis patriæ, veterumq; parentum, Et magni Aeneæ, segnes, miseretq; pudetq;.] *Non, inquit, vobis venit in mentem infelix patria, quam reparare debemus? non dij Troiæ cõsiderantur, quos vultis addicere? non Aeneæ compellatio absentis, qui nobis spem suam filiumq; commisit? Segnes vos esse, non miseret aut pudet?* Miseret, *pertinet ad deos & patriam:* Pudet, *ad Aeneam. Patiemini vnum socij, streüisse inclusum, post tot virorum talium cædem, vnum ex his locis posse emittere, qui subueniat inopi? quis iuuabit inclusum? Experimini, aliquando vos esse viros: vt, quos irrumpendo hostis contempsit, vestram noscat virtutem.* TALIBVS accensi firmantur, & agmine denso Consistunt.] *Ecce, quantum commoda hortamenta valuerunt! metuentes dudum, in plenam constantiam repentè mutati sunt; & agmine denso consistunt: congregatiq; iuuenes, qui sibi fugâ consulerant, recuperatâ mentis fiduciâ constiterunt.* TVRNVS paulatim excedere pugnâ, Et fluuium petere, ac partẽ, quę cingitur amni.] *Vbi aduertit Turnus, fugientium mutata esse consilia, & eos plenâ fiduciæ obstinatione constitisse: ipse quoq;, fugiendi tractatum consultò suscipiens, tendebat ad eam partem, quæ vndis circumfluentibus cingebatur. Agebant huc ipsum Troiani: vt periret in gurgite mersus, aut occumberet ferro. παραβολὴ succedit: vt ostendatur, qualis tunc fuit Turnus; quales verò Troiani.* CEV sæuum turba leonem Quum telis premit infensis: ac territus ille, Asper, acerba tuens, retrò redit; & neq; terga Ira dare, aut virtus patitur; nec tendere contrà.] *Exquisitum parabolæ genus & speciei, sed loco personisq; conueniens.* Quum *enim Turnus, visô euidenti periculo, cedendo vellet excedere; terga dare non audebat; ne opportunum se præberet ad cædem: insistere non poterat pugnæ; ne in eâ à plurimis superatus occumberet. Inuenit Poëta tale animalis genus, quod virtute ac feritate* præstans, *tale naturæ habet morem: vt, cùm in multorum insidias venerit, cedendo se potiùs tueatur, quàm terga vertendo: & quod intelligat, se in aduersum niti, si in confertos impetum faciat; & tamê tantâ fiduciâ agat, vt melius putet, per tela & per hostes exire, quàm videri cessisse.* HAVD aliter retrò dubius vestigia Turnus Improperata refert, & mens exæstuat irâ.] *Sic, inquit, fecit igitur Turnus: sic irâ non vacuus retrorsum vestigia referebat.* QVINETIAM bis tùm medios inuaserat hostes; Bis confusa fugâ per muros agmina vertit.] *Et tamen, inquit, quum sensim cederet; bis etiam solus hostes Troianos inuasit; tantumq; solius impetus potuit, vt simul omnes bis in muros aufugissent.* SED manus è castris properè coit omnis in vnum.] *In vnum omnis multitudo conuenit, vt vni resisti potuisset. Quantum dat Turno? vt Troiani pro defensione tantùm vnius, simul vndiq; congregarentur vniuersi?* NEC contrà vires audet Saturnia Iuno Sufficere.] *Tanta aduersùs Turnum illa vis potuit, vt Iunonis quoque pro Turno auxilia defecissent. Ecce hîc, post maximam laudem, deprimitur Turnus. vult enim, non Turni fuisse, quod potuit, sed eius, quæ fauebat Turno. Denique, vbi deficit Iuno; ibi deficit & Turnus.* AEREAM cœlo nam Iuppiter Irim Demisit, germanæ haud mollia iussa ferentem; Ni Turnus cedat Teucrorum mœnibus altis.] *Misit, inquit, Iupiter ad Iunonem, sororem suam, sub terrificatione durissimâ: atque vt hæc proferri ocyùs & faciliùs possent; Irim destinauit, instructâ mandatis haud mollibus; grauiter se commoueri posse, antè denuntiant, si Turnus non abstinuisset à castris Troianorum.* ERGO nec clypeo iuuenis subsistere tantùm, Nec dextrâ valet.] *Insistentibus Teucris, & Iunone cessante: nec clypeo tantis telis valebat occurrere, nec dextrâ pugnare.*

A

B

SER. NEC dextrâ valet.] *Cùm dixisset,* clypeo; *non subiunxit gladium, sed dextram: vt ostenderet, eum, nec se armis tegẽdo, nec hostẽ telis petendo, valuisse.* TELIS obruitur.] *Lucanus eundem sensum per declamationem dicit:* Telorum nimbo peritura & pondere ferri. TEMPORA circùm.] *Totus locus Homeri est.* IVBÆ capiti.] *Pro, quæ in capite sunt.* VMBO.] *Id est, scutum. Nam totum à parte significat: Vmbo enim, media clypei pars eminẽs est.* ET piceum (nec respirare potestas) Flumen agit.] Ordo est: *Sudor piceum flumen agit, hoc est, sordidum: quia sinè respiratione pugnabat.* FESSOS quatit æger anhelitus.] *Probus ait: Commodius hîc est Aeger, quàm in quinto,* Vastos quatit æger anhelitus artus. *Quámuis consuetudo sit Vergilio ista mutandi. Quidam acer legunt: & volunt, in Quinto æger aptiùs dictum de sene; hîc de iuuene acer meliùs conuenire.* TVM demum.] *Postquã se aliter euadere non posse vidit.* OMNIBVS armis.] *cùm, minus est.* ILLE suo cum gurgite flauo.] *Hysterologia est, cùm ille eum excepit. Non enim procedit, cum suo gurgite; quasi posset fieri, vt eum Tyberis sinè suis fluentis exciperet. Fluuiũ autem, pro Deo posuit. Vnde subdit,* ille, *scil. Deus, suo gurgite eum accepit. Aliter superfluum est: Et Fluuius suo gurgite accepit. Sanè quærunt multi, cùm Tyberis Aeneæ faueat, cur liberauerit Turnum? Sed soluitur istâ ratione: Ob hoc Turnũ esse liberatũ, vt maior Aeneæ gloria reseruaretur. Alij tradunt, de Tyberi, qui Aeneæ fauet, nũc Turnum, in Iunonis gratiam, esse seruatum.*

Nec dextrâ valet: iniectis sic vndiq; telis
Obruitur: strepit assiduo caua tempora circùm
Tinnitu galea, & saxis solida æra fatiscunt:
Discussæq; iubæ capiti: nec sufficit vmbo
Ictibus. ingeminant hastis & Troës, & ipse
Fulmineus Mnestheus. tùm toto corpore sudor
Liquitur; & piceum (nec respirare potestas)
Flumen agit: fessos quatit æger anhelitus artus.
Tùm demum preceps saltu sese omnibus armis
In fluuium dedit: ille suo cum gurgite flauo
Accepit venientem; ac mollibus extulit vndis,
Et lætum socijs, ablutâ cæde, remisit.

C

POM. Sabi. SVDOR, piceum.] *id est, sordidum flumen: id est, riuum sudoris agit: quoniam respirandi potestas non dabatur.* FLAVO.] *dicimus flauũ Tyberim, à colore aquæ.* EXTVLIT.] *extrà tulit. Quæritur, quare fauerit ei Tybris, cùm pro Aeneâ esset? Soluitur: vt seruaret eum, ad maiorem Aeneæ laudem.* CÆDE.] *cruore.*

VAR. Lect. ACCEPIT venientẽ.] *In antiq. lib.* Fugientem, *repositum est.* ET lætũ socijs.] *Antiqui libri,* Ad socios *legunt.*

DON. INIECTIS sic vndique telis Obruitur.] *Tanta vis telorum iaciebatur in Turnum: vt illum obruerẽt potiùs, quàm ferirent.* STREPIT assiduo caua tẽpora circùm Tinnitu galea.] *Circùm caua tempora, non hominis, sed galeæ, quæ Turni tempora contegebat. Strepebat igitur, & tinnitum dabat, percussa ictibus crebris.* ET saxis solida æra fatiscunt.] *Aes quamuis solidum, quo formata fuerat galea, duris ictibus, multò ampliùs saxis, euictum, in rimas plures vi maiore versum est.* DISCVSSÆQVE iubæ capiti.] *cristarum quoque omnis ornatus, & iuba, capiti eius excussa sunt.* NEC sufficit vmbo Ictibus.] *Quomodo. n. vnũ scutũ tot millibus telorũ, omni ex parte venientiũ, valebat occurrere, aut tantum ponderis sustinnere?* INGEMINANT hastis & Troës & ipse

A ipse Fulmineus Mnestheus.] *Necesse.n.fuerat,vt cum o-mnib.faceret, quod hortatu suo videbat vniuersos efficere. Ipse quippe alios segnes & debiles reddit, qui, quod iusserit cõmunicare nõ curat, & laborantib^9 cunctis, solus cessat otiosus. Insistebat igitur etiã ipse, vt Turnus aut truderet manibus, aut armatus ire cogeretur in gurgitem, aut iaculis peremptus occũberet.* TVM toto corpore sudor Liquitur, & piceum (nec respirare potestas) Flumen agit.] *Ibat sudor ex Turni corpore, piceum flumen ostendens: nec fuit spiritum resumendi aliquod spatium.* FESSOS quatit æger anhelitus artus.] *Fatigata hominis membra, anhelitus debilior reddebat.* Ægrum anhelitum *dixit: quia ægros facit & debiles.* TVM demum præceps saltu sese omnibus armis.] *Hoc est, aut omnium virtute, aut cum armis omnibus: quoniam armatum esse constabat.* IN fluuium dedit.] *Non timuit se præcipitem dare, qui sciebat se in vndas esse venturum. Melius quippe certum periculum fuit ei subire, quàm quod esse potuisset incertum.* ILLE suo cum gurgite flauo Accepit venientem, ac mollibus extulit vndis.] *Contra spem omnium & suam, Turnus exceptus est: & qui altitudine gurgitis vel maximè armatus premi poterat, virtute magis vndæ collectæ suspensus est.* ET lætum socijs abluta cæde remisit.] *Atque ita factum est, vt fluuius eum placidè accepisset, atque ablutum remisisset ad socios. Non quod fluuius hominem exceperit aut remiserit: sed ipse Turnus elatus, ac è fluuio facilè egressus, ad socios se retulit.*

ÆNEIDOS LIBRI X.

Argumentum.

ΔΕΚΑΤΟΝ.

Occidit Aeneæ Decimo Mezentius irâ.

MODESTINI IVRISCONSVLTI, IN DECIMVM librum Aeneidos, Argumentum.

Concilium Diuis hominum de rebus habetur.
Interea Rutuli portis circùm omnibus instant.
Aduenit Aeneas multis cum millibus heros.
Mars vocat, & totis in pugnam viribus itur.
Interimit pallanta potens in prælia Turnus:
Cæduntur'que duces; cadit & sine nomine vulgus.
Subtrahitur pugnâ Iunonis numine Turnus.
Æneas perstat, Mezentî cæde piatâ,
Et Lausum inuictâ peremit per vulnera dextrâ.
Mox vltor nati Mezentius occidit ipse.

P. VERGILII M. ÆNEIDOS LIBER X.

C Panditur interea domus omnipotentis Olympi:
Conciliumq; vocat diuûm pater, atq; hominum rex,
Sideream in sedem; terras vnde arduus omnes,
Castraq; Dardanidûm aspectat, populosque Latinos.
Considunt tectis bipatentibus, incipit ipse:
Cœlicolæ magni, quianam sententia vobis
Versa retrò? tantúmq; animis certatis iniquis?
Abnueram bello Italiam concurrere Teucris.
Quæ contra vetitũ discordia? quis metus aut hos,
Aut hos arma sequi, ferrumq; lacessere suasit?
Adueniet iustum pugnæ (ne accersite) tempus:
Cùm fera Carthago Romanis arcibus olim,
Exitium magnum, atq; Alpeis immittit apertas.
Tùm certare odijs: tùm res rapuisse licebit.
Nunc sinite; & placitum læti componite fœdus.
Iuppiter hæc paucis. at non Venus aurea contrà
Pauca refert.
O pater, ô hominum diuûmq; æterna potestas!

PANDITVR interea domus omnipotẽtis Olympi.] *Hoc dicit, Factus est dies; secũdùm poëticum morem: quia dicunt poëtæ, matutino tempore aperiri cælũ; noctu verò claudi. Vnde est illud alibi:* Antè diem clauso cõponet vesper Olympo. *Nã & paulò pòst descripturus est noctem: vt,* Iamq; dies cælo concesserat. *vnde intelligamus, alium diem esse consumptum. & nunc eum, more solito, noctis prætermisisse descriptionem. Quanquam,* panditur cælũ, *etiam simpliciter possumus accipere, quouis tempore, scilicet ad numina conuocãda. quod & melius est: quia ait,* Interea, *id est, dum hæc geruntur. nam hæc particula, præterita negotia coniungit futuris.* OLYMPI.] *cæli; quasi ὅλον λαμπρὸς; ideò quia totũ lucet.* DIVVM pater.] *Pro, diuorum: sicut Argiuûm, Danaûm, Teucrûm. Videtur accusatiui singularis specie, pro genitiuo plurali, vsus.* SYDEREAM in sedem.] *In astriferum circulum. non enim omnes circuli astriferi sunt; sed solus superior. Aut* sideream, *lucidã dixit.* VNDE arduus omneis.] *Vt ait in Primo:* Et iam finis erat, cùm Iuppiter æthere summo Despiciens mare veliuolũ terrasq; iacentes. CASTRAQVE dardanidûm aspectat, populosq; Latinos.] *Post generalitatem intulit speciẽ. cõsequens est.n. vt, omneis terras vidẽs, cernat etiã castra Troiana. Nonnulli sanè Dardanidũ, pro Dardanidarũ, asserunt: vt sit genitiuus generis masculini specie fœmininã.* BIPATENTIBVS.] *Physicè dixit; nam cælũ patet ab ortu & occasu.*

occasu. Est autē sermo Ennianus, tractus ab ostijs, q̄ ex vtrāq; parte aperiūtur. Vnde & modò bipatētibus, *apertis intelligimus: quòd intrātibus & exeuntibus pateāt.* COELICOLÆ magni] *Orationis istius intētio hoc agit, vt ab odijs Troianorū Iuno reuocet̄.* QVIANAM.] *Cur, Quare. Sermo Ennianus:* Quianā legiones cædimus ferro. VERSA retro?] *Mutata. vt,* Quæ te genitor sententia vertit? *Quidam* versa retró *intelligunt, quòd rursus ad discordias videntur rediſſe: alij* versa retrò, *pro, inuersum acta; quasi quæ priùs rectū iter pergebat deriuata.* CERTATIS.] *Aut contra vos, aut contra sententiā meam.* ABNVERAM bello Italiam concurrere Teucris.] *Prohibuerā Italiam cōtra Troianos bella suscipere. Quomodo abnueram? cùm ipse in primo dixerit;* Bellum ingens geret Italia? *Sed, secundùm sapientes quosdam, alia est necessitas fati; alia voluntas deorum, vis nulla est. quod ipse manifestiùs in Quinto ostendit, his versibus;* Vel quæ prætenderet ira Magna deûm, vel quæ fatorum posceret ordo. *Nam in primo Aeneid. de irā Iunonis ait;* Acti fatis maria omnia circúm. *Et iterum in primo, fatorum arcana se dixit narraturum; non suam volūtatem ostensurum. Sed ibi secretò filiæ dicit; vt,* Hic tibi, (fabor enim: quando hæc te cura remordet) *hîc aliter, Idem insidiosè dijs omnibus præsentibus videtur loqui, propter remouendam eorum dissensionem. aut certè, quia ait in primo;* Ternaq; transierint Rutulis hyberna subactis. *Illic enim dixit, Aeneam in Italiā contra Rutulos tantùm esse pugnaturum: nunc autem omnis est Italia in bella cōmota, Iunonis instinctu quod & Alecto promisit: vt,* Finitimas in bella feram rumoribus vrbes. *Et Iuno dixit, se magis esse facturam: vt,* Ego siqua super fortuna laborū est, Ipsa regam. Abnueram *autem, Prohibuerā: vt contrà, Annuo, permitto significat & consentio.* QVÆ contra vetitū discordia?] *Vetationem prohibitionem meam. Et est vetitum, vt æquum: vnde est,* Et seruantissimus æqui. *Sanè, sub commonitione omnium deorum, maximè solam tangit Iunonem: cuius odia insequebantur etiam hoc bello Troianos. Quod etiam sequētes Iunonis allocutiones manifestiùs indicāt.* FERRV'MQVE lacessere.] *Pro, ferro se lacessere. ordo autē est:* Quis metus suasit, aut hos arma sequi, ferrumq; lacessere? *non est enim, hos suasit: ne fiat σολοικοφανὲς. quámuis inueniatur huiusmodi figura: vt,* Iuturnā in sero, fateor, succurrere fratri Suasi. *& Ennius:* Quis te persuasit? NE arcessite tempus.] *Nolite bellorum tempora præoccupare. Et benè satisfacit vxori, cum prohibitione. Significat autem bellum Punicum secundum; quo Hannibal ingressus Italiam compluribus locis vicit: præcipuè apud Cannas, vicum Apuliæ, omnem populi Romani deleuit exercitum.* OLIM.] Quandoque. ALPEIS immittit apertas.] *Emphasis est. non enim dixit, per Alpes immittet exercitum; sed ipsas Alpes: quas patefecit, non sibi tantùm; sed omnibus gentibus: quæ, secundùm Catonem & Liuium, muri vice tuebantur Italiam. has ante exustas, aceto infuso Hannibal rupit; post bella Hispaniæ, quæ decem & septem annis confecit. Iuuenalis:* Et montem rupit aceto. *Denique loca ipsa, quæ rupit, Apenninæ Alpes vocantur. Quámuis legatur, à Pœnina dea, quæ ibi colitur, Alpes ipsas vocari. Sanè omnes altitudines montium, licèt à Gallis Alpes vocentur, propriè tamen montium Gallicorum sunt. quas quinque vijs, Varro dicit transiri posse.* Vnā, quæ est iuxta mare, per Liguras: alterā, quā Hannibal transiit: tertiā, quā Pompeius ad Hispaniēse bellum profectus est: quartā, quā Hasdrubal de Galliā in Italiā venit: quintā, quæ quondam à Græcis possessa est; quæ exinde Alpes Græciæ appellantur. RES rapuisse licebit.] *Clarigationem exercere, hoc est, per feciales bella indicere. Nā veteres, lædere, res rapere dicebant: etiamsi rapina nullum cri*

Namq; alud quid sit, quod iā implorare queamus?
Cernis, vt insultent Rutuli, Turnusq; feratur
Per medios insignis equis; tumidusq; secundo
Marte ruat? nō clausa tegūt iam mœnia Teucros.
Quin intra portas, atque ipsis prælia miscent
Aggeribus mœrorum; & inundāt sanguine fossę.

men exstiterit. similiter [...]
cere, res reddere diceb[...]
Ancus Martius, cùm vide[...]
pulum Romanū, ad eun[...]
bellorum, plerung; infe[...]
tibus bella, nullā insti[...]
ratione, & exinde peric[...]
uia procreari misit ad gentem Equicolanā, & accepit [...]
cialia, per quæ bella indicebantur hoc modo, sicut etiam [...]
banis retulit Liuius. Nam si quando homines, aut anima[...]
aliquā gente rapta essent populo Romano; cum fecial[...]
est, sacerdotibus, qui faciēdis præsunt fœderibus, profic[...]
tur etiam Pater patratus; & ante fines stans, clarā voce [...]
belli causam: & nolentibus res raptas restituere, vel a[...]
iniuriæ tradere, iaciebat hastam. quæ res erat pugnæ pri[...]
& sic iam licebat more belli res rapere. Clarigatio au[...]
à clarā voce dicta est, qua vtebatur Pater patratus: aut [...]
κλῆρον, hoc est, sorte: nā per bellicam sortem agros hos[...]
uadebant. Vnde & κληρονόμοι dicuntur Græcè, qui in[...]
untur hæreditates. PLACITVM.] *Aut mihi scilicet [...]*
tis: aut, quod velim vobis placere. IVPPITER hæc [...]
cis.] *Habet personarum acceptionem, vt superioribus [...]*
det breuiloquium. Sic alibi; Tùm breuiter Dido v[...]
dimissa profatur. *Contrà inferiori potestati prolix[...]*
nem: vt de Venere; At non venus aurea contrà Pa[...]
fert. *Quia Veneri causam necesse est reddere; ideò non [...]*
refert: aut quia mater dolens: aut quia inferior. O' p[...]
hominum.] *Et Titianus & Caluus qui themata [...]*
omnes de Vergilio elicuerunt, & conformauerunt ad [...]
vsum, in exemplo controuersiarum has duas posuerunt [...]
tiones: dicentes, Venerem agere statu absolutiuo, cùm dic[...]
noni, Tu causa fuisti periculorum his, quibus Italiam fa[...]
cesserant: Iunonem verò niti statu relatiuo, per quem os[...]
non suā culpā Troianos laborare, sed Veneris. O' pater.] [...]
neraliter pater *accipe, non tantùm Veneris. nam suprà [...]*
mò, Iuno ad Aeolum ait. Diuûm pater, atque homin[...]
rex. *Et bene in principijs sibi fauorem arte cōciliat.* HO[...]
NVM diuûmq; æterna potestas.] *Hunc locum [...]*
quæris sed dixit vnam rem secundùm Physicos, alteram [...]
dùm Mathematicos. nam diuûm potestas *est; quia ip[...]*
ther, qui elementorum possidet principatum: hominum [...]
ideò, quia bona Iouis irradiatio honores hominibus [...]
Æterna autem potestas, *adiecit propter aliorum [...]*
discretionem. Nam legimus & Apollinem diuinam [...]
potestatem: & Herculem, vel Liberum patrem, nō semp[...]
fuisse. Vnde & deæ arborū cū arboribus viuunt, & cū a[...]
bus dicuntur mori: quocirca & ἁμαδρυάδες sunt appe[...]
Sicut autē hominū, & regū potestas: an, quemadmodū [...]
ge, vel magistratu, potestas solet dici? NAMQVE alud [...]
sit.] *Ac si diceret: cùm pene omnes dij in fauorē Iunoni[...]*
serint. Namq; *enim cōiunctio ostēdit, eam hanc habuiss[...]*
gitationē. Est autē parenthesis. IMPLORARE.] *Imp[...]*
est auxilium cum miseratione deposcere. quā ratione bene [...]
mus: Imploro te, vt auxiliū misero feras. contrà, Imploro [...]
diem festū: nō procedit. CERNIS.] *Ad augendā inuidia[...]*
cernis: *ac si diceret: Non est opus narratione, cùm Tro[...]*
miserias ipse conspiciat. Insultēt *autē: Propter quod di[...]*
est, Interea Rutuli portis circū omnibus instāt. *Insul[...]*
tare autē, est inimicis irridere per cauillationē: vnde & [...]
ἐπιχαιρεκακίαν vocant. Exsultare *verò, gloriari & læ[...]*
PER medios.] *Suos scil.* INSIGNIS equis.] *Prop[...]*
lud. Viginti lectis equitū comitatus. *nā castra non [...]*
irruperat. Et ambiguū, vtrū equis insignis, an equis fera[...]
CVNDO marte.] *Ad illud respicit* Hîc Mars armi[...]
animos viresque Latinis Addidit. RVAT.] [...]
CLAVSA mœnia.] *Ad q̄ in extremis solēt afflicti cōfu[...]*
Magna inuidia est: scimus .n. vltimū esse præsidium, in castra [...]
gere, & hostilē impetū plerunq; differre: sicut factū est in bell[...]
Troiano

A Troiano. Modò ergo dicit, ademptam esse etiam hinc aram misericordiæ: siquidem intra muros hostis insultat. QVIN.] Quinetiam. IPSIS.] In ipsis. Aggeribus autem, munitionibus: sed abusiuè. In muris autem ideo, quia ait suprà: Ignaros deinde in muris, Martemque cientes. AGGERIBVS.] Agger propriè dicitur, terra illa, quæ vallo facto propiùs ponitur. sed abusiuè & muros, & munimenta omnia, aggerem dicimus: sicut modò, aggeribus mœrorum, pro munimentis. MOERORVM.] antiquè ait, pro murorum. Nam veteres pleraq; eorum, quæ nos per u dicimus, per œ diphthongũ pronuntiabant. Hinc est mœrorum, pro, murorum. Et econtrà, Punio, pro Pœnio: quod verbum à pœnâ venit: quod græcum est vocabulum, ποινὴ dictum. Hinc est, Punica regna vides: cùm Pœnos vbiq; legerimus. Hoc autem facit Græca orthographia. nam quam nos u habemus, illi diphthongum habent οι: & ideò putarunt, posse pro hac litera diphthongum poni, licet aliam. INVNDANT.] Implent, & inundare faciunt.

POM. Sabi. PANDITVR interea, &c.] Dum talia geruntur à Turno, & Troibus panditur, &c. id est, fit dies. Cùm fit dies, cœlum videtur aperiri. Quintil. lib. 1. de officio Grammatici: &

B idem ca. 19. SIDEREAM in sedem.] in circulũ lacteum. Lacteus circulus in medio cœli est, & semper serenus. inde soliti dij spectare orbem terrarum: & hinc est æquale spatium inter ortum & occasum. BIPATENTIBVS.] apertis. COELICVLI magni.] loquitur Iupiter. & oratio huc tendit, vt Iuno desinat habere odia in Troianos. QVIANAM.] vna pars est, & significat, cur. sic vult Ennius. SENTENTIA.] sententia erat hæc: Ego vetaueram Italiam petere Troianos bello. Quo modo, si hoc est, intelligitur illud Iouis: Bellum ingens geret Italia? Iupiter videbat, Italos instinctos furiâ bellum illaturos: nunc, quia intulerunt, vetat. aut quòd illìc cum vno, hìc cum omnibus loquitur. In principio Iupiter congregatis dijs dedit Fata: nisi in Vergilio sit error. TVM certare.] tunc erit tempus. Romanorum magna cædes apud Thrasimenum, & apud Cannas. Vide de secundo bello Punico. O pater, ô hominum.] Loquitur Venus. Titianus & Caluus, qui themata omnia artis rhetoricæ de Vergilio sumpserunt ad docendi consuetudinem, dicunt, Venerem absoluto statu agere, cùm dicit Iunoni: Tu causa fuisti periculorum his, quibus fata Italiam concesserant. Iunonem verò contrà statu niti relatiuo: per quem ostendit, Troianos

C non suâ causâ laborare, sed Veneris. DIVVM.] Apronianus, non diuûm, sed rerum legit. Probus de hoc textu quærit. nam diuûm potestas: quia Iupiter est æther, qui est princeps elementorum omnium; quâ bonitate & benignitate Iouis mortales viuunt. vnde Iupiter, iuuans pater. ÆTERNA.] alij dij aliquando dij non fuerunt: sed Iupiter ab æterno fuit deus. Totus iste locus est è primo Lucilij: apud quem introducitur concilium deorum, de interitu Lupi. Implorare, cum misericordiâ poscere. MOERORVM.] antiqua pronuntiatio est, pro murorum: vt Pœna, Punio; Pœni, Punici: id est, œ pro u, lege in marmoribus. SANGVINE fossæ.] cæde meorum Troianorum.

VAR. Lect. PANDITVR interea domus omnipotentis Olympi.] Sunt qui Omnipatentis legunt, & Omniparentis. Et pro Olympi, Olympia. CONCILIVMQVE vocat.] Sunt lib. antiq. vbi Consilium scriptum inueniatur. QVIANAM sententia vobis.] Vetusti libri sunt, in quibus Quæ nam sententia legitur. NE accersite tempus.] Romanus liber, & hic, & alibi, verbum hoc in hanc sentẽtiam, Arcessite scribit: & ita in aliquot alijs antiquis exemplaribus notatum obseruaui. ET placidum læti.] Romanus liber, atque Mediceus, Placitum legit. DIVVMQVE æterna potestas.] Romanus liber, vnà cum alijs quibusdam, legunt, Rerumque æterna potestas. AGGERIBVS mœrorum. In Romano libro, in Mediceo, in Porcio, & plerisque alijs manuscriptis, Murorum notatum est. Plura verò super hoc videris apud Seruium. ET inundant sanguine fossæ.] Antiqui lib. plerīq; legunt Fossas: vt Rutuli sit subiectum.

CAEL. Rhod. Et quia de Olympo facta mentio est; scribit Cæcilius Minutianus Apuleius, Olympum etiam dici Iouem. vnde Næuius:

Panditur interea domus altitonantis Olympi.

Ex quo Vergilius, Omnipotentis Olympi. quod si est, falluntur, qui legendum arbitrantur, Omnipatentis Olympi. Nam & Enn. ait:

Decesit Olympius antro.

Auctor quinetiam Diodorus est, Iouem esse Olympium cognominatum, ab Olympo præfecto suo, à quo ingenij cultum acceperit.

IOAN. Scop. Et quantum de Olympo meminimus; hoc non prætermittamus, Olympum significare Iouem. Næuius: Panditur interea domus altitonantis Olympi: id est, Iouis. quem Næuium æmulatus est Vergil. in X. sic: Panditur interea domus omnipotentis Olympi. sic etiam legit Quintil. in primo: licèt quidam, sed nimis licentiosè, omnipatentis Olympi emendauerint; cœlum intelligentes. Olympus, quando significat cœlum, vt Diodorus, dicitur ab Olympo, Iouis præceptore: vt Xenophon de equiuocis, dicitur quasi solos, id est, totus, & lympos, id est, lympidus & fulgens. & inquit. Omnis mons regionis, Olympus à Græcis dicitur. Quando verò est fossa pomœrij, ab Arameis, sic interpretatur: ab O, quod est priscum, æternum, perpetuum; & lympum, quod est circulus extremus. Olympus ergo dicitur, à formâ circulari continuâ & perpetuâ, cum interiore area.

DON. PANDITVR interea domus omnipotentis Olympi: Conciliumque vocat diuûm pater atque hominum rex: Sideream in sedem terras vnde arduus omnes, Castraque Dardanidum aspectat, populosque Latinos.] Lucem authores nonnulli dixerunt tũc pandi, quum exoritur dies; tunc claudi, quum finito die tempus noctis accedit. & ne longiùs istius assertionis documenta requirantur; ipsius Maronis consentientis in hæc dicta repetamus. Hic enim ait, Panditur; vt ostenderet, diem venisse. alio autem loco dixit: Ante diem clauso componet vesper Olympo. Hoc ipsum firmatur ex eo: quòd cœlo etiam portas adsignant. quod enim habet portas, aperitur & clauditur: nec aliud officium potest esse portarum, nisi vt clausæ ingressum denegent; aut, quum patent, venientes admittant. Vnam referunt portam, quâ sol exoritur: alteram, quæ illum excipit occidentem. Quum igitur dies, exactis noctis temporibus, aduenisset, & cœlum esset patefactum: concilium deorum fieri Iupiter iussit, & in vnum congregari vniuersos. Illìc enim deos sedere conuenerat; vbi tenebantur & sidera. Nec illud vacat, quod dixit; Diuûm pater atque hominum rex: quoniam id dicere fuerat necessarium. Qui enim deos atque homines vnâ potestate retinebat: debuit omnes æquo moderationis arbitrio gubernare; & illìc habere concilium, vbi dij præsentes essent, & vnde omne humanum genus videri potuisset. Non tamen exæquauit homines & deos. Nam diuûm dixit patrem; hominum autem regem: quæ officia, æquitate & moderatione consistunt. Causa autem contrahendi concilij fuit: vt obiurgatione conuenienti omnes deos, & Iunonem ipsam obliquè, Troianorum æmulatione compesceret; quam per iram suprà se certò commonuerat, vt Troianorum hostem fouere desineret. CONSIDVNT tectis bipatentibus.] Bipatentibus dixit, propter duas portas: quarum suprà, secundùm Poëtam ipsum, reddidimus rationem. INCIPIT ipse.] Ipse scilicet deûm pater, & hominum rex. COELICOLÆ magni.] Omnium fecit causam, quia, in fauorem Iunonis, omnes erant Troianis infesti: & in conuentu publico, sororem suam, eandemq; coniugem, specie exprobrationis volebat exponi. QVIANAM sententia vobis Versa retrò? tantumq; animis certatis iniquis?] Qui cœlum, inquit, incolunt, &

indè magni ſunt, & qui omnium populorum retinent principatum; iuſti eſſe debent, & in vnâ manere ſententiâ: non moueri, & non vti perfidiâ. At vos contrà, mobiles, reſcindentes ea, quæ ſemel ad placitum dicta ſunt; irreligioſi in regem, & iniqui in homines: quale ſtudium veſtrum, quod neque ego probo, & mortalibus diſplicet. Addidit etiam: TANTVMQVE animis certatis iniquis?] *Ecce, vt iniquitatis ipſius exprimeret vim, ait: Vt, ſi faciendum aliquid, quámuis contra fas fuiſſet, modus tamen imprudentiæ aliquãdo deberet imponi. Summa ergo obiurgationis ipſius hoc modo colligitur: Facitis, quod deorum perſonæ non congruit. non ſtatis in vnâ ſententiâ: non regitis homines æquo iudicio; ſed innocentibus eſtis infeſti: coëundi vobis licentiam vendicatis; facientes contrà ſententiam meam: Et, quod eſt inter omnia notabilius, longis temporibus in errato perſtitiſtis.* ABNVERAM bello Italiam concurrere Teucris.] *Hunc locum qui exponunt; volunt ipſum Iouem, reprehendentem alios, eſſe mentitum. aſſerunt enim, aliud ſecretò in primo libro filiæ eſſe confeſſum; aliud verò in præſenti concilio ſimulare.* Quod *abſit à Poëtâ noſtro: vt talem inducat, quem in deos & in homines habere poteſtatem multis locis aſſeruit. & vera ille dicebat, nec ab illis diſſimilia, quæ prædixerat filiæ. Sed ſi primo libro propoſita congruè intelligerentur; ad errorem præſentis loci, legentium non veniret intentio.* Quid *enim in primo libro futurum prædixerat?* Bellum ingens geret Italia. *& hîc dixit:* Abnueram bello Italiam concurrere Teucris. *Hinc primùm error exoritur, quòd ſeparant,* Bellum ingens geret Italia. *Ceterùm, ſi contextam Iouis orationem aduerterent; nunquam fallerentur. Illic enim, & perſonam inuenirent geſturam bellum, & contrà id, quod eſt futurum, manifeſtius præuiderent. Nos tamen ab illis omiſſa repetamus; vt intellectus deducatur in lucem.* Parce, *inquit,* metu, Cytherea: manent immota tuorum Fata tibi: condes vrbem, & promiſſa Lauini Mœnia; ſublimemque feres ad ſidera cœli Magnanimum Æneam: neque me ſententia vertit. Hic tibi, (fabor enim) quando hæc te cura remordet, Longiùs euoluens fatorum arcana mouebo. *Hæc ad ea pertinent, quibus Venus poſſet maturè ſecurior reddi; in quo ipſe Aeneæ nomen non omiſit. Huic nomini vbi iungendum eſt,* Bellum ingens geret Italia: *ſubtractis his verſibus, qui narrationem continuam diuiſerunt; hoc eſt,* Neque me ſententia vertit: Hîc tibi (fabor enim) quando hæc de cura remordet, Longiùs euoluens fatorum arcana mouebo. *Hoc ergo ſubtrahendum eſt: dehinc iungenda ſunt cætera; & vt integretur narratio futurorum, vt ſit:* Sublimem feres ad ſidera cœli Magnanimum Æneam. *& ſequatur:* Bellum ingens geret Italia: *id eſt, non Italia geret ingens bellum; ſed ipſe Aeneas bellum ingens geret Italiâ. Deductâ hîc* In *præpoſitione, fecit ex poëticâ licentiâ: ſed vbi addenda eſt, vt ſit; Bellum ingens geret in Italiâ, populoſq; feroces contundet; ipſe ſcilicet Aeneas: moreſq; viris, & mœnia ponet; ipſe Aeneas. Ecce dicit, & quanto tempore regnaturus:* Tertia dum Latio regnãtem viderit æſtas, Ternaque tranſierint Rutilis hyberna ſubactis. *Hæc proculdubiò ad Aeneæ, non ad prouinciæ perſonam pertinent. Si enim Italia fuerat bellum geſtura: quem intelligimus, perceptâ victoriâ, potuiſſe regnare? Non eſt igitur diuerſum; nec fefellit Iupiter quenquam, dicendo:* Abnueram bello Italiam concurrere Teucris. *Prædixerat enim in primo libro, futurum bellum in Italiâ; atq; hoc bellum Aeneam feris, & indomitis adhuc gentibus, illaturũ. Hîc dicit, hãc fuiſſe diſpoſitionem; ne Itali belli vim Troianis inferrent. Quod reuerâ non fieret; ſi Iunonis tergiuerſatio quieuiſſet. quam Iupiter obliquè pulſat, & quaſi neſcius, authorẽ facti perquirit. Deniq; ſic poſuit:* QVÆ contra vetitũ diſcordia? quis metus aut hos, Aut hos arma ſequi, ferrumq; laceſſere ſuaſit?] *Non, vt dictũ eſt, quæſiuit, vt neſcius, quo authore iſta viderentur admiſſa: ſed reprehendit. & quũ omnes deos obiurgat; ipſam Iunonem inſolentiæ crimine aſpergit & notat.* A
ADVENIET iuſtum pugnæ (ne accerſite) tempus; Quum fera Carthago Romanis arcibus olim Exitium magnum, atque Alpes immittet apertas. Tùm certare odijs, tùm res rapuiſſe licebit.] *Veniet, inquit, iuſtum tempus; quo in hoſtes populi Romani odia exercere debeatis: tunc ſcilicet, quum fera Carthago, cum Gallis, vrbis arcibus cœperit imminere. tunc vobis licebit facere, quæ volueritis, & aliena diripere.* NVNC ſinite, & placitum læti componite fœdus.] *Nunc, inquit, horum diſſenſione poſitâ, amate concordiam. Idcirco poſuit; Veniet iuſtum pugnæ tempus: vt ex hoc oſtenderet, quod contra Troianos gerebatur, iniuſtum fuiſſe.* IVPPITER hæc paucis.] *Ideò pauca viſa ſunt: quia inducturus eſt Venerem, non paucis elocuturam. Deniq; ait:* AT non Venus aurea contrà Pauca refert.] *Inuenit enim opportunum tempus; quo Iupiter agebat iam Troianorum patrem qui cauſam querelarum fuerat auditurus. Inuenit, inquit, locũ; vt, quicquid doloris olim conditum retinebat, effunderet. Auream Venerem, magis animo, quàm corpore, debemus accipere; quum triſtis eſſet, & refertur ad dolores eius: quæ in conuentum deorum proceſſura fuerat; nec illo tempore de exornandâ pulchritudine poterat cogitare. Ordinatur ſenſus ſic: At Venus aurea non pauca contrà refert.* B *Aurea igitur, hoc eſt, animo bona & innoxia, intelligenda eſt. nec* Pauca *ideò: quia in conuentu tanto, omnia ſimul, vt fecit, debuit effundere; quæ prodeſſe filio & Troianis opportunè potuiſſent: ex occaſione libertatis; cuius forſitan non habuiſſet copiam poſteriùs.* O' pater ô hominum diuûmq; æterna poteſtas.] *Officijs præeuntibus inuidioſæ conuentionis, patrem dixit: Aut ſuũ, vtpote filia; aut deorum omnium, vt dea. Addidit,* Hominum & diuûm æterna poteſtas: *vt oſtenderet, nec hominum quenquam, nec deorum; debere niti aduersùs ea, quæ vellet ille, qui haberet æternam poteſtatem. Et æternitatem poteſtatis neceſſariò adiecit; poſſunt enim contemni, quibus aliquando ſua poteſtas tollitur.* (NAMQ. aliud quid eſt, quod iam implorare queamus?) Cernis, vt inſultent Rutuli: Turnuſque feratur Per medios inſignis equis tumiduſque ſecundo Marte ruat?] *Magnum doloris commouit affectum: quando ad id memorat fortunam Troianorum eſſe perductam; vt eius malis nullo iam poſſit remedio ſubueniri. Deniq; ſub tali inuidiâ ſubnexuit:* Cernis, vt inſultent Rutuli, Turnuſq; feratur Per medios, inſignis equis, tumiduſque ſecundo Marte ruat? C *Quid, inquit, vel quale beneficium pro perditis petam? facerem, ſi aliquid ſpei ſupereſſet. Iam perfectâ victoriâ triumphant Rutuli: &, quod eſt omni calamitate deterius, victis inſultant; Turnuſq; ipſe inter medios vehitur tutus. Quòd ait, quòd Turnus feratur per medios inſignis equis: & portetur, intelligi poteſt; quoniam equorum facta commemoratio eſt: & ſuperbiâ feratur; quoniam de victoriâ loquebatur, quem ſecundæ res erectum ſublimemq; perfecerant. denique ſequitur:* Tumiduſque ſecundo Marte ruat? *Ecce, vnde ferebatur: quoniam fauore Martis vtiliter commodeq; pugnauerat. Compleuit partes Turni, & eius proſperitatem proſecuta eſt: incipit contrà enumerare ſuorum aduerſa.* NON clauſa tegũt iam mœnia Teucros.] *Quam ſpem habere poſſunt; qui munimenta perdiderunt, defenſionemq; caſtrorum?* QVIN intra portas, atque ipſis prælia miſcent Aggeribus murorum, & inundant ſanguine foſſæ.] *Augmentum malorum eſt, quòd muris perditis conſtabat exortum, vt intra muros, murorumq; aggerem, hoſtis impunè certaret, & vinceret in tantum, vt cæſorum ſanguis foſſas implêſſet. Nec me quiſquam fingere aliquid putet. Malorum meorũ teſtes ſunt oculi tui; & tuis conſpectibus infortunia miſerorum cuncta monſtrentur. Occiſum adhuc, quod infelix gemo: & inſultat, qui in ſontibus intulit bellum. Quòd dicit, clauſos fuiſſe, & victa per vim, quæ ictus defendebãt: oſtendit, incitatos eos fuiſſe, & ab aliquibus fuiſſe pro*

ſe pro

A *se prouocatos. Monstrabat Venus vniuersa: non quia illi subiecta non viderent; sed vt, illis consideratis, tandem miseratio nasceretur. Hanc partem astruebat Poëta, quum diceret,* Terras vnde arduus omnes Castraque Dardanidûm aspectat, populosque Latinos: *vt facilis esset probatio Veneri, eorum scilicet, quæ inter suos ac Rutulos gerebantur.* Cernis, *ad omnia pertinet, quæ Venus conquerens enumerabat: vt sit, Cernis vt insultent Rutuli? Cernis vt Turnus feratur per medios insignis equis? Cernis vt tumidus secundo Marte ruat? & sic cætera, quibus potest aptari, quod semel dictum est,* Cernis. *Quod ait,* Per medios insignis equis feratur: *indè erat maior acerbitatis morsus: vt in medio Troianorum positus, salutis periculum non timeret; quin potiùs gloriaretur, & insignis incederet.*

Æneas ignarus abest. nunquámne leuari
Obsidione fines? muris iterum imminet hostis
Nascentis Troiæ, nec non exercitus alter;
Atq; iterum in Teucros Ætolis surgit ab Arpis
Tydides. equidem (credo) mea vulnera restant,
Et tua progenies, mortalia demoror arma.
Si sinè pace tuâ, atque inuito numine, Troës
Italiam petière: luant peccata; neque illos
Iuueris auxilio. sin tot responsa secuti,
Quæ superi manesque dabant: cur nunc tua quisquam
Vertere iussa potest? aut cur noua condere fata?
Quid repetam exustas Erycino in littore classes?
Quid tempestatum regem, ventosque furenteis
Æoliâ excitos, aut actam nubibus Irim?
Nunc etiam maneis (hæc intentata manebat
Sors rerum) mouet; & superis immissa repentè
Alecto, medias Italûm bacchata per vrbeis.
Nil super imperio moueor. sperauimus ista,

SER. ÆNEAS ignarus abest.] *Ne meritò videatur pati. neq; enim potest videri fecisse bellum, qui factum esse ignorat: aut hoc ipso miserabilis, quia ignarus excessit.* LEVARI obsidione fines?] *Liberari. & obliquè, per Iouem, inuidiam commouet in Iunonem.* NASCENTIS Troiæ.] *Inuidiosè: quia iam ruinis periclitatur, quæ modò nascitur.* ÆTOLIS surgit ab arpis.] *Atqui non est venturus. Vnde accipiamus, Venerem non quasi deam loqui; sed quasi vnam de Troianis. vt in Primo;* Vnius ob iram Prodimur. *Item,* Cœli quibus adnuis arcem: *ne futura ignorare videatur.* Ætolis *autem* Aripis, *sic dixit; vt* Cumas Euboicas. *nam de Aetoliâ Diomedes venit, qui Arpos in Apuliâ condidit.* MEA vulnera restant.] *Vt possim denuo vulnerari.* DEMOROR.] *Exspecto, sustineo: id est, vt dea mortalium armis intersim, & ipsa depugnem. & sic dixit* mortalia arma; *vt in duodecimo,* vulnus mortale. SINE pace tua,] *Sinè tuâ beneuolentiâ, sinè tuâ concessione: vt,* Orantes pacem, veniamq; petentes. *Item,* Exorat pacem diuûm. *Ergo* Pace, *beneuolentiâ, suffragio: vt solet dici; Pace illius dixerim. Dicendo autem; Si ad Italiam sinè deorum voluntate venerunt, dent pœnam: ostendit statum esse absolutum, & insinuatione vtitur, id fictâ conditione concedendo, quod non esse verum, Venus conscia est: vt deinde, quum diu rem indignam ostenderit, & indignitatem auxerit, nihil simile à se factum o-*

C *stendens, magis ac magis Iouis exoret fauorem.* INVITO numine Troes.] *Syllepsis est per genus.* LVANT peccata.] *Luât, id est, absoluant. Dicimus autem &, Luo pœnam. Sed melius est, Luo peccatum: nam peccatum soluitur pœnâ. Qui enim crimine tenetur obnoxius; pœna eum à pristinâ liberat obligatione. Contrà, Luo pœnam, non procedit, quasi pœna soluatur. Autoritas tamen ista confundit licenter, more, quo solet poni, vel à sequenti quod præcedit, vel à præcedenti quod sequitur.* NEQVE illos Iuueris auxilio.] *Concessiuus est modus iste, secundùm Probum: namq; in artibus non inuenitur. Fit autem, quotiens tædio contentionis quasi videmur concedere; quod tamen nolumus fieri. nam hoc loco id agit Venus, vt Iupiter magis præstet auxilium.* RESPONSA secuti.] *Hoc est, Si non solùm prohibiti non sunt; sed eis etiam concessum est.* SVPERI.] *vt Apollo.* MANES.] *Vt Creusa, vel Anchises, vel Hector.* QVISQVAM.] *Verecunde: quia contra vxorem agit apud maritum.* NOVA condere fata.] *Quæ aduersus quæ statuisti.* EXVSTAS Erycino in littore classes.] *Nunc per ἀντικατηγορίαν ad accusationem alterius transit. argumentum est enim, verum habeat voluntatem nocendi, quæ nocuit.* Erycino *autem* in littore, *secundùm opinionem suam dixit. Nam alij apud Caietam dicunt exusta nauigia: vnde & Caieta dicta est, ἀπὸ τοῦ καίειν. Quámuis quatuor naues exustæ sunt: hæc tamen exaggerat.* QVID tempestatum regem.] *Vbiq;* repetam *subaudiendum est.* ACTAM nubibus Irim.] *Impulsam scilicet vt persuaderet matribus incendium nauium. Aut, secundùm præceptum artis Rhetoricæ, rem vnam in duas diuisit: vt latiùs pateret rei acerbitas, interposito alio crimine. nam per Irim naues exustæ sunt. Sed melius est, (vt non sit iteratio) ad Turnum missam Irim intelligere. Nec nos moueat ordo conuersus. solent enim grauiora in principijs, & in fine, secundùm artem Rhetoricam, poni.* NVBIBVS.] *Per nubes.* SORS rerum.] *Id est, regnum. nam per sortem inter se fratres, Iupiter, Neptunus, & Pluto, mũdi regna diuiserunt: quæ Iuno, præter inferos, in Troianorum perniciem mouerat.* SVPERIS immissa.] *Ac si diceret: non iam Troianis; sed dijs. Respexit autem ad illud,* Et cœli cõuexa per auras. BACCHATA per vrbes.] *Non vagata, sed bacchata, id est, perfuruit. & bene* bacchata: *quia, per simulationem sacrorum Liberi patris, matres egerat in furorem.* SVPER imperio.] *Id est, de imperio: vt,* Multa super Priamo rogitans. *& quasi de salute suâ se dicit laborare. Est autem verecunda petitio, & obliqua: per quam magna Ioui inuidia commouetur, qui imperium Troianis promiserat.* SPERAVIMVS ista.] *Absolutè dixit.*

POM. Sabi. LEVARI.] *liberari.* ALTER.] *illic Græcorum; hic Latinorum.* ÆTOLIS.] *Diomedes, nepos Oenei, filij regis Aetoliæ, condidit Arpos in Apuliâ; vt diximus in principio octaui.* TYDIDES.] *Diomedes, filius Tydei, non erat venturus: sed timebat. nam Rutuli, Venulum legatum ad Diomedem miserant, pro auxilio.* DEMOROR arma.] *sustineo: q.d. volo demorari.* INVITO numine.] *imò tu voluisti, Troas venire in Italiam.* LVANT.] *absoluant pœnas.* INVITO.] *si Troiani venerunt te inuito in Italiam; dent pœnas, nec iuues illos. sin volentibus fatis venêre; cur audet quisquam obstare?* CONDERE fata.] *vt cadant, qui non sunt casuri.* QVID repetam exustas.] *Iris missa à Iunone, mutata in Beroën, vxorem Dorycli, suasit Iliadibus, vt iácerent ignem in naues: &, nisi citò tulisset opem Ascanius, incensæ fuissent omnes. Aiunt quidam, non in Sicilia incensas naues Aeneæ; sed Caietæ. vnde nomen loco à καίειν, cõmburere, est: indè Caieta.* TEMPESTATVM.] *in primo libro.* ÆOLIA.] *Aeolus, impulsus à Iunone. Alecto impulit Amatam & Turnum; adeò nihil reliquit inausum & intentatũ Iuno.* PER vrbes.] *Laurentum & Ardeam. lege suprà.* SPERAVIMVS.] *aduersa ista ferendo vicimus.*

VAR. Lect. VERTERE iussa potest.] *In Romano libro,* Iura, *legitur: in Oblongo,* Flectere iussa.

DON. ÆNEAS ignarus abest.] *Hæc, inquit, omnia Aeneâ geruntur absente: vt ostenderet, etiam ipsum ab his actibus alienum.* NVNQVÁMNE leuari Obsidione fines?] *Non dabitur malis Troianorum finis, nec releuatio aliqua? neq; aliquando erunt ab obsidionibus liberi? Obsidionis Troianæ facit cõmemorationem præsentis. Deniq; sequitur:* MV-

RIS iterū imminet hostis Nascentis Troiæ, nec non exercitus alter.] *Perijt, inquit, antiqua Troia, nec alteram renasci admittitur. Recessit Græcorum exercitus, qui tandem perdidit patriam: alter imminet, ne recidiua consurgat.* ATQVE iterum in Teucros Ætolis surgit ab Arpis Tydides.] *Non ipse, sed ad ipsius similitudinem alius.* EQVIDEM credo, mea vulnera restāt.] *A' Diomede enim dicitur vulnerata: ac per hoc, si sperabatur alius emersurus in Diomedis vicem; quid supererat, nisi vt humanis manibus Venus iterum læderetur?* Quod dixit, Mea vulnera, *ipsa exposuit, quid in pronomine debeat intelligi, addendo:* ET tua progenies mortalia demoror arma.] *Pronominis vim, alterius pronominis substātia patefecit. Nam quod dixit,* mea vulnera; *hoc exposuit, dicendo,* Et tua progenies. *Si, inquit, contemptum fuit in me meritum meum in primo vulnere, vel nunc nihil tale debet exoriri: quia filia tua sum.* SI sinè pace tuà, atque inuito numine, Troës Italiam petiêre: luant peccata, neque illos Iuueris auxilio.] *Secura hæc dicebat: nihil enim factum est, nisi ex eius voluntate. Certè, inquit, si contra sententiam tuam Troiani fecerūt in eo, quia venerunt ad Italiam: nec intercedo; nec rogo. noli iuuare improbos: sed contumaces extingue. Cur illi non mereantur interitum: si te inuito aliquid ausi deteguntur?* SIN tot responsa secuti, Quæ superi manesque dabant.] *Pro peccato habent: quia prædicta toties, & tot deorum responsa, sectati sunt; & monita, ex infernis partibus data.* CVR nunc tua quisquam Vertere iussa potest? aut cur noua condere fata?] *Quis, ait, iste potior te est; cui licet tuam abolere sententiam, aut noua fata conscribere? Duo illicita posuit. Vertere enim non debuit, quod oportuit esse perpetuum: & nihil statui nouum, contra instituti veteris formam.* Vertere, *nullam spem reparandæ rei significat. quo verbo verè vsa est in primo libro, dicens:* Quæ te, genitor, sententia vertit? *Quod enim habet aliquid, & vertitur, totum perdit, & nullæ in eo reliquiæ manent.* A QVID repetam exustas Erycino littore classes?] *Per omissionem enumerat, quicquid Troianis inflictum est. In hoc autem, & locum commemorauit, & factum.* QVID tempestatum regem, ventosque furentes Æoliâ excitos?] *Naufragium tangit, quod descriptum est in primo libro.* AVT actam nubibus Irim?] *Quæ ad exurendas naues, matres Troianas accendit.* NVNC etiam manes (hæc intentata manebat Sors rerum) mouet.] *Nunc, hoc est, recenti tempore, commouit manes. id enim ei remanserat solum, quod nondum in Troianorum exciērat necem. Huius partis grauiter exaggerat factum. Commouit, inquit, cœlum, maris fluctus & ventos miserandis immisit: postremò, quod tertiæ sortis intentatum remanserat, inferos quoq; cum istâ luce commiscuit.* ET superis immissa repentè Alecto medias Italûm bacchata per vrbes.] *Viderunt superi, quod videri non licuit, Alecto furiam, ipsis quoq; inuisam, per medias vrbes Italas, atque in luce, impunè bacchantem.* NIL super imperio moueor: B sperauimus ista, Dum fortuna fuit: vincant, quos vincere mauis.] *Nec arbitreris, me verbis præsentibus imperium quærere. Cur enim de imperij possessione contendam, cui non finitur viuere? Potuerunt sperari, quum possent. Vincant, non qui vincendi habent iustissimas causas; sed quibus iniquitas fauet. vincant, quibus victoriam cedere voluisti: illorum tibi pars præponenda visa est. Sint superiores, non merito suo; sed arbitrio tuo.*

Dum fortuna fuit: vincant, quos vincere mauis.
Si nulla est regio, Teucris quam det tua coniunx
Dura; per euersæ, genitor, fumantia Troiæ
Excidia obtestor: liceat dimittere ab armis
Incolumem Ascanium; liceat superesse nepotem!
Æneas sanè ignotis iactetur in vndis;
Et, quamcunque viam dederit fortuna sequatur.
Hunc tegere, & diræ valeam subducere pugnæ!
Est Amathûs, est celsa mihi Paphos, atq; Cythera,
Idaliæque domus. positis inglorius armis
Exigat hîc æuum. magnâ ditione, iubeto,
Carthago premat Ausoniam. nihil vrbibus indè
Obstabit Tyrijs. quid pestem euadere belli
Iuuit? & Argolicos medium fugisse per ignes?
Totque maris, vastæque exhausta pericula terræ?
Dum Latiū Teucri, recidiuaq; Pergama quærunt?
Non satius, cineres patriæ insedisse supremos,
Atq; solum, quo Troia fuit? Xanthum & Simoënta
Redde, oro, miseris: iterumque reuoluere casus
Da, pater Iliacos Teucris. Tùm regia Iuno
Acta furore graui: Quid me alta silentia cogis
Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?
Ænean hominum quisquam diuûmq; subegit
Bella sequi, aut hostem regi se inferre Latino?
Italiam petijt fatis authoribus: esto,
Cassandræ impulsus furijs. num linquere castra
Hortati sumus? aut vitam committere ventis?
Num puero summam belli, num credere muros?
Tyrrhenámue fidem, aut gentes agitare quietas?
Quis deus in fraudem? quæ dura potentia nostra
Egit? vbi hîc Iuno? demissáue nubibus Iris?
Indignum est, Italos Troiam circumdare flammis
Nascentem; & patriâ Turnum consistere terrâ,

SER. CONIVX Dura.] *Hîc distinguendum; ne incipiant esse duo epitheta,* Dura fumantia excidia: *quod contra artem fit, nullâ interpositâ coniunctione.* Dura *autem debere distingui, ipse ex personâ Iunonis ostendit:* Quæ dura potentia nostra egit? *Et mirè* Cōiunx; *quasi vitium mariti sit.* Nulla *autem* regio, *inuidiosè dixit: vt suprà,* Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis: *cùm à sola arceantur Italiâ.* PER euersæ, genitor, fumātia Troiæ.] *Cùm dicimus; Rogo te per deos: hoc videmur dicere; Memineris, religioni curæ esse petitionem meam. sicut in primo expressit;* At sperate deos memores fandi atq; nefandi. *Cùm autem dicimus; Rogo te per miserias meas: videmur dicere, Memineris, ab eo te rogari, qui miserias pertulit, vt ad misericordiam, qui rogatur miseriarum commemoratione flectatur. sicut est nunc in Veneris petitione. Nā ideò sic rogat; vt commemoratione Troianæ infelicitatis impetret misericordiam. Aliâs stultum est, cùm adiuratur Iupiter per excidia Troianorum. Sallustius in primo:* Postremò ipsos colonos per miserias & incerta humani generis orare. Fumantia, *aut tem, quæ fumauerunt: non enim nunc fumantia.* INCOLVMEM Ascanium.] *Ideò Venus pro Æneâ non petit hoc loco: non quia pro eo non mouetur: sed aut quia scit, eum celeriùs esse moriturum; aut quia soli Ascanio debetur imperium & summa rerum. vt,* Cui regnum Italiæ, Romanaq; tellus Debentur. *Ideò est pro eo sollicita: non quia pro filio non mouetur.* C ÆNEAS sanè.] Quidam sanè *pro valdè accipiunt: vt Cicero pro Quintio;* Sanè cęterarū rerū paterfamiliâs, & prudens, & attentus. EST Amathus.] *Amathus & Paphos, Cypri insulæ ciuitates sunt, Veneri consecratæ. Amathus, ab Amathone.* CELSA Paphos.] *Antiqua Paphos, quæ nunc Palepafes dicitur, in excelso fuit posita: ex quo loco ædificia, permittente pace, in littus deducta sunt.* CYTHERA.] *Insula est contra Laconicam, Veneri consecrata. Dicimus autem hæc Cythera, in plurali; sicut hæc Solyma, hæc Artaxata & Megara.* IDALIÆQVE domus.] *Idalium, Ciuitas Cypri est. & hîc Idaliam dixit: cùm ipse dixerit,* Aut super Idalium. ÆVVM.] *Hîc vitam: aliâs ætatem.* INGLORIVS.] *Sinè triumphis, immemor gloriæ. Cicero in*

A cero in Tusculanis: Quæ de vitâ inhonoratâ & ingloriâ dici solet. NIHIL vrbibus indè Obstabit Tyrijs.] Id est, ab Ascanio Tyrij nihil timebunt. & verum est; nam Scipio vastaturus est Africã. QVID peste euadere belli iuuit.] In fine iam agit miserabiliter, sicut egit in principijs. Nam hoc præcipit ars Rhetorica, vt epilogi & principia pari argumentatione tractentur. Pestem autem, incendium significat: vt, Et toto descendit corpore pestis: cùm de nauibus loqueretur incensis. FVGISSE per ignes?] Exprimit, quid sit, pestem belli euadere. RECIDIVA'QVE Pergama.] Renascentia. Tractus est autem hic sermo ab arboribus, quæ alijs sectis repullulant. ergo illud solum Recidiuum dicimus, quod postea renascitur. vnde modò recidiua Pergama, quæ renouantur ab his, qui superstites sunt Troianis periclis. NVM satius.] Deest, fuit. CINERES patriæ insedisse.] Sic in quarto: Dulcesque meorum Relliquias colerem. ATQVE solum, quo Troia fuit.] Sic in tertio: Et campos, vbi Troia fuit. XANTHVM & Simoënta redde, oro, miseris.] Ambiguum est, vtrum dicat, Redde nobis reuerà antiquam Troiam: an, terras alias, ad similitudinem Troiæ. Nam nouimus, hanc fuisse consuetudinem; vt aduenæ, patriæ suæ sibi imaginem redderent: vt, Ef-

B figiem Xanthi, Troiamque videtis. Bene ergo Venus medio vsa est loquendi genere; vt vtrumq; significaret: & antiquæ Troiæ redditum, & imperium Italiæ, quod Troianis Iupiter ad similitudinem Troiæ fore promiserat. & magis hoc est, quod latenter desiderat atque petit. CASVS da pater Iliacos.] Reddantur nobis errores pristini, dummodò præsentia bella vitemus. ITERVM'QVE reuoluere casus.] Si ad Troiam vis referre, sic dic: Nobis redde Troiam per naufragia & pericula: id est, patiamur denuò quæ pertulimus; duntaxat nobis Troia reddatur. Si verò ad Italiam vis referre, sic intellige: Redde nobis Italiam; & libenter repetemus ea, quæ in Troiâ pertulimus. ALTA silentia.] Iuno vbique silens inducitur. Vnde ei oratio pro re, nisi ex nimiâ necessitate, non datur. vnde est; Acta furore graui. Statius: Iunonem tacitam furibunda silentia torquent. Et notandum, quia sigillatim dicta Veneris hac oratione soluuntur. Silentia autem rumpere, loqui, propriè dictum. Sciendum enim, quòd Vocem rumpere, est tacere. Vnde apparet, vsurpatione dictum esse, Composito rumpit vocem, id est loquitur. nam Vocem rumpere, silere est: Silentium rumpere, loqui. OBDVCTVM dolorem.] Celatum iam, & diuturnâ cicatrice coopertum. nam Obduci vlnera dicuntur, quæ ci-

C catrice clauduntur. ÆNEAN hominum quisquam.] Ad illud, Quæ superi manesque dabant. & celant, quæ facta sunt, ea, quæ non sunt facta, commemorat. Nam non Aeneas, sed Turnus, Iunonis instinctu bella commouit. Sequi autem, petere: vt, sidera voce sequentem. Vtitur autem replicatione rerum obiectarum: pòst enim sequitur resolutio. ESTO.] Modò est concedentis aduerbium: nam Græcum est, ἔσω. Illo autem loco verbum est; Esto nunc sol testis. FATIS authoribus.] Num hîc responsis? quia hoc sequitur. CASSANDRÆ impulsus furijs.] Bene furijs, plurali numero: quod de vaticinantibus non dicitur. Ergo, vt videantur meritò esse decepti, qui Cassandræ insanienti crediderunt. Quod nunc falsò à Iunone dicitur: sicut ex verbis probatur Anchisæ, qui ait in Tertio: Aut quem tùm vates Cassandra moueret? NVM linquere castra.] Illa, ait, abest; hæc, ait, reliquit: vt ipsi adsignat culpam. & est status finitiuus: non tam dicendo, abisse, quàm reliquisse. VITAM committere ventis.] Non qui enauigauit, hoc dixit. Sed ventis, id est, incertis & mobilibus rebus. NVM puero summam belli.] Quod Venus ad miserationem, hæc ad indignationem posuit. Et est exaggeratio ab ætate. TYRRHENAM'QVE fidem.] Inire societatem cum inimicis gentibus. Fidem autem, auxilium petens. an fidem, sacramentum; quod adhibetur ad belli societatem? Agitare autem ad gentes pertinere, melius est. Ergo Tyrrhenam fidem, extrinsecus accipiendum inuocare, aut petere: aut certè disrumpere fœdera, quæ Turnus cum Tyrrhenis inierat. Sciendum sanè, Turnum auxiliorum caussâ ad Mezentium confugisse. GENTES quietas.] Nam licèt vellent in bella prorumpere; tamen erant quietæ, propter illud oraculum: Externos optate duces. QVIS deus in fraudem?] Interrogatio. In fraudem autem, periculum. ita enim in Iure lectum est: Fraudi erit illa res, id est, periculo. QVÆ dura potentia nostra.] Ad illud respicit, Si nulla est regio Teucris, quam det tua coniunx Dura. VBI hîc Iuno.] Meliùs, quàm si dixisset, Ego. vt, Degeneremq; Neoptolemum narrare memento. NVBIBVS Iris.] Propter illud, Aut actam nubibus Irim. INDIGNVM est Italos Troiam circumdare flammis.] Rhetoricum est. Nam quotiens aliqua non possumus soluere, paria opponimus. quod nunc Iuno facit. nam negare non potest, nec soluere: quia obsidentur Troiani. Vnde dicit: indignum est, Troianos obsideri; aliena eos matrimonia præripere, dignum est! Sic in Bucolicis: Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo, Treis pateat cœli spatium, non ampliùs, vlnas. quod quia non potuit soluere, & ipse obiecit: Dic quibus in terris inscripti nomina regum Nascantur flores. NASCENTEM.] ὑπόκεισις.

LICEAT dimittere ab armis.] quàm modestissimè petit pro simplici & innocente: seruetur modò Ascanius, à quo est futura gens Iuliorum. NEPOTEM.] meum, ipsum Ascanium. EST Amathus.] diximus de his locis in primo; & in Ciri. AMATHVS.] ciuitas Cypri: vnde Amathusia Venus. CARTHAGO premat.] si Ascanius priuatus deget Cypri: ob hoc nihil tuta carthago ab excidio suo. Scipio, ex gente Ascanij non, delebit Carthaginem. PESTEM.] incendium. BELLI.] quo victores fuerunt Graij. RECIDIVA.] iterum casura. Sunt qui dicant Renascentia: & meliùs. QVÆRENT.] pro quærerent. REDDE, oro.] id est, redde Troianos patriæ; & rursus patiantur, quæ pertulerunt. QVID me alta.] Loquitur Iuno. SVBEGIT.] coëgit: interrogatiuè legitur. quæ non sunt gesta, narrat: præterita mandat silentio. ESTO.] Concedit per hanc particulam. CASTRA.] nouam Troiam. TYRRHENAM.] Mezentium intelligit. QVIS deus.] quæ potentia nostrâ egit, agitare Tyrrhenam fidem: propterea quòd Aeneas petijt Tarchontem. QVIETAS.] vel Euandrum, vel quemuis alium quietè degentem. INDIGNVM.] Ironicè. POM. Sabi.

ÆNEAS sanè ignotis iactetur in vndis.] Romanus liber, Æneas procul ignotis legit. Atq; etiam pro Vndis, Oris in veteribus exemplaribus inueni. ET diræ valeam.] In antiquissimo libro, Duræ habetur. EST Amathus, est celsa mihi Paphos, atque Cythera.] In exposito Palatino lib. legere est, Amathus, est celsa Paphos, atque alta Cythera. Sunt verò lib. antiqui, vbi Amathos scriptum sit. EXIGAT hîc æuum.] Antiqua exemplaria, Exiget legunt. ET Argolicos medios fugisse.] In Romano libro, & nonnullis alijs antiquis, Medium legitur. RECIDIVA'QVE Pergama quærunt.] Romanus liber, & alij, rediuiua legunt. ITALIAM petijt fatis auctoribus.] In libris nonnullis legere est, Italiam fatis patijt auctoribus. VAR. Lect.

SI nulla est regio, Teucris quam det tua coniunx Dura.] Dum impersonaliter loquitur, & obliquè malorum ipsorum pulsat authorem; nimiâ doloris necessitate compulsa est, vt ad eius specialem designationem descenderet: vsa tantâ subtilitate consilij, vt ipsum Iouem nonnullus pudor confunderet. Non enim dixit; Iuno hæc, soror tua: sed, vxor tua, commisit. vt esset crimen mulieris, cui nefas esset, contra mariti venire sententiam. Si tantum, inquit, dura est vxor tua, vt omnes terras deneget Teucris. PER euersæ, genitor, fu- DON.

mantia Troiæ Excidia obtestor.] Vnum saltem liceat desiderare, quod sit miseris in tantâ calamitate solatio: & si fas, remeare Troianis, eademque iterum videre patriam: per cuius excidium iuro. Aequius est, hic videre quotidie, quam plangant; quàm perire illic, vbi sub falsâ promissione versantur. LICEAT dimittere ab armis Incolumê Ascanium, liceat superesse nepotem.] Plurimum, inquit, arbitrabor me meruisse de patre: si supersit innocens nepos; si ei Rutulorum arma contingat euadere. ÆNEAS sanè ignotis iactetur in vndis; Et, quamcunque viam dederit fortuna, sequatur.] De Aeneæ partibus taceo: ferat ille fortunam suam; iactetur etiam nunc per ignota pelagi. & quia iniquitas æquitati successit; incerta pro certis expressit. HVNC tegere, & diræ valeam subducere pugnæ.] Faciam, inquit, sine crimine, pro filio meo, quod possum; eumque subtraham à bello. Ecce indicat consilium suum. EST Amathus, est celsa mihi Paphos, atque Cythera, Idaliæque domus.] Si vsquam ei commorari non sinetur; deget in meo: & materno iure cuiusquam molestiâ non afficietur: habebit remota nemorum abdita & syluarum. POSITIS inglorius armis Exiget hîc æuum.] Et quia inuident virtuti eius & gloriæ: erit illic procul à bello discretus; illic omne æuum sine dimicatione consumet. Et, si minus accidit ex causâ virtutis triumphorum: erit tamen in otio solatium, doloris tantâ æmulatione caruisse. MAGNA ditione iubeto Carthago premat Ausoniam: nil vrbibus indè Obstabit Tyrijs.] Ostendere voluit, per Aeneam premi posse Carthaginem, si obtineret Italiam: sine ipso verò non posse. Si hoc vis, inquit; aut hoc tuis sensibus placuit; iam iube, vt Carthago præferatur Italiæ. non obsistet vrbibus Tyrijs filius meus; si semel arma posuerit Carthaginis nomen abiectè pronunciandum, pro personâ & affectu loquentis: Italiæ verò, cum laude. alteram enim depressit, quam indignam iudicauerat regno: alteram extulit, cui perpetuum deberi imperium, ipso Ioue referente, didicerat. Hinc ostendit, quia omnis causa odiorum Iunonis, propter statum Carthaginis fuerat suscepta: non propter Troianorum, aut ipsius Aeneæ, aliquam culpam; sed nè nasceretur ex Troianis, qui fatorum suffragio ipsam Carthaginem perderet. QVID pestem euadere belli Iuuit, & Argolicos medium fugisse per ignem? Totque maris, vastæque exhausta pericula terræ? Dum Latium Teucri, recidiuaque Pergama quærunt?] Quid profuit, euasisse bellum, quod florem Troianæ iuuentutis exstinxit? Quid medium transisse per flammas? Honestius dictum est, quàm si poneretur, Per medias flammas. Medium transîsse per flammas, hanc habet proprietatem: quia vallatus incendijs, cum difficultate euasit. Addidit tertium: Maris ac terrarum vastarum, hoc est, desertarum, discrimina; quæ inferiora non essent incendio & bello. Horum vis, acceptâ quantitate, augmentum parit; quum dicit, Tot. Leue enim videretur, non frequenter; sed semel esse effectum: & omnia ista perpessos asseruit; quum quærerent Latium, quò ire iubebantur, & Pergama reparare. NON satius, cineres patriæ insedisse supremos, Atque solum quo Troia fuit?] Non meliùs fuisset, remansisse in cineribus patriæ, & in solo genitali resedisse, quàm labores tot & pericula, sine commoditate, suscepisse? XANTHVM & Simoënta Redde, oro, miseris.] Necessarium posuit, Redde. ipsius enim iussu, fines regionum suarum Troiani dimiserant. ipse reddere debuit, quod iubendo sustulerat; aut id, quod pollicitus fuerat, dare. Magnum, inquit, meis præstabis beneficium; si patriam antiquam illis reddideris. sed non verè; sed propter inuidiam, dicit. Ideò sequitur: ITERVMQVE reuoluere casûs Da, pater, Iliacos Teucris.] Et, si hoc putatur iustum, iterum in labores redeant, & periculis rursum studio deteriore subdantur: vt ostenderet, iniquum esse, negari præsentia iniquissimis fatis; & ad ea, quæ per tot annorum seriem vix euaserant, reuocari. TVM regia Iuno, Acta furore graui.] Furorem dicendo, ostendit iniustè commotam, atque excitatam vehementer. vbi enim furor interuenit; verum animi iudicium cessat. Furorem igitur Iuno collegit, primùm ex eâ causâ; quòd in conuentu deorum omnium dolebat se esse confusam. quod magnâ arte egerat Venus: vt, quum esset contra Troianos, omnium deorum, in fauorem Iunonis, studium susceptum, Iunonem peteret solam, quò cæterorum assensum suis partibus quæreret; quod præuenire non posset: nisi dissimulatio iussa adiiceret. A

Accusare autem, aut omnes, aut plures, quid prodesset? cum, authore deiecto, nihil esset studij veteris in cæterorum sensibus remansurum? Hinc igitur Iunonis mentem furor inuaserat: quia solam Veneris timebat inuidiam, accedentem eò, quò iret obuiam cœptis suis, quæ iniquè susceperat: considerabat, ipsum etiam Iouem, æquitate victum, pro Troianorum partibus facere. Cur non faceret, cui ausus suos permittebatur implere? Cur non faceret, quæ liberiùs Veneris voce gemebat se esse contemptam. Quid tamen dicat, considerandum est. ipsâ enim responsione, obiectorum purgatio erit, & in Veneris, & in Troianorum personam, omne criminationis reuocabitur pondus. Ecce, quantum profuit Veneri, non pauca dixisse! quia multa paucis dici non poterant. occasione quippe arreptâ consilij, argumentorum veterum collecta congeries semel debere effundi; quæ penitùs animâ mitteret in furorem. QVID me alta silentia cogis Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?] Duxit principium ex personâ suâ, quam sciebat graui inuidiâ laborare: asserens, quam non habuit verecundiam; & grauare ex eo cupiens Venerem, quæ se dicebat prouocari in colloquium publicum, & causam diceret quæque monstrare se cupiebat modestam; & personam Veneris prouocantis impudentem. Quid, inquit, me prouocas loqui? Quid vrges in publicum proferre, quod verecundo silentio diutissimè pressi? Quæ profectò adhuc sensibus retinerem, nisi esset crimen, impudenter obiecta non refutâsse responsis. Quòd ait, Me, hoc videtur tetigisse: me verecundam, me iniurias dissimulantem, me inimicam nulli. Rumpere quoque non inaniter positum est. hinc monstrat, velut compulsam loqui se, & coactam respondere. Rumpitur quippe, quidquid magnam violentiam senserit: & non emergit ex alto pectoris nisi quod vi cogentis excluditur. Obductus verò dolor est, quem tegit patientia dissimulantis. Commendatâ in principio personâ suâ, & diuersæ partis nonnullis calumnijs aspersâ, omisit narrationem: quia hanc ipsam scientibus ingerere, fuerat vitiosum; & ob ipsas quæstiones magis fuerat proponendum. In his quippe, & purgari se posse arbitrabatur Iuno, & Troianos sibi potiùs, non aliquem aliquando nocuisse, poterat demonstrare. ÆNEAN hominum quisquam diuûmque subegit Bella sequi? aut hostem regi se inferre Latino?] Nititur tolerare causam malam. Aeneas quippe non mouit bellum; sed existentibus inimicis affuit sibi: nec Latini se hostem professus; sed his, qui, instinctu ipsius Iunonis, primi sumpserunt arma. ITALIAM petijt, fatis authoribus: esto. Cassandræ impulsus furijs.] Et hic subauditur, Esto. Et quia hoc negare non potuit, quod verum esse côstabat; non ausa est improbare. quin potiùs consensit: & hoc mirum alio genere prægrauare. NVM, inquit, linquere castra Hortati sumus, aut vitam committere ventis?] Ad vtrumque pertinet: id est, castra, & nauigationem. Ecce argumentum Iunonis, contra Veneris inuentum. Veneris enim consilium fuit, non accusare plurimos: hæc nititur conserere sibi alios, omnesque connectere, vt vnam omnium faciat causam; ne sola esset in obiectorum inuidiâ. Numquid nam nos, inquit, eum sumus hortati, castrorum tuta dimittere, & committere animam ventis? Et reuerà maximum signum temeritatis, & reprehensionis dignum; quod primo loco credidit obijciendum. sed id retorquendum in eam, quæ hominem quietum in extremam necessitatem compulit: vt satius esset petere incerta, propter expeditionem necessariam; quam cum ipsâ castrorum defensione consumi. NVM puero summam belli? num

B C

A li? num credere muros? Tyrrhenámue fidem, aut gentes agitare quietas?] *Et his omnibus aptandum est,* Hortati sumus: *Rectè posset videri hoc quoque obiectum esse: si Aeneas reuerá summam belli, aut defensionem murorum, commisisset illi ætati; quæ nec sibi prouidere consilio posset, nec periculum virtute propellere. Sed hoc Aeneas non fecerat. Dispositio enim absfuturi talis exstitit, qualis in nono libro descripta est ab ipso Vergilio, inter Aeneæ laudes hoc quoque enumerante, hoc modo;* Namque ita discedens præceperat optimus armis Æneas: si qua interea fortuna fuisset; Neu struere auderent aciem, neu credere campo: Castra modò, & tutos seruarent aggere muros. *& alio loco:* Instat Mnestheus acérque Serestus, Quos pater Æneas, si quando aduersa vocarent, Rectores iuueni, & rerum dedit esse magistros. *Ecce nihil credidit puero: sed ipsum magis, cum omnibus faciendis consilijs idoneis, & robustâ exercitatione florentibus viris, perpensâ prouisione commisit. Tyrrhenos verò non exciuit quietos in bellum: sed iustâ ex causâ commotos, eos nauigaturos inuenit: eisdemq; se tum adiunxit: quos ipse Turnus, suscipiendo bellū, fecerat suis partibus inimicos. nec bellū geri cum hostibus iussit, sed venientibus, obiectu aggeris, & defensione turris, obsisti. Obijcit Iuno velut malè gesta Aeneæ: tacet facti caussas, quod ipsa conflauerat.* QVIS deus in fraudem? quæ dura potentia nostra Egit? Vbi hîc Iuno, demissáue nubibus Iris.] *Numquidnam, inquit, hæc Iuno fecit, aut Iris? Et constabat, hæc Iunonem fecisse per Furiam, & per Irim excitâsse Turnum, quum patrio sederet in luco.*

ADR. Bar. ME alta silentia cogis Rumpere.] *Qui innuet, inuitum se atq; coactum proferre, quod celato fuerat opus: adducet;* Me alta silentia cogis Rumpere.

Cui Pilumnus auus: cui diua Venilia mater!
Quid, face Troianos atrâ vim ferre Latinis?
Arua aliena iugo premere, atque auertere prędas?
Quid, soceros legere, & gremijs abducere pactas?
Pacem orare manu; præfigere puppibus arma?
Tu potes Æeneam manibus subducere Graiûm;
Proq; viro nebulam, & ventos obtendere inaneis:
Et potes in totidem classem conuertere nymphas!
Nos aliquid Rutulos contrà iuuisse nefandum est?
Æneas ignarus abest: ignarus & absit.
Est Paphos Idaliumque tibi; sunt alta Cythera:
Quid grauidam bellis vrbē, & corda aspera tentas?
Nósne tibi fluxas Phrygiæ res vertere fundo
Conamur? nos; an miseros qui Troas Achiuis
Obiecit? quæ causa fuit consurgere in arma;
Europamque, Asiamque, & fœdera soluere furto?

SER. PILVMNVS auus.] *Comparat genus Turni Aeneæ, dicens, etiam Turni auum* B *deum esse. Varro, Pilumnum & Picumnum infantiū deos esse ait: eisq; pro puerperâ lectum in atrio sterni: dum exploretur, an vtilis sit, qui natus est. Piso Pilumnum dictū, quia pellat mala infantiæ. Sed Pilumnus idem Stercutus, vt quidam dicunt: qui propter pilum inuentum, quo fruges confici solent, ita appellatus est. Si ergo proauus Latini est: non Turni auus. nam Stercusti Picus, Pici Faunus, Fauni Latinus est filius. Sed his nominibus abutitur poëta.* DIVA Venilia mater.] *Hoc ad Veneris obtrectationem dicit;* Diua Venilia mater. *Nam Venilia Nympha est. Pilumnum autem auum Turni ideò dicit: vt à vicino, nobilis genere esse videatur; sicut est Aneas. Nam paulò pôst dictura est ipsa Iuno;* Pilumnusque illi quartus pater. *Sanè hanc Veniliam, quidam Salaciam accipiunt, Neptuni vxorem. Salaciam, à sa*C*lo: Veniliam, quòd veniam det exigentibus.* ATRA face.] *Sæuo bello. & belli diffinitio est, Vnde Homerus:* [Greek] *Nam non facibus Troiani pugnauerant; sed ferro, id est, bello.* AVERTERE prædas.] *Inuidiosè: nam nihil rapuerant.* LEGERE.] *Furari; vnde & Sacrilegi dicuntur, qui sacra legunt, hoc est, furantur. Alibi;* Vel quæ sublegit tacitus tibi carmina nuper. GREMIIS abducere pactas?] *Id est, sponsas. Nam ante vsum tabularum matrimonij, cautiones sibi inuicem emittebant: in quibus spondebant, se consentire in iura matrimonij; & fideiussores dabant. Vnde & admissum est, Sponsum & Sponsam vt dicamus à spōdendo. Cæterùm propriè* Sponderi, *puellæ est. ergo Sponsus, non qui promittitur, sed qui spondet, & sponsores dat. Sanè exaggeratio est nimia in eo, quod ait,* Gremijs abducere: *tanquam iam vxores.* PRÆFIGERE puppibus arma.] *Propter illud;* Scuta virûm fluuio pictasque innare carinas. *Scilicet, quando ad petenda auxilia nauigauit.* PACEM orare manu, præfigere puppibus arma.] *Propter,* Centum oratores augusta ad mœnia regis Ire iubet. PRO'QVE viro nebulam.] *Iniuriosè pro viro rem inanem dicit: aut quando eum Venus à Diomede liberauit; vel Neptunus ab Achille: quod Veneri, quia in eius gratiam factum est, imputatur.* [Greek] VENTOS inanes.] *Vacuos. & est nebulæ diffinitio.* ET potes in totidem classem conuertere nymphas.] *Licet hoc Mater deûm fecerit: tamē Veneri imputatur; quia in eius gratiā factū est. vt in illo loco;* Quas illi Philomena dapes? *Cùm Progne fecerit; sed propter Philomenam. Aut quia dicunt ipsam Venerem esse Matrem deûm.* NOS aliquid Rutulos contrà iuuisse nefandum est.] *Confessio est. non enim negat, se iuuisse; sed attenuat, dicendo* aliquid. ÆNEAS ignarus abest.] *Ea, quæ soluere non possumus, irridemus: vt hoc loco. sic in Bucolicis præmisit;* Diuini opus Alcimedontis. *postea per irrisionem;* Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit. GRAVIDAM bellis vrbem.] *Alibi,* Populosque feroces Contundet. *Vrbem autem, prouinciam dicit: quo modo,* Italiam quæro patriam. NO'SNE tibi fluxas.] *Status relatiuus: per quem ostendit, Venerem magis Troianis caussam fuisse periculorum.* FLVXAS.] *Molles, quæ possent etiam sinè inimicis perire.* Res ergo fluxas, *rempublicam fluxā dicit. vel* fluxas, *labefactatas.* FOEDERA soluere furto?] *Legitur in historijs. quòd Troiani cum Græcis fœdus habuerunt. Vnde etiam receptus est Paris hospitio; & sic commisit adulterium. Ergo* Fœdera soluere furto, *est amicitias adulterio dissipare. nam* furtum *est adulterium: vt;* Et dulcia furta. *an quòd Paridem, victum à Menelao, subripuit morti? an quòd Pandarus dissipauit? vt sit pro, furtum. Et euersi Ilij hæc est vera caussa. nam fœdera, quæ inter Græcos & Troianos fuerunt, ita soluta sunt. Hercules, cùm, expugnato Ilio, filiam Laomedontis, Hesionem, Priami sororem, Telamoni dedisset: profecti sunt legati cum Priamo; & eam minime repetere potuerunt: illis dicentibus, se eam habere iure bellorum. Vnde commotus Priamus, misit Paridem cum exercitu, vt aliquid tale abduceret: aut vxorem regis, aut filiam. qui, expugnatâ Spartâ, Helenam rapuit. Hinc ergo Vergilius vtrumque tangit: & istam historiam, quam modo diximus; & propter iudicium Paridis. quámuis fabula sit illa res, & à poëtis composita.* QVI Troas Achiuis.] *Ideò masculinū gen9 posuit: quia dij [Greek] sunt; vt dictū est suprà. ideò dicit* qui, *de Venere; & in subauditione ponūtur ea quæ nō possumus dicere apertè.* CONSVRGERE in arma.] *Pro, cōsurgendi. Infinitiuus modus verbi, pro participio.*

POM. Sabi. CVI diua Venilia mater.] *Origo Turni probat Turnum habere originem à Deo.* QVID.] *Pro, meliúsne est.*

Digitized by Google

ATRA face.] *id est, bello.* GREMIIS.] *maternis.* PACTAS.] *propter Lauiniam.* PACEM orare manu.] *Legatione missa ad Latinum ab Aeneâ.* PRÆFIGERE puppibus arma.] *Quando nauigauit, ad petendum auxilia ad Euandrum. In 9. dixit:* Remigioque aptat socios, simul instruit armis. PROQVE viro nebulam.] *Venus opposuit nubem inter Diomedem & Aeneam, ne Diomedes interimeret Aeneam: & Neptunus liberauit Aeneam à congressu Achillis. gratiâ Veneris id factum est, vt ait Homerus.* ET ventos obtendere inanes.] *non est bona definitio. nam nebula, ventus non est tenuis & inanis, sed crassus aër. Hic Ventos, pro aëre posuit.* Inane, *est epitheton aëris. Lucretius, Inane appellat aërem.* ÆNEAS ignarus.] *Aeneas, irrisiuè loquitur. vt in Bucolicis:* Diuini opus Alcimedontis. *& magis irridet, cùm subiungit:* Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit. VRBEM.] *Ardeam.* CORDA aspera.] *asperi sunt Latini ad bellandum.* FLVXAS.] *quæ sunt fluxa, etiam sinè hoste cadunt, scilicet mollia & cadentia.* QVI Troas.] *an conatur vertere Troiam tuam ille Paris?* FOEDERA.] *hospitia.* FVRTO.] *scilicet Helenæ rapinâ, adulterio.*

VAR. Lect. PACEM orare manu, præfigere.] *In antiquis libris legere est,* Et præfigere. FOVIQVE Cupidine bella?] *In antiquis libris,* Fouiue *legitur.*

DON. INDIGNVM est, Italos Troiá circumdare flammis Nascentem, & patriâ Turnum consistera terrâ: Cui Pilumnus auus, cui diua Venilia mater. Quid, face Troianos atrâ vim ferre Latinis? Arua aliena iugo premere, atq; auertere prædas? Quid, soceros legere, & gremijs abducere pactas? Pacē orare manu, præfigere puppibus arma?] *Per comparationem nititur leuare partes suas, & grauare partem aduersam. Comparat enim personam suam, & Veneris, Aeneæ, & Turni: factum suum, & factum Veneris gesta Aeneæ, & gesta Turni. Ait ergo: Indignum esse arbitraris, Italos adsistere commodis suis, & nascentem Troiam flammis circundare? Numquid indignum etiam illud est, vt Turnus terras sibi patrias vindicet, originalibus auis, regibus maioribus natus, ac diuinâ matre progenitus? Hoc verum asserebat Iuno: sed tacuit de Aeneæ genere. quoniam pilumnio Iupiter non fuerat cōferendus, nec Veneri Venilia. sed obiecit, incendium Italis parâsse Troianos. Sed hoc falsò composuit. Et* arua aliena iugo premere, *non fuit verum: nam hoc voluisse Troianos, probari non poterat.* Atq; auertere prædas: *quomodo hæc audere potuerant, qui rogantes venerant ad Latinum?* Eligere *autem* soceros, *aut* gremijs pactas abducere, *quando Aeneas probatur voluisse? cùm ne petijsse diceretur, nec vxorem duxisse, sed Latini habuisse promissum, & vltrò oblata affinitatis iura.* Quando *autem post acceptam pacem, Troianos poterat monstrare arma spontè sumpsisse: quòd esset prouocatus ad bellum? Post hæc, quæ falsis construxerat; dicit vera: vt ex his daret omnibus fidem.* TV potes Æneam manibus subducere Graiûm, Proque viro nebulam, & ventos obtendere inanes? Et potes in totidem classem conuertere nymphas.] *Tibi vis, inquit, licuisse, vt Aeneam manibus eriperes hostium. artificiosè posuit. nam si diceret, Tibi licuit liberare filium: rectè vbique fecerat mater. Quod verò de conuersis in Nymphas nauibus obiectandum credidit, non Venus, sed deûm conuerterat genetrix.* NOS aliquid contrà Rutulos iuuisse nefandum est.] *Scelus, ait, putas admissum, quòd ex aliquâ parte adiuuimus Rutulos. Bene extenuauit, quod ipsa præstitit: dicēdo, in inuidiâ sumus, quia aliquid pro Rotulis fecimus. vt intelligatur ex eo: tu plurima & magna contulisti. sed non fuerunt personæ consimiles, nec pares substantiæ causarum. Venus pro filio, pro voluntate fatorum, secundùm deorum responsa, quæ superi & manes addiderant, in causâ iustâ affuit, non tantùm alijs, sed sibi. Iuno verò alienâ in causâ, non iusto odio, contra fata, contra omnia quæ suprà dicta sunt, Rutulos fouebat, & Turnum.* ÆNEAS ignarus abest: ignarus & absit.] *Obijcis, inquit, mihi Aeneæ peregrinantis absentiam, vt quidem nihil horum sciat. atq; vtinam semper in erroribus degat, nihilq; gestum factumq; cognoscat!* EST Paphos, Idaliumq; tibi, sunt alta Cythera: Quid grauidam bellis vrbem, & corda aspera tentas?] *habes loca voluptuaria, amœna, deliciosa, conuenientia filio tuo: quid quæris tentare, quod prouocatum ferre non possit? Adhuc perseuerat, quasi Troiani mouerint bellum.* GRAVIDAM bellis vrbem, & corda aspera tentas?] *Quid quæris tentare, vbi bella congesta sunt? & mouere eos, qui sunt naturâ feri? qui non facilè sedari possunt, quum fuerint moti?* NOSNE tibi fluxas Phrygiæ res vertere fundo Conamur? nos, an miseros qui Troas Achiuis Obiecit.] *Quæ fortia fuerunt, seruauit ad finem, & in quibus Venus ipsa potuit specialiter deformari. Quereris, ait, & Troianorū mala grauiter ingemiscis: atq; in me aggerendum existimas, quod tuorum est criminum. Egóne perdidi imperium Troiæ? egóne illa, quæ Græcis miseros Troianos obiecit? quasi dolens, miseros vocat, quibus atrox fuerat inimica: vt personam Veneris grauissimo inuidiæ pondere prægrauaret. Troiani, inquit, non perdidissent imperium Phrygiæ: si luxriosi non fuissent: si non te duce alienum matrimonium inuasissent, si non illorum dissolutis moribus, tui sceleris iunxisses augmentum.* QVÆ causa fuit consurgere in arma? Europamque, Asiamque, & fœdera soluere furto? Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter? Aut ego tela dedi? fouiue Cupidine bella?] *Denique, ait, discutiamus causam tunc belli moti: tu inueniteris in crimine. Tu enim viam & fontem adulterio conficiendo præbuisti. nam quæ fuit causa alia, ex quo ad expugnationem tot vrbium veniretur? Tu virorum manus armasti. quo in facto Cupido tuus, non amores solitos, sed bellorum faces accendit. Causam mali auri, & iniuriam Paridis, in sensibus gerit. & huius commemorationem simpliciter facit: vt ostendat, excidium Troiæ, nullo deo è diuerso veniente, sed solo facto Veneris extitisse.* Fœdera soluere furto, *est, matrimonij iura honestos nexus & vincula, turpi conuentione dissoluere.* A B C

Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter?
Aut ego tela dedi, fouique Cupidine bella?
Tùm decuit metuisse tuis: nunc sera querelis
Haud iustis assurgis, & irrita iurgia iactas.
Talibus orabat Iuno: cunctique fremebant
Cœlicolæ, assensu vario. ceu flamina prima,
Cùm deprensa fremunt syluis, & cæca volutant
Murmura, venturos nautis prodentia ventos.
Tùm pater omnipotens rerum cui prima potestas,
Infit. eo dicente, deûm domus alta silescit:
Et tremefacta solo tellus; silet arduus æther:
Tùm Zephyri posuêre; premit placida æquora pontus.
Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta.

SER. DARDANIVS.] *Propter iniuriam Aeneæ hoc posuit; qui Dardanus dicitur. Nam peritè dubium nomen elegit, qui contumeliam communicaret Aeneæ.* SPARTAM expugnauit.] *De historia hoc est. Nam cùm sollicitata Helena Parin sequi noluisset, egressus ille ciuitatem obsedit. quâ euersâ, Helenam rapuit: vnde postea recipi meruit à marito.* TELA dedi.] *Aut bello, aut amori Alexandri.* CVPIDINE.] *Eo scilicet, quo in amore Paridis Helena compulsa est.* DECVIT metuisse.] *Optima est elocutio. nam vtrumque præteriti est temporis. Si enim dixeris,* Decet metuisse: *incongruum est: quia* decet *præsentis est;* metuisse *præteriti.* SERA.] *Pro, serò. vt.* Nec sera comantem Narcissum. IRRITA.] *Vana, substantiam non habentia.* IACTAS.] *Ventilas.*

Quandoquidem Ausonios coniungi fœdere Teucris
Haud licitum est, nec vestra capit discordia finem;
Quæ cuique est fortuna hodie, quam quisque secat spem;
Tros Rutulusue fuat, nullo discrimine habebo:

A *Ventilat.* ORABAT.] *Loquebatur. Vnde & Oratores dicti sunt. nam* rogabat, *si dixeris, non procedit: quia magis conciliabatur.* ASSENSV vario.] *Quia pars Veneri, pars Iunoni fauebat.*

CEV flamina prima, Cùm deprensa fremũt syluis.] *Non subitò deprensa: sed aut in syluis detenta, aut intellecta.* ET cæca volutãt murmura.] *Non tempestatis facit comparationem, sed signi tempestatis futuræ. Quadã enim arcanâ ratione fit, vt sit murmur in syluis ante ventorum aduentum vt testatur Lucanus, quum Amyclas Cæsari futura signa tempestatis enarrat:* Sed mihi nec motus nemorum, nec littoris ictus, Nec placet incertus qui prouocat æquora Delphin. *Vnde ait,* Cæca murmura; *quorum ratio non apparet: vt,* Cæcique in nubibus ignes, Terrificant animos. *Sic in Georgicis:* Continuò ventis surgentibus, aut freta ponti Incipiunt agitata tumescere, & aridus altis Montibus audiri fragor. TREMEFACTA solo tellus.] *Loquente Ioue, stupor elementorum* B *omnium ostenditur, per naturæ mutationem. Nam & quicquid in æterno motu est, quieuit: & contrà, terra mota est, quæ semper immobilis. Vnde Horatius:* Et bruta tellus. ZEPHYRI posuêre.] *Sallustius:* Iam repentè visus sequire Tagus. PREMIT placida.] *Id est, premendo reddidit placida.* ACCIPITE ergo animis.] *Totus hic locus de primo Lucilij translatus est libro: vbi inducuntur dij habere concilium, & agere primò de interitu Lupi cuiusdam, ducis in republicâ, postea sententias dicere. Sed hoc quia indignum erat heroo carmine, mutauit: & induxit primò loquentem Iouem, de interruptis fœderibus: cuius orationem interrupit Venus. pòst secuta Iunonis verba sunt, quibus redarguit Venerem. Vnde nunc Iuppiter ad illud, quod omiserat, redit, dicens: Ergo, quoniam pacem esse non vultis, ea, quæ sum dicturus, accipite. Et hoc significat versus, qui subsequitur.* QVANDOQVIDEM.] *Bene, dicendæ sententiæ ordinem seruat. nam, sicut & in Sallustio, & in Philippicis legimus, antequam dicatur sententia, eius præmittitur ratio: quod hodieq; in vsu est.* HAVD licitum est.] *Et* Licuit *dicimus, &* Licitum est: *sicut & Placuit, & Placitũ est. Terent.* Vbi sunt cognitæ, placitæ sunt. QVÆ cuique est fortuna hodie.] *Spe-* C *cialiter Iuppiter pro Troianis agit: sed hac arte, vt videtur totũ pro Iunone loqui. & reuerâ verba pro Iunone sunt: sed altiùs intuens, deprehendit Troianorũ fauori. Nam dicendo,* nulli fauebo; *& in eo statu fore res, in quo sunt hodie: Troianis se fauere significat, quorum ducis aduentu statim victoria consequeretur, Et vult nihil valere ea, quæ aut Venus conquesta fuerat de absentiâ Aeneæ; aut Iuno de Turni parentibus dixerat, in eius scilicet commendationem.* SECAT.] *Sequitur, tenet, habet: vt,* Ille viam secat ad naues. *Vnde &* Sectas *dicimus, habitus animorum, & instituta Philosophorum circa*
POM. Labi. *disciplinam* FVAT.] *Id est, fuerit. Futuri temporis est verbum defectiuum.*

EXPVGNAVIT adulter.] *Satis visus est expugnare, cùm rapuit vxorem Menelai regis. nam cùm bellum Troianum, inchoatum stupri causâ, & propter stuprum, durauerit: videri potest, Venerem id permisisse.* TVM decuit.] *cùm ille rapuit Helenam.* IACTAS.] *quia ipsi Troiani peccauerant.* CEV flamina.] *In hac comparatione sunt signa futuræ tempestatis.* MVRMVRA cæca.] *quia non aperta est ratio.* PRODENTIA.] *antequam venti spirent, mugiunt res concauæ. Lege in Georgicis.* QVIEVIT.] *silescit.* SILET arduus æther.] *loquente Ioue, omnia sunt placida.* ACCIPITE ergo.] *Inducitur Iupiter, de interrupit fœderibus loquens. eius sermone interrupit Venus; & inde secuta Iuno. in præsentiâ Iupiter redit ad illud, quòd omisit: Vbi pacẽ esse non sinitis, ea, quæ dicturus sum, accipite.* FINEM.] *discordia vestra caret fine.* SECAT.] *tenet, habet.* NVLLO discrimine.] *& fauebo, & permittam esse fortunam eam cuiq;, quæ cumq; eo tẽpore est. Troianis fauet, qui aduẽtu ducis sunt victores.* FVAT.] *pro, fuerit, & est futuri tẽporis, ab antiquo verbo Fuo, quod nunc ex omni parte deficit. Sed admiramur vetustatem, quã sequitur Vergilius: Fuam, fuas, fuat; pro, sim, sis, sit.*

RERVM cui summa potestas.] *In Romano libro,* VAR. Lect.
prima potestas. TVM Zephyri posuêre.] *In antiquis aliquot,* Et Zephyri. QVÆ cuique est fortuna.] *In vetustis libris,* Quæcunque *habetur.* TROS, Rutulusue.] *In antiquis libris,* Rutulúsne *legitur.* FATA viam inuenient.] *In Mediceo libro,* Inueniant, *scriptum est.*

TVNC decuit metuisse tuis: nũc sera querelis Haud DON.
iustis assurgis, & irrita iurgia iactas.] *Præpostero (inquit) tempore tuorum te solicitudo commouit. Tunc fieri decuit pro Troianis aliquid, quum illorum durabat integritas. Iam serum est, quod agis: quæ per te illis inflicta sunt, emendare contendis. Quid tibi clamores, aut iurgia, quæ frustra iactitas, prodesse possint? vt perdita referas, aut amissa recuperes?* TALIBVS orabat Iuno.] *Talia Iuno fundebat ex ore.* CVNCTI'QVE fremebant Cœlicolæ, assensu vario.] *Hoc citiùs prouenit in cõuentu multorũ; vt alij aliã facinoris ducãtur in partẽ: quod fiebat illo tẽpore. Deniq; alij fauebãt Iunoni, alij Veneri.* CEV flamina prima Quum deprensa fremunt syluis, & cęca volutãt Murmura, vẽturos nautis prodentia vẽtos.] *Comparationẽ Murmuris fecit, quod inter deos videbatur exortũ. nam fuit tale: quale est initiũ venti, qui in syluis fremit; futurum nautis nuntians augmentum flatuum. quippe, propter præsentiam regis, verecundiam leuã strepitu significabant, quid pro suâ quique parte sentirent.* TV'M pater omnipotens, rerum cui prima potestas, Infit.] *Hoc est, fari incipit. Studio partium ducebantur dij: sed ille, qui primam consulendi habuit potestatem, non tacito (vt alij) murmuure; sed authoritate plenâ, totius iustitiæ ac veritatis assertor, cœperat loqui.* EO dicẽte, deûm domus alta silescit; Et tremefacta solo tellus, silet arduus æther: Tùm Zephyri posuêre; premit placida æquora pontus.] *Locuturo Ioue, silentium præbuerant omnes dij præsentes; cœlum, terra, mare, ac venti.* ACCIPITE ergo animis, atque hæc mea figite dicta. Quandoquidem Ausonios coniungi fœdere Teucris Haud licitum, nec vestra capit discordia finem: Quæ cuique est fortuna hodie, quam quisque secat spem, Tros Rutulúsue fuat, nullo discrimine habebo: Seu fatis Italûm castra obsidione tenentur; Siue errore malo Troiæ, monitisque sinistris, Nec Rutulos soluo: sua cuique exorsa laborem Fortunamque ferent: rex Iuppiter omnibus idem, Fata viam inuenient.] *Iupiter, quum studia partium plenâ constantiâ sedare non posset, sententiam pro alterâ noluit ferre: sed vtrasque sic dimisit, vt nulla superior abscederet: eâ videlicet causâ, vt nec filiam læderet, nec vxorem. Quando, inquit, vestra discordia nullis concludi terminis potest: dimitto fatis & Troianos, & Rutulos. dabunt cui voluerint, & quam decreuerint viam. Tunc probabitur, quis fiduciâ meliore contendat. erunt apud me omnes æquales: docebit exitus rerum, quis fatorum voluntate, quis audaciâ temeritate nitatur.*

Seu fatis Italûm castra obsidione tenentur;
Siue errore malo Troiæ, monitisque sinistris.

SER. SEV fatis Itâlum castra obsidione tenentur.] *Siue malo fato Italorum obsidentur castra Troiæ; siue Troiani,*

Troiani, malo errore, & monitis aduersis ad Italiam venerunt: neminem absoluo. Vnde propter amphibologiam, sic distingue: Italûm: *& inferi*, Castra obsidione tenentur, *scilicet Troianorum. Ipsi enim obsidentur, non Itali.* NEC Rutulos.] *Hoc & de Troianis dictum accipe.* SOLVO.] *Absoluo. nam aphæresim pertulit* soluo. MONITIS *autem* sinistris.] *Propter*, Cassandræ impulsus furijs. EXORSA rerum.] *Facta initia, actus hodierni diei. Id est, secundùm sua cœpta habebit euentum.* LABOREM, fortunámque.] *Periculum aut felicitatem.* FATA viam inuenient.] *Scit enim, hoc esse fatale, vt Aeneas imperet in Italiâ. Et videtur hic ostendisse, aliud esse fata, aliud Iouem.* STYGII per flumina fratris.] *Hypallage est: Per stygia flumina fratris. Et bene etiam iureiurando statuta cõfirmat: vt rem immobilem necessitate constituat.* TOTVM nutu tremefecit Olympum.] *Hoc Homericum est: μέγαν δ' ἐλέλιξεν ὄλυμπον.* COELICOLÆ medium.] *Poëticè mores hominum ad deos refert; vt magistratum deducunt.*

Nec Rutulos soluo. sua cuique exorsa laborem
Fortunamq́; ferent: rex Iuppiter omnibus idem,
Fata viam inuenient. Stygij per flumina fratris,
Per pice torrenteis atráque voragine ripas,
Annuit. & totum nutu tremefecit olympum.
Hic finis fandi. solio tùm Iuppiter aureo
Surgit: cœlicolæ medium quem ad limina ducunt.
Interea Rutuli portis circùm omnibus instant
Sternere cæde viros, & mœnia cingere flammis.
Ast legio Aeneadûm vallis obsessa tenetur,
Nec spes vlla fugæ: miseri stant turribus altis
Nequicquam, & rarâ muros cinxêre coronâ.
Iasius, Imbrasides, Icetaoniusque Thymœtes,
Assaracique duo, & senior cum Castore Tybris,
Prima acies. hos germani Sarpedonis ambo,
Et clarus Ethemon, Lyciâ comitantur ab altâ.
Fert ingens toto connixus corpore saxum,
Haud partem exiguam montis, Lyrnesius Agmon;
Nec Clytio genitore minor, nec fratre Menestheo.
Hi iaculis: illi certant defendere saxis:
Molirique ignem, neruoque aptare sagittas.
Ipse inter medios, Veneris iustissima cura,
Dardanius, caput, ecce, puer detectus honestum.
Qualis gemma micat, fuluum quæ diuidit aurum;
Aut collo decus, aut capiti: vel quale per artem
Inclusum buxo, aut Oriciâ terebyntho,
Lucet ebur. fusos ceruix cui lactea crines
Accipit, & molli subnectit circulus auro.
Te quoque magnanimæ viderunt, Ismare, gentes,
Vulnera dirigere, & calamos armare veneno,
Mæoniâ generose domo: vbi pinguia culta
Exercentque viri, Pactolusque irrigat auro.
Affuit & Mnestheus: quem pulsi pristina Turni
Aggere murorum sublimem gloria tollit:
Et Capys; hinc nomen Campanæ ducitur vrbi.

Non Mnestheo, de quo paulò post dicturus est. nam non stat versus: ita tamen, vt meminerimus, in vltimâ syllabâ esse synæresim, propter rectâ scansionem. A
HI iaculis.] *Rutuli scilicet.* ILLI certant.] *Troiani* MOLIRI'Q. ignem.] Quid est moliri? *num inijcere, an tẽtare iácere? & subaudiendum*, alij atque alij. VENERIS iustissima cura.] *De quò meritò curet: quia ei debebatur imperium.* CAPVT detectus.] *Sinè galeâ: quasi non pugnaturus, propter*, Cætera parce puer bello. *Intererat autem, quasi dux.* ECCE.] *Pro admiratione & demonstratione.* HONESTVM.] *Pulchrũ. Terentius:* Ita me dij bene ament, honestus est. B
MICAT.] *Scil. Ascanius: fulget quasi gemma.* AVT collo, aut capiti.] *Figuratè: nã commune est, Colli, vel capitis decus,* ORICIA Terebyntho.] *Oricos ciuitas est Epiri, iuxta quam nascitur terebynthus, nigrum lignum habens, folijs in buxi speciem. Retulit autem comparationem ad cãdidum vultum: quia erat nigris crinibus cinctus.* MAGNANIMÆ gẽtes.] *Hic est ordo: aliter non stat*

PORTIS circùm omnibus instãt.] *Instant portis omnibus circùm, id est, circùmcirca fusi. Nam modò*, circùm, *aduerbium loci est.* AST legio.] *Prolepsis. nam Legionis nomen, Troiani temporis non fuit.* VALLIS.] *Intra vallos: id est, fossarum fustes, qui valli vocantur. Nam munitio ipsa, Vallum neutro dicitur genere. & hoc dicit: Tenebantur Troiani intra vallos, quos ipsi posuerant; ne eorum castra facilè irrumperent Rutuli. Vallum enim, non modò obsidentium; sed obsessorum, debemus accipere.* NEC spes vlla fugæ.] *Miserrimum & vltimum præsidium, fuga est: tamen etiam hoc carebant* IMBRASIDES.] *Imbrasii filius.* HICETAONIVS.] *Hicetaonis filius. Et bene ex varietate syllabarum quæsiuit ornatum. Nam patronymica, aut in des, aut in ius exeunt: quibus & vti possumus. Quæ enim in* on *terminantur, ad nos transire non possunt: vt Πηλείων.* SENIOR cum castore Thybris.] *Possumus & solum Thybrim senem accipere: & Castorem etiam, si legamus*, Et senior cum Castore Thybris. *Nam amphibologia est.* PRIMA acies.] *Hoc est, magni viri. & est diffinitio eorum, qui in primâ acie fuerunt. Vnde laudis magis est, quòd dixit*, Prima acies. *Ordinis enim esse non potest: quia res in muro agitur.* GERMANI Sarpedonis.] *Aut inter se germani Sarpedonis filij: aut Sarpedonis fratres, ex eâdem matre.* LYCIA altâ.] *Nobili: quos comitantur, qui sunt Lyciâ ab altâ.* FERT ingens toto.] *Quidam, sinè effectu, ferentem saxum impropriè inductum accipiunt. sed hoc ita resoluunt: quòd, qui iactum saxum refert, vnius tantùm rei euentum ostendit; qui ferentem dicit, longum iactum notat.* LYRNESIVS.] *Id est, Phryx. Acmon ergo & Menestheus, filij Clytij. nam Lyrnesos ciuitas est Phrygiæ, vnde fuit Briseis: quã ciuitatem Achilles expugnauit.* MENESTHEO.]

versus. est autem πάρφωνον. ISMARE.] *Modò nomen est proprium. nam Ismarius appellatiuum facit, à monte Ismaro Thraciæ.* VVLNERA dirigere.] *Pro, dirigentem. Vulnera autem dirigere, id est, sagittas, quibus fiunt vulnera. Est autem ὑπερμέτρον. Vt in Secundo:* Insequitur infesto vulnere Pyrrhus. *Et acerrimè expressit ineuitabiles sagittas; dicens, cum vulnera, non tela, dirigere.* C
MÆONIA.] *Lydiâ, quæ antè Mæonia vocabatur. Ergo ideò* generose, *quòd Lydius.* PINGVIA culta.] *Aut figuratum est, quæ exercendo culta faciunt: aut* culta, *pro aruis.* PACTOLVS'Q. irrigat auro.] *Pactolus & Hermus Lydiæ flumina sunt, aurum trahentia, sicut Tagus. Sed Pactoli fabula talis est. Midas rex cùm ibi regnaret, Silenus captus ab eius socijs & vinctus est: miseratione, vel prudentiâ, eum & resolui fecit, & omni affabilitate fouit. quibus rebus ille gratiam rependens, præstitit Midæ, vt, quidquid tetigisset, in aurum verteretur. sed cùm ille, quæcunque contigisset, in aurum conuertens, fame periclitaretur; ex præcepto in Pactolum fluuiũ, abluendi gratiâ, se mittere iussus est. in quem se cùm iecisset, ferendi auri naturam flumini dedit, ipse destitit in aurum, quæ contingebat, mutare.* Irrigat *autem* auro, *mirè: cùm ramenta quædam auri inueniri dicantur.* ET Capys: hinc nomen Campanæ ducitur vrbi.] *Iste quidem hoc dicit: sicut Ouidius, qui Capyn de Troianis esse commemorat:* Ille dedit Capys repetita vocabula Troiæ. *Quod & Lucanus sensit:* Mœnia Dardanij tenuit Campana coloni. *Cæliúsque, Troianum Capyn condidisse Capuam tradidit: eúmque Aeneæ fuisse sobrinum. Alij, hunc Capym filium Capeti volunt esse. Tyberini autem, ex quo fluuius Tyberis appellatus est: eúmque Capuæ conditorem produnt. Alij Capyn Samnitem, condidisse Capuam confirmant. Sed Capuam vult*

Liuius

Digitized by Google

A Liuius à locis campestribus dictam in quibus sita est. Constat tamen, eam à Thuscis conditam, de viso falconis augurio; qui Thuscâ linguâ Capys dicitur: Vnde est Capua nominata. Thuscos autem omnem penè Italiam subiugâsse, manifestum est. Alij à Thuscis quidem retentam; & priùs Alternum vocatam. Thuscos à Samnitibus exactos, Capuam vocâsse: ob hoc, quòd hanc quidam Falco condidisset, cui pollices pedum curui fuerunt, quemadmodum falcones aues habent; quos viros Thusci Capuas vocarunt, Varro dicit, propter cœli temperiem, & cespitis fœcunditatem. campum eundem Capuanum, siue Campanum dictum, quasi sinum salutis & fructuum.

POM. Sabi. CASTRA.] Ipsa noua Troia. SIVE errore malo.] significat, siue Troiani malo errore venêre in Italiam. SINISTRIS monitis.] quia dixit Cassandræ furias Iuno. SOLVO.] absoluo. LABOREM.] periculum. FORTVNAM.] fœlicitatem. IDEM.] scilicet erit. quia dixit: Nullo discrimine habebo. STYGII.] per Stygiam paludem. NEC spes vlla fugæ.] vltimum remedium fuga miseris. HICTAONIVS.] Hictaoni filius. IMBRASIDES.] Imbrasi filius. AB altà Lyciâ.] id est, nobili Lycia, regio Asiæ minoris. LYRNESIVS Acmon.] filius Clitij. Lyrnessus, opidum Phrygiæ, prope Pedasum; in quo ferunt regnasse Briseum, Hippodamiæ patrem. Strabo libro decimotertio ait, Achillem rapuisse Brisei filiam, id est, Hippodamiam, è Lyrnesso. unde bene apud Ouidium: Lyrnesia mœnia vidi. CAPVT detectus.] sinè galeâ Ascanius, quasi non esset pugnaturus: nam monitus erat à Venere; Cætera parce puer: vt suprà. HONESTVM.] pulchrum. TEREBINTHO.] ex libro tertio Theophrasti, & Plinij decimotertio. Terebinthos mascula & fœmina est. mascula sterilis. fœmina duplex est: alteri rubet fructus, magnitudine lentis: alteri fructus pallet, & cum vite maturescit, resinosus, & odore iucundior. In Idâ & Macedoniâ breuis est: in Syriâ, magna & decora: nunc Corycia, Cœlica, Syriaca. materies eius pulchra venit operâ: nigri est coloris. Si Oryciâ: Orycos oppidum est Epiri. Buxus folio myrti nascitur, locis frigidis & asperis: vt in Citorio Hellesponti, & in Olympo. sed Cyrenaica buxus præfertur cunctis. ISMARE.] Ismarus sub Maro monte in Thraciâ. PACTOLVS. fluuius Lydiæ, habet ramenta auri. QVEM pulsi.] oratione Mnesthei pulsus fuit Turnus. ET Capys: hinc nomen.] C Capua dicta est à Capy. historiæ Hetruscorum aliter habent: Thuscus rex, cùm magnam partem Italiæ subegisset, condidit ab augurio falconis auis vrbem. Hetrusci falconem Capym appellant. Capua ergo, colonia Thuscorum.

VAR. Lect. IASIVS Imbrasides.] Romanus liber Asius legit. ET clarus Ethemon, Lyciâ comitantur ab altâ.] Romanus liber, vnà cum veteribus plerisque alijs legunt, Et Clarus, & Hæmon, Lyciâ comitantur ab altâ. LYRNESIVS Agmon.] Antiqua exemplaria Acmon per c scribunt. NEC fratre Menestheo.] Antiqua exemplaria Mnestheo legunt. AVT Oriciâ terebintho.] Multi libri Orithiâ, & Coritiâ legunt. SVBNECTIT circulus auro.] In libris vetustis, Subnectens legitur. PACTOLVSQVE irrigat auro.] In Romano libro, Pactolos legitur: in aliquot alijs, Pactolus, & irrigat. AGGERE murorum.] Mœrorum, hoc loco, scriptum est in Romano libro.

DON. REX Iuppiter omnibus idem: Stygij per flumina fratris, Per pice torrentes, atraque voragine ripas, Annuit & totum nutu tremefecit Olympum.] Hoc se seruaturum, iurauit Iupiter per Stygem. cuius alio loco posita commemorationem fecit, dicens: Dij, cuius iurare timent, & fallere numen. HIC finis fandi.] Finem verbis impositum, ad omnium personarum pertinere, intelligendum est: nam nullus dehinc aliquid dixit. SOLIO tum Iuppiter aureo Surgit: cœlicolæ medium quem ad limina ducunt.] Et solio solum sedisse monstrauit, & solum surrexisse, soluto concilio. quem medium omnes dij deduxerunt ad sedem suam, hoc est, ad eam cœli partem, in quâ commorari, & assiduus esse consueuerat. Quòd dixit medium, possumus intelligere, vtpote potiorem: aut Medium, quia vtrique parti fuit in iudicando communis. INTEREA Rutuli portis circùm omnibus instant Sternere cæde viros, & mœnia cingere flammis.] Reditus est iste narrationis; quam, post finem noni libri, concilij describendi causâ, dimiserat. Deinque, si hæc subtrahantur, quæ Venus, Iuno ac Iupiter, elocuti sunt; continuabuntur omnia, quæ de castrorum expugnatione dicebantur. Dixit igitur, quæ Rutuli molirentur: laborantes scilicet, propter inferendum castris per flammas excidium: & procurandam hominum necem. Quum enim inter deos prædicta gererentur, bellantium studia non quieuerant: sed erat acrius ex parte Rutulorum; quòd ijs fortuna promptior apparebat. Dicit iam, quot contrà in Troianorum castris perîsse viderentur. AT legio Æneadum vallis obsessa tenetur, Nec spes vlla fugæ.] Quantum valet fossa, vt interiores muniat: tantum, si capiatur obsidio, inuenitur esse contraria. Vt enim in interiora neminem sinit: ita occupata armis hostilibus, quemquam exire non patitur. Quod dicitur Troianis profuisse ad defensionem: hoc obesse cœperat volentibus euadere. MISERI stant turribus altis Nequidquam, & rarà muros cinxêre coronâ.] Stabant, inquit, in altis turribus. defendebantur earum altitudine; sed frustra: stabant enim, vtpote qui essent pauci; & qui aduersùs plurimos vltrà aliquid audere non possent. Ecce ineuitabilia duo! nec consisti enim sinè pernicie potuit: imminentibus ex omni parte immoderatis incendijs; & ademptâ spe fugæ, quæ periclitantibus solet esse præsidio, quum tenebantur obsessi. proinde sola illis desperatio reliqua fuit. ET rarâ muros cinxêre coronâ.] Tantum illos diuersi casus absumpserant, vt rari viderentur in muris. Bene exprimit, quid sit Rari. dicendo enim singulos, & nomina specialiter enumerando, raritatem ipsam euidenter expressit. IASIVS Imbrasides, Icetaoniusque Thimœtes, Assaracique duo, & senior cum Castore Tymbris; Prima acies.] Qualis hæc acies fuit, primâ in fronte constituta, quam fecerant homines quinque: HOS germani Sarpedonis ambo, Et Clarus & Hæmon Lyciâ comitantur ab altâ.] Comitabantur hos isti: sed posteriores intelligendi sunt. quanti tamen etiam isti fuerint, videamus. Dubium est enim, vtrùm separatim sinè nominibus positi videantur, germani Sarpedonis; & extrà fuerint Clarus & Hæmon: an ipsi sint Sarpedonis fratres. Aut enim quatuor fuerunt, aut duo: aut omnes septem fuerunt: aut quinque soli; & hi duo in secundo. FERT ingens toto connixus corpore saxum, Haud partem exiguam montis, Lyrnesius Agmon; Nec Glytio genitore minor, nec fratre Menestheo.] Quàm citò dixit, cuius esset filius & frater? Ferebat, inquit, totis viribus, non iam saxum; sed partem non exiguam montis: habens originalem virtutis substantiam; nec patre inferior, aut fratre. HI iaculis, illi certant defendere saxis.] Non euidenter dixit, qui sunt hi, qui sunt illi: sed ex genere telorum intelligi possunt. Illi enim pugnabant saxis, qui fuerunt in edito: illi verò iaculis, qui constituti videbantur in plano. MOLIRIQVE ignem, neruoque aptare sagittas.] Troiani vno telorum genere vtebantur: Rutuli verò plurimis. habuerunt quippe substantiam iaculorum, ignis, & sagittarum: & fuit multitudo, quæ officia diuersa cõpleret. IPSE inter medios, Veneris iustissima cura, Dardanius, caput, ecce, puer detectus honestũ.] In illâ necessitate rerum, Ascanius quoque certantibus fuit admixtus, pueriles annos animi virtute præueniens. Nudum habens caput, hoc est, sinè galeâ: vtpote non pugnaturus; quoniam prohibitus fuit responso, quo dictum est: Cætera, parce puer bello. Inducitur comparatio:

Digitized by Google

vt ostendatur, quomodo fulgebat idem Ascanius. QVALIS gemma micat, fuluum quæ diuidit aurum: Aut collo decus, aut capiti: vel quale per artem Inclusum buxo, aut Oriciâ Terebyntho, Lucet ebur.] *Quemadmodum, inquit, medio ex auro micat gemma, aut ornatur caput, aut collum: vel quemadmodum ebur lucet buxo, aut terebyntho inclusum. In Ascanij laudem tanguntur etiam illi, quibus fuit admixtus. Ascanius quippe comparatur gemmæ & ebori: circumstantes autem Troiani auro, & buxo, & terebyntho. Redit ad laudem Ascanij.* FVSOS ceruix cui lactea crines Accipit, & molli subnectens circulus auro.] *Fusos habuit in ceruicem crines: circulo tamen aureo tenebantur.* Molle aurum, *ad speciem futuram retulit, non ad ipsam materiam: vt productum magis, quàm solidum fuisse videatur: ne oneri magis esset puero, quàm decori.* TE quoque magnanimæ viderunt, Ismare, gentes, Vulnera dirigere, & calamos armare veneno: Mæoniâ generose domo: vbi pinguia culta Exercentque viri, Pactolusque irrigat auro.] *Hoc est, Armare veneno, vt duobus casibus inferat mortem: ferro, quod penetret hominis corpus: &, si lethalem plagam inferre nequiuerit, vitam percussi veneno consumat. Laudauit & regionem, vnde esset ortus: vt in eius laudem, etiam originalis terræ prædicatio conueniret.* AFFVIT & Mnestheus, quem pulsi pristina Turni Aggere murorum sublimem gloria tollit: Et Capys; hinc nomen Campanæ ducitur vrbi.] *Mnestheum laudauit, ex facto virtutis: Capym verò, à merito ciuitatis.*

Illi intèr sese duri certamina belli
Contulerant media Æneas freta nocte secabat.
Namq. vt ab Euandro castris ingressus Hetruscis,
Regem adit, & regi memorat nomenq; genusque:
Quidue petat, quidue ipse ferat: Mezentius arma
Quæ sibi conciliet: violentaque pectora Turni
Edocet: humanis, quæ sit fiducia rebus,
Admonet: immiscetque preces. Haud fit mora:
Tarchon
Iungit opes, fœdusque ferit. Tùm libera fati
Classem conscendit, iussis gens Lydia diuûm,
Externo commissa duci. Æneia puppis
Prima tenet, rostro Phrygios subuecta leones:
Imminet Ida super, profugis gratissima Teucris.
Hîc magnus sedet Æneas: secumq; volutat
Euentus belli varios. Pallasque sinistro
Affixus lateri, iam quærit sidera, opacæ
Noctis iter: iam quæ passus terrâque marique.
Pandite nunc Helicona deæ, cantusque mouete:
Quæ manus interea Thuscis comitetur ab oris
Ænean: armetque rates, pelagoque vehatur.
Massicus æratâ princeps secat æquora tigri:
Sub quo mille manus iuuenum: qui mœnia Clusi,
Quique vrbem liquêre Cosas: queîs tela, sagittæ,
Coritique leues humeris, & lethifer arcus.
Vnà toruus Abas, huic totum insignibus armis
Agmen, & aurato fulgebat Apolline puppis,
Sexcentos illi dederat Populonia mater
Expertos belli iuuenes: ast Ilua trecentos,
Insula in exhaustis chalybum generosa metallis.
Tertius ille hominum diuûmq; interpres, Asylas:
Cui pecudum fibræ, cœli cui sidera parent,
Et linguæ volucrum, & præsagi fulminis ignes:
Princeps ante omnes dēsum Palinurus agebat Agmen.

SER. CONTVLERANT.] *Nocte interueniente peregerant. Et est explanatio rerum, quas Aeneas gesiit, postquam est profectus ab Euandro ad petêda auxilia, dum inter suos & Turnum bella gerebantur.* MEDIA Æneas freta nocte secabat.] *Aut mediâ nocte, aut freta media.* NAMQVE vt ab Euandro.] *Rem antè omissam breuiter exsequitur.* REGEM adit.] *Instanti têpore adit.* QVIDVE petat.] *Scilicet auxilium.* QVIDVE ipse ferat.] *Auxilij vicissitudinem. vt suprà Euandro:* Accipe, daque fidem *Multi autem,* quidque petat, quidque ipse ferat, *dicunt oportuisse dici: sed mutatam coniunctionem. neq; enim ex alterius persona exponitur: sed totum ex Aneæ. & ideò que coniunctione opus fuisse. ue enim propriè,* vel *significat: vt.* Nec patris Anchisæ cineres manésue reuelli. MEZENTIVS arma Quæ sibi conciliet.] *Inijcit latenter timorem: ne fortè possit collectis auxilijs Mezentius in regna remeare, à quibus fuerat antè depulsus.* VIOLENTAQVE pectora turni.] *Superba: vt est illud,* Quos illi bello profugos egêre superbo, *id est violento.* HVMANIS quæ sit fiducia rebus.] *Latenter hoc dicit: Nolite putare, fixam esse & stabilem felicitatem. magna est enim rerum varietas: inuicem accipietis auxilia.* ADMONET, immiscetq; preces.] *Partim rogat: partim admonet, hoc esse tutum solatium humanæ vitæ: si vel mutua dentur auxilia, vel si in prosperis positi etiam subiecta considerent. & est superioris versus expressio. Nam edocet, quid peteret, & quid eum sollicitabat. Admonet verò, vel causâ Mezentij: vel quia instabilis est & vaga fortuna.* TARCHON.] *Hoc nomen vbiq; Græcè ponit; excepto vno loco: vt est,* Haud procul hinc Tarcho, & Tyrrheni. *atq; id propter metrum.* FERIT.] *Facit, ex more Romano: propter porcum, qui de lapide feritur.* LIBERA fatis.] *Exemptâ necessitate fatali, quâ pugnare non poterat: propter illud,* Externos optate duces. GENS Lydia.] *Per derivationem, Lydia gens, nam Lydia prouincia, proprium est.* PRIMA tenet.] *More viri fortis, in principijs est. Alibi,* Princeps ante omnes densum Palinurus agebat Agmen. ROSTRO Phrygios subiuncta leones.] *Pro, subiunctos Leones habens. Vult, pro iugo rostrum nauis fuisse. Leones autem singulos, in singulis nauis partibus fuisse depictos. Sanè hoc loco notant Critici: quemadmodû tam citò potuerint fieri naues Aeneæ? quod excusat pictura; quam solam mutatam debemus accipere. Ergo hanc nauem Aeneæ ab Hetruscis datam intelligamus. Quidam volunt, hanc nauem ex his esse, quibus Aeneas ad Euandrum erat euectus: & ad Hetruriam terrâ esse portatam.* GRATISSIMA.] *Propter illîc nauigia fabricata.* EVENTVS belli varios.] *Licèt haberet fortissimum militem: cogitabat tamen incerta bellorum.* IAM quærit sydera.] *Deest, de Aenea. Et,* quærit sydera, *num de syderibus quærit? an ipsa sydera? id est, praecenset, aut num causâ quærendi, quòd cupiat vicem.* * NOCTIS iter.] *Aut per quæ sydera nox decurrit: aut quæ intuentes nautæ, iter peragunt noctibus.* IAM.] *Modò. Vt,* Iamq; hos cursu, iam præterit illos. QVÆ passus Terrâque marique.] *Num quia, audiendo res gestas Aeneæ, incendatur & ipse ad imitandi cupiditatem?* PANDITE nunc Helicona deæ.] *Parnassus, mons est Thessaliæ, iuxta Bœotiam, quem locum aliquando Aones tenuerunt: qui in duo finditur iuga: Citheronem Liberi, & Heliconem Apollinis & Musarum. Ex quo fons manare dicitur, quem Pegasi vngula protulisse fertur: qui vocatur Hippocrene.* THVSCIS.] *Thusci à frequenti sacrificio sunt dicti, ἀπὸ τοῦ θύειν. Vnde Thuscos populos bene dicimus. Thusciam verò non debemus dicere: quia nequaquam in idoneis auctoribus legitur: sed aut Hetruria dicenda est, ab Hetrusco principe; aut Lydia, à Lydo, aut Tyrrhena, ab eius fratre, qui, vt suprà diximus, cum parte populi de Mæoniâ venit ad Italiam quod ergo hic dicit Vergilius,* Thuscis comitetur ab oris, *de Thuscorum finibus intelligendum est.* MASSICVS æratâ princeps secat æquora tigri.] *Inter auxilia accipiendum: nam Aeneæ prima est nauis. Et licèt sic catalogus, in quo enumerantur hi, qui de Thuscia ve-*

Digitized by Google

A *scia venerunt: inuenit tamē aliquam varietatem, quòd hos cum nauibus venisse commemorat: cùm in septimo, Turni socios per terram venisse memorauerit. Sanè sciendum, amare Vergilium ducibus Italis dare nomina, vel fluuiorum, vel montium. Vt ergo suprà Almonem, & Auentinum commemorauit: sic nunc Massicum dicit. Nam Massicus mons est: vnde & Massicū vinū dicitur. Plerique tamen Massicū nolunt propriuм nomē esse, sed appellatiuum. dicentes, Osinium esse Massicum regem. Nam paulò pòst dicturus est;* Quà rex Clusinis aduectus Osinius oris. *& nunc dicit,* Qui mœnia Clusi. *Multi alium Massicum, & alium Osinium esse voluerunt.* Ærata tigri *autem: cuius rostrum erat in similitudinem tigridis. namque solent naues vocabula accipere à picturâ tutelarum. hinc est,* Hunc vehit immanis Triton. *Item,* Et aurato fulgebat Apolline puppis. Tigri *autem, secundùm regulam dixit. nam Græca nomina, quæ genitiuum singularem in* DIS *mittunt, in eo tantùm & in datiuo crescunt: in accusatiuo autem, vocatiuo & ablatiuo, paria sunt nominatiuo: vt Tigris, tigridis, tigridi, tigrim, ô tigris, à tigri; Isis, isidis, isidi, isim, ô isis, ab isi. Si aliter inuenimus, abusiuum est. Vt in*
B *Lucano:* Ocyor & cœli flammis, & tigride fœtâ. MOENIA Clusi.] *Prò, Clusij. nam Clusium dicitur. & est dictum per Synæresim: sicut,* Nec cura peculi, *pro peculij. Clusium autem, est oppidum iuxta Massicum: quod in Etruriâ condidit Clusius Tyrrheni, siue Telemachus Vlyssis.* COSAS.] *Ciuitas Thusciæ: quæ numero dicitur singulari, secundùm Sallustium. Vnde apparet, Cosas hunc vsurpatiuè dixisse.* CORITIQVE.] *Coriti propriè sunt arcuum thecæ: dicūtur tamen etiam sagittarum, quas & pharetras nominamus.* VNA.] *Ad totam classem refer.* TORVVS] *Pro forti & aspero, vel terribili.* FVLGEBAT.] *Scilicet puppis aurato Apolline.* ARMIS.] *Exercitu.* POPVLONIA.] *Ciuitas Thusciæ. Matrem autem eorum, qui venerant, patriam dixit. vt alibi,* Insignem quem mater Aricia misit. *Quidam Populoniam, post* XII. *populos in Etruriâ constitutos, populum ex Insulâ Corsicâ in Italiam venisse, & condidisse, dicunt. Alij Populoniam Volaterranorum coloniam tradunt. Alij Volaterranos Corsis eripuisse Populoniam dicunt.* EXPERTOS bella.] *Peritos. nam expertes, sunt ignari.* Belli *autem, po-*
C *test pro* in bello *accipi.* ILVA.] *Quidam Iluam Ithacem dictam volunt. est autem Insula adiacens Thusciæ, in conspectu Populoniæ. Probus,* Trecentos, *subdistingui vult: vt* Insula *sequentibus iungatur.* INEXHAVSTIS Chalybum generosa metallis.] *Quantum exhausta fuerit, tantò generosior, hoc est* ϖολύγονος. *Ergo* inexhaustis *nō est vna pars orationis. Namque dicit Plinius Secundus:* Cùm in alijs regionibus effossis metallis terræ sint vacuæ: apud Iluam hoc esse mirum, quòd sublata renascuntur, & rursus de eisdem locis effodiantur. *Varro & aliud dicit: nasci quidem illic ferrum, sed in stricturam non posse cogi, nisi transuectum in Populoniam, Thusciæ ciuitatem, ipsi insulæ vicinam.* HOMINVM diuûmque interpres, Asylas.] *Deorum, quos interpretatur, hominum, quibus interpretatur, & diuinas indicat mentes, Interpres vocatur. Sed notandum, quod ait Nigidius Figulus: has artes ita inter sese esse coniunctas, vt alterum sinè altero esse non possit. Vnde his, quos perfectos vult probare Vergilius, omnium diuinandi artium facit, præstat scientiam: vt hoc loco. Item suprà Heleno, de quo ait:* Troiugena interpres diuûm, qui numina Phœbi, Qui tripodas Clarij lauros, qui sydera sentis. *Nigidius autem solus est post Varronem: licet Varro præcellat in Theologiâ: hic in communibus literis. nam vterque vtrumque scripserunt.* FIBRÆ.] *Fibræ sunt iecoris extremitates.* PARENT.] *penitissimè agnoscuntur.* Quod si parent, *obtemperant, non procedit. nam quomodo sydera, vt fibræ, vel fulgura, possunt obtemperare?* Aut parent, *apparent ac patent: quasi nihil ei absconditum, vel abstrusum sit. An hyperbolicè, tantam illi scientiam sydetum, vel ceterarum, quas dixit, rerum esse; vt ei parere videantur: sicut dicimus artes quibusdam esse subiectas?* Sed parent, *id est, agnoscūtur: quod ad omnia referendū est, fibras, sydera, voces auiū, fulmina. nam si* Videntur *tantùm accipiat: cuius possunt videri, nec tamen intelligi. Item voces auium nō videntur; sed agnoscūtur auditæ.* PRÆSAGI fulminis ignes.] *Præsagi, futura denuntiantis: vt,* de cælo tactas memini prædicere quercus. *Est enim Iouis filius, fulmen, de quo tantùm futura noscūntur: vt in octauo plenius de fulminis generibus dictum est. Alij, non ipsum fulmen præsagum accipiunt; sed eos præsagos, qui indè futura prædicunt.*

REGEM.] *Tarconem.* GENVS.] *suum.* GENS Lyda.] *Mauses, Iouis & Telluris filius, primus fertur in Mæoniâ regnâsse. Mausæ & Callirrhoës, filiæ Oceani, filius Corys: huius & Acyles, filiæ Trasili, Gigydæ, Atis filius: huius & Callitheæ, Lydus & Tyrrhenus. & Lydus in patria remansit, à quo Lydia: dicta Mæoniâ, vt Herodot. libro 1. ait, propter penuriam frugum; nihil iuuante parsimoniâ, aut ieiunio. Sorti iacta inter fratres, contigit Tyrrheno, qui in Italiam nauigauit. alij volunt contigisse Lydo; & eum nauigâsse in Italiam, & habitâsse, vbi Vmbri sunt.* Quidam *aiunt, Tyrrhenum genitum ex Hercule, &* Omphale *Lydâ: quidam genitum Telepho. Xanthus Lydius ait, ex Aty genitos Lydum & Corebum; qui diuiso imperio regnauêre in Asiâ. vnde Corebij Lydij. Hellanicus ait, Pelasgos vocatos in Italiâ Tyrrhenos. Myrsilus Lesbius ait, Tyrrhenos in itinere, quia vagabantur vt aues pelargi, dictos Pelasgos, quasi pelargos. Sed errant, qui sic sentiunt, autore Dionysio: nam Tyrrheni separatim à Pelasgis intelliguntur. Romani Tyrrhenos appellant Etruscos: & propter peritiam mysteriorum, ac diuini cultus, Thuscos nominant.* Quidam *nominant Rausenas, à duce.* Quidam *sic scribunt: Atys vnus fuit ex prognatis Herculis, ex Iardane Lydiâ: ex Aty Tyrrhenus & Lydus orti, ex Omphale. Strabo ait, nonnullos è Pelasgis nauigâsse cum Tyrrheno. Tyrrhenus in condendis vrbibus præfecit Tarconrem: à quo Tarquinij oppidum dictum est. Volunt alij, Tyrrhenos esse indigenas: & appellatos à munitis locis, quos appellant Tyrsas, quos incolebant.* LIBERA fatis.] *quia iam inuenerat ducem.* SVBIVNCTA leones.] *Leones dicati Cybelæ, meritò sunt picti in naui Aeneæ: & Idâ sylua, illic picta, gratissima: quia ex Idâ monte facta classis, cùm fugit Aeneas.* MASSICVS.] *rex Clusinorum, filius Osini fuit. Clusium ciuitas Etruriæ, regia Porsenæ.* TIGRI.] *nomina nauium sunt, aut à tutelâ; aut à loco; aut à picturâ. hîc erat picta tigris.* COSAS.] *Cosæ, maritima vrbs Etruscorum, cis Populoniam. in Cosano agro mons est cum oppido; & sub eo portus Herculis.* CORITI.] *repositorium arcus Coritus; tegmen arcus.* POPVLONIA.] *in sublimi promontorio sita, instar Cheronesi; Syllano tumultu deserta: præter templa eius, nauale ad radices montis est. Hæc sola condita fuit ab Etruscis in maritimis: & fortè propter importuosam oram. Hæc fuit regia Tyrrhenorum.* ILVA.] *insula est ante Populoniam; antiquo tempore dicta Asylas. Ethalia, ab Ethalo rege, qui in eo regnauit: vt scribit Diodorus, circuitu 40. mil. pas. adeò ferri ferax, vt è loco effosso ferro statim aliud gignatur. in eâ portus est non magnus: appellatur Argonus, dictus ab Argo naui. Argonautæ. n. huc venêre, cùm Iason & Medea nauigarent ad Circen. Aiunt ferrum in insulâ non coire in massam nisi transferatur in continentem.* ASYLAS.] *Nigidius & Varro, de artibus augurum & aruspicum scripsêre. nunc omnes artes dicit.* POM. Sabi.

TVM libera fatis.] *In Romano libro, & Oblongo,* Fati *legitur.* PHRYGIOS subuecta leones.] *In Me-* VAR. Lect.

diceo, & alijs libris, ſcriptum eſt Subiuncta.

DON. ILLI inter ſeſe duri certamina belli Contulerát: media Æneas freta nocte ſecabat.] *Illis inter ſe certantibus, Aeneas in otio non fuit: agebat quippe nauigationem, hoc etiam tempore noctis intentus. Hunc locum quum pronuntiamus ſic debemus diſtinguere: vt æquora aſsignemus media; non noctem; hoc modo:* Media Æneas freta: *& faciamus moram, & ſic dicamus:* Nocte ſecabat. *vt oſtendatur regis properantis inſtantia & labor: qui nec noctem metuebat, nec mediũ maris.* NAMQVE vt ab Euandro caſtris ingreſſus Hetruſcis, Regem adit, & regi memorat nomenque genusque; Quid've petat, quid've ipſe ferat: Mezentius arma Quę ſibi conciliet; violentaq; pectora Turni Edocet: humanis quæ ſit fiducia rebus Admonet; immiſcetque preces: haud fit mora, Tarchon Iungit opes, fœdusque ferit] *Longus contextus eſt eorum, quæ Aeneas cum Tarchonte dicebatur egiſſe: ſed idem, ſi per partes exponatur, poterit faciliùs aduerti. Tria enim dixit:* Memorat, Edocet, Admonet. *Interea, quod primò poſuit, vſque ad finem pertinet. ſed ipſa tria interim conſideremus Memorat nomenq́ genusq́; memorat quid petat; memorat quid've ipſe ferat: Edocet Turni violenta pectora; edocet quæ ſibi arma conciliet: Admonet, quæ ſit humanis rebus fiducia. miſcebat preces. Diximus, quæ ſingulis aptentur. quæ verò ars in petitione ſit ſeruata, videamus. Intimauit regi primò perſonam ſuam: hoc eſt, indicauit quis eſſet, & quantus. oportuit enim Tarchontem nôſſe, cum quo, vel cum quali, iuncturus eſſet amicitiam. Indicauit & genus: ne ignobilem putans, ſe ſpernendum potiùs, quam ſuſcipiendum duceret. In editione autem generis, non dubitamus eum aſſeruiſſe: quòd Ioue auo eſſet, & Venere matre progenitus. Dehinc ſubiecit, quid peteret, vel quid ipſe ferret. faciliùs enim poſtulata impetrat, qui ſe oſtendit oblatâ viciſsitudine profuturum. Hîc intelligendum, & petitum à Tarchonte auxilium; & inuicem ab Aeneâ promiſſum. Petebatur enim Tarchon, vt contra Turnum & Mezentium, ſpeciales inimicos ſuos, auxilia prærogaret. Quo in facto conſiderare debuit, ſibi potiùs daturum, quàm alteri: & arripiendum tempus, vt, Troianis laborantibus, & defenderent Tyrrhenum, & ſecuri in poſterum redderentur.* MEZENTIVS arma Quæ ſibi conciliet.] *Oſtendebat, quantum ſibi armatorum populorum Mezentius iungeret: vt hoc facto aduerteret, etiam ſe poſſe opprimi violentiâ plurimorum, ſi Rutulis contra Troianos obtinere contingeret.* VIOLENTA QVE pectora Turni Edocet.] *Conſideraret quoq́ Turni perſonam violentam: hoc eſt, quæ nihil cogitaret, nihilq́ reſpiceret, niſi quod eſſet quietis rebus & placidis inimicum. Quod ipſum apertis firmare rationibus potuit. nam qui Tyrrhenorum hoſtem; Mezentium ſuſceperat fugientem, inimicitias etiam ſuas fecerat, ex aperto confeſſus eſt.* HVMANIS quæ ſit fiducia rebus, Admonet.] *Poſt terrores iniectos, quibus rex non immeritò commoueri debuerat; humanas quoq́ neceſsitates non ſine ratione propoſuit: ne diceret Tarchon; Sufficit mihi, ſi Mezentius vel Turnus emerſerit. Quæ ſint ipſa humana, dicendum eſt. Adiuuare laborantem ex fortiore ſubſtantiâ, atq́ aduerſa alterius & incerta releuare. Glorioſum eſt, ſi potior ei manum porrigat, quem neceſsitas premit. Hac fiduciâ homines viuere, vt accidentia mala opibus auxilijs ſubleuentur.* IMMISCET'-QVE preces.] *poſt omnem petendi artem, preces quoq́ ſubnexuit: vt ſupplicatio mereretur, quæ ſuperiora fortaſsis impetrare non poſſent.* HAVD fit mora: Tarchon Iungit opes, fœdusque ferit.] *Ecce, quanta poſuit neceſſaria inter eos. Mox factum eſt, quod tenebat vtrumque deſiderium: iuncta ſunt opes, firmatum eſt fœdus.* Iungere opes, *eſt opes opibus nectere. quoniam Tarchon, & dabat auxilium, & ſumebat.* TV'M libera fatis Claſſem conſcendit iuſsis gens Lydia diuûm, Externo commiſſa duci.] *Perfecto fœdere, libera nexibus reſponſi, gens Lydia claſſem* A *conſcendit; externo commiſſa duci, per diuina præcepta. In octauo libro meminerat ſe poëta dixiſſe:* Retinet longæuus aruſpex, Fata canens; *& plura quæ ſequuntur. Ecce felicitas Aeneæ! non ſuo duci, ſed externo commiſſi ſunt: nec ſuâ, ſed deorum voluntate; qui tantum ex peregrinis partibus virum venturum eſſe prædixerant.* ÆNEIA puppis Prima tenet, roſtro Phrygios ſubuecta leones: Imminet Ida ſuper, profugis gratiſsima Teucris.] *Primo loco, inquit, nauis mouebatur, in quâ Aeneas fuit; habens in roſtro leones iunctos: quod erat ſignum tutelæ matris deûm. Ita quoque in ſuperiore loco fuit expreſſa; propter originem materiæ, ex quâ fuerat facta: & ad Troianorum ſolatium; vt patrium montem ſecum habere viderentur, poſiti in regionibus alienis.* HIC magnus ſedet Æneas.] *Hîc, hoc eſt, in naui, quæ Idam habuit & leones. Magnum hoc loco Aeneam dixit, magni conſilij magnarumq́ cogitationum.* SECVM'QVE voluitat Euentus belli varios.] *Ecce dixit cauſam; vt oſtenderet, cur dictus ſit Aeneas magnus. Primò, quia ſedebat eo tempore, quo ſecurus de auxilijs eſſe debuit; & quo omnes homines quieti fuerant. Ipſum quoque dormire, aut reficiendi corporis cauſâ, pro vigilijs ſcilicet ſuſceptis, debuiſſe: ſed voluebat ingentes pectore curas.* B *Dixit alteram tractatus partem: quòd etiam ſumptis auxilijs bellorum cogitabat incerta. Ergo quòd aît,* Magnus, *ad animum eius retulit. Quem enim non curis omnibus ſoluerent auxiliorum impetrata ſubſidia? & tamen cum ipſis ſinè curâ non fuerat: indicans in euentu magis, quàm in multitudine hominum, conſtitutam eſſe victoriam; vtpote quæ penderet ex caſibus: ſperare debere proſperum; & timere contrarium. His quum animo iactaretur Aeneas.* PALAS'QVE ſiniſtro Affixus lateri, iam quærit ſidera, opacæ Noctis iter, iam quæ paſſus terraque mariq;.] *Quia conuenientia ſingulis dedit: Aeneam quippe induxit ſedentem, ac per hoc etiam noctis tempore negotioſum; pericula ſua ſecum & futuri temporis incerta tractantem. Palantem verborum gnarum, tacito quærentem, quæ vacuis omni curâ conuenirent, ductum ætatis ratione, & cupiditate noſcendi ſidera, in quas terrarum ducerent partes: (Videbat enim ipſis ducibus ire nauigia, & in ipſis quaſdam vias & itinera demonſtrari) quærentem quoque audire, quaſi à vacuo, quæ in terrâ, quæ in fluctibus aduerſa pertuliſſet.* Affixus, *inquit,* ſiniſtro lateri. C *Affixum debemus accipere, aut ratione amoris, aut cupiditate inquirendi, atque noſcendi. Siniſtri lateris locus idcirco poſitus noſcitur, quaſi duo fuerint. Opportunum non fuit, ſedere ad dexteram potioris; ſi illic fuit etiam Achates. de tribus potior iudicari conuenerat, quomodo ſedere debuiſſet. Meliùs enim Aeneas fuerat conſtituendus, vtpote qui eſſet duobus potior. Secundi meriti dextro lateri apponendus Palas: quoniam filius regis fuit, & eius tantum beneficium videbatur extitiſſe. Tertius ſiniſtro lateri deputandus, qui erat duobus inferior. Quærentē induxit Palantē ſuperfluas quæ ipſa illo tempore, ab ipſâ perſonâ, ſi maturi hominis aſfuiſſet intentio, non debuerant quæri. Denique noluit comprehendere Aeneæ reſponſum: vt oſtenderet, eum magis neceſſarijs cogitationibus, non puerilibus quæſitis, fuiſſe diſtrictum.* PANDITE nunc Helicona deæ, cantusque mouete: Quæ manus interea Thuſcis comitetur ab oris Æneam, armetque rates, pelagoque vehatur.] *Inuocatio iſta tenet ſummam rerum, & ſpeciem propoſitionis: ne aliud lector ſperare deberet, quàm iſti continent verſus. Dicturus eſt enim,* Quæ manus, *hoc eſt, qui populi, vel quanti, cum Aenea ex Thuſcis littoribus nauigauerint.* MASSICVS æratâ princeps ſecat æquora Tigri.] *Et quo nomine vocaretur, dixit, qui ductor fuerat nauis: & eadem quæ diceretur, & qualis eſſet, expreſſit.* SVB quo mille manus iuuenum.] *Non mille manus, vt fiant quingenti homines: ſed manus*

A *manus, hoc est, multitudo hominum mille.* QVI moenia Clusi, Quique vrbem liquêre Cosas: quîs tela, sagittæ, Coritique leues humeris, & lethifer arcus.] *Nomina ciuitatũ posuit, & genera armorũ.* VNA toru9 Abas: huic totũ insignibus armis Agmen, & aurato fulgebat Apolline puppis.] *Abas nauigabat in aliâ, auratũ habens Apollinis simulachrum.* Toruum *accipere possumus, aut oculis distortis; aut contracto vultu.* SEXCENTOS illi dederat Populonia mater Expertos belli iuuenes: ast Ilua trecentos Insula.] *Compendiosè loquutu est: nam omnes dixit expertos belli, hoc est, qui haberent vsum peritiamq; certandi probatissimam, quam assiduâ exercitatione cepissent.* INEXHAVSTIS Chalybum generosa metallis.] *Propter vsum armorum habuit occasioné: quòd ex eo fuissent loco, in quo metalla ferraria exercebantur.* TERTIVS ille hominum diuûmq; interpres, Asylas: Cui pecudũ fibrę, cœli cui sidera parét, Et linguæ volucrũ, & prę̨sagi fulminis ignes.] *Thuscũ fuisse auspicé dixit, à quo audierant;* Externos optate duces. *Ecce & hîc Thuscũ dicit, omnibus generibus instructũ: vt ostédat, in Thusciâ hæc genera hominũ superesse.* Cœli cui sidera parent, *&c. Supradicta ostendunt, nihil ei fuisse occultum.*

Mille rapit densos acie, atq; horrentibus hastis.
Hos parêre iubent Alpheæ ab origine Pisæ,
Vrbs Hetrusca solo. sequitur pulcherrimus Astur,
Astur equo fidens, & versicoloribus armis.
Tercentũ adijciunt, (mens omnib. vna sequendi:)
Qui Cærete domo; qui sunt Minionis in aruis:
Et Pyrgi veteres intempestæq; Grauiscæ.
Non ego te, Ligurum ductor, fortissimè bello,
Transierim, Cygne, & paucis comitate Cupauo:
Cuius olorinæ surgunt de vertice pennæ;
Crimen amor vestrum, formæq; insigne paternę.
Namq; ferunt luctu Cygnum Phaëthontis amati,
Populeas inter frondes vmbramq; sororum,
Dum canit, & mœstum musâ solatur amorem;
Canentem molli plumâ duxisse senectam,
Linquentem terras, & sydera voce sequentem.
Filius æquales comitatus classe cateruas,
Ingentem remis Centaurum promouet: ille
Instat aquæ, saxumq; vndis immane minatur
Arduus, & longâ sulcat maria alta carinâ.
Ille etiam patrijs agmen ciet Ocnus ab oris,

SER. RAPIT.] *Raptim ducit.* DENSOS acie.] *In acie cõstrictos & coniunctos.* ALPHEÆ ab origine pisæ.] *Alpheus, fluuius est inter Pisas & Elidem, ciuitates Arcadiæ; vbi est téplum Iouis* Olympici. *ex quibus locis venerunt, qui*
B *Pisas in Italiâ condiderunt; appellatas à ciuitate pristinâ. vnde nunc addidit,* vrbs Hetrusca solo: *cùm præmisisset,* Alpheæ ab origine Pisæ. *Sanè Pisas antiquitus conditas, à Peloponeso profectis, vel ab his, qui cum Pelope Lydem venerunt. Alij Pisum, Celtarum regem fuisse, Apollinis Hyperborei filium; & cum Samnitibus bellum gestisse: à quorum reginâ, quæ post coniugis mortem imperio successerat, receptum, in Etruriâ oppidum suo nomine condidisse. Alij locum ex deo priuigno genitum, iuuenem viribus magnis, Pisas condidisse aiunt.* Cato Originum, *qui Pasas tenuerint ante aduétum Etruscorum, negat sibi compertum: sed inueniri Tarchonem, Tyrrheno oriundum. post quem eorundem sermonum ceperit Pisas condidisse: cùm antè regionem eandem Teutones quidam, Græcè loquentes, possederint. Alij, vbi modò Pisæ*
C *sunt, Phocyda oppidum fuisse aiunt: quod nobis indicio est, & Peloponneso originem id oppidum trahere. Alij incolas eius oppidi Teutas fuisse; & ipsum oppidum Teutam nominatum: quod postea Pisas Lydi, linguâ suâ, singularem portum significare dixerunt. Quare huic vrbi à portu Lunæ nomen impositum. Alij ab Epæo, Troiani equi fabricatore, conditum tradunt: qui cum alijs Græcis in hanc regionem reiectus est. Vbi, postquam Troianæ captiuæ, metu dominatum, ad quas deducebantur, naues incenderunt; desperatione reditus remansit, vrbemq; cõdidit, & ab eâ, quæ est in Peloponeso, Pisas cognominauit.* EQVO fidens.] *Id est, Eques optimus.* Quidam Astur, *pro Astures accipiunt: apud quos equi & equites optimi perhibentur.* VERSICOLORIBVS armis.] *Depictis. per quod bellicosus ostenditur.* TERCENTVM adijciunt.] *Consentiunt & accedunt eius voluntati: quod sequentia explanant. Probus,* adijciunt, *adiacent, & quasi iuxtà sunt, tradit.* MENS omnibus vna sequendi.] *Id est, coniurati sunt.* QVI Cærete domo.] *Ac si diceret: qui sunt domo Carthagine. Cære autẽ, vt supra diximus, dicitur ἀπὸ τοῦ χαίρειν: quod verbum salutandi gratiâ apud Græcos dici solet. Hanc Pelasgi condiderunt: qui cùm sitim pasti, nec vsquam aquam inuenientes, casu quodam fontem inuenissent; in eodem loco oppidum condiderunt. Nec videatur contrarium, quod ait;* Ducit Agilinâ nequicquam ex vrbe secutos: *quasi & Turno & Aeneæ præstet auxilium. nam illi Lausum fugientem secuti sunt. hi verò communi odio, & consilio totius ciuitatis, in Mezentium arma commouerunt.* MINIONIS.] *Fluuius est Minio Thusciæ, vltrà centum cellas.* ET PYRGI veteres.] *Hoc castellum nobilissimum fuit eo tempore, quo Thusci piraticam exercuerunt. nam illîc metropolis fuit. Quod postea expugnatum à Dionysio tyranno Siciliæ dicitur. de quo Lucilius:* Scorta pyrgent a. INTEMPESTÆQVE Grauiscæ.] *Grauiscanum oppidũ, alij intempestum dicunt, ventis & tempestatibus carens: quod nulla potest ratione contingere.* Intempestas *ergo* Grauiscas *accipimus, pestilentes: & secundùm Plinium in naturali historiâ, & Catonem in* Originibus. *vt intempestas intelligas, sinè tépesie, id est, trãquillitate. nam, vt ait Cato,* Ideò Grauiscæ dictæ sunt, quòd grauem aërem sustinent. LIGVRVM ductor.] *Nam Liguria post Thusciam est, circa Gallos.* CYCNE.] *Cunare. Quidam duci nomen datum tradunt à Cunaro monte, qui in Piceno.* CVPAVO.] *Hic Cupauo, sicut declinatur Cato, vel Cicero.* NAMQVE ferunt luctu Cycnum Phaëthontis amati.] *Phaëthon, Clymenes & Solis filius: qui cùm doleret, obiectum sibi ab Epapho rege Aegypti, quòd esset non de Sole, sed de adulterio procreatus; duce matre venit ad Solem; & poposcit, vt, si verè esset eius filius, petita præstaret. Quod cùm Sol iurâsset per Stygiam paludem, se esse facturum; petit ille, vt eius currus agitaret. Sol post iusiurandum negare non potuit. Acceptis itaque curribus Phaëthon, cùm exîsset orbitam Solis, & cœpisset mundus ardere, à Ioue fulminatus in Eridanum cecidit; qui & Padus vocatur. Huius interitum flentes sorores, Phaëthusa & Lampethusa, in arbores mutatæ sunt deorum miseratione: vt hîc dicit, in populos; vt in Bucolicis, in alnos. Fuit etiam quidam Ligur, Cycnus nomine, dulcedine cantus ab Apolline donatus; amator Phaëthontis: qui cùm eum defleret extinctum longo luctu, in auem sui nominis versus est. qui postea ab Apolline inter sydera collocatus est. Huius nunc filium Cupauoné dicit habere cycni pennas in galeâ, ad paternæ formæ insigne monstrandũ.* CRIMEN amor vestrum.] *Phaëthontem à Cycno amatum, aut piè, aut turpiter, accipiamus necesse est. Si turpiter; talis est sensus: Crimẽ vestrum est, ô Cycne & Phaëthon, quòd sic amastis; & hoc vobis tantùm potest obijci. Alij* vestrum *pro* tuum *accipiunt, & ad solum Cycnum referunt: vt,* Vos, ô Calliope, precor. *Si piè amauit; secundùm Asperũ,* crimen *erit* causa: *vt 2. Aen.* Et crimine ab vno Disce omnes. *vel sit sensus: ô Phaëthontiades sorores, & ô Cycne, causa vestrûm, id est, vestræ mutationis, amor est; quia sic Phaëthonté amastis, vt periretis.* VMBRAMQVE sororum]

Digitized by Google

rorum.] *Ambitiosè dictum; pro, inter arbores de sororibus factas. Et est vnũ de his, quæ habet Vergilius inimitabilia & sua propria. Tale est illud,* Sinuatq; alterna volumina crurum. *Et,* Cùm primùm sulcos æquant fata. MVSA.] *Carmine, cantilenâ, citharâ.* CANENTEM senectam.] Quidã canentem senectam, *pro albo colore, neotericè dictum putant: quia canentẽ senectam mollibus transegit in plumis.* SYDERA voce sequentem.] *Cum cantu cœlum petentem. vel quòd est reuerà relatus in sydera: sicut videmus in Spherâ.* ÆQVALES comitatus classe cateruas.] *Aut æqualiter habens per naues distributas cateruas: aut ipsi duci pares virtute.* CENTAVRVM.] *Aut nomen nauis: aut qui erat in naui pictus.* OCNVS.] *Iste est Auenus, quem in Bucolicis Bianorem dicit: Vt,* Namque sepulchrum Incipit apparere Bianoris. *Hic Mantuam dicitur condidisse, quam à matris nomine appellauit. nam fuit filius Tyberis & Mantûs Tiresiæ, Thebani vatis filiæ: quæ ad Italiam post parentis venit interitum. Alij Mantos, filiam Herculis vatem fuisse dicũt. Hunc Ocnum, alij Auletis filium; alij fratrem, qui Perusiam condidit, referunt: &, ne cum fratre contenderet, in agro Gallico Celsenam, quæ nunc Bona dicitur, condidisse: permisisse etiam exercitui suo, vt castella muniret: in quorum numero Mantua fuit. Alij à Tarchonte, Tyrrheni fratre, conditam dicunt. Mantuam autem ideò nominatam; quòd Etruscâ linguâ, Mantum, Ditem patrem appellant: cui etiam, cum cæteris vrbibus, & hanc consecrauit.*

POM. Sabi. ALPHEÆ Pisæ.] *Alpheus, fluuius Elidis, secat agros olympicos; vbi fiebant ludi. In eodem loco sunt Pisæ græcæ. Pisæi, milites Nestoris, cùm post excidium Ilij redirent in patriam, tempestate maris delati in Italiam fuêre. hi condidêre Pisas, inter duos amnes; inter Esarem & Arnum fluuios. Traditur olim hos amnes solitos inuadere agros: quare ab accolis mutilabantur. ob quod eos pepigisse aiunt, non ampliùs inundare; si sinerent integro, esse. pacta post illud tempus seruata sunt, vsq; in hunc diem. Volunt quidam, Pisas conditas à filio Pelopis. Quidam aiunt, Thessalos condidisse Pisas.* ASTYR.] *eques optimus, & bello clarus: fortè profectus est cum Pisæis. Similitudine nominis alludit ad Astures Hispanos; apud quos aurifodinæ sunt, & equi.* CERETE.] *vrbs condita à Pelasgis. Ego puto per* Ce *legi: Nunc* Cære *vetus. oppidum Etruriæ: & declinatur vt Præneste.* MINIO.] *fluuius est Cæretanus: adhuc retinet nomen.* PYRGI.] *metropolis Etruscorum erat nobilis, dum Thusci piraticam exercuerunt. Tyrrheni condidêre Pyrgos. Pyrgi distant à Grauiscis, viginti duobus millibus pas.* GRAVISCÆ.] *oppidum, vt ait Cato, ab aëris grauitate. ideò appellat* intempestas. NON egote, Ligurum.] *Ligures, gens indigena Italiæ, acuti & bello clari; pugnaces semper: in omni ætate marinæ aleæ solliciti, procellis spontè se obijciunt. olim fœminæ & viri in Liguriâ operabantur. Ligures, à duce sunt nominati. Ligurum metropolis, est Genua. Strabo ait: Ligures esse Græcos; ab eo, quòd more Græco vtuntur æreis scutis.* CVPANO.] *fuit filius Cycni. Phaëthontem amauit: quo fulminato, fertur tamdiu gemuisse; donec mutatus fuit in auem sui nominis. quæ auis, cùm est propinqua morti, dulcissimè canit; quasi prænuntia quietis. Cycnus inter sidera à Ioue locatus est.* PENNÆ.] *Dicit causam, quare ferebat pennas oloris.* SORORVM.] *Sorores Phaëthontis mutatæ fuerunt in arbores.* CANDENTEM senectã.] *candescentẽ. Alludit ad senectam, quæ cana est: & cycnus est canus.* CENTAVRVM.] *pictus erat in mari centaurus; qui videbatur velle iacere saxum in vndas.* ARDVVS.] *sublimis.* CARINA.] *longâ naui.* PATRIIS.] *Etruscis: id est paternis.*

VAR. Lect. INTEMPESTÆQVE Grauiscæ.] *In Rom. lib.* Galbescæ *legitur. sed melius,* Grauiscæ. TRANSIERIM, Cycne.] *In Vetustis plerisq; exempl. legitur,* Cinere: *in Romano* Cumare. SVRGVNT de vertice pennæ.] *In aliquot exempl.* Cristæ *notantum est.* ILLE etiam patrijs agmen ciet Ocnꝰ ab oris.] *In antiquo exẽplari legere est,* Quin etiam patrijs. *In alijs antiquioribus legitur,* Patrijs Ocnus ciet agmen ab oris. A

DON. MILLE rapit densos acie, atq; horrẽtibus hastis, Hos parêre iubent Alpheæ ab origine Pisæ.] *Pisæ, nomẽ est ciuitatis; quæ & ipsa auxilia dederat.* VRBS Hetrusca solo.] *Et ipsa, inquit, ciuitas in solo fuit Hetruriæ cõstituta.* SEQVITVR pulcherrimꝰ Astur. Astur equo fidens, & versicoloribus armis.] *Versicolor est, quæ, dum vertitur, mutat colorẽ.* TERCENTVM adijciunt.] *Nondum dixit, qui adijciunt.* MENS omnibus vna sequendi.] *Qui sunt isti, qui adijciunt, & quibus vna est mens sequẽdi?* QVI Cærete domo, qui sunt Minionis in aruis, Et Pyrgi veteres, intempestæq; Grauiscæ.] *Dixit locorũ nomina, in quibus isti cõmorabantur.* NON ego te, Ligurũ ductor, fortissime bello, Trãsierim, Cygne, & paucis comitate Cupano.] *Non ego te, inquit, Cygne Cupano, qui es Ligurũ ductor, & in bello fortissimus, præteribo carmine meo. Genus est transitus, propter odiosam nominũ continuationẽ, quæ in catalogis semper est. Hunc autẽ, merito* B *suo, non eorũ, quos ducebat, voluit carminibus suis cum laude inferre: erãt enim pauci. Hic igitur fortissimus fuit omniũ Ligurum. quod quũ dicitur, ostẽduntur etiam illi fortes, quibus prælatus esse videbatur. Hoc in istis laudauit, quod alio loco:* Exigui numero; sed bello viuida virtus. *Venit iam ad ipsius ducis cultũ.* CVIVS olorinæ surgunt de vertice pennæ.] *Olorinas pennas dixit fuisse in eius galeâ, hoc est, Cygni. More suo Vergilius vult inducere fabulam cygneam: vt in catalogo septimi libri, de Hippolyto fecit. Inter tædia quippe tot nominũ, quibus ipsi homines, montes, loca & flumina significantur, aut fortes, aut cætera: immissa narratio legentem subleuare debet, & erigere audientẽ.* CRIMEN amor vestrum, formæq; insigne paternæ.] *Transfiguratione factam pro pœna posuit: pœna aũt sinè crimine esse nõ potuit. Pater aũt, ex feruenti amore præcedente, factus est auis: cuius facti ipse amor fuit causa; & sic amoris est crimẽ. Quòd verò ille pennas habuerit ex cygno: hoc ipsius fuerat ornamentum, & signum originis suæ.* NAMQVE ferunt luctu Cygnum Phaëthontis amati, Populeas inter frõdes vmbrãq; sororum, Dum canit, & mœstum Musâ solatur amo- C rem, Canentem molli plumâ duxisse senecta, Linquentem terras, & sidera voce sequentem.] *Fabularum veterum, proindeq; incertarum, sic autorem non vult poëta constituere. ideò sic cœpit, vt diceret,* Ferunt. *quòd si falsitas existeret, alij potiùs mendaces habeantur. Amici, inquit, duo fuerunt, Phaëthon & Cygnus. sed quum Phaëthon actus esset in mortem; dolens Cygnus casum familiaris sui, dum inter populeas frondes miserabile deflet, sic in auem albam, tanquam canentem senectã, versus est: & relictis terris, volatu inuante contendi ad sidera. Dum vult Phaëthontis & Cygni fabulam dicere: etiam sororum Phaëthontis eiusdem exitum demonstrauit. quum enim flerent fratrem; in arbores populeas versæ sunt. Bene autem posuit,* Linquentem terras, *quasi hoc voluntate fecisset. Inuisas ergo terras reliquit, in quibus amicum vlteriùs videre non poterat. Voce autem petens sidera: quasi inuidiam faciens illis, quibus autoribus ille perierat.* FILIVS ęquales comitatus classe cateruas.] *Filius eius, hoc est, quem suprà cum pennis cygneis descripsit, ducebat cateruas* Æquales: *aut ætate æquales, aut armorum cultu.* INGENTEM remis Centaurum promouet. *Nauim, quæ Centaurus dicebatur, & ingens fuerat, promouebat.* ILLE Instat aquæ, saxumq; immane minatur Arduus, & longâ sulcat maria alta carinâ.] *Hominis describit lenitatem: qui, quia pondere & magnitudine suâ nauis tardiùs agebatur, putabat irascendum mari & vndis; ictu ingentis saxi minas esse intendendas.*

MANTVS.]

Fatidicæ Mantûs & Thusci filius amnis:
Qui muros, matrisq; dedit tibi, Mantua, nomen.
Mantua diues auis: sed nō genus omnibus vnum:
Gens illi triplex; populi sub gente quaterni:
Ipsa caput populis, Thusco de sanguine vires.
Hinc quoq; quingentos in se Mezentius armat:
Quos patre Benaco, velatus arundine glaucâ,
Mincius infestâ ducebat in æquora pinu.
It grauis Auletes, centenâq; arbore fluctum
Verberat assurgens: spumāt vada marmore verso.
Hunc vehit immanis Triton, & cærula conchâ
Exterrens freta: cui laterum tenus hispida nanti
Frons hominem præfert: in pistrim desinit aluus;
Spumea semifero sub pectore murmurat vnda.
Tot lecti proceres ter denis nauibus ibant,
Subsidio Troiæ; & campos salis ære secabant.
Iamq; dies cœlo concesserat, almaq; curru

A SER. MANTVS.] *Græcè declinauit. nam si Latinè vellet, Mātonis diceret: vt ait Plautus, Ionis.* DIVES auis.] *Maioribus præpotens. Et bene* diues a- uis: *quia non ab Ocno; sed ab alijs quoque condita sit. Primùm namque à Thebanis; deinde à Thuscis; nouissimè à Gallis, vel, vt alij dicunt, à Sarsinatibus, qui Perusiæ consederant.* SED nō genus omnibus vnum.] *Quia origo Mantuanorum, & à Thuscis venit, qui in Mantuâ regnabant; & à Venetis. nam in Venetiâ posita est; quæ & Gallia Cisalpina dicitur.* GENS illi triplex; populi sub gente quaterni.] *Quia Mantua tres habuit populi tribus, quæ & in quaternas curias diuidebantur:*
B *& singulis singuli Lucumones imperabant; quos in tota Thusciâ duodecim fuisse, manifestum est: ex quibus vnus omnibus præerat. Hi autem totius Thusciæ diuisas habebant quasi præfecturas: sed omnium populorum principatum Mantua possidebat. Vnde est,* Ipsa caput populis. *Ergo Vergilius miscet nouam & veterem Etruriam: vt vtriusq; principatum patriæ suæ adsignet. cùm alioquin Mantua ad hæc auxilia pertinere non debeat: quòd Aeneas nulla à Transpadanis auxilia postulauerit. cùm omnis exercitus aduersum Mezentium vno loco consederit: & propterea putetur Poëta, in fauorem patriæ suæ hoc locutus: vt de hac solâ trans Padum pro Aeneâ, aduersum Mezentium auxilia faciat venisse; & quòd nec populorum nomina, nec Lucumonum retulerit.* THVSCO de sanguine vires.] *Quia robur totum à Lucumonibus habuit.* IN se armat.] *Id est, Odio sui in arma compellit.* PATRE Benaco, velatus arundine glaucâ, Mincius infestâ ducebat in æquora pinu.] *Benacus, lacus est Venetiæ: de quo fluuius nascitur Mincius. Iure ergo dux Venetus fluuium prouinciæ suæ depinxit in naui: quem Benaci filium; quia ex ipso habere originem dicit.* GRAVIS.] *Fortis: vt,* Ferit ense grauem Tymbræus Osyrim. *Vel* grauis, *aut a-*
C *nimo, aut ætate: aut* grauis, *propter nauem. nam sequitur,* Centenâque arbore fluctum Verberat assurgens. CENTENA'QVE arbore.] *Non ait, remis; sed arboribus: ad exprimendam nauis magnitudinem; quæ plures habuit remorum ordines. Vnde ait Lucanus:* Et summis longè petit ęquora remis. MARMORE.] *Mari.* TRITON.] *Pictus in nauis prorâ sedens. & sic ait, quasi de vero Tritone: vt,* Galea alta Chimæram Sustinet, Ætnæos efflantem faucibus ignes. CÆRVLA.] *Cærula freta: non concha cærula: ne non stet versus, si cærulâ fuerit septimus casus.* LATERVM tenus.] *Vt, Crurum tenus: ἄχρι τῶν κνήμων.* HISPIDA.] *Horrida, setosa.* FRONS hominem præfert.] *Modò frontem, primam hominis partem intelligimus. nam hoc dicit: A' capite, vsq; ad ima latera, hominis monstrabatur effigies.* SPVMEA semifero.] *Incertum, vtrùm pictus, an ex ære factus.* TOT lecti proceres.] *Quare Tarchontem præterijt? An quia illi omnes sub imperio eius fuerunt?* TER denis.] *Triginta naues accipiamus fuisse; non, vt quidam volunt, singulos duces tricenas naues habuisse. nam enumeratorum militum non conuenit numerus: præsertim cùm sequatur,* subsidio Troiæ, *id est paruo auxilio. Nam apud maiores, bella, non ambitu, sed virtute constabant.* TROIÆ.] *Aut castra Aeneæ dixit: aut* Troiæ, *pro Troianis.* IAM'QVE dies cœlo concesserat.] *Non dicit diem interuenisse. nam suprà ait,* media Æneas freta nocte secabat. *Et* cœlo concesserat, *pro in cœlo: & deest,* nocti.

POM. Sabi. MANTVS.] *Ocnus Mantûs & Tyberis amnis filius, vrbem condidit, quam à nomine matris Mantuam appellauit. Mantuam coluére tres nationes: Thebani, qui venerunt cum Manto, post calamitatem Thebanorum: & Thusci; nam (vt ait Plinius) ea sola colonia Thuscorum trans Padum est posita, duce Ocno: & Veneti. Regio, vbi Mantua est, Venetia dicitur. Ocnum dixinunt in Bucolicis appellari Bianorem.* SVB gente quaterni.] *quatuor tribus erant Mantuæ. Mātua diuisa in quatuor trib. erat, vel sub eâ erant quatuor populi. Mantua à Thuscis vires habuit: vel, Mantua caput est populis, qui habent vires de Thusco sanguine. hoc, populos ducebat Venacus.* IPSA caput populis.] *Intelligit, credo, de Phelsinâ, quæ princeps Etruriæ fuit; vt Plinius meminit: cùm in coloniam venit, Bononia appellata est. Sunt qui separatim legant, Phelsinam à Bononia. De hac puto intelligit Vergilius nunc, & Silius, cùm ait:* Et quondam Teucris comes in Laurentia bella Ocni prisca domus, paruiq; Bononia Rheni. Ipsa caput populis: *scilicet Bononia, etiam venit in Laurentia bella. Thusci paludosam oram Padi, mirabili industriâ ductis fossis, fecerunt habitabilem. Vel,* Ocni prisca domus: *id est, ager Mantuanus.* IN se.] *in suam perniciem: quia pulsus erat Etruriâ.* MINCIVS.] *Mincius ex Venaco genitus. Mincius fluuius ortum habet à Venaco lacu.* CENTENA arbore.] *non centum nauibus. Sed nauis magnitudinem exprimit.* TRITON.] *erat pictus in naui Auletis Triton: è primâ parte homo; & postremâ pistris, id est, mōstrum.* TER DENIS.] *triginta naues in auxilium Aeneæ.*

VAR. Lect. CENTENA'QVE arbore fluctum.] *In Rom. lib.* Fluctus *legitur.* IN Pistrim desinit aluus.] *In antiquioribus,* Pristin *habetur.* CAMPOS salis ære secabant.] *In aliq. lib.* Ruebant *legitur.* IAM'QVE dies cœlo discesserat.] *In antiq. exemplaribus,* Concesserat *legitur.*

DON. ILLE etiam patrijs agmen ciet Ocnus ab oris, Fatidicæ Mantûs & Thusci filius amnis.] *Ocnus, inquit, filius fuit Mantûs, & Thusci amnis.* Fatidicam *dixit, quæ fata hominū responsis aperiret.* QVI muros matrisq; dedit tibi, Mantua, nomen.] *Hic, inquit, & muros dedit Mantuæ; & de matris nomine Mantuam nominauit.* MANTVA diues auis: sed non genus omnibus vnum.] *Inuenit occasionem poëta, quâ aliquid diceret de patria suâ.* Mantua diues auis: *hoc est, generosis & præcipuis maioribus fulta. Ipsis tamen auis, non vnum genus omnibus fuit; sed ex diuersis originibus adunatum.* GENS illi triplex; populi sub gente quaterni.] *Sed tribus gentibus populi quaterni fuerant, hoc est, duodecim.* IPSA caput populis, Thusco de sanguine vires.] *Ipsa ciuitas tamen omnibus fuerat caput. Hinc quoque dicta est Mantua, ex eius populis.* HINC quoq; quingentos in se Mezentius armat.] In se, *aduersum se, armat Mezentius: pulchra locutio. Hi enim vt aduersus Mezentium armati vaderent, ipse perfecerat. Plurimum hic sibi Vergilius applicat, quòd Romano ductori etiam Mantuæ auxilium prorogauit.* QVOS, patre Benaco, velatus arundine glaucâ, Mincius, infestâ ducebat in æquora pinu.] *Quos quingentos naui portabat Mincius, natus ex Benaco: habens arundinibus velata tempora; eo more, quo pinguntur flumina.* IT grauis Auletes, centenâq; arbore fluctus Verberat assurgēs: spumāt vada marmore verso.] *Nō ipse Auletes grauis, sed nauis, in quâ fuerat, satis ponderosa. Demq; censū, nō iam remis, sed ar-*

Digitized by Google

boribus agebatur. Cætera descriptionem tenent pelagi, quum verberatu remorũ ictibus spumat. HVNC vehit immanis Triton.] *Formâ maximâ, pro magnitudine ipsius nauis formatus.* ET cęrula côchâ Exterrés freta.] *cõstitutus in cõchâ, exterrens freta cærula.* CVI laterum tenus hispida nanti Frons hominé præfert, in Pristim desinit aluꝰ: Spumea semifero sub pectore murmurat vnda.] *Vsq; ad latera proferebat humani corporis formam: hispidam tamen, hoc est, asperam. Reliqua pars eius in bestiam marinam mutabatur: & sub semifero pectore fluctus spumare videbantur.* A TOT lecti proceres ter denis nauibus ibant, Subsidio Troiæ, & campos salis ære secabant.] *Omnes, inquit, populorum enumeratorum principes, triginta nauibus pergebant, vt Troiæ auxilium ferrent. Non dixit, Troianis, sed Troiæ: quoniam hominum cõseruatione, patria ipsa videbatur auxilium sumere; quam Troiani reparare nitebantur. Propterea tanti ac tales, per immensa spatia, maris secabant fluctus primò, Troiæ scilicet subsidio.*

Noctiuago Phœbe medium pulsabat Olympum.
Æneas (neq; enim membris dat cura quietem)
Ipse sedens, clauumq; regit, velisq; ministrat.
Atq; illi, medio in spatio, chorus, ecce, suarum
Occurrit comitum: Nymphæ, quas alma Cybelle
Numen habere maris, nymphasq; è nauibus esse
Iusserat: innabant pariter, fluctusq; secabant,
Quod priùs æratæ steterant ad littora proræ.
Agnoscunt longè regem, lustrantq; choreis.
Quarum quæ fandi doctissima Cymodocea,
Ponè sequens, dextrâ puppim tenet, ipsaq; dorso
Eminet, ac lævâ tacitis subremigat vndis.
Tùm sic ignarũ alloquitur: Vigilásne deûm gens,
Ænea? vigila, & velis immitte rudentes.
Nos sumus Ideæ sacro de vertice pinus;
Nunc pelagi Nymphæ, classis tua: perfidus vt nos
Præcipites ferro Rutulus, flammâq; premebat.
Rumpimus inuitæ tua vincula: teq; per æquor
Quærimus. hanc genitrix faciem miserata refecit,
Et dedit esse deas, æuumq; agitare sub vndis.
At puer Ascanius muro fossisq; tenetur,
Tela inter media, atq; horrentes Marte Latinos.
Iam loca iussa tenet, forti permixtus Hetrusco,
Arcas eques. medias illis opponere turmas,
Ne castris iungant, certa est sententia Turno.
Surge age; & aurorâ socios veniente vocari
Primꝰ in arma iube: & clypeũ cape, quẽ dedit ipse
Inuictum Ignipotens, atq; oras ambijt auro.
Crastina lux, mea si non irrita dicta putâris,
Ingenteis Rutulæ spectabit cædis aceruos.
Dixerat: & dextrâ discedens impulit altam,
Haud ignara modi, puppim. fugit illa per vndas,
Ocyor & iaculo, & ventos æquante sagittâ.
Indè aliæ celerant cursus. stupet inscius ipse
Tros Anchisiades: animos tamen omine tollit.
Tùm breuiter, supera aspectâs cõuexa, precatur:
Alma parens Idæa deûm, cui Dindyma cordi,
Turrigeræq; vrbes, bijugiq; ad fræna leones!

SER. NOCTIVAGO curru.] *Nomen mirè compositum. Cursus enim Lunæ non rectus est per Zodiaci medium, sicut solis qui cursus agit per eclipticam lineam, quæ Zodiacum bifariam diuidit: cùm Luna ad extremas Zodiaci decurrat oras, nunc in austrum, nunc in septentrionem declinans, & vagans. Id autem vagum appellatur, quod non rectã secat viam, sed errare dicitur. Vnde & ἀπὸ τῆς πλάνης, id est, ab errore, πλανῆται vocati sunt.* PHOEBE.] *Luna: sicut Sol, Phœbus. Item & Titan, Sol: & Titanis, Luna. Describit autem noctem mediam, & dicit finitum diem, secundùm Romanum ritũ: qui mediâ nocte diem numerant; & noctem similiter à medio die. Nec Lunæ fit sinè causâ commemoratio: nam aliter videri Nymphæ non poterant.* CLAVVMQVE regit.] *Pro, clauo nauem regit. & dat Æneæ, sicut in quinto libro, gubernandi dedit peritiam.* VELISQVE ministrat.] Velis, *quidam datiuum volunt, non ablatiuum: vt si dicamus, aliquem ministrare conuiuis.* MEDIO in spatio.] *Inter nauigandum.* CHORVS comitum Nymphæ] *De nauibus factæ. & mirè* comitum; *quia cum eo venerant.* ALMA Cybelle.] *A' Cybelo Phryge, qui primus ei sacrum instituit. Mater deûm dicta Cybele, vel ἀπὸ τῦ κυβισᾶν τὴν κεφαλὴν: id est, capitis rotatione: quòd semper Galli, motu capitis per furorem, comam rotantes, vlulatu futura pronuntiabant. Lucanus:* Crinemq́ue rotantes Sanguinei populis vlularunt tristia Galli. *vel à Phrygiæ montibus, vbi colitur, quos Cybelos vocant.* Cybelle *autem, Bacchius est; id est, pes ex primâ breui constans, & duabus longis. nam* Cybele, *Anapæstus est: vt,* Hìc mater cultrix Cybele. INNABANT pariter.] *Quia de nauibus versæ.* QVOT priùs.] *Id est, quanta. ad numerum retulit. Ergo subtrahit,* Tot. LVSTRANTQVE.] *Circumdant & circumeunt.* DOCTISSIMA Cymodocea.] *Poëticè: sicut & mutatio ipsa confingitur. Ergo* doctissima, *quæ diuinitus bene doctrinam fuerit consecuta. Nam stultissimum est, quod quidam ait: Ilionei nauem fuisse; & ideò eam esse doctissimam fandi.* PONE' sequens.] *Hoc quidam ideò dictum tradunt; quòd aduersè videri nolunt. Vnde Eclog.* VIII. *est.* Transq́ue caput iace, ne respexeris. DORSO Eminet.] *Peritia natandi ostenditur.* TACITIS.] *Aut ipse tacitus: aut pro, tacitè & leniter.* SVBREMIGAT.] *Sub natat.* IGNARVM alloquitur.] *Aut præsentiæ suæ ignarum: aut quòd è nauibus Nymphæ factæ sunt.* VIGILASNE deûm gens.] *Verba sunt sacrorum. nam virgines Vestæ certâ die ibant ad regem sacrorum, & dicebant;* B Vigilasne rex? vigila. *Quod Vergilius iure dat Æneæ; quasi & regi, & quem vbique Pontificem, & sacrorum induxit peritum. Et bene primò interrogat: deinde, quòd vigilat, approbat.* deûm *autem* gẽs: Propter, Dijs geniti: & geniture deos. VELIS immitte rudẽtes.] *Hoc est, rudentibus vela immitte: id est, laxa. vt est illud* Georg. I. Notas odor attulit auras. *Immitti aũt dicuntur rudentes, cũ vela laxantur.* SACRO de vertice.] *Arguit* sacro: *ne miretur Æneas, deas factas.* PINVS.] *hoc loco, secundùm quartam declinationem dixit: in Bucolicis iuxta se-* C *cundam, vt,* Mænalus argutumq́ue nemus, pinosq; loquentes Semper habet. *Et loquitur per diffinitiones:* Nos sumus. *Sanè declamatoriè hos versus explicuit.* PERFIDVS.] *Qui post fœdus bella commouit. Hinc Latinus:* Ipsi has sacrilego pendetis sanguine pœnas. *Alij, è cõmuni sermone perfidum Rutulum dici; quia ipsa Troiana est.* VT nos.] Vt, *pro quoniam. Plautus in Pseudolo;* Vt lassus veni de viâ, me volo curare. *Et in Mostellaria:* Eundẽ animum mihi oportet esse gratum; vt impetraui: *pro, quoniam.* PRÆCIPITES.] *Nomen, pro aduerbio, præcipitanter.* RVMPIMVS.] *Propter illud,* Continuò puppes abrumpunt vincula ripis. INVITÆ.] *Ac si diceret: Malueramus tibi potiùs seruire, quàm in Nympharum numina commutari.* TEQVE per æquor quærimus.] *Id est, hæc nobis vagandi causa est, vt te inuenire & iuuare possimus.* REFECIT.] *Aut vacat* re: *aut, quia antè natiuam amiserãt formam, ergo alteram fecit.* ET dedit esse deas.] *Græca figura: vt,* Donat habere viro. ÆVVM.] *Immortalem.* AGITARE.] *ἄγειν: hoc est, agere.* IAM loca iussa tenet.] *Vt, & suprà diximus, hoc κατὰ τὸ σιωπώμενον accipiendum est. nam intelligimus, equites eum misisse per terram.* NE castris iungant.] *Aut* se *subaudis: aut* iungant, *pro* iungantur. SOCIOS veniente vocari.] *Antiquo verbo multa*

A *bo militiæ vsus est. viros enim vocari significat eos, qui necessitate in bellum, non voluntate conueniunt.* CRASTINA lux.] *Deest,* veniat: *hoc est, crastina lux veniat tantùm.* & crastina lux, *si ad Aeneam referas,* spectabis, &, non irrita dicta putâris: *Et* crastina lux, *subaudiendum, cùm venerit. Si autem ad lucem,* spectabit *legas:* SPECTABIT cędis aceruos.] *Hæc est vera lectio. & ordo est: Si mea dicta irrita non putâris, crastina lux ingēteis aceruos cædis videbit, nam malè quidam* spectabis *legunt, & ad lucē referunt: quod non procedit. nullus enim sic loquitur, ô Aenea, si, quæ dico, minimè credis; ô lux crastina, ingenteis cædis aceruos videbis. Alij more antiquo,* lux, *pro* luce *accipiunt. Lucilius in tertio:* Hinc mediâ remis Palinurum peruenio nox: *Pro, nocte. Longus ait; Deest,* venerit. *Vnde & ipse* spectabis *legit.* DEXTRA discedens impulit.] *Mirè* discedens: *adiuuatur enim pulsus, recedēte eo qui impulerit.* FVGIT.] *Pro velociter posuit.* HAVD ignara modi.] *Impulit nauem libramento peritiæ & moderationis, quippe quæ nauis fuerat.* OCYOR & iaculo.] *Breuiter tribus comparauit: quoniam & sagittam ventis æquauit.* INDE aliæ celerant cursus.]

B *Hoc est, indè aliæ Nymphæ aliarum nauium cursus efficiunt celeriores; sicut fecerat Cymodocea. An, aliæ naues?* INSCIVS.] *rerum, quas audierat. nam credere ex aperto non poterat.* OMINE.] *Augurio promissæ victoriæ.* CONVEXA.] *Hic* conuexa *epitheton est: quia ait,* Supera cōuexa. *Alibi solum* cōuexa *principale est.* ALMA parens Idæa deûm.] Alma *propriè tellus est; ab eo, quòd nos alat: abusiuè etiā alijs numinibus hoc epitheton datur. Terram aūt ipsam constat esse matrem deûm. Vnde & simulacrum eius cū claui pingitur. nam terra aperitur verno: hyemali clauditur tēpore.* DINDYMA.] *Mons Phrygiæ.* TVRRIGERÆ'QVE vrbes.] *Ciuitates turritæ, quas terra gerit. Vnde & cū turritā coronâ Mater deûm pingitur.* AD frena leones.] *Ideò hoc fingitur, quòd omnis feritas maternæ subiacet affectioni. Figuratè autem,* leones ad frena bijugi, *id est, frenati leones.*

POM. Sabi. VIGILA'SNE deûm gens?] *Cymodocea loquitur.* ARCAS eques.] *Aeneas terrestri itinere p̄miserat Arcades equites cū Ethruscis equitibus.* ILLIS.] *equitib. venientibus.* IGNIPOTENS.] *Vulcanus.* ORAS.] *extremitates clypei.*

C SI nō irrita dicta.] *si non putas mea dicta vana, crastina lux videbit magnā cædem Rutulorū.* HAVD ignara modi, puppim.] *quia fuerat nauis, sciebat.* OMINE tollit.] *tali cursu prospero.* ALMA parēs.] *Loquit̄ Aeneas ad Cybelē.* TVRRIGERÆ'Q. vrbes.] *Turres in capitis diademate Cybelæ: quia præest vrbibus, & in curru habet leones.*

VAR. Lect. QVOT prius æratę steterāt ad litt pr.] *In Oblōgo lib. nō* Prorę, *sed* Naues *scriptū est, in aliquot alijs* Puppes *legit̄.* RVMPIMVS inuitę.] *In Med. & plerisq; alijs* Rupimus *habetur.* PRIMVS in arma.] *Sunt libri antiqui, vbi* Pronus in arma, *sit scriptū.* QVEM dedit ipse.] *In libris antiquis legere est,* Quem dedit ingens.

DON. IAM'QVE dies cœlo concesserat, almaque curru Noctiuago Phœbe medium pulsabat Olympum.] *Post finitum diem, post noctis tempus: quod illustrabatur radijs; lunaq; tenuerat medium cœlum. Suprà dixit:* Illi inter sese duri certamina belli Contulerāt: media Æneas freta nocte secabat. *hic dicit:* Iamque dies cœlo concesserat. *cùm semel dictum satis fuisset. Non hoc idem dixit: sed suprà descripsit initium noctis, quod agebatur. quod euenire non posset, nisi diei luce consumptâ. Fuit, inquit, nox: de lunâ tacuit, nondum quippe emerserat. Secundo loco ait, recessisse quidem diem, & interceptam ipsius lucem, venientibus tenebris: quas superueniens illustrauerat luna, quæ medium tenuerat cœlum. Hæc igitur fuerat causa repetendæ descriptionis; scilicet diei consumpti: quoniam aliud dederat prima pars noctis; aliud sequens. Potest & sic: Nauigabat Aeneas, iam die consumpto; quū nox ageretur, & luna medium cœlum tenuisset; eius tamen viri non quieuerat cura. sedebat quippe, ac vigilabat, & gerebat nauim, & velis necessarium præbebat temperamentum. vt hoc esset, quod in eo poëta laudauit, continuationem diei & noctis, non fatigâsse laborantem. Deniq; sequitur:* ÆNEAS.] *Sed hic mora facienda est; & sic dicendum:* (NEQVE enim membris dat cura quieté) Ipse sedens, clauumq; regit, velisq; ministrat.] *Virtus (vt dictum est) Aeneæ describitur. quum enim esset nox, & luna iam medium cœlum tenuisset: quoniam in tantā curā somnus teneri non poterat, sedebat. Ecce duplex labor: & non dormire illo tēpore, & sedere. Accedebat his, quòd vigilans & sedens non fuit otiosus, alijs duobus muneribus seruiens: nam & gubernacula tenebat; & velorum sinus arte moderabatur.* Ordinatur *sensus sic: Ipse Aeneas sedēs, clauumq; regit, velisq; ministrat: neq; enim membris dat cura quietē. Ipsa enim fuit causa vigilandi: quoniā nauigationis & futurā belli sollicitudine distētus, dormire non poterat.* ATQVE illi medio in spatio.] *Medium spatium, & maris potest esse; & in terris, quod inter eius nauim & cæteras fuit.* CHORVS ecce suarū Occurrit comitū.] *Comites dixit naues, quæ cū ipso semper fuerāt.* Chorus, *est numerus collectus ex plurimis. Dicit iam, quæ essent in ipso choro.* NYMPHÆ, quas alma Cybele Numen habere maris, Nymphasq; è nauibus esse Iusserat, innabant pariter, fluctusq; secabát.] *Hoc poëta nō pro nouo posuit, vt quasi incognitam fabulam inscijs lectorib. indicaret: sed commemorantis functus officio, replicat gesta. Ipsas, inqt, dico Nymphas ad Aeneā venisse, quas mater deûm ex nauibus fecerat, quibusq; immortalitatem concesserat.* INNABANT pariter, fluctusq; secabāt.] *Sic ipsæ nymphæ natantes veniebant, vt nulla præcederet alias.* QVOT prius æratæ steterāt ad littora proræ.] *Littora appellauit partem maris, quæ abluebat proram.* AGNOSCVNT longè regem, lustrantq; choreis.] *Quum primùm venerunt ad finem proræ, quæ æratæ fuerant, cognouerunt regem, rectè posuit:* Cognoscunt longè regem. *inter lunam enim, & obscuritatem noctis & pelagi, ab alio rex non facilè potuit agnosci. Choreis dederunt signum matris deûm: vt indè iam sciret, sua esse, non maris.* QVARVM quæ fandi doctissima Cymodocea, Pone sequens, dextrâ puppim tenet.] *Ecce, quanta potentia deûm matris! fecit ex lignis Nymphas, & deas ire iussit in fluctus: effecit, vt loqui possent, & eloquentiæ doctrinâ pollerent. Cymodocea tamen, quæ cæteras anteibat arte loquendi, posteriorem nauis tenuit partem: in ea enim gubernacula Aeneas retinebat, & velorū sinus certo moderamine temperabat. Tenebat igitur puppim manu dextrâ.* IPSA'QVE dorso Eminet.] *cùm ex hac causâ vndis non tegeretur, & dorsum eius appareret.* AC læuâ tacitis subremigat vndis.] *Lento motu, ac sinistrâ manu, ac vndarum strepitu, subremigabat.* Subremigare, *est non plenis conatibus remigare.* TV'M sic ignarum alloquitur.] *Nesciebat enim gesta illic, vbi reliquerat suos.* VIGILA'SNE deûm gens, Ænea?] *Mirum orationis principium. Rectè enim dubitauit, quæ loquebatur: quia tempus fuit petendi somni, & dormire non debuit, quia gubernandæ nauis gerebat officium. Vigilas, inquit, an dormis, Aenea: qui genus à numinibus ducis? In nomine vna laus est: altera in generis ratione.* VIGILA, & velis immitte rudentes.] *Perseuera, inquit, & consenti flatibus; quia prosperis successibus nauigas; & habenas nauigij currentis ne retine; ne felicitatis tuæ successus, obiectâ tarditate, impedias. Hæc est vna distinctio. est altera, vt sic pronuntiemus;* Vigilásne deûm gens: *vt, suppresso interim nomine, diuini sanguinis diceret prolē. Atq; vt meliùs ostenderet, notam loqui personam addisse nomen eius:* Æenea vigila. *Si, inquit, vigilas, persenera in eo, & habenas oēs velis immitte. Exhortatio istiusmodi fuit in duplicatione eiusdē dicti: vt cætera attentiùs audiret. Illud verò non integrū dubitantis, quod post incertā vocem subsecutum est,* Ænea vigila. *Videtur enim remouisse, in quo dubia fuit: di-*

cendo: Ænea vigila: *quia, gubernans nauim, dormire non debuit. Sequitur personæ loquentis euidens demonstratio: vt Aeneas nôsset, quæ omnium nomine loqueretur, in quo ipsa gesta posset apertiùs noscere.* Nos, *ait,* sumus Idææ sacro de vertice pinus.] *Quid apertiùs istâ narratione: quâ dictum est, quæ essent, & vnde?* NVNC pelagi Nymphæ, classis tua.] *Et quæ naues tuæ fuimus, nymphæ maris sumus effectæ. In perspicuâ breuitate totum dictum est. Sed quando Aeneas id crederet potuisse fieri; nisi subsecuta cætera ignorantem docuissent, tantum numinis valuisse potentiam, vt possibile fieret, quod humana mens non auderet admittere?* NOS sumus Idææ sacro de vertice pinus; Nunc pelagi nymphæ, classis tua.] *Dum dicit primum conuenerat; posuit tertium: & quod tertium, secundum ordinauit. Nam primò arbores fuerant; naues postea; tertio loco nymphæ: sed in hac ordinatione non errauit poëta. Splendidiùs quippe voluit loqui: nec ordinationem ipsam loquendo confudit.* Quod *enim dixit; Arbores fuimus dudum, nunc nymphæ sumus effectæ, quæ fuimus naues tuæ: ornatiùs dictum est, quàm dicere: Et arbores fuimus; dehinc naues; postremò nymphæ. Duo, quæ Aeneas nouerat, strictim dixit: sciebat enim, vnde pinea ligna sumpsisset, & quid fabricâsset ex ipsis: quemadmodum verò nympharum in faciem versæ sint, nesciebat. Hanc igitur partem latiùs refert: breuitate quippe institui plenè non poterat: qui nouo & incredibili exemplo gesta non nouerat.* PERFIDVS vt nos Præcipites ferro Rutulus, flammâque premebat; Rumpimus inuitæ tua vincula, teque per æquor Quærimus.] *Inimici nomen noluit dicere; sed pro ipso conuitiosa duo posuit. dixit enim perfidum; dixit Rutulum. Premebat nos, inquit, hostis; atque vtinam aliquanti meriti! vrgebat ferro; vrgebat & flammis: vt naufragium de nobis diceret, aut absumptis ignibus in cineres verteret: sed hæc præuenimus fugiendo; melius existimantes, abrumpere vincula tua, quàm ad interitum remanere.* TE'QVE per æquor Quærimus.] *Quàm difficile est, quærere vnumquemq; per mare; in quo tanta latitudo est: nescire quâ in parte reperiri valeat?* Quantus *amor ostensus est, tanto labore suscepto?* HANC genitrix faciem miserata refecit, Et dedit esse deas.] *Ad tantâ desperationê venimus: vt, quod vides, nô nostro ingenio, sed diuinâ miseratione mereremur. Genitrix enim, hoc est, deûm mater, hanc nobis imposuit formam ac ex mortalibus immortales effecit.* ÆVVM'QVE agitare sub vndis.] *A côtrario positum. naues enim mergûtur, vt pereât: istæ mersa sunt, vt euaderêt nymphæ. Assignatâ personâ suâ, & edito casu, quo nymphæ esse potuerunt; incipit referre, quid agatur: vt appareat, quare dixerit.* Et velis immitte rudentes. AT puer Ascanius muro fossisq; tenetur.] *Primâ causam immisit Ascanij: ostendês spem, ostendêsq; metû. Spem: ne eadê animos eius frangeret.* Metum: *vt festinaret auxiliû ferês. neq; adhuc incolumis fuerat, vt pateretur obsessum. Sciat hoc ipsum, monstrâs, quomodo spes, quomodo esset metus. Ex parte spei, sunt murus & fossa; quibus muniebatur Ascanius: ex parte autê metus, puerilis ætas; in quâ constitutus fuit.* TELA inter media, atq; horrêtes Marte Latinos.] *Inter ipsum tamen, & mortê, non plurimû dicebat interesse discriminis. Debuit igitur properare, antequàm ad eius interitû hostis auidissimus perueniret.* IAM loca iussa tenet, forti permixtus A
Hetrusco, Arcas eques.] *Directionem istorum poëta non descripsit; sed hinc intelligitur facta. Hos igitur nuntiat ea iam loca tenuisse, quæ in mandatis habuerant.* MEDIAS illis opponere turmas, Ne castris iungant, certa est sententia Turno.] *Vnum prosperum dixit: quia peruenerant sui. dixit contrarium: quia Turni dispositio fuit, medios opponere, qui eos castris suorum non sinerent iungi. Hoc genere ostendit, omnes in periculo esse; quum alij subuenire non possent. Propterea celeritate suadebat, vt antè Aeneas veniret, quàm Turnus cogitata perficeret. potuit quippe Aeneas adueniens, & clausis, & venientibus subuenire.* SVRGE age.] *Hortatur vt surgat: sed sedentem excitat; non dormientem.* Surge age, *non est iubentis; sed vrgentis ad gloriam.* ET aurorâ socios veniente vocari Primus in arma iube.] *Et aurorâ, inquit, veniente, hoc est, antequàm plena redeat lux, in arma conuocari socios primus præcipe. Primùm admonet facere; quæ res vincendi fiduciam promittebat.* ET clypeum cape, quem dedit ipse Inuictum Ignipotens, atque oras ambijt auro.] *Consternabuntur hostes, inquit, si te primùm viderint incipere, aggrediq; certamen, atque armis diuinis instructum.* B CRASTINA lux mea si non irrita dicta putâris, Ingentes Rutulæ spectabit cædis aceruos.] *Ecce prædicit & futura; vt verè appareat dea. Si non, ait, mea dicta contempseris, & monita mea inania tenueris: probabis, quantas de Rutulis strages videbit crastinus dies.* DIXERAT; & dextrâ discedens impulit altam, Haud ignara modi, puppim.] *Quòd nauis fuisset aliquando, altam nauim discedês impulit dextrâ suâ; modû seruans quo sciebat tutò concitari nauigia. non enim debuit plus fieri, propter periculum; nec minus, propter tarditatê. Accedit igitur ipsius loquentis adiumentum, quantum profuerit, sequentia probant. At enim,* FVGIT illa per vndas.] *Quum nauis fluctibus portaretur: non videbatur currere, sed volare.* OCYOR & iaculo, & ventos æquante sagittâ.] *Atque ita volabat, vt velocior esset iaculo & sagittâ, quæ ventorum flatibus solet æquari.* INDE' aliæ celerant cursus.] *Quid enim prodesset; si sola nauis, in quâ Aeneas fuit, celeriùs tenderet, cæteris lento actu remanentibus? Ibant ergo omnes celeres, omni tarditate submotâ.* STVPET inscius ipse Tros Anchisiades.] *His auditis & visis, obstupuit Aeneas ipse.* ANIMOS tamen omine tollit.] *In ipso* C
tamen stupore constitutus, quanquam gesta nesciret; tamen omnia ad omen trahens, animos tollit. Considerabat quippe, diuina omnia fauere partibus suis. Non dixit; lætus effectus est: quoniam audierat, & aduersa atq; formidolosa fuisse: tamen melior spes, sublevatis animis, erectum fecit. TVM breuiter, supera aspectans conuexa, precatur.] *In necessitate enim non debuit pluribus loqui. Supra aût aspectans precatur: quia nô Nymphis agêdæ sunt gratiæ, sed illi, à quâ bona illa profecta esse videbantur.* ALMA parês Idæa deûm.] *Tria posuit, quibus fauorem eius in suas partes magis ac magis adduceret.* Alma Idæa, parens deûm. *augmentum dehinc laudis adiecit:* CVI Dindyma cordi, Turrigeræq; vrbes, bijugiq; ad fræna leones.] *Summam dehinc petitionis annectit, deprecatione ac laude conclusû.*

SER. PROPINQVES.] *Faciliùs efficias, prosperes, matures, propitium facias: vt,* Et propius res aspice nostras. PHRYGIBVS'QVE adsis.] *Ac si diceret, cultoribus tuis.* TANTVM effatus.] *Breuiter, vt suprà dixit, propter lucê iam maturâ, id est, plenam. nam nec crepusculû; sed lux iam matura describitur.* REVOLVTA.] *Id est, aperta: sicut è côtrario, quod inuoluitur, clausum est.* Ruebat *aût: non occidebat sed oriebatur, cû impetu veniebat, quia per orbem. vt.* Et ruit Oceano nox. *Est aût hysteronproteron in sensu. antè enim est, vt nox fugetur: & sic lux adueniet.* MATVRA.] *Multâ, quasi tempestiuâ, & quam iam esse oportebat: aut satis*

Tu mihi nûc pugnæ princeps; tu ritè propinques
Augurium: Phrygibusq; adsis pede, diua secûdo!
Tantum effatus: & interea reuoluta ruebat
Maturâ iam luce dies; noctemq; fugârat.
Principiò socijs edicit: signa sequantur;
Atq; animos aptent armis, pugnæq; parent se.
Iamq; in conspectu Teucros habet, & sua castra,
Stans celsâ in puppi. clypeum tùm deinde sinistrâ
Extulit ardentem. clamorem ad sydera tollunt
Dardanidæ è muris: Spes addita suscitat iras.
Tela manu iaciunt: quales sub nubibus atris

Strymoniæ dant signa grues, atq; æthera tranant
Cum sonitu, fugiuntq; Notos clamore secundo.
At Rutulo regi, ducibusq; ea mira videri
Ausonijs: donec versas ad littora puppes
Respiciunt, totumq; adlabi classibus æquor.
Ardet apex capiti, cristisq; à vertice flamma
Funditur; & vastos vmbo vomit aureus ignes.
Non secùs, ac liquidâ si quando nocte Cometæ
Sanguinei lugubre rubent, aut Sirius ardor.
Ille sitim, morbosq; ferens mortalibus ægris,
Nascitur, & læuo contristat lumine cœlum.
Haud tamen audaci Turno fiducia cessit,
Littora præripere, & venientes pellere terrâ.
Vltrò animos tollit dictis; atq; increpat vltrò.
Quod votis optastis, adest, perfringere dextrâ:
In manibus Mars ipse viris: nunc coniugis esto
Quisq; suæ, tectiq; memor: nunc magna referto
Facta patrũ, laudesq;: vltrò occurramus ad vndã;
Dum trepidi, egressisq; labant vestigia prima.
Audentes Fortuna iuuat!
Hæc ait: & secum versat, quos ducere contrà;
Vel quibus obsessos possit concredere muros.
Interea Æneas socios de puppibus altis
Pontibus exponit. multi seruare recursus
Languentis pelagi, & breuibus se credere saltu:
Per remos alij. speculatus littora Tarchon,
Quà vada nõ sperat, nec fracta remurmurat vnda;
Sed mare inoffensum crescenti allabitur æstu:
Aduertit subitò proras, sociosq; precatur.
Nunc, ô lecta manus, validis incumbite remis:
Tollite, ferte rates: inimicam findite rostris
Hanc terram; sulcumq; sibi premat ipsa carina.
Frangere nec tali puppim statione recuso,
Arreptâ tellure semel. Quæ talia postquam
Effatus Tarchon; socij consurgere transtris,
Spumanteisq; rates aruis inferre Latinis:
Donec rostra tenent siccum, & sedêre carinæ
Omnes innocuæ: sed non puppis tua, Tarchon.
Namq; inflicta vadis, dorso dum pendet iniquo,

A *satis plenâ & clarâ.* SOCIIS edicit.] *Secundũ edicta Nymphæ.* SIGNA sequantur.] *Numquid literatum figuram faciunt peruolutam? Signa sequantur, vel tubarum, vel tesseræ, vel reuerà signa militaria.* QVALIS sub nubibus atris,] *Id est, altis.* STRYMONIÆ grues.] *A fluuio Thraciæ Strymone, iuxta quem habitant. Hæc autem comparatio non ad telorum pertinet iactum; sed ad Troianorum clamorem. Nam & Homerus sic posuit; à quo sumpta est comparatio:*

Τρῶες μὲν κλαγγῇ τ' ἐνοπῇ τ' ἴσαν ὄρνιθες ὥς,
ἠΰτε περ κλαγγὴ γεράνων πέλει οὐρανόθι πρό,
B αἵ τ' ἐπεὶ οὖν χειμῶνα φύγον, καὶ ἀθέσφατον ὄμβρον
κλαγγῇ ταί γε πέτονται ἐπ' ὠκεανοῖο ῥοάων.

FVGIVNTQVE Notos.] *Aut quos fuit ventos frigidos. nam etiam grues significant tempestatem futuram: vt ostendit ipse Vergilius in Georgic. dicens;* Aut illum surgentem vallibus imis Aëriæ fugêre grues. *Aut reuerà Notos: horum enim calorem fugiunt; cùm reuertuntur ad Macedoniam, in Thraciam, ex Aegypto.* SECVNDO.] *Num læto? Troianorum clamor ex gaudio.* ALLABI classibus æquor.] *Labi cum*
C *classibus: aut æquore classem labi. Quidam ita exponunt, & hoc ad phantasiam Rutulorum referunt: quoniam admirantibus his, vnde tanta fiducia animos Troianorum incessisset; repentina facies multarum appropinquantium perinde visa est; atq; si ipsum æquor cum classibus allaberetur.* ARDET apex capiti.] *Ex sequentibus intelligimus, Aeneæ armorum fieri descriptionem. nam dicturus est,* At non audaci Turno fiducia cessit: *licèt talia arma conspiceret. Si tamen primam respicias connexionem: quasi de Turno videtur dicere. quod non procedit.* Apicem *tamen, modò coni altitudinem dicit. Est autem Homeri, & locus, & comparatio.*

Παμφαίνονθ', ὥς τ' ἀστὴρ ἐπισσύμενον πεδίοιο
ὅς ῥά τ' ὀπώρης εἶσιν· ἀρίζηλοι δέ οἱ αὐγαὶ
φαίνονται, πολλοῖσι μετ' ἀστράσι νυκτὸς ἀμολγῷ,
ὅν τε κύν' Ὠρίωνος ἐπίκλησιν καλέουσι·
λαμπρότατος μὲν ὅ γ' ἐστί, κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται,
καί τε φέρει πολλὸν δειλοῖσι βροτοῖσιν.

Hoc autem iste violentiùs posuit: quod ille tantùm stellæ facit comparationem, hic, etiam stellæ pestiferæ, respiciens quas clades Rutulis esset illaturus Aeneas. Possumus tamen, apex capiti, *accipere; vtrumque eum fuisse complexum: cùm dicit,* Ardet apex capiti, cristisque à vertice flamma Funditur: *& sacerdotis, per apicem, & viri fortis facere mentionem. Dicitur autem* Apex *virga, quæ in summo pileũm Flaminum lanâ circumdata & filo colligata erat: vnde etiam Flamines vocabantur. Hoc autem nomen à veteribus tractum est. Apere enim veteres, ritu Flaminum, alligare dicebant: vnde apicem dictum volunt.* COMETÆ sanguinei lugubre rubent.] *Pro, lugubriter. Cometas autem Latina linguâ Crinitas stellas appellamus. Has autem stellas Stoici vltra triginta duas esse dicunt: quarum nomina & effectus Abienus commemorat, qui Vergilij fabulas iambis scripsit. Plinius etiam Secundus dicit, Cometas stellas esse naturales, quæ apparent certis temporibus. Item hoc quoque commemorat: cometas fieri de planetis quinque: vnde interdum bona, interdum pessima significant. nam si de Venere aut Ioue fiant; meliora significant: si de Marte aut Saturno; deteriora. Nam Mercurius semper talis est, qualis ille cui cohæret. Vnde & minister deorum fingitur. Hinc est ergo, quòd ait modò,* Cometæ sanguinei, *id est, noxij. Hanc stellam Electram dicunt: cum quâ Iupiter concubuit. quæ cùm Troiam ardentem videret, capillum lacerabat; atque ita in astra est recepta. Sanè Abienus cometarum has differentias dicit. Stella, quæ obliquam facem post se trahens, quasi crinem facit, Hippius vocatur. ista, si ab occasu solis in ortum veniat, mala Persidæ & Syriæ ostendit: si ad meridiem tetenderit, Africam & Aegyptum à malis releuat; solis peccoribus pestem denuntians: si Septentrionem respexerit, Aegyptum bellis & miserijs premit: Si occidentem tetenderit, grauat Italiam, & quidquid ab Italiâ vsque ad Hispanias tendit: Si à meridie in septentrionem ierit, à bellis quidem externis securitatem denuntiat; sed seditiones domesticas significat. Alter Cometes est, cui ex gladio nomen est: nam Græcè ξίφος appellatur. cuius tractus est longior, & pallidus color: neque comas habere dicitur, & hebetior eius flamma est. qui si orientem attenderit; Regem Persidæ dolis significat appetendum: denuntiat & bella; etiam Syrios pari conditione inuoluit, & Lybiam atque Aegyptum fraude & insidijs nuntiat posse laborare. Quòd si occidentem attenderit, Fœdera noua regionis eius regi significat; quæ dicit per puellam congregatam in nuptias posse dissolui. Alter Cometes est, qui Lampas appellatur, & quasi fax lucet. hic cùm orientem attenderit, omnes illas orientis partes dicit nebulis posse laborare, frugesque eorum caligoso aëre corrumpi: Si meridiem attenderit, Africam dicit siccitate & serpentibus posse laborare: Si occidentem spectauerit, Italiam dicit assiduis fluminum inundationibus laborare: Si septentrionem viderit, famem gentibus Septentrionalibus significat. Est etiam alter Cometes, qui verè Cometes appellatur: nam comis hinc inde cingitur. Hic blandus esse dicitur: qui si orientem attenderit, lætas res ipsi parti significat: Si meridiem Africæ aut Aegypto gaudia: si occidentem inspexerit, terra Italiæ voti sui compos erit. Hic dicitur apparuisse eo tempore, quo est Augustus sortitus imperium; tunc denique gaudia omnibus*

omnibus gẽtibus futura, sunt nuntiata: Si septentrionẽ attenderit, prospera vniuersa significat. Est alter Cometes, in tympani modũ: qa et valde lucet, et Electri colorẽ habet: quẽ Disceũ vocãt: quoniã iste ex vno loco & gignit orbi terrarũ cædes, rapinas, bella, & cætera mala significat. Sextũ Cometẽ appellari, ex Regis Typhonis nomine, Typhonẽ dicũt: qui semel in Aegypto sit visus; qui nõ igneo, sed sanguineo rubore fuisse narratur: globus ei modicus dicitur & tumens: crinem eius tenui lumine apparere fertur, qui in Septẽtrionis parte aliquando fuisse dicitur. Hunc Aethiopes dicũtur & Persæ vidisse, omnium malorum & famis necessitates pertulisse. SIRIVS ardor.] Sirius, stella est in ore canis: quæ, vt in tertio diximus, quantum in ipsa est, pestifera est: & pro qualitate adiacẽtium, aut vincitur, aut maioribus vtitur viribus. Hinc est, quòd cũ certo tẽpore oriatur semper, nõ semper est noxia. Sed secundùm Physiologicos, idcirco calidius sidus putatur, quod ita malignã vim habet: nam quòd naturã inimicum morẽ habeat, propterea fieri, vt ægro aquã hauriat ad restinguendã sitim. nam ideò eos qui rabidi canis morsu contingũtur, aquã refugere, &, ni citò subueniatur, perire siti: quia virus eius animalis, quod cõtrarium vri sit, similiter in corpore humano sæuiat. LÆVO.] Noxio: vt, Si mens non læua fuisset. Alibi, pro bono: vt 4. Georg. Si quẽ numina læua sinunt. An potiùs Læuo, noxio: quia canis circa Austrũ est, & Astrologi iudicia, quæ sunt in eo cælo, sinistra vocãt? Quòd aũt ait, contristat lumine cœlũ, cùm de stellâ loqueretur, quã armis splendẽtibus cõparauit: bene hoc Statius ad ipsa arma transtulit dicẽs: Armaq; in auro Tristia LITTORA præripere.] Pro, præripiendi & depellẽdi. QVOD votis optastis, adest.] Magna ars persuadentis est: vt, quod capit fieri, in præiudicium trahat. Sic hoc loco, quia vult Turnus, vt optẽt pugnã eius socij: dicit, eos hãc semper optãsse. PERFRINGERE dextrâ.] Fortiter facere. & bene verbo vsus est militari. IN manibus.] Non iam in votis, sed in manibus est res. ESTO.] Pro, sit: tertia namq; persona est. REFERTO facta patrũ.] Alij hîc distinguũt, vt sit: Referto, id est, referat modò vnusquisq; facta patrũ & laudes. Traxit aũt hoc de Sallustio, qui dicit, Hispanorũ fuisse morẽ, vt in bella euntibus adolescẽtibus facta parentũ memorarẽtur à matribus. Alij distinguunt: Nunc magna referto facta. vt duas res dixerit: Nunc vnusquisq; & suorũ factorum meminerit, & laudis parentũ. EGRESSI'QVE.] Si egressis figuratè dictũ est. VERSAT quos ducere contrà.] Cogitat quidẽ, sed non facit: ne diuiso exercitu vtrobiq; vincantur. quod sequẽtia indicant. Nam paulò pòst dicturus est, Sed rapit acer Totam aciem in Teucros. AVDENTES fortuna iuuat.] Terẽtius: Fortes fortuna adiuuat. Potest hæc sententia & superioribus applicari, & per se separatim intelligi. CONCREDERE.] vacat con. PVPPIBVS altis.] Non potẽtibus. PONTIBVS.] Trãstris nauiũ. SERVARE.] Pro, seruauerunt. Et credere, pro, crediderunt. LANGVENTIS.] Tranquilli. BREVIBVS.] Vadis. PER remos.] Id est, scaphis. & deest, descẽdunt. NON spirãt.] Legitur & sperat: quod melius est. Nam, dum vada esse nõ sperat, incidit in ea: quia fracta nõ remurmurat vnda: Sed mare inoffensum crescẽti adlabitur æstu. PRECATVR.] Modò, cũ precib. hortatur. TOLLITE, ferte.] Ad celeritatẽ dictum est. FINDITE rostris.] Militari felle dictũ: vt etiã terra ipsa quodammodo sentiat hostis aduentum. STATIONE.] Portu tẽporali. nam portus est, vbi hyemantur. Sed modò stationẽ, siccum littus significat. nam hoc dicit: Potiar terrâ, & nauẽ frangere nõ recuso. INNOCVA.] Innocuus est, cui nõ nocetur: Innoxius, qui nocere nescit. Sed hoc plerunq; cõfundunt Poëtæ. Innocuum, quibus nõ sit nocituum: alibi. Littus innocuũ, quod nõ noceat. SED nõ puppis tua.] ὑπὸ διέρβωσιν, et προσφώνησιν. DORSO iniquo.] Dorsum, est durior arena, quæ remeantibus fluctibus plerunq; densatur, & in modũ saxi durescit. hoc à nautis Puluinus vocatur: à Græcis θίν. Homer. παρὰ θῖνα θαλάσσης. Probus, vadis dorso, pro vado, dictum putat: vt in Georg. Dorso nemoris. INIQVO.] Sibi nocenti. A

AVGVRIVM Phrygijs.] Bene, Phrygijs, quia in Phrygiã colebatur Cybele. MATVRA iam luce.] Describitur dies. SIGNA sequãtur.] ergo cõsiliũ sequitur Cymodoceæ. CLAMOREM.] tollunt scilicet, cognito Aeneã. QVALES sub nubib⁹.] Hæc cõparatio ad clamorẽ refertur Troianorũ: & signũ fuit aduẽtus ducis. ex Homero est cõparatio. FVGIVNT.] volãdo clamãs grues, & significãt tempestatẽ futurã. vt in Georgicis. ÆQVOR.] scilicet auxilia mari notat numerũ auxiliantium. APEX.] conus galeæ. IN vertice flãma.] galea aurata. VMBO.] datus à Venere clypeus. COMETÆ.] crinitæ, Latinè. AVT Sirius ardor.] Sirius est stella in linguã Canis. pestifer est, & morbos afferens oritur. LÆVO.] sinistro infelici. CONTRISTAT.] vt apud Valeriũ Flaccũ. PRÆRIPERE.] id est, antè capere, & pellere. QVOD votis optastis.] Oratio Turni ad suos: & morẽ in modũ persuadet. PERSTRINGERE.] fortiter pugnare. REFERTO.] pro, referat. ET laudes vltrò.] ita nostri maiores suos laudabãt: vt pro virtute in memoria haberẽt gesta & laudes parentũ. OBSESSOS.] quos relinquat in obsidione. PONTIBVS.] è naui iaciuntur pontes in continentẽ, vt descẽdant è naui. SALTV.] multi, cũ mare refluebat, saltu exsiliebant. PER remos.] scilicet descẽdebant. QVA vada non spirant.] Aqua, cùm alta est, nec spirat, nec remurmurat. INOFFENSVM.] cùm aliquid non offendit. NVNC ô lecta.] Loquitur Tarchon. PREMAT.] faciat. SICCVM.] in sicco littore. POM. Sabi. B

SVPERA aspectãs cõuexa.] In libris antiquis, Spectãs legit. CLYPEVM tùm deinde.] In antiq. lib. Clypeum cũ legitur. DARDANIDÆ è muris.] In Rom. lib. Dardanidæ muris, absq; è legitur. ARDET apex capiti.] In Rom. lib. Capitis legitur. CRISTIS'QVE à vertice flamma.] In Rom. lib. legere est, Cristisq;, ac vertice flãma. In aliquot alijs, Cristis, ac vertice, legit, absq; que. VOMIT aureus ignes.] In antiqu. libr. Æreus legitur. LITTORA prripere.] In antiq. lib. legitur, Littora præcipere. IN manib⁹ Mars ipse viris.] Romanus liber Viri legi, vocãdi casu. DVM trepidi, egressisq; labãt.] Romanus liber, Dum trepidi, egressiq; labãt.] Alij quidã lib. Gressusq; legũt. Multi seruare recursus.] Sũt lib. antiq. in quibus legatur, Recessus. QVA vada nõ sperat.] Rom. lib. legit, Quà vada nõ spirant: & alij. Qui vada. Sunt etiã qui legãt, Quà vada nõ spumant. Est &, Spectat. NEC tali puppim.] Romanus liber, & alij quidam peruetusti, legunt Puppes. VAR. Lect. C

TV mihi nũc pugnæ princeps: tu ritè propinques Auguriũ, Phrygib⁹q; adsis pede, diua, secũdo.] Quæ, inquit, prima actus meos fouere cœpisti: tua auguria ista prosperitate plenã cõfirma, & secũdis accessib. meos meorũq; conatus attolle. TANTVM effatus: & interea reuoluta ruebat Maturâ iam luce dies, noctẽq; fugârat.] Cum fine verborum eius, lux clarior cœperat fieri. PRINCIPIO socijs edicit, signa sequantur, Atq; animos aptent armis, pugnæq; parẽt se.] Edicere, est, cũ authoritate aliqd curandũ iubere. Quod igitur multorũ præceptorum fuit, subacto sermone collegit: vt sequerẽtur signa, cõponerent animos, & hos pugnæ & ingruẽti certamini præpararẽt. Hoc enim volebat efficere, quod Cimodocẽa docẽte præceperat, quũ diceret: Surge age, & aurorâ socios veniẽte vocari Primus in arma iube: & clypeũ cape, quẽ dedit ipse Inuictũ Ignipotens, atq; oras ambijt auro. IAM'QVE in cõspectu Teucros habet, & sua castra.] In quibus fuerant sui, & ipsi videri potuerunt. STANS celsâ in puppi.] Ad altitudinem nauis, accessit Aeneæ quoque satis eminent formæ. nam quum staret, multò altior est factus, ratione loci, & corporis proceritate. CLYPEVM tùm deinde sinistrâ Extulit ardentem.] Ecce, multiformis altitudine acces- DOR.

Digitized by Google

A ne accessit augmentũ. Erexit quippe sinistrâ manũ cũ clypeo. Ardentẽ addidit: vt ex altitudine, & clypei ardẽtis flammâ, faciliùs occurreret oculorũ, properantis aduentus. CLAMOREM ad sidera tollũt Dardanidę è muris: spes addita suscitat iras.] Erecti sunt, qui iacebant; & gaudiũ, quod ex aduentu regis sui ceperãt, clamoribus testabantur. tantũ potuit spei melioris hortatus; vt irascerentur hosti, quos metus paulò antè deiecerat. TELA manu iaciũt.] Deniq; & tela audebãt iacere. QVALES sub nubibus atris Strimoniæ dant signa grues, atq; æthera tranãt Cũ sonitu fugiuntq; notos clamore secũdo.] Quemadmodũ solẽt grues, è medio atrarũ nubium liberatæ, suã volantes nunciare lætitiam: sic Troiani gratulãtes exclamauerant. AT Rutulo regi, ducibusq; ea mira videri Ausonijs.] Quia Rutuli in plano fuerãt: nesciebãt causam gaudij Troianorũ; & admodũ mirabãtur, vnde illis esset repentina lætitia. DONEC versas ad littora puppes Respiciunt, totũq; allabi classibus æquor.] Dum Rutuli causas cupiunt nôsse lætitiæ; Troianorum repentè viderũt, per totũ æquor, naues ad littus accedere. Moraliter positũ est, Totũq; allabi classibus æquor. turbatis

B quippe, repentino terrore plus apparebat; quàm testabatur fides rerũ. Cæterùm, quãdo fieri potuit, vt per totum æquor nauigia haberẽtur? ARDET apex capiti, cristisq; à vertice flãma Funditur, & vastos vmbo vomit aureus ignes.] Ipse quoq; Aeneas, in ipsâ veniẽtiũ multitudine, videbatur apice capitis ardẽti, & corusco vmbone: ita vt ex eo non fulgur, sed flamma videretur exire. NON secùs, ac liquidâ si quãdo nocte cometę Sanguinei lugubre rubent; aut Sirius ardor: Ille sitim morbosq; ferẽs mortalibus ægris Nascitur, & læuo cõtristat lumine cœlum.] Quia scutum, & alia, quæ Aeneas liberalitate Vulcani meruerat, in multorum exitiũ fuerant facta: cõparantur his sidera, Cometes, & Sirius. quæ quando oriuntur, morbos ferunt hominibus, & interitũ plurimorũ. Hæc dicuntur & imperij commutationẽ portendere. Quòd ait, Læuo lumine, tale est, quale illud, quòd ait: Nam lux inimica propinquat. vt ostenderet, lumen nõ semper esse optimum; sed aliquãdo exoriri contrarium. Nam Cometes & Syrius tantò perniciosiores; quantò fuerint luce maiore perspicui. HAVD tamẽ audaci Turno fiducia cessit Littota pręcipere; & venientes pellere terrâ.]

C Quũ contraria partibus suis Turnus aspiceret: non perdidit eo visu cõstantiam; sed audaciâ, quâ semper est vsus, consilium tenuit: vt antè caperet terrã: ne Aeneas, vel qui cũ eo erãt, nauibus exponerentur. Inducitur dictio hominis audacis, & eius, qui nollet suos trepiditatione confundi: asserentis, prodesse potiùs, quod potuit videri contrarium. QVOD votis optastis, adest perfringere dextrâ: In manibus Mars ipse viri. nũc cõiugis esto Quisq; suę, tectiq; memor: nunc magna referto Facta patrum, laudesq;.] Tandẽ, inquit, socij, quod cupiebatis, effectum est. hostem habetis in manibus: exercete dextras, ipse Mars attulit, quos cædatis. Propterea sic cœpit: quia, si alij turri ac fossâ defendebantur; & muri isti fuerant in aperto. IN manibus Mars ipse viri.] quisq; virilẽ, inquit, animum gerat: fidat manibus suis, & præsentis occasionẽ temporis non omittat. Dehinc opportunè primam coniugum posuit causam: vt vnusquisq, cogitans aduersa certaminis, quid pati vxor hostibus dominantibus possit, animo præuidente tractaret; & eiusmodi ludibria, virtutis auxilio, præueniret: tueretur quoq; omnia sua, quæ domi habuisset; ne inimicorum commodis cederent, quæ longi temporis cõgesserat labor. Debere ante oculos stare laudes & facta maiorum; ne degenerent animi; & sua, ac suorum clarissima facta veterum, tunc amitterent. Augenda est magis per posteros illorum gloria, fortitudinis nixu; quàm inertiâ cessantis minuenda. Perficiendæ gloriæ debuit consilium dare; qui audendi suadebat effectum: simul etiam aperire profutura consilijs fuit. Tunc enim excitare potuit animos singulorum; si facilitatem in aggrediendo, & ex congressu commodum præuiderent. Atq; vt id properanter fieret addidit: VLTRO occurramus ad vndã, Dum trepidi, egressisq; labãt vestigia prima.] Vltrò occurri descẽsuris debuit: ne, firmatis post parua momẽta gressibus, vestigiorũ resumerent firmitatem. Præstat, inquit, labãtes aggredi; quàm excluso pedũ languore firmatos. AVDENTES fortuna iuuat.] Nõ iuuat fortuna torpentes; sed audẽtibus adest: nec deserit audentes ad gloriã; sed ausus egregios optatam perducit ad palmã. HÆC ait; & secũ versat, quos ducere contrà, Vel quibus obsessos posset cõcredere muros.] Cùm hæc locutus esset; legit, quos secum contrà duceret, hoc est, contra eos qui nauibus vehebantur; & quos obsidioni conseruandæ dimitteret. Metui enim necessariò debuit: ne, dum omnes intenti littus obseruare contenderent, vis vtrinq; emergẽs, medium agmen opprimeret. INTEREA Æneas socios de puppibus altis Põtibus exponit; multi seruare recursus Languentis pelagi.] Descensus eorum, qui cum Aeneâ venerant, variè breuiterq; describitur: & in eã desperatio ostẽditur, quã præuiderat Turnus. Aeneas, inquit, alios oppositis pontibus exponebat: multis ambulandi desuetudine trepidis; quorũ gressum naturâ suâ infirmauerat mare: vsqueadeò, vt relabentis vndas & languẽtis pelagi, hoc est, placidi, metuerẽt. quã causâ obseruabant earũ reditum: ne remeantes in altũ traherẽt, exire cupientes. Tanta fuit inconstantia gressus: vt metuerẽtur etiã placidi æquoris motus. ET breuibus se credere saltu.] Alij breui saltu sese iactabant propter infirmitatẽ pedum: alij verò descẽdebant per remos. SPECVLATVS littora Tarchon, Quà vada non sperat, nec fracta remurmurat vnda; Sed mare inoffensum crescenti allabitur æstu: Aduertit subitò proras, sociosq; precatur.] Tarchontis impatiẽs virtus, quũ in descẽsum oras aduerteret: visum est ei, vt per eam partẽ littoris vaderet, quà omnis tranquillitas fuit; nec vnda illidebatur in saxa, nec aliqua veniente vada terrebant. Repentè igitur proras obuertit: deprecans socios, ad officia virtutis implenda. Plurimũ enim ad effectũ proficit; quũ prece vtitur, qui iubere poterat. NVNC, ò lecta manus, validis incumbite remis: Tollite, ferte rates.] Magnum ardorẽ viri fortis inducit; & eius, qui, ob intentionẽ pugnæ, ipsa naufragia nõ dubitarct admittere: in eoq;, vt omnino auferret, ipse esset hortator: ipse proponeret, quæ in contrarium venire potuissent; & ipse respõderet. Quis enim nesciret, in vado cessare remigia debuisse? quis ignoraret, frangi potuisse nauigia; vbi altitudo pelagi deficiẽs sola, ipsis nauibus pericula demonstraret? Incumbite, inquit, iuuenes remis. Potuit dici; Quomodo incumbemus? & deest inimica substantia, quã naues ab inimicâ terrâ suspendat. Ille respondẽtis animo ait: Tollite, ferte rates: vt fortitudo præstaret hominũ id; quod loci natura nõ poterat. INIMICAM findite rostris Hãc terrã; sulcumq; sibi premat ipsa carina.] Et: si erit, inquit, in nauiũ amissione detrimentũ; proueniet tamẽ nomẽ maximũ, quòd inimicã terram scindimus rostris. FRANGERE nec tali puppim statione recuso Arreptã tellure semel.] Certè, quid vltrâ nauibus opus est; quãdo terras, quas quærebamus, inuenimus? QVÆ talia postquã Effatus Tarchon.] Quæ quũ Tarchon fuisset effatus, & talia dixisset; quibus vltrà responderi non posset. SOCII cõsurgere transtris, Spumantesq; rates aruis inferre Latinis.] Nitebantur remis socij: vt contrario more, naues, nõ in fluctus, sed in terram surgerent. In hoc facto, non stultitia; sed vltionis reportandæ cupiditas, probabatur. Quippe consecutâ victoriâ, totum, quod pro eã videbatur amitti potuit reparari; si esset necessarium. DONEC rostra tenent siccum, & sedẽre carinæ Omnes innocuæ.] Iam peruenerunt in siccum rostra: & quod fuerat insperatum, prosper euentus adiuuat, vt omnes illæsæ consedissent. Quòd dixit, Innocuæ: non quòd ipsæ cuiquam non nocuissent, dixit; sed quòd ipsis nihil contigisset aduersi. SED non puppis tua, Tarchon.] Omnes, inquit, euaserunt: exceptâ eã, in quã fuerat Tarchon. Incipit casum eius narrare. NAMQVE in-

flicta

flicta vadis.] *Hoc est, inflicta iniquis littorum locis.* DORSO dum pendet iniquo.] *Dorsum dixit, locum editum, in quem acta conscenderet. Iniquitas dicta est, quæ venientem nauim seruare, vel sustinere non potuit.* A

A DR. Bat. SPES addita suscitat iras.] *In imperatorem, qui, iniectâ spe munitionis cuiuspiam potiundæ fortiùs instat.*

Anceps, sustentata diu; fluctusq; fatigat:
Soluitur, atq; viros medijs exponit in vndis.
Fragmina remorum, quos & fluitantia transtra.
Impediunt, retrahitq; pedes simul vnda relabens.
Nec Turnum segnis retinet mora: sed rapit acer
Totam aciem in Teucros; & contrà in littore sistit.
Signa canunt. primus turmas inuasit agresteis
Æneas, omen pugnæ: strauitq; Latinos,
Occiso Therone; virûm qui maximus vltrò
Æneam petit. huic gladio, perq; ærea scuta,
Per tunicam squallentẽ auro, latus haurit apertũ.
Indè Lycam ferit, exsectum iam matre peremptâ,
Et tibi, Phœbe, sacrum: casus euadere ferri
Cui licuit paruo. nec longè Cyssea durum,
Immanemq; Gyan, sternentes agmina clauâ,
Deiecit letho. nihil illos Herculis arma,
Nil validæ iuuêre manus, genitorq; Melampus,
Alcidæ comes; vsq; graueis dum terra labores
Præbuit. ecce Pharon, voces dum iactat inertes,
Intorquens iaculum, clamanti, sistit in ore.
Tu quoq; flauentem primâ lanugine malas
Dũ sequeris Clytiũ, infelix, noua gaudia, Cydon;
Dardaniâ stratus dextrâ, securus amorum,
Qui iuuenũ tibi semper erant, miserande iaceres:
Ni fratrum stipata cohors foret obuia, Phorci
Progenies, septem numero, septenaq; tela
Conijciunt: partim galeâ clypeoq; resultant
Irrita: deflexit partim stringentia corpus
Alma Venus. Fidum Æneas affatur Achaten:

SER. SVSTENTATA.] *Non ab alio; vt,* Fratrẽq; ruentẽ Sustentat dextrâ: *sed quasi* αὐτοκινήτως, *vel* sustẽtata, *cùm sustẽtaretur. Meliùs* sustẽtata, *pro suspensa, accipit: nam ideò & anceps est, cũ huc atq; illuc nutaret.* FLVCTVSQVE fatigat.] *Subaudi,* eam. *Nam* fluctus, *singularis est nominatiuus.* EXPONIT in vndis.] *Ideò in vndis, nõ, in vndas: quia non est loci mutatio, sed in vno eodemq; loco res agitur.* FRAGMINA.] *Antiquè dictũ. nam fragmẽta dici debere, nõnulli asserunt.* OMEN pugnæ.] *Sallustius:* Pugnã illã pro ominib9 bello futurã. *Ergo ideò* omen: *quia, sicut nunc, sic vbiq; vincet Aeneas.* INVASIT agrestes.] *Quia suprà ait,* Et latos vastant cultorib9 agros. THERONE.] *Hoc nomen tantũ in Pindaro lectũ est. Et bene, in honorem victoris, victũ laudat.* TVNICAM squallentẽ.] *Splẽdentem loricã.* Squalentẽ auro. *Splendentẽ auro. & significat copiam densitatemq; auri, in squamarũ speciem intertexti.* Squalere *enim, dictũ à squamarũ crebritate atq; asperitate, quæ in serpentum pisciũmue corijs visuntur. Alibi;* Quem pellis ahenis In plumam squamis auro conserta tegebat. *Alibi,* Iamq; adeò Rutulum thoraca indutus, ahenis Horrebat squamis. *Quidquid igitur inculcatum obsitumq; aliquâ re erat, squalere dicebatur.* HAVRIT.] *Modò,* ferit, *significat non nudũ* latus, *sed quod aperuerat. & putatur* ὕστερον πρότερον. *Quidã Italicam elocutionẽ putant. cùm enim à latere quis aliquẽ adortus, gladio occîdit:* Hausit illum, *dicunt.* ET tibi, Phœbe, sacrum.] *Omnes, qui secto matris ventre procreantur, ideò Apollini consecrati sunt: quia deus medicinæ est, per quam lucem sortiuntur. Vnde & Aesculapius eius fictus est filius: ita enim eum esse procreatum, suprà diximus. Cæsarum etiam familia ideò Apollinis sacra retinebat: quia, qui primus de eorum familiâ fuit, exsecto matris ventre natus est. Vnde & Cæsar dictus est: licèt varia de huius nominis etymologiâ dicãtur, vt diximus suprà.* QVOD licuit paruo.] *Legitur &,* cui licuit. *Et respexit ad illud; quòd ferrum nunc Iuuenis vitare non potuit, quod paruus euasit.* NEC longè.] *Pro, nec multò pòst. aduerbium loci, pro tẽporis, antiquè.* IVVERE manus.] *Id est, suæ.* VSQVE.] *Tamdiu, donec.* DVM terra.] *Donec in terrâ.* LABORES præbuit.] *Nouè dixit: cùm Bona præberi dicantur. an ideò præbuit, quòd hæc Herculi profuerunt, vt ad immortalitatem per ista perueniret.* ECCE Pharon.] *Legitur &* Pharo: *vt sit datiuus, ab eo, quod est Pharus. vt,* It clamor cœlo. *Si autem* Pharon *legeris; figuratum est. nam de nominatiuo trãsit ad datiuum, dicens,* Clamanti in ore. INERTES.] *Aut quòd alij inertiam obiecerint: aut quia, vbi pugnari oportet, loqui, inertis est.* FLAVENTEM malas.] *Flauentes malas habentẽ, primæ ætatis. & est ordo: Tu quoq; Cydon miserande iacêres, dum sequeris Clytiũ, flauentẽ primã lanugine malas. i. dum adolescentẽ sectaris, cuius amore flagrabas,* Qui iuuenũ tibi semper erat. INFELIX, noua gaudia, Cydon.] *De Cretensibus accipimus, quod in amores puerorum intẽperantes fuerũt. quod posteà in Laconas, & in totã Græciã translatũ est: adeò vt Cicero dicat, in libris de Republicâ;* Opprobrio fuisse adolescentibus, si amatores nõ haberent. *Propter quod poëta Cydonẽ induxit amatorẽ. Nouimus autẽ, Cydonas Cretẽses dici. Sanè Cydon, quãdo nomen est propriũ,* cy *naturaliter producit: si appellatiuũ, corripit* cy. *vt,* Parthus siue Cydon telũ immedicabile torsit. B *Tamẽ Statius etiã in proprio corripuit: vt,* Hæc regi promissa Cydõ, hęc Lampe dabam9. *Quod fecit, abutens licentiã; quã vtimur in nominibus proprijs.* NOVA gaudia.] *Ergo, quẽ tùm primùm amare cœperat.* STRATVS.] *Deest,* penè. SECVRVS amorũ.] *Hoc loco, indulgens. Aliter,* Securus amorum germanæ, *id est, contemnens, non curans.* MISERANDE.] *Pro, miserandus. Nam pro nominatiuo vocatiuum posuit: vt contrà,* Socer arma Latinus habeto. *licet illic pòssit accipi,* Socer arma Latinus habeat. *nam* habeto, *& secundæ, & tertiæ personæ est. tamen etiam & alibi nominatiuum pro vocatiuo legimus: vt,* Corniger Hesperidum fluuius, regnator aquarum. STIPATA cohors.] *Id est, vnanimiter veniens.* SEPTEM numero.] *pro, septem. & deest,* Quia: *veteres enim ita enuntiabant. Lucilius in 4.* Hi præ se portant mihi gentes munere pisces Triginta numero. *An potiùs propriè? Credibile est enim, vt sæpiùs iecerint.* SEPTENAQVE tela.] *Pro septem, more suo: vt bina, pro duobus;* Frenaque bina. DEFLEXIT partim stringẽtia corpus Alma Venus.] C *Quidam* ὑστερον πρότερον *putant; id est, iam stringentia: alij participium præsens pro futuro accipiunt; id est, quæ nisi essent deflexa, stringere potuerant. Malè ait Donatus, hoc loco antè dictorum oblitum esse Vergilium; quod post Iouis prohibitionem bellis faciat numina interesse: non respiciens, Iouem magis hortatum esse deos in fœdera, quàm à bellis prohibuisse. Nam paulò pòst, iam Iuno, quàm Iuturna, bellis intererunt.* ACHATEN.] *Omnia nomina, quæ in* TES *exeunt vocatiuum in* A *mittunt: vt Achates, Achata; Timœtes, Timœta.*

POM. Sabi. SOLVITVR.] *nauis Tarconis sola omnium fecit naufragiũ.* QVOS.] *naufragos.* TENET.] *retinet.* PRIMVS inuadit.] *primo congressu victor Aeneas. Sic in secundo bello Punico, ad ripas Rhodani, milites Scipionis fuêre victores, contra Numidas.* LATVS.] *apud Silium.* Latus haurit Hiberi. LICHAM.] *Licha, cæsâ matre natus; ideò Apollini sacer.* CISSEA.] *Cisseus & Gyas, filij Melãpodis.* MELAMPVS.] *Comes Herculis, dum terra præbuit labores.* INERTES.] *sinè sale, & contumeliosas.* CLYTIVM.] *Cretenses proni primi mortalium ad amores puerorum fuêre. Cydon nunc pro nomine Cretensi. E Cretâ hic nefandus mos transiit.*

Digitized by Google

A *translatus in coloniam: indè manauit per omnes gentes: eoq; ventum est, vt sint loca, in quibus turpe sit pueris, non habere amatorem.* QVI iuuenum tibi.] *tibi semper erant amores iuuenum.* MISERANDE iaceres.] *ô Cydon: nisi adfuisset statim tota progenies; id est, septem filij Phorci.* STRINGENTIA.] *quæ veniebant, vt affigerentur corpori, deflectebat Venus.*

VAR. Lect. ET fluitantia.] *In antiq. lib. legitur* Effluitantia. RETRAHITQVE pedes.] *In lib. antiq.* Pedem *legitur.* PERQVE ærea scuta.] *In Roman. lib.* Suta *legitur.* INDE Lycam ferit, exsectum iam matre peremptâ.] *In Rom. lib.* Exectum *legitur: in alijs,* Exemptum: *in Oblongo,* Et sectum. ET tibi, Phœbe, sacrum.] *In antiquis libris,* Satum *legitur.* CVI licuit paruo.] *In libris antiquis scriptum est,* Quod licuit. NIL illos Herculis arma, Nil validæ.] *In antiq. lib. ita legitur:* Nihil illos Herculis arma, Nec validæ. ECCE Pharon.] *Romanus liber, & Oblongus,* Pharo, *absq; n scribunt.*

DON. ANCEPS, sustentata diu.] *Quum diu nutabunda, nunc in vnam partem, nunc in aliam iungeretur.* SOLVITVR, atque viros medijs effundit in vndis.] *Repentè* B *dissoluta est: & in vndis adhuc posita, viros quos portabat, effudit.* FRAGMINA remorum, quos & fluitantia transtra Impediunt; retrahitq; pedes simul vnda relabens.] *Quum se vndis liberare niterentur: impediebantur naufragij partibus; & retrorsus vnda nitentium gressus & vestigia reuocabat.* NEC Turnum segnis retinet mora.] *Quum hoc Turnus vidisset: nullâ mora potuit retineri.* SED rapit acer Totam aciem in Teucros, & contrà in littore sistit.] *Quanta fuit auiditas; vel quanta casus emergentis occasio? quam ne amitteret Turnus: omnes suos eò concedere elegit; vbi, impedientibus pelagi vndis, è diuerso venientes facilius ipse & cautius expugnare posset.* SIGNA canunt.] *Signorum hortante cantu, itum est in certamen.* PRIMVS turmas inuasit agrestes Aeneas, omen pugnæ.] *Primum, possumus accipere, non tantùm primò incipientem: verùm etiam sine aliorum societate. magnæ enim laudis instar est, ipse vnus, in exitiũ plurimorum.* STRAVITQVE Latinos.] *occidit plurimos. Quum non dicit nomina, nec exprimit quantos: intelligendum est, multos esse prostratos. & vbi dictum est,* Agrestes turmas *fuisse: nullus proculdubiò inesse potuisset.* OCCISO Therone.] *Hunc cum nomine posuit, quòd* C *fuisset cognitus, & magnæ virtutis. quantum autem fiduciæ exstitisset, sequentia probant.* VIRVM qui maximus.] *Illorum scilicet, qui strati sunt, aut Rutulorum.* VLTRO Æneam petit.] *Talis occisus est. qui non dubitásset vltrò ire in Aeneæ perniciem. sed hunc facilè occisum dicit, nobilitate potioris, qui ab alio posset occidi: miram enim sensit Aeneæ virtutem.* HVIC gladio, perq; ærea scuta, Per tunicam squalentem auro, latus haurit apertum.] *Fuit quædam difficultas, in perforandis munimentis eius: sed omnia potiori virtuti cesserunt. Denique probata est fortitudo congredientis. non eum eminus sagittâ percussit, aut iaculo: quod faciunt, qui formidant hostis accessum. Res gladio gesta est; tantâ fiduciâ & securitate ferientis: vt, rupto munimento ærati vestitus, plenus ictus per temerarij hominis latus exîsset.* INDE.] *Hoc est, deinde.* LYCAM ferit, exsectum iam matre peremptâ: Et tibi, Phœbe, sacrũ: casus euadere ferri Quod licuit paruo.] *Propter descriptionum varietatem, & fastidium legentis, immittuntur fabulæ, non necessariæ descriptioni belli. Dicit enim, quomodo iste natus sit; quomodo nutritus. Istum, inquit, non edidit incolumis mater; sed ipsâ occisâ, exsectus venit in lucem: consecratusq; est Phœbo, vt adiumento numinis in iuuentam produci potuisset. sed quum ad Aeneam venisset; consecratus & iuuenis decessit. Itaq; illi, cui paruo licuit ferri casus euadere; scilicet quum matris exanimis vterô exsectus esset; fortissimi herois ferrum iam iuuenis vitare non potuit. Hoc loco ius fatorum ex aperto monstratur. Medicorum ferrum, quid, istum profuit euásisset quid, Apollinem habuisse propitium? Iuuenis interijt; qui nondum natus non potuit perire cum matre.* NEC longè Cyssea durum, Immanemq; Gyam, sternentes agmina clauâ, Deiecit letho.] *Non longè, inquit, à Lycæ funere, deiecit morti Cyssea & Gyam, clauâ pugnantes, & qui iam plurimos prostrauissent.* NIHIL illos Herculis arma, Nil validæ iuuêre manus, genitorq; Melampus, Alcidę comes; vsq; graues dum terra labores Præbuit.] *Suprà dixit, Lycæ non profuisse Apollinis numen. istis quoq; arma Herculis, virtus in propriâ, & meritum paternum, auxiliari nequiuisse. Idcirco enim Herculis insigne gestabant: quia eorum Melampus pater, in tantum Herculis laboribus fuerat iunctus; vt, quicquid ille esset aggressus, nunquam iste nesciret. Quo facto, arbitrabantur, per meritum patris munitos se esse mansuros; & ad exemplum virtutis Herculeæ, se periculo non futuros obnoxios.* ECCE Pharon, voces dum iactat inertes, Intorquens iaculum clamãti sistit in ore.] *Pharon, inquit, non ferro in certaminibus bellicis; sed clamoribus irritis existimans esse certãdum: dum inertia personat, ore ipso ictum iaculi venientis excepit.* TV quoq;, flauentem primâ lanugine malas Dum sequeris Clytium, infelix, noua gaudia, Cydõ, Dardaniâ stratus dextrâ; securus amorum, Qui iuuenum tibi semper erant, miserande, iaceres.] *Fecerant hyperbata obscuritatem. multa enim voluit vno sensu colligere; & maximè ea, quæ semel posita, non semel accipienda sunt. Scribit enim per* ἀποσιώπησιν*, Cydonem occidi potuisse Aeneæ gladio: dum amores turpissimos sequeretur, qui esse iuuenum solent. Viderat enim adolescentem Clytium, flauâ lanugine malarum, hoc est, iam non puerum, nec tamen iuuenem plenum: quem dum securus sequitur, amoris ardore possessus est. qui amor exsecrabilis iuuenibus scelestissimis solet inesse: quo nihil naturæ magis repugnare videtur: nihil quo grauius, quod plurimorum miserabiles exitus ostendunt. Nec poëta aliud hic innuit: quàm eos, qui fœdissimum hoc sequuntur vitiũ, tandem infelix pati exitium. Dum igitur hoc sequitur, salutis suæ immemor factus est. Apparet autem, hunc notari Vergilij carminibus: non quia adolescentis amore captus est; quod tunc licitum fuit: sed quia illo loco, atque illo tempore, de salute potiùs: quàm de libidinis morbo, fuerat contendendum: & quia iuuentutis studium flagitiosum, in aliam quoq; ætatem, inhonestâ continuatione porrexerat. Deniq; hic reprehensionem ipsam euidentius aperuit, vbi posuit,* noua gaudia, & Qui iuuenum tibi semper erant. *Nouum enim fuit; vt maturioris ætatis auderet, quod iuuenum fuit. Tu autem, ait, iuuentâ transactâ in eiusdem turpitudinis amore mansisti. Ordinatio istius loci talis est: Tu quoq; Cydon, infelix & miserande, qui, dum Clytium, flauentem primâ lanugine malas, sequutus, noua amorum gaudia sequeris, qui amores esse scelestiorum iuuenum solent, iaceres stratus Dardaniâ dextrâ. Ecce, dicitur, cur non sit occisus.* NI fratrũ stipata cohors foret obuia, Phorci Progenies.] *Ostendit, Cydonem, libidini etiam tùm deditum, quum salutis pericula tractarentur, casu potiùs Aeneæ manibus, quàm propriâ virtute liberatum. nam eo momentô temporis, quô Aeneâ persequente poterat interire, emersêre filij Phorci, & densati sunt, simulq; collecti.* SEPTEM numero, septenaq; tela Conijciunt.] *Periculum in his etiã manifestum. Quis enim vnanimes, congregatos, & tanti numeri, non timeret: vno ictu septem tela iacientes? Consilium igitur fuit, contemnere interim Cydonis necem: vt hosti, collecto in cateruam, resisteretur primitùs; in quo maior vis periculi fuit; & si fuisset euentus, magna posset de pluribus victoria prouenire.* PARTIM galeâ clypeoq; resultant Irrita.] *Veniebant quidem ictus omnium in Aeneæ scutum & galeam: sed lædendi corpus nulla proueniebat occasiô. Dicit causam, quæ magis faciebat tela irrita.* DEFLEXIT partim stringẽtia corpus Alma Venus.] *Aderat enim mater filio, & potentiâ numinis sui, venientium telorum ictus violentiamq; frangebat*

gebat: ne corpus eius aliquatenus læderit. FIDVM Aeneas affatur Achatem.] Aeneas cùm vidisset, constipati cunei turbam, magno aduersùm se telorum numero certare atq; contendere, alloquutus est Achatem, fidum sibi & comprobatum in omnibus: vt tela in eos iacienda suggerat. erat enim, maiore vi, vis maior excludenda.

SER. SVGGERE tela mihi.] Ordo est: Suggere tela mihi, quæ campis Iliacis in Græcorum stetêre corporibus nullum enim mea in Rutulos dextera frustrà iaculabitur telum eorum, quæ iam sunt cæde hostiū comprobata. Qui verò, steteruntq; in corpore Graiûm, per coniunctionem, non per pronomen legunt: hi neq; sic debuisse dici putant, & mutatam à poeta coniunctionem. Alij que coniunctionem, pro enim ponunt: vt, Primâque oriens erepta iuuenta est. TRANSVERBERAT.] Scindit. HVIC frater subit.] Huic subit, id est, prope. TRAIECTO missa lacerto.] Quæ fuerat missa, retroacto lacerto. PROTINVS.] Iugiter, continuè. TENOREM.] Modum currendi: id est, eodem impetu fertur. MORIBVNDA.] Morienti similis. Quod ita esse, etiam Sallustius ostendit; qui ait: Quasi vitabundus per tramites & saltuosa loca exercitum ductare. Nam Iugurtha nō vitabat legatum, sed se eum vitare simulabat. Nam, quia nomen

Suggere tela mihi, (non vllum dextera frustra
Torserit in Rutulos) steterât q in corpore Graiûm
Iliacis campis. tùm magnam corripit hastam,
Et iacit. illa volans clypei transuerberat æra
Mæonis, & thoraca simul cum pectore rumpit.
Huic frater subit Alcanor, fratremq; ruentem
Sustentat dextrâ. traiecto missa lacerto
Protinùs hasta fugit, seruatq; cruenta tenorem:
Dexteraq; ex humero neruis moribūda pepēdit.
Tùm Numitor, iaculo fratris de corpore rapto,
Æneam petijt. sed non & figere contrà
Est licitum: magniq; femur perstrinxit Achatæ.
Hîc Curibus, fidens primæuo corpore, Lausus
Aduenit: & rigidâ Dryopen ferit eminus hastâ,
Sub mentum grauiter pressâ: pariterq; loquentis
Vocem animamq; rapit, traiecto gutture: at ille
Fronte ferit terram, & crassum vomit ore cruorē.
Treis quoq; Threicios, Boreæ de gente supremâ:
Et treis, quos Idas pater, & patria Ismara mittit,
Per varios sternit casus. accurrit Halesus,
Auruncæq; manus: subit & Neptunia proles,
Insignis Messapus equis. expellere tendunt
Nunc hi, nunc illi: certatur limine in ipso
Ausoniæ. magno discordes æthere venti
Prælia ceu tollunt, animis & viribus æquis:
Non ipsi inter se, non nubila, non mare cedit:
Anceps pugna diu: stant obnixi omnia contrà.
Haud aliter Troianæ acies, aciesq; Latinæ,
Concurrunt: hæret pede pes, densusq; viro vir.
At parte ex aliâ quà saxa rotantia latè
Intulerat torrens, arbustaq; diruta ripis,
Arcadas insuetos acies inferre pedestreis

Ismara: quia patriam dixit. Ibi nutritus est, Iuuat Ismara Baccho conserere. EXPELLERE tendunt.] Hoc est, loco se inuicem mouere contendunt. LIMINE.] Decenter dictum: hoc est, in littore. MAGNO Æthere.] In magno aëre. nam venti in æthere non sunt; sed in aëre. sic suprà, Atq; æthera tranant Cum sonitu: pro, aëre. OBNIXA omnia cōtrà.] Mare mari, nubes nubibus, venti venti. Legitur & obnixi: vt referatur ad viros. HÆRET pede pes.] Pro, pedi. nam est Antiptosis. & versus est Homeri, ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ. ROTANTIA.] Vt, Eleusinæ matris voluentia plaustra. Rotantia ergo, quæ rotantur. TORRENS.] Non Tyberis, sed quicunq; alius fluuius, ad tempus crescens. INSVETOS acies inferre pedestres.] Quia saxis, quos torrens inuexerat, impediti Arcades, omissis equis, pedestrem pugnam insueti inierant: & à Latinis pellebantur. Et Arcadas, accusatiuus pluralis est: cuius vltima syllaba ideò breuis est,

est, ideò significat similitudinem, non passionem. Quòd si participialiter diceretur, à passiuo veniret. Omnia enim à passiuo participia, in dus exeunt. Moribunda, similis morienti: non enim participialiter aliquid significat; sed nominis habet significationem. nominis autem significatio, similitudinem habet non passionem. Quando dico, moriturus est: verè moriturus est. Moribundus autem, non verè; sed similis morienti est. vnde & Sallustius dicit. Quasi vitabūdus. NERVIS.] Aut necessariè additur, neruis: aut, neruis tantùm pependit. FRATRIS de corpore rapto.] Si diceret, Fratrum de corpore raptum, speciosius esset. quod ideò omisit: quia hasta Alcanoris tantùm vulnerauerat manum; in Mæonis verò hæserat corpore. EST licitum.] Quoniam non contradixerat. FEMVR.] dicitur, quia lectum est; & declinatur, huius Femoris. Illius verò ablatiui non inuenitur nominatiuus; Lætus Eripit à femine. licèt Caper, in libris enucleati sermonis, dicat Femen: sed non ponit exemplum. ergo aut hoc Femur, aut hoc Femen: Nam Femus, penitus non dicimus. HIC Curibus.] Hoc est, tunc. Et est ordo: Tunc fidens primæuo corpore aduenit Lausus Curibus, qui erat de Curibus: vt, Verres Romuliâ. Aut, fidens Curibus, id est, multitudine: vt, Ecce Sabinorum prisco de sanguine, magnum Agmen agēs Lausus. RIGIDA.] Id est, Tenens eam; non vibrans & iaciens. BOREÆ de gente supremâ.] Aut originem ducentes à Zetho & Calai, qui filij Boreæ & Orithyæ Nymphæ fuerunt: vt, de gente, de Genere accipiamus. Aut certè in hyperboreis montibus natos, vnde est origo venti Boreæ. Supremâ autem, pro, supremi Boreæ. Si autem, vt quidam volunt, Boreā principiū generis accipiamus: erit supremâ dictum, pro summâ. quòd si ventum intelligimus: supremâ, vltimâ modò; sicut enim dictum est, initium flandi Boreas concipit. ISMARA.] Ciuitas Thraciæ, à monte Ismaro dicta. Hîc enim fœminini,

quia nominatiuus pluralis in es terminatur: vt hi Arcades, Arcadas; item Delphines, delphinas.

POM. sibi SVGGERE tela mihi.] Loquitur Aeneas: da mihi tela, euulsa è corporibus Graiorum, vt non sint irrita. DEXTERA'QVE.] Alcanoris, transmissa contra Aeneam: vt Aeneas fixit fratrem. LAVSVS.] filius Mezentij. BOREÆ.] Boreas creditur è Thraciâ spirare. AVRVNCÆ'QVE manus.] Auruncos aiunt appellari homines barbatos: nam barbæ caprarum, dicuntur arunci. NEPTVNIA proles.] Messapus. EXPELLERE tendunt.] scilicet Tyrrhenos descendentes. NVBILA.] cedunt nubibus. CONTRA.] repugnātia sibi. CONCVRRVNT.] contrà stant.

VAR. Lect. STETERANT quæ in corpore.] In antiquis libris, Steterunt legitur. MAONIS.] In antiquis libris, cum diphthongo, Mæonis. CVM pectore rumpit.] In Rom. libro, Rupit est. HIC Curibus, fidens primæuo corpore, Clausus Aduenit.] In multis libris hic versus variè legitur, sic: Hîc viribus fidens: &, Viribus hic. Et pro Clausus, Lausus: & pro Aduenit, Aduolat. OCCVRRIT Alesus.] In antiquis libris, Occurrit Alesus, & Halesus, scribitur. STANT obnixi omnia contrà.] In antiquis exēplaribus legere est, Stant obnixa omnia contrà.

DON. Suggere, inquit, tela mihi, (non vllum dextera frustra Torserit in Rutulos) steterunt quæ in corpore Graiûm Iliacis campis.] Quasi consuetudinem habuerit illa tela feriendi, sic ait: Suggere tela mihi, quæ steterunt in Graiorum corpore, cùm pugnaretur in Troiâ. quasi sic possent stare in corporibus Rutulorum. Scio enim, hæc dextram meam non frustra esse missuram. TVM magnam corripit hastam, Et iacit.] Magnam hastam posse iacere, quantæ virtutis est. ILLA volans clypei transuerberat æra Mæonis, & thoraca simul cum pectore rumpit. Thorax dicitur indumen-

Digitized by Google

A dumentum, quo bellator vſque ad pectus munitur. *Haſta igitur, miſſa ab Aeneâ, & ſcutum, & thoraca, & pectus Maonis perrupit.* HVIC frater ſubit Alcanor, fratremque ruentem Suſtentat dextrâ.] *Quum Maon caderet, occurrit Alcanor: qui exciperet cadentem, & ſuſtentaret, ſi poſſet.* TRAIECTO miſſa lacerto Protinùs haſta fugit, traxitque cruenta tenorem: Dexteraq; ex humero neruis moribunda pepēdit.] *Alcanoris mortem hoc modo deſcripſit. cùm enim contineret dexterâ ſuâ illum, qui ceciderat; alia haſta humerum eius percuſſit. quâ cauſâ, abſciſsis neruis, pependit manus ſic ſeparata à corpore; vt mortem ſuam teſtaretur, & interitum plenum.* TVM Numitor, iaculo fratris de corpore rapto, Aeneam petijt.] *Numitor, inquit, eodem rapto iaculo, quo debilitatus fuerat frater, Aeneam petijt.* SED nō & figere contrà Eſt licitum; magniq; femur periſtrinxit Achatæ.] *Magna comitis fides: qui dimicaturo ita fuerat iunctus: vt deſtinatum in Aeneam telum ipſe, proximitatis occaſione, ſuſcepiſſet. Denique, licèt in Aeneâ videretur eſſe fruſtratum; femur tamen Achatæ percuſſit. quod non fieret; niſi protegendi officio ei fuiſſet adfixus.* HIC Curibus fidens primæuo corpore Clauſus Aduenit, & rigidâ Dryo-
B pen ferit eminùs haſtâ, Sub mentū grauiter preſsâ.] *Dum illi cum Aeneâ certant: ſuperueniens Clauſus, comitantibus viris, Dryopem, haſta eminùs miſsâ, ſub mentum percuſſit, hoc eſt, ſuperiorem gutturis partem.* PARITERQVE loquentis Vocem animamq; rapit traiecto gutture.] *Neceſſe enim fuerat, vtrunq; ſimul auferri: cùm ea pars corporis cauſa eſſet, quâ vox habuit exitum, & quâ ſubſidium vitæ reperiebat ingreſſum.* TRAIECTO gutture.] *hoc fecerat ictus fortior ferri; quod per illius guttur plenâ virtute tranſierat.* AT ille.] *Hoc eſt, idem ipſe, per cuius guttur tranſierat ferrum.* FRONTE ferit terram, & craſſum vomit ore cruorem.] *In faciem hunc aſſerit cecidiſſe; quando terram fronte percuſſit. Craſſum autem cruorem vomebat: vtpote ex parte adhuc viui, & ex parte iam mortui. In viuis quippe corporibus, non congelaſcit ſanguis: in morientibus verò, conſtringitur. Rectè igitur* Craſſum *dixit, quod vomebat ille.* TREIS quoq; Threïcios Boreæ de gente ſupremâ, Et treis, quos Idas pater & patria Iſmara mittit, Per varios ſternit caſus.] *Compendio vſus eſt: vt omnes ſimul poneret; & eorum exitus ſub generali ſignificatione tranſiret.* OCCVRRIT Haleſus, Auruncæque manus: ſubit & Neptunia proles, Inſignis Meſſapus equis.] *Cur iſti occurrerent, dicitur: expellere, inquit, tendunt.* NVNC hi, nunc illi.] *Ad hoc cateruatim congrediebantur: quòd altera pars nitebatur retinere ſolidum terræ; altera, ne fieret, prohibebat.* CERTATVR limine in ipſo Auſoniæ.] *Bene dixit, Limen prouinciæ, finem maris, & initium terræ.* MAGNO diſcordes æthere venti, Prælia ceu tollunt, animis & viribus æquis.] *Sic, inquit, illi æquis viribus inter ſe contendebant: quomodo nonnunquam venti, animo pares & nixu ſe inuicem conantur excludere.* NON ipſi inter ſe, non nubila, non mare cedit: Anceps pugna diu, ſtant obnixi omnia contrà.] *Non ſibi cedentibus ventis; ea quoque non cedunt, quæ ipſi flatibus ſuis ſæuiendo commouerint. nam nubila, ac mare, dum trudebantur alijs, & è diuerſo alijs ſiſtebantur, non cedebant vno in loco.* HAVD aliter Troianæ acies, aciesq; Latinæ, Concurrunt: hæret pede pes, denſusq; viro vir.] *ipſa enim dimicatio fortior: quum non miſsilibus, ſed gladijs res geritur. Hanc dimicandi obſtinationem, vna cauſa faciebat: quòd victoria partium in eo cōſtabat, vt illi contingerent terram, aut illi eam tangere non ſinerent.* AT parte ex aliâ, quâ ſaxa rotantia latè Intulerat torrens, arbuſtaq; diruta ripis, Arcadas inſuetos acies inferre pedeſtres, Vt vidit Pallas Latio dare terga ſequaci; Aſpera quîs natura loci dimittere quādo Suaſit equos; vnum quod rebus reſtat egenis: Nunc prece, nunc dictis, virtutem accendit amaris.] *In alio literis loco, deſcribit exitum habuiſſe torrentem: aduexiſſe dirutas arbores, & ſaxa eò infinita traxiſſe.* Arcadas *verò equites, nec equos inter hæc agere; nec pedeſtri, contra morem ſuum, pugnâ certare valuiſſe: proinde in fugā cœpiſſe cōuerti, & terga hoſtibus dare. Hoc. n. in aduerſis eſſe ſubſidiū ſolet: vt ſalus fugiendo ſeruetur, q̄ dimicādo nō poteſt defenſari. Pallantē, quū hæc vidiſſet, nunc rogare eos, nō obiurgare cœpiſſe: ne, deſertâ gloriâ, paterentur anteponi fugā, & victoriā hoſtibus linquerēt.*

Vt vidit Pallas Latio dare terga ſequaci,
Aſpera queis natura loci dimittere quando
Suaſit equos; vnum quod rebus reſtat egenis:
Nunc prece, nunc dictis virtutē accendit amaris.
Quò fugitis ſocij? per vos, & fortia facta,
Per ducis Euandri nomen, deuictaq; bella,
Spemq; meā, patriæ quę nunc ſubit æmula laudis;
Fidite ne pedibus: ferro rumpenda per hoſtes
Eſt via; quà globus ille virûm denſiſsimus vrget.
Hâc vos & Pallanta ducem patria alta repoſcit.
Numina nulla premūt; mortali vrgemur ab hoſte
Mortales: totidem nobis animæq; manusq;.
Ecce maris magnâ claudit nos obice pontus;
Deeſt iam terra fugæ. pelago Troiamne petetis?
Hæc ait; & medius denſos prorumpit in hoſtes.
Obuius huic primùm, fatis adductus iniquis,
Fit Lagus. hunc, magno vellit dum pondere ſaxū,
Intorto figit telo, diſcrimina coſtis
Per medium quà ſpina dedit: haſtamq; receptat

SER. LATIO ſequaci.] *Metonymia: pro, Latinis. vt alibi,* Inuadunt vrbem ſomno vi-
C noq; ſepultam. DIMITTERE quando.] Quando, *ſiquidem. Et eſt Romanæ militiæ. nam in locis impeditis equos militibus dabant, & pedeſtri certamine confligebant.* QVÒ fugitis?] *Hoc amarè dictum eſt. iam preces ſequuntur.* PER vos & fortia facta.] *Adiurat eos per ipſorum facta: quoniam non habet puer proprios titulos: nam eſt ei prima militia.* PER ducis Euandri.] *Meliùs,* ducis, *quàm ſi dixiſſet,* Regis. *hoc enim nomen exprimit ducentem in prælia. Salluſt.* Quò cupidiùs in ore ducis ſe quiſque bonum & ſtrenuum oſtentantes. *Non dixit, proconſulis.* DEVICTAQVE bella.] *Finita, exhauſta. nam hoſtis vincitur, non bellum.* SVBIT.] *Succedit. vt,* Cui deinde ſubibit. Laudi.] *Vt ſolet virtuti. poteſt propriè intelligi* FIDITE ne pedibus.] *Datiuus eſt,* pedibus. *nam,* Fido tibi, *dicimus.* HAC vos & Pallanta ducem patria alta repoſcit.] *Hoc vult patria, vt per cædes hoſtium reuertamur.* NVMINA nulla premunt.] *A facili argumentatur: dicens, non cōtra deos ſed contra mortales bella tractamus.* ECCE mari.] *Quod eſt efficax, in fine poſuit. nam dicit, eos, quò fugiant, non habere: cùm terra ab hoſtibus teneatur; mare autem pedibus tranſire non poſsint; caſtra verò ingredi, turpiſsimū ſit. Aut certè etiam hoc impoſsibile, ſi ab hoſtibus obſidentur; vt quidā volunt, intelligentes,* Sed rapit acer Totam aciem in Teucros, *ſcilicet ſuam quam ducebat, cæteris relictis.* MAGNA claudit nos obice pōtus.] *Periphraſis: Id eſt, mari claudimur. Modò vſus habet, vt hic* Obex *dicamus: vnde quidam* magno obice *legūt. Antiqui etiam hæc* Obex *dicebant: ſecundùm quòd eſt,* magnâ obice. *Hinc eſt, quia nonnulli vitant generis dubietatem, & legūt* magni, *ſcilicet maris. Caper tamen, in libris dubij generis, probat dici, & hic obex, & hæc obex: quod, vt diximus, hodie de vſu receſsit.* TROIAM.] *Id eſt, caſtra Troianorum.* DENSOS prorumpit in hoſtes.] *Vt eos hortaretur exemplo.* FATIS iniquis.] *Exitum præoccupauit futurū.* MAGNO pondere.] *Hoc eſt, magni ponderis: vt,* Ære cauo clypeū, magni geſtamē Abantis: *pro, æris caui.* RECEPTAT.] *Ideò frequentatiuo vſus eſt; quia oſſibus inhærentem haſtā facilè.*

cilè auellere minimè poterat. Et expressit moram quandam, & molitionem extrahentis. Ergo receptat, est frequenti concussione diuellit. Tale est & illud: Clypeoq; sinistram insertabam aptans.

POM. Sabi. LATIO sequaci.] Latinis insequentibus. ASPERA equis.] aspera natura loci suasit Arcadibus, descendere ab equis, & pedestres certare. VNVM.] scilicet, oratione tollat animos illorum. QVÒ fugitis?] Loquitur Pallas. DEVICTA.] finita. SPEMQVE meam.] quam in vobis habeo. PATRIÆ.] patris laudi. FIDITE.] nolite fidere pedibus. PATRIA alta.] patria hoc petit à nobis, ut victis & cæsis hostibus reuertamur. TOTIDEM nobis.] quot sunt Rutuli. quare fugitis? ECCE.] Conclusio. IN hostes.] Rutulos. HASTAMQVE receptat.] cum difficultate diuellit. Pallas, dum diuellit hastam, sperauit Hisbo occupare. sed non occupauit: quia Pallas Hisbonem, incautè ruentem, cum antè excepit, id est, vulnerauit & interemit.

VAR. Lect. DIMITTERE quando.] In antiquis libris. Demittere legitur. SVBIT æmula laudis.] In Romano libro, Laudi legitur. QVA globus.] In Romano libro, Quò habetur. ECCE maris magno.] In antiquis libris, magnâ, fœminino genere. DEEST iam terra fugę: pelago Troiamne petetis.] Pelago, impressa omnia exemplaria legunt: cùm tamen in vetustioribus omnibus, Fugæ pelagus legatur. Quod alij viderint. Præterea, pro Petetis, Petemus, personâ primâ, in plerisque libris habetur. In aliquot ex ijs, qui apud me sunt, Petamus legere est: quod figuratius est. HVNC, magno vellit dum pondere saxum.] In Romano libro ita legitur, Hic vellit magno cum pondere saxum.

DON. QVÒ fugitis socij? per vos & fortia facta, Per ducis Euandri nomen, deuictaq; bella, Spemq; meam, patriæ quæ nunc subit æmula laudis.] Tenuit omnia, quæ mouentes reuocarēt: deditq; ordinationem pulcherrimam dictis suis. Ait quippe primo in loco: Quò fugitis? hoc est, discere, ad quam tenditis partem, cùm omnia tencāt hostes? PER VOS.] nihil enim vnicuiq; est tam charum, quàm ipse sibi est. addidit. ET fortia facta.] hortari ad assuetum certamen vnum quenque; & semper efficax contra incommodum suum, satisq; ad implendos persuasionis effectus, exempla propria virtutis cuipiam demonstrare. Potest enim rursum vincere, qui laboribus suis tenuit aliquando victorias; &, ne facta gloriosa ludibrijs posterioribus obruat, operam dare. PER ducis Euandri nomen.] vt, cogitantes merita sua, curarent, ne ducis sui nomen etiam, item triumphos & glorias, flagitijs militaribus macularent. Vltimo loco commendauit tyrocinia sua, dicens: SPEMQVE meam, patriæ quæ nunc subit æmula laudis.] Aemulus, aliquando inuidus, vt, Æmulus exceptum Triton: aliquando imitator, vt hoc loco: & similimus intelligendus est. Proinde, quum dicit, patriæ laudis: ostendit imitatorem se paternæ virtutis, non inuidum. In istis verbis huiusmodi intellectus retinendus est: vt eum ponamus ex aperto dixisse: Pater meus, dux insignis vester, multa bella virtute confecit, gloriosus remeauit ex omnibus: Ergo filius eius, & nunc primum ductor vester effectus, cui cū paternis triumphis certamen est, primùm non similis redibit? Dicit iam, quid facto opus sit. FIDITE ne pedibus.] In certaminibus, inquit, bellicis spes omnis in dexterâ magis esse, quàm in pedibus, debet. FERRO rumpenda per hostes Est via, quâ globus ille virûm densissimus vrget. Hâc vos & Pallanta ducem patria altra reposcit.] Et nunc, inquit, si viam in patriam quæritis: rumpatur ista via per hostium globos, accedentium strages perferat. Iter virtus, vt decet, inueniat. sic conuenit nos redire cum nouo duce; sic intrare patriam: vt, qualis solet, gloriosus incipiat. NVMINA nulla premunt; mortali vrgemur ab hoste; mortales totidem nobis animæq; manusq;.] Hæc supplementa sunt persuasionis. nullum inuidet audentibus numen: vna nobis & hostibus nascendi moriendiq; conditio est; manus totidem gerimus: animæ sunt, quot illis, & nobis. Cur metuam pares? cur metuam mecum simul naturæ subiectos? ECCE mari magnâ claudit nos obice pontus: Deest iam terra fugæ: pelago Troiamne petetis?] Clausit nos mare: negatur fugientibus terra, inueniat virtus, quod necessitas negat: vt qui nauigare non possumus. Troianorum castra, fusis hostibus, teneamus. HÆC ait: & medius densos prorumpit in hostes.] Magni suasoris functus est partibus, primus in hostem contendit: & non extremos agminis; sed medium agmen irrumpit. Debuit enim primus confertos inuadere; qui diuersæ partis globum suadebat esse rumpendum. OBVIVS huic primùm, fatis adductus iniquis, It Lagus.] Dicendo, fatis iniquis obuius fit Lagus; ostendit periturum. Denique, subiunxit eius interitum. HVNC, inquit, magno vellit dum pondere saxum.] Scilicet, quod in Pallantem mitteret. Vellit, rectè posuit: quia terrâ retinebatur. INTORTO figit telo, discrimina costis Per medium quà spina dedit.] Vt pronus fuit, nitens saxum vellere, quod in Pallantem iaceret: sic percussus est intorto iaculo, vt, perfossis spinâ eius & costis, vltima discrimina recepisset. HASTAMQVE receptat Ossibus hærentē.] Quāta ictus illius vis fuerit, hoc genere ostenditur: cùm hasta vix reducta sit, quę prostrati ossibus penitùs inhæsisset.

NVMINA nulla premunt.] Vt nihil satis tutum illis, qui iratos sibi diuos habent: sic nihil metuendum ijs, qui eosdem habent propitios, aut certè non inimicos. Ad hoc significandum, dicetur illud: Numina nulla premunt.

SER. QVEM non super occupat.] Quem super Lagum, subauditur stantem. Ideò autem desuper, quia Pallas, ad euellendam hastam, fuerat inclinatus. NAM Pallas antè ruentem, Dum furit.] Ordo est: Nam eundem Pallas antè excipit, id est, dolo interimit. Ille enim incautus fuerat; furens propter crudelem mortem sodalis. vnde & incautus fuerat. TVMIDO in pulmone.] Et naturaliter tumido; & quia furebat. In pulmone autem recondit, archaismus est: pro, in pulmonem. HINC Helenum petit.] Pro tūc: loci aduerbiū, pro temporis. RHOETI de gente vetustâ Anchemolum.] Hæc fabula in Latinis nusquam inuenitur autoribus. Abienus tamen, qui totum Vergilium Liuium Iambis scripsit, hanc commemorat, dicens Græcā esse. Rhœtus ergo, Marrhubiorum rex fuerat in Italiā: qui Anchemolo filio Casperiam superduxit nouercam, hanc priuignus stuprauit. Quā re cognita, cùm eum pater insequeretur, & ad pœnā vocaret: fugiens se ille ad Turnum contulit, & Daunum. Meritò ergo in bello Turni, Dauni filio, Anchemolus gratiam reddit. Gēte autem vetustâ ideò: quia à Phorco, deo marino, originem ducere legitur. Hoc totum Alexander Polyhistor tradit: quem

Ossibus hęrētem. quē nō super occupat Hisbon,
Ille quidem hoc sperans. nam Pallas antè ruentē,
Dum furit, incautum crudeli morte sodalis
Excipit, atq; ensem tumido in pulmone recondit.
Hinc Helenum petit, & Rhœti de gente vetustâ
Anchemolū; thalamos ausum incestare nouercæ.
Vos etiam gemini Rutulis cecidistis in aruis,
Daucia, Laride Tymberq;, simillima proles,
Indiscreta suis, gratusq; parentibus error.
At nunc dura dedit vobis discrimina Pallas.
Nam tibi, Tymbre, caput Euādrius abstulit ensis:
Te decisa suum, Laride, dextera quærit;
Semianimesq; micant digiti, ferrumq; retractant.
Arcadas accensos monitu, & præclara tuentes
Facta viri, mistus dolor & pudor armat in hostes.
Tùm Pallas biiugis fugientem Rhœtea præter
Traijcit: hoc spatium, tantumq; moræ fuit Ilo.
Ilo namq; procul validam direxerat hastam:
Quā medius Rhœteus intercipit, optime Teuthra,
Te fugiens, fratremq; Tyren; curruq; volutus

Digitized by Google

Cædit ſemianimis Rutulorum calcibus arua.
Ac velut optatâ ventis æſtate coortis,
Diſperſa immittit ſyluis incendia paſtor:
Correptis ſubitò medijs, extenditur vnà
Horrida per latos acies Vulcania campos:
Ille ſedens victor flammas deſpectat ouanteis.

A *quem Lucius Sylla ciuitate donauit.* VOS etiam gemini.] *Vt ſuprà,* Tu quoq; flauentem primâ lanugine malas. SVIS.] *Etiam ſuis. Lucanus:* Et amiſſum fratrem lugentibus offert. *Et eſt abſolutum; ſuis omnibus: non ſuis parentibus tantùm.* DISCRIMINA.] *Differentias.* TYMBRE.] *Pro, Tymber: metri cauſâ Metaplaſmum fecit. Ipſe enim ſuperiùs* Tymber *dixit.* EVANDRIVS abſtulit enſis.] *Poſſeſſiuum eſt modò; non patronymicum.* DECISA ſuum.] *Mirè* ſuum; *tanquam dominum, à quo fuerat ſeparata.* SEMIANIMESQVE micant digiti, ferrumq; retractant.] *De Ennio ſublatum eſt. Ille enim ait;* Oſcitat in campis caput à ceruice reuulſum, Semianimesq; micant oculi, lucemq; requirunt. *Quem verſum ita, vt fuit, ad ſuum carmen transtulit Varro Atacenus.* TVENTES.] *Modò intuentes: aliàs defendentes, ſignificat.* DOLOR, & pudor.] *Sic de Mezentio;* Æſtuat ingens Vno in corde pudor, miſtoq; inſania luctu. *Alij dolorem, alicuius ſtudij ardorē, & prom-*
B *ptam gloriæ cupiditatem, veterum more dictum volunt; vt Græci πόνον appellant. Lucilius in quinto:* Nam omnibus vnus dolor receptus laboſq;. FVGIENTEM Rhœtea præter.] *Id eſt, præterfugientem.* HOC ſpatium, tantumq; moræ fuit Ilo.] *Hoc tantum ſpatium, & hæc ſola mora, quò minùs Ilus periret. De cuius morte cum nihil dicat, intelligendum eſt.* INTERCIPIT.] *Quia intercipi aliena dicuntur.* TEVTHRA.] *Ab eo, quod eſt hic Teuthras: ſicut Aeneas.* TYREN.] *Ab eo, quod eſt hic Tyres* SEMIANIMIS.] *Poteſt &* ſemianimis, *ab eo quod eſt Semianimus, legi.* OPTATO.] *Id eſt, ex voto. Per æſtatem enim venti frequentes optantur; & quaſi contingere videntur ex voto: quia difficili æſtate validiores ſunt.* DISPERSA.] *Ex diuerſis locis.* MEDIIS.] *Abſolutè dixit.* EXTENDITVR vnà.] *Sicut duces diuerſis locis commiſſa prælia continuauerant.* ACIES Vulcania.] *Ideò abuſus eſt: quia comparatio ad bellum pertinet. Nam de igne Aciem dicere, nimis incongruum: eſt enim* acies Vulcania, *vis ignis, quæ latè per campos effunditur.* ILLE ſedens.] *Non quaſi Pallas, pugnantibus ſuis, nihil agat. Sed comparatur illius ſecuritati huius voluntas.* VICTOR.] *Voti campos, ἐπιτυχών.* OVAN-
C TEIS.] *Abuſio eſt; non proprietas.*

POM. Sabi. FVRIT.] *Hiſbo ruere in eum.* ET Rhœti.] *Rhœtus rex fuit Marrhuuiorum; qui ſunt in Marſis. is genuit Anchemolum: cui ſuperinduxit nouercam, nomine Caſperiam: quam Anchemolus adamauit, & ſtuprauit. inde aufugit iram patris; & contulit ſe ad Turnum.* DAVCIA.] *Dauci filij; Tymber, Larides.* PARENTIBVS error.] *quia parentes alium pro alio nominabant: adeò ſimiles erant, apud Flaccum in primo; apud Silium in ſecundo; & Papinium.* FACTA viri.] *Pallantis: quia ſolus Pallas videbatur certare.* RHOETEA.] *Rhœteus ferebatur bijugis.* ILO.] *Pallas miſit haſtam contra Ilum: quam haſtam Rhœteus fugiens, Teuthram caſu excipit. Et intellige poſtea cæſum Ilum.* THYREN.] *fugiebat etiam Thyren, fratrem Teuthræ.* CADIT.] *cadens cædit calcibus arua Rutulorum. infrà dicet,* & calcibus aruam Fundit humū. ACIES Vulcania.] *Aciem pro igni.*

VAR. Lect. HINC Helenum petit.] *In antiq. libris,* Stelenum, & Stemelum, & Sthenelum *legitur.* MIXTVS dolor, & pudor.] *In Romano libro, pro* Pudor, *legitur* Furor. AC velut optatâ.] *In antiquis libris* Optatò *legitur.*

DON. QVEM non ſuper occupat Hisbon.] *Et Hiſbon occiſus eſt: ſed non ſuper occiſi alterius cecidit corpus.* ILLE quidem hoc ſperans.] *Ille idem Hiſbon ſperabat, hoc ſibi euenire poſſe.* NAM Pallas antè ruentem, Dum furit, incautum crudeli morte ſodalis Excipit, atque enſem tumido in pulmone recondit.] *Quum Hiſbon, ſodalis orbitate perculſus, amēs fureret: Pallas ruentem & incautum excipit; & in eius pulmonem tumidum, enſem recondit. Sic feriuntur huiuſmodi ſecuri à percuſſoribus; quādo reciproca diſcrimina non timentur, illis aliorſum intētis.* HINC Helenum petit, & Rhœti de gente vetuſtâ Anchemolum, thalamos auſum inceſtare nouercæ.] *Origines ſingulorum, & crimina, vel certè alia, idcirco addidit poſtea: non quòd ſint locis & tempori neceſſaria; ſed ne ſolis nominibus longus narrationis contextus horreſcat.* VOS etiam gemini Rutulis cecidiſtis in aruis, Daucia, Laride, Tymberq;, ſimillima proles, Indiſcreta ſuis gratuſq; parentibus error.] *Duo quoq; fratres dicit manu Pallantis cecidiſſe; Dauco patre, vno editos partu: ita ſimiles; vt ipſorum etiam parentum intentionem grato errore confunderent: fato quinetiam pari: illorum quippe, vt vno eodemq; momento prouenit exortus; ita vtrumq; vnus exitus, & viuendi finis, abſumpſit. Nunc vtriuſq; interitum, propter laudem victoris, ſpeciali deſcriptione ſignauit, hoc modo:* AT nunc dura dedit vobis diſcrimia Pallas.] *Naſcendi quidem vnum, inquit, vobis exſtitit tempus; pares veniſtis in lucem; ſimiles corpore; viuendi quoq; conditione coniuncti: ſed genus lethi diuerſum vobis Pallas inflixit; & ſeparatione ſuppliciorum durâ, fecit in ipſâ morte diſſimiles. Dicit iam, quomodo diuerſum in ambobus ſupplicium fuit.* NAM tibi, Tymbre, caput Euandrius abſtulit enſis: Te deciſa ſuum, Laride, dextera quærit.] *Alter caput, alter dexteram perdidit. ſed abſciſſa dextera, corpus, vnde auulſa fuerat, quærere videbatur.* SEMIANIMESQVE micant digiti, ferrumque retractant.] *Morientes illius digiti mouebantur; recuſantes ferrum, quod tenere non poterant. Tractare, eſt ferrum tenere, & pugnare:* Retractare *autem, reijcere & recuſare. Hæc fuit ſupplicij diuerſitas: vt vnus pœnam dederit capite; alter abſciſſâ obierit dexterâ.* ARCADAS accenſos monitu, & præclara tuentes Facta viri, miſtus dolor & pudor armat in hoſtes.] *Arcades, qui (vt ſuprà meminit) pedeſtri manu certare non noſſent; Pallantis voce ac factis, dolore ſimul & ratione pudoris accenſi ſunt: vt hoſtem, quem dudum timuerint, perſequerentur. Ecce, quantum proficiunt hortamenta verborum: quum vires timiditas frangit! Quantum erigit ſegnes, alienæ virtutis exemplum! audiendo ducem, & adoleſcentis intuendo certamina, ipſi quoque, quaſi ſubitò inſtructi, anteire in hoſtem, & repentè gloriam quærere didicerunt.* TVM Pallas bijugis fugientem Rhœtea præter Traijcit: hoc ſpatium, tantumq; moræ fuit Ilo. Ilo namq; procul validam direxerat haſtam: quam medius Rhœteus intercipit, optime Teuthra, Te fugiens, fratremq; Tyren.] *Haſtam miſerat Pallas, vt illum percuteret: ſed eodem momento bijugis tranſibat Rhœteus. quo factum eſt, vt medius ipſe excepiſſe ictum, in alterius electum interitum.* Teuthra *accipiendum eſt, vt veteribus placuit, velut ſcutum.* CVRRVQVE volutus Cædit ſemianimis Rutulorum calcibus arua.] *Percuſſus, inquit, reuolutus eſt curru: & quum adhuc partem aliquam ſpiritus retineret, ſpatium terræ, quod eius pedibus ſubiacebat, calcibus cædere videbatur. Semianimes enim ſic faciunt, dum aliquem adhuc dolorem ſentiunt.* AC velut optatò, ventis æſtate coortis, Diſperſa immittit ſyluis incendia paſtor.] *Quemadmodum ſolet, inquit, voto prouenire paſtori, vt adiuuentur voto incendia, quæ per agros ſparſerit. Addidit & æſtatis tempus; quo nullum impedimentum ex humore, incendijs fouendis, accedit.* CORREPTIS ſubitò medijs, extenditur vnà Horrida per latos acies Vulcania campos.] *Et incenſâ repentè medietate ſyluarum, atq; conſumptâ, extenditur per immenſam latitudinem flamma. Quia de prælijs & dimicatione loquebatur: aciem Vulcaniam dixit flam-*

Digitized by Google

mat, quæ per syluas dispersa côparabantur. ILLE sedês victor flâmas despectat ouantes.] *Pastor autê sedem, & gaudis* *vatis sui ineidia suffragari dominari videtur & triumphare, flammas in eorum exitium, quas ipse desiderauit, progredi.*

Non aliter sociûm virtus coit omnis in vnum:
Teq; iuuat Palla. sed bellis acer Halesus
Tendit in aduersos, seq; in sua colligit arma.
Hîc mactat Ladona, Pheretaq;, Demodocumq;:
Strymonio dextram fulgenti diripit ense,
Elatam in iugulum: saxo ferit ora Thoantis,
Ossaq; dispergit cerebro permista cruento.
Fata canens syluis genitor celârat Halesum:
Vt senior letho canentia lumina soluit,
Iniecêre manum Parcæ, telisq; sacrarunt
Euandri. quem sic Pallas petit, antè precatus:
Da nunc, Tybri pater, ferro, quod missile libro,
Fortunam atq; viam duri per pectus Halesi.
Hæc arma, exuuiasq; viri, tua quercus habebit.
Audijt illa deus. dum texit Imaona Halesus,
Arcadio infelix telo dat pectus inermum.
At non cæde viri tantâ perterrita, Lausus,
Pars ingens belli, sinit agmina: primus Abantem
Oppositû interimit, pugnæ nodumq; moramque.
Sternitur Arcadiæ proles; sternuntur Hetrusci,
Et vos, ô Graijs imperdita corpora Teucri.
Agmina concurrunt, ducibusq; & viribus æquis:
Extremi addensent acies; nec turba moueri
Tela manusq; sinit. hinc Pallas instat & vrget,
Hinc contrà Lausus: nec multùm discrepat ætas:
Egregij formâ; sed queîs fortuna negârat
In patriam reditus. ipsos concurrere passus
Haud tamen inter se magni regnator Olympi:
Mox illos sua fata manent maiore sub hoste.
Interea soror alma monet succurrere Lauso
Turnum: qui volucri curru medium secat agmen.
Vt vidit socios tempus desistere pugnæ:
Solus ego in Pallanta feror; soli mihi Pallas
Debetur. cuperem, ipse parens spectator adesset.
Hæc ait: & socij cesserunt æquore iussi.
At Rutulûm abscessu iuuenis, tùm iussa superba
Miratus, stupet in Turno; corpusq; per ingens
Lumina voluit, obitq; truci procul omnia visu.
Talibus & dictis it contra dicta tyranni:
Aut spolijs ego iam raptis laudabor opimis,
Aut letho insigni: sorti pater æquus vtriq; est.
Tolle minas. fatus, medium procedit in æquor:
Frigidus Arcadibus coit in præcordia sanguis.
Desiluit Turnus biiugis: pedes apparat ire
Comminùs. vtq; leo, speculâ quum vidit ab altâ
Stare procul campis meditantem prælia taurum,
Aduolat: haud alia est Turni venientis imago.
Hunc vbi contiguum missæ fore credidit hastæ:
Ire prior Pallas, si quà fors adiuuet ausum
Viribus imparibus; magnumq; ita ad æthera fatur.
Per patris hospitiû, & mensas, quas aduena adisti,
Te precor, Alcide: cœptis ingentibus adsis!
Cernat semineci sibi me rapere arma cruenta:
Victoremq; ferant morientia lumina Turni.
Audijt Alcides iuuenem: magnumq; sub imo
Corde premit gemitû, lachrymasq; effûdit inaneis.

SER. COIT omnis in vnum.] *Id est, compellit: Vnanimiter omnes fortiter faciunt.* SED bellis acer.] *Sed modò inceptiua particula est; vt in Sallustio sæpius. sicut* At *interdum: nam non est coniunctio ratiocinantis.* IN sua colligit arma.] *Scuto se tegit. Alibi,* Et se collegit in arma. ELATAM in iugulum.] *Iugulo suo vulnus minantem.* FATA canens.] *Quasi diuinas. Alij* cauens *legût: secundùm quod non statim & diuinus apparet: nam cauere potuerat & ab alijs audita.* CANENTIA lumina.] *Aut hypallage est, pro, ipse canens: aut physicam rem dicit. Dicuntur enim pupillæ, mortis tempore, albescere.* INIECERE manum Parcę.] *Traxerunt debitum sibi. Et sermone vsus est iuris. nam manus iniectio dicitur: quotiens, nullâ iudicû authoritate exspectatâ, rem nobis debitam vindicamus.* TELISQVE sacrarunt Euandri.] *Multis experimentis ostenditur, Vergilium subtiliter, & aliud agentem, ritum vetustissimorum sacrorum referre. Hic ergo cum dicit,* telisq; sacrarunt Euandri, *docet, quidquid destinatum dijs, id sacrum appellari. Perueniri autem ad deos non posse, nisi libera onere corporis fuerit anima: quod nisi morte, fieri non potest. Opportunè ergo hic sacratum Halesum loquitur, cùm imminebat interitus.* DA nunc, Tybri pater.] *Vicinum inuocat numen; circa cuius ripas bella tractantur. sic suprà,* Tu dea, tu pręsens nostro succurre labori. DVRI.] *Aut fortis; aut asperi & crudelis in hostes.* TVA quercus.] *In tuis ripis creata. Sanè superiùs de speciebus statiui augurij dictum est; in quibus Capillorem esse diximus: quod hoc loco tâgit. Capillor autem dicitur, cùm auspicatò arbor capitur & consecratur Iouis fulguri. Dicit enim his versibus,* Da nunc Tybri pater, ferro quod missile libro Fortunam &c. Hęc arma exsuuiasq; viri tua quercus habebit. *Hîc ergo cùm arborum nominat, videtur veteris ritus inducere mentionem.* AVDIIT.] *Modò, exaudijt, & ad effectum deduxit. Paulò pòst tantùm audijt. Vt,* Audijt Alcides iuuenem. DVM texit.] *Dum spoliat. Nam tempus præsens est; non præteritum: ab eo quod est Texo. Sic Plautus;* Ego hunc hominem hodie texam pallio. *Et* *Tegit, te, primam syllabâ corripit, vt tantùm positione longa sit.* INERMVM.] *Et inermis dicimus, & inermus.* PERTERRITA sinit agmina.] *Subaudi, esse.* PRIMVS Abâtem.] *Ideò primus, quia ceteri eius exemplû secuti sunt. nam infert,* Sternitur Arcadiæ proles sternuntur Etrusci. *Et,* Agmina concurrût ducibusq; & viribus æquis. OPPOSITVM.] *Obstantem fortiter pugnantem. & quidam dubium volunt, vtrùm pugnæ oppositum, an nodum pugnæ: quod est melius.* NODVMQVE moramque.] *Bene addidit moram, ne nodum alium acciperemus. Nam nodus, propriè est densa peditum multitudo: sicut Turma equitum: vt lectum est in disciplinâ militari. Modò autem nodû pro difficultate posuit, quæ vix possit resolui.* GRAIIS imperdita corpora Teucri.] *Quos Græci perdere nequiuerunt. Teucros verò accipimus, quos secum duxit Aeneas. nam ait,* Quorum de numero, qui sese in bella sequantur, Præstantes virtute legit. *Aliâs non procedit, nam paulò pòst eruptturi sunt, qui obsidentur in castris.* Imperdita *autem, quia ante hæc dixit.* EXTREMI addensent acies.] *Lucanus:* Quantum pede prima relecto Constringit gyros acies. *Denso autem, secundæ coniugationis est.* NEC turba moueri Tela manusq; sinit.] *Lucanus:* Gladiosq; suos compressa timabat. *Quidam sanè turbam, multitudinem accipiunt. nam plurali numero turbas, perturbationes dixerunt, & strepitus. vnde & Terentium, turbas, lampadas propter strepitum volunt dixisse: cùm parens senex perperam per publicum duci suaderat; vel strepitum per turbas adhiberi.* MAIORE sub hoste.] *Sub hostilitate. Nam sub diuersis hostibus pereunt.* MONET succurrere Lauso.] *Expositio talis est: Monitus à sorore, continuò secat agmen: atque vt vidit socios, &c.* FEROR.] *Pro, ferri debeo: id est, vadibo.* CVPEREM ipse parens spectator adesset.] *Asperè & amare dictum. multa enim mala grauiora videntur, si ante oculos nostros eueniant; quàm si audiantur. Tale est, vt in secundo, de Polyte:* Qui nati coram me cernere lethum Fecisti. *non enim obijcit Pyrrho, quòd occiderit; quia hoc ius belli exigebat*

A gebat: sed, quare vidente patre, & his similia. vt, Impositiq; rogis iuuenes ante ora parentum. *Et*, An fratris miseri lethum vt crudele videres? *Et*, Vidi oculos ante ipse meos. &, Victum tendere palmas Ausonij videre. ÆQVORE iusso.] *Pro, ipsi iussi. & est vsurpatum participium. Nam Iubeor, non dicimus: vnde potest venire Iussus. Quamuis interdum sic dicatur: vt Lucanus,* Cuius seruaueris vmbram, Si, quicquid iubeare, velis. *Sic ergo hic participium vsurpauit, vt Horatius verbum, dicens:* Hæc ego procurare, & idoneus imperor, & non Inuitus. *Ergo satis licenter dictum est: adeò vt hoc loco Probus, correptum* A, *longum posuerit.* TVM.] *Deinde.* STVPET in Turno.] *Id est, in Turnum intuens.* OMNIA.] *Quæ omnia? an circa Turni arma & corpus?* TYRANNI.] *Regis superbi.* AVT spolijs ego iam raptis laudabor opimis, Aut letho.] *Argumentum dilemmaticum, quod vtrinque firmissimum, & aduersarium ab vtrâque parte concludit.* SPOLIIS opimis.] *Quæ dux duci detrahit: vt diximus, Spolia opima sunt.* SORTI pater æquus vtrique est.] Sorti, *pro, casui & fortunæ.* ÆQVVS.] *hoc est, æquo animo feret, si occidero. quia dixerat Turnus:* Cuperem ipse parens specta-

B tor adesset. FRIGIDVS Arcadibus coit in præcordia sanguis.] *Præsagio mortis futuræ eorum.* PEDES apparat ire.] *Ne videatur pugnæ iniquitate vicisse.* SPECVLA cum vidit ab altâ.] *Hoc ad currus altitudinem spectat:* Leo, *ad Turni violentiam atque feritatem. & est ordo: Vtq; leo aduolat, talis est Turni imago venientis. Homerus:* ὥς τε λέων ἐχάρη μεγάλῳ ἐπὶ σώματι κύρσας. CONTIGVVM.] *Postquam vidit eum venisse intra iactum teli; scilicet vt posset feriri.* IRE prior Pallas.] *Subaudi,* voluit. *Alij,* Ire, *pro* it, *legunt: vt sit Infinitiuus pro indicatiuo.* SIQVA.] *Si quando.* FORS.] *Fortuna. & dictum est propter illud,* Audentes fortuna iuuat. AVSVM.] *Num pro audentem?* PER patris hospitium.] *Deest,* Mei. TE precor, Alcide.] *Suprà, contrà inferiorem hostem, fluminis implorauit auxilium: nunc, contra hostem maiorem viribus, deum inuocat virtute præstantem.* CERNAT feminea.] *Ad illud, quod ait Turnus;* Cuperem ipse parens spectator adesset: *hic dicit,* Ipse suum cernat interitum. VICTOREMQVE ferant morientia lumina Turni.] *Donatus dicit, Meminerint. sed melius est; Sustineant, quasi pondus & pœnam. nec enim meminisse oculi possunt.* LACHRIMA'SQVE ef-

C fundit inanes.] *Hic ostendit euentum futurum.*

POM. Sabi. TE'QVE iuuat.] *quòd Arcades simul cum duce coiuêre.* HIC mactat.] *mactantur Arcades ab Haleso.* OSSA'QVE.] *capitis Thoantis.* FATA canens genitor.] *genitor Halesi erat fatidicus: & occultârat filium syluis. mortuo patre, destinauerunt eum telis Euandri. Ideò Pallas eum interfecit.* DA nunc.] *Oratio Pallantis.* VIRI.] *Halesi.* TVA.] *in tuis ripis.* TEXIT.] *spoliat. Texo, texis, texi.* Texit *nunc, pro detexit: id est, spoliat.* ARCADIO.] *Euandrio, Pallanteo.* LAVSVS.] *non sinit agmina Rutulorum esse perterrita, cæde Halesi.* NODV'MQVE.] *Nodus, dicitur globus peditũ.* NODV'MQVE moramq;.] *subaudi dissipauit. nisi intelligas esse nomina.* ET VOS.] *qui superfuistis cædibus Graiorum.* NEC discrepat ætas.] *Lausus & Pallas erant pares ætate.* ILLOS.] *Lausum & Pallantem.* TEMPVS desistere.] *Loquitur Turnus.* IVSSO.] *pro, iussi. Controuersia est de* Iusso, *vnde sit participiũ. Quidam putant, apud Vergilium id correptum esse, & debere esse,* Æquore iussu, *id est, socij iussu Mezentij cesserunt æquore. Ideò subiungit, Pallantẽ miratum fuisse superba iussa Turni, id est, vt omnes cederent.* OPIMIS.] *opima: de cæsis regibus tantùm loquitur Pallas.* PATER æquus.] *Intelligo* Pater, *nõ de deo, sed ad laudem Euãdri. nam pater dignus est, vt vel vincã regẽ, vel vincar à rege.* FRIGIDVS sanguis.] *qui timebat futurã iuuenis mortẽ.* IMAGO.] *quàm imago leonis.* PER patris.] *Oratio Pallãtis ad Herculem.* AVDIIT.] *pro, exaudijt, ad adiutũ refertur.*

VAR. Lect. NON aliter sociûm virtus coit.] *In Oblongo, numerus ita mutatus,* Non aliter virtus sociûm coit. FVLGENTI diripit ense.] *In Romano libro,* Deripit. OSSA'QVE dispergit.] *In antiquis libris,* Dispersit *habetur.* FATA canens syluis.] *In libris nonnullis,* Facta canens *legitur.* HALESVS.] *In aliquot antiquis,* Alæsus, & Alesus *legit.* DVM texit Imaona.] *In aliquot antiquis* Imæona *legitur.* PRIMVS Abantem.] *In antiquis libris,* Abanthum *legitur.* OPPOSITVM interimit pugnæ.] *In Romano libro,* Interemit *scribitur.* MONET succurrere Lauso.] *I pluribus manuscriptis,* Succedere *scriptum animaduerti.* TEMPVS desistere pugnæ.] *In Romano libro est,* pugnâ. Cesserunt æquore iussi.] *In Mediceo libro,* iusso *legitur.* TVM iussa superba.] *In Oblongo libro,* Dicta *legitur.* MIRATVS stupet.] *Quidem lib. antiq.* Miratur *habent.* MEDITANTEM prælia taurum.] *Antiqui libri legunt,* Meditantem in prælia. CERNAT feminea.] *In Oblongo libro,* Cernant *legitur.* MORIENTIA lumina.] *In Oblongo libro,* Mortalia *legitur.* LACHRYMA'SQVE effundit inaneis.] *In aliquot antiquis libris,* Lachrimasq; effundit inanis.

CAEL. Rhod. *Narrabamus nuper T. Liuij, summi historici, librum ab Vrbe conditâ secundum; incidimusq; in eum locum, qui est de Valerio Publicolâ.* Ante omnes, *inquit*, de prouocatione legem tulit aduersùs magistratus ad populum, sacrandoq; cum bonis capite eius, qui regni occupandi consilia inijsset. *Scrutabamur, quid esset sacrare cũ bonis caput. Si enim eruditiorem sensum ex reconditâ historiâ proruendum non putes, nec velut per transennam inspectandum: frigidior Platonis legibus fiet eminentissimi auctoris sententia. Quis enim consecrationis metu, à regni affectione deterreatur? Aliud ergo scitius dotiusq; quærendum. Comperimus igitur, omnem (vt aiunt) lapidem mouentes, apud Halycarnasseum Dionysium, de clientum & patronorum iure, ad hunc modum, libro Romanarum antiquitatum secundo.* Communiter, *inquit*, vtrisque neque pium neque fas erat, accusare se inuicem; nec contrà testimonium dicere: nec suffragium aduersum ferre; nec cum inimicis adnumerari. Quod si quid horum quis fecisse argueretur, lege proditionis tenebatur; quam Romulus sanxerat. deprehensum autem si quis vellet occidere, pium erat; tanquam Iouis inferni hostiam. Indè enim Romani, quos vellent hac pœnâ mori, eorum corpora deorum cuipiam, præcipueque Manibus, dicabant. *Hæc Dionysius. Quòd si curiosior aliquis, & ampliùs introspiciendam excutiendamq; putet historiam hanc, & nôsse cupiat, quid ita, dijs dicatos occidendi ius, cuiuslibet pontificum foret; id vtique ex Dionysio perlici nequit. Nos autem ita obseruauimus. Cætera quidem sacra violari, fuisse nefas; hominem verò sacrum occidere, fas. Eius ratio hæc. Veteribus is erat deorum metus & obseruantia, vt illis sacrum dicatumq; animal, prorsus in suis finibus esse, haud paterentur; sed ad deorum abigerent loca, quibus id sacrum foret. Animas verò huiusmodi sacratorum hominum, quos ζάνας Græci vocant, dijs debitas omnino existimabant. Sed eas in cœlum mitti à se posse, & ad eos, ad quos iam pertinerent, aliâ ratione nullâ videbant; nisi corpore viduatas. Igitur primo quôque tempore, vt irent, eiusmodi hominem interficiendi cuilibet erat arbitrium. Morem hunc, vetustatis prudentissimus Maro, expressit in Haleso; de quo paulò mox opprimendo ita scribit:*

Iniecêre manum Parcæ, telisq; sacrarunt
Euandri.

In quo item diuini humaniq; iuris proprietatem esse exsecutum, adnotauit Macrobius. Quippe ex manus iniectione mancipium designauit: & sacrationis vocabulo, diuini iuris obseruantiam impleuit.

DOM. NON aliter sociûm virtus coit omnis in vnũ, Teq;

 iuuat,

iuuat Palla.] *Compleuit parabolam. sic enim vota Pallantis iuuabantur, sociorum accedente consensu.* SED bellis acer Halesus Tendit in aduersos.] *Sic enim audet, qui propriâ virtute confidit; vt ire non vereatur in plurimos, & contrà venientes.* SE'QVE in sua colligit arma.] *Totum se scuto communijt, propter vim plurimorum.* Hîc mactat Ladona, Pheretaq;, Demodocumq;.] *Illo in loco tres istos mactauit. Ecce, propter quod dixit Bellis acrem, seq; in sua arma collectum: vt & fortem ostenderet in dimicationibus, & peritum. Vnus & solus quot mactauit? nam & hoc verbum ad exponendam virtutem hominis additum est: quippe tale est,* Mactat: *Quale fuit, quum sacra Aeneas redderet. nam sic positum est;* Tibi, maxima Iuno, Mactat sacra ferens: *vt ostenderet, ad vicem animalium mutorum, quæ in sacris sine reluctatione mactantur, inertes occisos. Nec solùm hîc; sed multis locis inuenimus* Mactat *similiter positum: quum occisa pecora significantur.* STRYMONIO dextram fulgenti diripit ense, Elatam in iugulum.] *Strymonius elatâ manu, quum vellet gladium in Halesi iugulum figere, præuentus ab eo, ipsam dexteram perdidit.* SAXO ferit ora Thoantis, Ossaq; dispergit, cerebro permixta cruento.] *Non insidijs oppetitus est: sed tantùm iners fuit; vt venient saxum in faciem suam non præuidisset. quo ictu omne eius comminutum est caput; vt cum ossibus cerebrum sanguisq; commixta sint.* FATA canens genitor syluis cælarat Halesum.] *Cognito pater, quid Haleso filio inimica fata portarent, syluis absconderat; ne inuentum perimerent.* VT senior letho canentia lumina soluit, Iniecêre manum Parcæ, telisq; sacrarum Euandri.] *Sed quum sollicitum senem longo ætas traxisset in mortem; deficiente piâ custodiâ destituto intulerunt fata violentiam, quam parauerant; & Euandri telis tradiderunt iugulandum.* QVEM sic Pallas petit antè precatus.] *Factâ est hîc nonnulla obscuritas: quia iunxit* Petit & precatur. *quasi vtrumque ad deprecationem pertineat. quod non ita est.* Petit *etenim telo, dictum est: non verbis. Sic, inquit, eum petit telo. appetens eius salutem: emissis antea precibus, vt futuro facto diuinum prouideret auxilium. Quantum huic virtuti datur: vt occidi non posset; nisi percussor eius dei iuuaretur auxilio!* DA nunc, Tybri pater, ferro, quod missile libro, Fortunam, atque viam duri per pectus Halesi.] *Rogat Pallas regionis suæ deum; vt duo præstaret quæ mortem facerent inimici: fortunam, vt perueniret ictus; & viam, hoc est, aditum plagæ. quo modo suprà dixit:* Seque in sua colligit arma. *Proinde corpus tectum penetrari non poterat.* HÆC arma, exsuuiasq; viri, tua quercus habebit.] *Arma, quibus ille securus dimicat, quibusq; munitus est, consecrabo arbori tuæ: hoc est, armis atque exsuuijs eius, trophæum suspendam in luco tuo.* AVDIIT illa deus.] *Illa scilicet quæ tenuit deprecatio. Ecce iam præstatur via, vt esset occasio feriendi.* DVM texit: Imaona Helesus Arcadio infelix telo dat pectus inermum.] *Quia extrema illa fata debebantur, quæ cautus ac diligens precatus erat pater: quum alium cupit à morte defendere; seipsum nudato pectore opportunum tradidit morti. Ecce præstitum est Pallanti, quod deprecatione complexus est: vt videretur nudum hominis pectus; & via, quâ perire potuisset; & fortuna, vt ictus haberet effectum.* AT non cæde viri tantà perterrita, Lausus, Pars ingens belli, sinit agmina.] *Nec Lausum terruit istius cædis exemplum, aut agminis multitudo: licèt cecidisset vir tantæ fortitudinis, in cuius salute pars ingens fuerat belli, hoc est, securitas.* PRIMVS Abantem Oppositum interimit, pugnæ nodumque moramque.] *Lausus occidit Abantem, qui pugnæ tanquam obex oppositus, impedimentorum nexus tenebat & moras. Propter dijciendum istum, qui moras & impedimenta præstabat, ne cæteri cæderentur, dixit* Agmina prætermissa: *isto autem occiso, patuisse in cæteros viam, & omnes morarum nodos vnius interitu dissolutos. Deinde sequitur:* STERNITVR Arcadiæ proles; sternuntur Hetrusci; & vos, ô Graijs imperdita pectora Teucri.] *Cum Arcadibus atque Hetruscis, sternebantur & Troiani, qui superstites belli calamitates euaserant.* A

AGMINA concurrunt, ducibusque & viribus æquis.] *Concurrere, est agmina currendo miscere. Item Concurrere, est pugnare aduersus alium, & pari pugnantem. In nullo, inquit, fuerat motus: cùm in exercitibus fuit æqualis virtus, & in ducibus fortitudo consimilis.* EXTREMI densant acies.] *Qui in extremo agmine fuerant, densabant se: qui enim densi constiterint, melius tuti sunt.* NEC turba moueri Tela manusque sinit.] *Tanta fuit multitudinis constipatio: vt nec manus quisquam, nec tela mouere potuisset.* PALLAS hinc instat & vrget: Hinc contrà Lausus: nec multum discrepat ætas.] Instat & vrget, *& ad Pallantem pertinet, & ad Lausum. Magnâ autem librâ ætates eorum descripsit. Primò non dixit, quot essent annorum; cùm natales vtriusque non nouisset: nec dixit ætatum ipsarum definitam distantiam; nec qui alterum numero præiret. Tantùm inter ætates, inquit, amborum non plurimum fuit.* EGREGIA formâ.] *ad omnes pertinet laus ista formæ, & talis intelligi potest, qualis Euryali fuit, de quo dixit:* Et pulchro veniens in corpore virtus. B

SED quîs.] *Hoc est, sed quibus.* FORTVNA negârat In patriam reditus.] *Ambo enim mox fuerant morituri, quod futurum idcirco prædixit Poëta; quum non liceret aliter, propter ordinationem carminis sui.* IPSOS concurrere passus Haud tamen inter se magni regnator Olympi.] *Quum pro suis partibus starent; non permisit Iupiter inter se confligere.* MOX illos sua fata manent maiore sub hoste.] *Seruabantur enim, vt sub hoste maiore procumberent: alterum enim Turnus; alterum Aeneas occidit.* INTEREA soror alma monet succurrere Lauso Turnum; qui volucri curru medium secat agmen.] *Dum talia gererentur; Iuturna admonuit Turnum, vt Lauso succurreret: qui turbidus illo tempore, volucri curru medium agmen secabat. Volabat, inquit, curru, & tanti agminis nullo tenebatur impedimento: ita cedebant omnia properanti.* VT vidit socios, tempus desistere pugnæ.] Vidit, *bis accipiendum: vt sit, Vidit socios; vidit & tempus. Vt ad socios (inquit) venit, & vidit quid ageretur; scilicet quòd in præsenti esset Pallas: tempus opportunum nactus, vt conquiesceret pugna.* SOLVS ego in Pallanta feror: Soli mihi Pallas debetur: cuperem ipse parens spectator adesset.] C *Solus, inquit, ibo in Pallantem: soli enim mihi eius debetur interitus: ego ab ipso debitum supplicium petam. atque vtinam pater eius præsens esse potuisset; vt videret orbitatem suam; videret, quem Troianos suscipiendo contempsit. Loquitur, quasi iam sperata perfecisset.* Vellem, *ait,* ipse parens. Ipse, *non dubium est, quanta significet. Ipse, amator scilicet hostis mei: ipse, qui aduersario meo procurauit auxilia: ipse, qui tantum fauit inimico; vt etiam filium, quem vnicum habuit, in augmentum auxiliorum daret. Si spectator adesset ipse; probaret virtutem meam: ipse suis oculis cerneret orbitatem suam, & omne generis ac posteritatis suæ nomen extinctum: ipse non audiret interitum filij, sed cerneret: vreretur videndo funus suum; & pœnas animo & corpore daret. Hîc quoque Vergilius firmat, grauiora esse mala, quæ perpetrantur apud videntes; aliquantò verò leuiora, quæ audiuntur.* HÆC ait: & socij cesserunt æquore iusso.] *Cùm iussionis fine præcepta completa sunt: cesserunt omnes socij; vt pateferet spatium.* AT Rutulûm abscessu, iuuenis tum iussa superba Miratus.] *Autoritatem iubentis ac superbiam miratus est Pallas; quam probauit in abscessu Rutulorum.* STVPET in Turno.] *Et hoc magis in Turno stupuit, quòd sic obsequenter auditus est.* CORPVSQVE per ingens Lumina voluit, obitq; truci procul omnia visu.] *Inimicis oculis singula inimici membra perpendebat.* TALIBVS & dictis it contra dicta tyranni.]

Vio.

A *Vt ostenderet Pallas, verbis Turni se non esse deterritum; sic contrà respondit:* Aut spolijs ego iam raptis laudabor opimis, Aut letho insigni. forti pater æquus vtrique est. TOLLE minas.] *Quia dixit; Contra dicta tyranni talibus respondit; exponit in responsione Pallantis, quid sit contra eius sententiam. Turnus quippe in eo ponebat, ex morte Pallantis, gloriam suam: vt pater eius orbitatis supplicia penderet. Quod igitur pro magno habuit Turnus; Pallas respondendo vacuauit. dixit enim, duo, quæ sperantur in pugnâ, facere pro partibus suis: atque ex his, quod euentus afferret, laturum æquo animo patrem. Quæ autem sint duo ipsa; cum suis commodis disserit. Aut occidam te, inquit: & habebo de morte tuâ maximam spoliorum & victoriæ gloriam: aut si aduersa occurerint; ero insignis inter cæteros viros fortes, quos conditio fortunæ aduersantis inuenit. Certè, inquit, quicquid acciderit, feret pater meus: qui scit, esse gloriosum, vincere; & non indecorum, occumbere in campo dimicantem. quippe ille genuit virum fortem; & vtrique fortunæ commisit, paratum animum ad omnes euentus gerit: quapropter frustra spargis minas, ac vanos*
B *inanesq; terrores.* FATVS, mediũ procedit in æquor.] *Qui in medium campum procedit, quum separatus à suis porrò accedit; ostendit se nihil metuere.* FRIGIDVS Arcadibus coit in præcordia sanguis.] *Quum hoc Pallas fecisset: obriguit sanguis sociorum eius; & recedens ex toto corpore, ad singulorum præcordia reuocatus est. Hoc vult dicere; quòd propè exanimes starent: videbant enim, impar fore certamen.* DESILVIT Turnus bijugis: pedes apparat ire Cominùs.] *Tanta in Turno fuerat spes vincendi certa: vt, relictis curru & bijugis, quibus fidebat, pedes cominùs certare maluisset.* VTQVE leo, speculâ cùm vidit ab altâ Stare procul campis meditantem in prælia taurum, aduolat: haud alia est Turni venientis imago.] *Ficta per parabolam species, pro personis, & facto. sic enim Turnus desiluit bijugis: quomodo leo aduolat, quum in campo viderit taurum prælia meditantem. Turnum comparat leoni; Pallantem tauro: vt ex hoc iam prævidere possit, cuius dicturus sit prouenisse victoriam. Adiecit,* meditantem prælia: *quia & Pallas tunc primùm belli certamina cœperat meditari.* HVNC vbi contiguum missæ fore credidit hastæ, Ire prior Pallas: si quà fors adiuuet ausum Viribus imparibus: magnumque ita ad æthera fatur.] *Pallas vbi processit, vt dictum est, & se à suis progrediendo discreuit; & medium, quod inter se & Turnum remanserat, spatium ratus est ictus posse efficere, & hostem iaculo posse contingi: Ire voluit prior; ne fortè virtute imparem, aliquâ ratione iuuare posset fortuna. Proinde fundendam credit precem: vt fauore rogati numinis faceret; quod humanâ virtute, & adhuc paruâ, complere non poterat.* PER patris hospitium, & mensas, quas aduena adisti. Te precor, Alcide, cœptis ingentibus adsis.] *Non illum conuenit, vt deum: sed conuenit vt hospitem patris. recepisse enim hospitio venientem solum, incognitum peregrinum: suscepisse domi, ac omnem humanitatem præbuisse: communicâsse mensas; vbi omnis religio, amicitiaq; firmatur: quanti est meriti? quasi illud diceret, quod in euidenti est noscere: Etsi deus factus es meritis tuis: fuisti tamen aliquando homo; fuisti hospes patris mei; fuisti conuiua; habes, vbi vicem reddas. Post deprecationis necessarium contextum, subnectit summam petitionis suæ.* CERNAT semineci sibi me rapere arma cruenta, Victoremq; ferant morientia lumina Turni.] *Videat me moriens Turnus, sibi rapere arma sanguine suo profusa: &, antequam mors plena eius oculos claudat, victorem ferat, quem crediderat periturum.* AVDIIT Alcides iuuenem: magnumque sub imo Corde premit gemitum, lachrymasq; effundit inanes.] *Audiuit Alcides rogantem: & in quo, fatis obstantibus, prodesse perituro non posset, ingemuit & fleuit. Effundit inanes lachrymas, aitque periturum iuuare non possent.*

SER. STAT sua cuiq; dies.] *Sectis Philosophorum poëtæ, pro qualitate negotiorum, semper vtuntur: nec se vnquam ad vnum alligant; nisi quorum hoc*
C *propositum est: vt fecit Lucretius, qui Epicureos tantùm secutus est. Scimus autem, inter se sectas esse varias. Vnde fit, vt in vno poëtâ aliqua contraria inueniamus: non ex ipsius vitio, sed ex varietate sectarum. Illud namque, quod ait in quarto;* Sed misera ante diem: *Epicureorum est; qui casibus cũcta concedunt. Nunc quod dicit;* Stat sua cuique dies: *Stoicorum est; qui dicunt, fatorum statuta seruari. Sanè prudenter fecit, vt fluxam & vagam opinionem Epicureorum daret homini, id est, sibi, (nam illud ex personâ poëtæ dictum) hanc autem validam daret Ioui. nam Stoici, & nimiæ virtutis sunt, & cultores deorum.* Stat *autem: Fixa est.* Dies *verò: Tempus vitæ. nam fœminino vsus est genere. Nam cùm masculino dicimus; reuerâ diem significamus. sanè prudenter, negaturus, à causâ cœpit: quia, qui rogat, dum suspensus exspe-*

Tùm genitor natum dictis affatur amicis:
Stat sua cuiq; dies; breue & irreparabile tempus
Omnibus est vitæ. sed famam extendere factis,
Hoc virtutis opus. Troiæ sub mœnibus altis
Tot nati cecidère deûm: quin óccidit vnâ
Sarpedon, mea progenies. etiam sua Turnum
Fata vocant, metasq; dati peruênit ad æui.
Sic ait, atque oculos Rutulorum reijcit aruis.
At Pallas magnis emittit viribus hastam,
Vaginâq; cauâ fulgentem diripit ensem.
Illa volans, humeris surgunt quà tegmina summa,
Incidit, atque viam clypei molita per oras,
Tandem etiam magno strinxit de corpore Turni.
Hîc Turnus ferro præfixum robur acuto
In Pallanta diu librans iacit, atque ita fatur:
Aspice, num mage sit nostrum penetrabile telum.
Dixerat: ac clypeum, tot ferri terga, tot æris,
Cùm pellis toties obeat circumdata tauri,
Vibranti cuspis medium transuerberat ictu;
Loricæq; moras, & pectus perforat ingens.
Ille rapit calidum frustra de vulnere telum:
Vnâ eâdemq; viâ sanguisq; animusq; sequuntur.
Corruit in vultus: sonitum super arma dedère:
Et terram hostilem moriens petit ore cruento.
Quem Turnus super assistens, sic ore profatur.
Arcades hæc, inquit, memores mea dicta referte
Euandro: qualem meruit, Pallanta remitto.
Quisquis honos tumuli, quicquid solamen humandi est,
Largior: haud illi stabunt Aeneia paruo
Hospitia. & læuo pressit pede, talia fatus,
Exanimum; rapiens immania pondera baltei,
Impressumq; nefas. vnâ sub nocte iugali

ctatione est; potest audire causam, cur sibi postea negatum sit. Cæterùm, si statim neges; nec admittit excusationem. ideò negaturus Iupiter, sic cœpit. BREVE tempus vitæ.] *Quia quãdoq; finitũ. Ipse paulò pòst;* Rhœbe diu (res si qua diu mortalibus vlla est) Viximus. *Item Cicero:* Quid est enim hoc ipsũ diu, in quo est aliquid extremum? OMNIBVS est.] *Magna consolatio, quæ ostendit, nõ esse dolēda communia. Quis enim indignetur cõtingere sibi, quod omnium est?* SED famam extendere factis.] *Contra illud, quod occurrebat: vitanda esse ardua: si communis omnibus mors esset, breuis vita: dicit ideò amandas esse virtutes, vt vitæ breuitas, famâ & gloriæ meritis possit augeri.* OPVS.] *Officiũ.* NATI deũ.] *Vt Achilles Thetidis, Memnon Auroræ, Martis Ascalaphus.* SARPEDON.] *Secundùm Vergilij declinationẽ; vt,* Nothũ Sarpedonis alti; *Vltima habebit acentũ in nominatiuo. secũdùm Homerũ, q & Sarpedonos & Sarpedontos facit: & vlti-*

Digitized by Google

& vltimæ & penultima syllaba habet accentũ. ETIAM sua Turnum.] *Multi etiam legunt, vt sit ecce: & pertinet ad consolationem. Nam sic ait: Periturus est ille, qui vincit.* METAS.] *Fines: vt in Primo:* His ego nec metas rerum, nec tempora pono. PERVENIT.] *Benè ad exprimendum celerem mortis aduentum, præterito vsus est tempore.* RVTVLORVM reijcit aruis.] *Respiciendo fecit partem feliciorem. vt in Secundo:* Aspice nos, hoc tantùm. *quidquid*

Cæsa manus iuuenum fœdè, thalamiq; cruenti:
Quæ bonus Eurytion multo cælauerat auro.
Quo nunc Turnus ouat spolio, gaudetq; potitus.
Nescia mens hominum fati, sortisq; futuræ,
Et seruare modum, rebus sublata secundis.
Turno tempus erit, magno cùm optauerit emptũ
Intactum Pallanta; & cùm spolia ista diemq;
Oderit. At socij, multo gemitu lachrymisq;,
Impositum scuto referunt Pallanta frequentes.
O dolor atq; decus magnum, rediture, parenti!
Hæc te prima dies bello dedit, hæc eadem aufert:
Quũ tamen ingẽtes Rutulorum linquis aceruos.
Nec iam fama mali tanti, sed certior author,
Aduolat Æneæ: tenui discrimine lethi
Esse suos; tempus versis succurrere Teucris.

enim Iupiter videt, admodum iuuat. REIICIT.] *Re naturaliter breuis est: & eam pro longâ posuit. Sic alibi:* Reijce, ne maculis infuscet vellera pullis. *quod licet possit excusari: quia cùm facit* RE.ECI, *inter duas vocales* I *posita, producit superiorem; vt dicamus longam eam esse; siue quia per declinationem longa futura est. tamen, quia in hac re argumentum magis est, quàm ratio: dicamus ectasin factam, quæ poëtis plerunq; conceditur.* FVLGENTEM diripit ensem.] *Ne iacto telo inermis esset.* VIAM molita.] *Hoc est, cum difficultate quæsiuit. per quod & soliditas clypei, & minùs firmus hastæ iactus ostenditur.* STRINXIT.] *Tactu modico prateriji: ita enim ab antiquis dicebatur. & est significatio leuis vulneris.* FERRO præfixũ robur.] *Periphrasis hastæ.* NVM mage sit.] *Legitur &,* nunc magis est. *vnus tamen est sensus. Sed si* Mage *legamus, propter metrum dictum est, pro Magis: sicut etiam Pote, pro Potis. Persius:* Qui pote vis dicã, nugaris cùm tibi Calue? *Quod adeò in vsum venit, vt etiam in prosâ inueniatur. Cicero in Verrinis:* Mage condemnatum hominem in iudicium adducere nõ posse. PENETRABILE.] *Pro, Penetrale, dicitur. nam quod penetrat, penetrale dicitur: quod autem penetratur, Penetrabile.* TOT ferri terga.] *Non dicit, quot terga, sed multa.* CVM pellis.] *Quidam* pellis *humiliter dictum accipiunt.* CVSPIS ingens.] *Ita accipiendum; ne sit incongruum de puero,* Ingens pectus. *Sanè* Cuspidem *abusiuè, pro hastæ mucrone posuit.* ET pectus perforat.] *Hic subdistinguendum: vt* ingens *(sicut diximus) ad superiora possit referri.* ANIMVSQVE sequuntur.] *Animus, pro animâ. nam animus, consilij est: anima, vita. Quidam, secundùm Epicureos Animam per totum corpus diuisam esse volunt; & exinde posse fieri, vt quis, amputatâ parte corporis, viuat: Animum verò esse τὸ ἡγεμονικὸν animæ, sine quo viuere non possumus. Ergo secundùm sectam sibi notam Poëta locutus est.* SONITVM super arma dedêre.] *Homeri est: ἀράβησε δὲ τεύχε᾽ ἐπ᾽ αὐτῷ.* REFERTE Euãdro.] *Potest & hic distingui: potest & suprà referri, vt sit, Euandro remitto, qualẽ meruit filiũ.* QVIDQVID.] *Pro, quodcunq. Plautus in Baccidibus:* Quidquid est nomen sibi. SOLAMEN humandi est.] *Solatium, dolentis scilicet patris. Quia hoc solatium viuorum est, humare defunctos.* STABVNT.] *Constabunt. Hoc ergo dicit: Non paruo periculo constabunt Aeneæ hospitia. & est prouerbialis sensus.* BALTEI.] *Potest & synæresis esse,* Baltei: *potest & hypermetrus versus esse; nam sequẽs à vocali inchoat.* Balteus *autem, in numero singulari, masculini est tantùm generis. Iuuenalis:* Balteus & tunicæ cristæ. *In numero verò plurali, & neutrius est: vt idem Iuuenalis,* Quotiens rumoribus vlciscuntur baltea. IMPRESSVMQVE nefas.] *Insculptum nefas Dardanidum. Donatus tamen,* Impressum *dicit, coactum: quod à patre sunt compulsæ facere. Sanè fabula talis est. Aegyptus & Danaus, fratres fuêre Beli filij: Ex his Danaus quinquaginta filias habuit, & Aegyptus totidem filios. Sed cùm inter eos contentio de Memphidis imperio fuisset, multis sæpè adductis contentionibus, Danaus fratri Aegypto cessit imperio, ipse verò ad Peloponnesum pergens, cuius ciues, ubi rex factus, à suo nomine Danaos appellauit. Quod cùm Aegyptum momordisset; veritus, ne Danaus de filiabus per generos & nepotes auxilia conquireret, fraude conceptâ, filijs suis fratris filias in matrimonium postulauit: quas Danaus, dolorem animi retinens, mox promisit. Sed cùm factæ essent nuptiæ, sponsæ omnes sponsos suos, monitæ patre Danao, nuptiali nocte necauerunt. Sola Hypermnestra, seruato Lynceo, fugam dedit: qui pòst adeptus, patruum Danaum interemit. Hæ Danaides apud Inferos hanc pœnam habuisse dicuntur: vt in dolium pertusum aquam mittant.* NEFAS.] *Declinatione caret.* SVB nocte.] *Pro, in nocte.* BONVS Eurytion.] *Laus ab artifice: vt,* Mirâ quem fecerat arte Lycaon. *Item,* Diuini opus Alcimedontis. B CALAVERAT auro.] *Non, aurum cælauerat: sed, in auro.* OVAT.] *Iactat, gloriatur. & est ordo: quo spolio potitus, ouat gaudetq.* NESCIA mens hominũ.] *Hoc ad Turnum pertinet. Quia propter hunc periturus est balteum, quem nunc se sustulisse lætatur.* SERVARE modum.] *Nunquam nescimideò nec seruare modum.* SVBLATA.] *Elata.* MAGNO cùm optauerit emptum.] *Magno emptum, scilicet precio. Sic & alibi,* Et magno mercẽtur Atridæ. *sensus autem talis est: Erit tempus, quo Turnus optabit quouis precio redimere, ne ipse Pallantem occidisse videatur.* MVLTO gemitu.] *Lacrymis. minùs est hic, cũ.* O dolor, atque decus.] *Duos hos versus plerique à poëtâ dictos volunt. Alij à socijs, qui reportant cadauer.* Dolor *autem, propter illud;* Hæc te prima dies bello dedit, hæc eadem aufert. Decus, *propter illud;* Cùm tamen ingenteis Rutulorum linquis aceruos. CERTIOR author.] *Idest, nuntius verus.* ADVOLAT Æneæ.] *De morte Pallantis scilicet. vt postea inferantur, quæ præterea addit.* TENVI discrimine lethi.] *Modico mortis interstitio. per quod magna Pallantis virtus ostenditur: quo interempto, omnis est in fugam conuersus exercitus.* C VERSIS.] *Fugatis.*

STAT sua cuique dies.] *Verba Iouis ad Herculem, de immortalitate fatorum. vt Silius:* Extremumque diem primus tulit. *Epicurei casibus asscribunt omnia. Stoici fato. Seneca libro decimo, in hanc sententiam:* De futuris cogita. naturas rerum mutare non possumus, sed animum, quo fortiter fortunam patiamur. optimum est, pati, quod emendare non possis. Cleanthes Iouem his versibus allocutus est, vt etiam Cicero meminit: Duc ô parens, cœlestisque dominator poli, Quocunque placuit, nulla parendi mora est, Assum impiger: fac nolle, comitabor gemens: Malusque patiar facere, quod licuit bono. Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. Sic viuamus, sic loquamur, vt paratos nos inueniat atque impigros fatum. hic est magnus animus: pusillus verò & degener, qui obluctatur, & de ordine mundi malè existimat. DIES.] *fœminino genere, pro tempore non constituto: masculino, pro tempore duodecim horarum; vt Pedianus meminit.* TOT nati deûm cecidêre.] *vt Achilles Thetidis, Memnon, Auroræ, Ascalaphus, Martis.* SARPEDON.] *vt diximus, è progenie Iouis, rex Lyciorum.* AT Pallas.] *pugna Pallantis cum Turno.* ASPICE.] *Loquitur Turnus.* CVSPIS.] *telum missum à Turno, perforauit clypeum & loricam & pectus Pallantis.*

POM. Sabi.

A lentia. ARCADES.] *Turnus victor loquitur.* MERVIT] *habere pater.* BALTHEI.] *Turnus sustulit balteum Pallanti, & fuit caussa cadis suæ. In baltheo impressa erat fabula filiarum Danai, quæ interemerunt maritos, id est, sobrinos, filios Aegypti.* CLONVS.] *filius Euryti sculptor fuit optimus: & calauerat balteum.* QVO nunc.] *Loquitur poeta.* SVBLATA.] *mens humana elata.* TVRNO tempus erit.] *tempus erit, quo pœnitebit, Turnum, intermisse Pallanta.* MAGNVM.] *egregiè se gessit.* HAEC te prima dies.] *Loquuntur, qui Pallanta ferebant. Alij volunt loqui Poëtam, in insectationem Pallantis.*

VAR. Lect. ETIAM sua Turnũ Fata vocant.] *In libris aliquot,* Manent *legitur. sed* Vocant *magis placet: quia magis facit ad consolationem, si pœna non differatur. &* Vocant, *instare significat.* FVLGENTEM diripit ensem.] *In Roman. lib.* Deripit, *more suo; vti superius.* HVMERI surgunt quà tegmina summa.] *In nonnullis libris,* Humeris *habetur. Et pro* Summa, Prima *legitur in Roman. lib.* TOT ferri terga] *In antiq. lib. reperitur* Cùm, *non* Tot. VIBRANTI cuspis medium.] *In aliquot* Vibranti medium cuspis. DE vulnere telum.] *In Romano legitur,* De pectore.
B SANGVIS'QVE, animusq;.] *In Rom lib.* Sanguis animusq;. CORRVIT in vultus.] *In Oblongo lib.* Cõcidit *legitur.* QVEM Turnus super.] *In Romano libro versus est integer, his additis,* Sic ore profatus. QVAE bonus Eurytion. *In antiquis* Eurytides *est. Epitheton illud* Bonus *variat: nam alij* Clonus: *alij* Clonius: *alij* Conus *legunt.* DOLOR, atq; decus magnum rediture parenti.] *In Rom lib.* Parentis *legitur.* SVCCVRRERE Teucris.] *In Romano libro,* Succedere *legitur.*

DON. TVM genitor natum dictis affatur amicis.] *Dolentem filium Iupiter consolabatur dictis suis. Vnde Vergilius pro loco ostendere voluit, nullum deum contra fatorum sententiã aliquid posse præstare: cùm nec Hercules prodesse posset Pallanti, nec Iupiter cuiquam subuenire.* STAT sua cuiq; dies: breue & irreparabile tempus Omnibus est vitæ.] *Inducit ex generalitate consolationem; pertinentẽ tamen ad specialem caussam. Vnicuiq; ait, stat sua dies: hoc est, decreta & semel adscripta.* BREVE & irreparabile tempus Omnibus est vitæ.] *atque hoc ipsum viuendi tempus angusto clauditur fine: &, quum fuerit lapsum, non potest reparari.* SED famam extendere factis, Hoc virtutis opus.] *Proinde,*
C *quia vita hominum breuis, & sine reparatione: humana industria reperit, vt virtus extendat memoriam: quæ alio genere, inuidente naturâ, non valuit dilatari. Ab exemplis auget consolationem, & à maiori ad minus.* TROIAE sub mœnibus altis Tot nati cecidêre deûm.] *Si, inquit, aliquid mutari potuisset: tot deorum filij non morerentur in Troiâ.* QVIN occidit vnâ Sarpedon, mea progenies.] *Hæc probatior assertio fuit: quum ipse Iupiter, qui diuina omnia humanaq; moderatur & regit, dicit, se filio suo, ne periret in Troiâ, prodesse nequisse. ac per hoc ait: Nec Sarpedon illic occumberet, filius meus, si fatorũ cursum ipse mutare potuissem.* ETIAM sua Turnum Fata vocant, metasq; dati peruenit ad æui.] *Per occasionem lethi Pallantis, ostẽdit, etiam Turnum, iam fatis vrgentibus, periturum: quum eum dicit ad vitæ suæ metas peruenisse. qui hoc genere solaretur dolentem; si interfector Pallantis mox esset secuturus occisum.* SIC ait; atque oculos Rutulorum reijcit aruis.] *Et dictis finem fecit; & ad arua Rutulorum reiecit oculos suos. Quid enim prodesset, videre eum, cui non potuit ope aliquâ subueniri?* AT Pallas magnis emittit viribus hastam, Vaginâque cauâ fulgentem diripit ensem.] *Simul duo facit, ad necem Turni necessaria: hastam misit, & eduxit vaginâ gladium: vt, si hasta optatum non tenuisset euentum, mox illo parato mucrone, plenum de hoste supplicium reportaret.* ILLA volans, humeri surgunt quà tegmina summa, Incidit, atq; viam clypei molita per oras, Tandem etiam magno strinxit de corpore Turni.] *Hasta quum volaret, sic cecidit: vt per summas oras clypei, qui tegebat humeros Turni, post aliquantulas moras, viam in corpus hastile reperiret: non solùm traiectis munimentis; verumetiam vulnerato ipso, qui se plurimùm præferebat.* HIC Turnus ferro præfixum robur acuto In Pallanta diu librans iacit, atque ita fatur.] *Turnus, vbi ex vulneris caussâ violentior factus est; hastam diu librans in Pallanta iecit. Contemplatus diu, vbi Pallantem opportuniùs ferire debuisset; simul hæc prosecutus est verbis:* ASPICE, num mage sit nostrum penetrabile telum.] *Proba, inquit, exitio tuo, cuius magis sit penetrabile telum: hoc est, tuum, an meum.* DIXERAT: At clypeum, tot ferri terga, tot æris, Quum pellis toties obeat cirumdata tauri, Vibranti cuspis mediũ transuerberat ictu, Loricæque moras, & pectus perforat ingens.] *Hastam dixit in scutum Pallantis fortissimo ictu peruenisse. atq; vt meliùs probaret hoc ipsum; scuti firmitatem priùs voluit nosci. Quum multa, inquit, scutum terga habuisset, æris & ferri, corioq; esset circumdatum plurimo: sic tamen perfossis omnibus, & loricæ dissolutis impedimentis, pectus Pallantis, quasi nihil obstitisset, plenâ virtute præruptum est. Quod in medio posuit; nos ponamus in capite, & in medio: & erit nulla confusio. Quum clypeum, quem Pallas gestabat, tot ferri terga, tot æris, ambirent; quum pellis tauri toties ora eius circumdaret: sic tamen euictis omnibus, ingens pectus hasta veniens patefecit.* ILLE rapit calidum frustra de vulnere telum; Vnâ eâdemq; viâ sanguisq; animusq; sequuntur.] *Existimans Pallas, se auxilio fore, rapuit infixum telum corpore suo; ratus idipsum saluti retinendæ profuturum: sed id factum est frustra. nam educto telo, mox anima cum sanguine effusa est.* CORRVIT in vultus.] *Non reuolutus est moriens; sed in faciem concidit.* SONITVM super arma dedêre.] *Quum ille corrueret: non solùm cadens corpus eius; verùmetiam scutum, maximum sonum dedit.* ET terram hostilem moriens petit ore cruento.] *Ecce, vbi apertiùs demonstratum est; quia in faciem concidit. Occisus enim, premebat hostilem terram.* Cruento ore, *inquit: quia vnusquisque vulnere lethali percussus, etiam per os sanguinem fundit.* QVEM Turnus super assistens.] *Hoc est, super quem assistens Turnus.* ARCADES hæc, inquit, memores mea dicta referte Euandro: qualem meruit, Pallanta remitto.] *Insultans Turnus, & victoriæ successu superbior factus: Tenete, inquit, Arcades, memoriâ verba mea, & retenta ad Euandrum ferte. Remitto ei filium suum: non qualem ipse optauit; sed qualem meruit.* QVISQVIS honos tumuli; quicquid solamen humandi est, Largior.] *Fieri non potuit, vt hostis, & Euandro & Pallanti infensus, pro malefactis beneuolentiam redderet. vnde sub imagine humanitatis, dum spontè patri reddit occisum, etiam patrias pœnas conatur exigere. Suprà enim professus est, quid animi gereret. nam dixit:* Solus ego in Pallanta feror; soli mihi Pallas Debetur: cuperem ipse parens spectator adesset. *Quod quia factum non est; alio genere cupiebat impleri: vt, qui cadentem filium spectare in campo non potuisset; in sedibus suis positus videret occisum. Leuiùs enim (vt suprà dictum est) dolemus, si audiantur mala: grauiùs verò, si videantur. Addidit.* Qualem meruit, Pallanta remitto, *vt euidentiùs appareret, non beneuolum illum gerere animum; sed amari hostis durum immaneq; commentum.* HAVD illi stabunt Aeneia paruo Hospitia.] *Paruis opibus rex, quæ sunt Troianorum fœdera, quod factum est, mox probabit, stare non posse. Hoc dictionis genere potuit intelligi, quòd spem gereret, etiam Euandrum persequendi: scilicet superatis Troianis, & auxilijs, quæ Aeneæ fuerant iuncta.* ET læuo pressit pede, talia fatus, Exanimem, rapiens immania pondera baltei.] *Et talia locutus, læuo pede corpus defuncti Pallantis pressit, rapiens vi grauissimi ponderis balteum. Ex-*

pressit

presiit ornatum detrahentis balteum. supra balteum enim iacebat defuncti corpus: nec extrahi potuit, nisi manus intentis iniisset pedibus. Auxilium habuit species ipsa: etiam proprium pondus, quod veniebat ex auro. Vnde apparuit, duplicem causam fuisse rapiendi: vnam, propter insigne victoriæ: alteram, propter speciei meritum, quod augebat auri taxatio, & artis industria. IMPRESSVMQVE nefas.] *Impressa in auro fuit admissi sceleris fabula, continens hæc:* VNA sub nocte iugali Cæsa manus iuuenum fœdè, thalamiq; cruenti.] *Magnum in hoc facto sceleris fuit exemplum. quod vsque adeò Poëtæ displicuit; vt acerbitatem eius diuersis exprimat rebus. à numero:* Vna, *inquit. à tempore:* Sub nocte. *ab affectu:* iugali. *Religionis coniugij tanta exstiterat vis! Ait ergo: quis speraret, nocte vnâ & prima quâ ad coniunctionem matrimonij perficiendam dulcior nulla est, scelus in sponsum, & iuuenes, virginum manum complere potuisse? Quis hoc non nefas appellet? quis scelus tam insigne gentibus referat? tot valentes ætate, fœmineis turpiter interemptos insidijs? deceptos reuerentiâ thalami: & circumuentos illic, vbi amores pij; non odia exsecranda virtutum?* QVAE bonus Eurytion multo cælauerat auro.] *Cælatura, nomen est artis: quæ illic interuenit, vbi substantia inest minor: vt latitudinem non multa species, sed producta in tenuiorem laminam, vestiat. In balteo isto regali, & cælaturæ opus concurrerat: sed plurimo ex auro; non vt in operibus ex paruo reiecta. Deniq; ipsa Turno exstitit causa rapiendi: quòd arte præstaret, & pondere.* QVO nunc Turnus ouat spolio, gaudetq; potitus. Nescia mens hominum fati, sortisq; futuræ, & seruare modum rebus sublata secundis!] *Hoc, inquit, spolio arbitrabatur factum se esse gloriosum, & lætabatur eo: ignarus suæ sortis & fati; quòd iam vrgeretur in mortem: quem in rebus secundis, & in altitudinem prosperam repentè sublatis, debuerit seruare modum, & aduersæ quoque fortunæ considerare conditionem.* TVRNO tempus erit, magno quum optauerit emptum Intactum Pallanta: & quum spolia ista diemq; Oderit.] *Gaudebat in præsenti; futuri nescius exitus sui: non prosperis rebus suis; sed inde magis, vnde lætabatur, aduersis. Faciebat hunc mentis errorem, imprudentia futurorum. Cæterum imminebat iam tempus; quo idem Turnus Pallantem optaturus esset incolumem; sumptibus magnis & ingenti precio reuocatum: quo spolia ipsa diemq; oderit; ipsumq; momentum, quo rapta sunt, fuisset osurus. Hæc proponendo, pronuntiabat Poëta, euasurum fuisse Turnum: si Pallanta non peremisset, aut balteo ipsius non fuisset accinctus. Interea, si quæramus causam descriptæ fabulæ, quæ auro baltei tenebatur impressa; nulla alia coniectura occurreret; nisi quia & ipse Turnus, in causâ non concessarum nuptiarum, fuerat moriturus.* AC socij multo gemitu lachrymisque, Impositum scuto, referunt Pallanta frequentes.] *Verus hic dolor expressus est: quum funus Pallantis multo gemitu, atque vberioribus lachrymis, frequentes prosecuti sunt socij,* SCVTO, *inquit,* referunt.] *quantus fuerat dolor, vt, quo defendi incolumis solet, portaretur occisus!* O dolor, atque decus magnum, rediture parenti.] *Duo proposuit: vtrisque respondit.* A

Dolor *enim, ad personam patris pertinet:* decus *verò, ad memoriam mortui. qui dixerat;* Aut letho insignis: *& qui scierit, gloriæ dari, si aduerso vulnere cadat in bello vir fortis. Denique, sequenti dictione ipse aperit Poëta, quid afferat dolorem, quidq; decus ostendat.* HAEC, *inquit,* te prima dies bello dedit; hæc eadem aufert.] *Pars ista pertinet ad dolorem. Ingemendum enim fuit, optimæ spei iuuenem eodem die oppressum; quo auspice est dimicationem ingressus. Ecce dicuntur partes gloriarum, propter maiorum consolationem; & vt ostendatur decus eius.* QVVM tamen ingentes Rutulorum linquit aceruos.] *Etsi, inquit, acerbum est, quòd cecidisti, dum fortiter facis: sic tamen incurristi vltimum fatum, multis hostibus in aceruum strage factâ coniectis. Addidit,* Aceruos ingentes: *vt cumularet laudem, quæsitam in aduersis, ex aceruorum numero infinito, & magnitudine generaliter positâ.* NEC iam fama mali tanti; sed certior author Aduolat Æneæ.] *Hoc malum non famâ, quæ solet nuntiare nonnunquam pro veris falsa; sed certo authore & nuntio, ad Aeneam fideliter venit: tantâ maturitate, vt ipsam quoque famam celeriter præuerteret. Addebat ille nuntius:* TENVI discrimine lethi Esse suos.] B *Hoc est, inter ipsos & mortem, modicum remansisse moræ discrimen.* TEMPVS versis succurrere Teucris.] *Tempus esse suggerebat, quo versis suis Aeneas idem subuenire debuisset. Benè temperauit,* Versis tempus succurrere: *quasi qui suadebat subueniendum: vt esset metus, & spei. facilè enim extingui possent, si nullus succurreret, vtpote versis: facilè verò euadere, interueniente maturo auxilio; cùm non ad plenum fuerint superati.*

STAT sua cuique dies; breue & irreparabile tempus Omnibus est vitæ. sed famam extendere factis, Hoc virtutis opus.] *Hoc carminis, primùm admonet nos breuitatis humanæ vitæ: deinde, quia mortales sumus, vt præclaris factis immortalitatem nobis comparemus; ne veluti pecora vitam egisse videamur.* IAM sua Turnum Fata vocant, metasque dati peruenit ad æui.] *Hoc innuemus, fieri non posse, vt diutiùs in vitâ permaneat; qui ad summam senectutem peruenerit.* NESCIA mens hominum fati, sortisque futuræ.] *Prorepimus omnes immortalitatem, incerti, quem simus vitæ exitum habituri, interim obnoxij malis omnibus.* NEC iam fama mali tanti; sed certior autor.] C *Cùm indicare volemus, post rumorem de re quapiam, sparsum incerto autore, allatum tandem verum nuntium: rectè accommodauerimus illud;* Nec iam fama mali tanti; sed certior autor. *Quemadmodum nuper hîc, cùm aliquandiu rumor perseuerâsset, extinctum in Hispanijs Philippum principem nostrum: rumori multis fidem non habentibus, redierunt tandem ex Hispanijs nobiles, & antiquâ fide viri, qui mortuum eum suis oculis vidisse affirmarent: ac tùm demum credidimus omnes: tùm demum charissimi Principis manibus vbertim fundere lachrymas, & singulis in vrbibus parentare cœpimus.*

SER. LATVMQVE per agmen.] *ordo est:* Latum limitem ardens agit, *Id est, facit. sic meliùs, quàm si dicas,* latum per agmen. *Et sic intelligamus, aut per ordinem, aut per hypallagen. nam & supra sic ait:* Hæc ego vasta dabo, & lato te limite ducam. PALLAS, Euander, in ipsis Omnia sunt oculis.] *Erat rectum; Pallas, Euander, mensæ, quas aduena primus Tunc adijt, dextræq; datæ, in ipsis omnia sunt oculis. Sed peritè scissa est narratio, per quam animus Aeneæ perturbatus ostenditur.* TVNC adijt.] *Quidam* tunc, *pro* Quondam *accipiunt.* QVATTVOR hîc iuuenes.] *Emphasis virtutis: quòd multos, quòd iuuenes, quòd armatos, quòd rapit. minus enim fuerat, si dixisset,* capit. *vnde in* XI. Vinxerat & post terga manus, quos mitteret vmbris Inferias. INFERIAS Quas immolet

Proxima quæq; metit gladio; latumq; per agmen
Ardens limitem agit ferro: te, Turne, superbum
Cæde nouâ quærens. Pallas, Euander, in ipsis
Omnia sunt oculis; mensæ, quas aduena primus
Tunc adijt, dextræq; datæ. Sulmone creatos
Quattuor hîc iuuenes, totidē quos educat Vfens,
Viuentes rapit; inferias quos immolet vmbris,
Captiuoq; rogi perfundat sanguine flammas.
Inde Mago procul infensam quū tenderet hastā:
Ille astu subit; ac tremebunda superuolat hasta;
Et genua amplectens effatur talia supplex.
Per patrios manes, & spes surgentis Iüli,
Te precor, hanc animam serues, natoq; patriq;.
Est domus alta; iacent penitùs defossa talenta

Digitized by Google

Cælati argenti: sunt auri pondera facti
Infectique mihi, non hîc victoria Teucrûm
Vertitur: haud anima vna dabit discrimina tanta.
Dixerat. Æneas contrà cui talia reddit:
Argenti atque auri memoras quæ multa talenta,
Gnatis parce tuis: belli commercia Turnus
Sustulit ista prior, iam tùm Pallante perempto.
Hoc patris Anchisæ manes, hoc sentit Iülus.
Sic fatus, galeam læuâ tenet, atque reflexâ
Ceruice orantis capulo tenus abdidit ensem.
Nec procul Æmonides, Phœbi Triuiæque sacerdos,
Infula cui sacrâ redimibat tempora vittâ;
Totus collucens veste, atque insignibus armis.

A molet vmbris.] Inferiæ, sunt sacra mortuorum, quæ inferis soluuntur. Sanè mos erat, in sepulchris virorum fortium captiuos necari. quod postquam crudele visum est; placuit gladiatores ante sepulchra dimicare: quia à bustis Bustiarij dicti sunt. CAPTIVO sanguine.] Pro, captiuorũ: vt, Captiui pendent currus. Item, Captiuaq; vestis Congeritur. & est, vt dictum est, speciosus ornatus. MAGO.] Datiuus est: vt suprà, Ilo namque procul. CONTENDERAT.] Aduersum iecerat. ILLE astu.] Astu, pro scientiâ bellicâ. SVBIT.] Subdidit, subsedit. PER patrios manes, & spes surgentis Iüli.] Per eas personas rogat, propter quas precatur. Et bene, vt in belli calore, breuiter omnes locos ad impetrandam veniam complectitur. PENITVS defossa talenta.] Multi enim diuitias suas obruebant. Vnde Horat. Quid
B iuuat, immensum te argenti pondus & auri Furtim defossâ timidum deponere terrâ? Sanè meliùs Infossa diceret, quàm Defossa: ad quod est metri necessitate compulsus. nam fugit dubiam syllabam. Et quidam volunt, tria genera argenti vel auri Poëtam complexum: signatum, factum, infectum. Signatum, quod in vasis & signis; vt, Celati argenti. Infectum, quod in massis: vt, Infectique mihi. atqui talentum non ad numerum solet, sed ad pondus referri: nisi fortè vsum temporis sui, heroicis temporibus Poëta voluerit applicare. Hic est locus Homeri. NON hic victoria Teucrũ vertitur. In meo scilicet interitu. Lucanus: Non pondera rerum, Nec momenta sumus. DABIT discrimina.] Dabit, aut compensabit; aut faciet: vt, Quas turbas dedit. Discrimen autem, differentiam circa euentum & victoriam. GNATIS parce tuis.] Talenta parce, per accusatiuum, Plautinè dictum: qui ait in Milite; Parce vocem. Qui in Vergilium declamationes scripsit, de hoc loco sic ait, ex personâ Aeneæ: Improbus es, qui aut regi dones, aut filios exhæredes. Parce autem, est, secundùm antiquos, serua: vt apud Luciliũ & Ennium inuenitur. Quòd autem dicit Gnatis; cum suprà dixerit, Gnatoque patriq;?
C Non est contrarium. nam Liberos etiam vnum dicimus filium; adeò vt etiam Terentius, Filiam, liberos dixerit, in Hecyra: Qui illum dignũ decreuerint, suos cui liberos committerent. vbi pater de filiâ ad vxorem loquitur. Ergo vsurpauit, respiciens ad liberos; vt gnatos de vno diceret. COMMERCIA.] Vicissitudines, facultatem ignoscendi; vel captiuorũ redemptionem. IAM tùm Pallante perempto.] Pro, iam tum cùm Pallantẽ peremit. HOC patris Anchisæ manes.] Idem sentire & patrem & filium dicit; quasi hoc commodum ad illos pertineat. NEC procul Æmonides.] Hoc nomen licèt possit esse patronymicum, quia in des exit; vt dicamus, Aemonis filius: tamen melius est, vt id proprium esse dicamus; quia nusquam aliud nomẽ eius, aut præmissum est, aut secutum. Ergo simile est patronymico: vt sit Aemonides, sicut Tydides. INFVLA.] Fascia in modum diadematis, à quâ vittæ ab vtráq; parte dependent: quæ plerunq; lata est, & plerunq; tortilis, de albo & cocco. INSIGNIBVS armis.] Asper sic legit, & vtitur Sallustij exemplo, qui ait: Equo atque armis insignibus. Probus verò, insignibus albis dicit legendum; vt albas vestes accipiamus, quæ sacerdotibus congruæ sunt: sicut Statius dicit de Amphiarao; Albaque purpureas interplicat infula cristas.

POM. Sab. CÆDE noua.] vt te interimas. EVANDER, in ipsis.] Commemorat beneficia gratitudo Aeneæ. MENSÆ.] primæ mensæ, quas adijt Aenea, fuêre Euandri. SVLMONE creatos] ab Sulmone, vrbe Latij. QVOS immolet vmbris] Mos fuit apud antiquos, in sepulchris magnatum mactare captiuos: & appellabant Inferias. Inferiæ, sacra mortuorum: à dijs inferis. HASTA.] quia non fecit vulnus. PER patrios.] Loquitur Magus Aeneæ. AVRI pondera.] massæ æneæ. ARGENTI atq; auri.] Aeneas loquitur. PARCE.] serua. COMMERCIA.] Commercium, dii ihi? vicissitudo ignoscendi. TVM Pallante.] tùm interemit illum. INFVLA.] velamenta sunt capitum sacerdotum, infulæ. INSIGNIBVS albis.] Asper legit. Insignibus armis: vt Sallustius; Equo atq; insignibus armis. ALBIS] scilicet vestibus albis, quæ sacerdotibus conueniunt: vt ait Probus.

VAR. Lect. PRIMVS Tunc adijt.] In Romano libro, Primum; in alijs quibusdam, Primas. INDE Mago procul infensam contenderet hastam.] In Romano libro, & alijs, ità legitur: Indè Mago procul infensam contenderat hastam. Est etiam, Contorserat. ABDIDIT ensem.] Roman. libr. legit, Applicat ensem. INFVLA cui sacrâ.] Romanus liber, Sacro legit.

DON. PROXIMA quæque metit gladio; latumque per agmen Ardens limitem agit ferro.] Quid faceret, qui properabat ad suos: & cui dictum fuerat, subueniendi tempus vrgere; & hostibus in medio positis transire non poterat? Quæ igitur proxima fuerant, metit gladio. Metere dicimus, secare falcibus segetem: quæ quum abscinditur, non resistit; & ferro tota fato facilè subiecta est. Et iste cædebat medios, non occidendi affectu, quum properabat; sed ardore transeundi. Idcirco addidit: LATVMQVE per agmen Ardens limitem agit ferro.] Quantæ fuit virtutis, pro infinitâ bellantium latitudine, aperire cæsorum funeribus viam, & incolumem transire per medios! TE, Turne, superbum Cæde nouâ quærens.] Occidendus fuit ante omnes, qui illo tempore causas tanti doloris inuexerat. Bene positum, Quærens. quum enim inter plurima, quod magis necessarium est, quæritur: negliguntur cætera, & remouentur in partem: vt ad id perueniatur inuestigando & scrutando, quod necessitatem inquisitionis inuexit. Quærebat igitur Turnum, occisi Pallantis causâ; & hunc de nouo, hoc est, exquisito supplicij genere, cupiebat inuenire. PALLAS, Euáder, in ipsis Omnia sunt oculis; mensæ, quas aduena primus Tunc adijt; dextræque datæ.] Voluebat Aeneas omnia in animo suo: ante eius oculos stabant vniuersa. Primus Pallas, quem bellis immaturum miserrimus crediderat pater: ætas adolescentis, & spes, vel quòd vnicus fuit. Euander pater scilicet orbatus filio: pater in occiduâ ætate deceptus; beneuolus hospes, humanus, vtilis, commodus largitor auxiliorum: in dãdo facilis, in prouidendo præcipuus. MENSÆ, quas aduena primus Tunc adijt; dextræque datæ.] communicatio mensarum, quas ei exhibuit in Herculis sacris: quas adijt primus; ad quas venit incognitus, quibusq; aduena, quum veniret, exceptus est. Horum quanta religio; quantùm mensis cæteris potior: quarũ reuerentiam humanitas hominis, & dei præsentis testimonium, duplicauerat? Iunctarum etiam dexterarum fides; iura initæ societatis, amicitiæq; sinè difficultate susceptæ. Hæc omnia diuisit, ne continuata fœdarent dictionis ornamentum: & interposuit; In ipsis omnia sunt oculis. Nos hoc ipsum ponimus in capite, vt ordinatio illustriorem faciat intellectum, hoc modo: In ipsis omnia sunt oculis; Pallas, Euander, mensæ, dextræq; datæ. vt hæc sint omnia, quæ ille ponebat ante oculos

ſuos, & præſentibus recenſebat. Sulmone creatos Quatuor hîc iuuenes; totidē quos educat Vfens, Viuentes rapit; inferias quos immolet vmbris, Captiuoq; rogi perfundat ſanguine flammas.] Sulmonis filios quatuor, & Vfentis totidem, hoc eſt, quatuor, ſicut viui fuerant, rapuit. In octo hominibus, non adductis, ſed raptis, quanta Aeneæ virtus oſtenditur! quantum obſequium, propter honorandam memoriam mortui? Hoc idcirco faciebat, vt hoſtium nece manes placaret occiſi; & captiuorum ſanguine rogi filij perfunderet flammas. INDE Mago procul infenſam contenderat haſtam: Ille aſtu ſubit, ac tremebunda ſuperuolat haſta. Poſteaquam illos rapuit viuos, haſtam miſit in Magonem. ſed quum illa altior euaderet: ille, per aſtutiam, humilem ſe fecit; & ſuperuolante iaculo ictum, quem fuerat accepturus, euaſit. ET genua amplectens effatus talia ſupplex.] Et quum, tranſmiſſâ haſtâ, Aeneam in totum euadere non potuiſſet; ad genua eius cum huiuſmodi prece confugit. PER patrios manes, & ſpem ſurgentis Iüli Te precor; hanc animam ſerues, natoque, patrique.] Duo deprecationis commoda tenuit: patris memoriam, & ſpem filij ſurgentis. Alterum, quod conſecratum eſſe apud Aeneam debuit, pium. Petiturus autem pro ſe, etiam filij ſui nexuit cauſam; propter quem viuere cupiebat. Rectè ſimilibus perſonis principia petitionis induxit. Si peperceris, inquit, mihi. ſeruabis me, & filium meum: proindeq; non vnum, ſed duos. Ecce, rogabat eum, cui filius eſſet; & nôſſet, quomodo poſſet exoriri detrimentum, ſi filius perderet patrem: vel quid boni, ſi liberari meruiſſet. Verùm, ne ſolæ preces impetrationem obtinere non poſſent, promittit & præmium. EST domus alta.] Hoc eſt, locuples & magnarum diuitiarum. Magna ars dicendi: vt, promiſſurus precium pro conſeruatione ſanguinis ſui, primo in loco oſtenderet, eſſe dandi ſubſtantiam. Fruſtra enim promittitur; vbi non ſuppetit, quod impendi poſſit. aut debeat in eo ipſo. Quum dici potuiſſe; Sed non tanta facultatum copia eſt, quæ redemptionem congruâ largitione poſſit implere: addidit; IACENT penitùs defoſſa talenta Cælati argenti.] Et obrutum dixit; vt magnam materiæ oſtenderet copiam: & ab arte duxit laudem; vt pulcherrimum demonſtraret. SVNT auri pondera facti, Infectique mihi.] Hoc eſt, in ſpeciebus & maſſis. De modo ac pondere nihil dixit: vt generalitas tantum coniecturæ tribueret; quantum forſitan depoſita non haberent. NON hîc victoria Teucrûm Vertitur: haud anima vna dabit diſcrimina.] Rationabilis perſuaſio; & complexa omnes partes, quæ ad optatos poſſent exitus prouocare. Prima, humanitatis fuit: ſequens, quæ ſponderet ex diuitijs affluentibus commodum. Quid ergo? ſi parcere, & ſumere, incommodum fuit? Occurrit deprecans, & ait: Victoria tua: non omnis nece conficietur; nec in vno conſiſtunt, quæ è diuerſo metuenda ſunt. DIXERAT.] finem ille ſuis precibus fecerat. ÆNEAS contrà cui talia reddit.] Quum dicit, Contrà, oſtendit, non eſſe preces rogantis admiſſas. ARGENTI atque auri memoras quæ multa talenta, Gnatis parce tuis.] Admiranda reſponſio, pro perſonâ eius, qui eo tempore nulli decreuerat eſſe parcendum; propter Pallantis vltionem, & commodum victoriæ ſuæ. Illud enim, quod promittebat, ad victores, cum ipſâ victoriâ, erat tranſiturum: Proinde ſic incipit: Diuitias tuas parce liberis tuis: hoc eſt, ſerua. Inde enim Parci dicuntur, qui non multum erogant: quia, quod habuerint, ſeruant. nam & Salem parcum Vergilius idem dixit, alio loco: quia tradita ſibi cuſtodit. ait enim: Vt parco ſale contingunt, hyemique reponunt. BELLI commercia Turnus Suſtulit iſta prior, iam tùm Pallante perempto.] Humanitatem, inquit, poſcis; quæ inter partes ſolet aliquando præſtari. ſed iſtam tibi tuus ille ſuſtulit Turnus. & inhumanitatem plenam morte Pallantis docuit. Sæuire, non erat meum, ſed fuit miſereri promptiſſimum mihi. ſed magiſterio partis veſtræ didici; quod mihi non dedit natura naſcenti. factus ſum, quod non eram: & in contrarium eſt, quod aliquando præſtabam. HOC patris Anchiſæ manes, hoc ſentit Iülus.] Magis hoc factum placebit manibus patris mei: placebit & filio. ex hoc enim facto vtrumque perueniet gratia: ſi orbitas Euandri vindicetur, & interitus Pallantis. SIC fatus, galeam læuâ tenet, atque reflexâ Ceruice orantis capulo tenus abdidit enſem.] Vbicunque ponit, enſem vſque ad capulum in corpus hominis verſum, iratum ſignificat facientem. NEC procul Hæmonides, Phœbi Triuiæque ſacerdos, Infula cui ſacrâ redimibat tempora vittâ; Totus collucens veſte, atq; inſignibus armis.] Non longè à Magone Hæmonides apparuit; quem dicit Phœbi & Triuiæ fuiſſe ſacerdotem: quem, quis eſſet, prodebat habitus capitis. Vittas quippe geſtabat; quas non niſi ſacerdotes habere conſueuerunt. Fuit idem etiam armis & veſte conſpicuus.

Quem congreſſus agit campo, lapſumq; ſuperſtās,
Immolat; ingentiq; vmbrâ tegit. arma Sereſtus
Lecta refert humeris; tibi, rex Gradiue, trophæū.
Inſtaurant acies, Vulcani ſtirpe creatus
Cæculus, & veniens Marſorum mōtibus Vmbro.
Dardanides contrà furit. Anxuris enſe ſiniſtram,
Et totum clypei ferro deiecerat orbem.
Dixerat ille aliquid magnum; vimq; affore verbo
Crediderat: cœloq; animum fortaſſe ferebat,
Caniciemque ſibi & longos promiſerat annos.
Tarquitus exſultans contrà fulgentibus armis,
Syluicolæ Fauno, Dryope quē nympha creârat,
Obuius ardenti ſeſe obtulit. ille reductâ,
Loricam, clypeique ingens onus, impedit haſtâ.
Tùm caput orantis nequicquā, & multa parantis
Dicere, deturbat terræ; truncumque repentem
Prouoluens, ſuper hæc inimico pectore fatur.
Iſtîc nunc metuende iace: non te optima mater
Condet humi, patrioue onerabit mēbra ſepulchro.
Alitibus linquêre feris; aut gurgite merſum
Vnda feret, piſceſque impaſti vulnera lambent.
Protinus Antheū & Lycam, prima agmina Turni,
Perſequitur; fortemq; Numā, fuluumq; Camertē,
Magnanimo Volſcente ſatum: ditiſſimus agri
Qui fuit Auſonidûm, & tacitis regnauit Amyclis.

SER. AGIT campo.] Inſequitur per campum. IMMOLAT.] Quaſi victimam; vt & ille conſueuerat. nam hoc verbo ad Sacerdotis nomen alluſit. Sanè Immolari propriè dicuntur hoſtiæ: non cùm cæduntur; ſed cùm accipiūt molam ſalſam. Cato in Originibus ita ait: Boues immolatos priùs, quàm cæderentur, profugiſſe in Siciliam. INGENTIQVE vmbrâ tegit.] Aut magnitudine corporis ſui, aut clypei, obumbrat eius cadauer. Aut, ingenti vmbra, id eſt, morte: vt, In æternam clauduntur lumina noctem. Aut, Ingenti vmbrâ tegit, ſecundùm vſum accipiendum: id eſt, inſultatione eum opprimit & adumbrat: vt Superatos dicimus Adumbratos. Aut, Ingenti vmbra tegit, * vt inferior teget aduerſum hoſtes à fortiore. quod miſtitum minuit cauſa ſpoliorum detrahendorum. Sequitur enim, Arma Sereſtus Lecta refert humeris. SERESTVS.] Sereſtus duos intelligamus: vnum in caſtris, & vnum cum Aenea. Nam Troiani nondum exierāt de caſtris: vt intelligamus eum, quem ſuprà dixit. Ergo duo ſunt. nec mirum: cùm ipſe dixerit, quod exemplo eſſe poſſit; Aſſaracique duo. LECTA refert.] Propriè dixit. nam ſpolia, quæ aptantur trophæis, legi dicuntur, id eſt, eligi. TIBI, rex gradiue.] Vt, Tibi, Phœbe, ſacratū. TROPHAEVM.] Declinatio latina eſt: vnde penultima habebit accentum. in numero verò plurali, quia Trophæa dicimus, ſicut Græci, nec aliquid

A quid indè mutilamus: erit Græcus accentus, sicut apud Græcos, scilicet tertiâ syllabâ à fine. INSTAVRANT acies, Vulcani stirpe creatus Cæculus.] κατὰ τὸ σιωπώμενον. Nam antè fusos accipimus: Ergo instaurant aduersùs Aeneam. VVLCANI stirpe creatus.] Notandum, stirpem de patre dictam: cùm semper de longâ generis significatione dicatur. VENIENS.] Pro, qui venerat. DARDANIDES] Patronymicum à maioribus. ANXVRIS ense sinistram.] Quidam ex hoc volunt intelligi, etiam Vmbronem occisum. Constat enim, verè ab Aeneâ occisum: sicut ipse hoc libro in Catalogo ait; Sed non Dardaniæ medicari cuspidis ictum Eualuit. DEIECERAT.] Plusquamperfecto vsus est, ad exprimendam celeritatem: vti, Suras incluserat auro. DIXERAT ille aliquid magnum.] Prouerbialiter dictum est, ac si diceret: Non mirum, sic occisum esse eum, qui sibi plurimum arrogabat. μὴ μέγ' εἴπῃς. COELOQVE animum portasse ferebat.] Fortè se exæquauerat cœlo: vt de Aeneâ Drances; Quibus cœlo te laudibus æquem? Aut ferebat, Eleuabat: quòd solus esset maiore senectute victurus, debellatis omnibus; id est, Aeneâ cum suis. LONGOS.] Pro, multos. SYLVICOLÆ Fauno Dryope quem Nympha creârat.] Faunus: quidam hoc loco rusticus intel-
B ligendum est: non deus, sicut suprà Anxyrus, quem legimus Iouem. Alij Fauni filium: sed antequam Faunus in deorum numero reciperetur. Nonnulli & Nympham, non deam volunt, sed Græcè sponsam dictam, vel quæ recens nupta sit: ne incredibile sit, ex duobus numinibus procreatum esse mortalem. quanquam hæc numina, secundùm Aristotelem aliquando perire credantur. nam & Eryx, Veneris & Neptuni filius, ab Hercule occisus est. ILLE reductâ.] Id est, longâ. vt, Interea videt Æneas in valle reductâ. Et intelligimus, protentâ hastâ Tarquiti arma esse impedita. Alij reductâ, retroactâ dicunt. quod non procedit. IMPEDIT.] Non permisit vsui esse ad protegendum Tarquitium. DETVRBAT terræ.] Hoc est, in terram. SVPER hæc inimico pectore fatur.] Quæritur, quid tantum iste commiserat, vt sic sæuiret Aeneas? Sed vbique de morte Pallantis obijcitur dolor. ISTIC nunc.] Sarcasmos, id est, hostilis irrisio. Istîc autem, pro hîc. NON te optima mater.] Vtrùm verè mater, an terra patria? PATRIO sepulchro.] Aut etiam hinc apparet Faunum hominem fuisse: aut, vt quidam volunt, potest hoc ad matrem referri. vt dicat Aeneas, quòd mater eum sepelire non possit in sui patris monumentis, id est, in aui eius materni.
C ALITIBVS feris.] σαρκοφάγοις ὀρνέοις. Plautus: Aui me feræ similem faciam, vt prædicas. IMPASTI.] Ita auidi, vt semper credantur impasti. sicut de Harpyis dixit in Tertio: Et Pallida semper Ora fame; quasi famelicæ. PRIMA agmina.] Qui agminis erant primi. FORTEMQVE Numam, fuluumq; Camertem.] Fuluum, Σαρτὸρ. horum in Catalogo meminit. AVSONIDVM.] Pro, Ausonidarum: sicut Deûm, pro Deorum. nam Ausonidûm à genere fœminino venit: vt hæc Ausonis, & hæ Ausonides. Ausonidarum verò venit ab eo, quod est hic Ausonida, & hi Ausonidæ. TACITIS regnauit Amyclis.] Inter Caietam & Terracinam oppidum constitutum est à Laconibus, qui comites Castoris & Pollucis fuerunt: & cum Glauco, filio Minois, in Italiam venerunt. & mysticum Ausonis, ab Amyclis, prouinciæ suæ Laconicæ ciuitate, ei indictum nomen est. Laones itaque isti, cùm secundùm Pythagoream sectam, à cæde omnium animalium abstinerent (vnde Iuuenal. A cunctis animalibus abstinuit) quiq; tanquam homines, & à vicinis paludibus natas serpentes occidere nefas putarent, ab ijsdem interempti sunt. Vnde Amyclas tacitas dicit, id est, Pythagoreas. nam Pythagorica virtus est, quinquennale silentium. Cicero propter nimiam modestiam perîsse illos ait: dùm à finitimis accipiunt iniurias, & tacent eas. Est & alia expositio. Cùm frequenter falsò nuntiarentur hostes; & inani terrore ciuitas concuteretur: latâ lege cautum est, ne quis vnquam hostis nuntiaret aduentum. Postea, cùm verè hostis veniret, nullo nuntiante, ex improuiso ciuitas capta est. Vnde tacitæ Amyclæ dictæ sunt, quòd periêre silentio. Vnde Lucilius ait: Mihi necesse est loqui: nam scio Amyclas tacendo perijsse. Vel taciti, de quibus taceatur: id est, ignobiles, & non digna aliqua opinione. vel Hypallage est: pro, ipse tacitus.

POM. Sabi. IMMOLAT.] Aeneas. TEGIT.] scilicet occupat Aeneas cadauer, & ingenti vmbrâ tegit. Ingenti autem, ad magnitudinem corporis, aut ingenti, ad laudem Aeneæ. Duo erant Seresti: alter remanserat in Troiâ; alter cum Aeneâ. ELECTA] spolia eliguntur. VMBRO.] fluuius, qui labitur è Marsorum montibus, & immiscetur cum Aniene. Lege suprà. DIXERAT.] Arroganter fortè locutus erat Anxur. PROMISERAT.] Tarquitus. Tarquitus, filius Dauni, ex Dryope nymphâ, fuit auspex. Qui intelligunt de Fauno, rustico deo, errant, meo iudicio. REDVCTA.] protenta: id est, longa. TRVNCVMQVE.] Aeneas truncauit caput Tarquito. ISTIC nunc.] Loquitur Aeneas. VOLSCENTE.] semper in antiquo Vulcens, sine s, & per u. TACITIS regnauit Amyclis.] Comites Castoris & Pollucis, in Italiâ condiderunt Amyclas, in maritimâ orâ, inter Tarricinam & Fundos, in paludibus: & dixêre ab Amyclis, oppido Laconiæ. quia ipsi Lacones erant: quas, ait Plinius, fuisse à serpentibus deletas. verùm, cùm Lucilius dicat: Mihi est necesse loqui nam scio Amyclas tacendo perijsse: & Vergilius imitatus fuerit: & Silius etiam dixerit; Quasque euertêre silentia Amyclæ: videtur illud Asperi satis probabile: Cùm sæpe falsò nuntiaretur aduentus hostiû, lege cautum fuit ab Amyclis, ne quis vnquam de hoste nuntiaret. contigit hostes venire: qui propter silentium vrbê diripuêre. Alij volunt, Tacitas, id est, Pythagoricas: quia Pythagoras silentium tenebat, sed non placet.

VAR. Lect. TRVNCVMQVE tepentem.] Oblong. lib. atq; etiam alij, Repentè legunt: Romanus Petêtem. NON optima mater.] In antiq. lib. legitur, Nunc te optima. PROTINVS Antheum, & Lycam.] In Oblongo lib. Lycam est. Romanus, Lucam habet. PRIMA agmina Turni.] Antiqua exemplaria, Turnum habent.

DON. QVEM congressus agit campo, lapsumq; superstans, Immolat.] Exagitatû & lapsum immolauit. Pulchrè, non occisum, sed immolatum dixit: alludens, ex officio, à nomine sacerdotis. INGENTIQVE vmbrâ tegit.] Quia dixit, Aeneam super lapsum constitisse, dixit, iacentis corpus percussoris sui vmbrâ contectum. ARMA Serestus Lecta refert humeris, tibi, rex Gradiue, trophæum.] Ecce, sic arma, inquit, sustulit Serestus: non cupiditate quæstus; sed vt armati, bellorum deo, trophea ostentatione sacraret. (vtpote quia suprà dictum est: Totus collucens veste, atque insignibus armis,) Proindeq; digna, quæ viderentur in templo. Atq; ita temerarius, qui immemor officij sui. Apollinem Dianamq; deferens, processit in campum, morte pœnas exsoluit: & templû debellatoris suis ex spolijs ornauit. INSTAVRANT acies, Vulcani stirpe creatus Cæculus, & veniens Marsorum môtibus Vmbro.] Duo isti, quû viderent Aeneam sic sæuire, in multorû necem instaurabant acies; quæ fuerant, Aeneâ turbante, confusæ. DARDANIDES contrà furit.] Quis enim non moueretur, in immensum modû iri obuiam nixibus suis. ANXVRIS ense sinistram, Et totum clypei ferro deiecerat orbem.] Aeneas, hoc viso, quum fureret: Anxuris sinistram manum amputauit gladio; quæ abscissa, cum ipso, quod gestabat, concidit scuto. DIXERAT ille aliquid magnum; vimq; affore verbo Crediderat: cœloq; animum fortasse ferebat, Caniciemque sibi, & longos promiserat annos.] Reprehendit hunc Vergilius: qui contra conditionem generis humani, quod futurorum est nescium, fidebat promissi spei: sibiq; cessurum effectum credebat; quod ad caniciem & longos annos peruenire potuisset. In eo autem ad cœlum ferebat animos; quòd solus esset maiore

ſenectute victurus. TARQVITVS exſultans cótrà fulgentibus armis, Syluicolæ Fauno, Dryope quẽ nympha creârat, Obuius ardenti ſeſe obtulit.] *Huius nomen dixit, & genus: & quemadmodum, ingentem animum gerens, ſeſe obtulit ardenti: quaſi Aeneam certamine ſuperaturus.* ILLE reductâ, Loricam, clypeique ingens onus, impedit haſtâ.] *Clypeo & loricâ impedientibus, omne quum corpus hoſtile ferire non poſſet:* TVM caput orantis nequicquá, & multa parantis Dicere, deturbat terræ; truncumque repentem Prouoluens.] *Caput orantis fruſtra, & parãtem multa addere, conuerſa intentione ſuâ prouoluit terræ: & truncum reddidit.* SVPER hæc inimico pectore fatur.] *Expreſsit irati perſonam. nam illum perdito capite prouoluit: hoc eſt, impulit, quaſi caſurus non eſſet. Addidit & verba poſt factum; qualia furens promere debuit, & victoris inimicus, effundere. Breuiter dicit:* ISTIC nunc metuende iace.] *Sic, inquit, iacere meruiſti; qui te talem arbitratus es, vt timeri debuiſſes.* NON te optima mater Condet humi, patriòue onerabit mẽbra ſepulchro. Alitibus linquêre feris; aut gurgite merſum Vnda feret, piſcesque impaſti vulnera lambent.] *Meruiſti, inquit, capitis ſupplicium. erit tibi alia pœna. Poſt mortem funus tuum non proſequetur mater tua, nec humabit exanimem, nec ſociabit oſſibus patrijs pater. Hæc addidit, & alia. quæ iſta ſint, dixit,* Alitibus linquêre. *quum, inquit, terra nulla te contexerit; aues te feræ conſument. aut, ſi in gurgitem fueris merſus, non latebis: portabit te quippe vnda ſublimem, & piſciũ famem opportuna præda ſatiabis.* PROTINVS Antheum & Lucam, prima agmina Turni, Perſequitur, fortemq́; Numam, fuluumque Camertem, Magnanimo Volſcente ſatum: diuiſſimus agri Qui fuit Auſonidûm, & tacitis regnauit Amyclis.] *Non Antheus & Lucas ſoli primi, hoc eſt, virtute præſtantes fuerunt in Turni exercitu; ſed & cæteri, quos poſtea nominauit: & tamen, cùm ad Aeneam veniſſent, virtuti eius armiśq; ceſſerunt. denique perſequebatur eos. Hoc, quod dixit,* Perſequitur, *non ad vnum, ſed ad omnes pertinet: vt illorum neminem viuum dimiſiſſe videatur.*

Ægeon qualis, centum cui brachia dicunt,
Centenasq́; manus, quinquaginta oribus ignem
Pectoribusque arſiſſe, Iouis cum fulmina contra
Tot paribus ſtreperet clypeis, tot ſtringeret enſes:
Sic toto Æneas deſæuit in æquore victor,
Vt ſemel intepuit mucro. quin ecce Nyphæi
Quadrijuges in equos, aduerſaq́; pectora tendit.
Atque illi longè gradientem, & dira frementem,
Vt vidêre metu verſi, retroq́; ruentes,
Effunduntque ducem rapiuntq́; ad littora currus.
Interea bijugis infert ſe Lucagus albis
In medios, fraterque Liger: ſed frater habenis
Flectit equos, ſtrictum rotat acer Lucagus enſem.
Haud tulit Æneas tanto feruore furenteis:
Irruit, aduersâque ingens apparuit haſtâ.
Cui Lyger:
Non Diomedis equos, non currũ cernis Achillis;
Aut Phrygiæ campos: nunc belli finis & æui
His dabitur terris. Veſano talia latè
Dicta volant Ligeri: ſed non & Troius heros
Dicta parat contrà: iaculũ nam torquet in hoſtem.
Lucagus, vt pronus pendens in verbera telo
Admonuit bijugos, proiecto dum pede læuo
Aptat ſe pugnæ: ſubit oras haſta per imas
Fulgentis clypei: tùm læuum perforat inguen.
Excuſſus curru moribundus voluitur aruis.
Quem pius Æneas dictis affatur amaris:
Lucage, nulla tuos currus fuga ſegnis equorum
Prodidit, aut vanæ vertêre ex hoſtibus vmbræ:

SER. ÆGÆON Qualis.] *Ipſe eſt, qui & Briareus dicitur, cœli & terræ filius. Homerus:* ὃν Βριάρεων καλέουσι θεοί, ἄνδρες δέ τε πάντες Αἰγαίωνα. *In ſexto:* Et centumgeminus Briareus. *Alij hunc ex terrâ & ponto natum dicunt: qui habuit Cœum & Gygen fratres. Hic contra Titanas Ioui adfuiſſe dicitur: vel, vt quidã volũt, Saturno.* IGNEM pectoribusque arſiſſe.] *Aſper dicit, ignem hunc animæ intelligendum calorem, venientem ex ferociâ, vt ſit:* Cùm vim ſuam crudelitatis efflaret. *Alij ignem hunc fulminis volunt: vt ſit, quemadmodum in primo;* Illum exſpirantem transfixo pectore flammas. *Sanè notandum, ignem arſiſſe: cùm igni alia res ardeat.* IOVIS cùm fulmina contra.] *Quia dicitur flammam emiſiſſe oribus ſuis contra Iouis fulmen. Homerus nihil dicit aliud; quàm, centum manus eum habuiſſe, & auxilio eum Ioui aduerſus Neptunum, Iunonem, & Mineruam, fuiſſe. Et fortè, aut ſuum ignem, aut Iouis acceptum, ſpirâſſe: pro eo, vt ſit, contrà noſtra, aduersùs Iouem, ſed ſimiliter, à pari: vt Terentius in Adelphis, in Capite Comœdiæ:* Ille vt item contra me habeat, facio ſeduló. PARIBVS.] *Id eſt, inter ſe paribus.* SIC.] *Vt non vnam manum putares. namque ad hoc pertinet comparatio: vt intelligamus, eum multitudinis vice dimicâſſe.* Deſæuit *autem, hîc valde ſæuit; aliâs, Sæuire deſinit.* INTEPVIT mucro.] *Nimiâ ſcilicet cæde.* QVADRIIVGES.] *Propter homœoteleuton noluit* quadrijugos *dicere: & contulit ſe ad aliam declinationem. nam &* Quadrijugos, & Quadrijugis, *dicimus: ſicut Inermus, & Inermis: Exanimus, & Exanimis.* ATQVE illi.] *Equi ſcilicet, Nam ad ſuperiora retulit. quod ſciendum eſt eſſe vitioſum: interpoſuit enim,* Aduerſaque pectora tendit. *Alibi:* Præſtanti corpore tauros Auertit, totidem formâ ſuperante iuuencas; Atq; hos, &c. LONGE gradientem.] *Longis gradibus incedentem. & eſt militaris inceſſus.*

Aut, longinquè. EFFVNDVNTQVE ducem.] *In hoc loco omiſit occiſum. vt ſuprà:* Dardanides contrà furit. BIIVGIS.] *Pro nominatiuo, hic Bijugus: nam aliâs* Bijugibus *faceret; ſi eſſet formæ tertiæ declinationis: vt hic Bijugis, huius Bijugis faceret.* ADVERSAQVE ingens.] *Hoc eſt, aduerſus ipſe cum haſtâ apparuit. Et bene ingens vſus: cùm ad diuerſa haſta mineretur.* NON Diomedis equos, nec currum cernis Achillis.] *Duos obiecit, à quibus eſt victus Aeneas: nec tamen vſquequaque. nam eorum impetus euitauit.* VESANO.] *Hic poëta affectionem ſuam accommodauit, dicendo,* Veſano. PRONVS.] *Pendens in verbera.* Pronus, *nomen eſt. nam & comparatur; vt Pronior. Si autem participium eſſet; faceret vitioſa locutio; ſine interpoſitione coniunctionis.* ADMONVIT.] *Præteritũ pro præſenti.* PROIECTO.] *Extento, id eſt, antè iacto. Vt,* Proiectaque ſaxa Pachini. LVCAGE, nulla tuos currus fuga ſegnis equorum Prodidit, aut vanæ vertêre ex hoſtibus vmbræ.] *Hæc allocutio contraria eſt ſuperiori. hoc enim continet;* Obiecisti mihi, *quòd ſum & ab Achille, & à Diomede, conuerſus in fugam. Te verò, ô Lucage, nec equorum tarditas prodidit: quod mihi contigit, cum à Diomede occiſus eſt Pandarus, qui in eodẽ curru dimicabat; nec aliqua vmbrâ equi tui ſunt territi. Quod factum ſæpiùs in Homero legitur: ſicut & paulò pòſt, Turnum cogit imago deſerere bella. Poteſt tamen & ad illud referri, quo tempore eum ab Achille nube cauâ Neptunus eripuit: vt in quinto commemorat. Poteſt & ad aliud referri: quòd Niſaus paulò ante ab equis ſuis proditus eſt.*

PECTORA.] *Nyphæi.* LVCAGVS.] *& Liger, fratres erant.* SED frater.] *Liger.* NON Diomedis equos.] *Loquitur Liger. obijcit duo: nam euaſit à congreſſu Diomedis & Achillis Aeneas. Lege ſuprà.* DICTA parat contrà.]

POE. Sabi.

A trà.] non reſpondit Aeneas; ſed intorſit iaculum. LVCAGE, nulla tuos.] Loquitur Aeneas. Tarditas equorum non prodidit te: vt olim me fruſtrata eſt; cùm Pandarus fuit cæſus ab Diomede. Et vmbra non terruit tuos equos. quaſi dicat: non vulneratus à me cæſus cadis; ſed quaſi ſaliens deſeris iuga. VERTERE.] equos tuos.

VAR. LECT. DESÆVIT in æquore victor.] Sunt libri antiqui in quibus In agmine legatur. QVIN ecce Nyphæi.] In antiquis aliquis Nipæi legitur. QVADRIIVGES in equos.] In libris antiquis Quadrijugos legas. RAPIVNTQVE in littore currus.] Romanus liber, Ad littora currum legit. In quibuſdam alijs libris Ad littora curſus. NON currum cernis Achillis.] In aliquot libris antiquis Nec currus habetur. IACVLVM nam torquet in hoſtem.] Exemplar. pleraque In hoſtes legunt.

DON. Ægæon qualis, centum cui brachia dicunt, Centenasque manus, quinquaginta oribus ignem Pectoribusque arſiſſe: Iouis cùm fulmina contra Tot paribus ſtreperet clypeis, tot ſtringeret enſes.] Morem ſuum etiam hoc loco Poëta ſeruauit: vt eius, quod incredibile fuerat & fabuloſum, non ſe proferret autorem. Qua-
B lis, inquit, Aegæon fuiſſe perhibetur, quem dicunt centum brachia habuiſſe, & totidem manus. Brachia & manus, non vnum idemq; ſignificant. nam Brachia vult eſſe, ab humeris vſque ad eam partem, quæ in digitos diuiditur: manus verò, digitos ipſos. Ora quoque quinquaginta, ac ex omnibus ſolitum incendia mittere. Arſiſſe autem quinquaginta pectoribus, Iouis incendijs quum contrà contenderet: quinquaginta gladijs & ſcutis. Quinquaginta, quod dixit, ad omnia pertinet. Proinde non ſemel accipiendum eſt: vt ſit, Aegæon qualis, centum cui brachia dicunt, centenáque manus dicunt, quinquaginta oribus ignem dicunt, pectoribúsque arſiſſe dicunt; atque tot paribus clypeis, gladijsq; contra Iouis fulmina certâſſe dicunt. SIC toto Æneas deſæuit in æquore victor, Vt ſemel intepuit mucro.] Completa eſt παραβολὴ, per Aeneæ perſonam: dum dicit, eum ſic in hoſtes ſæuiſſe per campos, & in tantâ multitudine extitiſſe victorem: quaſi habuiſſet centum brachia, & manus centum, gladios quinquaginta, & ſcuta quinquaginta, & ignem quo cunctos incenderet. Tantum autem cæſorum aſſeruit numerum cecidiſſe: vt gladius eius ſanguinis calore tepuiſſet. QVIN ecce Nyphæi Quadrijuges in equos, aduerſaque bra-
C chia tendit.] In equos Nyphei aduerſa tendit brachia: ſcilicet vt hunc cum equis appeteret. ATQVE illi longè gradientem, dira frementem, Vt vidêret metu verſi retroq; ruentes Effunduntque ducem, rapiuntque ad littora currus.] Equi, inquit, vt Aeneam viderunt ſic frementem, vt nihil ei poſſet obſtare: quámuis eſſent muta animalia; longè intellexerunt eius vim ſe ferre non poſſe. quâ cauſâ fugerunt ad littora, effuſo domino. Effuſum intelligere debemus etiam occiſum: quia de nece eius perfectâ nihil dictum eſt. INTEREA bijugis infert ſe Lucagus albis In medios, fraterque Liger: ſed frater habenis Flectit equos, ſtrictum rotat acer Lucagus enſem.] Interea, ſignificat ad alia tranſitum: vt continuatio interrupta narrantis, legentis tædium releuet, remoueatq; ex varietate faſtidium. & alia ſimiliter propter hanc cauſam inuenta ſunt: vt velut quandam nouitatem narrationis inducant. Bijugis albis, inquit, Lucagus, & eius frater Liger, vno curru vecti, ſeſe intulerunt: hoc eſt, ingeſſerunt ſe Aeneæ. Exposuit autem ipſe, quid officij ſinguli gererent in curru conſtituti. Liger, inquit, regebat equos: Lucagus autem pugnabat. HAVD tulit Æneas tanto feruore ferentes.] Aeneas iſtos ſic impunè ſæuientes pati non potuit. tantâ enim fiduciâ veniebant, vt, ſicuti ſuprà dictum eſt, medijs ſeſe inſerere hoſtibus non timerent. IRRVIT, aduerſaque ingens apparuit haſtâ.] Quòd dixit, Irruit, celeritatem facti ſignificat. Deinque conſecutum eſt, Apparuit: mox enim, vt irruit, apparuit. nam repentinum & inſperatum fuit, quod Aeneas effecerat. Contentâ quippe haſtâ, ingens ipſe geſtator, ſubitus ante bijugos ſtetit. CVI Liger: Non Diomedis equos, nec currum cernis Achillis, Aut Phrygiæ campos.] Ter intelligendum, quod ſuprà dictum eſt, Cernis. vt ſit: Non Diomedis equos cernis, aut Achillis currus cernis, aut Phrygiæ campos cernis. NVNC belli finis, & æui His dabatur terris.] Elegit eorum nomina, qui inter Græcos præcipui fuerant. & hæc non pro merito ſuo, ſed incurioſè ſignificauit: vt & illos, & Aeneam, obtrectatione perfunderet; quaſi ipſe cum equis ſuis eſſet omnibus potior. Non iſti, inquit, Diomedis equi ſunt, aut Achillis; quos euadere potuiſti: nec in Phrygijs campis conſtitutus es. & hoc pro conuitio poſitum, quaſi in quibus naſcerentur imbelles. Ecce & terrarum fecit comparationem, quaſi ipſæ proferant fortes, ipſæ debiles faciant. Et melius, inquit, factum eſt, vt nobis occurreres, vt ſalus tua ſimul cum iſto bello terminum ſumat. VESANO talia latè Dicta volant Ligeri.] Huiuſmodi verba Liger fundebat veſanâ mente; vtpote qui iam fatis vltimis trahebatur in mortem. SED non & Troius heros Dicta parat contrà: iaculum nam torquet in hoſtem.] Non dicta, ſed iaculum parauit: nec voluit referre conuitia, quæ animum lacerare, non vitæ diſcrimen inferre potuiſſent; ſed haſtam iecit, quæ ipſum hominem cum ſuis verbis extingueret. Compleuit ſapientis bellatoris laudem: qui illo tempore, atque illo loco, non ventoſis verbis; ſed ferro debuit & nece, operam hoſtium dare. LVCAGVS, vt pronus, pendens in verbera telo Admonuit bijugos, proiecto dum pede læuo Aptat ſe pugnæ: ſubit oras haſta per imas Fulgentis clypei: tùm læuum perforat inguen.] Lucagus, qui pugnandi tenebat officium, dum equos admonere nititur telo, & ſeſe ad certamen habitu ſpecioſo componit; dum vnum pedem reducit, alterum porrigit: læuo inguine, ſub imas clypei partes, ictum haſtæ eminus excepit. EXCVSSVS curru moribũdus voluitur aruis.] Nam quomodo potuit eximi curru, qui fulmineo ictu fuerat petitus, niſi indè illum vis facti excuteret morientem? Iacet autem moribundus in campo, qui ſuperbiâ ferebatur in curru. QVEM pius Æneas dictis affatur amaris.] Ecce conſilium viri fortis! confecto certamine, & vnius interim procuratâ morte, ipſe quoque amaris vſus eſt verbis: egreſſus præter pietatis ſuæ moleſtiam, quum iniurioſis vocibus eſſet prouocatus. Tractatus eius quàm etiam in hac parte præcipuus; vt illum primò peteret, quem videbat armatum! Ipſius enim mortem, interitus facilè ſequebatur alterius: qui non arma, quibus fideret, ſed habenas tenebat equorum. LVCAGE, nulla tuos currus fuga ſegnis equorum Prodit, aut vanæ vertêre ex hoſtibus vmbræ.] Loquebatur quaſi cum eo, qui poſſet aliquid audire vel ſentire poſt mortem. quod ipſum non imprudenter, ſed inſultantis animo faciebat. Lucage, inquit, nihil eſt, quòd equos peccâſſe cauſeris: illi non erant ſegnes, nec eos aliqua fefellit imaginatio. hoc eſt dicere: nihil te prodidit, niſi inertia tua.

Ipſe rotis ſaliens, iuga deſeris. Hæc ita fatus,
Arripuit bijugos: frater tendebat inermes
Infelix palmas, curru delapſus eodem:
Per te, per qui te talem genuêre parentes,
Vir Troiane, ſine hác animá, & miſerere precantis.
Pluribus oranti Æneas: Haud talia dudum

SER. IPSE rotis ſaliens.] Sarcaſmus eſt: qui non morte deiectus eſt. Per irriſionem dictum eſt: Ille enim vulneratus ceciderat. Rotis autem, curru: à parte totũ. SINE.] Permitte, relinque. patere: id eſt, συγχώρησον. LATEBRAS animæ pectus.] Diffinitio eſt pectoris; id eſt, in quo anima latet & continetur. EDEBAT.]

Dicta dabas: morere, & fratrem ne desere frater.
Tùm latebras animæ pectus mucrone recludit.
Talia per campos edebat funera victor
Dardanius, torrentis aquæ, vel turbinis atri
More furens. tandem erumpunt, & castra relinquunt,
Ascanius puer, & nequicquam obsessa iuuentus.
Iunonem interea compellat Iuppiter vltrò:
O' germana mihi, atq; eadē gratissima coniunx,
Vt rebare, Venus (nec te sententia fallit)
Troianas sustentat opes: non viuida bello
Dextra viris, animusq; ferox, patiensq; pericli.
Cui Iuno submissa: Quid, ô pulcherrime coniunx,
Sollicitas ægram, & tua tristia dicta timentem?
Si mihi, quæ quondam fuerat, quāq; esse decebat,
Vis in amore foret: non hoc mihi namq; negares
Omnipotens: quin & pugnæ subducere Turnū,
Et Dauno possem incolumem seruare parenti.
Nunc pereat, Teucrisq; pio det sanguine pœnas.
Ille tamen nostrâ deducit origine nomen,
Pilumnusque illi quartus pater: & tua largâ
Sæpe manu, multisq; onerauit limina donis.
Cui rex ætherei breuiter sic fatur olympi:

Quasi ad spectaculum. Vnde & munerum editores vocantur. FVNERA.] Cædes. vt, quis funera fando Explicet? TORRENTIS aquæ.] Notādum, quòd aquę addiderit: cùm absolutè torrens dicatur. MORE furēs.] Exposuit superiora epitheta. TANDEM erumpunt.] Solutam obsidionem ostendit. ASCANIVS puer.] Syllepsis. ordo est: Ascanius & Iuuentus. nam obsessa & ad Ascanium pertinet. VT rebare.] Vt arbitrabaris, verum est, quòd Troiani Veneris vtuntur auxilio. & dictum est per Ironiam. nam superfluè quidam hanc orationem simpliciter volūt dictam, vt reuerâ dicat Iupiter, per se nihil posse Troianos: quia falsum est. adeò vt Iunonis oratio ad Ironiam, non ad simplicia verba respondeat. NEC te sententia fallit.] Hoc per parenthesim dictum est. VIVIDA.] Id est, Fortis: vt, 5. Aeneid. Sed bello viuida virtus. CVI Iuno summissa.] Humilis. & quia intellexit, obliqua Troianorum accusatione impugnari suum pudorem: etiam ipsa respondet obliquè. TRISTIA.] Vel quæ tristem faciant: vel seuera. Terent. Tristis seueritas inest in vultu. Item contrà Vergilius: Furias amnémq; seuerum, Id est, tristem. QVIN.] Vt non. nam est confirmatiua particula. Quidam hunc ordinem esse volunt: Namque si mihi, quæ quondam fuerat, vis in amore foret; non hoc mihi negares: quin possem pugnæ subducere Turnum. Alij hoc genus elocutionis accipiunt; vt per ea, quæ parenthesi posita sunt, reliquo sensui occurratur, non his quæ primò posita sunt. Hic enim ad illud, quod insertum est: Non hoc mihi namque negares Omnipotens, quin & pugnæ subducere Turnum, Et Dauno possem incolumen seruare parenti. Alioquin, demptâ hac parenthesi, non congruit primum cum postremo, si ita dicas: Si mihi, quæ quondam fuerat, quamque esse decebat vis; quin & pugnæ abducere Turnum, Et Dauno incolumen possem seruare parenti. Plautus in Cistellariâ: Is seruus, sed abhinc annos factum est XIII. cùm conspicatus est primo crepusculo puellam exponi. NVNC pereat. Teucrisque pio det sanguine pœnas.] Sermo obliquus, non apertè dictus est. Non enim agit, vt pereat: sed magis fauet eius saluti. nam statim subijcitur, cur indignè fiat: Ille tamen nostrâ deducit origine nomen. vt in secundo; Iamdudum sumite pœnas: Hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ. Quòd autem dicit, pio sanguine, Aeneæ latenter eum exæquat, qui vbiq; inducitur cultor deorum. ILLE tamen.] Quanquam moriturus est, tamen ab his originem ducit. NOSTRA.] Diuinâ: id est, aut Iouis, aut Iunonis, aut omnium deorum. QVARTVS pater.] Abauus. nec est contrarium, quod ait suprà; Cui Pilumnus auus. Potuit enim fieri, vt & auus eius, & atauus, à Pilumno, Pilumni nominarentur. Ergo per patris appellationem ostendit cognationem. REX ætherei breuiter sic fatur.] Vbique Reges breuiter loquentes ostendit. Iupiter hæc paucis: &, Tùm breuiter Dido vultum demissa profatur.

POM. Sabi. PER te.] Loquitur Liger. RECLVDIT.] aperit. TAMEN erumpunt.] exeunt sub Ascanio, qui in vrbe erant. O' germana mihi.] Loquitur Iupiter Iunoni. SVBMISSA.] humilis. SI mihi, quæ.] Loquitur Iuno: si

esset potentia amoris tui erga me, vt fuit. ILLE tamen.] Dat causam miserationis cum irâ. PILVMNVS.] Saturnus noster. Saturnus, Picus, Faunus, Daunus, Turnus. A

VAR. Lect. FRATER tendebat inermes.] In libris aliquot Inerteis legitur. VICTOR Dardanius, torrentis aquæ.] Probatiores lib. Ductor Dardanius legunt. Sunt etiam lib. in quibus Dardanus, & torrentis aquæ, legatur. MORE furens.] In Romano libro. Fremens legitur. CVI Iuno submissa.] In Rom. l. Et Iuno submissa legitur. QVIN & pugnæ subducere Turnū.] In libris nonnullis, Turnum subducere pugnę legitur.

B DON. IPSE rotis saliens iuga deseris.] Verbis suis iocum voluit iungere, dicens; eum non excussum iugo, sed quasi voluntate excidisse. Excussum vbicunque ponit, maiorem vim interuenisse significat. vt est illud: Excutitur, pronusque magister Voluitur in caput. describebatur enim magna fluctuum vis, & æstus intolerabilis pelagi. HÆC ita fatus, Arripuit bijugos.] Aliter inermem, aliter petijt armatum. Vbi enim Lucagus fuit, eminùs hastâ pugnatum est. quum autem Liger nudatus esset fratris auxilio; ipsos equos Aeneas tenuit, quibus fugiendo ille posset euadere. FRATER tendebat inertes Infelix palmas, curru delapsus eodem.] Fratre occiso, & cum ipsis armis superato, ac retentis equis, quorum auxilio & fugâ Liger potuerat liberari: quid supererat, nisi vt ipse quoque pœnas pro conuitijs daret? Quod ipsum quum vidisset, relicto curru, infelix sese conuertit ad preces, tendens supplices manus: eò faciliùs; quia illas nulla occupauerant arma. quocirca inermi parci potuisset; nisi infelicem linguæ proteruitas decepisset. PER te, per qui te talem genuēre parentes, Vir Troiane, sine hanc animam, & miserere precantis.] Conuitia necessitas in obsequium vertit: & laudare cœpit eum; cuius paulò antè vituperatio dicebatur. PLVRIBVS oranti Æneas.] C Offensus quippe constitutus, non potuit ad miserationem breui contextu deprecationis adduci: sed dicturus fuerat plura. Aeneas verò, non passus actus suos immeriti hominis multiloquio diutiùs detineri; occurrit necessario sermone: &, quid doleret, breui elocutione testatus est. HAVD talia dudum dicta dabas.] Preces, inquit, tuas maledicto priori damnasti. nec talem te præbuisti iamdudum; vt hoc impetrare salutis tuæ beneficium merearis. MORERE, & fratrem ne desere frater.] Potiùs moriendum est tibi; ne fratrem deseras frater. decet enim te mortis sorte coniungi; quo aduersùm me vsus otio venire potuisti. TVM latebras animæ pectus mucrone recludit.] Definit, quid sit pectus: in quo, inquit, anima latet, & tuta est: quo patefacto, proditur, & interempta consumitur. Quum igitur hæc Aeneas dixisset: omnem commotionem suam in ictu, quo Ligerum perdidit, euidenter expressit; aperiendo ingenti plagâ pectus eius, animamq; fundendo. TALIA per campos edebat funera ductor Dardanius, torrentis aquæ, vel turbinis atri More furens.] Sic, inquit, Aeneæ furentis actus & gesta ducebantur; sic per campos edebat funera: vt torrentis sæuiunt vndæ; vt turbinibus mos est, quum immenso furore rapiantur. TANDEM erumpunt, & castra relinquūt, Ascanius puer, & nequicquam obsessa iuuentus.] Ecce, quantum valuit

Aeneæ

A *aeneae praesentia! quantam fiduciam dedit obsessis, illius aduentus! non iam parietibus detinentur; non clausos sese patiuntur vlterius: exeunt tandem, & relictis castris, vno impetu omnes feruntur in campum: arbitrantes procul dubio, Aeneae praesentiam, meliorem partem obtinere castrorum: & melius tutos fore in aperto campi, quàm si parietibus tenerentur, & vallo. Huius viri tantâ fiduciâ ducebantur: vt non solùm iuuenes hoc fecisse viderentur, verùmetiam Ascanius puer: quos omnes frustra obsederant Rutuli.* IVNONEM interea compellat Iuppiter vltrò.] *Quum haec agerentur, aut haec cerneret Iupiter, talia Iunoni dixit verba:* O germana mihi, atque eadem gratissima coniunx.] *Duobus vocabulis, mero Dei affectu venientibus, compellandam Iunonem credidit Iupiter: scilicet, quòd vxor esset, & soror. Quid enim his charius; quàm iungi connubio, & ratione sanguinis sociari?* VT rebare, Venus (nec te sententia fallit) Troianas sustentat opes: non viuida bello Dextra viris; animusque ferox patiensque pericli.] *Non, ait, videris tibi, te falli sententiâ tuâ; quâ arbitraris, Venerem fouere Troianos. ipsa pugnantes subleuat: an eorum virtus & vigilans animus; &, quod in rebus gerendis est maximum, ad*
B *dissimulandos labores, consuetudo tolerandi?* CVI Iuno submissa.] *Idcirco submissa; ne pro commodo animi sui fratris ac mariti mentem ab aequo & vero potuisset auertere. Humilem quippe esse decet vnumquemque; vbi petendi beneficij necessitas adest.* Submissa *tamen, non corpore, sed mente ac voce, accipiendum est: nec respexisse, quae esset, vel apud quem verba faceret; sed quid esset petitura. Intelligebat enim iniustum desiderium suum; & indè germanae & coniugis fiduciam non habebat. Existimabat, se tantùm humilitate sermonis impetrare posse; quod petitionis suae contemplatione mereri non poterat: cui vera obijciantur, oculisq; subiecta.* QVID, ô pulcherrime coniunx, Sollicitas aegram, & tua tristia dicta timentem?] *Magna subtilitas Iunonis in ipso principio, & satis artificiosa. Asserit enim, se anxiam ex casibus Rutulorum: & se fingit Iouem timere magis maritum, quàm fratrem. & quum ille, & sororem dixisset, & coniugem: illa mariti tantummodò personam interposuit; quae esset mulieris maximae autoritatis. Ideóque fingit intentionem suam: vt sentiret Iupiter, illam Rutulos fouere potuisse; nisi maritalis vigoris reuerentia prohiberet.* Aegram, *inquit, animo:*
C *& aegritudinem ipsam dictis tuis, marite, conduplicas.* Pulcherrimum *dixit, non corpore; sed praestantem animo, & verâ benignitate pectoris insignem. debuit enim verborum officio flectere quem iam Troianorum videbat esse fautorem.* Et tua tristia dicta, *id est, imperiosa, &, quae prohibentes habeant minas. meminerat enim, (vt in Nono libro positum est) Irim ab ipso ad se missam, cum mandatis haud mollibus: vt fautorem Rutulorum desereret. sic enim positum nouimus.* Aëream coelo iam Iuppiter Irim Demisit, germanae haud mollia iussa ferentem; Ni Turnus cedat Teucrorum moenibus altis. *Eò autem impetraturam se magis credebat optata: si ostenderet, auxilia sua prohibentibus mariti iussionibus, quieuisse.* SI mihi, quae quondam fuerat, quamque esse decebat, Vis in amore foret.] *Blanda obiurgatio. ait enim: Si sic me amares, vt soles; & hucusq;, vt fieri decuit, superioris temporis integer duraret affectus.* NON haec mihi namq; negares Omnipotens.] Mihi *quum dixit, quam dilexisti antea: mihi, vxori tuae: mihi, timenti iussa tua. Verùm quia dici potuit; Impossibilia & illicita obtinere contendis? dixit, Iouem omnipotentem: ne hoc ei Iupiter posset obijcere. Qui enim omnipotens esse diceretur facilè debuit vxori, quae vellet, officiosè praestare; & quae illa cuperet, licita & illicita, concedere.* QVIN & pugnae subducere Turnum, Et Dauno possem incolumem seruare parenti.] *Ecce aperuit, quod dicebat occultè. Nisi te, inquit, & inermem, & iussa tua reuerentiâ plenissimâ custodirem. si vincere illicitum est Turno: illum tamen & certamini subducere potui, & incolumem patri seruare. Quantum ponderis, ex humanitate veniens, hoc dictionis genus complectitur? Quàm religiosum videtur, seruare filium patri!* NVNC pereat, Teucrisque pio det sanguine poenas.] *Hoc inuidiosum est. non enim ad hoc dixit,* Pereat; *quòd reuerâ eum vellet interire. & in eo magis concitauit inuidiam, quia dixit:* Teucrisque pio det sanguine poenas. *Cùm dicit* Teucros, & pio sanguine, *hoc videtur sensisse: Aut, si hoc putatur iustum, pereat innocens, & consequantur scelerati victoriam.* ILLE tamen nostrâ deducit origine nomen; Pilumnusque illi quartus pater: & tua largâ Saepè manu, multisque onerauit limina donis.] *Ne indigno videretur postulare beneficium; ad ipsius quoque Turni commendationem, multa congessit. Dignus est, inquit, qui habeat beneficia sua. primùm nostram originem ducit, hoc est, deorum: Pilumnusque est illi quartus pater, antiquâ & veteri origine. Vult ostendere, istius maiores à numinibus traxisse prosapiam. nam dicti sui, quo ait,* Nostrâ deducit origine nomen, *vult reddere rationem, subdendo;* Pilumnusque illi quartus pater: *vt hanc per multos ostenderet cucurrisse.* ET tua largâ Saepè manu, multisque onerauit limina donis.] *Ornauit eum aliorum meritis: ornat & proprijs. Ornamenta quippe maiorum frustra vnicuique iunguntur; nisi adijciant propria. Et largâ manu, & multorum largitione onerauit. ostendit eum plenum fuisse cultorem: accedente etiam eo, quòd saepè id fecisse videbatur. Ille est enim deuotione insignis, qui feruenter & copiosè obsequitur dijs.*

FRATER ne desere fratrem.] *Conueniet, si quando innuemus, aequum esse, vt germanus germanum, cognatum cognatus, amicus amicum adiuuet: si quis fortè incommodi quippiam adferre conabitur.* AD Her. Bar.

Si mora praesentis lethi, tempusque caduco
Oratur iuueni; meque hoc ita ponere sentis:
Tolle fugâ Turnum, atque instantibus eripe fatis.
Hactenus indulsisse vacat. sin altior istis
Sub precibus venia vlla latet; totumque moueri
Mutariue putas bellum; spes pascis inaneis.
Cui Iuno illachrymás: Quid si, quod voce grauaris,
Mente dares? atq; haec Turno rata vita maneret?
Nunc manet insontem grauis exitus: aut ego veri
Vana feror. quin vt, potius, formidine falsâ
Ludar; & in melius tua, qui potes, orsa reflectas!
Haec vbi dicta dedit; coelo se protinùs alto
Misit; agens hyemem nymbo succincta per auras:
Iliacamque aciem, & Laurentia castra petiuit.
Tum dea nube cauâ tenuem sinè viribus vmbram,

SER. SI mora praesentis lethi.] *Ex Iouis concessione, quali arte egerit Iuno, cognoscitur: scilicet vt Turnus possit euadere.* CADVCO.] *Morituro.* PONERE.] *Facere: vel, vt quidam volunt, constituere & decernere. Alij,* ponere, *pro dare: vt, 12. Aen.* Haec pro virginitate reponit. *Sanè* ponere, *facere: sicut Lucilius, Homerum secutus qui ait;* ἄλγε' ἔθηκε, *id est, fecit. Alij,* ponere, *putare: vt solet dici;* Pone, me hoc fecisse. HACTENVS indulsisse vacat.] *Id est, sufficit. Ingenti arte locutus est. nam dicendo* vacat, *ostendit, supra hoc breue spatium nullam vlterius bonam stellarum irradiationem futuram: ex quo Turni fata differre non posse. Vnde non ait, Indulsisse licet; sed vacat: ac si diceret; iam vndiq; in mortem truditur Turnus: hoc tantum vacat spatium. Id est interuallum temporis, quasi hoc spatium hic locutus est vt*

In faciem Æneæ, (visu mirabile monstrum)
Dardanijs ornat telis, clypeumque iubasque
Diuini assimilat capitis. dat inania verba:
Dat sine mente sonum: gressusque effingit euntis.
Morte obitâ quales fama est volitare figuras,
Aut quæ sopitos deludunt somnia sensus.
At primas læta ante acies exsultat imago;
Irritatque virum telis, & voce lacessit.
Instat cui Turnus, stridentemque eminùs hastam
Conijcit. illa dato vertit vestigia tergo.
Tùm vero Ænean aduersum vt cedere Turnus
Credidit, atque animo spem turbidus hausit inanē:
Quo fugis, Ænea? thalamos ne desere pactos:
Hâc dabitur dextrâ tellus quæsita per vndas.
Talia vociferans sequitur, strictumque coruscat
Mucronem; nec ferre videt sua gaudia ventos.
Fortè ratis, celsi coniuncta crepidine saxi,
Expositis stabat scalis, & ponte parato:
Quâ rex Clusinis aduectus Osinius oris.
Huc sese Æneæ trepidè venientis imago
Conijcit in latebras. nec Turnus segnior instat,
Exsuperatque moras, & pontes transilit altos.
Vix proram attigerat, rapit Saturnia funem,
Auulsamque rapit reuoluta per æquora nauim.
Illum autem Æneas absentem in prælia poscit:
Obuia multa virûm dimittit corpora morti.
Tùm leuis haud vltrà latebras iam quærit imago,
Sed sublime volans nubi se immiscuit atræ;
Quum Turnum medio interea fert æquore turbo.
Respicit ignarus rerum, ingratusque salutis,
Et duplices cum voce manus ad sidera tollit:

est vt parumper differatur. Hinc est, quod & suprà ait, Metasque dati peruenit ad æui. VENIA vlla.] *Beneficium, quod te sperat mereri. Et duas habet significationes: quod petitur, vt hîc: & quod conceditur; vt,* Si qua est victis venia hostibus oro. MVTARI'VE.] *Deest, posse: an, mutatum iri?* QVOD voce grauaris.] *Quæ negas fato. Vox enim Iouis fatum est. Statius:* Et vocem fata sequuntur. *Hæc enim dixit: Vtinam, quæ negas voce, id est, fato, mente præstares. Nam si Iouis vox fatum est, potest aliud fando fati ordinem commutare.* Grauaris *autem, negas, grauiter fers. & hac elocutione non nisi per accusatiuum vtimur: vt si dicas, Grauor aduentū tuū, id est, grauiter fero. Grauor præsentiam tuam. nam & ipse dixit,* Quod grauaris. *aliter non dicimus in hac significatione. Similiter etiam accusatiuo vtimur casu, cùm volumus absolutam facere elocutionem, & per gerendiuum modum aliquid dicere: vt, Petendum mihi est æquum, codicem, byrrum. Hinc Virgilius:* Et pacem Troiano ab rege petendum. *Sic Sallustius:* Castra sinè vulnere introitum. *Nam si dixeris, Petendus est codex: non iam per gerendiuum agis modum, sed participialiter loqueris.* RATA.] *Firma, perpetua.* VERI vana feror.] *Id est, sum veritatis ignara.* ORSA.] *Pro dictis & fatis.* NIMBO succincta.] *Id est, nubibus: quia præmisit,* Agens hyemem. *quod nisi esset splendorem acciperemus, qui est circa corpus deorum.* TVM dea.] *Potest, sensu integro, dea detrahi.* NVBE cauâ.] *Nominatiuus est, hæc Nubes. nam Nubs non dicimus, quod ait Liuius Andronicus, qui primus edidit fabulam latinam apud nos.* IVBAS'QVE.] *Propter equinam caudam, quæ esse solebat in galeis. vnde est,* Cristáque hirsutus equinâ. DIVINI capitis.] *Hoc ex personâ poëtæ dictum est de Aeneâ, intuentis futura. nam post mortem in numerum referetur deorum.* INANIA.] *Nec à membris, nec à mente venientia.* OBITA.] *Morte susceptâ & completâ.* AVT quæ sopitos.] *Quæ somnia, pro, qualia insomnia, quæ per somnum videmus.* EXSVLTAT.] *Exsultare, est gaudere. & per se plenum est. Nam Insultare, est irridere inimicos: & dicimus, Insulto tibi. licèt Sallustius dixerit:* Multos ab adolescentiâ bonos insultauerat. *Quàmuis illic alia esset significatio: Multos insultauerat, id est, in ipsos impetum fecerat.* IRRITAT'QVE virum telis.] *Ideò hac arte agit Iuno, & imagine decipit Turnum: quia, si ei ex aperto fugam suaderet, more viri fortis, ille fugæ præponeret mortem. cùm præsertim ipse in sequentibus dicat,* Vsque adeòne mori miserum est? TVRBIDVS.] *Tumens, elatus arrogantiâ.* PACTOS.] *Nunc pastiuum: vt,* Pacta puellæ. TELLVS quæsita per vndas.] *Sic alibi,* En agros, & quàm bello, Troiane, petisti Hesperiam metire iacens. VOCIFERANS sequitur.] *Sequens clamabat. non autem dixit; & sic est secutus.* NEC ferre videt sua gaudia ventos.] *Prouerbium est; Venti ferũt gaudia, id est, lotatur incassũ. Sic suprà,* Sed auræ Omnia discerpunt. *Item,* Partem Mente dedit, partem volucres dispersit in auras. FORTE ratis.] *Descriptio per ἰσχυοτη facta. non enim à superioribus pendet; sed antedictis adiungitur: vt,* Insula Sicanium iuxta latus. *Has autem descriptiones esse apertas & raras conuenit: sicut etiam Horatius docet in arte poëticâ, dicens;* Pupureus latè qui splendeat vnus & alter Adsuitur pannus. *Sunt enim ornatui.* CREPIDINE saxi.] *Crepido, est abrupti saxi altitudo. Crepidines etiam templorum, dicuntur ipsi suggestus, in quibus aedes sunt collocatæ: & Crepidines viarum, id est, ipsæ eminentiæ dextræ sinistræq. Sanè hîc Antiptosis facta est, propter metrum. Coniuncta ergo* crepidine, *pro,* crepidini *sicut,* Hæret pede pes, *pro, pedi. Est autem ablatiuus pro datiuo.* OSINIVS.] *Ipse est, quem suprà Massicum dixit. Ergo (vt diximus suprà) Osinius proprium est: Massicus appellatiuum. licèt possit fieri vt duo nomina vnius sint: vt est, Numa Pompilius, Alexander Magnus, Numanus Romulus. Alij volunt, non eundem esse Massicum, quem Osinium: nam duas ciuitates suprà commemorat: Clusium & Cosam. & tradunt, potuisse fieri, vt hic Osinius, rex quidem vnius de memoratis fuerit ciuitatibus; sed sub imperio Massici egerit. Nam & Rhamnetem & Romulum, quos in ducum ordinem non numerauit, reges fuisse dixit. Alij hunc postea κατὰ τὸ σιωπώμενον volunt venisse: quia in catalogo eius non meminit.* CLVSINIS oris.] *Thusciæ ciuitate.* TRANSILIT altos.] *Hoc sermone festinantis, celeritas indicatur.* VIX proram.] *ἀσύνδετον, sic enim meliùs.* RVMPIT Saturnia funem.] *Debuit dici, cùm rumpit Saturnia funem: vt,* Vix è conspectu Siculæ telluris. Cùm Iuno, æternùm seruans. *Ideò autem rumpit: ne, deprehenso dolo, Turnus in bellum rediret.* REVOLVTA per æquora nauem. *ὑπαλλαγή est: reuolutam nauem.* ILLVM autem Æneas absentem in prælia poscit.] *Sic meliùs, quàm sicut nonnulli volunt. Vrbanus namque sic legit: Ille autem Aeneam absentem in prælia poscit. quasi ad Turnum possit referri.* OBVIA multa virûm dimittit corpora morti.] *Quòd vrbanus dici arbitratur de nautis in naui inuentis; quod non procedit. nam absens dicitur, qui recedit: quod nunc Turno congruit; non Aeneæ, qui interest prælijs. Illi autem Æneam legunt. quod ita est: quia Aeneas* Multa virûm demittit corpora morti. MEDIO.] *Ad medium.* TVRBO.] *Vis venti.* IGNARVS rerum.] *Id est, artis, per quam euaserat. Hoc est, nesciens hoc pro salute suâ factum: ideóq; & ingratus. nam & queritur.*

CADVCO.] *mortuo iuueni, propè morituro.* PONERE.] *facere.* VACAT.] *Ostendit, Turni fata non posse differri. Hucusq; satis vixit: & ideò, quasi dicat, vndiq; in mortem petitur.* QVID si, quæ voce.] *vtinam, quæ negas voce, id est, fato, traderet mente. Vox Iouis fatum est, à fando.*

GRAVIS

A GRAVIS exitus.] crudelis finis. INSONTEM.] Turnum. IN melius.] fata ſcilicet: in meliorem fortunam Turni. MISIT.] demiſit Iunonis deſcenſus. TV'M dea.] dea Iuno vertit ſe in vmbram Aeneæ, vt abduceret Turnum à pugnâ. DIVVM.] ſcilicet Aeneam, qui poſt mortem ponendus erat inter deos. INANIA verba.] venientia ab vmbrâ: id eſt, exilia. IMAGO] Iuno verſa in vmbram Aeneæ. VIRVM.] Turnum. QVò fugis.] Loquitur Turnus. VENTOS.] non animaduertebat, quòd ferebant talem lætitiam venti. CREPIDINE.] Crepido, eſt prærupti ſaxi altitudo & præcipitium. OSINIVS.] id eſt, Maſsicus, filius Oſinij. PONTES altos.] inſequabatur imaginem. RVPIT Saturnia funem.] ne fieret ei poteſtas redeundi ad bellũ. RAPIT.] Iuno. ILLVM.] Turnum. TVM leuis.] Iuno euanuit.

VAR. Lect. CVI Iuno illachrymans.] In Romano, Lachrymãs. QVID ſi, quæ voce.] In antiquis exemplaribus legere eſt, Quod ſi quod voce. TVRNO rata vita.] In Romano libro, Data vata habetur. QVIN vt potiùs.] Nõnulli, Quin ô poius ſcripsêre. Exemplaria verò alia, Quod vt ô potius, legũt. ILIACAMQVE aciem, & Laurentia caB ſtra petiuit.] In aliquot libris legere eſt, Iliacamq; aciem petit, & Laurentia caſtra. Eſt etiam, pro Caſtra, Tecta. OSINIVS.] In libris antiquis Oſirius legitur. RVPIT Saturnia funem.] In veteribus libris, Rumpit legitur. AVVLSAMQVE rapit.] In antiquis libris, Aduulſam legitur. TV'M leuis haud vltrà.] In antiq. lib. Tunc leuis aut. MANVS ad ſidera tendit.] In antiq. libr. Tollit habetur.

DON. SI mora præſentis lethi, tempuſque caduco Oratur iuueni; meque hoc ita ponere ſent s: Tolle fugâ Turnum, atque inſtantibus eripe fatis.] Ne videretur Iupiter totum denegâſſe poſcenti: concedit, quod fatorum curſum vexare non poſſet, vt vxoris poſtulata non læderet. Patior, inquit, vt illum interim ingruenti iam ſubtrahat morti, quem caducum eſſe, manifeſtum eſt. Caducum dicitur, quicquid immaturo tempore cadit ac deperit: vt ſunt arborum fructus. quorum pars apellatur caduca, quæ in vſus hominum non venit; propterea quòd, non adepta propriam maturitatem, proſternatur ac pereat. Indè translatum eſt, vt caduci dicantur homines, qui in pueritiâ aut iuuentâ moriuntur. Hîc tractat poëta, dilatari poſſe aliquantum hominis mortem, C vitam vero perpetuam eſſe non poſſe. Ait ergo: Si moras vis interponi, vt aliquantò tardiùs cadat, qui iam fuerat periturus. HACTENVS indulſiſſe vacat.] Id eſt, hucuſque poteſt illæsâ fatorum lege præſtari. SIN altior iſtis Sub precibus venia vlla latet, totumque moueri Mutariue putas bellum; ſpes paſcis inanes.] Sin verò plus aliquid ſperas, ac ſub precibus tuis latet aliud, quod concedi non poſſit: & putas, aut poni bellum poſſe, aut mutari pactionibus: vanâ duceris ſpe. quia fieri neceſſe eſt, quod fatis definientibus ſtatutum eſt. Spem paſcere, eſt, quaſi aliquo cibo, promiſſis inanibus optata nutrire. Ecce, bonus largitor beneficij, & moras promiſit; &, quemadmodum procurari poſſent poſſibili conſiliorum remedio demonſtrauit: vt fuga ſubtraheret aliquantum; quem ingruentis lethi premebat acerbitas. CVI Iuno illachrymans.] Præeuntibus verba lachrymis, ſic Iuno reſpondit: QVID ſi, quod voce grauaris, Mente dares? atque hæc Turno rata vita maneret? Nunc manet inſontem grauis exitus: aut ego veri Vana feror. quod vt, ô potiùs, formidine falsâ Ludar, & in melius tua, qui potes, orſa reflectas.] Quantum, inquit, diſtat inter petitionem meam, & promiſsionem tuam? Cur non ſtudio tamen tuo præſtatur, vt Turno rata maneat vita: hoc eſt, firma, ac ſtabilis, & inconcuſsâ radice perdurans? num nihil ei prodeſt, quod rectiùs viuit? AVT ego veri Vana feror;] id eſt, neſcia eorum quæ geruntur: & diſpoſitiones tuas mendacio tegis, vt me falſa formido diſcruciet; & tunc in melius tua dicta conuertas, ac Turni fata lætificet. Compleuit partes ſuas Iuno: tentauit omnia; & ſic abſterſit, quæ adhuc ſperaret, Iouem aliquid melius pro inductâ petitione facturum. HÆC vbi dicta dedit, cœlo ſe protinùs alto Miſit, agens hyemem nimbo ſuccincta per auras, Iliacamque aciem, & Laurentia caſtra petiuit.] Vbi Iuno hæc dixit, è cœli partibus deſcendit ad terras: & perrexit eò vbi Troiani & Itali fuerunt conſtituti. TVM dea nube cauâ tenuem ſinè viribus vmbram, In faciem Æneæ, (viſu mirabile monſtrum) Dardanijs ornat telis, clypeumque iubaſque Diuini aſsimilat capitis: dat inania verba; Dat ſine mente ſonum, greſſuſque effingit euntis.] Inuenit Iuno conſilium, quo, ſecundùm promiſſum Iouis, Turnum è pugnâ ſubtraheret. Finxit manem hominis formam: finxit arma, qualia fuerant, quibus Aeneas vtebatur: Hæc vmbra induit ornauitq; caput eius galeâ: prorſus vt, qui eam vidiſſet, Aeneam eſſe arbitraretur. Dedit ei aliquantulam vocem: & ſi inaniter; licebat dare tamen, velut viuentis hominis ſonum. Quòd ait, In faciem Æneæ, non in ſimilitudinem debemus accipere. MORTE obitâ quales fama eſt volitare figuras; Aut quæ ſopitos deludunt ſomnia ſenſus.] Talis illa vmbra fuerat: quales dicuntur eſſe poſt mortem; aut quales videntur dormientibus, cùm ſopitis ſenſibus eluſi falluntur. Cognito & probato, iunxit incognitum, & quod probari non poſsit. Si enim ſolùm propter exprimendam ſimilitudinem poneret, quod fertur eſſe poſt mortem: quid illud eſſet, non poſſet intelligi: cùm incolumes hoc ſcire non poſſunt. Sociauit huic aliud exemplum; ſomniorum ſcilicet, quæ omnibus nota ſunt: vt exindè appareat, quod eſſe dicitur poſt depoſitam vitam. AT primas læta ante acies exſultat imago.] Ideò læta, ideò exſultans: vt prouocaret in iracundiam Turnum. Denique ſequitur: IRRITATQVE virum telis, & voce laceſſit.] Vt lætitiâ hoſtis & exſultatione, voce & irritatu telorum, tanquam ad veram pugnam, toto Turnus animo armaretur. Irritare prorſus dicimus, feras prouocare. indè ſumptum eſt, vt & homines irritari dicantur, cùm in aliquam partem aſperitatis vrgentur. Hoc igitur agebat vmbra illa, vt Turnum non ipſa; ſed Aeneas, prouocare videretur. INSTAT cui Turnus, ſtridentemque eminùs haſtam Conijcit.] Sumpſit audaciam Turnus; qui tot modis fuerat prouocatus; & verum exiſtimans hoſtem; iecit haſtam. ſed hoc eminùs fecit: congredi enim cominùs non audebat. ILLA dato vertit veſtigia tergo.] Illa, inquit, hoc eſt, vmbra, mox in fugam verſa eſt. TV'M vero Ænean auerſum vt cedere Turnus Credidit, atque animo ſpem turbidus hauſit inanem.] Licèt antè Aeneam putâſſet Turnus, in quem haſtam miſerat: tamen magis ipſum eſſe credidit, quem fuiſſe præuiderat. ILLA dato vertit veſtigia tergo.] Morte, inquit, timentis in fugam verſa eſt. TV'M verò Ænean auerſum vt cedere Turnus Credidit, atque animo ſpem turbidus hauſit inanem.] Ipſe fuit vanus error in ſenſibus Turni, vt crederet Aenean terga vertiſſe. Quo factum eſt, vt vanâ ſpe ductus, ſuperbam iret in vocem, dicens: QVò fugis, Ænea? thalamos ne deſere pactos.] Quid, inquit, fugis, Aenea? exſpecta, vt, ſeruatâ pactorum fide, optatam ducas vxorem. HAC dabitur dextrâ tellus quæſita per vndas.] Ego tibi meâ dextrâ dabo terram, quam diu quæſiuiſti per maria. TALI vociferans ſequitur, ſtrictumque coruſcat Mucronem; nec ferre videt ſua gaudia ventos.] Clamabat, & ſequebatur fugientem: gaudebat quoque, & ſtrictum gladium portabat; vtpote paratus ad feriendum: nec intelligebat, omnia hæc in ventos exire, hoc eſt, inania eſſe & vacua, quæ clamabat. FORTE ratis celſi coniuncta crepidine ſaxi. Expoſitis ſtabat ſcalis, & ponte parato.] Vmbra illa cùm fugeret, habuit, fortunâ procurante, opportunitatem nauis quam poſſet aſcendere: vel maximè quæ habuit ſubſtantiam

ſtantiam pontis. nam ſtabat iuxta crepidinem ſaxi. Crepidinem accipere poſſumus partem ſaxi, quæ reſpicit mare. nã huic ſaxo colligatus fuerat funis, qui nauim tenebat. QVA rex Cluſinis aduectus Oſinius oris.] hac naui Cluſinis finibus vectus aduenerat Oſinius. HVC ſeſe trepida Æneę venientis imago Conijcit in latebras.] Huc, in nauim contendens, velut Aeneæ imago trepidantis, ſeſe latebris dedit. NEC Turnus ſegnior inſtat, Exſuperatque morans, & potens tranſilit altos.] Turnus aſſcendendo non fuit ſegnis: nam, ſuperatis omnibus moris, pontem totâ celeritate tranſſcendit. VIX proram attigerat.] Statim, inquit, vt Turnus nauis tetigit proram. RVMPIT Saturnia funem, Auulſamque rapit reuoluta per æquora nauim.] Quòd dixit, Rupit funem, non, Soluit: & Auulſam, id eſt, non ſimpliciter ſeparam à ſaxo: oſtendit, magnam interueniſſe neceſſitatem. Adhibenda quippe facto fuerat vis: quò citiùs fieret, quod fuerat neceſſarium, antequam Turnus aduerteret, inane eſſe quod geſſerat, & rediret. Vbicunque Poëta poſuit Rumpere, oſtendit maiorem neceſſitatem. Denique ait in libro tertio. Atque ab littore funem Rumpite: ne, interueniente ſoluendorum vinculorum morâ, manibus Cyclopum nauigia tenerentur. Item, cùm fugam Caci in octauo libro deſcriberet, ait: Ruptiſque immane catenis Deiecit ſaxum. ſi enim ſoluere voluiſſet, velocitate præuentus Herculis, pœnas faciliùs daret, ſi ſpeluncæ occuparetur ingreſſus. Tale eſt & Rapit: nã & hoc quoq; celeritatem facti ſignificat. ſi enim paulatim nauis in altum duceretur, & aſſcendendi & exſiliendi reperiſſe Turnus remedium poſſet. nũc rapta eſt: vt antè in altum perueniret, quàm ſentiretur nexibus libera. Quaſi inhæſiſſet ſaxo, ſic dixit auulſam. Auellitur enim, quod ſine vi non poteſt ſeparari. ILLVM autem Æneas abſentem in prælia poſcit.] Verus Aeneas, abſentem ignorans Turnum quærebat, & petebat in prælia. OBVIA multa virûm dimittit corpora morti.] Cùm quæreret Turnum: quicunq; illi obuiàm fuerunt, morti ſunt traditi. TV'M leuis haud vltrà latebras iam quærit imago, Sed ſublime volans, nubi ſe immiſcuit atræ.] Leuis vmbra, quæ Aeneam ſimulauerat fugientem, completo eo, quod fuerat neceſſarium, vlteriùs latebras non quæſijt: ſed ſe nubibus miſcuit, & eò, vnde venerat, remeauit. TV'M Turnum medio interea fert æquore turbo.] Interea commotum pelagus turbine trahebat lõgiùs Turnum. RESPICIT ignarus rerum, ingratuſque ſalutis, Et duplices cum voce manus ad ſidera tollit.] Pro aduerſo exiſtimans Turnus, quod pro ipſius fuerat ſalute perfectum, & geſtorum pro ſe neſcius, tetendit manus ad ſidera, & hæc gemebundus effudit: quo in facto potuiſſet ingrati crimen incurrere, niſi geſta neſciret. A

B

SPES paſcis inanes.] De fruſtra ſperantibus. IN melius tua, quæ potes, orſa reflectas.] Hoc monebitur adoleſcens luxu perditus; vt emergat aliquando, & ſe ad frugem bonam recipiat. ADR. Bar.

Omnipotens genitor, tantón' me crimine dignum
Duxiſti, & tales voluiſti expendere pœnas?
Quò feror? vnde abij? quæ me fuga? quémue reducet?
Laurentíſne iterum muros, aut caſtra videbo?
Quid manus illa virûm, qui me, meaq; arma ſecuti;
Quoſq; (nefas) omnes infandâ in morte reliqui?
Et nunc palantes video, gemitumque cadentum
Accipio. quid agam? aut quæ iam ſatis ima dehiſcat
Terra mihi? vos ô, potiùs miſereſcite venti!
In rupes, in ſaxa, (volens vos Turnus adoro)
Ferte ratem, ſæuiſque vadis immittite Syrteis;
Quò neq; me Rutuli, neq; conſcia fama ſequatur.
Hæc memorans, animo nunc huc, nunc fluctuat illuc:
An ſeſe mucrone ob tantum dedecus amens
Induat, & crudum per coſtas exigat enſem;
Fluctibus an iaciat medijs, & littora nando
Curua petat, Teucrûmq; iterum ſe reddat in arma.
Ter conatus vtramque viam: ter maxima Iuno
Continuit, iuuenemq; animi miſerata repreſſit.
Labitur alta ſecans, fluctuque æſtuque ſecundo;
Et patris antiquam Dauni defertur ad vrbem.
At Iouis interea monitis Mezentius ardens
Succedit pugnæ, Teucroſque inuadit ouantes.
Concurrunt Tyrrhenæ acies; atque omnibus vni,

SER. OMNIPOTENS genitor.] Duo antonomaſiua pro vno proprio: vt, Tritonia Pallas. TANTÒN'.] Pro, Tantóne. & conſtat, mutilatas partes orationis accentum in eodem loco habere, in quo etiam integræ habuerunt. nam μόρια, id eſt, minores particulæ, vt que, ne, ve, ce, quotiẽs iungũtur alijs partibus, ante ſe accentum faciũt; qualiſlibet ſit ſyllaba, quæ præcedit, ſiue breuis ſiue longa: vt, Muſáq;, Huiúſve, Illíene, Tãtòne, Adhúcce: & hæc mutilata ſimiliter proferuntur, ſcilicet ſub eodẽ accentu. QVO feror?] Vnde abij? Bene variauit aduerbia & pronomina. QVE'MVE reducet? Quem, qualem: vt, Hunc ego te, Euryale, aſpicio? & quaſi neſcius ſui eſt, in tantâ rerum permutatione. LAVRENTI'SNE.] Quaſi deliberatio eſt. QVID manus illa virûm?] Sylleplis per genus. nam à manu, id eſt, multitudine. Ergo à fœminino ad maſculinum, dicendo manus, tranſitum fecit. Ergo figuratum, & per genus, & per numerum. Eſt autem mira defectio: id eſt, quid dicunt? QVÓSVE nefas.] Aſper quóſne legit: & adnotauit, Ne, pro ve, quaſi expletiua particula. PALANTES video.] Intelligimus, eum non longè à terris fuiſſe. nam quod ait ſuprà, Medio fert ęquore turbo, vt diximus, ad medium accipiendum eſt. Aut quia medium dicitur omne, quod eſt inter finem & initium: vt in 9. Interea medium Æneas iã claſſe tenebat. GEMITVM'QVE cadentum Accipio.] Hinc apparet, de Aeneã dictũ, Obuia multa virûm demittit corpora morti. IMA terra.] Dolet ſibi etiam infelicium vota ſublata: nam in mari conſtitutus, optare ſibi hiatum non poteſt terræ. Imam autem terram prudenter dixit, quæ ſuſtinet & continet maria. MISERESCITE venti.] Pro petentis qualitate, nonnunquam etiam mori videtur eſſe miſeratio: vt hoc loco. Item ſuprà, Figite me, ſi qua eſt pietas. Miſereſcite autem, quis ante hunc? ab eo, quod eſt Miſereſco, & Miſereſcimus. TVRNVS adoro.] Id eſt iuxta veteres, qui Adorare, alloqui dicebant. nam ideò & Adoria, laus bellica; quòd omnes cum congratulatione alloquebantur eum, qui in bello fortiter fecit. Alij adoro, pro oro: vt ad vacet; & ſit metri cauſsâ additum. C SYRTEIS.] Vbi arenoſa ſunt littora, ſyrtes vocantur. Ergo, immittite me ad ſæua vada ſyrtium: aut ad arenoſa loca. aut reuerâ ad ſyrtes, id eſt, ad mundi extrema, quò me nec fama comitetur; id eſt, vbi me nemo ſciat deſertorum eſſe. MVCRONE induat.] Aut κατάχρησις dixit, induat, pro feriat: aut hypallage eſt; pro, mucronem ſuo induat corpore. Si enim induere, eſt veſtire: non mucrone corpus induitur, ſed induitur mucro corpore, id eſt, tegitur & veſtitur. CRVDVM.] Crudelem, cruentũ. EXIGAT.] Auiditas mori cupientis oſtẽditur. ANIMI miſerata.] Pro, animo miſerata. Nam figuratè locutus eſt: ſicut, O' præſtãs animi iuuenis, pro, animo: & illius rei, id eſt, illâ re. AD vrbẽ.] Ardeam. & ideò ſic longè, ne ex propinquo ſtatim rediret: & vt eum affectus retineret parentis. AT Iouis interea monitis.] Id eſt, nouimus ſacrilegum eſſe Mezentium;

noui-

A nouimus quoq́, Iouem etiam exhortatum eſſe alios deos; vt à bello deſiſterent; & dixiſſe, Rex Iuppiter omnibus idem. Quomodo ergo procedit. At Iouis interea monitis? Dicimus primò, Iouem iuſtitiæ fauere, non partibus. quod ſi eſt iure Mezentium in Turni locum facit venire: vt iuſtum prælium inueniatur, ne vna pars penitus ſit à ducibus deſtituta. Quòd autem dicitur; ſacrilegum Iupiter admonere non debuit: non admonet, vt vincat; ſed vt poſsit perire. Illud etiam fruſtrà quæritur; quemadmodum numini ſacrilegus obedire potuerit: cùm Mezentium non apertè Iupiter moneat; ſed ei iniiciat tale deſiderium. Vnde eſt; Diíne hunc ardorem mentibus addunt, Euryale? an ſua cuique deus fit dira cupido? MONITIS.] Hic datiuus venit ab eo, quod eſt hac Monita, nã & hos Monitus dicimus. Vnde Perſius; Hos pueris monitus patres infundere lippos. Sed à quartâ declinatione, nec ſingulari datiuo vtimuur, nec plurali. nam vnum nomen eſt de his, quæ, licèt duplicem habeant declinationem, tamen aliquibus eorum caſibus propter aſperitatem non vtimur: vt, Laurui, Lauribus, cùm & huius Laurus, & ab hac Lauru dicamus. CONCVRRVNT Tyrrhenæ acies.] Quæ ſpecialiter odio Mezentij in bellum B ruebant.

POM. Sabi. OMNIPOTENS.] Oratio Turni ad Iouem. TALES pœnas.] credebat ſe in aquâ perire. In libro decimoſeptimo. Silij Iuno ſic deluſit Hannibalem. QVID manus.] ſcilicet multitudo, facit nunc, ſinè me duce. PALANTEIS video.] illos timentes abſentia meâ mori. FERTE.] impellite. IMMITTEIE ſyrtes.] vt obruar, & peream. AN ſe.] id eſt, an ſe mucrone ſuo transfigat. TER conatus vtramq;.] & interficere ſe, & natare ad litus. CONTINVIT.] ſcilicet, preſsit animum iuuenis Turni. ideò dicit. Repreſsit iuuenem animo. CONCVRRVNT.] inter ſe Tyrrheni ſub Mezentio & ſub Aeneâ: vel Tyrrhenæ acies concurrunt in Mezentium: omnibus telis inſtabant vni viro.

VAR. Lect. QVÆ me fugâ? quémue reducet?] Roman. lib. Reducit legit. Eſt etiam in quibuſdam alijs, Quæ me fuga? quæue reducet? INFANDA in morte.] Vetuſtiora exemplaria, Infandâ morte legunt, abſque In. IMA dehiſcat.] In Romano libro, Dehiſcet legitur. VOS ô potiùs.] In Mediceo legere eſt, O' vos, ô potiùs. AN ſeſe mucrone. Rom. lib. Mucroni ponit: & in alijs, Mucro- C nem legitur. ET crudum per coſtas exigat.] In Romano libro, Durum legas: in aliquot alijs, Crudum per coſtas dirigat. IVVENEM'QVE animi.] Variant exempl. dum quædam Animo; quædam Animi legunt.

DON. OMNIPOTENS genitor, tantòn me crimine dignum Duxiſti; & tales voluiſti expẽdere pœnas?] Hoccine tibi Iupiter placuit? hac me pœnâ dignum eſſe duxiſti? Hæc vt diceret; oſtenditur intellexiſſe fraudẽ, quam paſſus eſt. Incipit enumerare omnia, quæ illi pœnas animi afferebant. QVÒ feror? vnde abij?] Neſcio, inquit, quò feror: vnde tamen receſſerim ſcio. QVÆ me fuga, quémue reducet?] Qualis ſum, quum fugiſſe videor? qualis ad eos, quos deſerui, rediturus ſum? LAVRENTI'SNE iterum muros, aut caſtra videbo? Si rediero: quâ fronte iterum videbo muros & caſtra Laurentum; vnde fugitiuus abſceſsi? QVID manus illa virûm, qui me meaque arma ſequuti? Quóſue (nefas) omnes infandâ morte reliqui?] Quid, ait, dicent illi, qui armis meis ſuas opes fortunamq́ iunxerunt? quos prodidi deſerendo; quos fugiendo decepi: quos dimiſi ad necem? ET nunc pallantes video, gemitumq; cadentum Decipio.] Mortalitatem tenuit. nam cùm in incertis relinquimus quenquam, vel ad incerta dirigimus: potiùs mala ſperamus euenire poſſe, quàm bona. Videre ſe cadentes dicit, & gemitus audire pereuntium: & totum tamen ab oculis & auribus longè eſt. Cernebantur hæc animo: & animi audiri putabantur, cùm imaginationes ipſæ ſenſibus tractantis occurrerent. QVID agam, aut quæ iam ſatis ima dehiſcet Terra mihi?] Deſiderabat recipi hiatibus terræ: & in fluctibus eam requirebat; quæ non erat, & cuius copiam non habebat. VOS ô potiùs miſereſcite venti.] Ecce, intellexit ipſe, fruſtra ſe deſiderare terræ diuortia: & apoſtrophâ ad ventos factâ, rogare ſupplicium cœpit, & pœnam pro beneficio poſtulare. IN rupes, in ſaxa (volens vos Turnus adoro) Ferte ratem, ſæuisque vadis immittite ſyrteis: Quò neq; me Rutuli, nec conſcia fama ſequatur.] O' vota aduerſa! proſperis naufragia optantur, vt ſit perire, beneficium. Miſereri eſſe dicitur, vt nauis feratur in rupes, & collidatur in ſaxa: non quòd reuerâ interire commodum videretur; ſed lucis tædio, & ludibrijs caruiſſe, pulcherrimum. Certè, ſi malum, inquit, putatis eſſe, quod poſco: tamen, quia hoc cupio pro bono, quod iudicatis eſſe contrarium. Volenti mori miſericordiam portas, qui ei procurauerit mortem. Aut, ſi me malueritis contra mea vota ſeruare: date Syrtes ſæuas, & ſyrtium vada. Illîc traham infelicem vitam: quò nullus ſequi valeat, & vnde opinio nominis mei ad meos omnes venire non poſsit. HÆC memorans, animo nunc huc, nunc fluctuat illuc; An ſeſe mucrone ob tantum dedecus amens Induat, & crudum per coſtas exigat enſem: Fluctibus an iaceat medijs, & littora nando Curua petat, Teucrûmque iterum ſe reddat in arma.] Quum hæc animo volueret, & animo fluctuaret. apto verbo vſus eſt, Fluctuat. alluſit enim, quomodo in fluctibus fuit; vt mente ſe quoque fluctuare videretur: huc atque illuc vertens tractatus ſuos omnes inſtabiles, & vagos. Incipit dicere, qui ſint ipſi tractatus, & quantas ſint in ſpecies ſub incerto diuiſi. Aliquando enim parabat ſeſe percutere gladio, & ferro abolendum decernebat dedecus ſuum. Aliquando, vt iret in fluctus, & nando perueniret ad littora. ſed hoc armis efficere non valebat. non enim natare poſſet armatus: inermis autem quomodo veniret ad terras ſi arma reijceret, armis hoſtium pleno ardore feruentibus? TER conatus vtrumque viam; ter maxima Iuno Continuit, iuuenemq́ue animi miſerata repreſſit.] Quoties voluit aggredi alterum de duobus; toties Iuno ardores animi iuuenilis oppreſsit. Quid enim prodeſſet, morti eſſe ſubtractum: ſi ſe in mari perimeret; aut necatus in pelago ferretur ad terram? LABITVR alta ſecans, æſtu fluctuq́ue ſecundo, Et patris antiquum Dauni defertur ad vrbem.] Ecce, quantum potuit Iuno! cùm diuerſos tractatus excuſſit Turnus, & deliberationis ſententiã, exſiſtentibus atque occurrentibus contrarijs, fingere vel ordinare non permittitur. Nauis ſinè rectore, ſine arte, ſinè ſuffragio, proſperante ventorum, ad antiquam vrbem ſecundis lapſibus venit. Completum eſt, quod apud Iouem proſecuta eſt Iuno. ait enim: Quin & pugnę ſubducere Turnum, Et Dauno poſſem incolumem ſeruare parenti? AT Iouis interea monitis Mezentius ardens, Succedit pugnę, Teucrosq́ue inuadit ouantes.] Inimicum ſuis aſſerit Iouem; vt Mezentium, virtute acrem, naturâ callidum, & in armis ardentem, Teucris immitteret, certaminis ſucceſſu feliciori gaudentibus. CONCVRRVNT Tyrrhenæ acies, atque omnibus vni, Vni odijsq́ue viro, telisq́ue frequentibus inſtant.] Omnibus, inquit, odijs, ac frequentibus telis, vni viro omnes inſtabat.

Vni odijsque viro telisque frequentibus inſtant.
Ille, velut rupes, vaſtum quæ prodit in æquor,
Obuia ventorum furijs, expoſtaque ponto,
Vim cunctam atq; minas perfert cœliq; marisque,

SER. VNI odijsq;.] Bene repetitur vni vt oſtendat, conſpirationem Hetruſcorũ olim Mezentio incumbere. PRODIT in æquor.] Extenditur. hinc Iuuenalis: Quæ pelago occurrunt medio, longeq; relinquunt Italiam.

Digitized by Google

Ipsa immota manens; prolẽ Dolicaonis, Hebrum,
Sternit humi: cum quo Latagum, Palmumque fugacem.
Sed Latagum saxo, atq; ingenti fragmine montis
Occupat os, faciemq; aduersam: poplite Palmum
Succiso volui segnem sinit: armaque Lauso
Donat habere humeris, & vertice figere cristas.
Nec non Euantem Phrygium, Paridisq; Minanta
Æqualem, comitemque: vnà quem nocte Theano
In lucem genitori Amyco dedit, & face prægnans
Cisseis regina Parin creat: vrbe paternâ
Occubat: ignatum Laurens habet ora Minanta.
Ac velut ille canum morsu de montibus altis
Actus aper, multos Vesulus quem pinifer annos
Defendit, multosque palus Laurentia: syluâ
Pastus arundineâ, postquam inter retia ventum est,
Substitit, infremuitque ferox, & inhorruit armos:
Nec cuiquam irasci, propiúsue accedere virtus:
Sed iaculis, tutisque procul clamoribus instant.
Haud aliter, iustæ quibus est Mezentius iræ,
Non vlli est animus stricto concurrere ferro:
Missilibus longè, & vasto clamore lacessunt.
Ille autem impauidus partes cunctatur in omneis,
Dentibus infrendens, & tergo decutit hastas.
Venerat antiquis Coriti de finibus Acron,
Graius homo, infectos linquens profugus hymenæos.
Hunc vbi miscentem longè media agmina vidit,
Purpureum pennis, & pactæ coniugis ostro:
Impastus stabula alta leo ceu sæpè peragrans,
(Suadet enim vesana fames) si fortè fugacem
Conspexit capream, aut surgentem in cornua ceruum;

liam. PONTO.] *Contra pelagus. nam datiuus est.* VIM cunctam.] *Id est, violẽtiam, impetum.* COELI'QVE marisque.] *Sicut & Mezentius odiorum, & telorum totius exercitꝰ.* FVGACEM.] *Modò velocem, vel fugiẽtem.* LATAGVM occupat os.] *Pro, Latagi os occupat. & est Græca figura, in Homero frequens: vt si dicas,* [Greek] *id est, Achillẽ percussit pedem, pro, percussit Achillis pedem.* POPLITE palmum.] *Eâ parte, quâ plurimum poterat.* SEGNEM sinit.] *Qui vulneratus nihil iam efficere potuit.* DONAT habere.] *Græca figura. vt,* Argenti magnũ dat ferre talẽtum. THEANO.] *Mater Minãtis.* CISSEIS.] *Hecuba, filia Cissei, secundùm Euripidem in Hecubâ;* [Greek] *Nam secundùm alios, Dimãtis est. Quod autem ait,* face prægnans, *hæc ratio est: quia, antequam pareret, faculam se peperisse vidit in somnis.* PARIN creat.] *Plus est, quàm si diceret, face prægnans incendit Parin.* VRBE paternâ occubat.] *Subaudis,* Paris. *Quod si non diceret, metri est necessitate compulsus. Nã deest* qui, *vt sit: qui vrbe paternã.* IGNARVM Laurẽs habet ora Minãta.] *Scilicet, casus sui. vera tamen lectio est.* Ignarum, *id est, ignoratum, qui nesciretur. & est supina significatio; sicut in Quarto;* Liquitque volatile ferrum Nescius, *pro, qui nesciebatur. Alij hypallagen volunt esse: vt,* Minos in Laurenti orâ ignotâ iacet. Ac velut ille.] *Antiqui,* Ille, *vel magnitudini, vel nobilitati adsignabant. Vt,* multum ille & terris: *&,* Pœnorum qualis in aruis Saucius ille graui. ACTVS.] *Coactus in retia.* DEFENDIT.] *Texit. vt,* Hîc mihi teneras defendo à frigore myrtos. Vesulus *autem, Mons Liguriæ est, iuxta Alpes. Liguria autem cohæret Thusciæ: de qua fuerat Mezentius. vnde est satis congrua comparatio. Sanè de hoc Vesulo, quidam duo flumina, Rhodanum & Padum, nasci dicunt: quórum vnus, id est, Rhodanus, in Tyrrhenum mare, alter, id est, Padus, in Adriaticum fluit.* MVLTOS'QVE.] *Pro, multosue. non enim vicina est palus Laurentia monti Vesulo, vt possit vnus idemq; aper intelligi. Sanè* Laurentia, *pro Laurens: nã hæc est vera & recta deriuatio.* PASTVS.] *Pro, pastum. nam suprà ait,* quem. *Ergo Antiptosis est.* INHORRVIT armos.] *Id est, armis inhorruit. Aut certè in armos horruit: per quod erectas setas accipimus.* IRASCI.] *Deest,* est. TVTIS clamoribus.] *Præter periculum. Id est, ipsi tuti.* IVSTÆ iræ.] *Quasi quibus odium est propter mortua corpora. vt,* Mortua quinetiam iungebat corpora viuis, Componens, manibusq; manus, atque oribus ora. CVNCTATVR.] *Se per omnes partes disponit.* TERGO.] *Scuto. vt,* Et venit aduersi in tergum Sulmonis CORITI de finibus.] *Coritus est & ciuitas Thusciæ; & mons; & pater Dardani rex. Vnde nunc ad quos fuit potest referri, de finibus Coriti.* GRAIVS homo.] *Oriundo quidem Græcus, sed qui nunc de Thusciâ venisset ad bellũ.* MISCENTEM.] *Perturbantem.* PVRPVREVM pennis.] *Galeam significat, purpureas cristas habentem: aut certè,* purpureum pennis, *pulchrum, bene galeatũ: vt,* Purpurei cristis iuuenes, *id est, pulchri.* PACTÆ coniugis.] *Hic ordo est: conciliata primò, dein cõuenta, dein pacta, dein sponsa.* VESANA fames.] *Alibi:* Et malesuada fames. FVGACEM.] *Veloci. Homer.* [Greek] SVRGENTEM in cornua.] *Id est, Crescentem, cornibus eminentem.* A

VIRO.] *Mezentio.* ILLE vehat.] *comparatio ab Homero sumpta.* IMMOTA.] *contra omnes ictus manet immota rupes: sic Mezentius.* DOLICHAON.] *pater Hebri.* LATAGVM, &c.] *Tyrrhenũ, interempti à Mezentio.* POPLITE.] *Poples, pars posterior tibiarum. Latagi os & faciem saxo attriuit; & Palmũ poplite.* SEGNEM.] *segnis est, id est, non ambulat, qui succisum hãbet poplitẽ.* ARMA.] *Palmi & Latagi.* PHRYGIVM.] *Phryges cæsi à Mezentio.* MINAS.] *comes Paridis.* PARIM creat.] *Hecuba genuit Parim. à nominis similitudine dicit: & fortè erat alius filius Priami, Paris.* IGNARVM.] *fati sui.* LAVRENS.] *pro Latio.* VESVLVS.] *mons: sed magis cacumen Alpium; vnde oritur Padus.* PALVS.] *Latina. ac per hoc, intelligendum de duobus apris. ideò ille ait:* Laurentum aprum. FREMIT.] *miratur, quòd captus sit. & quamuis sit captus, tamen nemo venantium audet ex virtute accedere propior ad aprum; & eminùs incessit telis. non aliter erat in Mezentio.* NON vlli fas est.] *scilicet nulli Hetruscorum audebant concurrere cum Mezentio; nulli illorum, quibus Mezentius est iustæ iræ.* LACESSVNT.] *Mezentium.* CORYTI.] *Corytus, patria Dardani, vt diximus.* HYMENÆOS.] *infectas nuptias.* HVNC.] *Acronem. historia de Acrone ignoratur.* PVRPVREVM.] *crista purpurea. Apud antiquos purpurâ vtebantur, qui stirpe regiâ erant.* PACTÆ coniugis.] *propter nouas nuptias.* B

POM. Sabl.

IPSA Immota manens.] *In Oblongo,* Manet *legitur.* PARIDIS'QVE Mimanta.] *In antiquis libris,* Minanta *habetur.* QVEM nocte Theano.] *Libri veteres* Theana *legunt.* OCCVBAT, ignarum Laurens.] *Sunt qui legant,* Occubat, hic Earum Laurens. VAL. Lect.

ILLE, velut rupes, vastum quæ prodit in æquor, Obuia ventorum furijs, expostaq; ponto, Vim cunctam atque minas perfert cœlique marisque, Ipsa immota manens.] *Ille sic omnibus resistebat immobilis: vt opposita pelagi fluctibus rupes, quæ producta in mare, vim cœli ac minas præfert, manens fixa viribus suis.* PROLEM Dolichaonis Hebrum Sternit humi.] *Incipiunt describi hi, quos Mezentius occîdit. Primum strauit Hebrum, Dolichaonis filium.* CVM quo Latagum, Palmumque fugacem: Sed Latagum saxo, atque ingenti fragmine montis Occupat os faciemque aduersam; poplite Pàlmum Succiso volui segnem finit.] *Occupat Latagum saxo, & faciem eius aduersam occupat. nisi enim bis intelligatur* Occupat: DOR. C

A *cupatus erit locutio integra, nec plena descriptio.* INGENTI fragmine mótis.] *& virtutẽ voluit monstrare gestãtis, & saxi pondus ostẽdere: cũ dicit,* Ingenti fragmine. *Fragminis significatio ostẽdit, saxũ illud, quasi quosdã gladios habuisse, vt illisum in illius faciẽ, & acuminibus crebris necem hominis cõplere, & pondere.* PALMVM'QVE fugacẽ.] *non occisum dixit: sed succiso poplite, ne vlterius fugeret, implicatum.* ARMA'QVE Lauso Donat habere humeris, & vertice figere cristas.] *Scutũ, & galeam detractã hosti, dono dedit filio suo. non enim numini cuiquã hæc seruare potuit, aut cõsecrare, qui deos cõtemnere perpetua obstinatione didicerat.* NEC nó Euanté Phrygium, Paridisq; Mimanta Æqualé, comitemq;.] *Etiam isti intelliguntur occisi.* VNA qué nocte Theano In lucé genitori Amyco dedit, & face prægnans Cisseis regina Parin creat; vrbe paternâ Occubat; ignarũ Laurens habet ora Mimanta.] *Ludit inter duorũ nomina, & natiuitates, & parentes, & mortuos. Occidit enim Mezentius duos, Euantẽ & Mimanta: qui Paridis aliquando fuisset æqualis & comes. & Theano & Amyco dicit hunc natũ: Paridẽ verò ex Cisseide postea, quàm*
B *facẽ se peperisse somniauit: qui Paris in vrbe paternâ occubat, id est, in Troiã Mimanta aũt Laurentes exceperunt cadentem.* AC velut ille canum morsu de montibus altis Actus aper, multos Vesulus qué pinifer annos Defendit, multosq; palus Laurentia, syluâ Pastus arundineâ.] *Quemadmodum, inquit, morsu canũ montibus aper exclusus, quem Vesulus mons, pineis arboribus densus, multos per annos defendit ac tenuit, aut palus Laurenti cũ syluâ aluit, atq; nutriuit.* POSTQVAM inter retia ventũ est. Substitit, infremuitq; ferox, & inhorruit armos: Nec cuiquam irasci, propiúsve accedere virtus; Sed iaculis tutisq; procul clamoribus instant. Haud aliter, iustæ quib⁹ est Mezentius iræ, Nõ vlli est animus stricto cõcurrere ferro; Missilibus longè, & vasto clamore lacessunt. Ille aũt impauidus partes cũctatur in oẽs, Dẽtibus infrendens, & tergo decutit hastas.] *Quemadmodum aper, inter retia positus, substitit, & armos excutit, ac dentibus frendit: & nullus audet propiùs accedere, sed iaculis ex longinquo missilis insistit: ita, quos Mezentij facta cum iusto dolore agebant, quanquã illi omnes infesti incurrerẽt, non tamen audebant certare cominùs; sed, quod tutũ fuit, missilibus ex longinquo iactis, & clamore certabãt. Ille verò: nõ Mezentius, sed aper. (ad ipsum enim remeauit, vt parabolam clauderet) omnes partes obseruans, hastas excutit, & propellit.* VENERAT antiquis Corithi de finibus Acron, Graius homo, infectos linquẽs profugus hymenæos.) *Nihil horum ad bellorũ pertinet causam, sed, vt sæpe iam dictum est, reficiendo lectori proficiunt: vel ne deturpetur dictio, si puris ac solis nominibus cõparetur. Iste igitur, quãdo bellandi ducebatur affectu, vt Græcus, se veteribus hostibus iungeret, magisq; intentus esset in prælium, quàm in nuptias nouas.* HVNC vbi miscenté longè media agmina vidit, Purpureum pennis, & pactæ coniugis ostro: Impastus stabula alta leo ceu sæpè peragrans, (Suadet enim vesana fames) si fortè fugacẽ Cõspexit capreã, aut surgentẽ in cornua ceruũ, Gaudet hians immane; comas arrexit; & hæret Visceribus super accumbẽs; lauit improba teter Ora cruor: Sic ruit in dẽsos acer Mezẽtius hostes.] *Etiã parabolæ, propter ornatũ dictionis, interponũtur: ne horrescat totũ, si nomina sola iungãtur. Quũ igit Græcũ istũ longè cõspexisset Mezentius: addidit causam, quæ fecerat, vt lõgiùs appareret. Habuit (inquit) purpureas pennas & vxoris veste, proindeq; fæmineâ, cõspicuus fuit. cùm in talibus inertia potiùs, quàm virtus ostendatur. Mox in eum irruit Mezentius, auiditate tantâ, quantâ esuriens leo in ceruum aut capream fertur: in duo scilicet animalium genera, quæ nec pugnare sciunt, nec habẽt aliquã in resistendo virtutẽ. Cætera ad pompam descriptionis pertinent, vt leonis auiditas ostendatur: qui tunc gaudet, quum eius ora copiã nimiâ cruoris horrescunt. Licèt illius causâ, qui veste ac pennis cõspicuus fuit, Mezentius aduolâsset: tamen eum, nisi per acies, ad eum peruenire non potuisset, multos ex eâ occasione prostrauit.*

ACRON, Graius homo.] *In eum, cui iudicabimus non esse fidem habendam, nisi simul rem præsentem exhibeat. Nam Græci olim, ob leuitatem, empturi quippiam, non nisi adnumeratâ pecuniâ admittebantur.* ADR. Bar.

Gaudet hians immane, comasq; arrexit; & hæret
Visceribus super accumbens: lauit improba teter
Ora cruor.
Sic ruit in densos alacer Mezentius hostes.
Sternitur infelix Acron; & calcibus atram
Tundit humũ exspirans, infractaq; tela cruentat.
Atq; idem fugientem haud est dignatus Oroden
Sternere, nec iactâ cæcum dare cuspide vulnus.
Obuius, aduersoq; occurrit: seq; viro vir
Contulit, haud furto melior, sed fortibus armis.
Tùm super abiectum posito pede, nixus & hastâ,
Pars belli haud temnẽda viri, iacet altus Orodes.
Conclamant socij, lætum Pæana secuti.
Ille autem exspirans: Non me, quicunq; es, inulto,
Victor, nec longùm lætabere: te quoq; fata
Prospectant paria, atq; eadem mox arua tenebis.
Ad quem subridens mistâ Mezentius irâ:
Nũc morere: ast de me diuúm pater, atq; hominũ (rex,
Viderit. Hoc dicens, eduxit corpore telum.
Olli dura quies oculos, & ferreus vrget
Somnus; in æternam clauduntur lumina noctem.
Cædicus Alcathoũ obtruncat; Sacrator Hydaspẽ;
Partheniumq;, Rapo; & prædurũ viribus Orsen;
Messapus Clodiumq;, Lycaoniumq; Ericaten:
Illum infrænis equi lapsu tellure iacentem;
Hunc peditem pedes, & Lycius processerat Agis.
Qué tamen haud expers Valerus virtutis auitæ
Deijcit Atronium Salius, Saliumq; Nealces,
Insignis iaculo, & longè fallente sagittâ.
Iam grauis æquabat luctus, & mutua Mauors

SER. COMAS'QVE arrexit.] *Naturale enim est, vt irati leones erigant iubas.* LAVIT.]
C *Ab eo, quod est Lauo, lauis. nã hoc verbũ, & primæ est coniugationis, & tertiæ: à quã nunc ait, Lauit. Itẽ Horatius,* Lauit amne crines. *Itẽ alibi,* Nãq; dulci Mala vino lauere. *sic Plautus in Pseudolo,* Easque lacrymis lauis, *id est, humectas.* INFRACTA.] *Aut nimiùm fracta: aut reuerà infracta.* ORODEN.] *Istum Oroden, virũ fortem, intelligimus in fugam necessitate esse conuersum. Nam ipse Mezentius paulò pòst dicturus est ad hortandos socios:* Pars belli haud temnenda viri, iacet altus Orodes. NEC iactâ cæcũ.] *Vnum sensum, & duos, extulit. Cæcum vulnus autẽ, quod aduerso infigitur.* FVRTO.] *Insidijs.* PEDE nixus & hastâ.] *Deest,* ait. HAVD temnenda viri.] *Asper viris legit. vt sit, alij haud temnenda. alioqui ipse ait;* Fugientem haud est dignatus Orodẽ Sternere. ALTVS.] *Magnus, vt,* Sic pater ille deúm faciat, sic alt⁹ Apollo. PÆANA secuti.] *Pæan, propriè Apollinis laus est: abusiuè et aliorum dicitur. Vnde Pindarus opus suum, quod & hominum & deorũ continet laudes, Pæanas vocauit. Quámuis quidã alium Pæana esse, alium Apollinẽ velint: sed verè Pæan Apollo. tamen Pæana, carmen esse victoriæ, Aeschylus docet: quod ideò Apollini dicatũ est, quia malorum auertendorum potens est. vnde & ab Homero vltricẽ immittens pestilentiam inducitur.* NEC longum lætabere.] *Duo dicit: Nec diu lætaberis, nec diu me indefenso. Homeri autẽ more, morienti dedit scientiam futurorũ.* Longum autem, *pro longè: nam nomen est, pro aduerbio.* SVBRIDENS.] *Per iracundiam ridens loquitur. Vnde per irrisionem dictum accipitur.* AST de me diuùm pater, atque hominum rex, Viderit.] *Id est, viderit, vtrùm Mezentio*

Funera: cædebant pariter, pariterq; ruebant,
Victores, victiq;: neq; his fuga nota; neq; illis.

positus nocere ille, quem vos deorum & hominum creditis esse rectorem. EDVXIT corpore telum.] *Quò facilius posset perire. Lucanus:* Non eget ingestis, sed vulsis corpore telis. DVRA quies.] *Blanda & contraria: sic dictum, vt somnus ferreus. Est autem Homeri comparatio.*

ὣς ὁ μὲν αὖθι πεσὼν κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον.

CÆDICVS Alcathoum.] *Hoc loco est confusio in aliquibus nominibus. nam quis sit Troianus, quis sit Rutulus, ignoratur.* RAPO.] *Rapon dicitur, sicut Tarchon sed metri causâ detraxit* n, *propter Synalœpham: sicut suprà,* Haud procul hinc Tarcho & Tyrrheni tuta tenebant. INFRENIS equi.] *Cuius equi asperrimi, qui frenorū sperneret regimē.* Infrenos *aūt etiam homines dicimus: vt,* Hinc Numidæ infreni cingūt. *Dicimus & Infrenus, & Infrenis; sicut Inermus, et Inermis.* PROCESSERAT Agis.] *Scilicet cōtra Messapum dimicaturus: quod nequiuit. nam à Valero, antequā ad Messapū perueniret, occisus est.* HAVD expers.] *Nō ignarus virtutis parentū.* IACVLO & longe fallente sagitta.] *pro ictu longè fallentis sagittæ. nam per* ἓν διὰ δυοῖν *dixit: vt,* Hamis auroq; trilicem: *Itē,* Molemq; & montes insuper altos. *An longè, valde?* MAVORS.] *Fortuna bellica.* FVNERA.] *Mortes.* CÆDEBANT.] *Legitur & cedebant, id est, terga vertebant. secundùm quod, ruebant, insequebantur significat. Si autem cædebant, id est, occidebant: ruebant, id est, cadebant.*

POM. Sabi. CRVENTAT.] *sanguine suo.* NEC iactâ cuspide.] *ideò nō misit iaculum in Horoden fugientem, vt non perderet.* OBVIVS.] *Horodes. Ego intelligo, obuius, Mezentius; & vir, Mezentius.* VIRO.] *scilicet Horode. Mezentius astu non erat melior Horode; sed armis.* ABIECTVM.] *prostratum.* PARS belli.] *Horodes pars belli nō contemnēdi iacet.* NON me.] *Loquitur Horodes, Homeri more, qui dedit morienti prædicere futura.* NVNC morere.] *Respondet Mezentius.* OLLI.] *Horodæ.* NOCTEM.] *propter mortem.* ALCATHOVS.] *ab Alcathoë, vrbe propinquâ Megaris. pro Arcade ponitur.* PARTHENIVS.] *à Parthenio, fluuio Arcadiæ.* ORSEN.] *nomē Argiui apud Homerum.* SACRATOR.] *à Sacranis, qui fuēre populi antiquissimi in Latio.* ENISPE.] *oppidū Arcadiæ.* LYCAONIVMQ.] *A' Lycaone, rege antiquissimo Arcadiæ.* AGYS.] *præcesserat, dimicaturus cū Messapo: sed antè à Valero est interēptus.* VALESVS.] *antiquissimus habitator in Sabinis. vnde venit Valesus ille, qui militauit sub Tatio rege Sabinorū, & in vrbe dedit originē genti Valeriorū. Valesus, Valerus, Valesij, Valerij.* SAGITTA.] *scilicet iactu fallētis sagittæ.* PARITER.] *Inuicē cadebant, modò Rutuli, modò sub Aeneâ, qui erant.*

VAR. Lect. COMASQVE arrexit.] *In antiq. lib.* Comas arrexit, *absq;* que. VISCERIBVS super accumbēs lauit. *Exempl. quædā legunt,* Superincumbens *in Rom.* Lauat. PARS belli haud tēnenda viri.] *In lib. antiq.* Viris *legitur.* PROCESSERAT Agis.] *In lib. antiq.* Ages *legitur: in aliquot etiam* Argis. DEIICIT Atronium Salius.] *Pro Atronium,* At Tronium, *in quibusdam lib. inueni.* FVGA nota, neq; illis.] *In antiq. lib.* Nec *legitur.*

DON. STERNITVR infelix Acron.] *Bene dixit,* Infelix: *vtpote qui, derelictâ otiosarū deliciarū parte, perrexit ad certamē Martium; quod implere nō poterat: & indè infelix, qui nec nuptijs nouæ coniugis potiri potuit, nec salute.* ET calcibus atrā Tundit humū exspirans, infractaq; tela cruentat.] *Exspirans tundebat calcibus terrā. sic enim faciunt occisi, tundēdo terrā pedibus: dolorē monstrantes, quē interim sentiunt; cùm aliâ ratione nō possint. Sanguine aūt proprio tela infracta cruentabat.* Infracta, *nō fracta debemus accipere. alliâs enim Infractum, satis fractū solet significare.* ATQVE idē.] *Hoc est, Mezentius.* FVGIENTEM haud est dignatus Orodē Sternere.] *Nō dignū arbitratus est Oroden, sternere fugienti. quāta enim gloria esse potuit, auersum ferire?* NEC iactâ cæcum dare cuspide vulnus.] *Aut non videnti lethale vulnus inferre. quid igitur fecit?* OBVIVS aduersoq; occurrit.] *Vicit eius fugā, & ei aduersus apparuit, qui paulò antè posterior fuit.* SEQVE viro vir Cōtulit: haud furto; sed fortib. armis.] *Virtute melior, quā furto, cōtulit manū: & aperto certamine superauit eum, qui se fugientē sperauerat euasurū.* TVM sup abiectū posito pede nixus & hastâ, Pars belli haud temnēda viri, iacet altus Orodes. Cōclamāt socij, lætū Pęana secuti.] *Huius mors magnū suæ parti attulerat detrimentum. perierat enim, in quo pars maxima victoriæ fuit; & per quē in magnā pugnandi desperationē pars aduersa esse potuerat; & qui maiorē parē belli valeret implere, Orodes.* Altus, *aliquādo dicitur sublimis. Alti significatio plenā tenet laudē. Deniq; in laude vrbis Romæ exprimendā, cùm nihil fortius poëta reperisset, ait:* Atq; altæ mœnia Romę. *Lætum autē clamorem socij dabāt: quod vir tantæ fortitudinis, pede atq; hastā Mezentij premebatur. Ille autem exspirans:* NON me, quicunq; es, inulto Victor, nec longum lætabere: te quoq; fata Prospectant paria, atq; eadem mox arua tenebis.] *Qualiscunq; inquit: hoc est, quantùmuis te arbitrare fortissimum mortis meæ non euades vltionem; nec erit longi temporis lætitia tua. nam te quoq; confestim videbunt ista arua prostratum. Hoc ideò positum est; cùm dicantur diuinare morientes. Denique, exspirantem ostendit hæc locutum: & eiusmodi dicta probauit exitus rerum: quippe Aeneæ manu mox interemptus occubuit.* AD quem subridens mistâ Mezentius irâ.] *Mezentius, cùm hæc audiuisset, iratus est. propter maledicta: & subrisit, quòd proferebatur ab eo, qui suum videret interitum. Subridere, non plenum ridentis affectum demonstrat.* NVNC morere: ast de me diuûm pater, atq; hominum rex, Viderit.] *Interim, inquit, tu morere: nec cures vlteriùs quid mihi Iupiter infensus præparet.* HOC dicens, eduxit corpore telum.] *Quum hoc diceret, eduxit telum è corpore hostis; quo eius perfecerat necem.* OLLI dura quies oculos, & ferreus vrget Somnus: in æternam clauduntur lumina noctem.] *Illius oculos ferreus somnus vrgebat; & quies sæua, non ventura iterum, aut iterum recessura; sed quæ in æternam noctem reduceret, quod penitùs clauserat.* CÆDICVS Alchatoum obtruncat; Sacrator Idaspen; Messapus Cloniumq; Lycaoniūq; Ericaten.] *Semel positū,* Obtruncat, *non semel accipiendum est; sed hoc modo: Cædicus Alchatoum obtruncat; Sacrator Idaspem obtruncat; Messapus Clonium Lycaoniumq; Ericaten obtruncat. sed hoc, fœditatis vitandæ causâ, prætermissum est: vt intelligatur potiùs, quàm legatur.* ILLVM infrēnis equi lapsu tellure iacentem; Hunc peditē pedes.] *Diuersis modis hos dicit occisos. alterum quippe pedestri congressu; alterum iacentem: cùm esset infrænis equi dorso deiectus.* ET Lycius processerat Agis: Quem tamen haud expers Valerus virtutis auitæ Deijcit: Arronium Salius; Saliumq; Nealces.] *Et hic,* Deijcit, *& ad Salium pertinet, & ad Nealcem. Subnectit diuersitatem necis eorum.* INSIGNIS iaculo, & longè fallente sagittâ.] *Insignis erat Nealces, inquit, iaculo ac sagittâ.* IAM grauis æquabat luctus, & mutua Mauors Funera.] *Luctus & funera, iam grauis Mars, & grauis exitus dimicationis æquabat: paria quippe detrimentā vtriusq; partis exstabant. Dicit iam, quomodo æqualia.* CÆDEBANT pariter, pariterque ruebant Victores, victiq;: neq; his fuga nota, neq; illis.] *Quū ex vtrâq; parte caderent viri; & alternis vincerent, atq; alternis vincerentur: nullus vertebatur in fugam. & auerti non nouerat. tanta cupiditas obtinendi in partibus fuit.* A

B

C

Dij Iouis in tectis iram miserantur inanem
Amborum, & tantos mortalibus esse labores.

SER. IRAM miserantur inanem.] *Generaliter dicit omnē irā bellicam. vbi enim tam inanis iracundia est, quàm in bello, vbi, vt*

Hinc Venus, hinc contrà spectat Saturnia Iuno:
Pallida Tisiphone media inter millia sæuit.
At verò ingentem quatiens Mezentius hastam,
Turbidus ingreditur cāpo: quàm magnus Orion,
Cùm pedes incedit medij per maxima Nerei
Stagna, viā scindens, humero supereminet vndas;
Aut summis referens annosam montibus ornum,
Ingrediturq; solo, & caput inter nubila condit.
Talis se vastis infert Mezentius armis.
Huic contrà Æneas, speculatus in agmine longo,
Obuius ire parat manet imperterritus ille,
Hostem magnanimū opperiens; & mole suâ stat:
Atq; oculis spatium emensus, quantū satis hastæ.
Dextra mihi, Deus, & telum, quod missile libro,
Nunc adsint: voueo prædonis corpore raptis
Indutum spolijs, ipsum te, Lause, trophæum
Æneæ. dixit: stridentemq; eminùs hastam
Iecit. at illa volans clypeo est excussa; proculq́;
Egregium Anthorem latus inter & ilia figit:
Herculis Anthorem comitē; qui missus ab Argis
Hæserat Euandro, atq; Italâ consederat vrbe.
Sternitur infelix alieno vulnere; cœlumq;
Aspicit, & dulceis moriens reminiscitur Argos.
Tùm pius Æneas hastam iacit. illa per orbem
Ære cauum triplici, per linea terga, tribusq;
Transijt intextum tauris opus, imaq; sedit
Inguine: sed vires haud pertulit. ocyùs ensem
Æneas, viso Tyrrheni sanguine, lætus
Eripit à femore, & trepidanti feruidus instat.
Ingemuit chari grauiter genitoris amore,
Vt vidit, Lausus; lachrymæq; per ora volutæ.
Hîc mortis duræ casum, tuaq; optima facta;
(Si qua fidem tanto est operi latura vetustas)
Non equidem, nec te, iuuenis memorande, silebo.
Ille pedem referens, & inutilis, inq; ligatus
Cedebat; clypeoq; inimicum hastile trahebat.
Proripuit iuuenis, seseq; immiscuit armis:
Iamq; assurgentis dextræ, plagamq; ferentis
Æneæ subijt mucronem; ipsumq; morando
Sustinuit. socij magno clamore sequuntur:
Dum genitor nati parmâ protectus abiret:
Telaq; conijciunt, proturbantq; eminùs hostem
Missilibus. furit Æneas, tectusq; tenet se.
Ac velut, effusâ si quando grandine nimbi

A *vbi, vt peccamus, irascimur? Aut quia nulla causa tam iusta est, vt propterea bellum geri debeat. nam ideò ait,* & tantos mortalibus esse labores. *An inanem, non iustè cœptam? Sic,* inanes fletus Aristei: *vt qui scilicet tanti nō fuerint, propter quos ille sic lamentaretur.* AMBORVM.] *Pro, vtrorumq́.* PALLIDA Tisiphone.] *Non ipsa dea, sed effectus furiæ, id est, furialis ardor; hoc est, insania.* ORION, cùm pedes incedit medij per maxima Nerei Stagna.] Orion *(vt etiam in primo diximus) Oenopionis regis filius fuit: ei concessus ab Ioue, Mercurio, Neptunoq́, su-* B *sceptis hospitio. Hic venator immensi corporis fuit: qui quodam tempore susceptus à rege Oenopione, cùm vellet eius filiam vitiare; ille iratus, opem Liberi patris, cuius erat filius, implorauit. Is Satyros misit, qui soporem infunderent Orioni; & sic velut vinctum Oenopioni traderent, arbitrio eius puniendum. Tùm ille Oenopion, sopito ei oculos sustulit. Cæcus itaque Orion, cùm consuleret, quemadmodum oculos posset recipere: responsum est ei, posse hoc fieri; si per pelagus ita contra Orientem pergeret, vt loca luminum radijs solis semper referret. Quod ille efficere ita potuit. nam cùm audisset strepitum Cyclopum, Io-* C *ui fulmina fabricantium, sono ad eos ductus est: vnum de his suis humeris super imposuit; & eo duce, oraculi præcepta compleuit. Non autem incongruè fingitur, potuisse ire per medium pelagus; quasi filius pro patre Neptuni. Hæc autem comparatio pertinet ad solam corporis proceritatem. Alij hunc Orionem tantæ magnitudinis dicunt fuisse, vt nulla eum altitudo maris ingredientem potuerit morari: vnde inter sidera receptus. Sanè* pedes incedit, *pro, incessit: præsens pro præterito.* PER maxima Nerei Stagna.] *Epitheto eleuauit Tapinosim, more suo.* REFERENS.] *Pro ferent, more antiquo: nam re abundant.* INGREDITVRQVE solo, & caput inter nubila condit.] *Homeri versiculus:*

οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη, καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει.

IMPERTERRITVS.] *Prima est compositio; non secunda. nam hoc est* perterritus, *quod & territus: & tunc est vera compositio, cùm sermonis natura conuertitur. Sanè* imperterritus *quis ante hunc?* MOLE suâ stat.] *Hoc est, in sanâ mole: vt dicitur, in vestigio.* SPATIVM emensus, quantum satis hastæ.] *Speciosissima elocutio.* DEXTRA mihi Deus.] *Sic dictum est, vt,* In manibus Mars ipse viri: *vt non alium sibi putet deum esse sacrilegus; quàm dextram & fortitudinem.* VOVEO.] *Consecro, & dico.* PRÆDONIS corpore raptis.] *Prædones sunt, qui populandam alienam inuadunt prouinciam. Vt alibi,* Perfidus alta petens abductâ virgine prædo. TROPHÆVM.] *Trophæum dictum est, ἀπὸ τῆς τροπῆς, id est, ab hostium conuersione. quòd, qui hostem fugasset; merebatur trophæum: qui autem occidisset triumphum, ἀπὸ τοῦ θριαμβεύειν, id est, ab exsultatione. Sciendum sanè, Lauso propriam ideò nihil profuisse pietatem: quòd in eum pater mente sacrilegâ munera transferebat deorum, & ei occisorū spolia deuouebat.* ANTHOREM.] *Erit nominatiuus, hic Anthores; quomodo Diores. nam si Anthor fuerit nominatiuus singularis numeri; metri ratio non procedit. omnia enim Græca nomina, in* or *terminata, in obliquis casibus corripiuntur; Vt Hector, Hectŏris; Nestor, Nestŏris; Castor, Castŏris.* MISSVS ab Argis.] *Profectus est,* missus in Imperiū magnum. ALIENO vulnere.] *Telo, quod in Aeneam fuerat destinatū.* CÆLVMQVE aspicit.] *Vt,* Alto quæsiuit cœlo lucem. *Item,* Hausit cœlum, mentemq; recepit. *Naturaliter enim morientes cupiunt satiari extremo lucis aspectu.* DVLCEIS moriens reminiscitur Argos.] *Inter Physica signa morituorum, etiam hoc legitur, patriæ aspectum desiderare perituros: vt,* Et Tyrios deserta quærere terrâ. *An ex facti pœnitentiâ, quia ad patriam redire contempserat?* LINEA terga.] *Lino enim tegebantur scuta, vt possent inhærere picturæ.* INTEXTVM tauris opus.] *Pro tergis. Plautus;* Vbi viuos homines mortui incursant boues. IMAQVE sedit inguine.] *Hypallage est: ima hasta, pro, in imo inguine.* A FEMINE.] *Vt etiam suprà diximus, secundùm Caprum, erit nominatiuus hoc Femen: licèt nusquam lectum sit; vt etiam ipse commemorat.* LACRYMÆQVE per ora volutæ.] *Non viri fortis, sed filij est consideranda persona.* OPTIMA facta.] *Alij* optime *legunt. est autem prosphonesis.* HIC.] *In hoc loco; vel in bello. nam aduerbium est.* SI qua fidem tanto est operi.] Si qua, *pro sit vt 1. Aeneid.* Aethea si qua. *aut pro, si quam fidem. & quæritur,* Si qua fides, *an de præterito, an de futuro dicat.* Tanto *autem* operi, *non de suis carminibus dicit: (nec enim sibi arrogaret) sed* tanto operi, *id est, pietati & virtuti tuæ. nam hic est sensus: Ego quidem facta tua, ô Lause, & mortem ex pietate venientem, non silebo: si tamen credet vetustas, ex scelerato homine pium filium fuisse procreatum.* INVTILIS.] *Pro, vulnere debilitatus.* INQVE ligatus.] *Pro, illigatusq́. & est Tmesis cum Hysterologiâ.* INIMICVM hastile.] *Cuiusdam quasi picturæ pompa & imago describitur.* IAMQVE assurgentis dextræ.] *Ordo est: Iamq́ subijt mucronem Aeneæ dextræ assurgentis, & plagam ferentis. Subijt autem mucronem, iuxta vsum præsentem, accusatiuo iunxit: cùm alibi antiquè datiuo iunxerit, vt,* Mu-

roque subibant e quod fuit locis pleniùs dictum est. MORANDO sustinuit.] *Moram iniiciendo, eius impetum lusit.* DVM genitor nati Parmâ.] *De historia est, nam Scipio Africanus, cùm esset vix annorum decem & septem, patrem suum defendit in bello, nec cessit, viginti septem confossus vulneribus.* FVRIT Æneas.] *Dolore scilicet, quòd sibi Mezentius esset ereptus. & est integrum: Quanquam furit tenet se tamen.* EFFVSA si quando grandine.] *Præteritum pro instanti posuit.*

POM. Sabi. INANEM.] *Dicit iram bellicam esse inanem.* AMBORVM.] *scilicet Rutulorum & Troianorum.* LABORES.] *id est, esse tot cædes extrà.* ORION.] *filius Neptuni: vnde & ei concessum, posse ire per maria. erat miræ altitudinis: ideò incedebat per maria. fuit & venator: vt diximus in primo libro.* ORNVM.] *pro hastâ.* DEXTRA mihi.] *Loquitur Mezentius, iaculans hastam in Aeneam.* PRÆDONIS.] *appellat prædonem Aeneam: quòd in alienâ patriâ prædaretur.* VOVEO.] *dedico.* ANTOREM.] *Dum iecit Mezentius hastam in Aeneam, interemit Antorem. Antorem mediâ longâ pronuntiauit, more Latino: vt Castorem, Nestorem mediâ breui. Græca vox est, nisi sit in nominatiuo Antores.* INGVINE.] *Mezentij.* TAVRIS opus.] *per terga taurorum: & transit per opus intextum tauris.* HIC mortis.] *Loquitur poëta.* OPTIME.] *Legit Apronianus: alij,* optima. SILEBO.] *ô Lause, non silebo mortem; si qua vetustas est latura fidem tanto operi, tuis gestis, tuæ pietati ac virtuti: nam ex scelerato patre Lausus generatus, pius & mitis erat.* ILLE.] *Mezentius.* INQVE ligatus.] *illigatus sic legitur de Scipione, qui patrem liberauit apud Ticinum. Lausus patrem vulneratum liberauit: & ipse interijt.* HASTILE.] *infixum clypeo aliud: vel inimicum hastile cuiusdam illic pictum.* IPSVM.] *Aeneam, facientem impetum in patrê.* HOSTEM.] *Aeneam.*

VAR. Lect. TELVM quod missile libro.] *In Oblongo* Vibro *legitur.* EGREGIVM Anthorem.] *Sunt qui* Hanthorem *legant: alij* Anctorem. PER linea terga.] *In antiq. lib.* Ter linea terga *legitur: & pro* Linea, Lignea *habetur.* ERIPIT à femore.] *In Med. & antiq. alijs exempl.* A' femine *legitur. & Femen, nominatiuum agnoscit Seruius.* SI qua fidem tanto est operi latura vetustas.] *In antiquis exemplaribus,* Tanto operi, *absq;* Est. PRORIPVIT iuuenis.] *In Romano libro* Prorupit *legitur.* IAMQVE assurgentis dextræ.] *In Romano libro,* Absurgentis dextram *legitur.*

DON. DII Iouis in tectis.] *Hoc est, in cælo positi.* IRAM miserantur inanem Amborum, & tantos mortalibus esse labores.] *Dij, de supremâ parte hæc cernentes, miseratione ducebantur: & dolebant, sic tantos errare, vt propter inanem causam iracundiæ cateruatim cadentes, tales ac tam multi, &, ad mortem licèt natos, vi potiùs interire, quàm lege.* HINC Venus, hinc contrà spectat Saturnia Iuno: Pallida Tisiphone media intra millia sæuit.] *Strages tantæ erant sub oculis Veneris & Iunonis, quæ partium studijs ducebantur. Tisiphone autem furia, illis de summo spectantibus, inter virorum discordantium millia sæuiebat.* Pallidam *dixit, quòd pallidos faciat, quos furore commouerit: aut ipsam verè pallidam, in quâ inesset perpetuus furor.* AT verò ingentem quatiens Mezentius hastam, Turbidus ingreditur campo.] *Mezentius ingentem hastam turbidus commouebat, in campo ambulans. vapul eâ immittitur: vt ostendatur, quomodo Turbidus ambulat in campo.* QVAM magnus Orion Quũ pedes incedit medij per maxima Nerei Stagna, viam scindens, humero supereminet vndas.] *Quàm magnus est, inquit, Orion; quum per medium mare ipse facit viam, & ambulans humeris suis vndas excedit.* AVT summis referens annosam montibus ornum, Ingrediturque solo, & caput inter nubila condit.] *Aut si per terras ire maluerit, annosam, promde'q; ingentem, ornum arborem, summis è montibus referens, caput habet in nubes vsq; porrectum.* TALIS se vastis infert Mezentius armis.] *Sic ibat Mezentius cum armis ingentibus.* CVI contrà Æneas, speculatus in agmine longo, Obuius ire parat.] *Contra hunc Aeneas parabat ire obuius; quem cum longè vidisset multitudini permixtum.* MANET imperterritus ille, Hostem magnanimum opperiens, & mole suâ stat.] *Mezentius autem, quum videret Aeneam magno animo venientem, manebat imperterritus; & virtute suâ confisus stabat.* ATQVE oculis spatium emensus, quantum satis hastæ.] *Atque ita æstimatio oculis spatio, quo in corpus hostis penetrare hasta potuerat.* DEXTRA, *inquit,* mihi, Deus, & telum, quod missile libro, Nunc adsint.] *Qui e omnibus locis contemptor diuûm dictus est, perseuerat in eo, nec dum aliquem rogat: asserens sibi nullum esse necessarium, vbi esset dextera sua, & hasta, quam gerebat; quâ iam multos occiderat. Contrarium est huic: omnes deos imbellibus prodesse non posse, si suâ virtute non fidant. Iste hoc videtur dixisse: Deus mihi est dextera mea; cur alterius adminiculum quæram? Deus mihi est telum meum, quo possum inimici sanguinem fundere; cur aliquem rogem? Sunt alij supplices, qui non habent proprium, quò tuti esse in periculis possint, & hostem superare certando.* VOVEO prædonis corpore raptis Indutum spolijs, ipsum te, Lause, trophæum Æneæ.] *Solent viri fortes, quum aliquem virum memorabilem fundunt, dijs aliquibus, & Marti vel maximè, trophæa, muneris & gloriæ causâ, conferre: & quum id faciunt, deligere arboris truncum, eiq; occisi arma suspendere; vt tantùm armati hominis speciem mentiantur. Mezentius, qui deos suos dixit esse hastam & dextram suam; atque omnes semper & vbique contempsit: cui se collaturum spondet, quæ se sperabat Aenea superato posse detrahere? Trophæum, ait, te faciam, Lause; induam te spolijs, quæ Aeneæ rapuero: & ad vicem inanis numinis, tibi consecrabo meliùs, quicquid dederis hostis occisus.* DIXIT, stridentemque eminùs hastam iecit.] *Vbi hæc dixit, stridentem hastam eminùs iecit.* Quòd ait, Eminùs, *ostendit metuentem. nullus enim ex longinquo iacit telum; nisi qui cum hoste congredi comminùs timet.* AT illa volans clypeo est excussa, procolque Egregium Anthorem latus inter & ilia fixit.] *Missa hasta dum volat, obiectu clypei occurrentis excussa est: & quæ Aeneam peremere non potuit; in Anthoris corpus, quum is proximus staret, excussa peruenit; atque eum inter ilia & latus vulnere lethali confixit; Dicit autem, quis fuerit Anthor, & vnde, & cuius meriti.* HERCVLIS Anthorem comitem; qui missus ab Argis Hæserat Euandro, atque Italâ consederat vrbe.] *Anthor est, qui merito virtutis fuisset Herculis comes, missus ab Argis ad Euandrum: & amicitiam cum eo iunxerat, & in vrbe Italâ esse maluerat, quàm ad suos reditum procurare.* STERNITVR infelix alieno vulnere.] *Huius exitum Poëta non inaniter gemuit. non enim vir tantus in congressione ceciderat: quod optabile est magis. Sternitur, inquit, infelix. vnde infelix? quia alieno vulnere fuerat stratus.* COELVMQVE Aspicit.] *Quasi inimicum morte suâ deorum iudicium reprehenderet.* ET dulces moriens reminiscitur Argos.] *Veniebant Argi in mentem morienti: quasi hoc vel alio genere apud suos non esset moriturus, si remeâsset; aut à suis in totum non recessisset.* TVM pius Æneas hastam iacit.] *Si Pium hoc loco misericordem voluerimus accipere: quum non pro eo positum reperietur, quid poëtæ faciemus, omnia circumspectè ordinanti?* Quomodo ait, Pius, *qui hominem, quamuis inimicum, volebat occidere? piorum enim officium est, obsecrari hominis necem; & mi creri potiùs, quum seueritatem ratio temporis flagitat. Considerata igitur Mezentij personâ, contemptoris diuûm & eius qui frustra hastam miserat, vtpote qui nullo numine iuuabatur; poterimus scire, quâ ratione hæc loca Aeneam*

A neam dixerit Pium; *qui sitiebat hominis necem, & eius sanguinem volebat effundere. Accipiamus Æneam pium, officiosum in sacris deorum omnium antistitem, numinumq; cultorem. Et hoc exemplo discamus, quid sacrilegi, & quid religiosi mereantur. Sternitur, vt infrà positum sit, contemptor diuûm; & deorum cultor abscedit de congressione superior: spoliaq; rapta Mezentio consecrat Marti, qui colebat deos; & interijt, qui pro deo habuit dextram & hastam suam, & improuidus spolia promiserat filio. Hoc ita esse, & pium & religiosum illud complet exemplum, secundo conditum libro. Ait enim:* Impius ex quo Tydides sed enim scelerũq; inuentor Vlysses, Fatale adgressi sacrato auellere templo Palladium, cæsis summæ custodibus arcis, Corripuère sacrâ effigiem, manibusq; cruentis Virgineas ausi diuæ contingere vittas. *Item octauo:* Quã pius Æneas, tibi enim, tibi, maxima Iuno, Mactat sacra ferens. *Ecce ostendimus,* Pium *religionis contemplatione dictum. Si enim Impij dicti sunt, qui in deos tam nefanda commiserant: meritò Pij appellandi sunt, qui integro ritu deorum cultus obseruant.* TVM pius Æneas hastam ia-
B cit, illa per orbem Ære cauum triplici.] *Hoc est, triplici ære firmatum.* PER linea terga.] *Accipiunt enim scuta lineam texturam, quum fiunt.* TRIBVS'QVE Transijt intextum tauris opus.] *Transijt, inquit, & opus roboratum tribus corijs taurorum.* IMA'QVE sedit inguine.] *Peruenitq; vna pars ferri ad inguen; seditq; illic, consumpto impetu.* SED vires haud pertulit.] *Nec vires plenas pertulit, sicuti firmitate impedita: & licèt necem hominis impedire nequîsset; vulnus tamen intulit tale, quod debilem redderet.* OCYV'S ensem Æneas, viso Tyrrheni sanguine, lætus Eripit à femore, & trepidanti feruidus instat.] *Aeneas lætus effectus, quum hostis sanguinem vidisset, eduxit gladium: & animo feruenti insistebat; vt vulnerati plenam perficeret necem.* INGEMVIT chari grauiter genitoris amore, Vt vidit Lausus; lachrymæque per ora volutæ.] *Huius casum Lausus ingemuit. tetigit enim eum paternus dolor: &, quid mæstitiæ interiùs gereret, vberrimis lachrymis indicauit. Videbat enim, quid paterno corpori iam esset inflictum; & quid, perficiendæ necis eius causâ, hostis acerrimus præpararet.* HIC mortis duræ casum, tuaq; optima facta, (Siqua fidem tanto est operi latura vetustas) Non equidem, nec te, iuuenis memorande, silebo.] *Duram mortem, ad ætatem retulit adolescentis: facta verò deputauit laudi, quum in defensione patris occubuit. & quia tale exemplum transire ad posteros debuit; ait Poëta: Nõ silebo facta tua, memorande iuuenis: confido enim, te futurum in laude maximã, si libri mei habuerint fidem.* ILLE pedem referens, & inutilis, inq; ligatus Cedebat; clypeoq; inimicum hastile trahebat.] *Quum se Mezentius cõsideraret debilem redditũ, atq; ex eo vltimã sibi superesse fortunã: referre pedem nitebatur, & nexibus vulneris impeditus, paulatim cedere. Prudenter autem faciebat: ne auersus nudaret terga; sed retrorsum sedens, præsens vitaret exitium. Trahebat interea infixam hastam clypeo: nec carere eã poterat, quam senserat inimici.* PRORIPVIT iuuenis, seseq; immiscuit armis.] Sese *bis accipiendum: vt sit; Proripuit iuuenis sese, seseq; immiscuit armis.* Quod *quia duplicare odiosum fuit, addit* que, *vt superiori simul inferioriq; seruiret.* IAM'QVE assurgẽtis dextrę, plagãq; ferẽtis Æneę subijt mucronẽ; ipsumq; morãdo Sustinuit.] *Exposuit, qđ dixit,* Proripuit iuuenis sese. *Iam Aeneas paratus fuerat, vt feriret; deniq; iam leuauerat dextram: & ferîsset, ni ille, celeriùs ictum venientẽ præuidens, patris corpus iugulumq; texisset.* SOCII magno clamore sequũtur, Dum genitor nati parmâ protectus abiret: Telaq; conijciunt, perturbantq; eminùs hostẽ Missilibus.] *Egregiũ factũ filij, secuti socij clamoribus, missilibusq; hostẽ terrebãt: expellentes procul eius accessum, donec subtraheretur, qui ex causâ vulneris saluti suæ nõ valebat assistere.* FVRIT Æneas, tectusq; tenet se.] Quid *enim facere potuisset, tot obsidentibus: nisi aduersus multitudinis vim sese contegere? Furebat tamen: quòd plenã de tanto hoste victoriam reportare non poterat.*

Præcipitant; omnis campis diffugit arator,
Omnis & agricola, & tutâ latet arce viator;
Aut amnis ripis, aut alti fornice saxi,
Dum pluit in terris: vt posit sole reducto
Exercere diem. sic obrutus vndiq; telis
Æneas, nubem belli dum detinet, omneis
Sustinet, & Lausum increpitat, Lausoq; minatur.
Quò moriture ruis, maioraq; viribus audes?
Fallit te incautum pietas tua. nec minùs ille
Exsultat demens. sæuæ iamq; altiùs iræ
Dardanio surgunt ductori; extremaq; Lauso
Parcæ fila legunt. validum namq; exigit ensem
Per medium Æneas iuuenem; totumq; recondit.
Transijt & parmam mucro, leuia arma minacis,
Et tunicam, molli mater quam neuerat auro:
Impleuitq; sinum sanguis. tùm vita per auras
Concesit mœsta ad manes, corpusq; reliquit.
At verò, vt vultum vidit morientis, & ora,
Ora modis, Anchisiades, pallentia miris:
Ingemuit, miserans grauiter, dextramq; retendit
Et mentem patriæ subijt pietatis imago.

SER. PRÆCIPITANT.] *Præcipitantur.* TVTA latet arte.] *Quòd scilicet se peritè à tempestate defendunt.* ALTI for-
C nice saxi.] *Concaui, arationis curuæ.* DVM pluit.] *Hîc distinguendum. Nam si iunxeris,* dum pluit in terris, *erit Archaismus: debuit enim dicere, in terras. tamen sciendum, hemistichiũ hoc Lucretij esse; quod ita, vt inuenit, Vergilius ad suum transtulit carmen.* IN terris vt possint.] *Et viator & rusticus; quibus opera sunt in terris.* EXERCERE diem.] *Hypallage est: pro, vt ipsi per diem exerceri possint.* NVBEM belli dum detinet.] *Bellantium impetum sustinet, donec deferueat. Et bene translationem fecit, à vicinâ comparatione.* FALLIT te incautum pietas tua.] Quòd *credis, idcirco me pium tibi veniam posse concedere; quia & ipse, pietatis intuitu, dimicas pro patris salute.* Tua *autem* pietas, *prudenter est additum; quasi non à parente descendens: cùm in deos pater sit impius; & pietas in filio sit, nullâ patris imitatione.* FILA legunt.] *Proprium fuerat,* rumpunt: *tamen* legunt, *aut colligunt, aut rumpunt, aut etiam transeunt: vt,* Littoraque Epyri legimus. EXIGIT ensem per mediũ.] *Poëtica est descriptio. nam reuerã fieri non potuit, vt gladius transiret per medium corpus iuuenis, & in corpore eius absconderetur. nam* exigit, *est, agens trans corpus.* PARMAM.] *Id est, leuia arma; non clypeum.* Minacis *autem, non Lausi: non enim ipse minatus fuerat. Ergo ordo est: Mucro minacis, scilicet Aeneæ. Aut, si ad Lausum referas,* Minacis; *nam audacis & fortis?* IMPLEVIT'QVE sinum sanguis. *Mirè expressus est sinus, tunicæ sanguinem excipiens, nec trãsmittens.* VITA per auras concesit mœsta ad manes.] *Vita, id est, anima. Et abusiuè dictum est: nam ad inferos simulachrum pergit; non anima.* CORPVS'QVE reliquit.] *Potuit sinè hoc sensus esse.*

OMNES.] *scilicet omnem nubem belli solus tulit.* QVO moriture.] *Loquitur Aeneas.* ILLE.] *Lausus* RECONDIT.] *interficitur Lausus ab Aeneâ.* VITA.] *anima.* INGEMVIT.] *Aeneas morte Lausi.* POM. Sabi.

NVBEM belli dum detinet.] *In antiq. lib. Rom. reperi,* Nubem belli dum detonet. TRANSIIT & VAR. Lect.

parmam mucro.] *In antiquis libris*, Transilijt *legitur*. LEVIA arma minacis.] *Quidam lib. legunt*, Minantis: *Romanus liber*, Media arma minaci, *legit*. INGEMVIT miserans grauiter.] *Quidam lib. legunt*, Ingemuit grauiter miserans.

DON. Ac velut, effusâ si quando gramine nimbi Præcipitant, omnis campis diffugit arator, Omnis & agricola, tutâ latet arte viator.] *Quemadmodum, quum è nubibus grandinis nimbi funduntur, cedunt campis aratores & agricolæ, & contra maiorem vim arte sibi viator consulit. Dicit iam artis ipsius industriam.* AVT amnis ripis.] *In lateribus quippe amnium inueniantur loca, quæ hominem tegant, aut exesorum laterum receptaculis.* AVT alti fornice saxi.] *Hoc est, aut suffugio saxei fornicis vitat, quod aliter non potest tolerare.* Fornices *dicuntur curuaturæ, quæ aut arcus, aut cameras faciunt: siue sint naturales, siue hominum manu perfectæ.* DVM pluit, in terris vt possint sole reducto Exercere diem.] *Hunc locum quum pronuntiamus, ibi moram facere debemus, vbi dixit;* Dum pluit: *& sic addere*, In terris Vt possit sole reducto Exercere diem. *vt rusticus, vel viator, fugiens grandinem, tamdiu se abscondat, quamdiu pluit: reducto verò sole, exeat de lateribus, & in terris exerceat diem; scilicet vt operetur rusticus, & viator reliquũ itineris aggrediatur ac repetat. Cæterùm, si ita pronuntiamus; vt*, Pluit in terris, *velimus esse: fiet vitiũ, nõ Poëtæ; sed malè pronuntiantis. Pluit enim in terrã dicimus; non, Pluit in terris.* SIC obrutus vndique telis Æneas nubem belli dum detonet, omnes Sustinet, ac Lausum increpitat, Lausoque minatur.] *Sic, inquit, se Æneas tuebatur aduersus nubem belli. quia in parabolã grandinem infrà posuit: quæ non exsistit, nisi contractis vndique nubibus. Idcirco eadem, &* Nubem belli *dixit &* Detonet. AC Lausum increpitat.] *omnem vim telorum quum depelleret; nihilominus increpabat Lausum: hoc est, frequentibus vocibus arguebat, & tendebat minas, his verbis:* QVO moriture ruis? maioraque viribus audes?] *Bene, inquit, pro patris salute succederes; si mecum æquo Marte certare potuisses, non victurus; sed moriturus, ruis in prælium. audes, quod implere non potes. Extremæ dementiæ est, dum cupis egregij filij probare pietatem: sic & ipsa eadem incautum & improuidum deceptura est. hoc est, quod ait:* FALLIT te incautum pietas tua: nec minùs ille Exsultat demens.] *Traductus errore dementiæ, dum Æneam metu duci imprudenter existimat, exsultare potiùs maluit sua luti suæ magis & vitæ contrarius.* SÆVÆ iamque altiùs iræ Dardanio surgunt ductori, extremaque Lauso Parcæ fila legunt.] *Suprà dixit*, Furit Æneas, tectusq; tenet se. *habuit ergo iracundiam, quòd Mezentij necem non sinebat implere. sed quum Lausus insultaret, elatus dementiã, ira superior cumulata est. Conuenerant aũt duo: ira Æneæ sæuientis, & imminens terminus Lausi.* VALIDVM namq; exigit ensem Per medium Æneas iuuenem, totúq; recondit.] *Expressit irati percussoris mentem: & facilitatẽ cædis ostendit. Nam qui potuit adire medium quàm opportunum habuit, quem feriret! qui verò totum gladium condidit, quantum fuerat irã crescente commotus!* TRANSIIT & parmã mucro, leuia arma minacis; Et tunicam, molli mater quam neuerat auro.] Transijt, *non semel accipiendum est. vt sit, Transijt parmam; transijt leuia arma; non solida, propter ætatem.* Minacis, *quasi ad terrorem compositi. &* Tunicæ *commemorationem facit: vt ostenderet, pulchrè potiùs vestitum, quàm armis fortioribus tutum. Denique, non scutum habuit; sed parmam: non loricam; sed auro claram vestem.* Neuerat, *inquit, non fecerat: quod primò fit ante texturam. Hoc posuit, vt perfectam speciem demonstraret.* B *quomodo enim posset in vsum venire hominis, nisi neuissent aurum & texuissent? Descriptione peractã, percussi subnectit & morientis imaginem.* IMPLEVITQVE sinum sanguis.] *Quia medium iuuenem dixit esse percussum, hoc est, supra cingulum: addit, eius sanguinem sinum morientis implêsse.* TVM vita per auras Concessit mœsta ad manes, corpusq; reliquit.] *Vnde, ait, sanguis effusus est; recessit & vita.* AT verò, vt vultum vidit morientis & ora, Ora modis, Anchisiades, pallentia miris; Ingemuit, miserans grauiter; dextramque tetendit: Et mentem patriæ subijt pietatis imago.] *Æneas, vt vidit vultum morientis, miris modis pallore confusum: ingemuit grauiter, plenâ miseratione commotus; & tetendit dextram. Cur hoc fecerit, multis interpositis dicitur. interea redit ad miserationis causam: vt ostendat, ex quã causã miseratio ipsa videatur exstitisse. Mentem ipsius, inquit, commouit ratio pietatis: quia fuerat pater, & patri religiosè seruiuerat: nec fugiebat eum, quid filij parentibus, quid parentes debeant liberis.*

QVO moriture ruis, maioraque viribus audes?] C

ADR. *Aptè detorserit in temerarium inconsideratumq. Dici etiam poterit in eum, qui profitens artem, quam non didicerit, magno cum dedecore, & nominis sui velut interitu, decedit.*

SER. PRO laudibus istis.] *Quia & contra fortiorem, & pro patris salute, dimicare conatus est. nam ideò & pluraliter* laudibus *dixit. Alij* laudibus, *pro virtutibus, vt solet, à Poëtã dictum tradunt.* QVID pius Æneas tantà dabit indole dignum.] *Propter euitandam arrogantiam, tertiã personã vsus est. Vt*, Et quisquam numen Iunonis adoret? Indoles *autem, propriè imago quædam virtutis futuræ.* QVIBVS lætatus, habe.] *Moris enim fuerat, vt cum his rebus homines sepelirentur, quas dilexerant viui.* SIQVA est ea cura, remitto.] *Aut more illo dixit, quo soles sepultura*

Quid tibi nunc, miserãde puer, pro laudibus istis?
Quid pius Æneas tantâ dabit indole dignum?
Arma, quibus lætatus, habe tua: teq; parentum
Manibus, & cineri (si qua est ea cura) remitto.
Hoc tamen, infelix, miseram solabere mortem:
Æneæ magni dextrâ cadis. increpat vltrò
Cunctantes socios, & terrâ subleuat ipsum,
Sanguine turpantem comptos de more capillos.
Interea genitor, Tyberini ad fluminis vndam,
Vulnera siccabat lymphis, corpusq; leuabat
Arboris accliuis trunco: procul ærea ramis
Dependet galea; & prato grauia arma quiescunt.
Stant lecti circùm iuuenes: ipse æger, anhelans,
Colla fouet, fusus propexam in pectore barbam:
Multa super Lauso rogitat; multosq; remittit,
Qui reuocent, mœstiq; ferant mandata parentis.
At Lausum socij exanimem super arma ferebant
Flentes, ingentem, atq; ingenti vulnere victum.
Agnouit longè gemitus præsaga mali mens:
Caniciem multo deformat puluere; & ambas
Ad cœlum tendit palmas, & corpore inhæret.

ad ipsa cadauera non pertinere: licèt vmbris, sicut in sexto legimus, profit. vt, Siqua est ea gloria, signent. *Item de Pallante*, Vano mœsti comitamur honore. *Aut certè, siqua est cura Mezentio, hoc est, patri sacrilego, qui superos inferosq; contemnit. An de tutã hac re dubitat?* ÆNEÆ magni dextrâ cadis.] *Sic alibi;* Nomen tamen haud leue patrum. Manibus hoc referes, telo cecidisse Camillę. SANGVINE turpantẽ.] *Non ipsum turpantẽ: sed vt accidit, ita dixit.* COMPTOS de more capillos.] *Antiquo scilicet more, quo viri, sicut mulieres, componebant capillos, quod verum esse, & statuæ nonnullæ*

A *nullæ antiquorum docent ; & personæ, quas in Tragœdijs videmus similes in vtroque sexu, quantum ad ornatum pertinet capitis.* INTEREA.] *Dum hæc geruntur. Et omnino sic est apud Poëtas* interea ; *sicut apud Sallustium*, Eodem tempore. VVLNERA siccabat Lymphis.] *Siccabat aquâ: & nouè, & physicè locutus est. nam cùm aquâ omnia infundantur ; hic ait, siccari vulnus aquâ. & ratio vera est: quia Fluxus sanguinis aquarum frigore continetur.* LAVABAT.] *Inclinatione recreabat.* ACCLIVIS.] *Quis ante hunc?* Procul. *Modò, iuxtà: vt*, Serta procul tantum capiti dela-

Tantàne me tenuit viuendi, nate, voluptas?
Vt pro me hostili paterer succedere dextræ,
Quē genuit? tuàne hęc genitor per vulnera seruor,
Morte tuâ viuens? heu, nunc misero mihi demum
Exsilium infelix: nunc altè vulnus adactum.
Idem ego, nate, tuum maculaui crimine nomen,
Pulsus ob inuidiam solio, sceptrisq; paternis.
Debueram patriæ pœnas, odijsq; meorum:
Omneis per morteis animā sontē ipse dedissem.
Nunc viuo, nec adhuc homines, lucēq; relinquo?
Sed linquam. simul hæc dicens, attollit in ægrum
Se femur: & quanquam vis alto vulnere tardat,
Haud deiectus equum duci iubet. hoc decus illi,
Hoc solamen erat: bellis hoc victor abibat
Omnibus. alloquitur mœrentem, & talibus infit:
Rhœbe, diu (res si qua diu mortalibus vlla est)
Viximus: aut hodie victor spolia illa cruenta,
Et caput Æneæ referes, Lausiq; dolorum
Vltor eris mecum: aut, aperit si nulla viam vis,

est.) *Hoc loco notant Vergilium Critici, quòd homini sacrilego dedit prudentem sententiam: quam rem ratio naturalis excusat. ea enim, quæ per naturam mouent animos, in quamuis personam cadunt: illa verò sunt tantùm prudentum, quæ non nisi consilio & ratione deprehenduntur. Vnde & Terentius seruis dat plerumque, sententias, prudentissimas quidem; sed quæ se per naturam offerunt cunctis: vt*, ne quid nimis. SPOLIA illa cruenta.] *Arma Aneæ Lausi cruore perfusa. Vnde intulit*, Et caput Æneæ: *per quod*

B psa iacebant. GRAVIA arma quiescunt.] *Cur illa pendeant, hæc in terra sint ; docuit, dicendo* grauia: *vnde &* quiescunt *dixit. Bene ergo* grauia: *vt galeam arma, sed leuia, intelligamus. Et talis est figura, sicut illa Sallustij*; Leonem atque alias feras. *Ergo & leo fera est.* Quiescunt *autem, quasi in terrâ posita: quoniam galea, quæ pendebat, poterat & moueri.* COLLA fouet.] *Sustinnent se arboris trunco.* FVSVS propexam in pectore barbam.] *Barbam in pectus fusam habens. Archaismus autem est, quòd ait*, in pectore, *pro*, in pectus. *sicut alibi*, Medijs effusus in vndis: *pro, In medias vndas.* Propexam *autem, quis ante hunc?* MVLTA.] *Pro, multùm. sicut*, Et pede terram Crebra ferit; *pro crebrò.* MVLTOS'QVE remittit.] *Hoc pro sæpe.* SVPER arma ferebant.] *Supra scutum. sicut supra* : Impositum scuto referunt Pallanta frequentes. INGENTEM, atque ingenti vulnere.] *Homeri dictum*: Κεῖτο μέγας μεγαλωστὶ λελασμένος ἱπποσυνάων. AD cœlum tendit palmas.] *Increpans deos, quasi sacrilegus. Et sciendum, non eum vno eodemq; tempo-*
C *re potuisse, & corpori inhærere, & manus ad cœlum leuare: licèt Poëta ista coniunxerit.* CORPORE inhæret.] *Aut, Lauso suo corpore: aut certè Hysterologia est ; vt sit, hæret in corpore. Melius tamen, vt sit Antiptosis, pro* corpori: *vt*, Hæret pede pes, *pro pedi.* PER vulnera seruor.] *Aut reuerâ* per vulnera; *quia per totū eius corpus mucro transierat: aut inuidiosè* vulnera *ait, pro vulnus ; sicut Terentius*, Non perpeti meretricum contumelias: *cùm vna esset Thais, de quâ loquebatur.* NVNC demum exilium infelix, nunc alte vulnus adactum.] *Solatio enim viuentis filij, vtrumque fuerat antè tolerabile.* IDEM ego.] *Qui nunc causa tuæ mortis fui ; qui feci, vt exsulis & sacrilegi filius esse dicereris.* PVLSVS ob inuidiam.] *Excusat, ne meritò expulsus esse videatur.* OMNEIS per mortes.] *Per omnia mortis genera: nam vna mors est. aut* per mortes omnes, *id est, per diuersa supplicia, per quæ venitur in mortem. aut quasi non vnâ tantùm morte dignus.* VIS alto vulnere tardat.] *Alti vulneris violentiâ.* HAVD deiectus.] *Non deiectus animo.* ALLOQVITVR mœrentem.] *Tristem. Hæc etiam animalia, secundùm Homerum, quando sunt tristia, indicant dominorum mortem futuram. Et propriè* alloquitur *dixit: est enim alloqui, consolari. Est autem Homeri comparatio.*

> Τὸν δ' ἄρ' ὑπὸ ζυγόφιν προσέφη πόδας αἰόλος ἵππος
> Ξάνθος· ἄφαρ δ' ἤμυσε καρήατι, πᾶσα δὲ χαίτη
> Ζεύγλης ἐξεριποῦσα παρὰ ζυγὸν οὖδας ἵκανεν.

RHOEBE, diu (res si qua diu mortalibus vlla

etiam spolia Aneæ intelligimus. nam Lauso nihil detraxerat Aeneas. Dixit enim, Arma, quibus lætatus, habe tua. *Si autem* cruenti *intellexeris; scilicet crudelis: sic enim conuenit personæ loquentis.* LAVSI'QVE dolorum.] *Num Lausi dolorum? vt*, Lachrymas dilectæ pelle Creüsæ. AVT aperit si nulla viam vis.] *Aut si nullam ostenderit fortitudo rationem.* Aperit *autem, præsens pro futuro.*

VNDAM.] *Mezentius siccat vulnus aquâ.* COLLA fouet.] *sustinebat se arboris trunco.* MENS.] *paterna.* ET corpore inhæret.] *intellige allatum Lausum; & eum hæsisse cadaueri filij.* TANTA'NE.] *Oratio Mezentij, de morte filij.* SERVOR.] *salutem habeo per tua vulnera.* NOMEN.] *regium. nam si non fuissem expulsus, successisses in regnum.* OB inuidiam.] *Tacet scelera sua ; & dicit inuidiam.* DEBVERAM pœnas.] *dedissem per omnia mortium genera penas.* LVCEM relinquo.] *propter mortem tuam.* LINQVAM.] *scilicet vitam.* IN ægrum.] *vulneratum.* EQVVM duci.] *decus Mezentio erat equus.* RHOEBE.] *nomen equi.* POM. Sabi.

CORPVS'QVE leuabat.] *Antiqui plures lib.* Lauabat *habent.* PROCVL ærea ramis Dependet galea.] *In Romano libro*, Ramo *legitur.* STANT lecti circùm iuuenes.] *In aliquot antiquis libris*, Stant circùm lecti proceres, *legitur.* PROPEXAM in pectore barbam.] *Malunt nonnulli* Perpexam. *sed* Propexam *in antiquis habetur.* MVLTOS'QVE remittit.] *In Romano libro legitur*, Multumque remittit. CANICIEM multo deformat puluere.] *Exempl. vetustiora*, Immundo puluere *legunt.* SVCCEDERE dextræ.] *In antiquis lib.* Succumbere, *pro* Succedere *habetur.* EXSILIVM infelix.] *In vetustis plerisq; libris*, Exitium *est.* IPSE dedissem.] *Aliq. exemp.* Dedisse *legunt.* ET quanquā vis alto vulnere tardat.] *In vetustis libris quibusdā legitur*, Quanquā sese alto vulnere tardet. ALLOQVITVR mœrentem, & talibus infit.] *In libris antiq.* Adloquitur mœrentem, ac talia fatur. VAR. Lect.

QVID tibi nunc, miserande puer, pro laudibus istis? Quid pius Æneas tantâ, dabit indole dignum? Arma, quibus lætatus, habe tua: teq; parentum Manibus, & cineri (si qua est ea cura) remitto. Hoc tamen infelix miseram solabere mortem: Æneæ magni dextrâ cadis.] *Deliberabat Aeneas, quid conferret morti tuo; cui salutem volens præstare non potuit. Volui te, inquit, puer miserande, seruare. inuidisti, ne facerem. Quid nunc præstabo tibi, quē viuum seruare contendi? Quid restat pietatis* DON.

quod conferat ei scilicet, cuius morte gaudere non possum? Aetatis tuæ inde finis non potest accedere titulis meis: non possum gloriari de puero, & de eo, qui mori potius voluit, quàm patrem videre confectum. Ferre non potest animus, vt armis tuis trophæa componam. ARMA, quibus lætatus, habe tua.] non enim conuenit, hæc alicui deo collata suspendere. TE'QVE parentum Manibus, & cineri (si qua est ea cura) remitto.] Remitto te, inquit, vt porteris ad tuorum sepulchra maiorum. Præstabo hæc manibus tuis: si tamen aliquod beneficium sentiunt mortui; vt humanitas mea vel occiso proficiat. Verùm, quia ex morte tuâ nihil acquiri potest gloriæ meæ; accedat tuæ: quòd te manus Aeneæ occîdit. Est quippe memorabile in aduersis solatium, nomen meritumq; victoris; & eâ cecidisse dextrâ; quâ multi viri fortes absumpti sunt. INCREPAT vltrò Cunctantes socios.] Quum accederent & venirent Rutuli, vt prostratum tollerent: vltrò eos obiurgabat, tanquam tardos & negligentes. ET terrâ subleuat ipsum, Sanguine turpantem comptos de more capillos.] Subleuabat iacentem; comas suas, ex more ad pulchritudinem compositas, terræ puluere & sanguinis sui obertate turpentem. INTEREA genitor, Tyberini ad fluminis vndam, Vulnera siccabat lymphis, corpusque lauabat, Arboris accliuis trunco.] Truncus dicitur propriè robur arboris, quod relinquitur sinè ramis & capite. Hoc tamen loco, integræ arboris truncum dicit: partem scilicet, quæ in imo ramis est vacua. Istud ita esse, ex consequentibus probat. Ipse, inquit, grauiter vulneris & salutis suæ desperatione defessus, sustentabatur arboris trunco. PROCVL ærea ramis Dependet galea.] Galea autem eius, ramis suspensa pendebat. Tangendo Truncum & Ramos, proculdubiò arborem integram significauit; cuius imæ parti se Mezentius dabat: quæ ramos non habebat. ET prato grauia arma quiescunt.] Galea, quia non magni ponderis fuit, pendebat ex arbore: arma, quia grauia fuerant, prato reposita quiescebãt. STANT lecti circũ iuuenes.] Qui solarentur ægrum, & debilem tuerentur. IPSE æger, anhelans Colla fouet.] Adiutus arboris trunco, reficiebat colla, quæ fuerant dolore lassata. FVSVS propexam in pectore barbam.] Hoc ex abundantiâ est positum. MVLTA sumper Lauso rogitat, multosque remittit, Qui reuocent, mœstique ferant mandata parentis.] Considerans ex aduersis suis, quantam vim pertulisset, Aeneâ certante; tractans quoque filij personam, ætatemq; considerans: quærebat plurimum, quid ageret Lausus; & plurimos mittebat, ac sæpe, qui reducerent imprudentem, ac mœsti patris mandata perferrent. Mœsti meritò; vtpote qui ex vulneris causâ satis saucius, de filij esset magis magisq; salute sollicitus. AST Lausum socij exanimum super arma ferebant Flentes, ingentem, atque ingenti vulnere victum.] Missi autem veniebant flentes; non reducentes viuum; sed super arma portantes occisum. AGNOVIT longè gemitum præsaga mali mens.] Quum venientum gemitum sollicitus accepisset antè, quàm nati funus cerneret oculis suis; quid mali accidisset, agnouit. Præuidet quippe animus præsagio mala: &, quid futurum sit, infelici cogitatione denuntiat. CANICIEM immundo deformat puluere.] Bene posuit, Immundo puluere: est enim & mundus. ET ambas Ad cœlum tendit palmas, & corpore inhæret.] Verus viuentis est dolor, quum mortui funus amplectitur. non est vlla in amplexu funeris delectatio; sed quædam medicina plangentis. TANTA'NE me tenuit viuendi, nate, voluptas? Vt pro hostili paterer succedere dextræ, Quem genui? tuáne hæc genitor per vulnera seruor, Morte tuâ viuens? heu nunc misero mihi demum Exsilium infelix! nunc altè vulnus adactum.] Huncci'ne habuit exitum mors mea, & opta tum viuendi desiderium? Hunc ordinem tenuit, vt infelix pater per filij interitum seruaretur? O' miser ordo moriendi! Viuo ego, A
quem priorem conuenerat mori: & interijt, qui superesse debuerat patri. Seruor infelix per filij interitum & lethum charissimi pignoris, impudentibus oculis cerno. Ego ista miserrimus feci: & malum omne, quod ætatis tuæ fata diripuit, ego conflaui. Non te sinerem cum tanto hoste certare; & ob imparem pugnã te cautior reuocarem. O' hominum miseranda conditio: præsentium cæca, nescia futurorum! Si hostilem impetum virtutemq; nesciebat: facere te debuerat mea calamitas cautiorem. Pergis, non defensurus patrem; sed pro patre moriturus. Cui adhuc seruor infelix? cui non viuendi voluptas, quæ in te tantummodò fuit; sed luctus accreuit & pœna. Hæc est sortis meæ plaga deterior: hoc perniciosissimum vulnus; quod nullum temporis spatium, nulla potest medicina sanare. Insedit altiùs, & vota penitùs interna possedit: nihil dolore est vacuum. IDEM ego, nate, tuum maculaui crimine nomen.] Nec me fugit, malè gestam meam & obrutam multis criminibus vitam, nomen tuum & innocentiam maculâsse. Incipit iam causas criminari, quibus filij sui salus videretur oppressa. PVLSVS ob inuidiam solio, sceptrisque paternis.] Exclusus, ait, patrio regno per B
inuidiam. Quum dicit Inuidiam; vult ostendere, non se meruisse, quæ passus. DEBVERAM patriæ pœnas, odijsq; meorum.] Aut, si iustè petebar ad pœnam, tradere me supplicijs debui. Duo latera tetigit: aut nihil aduersi de ciuibus merui; si digna repetebantur, contentum esse conuenerat. non enim viuendum fuit cum odio cunctorum ciuium. OMNES per mortes animam sontem ipse dedissem.] Consentirem aduersis meorum studijs, & me, quâ vellent, pœnâ conficerent. NVNC viuo; neque adhuc homines, lucemque relinquo. Sed linquam.] Nunc, inquit, viuo; qui olim debueram mori. viuere enim non debui, qui viuentis ciuibus meis qualibet ratione displicui. Neque adhuc homines, & lucem ipsam relinquo. Deliberabat, & per incerta consilia rapitur: fixit sententiam, & extremis tandem aliquando consensit, dicens: SED linquam.] faciam, inquit, serum quod olim differendo non feci. SIMVL hæc dicens, attollit in ægrum Se femur.] Cum ipso vltimo verbo sententiæ, quâ iudicauit sibi esse moriendum, in ægrum se extollit femur. ET quãquam vis alto vulnere tardat, Haud deiectus equum duci iubet.] Et licèt tardaretur alti vulneris violentia: haud deiectus tamen, neque in totum debilitatus animo, equum duci iubet: vt eo veheretur debilis; quo vti C
solitus fuerat, quum floreret. HOC decus illi, Hoc solamen erat; bellis hoc victor abibat Omnibus.] Ipse ornamentum domino fuit; ipse solatium; ipsius auspicio remeauit bellis ex omnibus victor. Ecce, non solùm corporis, verùm equi quoque auxilium flagitabat. Talis etiam fuit, qui ad vltionem duci debuisset. non enim tàm vincere Mezentius cupiebat; quàm filij interitum vindicare. Tali ergo equo vti voluit; qui non nisi cum palmâ remeare consueuisset. ALLOQVITVR mœrentem.] Quasi mala domini etiam ipse sentiret. ET talibus infit.] Et hunc talibus verbis affatus est. RHOEBE, diu (res si qua diu mortalibus vlla est) Viximus.] Qui videbatur tristis; sentiebatur posse dominum audire loquentem. Diu est, inquit, quòd viximus, Rhœbe; si tamen durat aliquid mortalibus diu. & Diu dici potest, quod clauditur fine. AVT hodie victor spolia illa cruenta Et caput Æneæ referes; Lausique dolorum Vltor eris mecum: aut aperit si nulla viam vis, Occumbes pariter.] Prospera simul & aduersa proposuit, quæ habent hæc incerta bellorum. sed tamen desiderio, non viuendi, sed vindicandi filium, hæc primò constituit, quæ cupiebat impleri: secutumq; est, quod poterat esse contrarium. quasiq; hoc ipsum diceret; addidit solatium ipsius euentus aduersi. Aut remeabimus, inquit, gloriosi post factum, & filij mei vindicabimus mortem: aut erit nobis perijsse beneficium.

NEQVE

Digitized by Google

Occumbes pariter: neq; enim, fortiſsime, credo,
Iuſſa aliena pati, & dominos dignabere Teucros.
Dixit, & exceptus tergo conſueta locauit
Membra: manusq́; ambas iaculis onerauit acutis:
Ære caput fulgens, criſtâq; hirſutus equinâ.
Sic curſum in medios rapidus dedit. æſtuat ingens
Imò in corde pudor, miſtoq́; inſania luctu,
Et furijs agitatus amor, & conſcia virtus.
Atq; hîc Ænean magnâ ter voce vocauit.
Æneas agnouit eum, lætusq́; precatur:
Sic pater ille deûm faciat, ſic altus Apollo!
Incipias conferre manum.
Tantum effatus, & infeſtâ ſubit obuius haſtâ.
Ille autem: Quid me erepto, ſæuiſsime, nato
Terres? hæc via ſola fuit, quâ perdere poſſes.
Nec mortem horremus, nec diuûm parcimus vlli.
Deſinam, nam venio moriturus: & hæc tibi porto
Dona priùs. dixit, telumq́; intorſit in hoſtem.
Indè aliud ſuper atq; aliud figitq́; volatq́;
Ingenti gyro: ſed ſuſtinet aureus vmbo.
Ter circùm aſtantem læuos equitauit in orbes,
Tela manu iaciens: ter ſecum Troius heros
Immanem ærato circumfert tegmine ſyluam.
Indè, vbi tot traxiſſe moras, tot ſpicula tædet
Vellere, & vrgetur pugnâ congreſſus iniquâ;
Multa mouens animo, iam tandē erumpit, & inter
Bellatoris equi caua tempora conijcit haſtam.
Tollit ſe arrectum quadrupes, & calcibus auras
Verberat: effuſumq́; equitem ſuper ipſe ſecutus
Implicat, eiectoq́; incumbit cernuus armo.
Clamore incendunt cœlum Troësq́; Latiniq́;.
Aduolat Æneas, vaginâq; eripit enſem:
Et ſuper hæc: Vbi nunc Mezentius acer? & illa
Effera vis animi? contrà Tyrrhenus, vt auras
Suſpiciens hauſit cœlum, mentemq́; recepit:
Hoſtis amare, quid increpitas, mortemq́; minaris?
Nullum in cæde nefas: nec ſic ad prælia veni;
Nec tecū meus hæc pepigit mihi fœdera Lauſus,
Vnū hoc per (ſi qua eſt victis venia hoſtibus) oro,
Corpus humo patiare tegi. ſcio acerba meorum
Circumſtare odia: hunc (oro) defende furorem,
Et me conſortem nati concede ſepulchro.
Hęc loquitur; iuguloq́; haud inſcius accipit enſem,
Vndantiq́; animam diffundit in arma cruore.

A NEQVE enim, fortiſſime, credo.] Quòd dignaberis habere dominos Teucros, *ſcilicet ignauos. nam hoc intelligimus ex eo, quod dixit:* Credo fortiſsime. *Plerumque enim ex alterius perſonæ vituperatione vel laude, quid de aliâ dicatur, agnoſcimus: vt hoc loco Troianos vituperatos, ex equi laude, cognoſcimus. Item alibi contrà:* Et nunc ille Paris, *ſcilicet adulter. nam illîc ex perſona Paridis vituperatur Aeneas.* EXCEPTVS Tergo.] *Equo ſe præbente exceptus: quod fieri plerumque conſpicimus in manſuefactis equis.* IACVLIS onerauit.] *Auiditas*

B *ſæuientis exprimitur magna: vt ſæpius.* ÆRE caput fulgens.] *Quia ſuprà,* procul ærea ramis Dependet galea. IMO in corde pudor.] Vno *autem, pro eodem. tribus verò affectibus conturbatum ſignificat: pudore, irâ, dolore: quæ potentia ſunt ſingula.* TER.] *id eſt, ſæpius.* SIC pater ille deûm faciat.] *Bene, in perniciem contemptoris deorum, deos inuocat.* SIC altus Apollo.] *aut venerabilis: aut quia in excelſo loco conſecratus eſt.* INCIPIAS.] *Deeſt, vt.* INFESTA haſtâ.] *In vulnus paratâ, id eſt, protentâ.* QVA perdere poſſes.] *Deeſt,* me.

C *nam hoc dicit: niſi extincto filio, nullâ ſe potuiſſe ratione ſuperari.* NEC diuûm parcimus vlli.] *Hoc ideò, quia Aeneas inuocauerat deos. vt,* Sic pater ille deûm faciat, ſic altus Apollo. INDE aliud.] *Id eſt, iacit telum.* DESINE.] *Scilicet mortem minari: quoniam libenter moriturus aduenio.* VMBO.] *Scutum. nam à parte totum intelligimus.* TER circùm.] *Enarrauit quid eſſet* ingenti gyro. LÆVOS equitauit in orbes.] *Secundùm artem militiæ. nam eques ſtans facilimè ſuperatur à pedite. In læuam partem autem ideò circumibat, vt Aeneæ dextram circumueniret: quæ vtique nuda erat.* TOT ſpicula tædet.] *Hic oſtendit, quid ſit,* figitq́ue volatq́ue. PVGNA iniquâ.] *Pedes contra equitem.* MVLTA mouens.] *Vtrùm in ipſum, an in equum tela intorqueret: quo vulnerato, Mezentius carebat effugio.* INTER tempora.] *Id eſt, in frontem.* BELLATORIS equi.] *Per quē bellum geritur: πολεμιστής. aliter hominem dicimus bellatorem, qui bellum gerit.* IMPLICAT.] *Impedit.* CERNVVS.] *Cernuus dicitur equus, qui cadit in faciem; quaſi in eam partem cadens, quam cernimus. Vnde & pueri, quos in ludis videmus eâ parte, quâ cernunt, ſtantes, cernui vocantur: vt etiam Varro in ludis theatralibus docet.* CLAMORE incendunt cœlum.] *Implent. Et abuſiuè dixit.* TROESQVE.] *Hoc eſt, Troiani: Gaudio.* LATINIQVE.] *Scilicet dolore.* ADVOLAT Æneas.] *Multi hæc nolunt di-*

ſtinguit; quaſi ſimul fiāt. HAVSIT cœlū.] *Hoc eſt, aërem. Lucretius:* In hoc cœlo, qui dicitur aër. *& hoc dicit: poſtquā reſpirauit, et mentē recepit, poſt turbationē ex equi venientē ruinā.* HOSTIS amare.] *Aſper. Et hoc Homeri eſt de telo dictū, quod hîc ad hominē trāſtulit. Ille enim ait,* Πικρὸν ὀϊστόν. NVLLVM in cęde nefas.] *Mori, viro forti, nefas non eſt. Vnde, in Primo, Aeneas & fortis & pius inducitur. ſic loquēs:* O' terq́; quaterq́; beati? *Ergo, aut nihil acerbi in morte ſe paſſurū ait; aut nihil nefandū Aeneam commiſſurum, ſi ſe volentem interfecerit: quia mori decreuerit, ſi mortem filij non voluiſſet vlciſci.* NEC ſic ad prælia veni.] *Hoc eſt, vt vincerem, aut victus mortē deprecarer: Ergo libēter occumbo. Nec ego ſic, vt vincerem, veni: hoc eſt, cum voluntate procūbo.* HÆC pepigit mihi fœdera Lauſus.] *Hoc eſt, non cum hoc pacto à te Lauſus receſsit, vt ego viam requiram.* Fœdera *autem* pepigit, *per tranſlationem dixit: id eſt, ſi nō pugnauit Lauſus, vt vllum mihi vitæ relinqueret deſiderium.* VENIA.] *Beneficium. vt,* Orantes veniam. ACERBA meorum.] *Quaſi hoc de Aeneâ non ſenſerit.* HVNC (oro) defende furorem.] *Inimicorum iram, & poſt fata ſæuire cupientem.* Defende *autem, eſt, prohibe: vt,* Dum teneras defendo à frigore myrtos. *Et bene petit ab Aeneâ ſepulturam, quòd ſcit eum vltrò concedere: vt probauit in filio. Petit autem, non de eius pietate dubitās; ſed timēs iram ſuorū.* HAVD inſcius.] *Lipotes figura eſt. non enim dixit, non ignarus; ſed exſpectans omnibus votis: vt,* Munera nec ſperno, *id eſt, libenter accipio. In hac aūt figurâ plus cogitatur, quàm dicitur.* VNDANTIQVE animā diffundit in arma cruore.] *Ordo eſt: In arma vndāti cruore animā diffundit, cuius ſedē pleriq; ſanguinē volunt eſſe. & ſic eſt dictum hoc, quomodo illud:* Vnâ eâdemq́; viâ ſanguis animusq́; ſequuntur. *Itē,* Tuâq; animā hanc effundere dextrâ: *quaſi quæ in cruore fouetur.*

SIC curſus.] *fertur in campum Mezentius.* FACIAT.] *vt congrediaris mecum.* SVBIT.] *acceſsit.* OBVIVS.] *Mezentio.* HAC via ſola fuit.] *interimere mihi natum.* DONA.] *ſcilicet tela.* VMBO.] *ictus Mezentij.* STANTEM.] *Aeneam.* ERVMPIT.] *Aeneas.* EQVI.] *vulnerauit equum.* INCVMBIT.] *equus territus vulnere, effudit Mezentium: & cernuus, id eſt, in faciem cadens, ruit ſuprà dominū.* ET ſup.] *ſcilicet Mezentiū. Loquitur Aeneas Mezētio.* AVRAS.] *aërem.* MORTEMQVE minaris.] *Loquitur Mezentius.* NEFAS.] *ſcilicet tibi eſt. occide, nullum eſt nefas.* NEC tecum meus pepigit.] *non hoc pacto Lauſum interemiſti; vt ego parens à te ſalutem petam.* DEFENDE furo- POM. Sabi.

furorem.] *hircorum, ne dilanient, & proijciant deuorandum feris & alitibus.* DIFFVNDIT in arma cruorē.] *Historia aliter habet; nempe Latinum occubuisse in primis pugnis, & postea Turnum. ab eo die, Aeneas nusquam amplius visus est. Mezentius autē interfectus fuit ab Ascanio. Dionysius ait: Commissâ pugnâ, Latinus & Turnus cecidêre: & paulò pòst, obsessis Troianis, iam Mezentius tanquam victor imperabat, volebatq;, vt vinum, quod Latio prouenirét, Etruscis darent. Ascanius renuit, & vinum Ioui vouit. indè hortatus est suos, vt fortiter pugnarent. vrbe egressi castra adoriuntur, & primo impetu cepêre munimenta, quibus præerat Lausus. Mezentius, territus fugâ suorum, cum paucis occupauit propinquum montem: auditâq; filij cæde, pacem cum Ascanio fecit; & in Etruriam rediit: & post hanc clandem nunquam inimicus Latinis fuit.*

VAR. Lect. SIC cursum medios rapidus dedit.] *In antiquissimo libro Romano legere est,* Sic cursu in medios rapidus dedit. IMO in corde pudor.] *Exempl. vetera,* Vno in corde *legunt. In Mediceo, non* Pudor, *sed* Dolor *habetur. In libris etiam aliquot manuscriptis legi, non* Pudor, *sed* Puer. ÆNEAS agnouit eum.] *In antiquis libris est,* Agnouit enim, *per interpositionem dictum.* QVID me erepto, sæuissime, nato Terres?] *In antiquis aliquot libris legere est,* Terreas? DESINE, nam venio.] *In antiquis libris,* Iam *legitur: in alijs,* Et venio.

DON. NEQVE enim, fortissime, credo Iussa aliena pati, & dominos dignabere Teucros.] *Neq; enim dignum est, vt in potestatem hostium veniat, & seruiat Teucris. Prosperum, vt diximus, posuit & aduersum: sed falsâ spe in altero ductus est, in altero præsagium protulit. Nam qui fieri potuit, vt Aeneæ manus debilitatus euaderet; qui præualenti corpore tam grauiter potuit vulnerari? Aliud tamen, quod præsagij loco complexus est, accidit: nam vtriq; in secundo certamine cesiderunt.* DIXIT, & exceptus tergo consueta locauit Membra.] *Non dixit,* Ascendit, *quoniam hoc facere non potuit: sed* Exceptus est, *inquit; vt ostenderet, ex superiore loco in equi tergo esse susceptum.* MANVSQVE ambas iaculis onerauit acutis.] *Quantum timorem procedentis excepit? qui quum se aduerteret viribus paruis, ambas manus telis multis & acutis onerauit: quasi, cessante substantiâ diminutis, telorum vigor aut numerus hostem superare potuisset.* ÆRE caput fulgens, cristâq; hirsutus equinâ.] *Quid debilitato prodesse posset, aut fulgens galea, aut setosa in capite crista?* SIC cursum in medios rapidus dedit.] *Equi cursum in medios dedit, non suum.* ÆSTVAT ingens Imo in corde pudor, mistoq; insania luctu.] *Exposuit, cur dictum sit,* Cursum rapidus dedit. *duobus enim animi motibus æstuabat: pudoris, quia miserat fortiorem, & cuius virtutem in vulneris atrocitate persenserat: & luctus, quia talem perdiderat filium.* ATQVE hîc Æneam magnâ ter voce vocauit.] *Debuit non prouocare eum, cuius virtutem senserat, & timore potius, quem exemplo suo probauerat fortiorem. sed cur metueret, cui æquis votis, aut vincere optabile fuit, aut perire? Vocauit igitur Aeneam magnâ voce, & ter hoc fecit. ostendit, magnam in se, post vulnus acceptum, animi perseuerâsse constantiam; nec de suis aliquid conatibus diminutum.* ÆNEAS agnouit eum, lætusq; precatur.] *Mox, vt Aeneas vidit Mezentium venientem, & vocem toties clamantis audiuit; intellexit, quæ causa debilem reuocâsset ad campum. sciebat enim, dolore perditi filij hostem venire compulsum: quæ res attulerat gratulationem maximam, vt in congressu perficeret, quod impedientibus multis primò complere non potuit. remisit tamen etiam ipse responsum: ne timorem aliquem silentio testaretur.* SIC pater ille deûm faciat, sic altus Apollo: Incipias conferre manum.] *Idcirco, ait, incipias conferre manum, quia hastis supra certatum est: & inde videbatur euasisse: quia plurimorum defensus auxilio, certamen vulneratus effugerat. accedebat etiam eo: quia apparebat, tum non collaturum manum, qui equo potius fideret, non suis viribus.* TANTVM effatus, & infestâ subit obuius hastâ.] *Magnam animi ac virtutis fiduciam monstrat, qui in hostē primus tela contendit. Quod Aeneas nō dubitauit perficere; pergens obuius, cum infesto ictu hastæ: ne habens tanti equi subsidium, iterum verteretur in fugam.* ILLE autem.] *id est, Mezentius, inquit:* QVID me erepto, sæuissime, nato Terres? hæc via sola fuit, quâ perdere posses. Nec mortem horremus, nec diuûm parcimus vlli. Desine: iam venio moriturus: & hæc tibi porto Dona priùs.] *Orbatum filio frustra territas patrem: magis enim post illius excessum cupio mori. quanquam me ipse cupis occidere. sed in hanc partem sæuitiam tuam potius contendis exercere; quando formidolosus verba terret, cui votum est, post filium mori. Odi hanc lucem, in quâ incolumem natum meum videre non possum. Inuenisti viam, quâ Mezentium perderes: aliâ enim superare non posses. Tunc vita mea consumpta est; quum caderet Lausus. Tunc perij; quum funus eius infelicibus oculis vidi. Non horreo mortem; quin potius amo. Hæc enim dabit finem doloribus meis: hæc mihi misericors filium reddet; & manibus eius patrem miserum benigna coniunget. Nihil est, sæue hostis, quòd me vlterius terreas. Mors mihi beneficium est; cuius manu rit aduentum. Non parcò dijs; quos ipse venerâris & colis: nec superstitiosis precibus rogabo; quos contemno. Habes æmulos studij tui, si religiosus es, feri sacrilegum: si perniciosus hostis, macta captiuum. Sileat iam proteruitas linguæ & sermo, quo te plurimum iactas, terminum sumat. Vna eademq; mihi sententia est: moriturus potiùs, quàm victoriam quæsiturus, aduento. Sume tamen morituri munus ... &, antequàm id fiat, quod prouenire iam cupio, excipe hastas meas; vt irascaris & ferias.* DIXIT, telumq; intorsit in hostem, Inde aliud super atque aliud figitque, volatque Ingenti gyro.] *Post hæc, quæ dicit, iacere hastas plurimas cœpit; circumiens Aeneam ingentibus gyris, ne auersum ferire potuisset.* SED sustinet aureus vmbo.] *Occurrebat Aeneas omnibus telis, & hæc excipiebat scuto. Ecce, probatum est, quâ causâ Mezentius ambas acutis telis onerauerat manus. Tela enim non mittebat; nisi hoc consilio primitus præparâsset. Ille igitur multa tela mittebat; figebat multa: sed hæc scuti ambitus sustinebat; excipiebantur resistentis arte; nullum veniebat in corpus.* TER circum adstantem læuos equitauit in orbes, Tela manu iaciens.] *Quum Aeneas vno in loco consisteret; ter Mezentius læuos in gyros circumijt stantem, manu dirigens tela.* TER secum Troius heros Immanem ærato circumfert tegmine syluam.] *Quoties Mezentius circumijt Aeneam gyris, toties heros Troius occurrit, scutum obijciens: quod iaculis iam fuerat infinitis insertum, & syluæ faciem præferebat.* INDE, vbi tot traxisse moras, tot spicula tædet Vellere, & vrgetur pugnâ congressus iniquâ.] *Vbi tantæ tractæ sunt moræ; vbi pudebat tantum telorum numerum scuto portare; tantaq; essent, vt hæc velli aut iam portari non possent: & quū vrgerentur iniquo certamine. Iniquum certamen ideò fuit: quia Mezentius equi præsidio, & in summo pugnabat; Aeneas verò in plano positus, maiore laboris pondere grauabatur.* MVLTA mouens animo iam tandē erumpit.] *Multa, quæ facere deberet, ipse conferens secum, tandem reperto consilio erumpit in factum. antè enim opus fuit, vt ipsa peteretur causa, quæ iniquitatem certaminis faceret. Denq;, moris abrupit;* INTER Bellatoris equi caua tempora conijcit hastam.] *Magno hoc consilio factū est. nouerat enim, Mezentium idcirco equi auxilium petiuisse, quòd ipse debilis fuit. Rectè igitur Aeneas de equi primâ pernicie cogitauit: ipso enim occiso non magni laboris fuerat, ad ipsius equitis interitum peruenire.* TOLLIT se arrectum quadrupes.]

Digitized by Google

A drupes.] Hoc est, erectis primò per aëra pedibus primis, posterioribus stetit. ET calcibus auras Verberat.] Intelligitur hoc, mutato schemate, posterioribus pedibus ferisse: &, cùm dolore pernicioso turbaretur, obsequium solitum & portandi consuetudinem prodidisse. EFFVSVMQVE equitem super ipse secutus Implicat.] Aut ruinâ corporis sui equus dominum implicauit: aut quia sic deiecit, vt ille se explicare non posset. EIECTOQVE incumbit cernuus armo.] Præter lethale quod exceperat, vulnus, alius ei casus accessit; vt eiecto armo cecidisset. Cernuum dicunt, qualem ipse Vergilius demonstrauit, porrecto vno pede, hoc est, altero ex primis; reliquis verò collectis: capite quoque in terram coarctato. Huic accesserat malo, quòd armum etiam perdiderat; vt nec ipse reparatione aliquâ iuuari potuisset. CLAMORE incendunt cœlum Troësque, Latinique.] Quis enim nō miretur, aut consiliū viri fortis, aut facti ipsius & fortunæ euentum? ADVOLAT Æneas.] Celeritate quippe opus erat, antequàm ille se fortè colligeret, aut iterum subueniretur à socijs. VAGINAQVE eripit ensem: Et super hæc.] Et aduolat, & Eripit, totum ad celeritatem demonstrandam

B pertinet. Vtrumque simul factum intelligitur: & super terrorem educti gladij hæc addidit insultantibus verbis. VBI nunc Mezentius acer; & illa Effera vis animi?] Quàm breuis dictio eius, qui se præparabat ad exigendam pœnam? Quò nunc, inquit, Mezentij fortitudo discessit? Quomodo simul tua feritas tecum perijt? Quid profuit, sic vixisse, aut malè meruisse de socijs? Quid deos tantâ temeritate contempsisse? Hæc Vergilius non specialiter posuit: ne longum faceret dictionis tractum, quem breuem esse conuenerat. tamen in eo, quod dixit, Effera vis animi tui vbi est? possunt etiam illa, quæ diximus, & multa alia, coniecturâ ita colligi. CONTRA Tyrrhenus, vt auras Suspiciens hausit cœlum, mentemque recepit.] Ecce, propter quā causam Aeneas properauit. recepit sensum Mezentius: sed iam sub gladio positus quid auderet? quid faceret iacens? quid debilis? quid oppressus? Potuit tamen loqui? & locutus est, quæ necessitas exigebat. HOSTIS amàre, quid increpitas, mortemque minaris?] Duo mala: & hostem esse, & amarum dixit. Hoc genere, & gladio stricto, & insulationi respondet. denique sequitur: Quid increpitas? (quoniam hoc ad insultationem & verba pertinet) Mortemque minaris? Si occisurus es, inquit, iam ferè quid verbis protrahis moriturum? Sæuitia est, hostem diu cruciare sub gladio: sæuitia est, verbis amaris appetere. NVLLVM in cæde nefas.] An nunquid idcirco dextram gladiumque suspendis, quòd existimas nefas esse, si ferias? nullum crimen est, si hostis tuus, quod parabat, excipiat. NEC sic ad prælia veni.] Non sic, hoc est, non eâ intentione repetiui certamen, vt vincerem. Probatio huius dicti addenda fuerat, idcirco adiecit. NEC tecum meus hæc pepigit mihi fœdera Lausus. Vnum hoc per (si qua est victis venia hostibus) oro.] Lausus me perire voluit: Lausus tecum pactum meæ mortis induxit. Non rogo; quoniam non libet superesse post filium. Non rogo; quod mereri contrarium est. vnum tamen peto, quod victi semper impetrare consueuerunt: & quod ipse sponte præstitisti filio meo. CORPVS humo patiare tegi.] Verebatur enim, ne ciues sui, veteris ac iusti odij memores, funus exsecrabile per membra discerperent: &, quod viuo nequiuerant, redderent mortuo. Denique, quum peteret sepulturam, addidit: SCIO acerba meorū Circumstare odia.] Ecce ostendit, quid timeret. nouerat quippe, se nihil de suis, præter acerba odia, meruisse. Grauiter enim sperabat moueri posse; quos grauiter læserat. HVNC oro, defende furorem, Et me consortem nati cōcede sepulchro.] Consortem me fecisti filio, vno vtrumque gladio perimens: vnà nos sepulchro, pulsu meorum furore, concede. HÆC loquitur.] Hoc est, hæc Mezentius precando loquitur. IVGVLOQVE haud inscius accipit ensem.] Probauit Mezentius, quòd libenter quæsiuerat mortem. Sciens denique præbuit iugulum: sciens impetum mucronis excepit. VNDANTIQVE animam diffudit in arma cruore.] Quo facto, cruorem in arma diffudit, & animam naturæ restituit.

NEQVE Iussa aliena pati & dominos dignabere.] Congruet, si quando deterrere alium à seruitute conabere. ADR. Bar.

C

ÆNEIDOS LIBRI XI.

Argumentum.

Α Δ Η Λ Ο Ν.

Vndecimo victa est non æquo Marte Camilla.

MODESTINI IVRISCONSVLTI, IN VNDECIMVM librum Aeneidos, Argumentum.

Constituit Marti spoliorum ex hoste trophæum;
Exanimumque patri natum Pallanta remittit.
Iura sepulturæ tribuit, tempusque Latinis:
Euander patrios affectus edit in vrbe.
Corpora cæsa virûm passim digesta cremantur.
Legati referunt, Diomeden arma negâsse.
Drances & Turnus, leges æquante Latino,
Concurrunt dictis: Æneas imminet vrbi.
Pugnatur; vincunt Troës; cadit icta Camilla.
Deinde duces castris, donec cessêre, minantur.

OCEANVM

P. VERGILII M. ÆNEIDOS LIBER XI.

SER. OCEANVM interea surgens aurora reliquit.] *More suo prætermisit noctis descriptionẽ, quã trãsisse, indicat præsens ortus diei. & hoc est, quod ait Horat.* Nec verbũ verbo curabis reddere fidꝰ Interpres. *Quæ enim naturalia sunt, omnib. patent.* Surgens *ait, ꝗ̃ surrexit.* ÆNEAS (quanquã & socijs dare tẽpus humãdis.] *Consuetudo Romana fuit, vt polluti funere, minimè sacrificarent. Si tamẽ contingeret, vt vno eodemq; tempore funestaretur quis & cogeretur operam dare sacrificijs: elaborabat, vt antè sacra cõpleret, quàm funus agnosceret. Vnde etiã Horatius Puluillus, in Capitolij dedicatione, cùm ab inimicis ei filius nuntiaretur extinctus, (vt quidã putant, falsò: vt alij, verò) ait;* Cadauer sit: *nec voluit funus agnoscere, donec templa dedicaret. Secundùm quẽ ritum, etiã Aeneas inducitur antè operam dare sacrificijs: & sic ad sociorũ & Pallantis sepulturam reuerti.* PRÆCIPITANT curæ.] *Vrgent. Longam enim dilationẽ sepultura non patitur. Sanè cùm* Quanquam *præmisisset, non intulit* Tamen: *Vt alibi;* Libertas, quæ sera tamen respexit inertem: *cùm* Tamen *dixerit, nõ præmisit* Quanquam. Dare, *verò* tẽpus, *relinquere, id est, vt breue. & habet emphasin, propter multitudinẽ negotiorum.* TVRBATAQVE funere mens est.] *Funere Pallantis:* κατ᾽ ἐξοχήν. *nam est hæc consuetudo apud poëtas, vt à plebe segregent duces. Sic paulò pòst ait;* Interea socios, inhumataq; corpora terræ Mandemus. *& intulit segregans,* Mœstãq; Euãdri primus ad vrbẽ Mittatur Pallas. *Sic dictũ est;* Relliquias Danaûm, atq; immitis Achil i. *Itẽ,* Forsitan &, Priami fuerint ꝗ fata, requiras.

OCEANVM interea surgens aurora reliquit.
Æneas (quanquam & socijs dare tempus humandis
Præcipitant curæ, turbataq; funere mens est)

POM. Sabi. OCEANVM interea.] *Horatius Publius, vt dedicatione Capitolij, cùm nuntiaretur ei mors filij, ait;* Cadauer esto. *post dedicationẽ funꝰ celebrauit. Aeneas prius peragit sacra; indè funera.* PRIMO Eoo.] *in primã parte diei. describit diem.* TVRBATA mens.] *Apronianus legit: Mens turbata præcipitat funera. & alij legunt; Mens turbata est funere. sed melius,* Turbataque funere mens est.

VAL. Lea. DON. QVANQVAM & socijs.] *Sunt, qui* Et *particulam summoueant, &* Quanquam socijs *legendum velint.*

OCEANVM interea surgens aurora reliquit.] *Initium diei dicit venisse, & eam horam; quã nondum sole exorto, præcedens iam apparet aurora.* ÆNEAS (quanquam & socijs dare tempus humandis Præcipitant curæ, turbataq; funere mens est) Vota deûm primo victor soluebat Eoo.] *Duo habuit Aeneas, quæ faceret: humare occisos, & dijs vota persoluere. Alterũ enim propter humanitatẽ fuerat curandũ: alterum, propter venerationẽ deorũ, quibus iuuantibus multa, quæ prosperè gesserat, debuit implere. sed quia diuina obsequia cæteris omnibus præponẽda magisterio suo Vergilius monstrat: & vt ipsum Aeneam in deorum cultu vult ostendere peritissimũ; sic consilia eius assignat. Licèt enim Aeneam ipsum tangeret cura humandi eos, quos bella deiecerant: hanc tamẽ deorum causam non omisit: sed destulit, negotiorum ordinem veris tractatibus. Oriente quippe aurora, antequàm quidquam nostrorum actuum incipiamus, præteritorum rectè gestorum vota soluenda sunt; & futurorum vel præsentium poscenda prosperitas.*

SER. PRIMO victor soluebat Eoo.] *Antequam luctum subiret & funeraretur.* Primo *autẽ* Eôo, *subaudimus tẽpore. nam Græcè* ἠὼς *dicitur, quam nos Aurorã vocamus. Homerus ait,* ῥοδοδάκτυλος ἠώς: *quod nomẽ Latini traxerunt per deriuationẽ, vt dicerent;* Et læ tus Eois Eurus equis. *Item,* Eoasq; acies. *Sanè, vt etiam suprà diximus, in hoc sermone prima syllaba naturaliter longa est: sed, cùm opus fuerit, corripitur* Eon, *aut licentiã nominis proprij, aut quia eam vocalis sequitur.* CONSTITVIT tumulo.] *In colle: q̃a trophæa nõ figebãtur, nisi in eminentioribus locis. Sallustius de Põpeio:* Deuictis Hispanis, trophæa in Pyrenęis iugis constituit. *Ex quo more trophæa, arcubus exædificatis, in vrbibus figebantur. Ideò autem nunc trophæum ponit Aeneas: quia necdum plenam est victoriam consecutus, sed occiso Mezentio fugauit exercitum. plenæ victoriæ enim, vt suprà diximus, triumphus debetur. Et persoluit vota, vel propter tanti ducis interitum: vel quia fas erat, etiam de primitijs belli sacrificare.* Tumulo *autem, deest* in: *id est, in tumulo.* INDVIT arma.] *Vt,* indutosque iubet truncos hostilibus armis, *sine nomine.* (TIBI magne Trophæum Bellipotens.)] *videtur interrupta descriptio. Hoc per parenthesin dictũ est & prosphonesim: & post reddita.* Magne *aũt* bellipotẽs: *antonomasia p duo epitheta sine nomine.* APTAT.] *Aptè locat, & congruè ponit vel figit. vt,* Aptatque superbis Postibus. TELAQVE trunca viri.] *Id est, perfracta: ita enim in trophæis poni consueuerunt. Iuuenalis;* Et fracta de casside buccula pendens: Et curtum temone iugum, victæque triremis Aplustre. *Vel trunca tela, quæ de suo clypeo legeret. Ideò enim trunca, quòd in*

Vota deûm primo victor soluebat eoo.
Ingentem quercum, decisis vndiq; ramis,
Constituit tumulo, fulgentiaq; induit arma,
Mezenti ducis exsuuias: (tibi magne trophæum
Bellipotens) aptat rorantes sanguine cristas,
Telaq; trunca viri; & bis sex thoraca petitum
Perfossumq; locis: clypeumq; ex ære sinistræ
Subligat; atq; ensem collo suspendit eburnum.
Tùm socios (namq; omnis eum stipata tegebat
Turba ducum) sic incipiens hortatur ouanteis:
Maxima res effecta, viri: timor omnis abesto.
Quod superest: hæc sint spolia, & de rege superbo
Primitiæ: manibusq; meis Mezentius hic est.

euellendo præfracta. ET bis sex thoraca petitum, perfossumque locis.] *Duodecim vulneribus appetitum: quia, vt suprà diximus, totius Thusciæ populus in duodecim partes fuit, diuisus. vt,* Gens illi triplex, populi sub gẽte quaterni: *qui singulis Lucumonibus parebant. Moris autem fuit, vt interemptos duces omnis vulneraret exercitus. Sicut etiam de Hectore Homerus commemorat:*

οἳ καὶ θηήσαντο φυὴν, καὶ εἶδος ἀγητὸν
Ἕκτορος, οὐδ᾽ ἄρα οἵ τις ἀνουτητί γε παρέστη.

Vnde est; Quæ circùm plurima muros Accepit patrios. *Non ergo ab Aeneã, sed ab his, qui* Vndique vndijsque viro telisque frequentibus instant. *quod ostendit Mezentius, cùm sub Aenea telis iacêret: Scio, acerba tuorum circumstare odia: neque enim hoc in illo momento periculi meminisset, nisi eos cerneret imminere.* CLYPEVMQVE ex ære.] *Figuratius, quàm si æreum diceret. vt alibi,* Cui pharetra ex auro. ENSEM collo suspendit eburnum.] *Vaginam eburneam. Sanè* Ebur, eboris *facit; non* eboris: *sicut* Murmur, murmuris. *Vnde, quia in principalitatis declinatione varietas inuenitur, etiam deriuatio varia est. nam* Eburnus *facit ab eo, quod est* Ebur: Eboreus, *ab eo quod est* Ebur, eboris. Collo *autem, id est de collo. Paulatim de trunco arboris humanam figuram fecit: vt & sinistram illi det, & collum, quod valde quæritur, in breui.* MAXIMA res effecta viri.] *Occiso tanto duce. simul etiam trophæi ostenditur causa. Et verecundè, cùm ipsius opus sit, impersonaliter ait.* ABESTO.] *Absit. nam tertia persona est.* QVOD superest.] *De reliquo. & est absoluta elocutio. vt,* Quod superest, læti bene gestis corpora rebus. ET de rege superbo primitiæ.]

A primitiæ.] Aut hoc dicit: primitiæ istæ, quas fecimus, non de plebe sunt; sed de rege superbissimo. Aut certè, regem superbum Turnum accipiamus. nam de ipso legimus: At Rutulum abscessu iuuenis tùm iussa superba Miratur. vt sit sensus: Hæc spolia, & hâc primam belli partem, superbo Turno sustulimus. Nam hoc epitheton proprium Turni est; quod ei Vergilius pro ingenti dat scelere. Apud maiores enim superbia ingens facinus fuit: adeò vt Tarquinius, pro multis sceleribus, Superbi nomen acceperit. MEZENTIVS hic est.] Pro, talis est. vt, Hunc ego te, Euryale, aspicio? Id est, talem. & vtrùm p contemptũ, an per cõmendationẽ, hoc pronunciandũ?

POM. Sabi. EOS.] mons Arabiæ. indè Eous, oriens. QVERCVM.] in antiquo semper Quercus. TROPHÆVM.] Aeneas erigit trophæum Marti in colle: Pompeius, vt meminit Plinius libro septimo, & Sallustius, in Pyrinæo monte. Trunca tela in trophæis ponebantur. BIS sex.] ait, propter duodecim populos Hetruriæ; qui in condendâ Mantuâ iuuerunt. Etrusci reges appellarunt Lucumones reges. ideò ait suprà: Populi sub gente quaterni. Mortuos duces singulæ tribus vulnerabant. Et bis sex, pro infinito numero: vt notaret, multa tela iacta in Mezentium: & meliùs. & ideò perfossum thoraca. MA-

B XIMA res.] Loquitur Aeneas. SVPERBO.] Mezentio; non de Turno.

INGENTEM quercum, decisis vndique ramis,

DON. Constituit tumulo.] Illic enim templum tùm erat nullum, cuius fastigio captiua arma suspenderet, aut infigeret foribus. Elegit igitur ostentationis causâ tumulum, multò aliis altiorem. hîc constituit ingentem quercum, amputatis vndique versùm ramis; ne brachia arboris gestandis indumentis obstarent. Ingentem verò ideò, vt gestandis omnibus, quæ magni ponderis fuerãt, idonea perduraret. Omnia hæc laudes Aeneæ testantur: quòd erga deos pius; quòd humanitatis memor; quòd virtute præcipuus; quòd in tractatibus prims primus; quòd peritus in sacris: & quicquid de hostibus, manu eius occisis, præferendi genere dicitur; ipsius laudibus applicatur & gloriæ. Tùc enim apparet nomen meritumq́ victoris: si dicatur potens, qui superatus asseritur. Consecrandi quoq; trophæi causam, quam putamus fuisse; nisi quæ tangeret deorũ venerationem? Debuit enim armis eius votum solui numinibus; qui sacrilegâ mente deos semper & vbiq; contempsit. FVLGENTIA'QVE induit arma, Mezenti ducis exsuuias.] Mezẽti, quum pronuntiamus, nomen ipsum debemus extollere: vt, in appellatione

C herois tanti, intelligantur & facta victoris. Fulgentiaq; induit arma, Mezenti ducis exsuuias: vt induto stipite cernerentur, quibus Mezentius floruit. TIBI magne tropheũ Bellipotens.] Quæ essent tibi addicta, bellipotẽs Mars: quorum te dominum, cum cæteris numinibus, contempsit. Quantæ gloriæ instar exstitit in morte Mezenti? cecidit quippe totius exercitus dux: cecidit, qui in Turni classibus magnæ ferebatur esse virtutis: cecidit totius crudelitatis autor: & scelerum princeps peremptus est sub Aeneæ certamine, quem omnis suorum multitudo, iustis odiis excitata, necare non potuit. Extinctus est, quem sibi Turnus credidit necessarium. Vindicatus est Euander: vindicati Tyrrheni; quibus impunè tot supplicia, & tot strages inflixerat. Inuentus Aeneas; cuius occumberet manu, qui spreuerat semper deos. APTAT rorantes sanguine cristas.] Scilicet adhuc stillantes sanguinem: eo enim momento mactatus est. TELA'QVE trunca viri.] Trunca, hoc est, sinè domino. hæc autem tela accipienda sunt: quæ scuto Aeneas exceperat; atq; infixa fecerant syluam; & quæ adhuc portabat Mezentius. Item possunt Trunca intelligi: quæ nec hostis necem perficere, nec dominum tueri valuerunt. ET bis sex thoraca petitum, Perfossumq; locis.] Quanta vis fuit istius, qui duodecim plagis occidi non potuit? constat enim, dehinc iugulo confossum, dedisse terminum vitæ. Aptat dixit, aptè componit. & hoc ipsum Aptat, non semel accipiendum est: aptauit enim cristas galeæ; aptauit tela; aptauit & thoracà. CLYPEV'MQVE ex ære sinistræ Subligat, atque ensem collo suspendit eburnum.] Subligat, & suspẽdit: simile factum pulchrè verbis dissimilibus variauit. sed scutum sic apparebat, quasi teneretur: tamen etiam ipsum pendebat, sinistræ subligatum. Hastam quoq; constituit: quam viuo adhuc Lauso Meyentius miserat. TVM socios (namque omnis eum stipata tegebat Turba ducum) sic incipiens hortatur ouantes.] Tùm: hoc est, perfectis diuinis rebus, socios suos incipit alloqui. illi enim cum ducibus affuerunt frequentes, cum plenâ lætitiâ: quòd tam pernicioso hoste caruissent, & in quo pars Turni fuerat debilis reddita. Interea, quanta occasio loquendi, lætis rebus, & sociis, vel maximè potioribus, in vnum collectis? Sociorum significatio, non solùm Troianos, sed eos qui in auxilio venerant, debet intelligi, & qui illis certaminibus interfuerant. MAXIMA res effecta, viri: timor omnis abesto. Quod superest, hæc sunt spolia, & de rege superbo Primitiæ; manibusque meis Mezentius hic est.] Occiso, inquit, Mezentio; maxima pars belli confecta est: reliqua non sunt metuenda. quicquid enim superest belli, perempto isto, procliue perfectum est. Nullus congressionem metuat, in quâ Mezentius nõ est. ac ne fortè dubitetis occisum; ipse iste est, de quo primitias feci: ipse est, qui pẽdet in arboris trunco. Talis est redditus manibus meis, qualẽ videre maluistis. Cætera, diis fauentibus, nõ dubito posse compleri. Quale enim dedit iste initium successibus meis; talem reliqua sortientur effectum. Primitiæ propriè dicuntur quæ offeruntur diis, de fructibus nouis, aut fœtibus gregum. DE rege superbo.] Sic, inquit, merentur occidi: qui in regni potestate constituti, opprimunt potiùs, quàm subleuant suos. Quid de se spondebat Aeneas, coniectare fecit. Alienum est iniustum imperium ab eo, cui aliena mala tam grauiter displicebant.

SER. MVRO'SQVE Latinos.] Bene, quasi hoc solum restet, & hoc dicit. Iam campestri superauimus prælio: restat vt etiam obsidione vincamus. Credit enim, quòd sibi iam apertè nullus occurrat: nec inaniter. nam & paulò pòst dicturus est Turnus: Furta paro belli. Et in duodecimo Latinus: Vix vrbe tuemur Spes Italas. ARMA parate animis.] Aut hypallage est; pro, armis parate animos. aut certè est mutãdâ distinctio: vt sit, Animis & spe præsumite bellum. PRÆSVMITE bellum.] Mente præoccupate. vt suprà Turnus: Et pugnam sperate parati. Bene autem ait, præsumite, quasi rem iam sui iuris: vt ei deberi videatur certa victoria. NE QVA mora.] Ordo: nequa mora impediat. VELLERE signa Annuerint superi.] Nec in morâ sitis, cùm captatis auguriis ad bellum exire cœperimus. Vellere autem propriè dixit; quia Romana signa figebãtur in castris: & cùm ad bellum eundem fuisset, captatis auguriis auellebantur è terrâ. nam alibi ea figi non licebat. Sed inter auguria etiam hoc habebatur; si auellentem facilè sequerentur: adeò vt cum filio in Arabis Parthico bello sit Crassus occisus, qui iturus ad prælium

Nunc iter ad regem nobis, murosq; Latinos.
Arma parate animis, & spe præsumite bellum:
Ne qua mora ignaros (vbi primùm vellere signa
Annuerint superi, pubemq; educere castris)
Impediat, segnesq; metu sententia tardet.
Interea socios, inhumátaq; corpora, terræ
Mãdemus: qui solus honos Acherõte sub imo est.
Ite, ait: egregias animas, quæ sanguine nobis
Hanc patriam peperêre suo, decorate supremis
Muneribus: mœstamq; Euãdri primus ad vrbem
Mittatur Pallas; quem non virtutis egentem
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.
Sic ait illachrymans: recipitq; ad limina gressum,
Corpus vbi exanimi positum Pallantis Acetes
Seruabat senior: qui Parrhasio Euandro
Armiger antè fuit; sed non felicibus æquè
Tùm comes auspiciis charo datus ibat alumno.
Circùm omnis famulúmque manus, Troianaque turba,

Vu

Digitized by Google

prælium auellere signa vix potuit. Quod etiam Flaminio cõsuigit: qui cùm imperâsset signa tolli, eáq; non possent moueri, effosso solo, in quo erant fixa, vi magnâ extrahi præcepit: & infeliciter apud Thrasymenum pugnauit. Alij, vellere *mouere accipiunt. Ennius,* Rex deinde citatus Conuellit sese. *& in sacris, conuelli mensa dicitur, cùm tollitur.* ADNVERINT superi.] *Bene in adhortatione, nihil se inauspicatò, vel sine deorum voluntate, facturum promittit. Ideò non dixit,* Cùm ego Iussero: *sed, cùm diui iusserint.*

Et mœstum Iliades crinem de more solutæ.
Vt verò Aeneas foribus sese intulit altis:
Ingentem gemitum tunsis ad sidera tollunt
Pectoribus, mœstoq; immugit regia luctu.
Ipse caput niuei fultum Pallantis, & ora,
Vt vidit, læuiq; patens in pectore vulnus
Cuspidis Ausoniæ: lachrymis ita fatur obortis:
Tene (inquit) miserande puer, cùm læta veniret,
Inuidit fortuna mihi? ne regna videres
Nostra, nec ad sedes victor veherere paternas?
Non hæc Euandro de te promissa parenti
Discedens dederam: quū me complexus euntem
Mitteret in magnū imperiū; metuensq; moneret,
Acreis esse viros, cum durâ prælia gente.
Et nunc ille quidem, spe multum captus inani,
Fors & vota facit, cumulatq; altaria donis.

[illegible] & ad frigus, quod prius primum mortuorum est, Corpusque lauant frigentis & vngunt. LÆVI in pectore.] *Pulchro puerili, nondum [illegible].* TENE, inquit.] *[illegible] non suprà ait,* Lachrymis ita fatur obortis. *Sicut in Quinto posuit;* Et fidam sic fatur ad aurem. *Et paulò post intulit,* Et sese ostētet in armis; Dic, ait. *Sanè sciendum, hanc allocutionem talem esse, qualis illa, vbi defletur Euryalus, nam locis omnibus commouet [illegible] rationem, ab ætate, à tempore, à vulnere à spe parentis.* CVM læta veniret, Inuidit fortuna.] *Ac si diceret: quantum [illegible] eret aduersa; cùm læta talem intulit casum? Videtur autem dolere, quòd queri non potest de fortunæ crudelitate, quæ vno eodemq; tempore, & tanta contulit beneficia, & tale intulit damnum.* Tene *autem* Inuidit fortuna mihi: *Vt,* Liber Pampineas inuidit collibus vmbras. DISCEDENS dederam.] *[illegible] hoc intelligimus. Nam abscedens nunquam est Euandrum allocutus Aeneas.* CVM durâ prælia gente.] *Subaudimus, fore.* FORS & vota facit.] *Forte (vtrumq; enim dicimus) etiam & vota suscipit. potest & vnum esse* Forset, *id est forsitan, vota facit, & hæc vota suscipit.* CVMVLATQVE altaria donis. *Id est, & sacrificat, & suscipit vota. Naturaliter autem quæritur [illegible] errore mentis humanæ.*

Et, Interea socios, *inhumatáq; corpora, [illegible]: pro, corpora sociorum.* QVI solus honos Acheronte sub imo est.] *Hoc ideò intulit: quia in sexto de insepultis dixit:* Centum errant annos, volitantq; hæc littora circùm. *Palinurus Aeneæ:* Portusq; require Velinos, Sedibus vt saltem placidis in morte quiescam. *Et bene,* Acheronte sub imo: *quia hæc res ad vmbras tantùm pertinet. Nam apud prudentes homines nullius momenti sunt ista.* ITE, ait.] *Vitiosè in mediâ oratione, ait, positum Critici notant.* EGREGIAS animas.] *Ingenti arte laudat potiùs, quàm miseratur extinctos: vt præsentium animos in bella succendat. Homerus: [illegible].* QVÆ sanguine nobis Hanc patriam.] *Eleganter, & hoc oratoriè, ad exhortationem audientium sumptum est: nam laus defunctorum, viuentium exhortatio est. & bene* patriam *ait: tanquam fiduciam gerit, quasi vicerit. Sanè, cùm hortatur socios, vt sepeliantur occisi: ipse defunctis velut Epitaphion dixit.* QVEM non virtutis egentem.] *Ennij versus est.* Egentem *sanè nos ablatiuo iungimus.* FVNERE mersit acerbo.] *Immaturo. translatio à pomis.* QVI Parhasio Euandro.] *Arcadico: à ciuitate Arcadiæ, quam Donatus vult à Parrhâ aui dictam. quod procedit, si Parrha nomen est Græcum: si autem Latinum est, stultè sensit. nam Græcum nomen etymologiam latinam non recipit. Alij, Iouis filium Parrhasium dicunt: qui habuit Arcadem filium; ex quo primò Parrhasij, pòst Arcades, dicti sunt. Sanè Arcadum genera fuerunt quatuor: Parrhasiorum, Mœnaliorum, Azanorum, Cynethorum. Alij, non Exanas & Cythenos; sed Axanes & Cyneros dicunt.* FELICIBVS æquè.] *Hîc non felicitas comparatur: sed vt est illud,* Dij meliora pijs. *non quia hæc bona sunt; sed bona optat.* IBAT.] *Pro, ierat.* ALVMNO.] *Alumnus est, qui Græcè [illegible] dicitur. quod nomen quia in latinitate nõ est, vt ab eo, quod est Nutritor, inueniamus eum qui nutritus est; transijt ad nomen aliud, & Alumnum dixit.* ILIADES crinem de more solutæ.] *Has Aeneæ ancillulas intelligimus. nam omnes honestas matres, hoc est, mulieres nobiles, in Siciliâ remansisse dixit; exceptâ Euryali matre: de quâ legimus,* Quæ te sola, puer, multis è matribus ausa Prosequitur. Crinem *autem* solutæ, *figuratè: vt,* Palmis percussa lacertos. VT verò Æneas foribus sese extulit altis.] *Naturale enim est, vt intermissa lamenta repetantur, cùm aliquis nouus aduenerit. Sic in Statio, Ingressis ducibus densiò defletur Archemorus:* Mox vt morientia dignus Vultibus Inachij penetrarūt limina reges, Ceu noua tunc clades, & primo saucius infans, Vulnera, lethalisue irrumperet atria serpens: Sic alium ex alio quanquam lassata fragore Pectora congeminant, integratoq; resultant Accenso clamore fores. NIVEI fultum Pallantis.] *Latè patet hoc epitheton. referri enim potest, & ad candorem pristinæ pulchritudinis, & ad pallorem ex morte vel*

SVB imo est.] *celebrare funeralia.* NON virtutis egentem.] *Laudat Euādrum: nam is est, qui potest ferre mortem filij.* MERSIT acerbo.] *Silius in principio secundi libri.* FELICIBVS.] *propter mortem Pallantis.* AVSPICIIS.] *patri sub bono auspicio fuit.* FAMVLVM.] *Arcadum.* SOLVTÆ.] *erant circùm cadauer Pallātis.* [illegible] GENTEM gemitum tollunt.] *scilicet omnes, vt viderunt Aeneam venientem.* IMMVGIT.] *Insonuit.* VVLNVS.] *quod fecerat Turnus.* TV'NE, inquit.] *Lamentatio Aeneæ in funere Pallantis.* GENTE.] *Latinâ.* FORS.] *id est, fortè.* VOTA facit.] *pro redituro pater, ignarus.* POM. Sabi.

ANNVERINT superi.] *Romanus liber,* Aduuerent *legit.* QVI solus honos Acheronte sub imo est.] *Pleraq; vetera exemplaria,* Sub imo, *absque verbo* Est, *legunt.* CORPVS vbi examini.] *In veteribus libris legere est,* Corpus vbi exanimum. CIRCVM omnis famulûmq; manus.] *In antiquis libris,* Omnes *legitur.* ET mœstum Iliades crinem.] *In vulgaris libris,* Mœstę *legitur.* FORS & vota facit.] *Sunt libri, in quibus* Forset vota facit *legatur, &* Forsit. *Est etiam,* Sors &. VAL. Leti.

NVNC iter ad regem nobis, murosque Latinos. Arma parate animis, & spe præsumite bellum.] *Dicit gesta, & agenda prænuntiat. Nunc, inquit, nobis ad regem dirigendum est iter, & ad ipsam ciuitatem, quæ refugium est inimico. solum superest, vt conficiatur plena victoria. Arma sint in animis vestris, armaq; tractentur. sperate gerendum nobis esse certamen; & spem paratam esse vincendi. Et dictis, quæ necessariò fuerant proferenda, reddit rationem: ostendens, quid fuerit causæ, vt ista prædiceret.* NE QVA, inquit, mora ignaros (vbi primùm vellere signa Annuerint superi, pubemq; educere castris) Impediat, segnisq; metu sententia tardet.] *Hoc, inquit, propterea ante tempus dixit: ne vos, meæ dispositionis ignaros, turbâsset repentinum commotio; & opportunam faciendi celeritatem, mora aliqua, ex timore corrumpat: nec tunc consilia capiantur; quum vires requiruntur & facta.* INTEREA socios, inhumataque corpora, terræ Mandemus; qui solus honos Acheronte DON.

A ronte sub imo est.] *Interea, inquit, hoc est, dum vacui certamine sumus nostros socios sepulturæ mandemus. hanc enim mortuis præcipuam honorificentiam superstites debēt: hoc exigunt manes. In huiusmodi incertis, solet poeta non interponere dubitationem suam, sed dicere, Fama est, aut dicunt, aut perhibent, & alia huiusmodi: vt si falsa reperta fuerint, non asserentis professione teneantur, sed audita narrantis. Hoc autem loco, quum Aeneæ personam loquentis induceret, ait:* Qui solus honos Acheronte sub imo est. *quod ipsum non dubitantis, sed ex aperto firmantis est. Si enim esset incertus, dicere debuit:* Qui solus honos esse apud inferos fertur. *Hoc fieret; si non esset Aeneæ persona. at quum ipsum inducit, qui hæc apud inferos probauit & vidit, rectè confirmat, exire mortuos è sepulturā. Quippe in sexto libro dictum est:* Hæc omnis, quā cernis, inops inhumataq; turba est: Portitor ille Charon; hi, quos vehit vnda, sepulti. Nec ripas datur horrendas & rauca fluenta Transportare priùs, quàm sedibus ossa quièrunt. Centum errant annos, volitantq; hæc littora circùm: Tùm demum admissi stagna exoptata reuisunt. *Hoc Aeneas, Sibylla exponente cognouerat, Item Palinurus hoc rogauit; vt, quia inter sepultos*

B *errabat, repertum sepulturæ mandaret.* Quod te, *inquit*, per cœli iucundum lumen & auras, Per genitorem oro, per spem surgentis Iüli; Eripe me his, inuicte, malis, aut tu mihi terram Inijce. *Ecce, dicta est causa, propter quam dixit:* Qui solus honos Acheronte sub imo est. ITE, ait: egregias animas, quæ sanguine nobis Hanc patriam peperēre suo; decorate supremis Muneribus.] *Consultorem talem, quàm libenter à circumstantibus putamus auditum: quum sic nominaret eos, quos belli certamen absumpserat! Qui proprio, inquit, sanguine gloriam nobis & libertatem pepererunt, supremam merentur honorificentiam, hoc est, exsequiarum pompam, & funerum sepulturam. Hæc dicendo, audientium animos erigebat. si enim illi iam pepererant patriam, qui perierant: viui, securitate parā, læti esse debuerant. Præterea, vnusquisq; se, aut causarum imminenti bello, aut præterito, cadere potuisse considerans, libenter audiebat, pia & religiosa & humana tractantem. Patriam dicimus pro libertate positam, ideò; quia, quum quis ex seruo liber efficitur, ciuitatem dicitur Romanam consecutus, & hæc bellorum conditio est, vt victi libertas intereat; & efficiatur dominus is, qui victoriam fuerit consecutus. Idcirco positum est hic:*

C *Etsi ceciderunt tot ac tales, tamen abstulit vltimus dies, inflictā clade hostibus; nobis verò ex maximā parte procuratā victoriā, & ereptā periculis omnibus libertate. Potest & sic intelligi:* Qui sanguine nobis Hanc patriam peperēre suo. *vt sic mortui videantur, firmatā penes Troianos possessione Italiæ.* MOESTAMQVE Euandri primus ad vrbem Mittatur Pallas.] *Generaliter loquebatur de mortuis. Posuit fieri, vt, quibus mandabatur sepulturæ curatio, istum quosque aut exurerent flammis, aut terræ mandarent. Hunc igitur à cæteris separat: regales enim nunquam confusæ sepulturæ iunguntur. Eò accedebat, quòd orbatus filio pater, ut mortuū suscipere debuit; si non quiuit videre victorem.* QVEM non virtutis egentem Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.] *Est in aduersis solatium, si mors ipsa habeat excusationem. iste quomodo excusatur? Non, inquit, vt imbellis cecidit; sed rapuit eum vltimus dies: debebat enim miser in ipso flore iuuentutis occumbere. Ecce, abstulit gloriam Turno, qui eum in congressione prostrauerat, quum dicit, eum fataliter interiisse.* SIC ait illachrymans; recipitq; ad limina gressum, Corpus vbi exanimi positum Pallantis Acetes Seruabat senior, qui Parrhasio Euādro Armiger antè fuit; sed nō felicibus æquè Tùm comes auspicijs, charo datus ibat alumno.] *Mox, vt Aeneas sepeliendorum curam, & transferendi Pallantis sollicitudinem posuit, recipit se ad limina, id est, ad locum, in quo iacebat funus, quod seruabat Acetes senior. Hic Vergilio fatorum iniquitas displicet. seruabat enim longæuus infelicissimum iuuenis funus; & obierat, qui per ætatem prodesse rebus publicis potuit: incolumis verò fuerat, qui Euandri comes tot euaserat bella; & Euandri filius iacebat occisus. Sed nec ipsa patris & filij paria esse auspicia potuerunt. nam, quoties Acete comite Euander iuit ad bellum, vtrisq; toties laurea triumphiq; cesserunt. perrexit cum miserrimo Pallante, non reducturus incolumem, sed reportaturus extinctum. O dispar pugnandi conditio! ô fortuna diuersis fauoribus currens! Alter, inter arma & gladios potest in senium durare cum socio: alterius dies vna & pugna spectauit ad mortem. Potest etiam sic intelligi.* Corpus vbi exanimi Pallantis positum Acetes seruabat senior: *quia iuuenes tenebat sollicitudo pugnandi. Quapropter, vel quia senex, proindeq; vacuus: vel quia viuenti appositus à patre, rectè funus seruabat occisi.* CIRCVM omnes famulùmq; manus, Troianaq; turba; Et mœstæ Iliades, crinem de more solutæ.] *Serui, domini sui casum, & Troianæ matres, infelicem iuuenem plenā miseratione plangebant, crinibus sparsis.* VT verò Aeneas foribus sese intulit altis.] *Suprà dixit;* Recipitq; ad limina gressum: *vt significaret primum ingressum loci, in quo Pallas iacebat exanimis. nūc monstrat eam partem, atque id membrum, vbi reuerā funus expositum plangebatur. Vt, inquit, fores interiores ingressus est:* INGENTEM gemitum tunsis ad sidera tollunt Pectoribus, mœstoq; immugit regia luctu.] *Moralitatem, vt multis locis fecit, ac penè omnibus, etiam hoc loco euidenter expressit. nam grauiùs mugiunt & plangunt, vbi affuerit, quem maior causa doloris exagitat. Vt igitur Aeneas ingressus est; tanti omnium gemitus & planctus emissi sunt: vt etiam primas fores, & ipsam regiam, grauis luctus implēsset. Regiam primùm ingressus est. nam quum Latini vestibulum describeret, sic dixit:* TECTVM augustum, ingens, centum sublime columnis, Vrbe fuit summā, Laurentis regia Pici. Ipse caput niuei fultum Pallantis, & orā, Vt vidit.] *Mortui corpus nouā arte laudauit: augent enim dolorem, quæ possint in defuncto laudari. Tantæ, inquit, Pallas pulchritudinis erat: vt eum nec mors ipsa deformare valuisset. Non pallebat ille; sed niueus apparet. quæ res augebat dolorem religiosi viri: quum in vno casu multa fleret extincta; spem iuuenis, vota patris, & pulchritudinē corporis.* LAEVIQVE patens in corpore vulnus Cuspidis Ausoniæ.] *Vt vidit, non semel accipiendum est: vt sit; vt vidit caput fultū niuei Pallātis; vt vidit orā; vt vidit læui patens in corpore vulnus cuspidis Ausoniæ. Non vacat locus iste, quo plaga atq; eius magnitudo significata est. nam in subiectis pro solatio est positus illum non pudēdo vulnere, sed glorioso, interiisse.* LACHRYMIS ita fatur obortis.] *Vbi verus est dolor, & penitùs sensibus manet; lachrymæ, non meditatione plancturi coguntur exire; sed spontè ante verba funduntur. Indè Aeneæ locuturi vocem præuenerunt veri fletus, & gemitum copiosæ lachrymæ præcesserunt.* TE'NE, inquit, miserāde puer, quum læta veniret, Inuidit fortuna mihi: ne regna videres Nostra? neque ad sedes victor veherere paternas?] *Quòd dixit,* Te, *vim præmissi pronominis ipse rursus exposuit. Te, inquit, miserabilem puerum. Te, qui viuere debuisti, vt nostra regna conspiceres. Pleno affectu dixit* Nostra: *quasi communia esset habiturus cum eo, si illum incolumem fata seruassent. Te, quem conuenerat sospitem patri, & victorem paternis sedibus reddi. cur triumphos meos mecum non potuisti partiri? Si mihi fortuna portabat dimicanti suffragium: cur morte tuā fœdabat titulos meos? cur gratulationem tantam rumpebat tuo interitu? Amica fuit, vt successibus meis optatis lætitiam dimicanti conferret. An magis inimica, dum fauet? ipsa præstitit; ipsa rursus inuidet? Cur tu obiectus es perfido? cur tu potiùs occurristi fallaci? Puerum idcirco intelligitur dixisse, vt victoris minueret gloriam. alio enim loco Iuuenem dixit. Ipsum quoque intelligitur excusāsse: quasi diceret; non se iactet, qui te puerum dicit.* NON hæc Euandro de te promissa parenti

parenti Discedens dederam: cùm me cōplexus euntem Mitteret in magnum imperium, metuensque moneret, Acreis esse viros, cùm durâ prælia gente.] *Quid faciam tuo patri: cui discedens, non tristia, sed læta promisit ille me amplexus est discedentem officijs beneuolis, præmonens, & cautiorem monendo reddens. Hi, inquit, habent imperium magnum: hoc est, quod viribus magnis & ingentibus mitiur. Ibis contra fortes exercitus: esto cautus, esto diligens, esto suspectus. Quid enim ille non metueret, qui tot bellis doctior redditus, vno tempore bellorum incertis amicum simul committebat & filium: & metuens hæc adderet, fortes esse hostes, & cum durâ gente nobis certandum esse?* Acreis esse viros, *ad virtutem reuocandum est.* Duram gentem, *immitem intelligendum est, hoc est, quæ misereri nesciret. non enim hoc idem bis potuit dici, vt solius virtutis facta dupliciter*

A *commemoratio videatur. vt duo illi mala cauenda prædiceret quæ vehementer fuerant metuenda. Quis enim feres hostem in quo magna sit virtus, & qui facilè obtinere posses, & victa non nôrit ignoscere? vbique Italorum fortitudo laudatur: vt labore eius victoriæ felicitas enitesceat.* Et nunc ille quidem spe multum captus inani.] *Spes inanis est, quam sperat vnusquisque, quod non est; vel optat incolumem, quem morte constat oppressum.* Fors & vota facit, cumulatq; altaria donis.] *Forsitan, inquit, nunc, hoc est, quum iam Pallas exanimis iaceret, preces numinibus Euander fundit, & exhibet munera.*

Abstvlit atra dies, & funere mersit acerbo.] *Hoc queremur, immaturâ morte ademptum nobis amicum.* Poëta funus acerbum dixit, *hoc est, immaturum: sumptâ à pomis translatione.* AD E. Ber.

Nos iuuenem axanimū, & nil iam cœlestibus vllis
Debentem, vano mœsti comitamur honore:
Infelix, nati funus crudele videbis.
Hi nostri reditus, exspectatiq; triumphi!
Hæc mea magna fides? at non, Euandre, pudēdis
Vulneribus pulsum aspicies: nec sospite dirum
Optabis nato funus pater. hei mihi, quantum
Præsidium Ausonia, & quantum tu perdis Iüle!
Hæc vbi defleuit, tolli miserabile corpus
Imperat: & toto lectos ex agmine mittit
Mille viros: qui supremum comitentur honorem,
Intersintq; patris lachrymis: solatia luctus
Exigua ingentis, misero sed debita patri.
Haud segnes alij crates, & molle pheretrum
Arbuteis texunt virgis, & vimine querno:
Extructosq; thoros obtentu frondis inumbrant.
Hîc iuuenem agresti sublimē in stramine ponunt:
Qualem virgineo demessum pollice florem,
Seu mollis violæ, seu languentis hyacinthi:
Cui neq; fulgor adhuc, necdū sua forma recessit,
Non iam mater alit tellus, viresq; ministrat.
Tùm geminas vestes, ostroq; auroq; rigentes,
Extulit Æneas: quas illi læta laborum
Ipsa suis manibus quondam Sidonia Dido
Fecerat, & tenui telas discreuerat auro.
Harum vnam iuueni, supremum mœstus honorē,
Induit: arsurasq; comas obnubit amictu.
Multaq; præterea Laurentis præmia pugnæ
Aggerat: & longo prædam iubet ordine duci.
Addit equos, & tēla, quibus spoliauerat hostem.

SER. Nil iam cælestibus vllis Debentem.] *Viui enim, superorum sunt; mortui, ad inferos pertinent. Vt in duodecimo,* Vos ô mihi manes Este boni, quoniam superis auersa voluntas. *Superis autem debemus omnia, donec viuimus; ideò, quia, vt dicūt Physici, cùm nasci cœperimus, sortimur à Sole spiritum, à Lunâ corpus, à Marte sanguinem, à Mercurio ingenium, à Ioue desiderium, à Venere cupiditates, à Saturno humorē: quæ omnia singulis reddere videntur extincti. Et hoc secundùm physicam disciplinam: tradunt enim Physici, omnia nos mereri à superis, quæ rursus extincti reddimus ipsis potestatibus supernis. quod & Plato videtur astruere, qui dicit: quòd cùm de effluxione fontium, non aliarum quarumlibet rerum, sed ipsarum stellarum, fuerint animæ corporibus commodandæ; quicquid de ipsis fontibus stellarum ebullit, hoc intelligi debere stellas. Ergo, priusquàm in corpora ingrediantur animæ, per hæc signa erratica transeuntes, singula supradicta singulæ accipiunt: item exeuntes singula singulis redhibere dicit, quæ in corpus venientes perceperunt.* Vano mœsti comitamur honore.] *Inani, vt suprà diximus, quantum ad viuos pertinet. nam talia de mortuis fiunt, ad solatium superstitum: vt est apud Ciceronem in Catone maiore:* Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum & lamentis vacare: vult, credo, se esse charum suis. Infelix nati funus.] *Hoc quidam ἀνὰ δ... & vulgare accipiunt: sed decenter, ad exprimendum patris affectum, nunc ad patrem redit.* Hi nostri reditus.] *Tale est, vt,* Manibusq; meis Mezentius hic est. Exspectati'qve triumphi.] *Modò de se loquitur.* Hæc mea magna fides.] *κατὰ τὸ σιωπώμενον: quam de Pallantis reditu promiserat patri.* At non Euandre.] *Aut mutauit declinationem. nam Euander facit, vt ipse lib. 10.* Pallas Euander in ipsis. *aut Græcum vocatiuum fecit. ὦ Εὔανδρε.* Pvdendis vulneribus.] *À tergo illatis. & est consolatio. Quid autem* pudendis *sit, ipse exposuit, dicendo,* pulsum aspicies. Nec sospite.] *Antiptosis est, pro sospiti. & hoc dicit: Si fugisset, vulneratus à tergo, ipsi ei optares interi-*

tum. Alij, non talem habes, inquis filium, quo sospite tibi dirum funus optares: quod parentes sibi precari solent, ob nequitiam liberorum. Alij, non optabis, inquit, sospiti filio mortem, B *quod magis heroicæ personæ conuenit. & quare sospite, pro sospiti?* Hæc vbi defleuit.] *Hoc est, postquam hæc cum lachrymis dixit. Flere enim, est cū voce lachrymare. Vnde habemus in sexto,* Continuò auditæ voces, vagitus & ingens, Infantumq; animæ flentes in limine primo. Toto lectos ex agmine.] *Troianos, Thuscos, Arcadas.* Exigva.] *Quamuis enim magna sint, orbitati patris prodesse non possunt. Sed tamen exhibenda sunt patri, quia debentur. Aut est sensus: non quidem responsura luctui, sed tamē solennia. Ergo iustitiæ potiùs causâ, quàm solatij.* Pheretrvm.] C *Feretrum, locus vbi mortui feruntur. & est Græcum nomē: nam Græcè φέρετρον dicitur. Vnde per diæresin phe*retrum *facit: dictum à ferendo: nam latinè* capulus *dicitur. Vnde & Plautus ait,* Capularis senex: *id est, vicinus capulo. Et dictus est capulus, eò quòd corpus capiat.* Vimine querno.] *Sunt aliquæ denominationes; tamen eis sic vtimur cum adiunctione alterius nominis: vt,* Quernum vimen; Colurnum veru: *vt,* Pinguiaq; in verubus torrebimus exta colurnis. *Ficulnum lignum vt Horatius,* Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum. *Item, Aprunum callum, pro aprinum: vt Plautus.* Obtentv frondis inumbrant.] *Velati cameram quandam capulo ramorum extensione fecerunt.* Agresti sublimem stramine.] *Hoc est, super frondes ponunt. Nam hic reddit, quod omisit suprà, dicens;* Exstructosq; thoros: *nec addens, vnde.* Demessvm.] *Participium est, veniens ab eo, quod est Metor, præteritum perfectum Messui facit.* Langventis Hyacinthi.] *Languentis, aut postquam decerptus sit: aut quia non est acuti coloris: aut quando demittit caput. Sanè Hyacinthus puer fuit Eurotæ, vel, vt quidam volunt, Hybabili filius: cætera de hoc in Bucolicis dicta sunt.* Sva forma recessit.] *Id est, propria pulchritudo.* Ostroqve auroq; rigentes.] *Vnum que vacat: & est additum hiatus causâ.* Læta laborum.] *Figura est: Læta illius rei*

A *Nam modò dicimus, Letus labore.* SVIS manibus Sidonia Dido.] *Vt,* Diues quæ munera Dido. Suis *autem* manibus, *vt heroides solebant.* DISCREVERAT.] *Depinxerat. simul & amantis affectus ostenditur.* HARVM vnam.] *Vnam, pro alteram de duobus. scilicet, & Horum alterum, & Horum vnum, possimus dicere. nam artigraphi hoc tantùm vetant dicere, ne de duobus Alium dicamus: quod de multis propriè dicitur. Sanè figuratè dixit,* Vestem induit: *vt,* Exsuuias indutus Achillis. *cùm in vsu sit, Induit illâ re: vt,* Indutosq; iubet truncos hostilibus armis: *id est, truncos indutos iubet offerri. Sanè hoc videtur secundùm cæremonias Flaminum subtiliter dixisse. Flamini enim, nisi viuũ mortuum, non licet tangere: sed Aeneas plurimos postea occidit. Sed aliud est, in bello occidere; aliud, mortuum tangere. Sciendum est tamē, Aeneæ omne genus sacerdotij tribui.* ARSVRAS'QVE comâs obnubit amictu.] *Harum vnam de duabus vestibus induit iuueni; alterâ caput eius velauit. nam suprà duas vestes dixit esse prolatas.* Obnubit *autem, velauit: translatio à nubibus, quibus tegitur cælum. Vnde &* nuptiæ *dicuntur, quòd nubentium capita obnubantur, id est, velentur.* LAVRENTIS præmia pugnæ.] *Mittit præmia, quæ de prædâ*

B *Laurentis pugnæ sustulerat. Nam* præda *est, quæ eripitur:* præmium, *quod offertur.* ÆQVOS & tela, quibus spoliauerat hostem.] *Vel Pallas, vel Aeneas. Nam ambiguè positum est.* Spolia *autem, cùm propriè ea tantum sint, quibus hostis spoliari potest; vt lorica vel vestis: abusiuè iam spolium dicitur, quicquid ab hostibus tollitur. Vnde est,* Postquam illum vitâ victor spoliauit Achilles. *Alij,* equos & tela, *quibus spoliauerat hostem, ad Pallantem volunt tantùm pertinere: quia in antiquis disciplinis relatum est,* Quę quisq; virtute ornamenta consecutus esset, vt ea mortuum eum condecorarent. *Sallustius;* Exsuant armis equisque.

POM. Sabi. VANO honore.] *Sol nascētibus dat spiritum; Luna formam corporis; Mars sanguinem; Mercurius ingenium; Iupiter pœnitentiam oris & desiderium; Venus venustatem & gratiam; Saturnus humorem. post mortem hæc omnia euanescunt. Mortui commendantur inferis; nō superis.* VVLNERIBVS pulsum aspicies.] *accepit in pectore vulnera, vt decet; non in tergo.* SOSPITE.] *si viueret nunc natus, ac fugiendo excepisset vulnera tergo, optares illi mortem: sed, quia præstantissimè cecidit, minus dolebit.* EXIGVA solatia.] *solatia hæc,*

C *quâmuis exigua, tamē debita patri.* OBTENTV frondis.] *obtritis frondibus.* HYACINTHI.] *De hyacintho lege in Bucolicis.* QVAS illi læta.] *Quia amans lætitiam habet, cùm aliquid pro amore facit.* HARVM vnam.] *alterâ veste tegit cadauer; alterâ velat caput.* INDVIT.] *Induo, cum datiuo.* PRÆMIA.] *scilicet spolia.* AGGERAT.] *accumulat.*

VAR. Lect. ET iuuenem exanimum.] *Vtrumq; legitur, &* Exanimum, *&* Exanimem. EXSPECTATI'QVE triumphi.] *In Romano libro,* Exoptati *legitur.* NEC sospite dirum Optabis nato funus pater.] *In Mediceo* Durum *habetur.* HEI mihi, quantum Præsidium Ausonia.] *In antiquis aliquot libris,* Heu *habetur: Grammatici malunt* Hei. LECTOS ex agmine mittit.] *Romanus liber* Ex ordine *legit.* FRONDIS inumbrans.] *Oblongus liber peruetus,* Obumbrāt *legit.* SVBLIMEM in stramine.] *Antiqua exemplaria,* sublimem stramine *legunt, absq; præpositione.* OSTRO'QVE auroq; rigentes.] *Alibi legitur,* Auroq; ostroq; rigentes.

DON. NOS iuuenem exanimum.] *Ecce iuuenem dixit, quem asseruit superiùs puerum: vt ostenderet, patrem grauiùs doliturum. differt quippe inter dolorum causas; si quis iuuenem filiũ amittat, an puerum. In altero enim spes incerta; in altero probata ingenuitas.* ET nil iam cœlestibus vllis Debentē, vano mœsti comitamur honore.] *Et ille, inquit, forsan votis manibus vacat; & nos irrita mortui curamus obsequia. Quid enim proficit, deos rogare pro mortuo? aut defuncto præstare, quod nescit?* INFELIX, nati funus crudele videbis.] *Ab his, quæ cum mortuo loquutus est, ad eius patrem, quasi præsens esset, & quasi quæ dicebantur audiret, sese cōuertit. Dum te, ait, manis fallit sperata prosperitas, videbis infelix, quod crudeliùs plangas.* HI nostri reditus, exspectatiq; triumphi; Hæc mea magna fides.] *Hinc crudelior ad te orbitas tua perueniet; hinc erit immanior luctus: quia, dum promissa mea speras posse compleri; dum te excepturum existimas triumphos, & glorias meas: non filij reditum; sed insperatum funus excipies. Omne hoc eò tendit: vt ostendantur grauiora esse aduersa, quæ contra spem bonam repentè nascuntur; meditata contrà leuiùs posse tolerari.* AT non, Euandre, pudendis Vulneribus pulsum aspicies.] *Pro personâ Euandri, consolationis remedium reperit. qui enim ad senium duxit exercitum, nouerat, virorum fortium mortem esse gloriosam, si aduersis vulneribus cadant, ludibriosam contrà, si pudendis, hoc est, si dorso susceptis, occumbant. quod in morte Pallantis non fuit: quia virtutem teli venientis, pectore potiùs, quam tergo suscepit. Ecce ventum est ad illud, quod suprà perstrinxit, cùm diceret:* Læuiq; patens in pectore vulnus Cuspidis Ausoniæ. *vt in illo, nō solùm amicitiæ pignus perditum; verùm etiam spem magnam præliādi doleret extinctam. nam qualis posset exsistere, plagæ qualitate compertũ est.* NEC sospite dirũ Optabis nato funus pater.] *Artificiosè positum: vt non Aeneæ culpa esset, quòd est Pallas; sed præsagio patris putaretur oppressus. sic enim Euander, proficiscente filio ad incerta bellorum, locutus ostenditur: vt suspectus nimiùm, optâsse potiùs mala, quam timuisse videretur. Ait igitur: Nunc te pudebit depulsum videre filiũ; nec habebis vlteriùs, cui optes aduersa. Verba ipsa Euandri hoc loco ponenda sunt: vt ostendamus, Aeneā rectè ita dixisse.* At vos ô superi, & diuûm tu maxime rector Iuppiter, Arcadij quęso miserescite regis, Et patrias audite preces! si numina vestra Incolumem Pallanta mihi, si fata reseruant: Si visurus eũ viuo, & venturus in vnum, Vitā oro, patiar quemuis durare laborem. Sin aliquem infandũ casum fortuna minaris: Nunc nunc ô liceat crudelem abrumpere vitam; Dum curæ ambiguæ, & dum spes incerta futuri, Dũ te, chare puer, mea sola & sera voluptas, Complexu teneo: grauior ne nuntius aures Vulneret. *Ecce, vt dictum est, dum nimiâ est pater pietate sollicitus, sic filio interitum, quem accidere metuebat, incautus optauit.* HEV mihi, quantum Præsidium Ausonia, & quantũ tu perdis Iüle.] *Et præsens tempus tetigit, & futurũ; suamq; personam, & Euandri, & Pallantis quoq. Perierat enim Pallas: Euāder verò senex, non diu sperabatur esse victurus. Ita efficiebatur, vt neq; Aeneas Euandri vlteriùs speraret auxilium; neq; Iulus Pallantis, quem constabat extinctũ.* HÆC vbi defleuit, tolli miserabile corpus Imperat, & toto lectos ex agmine mittit Mille viros.] *Cùm talia dixisset & tanta, tolli iam præcipit funus: & in eius pompam, viros mille ex omnibus lectos iubet exire, qui supremum comitētur honorem.* INTERSI'NTQVE patris lachrymis.] *Dictæ sunt causæ, propter quas hoc faciebat. vna quippe fuerat, quæ regale funus competēter efferret.* Quod *obsequij genus supremum dicitur, ideò, quia postea nullum est. Altera, propter solatiũ & lachrymas patris; vt aut ipsi dolorem mœrentis lenirēt persuasionibus suis; aut ex congregatione tantorum leuaretur animo: intelligens, in tantâ necessitate bellorum, filij sui causam fuisse potiorem, propter quam tot lecti fuerāt viri; & Aeneam saluti propriæ Pallantis obsequia prætulisse.* SOLATIA luctus Exigua ingentis; misero sed debita patri.] *Non idcirco hæc fiebant, vt iniectus internis sensibus dolor, & illud insanabile malum, his generibus penitùs tergeretur: (neq; enim ista ingentibus luctibus æquari potuerant) sed vt magnus dolor, exiguo saltem solatio præsentium, leuaretur. Debitũ hoc & mortuo fuerat munus; & infelici patri cōuenerat exhiberi.* HAVD

ſegnes alij crates,& molle pheretrũ Arbuteis texunt virgis,& vimine querno.] Humanitate ſimul & regis iuſſione cogentibus,non erãt ſegnes: hoc eſt, properantes aggredi cœperant neceſſaria. Alij parabant crates, quibus ſolennia portarentur:& molle pheretrum,quo funus ipſum ferri potuiſſet. arbuteis texunt virgis, & vimine querno. Dixit lignorum genera, quæ præbuerat locus, aut funeris ratio:vel quia ligna ipſa in virgas creſcũt,& molles & lõgas. EXSTRVCTOSQVE thoros obtentu frondis inumbrant.] Hæc quæ contexuerant virgis,inumbrant frondis obtentu: hoc eſt,tegebant fronde, & inumbrabant interiora, quæ ramis mollibus frondibusq́ contexerant. Quàm pulchrè poſuit,Inumbrãt: non enim illis aut penitùs adempta lux fuerat: aut ad plenũ tenebrarũ craſsitudo congeſta. HIC.] hoc eſt,in pheretro. IVVENEM agreſti ſublimem in ſtramine ponunt.] Agreſti ſtramine,hoc eſt,quod agro herbis detractis ſternitur.ſuper hoc igitur poſuerunt ſublimem. QVALEM virgineo demeſſum pollice florem, Seu mollis violæ,ſeu languentis hyacinthi; Cui neq; fulgor adhuc, nec dum ſua forma receſsit. Non iam mater alit tellus, vireſq; miniſtrat.] Duo genera ſunt violarum: crocei coloris, & purpurei.quod ex his comparauerit Pallanti, hyacinthi cõmemoratione monſtrauit: eſt enim coloris etiam ipſe purpurei. Inducitur ignis funus Pallantis, retinens adhuc viui hominis ſpeciẽ. Itaq; iacens in ſtramine, talem habuit colorem; qualem habet flos violæ vel hyacinthi, quum languet abſciſſus, & quum illi adhuc naturalis permanet fulgor: & tamen vires ſolitas mater iam denegat terra. TVM geminas veſtes, auroq; oſtróque rigentes, Extulit Æneas.] Dicturus, Aeneam veſtem funeri contuliſſe; dicit eius precium & meritum. Duas, inquit, protulit veſtes, ſpeciebus precioſis & pulchris ornatas. QVAS illi læta laborum Ipſa ſuis quondam manibus. Sidonia Dido Fecerat, & tenui telas diſcreuerat auro.] Quot veſtium enumerata ſunt merita: has, inquit, fecerat Dido. ecce vnum. Manu ſuâ & labore proprio: augmẽtum laudis, quum manibus ſuis & labore profecerat. Ipſa, ſcilicet quæ fuiſſet regina, & haberet, per quas hæc faceret: fecit tamẽ Aeneæ, quem dilexerat plurimùm; vt verum & plenum amantis demõſtraret affectum. SIDONIA Dido Fecerat.] Non fruſtra loci facta commemoratio eſt. quum enim dicit Sidonia, vult oſtendere, faciendi artem ac ſubſtantiam non defuiſſe. Illic enim ſuppeditàt ſpecies, quibus precioſæ veſtes conficiuntur. & artis ſtudium plenè ſuperfluit: & tenuui auro diſcreuerat texturam ipſam. Pictura quippè non poteſt exprimi; niſi interpoſitis

filis ſpeciei alterius, facta fuerit aliqua ſeparatio. Quantũ laudatur author, qui confecit; quantumq́ præferuntur ſpecies, quibus illæ confectæ ſunt: tantum creſcit liberalitatis Aeneæ religioſus affectus; & eius meritum, cui partem mediã fuerat collaturus. Magnum hic Aenea amorem demonſtrauit, exhibitum Pallanti. Donauit tanti precij ſpeciem, reginæ manu confectam; donatam ſibi ab eâ, quæ firmitatem manſuram coniũctionis per munera & meritum roborare cupiebat: cuius laborem operis illa non ſenſerat. fecerat enim libens: fecerat læta: non, quemadmodum faceret; ſed cui faceret, cogitans. HARVM vnam iuueni ſupremum mœſtus honorem Induit, arſuraſq́. comas obnubit amictu.] Tantæ igitur fœminæ, tãtum munus duarum veſtium, cum defuncto diuiſit. Mœſtus, non quia dabat; ſed quia impendebat exanimi. eſſe enim votum, ſi rem tantam Pallas incolumis ſumeret. Quid enim proderat contuliſſe; quod nec ſentiret mortuus, & cum eo mox eſſet arſurum? Dabat mœſtus honorem ſupremum: non mœſtus, quia dabat, ſed quia nouiſsima honorificentia fuit. Optabat enim ſoſpitem: vt plura ſentienti conferret, ac ſæpe. ARSVRA'SQVE comas obnubit amictu.] Texit comas eius hac veſte: ne quis eas videret ardentes. ARSVRA'SQVE comas obnubit amictu.] Tantæ enim pulchritudinis fuerunt, atque honoris tanti: vt has non niſi aurum & oſtrum deberet incendere. MVLTA'QVE præterea Laurentis præmia pugnæ Aggerat,& longo prædam iubet ordine duci: Addit equos, & tela, quibus ſpoliauerat hoſtem.] Vbi munus Aeneæ, & tanti precij dixit: ſpecialitatem tenuit: vbi verò ad ea venit, quæ fuſis Italis rapta ſunt, interpoſuit generalitatem. Poſt talem enim ſpeciem, non debuit ſpeciatim inferiora coniungere. Multa dixit Laurentis præmia pugnæ: eorum ſcilicet, quæ ſuperatis in bello detracta noſcebantur armatis. Multa dixit, & Aggerat: quæ ipſa multaruum ſpecierum ſignificant copiam. Longo autem ordine prædam duci iubet: ne in globum collecta, ambitionem funeris ac pompæ minueret. ADDIT equos, & tela, quibus ſpoliauerat hoſtem.] Et hæc quædam in intellectu colligendo confuſio. Dubium quippe eſt, cuius dixerit equos & tela. verùm etiam ipſa hoſtibus detracta videantur; an quibus ipſe vſus videretur? Meliorem arbitror intelligendi rationem, vt etiam hæc hoſtium fuerint: cùm captiua vel maximè conueniebant pompæ funeris; & de hac re etiam tùm loquebatur: & vt, quæ propria ipſius Pallantis fuerant, ſequi (vt factum eſt) debuerint; non captiuis ſpeciebus adiungi.

SER. VMBRIS Inferias.] Propriè enim Inferiæ ſunt ſacra mortuorum. CÆSO ſanguine.] Pro, cæſorum. Vt ſuprà, Captiuoque rogi perfundat ſanguine flammas. IPSOS ferre duces.] Suos ſcilicet, qui illis mille præerant. Melius tamen eſt; Truncos iubet pro ducum ſpolijs fere ipſos duces: vt tropæa, duces ipſos dixerit. Sicut ſuprà, Manibusq́ue meis Mezentius hic eſt; de tropæo. Duces autem, vt Haleſum, & eiuſmodi, quos occiderat Pallas, duces ipſi portarent: nam ducum fuerat, tropæa portare. vt habeat pater ſolatium de victoriâ filij; & honor funeri accedat. INIMICA'QVE nomina figi.] Pro, inimicorum. dicit

Vinxerat & poſt terga manus, quos mitteret vmbris
Inferias, cæſo ſparſuros ſanguine flammas:
Indutoſq; iubet truncos hoſtilibus armis
Ipſos ferre duces, inimicaq; nomina figi.
Ducitur infelix æuo confectus Acetes;
Pectora nunc fœdãs pugnis, nunc vnguibus ora:
Sternitur & toto proiectus corpore terræ.
Ducunt & Rutulo perfuſos ſanguine currus.
Pòſt bellator equus, poſitis inſignibus, Æthon,
It lachrymans, guttiſq; humectat grandibus ora.
Haſtam alij galeamq; ferunt. (nam cętera Turnus
Victor habet) tùm mœſta phalanx, Teucriq́ue ſequuntur,
Tyrrheniq; duces,& verſis Arcades armis.
Poſtquam omnis longè comitũ proceſſerat ordo;
Subſtitit Aeneas, gemituq; hæc addidit alto:
Nos alias hinc ad lachrymas eadem horrida belli
Fata vocant. ſalue æternùm mihi maxime Palla,
Æternumq; vale. nec plura effatus, ad altos
Tendebat muros, greſſumq; in caſtra ferebat.
Iamq; oratores aderant ex vrbe Latinâ,
Velati ramis oleæ, veniamq; rogantes:

autem, affixos tropæis titulos, cum nominibus occiſorum. DVCITVR infelix æuo confectus Acetes.] Quaſi qui conſternatus nimio dolore ire non poterat. Et benè ex rerum permutatione expreſſit doloris magnitudinem, dicens; ita doluiſſe Aceſtem, vt penè carens humano ſenſu, per ſe ire non poſſet: & equum ita ſenſiſſe interitum domini, vt in humanum migraret affectum. nam & lachrymabat, & ſponte ſequebatur cadauer. Et bene cùm hominis ſit, ire; equi, ducere: hominem autem duci ait; de equo, It lachrymans. FOEDANS.] Vel cruentans; vel lacerans. TERRÆ.] Id eſt, in terrã. Et figuratè, ſternitur terræ; vt, Truncumque relinquis

Corpora, per campos ferro quæ fusa iacebant,
Redderet, ac tumulo sineret succedere terræ:
Nullum cum victis certamen, & æthere cassis:
Parceret hospitibus quondam, socerisq; vocatis.
Quos bonus Æneas, haud aspernanda precantes,
Prosequitur veniâ; & verbis hæc insuper addit:
Quænam vos tanto fortuna indigna, Latini,
Implicuit bello? qui nos fugiatis amicos?
Pacémne exanimis, & Martis sorte peremptis
Oratis? equidem & viuis concedere vellem.
Nec veni, ni fata locum sedemq; dedissent:
Nec bellum cum gente gero. Rex nostra reliquit
Hospitia; & Turni potiùs se credidit armis.
Æquius huic Turno fuerat se opponere morti.
Si bellum finire manu, si pellere Teucros
Apparat: his decuit mecum concurrere telis.
Vixet, cui vitam deus, aut sua dextra dedisset.
Nunc ite, & miseris supponite ciuibus ignem.
Dixerat Æneas. olli obstupuêre silentes:
Conuersiq; oculos inter se, atque ora tenebant.
Tùm senior, semperq; odijs & crimine, Drances,
Infensus iuueni Turno: sic ore vicissim
Orsa refert: O famâ ingens, ingenitor armis,

A liquit arenæ. PERFVSOS sanguine currus.] *Aut captiuorum, aut ipsius Pallantis.* POST bellator equus.] *Militaris enim disciplinæ fuit, vt equus vsque ad sepulchrum duceretur; armiger peruersa arma gestaret. vnde hanc consuetudinem videtur poëta seruâsse.* POSITIS insignibus.] *Sinè phaleris.* IT lachrymans.] *Non mirum est, quòd equum dicit lachrymare: cùm Homerus etiam diuinantem induxerit Xantum equum, Achillis mortem.* Καὶ λίω σ' ἔτι νῦν γε σαώσομεν, ὄβριμ' Ἀχιλλεῦ. ἀλλά τοι ἐγγύθεν ἦμαρ ὀλέθριον, οὐδέ τι ἡμεῖς αἴτιοι, ἀλλὰ θεός τε μέγας, καὶ μοῖρα
B κραταιή. *Et paulò pòst:* ἀλλὰ σοὶ αὐτῷ μόρσιμόν ἐστι θεῷ τε καὶ ἀνέρι ἶφι δαμῆναι. *Equos autem Achillis inducit Patroclum lugenteis:* ἵπποι δ' Αἰακίδαο μάχης ἀπάνευθεν ἐόντες κλαῖον, ἐπεὶ δὴ πρῶτα πυθέσθην ἡνιόχοιο ἐν κονίῃσι πεσόντος ὑφ' Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο. *Plinius, solum equum, præter hominem, lacrymare, & doloris affectum sentire, dicit.* ÆTHON.] *Nomen equi: quo etiam Auroræ equus vocatur vel à splendore; nam* αἴθω, *ardeo dicitur: vel à cursus celeritate, quasi* ἀεὶ θέων, *id est, perpetuò currens, indefessus. Quòd autem* equus bellator *dicitur, & phalanx comitatur; iuxta morem Romanum ait; vt dignitas in regij adolescentis seruetur exsequijs: quia apud Romanos, quod erat viuo concessum, mortuo non adimebatur. Militaris autem disciplinæ erat.* GVTTIS grandibus.] *Bene grandibus; quia de equo.* NAM cætera Turnus Victor habet.] κατὰ τὸ σιωπώμενον, *& alia eum sustulisse intelligimus; non tantùm balteum, vt legimus suprà. nam sola hasta & galea ostenditur remansisse.* PHALANX.] *Linguâ Macedonum, legio. Quòd autem ait,* mœsta, *Arcadas intelligimus. Vnde infert,* Teucrique
C sequuntur, Tyrrhenique Duces. *Et hoc est, quod ait suprà;* Et toto lectos ex agmine mittit Mille viros. VERSIS Arcades armis.] *Lugentium more, mucronem hastæ, non cuspidem, contra terram tenentes.* Quoniam *antiqui nostri omnia contraria in funere faciebant. Scuta etiam inuertentes, propter numina illic depicta; ne eorum simulachra cadaueris polluerentur aspectu; sicut habuisse Arcadas Bachillides in dithyrambis dicit: & hoc, vt nonnullis frustra placet. nam lugentium mos, est prioris habitus immutatio. Alij* versis armis, *in obliquum versis scutis; ne splenderent insignia. Arma autem, scuta dici, ipse declarat: vt,* Lausum socij exanimem super arma ferebant. *sed potest hoc, de armis versis, non ad Arcadas solùm; sed ad omnes pertinere. An* versis armis; *quòd, interempto Pallante, victos iam se Arcades arbitrabantur. Alij dicunt hunc morem fuisse; vt de suo duce nunquam voce quæreretur exercitus: ne seditio paulatim insurgeret; verùm armorum ordinem mutantes scuta supina portarent. Ergo vel Aeneas ab Arcadibus arguitur, quòd Pallas non sit vindicatus: vel Euander, quòd hospitis gratiâ adolescentem temerè in bella proiecerat.* COMITVM.] *Potest pro comitantium accipi.* GEMITVQVE.] *Deest,* cum. ALIAS hinc ad lachrymas.] *Ad aliam sepulturam: id est, ad cæteros sepeliendos, qui eodem prælio ceciderunt.* SALVE æternùm mihi maxime Palla, Æternúmque vale.] *Varro in libris Logistoricis dicit:* Ideò mortuis Salue & Vale dici; non quòd aut valere aut salui esse possint, sed quòd ab his recedimus, eos nunquam visuri. *Hinc ortum est, vt etiam maledicti significationem interdum* vale *obtineant. vt Terentius:* Valeant, qui inter nos dissidium volunt: *hoc est, ita à nobis recedant, vt nunquam ad nostrum reuertantur aspectum. Ergo, cùm mortuo dicitur* vale: *non etymologia consideranda est; sed consuetudo: quòd nullis vale dicimus, nisi à quibus recedimus.* ORATORES.] *Legati à perorando pro republicâ nominati; quod orabant, id est agebant. vnde & actores causarum, oratores appellantur.* VRBE Latinâ.] *Pro, Latini: id est, de Laurolauinio.* VELATI ramis oleæ.] *Non coronati, (nec enim lugentes decebat) vt qui pro mortuis precabantur: sed instructi. & ornati, id est, in manibus oliuæ ramos ferentes. sicut Homerus:* στέμμα τ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος. Velati *autem, ornati; & illo loco significat,* Victori velatum auro vittisque iuuencum: *cùm vittis non aut velentur, aut coronentur victimæ; sed ornentur. Aut certè* velati, *ab omni iniuriâ tecti, iure gentium.* VENIAMQVE rogantes.] *Beneficium, iuxta antiquum modum dictum: hoc est, sepulturam suis petentibus.* FERRO quæ fusa.] Fusa *modò, interempta: aliâs, fugata: sed discernuntur epithetis: vt si dicas, Ferro fusus, vel metu fusus.* REDDERET.] *Ostendit, iam campos in Troianorum esse potestate.* NVLLVM cum victis certamen.] *Deest,* esse oportet. ET æthere cassis.] *Id est, luce vacuis. vnde & retia,* casses *dicimus. Hoc autem bene addidit; quoniam victi possunt innouare certamen.* BONVS Æneas.] *Ideò, quia ab eo facilè impetratur.* HAVD aspernanda.] *Iusta, non contemnenda. Sepulturæ enim beneficium generaliter debetur vniuersis.* VENIA.] Q*uam petebant. aut* veniâ, *humanitate.* INSVPER addit.] *Accumulat verbis beneficium: dicens, pacem se etiam viuis velle præstare.* Pacem *autem ideò defunctis; quia ait suprà,* Nullum cum victis certamen: *& mortuorum pax, sepultura est. Vnde elegit verbum, quod tam viuis, quàm mortuis aptum esset.* QVÆNAM.] Q*uanta, & qualis. nam mirantis est: nec enim dubitat, cùm ipse dicat,* Indigna. *Ergo potest* [illegible] *esse, quænam vos fortuna implicuit, quæ est indigna bello. & mira est oratio, conciliantis se hostibus suis.* IMPLICVIT.] *Id est, inuoluit multos.* Bello *autem, incertum, datiuus an ablatiuus.* MARTIS sorte peremptis.] *Ad illud,* nullum cum victis certamen. NEC veni.] *Nec venissem tempus est pro tempore. & vitauit* ὁμοιοτέλευτον. NEC bellum cum gente gero.] *Subaudiendum; Sed cum Turno. per quod populariter eorum captat fauorem: aut seditionem eorum aduersùm regem inuocat.* HOSPITIA.] *Hoc verbum duo significat: & quo ab alio recipimur, & quo aliquem recipimus.* HVIC Turno.] *Id est, huic morti.* Δεικτικῶς, *quasi iacentes ostendit.* SI BELLVM finire manu.] *Hoc est, interemptione. potest enim & pace finiri.* HIS MECVM decuit concurrere telis.] *Aut qui se Teucros parat pellere: aut tela sua ostendit; vt arma-*

rus in concilio fuerit. VIXET.] *Pro, vixisset. & est Syncope.* DEVS, aut sua dextra dedisset.] *Victoriam, vel vitam. quia duplici ratione consistit victoria: aut virtute, aut voluntate fortunæ.* MISERIS ciuibus.] *Quasi alienâ culpâ pereuntibus. Et bene commendatur dicentis bonitas; quasi & ipse eorum misereatur.* OBSTVPVERE silentes.] *Id est, obstupefacti sunt, & silere cœperunt.* TVM senior.] *Cui ab ætate præstabatur authoritas.* ODIIS & crimine Drances Infensus iuueni Turno.] *Aut qui eum odio semper & criminationibus persequebatur: aut propter suum crimen, id est, inertiam; quam semper virtuti constat esse contrariam: Aut Turni crimine, qui tot viris causa mortis exstiterat.* ORSA refert.] *Cœpta verba.* O' famâ ingẽs ingentior armis.] *Frustra ait Donatus, hoc nomen de his esse, quæ non recipiunt comparationem. nam quia augmentum recipit, etiam comparatur. Alia sunt illa nomina, in quibus est dubitatio, vtrum cõparentur: vt est Perfectus: quod si velis comparare, incipit perfectus non esse perfectus.*

POM. Sabi. QVOS mitteret vmbris.] *destinati tumulo Pallantis erant, quatuor filij Sulmonis, & totidem Vfentis.* CÆSO sanguine.] *pro, sanguine cæsorum.* TRVNCOS.] *in truncis, id est, perticis, ferebant spolia inimicorum antiqui.* ARMIS.] *scilicet illorum, quos interemerat Pallas.* DVCES.] *ex illis tituli.* INIMICA'QVE nomina figi.] *id est, Rutulorum, inimicorum cæsorum. cùm ferebantur spolia, titulum habebãt illorum, qui victi erant.* SANGVINEM.] *Rutulorum.* POSITIS insignibus.] *propter mortem Pallantis.* ÆTHON.] *nomen equi Pallantis; sumptum ab equo Auroræ, qui dicitur Aethon.* PHALANX.] *declarat phalangem.* NOS alias.] *Loquitur Aeneas.* LACHRYMAS.] *scilicet ad alia funera sequentis belli.* SALVE.] *Varro ait, dici ideò mortuis, Salue & Vale, vt ab eis recedamus.* IA'MQVE oratores.] *oratores ex Latino ad Aeneam pro sepeliendis suis.* PRECANTES.] *rogantes.* PER campos.] *ergo campi erant in potestate Troianorum.* VICTIS.] *ego intelligo,* victis & cassis æthere, *pro mortuis. Pax mortuorum, sepultura est.* SOCERI'SQVE vocatis.] *Latinus vocauit eum in generum.* HAVD aspernanda.] *quia sepeliendi beneficium vniuersis debetur.* QVÆ'NAM.] *Loquitur Aeneas; & quàm pientissimè.* CVM gente gero.] *scilicet vestrâ Latinâ; sed cum Turno: id est, non sum infestus Latinæ genti, sed Turno.* TVRNVM se opponere morti.] *non pereat gens: concurrat mecum Turnus; & finiamus singulari certamine bellum.* VIXET.] *pro vixisset: si pugnassemus vnà; vixisset, quem aut dexter, aut deus voluisset.* O' famâ.] *Loquitur Drances.*

VAR. Lect. CÆSO sparsuros sanguine flammas.] *Romanus liber* Flammâ *legit. Et aliquot alij,* Sparsurus. INIMICA'QVE nomina figi.] *In Romano libro* Fingi *legitur.* COMITVM præcesserat ordo.] *Romanus lib.* Processerat *legit.* MIHI maxime Palla.] *Rom. lib.* Pallas *legit.* VENIA'MQVE rogantes.] *Roman. lib.* Precãtes *legit.* ET æthere cassis.] *Mediceus liber & alij,* Aëre *legunt.* PACEM ne exanimis.] *Romanus liber, Mediceus, & plerique alij legunt,* Pacem me exanimis. CONCEDERE vellem.] *In antiquis libris,* Mallem *legitur.* ÆQVIVS huic Turno.] *Antiqua exemplaria,* Turnum *legunt.* HIS decuit mecum concurrere telis.] *In Romano libro scriptum est,* His mecum decuit concurrere telis. OLLI obstupuêre silentes.] *In veteribus libris scriptum obseruaui,* Illi obstupuêre.

DON. VINXERAT & post terga manus, quos mitteret vmbris Inferias, cæso sparsuros sanguine flammas.] *Misit & captiuos. atque vt eorum conditio & fortuna euidentiùs appareret; vinciri præcipit, eâ ratione: vt rogi Pallantei flammas suo sanguine spargerent.* INDVTO'SQVE iubet trũcos hostilibus armis Ipsos ferre duces, inimicaq; nomina figi.] *Duces iubet trophæa portare, cum nominibus occisorum.* DVCITVR infelix æuo confectus Acœtes.] *Acœtes quoque ducebatur: non eâ causâ, quâ alij; sed quòd esset luctu atque ætate confectus: vt trahi potiùs, quàm ambulare videretur. Ibat autem infelix senex, in exsequijs iuuenis: ibat tunc infelix, qui cum Euandro felix remeare consueuerat.* A

PECTORA nunc fœdans pugnis, nunc vnguibus ora, Sternitur & toto proiectus corpore terræ.] Sternitur *plus est, quàm si diceret, Cadit. Deniq; sequitur:* Toto proiectus corpore terræ. *Contuderat autem pugnis os suum & pectus: verum dolorem in cruciatibus sui pectoris indicans; quem senectus auxerat, & cumulauerat luctus.* DVCVNT & Rutulo perfusos sanguine currus.] *Currus scilicet eorum, quo ex Rutulis Pallas ipse deiecerat.* PÒST bellator equus, positis insignibus, Æthon, It lachrymans, guttisq; humectat grandibus ora.] *Tanta acerbitas funeris fuit; vt etiam mutum animal, amissionem domini sentiret & fleret. Ibat igitur, non insignis, neq; phaleratus; vt solet: sed vt ipse quoq; animo lugere videretur, & corpore. Flebat cum hominibus equus: & bellator gemere videbatur; quòd ad rogum domini potiùs, quàm solitum ducebatur ad campum. Cùm hominum dicantur ora; ora equi dixit etiam cum lachrymis humectâsse. huic enim non solam faciem, verùm etiam humanum attribuit sensum; qui occisum dominum sentiebat & flebat.* B HASTAM alij, galeamq; ferunt: nam cætera Turnus Victor habet.] Cętera, *sunt cingula quæ Turnus occiso sustulerat.* TVM mœsta phalanx, Teucriq; sequitur, Tyrrheniq; duces, & versis Arcades armis.] *Isti omnes funeri obsequebantur: non tamen sic, vt vsq; ad Euandrum tenderent; sed de proximo remearẽt.* Versis armis, *non solùm Arcadibus; sed omnibus applicandum est. non enim soli Arcades sic incedebant; sed omnes, qui ex diuersis gentibus fuerant congregati: vt sit* Phalanx mœsta, *quæ fuit congesta ex Teucris, Tyrrhenis & Arcadibus. Ibant versis armis: non bellantis, sed lugentis more.* POSTQVAM omnis longè comitum processerat ordo, Substitit Æneas, gemituq; hæc addidit alto.] *Vbi longè processerunt funeris deductores, ijdem illi, qui vsque ad Euandrum fuerant destinati: Aeneas substitit; satis existimans esse, quod pro necessitate rerum fuerat factum. Redeundum enim fuerat, propter bellum, & curam reliquorum funerum peragendam. Post ingentes igitur gemitus hæc addidit:* Nos alias hinc ad lachrymas, eadẽ horrida belli Fata vocant.] *Nec deferendum est bellum; quod propter hæc vidaretur esse dilatum. Quàm pulchrè posuit* Nos: *ne videretur solus ab obsequio funeris regis decedere? Ad, non semel accipiendum est: vt sit, Nos hinc ad alias lachrymas fata vocant, & ad alia incerta bellorum.* C SALVE æternùm mihi maxime Palla, Æternumq; vale.] *In æternum salue; in æternum vale; & in æternum maxime. quasi illum, merito tantæ virtutis, inter illustres & primos esset habitura memoria: vel ipse Aeneas nullum sic esset animo retẽturus.* ÆTERNV'MQVE vale, & salue.] *supremam complexit defunctorum salutationem. quæ intenta est ideò: quia post eam videri non possunt.* NEC plura effatus, ad altos Tendebat muros, gressumq; in castra ferebat.] *Qui enim celeriùs remeare cogebatur; nõ debuit plurimis loqui.* IAMQVE oratores aderant ex vrbe Latinâ, Velati ramis oleæ, veniamq; precantes.] *Ecce, ostendit euentus, non frustrà Aeneam properatum reditum habuisse. nam quum remearet ad castra, veniebant ex vrbe Latinâ missi, qui rogarent, & veniam poscerent; præferentes signa pacis & fœderum, in frondibus oleæ. hæc enim consequi cupiebãt. Deniq; quid ferrẽt, quid optarent, etiam taciti significare cupere videbantur. Ita eorum desiderium ostendebatur aspectu, & nuntiabatur oleæ ramis, quibus fuerant coronati: aduentus quoq; eorum. dehinc alia subijcitur causa.* CORPORA, per campos ferro quæ effusa iacebant, Redderet, ac tumulo sineret succedere terræ.] *Quantũ additur Aeneæ virtutibus cùm ipse.n. suorum sepulturã curari pceperit: cùm mitteret Pallantẽ; nullũ rogandũ*

censuit

A *consuluit, nec metuit quenquam. Ecce, Latini rogantes inducuntur, & poscentes veniã, vtpote qui primi arma sumsissent, & rei tenerentur vsurpatæ per temeritatem violentiæ: etiam illud impetrare cupientes, vt corpora sepulturæ mandari permitteret; quæ per omnes campos videbantur esse prostrata. Augmentum factum est laudi: quum ij, qui dicebantur occisi, latos campos opplessent; & ille, qui resilientes strauerat, sepeliri saltem iuberet exanimes, ac sineret tumulo tegi. Nõ dixit* Tumulos: *ne cæsorum minueret numerum. quum enim pauci sunt, possunt singuli suo quisque tumulo tegi: quum verò magnus sepeliendorum est numerus, vnâ simul congerie & aggere vno clauduntur.* NVLLVM cum victis certamen & æthere cassis: Parceret hospitibus quondam: socerisq; vocatis.] *Vtebantur argumentis ad persuadendum necessarijs: ne duraret odium, quo occidi meruerant. Certandum non esse cum mortuis; nec imputandum corporibus, quod animæ deliquerunt. Parcendum his, hospitij contemplatione, quod aliquando iunxisset.* SOCERISQVE vocatis.] *nondum enim fuerat iunctus Lauiniæ. ideò* Vocatis. *Ecce, expressit Poëta, quantum religionis hospitibus, quantum soceris debeatur, quòd ex hospite gener videretur esse susceptus.* QVIS bo-
B nus Æneas, haud aspernanda precantes, Prosequitur veniâ, & verbis hæc insuper addit.] *Bonus, quia postulata concessit: & multò melior, quia addidit sponte, quæ legatorum vota cumularent. Quum dicit Aeneã* bonum: *iam debemus intelligere non negatum, quæ fuerant quæsita: suadebat quippe etiam petitionis ipsius qualitas; quæ sperni non debuit. Quum verò dicit,* Et verbis hæc insuper addit: *confirmat, illum esse admodum bonum. Illius enim reuerâ bonitas plena est: qui petita præstat; & plus quàm sunt postulata, largitur. Iam hîc pro Aeneæ responsione spectanda sunt duo. Vnum, quòd precibus assensus est: alterum, quòd ipse desiderata cumulauit. Loquitur igitur, ac respõdere incipit sic:* QVÆNAM vos tanto fortuna indigna Latini Implicuit bello, qui nos fugiatis amicos? Pacémne exanimis, & Martis sorte peremptis Oratis? equidem & viuis cõcedere mallem.] *Sortem, inquit, vestram, Latini, & miror, & doleo: quòd sic vos implicuit fortuna bellãdi desiderio; vt nõ amicitiam nostram, sed vobis aduersa sectemini.* MARTIS, *inquit,* sorte peremptis.] *excusatio est adhibita: vt nõ Troianorum vitios sed conditione belli, quod ipsis authoribus motum est, videantur extincti. nulla est enim culpa, sicuti &*
C *Terentio placet, vlcisci aduersarios, aut, quâ viâ te captent illi, eâdem ipsos capi. Deniq; & viuis lenitatem spopondit; ne similiter pereant. Beneuola obiurgatio: vsque adeò, vt, quod delicti ipsorum fuit, diceret esse fortunæ. Non arguit; non accusat: sed magis eorum defensioni adhibet adiumentum. Sic enim, qui fidebat suos fore, saluos potiùs, quàm perditos, cupiebat esse. Aperit iam eam partem; quâ coniicere potuit, adhuc eos in eodem errore versari. Vos, inquit, superfluam petitis mortuis pacem: hoc indicat, etiam nunc vos velle pugnare. quod ipsum vobis potiùs, quàm mihi contrarium est. Equidem & viuis concedere mallem. Quam citò ostendit, sepulturam mortuis se velle præstare; quum dicit:* Et viuis concedere mallem? *Magis, inquit, vellem & viuis præstare beneficium pacis: quia beneuolentiam meam exanimes sentire non possunt.* NEC veni, nisi fata locum sedemq; dedissent.] *Hæc dicendo, ostendit, cæsos pœnas dedisse admissi sacrilegij. Qui enim contra eum fecerunt, qui dijs & fatis volentibus ad Italiam venit; deos potiùs expugnare, quàm hominem, voluerunt. Hoc modò etiam illos ostẽdebat daturos esse supplicia, si durassent, & manendum ducerent in erroris sui sententiâ aduersâ.* NEC veni, nisi fata locum sedemq; dedissent.] *non inuasi alienũ imperium: nec sponte in hæc loca; sed fatis vrgentibus, veni. ea mihi & locum, & sedem istarum deputauêre terrarum. Cur tenere prohibeor, quod mihi sententia diuina & decreuit, & tradidit?* NEC bellum cum gente gero: rex nostra reliquit Hospitia, & Turni potiùs se credidit armis.] *Cõmendat se populis: & in vnius personam, omnem belli congerit causam. Nolo, inquit, æstimetis ex his, quæ aduersùs me gesta sunt, in omnes vos esse cõmotum: solius regis hæc culpa est; qui suscepti hospitis iura violauit & soluit, & Turni prætulit parti. Nihil horum Latinus effecerat; sed quia hoc negotio prodesse non potuit, fingitur: ne vnusquisq; amissam sortem considerãs, metueret pacis commoda vtilitatemq; sectari; quæ solet de authoribus malorum pœnas exigere. Omne, inquit, malum, non vestrâ; sed regis culpâ contractũ est: in cuius fuerat potestate, præferre meliorem. ipse enim me Turno postposuit: per eum ratus est meliùs defendi posse commoda sua.* ÆQVIVS huic Turnum fuerat se opponere morti.] *Qui si haberet integrum in disceptatione consilium; æquius fuerat, Turnũ morti supponi in negotio suo; quàm alium periclitantis casibus iungi.* SI bellum finire manu, si pellere Teucros Apparat: his decuit mecum concurrere telis.] *Cùm sit susceptum duorum causâ certamẽ: duo tantùm pugnare debuimus. cur periculis nostris adiuncti sunt cæteri?* VIXET, cui vitã deus, aut sua dextra dedisset.] *Probaret mox verũ exitus fortiorem.* NVNC ite, & miseris supponite ciuibus ignem.] *suprà dixit,* Fortuna indigna: *in fine verò, beneuolẽtiæ satiauit affectum, dicendo* Miseris, *& dicendo* Ciuibus. Miser *potest dici, quem innoxium premit aliena fortuna. Bene ergo hîc* Miseros *dixit: qui non suo, sed in negotio Turni perierant.* Ciues *verò rectè appellauit: vt ostenderet, se Italam originem ducere; & eò redactũ cum suis, vnde Dardanus fuit: & oratores intelligerent Aeneam, cuius animum potiùs tenerent, quàm læsi probarent.* DIXERAT Æneas: Olli obstupuêre silẽtes, Conuersiq; oculos inter se, atque ora tenebant.] *Admiratione tantæ lenitatis; quum plus, quàm optauerant, sese aduerterent consecutos: stupefacti sunt; nec reperire valuerunt, quid deberent in responsione cõplecti: & cõuersi inter se, diu siluerunt; vnâ retinentes contentionem luminũ, eo more, qui deliberantibus familiaris est.* TVM senior, semperq; odijs & crimine Drances Infensus iuueni Turno, sic ore vicissim Orsa refert.] *Ex illis omnibus, qui aderant, & admirationis stupore fuerant fixi, solus Drances; vel quòd esset ætate fortior cæteris, & exercitatior cunctis; vel quòd odisset iugiter Turnum; arreptâ temporis occasione, quæ grauaret eum, quem perosum habuit, ita respondit:* O' famâ ingens, ingẽtior armis Vir Trojane.] *Multa collegit, vt ostenderet, beneficia Aeneæ grataniter audita. Hoc.n. & pmissa laus, & gratiarũ actio euidẽter ostẽdit. Non, inquit, immeritò tibi tantas animi corporisq; virtutes forma concessit: habet demq; corporis formã, quę te beneuolũ, fortẽ, prudentemq; testatur. quã in parte, cùm sine admiratione laudari nõ possis: tùm magis illa pferẽda sunt, quib' in bello pstas, & te ipsum substãtiâ felicitatis exsuperas; in laboribus indefessus, & dimicãdi ratione præcipuus. Addit in vltimâ parte laudis, & genitalis meritum soli; dicens,* Vir Troiane. *quasi diceret: Talẽ generare potuit sola Troia.*

Vir Troiane; quibus cœlo te laudibus æquem?
Iustitiæ'ne priùs mirer, belline laborum?
Nos verò hęc patriam grati referemus ad vrbem:
Et te, si qua viam dederit fortuna, Latino
Iungemus regi: quærat sibi fœdera Turnus.
Quin & fatales murorum attollere moles,
Saxaq; subuectare humeris Troiana, iuuabit.
Dixerat hæc: vnoq; omnes eadem ore fremebãt.

BER. CÆLO te laudibus æquẽ?] *Pro, his qui in cælo sunt, id est, dijs: vt,* Cæruleus Tybris, cælo gratissimus amnis. *& est oratorium, non inuenire paria verba virtutibus.* Cælo *autem, datiuus:* laudibus, *ablatiuus.* IVSTITIÆNE priùs mirer, bellíne laborũ?] *Figura græca; Miror illius rei, & regno illius rei. vt,* τινὸς θαυμάζω *[Greek partly illegible]. Indè Horatius ait:* Et quâ pauper aquâ Daunus agrestium Regnauit populorum: *pro, agrestibus populis. ita & hîc,* Iustitiæ,

Bis senos pepigêre dies: & pace sequestrâ,
Per syluas Teucri, mistiq; impunè Latini,
Errauêre iugis: ferro sonat alta bipenni
Fraxinus: euertunt actas ad sidera pinus.
Robora nec cuneis, & olentem scindere cedrum,
Nec plaustris cessant vectare gementibus ornos.
Et iam fama volans, tanti prænuntia luctus,
Euandrum, Euandriq; domos & mœnia replet,
Quæ modò victorem Latio Pallanta ferebat.
Arcades ad portas ruere: & de more vetusto
Funereas rapuêre faces: lucet via longo
Ordine flammarum, & latè discriminat agros.
Contrà turba Phrygum veniẽs, plangẽtia iungit
Agmina: quæ postquam matres succedere tecto
Viderunt, mœstam incẽdunt clamoribus vrbem.
At non Euandrum potis est vis vlla tenere:
Sed venit in medios, pheretro Pallante reposto,
Procubuit super, atque hæret, lachrymansque ge-
mensque:
Et via vix tandem voci laxata dolore est.
Non hæc, ô Palla, dederas promissa parenti;
Cautiùs vt sæuo velles te credere Marti.
Haud ignarus erã, quantum noua gloria in armis,
Et prædulce decus primo certamine posset.
Primitiæ iuuenis miseræ, bellique propinqui
Dura rudimenta: & nulli exaudita deorum

Iustitiæ, & laborum, *geminum pro ablatiuo posuit. Si autem* Iustitiæ *legeris, subaudiendum, iustitiæ laudibus: si* iustitiâ, *subaudiendum, prædictum.* SI qua viam dederit fortuna.] *Viam, id est, ratione. Et bene cum exceptione pollicetur, dicens: Si voluntatem nostram fortuna comitetur.* FOEDERA Turnus.] *Vel coniugij, vel amicitiarum. & potest videri, deesse alia.* FATALES moles.] *Quia audierat;* Nec veni, nisi fata locum sedemq; dedissent. SAXA Troiana.] *Ambitiosè ait, quasi Troianis fataliter debita. vel* Troiana, *in vsum Troianorum.* PEPIGERE dies.] *Pacti sunt. nam ab eo, quod est Paciscor, & Pepigi, & Pactus sum, facit: sicut ab eo, quod est Parco, & Parsi, & Perperci, facit.* PACE sequestrâ.] *Mediâ. Namque Sequester est, aut medius inter duos altercantes; aut ad quem aliquid ad tempus seponitur. dictum autem à sequendo: quòd eius, qui electus sit, vtraque pars fidem sequitur.* Pacem ergo sequestram, *inducias dicit, id est, pacem temporalem:* & mediam, *inter bellum præteritum & futurum.* MIXTI'QVE impunè Latini.] *Apud maiores enim magna erat cura fidei: adeò vt, inducijs factis, colloqui soliti essent duces populi Romani cum hostium ducibus: summâque seueritate vindicatum, si iniuriam se passos quererentur: denique, obsessâ vrbe à Tarquinio, inter Porsennam & Romanos factis inducijs, cùm ludi Circenses in vrbe celebrarentur, ingressi hostium duces, curuli certamine contenderent, & victores coronarentur.* Impunè *autem, hoc loco, sinè periculo.* FERRO bipenni.] *Ad epitheton transtulit nomen propriũ. nam* Bipennis, *per se plenum est, & securim significat: vt,* Crebrisq; bipennis instant. ROBORA.] *Modò genus ligni est. nam est inter specialia nominatum.* PLAVSTRIS gementibus.] *Sub pondere sonantibus.* QVÆ modò victorem latio Pallanta ferebat.] Latio, *pro, in Latio. Bene* modò: *Vno enim eodemq; die, & fortiter fecit, & perijt: vt,* Hæc te prima dies bello dedit: hæc eadem aufert. *Alij* modò, *Paulò antè accipiunt. Sed* modò *haud cum affectu; vt acerbior luctus de tantâ mutatione nasceretur. Alij* modò; *pene accipiunt.* ARCADES ad portas ruere.] *Eos nunc Arcadas dicit, qui intra ciuitatem sunt. Multa tamen exemplaria,* Arcadas at portas ruere, *habuerunt: vt coniunctio sit, non præpositio. vt,* It nigrum campis agmen, *pro, per campos. &,* It portus iubare, *per portas.* Ruere *autem, id est, magnâ velocitate ferri: vt,* Excitum ruit ad portas. *&,* Ruuntq; effusi carcere currus. *&* Ruere, *pro, Ruebant: infinitum pro pronuntiatiuo.* DE more vetusto.] *Quia antea per noctem cadauera præfunerabantur cum fasculis* RAPVERE faces.] *Rapuêre, raptim & festinanter tulerunt. Sed apud Romanos moris fuit, vt noctites efferentur ad funalia. vnde etiam funus dictum est, quia in religiosâ ciuitate cauebant, ne aut magistratibus occurrerent, aut sacerdotibus: quorum oculos nolebant alieno funere violari. Indè etiam, qui funeri præerant, à vesperâ, primùm Vespertones, deinde Vespillones dicti videntur. & magis moris Romani, vt impuberes noctu efferrentur ad faces: ne funere inmaturæ sobolis domus funestaretur, quod præcipuè accidebat in eorum, qui in magistratu erant, filijs. Ideò Vergilius Pallantis corpus facit excipi*

facibus, quia acerbũ funera ... nera autem, alij à funalibus ... delis, sebo vel cerã circ... dicta: quòd his præla... noctu efferentur mort... fungendo; quòd eo fun... eo qui decessit, officio fu... vel quòd hi, qui mortem ... tã functi dicũtur. Alij ... de filijs, qui in potestate ... sint, nõ putari iure esse fun... cari fieriq: quia ferè lo... parenti; & si id fiat, fu... nestata sit. Ergo hic meritò ... lantis funus facibus cele... vt filij. Alij sicut Varro & ... rius Flaccus, dicunt ... familiãs extra Vrbem de... liberti amiciq; obuiam ... dunt: & sub noctem in V... infertur cũ cereis facib... lucentibus: ad enim ex... nemo rogatur. Sanè hæc ... ra, siue proijci iubebantur, ... cadẽdo, siue quòd sepelie... rebant, Cadauera dicta. DISCRIMINAT.] *Diui... Vnde & discrimen capitis muliebris dicitur, ex eo quòd ... auro discernat. vt,* Cûm positũ discrimen erit, discri... na lauda. SVCCEDERE.] *Vt,* Tumulo fineret succedere terræ. INCENDVNT.] *Implent: vt,* Clamore incendunt cœlum Troesq; Latiniq;. VIS vlla.] *Nec ... tatis imbecillitas, nec seueritas regia.* PHERETRO Pallante reposto.] *Id est, posito Pallantis pheretro. Nam Antiq... sit est.* NON hæc ô Palla, dederas promissa parẽti. Cautiùs vt sæuo velles te credere Marti.] *Duplex expositio est. aut enim hoc dicit: Non mihi talia promittebat, vt crede... rem, cautiùs te dimicaturum. vt intelligamus, proficiscentẽ Pallantẽ promisisse patri victoriam, cædẽ hostium, plurima spolia.* Qui enim cogitat hæc, *cautelæ obliuiscitur, auiditate vinc... Aut certè* Non, *pro Nònne & nempè accipiamus. vt in Terentio:* Non tu hunc rus produxisse te aiebas? *Id est, ... pro nempè. vt nunc sit sensus: Nempè hæc mihi dederas promissa discedens, quia cautiùs fueras pugnaturus. Alij, non par... sed* petenti *legunt: vt non iure affectionis, quã filius pa... cebat; sed humanitatis, cum conuenire videatur. Petenti ... ô Palla, fidem dederas, te cautiùs, quàm fortiùs dimicatu... affirmant, si* parenti *legendum esset, potuisse dici:* Non hæc, ô fili dederas promissa parenti. *Alij hæc ... dicta accipi volunt.* IN armis.] *Apud armatos ... filium cupidos victoriæ plerumq; conturbat.* PRÆDVLCE decus.] *Aut valde dulce; aut quasi inmaturum.* PRIMITIÆ.] *Rudimenta; quasi Troiani.* BELLI'QVE propinqui.] *Vel quòd ante maturam ætatem Pallantis venerat, ...* propinqui, *nimiùm vicini, quò Pallas mitti posset. Sanè ... bellum Antarium vocari solitum; quòd sit ante Vrbem ... ante Aras.* DVRA.] *Misera & infelicia.*

IVSTITIÆ'NE priùs.] *iustus erat Æneas, & ... pstans in re militari.* OMNES.] *cæteri legati.* PACE sequestrâ.] *i. e. mediâ. Sequester dicitur ille, apud quẽ seponitur ... rum, q litẽ habent. & est etiã triũ generũ: & significat mediũ ... sequester, medius inter duos.* FRAXINVS sonat.] *ferebant ligna pro rogis & cadaueribus.* PLAVSTRIS.] *curribus.* MODÒ.] *pro, Paulò antè.* FACES lucet via.] *processerunt Arcades obuiã, cũ facibus accẽsis.* REPOSTO Pallãta.] *Alij legũt Pallãti: vt sit, reposito feretro. Legũt alij, vt ... nus,* Pallãta: *vt sit, Euãdrum venit in medios; & venit ad Pallanta, posito feretro.* NON hæc, ô Palla.] *Lamentatio Euandri.*

CAVTIVS.]

A CAVTIVS.] dixiſti mihi diſcedens, cautiùs te proceſſurum ad bellũ: ſed, vt video, incautus proceſsiſti. PRIMITIAS.] taléſne primitias à te exſpectabam? RVDIMENTA.] vocantur in primâ pueritiâ.

VAR. Lect. IVSTITIAE'NE priùs mirer, belline laborum!] In Rom. lib. & aliquot alijs, poſita hæc ſunt in caſu ſeptimo: Iuſtitiâ ne priùs mirer, belline labore! Sed eſt, vbi, Belline laborem. Eſt & vbi, Iuſtitiam, & laborem, accuſatiuo caſu legas. FERRO ſonat alta bipenni.] In antiq. lib. Acta legitur, & Icta. Et mœnia replet.] Antiqua exempl. Complet legunt. SVCCEDERE tecto.] In lib. antiq. Succedere muris legitur. In Mediceo, Tectis. PALLANTE repoſto.] in antiq. lib. Pallanta legitur. PROCVBVIT ſuper, atq; hæret.] Romanus liber, Procumbit legit. TANDEM voci laxata.] In Romano libro, Vocis habetur.

DON. QVIBVS cœlo te laudibus æquem?] Cùm laudibus cœlo merearis æquari, vbi eſt virtus omnis & vera iuſtitia. IVSTITIAE'NE priùs mirer, belline laborum?] Quid potius mirari debeo? inquit: iuſtitiam tuam admirandam; an belli inclytos tuos labores & incomparabiles? cùm in vtroque B mea verba, aut ſenſus, tua merita aſſequi nequeant. quaſi diceret: Tantum iuſtitiâ & bellorum exercitatione viges, vt nunquã te ſatis laudare poſsim. NOS verò hæc patriam grati referemus ad vrbẽ, Et te (ſi qua viam dederit fortuna) Latino Iungemus regi: quærat ſibi fœdera Turnus.] Quæ locutus es, vel quæ beneuolus præſtitiſti, grati referemus ad noſtros: atq; operam dabimus, vt, ſuperioris erroris noſtri culpâ ſubmotâ, redeat rex Latinus in concordiam tuã; ſitq; digniſsimo tibi firmâ religione coniunctus. Turnus verò ſi matrimonio iungi vult, aliud ſibi quærat ac iungat. Interea, quũ hæc diceret Drances, addidit: Si qua viam dederit fortuna. quod non eſt dubitantis: ſed hoc magis intelligitur polliceri, vt idipſum, quod ſpondebat, quacunq; viâ poſſet, efficeret. Multas enim occaſiones poteſt reperire ac præſtare fortuna, vt iuuet audẽtes. Poteſt & ſic intelligi: Iungemus te regi, ſi adhuc nobis non inuideat fortuna, quæ ſocietatem primam inimicâ æmulatione diſſoluit. Hoc ideò: vt oſtenderet, culpam contracti belli, fortunæ fuiſſe, non Italorum. quia hoc & Aeneas ſuprà complexus eſt. QVIN & fatales murorum attollere moles, Saxaq; ſubuectare humeris Troiana iuuabit.] Tantum exhibebimus obſequij: vt, quũ muros, vel quid aliud, volueris C exſtruere, collo noſtro ſaxa iam Troiana libentiſsimè perferre omnes parati ſimus: nec erit onerosũm nobis, quicquid cenſueris faciendum. DIXERAT hæc.] Talia, inquit, dixerat Drances. VNO'QVE eadem omnes ore fremebant.] Eadẽ, quæ verbis ſuis cõplexus fuerat Drances, quaſi vno ore, omnes profitebantur ſe eſſe facturos. BIS ſenos pepigêre dies, & pace ſequeſtrâ.] Ita peractis omnibus, receſſerũt: vt per duodecim dies, in ſepeliendorũ funerum cauſâ, pax ſequeſtra teneretur. Sequeſtra pax eſt, quæ ſi interponitur, non terminet, ſed differat bellum. PER ſyluas Teucri, miſtiq; impunè Latini, Errauêre iugis.] Tantùm valuit interpoſitæ pactionis fides, vt diuerſarum partium viri per ſyluas miſcerentur impunè. FERRO ſonat alta bipenni Fraxinus.] Alta fraxinus icta ferro, hoc eſt, ictu ferreo percuſſa, reſonabat. EVERTVNT actas ad ſidera pinus.] Actas ad ſidera, hoc eſt, in tantam altitudinem porrectas, vt ſidera pulſare potuiſſent. Hi omnes euertendis arboribus operam dabant. ROBORA nec cuneis, & olentem ſcindere cedrum, nec plauſtris ceſſant vectare gementibus ornos.] Alij inſiſtebãt roboribus ſcindendis; alij portandis. Ordinatur ſenſus ſic: Nec ceſſant, robora, vel cedrum, aut ornos, plauſtris imponere ac transferre, aut cuneis ſcindere. ſed non omnia idem faciebant: nam diuiſerant opera. ET iam fama volans, tanti prænũtia luctus, Euandrum, Euandriq; domos, & mœnia complet; Quę modò victorẽ Latio Pallanta ferebat.] Quũ Troiani & Latini hæc agerent: iam mortem Pallantis ad Euandrum, atq; eius domos, & totam vrbem, fama nunciuſq; peruexerat: occiſum eſſe aſſerens Pallantem; quæ fama apud Latium ferebat eſſe victorem. Quàm grauis fuerat luctus, accipiendum de eo, cuius ante momentum victoriæ nuntiabantur & gloriæ? Egregiam moralitatem hoc loco ſeruatam debemus aduertere. namq; vt fit, feralis nuntius ad aures Euandri primò peruenit; dehinc ad domos eius; poſtremò ad omnem ciuitatem. ARCADES ad portas ruere.] Propriè dixit, Ruere. feſtinabant enim, commoti inſperato malo, vt irẽt obuiàm funeri: nec ambulare iam; ſed in modum ruentium, cogerĩ videbãtur ad portas. ET more vetuſto Funereas rapuêre faces.] Ruere & Rapere, plenam ſignificant feſtinationem. Funereas faces. idcircò dixit: quia ſunt votorũ. LVCET via longo Ordine flammarum, & late diſcriminat agros.] Diſcriminare, eſt ſpeciem à ſpecie immẽſâ ſeparare. Ecce, vna fuit facies terræ: interiectis tamen facibus videbatur in partes eſſe diuiſa. CONTRA turba Phrygum veniẽs, plangentia iungunt Agmina.] Quum dicimus, Contrà turba Phrygum veniens; moram debemus interponere, & ſic dicere; Plangentia iungunt agmina: vt non ſoli Phryges, ſed & Arcades Phrygibus mixti, agmina iunxiſſe videantur. Cæterа turba iungunt agmina faceret mala diſtinctio vitium; quod Poëta non fecit. QVAE poſtquã matres ſuccedere tectis Viderunt.] Quæ agmina poſtquã viderũt matres intra portas. MOESTAM incendũt clamoribus vrbẽ.] Matrum ſignificatione, vel mulieres generaliter accipere poſſumus: vel eas, quarũ filij cum Aeneâ perrexerãt: vt, ſimilitudine caſus cõmotæ, & propter regis filiũ dolere viderẽtur; & ſuorũ periculũ tractare cum animo. AT nõ Euandrũ potuit vis vlla tenere: Sed venit in medios.] Quũ grauis eſſet apud cæteros luctus: tùm magis animũ patris mentẽq; percuſſerat. Deniq; non illũ tardauit doloris violentia; nõ ætas cohibuit corpus ſeneƈtute defeſſum: nec exſpectauit, donec filij corpus baiulis curandis perueniret, ſed ipſe occurens in medios venit. PHERETRÓ Pallante repoſto, Procubuit ſuper, atq; hæret, lachrymanſq; gemenſq;.] Atq; ita, vt Pallas iacebat, depoſito pheretro, procubuit Euander ſuprà; & inhæſit ipſi corpori, cum gemitibus & fletu. ET via vix tandẽ voci laxata dolore eſt.] Tantus fuerat dolor infelicis patris; vt vix, & interpoſito tempore, loqui potuiſſet. dolor diſtulerat: vnde reddidit vocẽ. Vox enim, quâ loqui poſſet, dolore loquẽdi præſtitit laxamentũ. NON hęc ô Palla, dederas promiſſa parenti, Cautiùs vt ſæuo velles te credere Marti.] Magnus error dolentis. obiurgat mortuũ; quaſi iam emẽdare malè geſtâ aliquâ ratione potuiſſet: & cũ mortuo interrogationibus loquitur; quaſi audire exanimis poſſet, aut geſta narrare. Non tali, inquit, exſtiterat, fili, promiſsio tua: nec ſic abieras, vt talis infelicẽ remeares ad patrẽ. Circumſpectũ te promiſeras fore, & omnẽ cautelã ſuſpenſum. Quò abierunt iſta? quis te caſus præcipitem dedit? vt mandatorũ mei timoris oblitus, durã improuidus properâris in mortem? In certaminibus belli redundãt copioſa diſcrimina: tantumq; illîc procliue eſt mori; quantũ ſupereſſe difficile eſt. HAVD ignarus eram, quantũ noua gloria in armis, Et prædulce decus primo certamine poſſet. Primitiæ iuuenis miſeræ, belliq; propinqui Dura rudimenta, & nulli exaudita deorum Vota præceſq; meæ.] Prior, inquit, ipſe peccaui: patriũ conſiliũ perdidit: meos inter initia tractatus inimica fortuna confodit, ignorationis excuſatione defendi non poſſum: debui miſer cauere, quod noueram. Per hæc quippe ad hanc infelicem ſenectam mihi tranſitus fuit. Sciebam, quid poſſet nouitas rerum; & inexperta pericula, quemadmodum decipiant rudes, exemplis præcedentibus noueram. Solam gloriæ viam tractant, & ſolò laudis amore raptantur. Cumq; ſic aguntur improuidi, incognitam diſcriminum partem vitare non poſſunt. O' iuuentus mei duræ primitiæ; & incaſſum fuſæ cunctis numinibus preces! nec filius mandata retinet patris; nec voto ſupplicis deorum fauor accedit. Vbi ſunt illa, quæ prò incolumitate filij mei

ſeruandi

Digitized by Google

serandus exsolui? Cur surdis auribus iuuenis metuenda commisit? Sera cautio est, post orbitatem meam tractare, quæ iam integris rebus curari conuenerat. Nihil dicerem filio, nullam deo precem supplex funderem: non soluerem vota [illegible] seruum iuuenem: fauerent dij omnes [illegible] consilio: nec votis [illegible] liquibus, nec precibus [illegible].

Vota, precesq; meæ: tuq; ô sanctissima coniunx,
Felix morte tuâ, neq; in hunc seruata dolorem.
Contrà ego viuendo vici mea fata: superstes
Restarem vt genitor: Troûm socia arma secutum
Obruerent Rutuli telis. animam ipse dedissem:
Atq; hæc pompa domũ me, nõ Pallanta, referret!
Nec vos arguerim, Teucri, nec fœdera, nec quàs
Iunximus hospitio dextras. sors illa senectæ
Debita erat nostræ. quòd si immatura manebat
Mors natum: cæsis Volscorum millibus antè,
Ducentem in Latium Teucros cecidisse iuuabit.
Quin ego non alio digner te funere, Palla;
Quàm pius Aeneas, & quàm magni Phryges, & q̃
Tyrrhenq; duces, Tyrrhenũq; exercitus omnis.
Magna trophæa ferũt, quos dat tua dextera letho.
Tu quoq; nunc stares immanis truncus in armis:
Esset par ætas, & idem si robur ab annis,
Turne. sed infelix Teucros quid demoror armis?
Vadite, & hæc memores regi mandata referte.
Quòd vitam moror inuisam, Pallante perempto;
Dextera causa tua est. Turnum gnatoq; patriq;
Quàm debere vides: meritis vacat hic tibi solus
Fortunæq; locus. non vitæ gaudia quæro;
Nec fas: sed gnato manes perferre sub imos.
Aurora interea miseris mortalibus almam

SER. VOTA precesq; meæ.] *Suprà,* Fors & vota facit. TVQVE ô sanctissima coniunx.] Sanctum, *non semper sacrum, neque religiosum est: vt hîc, vbi sanctissima incorruptæ castitatis significat. Vnde & sanctæ leges appellantur; quæ neque corruptæ sunt, neque corrumpi possunt.* FELIX morte tuà.] *Eâ sorte felix, quâ cæteri dolentur. Et bene tuâ, ne, vt ipse, filij morte fieret infelix.* VIVENDO vici mea fata.] *Diu viuendo. Vt in Bucolicis;* O Lycida, viui peruenimus. Vici *autem* mea fata, *id est, naturalem ordinem vitâ longiore superaui. an hoc tantum; vt,* Superstes essem filio meo? *namque hic ordo naturalis est; vt sint parentibus superstites liberi. Fata ergo generalia dixit; referens se ad naturalem ordinem: non ad fatum proprium. Nam fata superare nemo hominum potest. Vnde multi sic distinguunt:* Contrà ego viuendo vici, *vitam scilicet filij: id est, Superuixi. Veteres enim,* viuendo vincere, *dicebant superuiuere: vt,* Multa virûm voluens viuendo secula vincit. *nam & in Togatis victrices appellantur, quæ viros extulerunt. Plautus in Epidico;* Quia tibi licuit eum viuendo vincere. *Nam hoc est,* Superstes restarem vt genitor: *vt,* Mea fata, *per exclamationem dictum sit. Sciendum tamen, etiam irrationabilia dolentibus dari.* RESTAREM.] *Essem.* OBRVERENT Rutuli telis.] *Id est, me. & bene etiam sibi irascitur: sic enim natura mærentis exprimitur.* DEDISSEM.] *Reddidissem.* POMPA.] *Exsequialis scilicet.* ME.] *Vehementius pronuntiandum.* NEC vos arguerim.] *Exonerat eorum pudorem: ne videantur ei causa orbitatis fuisse, dicens, sibi hoc fataliter debitum.* Arguerim *autem, aliàs Indicauerim: vt,* Degeneres animos timor arguit: *aliàs Accusauerim: vt Cicero;* Arguis fatẽtem. SENECTÆ.] *Deest, ætati: nam Senecta ætas dicitur. Sallustius:* Senectâ iam ætate. *Per se autem plenum est; si* Senectus *dicamus. nam si* Senecta: *aut addendum,* ætas; *aut intelligendum.* QVÒD-SI immatura manebat.] *Magnificè seruat decorem, quòd se reuocat ad heroicam consolationem.* DVCENTEM in Latium Teucros cecidisse iuuabit.] *Lucrum quodammodò putat, impendisse pro amicorum felicitate filium, qui morti fuerat acerbo funere fataliter debitus. Et est à qualitate beneficij solatium.* NON alio digner te funere, Palla.] *Latenter hîc Aeneæ ostenditur pietas, qui in amici funus tanta contulit; vt pater amplius præstare non posit. Alij* dignem *legunt, iuxta Veteres, ab eo quod est,* Digno. *Caluus:* Hunc tanto munere digna. *Pacuuius in Hermione:* Cùm neque me inspicere æquales dignarent. *Hinc ipse Vergilius,* III. *Aeneid.* Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo. QVAM pius Æneas.] *Deest,* quo: *vt sit,* Quàm quo. TV quoque nunc stares immanis truncus in armis.] *Id est, in trunco armatus: sicut isti duces, de quibus hæc sunt trophæa. nam suprà ait;* Indutosque iubet truncos hostilibus armis Ipsos ferre duces. ESSET par ætas.] *Vel mea; vel filij. nam ad vtrumque potest referri.* TEVCROS Quid demoror armis?] *Ab armis. & hoc [illegible] detur dicere: Dimittendi sunt Troiani, vt mortis Turni doloribus meis satisfiat. quod etiam posteriora significant.* MERITIS vacat hic tibi solus Fortunæque locus.] *Nihil est aliud, quod possit vel virtus tua, vel fortuna præstare, (nam his rebus victoria contingit) nisi vt, occiso Turno, & vindicet filium, & patrem consoletur orbatum.* SED gnato manes perferre sub imos.] *Ac si diceret, hanc solam esse causam, quæ eum cogat ad vitæ patientiam, vt filio Turni nuntietur interitus.*

DON. SVPERSTES.] *longius vixi, quàm debebam: vel intelligit, quòd factum patris filius [illegible]; id est, vt ego genitor [illegible] vici mea fata superstes.* ANIMAM dedissem.] *effudissem meliùs.* POMPA.] *funebris.* FOEDERA.] *mea vobiscum.* IMMATVRA.] *acerba. Omnia imputat fato suo.* IVVARET.] *pro [illegible] scilicet vbi debebat cadere filius, iuuat occidisse pro [illegible] Teucrorum.* QVOS dat tua dextera letho.] *qui hi fuerint? Lagus, Sthenius, Rhœtus, Anchemolus, Larides, Tiber, [illegible] teus Hilus, Alesus.* IDEM si robur.] *si Pallas fuisset [illegible] lis tibi ætate.* INVISAM.] *mihi ipsi.* REGI.] *Aeneæ.* QVOD vitam moror.] *hoc significat: causam esse, quòd patiatur vitam; vt apud manes Pallas videat [illegible] Turni.* MERITIS vacat.] *scilicet, nihil mihi potest præstare [illegible] tua fortuna; quàm vt vlciscaris.* AVRORA interea.] *Asinius Pollio notat; Vergilium aliquando seruare [illegible] materiæ: vt hîc,* Extulerat. *Efferimus autem mortuos. & in quarto, relictus de Tithone dicitur:* Tithoni croceum linquens aurora cubile.

VAR. Lect. NEC vos arguerim, Teucri.] *In libris antiq.* Arguerem *legitur.* SORS ista senectæ.] *Antiqua exempl. Illa legunt.* CECIDISSE iuuabit.] *In Rom. lib.* Iuuaret *legitur.* MAGNA trophæa ferunt.] *In Rom. & aliquot aliis,* Ferant *habetur.*

DON. TVQVE ô sanctissima coniunx, Felix morte tua, neque in hunc seruata dolorem.] *Omnia aliquando mortem tuam; quum te constaret felicia perdidisse. sola es, cui prosuêre contraria. Mors tibi beneficiũ fuit: non vidêre nostræ prolis interitum; nec ruinam nostri generis plangi.* CONTRA ego viuendo vici mea fata, superstes Restarẽ vt genitor.] *Totum dicit in contrarium versum. et [illegible] commodo fuisset ei, vixisse, tormentum. Decessisti, superstitem filium relinquens: contrà ipse miserimus viuo; non filium, sed filij funus amplector: viuo post eum, ante quem debueram mori.* TROVM socia arma secutum Obruerẽt Rutuli telis, animam ipse dedissem: Atq; hæc pompa domũ me, non Pallanta referret!] *Sic peccaui: quia fœdus [illegible] cum Teucris. Ego debui Rutulis pœnam: ego debui solus extingui, & dare animam volens. Finiret cruciatus meos vltimus dies: mihi [illegible] ista: tu plangeres senẽ: me tolerabilius videret patria cecidisse, quàm te.* NEC vos arguerim, Teucri, nec fœdera, nec quas Iungimus hospitio dextras.] *Præsentes Troianos aliqui, ne arbitrentur causari Euandrum, quòd per illorum amicitiam Pallantem perdidisset, idcirco ait; Non arguerim vos*

Teucri

A *Teucri, in cauſâ orbitatis meæ: nihil mihi amicitia veſtra nocuit; nihil datæ dextræ attulerunt, quod poſteritatem meam funditùs verteret; & menſarum communicatio nu'lam partem infelicitatis inflixit.* SORS iſta ſenectæ Debita erat noſtræ.] *debebantur hæc diuturno ſeni fatis inimicis aduerſa. Vixi, vt duram exciperem meæ fortunæ ſententiam: compleuit illa inuidiam ſuam. non poſſum animis veſtris aſſcribere; quod vos certum eſt accidere noluiſſe.* QVIA, ſi inmatura manebat Mors natum, cæſis Volſcorum millibus antè, Ducentem in Latium Teucros cecidiſſe iuuaret.] *Nititur probare Troianis, quòd non ipſos occiſi filij afferat cauſam. Si, inquit, immatura mors debebatur filio meo: vtinam de Volſcis factâ priùs victoriâ cecidiſſet! eſſet quippe occiſi glorioſa memoria; ſi manu eius Teucri ducerentur in Latium.* QVIN ego non alio digner te funere, Palla; Quàpius Æneas, & quàm magni Phryges, & quàm Tyrrheni duces.] *Nihil addam ad pompam funeris tui nihil enim factum eſt minùs, quàm conuenerat fieri. Oſtendit Aeneam officia ſua, eadem quoque cum Tyrrhenis complere Troianos.* TYRRHENVM exercitus omnis Magna trophæa ferunt: quos dat tua dextera letho.] *Hæc ad conſolationem pertinet. Eſt enim quoddã in doloribus temperamẽtũ, quo acerbitas ipſa minuatur.*
B *Leniebatur igitur doloris ipſius aſperitas: quòd, & ſi mortuus Pallas videbatur; virtutis tamen eius multa monſtrabantur, & magna. Ibat quippe Tyrrhenorum exercitus, cæſorum trophæa portans: & in illâ multitudine fuerat nullus, qui Pallanteæ virtutis teſtem non geſtaret in ligno.* TV quoque nuuc ſtares immanis truncus in armis; Eſſet par ætas & idem ſi robur ab annis, Turne.] *In hoc, inquit, trophæorum numero, etiam tu eſſes: ſi ætas filij mei ætati tuæ congruiſſet; aut robur corporis eius tuo robori membriſq; conueniret. Rectè in doloribus ſuis deformationem inferit Turni: & quaſi ita peragit cauſam; vt, quod ille præferebat in ſeſe, id iſte factâ victoris & victi comparatione deficeret. Si vna, inquit, vos eademq; ætas & robur corporis habuiſſet: trophæo tuo iſtorum numeros cumularet; atque ille viueret, ac te tuo quoque interitu triumpharet.* SED infelix Teucros quid demoror armis.] *Ipſe reprehendit multiloquia ſua; quæ dolore cogente vrgebatur effundere: & reuerà, cùm in patre breuis eſſe deberet ſermo; ipſe quoq; nõ miſit breuitatẽ: ſed idcirco videtur multa dixiſſe; quia multas partes tetigit, multaſq; perſonas: quæ ſi ſeparantur, inuenietur breuem in ſingulis habuiſſe ſermonem. Dixit*
C *quippe:* Non hæc ô Palla dederas promiſſa parenti; Tuq; ô ſanctiſſima coniunx: &, Contrà ego viuendo vici mea fata. *Item,* Nec vos arguerim, Teucri. *Rurſum rediit ad filij perſonam, dicens:* Quin ego non alio digner te funere, Palla. *Dehinc ad Turnum fecit apoſtrophen:* Tu quoque nunc ſtares immanis truncus in armis, Eſſet par ætas & idem ſi robur in annis, Turne. *Tandem igitur intellexit, diutiùs ſe vagari non debere per multa: ne tantos, & electos ex omnibus numeris viros, atq; vltioni ſuæ neceſſarios, ſuperfluo moratũ ſpatio retineret. Quid, inquit, adhuc demoror Teucros? quia, ſi infelicitatem meam ſit illorum leuatura præſentia; pergant potiùs, & repetant arma. hoc eſt dicere: Quid hîc vacui remorantur? eant, dimicent; & orbitatem meam vltione compenſent.* VADITE, & hæc memores regi mandata referte.] Vadite, *hoc loco hortantis eſt potiùs quàm iubentis: & mandata mea regi perferte.* QVOD vitam moror inuiſam, Pallante perempto, Dextera cauſa tua eſt; Turnum gnatoq; patrique Quam debere vides.] *Quòd viuo poſt Pallantis mortem: ſola cauſa eſt, vt eius mortis authorem perimat fortis dextera tua. Intelligis enim, te hoc debere meritis; vt per te contingat Turnum videre proſtratum. Hoc Pallas exigit: hoc infelicisſimus pater. Erat commodum, vixiſſe poſt filium: ſi ſub armis Turnus occumbat, & lachrymas meas interitus eius conſumat, & tergat.* MERITIS vacat hic tibi ſolus Fortunæque locus.] *Reddendæ viciſſitudinis locum ſolum iſtum fortuna tibi ſeruauit: exſpecto euentum atque exitum necis hoſtilis.* NON vitæ gaudia quæro; Nec fas; ſed gnato manes perferre ſub imos.] *Neque enim delectatione lucis iſtius viuo; aut fas eſt, ſupereſſe orbatum tali filio patrem: ſed vt nuntius ad inferos pergam; ac Pallanti referam, optatam ab hoſte ſumptam eſſe vindictam, Viuant quibus iocundum eſt viuere. Viuãt, qui non habent in vitâ, quod plangant. Viuant, quibus deſunt tormenta, quæ viuentes excrucient. Mihi tantùm optata ſuccedant; vt filio referam confoſſum virtute hoſpitis Turnum. Ego illius interitum ei nuntiem, cuius causâ mori potiùs malo; quàm miſerabilem vitam iugibus ſeruare tormentis.* Quod dixit ſuprà; Meritis vacat hic tibi ſolus Fortunæque locus: *non ab eo, quod eſt Meritum, & Merita, declinauit; ſed ad perſonas retulit, ab eo, quod eſt, his Meritis. vt fœminini generis ſit; & faciat, Has Meritas perſonas: aut maſculini generis, & ſit; His meritis hominibus. non tamen generis neutri; vt hæc Merita, & his Meritis, dixiſſe videatur. Terentius ſic:* Quid meritus? *huic dicto reſponſum eſt:* crucem. AVRORA interea miſeris mortalibus almam Extulerat lucem, referens opera atque labores.] *Multis locis Poëta luceſcentes dies deſcribit; de noctibus tacet: conſulens breuitati dictionis; quæ legentibus familiaris eſt. Quid enim opus erat, confligi ſermone, quod ex diei nouo ortu probare potuit exſtitiſſe? Orta igitur fuerat lux alma quidem, hoc eſt, illuſtris & clara; ſed importuna hominibus. quoties enim exſiſtit: refert opera & laborem nec ſinit in otio eſſe morituros.*

Extulerat lucem, referens opera atque labores.
Iam pater Æneas, iam curuo in littore Tarchon,
Conſtituêre pyras. huc corpora quiſque ſuorum
More tulêre patrum: ſubiectiſque ignibus atris
Conditur in tenebras altum caligine cœlum.
Ter circùm accenſos cincti fulgentibus armis
Decurrêre rogos: ter mœſtum funeris ignem
Luſtrauêre in equis; vlulatuſque ore dedêre.
Spargitur & tellus lachrymis; ſparguntur & arma:
It cœlo clamorque virûm, clangorque tubarum.
Hinc alij ſpolia occiſis direpta Latinis
Conijciunt igni: galeas, enſeſque decoros,
Frænaque; feruenteſq; rotas: pars munera notâ,
Ipſorum clypeos, & non felicia tela.
Multa boum circà mactantur corpora morti:
Setigeroſque ſues, raptaſque ex omnibus agris
In flammam iugulant pecudes. tùm littore toto
Ardenteis ſpectant ſocios, ſemuſtaque ſeruant
Buſta: neque auelli poſſunt; nox humida donec

SER. EXTVLERAT lucem.] *Aſinius Pollio dicit, vbique Vergilium, in diei deſcriptione, ſermonem aliquem ponere aptum præſentibus rebus: vt hoc loco, quia funerum & ſepulturarum res agitur, dicit* Extulerat. *nam &* Efferre, *eſt ad ſepulturam ferre. Terentius:* Effertur, imus. *Item in* Quarto, *quia eſt nauigaturus Aeneas, & relicturus Didonem, dicit* Titoni croceum linquens aurora cubile. *quod licet ſuperfluum ſit: tamen in multis locis inuenitur neceſſarium.* MISERIS mortalibus.] *Qui ſunt ſubiecti tot caſibus: Homerus:* δειλοῖσι βροτοῖσι, *id eſt, miſeris mortalibus; non timidis: cùm* δειλὸς, *& miſerum, & timidum ſignificet.* OPERA, atq; labores.] *Hoc Opus, & hæc Opera, tunc dicimus, quando negotium ipſum, quod geritur, ſignificamus. ſi autem fœminino genere dixerimus, Operas; ipſas perſonas, quæ aliquid faciunt, ſignificamus: ſicut Cuſtodia dicitur, quæ cuſtodit: vt,* Cernis cuſtodia qualis Veliuolo ſedeat. *nam vt hi, qui cuſtodiuntur, Cuſtodiæ dicuntur, vſurpatum eſt. Vnde malè eſt in vſu; Cuſtodiæ audiuntur.* CON-

Inuertit cœlum, stellis ardentibus aptum.
Nec minùs & miseri diuersâ in parte Latini
Innumeras struxêre pyras: & corpora partim
Multa virûm terræ infodiunt; auectaque partim
Finitimos tollunt in agros, vrbique remittunt.
Cætera, confusæque ingentem cędis aceruum,
Nec numero, nec honore cremant. tunc vndique vasti
Certatim crebris collucent ignibus agri.
Tertia lux gelidam cœlo dimouerat vmbram:
Mœrentis altum cinerem, & confusa ruebant
Ossa focis, tepidoque onerabant aggere terræ.
Iam verò in tectis prædiuitis vrbe Latini
Præcipuus fragor, & longè pars maxima luctus.

[CON]STITVERE Pyras.] Pyra, *est lignorum congeries.* Rogus, *cùm iam ardere cœperit, dicitur.* Bustum *verò, iam exustum vocatur. Quem ordinem seruat poëta, dicens:* Constituêre pyras. *Item,* Subiectisque ignibus atris Ter circùm accensos Decurrêre rogos. *Item postea,* Semustaque seruant Busta. MORE tulêre patrum.] *Quia apud varias gentes diuersa fuerunt genera sepulturæ. Indè est, quòd alij obruuntur: alij exuruntur: alij proprias remittuntur ad patrias: alij per diem, vt nunc isti; alij per noctem, vt suprà Pallas. Et peritè has varietates Vergilius posuit. Namque Heraclitus, qui omnia vult ex igne constare, dicit, debere corpora in ignem resolui. Thales verò, qui confirmat omnia ex humore procreari, dicit obruenda corpora, vt possint humore resolui.* IGNIBVS atris.] *Atqui ignes atri non sunt: sed epitheton traxit de negotio, vt atris diceret, hoc est, funebribus. vt paulò pòst,* ter Mœstum funeris ignem, *id est, funebrem. nam mœstus esse non potest ignis.* Atris. *cùm concipiuntur.* CONDITVR in tenebras altum caligine cœlum.] *Id est, aër fumi obscuritate completur.* CINCTI fulgentibus armis.] *Id est, incincti & instructi. Frustrà hoc epitheton notant Critici, quasi circumeuntes rogos alia arma habere debuerint.* DECVRRERE rogos.] *Pro, circùm rogos cucurrêre. Benè autem ait,* decurrêre, *non* decucurrêre. *Nam verba, quæ in præterito perfecto primam syllabam geminant: (vt Curro, cucurri; Tondeo: totondi) cùm composita fuerint, geminari non possunt. nam Decurri, & Detondi dicimus; non Decucurri, neq; Detotondi: exceptis tantùm duobus; Do & Sto.* SPARGITVR & tellus lacrymis.] *ὑστερολογία est: nam prius est, vt arma spargantur lacrymis, quæ corpori adhærent; quàm terra.* IT cœlo.] *Pro, in cœlum.* CLANGORQVE tubarum.] *Antè enim mortui ad tubam deducebantur. Vnde Persius:* Hinc tuba candelæ, tandemque beatulus alto Compositus lecto. HINC alij spolia occisis direpta Latinis.] *Secundùm suæ gentis ritum, alij hostilia arma, alij peremptorum cremebant.* FERVENTESQVE rotas.] *Nimio scilicet cursu. alibi;* Volat vi feruidus axis. *Horatius:* Metaque feruidis Euitata rotis. *Et* feruentes, *non modò, sed quæ soleant feruere: vt,* spumantia frena. ET non felicia tela.] *Quibus se defendere nequiuerunt.* MACTANTVR corpora morti.] *Aut, in morte; aut, Morti ipsi deæ. Statius;* In scopulis Mors sæua sedet. *Lucanus:* Ipsamque vocatam, Quam petat à nobis Mortem, tibi coge fateri. *Circà autem ideò, quia, vt Homerus dicit, in morte Patrocli, circà corpus extincti, tam homines, quàm pecora immolabantur, & vno igne cremabantur. Vnde & in Sexto;* Ossaque lecta cado texit Corinæus aheno. *Homerus ἐν τῷ ψ, ad Patrocli pyram.*

ἐν δ᾽ ἐτίθει μέλιτος καὶ ἀλείφατος ἀμφιφορῆας
πρὸς λέχεα κλίνων. πίσυρας δ᾽ ἐριαύχενας ἵππους
ἐσσυμένως ἐνέβαλλε πυρῇ μεγάλα στεναχίζων.
ἐννέα τῷ γε ἄνακτι τραπεζῆες κύνες ἦσαν·
καὶ μὲν τῶν ἐνέβαλλε πυρῇ δύο δειροτομήσας.

RAPTAS.] *Raptim aduectas: nam per inducias rapere non poterant. aut certè* antè raptas, *belli scilicet tempore.* IN flammam.] *Id est, in rogum.* BVSTA.] *Bustum dicitur id, quo mortui combusta ossa sunt sepulta. Alij dicunt, vbi homo combustus est, nisi ibidem humatus fuerit, non esse ibi bustum; sed vstrinum.* INVERTIT cœlum.] *Patet illud, quod in promptu est.* Inuertit cœlum: *vt ea pars, quæ noctem habe[bat], sub terrâ esset.* S[TELLIS] aptum.] *Coniun[ctum] ἀπὸ τοῦ ἅπτεσθαι.* NEC mi[nus]. *Etiam.* INNVMERAS [...] struxêre pyras.] *Ita[...] multis rebus [...] sam eadem [...] lorum.* FINITIMOS [tol]lunt in agros.] *Qui [...] longinquo venerant, [...] non poterant.* VRBI[QVE] remittunt.] *Deest, v[...] que & meminit antiqu[æ con]suetudinis. nam antè eti[am in] ciuitatibus homines se[peli]bantur. Quod postea, Duillio consule Senatus prohib[uit, et] lege cauit, ne quis in vrbe sepeliretur. Vnde Imperato[res et] Virgines Vestæ, quia legibus non tenerentur in ciuitate h[abent] sepulchra. Denique etiam nocentes virgines Vestæ, quia [legi]bus non tenentur, licet viuæ tamen intra vrbem in Camp[o Sce]lerato obruebantur.* NEC honore.] *Ideò nec honore, [...] nec numero: quòd in numero & ordine honos spectatur, [...] aliud verbum pendet ex altero. Alij* nec, *pro* sinè *acc[ipiunt].* TVNC.] *Pro tùm: id est, postquàm cremare cœperant.* T[ER]TIA lux.] *Mos enim erat, tertiâ die, ossa crematorum [...]* MOERENTES.] *Hoc & ad Latinos, & ad Troian[os po]test referri. Sanè* mœrere, *est cum silentio dolere:* Fle[re, u]bertim lacrymas demittere: plorare, *cum voce flere:* P[lan]gere, *cum aliquibus dictis miserabilibus pectus aut fa[ciem] tundere:* Lugere, *etiam cum habitus mutatione.* ALT[VM] cinerem.] *Quia dixerat,* innumeras struxêre py[ras.] CONFVSA ruebant Ossa focis.] *Aut quia dixit [...] multos crematos. Aut si ad honoratorum cadauera refer[...] suprà diximus,* confusa, *propter simul animalia concre[mata.]* Ruebant *autem: De cineribus eruebant. Annotandum [...] quòd* focos *dixerit pyras: cùm focus, ara sit deorum pena[tium.] An quòd focum dicat, vbicumq; ignis est & fouetur: v[...] Varro focum dici vult.* TEPIDOQVE onerabant [ag]gere terræ.] *Hypallage, hoc est, ossa tepida.* PRÆD[IVI]TIS.] *More græco epitheton incongruo loco posuit.* L[ON]GE pars maxima luctus.] *valde, Hoc est melius, [...] quòd legatur, &* longi.

CONSTITVERE pyras.] *In [...] funeralia die sequenti,* MORE patrum.] *antiquorum [...] nunc etiam seruatur hic mos.* ATQVE ore dedêre, *comburantur in rogis.* AGRIS.] *ad multitudinem.* HV[MI]DA.] *Thales Milesius, qui omnia gigni ex humore dic[...] ruenda humo corpora censebat, vt in humorem resolu[...]* NEC auelli.] *amor erga suos notatur.* ACERVVM [...] *est, cumulum cadauerum.* SINE numero.] *sinè h[...] comburunt.* MOERENTES.] *mœrendo socij eruebant [ci]nerem & ossa, vt conderent in aliquo loco.* TEPIDO.] [...] *ossa tepida.*

INGENTEM cædis aceruum.] *In Romano libro [...] gere est,* Ingentem stragis aceruum. ET long[è pars] maxima luctus.] *In Romano libro,* Longi *habetur.*

IAM pater Æneas, iam curuo in littore Tarc[hon] Constituêre pyras.] *Confectâ narratione interposit[a, quæ] ad funus Pallantis pertinebat; redit ad ordinatam dispo[sitio]nem, vt cæterorum quoq; describat exsequias. Aeneas, inq[uit, et] Tarchon, in ipso lucis exortu, struxerant pyras, hoc est, [...] quibus incendi funera potuissent.* HVC corpora qui[sque] suorum More tulêre patrum.] *Suorum corpora, an [suo]rum patrum more, incertum est. sed melius est, sic intelli[gi,] vt suorum corpora vnusquisq; tulisse videatur, secundùm [pa]trum suorum morem. Quamuis etiam sic possit intelli[gi, vt]* Suorum *non semel accipiatur: scilicet; vt suorum corp[ora] singulæ partes tulerint, vt* rogos, *patrum suorum more.* Q[...]

A *si ita placet intelligi: consequens est, vt in exportandis funeribus diuersus partiū fuerit mos; atq; aliter Teucri, aliter Tyrrheni vexisse videantur.* SVBIECTISQ. ignibus atris Cōditur in tenebras altum caligine cœlū.] *Non naturā suā ignis fuerat niger: sed ex viridibus lignis emisso ingenti fumo, fuscatus vsq; adeò, vt cœlum quoq; videri nō posset. Hæc quippe tenebrosa confuderat.* TER circùm accensos cincti fulgentibus armis Decurrêre rogos; ter mœstum funeris ignem Lustrauêre in equis.] *Rogos omnes funerum, more sacrorum, ter circumiêre currentes, & insidentes equis: ter eos lustrauêre.* VLVLATVSQVE ore dedêre.] *Et hoc ter factum intelligendum est.* SPARGITVR & tellus lachrymis; sparguntur & arma.] *Hoc faciebat doloris immanitas. quis enim non moueretur amissione inflictā tantorum?* IT cœlo clamorque virûm, clangorque tubarum.] *Alterum pertinebat ad gemitus animi; alterum ad exsequias bellatorum.* HIC alij spolia occisis direpta Latinis Conijciunt igni.] *Tradebant igni, quæ rapuerant hostibus. & dicit quæ:* GALEAS, ensesque decoros, Frænaque, feruentesque rotas; pars munera nota.] *Addidit etiam, in quibus: speciebus fuissent:* IPSORVM clypeos, & non felicia tela.] *Quia dominorū vitā*

B *non defenderant.* Feruentes rotas *accipere possumus, aut veloces satis; aut adhuc feruentes ex cursu. ex riturā enim axis & rotæ magnus feruor exoritur. In his speciebus, licèt essent multæ ob pulchritudinem seruandæ: tamen promiscuè omnes mittebantur in flammam. Hoc enim exigebat memoria defunctorum: vt, quæ occisis Latinis detraxerant, cum ipsis funeribus verteretur in cinerem.* MVLTA boum circà mactantur corpora morti.] *Circa multa hominum funera, multa boum corpora mactant.* SETIGEROSQVE sues, raptasque ex omnibus agris In flammam iugulant pecudes.] *Quocirca distinguendum est,* Multum boum circa mactantur corpora morti: *& separatim pronuntiandum;* Setigerosq; sues, raptasque ex omnibus agris In flammam iugulant pecudes. *vt singula diuersis animalium generibus aptentur: & sit, sicut est, plena locutionis integritas. Boues intelligamus esse mactatos: iugulatam verò porcorum & pecudum multitudinem, in flammam positam.* TVM littore toto Ardentes spectant socios.] *perfectis ritè solennibus, stabant spectantes socios, per omne littus ardētes.* SEMVSTAQ. seruāt Busta.] Busta *sunt loca, in quibus iā corpora arserūt. Primò enim* Pyræ *dicuntur, &*

C Rogi: *vbi verò arserunt,* Busta *vocātur. Spectabāt ergo, donec semiusta, hoc est, nō plenè* Vsta *plenissimè consumerentur.* NEC auelli possunt.] *Hoc est, recedere indè nō poterāt: donec ignis partes expleret.* NOX humida donec Inuertit cœlū stellis ardentibus aptum.] *Vsq; eò ardentia funera seruauerunt; donec die cousumpto nox veniret.* NEC minùs & miseri diuersâ in parte Latini.] *Vbiq; miseros dicit Latinos; & hîc vel maximè: quum eorum curabant exequias, qui in alienā causā innocentes perirent; ipsi quoq; similiter perituri.* DIVERSA in parte.] *in parte scilicet separatā.* INNVMERAS struxêre pyras.] *Dicendo* Innumeras, *ostendit eos multò maiori clade esse affectos; quàm fuerant alterius partis afflicti.* ET corpora partim Multa virûm terræ infodiunt, auectaq; partim, Finitimos tollunt in agros, vrbique remittunt. Cætera, confusæq; ingentem cædis aceruum, Nec numero, nec honore cremant. tunc vndique vasti Certatim crebris collucent ignibus agri.] *Stragem de istis factam, quàm latè describit? Posuit innumeras pyras, & quas non posset flamma omnes exurere. Multos, inquit, congesta corporum mole, terræ mandabant: alios portabant ad finitimos agros: alios ad vrbem remittebant; imitati exemplum Aeneæ, in Pallantis caussâ. Quanta fuit copia corporum, vt hæc locus ferre non posset? Cæteri cùm multi fuerint, non facili cognitione discerni potuerunt. Hoc facto, vasti agri, hoc est, latissimi, vndique ex omnibus partibus collucebāt.* TERTIA lux gelidam cœlo dimouerat vmbram.] *Primam lucem descripsit, & tertiam; compendio etiam secundam exstitisse significās.* MOERENTES.] *Id est, tristes. quis enim in curatione tot funerum tristis non exsisteret?* ALTVM cinerem & confusa ruebant Ossa focis, tepidoque onerabant aggere terræ.] *Separata ossa, atq; exempta cineribus, tepido aggere; quoniam tanta vis fuit incendij, vt eius vim etiam exemptum triduum non valuisset excludere.* IAM verò in tectis prædiuitis vrbe Latini Præcipuus fragor, & longè pars maxima luctus.] *In tectis Latini prædiuitis, & in vrbe.* In *enim, bis debemus accipere. Duo, inquit, gerebantur in duobus locis, præcipuus fragor, & longè pars maxima luctus. Singula singulis locis dedit: fragorem tectis Latini, in quibus agebatur consilium, & luctus ciuitatis.* Fragor, *est fractæ sonitus vocis; qui nascitur tunc, quum multi turbantur. Fragor igitur fuit in Latini domo non leuis: sed maxima pars luctus, propter salutis communis causam, & propter Latini diuitias.* Longè *autem, hoc est, valde, pars maxima luctus in ciuitate. Fecit cōparationem propterea: quia & Troianis inuicta fuerat clades. non enim sinè amissione aliquorum potuerunt superiores exsistere. Sed in Latinorum parte longè maximus fuerat luctus: hoc est, plùsquàm grauissimus. Interea, cùm tres gradus sint, inuenitur ista comparatio ipso superlatiuo superior. Exponit iam per partes, qualis esset luctus, vel per quas personas cucurrisset.*

Hîc matres, miseræque nurus; hîc chara sororum
Pectora mœrentum, puerique parentibus orbi,
Dirum exsecrantur bellum, Turnique hymenæos.
Ipsum armis, ipsumque iubent decernere ferro;
Qui regnum Italiæ & primos sibi poscat honores.
Ingrauat hæc sæuus Drances; solumque vocari
Testatur, solum posci in certamina Turnum.
Multa simul contrà varijs sententia dictis
Pro Turno, & magnum reginæ nomē obumbrat.
Multa virûm meritis sustentat fama trophæis.
Hos inter motus, medio flagrante tumultu,
Ecce, super mœsti magnā Diomedis ab vrbe
Legati responsa ferunt: nihil omnibus actum
Tantorum impensis operum nil dona, nec aurum,
Nec magnas valuisse preces: alia arma Latinis
Quærenda: aut pacem Troiano ab rege petendū.
Deficit ingenti luctu rex ipse Latinus.
Fatalem Æneam manifesto numine ferri
Admonet ira deûm, tumulique ante ora recentes.
Ergo concilium magnum; primosque suorum

SER. HIC Matres.] *Quia scit ad aliquid ista nomina, pertinere, non addidit; Deflebant filios, aut maritos, aut fratres.* CARA pectora.] *Id est, caros fratres desiderāruns. vt,* Cari stat cura parentis. *Et est periphrasis.* IPSVM armis.] *Bene repetitum* ipsum. IVBENT.] *Volunt, exposcunt.* INGRAVAT.] *Maiorem inuidiam conficit: id est, grauiora facit & onerat.* VOCARI.] *Prouocari.* TESTATVR.] *Testificatur etiam legatorum fidem, qui cum eo fuerunt.* SOLVM.] *Et hîc bene repetitum* solum. SIMVL contrà varijs.] *Scilicet vt alij paci fauerent, alij Turno.* OBVMBRAT.] *Subaudi Turnum: tuetur, defendit. translatio ab arboribus facta; quia nomen nobilium tanquam vmbra est pro alijs. Hoc autem dicit: Amor reginæ ad fauorem popularem plurimum proderat Turno.* MERITIS sustentat fama Trophæis.] *Vel quia multos occiderat; vt etiā ipse dicturus est: vel secundùm illud,* Sunt oppida multa Capta manu. ECCE super.] *Insuper, hoc est, ad cumulationem malorū.* MOESTI.] *Hoc sermone eos nihil egisse significat.* MAGNA Diomedis ab vr-

Fatalem Æneam manifesto numine ferri
Admonet ira deûm, tumulique ante ora recentes.
Ergo concilium magnum, primosque suorum
Imperio accitos alta inter limina cogit.

BE.] *Legitur &, magni. Et tantò asperius videtur, quòd, cùm magnus sit Diomedes, nō audet aduersus Aeneam pugnare.* NIHIL omnibus actum.] *Breuiter & laborem, & studium comprehendit.* NIL dona, nec aurum.] *Ordinem legationis exsequitur, dicens, inaniter perfecta esse omnia, quæ possent efficaces legati peruerre auro, precibusq́, & promissione.* PACEM Troiano ab rege petendum.] *Sicut & suprà diximus, cùm per gerundij modum aliquid dicimus, per accusatiuum elocutionem formemus necesse est. vt, Petendum mihi est equum. Lucetius,* Æternas quoniam pœnas in morte timendum. *Sallustius;* Castra sinè vulnere introitum. *nam castra, accusatiuus pluralis est: qui multis errorem facit, vt videatur esse nominatiuus: quia neutra triptota sunt, & similis est nominatiuus accusatiuo.* REX ipse Latinus.] *Qui consolari debuit, aut defendendæ reipublicæ aliud inire consilium.* FATALEM Æneam manifesto numine ferri.] *Modò fatalem, perniciosum omnibus Aenean; vel exitio futurum omnibus.* Manifesto numine *autem. Id est, manifesto deorum iudicio ad Italiam venisse, numinum ira testatur; quam cognoscimus tantorum cæde sociorum. Et est ordo: fatalem Aeneam ferri manifesto numine, admonet ira deum.* ALTA intra limina cogit.] *Quæritur, cur ad priuatam domum conuocetur senatus; qui non nisi ad publica & auguratò condita loca conuenire consueuit. Sed scimus, domum Latini auguratò conditam; & eandem tam templum fuisse, quàm curiam. namq; in superioribus legimus,* Tectum augustum, *id est, augurio conditum. Item paulò pòst,* Hinc sceptra accipere, & primos attollere fasces, Regibus omen erat; hoc illis curia templum. *Meritò ergo ad domum regis, quasi ad locum gentibus publicum, conuocatur senatus. nam in septimo ait:* Tali intus templo diuûm, patriâque Latinus Sede sedens. *Idcircò etiam in Palatij atrio, quod auguratò conditum est, apud maiores consulebatur senatus: vbi etiam aries immolabatur. quod (vt in septimo diximus) Vergilius ad Latini transtulit domum. Multi dicunt, peritè Vergilium, nec templi, nec curiæ hoc loco fecisse commemorationem: & tantùm dixisse tecta regia; vt ostenderet, consiliū, quod initur, non esse complendum. quia nec ritè est inchoatū: & ea, quæ dicet Latinus, effectu carebunt.*

POM. Sabi. HIC matres. &c.] *Describit familiam lugentem.* PVERIQVE.] *filij cæsorum.* IPSVM.] *Turnum. decernunt solum Turnum bello.* DRANCES.] *inimicus erat Turno; vt suprà.* REGINÆ.] *Amatæ. quòd Amata insana & fatua, causa erat, vt Lauinia daretur Turno. vel ipse Turnus obumbrat.* SVSTENTAT *fama.*] *defenditur. sensus: sed Turnus defendebatur meritis suis: quia multos obtruncauerat.* MOESTI.] *nihil agentes.* AB vrbe.] *id est, ab Arpis.* LEGATI.] *Venulus, & alij legati ad Latinos, abnuentes auxilia. Hi legati, duce Venulo, missi fuerant ad Diomedem. Lege in principio 8. libri.* OMNIBVS.] *in omnibus rebus.* NIL dona] *scilicet valuisse. De donis nullam facit suprà mentionem.* PETENDVM.] *gerundij est.* RECENTES.] *cædes etiam Latinorum monet, Aeneam fatalem.* ERGO consilium.] *concilium vocat Latinus, cui interfuit Turnus.*

VAR. Lect. INGRAVAT hæc sæuus Drances.] *Ex libris antiquis,* Ingrauat & *legitur.* POSCI in certamina Turnum.] *In antiquissimis aliquot legitur,* In certamine. MEDIO flagrante tumultu.] *Vetera exemplaria,* Medio in flagrante *legunt.* ECCE, super mœsti magnâ Diomedis ab vrbe.] *Libri antiqui, &* Magni, & Magnâ *legunt.* AVT pacem Troiano ab rege petendum.] *Liber Roman. antiq.* Pacem Troiano à rege petendam *legit.* ALTA intra limina cogit.] *In antiq. lib.* Intra mœnia *legitur.*

HIC matres.] *Scilicet, quæ perdiderant filios.* A
DOR. MISERÆQVE nurus.] *Quarum mariti ceciderant.* HIC chara sororum Pectora mœrentum.] *Quæ gemebant interitum fratrum.* PVERIQVE parentibus orbi.] *Id est, qui perdiderant patres.* DIRVM exsecrantur bellum, Turnique hymenæos.] *Omnes in vnâ sententiâ constituti, exsecrabantur belli acerbitatem, & nuptias Turni. Bellum quippe nullum exsisteret: si Turni pro nuptijs improbitas quieuisset. Descriptio in bellis sexus & ætatis tantum ponderis habet, ad exprimendam partem luctus longè maximam: vt ostendatur, exstinctâ omni iuuentute, solos, qui consilio interessent, & mulieres tantùm ac pueros superesse.* IPSVM armis, ipsumque iubent decernere ferro; Qui regnum Italiæ, & primos sibi poscat honores.] *omnes iustis vocibus exclamabant; vt in causâ suâ, ipse belli ferrè dimicationis subiret incertum, qui primatum sibi vindicaret & regnum.* INGRAVAT hæc sæuus Drances.] *Ipse est, qui dixerat:* Et te, si qua viam dederit fortuna, Latino Iungemus regi; quærat sibi fœdera Turnus. *Ecce inuenit viam, quam dedit cupienti fortuna.* B *nociturum quippe vrgebat naturalis feritas, iusta quoque causa, occasio temporis, & vniuersorum vnus idemq; consensus adiuuabat ardentem. Facilè enim poterat obtinere, quod si ante cuperet, implere non posset. Quando enim persuaderet inuitis? quâ arte, quibus sermone singulorum animos concitaret in odium Turni? Ecce omnia compendio tenuit:* Properansque grauabat Tonitibus odij. *Ne quo casu inuidia tanti fremitus debilitata langueret.* SOLVMQVE vocari Testatur, solum posci in certamina Turnum.] *Grauabat causam Turni, consentiendo cæteris. cæterùm pro voto suo eadem dicebat esse facienda, quæ ex illis audierat. Grauabat ergo, confirmando, quod senserant alij.* MVLTA simul contrà varijs sententia dictis Pro Turno, & magnum reginæ nomen obumbrat: Multa virûm meritis sustentat fama trophæis.] *Erant in illâ congregatione nonnulli, qui Turno fauere dicerentur. Faciebat hoc reginæ gratia: cuius nomen vmbrâ quidam illam extenuabat inuidiam & eundem virum sustentabat aliquantulum superioris temporis fama: & numerus trophæorum obumbrat & sustentat. Magnam in Turni partibus desperationem monstrat, nam* Obumbrat *nihil validum significat:* Sustentat *autem, nullam substantiam securitatis admittit. nam vbi aliquid est, quod per se stare non possit, adminiculis ad tempus fultum sustentatur & regitur: quæ si detracta fuerint, cadit, & desertum auxilijs terræ prosternitur. ex quarum conflictu vario, & diuerso sententiarum, metu, magnus fragor oriebatur.* HOS inter motus, medio flagrante tumultu, Ecce, super mœsti magnâ Diomedis ab vrbe Legati responsa ferunt.] *Inter hos (inquit) motus, quos suprà descripsit, eorum scilicet, qui ex publicis cladibus fuerant fracti: accreuit aliud malum, quod cumularet clades inuentas.* Flagrante, *inquit,* tumultu. *Flagrat, quidquid vi maioris doloris accenditur.* ECCE super.] Ecce, *nonnullis in locis quid significet, exposuimus. nam inopinatum nuntiat malum, & graue facit ac vehement: vt,* Ecce autem à Tenedo gemini tranquilla per alta: &, Ecce autem elapsus Pyrrhi de cæde Polytas: &, Ecce furens animis aderat Tirynthius. *Nunc quoq; non dubitatur, non iam noua aduersa solùm, sed illis, quæ iam fuerant, vel quæ tractatus habuit, deteriora superuenisse. non enim vacat, quod dixit,* Ecce super: *quasi clades tantis nō remedium, sed augmentum videretur allatum.* MAGNA mœsti Diomedis ab vrbe Legati responsa ferūt.] *quod tam infelicissimum, quàm ab eo & ex eâ*

vrbe,

A *vrbi, exspectatum petisset præsidium, vnde plenâ fiduciâ sperabatur esse venturum? Negat Diomedes auxilium, vetus & pertinax Troiani nominis inimicus: negat, magnis fultus opulentiis, veniam dat; laborantibus, & in tanto tumultu constitutis, pro armorum auxilijs verba: & legatio ineffi-cax redit belli tempore, non vires adducens, sed inanes fabulas portans tristis. Præterea, vt etiam tacita quid mali ferret, euidenter vultus sui testimonio demonstraret.* NIL omnibus actum Tantorum impensis operum; nil dona, nec aurum, Nec magnas valuisse preces.] *Referebant legati; omnia, quæ humanitate vel commodo flectere homines solita essent, esse contempta. Primùm dona, quæ meritum procurare debuissent, & offerentes gratos efficere. Dehinc aurum, quod humanum ingenium, etiam nullâ interueniente odij causâ, sæpè trãsducit. Vim dicti huius si quis volet aduertere: consideret, hostem veterem non esse permotum, vnde corrupti quamplurimi patrias suas cum ciuibus vendiderunt; vnde fides castitatis abrupta; vnde soluta amicitia; vnde affinitatis iura violata; vnde prodita imperia: ipso in plurimis testante Vergilio. Dixit quippe:* Vendidit hic auro patriam. *Et quum de Polydoro loqueretur, hæc posuit:* Fas omne abrumpit; Polydo-
B rum obtruncat, & auro Vi potitur. *In Pygmalionis & Sichæi fabulâ hoc modo asseruit, aurum fuisse causam sceleris perpetrandi:* Ille Sichæum Impius ante aras, atq; auri cæcus amore, Clàm ferro incautum superat. *Postremò, vt aurum assereret scelerum causam, ita conclusit:* Quid non mortalia pectora cogis, Auri sacra fames? *vt ostenderet, vniuersas criminum formas, auiditate auri esse susceptas, & incitari posse, si auri prouocentur ardore. Hæc Aeneæ laudem spectant: vt Diomedes non aurum contempsisse; sed ipsum Aeneam timuisse videatur.* NEC magnas valuisse preces.] *nouissimo loco posuit magnarum meritum precum: non quod maior esset impetrandi spes verbis supplicibus, quàm in corruptione materiæ: sed vt ostenderet, contempto præmiorum & munerum commodo, gratuitum officium etiam fusis precibus faciliùs pernegari.* ALIA arma Latinis Quærenda, aut pacem Troiano ab rege petendam.] *Hæc fuit summa responsi. Qui enim nihil petentibus, præter consilium, dederat, non debuit plurimis loqui. quippe, ne in totum beneficio vacuo reuocaret, mandatis instruxit: vt aliunde auxilium quærerent, aut ab eo poscerent pacem, quem non possent superare certamine.* DEFICIT ingenti luctu rex ipse Latinus.] *Præclarè ipsi Latino dedit luctus maximam partem. in omnibus enim bellis, regum est periculũ maximum, quum ipsorum causa pugnatur. Considerabat iste statum imperij sui; spem filiæ; patrisq; responsa, contra quæ fuerat factum.* FATALEM Æneam manifesto numine ferri, Admonet ira deûm, tumulique ante ora recentes.] *Inueniebat, Aeneam reuerà diuinis nutibus regi: probari autem hoc ipsum ex eo; quòd irata numina, propter contemptum dispositionis suæ, pro tantis, quorum busta & tumuli sub oculis erant, pœnas exegissent. Firmabat hæc Diomedes in actu; quem constabat, salutem suam odio veteri, donis, auro, & precibus prætulisse.* ERGO concilium magnum, primosq; suorum Imperio accitos alta intra limina cogit.] *De summâ Reipub. tractaturus, quum præsentia discrimina viderentur, consilium non leue, vt in leuibus causis fieri solet; sed pro negotij qualitate, magnum, Latinus contrahere gestiens, primos quosque, non honore solùm, sed consilio etiam & authoritate præstantes, neque alienos, sed suos, quorum tractatibus instrui fideliter posset, iussit acciri. Poterat enim id facere, qui cogebatur necessitate publicâ; & qui regiæ potestatis culmine ferebatur.* ALTA, *inquit,* intra limina cogit.] *interiorem domus significat partem, cùm dicit:* Alta intra limina. *ostendit Poeta se immemorem sui; & descriptione vestibuli regiæ domus, se dixisse in curiam solere congregari. Sed tali tempore, & in tali causâ, non ille locus fuerat necessarius; qui pacis more consilijs prosperis celebrari consueuerat: sed multò secretior, & suscipiendæ præter solitum multitudini satis aptissimus. Certè, quum concilium, non curia ingrueret; non loci solemnitas, sed capacitas fuerat necessaria.* COGIT, *inquit.*] *in eò, quòd dixit,* Cogit, *duplex potest intellectus occurrere. Videtur enim ideò dictum,* Cogit: *quia regis imperio, non spontè veniebant. potest videri &* Cogit, *quum concilio habendo multitudo hominum, communi necessitate omnium vrgente, congregabatur.*

Olli conuenêre; fluuntque ad regia plenis
Tecta vijs. sedet in medijs rex maximus æuo,
Et primus sceptris, haud læta fronte Latinus.
Atque hîc legatos, Ætolâ ex vrbe remissos,
Quæ referant, fari iubet; & responsa reposcit
Ordine cuncta suo. tùm facta silentia linguis,
Et Venulus, dicto parens, ita farier infit.
Vidimus, ô ciues, Diomedem, Argiuaque castra;
Atque iter emensi casus superauimus omneis;
Contigimusq; manum, quâ concidit Ilia tellus.
Ille vrbem Argiripam, patriæ cognomine gentis,
Victor Gargani condebat Iapygis agris.
Postquã introgressi, & coràm data copia fandi,
Munera prętulimus: nomen, patriamq; docemus:
Qui bellum intulerint; quę causa attraxerit Arpos.
Auditis, ille hæc placido sic reddidit ore.

SER. OLLI.] *Illi: secundùm Ennium. Et intelligendum,*
C *κατὰ τὸ σιωπώμενον, Turnum quoq; venisse: qui, in superiori libro, à Iunone subtractus pugnę, Ardeã peruenerat.* FLVVNT.] *Festinanter incedũt.* ET prim9 sceptris.] *Prim9 inter sceptriferos. Namq; apud maiores, omnes duces cum sceptris ingrediebantur curiam. Postea cœperunt tantùm ex consulibus sceptra gestare: & signum erat, eos consulares esse. Aut, quia & alij eiusdem patriis reges erant: vt Turnus, sicut Agamemnon, dux totius exercitus, diuersæ ciuitatis proprios reges habuerint.* ÆTOLA ex vrbe remissos.] *Quam condiderunt hi, qui de Aetolia venerunt, Græciæ prouinciã. Vnde Diomedes habuit socios, de tribus eius ciuitatibus, quas habet Aetolia; Pleuron, Olenon, Calydona. Sic ergo dixit,* Ætolâ ex vrbe: *vt,* Et tandem Euboicis Cumarum adlabitur oris. *Ideò autem Diomeden Aetolum dicit: quia pater eius Tydeus, Aetolus fuit, qui ad Argos fugit, quoniam fratrem patris sui occiderat.* ET responsa reposcit.] *Mirè ait,* reposcit. *Antè enim rex solet à legatis vniuersa cognoscere; & sic eos, præsente populo, iterum omnia iubere narrare. Vnde est,* Ordine cuncta suo. *Nam nihil prætermittunt: Vnde & superflua narrare consueuerunt.* VIDIMVS, ô ciues Diomedem.] *Rhetoricâ protinus arte cœpit: neque enim opus erat principio aliquo, legationem referenti. & hic figurâ est ὕστερον πρότερον. Naturâ enim hoc fuit prius dicendum.* Atq; iter emensi casus superauimus omneis; *& tunc vidimus Diomedem argiuaque castra. Sed habet consuetudo: vt, qui tale aliquid nuntiant, protinùs admoneant: vtputa, Vidi illum, Erat illic, Faciebat illud. Ideò adiecit,* Ille vrbem Argiripam, patriæ cognomine gentis. *Illud etiam ordine congruo subiunxit, ad proliciendum animum, priusquàm quicquam diceret;* Munera præferimus. *Vnde ordine* nomen patriamque docemus. Qui bellum intulerint: *hoc est, qui, vnde, contra quos, quâ causâ. Deinde ponitur oratio Diomedis. cuius sunt partes duæ: vna quâ se excusat: alia, quâ etiam illis suadet, vt bellum deponant. Nam hoc in fine orationis Venulus addit;* Et responsa simul quæ sunt, rex optime regum, Audisti. *Excusatio Diomedis duplex est: Fortes sunt Troiani, & felices. Fortes breuiter ostendit, per intermissionem:* Mitto ea, quæ muris bellando exhausta sub altis,

Digitized by Google

Frigidus enim locus erat, si virtutem eorum timere diceret, quos vicit. Secundus locus multa continet: tam felices esse, vt de omnibus vindicarentur. & singula de singulis mirè augendo exsequitur. Nouissimo loco de se dixit: ne ei obijceretur, Quid de ista mouent, si tu nihil passus es? Et auxit, quod omisit: & socios adiecit, cum exclamatione, Hæc adeò ex illo mihi iam speranda fuerunt Tempora. *Ideò se contra Veneris filium excusat pugnare. Nam sequitur,* Ne verò, ne me ad tales impellite pugnas. *Supererat, vt pacem suaderet. ait enim,* Munera, quæ patrijs ad me portastis ab oris. *Indè laudem Aeneæ ita addidit, vt suã laudem seruaret. ibi enim, vbi se excusat, nõ hoc ait, quia fortis est nõ adeò: sed illud,* Quicunque Iliacos ferro violauimus agros: *quasi hoc fatum fuit omnium. Hîc vbi suadet pacem, apertè dicit, pares mihi non estis: & ait,* Experto credite quantus In clypeum assurgat, quo turbine torqueat hastam. *id est, Ego fatum timeo; vos virtutem timere debetis. Nam quod adiecit,* Si duo præterea tales Idæa tulisset: *non fuit contentus, illum Hectori comparare, nisi adiunxisset,* Hic pietate prior: coëant in fœdera dextræ. *id est, quia pius est, bonus amicus erit. Statim conclusit, sicut ad singula inuenes dictum. Quòd autem ait,* Vidimus, ô ciues, Diomedem: *quasi res magna ei contigerit, qui talem virum viderit. Sanè hic, aut* Diomedem *legendum; vt sit Latinus accusatiuus: & admittitur Ecthlipsis: vt,* Multum ille & terris iactatus & alto. *Aut, si Græcum accusatiuum facere voluerimus;* Diomede *legatur: vt possit fieri Synalœpha. sicut,* Euryale infelix quâ te regione reliqui? *Si autem* Diomeden *dixerimus: nec Latinum est; nec Græcum; nec versus consistit. Nunquam enim Ecthlipsis fit per n literam. Tamen melius est, vt* Diomede *legamus: vt sit græcus accusatiuus. Nomina enim græca in ης exeuntia, quæ genitiuum in ος mittunt, per plenam elocutionem: cum eandem casum per synæresim in ους miserint, accusatiuum in η mittant necesse est. ideò quia, cùm naturam suam seruant, accusatiuum in vocalem mittunt, non in consonantem. & iam debet synæresis plenitudinis seruare rationem. Vt ecce, ὁ Διομήδης, plena declinatio est: τοῦ Διομήδεος, τῷ Διομήδεϊ, τὸν Διομήδεα. Per synæresim autem facit, τοῦ Διομήδους, τῷ Διομήδει, τὸν Διομήδη. Ergo hic accusatiuus ideò in e exit, non in en: quia, cùm integrum est hoc nomen, in ος exit; & crescit eius genitiuus. Si enim Ισοσύμαβος sit nominatiuus; accusatiuum in ην mittit; nec habet os in genitiuo: vt Θουκυδίδης, τοῦ Θουκυδίδου, τὸν Θουκυδίδην. nam Diomedes ideò in genitiuo os habet: quia &, cùm integrum est, & Διομήδεος facit, habet s consonantem.* Casvs omneis.] *Itineris scilicet. Et bene vtilitatem singularum rerũ generalitate vitauit; ne diceret Flumina, latrones, &c. Mirè autem multa congesta: ne possit de legatorum desidiâ quæri.* Contigimvsqve manum.] *Bene, quasi diuinam. sic,* Vidimus, ô ciues, Diomedem. Qva concidit Ilia tellus.] *ἐμφατικῶς dixit, pro, vrbs Ilia. nam terra non concidit; sed ciuitas, Ilium.* Argiripam.] *Diomedes fuit de ciuitate, quæ Argosippiõ dicitur: de quâ Homerus, Ἄργος ἱππόβοτον. Horatius:* Aptum dicet equis Argos. *Hic in Apuliâ condidit ciuitatem; quam patriæ suæ nomine appellauit, & Argosippion dixit. quod nomen postea vetustate corruptum est; & factum est vt ciuitas Argiripa diceretur: quod rursus corruptum, Arpos fecit. Sanè Diomedes multas condidisse per Apuliam dicitur ciuitates: vt Venusiam, quam in satisfactionem Veneris, quòd eius irã sedes patrias inuenire non poterat, condidit; quæ Aphrodisia dicta est: Item Canusium Cynegeticon, quòd in eo loco venari solitus erat. Nam & Garganum, à Phrygiæ monte Gargano vocauit. & Beneuentũ, & Benefarium, ab eo condita esse dicuntur.* Gargani condebas Iapygis aruis.] *Iapygia pars est Apuliæ: in quâ est mons Garganus, imminens Sipontinæ ciuitati: qui per Calabriam vsque in Adriaticum tenditur pelagus. Lucanus:* Apulus Adriacas exit Garganus in vndas.

Gargani *autem* Iapygis, *figura est, pro,* Gargani Iapygis. A
& hæc est Iapygia Apuliæ, à qua & Iapyx ventus est nominatus; ad quam Iapyx delatus: vnde sic nominatus est. nam Iapidia Venetiæ regio est, ab oppido dicta. vnde est, Tunc sciat aërias Alpes & Norica si quis Castella, in tumulis & Iapidis arua Timaui. *Sed in Gargani summitate duo sepulchra esse dicuntur, fratrum duorum: quorum cùm maior virginem quandam despondisset, & eam minor frater conaretur auferre; armis inter se decertarunt, ibiq; ad memoriam, inuicem se occidentes sepulti. quæ res admirationem habet illam: quasi qui duo, inter ipsam syluam agentes iter, vno impetu, vel eodem momento, saxa aduersum sepulchra iecerint, vi nescio quã saxa ipsa separata, ad sepulchra singula deciderint.* Mvnera præferimus.] *Vt illa ante orationem auxilium impetrent.* Qvi bellum intulerint.] *Quasi nominatis Troianis, quos vicerat, pronior futurus esset ad ferendum auxilium.* Placido sic reddidit ore.] *Vt solet, habitum futuræ orationis ostendit.*

Rvvnt.] *festinationem adeuntium notat.* Respon- POM
sa reposcit.] *nam reges clàm priùs summam legationis audiunt.* Sabi.
Vidimvs.] *Venulus legatus refert, quæ habuit à Diomede: contra Apuliam Diomedea insula conspicua mo-* B
numento Diomedis, & altera eiusdem nomine Teucria. Diomedis aues oculos & dentes habent ignei coloris, cætera candida: duos volando habent duces, alterum qui ducit agmen, alterum qui cogit. Scrobes excauant rostro, & crate consternunt superinducta terra: hic nidificant. In vno loco totius orbis tantùm visuntur, in insula nobili Diomedis tumulo atq; delubro. Aduenas barbaro, inquit Plinius, clamore infestant. Græcis tantùm adulantur, veluti generi Diomedis hoc tribuentes, miro discrimine, Plinius ait, Templum Diomedis quotidie pleno gutture & madentibus pennis perluunt, atque purificant: vnde origo fabulæ, Diomedis socios in earum effigies mutatos: e regione Apuliæ sunt Diomedeæ insulæ, Teutria & Sebria, habitata altera, altera deserta, in qua Diomedes euanuit, & eius comites in aues conuersi: hæ aues ætate mansuescunt, & humanè quodammodo degunt. Alij volunt, eum periisse inchoata fossa ab Arpis ad mare: alij volunt, ex halitu efossæ terræ exanimatum. Veneti dicunt, Diomedem apud eos esse in deos relatum. Manvm.] *id est, Græcos. Arpi, Argyripa & Argos Hippium idem est. Iapyx est ventus, & dicitur Apulia, ab Iapyge filio Dædali.*

Sedes in medijs rex maximus æuo, & primus C
sceptris.] *In antiquis omnibus exemplaribus legere est,* Et VAR.
maximus æuo, Et primus sceptris. Vidimvs ô ci- Lect.
ues Diomedem.] *In antiquis libris* Diomede *legi, Græco declinatu.* Condebat Iapygis agris.] *In antiquis libris* Aruis *legitur.* Postqvam introgressi.] *In Romano libro legere est* Postquam congressi.

Olli conuenêre; fluuntque ad regia plenis Te- DON
cta vijs.] *Moralis descriptio. Venerant, inquit, acciti; & plenis vijs, hoc est, vicis, confluebant ad Latini regiam, multitudo inæstimabilis: vt non hominum congregatio; sed vndarum, in tecta ipsa defluere videretur. Faciebat hoc periculorum communium moles, & humana curiositas. vocatis enim patribus, intelligebatur esse aliquid magnum, & magis pro temporis ratione suspectum; quod prudentum consilia flagitaret.* Sedet in medijs & maximus æuo, Et primus sceptris, haud lætâ fronte Latinus.] *Dixit duas causas; quarum merito Latinus, vniuersis extrinsecus stantibus, solus adesset in medio. & ætate, inquit, præcedebat omnes, & potestate regali: aduersa omnia etiam tacitus nuntians, mœstitiã cõtractæ frontis, & sui vultus aspectu.* Atqve hîc legatos, Ætolâ ex vrbe remissos, Quæ referant fari iubet, & responsa reposcit Ordine cuncta suo.] *Nouerat Latinus, aduersa relaturos: & hæc putauerat ipse ad cunctos afferre. sed aliter multitudini, quæ fauore Turni ducebatur, persuaderi non posset, quod de Aeneâ sentiebatur: nisi ex ipsis audissent, qui ab*

urbe

A *vrbe Diomedis fuerant regressi. Ait igitur:* ATQVE hîc.] *hoc est, in illâ cōgregatione cōuentus;* LEGATAS Ætolâ EX vrbe remissos.] Remissos, *vt ostēderet, Diomedē quoque, ad vicem legationis suæ, legationem aliam per eos, qui missi fuerant, remisisse. Sic ergo audiendi fuerant vt missi, sic rursum, vt remissi: vt officium duplex, & duplicis muneris sarcinam, sustinere viderentur. Vnam quippe legationem peruexerant, mandantibus Italis: retulerant alteram, ex sententiâ Diomedis; qui dixit, alia arma Latinis quærenda, aut petendam pacem ab Aeneâ.* QVÆ referant, fari iubet.] *loqui enim in conspectu publico non possent, nisi rex primo iussisset.* Quæ referant, *hoc est, qualia reportent, & cuius spei, quantæque substantiæ.* ET responsa reposcit, Ordine cuncta suo:] *prauenit legatos: ne vsi relationis compendio, supprimerent ea, quæ sopiendo bello fuerant necessaria. Quantò enim ex aduersis relationibus deijciebatur animus populi: tantò proficere poterat quod optimo studio pro Aeneæ partibus cupiebat impleri.* TVM facta silentia linguis.] *Curiositatis hoc fuit, & regalis reuerentiæ. nam quum rex iubet aliquem loqui; eâdem iussione cæteris indicit silentium. Accedebat ad publicum, quòd vnusquisque erat in propriâ salute sollicitus. idcirco silentium præbebat; vt, quid sibi spei superesset,* B *posset audire.* ET Venulus dicto parens ita farier infit.] *Atque ita Venulus, qui potior legatis cæteris fuit, iussis obtemperans, sic instituit loqui:* VIDIMVS ô ciues, Diomedem, Argiuaque castra, Atque iter emensi casus superauimus omnes Contigimusque manum, quâ concidit Ilia tellus.] *Mirâ arte Venulus tuetur personam suam: & fideliter impletam legationem, magno nixu conatur ostendere. Quis enim crederet, conuentum contra veteres amicos Diomedem, auxilia negare potuisse? Quæ res quum satis impossibilis esset, nec illud potuit admitti, visum illum, vel vsque ad illius sedes, euicto labore peruentum. quapropter omnibus, quæ fuerant suspecta, prouidenter occurrit, dicendo:* Vidimus, ô ciues, Diomedem. *addidit quoque: Vidimus & castra Graiorum. potuit enim fieri, vt Diomedem legatio ipsa in alienis regionibus reperisset. Idcirco & ipsum præsentem, & copias, quas daret, si vellet, præstò ait inuentas: vt ostenderet, voluntatem solam, non etiam iuuentutis subsidia, defuisse: affectu verò legationis implendæ sic animatos; vt casus omnes, & viarum longissimos tractus, assereret esse transmissos. Noluit casus longioris itineris specialiter dicere: cùm generalitas tanta complectatur, quanta sibi æstimatio voluerit vindicare: &* C *commendando laborum merita, ipsa potiùs quàm specialis enumeratio congruebat. Accedebat ad hæc, quòd mora non erat facienda verè necessarijs: & motâ re, perueniri debuerat ad ea, quæ populus cupiebat audire.* CONTIGIMVSQVE, *inquit,* manum, quâ concidit Ilia tellus.] *Solennitatem salutationis mutuæ ostenditur tetigisse: vt tenuisse se assereret manum, quâ ipsâ Troianæ regionis terra monstraretur esse subuersa. Quis post hoc factum crederet auxilia non daturum, qui dexteras iunxerat? Hæc omnia propter fidem rerum congessit, dicendo: Vidimus Diomedem, vidimus & castra Graiorum: & ad hæc magno labore peruenimus & contigimus manum, quâ concidit Troia. vt ostenderet, ad impetrationem auxiliorum, non legationis sollicitudinem, sed Diomedis defuisse consensum. Dehinc adhibetur maior fides ex actibus Diomedis; quò magis constaret visum.* ILLE vrbem Argiripam, patriæ cognomine gentis, Victor Gargani condebat Iapygis aruis.] *Quis non crederet visum Diomedem: cùm & actus eius legatio tanta diligentia narraret, & adiungeret plurima, quæ fidem facerent vniuersis? nam & condi patriam, & nomen eius, & vnde id nomen traheretur, & fortunam condentis, dixit.* POSTQVAM introgressi.] *Introgredi est hoc loco: quòd introgressi fuerunt ad Diomedem gradiendo, vt dexteras iungerent; & factum est; quod est signum susceptæ amicitiæ. vt in Octauo:* Congressi iungunt dextras, medijsq. residunt Sedibus. *Ergo, postquam introgressi, inquit, sumus* ET coràm data copia fandi.] *& data est potestas cum præsente loquendi.* MVNERA preferimus.] *Præcedere enim obsequium & commoditas munerum debuit: vt secutus sermo aures Diomedis gratanter intraret.* NOMEN, patriamque docemus.] *Diximus qui essemus, & vnde.* QVI bellum intulerint.] *Subtilitatem narrat, quâ vsus est apud Diomedem: vt doceret, Troës bellum intulisse. quod non fuerat factum. Deformare quippe eos, licèt falsò, conuenerat: quòd non in suis sedibus, quòd victi, quod peregrini quòd naufragi, ciues bello per insolentiam prouocassent.* QVÆ causa attraxerit Arpos.] *Quanta breuitas relationis? quam sic proferri conuenerat: vel quia alia vrgebant; vel quia scientibus loquebatur. nam narrare vnicuique, quod nouit, satis, vitiosum est. Interea semel positum, Docemus, sæpiùs debemus accipere; vt sit, Nomen docemus, patriam docemus; qui bellum intulerint, docemus; quæ causa attraxerit Arpos.* AVDITIS.] *Hoc est, acceptis quæ diximus, arbitrabantur continuò, eum postulata facturum.* ILLE hæc.] *Exponamus, quam vim ista duo pronomina tenerent. Ille Troianorum scilicet hostis antiquus. Ille ad quem magno labore peruentum est. Ille, quem fidebamus desiderata facturum. Ille, qui nec muneribus, nec gratiâ, nec deprecatione commotus est. Hæc, hoc est, insperata atque contraria à personâ suâ; & inimicis suis potiùs, quàm nobis largis & supplicibus, profutura.* PLACIDO sic reddidit ore.] *Cùm placida est mens, nec aliquâ commotione turbatur; qualis sermo proferri possit, non dubitatur. non potest enim de placido aliquid exsistere turbulentum. Quod magis pro negotij qualitate fuerat necessarium, ac per hoc, dicendo,* Placido ore. *nuntiat. Diomedem longè alia dicturū, quàm legatio postulauerat.*

O fortunatæ gentes. Saturnia regna,
Antiqui Ausonij: quæ vos fortuna quietos
Sollicitat, suadetque ignota lacessere bella?
Quicunque Iliacos ferro violauimus agros,
(Mitto ea, quæ muris bellando exhausta sub altis:
Quos Simois premat ille viros) infanda per orbē
Supplicia, & scelerū pœnas expendimus omnes;
Vel Priamo miseranda manus. scit triste Mineruæ
Sidus, & Euboicæ cautes vltorque Caphareus.
Militiâ ex illâ diuersum ad littus abacti;
Atrides Protei Menelaus ad vsque columnas

SER. O fortunatæ gentes.] *Quæ habitatis regna Saturnia: id est, ô viri semper pace gaudentes! nam legimus,* Aureaque, vt perhibent, illo sub rege fuerunt Secula. sic placidâ populos in pace regebat. *Et bene hoc laudat, quod eis persuadere desiderat.* ANTIQVI Ausonij.] Quia, *qui primi Italiam tenuerunt, Ausones dicti sunt.* QVIETOS.] *Quibus est amor pacis à maioribus traditus, propter regnum Saturni.* IGNOTA lacessere bella.] *Scilicet Troianorum: non omnia generaliter bella. Nam legimus,* Captiui pendent currus, curuæque secures. *Aut* ignota, *quæ ignorauerint: quasi non suscepturi, si scissent.* SVADET.] vobis, *subaudi. nam vos à superioribus subaudiri non potest: quia non Te suadeo, sed Tibi, dicimus.* VIOLAVIMVS.] *Quasi sacros. Nam violare de religiosis rebus dicimus. Et ingenti arte agit: ne aut victoriam suam sileat, aut neget procedendo contra eos, quos vicit, confitetur ignauiam; dicens, non esse contra eos pugnandum; quos vincere perniciosissimum est.* MITTO ea.] *Oratoriè: vt etiam sine illis, quæ memoraturum eis quæ omittit, grauiora videantur.* QVOS Simois premit ille viros.] *Id est, toto orbe celebres: & premit,* [illegible] *Alibi in primo:* Vbi tot Simois correpta sub vndis Scuta virûm, galeasque, & fortia corpora voluit [illegible] quos, *pro quantos accipium: vt sit pronomen pro nomine,*

Ille autem, mirè exſecratur. SCELERVM pœnas expendimus omnes.] *Id eſt, luimus omnes pœnas, quæ ſunt ſtatutæ ſceleribus. Alij* ſceleris omnes *legunt, nam* omnes *non poteſt ad Græcos referri: quia non omnes pertulêre ſupplicia.* VEL Priamo miſeranda manus.] *Etiam Priamo. vt,* Carmina vel cœlo poſſunt deducere lunam. *Eſt autem Pacuuij, qui ait,* Si Priamus adeſſet, & ipſe eius commiſereſceret. *Id eſt, vt calamitas eorum, qui vicerunt, grauior crederetur miſerantibus victis.* SCIT triſte Mineruæ Sydus.] *Fabula hoc habet. Propter Caſſandræ ſtuprum, Græcis iratam Mineruam: vel quòd ei victores per ſuperbiam ſacrificare noluerunt. Vnde eos redeuntes, grauiſsimâ tempeſtate fatigatos, per diuerſa diſperſit. Horatius:* Cùm Pallas vſto vertit iram ab Ilio. *Re verâ autem conſtat, Græcos tempeſtate laborâſſe æquinoctio vernali: quando manubiæ Mineruales, id eſt, fulmina, tempeſtates grauiſsimas cõmouent. Vnde peritè, dicendo* ſydus, *vtrumq; complexus eſt. Nam* ſydus *& tempeſtatem ſignificat, & reuerâ ſydus. Hæc autem numina, quæ inter ſydera non videmus, licèt ſua ſigna propria non habeant; cum alijs tamen poteſtate ſunt permiſta. vt Ophiuchus ipſe eſt Aeſculapij: Gemini, Apollinis & Herculis eſſe dicuntur. Sic Mineruæ Aries eſſe dignoſcitur.* VLTROQVE Caphareus.] *τὸ αὐτὸ eſt, cautes Euboicæ. Nam Eubœa inſula eſt, in quâ mons Caphareus, circa quem Græci periêre naufragio.* Vltor *autem ideò dixit: quòd Nauplius, Palamedis pater, dolens filium ſuum factione interemptum, vt in Secundo commemorauimus, cùm videret Græcos tempeſtate laborare, montem Caphareum aſſcendit; & elatâ faculâ, ſignum dedit vicini portus. Qua re decepti Græci, inter aſperrimos ſcopulos naufragium pertulerunt.* ATRIDES protei Menelaus.] *Agamemnon & Menelaus, vno quidem fataliter fuerant ſupplicio deſtinati. namq; Atreus & Thyeſtes fratres fuerunt, in ſe inuicem ſæui; adeò vt Thyeſtes cum Aerope, fratris vxore, concumberet. quod dolens Atreus, liberos proprios ei epulandos appoſuit. Sed cùm Thyeſtes, poſt cognitum facinus, requireret vltionem à dijs; ei Apollo reſpondit: poſſe alio ſcelere illius facinoris vindicem naſci; ſcilicet ſi cum Pelopeâ filiâ ſuâ concumberet. Quo facto, natus eſt Aegyſthus, fatalis in Atrei geminam ſobolem. Sed Iupiter Menelai facta miſeratus eſt, propter Helenæ iugale conſortium; & eum per diuerſa errare maluit, quàm Aegyſthi manibus interire. Is ergo Menelaus ſic errans, ad Aegyptum vſq; peruenit: vbi Proteus deus marinus regnauerat: cui aliquando rapta à Theſeo Helena dicitur commendata. Vnde quidam dicunt, quòd ad eam petendam Menelaus ad Aegyptum profectus ſit, poſt bella Troiana. Quidam volunt, raptam non eſſe à Paride Helenam; ſed aliam cauſſam belli fuiſſe Troiani: Illam ſcilicet; quòd Herculem, quærentem Hylam ſuſcipere noluerunt. Qui autem volunt eam raptam à Paride, hoc dicunt: quòd recepta à Proteo, per Theſeum ad Menelaum tranſitum fecerit; & ſic eam Paris rapuerit. Secundùm quod, vt ſuprà diximus, Menelaus ad Aegyptum Iouis voluntate peruenit: ſcilicet ne ab Aegyſtho potuiſſet interimi. Quòd autem ait,* Protei columnas; *ratione non vacat. Nam columnas Herculis legimus, & in Ponto, & in Hiſpaniâ. Hunc autem Proteum fortiſsimum & inuictum conſtat fuiſſe. Nouimus autem, quòd omnes fortes, Hercules dicebantur. vnde videtur hoc affectâſſe Vergilius; vt, pro finibus, Protei columnas diceret, quas habuit Hercules: vt oſtenderet eum etiam Herculem dictum.* ADVSQVE columnas Protei.] *Vſq; ad fines Aegypti: hoc eſt, vſq; ad Pharon, antè inſulam, nunc partem Alexandriæ. Lucanus:* Nunc clauſtrum pelagi cœpit Pharon: inſula quondam In medio ſtetit illa mari, ſub tempore vatis Proteos; ac nunc Pellæis eſt proxima muris. Protei *aũt, Latinus eſt genitiuus, conſtrictus per Synæreſim.* Aduſq; *aũt ſic eſt dictum; vt,* Siculo proſpexit abuſq; Pachino. *Nam cùm præpoſitio præpoſitioni nunquam cohæreat,* abſq; *&* aduſque *licenter admiſſum eſt.*

O fortunatæ.] *reſponſio Diomedis.* SVPPLICIA.] *Diſſuadet, inquiens, Græcos propter excidium Troianum dediſſe pœnas; etiam ſi fuerunt victores.* TRISTE Mineruæ.] *ſcilicet ipſa Minerua, quæ fuerit in nos. Propter ſtuprum Caſſandræ, Minerua irata fuit Græcis; & in reditu, obortâ tempeſtate, qui non perierunt, ferè omnes exſilium ſunt paſſi.* VLTOR Caphareus.] *de Palamede, cuius cædem Nauplius vltus eſt; ſublatis in Caphareo facibus, cum naufragio Græcorum vltus eſt.* ATRIDES.] *Menelaus, apud Homerum libro quarto, Telemacho & Piſiſtrato, mirantibus domeſticam ſupellectilem, in hanc ſententiam ait: Comparaui mihi hæc, errans per Cyprum, Phœniciam, Aegyptios, Aethiopas, Sidonios, Erembos, Libyes; vbi ter oues anno pariunt, & [illegible] ſtatim agni erumpunt. octauo anno redij. Interim [illegible] [illegible] fratre vxoris dolo. à parentibus veſtris hæc audire potuiſtis. defleo ſemper calamitates, & præſertim [illegible] Vlyſsis. Et in eodem libro idem Menelaus: Inſula eſt contra Aegyptum, quam Pharon appellant. abeſt à continente [illegible] [illegible] nauigatione. à tergo lenis ſpirat ventus: ibi fidus portus. Hic nos [illegible] dies 20. detinuerunt: & vires defeciſſent, niſi Idothea, marini ſenis Protei filia, liberâſſet; & docuit, Proteum deprehendi poſſe dormientem inter oues. is vates erat. Ergo tres ſocios, quos illa texit pellibus phocarũ. ſenem repentino clamore comprehendimus. Ille haud doli oblitus, primùm in immanem leonem; indè in draconem; tùm in pardum & ſuem. poſtremò in arborem transfiguratur.* B

FON. Sabi.

FERRO violauimus agros. *In Romano libro,* Populauimus *legitur.* QVOS Simois premitat iſte viros.] *In antiquis libris,* Premit *habetur.* AD littus adacti.] *antiqua exemplaria* Adacti *legunt.* VAR. Lect.

O fortunatæ gentes, Saturnia regna, Antiqui Auſonij; quæ vos fortuna quietos Sollicitat; ſuadetque ignota laceſſere bella? *Quia iam [illegible] & inhumanum fuerat, manum non porrigere pugnaturis: cauſam ipſam voluit tollere, propter quam petebatur auxilium. Cur enim daret, qui ſuaſurus fuerat, non eſſe pugnandum? in quo ſe beneuolum docet: cùm tutiore conſilio errantes reuocat ad ſalutem; plus collaturus, quàm rogabatur eſſicere. Non igitur, vt inhumanus, neque poſtulata; ſed petitionem ipſam con[illegible] regit: atque ita ceteris inde affectum diuerſa perſuaſione ſiringendo, nec dat auxilium, nec decipit deprecantes: magis ſore commodum monſtrat, ſi legati, remeantes ad ſuos, quærenda potiùs afferant fœdera, quàm putarent laceſſendos, quos ſuperare non poſſent. Cœpit ergo à Latinarum gentium laude, partibus miſerationis admixtis. nam præfert ipſarum felicitatem, & dolet erroribus perituram. Solet, inquit, bonos curſus retinere felicitas veſtra. Hunc locum ſic debemus accipere: Diomedem ingreſſum, vt felicitatem ipſam, non aliquibus hominibus vel temporibus, ſed ipſis gentibus fatorum voto, in perpetuum datam videatur aſſerere. Denique à Saturni regno, vſque ad præſentem diem, replicat geſta: nihilq; tamdiu [illegible] oſtendit exſtitiſſe; conſilijs ſcilicet integrâ pacis [illegible] currentibus. Reprehendit ergo Latinorum tractatum: quòd, relictò veteris pacis commodo, ad funeſtam, & ſuis partibus inimicam bellandi cupiditatem, ſæui diſpoſitione transducti ſunt: hôc deteriùs, quòd laceſſerent eos, quorum virtutem, fatumq; neſcirent. Interea perſiſtit in eo: & admirari ſe euidenter oſtendit, quò illorũ felicior fortuna migrâſſet: vnde è contrario aduerſa ſucceſsiſſet. Renitentis vox iſta videtur eſſe, at non eſt; ſed potiùs obiurgantis. Nouerat quippe, ex his quæ petebantur, & intelligit illos affectum retinere pugnandi. nam qui auxilium petit, procul dubiò, quid cogitet, vel quid paret, oſtendit. Iſta tamen obiurgatio, beneuola magis, quàm [illegible] fuerit. non enim decuit aſperè reprehendi, quos ſine effectu optati deſiderij fuerat remiſſurus. Completis breuiter principijs, probandum fuit, incommoda poſtulari. quod ipſum tantâ virtute aſtruit: vt hoc non diſputatione fabuloſa, ſed exemplis ſuis, & veritate confirmet. Quid autem ponderis haberet diſ-* DON. C

ſuaſio,

A *suasio, ab eo proposita, qui passus est, haud difficile est nôsse. Suscepit igitur hanc partem, & hoc primùm dicit, cuius fiducià ducebantur.* QVICVNQVE Iliacos ferro violauimus agros,(Mitto ea, quæ muris bellando exhausta sub altis; Quos Simois premat ille viros) infanda per orbem Supplicia,& scelerum pœnas expendimus omnes.] *Reor, inquit, vos didicisse, famâ currente, me bello acerrimo in Asiâ certauisse: & forsitan hac ducti ratione venistis. sed procliue esset, aduersùs veteres inimicos largiri subsidium. Non illud bellum; sed sacrilegium fuit. quippe violationem illam, non debellationem regionis Troiæ tunc fuisse: cunctorum, qui scelerata arma sumpsimus, diuersa, & vniuerso orbi cognita supplicia, docuerunt. Posset hoc videri euentus attulisse; non deorum iudicium. Hoc ne diceretur; occurrendo præuenit. ait enim,* Quicunque: *vt ostenderet, in omnes cucurrisse vindictam, qui in Troiâ pugnauerant. Quod factum non casus attulit; sed irrogata atque inflicta dijs vltoribus pœna. nam si esset euentus: nec interirent alij, nec in reliquos esset diuersis vltionum generibus vindicatū.* ILLIACOS ferro violauimus agros.] *non solùm ciuitatem vult sacratam fuisse numinibus, sed o-*
B *mnes agros ad eam pertinentes.* MITTO ea, quæ muris bellando exhausta sub altis, Quos Simois premat ille viros.] *Strictim transiit, quod adscribi potuit fortunæ bellorum. Non, inquit, de illis aliquid dicam, qui pugnando consumpti sunt: non eorum meritum tangam, qui ante ipsos muros prostrati iacuerunt: non memorabo, quales quantósue Simois premat.* INFANDA per orbem Supplicia,& scelerum pœnas expendimus omnes.] *Confirmationis verba sunt ista: quæsita ideò, vt probaretur legatis, nec leues pœnas post excidium Troiæ consecutos Græcos; sed infandas: nec vno in loco; sed per totum orbem: nec aliquorum id malum fuisse; sed omnium. Tantus in hac relatione terror est: vt omne cruciatuum genus incurrere videatur, quisquis Troianos bello pulsauerit. Postremò, sic orbi suum suorumq; exemplum vult videri propositum: vt omnes scirent, quid consequi eos posset, si aduersùs Troianos vlteriùs arma susciperent. Huius loci ordinatur sensus sic:* Quicunque *Iliacos ferro violauimus agros, infanda per orbem supplicia, & scelerum pœnas, expendimus omnes.* Omnes, *ad homines pertinet, non ad pœnas: vt sit,* Omnes *nos scelerum pœnas expendimus. Media quippe sic posuit, quasi non dicta:* Qui *in Troiâ pugnauerant. Potuerunt quippe, vt dictum est, contrariâ disputatione dissolui; cùm victoria, bello quæsita, vacua esse luctibus non potest. tamen etiam, sic Latini deterrentur ab effectu bellandi: quòd & in ipso bello interire possunt; & post finem belli, si exstiterint, nulli essent euasuri supplicium.* VEL Priamo miseranda manus.] *Admodum dicit sæuitum in Teucros: cùm Græci nec Priamo pepercerunt, & regi, & seni. Incipit iam enumerare, quæ summatim proposuit: vt ostendat, qui quæ passi sunt, & in quib⁹ locis, vel per quos illis supplicia inflicta sint.* SCIT triste Mineruę Sidus.] *Quo Aiax perijt, & socij.* ET Euboicæ cautes.] *Vbi similiter plurimi naufragio laniati sunt.* VLTOR'QVE Caphareus.] *Vltorem dixit Caphareum: cùm tam asperum littus pereuntibus præbuit; vt veluti irati animo cunctos pessundedisse videatur.* MILITIA ex illâ.] *Id est, postquam de Troiâ discessum est.* DIVERSVM ad littus abacti.] *Quia dicitur: non venit, quò vult; sed eò, quò necessitas ipsa cōpulerit, Quid verò sit* Diuersum littus, *ipse enumerando exponit: nam est longè ab altero separatum.*

Exsulat; Ætnæos vidit Cyclopas Vlysses.
Regna Neoptolami referam; versosque penates
Idomenei? Libicóve habitantes littore Locros?
Ipse Mycenæus, magnorum ductor Achiuùm,
Coniugis infandæ prima intra limina dextrâ
Oppetijt: deuictâ Asiâ subsedit adulter.
Inuidisse deos, patrijs vt redditus oris,
Coniugium optatum, & pulchram Calydona viderem?
Nunc etiam horribili visu portenta sequuntur:
Et socij amissi petierunt æthera pennis;
Fluminibusque vagantur aues (heu dira meorum
Supplicia!) & scopulos lachrymosis vocib. implēt.
Hæc adeò ex illo mihi iam speranda fuerunt
Tempore: cùm ferro cœlestia corpora demens
Appetij; & Veneris violaui vulnere dextram.
Ne verò, ne me ad tales impellite pugnas.
Nec mihi cum Teucris vllum post eruta bellum

SER. EXSVLAT.] *Propriè. nam exsulare dicuntur, qui extra solum eunt. Sanè sciendum; quia quo tempore Menelaus iuit ad Aegyptum, perdidit Canobum gubernatorem: à quò vicina ciuitas nomen accepit; quæ hodieq;, mutatâ literâ, Canopus nominatur.* VIDIT.] *Mirè addidit; vt,*
C Quam semel informem vasto vidisse sub antro Scyllam. CYCLOPAS.] *Græcæ declinationis accusatiuus est: indè Græcum habebit accentū. nam Latinè* Cyclopes *diceret. sed sic versus stare non poterat.* REGNA Neoptolemei referā?] *Subaudi* euersa: *quod ex posterioribus intelligitur. Pyrrho autem quid contigerit, manifestum est. Nam, vt in tertio legimus, cùm vellet ducere Hermionem, Menelai & Helenæ filiam, & Oresti antè desponsatam; ab eo inter aras Apollinis interemptus est. Vnde est;* Et scelerum furijs agitatus Orestes, Excipit incautum, patriasque obtruncat ad aras. VERSOS'QVE penates Idomenei?] *Idomeneus rex Cretensium fuit: qui cùm tempestate laboraret, vouit se sacrificaturum Neptuno, de re quæ ei primùm occurrisset, si reuersus fuisset. sed casu cùm ei primùm filius occurrisset: & eum, vt alij dicunt, immolâsset, vt alij, immolare voluisset: ob crudelitatem regno à ciuibus pulsus est. Vnde est;* Fama volat, pulsum regnis cessisse paternis Idomenea ducem. *Alij dicunt, quòd abscedens cuidam suum commendauerat regnum; qui per eius absentiam occupauit imperium, & reuersum pepulit. Ergo* versos penates, *aut euersos & funditus dirutos accipiendum; aut certè in aliena iura conuersos.* LIBYCO'VE habitantes littore locros?] *Vt etiam in tertio diximus; Locri, socij Aiacis &* Oilei *fuerunt, Epizephyrij &* Ozoli. *Sed hi tempestate diuisi sunt: adeò vt Epizephyrij tenerent Brutios; de quibus ait in tertio,* Hîc & Narit j posuerunt mœnia Locri. *Ozoli verò delati Pentapolim; de quibus nunc queritur dicens,* Libycóve habitantes littore Locros? *Quámuis quidam dicant, etiam in ipsis Brutijs littus Libycum dici: alij, hos circa Syrtes posuisse sedes: alij, in Libyâ insulas quasdam inhærentes occupâsse; eosque initiò Nisammones, postea corruptè Nasammones appellatos. Alij, amissâ in syrtibus classe, per Mediterranea dicunt iter facientes ad Ammonem peruenisse, & oppidum Aurela inter Nasammones condidisse: Alij, Africæ insulam tenuisse; quæ nunc Cercina dicitur. Et pronuntiandum, vt longinquitas doceatur exsilij.* DEVICTA Asiâ subsedit adulter.] *Quidam* sub *pro* post *accipiunt; vt sit, pòst possedit. Legitur &* deuictam Asiam. *Quod si est ita: intelligimus* subsedit, *dolo possedit. Lucanus;* Subsidere regnum Colchidos Euboicæ magnâ spe rapte parabas. *Vnde & Subsessores dicuntur, qui in insidijs tauros interimunt: & hostium dolos subsessos vocamus. vt sit sensus: Ab Agamemnone deuictam Asiam, adulter Aegysthus insidijs & factione possedit. Melius tamen est, vt* deuictâ Asiâ *legamus: secundùm quod,* subsedit, *erit* remansit: *vt,* Extremus galeâq; imâ subsedit Acestes, *vt sit sensus: Asia propter adulterium pertulit bella, quæ remanente adultero finita esse, nihil profuit. vt cum indignatione sit dictū: Dum primum adulterium vindicatur, aliud rursus emersit.*

Haud

Sanè Clytæmnestram Orestes filius, postea, in vindictam patris, necauit. Quidam dicunt, Clytæmnestram non manu filij, sed iudicum sententiâ, peremptam. Alij, hunc Orestem filium Menelai & Helenæ tradunt: quidam inuentam Iphigeniam abortiuam, vxorem ei volunt fuisse. PRIMA intra limina.] In ipso limine imperij, id est, in littore. quia, secundùm Homerum, Clitæmnestra Agamemnoni occurrit ad littus, & illic eum susceptum, cum adultero inter epulas interemit,

ἀλλά μοι Αἴγισθος τεύξας θάνατόν τε μόρον τε,
ἔκτα σὺν οὐλομένῃ ἀλόχῳ οἶκόνδε καλέσσας,
δειπνίσσας, ὥς τίς τε κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ,
ὣς θάνον οἰκτίστῳ θανάτῳ.

Quod & Iuuenalis tangit, dicens, Quippe ille dies authoribus vltor Patris erat cæsi media inter pocula. Alij autem dicunt, Clytæmnestram dolore pellicatus, quòd comperisset Cassandrâ à marito electam, in ipso ingressu, id est, primâ die, quâ domus suæ limen ingressus est, blande suscepisse: cùmque ille dijs penatibus se sacrificare velle dixisset, consilio Aegysthi, ab vxore vestem accepit, clauso capite & manicis: quâ implicatus, adulteri manibus interijt. INVIDISSE deos.] Stheneli filius Calabarus, Aegialam Diomedis vxorem cognouit adulterio: quo comperto, Diomedes reuerti noluit, sed in Apuliæ partibus sibi condidit sedes. quod Veneris dolo dicitur esse perfectum; quam in bello Troiano vulnerauerat. Vnde ait, Inuidisse deos. PVLCHRAM Calydona viderem.] Vnam de supradictis ciuitatibus, quibus imperabat. NVNC etiam horribili visu.] Hoc loco nullus dubitat, fabulæ huius ordinê à Vergilio esse conuersum. Nam Diomedis socios constat in aues esse conuersos, post ducis sui interitum: quem extinctum impatienter dolebant. Hæ aues hodieq; Latinè Diomedeæ vocantur: Græci ἐρωδιοὺς dicunt. cuius generis etiam auspicio, dixit Homerus, Diomedi & Vlyssi speculatoribus apparuisse: τοῖσι δὲ δεξιὸν ἧκεν ἐρωδιὸν ἐγγὺς ὁδοῖο Παλλὰς Ἀθηναίη. Habitabant autem in insulâ Electride siue Pebra, quæ est haud longè à Calabriâ, in conspectu Tarentinæ ciuitatis. Quinetiam de his auibus dicitur, quòd Græcis nauibus latæ occurrant, Romanas, & Latinas vehementer fugiant: memores & originis suæ, & quòd Diomedes ab Illyrijs interemptus est. PORTENTA.] Reuerâ enim portentum est, homines in aues esse conuersos. ET socij amissi.] Legunt nonnulli, & admissis pênis. Sed melius est, amissi. LACHRYMOSIS vocibus.] Dolentes vel suam mutationem; vel regis interitum. namque hoc tangit latenter. SPERANDA.] Pro, timenda: vt, Hunc ego si potui tantum sperare dolorem. CÆLESTIA corpora.] Martis & Veneris, quæ numina vulnerauit in bello Troiano. VENERIS violaui vulnere dextram.] Artificiosè agit. nam sciens ea, quæ dicuntur in fine, animis inhærere, suos casus vltimos memorat. Peritè etiam Venerem tantùm à se vulneratam dicit, Martis supprimens nomen, quod ei poterat esse gloriosius: vt videatur omnia, quæ pertulit, odio Veneris pertulisse, contra cuius filium nunc vocatur ad pugnam: vt negans etiam nunc, paria videatur formidare. Dextram autem secundùm Homerum dicit, qui ait ἐπὶ καρπῷ. TALES impellite pugnas.] Quarum est periculosa victoria. NEC mihi cum Teucris vllum post eruta bellum Pergama.] Ne ei obijciatur illa coniuratio, quam apud Aulidem Græci inierunt, dicit, in Troiæ excidio sacramentum coniurationis esse completum. Namq; in Troiam, non in Troianos, coniurauerant Græci. huc enim spectat, quod dicit, nullum secum Troianis habere bellum, post dirutam Troiam.

POM. Sabi. REGNA Neoptolemi.] Pyrrhus, cùm vellet ducere Hermionem, vt diximus, in templo Apollinis Delphici per insidias fuit interfectus ab Horreste, cui desponsata erat Hermione. IDOMENEI.] de Idomenei exilio lege in Tertio libro; & in eodem loco de Locris. Ozoli Locrenses, qui sub Aiace Oilei militauerunt, pulsi propter mortem ducis, cum Epizephyrijs nauigabant: & tempestate obortâ, delati fuerunt in Cyrenaicam, regionem Africæ, & habitauerunt Pentapolim. Epizephyrij, delati in Italiam, habitauêre Locros. ADVLTER.] Aegysthus fraude Clytæmnestræ interemit Agamemnonem. Homerus ait, inter epulas necatum ab adultera. adulter Aegysthus subsedit, id est, possedit ipsum Agamemnonem, apud victam Asiam: id est, qui vicit Asiam. quasi dicat, victoriam totius Asiæ occupauit adulter Aegysthus. Subsessores dicuntur, qui insidijs tauros interimunt. Si deuicta Asia est, sic in Asia est, sic intelligamus: deuicta Asia subsedit, id est, remansit: non Agamemnon victor, sed adulter Aegysthus. INVIDISSE deos.] de Venere intelligit, quam Diomedes in bello Troiano vulnerauit. Cilarhagus, Stheneli filius, vitiauit vxorem Diomedis: vbi maritus id accepit, timuit redire in patriam. Calydon, vrbs Aetoli. milites Diomedis, post interitum domini, flendo fuerunt conuersi in aues. Vergilius ait, viuo Diomede conuersos in aues. Græcis nautis illuc appellentibus, plaudunt: Latinos fugiunt. insula, vbi sunt, vocatur Sebria: vt alij volunt, Aletride. Herodotus, libro secundo, in hanc sententiam: Pharoni, regi Aegyptiorum, successit vir Memphites, Græcâ linguâ Proteus dictus: cuius fanum Memphi visitur, in quo ædes Veneris Sospitæ; quam Helenem fuisse arbitror. de quâ ita mihi sacerdotes narrauerunt. Alexandrum, captâ Helene, è mari Aegeo vi ventorum delatum in Aegyptum; vbi erat templum Herculis, ad quod fugientes serui, liberi erant. Huc fugêre quidam serui, & accusauerunt eum rapinæ apud Tonum præfectum; qui nuntiauit regi. Proteus, quia hospes erat, necare noluit. Helenem abstulit, & Menelai bona: & seruauit, vsq; quò Menelaus exciso Ilio illuc profectus est. Hoc videtur sentire Homerus: quámuis alio modo, vt decorum putauit, in carmen transtulit. Strabo ait, moris fuisse apud antiquos, in finibus figere columnas: ideò in plerisque locis columnas Herculis putari, & in Hispaniâ, & in Africâ. Quidam aiunt, non à Paride; sed à Theseo, ductam Helenem in Aegyptum. VENERIS violaui vulnere dextram.] & Martem vulnerauit: sed nunc tantùm de Venere dicit.

VAR. Lect. LIBICO'VE habitantes.] Vetera exemplaria Libicone legunt. DEVICTA Asiâ subsedit adulter.] In antiquissimo libro Vaticano legere est, Deuictâ Asiam possedit adulter. PATRIIS vt redditus oris.] In Romano, & aliquot alijs, Aris: nonnulli Argis habent. AMISSI petierunt æthera pennis.] In aliquot antiquis libris, Admissis pennis legitur. IAM speranda fuerunt.] In nonnullis libris Superanda legitur. POST eruta bellum.] In Romano libro Diruta legitur.

DON. ATRIDES Protei Menelaus ad vsque columnas Exsulat: Ætnæos vidit Cyclopas Vlysses. Regna Neoptolemi referam: versosq; penates Idomenei? Libycóue habitantes littore Locros?] Isti omnes, non soli, sed cum socijs suis, hæc perpessi sunt. IPSE Mycenæus, magnorum ductor Achiuûm.] Dicendo personam potioris, voluit demonstrare, quod non intelligeretur. Mycenæus, inquit, & magnorum ductor Achiuûm. ideò Magnorum: quia accedebat ad laudem ducis, eorum meritum, quos regebat. CONIVGIS infandæ prima intra limina dextrâ Oppetijt, deuictam Asiam subsedit adulter.] Indignitatem & acerbitatem rerum multis modis ostendit: vt ille vir, ortus ex vrbe inclytâ Mycenarum, qui Achiuorum nobilior ductor esse commeruit, vxoris nefariæ manu, in ipso domus suæ primo limine quod post decennale bellum victor ingredi cœperat, incongruo vitæ fine interceptus esset: &, qui euasisset, virtutis merito, tot tantaq; pericula, inde nasci esset interitum, vnde sperabat effectum: vt interiret vxoris ictu, qui Troianorû manus euaserat. Tanta fuit vis diuinæ sententiæ in eum, qui violauerat Troiâ: vt adulteriû câiungis pateretur, & dexterâ mactaretur vxoris: euaderet reus, & post impunitatem admissi adulterij, teneret & regnum. INVIDISSE deos, patrijs vt redditus oris Coniugiû optatû, & pulchram Calydona viderem.] Venit ad ea, quæ specialiter possunt

A *est: vt non tantùm loca extera, verùmetiam patriam se asseueret perdidisse. Bene iunxit duo exempla inter se cõtraria. perit innocens maritus, & qui peruenerat ad patriam & domũ suam, in primo limine mactatus est nefariæ vxoris manu, & per mariti cædem euasit pœnam, quam propter admissum adulteriũ verèsam metuebat. Ipse è contrario conqueritur, vxorem optimam se videre nequîsse, nec ad patriam remeare potuisse. Duo, inquit, mihi inuiderunt dij, quæ videre cupiebam: vt ingrederer domum, & in eâ viderem deorum penatium veneranda altaria: viderem coniugem omni laudis genere perfetendam. Hoc quoque idcirco insertum est: vt mane non esset, quòd condebat nouam ciuitatem. perdiderat enim suam, ad quam dolore amissæ coniugis pulchræ remeare voluerat.* Pulchram *coniugem, non tantùm corpore, verùmetiam honestæ pudicitiæ & vitæ debemus accipere: vt duobus exemplis, malæ vxoris & bonæ, plenè videatur esse responsum.* NVNC etiam horribili visu portenta sequuntur: Et socij amisii petierunt æthera pennis, Fluminibusque vagantur aues, (heu dira meorum Supplicia) & scopulos lachrymosis vocibus implent.] *Nec desinunt, inquit, mala mea. nam multis portentis existentibus, aduersa superesse nuntiantur: & socij mei, amisso humano corpore, in*
B *aues sunt repentè conuersi, saluo scilicet hominum sensu, vt sinè perpetuis cruciatibus non sint. De portentis potuit esse simulatum. sed huic parti iunxit veritatem, vt vtramque ostenderet veram. Denique hanc satiat, dicendo:* Fluminibúsque vagantur aues (heu dira morum Supplicia) & scopulos lachrymosis vocibus implent.] *Initium fuit humani remanentis sensus, quòd in alitum formâ, vti homines, flerent, quòd errarent per flumina, & sedes illis essent scopuli. Interea, dum non valuit continuare dolorem suum, interposuit:* Heu dira supplicia! *vt indè magis facti indignitas cresceret, quod iam essent passi.* HÆC adeò ex illo mihi iam speranda fuerunt Tempore: quum ferro cœlestia corpora demens Appetij, & Veneris violaui vulnere dextram.] *Multi sentiunt, Vulcanum & Venerem violatos esse Diomedis manu, ideóque Vergilium dixisse,* Cœlestia corpora. *Hoc si esset, etiam Vulcani nomen posuisset. Ego tamen sic arbitror intelligendum, & puto hoc esse melius: vt, quod habet Poëta, sentiatur potiùs, quàm id tenere, quod dictum non est: magisquè redeundum ad dicendi artem: iunctumquè esse veritati mendacium, vt sacrilegij, commissi in Venerem, ex generalitate cumularetur inuidia: quasi non solam, sed aliquot deos violauisse videretur. Generalitate interea poterat fides accedere: ex eo, quòd constabat Venerem telo Diomedis esse percussam.* HÆC adeò ex illo mihi iam speranda fuerunt Tempore, cùm ferro cælestia corpora demẽs Appetij.] *Ipse se arguit: ipse se defendit. accusat quippe factum suum, & iræ commotos deos asserit. Quis enim dubitet, deberi superis pœnas, quum ferro & humanis manibus appetuntur? Defendit tamen hoc ipsum extenuando, & asserit, veniam dari debuisse, quod non ab eo, qui esset integræ mentis, sed dominante dementiâ, constaret admissum. Possent enim haberi pro innocentibus, qui furore impulsi in suâ voluntate peccauerint.* EX illo mihi iam speranda fuerunt Tempore.] Speranda, *quidam quasi metuenda intelligunt: cùm verè speranda Vergilius intellexisse videatur. nam qui aliquid criminis vel sceleris admiserit, consideratione habitâ facti, sperat sinè dubitatione supplicium.* Quod *fuit reo Diomedi manifestissimum: vel maximè in eâ causâ, in quâ diuinum corpus mortali manu violauerat.* NEC verò, ne me ad tales impellere pugnas.] Quum *dicit,* Ad tales pugnas, *ostendit, se auxilium dare potuisse: non contra Troianos, sed si contra alios postulassent.*

Pergama: nec veterum memini, lætórue malorum.
Munera, quæ patrijs ad me portastis ab oris,
Vertite ad Æneam: stetimus tela aspera contra,
Contulimusq; manus. experto credite, quantus
In clypeum assurgat, quo turbine torqueat hastam.
Si duo præterea tales Idæa tulisset
Terra viros: vltrò Inachias venisset ad vrbes
Dardanus, & versis lugeret Græcia fatis.
Quicquid apud duræ cessatum est mœnia Troiæ,
Hectoris, Æneæque manu victoria Graiûm
Hæsit, & in decimum vestigia rettulit annum.
Ambo animis, ambo insignes præstantibus armis:
Hic pietate prior. coëant in fœdera dextræ,
Quà datur: ast armis concurrant arma, cauete.
Et responsa simul quæ sint. rex optime regum,
Audisti, & quæ sit magno sententia bello.
Vix ea legati: variusque per ora cucurrit
Ausonidûm turbata fremor: ceu saxa morantur.
Quum rapidos amnes, clauso fit gurgite murmur,
Vicinæque fremunt ripæ crepitantibus vndis.
Vt primùm placati animi, & trepida ora quierunt,
Præfatus diuos, solio rex infit ab alto.
Antè equidem summâ de re statuisse Latini
Et vellem, & fuerat melius: nec tempore tali
Cogere concilium, cùm muros obsidet hostis.
Bellum importunum ciues cum gente deorum,
Inuictisque viris, gerimus: quos nulla fatigant
Prælia, nec victi possunt absistere ferro,
Spem si quam accitis Ætolûm habuistis in armis,
Ponite: spes sibi quisque, sed hæc quàm angusta, videtis.
Cætera, quâ rerum iaceant perculsa ruinâ,
Ante oculos, interque manus sunt omnia vestras.
Nec quẽquam incuso. potuit quæ plurima virtus

SER. NEC veterum memini, lætórve malorum.] *Nec meminisse volo victoriarum mearum, quarum nullus obliuisci consueuit: nec lætor Troianorum malorum, (pro, Troianis malis) quæ*
C *nobis bellantibus pertulerunt. nihil potest de suis malis dicere: cùm & mala sua nullus obliuiscatur, & ea ipsa paulò antè memorârit.* Lætor autem malorum, *figura Græca est: sicut Horatius,* Agrestum regnauit populorum, *pro, Agrestibus populis.* MVNERA quæ patrijs ad me portastis ab oris.] *Hinc iam suasio est & consilium: nam finita est auxiliorum negatio. Vnde & paulò pòst Venulus ita diuidit, dicens:* Et responsa simul quæ sint, rex optime regis Audisti, & quæ sit magno sententia bello: *scilicet Audisti: & quòd negauerit auxilia, & quòd nobis dederit de pace consilium.* STETIMVS tela aspeta contra: Contulimusque manus.] *Id est, & cominus, & è longinquo inter nos bella tractauimus.* QVANTVS in clypeum assurgat.] *Aut* quantus *est, quotiens in hostem pergens erigit scutum: aut pugnandi exsecutus est genus. Qui enim scripserunt de arte militari, dicunt summum genus esse dimicandi, quotiens calcato vmbone aduersarij, se in hostilem clypeum erigit miles, & ita contrà instantis vulnerat terga. Vel, quantus adsurgit, vel quantis sit maior.* SI duo præterea.] *Hoc est, alios duos.* DARDANVS.] *Pro, Dardanius populus. & posuit principale pro deriuatiuo. sic Homerus:* τὸν δ' ἰάλων Δάρδανος ἀνήρ. LVGERET.] *Morem lugendi quidam dicunt Aegyptios inuenisse: eos enim primos Liberum, quem Osyrim appellant, à fratre Typhone per insidias interemptum, atrâ veste luxisse: indè cæteris gentibus traditum, vt post interitum proximorum suorum veste mutatâ lugerent; itâ tamen, vt intrà annum finiretur luctus.* CESSATVM est.] *Tardatum est. & mirè: quia non habet quos imputet Troianis triumphos, vult tiie excidij tarditatem*

Eſſe, fuit: toto certatum eſt corpore regni.
Nunc adeò, quæ ſit dubiæ ſententia menti,
Expediam: & paucis (animos adhibete) docebo.

tem pro victoria cedere. HÆSIT.] Tardata eſt. VESTIGIA retulit.] Retroacta eſt, & repulſa, vt, Retrò ſublapſa referri. HIC pietate prior.] Id in Æneâ plus laudat, quod Latinis, ſicut ſuadet, pacem petituros eſt vtile: vt cum ſe credant poſſe faciliùs exorare. Prior aũt, præſtantior, melior. QVA' datur.] Quà poteſt, quacunque ratione permittitur. Sic ſuprà: Si quà fata ſinant. PER ora turbata.] Prope ora turbatorum. CLAVSO gurgite.] Saxorum obiectione præcluſo. Fremunt ripæ.] Antiqui, aquæ ſonitus, fremitus dicebant. Ennius: Ratibusque fremebat Imber Neptuni. PRÆFATVS diuos.] More antiquo. nam maiores nullam orationem, niſi inuocatis numinibus, inchoabant: ſicut ſunt omnes orationes Catonis & Gracchi. nam generale caput in omnibus legimus. Vnde Cicero per irriſionem ait: Si quis ex vetere aliquâ oratione, Iouem ego optimũ maximum. Et Demoſthenes in oratioue contra Aeſchinem: πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις. ANTE' equidem ſummâ de re ſtatuiſſe latini.] Latenter arguit Turnum, quòd ſibi non obtemperauerit, vt fœdus fieret: in ſeptimo ſcilicet, vbi ait: Te, Turne, nefas, te triſte manebit Supplicium. nam modò hoc tempus reuoluit. VELLEM ſtatuiſſe.] Olim eſt, quòd volui, his malis terminum dare. Vellem autem ſtatuiſſe, dixit: vt vellem feciſſe. & eſt compendioſa elocutio, cùm querimur, nõ eſſe factum, quod fieri debuit. NON tempore tali.] adiũnandum pronuntiatione: id eſt, poſt tãta, quæ pertulimus, mala, & opportunè deliberandi quidem de hac re exiſtimet interuallum eſſe, hoſtili exercitu imminente. & per hoc magis ſuadet: dum tam infeſtos probat, vt ſibi nec pacem petere permittatur. BELLVM importunum.] Concepit grauem iracundiam: & ſic in hæc verba prorupit. Importunum autem eſt, vbi nullum refugium eſt; quod caret portu, id eſt, quiete, vbi nullus eſt portus. ſicut contrà Opportunum, cui commoditas & occaſio obuenit, vt portus. Nam hoc quodammodò dicit: in naufragium fertur illa contentio. quia ſuprà audierat, periculum eſſe etiam, ſuperare Troianos. & enarrat, cur importunum: dicens: Cum gente deorum, Inuictiſque viris gerimus. CIVES.] ὁμοφύλοις. CVM gente deorum.] Qui à dijs originem ducunt. INVICTIS.] Atqui ſuprà legimus, Bis capti Phryges. Sed inuictis ideò dicit, quia ſequitur, Nec victi poſſunt abſiſtere bello. Et, ſicut ſuprà dictum eſt, latenter occurrit illi: Forſitan vincemus: ergo, hîc ſi vincamus, proficiemus. Poſſunt autem abſiſtere, mirè ait: ac ſi diceret: Etiamſi velint, eos à bellis diſcedere natura non patitur. Ennius: Qui vincit, non eſt victor, niſi victus fatetur. Varro, & cæteri, inuictos dicunt Troianos, quia per inſidias oppreſſi ſunt. illos enim vinci affirmant, qui ſe dedunt hoſtibus. ACCITIS.] Euocatis, adiunctis. Ergo & gradatim accedit ad deſperationem, quæ cogit pacem eſſe poſcendam. PONITE.] Deponite. SPES ſibi quiſque.] Subaudi, ſit: ſcilicet vnuſquiſque in ſeipſo tantum ſpem habeat. Et latè patet iſta ſententia: vel quòd alienis egere auxilijs non oporteat: vel quòd meminiſſe ſinguli ſpei ſuæ debeant: vt ea ſperent tantùm, quibus poſſunt potiri. SED hæc quàm anguſta videris.] Vt, Vnuſquiſque in tãtum ſpem habeat; quam ſit anguſtum, videtis. CÆTERA.] Abſolutè dixit: id eſt, exercitus auxilia vires, imperij: quæ ſi videatis afflicta, quid reſtat, niſi vt pacem petamus? ANTE oculos, interq; manus ſunt omnia veſtras.] Ac ſi diceret: non egent narratione. Inter manus autem, quod Græci ὑποχείριον. NEC quenquam incuſo.] Excuſatio hæc oſtendit, obliquam eſſe in Turnum orationem Latini. FVIT.] Exhauſta & conſumpta eſt. TOTO certatum eſt corpore regni.] Id eſt, Imperij omnibus viribus bellamus. DVBIÆ menti.] Meæ, ſcilicet cogitanti. PAVCIS animos adhibete docebo.] Aut, paucis docebo: aut, animos paucis adhibete.

IDÆA tuliſſet.] hoc eſt, ſi tuliſſet duos, qualis eſt Aeneas. Magna Aeneæ laus. HÆSIT.] dubia fuit. QVA' datur.] Quà ratione permittitur. DIVOS.] inuocatis priùs dijs. Quintilianus ait, antiquos oratores ſolitos inuocare deos in præfationibus. Et loquitur Latinus. SPES ſibi quiſque.] ſed & hæc ſpes, quàm ſit anguſta, videtis. CÆTERA.] id eſt, auxiliares copiæ ac vires, quàm ſint afflictæ, videtis. & poſtea non eget ratione: vos cognoſcitis. VESTRAS.] vos, qui pars eſtis, vidiſtis. Dionyſius ſic ait: Cum nuntiaretur Latino, bellanti contra Rutulos, aduentus Troianorum, in hos cum exercitu iter fecit. monitus per nocturnam quietem, in amicitiam recepit, & agrum quadraginta ſtadiorum dedit vſque ad collem. inde vtraque gens in Rutulos pugnauit. CORPORE.] totis viribus. A POM Sabi.

AD me portaſtis.] In Romano libro Portatis, ſcriptum eſt. VICTORIA Graiûm.] In Oblongo libro Victoria tantùm legere eſt. ET reſponſa ſimul quæ ſint, rex optime regum, Audiſti.] In Romano libro, in Mediceo, & quibuſdam alijs antiquis, non Regum, ſed Regis legitur, vnitatis numero. vt ſit ordo: O' rex optime, audiſti quæ ſint reſponſa regis Diomedis, & quæ ſit eius ſententia. CLAVSO fit gurgite murmur.] In libris antiquis legere eſt, Fit clauſo: in aliquot alijs, It clauſo. ET trepida ora quierunt.] In libris antiquis Rabida legitur. MVROS obſidet hoſtis.] In Romano libro Adſidet legitur: in Mediceo, Aſſidet. NEC victi poſſunt abſiſtere ferro.] In Oblongo libro, Decedere ferro legitur. SPEM ſi quà accitis.] In Romano libro Adſcitis legitur: CÆTERA quà rerum iaceant perculſa ruinâ.] In quodam antiquo libro, Quæ iaceant legitur. Sunt etiam vetuſti lib. qui Percuſſa legunt. VAR Lect.

B

NEC mihi cum Teucris vllum poſt eruta bellum Pergama.] Quod arbitrati ſunt Latini, manſiſſe odium veteris in animo Diomedis: hoc ipſe aſſerit eraſum ex ſenſibus ſuis, poſt excidium Troiæ. Ex quo, inquit: ſuperauimus Troiam, & opes eius euertimus, omnes inimicitias cum affectu pugnandi depoſui: vſque adeò, vt malis eius gratulari non audeam. Hoc eſt quod ait: NEC veterum memini, lætorue malorum.] Vt verè probaret, non ſe lætari: oſtendit, nec memoriam quidem facti ipſius in ſuis ſenſibus remanſiſſe. MVNERA, quæ patrijs ad me portatis ab oris, Vertite ad Æneam.] Qui auxilium non dabat, inſtruit legatos conſilio: vt meliori viâ conſulerent. Negat, quod petebant: ac ne ſpreuiſſe pro vilibus munera videretur, aſſerit hæc talia eſſe, quibus placari poſſit hoſtis, & nomen hoſtile deponi. facilius eum ſic ſuperari poſſe, ſi cum eo ſic ageretur: quàm ſi prouocaretur in campum. STETIMVS tela aſpera contrà: Contulimuſque manus.] Metuendum certamen eius probabat ex ſeſe. Qualis, inquit, ille ſit in armis, non audiui; ſed probaui oculis meis. Congreſſi quippe pariter ſumus. vidi hominis, & expendi virtutem. EXPERTO credite, quantus In clypeum aſſurgat, quo turbine torqueat haſtam.] Sunt, qui ſic iſtum locum exponant: quaſi Diomedes ſe dicat expertum, cuius eſſet ille virtutis, ſibique credendum, quod dixiſſet: Stetimus tela aſpera contrà, Contulimuſque manus. Meliorem tamen dico eſſe intellectum, ſi Diomedes legatis ita dixiſſe videatur, Experto credite: vt, quæ dicebantur, ipſe experiundo comprobauerit: & ex eiuſdem Aeneæ bellicis actibus colligerent, quantus eſſet, aut qualis. quaſi diceret: Hoc, quod vobis refero, veſtris oculis probare poteritis: quum videritis eum, quantus aſſurgat in clypeum; quo turbine torqueat haſtam. Turbinis vis, ſit ex repentino, tempore æſtatis, exortu: quàm violenta ſit, quàm fortis, omnibus notum eſt. Turbinis rurſum, quo pueri vtuntur, quanta mobilitas & volubilitas quanta ſit: & hoc vniuerſis incognitum eſt. Ex appellatione igitur turbinis cognoſci DON C

Digitized by Google

A cognosci potuit, qualis esset Aeneas in certaminibus bellicis. Ideo non nomen accipi debet, Experto: sed aduerbium, vel maximè, qui etiam illud, quod dixit, torqueat: non præteritum, sed præsens tempus ostendat: hoc est, non illud, quo in Troiâ pugnatum est; sed quod gerebatur in Italiâ. SI duo præterea.] Hoc est, præter ipsum. TALES Idæa tulisset Terra viros.] Vt tres essent cum ipso. VLTRO Inachias venisset ad vrbes Dardanus, & versis lugeret Græcia fatis.] Dardani appellatione gentem; non vnum hominem dixit. Dardanus enim Aeneæ temporibus, & illis quibus in Troiâ pugnatum est, iam fuerat mortuus. Potest tamen & sic videri dixisse: quòd si Asia tales tres viros habere potuisset, Dardanum primò Græcis potuisse inferre perniciem; & conuersâ conditione fatorum, Græcia plangeret, quod ingemit Troia. QVIDQVID apud duræ cessatum est mœnia Troiæ, Hectoris Æneęq; manu victoria Graiùm Hæsit, & in decimum vestigia rettulit annum.] A temporis ratione sumpsit probationis argumentum. ait enim: Vt in annû decimum differreretur nostra victoria, Aeneæ virtus & Hectoris fecit. AMBO animis, ambo insignes præstā-
B tibus armis: Hic pietate prior.] In exercitatione armorum, & virtutis robore, Aeneas atque Hector pares fuerunt; sed Aeneas prior pietate. Multum laudauit Aeneam, asserendo eum meliorem esse, quàm fortis esset; præstans pietate: cùm vtrumque in vno homine fuisse satis difficilè sit: quòd alterum venit ex substantiâ corporis; alterum ex animi lenitate. Fortis, inquit, Aeneas, sed citò flectitur pietate. Vtrumq; ideò dedit, vt legati, & quod metuerent, haberent; & quod sperarent pro commodo suo. Possent quippe dicere: Quid si non nobis ignoscit; non concedit pacem. Virtute igitur animi æquauit; Aeneam verò, vt dictum est, prætulit pietate: quia hæc fuit, secundùm Diomedis consilium, legatis necessaria. Hectori negauit hanc partem profuisse: Sæuus vbi Æacidæ telo iacet Hector. Illum quippe sæuum, non fortem dixit; (vt alij volunt) sed nulli hosti parcentem. quasi diceret: si Hector esset rogandus, non tale vobis consilium darem: quia sæuus fuerat, proindéq; vobis rogata præstare non posset. Concludit persuasionem suam, dicendo: COEANT in fœdera dextræ, Quâ datur: ast armis cōcurrant arma, cauete.] Quærite, inquit, quibuscunque pactis & remedijs pacem: vitate periculum belli: danda fuerunt ob impetrationem pacis præ-
C mia, & preces cum omni supplicatione fundendæ. Ideò, quà datur, dixit. nam & suprà ait: Munera, quæ patrijs ad me portatis ab oris, Vertite ad Æneam. Quo loco & precum partes videtur tetigisse: munera enim huiusmodi sinè precibus offerri non possunt. ET responsa simul, quæ sunt, rex optime regum, Audisti, & quæ sit magno sententia bello.] Simul, necessariò posuit: non enim sola responsa retulerat. Dixit enim labores itineris superatos, & cætera, quæ superiùs dicta sunt; & quæ esset eius de bello sententia. Sententia est, quâ profertur, quidquid de vnaquaque re sentimus & pronuntiamus. Ecce, quanta de Aeneæ virtutibus laudantur. animi eius bona laudantur & corporis: & fortuna prosperior etiam ab hoste profertur: denique in alienis terris potior inuenitur. Turbatur Italia: & potiùs contracta coniuratio. Diomedes non audet auxilia largiri aduersus ipsum: & vbi de victoriâ suâ gratulari debuit, pœnas suos dedisse testatus est. suadet quoque concordiam; & in alieno periculo consilium contrà dare formidat. in eius causâ etiam dona renuuntur, & auri cupiditas contemnitur: quo fides, quo solet omnis etiam necessitudo corrumpi. Laudes animi eius & corporis prosequitur inimicus: & fatetur metum, qui putabatur extitisse superior. Præponitur deorum, & Fauni, & Latini iudicio, cunctis petitionibus gener: & prælatus ciuibus cunctis, ipse dignior iudicatus. Iunonis odia deuicta succumbunt; factionisq; eius commenta soluuntur. excitatum in eius perniciem mare; nihil commotum sæpe valuit cælum: nec profuit ab inferis reuocatam furiam. Contrà, omnia obtinuit felicitas viri, & virtuti eius cessit, qui superauit Ilium: & non tantùm victoriam se in eo quæsisse; sed piaculum admisisse, testatus est. Hæc loci causâ dicta sunt. Cæterùm per omnes libros quam materiam scripserit, poëta euidenter ostendit. totum enim carmen, vt inter initia diximus, laudatiuum est illi, de quo dixit, Nascetur pulchrâ Troianus origine Cæsar. digno autore videretur esse progenitus: cùm pio, forti, & felici principe, Romanum imperium constaret exortum. VIX ea legati.] Mox vt eâ legati dixerunt. VARIVSQVE per ora cucurrit Ausonidûm turbata fremor.] Et turbati sunt omnes, qui aderant, varia sentientes. CEV saxa morantur Quum rapidos amnes, fit clauso gurgite murmur, Vicinæque fremunt ripæ crepitantibus vndis. Sic, inquit, fremebant vniuersi, quibus concesserat consilij peragendi necessitas: vt fractus obiectu saxorum rapidorum amnium cursus, & arctatus in gurgitem, solet per vicinitatem riparum emittere fragores & strepitus. VT primùm placati animi, & trepida ora quierunt] Posteaquam siluerunt omnes, qui diuersis animorum motibus fuerant excitati. PRÆFATVS diuos.] Hoc est, primùm ad eos locutus. SOLIO rex infit ab alto.] Locuturus ad populum, orationem futuram dijs primò commendauit; & alto solio insidens, sic instituit loqui. Hoc enim exigebat longæui regisq; persona. vt sedens loqueretur. Quare & illud dixit, ex Latini eiusdem personâ, in libro septimo: Dij nostra incepta secundent, Auguriumq; suum. & sic legationi respondit: Dabitur, Troiane: quod optas. ANTE equidem summâ de re statuisse Latini Et vellem.] Legitur Et velle, quum prius ait, Statuisse: vt ad audientum personam per totum Latinus reuocauerit; non ad suam: & sit, antè debuisti, & velle, & statuere; quàm nunc cupitis definire. ET fuerat melius, non tempore tali Cogere concilium cùm muros adsidet hostis.] Ex istius personâ dat hominibus Poëta concilium, quod in rebus dubijs asperisq; sectentur: asseritq; quod reuerâ probandum est; vitanda esse antè, quàm veniant mala; neque exspectanda, dum serpant. Quid enim melius? quid tutius? quid potest reperiri præstantius; quàm vt tractatus commodè salubriterq; voluantur? & integris adhuc rebus, atque in suo statu manentibus, præuideatur, quemadmodum ingruentia mala declinentur: & plus metuatur dimicationis incertum, quàm fidatur solis prosperis rebus: tractatumq;, ne pereat tempus, vt prolixiore die, dum suffragatur otium, & procul est hostis, vtiles exitus tractatus inueniat. Ad hæc noscenda, non fuit segnis Latinus: præuenit quippe omnia; atque in ipsis exordijs belli, quid mali futurum esset, ostendit. Homines quinetiam deosq; testatus est, se ab eo scelere, quod gerebatur, alienum: illos omnes & Turnum, ni quieuissent, grauissimum interitum secuturum. Deniq; in libro septimo complexus est ista: vtpote qui sciret, quid ostenderint apes: quid nuntiassent infinita portenta; quid vatis Fauniq; responsa cecinissent; quantum valuisset custoditæ beneficium pacis, & regni sui temporibus longo æuo seruata tranquillitas. Vox eius est: Frangimur heu fatis, ferimurque procellâ, Ipsi has sacrilego pendetis sanguine pœnas. O'miseri, te, Turne, nefas, te triste manebit Supplicium: votisque deos venerabere seris: Nam mihi parta quies, omnisq; in limine portus. Hæc posset Latinus iterû commemorare, si obiurgationem tempus admitteret. in hac enim, insultatio potiùs, quàm commonitio, potuit æstimari. Vtitur miti & tranquillâ oratione. perturbatos enim multitudinis animos, non posset in eas, quas tunc quoque non potuit, partes adducere: nisi parentis animo, & sermonibus, pro causâ facientibus. Subtili tamen vtitur increpatione: quòd tunc non esset auditus. Nunquam, inquit, de summâ reip. rectiùs in desperatione tractatur. quasi diceret: Tunc potuit, cùm ego prohibebam bellas & vos rapit aduerso furore, nec audire, nec auerti ab antiquo consilio voluistis. Prouenisset igitur me-

 lius, si

lius, si istud ab initio fuisset effectum, quum omnia essent in nostrâ potestate: nunc hæret hostis mœnibus nostris, & inter nos, & ipsum muri discrimen est. Cogimus concilium.: *quid rebus perditis in obsidione facturi? consilium mitimur reperire, cùm ab his, quæ commoda esse possent, nos exactum in contrarijs tempus exclusisse noscatur.* Quid proderit *clausis inane, quod gerimus? in quam mitimur partem? qui pugnare non possumus, nec audemus: & quorum afflicta penitus subuersaq́ fortuna est?* BELLVM importunum ciues cum gente deorum, Inuictisque viris, gerimus: quos nulla fatigant Prælia: nec victi possunt absistere ferro.] *Concessit omnia, quæ dissuasioni congruebant. Bellum, ait, importunum gerimus. Importunum est, quod defensionis non habet portum, & quod non inuenit periculorum ratione suffugium. Quumq́ bella omnia, aut iusta, aut iniusta dicantur: huic tale nomen imposuit, quo vniuersi terrerentur. Exponit iam ipse, cur dixeris importunum bellum; &, ob quã causam culpa sceleris eius purgari non possit.* Cum gente, *inquit,* deorum. *quæ potest inueniri defensio: cùm in Troianis, eorum pulsentur violenturq́ maiores? Tantum Poëta Troianis attribuit: vt sacrilegij crimen admittat, si qs eos bello crediderit lacessendos.* INVICTISQVE viris gerimus.] *quòd si contemnendos crederent deos, & pœnam pro admisso scelere non timerent: scirent cum his sibi esse certamen, quos prouocare crimen esset, & de quibus victoria negaretur.* QVOS nulla fatigant prælia, nec victi possunt absistere ferro.] *quia potuit dici; Tamdiu duremus donec illi deficiant, aut cedant. Prior occurrit, asserens, eos nec lassari posse certando, nec vinci. Et tamdiu, inquit, in labore persistunt, donec victoriam consequãtur, & obtineant gloriam. hoc est dicere: nõ discedunt de campo, nisi ad plenum superiores exstiterint.* SPEM si quam accitis Ætolûm habuistis in armis, Ponite: spes sibi quisque.] *Adhuc facit commemorationem auxiliorum, à Diomede negatorum: vt ostendat, etiam ipsum timuisse: & eius exemplum esse retinendum. Deficientibus autem subsidijs, debere vnumquemque gerenda curare per sese.* Quia dici potuit: *Si auxilia denegata sunt, adeximus nobis* … *ideo dixit,* Spes sibi quisque. *sed hoc ademi*… SED hæc quàm angusta, videtis Cætera … Iaceant perculsa ruinâ, Ante oculos, in… nus sunt omnia vestras.] *Etsi, inquit, posset … sua quemque virtus defenderet à periculis belli … test. Videtis enim afflicta omnia, & probatis … quòd aliorum ruinâ res nostræ noscantur oppre… assertioni meæ fides non adest: quid agatur, pro… nibus vestris. Quæ maior confirmatio esse po… ipse esset testis: cui veritatem necesse fuerat … comprobari?* NEC quemquam incuso: … plurima virtus Esse, fuit: toto certatum … re regni.] *Sub imagine istius laudis omnes pro… tionis fine. Desperationem, inquit, incuso. feci… quisque, quod debuit. Impleuit vestra virtus … omne regnum in arma conuersum est. quasi dice… ciemus pauci, & fessi? qui cum totius regni … virtute certantes, nec obtinere potuimus: & … mus? Hæc dicendo, & illud satiauit: spem non e… liquos ex proprijs viris: cùm vniuersos, quos … imperium, congregauisset furor armorum. hoc …* tatum est corpore regni: *quod alio loco ai…* ne tumultu Coniurat trepido Latium. … adeò, quæ sit dubiæ sententia menti, Ex… paucis (animos adhibete) docebo.] *V… fuerãt, pro rerũ & tẽporis necessitate, facienda … cõmendat: sciebat enim, se anxijs loqui, etiã au… fractos animis interesse. His igitur spõdet bre… cit attentos; cũ calamitatis ipsius remedia fu… Ordinatio sensus talis est:* Nũc adeò quę si… biæ mẽti, *hoc est, in deliberatione cõstitutæ, … cebo vos paucis: vos tamẽ animos adhibete.* Nũ… *cipiendũ est: vt sit, nunc expediã, nunc docebo, … hibete. Nunc hanc habet hoc loco virtutẽ, quò … tibus profutura omnibus & cunctis vtilia prof…*

Est antiquus ager Thusco mihi proximus amni,
Longus in occasum, fines super vsq; Sicanos,
Aurunci Rutuliq; serunt, & vomere duros
Exercent colles: atq; horum asperrima pascunt.
Hæc omnis regio, & celsi plaga pinea montis
Cedat amicitiæ Teucrorum, & fœderis æquas
Dicamus leges, sociosq; in regna vocemus.
Considant, si tantus amor, & mœnia condant.
Sin alios fines, aliamq; capessere gentem
Est animus, possuntq; solo decedere nostro:
Bis denas Italo texamus robore naueis.
Seu plures cõplere valent: iacet omnis ad vndã
Materies. ipsi numerumq; modumq; carinis
Præcipiant: nos æra, manus, naualia demus.
Præterea, qui dicta ferant, & fœdera firment,
Centum oratores primâ de gente Latinos
Ire placet, pacisq; manu prætendere ramos,
Munera portantes, auriq; eborisq; talenta,
Et sellam regni trabeamq; insignia nostri.
Consulite in medium, & rebus succurrite fessis.
Tum Drances idem infensus, quem gloria Turni
Obliquâ inuidiâ stimulisq; agitabat amaris,

SER. EST antiquus ager Thusco mihi proximus amni.] *Hoc loco Donatus errauit; dicens, agrum, quẽ Latinus donare se disponit, esse in Campaniâ, iuxta Vfentem fluuium: (quod etiam Clanarius ait) cuius terras vicinas Thusci aliquando tenuerunt. vt indè dictum sit,* Thusco mihi proximus amni. *Agit etiam hoc argumento, quòd illîc est locus, qui hodieq́ Pinetum vocatur. Sed constat, loca illa omnia esse cãpestria. nec procedit, quod dicitur;* Celsi plaga pinea mõtis. *Vnde sequenda est potiùs Liuij, Sisennæ, & Catonis autoritas. Nam penè omnes antiquæ historiæ scriptores in hoc consentiunt. Cato enim in Originibus dicit, Troianos à Latino accepisse agrũ, qui est inter Laurentũ & castra Troiana. Hic etiam modũ agri cõmemorat: & dicit, eum habuisse ingera* DCC. *Sanè* antiquus *potest, & nobilis accipi: vel secundũ Trebatium, qui de Religionibus lib. septimo ait:* Luci, qui sunt in agris, qui concilio capti sunt: hos lucos eâdem ceremoniâ moreq; conquiri haberiq; oportet: vt cęteros lucos, qui in antiquo agro sunt. *Antiquum agrum, Romanũ cogit intelligi.* THVSCO mihi proxim9 amni.] *Tyberino.* LONGVS in occasum.] *E… occidentẽ tendit… tuit ergo vsq ad … ad Hostiã tendi.* … per vsq; Sican… *fines Sicanos, … quãdo tenuerunt … ra loca, in quibus … hac enim Siculi … Vnde est,* Et ge… Sicanæ. *Illi a… pulsi sunt; Lig… Sacrani ab Abo…* [AV]RVNCI Rutu… *Subaudi à super… Nã & suprà ait,* … tiquus ager. *E… pollicetur: aut … pendiarium, ha… Aurunci: aut ad … quasi regi operas … superfluum est, q… tus; nõ potuisse fi… Turno ager Rutulorũ à Latino donaretur Ae…* exercent colles.] *Extenuat agri meritum: … tur esse, quod donat; vel ne graue videatur … ferendus est. Hinc etiam est,* Atque horum asp… scunt. *Et suprà,* Aurunci Rutulique serun… *operis suis excolitur.* Asperrima aut pascunt… *asperrimas partes, vel asperrima pascunt loca …* CEDAT amicitiæ.] *Id est, in precium conce…*

A rum. Et bono verbo vſus eſt amicitia; nō pro hoſtibus: hoc eſt, ne quaſi victas demus. ÆQVAS dicamus leges.] Vt pari inter nos ſocietate verſemur: Id eſt, vt ſit neuter inferior. SOCIOS'QVE in regna vocemus.] Non ſtipendiarios. vt in quarto, Cuique loci leges dedimus. POSSVNTQVE ſolo diſcedere noſtro.] Scit eos fataliter ad Italiā veniſſe. nam audijt & à Fauno; Externi venient generi, Et ab Ilioneo; Sed nos fata deûm veſtras exquirere terras Imperijs egêre ſuis. Tamen propter Turnum ſimulat ignorantiam, vt ſe etiam circa eum æquum præſtare videatur. Multum eſt autem, quòd ait, poſſunt. BIS denas Italo texamus robore naueis.] Quæritur, vnde ſcierit Latinus, viginti naues habuiſſe Aeneam? ſed ita abſoluitur: potuit ſpeculatione, potuit rumore cognoſcere. poſtremò extenuatione dixit, quæ amplius ſolet complecti: quia de viginti nauibus vnam periſſe cum Oronte; quatuor in Siciliâ concrematas. TEXAMVS.] Quidam texamus propriè dictum tradunt: quia loca, in quibus naues fiunt, Græcè ναυπήγια, Latinè textrina dicuntur. Ennius dicit; Idem campus habet textrinum nauibus longis. Naualia enim non eſſe

B ναυπήγια; ſed νεώρια. COMPLERE valent.] Propriè verbum nauticum. nam græcè πλήρωμα dicitur. IACET omnis ad vndam materies.] Hîc omnis, pro eâ quæ ſufficit. Iterum extenuat: vt ſinè magno negotio fieri videatur. Et materies, antiquè dictum: nam materiam dici debere, multi aſſerūt. Eſt autē Materies, & Materia, lignū. Vnde Cicero in Officijs: Domus malè materiata. NVMERVM'QVE modumq́;.] Eleganter, quot & quantæ magnitudinis ſint. MANVS.] Artifices. NAVALIA demus.] Hoc loco ipſæ res nauales ſunt; id eſt, pix, cera, funes, vela, & alia huiuſmodi. Naualia dicimus loca, vbi naues ſunt. Sed modò de græco trāſtulit. Et naualia poſuit, pro trabibus; de quib. naues fiunt. nam Homerus νηὸς dicit, nauale lignū. PRIMA de gente.] Et ex numero, & ex nobilitate legatorū, intelligitur negotij magnitudo. AVRI'QVE eboriſq; talenta.] Ad aurum refertur: an & ad ebur? quia & ebur ad pondus venditur. ET ſellam regni trabeamq; inſignia noſtri.] Bene noſtri. Romanorum enim imperatorum inſigne fuit, ſella curulis, & trabea. nam diadema aliarū gentium reges non habebant. Et ſciendum, ſellam curulem à curru dictam: quòd eâ tantùm vtebantur, qui triumphali curru inuecti fuiſſent. Sicut etiā Pal-

C mata dicitur tunica, quam merebātur, qui reportaſſent de hoſtibus palmam. Cumq; à Curru dicta ſit, cuius prima ſyllaba producitur: tamen curulis ſedes, primā corripit. Lucanus: Vacuæq; loco ſedêre curules. IN medium.] In commune. vt, In medium quærebant ipſaq; tellus. TVM Drances idem.] Videlicet qui ſuprà apud Aeneam egerat. OBLIQVA inuidiâ.] Hoc eſt, qui ex aperto impugnabat Turnum; ſed eum reipublicæ ſimulatâ defenſione lacerabat.

POM. Sabi. EST antiquus ager.] Deſcribit agrū, qui eſt inter Laurentū & Tyberim; quē aiunt accepiſſe à Latinis Aeneam. Ego puto, quòd Latinus dicat imperium ſuum: & dicat antiquum, vetuſtate familiæ, quæ poſſedit. SICANOS.] de Sicanis, Auruncis & Rutulis, quære ſuprà. CEDAT amicitiæ.] non in precium amicitiæ, vt aiunt: ſed dicit, omne regnum meum ſit in amicitiâ Aeneæ: & concludit ſe & regnum. Vel intelligamus, datū fuiſſe agrū Troianis. SELLAM.] Sella curulis, ex ebore & trabeâ, erant inſignia regum Romanorum hinc dicimus, trabeatum Romulum. OBLIQVA.] clandeſtinâ.

VAR. Lect. PRIMA de gente Latinos.] In pleriſq; lib. antiq. Primâ de gente Latini legitur. AVRI'QVE eboriſq; talenta.] Antiq. lib. Eboriſq́;, aurīq; legunt.

DON. EST antiquus ager, Thuſco mihi proximus amni, Longus in occaſum, fines ſuper vſque Sicanos.] Conſilij huius duplex reperitur eſſe tractatus. Fuit quippe vna pars eius, ſi cōmorari Troês in Italiā mallent; altera, ſi abſcederent. In vtrâq; aſſerit ſe velle eſſe liberalē: quòd ſciret, hoſtes ſinè cōmodo ſuo nō eſſe receſſuros ab effectu pugnandi; vtpote qui eſſent ſuperiores. Species autem, quas ſe dare velle dicturus eſt, ſic extenuat, vt ſinè detrimēto dari poſſint, & ſumi pro magnis. Cur ergo nō fieret, quod nō læderet dantē, & libenter accipiēs ſumeret: Eſt mihi, inquit, antiquus ager, hoc eſt, proprius, & olim ſinè quæſtione poſſeſſus. Agrum quum dicit, oſtendit, nullis ſurculis conſitū. Thuſco mihi proximus amni. In longinquis regionibus, incognitus cūctis; proindeq; ob longinquitatem inutilis regno. Vtq; adeò ignotū vult eſſe vniuerſis, ex ſupradictâ cauſâ: vt ipſe indicet, vbi ſit, & in quâ parte terrarū, & qualis iſte diffuſus eſſe videatur. AVRVNCI Rutuliq; ſerūt, & vomere duros Exercent colles, atq; horum aſperrima paſcūt. Hæc omnis regio, & celſi plaga pinea montis Cedat amicitiæ Teucrorū: & fœderis æquas Dicamus leges.] Quæ eſſent æquæ fœderis leges, ipſe expoſuit. ait enim: SOCIOS'QVE in regna vocemus.] Vt in ſocietatē recepti, nec potiores Italis eſſent; nec inferiores ciuibus. CONSIDANT, ſi tantus amor, & mœnia cōdant.] Si regio iſta placuit: iſtorū amore locorū ducuntur; & hîc cōſidere volunt: conſidant, mœnia condant. Dixit vnū tractatus ſui & ſententiæ partē: vt accipiant agros; conſidant; ciuitatem ſibi, ſi voluerint, condant. Subnectit alterā, hoc modo: SIN alios fines, aliamq; capeſſere gentem, Eſt animus; poſſuntq; ſolo decedere noſtro: Bis denos Italo texamus robore naues, Seu plures complere valent.] Sin verò illorum animus ſederet, tranſire ad alia, atque alias gentes & populos occupare: pro commodo ad longinqua pergentis, texamus viginti naues; vel, ſi maiorem numerum cōplere poſſunt, impigrè præparemus. Incipit dicere, hoc ipſum factu eſſe facillimum, & poſſe ſinè detrimento compleri. IACET omnis ad vndam Materies.] Quòd ait, Iacet, oſtendit ſpeciei ipſius ex abundantiâ vilitatem: nec abſcindendi aut exportandi laborem eſſe neceſſarium; cùm ad ipſum littus eſſe videretur omnis materies, hoc eſt, omne genus lignorum, quod nauium fabricis congruit. IPSI numerumq; modumq; carinis Præcipiant.] Ipſi iubeant, quantæ præparentur, & quales. dicendo, Præcipiant, oſtendit ſe de potioribus loqui. NOS æra, manus, naualia demus.] Quæ ſunt neceſſaria perficiendis nauibus, nos miniſtremus: æra ſcilicet, & manus, naualia. Aliqua ſpecialiter poſuit ex his, quæ fabricandis nauibus ſunt neceſſaria, aliqua verò generaliter tenuit; ne plurimum temporis contereret. Longa enim eſſet ſpecialis in omne opus enumeratio: aut multa viderentur, quæ perquirerent explicationis effectus. Et quid opus fuit, ſingillatim perſequi omnia? cùm eſſet vniuerſis audientibus cognitum, quid eſſet parandis nauibus neceſſarium. PRÆTEREA qui dicta ferant, & fœdera firment, Centum oratores primâ de gente Latinos Ire placet.] Oratorum centenarium numerum, & eorum qui eſſent inter Italos nobiliores, conſtituit mittere. Hoc enim poteſt videri ab Aeneâ didiciſſe; qui ad eum centum legatos miſit. plurimum enim negotijs proficit, ſi propter eius effectum plurimi mittantur, & magni Decreuerat igitur Latinus, centum legatos ad Aeneam mittere; qui dicta ferant, hoc eſt, qui ad eum perferant, quæ ſuprà dicta ſunt de agro dando, de condendis mœnibus, & nauibus conſtruendis. ET fœdera firment.] ipſe enim fuerat cauſa mittendi: vt, remoto bellandi affectu, firmæ pacis otia tenerentur. PACIS'QVE manu prætendere ramos.] Et præferant ramos pacis in manibus ſuis. Pacis rami ſunt decerpti de arboribus oliuarum: vt plurimis locis poſitū eſt. Qui idcirco quaſi prænuntij monſtrātur: vt, adhuc tacente legatione, quid velit, vel quid ſit petitura, prænoſci poſſit, & libenter audiri. MVNERA portantes, eboriſq; auriq; talenta.] Hæc ad commodum familiaris rei & vtilitatem. ET ſellam regni trabeamque inſignia noſtri.] Hæc ad meritum, & honorem regiæ poteſtatis. Denique, idcirco addidit Regni inſignia noſtri: vt appareat, ſellam & trabeam ſolis eſſe regibus attributam. Miſſa ſunt iſta: vt alia augerent opes; oſtenderent alia dignitatem. Ecce, animus optantis pa-

Digitized by Google

tis parem? misit munera, & regalis potestatis insignia: vt ex his intelligeret Aeneas, Latini voluntatem, & Italorum se in regnum esse susceptum. CONSVLITE in medium, & rebus succurrite fessis.] Consulere in medium, est consilio reperire, quod omnibus prosit. Pulchrè conclusit: Si, inquit, quæ dixi, non videntur esse facienda: vos in communi periculo prouidete, quid fessis rebus valeat subuenire. Clausit orationem suam: de Turni tamen, vel Aenea, aut de filiæ nuptijs, nihil dixit. feruentibus enim cunctis, bellorum A causas nominare non debuit. Fuit enim ipsi Latino inuidiosa, & non decuit, vt filiam quoque per legatos offerret. Dedit tamen cæteris viam tractandi de ipsa: dum rogandum Aeneam dicit, & placandum muneribus. ex his quippe potuit aduerti, quid ille sentiret de nuptijs filiæ. TVM Drances idē Infensus, quem gloria Turni Obliquâ inuidiâ stimulisq; agitabat amaris.

Largus opum, & linguâ melior; sed frigida bello
Dextera, consilijs habitus non futilis author;
Seditione potens, (genus huic materna superbū
Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat)
Surgit, & his onerat dictis, atq; aggerat iras.
Rem nulli obscuram, nostræ nec vocis egentem,
Consulis, ô bone rex. cuncti se scire fatentur,
Quid fortuna ferat populi; sed dicere mussant.
Det libertatem fandi, flatusq; remittat,
Cuius ob auspicium infaustum, moresq; sinistros,
(Dicam equidem; licèt arma mihi mortemque minetur)
Lumina tot cecidisse ducum, totamq; videmus
Consedisse vrbem luctu: dum Troia tentat
Castra, fugæ fidens; & cœlum territat armis.
Vnum etiam donis istis, quæ plurima mitti
Dardanidis, dicitq; iubes; vnum, optime regum,
Adijcias: nec te vllius violentia vincat,
Quin gnatam egregio genero, dignisque hymenæis,
Des pater: & pacem hanc æterno fœdere firmes.
Quòd si tantus habet mentes & pectora terror:
Ipsum obtestemur, veniamq; oremus ab ipso:
Cedat ius proprium regi, patriæq; remittat.
Quid miseros toties in aperta pericula ciues
Proijcis? ô Latio caput horum & causa malorum!
Nulla salus bello: pacem te poscimus omnes,
Turne; simul pacis solum inuiolabile pignus.
Primus ego, inuisum quem tu tibi fingis. (& esse
Nil moror) en supplex venio: miserere tuorum:
Pone animos, & pulsus abi. sat funera fusi
Vidimus; ingenteis & desolauimus agros.
Aut, si fama mouet; si tantum pectore robur
Concipis, & si adeo dotalis regia cordi est:
Aude, atq; aduersum fidens fer pectus in hostem.
Scilicet, vt Turno contingat regia coniunx,
Nos animæ viles, inhumata infletaq; turba,
Sternemur campis! etiam tu, si qua tibi vis.

SER. LARGVS opum.] Abundans opibus; diues: non qui multa donaret. LINGVA melior.] Vt, Læuissimus vmbrâ. Sallustius: Fructuū pabuliq; lætus ager. NON Futilis author.] Non manis. nam Futis, vas quoddam est lato ore, fundo angusto: quo vtebantur in sacris Vestæ. quia aqua, ad sacra Vestæ hausta, in terram non ponitur: quod si fiat, piaculum est. Vnde excogitatum est vas, quod stare non posset; sed positum statim effunderetur. Indè & homo, commissa non retinens, futilis dicitur: contrà, non futilis, bonus in consilijs, non manis. SEDITIONE potens.] Præpotens in mouendâ; non in comprimendâ seditione. SVPERBVM.] Pro, nobile. INCERTVM de patre ferebat.] Non ignobilem, sed penitus ignoratum significat. Alij incertum, aut ipsum patrem, aut genus, tradunt. & bene segni homini paternam non dedit nobilitatē. SVRGIT.] Hic reddidit sensum; Tum Drances surgit. ONERAT dictis.] Hoc sermone ostendit, Turnum esse ex oratione grauatum Latini. IRAS.] Turni; an omnium, qui bellum detestabantur? REM nulli obscuram.] Callidè & oratoriè agit: & in omnibus adulatoriè respondet dictis Latini. suprà enim ille dixerat; Ante oculos, interque manus sunt omnia vestras. Sanè quasi prædictum oratorem exprimit: quia suprà de eo dixit; Et linguâ melior. Et, Rem consulis. pro, de re consulis. Plautus; Consulere quiddam est, quod tecum volo. Sed Drances, sicut dictum est, rhetoricè suadet de pace. nam & pacem faciendam hortatur: & accusationem in Turnum dirigit: & quæ à Latino indubitanter vniuersa dicta sunt, quæ pacem fieri suadeant: Drances eadem omnia respondens, addit etiam de filiâ dandâ Aeneæ; quod Latinus antè reticuerat. QVIN natam egregio genero.] quia non aliter firma erit pax, quam fieri vis. Et quia sciebat, hoc Turnum grauiter esse laturum: in inuidiam personam eius adducens, Dicam equidem, licèt arma mihi mortemque minetur, &, ne mirum esset, qui sic liberè responderet: antè eius & mores, & causam prædixit; Linguâ melior, seditione potens: idem Infensus, quem gloria, &c. duæ tamen hîc, faciendæ pacis, præcipuæ causæ sunt: quòd victi sunt; & Turnus singulari certamine congredi debeat. VOCIS egentem. Genitiuo iunxit: vt, cùm classis egeret.

O BONE Rex.] Bene addidit, bone: & auxit epitheto dignitatē. Rex enim medium est: nam & bonus esse, & pessimus potest. Alij bone rex exprobrationè accipiunt. MVSSANT.] Modò, verentur, vel timent, significat: aliàs dubitant; vt, Mussat rex ipse Latinus, Quos generos vocet. Interdum, susurrant: vt de apib. dicitur. Et propriè Mussare, est obmurmurare, & B queribundum velut muto esse vicinum. Aliàs, tacent; aliàs, quiescunt. FLATVSQVE remittat.] Aut, ponat superbiam: aut, nostros flatus remittat, id est, nobis respirare concedat. Remittat autem, nunc pro laxet: vt, remissis artubus, pro laxatis. CVIVS ob auspicium infaustum.] Inuidiosè Turni auspicijs imputat. quòd tantus perierit exercitus. ac si diceret: Si malis & infaustis tuis omnibus non egrederentur; possent forsitan superare virtute. Sanè sciendum, hūc Drancem exprimere, quicquid verecundè celauerit Latinus. MORESQVE sini- C stros.] Contrarios: quia in principio, Latino morigerari noluit. LICET arma mihi.] Licèt, est parenthesis. LVMINA ducum.] Id est, proceres. vt, O lux Dardaniæ! CONSEDISSE vrbē luctu.] In luctum esse demersam. TENTAT.] Mirè, tentat; non pugnat. FVGÆ fidens.] Illud respicit, quòd bella deseruit, Iunone faciente: vel quia eius exercitus fugit. Fugæ autem figuratè dixit; pro, Fugâ fidens. COELVM territat armis.] Dictum quidem, Vergilij grauitati non conuenit: sed peritè Dranci hæc data sunt verba, qui tumidâ vti oratione inducitur. Vnde ei paulò pòst Turnus dicit; Quæ tuto tibi magna volant. Item, Proinde tona eloquio. Item, Ventosâ in linguâ. Deinde diximus, Drancem librare se ad orationem Latini. vnde nunc dicit, Et cœlum territat armis. quia audierat, Bellum importunum ciues cum gente deorum. Id est, contra eos pugnat, qui fauore deorum nituntur. ETIAM.] Hoc loco etiam, pro adhuc; vt Terentius, Hunc ego nunquam videram etiam. & mox, Vnum etiam vos oro, vt me in vestrum recipiatis gregem. MITTI Dardanidis, dicique.] Mitti, aurum, ebur, sellam, & cætera: dici, de nauibus, vel agro. Et bene Dardanidis, quasi cognatis, & ab origine generis propinquis. ADIICIAS.] Pro, adijce. Terentius: Abeas, si sapis. Quia indecens erat, imperatione ad regem loqui. Et bene

A bene hic, quod honestè Latinus reticuerat, dicit: Lauiniam quoq; ei offerendam. EGREGIO genero, dignisq; hymenæis.] Ergo Turnus videtur indignus. ÆTERNO fœdere iungas.] Natæ scilicet coniunctione. nam munera contemni poterant: generis verò coniunctione, in æternum pacis fœdera firmabantur. Hoc autẽ dicto latenter etiam Latini pudorem exonerat; qui Turno etiam suam promiserat filiam: dicens, causam reipublicæ præponderare debere: & propter pacem ciuium, Turno Aeneam esse præferendum. TERROR.] Terror est propriè, qui alijs infertur: vt si dicat. Ille habet terrorem, id est timendus est. Vnde & Terribilis dicitur. Metus autẽ est, quem habent timentes. Sed nunc vsurpatiuè Terrorem pro metu posuit. Nam hoc dicit: Quòd si tam Turnũ timemus: Alienè loqui voluit: quòd turpe esset, audienti Latino dicere, vt Turnum timeat. IPSVM.] Inuidiosè repetitum pronomen. VENIAM'QVE oremus ab ipso, cedat.] Asper hic distinguit: Id est, hanc veniam oremus vt cedat. aut, si coniunctè legeris, Cedat ius proprium regi, noua erit elocutio, accusatiuo iunctum cedat. &, cedat ius proprium, id est, quod proprium regum est. aut, cedat Aeneæ. Quod autem hîc B dixit, cedat: mox ait, Pone animos, & pulsus abi. QVID miseros totiens in aperta pericula ciues Proijcis?] Quasi viles & abijciendos. & ingenti pondere vniuersa verba sunt posita. LATIO.] Non vni ciuitati. CAPVT.] Principium. Et est antiquum: quia quiuis auctor & princeps rei gestæ fuerat, caput à veteribus dicebatur. Terentius: Nam si hîc mali est quicquam, illîc huic rei est caput. Plautus in Asinariâ: Ego caput huic fui argento inueniendo. NVLLA salus bello.] Plus est, quàm si spes diceret. Nulla bello autem: per bellum. PACEM te poscimus omnes.] Te poscimus, qui solus es causa bellorum. nam Aeneas pacem promisit. Omnes inuidiosè: vt & Latinus hoc poscere videatur. SOLVM inuiolabile pignus.] Id est, Lauiniam. Et hoc est, quod ait suprà, Pacem hanc æterno fœdere firmes. INVISVM quẽ tu tibi fingis.] Id est, inimicum. & bene, Quem tu tibi fingis: ne ei, tanquam inimico, minimè credatur. & hoc dicit: Non sum quidem inimicus, sed, si velit esse, non recuso. nam hoc est, Et esse nil moror. FVSI.] Fugati. DESOLAVIMVS agros.] Vel dum occiduntur agricultores: vel dum coguntur ad militiam. nam legimus, Et latos vastant cultoribus agros. DOTALIS C regia cordi est.] Hoc est, regnum Latini. Sic alibi: Non hæc dotalis regia Amatæ. SCILICET vt Turno cõtingat regia coniunx.] Hæc cum quadam irrisione dicuntur. Et ostẽdit, hoc nec vtile, nec honestum esse. INHVMATA infletaque turba.] Atqui sepulti sunt omnes, qui in bello perierant; vt legimus suprà. Sed hoc factum est Aeneæ beneficio: qui sepulturæ eorum reddidit socios. Ergo, quantũ ad Turnum pertinet, insepulti sunt: nam campos suâ potestate retinebat Aeneas. ETIAM tu.] Nunc etiam hortantis aduerbium est, vt Eia. Terentius: Etiam responde. Aliâs. Adhuc significat; & est temporis aduerbium: vt, Etiam currus, etiam arma tenentes. Alibi pro coniunctione: vt, vos etiam gemini, &c. Ponitur etiam pro nondum. Afranius: Etiam quidquam egisti. Apud maiores etiam consentientis fuerat; quod tamen in his recentibus idoneis auctoribus non inuenitur. Nonnulli etiam tu, pro Quin tu, tradunt. VIS.] Virtus.

POM. Sabi. NON futilis autor.] scilicet bonus consulendo. Futis, genus vasis, ab effundendo; quod erat patuli oris, & fundi instabilis quo in sacris vtebantur: quod aquam, cùm ponebatur, statim effundebat. ideo semper manibus tenebatur. Hinc Futilis ille dicitur, qui omnia effundit. MATERNA superbum.] filius sororis Latini, patre rustico. REM nulli.] Oratio Drancis, annuentis consilium Latini. MVSSANT.] Mussare, obmutire est. & qui vocatur, vt dicat, & silentium tenet, veretur. FLATVS'QVE.] superbiam, fastum. CVIVS ob auspicium.] Turni auspicijs imputat, quòd tantus perijt exercitus. SINISTROS.] contrarios. FVGÆ fidens.] quia fugit priore pugnâ: tamen volente Iunone. VENIAM'QVE oremus ab ipso.] scilicet Turno. per indignationem loquitur; & in contemptum præsentis Latini, Turno dat omnem potestatẽ: vt puta, oremus à Turno veniã, vt cedat & remittat ius proprium regi & patriæ. ideo bene Asper distinguit in cedat TE poscimus.] qui solus das bellũ. SI famã, vt hinc quæras tibi famam. DOTALIS regia.] id est, regnum Latini, quod dotale tibi putas. FER pectus.] tu qui inde famam quæris. CONIVNX.] scilicet cæso Aeneâ.

VAR. Lect. NON futilis auctor.] Antiqui libri Actor habent. INCERTVM de patre ferebat.] In Romano libro Ferebant legitur. FVGÆ fidens.] In Romano libro, Fuga est. QVÆ plurima mitti Dardanidis, diciq; iubes.] Aliquot exemplaria, Duci legunt. ÆTERNO fœdere iungas.] Romanus liber, & aliquot alij, legũt Firmes. STERNAMVR campis.] T. Donatus Sternemur legit.

DON. LARGVS opũ, & linguâ melior; sed frigida bello Dextera, cõsilijs habitus non futilis autor; Seditione potens, (genus huic materna superbũ Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat.) Surgit, & his onerat dictis, atque aggerat iras.] Drances, inquit, idem ideò: quia & suprà de ipso dixerat. Ingrauat hæc sæuus Drances, solumque vocari Testatur, solum posci in certamina Turnum. Cùm idem Drances Turno fuerit infensus & hunc vrgebat inuidia gloriarum eius obliqua tamen, nec in apertam professionem ducta: quòd fuisset seditiosus & diues, quemq; extollebat materna nobilitas. nec reuocabat hunc à naturâ suâ pudor, aut frangebat, quamuis potentis ludibrium matris quæ illum incerto patre protulerat. SVRGIT.] Ecce diuersum personarum meritum. Rex locutus est sedens: iste verò surrexit; vt loqui posset: & oneraturus Turnum, sic instituit loqui. Expressit Poëta hominem sæuum & factiosum. Qui enim prima odia excitare laborando non potuit: nunc, quod facile fuit, augere nitebatur inuenta; ne perderet occasionem temporis, & opportunitatem regiæ voluntatis amitteret: vel ne exsisteret quisquam, qui Latini studium pro Aeneæ partibus ad vtilitatem Turni conuerteret. Interea, cùm hyperbaton possit quandam obscuritatem intellectui dare, ordinatio sensus addenda est sic: Tum Drances, idem infensus, quem melior gloria Turni Obliquâ inuidiâ stimulisq; agitabat amaris, Surgit, & his onerat dictis, atq; aggerat iras. Medij versus, de genere, de fortunâ, de moribus, de artificiosâ eloquentiâ, & quòd esset imbellis; idcirco videntur interpositi: vt constaret, illum versuti animi, superbiâ quoq; materni sanguinis, largiẽdo atq; loquendo, quæ vellet, explicare potuisse. REM nulli obscuram, nostræ nec vocis egentem, Consulis, ô bone rex. cuncti se scire fatentur: Quid fortuna ferat populi: sed dicere mussant.] Ex facto & verbis probat poëta, quod dixit. Asseruit enim Drancem inimicum Turno propterea quòd virtutis inuideret: cũ ipse Drances esset imbellis; superbus propter nobilitatẽ materni sanguinis, & propter substantiã rei familiaris; versutus, callidus, eloquens, seditiosus. Ecce, primus & solus loquitur: & nõ consultorũ negotij publici; sed vnius hominis inimicus. & cùm nullum habuisset cum cæteris tractatum; loquitur quasi instructus ab omnibus. atq; vt accederet dictis eius maior authoritas: ex omnium memorat se venire consensu. Magnum quippe inuentum est; quod licèt ab vno exortum esset, cuncti approbant, & vniuersi confirmant. Occultauit priuatas: ne non suum, sed publicum negotium agere videretur: aperuit tamen odium, quod obliquâ exercebat inuidiâ. idoneam quippe nocendi inuenerat causam. Rem, inquit, omnibus manifestam loquimur et. ecce, quasi omnes idem vellent, atque idem sentirent. sic exorsus est. Laudat sententiam regis: & hanc, quod melius fuerat, laudando confirmat. non enim debuit, post regis arbitrium, ipse quoque,

Digitized by Google

tanquam te cauſa iudicant, loqui. præferendo tamen atque approbando plus agit, quàm volebat impleri. Vſqueadeò, inquit, rex optime, tantum cunctis placet ſententia tua: vt laudari potiùs debeat, quàm de eâ tractari. Sic conſulunt, quibus imperij poteſtatem, & nomen regale committimus; & qui bene commiſſam ſibi Remp. regunt. Boni regis officiũ complent, nulli contra publicum commodum præſtando gratiam; nullumq́ metuendo. Quod ipſum probatur ex eo: quia id ſenſiſti, quod nos cuncti ſcire fatemur. SED dicere muſſant.] Sed metuunt loqui; & mala noſtra, preſſi formidine, contegunt, ne dicerentur. tu ſolus quæris, & illi tacent? idcirco ait: Volũt loqui vniuerſi, ſed timent. DET libertatem fandi, flatusq́; remittat, Cuius ob auſpicium infauſtũ, moresq́; ſiniſtros (Dicam equidem, licèt arma mihi mortemq́; minetur) Lumina tot cecidiſſe ducũ, totamq́; videmus Conſediſſe vrbem luctu; dum Troia tentat Caſtra, fugæ fidens, & cœlũ territat armis.] Satis inſidioſa ſententia, & altiſſimis dolis inſtructa. fingit enim ſe metuere, & omnem in Turnum inuidiam cogerit: quumq́ eum aſſerit plurimum poſſe: & ab omnibus metui; odia ei maiora conquirit. Det, inquit, libertatem fandi, flatusq́; remittat: quaſi nulli fas eſſet loqui, aut anhelare ſaltem: niſi voluiſſet Turnus, & rogatus præcepiſſet. Incipit iam erumpere in ea, quæ olim proferre cupiebat: vt compleret, quæ apud Aeneam ſe profeſſum eſſe meminerat. dixerat quippe: Et te, ſi qua viã dederit fortuna, Latino Iungemus regi: quærat ſibi fœdera Turnus. Vtitur igitur occaſione oblatâ fortunæ, & opportunitatẽ temporis retinet; quã meliorem, aut talẽ poſtea reperire nõ poſſet. & quaſi ſub metu poſitus, nõ obliquas iam; ſed apertas inimicitias profitetur. Cuius, inquit, ob auſpicium infauſtum; deteſtabile ſcilicet, atq; funeſtum. Vbi loqui cœpit in ſeditionibus excitandis artifex, interpoſuit aliud, quo moueretur vniuerſi, & vnuſquiſq́, ſalutis ſuæ commodum tractans, quicquid de Turno asperè ageretur, libenter acciperet, & audiret. DICAM equidem, licèt arma mihi mortemq́; minetur.] quòd ait, Mihi; hoc intelligi poteſt: Mihi, quia commodum publicum ſalutemq́ cunctorum quæro, interitum parat: proculdubiò & paribus alijs, & fortunæ ratione ſequentibus, dirũ ſpondet ſuâ deſperatione ſupplicium. LVMINA tot cecidiſſe ducum, totamque videmus Conſediſſe vrbem luctu, dum Troia tentat Caſtra.] hoc eſt: quid faciemus cæci? qui ſpei noſtræ tot perdidimus lumina; & non aliquam partem noſtræ vrbis, ſed totam ciuitatis faciem, luctibus videmus oppreſſam? Colligitur totum ſic: Infauſta Turni auſpicia quantas inflixerint clades, vident omnes & gemunt: nihil eſt, quod non luctibus redundet, & lachrymis. Periêre tot duces; lumina ſcilicet cæterorum: periêre plures de multis: periêre meliores. Faciendo totius ciuitatis commemorationem, ad omnes, qui concilio intererant, dolorem futurum pertinere monſtrauit: vt reuerâ non odij ſui cauſam; ſed publicum tueri commodum videretur. Quis enim in illâ multitudine fuit, qui non doleret amiſſum: cùm alij patres, alij filios, nonnulli fratres aut propinquos, vel familiares fidiſſimos, gemerent? DVM Troia tentat Caſtra, fugæ fidens, & cœlum territat armis.] & hoc dicebat inflictum, dum ille Troiana caſtra tentaret: & non iam homines, ſed cœlum, pulſare contenderet. Tentat, inquit; nõ expugnat. deniq; addidit: Fugę fidens. Tentare quippe eſt, ad vnam quamque rem diffidenter accedere. Videbatur ergo Turnus tentâſſe certamen, & euaſiſſe fugiendo. Proinde deſertiones & crimina obiectat: quia in decimi libri parte dictus eſt aufugiſſe. Terrere cœlum videtur, qui in armis exſultat, & cum nullo congreditur. Proprietas tamen illa eſt dicti, vt Troiani cœlo comparati videantur: quòd non poſſent mortalium aggreſſione terreri. Troia caſtra ſic pronuntiare debemus: vt Troia, non duas, ſed tres ſyllabas faciant, tro, i, a, ſeparatim; & vocales i & a ſeparatim. Caſtra quoque, non ſolùm parietes; ſed exercitum dictum debet intelligi. Huius loci ſenſus ſic A ordinatur: Licèt arma mihi mortemq́ minetur, Cuius ob auſpicium infauſtum, moresq́ ſiniſtros, Lumina tot cecidiſſe ducum, totamq́ videmus Conſediſſe vrbem luctu, dum Troia tentat Caſtra, fugæ fidens, & cœlum territat armis. VNVM etiam donis iſtis, quæ plurima mitti Dardanidis, ducique iubes, vnum, optime regum, Adijcias; nec te vllius violentia vincat.] Dixit, placuiſſe omnibus ſententiam regis: ſed addidit Drances, quod ille conſultò & verecundè tranſmiſerat. finis enim bello poſſet accedere; ſi tolleretur cauſa certaminum. Ait igitur vnum, quod tantam habuit perſuadendi conſtantiam; vt hoc rurſum neceſſariò repetiſſet. Qui, inquit, Troianis miſiſti multa, multaq́ mandaſti; adde vnum, quod poteſt fœderum ſacramenta firmare. Cùm magnum fuerit. quod nitebatur efficere: vt facilitatem oſtenderet, Vnum dixit: vt ex quantitate numeri extenuatio naſceretur. quaſi nec difficile, nec graue; ſed vnum diceret eſſe faciendum. Et reuerâ vnum fuit, ſed maximum, & quod omnẽ negotij ſubſtantiam contineret. NEC te vllius violentia vincat.] ſuppreſſo nomine Turnum tetigit: qui in eo, quod Drances fuerat ſuggeſturus, poterat lædi. QVIN gnatam B egregio genero, dignisque hymenæis, Des pater: & pacem hanc æterno fœdere iungas.] Laus vnius dicta eſt, & in eâ alterius obliqua vituperatio. Quum enim egregius dicitur, cui munera mittebantur, & affinitati Latini dignè conueniens: alter minùs egregius iudicatus eſt, & minus conueniens, qui regis filiam duceret. Dicebat autem, pleniſſimè rebus publicis profuturum, ſi hoc fieret: remotâ cauſâ bellandi, pacem plenâ æternitate manſuram. Patris, inquit, officium eſt, vel maximè in cauſâ coniunctionis filiæ, prouidere. Quòd ſi in cæteris meliùs & perpenſiùs ſciret deligere digniorem; non errat, qui hoc fecerit. In paterno quippe pectore, primum ſibi locum liberorum debet pietas vendicare. QVOD ſi tantus habet mentes & pectora terror: Ipſum obteſtentur, veniamque oremus ab ipſo.] Redit ad inuidioſam dictionem. Aut ſi tanto, inquit, ducimur metu, tantaq́ in nobis Turni formido eſt: ipſum rogemus, & ab ipſo deprecemur, quod poteſt prouenire per te. Dicit, quomodo id Turnus poſſet præſtare. CEDAT.] Cedere, eſt locum dare meliori. IVS proprium regi patriæque remittat.] Et patiatur regem ac patrem vti iure C ſuo: & ſinat propria libertate definire vniuerſa; ac ſequi, quod ſibi commodum tractando perſpexit. QVID miſeros toties in aperta pericula ciues Proijcis? ô Latio caput horum & cauſa malorum.] Magnum faſtuoſi hominis inuentum: vt relicto eo, qui ſummam malorum tenebat, ad eum ſeſe conuerteret, quem nolebat opprimere. QVID miſeros toties in aperta pericula ciues Proijcis?] Miſer eſt, qui cùm ſit innocens, & alieni impetum fati poſſit effugere; cogitur tamen infelicis hominis extremam communicare fortunam. Quòd verò Toties dixit; hoc fuit, quod iam nõ poterat tolerari: vt, qui iniuſtè atq; incommodè pugnare ſæpe compulſus eſt, & contrarium meruit; rurſum cogeretur exire in aperta pericula. Eſt quidem viri fortis, incertum pugnæ non timere. ſicuti enim in eo ſperantur aduerſa: ita poſſunt etiam ſecunda melioribus prouenire ſucceſſibus. In pericula autem manifeſta vnumquemq; improuidũ ruere, ſumma dementia eſt. Ciues, inquit, proijcis: nomen ſanctum & religioſum; quod ille habuit vile, & quod nõ ſinebat euadere, multos ſæpe innumerosq́ perdendo. Nouiſſimum fuit, Proijcis, omni ſcilicet iniquitate deteriùs. Proijcitur enim, quod vile eſt; quod neceſſarium non eſt; quod cùm perierit, non adſcribitur incommodis. Sed iſte plus ſentitur dixiſſe. Proijcis, quaſi ipſis in pericula manifeſta coniectis. Turnus exſpectatur, qui alieni imperij in otio remanere conſueſſet. Erumpit iam in aperta conuitia: fiduciam gerens omnium, quos artificioſâ dictione fecerat ſuos. O Latio caput horum & cauſa malorum.] Malorum

omnium,

A omnium, quæ Latium premunt, quæq; præcesserunt, tu es, inquit, caput & causa. hoc verè obiectum est: per ipsum enim turbatũ est Latium; quòd Latinus cũ Troianis fuerat collocutus. NVLLA salus bello.] Si pugnandum vlteriùs fuerit: nulla iam speranda est reliquis vita: & quia ad id deducti sumus, vt spes remãserit nulla. PACEM te poscimus omnes, Turne.] Omnes, inquit: cùm à solo dicatur: nõ omnibus. PACEM te poscimus.] non vt hanc daret: sed vt cedendo pateretur illi coniugem dari, quẽ constabat esse potiorem. SIMVL pacis solum inuiolabile pignus.] Et recedas ab effectu eius, per quem nobis potest æternæ atq; inuiolabilis pacis subsidium procurari. PRIMVS ego, inuisum quem tu tibi fingis, (et esse Nil moror) en supplex venio.] Ego, inquit, primus, & quẽ tu tibi fingis esse inuisum, ecce supplex tibi sum: & te pro salute omnium rogo. Magna nocendi calliditas. supplicem se efficit inimicus, vt modò desiderata perficiat: atq; vt maiorem inuidiam compleat; rogat omnium nomine. MISERERE tuorum.] Tangat te aliquando tuorum miseratio, & infelicibus parce: ne intereant reliqui; dum te adhuc inconsideratus error exagitat. PONE animos, & pulsus abi.]

B Consilium dare debuit, qui quærebat in tantâ necessitate beneficium. Deferueat, inquit, inconsideratio tua: & quod hausisti animo, vel extrusus exclude. Victus es: tuæ iam acquiesce fortunæ: prouisurus etiam tibi; si cedendo efficias, quod perseuerando vitare non poteris. Ecce, & beneuolum se fingit. dum ipsius quoq; saluti vult esse veluti consultum: quem persequebatur odio, & quem cupiebat oppressum. SAT funera fusi Vidimus.] Satis sit, quòd cæsorum cadaueribus plena sint omnia. quanta mala in nostros exercita, non accepimus referente famâ; sed vidimus. INGENTES & desolauimus agros.] Bene posuit Desolauimus: quia de agris, hoc est, de solo, quærebatur: quod factum fuerat desertum. Addidit etiam Ingentes; vt non parua; sed ingens atq; immensa possessio nudata videretur, viduataq; cultoribus. Desolare quippe, est auferre agricolã solo. Alio loco Vergilius multò euidentiùs hoc ipsum posuit, quum diceret: Ductores primi Messapus & Vfens, Contemptorque deûm Mezentius, vndiq; cogunt Auxilia, & latos vastant cultoribus agros. Non solùm camporum voluit monstrare ingentem solitudinem factam, sed per immẽsam agrorum molem ingentem hominum multitudinem esse mactatam.

C AVT, si fama mouet, si tantum pectore robur Concipis.] Aut si erubescis cedere, & te tui nominis exagitat fama; tantumq; in te bona existimas superesse virtutis. ET, si adeò dotalis regia cordi est.] &, si tantum cordi tuo regalis coniugij cupiditas fixa est, vt auelli non posit. AVDE, atque aduersum fidens fer pectus in hostem.] Si aliquam virtutis tuæ fiduciam geris: aude, & certamen cum solo solus aggredere, atque præstanti virtute confisus, hostem pete. SCILICET, vt Turno contingat regia coniunx, Nos animæ viles, inhumata, infletaque turba, Sternemur campis.] Necessariò posita in fine exclamatio est: quæ propositâ conditione certaminis, & duri post certamen exitij, teneret vniuersos in societatem voluntatis suæ. Hoc loco nomẽ Turni, vt abiecti & humilis, debemus accipere: pro animo eius, qui iratus, & vt inuidus, loquebatur. Talis locus est iste, qualis est, Troianas vt opes & lamentabile regnũ Eruerint Danai. nam & illîc nomen gentis Græcorum, pro conuitio positum est. CONTINGAT regia coniunx.] mori pro republicâ, pro patriâ, pro penatibus, pro vxore, pro liberis, pro parentibus, gloriosum est. Iste verò & personam deformauit, & causam deseruit: idoneam non esse existimans, quæ meritò posset exigere auxilium publicum. vt ille, inquit, quam non potest, regiam consequatur vxorem. Ducere vxorem, speciale vnius est votum: & commodum facti, ad vnum specialiter, non ad populum pertinet. Cùm igitur non publica, sed priuata sit causa: cur dimicet, cui pericula nõ sunt aduersa, & secũda nõ prosunt? Nos itẽ innoxij, & extra negotium positi, regnoq; proprio necessarij. ANIMÆ viles.] nõ verè viles dixit; sed pro vilibus. STERNEMVR cãpis.] per oẽs campos iacebimus fusi. INHVMATA infletaq; turba.] nõ habẽtes solatiũ lachrymarũ, aut beneficiũ sepulturæ. Quã vim habeat humationis detrimentũ; alijs locis Poëta pducit. Vno, quũ Euryalũ mater doleret occisum: Alitibus, inqt, linquêre feris, aut gurgite mersum Vnda feret, piscesq; impacti vulnera lãbẽt. Heu terrâ ignotâ, canib. data pda Latinis Alitibusq; iaces! nec te tua funere mater Produxi, pressive oculos, aut vulnera laui, Veste tegẽs. Hæc si omittãtur, ad corporis iniuriã pertinẽt. Altero asseruit, qd mali accedat etiã animæ eius, q humatus nõ sit. nõ enim fluuiũ trãsit infernũ sicut in Sexto libro lectũ esse meminimus, loquente Sibyllâ ad Aeneã, & docẽte, hoc modo: Hęc omnis, quã cernis, inops inhumataq; turba est. Portitor ille Charõ: hi, quos vehit: vnda, sepulti. Nec ripas datur horrendas & rauca fluẽta Trãsportare, priùs quàm sedib9, ossa quierunt. Centum errant annos, volitantq; hæc littora circũm. Hæc sunt inhumatorum pœnæ: vt eorũ corpora lanientur, & diuersis subiaceant bestijs, & eorum animæ, quũ ad inferos venerint, fluuium solenniter trãsire nõ possunt. Hæc, paulò ampliùs euagati, quia locus sinebat, tradidimus latiùs. Cæterũ amaritudo Drancis hoc sensu: vt perituros, si adhuc pugnaretur, diceret vniuersos; nec superfuturũ aliquẽ, qui cæsos sepeliret, aut plangeret. ETIAM tu, si qua tibi vis, Si patrij quid Martis habes, illũ aspice contrà, Qui vocat.] Si tu fiduciam geris roboris & generis tui: illum debes intueri solum, quem habes in tuâ causâ contrarium.

Si patrij quid Martis habes: illum aspice contrà,
Qui vocat.
Talibus exarsit dictis violentia Turni:
Dat gemitum, rumpitq; has imo pectore voces.
Larga quidem semper, Drance, tibi copia fandi,
Tùm cùm bella manus poscũt; patribusq; vocatis
Primus ades. sed non replenda est curia verbis;
Quæ tuto tibi magna volant: dum distinet hostem
Agger murorum; nec inundant sanguine fossæ.
Proinde tona eloquio, (solitum tibi) meq; timoris
Argue, tu Drance. tot quando stragis aceruos
Teucrorum tua dextra dedit, passimq; trophæis
Insignis agros. possit quid viuida virtus,
Experiare licet: nec longè scilicet hostes
Quærendi nobis: circumstant vndiq; muros.
Imus in aduersos? quid cessas? an tibi Mauors
Ventosâ in linguâ, pedibusque fugacibus istis,
Semper erit?
Pulsus ego? haud quisquam meritò, fœdissime, pulsum

SER. SI patrij qd Martis habes.] Id est, si qd bellicæ virtutis habes. Neq; .n. à Marte oriũdus est. nã patrij, & à patre, & à patriâ potest dici. IMO pectore voces.] Vt q diu tacuerit, dũ audit inimicũ. Dicẽdo autẽ, imo pectore voces, habitũ futuræ orationis ostẽdit, more suo. LARGA qdẽ semp Drance, tibi copia fandi, Tùm cũ bella manus poscunt.] Multa sunt suâ vi optima, quæ quoniã p se nõ possunt vituperari, ab accidentib. vituperãtur. vt hoc loco, quoniã eloquẽtia p se est optima, eã culpat ex tẽpore, dicens; Tũc incũbis eloquentiæ. cũ manus bella deposcũt. Et ostẽdere vult, omnem illã orationẽ Drãcis, nõ cõsilio, sed timiditate prolatã. Sanè rhetoricè respõsurus Turn9, bene cœpit à Drance. antè. n. se defẽdit: tũc de bello sententiã dicit. & primũ hoc dicit: quòd eloquens infirmus sententias de bello audeat ferre, dicendo; Larga qdẽ semp, Drance, tibi copia fandi: &, Dum distinet hostem, &c. Indè pro se agit, per enumerationem ostendens, id falsum esse, quòd dicatur victus: Iliaco tumidũ qui sanguine Tybrim, &c. Sed obijcitur: in futurum spes nulla est. Exsecratur omen: Capiti cane talia demens Dardanio. & ex aduersariorum personâ rem attenuat, di-

Arguet? Iliaco tumidum qui crescere Tybrim
Sanguine, & Euandri totam cum stirpe videbit
Procubuisse domũ, atq; exsutos Arcadas armis?
Haud ita me experti Bitias & Pandarus ingens,
Et quos mille die victor sub tartara misi,
Inclusus muris, hostiliq; aggere septus.
Nulla salus bello? (capiti cane talia demens
Dardanio, rebusq; tuis) proinde omnia magno
Ne cessa turbare metu, atq; extollere vires
Gentis bis victæ: & contrà premere arma Latini.
Nunc & Myrmidonum proceres Phrygia arma tremiscunt:
Nunc & Tydides, & Larissæus Achilles:
Amnis & Adriacas retrò fugit Aufidus vndas.
Vel cùm se pauidum contra mea iurgia fingit
Artificis scelus, & formidine crimen acerbat.
Nunquam animam talem dextrâ hac (absiste moueri)
Amittes: habitet tecum, & sit pectore in isto.
Nunc ad te, & tua, magne pater, consulta reuertor.

cido; Extollere vires Gentis bis victæ. *Etiam ille ad rem respondit, quum dixerat, Drances, vim se timere:* Vel cùm se pauidum contra mea iurgia fingit: & Nunquam animam talem, &c. *Dilatâ autem de singulari certamine quæstione, quasi aliam orationē inchoat:* Nunc ad te & tua, magne pater, consulta reuertor. *Sed hæc in sequentibus singulatim tractanda sunt.* PATRIBVS'QVE vocatis primus ades.] *Bella penitus ignorans atque formis dans, primus et inter senes ad danda consilia.* REPLENDA est curia verbis.] *Emphasis loquacitatis.* TVTO.] *Datiuus; an aduerbium? vt, falso volant.* MAGNA volant.] *Homerus:* ἔπεα πτερόεντα προσηύδα. DISTINET. *Arcet, repellit: nam* distinet *est propriè, extrà tenet. Dis enim separantis est. vnde & Diduco, & Distraho dicimus.* PROINDE.] Pro *syllaba, metri causâ excluditur.* TONA eloquio.] *Nō strepitu armorum,* ME'QVE argue, tu Drance. *Vt in Bucolicis;* Cantando tu illum? Arguo *autem, genitiuum regit: vt, Arguo te cædis, insidiarum. & est de Græco: nam ita dicunt,* κατηγορῶ σε φόνου, ἐλέγχω φόνου σε ἀκοντῶν. QVANDO.] *Siquidem. Et per irrisionem suas in illum confert laudes.* STRAGIS Teucrorum.] *Duo genitiui.* INSIGNIS agros.] *Nobilitas, clarificat: nam verbum est Insignio. & dicit, exautorari eius debere famā, quòd de bello iudicat virtutis ignarus.* QVID viuida virtus.] *Id est, tua: vel certè mea.* IMVS in aduersos.] *Contra illud,* Illum aspice contrà, qui vocat. ISTIS.] Ἀττικῶς. PVLSVS ego.] *Quia ille dixerat;* Pone animos, & pulsus abi. *Et agit coniecturâ. nam hoc vult intelligi: non posse dici meritò pulsum eum, qui insequendo hostem bella deseruit. Apertè autem hoc dicit: Potest meritò credi, quòd pulsus sit is, cuius tot exstant trophæa? & rerum commemoratione falsum probat.* CVM stirpe.] *Occiso enim Pallante, interijt eius tota posteritas.* EXSVTOS arcadas armis.] *Aut suis; aut ducis. vnde, per Arcadas, etiam Pallantem intelligi, quidam volunt.* BITIAS.] *Subaudi* ingens, *à consequentibus.* MILLE.] *Finitus numerus pro infinito.* INCLVSVS muris.] *Quem pulsum ille iactabat.* AGGERE septus.] *Sicut suprà;* Vestris, ô ciues, vndique septus Aggeribus. NVLLA salus bello? capiti cane talia demens Dardanio.] *Quotiens argumentum non possumus soluere; aut contrariâ obiectione, aut risu, aut maledicto, vt hoc loco, aduersario respondemus.* Cane *autem, pro, diuina. Et bene hîc malè ominantem canere dicit, vt vatem. Quibusdam videtur vulgare conuitium; vt est, Tibi & capiti tuo: sed honestatem dicto additam, per varietatem;* Dardanio rebusque tuis. *simul cum Aeneæ iungendo, vult latenter ostendere proditorem.* PROINDE.] *Itaque. Et est ordo: Nulla salus bello; proinde omnia magno ne cessa turbare metu. cætera per Parenthesim dicta sunt: hoc est,* capititi cane talia demens Dardanio, &c. ATQVE extollere vires gentis bis victæ: contrà premere arma Latini.] *Hæc est virtus eloquentiæ.* Bis *autem victæ: ab Hercule, & ab Argiuis.* Arma *autem* Latini *inuidiosè dixit vt Drancem Latino reddat inuisum: nam debuit* Mea *dicere. Et hoc ad illud, quod ille dixerat,* Ius proprium regi patriæque remittat. MYRMIDONVM proceres.] *Græcorum prin-*

cipes. Dicit autem Patroclum A *& Achillem. nam licèt ipsi aliunde fuerint; tamen Myrmidonibus imperauerunt. Hæc autem ponit inter impossibilia: & vtitur Græco prouerbio,* ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παγαί. *Sic Horatius;* Et antè Padus Matina lauerit cacumina. *Et sic est modò dictum, vt in quarto,* Nunc Lyciæ sortes, nunc & Ioue missus ab ipso. RETRO fugit Aufidus vndas.] *Quod est contrarium. Aufidus autem Apuliæ fluuius est, iuxta Causium ciuitatem, cadens in Adriaticum pelagus.* VEL cùm se pauidum contra mea iurgia fingit.] *Contra illud, quod ait;* Det libertatem fandi, flatusque re- B mittat. *nam hoc dicit: Timorem suum naturalem inuidiosè in meam causam retorquet; vt meæ præsentiæ, non illius naturæ, quod timet, esse videatur. Hoc est enim, quod plenius iterat, dicens;* Et formidine crimen acerbat. *id est, quam simulat.* ARTIFICIS scelus.] *Nam sceleratorum est, simulare formidinem.* ACERBAT.] *Nomen sine verbi origine: non enim facit, Acerbo.* HABITET tecum, & sit pectore in isto.] *Pessima & vilis anima habitet in membris congruis. nam talem vilem & pessimam accipimus quam nefas est perire meâ dextrâ: quæ non meretur, sed quæ viros fortes tantùm consueuit occidere. & hoc ad illud,* Licèt arma mihi, &c. CONSVLTA reuertor.] *Consultor est, qui consulit: Consultus, qui consulitur: Consultum verò, res ipsa, de quâ quis consulitur. Bene ergo* consulta, *de quibus consulis.*

TALIBVS.] *Loquitur Turnus.* TVNC, cùm bella.] *id est, tunc es eloquens; cùm manus bella poscunt.* NON replenda verbis *id est, nō opus est verbis hoc tēpore.* DETINET.] *separatim tenet.* SOLITVM.] *vt solet.* ME'QVE timoris.] *scilicet me timidū.* TV'M Drance.] *Contemnit à reb. gestis: quæ nullæ erāt.* PVLSVS ego.] *dixit. Drāce, pone animos, & pulsus abi.* ATQVE exsutos Arcadas.] *q. interemit Pallantē cum multis Arcadibus.* NVLLA salus.] *tu Drāce, qui inclusus muris nulla es salus ad bellū, cane talia capiti tuo.* ARMA Latini.] *nam in eâ Latini sunt.* MIRMYDONVM.] *Mirmydonibus præfuit Aiax: vt alij volunt, Achilles.* RETRO fugit.] *credo, intelligit de Diomede.* AVFIDVS.] *fluuius Apuliæ, alluit Cannas.* ARTIFICIS scelus.] *contra illud, cùm ait, demus libertatē fandi; scelestus simulat formidinē.* ABSISTE.] *nolo irruere in te.* SIT pectore in isto.] *scilicet tuo vilis animus tecum sit.* POM. Sabi. C

DVM distinet hostē (*aut hostes*) Agger murorū.] *In veteribus libris aliquot,* Dum detinet hostis Aggere murorū. NEC inundāt sanguine fossæ.] *Apud Priscianum,* Fossas *legitur.* TONA eloquio, solitū tibi.] *In libris antiq.* Solito, *legitur.* CIRCVMSTANT vndiq; muros.] *In libris aliquot,* Circumdant *legitur.* ET formidine crimē acerbat.] *In Oblōgo libro,* Aceruat *legitur.* ET tua, magne pater.] *In Romano libro,* Magna *legitur.* VAL. Lect.

TALIBVS exarsit dictis violētia Turni: Dat gemitum, rumpitq; has imo pectore voces.] *Ardens antè, magis exarsit in Drancem talibus dictis; maledictis scilicet & iniuriosis. quod ægrè portabat, euomit. Rupit, inquit, vocem, & imo pectore gemitum dedit. Gemitus indè veniebat: quia vim Drancæ ferre non poterat; præsentibus tantis, & rege. Quod tamen locus & tempus admisit, & præsentia tanti* DON

conuen-

A conuentus: in vocem rupit, quam diu patiens oppreſſerat dolor. LARGA quidem ſemper, Drance, tibi copia fandi: Tum, quum bella manus poſcunt, patribusq; vocatis Primus ades.] *Præpoſtera eſt, inquit, Drance, eloquentia tua. nam quum neceſſitas viros in arma compellit, tu concurris ad verba: & te delectat rhetorum mos, quia murorũ munimento ſecurus es. Non ſic docuit ars militaris, vt ſermone vincatur hoſtis: nec verbis debemus vti pro iaculis. Interea, dum patres aliquid tractare deſiderant, primus eſt aduentus tuus: & tunc linguâ placere contendis, quum tempus non loquaces, ſed armatos expoſcit.* SED non replenda eſt curia verbis, Quæ tuto tibi magna volant; dum diſtinet hoſtem Agger murorũ, nec inundant ſanguine foſſæ.] *Docebo te, inquit, ſua temporibus dare. Pacem quærit loquacitas tua: quam putas eſſe, cùm non ſit. Fallit te conuentus iſte maiorum: fallunt te murorum ſepta, quæ à nobis paulum ſeparant hoſtes. Nónne vides per foſſas ſanguinem fundi?* PROINDE tona eloquio.] Tona, *inuidioſe poſuit: quaſi ſceleſtè regnũ portaret in linguâ: vt non iam loqui, ſed tonare videretur.* SOLVM tibi.] *talis ſemper fuiſti: nihil tibi, niſi loquacitas ſubeſt.* B *Loquere antè, quàm totum tibi adimat clangor tubarum, fortium virorum ſtrepitus, & fragor armorũ.* MEQVE timoris Argue, tu Drance: quando tot ſtragis aceruos Teucrorum tua dextra dedit, paſſimq; trophæis Inſignes agros.] *Accuſa, inquit, timorem meum. ſed tu ſolùm, Drance, gloria mea es: quia non noſti pugnantes. Triumphos tuos, & ſtrages in hoſtẽ tuis manibus factas, elatus enumera: oſtende agros, quos tua virtus trophæis, efficit inſignes. Hæc omnia inſultanter proſecutus eſt; quaſi diceret: Si nihil egi pugnando, quis tantas ſtrages Troianis inuexit? an tu, qui nunquã pugnæ vidiſti certamen?* POSSIT quid viuida virtus, Experiare licet. nec longè ſcilicet hoſtes Quærendi nobis; circumſtant vndiq; muros.] *Hoc ideò, quia Drãces obiecerat*, Fugæ fidens. Aude atq; aduerſum fidens fer pectus in hoſtem. Etiam tu, ſi qua tibi vis; Si patrij quid Martis habes: illum aſpice contrà, Qui vocat. *Et Latinus in oratione ſuâ dixerat:* Non tẽpore tali Cogere concilium, cũ muros aſsidet hoſtis. *Ad omnia iſte variâ ordinatione reſpondit. Poteſt, inquit, comprobari faciliùs, quis quantâ virtute cõfidat. haud procul eſt hoſtis, & muros obſeruat.* C *Hoc ita dixit, quaſi obſidionẽ, fretus ſuâ virtute, contemneret: quod apud illos graue videbatur.* IMVS in aduerſos?] *Vſus eſt verbo Drancis, qui dixerat:* Atq; aduerſum fidẽs fer pectus in hoſtẽ. *Ego, inquit, ibo in hoſtem aduerſus, ſecundùm voluntatẽ tuam: ſed tu quoq; veni mecum; vt videas ac probes, qualis ſim.* QVID ceſſas? an tibi Mauors Vẽtoſâ in linguâ, pedibusq; fugacibus iſtis Semper erit?] *Quid eſt, quòd ad campũ nõ audes exire, & potes? quia bellatoris officiũ comples, ſi loqueris, aut fugias. Ecce, obijcit ei, quia ipſe magis fugax eſt, nec aliquando concertat. Drances quippe dixerat de Turno, quòd fugæ fiduciam gereret.* PVLSVS ego?] *Suprà enim dictũ eſt:* Pone animos, & pulſus abi. *huic obiectio ita reſpondit:* HAVD quiſquam meritò, fœdiſsime, pulſum Arguet: Iliaco tumidũ q; creſcere Tybrin Sanguine, & Euandri totâ cũ ſtirpe videbit Procubuiſſe domũ, atq; exſutos Arcadas armis.] *Magnâ pompâ verborum propria extulit geſta: ſed veris falſa permiſcuit. nam Tybrim humano ſanguine cumulatũ dixit: quod contra naturã eſt rerũ; & nõ potuit eſſe poſsibile. Dehinc aſſeruit, omnẽ ſe Euandri penitùs eraſiſſe progeniem: cùm nõ plures occidiſſet; q ſolũ peremerat Pallantẽ: licèt in vno ſpes omnis Euandri generis fuiſſet conſtituta. De Arcadibus aũt, quãtos occiderat, vt tantũ ſibi crederet arrogandũ? Quis, inquit, dicet me turpiter pulſum? quum ponere ante oculos cœperit, Tyberim, maximâ fluentem celeritate & præcipiti, ſuperbum verticibus inundãſſe, atq; auctũ eſſe Troianorũ ſanguine; quos hac dexterâ effudi, atq; mactaui. Domũ quoq; Euandri, & omnem ſpem poſteritatis eius, extinctã virtute meâ; atq; exercitum iuuentutis Arcadicæ, in trophæa infinita cõuerſum. Vltra modum extulit laudẽ ſuam. Hoc aũt ſuadet reſpondẽdi neceſſitas. In vno ſolo non eſt, qui Euãdri poſteritatẽ ſubuerterat. vnicus quippe fuerat Pallas: & Euander iam ſenex, pater nouæ ſobolis eſſe nõ poterat.* HAVD ita me experti Bitias & Pandarus ingens.] *Iſtorũ necis vera relatio eſt. Hos aũt ideò dixit ingentes: ne abiectos & humiles ſuperâſſe videretur.* Ingens, *bis accipiendũ eſt: vt ſit, Bitias ingens, & Pandarus ingens.* ET quos mille die victor ſub tartara miſi.] *Hoc partẽ habet veri; partẽ aliam falſi. nam verè, multos occidiſſe, dictũ eſt; nõ tamẽ mille.* INCLVSVS muris, hoſtiliq; aggere ſeptus.] *Et vici, inquit, iſtos, et ſub tartarũ miſi: hoc eſt, Bitiam, Pandarũ, & mille alios: quos ſe aſſeruit vnâ die occidiſſe. Interea his addidit, quod egregium factũ laudis cumulo poſſet augere;* Incluſus muris hoſtiliq; aggere ſeptus. *Ac perfeci, inquit, hæc, ſeptus hoſtili aggere, & muris inimicis incluſus. Poteſt videri ideò iſta dixiſſe, vt ex his oſtẽderet, quæ feciſſet liber in campo: cùm multifariàm clauſus expedire ſe potuit, & victor exire.* NVLLA ſalus bello?] *Verba repetit Drancæ.* (CAPITI cane talia demens Dardanio, rebusq; tuis) proinde omnia magno Ne ceſſa turbare metu, atq; extollere vires Gentis bis victæ.] *Proinde, quia hæc canis, ne ceſſa turbare terroribus omnia; & laudare eos, qui nõ vinci conſueuerunt. Bis victos dixit: vt oſtẽderet, in illis nullã eſſe virtutẽ. Qui enim ſemel vincitur, poteſt euentum aduerſum imputare fortunæ: qui verò nõ tantũ primò congreſſu, verùm etiã ſecundo ſuperatur; ipſum ſe fatetur ſuis partib. & cõmodis defuiſſe.* CONTRA premere arma Latini.] *Extollis imbelles, & deprimis bellatores. illos ire in ferrũ dicis, & Latinos cõmemoras certamina formidare: quibus acre bellorũ ſtudium eſt, & amor ſinè trepidatione pugnandi. Laudis loco* Latini *dixit; propterea quia alio loco poſitũ eſt:* Belloq; fremẽtem Italiã regere. NVNC & Myrmidonũ proceres Phrygia arma tremiſcũt: Nũc & Tydides, & Lariſſæus Achilles: Amnis & Adriacas retrò fugit Aufidus vndas.] *Dic nunc tu, qui cõtraria firmare contendis; fugere arma Latinos, & tremere metu Phrygum, ducẽ Myrmidonũ nomen.* NVNC & Tydides.] *& nunc Diomedes in Italiã cõtremuit; quos ſuperauit in Troiã.* ET Lariſſæus Achilles.] *&, ſi Achilles ſupereſſet, etiã hunc diceres timuiſſe. Et qui hæc falſis roborare contendis, dic, Aufidum fluuium immẽſum & magnũ, retrò poſſe refluere; & quod in vndas Adriaci maris formidet exire. Ecce, hîc ſubtiliter tãgit, quod legati ad Diomedẽ miſſi nullũ viderint, & falſa profeſſi fuiſſent.* VEL quum ſe pauidum cõtra mea iurgia fingit Artificis ſcelus, & formidine crimen acerbat.] *Certè, ait, quale illud ſcelerati cõmentum eſt; timorẽ fingere, accuſationes duas exercere?* NVNQVAM animã talẽ dextrâ hac (abſiſte moueri) Amittes: habitet tecũ, & ſit pectore in iſto.] *Eſto ſecurus, Drance: parcam tibi; licèt merearis interfici. nunquam enim dextra mea imbelles occîdit. Sit magis tecũ anima tua, habiteta; in tuo pectore. meliùs enim de te ſupplicium dabitur votis meis, ſi diutiùs viuas, & pœnas iugiter liuoris expendas.* NVNC ad te, & tua, magne pater, conſulta reuertor.] *Ex oratione turbulẽtâ, quã pro ratione perſonæ protulit, ad mitẽ atq; humilẽ repentè cõuerſus eſt: vel quo cũ rege inſtituerat loqui; vel cũ eo, qui ſocerum ſibi eſſe cupiebat. Plus tamen oſtendit ſe ſocero deferre, quàm regi, dicendo:* Magne pater. *alioqui diceret:* Magne rex. *In ipſâ tamen trãquillitate ſermonis, eſt quædã conſiliorũ Latini atq; diſpoſitionũ occulta vituperatio. Nũc ad te, ait magne pater, redeo, & ad cõſulta tua.* Patrem *videtur dixiſſe, quaſi honorificẽtiæ loco: vtpote qui loquebatur vt gener: vt oſtenderet, quod diximus, plus ſe ſocero deferre, quàm regi. Sed alia loquentis mẽtio eſt: ſumma enim diſpoſitionum Latinũ diſplicebat Turno. Demque, poſt appellationem patris, ſecuta propoſitio eſt: quã oſtendit,*

Digitized by Google

ostendit, se de illius consilijs tractaturum: vt ostenderet improuidum patrem. Ergo appellatione Magni patris *irrisionem induxit obliquam: quasi diceret;* Qualis pater es, *qui non recte consulis filiæ tuæ? Qualis pater, cui suasum est facile,* A *vt missâ affinitate ciuis, nudo, peregrino, naufrago, filiam tuam dare festines?*

Si nullam nostris vltrà spem ponis in armis:
Si tam deserti sumus: & semel, agmine verso,
Funditùs occidimus: neque habet fortuna regressum:
Oremus pacem, & dextras tendamus inermes.
Quanquam, ô, si solitæ quicquam virtutis adesset:
Ille mihi ante alios, fortunatusq; laborum,
Egregiusq; animi: qui, ne quid tale videret,
Procubuit moriens, & humum semel ore momordit.
Sin & opes nobis, & adhuc intacta iuuentus;
Auxilioq; vrbes Italæ, populiq; supersunt:
Sin & Troianis cum multo gloria venit
Sanguine; suntque illis sua funera, parque per omneis
Tempestas: cur indecores in limine primo
Deficimus? cur ante tubam tremor occupat artus?
Multa dies, variusq; labor, mutabilis æui
Rettulit in melius: multos alterna reuisens
Lusit, & in solido rursus fortuna locauit.
Non erit auxilio nobis Ætolus, & Arpi?
At Messapus erit, felixq; Tolumnius, & quos
Tot populi misêre duces: nec parua sequetur
Gloria delectos Latio & Laurentibus agris.
Est & Volscorum egregiâ de gente Camilla;
Agmen agens equitum, & florenteis ære cateruas.
Quòd si me solum Teucri certamina poscunt;
Idque placet; tantumque bonis communibus obsto:
Non adeo has exosa manus victoria fugit;
Vt tantâ quicquam pro spe tentare recusem.
Ibo animis contrà: vel magnum præstet Achillê,
Factaq; Vulcani manibus paria induat arma
Ille licèt. vobis animam hanc, soceroq; Latino,
Turnus ego, haud vlli veterum virtute secundus,
Deuoueo. solum Æneas vocat? & vocet, oro.
Nec Drances potiùs, siue est hæc ira deorum,
Morte luat: siue est virtus & gloria, tollat.
Illi hæc inter se dubijs de rebus agebant
Certantes: castra Æneas aciemq; mouebat.
Nuntius ingenti per regia tecta tumultu
Ecce ruit, magnisq; vrbem terroribus implet;
Instructos acie Tyberino à flumine Teucros,
Tyrrhenamq; manum totis descendere campis.
Extemplò turbati animi, concussaq; vulgi
Pectora, & arrectæ stimulis haud mollibus iræ,
Arma manu trepidi poscunt: fremit arma iuuêtus:

SER. SI nullam nostris vltrà spem ponis in armis.] *Insinuatione vtitur, id est, callido & subtili aditu ad persuadendum. Vult enim dicere; melius esse, interire, quam pacem rogare. quod quia apertè non audet; latenter & paulatim ad hoc serpit. Namque inter principium & insinuationem hoc interest: quod Principium est aperta rei enuntiatio; Insinuatio autem, vt diximus, est callida & subtilis oratio.* In armis *autem aut meis; aut Latinorum omnium generaliter. Et* vltrà, *modò tempus significat: aliàs locum.* SI tam deserti sumus.] *Si ita valde. & hoc propter Diomedem, qui solus negauit auxilia. Ergo* deserti *ab auxilijs accipiendum.* NEQVE habet fortuna regressum. *Omnia, quæ sibi possunt obijci, ponit: sed cum solutionibus suis. nam & fortuna non est immutabilis: & qui semel pellitur, iterum in prælium potest reuerti: & ab auxilijs non sunt penitus destituti, & in ipsorum exercitu est adhuc plurimum spei. Est autem syllogismus.* OREMVS pacem.] *Argumentum ab honesto.* DEXTRAS tendamus inermes.] *Felicitate rei verbis expressit.* QVANQVAM O, si solitæ quicquam virtutis adesset.] *Nō se inertiæ arguit: sed queritur de virtute omissa per negligentiam. Et videtur voluisse dicere: Si solitæ quicquam virtutis adesset; nunquam ad hoc cogeremur, sed reliquit. O' autem, dolentis est exclamatio. & intelligimus immoratam esse illic eius orationem: nam exarsit dolore; quia apertè non potuit dicere, moriendum potiùs esse, quàm hostes rogandos. Quod tamen dixit, conferens se ad alias personas; & laudans eos, quibus contigit perire, ne ista conspicerent. Et seruauit viri fortis personam: vt pœnituerit eum dixisse;* Oremus pacem. ILLE mihi ante alios.] *Vtrùm generaliter* Ille *pro, quicunque occubuit, accipiendum est; an Mezentius? Et,* ante alios, *melior, omnibus præferendus.* FORTVNATVSQVE laborum.] *Sicut, Lætatus laborum. & est Græcum,* ἀτυχὴς τῶν πόνων. EGREGIVS animi.] *Figuratè dixit.* TALE videret.] *Te laudare: Vel hostes rogare: vel, quod latenter insinuat, tradi alteri sibi antè desponsam. Ideò & media dicto, quoniam res eius agebatur, ne quid tale videret, posuit. quis enim eum ferret dicentem, moriendum potiùs, quàm demutari eius mutandum?* SEMEL ore momordit.] *Semel, citò, confestim: id est, qui totâ mortis celeritate consumptus est, quasi nihil vltra passurus. Vulnerati autem solent, vel terram, vel arma mordere; ne dolorem eorum indicet gemitus. Lucanus de Pompeio;* Timuit ne quas effundere voces Vellet, & æternam fletu corrumpere famam. *Et est Homeri hemistichion:* ὀδὰξ ἕλον ἄσπετον οὖδας. ADHVC intacta iuuentus.] *Non quæ pugnauit; sed de quâ adhuc delectus habendus est.* B VRBES Italæ.] *Quia Diomedes peregrinus fuerat. nam hoc dicit: Habemus robur Italum; non Græcum militem, inertem & dissolutum.* SVPERSVNT.] *Superabundant, adsunt extrà quàm bella deposcunt.* SIN & Troianis cum multo gloria venit sanguine.] *Mirè agit; post confirmatas partes suas, Troianorum integras vires imminuens. Quid enim proderat, dixisse, quod superessent Latinis auxilia; si etiam Troianorum integræ vires esse probarentur? Ergo,* cum multo gloria venit sanguine, *ac si diceret: Non est iudicanda victoria, quæ per immensa detrimenta contigit.* C *& hoc est, vnde laudat Sallustius duces; quia victoriam incruento exercitu reportauerunt.* SVNT illis sua funera.] *Id est, Troianis. Legitur & illi & aut Æneæ intelligimus: aut aduerbium loci est, pro illîc: vt in secundo,* Patet isti ianua letho, *pro, istîc.* PARQVE per omnes Tempestas.] *Sic alibi;* Quanta per Idæos sæuis emissa Mycenis Tempestas ierit campos. *nam bello crebrò comparat tempestatem.* INDECORES.] *Decor, decôris facit; sicut Auctor, auctôris: Decus decoris; sicut Pecus, pécoris. similiter facit in compositione, Indecor indecôris; Indecus indécoris. Ergo in neutro, co breuis est, in masculino producitur. Vnde apparet, Systolen fecisse Vergilium. nam* indecores, *nominatiuus est pluralis, à masculino, ab eo quod est Indecor. nam non potest hic Indecus facere: neutrum enim us terminatum, masculinum ex se non facit. Aut certè dicamus* indecores, *declinationem esse, cuius nominatiuus singularis nō inuenitur.* IN limine primo.] *Quasi in ipso initio & aditu infelicitatis. & ad illud respexit, quod supra dixerat;* Et semel agmine verso Funditus occidimus. MVLTA dies.]

Digitized by Google

A dies.] *Illi rei vehementer incumbit, quam dixerat*, Neq; habet fortuna regressum: *dicens, fortunam tam labores, quã felicitatẽ, pro temporis qualitate mutare.* Dies *autẽ, tempus. Quidam senè*, non dies multa *accipiunt; sed* multã rettulit in melius & varia: *non vt ipsum varium sit, sed fortuna viui.* LVSIT.] *Decepit: vt*, Quid natum totiens crudelis tu quoque falsis Ludis imaginibus? ET in solido rursus fortuna locauit.] *Subaudit &* multos. *Nam in solidũ reuocauit oppressos, & paulò antè derelictus: lusit verò, & decepit felices.* NON erit auxilio nobis Ætolus & Arpi.] *Redit ad rem, q̃ occurrebat; Sed negantur auxilia.* Ætolum *autẽ dicendo, eius vires ex Græcæ gentis cõmemoratione debilitat: vt ostẽdat, plus esse in Messapo ac Tolumnio, si Diomedes & infelix, & alienus finibus commemoraretur.* AT Messapus erit, felixq; Tolumnius.] *Bene duo iunxit, quæ quæruntur in bello: fortitudinem, & felicitatẽ. Nam de Messapo iam legimus*, Quem neq; fas igni cuiquam, nec sternere ferro. *Vtrumq; autẽ contra Diomedẽ dicit, quẽ dicendo Græcum, inertem significauit, Infelicitatẽ verò eius supradicta legatorũ verba testantur.* Opportuna *ergo hîc* felix: *quod*
B *Diomedi nec post victoriam contigit.* NEC parua sequetur gloria.] *Liptotes figura. minus dixit enim, quàm voluit. nam hoc significat: Latina pubes celerrimè victoriam adipiscetur; quàm vix Græci post decenniũ sunt adepti.* EST & Volscorum egregiã de gente Camilla.] *Vt in septimo, segregat eam à virorum multitudine: & quoniam à sexu non potest, laudat ex gente. Et vult ostendere, de viris amplius sperandũ, si & fœmina dimicaret: aut vt Dranci exprobaret puellam non metuere Troianos; quos Diomedes timeret & Drances.* QVOD SI me solum Teucri in certamina poscunt.] *Quia audijt*, Illum aspice contrà Qui vocat. *etiam vtitur ductu: nam obliquè promittit, se singulari certamine dimicare velle; cùm nolit. Similiter etiam in duodecimo ait, dicens irrisoriè*, Sedeant spectentque Latini. ID'QVE placet.] *Hinc apparet, eum nolle pugnare. Si placet, inquit, vobis, hoc fieri, quod hostis postulat.* TANTVM'Q. bonis communibus obsto.] *Et intantum obsum cõmodis publicis, vt, nisi solus dimicauero, concidat vniuersa respublica. & imputat, tanquam hoc faciat, quod pro omnibus facturum est.* NON adeò.] *Non multum. nam verecundè dicit adsuetam manibus*
C *suis esse victoriam. Et bene* manus, *per quas fit ipsa victoria; vt contrà manus dare dicuntur, qui dedunt se victi.* TANTA pro spe.] *Vt solus tentem pro republica, vel spe matrimonij.* IBO animis cõtrà.] *Ac si diceret: Si desunt corporis vires. commẽdat autẽ gratiam certaminis; ne inuitus videatur adduci.* VEL magnum præstet Achillem.] *Et præsto illum, id est, melior illo sum & Præsto illi, dicimus. Cicero in Cæsarianis*: Tãtò ille superiores vicerat gloriã; quãtò tu omnibus præstitisti. VVLCANI manibus paria induat arma.] *Bene addidit*, paria. *nam etiam Aeneas habuit arma Vulcania. Et mirè, quasi falsum sit, Aeneam habere arma Vulcani. licèt possumus dicere, quòd hoc Turnus ignoret: quod tamen non valdè idoneum comprobatur.* VOBIS animam hanc, soceroq; Latino.] *Bene sibi & fauorem conciliat populi; & à soceri nominis præiudicio, Latini implicat voluntatem.* TVRNVS ego.] *Quem Drances contemnit.* VLLI veterum virtute Secundus.] *Dicimus & Secundus illi, & Secundus ab illo.* SOLVM Æneas vocat.] *Contra illud*, Illum aspice contrà, Qui vocat. NEC Drances potiùs, siue est hæc ira deorũ, morte luat: siue est virtus & gloria, tollat.] *Sensus quidem datus obscurus; sed facilis, & qui de vsu nunquam recedat. Nam ita irati de inimico dicimus: Abeat, nec bonis meis nec malis rebus intersit: nolo sit aut meæ particeps gloriæ, aut in me inuidiam ex infelicitatis cõmunione cõmoueat. Sicut nunc de Drance dicit*, Siue est hęc ira deorum, morte luat: *id est, Si periturus sum; nolo inuidiã sustinere, si Drances fortè pariter moriatur. Si verò me virtus & gloria comitabuntur; nolo ignauus felicitatis alienæ sit particeps: si, dum meis pugnat auspicijs, fortè superaret. Alij sic accipiunt*, siue est hęc ira deorũ: *vter, inquit, euentus ex hac pugna sequetur? vel ira deorũ, si vincar: vel gloria, si vicero, mihi potius, quàm Dranci, adscribatur. Alij sic: nec Drãces potiùs, si pereundũ est, irã deorũ pereat; aut si vincendũ est, gloriam cõsequatur.* ILLI hęc inter se.] *aut communiter Latini; aut Drances & Turnus.* CASTRA Æneas aciemq; mouebat.] *Id est, ducebat exercitũ: vt*, Nos castra mouemus. *Lucanus*; Brundusium decimis iubet hanc attingere castris, *id est, decimã deductione.* ARMA manu.] *Nam præter vocẽ, gestũ etiã flagitãtis expressit. nec est superfluum*, Manu; *vt quidã volũt.* FREMIT arma iuuentus.] *Expetit. & absolutè; id est, fremebant ob arma & militaris vox est.*

SOLITÆ.] *semper solitus sum vincere.* ILLE mihi fortunatus.] *Laudat Mezentiũ perijsse: & ideo fortunatũ dicit, quòd nõ viderit hæc quæ nũc decernũtur in cõcilio Latini.* ILLI.] *dixit pro illic, vt euitaret collisionẽ gemini ss, quæ simul iunxerat ratio metri, vt in secundo*: Patet isti ianua letho, *pro istic.* TEMPESTAS.] *simpliciter significat turbulentiã temporis. interdũ pro tenore tẽporis, et pro ipso tẽpore.* TOLVMNIVS.] *de his quære in fine libri Septimi.* GLORIA.] *futurã propè victoriã dicit.* OBSTO.] *obsum, vt nisi solus dimicauero, concidãt Latini.* PRÆSTET.] *Præstare simpliciter significat melius esse: præsto illũ: id est, ita validus sum, & sum similis illi: præsto illi, significat iuuo.* INDVAT arma.] *clypeum factũ à Volcano.* DEVOVI.] *apud Antiquos victor erat exercitus, cuius dux se deuouebat: id est, cũ cædebatur pro victima totius exercitus.* NEC Drãces.] *absit Drãcis inimicus, & nec calamitati, nec felicitati intersit. Si ira deorũ premit me, nolo quod Drãces luat mecũ pœnas. Si virtus me tollat, nolo sit particeps gloriæ meæ.* IRÆ.] *in concilio Latini.* POM. Sabl.

NEC habet fortuna.] *In antiquis exẽplaribus Neq; habetur.* DEXTRAS tendamus inermes.] *In Rom. lib. Inertes legitur.* ET humũ semel ore.] *In Rom. lib. Simul habetur.* SVNT illis sua funera.] *In Rom. lib. legere est, Suntq; illis.* VARIVS'QVE labor.] *In Rom. lib. Varij legitur, in alijs Belli.* QVOD si me solum Teucri.] *In antiq. aliquot exẽplarib.* Quod *si me Teucri solũ habetur.* VIRTVTE Secundus Deuoueo.] *In antiq. lib. Deuoui est.* INSTRVCTOS acie.] *In Oblongo, Instructosq; habetur.* EXTEMPLO turbati animi.] *In lib. Rom. legere est Turbati animo.* VAR. Lect.

SI nullã nostris vltrà spem ponis in armis; Si tam deserti sumus, & semel agmine verso Fũditùs occidimus; neq; habet fortuna regressum.] *Quatuor posuit, cum varietate mirificã: quæ tamẽ Latini, & cæterorum desperationem destruere potuissent. Si, inquit, armis nostris spes nulla est: si omnia nos secunda deficiunt, & sic concidimus, vt surgendi facultas vlteriùs non sit: & fortuna nostra sic abijt, vt remeare nõ possit, aut nolit.* OREMVS pacẽ, & dextras tendamus inermes.] *Oremus indignum, & depositis armis tendamus vacuas manus. Hæc non sic prosequitur, vt fiant: sed vt ostendat, concilij illius quasi iners fuisse factum. Disputat quippe, repetito certamine superari posse contraria. Non sic, inquit, pugnatum est; vt defectio grauis videatur exstitisse: nec sic concidit dimicationis conuentus, vt exigat vrgente desperatione succumbi. Potest iterum, vnde abijt, felix redire fortuna. Orandam videlicet pacem, & inermes dexteras esse tendendas, εἰρωνικῶς positum. quia, si reuerã orandã esset pax; & adijciẽda ignauis gentibus virtus; & quæ in hostis iugulum armatæ tendi debuerant, inermes ad eorũ genua dexteræ verterentur.* QVANQVAM ô, si solidæ quidquam virtutis adesset. Ille mihi ante alios fortunatusq; laborũ, Egregiusq; animi, qui ne quid tale videret, Procubuit moriens, & humum semel ore momordit.] *Multi totũ iungunt; & quod generaliter optauit, & quod cœpit signare per species. quod fieri, dictionis natura non patitur. Proinde separandum est, quod ait*; Quanquam ô, si solitæ DON.

quid-

quidquam virtutis adesset. *Hoc enim optantis est. illud verò, quòd secutū est, hoc fuit quod optabatur.* Ille mihi ante alios. *Ille, inquit, vel maximè cui profuit, quòd fortiter cecidit: ne tale dedecus cerneret, qui fuerat felix, magni animi, & in laboribus patiens. Laudat fortunam viri fortis; & non dixit nomen. omnes tamen Mezentium sentiunt, qui cum suâ felicitate procubuit; nec ad illa cōcilij ludibria reseruatus est: vt sumeret breuia, qui non vicerat; & q vinci potuerat, rogaretur.* QVI, ne quid tale videret; procubuit moriens.] *sic positum est, quasi non victus cecidisset; sed voluntate suâ. Hoc ideò, vt victoris minueretur gloria: & præuenisse talium consiliorum turpitudinem crederetur: qui necessitate potiùs, quàm voluntate conciderat.* SIN & opes nobis, & adhuc intacta iuuentus, Auxilioque vrbes Italæ populique supersunt. Sin & Troianis cum multo gloria venit Sanguine, suntque illis sua funera, parque per omnes Tempestas: cur indecores in limine primo Deficimus? cur ante tubam tremor occupat artus?] *Affuit partibus suis, & ea, quibus grauabatur, extenuationis artibus releuauit; inductâ scilicet comparatione. Nos, inquit, si priores opes perdidimus, habemus alias: primùm intactam iuuentutem.* Iuuentus intacta est, *quæ nondum interfuit bellis; proindeq́ robore integro, & ab omni certaminum fatigatione discreta monstratur. Sunt & auxilia multarum vrbium, multorumq́ populorum: totum falsum asserebat. Cæterùm, si verum esset, ostenderet expresiè vrbium nomina; & vocabula gentium, vel hominum demonstraret. Hæc fuerunt pro partibus Turni. dicit iam alteriùs partis incommoda, grauia satis & perniciosa: vt parem ostendat vtriusque partis exstitisse fortunam. Si constat, inquit, etiam Troianis non sinè infinitorum cæde gloriam prouenisse, ac perdidisse infinitam iuuentutem; quam illorum putamus exstitisse victoriam? Vicit ille, qui ex congressione belli sinè clade discessit at isti, & amiserunt suos, & pari certaminum tempestate subuersi sunt, quæ cùm ita sint; cur in ipsis initijs deficimus, & ante sonitum tubæ grauiter contremiscimus? Et antè solitus est vtcumque reuelare malorum apertorum inuidiam, & vera falsis obruere. nam non æqua vtriusque partis calamitas fuit. nam in ipsis vis grauior magis, & non initium fuerat belli; quando iam constabat sæpè & malè pugnatum. Tremorem autem non repentinum fore, ex tubarum clangoribus: sed vsitatum, & aduersis malis antiquum. Interea, qui potuit in mendacio conuinci; addidit etiam ista, consentiens subtiliter veris.* MVLTA dies, variusque labor mutabilis æui Rettulit in melius; multos alterna reuisens Lusit, & in solido rursus fortuna locauit.] *Certè, inquit, si aduerso euentu pugnauimus; detrimenta superioris temporis, futuris possumus successibus reparare. Ludit enim homines fortuna; & superiores deijcit aliquando; & erigit aliquando deiectos. Multa dies hæc præstat, & indefessa laboris instantia: venient meliora posteriùs, & nostra commoda prouentu meliore firmabunt. Respondet & illi parti: quia Diomedes dictus est auxilia denegâsse.* NON erit auxilio nobis Ætolus & Arpi.] *Indè, inquit, consilio & mente defecistis: quia Diomedis societas vobis prodesse noluit.* AT Messapus erit, felixq́; Tolumnius, & quos Tot populi misêre duces: nec parua sequetur Gloria delectos Latio, & Laurentibus agris.] *Qui verè fuerant, hos proprijs nominibus designauit: quos falsò asserebat, generaliter tetigit; velut,* Quos tot populi duces miserant. *Non, inquit, parua sequetur gloria, quos habemus ex ciuibus lectos Latio & Laurentibus agris. Laudis loco est positū: vt naturâ fortes intelligantur, quos Italia generat: quorū præcipui, qui meruerant deligi. Hæc falsa asserebat: sed his adiunxit veritatem; vt totum videretur esse credibile.* EST & Volscorum egregiâ de gente Camilla, Agmen agens equitum, & florentes ære cateruas.] *Ecce positum est nomen: quia constabat, Camillam venisse cùm exercitu. Hæc, vtpote fœmina, quia plenâ laude præferri non potuit; applicat* A *& per quæ posset iure meritoq́ laudari.* Volscorum, *inquit, de gente est: quasi apud Volscos non tantùm viri; verùmetiam fœminæ, fortes esse videantur.* EGREGIA de gente.] *in magno quippe populorum numero sunt nonnulli, qui cæteros nobilitate præueniant.* AGMEN agens equitum.] *crescit laudis augmentum; meruisse enim exercitu ducere, quantæ est felicitatis?* ET florentes ære cateruas.] *ne ignobilibus applicata videretur. Nec eorum quantitas definitur. vt æstimatio incerti numeri, fidem veritatis excedēs, ducis meritū cumularet. Plena Volscorum prædicatio. Multi, inquit, fuerant instructi equis, & fortes, atq; armis splēdidi ac refulgētes. Qualis illa gens fuit, quàm fortes viri; quando fœminæ ipsorum, & ire ad bellum non dubitant, & præficiuntur armatis?* QVOD si me solum Teucri in certamina poscunt; Idq́; placet, tantumq́; bonis communibus obsto: Non adeò has exosa manus victoria fugit, Vt tantâ quidquam pro spe tentare recensem.] *Consensit iste, non ex voluntate Turni, sed ex necessitate veniebat. nam verba eius sic prolata sunt. vt volentem potiùs demonstrarent. Si, inquit, solum petor, qui cum Aeneā cōgrediar; & hoc putatis conducere cōmodis vestris,* B *vt ex vnius fortunâ pendeat vtilitas vestra. & ego impedio, quod prodesse omnibus potest: cupiens vobis pro voluntate vestrâ esse consultum, conditionem propositam non recuso. Ne autē de se diffidere videretur, ait: Non adeò me deseruit fortuna prosperior, vt recusem, quod mihi afferre posit decus & gloriam.* IBO animis contrà.] *Ibo magis obuiam, nec exspectabo, dum veniat: ostendam cunctis, totum posse, qui plenis animis peragenda susceperit.* VEL magnū præstet Achillem, Factaq́; Vulcani manibus paria induat arma Ille licèt.] *Licèt ille Achillem virtute præsumat; licèt ille Vulcani donis armetur: ibo contrà, prouocationis potiùs signem; quàm exspectaturus hostis arbitrium.* Paria arma *inquit: quia & ipse habuit aliqua, quæ Vulcanus fecerat.* VOBIS animam hanc, soceroque Latino, Turnus ego, haud vlli veterum virtute secundus, Deuoui.] *Qualitas ista verborum, miseratione potiùs significabat; quàm pugnaturi audaciam. Ego, inquit, vobis & socero deuoui animā meam; licèt comparatione virtutis secundus veteribus. Non similem, nec se veteribus æqualem fecit: quasi cum arrogantiâ diceret se meliorē.* SOLVM Æneas vocat?] *Verba repetit Drancæ; qui suprà dixit:* Illum aspice contrà, Qui C vocat. *respondit ipse.* ET vocet, oro.] *Opto, inquit, & rogo, vt Aeneas me vocet solum. vtraque enim conditio pro me est. Si vicero; erit gloria mea: sin alius certaminis exitus fuerit, sequetur memoriam meā ingens fama, quòd, cessantibus vobis, solus certare contendi.* NEC Drances potiùs, siue hęc est irâ deorum, Morte luat: siue est virtus & gloria, tollat.] *Vnū tantū nō dicat Drances; quia ipsius causa aut occubui, aut vici: néue ex aduersis meis gaudeat; aut ex prosperis aliquā sibi vendicet partē. scilicet, ne dicat: Ego hūc in periculū misi; aut impulsu meo factū est, vt certaret & vinceret.* ILLI hęc inter se dubijs de rebus agebāt Certantes castra Æneas aciemq́; mouebat. *Reprehēsio est Latinorum; & Aeneæ maxima laudum prædicatio. Tēpore enim, quo dubia tractabantur, hoc est, incerta, quum euentū in ancipiti habēt, quū deberet celeriter statui, quid omnibus rectè cōduceret: illi trahebant, non tractatibus publicis, sed priuatis, tempus: alij dicendo, audiendo alij. Castra Aeneas mouebat: nō parietes castrorū; sed exercitus copias: non iam passim, aut cōfusè; sed structâ acie atq; ordinibus, ita, ac si hostis adesset, ex more compositas.* NVNTIVS ingenti per regia tecta tumultu Ecce ruit.] *Subitus nuntius per regiā tecta ruit, cum ingenti tumultu.* MAGNISQVE vrbē terroribus implet.] *Moraliter nuntium describit: Primò domum regiā, debinc magnis terroribus implêsse ciuitatē. Duplici aūt ratione ad domū Latini primò peruenerat: vel quia rex inte omnes super rebus instrui debuit; vel quia illîc fuerant primi omnes cū*

filij per-

A *filij peragendi causâ, congesti. quo facto, tota vrbs maiore desperationis horrore affecta est. Subnectitur, quid nuntius ille apportâsset.* INSTRVCTOS acie Tyberino à flumine Teucros, Tyrrhenamq; manum totis descendere campis.] *Vsque adeò verus ille nuntius fuerat: vt, quàm infinito modo esset hostis exercitus, & quàm instructus, & ex quibus populis videretur esse collectus, & quâ vel quàm latâ terrarum descenderet parte, referet & diceret. Crescebat autem metus: quòd iam omnes campos cœpisset opplere. Quis non crederet, ad bellum venire congestos: qui faciem pugnæ infinito modo, & ordinum digestione, monstrabant? In his quæ, vt ostendi, maioris metus causâ proponuntur, maiorem vim habent infinito modo: quàm vel generaliter dicta, vel inchoatiuo expressa, vt hoc loco. Nam descendere, cùm nihil ostendat iam esse completum: significat adhuc esse quod descendat; ac per hoc metum esse maiorem: cùm infinitum appareat; &, quantum adhuc supersit, nesciatur. Hoc & generalitas præstat. Dicebatur quippe, venire Teucros, venire Tyrrhenos: & non saltem vel æstimatus numerus reperiebatur. nam si sic poneretur: Descenderunt, Impleuerunt, hoc solum putaretur, quod oculis subiacebant.* EXTEMPLÒ turbati animi, concussaque vulgi pectora. & arreptæ stimulis haud mollibus iræ.] *Insperatus nuntius cunctos motu vario diuersoq; turbauit. statim quippe confusa sunt atque concussa vulgi pectora: terrorq; ipse subiunxit augmentum. Concussa, inquit, sunt vulgi pectora. plus est enim* Concuti, *quàm* turbari. ET arreptæ stimulis haud mollibus iræ.] *animorum perturbatio & concussio pectorum irâ omnes accenderat.* ARMA manu trepidi poscunt.] *Videbantur arma poscere; sed hoc non sinè trepidatione faciebant.* FREMIT arma iuuentus.] *fiduciâ iuuentutis nonnulli ducebantur, vt armari contenderent.*

Flent mœsti, mussantq; patres. hîc vndiq; clamor
Dissensu magnus vario se tollit in auras:
Haud secùs, atq; alto in luco cùm fortè cateruæ
Consedêre auium, piscosoue amne Padusæ,
Dant sonitum rauci per stagna loquatia cygni.
Immò, ait, ô ciues, arrepto tempore, Turnus,
Cogite concilium, & pacem laudate sedentes:
Illi armis in regna ruunt. Nec plura locutus,
Corripuit sese, & tectis citus extulit altis.
Tu Voluse, armari Volscorum edice maniplis:
Duc, ait: & Rutulos equites Messapus in armis,
Et cum fratre Coras, latis diffundite campis.
Pars aditus vrbis firment, turresq; capessant:
Cætera, quà iusso, mecum manus inferat arma.
Ilicet in muros totâ discurritur vrbe.
Concilium ipse pater, & magna incepta, Latinus
Deserit; ac tristi turbatus tempore differt:
Multaq; se incusat, qui non acceperit vltrò
Dardanium Æneam, generumq; adsciuerit vrbi.
Præfodiunt alij portas; aut saxa sudesq;
Subijciunt: bello dat signum rauca cruentum
Buccina: tunc muros variâ cinxêre coronâ
Matronæ, pueriq;. Vocat labor vltimus omnes.
Nec nõ ad templum, summasq; ad Palladis arces,
Subuehitur magnâ matrum regina cateruâ,
Dona ferens; iuxtaq; comes Lauinia virgo,

SER. MVSSANT.] *Modò, queruntur.* DISSENSV vario.] *Alij enim Turni dicta, alij Draconi probabãt.* PISCOSÒVE amne Padusæ.]
B *Padusa pars est Padi. Nam Padus, licet vnus sit fluuius; habet tamen fluenta plurima: è quibus est Padusa; quæ quibusdam locis facit paludem, quæ plena est cygnorum. Alij Padum tribus fontibus nasci dicunt: ex quibus sumpsit vocabulum Padusa; qui diffusus in modum stagni, in amnem digeritur: nam ideò,* per stagna loquacia. *Alij partem fluminis Padi, in quam descenditur fossâ. Valgius in Elegis;* Et placidam fossę quà iungunt ora Padusam, Nauigat Alpini flumina magna Padi. *Cæterũ illud incongruũ est, Padusam fœminino genere, iuxta veteres, Padum dictum. Titinius in Sentinâ;* Vidistin'
C Tibrim? vidi; qui illam deriuet, beauerit agrum Sẽtinum. PER stagna loquacia cygni.] *In quibus habitant cygni loquaces.* Rauci *autem,* τῶν μέσων *est. nam modò canoros significat: aliâs vocis pessimæ. Iuuenalis;* Rauci Theseide Codri. *Sicut Venenum, & de bono, & de malo dicitur: vt odor & bonus & malus vocatur.* ARREPTO tempore.] *Hic, inuentâ opportunitate, id est, occasione.* COGITE concilium.] *Drancis vitium omnibus exprobrat; quòd belli tempore in curiam conueniant. vt,* Larga quidem semper, Drance, tibi copia fandi, Tùm, cùm bella manus poscunt. SEDENTES.] *Pigri. vt,* Immunisq; sedens aliena ad pabula fucus. *Vel sedẽtes, inuidiosè: vt,* Sedeãt spectentq; Latini. ARMARI edice.] *Figura est: dic vt armentur. Verbum verbo iunxit: vt,* Tu das epulis accumbere diuûm. Edice *autem, plenus est imperatiuus. nam in omnium coniugationum verbis, infinito modo detrahe vltimam syllabam, & fit imperatiuus: vt Amare ama; Docere, doce; Legere, lege: Audire, audi. Quum autem fac vel dic dicimus, appocopen verba patiuntur, ex Face, Dice. Cùm posuit* edice, *expressit. Expressa autem festinantis oratio, quâ Turnum non prædixit locuturum.* MANIPLIS.] *Ars quidem exigebat, vt* ma *haberet accentum: ni enim longa quidem est, sed ex mutâ & liquidâ. quod quotiens fit, tertia syllaba à fine sortitur accentum: vt Latebræ, Tenebræ. tamen in hoc sermone, vt secunda à fine accentum habeat, versus obtinuit.* MANIPLIS.] *Signiferis: quia, secundùm antiquum morem, in legione erãt triginta. Legio autem habebat septem cohortes, sexaginta centurias. licèt in his rebus, accessu temporis, ducum varietas semper mutauerit militiæ disciplinam.* EQVITEM Messapus in armis, & cum fratre Coras, latis diffundite campis.] *Equitem in armis, id est, armatum: nam figura est.* Messapus *autem vt diceret, vitauit* ὁμοιοτέλευτον*: nam vitiosum erat,* Voluse, Edice, Messape. *Ergo* Messapus, *aut antiquus vocatiuus est; vt,* Hesperidum fluuius regnator aquarum: *Et,* Socer arma Latinus habeto. *aut certè nominatiuus est, pro vocatiuo. quanquam possit etiam nominatiuus esse; vt sit: Messapus & Coras equitem diffundite, pro diffundant. melior tamẽ sensus est superior.* CVM fratre Coras.] *Scilicet cum Catillo. nam legimus,* Catillusq;, acerq; Coras, Argiua iuuentus. QVA iusso.] *Quà iussero & est antiquũ.* ILICET.] *Confestim, ilicò. quod ne diceret, metri necessitas fecit. nam ilico dicimus.* MAGNA incepta.] *Quia de pace cogitabat; quæ impleri non potuit.* MVLTAQVE se incusat.] *Pro,* multùm. *Et est Græca figura.* GENERVMQVE asciuerit vrbi.] *Id est, propter vrbem: quantum de præsentibus rebus colligebatur. Lucanus de Catone:* Vrbi pater est, vrbiq; maritus. Gener *autem ideò dicitur: quia ad augendum genus adhibetur.* PRÆFODIVNT alij portas.] *Id est, ante portas fossas faciunt. hoc enim est, quod suprà dixit;* Pars aditus vrbis firment: *quæ res nimiam indicabat desperationem.* BELLO dat signum rauca cruẽtum Buccina.] *Bene addidit,* bello. *nam & propter hoc buccina insonans, solicitudinem ad bella denuntiat. Sic in septimo;* Quia buccina signum Dira dedit. *Prælium autem tubæ indicãt: vt,* At tuba terribilẽ sonitum procul ære canoro Increpuit. MATRONÆ.] *Nunc fœminæ. Quidam sanè arbitrantur, inter Matronam & Matremfamiliâs hoc interesse: quòd Matrona dicatur prima pueri mater; Materfamiliâs, quæ plures peperit. Alij hoc putant rectiùs: Matronam dici, quæ in matrimonium cum viro conuenerit, & in eo matrimonio manserit; etiamsi liberi nondum fuerint: dictam matris nomine, spe atq; omine: vnde & matrimonium dictum. Matrem verò fami-*

Z z liâs eam

liâs eam esse, quæ in mariti manu mancipioq́, aut in cuius maritus manu mancipioq́ esset: quomodo in familiâ quoq; mariti & sui hæredis venisset. Alij Matronas, Virgines nobiles dicunt: Matresfamiliâs verò illas, quæ in matrimonium per coëmptionem conuenerunt. nam per quandam Iuris solennitatem, in familiam migrant mariti. Inter Matrem verò, & Matrem familiâs hoc interest: quòd Mater est, præter illam significationem quæ est ad aliquid, quæ tantùm conuenit in matrimonio: quod alij Matrifamilias, sicut hoc loco dictum est, applicauerunt. Materfamiliâs verò, quæ conuenit, vt iam diximus per coëmptionem. VOCAT labor vltimus omnes.] Omnes ad laborem vltima necessitas conuocat. Alij Vltimus hypallagen volunt esse, pro, vltimos. NEC non ad templum.] Secundùm Homerum, qui inducit in summâ desperatione matres ad templa concurrere: vt victoria, quæ non potest viribus, possit deorum fauore conquiri. Sic enim monet Helenus: Ἕκτορ, ἀτὰρ σὺ πόλινδε μετέρχεο, εἰπὲ δ' ἔπειτα μητέρι σῇ καὶ ἐμῇ· ἡ δὲ ξυνάγουσα γεραιὰς νηὸν ἀθηναίης γλαυκώπιδος ἐν πόλει ἄκρῃ οἴξασα κληῗδι θύρας ἱεροῖο δόμοιο πέπλον, ὅς οἱ δοκέει χαριέστατος ἠδὲ μέγιστος εἶναι ἐνὶ μεγάρῳ, καί οἱ πολὺ φίλτατος αὐτῇ, θεῖναι ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν ἠϋκόμοιο. SVBVEHITVR.] Propriè. Matronæ enim pilentis vehebantur, ad templa pergentes: vt, Pilentis matres in mollibus. MAGNA matrum.] Deest cum non enim caterua subuehitur. DONA ferens.] Peplum scilicet, sicut dixit in primo. ideò dimisit hoc loco. Nam Homeri locus est de Heculâ peplum ferente, hoc modo scilicet: τὰ δ' ἄρ ἀόλλισαν κατὰ ἄστυ γραιάς, αὐτὴ δ' ἐς θάλαμον κατεβήσατο κηώεντα, ἔνθ' ἔσαν οἱ πέπλοι παμποίκιλοι, ἔργα γυναικῶν. Et paulò pòst: τῶν ἕν' ἀειραμένη ἑκάβη φέρε δῶρον ἀθήνῃ, ὃς κάλλιστος ἔην ποικίλμασιν, ἠδὲ μέγιστος.

POM. Sabi. MVSSANT.] murmurant propter hostilia arma. PADVSA.] est fluuiolus stagnans, qui intrat Padum. COGITE.] Loquitur Turnus. MESSAPVS.] pro, ô Messape. ILICET.] confestim. DIFFERT.] pacem. PERFODIVNT portas.] faciunt fossas ante portam. Vltimus labor est, cùm matronæ & pueri veniunt ad munimenta. SVBVEHITVR.] quia matronæ pilentis vehebantur. REGINA.] Amata. AD templum.] solebant antiqui, in periculo, facere lectisternia in templis.

VAR. Lect. DISSENSV magnus vario.] In antiquis libris, Dissensu vario magnus. STAGNA loquacia cycni.] Antiqui aliquot lib. Liquentia: aliquot alij Stagna sonantia legunt. IN regna ruunt.] In antiquis exemplaribus, Ruant habetur. TRISTI turbatus pectore.] Antiqua exemplaria, Tristi turbatus tempore habent. SVDESQVE Subijciût.] In antiquis libris Subuectât habetur. TVNC muros varia.] Veteres lib Tum legunt.

DON. FLENT mœsti, mussantq; patres.] Hæc enim maiores reipublicæ sollicitudo tangebat: qui potiores in ciuitate fuerant; & quibus fuit genus ac substantia potior. Flebant isti, quum, pro loco suo, ipsi periculis proximi essent, atque detrimentis. HIC vndique clamor Dissensu vario magnus se tollit in auras.] Dissensus varius fuit in illo cœtu: quum diuersi, vtpote in maximâ multitudine diuersis animorum æstibus mouerentur. nec mutus ille, aut sinè fletibus, patrum fuerat mœror: sed ex Latini domo clamor ac voces referebantur ad cœlum. HAVD secùs, atq; alto in luco cùm forte cateruæ consedêre auium, piscosóue amne Padusæ Dant sonitum rauci per stagna loquacia cygni.] Facta est comparatio auium minutarum & potiorum, secundùm naturam suam descriptarum. Minores quippe, separatim se in luci arbore congerunt, atque illic strepunt. Cygnos, qui sunt fortunæ potioris, Padusæ facilius colligit; propter piscem, quem de eius flumine capiunt. IMMO, ait, ô ciues, arrepto tempore, Turnus, Cogite concilium, & pacem laudate sedentes: Illi armis in regna ruunt.] Magna obiurgatio, Turni verbis paucissimis dicta. Quid trepidatis, inquit: habetis tempus otiosum. sedete potiùs, & bona pacis quietemq́ laudate; dum illi armis optata possideant. NEC plura locutus, Corripuit sese: & tectis citus exulit altis.] Non locutus est plurimis: quia obstabat necessitas præsens: & multis loqui non debuit, qui alijs multiloquium reprehendebat. quapropter, quum non plura dixisset; sese proripuit, & extra tecta citus exijt: maturè enim hosti debuit & properanter occurri. Cœpit iam dare mandata, & dispositionibus commodis suos potiores instruere. TV Voluse, armari Volscorum edice maniplis.] Aiunt, Manipulum dici ducentorum militum numerum, sub vno rectore constitutum. Iste igitur multos manipulos mandat armandos, & producendos, in campum. DVC, ait, & Rutulos.] Scilicet, vt manipuli & Rutuli, isto curante, regerentur. EQVITES Messapus in armis, Et cum fratre Coras latis diffundite campis.] Compendiosè locutus est; qui festinabat aggredi certamen: vt Messapus, & Coras, fraterq; eius, per campos equites funderent. PARS aditus vrbis firment, turresque capessant.] Aditus vrbis, portæ sunt, vel minores ingressus: qui muniendi fuerant omni curâ, ne hostis intraret. propter meliorem verò tuitionem, turres quoque custodiendæ. CÆTERA, quà iusso, mecum manus inferat arma.] Cætera manus, id est, cætera multitudo mecum constituta, ferat arma, quà iussero. ILICET in muros totâ discurritur vrbe.] Metu omnes exciti quia extremum timebatur excidium, concurrebant ad muros, ex omni ciuitate, ipsam saltem defensuri, si possent. ILICET ignis edax summa ad fastigia vento Voluitur; exsuperans flamma, & furit æstus ad auras.] Assumptum fertur ex veteri consuetudine, sicuti retrò meminimus, ex more indictum. nam quum actus suos explessent, hac voce per præconem mittebantur, vt dicerent, Ilicet, hoc est, ire licet. vt vniuersi, qui aderant, obseruationis sollicitudine soluerentur. CONCILIVM ipse pater, & magna incepta, Latinus Deserit; ac defert turbatus tempore tristi.] Impediente ratione temporis, quo tantæ cladis nuntius venerat, differt Latinus concilium, desertis magnis inceptis, hoc est, actibus, commotus metu scilicet instantis exitij. Inceptum, dispositionem animi significare, & in primo libro ex personâ Iunonis exposuimus. MVLTAQVE se incusat.] Nunc iungit ipsius incusationis multiformem causam. QVI non acceperit vltrò Dardanium Æneam, generumque asciuerit vrbi.] Qui non vltrò susceperit in affinitatem necessarium virum; commodumq́ non tantùm sibi; verùmetiam ciuitati. Vltrò, ideò dixit: quia habere gratiam potuit ex voluntatis ratione; quod videbat futurum esse ex necessitate. Incipit fieri, quod mandatis complexus est Turnus: vt portæ necessarijs præsidijs firmarentur. PRÆFODIVNT alij portas, aut saxa, sudesque Subijciunt.] Hæc fuerunt munimenta portarum, vt saxis & sudibus firmarentur. BELLO dat signum rauca cruentum Buccina.] Quum enim hoc factum fuerit, illicò conseritur bellum. TVM muros variâ cinxêre coronâ Matronæ, puerique.] Imbellis ætas & sexus, cinxit muros coronâ variâ. Varietatem fecerat mulierum puerumq; diuersitas: at hos mixtos potiùs, quàm separatos, debemus accipere; vt pueri cum matribus stetisse videantur. VOCAT labor vltimus omnes.] Non quò aliquid efficere potuissent, oppleuerant muros: sed quum vltimo labore, hoc est, periculo, suis parietibus truderentur. NEC non ad templum, summasque ad Palladis arces, Subuehitur magnâ matrum regina cateruâ, Dona ferens.] Cùm hæc agerentur, subuehebatur regina, tendens ad templum & arcem Mineruæ, ferens dona. Subuehebatur, dixit, non ambulabat: quia defecerat animo, nec portabatur in torum: quia vtcunque iter faciebat pedibus suis. Ibat, inquit, ad templum sed continebatur vtrunque, vt peruenire potuisset. IVXTAQVE comes Lauinia virgo, Causa mali tanti.] Legitur &, Causa malis tantis: quia multa acciderant mala. Cum eâ, inquit, & Lauinia pergebat, quæ fuerat malorum omnium

A *omnium causa. si enim nuptiarum eius controuersia non exstitisset: tot nunquam fuissent aduersa.*

Causa mali tanti, atque oculos deiecta decoros.
Succedunt matres, & templum thure vaporant,
Et mœstas alto fundunt de limine voces:
Armipotens, belli præses, Tritonia virgo,
Frange manu telum Phrygij prædonis, & ipsum
Pronum sterne solo; portisq; effunde sub altis.
Cingitur ipse furens certatim in prælia Turnus:
Iamq; adeò Rutulum thoraca indutus, ahenis
Horrebat squamis, surasq; incluserat auro,
Tēpora nudus adhuc: lateriq; accinxerat ensem,
Fulgebatq; altâ decurrens aureus arce:
Exsultatq; animis, & spe iam præcipit hostem.
Qualis, vbi abruptis fugit præsepia vinclis
Tandem liber equus, campoq; potitus aperto:
Aut ille in pastus, armentaq; tendit equarum,
Aut assuetus aquæ perfundi flumine noto
Emicat, arrectisq; fremit ceruicibus altè
Luxurians, luduntq; iubæ per colla, per armos.
Obuia cui, Volscorum acie comitante, Camilla
Occurrit: portisq; ab equo regina sub ipsis
Desiluit; quam tota cohors imitata, relictis
Ad terram defluxit equis. tùm talia fatur:
Turne, sui meritò si qua est fiducia forti,
Audeo, & Æneadûm promitto occurrere turmæ,

SER. MALI tanti.] *Pro, malorum tantorum.* OCVLOS deiecta decoros.] *Deorsum habens. & sic ait*, deiecta oculos; *sicut*, Oculos suffusa nitētes. SVCCEDVNT matres.] *Pro, intrant. & est ordo: Succedunt matres, templum thure vaporant.* DE limine.] *Ad preces festinātium mulierum ostenditur desideriū.* ARMIPOTENS, belli præsens, Tritonia virgo.] *Antonomasica sunt propriè. hæc autem omnis oratio de verbo ad verbum de Homero trāslata est.* Πότνι' ἀθηναίη ἐρυσίπτολι δῖα θεάων. Præses autem belli: *id est, quæ præest omnibus bellis; cuius nutu semper bella tractantur. Sanè, qui* præsens *legunt, quasi* præstans in bellis *intelligunt: qui* preses, *sine n litterâ, quasi quæ præsideat rei. Sic Præsides*
B *dij vrbis appellantur.* FRANGE manu telum.] *Aut tuâ manu; aut in eius manu tela confringe. Homerus:* ἆξον δὴ ἔγχος διομήδεος. ET ipsum Pronum sterne solo.] *Homerus:* ἠδὲ καὶ αὐτὸν πρηνέα δὸς πεσέειν. PORTI'SQVE effunde sub altis.] *Homerus,* σκαιῶν προπάροιθε πυλάων. *Bene autem, sub ipsis portis; quasi ad quas festinabat Aeneas. Vnde est,* Præfodiunt alij portas. CINGITVR ipse furens certatim in prælia Turnus.] *Oeconomia omnis hæc est. Nam Turnus ideò cum morâ armatur, & intecto capite circà arcem incedens, admonet singulos: vt & à Lauiniâ posiit videri; & vt sit maior causa dimicandi, dum sponsæ placere contendit. Alij,* Cingitur, *properè armatur accipiunt: nam ait,* Surasq; incluserat auro. & Certatim, *pro festinanter.* Cingitur *ergo, accingitur. nam & Terentius, de futurâ contentione, ait, Accingere: Procinctus appellatur.*
C Cingitur autem in prælia: *id est, vt præliari posiit. vt si dicat; Lego in aduocationem, id est, vt aduocatus esse posim.* FVRENS.] *Amore Lauiniæ, quam videbat.* Quod *etiam sequens indicat comparatio. nam dicturus est,* Aut ille in pastus armentaq; tendit equarum. IA'MQVE adeò.] *Aut vacat* adeò: *aut certè sic significat. vt sit sensus: Adeò sic præparatur in prælia; vt iam vniuersa præter galeam arma portaret.* THORACA indutus.] Omnia, *quæ in ax exeunt, Græca masculina, in obliquis casibus a producunt: vt Thorax, thorâcis; Pinax, pinâcis. Nam fœminina corripiunt: vt Climax, climacis: sed in Latinum non transeunt. Phalanx verò & aliter exit; & peregrinum est, etiam apud Græcos.* TEMPORA nudus adhuc.] Quòd *sinè galeâ, prooeconomia est: quia mox Camillam alloquitur: & vt orans, & incendens cæteros, faciliùs nosceretur.* ALTA decurrens aureus arce.] *Illîc enim & Amata fuerat, & Lauinia. Homerus:* κνημῖδας μὲν πρῶτα περὶ κνήμῃσιν ἔθηκε καλάς, ἀργυρέοισιν ἐπισφυρίοις ἀραρυίας. δεύτερον αὖ θώρηκα περὶ στήθεσσιν ἔδυνεν, ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον, χάλκεον. αὐτὰρ ἔπειτα σάκος μέγα τε στιβαρόν τε, τῷ δ' ἀπάνευθε δίχα γένετ' ἤδη πλείων. SPE iam præcipit hostem.] *Mente præoccupat hostis aduentum.* QVALIS, vbi abruptis fugit præsepia vinclis.] *Et hæc comparatio Homeri est, verbum ad verbum translata.* ὡς δ' ὅτε τις στατὸς ἵππος ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ δεσμὸν ἀπορρήξας θείῃ πεδίοιο κροαίνων αὐτὸς λούεσθ' ἐϋρρεῖος ποταμοῖο, κυδιόων ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει, ἀμφὶ δὲ χαῖται ὤμοις ἀΐσσονται, ὁ δ' ἀγλαΐηφι πεποιθὼς ῥίμφα ἑ γοῦνα φέρει μετά τ' ἤθεα καὶ νομὸν ἵππων. POTITVS.] *Venit ab eo, quod Potior, potiris. nam,* Subnixus rapto potitur, *venit ab eo, quod est, Potior, poteris. nam, vt etiam suprà diximus, verbum hoc, modò tertiæ, modò quartæ coniugationis esse, inuenitur.* AVT adsuetus aquæ.] *Figuratè,* aquæ adsuetus, *a*quę flumine perfundi adsuet^9^. ARRECTI'SQVE fremit ceruicibus altè.] *Altè arrectis ceruicibus fremit; non altè fremit, aut altè luxurians.* Quidam *sanè,* ceruicibus, *plurali numero secundùm veteres dictum volunt: Et Hortensium primum singulari numero ceruicem: vnde Ciceronem,* ceruiculam illum iactaturum *tradunt dixisse.* DESILVIT.] *Hoc ad Turni honorem refertur. quatuor namque erant apud Romanos, quæ ad honorificentiam pertinebant: equo desilire, caput aperire, viâ decedere, adsurgere. Hoc etiam præcones, præeuntes magistratus, clamare dicebantur.* COHORS.] *Pro turmâ. nam equitum turmæ; præditum cohortes appellantur.* AD terram defluxit.] *Dicendo* defluxit, *vno verbo absoluit desilientem equis multitudinem: & vel celeritatem, vel artem, & quandam moderationem ac facilitatem descendendi significauit; quæ est etiam ascendendo, apud huius rei peritos.* SVI meritò si qua est fiducia forti.] *Si vnusquisque habet aliquam confidentiam, ex conscientiâ fortitudinis suæ; & ego audere non dubito.* Forti *autem, bene dixit: nam Fortis communis est generis. Hæc autem hoc vult dicere: non sexum considerandum esse; sed robur. & est ordo: ô Turne, audeo.* OCCVRRERE turmæ.] *Equitatui: nam partem pro toto posuit. Varro Turmam triginta sex equites posuit.*

POM. Sabi. ARMIPOTENS.] *Caterua fœminarum loquitur Palladi.* FVRENS.] *amore Lauiniæ.* NVDVS.] *sinè galeâ.* DISSILVIT.] *Camilla exsilit ex equo: eam sequuntur cæteri.* TVRNE sui.] *Loquitur Camilla Turno.* FIDVCIA forti.] *si vnusquisque fortis fidit viribus.*

VAR. Lect. CAVSA mali tanti, atque oculos.] *Antiqui libri ita legunt,* Causa mali tanti, oculos: *sinè* Atque *particulâ. In Romano tamen, & alijs quibusdam,* Causa malis tantis *legitur.* DE limine voces.] *Antiqua exempl.* De pectore *legunt.* ARMIPOTENS, belli præses.] *Dictionum ordo in antiq. est lib.* Armipotens præses belli. RVTVLVM thoraca indutus.] *Lib. antiq. sunt, in quibus* Inductus *habetur.* CAMPOQVE potitus aperto.] *In antiquis aliquot libris* Potitur *est.* OCCVRRERE turmæ.] *Romanus liber,* Turmis *habet.*

DON. OCVLOS deiecta decoros.] *Deiecerat Lauinia oculos: vel propter inuidiam temporis; vel propter virginalem verecundiam. Potuit (inquit) habere fiduciam erigendi oculos, cùm pulchri essent: sed premebatur conscientiâ. Sciebat enim, se esse malorum omnium causam: &, quod virgini conueniret eunti per publicum, nouerat.* SVCCEDVNT matres.] *Ingressæ sunt matres, vbi fuerat dea.* ET templum thure vaporant.] *Quasi plurima species thuris, fauorem numinis multò maiorem, in tanto periculo, prouocare potuisset;*

tuiſſet: ſic officioſis manibus altaria cumulabant; vt vapore ipſo templi partes vniuerſi tepuiſſent. ET mœſtas alto fundunt de limine voces.] Quidquid mœroris animo retinebant, flebilibus vocibus teſtabantur: plangentes præterita; & futura metuentes: hôc magis dolore concuſſæ, ne in Aeneæ connubium Lauinia perueniret. nam idcirco cum eâ, ad Mineruæ templum, matres multæ congeſtæ ſunt. Fundunt, inquit, tale eſt Fundunt; quale eſt, Templum thure vaporant: quaſi precum copia extorquere poſſet numini, quod breuitas nequibat implere. Affectus hic expreſſus eſt fœminarum: quæ videbant ſtudium ſuum in Turni ſucceſſibus defeciſſe; & putabant, adiumēto numinis, ac thuris copiâ, & multiloquio precum fieri poſſe, quod prouenire cupiebant. ARMIPOTENS, præſes belli, Tritonia virgo.] Tria poſuerunt, quibus beneuolam redderent; quæ tamen tempori ac perſonæ congruerent. Bellum enim gerebatur: debuit rogari, quæ in armis plurimum poterat, & omnibus bellis præeſſe conſueuerat. Quæ autem in cauſâ virginis fuerat roganda, *. Subiungitur ſumma petitionis, & dictionis genere, quod perſonæ mulierum conueniret. FRANGE manu telum Phrigij prædonis, & ipſum Pronum ſterne ſolo, portisque effunde ſub altis.] Tria quæſita ſunt: vt frangeretur telum, quod manu portabat Phrygius prædo. Phrygius, & prædo, deformationis causâ ſunt poſita. Ceterùm Aeneam debuerant dicere. volunt enim, ex facto Paridis, omnes Troianos eſſe raptores, & caſtitatis violandæ grauiſſimos inimicos: Nomen Aeneæ ſuppreſſum eſt; & dicta ſunt ea, quæ habere morſum inuidiæ potuiſſent. ET ipſum Pronum ſterne ſolo.] vt confuſus atque ſuperatus in faciem caderet. hoc eſt, eum, Pronum cadere: vt præcipitatus in caput, vultum terræ collidat. PORTIS'QVE effunde ſub altis.] vt eo loci fundatur, iaceatq́; exanimis; vnde ab omnibus Fœminis è muris, turribusq́; ac portis, conſpici poſſet. CINGITVR ipſe furens certatim in prælia Turnus.] Furens Turnus ipſe, quem maior tangebat neceſſitas belli; quem exagitauerant Latini dicta, & nimia conſtantia Drancæ inimici: parabatur inſtructione bellicâ, furore potiùs, quàm conſilio prouocatus. Ducebatur enim ſpe magnâ vincendi: vt poſt victoriam, Lauiniæ nuptias obtineret, & vltionem congruam ac perniciem exerceret. Certatim dixit, inſtanti proportione. IA'MQVE adeò Rutulum thoraca indutus, ahenis Horrebat ſquamis.] Armari iſtum generaliter dixit: vadit nunc ad ſpecies armorum, & corporis membra. Iam, inquit, thoracem ſumpſerat. Thoracis munimen adhibetur; vt virum fortem à ſcapulis contegat, vſque ad ventris vltimam partem. Squama eſt, quæ currentis ſubtilitate artis ſic componitur vt ſerpentis imitetur exſuuias. SVRA'SQVE incluſerat auro, Tempora nudus adhuc.] Poſt munimenta quippe totius corporis, inducitur galea. Tempora nudus, genus eſſe locutionis ſimilibus locis oſtendimus. LATERI'QVE accinxerat enſem.] Sumpſit alia, quibus muniret corpus ſuum. enſem verò, quo perimeret inimicos, lateri ſuo aptè ſuſpendit. FVLGEBA'TQVE altâ decurrens aureus arce.] Veniens ab arce, totus aureus apparebat. EXSVLTA'TQVE animis, & ſpe iam præcipit hoſtem.] Sic animis exſultabat, vt hoſtem iam ſe ſuperâſſe conſideret. Additur comparatio, quæ carmina conſueuit ornare. QVALIS, vbi abruptis fugit præſepia vinclis Tandem liber equus, campoq́; potitur aperto.] Præſepia quidem, propter alimoniam, grata ſunt animalibus: ſed diuturna retinentia vinculorum illis admodum grauis eſt. Proinde præſepia fugiunt; quum poſt excluſam mediam deſiderium libertatis accedit: vt penſetur luxuriando captiuitas, & ruptis vinculis tædiorum nexus nodiq́; ſoluuntur. Aut ille in paſtus,] hoc eſt, in paſcua. ARMENTA'QVE tendit equarum.] Aut ventris, aut libidinis causâ raptatur. AVT aſſuetus aquæ profundi flumine noto.] Aut certè feſtinat ad flumen, cuius aquâ lauari conſueuit. EMICAT.] Ipſe exponit, quid ſit Emicat. ARRECTI'SQVE fremit ceruicibus altè Luxurians, luduntque iubæ per colla, per armos.] Hoc erat Emicare, placere ſibi omni parte membrorum; dum arrectis ceruicibus ſe in altum erigit; dum per colla eius, perq́; armos, ludentes comæ funduntur. hoc ad corpus: ad animum verò, Fremit, & Luxuriatur, pertinet. OBVIA cui, Volſcorum acie comitante, Camilla Occurrit, portisque ab equo regina ſub ipſis Deſiluit.] Deſilire, celeritatis habet & fortitudinis ſignificationem: Deſcendere verò, tarditatis. Vbi Turnum vidit ſtantem ante portas: vt honorificam ſeſe monſtraret, mox equo deſiluit. QVAM tota cohors imitata, relictis Ad terram defluxit equis.] Defluxit, hoc eſt, ex alto ad plana peruenit. deferre enim Turno vniuerſi debuerant; imitati factum reginæ. TVM talia fatur.] Quæ ſint, vel qualia, videamus. TVRNE, ſui merito ſi qua eſt fiducia forti, Audeo, & Aeneadûm promitto occurrere turmæ.] Omen poteſt videri, quòd Camilla in ipſo portæ limine excepit exeuntem, ducens auxilia equitum: accedente etiam eo, quòd ei vltrò pollicebatur operam ſuam. Verùm, ne arrogantis eſſet, ſi diceret; Quia fortis ſum, audeo prima Troianorum cœptis occurrere: poſuit in medio dubitationem; vt nec Turni ſpem frangeret, nec ipſa aliquid ſuper alium duxiſſe videret. Ait ergo, Turne. Cœpit à nomine: loquebatur enim regina cum rege. in quo, ſi fortunæ partes inſpici placet; non errauit: ſi animorum; rectè etiam ſic nomen dixit. Signum eſt quippe meræ beneuolentiæ; cùm orationem futuram nomen anteuenit. Si qua eſſe poteſt fiducia (inquit) in fortibus; ſpondeo me Troianis ire obuiam poſſe. Ecce ſignum primùm audaciæ vt non diceret, exſpectaturam ſe, dum venirent; ſed occurſuram imminentibus Tyrrhenis.

Solaq́; Tyrrhenos equites ire obuia contrà.
Me ſine prima manu tentare pericula belli:
Tu pedes ad muros ſubſiſte; & mœnia ſerua.
Turnus ad hęc, oculos horrendâ in virgine fixus:
O' decus Italiæ, virgo; quas dicere grates,
Quáſue referre parē? ſed nunc (eſt omnia quando
Iſte animus ſupra) mecum partire laborem.
Æneas (vt fama fidem, miſsiq́; reportant
Exploratores) equitum leuia improbus arma
Præmiſit; quaterent campos: ipſe ardua montis
Per deſerta iugo ſuperans, aduentat ad vrbem.
Furta paro belli, conuexo in tramite ſyluæ;
Vt biuias armato obſidam milite fauces.
Tu Tyrrhenum equitem collatis excipe ſignis.
Tecum acer Meſſapus erit, turmæq́; Latinæ,
Tyburtiq́; manus: ducis & tu concipe curam.
Sic ait: & paribus Meſſapum in prælia dictis

SER. TV pedes ad muros ſubſiſte.] Bene ex muliere gloria augetur: vt, cùm eam faciat aduerſùm hoſtes cuncta promittere, quæ faciunt viri fortes; etiam Turno murorum cuſtodiam inducat mandātem. OCVLOS horrēdâ in virgine fixus.] Figuratè, vel oculos figens; vel fixos habens. Horrenda autem, pro admirabilis: alioqui hoſtibus horrenda. QVAS dicere grates.] quantas: pro pronomine. & ſecundùm rhetoricam diſciplinam dicit, ſe verba inuenire non poſſe, quibus eius exprimat laudes: cùm dixerit; O' decus Italiæ, virgo. Sic alibi; Quibus cælo te laudibus æquem? Cùm præmiſerit, O famâ ingens, ingentior armis, Vir Troiane. SED nunc.] Ordo eſt: Sed nunc mecum partire laborem. nam per Parentheſim dictum eſt. QVANDO iſte animus eſt ſupra omnia.] Præmia. Id eſt: ſiquidem es magnanima, vt ſupra omnes grates, & ſupra omne premium. Partire autem ideò: quia ille dixerat, Solaque Tyrhenos equites ire obuia contrà.

ÆNEAS

Hortatur, sociosq; duces: & pergit in hostem.
Est curuo anfractu valles, accommoda fraudi,
Armorumque dolis: quam densis frondibus atrum
Vrget vtrinque latus: tenuis quà semita ducit,
Angustæq; ferunt fauces, aditusq; maligni.
Hanc super in speculis, summoque in vertice montis
Planicies ignota iacet, tutiq; receptus,
Seu dextrà læuâq; velis occurrere pugnæ,
Siue instare iugis, & grandia voluere saxa.
Huc iuuenis nota fertur regione viarum,
Arripuitq; locum, & syluis insedit iniquis.
Velocem interea superis in sedibus Opim
Vnam ex virginibus socijs, sacraq; caterua
Compellabat, & has tristeis Latonia voces
Ore dabat. Graditur bellum ad crudele Camilla,

A ÆNEAS, vt fama fidem.] *Oeconomia: educuntur hinc duces; vt, seruatâ eorum honestate, fortitudo virginis possit induci. alioqui indecens fuerat, præsentibus Turno & Aeneâ.* QVATERENT campos.] *Ad camporum perturbationem.* FVRTA paro belli.] *Insidias. Sallustius:* Gens ad furta belli peridonea. BIVIAS fauces.] *Fauces dicuntur, itinera inter duos montes, angusta & peruia. dicta à faucium animalium similitudine.* COLLATIS excipe signis.] *Coniunctis ducibus, quos, commemoraturus est. Sic autem dicebatur à Romanis, quotiens acie dimicatum esset.* TECVM acer Messapus erit.] *Ingenti honore tecum dixit. hoc est: non tu illi adiuncta eris;*
B *sed ille tibi.* TYBVRTI'QVE manus.] *Catillus & Coras duces.* DVCIS & tu concipe curam.] *Sicut ego. nam non dicit, sicut Messapus aut alij: ne ei facere videatur iniuriam.* Concipe *autem, vel simul cum illis sume; vel mecum cape. quia ille dixerat,* mecum partire laborem. Con *enim coniunctiua particula est. Vnde & Conuocari de pluribus dicimus.* VALLES.] *Metri necessitate compellimur, vt* valles *dicamus. Statius;* Vallis in amplexu nemorum sedet. *nam plenum est,* valles; *sicut nunc Vergilius posuit. quod ita esse, diminutio indicat: nam Vallecula dicitur; sicut Vulpes, vulpecula, facit. Horatius:* Moueat vulpecula risum. *Ergo in es vel is, quando vsurpatione, quando naturaliter exeant nomina, sola diminutio indicat. ea autem, quæ in es exeunt, longa sunt omnia; si in genitiuo non crescant: vt Labes, Valles, Vulpes. nam si crescant, breuia sunt: vt, Miles, militis.* DENSIS frondibus atrum.] *Vtrùm, densis frondibus vrget; an, densis frondibus atrum?* QVò semita ducit.] *Legitur & quà.* ADITVSQVE maligni.] *Propriè obscuri: vt,* Sub luce malignâ. IGNOTA.] *Vel infrequentata; vel ignota, scilicet Aeneæ. nam de*
C *Turno dicturus est;* Huc iuuenis notâ fertur regione viarum. TVTIQVE receptus.] *Malè quidam Recessus legunt. nam receptus dicitur, quo se tutò exercitus recepit: vnde signa receptui canere dicuntur.* SEV dextrâ læuâque velis occurrere pugnæ.] *Siue per valles, siue per montis radices. incertum est enim, quà sit venturus Aeneas.* Velis *autem, pro, si quis velit.* INSTARE iugis.] *Vt,* turriti puppibus instant. ARRIPVI'TQVE locum.] *Raptim tenuit.* INSEDIT. *Propriè. nam* insidere, *est dolosè aliquem exspectare. vnde & Insidiæ nominatæ sunt.* INIQVIS.] *Intelligendum hosti; vel inæqualibus.* VELOCEM interea.] *Licèt* Interea *particula, negotia semper præteritis futura coniungat: tamen abruptus est & vituperabilis transitus. Habet autem tales transitus & in superioribus libris; & in sequenti præcipuè, vbi Iupiter appellat Iunonem.* OPIM.] *Opim quando dicimus, Nympham significamus: si autem dicamus* opem, *auxilium intelligimus. Terentius;* Iuno Lucina fer opem. Opes *verò, numero plurali auxilia & census accipimus. nam* ops, *terra est, vxor Saturni; quam Græci Rheam vocant. Sanè hoc nomen ipsius Dianæ fuisse, ab Ephesijs dedicato templo ei impositum, Alexander Etolus poëta, in libro qui inscribitur Musæ, refert: quod hoc loco, peritissimus antiquitatis Poëta, sociæ eius imposuit.* TRISTES voces.] *Habitum futuræ orationis ostendit.* ORE dabat.] *Pleonasmus.* BELLVM ad crudele Camilla.] *Vno verbo exitum rei docuit.*

SINE.] *permitte.* O' DECVS.] *Turnus respondet.* ISTE animus.] *id est, quando iste animus est supra omnia, partire mecum laborem.* EXPLORATORES.] *milites leuis armaturæ.* Trames *est via, dicta à transuerso.* Biuius, *biuia, biuium, locum significat duarum viarum.* FAVCES.] *inter duos montes dicuntur.* COLLATIS.] *conductis.* TYBVRTI.] *Catillus & Coras.* CONCIPE curam.] *id est, simul cum illis cura.* EST curuo anfractu vallis.] *hæc vallis inter duos colles est. Vergilius propter carmen,* Valles, *per* e *pronuntiauit.* QVAM.] *vallem.* ANGVSTÆ.] *angusti exitus.* VIARVM.] *propter insidias.* OPIM.] *deam nympham. Dianâ vocauit* Opim: *quia curam habebat Camillæ.* CRVDELE.] *hoc epitheto futurum exitum ostendit.* SCAMILLA.] *Mercurius Scamillus, quasi deorum minister dictus. Scamillus, vocabulum est Etruscum: in Samothrace, deus administer dijs magnis, scamillus. Antiqui in sacris Scamillum appellabant administrum, & Scamillam administram. vnde ait Ennius:* Gelitum Scamilla exspectata aduenis; salue hospita Scamilla. *indè detracto* s, *Camillus, & Camilla, remansit.* POM. Sabi.

HORRENDA in virgine fixus.] *In antiquis,* Fixit *legitur.* PER deserta iugo superans aduentat ad vrbem.] *Romanus liber, & aliquot alij, ita legunt,* Iugo properans aduentat in vrbem. TYBVRTI'QVE manus.] *In antiquis libris,* Tyburni *scriptum obseruaui.* VALLES accommoda fraudi.] *In aliquot exemplaribus,* Vallis accommoda *legitur.* TENVIS quà semita ducit.] *In libro Romano, & aliquot alijs,* Quò semita ducit *legitur.* TVTI'QVE receptus.] *In veteribus libris* Recessus *habetur.* VNAM ex virginibus socijs, sacraque cateruâ.] *Romanus liber legit,* Vnam ex virginibus sacris, sociaq; cateruâ. TRISTIS Latonia voces Ore dabat.] *Romanus liber,* Tristi ore *legit.* VAR. Lect.

Ecce & occursuram sese confirmat, & id solam esse facturam. Ait enim: ME sinè prima manu tentare pericula belli.] *Permitte, vt ego primas belli partes excipiam.* TV pedes ad muros subsiste, & mœnia serua.] *Vel quia pars est aliquanta victoriæ, in conseruatione ciuitatis: vel, quia intra ipsam Lauinia & soceri fuerunt, debuit diligentiùs & cautiùs defensari. Fuit igitur magnum consilium fœminæ: vt superaret ipsa Tyrrhenos; Troës cum Aeneâ, atque Arcades, ac si ad muros accederent, Turnum inuenirent præsentem.* TVRNVS ad hæc, oculos horrendâ in virgine fixus.] *Horrendam dixit, quæ sinè reuerentiâ videri non posset. Quum, inquit, tales animos Turnus vidisset in virgine: stetit oculis fixis. placebat enim, non tantùm consilium suum; verùm etiam insigne constantiæ. Ad hæc ergo, quæ illa dixerat, sic ipse instituit loqui:* O' DECVS Italiæ, virgo, quas dicere grates, Quásue referre parem?] *Ecce, dictio prolata in necessitate belli! vno enim versu & dimidio, laudem prosecutus est virginis: asserens, eam ornamentum esse totius Italiæ. & gratias in præsen-* DON.

ti agit; atque relaturum gratiam sese spondet. & in generalitate breui totum comprehensum est, quidquid existimari posset, aut loqui. SED nunc (est omnia quandò Iste animus supra.)] Huius versus ordinatio talis est: Sed nunc, quando super omnia est iste animus. MECVM partire laborem.] Quia video te, inquit, animi virtute omnia superare: nolo omnem laborem; sed eius partem volo suscipias. Hoc ideò dixit: quia audentem magentia non debuit onerare quàm plurimis. Laus missa est pro personâ & sexu. quia incontinens fuit, in fœminâ corporis laudare virtutem: laudationem eius ad animi bona consultiùs reuocauit; quò virorum fortium exempla transferat. Incipit iam ipse dicere consilia, & audentem instruere. ÆNEAS (vt fama fidem, missique reportant Exploratores.)] Vbi hanc vidit Turnus tantâ animi feruere virtute; cœpit ei dispositionum suarum secreta committere. Relatio tamen ipsa non fabulosa fuit, sed tempori necessaria. Loquitur, inquit, fama fidem rerum. Res noua fuit, vt fama loqueretur aliquando. quod credi debuisset. Dicit iam, vnde potuit fieri, vt fama illa veridica probaretur. MISSIQVE reportant Exploratores.] quod dixit Fama; hoc asserunt, inquit, & qui exploratum missi sunt. proindéque non creditum est temerè, quod fama pertulit: quia confirmatur assueratione multorum; & eorum, quorum officium est, nihil nuntiare, nisi quod sit plenâ virtute suffultum. Nam indè hoc tractum est exploratorum nomen: quia explorata ferunt, hoc est, comperta atque discussa. Fidem bis debemus accipere: fidem attulit fama; fidem attulerunt exploratores. EQVITVM leuia improbus arma Præmisit; quaterent campos.] Improbum dixit; ne inimicum suum sinè laceratione prætermitteret. vel indè improbum; quia bellum prior repetebat. Leuia arma, hoc est, expeditos equites, præmisit ad hoc solum: vt iaculis verberent campos, ostentationis causâ, & propter tegendam fraudem; non tamen vt certamen inciperent. Proinde nullum asserebat esse terrorem: quando ille exercitus ad hoc venerat, vt ad præludendum potiùs, quàm ad certamen exercendum, venisse videretur. IPSE ardua montis Per deserta iugo superans aduentat ad vrbem.] Ipse per montis deserta, ardua superans, hoc est, ad ipsum cacumen ascendens, transcenso montis iugo, ad vrbem venire disposuit. Completâ relatione dispositionum partis diuersæ, in quâ ostendit laborem Camillæ non fore oneri; suum verò, vbi ipse Aeneas esset, futurum esse maiorem: consiliorum propriorum incipit partes instrare. FVRTA, inquit, paro belli.] Furtum belli est, quum non aperto certamine; sed dolis & fraude, ad victoriam tenditur. DEVEXO in tramite syluæ, Vt biuias armato obsidam milite fauces.] Hoc erat furtum belli, cui natura loci suffragabatur; quâ Aeneas cum exercitu iter fuerat habiturus. Inducitur partis ipsius plena descriptio. vtilitas enim consilij apparere non posset: nisi nosceretur primò positio montium, formaq́; terrarum. Sed vitiosum fuit, extendi narrationem eo tempore; quo celeriùs & dici omnia, & fieri, necessitas exigebat. Hanc tamen quum oportuit exprimi, propter demonstrandos Turni tractatus, in inferioribus posuit. TV Tyrrhenum equitem collatis excipe signis.] Hanc partem Camilla ipsa poposcerat: sed vt audacior redderetur; addidit ei, per quos securior iret ad bellum. TECVM acer Messapus erit, turmæque Latinæ.] Et ducem laudauit, Acrem dicendo; & Turmas Latinas affectu laudantis expressit. TYBVRTI'QVE manus: ducis & tu concipe curam.] Ducis, sic medium est; vt sinè pronuntiantis culpâ, vel superioribus, vel inferioribus, possit aptari. Quippe si dicatur, Tyburtique manus ducis, rectè dicitur: si, Ducis & tu concipe curam, A non erratur. Laudauit omnes: ne inertes ardenti iunxisse videretur. SIC ait, & paribus Messapum in prælia dictis Hortatur, sociosque duces.] Magna dictio: quæ nec repetit dicta, nec moram rebus vrgentibus fecit. ET pergit in hostem.] Completis, quæ fuerant tantâ in necessitate mandanda, perrexit ad bellum. EST curuo anfractu vallis, accommoda fraudi Armorumque dolis: quam densis frondibus atrum Vrget vtrinque latus; tenuis quò semita ducit, Angustæque ferunt fauces, aditusque maligni. Hanc super in speculis, summoque in vertice montis, Planicies ignota iacet, tutique receptus: Seu dextrâ, læuâque velis occurrere pugnæ; Siue instare iugis, & grandia voluere saxa.] Hæc est loci lata descriptio; melius posita ex Poëtæ, quàm ex Turni personâ: in qua nihil aliud est; nisi quod pro vtilitate iactat insidiantis. vt probare posset, quod dixit: Accomoda fraudi, Armorumque dolis. Vallis est, inquit, inter duo latera, vsque ad radices montium pressa. Curuo anfractu, hoc est, flexuosa. Hanc tantâ densitate ligna syluestria ramis ac frondibus vestiebant: vt fideles latebras præ- B stare posset, & hostibus auferre prospectum. quorum alterum proueniebat ex multitudine arborum; alterum ex occasione vmbrarum, quæ fundebantur ex frondibus. Coarctata verò vtrinque latera, angustum intra se aditum transeuntibus præbebant; nec sinebant ire confertos, aut euagari, si vellent. Ingressus atque egressus satis maligni, difficilis, atque contrarij gradientibus. Hanc super, id est, super hanc, in speculis. Ipse exponit, quid sit, In speculis, dicendo: Summoque in vertice montis. De summo quippe speculari quis potest, & longiùs videre. Ignotam planiciem dixit: quæ nulli esset cognita; aut quæ in imo constitutis suspitioni esse non potest. Hæc opportunè poterat silere venientes: atque occasionem dare, vel occurrentibus hostibus dextrâ vel læuâ, vel saxa perniciosa voluendi. Tutos ergo reddebat altitudo montis, & constituta in summa planities. Dextrâ, inquit, ac læuâ: vel alteram, vtramque intelligere non possumus; nisi per eum, qui in illâ planitie fortè constiterit. Ipse enim, cum sese conuerterit, læuum dextrumq́; commutat. Sed Poëta sic Læuam dixit & dextram; vt hanc aut illum intuens faceret. HVC iuuenis notâ fertur regione viarum.] Vt ostenderet, lo- C ci difficultatem, multis generibus impeditam, adiri non posse, nisi ab his, qui eius aditus aut semitas nossent: dixit, Turnum eò peruolâsse; vtpote qui iret ad cognita. Fertur dixit: vt celeritatem ostenderet festinantis. velociter enim præueniendi fuerant Aeneæ tractatus: ne, ex parte Turni, doli ac fraudis periret occasio. VELOCEM interea superis in sedibus Opim, Vnam ex virginibus socijs, sacrâque cateruâ, Compellabat; & has tristeis Latonia voces Ore dabat.] Diana in cœlo posita, vnam ex virginibus, quas socias habuit, quæ Opis dicebatur compellauit, hoc est, alloquuta est. Tristis, positum est: & remansisse putatur incertum, an tristes Latonia virgo voces daret: an tristis voces. dictum hoc meliùs aduerti non potuit; nisi morem Poëtæ retinentes, quem vbique seruauit, hic intelligamus Tristis: vt, qualis anima fuit, talia habuisse videatur & verba. Proinde, tristis Latonia, voces tristes emittebat. GRADITVR bellum ad crudele Camilla O virgo, & nostris ne quidquam cingitur armis.] Et personam tetigit simul, & causam. nam & quæ iret, & quò pergeret, dixit: & futuri certaminis aduersa monstrauit. Quippe ideò Crudele bellum astruxit: non quòd sit aliquando non crudele; sed ex quo significaretur, Camillam non esse redituram. Denique addidit, frustra eam diuinis armis instructam: vtpote cui ad conseruationem

A *tionem salutis non essent profuturà. Ostendit Poëta omni occasione, nullum deum opitulari cuiquam posse, cùm vita hominis in vltimum cogitur finem. Denique, alio loco, nec ipsum Iouem filio suo Sarpedoni profuisse testatus est. Hîc ergo, cùm poterat Opis dicere: Nihil est in hac caussâ metuendum; quoniam Camilla armis tuis defenditur: præuenit, dicens: It ad bellum, ex quo euadere non potest; neque ei proderit, quòd armis nostris accincta est. Signa dedit moriturae; nô tamen nominauit, quod non valebat auertere.* NOSTRIS, *inquit*, armis.] *sagittis scil. quibus cum Dianâ sociæ virgines vtebantur.*

O' virgo, & nostris nequicquam cingitur armis,
Chara mihi ante alias. nec enim nouus iste Dianæ
Venit amor, subitâq; animum dulcedine mouit.
Pulsus ob inuidiam regno, viresq; superbas,
Priuerno antiquâ Metabus quũ excederet vrbe:
Infantem fugiens, media inter prælia belli,
Sustulit exsilio comitem; matrisq; vocauit
Nomine Casmillæ, mutilatâ parte, Camillam.
Ipse sinu præ se portans iuga longa petebat
Solorum nemorum: tela vndique sæua premebant,
Et circumfuso volitabant milite Volsci.
Ecce, fugæ medio summis Amasenus abundans
Spumabat ripis (tantus se nubibus imber
Ruperat) ille innare parans, infantis amore
Tardatur, charoq; oneri timet. omnia secum

SER. O' viro.] *Quidam ad Camillam referunt: quia ineptum putant, præsenti Opi dicere.* O' virgo *autem, interiectio est.* NOSTRIS nequicquam cingitur armis.] Nostris, *quibus vtraque gaudemus: vel etiam vt ipse habeat causam doloris, & maioris iracundiæ. Et* cingitur *nolunt quidam esse passiuum: neque enim ab alio cingitur: sed ita, quemadmodum dictum est,* Fuluique insternor pelle Leonis.
B CARA mihi ante alias.] *Ante omnes cara, omnium carissima. vt,* O' felix vna ante alias. NEQVE enim nouus iste Dianæ Venit amor.] *Firmiores enim sunt antiquiores amicitiæ. Terentius:* Per amicitiam, quæ incepta à paruulis cum ætate adcreuit simul. *Iuuenalis:* Ile excludatur amicus iam senior, cuius barbam tua ianua vidit. PVLSVS ob inuidiam.] *Scilicet crudelitatis. nam sequitur;* Neque enim ipse manus feritate dedisset. VIRESQVE superbas.] *Quibus superbè viribus vtebatur.* ANTIQVA.] *Nobili vrbe. nam hoc Priuernum dicitur.* METABVS.] *Nomen sumptum de historiâ. Metabus enim fuit dux Græci agminis, qui iuxta Adriaticum mare vrbem Metapontum condidit.* NOMINE Casmillæ.] *Statius Tullianus, de vocabulis rerum libro primo, ait, dixisse Callimachum, Camillam appellari Mercurium: quo vocabulo significant deorum ministrum. Vnde Vergilius bene ait, Metabum Camillam appellâsse filiam; scilicet Dianæ ministram. nam & Pacuuius in Medeâ, cùm de Medeâ loqueretur;* Cælitum Camilla exspectata aduenis, salue hospita. *Romani quoque, pueros & puel-*
C *las nobiles & inuestes, Camillos & Camillas appellabant, flaminicarum & flaminum præministros.* IVGA longa.] *Id est, longè posita, remotiora. Sallustius:* Et Metello procul agente, longa spes auxiliorum, *id est, longè posita.* SOLORVM nemorum.] *Desertorum. Terentius:* Venit meditatus alicunde ex solo loco. *Item ipse;* Nónne hunc publicitus scelus hinc deportarier in solas terras? FVGE medio.] *Dum fugit, inter fugam. nam figuratum est. vt,* Laurus erat tecti medio. IMBER ruperat.] *Impetum pluuiæ ostendit.* CHAROQVE oneri timet.] *Anacreon, φορτίον ἔρωτ@, id est, onus amoris: Et,* pariter comitique onerique timentem.

DON. CHARA mihi ante alias.] *Subtilis & honesta comparatio. voluit enim, alias multùm sibi charas esse; sed Camillam cæteris multò chariorem nec dixit* Charior, *aut charissima: & tamen ipsam omnibus prætulit.* NEQVE enim nouus iste Dianæ Venit amor, subitâque animum dulcedine mouit.] *Hæc fuit præcipui amoris gratia, quòd cæteris antiquior videbatur. Parit enim maiora vetustas affectum, & beneuolentiæ meritum temporis diuturnâ continuatione conduplicat. Si hæc sola fuisset amoris causa: satis abundaret ad incutiendum dolorem. congerit alias: vt probari posset, vnde illa charior ante alias haberetur.* PVLSVS ob inuidiam regno, viresque superbas.] *Et caput incipit fabulæ; & ipsum primò virginis patrem, in quo reprehendi potuit, magnâ laude prosequitur: purgatq; eius personam. Esse enim crimen posset; si causa non diceretur exclusi. Malè quippe mereri de ciuibus, &, quod est deterius, vniuersis; notabile satis est. Quomodo igitur iste defenditur?* Pulsus est, *inquit,* regno *non pellitur quispiam nisi interuemente violentiâ. violentiam non nisi eius iniustitia generat, qui meruit excludi. Denique addidit,* Ob inuidiam: *vt ostenderet, nullam expulsionis suæ præbuisse materiem; sed illam vim superbiâ potiùs ciuium. & studio æmulationis exortam.* PRIVERNO antiquâ Metabus quum excederet vrbe.] *Ecce alia defensio innocentiæ: vt necesse potiùs malis & plurimis, quàm ob aliquod crimen iustè, videretur eiectus.* INFANTEM fugiens, media inter prælia belli, Sustulit exilio comitem.] *Magnam patris, & multis modis, astruit pietatẽ. Quid enim, dum fugeret violentos effecit? non aurum aut opes curauit; non saltem vitæ subsidia requisiuit: eripuit filiam bello, perditi regni solatium in ipsius salute constituens. Infantem auexit: magnum onus aggressus, non corporis; sed ætatis. portabat enim talem, quæ adhuc fari non posset, & cui deesset nutricis auxilium.* MEDIA inter prælia belli.] *sic & alio loco ait:* Illum ego per flammas, & mille sequentia tela Eripui humeris, medioq; ex hoste recepi. *Duo præcipui exempli; Eripuisse, & portauisse. Magnũ alterum fuit, in quo portatus est senex debilis & ingentis corporis: & ideò tolerandum, quia pater. in altero, hoc est, præsenti, infans, & sinè adminiculo nutricis, vt dictum est: quæ non esset ferenda in fugâ, & quæ requiescendi gratiâ stratis, quæ deerant, reponi non posse.. in quâ tamen compensatio teneretur perditæ potestatis, & rei familiaris. Gratum in aduersis paternis pondus: quod eò grauius; quia satis minimum fuit. Quantæ enim solicitudinis ingruebat cura, portare eam, quæ per ætatem periculis esset innumeris proxima?* MATRISQVE vocauit Nomine Casmillæ, mutilatâ parte, Camillam.] *Matris huic addidit nomen, aliquâ indè subtractâ particulâ: vt Camilla potiùs, quàm Casmilla diceretur: habiturus in exsilio comitem filiam; in appellatione infantis, dulcissimæ nomen vxoris.* IPSE sinu præ se portans, iuga longa petebat Solorum nemorum.] *Diligentiùs hanc præ se portabat pater, quàm si adessent nutrices: quibus mos est, infantes tergo gestare. Petebat autem solitudines nemorum: ne in manus persequentium veniret cum filiâ suâ.* TELA vndique sæua premebant. Et circumfuso volitabant milite Volsci.] *Hoc est, circumfuso, quod est, vndiq; tela sæua, quæ necem insontibus ferrent. nec tamen ipsa fuerant sæua; sed homines, qui ea portabant. Omnis autem fugientem presserat desperatio; multis vndique armatis persequentibus.* ECCE fugæ medio summis Amasenus abundans Spumabat ripis: tantus se nubibus imber Ruperat.] *Vbi* Ecce *ponitur, est aliquid noui: vt plurimis locis exposuimus. nam hoc loco egressionem dicit occurisse torrentis. Ante, in-*

Digitized by Google

quit, quàm tuta fugiendo retineret, ad Amasenum fluuium venit: quem sic repleuerant aquæ; vt summas eius ripas operuissent. Non, quòd ita perpetuus flueret: sed quia ipso tempore sic pluuias casus attulerat, vt congestum agmen vndarum opportunum transitum pernegaret. ILLE innare parans, infantis amore Tardatur, charoque oneri timet.] Quum, contra armatorum ciuium violentiam, solum natandi subsidium superesset; obstabat charissimi oneris cura. Quomodo enim filiam præ se ferret, cùm in eam corporis partem incumbendum esset, quâ potuit feriri? à dorso verò, quomodo, A quæ etiam modico haustu necari potuisset? aut impulsu præcipitis vndæ, paternis visceribus rapi? OMNIA secum Versanti subitò.] Generalitas ista intellectum latissimum tenet. Tantum enim pater aduertitur pro filiæ salute tractasse; quantum vnusquisque potuerit coniectando colligere. Addidit, Secum. in locis enim desertis, quem habere consiliarium posset? aut qui in tali causâ patre cautior valuit reperiri?

Versanti subitò, vix hæc sententia sedit.
Telum immane, manu validâ quod fortè gerebat
Bellator, solidum nodis & robore cocto:
Huic natam, libro & syluestri subere clausam,
Implicat; atque habilem mediæ circumligat hastę.
Quam dextrâ ingenti librans, ita ad æthera fatur:
Alma, tibi hanc, nemorum cultrix Latonia virgo,
Ipse pater famulam voueo! tua prima per auras
Tela tenens supplex hostem fugit. accipe, testor,
Diua, tuam; quæ nunc dubijs committitur auris.
Dixit; & adducto contortum hastile lacerto
Immittit. sonuêre vndæ: rapidum super amnem
Infelix fugit in iaculo stridente Camilla.
At Metabus, magnâ propiùs iam vrgēte cateruâ,
Dat sese fluuio; atq; hastam cum virgine victor
Gramineo, donum Triuiæ, de cespite vellit.

VIX hæc sententia sedit.] Ideò vix; quia naturale est, vt, quotiens simul multa cogitamus, vix aliquod comprobemus. Vnde vera distinctio est: Omnia secum versanti subitò, hæc sententia sedit. ET robore cocto.] Aut antiquam hastam fuisse significat: nam multi temporis aliquid, coctum vocatur. Horat. Plenumq; recoctus Scriba ex quinqueviro coruũ deludet hiantem. Persius; Vt ramale vetus vegrandi subere coctum. Aut re verâ cocto robore: hastæ enim igni plerunque durari consueuerunt, vt faciliùs corticem demittant. HVIC.] scilicet telo. LIBRO] Liber dicitur interior corticis pars, quæ ligno cohæret. alibi, Altâ liber aret in vlmo. Vnde & Liber dicitur, in quo scribimus: quia ante vsum chartæ, vel membranæ, de libris arborum volumina fiebant, id est, compagmabantur. ALMA, tibi hanc, nemorum] Antonomasia: nam tria epitheta sinè nomine posita sunt. IPSE pater famulam voueo.] Bene, ipse pater: quia auctoramenti potestatem, nisi patres, non habent. voueo autem, consecro in tuum ministerium. Vnde & Camilla dicta est: licèt suprà eam à matre dixerit esse nominatam. Sed illud poëticè: nam Camilla, quasi ministra dicta est: quod superiùs expositum est. In sacris tamen legitur, posse etiam opera consecrari ex seruis; vsque dum soluatur caput hominis, id est, liberetur sacrationis nexu. TELA tenens.] Ordo est: Tua supplex tela tenens, quibus illigata est. & ingeniosè, tenens: cùm illigata sit. SONVERE vndæ.] Hic distinguendum. INFELIX Camilla.] Mira effingit. Infelix autem, non eo tempore, quo euasit: sed nunc infelix. Plerunque enim epitheta præsentis temporis sunt: licet & peractis negotijs, vt in secundo, Infelix, quæ se, dum regna manebant, Sæpiùs Andromache ferre incomitata solebat. VICTOR.] Propositi sui & intentionis effectu, vt, Mihi victor honore Persolues. DONVM triuiæ.] Mirè, Triuiæ: cùm ipsa loquatur. vt bene donum: aut quoniam pater Dianæ seruauerit. CESPITE.] pro campo: scilicet quòd cespes gleba sit.

POM. Sabi. METABVS.] pater fuit Camillæ, rex Volscorum: pulsus Priuerno vrbe, ob inuidiam popularem. AMASENVS.] Amasenus, duo fluuij in agro Verulano. de quo in 7. lib. VERSANTI.] Metabo. COCTO.] id est, ambusto & præusto: vt, Sudibus'ue præustis. & Coctum dicimus maturum: vt apud Persium, Prægrandi subere coctum: nisi sit vetus. ALMA, tibi.] Metabus dedicauit ab infantiâ filiam Camillam Dianæ. & hæc est ratio potissima, cur eam Diana amet. VNDÆ sonuêre.] Camillam inclusam cortice supra aquã iecit, & commendauit Dianæ. INFEIX.] ad tempus belli; non ad illud.

VAR. Lect. NOMINE Casmillæ, mutilatâ parte, Camillam.] In Romano, & aliquot alijs libris, Scamillæ scriptum inueni.

DON. VIX hæc sententia sedit.] occurrebant tractanti contraria. ideo Vix: vt, quod faciendum tractando reperirat, id non temeritas, sed necessitas ingruens, attulisse videretur. Quum dicit, Vix hæc sententia sedit: ostendit etiam ipsam, quum displiceret, temporis vrgente desperatione, placuisse: non quòd esset tuta, C aut certi euentus; sed quia alia superesse nequiuerat. Melius quippe fuerat, incertis filiam credere; quàm retinendo infestis hostibus reseruare. in incerto enim prouenire etiã prosperum potest: in aperto verò discrimine, ac desperatione plenissimâ, nihil præter aduersum. TELVM immane, manu valida quod fortè gerebat Bellator.] Opportunitas duplex, ac præsentibus cōsilijs congruens. nam & telum magni roboris fuit; & portator ipse fortissimus. Non enim tractari maxima speciei posset; nisi ei congrueret virtus plena gestantis. Obtulerat autem fortuna æstuanti subsidium, quo inuentum potuisset impleri. neque enim illud telum ipsius temporis fuit, aut præsentis necessitatis causâ ferebatur: sed studio bellatoris iugiter, atque ex more seruato. SOLIDVM nodis & robore cocto.] Ipsius hastæ materies, ad defensionem, firma naturalibus nodis; & ad firmitudinem, artis quoque ingenio roborata. Consilij textum, & inuentionem Metabi, non ante factum Poëta retulit; sed dum fit. quod admirabiliter fecit: ne, dum refert inuenta, & consilij ipsius facta persequitur, B eandem rem iterum diceret; quod est satis superq; vitiosum. HVIC natam.] Huic, hoc est, telo forti & solido, filiam suam, quam voto patris, & casus sui ratione, liberare cupiebat. LIBRO & syluestri subere clausam Implicat, atque habilem mediæ circumligat hastæ.] Circumspectum patrem cauta pietas fecerat. nam ex arborum cortice librum fecit; quo infantem clauderet: teneris enim membris necessarium adminiculum fuit, quo contineri possent, & ad vlteriorem ripam integra peruenire. Habilem, dixit bene compositam, & prudenter aptatam. Mediæ autem hastæ idcirco implicatam nexuit: ne, in vnam partem grauior, optatum spatium transire non posset. QVAM dextrâ ingenti librans, ita ad æthera fatur.] Quod fuit pijssimi patris, & quod in potestate habuit, fecit: euentum verò, quem in manu non habuit, credidit de cælo poscendum; tendens in altum dextram, quâ portabat infantem. Rectè dixit, Ad cœlum; quod deorum omnium templum est: & Fatur, quia in tempore fuerit sermo necessarius. ALMA, tibi hanc, nemorum cultrix, Latonia virgo, Ipse pater famulam voueo.] Dolentis & perturbati dictio; & eius quem hostilis iam premebat exercitus, non potuit esse prolixi sermonis. dicebat tamen concinnam laudem eius, quam rogabat; præferens eam suis meritis & maternis. Suis, hoc modo: quod virginitatis honore polleret; quòd procul esset à luxuriosis voluptatibus; & delegerit; syl

A *vit syluas, in quibus esset asperitas dira. Commemoratione verò materni nominis, auxit laudem: vt alio loco Priamidem posuit, & alias* Graias regnare per vrbes Priamiden Helenum. *Quæ nata es, inquit, ex Latonâ: quia laudantis vox est, & laudis partes in solâ appellatione nominis posuit: non possumus sentire, quæ potuerunt apertiùs dici. Nam & regalis fuit, & magna, & gemino partu felicior mater: vtpote quæ Apollinem Dianámque peperisset; præcipuos scilicet deos, & exercitatos in iaculis & sagittis. In pronominibus videamus quantum sit pondus.* Tibi, *ait, quæ ex Latonâ nasci meruisti: tibi, sorori Apollinis: tibi, quæ maiestate numinis fulta es: tibi, cui seruire debeat filia mea: tibi, quæ potes seruare periclitantem. Videamus, quid significet,* Hanc: *hoc est, quam in periculis positam non reliqui hostibus meis: quam solam habeo, quæ est solatium calamitatum & exilij mei: quam fiduciâ tui committo incertis, vt euidentissimam fugiat mortem.* IPSE pater famulam voueo.] *qui donandi & vouendi habeo potestatem. Sic, inquit, tibi hanc voueo; vt desinat mea esse filia. Aequius enim patri videbatur; vt viueret, essetq́ in obsequio deæ: quàm cum ipsâ libertate acerbo periret interitu. Quòd autem dixit,*

B Voueo: *non de futuro locutus est; sed de præsenti & perfecto. in promissione quippe, post euentum prosperum, posset mutare sententiam; post translatum verò donum, nihil cogitare, quod admitteret fraudem.* TVA prima per auras Tela tenens.] *Cùm hasta eam teneret innexam, sic locutus est: quasi ipsa hastam suis manibus regeret.* SVPPLEX hostem fugit.] *Quæ te verbis meis rogat, & tibi est supplex: non quenquam persequitur; sed infestos cupit euadere.* ACCIPE (testor) Diua, tuam.] *Teste te tibi transscribitur: iudicio meo accipe, non promissam; sed traditione perfectâ iam tuam.* QVÆ nunc dubijs committitur auris.] *Non temeritatis est, quòd aëris incerto committitur: sed fiduciæ nominis tui. serua iam tuam: serua tuo nomini potentiæq́ commissam.* DIXIT, & adducto contortum hastile lacerto Immittit.] *Tantò enim fortiùs aliquid iacitur: quantò magis manus retrorsum fuerit ducta.* Contortum *accipiendum est, oculorum & animi sollicitâ destinatione libratum. Denique subnexuit:* SONVERE vndæ.] *Vt aqua quoque ipsa mittendis vim fortitudinemq́ sensisset.* RAPIDVM super amnem Infelix fugit in iaculo stridente Camilla.] *Infelicem rectè posuit: non ideò,*

C *quia fugit, & euasit hostes; sed quia illâ ætate tot pericula sustinere commeruit. Primò omnium* Infelix, *ideò: quòd in ipso suæ natiuitatis exordio, in sedibus patrijs amissam etiam matrem orare non potuit; quòd adhuc infans, exercitum ciuium habuit inimicum; quòd cum ingenti eius periculo patriam perdidit pater, opes quoque, & regnandi potentiam: vel quòd sine adminiculo nutricis, euecta est in solitudines, & longinqua terrarum; quòd, occurrente inundatione torrentis, ad ipsam mortem plenâ desperatione perducta est: dehinc, quòd in ipso iactu diuersis potuerit periculis premi. nam & cadere in vndas cum iaculo potuit; &, si transisset, terræ collidi. Certè, quàm periculosum fuit, hastæ iactu liberari; quæ auspicio humanæ necis facta est; non salutis. Omnis hæc desperatio eò tendit: vt Metabi & Camillæ appareat meritum; & Dianæ potentia. Infelicem autem summatim vult esse Vergilius, quod inde euadit; vnde potuit mori.* AT Metabus, magnâ propiùs iam vrgente cateruâ, Dat sese fluuio.] *Quum subiaceret oculis Metabi periculum euidentissimum fluminis, & aliud vrgeret à tergo: aggrediendum alterum fuit; vt alterum vitaretur. Verùm, quia ex alterâ parte manifesta pernicies imminebat, in alteram verò non deerat spes optata transeundi: dedit se fluuio, consentiens scilicet aquæ; vel maximè, quia vlterior pars iam retinebat infantem.* DAT sese fluuio.] *non solùm illud significat, quòd in fluuium sese coniecit: verùmetiam, quâ arte fluminis impetum natando transierit. Dedit se fluuio, consentiens aquæ; (vt dictum est) vt paulatim in obliquum tendens, amnem turbidum persecaret. si enim contra amnis impetum niteretur: & laborare plurimum, & maiorem vim superare non posset. Arte ergo & subtilitate completum est.* ATQVE hastam cum virgine victor Gramineo, donum Triuiæ, de cespite vellit.] *Quum hastam missam suprà Poëta describeret, non dixit, quali euentu peruenit: sed quia nouerat dispositionem suam pater, nisu hanc partem; vt in euulsione eius, & præsens factum, & præteritum demonstraret.* Hastam, *inquit,* cum virgine: *vt hoc quoque palàm fieret; quòd ita, vti hasta fuerat colligata, peruenit. Virginem dictam, voto patris, & spe, accipiendum est; non ætatis puellæ dictante ratione.* VICTOR gramineo de cespite vellit.] *Victor dictus est: non quòd aliquos in certamine deiecisset; sed quòd, euadendo cum filiâ, ciues superâsset infestos.* CESPITE vellit gramineo.] *Cespes omnis, ex congregatione plurimarum herbarum, & aggestione commixtâ pulueris, solidatur: plus tamen, si fiat ex gramine; quod est naturâ durissimum. Eò igitur fauore numinis delata est hasta; vbi fortiùs fixa consisteret: ne è laxatis terræ morsibus lapsa, ipsi perniciem inferret infanti. Quàm verò fortiter illiserit cespiti, vno verbo monstratum est, quod est,* Vellit. *nam non vellitur, nisi quod habet aliquam difficultatem, & extorquetur magis, quàm euellitur loco.* DONVM Triuiæ, de cespite vellit.] *Meliùs dictum est,* donum Triuiæ, *quàm si dixisset, filiam suam vellit. consecrata enim, in alterius potestatem & naturam transierat; vel maximè traditione perfectâ.*

Non illum tectis, non vllæ mœnibus vrbes
Accepêre (neque ipse manus feritate dedisset)
Pastorum & solis exegit montibus æuum.
Hîc natam in dumis, interque horrentia lustra,
Armentalis equæ mammis & lacte ferino
Nutribat, teneris immulgens vbera labris.
Vtq́; pedum primis infans vestigia plantis
Institerat; iaculo palmas onerauit acuto,
Spiculaq́; ex humero paruæ suspendit & arcum.
Pro crinali auro, pro longæ tegmine pallæ;
Tigridis exsuuiæ per dorsum à vertice pendent.
Tela manu iam tùm tenera puerilia torsit;
Et fundam tereti circùm caput egit habenâ;
Strymoniamq́; gruem, aut album deiecit olorem.
Multæ illam frustra Tyrrhena per oppida matres
Optauêre nurum. solâ contenta Dianâ,
Æternum telorum & virginitatis amorem
Intemerata colit. Vellem haud correpta fuisset
Militiâ tali, conata lacessere Teucros;
Chara mihi, comitumq́; foret nunc vna mearum.

SER. NON illum tectis, non vllæ mœnibus vrbes Accepêre.] *Non mirum, à nullâ hunc ciuitate susceptum. nam licèt Priuernas esset: tamen, quia in Thuscorum iure penè omnis Italia fuerat, generaliter in Metabum omnium odia ferebantur. nam pulsus fuerat à gente Volscorum, quæ etiam ipsa Etruscorum potestate regebatur. quod Cato plenissimè executus est. Hinc est;* Multæ illam frustrà Tyrrhena per oppida matres Optauêre nurum. *quod non procederet; nisi inter eos essent iura connubij.* Non tectis, non mœnibus; *hoc est, non in ciuitatem, nec in priuatam admissus est domum. Et sic ista etiam in primo libro separauit;* Vrbe, domo socias. *Sciendum autem,* mœnia *abusiuè dici omnia publica ædificia: vt,* Diuidimus muros, & mœnia pandimus vrbis. *nam propriè* mœnia, *sunt tantùm muri; dicta quasi munia, à munitione ciuitatis.* MANVS dedisset.] *Consensisset. & hoc dicit: Etiam si qui eum voluissent suscipere: ille tamen eorum consortia morum feritate fugisset.* Feritate *autē, figuratè; pro feritati; an ob feritatem?* PASTORVM & solis exegit montib. æuū.] *& pastorū æuū exegit in mōtibus solis: i. et pastorali*

paſtorali vſus eſt vitâ. ARMENTALIS equæ.] *Indomitæ; ſcilicet, quæ in armenta fœturæ cauſâ pareaur. Vnde ſequitur,* & lacte ferino. *Veteres enim, omnes propè quadrupedas, feras vocabant:* In latas inq; feri curuam cōpagibus aluum. Equæ *autem* mammis & lacte ferino, *ἐν διὰ δυοῖν.* NVTRIBAT.] *Quidam nouè dictum accipiunt.* VESTIGIA plantis inſtiterat.] *Signa pedum primis plantis expreſſerat. nam veſtigia ſunt imagines pedum: vt,* Semeſam prædam & veſtigia fœda relinquunt. PALMAS onerauit.] *Onus enim eſt, quicquid teneris imponitur manibus.* CRINALI auro.] *Quo crines illigantur.* PRO longæ tegmine pallæ.] *Palla propriè eſt muliebris veſtis, deducta vſq; ad veſtigia. vnde ait,* Longæ: *ſicut ſuprà,* Pallam ſignis auroq; rigentem. A'vertice pendét.] *Tempora variauit. nam de præterito dicit.* STRYMONIA'MQVE gruem.] *Thraciam: à fluuio Strymone. Sanè ſciendum, poſſe dici, & hic & hæc Grus; & hi & hæ Grues.* OLOREM.] *Latinè ita dicimus nam Græcè κύκνοι, Cycni dicuntur.* MVLTA illam fruſtra.] *Antequam rem diceret, priùs eius oſtendit euentum. ſic Salluſtius:* Falsò quæritur de natur â ſuâ genus humanum. *nam antè, quàm diceret* queritur; *dixit* falsò. MATRES.] *Inter Matrem & Matremfamiliâs quid interſit, ſuperiùs pleniſſimè narratum eſt. Et hîc oſtendit, dicendo,* Tyrrhena per oppida, *quòd etiam Volſci in Thuſcorum fuerint poteſtate.* ÆTERNVM.] *Id eſt, æterne. nam nomen eſt pro aduerbio.* INTEMERATA colit.] *Inuiolata, incorrupta. Temeratæ enim, quibus vis allata eſt.* CONATA.] *Dum conaretur. vt,* Obſeſſumq; actâ teſtudine limen: &, Caci ſpem cuſtodita fefellit. FATIS vrgetur acerbis.] *Oſtendit, etiam deſideria ex fati neceſſitate deſcendere.* COMMITTITVR omine pugna.] *Pro, committetur.* HÆC cape.] *Generaliter dixit arcum & pharetram: vt ſequentia indicant. nam dicit,* Et vltricem pharetrâ deprome ſagittam. VLTRICEM.] *Nomina omnia in x literam terminata, ablatiuum ſingularem in e mittunt; genitiuum verò pluralem in* um: *exceptis his, quæ omnis ſunt generis; vt Felix: nam & ab hoc Felici, & horum Felicium, facit. Lucanus;* Felici non fauſta loco tentoria ponens. *Quod receptum eſt ideò, quia genitiuus pluralis à nominatiuo plurali minor eſſe non debet; ſed aut par, aut maior vnâ ſyllabâ: & quia in neutro facit Felicia; Felicum dicere non debemus: ne propter alia genera huic præiudicemus. namq; ab eo, quod eſt Felices, vt Felicium dicamus, ratio patitur: vnâ enim creſcit ſyllabâ. ab eo, quod eſt Felicia, vt Felicum dicamus, non procedit: ne minor ſit genitiuus nominatiuo plurali. Similiter & Vltricium, & Victricium, dicimus: licèt in his neutrũ genus in numero ſingulari non inueniatur.* VIOLARIT vulnere corpus.] *Bene* violârit; *quia dixerat,* ſacrum. *Et ſuperiùs dictum eſt, operam ſolenni more conſecrari, vſque dum ſoluatur caput hominis, id eſt, liberetur ſacrationis nexu. quod facilius accidit, ſi mors intercedat. Hic ergo totius rei, & præcipuè ſacrationis, aliud agens poëta mentione inſeruit, dicē:* Hac quicunq; ſacrũ violârit vulnere corpus, Trôs Italúſue; mihi pariter det ſanguine pœnas. *Bene ergo ſicut dictũ eſt,* Violârit: *quia dixerat,* ſacrũ. TROS Italúſue, mihi.] *Si ſimpliciter accipiamus; ſic intelligamus: Siue eam Troianus interemerit, ſiue aliquis de Aeneæ auxiliis namq; alij volũt, Aruntē de Turni eſſe partibus, & indignatũ fœmineũ ſexum plus in bello potuiſſe, quàm viros quam rem hîc dicunt perſtrinxiſſe Vergiliũ. & re. verâ ſic vbiq; loquitur, vt incertum ſit, Aruns de cuius partibus fuerit. Vnde eſt illud;* Da pater hoc noſtris aboleri dedecus armis.

Verùm age, quandoquidem fatis vrgetur acerbis,
Labere nympha polo, fineſq; inuiſe Latinos,
Triſtis vbi infauſto committitur omine pugna.
Hæc cape, & vltricem pharetrâ deprome ſagittã:
Hâc, quicunq; ſacrum violârit vulnere corpus,
Tros Italúſue; mihi pariter det ſanguine pœnas.
Pòſt ego nube cauâ miſerandæ corpus, & arma
Inſpoliata feram tumulo, patriæq; reponam.
Dixit. at illa leuis cœli demiſſa per auras
Inſonuit, nigro circumdata turbine corpus.
At manus interea muris Troiana propinquat.

PARITER.] *Similiter vno modo. Et eſt antiquũ. Plaut. in Aulul.* Filiũ pariter moratũ. A
MISERANDÆ corpus.] *Hac in œconomiâ, præiudicia nominantur, quotiēs negotij futuri exitus toliũ. Vult enim, not de Camillæ cadauere nihil vlteriùs exſpectare. ſicut fecit in primo.* Tu faciē illius noctem nō ampliùs vnā Falle dolo. *Quod præmiſiũ, ſuſtulit cōmemorationem, quando vel Cupido receſſerit, vel Aſcanius ſit reuerſus.* ARMA inſpoliata.] *Aut indetracta; aut ipſius inſpoliatæ Camillæ.* PATRIÆ'QVE reponã.] *h.e. in patriam.* NIGRO circũdata turbine corp9.] *Hoc ideò, quoniã ad mœrorē luctũq; deſcēdit. Cōtrà in octauo, vbi ad lætitiã deſcēdit Venus, claro eã nimbo circumdatã dicit: vt,* At Ven9, ætherios inter dea cādida nimbos. AT man9 interea.] *In totâ hac deſcriptione, hiſtoricũ characterē poëtico miſcet.*

TELA.] *puerilia tela, apta illi ætati.* SAGITTAM.] *hac ſagittâ vlciſcar mortem Camillæ.* POM. Sabi.
INSPOLIATA.] *defendebãtur cadauera ab amicis, ne ſpoliarentur: & in maximo honore hoc fuit.* B
MVRIS.] *Teucri ſe muro propinquant.*

IACVLO palmas onerauit acuto.] *Rom. lib.* Palmas armauit *legit.* QVANDOQVIDEM fatis vrgetur acerbis.] *In antiquis lib. legere eſt,* Fatis vrgemur iniquis. COMMITTITVR omine pugna.] *Antiq. lib.* Pugnat *legit.* HAC quicunq;.] *Antiqui lib.* Hanc; *alij* Ac *legunt.* TROS, Italúſue.] *In Rom. lib. legere eſt* Tros, Italusque. VAR. Lect.

NON illũ tectis non vllæ mœnibus vrbes Accepēre.] *Noluit ire in aliquã ciuitatē; aut in priuatorum tectis, aut mœnibus publicis, propter cauſam fugæ, & filiã nutriendã hoſpitari: vel quia pudebat, eũ ſolũ videri poſt regnũ, ſeruientem ſordibus & cunis infantis.* NEQVE ipſe manus feritate dediſſet Paſtorũ.] *Nec conſenſiſſet, feritate paſtorũ vitam ducere: h.e. viuere paſtorum more; qui ferarũ more, ſolitudine ac ſyuis tranſigũt vitã. ſequitur:* ET ſolis exegit montibus æuũ.] *Et omnem vitam ſuam in ſolitudine montium ac deſertione tranſegit: quod imitatus eſt Metabus. Poteſt & ſic intelligi,* Solis montibus: *vt nullo tempore vitæ ſuæ reliquerit mōtes propter prædictas cauſas, pudoris ſcil. & timoris.* HIC natam.] *Duo propoſuit; locum & perſonam. reſpondit loco: vt oſtendat, quid ſit* Hîc; *vel quem laborem pertuliſſet ille, in montibus nutriens filiam vagientem.* IN dumis.] *Ecce, non tantùm deerant ſtramina, quæ iacenti ſubdi potuiſſent: verùmetiam dumi ſupererant, qui nocerent.* INTERQVE horrentia luſtra.] *Cùm ſint luſtra, in quibus feræ cubitant, meritò metuenda; adiecit,* horrentia: *vt illa oſtenderet ferarum fuiſſe maiorum, quibus acrior natura eſt. Nec immũs etiam illud expreſſit, quid ſit* Solis montibus: *vtpote quæ eſſent ſine homine, beſtiarum immanium caſæ. Venit iam ad perſonæ rationem: vt demonſtraret, quemadmodum, in tam durã vaſtitate regionum, puella nutrita eſſet.* ARMENTALIS equæ, *inquit,* mammis & lacte ferino Nutribat.] *Alebat filiam, non humano lacte, quia deerat: ſed ferino. Duplex ratio eſt, cur equam dicere voluerit feram: vna, quia in illis locis cum feris degebat indomitis: altera, quia equinum genus veteres ferum dicebant, quia nondum humanis vſibus ſeruiebat. ſed hoc loco* Ferinum lac *debemus accipere, eius ſcilicet animalis, quod eſſet aſperum, & locis regionibuſq; reſpondens.* TERRIS immulgens vbera labris.] *Hoc vult Poëta monſtrare, quòd etiam in hac parte, Metabo tanta alendæ filiæ difficultas occurrerat: vt, niſi ipſi per ſe labris puellæ vbera, ſeruatâ moderatione, mulxiſſet; alimonia ad eam peruenire nō potuiſſet. Hoc ideò pater ſollicitus faciebat: quia, quod fuit et grande & aſperũ, tenera adhuc infantis labra ſuſtinere non poterant, nec fauces admittere copiam, quam præbebat.* Armentale animal

DON. C

A animal ideò posuit, ne in totum videretur agreste, ac se mulgeri nō fineret. Expressit obsessum multis periculis & casibus fatum: nunc ad eam accedit partem, vt palàm fiat, posse naturam consuetudine commutari. nam, cùm esset fœmina, & amplitudine generis potens; eam locorum qualitas & vsus viuendi sic solidam reddidit: vt omne, quod sibi natura dederat, respueret. VTQVE pedum primis infans vestigia plantis Institerat, iaculo palmas onerauit acuto.] Mox, vt stare potuit pedibus suis, instruit eam pater portare, quod iaceret. neque enim fuit in illis locis fœmina, quæ incipienti lanam monstraret, aut telam. Docuit eam pater, quod prebebat locus; non quod sexus exigebat, & persona docentis. SPICVLAQVE ex humero paruæ suspendit, & arcum.] Vt portaret manibus ferrum missile; humeris arcum & pharetram sustineret. PRO crinali auro, pro longæ tegmine pallæ, Tigridis exsuuiæ per dorsum à vertice pendent.] Ad eorum vicem, quibus se aptare fœminæ consueuerunt, venantium iuuenum sumebat ornatum. nam pro auro, quod addi capitibus virginum solet, proq; pallâ, tigridis pellis per dorsum fundebatur à vertice. TELA manu iam tùm tenerâ puerilia torsit, Et fundam tereti circùm caput egit habenâ.] Tantum proficiebat in eo, quod producebatur, studio: vt

B iam tela iaceret manu, & lapides ageret fundâ STRYMONIAMQVE gruem, aut album deiecit olorem.] Nouerat iam in illâ ætate, destinata percutere. Denique, ictibus suis aut gruē deiecit, aut cygnum. Pulchrè ac propriè posuit, Deiecit: aues enim in volatu percussæ, non capiuntur; sed cadunt. Capi enim dicūtur, quum visco aut retibus tenētur, aut laqueis. MVLTÆ illam frustrà Tyrrhena per oppida matres Optauêre nurum.] Iam felici rumore ita percrebuerat: vt multas illam matres nurum frustrà constaret optâsse. Quum non dicit, quorum, quantorúmue oppidorum; nec ipsarum definit numerum matrum: plus vult intelligi. quoniam generalitas latitudinem intellectus semper & vbique complectitur. Dicendo autem Frustra, citò ostendit, nullam nuptias eius impetrare potuisse. Matres hoc loco, non, vt alibi, mulieres, propter designationem sexus, debemus accipere; sed veras matres. nulla enim nurum quærit, aut postulat, nisi quæ sit mater adolescentis. SOLA contenta Dianâ, Æternum telorum & virginitatis amorem, Intemerata colit.] Pulchrè amâsse eam dicit: sed non illam partem amoris esse sectatam, quæ eam ab armorum studio, ad vsum domesticum, vel lanarum pensa,

C reuocaret; aut quæ virginitatis honores auferret. Me, inquit Diana, prætulit cunctis: propter me, perpetuitatem intemerati pudoris deligere maluit; & propter me, non telas amare, sed tela. VELLEM haud correpta fuisset Militiâ tali, conata lacessere Teucros.] Non sic Dianæ Camilla displicet, quòd transducta sit amore bellandi; sed quòd ausa sit bello prouocare Troianos: tale proculdubiò crimen admittens, quod nec ipsa posset Diana defendere, aut proprio subleuare præsidio. Quòd potuit lacessere, hoc fuit in offensione grauissimum. venire quippe ad bellum, cùm desit causa bellandi; culpæ est maximæ: & prouocare felices, extremæ dementiæ. Teucrorum nomen, cum ingenti posuit laude. nam illis & virtus cum felicitate superarat; & ijs, fato ac dijs volentibus, regnum Italiæ debebatur. & Lauiniæ matrimonium totum nouerat Diana, per potentiam numinis: & sciebat, sacrilegium esse; si quis contra Teucros arma sumeret, aut belli certamen intraret. Quòd verò ait, Conata, ostendit in audendo difficultatem; & ausus huiusmodi non secuturos effectus. Conatus enim; secundùm Sallustianum etiam morem, cœpta significat, non tamen impleta. CHARA mihi, comitumque foret nunc vna mearum.] Si hoc, inquit, non fecisset; posset adhuc mihi chara, & comes esse cum cæteris. Hæc dicendo, ostendit mox esse perituram: sed, quod fuerat luctuosum, amantis animo nominare non potuit. VERVM age, quandoquidem fatis vrgetur acerbis.] Quia potuit dici; Cur non subuenis periclitanti? aut eam non subtrahis bello? Ad hoc respondentis partibus functa; Extremis, inquit, fatis vrgetur: nullo potest auxilio subleuari: quia necesse est fieri, quod fatorum ratione debetur. Ecce, nec tunc saltem felix Camilla: nam perit in armis; quæ tot pericula & innumeros casus, quum adhuc vagiret, euasit. VERVM age.] cœperat dicere, Verùm age; & iterum dictis hortari: sed vbi hoc dixit, interposuit causam mittendi; & tunc rediȷt ad ea, quæ mandabat. Nos iungamus, quod Poëta necessariâ ratione separauit, & ordinemus sensum. Labere nympha polo, finesq; inuise Latinos, Tristis vbi &c. Persequamur nūc singula, vt dictorum vim referemus. VERVM age, labere nympha.] iubentis est, Age: tamen etiam hortantis. miscere enim debuit cum authoritate beneuolentiam: vt impleretur facilius, quod volebat. LABERE nympha polo, finesque inuise Latinos, Tristis vbi infausto committitur omine pugna.] Et, relicto interim cœlo, labere ad eas Italiæ partes, in quibus infelix geritur bellum: quo Camilla peritura est. HÆC cape.] Hæc tecum, inquit, porta. Verùm, quia incertum fuit, quæ tradita viderentur: (totum enim generalitas obscurauerat) subiecit ea, quibus ostenderet data. ET vltricem pharetrâ deprome sagittam.] Magna breuitas, & compendiosa dictio: in quâ pars dicitur traditorum; & tamen intelligitur totum. Quum dicit enim, Deprome sagittam; & non nominat pharetram: ostendit euidentiùs, quæ dedisset. Arcûs quoque non est facta commemoratio; sed tamen intelligitur datus. Namque dixit: HAC, quicunque sacrum violârit vulnere corpus, Tros Italúsue, mihi pariter det sanguine pœnas.] Sacrum, inquit, violârit vulnere corpus: & de morte tacuit; ne omen quámuis periture facere videretur. Ideoq; Violârit posuit; quasi leuiter læserit: nec dixit, Quicunque eam occiderit. POST ego nube cauâ miserandę corpus, & arma Inspoliata feram tumulo, patriæq; reponam.] Solatia sunt ista fati extremi: quæ quia sunt, virorū potiùs officia probant; nihil sentientibus mortuis. Quid enim consequeretur Camilla; si percussor eius interiret? quid sentiret; si arma non perderet? quid haberet commodi; si funus occisæ ferretur ad patriam? sed hæc idcirco commemorauit: ne in totum ei, propter quam dolebat, defuisse videretur. DIXIT.] Hoc est, compleuit Diana, quæ voluit. AT illa leues.] Leues dixit: remotâ segnitiâ properantem ad ea implenda, quæ Diana mandauerat. COELI demissa per auras Insonuit, nigro circumdata turbine corpus.] Quidquid de summo fuerit emissum, necesse est vt det sonitum, & ventum sibi ex aëre conciliet. sed huic Dianæ auxilio magis videtur esse procuratum; vt faciliùs perueniret ad terras, & deuenientem cerneret nullus.

Hetrusciq; duces, equitumq; exercitus omnis,
Cōpositi numero in turmas. fremit æquore toto
Insultans sonipes, & pressis pugnat habenis,
Huc obuersus & huc. tùm latè ferreus hastis
Horret ager, campiq; armis sublimibus ardent.
Nec non Messapus contrà, celeresq; Latini,
Et cum fratre Coras, & virginis ala Camillæ,
Aduersi campo apparent; hastasq; reductis
Protendunt longè dextris, & spicula vibrant:
Aduentusq; virûm, fremitusq; ardescit equorum.

SER. HETRVSCIQVE duces.] Hetruria dicta est, quòd eius fines tendebantur vsque ad primam ripam Tyberis: quasi ἑτερόρια. Nam ἕτερος est alter, ὅρος finis vocatur. Roma enim antea vnam tantùm Tyberis ripam tenebat. Iuuenalis; Quæ imperij fines Tyberinum virgo notauit.

COMPOSITI numero.] Id est, æquati numero rationabiliter. vnde & Sæpenumero dicimus, id est, frequenter & rationabiliter. Hinc est, Tùm vero in numerum, id est, in rationem & rhythmum. vnde & Metra, numeros dicimus: vt, Numeros memini, si verba tenerem.

Sanè

Sanè modò generalis est descriptio equestris certaminis: paulò pòst descendit ad speciali, sicut fecit in Quinto, *& de cursorib. & de nauali certamine.* PRESSIS.] *Cū habenis premeretur.* PVGNAT.] *pro, repugnat.* FERREVS hastis.] *Quæritur quid sit* ferreus *virū ferreus ager horret hastis; an ferreus hastis ager horret.* HORRET.] *terribilis est. Est versus Ennianus, vituperatus à Lucilio, dicente per irrisionem eum debuisse dicere,* horret & alget. *Vnde Horatius de Lucilio;* Non ridet versus Ennij grauitate minores. CAMPI'QVE armis ardent.] *Id est, resplendent. Et Euripides in Phœnissis:* κατὰ χαλκὸν ἅπαν πεδίον ἀστράπτει. CELERESQVE Latini.] *Alludit ad militiam Romanam. namque & equites habuit Romulus; vt illo diximus loco;* Tercentum scutati omnes Volscente magistro. *quos celeres appellauit, vel à celeritate; vel à duce Celere, qui dicitur Remū occidisse: in cuius gratiæ vicem, à Romulo fieri tribunus equitum meruit; & Tribunus Celerum appellatus est. Alij hos celeres ideò appellatos dicunt; quòd explorationes obirent; &, quæ vsus exigeret, velociùs facerent. Alij à Græco dictum putant, quod est* κέλης. ALA Camillæ.] *Equitatus. Alæ autem dicuntur equites, quòd alarum vice pedestrem exercitū tegunt.* HASTA'SQVE reductis.] *Ante oculos posita descriptio.* INTRA iactum teli.] *Homericum est:* ἐν βολῇ. *Vnde possit hasta emissa in hostem venire. Hinc traxit Statius:* Quale quater spatium iaculo ter arundine vincas. *Et Enniana est ista omnis ambitiosa descriptio.* SVBITO] *Aduerbium est: an Subito clamore? & est versus hypermetrus.* CONTINVÒ aduersis.] *Hic specialis pugna est.* PRÆFRACTA'QVE pectora rumpunt.] *Rumpunt, perfractaq; faciunt* PRÆCIPITAT.] *Pro, præcipitatur.* REIICIVNT parmas, & equos ad mœnia vertunt.] Reijciunt, *retrò agunt, vel retrorsum ferunt; vt cedentium terga munita sint. vt ipse, 11. Aeneid.* Bis reiecti armis respectāt terga tegentes. *Sanè nunc fugiunt, non timore, sed lege prœliandi. Sallustius:* More equestris prælij sumptis tergis ac redditis Parma *autē, est equestre scutum.* MOLLIA.] *Domita: scilicet domitorum equorum quò facillè flectuntur.* SVPERIACIT vndam.] *Super scopulos vndam iacit. nam more suo dedit detractam verbo nominis præpositionem.* SINV.] *Curuatione & flexu vndarum.* EXTREMA'MQVE.] *Quantum ad mare pertinet: nam terræ prima est.* Extremam *autem, ad illud pertinet, quod ait suprà;* Penitusq;

Iamq; intra iactum teli progressus vterq;
Substiterat: subitò erumpunt clamore, furentesq;
Exhortantur equos: fundunt simul vndiq; tela
Crebra, niuis ritu; cœlumq; obtexitur vmbrâ.
Continuò aduersis Tyrrhenus, & acer Aconteus,
Connixi incurrunt hastis; primiq; ruinam
Dant sonitu ingenti: præfractaq; quadrupedantū
Pectora pectoribus rumpunt. excussus Aconteus
Fulminis in morem, aut tormento ponderis acti,
Præcipitat longè, & vitam dispergit in auras.
Extemplò turbatæ acies: versiq; Latini
Reijciunt parmas, & equos ad mœnia vertunt.
Troës agunt: princeps turmas inuadit Asylas.
Iamq; propinquabant portis, versiq; Latini
Clamorem tollunt, & mollia colla reflectunt.
Hi fugiunt: penitusq; datis referuntur habenis.
Qualis vbi alterno procurrens gurgite pontus
Nunc ruit ad terras, scopulosq; superiacit vndam
Spumeus, extremamq; sinu perfundit arenam:
Nunc rapidus retrò, etq; æstu reuoluta resorbens
Saxa, fugit, littusq; vado labente relinquit.
Bis Thusci Rutulos egêre ad mœnia versos;
Bis reiecti armis respectant terga tegentes.
Tertia sed postquam congressi in prælia, totas
Implicuêre inter se acies; legitq; virum vir.
Tū verò & gemitus morientū, & sanguine in alto,
Armaq;, corporaq;, & permisti cæde virorum
Semianimes voluuntur equi: pugna aspera surgit,
Orsilochus Remuli (quādo ipsum horrebat adire)
Hastam intorsit equo, ferrumq; sub aure reliquit.
Quo sonipes ictu furit arduus, altaq; iactat
Vulneris impatiens arrecto pectore crura:
Voluitur ille excussus humi. Catillus Iolam,
Ingentemq; animis, ingentem corpore & armis,
Deijcit Herminium; nudo cui vertice fulua
Cæsaries, nudiq; humeri: nec vulnera terrent:
Tantus in arma patet. latos huic hasta per armos
Acta tremit, duplicatq; virum transfixa dolorem.
Funditur ater vbiq; cruor: dant funera ferro
Certātes, pulchramq; petūt per vulnera mortem.
At medias inter cædes exsultat Amazon,
Vnum exserta latus pugnæ, pharetrata Camilla:
Et nunc lata manu spargens hastilia denset,
Nunc validam dextrâ rapit indefessa bipennem.
Aureus ex humero sonat arcus, & arma Dianæ.
Illa etiam, si quando in tergum pulsa recessit,
Spicula conuerso fugientia dirigit arcu.
At circùm lectæ comites: Latinaq; virgo,
Tullaq;, & æratam quatiens Tarpeia securim,
Italides: quas ipsa decus sibi dia Camilla
Delegit, pacisq; bonas belliq; ministras.

datis referuntur habenis. A ÆSTV reuoluta resorbēs Saxa, fugit.] *Aestus propriè est maris incerta cōmotio crescentis & decrescentis. vnde Aestuaria dicta. Et Plautus in Asinariâ:* Quo magis te in altum capessis, æstus te in portum referet. VADO labente.] *Hypallage: pro, labens ipse per vadum littus reliquit.* GEMITVS morientum.] *Aliqui morientum genitiuum corruptum pro integro accipiunt: facit enim Morientiū.* ET sanguine in alto.] *inequitantis cædis ostenditur magnitudo.* ARMA'QVE, corporaque.] *Versus* κακόφωνος. *& bene belli faciem demonstrauit, multa enumerando, quæ in alto sanguine velut natarent.* B QVANDO ipsum horrebat adire.] *Parenthesis. & quæritur, quid sit* horrebat. HASTAM intorsit equo.] *Figuratè. nam Intorqueo in equū dicimus: vt,* In latus, inque feri curuū compagibus aluum Contorsit. Equo *ergo, pro, in equum.* SVB aure reliquit.] *Eo vulneris genere fugientem eū intelligimus esse percussum.* VOLVITVR ille excussus humi.] *Humi voluitur. nā* excussus *per se plenum est.* DEIICIT Herminium.] *Nomen hoc de historiā Romanā est. nam cum Coclite contra Thuscos Lartius & Herminius steterunt, & pugnauerunt eo tempore, quo pons sublicius rumpebatur. vnde & eum plurimum laudat: ac si diceret, Talis hic est, qualis ille fuit.* C TANTVS in arma patet.] *Id est, Tantum patebat in vulnere, id est, in hostilia tela totus patebat. Alij,* in arma, *pro armis vel scutis, tradunt.* PER armos.] *Abusiuè. nam propriè armi quadrupedū sunt.* EXSVLTAT Amazon.] *Suspendendū* exsultat. *Amazō intelligas, quasi* Amazon. *nā Camilla Volsca fuerat. sic in primo,* Dederatq; comā diffundere ventis Venatrix. *i.e. quasi venatrix.* PHARETRATA.] *Participiū, à fœminino genere deriuatū.* Vnū *autem* exserta latus, *pro, exsertū latus habēs.* DENSET.] *i.e. densè, spargit, iacit. Sanè densentur plures res in vnū: vt,* Vos vnanimes densete cateruas. *& declinatur, Denseo, denses, denset.* INDEFESSA.] *Infatigabilis. Et omnia ei Amazonū arma tradit: quas Titian⁹ Vnimāmas vocat. nā h.e. Amazō, quasi* ἄνευ μαζοῦ, *sinè māmâ.* Bipēnis *aūt dicitur, quod ex vtraq; parte habet aciem, quasi duas pinnas, quas veteres dicebāt.* SPICVLA fugiētia.] *Pro, ipsa fugiēs.* AT circùm lectæ comites.] *Subaudi,* dimicāt. *quod etiā sequēs Amazonū indicat cōparatio: quæ inducūtur circa reginā bella tractātes, ne culpetur Poëta, quòd nullā earū pugnantē induxerit.* LARINAQVE virgo.] *Nomena*

A *mina hæc nobilissimarum sunt Italiæ fœminarum.* & *æratam, pro ferream: vt,* Micat æreus ensis. ITALIDES.] *Sicelides, Atlantides.* & *est pulchra deriuatio; non tamen vera. nam verum est, Italæ.* Italis *autem, vnde est Italides, magis patronymicum est, quàm deriuatiuum: sicut Belis, vnde est Belides.* & *est Græcum.* QVAS ipsa decus.] *Et ad delectas,* & *ad ipsam potest referri.* Decus *autem, si ad Camillam, nobilitas, pulchritudo: si ad delectas, ornamentum; id est, quas sibi elegit ornamentum, id est, ad ornamentum.* DIA Camilla.] *Generosa, ἀγαθὴ. Nam Græcum est, cuius nominis etymologiam plerique volunt venire ἀπὸ τοῦ Διὸς: quod si sic est, dicemus dissentire deriuationem à principalitate. nam* dia, di *producit; cùm Διὸς corripiat. sicut contrà, cùm* lux lu *producat, Lucerna* lu *corripit.* PACIS'QVE bonæ, belliq; ministras.] *Congruum paci epitheton dedit, vt eam bonam diceret; cum bellum econtrà sit pessimum. nam sine dubio* & *belli sæui diceret, si ratio versus admitteret.* Quidam Bonum *interdum pro grandi accipiunt.* BELLI'QVE ministras.] *Nonnulli ministras modò ad bellum tantùm referri volunt; ideoq; coniunctionem incongruè positam:* & *ordinem esse, Decus pacis,* & *ministras belli. Poterit* & *ita:* Quas sibi decus
B *delegit ministras bonæ pacis* & *belli.*

POM. Sabi. HORRET.] *Ennianum carmen: quod Lucilius reprehendit.* ERVMPVNT.] *Troianorum* & *Latinorum exercitus concurrunt.* PRÆCIPITAT.] *pro præcipitatur, id est, cadit.* EQVOS ad mœnia vertunt.] *fugiunt Latini morte Acontei. nam, quòd ait eos fugisse more Numidarum, falsum est: nam aliter Latini, aliter Numidæ militabant.* SAXA fugit.] *fluit* & *refluit;* & *in æstu potissimè.* ORSILOCHVS.] *Teucer cùm timeret occurrere Remulo, vulnerauit equum Remuli. Iola* & *Herminius, sunt Hetrusci.* ARMA.] *hostilia tela.* AMAZON.] Camillam appellat *Amazonem: quia more Macedonico in pugnam procedebat.* FVGIENTIA.] *qui arcu valent, vt Parthi, etiam fugiendo insequentem hostem feriunt. Amazones aiunt primùm coluisse vltra Tanaim fluuium,* & *illinc profectas ad Thermodoonta. vt Sallustius: Amazones à Tanai flumine, incertum est quam ob causam, digressæ. Diodorus libro tertio. Natio Amazonum primùm apud Thermodoonta habitauit. quarum prima regina filiam genuit ex Marte: quæ lege statuit, vt solæ fœminæ militarent, adustâ dextrâ mammâ: vnde fœminis nomen. vrbem hæc condidit in ostijs Thermodoontis, quam ap-*
C *pellauit Themiscyram. Hæc gens vsq; ad Tanaim regnum dilatauit: ex aliâ parte vsq; Syriam. multis postea sæculis Hercules, filius Semeles* & *Iouis, ex præcepto Erysthei, vt cingulum Hippolytæ ferret, cum fœminis bellum gessit;* & *reginam* & *illius baltheum cepit. paulò pòst Penthesilea Troianis auxilio fuit,* & *ab Achille interfecta est. hæc fuit vltima, digna memoratu, apud Amazonas. Idem libro 5. Hercules ad ostia Thermodoontis peruenit: pro Themiscyrâ castra posuit: zonam Hippolytæ petijt; sed denegatam bello: quæ fuit prima Amazonum, cecidit Aella: indè Philippis, Prothee, Eribia, Celeno, Phebe, Artemis. captæ Deianira, Asteria, Marpe, Thermessa, Aglyppe, Menalippe. regina, quæ cingulum Hippolytæ seruabat, Antiope, Theseo data. gentem Amazonum deleuit Hercules.*

VAR. Lect. PROTENDVNT longè dextris.] *Antiqua exempl.* Prætendunt *legunt.* FVRENTES'QVE Exhortantur equos.] *Antiqui libri,* Frementesq; *legunt.* CONTINVÒ aduersi Tyrrhenus,] *In Romano libro,* Aduersis *legitur.* PRÆFRACTA'QVE quadrupedantum.] *In Romano libro,* Perfracta *legitur.* PRINCEPS turmas inuasit Asylas.] *Antiqua exemplaria,* Inducit *legunt. Et pro* Asylas, Asillas. VERSI'QVE Latini.] *In Antiquis libris,* Rursusque Latini *legitur.* NVNC ruit ad terras.] *In libris aliquot antiq.* Ruit ad terram *legitur.* FVRIT arduus, altaque iactat.] *In antiq. lib. legere est,* Ferit arduus, actaque iactat. DVPLICAT'QVE viri transfixa dolorem.] *Romanus liber,* & *aliquot alij, legunt,* Duplicatque virum transfixa dolore. *Sunt etiam, qui non ineptè reposuère,* Duplicatque virum transfixa dolorem. DANT funera ferro.] *In Mediceo,* Vulnera *legitur.*

DON. AT manus interea muris Troiana propinquat, Hetruscique duces, equitumque exercitus omnis, Compositi numero in turmas: fremit æquore toto Insultans sonipes, & pressis pugnat habenis, Huc obuersus & huc, tum latè ferreus hastis Horret ager, campique armis sublimibus ardent.] *Reliquum est superioris descriptionis; quam imperfectam dimisit, vt Camillæ fabulam diceret: quâ subtractâ, si prima pars atq; ista iungatur, non erit diuisa narratio. suprà enim dixit:* Nuntius ingenti per regia tecta tumultu Ecce ruit, magnisq; vrbem clamoribus implet: Instructos acie Tyberino à flumine Teucros, Tyrrhenamque manum totis descendere campis. *Hic dicit:* At manus interea muris Troiana propinquat, Tyrrhenique duces, equitumque exercitus omnis. *vt appareat, integrari posse narrationem, si Camillæ fabula subtrahatur. Veniebant igitur sic muris propinquantes: vt, cessante officio nuntij, videri possent in æqualitate camporum, vsq; adeò manifesti; vt quiescerent,* &, *quemadmodum instructi accederent, singulorum non negaretur aspectibus.* NEC non Messapus contrà, celeresque Latini, Et cum fratre Coras, & virginis ala Camillæ, Aduersi campo apparent; hastasque reductis Protendunt longè dextris, & spicula vibrant.] *Quam pulchra, quàm diuersis ornatibus singulorum exercituum facta descriptio! Ibat Troianorum manus,* & *cæterorum equitum, digesta per turmas. Premebant equi,* & *pressis habenis, frænorum impatientes resistebant, mutantes terga huc* & *illuc. omnis autem ager armis ardebat; hastis in sublime porrectis. At in alterâ parte videbantur illi, quos cum Camillâ demiserat Turnus; Messapus scilicet,* & *Latini, cæteriq;, quorum superiùs meminit. Omnes ibant cum impigrâ celeritate, vt hostem ad patriam venire non sinerent: hastas gestantes dextris retrorsum adductis, spiculaq; vibrantes. Magna subtilitas dicentis,* & *eloquentiæ copiosa substantia: vt in descriptionibus partium, nihil diceret simile. Ibant prædicti duces, venientibus obuij;* & *contra muros positi, quid agerent in campo, facillimè videbatur. Pergebant paratis hastis* & *dextris, vt hostes petere viderentur. Ibant, vibrantes spicula: ita crebro motu, vt ea iam crederentur esse missuri.* ADVENTV'SQVE virûm, fremitusque ardescit equorum.] *Aduentus, non ad patriam; sed inter se. Sequitur enim:* IA'MQVE intra iactum teli progressus vterque Substiterat.] *Progressus iam vterque exercitus fuerat:* & *idcirco crescebat fremitus equorum,* & *animis ferebantur. quia, qui sunt ex vsu bellorum, sciunt, quando sibi certandum sit: sciunt, quando arripi possit initium belli. Vbi ergo tantum inter vtrumque exercitium remansit spatij; vt tela vtrinque missa peruenire in alteros possent:* SVBITÒ erumpunt clamore, furentesque Exhortantur equos.] *Hortamenta vocis idcirco adhibentur; vt excitentur etiam inuiti. Isti hortabantur; qui iam furentes erant,* & *in belli certamen exire cupientes. Talis est* & *vox, quæ mittitur, antequàm certamen initietur: vt hortamento sit singulis,* & *plurimum in ausus validos impellat armatos.* FVNDVNT simul vndique tela Crebra, niuis ritu.] *Ecce, quantum potest ante certamen clamor! non enim incassum emittitur. Indè quippe nascuntur incrementa virtutis,* & *necessitas plena pugnandi; indè timidis pauor accedit: indè fortibus vires augentur. Non ergo missa sunt tela; sed fusa, vt niues: nec ab vno, aut ex vnâ parte; sed simul ab omnibus. Veniebant autem niuium more: præbebat hanc speciem candor ferri,* & *telorum diffusa congeries.* CONTINVÒ aduersis Tyrrhenus, & acer Aconteus, Connixi incurrunt hastis.] *Hoc dictum est*

more bellantium. nam primi aliqui audaciores erumpunt, quos cæteram pubem ſequi conueniat. Tyrrhenus igitur & Aconteus, cum ſingulis ex diuerſis partibus, exſuperant haſtis: tanto impetu atque ictu; vt ruinæ more cecidiſſent. Denique ait: PRIMI'QVE ruinam Dant ſonitu ingẽti; perfractaque quadrupedantum Pectora pectoribus rumpunt. excuſſus Aconteus Fulminis in morem, aut tormento ponderis acti.] Expreſſum eſt eorum factum, qui ſibi fuerant obuij. Equi, inquit, ipſorum, colliſis inter ſe pectoribus, magnum emiſerant ſonitum. quo facto, excuſſus eſt Aconteus, fulminis in morem, aut tormento ponderis acti, quum pectus pectori fuiſſet illiſum. Quum Aconteus excuſſus dicitur: ſimilitudo fulminis data eſt; aut certè ponderis alicuius, quod traditur augmento violentiáque tormenti. PRÆCIPITAT longè, & vitam diſpergit in auras.] Impleuit partes excuſſi, dicendo; longè fractus eſt: in tantum, ne habuiſſet ſpatium moræ, quo in aëre concluderet vitam; & antè moreretur, quàm ruinâ corporis ſui premeret terram. Tyrrhenum periiſſe, impulſu ruinæ deſcriptæ, intelligendum eſt. EXTEMPLÒ turbatæ acies.] Ecce, poſt duorum congreſſum, vt diximus, omnes cum ingenti perturbatione motæ ſunt acies. VERSI'QVE Latini Reijciunt parmas, & equos ad mœnia vertunt.] Latini, maiorem metum apud ſe eſſe, fugiendo teſtati ſunt. nam & reiecerant parmas, & equos conuerterant, vt murorum ſibi firmitate conſulerent. TROES agunt.] agi dicuntur pecudum greges; quum de loco trahuntur ad locum. Quantum igitur in Latinis militiæ dedecus fuit: vt non tantùm ferri; verùm agi more mutorum animalium, & impelli viderentur? PRINCEPS turmas inducit Aſylas.] Primus induxit turmas in medios. quis enim metueret fugientes? IAM'QVE propinquabant portis: rurſusque Latini Clamorem tollunt, & mollia colla reflectunt.] Vbi iam Latini proximi eſſe cœperunt portis: reſumptâ audaciâ, & proprio intellecto dedecore; repentè ad pugnam cum clamore conuerſi ſunt. HI fugiunt.] Hoc eſt, Troiani. PENITV'S'QVE datis referuntur habenis.] Debuerant enim celeriùs remeare in campum: ne locorum conditione, aut aliquibus inſidijs caperentur; vel maximè recurſu inſperato decepti. QVALIS, vbi alterno procurrens gurgite pontus Nunc ruit ad terras, ſcopulosque ſuperiacit vndam Spumeus, extremamque ſinu perfundit arenam; Nunc rapidus retrò, atque æſtu reuoluta reſorbens Saxa, fugit, littusque vado labente relinquit.] Proprijs & ſignatis verbis expreſſa comparatio: quâ oſtenderetur alternus impetus, ſpatium, & alterna ſucceſſio. nam reuerâ ſic ex alto impellitur mare; vt properantes fluctus in vltimas arenas vſque tendantur: atque indè, explicatis lapſibus, eòdem, vnde venerant, referantur; linquentes ſaxa, quæ fuerant ſupergreſſi. BIS Thuſci Rutulos egêre ad mœnia verſos: Bis reiecti armis, reſpectant terga tegentes.] Quòd id factum ſit: Thuſci, inquit, bis Rutulos egerunt ad mœnia; bis reiecti ſunt: ita tamen cauti, ne inſequens hoſtis auerſos oppremeret, aut feriret. Quâ causâ reſpectabant, hoc eſt, retrorſum attendebant; & ſcutis terga propria tuebantur. Par fugientium numero putatur eſſe conditio: bis enim fugati ſunt Rutuli; bis Thuſci. ſed in eo Rutulorum turpius factum deprehenditur: quia ſcutis terga contexerant; ne auerſi cæderentur. TERTIA ſed poſtquam congreſſi in prælia totas Implicuêre inter ſe acies, legitque virum vir.] Tertio certamine, ad verum ac potiorem conflictum ventum eſt. nam & confuſæ ſunt partes: & vnuſquiſque vir virum ſibi, cum quo certaret, factâ priùs exploratione, deligebat. Quales putamus electos, niſi eos, qui poſſent facilè ſuperari? nullus enim deligit, à quo poſſit occidi. TV'M verò.] Id eſt, quando ad tertiam congreſſionem acceſſum eſt; & ad id ventum, vt ſinguli cum ſingulis congrederentur. ET gemitus morientum, & ſanguine in alto Armaq; corporaq; & permixti cæde virorũ Semianimes voluuntur equi: pugna aſpera ſurgit.] Quando non dictum eſt, qui magis in plurimis cæſi ſint: intelligendum eſt, cladem illam partium fuiſſe, non partis. ORSILOCHVS Remuli (quando ipſum horrebat adire) Haſtam intorſit equo; ferrumq; ſub aure reliquit.] Cœpit ſpecialiter in aliquibus oſtendi, quid ſit, Legitq; virũ vir. nam Orſilochus, Remulum cùm vellet occidere, ne temerè fortiorem peteret; dolo efficere contendit, quod implere non potuit. Haſtâ igitur caput equi ſub aure percuſſit, tanto impetu; vt ferrum perſeueraſſet in vulnere. Quo ſonipes ictu furit arduus.] Ne remaneret obſcurum, quod dixit, Arduus: addidit; ALTA'QVE iactat Vulneris impatiens arrecto pectore crura.] Quum inimicum telũ & dolorem ferre non poſſet: percuſſus ſonipes, erigebat in ſublime ſuũ pectus & crura; poſterioribus tantùm pedibus nitẽs. VOLVITVR ille, excuſſus humi.] Vſq; ad hanc partem deſcriptus eſt: vt oſtenderetur prouolutus ad terram, vox autem eius conſecuta, intelligitur potiùs, quàm videretur. VOLVITVR ille excuſſus humi.] non terræ excuſſus voluitur; ſed in terram venit; quum dorſo equi fuiſſet excuſſus. CATILLVS Iolam, Ingentemque animis, ingentem corpore, & armis, Deijcit Herminium.] Deijcit; & ad Iolam pertinet, & ad Herminium, quos Catillus occidit. Herminium laudat, B quem aſſeruit ingentem fuiſſe animo, armis, & corpore. Hæc laus in honorem victoris poſita eſt, qui talem valuit ſuperare. Indicia ſubnectit virtutis eius, & animi. NVDO, inquit, cui vertice fulua Cæſaries.] Hæc fuit probatio nudi capitis: quia capilli eius patebant in tantum; vt eorum color quoque flauus cerneretur. NVDI'QVE humeri; nec vulnera terrent.] Incedebat etiam nudis humeris, nullum gerens vulnerum metum. TANTVS in arma patet.] Quantum audax, & nudus ex eâ corporis parte, quâ faciliùs potuit peti; tantum ad expediendam mortem opportunus & patens. LATOS huic haſta per armos Acta tremit.] Latitudinis non incaſſum facta commemoratio eſt. Faciliùs enim præbet vulneribus locum, qui ampliſſimi corporis ſpatium dederit. Fuit igitur occaſio occidendi talem, qui per temeritatem nudus ibat ad bellum; & ad excipiendum vitæ interitum, afferebat lati corporis molem. FVNDITVR ater vbique cruor; dant funera ferro Certantes, pulcrhamq; petunt per vulnera mortem.] Neceſſariò Poëta confugit ad generalitatem: ne & ſibi prolixitatis moram, & legentibus tædium páreret. quando enim tam ingentis pugnæ, & tantorum C populorum cædes, ſpeciali deſcriptione percurreret? quæ in genere dictionis, nihil amplius poteſt ſentiri, quàm legitur. Generalitas verò, quia nullis terminis clauditur, infinitam habet æſtimationem: tantáque poteſt eſſe, quantam voluerit oſtendere, qui tractârit. Concluſio ergo iſta melior fuit, quæ narrationi veluti quendam faceret finem, & initium alteri daret. multum quippe adiuuat legentis animum diſſimilitudo, quæſita per tranſitum, & in ipsâ continuatione referentis procurata varietas. Vtraque tamen aliquid ſimile referenti neceſſaria eſt: ſed neutra debet eſſe ſeparata ab alterâ. ſpecialitas quippe habet deſcriptionum moram: generalitas autem affert celerem relationibus finem, & dum nihil tangit, nihil videtur omittere. Videamus tamen, quid ſit Poëta in ipsâ generalitate complexus. FVNDITVR, inquit, ater vbique cruor.] oſtenditur, in latitudine diffuſi vtriuſque exercitus, vnâ ſimul animorum præſumptione pugnari. DANT funera ferro Certantes.] Neceſſe enim fuerat interire quamplurimos, vbi ſolum fuerat ferrum. PVLCHRAM'QVE petunt per vulnera mortem.] pulchra mors eſt, eius, qui in acie cadit; & dum comminùs concertat, occumbit. eſt enim turpis mors eius, qui fugiens perit. Appetebant ergo omnes ſinè trepidatione diſcrimen, & ex contrario euentu inſigne exitium vitare. AT medias inter cædes exſultat Amazon, Vnum exſerta latus pugnæ, pharetrata Camilla.] Quanta iſtâ in laude Poëta proſequitur! vt inter

A *virorum cædet, & funera inæstimabilis numeri, sola exsultaret, quasi ludicris, & non veris dimicationibus interesset. Quòd autem exserto brachio, & nudo latere fuisse descripta est: & signum audaciæ fuit; & prædicta est causa, quâ posset occidi. More enim suo Vergilius, sicuti sæpe iam dictum est, nihil superfluum ponit in distributionibus suis. Denique, infrà dictum est, illîc eam percussam, vbi nudum corpus præbebat, ad excipiendum interitum vitæ.* Pharetratam *dixit interea: vt genus armorum ostenderet, quibus illa pugnare consuêsset. Per* Pharetratam *intelligendum est, illam & sagittas habuisse.* ET nunc læta manu spargens hastilia densat, Nunc validam dextrâ rapit indefessa bipennem.] *Hoc fuit exsultare: vt vteretur telis, quibus vellet, & quando vellet; nec tamen frangeretur labore aliquo, mittendo hastilia, aut securi feriendo.* AVREVS ex humero sonat arcus, & arma Dianæ.] *Hîc compleuit, quod superiùs dixit:* Pharetratata Camilla. *Ecce, & arcum aureum eam dixit habuisse & Dianæ arma, quæ fuerunt in specie sagittarum.* ILLA etiam in tergum si quando pulsa recessit, Spicula conuerso fugientia dirigit arcu.] *Illa in tantum arcu fidebat & spiculis: vt etiam debuisset timeri, quum fugeret. Nam con-* B *uerso arcu, retrorsum non frustra iactabat spicula. Amazon dicta est, non nata; sed facta. In hoc magis laudabilis: quia, quod aliæ nascendo valuerunt, hæc potuit implere meditando. Ergo laudis affectu Amazon dicta est: vt imitando talis esset, quales sunt Amazones; quas adiuuat studium gentis, & origo præclara nascendi.* AT circùm lectæ comites.] *Fuerunt cum eâ lectæ comites. non ideò* Lectas *dixit, vt apud Dianam reprobæ remansisse viderentur; sed quòd omnes lectas habuisset.* LARINAQVE virgo, Tullaque, & æratam quatiens Tarpeia securim.] *Quod de vnâ dixit,* Virgo, *ad omnes pertinet. omnes enim virgines fuerant Dianæ; quæ obsequebantur ministerio eiusdem deæ.* ITALIDES.] *Nec immeritò* Italides, *vtpote quæ essent ex Italiâ. Sic hoc loco laudare Vergilius Italiam voluit; quasi nulla terra meliores proferre possit, aut tales.* QVAS ipse decus sibi dia Camilla Delegit, pacisque bonas, bellique ministras.] *Tantum Camilla ad Dianæ animum accedebat: vt apud socias suas pro deâ haberetur. Denique, quum iret ad bellum, has sibi esse comites voluit: quòd essent ornamento in pace, & ministræ in certaminibus belli. Potest & sic intelligi: vt bello & paci ornamento esse viderentur: vt sic in vtroq; obsequerentur; vt vtrumque ornarent. & hoc esse arbitror melius. Ipsa est enim pura societas, & vera religio, vt nullum tempus dissimiles faciat; quos fœdera suscepta coniunxerint. Pulchrum est enim, seruare societatem, & eius commodum custodire. Nullum istarum dicit belli gessisse certamen; sed asserit ministerio fuisse bellanti: ne exponeretur Camilla de socijs, si impares essent in causâ certaminum, aut ipsa, quæ laudabatur, esset inferior, si exercitatione illæ præstarent. tamen ipsarum præsentia non vacua fuit: quum, vt dictum est, ministerio iuuabant operâq; bellantem.*

Quales Threiciæ cùm flumina Thermodoontis
Pulsant, & pictis bellantur Amazones armis:
Seu circa Hippolyten, seu cùm se Martia curru
Penthesilea refert; magnoq; vlulante tumultu
Fœminea exsultant lunatis agmina peltis.
Quem telo primum, quem postremũ aspera virgo
Deijcis? aut quot humi morientia corpora fundis?
Eumenium Clytio primum patre: cuius apertum
Aduersi longâ transuerberat abiete pectus.
Sanguinis ille vomens riuos cadit, atque cruentam
Mãdit humum; moriensq; suo se in vulnere versat.
Tùm Lirin Pegasumq; super: quorũ alter habenas,
Suffosso reuolutus equo, dum colligit: alter
Dum subit, ac dextram labanti tendit inertem;
Præcipites pariterque ruunt. his addit Amastrum
Hippodaten, sequiturq; incumbens eminus hastâ:
Tereaque, Harpalicumque, & Demophoonta,
Chrominque:
Quotque emissa manu contorsit spicula virgo;
Tot Phrygij cecidêre viri. procul Ornutus armis
Ignotis, & equo venator Iapyge fertur:
Cui pellis latos humeros erepta iuuenco
Pugnatori operit: caput ingens oris hiatus
Et malæ texêre lupi, cum dentibus albis:
Agrestisque manus armat sparus. ipse cateruis
Vertitur in medijs, & toto vertice suprà est.
Hunc illa exceptũ (nec enim labor agmine verso)
Traijcit & super hæc inimico pectore fatur:
Syluis te, Tyrrhene, feras agitare putasti?
Aduenit, qui vestra dies muliebribus armis
Verba redargueret. nomẽ tamen haud leue patrũ
Manibus hoc referes, telo cecidisse Camillæ.
Protinùs Orsilochum, & Buten, duo maxima Teu-
Corpora. sed Butẽ aduersũ cuspide figit, (crûm
Loricam galeamque inter, quà colla sedentis
Lucent, & læuo dependet parma lacerto.
Orsilochũ fugiens, magnumq; agitata per orbem
Eludit gyro interior, sequiturq; sequentem:
Tùm validam perq; arma viro perq; ossa securim,
Altior insurgens, oranti, & multa precanti,
Congeminat: vulnus calido rigat ora cerebro.

SER. QVALES Threiciæ.] *Tanais fluuius est, qui separat Asiam ab Europâ: circa quem anteà Amazones habitauerunt. vnde postea se ad Thermodoonta, fluuium Thraciæ transtulerunt, quod etiam Sallust. testatur dicens:* Dein campi Threissi, quos habuêre Amazones, ab Tanai flumine, incertum quam ob caussam digressæ. *Has quidam dicunt stato die solitas Scinthijs coire.* FLVMINA.] *Pro flumi-* C *ne: aut fluenta.* THERMODOONTIS.] *Plenum est Thermodoon, sed per synæresim Thermodôn facit. Vnde* don *circumflexum habebit accentum. Græca enim nomina necesse est vt circunflectantur, quotiens fit synæresis, exigente metri necessitate. Ergo si sit Thermodoon,* do *acutum habebit accentum: quod si Thermodôn fecerit, & in finalem transfertur, & mutatur accentus. nam fit circumflexus* PVLSANT.] *Ennius, ad musas:* Quæ pedibus magnum pulsatis Olympum. BELLANTVR.] *Pro, bellant. nam solent verba pro verbis poni. Vnde nunc passiuam declinationem, sub actiuâ posuit significatione: sicut in Georgicis;* Et placidã paci nutritor oliuã: *futurum tempus à passiuo posuit, pro præsenti ab actiuo. Nam* nutritor, *pro* nutri. *posuit. Sic apud Ciceronẽ in officijs:* Neque ad eius, qui punitur aliquem, aut verbis castigat; sed ad reip. vtilitatem referri. *Punitur, pro punit. Vnde est econtrà,* Nox humida cælo Præcipitat: *pro, præcipitatur; actiuũ pro passiuo.* HIPPOLYTEN.] *Hæc Amazonum fuit regina, cui victæ Hercules balteum sustulit. huius filia Antiopa, quam Theseus rapuit. vnde Hippolytus.* MARTIA.] *Aut bellicosa, aut Martis filia: quæ ab Achille occisa, ac mortua adamata est. vt nonnulli verò asserunt, cum Achille concubuit; & ex eo Caistrum filium edidit,* Refert *autem: aut addita est præpositio* re, *id est,* fert; *aut mutata, pro* infert. VLVLANTE tumultu.] *Vlulare veteres etiam vocem, quæ redditur initio prælij, dicebant; quã Græci ὀλολυγὴν vocant.* QVEM telo primum deijcis?] *Homericum est, interrogationem ad ipsum referre, qui describitur.* ἔνθα τίνα πρῶτον, τίνα δ' ὕστατον ἐξενάριξας πάτροκλες, ὅτε δή σε θεοὶ θανάτονδε κάλεσσαν. *cum semper sic Musæ interrogari consueuerint: vt,* Vos ô Calliope precor, aspirate canenti. ASPERA virgo.] *Epitheton ad officiũ belli respiciens:*

Incidit huic, ſubitoque aſpectu territus hæſit
Apenninicolæ bellator filius Auni,
Haud Ligurum extremus, dum fallere fata ſinebãt.
Iſque, vbi ſe nullo iam curſu euadere pugnã
Poſſe, neque inſtantem reginam auertere, cernit,
Conſilio verſare dolos ingreſſus, & aſtu,
Incipit hæc: Quid tam egregium, ſi fœmina forti
Fidis equo? dimitte fugam, & te cominus æquo
Mecum crede ſolo, pugnæque accinge pedeſtri:
Iam noſces, ventoſa ferat cui gloria laudem.
Dixit. at illa furens, acrique incenſa dolore,
Tradit equum comiti, paribusque aſſiſtit in armis,
Enſe pedes nudo, puràque interrita parmã.
At iuuenis viciſſe dolo ratus, aduolat ipſe,
(Haud mora) conuerſisq; fugax aufertur habenis,
Quadrupedemque citum ferrato calce fatigat.
Vane Ligur, fruſtraque animis elate ſuperbis,
Nequicquam patrias tentaſti lubricus artes,
Nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno.
Hæc fatur virgo, & pernicibus ignea plantis
Tranſit equum curſu: frænisq; aduerſa prehenſis
Congreditur, pœnasque inimico à ſanguine ſumit.

aliâs incongruè virginẽ aſperã dicimus. EVMENIVM.] Quia Latina eſt declinatio, ideò me non accipit accentũ. nã Statius, quia Græcè declinauit, græcũ accentum poſuit, dicens: Nũc Eumeniũ audit Ante Thoas. LONGA abiete.] Longâ haſtâ. arborem enim pro haſtâ poſuit. SVFFOSSO.] Caſuro. nam ſuffoſſi equi dicuntur, quos vulgò ceſpitatores vocãt. Alij ſuffuſo legunt, id eſt, præcipiti & cadenti. DVM ſubit.] ſcilicet dum ſe ad ſuſtentationem ruentis inclinat. & vult, vtrumq; tantâ celeritate eſſe percuſſum, vt vnum intertempũ putares. inde eſt enim, Præcipites pariterq; ruunt. INERTEM.] Nudã; an nihil proficientem? SEQVITVR.] Pro, perſequitur. ARMIS ignotis.] Nouis, inconſuetis. Vel ignotis, id eſt, non conſpicuis. IAPYGE.] Appulo equo. PELLIS erepta iuuenco.] Id eſt, lorica. nam propriè Lorica, eſt tegmen de corio, tanquam de loro factum, quo maiores in bello vti conſueuerant. CAPVT ingens oris hiatus.] Amphibolon: id eſt, hiatus ingens. AGRESTIS'Q. manus armat ſparus.] Bene agreſtis: nam ſparus eſt ruſticum telum, in modum pedi recuruũ. Salluſt. Sparos aut lanceas, alij præacutas ſudes portare. Varro ait, ſparum telum miſsile, à piſcibus ductã ſimilitudine, qui ſpari vocantur. Alij, ſparus, à ſpergendo dici putant. VERTITVR in medijs.] Id eſt, agitur. nam græcè dixit, ἀναστρέφεται. TOTO vertice ſuprà eſt.] Sic Statius de Capaneo: Et toto tranſſcendit corpore bellum. HVNC illa exceptum.] Fraude circumuentum, vt, Æmulus exceptum Triton. AGMINE verſo.] Aut conuerſo impetu ſuo: aut aduerſariorum collato agmine. TRAIICIT.] Vis iactus oſtenditur. SYLVIS.] Pro, in ſyluis. & eſt Archaiſmus, caſus pro caſu. MVLIEBRIBVS armis.] Vſus obtinuit, vt in nuptias, Virgines; nuptas, Mulieres vocemus. Nã apud maiores indiſcretè Virgo dicebatur, & Mulier: vtrumq; enim, ſexum tantùm ſignificabat. vt ecce hoc loco dicit, armis muliebribus: cùm Camillam innuptam fuiſſe manifeſtum ſit. Item in Bucolicis legimus: Ah virgo infelix: cùm Paſiphaën conſtet ex Minoẽ, ante amorem tauri, filios ſuſcepiſſe. Terentius, in Hecyrâ, etiam mulierem poſt partum, Virginem vocat: Nam vitium eſt oblatum virgini olim, ab neſcio quo improbo. NOMEN tamen haud leue, patrum Manibus hoc referes, telo cecidiſſe Camillæ.] Irriſio eſt, amaritudinis plena. nam, ſi voluerimus ſimpliciter accipere, vt ita ſit dictum, quemadmodum ſuprà: Æneæ magni dextrâ cadis: incipit contrarium eſſe ſuperioribus. Vnde melius eſt, vt perſeueremus in ſenſu; & ita ſit dictum: Magnam re verâ gloriam laturus eſt ad manes parentũ, quem fœminea tela ſuperarunt. SEDENTIS.] Equitis. Sanè eum ex vicino intelligimus eſſe percuſſum. INTERIOR.] Siniſterior, breuiore ſcilicet circulo. CONGEMINAT.] Hic diſtinguendum. Nam nemo dicit Securim vulnus congeminat; ſed Securis. INCIDIT huic.] Figuratè: pro, in hanc incidit. Terent. Ego in eum incidi infœlix locum, vt neque amittẽdi, neq; retinẽdi ſit copia. APENNINICOLÆ bellator filius Auni.] Quia Liguria maiore parte ſui in Apennino eſt conſtituta. Ligures autem omnes fallaces ſunt: ſicut ait Cato, in 2, Originum libro. FILIVS Auni.] Aunus ſcilicet. nam, vt ſuprà diximus, cùm dictis parentibus

filiorũ nomina ſupprimuntur, A vos patri cognomines intelligimus: vt, Tyburti Remulo ditiſſimus olim. REGINAM auertere.] Proprio verbo vſus eſt, vt eſt mos equeſtris: id eſt, nõ ſperat fore, vt illã auerteret. VERSARE dolos ingreſſus.] Tractare. vt, Seu verſare dolos, ſeu certæ occũbere morti. ASTV.] Malitiã. Nã propriè Aſtutos, malitioſos vocamus. vnde in Terentio, poſtquam de domino dixit ſeruus, Aſtu tè: ille iratus ait, Carnifex quæ loquitur? Cicero: Ita fit, vt tua iſta ratio exiſtimetur aſtuta; meum hoc cõſilium neceſſarium. DIMITTE fugam.] Id eſt, equi celeritatem, cui fidis, relinque. B Fuga, id eſt, celeritas. vt Iuuenal. etiã indicat verſus: Cuius clara fuga ante alios, & primus in æquore puluis. VENTOSA ferat cui gloria fraudem.] Hæc eſt vera & antiqua lectio, vt fraudẽ, nõ laudẽ, legat: vt, ſi fraudẽ legerit, ſit ſenſus: Pedes cõgredere, iã agnoſces, cui manis iactãtia adferat pœnã. Nam fraudẽ, veteres pœnã vocabant. Ab eo, quod præcedit, id quod ſequitur: vt, Et ſcelus expendiſſe merẽtẽ Laocoõta ferũt. Cic. in Cornelianis. Ne fraudi ſit ei, q populũ ad cõtentionẽ vocârit. Vt etiã in antiquo cognoſcitur iure. Sall. in Catil. Diẽ ſtatuit, antequàm ſine fraude liceret ab armis diſcedere. Eſt aũt ὑπαλλαγὴ: pro, cui fraus ferat gloriã. Si aũt laudẽ legerimus, erit ſenſus: Agnoſces, cui manis gloria afferat laudẽ. Ventoſa aũt gloria eſt, quã græci κενοδοξίαν vocãt. PARIBVS'Q. aſſiſtit in armis. Pedes: ſicut & illũ congreſſurũ putabat. PVRA parmâ.] Tunc enim primùm in bella deſcenderat. cùm tyrones pictas minimè geſtarent parmas. FVGAX.] Fugiẽs. Nã nomen eſt pro participio: nõ enim fugacẽ poſſumus accipere, quẽ ſuprà legimus bellatorẽ. FERRATA calce.] Calcẽ, genere fœminino vſurpat. VANE ligur.] Aut fallax, aut inaniter iactans. nã vanos, ſtultos, poſteriores dicere cœperunt. & rarũ eſt etiã in Neotericis. Iuuenal. Sic libitũ vano, qui nos diſtinxit, Othoni. Quid aũt hoc loco vane ſignificet, ſequẽtia demonſtrant: Fruſtraq; animis elate ſuperbis. poſſumus tamẽ hîc & mẽdacẽ verius accipere: quia ait, Dũ fallere fata ſinebãt. Et, Nec fraus te incolumẽ fallaci perferet Auno. Nigid. Nã & Ligures, qui Apenninũ tenuerũt, latrones inſidioſi, fallaces mẽdaces. Cato, Orig. 11. cùm de Ligurib. loqueretur: Sed ipſi, vnde oriundi ſunt, exactà memoriã illiterati, mẽdaces, quę ſunt & vera, minùs meminère. Sanè ſubitò, vt ſolet, ad characterẽ dramaticũ trãſit: neq; enim oſtẽdit, Camillã loqui cœpiſſe. LVBRICVS.] Fallax, mobilis. PERNICIB. ignea plãtis.] Modò velocibus: aliâs pſeuerãtib. Nã Pernix, interdũ velox, interdũ perſeuerans ſignificat: vt ipſe in Georgic. & inter Dura iacet pernix inſtrato ſaxa cubili. TRANSIT equum curſu.] Nũc hoc incredibile videretur eſſe, niſi pmiſiſſet in 7. Illa vel intactę ſegetis p ſũma volaret Gramina, nec teneras curſu læſiſſet ariſtas. ADVERSA.] Oppoſita. C

AMASTRVM.] Phrygem: ab Amaſtri Helleſponti. ORNITVS.] Tyrrhenus erat. CVI pellis.] loricã ex corio antiquitas vti conſueuit. LORICAM.] ex loro, id eſt, corio. SPARVS.] genus teli. CATERVIS.] inter medias cateruas. SYLVIS te.] Loquitur Camilla, cæſo Ornito. TVM validam] Apronianus legit, Validã ſecuri cõgeminat POM. Sabi.

A geminat vulnus. *Aemilius legit,* Validam securim. Cōgeminat *si est: distingue in congeminat, & postea sit,* vulnus rigat ora cerebro. AVNI.] *sic quidam legit. Araum hunc eundem dixêre. Latini poëtæ semper dixerunt Aunum: vt Silius;* Apenninicolâ regnata antiquitus Auno, *Ligures habitabant Apenninum montem. Cato 3. Originū ait, Ligures omnes esse fallaces.* QVID tam] *Filius Auni loquitur Camillæ.* FRAVDE.] *pœnâ. antiqui fraudem, vt in iure est, pœnam dicebant. Descende, & mecum congredere pedes: & cognosces, cui manis gloria afferat pœnam.* PERNICIBVS plantis.] *in fine 7. lib. de pernicitate pedum Camillæ.*

VAR. Lect. SED Butem aduersum cuspide figit.] *Antiqui libri legunt,* Sed Butem aduersâ cuspide figit. *legitur & A.* uersum. TV'M validam perque ossa securim Altior insurgens.] *In antiquis libris legere est,* Tùm validâ, pérque arma viro, perque ossa securi. Altiùs exsurgens. EVADERE pugnâ.] *Oblongus liber,* Pugnam *habet, accusatiuo casu. Mediceus, & aliquot alij peruetere*s, Pugnæ *scriptum ostendunt.* PVGNÆ'QVE accinge pedestri.] *In antiquis libris positum est.* Pugnâque adcinge pedestri. FERAT cui gloria laudem.] *Romanus liber* Feret

B *legit, &* Fraudem, *pro* Laudem. ACRI'QVE incensa dolore.] *In Med. & plerisque antiq. libr.* Accensa, *&* Adcensa *legitur.* PARIBVS'QVE assistit in armis] *Pleraque exemplar. manuscripta,* Paribusque resistit in armis *legunt.* ADVOLAT ipse.] *Hîc* Abuolat *omninò, vel* Auolat *legendum.* FERRATO calce fatigat.] *Mediceus liber* Ferratâ *legit.* VANE Ligur.] *Pleraque vetera exemplaria* Ligus *legunt.* ANIMIS elate superbis. *In lib. antiq.* Armis elate superbis *legitur.* INIMICO à sanguine sumit.] *Romanus liber, Mediceus, & alij plerique veteres, legunt* Inimico ex sanguine.

DON. QVALES Threiciæ quum flumina Thermodoontis Pulsant & pictis bellantur Amazones armis: Seu circùm Hippolytem, seu quum se Martia curru Penthesilea refert; magnoq; vlulante tumultu Fœminea exsultat lunatis agmina peltis.] *Tales, inquit, apparebant Italæ virgines, quales sunt Amazones veræ; quum aliquos pulsant bello, aut ipsæ pulsantur: aut cùm se post victoriam refert Penthesilea, curru vecta, & vlulatibus lætis superiororem se, plenâ gratulatione testatur.* QVEM telo primum, quem postremum aspera virgo Deijcis? aut

C quot humi morientia corpora fundis?] *Confectâ comparatione, ait ad Camillam: admirans in eâ feriendi celeritatem, & effusorum inæstimabilem numerum. nam discerni non poterat, quem primo loco, quem postremo mactâsset. Tanta quippe pugnandi ars & celeritas fuit: vt neq; ordo, neq; numerus occisorum dici posset, aut colligi.* AVT quot humi morientia corpora fundis?] *morientia dixit, non mortua: vt ostenderet, tantam fuisse celeritatem cædis, vt innumeri essent fusi; nec tamen adhuc aliquis animam reddidisset.* EVNÆVM Clytio primum patre; cuius apertum Aduersi longâ transuerberat abiete pectus.] *Quum ipse laudantis studio dixisset, discerni non posse, quem telo primum, quem postremum, Camilla dimicans deiecisset; quantaq; morientium corpora reliquisset: ne ipse sibi hoc genere videretur indixisse silentium, aut in generalitate Camillæ glorias minuisse; tangit specialiter de fortioribus aliquos: vt ex ipsis appareat, quomodo cæteri fuerint fusi. Primò, inquit, Eun.eum strauit, è Clytio patre progenitum.* CVIVS apertum Aduersi longâ transuerberat abiete pectus.] *Huius, inquit, pectus, quum aduersus venisset longâ hastâ transuerberauit. Ecce laus prima bellantis! præuentus hostis, antè quàm potior fieret: præuentus est, non insidijs; sed velocitate certantis. neque enim videre venientem plagam potuit: quia veniebat aduersùs transuerberationis vim. Intellectus ille est: vt non ictum leuem, vt cautus; sed imprudens ac nescius, totum receperit pectore. Ferientis hæc laus est: quæ sic direxerit hastam, vt præuidendo caueri non posset.* SANGVINIS ille vomens riuos cadit.] *Ex ingenti enim pectoris plagâ totus simul sanguis effusus est.* ATQVE cruentam Mandit humum, moriensque suo se in vulnere versat.] *Cadentes enim repentino ictu mordent, quidquid fortassis occurrerit. iste igitur mordens terram, & crebris hoc morsibus faciens, vertebat se, & in suo se cruore voluebat. Hoc dicendo, ostendit, eum tam grauiter percussum; vt illic caderet, vbi confossus est. Quòd verò assiduè voluebatur in vulnus, & terram mandebat, quam rigârat cruor: apparebat, eum aliquem adhuc sensum doloris habuisse.* TV'M Lirim Pegasumq; super.] *Addit Lirim & Pegasum.* QVORVM alter habenas Suffosso reuolutus equo, dum colligit; alter, Dum subit, ac dextram labanti tendit inermem Præcipites pariterque ruunt.] *Cùm Liris, lapsu equi deceptus, habenas colligere niteretur, amisit tuitionem corporis sui. Pegasus, quum lapso auxilium ferret, & inermem dextram lapso porrigens; discrimen imminens vterque vitare non potuit. sic factum est, vt pariter necarentur.* HIS addit Amastrum Hippodaten; sequiturque incumbens eminus hastâ] *Amastrum quoque, Hippodatis filium, strauit, hastâ percussum. addidit q; his, qui supradicti sunt strati esse.* TEREA'QVE, Arpalicum, & Demophoonta, Cromimque.] *Etiam ad hoc pertinet, quod dictum est,* Addit. *hoc ostendit repetita coniunctio.* QVOT'QVE emissa manu contorsit spicula virgo; Tot Phrygij cecidêre viri.] *More suo plurimos generalitate collegit, cum laude pugnantis. nam quanta tela coniecit; tot Phrygios strauit. Hæc fuit subtilitas dimicantis; vt nullus ictus esset inanis.* TOT Phrygij cecidêre viri.] *aut verè Phrygij; aut pro Phrygibus pugnantes.* PROCVL Ornutus armis Ignotis, & equo venator Iapyge fertur.] *Quomodo ignotis armis; & equo venator Iapyge fertur? quomodo* Ignotis armis, *incipit dicere.* CVI pellis latos humeros erepta iuuenco Pugnatori operit, caput ingens oris hiatus, Et malæ texêre lupi, cum dentibus albis: Agrestisque manus armat Sparus: ipse cateruis Vertitur in medijs, & toto vertice suprà est.] *Agrestem Ornutum dicit bello interfuisse armatum, pro qualitate personæ. Denique, pro loricâ corium bubulum habuit, quo dorsum eius humeriq; tegebantur: caput autem eius, ad galeæ vicem, operuerat caput lupi, cum dentibus suis: dimicantis verò manum Sparus armabat, nullâ artificis subtilitate compositus. Sparum dicunt, regionis more, fustem nodosum, quo rustici vtuntur, quum eunt ad bellum. Ipse bellator interea, tali equo vectus, discurrebat inter cateruas: vt non equo ferri videretur, sed vento: &, quum esset in multitudinis medio, solus altior apparebat.* HVNC illa exceptum (nec enim labor agmine verso) Traijcit.] Hunc, *id est, talibus armis instructum, & tanti equi velocitate confisum.* Illa, *hoc est, quæ nôsset visum bellis meliori peritiâ exceptum eum fugientem cum cæteris percussit. Quomodo dixit* Exceptum? *Excipere quippe dicuntur, qui cōtrà veniunt, in venabula feræ. nisi hoc intelligi volueris;* Exceptum, *separatum electione animi, & ad pœnam destinatum ex omnibus, quum nouâ specie incederet, & solus altior fuerit. erat autem facile, talem discernere: quia auerso agmine terga præbuerat. Ferro traijcit, inquit hoc est, sic nescium percussit vt omne ferrum per corpus eius eundo transijsset.* ET super hæc inimico pectore fatur.] *Aperit causam Poeta, ostendens, cur eum Camilla in tantâ multitudine fugientium specialiter persecuta est. temerarius enim bello sese miscuerat; & eius inertiam armorum qualitas demonstrabat. Debuit igitur belli sentire virtutem, qui arbitratus est non emersurum quemquam, à quo posset occidi. Ergo animi sui commotionem Camilla, & iracundiam pectoris, his vocibus fudit.* SYLVIS te, Tyrrhene, feras agitare putasti?] *Nesciens Camilla, quòd Ornutus diceretur, gentis eum nomine arguit: in quo graue voluit esse con-*

AA 3 uitium.

Digitized by Google

Incidit huic, ſubitoque aſpectu territus hæſit
Apenninicolæ bellator filius Auni,
Haud Ligurum extremus, dum fallere fata ſinebāt.
Iſque, vbi ſe nullo iam curſu euadere pugnā
Poſſe, neque inſtantem reginam auertere, cernit,
Conſilio verſare dolos ingreſſus, & aſtu,
Incipit hæc: Quid tam egregium, ſi fœmina forti
Fidis equo? dimitte fugam, & te cominus æquo
Mecum crede ſolo, pugnæque accinge pedeſtri:
Iam noſces, ventoſa ferat cui gloria laudem.
Dixit. at illa furens, acrique incenſa dolore,
Tradit equum comiti, paribusque aſſiſtit in armis,
Enſe pedes nudo, puràque interrita parmâ.
At iuuenis viciſſe dolo ratus, aduolat ipſe,
(Haud mora) conuerſiſq; fugax aufertur habenis,
Quadrupedemque citum ferrato calce fatigat.
Vane Ligur, fruſtraque animis elate ſuperbis,
Nequicquam patrias tentaſti lubricus artes,
Nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno.
Hæc fatur virgo, & pernicibus ignea plantis
Tranſit equum curſu: frænisq; aduerſa prehenſis
Congreditur, pœnasque inimico à ſanguine ſumit.

aliâs incongruè virginē aſperā dicimus. EVMENIVM.] Quia Latina eſt declinatio, ideò me non accipit accentū. nā Statius, quia Græcè declinauit, græcū accentum poſuit, dicens: Nūc Eumeniū audit Ante Thoas. LONGA abiete.] Longâ haſtâ. arborem enim pro haſtâ poſuit. SVFFOSSO.] Caſuro. nam ſuffoſſi equi dicuntur, quos vulgò ceſpitatores vocāt. Alij ſuffuſo legunt, id eſt, præcipiti & cadenti. DVM ſubit.] ſcilicet dum ſe ad ſuſtentationem ruentis inclinat. & vult, vtrumq; tantâ celeritate eſſe percuſſum, vt vnum interemptū putares. inde eſt enim, Præcipites pariterq; ruunt. INERTEM.] Nudā, an nihil proficientem? SEQVITVR.] Pro, perſequitur. ARMIS ignotis.] Nouis, inconſuetis. Vel ignotis, id eſt, non conſpicuis. IAPYGE.] Appulo equo. PELLIS erepta iuuenco.] Id eſt, lorica. nam propriè Lorica, eſt tegmen de corio, tanquam de loro factum, quo maiores in bello vti conſueuerant. CAPVT ingens oris hiatus.] Amphibolon: id eſt, hiatus ingens. AGRESTIS'Q. manus armat ſparus.] Bene agreſtis: nam ſparus eſt ruſticum telum, in modum pedi recuruū. Salluſt. Sparos aut lanceas, alij præacutas ſudes portare. Varro ait, ſparum telum miſſile, à piſcibus ductâ ſimilitudine, qui ſpari vocantur. Alij, ſparus, à ſpargendo dici putant. VERTITVR in medijs.] Id eſt, agitur. nam græcè dixit, ἀναστρέφεται. TOTO vertice ſuprà eſt.] Sic Statius de Capaneo: Et toto tranſſcendit corpore bellum. HVNC illa exceptum.] Fraude circumuentum, vt, Æmulus exceptum Triton. AGMINE verſo.] Aut conuerſo impetu ſuo: aut aduerſariorum collato agmine. TRAIICIT.] Vis iactus oſtenditur. SYLVIS.] Pro, in ſyluis. & eſt Archaiſmus, caſus pro caſu. MVLIEBRIBVS armis.] Vſus obtinuit, vt innuptas, Virgines; nuptas, Mulieres vocemus. Nā apud maiores indiſcretè Virgo dicebatur, & Mulier: vtrumq; enim, ſexum tantùm ſignificabat. vt ecce hoc loco dicit, armis muliebribus: cùm Camillam innuptam fuiſſe manifeſtum ſit. Item in Bucolicis legimus: Ah virgo infelix: cùm Paſiphaên conſtet ex Minoë, ante amorem tauri, filios ſuſcepiſſe. Terentius, in Hecyrâ, etiam mulierem poſt partum, Virginem vocat: Nam vitium eſt oblatum virgini olim, ab neſcio quo improbo. NOMEN tamen haud leue, patrum Manibus hoc referes, telo cecidiſſe Camillæ.] Irriſio eſt, amaritudinis plena. nam, ſi voluerimus ſimpliciter accipere, vt ita ſit dictum, quemadmodum ſuprà: Æneæ magni dextrâ cadis: incipit contrarium eſſe ſuperioribus. Vnde melius eſt, vt perſeueremus in ſenſu; & ita ſit dictum: Magnam re verā gloriam laturus eſt ad manes parentū, quem fœminea tela ſuperarunt. SEDENTIS.] Equitis. Sanè eum ex vicino intelligimus eſſe percuſſum. INTERIOR.] Siniſterior; breuiore ſcilicet circulo. CONGEMINAT.] Hîc diſtinguendum. Nam nemo dicit Securim vulnus congeminat; ſed Securis. INCIDIT huic.] Figuratè: pro, in hanc incidit. Terent. Ego in eum incidi infœlix locum, vt neque amittēdi, neq; retinēdi ſit copia. APENNINICOLÆ bellator filius Auni.] Quia Liguria maiore parte ſui in Apennino eſt conſtituta. Ligures autem omnes fallaces ſunt: ſicut ait Cato, in 2, Originum libro. FILIVS Auni.] Aunus ſcilicet. nam, vt ſuprà diximus, cùm dictis parentibus

filiorū nomina ſupprimuntur, A
eos patri cognomines intelligimus: vt, Tyburti Remulo ditiſſimus olim. REGINAM auertere.] Proprio verbo vſus eſt, vt eſt mos equeſtris: id eſt, nō ſperat fore, vt illā auerteret. VERSARE dolos ingreſſus.] Tractare. vt, Seu verſare dolos, ſeu certæ occūbere morti. ASTV.] Malitiâ. Nā propriè Aſtutos, malitioſos vocamus. vnde in Terentio, poſtquam de domino dixit ſeruus, Aſtu tè: ille iratus ait, Carnifex quæ loquitur? Cicero: Ita ſit, vt tua iſta ratio exiſtimetur aſtuta; meum hoc cōſilium neceſſarium. DIMITTE fugam.] Id eſt, equi celeritatem, cui fidis, relinque. B
Fuga, id eſt, celeritas. vt Iuuenal. etiā indicat verſus: Cuius clara fuga ante alios, & primus in æquore puluis. VENTOSA ferat cui gloria fraudem.] Hæc eſt vera & antiqua lectio, vt fraudē, nō laudē, legas: vt, ſi fraudē legeris, ſit ſenſus: Pedes cōgredere, iā agnoſces, cui inanis iactātia adferat pœnā. Nam fraudē, veteres pœnā vocabant. Ab eo, quod præcedit, id quod ſequitur: vt, Et ſcelus expendiſſe merētē Laocoōta ferūt. Cic. in Cornelianis. Ne fraudi ſit ei, q populū ad cōtentionē vocârit. Vt etiā in antiquo cognoſcitur iure. Sall. in Catil. Diē ſtatuit, antequàm ſine fraude liceret ab armis diſcedere. Eſt aūt ὑπαλλαγὴ: pro, cuī fraus ferat gloriā. Si aūt laudē legerimus, erit ſenſus: Agnoſces, cui inanis gloria afferat laudē. Ventoſa aūt gloria eſt, quā græci κενοδοξίαν vocāt. PARIBVS'Q. aſſiſtit in armis. Pedes: ſicut & illū congreſſurū putabat. PVRA parmâ.] Tunc enim primùm in bella deſcenderat. cùm tyrones pictas minimè geſtarent parmas. FVGAX.] Fugiēs. Nā nomen eſt pro participio: nō enim fugacē poſſumus accipere, quē ſuprà legimus bellatorē. FERRATA calce.] Calcē, genere fœminino vſurpat. VANE ligur.] Aut fallax, aut inaniter iactans. nā vanos, ſtultos, poſteriores dicere cœperunt. & rarū C
eſt etiā in Neotericis. Iuuenal. Sic libitū vano, qui nos diſtinxit, Othoni. Quid aūt hoc loco vane ſignificet, ſequētia demonſtrant: Fruſtraq; animis elate ſuperbis. poſſumus tamē hîc & mēdacē verius accipere: quia ait, Dū fallere fata ſinebāt. Et, Nec fraus te incolumē fallaci perferet Auno. Nigid. Nā & Ligures, qui Apenninū tenuerūt, latrones inſidioſi, fallaces mēdaces. Cato, Orig. 11. cùm de Ligurib. loqueretur: Sed ipſi, vnde oriundi ſunt, exactâ memoriâ illiterati, mēdaces, quę ſunt & vera, minùs meminère. Sanè ſubitò, vt ſolet, ad characterē dramaticū trāſit: neq; enim oſtēdit, Camillā loqui cœpiſſe. LVBRICVS.] Fallax, mobilis. PERNICIB. ignea plātis.] Modò velocibus: aliâs pſeuerātib. Nā Pernix, interdū velox; interdū perſeuerans ſignificat: vt ipſe in Georgic. & inter Dura iacet pernix inſtrato ſaxa cubili. TRANSIT equum curſu.] Nūc hoc incredibile videretur eſſe, niſi p̄miſiſſet in 7. Illa vel intactę ſegetis p ſūma volaret Gramina, nec teneras curſu læſiſſet ariſtas. ADVERSA.] Oppoſita.

AMASTRVM.] Phrygem: ab Amaſtri Helleſpontī. POM. Sabi.
ORNITVS.] Tyrrhenus erat. CVI pellis.] loricā ex corio antiquitas vti conſueuit. LORICAM.] ex loro, id eſt, corio. SPARVS.] genus teli. CATERVIS.] inter medias cateruas, SYLVIS te.] Loquitur Camilla, cæſo Ornito. TVM validam] Apronianus legit, Validā ſecuri cōgeminas

A geminat vulnus. *Aemilius legit,* Validam securim. Cógeminat *si est : distingue in* congeminat: *& postea sic,* vulnus rigat ora cerebro. AVNI.] *sic quidam legit. Arnum hunc eundem dixêre. Latini poëtae semper dixerunt Aunum : vt Silius.* Apenninicolâ regnata antiquitus Auno, *Ligures habitabant Apenninum montem. Cato 3. Originû ait, Ligures omnes esse fallaces.* QVID tam.] *Filius Auni loquitur Camillae.* FRAVDE.] *paeud. antiqui fraudem, vt in iure est, poenam dicebant. Descende, & mecum congredere pedes : & cognosces, cui manis gloria afferat poenam.* PERNICIBVS plantis.] *in fine 7. lib. de pernicitate pedum Camillae.*

VAR. LECT. SED Butem aduersum cuspide figit.] *Antiqui libri legunt,* Sed Butem aduersâ cuspide figit. *legitur & A*uersum. TVM validam perque ossa securim Altior insurgens.] *In antiquis libris legere est,* Tùm validâ, perque arma viro, perque ossa securi, Altiùs exsurgens. EVADERE pugnâ.] *Oblongus liber,* Pugnam *habet, accusatiuo casu. Mediceus, & aliquot alij peruetetes,* Pugnae *scriptum ostendunt.* PVGNAEQVE accinge pedestri.] *In antiquis libris positum est.* Pugnâque adcinge pedestri. FERAT cui gloria laudem.] *Romanus liber* Feret B *legit, &* Fraudem, *pro* Laudem. ACRIQVE incensa dolore.] *In Med. & plerisque antiq. libr.* Accensa, *&* Adcensa *legitur.* PARIBVSQVE assistit in armis] *Pleraque exemplar. manuscripta,* Paribusque resistit in armis *legunt.* ADVOLAT ipse.] *Hîc* Abuolat *omninò, vel* Auolat *legendum.* FERRATO calce fatigat.] *Mediceus liber* Ferratâ *legit.* VANE Ligur.] *Pleraque vetera exemplaria* Ligus *legunt.* ANIMIS elate superbis. *In lib. antiq.* Armis elate superbis *legitur.* INIMICO à sanguine sumit.] *Romanus liber, Mediceus, & alij plerique veteres, legunt* Inimico ex sanguine.

DON. QVALES Threiciae quum flumina Thermodoontis Pulsant & pictis bellantur Amazones armis : Seu circùm Hippolytem, seu quum se Martia curru Penthesilea refert; magnoque vlulante tumultu Foeminea exsultat lunatis agmina peltis.] *Tales, inquit, apparebant Italae virgines, quales sunt Amazones verae, quum aliquos pulsant bello, aut ipsae pulsantur : aut cùm se post victoriam refert Penthesilea, curru vecta, & vlulatibus laetis superiororem se, plenâ gratulatione testatur.* QVEM telo primum, quem postremum aspera virgo Deijcis? aut C quot humi morientia corpora fundis?] *Confectâ comparatione, ait ad Camillam : admirans in eâ feriendi celeritatem, & effusorum inaestimabilem numerum. nam discerni non poterat, quem primo loco, quem postremo mactâsset. Tanta quippe pugnandi ars & celeritas fuit : vt neque ordo, neque numerus occisorum dici posset, aut colligi.* AVT quot humi morientia corpora fundis?] *morientia dixit, non mortua : vt ostenderet, tantam fuisse celeritatem caedis, vt innumeri essent fusi; nec tamen adhuc aliquis animam reddidisset.* EVNAEVM Clytio primum patre; cuius apertum Aduersi longâ transuerberat abiete pectus.] *Quum ipse laudantis studio dixisset, discerni non posse, quem telo primum, quem postremum, Camilla dimicans deiecisset; quantaque morientium corpora reliquisset : ne ipse sibi hoc genere videretur indixisse silentium, aut in generalitate Camillae glorias minuisse; tangit specialiter de fortioribus aliquos : vt ex ipsis appareat, quomodo caeteri fuerint fusi. Primò, inquit, Eun eum strauit, è Clytio patre progenitum:* CVIVS apertum Aduersi longâ transuerberat abiete pectus.] *Huius, inquit, pectus, quum aduersus venisset longâ hastâ transuerberauit. Ecce laus prima bellantis! praeuentus hostis, antè quàm potior fieret : praeuentus est, non insidijs; sed velocitate certantis. neque enim videre venientem plagam potuit : quia veniebat aduersùs transuerberationis vim. Intellectus ille est : vt non ictum leuem, vt cautus, sed imprudens ac nescius, totum receperit pectore. Ferientis haec laus est : quae sic direxerit hastam, vt praeuidendo caueri non posset.* SANGVINIS ille vomens riuos cadit.] *Ex ingenti enim pectoris plagâ totus simul sanguis effusus est.* ATQVE cruentam Mandit humum, moriensque suo se in vulnere versat.] *Cadentes enim repentino ictu mordent, quidquid fortassis occurrerit. iste igitur mordens terram, & crebris hoc morsibus faciens, vertebat se, & in suo se cruore voluebat. Hoc dicendo, ostendit, eum tam grauiter percussum, vt illic caderet, vbi confossus est. Quòd verò assiduè voluebatur in vulnus, & terram mandebat, quam rigarat cruor : apparebat, eum aliquem adhuc sensum doloris habuisse.* TVM Lirim Pegasumque super.] *Addit Lirim & Pegasum.* QVORVM alter habenas Suffosso reuolutus equo, dum colligit; alter, Dum subit, ac dextram labanti tendit inermem; Praecipites pariterque ruunt.] *Cùm Liris, lapsu equi deceptus, habenas colligere niteretur, amisit tuitionem corporis sui. Pegasus, quum lapso auxilium ferret, & inermem dextram lapso porrigens; discrimen imminens vterque vitare non potuit. sic factum est, vt pariter necarentur.* HIS addit Amastrum Hippodaten; sequiturque incumbens eminus hastâ] *Amastrum quoque, Hippodatis filium, strauit, hastâ percussum. addiditque his, qui supradicti sunt strati esse.* TEREAQVE, Arpalicum, & Demophoonta, Cromimque.] *Etiam ad hoc pertinet, quod dictum est,* Addit. *hoc ostendit repetita coniunctio.* QVOTQVE emissa manu contorsit spicula virgo; Tot Phrygij cecidêre viri.] *More suo plurimos generalitate collegit, cum laude pugnantis, nam quanta tela coniecit, tot Phrygios strauit. Haec fuit subtilitas dimicantis, vt nullus ictus esset inanis.* TOT Phrygij cecidêre viri.] *aut verè Phrygij, aut pro Phrygibus pugnantes.* PROCVL Ornutus armis Ignotis, & equo venator Iapyge fertur.] *Quomodo ignotis armis, & equo venator Iapyge fertur? quomodo* Ignotis armis, *incipit dicere.* CVI pellis latos humeros erepta iuuenco Pugnatori operit, caput ingens oris hiatus, Et malae texêre lupi, cum dentibus albis : Agrestisque manus armat Sparus : ipse cateruis Vertitur in medijs, & toto vertice suprà est.] *Agrestem* Ornutum *dicit bello interfuisse armatum, pro qualitate personae. Denique, pro loricâ corium bubulum habuit, quo dorsum eius humerique tegebantur : caput autem eius, ad galeae vicem, operuerat caput lupi, cum dentibus suis : dimicantis verò manum Sparus armabat, nullâ artificis subtilitate compositus. Sparum dicunt, regionis more, fustem nodosum, quo rustici vtuntur, quum eunt ad bellum. Ipse bellator interea, tali equo vectus, discurrebat inter cateruas : vt non equo ferri videretur, sed vento : &, quum esset in multitudinis medio, solus altior apparebat.* HVNC illa exceptum (nec enim labor agmine verso) Traijcit.] Hunc, *id est, talibus armis instructum, & tanti equi velocitate confisum.* Illa, *hoc est, quae nôsset vsum belli meliori peritiâ exceptum eum fugientem cum caeteris percussit. Quomodo dixit* Exceptum? *Excipere quippe dicuntur, qui cõtrà veniunt, in venabula ferae. nisi hoc intelligi voluerit;* Exceptum, *separatum electione animi, & ad poenam destinatum ex omnibus, quum nouâ specie incederet, & solus altior fuerit. erat autem facile, talem discernere : quia auerso agmine terga praebuerat. Ferro traijcit, inquit hoc est, sic nescium percussit vt omne ferrum per corpus eius eundo transisset.* ET super haec inimico pectore fatur.] *Aperit causam Poeta, ostendens, cur eum Camilla in tantâ multitudine fugientium specialiter persecuta est. temerarius enim bello sese miscuerat, & eius inertiam armorum qualitas demonstrabat. Debuit igitur belli sentire virtutem, qui arbitratus est non emersurum quemquam, à quo posset occidi. Ergo animi sui commotionem Camilla, & iracundiam pectoris, his vocibus fudit.* SYLVIS te, Tyrrhene, feras agitare putasti?] *Nesciens Camilla, quòd Ornutus diceretur, gentis eum nomine arguit : in quo graue voluit esse con-*

uitium. Deinque ſic exorſa eſt: *Apparet, inquit, tuæ vanitas gentis: ratum quippe te conſtat, non contra homines ire; ſed feras: & non in campum aut bellum: ſed in ſyluas, venandi voluptate contendere.* ADVENIT, qui veſtra dies muliebribus armis Verba redargueret.] *Aduenit dies, qui armis muliebribus veſtra redargueret verba. Tales vos vel nunc eſſe, cognoſce; quos mulieres occidant.* NOMEN tamen haud leue patrum Manibus hoc referes, telo cecidiſſe Camillæ.] *Ipſa per iracundiam factum ſuum depreſſit, dicendo, magnum eſſe dedecus, armis muliebribus viros occumbere. Ipſa iterum, quum veneris (inquit) ad parentum tuorum manes, comitabitur te magna nominis fama: eriſq; diſsimilis cæteris, quòd Camillæ dextrâ dicaris occiſus. Hæc non ſe expurgat; ſed duo admirabiliter tenuit. ait enim: Habes maximum crimen, quòd fœmina tibi intulit mortem; laudem verò meliorem, quòd Camilla.* PROTINVS Orſilochum, & Buten, duo maxima Teucrûm Corpora.] *Laudantur iſti; vt Camillæ meritum creſcat, quæ tales occidit. Dicitur iam quomodo occiderint ſinguli.* SED Buten auerſum cuſpide figit, Loricam galeamque inter, quà colla ſedentis Lucent, & læuo dependet parma lacerto.] *Iſte eques fuit. hoc indicat, quia dixit, Sedentis loricam habuit, galeam, & parmam: cùm his omnibus munitus adiri non poſſet; ſequentis Camillæ viuacitas, partem, quâ hominem penetraret, inuenit. nam quum, Læuâ humeri parte, parmâ tegeretur; inter loricæ fines & galeæ, caro, quæ feriri poſſet, apparuit: atque ita fixus eſt cuſpide. Superfluum fuit, mortuum dicere: cùm, deſignatione ictus & loci, intelligi valeat, quid ſit conſecutum.* ORSILOCHVM fugiens, magnumque agitata per orbem Eludit gyro interior, ſequiturq; ſequentem.] *Fugiens, inquit, fraude potiùs, quàm timore: neque vt periculum declinaret, ſed vt deciperet imprudentem. nam qui verè fugit, recto & longo contendit itinere: iſta verò in orbem fugiebat interioribus gyris. Hæc fuit fraus, quæ illam fecit ſequentem ſequi.* TVM validam perque arma viro perque oſſa ſecurim, Altior exſurgens, oranti & multa precanti Congeminat; vulnus calido rigat ora cerebro.] *Ecce, quantum profuit dolus! quæ fuit prima, quam gyris interioribus fugeret; tantum potior facta eſt: vt non eminus, neq; haſtâ, ſed ſecuri, potuerit ferire, circumuentum, ita inſtanter oppreſſam; vt ſecundo quoque ictu, quum incaſſum multa conferret, in precem monſtretur eſſe conuerſus. Quo autem corporis loco ictus exceperit, indè apparet. oppreſſus quippe, quum ſeſe ſcuto contegeret; illa exſurgens altior, & ſcutum ipſum, & caput rogantis, vno ſecuris ictu, atque alio repetito, perfregit.* INCIDIT huic, ſubitoque aſpectu territus hæſit Apenninicolæ bellator filius Auni.] *Incidit, hoc eſt, in manus eius imprudens deuenit, filius incolæ montis Apennini; ipſe tantùm bellator.* HAVD Ligurum extremus, dum fallere fata ſinebant.] *Ille inter ſuos non de inferioribus fuit: & fraude certabat, quamdiu ei fata vitam largita ſunt, & Camilla non vidit.* ISQVE, vbi ſe nullo iam curſu euadere pugnæ Poſſe, neque inſtantem reginam auertere, cernit: Conſilio verſare dolos ingreſſus & aſtu, Incipit hæc.] *Quando ſic ſe aduertit oppreſſum, vt reſiſtendi fiducia non eſſet, nec ſpes vlla fugiendi ſuppeteret: vertit ſe ad ſolitum morem; vt declinaret dolo, quod aliâ ratione non poterat. his igitur inſtituit loqui.* QVID tam egregium, ſi fœmina forti Fidis equo?] *Præfers, inquit, & ſuperbiâ vani tumoris attolleris: quia equus te fortiſsimus portat; & non tuâ, ſed ipſius virtute præſumis. quando enim poteſt vlla virtus eſſe in fœminâ?* A DIMITTE fugam & te cominus æquo Mecum crede ſolo, pugnæque accinge pedeſtri.] *Quapropter ſi aliquam tui fiduciam geris, petamus campum, & æquâ conditione certemus. Sit iuſtum inter pares pugnæ certamen: atque appareat virtus propria magis, quàm aliunde quæſita.* IAM noſces, ventoſa ferat cui gloria laudem.] *Experiundo cognoſces, quis debeat iure meritoq; laudari; & quis per inanem iactantiam velit eſſe, quod non eſt. Ventoſa gloria eſt, quæ in verbis eſt, non in re: & eſt vt ventus, qui tranſit per aëra, nec apud aliquem, aut aliquo in loco conſiſtit.* DIXIT, at illa furens, acrique accenſa dolore, Tradit equum comiti, paribusque reſiſtit in armis.] *Mox, vt illa audacia verba conſumpſit, Camillæ dolor & furor excitus eſt. commota igitur tradidit equum comiti ſuæ: & vt fuit armata, ſic ſtetit.* ENSE pedes nudo, puraque interrita parmâ.] *Quia citò & ſteriſſe eam dixit pedibus ſuis, & nudum gladium habuiſſe paratum:* puraque, *ſcilicet ad feriendum. Purâ parmâ, hoc eſt, expeditâ, & ſinè pondere. ſtetit autem nullo conditionis impedita aut turbata terrore.* AT iuuenis viciſſe dolo ratus, auolat ipſe, (Haud mora) conuerſiſq; B fugax aufertur habenis.] *Iuuenem dixit, non laudantis ſtudio; ſed vituperationis. nam fœmina quum interrita conſtitiſſet, propoſitis conditionibus acquieſcens; mox iuuenis, gnarus, quòd ſuperari poſſet, aufugit: pro victoriâ retinens, quia ſubſidio fugæ declinauerat mortem; conuertit ab eâ habenis, cuius præſentiam cupiebat euadere.* QVADRVPEDEMQVE citum ferratâ calce fatigat.] *Parum fuit fugiſſe, ac fiduciam habuiſſe quadrupedis, quum iret velociter: vrgebat quoque quemuis celerem calce ferratâ. Faciebat hoc mortis metu, quam ſe putauerat euaſiſſe.* VANE Ligur, fruſtraque animis elate ſuperbis, Nequicquam patrias tentaſti lubricus artes, Nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno.] *Solent, inquit, Ligures eſſe fallaces: ſed tu non tantùm fallax, ſed & vanus inuentus es. Non tibi proderit inflata loquacitas, & elatum ſoluis tumoribus pectus. Euadendi tibi non erit ſpatium. Fruſtra te pater iſta perdocuit. Tenebo quámuis lubricum: tenebo molientem: tenebo te fallacem. Totum, quod noſti, Camilla fruſtrabitur; nec te vnquam patri remittet incolumem. Oſtendiſti artem: ſed quæ aduerſùs illam obtinere non poſſit.* HÆC fatur virgo.] C *Vt ſuprà cum vituperatione poſuit;* At iuuenis viciſſe dolo ratus: *ſic hoc loco cum laude ait;* Hæc fatur virgo. *nam comparat, quid iuuenis, quid fecerit virgo.* ET pernicibus ignea plantis Tranſit equum curſu: frænisque aduerſa prehenſis Congreditur, pœnasque inimico à ſanguine ſumit.] *Ille, vt fugeret, equi curſu confiſus eſt: hæc, vt ſequeretur, vſa eſt pedibus ſuis. fuit enim igneis plantis: hoc eſt, vltra hominum morem, & fœmineum ſexum, ſatis aptis ad curſum. Ecce, quod equi auxilio iuuenis eſſe non potuit, ſuperauit Virgo pedibus ſuis: & ipſum quoque equum velocitate tranſiit: plus faciens, quàm ſi aduerſum ſtrauiſſet in terram. Denique, quaſi rediens, in faciem fugientis impacta eſt: ibique retentis frænis, ne rurſus aliam verteretur in fugam, congreſsione ex aperto perfectâ, pœnas ſumpſit. Ex eo parabola ſubnectitur, vt egregium factum imagine propoſitâ comparationis ornetur.*

Quàm facilè accipiter ſaxo, ſacer ales, ab alto
Cõſequitur pennis ſublimem in nube columbam;
Comprenſamq; tenet, pedibusq; euiſcerat vncis:
Tunc cruor, & vulſæ labuntur ab æthere plumæ.
At non hæc nullis hominum ſator atque deorum,
Obſeruans oculis, ſummo ſedet altus olympo:
Tyrrhenum genitor Tarchontem in prælia ſæua

SER. QVAM.] *Similitudinis aduerbium eſt. & pronomen, tam ſubiunctiuum, quàm præpoſitiuum. eſt & coniunctio: vt cùm dicimus; Tam hoc, quàm illud.* ACCIPITER ſaxo, ſacer ales, ab alto.] *Sacer ideò, quia Marti eſt cõſecratus accipiter. aut* ſacer; *auibus exſecrabilis: vt,* Auri ſacra fames. *Aut, quod veriùs eſt, nomen Græcum expreſſit. nam* ἱέραξ *dicitur, hoc eſt, ſacer:* ἱερὸς *enim græcè latinè*

Suscitat, & stimulis haud mollibus incitat iras.
Ergo inter cædes, cedentiaque agmina, Tarchon
Fertur equo, varijsque instigat vocibus alas,
Nomine quemque vocans: reficitque in prælia pulsos.
Quis metus, ô nunquam dolituri, ô semper inertes
Tyrrheni? quæ tanta animis ignauia venit?
Fœmina palantes agit, atque hæc agmina vertit?
Quò ferrum? quidue hæc gerimus tela irrita dextris?
At non in Venerem segnes, nocturnaque bella:
Aut, vbi curua choros indixit tibia Bacchi,
Exspectate dapes, & plenæ pocula mensæ.
Hic amor, hoc studium: Dum sacra secundus aruspex
Nuntiet, ac lucos vocet hostia pinguis in altos.
Hæc effatus, equum in medios, moriturus & ipse,
Concitat, & Venulo aduersum se feruidus offert:
Direptumque ab equo dextrâ complectitur hostem,
Et gremium ante suum multâ vi concitus aufert.
Tollitur in cœlum clamor; cunctique Latini
Conuertêre oculos: volat igneus æquore Tarchon,
Arma virumq; ferens: tùm summâ ipsius ab hastâ
Defringit ferrum, & partes rimatur apertas,
Quà vulnus lethale ferat. contrà ille repugnans
Sustinet à iugulo dextram, & vim viribus exit.
Vtque volans altè raptum cùm fulua draconem
Fert aquila, implicuitq; pedes, atq; vnguibus hæsit:
Saucius at serpens sinuosa volumina versat,
Arrectisque horret squamis, & sibilat ore,
Arduus insurgens: illa haud minùs vrget adunco
Luctantem rostro; simul æthera verberat alis.
Haud aliter prædam Tyburtum ex agmine Tarchon
Portat ouans. ducis euentum exemplumq; secuti

A *latinè sacerdos vocatur. Cur autem Græcè ita dictus sit, ratione non caret: quia nota est sacrorum peritis.* CONSEQVITVR pennis.] *Noua laus Camillæ: siquidem accipiter columbam sequitur; ista hostem præcedit. Ipsa autem auium comparatio, sumpta est è contrario. nam æquius vir accipitri; Camilla comparetur columbæ.* EVISCERAT.] *Ne vulgari verbo & græco vteretur, dicens Exenterat: ait,* pedibusque euiscerat. TVM cruor, & vulsæ labuntur ab æthere plumæ.] *Ecbasis poëtica, id est, excessus.* NON nullis.] *Id est, nô negligentibus. Nam Liptotes figura est. vult enim* B *dicere: non leuiter Iupiter intuebatur ista certamina. Ideò & adiecit,* obseruans oculis, *id est, intentè aspiciens. Plautus:* Obseruato, quàm blandè suppalpatur mulieri. INSTIGAT vocibus alas.] *Incitat & irritat ad redditum. primum enim est, vt fugere desinant: pòst, vt in hostes impetum faciant.* NOMINE quemque vocans.] *Per hoc extrema necessitas indicatur.* REFICITQVE.] *Id est, restituit.* QVIS metus.] *Dolentis, interrogantis: id est, Qualis, quantus? quòd viros etiam fœminam timere compellit? Vnde paulò pòst,* Quæ tanta animis ignauia venit? Fœmina palantes agit. O' nunquam dolituri.] *Id est, stulti. Stul-* C *tus enim est, quisquis iniuriâ non mouetur. Et bene,* nunquam: *siquidem antè sæuitiam Mezentij pertulerunt; nec se vlti sunt. Nunc præbent terga mulieri: & nec hinc quidem commouentur dolore. Nonnulli tamen dolorem, studij alicuius ardorem, & promptam gloriæ cupiditatem, veterum more dictum tradunt: vt Græci πόνον.* ATQVE hæc agmina vertit?] *Δεικτικῶς: id est, multitudinem tantam, hoc est, magnam.* IRRITA.] *Id est, Inertia, quæ nos vlcisci minimè valent.* AT non in Venerem segnes.] *Latenter hoc dicit: Mulierem fugitis, quia armata est: aliàs primi ad hunc curritis sexum.* NOCTVRNAQVE bella.] *Quibus coitus. Alibi:* Et si quando ad prælia ventum est. CVRVA tibia.] *Symphonia, chorum* Bacchi *autem ideò; quia apud veteres ludi theatrales non erant, nisi in honorem Liberi patris. Hanc tibiam Græci πλαγίαυλον vocant; Latini Vascam tibiam. & est Dionysia, cùm maximè eâ Satyri vtantur.* EXSPECTATE.] *Pro, exspectatis. modum pro modo posuit.* HIC amor, hoc studiû.] *Per parenthesim dictum est. nam ordo est: pocula mensæ, dum sacra secundus aruspex Nuntiet.* SECVNDVS aruspex.] *Pro, secunda sacra id est, prospera: sicut econtrario Homerus μάντι κακῶν, id est, malorum diuine.* IN altos lucos.] *Illic enim epulabantur sacris diebus. Mirè autem* vocet hostia, *pro, vt ad hostiam conueniatis.* MORITVRVS & ipse.] *Moriturus animo: nam moriturus non est. Quòd autem ait,* & ipse; *aut ad Camillam, aut ad Venulum respicit.* TVRBIDVS.] *Id est, terribilis.* DIREPTVMQVE ab equo dextrâ complectitur hostem.] *Hoc de historiâ tractum est. Nam Caius Iulius Cæsar, cùm dimicaret in Galliâ, & ab hoste raptus, equo eius portaretur armatus: occurrit quidam ex hostibus, qui eum nôsset, & insultans ait;* Cæcos Cæsar: *quod, Gallorum linguâ, Dimitte significat: & ita factum est, vt dimitteretur. Hoc autem ipse Cæsar in Ephemeride suâ dicit: vbi propriam commemorat felicitatem. Est & alia huius rei historia. Varro enim, cùm de suo cognomine disputaret, ait; eum, qui primus Varro sit appellatus, in Illyrico hostem, Varronem nomine, quòd rapuerat, & ad nos portauerat, ex insigni facto meruisse.* TOLLITVR in cœlum clamor.] *Rei scilicet admiratione.* RIMATVR.] *Inquirit. vt,* rimanti telum ira facit. EXIT.] *Euitat: vt,* Atque oculis vigilantibus exit. VTQVE volans altè raptum.] *Homerica comparatio. ὄρνις γάρ σφιν ἐπῆλθε περησέμεναι μεμαῶσιν, αἰετὸς ὑψιπέτης ἐπ' ἀριστερὰ λαὸν ἐέργων, φοινήεντα δράκοντα φέρων ὀνύχεσσι πέλωρον ζωὸν ἔτ' ἀσπαίροντα, καὶ οὔπω λήθετο χάρμης. κόψε γὰρ αὐτὸν ἔχοντα κατὰ στῆθος περὶ δειρὴν, ἰδνωθεὶς ὀπίσω, ὁ δ' ἀπὸ ἕθεν ἧκε χαμᾶζε ἀλγήσας ὀδύνῃσι, μέσῳ δ' ἐνὶ κάββαλ' ὁμίλῳ· αὐτὸς δὲ κλάγξας πέτετο πνοιῇς ἀνέμοιο. & virtim altè volans; an altè raptum; an altè fert?* LVCTANTEM rostro.] *Magnâ breuitate rem descripsit.* DVCIS exemplum, euentumque.] *Et virtutem; & felicitatem. Exemplum, quòd cœpit: euentum, quòd prosperè.*

POM. Sabin. ACCIPITER.] *sacer est Marti. Ergo hîc non pro execrabili; vt aliquando.* AT non hæc.] *non leuiter Iupiter intuebatur ista certamina.* TARCHON.] *instigatus à Ioue, fertur in medios hostes.* QVÆ tanta ignauia.] *Loquitur Tarchon: Timetisne etiam fœminam? nam Hetrusci credebant. quod per hæc verba vult intelligere: Fugitis? mulier hæc est. Segnes estis ad bellum: at non essetis in libidinem.* BACCHI.] *vel quòd ludi theatrales, apud veteres, tantùm in honorem Liberi patris: vel, & meliùs, propter Bacchanalia, quæ nocturno tempore fiebant.* TIBIA.] *In sacris Bacchi tibia adhibebatur.* AT lucos.] *post sacra epulabantur in lucis.* EXIT.] *euitat. Venulus euitauit iram Tarchontis. obluctabatur, vt euaderet Venulus, sed non euasit.*

VAR. Lect. TVNC cruor & vulsæ.] *In Romano libro,* Tùm cruor euulsæ, *legitur.* TYRRHENVM genitor Tarchontem.] *Romanus liber, Mediceus, & pleriq; alij veteres,* Tarchonem *legunt, absq; t: &* Tharco, *absque n finali literâ, rectum, ponunt.* INCITAT iras.] *In Romano libro, & in Oblongo,* Inijcit *habetur.* ET semper inertes.] *Antiqui libri,* O' semper *legunt.* QVIDVE hæc geritis tela irrita dextris?] *In Romano libro legere est,* Quidue

hæc gerimus tela. EXSPECTATE dapes.] *Antiqui libri legunt* Exspectare. SE turbidus infert,] *In Romano libro* Offert *legitur.* VROET adunco.] *In Romano libro,* Obunco *legit,* & Abunco. DVCIS euentum exemplumque secuti.] *In antiquis libris,* Exemplum euentumque *habetur.*

DON. QVA'M facilè accipiter saxo, sacer ales, ab alto, Consequitur pennis sublimem in nube columbam, Comprensamque tenet, pedibusque euiscerat vncis.] *Camillæ laudem plenissimè in libro Septimo prosecutus est: sed hic omni occasione laudationis accumulat. Sic, inquit, illa secuta est, ac fugientem strauit: quomodo accipiter columbam, inter nubes positam, comprehendit, & vnguibus laniat. Magna autem virtus est, sequi fugientem: strauit quippe. Qui sequitur, de interstitio venit: & qui fugiendo præcedit, ac sequentem metuit, addit fugæ maiorem necessitatem, vt possit euadere. Proinde laudandus est, qui sequi potuerit fugientem: plùs Camilla; quæ transiit equum cursu, & de inimico pœnas exegit.* TV'M cruor, & vulsæ labuntur ab æthere plumæ.] *Hoc ad ornatum descriptionis pertinet: cæterùm à Camillæ facto satis remotum est. Sacrum dixit alitem: aut sacrum, propter augurium necessarium; aut exsecrabilem auibus, ac satis metuendum. sicuti &,* Auri sacra fames, *dicta est: quia ipsius causâ, omnibus opportuna perpetrãdis sceleribus via est.* AT non hæc nullis hominũ sator atque deorum Obseruans oculis, summo sedet altus olympo.] *Interea Iupiter, ad quem cura hominũ deorumq́ pertinet, nõnulla oculis, quæ gererẽtur, attẽdens.* TYRRHENVM genitor Tarchontem in prælia sæua Suscitat, & stimulis haud mollibus incitat iras.] Suscitat *pulchrè posuit, quasi cum fuit otiosè dormientem, alijs duro Marte pugnantibus. Suscitabatur ergo stimulis acrioribus ad bellum: vt illis fieri solet, qui alto somno pressi; faciliùs euigilare non possunt.* ERGO inter cædes, cedentiaque agmina, Tarchon Fertur equo.] *Quum cecidissent alij; cæteri verò instantibus cederent: Tarchon discurrebat per vniuersos: equo celeri vectus, pulsos reuocabat ad bellum, non blandis verbis, sed ad obiurgationem necessarijs.* NOMINE quẽq; vocãs.] *In hortationibus omnibus plurimũ valet nominum commemoratio. Incitatur enim ad capessendam gloriam, cuius nomen aliquibus satis est notum. Denique sequitur:* REFICIT'QVE in prælia pulsos.] *Ecce, quantum pos fuit causæ; & quanti refecti sunt commemoratione nominis proprij.* QVIS metus, ô nunquam dolituri, & semper inertes Tyrrheni.] *Imitatus est Iouem, qui eum stimulis haud mollibus exclusit in campum. nam ipse quoque acriora suis ingessit.* Quis, *inquit, metus vestras mentes pectoraq; possedit? quid tales exsistitis, vt dolituros vos existimet nullus? Semperne inertem ducetis vitam, & nunquam tendetis ad ea, quæ strenuis & virtuti conueniant? Cur ignaui? Cur miseri?* Quis *hoc malum vobis inimicus inuexit? Cœpit iam ipsorum enumerare ludibria: vt, pudore confusi, tandem se intelligerent viros.* FOEMINA palantes agit.] *Vna, inquit, fœminæ. obtrectationem sumpsit à numero, & sexu. addidit:* ATQVE hæc agmina vertit.] *Demonstrauit hoc dictum, quantum obiurgationi ipsi pondus adiecit.* Quanto, *inquit, agmine sitis congregati, intuemini oculis vestris: & tamen vos vna agit fœmina, & dare terga compellit. Signato vsus est verbo,* Agit. *Agi enim dicuntur inertia animalia, quoties de loco ad alterum ducuntur, aut in venationibus, ad voluptatem venantis, terroribus minores feræ per diuersa agitantur.* QVO' ferrum? quidve hæc geritis tela irrita dextris?] *Certè, si vobis inertia placet; cur non deponitis ferrum? cur non exoneratis dextras gladijs? Proijci debet, quod frustra portatur.* AT non in Venerem segnes, nocturnaque bella.] *Scio tamen vos in alijs fortes: sed tunc, quum Venereum venitur ad bellum, & nocturna certamina.* AVT, vbi curua choros indixit tibia Bacchi.] *Aut tunc minùs segnes estis; quum vobis saltatio turpis, & chorus, sono tibiæ canentis inducitur,* EXSPECTARE dapes, & plena pocula mensæ. Hic amor, hoc studium.] *Amatis illa, quæ virtutis gloriam negant: exquisitas scilicet ac deliciosas dapes, & vltra necessitatem naturæ ingesta, & vsque ad ebrietatem pocula.* DVM sacra secundus aruspex Nunciet, & lucos vocet hostia pinguis in altos.] *Tamdiu, inquit, vina consumitis: donec aliquid vobis prosperum de sacris aruspex nuntiet; aut pinguis hostia temulentis ingeratur ad cibum.* HÆC effatus, equum in medios, moriturus & ipse, Concitat; & Venulo aduersum se feruidus offert.] *Citò dixit, quid etiam ipsi immineret, cui cæteri displicebant. Obtulit se, inquit, Venulo aduersum. debuit enim prior aliquid audere, qui omnium hortator exstiterat.* DIREPTVM'QVE ab equo dextrà complectitur hostem, Et gremium ante suum multâ vi concitus aufert.] *Occurrit Venulo, & ab equo sedentem rapuit; inimicis eum complexibus retinens, ac præ se portans. Hoc factum quum non admitteret fidem, & incredibile fuit, posse dorso equi diripi armatum: addidit difficultatem, dicens;* Multâ vi concitus aufert. *vt, maiore virtute atque impetu venientis id fieri potuisse, legentes approbent, & faciliùs credant.* TOLLITVR in cœlum clamor.] *Tyrrhenorum scilicet voces, qui factum mirabantur.* CVNCTI'QVE Latini Conuertère oculos.] *Vt cernerent, quod nunquam viderant.* VOLAT igneus æquore Tarchon, Arma virumque ferens.] *Totum mirabile fuit: scilicet, quòd rapuerat virum; quòd per campos volitans regebat quadrupede cursum; quòd tenebat arma, & secum vehebat armatum.* TV'M summâ ipsius ab hastâ Defringit ferrum, & partes rimatur apertas, Quà vulnus lethale ferat.] *Cumulat his augmentis Tarchontis laudem: describens certamen quoque eius, quod inter tot difficultates non dubitabat exercere: primùm quippe prælio strenuus, & consilio bonus. Renitenti sustulit ferrum, defringens eam partem hastæ, quà tenebatur infixus: ne spem etiam ipse gereret in reluctatione feriendi. Dehinc rimari cœpit, hoc est, attentiùs quærere eam corporis partem, quâ non læderet hominem vulnere, sed necaret.* CONTRA ille repugnans, Sustinet à iugulo dextram.] *Sustinet enim occursu necessario à iugulo dextram.* ET vim viribus exit.] *Nec Venulo consiliũ defuit: sustinebat enim occursu necessario imminentẽ iugulo hostilem dextrã. Tarchõ quærebat instãtius, quâ hosti tale vulnus referret: Venulus cõtrà, eã tuebatur corporis partẽ, quâ posset occidi. Interea, dũ contrarijs nititur, vi effudit Venulũ: quod aduexerat inimica violentia. Et hoc memorabile: nam tantum euasisse, quantum fecisse, gloriosum.* VT'QVE volans altè raptum cùm fulua draconem Fert aquila, implicuitq; pedes, atq; vnguibus hæsit; Saucius at serpens sinuosa volumina versat, Arrectisque horret squamis, & sibilat ore.] *Pulchra inuentio, ad ornatum parabolæ istius apposita, draconis & aquilæ. sunt enim in suo genere fortissima: quia nec raperet Tarchon, nisi quia fortissimus fuit: nec euaderet Venulus, nisi quia inferior non fuit. Descriptio quoq; adiecta certaminum: vt indè probaretur, quale exstitisset inter Tarchontẽ Venulumq́ certamen. Tenebat draconẽ summo in aëre suspensum, inhærens vnguibus, & rostro simul. renitebatur ille sinuosis flexibus, sibilis quoque; & venantem formidine capitis tenebat instantem.* HAVD aliter prædã Tyburtũ ex agmine Tarchon Portat ouans.] *Post parabolam, respondet superioribus.*

SER. MÆONIDÆ.] *Lydi:* vt, Mæoniæ delecta iuuentus. ARTE.] *Fraude,* *dolo:* vt, Arte pelasgâ. QVA'se cunque furens medio tulit agmine virgo, Hâc

Mæonidæ incurrunt. tùm fatis debitus Aruns, Velocem iaculo & multâ prior arte Camillam Circuit, &, quæ sit fortuna facillima, tentat.

Quà se cunque furens medio tulit agmine virgo:
Hâc Aruns subit,& tacitus vestigia lustrat.
Quà victrix redit illa, pedemq; ex hoste reportat:
Hâc iuuenis furtim celeres detorquet habenas.
Hosq; aditus,iamq; hos aditus, omnemq; pererrat
Vndique circuitum, & certam quatit improbus hastam.
Fortè sacer Cybele Choreus,olimque sacerdos,
Insignis longe Phrygijs fulgebat in armis:
Spumantemq; agitabat equũ; quem pellis ahenis
In plumam squamis,auroque inserta,tegebat.
Ipse peregrinâ ferrugine clarus & ostro,
Spicula torquebat Lycio Cortynia cornu.
Aureus ex humeris sonat arcus; & aurea vati

A go, Hâc Aruns subit.] *Vt etiam suprà diximus, ita Poeta loquitur, vt aliquibus locis det suspitionem, quòd Aruns de Turni partibus fuerit. namq; & in Camillam impetum fecit; & cum eâ rursus recedit: quod nisi de socio non procedit. Donatus etiam dicit, esse manifestum signum, socium ei fuisse: quòd Apollinem Soractis inuocat montis; de quo Turno auxilia constat venisse. Licèt possit fieri, vt alterius loci homo, alterius loci inuocet numen. Item ad argumentũ vocat,* Patrias remeabo inglorius vrbes: *quod etiã de hoste procedit.* Inglorius *aũt ideò: quia, superare fœminã, nullã cõstat esse virtutẽ. Aut, quia nec gloriari poterat, si Camillã earundem partiũ occidisset. vt, quod supradictum est, videatur eam inuidiâ peremisse; quod viris præripiat gloriam, & sola nobiliter pugnet Camilla.*

B TACITVS.] *Hoc est, latens.* CIRCVITVM.] *Propriè. Nam Circuire, insidiantium est. vnde est,* Nec gregibus nocturnus obambulat. CERTAM hastam.] *Ineuitabilem. Vnde est è contrario:* Et incertam excussit ceruice securim, *id est, infirmam, euitabilem.* SACER Cybele.] *Nunc montem pro nomine, quod in eo colitur, posuit. Et bona occasio ad mortem Camillæ, vt sacerdotem maioris numinis conetur occidere: per quod quasi exautoratur Dianæ fauor, interueniente maioris numinis iracundiâ.* OLIMQVE sacerdos.] *Aut quia vetus sacerdos: aut cuius etiam maiores sacerdotes fuissent, quibus apud veteres in sacra quoque succendebantur.* LONGE fulgebat.] *Vel longè fulgebat, vel longè insignis.* QVEM pellis ahenis In plumam squamis, auroque conserta tegebat.] *Cataphractum eum fuisse significat. Cataphracti autem equites dicuntur, qui & ipsi ferro muniti sunt, & equos similiter munitos habent. de quibus Sallustius:* Equis paria operimenta erant, quę linteo ferreis laminis in modum plumæ adnexuerant. *Pluma est in armaturâ, vbi lamina in laminam se indit. Nunc autem pro linteo pellem posuit. & æneas squamas, æreas*

C *laminas intelligimus.* In plumam *verò, in similitudinem plumæ: vt,* Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum, *id est, in antri similitudinem. Sanè sciendum, quòd ipsos equites cataphractos dicimus. Sallustius:* Et sequebantur equites cataphracti. PEREGRINA ferrugine.] *Vt Hibera, id est, Hispana. nam ipse hoc alibi exposuit;* Et ferrugine clarus Hiberâ. *Quidam purpuram accipiunt: quòd eius prima tinctura ferrugineo colore sit.* SPICVLA torquebat Lycio Cortynia cornu.] *Cretenses sagittas Lycio arcu dirigebat: quod, vt etiam suprà diximus, ad ornatum poni consueuit.* VATI.] *Hic vatem, suprà sacerdotem: vt de Heleno vtrumque.*

DOM. ARVNS.] *nomen Hetruscum est,* Cybelus, *mons Phrygiæ: à quo Cybele mater deûm dicta. Camilla, capta huius sacerdotis Chorei ornamento, insequebatur. Aruns, qui obseruabat virginem per omnia loca, emisso telo interemit.* QVEM pellis ahenis.] *tegmen equi erat pellis, cum æris squamis, constructis in modum plumæ: vt,* Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum; *id est, in antri similitudinem.* FERRVGINE.] *pro ferro posuit, vt suprà:* id est, *pro armis.*

VAR. Lect. QVA se cunque furens.] *In antiquis libris*, Quà se cunque ferens, *legitur.* HOSQVE aditus, iamque hos aditus.] *In antiquis libris,* Hos abitus, iamque hos abitus, *legitur.* FORTE sacer Cybele Choreus.] *In libris aliquot antiquis,* Satus Cybelo *legitur: & pro* Choreus, Chloreus. AVROQVE inserta tegebat.] *Exemplaria vetustiora legunt,* Auro conserta.

DON. DVCIS exemplum euentumq; secuti Mæonidæ incurrunt.] *Hos non tantùm animarunt Tarchontis dicta, sed exemplum magis, & facti euentus: in quo auspicium cæteris fuit, & fiducia dimicandi.* TVM fatis debitus Aruns, Velocem iaculo & multâ prior arte Camillam Circuit; &, quæ sit fortuna facillima, tentat] *Fatis debitus Aruns, id est, fatis Camillæ: & ipse quoque vltimis fatis obnoxius, velocem Camillam circumijt iaculo; occasionem quæritans feriendi.* QVA se cunque furens medio tulit agmine virgo; Hac Aruns subit,& tacitus vestigia lustrat.] *Sequebatur insciam tacitus: & ad ipsas ibat partes, in quas illa tendebat. Dixit autem causam, quâ perfectum est, vt illa explorantis Aruntis non sentiret insidias. Ferebatur, inquit, studio belli, & furore certaminum.* QVA victrix redit illa, pedemq; ex hoste reportat; Hâc iuuenis furtim celeres detorquet habenas.] *Ideò* Furtim: *quia iuuenis fœminam non audebat prouocare congressu.* HOS abitus, iamque hos abitus, omnemque pererrat Vndique circuitum, certam quatit improbus hastam.] *Quacunque abibat, vel quacunque habuit transitum, & quoscunque illa circuitus obibat, obseruabat iste: opperiens casum, quo posset circumuenire fortiorem. Hastam autem manu frequentiùs agitabat. hoc enim hominis suggerebat improbitas, hoc est, concepta impatienter cupiditas feriendi. Sic enim pergebat, crebrò commouens hastam: vt videretur sibi iam implere posse, quod cœperat.* FORTE sacer Cybelo Chloreus, olimque sacerdos.] *Hoc est, verè consecratus, & cuius deuotionem probâsset antiquitas.* Cybelo, *id est, loco in quo Cybele colebatur.* INSIGNIS longè Phrygijs fulgebat in armis.] *Admirabilis fuit: & hunc Phrygia arma fulgere faciebant etiam tunc, quum longiùs degeret. Post generalitatem, dicit per species, quomodo longè fulgebat. nam ipse est verus fulgor & plenus, qui longè positus apparet, & cernitur.* SPVMANTEMQVE agitabat equum.] *Non enim spumant equi, nisi qui plurimum currunt.* QVEM pellis ahenis In plumam squamis auro conserta tegebat.] *Et tetigit speciem; &, quomodo facta esset, ostendit. Pelle, ait, fuerat tectus; ornata ahenis squamis, & auro fulgentibus. Squama, est propriè serpentis & piscis; quam facit compositio naturalis. nam & ordinibus digesta est, & viarum plurimarum impressione distincta. Quicquid igitur in hãc similitudinem subtilitatis artificium fingit, Squama dicitur. Hæc fit ex minutis laminis, inuicem se retinentibus: quæ speciem faciant squamæ, & sint tali digestione compositæ, vt est in auibus pluma. vbi cùm vna alteram premit, nascitur in aspectu gratia, & animum compositio ipsa delectat ac pascit.* IPSE peregrinâ ferrugine clarus & ostro, Spicula torquebat Lycio Cortynia cornu.] *Ipse, inquit, vt ab equo ad hominem transitum faceret. Ipse ergo eques, peregrinâ ferrugine clarus fuit. Cuius sit meriti ista ferrugo, ostri indicat additamentum. non enim species speciei coniungitur; nisi vtraque sibi æquo merito & honore respondeat. Proinde, quia ostro scimus nihil esse gratius; Ferruginem peregrinam, hoc est, ex melioribus regionibus aduectam, quæ ostro meruit iungi, maioris precij debemus accipere. Habuit autem spicula, quæ Lycio cornu, hoc est, lycio arcu, torquebat. Cornu, hoc loco ligni genus dixit; non alicuius animalis.* AVREVS ex humeris erat arcus, & aurea vati Cassida.] *Totus ad pulchritudinem decoremq; compositus.*

CASSI-

Caſſida: tùm croceam chlamydemque, ſinuſq́; crepantes
Carbaſeos, fuluo in nodum collegerat auro,
Pictus acu tunicas, & barbara tegmina crurum.
Hunc virgo, ſiue vt templis præfigeret arma
Troïa; captiuo ſiue vt ſe ferret in auro;
Venatrix, vnam ex omni certamine pugnæ
Cæca ſequebatur, totumque incauta per agmen,
Fœmineo prædæ & ſpoliorum ardebat amore.
Telum ex inſidijs cui tandem tempore capto
Conijcit, & ſuperos Aruns ſic voce precatur.
Summe deûm, & ſancti cuſtos Soractis Apollo,
Quem primi colimus; cui pineus ardor aceruo
Paſcitur, & medium freti pietate per ignem
Cultores multâ premimus veſtigia prunâ:
Da pater hoc noſtris aboleri dedecus armis
Omnipotens: non exſuuias, pulſæ'ue trophæum
Virginis, aut ſpolia vlla peto: (mihi cætera laudem
Facta ferent) hæc dira meo dum vulnere peſtis
Pulſa cadat: patriam remeabo inglorius vrbem.
Audijt, & voti Phœbus ſuccedere partem
Mente dedit: partem volucres diſperſit in auras.
Sterneret vt ſubito turbatam Marte Camillam,
Annuit oranti; reducem vt patria alta videret,
Non dedit: inque Notos vocem vertêre procellæ.
Ergo vt miſſa manu ſonitum dedit haſta per auras;
Conuertêre animos acies, oculoſque tulêre
Cuncti ad reginam Volſci. nihil ipſa, nec aura,
Nec ſonitus memor, aut venientis ab æthere teli:

SER. CASSIDA.] *Pro, caſſis. nam accuſatiuum poſuit pro nominatiuo.* PICTVS acu tunicas, & barbara tegmina crurum.] *Pictus tunicas, pictus crurum barbara tegmina: Id eſt, habebat veſtem phrygionis arte perfectam. Sanè armorum longa deſcriptio illûc ſpectat, vt in eorum cupiditatem meritò Camilla videatur eſſe ſuccenſa.* FOEMINEO.] *Inpatienti, irrationabili: vt,* Fœmineæ ardentem curæq; iræq; coquebant. SVMME deûm.] *Ex affectu colentis dicitur. nam Iuppiter ſummus eſt.* SANCTI cuſtos Soractis, Apollo.] *Soractis, mõs eſt Hirpinorum, in Flaminiâ collocatus. In hoc autem mõte, cùm aliquando Diti patri ſacrum perſolueretur, (nam Dys manibus conſecratus eſt) ſubitò venientes lupi, exta de igni rapuerunt. quos cùm diu paſtores ſequerentur: delati ſunt ad quandam ſpeluncam, halitum ex ſe peſtiferum emittentem, adeò vt iuxtà ſtantes necaret. & exinde eſt orta peſtilentia; quia fuerant lupos ſecuti: de quâ reſponſum eſt, poſſe eam ſedari, ſi lupos imitarentur, id eſt, rapto viuerent. Quod poſtquam factum eſt, dicti ſunt ipſi populi Hirpini Sorani. Nam lupi, Sabinorum linguâ Hirpi vocantur. Sorani verò, à Dite: nam Ditis pater Soranus vocatur: quaſi lupi Ditis patris. Vnde memor rei Vergilius, Aruntem paulò pòſt comparat lupo; quaſi Hirpinum Soranum.* PINEVS ardor.] *Ignis πεύκινος.* ACERVO.] *Pyrâ, coacervatione lignorum.* FRETI pietate.] *Iſte quidem hoc dixit: ſed Varro vbique expugnatorem religionis ait, cùm quoddam medicamentum deſcriberet:* Et vt ſolent Hirpini, qui ambulaturi per ignem, medicamento plantas tingunt. MVLTA prunâ.] *In prunâ. Pruna autem, quamdiu ardet, dicitur. Horatius:* Prætextam, & latum clauum prunæque batillum. *Cùm autem extincta fuerit, carbo nominatur. Terentius:* Tam excoctam atque atram reddam, quàm carbo eſt. *Nam Pruna à perurendo dicta eſt.* EXSVVIAS, pulſæ'ue trophæum.] *Exſuuias occiſæ, pulſæ trophæum. Et propriè: nam, vt ſuprà diximus, de occiſis hoſtibus triumphabant; de pulſis figebant trophæa.* PARTEM mente dedit, partem volucres diſperſit in auras.] *Bona moderatio Apollinis, inter ſacerdotis preces, & voluntatem ſororis. Eſt autem Homeri, orante Patroclo Achille:* ὡς ἔφατ' εὐχόμενος, τοῦ δ' ἔκλυε μητίετα Ζεύς· τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατήρ, ἕτερον δ' ἀνένευσε, νηῶν μέν οἱ ἀπώσασθαι πόλεμόν τε μάχην τε δῶκε, σόον δ' ἀνένευσε μάχης ἐξαπονέεσθαι. NIHIL ipſa, nec auras, nec ſonitus memor.] *Hæc eſt antiqua lectio; vt declinatum, ἡ αὔρα, τῆς αὔρας. Namque apud maiores trahebatur interdum à Græco genitiuus ſingularis. Hinc eſt & Paterfamiliâs, & Materfamiliâs: quæ duo tantùm nomina remanſerunt. nam nec huius Auras dicimus, nec huius Cuſtodias ſecundùm Salluſtium, qui ait:* Caſtella cuſtodias theſaurorum; *pro, cuſtodiæ. Etenim ita Aſper intelligit: licèt alij* cuſtodias, *accuſatiuum velint. Sanè Paterfamiliâs, & Materfamiliâs, quando dicimus, familias indeclinabile eſt. Si autem Paterfamiliæ dixerimus: iam non erit nomen, ſed locutio: & familiæ erit datiuus. Nam Pater mihi eſt, dicimus. Terentius:* Naturâ tu illi pater es, conſilijs ego. *Multi tamen volunt, in numero plurali nomen vtrumq; declinari: vt dicamus, hi Patresfamiliæ, horum Patrumfamiliarum.* A

POM. Sabi. CASSIDA.] *id eſt, caſſis.* SORACTIS.] *Soracte, mons eſt in agro Phaliſco, Apollini ſacer: cuius ſacerdotes, illæſi ſupra prunas ardentes ambulabant. Ad radices montis locus fuit, Diti ſacer: in quo cùm ſemel ſacra eius fierent, lupi rapuerunt exta. quos ſacerdotes perſecuti ſunt, vſq; ad hiatum terræ: vnde peſtilens halitus exibat. ex eo tempore orta peſtilentia, multos necauit. & reſponſum eſt,* B *poſſe morbum extingui, ſi rapto viuerent, vt lupi. quod fecerunt: & ob hoc Hirpiſorani fuerunt appellati. Sabini enim, lupos dicunt Hirpos: & Samnites, qui ab eis originem habent, ſic nominãt. Soranus, linguâ Sabinâ, Pluto interpretatur. De ſacerdotibus, ambulantibus ſupra ignem, meminit Plinius & Silius.* NEC auras.] *quia ille non remeauit, vt eſſet vltio Camillæ.* NEC auras.] Auras, *genitiui caſus eſt. ſic legit Aſper. apud antiquos, Græcus genitiuus & in vſu erat: vt Maia Maias. remanſit in conſuetudine, hæc familia, huius Familias: vt Paterfamiliâs. Varro paterfamiliaris, dixit: Siſenna, in multitudine, Patres familiarum.*

VAR. Lect. TOTVM'QVE incauta.] *Antiqui libri* Incenſa *legunt.* CV'M tandem tempore capto Conijcit.] *Veteres quidam aliquot libri,* Cunctantem tempore capto Concitat, *legunt.* FACTA ferent.] *In antiquis libris ſcriptum obſeruaui,* Ferant. PATRIAM remeabo inglorius vrbem.] *In libris antiquis,* Patrias remeabo inglorius vrbes, *ſcriptum inueni.* C NIHIL ipſa, nec auræ.] Auras, *antiquam eſſe lectionem, Seru. aſſeuerat. Sunt etiam libri, in quibus* Nihil illa *ſcriptum ſit.*

DON. TV'M croceam chlamydemque, ſinuſque crepantes Carbaſeos, fuluo in nodum collegerat auro.] *Iſtius clara fuerat, & carbaſea chlamys; in colore tamen croceo verſa. Hanc chlamydem, quò expeditior eſſet aureis nexibus in nodum habuit collectam.* PICTVS acu tunicas, & barbara tegmina crurum.] *Nomine artis, qualis eſſet tunica, demonſtrauit. nam huiuſmodi veſtes acu pictæ dicuntur. Tegebantur autem crura eius barbarico opere, tegminibus factis. & hoc nomen eſt: nam, qui hanc exercent, Barbaricarij dicuntur; exprimentes ex auro & coloratis filis hominum formas, & diuerſorum animaliũ, & ſpecierum imitatam ſubtilitate veritatem.* HVNC virgo, ſiue vt templis præfigeret arma Troia, captiuo ſiue vt ſe ferret in auro, Venatrix, vnum ex omni certamine pugnæ Cæca ſequebatur, totumque incauta per agmen Fœmineo prædæ & ſpoliorum ardebat amore.] *Hunc, inquit, pulchrè, precioſeq; veſtitum, Virgo leuitate excuſat: quæ ætatis elata ſuperbiâ, ſiue vt glorias de Troianis factas templis oſtenderet; ſiue vt ipſa talibus ſpolijs vteretur, quò pulchrior venatrix iret ad ſyluas: ſic vnum ſequebatur; quaſi in tantâ bellantium multitudine ſola eſſet in campo. Faciebat hoc, non*

inuenis

A *iuuenis amore ducta, sed vestium.* Cæca, *inquit,* sequebatur. *Quomodo sequebatur, si cæca? Non cæca, quasi extincto lumine; sed cupiditate spoliorum, nihil videns præter ipsum. quod insidianti Arunti proderat ad ea, quæ cupiebat implere.* TELVM ex insidijs cui tandem tempore capto Concitat.] *Tandem: quia aut diu obseruabat per diuersa percurrentem; & non temerè adire debuit, quam timebat: aut quia cupienti tardus est exitus expeditionis; etiam si sciâ maturitate proueniat. Telum igitur, captato tempore atque inuento, ex insidijs, quum ex aperto non auderet, contendit: ne periret obripiendi occasio, quâ illa, intenta in Aruntis necem, nec cogitabat alia, nec videbat.* ET superos Aruns sic voce precatur.] *Tam difficile fuit, Camillam sterni hostili manu: vt, ad eius procurandum exitium, & occasio quærenda temporis duceretur & loci; & deorum fauor suppliciter inuitandus.* SVMME deûm, sancti custos Soractis Apollo, Quem primi colimus; cui pineus ardor aceruo Pascitur, & medium freti pietate per ignem Cultores multâ premimus vestigia prunâ.] *Necesse fuit eum laudari supplici voce, à quo implorabatur auxilium.* Dixit, Summe deûm. *plena laus est eius, qui summus asseri-*
B *tur, proindéque quo nullus sit potior.* Qui *sanctum Soractem tueris ac protegis. post laudem numinis dixit Soractem sanctum: sanctum enim efficitur, quicquid aliquod amauerit numen. Incipit iam commendare merita sua. quámuis hoc quoque ad dei ipsius pertineat laudem, qui cum tantâ reuerentiâ meruit coli.* Quem primi, *inquit,* colimus, *hoc est, electi.* Cui *incenditur ingens aceruus ex telâ: atque ita, vt nunquam deficiat, sed semper alatur. Hoc genus ignis ideò in deprecatione positum est: quia naturali succo, tanquam oleo, violentiùs accenditur, & accensum diu perdurat.* Tantáque, *inquit, apud nos fiducia est numinis tui: vt premamus ignem nudis vestigijs; nec lædamur. Post laudem, quam desiderijs præferri conuenerat; post commendationem, suæ petitionis adijcit summam:* DA pater, hoc nostris aboleri dedecus armis, Omnipotens.] *Grande, inquit, præstabis beneficium si nostrorum armorum dedecus aboleatur & pereat. qualeś enim viri dici poterant, quorum audebat fœmina misceri certamini? quam vincere fuit crimen; & ab eâ superari, flagitium.* NON exsuuias, pulsæue trophæum Virginis, aut spolia vlla peto.] *Quia dici potuit, Iugulare fœminam, virtuti est crimen: cur tu eam perire desideras manibus tuis? Idcirco ipse hæc præueniens, dixit: Non quæro aliquam gloriam ex illius nece; nec exsuuias eius, nec trophæum, aut spolia referre contendo.* MIHI cætera laudem Facta ferent.] *Si laudari cupio; habeo alia, quæ mihi afferant laudem.* HÆC dira meo dum vulnere pestis Pulsa cadat, patrias remeabo inglorius vrbes.] *Sinè gloriâ, inquit, volo remeare ad patriam meam; dummodò ista pestis intereat. Accedat hoc solum titulis meis, non aliquid fecisse fortiter; sed virorum armis tale dedecus sustulisse.* AVDIIT, & voti Phœbus succedere partem Mente dedit; partem volucres dispersit in auras.] *Omnia quidem Phœbus audijt: sed admisit aliqua; alia respuit. Videamus præstita; & exclusa tractemus.* STERNERET vt subitâ turbatam morte Camillam, Annuit oranti: reducem vt patria alta videret, Non dedit, inque Notos vocem vertêre procellæ.] *Præstitit deprecanti, vt Camillam subitâ morte prosterneret. vt autem incolumis ipse remearet, non admisit: & hanc precum partem procellis dimisit & ventis.* ERGO, vt missa manu sonitum dedit hasta per auras, Conuertêre animos acres, oculosque tulêre Cuncti ad reginam Volsci.] *Mox vt hasta coniecta est, & sonitum dedit; Volsci omnes, animo in reginam oculisq; conuersi, exspectabant, quid ille sonus aut euentus afferret.* NIHIL ipsa, nec auras, Nec sonitus memor, aut venientis ab æthere teli.] *Ipsa interea, quam aliæ cupiditates occupauerant, nec stridorem aëris audijt; nec audijt de summo veniens telum; nec aliquid peruerse vidit aut sensit.*

Hasta sub exsertam donec perlata papillam
Hęsit, virgineumque altè bibit acta cruorem.
Concurrunt trepidæ comites; dominamq; ruentē
Suscipiunt. fugit ante omnes exterritus Aruns,
Lætitiâ mistoque metu: nec iam ampliùs hastæ
Credere, nec telis occurrere virginis audet.
Ac velut ille, priùs quàm tela inimica sequantur,
Continuò in montes sese auius abdidit altos
Occiso pastore lupus, magnóue iuuenco,
Conscius audacis facti, caudamque remulcens
Subiecit pauitantem vtero, syluasque petiuit:
Haud secùs ex oculis se turbidus abstulit Aruns:
Contentusque fugâ, medijs se immiscuit armis.
Illa manu moriens telum trahit: ossa sed inter
Ferreus ad costas alto stat vulnere mucro.
Labitur exsanguis; labuntur frigida letho
Lumina: purpureus quondam color ora reliquit.
Tunc sic exspirans, Accam ex æqualibus vnam
Alloquitur; fide ante alias quæ sola Camillæ,
Quîcum partiri curas: atque hæc ita fatur.
Hactenus, Acca soror, potui: nunc vulnus acerbū
Conficit, & tenebris nigrescunt omnia circúm.
Effuge, & hæc Turno mandata nouissima perfer:
Succedat pugnæ, Troianosque arceat vrbe.
Iamque vale. simul his dictis linquebat habenas,
Ad terram non spontè fluens. tùm frigida toto
Paulatim exsoluit se corpore; lentaque colla
Et captum letho posuit caput, arma relinquens:
Vitaque cum gemitu fugit indignata sub vmbras.
Tùm verò immensus surgens ferit aurea clamor
Sydera: deiectâ crudescit pugna Camillâ.

SER. PAPILLAM exsertam.] *Nudam. Sanè* Mamilla, *est omnis eminentia vberis:* Papilla *verò, breue illud, vn-*
C *de lac trahitur.* DOMINAM.] *Reginam: vt,* Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti. VIRGINIS audet.] *Sic fuerat consternatus, vt etiam vulneratam timeret.* OCCISO pastore lupus.] *Bene pastori comparat reginam. nam reges ipsi pastores vocãtur. Homerus,* ποιμένα λαῶν. CAVDAM pauitantem.] *Quæ timorem indicat: pro, ipse pauitans.* TVRBIDVS.] *Timidus modò, suprà, terribilis: vt,* Venulo aduersum se turbidus infert. MVCRO.] *Hinc apparet, mucronem esse cuiuslibet teli acumen.* FRIGIDA letho.] *Alij* telo *legunt; & intelligunt,* vulnere. *Et quidam,* labuntur letho: *non letho frigido; sed, letho labuntur. Alij,* frigida letho *accipiũt; quia sequitur pòst,* Captum letho posuit caput. *Non nulli frigida lumina tradunt, scilicet ignis calore extincto: vt è contrario,* Ad cœlum tendens ardentia lumina. PARTIRI curas.] *Subaudi, consueuerat.* HÆC ita fatur.] *Vnum abundat. nam suprà ait,* Alloquitur. POTVI.] *Absolutè: pugnare, vel viuere. Necessaria enim eclipsis in defectione; quæ ex arte nõ semel posita est.* SVCCEDAT pugnæ.] *Animus bellatricis ostẽditur: quæ non se dolet lucem, sed bella deserere: intantum, vt nihil aliud moliens, quàm de republicâ tuendâ, & bellum mandaret, & solum putaret idoneũ Turnum in eius vicem succedere.* NON sponte fluens.] *Non sponte, vt suprà;* Portisque ab equo regina sub ipsis Desiluit: quam tota cohors imitata, relictis Ad terram defluxit equis. PAVLATIM exsoluit se corpore.] *Sic in quarto:* Teq; isto corpore soluo. ET captum letho posuit caput.] *Cùm dicit caput;*

ostendit

Digitized by Google

ostendit operam consecrari: vsquedum soluatur caput hominis, id est, liberetur. quod faciliùs potest morte contingere, sicut suprà dictum est. ARMA relinquens.] *Alij* arma relinquunt, *legunt. Probus hypallagen vult, vel contrarium: vt,* ipsa relinquit. *Alij* arma relinquũt; *illa decidebãt è manibus cum illâ exanimi.* VITA'QVE cum gemitu fugit indignata sub vmbras.]*Seruat hoc vbique, vt iuuenum animas à corporibus dicat cum dolore discedere, quòd adhuc esse superstites potuerũt. quod etiam de Turno dicturus est. Et est Homeri. Idem Cicero in Catone Maiore:* Iam omnis conglutinatio recens, ægrè; inueterata, facilimè diuellitur. IMMENSVS clamor.] *Troianorum scilicet: qui exsultabant, & quorum animi aucti sunt, Camillâ moriẽte.* CRVDESCIT.] *Crudelior fit cæde multorum. nam Crudus, & Crudelis, à cruore dicitur.* OMNIS copia.]*Pro, totus exercitus. vt,* Et quæ sit me circùm copia lustro. MVLCTATAM.] *Affectã, debilitatã. Mulctari enim propriè verberibus dicimur.*

Incurrunt densi, simul omnis copia Teucrûm,
Thrrhenique duces, Euandrique Arcadis alæ.
At Triuiæ custos, iamdudum in montibus Opis
Alta sedet summis; spectatque interrita pugnas.
Vtq; procul medio iuuenum, in clamore furentũ,
Prospexit tristi multatam morte Camillam,
Ingemuitque, deditque has imo pectore voces.
Heu nimiùm, virgo, nimiùm crudele luisti
Supplicium; Teucros conata lacessere bello!
Nec tibi desertæ in dumis coluisse Dianam
Profuit, aut nostras humero gessisse sagittas?
Non tamen indecorem tua te regina relinquet
Extremâ iã in morte: neq; hoc sinè nomine lethũ
Per gentes erit: aut famam patieris inultæ.
Nam quicunque tuum violauit vulnere corpus,
Morte luet meritâ. Fuit ingens monte sub alto
Regis Dercenni terreno ex aggere bustum,
Antiqui Laurentis; opacaque ilice tectum.
Hîc Dea se primùm rapido pulcherrima nisu
Sistit, & Aruntem tumulo speculatur ab alto.
Vt vidit fulgentem armis, ac vana tumentem:
Cur, inquit, diuersus abis? huc dirige gressum:
Huc periture veni; capias vt digna Camillæ
Præmia. túne etiam telis moriêre Dianæ?
Dixit: & auratâ volucrem Threissa sagittam
Deprompsit pharetrâ; cornuq; infensa tetendit,
Et duxit longè: donec curuata coirent
Inter se capita; & manibus iam tangeret æquis:
Læuâ aciem ferri; dextrâ neruoque papillam.
Extemplò teli stridorem, aurasque sonanteis,
Audijt vnà Aruns; hæsitque in corpore ferrum.
Illum exspirantem socij, atq; extrema gementem
Obliti, ignoto camporum in puluere linquunt.
Opis ad æthereum pennis aufertur Olympum.
Prima fugit, dominâ amissâ, leuis ala Camillæ:
Turbati fugiunt Rutuli; fugit acer Atinas:

quasi audienti dicat: vt, Macte nouâ virtute puer. Diuersus *autem, à pugnâ diuersus: vel diuersus, quòd fugit, quã occidit.* DIGNA Camillæ præmia.] *Sic in secundo:* Persoluant grates dignas, & præmia reddant Debita. *Item in decimo:* Et hæc tibi porto Dona prius. TVNE etiam telis moriêre Dianæ?] *Cum ingenti amaritudine dictum est. nam ei etiam genus inuidet mortis. Quòd autem ait,* túne etiam, *ad Nioben numerosam pertinet sobolem.* VOLVCREM sagittã.] *Propriè: quia sagittis pennæ agglutinantur.* THREISSA.] *Propter Amazonas. & hanc Vergilius non ita finxit, vt Tarpeiam & ceteras: sed proprio nomine videtur induxisse.* CORNV'QVE infensa tetendit.] Cornu, *accusatiuus singularis est. ac si diceret: Arcumq; infensa tetendit. nam horum dubiorum nominum casus, ex similibus, vel synonymis, comprobantur.* COIRENT inter se capita.] *Homerica est ista descriptio, Pandaro fœdera iussu Palladis confundente:* ἕλκε δ' ὁμοῦ γλυφίδας τε λαβὼν καὶ νεῦρα βόεια, νευρὴν μὲν μαζῷ πέλασεν, τόξῳ δὲ σίδηρον. TELI stridorẽ.] *Homer.* λίγξε βιὸς, νευρὴ δὲ μέγ' ἴαχεν. MANIBVS æquis.]*Pro, æqualiter, vel æquantibus. & licitũ Poëtæ, nomen pro aduerbijs aut participijs ponere.* AVDIIT vnà Aruns, hæsitq; in corpore ferrũ.] *Celeritas iaculãtis exprimitur. Sic Statius cùm iã percussum dixisset,* Extinctũ, *ait,* necdũ certi tacet arcus Amyntæ. *Multi nolũt in medio distingui, propter exprimendã celeritatẽ.* OBLITI.] *Nonnulli Vergiliũ, secundùm vetustatẽ hoc verbo vsum, tradunt: vt obliti,* ἀμνημονήσαντες, *hoc est, negligentes & contemnentes putent, viderant enim peremptũ; sed neglexerunt. Ergo scientes liquerunt: vt,* oblitus decorisq; sui: *&,* oblitus fatorũ. *Alij, obliti, vbi reliquerant nescientes. & est sensus: obliti illũ.* IGNOTO camporum in puluere linquunt.] *Bene Aruns, qui quasi sacrilegus peremptus est, faciente numinis iracundiã, est relictum vt nec sepulturã possit mereri.* LEVIS ala] *Leuis armaturæ scilicet.* TVRBATI fugiũt Rutuli.]*Hoc ad Camillæ pertinet laudem: quã amissã, turbati fuerunt Rutuli; & mutantur fata bellorum.* ACER Atinas.] *Licèt acer; fugit tamen.*

AT Triuię custos.]*Vel ministra; vel obseruatrix. Potest & pro comite accipi. vel, custos mandatorũ Triuiæ, ne inulta Camilla moriatur.* CONATA lacessere Teucros.] *Propter illud,* Bellũ importunũ gerimus cũ gẽte deorũ. Heu *autem, doloris exclamatio est* CRVDELE luisti Suppliciũ.] *Iuris verbo vsus est.* Luere *enim debere dicitur, qui pecuniã soluit. quod hîc vsurpatũ est in capitis pœnã. Quidã huius loci longam expositionem tradunt: Volscos à Vulcatibus Hylinis originem ducere: Exclytas autem, inter quos Amazones sunt, regionem Illyricam incolere.* * Luisse *ergo supplicium Camillam dicunt, quæ aduersùm Troianos arma tulerit: quibus maiores eius auxilium constat tulisse, id est, Pentesilea.* DESERTÆ in dumis.] *In syluis coluisse. aut, dumis deserti, id est soli, & sinè nobis.* COLVISSE Dianam Profuit.] *Non deam incusat; sed fatorũ necessitatem; contra quam nec numinis opitulatur auxilium.* SINE nomine.] *Sinè gloriâ, sinè famâ; quòd fortiter fecit: vel quia dea vindicat.* FAMAM patieris inultæ.] *Id est, non inuindicatæ ignominiam sustinebis.* Quod etiam *Dido dolet, dicens;* Et moriemur inultæ. Sed moriamur, ait. MONTE sub alto.] *Vt,* Monte sub aërio. *Apud maiores, nobiles aut sub montibus altis, aut in ipsis montibus, sepeliebantur. vnde natum est, vt super cadauera, aut pyramides fierent, aut ingentes collocarentur columnæ. Lucanus:* Et regum cineres exstructo monte quiescant; Cùm Ptolomæorum matres, seriemque pudendam Pyramides claudant. REGIS Dercenni.] *Quidam de Stercenij rege Aboriginum hoc nomen fictum putant.* BVSTVM.] *Hoc loco sepulchrum.* VANA tumentem.] *Plenum falsæ gloriæ, quam Græci κενοδοξίαν dicunt.* Vana *autem* tumentem; *vt,* Infanda furentẽ. CVR, inquit, diuersus abis? *Non*

EXSERTAM papillam.] *More Amazonum papilla erat exserta: vt apud Pomponium lib. secundo.* POM. Sabi. CAVDAM subiecit.] *Lupi & canes, cùm timent, caudã apponunt ventri, & fugiunt.* ACCA.] *comes infelicis Camillæ. Hoc nomẽ tractum esse videtur ab eã, quæ Romulũ & Remum nutriuit, vxor Faustuli, regij pecoris magistri.* HEV nimiùm.] *Loquitur* Opis, *cui commendata erat vltio Camillæ ab Dianâ.* DERCENNI.] *Dercennus, rex vnus ex antiquissimis in Latio; quem plerique Latinum eundem dixerunt, vt Hyginus. Sub columnis autem, magnâ mole antiqui condebant cadauera.* THREISSA.] *nunc* Opis: *quia in Thraciâ virgines sunt venatrices.* CORNV.] *id est, arcum ipsum vel cornu arcus.*

OBLI-

A OBLITI socij.] *dicit relictum à socijs: vt magis ostenderet potentiam Numinis.* ATINAS.] *populos Atinæ.*

VAR. Lect. LÆTITIA, mixtoq; metu.] *In Rom. lib.* Mœstoq; metu *legitur.* MAGNOVE iuuenco.] *In antiq. exempl.* Magnoq; *habetur.* LABITVR exanguis.] *Pleriq; lib. antiq.* Exsanguis *scribunt. Donatus legere videtur,* Labitur & sanguis. QVI cum partiri.] *Vetera pleraq; exemplaria,* Quâcum *legunt.* TROIANOSQVE arceat vrbe.] *In antiquis libris,* Vrbi *legitur. Est etiam in Mediceo absq; copulatiuâ,* Troianos arceat vrbe. ARMA relinquens.] *In Rom. lib.* Reliquit *habetur.* INCVRRVNT densi.] *Romanus liber* Concurrunt *legit.* EVANDRIQVE Arcadis alæ.] *Romanus liber legit.* ARCADES alæ. TRISTI multatâ.] *Lib. veteres,* Mulctatam *per* ct *scriptum habent.* HVMERO gessisse sagittas.] *In libris antiquis,* Gestâsse *legitur. Sed in pluribus* Gessisse pharetras *habetur.* TVA te regina relinquet. *In Romano lib.* Reliquit: *in aliquot alijs* Relinquit *est.* EXTREMA iam in morte.] *Alibi* Extremâ iam morte *legitur.* NEQVE hoc sinè nomine.] *In antiquis aliquot* Nec *scribitur. Est*
B *&* Numine, *in Mediceo.* DIGNA Camillæ.] *In Romano libro* Camilla *legitur.*

DON. HASTA sub exsertam donec perlata papillam Hæsit, virgineumq; altè bibit acta cruorem.] *Tamdiu nec vidit hastam, nec sensit: donec eam sub papillâ percuteret, & totum eius biberet sanguinẽ. Quanta fuit animi eius occupatio: vt, nisi lethaliter percussa, hastam venisse nescisset! completa est Camillæ descriptio; ne superfluum quid Poëta dixisse videatur. ait enim:* At medias inter cædes exsultat Amazon, Vnum exserta latus. *Ecce, ipsâ parte interijt, quã habuit nudam! Dehinc dicta est, pharetram, arcũ, securim atq; hastam habuisse: hisq; omnibus vsa esse, monstrata est.* CONCVRRVNT trepidæ comites, dominamq; ruentem Suscipiunt. *Trepidas rectè posuit; quæ adhuc nescirent plenã vim causæ.* FVGIT ante omnes exterritus Aruns.] *Ante omnes, hoc est, omnibus alijs dimissis.* LÆTITIA, mistoq; metu.] *Lætus fuit, quia arreptum compleuerat desiderium: metuebat aũt, ne quis vltor emergeret, vel ne illa sic icta esset, vt viueret. Vsqueadeò ipsa fuit potior causa fugiendi; vt secutũ sit:* NEC iam ampliùs hastæ Credere, nec telis occurrere virginis audet.] *Non enim credebat, ipso vul-*
C *nere morituram.* AC velut ille priùs, quàm tela inimica sequantur, Continuò in mõtes sese auius abdidit altos Occiso pastore lupus, magnoq; iuuenco, Conscius audacis facti; caudamq; remulcẽs Subiecit pauitatem vtero, syluasq; petiuit: Haud secùs ex oculis se turbidus abstulit Aruns: Cõtentusq; fugâ, medijs se immiscuit armis.] *Parabolã sumpsit eius animalis, quod sit audax ad faciendũ, & satis temerariũ, timidũ sanè post factum. nam habet naturalem industriam: vt, vbi quid se aduerterit admisisse, quod possit aut debeat vindicari, fugam per solitudines petat. Hoc Aruns imitatus, aufugit; & sese, vt faciliùs latitaret, cateruæ cõmiscuit.* ILLA manu moriens telum trahit.] *Non dixit, Educit, aut rapit: hoc enim eorum est, qui nondũ vrgentur in mortẽ.* Trahit, *inquit: vt defectu ipso ostẽderet morientem.* OSSA sed inter Ferreus ad costas alto stat vulnere mucro.] *Cupiebat telũ extrahere: sed infixũ ossibus ferrũ altiùs tenebatur.* LABITVR exsanguis, labuntur frigida letho Lumina.] *Recedente per lapsum sanguine; oculi quoq; morientis labuntur in mortẽ.* PVRPVREVS quondã color ora reliquit.] *Deficiente in vultu eius colore purpureo; emergebat pallor infelix.* TVM sic expirans Accam, ex æqualibus vnã, Alloquitur: fida ante alias quę sola Camillæ, Quî cum partiri curas.] *Quum vltimũ iam spiritum redderet; elegit vnã ex æqualibus, quæ Acca dicebatur: atq; huic extrema verba commisit. Dixit causam, quâ effectũ est, vt cũ solâ loqueretur. Ex æqualibus, inquit: quia hoc ei fuit cõmune cum cæteris. Addidit aliud:* Quæ *esset ipsi fida ante alias, quæ sola Camillæ. augmentum laudis: quia sola audire meruit, quod aliæ nesciebant; & fidem secretis sola poterat reseruare.* QVI cũ partiri curas.] *relationẽ curarum, animi releuatione ac sollicitudinis vult esse Vergilius. proinde Camilla tam charam habuit Accam: vt, quidquid animo gereret, quod angeret, sensim huic semper narraret, & cũ eâ narrando diuideret.* Curas, *etiam consilia & tractatus debemus accipere.* ATQVE hæc ita fatur.] *Quo factum est, vt hæc ei intimaret, ac diceret:* HACTENVS, Acca soror, potui.] *Vsq; ad hoc tẽpus, inquit, Acca soror, aliquid potui. Quid benignius? quid his dictis dulcius? quàm, vt in salutis fine posita, nomine suo appellaret, quã charissimã præter cæteras habuit? Quid religiosius, quàm sororẽ diceret, & probatã fide germanitatis honore præferret?* NVNC vlnus acerbũ Conficit.] *Ad commemorationem superioris temporis, quo potens in certaminibus & nobilis fuit; transit ad præsente casum, quo vrgebatur in finem. quippe dicendo,* Conficit: *ostẽdit eiusmodi esse, cui, ob retinendam salutem, nullo posset remedio subueniri. Verùm, ne illa diceret;* Qualecumq; *istud ex auxilio medicinæ sanabitur: hoc ipsum satians, addidit;* ET tenebris nigrescunt omnia circum.] *Vsqueadeò, inquit, conficit; vt tenebræ occurrere cœperint oculis meis. quod esse non dubium est principium mortis. Infert iam, quæ fuerit causa loquendi: ne ignarum deciperet, cui plenissimam spoponderat fidem.* EFFVGE.] *Properantium iter, fugam dixerunt veteres nostri. ideoq; fugitiuis hoc appositum nomen est: quia currunt tantummodò. Ergo fugitiuorum, inquit, more celerius perge.* ET hæc Turno mãdata nouissima perfer.] *Nouissima mandata ideò; vt sciret iam non superfuturam, quæ alia posset iterum iterumq; mandare.* SVCCEDAT pugnæ, Troianosq; arceat vrbe.] *Licèt in ipsa morte constituta, habuit in animo cõmodum Turni. in primis quippe nihil fuerat curandum; nisi vt vrbem non inuaderent inimici: in quã Lauinia degebat; quæ fuit totius certaminis causa. Deniq; hoc ei consilium, & inter initia tractatus dedit: hoc etiam nũc mandat seruandam. Suprà enim dixit;* Tu pedes ad muros subsiste, & mœnia serua. *prima erit gloria, parsq; maxima victoriæ; si ad vrbem nõ sinatur hostis accedere. Sciat me ille, susceptas partes, non voluntate reliquisse, sed morte. quocirca succedat in sollicitudine mortuæ; & ante omnia vrbẽ à Troianorum inuasione defendat.* IAMQVE vale.] *Quũ vlteriùs loqui non posset extremo verbo ait;* Iam vale. SIMVL his dictis linquebat habenas, Ad terrã nõ sponte fluẽs.] *Quia vrgebatur pleno exitu animæ; & habenas iam relinquerat, & inuita fluebat in terram.* TVM frigida toto Paulatim exsoluit se corpore.] *Paulatim recedẽte calore corporis, paulatim frigescebat.* LENTAQVE colla, Et captũ letho posuit caput.] *Mors quippe soluit omnia, quæ vigorẽ corporis regunt.* ARMA relinquit.] *Ceciderunt & arma: cùm & hæc vlteriùs tenere nõ posset.* VITAQVE cũ gemitu fugit indignata sub vmbras.] *Indignè referens, quòd sic perîsset; relicta vita in tenebras gemebunda perrexit.* TVM verò immensus surgens ferit aurea clamor Sidera.] *Cùm suprà dixerit;* Concurrunt trepidæ comites: *& incertum fuisset, quid illud vulnus afferret: hîc, vbi animam reddidit, dictũ est;* Tum verò: *hoc est, tũc magis vsq; ad cœlum perueniebant vlulatus, & voces missæ cum fletibus.* Deiectã crudescit pugna Camillã. *Quũ, deficiente tantæ exercitationis fœminã, bellũ molliri debuisset: tunc exasperatum est magis, vt mors eius pensari posset vltione. Asperatũ est quoq; ex aliã parte: quia spes creuerat magis magisq; vincẽdi, vbi Camilla non fuerat.* INCVRRVNT densi simul omnis copia Teucrûm, Tyrrheniq; duces, Euandriq; Arcadis alæ.] Incurrunt, *dictum est, in vnum locum currunt: atq; ex congestã multitudine facti sunt densi; Teucri scilicet, Tyrrheni, & Arcades: quũ mors Camillæ spem certam vincendi monstrauisset; proindeq; acerbitatem cumulauisset belli.* AT Triuiæ custos iamdudũ in montibus Opis

Alta sedet summis.] Opis, quam Diana præceperat Camillæ mortem congruâ vltione pensare, sedebat in altis montibus, pugnas obseruãs: vt Aruns posset occidi. SPECTAT'QVE interrita pugnas.] Hoc, inquit, faciebat interrita. quid enim metueret, quæ aberat procul, & sedebat in summo? Hæc autem illi montium altitudo præstabat: vt sequuta esset, & faciliùs necessaria exploraret ex edito, & dispositam Aruntis necem valeret implere. VT'QVE procul medio iuuenũ in clamore furentũ Prospexit tristi mulctatã morte Camillam, Ingemuitq;, deditq; has imo pectore voces.] Vbi vidit Aruntem cũ cæteris furere; & occisæ crudelis interitus animo dolentis occurrit, ingemuitq; & tales dedit voces. HEV nimiùm, virgo, nimiùm crudele luisti Supplicium, Teucros conata lacessere bello.] Vox huius dolentis laudem continet Troianorum. Poëta enim in Camillæ morte, non incertum belli vult esse, sed pœnam: nec illud, quod accidit, euentui deputat, sed cõfirmat esse supplicium. quasi diceret: posses vincere, nec pœnas grauissimas perpeti, si Troianos nõ vltrò prouocasses in bellũ. NEC tibi desertæ in dumis coluisse Dianã Profuit?] Quid profuit, solitudinẽ te passam esse syluarum? quid dumos tolerâsse? quid tractâsse arma? quid Dianam totâ veneratione coluisse? Omnibus locis dicit Poëta, deorum cultum frustra esse: neq; vnquam auxiliari deos cuiquam posse, quum ad fatalem necessitatem fuerit ventum. NON tamen indecorem tua te regina relinquet Extremâ iam in morte: neq; hoc sine nomine lethũ Per gentes erit, aut famã patieris inultæ.] Consolationis verba sunt ista: quæ mortui nec audiunt, nec possunt vllâ ratione sentire. In aduersis tuis, inquit, non erit tuum inferius meritum, quo perire potuisti; aut inulta per populos lethi tui nuntius perget. proinde accedit titulis tuis nobilis fama: quòd te Diana, si à morte seruare nõ potuit, tamen defendit occisam. NAM quicunq; tuũ violauit vulnere corpus, Morte luet meritâ.] Nam quicunq; corpus tuum ferro credidit violandum, congruam luat tuis meritis pœnam. Violare, est sacrum aliquid violẽter appetere. sed hic non solùm corpus violatũ est, verumetiam quoq; salus extincta. Quod crimen cumulauit potiùs Poëta; quàm minuit. nam cùm violare non liceat vulnere: vbi erit Aruntis causa, qui sacram virginem violauit, & perdidit? FVIT ingens monte sub alto Regis Dercenni terreno ex aggere bustum Antiqui Laurẽtis, opacâq; ilice tectum.] Hunc locum ordinatio magis exponit. Fuit, inquit, sub alto monte ingens bustum, terreno ex aggere, hoc est, congestâ terrâ compositũ; tectum opacâ ilice, Dercenni Laurentis, regis antiqui. In descriptione breuissimâ, & locum designauit, & eius situm: & quid esset, & cuius, ostẽdit. sed hæc descriptio nõ est superflua: pertinet quippe ad causam. nam talis Opi fuerat necessarius: vnde videret ex occulto Aruntem, & ipsa à quoquam videri non posset. Timidus enim & cautus, propter conscientiam facti, nisi per insidias, circumueniri nõ poterat. Iste igitur locus aggestione terræ editus fuit: sed hunc obscurabat altitudo sublimior montis, & arbor, quæ omnem contexerat ramis. Dicta est interea terrenæ aggestionis causa. sed hæc, inquit, bustum fuit regis Dercenni. propter magnitudinem verò arboris, seruatæ meritum ait, Antiqui: vt & nobilitatem mortui demonstraret; & temporis prolixi spatium: quod infinita incrementa arbor ea desumpserat. Fuit ergo sub alto monte, vt obscuratum, proceritate eius, plenis aspectibus videri non posset. Opacâ ilice contectum: vbi & latere Opis posset, & de summo cuncta prospicere. Dixit Antiqui, dixit Laurentis, totum laudis causâ. tantò enim maioris arbusta veteres faciebant; quantò potior habebatur defuncti memoria. HIC dea se primùm rapido pulcherrima nixu Sistit.] Opis, moras omneis celeritate præueniens, hũc tenuit locũ. Pulcherrimã, loco isto debemus accipere non corpore, sed consilio bonã: quæ prouidet talem, propter explendas insidias, locum. ET Aruntem tumulo speculatur ab alto.] Hoc est, quod suprà posuimus, insidianti opportunam fuisse altitudinem tumuli, quæ fuisset antè cõsultò descripta. quærimus hanc, quum Opis in alto consedisse diceretur: quæremus & arborem, quæ obscurabat insidiantem. VT vidit fulgentem armis, ac vana tumentem.] Vt hunc vidit armorum splendore fulgentẽ, & mox perituro gaudio tumidum. CVR, inquit, diuersus abis? huc dirige gressum: Huc periture veni: capias vt digna Camillæ Præmia.] Dolentis vox ista est, & indè magis commotæ: quòd exsultantem de Camillæ morte, corruentem vidit, et alieno lætũ exitio; cùm ipse suũ, mox affuturũ, nec intelligeret, nec videret. Hæc tamen loquebatur secũ, vtpote in summo posita, & propter insidiarum effectũ latens scilicet: non vt Aruns audiret; sed vt cõminatione verborum satisfaceret æstibus suis. Locuta est ergo, quasi ad præsentẽ; & tanquã præsentem insultanter appellat. Quid, ait, in diuersa tendis? Diuersum, est longè remotum ab altero: & subsidio prolixioris spatij obscuratur, & tegitur. B HVC dirige gressum: Huc periture veni.] magis huc veni, quò faciliùs pereas. CAPIAS vt digna Camillæ præmia.] vt Camilla tibi rependat pro meritis præmium. TVNE etiam telis morière Dianæ?] Debes necari telis eius, quã in Camillæ morte credidisti contemnendã. Dixit; & auratã volucrem Threissa sagittã Deprompsit pharetrâ, cornuq; infensa tetendit.] Quum dicit Infensa, aliquid magnum, per commotionem magnã, & quod modũ artis excedat, factura monstratur. Prompsit igitur sagittam; & hanc neruo aptatam tetendit recuruo cornu. Pertinet enim ad artẽ iaciendi: arcusq; omnis curuatur in finibus. ET duxit longè.] Ipsam scilicet sagittam cũ neruo. DONEC curuata coiret Inter se capita.] tantò enim sagitta longiùs ac fortiùs volat, quantũ retrorsum, dum tenditur, reuocatur. arcus quoq; ipse maiorem impetum præstat; si capita eius adducta iungantur. ET manibus iam tangeret æquis, Læuâ aciem ferri dextrâ neruoque papillam.] Ipse est modus sagittæ mittendæ, nec esse amplior potest: vt arundo, aptata neruo, atque in dexteram partem vsque ad papillam reducta, perueniat; & C sinistræ manus digitus, tenentis arcum, ferri species tangat. EXTEMPLO teli stridorem, aurasque sonanteis Audijt vnà Aruns, hæsitque in corpore ferrum.] Prætermisit Poëta, quòd sagitta missa sit: quæ res proficit compendio narrantis. quod enim non est dictum; potest ex his, quæ consequuta sunt, nosci. Non enim percuteretur Aruns; si sagitta non esset eiecta: cuius volatus mox, vt aëris stridorem cognouit, inlectus est. ILLVM exspirantem socij, atque extrema gementem, Oblitum, ignoto camporum in puluere linquunt.] Quid infelicius huius morte; cuius cadauer colligendum nec socij curauerint? Denique, tantâ eius obliuione ducti sunt, vt eum pro alieno, in campis, in puluere, & ignotis linquerent terris. Quod fuit vltionis augmentum: vt remansisset nudus, feris etiam opportunus alitibus. Insepultorum causa, ideò omni supplicio est grauior: quia, secundùm ipsum Vergilium, habebat aliam apud inferos pœnam. OPIS ad æthereum pennis aufertur olympum.] Pennas, celeritatẽ debemus accipere. quid enim moraretur in terris vlteriùs, quæ mandata perfecerat? PRIMA fugit, dominâ amissâ, leuis ala Camillæ.] Omnes, qui per ipsam regebantur, in fugam versi sunt.

Disiectiq; duces, desolatiq; manipli,
Tuta petunt; & equis auersi ad mœnia tendunt.
Nec quisquã instãtes Teucros, lethũq; ferenteis,
Sustentare valet telis, aut sistere contra:
Sed laxos referunt humeris languentibus arcus:

SER. DESOLATI'QVE manipli.] Deserti signiferi: quod est nimiũ discriminis. namque hoc vbiq; dux præcipit, vt frequentes circà signa sint militet: sicut in Sallustio legimus. Manipli autem, dicti sunt signiferi: quia sub Romulo, pauper adhuc Romanus exercitus, hastas suni manipulis illigabat; &

Quadrupedûq; putrê cursu quatit vngula campû.
Voluitur ad muros caligine turbidus atrâ
Puluis; & è speculis, percussæ pectora matres,
Fœmineum clamorem ad cœli sidera tollunt.
Qui cursu portas primi irrupêre patentes;
Hos inimica super misto premit agmine turba.
Nec miseram effugiunt mortê; sed limine in ipso,
Mœnibus in patrijs, atq; inter tuta domorum
Confixi, exspirant animas: pars claudere portas,
Nec socijs aperire viam, nec mœnibus audent
Accipere orantes: oriturq; miserrima cædes
Defendentum armis aditus, inq; arma ruentum.
Exclusi, ante oculos, lachrymantûq; ora parentû,
Pars in præcipites fossas, vrgente ruinâ,
Voluitur: immissis pars cæca & concita frænis
Arietat in portas, & duros obice postes.
Ipsæ de muris summo certamine matres
(Môstrat amor verus patriæ) vt vidêre Camillâ;
Tela manu trepidæ iaciunt: ac robore duro,
Stipitibus ferrum, sudibusq; imitantur obustis,
Præcipites, primæq; mori pro mœnibus audent.
Interea Turnum in syluis sæuissimus implet
Nuntius; & iuueni ingentem fert Acca tumultû:
Deletas Volscorum acies; cecidisse Camillam;
Ingruere infestos hostes, & Marte secundo
Omnia corripuisse; metum iam ad mœnia ferri.
Ille furens (nam sæua Iouis sic numina poscunt)
Deserit obsessos colles; nemora aspera linquit.
Vix è conspectu exierat; campumq; tenebat:
Cùm pater Æneas, saltus ingressus apertos,
Exsuperatq; iugum, syluâq; euadit opacâ.
Sic ambo ad muros rapidi, totoq; feruntur
Agmine; nec longis inter se passibus absunt.
Ac simul Æneas fumantes puluere campos
Prospexit longè, Laurentiaq; agmina vidit:
Et sæuum Æneam agnouit Turnus in armis;
Aduentumq; pedum, flatusq; audiuit equorum:
Continuoq; ineant pugnas, & prælia tentent;
Ni roseus fessos iam gurgite Phœbus Ibero
Tingat equos, noctemq; die labente reducat.
Considunt castris ante vrbem, & mœnia vallant.

A *bat; & hos pro signis gerebat. Vnde hoc nomê remâsit. Ouid. in Fastis:* Illa quidem è fæno (sed erat reuerêtia fæno, Quantâ nunc aquilas cernis habere tuas) Pertica suspêsos portabat lôga maniplos: Vnde maniplaris nomina miles habet. LETHVM'QVE ferêtis.] *Pro, inferentis.* LAXOS arcus.] *Nô intentos, sed iam solutos.* PVLVIS.] *Hic corripuit: at ibi produxit;* versâ puluis inscribitur hastâ. FOEMINEVM clamorê.] *Impatientem. nam iam dixerat* matres: *per quod muliebrem clamorem poteramus accipere.* QVI cursu portas.] *intelligendû,* B *eos qui.* INIMICA.] *Pro, hostilis.* MISERAM mortê.] *Quia sequitur,* Limine in ipso. MOENIBVS in patrijs.] *Scilicet, vbi se iam tutos esse credebant.* PARS claudere portas.] *Pars eorum, qui cursu irrupêre portas.* APERIRE viam.] *Id est, dare aditum. Et bono locutus est ambitu. Nam cum portis via aperitur, & clauditur.* ORITVR'QVE miserrima cædes.] Quoniâ *defensores mœniû, dum hostes petût, suos feriebât. Sic in secûdo, vbi intulit;* Armorum facie, & Graiarû errore iubarum. DEFENDENTVM.] *Ideò defendentum & ruentû: quia* C *ad masculinû retulit. & hi Defendentes facit: quod & de fœminino dicimus. Si autê de neutro loquamur,* Defendentium *dicamus necesse est: quia hæc Defendentia facit; &, vt suprà diximus, genitiuus pluralis, à nominatiuo plurali, nô debet minor esse. Quòd si fortè minorê eum aliquâdo inuenerimus, metri necessitate fit: & incipit iam pathos esse, nô declinatio. Nonnulli ergo in his nominibus, genitiuum corruptû pro integro accipiunt.* LACHRYMANTVM.] Quidâ lachrymantû, *genitiuum corruptû pro integro accipiunt: quia facit lachrymantiû.* PRÆCIPITES fossas.] *decliues, in quas quis potest præcipitari.* CÆCA.] *Irrationabilis; quæ in clausas portas more arietis ruebat, id est, bellici machinamenti.* SVMMO certamine.] *In extremo discrimine. vt suprà,* Vocat labor vltimus omnes MONSTRAT amor verus.] *Qui apparet in aduersis.* VIDERE Camillam.] *Scilicet, quæ pro alienâ patriâ cecidisse videtur. Sanè* vt videre, *non relatam ex pugnâ; sed vt exemplum virtutis eius viderunt. & quidam,* vt videre, *quasi quemadmodum vidêre. aut,* vt videre, *quemadmodum illam dimicare viderant, quando interijt.* TREPIDÆ.] *Licèt trepidæ; tamen oblitæ sexus, tela iaculabantur.* PRÆCIPITES.] *Aut festinæ; aut in mortê ruentes.* PRIMÆ'QVE mori pro mœnibus audent.] *Nimij doloris est: vt,* Me primam absumite ferro. SÆVISSIMVS implet nuntius.] *Vt & suprà diximus, Nuntius est tam qui nuntiat, quàm quod nuntiatur: Nuntium, quod nuntiatur. secundùm quod nunc, nec de fœminâ, nec de re quæ nuntiatur, procedit* nuntius. *Vnde multi volunt, alium nuntium intelligi; Accam verò postea venisse. Sed melius est, vt nuntius de Accâ dictum intelligamus. Nouimus enim, poni aliqua in subauditione, quæ ex aperto dicere non debemus. vt,* Nec dextræ erranti deus abfuit: *cùm necesse sit, vt aut Iunonem, aut Alecto intelligamus. Item Sallustius;* Primo qui fortè venientes exciperet. *cùm de insidijs loqueretur, quas numeri tantùm pluralis esse, pluiquàm manifestum est.* TVMVLTVM.] *Periculum,* tumultum. *ita enim dicitur bellum, quod differri non potest.* DELETAS Volscorû acies] *Falsum est: tantùm enim fugerant. sed vim exprimit nuntij: cuius mos est, plus, quàm habet veritas, nuntiare.* INGRVERE.] *Impetum facere: vt XII. Aeneid.* Ingruit Æneas Italis. ILLE furens (nam sæua Iouis sic numina poscunt.)] *Duplici ratione insidias eum reliquisse commemorat: dolore nimio, & numinum voluntate. quæ vtraque ideò egit, ne capi posset Aeneas.* Sæua *autem* Iouis numina, *per parenthesim dictum est. Paulò antè præcedens tempus, à Turno relictos, id est, vacantes insidijs.* SÆVA Iouis sic numina poscunt.] *Homerus: Διὸς δ' ἐτε- λείετο βουλή.* OBSESSOS colles.] *Quos ipse obsederat, ne ad vrbem transitum haberet Aeneas.* APERTOS.] *vacantes insidijs.* AMBO ad muros.] *Vt tueretur & repugnaret Turnus: vt obsideret Aeneas.* FVMANTES puluere campos.] *Veluti fumantes caligine pulueris. Ita enim nebulam excitat puluis, vt fumus est.* SÆVVM.] *Fortem. vt,* Sæuus vbi Æacidæ telo iacet Hector. *Item,* Nec minus interea maternis sæuus in armis. *An iratum? Vt,* & sæuum ambobus Achillem. INEANT pugnas.] *Pro, missent & tentassent.* HIBERO.] *Oceano occiduo, id est, Hispano. Hispaniâ autem, Hiberiam, ab Hibero flumine constat esse nominatam.* TINGAT equos.] Quidam tingat *humiliter dictum accipiunt.* CONSIDVNT castris.] *Hoc est, in sua quisque castra digressi. Ergo aut castra posuerunt; aut ad morem castrorum fecerunt.* MOENIA vallant.] *Hinc probatur, quia & qui tuentur, & qui obsident, vallare dicuntur.*

MANIPLI.] *dicûtur milites vexillarij. aliter signiferi & manipulares. Sed propriè* maniplaris, *ille qui fert vexillum, dicitur.* PREMIT agmen.] *ob celeritatem pauore impellente.* PARS claudere.] *describitur fuga trepidantium.* NEC mœnibus audent.] *ne accipiant Troianos intra mœnia.* ORANTES.] *suos Rutulos.* CÆDES.] *quam faciebant Troiani. Oritur cædes descendentium per ingressum, & ruentium ad portam.* RVINA.] *multitudine cadentium.* MATRES.] *licèt trepidæ essent matres: nihilominus iaculabantur tela, oblitæ sexus muliebris.* IN syluis.] *latebat Turnus, vt faceret insidias.* METV.] *propter metum.* CVM Pater Æneas.] *discedente Turno statum Aeneas cum exercitu* POM. Sabi.

superauit iugum. nam Turnus occupauerat fauces. NI roseus.] pugnassent tunc ante oculos vrbis, ni superuenisset nox. REDVCAT.] quisq; in sua castra regressus est. VALLANT.] Vallare dicuntur mœnia, tàm illi qui oppugnant, quàm illi qui defendunt.

VAR. Lect. AVERSI ad mœnia tendunt.] In Oblongo libro legere est, Aduersa ad mœnia tendunt. QVADRVPEDVM'QVE putrem cursu.] In Romano libro legere est, Quadripedoque putrem cursu. ET è speculis.] In antiquis aliquot libris, E' muris legitur. NEC miseram effugiunt mortem.] In Oblõgo libro Noctem habet. ATQVE inter tuta domorum.] In Romano libro legere est Intra. In plerisque etiam antiq. non Tuta, sed Tecta legi. MONSTRAT amor verus.] In Romano libro, Amor versus legitur. PRO mœnibus audent.] In Romano libro Ardent legitur. INGRVERE infestos hostes.] Antiqua exemplaria Infensos legunt. ILLE furens (nam sæua Iouis sic numina poscunt.] Nonnulli, Iam sæua legere maluerunt. In Romano libro Et sæua legitur. Est etiã Pellunt; non Poscunt. SYLVA'QVE euadit opacâ.] In aliquot libris Inuadit legitur. AC simul Æneas.] In Oblongo libro, At simul. In Romano libro, Tùm pater Æneas.

DON. TVRBATI fugiunt Rutuli, fugit acer Atinas: Deiectique duces, desolatiq; maniplι, Tuta petunt, & equis auersi ad mœnia tendunt.] Laudem simul dicit Camillæ, & eorum vituperationem, qui in Turni partibus fuerant. Quid enim turpius, quàm perdito auxilio vnius fœminæ versos esse omnes in fugam? eos quoque, qui magni ferebantur & fortes? nihilq; illis tutum, præter muros ciuitatis fuisse? NEC quisquam instantes Teucros, lethumque ferentes, Sustentare valet telis, aut sistere contrà; Sed laxos referunt humeris languentibus arcus.] Nec valuit quisquam tenere Teucros instantes, aut his resistere: deniq; languebant metu, ipsos arcus non manibus paratos ad necem hostis, sed laxos ferebant humeris suis. QVADRVPEDVM'QVE putrem cursu quatit vngula campũ.] Vrgente maiore insequentium vi, ipsi equos vrgebant: vt quadrupedum cursu, satis scilicet properato, in patriam redirent. VOLVITVR ad muros caligine turbidus atrâ Puluis, & è speculis percussæ pectora matres, Fœmineũ clamorem ad cœli sidera tollunt.] Quum nihil adhuc è muris exspectantium subijceretur aspectibus, impediente pulueris nube: tamen apertâ coniecturâ res aduersæ credebantur, quando caligo densissima omnes versos præcedebat ad patriã. Matres interea, quæ suam suorumq; intellexerant cladem, fœmineis vocibus, hoc est, luctuosis, & tristibus, cœlum omne sideraq; pulsabant. QVI cursu portas primò irrupêre patentes, Hos inimica super mixto premit agmine turba.] Aliquot, inquit, in hoc casu obfuit celeritas sua; quippe qui primi ingressi sunt portas, & se pericula omnia crediderant euasisse, in ipsis interiêre luminibus. nam cùm sequentibus turbæ multitudo congesta, per vnum aditum omnes simul intrare non possent, omnis simul sequentium ruinâ est obruta. NEC miseram effugiunt mortem.] Non mortem illi effugerant; sed repererant fugiendo: eoq; deteriorem, quia non fuit illa gloriosa; sed misera. Incipit dicere, quando Misera. SED limine in ipso, Mœnibus in patrijs, atque inter tuta domorum Confixi, exspirant animas.] Quanta clades illo tempore, atq; illo loco, infelices oppressit! vt liberati cõgressionibus campi, in portis, in patriã, inter parietes suos, quibus tùm essent defensi, quæ debuerant suis vel suorum gladijs defendi, interijssent! PARS claudere portas: Hæc socijs aperire viam: nec mœnibus audent Accipere orantes.] Tanta funerum congeries, ipso portarum iacebat in limine: vt nec aditus fieri socijs venientibus posset; nec esset tutum, rogãtes excipere. ORITVR'QVE miserrima cædes, Defendentum armis, duro & sub Marte cadentum.] Quia miserum spectaculum fuit, ciues cædi à ciuibus suis, & prohiberi sinu patriæ, quũ tam graue discrimen ingrueret: occidi ab his, qui defensionis auxilium præbere debuerant. A
EXCLVSI ante oculos lachrymantũq; ora parentum.] Flebant parites, & gemebant, quũ viderent excludi liberos suos; & à ciuibus sterni. PARS in præcipites fossas vrgẽte ruinâ Voluitur.] Exclusi ab ingressu portarũ, plurimi ante plangentiũ oculos parentũ altas præcipitantur in fossas: & per ingentẽ metũ ipsi sibi quærebãt exitiũ, quod declinare nitebãtur. IMMISSIS pars cæca, & concita frenis, Arietat in portas, & duros obice postes.] Sic alios cæcauerat metus: vt equorum impetu, tanquam aries, colliderẽtur in portas. Claudendarum portarum hæc necessitas fuit, atq; itmetur: ne hostis, dum fugientes persequitur, obtinendæ ciuitatis causã, liberũ reperiret ingressum. æquius enim fuit, excludi aliquos, plurimosq; liberari cũ patriã. Cæca, inquit, pars, quæ non videret clausas portas, & aliorum in ipsis portis exitium. IPSÆ de muris summo certamine matres, (Monstrat amor verus patriæ) vt vidêre Camillã, Tela manu trepidæ iaciunt, ac robore duro, Stipitibus ferrũ sudibusq; imitãtur obustis Præcipites, primæq; mori B
pro mœnibus ardẽt.] Mulierũ turba, in superiore murorum parte cõstituta, gladios, quos ferebat, abiecit: imitata duris & adustis stipitibus ferrũ. Audaciam verò illis dederat patrius amor, & sincerũ & verũ exemplũ Camillæ: quæ in alienã causã, dum obtinere niteretur, cecidisse probatur. quò magis decuit istas vtcumq; certare pro patriã, & ante ipsas turres occũbere. INTEREA Turnũ in syluis sæuissimus implet Nũtius.] Implere, est ad plenũ aliquid intumere. ET iuueni ingentem fert Acca tumulum.] Tumultũ interpretati sunt veteres, timorem multum esse. Vnde non tantùm ad Turnũ aduersa prouenerant: verùm etiã alia, quæ illi molem magnã maximi timoris afferrent. Quid dicebat Acca, vel quẽ malorum ordinem dabat? DELETAS Volscorum acies.] Dixit in plurali acierum numerum; vt omnes Volscos affirmaret extinctos. Hic erat verus tumultus; qui sinè falsitate esse nõ poterat. non enim reuerã omnes Volscos dimicationis aduersus euentus assumpserat. CECIDISSE Camillã.] Sic secũdo loco casum Camillæ posuit: quasi oppressis illis, integræ res esse potuissẽt, si Camilla vixisset. Erigẽda pronũtiatio est in Camillæ nomine: illic est .n. maior Turni desperatio; quòd Camillæ C
auxiliũ perdidit. INGRVERE infestos hostes, & Marte secũdo Omnia corripuisse.] Addebat, imminere hostes, & successibus prosperis omnia tenuisse. METVM iam ad mœnia ferri.] Illum scilicet metum, quem fecerat hostis aduentus, iam imminere ciuitati. Vnde reuerã affirmabat retenta iam cætera; quando sola mœnium superaret captio. cuius casum tali indè magis metuere debuit Turnus: quia intra eam Lauinia fuit. Necessario verbo vsa est, Ferri. impellebatur enim prosperitate successus: & ibat hominum more; sed ferebatur fortunæ suffragio. ILLE furens (nam sæua Iouis sic numina poscunt) Deserit obsessos colles nemora aspera linquit.] Ille, hoc est, Turnus, vel quia aduersis cognitis furebat; vel quia consilia omnia, & tractatus vtiles, infesto Ioue perdiderat: colles, quos obsederat, & aspera nemorum deseruit; tenuitq; destinatione mentis, vt saltem patriam tueretur ac muros. VIX è conspectu exierat, campumq; tenebat.] Hoc est, mox vt reliquerat fauces, & ad campum venerat. QVVM pater Æneas, saltus ingressus apertos, Exsuperatq; iugum, syluâq; euadit opacâ.] Ipsæ sunt fauces, ipsi montes, atq; ipsa sylua, & ipsæ angustiæ, quas cum Camillæ consilio Turnus obsederat: vt Aeneam, cum suis copijs ingressum suffragio loci, qui aperto Marte non poterat, aggrederetur & funderet. sed Aeneæ prosperã fortunã, & fato infelicis Turni, perfectum est, vt, propter vrbis obsidionem, statum desereret Turnus, & Troianorum numerus, qui dudum fuerat obsessus, liber securusq; transiret. SIC ambo ad muros rapidi, totaq; feruntur Agmine, nec longis inter se pas-

A se passibus absunt.] *Aliter defendendæ ciuitatis causâ, aliter capiendæ, non longis inter se aberant passibus. nam locorum passuum significatio, ostendit minus fuisse, quàm mille passus. si enim plus essent, millia dicerentur.* AC simul Æneas fumantes puluere campos Prospexit longè, Laurentiaq; agmina vidit: Et sæuum Æneá agnouit Turnus in armis: Aduentumq; pedum, flatusq; audiuit equorum.] *Hoc est quod dixit,* non longis passibus. *nam & videbat hostes, & equorum flatus audiebat. quòd ait,* Longè vidit, *priorem vidisse accipiendũ est: sed & Turnus, & Rutuli, similiter videbant. Hoc enim præstabat æqualitas campi.* CONTINVO'QVE ineant pugnas, & prælia tentẽt. Ni roseus fessos iam gurgite Phœbus Ibero Tingat equos, noctemque die labente reducat.] *Fuit quidem occasio pugnandi, collectis in vnum omnibus: sed consumptâ luce, & imminentibus tenebris, pugnari non potuit. Quid ergo factum est?* CONSIDVNT castris ante vrbem, & mœnia vallant.] *Castra dici, vbicunq; exercitus, etiam sinè ædificijs; quod multis locis diximus, & hîc euidenter apparet. nam quum dicit,* Ante vrbem considunt, & mœnia vallant: *ostendit, solos homines, non etiam aliquam molem fuisse castrorum.*

ÆNEIDOS LIBRI XII.

Argumentum.

ΔΩΔΕΚΑΤΟΝ.

B Duodecimo Turnus diuinis occidit armis.

MODESTINI IVRISCONSVLTI, IN DVODECIMVM librum Aeneidos, Argumentum.

Turnus, iam fractis aduerso Marte Latinis,
Semel in arma parat; pacem cupiente Latino.
Fœdus percutitur, passurus & omnia victus.
Hoc Turni Iuturna soror confundit: & ambos
In pugnam populos agit, ementita Camertem.
Æneas volucri tardatur membra sagittâ.
Anxia pro nato seruauit cura parentis.
Vrbs capitur: vitam laqueo sibi finit Amata.
Æneas Turnum, campo congressus, vtrinq;
Circumfusâ acie, vitâ spoliauit & armis.

P. VERGILII M. ÆNEIDOS LIBER XII.

TVRNVS vt infractos aduerso Marte Latinos
Defecisse videt; sua nunc promissa reposci; (ardet,
Se signari oculis: vltrò implacabilis
Attollitq; animos. Pœnorum qualis in aruis
Saucius ille graui, venantum vulnere pectus,
Tùm demũ mouet arma leo; gaudetq; comanteis
Excutiens ceruice toros; fixumq; latronis

C 822. TVRNVS vt infractos.] *Postquam Turnus in bello defecisse videt Latinos, antea semper infractos. namque ita maior est sensus, quàm si* infractos, *valde fractos acceperis.* SVA nunc promissa reposci.] *Quia dixerat:* Ibo animis contrà: vel magnum præstet Achillem. Nunc *autẽ, pro Tũc.* SE signari oculis.] *Propter illud, quod pòst dictum est:* In te ora Latini, In te oculos referunt. *Modò autem significat: id est, vt, quod esset silentio ambiguum, oculis confirmaretur: sinè dubio eorum, à quibus coactus promiserat.* VLTRO'.] *Aut insuper: aut antequam aliquis exposcat. Et bene ducis dignitatem seruauit: vt non ideò faceret, quia quidam reposcebant; sed suâ sponte accederetur in prœliũ.* SAVCIVS ille.] κατ' ἐξοχὴν: Ille leo, *id est, princeps ferarum. Vel certè veteri more ad magnitudinẽ pertinet: vt,* Ac velut ille canum morsu. *Interdum nobilitatem significat: vt,* Multum ille & terris iactatus: *aut similem rem designat: Lucilius,* Velut olli Auceps ille facit cum improuiso insidijsque. *Quámuis quidam,* ille, *per se superfluum hoc loco pronomen tradunt.* Saucius *autem* pectus, *id est, saucium pectus habens: Vt,* nudatosque humeros oleo perfusa nitescit. *Et bene alia verba interposuit: quia* Saucius pectus, *& sonabat asperrimè, & imperitis poterat solœcismus videri.* *Et* saucius pectus *congruè: in quo Turni dolor est.* GRAVI vulnere.] Graui, *id est, Forti: vt,* Ferit ense grauem Thymbræus Osyrim. Venantũ *autem* vulnere, *quod venãtes fecerunt.* TV'M demum.] *Nouissimè: id est, postquã fuerit vulneratus. Hæc enim leonum natura est, vt nisi læsi nequeant irasci.* MOVET arma.] *Vires suas experitur. nam arma sunt vniuscuiusq; rei possibilitas. Vnde est;* Et quærere conscius arma, *id est, dolos. Est autem,* mouet arma, *etiam translatio ab hominibus: qui cùm hostem petunt, arma mouere dicuntur. Sic alibi de Tauro;* Signa mouet, præcepsque oblitum fertur in hostem. GAVDET'QVE.] *Spe vltionis. & dicendo* gaudet, *alacritatem voluit leonis exprimere, gaudij verbo. Cæterùm nulli ferarum, vel pecudum, iste sensus apponitur.* EXCVTIENS ceruice toros.] *Ceruice excutiens: an quos in ceruice habet?* LATRONIS.] *Insidiatoris à latendo: sed modò Venatoris. & est Græcum: nam* λατρεύειν *dicunt obsequi, & seruire mercede. Vnde Latrones vocantur conducti milites. moris autem erat, vt hos imperator,*

Digitized by Google

& circa ſe haberet, & eos primos mitteret ad omne diſcrimen. vnde nunc dicit Latronis telo fixum leonem: quia etiam venatores, operas ſuas locare conſueuerunt. Sic etiam dicti, qui circa caueas ſunt; quòd vt milites ſtent, cum ferro; aut quòd lateant, ad inſidias faciendas. Ergo ex eâdem ſimilitudine, latronem, hîc venatorem accipiendum: quia & obſidet ſaltus, & cũ ferro eſt. Sanè Latronem, venatorem, quis ante hunc? Varro tamen dicit, hoc nomen & Latinam poſſe habere etymologiã: vt Latrones dicti ſint, quaſi laterones, quòd circa latera regũ ſunt: quos nunc ſatellites vocant. Vna tamen eſt ſignificatio; licèt in diuerſâ etymologiâ. Plautus in Pyrgopolinice apertè oſtendit, qui ſint latrones, dicens: Nam Rex Seleucus me opere orauit maximo, vt ei adconducerem latrones & conſcriberem. Idem in Bacchidibus exſecutus eſt, militem latronem dicens: Suam qui auro vitam venditat.

POM. Sabi. TVRNVS vt infractos, &c. promiſſa repoſci.] quia dixerat: Congrediar cum Achille; & ibo contra Aeneam, etſi vel magnum præſtet Achillem. LATRONES.] furtiui venatores: qui clàm venatores decipiunt feras. Latrones, vel dicti à latendo; vel quaſi laterones, quòd circa latera tegunt: nũc ſtipatores, & ſatellites. quære apud Varronem.

DON. TVRNVS vt infractos aduerſo Marte Latinos, Defeciſſe videt.] Sæpè diximus, librorum capita à continuæ narrationis contextu non eſſe diſcreta; ſed habere tranſitum quendam, quem habent dictiones etiam in medio. Finibus igitur vndecimi libri, qui Rutulorum certaminis aduerſa continet, caput Duodecimi reſpondet. Proinde Latinos, quos dixit, non ſolos debemus accipere, qui ſub Latino agebant; ſed & eos quoque, qui fuerunt in partibus Turni. nam ſic dictum eſt: Camillæ morte omnes eſſe turbatos, vt primùm Volſci in fugam verſi viderentur. Ecce mixti fuerant non Latini ſoli; ſed etiam alij congregati ex plurimis gentibus. Infractos: nonnulli in duabus partibus orationis ponunt, aſſerentes In aliquando minuere, & augere aliquando. Hic tamen conſtat non negare fractos; ſed potiùs valde fractos oſtendi. quod ipſum, vt pleniſſimè roboretur, Infractos in vnâ parte orationis ponere debemus, vt eſt Inflexum. Infracti, inquit, fuerant Latini pugnando: infracti ſentiendi ſunt, animo ſcilicet & viribus; vtpote qui aduerſo Marte pugnaſſent, & deteriora metuerent. Infracti ergo, qui nollent congredi, & qui pugnare non poſſent. Vſque adeò valde fractos dixit, vt ſequatur: DEFECISSE videt.] Deficere eſt enim, non tantùm laxari; verumetiam à commodo vniuſcuiuſque rei diſcedere. Quod hoc loco ſentiendum eſt Defeciſſe, pro Turno iam nolle pugnare; & affectum certaminum, quòd vlteriùs ferre non poterant, reieciſſe. SVA nũc promiſſa repoſci; Se ſignari oculis.] Ex eo, quòd deſerto bello oẽs ſimul ad ciuitatis tecta contenderunt, intellexit Turnus; quid de ſummâ belli vniuerſi ſentirẽt: colligit ex ratione geſtorũ, repoſci pollicitationẽ ſuã, quã dixit: Quòd ſi me ſolum Teucri in certamina poſcũt, Idq́; placet, tantũq́; bonis cõmunibꝰ obſto: Nõ adeò has exoſa manus victoria fugit; Vt tantã quicquã ꝓ ſpe tẽtare recuſem. Ibo animis cõtrà. Hoc ipſũ quia nouerat negari nõ poſſe, quod in celebritate cõcilij, in cauſâ publicâ, & vel maximè ſuâ, in cõſpectũ ac rege præſente, ipſe ſeſe profeſſus eſt ſubiturũ. VLTRO implacabilis ardet.] Ardebat iracundiâ; &, obſidẽte ratione tẽporis, ipſam irã lenire vltione nõ poterat. ATTOLLITQVE animos.] Debuit enim vltrò velle, quod recuſare nõ poterat. debuit enim inuitus velle, quod abnuẽtibus cũctis ad ipſius periculũ fuerat rediturum. POENORVM qualis in armis Saucius ille graui venantũ vulnere pectus. Tùm demum mouet arma leo.] Pœnorũ, inquit, hoc eſt, Afrorũ; quorũ regionibus leones magni naſcũtur. Et rectè Leoni cõparatur rex. habet enim ille inter omnes feras maximũ principatũ; vt habeat inter B ſuos Turnus. ſed cõparatur vulneratæ beſtiæ, & infixo venabulo fruſtra ſæuienti. Sic enim defectu omniũ, quaſi lethali plagâ percuſſus fuerit Turnus: eò magis ardeſcens, quia nec effugere præſens periculum poterat; nec inuidiam concitatæ ſeditionis aliquâ vltione defendere. GAVDETQVE comantes Excutiens ceruice toros; fixumq́; latronis Impauidus frangit telum, & fremit ore cruento.] Sic, inquit, attollebat animos, poſitus in ſuis calamitatibus Turnus, vt ſpeciem videretur habere gaudẽtis: ne deſperatione extremâ deiectum quiſquã ſentiret, aut crederet. Quod ipſum in leone accipiendũ eſt: quia poſt infixum lethale vulnus, & mouere adhuc dentium arma poterat, & toros iratus excutere. Gaudere verò, hoc eſt, habere ſolatium. quòd telum ipſum & venabuli haſtam frangeret: quaſi hoc ſolum ad vltionem morituri ſufficeret. Gaudet, multi pro ſæuit accipiunt: quia gaudere non poteſt, qui ſic vulneratur, vt pereat. cùm Gaudere & Sæuire longè diuerſum ſit. Gaudere ergo, propriè intelligamus: quia gaudium eò pertinet, quia moriturus leo, & mouere toros adhuc poterat, & inimica tela confringere. Latronem dixit venatorem: qui intellectus ex ſuperioribus venit. Dictum eſt enim, C Venantum vulnere; ac per hoc oſtendit Poëta, latronem dici poſſe, non ſolùm eum, qui inſidiatur ſaluti hominum, verumetiam eum, qui aduerſus feras portauerit ferrum.

Impauidus frangit telum, & fremit ore cruento:
Haud ſecùs accenſo gliſcit violentia Turno.
Tùm ſic affatur regem, atq; ita turbidus infit:
Nulla mora in Turno: nihil eſt, qđ dicta retractent
Ignaui Æneadæ; nec, quæ pepigêre, recuſent.
Congredior: fer ſacra, pater, & concipe fœdus.
Aut hac Dardanium dextrâ ſub tartara mittam,
Deſertorem Aſiæ, (ſedeant, ſpectentq́; Latini)
Et ſolus ferro crimen commune refellam:
Aut habeat victos; cedat Lauinia coniunx.
Olli ſedato reſpondit corde Latinus:
O præſtans animi iuuenis, quantum ipſe feroci
Virtute exſuperas; tantò me impenſiùs æquũ eſt
Cõſulere, atq; omneis metuentẽ expẽdere caſus.
Sunt tibi regna patris Dauni; ſunt oppida capta
Multa manu: nec nõ aurũq; animusq; Latino eſt.
Sunt aliæ innuptæ Latio, & Laurentibus agris,
Nec genꝰ indecores. ſine me hęc haud mollia fatu
Sublatis aperire dolis: ſimul hæc animo hauri.

SER. IMPAVIDVS frangit telum.] Lucanus: Per ferrũ tãti ſecurus vulneris exit. FREMIT ore cruento.] Licèt os habeat proprio cruore perfuſum. Sanè ipſa comparatio exitum oſtendit futurum. Nam etiam Turnus ruit in mortem, ferocitate compulſus. ſic in Quarto, indicat futurum exitũ reginæ, dicẽs: Qualis cõiectâ cerua ſagittâ. GLISCIT.] Creſcit, & latẽter. vnde & Glires dicti ſunt, quos pingues efficit ſomnus. Veteres gliſcit in cremẽto ignis ponebãt. Bene ergo hoc verbo vtitur, de quo ait, Vltrò implacabilis ardet. TVRBIDVS.] Plenus terroris & pturbationis. Sanè notandum, affatur, atq; infit. nam iteratio eſt, qua frequenter eſt vſus. licèt nõnulli dicãt, temperare hoc interpoſitâ coniunctione. & hîc habitũ futuræ orationis oſtẽdit. NVLLA mora in Turno.] Plus eſt, Turno; quàm ſi in me dixiſſet. vt, Et quiſquã numen Iunonis adoret Præterea. Et bonum principium eius, qui ſuſpicionem timiditatis inciderat. RETRACTENT.] Repetãt & reuoluant. IGNAVI Æneadæ.] Aut Æneadæ pro Aeneas, aliud per aliud ſignificauit: aut Æneadæ, non Aeneas; quaſi cõtra omnes pugnaturus. CONGREDIOR.] ὑποκρίσις eſt; vt exprimatur id, quod flagitatis. Sic Statius, vbi Polynicen obliquè inducit loquentẽ, Non me vllius domus anxia culpet, Exſpectentve truces obliquo lumine nati. Vnde etiã ſuprà ait porta: Se ſignari oculis. Quidam ſanè, à nulla mora in Turno, vſq; ad pepigêre recuſent, iungũt: ne, ſi diſtinctio interceſſerit, langueſcat ſententiæ color. CONCIPE fœdꝰ.] Id eſt,

A Id est, cõceptis verbis. Concepta autem verba dicuntur, iurandi formula, quam nobis transgredi non licet. nam & farcinatores concipere dicuntur vestimenta; cùm è diuerso coniungunt & adsuunt. DESERTOREM Asiæ.] Exsulem: vt, Exsulibúsne datur ducēda Lauinia Teucris? vnde est præmissa illa excusatio, & in totā secundi œconomiā, & in quarto, vbi dicit: Me si fata meis paterētur ducere vitā Auspicijs, & sponte meas cõponere curas, Vrbē Trojanā primùm, dulcesq; meorū Relliquias colerem. Sanè, Aut hâc Dardanium dextrâ sub tartara mittam: ponēda est mora: vt postea inferatur, Desertorē Asiæ. potest enim videri nō ita instituisse Turnus orationē prædicto, Dardaniū, vt inferret desertori, sed regē: verùm, vbi propiùs accessit, intellexisse hunc honorē nominis eius, non dandū, itaq; cõmutásse, & cõtumeliosè desertorē dixisse. SEDEANT, spectentq; Latini.] Inuidiosè. Ductus est, vt diximus suprà, alijs. Pollicetur enim, se singulari certamine dimicare velle: cùm nolit. nam cùm dicit, sedeant, spectentq; Latini: latenter eos ignauiæ arguit; quòd solus omnibus quiescētibus dimicet. quā rem planiùs sequēs indicat versus; Et solus ferro crimē cõmune

B refellā: id est, cõmune fugæ ac timoris dedecus solus meis virtutibus comprimā. Alij crimen cõmune, id est, omniū Latinorū. & crimē ait, quòd Troiani in Italiâ consederunt. AVT habeat victor.] Vitauit, propter omen pessimū, verbū de se; quod de Aeneâ dixerat: Ille me in tartara mittat: sed ait, Victor. CEDAT Lauinia coniux.] Vt, Cedat amicitiæ Teucrorum: id est, præmium victoriæ cõcedat. SEDATO corde.] Quia de Turno ait; Atque ita turbidus infit & qualitatē orationis prædixit. Pro decoro aūt ætatis inducitur sermo. Hoc est, quod præcipit Horatius in Arte poëticâ: Intererit multū, Dauúsne loquatur, an heros; Maturúsve senex, an adhuc florente iuuentâ Feruidus. O' Prestās animi.] Et Præstans virib. & præstās viriū, dicimus. Sanè magnæ moderationis est hæc oratio. nam & laudat Turnū, quasi virum fortē: & tamē eum à singulari certamine dehortatur. dicens enim, Præstās animi, latēter ostēdit, eum inferiorē esse virtute EXPENDERE casus.] Ne ex abrupto de eius virtute desperare videatur, casuum varietatē se timere commemorat. SVNT tibi regna patris Dauni, sunt oppida.] Arguitè negat illi sua regna; dicens ei esse alia: vt

C hæc malit Turnus, quæ suâ virtute quæsiuit. Sensus ergo est: Si propter regnū dimicare disponis, habes paternum: si propter gloriā; multos virtute superasti. Quòd aūt dicit, NEC nō aurūq; animusq; Latino est.] variè exponitur. namq; alij dicūt: Habes regnū paternū; habes oppida: etiā à me habes aurū, & promptum animum ad danda omnia, præter filiam. vt de se Latinus dixisse videatur de auro, propter illud, Prædiuitis vrbe Latini. Alij verò sic intelligunt: Si propter opes & vxorem dimicaturus es; hæc non solus habeo. cuicumq; enim Latino est & aurum, & animus promptus in generum. vt Latino non de se dicat; sed, cuicumq; de Latio. LATIO, & Laurētibus aruis.] Et in ciuitate, & in regno Latinorū. NEC genus indecores.] Quia iste petebat filiā regis. Est aūt elocutio figurata de Græco. SINE me hæc.] Hoc loco intelligimus, Turnum dolore in aliqua voluisse verba prorumpere. HAVD mollia fatu.] Id est, vera. nam aspera sunt quæ cum veritate dicuntur. Falsa enim, plena solent esse blandit ijs. Hæc ergo libenter audiuntur; illa verò grauiter. Hinc Terentius: Obsequium amicos, veritas odium parit. ANIMO hauri.] Omni intentione percipe.

POM. Sabi. GLISCIT.] crescit. Gliscere, deducitur à glire, qui dormiendo pinguescit. SPECTENT.] Latini. quia dixit & pollicitus est de singulari certamine. AVT habeat.] vel, Aut me cadente Aeneas victor habeat nos: aut, Aeneas habeat nos victos: & Lauinia coniunx ad eum transeat. OLLI sedato.] Latinus sedatum animum habebat; contrà Turnus turbidum. EXPENDERE casus.] ideò dicit: quia semper Latinus cogitabat super hoc bello. MOLLIA.] id est, vera non omninò mollia. HAVRI.] id est, percipe.

VAR. Lect. CEDAT Lauinia coniux.] Aliqui lib. Cedatq; Lauinia legunt. QVANTVM ipse feroci.] In aliquot exemplaribus legere est, Quoniam ipse feroci. NECNON animusq; aurūq; Latino.] In antiquis libris Latino est legitur. Nonnulli verò hoc numero legunt; Necnon aurūq; animusq; Latino est.

DON. HAVD secùs accenso gliscit violētia Turno.] Iracundia enim, impunitatis desperatione nutritur & crescit: hoc est, quū exitum defensio non habet, & victa torpescit. TVM sic affatur regem, atq; ita turbidus infit. Ad ostendendū alloquium Turni, suffecerat dixisse, Tum sic affatur regē; hoc est, ad regē fatur. additum est. Atq; ita turbidus infit: vt antè sciretur, qualis dictio processura esset ardentis; & eius, cuius mentē contraria vniuersa confuderant. NVLLA mora in Turno: nihil est quod dicta retractent Ignaui Æneadæ: nec quæ pepigēre recusent. Congredior.] Iam, inquit, non afferam, quā memorant, cõmodis morā: nihil est, quod quisquā de Turno queratur vlteriùs. Nullum retractetur faciendi, non faciendive consilium. Ignaui Aeneadæ taceant, & conditionē placitam non recusent. Congrediendum est mihi: habent etiam nunc consensum meum. Fiat, quod votis omnium placuit: non metuo aduersa; & prospera libenter amplector. FER sacra, pater, & concipe fœdus.] Vnū tantùm, quod inchoandis rebus deest, fiat, pater, ex partibus tuis. firmētur sacris interuenientibus fœdera: ego cætera cumulabo certando. AVT hâc Dardaniū dextrâ sub tartara mittam, Desertorē Asiæ; (sedeant, spectentq; Latini) Et solus ferro crimen cõmune refellam: Aut habeat victos; cedat Lauinia cõiunx.] Quod contrarium votis fuit necessitate protulit, & constrictus, non voluntate suscepit: id se nolle, obliquè cõfessus est. ait enim: Vterq; casus, quē promittit exitus pugnæ, facit pro partibus meis. aut enim deijciam meâ dextrâ Dardanium, Asiæ desertorē. Tria cõuitia cõgessit: à genere à loco, à facto. A' genere, quòd esset Dardanius, quasi origine ignobilis & imbellis: à loco, quòd Asianus, quasi ex corruptâ dissolutâ prouinciâ: à facto; quòd desertor regionis suæ, & proditor deserēdo. SEDEANT aūt, spectētq; Latini: Et solus ferro crimen cõmune refellam: Aut habeat victos.] Fuit artificiosum, & tale, quod ostenderet metuentem. Asseruit enim, crimē esse quā maximū, sedere tātos, & alterius virtute defendi; aut factū multorum vnius fortunæ cõmitti: vt vtroq; metu perterriti, nō paterētur in vnius forte omniū periclitari fortunam: in cuius victoriâ habere dedecus possent; aut cõtrà subiugari seruitio. Commune, inquit, crimen refellam: quia omniū dedecus fuit, quòd Troiani tenere Italiā nitebantur; & his essent seruituri, quibus possent imperare. vt per hoc ostēderet, æmulos suos suā, non alienam causam deseruisse. Hunc, vt diximus, metum idcirco proposuit; vt probaret assertionem suam. ait quippe: Aut vincam; & habebo, quo victor increpem meos: aut vlciscar de inertibus mortuus; vt his, cum quibus pugnare noluerūt, sint indignè subiecti. CEDAT Lauinia cõiunx.] nouissimū posuit, quod fuerat ipsi quoq; Latino cõtrarium: vt de filiæ nuptijs nō ipse; sed certaminis exitus iudicaret. & in ipsum obliquè hoc dictū est scilicet: quasi, si ipse Turnus cecidisset, digno perdito, inuitus sortiturus esset indignum. OLLI sedato respondit corde Latinus.] Et hîc modū futuræ orationis ostendit, maturum, temperatū, consilio rectiore conceptum. Sedato, inquit, corde: quia de Turno dixit, Atq; ita turbidus infit. Assignauit igitur orationem turbidi iuuenis: prosequitur sapientis & senis. O' præstans animi iuuenis; quantum ipse feroci Virtute exsuperas; tantò me impensiùs æquum est Consulere, atque omnes metuentem expendere casus.] Ex Latini personâ, necessarium iunctis inducit Poëta tractatum. comparat enim mala iuuentutis, & senectutis bona. Iuueni, inquit, quantum, eminet corporis virtus: tantum in omnes casus inconsultâ temeritate raptatur, solâ meliorum spe iuuenis du-

citur: totum fore proſperum putat; nec in euentu factorum præuidet quidquam, vel metuit aduerſum. In ſene, minor corporis virtus; ſed maior conſulendi ſubſtantia: omnia expendit, & antè omnia incerta pertractat; longiq́ temporis caſibus eruditus, tuta inuenit voluendo conſilia. Abeſt à ſene temeritas, cuius mala aut in alijs vidit, aut ipſe aliquando perſenſit. Cauendum exiſtimat prudentior ſenex, tempusq́ vel maximè formidat & locum: & magis, vbi mors media eſt, ferrumq́ tractatur. Redeamus igitur ad præpoſitam ſpeciem; &, quid artis habeat, exponamus. O' præſtans animi iuuenis.] *Laudat eius iuuentutem; & animum præfert, qui ſuaſurus fuerat, ne pugnaret, ideò: quia, ſi inter initia diceret, ſi armis eius diffideret, proptereaq́ ſe eſſe inferiorem; cætera non libenter audiret. Senſerat tamen, eum metuere ſingulare certamen: & hoc diſsimulato, finxit laudem; ac diſſuaſionem ſuam aſſcribit incertis: quò id hominis more, non propter iniuriam, & id conſulentis animo potiùs, quàm obtrectantis, facere videretur.* QVAMTVM ipſe feroci Virtute exſuperas.] *Satiat hoc ipſum, quod in Turno laudabat: & quum ſufficere deberet,* Præſtans animi iuuenis; *addidit,* Quantum ipſe feroci Virtute exſuperas; *vt apertiore dicto erigeret audientem.* TANTO me impenſiùs æquũ eſt Cõſulere, atq; omnes metuentẽ expẽdere caſus.] *Præſtas, inquit, virtute bonus: ſed ſolet virtus ipſa nonnullis caſibus decipi. proinde decet me prouidere cõmodis tuis, & in eam partẽ improuidũ ducere, q̃ ſit cæteris cautior. non eſt quippe inane, quod metuo. Seruat enim metus conſulentes; &, quos temeritas decipere potuit, interire non patitur.* SVNT tibi regna patris Dauni: ſunt oppida multa Capta manu; nec nõ aurũq; animusq; Latino eſt. Sunt aliæ innuptę Latio, & Laurẽtibus agris; Nec genus indecores.] *Quis erit, inquit,* A *nouus fructus, etiã ſi optimè vallueris? Scio enim, ſpe duci aliquã pugnaturum, vt conquirat. Imperium habes patris, quod ad te poſſit, ſinè cuiuſquam inuidiâ, & ſinè periculo tuo, iure legibusq́ tranſire: ſed latitudo te delectat imperij. habes multa oppida, quæ aliorum labor cepit, & plurimorum ſubiugauit induſtria. Si ſuffragium meum, diuitiasq́ deſideras: vtrumq tuis partibus ſpondeo. Si vxorem quæris: non ſola filiam meam Italia genuit: deniq, plures ſuppetunt intactæ, nec facultatibus diſpares, nec diſsimiles ſanguine. Quid igitur per ſalutis diſcrimen obtinere contendis; quod habes in promptu, & potes viâ tutiore conquirere? Ecce, quantâ ſubtilitate inſtruxit furentem, & volentem in gladios ruere! Quanto circuitu venit ad eam partem, quâ diceret; Non potes accipere filiam meam, propter quam pugnare contendis! Nec tamen apertiùs, aut abruptè hoc ipſum protulit; ſed dicendo,* Habes alias. *Eas deniq præferendo, oſtendit ipſe, aliam ſe gerere voluntatem.* SINE me hęc haud mollia fatu Sublatis aperire dolis: ſimul hæc animo hauri.] *Quando ad cauſam venit, quæ Turnum excarnificare potuiſſet: Si permittis, inquit, dico; & remotâ circuitione, remotâq́ ambage, res nõ leuiter tranſeũdas verbis aperio.* B *Facilè enim ſperabat, eum à certamine auocari poſſe: ſi euidentiùs ſciret, quòd coniunctionẽ Lauiniæ, poſt quemlibet euentum, non eſſet habiturus. Hæc ſunt, quæ dixit,* Haud mollia: *quia non erat molle, tractare de votis filiæ: & illi durum eſſe poterat, quod contra ſpem fuerat cogniturus. Ad hoc pertinet &,* Sine me: *vt quaſi ex illius permiſſu diceretur, quod nolebat audire.* SIMVL hoc animo hauri.] *propterea adbibitũ eſt; quãdo difficile fuerat admittere in animum, eam negari ſibi, pro cuius amore volebat & mori.*

Me natam nulli veterum ſociare procorum
Fas erat: idq; omnes homines, diuiq; canebant.
Victus amore tui, cognato ſanguine victus,
Coniugis & mœſtę lachrymis, vincla omnia rupi:
Promiſſam eripui genero; atq; arma impia ſumpſi.
Ex illo, qui me caſu, quæ, Turne, ſequantur
Bella, vides: quantos primus patiare labores.
Bis magnâ victi pugnâ, vix vrbe tuemur
Spes Italas: recalent noſtro Tyberina fluenta
Sanguine adhuc, campiq; ingentes oſſibus albẽt.
Quò referor toties? quæ mentem inſania mutat?
Si, Turno extincto, ſocios ſum accire paratus;
Cur non incolumi potiùs certamina tollo?
Quid conſanguinei Rutuli? quid cætera dicet
Italia? ad mortem ſi te (fors dicta refutet)
Prodiderim, natam, & cõnubia noſtra petentem?
Reſpice res bello varias: miſerere parentis
Longæui; mœſtũ quem nunc patria Ardea longè
Diuidit. Haud quicquam dictis violentia Turni
Flectitur; exſuperat magis, ægreſcitq; medendo.
Vt primùm fari potuit, ſic incipit ore:
Quã pro me curã geris; hãc precor optime, ꝓ me
Deponas: lethumq; ſinas pro laude paciſci.
Et nos tela, pater, ferrumq; haud debile dextrâ
Spargimus; & noſtro ſequitur de vulnere ſanguis.
Longè illi dea mater erit; quæ nube fugacem
Fœmineâ tegat, & vanis ſeſe occulat vmbris.
At regina, nouâ pugnæ conterrita ſorte,
Flebat; & ardentem generum moritura tenebat:
Turne, per has ego te lachrymas, ꝑ ſi quis Amatæ
Tangit honos animũ: (ſpes tu tunc vna ſenectæ,
Tu requies miſeræ: decus, imperiumq; Latini
Te penes: in te omnis domus inclinata recumbit)
Vnum oro: deſiſte manum committere Teucris.
Qui te cumq; manent iſto certamine caſus;
Et me, Turne, manent. ſimul hæc inuiſa relinquã
Lumina: nec generum Æneam captiua videbo.

SER. NVLLI veterum ſociare procorũ.] *Generaliter dicit, prohibitum eſſe dari Lauiniam cuilibet Latino: vt Turnus ſolatium aliquod habere poſſit doloris, quando Latinum neminem præferri ſibi videat.* DIVI'QVE hominesq; canebant.] *Propter Faunũ, & vates.* VICTVS amore tui.] *i. propter te, propter tuum amorẽ. Sanè inter* Tui cauſâ feci, *&* Tuâ cauſâ feci, *hoc intereſt: vt Tui cauſâ tũc dicamus, ſi aliqđ ipſi, ad quẽ loquimur, præſtiterimus; vtputa, Tui cauſa me defendi: Tuâ verò cauſâ tũc, cũ alteri aliquid alterius cõtemplatione pſtamus; vtputa, Tuâ cauſâ hominem tuum defendi.* COGNATO ſanguine.] Quia *Venilia, mater Turni, ſoror eſt Amatæ.* VINCLA omnia rupi.] *Et religionis, & fœderis.* PROMISSAM eripui genero.] *Verum eſt. nam Aeneæ per legatos promiſerat filiam; qui poſtea intulit bellum. licèt multi dicant, antè eam Turno fuiſſe promiſſam: quod falſum eſt. Nam Latinus eam nunquã eſt Turno pollicitus. Nam nec Faunum conſuleret, ſi eam Turno antè promiſiſſet. ſed tantùm eum eſſe generum Amata cupiebat: quod etiam legimus* Quem regia coniux Adiungi generum miro properabat amore. QVI me caſus.] *Excuſat Turnum: vt non ipſius videatur eſſe, quòd victus eſt: ſed ſuum, qui auſus eſt contra generum bella ſuſcipere.* PRIMVS.] *Præcipuus ante omnes.* BIS magnâ victi pugnâ.] *Semel, occiſo Mezentio: iterum, cùm* C *interijt Camilla.* RECALENT.] *Pro, calent:* re *enim ſuperflua compoſitio eſt verbi. aut* recalent, *iterum calent dixerit; magnâ quòd victi pugnâ:* re *enim, iterationis obtinet vicem; & bene neceſſariũ cum actu refert.* ALBENT.] *Vſurpauit verbum Albeo, albet.* INSANIA mutat.] *Inſania enim eſt, vnde vix euaſeris, illûc reuerti.* TOLLO.] *Finio, remoueo: vt,* Tollite, cuncta, inquit. SOCIOS ſum adſcire paratus.] *Bene non adiecit, quos, vt leuaret inuidiam.* FORS dicta refutet.] *Parentheſis, quaſi diſsimulatio vel remotio, plena abominationis.* NATAM, & connubia noſtra petentẽ.] *Iniquiſsimum enim eſt, eum morti tradere, qui tuam affinitatem exoptet.* RESPICE res bello varias.] *Ne eum ignauia videatur arguere; admouet*

A *monet tum casum: vt suprà,* Atque omneis metuentem expendere casus. MOESTVM patria Ardea longè diuidit.] *Longè mœstum, id est, valde mœstum. Longè diuis dit, non procedit. non enim Ardea, à Laurento, longo valdè dissidet spatio.* HAVDQVAQVAM.] *Nequaquam. quia supra dixerat,* vltrò implacabilis. ÆGRESCITQVE medendo.] *Indè magna eius ægritudo crescebat, vnde se et Latinus remedium sperabat afferre.* Medendo *autem, dum ei medetur, & medicina affertur. Nam gerundij modus est à passiuâ significatione.* VTPRIMVM fari potuit.] *Nimius enim dolor, vel iracundia, intercluserat eius vocem. sic de Euādro:* Et via vix tandē laxata dolori est. QVAM pro me curam geris, hanc precor, optime, pro me Deponas.] *Bis quidem ait,* pro me; *sed diuersâ affectione. namq; hæc dicit: Quā pro salute meâ solicitudinē geris, hanc pro meâ famâ & gloriâ, quæso, derelinquas. Vir fortis enim gloriosam mortem præponit saluti.* DEBILE ferrum.] *Sic in Secundo:* Telumq; imbelle sinè ictu Conijcit. NOSTRO de vulnere.] Quod nos inferimus. *& dubiè est locutus.* LONGE illi dea mater erit.] *Contra illud,* Sed
B matris auxilio vtitur. *Vnde est:* Maternis sæuus in armis. NOVA sorte.] *Id est, magnâ. nam nouum nō est, quod fuerat antè promissum. Magnam autē sortem vocauit, singulare certamen.* PER si quis Amatæ tangit honos animū.] *Si, quod te regina rogat, tuam cōmouet mentem, & si quē honorē habes Amatæ. Sic in septimo:* Si qua pijs animis manet infelicis Amatæ Gratia. IN te omnis domus inclinata recumbit.] *Totum digessit antè per species; & sic se contulit ad generalitatē.* MANVM committere Teucris.] *Ab omni eū bello, non tantùm à singulari certamine dehortatur.* ET me, Turne, manent.] *Mirè agit. nam quia scit, suam mortē virum fortem facilè posse contemnere; deterret eum dicēs: se simul esse moriturā; vt, qui periculum nō timet, formidet inuidiam.* NEC generū Æneam captiua videbo.] *Mirè & fidē suam, & studium circa Turnum, expressit.*

POM. Sabi. ME natam.] *Renuis filiam, testimonio numinum.* VICTVS.] *scilicet lachrymis coniugis, sociaui tibi natā.* PROMISSA.] *Aeneæ. Per legatos promiserat: quod turbauit Amata. Sed meliùs promissam, vt numina volebant, futuro hospiti: vt promissam animo suo.* ARDESCITQVE tuen-
C do.] *Tuendo Latinum, ad talia verba ardescebat magis. Si est* Ægrescit medendo: *id est, remedia nil iuuabant; & adhibendo remedia, magis ægrescebat: fit æger magis medēdo. Sed meliùs, intuendo Latinū, magis ardescit.* LONGE illi dea.] *cōtrà illud, quod suprà dictum est, iuris auxilio vtitur.* SESE occulat vmbris.] *non eueniet Aeneæ mecum congredienti, quēadmodum cū Achille & Diomede. nō habebit nubē, in quâ se occulat.* REGINA.] *Amata.* TVRNE, per has.] *Loquitur Amata Turno: & miserationem mouet.* VIDEBO.] *id est, priùs volo mori.*

VAR. Lect. PROMISSAM eripui genero, arma impia sumpsi.] *Antiqui lib. legunt,* Promissam eripui genero, atq; arma impia sumpsi. QVANTOS primus patiare labores.] *Romanus liber legit,* Patiere. QVO referor toties?] *In Romano libro legere est,* Quò refero toties. INSANIA mutat?] *In libris aliquot,* Motat, non Mutat, *legitur.* SVM accire paratus.] *Romanus liber* Adscire *legit, ab Adscisco.* SIC incipit ore.] *Antiqua exemplaria vno exemplo legunt,* Sic institit ore; *ab Insisto.*

DON. ME natam nulli veterum sociare procorum Fas erat: idq; omnes diuiq; hominesque canebant.] *Agit causam suam apud eum, quem à coniunctione propriâ, ratione potiùs redditâ, quàm authoritate patris, volebat excludere. Nuptias, inquit, filiæ meæ nunquam, vt patres cæteri, habui in potestate meâ: harum enim sibi iudicium numina vindicarūt; non occultè, nec dubiè. Nam & ipsa ostenderunt, quid vellent, quidue esset curandū: & vatū omnium consensus edocuit. Hoc idcirco dicitur, vt illud omne, quod negabat, assereret non suæ, sed eorum esse sententiæ: ac per hoc sibi adscribendum non esse, in quo paternum cessaret arbitrium. Verum autē Latinum dixisse,* Idq; omnes diuiq; hominesq; canebant; *manifestum est. nam Septimus liber ostēdit, & vatē hoc locutū esse, & Faunū. Interea, dum astruit excusationem suam, etiam ipsi Turno ingerit metum; ne vlteriùs illicitum quærat: addens, iam datas esse pœnas, quòd contra vetitum esset admissum; & si in errato duraretur, futuras esse peiores. Ait enim:* VICTVS amore tui, cognato sanguine victus.] *Feci etiam in hac parte contra vetitum, cognati sanguinis contemplatione permotus: vt te diligerem generum; qui marito filiam dare iubebat externo. Nō vacat, quod dixit,* Cognato sanguine victus. *qui enim volebat dare, debuit cognatum asserere.* CONIVGIS & mœstæ lachrymis.] *Et hic addendū est,* Victus. *Cùm his, inquit, accederēt miserabiles fletus vxoris, quam pro tuis cōmodis tristē vlteriùs videre non potui; feci victus, quod mulier voluit; nō superûm præcepit autoritas.* VINCLA omnia rupi.] *Quū à iussione cœlestium statutorum, conflictū animi mei omnia ista traxissent: nexus omnes religionis abrupi. Quid enim aduersus homines facerē violenter, qui violaueram deos? Exponit iam, quid sit,* Vincla omnia rupi. *Primùm inquit,* Promissam eripui genero.] *Quàm grauia ista sunt, quorum reatibus se memorat etiam humanis legibus implicatum! decedere enim de fide, & negare promissum in tali causâ, grauem non decet virum; regem quoq;, cuius in omnibus causis plena exspectaretur autoritas: & fallere eum, quē delegerant numina; afferre nexibus vim; rumpere, quod religionū fœderibus fuerat colligatum; eripere eam, quæ, ex causâ promissi, alieni esset iuris effecta; quanti sit sceleris, manifestū est. Tantum hoc loco Vergilius contractibus tribuit; vt hos etiam solâ promissione velit esse firmatos: vt traditio virginis, exsecutio sit promissi; ex quâ nascit̃ cōiunctionis effectus. Vsqueadeò hoc verū esse contendit: vt generū diceret, cui non dederat filiam suam.* ARMA impia sumpsi.] *Ecce, trepidum se dicit exstitisse, & armâsse, manus impias ferro. meritò* Impias, *cōtra filiæ virum, quem in societatem familiæ, promissi honestate suscepisset. Omnia hæc dicta sunt pro causâ, & pro personâ eius, cui hæc ingerebantur. Nam multa composuit Latinus dicta vel falsa; & hæc veris admiscuit, vt etiam ipsa pro certis acciperentur. nam nec sic Turnum amauit, vt generum; nec in eius negotio suasu victus est coniugis, aut fletus admisit vxoris: sed simulauit ista; vt Turno potiùs consulere in salutis periculo videretur, quàm eundem ipsum à coniunctione filiæ reuocare.* EX illo qui me casus; quæ Turne, sequātur Bella, vides: quantos primus patiare labores.] *Coniecturale tenuit argumentum; & illud prosequitur, quod pro verò posset admitti. Mala, inquit, quæ mihi acciderunt & tibi, Turne, considera. hæc enim iudicabis pœnam esse admissi sceleris, & pro violatâ deorum maiestate supplicium. nec vllâ ipsius rei probatio necessaria est: cùm omnia subiecta sint oculis tuis. Quæ passus sum, nosti: quæue ipse patiaris, intelligis.* BIS magnâ victi pugnâ, vix vrbe tuemur Spes Italas.] *Si semel esset malè pugnatum; daretur hoc euētui. Bis pugnatum est; & fortiter quidem atq; vt obtineri debuisset victoria: nisi offensa numina prosperitatem omnem in aliam partem, factâ nostrorum cæde, auertissent. Atq; vtinam malis ipsis venisset finis! nimis autem vigent, ac vt noua & pertinaciter continuata perdurant: sequuntur indefessa miseros, & spem nostram deteriùs premunt. Quid iam speratur prosperi, quum extra vrbem perierunt omnia: vt vix tueamur, quæ retinemus inclusa? Argumentum istiusmodi, quâ arte à tempore, à numero, & ab accidentibus, duxit? À tempore sic:* EX illo, qui me casus; quæ, Turne, sequātur Bella, vides.] *Cur, inquit, ex illo tempore mala exorta sunt, quo fides est mutata Troianis? À numero:* toties. *Ab accidentibus verò asseruit coniecturæ partibus intentionem suam. Transit ad ea, quibus mala ipsa comprobet tolerari non posse.* RECALENT nostro Tyberina fluenta Sanguine adhuc campiquē

ingentes

Digitized by Google

Caſſida: tùm croceam chlamydemque, ſinusq́; crepantes
Carbaſeos, fuluo in nodum collegerat auro,
Pictus acu tunicas, & barbara tegmina crurum.
Hunc virgo, ſiue vt templis præfigeret arma
Troia; captiuo ſiue vt ſe ferret in auro;
Venatrix, vnam ex omni certamine pugnæ
Cæca ſequebatur, totumque incauta per agmen,
Fœmineo prædæ & ſpoliorum ardebat amore.
Telum ex inſidijs cui tandem tempore capto
Conijcit, & ſuperos Aruns ſic voce precatur.
Summe deûm, & ſancti cuſtos Soractis Apollo.
Quem primi colimus; cui pineus ardor aceruo
Paſcitur, & medium freti pietate per ignem
Cultores multâ premimus veſtigia prunâ:
Da pater hoc noſtris aboleri dedecus armis
Omnipotens: non exſuuias, pulſæ'ue trophæum
Virginis, aut ſpolia vlla peto: (mihi cætera laudem
Facta ferent) hæc dira meo dum vulnere peſtis
Pulſa cadat; patriam remeabo inglorius vrbem.
Audijt, & voti Phœbus ſuccedere partem
Mente dedit: partem volucres diſperſit in auras.
Sterneret vt ſubito turbatam Marte Camillam,
Annuit oranti; reducem vt patria alta videret,
Non dedit: inque Notos vocem vertêre procellæ.
Ergo vt miſſa manu ſonitum dedit haſta per auras;
Conuertêre animos acies, oculosque tulêre
Cuncti ad reginam Volſci. nihil ipſa, nec aura,
Nec ſonitus memor, aut venientis ab æthere teli:

SER. CASSIDA.] *Pro, caſſis. nam accuſatiuum poſuit pro nominatiuo.* PICTVS acu tunicas, & barbara tegmina crurum.] *Pictus tunicas, pictus crurum barbara tegmina: Id eſt, habebat veſtem phrygionis arte perfectam. Sanè armorum longa deſcriptio illûc ſpectat, vt in eorum cupiditatem meritò Camilla videatur eſſe ſuccenſa.* FOEMINEO.] *Inpatienti, irrationabili: vt,* Fœmineæ ardentem curæq́; iræq́; coquebant. SVMME deûm.] *Ex affectu colentis dicitur. nam Iuppiter ſummus eſt.* SANCTI cuſtos Soractis, Apollo.] *Soractis, mõs eſt Hirpinorum, in Flaminiâ collocatus. In hoc autem mõte, cùm aliquando Diti patri ſacrum perſolueretur, (nam Dijs manibus conſecratus eſt) ſubitò venientes lupi, exta de igni rapuerunt. quos cùm diu paſtores ſequerentur: delati ſunt ad quandam ſpeluncam, halitum ex ſe peſtiferum emittentem; adeò vt iuxtà ſtantes necaret. & exinde eſt orta peſtilentia; quia fuerant lupos ſecuti: de quâ reſponſum eſt, poſſe eam ſedari, ſi lupos imitarentur, id eſt, rapto viuerent. Quod poſtquam factum eſt, dicti ſunt ipſi populi Hirpini Sorani. Nam lupi, Sabinorum linguâ Hirpi vocantur. Sorani verò, à Dite: nam Ditis pater Soranus vocatur: quaſi lupi Ditis patris. Vnde memor rei Vergilius, Aruntem paulò pòſt comparat lupo; quaſi Hirpinum Soranum.* PINEVS ardor.] *Ignis πείρφαινις.* ACERVO.] *Pyrâ, coacernatione lignorum.* FRETI pietate.] *Iſte quidem hoc dixit: ſed Varro vbique expugnatorem religionis ait, cùm quoddam medicamentum deſcriberet:* Et vt ſolent Hirpini, qui ambulaturi per ignem, medicamento plantas tingunt. MVLTA prunâ.] *In prunâ. Pruna autem, quamdiu ardet, dicitur. Horatius:* Prætextam, & latum clauum prunæque batillum. *Cùm autem exſtincta fuerit, carbo nominatur. Terentius:* Tam excoctam atque atram reddam, quàm carbo eſt. *Nam Pruna à perurendo dicta eſt.* EXSVVIAS, pulſæ'ue trophæum.] *Exſuuias occiſæ, pulſæ trophæum. Et propriè: nam, vt ſuprà diximus, de occiſis hoſtibus triumphabant; de pulſis figebant trophæa.* PARTEM mente dedit, partem volucres diſperſit in auras.] *Bona moderatio Apollinis, inter ſacerdotis preces, & voluntatem ſororis. Eſt autem Homeri, orante Patroclo Achille:* ὣς ἔφατ' εὐχόμενος, τοῦ δ' ἔκλυε μητίετα Ζεύς· τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατήρ, ἕτερον δ' ἀνένευσε, νηῶν μέν οἱ ἀπώσασθαι πόλεμόν τε μάχην τε δῶκε, σόον δ' ἀνένευσε μάχης ἐξαπονέεσθαι. NIHIL ipſa, nec auras, nec ſonitus memor.] *Hæc eſt antiqua lectio; vt declinatum, ἡ αὔρα, τῆς αὔρας. Namque apud maiores trahebatur interdum à Græco genitiuus ſingularis. Hinc eſt & Paterfamiliâs, & Materfamiliâs: quæ duo tantùm nomina remanſerunt. nam nec huius Auras dicimus, nec huius Cuſtodias ſecundùm Salluſtium, qui ait:* Caſtella cuſtodias theſaurorum; *pro, cuſtodia. Etenim ita Aſper intelligit: licèt alij* cuſtodias, *accuſatiuum velint. Sanè Paterfamiliâs, & Materfamiliâs, quando dicimus,* familias *indeclinabile eſt. Si autem Paterfamiliæ dixerimus: iam non erit nomen, ſed locutio: & familiæ erit datiuus. Nam Pater mihi eſt, dicimus. Terentius:* Naturâ tu illi pater es, conſilijs ego. *Multi tamen volunt, in numero plurali nomen vtrumq́; declinari: vt dicamus, hi Patresfamiliæ, horum Patrumfamiliarum.* A

POM. Sabi. CASSIDA.] *id eſt, caſſis.* SORACTIS.] *Soracte, mons eſt in agro Phaliſco, Apollini ſacer: cuius ſacerdotes, illæſi ſupra prunas ardentes ambulabant. Ad radices montis locus fuit, Diti ſacer: in quo cùm ſemel ſacra eius fierent, lupi rapuerunt exta. quos ſacerdotes perſecuti ſunt, vſq; ad hiatum terræ: vnde peſtilens halitus exibat. ex eo tempore orta peſtilentia, multos necauit. & reſponſum eſt,* B *poſſe morbum extingui, ſi rapto viuerent, vt lupi. quod fecerunt: & ob hoc Hirpi Sorani fuerunt appellati. Sabini enim, lupos dicunt Hirpos: & Samnites, qui ab eis originem habent, ſic nominãt. Soranus, linguâ Sabinâ, Pluto interpretatur. De ſacerdotibus, ambulantibus ſupra ignem, meminit Plinius & Silius.* NEC auras.] *quia ille non remeauit, vt eſſet vltio Camillæ.* NEC auras.] Auras, *genitiui caſus eſt. ſic legit Aſper. apud antiquos, Græcus genitiuus & in vſu erat: vt Maia Maias. remanſit in conſuetudine, hæc familia, huius Familias: vt Paterfamiliâs. Varro paterfamiliaris, dixit: Siſenna, in multitudine, Patres familiarum.*

VAR. Lect. TOTVM'QVE incauta.] *Antiqui libri* Incenſa *legunt.* CV'M tandem tempore capto Conijcit.] *Veteres quidam aliquot libri,* Cunctantem tempore capto Concitat, *legunt.* FACTA ferent.] *In antiquis libris ſcriptum obſeruaui,* Ferant. PATRIAM remeabo inglorius vrbem.] *In libris antiquis,* Patrias remeabo inglorius vrbes, *ſcriptum inueni.* NIHIL ipſa, nec auræ.] Auras, *antiquam eſſe lectionem, Seru. aſſeuerat. Sunt etiam libri, in quibus* Nihil illa *ſcriptum ſit.* C

DON. TV'M croceam chlamydemque, ſinusque crepantes Carbaſeos, fuluo in nodum collegerat auro.] *Iſtius clara fuerat, & carbaſea chlamys; in colore tamen croceo verſa. Hanc chlamydem, quò expeditior eſſet aureis nexibus in nodum habuit collectam.* PICTVS acu tunicas, & barbara tegmina crurum.] *Nomine artis, qualis eſſet tunica, demonſtrauit. nam huiuſmodi veſtes acu pictæ dicuntur. Tegebantur autem crura eius barbarico opere, tegminibus factis. & hoc nomen eſt: nam, qui hanc exercent, Barbaricarij dicuntur; exprimentes ex auro & coloratis filis hominum formas, & diuerſorum animaliũ, & ſpecierum imitatam ſubtilitate veritatem.* HVNC virgo, ſiue vt templis præfigeret arma Troia, captiuo ſiue vt ſe ferret in auro, Venatrix, vnum ex omni certamine pugnæ Cæca ſequebatur, totumque incauta per agmen Fœmineo prædæ & ſpoliorum ardebat amore.] *Hunc, inquit, pulchrè, precioſeq́; veſtitum, Virgo leuitate excuſat: quæ ætatis elata ſuperbiâ, ſiue vt glorias de Troianis factas templis oſtenderet; ſiue vt ipſa talibus ſpolijs vteretur, quò pulchrior venatrix iret ad ſyluas: ſic vnum ſequebatur; quaſi in tantâ bellantium multitudine ſolus eſſet in campo. Faciebat hoc, non*

A *iuuenis amore ducta, sed vestium.* Cæca, *inquit, sequebatur. Quomodo sequebatur, si cæca? Non cæca, quasi extincto lumine; sed cupiditate spoliorum, nihil videns præter ipsum. quod insidianti Arunti proderat ad ea, quæ cupiebat implere.* TELVM ex insidijs cui tandem tempore capto Concitat.] *Tandem: quia aut diu obseruabat per diuersa percurrentem; & non temerè adire debuit, quam timebat: aut quia cupienti tardus est exitus expeditionis; etiam si totâ maturitate proueniat. Telum igitur, captato tempore atque inuento, ex insidijs, quum ex aperto non auderet, contendit: ne periret obripiendi occasio, quâ illa, intenta in Aruntis necem, nec cogitabat alia, nec videbat.* ET superos Aruns sic voce precatur.] *Tam difficile fuit, Camillam sterni hostili manu: vt, ad eius procurandum exitium, & occasio quærenda temporis duceretur & loci; & deorum fauor suppliciter inuitandus.* SVMME deûm, sancti custos Soractis Apollo, Quem primi colimus; cui pineus ardor aceruo Pascitur, & medium freti pietate per ignem Cultores multâ premimus vestigia prunâ.] *Necesse fuit eum laudari supplici voce, à quo implorabatur auxilium.* Dixit, Summe deûm. *plena laus est eius, qui summus asseri-*
B *tur, proindéque quo nullus sit potior. Qui sanctum Soractem tueris ac protegis. post laudem numinis dixit Soractem sanctum: sanctum enim efficitur, quicquid aliquod amauerit numen. Incipit iam commendare merita sua. quâmuis hoc quoque ad dei ipsius pertineat laudem, qui cum tantâ reuerentiâ meruit coli. Quem primi, inquit, colimus, hoc est, electi. Cui incenditur ingens aceruus ex telâ: atque ita, vt nunquam deficiat, sed semper alatur. Hoc genus ignis ideò in deprecatione positum est: quia naturali succo, tanquam oleo, violentiùs accenditur, & accensum diu perdurat. Tantáque, inquit, apud nos fiducia est numinis tui: vt premamus ignem nudis vestigijs; nec lædamur. Post laudem, quam desiderijs præferri conuenerat; post commendationem, suæ petitionis adijcit summam:* DA pater, hoc nostris aboleri dedecus armis, Omnipotens.] *Grande, inquit, præstabis beneficium; si nostrorum armorum dedecus aboleatur & pereat. quales enim viri dici poterant; quorum audebat fœmina misceri certamini? quam vincere fuit crimen; & ab eâ superari, flagitium.* NON exsuuias, pulsǽue trophæum Virginis, aut spolia vlla peto.] *Quia dici potuit; Iugulare fœminam, virtuti est crimen: cur tu eam perire desideras manibus tuis? Idcirco ipse hæc præueniens, dixit: Non quæro aliquam gloriam ex illius nece; nec exsuuias eius, nec trophæum, aut spolia referre contendo.* MIHI cætera laudem Facta ferent.] *Si laudari cupio; habeo alia, quæ mihi afferant laudem.* HÆC dira meo dum vulnere pestis Pulsa cadat, patrias remeabo inglorius vrbes.] *Sine gloriâ, inquit, volo remeare ad patriam meam; dummodò ista pestis intereat. Accedat hoc solum titulis meis, non aliquid fecisse fortiter; sed virorum armis tale dedecus sustulisse.* AVDIIT, & voti Phœbus succedere partem Mente dedit; partem volucres dispersit in auras.] *Omnia quidem Phœbus audijt: sed admisit aliqua; alia respuit. Videamus præstita; & exclusa tractemus.* STERNERET vt subitâ turbatam morte Camillam, Annuit oranti: reducem vt patria alta videret, Non dedit, inque Notos vocem vertêre procellæ.] *Præstitit deprecanti, vt Camillam subitâ morte prosterneret. vt autem incolumis ipse remearet, non admisit: & hanc precum partem procellis dimisit & ventis.* ERGO, vt missa manu sonitum dedit hasta per auras, Conuertêre animos acres, oculosque tulêre Cuncti ad reginam Volsci.] *Mox vt hasta coniecta est, & sonitum dedit; Volsci omnes, animo in reginam oculisque conuersi, exspectabant, quid ille sonus aut euentus afferret.* NIHIL ipsa, nec auras, Nec sonitus memor, aut venientis ab æthere teli.] *Ipsa interea, quam aliæ cupiditates occupauerant, nec stridorem aëris audijt; nec audijt de summo veniens telum; nec aliquid peruersi vidit aut sensit.*

SER. PAPILLAM exsertam.] *Nudam. Sanè* Mamilla, *est omnis eminentia vberis:* Papilla *verò, breue illud, vn-*
C *de lac trahitur.* DOMINAM.] *Reginam: vt,* Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti. VIRGINIS audet.] *Sic fuerat consternatus, vt etiam vulneratam timeret.* OCCISO pastore lupus.] *Bene pastori comparat reginam. nam reges ipsi pastores vocâtur. Homerus, ποιμένα λαῶν.* CAVDAM pauitantem.] *Quæ timorem indicat: pro, ipse pauitans.* TVRBIDVS.] *Timidus modò. suprà, terribilis: vt,* Venulo aduersum se turbidus infert. MVCRO.] *Hinc apparet, mucronem esse cuiuslibet teli acumen.* FRIGIDA letho.] *Alij* telo *legunt; & intelligunt,* vulnere. *Et quidam,* labuntur letho: *non letho frigido; sed, letho labuntur. Alij,* frigida letho *accipiût; quia sequitur pôst,* Captum letho posuit caput. *Non-*

Hasta sub exsertam donec perlata papillam
Hæsit, virgineumque altè bibit acta cruorem.
Concurrunt trepidæ comites; dominamq; ruentē
Suscipiunt. fugit ante omnes exterritus Aruns,
Lætitiâ mistoque metu: nec iam ampliùs hastæ
Credere, nec telis occurrere virginis audet.
Ac velut ille, priùs quàm tela inimica sequantur,
Continuò in montes sese auius abdidit altos
Occiso pastore lupus, magnóue iuuenco,
Conscius audacis facti, caudamque remulcens
Subiecit pauitantem vtero, syluasque petiuit:
Haud secùs ex oculis se turbidus abstulit Aruns;
Contentusque fugâ, medijs se immiscuit armis.
Illa manu moriens telum trahit: ossa sed inter
Ferreus ad costas alto stat vulnere mucro.
Labitur exsanguis; labuntur frigida letho
Lumina: purpureus quondam color ora reliquit.
Tunc sic exspirans, Accam ex æqualibus vnam
Alloquitur; fida ante alias quæ sola Camillæ,
Quîcum partiri curas: atque hæc ita fatur.
Hactenus, Acca soror, potui: nunc vulnus acerbū
Conficit, & tenebris nigrescunt omnia circùm.
Effuge, & hæc Turno mandata nouissima perfer.
Succedat pugnæ, Troianosque arceat vrbe:
Iamque vale. simul his dictis linquebat habenas,
Ad terram non spontè fluens. tùm frigida toto
Paulatim exsoluit se corpore; lentaque colla
Et captum letho posuit caput, arma relinquens:
Vitaque cum gemitu fugit indignata sub vmbras.
Tùm verò immensus surgens ferit aurea clamor
Sydera: deiectâ crudescit pugna Camillâ.

nulli frigida lumina tradunt; scilicet ignis calore extincto: vt è contrario, Ad cœlum tendens ardentia lumina. PARTIRI curas.] *Subaudi, consueuerat.* HÆC ita fatur.] *Vnum abundat. nam suprà ait,* Alloquitur. POTVI.] *Absolutè: pugnare, vel viuere. Necessaria enim eclipsis in defectione; quæ ex arte nō semel posita est.* SVCCEDAT pugnæ.] *Animus bellatricis ostêditur: quæ non se dolet lucem, sed bella deserere: intantum, vt nihil aliud moliens, quàm de republicâ tuendâ, & bellum mandaret; & solum putaret idoneū Turnum in eius vicem succedere.* NON sponte fluens.] *Non sponte, vt suprà;* Portisque ab equo regina sub ipsis Desiluit: quam tota cohors imitata, relictis Ad terram defluxit equis. PAVLATIM exsoluit se corpore.] *Sic in quarto;* Teq; isto corpore soluo. ET captum letho posuit caput.] *Cùm dicit* caput; *ostendit*

Digitized by Google

ostendit operam consecrari; vsquedum soluatur caput hominis, id est, liberetur. quod faciliùs potest morte contingere, sicut suprà dictum est. ARMA relinquens.] *Alij* arma relinquunt, *legunt. Probus hypallagen vult, vel contrarium: vt,* ipsa relinquit. *Alij* arma relinquũt: *illa decidebãt è manibus cum illâ exanimi.* VITA'QVE cum gemitu fugit indignata sub vmbras.] *Seruat hoc vbique, vt iuuenum animas à corporibus dicat cum dolore discedere, quòd adhuc esse superstites potuerũt. quod etiam de Turno dicturus est. Et est Homeri. Idem Cicero in Catone Maiore:* Iam omnis conglutinatio recens, ægrè; inueterata, facilimè diuellitur. IMMENSVS clamor.] *Troianorum scilicet: qui exsultabant, & quorum animi aucti sunt, Camillã moriẽte.* CRVDESCIT.] *Crudelior fit cæde multorum. nam Crudus, & Crudelis, à cruore dicitur.* OMNIS copia.] *Pro, totus exercitus. vt,* Et quæ sit me circùm copia lustro. MVLCTATAM.] *Affectã, debilitatã. Mulctari enim propriè verberibus dicimur.*

Incurrunt densi, simul omnis copia Teucrûm,
Thrrhenique duces, Euandrique Arcadis alæ.
At Triuiæ custos, iamdudum in montibus Opis
Alta sedet summis; spectatque interrita pugnas,
Vtq; procul medio iuuenum, in clamore furentũ,
Prospexit tristi multatam morte Camillam,
Ingemuitque; deditque has imo pectore voces.
Heu nimiùm, virgo, nimiùm crudele luisti
Supplicium: Teucros conata lacessere bello!
Nec tibi desertæ in dumis coluisse Dianam
Profuit, aut nostras humero gessisse sagittas?
Non tamen indecorem tua te regina relinquet
Extremâ iã in morte: neq; hoc sinè nomine lethũ
Per gentes erit: aut famam patieris inultæ.
Nam quicunque tuum violauit vulnere corpus,
Morte luet meritâ. Fuit ingens monte sub alto
Regis Dercenni terreno ex aggere bustum,
Antiqui Laurentis; opacaque ilice tectum.
Hîc Dea se primùm rapido pulcherrima nisu
Sistit, & Aruntem tumulo speculatur ab alto.
Vt vidit fulgentem armis, ac vana tumentem:
Cur, inquit, diuersus abis? huc dirige gressum:
Huc periture veni: capias vt digna Camillæ
Præmia. túne etiam telis moriêre Dianæ?
Dixit: & auratâ volucrem Threissa sagittam
Deprompsit pharetrâ; cornuq; infensa tetendit,
Et duxit longè: donec curuata coirent
Inter se capita; & manibus iam tangeret æquis:
Læuâ aciem ferri; dextrâ neruoque papillam.
Extemplò teli stridorem, aurasque sonanteis,
Audijt vnà Aruns; hæsitque in corpore ferrum.
Illum exspirantem socij, atq; extrema gementem
Obliti, ignoto camporum in puluere linquunt.
Opis ad æthereum pennis aufertur Olympum.
Prima fugit, dominâ amissâ, leuis ala Camillæ:
Turbati fugiunt Rutuli; fugit acer Atinas:

quasi audienti dicat: vt, Macte nouâ virtute puer. A
Diuersus *autem, à pugnâ diuersus: vel diuersus, quòd fugit, quâ occidit.* DIGNA Camillæ præmia.] *Sic in secundo:* Persoluant grates dignas, & præmia reddant Debita. *Item in decimo:* Et hęc tibi porto Dona prius. TVNE etiam telis moriêre Dianæ?] *Cum ingenti amaritudine dictum est. nam ei etiam genus inuidet mortis. Quòd autem ait,* túne etiam, *ad Niobes numerosam pertinet sobolem.* VOLVCREM sagittã.] *Propriè: quia sagittis pennæ agglutinantur.* THREISSA.] *Propter Amazonas. & hanc Vergilius non ita finxit, vt Tarpeiam & ceteras, sed proprio nomine videtur induxisse.* B CORNVQVE infensa tetendit.] Cornu, *accusatiuus singularis est. ac si diceret:* Arcumq; infensa tetendit. *nam horum dubiorum nominum casus, ex similibus, vel synonymis, comprobantur.* COIRENT inter se capita.] *Homerica est ista descriptio, Pandaro fœdera iussu Palladis confundente:* ἕλκε δ᾽ ὁμοῦ γλυφίδας τε λαβὼν καὶ νεῦρα βόεια, νευρὴν μὲν μαζῷ πέλασεν τόξῳ δὲ σίδηρον. TELI stridorẽ.] *Homerus,* λίγξε βιός, νευρὴ δὲ μέγ᾽ ἴαχεν. MANIBVS æquis.] *Pro, æqualiter, vel æquantibus. & licitũ Poëtæ, nomen pro aduerbijs aut participijs ponere.* AVDIIT vnà Aruns, hæsitq; in corpore ferrũ.] *Celeritas iaculãtis exprimitur. Sic Statius cum iã percussum dixisset;* Extinctũ, *ait,* necdũ certi tacet arcus Amyntæ. *Multi nolũt in medio distingui, propter exprimendã celeritatẽ.* OBLITI.] *Nonnulli Vergiliũ, secundum vetustatẽ hoc verbo vsum, tradunt: vt obliti,* ἀμελήσαντες, *hoc est, negligentes & contemnentes putent, viderant enim peremptũ; sed neglexerunt. Ergo scientes liquerunt: vt,* oblitus decorisq; sui: &, oblitus fatorũ. *Alij,* obliti, *vbi reliquerant nescientes. & est sensus: obliti illũ.* IGNOTO camporum in puluere linquunt.] *Bene Aruns, qui quasi sacrilegus peremptus est, faciente numinis iracundiã, est relictus, vt nec sepulturã posset mereri.* LEVIS ala] *Leuis armaturæ scilicet.* TVRBATI fugiũt Rutuli.] *Hoc ad Camillæ pertinet laudem: quâ amissâ, turbati fuerunt Rutuli; & mutantur fata bellorum.* ACER Atinas.] *Licèt acer; fugit tamen.* C

AT Triuię custos.] *Vel ministra; vel obseruatrix. Potest & pro comite accipi. vel, custos mandatorũ Triuiæ, ne inuita Camilla moriatur.* CONATA lacessere Teucros.] *Propter illud,* Bellũ importunũ gerimus cũ gẽte deorũ. *Heu autem, doloris exclamatio est* CRVDELE luisti Suppliciũ.] *Iuris verbo vsus est.* Luere *enim debere dicitur, qui pecuniã soluit. quod hîc vsurpatũ est in capitis pœnã. Quidã huius loci longam expositionem tradunt: Volscos à Vulcatibus Hylinis originem ducere: Exclytas autem, inter quos Amazones sunt, regionem Illyricam incolere.* * Luisse *ergo supplicium Camillam dicunt, quæ aduersùm Troianos arma tulerit: quibus maiores eius auxilium constat tulisse, id est, Pentesilea.* DESERTÆ in dumis.] *In syluis coluisse. aut, dumis deserti, id est soli, & sinè nobis.* COLVISSE Dianam Profuit.] *Non deam incusat; sed fatorũ necessitatem: contra quam nec numinis opitulatur auxilium.* SINE nomine.] *Sinè gloriâ, sinè famâ: quòd fortiter fecit: vel quia dea vindicat.* FAMAM patieris inultæ.] *Id est, non inuindicatæ ignominiam sustinebis. Quod etiam Dido dolet, dicens;* Et moriemur inultæ. Sed moriamur, ait. MONTE sub alto.] *Vt,* Monte sub aërio. *Apud maiores, nobiles aut sub montibus altis, aut in ipsis montibus, sepeliebantur. vnde natum est, vt super cadauera, aut pyramides fierent, aut ingentes collocarentur columnæ. Lucanus:* Et regum cineres exstructo monte quiescant; Cùm Ptolomæorum matres, seriemque pudendam Pyramides claudant. REGIS Dercenni.] *Quidam de Stercenij rege Aboriginum hoc nomen fictum putant.* BVSTVM.] *Hoc loco sepulchrum.* VANA tumentem.] *Plenum falsæ gloriæ, quam Græci κενοδοξίαν dicunt.* Vana *autem* tumentem; *vt,* Infanda furentẽ. CVR, inquit, diuersus abis? *Non*

EXSERTAM papillam.] *More Amazonum papilla erat exserta: vt apud Pomponium lib. secundo.* POM. Sabi. CAVDAM subiecit.] *Lupi & canes, cùm timent, caudã apponunt ventri, & fugiunt.* ACCA.] *comes infelicis Camillæ. Hoc nomẽ tractum esse videtur ab eâ, quæ Romulũ & Remum nutriuit, vxor Faustuli, regij pecoris magistri.* HEV nimiùm.] *Loquitur Opis, cui commendata erat vltio Camillæ ab Dianâ.* DERCENNI.] *Dercennus, rex vnus ex antiquissimis in Latio: quem plerîq; Latinum eundem dixerunt, vt Hyginus. Sub columnis autem, magnâ mole antiqui condebant cadauera.* THREISSA.] *nunc Opis: quia in Thraciâ virgines sunt venatrices.* CORNV.] *id est, arcum ipsum, vel cornu arcus.*

OBLI-

Digitized by Google

A OBLITI socij.] *dicit relictum à socijs: vt magis ostenderet potentiam Numinis.* ATINAS.] *populos Atinæ.*

VAR. Lect. LÆTITIA, mixtoq; metu.] *In Rom. lib.* Mœstoq; *metu legitur.* MAGNOQVE iuuenco.] *In antiq. exempl.* Magnoq; *habetur.* LABITVR exanguis.] *Pleriq; lib. antiq.* Exlanguis *scribunt. Donatus legere videtur,* Labitur & sanguis. QVI cum partiri.] *Vetera pleraq; exemplaria,* Quâcum *legunt.* TROIANOSQVE arceat vrbe.] *In antiquis libris,* Vrbi *legitur. Est etiam in Mediceo absq; copulatiuâ,* Troianos arceat vrbe. ARMA relinquens.] *In Rom. lib.* Reliquit *habetur.* INCVRRVNT densi.] *Romanus liber* Concurrunt *legit.* EVANDRIQVE Arcadis alæ.] *Romanus liber legit.* ARCADES alæ. TRISTI multatâ.] *Lib. veteres,* Mulctatam *per* ct *scriptum habent.* HVMERO gessisse sagittas.] *In libris antiquis,* Gestâsse *legitur. Sed in pluribus* Gessisse pharetras *habetur.* TVA te regina relinquet. *In Romano lib.* Reliquit: *in aliquot alijs* Relinquit *est.* EXTREMA iam in morte.] *Alibi* Extremâ iam morte *legitur.* NEQVE hoc sine nomine.] *In antiquis aliquot* Nec *scribitur. Est*

B *&* Numine, *in Mediceo.* DIGNA Camillæ.] *In Romano libro* Camilla *legitur.*

DON. HASTA sub exsertam donec perlata papillam Hæsit, virgineumq; altè bibit acta cruorem.] *Tamdiu nec vidit hastam, nec sensit: donec eam sub papillâ percuteret, & totum eius biberet sanguinē. Quanta fuit animi eius occupatio: vt, nisi lethaliter percussa, hastam venisse nescisset! completa est Camillæ descriptio: ne superfluum quid Poëta dixisse videatur. ait enim:* At medias inter cædes exsultat Amazon, Vnum exserta latus. *Ecce, ipsâ parte interijt, quā habuit nudam! Dehinc dicta est, pharetram, arcū, securim atq; hastam habuisse: hisq; omnibus vsa esse, monstrata est.* CONCVRRVNT trepidæ comites, dominamq; ruentem Suscipiunt. *Trepidas rectè posuit: quæ adhuc nescirent plenè vim causæ.* FVGIT ante omnes exterritus Aruns.] *Ante omnes, hoc est, omnibus alijs dimissis.* LÆTITIA, mistoq; metu.] *Lætus fuit, quia arreptum compleuerat desiderium: metuebat aūt, ne quis vltor emergeret, vel ne illa sic icta esset, vt viueret. Vsqueadeò ipsa fuit potior causa fugiendi; vt secutū sit:* NEC iam ampliùs hastæ Credere, nec telis occurrere virginis audet.] *Non enim credebat, ipso vulne-*

C *re morituram.* AC velut ille priùs, quàm tela inimica sequantur, Continuò in mōtes sese auius abdidit altos Occiso pastore lupus, magnoq; iuuenco, Conscius audacis facti, caudamq; remulcēs Subiecit pauitantem vtero, syluasq; petiuit: Haud secùs ex oculis se turbidus abstulit Aruns: Cōtentusq; fugâ, medijs se immiscuit armis.] *Parabolā sumpsit eius animalis, quod sit audax ad faciendū, & satis temerariū, timidū sanè post factum. nam habet naturalem industriam: vt, vbi quid se aduerterit admisisse, quod possit aut debeat vindicari, fugam per solitudines petat. Hoc Aruns imitatus, aufugit: & sese, vt facilliùs latitaret, cateruæ cōmiscuit.* ILLA manu moriens telum trahit.] *Non dixit, Educit, aut rapit: hoc enim eorum est, qui nondū vrgentur in mortē.* Trahit, *inquit: vt defectu ipso ostēderet morientem.* OSSA sed inter Ferreus ad costas alto stat vulnere mucro.] *Cupiebat telū extrahere: sed infixū ossibus ferrū altiùs tenebatur.* LABITVR exsanguis, labuntur frigida letho Lumina.] *Recedente per lapsum sanguine, oculi quoq; morientis labuntur in mortē.* PVRPVREVS quondā color ora reliquit.] *Deficiente in vultu eius colore purpureo, emergebat pallor infelix.* TVM sic expirans Accam, ex æqualibus vnā, Alloquitur: fida ante alias quę sola Camillæ, Quî cum partiri curas.] *Quum vltimū iam spiritum redderet, elegit vnā ex æqualibus, quæ Acca dicebatur: atq; huic extrema verba commisit. Dixit causam, quā effectū est, vt cū solâ loqueretur. Ex æqualibus, inquit: quia hoc ei fuit cōmune cum cæteris. Addidit aliud: Quæ esset ipsi fida ante alias, quæ sola Camillæ. augmentum laudis: quia sola audire meruit, quod aliæ nesciebant; & fidem secretis sola poterat reseruare.* QVI cū partiri curas.] *relationē curarum, animi releuatione ac sollicitudinis vult esse Vergilius. proinde Camilla tam charam habuit Accam: vt, quidquid animo gereret, quod angeret, sensim huic semper narraret, & cū eâ narrando diuideret.* Curas, *etiam consilia & tractatus debemus accipere.* ATQVE hæc ita fator.] *Quo factum est, vt hæc ei intimaret, ac diceret:* HACTENVS, Acca soror, potui.] *Vsq; ad hoc tēpus, inquit, Acca soror, aliquid potui. Quid benignius? quid his dictis dulcius? quàm, vt in salutis fine posita, nomine suo appellaret, quā charissimā præter cæteras habuit? Quid religiosius, quàm sororē diceret, & probatā fide germanitatis honore præferret?* NVNC vlnus acerbū Conficit.] *Ad commemorationem superioris temporis, quo potens in certaminibus & nobilis fuit; transit ad præsentē causum, quo vrgebatur in finem. quippe dicendo,* Conficit, *ostēdit eiusmodi esse, cui, ob retinendam salutem, nullo posset remedio subueniri. Verùm, ne illa diceret:* Qualecumq; *istud ex auxilio medicinæ sanabitur: hoc ipsum satians, addidit:* ET tenebris nigrescunt omnia circùm.] *Vsqueadeò, inquit, conficit: vt tenebræ occurrere cœperint oculis meis. quod esse non dubium est principium mortis. Infert iam, quæ fuerit causa loquendi: ne ignarum deciperet, cui plenissimam spoponderat fidem.* EFFVGE.] *Properantum iter, fugam dixerunt veteres nostri. ideoq; fugitiuis hoc appositum nomen est: quia currunt tantummodò. Ergo fugitiuorum, inquit, more celeriùs perge.* ET hæc Turno mādata nouissima perfer.] *Nouissima mandata ideò, vt sciret iam non superfuturam, quæ alia posset iterum iterumq; mandare.* SVCCEDAT pugnæ, Troianosq; arceat vrbe.] *Licèt in ipsa morte constituta, habuit in animo cōmodum Turni. in primis quippe nihil fuerat curandum; nisi vt vrbem non inuaderent inimici: in quâ Lauinia degebat; quæ fuit totius certaminis causa. Deniq; hoc ei consilium, & inter initia tractatus dedit: hoc etiam nūc mandat seruandum. Suprà enim dixit:* Tu pedes ad muros subsiste, & mœnia serua. *prima erit gloria, parsq; maxima victoriæ; si ad vrbem nō sinatur hostis accedere. Sciat me ille, susceptas partes, non voluntate reliquisse, sed morte. quocirca succedat in sollicitudine mortuæ; & ante omnia vrbē à Troianorum inuasione defendat.* IAMQVE vale.] *Quū vlteriùs loqui non posset extremo verbo ait,* Iam vale. SIMVL his dictis linquebat habenas, Ad terrā nō sponte fluēs.] *Quia vrgebatur pleno exitu animæ; & habenas iam reliquerat, & inuita fluebat in terram.* TVM frigida toto Paulatim exsoluit se corpore.] *Paulatim recedēte calore corporis, paulatim frigescebat.* LENTAQVE colla, Et captū letho posuit caput.] *Mors quippe soluit omnia, quæ vigorē corporis regunt.* ARMA relinquit.] *Ceciderunt & arma: cùm & hæc vlteriùs tenere nō posset.* VITAQVE cū gemitu fugit indignata sub vmbras.] *Indignè referens, quòd sic perisset; relicta vita in tenebras gemebunda perrexit.* TVM verò immensus surgens ferit aurea clamor Sidera.] *Cùm suprà dixerit,* Concurrunt trepidæ comites: *& incertum fuisset, quid illud vulnus afferret: hîc, vbi animam reddidit, dictū est,* Tum verò: *hoc est, tūc magis vsq; ad cœlum perueniebant vlulatus, & voces missæ cum fletibus.* Deiectâ crudescit pugna Camillâ. *Quū deficiente tantæ exercitationis fœminâ, bellū molliri debuisset: tunc exasperatum est magis, vt mors eius pensari posset vltione. Asperatū est quoq; ex aliâ parte: quia spes creuerat magis magisq; vincēdi, vbi Camilla non fuerat.* INCVRRVNT densi, simul omnis copia Teucrûm, Tyrrheniquе duces, Euandriq; Arcadis alæ.] *Incurrunt, dictum est, in vnum locum currunt: atq; ex congestâ multitudine facti sunt densi; Teucri scilicet, Tyrrheni, & Arcades: quū mors Camillæ spem certam vincendi monstrauisset; proindeq; acerbitatem cumulauisset belli.* AT Triuiæ custos iamdudū in montibus Opis

Alta sedet summis.] Opis, *quam Diana praeceperat Camillæ mortem congruâ ultione pensare, sedebat in altis montibus, pugnas obseruans, vt Arunt posset occidi.* SPECTAT'QVE interrita pugnas.] *Hoc, inquit, faciebat interrita. quid enim metueret, quæ aberat procul, & sedebat in summo? Hæc autem illi montium altitudo præstabat: vt sequuta esset, & faciliùs necessaria exploraret ex edito, & dispositam Aruntis necem valeret implere.* VT'QVE procul medio iuuenũ In clamore furentũ Prospexit tristi mulctatã morte Camillam, Ingemuitq́;, deditq́; has imo pectore voces.] *Vbi vidit Aruntem cũ cæteris furere; & occisæ crudelis interitus animo dolentis occurrit, ingemuitq́; & tales dedit voces.* HEV nimiùm, virgo, nimiùm crudele luisti Supplicium, Teucros conata lacessere bello.] *Vox huius dolentis laudem continet Troianorum. Poëta enim in Camillæ morte, non incertum belli vult esse, sed pœnam: nec illud, quod accidit, euentui deputat, sed cõfirmat esse supplicium. quasi diceret: posses vincere, nec pœnas grauissimas perpeti, si Troianos nõ vltrò prouocasses in bellũ.* NEC tibi desertæ in dumis coluisse Dianã Profuit?] *Quid profuit, solitudinẽ te passam esse syluarum? quid dumos tolerâsse? quid tractâsse arma? quid Dianam totâ veneratione coluisse? Omnibus locis dicit Poëta, deorum cultum frustra esse: neq; vnquam auxiliari deos cuiquam posse, quum ad fatalem necessitatem fuerit ventum.* NON tamen indecorem tua te regina relinquet Extremâ iam in morte: neq; hoc sine nomine lethũ Per gentes erit, aut famã patieris inultæ.] *Consolationis verba sunt ista: quæ mortui nec audiunt, nec possunt vllâ ratione sentire. In aduersis tuis, inquit, non erit tuum inferius meritum, quo perire potuisti; aut inulta per populos lethi tui nuntius perget. proinde accedit titulis tuis nobilis fama: quòd te Diana, si à morte seruare nõ potuit, tamen defendit occisam.* NAM quicunq; tuũ violauit vulnere corpus, Morte luet meritâ.] *Nam quicunq; corpus tuum ferro credidit violandum, congruam luat tuis meritis pœnam.* Violare, *est sacrum aliquid violẽter appetere. sed hîc non solùm corpus violatũ est, verumetiam quoq; salus extincta. Quod crimen cumulauit potiùs Poëta; quàm minuit. nam cùm violare non liceat vulnere: vbi erit Aruntis causa, qui sacram virginem violauit, & perdidit?* FVIT ingens monte sub alto Regis Dercenni terreno ex aggere bustum Antiqui Laurẽtis, opacâq́; ilice tectum.] *Hunc locum ordinatio magis exponit. Fuit, inquit, sub alto monte ingens bustum, terreno ex aggere, hoc est, congestâ terrâ compositũ; tectum opacâ ilice, Dercenni Laurentis, regis antiqui. In descriptione breuissimâ, & locum designauit, & eius situm: & quid esset, & cuius, ostẽdit. sed hæc descriptio nõ est superflua: pertinet quippe ad causam. nam talis Opi fuerat necessarius: vnde videret ex occulto Aruntem; & ipsa à quoquam videri non posset. Timidus enim & cautus, propter conscientiam facti, nisi per insidias, circumueniri nõ poterat. Iste igitur locus aggestione terræ editus fuit: sed hunc obscurabat altitudo sublimior montis, & arbor, quæ omnem contexerat ramis. Dicta est interea terrenæ aggestionis causa. sed hæc, inquit, bustum fuit regis Dercenni. propter magnitudinem verò arboris, seruatæ meritum ait,* Antiqui: *vt & nobilitatem mortui demonstraret; & temporis prolixi spatium: quod infinita incrementa arbor ea desumpserat. Fuit ergo sub alto monte, vt obscuratum, proceritate eius, plenis aspectibus videri non posset. Opacâ ilice contectum: vbi & latêre Opis posset, & de summo cuncta prospicere. Dixit* Antiqui, *dixit* Laurentis, *totum laudis causâ. tantò enim maioris arbusta veteres faciebant; quantò potior habebatur defuncti memoria.* HIC dea se primùm rapido pulcherrima nixu Sistit.] Opis, *moras omneis celeritate præueniens, hũc tenuit locũ.* Pulcherrimã, *loco isto debemus accipere non corpore, sed consilio bonã: quæ prouidet talem, propter explendas insidias, locum.* ET Aruntem tumulo speculatur ab alto.] *Hoc est, quod suprà posuimus, insidianti opportunam fuisse altitudinem tumuli, quæ fuisset antè cõsultò descripta. quæremus hanc, quum Opis in alto consedisse diceretur; quæremus & arborem, quæ obscurabat insidiantem.* VT vidit fulgentem armis, ac vana tumentem.] *Vt hunc vidit armorum splendore fulgentẽ, & mox perituro gaudio tumidum.* CVR, inquit, diuersus abis? huc dirige gressum: Huc periture veni: capias vt digna Camillæ Præmia.] *Dolentis vox ista est, & indè magis commotæ; quòd exsultantem de Camillæ morte, currentem vidit, et alieno lætũ exitio; cùm ipse suũ, mox affuturũ, nec intelligeret, nec videret. Hæc tamen loquebatur secũ, vtpote in summo posita, & propter insidiarum effectũ latens scilicet: non vt Aruns audiret; sed vt cõminatione verborum satisfaceret æstibus suis. Locuta est ergo, quasi ad præsentẽ; & tanquã præsentem insultanter appellat. Quid, ait, in diuersa tendis?* Diuersum, *est longè remotum ab altero: & subsidio prolixioris spatij obscuratur, & tegitur.* B HVC dirige gressum: Huc periture veni.] *magis huc veni, quò faciliùs pereas.* CAPIAS vt digna Camillæ præmia.] *vt Camilla tibi rependat pro meritis præmium.* TV'NE etiam telis moriêre Dianæ?] *Debes necari telis eius, quã in Camillæ morte credidisti contemnendã.* Dixit, & auratã volucrem Threissa sagittã Deprompsit pharetrã, cornuq́; infensa tetendit.] Quum dicit Infensa, *aliquid magnum, per commotionem magnã, & quod modũ artis excedat; factura monstratur. Prompsit igitur sagittam, & hanc neruo aptatam tetendit recuruo cornu. Pertinet enim ad artẽ iaciendi: arcusq́; omnis curuatur in finibus.* ET duxit longè.] *Ipsam scilicet sagittam cũ neruo.* DONEC curuata coirẽt Inter se capita.] *tantò enim sagitta longiùs ac fortiùs volat, quantũ retrorsum, dum tenditur, reuocatur. arcus quoq; ipse maiorem impetum præstat; si capita eius adducta iungantur.* ET manibus iam tangeret æquis, Læuâ aciem ferri dextrâ neruoq́ue papillam.] *Ipse est modus sagittæ mittendæ, nec esse amplior potest: vt arundo, aptatâ neruo, atque in dexteram partem vsque ad papillam reducta, perueniat; &* C *sinistræ manus digitus, tenentis arcum; ferri species tangat.* EXTEMPLO teli stridorem, aurasq́ue sonanteis Audijt vnà Aruns, hæsitq́ue in corpore ferrum.] *Prætermisit Poëta, quòd sagitta missa sit: quæ res perficit compendio narrantis. quod enim non est dictum; potest ex his, quæ consequuta sunt, nosci. Non enim percuteretur Aruns; si sagitta non esset eiecta: cuius volatum mox, vt aëris stridorem cognouit, iniectus est.* ILLVM exspirantem socij, atque extrema gementem, Oblitum, ignoto camporum in puluere linquunt.] *Quid infelicius huius morte; cuius cadauer colligendum nec socij curauerunt? Denique, tantâ eius obliuione ducti sunt, vt eum pro alieno, in campis, in puluere, & ignotis linquerent terris.* Quod fuit vltionis augmentum: *vt remansisset nudus, feris etiam opportunus alitibus. Insepultorum causa, ideò omni supplicio est grauior: quia, secundùm ipsum Vergilium, habebat aliam apud inferos pœnam.* OPIS ad æthereum pennis aufertur olympum.] *Pennas, celeritatẽ debemus accipere. quid enim moraretur in terris vlteriùs, quæ mandata perfecerat?* PRIMA fugit, dominâ amissâ, leuis ala Camillæ.] *Omnes, qui per ipsam regebantur, in fugam versi sunt.*

Disiectiq; duces, desolatiq; manipli,
Tuta petunt: & equis auersi ad mœnia tendunt.
Nec quisquã instãtes Teucros, lethũq; ferenteis,
Sustentare valet telis, aut sistere contra:
Sed laxos referunt humeris languentibus arcus:

SER. DESOLATI'QVE manipli.] *Deserti signiferi: quod est nimis discrimenis. namque hoc vbiq; dux præcipit, vt frequentes circà signa sint milites: sicut in Sallustio legimus.* Manipli *autem, dicti sunt signiferi: quia sub Romulo, paupere adhuc Romanus exercitus, hastas fæni manipulis illigabat; &*

Quadrupedũq; putrẽ cursu quatit vngula campũ.
Voluitur ad muros caligine turbidus atrâ
Puluis; & è speculis, percussæ pectora matres,
Fœmineum clamorem ad cœli sidera tollunt.
Qui cursu portas primi irrupêre patentes;
Hos inimica super misto premit agmine turba.
Nec miseram effugiunt mortẽ: sed limine in ipso,
Mœnibus in patrijs, atq; inter tuta domorum
Confixi, exspirant animas: pars claudere portas,
Nec socijs aperire viam, nec mœnibus audent
Accipere orantes: oriturq; miserrima cædes
Defendentum armis aditus, inq; arma ruentum.
Exclusi, ante oculos, lachrymantũq; ora parentũ,
Pars in præcipites fossas, vrgente ruinâ,
Voluitur: immissis pars cæca & concita frænis
Arietat in portas, & duros obice postes.
Ipsæ de muris summo certamine matres
(Mõstrat amor verus patriæ) vt vidêre Camillã,
Tela manu trepidæ iaciunt: ac robore duro,
Stipitibus ferrum, sudibusq; imitantur obustis,
Præcipites, primæq; mori pro mœnibus audent.
Interea Turnum in syluis sæuissimus implet
Nuntius: & iuueni ingentem fert Acca tumultũ:
Deletas Volscorum acies; cecidisse Camillam;
Ingruere infestos hostes, & Marte secundo
Omnia corripuisse; metum iam ad mœnia ferri.
Ille furens (nam sæua Iouis sic numina poscunt)
Deserit obsessos colles, nemora aspera linquit.
Vix è conspectu exierat, campumq; tenebat:
Cùm pater Æneas, saltus ingressus apertos,
Exsuperatq; iugum, syluâq; euadit opacâ.
Sic ambo ad muros rapidi, totoq; feruntur
Agmine; nec longis inter se passibus absunt.
Ac simul Æneas fumantes puluere campos
Prospexit longè, Laurentiaq; agmina vidit:
Et sæuum Æneam agnouit Turnus in armis;
Aduentumq; pedum, flatusq; audiuit equorum:
Continuoq; ineant pugnas, & prælia tentent;
Ni roseus fessos iam gurgite Phœbus Ibero
Tingat equos, noctemq; die labente reducat.
Considunt castris ante vrbem, & mœnia vallant.

A *bat; & hos pro signis gerebat. Vnde hoc nomẽ remãsit.* Ouid. *in Fastis*: Illa quidem è fæno (sed erat reuerẽtia fæno, Quantã nunc aquilas cernis habere tuas) Pertica suspẽsos portabat lõga maniplos; Vnde maniplaris nomina miles habet. LETHVM'QVE ferẽtis.] *Pro, inferentis.* LAXOS arcus.] *Nõ intentos; sed iam solutos.* PVLVIS.] *Hic corripuit: at ibi produxit;* versâ puluis inscribitur hastâ. FOEMINEVM clamorẽ.] *Impatiẽtem. nam iam dixerat* matres: *per quod muliebrem clamorem poteramus accipere.* QVI cursu portas.] *intelligendũ,*
B *eos qui.* INIMICA.] *Pro, hostilis.* MISERAM mortẽ.] Quia *sequitur*, Limine in ipso. MOENIBVS in patrijs.] *Scilicet, vbi se iam tutos esse credebant.* PARS claudere portas.] *Pars eorum, qui cursu irrupêre portas.* APERIRE viam.] *Id est, dare aditum. Et bono locutus est ambitu. Nam cum portis via aperitur, & clauditur.* ORITVR'QVE miserrima cædes.] *Quoniã defensores mœniũ, dum hostes petũt, suos feriebãt. Sic in secũdo, vbi intulit;* Armorum facie, & Graiarũ errore iubarum. DEFENDENTVM.] *Ideò defendentum &* ruentũ: *quia*
C *ad masculinũ retulit. & hi Defendentes facit: quod & de fœminino dicimus. Si autẽ de neutro loquamur,* Defendentium *dicamus necesse est: quia hæc Defendentia facit; &, vt suprà diximus, genitiuus pluralis, à nominatiuo plurali, nõ debet minor esse. Quòd si fortè minorẽ eum aliquãdo inuenerimus, metri necessitate fit: & incipit iam pathos esse, nõ declinatio. Nonnulli ergo in his nominibus, genitiuum corruptũ pro integro accipiunt.* LACHRYMANTVM.] Quidã lachrymantũ, *genitiuum corruptũ pro integro accipiunt: quia facit lachrymantiũ.* PRÆCIPITES fossas.] *decliues, in quas quis potest præcipitari.* CÆCA.] *Irrationabilis; quæ in clausas portas more arietis ruebat: id est, bellici machinamenti.* SVMMO certamine.] *In extremo discrimine. vt suprà,* Vocat labor vltimus omnes MONSTRAT amor verus.] *Qui apparet in aduersis.* VIDERE Camillam.] *Scilicet, quæ pro aliena patriâ cecidisse videtur. Sanè* vt videre, *non relatam ex pugnâ; sed vt exemplum virtutis eius viderunt. & quidam,* vt videre, *quasi quemadmodum vidêre. aut,* vt videre, *quemadmodum illam dimicare viderant, quando meruit.* TREPIDÆ.] *Licèt trepidæ; tamen oblitæ sexus, tela iaculabantur.* PRÆCIPITES.] *Aut festinæ, aut in mortẽ ruentes.* PRIMÆ'QVE mori pro mœnibus audent.] *Nimij doloris est: vt,* Me primam absumite ferro. SÆVISSIMVS implet nuntius.] *Vt & s[u]prà diximus, Nuntius est tam qui nuntiat, quàm quod nuntiatur: Nuntium, quod nuntiatur. secundùm quod nunc, nec de fœminâ, nec de re quæ nuntiatur, procedit* nuntius. *Vnde multi volunt, alium nuntium intelligi; Accam verò postea venisse. Sed melius est, vt nuntius de Accâ dictum intelligamus. Nouimus enim, poni aliqua in subauditione, quæ ex aperto dicere non debemus. vt,* Nec dextræ erranti deus abfuit: *cùm necesse sit, vt aut Iunonem, aut Alecto intelligamus. Item Sallustius;* Primo qui fortè venientes exciperet. *cùm de insidijs loqueretur, quas numeri tantùm pluralis esse, plusquàm manifestum est.* TVMVLTVM.] *Periiè, tumultum. ita enim dicitur bellum, quod differri non potest.* DELETAS Volscorũ acies] *Falsum est: tantùm enim fugerant. sed vim exprimit nuntij: cuius mos est, plus, quàm habet veritas, nuntiare.* INGRVERE.] *Impetum facere: vt* XII. *Aeneid.* Ingruit Æneas Italis. ILLE furens (nam sæua Iouis sic numina poscunt.)] *Duplici ratione insidias eum reliquisse commemorat: dolore nimio, & numinum voluntate. quæ vtraque ideò egit, ne capi posset Aeneas.* Sæua *autem* Iouis numina, *per parenthesim dictum est. Paulò antè præcedens tempus, à Turno relictos, id est, vacantes insidijs.* SÆVA Iouis sic numina poscunt.] *Homerus:* Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. OBSESSOS colles.] *Quos ipse obsederat, ne ad vrbem transitum haberet Aeneas.* APERTOS.] *vacantes insidijs.* AMBO ad muros.] *Vt tueretur & repugnaret Turnus: vt obsideret Aeneas.* FVMANTES puluere campos.] *Veluti fumantes caligine pulueris. Ita enim nebulam excitat puluis, vt fumus est.* SÆVVM.] *Fortem vt,* Sæuus vbi Æacidæ telo iacet Hector. *Item,* Nec minùs interea maternis sæuus in armis. *An iratum? Vt,* & sæuum ambobus Achillem. INEANT pugnas.] *Pro, missent & tentassent.* HIBERO.] *Oceano occiduo, id est, Hispano. Hispaniã autem, Hiberiam, ab Hibero flumine constat esse nominatam.* TINGAT equos.] Quidam tingat *humiliter dictum accipiunt.* CONSIDVNT castris.] *Hoc est, in sua quisque castra digressi. Ergo aut castra posuerunt; aut ad morem castrorum fecerunt.* MOENIA vallant.] *Hinc probatur, quia & qui tuentur, & qui obsident, vallare dicuntur.*

MANIPLI.] *dicũtur milites vexillarij. aliter signiferi & manipulares. Sed propriè* maniplaris, *ille qui fert vexillum, dicitur.* PREMIT agmen.] *ob celeritatem pauore impellente.* PARS claudere.] *describitur fuga trepidantium.* NEC mœnibus audent.] *ne accipiant Troianos intra mœnia.* ORANTES.] *suos Rutulos.* CÆDES.] *quam faciebant Troiam. Oritur cædes descendentium per ingressum, & ruentium ad portam.* RVINA.] *multitudine cadentium.* MATRES.] *licèt trepidæ essent matres: nihilominus iaculabantur tela, oblitæ sexus muliebris.* IN syluis.] *latebat Turnus, vt faceret insidias.* METV.] *propter metum.* CVM Pater Æneas.] *discedente Turno statim Aeneas cum exercitu* POM. Sabi.

Alta sedet summis.] *Opis, quam Diana præceperat Camillæ mortem congruâ vltione pensare, sedebat in altis montibus, pugnas obseruãs; vt Aruns posset occidi.* SPECTAT'QVE interrita pugnas.] *Hoc, inquit, faciebat interrita. quid enim metueret, quæ aberat procul, & sedebat in summo? Hæc autem illi montium altitudo præstabat: vt sequuta esset, & faciliùs necessaria exploraret ex edito, & dispositam Aruntis necem valeret implere.* VT'QVE procul medio iuuenũ in clamore furentũ Prospexit tristi mulctatá morte Camillam, Ingemuitq;, deditq; has imo pectore voces.] *Vbi vidit Aruntem cũ cæteris furere; & occisæ crudelis interitus animo dolentis occurrit, ingemuitq; & tales dedit voces.* HEV nimiùm, virgo, nimiùm crudele luisti Supplicium, Teucros conata lacessere bello.] *Vox huius dolentis laudem continet Troianorum. Poëta enim in Camillæ morte, non incertum belli vult esse, sed pœnam: nec illud, quod accidit, euentui deputat, sed cõfirmat esse supplicium. quasi diceret: posses vincere, nec pœnas grauissimas perpeti, si Troianos nõ vltrò prouocasses in bellũ.* NEC tibi desertæ in dumis coluisse Dianã Profuit?] *Quid profuit, solitudinē te passam esse syluarum? quid dumos tolerâsse? quid tractâsse arma? quid Dianam totâ veneratione coluisse? Omnibus locis dicit Poëta, deorum cultum frustra esse: neq; vnquam auxiliari deos cuiquam posse: quum ad fatalem necessitatem fuerit ventum.* NON tamen indecorem tua te regina relinquet Extremâ iam in morte: neq; hoc sine nomine lethũ Per gentes erit, aut famã patieris inultæ.] *Consolationis verba sunt ista: quæ mortui nec audiunt, nec possunt vllâ ratione sentire. In aduersis tuis, inquit, non erit tuum inferius meritum, quo perire potuisti; aut inultæ per populos lethi tui nuntius perget. proinde accedit titulis tuis nobilis fama: quòd te Diana, si à morte seruare nõ potuit, tamen defendit occisam.* NAM quicunq; tuũ violauit vulnere corpus, Morte luet meritâ.] *Nam quicunq; corpus tuum ferro credidit violandum, congruam luat tuis meritis pœnam.* Violare, *est sacrum aliquid violẽter appetere. sed hic non solùm corpus violatũ est, verumetiam quoq; salus extincta. Quod crimen cumulauit potiùs Poëta, quàm minuit. nam cùm violare non liceat vulnere: vbi erit Aruntis causa, qui sacram virginem violauit, & perdidit?* FVIT ingens monte sub alto Regis Dercenni terreno ex aggere bustum Antiqui Laurẽtis, opacâq; ilice tectum.] *Hunc locum ordinatio magis exponit. Fuit, inquit, sub alto monte ingens bustum, terreno ex aggere, hoc est, congestâ terrâ compositũ; tectum opacâ ilice, Dercenni Laurentis, regis antiqui. In descriptione breuissimâ, & locum designauit, & eius situm: & quid esset, & cuius, ostẽdit. sed hæc descriptio nõ est superflua: pertinet quippe ad causam. nam talis Opi fuerat necessarius: vnde videret ex occulto Aruntem, & ipsa à quoquam videri non posset. Timidus enim & cautus, propter conscientiam facti, nisi per insidias, circumueniri nõ poterat. Iste igitur locus aggestione terræ editus fuit: sed hunc obscurabat altitudo sublimior montis, & arbor, quæ omnem contexerat ramis. Dicta est interea terrenæ aggestionis causa. sed hæc, inquit, bustum fuit regis Dercenni. propter magnitudinem verò arboris, seruatæ meritum ait,* Antiqui: *vt & nobilitatem mortui demonstraret; & temporis prolixi spatium: quod infinita incrementa arbor ea desumpserat. Fuit ergo sub alto monte, vt obscuratum, proceritate eius, plenis aspectibus videri non posset. Opacâ ilice contectum: vbi & latere Opis posset, & de summo cuncta prospicere. Dixit* Antiqui, *dixit* Laurentis, *totum laudis causâ. tantò enim maioris arbusta veteres faciebant; quantò potior habebatur defuncti memoria.* HIC dea se primùm rapido pulcherrima nixu Sistit.] *Opis, moras omneis celeritate præueniens, hũc tenuit locũ.* Pulcherrimã, *loco isto debemus accipere non corpore, sed consilio bonã: quæ prouidet talem, propter explendas insidias, locum.* ET Aruntem tumulo speculatur ab alto.] *Hoc est, quod suprà posuimus, insidianti opportunam fuisse altitudinem tumuli, quæ fuisset antè cõsultò descripta. quæremus hanc, quum Opis in alto consedisse diceretur: quæremus & arborem, quæ obscurabat insidiantem.* VT vidit fulgentem armis, ac vana tumentem.] *Vt hunc vidit armorum splendore fulgentẽ, & mox perituro gaudio tumidum.* CVR, inquit, diuersus abis? huc dirige gressum: Huc periture veni; capias vt digna Camillæ Præmia.] *Dolentis vox ista est, & indè magis commotæ: quòd exsultantem de Camillæ morte, corruentem vidit, et alieno lætũ exitio; cùm ipse suũ, mox affuturũ, nec intelligeret, nec videret. Hæc tamen loquebatur secũ; vtpote in summo posita, & propter insidiarum effectũ latens scilicet: non vt Aruns audiret; sed vt cõminatione verborum satisfaceret æstibus suis. Locuta est ergo, quasi ad præsentẽ; & tanquã præsentem insultanter appellat. Quid, ait, in diuersa tendis?* Diuersum, *est longè remotum ab altero: & subsidio prolixioris spatij obscuratur, & tegitur.* HVC dirige gressum: Huc periture veni.] *magis huc veni, quò faciliùs pereas.* CAPIAS vt digna Camillæ præmia.] *vt Camilla tibi rependat pro meritis præmium.* TV'NE etiam telis moriêre Dianę?] *Debes necari telis eius, quã in Camillæ morte credidisti contemnendã.* Dixit; & auratã volucrem Threissa sagittã Deprompsit pharetrâ, cornuq; infensa tetendit.] *Quum dicit* Infensa, *aliquid magnum, per commotionem magnã, & quod modũ artis excedat, factura monstratur. Prompsit igitur sagittam; & hanc neruo aptatam tetendit recurno cornu. Pertinet enim ad artẽ iaciendi: arcusq; omnis curuatur in finibus.* ET duxit longè.] *Ipsam scilicet sagittam cũ neruo.* DONEC curuata coirẽt Inter se capita.] *tantò enim sagitta longiùs ac fortiùs volat, quantũ retrorsum, dum tenditur, reuocatur. arcus quoq; ipse maiorem impetum præstat; si capita eius adducta iunguntur.* ET manibus iam tangeret æquis, Læuâ aciem ferri dextrâ neruoque papillam.] *Ipse est modus sagittæ mittendæ, nec esse amplior potest: vt arundo, aptata neruo, atque in dexteram partem vsque ad papillam reducta, perueniat; & sinistræ manus digitus, tenentis arcum, ferri species tangat.* EXTEMPLO teli stridorem, aurasque sonanteis Audijt vnà Aruns, hæsitque in corpore ferrum.] *Prætermisit Poëta, quòd sagitta missa sit: quæ res proficit compendio narrantis. quod enim non est dictum; potest ex his, quæ consequuta sunt, nosci. Non enim percuteretur Aruns; si sagitta non esset eiecta: cuius volatus mox, vt aëris stridorem cognouit, iniectus est.* ILLVM exspirantem socij, atque extrema gementem, Oblitum, ignoto camporum in puluere linquunt.] *Quid infelicius huius morte; cuius cadauer colligendum nec socij curauerunt? Denique, tantâ eius obliuione ducti sunt, vt eum pro alieno, in campis, in puluere, & ignotis linquerent terris. Quod fuit vltionis augmentum: vt remansisset nudus, feris etiam opportunus alitibus. Insepultorum causa, ideò omni supplicio est grauior: quia, secundùm ipsum Vergilium, habebat aliam apud inferos pœnam.* OPIS ad æthereum pennis aufertur olympum.] *Pennas, celeritatẽ debemus accipere. quid enim moraretur in terris vlteriùs, quæ mandata perfecerat?* PRIMA fugit, dominâ amissâ, leuis ala Camillæ.] *Omnes, qui per ipsam regebantur, in fugam versi sunt.*

Disiectiq; duces, desolatiq; manipli,
Tuta petunt: & equis auersi ad mœnia tendunt.
Nec quisquã instãtes Teucros, lethũq; ferenteis,
Sustentare valet telis, aut sistere contrà:
Sed laxos referunt humeris languentibus arcus:

SER. DESOLATI'QVE manipli.] *Deserti signiferi: quod est nimij discriminis. namque hoc vbiq; dux præcipit, vt frequentes circà signa sint milites: sicut in Sallustio legimus.* Manipli *autem, dicti sunt signiferi: quia sub Romulo, pauper adhuc Romanus exercitus, hastas fœni manipulis illigabat; &*

Quadrupedûq; putrẽ cursu quatit vngula campũ.
Voluitur ad muros caligine turbidus atrâ
Puluis; & è speculis, percussæ pectora matres,
Fœmineum clamorem ad cœli sidera tollunt.
Qui cursu portas primi irrupêre patentes;
Hos inimica super misto premit agmine turba.
Nec miseram effugiunt mortẽ: sed limine in ipso,
Mœnibus in patrijs, atq; inter tuta domorum
Confixi, exspirant animas: pars claudere portas,
Nec socijs aperire viam, nec mœnibus audent
Accipere orantes: oriturq; miserrima cædes
Defendentum armis aditus, inq; arma ruentum.
Exclusi, ante oculos, lachrymantûq; ora parentũ,
Pars in præcipites fossas, vrgente ruinâ,
Voluitur: immissis pars cæca & concita frænis
Arietat in portas, & duros obice postes.
Ipsæ de muris summo certamine matres
(Mõstrat amor verus patriæ) vt vidêre Camillã;
Tela manu trepidæ iaciunt: ac robore duro,
Stipitibus ferrum, sudibusq; imitantur obustis,
Præcipites, primæq; mori pro mœnibus audent.
Interea Turnum in syluis sæuissimus implet
Nuntius; & iuueni ingentem fert Acca tumultũ:
Deletas Volscorum acies; cecidisse Camillam;
Ingruere infestos hostes, & Marte secundo
Omnia corripuisse; metum iam ad mœnia ferri.
Ille furens (nam sæua Iouis sic numina poscunt)
Deserit obsessos colles; nemora aspera linquit.
Vix è conspectu exierat; campumq; tenebat:
Cùm pater Æneas, saltus ingressus apertos,
Exsuperatq; iugum, syluâq; euadit opacâ.
Sic ambo ad muros rapidi, totoq; feruntur
Agmine; nec longis inter se passibus absunt.
Ac simul Æneas fumantes puluere campos
Prospexit longè, Laurentiaq; agmina vidit:
Et sæuum Ænean agnouit Turnus in armis;
Aduentumq; pedum, flatusq; audiuit equorum:
Continuoq; ineant pugnas, & prælia tentent;
Ni roseus fessos iam gurgite Phœbus Ibero
Tingat equos, noctemq; die labente reducat.
Considunt castris ante vrbem, & mœnia vallant.

A *bat; & hos pro signis gerebat. Vnde hoc nomẽ remãsit.* Ouid. *in Fastis:* Illa quidem è fæno (sed erat reuerẽtia fæno, Quantá nunc aquilas cernis habere tuas) Pertica suspẽsos portabat lõga maniplos: Vnde maniplaris nomina miles habet. LETHVM'QVE ferẽtis.] *Pro, inferentis.* LAXOS arcus.] *Nõ intentos, sed iam solutos.* PVLVIS.] *Hîc corripuit: at ibi produxit;* versâ puluis inscribitur hastâ. FOEMINEVM clamorẽ.] *Impatiẽtem. nam iam dixerat* matres: *per quod muliebrem clamorem poteramus accipere.* QVI cursu portas.] *intelligendũ, B eos qui.* INIMICA.] *Pro, hostilis.* MISERAM mortẽ.] *Quia sequitur,* Limine in ipso. MOENIBVS in patrijs.] *Scilicet, vbi se iam tutos esse credebant.* PARS claudere portas.] *Pars eorum, qui cursu irrupêre portas.* APERIRE viam.] *Id est, dare aditum. Et bono locutus est ambitu. Nam cum portis via aperitur, & clauditur.* ORITVR'QVE miserrima cædes.] *Quoniã defensores mœniũ, dum hostes petũt, suos feriebãt. Sic in secũdo, vbi intulit;* Armorum facie, & Graiarũ errore iubarum. DEFENDENTVM.] *Ideò defendentum &* ruentũ: *quia C ad masculinũ retulit. & hi Defendentes facit: quod & de fœminino dicimus. Si autẽ de neutro loquamur:* Defendentium *dicamus necesse est: quia hæc Defendentia facit; &, vt suprà diximus, genitiuus pluralis, à nominatiuo plurali, nõ debet minor esse. Quòd si fortè minorẽ eum aliquãdo inuenerimus: metri necessitate fit: & incipit iam pathos esse, nõ declinatio. Nonnulli ergo in his nominibus, genitiuum corruptũ pro integro accipiunt.* LACHRYMANTVM.] Quidã lachrymantũ, *genitiuum corruptũ pro integro accipiunt: quia facit lachrymantiũ.* PRÆCIPITES fossas.] *decliues, in quas quis potest præcipitari.* CÆCA.] *Irrationabilis; quæ in clausas portas more arietis ruebat; id est, bellici machinamenti.* SVMMO certamine.] *In extremo discrimine. vt suprà,* Vocat labor vltimus omnes MONSTRAT amor verus.] *Qui apparet in aduersis.* VIDERE Camillam.] *Scilicet, quæ pro alienâ patriâ cecidisse videtur. Sanè* vt videre, *non relatam ex pugnâ; sed vt exemplum virtutis eius viderunt. & quidam,* vt videre, *quasi quemadmodum vidêre. aut,* vt videre, *quemadmodum illam dimicare viderant, quando interijt.* TREPIDÆ.] *Licèt trepidæ; tamen oblitæ sexus, tela iaculabantur.* PRÆCIPITES.] *Aut festinæ; aut in mortẽ ruentes.* PRIMÆ'QVE mori pro mœnibus audent.] *Nimij doloris est: vt,* Me primam absumite ferro. SÆVISSIMVS implet nuntius.] *Vt & suprà diximus, Nuntius est tam qui nuntiat, quàm quod nuntiatur: Nuntium, quod nuntiatur. secundùm quod nunc, nec de fœminâ, nec de re quæ nuntiatur, procedit* nuntius. *Vnde multi volunt, alium nuntium intelligi; Accam verò postea venisse. Sed melius est, vt* nuntius *de Accâ dictum intelligamus. Nouimus enim, poni aliqua in subauditione, quæ ex aperto dicere non debemus. vt,* Nec dextræ erranti deus abfuit: *cùm necesse sit, vt aut Iunonem, aut Alecto intelligamus. Item Sallustius;* Primo qui fortè venientes exciperet. *cùm de insidijs loqueretur, quas numeri tantùm pluralis esse, plusquàm manifestum est.* TVMVLTVM.] *Perité,* tumultum. *ita enim dicitur bellum, quod differri non potest.* DELETAS Volscorũ acies.] *Falsum est: tantùm enim fugerant. sed vim exprimit nuntij: cuius mos est, plus, quàm habet veritas, nuntiare.* INGRVERE.] *Impetum facere: vt XII. Aeneid.* Ingruit Æneas Italis. ILLE furens (nam sæua Iouis sic numina poscunt.)] *Duplici ratione insidias eum reliquisse commemorat: dolore animo, & numinum voluntate. quæ vtraque ideò egit, ne capi posset Aeneas.* Sæua *autem* Iouis numina, *per parenthesim dictum est. Paulò antè præcedens tempus, à Turno relictos, id est, vacantes insidijs.* SÆVA Iouis sic numina poscunt.] *Homerus:* Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. OBSESSOS colles.] *Quos ipse obsederat, ne ad vrbem transitum haberet Aeneas.* APERTOS.] *vacantes insidijs.* AMBO ad muros.] *Vt tueretur & repugnaret Turnus: vt obsideret Aeneas.* FVMANTES puluere campos.] *Veluti fumantes caligine pulueris. Ita enim nebulam excitat puluis, vt fumus est.* SÆVVM.] *Fortem. vt,* Sæuus vbi Æacidæ telo iacet Hector. *Item,* Nec minus interea maternis sæuus in armis. *An iratum? Vt,* & sæuum ambobus Achillem. INEANT pugnas.] *Pro, missent & tentassent.* HIBERO.] *Oceano occiduo, id est, Hispano. Hispaniã autem, Hiberiam, ab Hibero flumine constat esse nominatam.* TINGAT equos.] *Quidam* tingat *humiliter dictum accipiunt.* CONSIDVNT castris.] *Hoc est, in sua quisque castra digressi. Ergo aut castra posuerunt; aut ad morem castrorum fecerunt.* MOENIA vallant.] *Hinc probatur, quia & qui tuentur, & qui obsident, vallare dicuntur.*

MANIPLI.] *dicũtur milites vexillarij. aliter signiferi & manipulares. Sed propriè* maniplaris, *ille qui fert vexillum, dicitur.* PREMIT agmen.] *ob celeritatem pauore impellente.* PARS claudere.] *describitur fuga trepidantium.* NEC mœnibus audent.] *ne accipiant Troianos intra mœnia.* ORANTES.] *suos Rutulos.* CÆDES.] *quam faciebant Troiani. Oritur cædes descendentium per ingressum, & ruentium ad portam.* RVINA.] *multitudine cadentium.* MATRES.] *licèt trepidæ essent matres: nihilominus iaculabantur tela, oblitæ sexus muliebris.* IN syluis.] *latebat Turnus, vt faceret insidias.* METV.] *propter metum.* CVM Pater Æneas.] *discedente Turno, statim Aeneas cum exercitu* POM. Sabi.

ſuperauit iugum. nam Turnus occupauerat fauces. NI roſeus.] *pugnaſſent tunc ante oculos vrbis, ni ſuperueniſſet nox.* REDVCAT.] *quiſq; in ſua caſtra regreſſus eſt.* VALLANT.] *Vallare dicuntur mœnia, tàm illi qui oppugnant, quàm illi qui defendunt.*

VAR. Lect. AVERSI ad mœnia tendunt.] *In Oblongo libro legere eſt,* Aduerſa ad mœnia tendunt. QVADRVPEDVM'QVE putrem curſu.] *In Romano libro legere eſt,* Quadripedoque putrem curſu. ET è ſpeculis.] *In antiquis aliquot libris,* E' muris *legitur.* NEC miſeram effugiunt mortem.] *In Oblõgo libro* Noctem *habes.* ATQVE inter tuta domorum.] *In Romano libro legere eſt* Intra. *In pleriſque etiam antiq. non* Tuta, *ſed* Tecta *legi.* MONSTRAT amor verus.] *In Romano libro,* Amor verſus *legitur.* PRO mœnibus audent.] *In Romano libro* Ardent *legitur.* INGRVERE infeſtos hoſtes.] *Antiqua exemplaria* Infenſos *legunt.* ILLE furens (nam ſæua Iouis ſic numina poſcunt.] *Nonnulli,* Iam ſæua *legere maluerunt. In Romano libro* Et ſæua *legitur. Eſt etiã* Pellunt, *non* Poſcunt. SYLVA'QVE euadit opacâ.] *In aliquot libris* Inuadit *legitur.* AC ſimul Æneas.] *In Oblongo libro,* At ſimul. *In Romano libro,* Tùm pater Æneas.

DON. TVRBATI fugiunt Rutuli, fugit acer Atinas: Deiectique duces, deſolatiq; maniplı, Tuta petunt, & equis auerſi ad mœnia tendunt.] *Laudem ſimul dicit Camillæ, & eorum vituperationem, qui in Turni partibus fuerant. Quid enim turpius, quàm perdito auxilio vnius fœminæ verſos eſſe omnes in fugam? eos quoque, qui magni ferebantur & fortes? nihilq; illis tutum, præter muros ciuitatis fuiſſe?* NEC quiſquam inſtantes Teucros, lethumque ferentes, Suſtentare valet telis, aut ſiſtere contrà: Sed laxos referunt humeris languentibus arcus.] *Nec valuit quiſquam tenere Teucros inſtantes, aut his reſiſtere: deniq; languebant metu, ipſos arcus non manibus paratos ad necem hoſtis, ſed laxos ferebant humeris ſuis.* QVADRVPEDVM'QVE putrem curſu quatit vngula campũ.] *Vrgente maiore inſequentium vi, ipſi equos vrgebant: vt quadrupedum curſu, ſatis ſcilicet properato, in patriam redirent.* VOLVITVR ad muros caligine turbidus atrâ Puluis, & è ſpeculis percuſſæ pectora matres, Fœmineũ clamorem ad cœli ſidera tollunt.] *Quum nihil adhuc è muris exſpectantium ſubijceretur aſpectibus, impediente pulueris nube: tamen apertâ coniecturâ res aduerſæ credebantur, quando caligo denſiſsima omnes verſos præcedebat ad patriã. Matres interea, quæ ſuam ſuorumq; intellexerant cladem, fœmineis vocibus, hoc eſt, luctuoſis, & triſtibus, cœlum omne ſideráq; pulſabant.* QVI curſu portas primò irrupêre patentes, Hos inimica ſuper mixto premit agmine turba.] *Aliquot, inquit, in hoc caſu obfuit celeritas ſua; quippe qui primi ingreſſi ſunt portas, & ſe pericula omnia crediderant euaſiſſe, in ipſis interiêre luminibus. nam cùm ſequentibus turbæ multitudo congeſta, per vnum aditum omnes ſimul intrare non poſſent, omnis ſimul ſequentium ruinã eſt obruta.* NEC miſeram effugiunt mortem.] *Non mortem illi effugerant, ſed repererant fugiendo: eoq; deteriorem, quia non fuit illa glorioſa, ſed miſera. Incipit dicere, quando* Miſera. SED limine in ipſo, Mœnibus in patrijs, atque inter tuta domorum Confixi, exſpirant animas.] *Quanta clades illo tempore, atq; illo loco, infelices oppreſſit! vt liberati cõgreſſionibus campi, in portis, in patriã, inter parietes ſuos, quibus tùm eſſent defenſi, quæ debuerant ſuis vel ſuorum gladijs defendi, interijſſent!* PARS claudere portas: Hæc ſocijs aperire viam: nec mœnibus audent Accipere orantes.] *Tanta funerum congeries, ipſo portarum iacebat in limine: vt nec aditus fieri ſocijs venientibus poſſet; nec eſſet tutum, rogãtes excipere.* ORITVR'QVE miſerrima cędes, Defendentum armis, duro & ſub Marte cadentum.] *Quia miſerum ſpectaculum fuit, ciues cædi à ciuibus ſuis, & prohiberi ſinu patriæ, quũ tam graue diſcrimen ingrueret: occidi ab his, qui defenſionis auxilium præbere debuerant.* A EXCLVSI ante oculos lachrymantũq; ora parentum.] *Flebant parietes, & gemebant, quũ viderent excludi liberos ſuos, & à ciuibus ſterni.* PARS in pręcipites foſſas vrgẽte ruinâ Voluitur.] *Excluſi ab ingreſſu portarũ, plurimi ante plangentiũ oculos parentũ altas præcipitantur in foſſas; & per ingentẽ metũ ipſi ſibi quærebãt exitiũ, quod declinare nitebãtur.* IMMISSIS pars cæca, & concita frenis, Arietat in portas, & duros obice poſtes.] *Sic alios cæcauerat metus: vt equorum impetu, tanquam aries, colliderẽtur in portas. Claudendarum portarum hæc neceſsitas fuit, atq; ita metus: ne hoſtis, dum fugientes perſequitur, obtinendæ ciuitatis cauſâ, liberũ reperiret ingreſſum. æquius enim fuit, excludi aliquos, plurimosq; liberari cũ patriâ. Cæca, inquit, pars, quæ non videret clauſas portas, & aliorum in ipſis portis exitium.* IPSÆ de muris ſummo certamine matres, (Monſtrat amor verus patrię) vt vidêre Camillã, Tela manu trepidæ iaciunt, ac robore duro, Stipitibus ferrũ ſudibusq; imitãtur obuſtis Pręcipites, primæq; mori B pro mœnibus ardẽt.] *Mulierũ turba, in ſuperiore murorum parte cõſtituta, gladios, quos ferebat, abiecit imitata duris & aduſtis ſtipitibus ferrũ. Audaciam verò illis dederat patriæ amor, & ſincerũ & verũ exemplũ Camillæ: quæ in alienã cauſã, dum obtinere mereretur, cecidiſſe probatur. quò magis decuit iſtas vtcumq; certare pro patriã, & ante ipſas turres occũbere.* INTEREA Turnũ in ſyluis ſæuiſsimus implet Nũtius.] *Implere, eſt ad plenũ aliquid intumere.* ET iuueni ingentem fert Acca tumulum.] *Tumultũ interpretati ſunt veteres, timorem multum eſſe. Vnde non tantùm ad Turnũ aduerſa prouenerant: verùm etiã alia, quæ illi molem magnã maximi timoris afferrent. Quid dicebat Acca, vel quẽ malorum ordinem dabat?* DELETAS Volſcorum acies.] *Dixit in plurali acierum numerum; vt omnes Volſcos affirmaret extinctos. Hic erat verus tumultus; qui ſinè falſitate eſſe nõ poterat. non enim reuerâ omnes Volſcos dimicationis aduerſus euentus aſſumpſerat.* CECIDISSE Camillã.] *Sic ſecũdo loco caſum Camillæ poſuit: quaſi oppreſsis illis, integræ res eſſe potuiſſẽt, ſi Camilla vixiſſet. Frigẽda pronũtiatio eſt in* Camillæ *nomine: illic eſt .n. maior Turni deſperatio; quòd Camillæ* C *auxiliũ perdidit.* INGRVERE infeſtos hoſtes, & Marte ſecũdo Omnia corripuiſſe.] *Addebat, imminere hoſtes, & ſucceſsibus proſperis omnia tenuiſſe.* METVM iam ad mœnia ferri.] *Illum ſcilicet metum, quem fecerat hoſtis aduentus, iam imminere ciuitati. Vnde reuerâ affirmabat retenta iam cætera; quando ſola mœnium ſuperaret captio. cuius caſum tali indè magis metuere debuit Turnus: quia intra eam Lauinia fuit. Neceſſario verbo vſa eſt,* Ferri. *impellebatur enim proſperitate ſucceſſus: & ibat hominum more, ſed ferebatur fortunæ ſuffragio.* ILLE furens (nam ſæua Iouis ſic numina poſcunt) Deſerit obſeſſos colles nemora aſpera linquit.] *Ille, hoc eſt, Turnus, vel quia aduerſis cognitis furebat, vel quia conſilia omnia, & tractatus vtiles, infeſto Ioue perdiderat: colles, quos obſederat, & aſpera nemorum deſeruit, tenuitq; deſtinatione mentis, vt ſaltem patriam tueretur ac muros.* VIX è conſpectu exierat, campumq; tenebat.] *Hoc eſt, mox vt reliquerat fauces, & ad campum venerat.* QVVM pater Æneas, ſaltus ingreſſus apertos, Exſuperatq; iugum, ſyluâq; euadit opacâ.] *Ipſæ ſunt fauces, ipſi montes, atq; ipſa ſylua, & ipſæ anguſtiæ, quas cum Camillæ conſilio Turnus obſederat: vt Aeneam, cum ſuis copijs ingreſſum ſuffragio loci, qui aperto Marte non poterat, aggrederetur & funderet. ſed Aeneæ proſperã fortunã, & fato infelicis Turni, perfectum eſt, vt, propter vrbis obſidionem, ſtatum deſereret Turnus, & Troianorum numerus, qui dudum fuerat obſeſſus, liber ſecuruſq; tranſiret.* SIC ambo ad muros rapidi, totaq; feruntur Agmine, nec longis inter ſe paſ-

A se passibus absunt.] *Aliter defendendæ ciuitatis causâ, aliter capiendæ, non longis inter se aberant passibus. nam locorum passuum significatio, ostendit minus fuisse, quàm mille passus. si enim plus essent, millia dicerentur.* AC simul Æneas fumantes puluere campos Prospexit longè, Laurentiaq; agmina vidit: Et sæuum Ænea agnouit Turnus in armis: Aduentumq; pedum, flatusq; audiuit equorum.] *Hoc est quod dixit*, non longis passibus *nam & videbat hostes, & equorum flatus audiebat. quod ait*, Longè vidit, *priorem vidisse accipiendũ est: sed & Turnus, & Rutuli, similiter videbant. Hoc enim præstabat æqualitas campi.* CONTINVO'QVE ineant pugnas, & prælia tentẽt. Ni roseus fessos iam gurgite Phœbus Ibero Tingat equos; noctemque die labente reducat.] *Fuit quidem occasio pugnandi, collectis in vnum omnibus: sed consumptâ luce, & imminentibus tenebris, pugnari non potuit. Quid ergo factum est?* CONSIDVNT castris ante vrbem, & mœnia vallant.] *Castra dici, vbicumq; exercitus, etiam sinè ædificijs; quod multis locis diximus, & hic euidenter apparet. nam quum dicit*, Ante vrbem considunt, & mœnia vallant: *ostendit, solos homines, non etiam aliquam molem fuisse castrorum.*

ÆNEIDOS LIBRI XII.

Argumentum.

ΑΛΛΟ Ν.

B Duodecimo Turnus diuinis occidit armis.

MODESTINI IVRISCONSVLTI, IN DVODECIMVM librum Aeneidos, Argumentum.

Turnus, iam fractis aduerso Marte Latinis,
Semel in arma parat; pacem cupiente Latino.
Fœdus percutitur; passurus & omnia victus.
Hoc Turni Iuturna soror confundit: & ambos
In pugnam populos agit, ementita Camertem.
Æneas volucri tardatur membra sagittâ.
Anxia pro nato seruauit cura parentis.
Vrbs capitur: vitam laqueo sibi finit Amata.
Æneas Turnum, campo congressus, vtrinq;
Circumfusâ acie, vitâ spoliauit & armis.

P. VERGILII M. ÆNEIDOS LIBER XII.

TVRNVS vt infractos aduerso Marte Latinos
Defecisse videt; sua nunc promissa reposci; (ardet,
Se signari oculis: vltrò implacabilis
Attollitq; animos. Pœnorum qualis in aruis
Saucius ille graui, venantum vulnere pectus,
Tùm demũ mouet arma leo; gaudetq; comanteis
Excutiens ceruice toros; fixumq; latronis

C 812. TVRNVS vt infractos.] *Postquam Turnus in bello defecisse videt Latinos, antea semper infractos. namque ita maior est sensus; quàm si* infractos, *valde fractos acceperis.* SVA nunc promissa reposci.] *Quia dixerat :* Ibo animis contrà: vel magnum præstet Achillem. Nunc *autẽ, pro Tũc.* SE signari oculis.] *Propter illud, quod pòst dictum est;* In te ora Latini, In te oculos referunt. *Modò autem significat: id est, vt, quod esset silentio ambiguum, oculis confirmaretur: sinè dubio eorum, à quibus coactus promiserat.* VLTRO'.] *Aut insuper; aut antequam aliquis exposcat. Et bene duris dignitatem seruauit: vt non ideò faceret, quia quidam reposcebant; sed suâ sponte accederet ut in præliũ.* SAVCIVS ille.] *λαν' ἰσοχῆν:* Ille leo, *id est, princeps ferarum. Vel certè veteri more ad magnitudinẽ pertinet: vt*, Ac velut ille canum morsu. *Interdum nobilitatem significat: vt*, Multum ille & terris iactatus: *aut similem rem designat: Lucilius*, Velut olli Auceps ille facit cum improuiso insidijsque. *Quámuis quidam*, ille, *per se superfluum hoc loco pronomen tradunt.* Saucius *autem* pectus, *id est, saucium pectus habens: Vt*, nudatosque humeros oleo perfusa nitescit. *Et bene alia verba interposuit: quia* Saucius pectus, *& sonabat asperrimè; & imperitis poterat solœcismus videri. Et* saucius pectus *congruè: in quo Turni dolor est.* GRAVI vulnere.] Graui, *id est, Forti: vt*, Ferit ense grauem Thymbræus Osyrim. Venantũ *autem* vulnere, *quod venãtes fecerunt.* TV'M demum.] *Nouissimè: id est, postquã fuerit vulneratus. Hæc enim leonum natura est, vt nisi Læsi nequeant irasci.* MOVET arma.] *Vires suas experitur. nam arma sunt vniuscuiusq; rei possibilitas. Vnde est;* Et quærere conscius arma, *id est, dolor. Est autem*, mouet arma, *etiam translatio ab hominibus: qui cùm hostem petunt, arma mouere dicuntur. Sic alibi de Tauro;* Signa mouet, præcepsque oblitum fertur in hostem. GAVDET'QVE.] *Speculationis. & dicendo* gaudet, *alacritatem voluit leonis exprimere, gaudij verbo. Cæterùm nulli ferarum, vel pecudum, iste sensus apponitur.* EXCVTIENS ceruice toros.] *Ceruice excutiens: an quos in ceruice habet?* LATRONIS.] *Insidiatoris, à latendo: sed modò Venatoris. & est Græcum: nam λατρεύειν dicunt obsequi, & seruire mercede. Vnde Latrones vocentur conducti milites. moris autem erat, vt hos imperator,*

& circa ſe haberet, & eos primos mitteret ad omne diſcrimen. unde nunc dicit Latronis telo fixum leonem: quia etiam venatores, operas ſuas locare conſueuerunt. Sic etiam dicti, qui circa cautas ſunt: quòd vt milites ſtent, cum ferro; aut quòd lateant, ad inſidias faciendas. Ergo ex eâdem ſimilitudine, latronem, hîc venatorem accipiendum: quia & obſidet ſaltus, & cũ ferro eſt. Sanè Latronem, venatorem, quis ante hunc? Varro tamen dicit, hoc nomen & Latinam poſſe habere etymologiã: vt Latrones dicti ſint, quaſi laterones, quòd circa latera regũ ſunt: quos nunc ſatellites vocant. Vna tamen eſt ſignificatio, licèt in diuerſâ etymologiâ. Plautus in Pyrgopolinice apertè oſtendit, qui ſint latrones, dicens: Nam Rex Seleucus me opere orauit maximo, vt ei adconducerem latrones & conſcriberem. *Idem in Bacchidibus exſecutus eſt, militem latronem dicens:* Suam qui auro vitam venditat.

POM. Sabi. TVRNVS vt infractos, &c. promiſſa repoſci.] *quia dixerat: Congrediar cum Achille, & ibo contra Aeneam, etſi vel magnum præſtet Achillem.* LATRONES.] *furtiui venatores: qui clàm venatores decipiunt feras. Latrones, vel dicti à latendo; vel quaſi laterones, quòd circa latera tegunt: nũc ſtipatores, & ſatellites. quære apud Varronem.*

DON. TVRNVS vt infractos aduerſo Marte Latinos, Defeciſſe videt.] *Sæpè diximus, librorum capita à continuæ narrationis contextu non eſſe diſcreta; ſed habere tranſitum quendam, quem habent dictiones etiam in medio. Finibus igitur vndecimi libri, qui Rutulorum certaminis aduerſa continet, caput Duodecimi reſpondet. Proinde* Latinos, *quos dixit, non ſolos debemus accipere, qui ſub Latino agebant; ſed & eos quoque, qui fuerunt in partibus Turni. nam ſic dictum eſt: Camillæ morte omnes eſſe turbatos, vt primùm Volſci in fugam verſi viderentur. Ecce mixti fuerant non Latini ſoli; ſed etiam alij congregati ex plurimis gentibus.* Infractos: *nonnulli in duabus partibus orationis ponunt, aſſerentes* In *aliquando minuere, & augere aliquando. Hic tamen conſtat non negare fractos; ſed potiùs valde fractos oſtendi. quod ipſum, vt pleniſſimè roboretur,* Infractos *in vnâ parte orationis ponere debemus, vt eſt Inflexum. Infracti, inquit, fuerant Latini pugnando: infracti ſentiendi ſunt, animo ſcilicet & viribus; vtpote qui aduerſo Marte pugnaſſent, & deteriora metuerent. Infracti ergo, qui nollent congredi, & qui pugnare non poſſent. Vſque adeò valde fractos dixit, vt ſequatur:* DEFECISSE videt.] *Deficere eſt enim, non tantùm laxari; verumetiam à commodo vniuſcuiuſq; rei diſcedere. Quod hoc loco ſentiendum eſt* Defeciſſe, *pro Turno iam nolle pugnare; & affectum certaminum, quòd vlteriùs ferre non poterant, reiiciſſe.* SVA nũc promiſſa repoſci, Se ſignari oculis.] *Ex eo, quòd deſerto bello oẽs ſimul ad ciuitatis tecta contenderent, intellexit Turnus; quid de ſummâ belli vniuerſi ſentirẽt: colligẽs ex ratione geſtorũ, repoſci pollicitationẽ ſuã, quã dixit;* Quòd ſi me ſolum Teucri in certamina poſcũt, Idq; placet, tantũq; bonis cõmunibꝰ obſto: Nõ adeò has exoſa manus victoria fugit; Vt tantâ quicquã ꝓ ſpe tẽtare recuſem. Ibo animis cõtrà. *Hoc ipſũ quia nouerat negari nõ poſſe, quod in celebritate cõcilij, in cauſa publicâ, & vel maximè ſuâ, in cõſpectũ ac rege præſente, ipſe ſeſe profeſſus eſt ſubiturũ.* VLTRO implacabilis ardet.] *Ardebat iracundiâ, &, obſidẽte ratione tẽporis, ipſam irã leuare vltione nõ poterat.* ATTOLLITQVE animos.] *Debuit enim vltrò velle, quod recuſare nõ poterat. debuit enim inuitus velle, quod abnuẽtibus cũctis ad ipſius periculũ fuerat rediturum.* POENORVM qualis in armis Saucius ille graui venantũ vulnere pectus. Tùm demum mouet arma leo.] *Pœnorũ, inquit, hoc eſt, Afrorũ; quorũ regionibus leones magni naſcũtur. Et rectè Leoni cõparatur rex. habet enim ille inter omnes feras maximũ principatũ; vt habeat inter* B *ſuos Turnus. ſed cõparatur vulneratæ beſtiæ, & infixo venabulo fruſtra ſæuienti. Sic enim defectu omniũ, quaſi lethali plagâ percuſſus fuerit Turnus: eò magis ardeſcens, quia nec effugere præſens periculum poterat; nec inuidiam concitatæ ſeditionis aliquâ vltione defendere.* GAVDETQVE comantes Excutiens ceruice toros; fixumq; latronis Impauidus frangit telum, & fremit ore cruento.] *Sic, inquit, attollebat animos, poſitus in ſuis calamitatibus Turnus, vt ſpeciem videretur habere gaudẽtis: ne deſperatione extremâ deiectum quiſquã ſentiret, aut crederet.* Quod *ipſum in leone accipiendũ eſt: quia poſt infixum lethale vulnus, & mouere adhuc dentium arma poterat, & toros iratus excutere.* Gaudere *verò, hoc eſt, habere ſolatium, quòd telum ipſum & venabuli haſtam frangeret: quaſi hoc ſolum ad vltionem morituri ſufficeret.* Gaudet, *multi pro* ſæuit *accipiunt: quia gaudere non poteſt, qui ſic vulneratur, vt pereat. cùm Gaudere & Sæuire longè diuerſum ſit.* Gaudere *ergo, propriè intelligamus: quia gaudium eò pertinet, quia moriturus leo, & mouere toros adhuc poterat, & inimica tela confringere.* Latronem *dixit venatorem: qui intellectus ex ſuperioribus venit. Dictum eſt enim,* C Venantum vlnere; *ac per hoc oſtendit Poëta, latronem dici poſſe, non ſolùm eum, qui inſidiatur ſaluti hominum; verum etiam eum, qui aduerſus feras portauerit ferrum.*

SER. IMPAVIDVS frangit telum.] *Lucanus:* Per ferrũ tãti ſecurus vulneris exit. FREMIT ore cruento.] *Licèt os habeat proprio cruore perfuſum. Sanè ipſa comparatio exitum oſtendit futurum. Nam etiam Turnus ruit in mortem, ferocitate compulſus. ſic in* Quarto, *indicat futurum exitũ reginæ, dicẽs:* Qualis cõiectâ cerua ſagittâ. GLISCIT.] *Creſcit, & latẽter. vnde & Glires dicti ſunt, quos pingues efficit ſomnus. Veteres* gliſcit *in incremẽto ignis ponebãt. Bene ergo hoc verbo vtitur, de quo ait,* Vltrò implacabilis ardet. TVRBIDVS.] *Plenus terroris & perturbationis. Sanè notandum,* affatur, *atq;* infit. *nam iteratio eſt, quæ frequenter eſt vſus. licèt nõnulli dicãt, temperare hoc interpoſitâ coniunctioni. & hîc habitũ futuræ orationis oſtẽdit.* NVLLA mora in Turno.] *Plus eſt, Turno; quàm ſi in me dixiſſet. vt,* Et quiſquã numen Iunonis adoret Præterea. *Et bonum principium eius, qui ſuſpicionem timiditatis inciderat.* RETRACTENT.] *Repetãt & reuoluant.* IGNAVI Æneadæ.] *Aut Æneadæ pro Aeneas, aliud per aliud ſignificauit: aut Æneadæ, non Aeneas; quaſi cõtra omnes pugnaturus.* CONGREDIOR.] *hypocriſis eſt; vt exprimatur id, quod flagitatis. Sic Statius, vbi Polynicen obliquè inducit loquentẽ,* Non me vllius domus anxia culpet, Exſpectentve truces obliquo lumine nati. *Vnde etiã ſuprà ait porta:* Se ſignari oculis. *Quidam ſanè, à* nulla mora in Turno, *eſq; ad* pepigêre recuſent, *iungũt: ne, ſi diſtinctio interceſſerit, langueſcat ſentẽtiæ color.* CONCIPE fœdꝰ.] *Id eſt,*

Impauidus frangit telum, & fremit ore cruento:
Haud ſecùs accenſo gliſcit violentia Turno.
Tùm ſic affatur regem, atq; ita turbidus infit:
Nulla mora in Turno: nihil eſt, qđ dicta retractent
Ignaui Æneadæ; nec, quæ pepigêre, recuſent.
Congredior: fer ſacra, pater, & concipe fœdus.
Aut hac Dardanium dextrâ ſub tartara mittam,
Deſertorem Aſiæ, (ſedeant, ſpectentq; Latini)
Et ſolus ferro crimen commune refellam:
Aut habeat victos; cedat Lauinia coniunx.
Olli ſedato reſpondit corde Latinus:
O præſtans animi iuuenis, quantum ipſe feroci
Virtute exſuperas; tantò me impenſiùs æquũ eſt
Cõſulere, atq; omneis metuentẽ expẽdere caſus.
Sunt tibi regna patris Dauni; ſunt oppida capta
Multa manu: nec nõ aurũq; animusq; Latino eſt.
Sunt aliæ innuptæ Latio, & Laurentibus agris,
Nec genꝰ indecores. ſine me hęc haud mollia fatu
Sublatis aperire dolis: ſimul hæc animo hauri.

A Id est, cóceptis verbis. Concepta autem verba dicuntur, iurandi formula, quam nobis transgredi non licet. nam & sarcinatores concipere dicuntur vestimenta: cùm è diuerso coniungunt & adsuunt. DESERTOREM Asiæ.] Exsulem: vt, Exsulibúsne datur ducéda Lauinia Teucris? vnde est præmissa illa excusatio, & in totâ secundi œconomiâ, & in quarto, vbi dicit: Me si fata meis paterētur ducere vitā Auspicijs, & sponte meas cóponere curas, Vrbē Trojanā primùm, dulcesq; meorū Relliquias colerem. Sanè, Aut hâc Dardanium dextrâ sub tartara mittam: ponéda est mora: vt postea inferatur, Desertoré Asiæ. potest enim videri nō ita instituisse Turnus orationē prædicto, Dardaniū, vt inferret desertori, sed regē: verùm, vbi propiùs accessit, intellexisse hunc honoré nominis eius, non dandū, itaq; cómutâsse, & cótumeliosè desertoré dixisse. SEDEANT, spectentq; Latini.] Inuidiosè. Ductus est, vt diximus suprà, alijs. Pollicetur enim, se singulari certamine dimicare velle, cùm nolit. nam cùm dicit, sedeant, spectentq; Latini: latenter eos ignauiæ arguit; quòd solus omnibus quiescétibus dimicet. quā rem planius sequēs indicat versus; Et solus ferro crimē cómune

B refellā: id est, cómune fugæ ac timoris dedecus solus meis virtutibus comprimā. Alij crimen cómune, id est, omniū Latinorū. & crimē ait, quòd Troiani in Italiā consederunt. AVT habeat victor.] Vitauit, propter omen pessimū, verbū de se, quod de Aeneā dixerat. Ille me in tartara mittat: sed ait, Victor. CEDAT Lauinia coniux.] Vt, Cedat amicitiæ Teucrorum: id est, præmium victoriæ cócedat. SEDATO corde.] Quia de Turno ait; Atque ita turbidus infit & qualitaté orationis prædixit. Pro decoro aūt ætatis inducitur sermo. Hoc est, quod præcipit Horatius in Arte poeticā: Intererit multū, Dauúsne loquatur, an heros; Maturúsve senex, an adhuc florente iuuentâ Feruidus. O' Prestās animi.] Et Præstans virib. & præstās viriū, dicimus. Sanè magnæ moderationis est hæc oratio. nam & laudat Turnū, quasi virum forté: & tamē eum à singulari certamine dehortatur. dicens enim, Præstās animi, latéter ostēdit, eum inferioré esse virtute. EXPENDERE casus.] Ne ex abrupto de eius virtute desperare videatur, casuum varietaté se timere commemorat. SVNT tibi regna patris Dauni, sunt oppida.] Argutè negat illi sua regna; dicens ei esse alia: vt

C hæc malit Turnus, quæ suā virtute quæsiuit. Sensus ergo est: Si propter regnū dimicare disponis, habes paternum: si propter gloriā, multos virtute superasti. Quòd aūt dicit, NEC nō aurúq; animusq; Latino est.] variè exponitur. namq; alij dicūt: Habes regnū paternū; habes oppida: etiā à me habes aurū, & promptum animum ad danda omnia, præter filiam. vt de se Latinus dixisse videatur de auro, propter illud, Prædiuitis vrbe Latini. Alij verò sic intelligunt: Si propter opes & vxorem dimicaturus es; hæc non solus habeo. cuicumq; enim Latino est & aurum. & animus promptus in generum. vt Latino non de se dicat, sed, cuicumq; de Latio. LATIO, & Laurētibus aruis.] Et in ciuitate, & in regno Latinorū. NEC genus indecores.] Quia iste petebat filiā regis. Est aūt elocutio figurata de Græco. SINE me hæc.] Hoc loco intelligimus, Turnum dolore in aliqua voluisse verba prorumpere. HAVD mollia fatu.] Id est, vera. nam aspera sunt quæ cum veritate dicuntur. Falsa enim, plena solent esse blanditijs. Hæc ergo libenter audiuntur; illa verò grauiter. Hinc Terentius: Obsequium amicos, veritas odium parit. ANIMO hauri.] Omni intentione percipe.

POM. Sabi. GLISCIT.] crescit. Gliscere, deducitur à glire, qui dormiendo pinguescit. SPECTENT.] Latini. quia dixit & pollicitus est de singulari certamine. AVT habeat.] vel, Aut me cadente Aeneas victor habeat nos: aut, Aeneas habeat nos victos; & Lauinia coniunx ad eum transeat. OLLI sedato.] Latinus sedatum animum habebat; contrà Turnus turbidum. EXPENDERE casus.] ideò dicit: quia semper Latinus cogitabat super hoc bello. MOLLIA.] id est, vera non omninò mollia. HAVRI.] id est, percipe.

CEDAT Lauinia coniux.] Aliqui lib. Cedatq; Lauinia legunt. QVANTVM ipse feroci.] In aliquot exemplaribus legere est, Quoniam ipse feroci. NECNON animusq; aurúq; Latino.] In antiquis libris Latino est legitur. Nonnulli verò hoc numero legunt; Necnon aurúq; animusq; Latino est. VER. LAT.

DON. HAVD secùs accenso gliscit violētia Turno.] Iracundia enim, impunitatis desperatione nutritur & crescit: hoc est, quū exitum defensio non habet, & victa torpescit. TVM sic affatur regem, atq; ita turbidus infit. Ad ostendendū alloquium Turni, suffecerat dixisse; Tum sic affatur regē; hoc est, ad regē fatur. additum est. Atq; ita turbidus infit: vt antè sciretur, qualis dictio processura esset ardentis; & eius, cuius mentē contraria vniuersa confuderant. NVLLA mora in Turno: nihil est quod dicta retractent Ignaui Æneadæ: nec quæ pepigēre recusent. Congredior.] Iam, inquit, non afferam, quā memorant, cómodis morā: nihil est, quod quisquā de Turno queratur vlteriùs. Nullum retractetur faciendi, non faciendive consilium. Ignaui Aeneadæ taceant, & conditioné placitam non recusent. Congrediendum est mihi: habent etiam nunc consensum meum. Fiat, quod votis omnium placuit: non metuo aduersa; & prospera libenter amplector. PER sacra, pater, & concipe fœdus.] Vnū tantùm, quod inchoandis rebus deest, fiat, pater, ex partibus tuis. firmetur sacris interuenientibus fœdera: ego cætera cumulabo certando. AVT hâc Dardaniū dextrâ sub tartara mittam, Desertoré Asiæ; (sedeant, spectentq; Latini) Et solus ferro crimen cómune refellam: Aut habeat victos; cedat Lauinia cóiunx.] Quod contrarium votis fuit necessitate protulit, & constrictus, non voluntate suscepit: id se nolle, obliquè cófessus est. ait enim: Vterq; casus, qué promittit exitus pugnæ, facit pro partibus meis. aut enim deijciam meā dextrâ Dardanium, Asiæ desertoré. Tria cóuitia cógessit: à genere, à loco, à facto. A' genere; quòd esset Dardanius, quasi origine ignobilis & imbellis: à loco; quòd Asianus, quasi ex corruptâ dissolutâ prouinciâ: à facto; quòd desertor regionis suæ, & proditor deserēdo. SEDEANT aūt, spectētq; Latini: Et solus ferro crimen cómune refellam: Aut habeat victos.] Fuit artificiosum, & tale, quod ostenderet metuentem. Asseruit enim, crimé esse quā maximū, sedere tātos, & alteriùs virtute defendi; aut factū multorum vnius fortunæ cómitti: vt vtroq; metu perterriti, nō paterētur in vnius sorte omniū periclitari fortunam: in cuius victoriā habere dedecus possent; aut cótrà subiugari seruitio. Commune, inquit, crimen refellam: quia omniū dedecus fuit, quòd Troiani tenere Italiā nitebantur, & his essent seruituri, quibus possent imperare. vt per hoc ostēderet, æmulos suos suā, non alienam causam deseruisse. Hunc, vt diximus, metum idcirco proposuit, vt probaret assertionem suam. ait quippe: Aut vincam, & habebo, quo victor increpem meos: aut vlciscar de inertibus mortuus; vt his, cum quibus pugnare noluerūt, sint indignè subiecti. CEDAT Lauinia cóiunx.] nouissimū posuit, quod fuerat ipsi quoq; Latino cótrarium: vt de filiæ nuptijs nō ipse, sed certaminis exitus iudicaret. & in ipsum obliquè hoc dictū est scilicet: quasi, si ipse Turnus cecidisset, digno perdito, inuitus sortiturus esset indignum. OLLI sedato respondit corde Latinus.] Et hîc modū futuræ orationis ostendit, maturum, temperatū, consilio rectiore conceptum. Sedato, inquit, corde: quia de Turno dixit, Atq; ita turbidus infit. Assignauit igitur orationem turbidi iuuenis: prosequitur sapientis & senis. O' præstans animi iuuenis; quantum ipse feroci Virtute exsuperas; tantò me impensiùs æquum est Consulere, atque omnes metuentem expendere casus.] Ex Latini persona, necessarium iunctis inducit Poëta tractatum. comparat enim mala iuuentutis; & senectutis bona. Iuueni, inquit, quantum, eminet corporis virtus: tantum in omnes casus inconsultā temeritate raptatur, solā meliorum spe iuuenis du-

A monet tum casum: vt suprà, Atque omneis metuentem expendere casus. MOESTVM patria Ardea longè diuidit.] Longè mœstum, id est, valde mœstum. Longè diuidit, non procedit. non enim Ardea, à Laurento, longo valdè dissidet spatio. HAVDQVAQVAM.] Nequaquam. quia suprà dixerat, vltrò implacabilis. ÆGRESCITQVE medendo.] Indè magna eius ægritudo crescebat, vnde se ei Latinus remedium sperabat afferre. Medendo autem, dum ei medetur, & medicina affertur. Nam gerundij modus est à passiuâ significatione. VT PRIMVM fari potuit.] Nimius enim dolor, vel iracundia, intercluserat eius vocem. sic de Euãdro; Et via vix tandẽ laxata dolori est. QVAM pro me curam geris, hanc precor, optime, pro me Deponas.] Bis quidem ait, pro me; sed diuersâ affectione. namq; hæc dicit: Quã pro salute meâ solicitudinẽ geris, hanc pro meâ famâ & gloriâ, quæso, derelinquas. Vir fortis enim gloriosam mortem præponit saluti. DEBILE ferrum.] Sic in Secundo: Telumq; imbelle sinè ictu Conijcit. NOSTRO de vulnere.] Quod nos inferimus. & dubiè est locutus. LONGE` illi dea mater erit.] Contra illud, Sed

B matris auxilio vtitur. Vnde est: Maternis sæuus in armis. NOVA sorte.] Id est, magnâ. nam nouum nõ est, quod fuerat antè promissum. Magnam autẽ sortem vocauit, singulare certamen. PER si quis Amatæ tangit honos animũ.] Si, quod te regina rogat, tuam cõmouet mentem, & si quẽ honorẽ habes Amatæ. Sic in septimo: Si qua pijs animis manet infelicis Amatæ Gratia. IN te omnis domus inclinata recumbit.] Totum digessit antè per species; & sic se contulit ad generalitatẽ. MANVM committere Teucris.] Ab omni eũ bello, non tantùm à singulari certamine dehortatur. ET me, Turne, manent.] Mirè agit. nam quia scit, suam mortẽ virum fortem facilè posse contemnere; deterret eum dicẽs: se simul esse moriturã; vt, qui periculum nõ timet, formidet inuidiam. NEC generũ Æneam captiua videbo.] Mirè & fidẽ suam, & studium circa Turnum, expressit.

POM. Sabi. ME natam.] Renuit filiam, testimonio numinum. VICTVS.] scilicet lachrymis coniugis, sociaui tibi natã. PROMISSA.] Aeneæ. Per legatos promiserat: quod turbauit Amata. Sed meliùs promissam, vt numina volebant, futuro hospiti: vt promissam animo suo. ARDESCITQVE tuen-

C do.] Tuendo Latinum, ad talia verba ardescebat magis. Si est Ægrescit medendo: id est, remedia nil iuuabant, & adhibendo remedia, magis ægrescebat: fit æger magis medẽdo. Sed meliùs, intuendo Latinũ, magis ardescit. LONGE` illi dea.] cõtrà illud, quod suprà dictum est, iuris auxilio vtitur. SESE occulat vmbris.] non eueniet Aeneæ mecum congredienti, queadmodum cũ Achille & Diomede. nõ habebit nubẽ, in quâ se occulat. REGINA.] Amata. TVRNE, per has.] Loquitur Amata Turno: & miserationem mouet. VIDEBO.] id est, priùs volo mori.

VAR. Lect. PROMISSAM eripui genero, arma impia sumpsi.] Antiqui lib. legunt, Promissam eripui genero, atq; arma impia sumpsi. QVANTOS primus patiare labores.] Romanus liber legit, Patiere. QVO` referor toties?] In Romano libro legere est, Quò refero toties. INSANIA mutat?] In libris aliquot, Motat, non Mutat, legitur. SVM accire paratus.] Romanus liber Adscire legit, ab Adscisco. SIC incipit ore.] Antiqua exemplaria vno exemplo legunt, Sic institit ore, ab Insisto.

DON. ME natam nulli veterum sociare procorum Fas erat: idq; omnes diuiq; hominesque canebant.] Agit causam suam apud eum, quem à coniunctione propriâ, ratione potiùs redditâ, quàm authoritate patris, volebat excludere. Nuptias, inquit, filiæ meæ nunquam, vt patres cæteri, habui in potestate meâ: harum enim sibi iudicium numina vindicarũt, non occultè, nec dubiè. Nam & ipsa ostenderunt, quid vellent, quidue esset curandũ: & vatũ omnium consensus edocuit. Hoc idcirco dicitur, vt illud omne, quod negabat, assereret non suæ, sed eorum esse sententiæ: ac per hoc sibi adscribendum non esse, in quo paternum cessaret arbitrium. Verum autẽ Latinum dixisse, Idq; omnes diuiq; hominesq; canebant; manifestum est. nam Septimus liber ostẽdit, & vatẽ hoc locutũ esse, & Faunũ. Interea, dum astruit excusationem suam, etiam ipsi Turno ingerit metum: ne vlteriùs illicitum quærat: addens, iam datas esse pœnas, quòd contra vetitum esset admissum; & si in errato duraretur, futuras esse priores. Ait enim: VICTVS amore tui, cognato sanguine victus.] Feci etiam in hac parte contra vetitum, cognati sanguinis contemplatione permotus: vt te diligerem generum: qui marito filiam dare iubebar externo. Nõ vacat, quod dixit, Cognato sanguine victus. qui enim volebat dare, debuit cognatum asserere. CONIVGIS & mœstæ lachrymis.] Et hic addendũ est, Victus. Cùm his, inquit, accederẽt miserabiles fletus vxoris, quam pro tuis cõmodis tristẽ vlteriùs videre non potui; feci victus, quod mulier voluit, nõ superûm præcepit autoritas. VINCLA omnia rupi.] Quũ à iussione cœlestium statutorum, conflictũ animi mei omnia ista traxissent: nexus omnes religionis abrupi. Quid enim aduersus homines facerẽ violenter, qui violaueram deos? Exponit iam, quid sit, Vincla omnia rupi. Primùm inquit, Promissam eripui genero.] Quàm grauia ista sunt, quorum reatibus se memorat etiam humanis legibus implicatum! decedere enim de fide, & negare promissum in tali causâ, grauem non decet virum, regem quoq;, cuius in omnibus causis plena exspectaretur autoritas: & fallere eum, quẽ delegerant numina; afferre nexibus vim; rumpere, quod religionũ fœderibus fuerat colligatum; eripere eam, quæ, ex causa promissi, alieni esset iuris effecta; quanti sit sceleris, manifestũ est. Tantum hoc loco Vergilius contractibus tribuit, vt hos etiam solâ promissione velit esse firmatos: vt traditio virginis, exsecutio sit promissi, ex quâ nascitur cõiunctionis effectus. Vsqueadeò hoc verũ esse contendit: vt generũ diceret, cui non dederat filiam suam. ARMA impia sumpsi.] Ecce, trepidum se dicit exstitisse, & armâsse, manus impias ferro. meritò Impias, cõtra filiæ virum, quem in societatem familiæ, promissi honestate susceperat. Omnia hæc dicta sunt pro causâ, & pro personâ eius, cui hæc ingerebantur. Nam multa composuit Latinus dicta vel falsa; & hæc veris admiscuit, vt etiam ipsa pro certis acciperentur. nam nec sic Turnum amauit, vt generum; nec in eius negotio suasu victus est coniugis, aut fletus admisit vxoris: sed simulauit ista, vt Turno potiùs consulere in salutis periculo videretur, quàm eundem ipsum à coniunctione filiæ reuocare. EX illo qui me casus; quæ Turne, sequãtur Bella, vides: quantos primus patiare labores.] Coniecturale tenuit argumentum; & illud prosequitur, quod pro verò posset admitti. Mala, inquit, quæ mihi acciderunt & tibi, Turne, considera. hæc enim iudicabis pœnam esse admissi sceleris, & pro violatâ deorum maiestate supplicium. nec vlla ipsius rei probatio necessaria est: cùm omnia subiecta sint oculis tuis. Quæ passus sum, nosti: quæue ipse patiaris, intelligis. BIS magnâ victi pugnâ, vix vrbe tuemur Spes Italas.] Si semel esset malè pugnatum, daretur hoc euẽtui. Bis pugnatum est; & fortiter quidem atq; vt obtineri debuisset victoria: nisi offensa numina prosperitatem omnem in aliam partem, factâ nostrorum cæde, auertissent. Atq; vtinam malis ipsis venisset finis! minùs autem vigent, ac vt noua & pertinaciter continuata perdurant: sequuntur indefessa miseros, & spem nostram deteriùs premunt. Quid iam speratur prosperi, quum extra vrbem perierunt omnia: vt vix tueamur, quæ retinemus inclusa? Argumentum istiusmodi, quâ arte à tempore, à numero, & ab accidentibus, duxit? A` tempore sic: EX illo, qui me casus, quæ, Turne, sequãtur Bella, vides.] Cur, inquit, ex illo tempore mala exorta sunt, quo fides est mutata Troianis? A` numero: toties. Ab accidentibus verò asseruit coniecturæ partibus intentionem suam. Transit ad ea, quibus mala ipsa comprobet tolerari non posse. RECALENT nostro Tyberina fluenta Sanguine adhuc campique ingentes

A *bemus, genus conditionemq; pugnandi. Cùm igitur regina dispositionem futuri certaminis, Latini & Turni tractatibus accepisset: omni dispositione permota.* FLEBAT, & ardentem tenerum moritura tenebat.] *Praecedentibus vocem lachrymis, retinere generum nitebatur ardentem; & incendium iuuenis fletus vbertate restingere. Moritura, inquit, agebat communem causam, & coniunctum cum suo periculum depellere cupiebat. decreuerat quippe, illum euentum certaminis sequi, qui excepisset & Turnum.* TVRNE, per has ego te lachrymas, per si quis Amatae Tangit honos animum.] *Habent singula virtutem suam. commemoratio primò nominis, nonnullum veri amoris mõstrat affectum.* Per has lachrymas, *non referentis est vox; sed demonstrantis. maior quippe oculorum, quàm aurium, fides est. Caeterùm, si dolorem mentis assereret, cùm in occulto est: dubitari de eo posset, & remaneret incertus. Lachrymae verò, doloris nuntiae, doloris indices, doloris testes: & tunc maximè certiores cùm vocem ac verba praeueniunt. Lachrymae probant, quid geratur interiùs, & ostendunt cordis animiq; tormenta.* Ego, *inquit,* te: *hoc est, Ego, quae te plurimis praetuli, ego, quae te, vt-* B *pote generum, vt dixi, te optimum; te dignum filiae virum: si animi tui reciprocam mereor vicem; admitte, quid dicam.* SPES tu nunc vna senectae; Tu requies miserae.] *Tu idem, vna spes miserae senectutis meae: tu singularis requies: nec est alia praeter te.* DECVS imperiumque Latini Te penes: in te omnis domus inclinata recumbit.] *Ornamentum nostri nominis & generis, tu es: in te omne pondus nostrae posteritatis incumbit. Hoc ideò: quia, quod inclinatum est, ni auxilio sustineatur alterius, mox cadet, si subtrahatur, quo fertur & regitur. Ergo cauebat haec: ne cum Turno caderet; quod non sine adminiculo eius poterat perdurare. Haec dicendo, ostendit se illud suasuram; ne se singulari pugnae committeret. atque vt hoc meliùs comprobaret, puto affectu descendere: causae Turni suam quoque coniunxit; dicens;* VNVM oro, desiste manum committere Teucris.] *Vnum scilicet, quod fuerat solum, & in quo omnis securitas fuit. Ecce, cautior Latino mulier, apud quam maior fuerat metus. nam cùm id ageretur, ne solus Turnus cum solo Aeneâ pugnaret: haec dicebat, cum Teucris omnibus non esse certandum.* QVI te cumque manent isto certamine casus; Et me, Turne, manent.] *Ne funestum aliquid nominaret, aut triste: generaliter dixit,* Quicunq; casus. *subnexuit tamẽ, quid metueret. ait enim:* SIMVL inuisa relinquã Lumina; nec generũ Æneam captiua videbo.] *Ecce, Turni metuit mortem. nam quomodo posset Aeneam videre generum, nisi Turnum primò vidisset extinctum?*

Accepit vocem lachrymis Lauinia matris
Flagrantes perfusa genas: cui plurimus ignem
Subiecit rubor, & calefacta per ora cucurrit.
Indum sanguineo veluti violauerit ostro
Si quis ebur, vel mista rubent vbi lilia multâ
Alba rosâ: taleis virgo dabat ore colores.
Illum turbat amor; figitq; in virgine vultus.
Ardet in arma magis; paucisq; affatur Amatam:
Ne, (quaeso) ne me lachrymis, néve omine tanto
Prosequere, in duri certamina Martis euntem,
O' mater: neq; enim Turno mora libera mortis.
Nuntius haec Idmon Phrygio mea dicta tyranno
Haud placitura refer: cùm primùm crastina coelo
Puniceis inuecta rotis aurora rubebit;
Nõ Teucros agat in Rutulos: Teucrûm arma quiescant,
Et Rutulûm: nostro dirimamus sanguine bellum:
Illo quaeratur coniunx Lauinia campo.
Haec vbi dicta dedit, rapidusq; in tecta recessit;
Poscit equos: gaudetq; tuens ante ora fremēteis,
Pilumno quos ipsa decus dedit Orithyia;
Qui candore niues anteirent, cursibus auras.
Circumstant properi aurigae; manibusq; lacessunt
Pectora plausa cauis, & collà comantia pectunt.
Ipse dehinc auro squallentem, alboq; orichalco,
Circumdat loricam humeris: simul aptat habẽdo,
Ensemq;, clypeumq;, & rubrae cornua cristae:
Ensem, quẽ Dauno ignipotens Deus ipse parenti
Fecerat, & Stygiâ candentem tinxerat vndâ.
Exin, quae medijs ingenti annixa columnae
Ædibus astabat, validam vi corripit hastam;
Actoris Aurunci spolium: quassatq; trementem,

SER. ACCEPIT vocem.] *Ordo est: Accepit vocem matris Lauinia.* FLAGRANTES perfusa genas.] *Lachrymis perfusas. Statius:* Et gemit moestos imitata parentes. IGNEM subiecit rubor.] *Hypallage est: pro, cui ignis animi subiecit ruborem. Mouebatur autem, intelligens se esse tantorum causam malorũ. Sicut supra ipse,* Causa mali tanti, atque oculos deiecta decoros. *Nam quò ea formosior inducitur; eò magis Turnus ardet: vt sequentia* C *indicant.* VIOLAVERIT ostro si quis ebur.] *Homeri comparatio: vnde &* violauerit *transtulit. Ille enim ait,* ὡς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ. MIXTA rubent vbi lilia multâ alba rosâ.] *Aut, vbi multa alba lilia permixta rubent rosâ, id est, rosae coniunctione. Naturaliter enim omnis candor, vicinum in se trahit ruborem.* ILLVM turbat amor.] *Inuenit occasionem, quâ Turnus magis moueretur in bellum.* NEQVE enim Turno mora libera mortis.] *Duplex hoc loco est expositio. aut enim ordo est: Ne, quaeso mater, ne me lachrymis, id est, tanto mortis omine prosequaris, ad duri Martis certamina proficiscentem: neque enim Turno mora libera est non eundi, post iam promissum singulare certamen. Aut certè hoc dicit: Noli me, mater, ad bellum euntem, ominosis lachrymis prosequi: neque enim Turno mora libera mortis: id est, neque enim est potestatis meae, moram inferre venientibus fatis. ac si diceret: Si imminent fata; periturus sum, etiamsi minimè ad bella proficiscar. Sciendum tamen, locum hunc vnum esse de insolubilibus* XII. *quae habent obscuritatem; licèt à multis pro captu resoluantur ingenij.* CVM primùm crastina coelo puniceis inuecta rotis.] *Hoc loco auiditas pugnaturi exprimitur. Sanè nũc nõ dicit ortũ diei, sed designat tẽpus, quo vult vt ad singulare certamen vterque pcedat.* NOSTRO dirimamus sanguine bellũ.] *Bene se omnib. cõmendat hoc dicto: siquidẽ suũ sanguinẽ, pro omni bello, dicit posse sufficere.* POSCIT equos, gaudetque tuens ante ora fremẽteis.] *Solent enim, ex equorũ vel moestitiâ, vel alacritate, euentũ futurũ dimicaturi colligere.* PILVMNO quos ipsa decus dedit Orithyia.] *Ait Horat. in Artè poëticâ:* Nec, quodcumq; velit, poscat sibi fabula credi. *Vnde Critici culpant hoc loco Vergilium; dicentes incongruum esse figmentum. Namq; Orithyia cùm Atheniensis fuerit, filia Terrigenae, & à Boreâ in Thraciam rapta sit: quomodo potuit Pilumno, qui erat in Italiâ, equos dare?* DECVS dedit.] *Ad ornamentũ: vt,* Quas ipsa dec⁹ sibi dia Camilla Delegit. *Sanè hic versus* ὀνοματοποιΐα *est: nam thyi diphthõgus graeca est.* QVI candore niues anteirent; cursibus auras.] *Homeri versus est, verbum ad verbum:* λευκότεροι χιόνος, θείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι. PROPERI Aurigae.] *Festini, veloces. & erit nominatiuus, hic Properus.* Aurigas *autẽ, pro agasonibus posuit: nam aurigae propriè sunt currus regentes.* ALBOQVE Orichalco.] *Auri cõparatione scilicet: nã per se albũ non est. Apud maiores orichalcũ preciosius omnibus fuit metallis. namq;, sicut Lucretius dicit, cùm primũ homines syluas incendissent, nullarum adhuc rerum periti; terra casu fertilis omnium, ex incendij calore desudauit metalla: inter quae orichalcũ preciosius visum est, quòd & splendorem auri, & aeris duritiem possideret. Namq; de auro primũ securis facta displicuit,*

dispicuit, causâ mollitiei: simili ratione & argenti contemptus est vsus, mox æris. orichalcum placuit, donec veniretur ad ferrum. Vnde etiam secula ita dicuntur fuisse diuisa. Orichalcum autem fuisse pretiosum, Plautus etiam docet. qui ait in Milite glorioso: Ego istos mores orichalco contrà comparem. CIRCVMDAT loricam humeris.] Non armatur hoc loco: sed explorat, vtrùm arma aptè & congruè eius membris inhæreant. APTAT habendo.] Ad habendum, vt congruè possint inhærere. CORNVA cristæ.] Id est, comas, quas Græci κέρατα nominant. vnde & κείρειν dicunt tondere. Cornua autem, propriè sunt cincinni. DEVS ipse parenti fecerant.] Ac si diceret. non per ministros. Statius: Sed plurimus ipsi Sudor ibi. Et notandum, quia affectatè variauerit: vt Aeneæ vno loco arma describeret, Turni verò hic hastã, gladium & loricam; In octauo autem, scutum & galeam. EXIN.] Deinde. nam ordinis est aduerbium. INGENTI adnixa columnæ.] Hastæ per columnam exprimitur magnitudo: sicut in septimo equorum. vt, Stabant tercentum nitidi in præsepibus altis. STYGIA vndâ.] Quasi immortalem fecerat. VI.] Virtute. ACTORIS Aurunci spolium.] Vel quod Actori detraxerat Turnus: vel quod Actor cuidam alteri. nam ambiguè est positũ. QVASSATQVE trementem.] Quassat, & tremere facit.

POM. Sabi. PERFVSA genas.] id est, lachrymis perfusas habens genas. Virginalem ruborem notat. O' mater.] quæso mater, ne me hoc omine mortis prosequaris. Vel, neque est in potestate mea, facere morã venientibus fatis. Sed melius: non est mihi libertas faciendi morã morti, vocãtibus fatis. ORITHYIA.] apud Homerũ in Iliade legitur: Erichthonium regẽ Atheniensium habuisse tria millia equarũ: cũ quibus scribit Boream, cõuersum in admissariũ, coiuisse; vnde nati equi velocissimi. Vergilius nũc ait; Orithyiam, quæ fuit filia regis Atheniensis, dedisse Pilumno atauo Turni equos. & nõ dubiũ est, quin fuerint ex eã progenie; scilicet armẽti Erichthoni. & erat Boreas maritus Orithyiæ. ORICHALCO.] Orichalcũ dicitur æs: & est aurei coloris. in magno precio apud antiquos fuit. Primum autem genus æris est candidum, argenteo nitore. sunt & duo alia genera.

VAR. Lect. SI quis ebur, vel mixta rubent.] In antiq. exempl. legere est, Si quis ebur, aut mixta. TEVCRVM arma quiescãt, Et Rutulũm: nostro dirimamus.] In Rom. lib. legere est, Teucrũm arma quiescãt, & Rutuli: nostro dirimatur. CIRCVMSTANT properi aurigæ.] Veteres aliquot libri, Properè legunt alij, Pueri aurigæ. PECTORA plausa cauis.] Antiqua pleraque exemplaria, Pulsa legunt.

DON. ACCEPIT vocẽ lachrymis Lauinia matris, Flagrantes perfusa genas.] Lauinia, inqt, vocẽ matris lachrymantis accepit; & virginalis verecundiæ signa, ipsius vultus sui permutatione monstrauit. Nouerat enim, propter se illa omnia geri, & sponsione mediã mortis, duos perniciosã obstinatione cõtendere. CVI plurimus ignẽ Subiecit rubor, & calefacta per ora cucurrit.] Calor enim plurimus cõcitat ruborem in vultu; & frigus facit è diuerso pallorem. INDVM sanguineo veluti violauerit ostro Si quis ebur, mixtàve rubent vbi lilia multa Alba rosâ; tales virgo dabat ore colores.] Per admirabilẽ parabolam, Lauiniæ vultus ostẽditur. Talis enim fuit; qualis est ebur: quod naturâ candidum, ostro constratũ, gratã varietate distinguitur: aut quum alba lilia rosarum rubori miscentur. ILLVM turbat amor, figitq; in virgine vultus: Ardet in arma magis; paucisq. affatur Amatam.] Cui suadebatur, ne se committeret pugnæ, videndo materiam calamitatis suæ, magis magisq; inflãmatus est. Agitabatur enim amore virginis, & aspectu diuturno. nec iam verbis à certamine poterat reuocari; sed magis impellebatur in pugnã; vtpote qui, obstrusis auribus virginis, in contrariam partẽ trahebatur: & paucis respõdit. qui enim tanti mali necessitate raptabatur in bellum, & propositã cõditione in campum cogebatur exire, non debuit pluribus loqui. A

NE, quæso, ne me lachrymis, ne me omine tãto Prosequere, in duri certamina Martis euntẽ, O' mater.] Quæ salutẽ meam incolumẽ cupis, & omnibus prosperis hortari debes in bella pergentẽ. quidquid enim illic geritur, triste est; & nõ debet omnibus quoq; tristioribus onerari. Fundis lachrymas, & lugentis specie prosequeris pugnaturũ. non conueniunt ista nostræ personæ vel tẽpori. læta debẽt occurrere oculis meis: vt lætũ possis videre redeuntem. Multùm premunt humanos actus; si dura sint omina: multùm verò subleuant; si fuerint læta. NEQVE enim Turno mora libera mortis.] Sic ante euentũ pugnæ lachrymas fundis, quasi sit libera potestas aduersis. Nõ est, mater, liberũ viuere: nõ est liberum mori. NVNTIVS hęc Idmon Phrygio mea dicta tyranno Haud placitura refer.] Tantũ sibi arrogauit, vt prior mandaret, & prior certamen indiceret: atq; hoc ipsum cũ superbiâ suâ, & cũ iniuria melioris; dicens Phrygium. quia sic superiùs dixit, Desertorem Asiæ. dicens etiam, quòd nõ esset Aeneæ placiturum, vt soli pugnarent. CV'M primùm crastina cœlo Puniceis inuecta rotis aurora rubebit, Non Teucros agat in Rutulos; Teucrûm arma quiescant, B
Et Rutuli: nostro dirimamus sanguine bellum; Illo quęratur coniunx Lauinia campo.] Quum dies, inquit, cœperit exoriri, & adhuc rubebit aurora; veniat solus ad campum; nõ ducat in Rutulos quenquã: conquiescat omnis exercitus; atq; omnibus initio constitutis, noster sanguis offerat cunctis certaminibus finẽ: &, qui vxorẽ Lauiniam cupit, illo eam requirat in campo. HÆC vbi dicta dedit, rapidusque in tecta recessit; Poscit equos: gaudetq; tuens ante ora fremẽtes, Pilumno quos ipsa decus dedit Orithyia.] Vbi hæc dixit, & ingressus est domum; produci equos iussit. Quòd aũt illos vidit fremẽtes, gratulatus est. Arbitrabatur enim, ex eorũ fremitu, omen optimũ pugnæ, cui fuerant necessarij. Hos equos ad ornatũ Orithyia dederat Pilumno, auo eiusdẽ Turni. QVI candore niues anteirent, cursibus auras.] Anteirẽt, cõmune est positũ: & colori quippe respõdet, & cursui. vt sit: Anteibant illi niues cãdore; anteibant cursibus vẽtos. CIRCVMSTANT properi aurigę, manibusq; lacessunt Pectora plausa cauis.] Circũdederant eos ministri sui; & veluti quibusdã veteribus futurũ certamẽ sentientibus, denũtiabant. Caua enim manus, nõ dolorẽ facit; sed excitat certaturũ. ET colla comãtia pectunt.] Norũt etiã equi, qd futurũ sit: cùm eriguntur hortatibus, aut componuntur, vt placeant. C
IPSE dehinc auro squalentẽ, alboq; orichalco, Circũdat Loricam humeris.] illa equis fiebãt: ipse quoq; sumebat munimẽta corporis sui: et primùm quidẽ humeros loricâ circũdabat, quæ auro & orichalco fuit splẽdida. SIMVL aptat habendo.] Vt bene haberi posset & ferri, aptat hanc diligẽter. ENSEM'QVE, clypeumq;, & rubrę cornua cristę.] Ad hæc quoq; pertinet, quod dixit: Simul aptat habendo. Quod enim bene portatur, & aptè fertur, gestantẽ releuat: quia leuius redditur. ENSEM, quem Dauno Ignipotens deus ipse parenti Fecerat, & Stygiâ candentem tinxerat vndâ.] Laudauit equos, ex occasione illius, qui dederat Pilumno. Laudat & gladium: quia illũ Vulcanus suis manibus eidẽ fecerat Pilumno. ET Stygiâ candentem tinxerat vndâ.] consecrationem quandam ensis ostendere voluit factã; quia Stygiã vndã fuerat tinctus: vt quasi inuictus haberetur, &, quemcunq; vulnerãsset, celeriùs interiret. Simul etiam docuit certis necessariam partem. nam modus est certus, quo candens ferrum aquæ frigidæ mergitur: vt, ex vtroq; temperatum, nec desiliat satis durum, nec inefficax fiat, si plurimũ fuerit molle. EXIN.] Hoc est, exinde. QVÆ in medijs ingẽti annixa columna Ædib. adstabat validã vi corripit hastã.] Et hastã laudat, & magnitudinẽ suã; & Turnũ, qui hanc poterat virtutis tractare substantiã. Hasta laudatur: quia tam magna fuit, vt sinè ingentis columnæ adminiculis stare nõ posset, & regi. quod fit, ne curuatæ hastæ vsum necessariũ perdant.

A *dant. Hanc, licèt esse pro suâ magnitudine ponderosa, rapuit Turnus. Tanti etiam ipse roboris fuit, vt illam non tolleret, sed corriperet.* Corripere, *est aliquid sinè conatu ac difficultate comprehendere. Hanc igitur, alijs grauem & satis onerosam, Turnus rapuit pro leui. Rediturus ad laudem hastæ & quod de eâ minus dixerat, complet:* ACTORIS, *inquit,* Aurunci spolium.] *Occiso Actori Aurunco fuerat detracta: digna scilicet, quæ reportatam de fortissimo viro victoriam testaretur.* QVASSATQVE trementem, Vociferans.] *Hanc frequentiùs commouens, his alloquutus est Turnus. voce scilicet clarâ: quia multis animi necessitatibus fuerat excitatus.* Trementem *propriè dixit: quicquid enim longum est, non secundùm longitudinem validum, tremit, quum fuerit motum.*

Vociferans Nunc, ô nunquam frustrata vocatus
Hasta meos, nūnc tēpus adest: te maximus Actor,
Te Turni nunc dextra gerit. da sternere corpus,
Loricamq; manu validâ lacerare reuulsam,
Semiuiri Phrygis: & fœdare in puluere crines,
Vibratos calido fero, myrrhâq; madentes.
His agitur furijs: totoq; ardentis ab ore
Scintillæ absistunt, oculis micat acribus ignis.
Mugitus veluti cùm prima in prælia taurus
Terrificos ciet, aut irasci in cornua tentat,
Arboris obnixus trunco; ventosq; lacessit
Ictibus, aut sparsâ ad pugnam proludit arenâ.
Nec minùs interea, maternis sæuus in armis,
Æneas acuit Martem, & se suscitat irâ;
Oblato gaudens componi fœdere bellum.
Tùm socios, mœstiq; metum solatur Iüli;
Fata docens: regiq; iubet responsa Latino
Certa referre viros, & pacis dicere leges.
Postera vix summos spargebat lumine montes
Orta dies; cùm primùm alto se gurgite tollunt
Solis equi, lucemq; elatis naribus efflant:
Campū ad certamen magnæ sub mœnibus vrbis
Dimensi, Rutuliq; viri, Teucrique, parabant;
In medioq; focos, & dijs communibus aras

SER. VOCIFERANS.] *Hæc scilicet, quæ dicturus est. Plerunq; enim ita clamor ostenditur, vt statim ipsius clamoris verba subdātur. sic suprà:* Turnumq; repentè Clamat, iò matres. *Sanè nunc ita ad hastam quasi ad aliquam personam loquitur; & ei intellectum & auditum dat: sicut Cicero verba reipublicæ. Sed ille ait:* Si patriá loqui posset fieri. *Turnus verò, quasi ad virum*
B *sentientem loquitur: nec immeritò. nec eum inducit furētem: vt,* His agitur furijs, totoq; ardentis ab ore Scintillæ absistunt, oculis micat acribus ignis. VOCATVS Hasta meos.] *Inuocationes & preces. Nam appellatio est à verbo, quæ semper aut in io exit, aut in us. Si in io exeat, tertiæ est formæ: Si in us, quartæ. vt ab eo, quod est Lego, aut Lectio, aut Lectus facit. Sed hoc nos dicimus, quod ἐνεργητικὸν fuerit: sicut nunc ab eo, quod est Voco, Vocatus fecit, non vocationes.* TE maximus Actor.] *Subaudimus, antè agere cōsueueras.* NVNC Turni te dextra gerit.] *Eius scilicet, qui quasi supra maximum est Actorem.* DA sternere.] *Figura græca: vt,* Donat habere viro. *Item,* Da ferre talentum. LACERARE reuulsam.] *Vt laceratam reuellam.* Laceratam *autem, propter illud,* Et bis sex thoraca petitum Perfossumque locis. VIBRATOS calido ferro.] *Crispatos calamistro. nam calamistrum est acus*
C *maior, quæ calefacta & adhibita intorquet capillos. Vnde etiam Cicero calamistratam comam appellat frequenter: quæ etiam vituperationi est. Vnde & contra ad laudem est positum ab Horatio,* Hunc & incomptis Curium capillis. *Et Ouidio:* Intonsi regia magna Numæ. MYRRHA madentes.] *Vnguentatos.* OCVLIS micat acribus ignis.] *vt supra dictum est, furoris immanitate. Homeri est: ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην.* TERRIFICOS ciet.] *Nomine. & hinc apparet, mugitus non tantùm dolentum esse; sed etiam irascentum.* Ciet *autem, modò dat: sicut in vi.* Lenibat dictis animum, lachrymasq; ciebat. *Nam propriè* ciere, *est, aut dolorem aut lachrymas commouere.* AD pugnam proludit.] *Præmeditatur. Cicero:* Sin mecū in hac prolusione nihil fueris, (*id est, præmeditatione certaminis*) quem te in ipsâ pugnâ cum acerrimo aduersario fore putemus? SÆVVS.] *Fortis, more suo: vel magnus. Et ingentem moderationem dat Aeneæ: quippe quem inducit laborantem, vt posiit in iram moueri. cùm Turnum ita dicat furere: vt nec Latini consilijs, nec Amatæ precibus, posiit obedire.* ACVIT martem.] *Irritat se ad futura certamina.* COMPONI fœdere bellum.] *Finiri, Vt,* Ante diem clauso cōponet vesper Olympo. *Aut* componi bellum, *ad pactionem singularis certaminis bellum deduci.* Fœdus *autem, sicut supra dictum est, ab hostia, quæ fœdè interimi solet, appellatum est.* OBLATO gaudens.] *intelligente dum nuntium Aeneæ venisse de bello.* TVM socios, mœstiq; metum solatur Iüli.] *Intelligamus, hos spe singularis certaminis, pro ducis salute, esse turbatos. Bene autem separauit Ascanium à socijs. de illis enim,* socios *dixit: non addidit metum; quia proprium erat, & filij, & pueri, timere pro patre.* FATA docens.] *Monens, quibus condenda vrbs sit: quid futurum, vt vincat.* LATINO Certa referre viros.] *κατὰ τὸ σιωπώμενον, etiam ad Latinum, Aeneam legatos misisse intelligimus. Nam suprà Turnus tantùm dixerat:* Nuntius hæc Idmon Phrygio mea dicta Tyranno. Certa *autem, pro firma & vera. aut certè, hos legatos Idmoni adiunctos, potest intelligi.* PACIS dicere leges.] *Quas paulò pòst in ipso fœdere est dicturus Aeneas.* POSTERA vix summos.] *Descriptio temporis, quod Turnus præuenierat.* CVM primùm alto.] *Quia res perturbatæ secuturæ sunt; diem quoque cum feruore oriri fecit.* LVCEMQVE elatis naribus efflant.] *Ennianus versus est, ordine commutato. Ille enim ait;* Funduntq; elatis naribus lucem. *Et sciendum, nunquam diem sic patenter descripsisse Vergilium. Sicut in quarto noctem, vbi Didò peruigilans deliberat.* CAMPVM ad certamen.] *Totus hic de fœderibus locus, de Homero translatus est: vbi Alexander Paris cum Menelao singulari certamine dimicaturus est.* DIMENSI Rutuliq; viri.] *Inter se p certa spatia diuidētes, quæ quisq; loca purgaret. & hoc loco sciendum, Fauni lucum euertêre Troiani. Vnde est paulò pòst:* Sed stirpē Teucri nullo discrimine sacrum Sustulerát, puro vt possent concurrere campo. FOCOS.] *Quicquid ignem fouet, focus vocatur: siue ara sit, siue quid aliud, in quo ignis fouetur: sicut in tertio dictum est. Tamen & hic in publico sacrificio ostendit, cum aris etiam focos sacratos: nam ait,* In medioq; focos & dijs communibus aras: *& pòst subtexuit,* Craterasq; focosq; ferunt. *Crateras scilicet, quibus libauerat: Focos verò, ad quos legitimum sacrificium perfecerat.* ET diis communibus aras.] *Dij communes sunt, vt alij dicunt, Mars, Bellona, Victoria: quia hi in bello vtrique parti fauere possunt. Vt autem altioris scientiæ hominibu placet: dij communes sunt, qui ἄζωνοι dicuntur, id est, qui cæli certas non habent partes, sed generaliter à cunctis coluntur. vbiq; enim eos esse, manifestum est: vt Mater deûm, cuius potestas in omnibus zonis est. Nam ideò & Mater deûm dicitur, quòd cum omnibus est eius communis potestas. Alij communes deos volunt, Solem, Lunam, Plutonem, Martem; hi enim apud omnes homines inueniuntur; & sunt in omnibus terris. Prior tamen sensus & simplex est, & magis aptus negotio.* ARAS gramineas.] *Romani enim moris fuerat, cespitem aræ superponere, & ita sacrificare.*

SEMIVIRI.] *Refert ad mollitiem Asianorum, & ad* ... *castra* POM. Sabi.

caſtratos mares Phrygiæ. FERRO.] *crines concinnantur calamiſtro, id eſt, ferro candenti: & tale artificiũ criſpat capillos.* ÆNEAS acuit.] *Idmon miſſus à Turno, nuntiauerat Aeneæ ſingulare certamen.* CAMPVM ad certamen.] *Moris antiquorum fuit, in medijs campis aras ex herboſo ceſpite erigere. ideò dicit* gramineas. DIIS communibus.] *dij communes militibus, Mars, Bellona, Pallas, Victoria: hæc ſunt belli numina. Alij volunt, communeis deos eſſe numina familiaria omnibus. Alij intelligũt Cybelen, quæ habitat p omnes zonas: alij, Soli & Lunã: alij deos magnos. Ego puto Marti, & cæteros.*

VAR. LECT. SEMIVIRI Phrygis.] *In libris aliquot antiquis,* Phrygij *legitur.* SCINTILLÆ abſiſtunt oculis.] *In Romano libro* Exſiſtunt *legitur. Eſt & antiquus liber, qui ita legit,* Abſiſtunt ſcintillæ oculis. CVM prima in prælia.] *Romanus liber, atq; aliquot alij,* Cùm primùm in prælia, *legunt.* ATQVE iraſci in cornua tentat.] *In Romano libro,* Aut iraſci *legitur.* ET ſparſa ad pugnam.] *Antiqui libri,* Aut ſparſa *legunt.* ET pacis dicere leges.] *In Oblongo libro Vaticano,* Diſcere *legitur.*

DON. NVNC, ô nunquã fruſtrata vocatus Haſta meos.] *Haſta, inquit, fortis, haſta ominis boni: quam quoties inuocaui, ſenſi commodũ: & cũ quã ſuperior remeaui de campo.* NVNC tempus adeſt.] *Quum grauior hoſtis occurrit, & dura pugnandi conditio: nunc adeſt tempus, vt, vltra ſolitum morem, fauorem tuæ virtutis & felicitatis oſtendas.* TE maximus Actor, Te Turni nunc dextra gerit.] *Nec prioris domini meritum te deprimere conuenit; nec præſentis. Non, inquit, ceciderũt merita tua: nec, poſt illius Actoris maximi exceſſum, te portat inferior. Subijcitur petitionis modus.* DA ſternere corpus, Loricamq; manu validâ lacerare reuulſam Semiuiri Phrygis, & fœdare in puluere crines, Vibratos calido ferro, myrrhâq; madentes.] *Colligit petitionis ſummã, in eã aſſerens, difficile non eſſe, quod poſtulabat. fecit autem hoc, vtpote qui furebat. Cæterùm haſta, verba eius nec ſentire poterat, nec audire: vſus eſt tamẽ ſuaſoris partibus, dicens, quid cuperet prouenire. Præſta, inquit, vt ſternamus hoſtem: nec metuas eum, qui vir corpore eſt, & animo fœmina: deniq; gerit crines muliebri more compoſitos; criſpatos ferro candenti, & madidos myrrhâ. Turpemus igitur, quod ille cum fœminis diligit: ſternamus campo funus eius, & multo puluere turpemus vnguenta: & quicquid ad virorum infamiam ars ludibrioſa compoſuit, obſcuret terra tenuis, & arena confundat. Pereat, cui diſplicet eſſe, quod natus eſt: pereat, qui non ſe virũ cupit apparere; ſed fœminam pereat crimnoſum ſtudium, quod contra naturam rerum nititur; vt maculato ſexu, quem indignè ſortitus eſt, fœminas potiùs contendat ſuperare, quàm viros.* HIS igitur furijs.] *Quando enim ſanus eſſe ſenſibus poſſet, cuius ante oculos ſtabat forma virginis, & roſeus candor?* TOTOQVE loquentis ab ore Scintillæ aſsiſtunt.] *Aſsiſtunt, hoc eſt, exire non ceſſant. Nam Aſsiſtunt, pro abſiſtũt ſcribitur: vt ſuprà aliquoties,* Suſtitit, *pro ſubſtitit.* OCVLIS micat acribus ignis.] *In his ſigna iſta videri ſunt ſolita; qui conceptæ iracundiæ congruos exitus inuenire non poſſunt.* A MVGITVS veluti quũ prima in prælia taurus Terrificos ciet, aut iraſci in cornua tentat, Arboris obnixus trunco, ventosq; laceſsit Ictibus, aut ſparsâ ad pugnã proludit arenâ.] *Similitudo inducitur: vt oſtendatur Turni inanis, & nulli commodo profutura conſtantia. Quemadmodum, inquit, taurus vanos ciet mugitu terrores: & iratus incumbit in cornua, luctaturq; cum arboris trunco: ventosq; ſibi exiſtimans inimicos, auras pedibus verberat; & adhuc procul à periculo diſcretus verum proludit ad bellum.* Proludere, *eſt ludẽdo imaginem quandã veritatis oſtendere.* NEC minùs interea maternis ſæuus in armis, Æneas acuit Martem, & ſe ſuſcitat irâ, Oblato gaudens componi fœdere bellum.] *Interea, hoc eſt quum prædicta Turnus gerit ac loquitur; mandata eius ad Aeneam, nuntio præferente, peruenerunt: quo facto acuere bellum cœpit.* Acuere bellũ, *eſt ad eius rigorem aliquid addere: vt crudeſcat potiùs, quàm accedente remiſsione torpeſcat. Satis lætus: quia offerebatur, quod omnibus votis optabat. Illum autem ſuſcitabat ira, nullo hortante vel vrgente extrinſecus. Ipſe ſibi fuit hortamẽto. Hoc dicitur, vt oſtendatur optâſſe: non enim infactum, niſi inuitus,* C *impellitur. Hic, quia optatum nuntium ſumpſerat, ipſe ſeſe excitabat ad bellum: gaudebat nihilominùs, per interpoſitam pactionem fœderis, futurum omnium certaminum finem.* TVM ſocios, mœſtiq; metum ſolatur Iüli; Fata docens.] *Suſpenſos ſocios, & filij ſui metum, ſolamine releuabat: oſtendẽs, fatorum ſuffragio ſe eſſe tutiſsimum; proindeq; ſuam futuram eſſe victoriam.* REGIQVE iubet reſpõſa Latino Certa referre viros, & pacis dicere leges.] *Futurum inter ſe Turnumq; certamen, iubet ad regem Latinum totâ maturitate perferri: vt ipſe, qui ſummã teneret poteſtatem, pacis leges diceret. Ecce, quantum Aeneæ dedit! vt ipſe cõſolaretur futuros in otio, qui fuerat pugnaturus: ipſe gauderet vniuerſis de euentu belli ſuſpenſis, aſſerens nihil fieri ſinè fato.* Fata *autem ipſa pro ſuis partibus facere: ſe verò de victoriã ſecurum eſſe, vt iam pacis leges deſideraſſet audire.* POSTERA vix ſummos ſpargebat lumine montes Orta dies, cùm primum alto ſe gurgite tollunt Solis equi, lucemq; elatis naribus efflant: Campum in certamen magnæ ſub mœnibus vrbis Dimenſi, Rutuliq; viri, Teucriq; parabant.] Quia *Turnus conſtituerat, vt luceſcente die proximâ pugnaretur: mox vt exoriri cœperat lux, campum parabat exercitus; partium dimenſione currente, vt latitudinis totius ſpatia ex æquo ſinguli prouenirent.* B IN mediosq; focos, & dijs communibus aras Gramineas.] *Propter conſecrationem fœderis, aras ſtatuebant ex gramine, & parabant focos in medio: quia adhuc incertum fuit, quam partem eſſet ſecutura victoria. Parabatur autem ante vrbem ſpatium certaturis: vt de muris imbellium oculis ſubiaceret duorum certamen, & fortunæ iudicium.*

SER. GRAMINEAS.] ideò, *quia & de bello res agitur; & Marti ſacrificatur, cui gramen eſt conſecratum. quod, ſecundùm Plinium in naturali hiſtoriâ, ex humano cruore procreatur.* Gramen *autem, herbæ ſpecies eſt: licèt omnis herba gramen vocetur; ſicut Robur, omne lignum: cùm ſit & ſpecies.* FONTEMQVE ignemq; ferebant.] *Fontem pro aquâ poſuit; à toto partem. Sanè ad faciẽda fœdera, ſemper aqua & ignis adhibentur. vnde &, quos arcere volumus à noſtro conſortio, eis aquâ & igni interdicimus, i. e. rebus quibus conſortia copulãtur. ad hæc autẽ, aqua de certis fontib9 peti ſolet.* VELATI lino.] *Atqui Feciales, & Pater patratus, per quos bella vel fœdera confirmabantur, nunquã vtebantur veſtibus lineis. Ideò autem à Romano ritu alienum eſt: vt, cùm Flaminica eſſet monenta tunicam laneam lino habuiſſe conſutam, conſtituiſſet, ob eam cauſam piaculum eſſe commiſſum. Vnde dicimus ei errore factum, vt linea veſtis cõtra mo-*

Gramineas. alij fontemq; ignemq; ferebant,
Velati lino, & verbenâ tempora vincti.
Procedit legio Auſonidũm; pilataq; plenis
Agmina ſe fundunt portis. hinc Troius omnis
Tyrrhenusq; ruit, varijs exercitus armis:
Haud ſecus inſtructi ferro, quam ſi aſpera Martis
Pugna vocet. nec non medijs in millibus ipſi
Ductores auro volitant, oſtroq; decori:
Et genus Aſſaraci, Mneſtheus; & fortis Aſylas;
Et Meſſapus, equûm domitor, Neptunia proles.
Vtq; dato ſigno ſpatia in ſua quiſque receſsit:
Defigunt tellure haſtas, & ſcuta reclinant.
Tùm ſtudio effuſæ matres, & vulgus inermum,
Inualidiq; ſenes, turres ac tecta domorum
Obſedêre: alij portis ſublimibus aſtant.
At Iuno ex ſummo (qui nunc Albanus habetur;

Digitized by Google

Tūc neq; nomē erat, neq; honos, aut gloria mōti)
Prospiciens tumulo, campum spectabat; & ambas
Laurentum Troumq; acies, vrbemq; Latini.
Extemplò Turni sic est affata sororem,
Diua deam, stagnis quæ fluminibusq; sonoris
Præsidet; (huncilli rex ætheris altus honorem,
Iuppiter, ereptâ pro virginitate, sacrauit.)

A *tra morem adhiberetur ad fœdera, quæ futura non erant firma. Scimus enim, hoc vbiq; seruare Virgilium; vt rebus, quibus negaturus est exitum, det etiam infirma principia. Sic in Thraciâ ciuitatem cōdens Aeneas, quam mox fuerat relicturus, contra morem Ioui de tauro sacrificauit. Sic senatum ad priuata Latinus conuocat tecta; quando eius non erant firma consilia. Sic paulò pòst, in augurio liberatus cygnus in fluuiū concidit; quia Turnum Rutuli, licèt rupto fœdere, liberare non potuerunt. Caper tamen & Higynus, hoc loco dicūt lectionem esse corruptam; & Virgilium ita reliquisse confirmant:* velati limo. *Limus autem, est vestis, quâ ab vmbilico vsque ad pedes prope tegebantur. Hæc autem vestis, habet in extremo sui purpuram limam, id est, flexuosam: vnde & nomen accepit. nam Limum, obliquum dicimus. vnde & Terentius,* Limis oculis *dicit; id est, obliquis.* ET verbenâ tēpora vincti.] *Verbena propriè est herba sacra (ros maximus, vt multi volunt; id est, [illegible]) sumpta de loco sacro Capitolij: quâ coronabantur*
B *Feciales & Paterpatratus fœdera facturi, vel bella indicturi. Abusiuè tamen verbenas iam vocamus, omnes frondes sacratas; vt est laurus, oliua, vel myrtus. Terentius,* Ex arâ sume hinc verbenas. *Nam myrtum fuisse, Menander testatur; de quo Terentius transtulit.* Quidam *sanè veris proximi herbas, verbenas dicunt. Alij certa ligamenta Verbenas volunt vocari.* LEGIO Ausonidûm.] *Pro,* Ausonidarum: *quod venit ab eo, quod est Ausonida: sicut hic Auriga. Nam Ausonis, generis fœminini est: vnde Ausonidum facit. quod vt diceret, metri est necessitate compulsus.* PILATA'QVE plenis.] *Hoc est, pilis armata.* Quidam *hoc loco pilata agmina, non à genere hastarum, positum asserunt. nam paulò pòst dictum inferūt,* Defigunt tellure hastas *sed* pilata, *densa, spissa. vt implere portas potuerint; & postea se in loca apertiora diffundere. Alij pilatum agmen dicunt, quod in longitudine directum est: quale solet esse, cùm portis procedit. Vel certè* pilata, *fixa & stabilia: vel à pilo, quod figit: vel à pilâ structili, quæ fixa est & manet. nam & Græci res densas & artas, [illegible] dicunt. Ennius Saturarum 11.* Contemplor indè loci liquidas pilatasq; ætheris oras: *cùm firmas & stabiles significaret, & quasi pilis fultas. Hostius, belli Histrici primo:* Percutit atq;
C hastam pilans prę pondere frangit: *Pilans, id est, figens. Idem* Sententia præstò pectore pilata, *id est, fixa. Asellio Historiarum tritarum:* Quartum signum accedebat, siue pilatim, siue passim iter facere volebat. *Scaurus de vita sua:* In agrum hostium veni, pilatim exercitum duxi: *Id est, strictim & densè. Nam vbi propriè de genere hastæ loquitur, ait;* Pila manu, sæuosq; gerunt in bella dolones. *Varro rerum humanarum, duo genera agminum dicit:* Quadratum, quod immixtis etiam iumentis incedit, vt vbiuis possit considere: Pilatum alterum, quod sinè iumentis incedit; sed inter se densum est, quò faciliùs per iniquiora loca tramittatur. RVIT.] *Cum impetu venit: quod apud Græcos est [illegible].* VARIIS.] *Quia alius Troicus, alius Tyrrhenus. aut ipse Tyrrhenus varius: quia de varijs gentibus Thuscorū.* INSTRVCTI ferro.] *Bona procœconomia, & rei futuræ præparatio. ruptis enim fœderibus, ad bella descendent: quia necesse non erat armari omnes, solis ducibus pugnantibus.* 'ASYLAS.] *Etruscum nomen.* VVLGVS inermum.] *Senum scilicet ac matrum; sicut ipse memorauit. & quidam volunt, ideò hîc matrum factam mentionem, vt etiam Amata inter ceteras spectatum, venisse videatur: quò se possit, ducta errore, perimere.* NVNC Albanus habetur.] *Catonem sequitur, qui Albanum montem: alij Alba longa putant dictum.* TVNC neq; nomen erat.] *Hoc ideò ait, quia in Albano res diuina à iure triumphantibus fieri solebat: scilicet quod Alba patria populi Romani habetur; vnde omnis origo Romana. propter quod.* Albaniq; patres, & Iuppiter Latiaris *antiquissimus est. Ergo montis huiusce* gloria, *quòd patria populi Romani esse dicatur:* Honos *verò, rei diuinæ, quæ ibi à Romanis fieri consueuerat.* ASPECTABAT.] *Amat vsurpare antiquitatem: nam potuit* spectabat *dicere.* DIVA deam.] *Aut hypallage est; pro, dea diuam. Nam* deos, *æternos dicimus:* diuos *verò, qui ex hominibus fiunt. Aut bene dixit de Iunone* diuam, *respiciens etymologiam. Nam in Horatio legimus;* Sub diuo morêris Victima nihil miserantis Orci: *Id est, sub aëre, quem constat esse Iunonem. Deus autem, vel dea, generale nomen est omnibus. Nam [illegible] græcè dicitur [illegible], id est, timor: vnde factum est deus; quia omnis religio sit timori. Varro ad Ciceronem tertio:* Ita respondeant, cur dicant deos; cùm omnes antiqui dixerint diuos. STAGNIS quæ fluminibusq; sonoris Præsidet.] *Iuturna fons est in Italiâ saluberrimus, iuxta Numicum fluuium: cui nomen à iuuando est inditum. Cùm enim naturaliter omnis aqua noxia sit extraneorum corporibus; hic omnibus saluberrimus fons est. De hoc autem fonte, Romam ad omnia sacrificia aqua adferri consueuerat. Bene ergo Vergilius Turno fingit sororem, quæ laborantes iuuare consueuit cui Lutatius Catulus primus templum in campo Martis fecit. nam & Iuturnæ ferias celebrant, quibus artificium aquâ exercent: quem diem festum* Iuturnalia *dicunt. Varro, Rerum diuinarum quartodecimo, ait:* Iuturna inter proprios Deos Nymphasq; ponitur. *Et quia* stagna *dixerat; ideò* sonora flumina *addidit. Est enim stagnorum [illegible].*

LINO.] *Lino tegebantur omnes sacerdotes, præter feciales, sed legendum est* limo, *vt Caper & Higynus sentiunt: & affirmant, sic reliquisse Vergilium.* Limus *est vestis, vt est tegmen ab vmbilico vsque ad pedes.* VERBENA.] *herba est, quæ in sacris adhibebatur.* SOROREM.] *scilicet Iuturnam. Iuturna colebatur prope Numicum fluuium, in cuius templo erat fons saluberrimus. nam eius aquâ potâ pellebatur febris. Lege Ouidij Fastos. Iupiter concubuit cum Iuturnâ: sed verum non fuit. fingit tamen Poëta.* POM. Sabi.

DEFIGVNT tellure hastas.] *Romanus liber, & antiqui plerique alij,* Telluri *habent.* TVRRES, & tecta domorum.] *In antiquis exemplaribus,* Ac tecta *habetur.* ALII portis sublimibus astant.] *In Romano libro & aliquot alijs,* Instant *habetur.* TVNC neq; nomen erat, nec honos, aut gloria monti.] *In plerisque libris legere est,* Tum neque nomen erat, neq; honos, neque gloria monti. *In alijs,* Nec honos, nec gloria. PROSPICIENS tumulo campum spectabat.] *In lib. antiq. legere est.* Adspectabat: *in alijs,* Adspectabat. VAR. Lect.

ALII fontemq; ignemq; ferebant, Velati lino, & verbenâ tempora vincti.] *Ferebant alij sacris necessaria, ipsi quoq; non alieno cultu vestiti, vel ornati.* PROCEDIT legio Ausonidûm; pilataq; plenis Agmina se fundūt portis.] *Pilata dixit, pilis armata. Pilum autem, genus est teli. Plenis verò portis agmina se fundebant: eorum scilicet, qui securi fuerant facti de alieno certamine: qui dudum fugientes murorum petiuerant tuta, & euidentem euaserant mortem. Nunc, quia omnis aberat metus; nullo cogente, certatim sese fundebant in aperta camporum.* HINC Trosus omnis Tyrhenusq; ruit, varijs exercitus armis: Haud secùs instructi ferro, quàm si aspera Martis Pugna vocet.] *Varijs armis: quia diuersarum terrarum viri non similia arma portabant. sic autem instructi pergebant, quasi essent continuò pugnaturi. Cauta prouisio, vt ferro instructi pergerent: ne commutatâ fide inuaderentur ab hostibus.* NEC non.] *Hoc est, sed &.* Medijs in millibus ipsi Ductores DON.

auro volitant, oſtroque decori.] *Quia generaliter* Ductores *dixit, incipit ſingulorum nomina percurrere. & eorum tulius ſpecialiter dicere.* ET genus Aſſaraci Mneſtheus, & fortis Aſylas, Et Meſſapus equûm domitor, Neptunia proles.] *Vtriuſque exercitus duces ſignificauit.* VTQVE dato ſigno ſpatia in ſua quiſque receſsit.] *Vbi ſeparati ſunt, & in ſua ſpatia receſſerunt.* DEFIGVNT telluri haſtas, & ſcuta reclinant.] *Hoc enim facere debuerant, qui ad pugnandum venerant; ſed exſpectaturi pugnantes.* TVM ſtudio effuſæ matres, & vulgus inermum, Inualidiq́; ſenes turres & tecta domorum Obſedêre: alij portis ſublimibus adſtant.] *Ecce, ventum eſt ad eam partem, vt oſtendatur, quá ex cauſá campus prouiſus, ſit ante ciuitatem conſtitutus. Aetas, inquit, imbellis, & ſexus ſimul effuſus eſt; ſtudio ſcilicet ducta: mulieres, ſenes, & pueri. Alij muros, portas alij, alij tenuerant turres ac tecta: viſuri de ſummo certantes, & euentum circa alterum probaturi fortunæ. Hoc eſt, quod dictum eſt,* Studio effuſos. *Volebant enim nôſſe, quæ diximus, manente fauore, quo alij fauebant Aeneæ, & alij Turno: vt in populo quippe vnuſquiſq; non iudicio gereretur, ſed libidine ſuæ voluntatis.* AT Iuno ex ſummo (qui nûc Albanus habetur: Tunc neque nomen erat, neque honos, aut gloria monti) Proſpiciens tumulo, campum aſpectabat, & ambas Laurentum Troumq́; acies vrbemq́; Latini.] *Iuno è ſummo tumulo montis, (qui tunc nec honorem habuit, nec nomen, aut aliquam gloriam: nunc verò ex nomine Albæ Albanus dicitur) aſpectabat partes, & ipſam Latini ciuitatem.* Aſpectabat, *ad omnia pertinet: vt ſit, Aſpectabat campum; Aſpectabat acies vtriuſque partis; aſpectabat Latini vrbem.* EXTEMPLÒ Turni ſic eſt affata ſororem, Diua deam, ſtagnis quæ fluminibusq́; ſonoris Præſidet.] Diua deá, *variè dicere voluit: cæterùm hoc eſt Diua, quod eſt dea. Dicendo,* Stagnis & fluminibus ſonoris, *& ſtagni naturam breuiter ſcripſit, & fluminum. Stagna quippe non ſonant: quia ſtant. & flumina ideò ſonant: quia ſemper currunt, & præcipitata ſonitum mittunt.* Sonoris *ergo, non ſtagnis & fluminibus accipiendum eſt; ſed fluminibus ſolis.* Qum *igitur diſpoſitiones partium, & cuncta quæ gerebantur, de ſummo proſpiceret Iuno; quia ſciebat imparem Turnum: metuês, ne ipſius morte ipſa quoq; cum ſuis conatibus caderet, adhibuit Iuturnam: quòd ipſa quoq; eſſet dea, & Turni germana, proindeq; quæ mandata implere deberet, & poſſet.* HVNC illi rex ætheris altus honorem, Iupiter, ereptâ pro virginitate, ſacrauit.] *Quia veriſimile eſſe non poterat, alterum ex germanis fratribus eſſe mortalem, alteram verò deam eſſe potuiſſe: dicta eſt cauſa, quæ Iuturnam ex mortali fecerat deã; & ipſa turpis. Nam acquiſitũ honoris meritũ, ſummi dedecoris fuit: in quo & dantẽ, & accipientẽ, Poëta pariter notat; dicens, hunc honorẽ, veris dijs conuenientẽ, illi, impudicæ ſcil. & tãto dedecori obnoxiæ. Rex ætheris altus, apud quẽ honeſtas omnis & caſtitas eſſe debuerat, vtpote q; eſſet cœli rector & ſiderũ, pro mercede illiciti ſtupri, & flagitoſæ libidinis, pmio, ſacrauit & dedit. Hæc obtrectatio eo ptinet, vt Turnus, ex ſorore tali, maculã potiùs haberet: quã aliquã dignitatẽ.* A B

Nympha, decus fluuiorum, animo gratiſsima noſtro;
Scis, vt te cunctis vnam, quæcunq; Latinæ
Magnanimi Iouis ingratum aſſcendêre cubile,
Prætulerim, cœliq́; lubens in parte locârim:
Diſce tuum, nec me incuſes, Iuturna, dolorem.
Quà viſa eſt fortuna pati, Parcæq́; ſinebant,
Cedere res Latio, Turnum & tua mœnia texi.
Nunc iuuenem imparibus video concurrere fatis:
Parcarumq́; dies, & vis inimica propinquat.
Non pugnam aſpicere hanc oculis, non fœdera poſſum.
Tu pro germano, ſi quid præſentius audes,
Perge: decet. forſan miſeros meliora ſequentur.
Vix ea: cùm lachrymas oculis Iuturna profudit:
Terq́; quaterq́; manu pectus percuſsit honeſtum.
Non lachrymis hoc tempus, ait Saturnia Iuno:
Accelera, & fratrem, ſi quis modus, eripe morti:
Aut tu bella cie, conceptumq́; excute fœdus.
Author ego audendi. ſic exhortata, reliquit
Incertam, & triſti turbatam vulnere mentis.

SER. NIMPHA, decus fluuiorum.] *Sic ſuprà:* Nymphæ, Laurentes Nymphę, genus amnibus vnde eſt. ANIMO gratiſsima noſtro.] *Homerus:* ἐμῷ κεχαρισμένη θυμῷ. CVNCTIS prętulerim.] *Liptotes figura, per contrarium. plus enim dicit, & minus ſignificat. namque alias omnes eſt perſecuta: huic verò libenter indulſit. Et dicit, ſe hanc omnibus prætuliſſe, quaſi etiam alias in honore habuerit. Ergo ideò hoc dicit; vt tollat cauſam, quam potuit Iuturna habere ſuſpectam. Sanè talis hæc figura eſt, quale illud Salluſtianum:* Mare ponticum dulcius, quàm cætera. *cùm nullum dulce ſit. Sciendum autem, non immeritò finxiſſe Vergilium, Nymphæ, id eſt, parti ſuæ, indulſiſſe Iunonem.* QVÆCVNQVE Latinæ.] *Quæ ſint Latinæ, cum quibus Iupiter concubuerit, incertum eſt.* INGRATVM cubile.] *Aut ingratum, de quo nulla gratia; hoc enim conuenit perſonæ dicentis: aut per quod gratiam caſtæ non repræſentat vxori Iupiter. Ergo ſibi dicit ingratum; non illis quæ aſſcenderunt: nam Iuturna dea facta eſt. neque propter Iouem dictum eſt, qui immortalitatis præmium perſoluit. Ergo benè ſibi ingratum. Nam cùm Iupiter multas vitiâſſe diceretur: nihil tamen à Iunone de Iuturnâ detractum eſt; ſed potiùs auctum eſt. Animaduertendum autem, verſum hunc ſinè cæſurâ eſſe. Nam Heptimemeris, quam habere creditur, in Synalœpham cadit: vt,* Magnanimi Iouis ingratum aſſcendêre cubile. *Terentianus de hoc:* Ratum concedam; fieri non poſſe, negabo. COELI in parte.] *In parte diuinitatis nam, pro honore, locum numinum poſuit.* QVA viſa eſt fortuna pati.] *Quatenus, in quantum permiſit, & ſic ait,* Quà viſa eſt: *vt ſuprà,* Coëant in fœdera dextræ, Quà datur. *Sanè oſtendit latenter, fauorem numinum ſinè conceſſione fatorum non poſſe procedere. & quidam putant, Vergilium,* quoad viſa eſt fortuna, *reliquiſſe: vt ſit,* quoad viſa eſt, *vſquequó.* CEDERE res Latio.] *Feliciter cuncta procedere.* VIDEO concurrere.] *Pro, concurſurum eſſe: licèt, quaſi dea, benè præſenti vſa ſit tempore; quæ etiam futura cernebat.* NON pugnam aſpicere hanc oculis.] *Quia numina, quotiens morituros viderint eos, quibus fauent, ab his recedunt. Sic Statius Apollinem inducit, Amphiaraum deſerentem, vbi eum vicinum morti eſſe cognouit:* Deſilijt mærens, lachrymaſque auertit Apollo. *Et Homerus, cùm lanx Hectoris expendente læuâ inclinaretur, ait:* λίπεν δέ ἑ Φοῖβος Ἀπόλλων. PRÆSENTIVS audes.] *Efficacius, vehementius. nam licet germanam illicita etiam pro fratris ſalute tentare.* FORSAN miſeros meliora ſequentur.] *Ne fortè poſſit fatorum ordo mutari.* CVM lachrymas oculis Iuturna profudit.] *Totum iungendum;* Cum lachrymas oculis Iuturna profudit. TERQVE quaterque manu pectus percuſsit.] *Ne videatur diuerſo tempore, & lachrymare, & pectus percutere; cùm vtrunque ſimul fiat. & hoc ideò: quia ſolam doloris audiuerat cauſſam; nihil quemadmodum fratri poſſet mederi. nam paulò pôſt audiet;* Aut tu bella cie, conceptumque excute fœdus. HONESTVM.] *Aut diuinum; aut quod Ioui placere potuerit.* NON lachrymis hoc tempus, ait Saturnia.] *Non flendi, ſed ſubueniendi tempus eſt. Statius, In matrum conſolatione:* Accenſo flebitis igne. Non lacrymis *autem, aut deeſt, agendum; vel quid tale figuratum eſt, pro lacrymarum.* ET fratrem ſi quis modus.] *Non dicit, aut eripe* C

A eripe, aut bella cie: sed, eripe fratrem, aut bello concitato, aut rupto fœdere. CONCEPTV'MQVE excute fœdus.] Placitum, animo prædestinatum. AVTHOR ego audêdi.] Nomina in tor exeuntia, fœminina ex se faciunt, quæ in trix terminantur, si tamen à verbo veniant: vt ab eo, quod est Lego, & Lector, & Lectrix facit; Doceo, Doctor, & Doctrix. Si autem à verbo non venerint, communia sunt: nam similiter masculina & fœminina in tor exeunt: vt hic & hæc Senator, hic & hæc Balneator. licèt Petronius vsurpauerit, Balneatricem dicens. Tale est & hic & hæc Author: sed tunc, quando ab authoritate descendit, & hoc loco. Cùm autem venit ab eo, quod est Augeo, & Auctor & Auctrix facit: vt si Auctor diuitiarum dicas, vel Auctrix patrimonij. RELIQVIT incertam.] Quia, licèt dederit ei consilium, dicendo tamen, Forsan, eam reliquit incertam.

POM. Sabi.

INGRATVM.] quia non concessum, propter stuprum. CVBILE.] In maximū beneficium hoc commemorat Iuno. PRÆTVLERIM.] prætuli te cunctis. & bene: nam omnes pellices odio habuit, præter Iuturnam. & feci te diuinam.

VAR. Lect.

ANIMO gratissima nostro.] In Rom. lib. & aliquot alijs, Carissima habetur. NE me incuses.] In aliquot exē-
B plaribus, Nec me incuses legitur. QVA visa est fortuna.] Hoc loco libri valde variant: nam Quoad & Quod, legitur in plerisq;. NON fœdera possum.] Alij possim legunt. VIX ea, cùm lachrymas.] In libris aliquot antiquis, Tùm lachrymas legitur. AVT tu bella cie.] In antiquis aliquot legere est, At tu bella cie.

DON.

NYMPHA, decus fluuiorum, animo gratissima nostro; Scis, & te cunctis vnam, quæcunque Latinæ Magnanimi Iouis ingratum aſcendêre cubile, Prætulerim, cœliq; libens in parte locârim.] Simulata dictio, & non ex animo; sed ex temporis necessitate, composita. Quando enim fieri potest, vt vxor pellicem libenter compellat, aut amet? Procedebant tamen ista, veluti blando ex animo: non vt aliquis inter duas purus monstraretur effectus; sed vt excogitata per Iunonis dolum in Turno perficeret. NYMPHA.] indè cœpit beneuolam facere; vnde potuit esse suspecta: ne contra voluntatem Iuno habere videretur, quòd eam stupri merito consecrauerat Iupiter. Addidit: DECVS fluuiorum.] in eo exprimens, quid sit Nympha: quasi per quam meliorem gratiam habeant flumina. ANIMO gratissima nostro.] quæ superlatiuo vsa est gradu, ostendit se amare &
C alias; sed plus istam: & hoc tamen subtilitate composuit, vt cætera. Tunc enim, quòd amaretur Iuturna, poterat credere; si illa diceret ex suis esse, vt omnes diligeret pellices: in eo tamen istam potioris esse meriti, quòd animo eius vehementissimè placuisset. SCIS, vt Te cunctis vnam, quæcunq; Latinæ Magnanimi Iouis ingratum aſcendêre cubile, Prætulerim, cœliq; libens in parte locârim.] Iste sensus ordinatur sic: Scis, vt te cunctis vnam prætulerim, quæcunq; Latinæ magnanimi Iouis ingratum aſcendêre cubile; cœliq; libēt in parte locârim. Probationis loco posuit, Scis: vt ex eo confirmari posset, quantum eam plus amaret, quàm alias: plus faciens, vt suorum præstitorum ipsam adhibeat testem. Scis, inquit, quasi diceret: cessat probatio assertionis meæ; quando, quæ dico, bene tibi sunt cognita: quemadmodum te dilexerim semper, & prætulerim cæteris, quas Italia genuit, quasq; tecum nosti illicitos cum Ioue habuisse concubitus: in tantum, vt tibi in regionibus cœli libens fecerim partem. Ecce, vt se meliùs commendaret Iuturnæ, verum affectus attendens, suum esse mentitur; quòd volente Ioue cœli consortium Iuturna commeruit. Addidit etiam, sed id libenter fecisse: multa enim ab inuitis fiunt, aliquâ necessitate cogente. Non vacat, quòd Iuno suum esse confingit, quòd Iuturna in cœlo esse commeruit; aut quòd pellicem perosam simulat non habere. In eo quippe subtilis comminatio demonstrata est: posset enim offensa tollere, quod dissimulando contempserat. Duas igitur necessitates habuit Iuturna, quibus facere cogebatur, quod Iuno cupiebat: vnam, quia pro fratre: alteram, quia nec perosa fuit, & magis putabat diligi se ab eâ, quæ poterat odisse vehementer. Interea videndū est, ne nos assertionis diuersitas turbet. Suprà enim dixit, Hunc illi rex ætheris altus honorem Iuppiter, ereptâ pro virginitate sacrauit. sequenti verò loco ait, ex personâ Iunonis. Scis vt te cunctis vnam, quæcunq; Latinæ Magnanimi Iouis ingratum aſcendêre cubile, Prętulerim, cœliq; libens in parte locârim. Poëta ex personâ suâ dixit, quod fuerat verū; Iouem pro stupri mercede consecrasse Iuturnam. Quando autem ad personam Iunonis ventum est, inductū est mendacium, propter effectus, quos cupiebat impleri. Non enim Iuturnam verè diligebat, aut fratrem: sed agebat causam suam, ne, in aduerso euentu certaminis Turni, ipsa cum suis conatibus caderet. Peractis principijs, ad ipsam negotij insinuationem venit: in quâ, & quid ageretur, & quid conueniret fieri, apertiùs monstrat. DISCE, inquit, tuum, ne me incuses, Iuturna, dolorem.] Quæ agebat negotium suum, dissimulatâ vtilitate propriâ, fingit totum causâ fieri Turni, & Iuturnæ. Prædico, inquit, fratrem tuum ad summū supplicium esse venturum: ne, cùm id factum fuerit, dicas te amore meo iuuari nequîsse. Ecce, addidit etiam hîc veluti beneficia sua, hoc modo. [illegible] sinebat Cedere res Latio, Turnum, & tua mœnia texi.] Non enim tegitur, nisi quod non potest stare viribus suis. Hîc quoq; asserit Poëta, fatalem necessitatem cuiuslibet ope superari non posse. NVNC iuuenem imparibus video concurrere telis; Parcarumq; dies, & vis inimica propinquat.] Noluit dicere ex aperto, Aeneam fuisse fortiorem: dixit, Imparibus telis; vt heros Troius magis armorum genere, quàm viribus proprijs, esset obtenturus. Addidit diem fatis vltimis debitum: vt, quicquid in Aeneæ gloriam ex morte Turni redundare potuisset, auferretur ei; & esset magis fatorum, quod fortioris dextrâ fuerat processurum. NON pugnam aspicere hanc oculis, non fœdera possum.] Oculi, inquit, mei dura fugiunt, & sæua videre non possunt. Hoc ideò; ne Iuturna diceret: tu auxiliare per te; quia plurimum potes. illa ait: nec talē genus fœderis oculi mei videre possunt; nec tale certamen. Non placet mihi concordia partium; quam tui fratris firmabit interitus. Funditur sanguis insontis; & vnius procurabit mortē, quod vehementer horremus. Finxit hæc cogitari pro Turno; nec sibi aliquid profuturum, si fœdera turbarentur: & omne consilium commodum, in Iuturnæ partem, plenâ argumentatione transfundit: vt illa, pro fraternâ vtilitate faciens, procuraret vtilia; nescia, quòd Iunonis studio prouenturum esset, quidquid in causâ labor posset acquirere. Nos ita hæc, quæ licèt dicta non sint, & tamen apparent, debemus, consideratâ inimicæ personâ, colligere: vt idcirco pugnam ipsam videatur horruisse, ne victorem cerneret: quem per infinita tempora, ac innumeros casus, non valuit superare. Et hoc quoque videndum est, illam ipsam sic de Aeneæ Turniq; partibus loqui: vt præferat Turnū, & Aeneam cupiat esse deiectū. NVNC, inquit, Iuuenē imparibus video concurrere telis: Parcarumq; dies, & vis inimica propinquat.] Iuuenis est noster: & poterat vincere; si æquis armis contenderet, aut nulla ingrueret maior vis, aut vltima illū fata non premerent. Quanta virtus dicentis! vt, quod Aeneæ est propriū, ex aperto id in aliā partē, obtrectatrix æmulatione, duceretur. TV pro germano si quid præstātius audes: Perge: decet.] Si pro fratris salute inuentiones profuturas extendas, nō poteris reprehēdi. quapropter Perge, hoc est, incipe prouidere, quod prosit: vt eius mortē penitùs repellas, aut differas. Hîc quoniā potuit dici: Quid proderit, hæc exhiberi morituro? vltrò addidit: FORSAN miseros meliora sequentur.] In desperatione, inquit, vltimâ, magis debet quæri, quod prosit: nec deserendus est auxiliandi labor. fortasse enim mutabitur in melius fortuna, dum seuit: & erit felix, qui fuerat miser: vt in integrū redditus, aliquid boni, quod non sperat, inueniat. Huic locò etiam sententia illa consentit: Multos alterna reuisit Lusit: & in solido rursus for-

tuna locauit. VIX ea: quũ lachrymas oculis Iuturna profudit; Terq; quaterq; manu pectus percussit honestum.] *Pulchra ratio dictionis, vt Iuturnã diceret lachrymas effudisse, & cõtudisse pectus, & crines dissipâsse, quàm Iuno cõpleret. sic enim pòst animum dolentis expressit, vt medium sermonem, quo tristia de fratre cognouerat, lachrymæ rumperent. Hunc locum, quum pronuntiamus, sic debemus distinguere: vt dicamus,* Vix ea, *hoc est, statim quò ea dicta sunt: & sic sequãtur cætera, de lachrymis, & verberibus pectoris. Hæc quũ vidisset Iuno, talia subiunxit:* NON lachrymis hoc tẽpus, ait Saturnia Iuno; Accelera, & fratrẽ (si quis modus) eripe morti: Aut tu bella cie, cõceptumq; excute fœdus.] *Cùm aliud, inquit, præsens exigat tempus, & id agatur, ne veniatur ad lachrymas. Præposterũ est, Iuturna, quòd plangis: Debentur hæc, non periclitanti; sed mortuo. Subueniatur igitur tuo fratri, dũ viuit: & fiat maturè, quod pro illius salute faciẽdum est: ne tractatus nostros mala præcipitata præueniãt.* Commodũ satis, ire obuiàm dubijs & rerũ cursus obiectu prouisionis abrumpere. Totũ potest cõsiliorũ ratio; si in suis temporibus agenda iungantur. Proinde, ne te, fraterno dolore confusam, prouidendi consilium deserat: quid tibi curandum sit, paucis aduerte. Subtrahendus est quàm primùm morti: & hic omnis opera cõsumenda, vt imminens certamen effugiat: aut, si istud nullá vi explicare potuerit, trudatur inimicũ fœdus è medio; & confusæ acies belli furore misceantur. Eueniat forsitan aliquid boni, si ab vnius malo in omnes fuerit belli refusa congressio. Huic ne faciendi diffidẽtia concurreret, subiecit:* AVTHOR ego audendi.] *Audebis, inquit, omnia hæc, me authore; & fauore meo cõplebis.* SIC exhortata reliquit Incertã, & tristi turbatã vulnere mẽtis.] *Iuno quidẽ exhortata est Iuturnã, & abijt: sed illa sic vulneratione mẽtis habuerat, vt integri cõsilij substãtiã pdidisset.* Incertã *dixit relictã esse Iuturnã: vt esset, quod speraret; & quod metueret, nõ deesset: ne de securitate fieret negligens: aut de desperatione remissior.* A

Interea reges (ingenti mole Latinus
Quadrijugo vehitur curru: cui tempora circùm
Aurati bis sex radij fulgentia cingunt;
Sol[…] […]gis it Turnus in albis,
Bina manu lato crispans hastilia ferro.
Hinc pater Æneas, Romanæ stirpis origo,
Sidereo flagrans clypeo, & cœlestibus armis;
Et iuxtà Ascanius, magnæ spes altera Romæ)
Procedunt castris: puràq; in veste sacerdos,
Setigeræ fœtum suis, intonsamq; bidentem,
Attulit; admouitq; pecus flagrantibus aris.
Illi ad surgentem conuersi lumina Solem,
Dant fruges manibus salsas; & tempora ferro
Summa notant pecudum, paterisq. altaria libant.
Tùm pius Aeneas stricto sic ense precatur:
Esto nunc Sol testis, & hæc mihi terra precanti,
Quam propter tantos potui perferre labores:
Et pater omnipotens, & tu Saturnia Iuno;
Iam melior, iã diua, precor: tuq; inclyte Mauros,
Cuncta tuo qui bella pater sub numine torques:
Fontesq; fluuiosq; voco; quæq; ætheris alti
Relligio, & quæ cæruleo, sunt numina ponto.
Cesserit Ausonio si fors victoria Turno,
Conuenit Euandri victos discedere ad vrbem:
Cedit Iülus agris; nec pòst arma vlla rebelles
Æneadæ referent, ferróue hæc regna lacessent.
Sin nostrum annuerit nobis victoria Martem,
(Vt potius reor, & potiùs dij numine firment)
Non ego nec Teucris Italos parêre iubebo;
Nec mihi regna peto. paribus se legibus ambæ
Inuictæ gentes, æterna in fœdera mittant.

SER. INTEREA reges.] *Longum hyperbatõ. nam ordo est: Interea reges procedũt castris. cætera enim per parenthesin dicta sunt. nec est Eclipsis, id est, conceptio: cùm sermo in omnibus cõgruat.* INGENTI mole.] *Pompâ, ambitu. nam modò hoc significat.* CIRCVM.] *Absolutè, ex omni parte: vt si dicas,* tempora à dijs cingitur. SOLIS aui specimen.] *Vt etiam in septimo diximus, Latinus, secundùm Hesiodum in ἀσπίδ' ὀνοίᾳ, Vlyssis & Circes filius fuit: quam multi etiam Maricam dicunt. Secundùm quem nõ dicit,* Solis aui specimẽ. *Nam Circe, Solis est filia. Sanè sciendum, Vergilium, in varietate historiæ, sua etiã dicta variare. Sed de Vlysse, vt etiam suprà diximus in septimo credere nos temporum nõ sinit ratio.* BIGIS it Turnus.] *Quotiens vtimur nominibus tãtùm pluralis numeri, & vnum volumus significare, ita dicimus: vnas Bigas, vnas* Quadrigas, *vnas Scalas. Sallustius:* Hi postquam in vna mœnia conuenere. BINA] *Pro duobus.* ROMANÆ stirpis origo.] *Hoc ad laudem Augusti respicit.* SIDEREO flagrans clypeo.] *Latino tantùm imaginem Solis dedit. Aeneam autem, cum sidereo clypeo, ipse quodammodo comparat Soli.* MAGNÆ spes altera Romæ.] *Ideò, quia Aeneas vna. Malè autem quidam* Magna *legunt. Sanè Ascanij habitum omisit, quia puer est.* PVRA'QVE in veste sacerdos.] *Impolluta & pura dicitur vestis, quã festis diebus vti consueuerant sacra celebraturi. Vt neq; funesta sit, neq; fulgurata, neq; maculam habeat & ab homine mortuo. Est autem linea, & purpurea. Purpura maris vicem ad piandum præbet: Linum verò fluminis. Plinius Secundus dicit:* Ideò Magistratus & sacrificaturi togã prætextam habent, & manus ablutas detergere lineis mantelibus curant. *Quod ipse de Aristeo ait, IIII. Georgicorum,* Oceano libemus. *Et,* manibus liquidos dant ordine fontes Germanæ, tonsisq; ferunt mantelia villis. *Ecce mentionem de lino. rursum purpurâ:* Purpureo velare comas adopertus amictu. *Item,* velati lino: *ergo pura lintea, vel purpurea, bene potest intelligi.* SETIGERÆ fœtum suis.] *More Romano: vt,* Cæsâ iungebant fœdera porcâ. *nonnulli autem porcum, non porcam, in fœderibus asserunt solere mactari: sed poëtam periphrasi vsum, propter nominis humilitatem.* Intonsam *verò* bidentem *dixisse, quam Pontifices altilaneam vocant. nam Homerus aliud genus sacrificij commemorauit, dicens:* κήρυκες δ' ἀνὰ ἄστυ θεῶν φέρον ὅρκια πιστὰ ἄρνε δύω, καὶ οἶνον ἐΰφρονα, καρπὸν ἀρούρης, ἀσκῷ ἐν αἰγείῳ, φέρε δὲ κρητῆρα φαεινὸν κῆρυξ Ἰδαῖος ἠδὲ χρύσεια κύπελλα. *Sanè non præter rationem est. quòd ait.* Fœtũ suis; *Item,* Intonsamq; bidentẽ, *Id est, breuem adhuc. Nam in rebus, quas volebant finiri celeriùs, senibus & iam decrescentibus animalibus sacrificabant: in rebus verò, quas augeri & confirmari volebant, de minoribus & adhuc crescentibus immolabant. Sanè ouem, Græco more, fœderi adhibuit.* ATTVLIT admonuitq; pecus.] *Primò attulit; indè admouit pecus, id est, hostiam.* ILLI surgentem.] *Non vtiq; nunc solem surgentem dixit; iamdudum enim dies erat: sed disciplinam ceremoniarum secutus est; vt Orientẽ spectare diceret eum, qui esset precaturus.* DANT fruges manibus salsas.] *Far & sal: quibus rebus & cultri aspergebantur, & victimæ. Erant autem istæ probationes, vtrùm aptum esset animal sacrificio. Obliquum etiam cultrum, à fronte vsque ad caudam, ante immolationem ducere consueuerant. Nam hoc est, quod dicit;* Et tempora ferro Summa notãt pecudum. PATERI'SQVE altaria libant.] *Probus* altaria, *id est, in altaria, dicit: &* pateris, *pro, ex pateris; vt vinũ* altaria *intelligamus. Ea enim, quæ in altaria funduntur. altaria dici voluit. alij* altaria *species ararum tradunt.* TVM pius Æneas, stricta sic ense precatur.] *Hic prior precatur; quia hic manu I fieri fœdus.* Stricto *autem* ense, *iuxta quendam Iurisiurandi morem, ait.* ESTO nunc sol testis.] *Bene eum primum inuocat deum, quem orientem intuens vidit. Nam ait;* Illi ad surgentem conuersi lumina solẽ.

B

C

Esto

A Esto autẽ, multi volunt tertiam esse personã: id est, sit mihi Sol testis. quia sequitur, Et hæc terra: vt elocutionem per nominatiuum factam intelligamus. Sed hoc non procedit: quia sequentia vocatiuum habent: vt, Et tu Saturnia Iuno. Item, Tuq; inclyte Mauors. Vnde per vocatiuum cum omnia dixisse, accipiamus: in hoc verò tandem ad nominatiuum fecisse transitum. ET hæc mihi terra precanti.] Licet etiam hic posuit esse vocatiuus. nam ἀσυνδέτως est dictum; Hæc terra esto mihi testis: ac si diceret; ô Italica terra, testis mihi esto. Sanè, iuxta Homericum fœdus, hic inducit fieri. Nam vt ibi Priamus, ita hic Latinus: vt hic Aeneas; ibi Agamemnon & priores precantur, qui seruaturi sunt fœdus; quod ruperunt, qui posteriores iuraturi erant: ibi per Pandarum Troiani; hic per Tolumnium Latini. & hoc per speciem augurij, quæ precatio maxima appellatur, dicit. Precatio autem maxima est, cùm plures deos, quàm in cæteris partibus auguriorum, precatur; euentusq; rei bonæ poscitur, vt in melius iuuet. Quod his versibus ostenditur: Esto nunc sol testis, & hæc mihi terra precanti. Homeri simile iuramentum: Ζεῦ πάτερ, Ἴδηθεν μεδέων, κύδιστε μέγιστε, ἠέλιός θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις, καὶ ποταμοὶ καὶ γαῖα, καὶ οἱ ὑπένερθε καμόντας ἀνθρώπους τίνυσθον, ὅτις

B κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ, ὑμεῖς μάρτυροι ἐστὲ, φυλάσσετε δ' ὅρκια πιστά. QVAM propter.] Propter, penultima habet accentum: quia est postposita præpositio, id est, propter quam tantos. vt græcè περὶ βασιλείας: cùm contrà dicatur, βασιλείας πέρι, quia est postposita præpositio. ET pater omnipotens; & quæ ceruleo sunt numina ponto.] Cæterum, quod in precatione dici solet, vt meliùs iuuent, meliùs fortunent: subiecit his versibus; Si nostrum adnuerit nobis victoria Martem. IAM melior iam diua precor.] Ac si diceret: Non Saturnia, id est, iam minimè nocens, sed Troianis propitia. Aut melior, non optantis, sed affirmantis, accipiamus. Potuit enim intelligere, minus se impugnari à Iunone, qui vicerat bis. TORQVES.] Hoc loco, regis freno. sic alibi, Ipse pedes tegmẽ torquens immane leonis. Alibi, sustinet: vt, Axem humero torquet. INCLYTE Mauors.] Bene induxit Martem poëta, quem scit Romanæ stirpis authorem. FONTESQVE fluuiosq; voco.] Congruenter: cùm à Tyberino flumine sit admonitus, quæ agere deberet. QVÆQVE ætheris alti Relligio.] Post specialia intulit generalitatem. Sanè Religio dicta, quòd eã homines religãtur ad cultum diuinum. PONTO.] Id est, in ponto. & quidam hoc loco, à filio Vene-

C ris, interiurando, velut matris, volunt inditam mentionem. CESSERIT Ausonio si fors.] Si fortè. & bene dubitat de hoc. contrà, cùm ad suum venerit nomen, dicet; Vt potiùs reor; & potiùs dij numine firment. Sanè ratione non caret, quòd primò de victoriâ Turni loquitur; pòst descendit ad suam. scit enim, in augurijs prima posterioribus cedere. REBELLES.] Homo rebellis dicitur, res ipsa rebellio; non rebellatio. sic Suetonius. ANNVERIT nobis victoria Martem.] Hypallage: pro, Sin noster Mars adnuerit nobis victoriam. nam Martẽ victoria comitatur. INVICTÆ.] Quasi inuictæ. Et bene sibi conciliat populum: nam sine dubio vnà cum rege vincetur.

POM. Sabi. IN albis.] equi erant albi dati ab Orithyiâ Pilumno AVRATI radij.] diximus, Latinum fuisse putatum à multis filiũ Circes & Vlissis: ab alijs Circes & Herculis; alijs Circes & Regis indigenæ ex materno genere, nepos est Solis. ideò nunc habebat diadema cum duodecim radijs: propter duodecim signa principalia, per quæ decurrit sol in anno. SETIGERI fœtum.] vt post singulare certamen fœdus percuteretur: quod vt diximus, cæsâ porcâ firmabatur. INTONSAM.] cui nunquã fuerit tonsa lana. SALSAS.] i. e. molã salsam: de quâ diximus in secũdo libro. FERRO.] cultro, ad sacrificandũ. TEMPORA.] quia inter tempora vulnerabantur. ideò ait: Notant summa tempora pecudũ. ESTO nunc so'.] Oratio Aeneæ. & inuocat omnes deos. VICTORIA Turno] priùs de Turni victoriâ loquit̃: pòst de suâ. nã in augurijs prima cedũt posterioribus: si victor fuisset Turn⁹, vult suos ire ad Euãdrũ. AMBÆ.] quia ijdẽ fuêre Latini & Troiani; & sacra habuêre ab Aeneâ.

VAR. Lect. BIGIS it Turnus in albis.] Vulgata quædam exempl. Biiugis legunt. Sunt etiam qui legant, In altis. SETIGERI fœtum suis.] Vulgata exempl. Setigeræ, fœm. gen. legunt. ILLI ad surgẽtis conuersi lumina Solis.] Antiq. exempl. ita habent, Illi adsurgent conuersi lumina Solis. ET hæc mihi terra precanti.] In Rom. lib. Vocanti scriptum inueni. ET tu Saturnia coniunx.] In Oblongo libro, & plerisque alijs, Saturnia Iuno legitur. CEDET Iulus agris.] Vetera quædam exemplar. Cedat habent. SIN nostrum annuerit.] Antiqua exemplar. Si nostrum legunt. ET potiùs dij numine firment. In quodam exemplari legere est, Et propriùs dii numine firment. In Rom. Numina scriptum est. ÆTERNA in fœdera mittant.] In Oblongo libro, Mittent est.

DON. INTEREA reges.] Hic distinguendũ est: ne fiat per numeros vitium. de omnibus enim dictum est, qui procedebant ad confirmationẽ fœderis. separandũ verò, vbi singuli describuntur. INGENTI mole Latinus Quadrijugo vehitur curru.] Non quòd quatuor iuga haberet, dixit Quadrijugo: sed quòd quatuor iunctis animalibus duceretur. CVI tempora circùm Aurati bis sex radij fulgentia cingunt, Solis aui specimẽ.] Primo loco Latinus processit, quadriiugo currũ. tempora fulgentia cingebat corona, cũ duodecim radijs auratis: tanto micans fulgore, vt non ipse, sed sol videretur exisse. BIGIS it Turnus in albis, Bina manu lato crispans hastilia ferro.] Quia ad certamen exibat, expeditior processit: duos habens equos, & duo hastilia. HINC pater Aeneas, Romanæ stirpis origo, Sidereo flagrans clypeo, & cœlestibus armis.] Ex aliâ, inquit, parte, Aeneas, tantâ dignitate habitus & incessus, quàm habere debuit Romani generis pater, & Romani imperij cõditor, flagrabat sidereo clypeo, & armis cœlestibus: quasi manibus cœlum portaret & sydera. ET iuxtà Ascanius, magnę spes altera Romę.] Quantæ istorum felicitatis fuit: ibat conditurus Romanũ imperium, & Romanorum genus: ibat Ascanius quoque, qui conditæ patris fuisset aucturus. PROCEDVNT castris.] Hæc est causa, propter quam diximus suspendendum, & separãdum, Interea reges. hîc enim, quod singulorum regum descriptio separauit, redditur sibi: & fecit, Interea reges procedũt castris. Explanatur, qui reges: Latinus, inquit, Turnus, Aeneas, Ascanius, nondum quidem rex Ascanius, sed destinatus ad regnum: patri interim in ipso processu coniunctus. PVRAQVE in veste sacerdos.] Purâ, colore albo; nec purpuræ variatâ picturis. Qui sacrorum ritus scrupulosiùs intuentur, puram vestẽ marlunt, contagione omni & criminum maculâ liberam & immunem. SETIGERI fœtum suis, intonsamq; bidentem Attulit, admouitq; pecus flagrantibus aris.] Fœtum porci dixit: non fœtum porcæ: patrem magis volens nominare, quàm matrem. ILLI ad surgentẽ conuersi lumina solẽ, Dant fruges manibus salsas; & tempora ferro Summa notant pecudum; paterisq; altaria libant.] Descripsit omnia, quæ ad sacrorũ ritũ pertinebant. docuit, quæ gerantur in huiusmodi sacris, hoc est, quũ fœdera sanciũtur. TVNC pius Æneas stricto sic ense precatur.] Piũ, hoc loco non misericordem, (vt alibi) & iuxta parentes religiosum; sed quia sacris interesat, deorum cultorem debemus accipere. ESTO nunc sol testis, & hæc mihi terra precanti.] Esto precanti sol testis: esto precanti testis terra. vt Esto bis accipiatur: Testis bis; Precanti bis; Mihi bis. Duos testes adhibuit præsentes: Terram, in quâ stabat; & orientem Solem. QVAM propter tantos potui perferre labores: Et pater omnipotens; & tu Saturnia coniunx. Iam melior, iam diua, precor.] In animo habuit præcepta Heleni, quibus dixit: Iunonis magnæ primùm prece numen adora: Iunoni cane vota libens, dominamq; potentẽ Supplicibus supera votis. Ait ergo, Iam melior. Non est

melior; niſi qui primò fuerit bonus. Quod dicitur, ſemper malam Iunonem ſenſit; nec aliquando habuit bonam. quomodo dixit, Iam melior? *ſatiatum voluit eſſe, quod petebat. nec voluit dicere; Exhibete nobis ex malâ bonam: ſed qualis poteſ eſſe, cùm iam bona, meliorem te oſtendere volueris & probare.* IAM diua precor.] *talem te exhibeas peto, qualem eſſe conuenit deam: vt ſis miſericors, & nulli contraria. Iam, quod dixit, hunc videtur habere intellectum: Debes iam non eſſe aduerſa; quia tenemus Italiam.* TV'QVE inclyte Mauors, Cuncta tuo qui bella pater ſub numine torques.] *Nec illum prætermiſit, quem propter præſentem neceſſitatem debuit habere propitium; & qui omne bellorum genus haberet in poteſtate.* FONTE'SQVE fluuioſque voco.] *Vſus eſt quippe his, cùm relicto mari deflexiſſet ad Tyberim: vſus etiã, quum ad Euandrum pergeret.* QVÆ'QVE ætheris alti Relligio, & quæ cæruleo ſunt numina ponto.] *Rectè interpoſuit generalitatem: amplexus eſt quippe in eâ omnes religiones; ne quam neſcius præteriret. Cœli igitur deos, terræ, ac maris, vnâ deprecatione connexuit: nec omiſit aliquem, qui omnium fuit antiſtes & cultor. Incipit iam dicere conditiones fœderis, quas nulli fas eſſet violare, vel ſoluere.* A CESSERIT Auſonio ſi fors victoria Turno: Conuenit Euandri victos diſcedere ad vrbem: Cedet Iülus agris; nec pòſt arma vlla rebelles Aeneadæ referent, ferroue hæc regna laceſſent.] *Poſuit primò, non partem Turni, ſed quæ ſuis congrueret. Qui enim paria exacturus fuit de parte diuerſâ; ſuam prior debuit, ſuorumq; vincire perſonam. In eo tamen & ſuis prouidet, & filio ſuo: ne, poſt aduerſum fortaſſe certaminis exitum, aliquid ipſi quoque paterentur aduerſi. Si, inquit, Turnum ſecuta proſperitas fuerit: redeant Arcades ad ſua: cedat filius meus iſtius finibus terræ; neque vnquam Troiani vllo Italos prouocent bello.*

SER. SACRA deosq; dabo.] *Captat gratiam populi: quia magna fuit apud maiores ſacrorum cura; ſicut diximus ſuprà. vnde nunc Aeneas id agit, ne pereant. Et re-verâ conſtat, ſacra Phrygia, tunc Latinis tradita, coluiſſe Romanos.* LATINVS habeto.] *Aut antiquus vocatiuus eſt: aut* habeto, *tertia perſona eſt. ſanè ſciendum, quia crebrâ ſoceri commemoratione, ſibi fauorem Latini conciliat. Item dicendo,* Mihi mœnia Teucri Cõſtituent; *popularem gratiam captat: quia ſuprà dixerat Drãces,* Saxaque ſubuectare humeris Troiana iuuabit. TERRAM, mare, ſidera iuro.] *Et ornatior elocutio, & crebra apud maiores: quàm ſi velis addere præpoſitionem; vt dicas. Iuro per maria, per terras.* Eadem au*tem bene dixit. nam pro mari, ille fontes & fluuios poſuit: pro ſyderibus, Solem.* LATONÆ'QVE genus duplex.] *Ac ſi diceret; vtrumque ſexum prolis Latoniæ, vel ſobolis. & bene in fœderibus duplicia inuocat numina: quia in vnum duo coituri ſunt populi.* IANV'MQVE bifrontem.] *Ritè hunc quoque inuocat: quia ipſe faciendis fœderibus præeſt. Namque, poſtquam Romulus & Titus Tatius in fœdera conuenerunt; Iano ſimulacrum duplicis frõtis effectum eſt, quaſi ad imaginem duorum populorum. Legimus tamen etiam Ianum quadrifrontem fuiſſe. Vnde Martialis ait;* Et linguâ pariter locutus omni. *Nam omnis, de duobus non dicimus.* VIM.] *Duritiem, inexorabilitatem.* SACRARIA Ditis.] *Sacrarium propriè locus*

Sacra deosq; dabo: ſocer arma Latinus habeto.
Imperium ſolenne ſocer: mihi mœnia Teucri
Conſtituent; Vrbiq; dabit Lauinia nomen.
Sic prior Æneas. ſequitur ſic deinde Latinus,
Suſpiciens cœlum; tenditq; ad ſidera dextram.
Hæc eadem, Ænea, terram, mare ſidera iuro,
Latonæq; genus duplex, Ianumq; bifrontem,
Vimq; deûm infernam, & diri ſacraria Ditis:
Audiat hæc genitor, qui fœdera fulmine ſancit!
Tango aras, mediosq; ignes, & numina teſtor:
Nulla dies pacem hanc Italis, nec fœdera rumpet;
Quò res cunq; cadent: nec me vis vlla volentem
Auertet: non, ſi tellurem effundat in vndas
Diluuio miſcens, cœlúmue in tartara ſoluat.
Vt ſceptrũ hoc (dextrâ ſceptrũ nã fortè gerebat)
Nunquã fronde leui fundet virgulta; nec vmbras,
Cùm ſemel in ſyluis imo de ſtirpe reciſum
Matre caret, poſuitq; comas, & brachia ferro:
Olim arbos; nunc artificis manus ære decoro
Incluſit, patribusq; dedit geſtare Latinis.
Talibus inter ſe firmabant fœdera dictis,
Conſpectu in medio procerum. tùm ritè ſacratas
In flammam iugulant pecudes; & viſcera viuis
Eripiunt, cumulantq; oneratis lancibus aras.
At verò Rutulis impar ea pugna videri
Iamdudum: & vario miſceri pectora motu,
Tùm magis, vt propiùs cernũt nõ viribus æquis.
Adiuuat inceſſu tacito progreſſus, & aram
Suppliciter venerans demiſſo lumine, Turnus;
Pubentesq; genæ, & iuuenili in corpore pallor.
Quem ſimul ac Iuturna ſoror crebreſcere vidit
Sermonem, & vulgi variare labentia corda:
In medias acies, formam aſsimulata Camerti,
(Cui genus à proauis ingens, clarumq; paternæ
Nomen erat virtutis; & ipſe acerrimus armis)
In medias dat ſeſe acies, haud neſcia rerum;
Rumoresq; ſerit varios: ac talia fatur.
Non pudet, ô Rutuli, cunctis pro talibus vnam
Obiectare animam? numerone, an viribus æqui
Nõ ſumus? en oẽs, & Troës, & Arcades, hîc ſunt;
Fatalisq; manus, infenſa Hetruria Turno.
Vix hoſtem, alterni ſi congrediamur, habemus.
Ille quidem ad ſuperos, quorum ſe deuouet aris,
Succedet, famâ viuusq; per ora feretur:
Nos, patriâ amiſsâ, dominis parêre ſuperbis
Cogemur; qui nunc lenti conſedimus aruis.
Talibus incenſa eſt iuuenum ſententia dictis,
Iã magis atq; magis; ſerpitq; per agmina murmur.
Ipſi Laurentes mutati; ipſiq; Latini:
Qui ſibi iam requiem pugnæ, rebusq; ſalutem
Sperabant; nunc arma volunt, fœdusq; precantur

eſt in templo, in quo ſacra reponuntur. ſicut Donarium eſt, vbi collocantur oblata: ſicut Lectiſternia dicuntur, vbi homines in templo ſedere conſueuerunt. C QVI fœdera fulmine ſancit.] *Confirmat, ſancta eſſe facit. quia, cùm fiunt fœdera, ſi coruſcatio fuerit, confirmantur. vel certè, quia apud maiores aræ non incendebantur; ſed ignem diuinum precibus eliciebant, qui incendebant altaria.* San*cire autem propriè eſt, ſanctum aliquid, id eſt, conſecratum facere, fuſo ſanguine hoſtiæ: & dictum Sanctum, quaſi ſanguine conſecratum.* SI tellurem effundat in vndas.] *Hypallage: pro,* Si vndas effundat in terram. DILVVIO miſcẽs.] *Id eſt, aquæ ſuperfuſione vniuerſa perturbans.* VT ſceptrum hoc.] *Homeri locus,* B *verbum ad verbum.* ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔ ποτε φύλλα καὶ ὄζους φύσει, ἐπεὶ δὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν, οὐδ' ἀναθηλήσει. περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε φύλλά τε καὶ φλοιόν. νῦν αὖτέ μιν υἷες Ἀχαιῶν ἐν παλάμαις φορέουσι δικασπόλοι, οἵ τε θέμιστας πρὸς Διὸς εἰρύαται, ὁ δέ τοι μέγας ἔσσεται ὅρκος. DEXTRA ſceptrũ nam forte gerebat.] *Per parentheſim dictũ eſt. Vt autem ſceptra adhibeantur ad fœdera, hæc ratio eſt: quia maiores ſemper ad fœdus ſimulacrum Iouis adhibebãt: quod cùm tædioſum eſſet, præcipuè quando fiebant fœdera cum longè poſitis gentibus; inuentum eſt, vt ſceptrum tenentes, quaſi imaginem ſimulacri redderent Iouis. Sceptrũ enim ipſius eſt imperium. Vnde nunc tenet ſceptrum Latinus: non quaſi rex; ſed quaſi*

Pater

Digitized by Google

Infectum: & Turni sortem miserantur iniquam.
His aliud maius Iuturna adiungit: & alto

A Pater patratus. IMO de stirpe.] *Ideò genere vsus est masculino; quia de arboribus loquitur. Nam de hominibus, genere fœminino dicimus: vt,* Heu stirpem inuisam. *dixit tamen, sed vsurpatiuè, Horatius etiam de arboribus: vt,* Stirpesque raptas, & pecus, & domos. MATRE caret.] *Vel terrâ; vt,* Antiquam exquirite matrem: *vel arbore; vt,* Parua sub ingenti matris se subiicit vmbrâ. *Sic enim meliùs carmini respondet Homerico:* τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν. ÆRE decoro.] *Id est, oris chalco.* DEDIT gestare Latinis.] *Vt,* Dat ferre. TALIBVS inter se firmabant fœdera dictis.] *Latinus & Aeneas. Turnum autem non inducit iurantem: quia dux est, qui præsente rege nō habet potestatem. Et imitatus est Homerum, qui, post iusiurandum Menelai, Alexandrum, quasi feruidum & adolescentem, à fœdere inducit exclusum, & Priamum adhibitum ad fœderis confirmationem.* RITE' sacratas] *Ritè expuratas solennitate, quam diximus suprà.* VIDERI misceri.] *Infiniti sunt, pro indicatiuis.* PROPIVS.] *Diligentiùs: vt,* & propius res aspice nostras. NON viribus æquis.] *Eos cōgressuros, subaudi.* INCESSV tacito.] *Pro,*
B *ipse tacitus. Hypallage est.* CVI genus à proauis ingēs.] *Cui autoritatem commendabat, & origo maiorum, & paterna virtus, & propria fortitudo.* PRO cunctis talibus.] *Qualis etiam Turnus est. & attendit sensum superiorem; vbi ait Turnus obliquè,* Et solus ferro crimē commune refellam. AN viribus æquis Non sumus?] *Bene addidit, viribus. Nam legimus in Sallustio:* Memorare possum, quibus in locis populus Romanus ingentes hostiū copias paruā manu fuderit. *Vergilius,* Exigui numero, sed bello viuida virtus. EN omneis.] *Ne occurreret: Sed est in castris alter exercitus.* FATALI'SQVE manus.] *Troianorum scilicet; qui fataliter ad Italiam venerant. vt sit iteratio.* INFENSA Hetruria.] *pro Hetrusci: qui etiam Turno inimici sunt, causâ Mezentij.* DEVOVET aris.] *Quia ait suprà de Turno; & aram Suppliciter venerans. Item,* Sed vobis animam hanc soceroq; Latino deuoui. *Nam ipsa iterat verba.* VIVV'SQVE per ora feretur.] *Tanquam de viuo omnes loquentur: vel, nominis immortalitate viuet, & laudibus.* LENTI.] Otiosi: vt, Tu Tityre, lentus in vmbrâ. FOEDV'SQVE præcantur Infectum.] *Rogant, vt pro non facto sit: ne piaculum videantur admittere.*

C IANV'MQVE bifrontem.] *de Iano diximus. Ianus fœderibus præerat. nam vbi Romulus & Tatius conuenêre, & simul habitauêre, Iano bifronti simulachrum in ostio templi positum fuit, vt esset custos pacis & belli. ideò bifrons, ait Iunius, vt imago esset duorum populorum in vno corpore.* PACEM hanc Italis] *hoc, quia proles Aeneæ pacificè imperauit, per multa secula.* POSVI'TQVE comas.] *quasi dicat: Tunc mutauero sententiam; cùm hoc sceptrū emittet folia & ramulos.* PVBERES.] *quia tunc incipiebat pubescere.* CVI genus.] *Commendat eum à genere, & à virtute.* Camerini in *Latio erant, fortè is è familiâ ducum Camerinorum.* VIRIBVS.] *hoc est: si numro non sumus pares; sumus æquales tamē viribus.* FATALI'SQVE manus.] *Troiani fatales sunt: quia iubēte fato venêre in Italiā.* ALTERNI.] *semper in pugnâ alternatim procedūt milites: vt verbi causâ, Cedūt fessi; & indefessi succedūt. nunc Iuturna paucitatē dicit Troianorū: ideò dixit Troas, Arcadas, & Etruscos.* ILLE quidē.] *de Turno intelligit. hoc ponit, vt auertat Turnū à singulari certamine.*

POM. Sabi.

VAR. Lect. ET duri sacraria Ditis.] *In antiquis exemplaribus scriptum est,* Duri. TANGO aras, mediosq; ignes.] *In Romano libro, & aliquot alijs antiquis, legere est,* Tango aras, medios igneis. COELV'MVE in tartara soluat.] *In Romano libro scriptum,* Cœlumq;. *In veteribus etiam libris quibusdam,* In tartara vertat, *habetur.* AT verò Rutulis impar.] *Antiquiores aliquot libri,* Rutulisq; impar *legunt.* ADIVVAT incessu tacito.] *In Oblongo Vaticano,* Ingressu, *scriptum est.* ET arā suppliciter.] *Sunt qui* Ad aram *legūt.* PVBENTE'SQVE genæ.] *Libri plerique,* Tabentes *legunt.* NON pudet, ô Rutuli, cunctis pro talibus.] *Romanus liber, & nōnulli alij veteres,* Pro cunctis talibus *legunt.* NVMERO'NE, an viribus æqui.] *In libris aliquot manuscriptis,* Æquæ *habetur.* EN omnes, & Troēs, & Arcades, hîc sunt.] *In antiquo libro scriptum est,* En omnes hi Troēs, & Arcades hi sunt. *Mediceus verò liber, & aliquot alij ita legūt,* En omnes, & Troës, & Arcades, hi sunt. *In Rom. autem libro legere est,* Et Troës, & Arcades, hinc sunt. FATALI'SQVE manus.] *In aliquot alijs libris,* Fatales, *numero multitudinis, habetur.* TALIBVS incensa est.] *In antiquis aliquot libis,* Accensa *legitur.*

DON. SIN nostrum annuerit nobis victoria Martem, (vt potiùs reor; & potiùs dij numina firment) Non ego, nec Teucris Italos parêre iubebo, Nec mihi regna peto: paribus sed legibus ambæ Inuictæ gentes æterna in fœdera mittent: Sacra, deosq; dabo. socer arma Latinus habeto: Imperium solenne socer; mihi mœnia Teucri Constituent; vrbiq; dabit Lauinia nomen.] *Dedit obseruandam legem parti aduersæ; & se aliā suosq; constrinxit. Si verò, ait, me victorem certaminis exitus fecerit: (quod magis volo, & cupio prouenire, atque numina posco) nolim seruiant Troianis Itali, nec Italis Troiani: sed sint pares: sint vnanimes; sint vnâ ac perpetuâ societate concordes. Nec mihi regnum vindicabo; quod est soceri. Hoc solum Italis imponam, quo lætentur & crescant:* Dabo deos: dabo sacra. *Quid tam honestum? quid tam commodum? quàm deos noscere, & discere venerationem? Adhuc de commodo suo, & de fructu victoriæ nihil dixit: totum regi, totum ciuibus seruans. Hoc vt credibile fieret; venit ad partes suas. Solam, inquit, palmam & gloriam quæro. Cæterùm, manentibus cunctis in suo statu, mei mihi ciuitatem condent: non trudam quenquam sedibus suis; nec alieni iuris sedes inuadam. ciuitati ipsi nomen Lauinia dabit. Nullus me victorem sentiet: cùm omnis mihi sit causa cum Turno. Quàm libenter auditus est! quum non tantùm in eos non asperum futurum polliceretur, quibus authoribus conflatum est bellum: verùm etiam, quos hostes habuit, retenturum: sed assereret cum Troianis æquales futuros esse. & in eo monstrauit se beneuolum; sacra illis promittendo: munus scilicet optandum cunctis, & venerabiliter excipiendum. Deferendo autem socero & Latinis, quantum sibi fauorem omnium iunxit! In eo verò plenam monstrauit reuerentiam: quum illum & patris nomine appellauit, & soceri. Habeto, inquit, pater, arma: habeto, socer, imperium. hoc est enim* Imperare, *habere mouendorum armorum potestatem, cùm necessitas fuerit; & pacem tueri, quam procurauerit labor & fortunæ suffragium. Sic posuit,* Socer Latinus habeto arma: *vt genus sit magis locutionis, quàm declinationis interitus. Mihi verò, citra laborem ciuium, citra cuiusquam impensas, mei mihi constituent vrbem: & hæc Lauiniæ decorabitur nomine.* SIC pater Æneas sequitur: sic deinde Latinus, Suspiciens cælum, tendensque ad sidera dextram.] *Idcirco superna aspiciens, & cœlum: quia templum in campo non fuerat.* HÆC eadem, Ænea, terram, mare, sidera iuro; Latonæque genus duplex, Ianumq; bifrontem; Vimq; deûm infernam, & duri sacraria Ditis.] *Vt ostenderet Latinus, se fidem plenam interpositis pactionibus seruaturum: Et ego, inquit, Aenea, per deos ipsos iuro, per quos ipse iurasti; & elementorum omnium numina pariter inuoco.* TANGO aras, mediosque ignes, & numina testor.] Medios *dicit: nihil enim aliud habuit in præsenti; nisi aras & ignes, quæ contingi manu potuerunt.* Numina *autē inuocabat: vt testimonio essent firmantibus fœdera.* NVLLA dies pacē hanc Italis, nec fœdera rumpet. Quò res cunq; cadent.] *Dicendo,*

Quò

Quò res cunque cadent, oſtendit ſe medium inter duos: eiq; ſe ſeruaturum fidem, qui poſſet alterum ſuperare. NEC me vis vlla volentem Auertet.] Non me auertet ab iſtius fœderis fide, nec vis vlla, nec voluntas mea. hoc eſt: non mutabo in contrariam ſententiam meam; nec ſi vis irruat maior, quæ me hoc ipſum velle compellat. NON ſi tellurem effundat in vndas Diluuio miſcés, cœlumq; in tartara ſoluat.] Nõ inquit, rumpant iſtam pacem. & exponit, quid ſit maior vis: nec ſi miſceatur terra cum pelago; aut cœlum ad inferos décidat. VT ſceptrum hóc (dextra ſceptrum nam fortè gerebat) Nunquam fronde leui fundat virgulta, nec vmbras: Cùm ſemel in ſyluis imo de ſtirpe reciſum Matre caret, poſuitq; comas & brachia ferro: Olim arbos, nunc artificis manus ære decoro Incluſit, patribusq; dedit geſtare Latinis.] Magnum impoſsibile etiam hic poſuit. Vt enim ferebat ſceptrum, ait. Quomodo hoc ſceptrum, quod mihi regendorum Latinorum cauſâ datum eſt; ex quo à matre abſciſſum, & nec virgulta iam poteſt, nec frondes emittere: ſic ego non mutabor, nec mouebor à præſenti fœdere. Imo de ſtirpe reciſum, ſi iungamus: faciemus ſtirpem genere maſculino: contra ipſius Vergilij ſententiam: qui omnibus locis ſtirpem fœminino protulit genere. vt, Stirpis Achilleæ faſtus: &, Heu ſtirpem inuiſam! & hic quoque, non multò ſuprà; Hinc pater Aeneas, Romanæ ſtirpis origo. Hunc ſcrupulum qui declinare voluerit; ſic pronuntiare debet, & ſic intelligere: vt, quod dictum eſt Imo, ſeparetur, vt ſit, Ab imo abſciſſum, hoc eſt, ab inferiore arboris parte, & à ſtirpe. TALIBVS inter ſe firmabant fœdera dictis, Conſpectu in medio procerum. tùm ritè ſacratas In flammam iugulant pecudes, & viſcera viuis Eripiunt, cumulantque oneratis lancibus aras.] Quum verò ſuper dicta communis ac firma voluntas conceſsiſſet: fiebat conſequenter, quod pertinebat ad ſacrificiorum ritum. In flammam fundebatur ſanguis animalium: & antè, quàm morerentur, extrahebantur eorum viſcera, & aris imponebantur. AT verò Rutulis impar ea pugna videri Iamdudum, & vario miſceri pectora motu.] Supererat, vt iuraret & Turnus. ſed Rutulis conditio ipſa iam cœperat diſplicere. Multò antè enim videbant, impar futurum eſſe certamen: & in eum finem erant perducti tractatus, vt animi eorum diuerſis ſententijs mouerentur. Qui eſſe poſſent mixti pectorum motus; æſtimationi legentium Poëta commiſit: vt plus ſentiamus, quàm potuit dictione concludi. TVM magis, vt propiùs cernunt non viribus æquis.] Quod ſuſpicionibus Rutuli colligebant, cœperant de proximo oculis approbare. ADIVVAT ingreſſu tacito progreſſus, & aram Suppliciter venerans, demiſſo lumine, Turnus.] Apparebant in Turno ſigna omnia, quæ imparis diffidentiam comprobarent. Primò Ingreſſus eius, hoc eſt, ambulatio tacita: & Progreſſus, id eſt, ad vlteriora ſegnior acceſſus. Ecce, his ſignis colligebatur animi eius corporiſq; defectio. Laſſus quippe tacitos habuit greſſus: dum vix pedem mouebat: & vix reponebat alterum, vt progrederetur vlteriùs. Fuit alterum diffidentiæ ſignum, quòd aram venerabatur, oculis deiectis ad terram. TABENTE'SQVE genæ, & iuuenili in corpore pallor.] Tertium ſignum tabentium genarum fuit: nam repentinâ macie fuerat deformatus. Quartum palloris, qui in iuuene eſſe non debuit; ſi deeſſet & metus. QVEM ſimul ac Iuturna ſoror crebreſcere vidit Sermonem, & vulgi variare labentia corda.] Ecce opportunitas arripiendi perficiendiq; conſilij! vbi enim vidit Iuturna, vtiles per populum in Turnum tractatus increbreſcere; & nonnullis cõtraria ſentientibus perturbari, quæ commoda cæteris eſſe potuiſſent: In medias acies, formam aſsimulata Camerti, (Cui genus à proauis ingens, clarumq; paternæ Nomen erat virtutis, & ipſe acerrimus armis) In medias dat ſeſe acies, haud neſcia rerum: Rumoreſq; ſerit varios, ac talia

fatur.] Ne ſententiarum diuerſitas, & in vtramque partem facilis mobilitas vulgi, contra Turnum conualeſceret; vſa eſt Iuturna conſilio, ſatis tempori neceſſario. A Vertit ſe in Camertis formam, notæ nobilitatis, ab auis & proauis, ac retrò maioribus ornati. Paternis quoque meritis, ac ſuis; neceſſario poſuit. fruſtra ſunt enim ornamenta generis, ſi propria cuiuſcuiuſque defuerint: cùm autem non deſunt; tunc vtuntur omni gloriâ, & ſe inuicem mutuo decore profundunt. Hoc fuit in Camerte: & ideò eius ſuſcepta perſona eſt; vt ſuadentis ſermo, & generis authoritatem præferet, & ſuam. Si enim ab imbelli procederet iſtiuſmodi perſuaſio; diceretur: Et in hoc periculo, cùm non habes partem, non potes conſilium dare. Ergo, quia & genere nobilis fuit, & præſtans ipſe virtute: aſſumpta eſt & perſona talis hominis, qui facilè poſſet audiri. NON pudet, ô Rutuli, pro cunctis talibus vnam Obiectare animá? numeróne an viribus æqui Non ſumus? en omnes & Troës & Arcades hîc ſunt; Fataleſq; manus, infenſa Hetruria Turno, Vix hoſtem alterni ſi congrediamur habemus] Exhortatio eſt, cum quadam obiurgatione: in quâ modum conſeruat: ne imperioſa fatis, aut iniurioſa, turbaret animos vulgi; &, quod cœperant velle, non facerent. Licet enim perſona eſſet appoſita; quæ propter generis B amplitudinem & virtutis ſuæ meritum, poſſet audiri: poſſet tamen contendi, ſi ad verborum iniuriam tenderet. Fuit ergo temperata dictio neceſſaria, vt factum eſt. difficile quippe eſt, à bono & ſecuritate vitæ transduci quenquam, vt euidentem ſubeat mortem. At his viſum eſt, facilè perſuaderi poſſe: cùm iam, licèt dubij, in certamen animum duxiſſent. Huic loco conſentit Terentiana ſententia, quâ dictum eſt: Dum in dubio eſt animus, paulo momento huc vel illuc impellitur. Habuit ergo hanc occaſionem Iuturna, conuerſa in Camertis formam: vt primùm ſe inſereret medijs. qui enim in medio agmine loquitur; facilè poteſt à circumfuſis audiri: cùm medio vicini ſunt omnes. Incipit igitur ſic: NON pudet.] hoc arguentis eſt. Quòd verò addidit, O'; hortantis. Quòd tertiò dixit, Rutuli, animantis affectum, & indicium laudantis impleuit. Et turpe, inquit, & pernicioſum nobis eſt, ô Rutuli; vnum pugnare in multos: alienâ autem ope defendi; tanti ac talis pudoris non ferenda iactura. Stultitia verò ſingularis, in vnius animo potiùs, quàm in multorum, ſpem collocari vincendi. Subire autem tale fœderis factum, vt cum notâ viuendum ſit, ſi valuerimus vincere; aut ſeruiendum ſit perpetuò, ſi fuerimus ſuperati: ego, ciues, probare non poſſum. Quo enim ore, vel C quâ mente, quaue infami patientiâ ſedeam; in alieno certamine ſpectans periculum meum? Faciant hæc, quia ſibi adeſſe non poſſunt. Faciant impares numero, aut virtute diſsimiles. Quid quærimus alienâ ope defendi: cùm id, quod ex illius ſperamus auxilio, faciliùs poſsit proprijs laboribus prouenire? Conſiderate, qui ſitis; & quale Rutulorum nomen, & facta quantâ vbique prædicatione laudentur. Nihil interea è diuerſo exſiſtit, quod aliquem incutiat metum. non numero præcedit hoſtis aut robore: quidquid opinio formidoloſum ſparſerat, præſtò eſt, & ſubiectum oculis noſtris: tum, quod habet pars vtraque ſubſtantiæ, prodidit campus; quod contra fidem rerum onerauerat fama terroribus. Troiani adſunt: videntur Arcades: in conſpectu ſunt, quos fatales appellant. & hoc eſt totum, quod infenſa Hetruria in Turnum potuit. Proinde, ſi regis exemplo ſingulare placuerit ſubire certamẽ; non erit, qui nobis omnibus pugnaturus occurrat. Nec me arbitremini vtilitatẽ Turni cõmodumq; tractare. Felix ille eſt; & habet etiã in ipſis aduerſis poſitã laudẽ: ꝑueniet ad deorũ conſortiũ: qui dijs teſtibus pugnaturus eſt. ILLE quidẽ ad ſuperos, quorũ ſe deuouet aris Succedet famâ, viuuſq; ꝑ ora feretur. Nos, patriâ amiſsâ, dominis parêre ſuperbis Cogemur, q nũc lenti cõſedimus aruis.] Erit illius per omne æuum magnificũ nomen: cumq; illius corpus viuendi finis extinxerit; fama tamen manebit incolumis. nos verò ſequitur proditio, regis crimen, & grauiſsima ſeruiẽdi cõditio. Cumq; ipſa ſeruitus intoleranda per ſe ſit: con-

A *sit: considerate, qualis ingruat, quæ proficiscitur à plurimis, & imponitur insuetis, imponitur indignis.* Quis dominos feret, *quos victoria dederit superbos, iratos, offensos?* Quod moderamen *poterit sperari seruitij? qualésue ipsi futuri sint, quos secundarum rerum elatura superbia est, & post inimicitiarum vires secuta dominationis autoritas? Non iam exigentur iusta de seruis obsequia; sed de addictis hostibus pœnæ. Mori potius, viuere, placeat: quàm seruire victori.* Patriâ, inquit, amissâ: *hoc est, perditâ libertate. Liber enim habet patriam; quam non habet seruus: vsqueadeò vt, qui plenam sumpserit à domino libertatem, ciuitatem Romanam dicatur consecutus.* TALIBVS incensa est iuuenum sententia dictis.] *Quia iuuenes fuerant, hoc est, fortes: facilè quasi quodam flatu exhortationis, incensi sunt.* IAM magis atque magis.] *Magis, inquit. & hoc idem duplicauit: quia violentis cohortatio impulerat.* SERPI'TQVE per agmina murmur.] *Et paulatim procedebat in singulos inutile fœderis murmur, atque in vniuersa agmina vadendo crescebat.* IPSI Laurentes mutati, ipsíq; Latini.] *Laurentes possemus accipere ipsos, qui in ciuitate morabantur: Latinos verò, qui confluxerant ab illis locis. Ipsi igitur, qui dixerant;* Scilicet vt Turno contingat regia coniunx, Nos animæ viles, inhumata infletaq; turba, Sternemur campis. etiam tu, si qua tibi vis, Si patrij quid Martis habes, illum aspice contrà, Qui vocat: *Ipsi mutati sunt in eam sententiam, quam præmiserant.* QVI sibi iam requiem pugnæ, rebusq́ne salutem Sperabant; nunc arma volunt, fœdusq; precantur Infectum: & Turni sortem miserantur iniquam.] *In tantum mutati sunt, qui iam sperabant otium, & plenam requiem: qui iam salutis ac rerum fiduciâ tenerentur, arma cuperent, recusarent fœdus, & miseratione Turni plenissimâ tenerentur.*

Dat signum cœlo: quo non præstantius vllum
Turbauit mentes Italas, monstroq; fefellit.
Namq; volans rubrâ fuluus Iouis ales in æthrâ,
Littoreas agitabat aues, turbamq; sonantem
Agminis aligeri, subitò cùm lapsus ad vndas
Cygnum excellentem pedibus rapit improbus vncis.
Arrexêre animos Itali: cunctæq; volucres
Conuertunt clamore fugam (mirabile visu)
Ætheraq; obscurant pennis; hostemq; per auras
Factâ nube premunt: donec vi victus, & ipso
Pondere defecit prędamq; ex vnguibus ales
Proiecit fluuio; penitusq; in nubila fugit.
Tùm verò augurium Rutuli clamore salutant,
Expediuntq; manus; primusq; Tolúmnius augur,
Hoc erit, hoc votis, inquit, quod sæpe petiui,
Accipio, agnoscoq; deos. me, me duce, ferrum
Corripite, ô Rutuli: quos improbus aduena bello

SER. ET alto Dat signum cœlo.] *Vt religio aliâ religione soluatur.* PRÆSENTIVS.] *Efficacius. Et alibi:* B Nec tam præsentes alibi cognoscere diuos. MONSTRO'QVE fefellit.] *Bene* Fefellit. *namq; hoc augurium non oblatiuum est, nec impetratum; sed immissum factione Iuturnæ: quod carere fide, indicat sedes negata. Nam vbicunque firmum inducit augurium, dat ei firmissimam sedem: vt,* Ipsa sub ora viri cœlo venêre volantes, Et viridi sedêre solo. *Item,* Antè sinistra cauâ monuisset ab ilice cornix. *In hoc autem augurio, liberatum cygnum cecidisse in aquam dicit: aquam autem instabilem & infirmam esse, non dubium est.* LITTOREAS agitabat aues.] *Palustres. Nam littus circa omnem aquam est: vt,* Viridiq; in littore conspicitur sus. EXCELLENTEM.] *Magnum: sicut in exercitu magnus est Turnus.* CONVERTVNT clamore fugam.] *Redeunt* C *cum clamore, sicut exercitus solet.* AVGVRIVM salutát.] *Venerantur. & propriè: nam salutari dicimus deos. Terentius:* At ego deos penates hinc salutatum domum diuortar. *Et Plautus in Curculione:* Quis est qui operto capite salutat Æsculapium? EXPEDIV'NTQVE manus.] *Dimicare se velle significant. hæc enim est consensio militaris. Lucanus:* Elatasq; altè, quæcunq; ad bella vocaret, Promisêre manus. QVOD sæpe petiui.] *Quasi impetratum hoc auguium vult videri.* ACCIPIO, Agnoscoq; deos.] *Modò quasi de oblatiuo loquitur. nam in oblatiuis augurijs, in potestate videntis est, vtrùm id ad se pertinere velit, an refutet & abominetur. Ergo nunc dicit se augurium libenter amplecti, & agnoscere circa se fauorem deorum.* QVOS improbus aduena territat.] *Interpretatur augurium: & confirmat, id ad præsens negotium pertinere.*

DOM. Babi. TVRBA'MQVE sonantem.] *aues bene sonantes, id est, cantantes vocantur cycni: qui sunt aues palustres.* TVM verò auguriũ.] *tale augurium cùm venit, & præda cadit in aquam, malũ portendit indigenis.* TOLVMNVS aruspex.] *per alitem Iouis, accipit Aeneam; & per cycnos, Rutulos.*

VAR. Lect. QVO non præstantius vllum.] *Antiqui aliquot lib.* Præsentius *legunt.* MIRABILE visu.] *Antiqui aliquot lib.* Miserabile *legunt.* PONDERE defecit.] *In antiquis libris,* Deficeret *habetur.* CORRIPITE ô Rutuli.] *In Romano libro legere est,* O' miser; *non,* O' Rutuli.

DON. HIS aliud maius Iuturna adiungit, & alto Dat signum cœlo: quo non pręstãtius vllũ Turbauit mẽtes Italas, monstroque fefellit.] *His, hoc est, illis quę superiùs locuta est, vel quos loquendo commouerat: præstantius adiungit, & monstrum tam magnum, & ita ad causam præsentis temporis compositum, vt omnium fefellerit sensus.* NAMQVE volans rubrâ fuluus Iouis ales in æthrâ, Littoreas agitabat aues, turbamq; sonantem Agminis aligeri: subitò cùm lapsus ad vndas, Cygnum excellentem pedibus rapit improbus vncis.] *Inuentum artificiosè compositum: primò vt alitem masculum immitteret. si enim fœmina esset, non tangeret Aeneæ personam. deinde ait,* Iouis ales; *vt turbandum fœdus, nec perficiendum esse, etiam Iupiter videretur ostendere. Agitabat ille* littoreas aues: *innoxias scilicet, nec importunas cuiquam.* Rubrâ in æthrâ: *cœlo mundo, sereno. Aurora enim tunc vigore integro splendens, cùm nullâ nube fuscatur. Dedit ei auium multitudinẽ, quæ significaret exercitum. Dehinc* Ad vndas *lapsum dixit, maioremq; cygnũ pedibus sustulisse: vt inter minores personas aliqua potior putaretur. Hinc, ait, cygnum subitò vncis pedibus rapuit. Ecce, in ipso etiam monstro, Aeneæ persona potior inuenitur. nam nihil est hoc genere alitis fortius: vtpote quod erigitur corporis formâ, & rostro vnguibusq; armatũ est; proindeq; quicquid tenuerit, laniet. Dehinc, quia pertinet ad Iouẽ: tutum est semper; nec alicui periculo subiacet. Exercitus ipse iners, imbellis, per littoreas aues ostendebatur. nã nihil est illis importunius ad prædã; cygno quoq; ineptius nihil; qui tã facilè potuit capi, quando cũ cæteris auibus volare nõ valuit. deinde, potuit teneri vnguibus: quod ipsũ sinè sanguine vulneribusq; nõ fuit.* ARREXERE animos Itali.] *Quũ essent, ex omine, publico tractatu suspẽsi, cõuerterunt in aues intentionẽ suã: ne quid pro suis partibus, in illâ exspectatione colligerent.* CVNCTÆ'QVE volucres Conuertũt clamore fugã, (mirabile visu) Ætheraq; obscurãt pẽnis: hostẽq; p auras Factâ nube premũt: donec vi victus, & ipso Põdere defecit; prędamq; ex vnguib⁹ ales Proiecit fluuio; penitusq; in nubila fugit.] *Hæc pars aliqd potuit significare pro Turno. nã volucres cũctæ, densatæ in cateruã, atq; instãtiùs persecutæ, raptorẽ adegerunt remittere vnguibus prædã. quod ille fecit, pondere superatus, & impressione persequentiũ. Perdito autẽ pondere, fugit in nubila: hoc est, eò, vnde venerat, remeauit.* TVM verò augurium Rutuli clamore salutãt, Expediuntq; manus.] *Tantum*

Tantum illud augurium dubitantes hortatum est, armauitq; in prælium: vt omnes vnâ voce, quasi felix signum futuri exitus, salutarent, armarent manus; & bellum, quod dudum abiecerant, quærerent. PRIMVSQVE Tolumnius augur, Hoc erat, hoc votis, inquit, quod sæpe petiui. Accipio, agnoscoq; deos.] *Non soli falsi sunt alij: ecce, iuit in errorem & ipse, qui auguriorũ scientiam profitebatur.* Quod *petiui, inquit, accipio fauentibus dijs: quos per votorum obs... quia, & ritus sacrorum, in meas partes adduxi.* Me, me, *dupli... cando, hortandi cumulauit affectum.* ME me duce, fe... rum Corripite, ô miseri.] *Hoc est, me primo ferrum corripiente, etiam vos manus armate miseri, hoc est, ... Incipit iam exponere, errores potiùs augurij, quàm ... vt hoc genere confirmaret animos vulgi.*

Territat, inualidas vt aues; & littora vestra
Vi populat: petet ille fugam, penitusq; profundo
Vela dabit. vos vnanimi densate cateruas,
Et regem vobis pugnâ defendite raptum.
Dixit; & aduersos telum contorsit in hosteis,
Procurrens: sonitum dat stridula cornus, & auras
Certa secat. simul hoc, simul ingens clamor, & omnes
Turbati cunei, calefactaq; corda tumultu.
Hasta volans, vt fortè nouem pulcherrima fratrũ
Corpora constiterant contrà; quos fida creârat
Vna tot Arcadio coniunx Tyrrhena Gilippo.
Horum vnũ ad medium, teritur quà sutilis aluo
Baltheus, & laterum iuncturas fibula mordet;
Egregium formâ iuuenem, & fulgentibus armis,
Transadigit costas; fuluâq; extendit arenâ.
At fratres, animosa phalanx, accensaq; luctu,
Pars gladios stringunt manibus; pars missile ferrũ
Corripiunt, cæciq; ruunt. quos agmina contra
Procurrunt Laurentũ: hinc densi rursus inundant
Troës, Agillinique, & pictis Arcades armis.
Sic omneis amor vnus habet, decernere ferro.
Diripuêre aras: it toto turbida cœlo
Tempestas telorum, ac ferreus ingruit imber:
Craterasq; focosq; ferunt. fugit ipse Latinus,
Pulsatos referens infecto fœdere diuos.
Infrænant alij currus, aut corpora saltu
Subijciunt in equos: & strictis ensibus adsunt.
Messapus regem, regisq; insigne gerentem

SER. LITTORA nostra.] *Bona iteratio. nam suprà ait,* Littoreas agitabat aues. VI populat.] *Antiquè. nam veteres, & Populo, & Populor, dicebant. nunc tantùm Populor dicimus: Illud penitus de vsu recessit.* PENITVSQVE profundo vela dabit.] *Vt suprà de aquilâ;* Penitusque in nubila fugit. DENSATE cateruas.] *Sicuti,* Cygni hostemque per auras Factâ nube premunt. ET aduersos telum contorsit in hostes.] *Hoc loco ab Homeri œconomiâ recessit. Ille enim inducit Mineruam, persuadentem Pandaro; vt, iacto in Menelaum telo, dissipet fœdera.* ἀγχοῦ δ' ἱσαμένη ἔπεα πτερόεντα προσηύδα, ἦ ῥά νύ μοί τι πίθοιο λυκάονος υἱὲ δαΐφρον. τλαίης κεν μενελάῳ ἐπιπροέμεν ταχὺν ἰὸν, πᾶσι δέ κε Τρώεσσι χάριν καὶ κῦδος ἄροιο, ἐκ πάντων δὲ μάλιστα ἀλεξάνδρῳ βασιλῆι. *Hic vero dicit, ipsum augurem telum sponte torsisse, & occidisse vnum de nouem fratribus: quod pertinet ad œconomiam. Necesse enim erat, vt fratres, dolore ex vnius morte commoti, bellum mouerent. Si enim vilis aliquis interiret; poterat eius mors, ob fœderis religionem, fortè contemni.* SONITVM dat.] *Id est, facit. vt suprà;* Tu das epulis accumbere diuum. *Et Plautus in Aulul.* Emortuũ ego me mauelim letho malo; Quàm non ego illi dem hodie insidias seni. CERTA.] *Inevitabilis. vnde* incerta, *est infirma & vitabilis.* SIMVL hoc, simul.] *Antiquè: vt,* ille simul fugiens, Rutulos simul increpat omnes. *Et,* Simul Æneam in regia ducit Tecta, simul diuûm templis indicit honorem. HASTA volans.] *Minus est,* namque. *Sanè reliquit hastam Poëta, dum vult simul multa describere; & rem imperfectam omisit: deinde rediјt ad descriptionem, vt suprà in augurij narratione.* HORVM vnum.] *Ordo est: Transadigit vnum costas. & figuratè dixit,* vnum, *pro* vnus. TERITVR quà Sutilis aluo Baltheus.] *Rem physicam dixit. omnia enim, quibus vtimur, non nos terunt; sed ea nos terimus: vt annulum, vestem, baltheum.* Ad medium *autem, absolutè: id est, Vbi aluo teritur baltheus.* EGREGIVM formâ iuuenem.] *Bene hîc* egregium: *quippe qui esset de fratrum grege.* AT fratres.] *Pro, at fratrum pars.* ANIMOSA phalanx.] *Quasi phalanx, id est, legio. Et bene à numero, à germanitate, à nobilitate, à formâ ab ætate, ab vulneris genere, ab ipsius laude, à genere mortis, est commendatio.* CÆCI.] *salutis improuidi. Et bene, iam non pars; sed vniuersi.* INVNDANT.] *More vndæ fluminis.* AGYLLINIQVE.] *Pro Etrusceis. hi enim contra Mezentium authores coniurationis fuerũt.* PICTIS Arcades armis.] *Bene pictis: vt in vndecimo;* Et versis Arcades armis. *vt ornarent picturæ latêret in* luctu. SIC omneis amor v... nus habet.] *Sic, id est, dũ p... latim suis iniuriam subue... omnes in bellum coacti sunt. S... Sallustius.* DIRIPVER... aras.] *Deiecerunt, dissipa... runt. Sanè cùm præsens temp... belli loquitur; bene præterit... intulit,* diripuêre. *Et mo... suo interiecit aliud. nam or... erat: Diripuêre aras, cratera... focosq; ferunt.* FERREV... imber.] *Permansit in transla... tione: quia dixerat,* Tempestas telorum. FERVNT.] *Auferunt. nam aphæresis est. ... Temnere, pro Contemnere. ... libi,* Omnia fert ætas. PVLSATOS diuos.] *Id est, violatos, læsos fractis fœderibus.* INFRENANT alij currus.] *Id est, equos, qui sub curribus sunt. sic alibi;* Fertur equis auriga, neque audit currus habenas. SVBIICIVNT in equos.] *Super equos iaciunt. sed propriè non est locutus; magisq; contrariè. nam subijcere, est subter iacere.* REGISQVE insigne gerentem.] *Id est, diadema, & decenter regem cum insignibus suis dixit.*

C. POM. Sabi. TELVM cõtorsit.] *iactâ hastâ, Tolumnius turbauit fœdera.* NOVEM fratrũ.] *interemit vnum ex nouem fratribus.*

VAL. Leo. ET littora vestra.] *Sunt aliquot antiqui libri, vbi* Nostra *legatur.* DENSATE cateruas.] *In Romano libro,* Densete *legitur.* TELVM cõtorsit in hostes.] *In antiq. lib.* Coniecit *habetur.* FVLVAQVE extendit arenâ.] *In Romano libro, & aliquot alijs, legitur,* Effundit arenâ.

DON. QVOS improbus aduena bello Territat, inualidas vt aues; & littora vestra Vi populat: petit ille fugam, penitusq; profundo Vela dabit. vos vnanimi densate cateruas, Et regem vobis pugnâ defendite raptum.] *Quemadmodum vidistis improbitate vnius alitis, ceteras innoxias agitari: atq; vt illæ affuerũt potiori omnes, & tum eripuerunt vniuersæ vnanimes: ita & vos congregati fugate hostem, & regem vestrum eripite manibus inimici. Fugiat ille, & alium nauigium petat: nobis sufficiat nostrum liberasse captiuum.* DIXIT; & aduersos telum contorsit in hostes, Procurrens.] *Primus enim eijcere telum debuit, qui dixit:* Me, me duce, corripite ferrum, ô miseri. SONITV dat stridula cornus.] *Sinè stridore enim telum volare per aëra non potuit.* ET auras Certa secat.] *Hoc est: sic volabat, vt percuteret quemquam.* SIMVL hoc, simul ingens clamor, & omnes Turbati cunei, calefactaque corda tumultu.] *Mox, vt ille hoc fecit, secuti cæteri, veluti periti hominis factum; omnes turbati sunt, & caluerunt ardore bellandi.* HASTA volans.] *Illa scilicet, quam miserat auguris manus.* VT fortè nouem pulcherrima fratrum Corpora constiterant contrà, quos

A quos fida creârat Vna tot Arcadio coniunx Tyrrhena Gilippo.] *Ex vnâ atq; eâdem matre, proindeq; sibi inuicem chari; vtpote qui ijsdem essent parentibus geniti: stabant, inquit, congesti. Dicta est causa, vnde sibi inuicem chari: in quâ laudatur castitas matris, quæ fidem seruans matris, marito, hos peperit.* HORVM vnum ad medium, teritur quà sutilis aluo Baltheus, & laterum iuncturas fibula mordet: Egregium formâ iuuenem, & fulgentibus armis, Transadigit costas, fuluâque extendit arena.] *Horum, inquit, vnum percussit; hastâ directâ, non in vnum, sed in nouem. veniens enim in plurimos, frustrari non potuit. Addit ad occisi meritum, quòd* egregius *fuit, hoc est, procerus, & pulcher, & speciosè armatus. Designauit etiam locum, in quo ictus occubuit; lethalem scilicet: ne, si esset vulnerati leuior causa, non tanto dolore moueret animos fratrum. Illîc, inquit, venientem ictum excipit; vbi conuenienti à balthei capite, mordacis fibulæ iunctura concordat. Ne hoc ipsum remaneret incertum: addit;* Transadigit costas: *vt ostenderet, latus eius fuisse transfossum.* AT fratres animosa phalanx, accensaque luctu.] *Et animum habebant ad vltionem pronum: & germanitas cogebat, & luctus, vt congruè mouerentur;*

B *eo vel maximè, quia tam plurimi fuerunt, vt in illorum numero facies exercitus appareret. Ecce, describuntur ardentes ex luctu: &, quòd illorum numerus copiosus esset, dicitur, quæ fecerint diuersi.* PARS gladios stringũt manibus: pars missile ferrũ, Corripiũt cæcique ruũt.] *Cùm soli octo essent: sic descripti sunt, quasi latioris numeri. dixit enim, Pars gladios rapuit: pars missilibus telis manus armauit, vadens in bellum, sinè respectu discriminis sui.* QVOS agmina contrà Procurrunt Laurẽtum: hinc densi rursus inundant Troës, Agillinique, & pictis Arcades armis. Sic omneis amor vnus habet, decernere ferro.] *Factum est per Iuturnam, quod Iuno mandauerat. nam & bellum conflatum est; & fœdus excussum: in tantum, vt vna omnes pugnandi sententia tenuisset; & toto amore quæreretur, quod constabat esse contrarium. omnis enim pugna, sinè sanguine ipsius victoris non potest explicari. Decernere autem ferro, quid est; nisi apertum subire discrimen?* DIRIPVERE aras.] *Cæcati furore certandi, diripiebant aras: non considerantes, in ipsâ dissipatione deos magis offendi, quàm gramina, quibus fuerant instructæ. non enim ipsarum consecratio cucurrerat, iurantibus Aenea & Latino; ministratis autem per sacerdotes ritè solennibus.* IT toto turbida cœlo Tempestas telorum, ac ferreus ingruit imber.] *Volabant tela stridentia, in tempestatis modum, & imbrium morem.* CRATERAS'QVE focosq; ferunt.] *Auferebant, quæ dudum necessaria sacris attulerant.* FVGIT ipse Latinus, Pulsatos referens infecto fœdere diuos.] *Latinus verò, religiosus & grauis, fugiebat ad tuta; referens deos pulsatos, ne deteriora paterentur; nulla interea fœderis pactione perfectâ. Potest intelligi,* Pulsatos, *quum aræ diriperentur: potest intelligi,* Pulsatos *in eo, quòd prolati ad confirmationem fœderis, contempti sunt.* INFRÆNANT alij currus aut corpora saltu Subijciunt in equos, & strictis ensibus adsunt.] *Quia spes fœderis multos ab armorũ curâ dissoluerat: alio rerũ exitu excitati, alij infrænabãt currus; alij, saltu in equos facto, expeditiores aderãt, eductis gladijs & paratis ad necẽ.* MESSAPVS regẽ, regisq; insigne gerentẽ Tyrrhenũ Aulesten, auidus cõfundere fœdus, Aduerso proterret equo.] *Messap9 Aulestẽ regẽ Tyrrhenũ, habẽtẽ regis insignia, equo obuius pterrebat. Cupiebat enim firmari fœdera, q̃ fuerũt cõfusa.*

Tyrrhenum Aulesten, auidus confundere fœdus,
Aduerso proterret equo. ruit ille recedens,
Et miser oppositis à tergo inuoluitur aris,
In caput, inque humeros. at feruidus aduolat hastâ
Messapus, teloque orantem multa trabali,
Desuper altus equo, grauiter ferit: atque ita fatur:
Hoc habet; hæc melior magnis data victima diuis.
Concurrunt Itali, spoliantque calentia membra.
Obuius ambustum torrem Chorinæus ab arâ
Corripit, & venienti Ebuso, plagamque ferenti,
Occupat os flammis. illi ingens barba reluxit,
Nidoremque ambusta dedit. super ipse secutus,
Cæsariem læuâ turbati corripit hostis:
Impressoque genu nitens, terræ applicat ipsum.
Sic rigido latus ense ferit. Podalirius Alsum
Pastorem, primâque acie per tela ruentem,
Ense sequens, nudo superimminet. Ille securi
Aduersi frontem mediam mentumq; reductâ,
Disijcit, & sparso latè rigat arma cruore.
Olli dura quies oculos, & ferreus vrget
Somnus: in æternam clauduntur lumina noctem.
At pius Æneas dextram tendebat inermem,
Nudato capite, atque suos clamore vocabat:
Quò ruitis? quæ'ue ista repens discordia surgit?
O' cohibete iras: ictum iam fœdus, & omnes
Compositæ leges. mihi ius concurrere soli.
Me finite, atque auferte metus: ego fœdera faxo
Firma manu. Turnum iam debent hæc mihi sacra.
Has inter voces, media inter talia verba,
Ecce viro stridens alis allapsa sagitta est:
Incertum quà pulsa manu, quo turbine adacta.
Quis tantam Rutulis laudem, casúsue, deúsue,
Attulerit; pressa est insignis gloria facti;
Nec sese Æneæ iactauit vulnere quisquam.

SER. AVIDVS confundere fœdus.] *Legitur &,* auidum. *Sed meliùs* auidus: *quia Messapus Turno fauebat; qui erat impar ad singulare certamen. Nã & postea ait;* Et miser oppositis à tergo inuoluitur aris. *Sic enim faciliùs fœdus dissiparet; si aræ humano cruore pollueren-*

C *tur. nam & Messapi voluntas ita expressa est: qui ait;* Hæc melior magnis data victima diuis. Confundere fœdus *autem; prodijt confundere.* PROTERRET.] *Mirè dictum.* HASTA.] *Cum hasta.* VELO'QVE orantem multa trabali.] *Ennius:* Teloque trabali. ALTVS equo.] *Equi magnitudinem latenter ostendit.* HOC habet.] *Id est, lethali percussus est vulnere. Apud antiquos enim id erat:* Hoc habet *quod nunc. peractum sic Terentius:* Certè captus est, habet. *Sanè Sarcasmus est, quasi de loci qualitate inuentus. nam quia supra aras ceciderat; ait,* Hæc melior magnis data victima diuis. OBVIVS.] *Bene* obuius *corripuit.* AMBVSTVM torrem.] Qui*dam* ambustam, *propriè circumustum accipiunt: sed Poëtæ indifferenter pro combusto vtuntur.* TORREM *autem; erit nominatiuus hic Torris: & ita nunc dicimus. nam illud Ennij, & Pacuuij penitus de vsu recessit: vt hic Torrus, huius torri, dicamus.* FERENTI.] *Pro, inferenti.* NIDOREM.] *Pudorem.* RELVXIT.] *Bene ad breuitatem ignis retulit; qui tantum fulgorem breui ediderat.* SVPER.] Qui*dam, propterea: alij, pro Supra; vt,* Ense sequens nudo superimminet. TVRBATI hostis.] *Quia plus trepidationis in illâ flammâ fuit, quâm periculi.* SIC rigido.] Quidam *sic pro æquè accipiunt: alij simpliciter, vt eum impresso genu terræ applicuerat. vt est illud;* Despiciens mare veliuolum, terrasque iacentes. SIC rigido latus ense.] Quidam, *duro & acuto volunt; non recto: vt,* Et curuæ rigidum falces formantur in ensem. PRIMA'QVE acie.] *Hîc* que *coniunctio abundat.* RVENTEM.] *Non cadentem; sed magno impetu se inferentem.* FERREVS somnus.] *Ho-*

Turnus,vt Æneam cedentem exagmine vidit,
Turbatosque duces;subita spe feruidus ardet:
Poscit equos, atque arma simul, saltuq; superbus
Emicat in currum,& manibus molitur habenas.
Multa virûm volitans dat fortia corpora letho:
Semineces voluit multos; aut agmina curru
Proterit; aut raptas fugientibus ingerit hastas.
Qualis apud gelidi cùm flumina concitus Hebri
Sanguineus Mauors clypeo increpat, atque furentes
Bella mouens, immittit equos: illi æquore aperto
Ante Notos Zephyrumque volant: gemit vltima pulsu
Thraca pedum; circumque atræ formidinis ora,
Iræque insidiæque, dei comitatus,aguntur.
Talis equos alacer media inter prælia Turnus,
Fumantes sudore,quatit; (miserabile!) cæsis
Hostibus insultans; spargit rapida vngula rores
Sanguineos,mistâque cruor calcatur arenâ.
Iamque neci Sthenelumque dedit, Thamarimq;, Polumque:
Hunc congressus, & hunc; illum eminus. eminus ambos
Imbrasidas, Glaucum atque Laden: quos Imbrasus ipse
Nutrierat Lyciâ, paribusque onerauerat armis,
Vel cóferre manum, vel equo præuertere ventos.
Parte aliâ,media Eumedes in prælia fertur,
Antiqui proles bello præclara Dolonis:
Nomine auû referens; animo,manibusque parentem.
Qui quondam, castra vt Danaûm speculator adiret,
Ausus Pelidæ precium sibi poscere currum.
Illum Tydides alio pro talibus ausis

merus, χάλκεος ὄαυος. NVDATO capite.] *Scilicet depositâ galeâ, vt posset agnosci. Sanè quæritur; quomodo* nudato *dixerit? cùm suprà eum nusquam tecto induxerit capite. nam Nudatum est, quod fuit antè coopertum: Nudum verò dicitur, quod tectum antè non fuerat. Ergo aut* nudato, *pro* nudo *accipiamus; vt sit pro nomine participium: aut dicamus, tectum eum habuisse caput,cùm descendit ad campum. Nam legimus;* Sidereo flagrans clypeo, & cœlestibus armis. SVOS clamore vocabat.] *Vtrumque exercitum iam suum vocabat: vt talis fuerit eius clamor:* Cur in vos *inuicem mei ruitis?* QVÒ.] *& aduerbium potest esse, & nomen.* REPENS.] *Aut subitò; vt sit aduerbium, id est,repentè: vt,* Sole recens orto. *Aut* repens discordia, *pro repentinâ.* ME finite.] *Subaudiendum, concurrere. & est Zeugma.* FAXO.] *Id est, Faciam, confirmabo. & est archaismus.* ALIS allapsa sagitta est.] *Vtrùm alis stridens; an aliis adlapsa?* INCERTVM quâ pulsa manu.] *Hoc loco adhuc quidem, quasi dubitat: tamen intelligimus à Iuturnâ immissum quendam, qui vulneraret Aeneam. Quod paulò pòst Iuno dictura est de Iuturnâ; quod mouet:* Non vt tela tamen,non vt contenderet arcum. *minimè est mirandum. nam scimus,vnicuique imputari,quod alter in eius fecerit gratiam. sicut est,* Et potes in totidem classes conuertere Nymphas. *Aeneam autem ab hominibus vulneratum, indicat Iupiter, paulò pòst dicens:* Mortalin' decuit violari vulnere diuum. TVRBINE.] *Quòd improuisa. alij quò vehementer accipiunt.* PRESSA est insignis.] *Pressa, pro suppressa. & non* insignis gloria; *sed* insignis facti; *vt genitiuus casus magis sit.* ÆNEÆ vulnere.] *Hic propriè. est enim huic contrarium;* Et non sequitur de vulnere sanguis. Iactauit *autem, aut adeò fortis Aeneas & metuendus: aut adeò impium nefas visum est.* MOLITVR.] *Regit. & est Acyrologia: nam propriè* molitur, *est parat. Alij* molitur *mouet intelligunt, vel arripit,vel aptat.* HEBRI.] *Hebrus fluuius Thraciæ, iuxta Cypsala oppidum.* SANGVINEOS Mauors.] *Gaudens sanguine: αἱμοχαρής.* CLYPEO increpat.] *Sonat: alibi,arguit; vt,* Increpat vltrò Cunctantes socios. ANTE notos Zephyrumque.] *Id est,* ventos. VOLANT.] *Pro, vertuntur.* VLTIMA.] *Hoc est, tota. si enim gemit vltima: omnis sinè dubio.* THRACA.] *id est, Thracia. Cicero in de republica:* Colonia verò, quæ est deducta à Græcis in Asiam, Thracam, Italiam. *& non dixit Thraciam.* IRÆ'QVE insidiæque dei.] *Figurata elocutio, vario significatu. Id est, ostendens; & non tam virtute, sed insidijs comitatus.* ALACER.] *Quidam* alacer, *gestiens, & rei nouitate turbatus,volunt:* alacris *verò,lætus.* QVATIT.] *Exagitat.* MISERABILE cæsis.] *Id est, miserabiliter. Nomen pro aduerbio: vt,* Sanguinei lugubre ru-

bent. MISTA'QVE cruor.] *Hyppallage est: pro, misto cruore.* STHENELVM'QVE dedit, Thamyrumque. *Plura ἐμ... ...* AMBO.] *Antiquo more,* ambo. *Terentius:* Ambo opportunos vos volo. *Sicut superius dictum est: cùm hodie ambos dicamus.* IPSE nutrierat.] *Solent enim plerunque parentes, filios suos, alijs dare nutriendos. Vnde Persius.* Cum sapimus patruos. *Dicedo aũt,* ipse, *ignotæ personæ hoc pronomine addit dignitatem.* Lyciâ *autem, pro, in Lyciâ.* PARIBVS'Q. onerauerat armis.] *Scilicet, vt æqualiter dimicarent, æqualiter currerent.* ANTIQVI.] *Pro, nobilis & magni: vt,* vrbs antiqua fuit. *aut propriè* antiqui: *si referamus ad tempora scribentis.* DOLONIS.] *Cùm Troiani exploratorem, quem ad castra Græcorum mitterent, quærerent: hic Dolon exploratum se ire obtulit; si sibi equi Achillis pro præmio darentur. qui cùm isset, obuios habuit Diomeden & Vlyssen, similiter exploratores, missos ad castra Troiana: quem Diomedes & Vlysses vinctum ad arborem relinquentes, profecti ad castra Troiana, occisores abductis equis redeuntes occiderunt. Huius filium nunc inter Troianos à Turno dicit occisum.* PRO talibus ausis.] *Quæritur; quis ante hunc* ausis *dixerit.* AVSVS Pelidæ precium sibi poscere currus] *Difficilis hypallage. nam hoc vult dicere:* Qui *vt Achillis equos posset accipere, ire ausus est ad castra Græcorum. Ordo enim non procedit: qui vt iret, ausus est petere.* Currus *verò, pro curruum; ac per hoc, equorum, dixit.*

A

B

C

TORREM.] *Antiqui dicebant hic Torrus: postea hic Torris.* NVDATO capite.] *sinè galeâ, vt dignosceretur: quia mixti erant Troiani cum Rutulis.* GLORIA facti.] *scilicet, quis fuerit, qui tam magnam gloriam habuisset, ignoratur: scilicet, quis vulnerauerit Aeneam.* FORMIDINIS.] *Formido, iræ, insidiæ, comitantes Martem. ideò ait,* comitatus dei. EVMEDES.] *vocabatur Eumedes, vt auus: & filius erat Dolonis. Lege Homerum in Iliade. Diomedes interemit Dolonem, sperantem equos Achillis.* POM. Sabi.

MENTVM'QVE reducta Disijcit.] *In Romano libro,* Discidit *legitur. Sed in Oblongo,* Dissidit *habetur.* CLAVDVNTVR lumina noctem.] *Antiqui libri,* Mortem *habent.* QVÆ'VE ista repens.] *In libris aliquot antiquis,* Quoue *legitur. Sunt etiam, in quibus non* Repens; *sed* Recens *habeatur.* ME finite, atque auferte metus.] *in libris aliquot antiquis legere est,* Me finite, auferte metus; *sinè* Atq; CASVS'VE, deus'ue.] *Antiqua exemplaria legunt,* Casúsne deúsne. PROTERIT, aut raptas.] *Donatus* An *legit.* SANGVINEVS Mauors clypeo increpat.] *In Rom.lib.* Intonat *habetur.* ATRÆ formidinis ora.] *In Rom.lib.* Atra quippe ora *legitur.* THAMYRIN'Q.] *Et* Thamarim, *&* Thamarum, *&* Thamy-

Digitized by Google

A Thamyrum, in diuersis libris legitur. Quinetiam Taurum in aliquot habetur. EMINVS ambos.] Est & ambo. IMBRASIDAS, Glaucum, atque Laden.] Oblongus liber Hymbrasidas, & Hymbrasus habet per y: & Hyadem, non Laden. In aliquot alijs, Caden legitur. In Romano, Embrasidas, & Embrasus. VEL equo præuertere ventos. In veteribus aliquot exemplaribus, Equis habetur. MEDIA Eumedes in prælia fertur.] In libris plerisq; veteribus, Eumenides legitur. SIBI poscere currum.] Alibi legitur, Currus.

DON. RVIT ille recedens, Et miser oppositis à tergo inuoluitur aris, In caput, inque humeros.] Quum retrorsum Aulestes cederet, Messapo proterente, non se auertens, ne terga hosti nudaret, deceptus est, ararum obiectu non viso. illic quippe in caput, inq; humeros inuolutus côncidit. AC feruidus aduolat hastâ Messapus.] Festinandum enim fuit: vt ille sese colligeret, & tanti casus periret occasio. TELOQVE orantem multa trabali, Desuper altus equo grauiter ferit.] Multa orantem, trabali telo grauiter percussit. Trabale, telum est forte, vt sunt trabes. Quomodo autem grauiter ferierit, ipse Poëta descripsit: Graue, inquit, & forte
B satis habuit telum; quod facilè potuit dimitti eum pondere: quia ex summo descendit, quum ille equo portaretur. ATQVE ita fatur.] Qui enim infestus venerat, & habuit fortunæ suffragiũ; gratulationis suæ vocem misit: quòd insultaret exanimi. HOC habet.] Hoc est, benè se habet res. HÆC melior magnis data victima diuis.] Nunquid interrupti sunt actus nostri? sacrificandum numinibus fuit meliore victimâ: vota persoluimus. Cum ioco meliorem victimam dixit: quia in aram cecidit, & illic occisus est. CONCVRRVNT Itali, spoliantque calentia membra.] Auiditatem hîc Italorum expresiit, & nobilem auaritiam: qui antè ad detrahenda spolia conuolassent, quàm funus obruissent occisi. OBVIIS ambustum torrem Chorinæus ab arâ corripit, & venienti Ebuso, plagamque ferenti, Occupat os flammis.] Chorinæus Ebuso, id obuiàm venienti, plagamq; ferenti, obuius factus; quum se aduerteret in manus hostis perniciosè incidisse: rapuit ex arâ fustem ardentem, eumq; ori venienti, obiecit. ILLI ingens barba reluxit, Nidoremque ambusta dedit.] Duæ fuerunt occasiones: vna ignis sumpti ex arâ; altera, quòd occurrit facies, quæ barbæ fomite exceptum nutriret incendium. SVPER ipse secutus, Cæsariem læuâ turbati corripit hostis, Impres-
C soque genu nitens, terræ applicat ipsum: Sic rigido latus ense ferit.] Posteaquam flamma turbauit hominem, eiq; eripuit aspectum: aduolauit ille, implicuitq; eius comas læuâ; & nitens genu, superatum ad terram vsq; perduxit, impresitq; lateri eius rigidum gladium, hoc est, satis acutum. PODALIRIVS Alsum Pastorem, primâque acie per tela tuentem, Ense sequens, nudo superimminet: ille securi aduersi mediam frontem mentumq; reductâ Discidit, & sparso latè rigat arma cruore.] Podalirius, dum Alsum pastorem sequitur, propterea quòd ausus esset in primâ acie versari; ille ex aduerso veniens, inimici sui mediam frontem securi percusiit, tanto pondere, vt vsque ad mentum eius distenderet. quod ipsum factum est arte ferientis, qui post inflictam cædem reduxit dexteram. Veniens enim securis intulit plagam; & reducta, geminauit quod fecerat. Post tantam autem vim consecutus sanguis, cæsi arma perfudit. OLLI dura quies oculos, & ferreus vrget Somnus: in æternam clauduntur lumina noctem.] Est enim quies alia non dura, & non ferreus somnus, & nox non æterna: quibus qui vtuntur ad tempus, incolumem retinent vitam. AT pius Æneas dextram tendebat inermem, Nudato capite, atque suos clamore vocabat.] Quum illi hæc non sinè sacrilegij crimine gererent; Troianæ verò partes resistendi studio ducerentur; emersit idem ipse Aeneas pius, id est, deorum cultor, nudo capite, atque inermi dextrâ vt cognosceretur à suis, aut, ne ipse quoque ratus particeps esset, si fuisset armatus. Locutus est autem ad suos clamore magno: ne, secuti hostium desperationem, ipsi quoque sacrilegij sceleribus implicarentur. QVÒ ruitis.] Aliud est, ire, aut tendere aliud, ruere. Ruere, est inconsultè aliquid aggredi. cadentis enim more decipitur: non enim, quomodo vult, cadit, qui ruit. Dicitur enim casus violentiâ, non propriâ voluntate. QVÆVE ista repens discordia surgit?] Vel quò vos trahit surgens repentina discordia, & incautos decipit, in perniciem vestram perniciosè serpendo? Multa subiacebant, quæ pòst dici potuerunt: sed tempus non fuit, vt in superfluis moraretur. Reuocari enim à sceleribus debuerant, quos sacrilegij considerabat effectos esse participes. Cæterùm dicere potuit, ô ciues, ô sobrij, aut ô miseri vel inconsiderati; & alia, aut bona, aut iniuriosa. Dixit ergo ô tantummodò: &, ne vagaretur longiùs, ad ipsam rem, quæ necessariò fuerat dicenda, peruenit. O cohibete iras: ictum iam fœdus, & omnes Compositæ leges. mihi ius concurrere soli, Me sinite: auferte metus: ego fœdera faxo Firma manu, Turnum debent hæc iam mihi sacra.] Perfectum, inquit, iusiurandum est, & impletum: leges dictæ pacis & belli, quibus solus ipse obnoxius teneor. me solum fœdera nexuerunt: me pugnare permittite: nec vllus vos exagitet metus. virtute meâ firmabuntur gesta, quæ sacrilegorum temeritate unt. Læsa sacra necesse est Turni supplicijs expiari. Quanta in duobus diuersitas! in Turno metus; in Aeneâ constantia: in Turno diffidentia; in Aeneâ eminens virtus, & procul exclusa formido. Postremò, quæ Turnus horrescit ac timet; Aeneas exoptat, & securus amplectitur. HAS inter voces, media inter talia verba, Ecce viro, stridens alis, allapsa sagitta est; Incertum quâ pulsa manu, quo turbine adacta. Quis tãtam Rutulis laudem, casúsne, deúsne, Attulerit; pressa est insignis gloria facti: Nec sese Æneæ iactauit vulnere quisquam.] Propè aderat, vt impleretur Iunonis dictum. suprà enim ait: FORSAN miseros meliora sequentur.] Ecce, ictus erat Aeneas: non cuiuspiam virtute; sed casu. nã à certamine reuocat suos, dum nudo capite atque inermi dextrâ loquitur; incertum, cuius captatus insidijs, sagittâ percussus est. huius autem latêre author maluit, quàm sese de tanti herois aduerso iactare. TVRNVS, vt Æneam cedentem ex agmine vidit, Turbatosque duces.] Vidit, non semel accipiendum est: vt sit, Vidit Aeneam cedentem; vidit turbatos duces. Compendiosa narratio; in quâ etiam non dicta possunt intelligi. non enim descripsit Aeneam cedentem ex agmine, aut duces turbatos: sed, quasi iam dixisset, sic Turnum asseruit hæc vidisse. SVBITA spe feruidus ardet: Poscit equos, atque arma simul, saltuq; superbus.] Huius mali occasione arreptâ, Turnus audere cœpit: vt vulnerato insisteret; qui congredi antè non audebat. Poscere igitur equos cœpit, atque arma: & exsultantium more, quasi superior esset effectus, gratulabatur de hostis aduerso. EMICAT in currum, & manibus molitur habenas.] Emicat in currum, hoc est, dum se iactat, transscendit in currum luxurians: & habenas equorum temperabat manibus suis; suscepto rectoris officio. MVLTA virûm volitans dat fortia corpora letho: Semineces voluit multos; aut agmina curru Proterit; aut raptas furentibus ingerit hastas.] Existimans Turnus, lethali vulnere Aeneam esse percussum, ingenti lætitiâ ferebatur: vsque adeò, vt in aliorum necem iam îret, quasi de confecto potiore securus. multos interea fortes viros strauerat: multos dimittebat semineces: proterebat alios curru, equorum scilicet pedibus, & rotarum impulsu nonnullis quum fugerent, hastas ingerebat. An suas raptas hastas ingesserit hostibus; an hostibus raptas, id est, sublatas; incertum est. melius est tamen, vt suas rapuisse, & hostibus ingessisse videatur. QVALIS apud gelidi quum flumina concitus Hebri Sanguineus Mauors clypeo incre-

pat, atque furentes Bella mouens immittit equos: illi equore aperto Ante notos Zephyrumq; volant: gemit vltima pulsu Thraca pedum, circumque atræ formidinis ora, Iræque insidiæque dei comitatus, aguntur.] *Quemadmodum, inquit, solet Mars sanguineus: non ipse sanguineus, sed per quem sanguis effunditur. omnis enim pugna, sine sanguine esse non potest.* APVD Hebri, *inquit*, flumina.] *Ipse fluuius Heber dicitur. & dixit* Hebri flumina: *vt illum appareat per multa ora effundi.* CLYPEO increpat.] *strepit enim scutum, quum fortè pugnatur: quia concussum sonat. Vel quemadmodum equos furentes Mars dimittit per campum: illi verò, acceptâ potestate, cursu præueniunt ventos. Terra autem, pulsata crebris vngularum ictibus, gemit; & vltima pulsu pedum Thrácia contremiscit: & illic sinè metu atque irâ nihil est; ac sinè insidijs nihil.* TALIS equos alacer media inter prælia Turnus, Fumantes sudore, quatit.] *Sic & Turnus agebat equos suos, fumantes ex sudore, vt ardere putarentur interiùs.* (MISERABILE) cæsis Hostibus insultans.] *Tantas faciebat cædes, cum insultatione plenâ: vt actus eius sic sinè miseratione videri non possent.* SPARGIT rapida vngula rores Sanguineos.] *Nimietatem fusi sanguinis expressit: vt qui currentes, quasi quosdam rores sanguineos spargerent vngulis suis.* MIXTAQVE cruor calcatur arenâ.] *Diuersitatem quandam fecit in descriptione copiosi sanguinis; vt pars eius equorum pedibus, ad vicem roris, spargeretur; vngulis premeretur altera.* IAMQVE neci Sthenelumque dedit, Thamirumq;, Pholumque.] *A generali descriptione cæsorum, ad specialem, transitum fecit: assignans, vno loco tres datos neci; Sthenelum, Thamirum, Polumq;.* Quod tan-*tùm semel posuit,* Dedit: *nos tribus aptemus. Transit ad aliorum necem.* HVNC congressus, & hunc; illum eminus.] *Non hunc & hunc congressus occidit: sed congressus dedit neci hunc & hunc. dicit iam, quomodo illum eminus, alterum comminus, hoc est, vnum gladio, alterum hastâ, deiecit eminus.* AMBOS Imbrasidas, Glaucum atque Ladē.] *Imbrasi filios, Glaucum & Laden, congressus est: illum eminus; alterum comminus neci dedit. Quod enim suprà dixit;* Iamque neci Sthenelumque dedit, Thamirumque, Pholumque: *etiam ad Imbrasi filios pertinet, Glaucum & Laden. quorum primò dixit necem esse perfectam: & dehinc eorum patrem nominauit.* QVOS Imbrasus ipsa Nutrierat Lyciâ, paribusque onerauerat armis.] *Dixit nomina ipsorum; designauit & numerum: patris & regionis ipsorum nomen ostendit; &, quemadmodum sint nutriti, atque armis paribus muniti viderentur. Exponit iam, quid sit.* PARIBVSQVE onerauerat armis. Vel conferre manum; vel equo præuertere ventos.] *Ipsa erant paria arma: vt ambo nossent congredi pedestri certamine; ambo ex equo pugnare.* PARTE aliâ, media Eumedes in prælia fertur, Antiqui proles bello præclara Dolonis: Nomine auū referens; animo, manibusq; parentē. Qui quondā, castra vt Danaū speculator adiret, Ausus Pelidæ preciū sibi poscere curr9.] *Dicitur origo istius: & propter plenā personæ cognitionē, parentū quoq; eius repellitur fabula. Ipsius enim gesta narrantur. Filius, inquit, Dolonis Eumedes.* Eumedes *nepos summi viri, & in bello probatissimi, nō minore virtutis robore patri progenitus. Hic Dolon tantâ cōstantiâ fuit: vt belli Troiani tempore, in Castra Græcorū speculator iret, & sibi pro laboris cōmodo, decernerētur Achillis currus.*

A

B

Affecit precio: nec equis aspirat Achillis.
Hunc procul vt campo Turnus conspexit aperto,
Antè leui iaculo longum per inane secutus,
Sistit equos biiuges, & curru desilit: atque
Semianimi elapsoque superuenit; & pede collo
Impresso, dextræ mucronem extorquet; & alto
Fulgentem tinxit iugulo: atque hæc insuper addit:
En agros, & quam bello, Troiane, petisti
Hesperiam, metire iacens. hæc præmia, qui me
Ferro ausi tentare, ferunt: sic mœnia condunt.
Huic comitem Buten coniectâ cuspide mittit;
Chloreaq;, Sibarimq;, Daretaq;, Thersilochumq;,
Et sternacis equi lapsum ceruice Thymœten.
Ac velut Edoni Boreę cùm spiritus alto
Insonat Ægæo, sequiturque ad littora fluctus,
Quà venti incubuêre, fugam dant nubila cœlo:
Sic Turno, quacunque viam secat, agmina cedunt;
Conuersęque ruunt acies: fert impetus ipsum,
Et cristam aduerso curru quatit aura volantem.
Non tulit instantē Phegeus, animisq; frementem.
Obiecit sese ad currum, & spumantia frænis
Ora citatorum dextrâ detorsit equorum.
Dum trahitur, pendetq; iugis, hunc lata retectum
Lancea consequitur, rumpitque infixa bilicem
Loricam, & summum degustat vulnere corpus.
Ille tamen clypeo obiecto conuersus in hostem
Ibat, & auxilium stricto mucrone petebat:
Quem rota præcipitem, & procursu concitus axis
Impulit, effuditque solo. Turnusque secutus,
Imam inter galeam, summi thoracis & oras,
Abstulit ense caput, truncumq; reliquit arenâ.
Atq; ea dum campis victor dat funera Turnus:
Interea Æneam Mnestheus, & fidus Achates,
Ascaniusquē comes castris statuēre cruentum;
Alternos longâ nitentem cuspide gressus.
Sæuit, & infractâ luctatur arundine telum

SER. AFFECIT precio.] *Modò pœnam significat: nam preciū est τῶν μισθῶν. Terentius:* Ergo preciū ob stultitiam fero. *Vnde & Græci τιμωρίαν, pœnam vocant, ἀπὸ τῆς τιμῆς, quod est precium.* NEC equis aspirat Achillis.] Aspirat, *apud maiores*, accedit *significat. Cicero:* Nūquam aspirauit ad curiam. *Sed hic figuratè dixit* Aspirat equis, *pro*, ad equos, *id est, occisus est, nec ad equos Achillis accessit. Melius tamen est, vt Diomeden intelligamus. vt sit sensus: Diomedes occidit Dolonem, qui equos Achillis ausus est petere: quos nec ille, qui eum occidit, poposcit. Sanè* adspirat *est tractum ab his, qui insequentes spiritu suo proximos adflant.* LONGVM per inane.] *Hoc est, per longum spatium.* SECVTVS iaculo.] *Pro*, insecutus: *vel certè è longinquo eum antè iaculo vulnerauit.* ELAPSOQVE.] *Pro*, lapso. DEXTRÆ mucronem extorquet.] *Quasi prooeconomia est: vt non eum suo interimat gladio; ne agnoscat, quod Metisci est, & suum requirat: quo facto perire poterat, sequente fracti gladij œconomia.* TINGIT iugulo.] *Hic non significat inficit, vt,* Tinge nouo mecum direptis crura cothurnis: *sed demersit in iugulum; vt ibi,* Stygiâ candentem tinxerat vndâ; *imbuerat, durârat, significat.* EN agros.] *Subauditur, quos victore Aeneâ te accipere posse credebas, corpore tuo metire. metiuntur autem agros, qui colonis adsignant. Indè enim Sarcasmus factus est. nā consuetudo erat, vt victores Imperatores, agros militibus suis darent: vt in historijs legimus. Item in Lucano;* An meliùs fient piratæ, Magne, coloni. *Et hoc est, quod suprà ait,* Hostibus insultans. STERNACIS equi.] *Ferocis, qui facilè sternit sedentem. Quidam pro pauidi accipiunt: consternati enim equi dicuntur.* EDONI Boreæ.] *Thracij. nam Edon mons est Thraciæ. Sanè sciendum, hoc loco errasse Donatum; qui dixit Edonij legendum: vt do breuis sit, secundùm Lucanum, qui dicit,* Edonis Ogygio decurrit plena Lyæo.

C

Namq;

Eripere, auxilioque viam, quæ proxima, poscit:
Ense secent lato vulnus, telique latebram
Rescindant penitùs, seseque in bella remittant.

A *Namq; certum est, Systolen fecisse Lucanũ. Vnde* Edoni *legendũ est: vt sit, hic Edonus, huius Edoni. Stat. & Vergiliũ, & arte secutus, ait:* Tristiùs Edonus hyemes Hebrúmque niualem: *Non Edonias.* ÆGÆO.] *Mari scilicet; sicut sequentia indicant.* SEQVITVR'QVE ad littora fluctus.] *Nam malè ait Donatus, montem esse, vnde flat Boreas: cùm certum sit, eum de Hyperboreis montibus flare. Quidam* fluctus *meliùs numero singulari accipiendum putant.* QVA venti incubuêre.] *Pro, quà ventus. Boream enim solum dixit.* FVGAM dant.] *Pro, fugiunt. vt alibi,* Defensum dabit. QVATIT volantem.] *Vt,* Oblimet inermeis, INSTANTEM Phegeus.] *Aut sibi, aut omnibus.* AD currum.] *Pro, currui se obiecit.* CITATORVM.] *Aphæresis: pro, concitatorum.* PENDET'QVE iugis.] *Pro, iugo. vt,* Ausus Pælidæ pretium sibi poscere currus. LANCEA.] *Rarò lectũ: & est telum missile.* BILICEM Loricam.] Li *longa est, & accentum habet; sicut Bifidum,* si *producitur: quia & fila, & licia, dicimus.* DEGVSTAT corpus.] *leuiter tangit, id est, stringit: propter exiguitatem*
B *sanguinis. vnde è contrario de alto vulnere ait;* Virgineúmque altè bibit acta cruorem. DVCTO mucrone.] *Id est, educto.* PROCVRSV.] *Impetu. & est procursu, vna pars orationis.* SÆVIT.] *Scilicet, quia non potest in bella procedere: vel quòd abstractus à bellis sit. Et bene viro forti seruat dignitatem, qui nihil molliter facit in tam aspero vulnere. nam ideò ait,* Infractâ luctatur arundine. ENSE secent lato vulnus.] *Quidam* lato *ita dictum accipiunt, vt quasi ipso iubente, ne scalpello, aut aliquo ferramento minore, sed ense, & hoc lato: quod cum maiore dolore, dummodò extractâ sagittâ, remittant eum quamprimùm ad pugnam alij* lato, *pro* latè *tradunt. Vbiq; tamen animum viri fortis expresit.*

POM. Sabi. ADFECIT precio.] *pro pœnâ. nam pœna fuit illi iustum precium.* ÆDONI.] *Aedones, populi sunt Thraciæ: vnde nunc Aedonius Boreas. & quámuis apud Græcos sit* a *do, Latini tamen breue fecerunt.* POSCIT.] *viam euellendi sagittas.*

VAR. Lect. CAMPO Turnus conspexit aperto.] *In Romano libro legere est,* Prospexit. FVLGENTEM tinxit iugulo.] *In Mediceo* Tingit *legitur.* HVIC comitem Buten, *Antiqua emplaria,* Asbutem *hîc legunt.* SIBARIM'Q.
C *In libris aliquot* Sabarim *legitur. In nomullis antiquis* Hasbarim: *est & vbi* Fabarim *legas.* AC veluti Edoni Boreæ.] *In libris antiquis* Edonij *scribitur.* ORA citatorum dextrâ contorsit equorum.] *In Mediceo, & antiquis alijs libris,* Detorsit *scriptum obseruaui.* DVM trahitur, pendetque iugis, hunc lata retectum.] *In libris antiquis legere est,* Pendentque iugis hîc. *Sunt etiam libri, qui pro* Retectum *legant* Relictum. IBAT, & auxilium stricto mucrone petebat.] *In veteribus aliquot libris legere est,* Auxilium educto mucrone. *In aliquot alijs,* Ducto à mucrone. *Alij malunt,* Ducto mucrone. PROCVRSV concitus axis.] *Aliqui* Procursu; *sed malè.* IMPVLIT, effuditque solo.] *In aliquot exemplaribus,* Effundit *est.* TRVNCVM'QVE reliquit arenâ.] *In aliquot libris,* Relinquit *est. Est & in plerisque,* Arenæ. ASCANIVS'QVE comes castris.] *In Romano libro,* Ascaniusque puer; *non* Comes, *legitur.*

DON. ILLVM Tydides alio pro talibus ausis Affecit precio; neque equis aspirat Achillis.] *Hoc promissum nec aggressus est, nec impleuit. rapuit enim eius vitam Diomedes; & concilia eius, virtutis authoritate frauerit; eumq; docuit spolia non quærere fortioris.* HVNC procul.] *Hoc est, Eumedem iuniorem.* VT campo Turnus prospexit aperto, Antè leui iaculo longum per inane secutus.] *Hunc Turnus quum procul vidisset: (fuit enim longiùs videndi procliuis occasio; cùm hanc daret æqualitas diffusa camporum) auiditate feriendi prouocatus, iaculo potius celeri, quàm manibus tenuit. Potuit enim maturiùs fieri, vt per inane volitans hasta, ipsum aduentum Turni præueniret, & vinceret.* Sistit equos bijuges, & curru desilit, atque Semianimi lapso superuenit.] *Ecce, quantum profuit missi celeritas iaculi: si, ad eum Turnus cùm superuenit, iam lapsus, iam semianimis fuit.* ET pede collo impresso, dextræ mucronem extorquet, & alto Fulgentem tinxit iugulo.] *Quæ quum ita essent: pressit pede collum eius ad terram; & suo illum gladio iugulauit. Iratum voluit Turnum ostendere: vt morienti etiam gladium alium secaret in iugulum. Cæterùm & hoc non fecisset, moreretur ex primo vulnere. vsq; adeò commotum expresit, vt sequerentur & verba, quæ congruerent facto.* ATQVE hæc insuper addit: En agros, & quam bello Troiane, petisti Hesperiam, metire iacens. hæc præmia, qui me Ferro ausi tentare, ferunt; sic mœnia condunt.] *Vera insultantis vox. Habes inquit, Troiane, quod votis tuis prouenire cupiebas. iaces in agris Hesperiæ: & spatio corporis tui, quàm lati sunt, potes metiri, si velis. Hunc habent exitum, qui me prouocant bello; & tale sibi domicilium condunt.* HVIC comitem Asbutem coniectâ cuspide mittit.] *Asbutem Eumedi comitem mittit, coniectâ cuspide, id est, missa.* CHLOREA'QVE, Sibarimq;, Daretaque, Thersilochumque, Et sternacis equi lapsum ceruice Thymœten.] *Comitem huic mittit, ad singulos pertinet, quorum complexus est nomina. Omnes, inquit, hastâ deiecit. Thymœtes autem sternacis equi ceruice deceptus est. Quid sit* sternacis equi, *ex facto colligere possumus: eius enim genibus fixis, per ceruicem lapsum equitem fudit.* AC velut Edoni Boreæ quum spiritus alto Insonat Ægæo, sequiturque ad littora fluctus, Quà venti incubuêre, fugam dant nubila cœlo: Sic Turno, quacunque viam secat, agmina cedunt; Conuersaque ruunt acies: fert impetus ipsum, Et cristam aduerso curru quatit aura volantem.] *παραβολὴ inducta est ostendens Turni discursus & gesta. Vt solent, inquit, Boreæ venti flatus fortissimi pelagus commouere, ac dare sonum, & fluctus in littora voluere, & in eam partem vrgere impetus suos, quà incubuerit ventus: sic cedebant Turno agmina, quacunque tendebat.* NON tulit instantem Phegeus, animisque frementem.] *Non tulit, hoc est, non est passus Phegeus, hominem sic ferri; atq; ita sæuire impunè in omnes.* OBIECIT sese ad currum, & spumantia frænis Ora citatorum dextrâ detorsit equorum.] *Mira hominis virtus, & singularis audacia: vt iret ad currum; nec metueret superiorem hostem: Impetum quoque equorum currentium frangeret, & torqueret in aliam partem.* DVM trahitur, pendetque iugis.] *Ex eo, quòd vnus currus vnum habeat iugum, sic exponunt plerique; quasi pluralem numerum pro singulari Poëta posuerit. Nos contrà sentimus: qui enim ora citatorum dextrâ detorsit equorum; proculdubiò frænos tenuit, non iugum: & non iugo pendebat, sed iugis, hoc est, frænis iunctorum equorum. vt hoc ei ad virtutem accedat; quòd bijuges pleno ictu currentes nitebatur vincere. Rectè etiam* Trahitur *dixit: vt partem potiorẽ daret virtuti equorum citatorũ; parti verò fortitudini retinentis. Qui enim pendens trahebatur, euicerat aliquid: sed duorũ equorũ latus, qui impediti frænis, & hominis pondere, durabãt tamẽ & trahebant perseuerantem.* HVNC lata retectũ Lancea cõsequitur, rumpitque infixa bilicem Loricam, & summum degustat vulnere corpus.] *Quum traheretur, inquit, pendens lanceã ingenti de summo percussus est. & quia difficultas feriendi inter equorum capita fuit, & ictu lorica robur fortioris obstabat; lethale vulnus infigi non potuit: degustauit tamen eius sanguinem ferrum.* ILLE tamen clypeo obiecto conuersus in hostem ibat, & auxilium stricto

mucrone petebat.] Ille, excepto licèt leui vulnere, in ipſum hoſtem cœperat tendere; obijciens ſcutum, & fidens auxilio gladij, quem ſtrictum tenebat, hoc eſt, paratum ad feriendum. QVEM rota præcipitem, & procurſu concitus axis Impulit, effuditque ſolo.] Hunc, qui ſcutum obijciebat, rota & axis, quum procurrent, dederunt præcipitem: quod facilè fieri non potuit. vbi ſuit periculum duplex: aliud quippe axis & rotarũ incurrit; dum haſtam vitare contendit. Plus enim diſcriminis ſperabatur è ſummo: & ipſe fuerat feriendus, qui valebat. Dum igitur ſuperiora reſpicit, ſicut dictum eſt, impulſu axis & rotæ proſtratus eſt. Procurſu quod ait, vna pars eſt ſententiæ; quaſi porrò tenens curſum. Hunc procurſum, vt meliùs exprimeret; addit Concitus axis: vt apertiùs oſtenderet, quid eſſet Procurſus. TVRNVSQVE ſecutus, Imam inter galeam, ſummi thoracis, & oras, Abſtulit enſe caput, truncumq; reliquit arenæ.] Mox, inquit, vt ille prouolutus iacuit; ilicò ſecutus eſt Turnus: & inter loricæ fines & galeæ, caput eius gladio abſcidit; relinquens arenæ truncum corporis. ATQVE ea dum campis victor dat funera Turnus: Interea Æneam Mneſtheus, & fidus Achates, Aſcaniusque puer, caſtris ſtatuêre cruentum; alternos longâ nitentem cuſpide greſſus.] Dum hæc ageret Turnus, & tot funera victor daret in campo: Aeneas, vel Troiani cum eo, quid agerent, dicitur. Mneſtheus atque Achates, inquit, & Aſcanius, licèt adhuc puer; ſciens tamen, quid patri vel maximè vulnerato deberetur; ſtatuerunt eum caſtris, cruentum

A ex vulnere; auxilio haſtæ mouentem greſſus. Vbi percuſſum deſcribit, non oſtendit Poëta vulneris locum: ſed quum dicit; Alternos longâ nitentem cuſpide greſſus; intelligere poſſumus, ſagittam pedi eius inhæſiſſe. SÆVIT.] Non ſæuiebat ex vulnere: ſed quod tardaretur ex bello. Demq; ſequitur: ET infracto luctatur arundine telum Eripere.] Ecce, impatiens animus viri fortis non exſpectauit, vt ordine medicinæ ſagitta extraheretur ex vulnere. moras enim non ferebat: quæ fuerant properanti contrariæ. Manu, inquit, propriâ arundinem cupiebat infringere, ferrumq; ipſum eripere. Eripere, eſt non trahere paulatim; ſed ſemel rapere. quod fieri ſinè magno corporis malo non potuit: vt, qui properabat ad campum, & maioris curæ cauſam necteret. AVXILIOQVE viam, quæ proxima, poſcit: Enſe ſecent lato vulnus.] Quia ſagittam non poterat rapere; cùm hamis interiùs teneretur: dicebat proximam eſſe auxilio viam, id eſt, facilius eſſe, & celerius prouenire poſſe remedium, vt lato enſe ſecent vulnus. TELIQVE latebras Reſcindant penitùs, ſeſeq; in bella remittant.] Quoniam illo tempore odioſas habuit moras: totum, quod volebat effici, moras afferre, non compendium potuit. nam ſagittam rapere, & lato enſe penitus ſecare latebram teli, augmentum vulneris fuit: ex augmento ipſo maior dolor, & longi tempo- B ris cura. Totum igitur properanti (vt dictum eſt) contrarium fuit. ſed totum redigitur ad animum viri fortis, ardentis in bellum: qui dolores omnes fidebat poſſe ſe tolerare, & vincere ſuſtinendo; ſi ſagittá caruiſſet.

SER. IAPIX.] Aptum nomen medico. nam ἰᾶσθαι Græci dicunt curare. AVGVRIVM citharamque dedit.] Vera lectio eſt, dabat: nam non dedit. Sanè per citharam, ſcientiam indicat harmoniæ, id eſt, muſicæ. Sed & cithara, & ſagittæ, artes ſunt; augurium verò, munus. non enim ſolá arte; verùm etiam indulteâ diuinitate colligitur. VT depoſiti.] Id eſt, deſperati. nam apud veteres conſuetudo erat, vt deſperati ante ianuas ſuas collocarentur: vel vt extremum ſpiritum redderent terræ; vel vt poſſent à tranſeuntibus fortè curari, qui aliquãdo ſimili laborauerant morbo. Cicero: Ægram & propè depoſitam reipublicæ partem ſuſcepiſſe. Statius in Thebaid. Ferte depoſitis opem. POTESTATES herbarum.] Vim, poſſibilitatem. nam in herbarum curâ vis eſt, quæ δύναμις dicitur; nulla ratio. vnde etiam ait, Mutas artes, muſicæ comparatione licèt alij, mutas artes, tactum venæ velint. Alij mutas, quia apud veteres manibus magis medicina tractata eſt: vnde & Chirurgia dicta. nam ipſe ait, Multa manu medicâ, Phœbiq; potentibus herbis. Ergo mutas: quia, vbi manu res agebatur, ceſſabat

Iamque aderat Phœbo ante alios dilectus Iapix
Iaſides; acri quondam cui captus amore
Ipſe ſuas artes, ſua munera lætus Apollo,
Augurium, citharamque dabat, celeresq; ſagittas.
Ille, vt depoſiti proferre fata parentis,
Scire poteſtates herbarum vſumque medendi
Maluit, & mutas agitare inglorius artes.
Stabat, acerba fremens, ingentem nixus in haſtam
Æneas; magno iuuenum & mœrentis Iũli
Concurſu, lachrymiſque immobilis. ille retorto
Pæonium in morem ſenior ſuccinctus amictu,
Multa manu medicâ, Phœbiq; potentibus herbis,
Nequicquam trepidat; nequicquã ſpicula dextrâ
Sollicitat, prenſatque tenaci forcipe ferrum.
Nulla viam fortuna regit; nihil author Apollo
Subuenit: & ſæuus campis magis ac magis horror
Crebreſcit; propiusque malum eſt. iam puluere cœlum
Stare vident: ſubeunt equites; & ſpicula caſtris
Denſa cadunt medijs: it triſtis ad æthera clamor
Bellantum iuuenum, & duro ſub Marte cadentum.
Tùm Venus, indigno nati concuſſa dolore,
Dictamnum genitrix Cretæâ carpit ab Idâ,
Puberibus caulem folijs, & flore comantem
Purpureo: non illa feris incognita capris
Gramina, cùm tergo volucres hæſêre ſagittæ.
Hoc Venus, obſcuro faciem circumdata nimbo,
Detulit: hoc fuſum labris ſplendentibus amnem
Inficit occultè medicans, ſpargitque ſalubreis
Ambroſiæ ſuccos, & odoriferam panaceam.
Fouit eâ vulnus lymphâ longæuus Iapix.
Ignorans: ſubitoque omnis de corpore fugit
Quippe dolor; omnis ſtetit imo in vulnere ſanguis.
Iamque ſecuta manum, nullo cogente, ſagitta
Excidit, atque nouæ rediêre in priſtina vires.
Arma citi properate viro: quid ſtatis? Iapix
Conclamat, primusque animos accêdit in hoſtem.
Non hæc humanis opibus, non arte magiſtrâ
Proueniunt: neque te, Ænea, mea dextera ſeruat:

oratio. VSVMQVE medendi.] ἐμπειρίαν, ſcientiam; hoc eſt, medicinam: in vſu, non in ratione conſtantẽ. Nam quædam artes vſu diſcuntur: ſicut ipſa maximâ parte medicinæ; quæ antè Hippocratem muta fuit. INGLORIVS.] Comparatione ſagittarum, harmoniæ, id eſt, muſicæ, & diuinitatis. MALVIT.] Quoniam heroicis temporibus, etiam medicina valde fuerat in honore. ACERBA fremens.] Pro, acerbè. aduerbium qualitatis, in C nomen deriuatũ. LACHRYMISQVE immobilis.] Non ſuis; ſed illorum. PÆONIVM in morem.] Medicinalem; à Pæone. Nam Doricæ linguæ eſt Pæan: naturale autem, eſt Pæon. MVLTA.] Pro, multùm. TREPIDAT.] Pro, trepidanter facit. FORCIPE ferrum.] Hic forcipẽ dixit, quod Græci ἀρδιοθήρας dicunt: quâ ſolent ſpicula vulneribus euelli. ἄρδια enim, ſpicula ſagittarum appellantur. Alibi forcipem, quòd forbum, id eſt, calidum, capiunt. NVLLA viam fortuna regit.] Nullus euentus rationem præſtat. NIHIL autor Apollo.] Medicinæ inuentor. Nam Aeſculapius præeſt medicinæ, quam Apollo inuenit. Ipſe in Ouidij Metamorphoſi ait; Inuentum

Digitized by Google

Maior agit deus, atque opera ad maiora remittit.
Ille auidus pugnæ, suras incluserat auro
Hinc atque hinc: oditque moras, hastamque coruscat.
Postquam habilis lateri clypeus, loricaq; tergo est:
Ascanium fusis circùm complectitur armis;
Summaque per galeam delibans oscula, fatur.
Disce, puer, virtutem ex me, verumque laborem:
Fortunam ex alijs. nunc te mea dextera bello
Defensum dabit, & magna inter præmia ducet.
Tu facito, mox, cùm matura adoleuerit ætas,
Sis memor; & te, animo repetentem exempla tuorum,
Et pater Æneas, & auunculus excitet Hector.
Hæc vbi dicta dedit: portis sese extulit altis,
Telum immane manu quatiens. simul agmine denso
Anteus Mnestheusque ruunt: omnisque relictis
Turba fluit castris. tum cæco puluere campus
Miscetur, pulsuque pedum tremit excita tellus.
Vidit ab aduerso venientes aggere Turnus
Vidêre Ausonij: gelidusque per ima cucurrit
Ossa tremor. prima ante omneis Iuturna Latinos
Audijt, agnouitque sonum; & tremefacta refugit.
Ille volat, campoque atrum rapit agmen aperto.
Qualis vbi ad terras abrupto sidere nimbus
It mare per medium: (miseris, heu, præscia longè
Horrescunt corda agricolis: dabit ille ruinas
Arboribus, stragemque satis; ruet omnia latè.
Antè volant, sonitumque ferunt ad littora venti)
Talis in aduersos ductor Rhœteius hostes
Agmen agit: densi cuneis se quisque coactis
Agglomerant. ferit ense grauem Thymbræus Osirim;
Archetium Mnestheus, Epulonem obtruncat Achates;
Vfentemque Gyas. cadit ipse Tolumnius augur;
Primus in aduersos telum qui torserat hostes.
Tollitur in cœlum clamor: versique vicissim
Puluerulenta fugâ Rutuli dant terga per agros.
Ipse neque aduersos dignatur sternere morti:

A uentum Medicina meû est. PROPIVS'QVE malum.] *Ex fugâ scilicet Troianorum.* STARE.] *Plenum esse. vt alibi;* Stat puluere cœlum. Et, *Stant & iuniperi. Alij* stare, *constare intelligunt: vt significet, puluere cœlum constat, id est, in puluerem versum est, & quasi totum ex puluere est. Alij, diutinum puluere & continuum significatum volunt; inumbrationemq; ex eo solis, & cœli factam: id est, non moueri cœlum, sed consistere; eundemq; manere habitum aëris, ex continuâ caligine pulueris, obducto semel cœlo, & quasi ab oculis intercluso.* Hîc venus.] *Genitrix.* INDI-
B GNO dolore. *Qui fuerat natus ex vulnere indignè illato; scilicet per insidias.* DICTAMNVM.] *Hæc herba licèt vbique nascatur: melior in Cretâ est, quæ Dicta dicitur: vnde proprium herbæ nomen. Hæc admota vulneri, in quo ferrum est, extrahit ferrum: intantum, vt animalia apud Cretam, cùm fuerint vulnerata, ad hanc herbam currant, eâque depastâ, tela corpore dicantur excutere. Hæc herba hausta, etiam venena corpore exigere dicitur.* PVBERIBVS caulem folijs.] *Hoc est, adultis. sic in quarto,* Pubentes herbæ. *Et est reciproca inter her-*
C *bas & homines translatio. nam & herbarum pubertatem, & florem iuuentutis vocamus.* Caulem *autem, medium fruticis, qui vulgo τόρος dicitur. De hac herbâ in quarto libro Aeneidos ait, vbi de vulneratâ ceruâ:* Illa fugâ syluas saltusque peragrat Dictæos. GRAMINA.] *Hic pro herba. nam est hoc nomine alia herba, quæ in immensum excrescit.* FACIEM circumdata.] *A parte totum corpus accipimus. Et putatur sic dictum; vt,* Faciem mutatus & ora cupido. FVSVM amnem.] *Pro aquâ. A toto partem. sic suprà,* Fontemque ignemque ferebant. AMBROSIÆ succos.] *Ambrosia est cibus deorum: nam Nectar potus. Alibi, Ambrosia vnguentum deorum legitur:* Ambrosiæque comæ diuinum vertice odorem. *Ambrosia, ab immortalitate dicta. α enim sine, βροτὸς, mortalis.* PANACEAM. *Genus herbæ est. Sciendum tamen, Lucretium panaceam vbique salem dicere. vnde possumus & hoc loco salem intelligere: nam omnem pellit dolorem. Sed meliùs herbam; quia ait* odoriferam. *Alij panaceam medicamentum dicunt, ex compluribus herbis compositum, quod ad omne vulnus facit. Hanc herbam Hercules, contra vim venenorum, Thessalis dicitur præstitisse. Sanè nomen mirè compositum.* QVIPPE dolor.] *quasi dolor. cuius natura hæc est, vt adhibito remedio statim recedat. Nam dolor consequens res est; non principalis. vnde, sublatâ caussâ, etiam ipse statim recedit. Hinc ait,* quippe. *nam infusa aqua, inhærens laxare cœperat telum; quod antè inferebat dolorem.* IAM'QVE secuta manu.]

Leniter tentantis, secuta est. IN pristina.] *In vsum priorem: Hoc est, quales fuerunt pristinæ. vel* nouæ, *magnas aut miræ.* ARMA citi properate viro.] *Suo more ostendit festinationem. antè induxit loquentem, quàm significaret qui loqueretur. Atqui, sicut nos* Properare, *festinare dicimus: ita antiqui pro Dare dicebant. Sallustius:* Solas festinate. NON hæc humanis opibus.] *Potest subaudiri & antè, humana.* MAIOR agit deus.] *Apollo scilicet, inuentor medicinæ. Hoc est: hæc agit maior.* HABILIS lateri clypeus.] *Et hîc expressa festinatio est.* LORICA'QVE tergo est.] *Quare tergo tantùm totum ambiat corpus? Aut quia latus clypeo dixerat tectum; supererat, vt tergum loricâ muniret.* SVMMA'QVE per galeam.] *Decenter galeam quoque tùm induisse significat.* VERVM'QVE laborem.] *Quem per me ipse suscipio: non qui ex aliorum virtute imperatoribus asscribi consueuit.* FORTVNAM ex alijs.] *Subaudimus, opta. neque enim fortuna discitur. Quidam autem defectionem putant; & deesse volunt; Pete, aut Accipe. Alij figuram volunt: pro, quid fortuna sit, ex alijs disce: cum & bona & mala sit fortuna; quid valeat dea hæc ex alijs disce vult enim intelligi, se aduersâ vsum. Et est Zeugma non integrum.* DEFENSVM dabit.] *Pro, defendet.* INTER præmia.] *Inter, veteres pro ad ponebant: id est, ad præmia. Cicero:* Dico te priore nocte venisse inter falcarios: *id est, ad falcarios.* MATVRA adoleuerit ætas.] *Matura adolescendo esse cœperit.* SIS memor.] *Subaudiendum, meorum factorum.* ANTEVS, Memnestheusque.] *Seruauit τὸ πρέπον. Necesse enim erat, vt, vulnerato, duce, multi cum eo in castra remearent.* MISCETVR.] *Modò, confunditur: alibi, perturbatur. vt,* Miscet agens telis nemora inter frondea turbam. AGGERE Turnus.] *Hîc aggere pro eminentiâ posuit, de viâ autem aggerem non possumus dicere: nisi si viæ aggerem dicere voluerimus, id est, coaceruationem; quam historici viam militarem dicunt: vt,* Qualis sæpe viam deprensus ab aggere serpens. *Quidam ambiguitatem volunt: vtrùm ipse Turnus in aggere; an venientes ex aggere.* PRIMA ante omnes.] *Vt,* Primus ibi ante omnes. *& ante omnes, Latinos solùm audit.* TREMEFACTA refugit.] *Quæritur, cur Iuturna, cùm hic acie excedat tempestas, mox tamen inducitur reuertens?* ATRVM rapit agmen.] *Pulueris nube coopertum. Quidam autem agmen iter accipiunt.* Rapit *autem, festinat: vt sit, Ille campo aperto iter festinat pulueris plenum, & ipsâ festinatione excitat: & ita dicunt: quoniam, si agmen exercitum*

dicit; apertus campus eſſe non potuit, bellatorum denſitate completus. ABRVPTO ſydere.] Vel immenſâ, vel magnâ tempeſtate. per ſydus enim tempeſtas ſignificatur: vt, Sorbet, in abruptum fluctus. Item, Scit triſte Mineruæ Sydus. IT mare per medium: miſeris.] Statim plenius de hoc ſenſu: Deflent ſua damna coloni; Et tamen oppreſſos miſerantur in æquore nautas. Heu autem, vt ſolet, interiectionem ex ſuâ perſonâ interpoſuit. DABIT ille ruinas.] Dabit, pro faciet. Terentius: Quas turbas dedit? Et ipſe: Et ingentem lato dedit ore feneſtram. RVET.] Eruet, euertet. Terentius: Ceteros agerem, ruerem. Nam aliter dictum eſt in 11. Ruit alto à culmine Troia. TALIS.] Taliter, ſimili modo. Sic paulò pòſt: Similis medios Iuturna per hoſtes. RHOETEIVS.] Troianus; à promontorio Troiæ. DENSI cuneis ſe quiſque coactis agglomerant.] Denſentur, vt cuneatim dimicent: ſcilicet in cuneorum modum compoſiti, vt hoſtem faciliùs inuaderent. GRAVEM.] Fortẽ. Salluſt. Luſitaniæ grauẽ ciuitatẽ. CADIT ipſe Tolumnius augur.] Vt primus violator fœderis pœnas luat. TOLLITVR in cœlum clamor.] Occiſo eo, qui auctor diſrumpendi fœderis fuerat, exortus eſt clamor, & ſtatim ſecuta fuga Rutulorum. vt, Verſique viciſſim Puluerulenta fugâ Rutuli dant terga per agros. Et bene viciſſim: Quia Troianos in fugam verſos fuiſſe, exinde apparet: quòd ſuprà dixit, Subeunt equites, & ſpicula caſtris Denſa cadunt medijs. PVLVERVLENTA.] Plena pulueris. nam apud veteres puluerulenta dicebantur: ſicut vinolentum dicimus, qui vino plenus eſt; & temulentum, qui temeto plenus eſt.

POM. Sabi. IAPIX.] medicus. ἰᾶσθαι curare: vnde ἰαπὸς, curator, id eſt, medicus. DEDIT.] Apronianus legit Dedit: Seruius dabat, & damnat Dedit. mihi placet: nam is, qui amore perditur, omnia dat amori ſuo. DEPOSITI.] Depoſitum vocamus mortuum. nunc intelligimus, vltimo fato laborantem apud maiores noſtros: vt in Aegypto, deponebantur ægroti ad oſtium, vt è tranſeuntibus, ſi quis idem paſſus fuiſſet, diceret remedium, quo conualuiſſet. PÆONIVM in morem.] Pæon medicus fuit. vnde medici Pæonij dicti. Troianis temporibus, in exercitu Græcorum duo fuerunt medici, Podalirius & Machaon: ab Aeſculapio eruditi; & tantùm chirurgiæ periti. Pæon quo tempore fuerit, incertum eſt. Sed volunt quidam, Apollinem, qui ſit Pæan, dici & Pæonem. Chiron Centaurus, Achillis auus & præceptor, herbarum vires nouit. Aſſyrij medicinam illuſtrarunt. in Alexandriâ Aegyptiorum adeò viguit: vt magna fides haberetur medico, profitenti ſe Alexandriæ ſtuduiſſe. NEQVICQVAM.] non poterat aliquâ mortalium arte diuelli ferrum è vulnere. ET duro ſub Marte cadentum.] Ego puto, quòd dicat, ex fugâ inſecutos Rutulos, feciſſe magnam cædem; & veniſſe propiùs caſtris. DICTAMNVM.] Theophraſtus, lib. 9. Dictamnũ Cretæ inſulæ proprium eſt, inquit herba eſt rara: locus enim, qui fert, exiguus eſt. à capris quæritur, voluptatis gratia: &, quod mirum eſt, ipſæ capræ ex cibo dictamni tela dorſo affixa eijciunt. Vergilius nunc à Theophraſto id accepit. Vis eius: in palato mirum in modum caleſcit: aſperſo ſale gaudet. Eſt & dictamnum, quod appellant ruſticum: eſt & tertium dictamnum, ſimile ſiſymbrio. Quidam herbas & frutices bene prouenire in Cretâ ſcribũt: & indè in Parnaſo. PANACEAM.] Panacea optima, quæ in Syriâ naſcitur; ipſo vocabulo remedia omnia pollicetur. πανακὴς, omnia medicans eſt: & panaces lactaria, quæ in Syriâ naſcitur: Chironia, Aeſculapia, Herculana. Sunt & aliæ; ſed ruſticæ panaces. Achilles & aliam Panacem inuenit, quæ vulneribus medetur: quâ Telephi vulnera ſanaſſe fertur: & quandam aliam Panacen, Latini millefolium vocant. Plinius ait: Panacis vnum genus, Aeſculapium nominatur: quoniam eius filiam Penaceam appellant: vt videatur, ex filiâ Aeſculapij, nominata Panaces herba. AMBROSIÆ ſuccos.] Ambroſia à pleriſque, magis frutex, quàm herba exiſtimata eſt, Artemiſia appellata. eâ coronantur Cappadoces. A eius vſus venit ad ea, quæ diſcuti opus eſt. AVVNCVLVS Hector.] Creüſa, ſoror Hectoris, filia Priami, mater Aſcanij. ANTHEVS.] Anthei, vt in primo, per diphthongum: vt, Anthea ſi quem. IPSE neque aduerſos.] neminem occidebat Aeneas: quia ſolum quærebat Turnum.

PHOEBO ante alios dilectus Iapix. In antiquis libris VAR. Lect.
Iapyx habetur. LACHRYMIS'QVE immobilis.] In Mediceo libro legere eſt, Lachrymis immobilis. PRENSAT'QVE tenaci forcipe ferrum.] In antiquis libris Preſſat legitur. In Romano Forfice. SVBEVNT equites.] In antiquis libris, Subeuntque equites legitur. TV'M Venus, indigno.] Aliqui libri Hic Venus legũt. DICTAMNVM genitrix Cretæâ carpit ab Idâ.] Ex antiquis exemplaribus hic verſus ita legitur: Ipſa manu genitrix Dictæâ carpſit ab Idâ. LABRIS ſplendentibus amnem.] In libris antiquis legere eſt, Labris pendentibus. SPARSIT'QVE ſalubres.] Antiqui libri Spargit legunt. STETIT imo vulnere ſanguis.] In Romano libro, imo in vulnere, habetur. ACCENDIT in hoſtem.] Legitur etiam hoſtes. ET magna inter præmia ducet.] In libris veteribus, Magna inter prælia legi- B
tur. CV'M matura adoleuerit ætas.] In antiquis exemplaribus legere eſt, Maturo. HÆC vbi dicta dedit, portis ſeſe extulit altis.] Mediceus liber, & plures alij, non Altis; ſed Ingens legunt. VIDIT ab aduerſo venientes aggere Turnus.] In Romano libro, & in alijs, Agmine legitur. IPSE neque aduerſos dignatur ſternere morti, Nec pede congreſſos, nec æquo, nec tela ferentes Inſequitur: ſolum denſâ in caligine Turnum.] Romanus liber & Oblongus legunt, Auerſos. Quódq; inſequitur, nec pede congreſſos æquo. Quod verò legitur, Denſâ in caligine, in Romano libro, Denſo eſt, virili genere; contra grammaticorum præceptionem.

IAM'QVE aderat Phœbo ante alios dilectus Ia- DON.
pix.] Ante alios, pluis dilectus quàm alij: non enim ſolum Apollo diligebat. IASIDES.] Iaſi filius. ACRI quondam cui captus amore, Ipſe ſuas artes, ſua munera lætus Apollo, Augurium, citharamque dabat, celeresque ſagittas. Ille, vt depoſiti proferret fata parentis, Scire poteſtates herbarum vſumque medendi Maluit, & mutas agitare inglorius artes.] Hunc Iapigem, quem C
quòd ampliùs præ cæteris Apollo diligebat, voluit diuerſis artibus erudire. Potuit enim, vtpote qui innumeros nouerat. SVAS, inquit, artes, ſua munera.] quidquid artium nouerat, optauit illi conferre: vt ſcientiâ ſimul dei gauderet, & munere; haberetq; diuinum beneficium, ſi doctrinam numinis pleniſſimam retineret. LÆTVS Apollo.] multis locis, hoc & in nono libro poſitum eſt: magnam eſſe gratiam dantis, ſi lætus aliquid præſtet. Illîc, enim dixit; Has ego Dardanio iuueni, cùm claſſis egeret, Læta dedi. Nonnunquam enim damus aliquid inuiti; proindeq; non læti: quum ad dandum neceſſitate aliquâ, non amore, compellimur. Apollo autem lætus hoc fecerat: quia multùm dilexerat Iapigem: vt Aeneam mater deûm. Incipit enumerare, quibus artibus Apollo abũdaret. AVGVRIVM, & citharam, & celeres ſagittas.] ſcientiam quoque colligendorum futurorum, & muſicam, artemq; chordarum, & quemadmodum ſagittæ dirigantur, vt deſtinata feriant. Sed ille hoc magis ſequi maluit, vt Depoſiti, hoc eſt, iam morituri vel mortui patris ſui. poſſet fata in longum ducere, & in aliud tempus differre. Laudat Iapigem, quòd reuocandi patris causâ, hanc artem, quam præter alias maluit ſequi, ſciret, quam vim ſingulæ herbæ habebant, & quemadmodum homines curentur. Quoniam repetita longam narrationem faciunt; mirâ vſus eſt arte referendi: vt magnum vitium vitaret. Induxit enim, Apollinem magiſtrum fuiſſe Iapigis. verùm quum artium genera percurreret, quæ dilectiſſimo filio tradebantur, non omnes enumerauit eſſe propoſitas: ne, cùm

veniſſet

Digitized by Google

A venisset ad eas, quas Iapix cæteras prætulit, necesse esset iterum eas dicere. Alias igitur traditas dixit, alias verò prælatas cæteris: vt ostenderet, etiam ipsas Apollinem docuisse. Iapix enim eas non habuisset præclaras: nisi quia & ipsas Phœbo docente cognouerat. Secutus est ergo, non illa, quæ placere auribus possent, & chordarum sonis mulcere animos vulgi, vel quæ bellorum periculis miscerentur, aut futura prædicerent: sed quod prodesse posset morituris, aut mortuis; & subuenire laborantibus. Maluit, inquit, has artes sinè periculo sequi; nullam petens ex inutilibus gloriam. Mutas artes dixit, quas ille habuit præclaras; præter illas, in quibus vox: spectatur, aut sonus. Valere autem proferendi fati artem, non hoc tantùm loco Vergilius asseruit; sed alibi multò meliùs. nam hic dixit, Posse fieri. in septimo autem libro, Factum esse & profuisse perscribit, dicens: Namque ferunt famâ, Hippolytũ, postquam arte nouercæ Occiderat, patriasque explêrat sanguine pœnas, Turbatis distractus equis, ad sidera rursus Ætherea. & superas cœli venisse sub auras, Pœonijs reuocatũ herbis, & amore Dianæ. STABAT acerba fremens, ingentem nixus in hastam Æneas, magno iuuenum & mœren-
B tis Iüli Concursu, lachrymisque immobilis.] Rediję ad narrationẽ, quam interpositâ dimisit Iapigis fabulâ. STABAT, inquit, acerba fremens.] dolebat enim belli potiùs, quàm vulneris causam: & plurimis circumfusis ac filio lachrymantibus; Ipse, immobilis, hoc est, à vulnere ac fletu animum constantiæ firmitate dissimulans. & hoc, quòd stabat, magnæ fuit virtutis animi. nam in causâ, posito pede, sedere debuit, aut iacêre potiùs quàm stare: vnde debilis esse posset. Addidit ingentis hastæ adiumentum; quæ laborantem iuuare potuisset, & tanti herois pondus congruè sustinere. ILLE.] id est, Iapix. RETORTO Pæonium in morem senior succinctus amictu, Multa manu medicâ, Phœbique potentibus herbis, Nequidquam trepidat; nequidquam spicula dextrâ Sollicitat, prensatque tenaci forcipe ferrum. Nulla viam fortuna regit: nihil author Apollo Subuenit.] Quum Aeneas staret & fremeret; flerent præsentes, & filius lachrymas funderet: Iapix operam nauare cœpit; vt, medicas adhibens manus, curaret heroëm, & restitueret bello. Accinxit se Iapix more Pæonio, hoc est, medicorum; & alia faciens manu, alia herbarum cupiens
C leuare remedio, quarum vim Phœbo docente cognouerat. Sed quum hæc properans ageret; non sequebatur effectus. frustra enim trepidabat: frustra tentabat sagittam: pressam forcipe frustra nitebatur extrahere. Longè prorsus fuit fortuna, quæ iuuaret instantem: longè Apollinis doctrina. ET sæuus campis magis ac magis horror Crebrescit, propiusque malum est.] Ex vnâ parte non proficiebat cura: ex aliâ malum belli crescebat: & apertum discrimen esse cœperat proximum. IAM puluere cœlum Stare vident.] Talis apparebat puluis, vt cœlum portare videretur. SVBEVNT equites, & spicula castris Densa cadunt medijs: it tristis ad æthera clamor Bellantum iuuenum, & duro sub Marte cadentum.] Equites iam erant tantùm proximi: vt spicula, quæ mittebant, in media castra descenderent. Ibat autem tristis clamor ad cœlum; eorum scilicet, qui cernebant euidens malum: & eorum audiebantur gemitus, qui cadebant. Omnis aderat desperatio: & apparebat, quid tempus afferret, ni fuisset Aeneæ subuentum. Quanta ei laus his generibus dicitur! Solus abest, ex causâ vulneris: & alios extrema presserunt; alios iam ipse vrget interitus. HIC Venus, indigno nati concussa dolore, Ipsa manu genitrix Cretæâ carpit ab Idâ, Puberibus caulem folijs, & flore comantem Purpureo.] Admiranda dicentis inuentio: vt tali tempore, & in tali causâ, in tantâ desperatione, omnibus quoque & ipso Ascanio lachrymantibus, trepidante medico, & ipsius medicinæ deficiente substantiâ, affuisset mater; quæ solatium filio & remedium ferret. quam ipsam posteriorem fecit: vt emineret filij meritum: & matris affectus. Ait igitur: HIC Venus indigno nati concussa dolorem.] non quòd sit aliquis dolor dignus filiorum: sed quia pro animo parentum indignum est, quidquid filij fuerint passi. Non tulit hæc, causam filij sic inefficaciter trahi: admodum quippe videbatur incongruum, & illum sic teneri vulneris causâ, & impunè periculum crescere. Ita à Dictæâ Idâ sustulit suis manibus caulem. Dictum cognomen est Idæ: vt alio loco dicit; Dictæa negat tibi Iuppiter arua. Quòd ait, Manu carpit; & matris animum expressit: vt ipsam diceret operâ suâ procurâsse, quod sanare filium potuisset; & non ferro, propter remedium, sed manu assereret sublatam. Dubium enim non est, certo modo, & suo more ac tempore, esse detrahenda terris; quæ aliquibus sunt procuranda remedijs. vt ipse alio loco Vergilius dixit: Falcibus & messe ad lunam quæruntur ahenis Pubentes herbæ. Ecce & illîc, Falcibus dixit ahenis, & ad Lunam, & messis tempore. In præsenti verò ait; Manu caulem carpit: thyrsum ipsum scilicet, quo erigebatur; vt emitteret florem. deinde, ipsum florem asseruit esse purpureum, & comantem. non enim vnus aut singularis est; vt sunt rosæ aut lilia: sed quasi in comas purpureo flore diffunditur. NON illa feris incognita capris Gramina, quum tergo volucres hæsêre sagittæ.] Tanta, inquit, naturalis vis est in feris capris, hoc est, capreolis: vt, quum tergis fortè sagittas exceperint, confugiant ilicò ad hanc herbam; comedant eam; & sagittis simul & vulneribus careant. Quanta signa istius data sunt speciei, cuius nomen omissum est! Quippe & regio expressa est, in quâ nascitur: & nomen editum montis; & ipsius nominis signum. Deinde, quum ad descriptionem prædicti graminis accederet: Caulem, inquit, facit, & comantem florem, & colore purpureo. Tollit eum ad vsus remediorum, procuratum esse ostendit. Huius virtutem capræ feræ prodiderunt, nam ipsâ curantur: quoniam nouerunt eam; & naturali industriâ ipsæ sibi prosunt, quum sagittis appetuntur. Gramen appellauit, nouo vsurpationis genere: aliàs dicens folia. Cæterùm verò nomine Dictamni, in regione suâ, dicitur appellari. Vnde nonnulli sic reponunt hunc locum, vt asserant Vergilium dixisse: Dictamnum genitrix Cretæâ carpit ab Idâ. quod vsque adeò non est: vt, si sequentia coniungas, fiat vitium, Dictamni enim caulem dicere debuit; non dictamnum caulem. Melior est ergo superior: Manu carpit caulem à Dictæa Ida, cuius herbæ nomen quia non dixit; signa eius infinita protulit: vt posset scire, quæ esset. HOC Venus obscuro faciem circumdata nimbo, Detulit: hoc fusum labris splendentibus amnem Inficit occultè medicans, spargitque salubreis Ambrosiæ succos, & odoriferam panaceam.] Venus obscurata nimbi caligine, atque ita vt videri à nullo potuisset, hoc detulit: & eodem ipsa aquam infecit, quam Iapix studiosè splendentibus labris infuderat; vt foueret vulnus. & addidit alias species: vt omniũ succo, & in vndas transfusâ virtute, medicabilis liquor ex simplicitate fieret. FOVIT eâ vulnus lymphâ longæuus Iapix Ignorans.] Ignorãs gesta Veneris Iapix, & lymphâ vulnus fouit. SVBITOQ. omnis de corpore fugit Quippe dolor; omnis stetit imo in vulnere sanguis.] Pulchrè dixit, Fugit dolor. Fugit enim, qui senserit fortiorẽ; & omni celeritate discedit. dolore verò fugiente, sanguis fluens ex imo vulnere stetit: exclusumq; est proinde, quod fuerat inimicũ; & successit, quod retinẽdo vigori corporis fuerat necessariũ. IAMQ. secuta manũ, nullo cogente, sagitta Excidit.] Si nullo cogẽte, quomodo secuta manũ? Hoc ne claudicet; sic intelligendũ est: vt sagitta, non manu tenentis secuta videatur, sed fouentis. ATQ. nouæ redière in pristina vires.] Fugiente dolore, facta est nouitas virium: & redijt totum, quicquid inflictum vulnus excluserat, Nouas vires, multi non tales, quales abscesserant; sed multò meliores exponunt. Sed quid in sequentibus dicemus, quibus ait:

Rediêre

Redière in pristina vires? Nouas ergo, post fugatum dolorem separatas, intelligamus. multum enim fuit, quòd ex debilitato talis esset redditus; qualis fuerat, antequam vulnus esset inflictum. ARMA citi properate viro: quid statis? Iapix Conclamat, primusque animos accendit in hostem.] Hoc viso, quum iam Iapigem admiratio tenuisset, clamare cœpit: Date arma viro forti: date, inquit, quamprimum. Quâ voce, & sanitatem prouenisse nuntiauit, & fugatam dudum hominis remeâsse virtutem. Quæ vox, Aeneam ipsum, optatum excitauit in bellum. non sibi tamen plurimum dedit, vt hoc ipsum diceret factum operâ suâ: addidit quippe alia, quibus, nec sibi arrogaret aliquid, & Aeneam ipsum meliori spe propriæ felicitatis accenderet. NON hæc humanis opibus, non arte magistrâ Proueniunt: neque te, Ænea, mea dextera seruat. Maior agit deus, atque opera ad maiora remittit.] Non pudenda confessio: quoniam Iapix confitebatur, non illam hominis, sed diuinam fuisse medicinam. in eo nec sibi aliquid dempsit: & Aeneæ merita, studio melioris prædicationis, cumulauit. ILLE auidus pugnæ suras incluserat auro.] Ille, hoc est, qui iamdudum etiam cum ipso vulnere ardebat in bellum, consecutâ sanitate corporis sui, magis magisque properans, suras auro incluserat. HINC atque hinc.] Ita vt nihil earum appareret. ODIT'QVE moras.] Hic mos est properantis: tardum putare, etiamsi, quod faciendum est, celeriter fiat. HASTAM'QVE coruscat.] Hastam sic tenebat, vt cælum coruscare putaretur. POSTQVAM habilis lateri clypeus, loricaque tergo est.] Postquam bene sibi aptauit clypeum lateri, & loricam tergo. Habilis bis accipiendum est: vt sit, Postquam habilis clypeus est, & postquam habilis lorica est. ASCANIVM fusis circùm complectitur armis, Summaque per galeam delibans oscula, fatur.] Non dixit, eum sibi galeam induisse: & hic dicit, per galeam osculabatur filium suum. Ergo aut, more suo, hoc prætermisit: aut, ex osculis per galeam datis, intelligamus, eum etiam ipsum sumpsisse; aut vulneratum sic remansisse cum galeâ. Ascanium verò, non fusis armis complexum; sed circumfusis: vt scuto amplexus sit, quem consolari osculis, & verbis cupiebat instruêre. aut amplexus armati: ne omen esset, deponere scutum, & manibus nudis filium amplecti; ipse scuto eum ad se colligit: quo & se defensurus fuerat: & securo filio quæsiturus imperium. Interea, quia viderat eum flentem: & leniit osculis animum pueri; &, ne vltrà esset de paternâ salute suspectus, dictis quoque composuit. DISCE, inquit, puer, virtutem ex me, verumque laborem; Fortunam ex alijs.] Disce, non tantùm ad virtutem pertinet; verùm etiam ad laborem quoque & fortunam. vt sit: Disce virtutem, disce laborem, disce fortunam. sed diuisit hæc alia adscribens personæ suæ; alia alijs. Ex me, inquit, fili, velim discas, quàm sit commodum studium, sectari virtutes; quantâ animi patientiâ labores duri tolerandi sint, & tolerando superandi. quantum autem ad euentum fortunæ attinet, sub cuius vi homines periclitâtur incerti: opto ex alijs discas. NVNC te mea dextera bello Defensum dabit, & magna inter præmia ducet.] Facit eum de præsentibus securum; defensionem plenissimam spondens, & ex victoriâ commodum. TV facito, mox, quum matura adoleuerit ætas, Sis memor.] Citiùs enim præteritorum pueri immemores fiunt. quæ res necessariò suggerebat, vt gesta præsentis temporis, ad perpetuitatem memoriæ commendarentur. Fac, Aeneas inquit, quum fueris maior, memoriter voluas, quæ videris puer. ET te, animo repetentem exempla tuorum, Et pater Æneas, & auunculus excitet Hector.] Et quum tuos animo cœperis enumerare maiores; patrem atque auunculum imitari contendas: hoc est, virtute tuorum potiùs, & ex cæterorum exemplis. HÆC vbi dicta dedit, portis sese extulit ingens.] Ingens, scilicet animo & corpore. TELA manu quatiens.] [illegible] hoc fuerat signum; plenâ fiduciâ pergentis ad pugnam. Ferre autem telum inæstimabilis magnitudinis, & id vnâ manu tractare; quantum fuit insignis virtutis? SIMVL agmine denso, Antheus Mnestheusque ruunt: omnisque relictis Turba fluit castris.] Procedente Aeneâ in campum; omnibus bellandi studium creuit: tantaque illis fiducia fuit; vt nullus dubitaret. processerunt denique duces: nec aliquis remansit in castris. TV'M cæco puluere campus Miscetur.] Necesse enim fuerat, globum pulueris crescere, quem maioris numeri commouebat exercitus. PVLSV'QVE pedum tremit excita tellus.] Tantus impetus pergentium fuit: vt eorum pedibus pulsata contremisceret terra. VIDIT ab aduerso venientes aggere Turnus.] Benè dixit, primò Turnum vidisse venientes: vel quia in aggere contrà positus fuerat: vel in causâ suâ debuit esse circumspectus. VIDERE Ausonij: gelidusque per ima cucurrit Ossa tremor.] Qui paulò antè pro victoribus ferebantur, Aeneâ ex causâ vulneris impedito: vt viderunt, agmen in se versum ferri: intellexerunt, in illâ multitudine etiam Aeneam ipsum fuisse præsentem. quo facto, non iam pauor & metus, sed tremor, omnes eos inuaserat. PRIMA ante omneis Iuturna Latinos Audijt, agnouitque sonum, & tremefacta refugit.] Iuturna, quam specialis pro salute fratris sollicitudo tangebat, prima vidit, prima audiuit; prima cognouit; prima contremuit & fugit. Quod idcirco fecit: ne videret exitium Turni; vel eius corpias sterni. ILLE volat.] Tantâ Aeneas celeritate ferebatur: vt non ambulare, sed volare videretur. CAMPO'QVE atrum rapit agmen aperto.] Campòque aperto atrum agmen rapit. Atrum ideò: quia sordibus pulueris fuerat oneratum. Campum apertum dixit: quia cæsis hostibus, vel metu sparsis, vacuus videbatur & patens. Rapiebat ideò; quia volantem suprà descripsit: vt mactantibus hostes, non occurreret præsentium mora. QVALIS vbi ad terras abrupto sidere nimbus It mare per medium.] Quanta vis est nimbi, quæ conflatur ex magnâ pluuiarum copiâ; cui licet ire per medium mare? MISERIS, heu, præscia longè Horrescunt corda agricolis.] Non enim priùs fluctus pelagi scindit; nisi antè eraserit campos. Denique sequitur: DABIT ille ruinas Arboribus, stragemque satis.] Satis dixit, diuersis seminibus terræ mandatis. RVET omnia latè.] Hoc est, latè prosternit. ANTE' volant, sonitumque ferunt ad littora venti.] Torrens enim, post strages & arboribus & satis illatas, quum propinquare in mare cœperit, præcidit eum sonitus aquarum: & ante, quàm ipse perueniat, signa eius volantes afferunt venti. TALIS in aduersos ductor Rhœteius hostes Agmen agit.] Quemadmodum agmen aquarum torrentibus præcipitatur, & vrget in mare; non sinè eorum pernicie, per quæ fortè transierit: sic cum agmine suo Aeneas in Rutulos ferebatur infestus. DENSI cuneis se quisque coactis Agglomerant.] Multum enim valet, plurimorum in vnum arctata congestio. proinde vnusquisque se stipabat in cuneum: ne opportunus fieret morti. FERIT ense grauem Thymbræus Osyrim, Archetium Mnestheus, Epulonem obtruncat Achates, Vfentemque Gyas.] Obtrûcat ad omnes percussores pertinet; Mnestheum, Achaten, Gyan. CADIT ipse Tolumnius augur: Primus in aduersos telum qui torserat hostes.] Quòd ait Ipse, poterat dubitari quid significaret. ideò hoc ipsum priùs exposuit Poëta: Cecidit ipse augur Tolumnius, qui mittendo telum primus turbauit fœderis pacta. TOLLITVR in cœlum clamor.] Quis enim excitaretur in vocem: augurem ipsum nec vitare potuisse pœnam; nec præuidere supplicia? VERSI'QVE vicissim Puluerulenta fugâ Rutuli dant terga per agros.] Non congesti affuerant; sed sparsi fugiebant quæ res indicabat, oppressos magnâ virtute, Tendebant autem ad agros, indicantes exstitisse, non esse redituros.

NEC.

Digitiz

Nec pede congreſſos nec equo, nec tela ferentes
Inſequitur: ſolum denſâ in caligine Turnum
Veſtigat luſtrans; ſolum in certamina poſcit.
Hoc concuſſa metu mentem Iuturna virago,
Aurigam Turni media inter lora, Metiſcum,
Excutit; & longè lapſum temone relinquit.
Ipſa ſubit, manibuſque vndanteis flectit habenas,
Cuncta gerens; vocemque, & corpus, & arma Metiſci.
Nigra velut magnas domini cùm diuitis ædes
Peruolat, & pennis alta atria luſtrat hirundo;
Pabula parua legens nidiſque loquacibus eſcas:
Et nunc porticibus vacuis, nunc humida circùm
Stagna ſonat. ſimilis medios Iuturna per hoſteis
Fertur equis; rapidoque volans obit omnia curru:
Iamq; hîc germanũ, iamq; hîc oſtentat ouantem;
Nec conferre manum patitur: volat auia longè.
Haud minùs Æneas tortos legit obuius orbes;
Veſtigatque virum, & diſiecta per agmina magnâ
Voce vocat. quoties oculos coniecit in hoſtem,
Alipedumque fugam curſu tentauit equorum:
Auerſos toties currus Iuturna retorſit.
Heu, quid agat? vario necquicquam fluctuat æſtu:
Diuerſæque vocant animum in contraria curæ.
Huic Meſſapus, vti læuâ duo fortè gerebat
Lenta, leuis curſu, præfixa haſtilia ferro:
Horum vnum certo contorquens dirigit ictu.
Subſtitit Æneas, & ſe collegit in arma,
Poplite ſubſidens: apicem tamen incita ſummum
Haſta tulit, ſummaſq; excuſſit vertice criſtas.
Tùm verò aſſurgunt iræ: inſidijſque ſubactus,
Diuerſos vbi ſenſit equos, currumque referri:
Multa Iouem, & læſi teſtatus fœderis aras.
Iam tandem inuadit medios: & Marte ſecundo,
Terribilis ſæuam, nullo diſcrimine, cædem
Suſcitat; irarumque omnes effundit habenas.
Quis mihi nunc tot acerba deus; quis carmine cædes
Diuerſas, obitumque ducum, quos æquore toto
Inq; vicem nunc Turnus agit, nunc Troius heros;
Expediat? Tantón' placuit concurrere motu,
Iuppiter, æternâ gentes in pace futuras?
Æneas Rutulum Sucronem (ea prima ruentes
Pugna loco ſtatuit Teucros) haud multa moratus,
Excipit in latus: &, quà fata celerrima, crudum
Tranſadigit coſtas, & crates pectoris enſem.
Turnus equo deiectum Amycum, fratremq; Diorem,
Congreſſus pedes; hunc venientem cuſpide lõgâ,
Hunc mucrone ferit: curruque abſciſſa duorum
Suſpendit capita, & rorantia ſanguine portat.
Ille Talon, Tanaimque neci, fortemq; Cethegum,
Treis vno congreſſu, & mœſtum mittit Onytem;
Nomen Echionium, matriſque genus Peridiæ.
Hic fratres Lyciâ miſſos, & Apollinis agris:
Et iuuenem exoſum nequicquam bella Menœtem
Arcada; piſcoſæ cui circùm flumina Lernæ
Ars fuerat, pauperq; domus: nec nota potentum
Munera, conductâque pater tellure ſerebat.
Ac velut immiſſi diuerſis partibus ignes.
Arentem in ſyluam, & virgulta ſonantia lauro:
Aut vbi decurſu rapido de montibus altis
Dát ſonitum ſpumoſi amnes, & in æquora currũt
Quiſque ſuum populatus iter: non ſegniùs ambo,
Æneas Turnuſque, ruunt per prælia. nunc nunc
Fluctuat ira intus: rumpuntur neſcia vinci
Pectora: nunc totus in vulnera viribus itur.

A SER. NEC pede congreſſos, nec equo.] Vt libro decimo Aeneidos: Et vrgetur, pugnâ cõgreſſus iniquâ. NEC tela ferentes inſequitur.] Id eſt, nec fugientes, nec contrà ſtantes, dignatur occidere. Et magna Aeneæ oſtenditur pietas: qui nec vulneratus iraſcitur, vt velit contra legem fœderis in bellum moueri. VIRAGO.] Dicitur mulier, quæ virile implet officium: id eſt, mulier, quæ viri animum habet. Has antiqui viras dicebant. VNDANTES.] Quia in motu, vndarum modo flectuntur. PERVOLAT.] Per magnas ædes volat. Nam more ſuo, verbo dedit detractam B nomini præpoſitionem. NIDISQVE loquacibus eſcas.] Ordo eſt: Eſcaſq; nidis loquacibus legens. VACVIS.] Magnis: vt, Vacua atria luſtrat Saucius. SIMILIS.] Pro, ſimiliter. NEC CONFERRE MANVM.] Cum Aenea: nam alios perſequitur. AVIA.] Ab eâ ſcilicet parte, quâ veniebat Aeneas. TORTOS ORBES.] Obliquas & implicitas vias. VESTIGATQVE virum.] Inquirit. tranſlatio à canibus, qui per veſtigia & pedum ſigna feram indagant. DISIECTA per agmina.] Diſſipata aduentu Aeneæ. C AVERSOS retorſit.] Pro, retorſit & auertit. HEV quid agat.] Omne aduerbium verbo cohæret, Vnde, quia Heu. En, Atat, & ſimilia, verbo cohærere non poſſunt; ſeparatim fecerunt aliam partem orationis: ſcilicet interiectionem; quam ſola Latinitas poſſidet: cùm Græci ſub aduerbio tales comprehendant voces. Sanè hoc poëta dedit, rerum miſerationem mouens. Alij ab Aeneæ perſonâ dictum accipiunt, vt diceret, Heu quid agã? HVIC.] Pro, in huc. & eſt ordo: Huic dirigit. SE colligit in arma.] Ita ſe texit, vt nullâ parte poſſet feriri. APICEM tamen incita ſummum.] Galeæ: id eſt, eminentiam, quam Græci conum vocant, in quâ eminent criſtæ. Poteſt hoc tamen, & de ſacerdote Flamine accipi, qui apice vtuntur: quod in Quarto plenius dictum eſt: nam ſubiunxit, vertice criſtæ. INCITA.] Id eſt, cum impetu veniens. REFERRI.] Id eſt, retrò ferri. MVLTA Iouem, & læſi teſtatus fœderis aras.] Multa, pro multùm. Licèt haberet iuſtam cauſſam iracundiæ, quòd & fugiebat Turnus, & ipſe appetebatur inſidijs: non tamen antè prorupit in bellum, quàm Iouis fidem, & læſa fœdera teſtaretur. MEDIOS.] Qui inter ipſum ſequentem, & fugientem Turnum, medij de hoſtibus erant. MARTE ſecundo terribilis.] Poteſt & Marte ſecundo diſtingui, vt ſequatur, Terribilis ſæuam, &c. Poteſt & iungi: vt ſit, Marte ſecundo terribilis. NVLLO diſcrimine cædem ſuſcitat.] Indiſcretè obtruncat vniuerſos; quibus antè pari pepercerat modo. IRARVM habenas.] Poteſtatem, facultatem: id eſt, iræ permittit ſæuiendi liberam poteſtatem. vt, Et premere, & laxas ſciret dare iuſſus habenas. Et hic moderatè locutus eſt. Nam Ennius ait, Irarumque effunde quadrigas. QVIS MIHI nunc tot acerba deus?] Ac ſi diceret: nec Muſa, nec Apollo, ſufficiunt. Statius: Maior ab Aonijs ſumenda audacia lucis; Mecum omnes audete deæ. INQVE vicem.] Inuicem. Nam que vacat. Alij que expletiuam coniunctionem accipiunt. TANTON' placuit concurrere.] Apoſtropha, cum exclamatione, ad Iouem. Sanè tantón' circumflectitur. Nam cùm, per Apoſtropham, Apocopen verba patiuntur, is, qui in integrâ parte fuerat accentus mutatur. vt, Tantône, indè fit Tantón', vt &, Tantón' me crimine dignum? ÆNEAS RVTVLVM SVCRONEM.] Deſcriptio per alterna diuiſa. RVENTES TEVCROS.] Modò fugientes, quos Sucro inſequebatur. LOCO ſtatuit.] Stabiles reddit. vt, Stabilitque fugam trepidantis Oreſtis.

Orestis. HAVD multa moratum.] *Id est, non diu moratum: quòd scilicet vim Aeneæ diutiùs sustinere non potuit.* EXCIPIT in latus.] *Figurata elocutio.* CRVDVM ensem.] *Modò durum: aliàs* crudelem. ET crates pectoris.] *Donatus superfluam vult esse coniunctionem: & vt sit epexegesis, Adigit ensem per costas, id est, pectoris crates, vbi celeriùs fata cõplentur. Et hoc est, quod ait suprà,* Haud multa moratum. AMYCVM, fratremque Diorem.] *Hi duo duces sunt etiam suprà memorati. vt,* Nunc Amyci casum gemit, & nunc acris Orontis. *Item,* Et nunc tertia palma Diores *Vnde, ad terrorem populi, eorum capita religabantur in curru.* CVRRV.] *aut septimus est: aut datiuus, casus antiquus secundùm regulam; ne sit maior à nominatiuo plurali.* DVORVM.] *Pro, amborum.* MOESTVM Onyten.] *Seuerum, naturaliter tristem, ἀγέλαστον. aut imaginatus est exspirantem; Mittit autem socium suprà memoratus. Sanè,* Onyten, *Donatus dicit aut gentile esse, aut patronymicum: vt nomen eius proprium sit, Echionius. Sed hoc non procedit: quia neque patronymicum in tes exit: neque Onytes, à quâ gente veniat, vsquam lectum est. Proprium ergo est. & sequens versus erit,* Nomen Echionium, *id est, Thebana gloria, per periphrasin. Nam Echonij sunt Thebani, à rege Echione. Vnde quidam malè legunt,* Nomine Chionium. *Alij nomen Echionium, hoc est, genus, quemadmodum de matre genus dixit, accipiunt: vt ostendatur, eum Echionis esse & Peridiæ filium; vel ab Echione genus ducentem.* MATRIS'QVE genus Peridiæ.] *Periphrasis est: hoc est, filium Peridiæ.* LYCIA missos, & Apollinis agris.] *Vacat &. nam per epexegesin, Lycia arua, Apollinis dixit: vt,* Nunc Lyciæ sortes. *Appellat autem Lyciam à Lyce nymphâ; ex quâ habuit Apollo filium, nomine Lycadium.* Missos *autem, profectos: vt,* Missus in imperium magnum. EXOSVM nequicquam.] *Sic suprà;* Iniecêre manum Parcæ. *Nam per transitum ostendit, vrgentibus fatis eum ad bella seductum: quæ nequicquam semper vitare cupiebat. Hunc autem Menœtem oriundo Arcadia fuisse, intelligimus, sed habitâsse circa Argos. nam Lerna palus est Argiuorum; in quâ dicit solitum eum fuisse piscari. nam hoc significat,* Piscosæ cui circùm flumina Lernæ Ars fuerat. *Et vetustè* flumina, *pro fluore dixit: neque enim Lerna fluuius est: & sic,* flumina Lernæ; *quomodo, Auentini montem. Quæritur sanè. qui primus Exosum, pro Peroso, dixerit?* PAVPER'QVE domus.] *Hic & hæc Pauper dicimus. nam paupera vsurpatiuum est. Sic Plautus;* Paupera est hæc mulier. *Sed hoc hodiè non dicimus. Ea enim nomina, quæ ablatiuo singulari in e exeunt, si fœmina ex se faciunt; similia faciunt: nec enim heteroclita iterum nomina id est, alterius declinationis esse possunt. vnputa, quia ab hoc Hospite facit, hic & hæc Hospes dicamus, necesse est. Lucanus;* Hospes in extremis audiuit curia tectis. *Nam ab hoc Leone, hic & hæc Leo: ab hoc Latrone, hic & hæc Latro: ab hoc Fullone, hic & hæc Fullo: ab hoc Nepote, hic & hæc Nepos. Nam vt Neptis dicamus, in iure est, propter discretionem successionis, admissum. Sciendum autem, Hospita, Paupera, Leæna, Lea. vsurpatum à poëtis esse.* POTENTVM munera.] *Munera dicit obsequia; Id est, officia, quæ pauperes diuitibus loco munerum soluunt. Sanè Munera, & quæ Munia dicimus.* PATER.] *Ipse pater; an pater eius?* ARENTEM in syluam.] *Pro, aridam.* DANT sonitum spumosi amnes.] *Bellum semper incendio & fluminibus comparat. Sic in secundo;* In segetem veluti cum flamma furentibus austris Incidit, aut rapidus montano flumine torrens. VIRGVLTA sonantia lauro.] *Quæritur, quid sit.* Virgulta sonantia lauro? *scilicet ipsa virgulta lauri,* sonantia *autem, cum crepitu ardentia.* NON segnius ambo Æneas Turnusque ruunt.] *Bene comparationibus diuersis singulo reddidit ad similitudinem veram: quia ambos ignibus aut fluminibus comparauerat. Ergo* non segniùs *ad ignem retulit: quia segnis, quasi sine igne sit.* Fluctuat *autem, ad amnes eum retulisse, nulla dubitatio est.* RVMPVNTVR] *Pro, fatigantur. Et fluctuat, & rumpuntur: quia* Nescia vinci Pectora. *Horatius:* Pelidi stomachum cedere nescij. A

VIRAGO.] *fungens virili officio: scilicet agens in virum.* METISCVS.] *auriga Turni. nunc Iuturna, mutata in Metiscum.* VACVIS. *id est, magnis, vel altis.* SVBSTITIT.] *immisit hastam Aeneas in Messapum, & eum sistit.* ECHIONIVM.] *aut Thebanum: quia Echion socius Cadmi. aut meliùs, filium Echionis & Peridiæ. Abundat vnum* que. *Pater Menœtæ erat agricola, prope Lernam.* EXOSVM.] *odio habebat bella.* POM. Sabi.

HOC concussa metu mentem Iuturna virago.] *In Oblongo lib. Hinc legitur.* RAPIDO'QVE volans obit omnia curru.] *In antiquis aliquot lib.* Cursu *scriptum est.* IAM'QVE hic germanum, iamque hic ostendit ouantem.] *Hoc loco in Romano libro legitur,* Ostentat. ET disiecta per agmina magnâ Voce vocat.] *In Mediceo, & aliquot alijs libris, non* Magnâ, *sed* longâ, *scriptum est.* MVLTA Iouem, & læsi testatus fœderis aras.] *In antiquis ferè omnibus,* Testatur *legere est. In Mediceo vltimus apex abrasus, & nota, quæ* Testatus *legat, apposita.* B TANTO N' placuit concurrere motu.] *In veteribus libris, &* Tantón' *&* Tanto *habetur. Sed enim* Tantón' *notatur à Grãmaticis: neq; temerè agnoscitur à Seruio.* HAVD multa moratus Excipit.] *In Mediceo, & aliquot alijs veteribus,* Morantem *legitur: vt vno cum vulnere confectum ostendat.* CRVDO Transadigit costas, & crates pectoris ense.] *In Mediceo, in Romano, & antiquis omnibus libris, quotquot habui,* Crudum Transadigit costas, & crates pectoris ensem, *scriptum obseruaui: quod etiam Seruius agnoscit. Ex hoc verò superiorem lectionem communire possis, vbi de Turno legitur:* Crudum per costas exigat ensem. *Nam* Durum *in aliquot lib. legi dicebamus.* NOMEN Echionium.] *In antiquis plerisque libris legas,* Nomine Echionium. *Quam lectionem improbat Seruius; neque Donato assentitur, qui* Onytem, *nomen vel patronymicum, vel gentile putat; & Echionium proprium.* ÆNEAS Turnusque ruunt per prælia.] *In libris aliquot antiquis,* Ruunt in prælia *legitur.* VAR. Lect.

IPSE neque aduersos dignatur sternere morti; Nec pede congressos, æquo, nec tela ferentes Insequitur.] *Ipse Aeneas indignum existimabat, mactare obuios, aut æquo pede congressos occidere: sed nec illos insequebatur, qui veniebant telis armati. Dicit iam, quâ causâ id fiebat.* SOLVM densâ in caligine Turnum Vestigat lustrans; solum in certamina poscit.] *Nouerat enim, & prudenter considerabat, solum esse vincendum: qui solus esset pugnandi causa: seruandam esse plebem victoriæ suæ nec alterius cædendam.* HOC concussa metu mentem Iuturna virago, Aurigam Turni media inter lora, Metiscum, Excutit; & longè lapsum temone reliquit: Ipsa subit, manibusque vndantes flectit habenas.] *Vbi sensit Iuturna, hoc agere Aeneam, vt solius Turni interitum quæreret: rediit ad aliam partem mandatorum Iunonis. quum fratrem in confusione fœderis liberare non potuisset cœpit hunc infesto hosti velle subtrahere; ne inuentus occumberet. sic enim illa dixerat;* Non lachrymis hoc tempus eget: Accelera, & fratrem, si quis modus, eripe morti: Aut tu bella cie, conceptúmque excute fœdus. *Ergo, vt dictum est, quoniam frustra fuit, fœdera dissipâsse; cœpit niti subtrahere periclitantem: quod fieri sine fraude non potuit. idcirco remouit aurigam fratris, & in remoti locum ipsa successit.* CVNCTA gerens, vocemque & corpus, & arma Metisci.] *Facilè enim, in quam vellet formam, transire potuit.* NIGRA velut magnas domini quum diuitis ædes Peruolat, & DON. C

pennis

Digitized

A pennis alta atria lustrat hirundo: Pabula parua legens, nidisq; loquacibus escas.] *Fratibus suis alimonia quæritans, vt salutem incolumen retineant.* ET nunc porticibus vacuis; nunc humida circùm Stagna sonat.] *Nigram hirundinem, pro dolentis personâ, etiam quæ sit domestica; vt Iuturnam de eâdem domo & familiâ, quâ Turnus, pro lugentis, posuit. Hirundinis quoq; non inaniter comparationem induxit.* SIMILIS medios Iuturna per hostes Fertur equis, rapidoque volans obit omnia curru: Iamq; hîc germanū, iamq; hîc ostendit ouantē: Nec conferre manū patitur: volat auia longè.] *Volebat Iuturna sic Turnum ostendere: vt gaudere potiùs, quàm rebus suis diffidere videretur. nec tamen hunc committebat congressibus: & longè ad ea illum ducebat loca, quæ non constarent bello.* HAVD minùs Æneas tortos legis obuius orbes; Vestigatque virum, & disiecta per agmina magnâ Voce vocat.] *Quantum Iuturna separabat à congressibus fratrem: tantum Aeneas compendiosis orbibus præbebat se obuium, & præueniebat errantem. nec iam occultè: nam hunc per tot sparsos exercitus voce magnâ prouocabat.*

B QVOTIES oculos coniecit in hostem, Alipedumq; fugam cursu tentauit equorum: Auersos toties currus Iuturna retorsit.] *Quoties viso hoste Aeneas ire obuiam voluit; toties Iuturna currus in alias partes inflexit.* HEV quid agat? vario nequidquam fluctuat æstu.] *cogitabat, quid ageret, dolens: & sinè aliquo effectu remedij, diuersis æstibus agitabatur.* DIVERSÆ'QVE vocant animum in contraria curæ.] *Quidquid voluendo tractabat: totum contrarijs tractatibus efficiebatur infirmū.* HVIC Messapus, vti læuâ duo forte gerebat, Lenta leuis cursu præfixa hastilia ferro: Horum vnū certo contorquens dirigit ictu.] *Messapus Aeneæ fortè loco proximus fuit: huic, ex duobus ferratis hastilibus, vnum certo ictu cōtorsit. Certus ictus est, qui sic destinatur, vt feriat.* SVBSTITIT Æneas, & se collegit in arma, Poplite subsidens. *Hoc artis erat, vt incassum funderet ictus, quem hostis dixerat certum. Subsedit, inquit, poplite, & se scuto contexit. ille enim altius miserat, vt caput feriret, aut pectus. & quoniam pro voluntate hostis altitudo corporis fuerat necessaria, humilem se ille contrario procurauit.* APICEM

C tamen incita summum Hasta tulit.] *Ecce vis mittentis, & ex aliâ parte declinantis ingenium. si enim stans remansisset: inuenisset hasta, quem sterneret. Quod ipsum ex eo apparuit: quia in ipsâ depressione corporis, galeæ summam perdidit partem.* TV'M verò assurgunt iræ.] *Tùm verò, id est, tùm magis irarum creuit augmentum.* INSIDIIS'Q. subactus.] *Furebat enim, quòd contrarijs luderetur insidijs.* DIVERSOS vbi sentit equos, currumque referri.] *Vbi vidit, aliorsum duci equos & currum.* MVLTA Ioue, & læsi testatus fœderis aras.] *Propter fidem iurisiurandi, quod cum Latino perfecerat, solum quærebat Turnum; quem sinè crimine sacrilegij posset occidere, sed quum videret, sibi eius copiam denegari; testatus Iouem & cæteros deos, per quos iurauerat, se in bellum necessitate potiùs, quàm voluntate, compelli.* INVADIT tandem medios, & Marte secundo Terribilis.] *Tandem ideò: quia diu exspectauit; ne finis belli, per Turni solius necem, potuisset exire. Medios, inquit, secundo Marte inuadit terribilis. magna viri fortis constantia, non dubitauit medios inuadere; vbi à circumfusis posset interfici. Ecce, feliciter pugnat, vallatus inimicâ multitudine; & inter tot ac tales terrori omnibus fuit. Quāta laus est, non timere, & ab omnibus metui.* SÆVAM nullo discrimine cædem Suscitat, irarumque omnes effundit habenas.] *Suprà dixit, quòd solum Turnum ad necem quæreret, ac cæderet nullum. nunc ait: quoniam illud non prouenit; aliquantò tamen commotus, passim atq; confusè sternebat, quoscunque repperisset: antea nullum eligens ad mortem, nullumq; prosternens. tantum consenserat iracundiæ suæ, vt nullis iam retineri nexibus posset.* QVIS mihi nunc tot acerba deus, quis carmine cædes Diuersas, obitumque ducum, quos æquore toto, Inque vicem nunc Turnus agit, nunc Troius heros, Expediat?] *Deus, inquit, nunc est necessarius. sed quis sit iste, inuenire non possum: quo iuuante valeant complecti, quantos duces Turnus, quantos Aeneas occidit.* TANTO'N' placuit concurrere motu Iuppiter æternâ gentes in pace futuras?] *Necessaria exclamatio Poëtæ, admirantis deorum iniquitatem: qui patiebantur, in alternam perniciem gentes tendere, in æternā venturas perpetuamq; concordiam.* ÆNEAS Rutulum Sucronem (ea prima ruentes Pugna loco statuit Teucros) haud multa morantem Exigit in in latus, &c, qua fata celerrima, crudum Transadigit costas, & crates pectoris ensem.] *Interpositum est,* Ea prima ruentes Pugna loco statuit Teucros. *Quum properarent, inquit, in hostium cædem Troiani: ibi constiterunt, vbi Aeneas Rutulum Sucronem occidit. nam, non multâ morâ interpositâ, excepit eum in latus: ex quâ verò parte corporis peti expeditiùs potuit, ipsa eum percussit. nam per latus & costas transiecto ense eum prostrauit. Interpositum diximus;* Ea prima ruētes Pugna loco statuit Teucros. *quo facto, diuisum constat vnum sensum. nos, isto subtracto, integremus, quod interposita diuiserunt.* Æneas Rutulum Sucronem, haud multa morantem, Exigit in latus, &, quà fata celerrima, crudum Transadigit costas, & crates pectoris ensem. *Hinc iungendum est;* Ea prima ruentes Pugna loco statuit Teucros. *& erit compositio directa verborum.* TVRNVS equo deiectum Amycum, fratremq; Diorem, Congressus pedes; hunc venientem cuspide longâ, Hunc mucrone ferit: curruque abscissa duorum Suspendit capita, & rorantia sanguine portas.] *Multa semel hîc dicta sunt; sed non semel accipienda. quippe Turnus equo deiecit Amycum; quo deiecit & fratrem eius Diorem. nam quum addidit,* Fratremque Diorem; *& non significat, vtrùm pedes an eques fuerit: etiam Dioren ostendit vectum fuisse. Ergo* equo *&* deiecto, *bis accipere debemus: deiectum equo Amycum, deiectum Diorem equo.* Ferit *bis quoq; intelligendum: vt sit, Illum ferit longâ cuspide: illum ferit mucrone. Ostentationis autem fuit incutiendi terroris: quòd cæsorum capita, adhuc emittentia sanguinem, secum Turnus vehebat in curru.* ILLE Talon, Tanaimq; neci, fortemque Cethegum, Tres vno congressu, & mœstum mittit Onyten, Nomine Echionio, matrisq; genus Peridiæ.] *Ille, inquit: & incertum putatur reliquisse, vtrùm de Aeneâ dictum videatur, an de Turno. Sed non est vitium Poëtæ: nam ex Cethegi nomine, quem constabat fuisse Troianum, quemq; alij nexuit: ostendit, non Aeneam se dixisse; sed ipsum Turnum. Tres igitur vno cōgressu, in quibus Cethegus fuit, assistente virtute deiecit. Onytē verò, hoc est, Onytis & Peridiæ filiū, qui Echionio nomine diceretur, separatim strauit.* Mœstum *dixit: quia incurrerat hostis manus, quas nō potuit euasisse. Quod ait,* Mittit, *non ad Onyten solùm; sed ad omnes pertinet.* HIC fratres Lyciâ missos.] *Lycij ex partibus Aeneæ fuerant.* ET Apollinis agris.] *Ex Lyciâ & Apollinis agris fuerant fratres. Lyciam charam fuisse Apollini, & propriam; etiam in quarto libro memorauit, dicens:* Qualis vbi hybernam Lyciam, Xanthique fluenta Deserit, ac Delum maternam inuisit Apollo. ET iuuenē exosum nequidquam bella Menetem.] *Menetes quoq; perosa habens bella, quum inertem ætatem iuuenis duceret, pro bellatore prostratus est. Dicit causam, propter quam frustra ducebatur ad bellum: ipsa enim fecerat, vt pugnare nesciret.* ARCADA, piscosæ cui circùm flumina Lernæ Ars fuerat; pauperq; domus, nec nota potentum Munera; conductâque pater tellure serebat.] *Arcas iste, inquit, fuit piscandi semper deditus studio: qui solum lacum Lernæ, & do-*

Turnus, vt Æneam cedentem ex agmine vidit,
Turbatosque duces; subita spe feruidus ardet:
Poscit equos, atque arma simul, saltuq; superbus
Emicat in currum, & manibus molitur habenas.
Multa virûm volitans dat fortia corpora letho:
Semineces voluit multos; aut agmina curru
Proterit; aut raptas fugientibus ingerit hastas.
Qualis apud gelidi cùm flumina concitus Hebri
Sanguineus Mauors clypeo increpat, atque furentes
Bella mouens, immittit equos: illi æquore aperto
Ante Notos Zephyrumque volant: gemit vltima pulsu
Thraca pedum; circumque atræ formidinis ora,
Iræque insidiæque, dei comitatus, aguntur.
Talis equos alacer media inter prælia Turnus,
Fumantes sudore, quatit; (miserabile!) cæsis
Hostibus insultans; spargit rapida vngula rores
Sanguineos, mistâque cruor calcatur arenâ.
Iamque neci Sthenelumque dedit, Thamarimq;, Polumque:
Hunc congressus, & hunc; illum eminus. eminus ambos
Imbrasidas, Glaucum atque Laden: quos Imbrasus ipse
Nutrierat Lyciâ, paribusque onerauerat armis;
Vel cõferre manum, vel equo præuertere ventos.
Parte aliâ, media Eumedes in prælia fertur,
Antiqui proles bello præclara Dolonis:
Nomine auũ referens; animo, manibusque parentem.
Qui quondam, castra vt Danaûm speculator adiret,
Ausus Pelidæ precium sibi poscere currum.
Illum Tydides alio pro talibus ausis

merus, χάλκος ὕννος. NVDATO capite.] *Scilicet depositâ galeâ, vt posset agnosci. Sanè quæritur; quomodo* nudato *dixerit? cùm suprà eum nusquam tecto induxerit capite. nam Nudatum est, quod fuit antè coopertum: Nudum verò dicitur, quod tectum antè non fuerat. Ergo aut* nudato, *pro* nudo *accipiamus; vt sit pro nomine participium: aut dicamus, tectum eum habuisse caput, cùm descendit ad campum. Nam legimus,* Sidereo flagrans clypeo, & cœlestibus armis. SVOS clamore vocabat.] *Vtrumque exercitum iam suum vocabat: vt talis fuerit eius clamor: Cur in vos inuicem mei ruitis?* QVÒ.] *& aduerbium potest esse, & nomen.* REPENS.] *Aut subitò; vt sit aduerbium, id est, repentè: vt,* Sole recens orto. *Aut* repens discordia, *pro repentinâ.* ME finite.] *Subaudiendum, concurrere. & est Zeugma.* FAXO.] *Id est, Faciam, confirmabo. & est archaismus.* ALIS allapsa sagitta est.] *Vtrùm alis stridens; an aliunde lapsa?* INCERTVM quâ pulsa manu.] *Hoc loco adhuc quidem, quasi dubitat: tamen intelligimus à Iuturnâ immissum quendam, qui vulneraret Aeneam. Quod paulò pòst Iuno dictura est de Iuturnâ; quod mouet:* Non vt tela tamen, non vt contenderet arcum. *minimè est mirandum. nam scimus, vnicuique imputari, quod alter in eius fecerit gratiam. sicut est,* Et potes in totidem classes conuertere Nymphas. *Aeneam autem ab hominibus vulneratum, indicat Iupiter, paulò pòst dicens:* Mortalín' decuit violari vulnere diuum. TVRBINE.] *Quòd improuisa. alij* quò *vehementer accipiunt.* PRESSA est insignis.] *Pressa, pro suppressa. &* non insignis gloria; *sed* insignis facti; *vt genitiuus casus magis sit.* ÆNEÆ vulnere.] *Hic propriè. est enim huic contrarium;* Et non sequitur de vulnere sanguis. Iactauit *autem, aut adeò fortis Aeneas & metuendus: aut adeò impium nefas visum est.* MOLITVR.] *Regit. & est Acyrologia: nam propriè* molitur, *est parat. Alij* molitur *mouet intelligunt, vel arripit, vel aptat.* HEBRI.] *Hebrus fluuius Thraciæ, iuxta Cypsala oppidum.* SANGVINEOS Mauors.] *Gaudens sanguinne: αἱμοχαρής.* CLYPEO increpat.] *Sonat: alibi, arguit; vt,* Increpat vltrò Cunctantes socios. ANTE notos Zephyrumque.] *Id est,* ventos. VOLANT.] *Pro, vertuntur.* VLTIMA.] *Hoc est, tota. si enim gemit vltima: omnis sinè dubio.* THRACA.] *id est, Thracia. Cicero in de republica:* Colonia verò, quæ est deducta à Græcis in Asiam, Thracam, Italiam. *& non dixit Thraciam.* IRÆQVE insidiæque dei.] *Figurata elocutio, vario significatu. Id est, ostendens; & non tam virtute, sed insidijs comitatus.* ALACER.] *Quidam* alacer, *gestiens, & rei nouitate turbatus, volunt:* alacris *verò, lætus.* QVATIT.] *Exagitat.* MISERABILE cæsis.] *Id est, miserabiliter. Nomen pro aduerbio: vt,* Sanguinei lugubre ru-

bent. MISTAQVE cruor.] *Hyppallage est: pro, mixto cruore.* A STHENELVMQVE dedit, Thamyrumque. *Plura ὁμοιοτέλευτα.* AMBO.] *Antiquo more,* ambo. *Terentius:* Ambo opportunos vos volo. *Sicut superius dictum est: cùm hodie ambos dicamus.* IPSE nutrierat.] *Solent enim plerunque parentes, filios suos, alijs dare nutriendos. Vnde Persius.* Cùm sapimus patruos. *Dicẽdo aũt,* ipse, *ignotæ personæ hoc pronomine addit dignitatem.* Lyciâ *autem, pro, in Lyciâ.* PARIBVSQ. onerauerat armis.] *Scilicet, vt æqualiter dimicarent, æqualiter currerent.* ANTIQVI.] *Pro, nobilis & magni: vt,* vrbs antiqua fuit. B *aut propriè* antiqui: *si referamus ad tempora scribentis.* DOLONIS.] *Cùm Troiani exploratorem, quem ad castra Græcorum mitterent, quærerent: hic Dolon exploratum se ire obtulit; si sibi equi Achillis pro præmio darentur. qui cùm îsset, obuios habuit Diomeden & Vlyssen, similiter exploratores, missos ad castra Troiana: quem Diomedes & Vlysses vinctum ad arborem relinquentes, profecti ad castra Troiana, occisores abductis equis redeuntes occiderunt. Huius filium nunc inter Troianos à Turno dicit occisum.* PRO talibus ausis.] *Quæritur; quis ante hunc* ausis *dixerit.* AVSVS Pelidæ precium sibi poscere currus] *Difficilis hypallage. nam hoc vult dicere: Qui vt Achillis equos posset accipere, ire ausus est ad castra Græcorum.* C *Ordo enim non procedit: qui vt iret, ausus est petere.* Currus *verò, pro curruum; ac per hoc, equorum, dixit.*

POM. Sabi.

TORREM.] *Antiqui dicebant hic Torrus: postea hic Torris.* NVDATO capite.] *sinè galeâ, vt dignosceretur: quia mixti erant Troiani cum Rutulis.* GLORIA facti.] *scilicet, quis fuerit, qui tam magnam gloriam habuisset, ignoratur: scilicet, quis vulnerauerit Aeneam.* FORMIDINIS.] *Formido, iræ, insidiæ, comitantes Martem. ideò ait,* comitatus dei. EVMEDES.] *vocabatur Eumedes, vt auus: & filius erat Dolonis. Lege Homerum in Iliade. Diomedes interemit Dolonem, sperantem equos Achillis.*

VAR. Lect.

MENTVMQVE reducta Disijcit.] *In Romano libro,* Discidit *legitur. Sed in Oblongo,* Dissidit *habetur.* CLAVDVNTVR lumina noctem.] *Antiqui libri,* Mortem *habent.* QVÆVE ista repens.] *In libris aliquot antiquis,* Quoue *legitur. Sunt etiam, in quibus non* Repens; *sed* Recens *habeatur.* ME finite, atque auferte metus.] *in libris aliquot antiquis legere est,* Me finite, auferte metus; *sinè* Atq;. CASVSVE, deúsue.] *Antiqua exemplaria legunt,* Casúsne deúsne. PROTERIT, aut raptus.] *Donatus* An *legit.* SANGVINEVS Mauors clypeo increpat.] *In Rom. lib.* Intonat *habetur.* ATRÆ formidinis ora.] *In Rom. lib.* Atra quippe ora *legitur.* THAMYRINQ.] *Et* Thamarim, *&* Thamarum, *&* Thamy-

Digitized by Google

A Thamyrum, in diuersis libris legitur. Quinetiam Taurum in aliquot habetur. EMINVS ambos.] Est & ambo. IMBRASIDAS, Glaucum, atque Laden.] Oblongus liber Hymbrasidas, & Hymbrasus habet per y: & Hyadem non Laden. In aliquot alijs, Caden legitur. In Romano, Embrasidas, & Embrasus. VEL equo præuertere ventos. In veteribus aliquot exemplaribus, Equis habetur. MEDIA Eumedes in prælia fertur.] In libris plerisque veteribus, Eumenides legitur. SIBI poscere currum.] Alibi legitur, Currus.

DON. RVIT ille recedens, Et miser oppositis à tergo inuoluitur aris, In caput, inque humeros.] Quum retrorsum Aulestes cederet, Messapo proterente, non se auertens, ne terga hosti nudaret; deceptus est, ararum obiectu non viso. illic quippe in caput, inque humeros inuolutus concidit. AC feruidus aduolat hastâ Messapus.] Festinandum enim fuit: vt ille sese colligeret, & tanti casus periret occasio. TELOQVE orantem multa trabali, Desuper altus equo grauiter ferit.] Multa orantem, trabali telo grauiter percussit. Trabale, telum est forte, vt sunt trabes. Quomodo autem grauiter ferierit; ipse Poëta descripsit: Graue, inquit, & forte

B satis habuit telum; quod facilè potuit dimitti eum pondere: quia ex summo descendit, quum ille equo portaretur. ATQVE ita fatur.] Qui enim infestus venerat, & habuit fortunæ suffragiũ; gratulationis suæ vocem misit: quòd insultaret exanimi. HOC habet.] Hoc est, benè se habet res. HÆC melior magnis data victima diuis.] Nunquid intertupti sunt actus nostri? sacrificandum numinibus fuit meliore victimâ: vota persoluimus. Cum ioco meliorem victimam dixit: quia in aram cecidit; & illic occisus est. CONCVRRVNT Itali, spoliantque calentia membra.] Auiditatem hic Italorum expressit, & nobilem auaritiam: qui antè ad detrahenda spolia conuolassent; quàm funus obruissent occisi. OBVIIS ambustum torrem Chorinæus ab arâ corripit, & venienti Ebuso, plagamque ferenti, Occupat os flammis.] Chorinæus Ebuso, id obuiàm venienti, plagamque ferenti, obuius factus; quum se aduerteret in manus hostis perniciosè incidisse: rapuit ex arâ fustem ardentem, eumque ori venienti, obiecit. ILLI ingens barba reluxit, Nidoremque ambusta dedit.] Duæ fuerunt occasiones: vna ignis sumpti ex arâ; altera, quòd occurrit facies, quæ barbæ fomite exceptum nutriret incendium. SVPER ipse secu-

C tus, Cæsariem læuâ turbati corripit hostis, Impressoque genu nitens, terræ applicat ipsum: Sic rigido latus ense ferit.] Posteaquam flamma turbauit hominem, eique eripuit aspectum: aduolauit ille, implicuitque eius comas leuâ; & nitens genu, superatum ad terram vsque perduxit, impressitque lateri eius rigidum gladium, hoc est, satis acutum. PODALIRIVS Alsum Pastorem, primâque acie per tela tuentem, Ense sequens, nudo superimminet: ille securi aduersi mediam frontem mentumque reductâ Discidit, & sparso latè rigat arma cruore.] Podalirius, dum Alsium pastorem sequitur, propterea quòd ausus esset in primâ acie versari; ille ex aduerso veniens, inimici sui mediam frontem securi percussit, tanto pondere, vt vsque ad mentum eius distenderet. quod ipsum factum est arte ferientis, qui post inflictam cædem reduxit dexteram. Veniens enim securis, intulit plagam, & reducta, geminauit quod fecerat. Post tantam autem vim consecutus sanguis, cæsi arma perfudit. OLLI dura quies oculos, & ferreus vrget Somnus: in æternam clauduntur lumina noctem.] Est enim quies alia non dura, & non ferreus somnus, & nox non æterna: quibus qui vtuntur ad tempus, incolumem retinent vitam. AT pius Æneas dextram tendebat inermem, Nudato capite, atque suos clamore vocabat.] Quum illi hæc non sinè sacrilegij crimine gererent; Troianæ verò partes resistendi studio ducerentur; emersit idem ipse Aeneas pius, id est, deorum cultor, nudo capite, atque inermi dextrâ vt cognosceretur à suis; aut, ne ipse quoque vitius particeps esset, si fuisset armatus. Locutus est autem ad suos clamore magno: ne, secuti hostium desperationem, ipsi quoque sacrilegij sceleribus implicarentur. QVÒ ruitis.] Aliud est, ire, aut tendere: aliud, ruere. Ruere, est inconsultè aliquid aggredi. cadentis enim more decipitur: non enim, quomodo vult, cadit, qui ruit. Dicitur enim casus violentiâ, non propriâ voluntate. QVÆVE ista repens discordia surgit?] Vel quò vos trahit surgens repentina discordia, & incautos decipit, in perniciem vestram perniciosè serpendo? Multa subiacebant, quæ pòst dici potuerunt: sed tempus non fuit, vt in superfluis moraretur. Reuocari enim à sceleribus debuerant, quos sacrilegij considerabat effectos esse participes. Cæterùm dicere potuit; ô ciues, ô sobrij, aut ô miseri vel inconsiderati; & alia, aut bona, aut iniuriosa. Dixit ergo ô tantummodò: &, ne vagaretur longiùs; ad ipsam rem, quæ necessariò fuerat dicenda, peruenit. O' cohibete iras: ictum iam fœdus, & omnes Compositæ leges. mihi ius concurrere soli, Me sinite: auferte metus: ego fœdera faxo Firma manu, Turnum debent hæc iam mihi sacra.] Perfectum, inquit, iusiurandum est, & impletum: leges dictæ pacis & belli; quibus solus ipse obnoxius teneor. me solum fœdera nexuerunt: me pugnare permittite: nec vllus vos exagitet metus. virtute meâ firmabuntur gesta, quæ sacrilegorum temeritate sunt. Læsa sacra necesse est Turni supplicijs expiari. Quanta in duobus diuersitas! in Turno metus; in Aeneâ constantia: in Turno diffidentia; in Aeneâ eminens virtus, & procul exclusa formido. Postremò, quæ Turnus horrescit ac timet; Aeneas exoptat, & securus amplectitur. HAS inter voces, media inter talia verba, Ecce viro, stridens alis, allapsa sagitta est, Incertum quâ pulsa manu, quo turbine adacta. Quis tãtam Rutulis laudem, casúsne, deúsne, Attulerit; pressa est insignis gloria facti: Nec sese Æneæ iactauit vulnere quisquam.] Propè aderat, vt impleretur Iunonis dictum. suprà enim ait: FORSAN miseros meliora sequentur.] Ecce, ictus erat Aeneas: non cuiuspiam virtute; sed casu. nã à certamine reuocat suos, dum nudo capite atque inermi dextrã loquitur; incertum, cuius captatus insidijs, sagittã percussus est. huius autem latere author maluit, quàm sese de tanti herois aduerso iactare. TVRNVS, vt Æneam cedentem ex agmine vidit, Turbatosque duces.] Vidit, non semel accipiendum est: vt sit, Vidit Aeneam cedentem; vidit turbatos duces. Compendiosa narratio; in quâ etiam non dicta possunt intelligi. non enim descripsit Aeneam cedentem ex agmine, aut duces turbatos: sed, quasi iam dixisset, sic Turnum asseruit hæc vidisse. SVBITA spe feruidus ardet: Poscit equos, atque arma simul, saltuque superbus.] Huius mali occasione arreptâ, Turnus audere cœpit: vt vulnerato insisteret, qui congredi antè non audebat. Poscere igitur equos cœpit, atque arma: & exsultantium more, quasi superior esset effectus, gratulabatur de hostis aduerso. EMICAT in currum, & manibus molitur habenas.] Emicat in currum, hoc est, dum se iactat, transscendit in currum luxurians: & habenas equorum temperabat manibus suis; suscepto rectoris officio. MVLTA virûm volitans dat fortia corpora letho: Semineces voluit multos; aut agmina curru Proterit; aut raptas furentibus ingerit hastas.] Existimans Turnus, lethali vulnere Aeneam esse percussum, ingenti lætitiâ ferebatur: vsque adeò, vt in aliorum necem iam iret, quasi de confecto potiore securus. multos interea fortes viros strauerat: multos dimittebat semineces: proterebat alios curru, equorum scilicet pedibus, & rotarum impulsu nonnullis quum fugerent, hastas ingerebat. An suas raptas hastas ingesserit hostibus, an hostibus raptas, id est, sublatas; incertum est. melius est tamen, vt suas rapuisse, & hostibus ingessisse videatur. QVALIS apud gelidi quum flumina concitus Hebri Sanguineus Mauors clypeo increpat,

Digitized by Google

pat, atque furentes Bella mouens immittit equos: illi æquore aperto Ante notos Zephyrumq; volant: gemit vltima pulsu Thraca pedum. circumque atræ formidinis ora, Iræque insidiæque dei comitatus, aguntur.] *Quemadmodum, inquit, solet Mars sanguineus: non ipse sanguineus; sed per quem sanguis effunditur. omnis enim pugna, sinè sanguine esse non potest.* APVD Hebri, *inquit*, flumina] *ipse fluuius Heber dicitur. & dixit* Hebri flumina: *vt illum appareat per multa ora effundi.* CLYPEO increpat.] *strepit enim scutum, quum fortè pugnatur: quia concussum sonat. Vel quemadmodum equos furentes Mars dimittit per campum: illi verò, acceptâ potestate, cursu præueniunt ventos. Terra autem, pulsata crebris vngularum ictibus, gemit; & vltima pulsu pedum Thrácia contremiscit: & illic sinè metu atque irâ nihil est; ac sinè insidijs nihil.* TALIS equos alacer media inter prælia Turnus, Fumantes sudore, quatit.] *Sic & Turnus agebat equos suos, fumantes ex sudore, vt ardere putarentur interitùs.* (MISERABILE) cæsis Hostibus insultans.] *Tantas faciebat cædes, cum insultatione plenâ: vt actus eius sic sinè miseratione videri non possent.* SPARGIT rapida vngula rores Sanguineos.] *Nimietatem fusi sanguinis expressit: vt qui currentes, quasi quosdam rores sanguineos spargerent vngulis suis.* MIXTAQVE cruor calcatur arenâ.] *Diuersitatem quandam fecit in descriptione copiosi sanguinis; vt pars eius equorum pedibus, ad vicem roris, spargeretur; vngulis premeretur altera.* IAMQVE neci Sthenelumque dedit, Thamirumq;, Pholumque.] *A generali descriptione cæsorum, ad specialem, transitum fecit: assignans, vno loco tres datos neci; Sthenelum, Thamirum, Polumq;.* Quod tantùm semel posuit, Dedit, *nec tribus aptemus. Transit ad aliorum necem.* HVNC congressus, & hunc; illum eminus.] *Non hunc & hunc congressus occidit: sed congressus dedit neci hunc & hunc. dicit iam, quomodo illum eminus; alterum cominus, hoc est, vnum gladio, alterum hastâ, deiecit eminus.* AMBOS Imbrasidas, Glaucum atque Ladē.] *Imbrasi filios, Glaucum & Laden, congressus est: illum eminus; alterum cominus neci dedit. Quod enim suprà dixit,* Iamque neci Sthenelumque dedit, Thamirumque, Pholumque: *etiam ad Imbrasi filios pertinet, Glaucum & Laden. quorum primò dixit necem esse perfectam: & dehinc eorum patrem nominauit.* QVOS Imbrasus ipsa Nutrierat Lyciâ, paribusque onerauerat armis.] *Dixit nomina ipsorum; designauit & numerum: patris & regionis ipsorum nomen ostendit; &, quemadmodum sint nutriti, atque armis paribus muniti viderentur. Exponit iam, quid sit,* PARIBVSQVE onerauerat armis. Vel conferre manum; vel equo præuertere ventos.] *Ipsa erant paria arma: vt ambo nossent congredi pedestri certamine; ambo ex equo pugnare.* PARTE aliâ, media Eumedes in prælia fertur, Antiqui proles bello præclara Dolonis: Nomine auū referens; animo, manibusq; parentē. Qui quondā, castra vt Danaū speculator adiret, Ausus Pelidæ B preciū sibi poscere curr9.] *Dicitur origo istius: & propter plenā personæ cognitionē, parentū quoq; eius repellitur fabula. Ipsius enim gesta narrantur. Filius, inquit, Dolonis Eumedes.* Eumedes *nepos summi viri, & in bello probatissimi, nō minore virtutis robore patri progenitus. Hic Dolon tantâ cōstantiâ fuit: vt belli Troiani tempore, in Castra Graiorū speculator iret, & sibi pro laboris cōmodo, decerneretur Achillis currus.*

A

Affecit precio: nec equis aspirat Achillis.
Hunc procul vt campo Turnus conspexit aperto.
Antè leui iaculo longum per inane secutus,
Sistit equos bijuges, & curru desilit: atque
Semianimi elapsoque superuenit; & pede collo
Impresso, dextræ mucronem extorquet; & alto
Fulgentem tinxit iugulo: atque hæc insuper addit:
En agros, & quam bello, Troiane, petisti
Hesperiam, metire iacens. hæc præmia, qui me
Ferro ausi tentare, ferunt; sic mœnia condunt.
Huic comitem Buten coniectâ cuspide mittit;
Chloreaq;, Sibarimq;, Daretaq;, Thersilochumq;,
Et sternacis equi lapsum ceruice Thymœten.
Ac velut Edoni Boreę cùm spiritus alto
Insonat Ægæo; sequiturque ad littora fluctus,
Quà venti incubuêre; fugam dant nubila cœlo:
Sic Turno, quacunque viam secat, agmina cedunt,
Conuersęque ruunt acies: fert impetus ipsum,
Et cristam aduerso curru quatit aura volantem.
Non tulit instantē Phegeus, animisq; frementem.
Obiecit sese ad currum, & spumantia frænis
Ora citatorum dextrâ detorsit equorum.
Dum trahitur, pendetq; iugis, hunc lata retectum
Lancea consequitur, rumpitque infixa bilicem
Loricam, & summum degustat vulnere corpus.
Ille tamen clypeo obiecto conuersus in hostem
Ibat, & auxilium stricto mucrone petebat:
Quem rota præcipitem, & procursu concitus axis
Impulit, effuditque solo. Turnusque secutus,
Imam inter galeam, summi thoracis & oras,
Abstulit ense caput, truncumq; reliquit arenâ.
Atq; ea dum campis victor dat funera Turnus;
Interea Æneam Mnestheus, & fidus Achates,
Ascaniusquê comes castris statuêre cruentum
Alternos longâ nitentem cuspide gressus.
Sæuit, & infracta luctatur arundine telum

SER. AFFECIT precio.] *Modò pœnam significat: nam preciū est τῶν μισῶν. Terentius:* Ergo preciū ob stultitiam fero. *Vnde & Græci τιμωρίαν, pœnam vocant, ἀπὸ τοῦ τιμᾶν, quod est precium.* NEC equis aspirat Achillis.] Aspirat, *apud maiores,* accedit *significat. Cicero:* Nūquam aspirauit ad curiam. *Sed hic figuratè dixit,* Aspirat equis, *pro, ad equos, id est, occisus est, nec ad equos Achillis accessit. Melius tamen est, vt Diomeden intelligamus. vt sit sensus: Diomedes occîdit Dolonem, qui equos Achillis ausus est petere: quos nec ille, qui eum occidit, poposcit. Sanè* adspirat *est tractum ab his, qui insequentes spiritu suo proximos adflant.* LONGVM per inane.] *Hoc est, per longum spatium.* SECVTVS iaculo.] *Pro, insecutus: vel certè è longinquo eum antè iaculo vulnerauit.* ELAPSOQVE.] *Pro, lapso.* DEXTRÆ mucronem extorquet.] *Quasi procœconomia est: vt non eum suo interimat gladio; ne agnoscat, quod Metisci est; & suum requirat: quo facto perire poterat, sequente fracti gladij œconomia.* TINGIT iugulo.] *Hic non significat* inficit, *vt,* Tinge nouo mecum direptis crura cothurnis: *sed demersit in iugulum: vt ibi,* Stygiâ candentem tinxerat vndâ, *imbuerat, durârat, significat.* EN agros.] *Subauditur, quos victore Æneâ te* C *accipere posse credebas, corpore tuo metire. insinuatur autē agros, qui colonis adsignant. Indè enim Sarcasmus factus est. nā consuetudo erat, vt victores Imperatores, agros militibus suis darent: vt in historijs legimus. Item in Lucano,* An meliùs fient piratæ, Magne, coloni. *Et hoc est, quod suprà ait,* Hostibus insultans. STERNACIS equi.] *Ferocis, qui facilè sternit sedentem. Quidam pro pauidi accipiunt: consternati enim equi dicuntur.* EDONI Boreæ.] *Thracij. nam Edon mons est Thraciæ. Sanè sciendum, hoc loco errasse Donatum; qui dixit Edonij legendum; vt do breuis sit, secundùm Lucanum, qui dicit,* Edonis Ogygio decurrit plena Lyæo.

Nemq

Eripere, auxilioque viam, quæ proxima, poscit:
Ense secent lato vulnus, telique latebram
Rescindant penitùs, seseque in bella remittant.

A *Namq; certum est, Systolen fecisse Lucanũ. Vnde* Edoni *legendũ est: vt sit, hic Edonus, huius Edoni. Stat. & Vergiliũ, & artè secutus, ait:* Tristiùs Edonus hyemes Hebrúmque niualem: *Non Edonias.* ÆGÆO.] *Mari scilicet, sicut sequentia indicant.* SEQVITVR'QVE ad littora fluctus.] *Nam malè ait Donatus, montem esse, vnde flat Boreas: cùm certum sit, eum de Hyperboreis montibus flare.* Quidam fluctus *meliùs numero singulari accipiendum putant.* QVA venti incubuêre.] *Pro, quà ventus. Boream enim solum dixit.* FVGAM dant.] *Pro fugiunt. vt alibi,* Defensum dabit. QVATIT volantem.] *Vt,* Oblimet inermeis. INSTANTEM Phegeus.] *Aut sibi, aut omnibus.* AD currum.] *Pro, currui se obiecit.* CITATORVM.] *Aphæresis; pro, concitatorum.* PENDET'QVE iugis.] *Pro, iugo. vt,* Ausus Pælidæ pretium sibi poscere currus. LANCEA.] *Rarò lectũ: & est telum missile.* BILICEM Loricam.] Li *longa est, & accentum habet; sicut Bifidum, si producitur: quia & fila, & licia, dicimus.* DEGVSTAT corpus.] *leuiter tangit, id est, stringit: propter exiguitatem* B *sanguinis. vnde è contrario de alto vulnere ait,* Virgineúmque altè bibit acta cruorem. DVCTO mucrone.] *Id est, educto.* PROCVRSV.] *Impetu. & est procursus, vna pars orationis.* SÆVIT.] *Scilicet, quia non potest in bella procedere: vel quòd abstractus à bellis sit. Et bene viro forti seruat dignitatem, qui nihil molliter facit in tam aspero vulnere. nam ideò ait,* Infractâ luctatur arundine. ENSE secent lato vulnus.] *Quidam lato ita dictum accipiunt, vt quasi ipso iubente, ne scalpello, aut aliquo ferramento minore; sed ense, & hoc lato: quod cum maiore dolore, dummodò extractâ sagittâ, remittant eum quamprimùm ad pugnam alij lato, pro latè tradunt. Vbiq; tamen animum viri fortis expressit.*

POM. Sabi. ADFECIT precio.] *pro pœnâ. nam pœna fuit illi iustum precium.* ÆDONI.] *Aedones, populi sunt Thraciæ: vnde nunc Aedonius Boreas. & quámuis apud Græcos sit* ω *do, Latini tamen breue fecerunt.* POSCIT.] *viam euellendi sagittas.*

VAR. Lect. CAMPO Turnus conspexit aperto.] *In Romano libro legere est,* Prospexit. FVLGENTEM tinxit iugulo.] *In Mediceo* Tingit *legitur.* HVIC comitem Buten, *Antiqua emplaria,* Asbutem *hîc legunt.* SIBARIM'Q. C *In libris aliquot* Sabarim *legitur. In nonnullis antiquis* Hasbarim: *est & vbi* Fabarim *legas.* AC veluti Edoni Boreæ.] *In libris antiquis* Edonij *scribitur.* ORA citatorum dexrrâ contorsit equorum.] *In Mediceo, & antiquis alijs libris,* Detorsit *scriptum obseruaui.* DVM trahitur, pendetque iugis, hunc lata retectum.] *In libris antiquis legere est,* Pendentque iugis hîc. *Sunt etiam libri, qui pro* Retectum *legant* Relictum. IBAT, & auxilium stricto mucrone petebat.] *In veteribus aliquot libris legere est,* Auxilium educto mucrone. *In aliquot alijs,* Ducto à mucrone. *Alij malunt,* Ducto mucrone. PROCVRSV concitus axis.] *Aliqui* Procursu; *sed malè.* IMPVLIT, effuditque solo.] *In aliquot exemplaribus,* Effundit *est.* TRVNCVM'QVE reliquit arenâ.] *In aliquot libris,* Relinquit *est. Est & in plerisque,* Arenæ. ASCANIVS'QVE comes castris.] *In Romano libro,* Ascaniusque puer; *non* Comes, *legitur.*

DON. ILLVM Tydides alio pro talibus ausis Affecit precio; neque equis aspirat Achillis.] *Hoc promissum nec aggressus est, nec impleuit. rapuit enim eius vitam Diomedes; & concilia eius, virtutis authoritate præuertit; eumq; docuit spolia non quærere fortioris.* HVNC procul.] *Hoc est, Eumedem iuniorem.* VT campo Turnus prospexit aperto, Antè leui iaculo longum per inane secutus.] *Hunc Turnus quum procul vidisset: (fuit enim longiùs videndi procliuis occasio; cùm hanc daret æqualitas diffusa camporum) auiditate feriendi prouocatus, iaculo potiùs celeri, quàm manibus tenuit. Potuit enim maturiùs fieri, vt per inane volitans hasta, ipsius aduentum Turni præueniret, & vinceret.* Sistit equos bijuges, & curru desilit, atque Semianimi lapso superuenit.] *Ecce, quantum profuit missi celeritas iaculi: si, ad eum Turnus cùm superuenit, iam lapsus, iam semianimis fuit.* ET pede collo impresso, dextræ mucronem extorquet, & alto Fulgentem tinxit iugulo.] *Quæ quum ita essent: pressit pede collum eius ad terram; & suo illum gladio iugulauit. Iratum voluit Turnum ostendere: vt morienti etiam gladium alium secaret in iugulum. Cæterùm & hoc non fecisset, moreretur ex primo vulnere. vsq; adeò commotum expressit, vt sequerentur & verba, quæ congruerent facto.* ATQVE hæc insuper addit: En agros, & quam bello Troiane, petisti Hesperiam, metire iacens. hæc præmia, qui me Ferro ausi tentare, ferunt; sic mœnia condunt.] *Vera insultantis vox. Habes inquit, Troiane, quod votis tuis prouenire cupiebas. iaces in agris Hesperiæ: & spatio corporis tui, quàm lati sint, potes metiri, si velis. Hunc habent exitum, qui me prouocant bello; & tale sibi domicilium condunt.* HVIC comitem Asbutem coniectâ cuspide mittit.] *Asbutem Eumedi comitem mittit, coniectâ cuspide, id est, missa.* CHLOREA'QVE, Sibarimq;, Daretaque, Thersilochumque, Et sternacis equi lapsum ceruice Thymœten.] Comitem huic mittit, *ad singulos pertinet, quorum complexus est nomina. Omnes, inquit, hastâ deiecit. Thymœtes autem sternacis equi ceruice deceptus est. Quid sit* sternacis equi, *ex facto colligere possumus: eius enim genibus fixis, per ceruicem lapsum equitem fudit.* AC velut Edoni Boreæ quum spiritus alto Insonat Ægæo, sequiturque ad littora fluctus, Quà venti incubuêre, fugam dant nubila cœlo: Sic Turno, quacunque viam secat, agmina cedunt; Conuersaque ruunt acies: fert impetus ipsum, Et cristam aduerso curru quatit aura volantem.] *παραβολὴ inducta est ostendens Turni discursus & gesta. Vt solent, inquit, Boreæ venti flatus fortissimi pelagus commouere, ac dare sonum, & fluctus in littora voluere, & in eam partem vrgere impetus suos, quà incubuerit ventus: sic cedebant Turno agmina, quacunque tendebat.* NON tulit instantem Phegeus, animisque frementem.] *Non tulit, hoc est, non est passus Phegeus, hominem sic ferri; atq; ita sæuire impunè in omnes.* OBIECIT sese ad currum, & spumantia frænis Ora citatorum dextrâ detorsit equorum.] *Mira hominis virtus, & singularis audacia: vt iret ad currum; nec metueret superiorem hostem: Impetum quoque equorum currentium frangeret, & torqueret in aliam partem.* DVM trahitur, pendetque iugis.] *Ex eo, quòd vnus currus vnum habeat iugum, sic exponunt plerique; quasi pluralem numerum pro singulari Poëta posuerit. Nos contrà sentimus: qui enim ora citatorum dextrâ detorsit equorum; proculdubiò frænos tenuit, non iugum: & non iugo pendebat, sed iugis, hoc est, frænis iunctorum equorum, vt hoc ei ad virtutem accedat; quòd bijuges pleno ictu currentes nitebatur vincere. Rectè etiam* Trahitur *dixit: vt partem potiorẽ daret virtuti equorum citatorũ; parti verò fortitudini retinentis. Qui enim pendens trahebatur, euicerat aliquid: sed duorũ equorũ latus, qui impediti frænis, & hominis pondere; durabãt tamẽ & trahebant perseuerantem.* HVNC lata retectũ Lancea cõsequitur; rumpitque infixa bilicem Loricam, & summum degustat vulnere corpus.] *Quum traheretur, inquit, pendens lanceâ ingenti de summo percussus est. & quia difficultas feriendi inter equorum capita fuit, & ictu loricæ robur fortioris obstabat; lethale vulnus infigi non potuit: degustauit tamen eius sanguinem ferrum.* ILLE tamen clypeo obiecto conuersus in hostem ibat, & auxilium stricto

Digitized by Google

mucrone petebat.] *Ille, excepto licèt leui vulnere, in ipſum hoſtem cœperat tendere; obijciens ſcutum, & fidens auxilio gladij, quem ſtrictum tenebat, hoc eſt, paratum ad feriendum.* QVEM rota præcipitem, & procurſu concitus axis Impulit, effuditque ſolo.] *Hunc, qui ſcutum obijciebat, rota & axis, quum procurrent, dederunt præcipitem: quod facilè fieri non potuit. vbi fuit periculum duplex: aliud quippe axis & rotarũ incurſu, dum haſtam vitare contendit. Plus enim diſcriminis ſperabatur è ſummo: & ipſe fuerat feriendus, qui valebat. Dum igitur ſuperiora reſpicit, ſicut dictum eſt, impulſu axis & rotæ proſtratus eſt.* Procurſu *quod ait, vna pars eſt ſententiæ; quaſi porrò tenens curſum. Hunc procurſum, vt meliùs exprimeret; addit* Concitus axis: *vt apertiùs oſtenderet, quid eſſet Procurſus.* TVRNVSQVE ſecutus, Imam inter galeam, ſummi thoracis, & oras, Abſtulit enſe caput, truncumq; reliquit arenæ.] *Mox, inquit, vt ille prouolutus iacuit; ilicò ſecutus eſt Turnus: & inter loricæ fines & galeæ, caput eius gladio abſcidit; relinquens arenæ truncum corporis.* ATQVE ea dum campis victor dat funera Turnus: Interea Æneam Mneſtheus, & fidus Achates, Aſcaniusque puer, caſtris ſtatuêre cruentum, alternos longâ nitentem cuſpide greſſus.] *Dum hæc ageret Turnus, & tot funera victor daret in campo: Aeneas, vel Troiani cum eo, quid agerent, dicitur. Mneſtheus atque Achates, inquit, & Aſcanius, licèt adhuc puer; ſciens tamen, quid patri vel maximè vulnerato deberetur; ſtatuerunt eum caſtris, cruentum ex vulnere, auxilio haſtæ mouentem greſſus. Vbi percuſſum deſcribit, non oſtendit Poëta vulneris locum: ſed quum dicit,* Alternos longâ nitentem cuſpide greſſus; *intelligere poſſumus, ſagittam pedi eius inhæſiſſe.* A SÆVIT.] *Non ſæuiebat ex vulnere: ſed quod tardaretur ex bello. Denique ſequitur:* ET infracto luctatur arundine telum Eripere.] *Ecce, impatiens animus viri fortis non exſpectauit, vt ordine medicinæ ſagitta extraheretur ex vulnere. moras enim non ferebat: quæ fuerant properanti contrariæ. Manu, inquit, propriâ arundinem cupiebat infringere, ferrumq; ipſum eripere.* Eripere, *eſt non trahere paulatim; ſed ſemel rapere. quod fieri ſinè magno corporis malo non potuit: vt, qui properabat ad campum, & maioris curæ cauſam necteret.* AVXILIOQVE viam, quæ proxima, poſcit: Enſe ſecent lato vulnus.] *Quia ſagittam non poterat rapere: cùm hamis interiùs teneretur: dicebat proximam eſſe auxilio viam, id eſt, facilius eſſe, & celeriùs prouenire poſſe remedium, vt lato enſe ſecent vulnus.* TELIQVE latebras Reſcindant penitùs, ſeſeq; in bella remittant.] *Quoniam illo tempore odioſas habuit moras: totum, quod volebat effici, moras afferre, non compendium potuit. nam ſagittam rapere, & lato enſe penitus ſecare latebram teli, augmentum vulneris fuit: ex augmento ipſo maior dolor, & longi tempo-* B *ris cura. Totum igitur properanti (vt dictum eſt) contrarium fuit. ſed totum redigitur ad animum viri fortis, ardentis in bellum: qui dolores omnes fidebat poſſe ſe tolerare, & vincere ſuſtinendo, ſi ſagittâ caruiſſet.*

Iamque aderat Phœbo ante aliòs dilectus Iapix
Iaſides; acri quondam cui captus amore
Ipſe ſuas artes, ſua munera lætus Apollo,
Augurium, citharamque dabat, celereſq; ſagittas.
Ille, vt depoſiti proferre fata parentis,
Scire poteſtates herbarum vſumque medendi
Maluit; & mutas agitare inglorius artes.
Stabat, acerba fremens, ingentem nixus in haſtam
Æneas; magno iuuenum & mœrentis Iüli
Concurſu, lachrymiſque immobilis. ille retorto
Pæonium in morem ſenior ſuccinctus amictu,
Multa manu medicâ, Phœbiq; potentibus herbis,
Nequicquam trepidat; nequicquã ſpicula dextrâ
Sollicitat, prenſatque tenaci forcipe ferrum.
Nulla viam fortuna regit; nihil author Apollo
Subuenit: & ſæuus campis magis ac magis horror
Crebreſcit; propiusque malum eſt. iam puluere
cœlum
Stare vident: ſubeunt equites; & ſpicula caſtris
Denſa cadunt medijs: it triſtis ad æthera clamor
Bellantum iuuenum, & duro ſub Marte cadentum.
Tùm Venus, indigno nati concuſſa dolore,
Dictamnum genitrix Cretæâ carpit ab Idâ,
Puberibus caulem folijs, & flore comantem
Purpureo: non illa feris incognita capris
Gramina, cùm tergo volucres hæſêre ſagittæ.
Hoc Venus, obſcuro faciem circumdata nimbo,
Detulit: hoc fuſum labris ſplendentibus amnem
Inficit occultè medicans, ſpargitque ſalubreis
Ambroſiæ ſuccos, & odoriferam panaceam.
Fouit eâ vulnus lymphâ longæuus Iapix
Ignorans: ſubitoque omnis de corpore fugit
Quippe dolor; omnis ſtetit imo in vulnere ſanguis.
Iamque ſecuta manum, nullo cogente, ſagitta
Excidit, atque nouæ rediêre in priſtina vires.
Arma citi properate viro: quid ſtatis? Iapix
Conclamat; primuſque animos accêdit in hoſtem.
Non hæc humanis opibus, non arte magiſtrâ
Proueniunt: neque te, Ænea, mea dextera ſeruat:

SER. IAPIX.] *Aptum nomen medico. nam* ἰᾶσθαι *Græci dicunt curare.* AVGVRIVM citharamque dedit.] *Vera lectio eſt,* dabat: *nam non dedit. Sanè per citharam, ſcientiam indicat harmoniæ, id eſt, muſicæ. Sed & cithara, & ſagittæ, artes ſunt; augurium verò, munus. non enim ſolâ arte; verùmetiam indulâ diuinitate colligitur.* VT depoſiti.] *Id eſt, deſperati. nam apud veteres conſuetudo erat, vt deſperati ante ianuas ſuas collocarentur: vel vt extremum ſpiritum redderent terræ; vel vt poſſent à tranſeuntibus fortè curari, qui aliquãdo ſimili laborauerant morbo. Cicero:* Ægram & propè depoſitam reipublicæ partem ſuſcepiſſe. *Statius in Thebaid.* Ferte depoſitis opem. POTESTATES herbarum.] *Vim, poſſibilitatem. nam in herbarum curâ vis eſt, quæ* δύναμις *dicitur; nulla ratio. vnde etiam ait,* Mutas artes, *muſicæ comparatione licèt alij,* mutas artes, *tactum venæ velint. Alij* mutas, *quia apud veteres manibus magis medicina tractata eſt: vnde & Chirurgia dicta. nam ipſe ait,* Multa manu medicâ, Phœbiq; potentibus herbis. *Ergo mutas: quia, vbi manu res agebatur, ceſſabat oratio.* VSVMQVE medendi.] ἐμπειρίαν *ſcientiam, hoc eſt, medicinam: in vſu, non in ratione conſtantẽ. Nam quædam artes vſu diſcuntur: ſicut ipſa maximâ parte medicina; quæ antè Hippocratem muta fuit.* INGLORIVS.] *Comparatione ſagittarum, harmoniæ, id eſt, muſicæ, & diuinitatis.* MALVIT.] *Quoniam heroicis temporibus, etiam medicina valdè fuerat in honore.* ACERBA fremens.] *Pro, acerbè. aduerbium qualitatis, in nomen deriuatũ.* C LACHRYMISQVE immobilis.] *Non ſuis, ſed illorum.* PÆONIVM in morem.] *Medicinalem; à Pæone. Nam Doricæ linguæ eſt Pæan: naturale autem, eſt Pæon.* MVLTA.] *Pro, multùm.* TREPIDAT.] *Pro, trepidanter facit.* FORCIPE ferrum.] *Hîc forcipẽ dixit, quod Græci* ἀρδιοθήρας *dicunt: quâ ſolent ſpicula vulneribus euelli.* ἄρδια *enim, ſpicula ſagittarum appellantur. Alibi* forcipem, *quòd forbum, id eſt, calidum, capiunt.* NVLLA viam fortuna regit.] *Nullus euentus rationem præſtat.* NIHIL autor Apollo.] *Medicinæ inuentor. Nam Aeſculapius præeſt medicinæ, quam Apollo inuenit. Ipſe in Ouidij Metamorphoſi ait;* Inuentum

Digitized by Google

A uentum Medicina meũ eſt. PROPIVS'QVE malum.] Ex fugâ ſcilicet Troianorum. STARE.] Plenum eſſe. vt alibi; Stat puluere cœlum. Et, Stant & iuniperi. Alij ſtare, conſtare intelligunt: vt ſignificet, puluere cœlum conſtat, id eſt, in puluerem verſum eſt, & quaſi totum ex puluere eſt. Alij, diuturnum puluere & continuum ſignificatum volunt, inumbrationemq; ex eo ſolis, & cœli factam: id eſt, non moueri cœlum, ſed conſiſtere; eundemq; manere habitum aëris, ex continuâ caligine pulueris, obducto ſemel cœlo, & quaſi ab oculis intercluſo. Hîc venus.] Genitrix. INDI-
B GNO dolore. Qui fuerat natus ex vulnere indignè illato; ſcilicet per inſidias. DICTAMNVM.] Hęc herba licèt vbique naſcatur: melior in Cretâ eſt, quæ Dicta dicitur: vnde proprium herbæ nomen. Hæc admota vulneri, in quo ferrum eſt, extrahit ferrum: intantum, vt animalia apud Cretam, cùm fuerint vulnerata, ad hanc herbam currant, eâque depaſtâ, tela corpore dicantur excutere. Hæc herba hauſta, etiam venena corpore exigere dicitur. PVBERIBVS caulem folijs.] Hoc eſt, adultis. ſic in quarto, Pubentes herbæ. Et eſt reciproca inter her-
C bas & homines translatio.

Maior agit deus, atque opera ad maiora remittit.
Ille auidus pugnæ, ſuras incluſerat auro
Hinc atque hinc: oditque moras, haſtamque coruſcat.
Poſtquam habilis lateri clypeus, loricaq; tergo eſt:
Aſcanium fuſis circùm complectitur armis;
Summaque per galeam delibans oſcula fatur.
Diſce, puer, virtutem ex me, verumque laborem;
Fortunam ex alijs. nunc te mea dextera bello
Defenſum dabit, & magna inter præmia ducet.
Tu facito, mox, cùm matura adoleuerit ætas,
Sis memor; & te, animo repetentem exempla tuorum,
Et pater Æneas, & auunculus excitet Hector.
Hæc vbi dicta dedit: portis ſeſe extulit alt s;
Telum immane manu quatiens. ſimul agmine denſo
Anteus Mneſtheusque ruunt: omniſque relictis
Turba fluit caſtris. tum cæco puluere campus
Miſcetur; pulſuque pedum tremit excita tellus.
Vidit ab aduerſo venientes aggere Turnus;
Vidêre Auſonij: gelidusque per ima cucurrit
Oſſa tremor. prima ante omneis Iuturna Latinos
Audijt, agnouitque ſonum; & tremefacta refugit.
Ille volat, campoque atrum rapit agmen aperto.
Qualis vbi ad terras abrupto ſidere nimbus
It mare per medium: (miſeris, heu, præſcia longè
Horreſcunt corda agricolis: dabit ille ruinas
Arboribus, ſtragemque ſatis; ruet omnia latè.
Antè volant, ſonitumque ferunt ad littora venti)
Talis in aduerſos ductor Rhœteius hoſtes
Agmen agit: denſi cuneis ſe quiſque coactis
Agglomerant. ferit enſe grauem Thymbræus Oſirim;
Archetium Mneſtheus, Epulonem obtruncat Achates;
Vfentemque Gyas. cadit ipſe Tolumnius augur;
Primus in aduerſos telum qui torſerat hoſtes.
Tollitur in cœlum clamor: verſique viciſſim
Puluerulenta fugâ Rutuli dant terga per agros.
Ipſe neque aduerſos dignatur ſternere morti:

Leniter tentantis, ſecuta eſt. IN priſtina.] In vſum priorem: Hoc eſt, quales fuerunt priſtinæ, vel nouæ, magnæ aut miræ. ARMA citi properate viro.] Suo more oſtendit feſtinationem. antè induxit loquentem, quàm ſignificaret qui loqueretur. Atqui, ſicut nos Properare, feſtinare dicimus: ita antiqui pro Dare dicebant. Salluſtius: Solas feſtinate. NON hęc humanis opibus.] Poteſt ſubaudiri & antè, humana. MAIOR agit deus.] Apollo ſcilicet, inuentor medicinæ. Hoc eſt: hæc agit maior. HABILIS lateri clypeus.] Et hîc expreſſa feſtinatio eſt. LORICA'QVE tergo eſt.] Quare tergo tantùm totum ambiat corpus? Aut quia latus clypeo dixerat tectum; ſupererat, vt tergum loricâ muniret. SVMMA'QVE per galeam.] Decenter galeam quoque tùm induiſſe ſignificat. VERVM'QVE laborem.] Quem per me ipſe ſuſcipio: non qui ex aliorum virtute imperatoribus aſſcribi conſueuit. FORTVNAM ex alijs.] Subaudimus, opta. neque enim fortuna diſcitur. Quidam autem defectionem putant; & deeſſe volunt; Pete, aut Accipe. Alij figuram volunt; pro, quid fortuna ſit, ex alijs diſce: cum & bona & mala ſit fortuna; quid valeat dea

nam & herbarum pubertatem, & florem iuuentutis vocamus. Caulem autem, medium fruticis, qui vulgo θύρσος dicitur. De hac herbâ in quarto libro Aeneidos ait, vbi de vulneratâ ceruâ: Illa fugâ ſyluas ſaltusque peragrat Dictæos. GRAMINA.] Hîc pro herba. nam eſt hoc nomine alia herba, quæ in immenſum excreſcit. FACIEM circumdata.] A parte totum corpus accipimus. Et putatur ſic dictum; vt, Faciem mutatus & ora cupido. FVSVM amnem.] Pro aquâ. A toto partem. ſic ſuprà, Fontemque ignemque ferebant. AMBROSIÆ ſuccos.] Ambroſia eſt cibus deorum: nam Nectar potus. Alibi, Ambroſia vnguentum deorum legitur: Ambroſiæque comæ diuinum vertice odorem. Ambroſia, ab immortalitate dicta. α enim ſine, βροτὸς, mortalis. PANACEAM. Genus herbæ eſt. Sciendum tamen, Lucretium panaceam vbique ſalem dicere. vnde poſſumus & hoc loco ſalem intelligere: nam omnem pellit dolorem. Sed meliùs herbam; quia ait odoriferam. Alij panaceam medicamentum dicunt, ex compluribus herbis compoſitum, quod ad omne vulnus facit. Hanc herbam Hercules, contra vim venenorum, Theſſalis dicitur præſtitiſſe. Sanè nomen mirè compoſitum. QVIPPE dolor.] quaſi dolor. cuius natura hæc eſt, vt adhibito remedio ſtatim recedat. Nam dolor conſequens res eſt; non principalis. vnde, ſublatâ cauſâ, etiam ipſe ſtatim recedit. Hinc ait, quippe. nam infuſa aqua, inhærens laxare cœperat telum; quod antè inferebat dolorem. IAM'QVE ſecuta manu.]

hæc ex alijs diſce vult enim intelligi, ſe aduerſâ vſum. Et eſt Zeugma non integrum. DEFENSVM dabit.] Pro, defendet. INTER præmia.] Inter, veteres pro ad ponebant: id eſt, ad præmia. Cicero: Dico te priore nocte veniſſe inter falcarios: id eſt, ad falcarios. MATVRA adoleuerit ætas.] Matura adoleſcendo eſſe cœperit. SIS memor.] Subaudiendum, meorum factorum. ANTEVS, Memneſtheusque.] Seruauit τὸ πρέπον. Neceſſe enim erat, vt, vulnerato, duce, multi cum eo in caſtra remearent. MISCETVR.] Modò, confunditur: alibi, perturbatur. vt, Miſcet agens telis nemora inter frondea turbam. AGGERE Turnus.] Hîc aggere pro eminentiâ poſuit, de viâ autem aggerem non poſſumus dicere: niſi ſi viæ aggerem dicere voluerimus, id eſt, coaceruationem; quam hiſtorici viam militarem dicunt: vt, Qualis ſæpe viam deprenſus ab aggere ſerpens. Quidam ambiguitatem volunt: vtrùm ipſe Turnus in aggere; an venientes ex aggere. PRIMA ante omnes.] Vt, Primus ibi ante omnes. & ante omnes, Latinos ſolùm audit. TREMEFACTA refugit.] Quæritur, cur Iuturna, cùm hic acte excedat tempeſtas, mox tamen inducitur reuertens? ATRVM rapit agmen.] Pulueris nube coopertum. Quidam autem agmen iter accipiunt. Rapit autem, feſtinat: vt ſit; Ille campo aperto iter feſtinat pulueris plenum, & ipſâ feſtinatione excitat: & ita dicunt: quoniam, ſi agmen exercitum

dicit; apertus campus esse non potuit, bellatorum densitate completus. ABRVPTO sydere.] Vel immensâ, vel magnâ tempestate. per sydus enim tempestas significatur: vt, Sorbet in abruptum fluctus. Item, Scit triste Mineruæ Sydus. IT mare per medium: miseris.] Statim plenius de hoc sensu: Deflent sua damna coloni; Et tamen oppressos miserantur in æquore nautas. Heu autem, vt solet, interiectionem ex suâ personâ interposuit. DABIT ille ruinas.] Dabit, pro faciet. Terentius: Quas turbas dedit? Et ipse; Et ingentem lato dedit ore fenestram. RVET.] Eruet, euertet. Terentius: Ceteros agerem, ruerem. Nam aliter dictum est in II. Ruit alto à culmine Troia. TALIS.] Taliter, simili modo. Sic paulò pòst: Similis medios Iuturna per hostes. RHOETEIVS.] Troianus; à promontorio Troiæ. DENSI cuneis se quisque coactis agglomerant.] Densentur, vt cuneatim dimicent: scilicet in cuneorum modum compositi, vt hostem faciliùs inuaderent. GRAVEM.] Fortè. Sallust. Lusitaniæ grauē ciuitatē. CADIT ipse Tolumnius augur.] Vt primus violator fœderis pœnas luat. TOLLITVR in cœlum clamor.] Occiso eo, qui auctor disrumpendi fœderis fuerat, exortus est clamor, & statim secuta fuga Rutulorum. vt, Versique vicissim Puluerulenta fugâ Rutuli dant terga per agros. Et bene vicissim: Quia Troianos in fugam versos fuisse, exinde apparet: quòd suprà dixit, Subeunt equites, & spicula castris Densa cadunt medijs. PVLVERVLENTA.] Plena pulueris. nam apud veteres puluerulenta dicebantur: sicut vinolentum dicimus, qui vino plenus est; & temulentum, qui temeto plenus est.

POM. Sabi. IAPIX.] medicus. ἰᾶσθαι curare: vnde Ἰαπὸς, curator, id est, medicus. DEDIT.] Apronianus legit Dedit: Seruius dabat; & damnat Dedit. mihi placet: nam is, qui amore perditur, omnia dat amori suo. DEPOSITI.] Depositum vocamus mortuum. nunc intelligimus, vltimo fato laborantem apud maiores nostros: vt in Aegypto, deponebantur ægroti ad ostium, vt è transeuntibus, si quis idem passus fuisset, diceret remedium, quo conualuisset. PÆONIVM in morem.] Pæon medicus fuit. vnde medici Pæonij dicti. Troianis temporibus, in exercitu Græcorum duo fuerunt medici, Podalirius & Machaon: ab Aesculapio eruditi; & tantùm chirurgiæ periti. Pæon quo tempore fuerit, incertum est. Sed volunt quidam, Apollinem, qui sit Paan, dici & Pæonem. Chiron Centaurus, Achillis auus & præceptor, herbarum vires nouit. Assyrij medicinam illustrarunt. in Alexandriâ Aegyptiorum adeò viguit: vt magna fides haberetur medico, profitenti se Alexandriæ studuisse. NEQVICQVAM.] non poterat aliquâ mortalium arte diuelli ferrum è vulnere. ET duro sub Marte cadentum.] Ego puto, quòd dicat, ex fugâ insecutos Rutulos, fecisse magnam cædem; & venisse propiùs castris. DICTAMNVM.] Theophrastus, lib. 9. Dictamnū Cretæ insulæ proprium est, inquit herba est rara: locus enim, qui fert, exiguus est. à capris quæritur, voluptatis gratia: &, quod mirum est, ipsæ capræ ex cibo dictamni tela dorso affixa eijciunt. Vergilius nunc à Theophrasto id accepit. Vis eius: in palato mirum in modum calescit: asperso sale gaudet. Est & dictamnum, quod appellant rusticum: est & tertium dictamnum, simile sisymbrio. Quidam herbas & frutices bene prouenire in Cretâ scribūt: & indè in Parnaso. PANACEAM.] Panacea optima, quæ in Syriâ nascitur; ipso vocabulo remedia omnia pollicetur. πανακὴς, omnia medicans est: & panaces lactaria, quæ in Syriâ nascitur: Chironia, Aesculapia, Herculana. Sunt & aliæ; sed rusticæ panaces. Achilles & aliam Panacem inuenit, quæ vulneribus medetur: quâ Telephi vulnera sanasse fertur: & quandam aliam Panacen, Latini millefolium vocant. Plinius ait: Panacis vnum genus, Aesculapium nominatur: quoniam eius filiam Penaceam appellant: vt videatur, ex filiâ Aesculapij, nominata Panaces herba. AMBROSIÆ succos.] Ambrosia à plerisque, magis frutex, quàm herba existimata est, Artemisia appellata. vel coronamenta Cappadoces. & eius vsus venit ad ea, quæ discuti opus est. AVVNCVLVS Hector.] Creüsa, soror Hectoris, filia Priami, mater Ascanij. ANTHEVS.] Anthei, vt in primo, per diphthongum ea Anthea si quem. IPSE neque aduersos.] neminem occidebat Aeneas: quia solum quærebat Turnum.

PHOEBO ante alios dilectus Iapix. In antiquis libris Iapyx habetur. LACHRYMIS'QVE immobilis.] In Mediceo libro legere est, Lachrymis immobilis. PRENSAT'QVE tenaci forcipe ferrum.] In antiquis libris Pressat legitur. In Romano Forfice. SVBEVNT equites.] In antiquis libris, Subeuntque equites legitur. TV'M Venus, indigno.] Aliqui libri Hic Venus legūt. DICTAMNVM genitrix Cretæâ carpit ab Idâ.] Ex antiquis exemplaribus hic versus ita legitur: Ipsa manu genitrix Dictæâ carpsit ab Idâ. LABRIS splendentibus amnem.] In libris antiquis legere est, Labris pendentibus. SPARSIT'QVE salubres.] Antiqui libri Spargit legunt. STETIT imo vulnere sanguis.] In Romano libro, imo in vulnere, habetur. ACCENDIT in hostem.] Legitur etiam hostes. ET magna inter præmia ducet.] In libris veteribus, Magna inter prælia legitur. CV'M matura adoleuerit ætas.] In antiquis exemplaribus legere est, Maturo. HÆC vbi dicta dedit, portis sese extulit altis.] Mediceus liber, & plures alij, non Altis; sed Ingens legunt. VIDIT ab aduerso venientes aggere Turnus.] In Romano libro, & in alijs, Agmine legitur. IPSE neque aduersos dignatur sternere morti, Nec pede congressos, nec æquo, nec tela ferentes Insequitur: solum densâ in caligine Turnum.] Romanus liber & Oblongus legunt, Auersos. Quódque insequitur, nec pede congressos æquo. Quod verò legitur, Densâ in caligine, in Romano libro, Denso est, virili genere, contra grammaticorum præceptionem. VAL. Lect.

IAM'QVE aderat Phœbo ante alios dilectus Iapix.] Ante alios, pluis dilectus quàm alij: non enim solum Apollo diligebat. IASIDES.] Iasi filius. ACRI quondam cui captus amore, Ipse suas artes, sua munera lætus Apollo, Augurium, citharamque dabat, celeresque sagittas. Ille, vt depositi proferret fata parentis, Scire potestates herbarum vsumque medendi Maluit, & mutas agitare inglorius artes.] Hunc Iapigem, quem quòd ampliùs præ cæteris Apollo diligebat, voluit diuersis artibus erudire. Potuit enim, vtpote qui innumeros nouerat. SVAS, inquit, artes, sua munera.] quidquid artium nouerat, optauit illi conferre: vt scientiâ simul dei gauderet, & munere; haberetque diuinum beneficium, si doctrinam numinis plenissimam retineret. LÆTVS Apollo.] multis locis, hoc & in nono libro, positum est: magnam esse gratiam dantis, si lætus aliquid præstet. Illic, enim dixit, Has ego Dardanio iuueni, cùm classis egeret, Læta dedi. Nonnunquam enim damus aliquid inuiti; proindeque non læti: quum ad dandum necessitate aliquâ, non amore, compellimur. Apollo autem lætus hoc fecerat: quia multùm dilexerat Iapigem: vt Aeneam mater deûm. Incipit enumerare, quibus artibus Apollo abūdaret. AVGVRIVM, & citharam, & celeres sagittas.] scientiam quoque colligendorum futurorum, & musicam, artemque chordarum, & quemadmodum sagittæ dirigantur, vt destinata feriant. Sed ille hoc magis sequi maluit, vt Depositi, hoc est, iam morituri vel mortui patris sui, posset fata in longum ducere, & in aliud tempus differre. Laudat Iapigem, quòd reuocandi patris causâ, hanc artem, quam præter alias maluit sequi, sciret, quam vim singulæ herbæ habebant, & quemadmodum homines curentur. Quoniam repetita longam narrationem faciunt; mirâ vsus est arte referendi: vt magnum vitium vitaret. Indixit enim, Apollinem magistrum fuisse Iapigis. verùm quum artium genera percurreret, quæ dilectissimo filio tradebantur, non omnes enumeranis esse propositas: ne, cùm DON.

venissent

A venisset ad eas, quas Iapix cæteras prætulit, necesse esset iterum eas dicere. Alias igitur traditas dixit, alias verò prælatas cæteris; vt ostenderet, etiam ipsas Apollinem docuisse. Iapix enim eas non habuisset præclaras; nisi quia & ipsas Phœbo docente cognouerat. Secutus est ergo, non illa, quæ placere auribus possent, & chordarum sonis mulcere animos vulgi, vel quæ bellorum periculis miscerentur, aut futura prædicerent: sed quod prodesse posset morituris, aut mortuis; & subuenire laborantibus. Maluit, inquit, has artes sinè periculo sequi; nullam petens ex inutilibus gloriam. Mutas artes dixit, quas ille habuit præclaras; præter illas, in quibus vox spectatur, aut sonus. Valere autem proferendi fati artem, non hoc tantùm loco Vergilius asseruit; sed alibi multò meliùs. nam hic dixit, Posse fieri. in septimo autem libro, Factum esse & profuisse perscribit, dicens: Namque ferunt famà, Hippolytũ, postquam arte nouercæ Occiderat, patriasque explêrat sanguine pœnas, Turbatis distractus equis, ad sidera rursus Ætherea, & superas cœli venisse sub auras, Pœonijs reuocatũ herbis, & amore Dianæ. STABAT acerba fremens, ingentem nixus in hastam Æneas; magno iuuenum & mœrentis

B Iüli Concursu, lachrymisque immobilis.] Redijt ad narrationẽ, quam interpositâ dimisit Iapigis fabulâ. STABAT, inquit, acerba fremens.] dolebat enim belli potiùs, quàm vulneris causam: & plurimis circumfusis ac filio lachrymantibus; Ipse, immobilis, hoc est, à vulnere ac fletu animum constantiæ firmitate dissimulans. & hoc, quòd stabat, magnæ fuit virtutis animi. nam in causâ, posito pede, sedere debuit, aut iacêre potiùs, quàm stare: vnde debilis esse posset. Addidit ingentis hastæ adiumentum; quæ laborantem iuuare potuisset, & tanti herois pondus congruè sustinere. ILLE.] id est, Iapix. RETORTO Pæonium in morem senior succinctus amictu, Multa manu medicâ, Phœbique potentibus herbis, Nequidquam trepidat; nequidquam spicula dextrâ Sollicitat; prensatque tenaci forcipe ferrum. Nulla viam fortuna regit: nihil author Apollo Subuenit.] Quum Aeneas staret & fremeret; flerent præsentes, & filius lachrymas funderet: Iapix operam nauare cœpit; vt, medicas adhibens manus, curaret heroëm, & restitueret bello. Accinxit se Iapix more Pæonio, hoc est, medicorum; & alia faciens manu, alia herbarum cupiens

C leuare remedio, quarum vim Phœbo docente cognouerat. Sed quum hæc properans ageret; non sequebatur effectus. frustra enim trepidabat: frustra tentabat sagittam: pressam forcipe frustra nitebatur extrahere. Longè prorsus fuit fortuna, quæ iuuaret instantem: longè Apollinis doctrina. ET sæuus campis magis ac magis horror Crebrescit; propiusque malum est.] Ex vnâ parte non proficiebat cura: ex aliâ malum belli crescebat: & apertum discrimen esse cœperat proximum. IAM puluere cœlum Stare vident.] Talis apparebat puluis, vt cœlum portare videretur. SVBEVNT equites; & spicula castris Densa cadunt medijs: it tristis ad æthera clamor Bellantum iuuenum, & duro sub Marte cadentum.] Equites iam erant tantùm proximi: vt spicula, quæ mittebant, in media castra descenderent. Ibat autem tristis clamor ad cœlum; eorum scilicet, qui cernebant euidens malum: & eorum audiebantur gemitus, qui cadebant. Omnis aderat desperatio: & apparebat, quid tempus afferret, ni fuisset Aeneæ subuentum. Quanta ei laus his generibus dicitur! Solus abest, ex causâ vulneris: & alios extrema presserunt; alios iam ipse vrget interitus. HIC Venus, indigno nati concussa dolore, Ipsa manu genitrix Cretæâ carpit ab Idâ, Puberibus caulem folijs, & flore comantem Purpureo.] Admiranda dicentis inuentio: vt tali tempore, & in tali causâ, in tantâ desperatione, omnibus quoque & ipso Ascanio lachrymantibus, trepidante medico, & ipsius medicinæ deficiente substantiâ, affuisset mater; quæ solatium filio & remedium ferret. quam ipsam posteriorem fecit: vt emineret filij meritum: & matris affectus. Ait igitur: HIC Venus indigno nati concussa dolorem.] non quòd sit aliquis dolor dignus filiorum: sed quia pro animo parentum indignum est, quidquid filij fuerint passi. Non tulit hæc, causam filij sic inefficaciter trahi: admodum quippe videbatur incongruum, & illum sic teneri vulneris causâ, & impunè periculum crescere. Ita à Dictæâ Idâ sustulit suis manibus caulem. Dictum cognomen est Idæ: vt alio loco dicit, Dictæa negat tibi Iuppiter arua. Quòd ait, Manu carpit; & matris animum expressit: vt ipsam diceret operâ suâ procurâsse, quod sanare filium potuisset; & non ferro, propter remedium, sed manu assereret sublatam. Dubium enim non est, certo modo, & suo more ac tempore, esse detrahenda terris; quæ aliquibus sunt procuranda remedijs. vt ipse alio loco Vergilius dixit: Falcibus & messe ad lunam quæruntur ahenis Pubentes herbæ. Ecce & illîc, Falcibus dixit ahenis, & ad Lunam, & messis tempore. In præsenti verò ait; Manu caulem carpit: thyrsum ipsum scilicet, quo erigebatur; vt emitteret florem. deinde, ipsum florem asseruit esse purpureum, & comantem. non enim vnus aut singularis est, vt sunt rosæ aut lilia: sed quasi in comas purpureo flore diffunditur. NON illa feris incognita capris Gramina, quum tergo volucres hæsêre sagittæ.] Tanta, inquit, naturalis vis est in feris capris, hoc est, capreolis: vt, quum tergis fortè sagittas exceperint, confugiant ilicò ad hanc herbam; comedant eam; & sagittis simul & vulneribus careant. Quanta signa istius data sunt speciei, cuius nomen omissum est! Quippe & regio expressa est, in quâ nascitur: & nomen editum montis; & ipsius nominis signum. Deinde, quum ad descriptionem prædicti graminis accederet: Caulem, inquit, facit, & comantem florem, & colore purpureo. Tollit eum ad vsus remediorum, procuratum esse ostendit. Huius virtutem capræ feræ prodiderunt, nam ipsâ curantur: quoniam nouerunt eam; & naturali industriâ ipsæ sibi prosunt, quum sagittis appetuntur. Gramen appellauit, nouo vsurpationis genere: aliâs dicens folia. Cæterùm verò nomine Dictamni, in regione suâ, dicitur appellari. Vnde nonnulli sic reponunt hunc locum, vt asserant Vergilium dixisse: Dictamnum genitrix Cretæâ carpit ab Idâ. quod vsque adeò non est: vt, si sequentia coniungas, fiat vitium, Dictamni enim caulem dicere debuit; non dictamnum caulem. Melior est ergo superior: Manu carpit caulem à Dictæa Ida, cuius herbæ nomen quia non dixit; signa eius infinita protulit: vt posset scire, quæ esset. HOC Venus, obscuro faciem circumdata nimbo, Detulit: hoc fusum labris splendentibus amnem Inficit occultè medicans, spargitque salubreis Ambrosiæ succos, & odoriferam panaceam.] Venus obscurata nimbi caligine, atque ita vt videri à nullo potuisset, hoc detulit: & eodem ipsa aquam infecit, quam Iapix studiosè splendentibus labris infuderat; vt foueret vulnus. & addidit alias species: vt omniũ succo, & in vndas transfusâ virtute, medicabilis liquor ex simplicitate fieret. FOVIT eâ vulnus lymphâ longæuus Iapix Ignorans.] Ignorãs gesta Veneris Iapix, & lymphâ vulnus fouit. SVBITOQ. omnis de corpore fugit Quippe dolor; omnis stetit imo in vulnere sanguis.] Pulchrè dixit, Fugit dolor. Fugit enim, qui senserit fortiorẽ; & omni celeritate discedit. dolore verò fugiente, sanguis fluens ex imo vulnere stetit: exclusumq; est proinde, quod fuerat inimicũ; & successit, quod retinẽdo vigori corporis fuerat necessariũ. IAMQ. secuta manũ, nullo cogente, sagitta Excidit.] Si nullo cogẽte, quomodo secuta manũ? Hoc ne claudicet; sic intelligendũ est: vt sagitta, non manu tenentis secuta videatur; sed fouentis. ATQ. nouæ redière in pristina vires.] Fugiente dolore, facta est nouitas virium: & rediit totum, quicquid inflictum vulnus excluserat, Nouas vires, multi non tales, quales abscesserant; sed multò meliores exponunt. Sed quid in sequentibus dicemus, quibus ait:

Redière

Digitized by Google

Rediêre in pristina vires? Nouas ergo, post fugatum dolorem separatas, intelligamus. multum enim fuit, quòd ex debilitato talis esset redditus, qualis fuerat, antequam vulnus esset inflictum. ARMA citi properate viro: quid statis? Iapix Conclamat, primusque animos accendit in hostem.] Hoc viso, quum iam Iapigem admiratio tenuisset, clamare cœpit: Date arma viro forti: date, inquit, quamprimùm. Quâ voce, & sanitatem prouenisse nuntiauit, & fugatam dudum hominis remeâsse virtutem. Quæ vox, Aeneam ipsum, optatum excitauit in bellum. non sibi tamen plurimum dedit, vt hoc ipsum diceret factum operâ suâ: addidit quippe alia, quibus, nec sibi arrogaret aliquid, & Aeneam ipsum meliori spe propriæ felicitatis accenderet. NON hæc humanis opibus, non arte magistrâ Proueniunt: neque te, Ænea, mea dextera seruat. Maior agit deus, atque opera ad maiora remittit.] Non pudenda confessio: quoniam Iapix confitebatur, non illam hominis, sed diuinam fuisse medicinam. in eo nec sibi aliquid dempsit: & Aeneæ merita, studio melioris prædicationis, cumulauit. ILLE auidus pugnæ suras incluserat auro.] Ille, hoc est, qui iamdudum etiam cum ipso vulnere ardebat in bellum, consecutâ sanitate corporis sui, magis magisque properans, suras auro incluserat. HINC atque hinc.] Ita vt nihil earum appareret. ODIT'QVE moras.] Hic mos est properantis: tardum putare, etiamsi, quod faciendum est, celeriter fiat. HASTAM'QVE coruscat.] Hastam sic tenebat, vt cœlum coruscare putaretur. POSTQVAM habilis lateri clypeus, loricaque tergo est.] Postquam bene sibi aptauit clypeum lateri, & loricam tergo. Habilis bis accipiendum est: vt sit, Postquam habilis clypeus est: & postquam habilis lorica est. ASCANIVM fusis circùm complectitur armis: Summaque per galeam delibans oscula, fatur.] Non dixit, eum sibi galeam induisse: & hîc dicit, per galeam osculabatur filium suum. Ergo aut, more suo, hoc prætermisit: aut, ex osculis per galeam datis, intelligamus, eum etiam ipsum sumpsisse: aut vulneratum sic remansisse cum galeâ. Ascanium verò, non fusis armis complexum, sed circumfusis: vt scuto amplexus sit, quem consolari osculis, & verbis cupiebat instruere. aut amplexus armati: ne omen esset, deponere scutum, & manibus nudis filium amplecti, ipse scuto eum ad se colligit: quo & se defensurus fuerat: & securo filio quæsiturus imperium. Interea, quia viderat eum flentem: & leniit osculis animum pueri: &, ne vlterà esset de paternâ salute suspectus, dictis quoque composuit. DISCE, inquit, puer, virtutem ex me, verumque laborem: Fortunam ex alijs.] Disce, non tantùm ad virtutem pertinet; verùm etiam ad laborem quoque & fortunam. vt sit: Disce virtutem, disce laborem, disce fortunam. sed diuisit hæc alia adscribens personæ suæ: alia alijs. Ex me, inquit, fili, velim discas, quàm sit commodum studium, sectari virtutes: quantâ animi patientiâ labores duri tolerandi sint, & tolerando superandi. quantum autem ad euentum fortunæ attinet, sub cuius vi homines periclitâtur incerti; opto ex alijs discas. NVNC te mea dextera bello Defensum dabit, & magna inter præmia ducet.] Facit eum de præsentibus securum: defensionem plenissimam spondens, & ex victoriâ commodum. TV facito, mox, quum matura adoleuerit ætas, Sis memor.] Citiùs enim præteritorum pueri immemores fiunt. quæ res necessariò suggerebat, vt gesta præsentis temporis, ad perpetuitatem memoriæ commendarentur. Fac, Aeneas inquit, quum fueris maior, memoriter voluas, quæ videris puer. ET te, animo repetentem exempla tuorum, Et pater Æeneas, & auunculus excitet Hector.] Et quum tuos animo cœperis enumerare maiores, patrem atque auunculum imitari contendas: hoc est, virtute tuorum potiùs, & ex cæterorum exemplis. HÆC vbi dicta dedit, portis sese extulit Ingens.] Ingens, scilicet animo & corpore. TELA manu quatiens.] Minantis hoc fuerat signum, plenâ fiduciâ pergentis ad pugnam. Ferre autem telum inæstimabilis magnitudinis, & id vnâ manu tractare, quantum fuit insignis virtutis? SIMVL agmine denso, Antheus Mnestheusque ruunt: omnisque relictis Turba fluit castris.] Procedente Aeneâ in campum, omnibus bellandi studium creuit: tantáque illis fiducia fuit, vt nullus dubitaret. processerunt denique duces: nec aliquis remansit in castris. TVM cæco puluere campus Miscetur.] Necesse enim fuerat, globum pulueris crescere, quem maioris numeri commouebat exercitus. PVLSV'QVE pedum tremit excita tellus.] Tantus impetus pergentium fuit: vt eorum pedibus pulsata contremisceret terra. VIDIT ab aduerso venientes aggere Turnus.] Benè dixit, primò Turnum vidisse venientes: vel quia in aggere contrà positus fuerat: vel in causâ suâ debuit esse circumspectius. VIDERE Ausonij: gelidusque per ima cucurrit Ossa tremor.] Qui paulò antè pro victoribus ferebantur, Aeneâ eâ causâ vulneris impedito, vt viderunt, agmen in se versum ferri: intellexerunt, in illâ multitudine etiam Aeneam ipsum fuisse præsentem. quo facto, non iam pauor & metus, sed tremor, omnes eos inuaserat. PRIMA ante omneis Iuturna Latinos Audijt, agnouitque sonum, & tremefacta refugit.] Iuturna, quam specialis pro salute fratris sollicitudo tangebat, prima vidit, prima audiuit, prima cognouit, prima contremuit & fugit. Quod idcirco fecit: ne videret exitium Turni, vel eius corpias sterni. ILLE volat.] Tantâ Aeneas celeritate ferebatur: vt non ambulare, sed volare videretur. CAMPO'QVE atrum rapit agmen aperto.] Campóque aperto atrum agmen rapit. Atrum ideò: quia sordibus pulueris fuerat oneratum. Campum apertum dixit: quia cæsis hostibus, vel metu sparsis, vacuus videbatur & patens. Rapiebat ideò, quia volantem suprà descripsit: vt mactantibus hostes, non occurreret præsentium mora. QVALIS vbi ad terras abrupto sidere nimbus It mare per medium.] Quanta vis est nimbi, quæ conflatur ex magnâ pluuiarum copiâ, cui licet ire per medium mare? MISERIS, heu, præscia longè Horrescunt corda agricolis.] Non enim priùs fluctus pelagi scindit, nisi antè raserit campos. Denique sequitur: DABIT ille ruinas Arboribus, stragemque satis.] Satis dixit, diuersis seminibus terræ mandatis. RVET omnia latè.] Hoc est, latè prosternit. ANTE volant, sonitumque ferunt ad littora venti.] Torrens enim, post strages & arboribus & satis illatas, quum propinquare in mare cœperit, præcidit eum sonitus aquarum: & antè, quàm ipse perueniat, signa eius volantes afferunt venti. TALIS in aduersos ductor Rhœteius hostes Agmen agit.] Quemadmodum agmen aquarum torrentibus præcipitatur, & vrget in mare, non sine eorum pernicie, per quæ fortè transierit: sic cum agmine suo Aeneas in Rutulos ferebatur infestus. DENSI cuneis se quisque coactis Agglomerant.] Multum enim valet, plurimorum in vnum arctata congestio. proinde vnusquisque se stipabat in cuneum: ne opportunus fieret morti. FERIT ense grauem Thymbræus Osyrim, Archetium Mnestheus, Epulonem obtruncat Achates, Vfentémque Gyas.] Obtrúcat ad omnes percussores pertinet, Mnestheum, Achaten, Gyan. CADIT ipse Tolumnius augur; Primus in aduersos telum qui torserat hostes.] Quòd ait Ipse, poterat dubitari quid significaret. ideò hoc ipsum priùs exposuit Poëta: Cecidit ipse augur Tolumnius, qui mittendo telum primus turbauit fœderis pacta. TOLLITVR in cœlum clamor.] Quis enim excitaretur in vocem: augurem ipsum nec vitare potuisse pœnam, nec præuidere supplicia? VERSI'QVE vicissim Puluerulenta fugâ Rutuli dant terga per agros.] Non congesti affuerant, sed sparsi fugiebant. quæ res indicabat, oppressos magnâ virtute, Tendebant autem ad agros, indicantes extitisse, non esse redituros.

Nec

A SER. Nec pede congreſſos, nec equo.] *Vt libro decimo Aeneidos*: Et vrgetur, pugnâ cõgreſſus iniquâ. Nec tela ferentes inſequitur.] *Id eſt, nec fugientes, nec contrà ſtantes, dignatur occidere. Et magna Aeneæ oſtenditur pietas: qui nec vulneratus iraſcitur, vt velit contra legem fœderis in bellum moueri.* Virago.] *Dicitur mulier, quæ virile implet officium: id eſt, mulier, quæ viri animum habet. Has antiqui viras dicebant.* Vndantes.] *Quia in motu, vndarum modo flectuntur.* Pervolat.] *Per magnas ædes volat. Nam more ſuo, verbo dedit detractam* B *nomini præpoſitionem.* Nidisque loquacibus eſcas.] *Ordo eſt: Eſcaſq; nidis loquacibus legens.* Vacvis.] *Magnis: vt*, Vacua atria luſtrat Saucius. Similis.] *Pro, ſimiliter.* Nec conferre manvm.] *Cum Aeneâ. nam alios perſequitur.* Avia.] *Ab eâ ſcilicet parte, quâ veniebat Aeneas.* Tortos orbes.] *Obliquas & implicitas vias.* Vestigatque virum.] *Inquirit. tranſlatio à canibus, qui per veſtigia & pedum ſigna feram indagant.* Disiecta per agmina.] *Diſſipata aduentu Aeneæ.* C Aversos retorſit.] *Pro, retorſit & auertit.* Hev quid agat.] *Omne aduerbium verbo cohæret. Vnde, quia* Heu, En, Atat, *& ſimilia, verbo cohærere non poſſunt; ſeparatim fecerunt aliam partem orationis: ſcilicet interiectionem; quam ſola Latinitas poſſidet: cùm Græci ſub aduerbio tales comprehendant voces. Sanè hoc poëta dedit, verum miſerationem mouent. Alij ab Aeneæ perſonâ dictum accipiunt; vt diceret*, Heu quid agã? Hvic.] *Pro, in hûc. & eſt ordo: Huic dirigit.* Se colligit in arma.] *Ita ſe texit, vt nullâ parte poſſet feriri.* Apicem tamen incita ſummum.] *Galeæ: id eſt, eminentiam, quam Græci conum vocant; in quâ eminent criſtæ. Poteſt hoc tamen, & de ſacerdote*

Nec pede congreſſos, nec equo, nec tela ferentes
Inſequitur: ſolum denſâ in caligine Turnum
Veſtigat luſtrans: ſolum in certamina poſcit.
Hoc concuſſa metu mentem Iuturna virago,
Aurigam Turni media inter lora, Metiſcum,
Excutit, & longè lapſum temone relinquit.
Ipſa ſubit, manibusque vndanteis flectit habenas,
Cuncta gerens, vocemque, & corpus, & arma Metiſci.
Nigra velut magnas domini cùm diuitis ædes
Peruolat, & pennis alta atria luſtrat hirundo,
Pabula parua legens nidisque loquacibus eſcas:
Et nunc porticibus vacuis, nunc humida circùm
Stagna ſonat: ſimilis medios Iuturna per hoſteis
Fertur equis: rapidoque volans obit omnia curru:
Iamq; hìc germanũ, iamq; hìc oſtentat ouantem:
Nec conferre manum patitur: volat auia longè.
Haud minùs Æneas tortos legit obuius orbes;
Veſtigatque virum, & disiecta per agmina magnâ
Voce vocat. quoties oculos coniecit in hoſtem,
Alipedumque fugam curſu tentauit equorum:
Auerſos toties currus Iuturna retorſit.
Heu, quid agat? vario nequicquam fluctuat æſtu:
Diuerſæque vocant animum in contraria curæ.
Huic Meſſapus, vti læuâ duo fortè gerebat
Lenta, leuis curſu, præfixa haſtilia ferro:
Horum vnum certo contorquens dirigit ictu.
Subſtitit Æneas, & ſe collegit in arma,
Poplite ſubſidens: apicem tamen incita ſummum
Haſta tulit, ſummasq; excuſſit vertice criſtas.
Tùm verò aſſurgunt iræ: inſidijsque ſubactus,
Diuerſos vbi ſenſit equos, currumque referri:
Multa Iouem, & læſi teſtatus fœderis aras.
Iam tandem inuadit medios: & Marte ſecundo,
Terribilis ſæuam, nullo diſcrimine, cædem
Suſcitat; irarumque omnes effundit habenas.
Quis mihi nunc tot acerba deus? quis carmine cædes
Diuerſas, obitumque ducum, quos æquore toto
Inq; vicem nunc Turnus agit, nunc Troius heros,
Expediat? Tantón' placuit concurrere motu,
Iuppiter, æternâ gentes in pace futuras?
Æneas Rutulum Sucronem (ea prima ruentes
Pugna loco ſtatuit Teucros) haud multa moratus,
Excipit in latus: &, quà fata celerrima, crudum
Tranſadigit coſtas, & crates pectoris enſem.
Turnus equo deiectum Amycum, fratremq; Diorem,
Congreſſus pedes; hunc venientem cuſpide lõgâ,
Hunc mucrone ferit: curruque abſciſſa duorum
Suſpendit capita, & rorantia ſanguine portat.
Ille Talon, Tanainque neci, fortemq; Cethegum,
Treis vno congreſſu, & mœſtum mittit Onytem;
Nomen Echionium, matrisque genus Peridiæ.
Hic fratres Lyciâ miſſos, & Apollinis agris:
Et iuuenem exoſum nequicquam bella Menœtem
Arcada; piſcoſæ cui circùm flumina Lernæ
Ars fuerat, pauperq; domus: nec nota potentum
Munera, conductâque pater tellure ſerebat.
Ac velut immiſſi diuerſis partibus ignes
Arentem in ſyluam, & virgulta ſonantia lauro:
Aut vbi decurſu rapido de montibus altis
Dãt ſonitum ſpumoſi amnes, & in æquora currũt,
Quiſque ſuum populatus iter: non ſegniùs ambo,
Æneas Turnusque, ruunt per prælia. nunc nunc
Fluctuat ira intus: rumpuntur neſcia vinci
Pectora: nunc totus in vulnera viribus itur.

Flamine accipi, qui apice vtuntur: quod in Quarto plenius dictum eſt: nam ſubiunxit, vertice criſtæ. Incita.] *Id eſt, cum impetu veniens.* Referri.] *Id eſt, retrò ferri.* Mvlta Iouem, & læſi teſtatus fœderis aras.] *Multa, pro multùm. Licèt haberet iuſtam cauſſam iracundiæ, quòd & fugiebat Turnus, & ipſe appetebatur inſidijs: non tamen antè prorupit in bellum; quàm Iouis fidem, & læſa fœdera teſtaretur.* Medios.] *Qui inter ipſum ſequentem, & fugientem Turnum, medij de hoſtibus erant.* Marte ſecundo terribilis.] *Poteſt & Marte ſecundo diſtingui; vt ſequatur*, Terribilis ſæuam, &c. *Poteſt & iungi; vt ſit*, Marte ſecundo terribilis. Nvllo diſcrimine cædem ſuſcitat.] *Indiſcretè obtruncat vniuerſos; quibus antè pari pepercerat modo.* Irarvm habenas.] *Poteſtatem, facultatem: id eſt, iræ permittit ſæuiendi liberam poteſtatem. vt*, Et premere, & laxas ſciret dare iuſſus habenas. *Et hìc moderatè locutus eſt. Nam Ennius ait*, Irarumque effunde quadrigas. Qvis mihi nunc tot acerba deus?] *Ac ſi diceret: nec Muſa, nec Apollo, ſufficiunt. Statius*: Maior ab Aonijs ſumenda audacia lucis; Mecum omnes audete deæ. Inqve vicem.] *Inuicem. Nam* que *vacat. Alij* que *expletiuam coniunctionem accipiunt.* Tantón' placuit concurrere.] *Apoſtropha, cum exclamatione, ad Iouem. Sanè* tantón' *circumflectitur. Nam cùm, per Apoſtropham, Apocopen verba patiuntur, is, qui in integrâ parte fuerat accentus mutatur. vt, Tantóne, indè fit Tantón'. vt &*, Tantón' me crimine dignum? Æneas Rvtvlvm Svcronem.] *Deſcriptio per alternà diuiſa.* Rventes Tevcros.] *Modò fugientes, quos Sucro inſequebatur.* Loco ſtatuit.] *Stabiles reddit. vt*, Stabilitque fugam trepidantis Oreſtis.

A pennis alta atria lustrat hirundo: Pabula parua legens, nidisq; loquacibus escas.] *Fœtibus suis alimoniã quæritans, vt salutem incolumem retineant.* ET nunc porticibus vacuis; nunc humida circùm Stagna sonat.] *Nigram hirundinem, pro dolentis personâ, etiam quæ sit domestica, vt Iuturnam de eâdem domo & familiâ, quâ Turnus, pro lugentis, posuit. Hirundinis quoq; non inaniter comparationem induxit.* SIMILIS medios Iuturna per hostes Fertur equis, rapidoque volans obit omnia curru: Iamq; hîc germanũ, iamq; hîc ostendit ouantẽ: Nec conferre manũ patitur: volat auia longè.] *Volebat Iuturna sic Turnum ostendere: vt gaudere potiùs, quàm rebus suis diffidere videretur. nec tamen hunc committebat congressibus, & longè ad ea illum ducebat loca, quæ non constarent bello.* HAVD minùs Æneas tortos legis obuius orbes; Vestigatque virum, & disiecta per agmina magnâ Voce vocat.] *Quantum Iuturna separabat à congressibus fratrem: tantum Aeneas compendiosis orbibus præbebat se obuium, & præueniebat errantem. nec iam occultè: nam hunc per tot sparsos exercitus voce magnâ prouocabat.*

B QVOTIES oculos coniecit in hostem, Alipedumq; fugam cursu tentauit equorum: Auersos toties currus Iuturna retorsit.] *Quoties viso hoste Aeneas ire obuiam voluit: toties Iuturna currus in alias partes inflexit.* HEV quid agat? vario nequidquam fluctuat æstu.] *cogitabat, quid ageret, dolens: & sinè aliquo effectu remedij, diuersis æstibus agitabatur.* DIVERSÆ'QVE vocant animum in contraria curæ.] *Quidquid voluendo tractabat; totum contrarijs tractatibus efficiebatur infirmũ.* HVIC Messapus, vti læuâ duo forte gerebat, Lenta leuis cursu præfixa hostilia ferro: Horum vnũ certo contorquens dirigit ictu.] *Messapus Aeneæ fortè loco proximus fuit: huic, ex duobus ferratis hastilibus, vnum certo ictu cõtorsit.* Certus ictus est, *qui sic destinatur, vt feriat.* SVBSTITIT Æneas, & se collegit in arma, Poplite subsidens. *Hoc artis erat, vt incassum funderet ictus; quem hostis dixerat certum.* Subsedit, *inquit,* poplite, *& se scuto contexit. ille enim altus miserat, vt caput feriret, aut pectus. & quoniam pro voluntate hostis altitudo corporis fuerat necessaria, humilem se ille contrario procurauit.* APICEM

C tamen incita summum Hasta tulit.] *Ecce vis mittentis; & ex aliâ parte declinantis ingenium. si enim stans remansisset: inuenisset hasta, quem sterneret.* Quod *ipsum ex eo apparuit; quia in ipsâ depressione corporis, galeæ summam perdidit partem.* TV`M verò assurgunt iræ.] Tùm verò, *id est, tùm magis irarum creuit augmentum.* INSIDIIS'Q. subactus.] *Furebat enim, quòd contrarijs luderetur insidijs.* DIVERSOS vbi sentit equos, currumque referri.] *Vbi vidit, aliorsum duci equos & currum.* MVLTA Ioue, & læsi testatus fœderis aras.] *Propter fidem iurisiurandi, quod cum Latino perfecerat, solum quærebat Turnum; quem sinè crimine sacrilegij posset occidere, sed quum videret, sibi eius copiam denegari; testatus Iouem & cæteros deos, per quos iurauerat, se in bellum necessitate potiùs, quàm voluntate, compelli.* INVADIT tandem medios, & Marte secundo Terribilis.] Tandem *ideò: quia diu exspectauit; ne finis belli, per Turni solius necem, potuisset exire. Medios, inquit, secundo Marte inuadit terribilis. magna viri fortis constantia, non dubitauit medios inuadere; vbi à circumfusis posset interfici. Ecce, feliciter pugnat, vallatus inimicâ multitudine; & inter tot ac tales terrori omnibus fuit.* Quãta *laus est, non timere, & ab omnibus metui.* SÆVAM nullo discrimine cædem Suscitat, irarumque omnes effundit habenas.] *Suprà dixit, quòd solum Turnum ad necem quæreret, ac cæderet nullum. nunc ait: quoniam illud non prouenit; aliquantò tamen commotus, passim atq; confusè sternebat, quoscunque reperisset: antea nullum eligens ad mortem, nullumq; prosternens. tantum consenserat iracundiæ suas vt nullis iam retineri nexibus posset.* QVIS mihi nunc tot acerba deus, quis carmine cædes Diuersas, obitumque ducum, quos æquore toto, Inque vicem nunc Turnus agit, nunc Troius heros, Expediat?] *Deus, inquit, nunc est necessarius. sed quis sit iste, inuenire non possum: quo iuuante valeant complecti, quantos duces Turnus, quantos Aeneas occîdit.* TANTO'N' placuit concurrere motu Iuppiter æternâ gentes in pace futuras?] *Necessaria exclamatio Poëtæ, admirantis deorum iniquitatem: qui patiebantur, in alternam perniciem gentes tendere, in æternã venturas perpetuamq; concordiam.* ÆNEAS Rutulum Sucronem (ea prima ruentes Pugna loco statuit Teucros) haud multa morantem Exigit in latus, &c. qua fata celerrima, crudum Transadigit costas, & crates pectoris ensem.] *Interpositum est,* Ea prima ruentes Pugna loco statuit Teucros. *Quum properarent, inquit, in hostium cædem Troiani: ibi constiterunt, vbi Aeneas Rutulum Sucronem occîdit. nam, non multâ morâ interpositâ, excepit eum in latus: ex quâ verò parte corporis peti expeditiùs potuit, ipsa eum percussit. nam per latus & costas transiecto ense eum prostrauit. Interpositum diximus;* Ea prima ruẽtes Pugna loco statuit Teucros. *quo facto, diuisum constat vnum sensum. nos, isto subtracto, integremus, quod interposita diuiserunt.* Æneas Rutulum Sucronem, haud multa morantem, Exigit in latus, &, quà fata celerrima, crudum Transadigit costas, & crates pectoris ensem. *Hinc iungendum est;* Ea prima ruentes Pugna loco statuit Teucros. *& erit compositio directa verborum.* TVRNVS equo deiectum Amycum, fratremque Diorem, Congressus pedes; hunc venientem cuspide longâ, Hunc mucrone ferit: curruque abscissa duorum Suspendit capita, & rorantia sanguine portas.] *Multa semel hîc dicta sunt; sed non semel accipienda. quippe Turnus equo deiecit Amycum; quo deiecit & fratrem eius Diorem. nam quum addidit.* Fratremque Diorem; *& non significat, vtrùm pedes an eques fuerit: etiam Diorem ostendit vectum fuisse.* Ergo equo *&* deiecto, *bis accipere debemus: deiectum equo Amycum; deiectum Diorem equo.* Ferit *bis quoq; intelligendum: vt sit, Illum ferit longâ cuspide; illum ferit mucrone. Ostentationis autem fuit incutiendi terroris: quòd cæsorum capita, adhuc emittentia sanguinem, secum Turnus vehebat in curru.* ILLE Talon, Tanaimq; neci, fortemque Cethegum, Tres vno congressu, & mœstum mittit Onyten, Nomine Echionio, matrisq; genus Peridiæ.] *Ille, inquit: & incertum putatur reliquisse, vtrùm de Aeneâ dictum videatur; an de Turno. Sed non est vitium Poëtæ: nam ex Cethegi nomine, quem constabat fuisse Troianum, quemq; alijs nexuit: ostendit, non Aeneam se dixisse; sed ipsum Turnum. Tres igitur vno cõgressu, in quibus Cethegus fuit, assistente virtute deiecit. Onytẽ verò, hoc est, Onytis & Peridiæ filiũ, qui Echionio nomine diceretur, separatim strauit.* Mœstum *dixit: quia incurrerat hostis manus, quas nõ potuit euasisse. Quod ait,* Mittit, *non ad Onyten solùm; sed ad omnes pertinet.* HIC fratres Lyciâ missos.] *Lycij ex partibus Aeneæ fuerant.* ET Apollinis agris.] *Ex Lyciâ & Apollinis agris fuerant fratres. Lyciam charam fuisse Apollini, & propriam; etiam in quarto libro memorauit, dicens:* Qualis vbi hybernam Lyciam, Xanthique fluenta Deserit, ac Delum maternam inuisit Apollo. ET iuuenẽ exosum nequidquam bella Menetem.] *Menetes quoq; perosa habens bella, quum inertem ætatem iuuenis duceret, pro bellatore prostratus est. Dicit causam, propter quam frustra ducebatur ad bellum: ipsa enim fecerat, vt pugnare nesciret.* ARCADA, piscosa cui circùm flumina Lernæ Ars fuerat; pauperq; domus, nec nota potentum Munera; conductâque pater tellure serebat.] *Arcas iste, inquit, fuit piscandi semper deditus studio: qui solum lacum Lernæ, & do-*

mum ſuam pauperem, id eſt, anguſtæ ſubſtantiæ, nouerat: neſciens prorſus, quid diuites agerët; nec alicuius obſequijs deditus. nec ſolùm ipſe pauper; verumetiam pater eius. nam in terrâ conductâ morabatur, dans operam ſeminibus iaciendis. Ecce, verecunda paupertas, in neceſſitate poſita, nõ quæſijt patrocinium diuitis; nõ maioris ſubſtãtiæ deſiderauit auxilium: piſcatio alebat filium; cõductus patrẽ ager paſcebat: & ipſe nõ grandis, ſed pro facultatibus pauperis intelligẽdus. Quis enim pauperi magnũ crederet prædium laudandũ, in duobus inſtitutum: quos non polluit neceſſitas; aut aliquo paupertas ſcelere maculauit? Ac velut immiſsi diuerſis partib⁹ ignes, Arentem in ſyluã, & virgulta ſonãtia lauro; Aut vbi decurſu rapido, de mõtibus altis Dãt ſonitũ ſpumoſi amnes, & in ęquora currunt, Quiſq; ſuũ populatus iter: non ſegniùs ambo, Æneas Turnusq;, ruunt in prælia: nunc nunc Fluctuat ira intus; rumpuntur neſcia vinci Pectora; nunc toties in vulnera viribus itur.] *Duas flammas, diuerſosq; torrentes, duobus viris fortibus comparauit. nam quo modo flammæ conſumunt, quicquid occurrerit; & torrẽtes, quidquid impulerint, trahunt: ſic iſti ſæuiebant in aduerſos; elati irâ & cupiditate vincendi; non metuentes vulnerum caſus, aut mortis.* A

SER. MVRRANVM hic, atauos & auorum antiqua ſonantem Nomina.] *Hoc eſt, cuius maiores omnes Murrhani ſunt dicti, & reges fuerunt. vt,* Per regesq; actum genus omne Latinos. *Scimus enim, ſolere plerumque fieri, vt primi regis nomen etiam reliqui poſſideant: vt apud Romanos Auguſti vocantur, apud Albanos Syluij, apud Perſdas Arſacidæ, apud Aegyptios Ptolemæi, apud Athenienſes Cecropidæ. Vnde ſuperfluum eſt, quod ait Donatus; debere nos accipere occiſum Murrhanum; dum auos & atauos Turni tantùm commemorat, & effert laudibus maximis: per illud;* Vidi oculos ante ipſe meos me voce vocãtem Murrhanum. PER regesque actum genus omne Latinos.] *Horatius de Lamo;* Et nepotum Per memores genus omne factos de Lamiâ. NEC domini memorum proculcat equorum.] *Id eſt, equorum domini immemorum.* DEXTERA nec tua te Graiûm, fortiſsime Creteu, Eripuit Turno, nec dij texêre Cupentum.] *Ita Aeneam comparat Turno; vt eum ſuperiorem eſſe ſignificet. Nam quem Turnus interemit, virtus ſua liberare non potuit: ei verò, quem occidit Aeneas, ne ſua quidem numina prodeſſe potuerunt. Terentius:* Memini, relinqui me deo irato meo. *Sic alibi:* nec dij morientis Eliſæ. *Singuli enim deos proprios habemus genios. Sanè ſciendum, Cupentum, Sabinorum linguâ, ſacerdotem vocari; & apud Romanos, Flaminum & Pontificum Sacerdotem. Sunt autem Cupenti, Herculis ſacerdotes. Ergo, quòd huic proprium nomen de ſacerdote finxit, bene dixit:* Nec Dij texêre ſui. *Et quidam reprehendunt Poëtam hoc*

Murrhanum hic, atauos & auorũ antiqua ſonantẽ
Nomina, per regesq; actum genus omne Latinos,
Præcipitem ſcopulo, atq; ingentis turbine ſaxi
Excutit, effunditq; ſolo. hunc lora & iuga ſubter
Prouoluêre rotæ: crebro ſuper vngula pulſu
Incita, nec domini memorum proculcat equorũ.
Ille ruenti Hilo, animisq; immane frementi,
Occurrit, telumq; aurata ad tempora torquet.
Olli per galeam fuſo ſterit haſta cerebro.
Dextera nec tua te Graiûm, fortiſsime Creteu,
Eripuit Turno: nec dij texêre Cupentum,
Æneâ veniente, ſui: dedit obuia ferro
Pectora; nec miſero clypei mora profuit ærei.
Te quoq; Laurentes viderunt, Æole, campi
Oppetere, & latè terram conſternere tergo.
Occidis, Argiuæ quem non potuêre phalanges
Sternere; nec Priami regnorum euerſor Achilles.
Hîc tibi mortis erant metæ: domus alta ſub Idâ,
Lyrneſsi domus alta; ſolo Laurente ſepulchrum
Totæ adeò conuerſæ acies, omnesq; Latini,
Omnes Dardanidæ; Mneſtheus, acerq; Sereſtus,
Et Meſſapus equûm domitor, & fortis Aſylas,
Thuſcorumq; phalanx, Euandriq; Arcadis alæ:
Pro ſe quiſq; viri, ſummâ nituntur opum vi;
Nec mora, nec requies: vaſto certamine tendunt.
Hîc mentem Æneæ genitrix pulcherrima miſit:
Iret vt ad muros, vrbiq; aduerteret agmen
Ocyùs, & ſubitâ turbaret clade Latinos.
Ille, vt veſtigans, diuerſa per agmina Turnum,
Huc atq; huc acies circumtulit: aſpicit vrbem,
Immunem tanti belli, atq; impunè quietam.
Contiauò pugnæ accendit maioris imago.
Mneſthea, Sergeſtumq; vocat, fortemq; Sereſtũ,
Ductores: tumulumq; capit, quò cętera Teucrûm
Concurrit legio; nec ſcuta aut ſpicula, denſi
Deponunt: celſo medius ſtans aggere fatur.
Ne qua meis eſto dictis mora: Iuppiter hâc ſtat:
Neu quis ob inceptum ſubitum mihi ſegnior ito.
Vrbem hodie, cauſam belli, regna ipſa Latini;
Ni frænum accipere, & victi parere fatentur;
Eruam, & æqua ſolo fumantia culmina ponam.
Scilicet exſpectem, libeat dum prælia Turno
Noſtra pati? rurſusq; velit concurrere victus?
Hoc caput, ô ciues, hæc belli ſumma nefandi!
Ferte faces properè, fœdusq; repoſcite flammis.
Dixerat; atq; animis pariter certantibus omnes
Dant cuneum, denſâq; ad muros mole feruntur,
Scalæ improuiſò, ſubitusq; apparuit ignis.
Diſcurrunt alij ad portas, primosq; trucidant:
Ferrum alij torquent, & obumbrant æthera telis.
Ipſe inter primos dextram ſub mœnia tendit
Æneas, magnâq; incuſat voce Latinum:
Teſtaturq; deos, ſe inuitum ad prælia cogi
Bis iam Italos hoſtes. hæc altera fœdera rumpi.
Exoritur trepidos inter diſcordia ciues.
Vrbem alij reſerare iubent, & pandere portas

loco; quòd in nominum inuentione deficitur. Iam enim in IX. *Cretea à Turno occiſum induxit: vt,* Cretea Muſarũ comitem. *Sed & apud Homerum, & Pylæmonem, & Adraſtum, bis ponit; & alios cõplures.* LATE terram conſternere.] *Aliud ex alio oſtẽditur. Nam per hoc corporis exprimitur magnitudo: vt,* Stabant tercentum nitidi in præſepibus altis. EVERſor Achilles.] *Bene ſeparauit Achillem à Græcis. vt,* Reliquias Danaûm atq; immitis Achilli. MORTIS metæ.] *Id eſt, mors, quæ meta eſt & finis. nam metas vitæ dicimus, non mortis: mors enim infinita eſt. Sciendum tamẽ, ita hoc de Homero eſſe translatum, qui ait;* τέλ@ θανάτοιο, *hoc eſt, finis mortis. nam in ipſa morte finis eſt.* LYRNESI domus alta.] *Lyrneſſos, ciuitas eſt Phrygiæ: vnde fuit Briſeis. & per tranſitum docet, neminem poſſe fatorum ſtatuta vitare. quando enim hic crederet, ibi ſe natum, tam longè eſſe periturum?* CONVERSÆ acies.] *In bellum coactæ; vel inter ſe conuerſæ.* PRO ſe quiſq; viri.] *Pro qualitate virium ſuarũ. ſicut in quinto:* Pro ſe quiſq; viri, & depromũt tela pharetris. SVMMA nituntur opum vi.] *Hemiſtichium eſt Ennianũ.* TENDVNT.] *Pro, contendunt.* MENTEM Æneæ genitrix pulcherrima miſit.] Mentem, *Conſilium: vt* Quã facere id poſsis, noſtram nunc accipe mentem. Miſit *autem, pro Immiſit. Et* pulcherrima, *perpetuum epitheton eſt, nec ad negotium pertinens. Sanè bonâ vſus eſt œconomiâ: vt diceret, inſtinctu numinis Aeneam profectum eſſe ad ciuitatis excidium. Nam incongruum fuerat, occupatum bello per ſe tale cepiſſe conſilium.* VRBIQVE aduerteret

Dardanidis; ipsumq; trahunt in mœnia regem.
Arma ferunt alij, & pergunt defendere muros.
Inclusas vt cùm latebroso in pumice pastor
Vestigauit apes, fumoq; impleuit amaro:
Illæ intus, trepidæ rerum, per cærea castra
Discurrunt; magnisq; acuunt stridoribus iras.
Voluitur ater odor tectis: tunc murmure cæco
Intus saxa sonant: vacuas it fumus ad auras.

A tere agmen.] Id est, contra vrbem. ACIES circũtulit.] Vel exercitũ suum huc atq; illuc circũduxit, vel acies oculorum. Bonâ occasione peruenit ad id, vt Aeneas ciuitatẽ posset aspicere. IMMVNEM tanti belli.] Sinè officio dimicandi. Et vult inobsessam intelligi: quasi sine periculo sit oppugnationis. Nam immunis est, qui nihil præstat: quasi sinè munijs, hoc est, qui nõ facit muna. IMPVNE quietam.] Quæ specialiter debuit pœnas luere, propter fœdus abruptum. PVGNÆ accendit maioris imago.] Subaudi, eum. NEC scuta aut spicula densi deponunt.] Ex eo, quod nõ est factum, quid fieri soleat, indicauit. vt suprà, Defigunt telluri hastas, & scuta reclinãt. NEQVA.] Pro, nulla. ESTO.] Sit. IVPPITER hâc stat.] Pro, nobis religio est: quã læserunt Rutuli ruptis fœderibus. Nouimus autẽ, interfuisse fœderi & deos alios; & Iouis imaginem sceptri præsentiâ redditam. NEC quis ob inceptũ subitũ mihi segnior ito.] Tertia persona est, ito: id est, eat. & hortatur eos, vt ita in bellum
B ruant; quasi res fuerit antè disposita. Nam hoc dicit: Repentinũ imperium nullã vobis afferat morã. Vnde est illud paulò pòst, Scalæ improuisò, subitusque apparuit ignis. CAVSAM belli.] Quia illìc erat Lauinia. FRENVM.] Frenũ, singulari numero raiò lectũ est. quidam hunc versum per figuram græcam dictum tradunt: ὁμοιογενῶν μίμησις λαβεῖν. ERVAM.] Confidenter: quasi iam non bellũ sit, sed expugnatio. HOC caput, ô ciues.] Sic superiùs Drances Turno: vt, O Latio caput horũ & causa malorũ! id est principiũ. Potuistis enim quieti esse, si Latini fœdus seruassent. & ad Latinos transfert crimen Turni. FOEDVSQVE reposcite flammis.] Grauitate sermonum declamationi pondus imposuit. Nam hoc dicit: Flammas fœderis vrbis innouemus incendio, nam hìc reposcite, est, reuocate, innouate. DANT cuneum.] Quotiens in similitudinẽ cunei milites disponuntur. DENSA mole.] Densi cũ impetu. IMPROVISO.] Deest ex: vt sit, ex improuiso. APPARVIT ignis.] Pro, apparuerunt. & Zeugma: vt in primo, Cymothoë simul, & Triton adnixus, pro, adnixi: nõ enim solus Tritõ adnitebatur. DIS-
C CVRRVNT alij ad portas, primosq; trucidant.] Subaudi, improuisò. Et hæc simul pronuntianda sunt; vt simul facta videantur: quò vehemens vis bellica possit agnosci. Primosq; trucidant aũt, id est, qui primi ad portas erant obuij, scilicet stationẽ agentes. INTER primos.] Inter duces, inter principes. TESTATVRQ. deos.] Id est, fœderis. HÆC altera fœdera rumpi.] Bis rumpi fœdera. Bis Italos hostes fieri.] bis se in prælia sæua cõpelli. Nam variè eandẽ rem iterat. Bis autem facta sunt fœdera: semel per Ilioneum, quando Latinus ait, Ipse modò Æneas, nostri si tanta cupido est, Si iungi hospitio properat, sociusque vocari, Adueniat. Et, Sublimes in equis redeunt, pacemq; reportant. & iterum paulò ante singulare certamen. TREPIDOS inter.] Hoc est, inter trepidos. RESERARE iubent.] Id est, volunt. vt Terent. Iubeo Cremetem saluere. TRAHVNT in mœnia regẽ.] Trahere volunt. Nam voluntas, animi est, non facti. Trahunt autẽ: scilicet vt posset imminẽs videre discrimẽ. Donatus dicit, trahũt in mœnia, pro, dilacerãt in mœnibus rumoribus suis. Ergo regẽ de Latino dixit: mœnia aũt hìc muros dixit. INCLVSAS vt cũ latebroso in pumice pastor.] Penè omnia verba cõparationis istius ad supradictũ pertinent bellũ. Nam ita apes inclusæ sunt, vt homines qui obsidẽtur. Ita ciuitatẽ, timentiũ latebras dicimus; sicut apum sunt aluearia. Itẽ pastor, vt rex. & reverâ Pastor est & ductor exercitus: vt Homer. ποιμένα λαῶν. Pumicẽ aũt iste masculino genere posuit: & hunc sequimur. nam & Plautus ita dixit: licèt Catullus dixerit fœminino, Aridâ modò punice expolitũ. FVMO amaro.] Qui elicit lacrhymas. TREPIDÆ rerũ.] Nescientes quid agant; ignaræ auxilij: hoc est, trepidæ de suis rebus. Terent. Satagit rerum suarum. CÆREA castra.] Opportunè hìc castra, de his rebus, quæ nunc aguntur: in lib. 4. Georg. Aulasque & cærea regna. ATER odor.] Nouè. nam in odore quis est color? Sed hoc dicit: odor atræ rei, id est, fumi ater odor pessimus: vt, Fumoq; impleuit amaro.

HIC atauos.] vel de nobilitate Turni: vel Sonantem omne genus suum, actum per reges Latinos: Mihi non placet, quòd ait quidam, Murranos fuisse appellatos reges in Latio. ROTÆ.] sui currus, & qui immemores calcauerunt dominum. GRETHEV.] Cretheus potentiã non potuit euadere cædem à Turno illatam: & Cupentus sacertodotio & religione non potuit defendi ab Aeneâ. Aeneam tamen superiorem facit; scilicet, qui sit victor inuitis dijs. CVPENTVM] Antiqui Sabini, Cupentum sacerdotem appellabant. COGI.] non sponte, sed propter læsa numina. IPSVMQVE trahi.] vel vt ipse rex tractus opponeretur hostibus vel dilaniatus. Vel, trahere volebant regem, ad euitandum discrimen. Vel Trahunt, ducunt, melius est: hoc est, trahere, id est, ducere volunt intra mœnia Aeneam, & habere eum regem. FVMO amaro.] fumus apes arcet; vt apud Columellam legimus: bis tamen fumigandi sunt aluearij. & licèt apes refugiant: tamen suffitæ salubriores postea fiunt, & læuiores. Fumus amarum saporem reddit. Ergo pastor cùm vestigat in syluâ apes, fumum in antro facit. aliqui, cùm legunt mel ex veteri fauo, fumum faciunt: & odoris herbis apes hoc modo fugant sinè læsione; & cellulas reddunt meliores. POM. Sabi.

INGENTIS turbine saxi.] In Romano, Ingenti; sed magis placet, Ingentis saxi. RVENTI Hilo.] In antiquis libris Hylo per y scriptum est. FIXO stetit hasta cerebro.] Quidam libri antiqui Fixa stetit hasta legunt. GRAIVM fortissime Creteu.] Vetera quædam exemplaria, Rheteu scribunt, plura Creteu. NEC dij texère Cupentum.] Antiqua omnia exemplaria, Cupencum legunt. Est & Di, vnico i, de quo sæpe dictum. CLYPEI mora profuit ærei.] Antiqua omnia exemplaria, quæ vidimus, Æris legunt. EVANDRIQVE Arcadis alæ.] In antiquis omnibus exemplaribus, Arcades scriptum obseruatur: quod minimè displiceat. VRBEM hodie, causam belli.] Tres versus in Oblongo libro hoc habentur ordine: Vrbem hodie, causam belli, regna ipsa Latini Eruam, & æqua solo fumantia culmina ponam; Ni frænum accipere, & victi parêre fatentur. Sed enim magis placet conditionalis oratio: Ni frænum accipere, & dicto parêre fatentur. FERTE faces properè.] Veteres plerię lib. Properi legunt. PRIMOSQVE trucidant.] In Oblongo libro, Fatigant legitur: quod nõ ita placet. NVNC murmure cæco.] In antiq. Tum legitur, pro Nunc. VAR. Lect.

MVRRHANVM hic, atauos & auorũ antiqua sonantem Nomina, per regesq; actũ genus omne Latinos, Præcipitem scopulo, atq; ingenti turbine saxi Excutit, effunditq; solo.] Hic, pronomen est, non aduerbiũ loci. proinde Hic, hoc est, Aeneas, Murrhanum saxo ingenti deiecit. Magnitudinem saxi ex eo ostendit, quum dicit: Ingenti turbine. simul probauit & mittentis virtutem. Huic asserit Poëta vanitatem animi sui obfuisse; qui, dum se putaret propter nobilitatem generis, quod per reges Latinos ad ipsum quoque peruenerat, à quoquam contingi non posse; sic Aeneæ manu prostratus interijt. HVNC lorã & iuga subter Prouoluêre rotæ, cerebro super vngula pulsu Incita, nec domini memorum proculcat equorũ.] Cadens, inquit, Murrhanus, non extra currũ, sed sub DON.

ipsum temonem; rotarum volubilitate perductus est: quo facto, equorum suorum contundebatur pedibus, & rotis currentibus terebatur. Equi, dit, non erant memores domini. Iocari voluit Poëta, non verum dicere: nam sensus iste ab equis & rotis alienus est. ISTE ruenti Hylo, animisq; immane frementi Occurrit.] *Ruenti dixit: nõ cadenti, sed inconsideratâ festinatione properanti. Deniq. huic. & ingentem furori dedit: vt prorsus nesciret, quando, vel quemadmodum posset occidi.* TELVM'QVE aurata ad tempora torquet.] *Venienti, inquit, occurrit, vt ostenderet constantiã, & fiduciam viri fortis: & in tempora aurata hastam fixit.* OLLI per galeam fuso stetit hasta cerebro.] *Ecce, ipse euidentiùs ostendit: nam galeâ victâ, vsq; ad cerebrum eius hasta integra peruenerat.* FVSO, *ait,* cerebro stetit hasta] *hic omnis vis expressa est. non enim funditur quidquam: nisi interueniente maiori violentiâ: nec stat, nisi quod altè infixum est. Factum hoc ad Turnũ intelligitur pertinere.* DEXTERA nec tua te Graiûm fortissime Creteu, Eripuit Turno.] *Ecce & hîc Creteum dicit interemptum. Quomodo igitur fieri potuit; vt homo vnus diuersis temporibus bis occideretur? Ne quasi immemoris Poëtæ vitium exsistat, melius est sic intelligere: vt alter ille fuerit, de quo dixit:* Cretea Musarum comitem, cui carmina semper Et citharæ cordi, numerosq; intendere neruis. *Deniq., si idem etiam hoc loco fuisset: artes eius, & peritiam musicæ scientiæ, iterum prætulisset.* NEC dij texère Cupentum, Æneâ veniente; sui.] *Non potuerunt Cupentũ dij sui tueri.* DEDIT obuia ferro Pectora; nec misero clypei mora profuit æris.] *Tantùm opportunus fuit ad excipiendam mortem: vt illum nec dij sui, nec munimenta corporis, potuissent defensare. Quis enim deus morti posset auxilium ferre? quando aduersum pectus vltrò obtulit ferro: tantumq; se opportunũ præbuit, vt nec obiectu clypei aliquas morti suæ moras afferret?* TE quoque Laurentes viderunt Æole, campi Oppetere, & latè terram consternere tergo. Occidis.] *Dixit & Aeolum occisum sed huius Poëta exitum, non sinè affectu miserationis, inseruit. Deniq.* Occidis *ait. hoc verbum* Occidis, *maiorum personis aptatur. sed quoniam hunc de nobilium numero vult esse Vergilius: Occidisse eum dixit; nõ cæsum esse.* ARGIVÆ quẽ nõ potuère phalanges Sternere, nec Priami regnorũ euersor Achilles.] *Texisti, ait, corpore tuo terras Italiæ, qui cõgredientibus exercitibus Græcis, & ipso Achille, euersore totius regni, nõ occubuisti. Per ἀπροσδόκητον formosam comparationem induxit, exprimens in eâ dolentis affectũ. quasi diceret: Potuisti cadere in genitalibus terris, & à melioribus percuti: nũc in peregrinis iaces, & te prostrauit inferior.* HIC tibi mortis erãt metæ, domus alta sub Idâ.] *Nõ tibi defuit virtus tua: sed fatorũ ratione perfectũ est; vt, natus in alijs terris, viuendi fines ac terminos in alienis regionibus inuenires.* LYRNESSI domus alta, solo Laurente sepulchrũ.] *Nascentem te excepit Lyrnessi domus; mortui funus Itala terra complexa est.* TOTÆ adeò conuersæ acies.] *More suo misit generalitatem: ne solos Aeneam & Turnum fugantes induceret. ait enim, quod faciebant duo, faciebant & cæteri; nec aliquis fuit à belli certamine vacuus.* OMNES'QVE Latini, Omnes Dardanidæ, Mnestheus, acerq; Serestus, Et Messapus equûm domitor, & fortis Asylas, Thuscorumq; phalanx, Euandriq; Arcadis alæ.] *Cùm posset sufficere,* Totæ adeò conuersæ acies: *ambitione dicendi ductus, iuit per species; homines aliquos & gentes enumerans.* PRO se quisque viri summâ nituntur opum vi.] *In bello enim non curat vnusquisque: nisi quemadmodum primùm vitam suam salutemq; tueatur; tũnc etiam sociorum.* NEC mora, nec requies vasto certamine tendunt.] *Nec mora certamine dabatur, nec requies labori. continuum fuit, quidquid illîc gerebatur: hoc enim exigebat magni operis ratio, cupiditasq; vincendi.* HIC mentem Æneæ genitrix pulcherrima misit.] *Non corpore formosa mulier, sed mater pulcherrimi affectus, & pro salute filij pulcherrima. Misit mentem nato, hoc est, consilium. sic & in primo libro ait:* Nostram nunc accipe mentem, *hoc est, consilium.* IRET vt ad muros, vrbique aduerteret agmen Ocyùs.] *Non tantùm iret ad agmen, sed & ocyùs id faceret. Exponit, quare ocyùs.* ET subita turbaret clade Latinos.] *Grauius est enim malum, & citiùs obtinet, quod inopinantes oppresserit. Securi enim fuerant intra ciuitatem constituti, alijs in campo certantibus.* ILLE, vt vestigans, diuersa per agmina Turnum, Huc atq; huc acies circumtulit: aspicit vrbem Immunem tanti belli atque impunè quietam.] *Dum illuc atq; illuc oculos tendit, quæritans per diuersas acies Turnum: respexit vrbem sic immunem à cladibus belli, vt omnis illîc quies esset, & securitas plena: quasi nihil triste inter cæteros gereretur.* CONTINVO' pugnæ accedit maioris imago.] *Quasi iam fieret, quod mente cõceperat, sic accẽsus est.* MNESTHEA, Sergestumq; vocat, fortemq; Serestũ, Ductores.] *Non, Serestum ductores; sed Mnestheum, Serestũ, & Sergestum, omnes ductores. Idcirco, inquit, hos vocauit: quoniã ductores exercitus fuerãt, & oportuit eos regis consilium nôsse.* TVMVLVM'QVE capit.] *Vnde posset à circũfusis audiri.* B
QVO' cætera Teucrûm Cõcurrit legio.] *Constituto enim rege in edito loco, & vocatis ductoribus; intellexerunt omnes, aliquẽ pro cõmuni commodo futurum esse tractatum.* NEC scuta aut spicula densi Deponunt.] *Atq; ita, vt armati fuerant, manserunt. Oportuit quippe plenam esse cautelam, vbi tantus feruor certaminũ vertebatur.* CELSO medius stãs aggere fatur.] *Facilè audiri potuit, qui in summo constitutus fuit. & stabat medius.* Stans, *intellectũ latissimum tenet. in necessitate enim tentâ sedere nõ debuit. dein, quia decuit honorificũ esse principem; vt, stantibus vniuersis, etiam ipse staret: vel quia aliter videri & audiri non poterat; nisi vidisset omnes, & videretur ab omnibus. Sic ergo suum cœpit referre consiliũ.* NE qua meis esto dictis mora: Iuppiter hâc stat: Neu quis, ob inceptum subitũ, mihi segnior ito.] *Nulla, inquit, mora interponatur his, quæ postea dixero: nec repentinũ quenquam cõsilium turbet. stat enim nobiscũ Iupiter, cuius fauore confido. Incipit iam dicere inuenta suas & ad celeritatẽ priùs instructa proprium referre tractatũ* VRBEM hodie, causam belli, regna ipsa Latini (Ni frænũ accipere, & victi parêre fatẽtur) Eruam, & æqua solo fumãtia culmina ponã.] C
Diu, inquit, errauimus; nec malorum omnium, quæ esset principalis causa, potuimus noscere. fiat ergo celeritèr, quod tardiùs visum est. Exscindenda est hodie ciuitas; cuius adhuc incolumitate victoria nostra differtur. delendum Latini imperium, neq; acquiescent conditionibus nostris: nisi se iussis parituros Itali propriâ professione signauerint. In campum redigenda vniuersa vrbis amplitudo; & inimica facies ardere debet, aut cadere: si superiores non agnouerint Teucros; aut de suâ conditione fateri noluerint. SCILICET exspectem, libeat dum prælia Turno Nostra pati? rursusq; velit concurrere victus?] *An ego nõ prouideam cõmodis nostris, donec Turnus pugnare velit, aut nolit? si cogor superati hominis arbitrium sequi: cur nõ ipsi sentiant vim, potentiamq; victoriæ.* HOC caput, ô ciues; hæc belli summa nefandi.] *Feriendum est malorum nostrorũ caput: reliqua post eius supplicium parem sortientur interitum. Reddenda est nefarij belli summa: vt conquiescat penitùs, quod ex ipsa per scelus emergit & pullulat.* FERTE faces properè, fœdusq; reposcite flãmis.] *Quã breuitate cœpit, ipsã cõclusit. Vrbẽ, inquit, hodie, causam belli; se velle delere: & quãdo, & quã ob causam id facere disponeret, breuiter dixit. Hic autẽ docet, quomodo hoc ipsum posset impleri; quũ dicit,* Ferte faces properè: *vt incendendã scirẽt.* FOEDVS'Q reposcite flãmis.] *vt procurarent pacẽ incendia; quã dolus & humanũ turbârat ingeniũ.* DIXERAT: atq; animis pariter certantibus.] *Magnã enim habet vim, quod pari cõsensu & vnanimiter geritur.*

OMNES

A OMNES Dant cuneum.] *Suffecerat hoc dictum. Addidit:* DENSA'QVE ad muros mole feruntur.] *Atq; vt, quod dixerat, ſatiaret, connexit:* Denſâq; ad muros mole feruntur. *Ecce, quantum valuit iubentis autoritas! & fiebant iuſſa conſenſu omnium; & celeriter gerebantur. Feruntur inquit, vt vltra modum properantes; quos exagitabat tantũ regis præceptum, & vtilitas ſua.* SCALÆ improuiſò, ſubitusq; apparuit ignis.] *Quæſitas ſcalas & aduectas, ignemq; allatum, non dixit ſtudio breuiandæ narrationis. cur enim poneret, quod ex conſequentibus procuratum poſſet oſtendi? Ergo agendis rebus magna eſt celeritas adhibita. nam quàm citò, aut vnde inuentæ ſunt ſcalæ, quæ muris admouerentur? aut quàm repentè ignis apparuit? Hæc extra muros gerebantur. Incipit perturbationẽ ciuitatis oſtẽdere.* DISCVRRVNT alij ad portas.] *Ne apertæ faciles ingreſſus darent hoſtibus.* PRIMOS'QVE trucidant.] *Hoc eſt, illos, qui primi ingrediebantur.* FERRVM alij torquent, & obumbrant æthera telis.] *Diuiſerant officia ſubueniendi. namq; alijs curantibus portas, alij miſſilia tela torquebant; tantâ copiâ, vt obumbratum cœlum videri non poſſet.* IPSA inter primos dex-
B tram ſub mœnia tendit Æneas, magnâque incuſat voce Latinum; Teſtaturque deos ſe inuitum ad prælia cogi: Bis iam Italos hoſtes; hæc altera fœdera rumpi.] *Quum tela innumera muris iacerent: quum fuſi ante portas aliqui occubuiſſent: Æneas adhuc ſe beneuolum Latino monſtrabat. tendebat inermem dexteram: quod fuit ſignum nolentis pugnare. Loquebatur enim magnâ voce, Latini incuſationem proſequens. Generale hoc eſt. non enim ſpecialiter dixit, quæ contineret prolixitas vocis, & clamorum magnitudo. ſuſpicari tamen aliqua diximus pro perſonâ loquentis. Si enim Latinus conſtans fuiſſet, in ordinandis filiæ nuptijs: ſi tot aduerſis eſſet emendatus: non veniret ad talia.* MAGNA, inquit, voce.] *aliter quippe loqui non debuit: qui cogente irâ, & ſtrepente perturbatorum tumultu, cupiebat audiri. Teſtabatur autem deos: qui ſoli humanarum cogitationum gnari ſunt: inuitum ſeſe inter initia in certamen exiſſe: inuitum iterum cogi. Iuſta hæc obiurgatio fuit. primò enim ipſi cœperant bellum; ipſi etiam rurſus, facientes contra humanas & diuinas leges, rumpentes iterum fœdera.* EXORITVR trepidos inter diſcordia ciues.] *Diſcordiam, dixit animorum diſſimiles motus, & non ſibi conſentientes. Incipit dicere, quid ſinguli ſentirent.* VRBEM alij reſerare iubent, & pandere portas Dardanidis: ipſumq; trahũt in mœnia regem.] *Qui videbant periculum præſens, & diſcrimen manifeſtum: dicebant, aperire ciuitatem melius eſſe; quàm occupari armis aut flammis. & ob hanc cauſam vrgebant regem in mœnia, hoc eſt, ad muros.* ARMA ferunt alij, & pergunt defendere muros.] *Quibus tradendæ vrbis ſententia diſplicebat; manus properantes ad arma conuerterant: vt contra hoſtilem vim muris aſſiſterent.* INCLVSAS vt quum latebroſo in pumice paſtor Veſtigauit apes, fumoq; impleuit amaro: Illæ intus trepidæ rerum, per cætera caſtra Diſcurrunt, magniſq; acuunt ſtridoribus iras. Voluitur ater odor tectis: tùm murmure cæco Intus ſaxa ſonant: vacuas it fumus ad auras.] *More ſuo, propter addendum ſplendorem carminis, ſubiecit ſimilitudinem: comparans ciuitatẽ puniceis latebris; quæ comburi facillimè poſſunt, & citò diſſolui. Apes, Latinorum actibus: aſperum animalis genus; ſed quod fumo exiguo poteſt ſuperari. Caſtra Latinorum, apum cereis caſtris: quæ ſinè adminiculo virtutis, exiguo poſſunt momẽto turbari; & inuadẽtis leui manu communui. Apum murmur, cum Latinorum trepidatione. Æneam veſtigatori apum: curanti, ne fugiant. Fumũ incendio, quo Æneas vrbi minabatur excidium.*

SER. FESSIS.] *Pro, afflictis.* ETIAM fortuna.] *Caſus. nam omnis caſus in poteſtate fortunæ eſt.* TECTIS venientem proſpicit hoſtẽ.] *Aut, è tectis proſpicit: aut, contra tecta venientem.* INCES-
C SI muros.] *Inuadi.* INFELIX pugnæ iuuenem.] *Quia non putabat, Turnum ciuitatem oppugnari paſſurum fuiſſe, ſi viueret.* MENTEM turbata.] *Figuratè. Vt,* Oculos ſuffuſa. CAPVT'QVE.] *Sicut ſuprà dictum eſt; Caput dicebatur, qui autor & princeps alicuius rei geſtæ fuiſſet. vt 11. Æneid.* O' Latio caput horum. DEMENS effata furorem.] *Verba noluit ponere. vnde videtur diras ſignificare.* PVRPVREOS moritura manu.] *Rem, quæ Flaminicæ cõpetit, tranſtulit ad reginam. Flaminica enim purpureo operiri debet. nam cùm* amictus *dicit, opertam dicit: quæ res ad pallium refertur.* ET nodum informis lethi.] *Fabius Piſtor dicit, quod Amata inediâ ſe interemit. Sanè ſciendũ, quòd cautum fuerat in Pontificalibus libris: vt, qui laqueo vitam finiſſet, inſepultus abijceretur.*

Accidit hæc feſſis etiam fortuna Latinis:
Quæ totam luctu concuſſit funditùs vrbem.
Regina, vt tectis venientem proſpicit hoſtem,
Inceſſi muros, igneſq; ad tecta volare;
Nuſquã acies contrà Rutulas, nulla agmina Turni:
Infelix pugnæ iuuenem in certamine credit
Extinctum; & ſubito mentem turbata dolore,
Se cauſam clamat, crimenq;, caputq; malorum:
Multaq; per mœſtum demens effata furorem,
Purpureos moritura manu diſcindit amictus.
Et nodum informis lethi trabe nectit ab altâ.
Quam cladem miſeræ poſtquã accepêre Latinæ:
Filia prima manu flauos Lauinia crines,
Et roſeas laniata genas; tùm cætera circùm
Turba furit: reſonant latè plangoribus ædes.
Hinc totam infelix vulgatur fama per vrbem:
Demittunt mentes: it ſciſſâ veſte Latinus,
Coniugis attonitus fatis, vrbiſq; ruinâ;
Caniciem immundo perfuſam puluere turpans:
Multaq; ſe incuſat; qui non acceperit antè
Dardanium Æneam, generumq; aſſciuerit vltrò.
Interea extremo bellator in æquore Turnus,
Palantes ſequitur paucos; iam ſegnior, atq;
Iam minùs atq; minùs ſucceſſu lætus equorum,
Attulit hunc illi cæcis terroribus aura
Commiſtum clamorem: arrectaſq; impulit aures
Confuſæ ſonus vrbis, & illætabile murmur.
Hei mihi, quid tanto turbantur mœnia luctu?
Quisve ruit tantus diuerſâ clamor ab vrbe?
Sic ait: adductiſq; amens ſubſiſtit habenis.
Atq; huic, in faciem ſoror vt conuerſa Metiſci
Aurigæ, curruſq;, & equos, & lora regebat.
Talibus occurrit dictis: Hâc, Turne, ſequamur
Troiugenas; quà prima viam victoria pandit.
Sunt alij, qui tecta manu defendere poſſunt.

Vnde bene ait, Informis lethi: *quaſi mortis infamiſſimæ. Ergo cũ nihil ſit hac morte deformius, poëtem etiam pro reginæ dignitate dixiſſe accipiamus. Caſſius autẽ Hemina ait:* Tarquinium Superbũ, cũ cloacas populum facere coëgiſſet, & ob hanc iniuriam multi ſe ſuſpẽdio necarẽt, iuſsiſſe corpora eorum cruci affigi. Tunc primùm turpe habitum eſt, mortem ſibi cõſciſcere. *& Varro ait:* Suſpendioſis, quibus iuſta fieri ius non ſit, ſuſpenſis oſcillis, veluti per imitationem mortis, parentari. *Docet ergo Vergilius, ſecundùm Varronem & Caſſium, quia ſe laqueo induerat, letho periſſe informi.* FLAVOS Lauinia crines.] *Antiqua lectio* floreos *habuit, id eſt, florulentulos, pulchros. & eſt Ennianus ſermo. Probus ſic adnotavit:* Neotericum erat, flauos. Ergo bene floreos: nam ſequitur, Et roſeas laniata genas. *Accius in Bacchidibus.* Nam floricrines video, & proceſsi iacẽt. *In iiſdem:* Et lanugo flore nũc demum irrigat. *Pacuuius Antiopâ:*

Cerul cùm floreos disperdite crines. ET roseas laniata genas.] Moris fuit apud veteres, vt ante rogos humanus sanguis effunderetur, vel captiuorū, vel gladiatorū: quorum si fortè copia nō fuisset, lamantes fœminæ genas suū effundebant cruorē, vt rogis illa imago constitueretur. Tamē sciendū, cautum lege duodecim tabularū, ne mulieres carperent faciem, his verbis: Mulier faciem ne carpito. HINC totâ.] Id est, de domo regiâ. INFELIX fama.] Rerū infelicium nuntia: vt, infelix vates. DEMITTVNT mētes.] Desperāt. sicut ecōtrà, sperantes aliquid, erigunt mentes. CONIVGIS attonitus fatis, vrbisq; ruinâ.] Et priuatis, & publicis luctibus. CANICIEM] Ex ætate nāo & mouit. nō enim tam miserū est, regem in miserijs esse, quàm senem. IMMVNDO puluere.] Bene immūdo addidit. Sic in Georgicis; Et cinerem immundū iactare per agros. quia etiam ille puluis, quo vtuntur puellæ, cinis vocatur. Vnde etiā apud Plautum, de mundo mulierū ciniflones dicti sunt. Horat. Custodes, lectica, ciniflones, parasitæ. BELLATOR.] Epitheton peracti temporis. MINVS successu lætus equorum.] Infirmitas animi ex equorum etiam tarditate veniebat: quia minus successus habebant equi iam fatigati. ATTVLIT hunc illi cæcis terroribus aura.] Naturale enim est, vt, à quâ parte fuerit ventus, indè maximus audiatur clamor. Et mirè cæcis terroribus, quos nemo videret. COMMIXTVM clamorē.] Ex impugnatione & morte reginæ. ARRECTAS aures.] Ad audiendū sollicitas. Terent. Arrige aures, Pamphile. ILLÆTABILE murmur.] Quærit, quis illætabile dixerit? Ideò aūt murmur: quia ferre solēt quasi præsagium murmura, siue bona, siue mala. DIVERSA clamor.] Hypallage, diuersus clamor, aut ex varijs partibus ciuitatis. AMENS.] Egens cōsilij, nesciens rei gerendæ. nam Mentē, & Consilium significare diximus: vt, Mentē Æneæ genitrix pulcherrima misit. OCCVRRIT dictis.] Eius orationis verbis obuiam venit. PRIMA victoria.] Id est, primùm. SVNT alij, qui tecta manu:] Ideò, quia scit Turnū de vrbe maximè esse sollicitum. NEC numero inferior, pugnę nec honore.] Id est, nec pauciores interimis, nec minor te, quàm Aeneam, comitabitur gloria. Nam occisorū multitudo cōpensat hoc, quòd tu fugientes interimis. Sanè sciendū, Iuturnam in hac omni oratione occurrere quæstionibus tacitis. PRIMA per artem fœdera turbasti.] Prima, aut inchoantia: aut tu prima. nam post datū augurium, quo animi omniū perturbati sunt: & post eius orationē, Tolumnius tela cōtorsit: per artē aūt, per fraudē: vt initio 11. Aen. Artificis scelus. NEQVICQVAM fallis] pro, nō fallis. AN fratris miseri lethum.] Humile est, si ex personâ Turni accipias. Ergo miseri ad animū sororis referendum est. & quòd ait, Sed quis olympo intulit, an vt videres?

Ingruit Æneas Italis, & prælia miscet:
Et nos sæua manu mittamus funera Teucris.
Nec numero inferior, pugnę nec honore recedes.
Turnus ad hæc:
O soror, ac dudum agnoui: cùm prima per artem
Fœdera turbasti, teq; hęc in bella dedisti:
Et nunc nequidquam fallis dea. sed quis olympo
Demissam tantos voluit te ferre labores?
An fratris miseri lethum vt crudele videres?
Nā quid ago? aut quę iam spondet fortuna salutē?
Vidi oculos ante ipse meos, me voce vocantem
Murrhanum: quo non fuerat mihi charior alter,
Oppetere ingentem, atq; ingenti vulnere victum.
Occidit infelix; ne nostrum dedecus Vfens
Aspiceret: Teucri potiuntur corpore & armis.
Exscindíne domos (id rebus defuit vnum)
Perpetiar? dextrâ nec Drancis dicta refellam?
Terga dabo? & Turnū fugientē hæc terra videbit?
Vsq; adeóne mori miserum est? vos ô mihi manes
Este boni; quoniam superis auersa voluntas.
Sancta ad vos anima, atq; istius inscia culpæ,
Descendā; magnorū haud vnquā indignus auorū.
Vix ea fatus erat: medios volat, ecce, per hostes;
Vectus equo spumante Sages, aduersa sagittà
Sautius ora: ruitq;, implorans nomine Turnum.
Turne, in te suprema salus: miserere tuorum.
Fulminat Æneas armis; summasq; minatur
Deiecturum arces Italûm, excidioq; daturum.
Iamq; faces ad tecta volant. in te ora Latini,
In te oculos referunt. mussat rex ipse Latinus:
Quos generos vocet, aut q̄ sese ad fœdera flectat.
Præterea regina, tui fidissima, dextrâ
Occidit ipsa suâ, lucemq; exterrita fugit.
Soli pro portis, Messapus, & acer Atinas,
Sustentant aciem: circùm hos vtrinq; phalanges
Stant densæ; strictisq; seges mucronibus horret
Ferrea. tu currum deserto in gramine versas?
Obstupuit, var.â confusus imagine rerum
Turnus; & obtutu tacito stet. t: æstuat ingens
Imò in corde pudor. mixtoq; insania luctu,
Et furijs agitatus amor, & conscia virtus.

res? subaudiendum ergo, tuâ sponte. NAM quid ago?] Argumētū à necessario. IAM] non est temporis: aut erit absurdum. ME voce vocātem.] Atqui hoc nusquā legimus. sed aut κατὰ τὸ σιωπώμενον, intelligemus: aut mortis est omen, audire se à mortuo vocari; aut audire quod non dicitur; videre, quod minimè occurrit. Sic in quarto: Hinc exaudiri gemitus, & verba vocantis Visa viri. SVPERAT.] Viuit: vt, Superátne, & vescitur aurâ? NE nostrū dedecus vfens aspiceret.] Sic est hoc, ac si diceret: Fortasse viueret; nisi ideò voluisset occūbere, ne nos victos videret. & est, qualem in X: Ille mihi ante alios, fortunatúsve laborū, Egregiusq; animi: qui ne quid tale videret, Procubuit moriens. Infelix aūt, in hoc bello: contra illud, Insignē famâ & felicibus armis. & est argumentū ab honesto. TEVCRI potiūtur corpore & armis.] Id est, etiā sepulturâ caruit. Nā, vt in Homero legimus, de virorum fortium cadaueribus, erat inter hostes grande certamen: quod maximè apparet de Patrocli cadauere. DEXTRA nec Drācis dicta refellā?] Id est, virtute. nam pro rei officio, ipsam rem posuit: dexteram pro virtute: hoc est, fortiter faciendo. TVRNVM fugientem.] ἐμφατικῶς Turnum. VSQVE adeóne mori miserum est?] Tacitæ quæstioni occurrit. Et quidā hoc verbū reprehendunt, vsq; adeone: melius dici vsque adeo. Lucilius septimo: Vsq; adeò studio atq; odio illius efferor. Quidam sic accipiunt, Vsq; adeone mori miserū est: vt non quasi confirmet, sed quasi interroget, quare dea sic de illo laboret, vt viuat: cùm satius sit, honestè mori, quàm turpiter viuere. Ergo vsq; adeóne, vt tamē tanta turpitudo ferēda sit. VOS ô mihi manes.] Quasi per phantasiam relinquens superos, ad manes conuertit orationē. SVPERIS aduersa voluntas.] Quia, vt suprà diximus, donec viuimus, curæ sumus dijs superis: post mortē, ad inferos pertinemus: quibus se modò cōmendat. SANCTA ad vos anima.] Quæ differētia sancti sit, superiùs dictū est. Hîc sancta, incorrupta accipiendum est: neq; enim sacro, aut religioso, eius anima tenebatur. ISTIVS inscia culpæ.] Vel fugæ, quia fuga grande crimen est apud virum fortē: vel rupti fœderis, & læsæ religionis. à quâ se dicit esse alienū, propter futura supplicia. INDIGNVS auorum.] Græca figura: nam nos, Indignus illâ re, dicimus. contrà Græci, ἀνάξιος στεφάνου, id est, Indignus coronæ. VECTVS equo spumante Sages.] Pro, cùm veheretur. vt, Et quâ vectus Abas. IMPLORANS nomine Turnum.] Ex multis rebus indicat perturbationem: quòd festinans venit; quòd per hostes; quòd vulneratus; quòd Turnum nomine appellat. Nam contumelia est, nomine suo superiorem vocare sic in Georgicis: Mater, Cyrene mater: cùm præmisisset, Et te crudelem nomine dicit. Sicut contrà Aeolus ad

A *lus ad Iunonē ait,* Tuus, ô regina, quid optet Explorare labor. TVRNE, in te suprema salus.] *Omnia, quæ suprà Iuturna dixerat, oratio ista dissoluit,* FVLMINAT Æneas.] *Exaggeratio est. sic paulò pòst:* Horrendumq; intonat armis. MINATVR deiecturū arces.] *Quia dixerat;* Et æqua solo fumantia culmina ponam. IAMQVE faces.] *Vt sit, quare Turnus subuenire festinet.* MVSSAT.] *Modò, dubitat. Et cunctatur Rex ipse, in quo summa rerum est. Veteres,* mussat, *pro timet. Ennius,* mussare, *pro tacere posuit. Clodius Thuscus: Mussare est ex Græco; cōprimere oculos: Græci μύειν dicunt.* QVOS generos vocet.] *Pro, viros. Pluraliter aūt* generos *de exercitibus: quorum duces sunt Aeneas & Turnus.* AVT quæ sese ad fœdera flectat.] *nuptiarum fœdera; vt,* Nec coniugis vnquā Prætendi tædas, aut hæc in fœdera veni. *Aut propter violatū fœdus: vt ideò dixerit, quæ sese flectat ad fœdera: quasi nec hoc remedium supersit; cùm illa iam bello corrupta sint.* PRÆTEREA regina tui.] *Quia occurrebat, Amatam, si Latinus dubitat, reginam pro eius partibus niti.* TVI fidissima.] *Tui amantissima.* DEXTRA Occidit ipsa suâ.] *Vt*

B laquei *ostenderet dedecus.* LVCEMQVE exterrita fugit.] *Augmentum mali.* SOLI pro portis.] *Contrà illud:* Sunt alij, q tecta manu defendere possint. Pro portis *autem, ante portas. Sallustius:* Ex parte cohortū præcipere instructa; & stationes locatę pro castris. *Bene autē, cùm dicit,* pro portis, sustentant acies, *& spem adhuc subueniendi dedit; & dicendo* Soli, *addidit etiam necessitatem.* DESERTO in gramine versas.] *Huc atq; illuc agit. vt,* Æthiopum versemus oues. *Homerus ἐρήμῳ & bene,* deserto gramine: *contra illud,* Et nos sæua manu mittamus funera Teucris. VARIA cōfusus imagine rerū.] *Multiplici nuntio: quòd regina perit, quòd vrbs oppugnatur; quòd omnes Latini in illū oculos referūt; quòd dubitat Latinus, quos generos vocet.* ET obtutu.] *Vario stetit vultu. Et obtutus est propriè, quem Græci πρόσωπον, id est, vultū dicunt.* PVDOR.] *Propter illud,* Tu currū deserto in gramine versas. *Vel* pudor; *quia in illum oculi referūtur.* INSANIA.] *Quia in hostes fremebat: vel qa vrbs oppugnabat.* MIXTO luctu.] *Propter Amatæ cognitā mortē.* AMOR.] *Quia mussat Latinus.* CONSCIA virtus.]

C *Quia fugere putatur, qui currum deserto in gramina versat.*

POM. Sabi. ET nodum.] *Amata suspēdit se. & Poëta clàm talem desperationē dicit.* REFELLAM.] *dicta Drācis. hac dextrā; & nō patiar exscindi domū.* INSCIA culpę.] *id est, fugæ. nam magnū dedecus est forti homini, fugere. et rupti fœderis culpa, nō fuit Turnus; sed consilium Iuturnæ, & sententiæ Tolumnij.*

VAR. Lect. REGINA vt tectis venientem prospicit hostem.] *In Oblongo libro, & in aliquot alijs,* Conspicit *habetur. Sed enim* Prospicit *Seruius admittit, & vetera pleraq; exemplaria consentiunt.* INCESSI muros.] *Libri omnino aliqui veteres,* Incendi *legunt. Sed enim Oblongus, Mediceus, atq; alij peruetere lib.* Incessi *legendū ostendunt. Quod Seruius admittit, dū exponit* Inuadi. *Romanus ambiguus est, vnius mutatione literæ.* PVGNÆ iuuenem in certamine credit Extinctū.] *Romanus liber,* A' certamine *legit. sed melius est* In. *Quædā vetera exēplaria,* Iuuenē certamine *legunt, absq;* A' *& absq;* In. MVLTAQ. per mœstum demens effata furorē.] *In Oblongo libro,* Dolorē *est: quod æquè placet, neq; quidē, quod* Affata, *vel* Adfata, *in nōnullis habetur.* FLAVOS Lauinia crines.] *Miror, cū Seruius asserat,* Floreos, *antiquā esse lectionē, eam à posterioribus nō admissam.* RESONANT latè plangoribus ædes.] *In Oblōgo libro,* Clangoribus *legitur, quod nō placet. Id enim tubarū est. In Med. aūt,* Clamoribus. *sed* Plangoribus *omnino melius.* MVLTAQ. se incusat.] *In Rom. lib. desiderantur hi duo versus:* Multaq; se incusat, qui non acceperit antè Dardaniū Æneam, generūq; asciuerit vrbi.] *Nempe, quia in vndecimo ijdem habētur.* CVRRVSQ & equos.] *In antiq. lib.* Currum *singulari numero legitur.* QVI tecta manu defendere possunt.] *In antiq. plerisq; lib.* Possint *habetur.* QVA sese ad fœdera flectat.] *In Oblongo lib.* Mittat *legitur, pro* Demittat. *verùm non æquè placet.* ACER Atinas.] *In aliquot antiquis libris,* Asylas *legitur. sed & superiùs* Acer Atinas *habetur.*

ACCIDIT hæc fessis etiā fortuna Latinis, Quæ totā luctu cōcussit funditùs vrbē.] *Talis est iste locus, qualis est ille:* Hos inter motus, medio flagrāte tumultu, Ecce, super magnā mœsti Diomedis ab vrbe Legati responsa ferūt. *Tunc enim verè fortuna probatur inimica: quū malorum asperitas nec lenitur; & cumulatur aduersis. Incipit iam referre causam luctus ingentis; qui totam faciē ciuitatis acerbitate cōfudit.* REGINA vt tectis venientē prospicit hostē; Incessi muros, ignes ad tecta volare; Nusquā acies contrà Rutulas, nulla agmina Turni.] *Quantum huic dedit verecundiæ & cautelæ. Regina, inquit, cùm è tectis suis bellorum operiretur euentus: ecce curiosam fecerat metus; & indè exspectabat, quid gereretur in campo. vbi ipsa exspectare non posset: non iuit ad alienam domum; sed sua tecta conscendit. Amor eam talem fecerat generi, & contra Aeneam semel suscepta sententia. Quum igitur cerneret, venire ad vrbem hostilem manum, quæ malorum procul dubiò initium ferret: accederet etiam, quòd putabatur mori; quòd volabat ignis in tecta; quòd nullus defensor aderat: quid habet coniectura, metuendi casum Turni, nisi quod potuit moritura sentire? quidquid enim metuimus fieri in incertis, hoc etiam falsò sentimus. Idcirco ait:* INFELIX pugnæ iuuenum in certamine credit Extinctum.] *Infelicē mirè posuit: quæ tam citò, quæ nondū acciderant, extrema Turni sensisset: quæq; esset moritura, viuo adhuc eo, quem diligebat vt mater.* ET subito mentem turbata dolore, Se causam clamat, crimenq; caputq; malorum.] *Subitus dolor, cū sit solitus etiam quietum turbare; tùm magis confundit sensus, quos suspensos inuenerit. Indè plùs infelix inani coniecturā compulsa est, & in repentino malo. accedit eò, quòd fœmina, sexus sui leuitate turbata, circumspectum consilium habere non potuit. Clamabat, se esse malorum omnium caput, quæ nihil fecerat: vtpote quæ, marito incolumi, de filiæ nuptijs iudicare non potuit; sed tantùm pro Turni partibus nixa, contrà mariti sententiam. Interea mox sese ad animi sui destinata cōuertit. & secutum est, quod habuit præparatum. Prodiderat enim dispositionem suam: eum imparem iudicans, quē cupiebat generū euocare à pugnā. sic enim superiùs positum est:* Qui tē cumq; manent isto certamine casus; Et me, Turne, manent simul hæc inuisa relinquā Lumina; nec generum Æneam captiua videbo. *Aliqua tamen loqui cōpulsa est, & vitam suam concludere: se causam clamans, & crimen caputq; malorum. Ipse est reatus verus, & nulla defensionis ope suffultus, quem reus ipse confitetur & firmat: quod Amata faciebat. quoniam cogebat dementia; vrgebat & furor. Nam nullus est, qui crimina sua sponte fateatur: nisi quem agit impotentia mentis, aut quem tenet mortis affectus. Ipsa igitur prosecuta est accusationem suā: ipsa iudicis officium tenuit, in exsecutione sentētiæ suæ: ipsa carnificis partes impleuit.* MVLTAQVE per mœstū demens effata furorē.] *Multa præterea effundēs, quæ conuenirent demēti, furentiq; personæ.* PVRPVREOS moritura manu discindit amictus: Et nodū informis lethi trabe nectit ab altâ.] *Præter multa mala, quæ per demētiam & furorē locuta est, discidit quoq; purpuream vestem, proindeq; preciosam. Quid enim de speciei merito cogitaret; quæ ipsam salutem suam mortis destinatione contempserat?* ET nodū informis lethi trabe nectit ab altâ.] Informis, *hoc est, nō cōuenientis sexui, vel honori.* Nodus *intelligendus est, quo nexuit fauces suas, & funus suum pendulum fecit.* QVAM cladem miseræ postquam accepēre Latinæ; Filia prima manu flauos Lauinia crines, Et roseas laniata genas.] *Consentaneum fu-*

DON.

rat, domesticam cladem mulieres noscere primò: quoniam viri in alijs fuerãt occupati. Verùm, quia secũdo loco filiã putatur nominâsse; nõ secundò dicta, sed cum cæteris matribus Latinis audisse eam, intelligendũ est; quo cõperto, prima discidit comã. Prima, *ait*, *vestis indumẽta diruit: prima laniauit faciẽ suam. Ipsa enim debuit primitus dolore, & luctibus grauiùs cõmoueri: ad quam materni funeris acerbitas specialiter pertinebat.* TVNC cætera circùm Turba furit.] *Cætera turba earũ accipienda est: quæ miseratione potiùs reginæ suæ, quã affinitatis ratione mouebãtur.* RESONANT latæ clamoribus ædes.] *Moralis dictio: paulatim quippe in omniũ notitiã mala perueniunt. nam & de Pallantis morte sic dixit:* Fama volãs tanti prænuntia luctus, Euandrũ, Euandriq; domos, & mœnia cõplet. *Ecce & hic ait, primã filiam cũ aliquibus Latinis mulieribus scisse; postea densos clamores & vlulatus exstitisse plangentiũ: vt resonãs latitudo domus, acerbitatẽ facti in occulto esse nõ sineret. Deniq; sequitur:* HINC totã infelix vulgatur fama per vrbem.] *Vulgatur, hoc est, per omne vulgus totius vrbis spargitur.* DEMITTVNT mentes.] *Omnes scilicet, qui audiẽre, ceciderunt animis.* IT scissâ veste Latinus: Coniugis attonitus fatis, vrbisq; ruinâ.] *Latinus, qui personã mariti gerebat, & regis; & suis malis cõfusus, & publicis; stupuerat, in vnum tẽpus conuenisse intolerabilia mala: vxoris scilicet mortẽ, & extremũ periculũ patriæ. Ibat aũt scissã veste per publicũ rex.* CANICIEM immũdo perfusam puluere turpans.] *Et cõtra ætatis meritum, & dignitatẽ loci sui, caniciem suã turpans immundo puluere. nõ enim eligere poterat dolens, quid imponeret capiti suo.* INTEREA extremo bellator in æquore Turnus, Palantes sequitur paucos.] *Detrahentis animo hoc dictum est. dum enim hæc in ciuitate, vel aduersus ciuitatẽ, gererentur: Turnus, omnium ignarus, vtpote in extremã camporum parte cõstitutus, raros insequebatur.* IAM segnior, atq; Iam minùs atq; minùs successu lætus equorum.] *Prope mortẽ enim cõstitutus, & ingeniũ & consiliũ perdidit. Deniq; inquit, & ipse, & equi eius, multò minus poterant, quàm solebãt.* ATTVLIT hũc illi cæcis terroribus aura Commixtum clamorem; arrectasq; impulit aures Confusæ sonus vrbis, & illætabile murmur.] A *Licèt ex lõginquo, tamẽ, quia magna fuit causa plangentiũ reginã & patriã: peruenit ad aures eius, nõ quid factũ sit; sed aliquid mali commissum. nam ex confuso clamore conijciebat, interuenisse aduersa; quæ totam vrbem gemitu, atq; vlulatu, & clamore confunderent. Quantum Turni socordia reprehenditur, quum inducitur!*

Hîc deest expositio XLIIII. carminum.

TV currum deserto in gramine versas?] *Versare, est currum non celeriter ducere; sed rotas lenius voluere. & Delicato, inquit, rotarum motu, currum segniùs trahis. addidit:* DESERTO in gramine.] *delectat te mollicies graminis; vbi sine impulsu ac strepitu tecum rotæ versantur. Dicendo* Tu, *magnum nobis in vno pronomine reliquit intellectum. tenet quippe obiurgationem plenam, hoc modo: Tu, cuius causa est; tu, pro cuius commodo omnis Italia contendit, & dimicat; tu, qui primus in acie, primus pro patriæ statu assistere debuisti; tu, qui tantum eras periculis proprior, quantum superata fuerint cætera; putas te aliquid agere? quia deliciosus erras in deserto gramine: hoc est, vbi deest hostis, qui otiosum turbet, aut torpenti certamen intendat.* OBSTVPVIT variâ confusus imagine rerum Turnus; & obtutu tacito stetit: æstuat ingens Imo in corde pudor, mixtoq; insania luctu; Et furijs agitatus amor, & conscia virtus.] B *Et proposuit, & exsecutus est omnes motus Turni. nam, quòd ait generaliter, confusum variã imagine malorum stupuisse; hoc specialiter subiecit. Prima fuit pudoris causa. quâ enim fronte veniret ad suos, desertor commodi sui, & inflictis tot malis? Secunda fuit insania, quæ oriebatur ex eo quia conualescentibus aduersis non valebat occurrere. tunc enim acriùs sæuitur; quum spes cessat vltionis. Similiter & alio loco dixit:* Sæuit inops animi. *Accedebat huic & luctus, ex Amatæ amore descendens: in quã fuit omnis fiducia vxoris accipiendæ. Sequebatur amoris causa eius virginis, quam desperabat sibi posse coniungi. Cumulabat omnium malorum congeriem, virtutis conscientia: quæ tot aduersis simul oppressa, respirare non poterat.*

SER. DISCVSSÆ vmbræ.] *Postquam mẽtis caligo discessit. quod sequẽtia indicant:* Et lux reddita mẽti est. TVRBIDVS.] *Plenus perturbationis.* ECCE aũt flammis.] *Alia persuasio ex aspectu.* VNDABAT vortex.] *Exabundabat. & bene in translatione permãsit, vt verticẽ vndare diceret. Vortex enim vndarũ dicitur: vt,* Vorticib9 rapidis: *&,* Vorat æquore vortex. QVAM eduxerat ipse.] *Scilicet quod ei maiorem creabat dolorẽ. Grauiter enim dolemus, si perire videamus illa, quæ fecimus.* Eduxerat *aũt, in altum fabricando sustulerat. vt alibi,* Cyclopũ educta caminis. SVBDIDERAT'QVE rotas.] *Quò posset trahi ad ea loca, quibus hostis instabat.* IAM iam fata.] *Sallustianum:* Iam iam frater animo meo carissime. STAT conferre manũ Æneæ.] *Placet. vt,* Stat casus renouare omnes. *vel stat, certum est.* QVICQVID acerbi est morte, pati.] *Aut: quicquid in morte, acerbũ est, placet pati, hoc est, inferna supplicia: vel, quæ potest acerbus hostis inferre. sicut de Hectore legimus:* ἐμοὶ δ' τότ' ἄρ πολὺ κύντερον ἦν. *Aut certè positiuus sit pro cõparatiuo: Placet pati, si quid etiã morte acerbius inuenitur.* FVRERE antè furoré.] *Figura antiqua: vt,* Seruitutẽ seruit; Dolet dolorẽ. *Est aũt sensus: Sine me bellicũ furorẽ furere; scilicet priusquã ad eum veniã, vt pugnã mẽte concipiam, & instructus furore ad bella prorumpã.*

Vt primũ discussæ vmbræ, & lux reddita mẽti est:
Ardenteis oculorum acies ad mœnia torsit
Turbidus; eq; rotis magnam respexit ad vrbem.
Ecce autem, flammis inter tabulata volutus,
Ad cœlum vndabat vortex, turrimq; tenebat:
Turrim, compactis trabibus quam eduxerat ipse;
Subdiderat'q; rotas, pontesq; exstruxerat altos.
Iam iam fata, soror, superant: absiste morari.
Quò Deus, & quò dura vocat fortuna, sequamur.
Stat cõferre manũ Æneę: stat, quidqd acerbũ est,
Morte pati. neq; me indecorem germana videbis
Amplius: hunc, oro, sine me furere antè furorem.
Dixit: & è curru saltum dedit ocyùs aruis;
Perq; hostes, per tela ruit: mœstamq; sororem
Deserit; ac rapido cursu media agmina rumpit.

POM. Sabi. FVRERE furorẽ.] *figura est antiqua. vt apud Quintil.* Viuere vitã, Seruire seruitutẽ, Dolere dolorẽ, Mori mortẽ. *& hic,* Furere furorem. *Sic dicit:* C *Sine me antè concipere bellum furore; & inde ruam acerrimè in hostem.*

VAR. Lect. PONTES'Q. exstruxerat altis.] *In antiq. aliquot libris,* Instrauerat *legitur: quod magis propriũ est. Mediceus tamẽ,* Instruxerat *habet.* STAT, quidqd acerbũ est Morte pati.] Acerbũ *quidẽ Seruius agnoscere videtur: sed in antiquis exemplaribus, nunc* Acerbi. *nũc* Acerbum est *legitur.*

DON. VT primùm discussæ vmbræ.] *Pulchrè dixit vmbras animi. vbi enim perturbatus fuerat vel maximè plurimis malis; tanquã in tenebris positus, nõ videt quid agat; nec inuenit viam, quã se possit exsoluere.* ET lux reddita mẽti.] *Copiosa dictio. vbi enim remotæ fuerint tenebræ, lux continuò surrogata succedit: vt fit, cùm nox cõsumitur, & consequitur dies.* ARDENTEIS oculorũ orbes ad mœnia torsit Turbidus; eq; rotis magnã respexit ad vrbẽ.] *Resumptã luce post tenebras, vbi animũ collegit: torsit ad eam partẽ oculos, in quâ ciuitas fuit; atq; ita, vt in curru fuerat, mœnia ipsa respexit.* ECCE aũt flammis inter tabulata volutus, Ad cœlũ vndabat vortex, turrimq; tenebat.] *Multis locis ostendimus, aduersa nuntiari vrbi. Deniq; & hic incendium visum est turris: quæ sic ardebat, tabulatorũ firmitate correpta; vt ex eius*

summã

A *summâ parte, in cælũ flamma consurgeret.* TVRRIM, cõpactis trabib. quã eduxerat ipse; Subdideratq; rotas: põtesq; instruxerat altos.] *Multiformiter Turnus, etiã ex cõflagratione turris, dolore perculsus est. Primò, quia perierat illud, quod diligẽtiã suâ, & proprio labore perfecerat. est enim peculiaris affectus iuxta ea, quæ vnusquisq; faciẽda curauerit, vel impenso sudore perfecerit. In quo iste effusum laborẽ suũ & diligentiam gemebat: laborẽ, in exstruendo; diligentiã verò, instructione pontium & rotarũ: vt faciliùs in eam esset assensus; &, quò necessitas posceret, posset adduci.* IAM iam fata, soror, superant: absiste morari. Quò deus, & quò dura vocat fortuna, sequamur.] *Consentiendum est his, soror, q̃ renitendo superare non possumus. Vincunt, & fata, quò voluerint, etiam inuitũ trahũt. fortunã & deo vrgemur aduersis: fiat quod volunt, quia nolle nõ possumus.* STAT cõferre manũ Æneæ.] *Quia hîc dici potuit: Periclitaberis, si hoc fueris factũ. ipse, velut respondẽtis partibus functus, occurrit.* STAT, *inquit*, quicquid acerbi est, Morte pati.] *Stat, hoc est, cõsumptis tractatibus vniuersis, faciẽdi fixa sentẽtia est: &, si certare contrariũ est, præstat cũ gloria mori, quàm cũ ludibrio superesse.* NEQVE me indecorẽ germana videbis Ampliùs.] *Vt hæc posset dolenti sorori extorquere: dixit, quid cõmodi ex ipsis esset aduersis habitura. Si, inqt, gloriosum fratrẽ soror habere nequit: habebis ex malis meis nonnullũ beneficiũ, quòd nõ videbis indecorẽ. Melius est, (quod proueniat) vt semel doleas mortuũ, quàm perpetuò gemas vitæ ludibrio subiectũ.* HVNC, oro, sine me furere antè furorem. DIXIT, & è curru saltũ dedit ocyùs aruis.] *Certè insanire antè veram insaniam cogor: permitte, germana, faciam pati animo meo. Mox, vt hæc dixit, è curru in arua sese coniecit. Non dixit, descendit: habet enim Descensus morã; habet autem Saltus celeritatem.* PERQVE hostes per tela ruit; mœstamq; sororem Deserit, ac rapido cursu media agmina rumpit.] *Quid enim metueret, qui decreuerat mori.*

SER. SAXVM de vertice preceps cùm ruit.] *Cõparatio ipsa futurũ ostendit euentũ.* B *Sicut notandũ, quia, sicut suprà in prælio; ita nunc in comparatione, præfertur Aeneas. Nam Turnũ parti comparat montis; montibus Aeneam exæquat. & est cõparatio de Homero sumpta, sic dicente:*

ἀντικρὺ μεμαὼς ὀλοοίτροχος ὡς ἀπὸ πέτρης,
ὅν τε κατὰ στεφάνης ποταμὸς χειμάρροος ὤσῃ
ῥήξας ἀσπέτῳ ὄμβρῳ ἀναιδέος ἔχματα πέτρης·
ὕψι τ' ἀναθρῴσκων πέτεται, κτυπέει δέ θ' ὑπ' αὐτοῦ
ὕλη· ὁ δ' ἀσφαλέως θέει, ἔμπεδον ὄφρ' ἂν ἵκηται
ἰσόπεδον, τότε δ' οὔ τι κυλίνδεται ἐσσύμενός περ.

AVVLSVM vento.] *Propriè. nam Turnus ad bellum* C *inuitus attrahitur.* ANNIS soluit sublapsa.] *Pro, multorum annorum sublapsum saxum. &* quidam lapsa, *quasi non passiuâ specie, sed actiuâ, dictum volunt.* MONS improbus.] *Pars montis. & ὑπερβολικῶς dictum est: sicut suprà,* Haud partem exiguam montis. MAGNO actu.] *Magno impulsu, magno impetu.* EXSVLTAT'QVE solo.] *Mirè sæpè exsilit, dum voluitur.* VBI plurima fuso sanguine terra madet.] *Hypallage: pro, vbi plurimo sanguine terra maduerat. sic suprà,* Sanguine in alto. *Vel certè, vbi plurimùm fuso sanguine madet terra.* STRIDVNT'QVE hastilibus auræ.] *Homerus, σμερδαλέον λόγχη, id est, stridor lanceæ.* MAGNO ore.] *Pro, voce magnâ.* TELA inhibete.] *Cohibete, suspendite. & est translatio à nautis.* ME verius vnum pro vobis.]

Ac veluti montis saxum, de vertice præceps
Cùm ruit, auulsum vento; seu turbidus imber
Proluit, aut annis soluit sublapsa vetustas:
Fertur in abruptũ magno mons improbus actu;
Exsultatq; solo, syluas, armenta, virosq;
Inuoluens secum. disiecta per agmina Turnus
Sic vrbis ruit ad muros: vbi plurima fuso
Sanguine terra madet, stridentq; hastilibus auræ.
Significatq; manu, & magno simul incipit ore:
Parcite iam, Rutuli; & vos tela inhibete, Latini.
Quæcunq; est fortuna, mea est: me verius vnum
Pro vobis fœdus luere, & decernere ferro.
Discessère omnes medij; spatiumq; dedère.
At pater Æneas, audito nomine Turni,
Deserit & muros, & summas deserit arces:
Præcipitatq; moras omnes; opera omnia rumpit,
Lætitiâ exsultans: horrendumq; intonat armis.
Quãtus Athos, aut quãtus Eryx, aut ipse, coruscis
Cùm fremit ilicibus, quantus, gaudetq; niuali
Vertice se attollens pater Apenninus ad auras.
Iam verò & Rutuli certatim, & Troës, & omnes
Conuertère oculos Itali, quiq; alta tenebant
Mœnia, quiq; imos pulsabant ariete muros:
Armaq; deposuère humeris. stupet ipse Latinus,
Ingentes genitos diuersis partibus orbis
Inter se coijsse viros, & decernere ferro.
Atq; illi, vt vacuo patuerunt æquore campi,
Procursu rapido, coniectis eminus hastis,
Inuadunt Martem clypeis, atq; ære sonoro.
Dat gemitum tellus: tum crebros ensibus ictus
Congeminant: fors & virtus miscentur in vnum.
Ac velut ingenti Sylâ, summóve Taburno,
Cùm duo conuersis inimica in prælia tauri
Frontibus incurrunt: pauidi cessère magistri:
Stat pecus omne metu mutũ, mussantq; iuuencæ,
Quis pecori imperitet, quẽ tota armẽta sequantur:
Illi inter sese multâ vi vulnera miscent,
Cornuaq; obnixi infigunt, & sanguine largo
Colla armosq; lauãt: gemitu nemus omne remugit.
Haud aliter Tros Æneas, & Daunius heros,
Concurrunt clypeis: ingens fragor æthera cõplet.
Iuppiter ipse duas æquato examine lances
Sustinet; & fata imponit diuersa duorum:
Quem damnet labor; & quo vergat põdere lethũ.
Emicat hic, (impune putans) & corpore toto
Altè sublatum consurgit Turnus in ensem;
Et ferit. exclamant Troës, trepidiq; Latini,
Arrectæq; amborum acies. at perfidus ensis
Frangitur, in medioq; ardentem deserit ictu,
Ni fuga subsidio subeat: fugit ocyor Euro:
Vt capulum ignotũ, dextramq; aspexit inermem.

Verius, *Iustius. & sensus hic est: Iustius est, me vnũ pro omnibus rupti fœderis pœnas exsoluere. Alij veteri more dictũ accipiunt: verũ enim, quod rectum & bonũ esset, appellabãt. Terentius:* Id'ne est verum modo? i. pessimum gen9. *& itẽ,* Quòdsi astu rem tractauit: dij vestrã fidẽ quãtam & quã verã laudẽ capiat Parmeno! *Sallustius in primo;* Ea paucis, quib9 peritia & verũ ingenium est, abnuentibus. DECERNERE ferro.] *Decernere, dimicare. aliter* Decernere, *statuere: vt Decernere Senatũ, dicimus.* QVANTVS Athon.] *Hæc est vera lectio. Nã si legeris* Athos: thos *breuis est; & versus non stat.* Athon *autẽ dici, accusatiuus indicat. nam hũc Athona facit; sicut Apollon, pollonã. Quòd aũt Herodotus hũc Athon & hunc Apollon dicit, Atticæ declinationis est.* Athon *autem, mons est adiacẽs Thraciæ, circa Lemnũ insulã, in promontorio Macedoniæ.* AVT quantus Eryx.] *Siciliæ mons, supra Drepanũ oppidũ.* NIVALI vertice se attollens pater Apennius.] *mons Italiæ est. de hoc Lucanus;* Nulloq; à vertice tell9 Altiùs intumuit, propiorq; accessit Olympo. TROES, & omnes.] *Græcè declinauit. vnde breuis est* es: *vt suprà,* Troës agũt. ARMA'Q. deposuère.] *Vel spectaturi; vel defessi, vel iussi: ne quis posit iterũ fœdus turbare.* INTER se coijsse viros, & cernere ferro.] *Vera & antiqua lectio hæc est. Nam Enniũ secutus est, qui ait;* Olli cernebant magnis de rebus agẽtes. *Et itẽ:* Ferro, nõ auro, vitam cernamus vterq;.

Digitized by Google

Fama est, præcipitẽ, cùm prima in prælia iunctos
Conſcendebat equos, patrio mucrone relicto,
Dum trepidat, ferrum aurigæ rapuiſſe Metiſci.
Idq; diu, dum terga dabant palantia Teucri,
Suffecit: poſtquã arma dei ad Vulcania ventũ eſt,
Mortalis mucro, glacies ceu futilis, ictu
Diſsiluit: fuluâ reſplendent fragmina arenâ.
Ergo amens diuerſa fugâ petit æquora Turnus;
Et nunc huc, indè huc, incertos implicat orbes.
Vndiq; enim denſâ Teucri incluſêre coronâ:
Atq; hinc vaſta palus, hinc ardua mœnia cingunt.
Nec minùs Æneas (quanquam tardante ſagittâ
Interdum genua impediunt, curſumq; recuſant)
Inſequitur, trepidiq; pedem pede feruidus vrget.
Incluſum veluti ſi quando in flumine nactus
Ceruum, aut puniceæ ſeptum formidine pennæ,
Venator curſu canis, & latratibus inſtat.
Ille autem inſidijs, & ripâ territus altâ,
Mille fugit refugitq; vias. at viuidus Vmber
Hæret hians: iam iamq; tenet: ſimilisq; tenenti
Increpuit malis, morſuq; eluſus inani eſt.
Tùm verò exoritur clamor: ripæq; lacusq;
Reſponſant circà: & cœlum tonat omne tumultu.

vterq;. *Poſteritas cœpit legere,* & decernere. *Secũdũ quã lectionem, Synalœphã opus eſt; ſed excluſo* os: *vt ſit,* Inter ſe coijſſe vir' & decernere ferro. VACVO patuerũt.] *Poteſt intelligi &, Patuerunt corporis magnitudine.* PROCVRSV.] *Vna pars orationis eſt.* DAT gemitum tellus.] *Pulſu pedũ.* FORS & virtus miſcentur in vnũ.] *Fors, id eſt, caſus, in Turno: virtus, in Aeneâ. Nam in bello caſus etiã plurimũ valet. Cicero in Milonianâ:* Adde caſus; adde incertos exitus, Martemq; communẽ. AC velut ingẽti Sylâ, ſummôve Taburno.] *Syla mons eſt Lucaniæ, Taburnus, mons. Campaniæ. Salluſtius de fugitiuis:* In ſyluâ Sylâ fuerũt. *Vnde peſſimè quidã* Syluâ *legunt: quia proprium appellatiuo nõ poteſt exæquari. vnde bene proprium proprio iunxit.* PAVIDI ceſſêre Magiſtri.] *Propriè Magiſtri ſunt militũ, Paſtores, pecorum. Sed reciprocæ ſunt iſtæ trãslationes. Nam & Ductor militũ, Paſtor vocatur, vt diximus ſuprà: & Magiſtros pecorũ diximus. Cicero,* Quem magiſtrũ pecoris eſſe dicebant. MVSSANT'Q. iuuencæ.] *Dubitant: ſicut,* Muſſat rex ipſe Latinus. NEMORI imperitet.] *Hoc eſt, qui ſunt in nemore. vt eſt,* Sed tota æſtiua repetẽ. IVPPITER ipſe duas æquato examine lances.] *Aut poëticè dictum eſt; & ratione caret: nam Iupiter ignorare nihil poterat. aut certè illud quæritur; quis ſibi de Turno & Aeneâ mortis adferat cauſam? Nam dicũt Philoſophi, mortẽ ad deum minimè pertinere. Nam bona tantũ præſtat; nec ad eum, quæ mala ſunt, pertinent. nam ideò & æquas lances ſuſtinet. Vnde Cicero in Officijs ait:* Sed quia nocere Deos non putant, his exceptis, homines hominibus obeſſe plurimum arbitrantur. *Vel ideò à Ioue hoc fit, vt Iunoni alijsq; dijs neceſſitatis violentiam probet. An inquirit, vtrùm tempus ſit? Tamen ſciendum, locum hunc à Vergilio ita eſſe translatum, vt in Homero lectus eſt:*

> καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα,
> ἐν δ' ἐτίθει δύο κῆρε τανηλεγέος θανάτοιο,
> τὴν μὲν ἀχιλῆος, τὴν δ' ἕκτορος ἱπποδάμοιο.
> ἕλκε δὲ μέσσα λαβών, ῥέπε δ' ἕκτορος αἴσιμον ἦμαρ.
> ᾤχετο δ' εἰς ἀΐδαο, λίπεν δέ ἑ φοῖβος ἀπόλλων.

EXAMINE.] *Examen propriè eſt filum, quo trutina regitur* DAMNET labor.] *Id eſt, quem voto liberet labor præliandi; partã ſcilicet victoriã. quoniam vnuſquiſque ob incolumitatem recuperatam votis exſoluitur, id eſt, liberatur ex plicitis ſacrificijs: vt eſt,* Damnabis tu quoque votis. *Nonnulli ſic tradunt: quẽ labor ſuus liberet, quem mors vrget. nam in Iure cũ dicitur,* damnas eſto, *hoc eſt, damnatus es vt des: hoc eſt, Damno te vt des, neq; aliàs libereris.* VERGAT pondere lethum.] *Aptè poſuit* vergat: *nam morientes inferos petunt.* TREPIDI Latini.] *Atqui læti eſſe debuerunt. Sed nimia Aeneæ oſtẽditur virtus. Namq; naturale eſt, vt ſocijs timori ſit inferioris audacia. Vnde nunc Latini ſunt territi, ex eo, quod ſuperiorem ferire auſus eſt Turnus.* ACIES.] *Aut exercitus; aut oculi.* VT capulũ ignotum, dextrãq; aſpexit inermem.] *Locus hic totus ad gloriam Aeneæ pertinet. Namq; id agit, ne videatur Turnus armorum vilitate ſuperatus. Vnde et redditur gladius: quo etiam cum diuinis armis ab Aeneâ poſſit extingui. Aſpexit autẽ quaſi mirabundus, quòd fractus eſſet: cùm putaret ſe gladium ferre Vulcanium.* PA-

TRIO mucrone.] *ſcilicet* A
nõ eo, quo vulneratũ vidit Aeneam: ſed quo fuerat antè vſus pater Daunus. Sanè Patrio, *modò paterno ſignificat: nam Dauni fuerat gladius. Vnde eſt illud ſuprà de Turno:* Simul aptat habendo Enſemq; clypeumq;: Enſem, quem Dauno ignipotens deus ipſe parenti Fecerat. *Aliàs Patriũ, à patriâ eſt deriuatiuũ. Modò ergo Metiſci vſus eſt ferro. & hæc ratio eſt: quòd, quãuis armatus ſuo gladio deſcendiſſet ad campũ, tamẽ cauſã fœderis depoſuiſſet arma. nam & de Aenea hoc dixit:* Dextram tẽdebat inermem: *qui vtiq; ad fœdus nõ inermus aduenerat. nam dictum eſt:* Hinc pater B
Æneas, ſidereo flagrans clypeo, & cœleſtibus armis. Mucrone *autem, pro gladio: à parte totũ.* DVM trepidat.] *Dum turbatur, feſtinat. quod Græci,* ἐν ἀγωνίᾳ ἐστί. *ſcilicet, quãdo rupto fœdere ſubitã ſpe furibundus ardet.* FERRVM.] *Materiã pro opere poſuit. vt,* Iungit equos curru genitor. ARMA Dei ad Vulcania.] *hypallage: pro, dei Vulcani arma.* MORTALIS mucro.] *Mortali manu factus.* GLACIES ceu futilis.] *Hoc loco, fragilis.* VNDIQVE enim denſâ Teucri incluſêre coronâ.] *Strategema eſt. Nam, poſtquam Turnũ fugere vidêre Troiani, clauſerunt loca, per quæ euadere poterat. Aut non dediſâ operã incluſêre Troiani, ſed quod ita conſiderant.* ATQVE hinc vaſta palus.] *Quæ nunc non apparet.* CVRSVM'QVE recuſant.] *Retardant: ſcilicet genua, quæ impediebat vulnus illatum ſagittâ. Sanè peritè facit, vt gladio nõ vtatur Aeneas, ſed haſtã eminus dimicare contendat: quia impediente vulnere, non ſequi poterat, nec in ictum conſurgere. Vnde eſt:* Hic gladio fidens, hic acer & arduus haſtâ. INCLVSVM flumine.] *Comparatio Apollonij. Alterutro incluſum: aut* C
flumine, aut formidine: aut duobus incluſum, infrà enim ait, Inſidijs & ripâ territus altâ. *vt Inſidias, pro formidine; Ripam pro flumine poſuerit.* CERVVM aut puniceæ.] *Vtrùm figuratè, ceruum inſtat: an potiùs, ceruum nactus alioquin inſtat?* SEPTVM formidine pennæ.] *Lucanus:* Claudit odoratæ metuentis aëra pennæ. VENATOR canis.] *Pro, venaticus.* INSIDIIS.] *Pennarum ſcilicet. Inſtrumentum quoddam in fune, ad terrendas beſtias factum.* VIVIDVS Vmber.] *Acerrimus Thuſcus. Nam Vmbria, pars Thuſciæ eſt. Sanè, Vmbros Gallorum veterum propaginem eſſe, Marcus Antonius refert: hos eoſdem, quòd tempore aquoſæ cladis imbribus ſuperfuerunt, Vmbros cognominatos.* FVGIT'QVE vias.] *Figuratè, campum currit: ut mare nauigat.* IAM iamq; tenẽs.] *Ita vt videtur intuẽtibus. & hi duo verſus verbum ad verbum ſunt translati de Apollonio. Sanè ſummã breuitate rem elocutus eſt.* TVM verò exoritur clamor.] *Quidam quærunt, an iam receſſum ſit his verſibus à Comparatione? ſed non dubiè videtur.*

ATHON.] *Athos mõs Theſſaliæ, cõtra Lemnõ inſulã, altus, et niuoſus.* ERYX.] *mõs Siciliæ.* APENNINVS.] *ſecat mediam Italiã.* SILA.] *nomen ſyluæ eſt in Lucaniã.* TABVRNVS.] *mõs Apuliæ eſt, in quo abundat olea.* INCLVSVM veluti.] *ſi quãdo canis eſt nactus ceruũ, incluſum flumine, aut pennis: circũdantur luſtra funiculis; in quibus pendẽt pennæ, ad terrorẽ ferarum: quæ talis formæ funiculos tranſilire timent.* POM. Sabi.

MAGNO mons improbus actu.] *In aliquot antiquis libris* Actu *habetur: & agnoſcitur à Seruio. Sed in Oblongo, in* VAR. Lect.

A go, in Mediceo, & in Porcio, Ictu legitur. quod non displicet. STRIDENT'QVE hastilibus auræ.] In antiquis aliquot libris, Stridunt legitur. QVANTVS Athos, aut quantus Eryx.] In antiquis Athon legitur. INTER se coijsse viros, & decernere ferro.] Seruius quidē, Cernere contendit ex Ennio legendum. Et Sen. libro 7. epistolâ primâ, in eadem est opinione, dum dicit: Nec te longè differam, quædam simplicia in vsu non erant: sicuti, Cernere ferro inter se, dicebant. Idem Vergilius hoc probabit tibi: Inter se coijsse viros, & cernere ferro. quod nunc Decernere dicimus. Verùm contrà hos stat codicū penè omnium veterum auctoritas; in quibus legitur, Et decernere. In quodam tamen peruetari, deest Et: ita enim legitur: Coijsse viros, decernere ferro. CONIECTIS eminus hastis.] In Romano libro, Coniectis est, sed memēdatè. melius enim, Coniectis. AC veluti ingenti Sylâ.] Peruetus Sylo liber legit. Romanus Syluâ: quam lectionem Seruius improbat. reliqua exemplaria rectè Sylâ: qui Brutiorum mons, hodieq; nomen retinet. QVIS pecori imperitet.] Romanus liber, cum altero peruetert, Nemori legunt: B vt, Imperat aruis. In aliquot alijs, Quis nemori imperet, & quem tota armenta sequātur. In Mediceo, Quis pecori imperet, & quem. quæ lectio etiam est in Porcio lib. In Vitaliano quoque, & in Delphio, Et ipsum habetur; alterâ tamen dictione corruptâ. COLLA armosque lauant.] In antiq. aliquot exēplar. Lauunt, à Lauo, is. HAVD aliter Tros Æneas.] Antiq. libri, quotquot habui, Non aliter legunt. INGENS fragor æthera complet.] In Oblongo libro, Pulsat habetur: in alijs, Complet. IN medioque ardentem deserit ictu.] Romanus liber, cum aliquot alijs veteribus, legunt, Ardentem deserit ictum. sed Ictu, vt in Mediceo & in Porcio est, magis placet. CVM prima in prælia iunctos Conscendebat equos.] In libris aliquot, non tamen ijs antiquioribus, Cum primum legitur. sed magis placet, Prima in prælia: hoc est, initio belli pugnæ've. FVLVA resplendent fragmina arenâ.] In aliquot antiq. libris, vnitatis numero legitur, Fuluâ resplendet fragmen arenâ. Sed magis amplum, & maioris admirationis est, Resplendent fragmina: quòd in plures dissiluisse partes ensem ostendit. Illud verò inemendatè legitur in quibusdam lib. Glacies cuīs: cùm dubio procul Ceu legendum sit. QVANQVAM tardante sagittâ, Interdum genua impediunt.] Romanus liber, Mediceus, & pleraque alia exempl. Tardata legunt: quippe genua. SI quādo in flumine nactus.] Romanus liber, & aliquot alij, Si quando flumine legunt, absque In. Quod tamen appositum, & sententiæ, & numero consulit. FORMIDINE pennæ.] In antiq. Pinnæ; de quo satis alibi. IAM iamque tenet.] In Romano libro, Tenens legere est: sed inemendatè. ET cœlum tonat omne tumultu.] In Mediceo libro, & aliquot alijs antiquis, legere est, Et cœlum intonat omne fragore. In Porcio Tumultu habetur, atque Intonat verbum.

DON. Ac veluti mōtis saxum, de vertice præceps Cùm ruit, auulsum vento, seu turbidus imber Proluit, aut annis soluit sublaxa vetustas; Fertur in abruptum magno mons improbus astu, Exsultatque solo, syluas, armenta, virosque Inuoluens secum.] Quum dicit παραβολὴν, quâ Turni cursum in patriâ monstret: ostendit, quibus casibus saxa de montium verticibus proruant, auulsaq; voluantur. Hæc, inquit, à soliditate discernit, aut flatus ventorum, aut pluuia, aut vetustas dissoluta: (vt est, Sic voluuntur in præceps) vt eorum impetus non minuatur saltibus; sed magis incrementa percipiat, &, quicquid inuenerint, inuoluant. Disiecta per agmina Turnus, Sic vrbis ruit ad muros.

Rursus deest expositio LXVI. carminum.

Denique sic fallitur auiditate retinendi: vt dentes dentibus feriat; quum media præda fuerit. Tùm verò exoritur clamor, ripæque lacusque Responsant circà, & cœlum tonat omne fragore.] Falso, inquit, spectantium clamor tollitur, & reciproco locorum resonantium responso, tanquam tonitrua mittuntur.

Ille simul fugiēs, Rutulos simul increpat omneis,
Nomine quemq; vocans; notūq; efflagitat ensem.
Æneas mortem contrà, præsensq; minatur
Exitium; si quisquam adeat: terretq; trementes,
Excisurum vrbem minitans; & saucius instat.
Quinq; orbes explent cursu; totidemq; retexunt
Huc, illuc. nec enim leuia aut ludicra petuntur
Præmia: sed Turni de vitâ & sanguine certant.
Fortè sacer Fauno folijs oleaster amaris
Hîc steterat, nautis olim venerabile lignum:
Seruati ex vndis vbi figere dona solebant
Laurenti Diuo, & notas suspendere vestes.
Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum
Sustulerant; puro vt possent concurrere campo.
Hîc hasta Æneæ stabat: huc impetus illam
Detulerat, fixam & lentâ in radice tenebat.
Incubuit, voluitq; manu conuellere ferrum
Dardanides; teloq; sequi, quem prendere cursu
Non poterat. tùm verò amens formidine Turnus,

SER. INCREPAT.] Obiurgat, incusat. Vt, Æstatem increpitans seram. EFFLAGITAT ensem.] C Cum clamore deposcit. TERRE'QVE trementes.] Quis enim saucium non timeret instantem; cùm eum integer fugeret? Et bene terret eos, apud quos terror eius habetur. & alibi; Ne me terrete timentem. LVDICRA præmia.] Vilia, digna ludo. Hæc apud antiquos ludibria dicebantur; non, vt nunc, in malâ significatione. Hi versus de Homero trāslati: ἐπεὶ οὐχ ἱερήϊον, οὐδὲ βοείην ἀρνύσθην, ἅτε ποσσὶν ἀέθλια γίγνεται ἀνδρῶν, ἀλλὰ περὶ ψυχῆς θέον Ἕκτορος ἱπποδάμοιο. SACER Oleaster.] Ferè omnia Latina arborū nomina, generis fœminini sunt: exceptis paucis; vt hic Oleaster, & hoc Siler. Ipse Vergil. Vt molle siler, lentæq; genistæ. Itē hoc Buxū: licèt & hæc Buxus dicatur. Nam superfluam quidā volūt facere discretionē: vt hæc Buxus de arbore dicamus; Buxū verò, de ligno cōpositum. Legimus enim in Vergilio de tibijs; Buxusq; vocat Berecynthia matris Idææ. Itē, cùm de arboribus diceret; Et torno rasile buxū. VENERABILE lignū.] Antiquā arborē voluit exprimere: Seu truncus fuerit iam, & aridus, ob vetustatē. & ideò lignū viriliter dictū accipiunt. ornauit tamē, venerabile dicendo. VBI figere dona solebant.] Propriè: vt, Aut sacra ad fastigia fixi. Et quæritur, cui terrendo deo nautæ dona suspenderent? quia constat, omnes in periculis suis deos patrios inuocare; & ideò illis vota soluere, quorum familiarius numen opitulari sibi credant. NVLLO discrimine.] Sine aliquo religionis intuitu. Et deest, habito: vt sit, nullo discrimine habito. Intelligendum autem, eatenus stirpem excisum, quatenus supra terram fuit. Ergo stirpem, pro arborem, accipiendum: quia & sobolem, stirpem appellant. FIXAM & lenta radice tenebat.] Plenum est: quam radix fixam tenebat. Et bene, tenebat: quasi propter piaculum remotæ arboris hoc videretur passus Aeneas: & ideò dixit, tenebat. quod adeò verisimile est; vt Faunus Turnum audiat, & hastam moretur. PRENDERE cursu.] Quidam humiliter, prendere cursu, dictum accipiunt.

POM. Sabi. LVDICRA petuntur.] Ludicrū, nomen à ludo tractū est. nunc præmia ludorum. OLEASTER.] sacra Fauno, in medio campo excisa ab inscijs Troianis erat. Laurentinorum vetustus lucus, Fauno sacer, cum oraculo.

VBI

Digitized by Google

VAR. Lect. VBI figere dona solebant Laurenti diuo, & notas suspendere vestes.] *Oblong. liber, Med. & plerique alij lib. antiqui,* Votas *legunt. ait enim,* Seruati ex vndis: *quod tempestatem præcessisse significat. Hunc verò morē tangit Horat.* Suspēdisse potenti Vestiméta maris Deo. LENTA in radice tenebat.] *Mediceus liber, & cætera quædā exemplar.* Lentâ radice *legunt, absque* In. *quod alij viderint.*

DON. ILLE simul fug ens, Rutulos simul increpat omnes, Nomine quēque vocans: no rumque efflagitat ensem. Æneas mortē contrà, præsensque minatur Exitium, si quisquā adeat: terretque tremētes, Excisurum vrbē minitan s: & saucius instat.] *Inermi Turno cùm Aeneas insisteret, increpabat idem Turnus omnes suos: & appellabat nominibus proprijs: illius ensis auxilium quærens, quē dimiserat trepidans; sed dare nullus audebat. Aeneas aūt contrà, mortē minabatur omnibus, & præsens ciuitati minabatur exitium; ac etiā trementes terrebat. facilius est enim, terreri metuentē, quàm securū moueri formidine. Minabatur aūt singulis, si aliquis Turnū gladio conaretur instruere. quòd ait, Increpat suos Turnus: non obiurgantis fuit. neque enim læsurus fuerat eos, quorū in tantis angustijs desiderabat auxiliū: sed vocabat clarâ voce; hoc solum reprehendēs, quòd regi suo non subuenirent. & vsque adeò clarâ hæc voce dicebat: vt hūc sequens Aeneas audiret.* QVINQVE orbes explēt cursu, totidēque retexūt.] *Retexere est iter: vt, quâ itū est, ipsâ parte redeatur.* HVC illuc.] *Fuit enim camporū spatiū, quo fugiens huc atque illuc cōtenderet. Tale est, quale suprà:* Mille fugit refugitque vias. *Poëtarū est enim, quemcūque numerum ponere; vt descriptio cōpleatur. Cæterùm quis illorum potuit numerare discursus: quū fugam Turnus peteret; vt Aeneas cōprehendere niteretur instabilem?* NEQVE enim leuia aut ludicra petūtur Præmia, sed Turni de vitâ & sanguine certāt.] *In Turni discrimine, atque euidēti exitio, reprehēdi nō poterat procuratio moræ per fugam. tantū enim in medio timoris, tantūque periculi fuit: quod optabat euadere, qui viuere cupiebat. Agebatur enim non ludicrum aliquid, vel ioculare: sed quod Turni vitam seruaret, aut premeret.* FORTE sacer Fauni folijs oleaster amaris, Hîc steterat.] *In illo, inquit, loco, in quo hæc gerebantur, oleaster steterat aliquando: ac per hoc, tunc non stabat, quum pugnabatur. Hæc arbor sola quidē fuit in campo; sed non sine Dei numine: nam consecrata Fauno colebatur.* NAVTIS olim venerabile lignum.] Olim, id *est, quum staret, & quamdiu stetit.* SERVATI ex vndis, vbi figere dona solebāt Laurēti diuo, & votas suspēdere vestes.] *Tantum illi arbori deferebatur, ob honorem eius dei: vt reduces nautæ illîc seruatæ salutis vota persoluerent, & indices deuotionis suæ suspenderent vestes.* SED stirpem Teucri, nullo discrimine, sacrum Sustulerant, puro vt possent concurrere campo.] *Teucri, inquit, nihil dantes religionis illi ligno abscindendo, curauerūt, ne esset pugnaturis impedimento.* Sacrum, inquit, stirpem: *genere proferens masculino. nec hoc loco tantùm; sed plurimis protulit, & fœminino: sed, vt apparet, hominum stirpem, fœminino genere; lignorum verò, masculino. Ait enim;* Stirpis Achilleæ fastus: *&,* Romanæ stirpis origo: *&,* Stirpem admiscere Phrygiam. *hîc masculino, vnde arbor abscissa est.* HIC hasta Æneæ stabat.] *Antea missam dixit; nec ligno infixam.* HVC impetus illam Detulerat fixam, & lentâ radice tenebat.] *Tenebatur, inquit, hasta Aeneæ, præcisa illius arboris morsu: quò illam vis detulerat, & volatus incertus. Dixit autem causam, propter quā sic tenebatur, vt educi non posset. de summo enim, cum magno veniens pondere, ligno adhuc viridi & molli vehementer inserta est, & excepta, penetrauit lentam radicem. Dixit mollem: quia recens eius abscissio fuit.* INCVBVIT, voluitque manu conuellere ferrum Dardanides.] *Dimisso paulisper cursu, quo Turnū insequebatur, voluit Aeneas hastā eximere. Dicitur quare.* TELOQVE sequi, quē prendere cursu Non poterat.] *Vt volucris ictus celeritate sequeretur, quē ex causa impeditus cursu pedes tenere nō poterat.* TVM verò amens formidine Turnus.] Tùm verò: *tùm magis exterritus Turnus, atque amens factus. intellexerat enim, quid sibi pararetur.*

SER. FERRVM terra tene.] Ferrum, *pro telo:* Terra *aūt, elementū pro deâ posuit.* BELLO fecēre profanos.] *Profanum propriè dicitur, quod ex religiosâ re in hominum vsum cōuertitur: vt hic plenissimè ostenditur. dicens enim Turnus;* colui vestros si semp honores. Quos cōtrà Æneadæ bello fecēre profanos: *& sibi religiosam fuisse arborem; & à Troianis in vsum cōmunem fuisse cōsumptam. nam ex sui personâ suprà poëta ait;* Fortè sacer Fauni folijs oleaster amaris, Hîc steterat nautis olim. *& subiunxit;* Sed stirpem Teucri nullo discrimine, &c. *At postea dicendo,* Bello fecēre profanos, *docuit profanū esse, quod à religione in vsum hominum transijt. Sacro profanum contrarium; vt Festo profestum; Fasto nefastum. Ergo non omne, quod sacrum non sit, profanum; sed quod sacrū fuerit, & desierit.* NON cassa in vota.] *Non ad inania vota poposcit auxilium.* LVCTANS, lentoque in stirpe moratus.] *Luctatus, & Moratus, erat integrum. quod vitauit, propter* ὁμοιοτέλευτον. In stirpe *autem, hîc radicem dixit.* RVRSVS in aurigæ faciem mutata Metisci.] *κατὰ τὸ σιωπώμενον, intelligimus Iuturnam in numen reuersam, postquam Turnus currus reliquit.* AVDACI Nymphæ.] *Vt diximus, vbicumque inducit mentem aliquem sinè effectu, audacem dicit. Præcipuè autem hoc de Rutulis seruauit, dicens;* Nec curant cæco contendere Marte Amplùs audaces Rutuli, &c. LICERE.] *Pro, quòd liceret.* ARMIS animisque refecti.] *Sicut armis, ita & animis. namque armorum inopiâ, animis vtriusque torpebant.* HIC acer & arduus hastâ.] *Potest &* hic hastâ fidens *subaudiri.* CERTAMINA Martis anheli.] *Alij* certamine *legunt: vt sit sensus; Adsistunt contra se in Martis anheli certamine.* FVLVA de nube.] *De aëre, elemento suo.* QVÆ iam finis erit, coniux? Quid denique re-

Faune, precor, miserere, inquit; tuque optima, ferrū,
Terra, tene: colui vestros si semper honores;
Quos contrà Æneadæ bello fecēre profanos.
Dixit: opemque dei non cassa in vota vocauit.
Namque diu luctans, lentoque in stirpe moratus,
Viribus haud vllis valuit discludere morsus
Roboris Æneas. dum nititur acer & instat:
Rursus in aurigæ faciem mutata Metisci
Procurrit, fratrique ensem dea Daunia reddit.
Quod Venus audaci nymphæ indignata licere,
Accessit; telumque altâ ab radice reuellit.
Olli sublimes armis, animisque refecti,
Hic gladio fidens, hic acer & arduus hastâ,
Assistunt contrà certamina Martis anheli.
Iunonem interea rex omnipotentis olympi
Alloquitur, fuluâ pugnas de nube tuentem.
Quæ iam finis erit, coniunx? quid denique restat?
Indigetem Æneam scis ipsa, & scire fateris,
Deberi cœlo, fatisque ad sidera tolli.
Quid struis? aut quâ spe gelidis in nubibus hæres?
Mortalin' decuit violari vulnere diuum?
Aut ensem (quid enim sinè te Iuturna valeret?)
Ereptum reddi Turno, & vim crescere victis?
Desine iam tandē, precibusque inflectere nostris:
Nec te tantus edat tacitam dolor, & mihi curæ
Sæpè tuo dulci tristes ex ore recursent.
Ventum ad supremū est. terris agitare vel vndis
Troianos potuisti; infandum accendere bellum;
Deformare domum; & luctu miscere hymenæos.
Vlteriùs tentare veto. sic Iuppiter orsus.
Sic dea submisso contrà Saturnia vultu:
Ista quidem quia nota mihi tua magna voluntas,

Digitized by Google

Iuppiter, & Turnum & terras inuita reliqui:
Nec tu me aëreâ ſolam nunc ſede videres
Digna indigna pati: ſed flammis cincta ſub ipſâ
Starem acie, traheremque inimica in prælia Teucros.
Iuturnam miſero (fateor) ſuccurrere fratri,
Suaſi; & pro vitâ maiora audere probaui:
Non vt tela tamen; non vt contenderet arcum.
Adiuro Stygij caput implacabile fontis;
Vna ſuperſtitio ſuperis quæ reddita diuis.
Et nunc cedo equidem: pugnasque exoſa relinquo.
Illud te, nullâ fati quod lege tenetur,
Pro Latio obteſtor, pro maieſtate tuorum.
Cùm iam connubijs pacem felicibus (eſto)
Component; cùm iam leges & fœdera iungent;
Ne vetus indigenas nomen mutare Latinos,
Neu Troas fieri iubeas, Teucrosq; vocari:
Aut vocem mutare viros, aut vertere veſtes.
Sit Latium; ſint Albani per ſecula reges:
Si Romana potens Italâ virtute propago.
Occidit, occideritq; ſinas cum nomine Troia.
Olli ſubridens hominum rerumq; repertor:
Es germana Iouis, Saturniq; altera proles;
Irarum tantos voluis ſub pectore fluctus?
Verùm age, & inceptum fruſtra ſubmitte furorem.
Do, quod vis; & me victusq; volensq; remitto.
Sermonem Auſonij patrium moresq; tenebunt;
Vtq; eſt, nomen erit. commiſti corpore tantùm
Subſident Teucri: morem ritusq; ſacrorum
Adijciam; faciamq; omneis vno ore Latinos.
Hinc genus Auſonio miſtum quod ſanguine ſurget,
Supra homines, ſupra ire deos pietate videbis:
Nec gens vlla tuos æquè celebrabit honores.
Annuit his Iuno; & mentem lætata retorſit.
Interea excedit cœlo, nubemq; reliquit.
His actis, aliud genitor ſecum ipſe volutat;
Iuturnamq; parat fratris dimittere ab armis.
Dicuntur geminæ peſtes, cognomine Diræ:
Quas & tartaream Nox intempeſta Megæram
Vno eodemq; tulit partu; paribusq; reuinxit
Serpentum ſpiris, ventoſasq; addidit alas.
Hæ Iouis ad ſolium, ſæuiq; in limine regis
Apparent; acuuntq; metum mortalibus ægris:
Si quando lethum horrificum morbosque deûm rex
Molitur; meritas aut bello territat vrbes.

A que reſtat.] *Verba iſta quaſi*
iam tædiantis ſunt, ad longam
Iunonis iracundiam. vnde &
paulò pòſt: Deſine iam tandem: precibusque inflectere noſtris. INDIGETEM Æneam ſcis ipſa, & ſcire fateris.] *Subaudi*, Fore. *Et Indigetes dij duplici ratione dicuntur: vel ſecundùm Lucretium, quòd nullius rei egeant; qui ait:* Ipſe ſuis pollens opibus nihil indiga curæ. *Vel, quòd nos deorum indigeamus: vnde quidam omnes deos indigetes appellari volunt. Alij, patrios deos Indigetes dici debere, tradunt. Alij, ab inuocatione Indigetes dictos volunt: quòd Indigeto, eſt precor & inuoco. Vel certè Indigetes,*
B *ſunt dij ex hominibus facti: & dicti indigetes, quaſi in dijs agentes. Sanè de Aeneâ fabula talis eſt. Cùm Turno occiſo, & acceptâ Lauiniâ, conditâ ciuitate, in Numicum fluuium, vt alij volunt ſacrificans; vt alij, Mezentium; vt alij, Meſſapum fugiens, cecidiſſet: nec eius eſſet cadauer inuentum: Aſcanius, filius eius, victo Mezentio, cum cæteris Troianis, credens & iactitans inter numina receptum, ſiue patrem volens conſecrare, templum ei conſtituit; quod Dei indigetis appellare iuſſit.* MORTALI'N' decuit violari vulnere diuum?] *Mortali vulnere dixit, non lethali: ſed aut quo mortales laborant, aut à mortali il-*
C *lato.* Aut mortali vulnere, *id eſt, mortem faciente: ergo non, quaſi Iuturna mortalis ſit.* Diuum *autem, ſubaudi* Futurum. (QVID enim ſinè te Iuturna valeret?)] *Parentheſis. poterat enim excuſare ſe Iuno; nihil ſe feciſſe commemorans. Vnde eam authorem fuiſſe, Iupiter dicit, propter illud;* Author ego audendi. DESINE iam tandem.] *Singula pronuntianda ſunt. Dicendo autem* tandem, *odium perſeuerantis oſtendit.* NEC te tantus edat tacitam dolor.] *Scilicet, deſinè odijs vrgere Troianos. Sanè Edo, edit, edit, integrum verbum eſt: vt Lego, legis, legit. Nam Edo, es, eſt, eſſe, anomalum conſtat.* VENTVM ad ſupremum eſt.] *Per infinitum modum verbi dictum.* TROIANOS potuiſti.] *Id eſt, iam non potes. Ideò præterito vſus eſt tempore. & bene* potuiſti: *quia ipſe dixerat,* Atque ipſos potuit ſubmergere ponto, *& iterum,* Mars perdere gentem Immanem Lapithum valuit. DEFORMARE domum.] *Deformem reddere per luctum.* SVBMISSO vultu.] *Habitum futuræ orationis oſtendit.* QVIA nota mihi tua magna voluntas, Iuppiter.] *Hoc ideò Iuno; quia Iupiter neceſſitatem obiecerat fati, dicens:* Ventum ad ſupremum eſt. *Sed Iuno, ſciens fatum eſſe, quicquid dixerit Iupiter, dicit ſe cedere eius voluntati. Nam id agit, vt conciliet ſibi eius fauorem, ad petitionẽ futuram.* AEREA ſede.] *Nubem dixit, quia ſuprà dixerat;* Fuluâ pugnas de nube tuentem. *Nam & hoc accuſauerat Iupiter. Ergo argumento veriſimili vtitur quaſi dicat, non facere ſolum vt ſpectatrix eſſem ſed ipſam rem gererem.* DIGNA, indigna pati.] *Id eſt, omnia. & prouerbialiter dictum eſt.* SVCCVRRERE fratri.] *Bene fratri: ne, ſi diceret, careret affectu.* PRO vitâ.] *At ſi diceret; pro re nobis datâ, id eſt, à ſuperis. Et bene figurauit,* Audere probaui. NON vt tela tamen, non vt contenderet arcum.] *Hoc loco, quaſi Iuturnam ſagittam ieciſſe ſignificat. Sed, vt ſuprà diximus, poſſumus accipere; quia alter, in eius gratiam, in Aeneam tela contorſit. ipſi adſcribendum ergo,* Contenderet arcum. *Alij* oſtenderet, *id eſt, adiuuaret tendentem in Aeneam telum: non enim certus autor vulneris fuerat.* ADIVRO Stygij caput implacabile fontis.] *Pro,* Iuro. *nam* πρόσθεσις *eſt. Quidam tamen volunt,* Iuro *tunc dici debere, cùm confirmamus aliquid, aut promittimus: vt,* Iuro *me facturum.* Adiuro *verò, cum negamus: vt, Adiuro me non poſſe, adiuro me non feciſſe. Terentius:* Adiurat ſe nõ poſſe apud vos, Pamphilo abſente, perdurare. *Poteſt tamen &* Ad, *valdè ſignificare: vt ſit* Adiuro, *valde* iuro. implacabile *autem, periurantibus. & bene reſpondit ad illud, quod Iupiter iurauerat in decimo: ne qui deorum Troianis, vel Rutulis ferret auxiliũ.* VNA ſuperſtitio.] *Id eſt, ſola, vel ſumma: vt,* vnam Poſthabitâ coluiſſe Samo. Superſtitio *autem, religio, metus: eò quòd ſuperſtet capiti. Et eſt Homeri locus:* καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ, ὅς τε μέγιστος ὅρκος, δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσιν. REDDITA.] *Hoc eſt, Data. nam* πρόσθεσις *eſt.* EXOSA relinquo.] *Exoſus, & Peroſus, de eo tantùm, qui odit, dicitur.* NVLLA fati quod lege tenetur.] *Bene Fati nam victoriæ lex eſt, vt victi cedant in habitum nomenq; victorum.* PRO maieſtate tuorum.] *Reſpexit ad Saturnum, qui in Italiâ quandoque regnauerat. Indè ait,* Tuorum. *Nam & Latinus indè originem ducit: vt,* Fauno Picus pater, isque parentem Te, Saturne, refert: tu ſanguinis vltimus author. ESTO, component.] *Conſentit; ſed inuita.* SIT Romana potens Italâ virtute propago.] *Hoc videtur dicere: Si fataliter imminet, vt à Troianis origo Romana deſcendat, Troiani Italorum nomen accipiant: vt Romani de Italis; non de Troianis videantur eſſe progeniti.* Es germana Iouis, Saturnique altera proles.] *Locus de obſcuris; de quo*

quidam hoc sentiunt: Petis penè illicita; sed concedenda sunt: quoniam soror Iouis es, id est, Saturni filia. Quòd si voluerimus admittere; erit sequens versus incongruus: vt, Irarum tantos voluis sub pectore fluctus? Vnde melius est, vt ita intelligamus: Soror Iouis es, id est, Saturni filia: vnde non mirùm est, tantam te iracundiam retinere sub pectore. nam scimus, vnumquenque pro generis qualitate in iram moueri. Nobilis enim, etsi ad præsens videntur ignoscere: tamen in posterum iram reseruant. Quod nunc Iunoni videtur obijcere. Nam cùm se concedere diceret: petit tamen, quod grauiter posset obesse Troianis. Sic Homerus inducit Calchanta, dicentem de Agamemnone: Regum iræ ita se habent, vt, etiamsi ad præsens indulgere videantur, stimulos iracundiæ ad futurum reseruent. κρείσσων γὰρ βασιλεὺς, ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ. εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ, ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον, ὄφρα τελέσσῃ ἐν στήθεσσιν. Do quod vis.] Bene præsenti vsus est tempore. Nam promissio numinis pro facto est. SVBSIDENT.] Remanebunt, latebunt: Latinorum scilicet multitudine. vt, Galeâque imâ subsedit Acestes. RITV'SQVE sacrorum Adijciam.] Verum est. nam sacra Matris deûm, Romani Phrygio more coluerunt. Quòd ait, Morem ritusque sacrorum adijciam; ipso titulo legis Papyriæ vsus est: quam sciebat de ritu sacrorum publicatam. MENTEM lætata retorsit.] Iste quidem hoc dicit: sed constat, bello Punico secundo exoratam Iunonem; tertio vero bello, à Scipione sacris quibusdam etiam Romam esse translatam. HIS actis.] Remoto à Turno auxilio. DIMITTERE ab armis.] Per transitum, historiæ vsus est verbis. nam qui ab exercitu relaxantur, ab armis dicuntur dimitti. Sallustius de Appio: Vbi eum Cotta in concione ab exercitu cogit abscedere: dicit se eius operâ non vsurum, eumque ab armis dimittit. PESTES, cognomine Diræ.] Propriè Pestes vocantur: Diræ verò, cognomine. Et dictæ Diræ, quod non nisi antè iratum Iouem videntur: vt, Sæuique in limine regis Apparent Diræ. TARTAREAM Megæram.] Bene Tartaream addididit: vt ostendat, esse & terrenam & aëream Megæram. Nam, vt etiam in tertio diximus, volunt periti, quandam potestatem triplicem esse, & in terris, & apud superos; sicut est Furiarum apud inferos. Ideò autem dicit, has ex Nocte progenitas: vt ostendat, & latenter oriri, & intolerabilem esse iram deorum. NOX intempesta.] Perpetuum noctis epitheton. Alio modo dicimus intempestam, partem noctis significantes. VNO eodemque tulit partu.] Dispositio hæc Poëtæ: quæ dicit, has & similes esse Furijs, & cum his esse procreatas. Hoc ait, vt ostendat, illam prudentium opinione esse tam apud superos, quàm in terris; sicut apud inferos Furias. SÆVI regis.] Epitheton est, accommodatum ei cùm sæuit: neque enim est Iupiter semper sæuus. APPARENT.] Videntur, præstò sunt ad obsequium. Vnde etiam Apparitores constat esse nominatos. LETHVM horrificum.] Volunt Iouem non esse mortis authorem: sed posse mortis genere, vel prodesse, vel obesse mortalibus.

POM. Sabi. IVNONEM interea.] Romani summo in honore habuerunt Iunonem: quam & Monetam, quòd eos moneret, appellauerunt. DIRÆ.] filiæ sunt Noctis & Erebi; & sunt, Tisiphone, Alecto, & tertia Megæra: quæ potestatem habet & apud superos, & apud inferos. in aëre & terrâ illæ duæ furiæ non possunt. sed asper ait, Megæram tantùm vim habere apud inferos. Furiæ habent capillos serpentinos. Diræ & Furiæ eædem sunt.

VAR. Lect. LENTO'QVE in stirpe moratus.] Qui superiùs Stirpem inuisam, fœminino genere dixerat; nunc masculino dicit: ait Nonius. quo genere etiam Ennius, & Pacuuius, in hoc nomine vsi sunt. Nam Ennius, A' stirpe supremo. &, Ad stirpem exquirendum, Pacuuius dixit. Donatus tamen (vti superiùs dictum) Vergilium ait, passim in hoc nomine, fœminino genere vsum. Agnoscit verò Sosipater, Stirpem inuisam, fœminino genere, pro sobole: pro materiâ, Stirpem recisum. adiecto Vergiliano carmine: Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum Sustulerant. quamuis Pacuuius, Qui stirpem occîdit meum, dixerit de sobole. Pompeius Festus, in ijs quæ ex Verrio Flacco deflorauit; antiquæ fuisse consuetudinis ait, Recto fronte dicere; vt Cato in dissertatione consulatus. vt cùm ait Ennius; A' stirpe supremo, & Iliada nepos, & lupus fœta. INSISTVNT contra certamina Martis anheli.] Antiqui libri, etiam manuscripti, ita legunt: Adsistunt contrà certamine Martis anheli. PVGNAS de nube tuentem.] In Mediceo, Videntem est: in alijs, Tuentem. Puto verò, alteram illam lectionem ex paraphrasi huc irrupisse. QVIA nota mihi tua magna voluntas, Iuppiter.] Quanuis magna in veteribus aliq. legatur: non tamen displicet, quod habetur in Oblongo libro, in Porcio, & aliquot alijs, Tua magne voluntas Iuppiter; ne quatuor dictiones eodem concurrant casu. ET terras inuita reliqui.] In libris antiquis, Relinquo legitur. COMMIXTI corpore tantum Subsident Teucri.] Romanus liber, non Corpore; sed Sanguine legit. est & vbi Sanguine tanto scriptum sit. sed omnino Tantum legendum. In Mediceo autem, & in Porcio, Commixto corpore legitur.

DON. FAVNE, precor miserere, inquit: tuque optima ferrum Terra tene: colui vestros si semper honores; Quos contrà Æneadæ bello fecêre profanos.] Iusta vox pro personâ loquêtis. ait enim, Faune, & præsens Terra, miserere contra eos: qui vos quoque crediderunt bello esse appetendos, & cultus vestros ausi sunt profanare. Per occasionem certaminis nostri, non recipiat Aeneas ferrum: nec sinatur excludere, quod in exitiû vestri cultoris extorqueat. DIXIT; opemque dei non cassa in vota vocauit.] Quod locutus est, inquit, deprecans; non frustratum est. nam mox ei affuit deprecanti auxilium. Dicit quomodo. NAMQVE diu luctans, lentoque in stirpe moratus; Viribus haud vllis valuit discludere morsus Roboris Æneas, dum nititur acer, & instat. Rursus in aurigæ faciem mutata Metisci Procurrit, fratriq; ensem dea Daunia reddit.] Præstitisse aliquid Faunum Turno, pro desiderio deprecationis, posuit.

Hoc quoque loco, in LX. plùs vno carmina commentatio desideratur.

VNO eodemque tulit partu, paribusque reuinxit Serpentum spiris: ventosasque addidit alas.] Vno atque eodem partu. quàm detestabilis nascendi conditio; quæ triplex malum semel effudit, & omnes diris anguibus iunxit! omnibus alas attribuit: vt in exitium hominum, & substantiam nocendi haberent, & celeres pergerent. HÆ Iouis ad solium.] Non tres; sed duæ: Megæra enim in mensâ non fuit. SÆVI'QVE in limine regis Apparent, acuuntque metum mortalibus ægris: Si quando lethum horrificum morbosque deûm rex Molitur, meritas aut bello territat vrbes.] Sæuum regem dixit; non semper sæuum, sed tunc, quum ex aliquâ causâ commouetur. Istæ ergo ad solium obseruant reges, & limina, vt homines terreant: iniectum metum faciant, terrendo peiore tempore; quo Iupiter hominibus aut morbos parat, aut mortem; aut vrbes exagitat bello. Meritas, inquit: vt ostenderet, Iouem non sæuum esse; sed iustum. illis enim hæc immittit, qui delinquendo meruerint.

SER. INQVE omen Iuturnæ occurrere iussit.] Vt Iuturnæ omen fraternæ mortis efficeret. NON secus, ac neruo per nubem impulsa sagitta.] Sic illa descendit, vt solet

Harum vnam celerem demittit ab æthere summo
Iuppiter; inq; omen Iuturnæ occurrere iussit.
Illa volat, celeriq; ad terram turbine fertur:

Non ſecùs ac neruo per nubem impulſa ſagitta;
Armatam ſæui Parthus quam felle veneni,
Parthus ſiue Cydon, telum immedicabile torſit,
Stridens, & celereis incognita tranſilit vmbras:
Talis ſe ſata Nocte tulit, terraſq; petiuit.
Poſtquam acies videt Iliacas, atq; agmina Turni:
Alitis in paruæ ſubitò collecta figuram,
Quæ quondam in buſtis, aut culminibus deſertis
Nocte ſedens, ſerùm canit importuna per vmbras:
Hanc verſa in faciem; Turni ſe peſtis ad ora
Fertque refertque ſonans, clypeumque euerberat alis.
Illi membra nouus ſoluit formidine torpor:
Arrectæq; horrore comæ, & vox faucibus hæſit.
At procul vt Diræ ſtridorem agnouit & alas,
Infelix crines ſcindit Iuturna ſolutos,
Vnguibus ora ſoror fœdans, & pectora pugnis.
Quid nunc te tua, Turne, poteſt germana iuuare?
Aut quid iam miſeræ ſuperat mihi? quâ tibi lucem
Arte morer? talin' poſſem me opponere mõſtro?
Iam iam linquo acies. nec me terrete timentem
Obſcœnæ volucres: alarum verbera noſco,
Lethalemq; ſonum; nec fallunt iuſſa ſuperba
Magnanimi Iouis. hæc pro virginitate reponit?

A *vt ſolet ſagitta deſcendere. Hinc Statius traxit, vt diceret de diſco iacto;* Similiſq; cadenti Creſcit in aduerſos. Impulſa *autem propriè: ſicut ſuprà,* Incertum quà pulſa manu. FELLE veneni.] *Amaritudine veneni, ſucco noxio. aut certè periphraſticῶs dixit venenum, Parthi enim ſagittas veneno obliniunt. Lucanus:* Spicula nec ſolo ſpargunt fidẽtia ferro Stridula, ſed multo ſaturãtur tela veneno. TELVM immedicabile.] *Immedicabile eſt, cuius vulneri mederi non poſſit.* CELEREIS.] *Hypallage eſt, pro celeriter: & ita celeriter, vt tranſiliat, priuſquàm exeat.* TRANSSILIT vm- B bras.] *Hyperbole eſt. Namque vmbra ſemper tela comitantur. Hinc ait, Tranſilit vmbras ſagitta. Malè enim quidam* auras *legunt.* TALIS ſe.] *Taliter collecta: ex nimiã ſcilicet furiæ magnitudine.* CVLMINIBVS deſertis.] *Noctuam dicit, non bubonem. nam ait,* Alitis in paruæ: *Bubo autem maior eſt.* SERVM canit.] *Triſte diuturnum. vt,* Seraque terrifici cecinerunt omnia vates. *Salluſtius* Serum bellum in anguſtijs futurum. CLYPEVM euerberat alis.] *Signa ſunt iſta plangentium.* STRIDOREM.] *Vocis ſcilicet ſonum. nam & vtrumque tangit augurium, & oſcinum, & præpetum: quod grauiter poſſet obeſſe Troianis. Sic Homerus inducit Calchanta:* μήτηρ δ' ἀμφεποτᾶτο ὀδυρομένη φίλα τέκνα, τὴν δ' ἐλελιξάμενος πτέρυγος λάβεν ἀμφιαχυῖαν. CRINES ſcindit ſolutos.] *Soluit & ſcindit.* QVID nunc.] *Decenter inducit loqui cepiſſe.* DVRÆ.] *immiti; quæ poſſet fratrem cernere, vt laboribus ſubditum.* SVPERAT.] *Supereſt.* MONSTRO.] *Augurio ex Iouis voluntate venienti.* OBSCOENÆ volucres.] *Inuidiosè* C *dixit. nam vna eſt.*

POM. Sabi. COLLECTA.] *Tiſiphone, conuerſa in bubonem. Bubo nocturna auis, & funebris; abominatus præcipuè publicis auſpicijs: deſerta colit, & inacceſſa. ſi quando interdiu volat, tranſuerſus agitur. non canit; ſed gemit. nocturnum eſt oſtentum. Sunt & aliæ nocturnæ aues: vlula, noctua, ſtrix. ſed nunc de bubone intelligit.* DVRÆ.] *immiti, quæ poſſum ſpectare morientem fratrem.* REPONIT.] *id eſt, rependit. ſcilicet hæc mihi præmia Iupiter pro ereptã virginitate tribuit.*

VAR. Lect. DEMITTIT ab æthere.] *In antiquis omnibus exemplaribus, præterito tempore legitur,* Demiſit: *in aliquot,* Dimiſit. ALITIS in paruæ ſubitò collecta figuram.] *In Romano libro, & pleriſque alijs* Subitam collecta figuram. *In Mediceo,* Subitò conuerſa *habetur. ſed* Collecta *magis placet eruditis.* SERVM canit importuna per vmbras.] *In antiquis aliquot* Vmbram, *ſingulari numero. Eſt vbi* Sæuum canit. *ſed* Serum *omnino melius.* TVRNI ſe peſtis ad ora.] *Vetera omnino aliquot exemplaria,* ad ora *legunt. ſed longè magis placet, quod in Romano libro legitur,* Ob ora: *quod infeſtiorem ſignificat incurſatione moleſtã.* CLYPEVMQVE euerberat alis.] *In Mediceo libro* Reuerberat *habetur. ſed* Euerberat, *vt in Porcio, & aliquot alijs, omnino melius eſſe videtur.* AVT quid iam miſeræ ſuperat mihi.] *In Romano libro in Mediceo, & aliquot alijs libris antiquis legere eſt,* Aut quid iam duræ ſuperat mihi? *quod aliorum iudicio relinquimus.*

HARVM vnam celerem demittit ab æthere ſummo.] DON. *Ecce non eſt ſuperfluum, quòd in deſcriptione iſtarum, alarum commemoratio facta eſt. nam quomodo poſſet demitti ex alto æthere, aut peruenire celeriter, niſi pennarum ſubſidium habuiſſet? Ex duabus igitur, vnam celerem demiſit à ſummo æthere Iupiter. tanta enim vtriuſque natura, tamq; deteſtabilis fuit: vt implendis triſtibus etiam vna ſufficeret.* Celerem, *dixit: non quòd alæ eſſent ſegnes; ſed vt, quod erat facturæ, celeriùs faceret & impleret.* IN'QVE omen Iuturnæ occurrere iuſſit.] *Omen fraternæ ſcilicet mortis.* ILLA volat, celeriqúe ad terram turbine fertur.] *Volat, & celeri fertur turbine: vtpote quæ ducebatur immani naturâ, & iuſſionis impulſu. Interponitur* παρεμβολὴ; *quâ orationis continuatio rumperetur, vt interiectia media tædium legenti excludat.* NON ſecùs ac neruo per nubem impulſa ſagitta, Armatam ſæui Parthus quam felle veneni, Parthus ſiue Cydon, telum immedicabile torſit, Stridens, & celeres incognita tranſilit vmbras.] *Quemadmodum ſolet ſagitta tranſcurrere, miſſa Parthi vel Cydonis manu, tincta veneno, ac ferro munita: cuius ictus eſt immedicabilis, & nulli viſa; ac celeriùs peruenit.* TALIS ſe ſata Nocte tulit.] *Hoc eſt, generata per tenebras.* TERRA'SQVE petiuit: Poſtquam acies videt Iliacas, atque agmina Turni, Alitis in paruæ ſubitam collecta figuram: Quæ quondam in buſtis, aut culminibus deſertis, Nocte ſedens, ſerùm canit importuna per vmbras.] *Vbi venit ad locum, in quo gerebatur inter Aeneam & Turnum certamen, & vterque exercitus aderat: repente in alitis paruæ formam ſeſe conuertit. cui mos eſt, aut in buſtis ſedere per noctem; aut in deſertis culminibus feraliter canere. Huius ominis ſolet eſſe bubo, vel noctua: quæ nõ niſi funereum luctuoſumq; ſignificant.* HANC verſa in faciem, Turni ſe peſtis ob ora Fertque refertque ſonans, clypeumq; euerberat alis.] *In huius alitis figuram peſtis illa conuerſa, non ceſſabat ante faciem Turni tranſire, & eius clypeum alis vi quatere.* ILLI membra nouus ſoluit formidine torpor.] *Turnus quum hoc videret, intellecto, quòd omnia ſignificarentur extrema; nouo torpore diſſolutus eſt.* Nouum *dixit: aut qualem nemo aliquando ſenſiſſet; aut inſolitum & repentinum.* ARRECTÆ'QVE horrore comæ, & vox faucibus hæſit.] *Leue fuit, ſi diceretur, quod vulgò dici conſueuit; Steterunt illi capilli: quod frequenter contingit, cùm aliquo mouemur horrore. ſed ait; Steterunt comæ. Capillorum quippe ſignificatio, breuitatem attonſam ſignificat: Comæ verò prolixitatem monſtrant; quæ propter longam mollitiem ſtare non poſſunt. & tamen, quum ingens metus deſcribitur, etiam ipſæ ſtare dicuntur; licèt ſtare non poſſit: vt contra naturam maior vis terroris hoc facere videatur.* AT procul vt Diræ ſtridorem agnouit, & alas.] *Hanc, inquit, quum longè vidiſſet Iuturna ſtridere ſtrepentem, & volatu diram eſſe cognouit. Facilè enim intelligere*

potuit, vnam esse ex illis, quæ solium regis & limem frequentans, in affectu Iouis constituta, hac cognitas habuit. INFELIX crines scindi Iuturna solutos, Vnguibus ora soror fœdans, & pectora pugnis.] *Tantum earum Iuturna omen nouerat: vt, hac visâ, iam pro mortuo plangeret fratrem, suos dissipans crines, & ora vnguibus lanians, & pectora pugnis obtundens.* QVID nunc te tua, Turne, potest germana iuuare? Aut quid iam miseræ superat mihi? quâ tibi lucem Arte morer?] *Et præteritis, inquit, frater, laborem meum probare potuisti: feci omnia pro salute tuâ. sed nunc, quid excogitem: quam potior inimicus expugnat? quid agatur, etiam ipse cognoscis. Cessat omnis subueniendi subtilitas, quando vrgent extrema periturum. Inexpugnabile monstrum est illud: nec vllo potest superari remedio. Nihil omisi, quod facerem pro commodo tuo. iam cedendum est istis, quæ euinci consulendo non possunt. Cedendum, inquam, talibus malis; contra quæ maximus labor est, & nullus effectus. Subnectit ἀποστροφήν; in quâ plenius animi sui dolores exponit.* IAM iam linquo acies, ne me terrete timentem, Obscenæ volucres: alarum verbera nosco, Lethalemq; sonum.] *Quomodò sola nuntiatis aduersa, noui; & quid vester aduentus ostêdat, obscenæ volucres.* RELINQVO acies.] *quibus opitulari non possum. Intelligo, quid infaustis alarum motibus, meis nuntietis incommodis.* NEC fallũt iussa superba Magnanimi Iouis. hæc pro virginitate reponit?] *Non me, inquit, fallit, quicquid Iupiter iubet: totum ante præuidebo. Hoc est premium, (per indignationem inquit) quod mihi pro erepto virginitatis honore contulit? vt antè lugeam fratrem; quàm illius vitam vltima fata concludant?* A

SER. QVO vitam dedit æternam.] *Quia occurrebat; Sed præstitit immortalitatem: dicit, hanc æternitatem esse causam doloris.* IMMORTALIS.] *Per indignationem dictum est.* GLAVCO amictu.] *Quasi Nympha, propter vndarum similitudinem.* INGENS, arboreum.] *Quidam pro ligneo accipiunt. Non sunt duo epitheta: sed Aeneas ingens, telum coruscat arboreum.* SÆVIS certandum cominus armis.] *Sed hoc ideò dicit: quia vulnere tardus, magis cominùs pugnare desiderat.* TE te in facies.] *Teipsum. & prouerbialiter dictum.* CONTRAHE.] *Collige. est autem hostilis iracundia.* ANIMIS.] *Id est, viribus. Aut enim animo, aut corpore, aut precibus & voce possumus, quicquid possumus. & hoc ideò: quia septus erat vndique, & non habebat effugium.* CAPVT quassans.] *Concutiens: vt,* Tunc quassans caput. ET Iuppiter hostis.] *Ordo est: ferox hostis.* SAXVM circumspicit.] *Homeri locus hic est, ἀλλ' ἀναχασσάμενος λίθον εἵλετο χειρὶ παχείῃ κείμενον ἐν πεδίῳ μέλανα τρηχύν τε μέγαν τε. Et alibi: Ἕκτωρ δ' ἁρπάξας λᾶαν φέρεν, ὅς ῥα πυλάων ἑστήκει πρόσθεν.* CAMPO qui fortè iacebat Limes agro positus.] *Secundùm artem priori respondet. Sic Sallustius:* Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur. MANV raptum trepidâ.] *Aut festinâ: aut reuerâ* Trepidâ: *quia sequitur,* Sed neque currentem, nec se cognoscit euntem. TORQVEBAT.] *Bene imperfecto vsus est tempore: quia non est perfectum, quod*

Quò vitã dedit æternam? cur mortis adempta est
Conditio? possem tantos finire dolores
Nũc certè; & misero fratri comes ire per vmbras.
Iam mortalis ego? haud quicquam mihi dulce meorum,
Te sinè, frater, erit. ô quæ satis ima dehiscat
Terra mihi! manesq; deam demittat ad imos!
Tantum effata, caput glauco contexit amictu;
Multa gemens: & se fluuio dea condidit alto.
Æneas instat contrà, telumq; coruscat
Ingens arboreum: & sæuo sic pectore fatur.
Quæ nunc deinde mora est? aut quid iam, Turne, retractas?
Non cursu, sæuis certandum est cominus armis.
Verte omneis tete in facies; & cõtrahe, quicquid
Siue animis, siue arte vales. opta ardua pennis
Astra sequi, clausumq; cauâ te condere terrâ.
Ille caput quassans: non me tua feruida terrent
Dicta, ferox: dij me terrent, & Iuppiter hostis.
Nec plura effatus, saxum circumspicit ingens:
Saxum antiquum, ingens; campo qui fortè iacebat
Limes agro positus, litem vt discerneret aruis.
Vix illud lecti bis sex ceruice subirent:
Qualia nunc hominum producit corpora tellus.
Ille manu raptum trepidâ torquebat in hostem,
Altior insurgens, & cursu concitus heros.
Sed neq; currentem se, nec cognoscit euntem;
Tollentemue manu, saxumque immane mouentem.
Genua labant; gelidus concreuit frigore sanguis.
Tùm lapis ipse, viri vacuum per inane volutus,
Nec spatium euasit totum, nec pertulit ictum.
Ac veluti in somnis, oculos vbi languida pressit
Nocte quies, nequicquã auidos extendere cursus
Velle videmur; & in medijs conatibus ægri
Succidimus: non lingua valet; non corpore notæ
Sufficiunt vires; nec vox, neo verba sequuntur.
Sic Turno (quacunq; viam virtute petiuit)
Successum dea dira negat. tùm pectore sensus
Vertuntur varij: Rutulos aspectat & vrbem:
Cunctaturq; metu, telumq; instare tremiscit:
Nec quò se eripiat, nec quâ vi tendat in hostem;
Nec currus vsquam videt, aurigamq; sororem.
Cunctanti telum Æneas fatale coruscat,
Sortitus fortunam oculis; & córpore toto
Eminus intorquet. murali concita nunquam
Tormento sic saxa fremunt; nec fulmine tanti
Dissultant crepitus: volat atri turbinis instar,
Exitium dirum hasta ferens; orasq; recludit
Loricæ, & clypei extremos septemplicis orbes,
Et medium stridens transit femur. incidit ictus

voluit. vt, nec spatiũ euasit totum, nec pertulit ictum. VIRI.] *Mirè verò addidit: quasi propter rationem eius, qui languidè iecerat, & ipse lapis sinè effectu fuerit. vt si dixisset: talis est vir, qualem descripsi.* B NEC spatium euasit.] *Hic distinguendum est: vt sit,* totũ nec pertulit ictum: *id est euacuatus est impetus ipsius, spatio lõgiore.* AC veluti in somnis.] *Homeri comparatio: ὡς δ' ἐν ὀνείρῳ οὐ δύναται φεύγοντα διώκειν, οὔτ' ἄρ ὁ τὸν δύναται ὑποφεύγειν, οὔθ' ὁ διώκειν.* NEC quò se eripiat.] *Totũ enim Troiani clauserant.* SORTITVS fortunã oculis.] *Hunc locũ ad feriendum oculis elegit Aeneas; quẽ fortuna destinauerat vulneri.* FVLMINE tanti.] *Pro tonitru, sinè quo fulmen nunquam mittitur.* ATRI turbinis instar.] *Multis vtitur comparationibus, ad exprimendũ teli impetum. &* Instar *(vt suprà diximus) per se plenum est, nec recipit præpositionem: licèt Serenus* Ad instar *dixerit; quod in idoneis authoribus non inuenitur.* C ICTVS.] *Percussus. nũc participiũ est: ac si diceret; Cecidit elisus.* EQVIDEM merui.] *Secũdùm artem rhetoricam. nam quotiens personæ in inuidiâ sunt; aliæ his opponuntur. vnde ita ait: Ego quidem occidi mereor; sed tu debes ignoscere, parentis intuitu.* NEC deprecor.] *Non refuto; nõ recuso.* VTERE sorte tuâ.] *Interfice hostem tuum.* FVIT & tibi talis Anchises genitor.] *Hic distinguendũ; vt duo dicat: & habuisti patrẽ; & pater es.* ET me redde meis.] *Ordo est: Redde me meis. sed ne ex aperto rem viro forti pudẽdã peteret; interpositione vsus est, dicẽs:* Seu corp

spolia-

Ingens ad terram, duplicato poplite, Turnus.
Consurgunt gemitu Rutuli: totusq; remugit.
Mons circùm, & vocem latè nemora alta remittunt.
Ille humilis supplexque, oculos dextramque precantem
Protendens: Equidẽ merui; nec deprecor: inquit,
Vtere sorte tuâ. miseri te si qua parentis
Tangere cura potest, oro. fuit & tibi talis
Anchises genitor: Dauni miserere senectæ:
Et me, seu corpus spoliatum lumine mauis,
Redde meis. vicisti: (& victum tendere palmas
Ausonij vidêre) tua est Lauinia coniunx.
Vlterius ne tende odijs. Stetit acer in armis
Æneas, voluens oculos; dextramq; repressit.
Et iam iamq; magis cunctantem flectere sermo
Cœperat: infelix humero cùm apparuit alto
Balteus, & notis fulserunt cingula bullis,
Pallantis pueri; victum quem vulnere Turnus
Strauerat: atque humeris inimicum insigne gerebat.
Ille oculis postquam sæui monimenta doloris,
Exsuuiasq; hausit: furijs accensus, & irà
Terribilis: Túne hinc spolijs indute meorum
Eripiare mihi? Pallas te hoc vulnere, Pallas
Immolat; & pœnam scelerato ex sanguine sumit.
Hoc dicens, ferrum aduerso sub pectore condit
Feruidus. ast illi soluuntur frigore membra;
Vitaque cum gemitu fugit indignata sub vmbras.

FINIS DVODECIMI ET VLtimi libri Æneidos.

A spoliatum lumine mauis. VICTVM tendere palmas Ausonij vidêre.] *Ad gloriam Aeneæ pertinet: quòd se Turnus cunctis præsentibus victum fatetur.* TVA est Lauinia coniux.] *Quæ fuerat causa certaminis.* VLTERIVS ne tende odijs.] *Noli velle crudelitatem tuam vltra fata protendere; sed redde corpus sepulchro.* ACER in armis.] *Non tantùm ad præsens refertur: sed quia semper in armis acer esse consueuit.* CVNCTANTEM flectere sermo Cœperat.] *Omnis intentio ad Aeneæ pertinet gloriam. Nam & ex eo, quòd hosti cogitat parcere, pius ostenditur: & ex eo, quòd eum interemit, pieta-*
B *tis gestat insigne. Nam Euandri intuitu, Pallantis vlciscitur mortem.* INFELIX Balteus.] *Nulli domino felix. & sic est dictum,* Infelix balteus; *sicut,* Lacedæmoniosque hymenæos. *Et sciendum, Baltheum habuisse Turnum, ad insultationem & iactantiam; non ad vtilitatem. vnde est;* Atque humeris inimicum insigne gerebat. MONVMENTA doloris.] *Propriè. nam & monumentum ab eo dictum est, quòd mentem moneat.* HAVSIT.] *Vidit: vt,* Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus. PALLAS immolat.] *Ad suæ mortis, & abrupti fœderis vltionem, te tanquam hostiam immolat Pallas.* FRIGORE.] *Morte: vt,* Corpusque lauant frigentis, & vngunt. VITA'QVE cum gemitu fugit indignata sub vmbras.] *Indignata, vel quia post preces veniam non meruerat: vel quia Lauiniam fore sciebat Aeneæ: vel quia, vt suprà de*
C *Camillâ diximus, discedebat à iuuene. Nam volunt physici, animam discedere à corpore inuitam; cum quo adhuc habitare naturæ legibus poterat. Sic Homerus:* ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων πταμένη, ἄϊδος δὲ βεβήκει, ὃν πότμον γοόωσα λιποῦσ' ἀδροτῆτα καὶ ἥβην.

POM. Sabi. DII me terrent.] *hoc est, fata, quæ iniqua mihi sunt.* SORTITVS fortunam.] *quasi sortitus est, in quâ parte corporis sisteret vulnus.* PRECANTEM.] *Deprecari, aliquando recusare, aliquando refutare, aliquando valde precari. hîc significat recusare.* INFELIX.] *Infaustus & fatalis.* HAVSIT oculis.] *id est, vidit.* TV'NE hinc spolijs.] *Loquitur Aeneas.* INDIGNATA.] *immatura; quia iuuenis: aut quia victus à peregrino: aut quia regno cum dedecore excedebat: aut quia nemo volens moritur; vt suprà dixit de Camillâ.*

VAR. Lect. QVO vitam dedit æternam? cur mortis adempta est.] *In libris aliquot antiquis,* Cur vitam. *sed id ex paraphrasi desumptum: cùm eodem significato longè elegantius sit,* Quò dicere. *Est numerus alius in Mediceo lib.* Quò vitam æternam dedit? & cur mortis adempta est. COMES ire per vmbras.] *Mediceus liber,* Ire sub vmbras *legit.* IMMORTALIS ego? haud quidquam mihi dulce meorum, Te sinè, frater, erit.] *Oblong. liber, Porcius, & peruetus alter, legunt,* Iam mortalis ego, haud quidquam. *Roman. & alij quidam, vtrumque membrum per interrogationem legunt,* Immortalis ego? aut quidquã mihi dulce meorum, Te sinè, frater, erit? *mox cùm secum tacitè desliuisset, nihil futurum dulce subiungit:* O' quæ satis ima dehiscat Terra mihi! *nam,* Fratri comes ire sub vmbras, *pendet à superiore membro,* Possem. O' QVÆ satis ima dehiscat Terra mihi!] *In libro Mediceo, & in Porcio,* Satis alta *legitur.* CAMPO qui fortè iacebat Limes agri positus.] *in antiquis exemplaribus nonnullis,* Quod *legitur: & priori respondere secundùm artem, dicit Seruius. Bona autem eruditorum pars,* Qui *legit, habita limitis ratione. Est & illud obseruandum, in Porcio, quod legere est,* Limes agro positus; *elocutione non inelegante.* NEC VOX, nec verba sequuntur.] *In antiquis libris,* Nec vox, aut verba, *legitur.* TELV'MQVE instare tremiscit.] *Vti superiùs obseruatum est, antiquiora omnia exemplaria, verbi huius penè vltimam per e,* Tremescit, *proferunt.* EXITIVM dirum hasta ferens.] *In Mediceo libro,* Exitium durum *habetur.* LORICÆ & clypei extremos septemplicis orbes, Per medium stridens transit femur.] *In Mediceo libro lectio ita variat;* Loricæ, clypeique extremos septemplicis orbes Et medium stridens transit femur. SVPPLE'XQVE oculos.] *In libris antiquis quibusdam,* Supplex oculos, *absque particulâ legitur. Sed longè venustius est;* Ille humilis, supplexque: *vt alterum huiusmodi sequitur,* Oculos dextramque. CVNCTANTEM flectere sermo Cœperat.] *Antiqui aliquot libri,* Cunctantem flectere mentem *legunt: quod alijs examinandum linquimus.* INFELIX humero cùm apparuit alto Balteus.] *Apud Sosipatrum Carisium ambigua lectio est, quòd* Ingens *interpositum:* Ingens balteus. *quod ei respondet, quod in X. dictum:*

Rapiens immania pondera baltei.

Disputat verò Carisius, Balteus, *masculino genere semper dici; vt Clypeus.* Infelix humero cùm apparuit ingens Balteus, *Vergilius dicit. Plinius tamen vult, masculino genere vinculum significare; neutro autem genere, lora ad alligandum apta. Sed Varro Baltea dixit: & Thuscum vocabulum ait esse. Vsque adeò passim variant auctorum sententiæ.* SOLVVNTVR membra.] *In antiquis nonnullis libris,* Soluontur: *ita* Ruont, Acuont: *eâ pronuntiatione, quam à veteribus acceptam Etrusci adhuc incolumem seruauêre.*

Est sua Oratoribus item homœopathia, de passionis nata similitudine; quam vndiquaque scientissimus exprimit Poëta: CAEL. Rhod.

Fuit & tibi talis Anchises genitor. *Item:*
Et patriæ strinxit pietatis imago. *Et:*
Me quoq; per multos similis fortuna labores.

Digitized by Google

Quod in Macrobij Symposiacis est annotatum.

DON. QVO vitam dedit æternam? cur mortis adempta est Conditio? possem tantos finire dolores Nunc certè, & misero fratri comes ire per vmbras.] *In contrarium vertit, quod mihi pro munere beneficióque concessum est: quando nec fratri subuenire, vt immortalis, possum; nec interire cum fratre, quæ sum nata mortalis. Finirentur quippe dolores mei: vt, quidquid animum cruciat, conditio mortis auferret. Certè irem ad inferna, pari sociata fratri; & sedes inferas libenter appeterem. Alia ἀποστροφὴ ad ipsum fratrem, cum necessariâ propositione.* IMMORTALIS ego?] *Immortalis, inquit, dicor: indè infelix; vnde me beatam existimant alij. non honor est iste, sed pœna.* HAVD quidquam mihi dulce meorum, Te sinè, frater, erit.] *Quasi demum mihi aliquid dulce superfuturum sit: cùm inter bona mea non fuerit comoditas tua.* O quæ satis ima dehiscat Terra mihi! manesque deam dimittat ad imos!] *Atque vtinam, contra istiusmodi beneficium Iouis, optatum posset prouenire remedium; recipere deam patefactis hiatibus terræ. & quoniam mori non licet, nouitate casus excepta, infernis sedibus iungerer.* TANTVM effata, caput glauco contexit amictu, Multa gemens; & se fluuio dea condidit alto.] *Cùm hæc dixisset: habitu, qui lugentibus competit, se texit, ac ad fluuium concessit; ne, videndo mortem fratris, plùs gemeret & doleret.* ÆNEAS instat contra, telumque coruscat Ingens, arboreum: & sæuo sic pectore fatur.] *Interpositis verbis Iunonis & Iouis, & his, quæ vsque ad hunc locum ex personâ Iuturnæ & poetæ confecuta sunt, intercisa narratio est. sed idem Poëta, sui memor, redit ad ea, quæ paulisper omiserat: atque ita, vt, si interposita subtrahantur, vna sit dictionis integritas. Dixerat quippe ante Iouis verba, qui prior locutus est:* Olli sublimes armis, animisque refecti, Hic gladio fidens, hic acer & arduus hastâ, Adsistunt contra certamina Martis anheli. *Nunc subiungendum est:* Æneas instat contrà, telumque coruscat Ingens arboreum, *vt vna fiat narrationis intentio. Cùm dicit,* Telum ingens, & arboreum: *non hastam, sed eius gestatorem laudat, qui sub teli nomine portabat arboris magnitudinem: cùm hanc coruscantem Æneæ virtus facilè commoueret: & Turnus formidaret accedere. Insistebat Aeneas, hac tumidum prouocans voce.* QVÆ nunc deinde mora est? aut quid iam, Turne, retractas?] *Quamdiu, inquit, quod immunes mortis longioribus differs inuentis? aut quo in aduersa trahis consilia tua? quóne voluendo conuertis? Non est officium viri fortis, cursibus fidere: & cum ad certamen istiusmodi acceditur, pugna non pedibus est gerenda; sed gladijs. fiat iam cominus; quod metus ratione formidas: &, si id de corporis animiq; infirmitate non audes; redi ad consilia tua, si vales.* VERTE omnes tete in facies; & contrahe, quidquid Siue animis, siue arte vales: opta ardua pennis Astra sequi, clausumque cauâ te condere terrâ.] *Bene illi, ad euadendum, aëris spatium dedit, & ima terrarum: ne, quod facere non valebat, petere campos vellet, aut montes. Suprà enim dixit: hinc Troianos fuisse, vnde esse exitus potuit; hinc alta mœnia; illinc vastam paludem.* ILLE caput quassans.] *Hoc est, luctus animi crebrâ capitis commotione significans.* NON me tua feruida terrent Dicta ferox: dij me terrent, & Iuppiter hostis.] *Confessus est de timore; sed hunc subtiliter excusauit: asserens, non ipsum Aeneam esse inimicum; sed deos & Iouem. Hoc est dicere: si occuburo, non tu me superabis; sed dij cum ipso Ioue, qui armis & partibus meis inimici sunt, & infesti.* NEC plura effatus.] *Debilitatus enim mente, loqui non potuit.* SAXVM circumspicit ingens: Saxum antiquum ingens, campo quod fortè iacebat, Limes agro positus, litem vt discerneret aruis.] *Vitiosum putatur; quod honestâ locutione mirabile est. Non enim saxum positum dixit, vt faceret per genera solœcismum: sed saxum iacebat tam grandi magnitudine, vt infinitis seculis immotum permansisset. Ad hoc enim inter dominia fuit: vt lites possidentibus tolleret, & esset limes. Ordinandus est enim sensus sic, vt calumniam remoueamus: Limes agro positus fuerat, saxum ingens, ad hoc, vt litem discerneret aruis. Hunc locum pronunciantes, cùm dicimus,* Campo quod fortè iacebat: *& moram interponere debemus, & separare;* Limes agro positus. *ne, malè iungendo, nos faciamus vitium, quod Poëta non fecit.* A VIX illum lecti bis sex ceruice subirent, Qualia nunc hominum producit corpora tellus.] Vix, *inquit,* illum: *non dixit,* illud. *Limiti enim: non saxo respondit. perdiderat quippe saxi nomen: vt Limes, non Saxum, diceretur.* Quòd autem ait Vix; *& addidit* Lecti; *adiecit &* Duodecim ceruice subirent: *totum ad difficultatem tollendam pertinet; sed tamen cum laude Turni. Dictus enim est Turnus, hoc saxum vnâ manu, & portare posse, & iacere potuisse. quod vt credibile fieret; distantiam veterum virorum & præsentis temporis fecit. Potuit, inquit, Turnus hoc ferre, & iacere: quia tunc aliâ formâ, & alijs viribus homines nascebantur. Cæterùm, quod ille vnus,* B *atque vnâ manu rapuit, hoc est, sinè conatu tulit & iecit; nostri temporis homines duodecim lecti, vix ceruicibus ferrent.* ILLE manu raptum trepidâ torquebat in hostem, Altior insurgens, & cursu concitus heros. Sed neque currentem se, nec cognoscit euntem, Tollentemque manu, saxúmue immane mouentem.] *Turnus quidem omnia ex more fortiter faciebat. nam & saxum ingens rapuit manu, & currens, atque altiùs misit: sed nec tollentem se sensit, nec euntem, nec erigentem manum cum saxo. Ecce,* saxum *dictum est, quando motum est loco. & naturam suam & genus recipit, quando desiit esse limes, & inter duos dominos arbiter. Cæterùm, vt dictum est, cùm illic esset, non saxi appellationem, sed limitis habuit.* GENVA labant, gelidus concreuit frigore sanguis.] *Tantum dissolutus metu fuerat: vt firmitatem suam genua eius perdidissent, & coijsset sanguis frigore.* TVM lapis ipse viri vacuum per inane volutus, Nec spatium euasit totum, neque pertulit ictum.] *Quemadmodum in Turno omnia se habuissent: etiam ictus ipse monstrabat. nam missus lapis, iuit per vacuum: nec totum transire spatium potuit; nec hostem percutere.* AC velut in somnis, oculos vbi languida C pressit Nocte quies, nequidquam auidos extendere cursus Velle videmur: & in medijs conatibus ægri Succidimus: non lingua valet, non corpore notæ Sufficiunt vires, nec vox aut verba sequuntur: Sic Turno, quamcunque viam virtute petiuit, Successum dea dira negat.] *Datur parabola: ex quâ vnusquisque ex se intelligat; quemadmodum in Turno omnia, imminente periculo, facta habuissent. nam omnibus hominibus per somnum talia consueuerunt accidere; vt dormientes videantur velle, quæ implere non possunt. nonnunquam nituntur aliquid viribus; & eorum conatus, ante effectum rerum debilitati, succumbunt. Si voluerint loqui: nec lingua implet officium suum; nec intentionem volentis explicant verba. totum vacuum est, quod desideratur geri: totum infirmum; vtpote quod habere videtur dormientis substantiam. Sic ergo, tanquam soporati actibus, negat dea dira successum.* TVM pectore sensus Vertuntur varij.] *Incipit exponere, quæ sit ipsa varietas.* RVTVLOS aspectat, & vrbem.] *In desperatione salutis, respiciebat ciuitatem: vel quòd illic Lauinia fuit: vel ne indè veniret auxilium. Pudore autem confusus, deprecari non audebat Rutulorum opem, quam impetrare non poterat. Oculis tamen intelligebat poscere miserationem: quia sermone nequibat.* CVNCTATVR'QVE metu, telumque instare tremiscit.] *Dubitabat telo insistere: ali-*

quid

Digitized by Google

A quid meriti futuris precibus seruans. NEC quò se eripiat, nec quâ vi tendat in hostem.] Prorsus quid faceret, nes sciebat: totum enim impossibile fuit. fugiendi quippe occasio deerat, audendi in hostem fiducia negabatur. NEC currus vsquam videt, aurigamq; sororem.] Auxiliorum quoq; spes nulla supererat: vel, quia currus defuit; etiam abscesserat soror. CVNCTANTI telum Æneas fatale coruscat, Sortitus fortunam oculis.] Dum ille, diuersis cogitationibus captus, intentum animum tenet: dubitanti quid faceret, telum, cui fata sanguinem decreuerunt Turni, Aeneas tanquam fulmen altiùs extulit; euentum fatis oculorum extimatione ac fortunæ committens, & spatio, quod ad feriendum posse sufficere decreuerat animo. Et corpore toto Eminus intorquet.] Quanto longiùs aberat: tanto maioribus viribus hastam intorsit; vt peruenire posset, & implere victoriam. MVRALI concita nunquam Tormento sic saxa fremunt, nec fulmine tanti Dissultant crepitus.] Tanta hastæ illius fuit vis, & euntis crepitus: quantus esse non potest, quum arietis tormento muri soluuntur, aut fulmen interuenit. VOLAT atri turbinis instar, Exitium dirum hasta ferens.] Volat, inquit, non iam hasta, sed vio-

B lentissimus turbo: exitium dirum ferens, hoc est, lethale. ORA'SQVE recludit Loricæ, & clypei extremos septemplicis orbes, Per medium stridens transit femur.] Magnum ictum, & magnâ missum virtute, describit: qui potuit tot orbes clypei, vel loricam perrumpere, & transire per hominis femur: hoc est, non debilitari tot impedimentis, & sic peruenire; vt non solum inhæserit vulneri, verùmetiam exitum facilem reperiret. INCIDIT ictu Ingens ad terram, duplicato poplite, Turnus.] Percussus, quum stare non posset: vt fuit ingenti corporis formâ, contracto poplite, ad terram, intolerabilis doloris clade perductus est. Incidit dixit: in ipsam tantum partem concidit, quâ fuerat debilis redditus. nam diceret, Stratus est; si toto corpore iacuisset. CONSVRGVNT gemitu Rutuli; totusque remugit Mons circùm, & vocem latè nemora alta remittunt.] Tali fortunâ moti Rutuli, cùm exitium hominis gemerent, & clamores emitterent, remittebant: montes mugitu quoque reddebant, quas acceperât voces. Si Rutili gemitus dabant: intelligi par est, in illis vocibus alacritatem fuisse Teucrorum. ILLE humilis supplexque.] Humilis corpore, & fastu reiecto, quo antea ferebatur. OCVLOS de-

C xtramque precantem Protendens: equidem merui, nec deprecor, inquit. Vtere sorte tuâ.] Magnum Poëtæ inuentum: vt hastam, non in eam partem corporis, quæ lethalis esset, diceret peruenisse; sed in eam, quæ superaret hostem, & tamen viuum seruaret ad preces. Quippe ipso fuit supplicio peius, propriâ voce consiteri se victum; & hostem suum pronuntiare victorem, omnibusq; se dignum pœnis, qui esset fortiori congressus. Ego, inquit, quod patior, merui, nec veniam peto. sic enim peccaui; vt hanc mereri non possim. MISERI te si qua parentis Tangere cura potest, oro.] Non te propter me rogo: qui non mereor veniam; sed propter infelicem patrem meum. FVIT & tibi talis Anchises genitor: Dauni miserere senectæ.] Faciendo comparationem miseri patris, & senis; quantum sperauit moturum se esse misericordiam! vt ille, flexus commemoratione paternæ memoriæ, promptior veniam daret. Miserere, inquit senectæ patris mei scilicet: ne orbitate filij paternus luctus augeretur, si corpus negaret occisi. Potest & sic; vt salutem patris senis & orbati commendâsse videatur: ne quasi pater hostis necaretur. ET me, seu corpus spoliatum lumine mauis, Redde meis.] Redde meis: ecce, vbi ostendit se velle seruari. Post petitionem quippe, nomine patris interpositam, venit ad se; & ait: Et me seu corpus spoliatum lumine mauis. Cùm dicit Seu, hoc videtur dicere voluisse, quod pudore interueniente non dixit apertius: Si volueris me occidere; redde corpus meum, & meis sepeliendum concede. Ait alteram partem seruandam supplicis: vt intelligeret, & impleret. VICISTI, (& victum tendere palmas Ausonij vidêre) tua est Lauinia coniunx.] Vtrosque, ait, viderunt Ausonij; & exitum certaminis probauerunt: me scilicet victum, tendentem palmas; & te, fortunâ tuâ properante, victorem. Lauinia tua est coniunx, propter quam diu pugnauimus. VLTERIVS ne tende odijs.] Non debes vlteriùs duci odio: quia iam iniuria tua transijt; quæ fuit certaminis causa. STETIT acer in armis Æneas, voluens oculos.] Quòd dixit Stetit, nec statim victoris auiditate percussit: ostendit, verbis deprecantis esse commotum. Quòd autem voluebat oculos; tractantis fuerat signum. indices enim sunt oculi: qui tacito pectore, sententiâ dubitante, voluuntur. Non enim ignoscere temerè oportuit, aut ferire: stetit oculos voluens. DEXTRA'MQVE repressit.] Qui hæc fecit, proximus fuit, vt ignosceret potiùs, quàm necaret. Dextram igitur repressit: expectans, qui animus tractando decerneret. ET iam iamque magis cunctantem flectere sermo Cœperat.] Incertus sententiæ, iam cœperat in veniam flecti. INFELIX humero cum apparuit alto Balteus, & notis fulserunt cingula bullis Pallantis pueri: victum quem vulnere Turnus Strauerat, atque humeris inimicum insigne gerebat.] Posset, inquit, Aeneas roganti parcere: sed quia Turnum aduersa fortuna iam trahebat in mortem; apparuit exsutus humeris balteus, quem occiso detraxerat Pallanti. Nec difficile fuit, Aeneam meminisse: quia, cuiusmodi esset, memoriter retinebat. ILLE oculis postquam sæui monimenta doloris, Exsuuiasque hausit.] Ille, hoc est, qui flecti iam cœperat, posteaquam ex his, quæ viderat, nouatione doloris exarserat. FVRIIS accensus, & irâ Terribilis.] Non tàm in iracundiam, quàm in furiam versus est. TV'NE hinc spolijs indute meorum Eripiare mihi? Pallas te hoc vulnere, Pallas Immolat, & pœnas inimico ex sanguine sumit.] Tu, inquit, qui meorum spolijs indutus, & eorum tibi commodis places; tu eripiaris manibus meis? nec tuis meritis, nec illorum memoriæ conuenit. Denique, ministris manibus meis, te Pallas occidet: ipse, qui sequitur sanguinem tuum ipse de te pœnas exposcit. Rectè inuentum est: præstabat quippe, interfectori Pallantis negare vitæ beneficium: quàm multam relinquere familiaris mortem. Ecce, seruata est in personâ Aeneæ pietas; quâ volebat ignoscere seruatâ religione Pallanti: quia interfector eius non inuasit. Completum est, quòd suprà est positum: Turno tempus erit, magno cùm optauerit emptum Intactum Pallanta, & cùm spolia ista diemque Oderit. HOC dicens, ferrum aduerso sub pectore condit.] Animum irati viri fortis expressit. Dum, inquit, hoc est, antequam quod dicebat impleret: in pectus hostis ita, vti aduersum fuit, totum gladium pressit. AST illi soluuntur frigore membra.] Recedente enim calore sanguinis, quo regitur vita, mors frigore repentè succedit. VITA'QVE cum gemitu fugit indignata sub vmbras.] Et cùm ad vmbras concideret moriens: dolebat tamen, se perdidisse lucem, & Aeneæ Lauiniam reliquisse. Magna carminis ordinatio! magna laudantis industria! qui enim, ab ipso principio operis sui, Aneæ laudem omnibus libris exsecutus est: hanc vsque ad Turni mortem consultò perduxit: egregiâ inuentione currente; vt, cessantibus vniuersis, solus Aeneas cum solo pugnaret. Si enim in confuso omnium bello, Aneæ licèt virtute, cecidisset: posset videri, necem illam plurimorum adminiculo prouenisse. Spectauit igitur hoc laudator egregius: vt specialis gloria in solius Aneæ meritis permaneret; & ipse esset vltor iniuriæ suæ, cui Lauiniæ matrimonium debebatur.

Digitized by Google

TIBERIVS CLAVDIVS DONATVS, A
TIB. CLAVD. MAX. DONA- tiano filio, S. P. D.

INcertum metuens vitæ, quod magis ſenibus incumbit, & proximum eſt: curſum ſcripſi, quæ potui; relinquens plurima: & ea ſaltem edi volui, quæ tibi ad cætera intelligenda aditus & vias aperirent: vt, ſi quid mihi aduerſi accideret, haberes, interpretationum mearum quod imitareris exemplo. Verùm, quia ex communi voto contingit diutiùs viuere: hos libros interim legendos curaui: mihi enim certum eſt dehinc, me non eſſe deſerturum in tè ſtudium patris: vt tibi, quantum potuero, pari præparem curâ quæ propter ſuprà dictam cauſam videor omiſiſſe. Sic enim fiet, vt origines ſingularum perſonarum, quas Vergilius Aeneidos libris comprehendit, & quæ in aliquo ſtudio floruerunt, aut nullius fuerint meriti; vel contrarias deligendo, depreſſæ ſint. Simul etiam cognoſces oppidorum inſularumq; rationem, regionum, montium, camporum vel fluminum, templorum ac fanorum, herbarum, quinetiam & lignorum vocabula, & cætera his ſimilia. Sed hæc ſic accipias velim: vt ex commentarijs ſcias veterum me eſſe collecturum. antiqua enim & fabuloſa, ac longinquitatis cauſâ incognita, niſi priſcorum docente memoria, non potuerunt explicari. Proinde, ſi hæc longiori eius ſuffragio complere valuero: erit tibi gratiſſimum, labore potiùs patrio iſta didiciſſe, quàm tuo. Si minùs: legendi ſunt tibi veteres, vt neceſſariò collecta condiſcas. Interea non deerit etiam in hac.

Huiuſmodi Finis exſtat in archetypo. B

D N.

A

D N.

PHILIPPI BEROALDI, BONONIENSIS, IVRISCONSVLTI ET PHILOLOGI CELEBERRIMI, IN COMMENTARIOS Seruij Vergilianos, Animaduersiones & Annotationes doctissimæ.

SERVIVS, qui doctissimus à Macrobio nuncupatur, Commentarios scripsit in Vergilium, maximæ elegantiæ, nec minoris eruditionis: vnde inter commentatores, auctoritatem sibi summam comparauit. Verùm, vt inquit Varro, nemo vnus omnia potest scire. &, iuxta illud Horatianum; *Quandoque bonus dormitat Homerus.* Nam cùm plurima à Seruio bene & eruditè dicta sint: nonnulla tamen
B reperiuntur, parum curiosè pensiculata, & ab historiæ fide discrepantia. idque potissimùm in his rebus, quæ ad Geographiam pertinent, licet animaduertere. Namque ea scripsit Seruius, quæ eruditorum aures ferre nec possint, nec debeant. Quapropter, cùm errores commentatoris non minùs obsint legentibus; quàm prosint bonæ interpretationes: institui, summatim breuiterq; annotare loca quàmplurima; quæ apud Seruium magis obelisco, quàm asterisco, digna esse existimaui. quod negotium, dum Vergilianam poësim publico auditorio profiterer, suscipere non recusaui; vt auditoribus id à me efflgitantibus gratificarer: quibus ista excipientibus dictaui, non eruditionis ostentandæ gratiâ; sed vt pro virili parte iuuarem Latinæ linguæ studiosos, & potissimùm Vergiliani poëmatis amatores. Non ego is sum, qui obstrigilandi gratiâ Seruio vel tantillum derogare velim, aut hominis doctrinã vellicare; immò Seruium, vtpote optimum commentatorem, laudo & lectito: sed quãdoque deficientem, ac minùs rectè enarrantem, emendare contendi, studio succisiuo & operâ (vt aiunt) tumultuariâ: existimans me facturum esse operæprecium, si ea, quæ partim manca, partim inerudita, apud Seruium legebantur; industria, integra, & erudita legerentur. Proinde lectores rogo, quæsoq; vt hæc, qualiacunq; sunt, boni consulant: nec priùs improbare moliantur, quàm improbatione ac censoriâ notâ digna esse compererint. & hoc potissimum peto, ne quispiam cupiditate mordendi
C existimet me solicitatum ista scripsisse: qui profectò stylum in manes defuncti stringere supersedissem: nisi mihi persuasum foret, commentarios Seruij incuriâ temporum fuisse deprauatos, mutilatosq;; nec tales ab ipso, quales nunc passim leguntur, fuisse publicatos. Hoc autem inprimis obseruaui, vt commodissimè, quid mihi videretur, explicarẽ: idq; fulcirẽ ac roborarẽ auctoritate excellentissimorũ scriptorũ; quibus fides ab eruditis maior adhiberi solet, quã Seruio. &, ne prolixior prologus fastidiũ pariat; hinc ordiemur: præponẽtes verba Seruij; deinde nostra subijciẽtes:

IN BVCOLICIS.

SERVIVS. Latium duplex est: vnum à Tyberi vsque Fundos; aliud indè vsq; ad Vulturnum. PHILIPPVS. *A Seruio dissentit Plinius, scribens in 3. Nat. hist lib. Latium antiquum à Tyberi vsque Circeos fuisse seruatum; deinde vsque ad Lirim fluuium processisse. quod etiam refert Solinus in Collectaneis.*

SERVIVS. GENVS vnde Latinum.] Nouimus, quòd victi victorum nomen accipiunt. potuit ergo, victore Ænea, perire nomen Latinum. Volens antem sibi fauorem Latij conciliare; nomen Latinum, non solùm illis non sustulit, sed etiam Troianis imposuit. PHILIPPVS. *Meliùs & veriùs locum Vergilianum declarant verba Liuij, ita scribentis:* Æneas, aduersùs tanti belli terrorẽ, vt animos Aborigenum sibi conciliaret: ne sub eodem iure solùm, sed etiam nomine, omnes essent: Latinos vtranque gentem appellauit. *Hoc idẽ à Strabone in* Quinto *refertur. & Iustinus quoque in* XX *sic inquit:* Quid Latinos populos, qui ab Æneà

neà conditi videntur? *Ex his manifestissimè apparet, cur Poëta dixerit:* Genus vnde Latinum. *Non infitior tamen, à Vergilio Latinos populos appellari; tanquam ita nuncuparentur ante aduentum Aeneæ. cuius rei vel ille versus argumento sit:* Ne vetus indigenas nomen mutare Latinos. *Quòd si verùm id est, quod Liuius, Iustinus ac Strabo, memorant: apparet non Latinos ante Aeneam fuisse nuncupatos; sed Aborigenes ac Laurentes, quos postea Aeneas Latinos nuncupauerit. Præterea, apud scriptores idoneos non memini legisse, quòd victores victis nomina immutarent. Id quisque secum poterit pensitare, & sequi, quod probabilius iudicabit.*

SERVIVS. VNIVS ob noxam.] Noxam pro noxiam. Noxia culpa est, id est, peccatum. Noxa autem, pœna. PHILIPPVS. *Apud eruditos & idoneos scriptores, noxa pro culpâ reperitur frequentiùs, quàm pro pœnâ. quod Iurisconsultus apertissimè ostendit, scribens de Verborum significatione:* Noxæ appellatione omne delictum contineri. *Inde noxales actiones nominantur, à noxâ, hoc est, maleficio & peccato seruorum. Quintilianus in declamationibus inquit:* manifestissimâ quaque noxâ, *id est, delicto. Ouidius:* Inuidiam noxę detrahit illa meæ, *id est, culpæ. Liuius:* Ob quam meam noxam, *id est, delictum. & ita passim apud eruditos noxa accipitur. Vnde Vergilius propriè locutus est:* Vnius ob noxam, *id est, culpam. Nec exponendum est, prout exponit Seruius, noxam, pro noxiam. Quinetiam noxa significat damnum, & periculum, ac detrimẽtum. in quâ significatione sæpissimè apud priscos reperitur. Ouidius:* Nocte nocent potæ, sinè noxâ luce bibuntur. *Columella:* Nebulas ac pruinam sinè noxa perfert. *& alibi:* Omnem iniuriam sinè noxâ patitur. *Suetonius:* Sinè vllâ suâ noxâ adessent Idus Martiæ. *Noxia verò sæpiùs adiectiuum est, quàm substantiuum. significat etiam nocentem: cuius rei plena sunt omnia. & noxij sontes nuncupantur. Curiosus profectò lector, ex frequenti antiquorum lectione, comperiet id verissimum esse, quod à nobis traditur: & differentiam illam Seruij, vtpote futilem ac prærancidam, esse repudiandam.*

SERVIVS. Nouem sunt insulæ Aeoliæ, post fretum Siciliæ. PHILIP. *Geographi omnes scribunt, insulas Aeolias esse numero septem, non nouem. quarum nomina hæc sunt: Lipara, Hiera, Strongile, Didyme, Eriphusa, Phœnicusa, & nouissima Enonymos. Strabo in 6. Plinius in 3. Solinus, Mela, de Aeolijs (quæ alijs nominibus Vulcaniæ, Liparææ, Et Hephæstiades, nuncupantur) scribentes; numero tantummodò septem esse dixerunt: quibus vtpote orbis situm describentibus, credere malim, quàm Seruio, Grammatici partes vsurpanti.*

SERVIVS. O' terq; quaterq; beati.] id est, sæpiùs: finitus numerus pro infinito. PHILIP. *Eruditis auribus non satisfacit Seruij interpretatio; perinde ac vulgaris & frigidiuscula. Elegantiùs & eruditiùs Vergilianum carmen interpretatus est Macrobius: qui in primo in somnium Scipionis, cùm septenarium numerum esse perfectissimum docuisset, deq; eius vi ac potestate multa disseruisset, ita subiunxit:* Vnde Vergilius, nullius disciplinæ expers, & per omnia beatos exprimere volẽs, ait: O' terq; quaterq; beati. *Hactenus Macrobius cuius sententiæ astipulatur Tibullus illo versu:* O' mihi felicem terq; quaterq; diem! *qui quidem versiculus non secùs à Tibullo pronuntiatus est, quàm à Vergilio:* O' terq; quaterq; beati. *Quod æmulatus est, vt opinor, Silius, sic scribens:* Felix ô terq; quaterq; frater. *Non me præterit, Strabonem, enarrantem illud Homericum,* Terq; die reuomit., *scribere; quòd talis superlatio ab omnibus vsurpatur. Vnde Homerus ait:* Ter beati Danai, ter exorabiles, & terq; quaterq; beati.

SER. MATVRATE fugam:] cum maturitate, id est, cum tranquillitate, discedite. PHILIP. *Insulsa medius fidius hæc est expositio: tãquam maturitas significet tranquillitatẽ, & maturate, tranquillum facere. Magis itaque Macrobio credendum est; qui in 6. Saturnalium, illud Vergilianum declarans, sic scribit:* Maturare est, quod neque citius neque serius, sed medium quiddam & temperatum est. *Et paulò pòst:* Sic ergo & Vergilius inducit Neptunum, discessum ventis imperantem; vt & tam citò discedant, tanquam fugiant; & tamen flandi mediocritatem in regressu teneant tanquam maturè, id est, temperatè abeuntes. *Apud Gellium caput est elegantissimum, quo, quid maturè & maturare significet, abundè monstratur. cuius verba mutatus est Macrobius.* A

SERVIVS. Heros vir fortis dicitur, plus ab homine habens. PHILIP. *Nimis concisus est Seruius, in explanatione heroum: nec absolutam expressit in re non paruâ significationem. Audiatur itaque Augustinus, copiosissimè docens, qui sint heroës, lib. 10. de Ciuitate Dei, his verbis.* Nomen heroum à Iunone dicitur tractum; quòd Græcè Iuno ἥρα appellatur: & ideò, nescio quis filius eius, secundùm Græcorum fabulas, Heros fuit nuncupatus. hoc videlicet mysticum significante fabulâ, quòd aër Iunoni deputetur: vbi volunt cum dæmonibus heroas habitare. quo nomine appellãt alicuius meriti animas defunctorum. B *Idem in 7.* Inter lunæ gyrum, & nimborum ac vẽtorum cacumina, aëreas esse animas; sed animo, non oculis videri, & vocari Heroas, & Lares, & Genios. *Ex his liquidò patet, qui sint heroës; & vnde nomen sortiantur. Trismegistus quoque auctor est,* Heroas habitare inter aëris purissimã partem, supra nos & terram; vbi nullus est nebulis locus. *Minimè prætereundum est id, quod Martianus Capella tradit, in nuptijs Philologiæ:* Heroas videlicet ab Herâ, quæ terra dicitur, esse nuncupatos. *Ista curioso interpreti fuerant vestiganda, & enarranda: nisi fortè Seruius existimauit, satis superq; esse, id, quod tractabat, mutilatum tradere atque concisum: cùm boni grammatici officium sit; etymologias verborum significatáq; vbertim explicare.*

SERVIVS. Ex Illyrico venit quidam Henetus rex, qui Venetiam tenuit: à cuius nomine Henetiam dictam, posteri Venetiam nominauerunt. PHILIPPVS. *Admiror, Seruium in tam manifestarium errorem incidisse; idq; scripsisse, quod à nullo historicorum traditum sit. cùm omnes idonei scriptores consono ore conscribant: in Paphlagoniâ, regione Asiaticâ fuisse populos, Henetos nominatos; à quibus in Italiâ oriundi sint cognomines eorũ Veneti. Hoc Liuius in primo, Plinius in 6. Cornelius Nepos, & Qv. Curtius, memoriæ prodiderũt. Strabo verò opinatur,* C *Venetos Italicos, à Venetis Galliæ populis, coloniam fuisse deductos. Istorum omnium (vt arbitror) merito, Seruij est explosa sententia.*

SER. Iulius Cæsar dictus, quòd cęso matris ventre natus est. PHILIP. *Celeberrimi scriptores, & potissimùm Tranquillus ac Plutarchus, scribunt; Cæsarem matri Aureliæ olim dixisse:* Mater, aut pontificem, aut exsulem filium, hodie videbis. *Eadem laudatur, quòd naturam semper obseruauerit: & singulari pudicitiâ fuerit prædita: atq; vixerit florueritq;, viuente atque florente filio Cæsare. Præterea, non ipse Iulius Cæsar dictator, apud Romanos primus hoc nomine decoratus est; sed Scipio Africanus: vt auctor est Plinius, cuius verba hæc sunt ex lib. 7.* Auspicatius enectâ parente gignuntur, sicut Scipio Africanus prior natus, primusq; Cæsar, à cæso matris vtero dictus. *Solinus idem scribens, Plinij verba corroborat. Hoc in loco memorandum est id, quod à Spartiano de Cæsarum nomine refertur: qui in Aelio Vero imperatore tradit, eum qui primus Cæsar appellatus sit, hoc nomen esse sortitum ab elephanto (qui linguâ Maurorum Cæsa dicitur) in prælio cæso: vel quia, mortuâ matre, cæso ventre sit natus; vel cum magnis crinibus sit vtero parentis effusus: vel quòd oculos cæsios habuerit.*

SER.

A SERVIVS. Compago vsurpatum est: Compaginis autem, nemo penitùs dicit.

PHILIPPVS. *Sententiam Seruij refellit Manilius, in primo Astronomicôn scribens:* Interdum æquali laterum compagine ductus. *Idem in eodem:* Aëriam in nebulam clara compagine versus. *& Ouidius in 1. Metamorphos.* Atque ita disparibus calamis compagine ceræ. *& Seneca in 14. Epistol. ad Lucilium, cuius hæc verba sunt:* Siue flammarum violentia compaginem soli rupit, siue vetustas. *Indè Compaginatio, & Compaginatus, deriuantur: quâ dictione vtuntur sæpiùs, Hieronymus, Augustinus, & Iosephi interpres Ruffinus.*

SERVIVS. Augustus primò Quirinus dictus est; & indè Cæsar; postea (quod obtinuit) Augustus: sicut Suetonius probat.

PHILIPPVS. *Cùm talia in commentarijs Seruij lego; in eam sententiam pedibus vado: vt existimem, eos fuisse adulteratos, & in plurimis locis corruptos, mutilatos, inuersos. Etenim Suetonius nusquam hoc refert. Cæterùm sic scribit in Augusto:* Infanti cognomen B Thurino inditum fuisse; postea Caij Cæsaris: deinde Augusti cognomen assumpsisse: alterum testamento maioris auunculi; alterum Munatij Planci sententiâ: cùm, quibusdam censentibus, Romulum appellari oportere, quasi & ipsum conditorem vrbis, præualuisset, vt Augustus potiùs vocaretur. *Thurinus autem vocatus fuerat, à pago Thurino. Nulla mentio, nullum verbum à Suetonio fit; quòd Quirinus fuerit nominatus. nisi fortasiis credere velimus, in alijs à Tranquillo scriptis opusculis, huiusce rei habitam esse mentionem: quod existimare, ridiculum est. Namque in commentarijs Seruij etiam Plinius sæpissimè allegatur, sed properam, de his rebus, quarum nulla penitùs apud Plinium fit mentio. quemadmodum de Lyciscâ scribens Seruius, ait:* Lyciscæ sunt, vt etiam Plinius dicit, canes nati ex lupis & canibus. *Hoc nusquam apud Plinium reperitur: nusquam in Plinio lectum est. qui quidem refert, canes in Galliâ è Lupis concipi; sicut apud Indos è tigribus: sed appellari lyciscas, minimè tradit. Idem Crocutas nuncupat, ex cane lupóque conceptos.* Quin etiam dicit *Seruius*, à Plinio in Natural. histor. mentionem C fieri de lauandis cadaueribus, & conclamandis: *cùm apud Plinium nullum super hoc verbum sit; scribentem de his, qui dicti sunt reuixisse. Libuit hæc duo exempli causâ ponere: cùm sæpissimè, vt diximus, Plinium falsò citet Seruius. qui Ouidij quoque alleget Metamorphosim, referens fabulam Phyllidis: cuius rei nulla penitùs mentio in eo opere facta reperitur. Ex his itaque ego coniecto, aut mutilatos fuisse Seruij commentarios; aut non fideliter exscriptos. non enim ausim affirmare, tantum alioqui virum tam pueriliter delyrâsse. Nisi fortasiis idem Seruio crimini damus; quod Senecæ dat Quintilianus: videlicet quod ab his, quibus inquirenda quædam mandabat, deceptus fuerit. Nos ad propositum institutum redeamus.*

SERVIVS. Historia est eorum temporum quæ vidimus, vel quæ videre potuimus: Annnales verò sunt eorum annorum & temporum, quæ ætas nostra non nouit.

PHILIPPVS. *Et si Seruio in hac re Isidorus, libro primo Etymolog. suffragatur: tamen apud me pluris est auctoritas Ciceronis & Gellij, qui (vt opinor) & Seruio & Isidoro doctiores exstiterunt. Etenim Gellius, in Quinto, illos arguens, qui de Historiâ & Annalibus idem, quod Seruius, tradiderunt, inquit:* Annales omnino id esse, quod historiæ sint: Historias non omnino id esse, quod Annales sint. tanquam alterum generale. *Itaque Historia erit rerum gestarum expositio. Annales verò, libri sunt, id, quod factum quoque anno gestúmue sit, continentes. Historia, quo consilio, quáque ratione res gestæ sint, demonstrat; habentq; affectus, auditorem commouet. Annales autem nudi sunt: nihil habent incitamenti: nec commouere quicquam possunt; simpliciter, sinè vllis ornamentis, sinè fuco, sinè affectibus, res gestas continentes. de quibus Annalibus Ita scribit Cicero, libro secundo, de Oratorib.* Erat historia, annalium confectio: res omnes singulorum annorum mandabat literis pontifex maximus, efferebatque in album; & proponebat tabulam domi; potestas vt esset populo cognoscendi: hique Annales maximi nominantur. *Vergilius itaque, omnium rerum peritissimus, ex personâ Aeneæ, tanquam pontificis, dixit in primo:* Et vacet annales nostrorum audire laborum. *Nam cùm pontifex annales conficiat; & Aeneas à Poëtâ perinde ac Pontifex inducatur: meritò annales appellat, historiam rerum suarum. Et hic Maronianus versus à Macrobio cum diligentiâ lectus est; & eruditissimè expositus, enucleatusq; : à Seruio autem parùm curiosè examinatus, pensitatusq;.*

SERVIVS. Incusare propriè est, superiorem arguere: Accusare verò, vel parem, vel inferiorem.

PHILIPPVS. Quis non *videt, falsam ac penitùs inanem esse differentiam, quam Seruius nobis persuadere contendit? Nemo ferè eruditorum in Latinâ Linguâ ita loquitur: nemo hanc differentiam obseruat: quinimmò sæpissimè secùs legitur. Cæsar in primo commentario:* Omnium ordinum adhibitis ad id consilium centurionibus, vehementer eos incusauit. *Certè Cæsar militibus suis maior est; non minor: & tamen, contra Seruij disciplinam dixit; se illos incusâsse. & profectò latinissimè locutus est. Incusare enim, significat reprehendere, vel culpare, sinè aliquo discrimine. Hinc Cornelius Tacitus, inquit:* Intemperiem cœli incusantes. *& apud Diomedem legitur:* Incusante Cicerone, Catilina conuictus est. *quod quidem exemplum de maiore in minorem dici, nemo inficiatur: cùm Consul Cicero fuerit; & Catilina priuatus. Accusare verò, ab authoribus idoneis vsurpatur; nusquam obseruatâ fœtidâ illâ & rancidâ Seruij obseruatione. quâ de re exempla ideò ponere supersedeo: quia talibus scatent scriptorum cuncta volumina.*

SERVIVS. Dixit Terentius: Quod plerique omnes faciunt adolescentuli. Ordo est: quod omnes faciunt adolescentuli; vt animum ad aliquod studium adiungant: plerique equos alere; plerique canes.

PHILIPPVS. *Isthæc morosa nimis Seruij distinctio, Terentiana verba obscurat; & ex apertis facit operta, ex nitidis sordida, ex manifestis ambigua. namque modus loquendi est apud eruditos, vt ita dicant; Plerique omnes, pro vnâ parte orationis.* Quod *diligenter animaduertit Donatus apud Terentium, & curiosis auribus demonstrauit, scribens:* quòd plerique omnes pro vnâ parte orationis dixerunt veteres; vt Plus satis. *allegâtque illud Næuianum:* Plerique omnes subigunt sub suum iudicium. *Hoc locutionis genus vsurpant locupletissimi scriptores: inter quos haud dubiè numeratur Gellius, qui ita scriptum reliquit in primo:* Versus istos in Georgicis plerique omnes sic legunt. *& alibi:* Pleraque omnia veterum literarum quæsita. *& Macrobius:* Vultisne diem sequentem, quem plerique omnes abaco & latrunculis conterunt?

SER. Apparet errare eos qui triclinium dicunt ipsam basilicam vel cœnationem. PHILIP. *Errauit*

ergo Quintilianus, qui in Vndecimo triclinium pro cœnatione & conclaui poſuit, ſic ſcribens: Vix eo limen egreſſo, triclinium illud ſupra côuiuas corruit. His verbis haud dubiè Quintilianus triclinium appellat id, quod Cicero conclaue nominauit, in 2. de Orat. vbi idem, quod Quintilianus, exemplum referens, inquit: Hoc interim ſpatio conclaue illud, vbi epularetur Scopas, concidiſſe. In eodē quoq; exemplo enarrando, Valerius Maximus ita ſcribit: Eo momento temporis, triclinium, in quo Scopas epulabatur, collapſum eſt. vbi triclinium pro cœnatione apertiſſimè ponitur. Quòd ſi vera eſt opinio Seruij: errauit etiam Vitruuius architectus: qui in ſexto docet; quemadmodum triclinia partim æſtiua, partim hyberna, ſint ædificāda; & in quam cœli partem vertenda. In expoſitione itaq; triclinij, Seruio in parte ſuffragor, in parte refragor. namque in eo, quòd ait, triclinium ſterni ſolitum fuiſſe, quoniam antiqui tribus ſtratis lectis epulabantur; homini aſſentior. Vnde & apud Plinium legimus, triclinia Romæ fuiſſe argentea inærata: quæ proculdubio pro ipſis lectis diſcubitorijs ac tricliniaribus accipiuntur. nam & Liuius, idem referens, ait, lectos æratos ab exercitu Aſiatico Romam adductos. Quòd autem inficiatur Seruius, nuſquam triclinium pro cœnatione reperiri; in hoc ab eo apertiſſimè diſſentio. & vt diſſentirem; mouit me vetuſtiſſimorum ſcriptorum auctoritas, quos teſtes citaui: quibus magis profectò credendum eſt, quàm Seruio. Triclinium itaque, vt breuiter concludam, ipſos lectos diſcubitorios ſignificat, & ipſam cœnationem: & in vtràque ſignificatione eleganter & eruditè vſurpabimus.

SERVIVS. Inter Penum & Cellarium hoc intereſt: quòd cellarium eſt paucorum dierum; penus verò longi temporis. PHILIPPVS. Conueniebat erudito Grāmatico, diffinire, quid ſit Penus: deinde differentiam Peni & Cellarij demonſtrare. Enimuerò ex verbis Seruij nemo intelligit, quid ſignificet Penus. quod profectò interpretatione digniſſimum eſt: cùm in eo non pauci, per inſcientiam, à veritate deerrauerint. quā quidem in re eandem caſtigationem meretur Seruius; quā apud Gellium quiſpiam inſolens ac oſtentator Grammaticus taxatur: qui de varijs generibus penoris, varijsq; declinationibus, inſolenter diſſerens; à Phauorino interrogatus, quid eſſet penus, muſſitabat atque hallucinabatur. Quocirca, cùm Seruius, quid Penus ſit, non dixerit; nec ſatis eruditè à cellario diſtinxerit: exiſtimaui me facturum operæprecium, ſi illa, quæ de penu legi, quæ didici, quæ vigilando deprehendi, quæ à Seruio non traduntur, in medium afferrem, & his Commentarijs intexerem; ad iuuandum ſtudioſorum Scholaſticorum eruditionem. Eſt itaque Penus, vt Cicero in ſecundo de Naturâ deorum elegantiſſimè docet, omne quo veſcuntur homines. Cui ſuffragatur Feſtus, ſcribens, Penora dici res neceſſarias ad victum quotidianum. Penarium verò, vt inquit Varro, appellarunt locum, in quo penus ſeruabatur. Ciceronis ac Feſti autoritatem corroborant verba Scæuolæ Iuriſconſulti; qui ad demonſtrandam penum ita ſcripſit: Penus, inquit, quod eſculentum aut poculentum eſt. Cæterùm, vnde ipſum penoris nomen deducatur; commodiſſimè declarat Phauorinus apud Gellium, his verbis: Quæ longæ viſionis gratiâ contrahuntur & reconduntur, ex eo, quòd non in promptu ſint, ſed intùs & penitùs habeantur, Penus dicta ſunt. Et apud Iuriſconſultos titulus eſt, de Penu legata: vbi, quæ appellatione penus intelligantur, copioſiſſimè diſputatur. Præterea, officium fuerat diligentis commentatoris, illud, quod à grammaticis ac literatoribus quæri ſolet de Vergiliano verſu, non tacere: vtrùm ſcilicet legendum ſit, Quibus ordine longo Cura penum ſtruere; vel, longam penum. Vtrumque enim legi ſolitum eſt. Huc adde, quòd cellarium vix vnquam in eā ſignificatione, quam tradit Seruius, reperitur. Videtur enim cellarium eā figurâ dici, quâ panarium, granarium, penarium: vt pro cellâ ac repoſitorio potiùs accipiatur; quàm pro ipſis rebus reconditis. Quemadmodum (inquit Varro) Panarium dicitur, vbi panis ſeruatur: Granarium, vbi granum reconditur: & Penarium, vbi penora cuſtodiuntur. Hoc ita eſſe, docet Donatus, ſcribens: Cellarium dici, à reponendis celandisque rebus eſculentis & poculentis. Quin & Iuriſconſultus, Digeſtis de legatis, apertiſſimè oſtendit, Cellarium ipſum eſſe locum; non res. cuius verba hæc ſunt: Item cellarium iunctum eidem dietæ, ab hærede meo ei concedi volo. Apud Columellam titulus eſt, quemadmodum villica tractare debeat penora ſiue cellaria. quæ quidem inſcriptio, ſi non eſt ſubdititia, indicat, cellaria idem eſſe, quod penus: & ferè congruit cum ſignificato Seruij. Cellarius verò, maſculino genere dicitur, is, qui præeſt cellario, & penoribus recondendis. De quo videtur intellexiſſe Plautus, inquiens: Sum promus condus, procurator peni. de hoc Martialis: Hinc cellarius experitur artes, & Columellam 13. Quibus, inquit, ſtudium fuit piſtoris & coci, non minus cellarij diligentiam ſuis præceptis inſtituere. & alibi: Vt cibus, inquit, & potio ſinè fraude à cellarijs præbeatur. A

SERVIVS. Cùm reſponſum fuiſſet; illic imperium fore, vbi & Palladium: adhibito Mamurio fabro multa ſimilia facta ſunt. PHILIP. Nemo ſcriptor idoneus, quod equidem ſciam, tradit hoc: imò omnes conſono ore referunt, peltam de cœlo lapſam, in Numæ manus decidiſſe: ad cuius ſimilitudinem & formam vndecim alias peltas, hoc eſt breuiora ſcuta, Mamurius, inter opifices ſolertiſſimus, confecit tantâ arte, vt vera pelta vix dignoſceretur. Hoc ſcribit Plutarchus in Numâ; hoc Ouidius in Faſtis; hoc Dionyſius Halicarnaſſeus in ſecundo. Hæc fuerunt illa celebratiſſima Ancylia, quæ per vrbem à trepidantibus Salijs, in honorem Martis, circumgeſtabantur. Id itaque Seruius ipſe confinxit; ipſe peperit; ipſe ſolus excogitauit, nullâ fretus auctoritate: quod de Palladijs à Mamurio factis fabulatur. B

SERVIVS. Barba, ſingulari numero, hominum; plurali, quadrupedum dicitur. PHILIPPVS. Autoritatem Seruij eruditorum refellit auctoritas. namq; Barba quadrupedum, in ſingulari numero, apud idoneos reperitur. Horat. primo Ser. Viq; lupi barbam variæ cum dente colubræ. Plinius in 28. Afferunt & magi ſua commenta: primum omnium, rabiem hircorum, ſi mulceatur barba, mitigari. Idem in 8. Eſt in eâdem ſpecie, barbâ tantum & armorum villo diſtans, quem tragelaphon vocāt. & alibi: Callitriches, inquit, toto penè aſpectu differunt à ſimijs: barba eſt in facie; cauda latè diffuſa priore parte. C Præterea, non ſolùm quadrupedum dicitur barba; ſed etiam aliarū rerum. quod haud dubiè oſtendit Plinius, ſic ſcribens in XXX. Cùm geminos tranſit ſol, criſtis & auribus & vnguibus gallinaceorum: ſi luna, raſis barbis eorum. Idem in IX. barbam dici poſſe ſingulari numero etiam in piſcibus, demonſtrat his verbis; de mulis piſcibus ſcribens: Barbâ geminâ inſigniuntur inferiori labro. Hinc Cicero in Paradoxis, & M. Varro in Re ruſticâ mulos barbatulos appellant. Idem etiam Plinius, Bellionem florem quinis barbulis coronari, refert XXI. Præterea, Barbæ de hominibus quoque plurali numero dicuntur, contra Seruij auctoritatem: quod Silius Italicus apertiſſimè docet, ſic ſcribens in XIII. Indociles nunc propexis in pectora barbis, Verrere humum.

SERVIVS. Phalanx, eſt linguâ Macedonum legio. PHILIPPVS. Diligens & curioſus commentator, in enarratione phalangis, copioſiùs enarrare debuerat, & eruditiùs: cùm phalanx ab omnibus dicatur; à pauciſſimis, quid ſit, intelligatur. namque Phalangem priſci ſcriptores, vt mihi magiſtrâ lectione compertum eſt, appellarunt, non propriè legionem, vt autumat Seruius: ſed cuneum militarem: quando ſcilicet pes pedi, clypeus clypeo, vir viro, in acie conſerebantur. & hoc peculiare fuit

Macedo-

A Macedonum inſtitutum; vt autor eſt Liuius. & meminit Curtius, cuius hæc ſunt verba: Macedones phalangem vocant, peditum ſtabile agmen; vbi vir viro, armis arma conſerta ſunt. Idem traditur à Cæſare, qui in primo Commentario refert: Heluetios feciſſe phalangem, hoc eſt, clypeorum connexionem; quæ etiam teſtudo nuncupatur à doctis. Idem Cæſar paulò pòſt inquit: Milites noſtri è loco ſuperiori pilis miſsis, facilè hoſtium phalangem perfregerunt. Vbi proculdubiò accipitur phalanx, pro armorum connexione atque teſtudine. Hinc per metaphoram à Satyrico poëtâ dictum eſt: Iunctæque vmbone phalanges. & Phalangarij appellati ſunt milites, qui erant in phalange. quales habuit, ad imitationem Alexandri Magni, Alexander Syrus Romanus Imperator; vt autor eſt Lampridius. Phalangia verò ſunt ex genere aranearum: vt alibi docuimus, ex autoritate Plinij, Celſi, & Ariſtotelis. Hoc in loco potiſsimùm referendum eſt illud, quod à Plinio traditur libro ſeptimo: Phalangas etiam ſignificare fuſtes, quibus Afri prælium contra Ægyptios primi fecerunt. Nonius ſcribit, phalangas dici fuſtes teretes, qui nauibus ſubijciuntur.

B SER. STELLA facem ducens.] id eſt, lumen, quod vtique ex facibus naſcitur. PHILIP. Faceſſat procul tam futilis & inanis interpretatio. nam Vergilius de face cœleſti ſenſit. & quò apertiùs poëticus ſenſus verſus intelligatur; adſcribemus verba Plinij, ad hanc rem pertinentia: qui ita ſcribit in ſecundo: Emicant & faces, non niſi cùm decidunt viſæ; qualis, Germanico Cæſare gladiatorum ſpectaculum edente, præter ora populi meridiano tranſcurrit. Duo genera earum: Lampadas vocant planè faces: alterum Bolidas; quale Mutinenſibus malis viſum eſt. Diſtant, quòd faces veſtigia longa faciunt, priore ardente parte. Haſtenus Plinius: cuius verbis haud dubiè declaratur, quid ſibi velit Maronianus verſus; Stella facem ducens multâ cum luce cucurrit. Et in eodem loco parùm diligenter, parumque curioſè, introſpexiſſe videtur Seruius Vergilianam maieſtatem; quando à Poëtâ dicitur: Intonuit læuum. eſt enim id totum ex arcanâ augurum diſciplinâ tranſlatum: & à nobis diligentiùs exponendum; ad iuuandum ſtudioſorum eruditionem. Hetruſci cœlum in 16. partes diuiſerunt: ex quibus octo ab exortu ſiniſtras; totidem è contrario appellauêre dextras. Hinc omnia

C fulmina læua exiſtimantur eſſe proſpera: quoniam à læuâ parte mundi ortus eſt; vt autor eſt Plinius. &, vt ſcribit Cicero in ſecundo de Diuinatione, optimum auſpicium habebatur apud Romanos, quod ſiniſtrum fuerat. Verùm cùm Romani ſiniſtra meliora exiſtimarent; Græcis & Barbaris dextra videbantur auſpicaciora. vnde apud Homerum Aiax ſic loquitur: Proſpera Iuppiter his dextris fulgoribus edit. Vergilius, iſque omnis antiquitatis conſultiſsimus, ex ritu Romani augurij, dixit, Intonuiſſe læuum, hoc eſt, ſiniſtrum; quod fœlicitatem portendere credebatur. & imitatus videtur eſſe Ennium, ſic ſcribentem: Cùm intonuit læuum bene tempeſtate ſerenâ. Non omittendum eſt: à Latinis, omnia quæ bona ſint, ſiniſtra nuncupari; etiam ſi dextra ſint.

SER. Ceruix, cùm numero ſingulari dicitur, collum ſignificat: ſi plurali vtamur, ſuperbiam oſtẽdimus. vt in Verrinis Cicero: Frãge ceruices. PHILIP. Miror, in erratis tam manifeſta, tam turpia lapſum eſſe Seruium, alioqui eruditum. Vix enim talia refellenda ſunt: cùm ſeipſa refellant, ac ſibiipſis ſint repugnantia, & contra veritatem reluctentur. namque vetuſtiſsimi illi ſcriptores, pluraliter Ceruices appellabant, pro parte colli; nuſquam ceruicem. Primus autem Hortenſius creditur dixiſſe Ceruicem, ſingulari numero: vt autores ſunt Quintilianus & Varro. Si vera fuerit Seruij ſententia: in ſolœciſmum incidiſſe dicentur priſci ſcriptores; qui Ceruices ſæpiſsimè, Ceruicem non tam ſæpe vſurparunt. in ſolœciſmum incidit Cicero, ſcribens in Vatinium: Inflato collo, tumidis ceruicibus intuliſti. & alibi: Fregeris in carcere ceruices. vbi ſine controuerſiâ ceruices pro membro hominis accipiuntur. Errauit etiam Cato; cuius verba hæc ſunt: Si caput aut ceruices dolent, ea lotio calido lauito. errauit Celſus, dicens: Cucurbitulæ ceruicibus admouendæ. & alio in loco: In ceruicibus glandulæ poſitæ. Quid multa? veteres pluraliter tantùm ceruices dixerunt: vt teſtis eſt Quintilianus, in VIII. Præterea exemplum Ciceronis, quod pro ſe allegat Seruius, contra ipſum facit. nam ſcribit Cicero; Verrem multorum fregiſſe ceruices: cùm iuberet eos decollari: non autem ſuperbiam, vt Seruius opinatur. Quinimmò Ceruix, in ſingulari, pro ſuperbia ſæpe ponitur. vnde dicitur, homo duræ ceruicis. & à Hieronymo, in interpretatione Inſtrumenti veteris dictum eſt: populus iſte duræ ceruis eſt. Huc adde, quòd Ceruix non ſignificat collum; ſed partem colli poſteriorem, quæ exterior eſt: vt docet Ariſtoteles, in primo de Animalibus: &, vt autor eſt Plinius in XI. multis vertebratiſque orbiculatim oſsibus flexibilis; ad circumſpectum articulorum modis iungitur. &, vt refert Celſus in VIII. ſeptem vertebræ in ceruice ſunt. Quinetiam Ceruix non ſolùm dicitur de animalibus; ſed etiam de rebus alijs. Pomp. Mela: Sedet in ceruice peninſula Cyzicum.

SER. Faſtus, ſuperbia: & eſt quartæ declinationis. nam liber, qui dierum habet computationem, ſecundæ declinationis eſt. Vnde errauit Lucanus, dicendo: Non meus Eudoxi vincetur faſtibus annus. PHILIP. Nimis audax, ne dicam temerarius, eſt Seruius: qui Lucanum ſcribit erraſſe, dicendo faſtibus, & non faſtis. cùm Lucanus eruditiſsimus, Seruio reliquiſque commentatoribus excellentior, morem antiquorum vſurpauerit; qui faſtus, etiam pro annalibus & libris, in quartâ declinatione nonnunquam dicere ſolebant. Varro in Ephemeride: Cæſar faſtus correxit. Collumella in X. Sequor nunc Eudoxi & Metonis faſtus aſtrologorum. & apud Horatium duplex ſcriptura inuenitur, Faſtos & Faſtus. & autor eſt Priſcianus: Eâdem formâ dicitur, Faſtus, vel Faſti; quâ Senatus, vel Senati, in ſecundâ & quartâ declinatione.

SER. CAVLONISQVE arces.] Caulon mons eſt Calabriæ. vt Horatius: Et amicus Caulon fertilis Baccho. PHILIP. Si verſum Horatianum ita legerimus, vt allegatur à Seruio, præuaricabimus normam Sapphici carminis; quod in penultimò pede exigit trochæum. ideoque legendum eſt, amicus Aulon: & ita in emendatis codicibus legitur. Eſt autem Aulon, mons Calabriæ, contra Tarentinam regionem, vt Porphyrio ſcribit, ferax boni vini. de quo intellexit Martialis, celebrans vinum Tarentinum: Nobilis & lanis, & Baccho fertilis Aulon. Enimuerò apud Vergilium Caulon legitur: & accipitur pro oppido, quod à Plinio collocatur in primâ regione Italiæ. & Strabo in ſexto Cauloniam appellat. cui aſtipulatur Mela in Geographiâ; vt ego animaduerti. Et in hiſtoriâ potiſsimùm labitur Seruius, ac parùm curioſus eſt. nam cùm originem Tarenti referre vellet; dixit, bellum inter Athenienſes & Lacedæmonios fuiſſe conflatum. quod à fide hiſtoriæ penitùs diſſentit: cùm bellum illud inter Lacedæmonios & Meſſenios, per multos annos geſtum fuerit; qui populi ſunt in Peloponneſo atque contermini. & originem Tarenti referens Strabo, iſtud copioſiſsimè narrat. Ephorus quoque & Iuſtinus idem tradiderunt.

SER. Apud antiquos in vſu non erant prandia. PHILIP. Non eo inficias, olim me pedibus iuiſſe in ſententiam Seruij: ſed ex multiplici variâque lectione deprehendi; apud priſcos in vſu fuiſſe non minùs prandia, quàm cœnas & homines bis in die ſaturos fieri ſolitos. Quod in primis affirmat Cicero, ſcribens in quinto Quæſtion. Tuſculan. Platonem ſolitum improbare vitam Italicorũ; quoniam bis in die ſaturi fiebant. & apud Plautum atque Teren-

tium, vetustissimos scriptores, prandia celebrantur. Quinetiam Macrobius refert, morem fuisse antiquorum Romanorum, vt patentibus ianuis pransitaretur & cœnitaretur. Apud Plinium in epistolis legimus; quemadmodum Plinius scriptor Natural histor. cibum sumebat interdiu leuem & facilem, veterum more: proinde ac prandium foret parcius; cœna copiosior. Herodotus quoque autor est, Megacreontis Abderitæ dictum celebratum fuisse: qui aiebat, magnam se gratiam habere Xerxi, quòd non bis in die cibum caperet. nam si prandium & cœnam iuberentur Abderitæ parare, de ipsis actum iri pessimè, asserebat. Hoc ideò in Xerxe admiratus est Abderita: quoniam illi quoque tempestate, quæ haud dubiè vetustissima fuit, prandere & cœnare consueuerunt. Huc accedit autoritas Cornelij Celsi: præcipientis, bis die potiùs, quàm semel, cibum esse capiendum. Celebratur quoque à Plutarcho apophthegma Alexandri Magni: qui dictitare solebat, obsonium prandij esse nocturnam ambulationem; cœnæ verò, prandij parcitatem. Supradictorum sententias confirmat autoritas Aristotelis: qui scribit in Problematibus, prandendum esse largè; cœnandum verò parcè. Hoc non præciperetur à doctissimo Philosophorum: nisi in vsu prandia & cœnæ pariter fuissent. Hoc idem traditur ab Hippocrate, Medicorum excellentissimo. & Leonidæ Spartani dictum illud peruulgatum: Prandete commilitones, apud inferos fortasse cœnaturi. Floruit autem Leonidas proculdubio temporibus antiquissimis, & inter antiquissimos est numerandus. Hinc à Satyrico poeta dictum est: Prandebat sibi quisque deus. Præterea à Valerio Maximo, simplicitas antiquorum in cibo capiendo laudatur; qui in propatulo prandebant atque cœnabant.

SERVIVS. Moris fuerat, vt nubentes mariti postes oleo vngerent. PHILIPPVS. Dissentit ab opinione Seruij Plinius, qui scribit in trigesimooctauo nouas nuptas non oleo, sed adipe suillo, solitas fuisse postes maritorum intrantes attingere. Masurius verò tradit, palmam Lupino adipi aliquos dedisse: ideóque nouas nuptas illo perungere postes solitas; ne quid mali medicamenti inferretur. Donatus quoq; refert, vxores dici ab vngendis postibus: quòd, cùm puellæ nuberent, maritorum postes vngebant. sed quo vnguento siue adipe vterentur, non memorauit.

SERVIVS. Furibunda: id est, furenti similis. PHILIPPVS. Pluribus in locis Seruius tradit, nomina desinentia in bundus significare similitudinem. quod itidem refertur à Prisciano, alijsque Grammaticis. quorum error manifestarius, corrigitur à recentioribus scriptoribus. & Aulus Gellius in decimo planissimè docet, quemadmodum ista nomina, quæ terminantur hac particulâ bundus, significant atque demonstrant vim & copiam, & quasi abundantiam rei, cuius id verbum sit: vt Lætabundus dicatur is, qui abundè lætus. Populabundus, qui passim ac strenuè populatur. Furibundus, qui vehementer furit. cæteráque id genus omnia ita dici ostendit, vt particula hæc postrema declaret largam vim, ac fluentem copiam. Ideò autem exemplis supersedeo, quòd in vulgus edita sunt innumerabilia; quæ Seruij, Prisciani, ac reliquorum idem sentientium, opinionem apertissimè refellunt. Duo tantùm exempla referam, quæ paulò remotiora sunt; quibus responderi non posse scio: quæ haud dubiè subneruant dicta Grammaticorum. Quint. Curtius, qui sinè controuersia inter scriptores classicos assiduosque numeratur, ita scribit de Alexandro: Quo vulnere afflictus, magnâ vi sanguinis emicante, remisit arma, moribundo similis. Si moribundus significaret, similis morienti: quid opus erat addere, similis moribundo? nónne esset oratio inenarsta, inelegans ac insulsa? quasi acciperetur similis simili morienti. Quinetiam Valerius Maximus & ipse quoque scriptor non proletarius, de Antiocho loquens, sic refert: Iacebat ipse in lectulo, moribundo similis: lamentabantur necessarij. Multis itaque, & his potissimùm duobus exemplis, liquidò manifestatur, nomina in bundus desinentia, A similitudinem significare non posse; sed potiùs copiam quandam, & abundantiam rerum, à quibus producuntur.

SERVIVS. Vri, boues agrestes sunt, qui in Pyrenæo nascuntur. PHILIPPVS. Debuisset diligens & eruditus interpres copiosiùs de vris disputare; qui, enarratione tam concisâ & mutilatâ, non satisfacit auribus curiosis. Non pigebit itaque referre ea, quæ de vris apud eruditissimos scripta comperio. Plinius scribit, vros esse boues feros, vi & velocitate excellentes: quorum cornua taurinis similia, vt autor est Solinus, capacissima sunt; adeò vt in mensis vicem præbeant poculorum. Quinetiam Albertus Magnus, libro de Animalibus vigesimosecundo tradit, tantam esse vris in cornibus vastitatem ac robur, vt hominem cum equo ventilent. Cæsar in Commentarijs refert, Germanos venatione vrorum corpora exercere: quos foueis captos interficiunt: & qui plurimos ex his interfecerunt, relatis in publicum cornibus, quæ sint testimonio, magnam ferunt laudem. Magnitudo vrorum paulò infra elephantes, specie & colore & figurâ tauri. in Germaniâ peculiariter gignuntur: si credere volumus Plinio, Solino, Cæsari, reliquisque scriptoribus; qui, frequentissimos vros nasci in Germania, tradiderunt: non autem in Pyrenæo, vt Seruius opinatur. & ego, annum agens tertium & vigesimum, cum B Parisijs, celeberrimâ totius Galliæ ciuitate, studia humanitatis publico auditorio profiterer, sæpissimè audiui ex Germanis, auditoribus meis, tales vros hac quoque tempestate in Germania subinde cerni, subindè capi, ac domitari. &, cùm vnicuiq; res suæ regionis esse debeant cognitissimæ exploratissimæq;, Germanis de rebus Germaniæ, & speciatim de vris enarrantibus, fidem habendam esse duxi: & eò magis, quòd illorum verba cum scriptis eruditorum conueniebant.

SER. Tristisque senectus, id est, seuera. PHILIP. Ego potiùs exponerem, Tristis, id est, querula & morosa. namque Poeta voluit epitheto demonstrare, qualis sit conditio senectutis. Sunt autem senes (vt scribit Cicero in Catone, & testatur Seneca) morosi & anxij, & queruli atque difficiles. Quod etiam elegantissimè expressit Horatius in Arte poëticâ, seniles mores describens:

Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero, censor castigatorque minorum.

Vergilium, vt arbitror, imitatus est Silius, illo versu: Curæque, insidiæque, atque hinc queribunda senectus: nam à Silio senectus dicitur queribunda, quasi plena querimo- C niarum: quo modo à Vergilio tristis nuncupatur, & ab Horatio in Carminibus morosa: ob varios scilicet ac difficiles mores, quibus sunt obnoxij queruli senes. In eodem sexto volumine, vbi dicitur, Simul accipit alueo Ingentem Æneam: exponit Seruius, Alueo, scilicet fluminis. Mihi videtur exponendum esse, Alueo, scilicet nauis: vt intelligamus, Aeneam intra cymbam receptum fuisse à Charonte. namq; Alueus elegantissimè dicitur nauis, siue ipsius nauigij receptaculum. Propertius euidentissimè id ostendit, sic scribens in tertio:

Aut quidnam fractâ gaudes Neptune carinâ?
Portabat sanctos alueus ille viros.

Liu. lib. XXI. Alueos informes raptim faciebant: id est, nauiculas. Et idem lib. X. Pars, inquit, fluuiatiles naues, ad superáda vada stagnorum aptè planis alueis fabricatas complent. Præterea alueus, quemadmodum de fluminibus dicitur, ita etiam de rebus alijs. Columella in nono: Oua in alueolum ligneum conferat. Plinius XI. Alueos ex cornu spectatos esse refert: id est, apum aluearia. & Varro: Alueos, inquit, vbi apes sint, alij faciunt ex viminibus. Palladius: In Nouembre sordibus liberandi sunt aluei. Præterea, error manifestarius est apud Seruium, in historiâ: qui quantò leuior est; tantò minore venia dignus. Scribit enim, Parthenopæum filium fuisse Menalippæ: cùm filius fuerit Atalantæ, puellæ in cursu pernicissimæ; vt Statius atq; Diodorus meminerunt, quod & omnes

hista.

A historici testantur. In illo quoque versu Maroniano, Explebo numerum, reddarque tenebris; admiror Seruium, cùm more diligentis Commentatoris varias interpretationes attulerit, omisisse id, quod à Macrobio relatum est: quod eruditionem maximam præ se fert, & Vergilianæ sententiæ optimè quadrat. scribit enim Macrobius in Somnium Scipionis, animas sociari corporibus quibusdam numeris: qui numeri dum supersunt, perseuerat corpus animari: cùm verò deficiunt, mox arcana illa vis soluitur, quâ societas ipsa constabat. Anima ipsa non deficit, quippe quæ immortalis atque perpetua est; sed impletis numeris corpus fatiscit. Hinc illud est doctissimi vatis: Explebo numerum, reddarque tenebris. Hæc Macrobij interpretatio, tam subtilis, tam elegans, tam erudita, prætermitti non debuit à curioso commentatore: qui ex fontibus Philosophorum, vnde hauserat Macrobius, haurire potuisset: præsertim cum multa vndiq; exquisiuerit. Sed, vt mihi videtur, nihil est cum prædictâ Macrobij expositone comparandum.

SER. Custodia est, quæ custodit, non quæ custoditur. PHILIP. Error hic est Seruij manifestarius:
B cùm apud eruditos custodia reperiatur pro eo etiam, qui custoditur; & in primis apud Iurisconsultos, qui disertissimi sunt, ff. de custodia reorum, ita scriptum legimus: Ne quis receptam custodiam sinè causâ dimittat. & alibi manifestius: Si custodia se interfecerit vel præcipitauerit, militis culpæ asscribitur. & alibi: Si casu custodia defuncta esse dicatur. Vbi semper custodia significat reum, & illum qui custoditur. Quinetiam Suetonius hoc vocabulo in hac significatione vsus est; cuius verba hæc sunt in Domitiano: Nec nisi secretò atque solus plerasque custodias, receptis quidem in manu cathenis, audiebat. Idem in Tiberio: In recognoscendis custodijs precanti cuidam, Pone maturitatem: respondit; Nondum tecum in gratiam redij. & in Caligulâ: Custodiarum, inquit, seriem recognoscens.

SER. SAXVM ingens voluūt alij.] Sysiphum dicit, RADIISQ. rotarum.] Ixionem dicit. PHILIP. Nemo inficiatur, Sisyphum apud inferos hâc pœna torqueri, vt saxum perpetuò voluat, iuxta illud Ouidij: Sisyphus est illîc saxum voluensq; petensq;. & Ixionem à rotâ versari, vt idem voluit: Ixion & se sequiturq; fugitq;. Atqui
C curioso interpreti conueniebat, diligentissimè pensitare, an fabula Ixionis ad sensum Vergiliani carminis esset accommodāda. Mihi enim haudquaquā quadrare videtur. nam cùm Poëta paulò suprà dixerit, Ixionem apud inferos in tartaro cruciari: quod opus fuerat, idem iterum referre? Ego autem cum Macrobio sentire malim; qui in somnium Scipionis scribit, Poëtam intelligere, illos radijs rotarum pendêre districtos: qui nihil consilio præuidentes, nihil ratione moderantes, nihil virtutibus explicantes, seq; & actus suos omnes fortunæ permittentes, casibus fortuitis rotantur. Illos autem saxum ingens voluere, dicit esse intelligendos, qui inefficacibus & laboriosis conatibus vitam conterunt. Nam philosophi quidam fuerunt, qui inferos aliud esse negauerunt, quàm nostra corpora: & omnia, quæ de inferis antiquitas fabulata est, in nobismet ipsis reperiri. Quapropter expositionem quoque Macrobij, vtpote optimam, memorabimus; quam refert super illo versiculo: Lucent genialibus altis Aurea fulcra toris. vbi Seruius de Tantalo dicit esse intelligendum, & eius fabulam nouissimam enarrat. Macrobius verò dicit, ad omnes auaros hoc esse referendum: qui epulis ante ora positis excruciantur, fame & inediâ tabescunt: quos magis magisq; acquirendi desiderium cogat, præsentem copiam non videre: qui in affluentiâ inopes, egestatis mala in vbertate patiuntur, nescientes parta respicere, dum egent habendis. Præterea, non videtur esse omittendum illud: Quos super atra silex iam iam lapsura cadenti, Imminet assimilis. Quem versum enarrans peritissimè Macrobius, asserit eos esse intelligendos, qui arduas potestates & infaustam ambiunt tyrannidem: quoniam semper viuunt in timore; & sibi videntur exitium, quod merentur, excipere. Quod Dionysii exemplo declaratur: qui aulæ Siculæ inclementissimus incubator, Damocli familiari suo, solam beatam existimanti vitam tyrannicam, volens ostendere quàm misera esset, & quàm plena impendentium semper periculorum; gladium de filo tenui pendentem, mucrone demisso, iussit illius ceruicibus inter epulas imminere. & cùm Damocles regias & tyrannicas copias, præsentis mortis periculo, aspernaretur: Talis est (inquit Dionysius) vita, quam beatam putabas: sic nobis semper mortem imminentem videmus. Et hæc historia, præter Macrobium, ab Eusebio & Cicerone memoratur. Ista autem omnia, quoniam eruditionis refertissima sunt, ac subtilitatis, referenda esse censui: vt, qui expositione Seruij contentus non fuerit, aliquid audiat disciplinæ remotioris; quæ non minùs delectare solet, quàm prodesse.

SER. TITANIA astra.] id est, solem; quem vnum de Titanibus fuisse diximus. PHILIP. Diodorus libro sexto apertissimè nos edocuit, quare astra Titania nominentur. scribit enim, Hyperionem, vnum ex Titanibus, primum astrorum, Lunæq; & Solis, cursum ac naturam demonstrâsse; & ob hoc stellarum parentem existimatum. Meritò itaq; à Vergilio astra, id est, stellæ omnes, non solus sol, titania dicuntur, quasi perpetuo epitheto; propter Titanem Hyperionem, qui siderum pater fuisse creditur. Quin etiam reprehendit Seruius illos, qui dicunt, hanc particulam Ergo, aliquando poni pro causâ: cùm illi bene locuti sint & Latinè, qui hoc dixerunt; Seruius autem non rectè, qui hoc inficiatur. Nam, vt autor est Festus, Ergo interdum significat gratiam, cùm scilicet gratia intelligitur pro causâ. in quâ significatione accipitur apud Liuium, scribentem; Apollinares ludos, victoriæ, non pestilentiæ ergò fuisse constitutos: id est, causâ. & M. Cato in Re rustica ita scriptum reliquit: Tibi ius est, porco piaculo facere, illiusce sacri coercēdi ergò. & alibi: Harumce rerum ergò fundi, terræ, agrique mei lustrandi. & alibi: Mars pater, te precor quæsoque, vti sies volens propitius mihi, domo familiæque meæ; cuius rei ergò agrum, terram, fundumque meum, solitaurilia circumagi iussi. In his omnibus planè locis Ergo accipitur pro causâ. Præterea, extat exemplum epistolæ antiquissimæ, à Consulibus Romanis ad Pyrrhum Epirensem scriptæ, vbi hæc verba leguntur: Sed communis exempli & fidei ergò visum est, vti te saluum velimus. vbi sinè controuersia Ergo significat causam. & apud Vergilium, velint nolint Grammatici, ergo intelligitur pro causâ, in eo versu: Illius ergo Venimus.

SER. NYSÆ de vertice tigres.] Nysa mons est Indiæ. Nysa ciuitas est in monte Parnasso, in qua Liber colitur. PHILIP. Scribit Diodorus, Bacchum cognominatum esse Dionysium, ab eo, quòd educatus sit à Nymphis, apud Nysam Arabiæ vrbem: vnde ab Ioue Nysâq; Dionysius nuncupatus. Nysa etiam non tam mons est, quàm ciuitas Indiæ, celebratissima carminibus poëtarum: quam, vt autor est Strabo, Bacchus condidit. cuius etiam meminit Plinius in 6. de quâ copiosiùs & elegantiùs, quàm cæteri, scribit Curtius, referens, quemadmodum Alexander cum exercitu Nysam obsedit: & Nysei Alexandro se dedidêre; à Libero patre conditos se esse memorantes. Sita est ciuitas Nysa, sub radicibus mōtis, quem Meron incolæ appellant: & cùm meron græcè femur significet; indè Græci mentiendi traxêre licentiam, Iouis femore Liberum patrem esse celatum. Et de hoc monte intellexisse Maronem, non ambigimus, quando inquit, Nysæ de vertice tigres. Præterea, alia est Nysa, non in monte Parnasso, vt autumat Seruius; sed in Helicone, vt autor est Strabo: de quâ, vt opinor, sensit Lucanus, cùm scriberet; Bacchumq; auertere Nysâ. Quin etiam in enarratione historiarum, quas Poëta in 6. tangit, parùm fidus est Seruius, & perperam

alleget dicta historicorum, & potissimùm T. Liuij. namq; de Torquato sic scripsit Seruius: Torquatus filium, vt Liuius ait, fustuario necauit. Manifestissimum hoc esse mendacium, & turpissimum erratum, nemo vel mediocriter eruditus infitiabitur: qui vel octauum librum Liuij ab origine Vrbis inspexerit: in quo apertissimè ostendit, Torquatum imperâsse lictori, vt filium securi perouteret. cuius verba ideo subscribere supersedi: quia & multa sunt: & quilibet, qui id nosse velit, illic facilimè poterit inuenire. Ex hoc, & id genus multis, in eam, vt suprà dixi, sententiam pedibus transeo: vt existimem, Seruium non tales edidisse commentarios; sed quoquo modo fuisse corruptos adulteratosq;. Quis enim non videt, à Vergilio dictum esse. Sæuumque securi Aspice Torquatum: videlicet, quia securi in filium iusserat pater animaduerti: non autem fustuario, vt Seruius opinatur. Idem in expositione illius Maroniani versus, Aut geminos duo fulmina belli, Scipiadas cladê Lybię, mihi nequaquã satisfacit: dum quandã morosam nimis distinctionem adhibere contendit. vt geminos Scipiadas intelligamus illos duos Scipiones fratres, qui in Hispaniâ perierunt, Pœnorum insidijs circumuenti: & cladem Libyæ accipiamus, pro duobus Africanis. Ego verò existimo, Poëtam illo toto versiculo intellexisse de duobus duntaxat Africanis: qui proculdubio fuerunt duo fulmina bellorum: qui ambo cladem Libyæ & Carthagini attulerunt. In quo æmulatus videtur esse Lucretium, qui sic scriptum reliquit: Scipiades belli fulmen, Carthaginis horror. Sequatur tamen vnusquisq; eam sententiam, quæ ipsi verior ac probabilior esse videbitur: cùm nobis satis sit, edocuisse, quid ipsi sentiremus. suum vnicuiq; iudicium est, & sua sententia.

Ser. Parnassus mons Thessaliæ, diuiditur in Cythæronem Liberi, & Heliconem Apollinis. Philip. Autoritas Seruij, cùm apud grammatistas ac literatores plurimum polleat, effecit, vt omnes minùs eruditi in hunc errorem delaberentur, afferentes Cythæronem & Heliconem colles esse Parnasii. Corrigendus itaque hoc in loco est error publicus, ex autoritate eruditissimorum Geographorum qui Grammaticis in locorũ descriptione haud dubiè merentur anteponi. Primò igitur sciendum est, quòd Parnassus mons est in Phocyde regione; non autem in Thessaliâ: vt scribit Plinius in quarto, & Strabo meminit in nono. Sub Parnasso sunt Delphi, clarissimi in terris oraculo Apollinis. Helicon autem & Cythæron sunt in Bœotiâ: vt Plinius, Strabo, Mela, Solinus, reliquiq; omnes testantur: & Musis natale in nemore Heliconi scriptores assignant; qui & altitudine & ambitu non minor est Parnasso. quòd autem Parnassus biceps & biuertex à poëtis nuncupetur: non ideò debemus accipere vertices Cythæronem & Heliconem, vt Grammatici hallucinantur, sed ipsius montis cacumina. Cùm ego curiosiùs inquirerem, quænam forent nomina duorum Parnasii verticum: reperi apud Herodotum in Vraniâ, vnum ex verticibus Parnasii nominatum fuisse Tithorea, alterum Hyampeum. Quocirca Herodoti autoritatem sequens, id credere malo, quàm Cythæron, Helicónue, aut Nysa, aut Cyrrha, aut Cirpis, (namque & id traditur) fuerint vertices nuncupati. Cyrrha & Nysa, nomina quidem sunt ciuitatum, sed non collium: & Nysa, non est in Parnasso, sed in Helicone. Cirpis verò, rupes est, non cacumen. Libuit hæc pauca annotare, super verticibus duobus Parnasii; ad errorem manifestarium refellendum; qui à prioribus recentioribúsque minùs eruditis passim receptus est.

Ser. Mutustæ, Trebia posteà dicta est; quam modò Trebulam dicunt. apud hanc Hannibal deleuit populum Rom. Lucanus: Quòd non in Punica nati Tempora Canarum fuimus, Trebiæque iuuentus. Philip. Quis non videt, Seruium in rebus interdum leuissimis impingere, & toto (vt aiunt) errare cælo? vel hoc potissimum in loco, cùm dicit, apud Trebulam, quæ dicta sit & Trebia, ab Hannibale victos esse Romanos. quod à fide historicâ penitùs est alienum. namque Hannibal, apud Trebiam fluuium Placentinum, maximo prælio vicit Consules Romanos, Sempronium Longum & Corn. Scipionem, Africani patrem: vt Liuius, Silius atq; Polybius, apertissimè ac copiosissimè narrant: & nemo vllo tempore hoc vnquam infitiatus. Errat itaq; diligenter Seruius, existimans, Trebiam idem esse quod Trebula: cùm interuallo locorum, & dissimilitudine significationis, disiungantur. nam Trebia, fluuius est notissimus, iuxtà Placentiam: Trebula verò, oppidum fuit, haud procul ab vrbe Româ: vt autor est Plinius. & olim Trebulanis ciuitas data fuit à Romanis: vt scribit Liuius in x. Trebula casei laudatissimi conficiebantur, Trebulani cognominati: de quibus sic scribit Martialis in Xenijs: A

Trebula nos genuit: commendat gratia duplex:
Siue leui flammâ, siue domatur aquâ.

Trebiani quoque populi fuerunt, conterminì Trebulanis: sed hi nihil ad Trebiam, vbi Hannibal Romanos profligauit. nec versus Lucani quicquam iuuerit Seruij opinionem: cùm apertissimè referatur ad Trebiam Placentinam. Perperam itaque allegatur à Seruio: qui altero quoque loco, alterum Lucani carmen, parùm diligenter, parumq; curiosè pensitauit. namque super eo Maroniano versiculo. Infaustum interluit Allia nomen, ita scriptum reliquit: Allia fluuius est, cui additur vnum l, propter metrũ: vt Relliquias Lucanus bene posuit: Quas aliæ clades. Non possum non vehementer admirari, Seruium in errores tam pueriles, tam crebrò incidere. existimat enim, Lucani versum referendum esse ad cladem Alliensem. quod quàm ridiculum sit, quilibet animaduertere poterit, qui librum Lucani septimum diligentius introspexerit; in quo carmen hoc legitur: Non istas habuit pugnæ Pharsalia partes, Quas aliæ clades. cuius sensus est manifestissimus. vult enim ostendere Lucanus, omnes alias clades, quas Romani superioribus temporibus passi sunt, non esse comparandas cum Pharsalicâ clade, quæ cunctas alias exsuperat: & ita Aliæ sine cõtrouersiâ accipitur pro pronomine. Seruius verò credidit, Aliæ clades accipi pro Alliensi clade, tanquam ab Alliâ fluuio deriuetur: cuius primam syllabam apud poëtas semper productam reperi quamuis Seruius reclamet. Ouidius: Hæc erat in fastis, cui dat grauis Allia nomen. Lucanus: Et damnata diu Romanis Allia fastis. Silius: Maior & horrificis sese extulit Allia ripis: Sic à poëtis omnibus, secutis naturam nominis, nullâ metricâ necessitate cogente, Allia ponitur, primâ syllabâ productâ; quemadmodum à Vergilio traditum: & per geminum l ab eruditis scribitur. B C

Ser. Nemea, sylua est vicina Thebis, in quâ Hercules interemit leonem. Philip. Nemea sylua est in Peloponesò, inter Leonas & Phliuntem; in quâ Argiui sacra celebrare consueuerant, quæ Nemea cognominantur: vt autores sunt Strabo & Diodorus. Thebæ verò sunt in Bœotiâ, maximo interuallo à Nemeâ syluâ disiunctæ.

Ser. Cares insulani populi fuerunt: Leleges Thessali. Philip. Sæpè admonuimus, multa deprehendi in commentarijs Seruij, quæ ad Geographiam pertinent, non satis exactè, nec ad amussim pensitata; quæ virgulâ censoriâ notari mereantur: quale est hoc. nam Cares non sunt insulani, vt ipse autumat; sed in continenti, & populi sunt Asiatici, iuxta Mæoniam, Lyciam atque Ioniam, collocati: vt Plinius, Strabo, & Mela tradiderunt. Cariæ toti imperauit olim Mausolus, vt autor est Vitruuius in secundo. In Cariâ fuit Alicarnassus; & Mausoleum illud celebratissimum; quod inter septem spectacula meruit annumerari. Nec Leleges sunt in Thessaliâ; vt incuriosè refert commentator: sed Leleges & Cares ijdem sunt populi; vt meminit Strabo in septimo. Nonnulli tradunt, eos esse finitimos. atque in multis Cariæ locis sepulchra Lelegum, & monumenta Lelegia nuncupata, ostenduntur: & olim Ioniam Asiaticam Cares & Leleges incoluerunt. Cares, peculiariter Barbari sunt cognominati.

Ceterùm

A Cæterùm, vt ego arbitror, videtur existimâsse Seruius, Lelegas esse Thessalos: quoniam versu Lucani, quem ipse allegat, ostenditur, Lelegas agrum Thessalicum quondam tenuisse. Atqui Lucanus ideò videtur hoc tradidisse, quoniam Leleges fuerunt populi errabundi, & diuersis in locis habitarunt. nam, vt scribit Aristoteles in Politiâ Acarnanum, Etolorum, Leucadiorum, Leleges hæc omnia loca incoluerũt: & olim etiam Thessaliam tenuerunt; sed non ipsi Thessali fuerunt. Ouidius, Caras & Lelegas ita carmine coniunxit, sicut & Vergilius: quoniam videlicet sunt inter se contermini. Versus Ouidij ex libro nono Metamorphoseos hic est: Caras & armiferos Lelegas, Lyciamque pererrat. Scribit Plinius in quintum Miletum, Ioniæ caput, Lelegeida fuisse nominatam. Idem Seruius existimat, Thermodoonta fluuium esse Thraciæ: cùm sit Cappadociæ; quæ regio est Asiatica: vt Plinius, Strabo, atque Iustinus, meminerunt. Iuxta quem olim Amazones consederunt: quarum regina (vt autor est Diodorus) in ostijs Thermodoontis vrbem condidit, Themiscyram nuncupatam. Indè pugnas Amazonum Thermodoonticas appellat Papinius, in primo syluarum: & Propertius in tertio sic ait:

B Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis,
Thermodoonteis turba lauatur aquis. ex Bucolicis.

SER. Pecunia dicta à peculio. PHILIP. M. Varro, Romanorum doctissimus, qui vocabulorum etymologias acutissimè ac eruditissimè perscrutatus est, tradit; Pecuniam à pecore nominatam esse: quoniam priscorum diuitiæ in pecore consistebant. Sententiam Varronis confirmat Columella, libro septimo, & Ouidius illo versu:

Hinc etiam locuples, hinc ipsa pecunia dicta est.

Plin. autẽ in 33. scribit, pecuniam sortitam esse nomen, à notâ pecudis: quoniam antiquitus nummi effigie pecudis signabantur. Hinc Plutarchus asserit in Publicola, in vetustissimis, signum fuisse ouis, & suis, bouisque, conspectum.

SER. Septa, sunt loca in campo Martio: & quia similia sunt ouilibus; duo hæc inuicem pro se ponũtur: vt Vergilius hoc loco Septa pro ouilibus posuit. item Lucanus econtrà: Et miseræ maculauit ouilia Romæ. PHILIP. Elegantiùs & veriùs explanatum fuisset Maronianum carmen à Seruio; si sic dixisset: Septa, generali vocabulo, significant omnia loca munita, & quodam sepimento vallata: indè stabula ouilia, bubilia, caprilia,
C & id genus reliqua, septa nuncupatur. Indè separatim in campo Martio loca inclusa tabulatis, septa dici meruerunt: de quibus Martialis: In septis mamurra diu multumque vagatus.

Ausonius in Panegyrico: Passus non septa, non campum. & Suetonius, venationem in septis datam esse, testatur. De his sentire videtur & Plinius, sic scribens in 16. Trabs in porticibus septorum à M. Agrippâ relicta. Præterea M. Varro, in Re rusticâ, appellat omnia septa, quæ habent inclusa animalia, quæ pascuntur. Vnde ab eodem laudantur septa Fuluij Hirpini, septa Pompeij: id est, loca, quibus conclusæ feræ pascebantur. Idem: Intra septa villæ habeas aquam. Apud eundem inscriptio est, de septis fundi. A' Sepio, quod significat Munio, hæc dictio deriuari videtur. Indè septus locus, septa villa, septum tectum nuncupatur. & apud Iurisconsultos, Septa accipiuntur pro obicibus & claustris; quibus vtimur ad impetus fluuiorum coërcendos. Præterea, apud Lucanum, non est exponendum ouile pro septis; sicut exponit Seruius: nam ouile erat locus in campo Martio, ita peculiariter nuncupatus: de quo hæc Liuius libro 26. Citatis Veturiæ senioribus, datum secretò in ouili cum his colloquendi tempus. Nam si verum esset id, quod tradit Seruius; videlicet Lucanum ouilia pro septis posuisse: nunquam Liuius tam licenti translatione vsus foret, vt & ipse ouile pro septis poneret: cùm poëtæ aliter, quàm historici loquantur. Cæterùm Lucanus eo modo dixit, ouilia quo Liuius, quo Strabo: qui in 5. referens idem, quod Lucanus, de crudelitate Syllæ, adeò conuenit cum Lucani verbis: vt alter ab altero accepisse videatur. Strabonis verba hæc sunt: Sylla alios, qui arma proiecerant, ad millia tria, vel (vt alij) quatuor, in campo Martio ad ouilia coactos, immissis militibus iugulauit. In eâdem significatione accipiendum est apud Iuuenalem, eo versiculo antiquo: Quam proxima surgit ouili.

SER. Ligustrum, flos est candidissimus: vaccinia viola. PHILIP. Apud Plinium legi, ligustrum & vaccinia magis inter arbores, quàm inter flores numerari. In 12. scribit, Cyperum appellari in Italiâ ligustrum. & in 24. inquit: Ligustrum eadem arbor est, quæ in oriente Cyperos: cuius acini contra phthiriasim sunt efficacissimi. Idem in 16. refert, vaccinia Italiæ in aucupijs sata esse: Galliæ verò etiam purpurea, tingendi causâ, ad seruorum vestes.

SER. Aracynthus mons est Thebanus. PHILIP. Aracynthum, scribit Plinius in quarto, montem esse Acarnaniæ. Idem comprobat Martianus Capella, in Geometriâ.

SER. Arbustum, quidam locum, in quo arbores sunt, volunt accipere. PHILIP. Mutilata hæc est interpretatio. nam non omnis locus, in quo sint arbores, nominatur arbustum. Quid si essent quercus, ilicesque quàm plurimæ? quid si innumerabiles aliæ arbores? quid si sylua? an significanter arbustum nuncupabimus? Minimè. Etenim arbustum; vt ego accuratiùs animaduerti, propriè significat arbores vitibus maritatas atque vitiferas, quæ in ordines digeruntur: vt docet Plinius, Columella atque Palladius; scribentes, quomodo arbustum sit faciendum. Vnde vitis arbustiua, & vinũ, mustumque arbustiuum appellatur, ex huiusce modi arboribus collectum. Cato quoque, collocat arbustum in octauo loco prædiorum. &, ne quisquam existimet eum intelligere de syluâ, subiunxit, loco nono ponendam esse glandiariam syluam. Claudius Quadrigarius, locum, in quo sunt arbores plurimæ, musitato vocabulo arboretum appellat: quod ipse nimis licenter peperisse ac formâsse credit. Apud Palladium legi arbustum pro castaneto positum: quod non longè abest à Seruij significatione.

SER. Lac nouum, id est, colostrum; quod neutri generis est: nam fœminini esse penitùs non potest. PHILIP. In tam paucis verbis, duplex inest error manifestarius. Nam & fœminino genere colostram reperiri, ostendit Columella in octauo, his verbis; Exiguum emulgendum est, quod pastores colostram vocant. ea, nisi aliquatenus emittitur, nocet agno. Idem traditur à Palladio. & Plautus in Penulo, fœminino genere vsus est; Mea colostra, meus melliculus caseus. Præterea, colostrum non propriè significat lac nouum; sed est spongiosa densitas lactis à partu: vt autor est Plinius. ad quod allusit Epigrammaticus poëta, illo disticho cuius lemma est colostrum.

Surripuit pastor quæ nondum stantibus hœdis,
De primo matrum lacte colostra damus.

A' colostro, colostrati dicuntur infantes.

SER. In medio duo signa Conon.] Conon dux fuit, cuius nomen dicit: quia in omnium ore versatur. PHILIP. Quis nescit, Cononem fuisse Atheniensium ducem? omnibus insulis præfuisse; Lacedæmonios profligâsse; Athenas in pristinam libertatem restituisse? de quo Æmilius, Iustinus, Plutarchus, multa tradiderunt. Sed diligentiùs accuratiusque considerandum fuit: an apud Vergilium de hoc Conone foret intelligendũ; an potiùs de Conone astrologo. Quocirca veriùs & eruditiùs interpretatur Vergilianum carmen Probus grammaticus; cuius hæc sunt verba: Conon Samius mathematicus. sed quámuis plures fuerint mathematici; eleganter errantem rusticum inducit, dicentem: Quis fuit alter? Alter enim, accipitur vnus de duobus. Is autem Conon de astrologia li-

bros ſeptem reliquit. *Hactenus Probus. Huius Cononis mathematici meminit Hyginius, ſcribens ab eo dictum eſſe Ptolomæo, quemadmodum ipſe viderat crinem Berenices reginæ inter ſidera collocatum. de quâ re ſcripſit Callimachus carmen elegiacum; quod Catullus interpretatus eſt. in quibus verſibus ita de Conone hoc ſcriptum eſt:*

Idem me ille Conon cœleſti numine vidit,
E' Bereniceo vertice cæſariem.

De hoc Conone intellexiſſe Propertium exiſtimo, cùm ſcripſit in 4:

Me creat Architæ ſoboles Babylonius Orops,
Oron, & à proauo ducta Conone domus.

Exponitur itaq; apud Vergilium de hoc Conone, duce Athenienſium; vt perperam exiſtimat Seruius.

Ser. Amomum flos eſt Aſſyrius. vt Lucanus: Vicinæ meſſis amomum. Philip. *Miror Seruium autoritate Lucani ſuam fulcire ſententiam, tanquam à Lucano dicatur, amomum florem eſſe Aſſyrium: qui more poëtico amomum quidem nominat in X. ſed quid ſit, haudquaquam apertè demonſtrat. Debuiſſet itaque Seruius Plinium conſulere: qui eum edocuiſſet, amomum non eſſe florem; ſed arbuſculam qui in 12. ſcribens de peregrinis arboribus, Amomum arborem eſſe commemorat, & eius vuam in vſu eſſe. Forma eſt vite labruſcâ, frutice venoſo, palmi altitudine, laudatur quàm maximè. parit amomum punici mali folijs ſimile, colore ruffo. Secunda bonitas pallido eſt: herbaceum peius: peſſimum candidum; quod & vetuſtate euenit.*

Ser. Sophocleo tua carmina digna cothurno.] ac ſi diceret: quanquam impar ſit ingenium meum laudibus tuis: nam tuæ laudes merentur exprimi Sophocleo tantùm cothurno. Philip. *Ego opinor, eo verſu à Vergilio laudari carmina Cæſaris Auguſti, qui floruit in poëticâ: qui, vt autor eſt Tranquillus, reliquit librum hexametris verſibus conſcriptum, cuius titulus eſt,* Sicilia; *& libellum Epigrammatum: præterea, tragœdiam Aiacem exorſus eſt magno impetu. Volens igitur Poëta laudare tragicum Auguſti poëma, ſtylumq; grandiloquum, dixit: Illius carmina digna eſſe Sophocleo cothurno; id eſt, ſtylo & ſublimitate, quâ vſus eſt Sophocles in tragœdijs ſcriptitandis. Fuit enim apud Græcos hauddubiè princeps tragici poëmatis: quod etiam memorat Plinius in 7. Hinc etiam illud, in honorem Auguſti, à Poëtâ dictum eſt:*

—— atque hanc ſine tempora circùm
Inter victrices hederam tibi ſerpere lauros:

tanquam Auguſtus hederaceâ coronâ, hoc eſt, poëticâ, non minùs coronari mereatur; quàm laureâ, hoc eſt, triumphali. Celebratur à Macrobio atque Tranquillo iocus Auguſti: qui cùm interrogaretur, quid ageret Aiax tragœdia; quam, quòd diſplicuiſſet, ipſe deleuerat? reſpondit: Aiacem ſuū in ſpongiâ incubuiſſe. Audiui qui dicerent, ſe vidiſſe poëma Sophoclis, ab Auguſto donatum Romanâ linguâ. quod ſi verum eſt, poterit commodiſſimè ad id etiam referri carmen Maronianum.

Ser. Ante ſiniſtra cauâ monuiſſet ab ilice cornix.] Hoc ad auguralem pertinet diſciplinam. & paulò pòſt, cornicem dicit ab anticâ ad ſiniſtram partem volâſſe. Philip. *Vergilius, vtpote omnium diſciplinarum particeps, omnis expers erroris, legerat in Augurum libris, cornicem à ſiniſtrâ parte ratum facere auſpicium. Ideò ſiniſtram cornicem appellauit, quaſi à ſiniſtrâ ratum facientem. Namque, vt ſcribit Cicero in libris de Diuinatione:* Alijs auibus dextrâ, alijs læuâ datum eſt, vt ratum auſpicium faciant. *& alibi:* Cur à dextrâ, *inquit,* coruus; à ſiniſtrâ cornix faciat ratum? *Illud quoque Plautinum, in Aſinariâ, huic ſententiæ conuenit:* Picus & cornix eſt à læuâ; Coruus porrò ab dextrâ. *quod diligenter videtur Maro obſeruâſſe, & facundiſſimè tranſtuliſſe. Et hoc idem fortaſsis reſpexit Horatius ſic ſcribens in carminibus:* Teque nec læuus vetet ire picus, Nec vaga cornix. *Non eſt hoc in loco prætereundum id, quod à Plinio traditur libro decimo, videlicet cornicem eſſe alitem inauſpicatæ garrulitatis; à quibuſdam tamen laudatam. Hæc omnia à curioſo interprete fuerant inueſtiganda, & ad enarrationem Vergiliani carminis publicanda. In eâdem quoque æglogâ, illud frigidiùs exponit:* Quis humum florentibus herbis Spargeret. *cùm Poëta clanculum alludat ad carmen, compoſitum in Daphnidis laudationem: vbi iſte verſiculus legitur:* Spargite humum folijs: inducite fontibus vmbras. A

EX GEORGICIS.

Ser. Quæ bis ſolem, bis frigora ſenſit.] id eſt, quæ bis & dierum calorem, & noctium ſenſerit frigora. per quod duplicem arationem oſtendit: vernalem & autumnalem. Philip. *Potior apud me eſt autoritas Plinij, qui Vergilianum verſum ſecùs, quàm Seruius interpretatur, in 18. ſic ſcribens:* Quarto ſeri ſulco Vergilius exiſtimatur voluiſſe, cùm dixit, optimam eſſe ſegetem, quæ bis ſolem, bis frigora ſenſiſſet. *Futilis eſt, mehercle, Seruij interpretatio, de calore diurno, & frigore nocturno: cùm Poëta loquatur de ſole æſtiuo, & frigoribus hybernis. Et Probus grammaticus mihi videtur, elegantiùs atque eruditiùs enodâſſe nodum Maronianum: ſcribens, Poëtam loqui de eo agro, quem noualem vocamus: qui ſub exitu hyemis, hoc eſt, initio veris proſcinditur; & ita æſtate, quæ ſequitur, ſiccatur: deinde, ſub introitu hyemis ſemente factâ, ſequenti æſtate reddit fructum. & ita bis ſenſit frigus: ſemel ante æſtatem, deficiente hyeme, initio veris; iterū poſt ſementem: bis ſolem: ſemel æſtate, quâ ceſſat; iterum, quâ fructum refert.* B

Ser. Tmolus eſt mons Ciliciæ, in quo naſcitur crocum præcipuè. Philip. *Plinius in 5. refert, Tmolum montem eſſe, non Ciliciæ, vt Seruius opinatur; ſed Lydiæ: qui antè Tymolus vocabatur, & erat vitibus conſitus. Strabò quoque & Solinus idem ſentiunt, quod Plinius: Tmolum in Lydiâ collocantes. de quo ſic ſcribit Ouidius:*

—— riget arduus alto,
Tmolus in aſſcenſu, cliuoque extenſus vtroque,
Sardibus hinc, illinc paruis finitur Hypepis.

Iuxta Sardes poſitum eſſe Tmolum, indicant Ouidij verſus. Sardes autem eſſe in Lydiâ celeberrimam, Herodoti & Plinij teſtimonio notiſſimum eſt. Præterea, non abſurdum fortaſsis foret, illud Vergilianum, Croceos Tmoles odores, *ad vinum referre. nam cùm Tmoli vineta laudentur à priſcis, tanquam generoſiſſima: videtur Poëta appellâſſe croceos odores, id eſt, vinum Tmoli, quod odoris & coloris croci ſit. quale vinum in primis laudatur à Palladio; vtpote ſaluberrimum. & in hanc ſententiam vadit Porphyrio, dicens, Crocum pro vino poſitū eſſe à Vergilio: & allegat iſtud hemiſtichion. Hoc ideò dixi, vt aliquid argutius reconditiuſq; memorarem: non vt Seruij expoſitionem refellere vellem; quæ Probi & Solini atque Columellæ autoritate corroboratur: qui ſcribunt, Tmolum eſſe croco florentiſſimum, illuſtriſſimumq;. Sed quià interdum grata ſunt ſtudioſis argutiores interpretationes; hæc pauca libuit his Commentarijs intexere. Sequatur vnuſquiſq;, quod velit.* C

Ser. Legunt in Terentio: Caue ne te triſtem ſentiat. hoc procedere non poteſt: nam Ne & Caue prohibentis eſt. Philip. *Quámuis hoc exigere videatur regula Grammatices, quod à Seruio præcipitur: tamen veteres ſcriptores ſæpiſſimè ita locuti ſunt, vt hanc particulam* Ne *cum verbo* Caueo *copularent. Horatius:* Vade, vale, caue ne titubes, mandataq; frangas. *Plin.* Terrā carioſam caue ne plauſtro, néue pecore impellas. *Ouid.* Ne fallare caue; proximus ater erit. *Itaque vtroq; modo, & rectè, & Latinè dicitur: cùm autoritas veterum pro regulâ ſit; & honeſtiſſimus ſit error, magnos duces ſequentibus.*

Ser. Ipsa ſuas mirantur Gargara meſſes.] Gargara, montes Phrygij. Philip. *Vergilianus verſus,*

vtpote

A *vtpote eruditione refertissimus, eruditiorem exposcebat enarrationem. Concisus est interdum Seruius in rebus magnis, copiosus in paruis. Quis enim eliciet verum arcanumq́ Vergiliani carminis sentētiam, ex tali interpretatione?* Gargara sunt montes Phrygij. *Nemo eruditus ignorat, Gargara esse montes; vel potius cacumen montis Idæ. sed curioso commentatori inquirendum fuerat curiosiùs, & pensitandum diligentiùs; an Poëta posuerit Gargara pro monte, quæ fertilitatis esse dicit exemplar. Ego apud Macrobium animaduerti, Maronianum carmen explicari accuratissimè, & lōgè secùs, quàm tradatur à Seruio, atque copiosiùs. ait, Gargara nomen esse cacuminis montis Idæ, & oppidum: & Vergilium, non de summo monte; sed de oppido loqui in Georgicis. nam apud Gargara ciuitatem tanta erat frugum copia, vt, qui magnum cuiusq; rei numerum vellet exprimere, pro multitudine immensâ Gargara nominaret. ita Alceus, Aristophanes & Varro, Gargara pro multitudine posuerunt. & de his intellexit Ouidius, illo versu:* Gargara quot segetes quot habet Methymna racemos. *Non ergo Gargara, pro monte apud Vergilium accipere debemus; prout accipit Seruius: sed pro oppido; vt sentiunt eruditi; quod positum est in imis radicibus Idæ*
B *montis; & defluentibus indè humoribus Gargara irrigantur, fiuntq́ue feracissima. Confirmat Macrobij sententiam Plinius, scribens in 5.* Gargara esse montem, & oppidum. *Et Strabo in 13. inquit:* Gargarus in superioribus Idæ partibus locus ostenditur, à quo Gargara dicuntur, Æolica ciuitas. *Facessat itaq; mutilata expositio; quam Seruius & Probus tradiderunt: qui ambo nihil dixerunt, nisi Gargara esse montem.*

SER. MASSAM picis vrbe reportat.] quia pix in agris nascitur; & in vrbe non distracta, in agrum reportatur. PHILIP. *Poëta, significare volens, vsum picis agricolis esse necessarium; dixit, picem eos solitos in vrbe mercari, & ex vrbe in agrum reportare asello dorsuario: non autem, vt exponit Seruius, agricolas picem in vrbem deferre venalem, & reportare non venditam. Nam, si animaduertisset diligentiùs Seruius cōsuetudinem priscorum agricolarum, qui pice ad res quamplurimas vtebantur: dixisset profectò secùs, sententiamq; mutâsset. Namque prisci vtebantur in villâ pice potissimùm, ad vina condienda: vt autor est Plinius, scribens in 14.* Pice ac resinâ condire musta, vulgare est.
C *Et ab eodem ratio traditur condiendi musta aspersu picis: vt odor vino contingat, & saporis acumina. Columella & Palladius, picem ad vasa picanda, & quamplurimis in rebus vtilissimam esse, tradiderunt. Portius Cato admonet agricolas, vt vasa habeant bene picata. Vnde Impicare & Oppicare, quod significat Pice linire, verba deriuantur: quibus scriptores rei rusticæ frequenter vtuntur. Hæc, & id genus alia, in expositionem Maroniani versus, ab erudito interprete fuerant referenda: cùm illa Seruij enarratio, nec Poëtâ, nec commentatore digna sit.*

SER. AVT resonantia longè Littora misceri.] bis idem dicit. PHILIP. *Si Seruius curiosè pensiculateq; annotâsset prognostica tempestatum, quæ à Vergilio referuntur, quæ exsequitur Lucanus, quæ enumerat Plinius: profectò non dixisset, bis idem dici à Poëtâ, in expositione carminis Maroniani. Namq; aliud est hauddubiè fragor in montibus, tumor in mari: aliud sonitus littorum, aliud mugitus nemorum. proinde, ad expositionem Vergilianorum prognosticorū, subiungemus verba Plinij, ex libro 18. quæ ita apertè, ita eleganter enarrant dicta Poëtæ; vt ab interprete nullo apertiùs elegantiùsue possint enarrari. Verba Plinij sunt hæc.* Est & aquarum significatio, Mare, si murmurauerit intra se, ventum prædicit: si identidem, & hyemem & imbrem: littoris ripæq; si resonauerint tranquilla, asperā tempestatem. *Et mox paulò:* Sæpè & silentio mare intumescit: flatuque altiùs solito iam intra se esse ventos fatetur. Equidem & montium sonitus, nemorumq; mugitus, prædicunt tempestatem. *Nōnne hæc verba Plinij adeò Poëtæ carminibus conueniunt, adeò quadrant: vt alter ab altero mutuatus esse videatur? & Lucanus, Vergilium, vt arbitror, imitatus, talia quoq; & ipse tempestatum præsagia recenset, in V. scribens:*

Sed mihi nec motus nemorum, nec littoris ictus. *& paulò pòst:* Turbida testantur conceptos æquora ventos. *&*, Si murmura Ponti Consulimus, cori venient mare.

SER. QVIN & caudicibus sectis, &c.] quod nūc dicit de oliuâ & myrrho, quarum sicci stipites secantur vsque ad medullam, & terrâ infossi ex se arbores gignunt. quod sinè dubio mirum est. PHILIP. *Dicuntur à Seruio hoc in loco ea, quæ nec vera sunt, nec verisimilia; nec ab vllo scriptorū memorata neq; Vergilianis versibus conuenientia. Namq; Poëta illis versibus loquitur de insitione, quâ læuigatur falce truncus; & aut inter corticem lignumq́ inseritur calamus, aut fisso trunco imprimitur medullæ. cuius rei tota disciplina tradita est, à Colum. in 3. à Plin. in 17. à Palladio pluribus in locis. & tanta est vis insitionis, vt etiam satiuæ plantæ syluestrium radicibus inserantur, naturâ siccioribus. aptissima enim est insitis siccitas: vt autor est Plinius. Indè dictum est à Poëta.*

Truditur è sicco radix oleagina ligno: *id est, olea inseritur, & radices agens viuiscit, etiam in sicco ligno: quod est mirabile dictu. Cato præcipit inseri oleas, lunâ siccâ.*

SER. Passum dicitur à patiendo: nam mustum decoquitur; & indè fit passum. hinc defrutum dictum, quòd defraudetur. PHILIP. *Quemadmodum etymologia vera est: ita significatio falsa, quam tradit Seruius. nam passum non fit musto decocto: neq; defrutum nominatur, & quantum distet passum à defruto, & quemadmodum vtrumq; conficiatur, docent Columella & Plinius: ex quibus hæc pauca adnotauimus, ad passi defrutiq; demonstrationem. Passum fit ex vuâ, quam Græci sticam vocant, nos apicinam. Vuæ in vite diutiùs sole aduruntur, aut oleo feruentes. alij siccant in sole vuas expansas; donec paulò amplius dimidium pondus supersit. Arida deinde acina in dolium conijciūt, eódem mustum adijcientes; ita vt grana submersa sint; quæ vbi combiberint, seq; impleuerint, premuntur. & ita vinum generosissimum tollit; passum nuncupatum, à patientiâ. Qui autem volunt secundarium passum facere: adijciunt vinaceis tantum aquæ puteanæ; quantum ex primâ pressurâ passi fluxerit. Et hoc equidē esse crediderim, quod neoterici linguâ vernaculâ Maluaticum appellant: quod generosissimum ex insulâ Cretâ his tēporibus mittitur, & antiquitùs mittebatur. quod abundè declarat distichō Martialis, cuius lemma est* Passum?

Gnosia Minoæ genuit vindemia Cretæ;
Hoc tibi quod mulsum pauperis esse solet.

Et Iuuenalis:

Qui gaudes pingue, antiquæ de littore Cretæ,
Passum & municipes Iouis aduexisse lagenas.

Quinetiam quæritur à Iurisconsulto; an, vino legato, passum contineatur? Defrutum verò vinum est, musto vsque ad dimidiam partem decocto. namq; vt scribit Palladius, defrutum, à deferuendo dictum, vbi ad spissitudinem fortiter despumauerit, effectum est. Sapa autem appellatur, vbi ad tertias partes redacta descenderit. Idem Palladius formulam tradit passi conficiendi, quod conditum vasculo, mellis more seruatur. quod cum expositione Seruij minimè conuenit.

SER. Apud Seras sunt in arboribus vermes bombyces, qui in aranearū morem fila tenuissima deducunt: vnde est sericum. PHIL. *Historici omnes dissentire videntur à Seruij sententiâ; scribentes, quemadmodum apud Seras sunt arbores lanigeræ, sinè vermibus: ex quarum frondibus caniciem depectunt, aquâ perfusam. ex quo vellere vestimenta conficiuntur, quæ Serica nuncupantur: vt autor est Plinius; cuius verba libuit subtexere ex libro sexto.*

Seres lanicio ſyluarum nobiles, perfuſam aquâ depectentes frondium caniciem: vnde geminus fœminis noſtris labor; redordiendi fila, rurſumque texendi. tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitur: vt in publico matrona transluceat. Hoc idem Solinus in Collectaneis tradit. Et profectò Plinij ac Solini verba ita Vergiliano carmini conueniunt, vt ab illo mutuati eſſe videantur. Namque Poëta ſic ſcribit: Velleraque vt folijs depectant tenuia Seres. quo quidem verſu apertiſsimè demonſtrat, vellera & lanicium apud Seres colligi ex folijs: non autem confici à bombycis vermiculis; ſicut expoſuit Seruius. Enimuero bombyces, non apud Seras, ſed in Aſſyriâ & inſulâ Coo peculiariter proueniũt: qui quidem bombyces vermiculi ſunt, telaſq; aranearum modo texunt, ad veſtem luxumq; fœminarum, quæ Bombycina appellatur. cuius mentio fit apud Iuuenalem: Quarum delicias vel panniculus bombycinus vrit. Prima eas veſtes texuiſſe in inſulâ Coo, Pamphyla, Platys filia, dicitur, vt autor eſt Ariſtoteles in V. de Animalibus: & repetitum eſt à Plinio, in XI. Vnde veſtis Coa nominatur: cuius crebrò meminerunt poëtæ; & inprimis Ouidius atque Propertius. Præterea, non ſatisfacit mihi Seruius, in enarratione illius Vergiliani carminis: Vnctos ſalière per vtres. cùm hic locus ab vnico tantùm Hyginio, quod equidem legerim, optimè declaretur: adeò vt nihil Vergilianæ ſententiæ ſit accommodatius. Scribit enim, in libro de Signis: Bacchum, vinum & vitem & vuam Icaro tradidiſſe; vt oſtenderet hominibus, quo modo ſereretur, & quid ex eâ naſceretur. Hic cùm ſeuiſſet vitem, hircus in vineam ſe conijciens, tenerrima quæque folia decerpſit. ex quo facto Icarus indignabundus, hircum interfecit, & ex eius pelle vtrem confecit: quem vino plenum coniecit in medium, ſodaleſq; ſuos circa eum ſalire coëgit. Alij tradunt, Icarum, cum à Libero patre vinum accepiſſet, ſtatim vtres plenos in plauſtrum impoſuiſſe. Ex hac Hygini narratione, vt ego ſentio, Maronianum carmen apertiſsimè illuſtratur, & ſententia efficitur manifeſtaria.

SER. Cytorus mons eſt Macedoniæ, in quo abundat buxus. PHILIP. Diximus aliâs, Seruium in rebus his, quæ ad Geographiam pertinent, parùm fuiſſe curioſum: cùm in ipſius Commentarijs errores emergant manifeſtarij; qualis eſt hic. nam Cytorus non eſt in Macedonia, regione Europeâ; ſed in Aſiaticâ regione, quæ Paphlagonia nuncupatur: vt autor eſt Plinius. Fuit autem Cytorus ciuitas, à Cytoro, Phryxi filio, condita & appellata: quod Mela Straboq; teſtantur. In monte Cytoro buxus plurima naſcebatur: vnde à Catullo Cytorus buxifer cognominatur. Credidit fortaſsis interpres Vergilianus, Macedoniam & Paphlagoniam eandem eſſe regionem, ob quandã nominis ſimilitudinem. ſed profectò, quantũ Hypanis Scythicus à Veneto Eridano disiungitur, tantũ Macedonia abeſt à Paphlagoniâ. cùm altera ſit, vt diximus, Europæa regio; altera Aſiatica. Atqui hoc tam turpe erratum Commentarijs Seruij, perinde ac deprauatis, aſſcribere malim; quam Seruio: quem, mihi perſuadere non poſſum, tam negligenter commentarios ſcriptitâſſe.

SER. Epidaurus ciuitas eſt Epiri. PHILIP. Quemadmodum in Cytori expoſitione errauit Seruius, vel potiùs ipſius adulterata volumina: ita in Epidauri enarratione turpis eſt error. cùm ciuitas fuerit, non in Epiro; ſed in Peloponeſo: vt Plinius, Strabo, omneſq; geographi teſtantur. Et fuit in Saronico ſinu Epidaurum oppidum locatum, Aeſculapij templo celeberrimum: alio nomine vocatur Epidaurus. Verùm opinor Seruium ſimilitudine nominis fuiſſe deceptum, cùm Epidamnus inueniatur. & Epidaurus. De Epidauro iam dictum eſt. Epidamnus autem, cuius meminit Plautus in Menæchmis, ciuitas eſt Epiri; quam Romani, vt in tertio ſcribit Plinius, propter inauſpicatum nomen, Dyrrachium appellauerunt. de cuius cõditoribus ita ſcribit Appianus: Epidamnus rex vrbem condidit, quæ ab ipſo nomen aſſumpſit. huius ex filiâ nepos, Dyrrachus, portum vrbi adiecit; quod Dyrrachium appellatur. A Epidamni meminit Lucanus in X. Ad campos, Epidamne, tuos. Quæ dictio in omnibus ferè codicibus deprauata legitur; & pro Epidamne, paſsim ſcriptum eſt Epidaure: quod nec hiſtoriæ, nec Lucani ſententiæ conuenit. cùm de Seuâ centurione loquatur, qui ad Dyrrhachiũ, hoc eſt, Epidamnũ, in partibus Cæſaris viriliter dimicauerat; & memorabile facinꝰ, qđ hiſtorici omnes concelebrãt, audaciâ propè incredibili patrauerat.

SER. Nec pinguedo, nec pinguitudo, Latinum eſt. PHILIP. Si vera eſt Seruij ſententia; non Latinè locutus eſt M. Varro, Latinorum omnium (vt ita dicam) latiniſsimus: qui in 2. de Re ruſt. ſic ſcriptum reliquit: Sus præ pinguitudine carnis non modò ſurgere non poſſet. Idem in 3. Motus earum & lux pinguedini inimica. Plinius quoque non Latinè, ſi Seruium ſequimur, ſcripſit; qui haud dubiè Latinam linguam locupletauit: cuius verba hæc ſunt, ex libro 11. In corde ſumma pinguitudo eſt: quędam lætis extis, & alibi: pleriſque animalium eſt pinguedo ſine ſenſu. Columella in barbaram lexim, id eſt, dictionem, lapſus eſt, ſcribens in 13. Non ſola exprimitur amurca; ſed & aliquid ſecum pinguitudinis attrahit, & alibi: Reſpuit olei pinguitudo materiam, qualis eſt B gummis. Et Palladius: Pinguitudine, inquit, ſuâ brachium quodcunque proximum debilitauerit. Quid multa? eruditorum libri ſcatent pinguedine & pinguitudine: cum quibus equidem malim errare, quàm cum Seruij commentarijs rectè ſentire.

SER. Veſcas ſalicum frondes: id eſt, ſiccas & teneras. nam veſcum hoc eſt propriè: vnde & aranearum telæ veſcæ vocantur. PHILIP. Veſcum quid ſit, optimè intelligemus; ſi eius originem & etymologiam diligenter perſcrutati fuerimus. nam Veſcum, ex Ve particulâ, & Eſcâ, copulatum eſt, vt autor eſt Gellius, in 15. Noctium atticarum. Et cùm Ve particula, tum intentionem ſignificet, tum minutionem, ita veſcum vtriuſq; diuerſæ ſignificationis vim capit. aliter enim Lucretius veſcũ ſalem dicit, ex edendi intentione: aliter Lucilius veſcum appellat cum edendi faſtidio. Veſcum itaque id ſignificat, quod in eſcâ & cibatu appetitur; & id quod faſtidioſum eſt. in altero, hæc particula Ve intendit; in altero, minuit. Et ita Vergilius appellat veſcum papauer, ab edendi intentione; quòd videlicet in cibis adhibeatur: Et veſcas ſalicum frondes; quoniam ſcilicet eſcis iuuencorum ſunt C accommodatæ. Feſtus quoq; ſcribit, Veſcum faſtidioſum ſignificare, & edacem. Præterea, vt aliquid de interioribus literis depromamus, Veſcus apud priſcos pro puſillo vſurpabatur. Quod declarat Ouidius, in Faſtis ſic ſcribens: Vegrandia farra coloni, Quæ mare creuerunt, veſcaq; parua vocant. & Veſculi, malè curati & graciles homines nuncupantur. Namque antiqui Ve ſyllabam rei paruæ præponebant. vnde Veiouis, pro puſillo Ioue dictus eſt. quámuis in alia ſignificatione, vt mox docebimus, accipiatur. & Vegrandem fabam, pro minutâ vocitauerunt. & apud Auſonium, Vegrandes meſſes legimus, pro paruis. & à Varrone ſcriptum eſt in Re ruſtica: Oues fiunt vegrandes atque imbecillæ. In hac ſignificatione, vt equidem arbitror, accipitur apud Pliniũ: qui ſcribit in VII. Corpore veſcos eſſe; ſed eximijs viribus. Seruij autem expoſitio, vt dicam quod ſentio, non ſolùm nõ vera eſſe videtur, ſed etiã ſibi ipſi diſcors: cùm Veſcas ſalicũ frõdes, interpretatur ſiccas & teneras: cùm ſiccũ tenero contrarium eſſe videatur. Exponamus igitur Veſcas frondes, vel quòd eſca ſunt & cibaria iuuencorũ; vel (vt exponit Non. Marcel.) quod faſtidioſæ ſunt. Cõmentatoris officiũ fuerat, diligentiùs ſcitiuſq; Vergilianum carmen arbitrari; & ſuper hac dictione Veſcum, cùm vetuſtatem redoleat, & eruditionem reconditam præ ſe ferat, copioſiùs diſputare, & eruditiùs.

SER. TENVIS non gloria, ſi quem Numina læua ſinunt.] id eſt, proſpera: vt alibi, Intonuit læuum.

PHILIP.

A PHILIP. Romani antiquitus deos quosdam, vt prodessent, colebant: quosdam verò, ne obessent, placabant. Cùm Iouem igitur, & Diiouem, à iuuando nominassent; Veiouem appellauerunt, demptâ atque detractâ iuuandi facultate: vt autor est Gellius in V. Simulacrum enim Veiouis sagittas tenet; quæ sunt videlicet paratæ ad nocendum. Quapropter eum deum pleriq; Apollinem esse dixerunt. Prætereà, Vergilium quoque aiunt, multæ antiquitatis hominem, sinè ostentationis odio petitum, numina læua deprecari in his versibus:

In tenui labor, at tenuis non gloria: si quem
Numina læua sinunt, auditq; vocatus Apollo.

Significat enim, quandam vim esse huiuscemodi deorum, in lædendo magis, quàm in iuuando potentem. Et ita, secundùm Gellij autoritatem, qui perquàm scitè, & ad amussim, Vergilianam maiestatem pensitauit, exponemus Numina læua, id est, sinistra noxiáq;, & magis lædentia, quàm iuuantia. Et, quoniam in Gellij mentionem incidimus, admonendi sunt illius scriptoris sectatores; vt locum emendent in eo capite, in quo de Veioue disserit, deprauatum: cùm in omnibus passim codicibus Gellianis hæc verba legantur: In his dijs, quos placari oportet, vti mala è nobis vel à frugibus natis amoueantur, Arungus habetur, & Robigus. Mendum est maximum, in nouissimis tribus verbis: quod nisi emendetur, difficultates pariet inextricabiles. Nos verò Marte nostro ita correximus: Auerruncus habetur, & Robigus. Et ita corrigendum esse censemus, fulti autoritate eruditissimorum. namque Auerruncus deus est, qui malorum auertendorum causâ colebatur, ab auerruncando nominatus: vt docet M. Varro, in libris de linguâ Latinâ. Auerruncare autem, vocabulo antiquo, significat auertere atque depellere. quam dictionem vsurpat Liuius, sic scribens in VIII. Placuit ad auerruncandam deûm iram victimas cædi. Et in X. Prodigiorum auerruncandorum causâ supplicationes in biduum senatus decreuit. Cicero ad Atticum sic scribit: Certè contrà igitur, inquit, dij auerruncent. Cato quoque in Re rusticâ: Viduertatem, inquit, vastitudinemque, calamitates intemperiasque prohibessis, defendas, auerruncesque. & Festus, Pacuuianum dictum, Amentiam auerruncassent tuam, interpretatur, id est, auertissent. Auerruncum item deum Romani colebant; & ab eo precabantur, vt pericula auerruncaret, hoc est, auerteret, amoliretur atque propulsaret. Legatur ergo apud Gellium, Auerruncus: non autem Arungus. cùm Arungus nihil significet, & dictio sit illiterata: Auerruncus verò sit deus Romanorum, & dictio vetustissima; atque ex interioribus literis ac potentissimis deprompta. Aruncus apud Plinium accipitur pro villo, qui à capellarum mento dependet. Sed hoc, & id genus sexcenta alia, quæ apud scriptores in Latinâ linguâ reperiuntur, partim obscura, partim deprauata, tractantur ac enodantur à nobis vberiori volumine; quod quotidie cudimus, & adhuc sub incude est: quod edetur in tempore. in quo omni studio ac vigilantiâ contendimus, laboramus, enitimur, pro virili parte, de Latinæ linguæ sectatoribus benè mereri.

IODOCI BADII ASCENSII, IN LIbrum Maphæi Vegij explanatio.

TVRNVS vt extremo, &c.] *Quemadmodum diximus ante explanationem Aeneidos, non erat inſtituti ipſius auctoris, vltra mortẽ Turni quidquam de Aeneâ dicere: quippe in quâ ſumma eius laus conſtituta erat, & vltra quam nihil de eo glorioſum dici potuit; niſi quod in ſuperiorib. libris prælibatum erat: videlicet, in cœlum, à Venere transferendum. vnde in 1.* Sublimemque feres ad ſidera cœli Magnanimũ Æneam. *Item, Deum indigetem appellãdum. vnde in X.* Indigetem Æneam ſcis ipſa, & ſcire fateris Deberi cœlo, fatisque ad ſidera tolli. *Rutulos autem victores Aeneæ ſubdidiſſe; Lauiniam Aeneæ nupſiſſe; dijs ſacrificatum eſſe ob victoriam: per ſe manifeſta ria ſunt. vnde fruſtra quidam quadrigis rotam quintam addidit. Nam, ſi Homerum imitari voluit; debuit, vt ille in Hectore tracto opus clauſit, in Turno deuicto etiam fi-*

MAPHÆI VEGII LAVDENSIS, POETAE CLARISSIMI, liber additus XII. Aeneidos libris: cuius eſt hoc

ARGVMENTVM.

TVRNVS vt extremo vitam ſub Marte profudit:
Subdunt ſe Rutuli Æneæ, Troiana ſequentes
Agmina. dehinc ſuperis meriti redduntur honores.
Congaudet gnato ac ſocijs, memor antè malorum
Actorum pater Æneas. Turni inde Latinus
Morte dolet. patriæ miſeranda incendia Daunus
Euerſæ, & chari deflet pia funera nati.
Connubium inſtaurat natæ, lætosq. hymenæos,
Rex ſocer Æneæ genero. gens vtraque pacto
Fœdere pacis ouat. tùm nomine coniugis vrbem
Inſtruit. & tandem, placidâ ſub pace rigentem,
Tranſtulit Æneam Venus aſtra in ſumma beatum.

nem facere. Veruntamen, quia decimustertius à Maphæo Vegio adiectus eſt: nolui ipſum demere; ſed paucis, quia facili, & multum à Maronianis coloribus frigente venâ compoſitus eſt, percurrere: non ordinem; ſed vocabulorum quorundam elucidationem proſequens. EXTREMO Marte.] *extremâ pugnâ.* PROFVDIT vitam.] *Id eſt, animam vitalem. ſed alluditur ad ſanguinem, in quo vitæ ac animæ vitalis ſedes eſt.* MEMOR antè malorum.] *Sic in 1.* O' ſocij, neq; enim immemores ſumus antè malorum. *Fruſtra autem additur,* Actorum. CONGAVDET.] *Congaudere aũt, id eſt, gratulari.* GNATO.] *id eſt, filio ſuo Aſcanio, ſeu Iülo: quia ſcit illi regnum deberi. vnde in quarto dixerat Aeneas:* Ipſe, quẽ regno Heſperiæ fraudo. TVRNI morte dolet.] *id eſt, de morte. Nã dicimus, Doleo mortẽ, poëticè: & oratoriè, Mors mihi dolet. Eius aũt dolor videtur importunus.* OVAT.] *Id eſt, more ouãtiũ gaudet.* VRBEM.] *Scilicet Lauinium:* NOMINE coniugis.] *Scil. Lauinia.*

TVRNVS vt extremo deuictus Marte profudit Effugientem animam.] *Vnde in fine.* Vitaque cum gemitu fugit indignata ſab vmbras. MAGNANIMVS ſtetit.] *Quia victor: cùm victi fugam quærant.* REVOMENTES.] *Quaſi ex indignatione exſpuentes.* CEV frondibus ingens Sylua, &c.] *Comparatio non ſatis apta: quia rei inſenſibili attribuit, vt ſyluæ, dolorem. Veruntamen id Maro quoq; nonnunquam facit. Item minùs apta eſt compoſitio: Sylua ingens dolet, lapſis frondibus, impulſa boreali tumultu. Nã aptiùs diceret: Dolet frondibus lapſis boreali impulſu.* NEC frænum, nec colla.] *Melius,* Nunc colla: *vt ſit, Nec colla eorum captiua recuſant nunc pati frænum. ſed id minus generoſè de Italicâ gente dicit: ſicut in alijs multis, circa decorũ dormitat.* ET veniam orare.] *id eſt, orabant: aut non recuſent.* SICVT acerba duo.] *Comparatio Vergiliana.* NON aliter Rutuli.] *Si non aliter Rutuli: quæras, quomodo dictum ſit;* Et durum ex alto reuomentes corde dolorem? *nam non reuomimus, niſi ex faſtidio & contemptu. vnde non congruit: quòd inclyta malunt arma ſequi; & tamen dolorem vomunt. Præterea cõtra decorum eſt: quòd, cæſo duce, libenter alienum iugum ferant: licèt id fortè Latinis conueniat.* NON aliter.] *Applicat comparationem taurorum ad Rutulos, ſed eam Vergilius aptiùs ad ductores ipſos priùs reddit.* BELLO'QVE quietem.] *Id rem vero ſimilẽ facit: quia* Nulla ſalus bello. pacem te poſcimus omnes, *dixerat Drances. veruntamen, quia verborum plus, quàm virtutis, à Vergilio habuiſſe prædicatur; dicerem Fato ceſſiſſe potiùs, quàm bello: quia dictum eſt priùs,* Gens aſpera bello Debellanda tibi eſt Latio. TVNC Turnum ſuper aſſiſtens.] *Verba ferè Vergiliana ſunt: ſed non tam congruè, vt ab illo, poſita.* PATER ERIS.] *Me-*
liùs

MAPHÆI VEGII LAVDENSIS LIBER, XII. ÆNEIDOS LIBRIS ADditus.

TVRNVS vt extremo deuictus Marte profudit
Effugientem animam; medioque ſub agmine victor
Magnanimus ſtetit Æneas, Mauortius heros:
Obſtupuêre omnes, gemitumque dedêre Latini;
Et durum ex alto reuomentes corde dolorem
Concuſſis cecidère animis. ceu frondibus ingens
Sylua dolet lapſis, boreali impulſa tumultu.
Tùm tela infigunt terræ, & mucronibus hærent;
Scutaque deponunt humeris, & prælia damnant;
Inſanumque horrent optati Martis amorem:
Nec frænum, nec colla pati captiua recuſant;
Et veniam orare, & requiem finemque malorum.
Sicut acerba duo quando in certamina tauri
Concurrunt, largo miſcentes ſanguine pugnam,
Cuique ſuum pecus inclinat: ſin ceſſerit vni
Palma duci, mox, quæ victo pecora antè fauebant,
Nunc ſeſe imperio ſubdunt victoris, & vltrò,
Quanquam animum dolor altus habet, parêre fatentur.
Non aliter Rutuli, licèt ingens mœror adhauſit
Pectora, pulſa metu cæſi ducis, inclyta malunt
Arma ſequi. & Phrygium Ænean, fœduſque precari
Pacis, & æternam rebus belloque quietem.

Tunc Turnũ super assistens, placido ore profatur
Æneas: Quæ tanta animo dementia creuit,
Vt Teucros Superûm monitis, summiq; tonantis
Imperio huc vectos, patereris Daunia proles
Italiâ, & pactis nequidquam expellere tectis?
Disce Iouem revereri, & iussa facessere diuûm.
Magnum etiam capit ira Iouẽ; memoresq; malorũ
Sollicitat vindicta deos. en vltima tanti
Meta furoris adest; quo, contra iura fidemque,
Iliacam rupto turbasti fœdere gentem.
Ecce suprema dies, alijs exempla sub æuum
Venturum missura: Iouem ne temnere frustra
Fas sit, & indignos bellorum accendere motus.
Nunc armis lætare tuis. heu, nobile corpus,
Turne, iaces! at non tibi erit Lauinia paruo,
Nec dextrâ tamen Æneæ cecidisse pudebit.
Nunc, Rutuli, hinc auferte ducem vestrum: arma virumque
Largior, atq; omnem deflendæ mortis honorem.
Sed quæ Pallantis fuerant ingentia baltei
Pondera, transmittam Euandro: vt solatia cæso
Haud leuia hoste ferat; Turnoq; exsultet adempto.
Vos memores tamen Ausonij, melioribus vti
Discite bellorum auspicijs. ego sidera iuro;
Nunquã acies, nunquã arma libens in prælia moui:
Sed vestris actus furijs, defendere toto
Optaui, & licuit, Troianas robore partes.
Nec fatus plura Æneas, se lætus ad altos
Vertebat muros, & Troia tecta petebat.
Vnà ipsum Teucrorum omnis conuersa iuuentus
Exsultans sequitur: volucresq; per arua pedum vi
Quadrupedes citat: incusans acri ore Latinos,

A *liis diceret, conatus eris: sed plus est, patereris. Nam si ne pati quidem debuit: multò minùs id facere licuit. Pati autem non debuit: quia debuit Iouis monitis perficiendis operã præstare.* DAVNIA proles.] *Vituperatio à genere. Nam Daunus mortalis illi pater fuit; licet diua Venilia mater.* DISCE Iouem revereri.] *Sic in sexto:* Discite iustitiam moniti, & nõ temnere diuos. IVSSA facessere.] *Hic facere. alibi, factum ire: vt Georgic. quarto;* Nec mora continuo matris præcepta facessit. *Sed importunè videtur mortuum ad virtutem adhortari, & vt pietatem colat. Quo-*
B *niam non est in morte, qui memor sit dei: in inferno autem quis cõfitebitur illi? Sed, quod in mortuum dicit, ad viuentium pertinet exhortationem.* MEMORES'Q. malorũ.] *Sic in primo Aeneidos Vergil.* At sperate deos memores fandi, atque nefandi. HEV nobile corpus, Turne.] *Bene in viro forti, & pio, temperamentum ponit iustitiæ & miserationis: vt gaudeat, deorum contemptorem victum esse; doleatq;, vinci commeruisse: scilicet vt, vitium damnans, hominem commendet.* AT non tibi erit Lauinia paruo.] *Scilicet precio. Et sunt verba, quæ Turnus, & eius socij, in contumeliam Teucrorum protulerant.* NEC dextra tamen, &c.] *Sic & Camilla priùs dixit: vnde & verba & sententiæ ex Vergilio sumuntur ferè.* SED quæ Pallantis.] *Pietatis erat, Turno arma relinquere: sed talionis, insigniã demere: vt, qui alios spoliauerat, spoliaretur.* INGENTIA baltei.] *Collisio est: nam non potest versus hypermeter esse; cùm non sequatur vocalis.* VT solatia cæso Haud leuia hoste ferat.] *Vnde ipse in vndecimo:* Vadite, & hæc memores regi mandata referte. Quid vitã moror inuisam, Pallante perempto? Dextera causa tua est, Turnum natoque patrique Quam debere vides, &c. MELIORIBVS vti Discite bellorum auspicijs.] *Hoc est, melius auspicemini. nam euenta rerum incerta dici non possunt. licèt in duodecimo dictum sit:*

Disce puer virtutem ex me verumque laborem,
Fortunam ex alijs ——

Nam illîc aliud verbum Seruius subaudiendum docet. Potest etiam accipi Auspicium, pro principio: sicut Auspicari, prò inchoare. Nam quia Romani nullam rem arduam, non priùs facto Auspicio, id est, auium inspectione, inchoabant: ideò accipimus Auspicium pro principio, vt dixi. Et quia, capto Auspicio, res secundùm ipsum factæ prosperè plerunque succedebant: ideò auspicatò venire; est opportunè, & bonâ aue, hoc est, prosperè, venire.

Ignauosque vocans. strepit altus plausibus æther.
Et quàmuis inhumata rogis dare corpora surgat
Ingens cura animo, sociosque imponere flammis:
Maius opus tamen Æneas sub pectore voluens,
Primùm aris meritos superis mandabat honores.
Tùm pingues patrio iugulant ex more iuuencos;
Immittuntque sues, niueasq; in templa bidentes:
Purpuream effuso pulsantes sanguine terram.

C IGNAVOS'QVE vocans.] *Ignaui sunt inutiles ad laborem: qui nihil rectè nauant, id est, quasi nauibus, quibus commodè & citò multa transuehuntur, operantur. Tracta est enim metaphora à nauibus. sed vt sit melior sonus, adiecta est simplici g litera: non enim Nauus, sed Gnauus dicitur. vnde & Græci ὀκνηροὺς vocant.* ET quàmuis inhumata rogis.] *Sic in principio 11. dictum est:* Æneas, quanquam & socijs dare tempus humandis Præcipitant curæ, turbataque funere mens est, Vota deûm primo victor soluebat Eoo, &c. MAIVS opus.] *Quia pietas in superos maior est, quàm in defunctos.* HONORES meritos.] *Id est, sacrificia pro victoriâ obtentâ, aut vota persoluit. κατὰ τὸ σιωπώμενον: vt intelligatur, se votis astrinxisse, si victor euaserit.* TVM pingues patrio iugulant ex more.] *Bene* iugulant *dixit, non* iugulat: *quia seruile est officium, quod socijs attribuit. sicut Maro;*

Obuertũt pelago proras, &c.

EX more patrio.] *Aut quia subijciunt cultros, vt se quasi interimentes sponte mori & offerri videantur. Erant autem iuuenci, quia boues intacti: vt,*

Nunc grege de intacto septem mactare iuuẽcos
Præstiterit. ——

INMITTVNT'QVE sues.] *supple, in templa. Sunt autem sues sacrificijs apti (secundùm Donatum) eximij: sicut boues intacti, & oues lectæ. vnde Maro:* Mactant lectas de more bidenteis. *vnde hic dicit,* Niueasque bidenteis: *quia dijs superis, & felicibus. vnde Maro:*

Nigram hyemi pecudẽ, Zephyris felicibus albã.

Viscera diripiunt, & cæsim in frusta trucidant:
Denudantq; gregem, & flammis, verubusque remittunt
Tùm vina effundunt pateris, & dona Lyæi
Accumulant: plenis venerantur lancibus aras.
Thura ignes adolent: onerata altaria fumant.

ET cæsim.] *id est, per incisionem.* IN frusta.] *Id est, particulas, & bolos.* VINA, &c.] *Pro, id est.* DONA Lyæi.] Quia *dona Lyæi, id est, Bacchi, sũt vina. vnde est:* Munera, lætitiamq; dei. *vbi tamen & die legitur. Et in secundò Georgicorum:*

Huc pater ô Lenæe: tuis hîc omnia plena
Muneribus, &c. —

THVRA ignes adolent.] *id est, incendunt, cremant.*

MA

Tum plausus per tecta mouent: magnumque Tonantem
Extollunt, Veneremque, & te, Saturnia Iuno,
Iam placidam, & meliorem ingenti laude fatentur,
Mauortemque ipsum. tùm cætera turba deorum
In medium effertur, summis cum vocibus altos
Perlata ad cœlos. antè omneis gratior vnus
Æneas duplices mittebat ad æthera palmas:
Et puerum pauca ore dabat complexus Iülum.
Nate, in quo spes vna patris, per tanta laborum
Quem varijs actus fatis discrimina duxi,
Ecce inuenta quies! ecce illa extrema malorum,
Ærumnis factura modum, acceptissima semper
Atque optata dies! quam dura in bella vocatus
Sæpè tibi, dijs auspicibus, meminisse futuram
Iam memini. nunc te, cùm primùm aurora rubebit
Crastina, sublimem Rutulorum ad mœnia mittam.
Dehinc sese ad gentem Iliacam voluebat: & alto
Pectore verba trahens, blando est sic ore locutus.
O socij, per dura ac densa pericula vecti,
Per tantos bellorum æstus, duplicesque furores
Armorũ, per totq; hyemes; per quidquid acerbũ,
Horrendum, graue, triste ingens, per quidquid iniquum,
Infaustum & crudele foret: conuertite mentem
In melius. iam finis adest: hîc meta malorum
Stabit: & optatam Latiâ cum gente quietem
Iungemus. dabit indè mihi Lauinia coniux,
Bello acri defensa, Italo cum sanguine mistam,
Troianam transferre æterna in secula gentem.
Vnum oro, socij: Ausonios communiter æquo
Ferte animo, & vosmet socero obseruate Latino.
Sceptrum idem sublime geret: sententia mentem
Hæc habet. at bello vos, & præstantibus armis,
Discite me, & pietate sequi. quæ gloria nobis
Cesserit, in promptu est. sed cœlum & sidera testor:
Qui vos tantorum eripui de clade malorum,
Idem ego sub maiora potens vos præmia ducam.
Talibus orabat: variosque in pectore casus
Præteritos voluens; partamque labore quietem
Haud paruo, nimiùm ardenti exundabat amore
In Teucros, grauibus tandem euasisse periclis
Exsultans. veluti exiguis cùm ex æthere gyrans
Incubuit pullis, & magno turbine miluus
Insiliens auido ore furit, stragemque minatur:
Tùm cristata ales perculso pectore mater
Consurgit, misero natorum exterrita casu,
Rostrum acuit, totisque petit conatibus hostem,
Et multâ expulsum vi tandem cedere cogit:
Dehinc perturbatos crocitans exquirit; & omneis
Attonitos cogit pro charis anxia natis:
Et tanto ereptos gaudet superesse periclo.
Non secùs Anchisâ genitus, mulcebat amicis
Troianos dictis; antiquum corde timorem,
Flagranteisque agitans curas, & gaudia, longis
Tandem parta malis: & quæ perferre molestum
Antè fuit, meminisse iuuat. verùm altior idem,
Ingenti, & clarâ Æneas supereminet omneis
Virtute excellens; & pro tot numina donis
Exorat, summisque Iouem cum laudibus effert.
Interea Rutuli magnum & miserabile funus,
Exanimumq; ducẽ, tulerant sub tecta frequentes.

MAGNVMQVE tonantem.] *Fatorum auctorem Iouem, & generis caput. vnde*: Et mî genus ab Ioue sũmo. ET Venerem.] *Quia Aeneæ matrẽ.* ET te, Saturnia Iuno, Iam placidam, & meliorem.] *Id audacter dictum: quia nondum nouit populus, quæ Iupiter cum Iunone egisse à Poëtâ dictus est. verùm (vt dicit Seruius) in secundo bello Punico legitur placata.* MAVORTEM.] *id est, Martẽ.* IPSVM.] *scilicet principem bellorũ.* TVM cætera turba deorum.] *Alij,* Tumque extera turba deorũ *melius,* cętera *legitur: quia post magnos deos, cæteros inuocabant.* ÆRVMNIS factura modum.] *Id est, finem. vt in consimili Maro, & in quarto*: Nã quis erit modus? CRASTINA, sublimem Rutulorum ad, &c.] *Id est, quod in duodecimo pollicetur sic*: Nunc te mea dextera bello Defensum dabit, & magna inter præmia ducet. *Ea autem præmia, vult esse Rutulorum mœnia: id est, quæ Rutuli sibi vendicarant, iure matrimonij. Bene autem vterque fingit, Ascanium in mœnia ductum: quia Aeneas occubuisse legitur cum Latino, nondum peracto bello.* DVPLICESQVE furores Armorum.] *id est, bellorum Erynnes. Nam armatis maior est furor. vnde Euander.* Haud ignarus eram, quantum noua gloria in armis, Et prædulce decus primo certamine possit. *Vbi Seruius*: In armis, *quod armatum, cuius consilium, cupiditas victoriæ plerunque conturbat. Et ideo dicit hîc,* Duplices furores: *aut certè, propter duo bella, Troianum scilicet & Italicum, nam per arma, bella intelligimus.* PER totque hyemes.] *id est, tempestates pluuiosas, & ventosas.* PER quidquid acerbum.] *Maronianum est.* PER quidquid iniquũ.] *Propter fœdera rupta: quæ iniquitas non in Troianis; sed in aduersarijs fuit.* INFAVSTVM.] *Quia & boni beclidunt interdum. vt,* Occidit & Peleus, iustissimus vnus Qui fuit in Teucris, & seruantissimus æqui: Dijs aliter visum. *Præterea, infausta erat pugna illa, Pallas quia interemptus erat: & crudelis, quia immaniter multi trucida*tisunt: *vt Nisus, Euryalus, & cæteri.* A

OPTATAM Latiâ cum gente quietẽ Iungemus.] *Id secundùm Maronem. quod & Liuius sentit; qui dubitat, vter Ascanius successerit: an is, qui ex Creusa, an qui ex Lauinia, procreatus sit.* BELLO acri defensa.] *Quia Turnus eã præripere visus erat.* ITALO cum sanguine mistã Troianam transferre.] *scilicet, dabat.* VNVM oro.] *Id Iunone inspirante voluisse, putari potest: quoniam id Iuno recuperat, ante finem, duodecimi Aeneid.* ET vosmet.] *Sic Maro in primo*: Et vosmet rebus seruate secundis. AT bello, &c.] *Sic in duodecimo ad Ascanium*: Disce puer virtutem ex me, verosque labores. B PARTAM.] *id est, acquisitam.* LABORE Haud paruo.] *id est, magno: per liptotem figuram.* CRISTATA ales.] *id est, gallina, cui in vertice crista est; minor tamen, quàm gallo gallinaceo.* PERCVLSO.] *id est, attonito ex subito malo. Venit autem à percellor. nec dicitur,* percusso: *quia non nisi rostro percuti posset. Eâ autem comparatione vitur & Saluator in Euangelio*: Quoties volui cõgregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos sub alas: & renuisti? CROCITANS.] *Vocabulum* C *versum à sono gallinæ, pullos conuocantis.* GAVDET superesse periclo.] *id est, exstare. Dulciùs autem videtur euasisse periculum, quàm non habuisse. vnde in primo dictum est*: Mœstumq; timorem Mittite: forsan & hæc olim meminisse iuuabit. ANCHISA genitus.] *scil. Aeneas. sic & Vergilius declinauit, qui & in vocatiuo dixit lib. Aeneid. tertio*: Coniugio Anchisâ Veneris dignate superbo. *Cùm à nominatiuo primæ declinationis in es, vsitatior sit vocatiuus in e: vt, ô Priamide, & cætera. Quocirca sunt, qui velint ablatiuum & vocatiuum in a formari, non ab es, sed ab antiquo nominatiuo in a. nam antiqui declinabant, hic Anchisa, & hic Atrida. vnde est vocatiuus Atrida, vltimâ breui, apud Horatium in Sermon.* Atrida, vetas cur? FLAGRANTEISQVE agitans curans.] *Bene dixit,* flagranteis, *id est, ardentes: quia*

A *quia cura (secundùm, Seruium) dicitur, eò quòd cor vrat. Est autem accusatiuus. Nam ordo est: Agitans: id est, depellens; corde, scilicet suorum; dolorem antiquum, id est, inueteratum; & curas flagrantes: & iuuat meminisse gaudia, parta tandem, id est, post longam exspectationē; lōgis malis, id est, laboribus, et ærumnis: vt,* Assuetumq́; malo Ligurē. MEMINISSE iuuat.] *Ex illo est, (vt dixit)* Forsā & hęc olim meminisse iuuabit. *At tamē ne laude suâ fraudet, speciosè dictum est: Quæ perferre molestum antè fuit, meminisse iuuat.* VERV'M altior.] *Dicere potuisset, Altissimus: sed non dicit Altior omnium: sed, altior supereminet*
B *omneis. quod idem est ac si dicat: altior omnibus supereminet omneis, id est, eminet super omneis.* INTEREA.] *Post victoris triumphum, describit victi luctum.* TVLERANT sub tecta.] *Non ergo extulerant: sed intulerant. quia effertur, qui intus est ad sepulchrum, aut bustum: infertur, qui foris.* LARGV'MQVE pluentes Imbrem.] *id est, more pluuiæ demittentes lachrymas, guttatim cadentes. Liuius autem dixit, pluisse lapidibus; sed hîc transsumptiuè acceptum, accusatiuo iunxit.* CEV spumantis, &c.]
C *Ordo est; Ceu, id est, quemadmodum, quando canis præstantior ex omni numero, id est, præstātissimus, aut præstantior cæteris omnibus. Nam cum genitiuo, comparatiuus duorum est.* EXCEPIT per viscera denteis Fulmineos.] *id est, in morem fulminis inuadentis apri, id est, suis syluestris, spummantis scilicet ferocitate, & agitatione: tunc* cætera turba latrantum, *scilicet canum;* perterrita casu, *scilicet canis laceri;* infausto, *id est, infelici;* fugit, atque pauitat circumstans ore querulo, *id est; querenti & lamentanti similis;* magistrum, *scilicet venatorem; &* infremit, *id est, valde & intrinsecus fremit*, magno vlulatu: *ac ipsa turba canum* commota, *id est, admonita;* manu domini, *scilicet venatoris;* iubentis, *id est, præcipientis silentium:* silet ore, & premit gemitum, & coërcet sese. HAVD.] *id est, non aliter, hoc est, eodem modo*, Rutuli queruntur voce suppressa, &c. QVANTOS.] *id est, ô quàm magnos motus. & supple, quam.* alternas vices, *id est, vicissitudines,* negotia humana miscent! *quasi dicat, maximos, & maximè alternas.* QVO.] *id est, quali.* TVRBINE.] *id est, turbatione, & vertigine, seu vicissitudine.* VITA hominum fertur?] *quasi dicat, admirabili.* O' damnosa superbia sceptri fragilis.] *id est, regni non diu duraturi.*

Correpti mœrore animos, largumq́; pluentes
Imbrem oculis: & iam lato clamore Latinum
Defessum, & varios agitantem pectore casus,
Cōplerant. qui postquā altos crebrescere questus,
Et Turnum ingenti confossum vulnere vidit,
Haud tenuit lachrymas; dehinc mœstum leniter agmen
Corripuit, manibus verbisq́; silentia ponens.
Ceu spumantis apri quando per viscera denteis
Fulmineos canis excepit, præstantior omni
Ex numero: tunc infausto perterrita casu
Cætera turba fugit latrantum, atq; ore magistrum
Circumstans querulo, pauitat, magnoq; vlulatu
Infremit; ac commota manu, dominiq; iubentis
Ore, filet, gemitumq; premit, seseq; coërcet.
Haud aliter Rutuli suppressâ voce queruntur.
Tunc sic illachrymans rex alto corde Latinus,
Verba dabat. Quantos humana negotia motus
Alternasq; vices miscent! quo turbine fertur
Vita hominum! ô fragilis damnosa superbia sceptri!
O' furor! ô nimiùm dominandi innata cupido,
Mortales quò cæca vehis! quò gloria tantis
Inflatos transfers animos quæsita periclis!
Quot tecum insidias, quot mores quāta malorum
Magnorum tormenta geris! quot tela, quot enses
Ante oculos (si cernis) habes! heu, dulce venenū;
Et mundi lethalis honos! heu tristia regni
Munera; quæ haud paruo constent! & grandia rerum
Pondera; quæ nunquam placidam promittere pacem,
Nec requiem conferre queant! heu, fortis acerbæ
Et miseræ regale decus! magnoq; timori
Suppositos regum casus, paciq; negatos!
Quid, Turne, ingenti Ausoniam mouisse tumultu;
Et dura Æneadas turbâsse in bella coactos,
Quid iuuat? & violâsse sacræ promissa quietis
Pignora? quæ tibi tanta animo impatientia venit;
Vt Martem cum gente deûm, iussuq; tonantis
Huc vectā, gereres? & nostris pellere tectis
Vltrò instans velles? natæq; abrumpere fœdus,
Pollicitæ genero Æneæ? & me bella negante
Dura mouere manu? quæ tanta insania mentem
Implicuit? quoties te in sæui Martis euntem
Agmina, sublimeq; in equo, & radiantibus armis,
Tentaui reuocare, & iter suspendere cœptum?
Corripui, & pauitans cedentem in limine frustra?
Indè ego quanta tulit: testantur mœnia tectis
Semirutis, magniq; albentes ossibus agri,
Et Latium toto vacuatum robore, & ingens

vnde in Georgicis: Perituraq; regna. *aut quod nemo nō fragilis possidet.* O' furor, ô cupido dominandi innata.] *scilicet pectoribus nostris nimiùm.* QVO' cæca vehis mortales?] *quasi dicat, in maxima sæpe mala: vt de Turno posuit.* QVO'.] *id est, ad quem statum, aut quam conditionem.* O' Gloria quæsita.] *id est, parta, & acquisita.* TANTIS periclis.] *pro, periculis.* TRANSFERS.] *scilicet tranquillitate suâ.* ANIMOS inflatos.] *scilicet spiritu superbiæ & ambitionis.* QVOT insidias geris tecum?] *quasi dicat, plurimas. omni enim admiratione interrogat.* ANTE oculos (si cernis) habes.] *Continuat sermonem. nam ordo est: ô gloria, si cernis. meliùs diceret, Si cernas: quia cæcam dixit.* HEV.] *tu habes ante oculos* dulce venenum, *quod cum dulcedine inficit, & interficit animos.* ET honos mūdi.] *est, supple.* LETHALIS.] *id est, mortifer.* Heu, *dolentis interiectio.* MVNERA regni.] *sunt, supple.* Tristia. QVÆ.] *id est, vtpote quæ.* CONSTENT haud paruo.] (*quia,* Ad generū Cereris sinè cæde & sanguine pauci Descendunt reges. & siccâ morte Tyranni: *vt dicit Iuuenalis*) *id est, magno: quia vita multis cōstet.* &, *Heu* GRANDIA pōdera rerū.] *supple, sunt tristia.* QVÆ.] *id est, vtpote quæ.* NVNQVAM queant promittere pacē placidam.] *id est, sinè intrinsecâ lite & agitatione: quia diuitiæ cum anxietate possidentur.* NEC requiem.] *placidā. Sic in quarto Vergil.* Nec placidā mēbris dat cura quietem: Heu decus regale, fortis acerbæ, & miseræ! HEV casus regum suppositos magno timori, Et negatos paci!]

Moralis exclamatio, ex aliquâ saltem parte moribus prosit. O' Turne, quid iuuat.] *id est, prodest, te, supple.* MOVISSE.] *id est, concitâsse.* AVSONIAM.] *id est, Italiam; saltē pro parte.* INGENTI tumultu. & turbâsse Æneadas.] *id est, Aeneæ socios.* COACTOS.] *id est, cogens eos in dura bella. quia paucis, & externis, cum multis indigenis bellandum erat. quasi dicat; nihil iuuat.* ET *quid iuuat te* violâsse pignora sacræ quietis.] *id est, sanctæ pacis fœdera.* QVÆ tanta impatientia venit tibi animo, vt gereres Martem.] *id est, bellū.* CVM gente deûm.] *id est, deorum progenies. & cū gente* vecta huc, *id est, ad nos,* iussu tonantis. *quasi dicat, maxima. (Ego verò potiùs legerē,* Imprudentia, quàm impatientia. *peccant tamē etiam per impatientiam amorum.) & tu vt* instans vltrò, *id est, nō lacessitus,* velles

pellere, *scillicet gentem deorum*, nostris tectis. NATÆ'QVE abrumpere fœdus.] *Tangit historias à Vergilio descriptas: obseruans videlicet ab illo inuenta; perinde ac si œconomia ac dispositio eius operis huius XIII. libri exegerit subsecutionem. cum tamen (vt prius diximus) in concesso sit, Maronem in Turno cæso, sicut Homerum legerat in Hectore tracto, finem operis cõstituisse.* QVOTIES tentaui reuocare?] *Quasi dicat, sæpe. bis autem legitur in Vergilio; vt in II. & iterum in XII.* INDE ego quanta tuli.] *Vnde in XII.* A

—Vincla omnia rupi;
Promissa eripui genero, arma impia sumpsi.
Ex illo, qui me casus quæ bella sequantur,
Turne, vides, &c.

SEMIRVTIS.] *Semidirutis, & deiectis.* ET agri magni albentes.] *aut nigri albentes magnis ossibus, id est, magnorum virorum. vnde conformiter legendum erit* magni, *vt multitudinem occisorum significet.*

Exitium, fluuijq; humanâ cæde rubentes;
Et longi trepidiq; metus, duriq; labores;
Quos toties senior per tanta pericula cepi.
At nunc, Turne, iaces. vbinam generosa iuuentæ
Gloria; & excellens animus? quò splendidus altæ
Frontis honos? quónam illa decens it frontis imago?
Ah, quantas Dauno lachrymas, acresq; dolores,
Turne, dabis? quanto circumfluet Ardea fletu?
Sed non degeneri & pudibundo vulnere fossum
Aspiciet: saltem hoc miseræ solamen habebit
Mortis; vt Æneæ Troiani exceperis ensem.
Hæc fatus, lachrymisq; genas impleuit obortis.
Tùm sese ad turbam voluens, miserabile corpus
Attolli, & charam mœsti genitoris ad vrbem
Deferri, atq; pios fieri mandabat honores.
Mox circumfusi Rutuli, lato agmine cæsum
Sublimem ingenti iuuenem posuêre pheretro:
Multa super Teucrûm raptorum insignia secum
Et galeas, & equos, ensesq; & tela ferentes,
Post currus Phrygiâ sudantes cæde sequuntur.
It lachrymans, & ducit equum doctâ arte Metiscus
Rorantem, & fletu madidum: qui vexerat antè
Victorem Turnum, atq; hostili strage furentem.
Hinc alij aduersa arma gerunt. tùm cætera pubes
Flens sequitur, largisq; humectat pectora guttis.
Et iam fessi ibant per muta silentia noctis,
Cædentes sese: gressumq; in tecta Latinus
Flexerat, ingenti turbatus funere mentem.
Vnà omnes lacrymas matres, pueriq;, senesq;
Fundebant; mœstam implentes mugitibus vrbẽ.
Inscius at tantos Daunus superesse dolores,
Et natum extremo cõsumptum Marte superbam
Effudisse animam, largisq; ad mœnia duci
Cum lachrymis, alios gemitus curasq; fouebat.
Namq;, ex diuersâ caderent dum parte Latini.
Et calido Turnus fœdaret sanguine terram:
Vrbem ingens flamma & muros inuaserat altos;
Fumabatq; rutis miseri patris Ardea tectis,
Et tota in cinerem vergebat, & astra fauillæ
Altiuolæ implebant: nec spes plus vlla salutis:
Siue quidem sic dijs placitum est; seu præscia Turni
Signum vt fata darent horrẽdo Marte perempti.
Extemplò concussi animos, turbataq; ciues
Pectora cædentes, miserandæ sortis iniquum
Deflebant casum, longoq; ex ordine matres:
Atq; auidos totis fugiebant viribus ignes.
Ac veluti, cùm nigra cohors posuêre sub altâ
Arbore, & in fissâ radice cubilia, longo
Formicæ instantes operi; si dura securis
Incumbat, versoq; infringat culmine paruas
Sæua casas: mox certatim sese agmine sparso
Corripiunt, mœstæque fugâ trepidæque feruntur.
Et velut ignitum testudo euersa calorem
Cùm sensit, luctata diu, pedibusq; renitens;

FLVVII'QVE humanâ cæde.] *id est, sanguine,* rubentes. *sic in XII.* Recalent nostro tyberina fluenta Sanguine adhuc. PER tanta pericula cœpit.] *Hoc quoq; protestatus est Turnus ipse, in vndecimo Aen. dicens:* Quam pro me curam geris, hanc precor, optime, pro me Deponas, lætúq; sinas pro laude pacisci. *Et ipse Latinus paulò ante dicta verba:* O' præstans animi iuuenis, quantũ ipse feroci Virtute exsuperas; tantò me impensiùs æquũ est Cõsulere, atq; omnes metuentẽ expẽdere casꝰ, &c. QVO'NAM illa decẽs it?] *Pro,* abiuit. AC quátas, &c.] *Videtur diutiùs lamẽtari casum Turni, quàm par erat: quippe q tantopere gratulaturus sit Aeneæ ob victoriã. sed (vt dicã) potuit aliud vultu præ se ferre, aliud corde tegere: quod tamen integro viro non conueniret.* CIRCVMFLVET Ardea.] *Id est, ciuitas Ardeatina, hoc est, populus eius. Nam ipsa vrbs iam conflagrauerat, & in auem versa erat. quod licèt Latinum lateret: tamen vrbi non conuenit circumfluere.* SED non degeneri.] *Idem, vt cætera ferè, ex Marone sumptum: vt de Pallante visum est.* ASPICIET fossum pudibundo vulnere.] *Id est, de quo pudendum esset, vt de vulnere suscepto in tergum.* ET aspicit vt.] *Id est, qualiter exceperis: quia in pectus aduersum.* SVBLIMEM ingenti, &c.] *Omnia sunt ex Marone deprompta; & præcipuè ex vndecimo: vbi ad Euandrum missus est Pallas; vt nunc ad Daunum Turnus.* MVLTA super Teucrûm.] *Sic in secundo:* Multaq; præterea Laurentis præmia pugnæ Aggerat. *Non est tamen eadem idoneitas in negotio. Aeneas victor, quem penes erant corpora, & spolia hostiũ interemptorum, potuit funus Pallanti ex sententiã instruere. Latinò verò, cùm quodammodo victus sit, non competit, ex Teucrorũ corporibus pompam funebrem instruere. nam id esset victorib. insultare.* POST currus.] *Id est postmodum equi sonantes cæde, id est, sanguine, &c. aut sic:* Ferentes. *scilicet Rutuli,* enses, & tela, sequuntur post currus sudãtes Phrygiâ, &c. B METISCVS.] *Qui dictus est auriga Turni fuisse; sicut Acestes Pallantis. de quo in vndecimo:* Dicitur infelix æuo confectus Acestes. ET ducit equũ.] *Sic in II.* Post bellator equus, positis insignibus, Æthon, It lachrymans. HINC alij versa arma gerunt.] *Sic in vndecimo:* Tum mœsta phalanx, Teucriq; sequuntur, Tyrrhenique duces, & versis Arcades armis. GRESSVM'QVE in tecta Latinus. *Sic de Aeneâ in vndecimo:* Nec plura effatus, ad altos Tendebat muros, gressumque in castra ferebat. MVGITIBVS.] C *Pro eiulatibus dixit. Nam mugitus propriè taurorum sunt: eiulatus, mulierum.* INSCIVS ad tantos, &c.] *Id est, nesciens: supple, fit.* SVPERESSE ad tantos dolores.] *Superesse, id est, superstitem esse, & restare. nam (vt Aulus Gellius docet) significat etiam superfluum, id est, supra id quod satis sit, esse. Et est pathos, ab eo quod accidit præter opinionem, & quod minimè verebamur.* VRBEM ingens flamma, &c.] *Hanc Ouidius fingit in Ardeam auẽ mutatam.* TECTIS rutis] *Id est, dirutis, & dissolutis per incendium.* FAVILLÆ altiuolæ.] *Id est, scintillæ. Bene autem alludit ad fabulam. nam ardea auis, videtur ab arduitate dicta, eò quòd ardua volat. quam naturam videtur ex eo sumpsisse, quòd ex scintillis & fauillis Ardeæ incensæ facta sit. proprium enim est scintillarum ab*

Caudam agitansq; caput, magnâ ui cedere tentat,
Æstuat, & multo insidias conamine miscet.
Haud aliter miseri per tanta pericula ciues
Iactabant sese, & turbatâ mente ferebant.
Ante omnes senio confectus, ad æthera voces
Fundebat querulas Daunus: superosq; vocabat.
Tùm vero è medijs visa est consurgere flammis,
Percussisq; ales volitare per aëra pennis:
Indicium nomenq; vrbis versæ Ardea seruans:
Et cui sublimes stabant in mœnibus arces,
Mutata effusis nunc circumlabitur alis.

A *rum ac fauillarum, ardua petere, & ad globum ignis tendere. Pulchrè aũt alludunt poëtæ, in figmentis suis, ad res gestas. Nam cùm vrbs ea Ardea dicta fuerit, ab arduitate; & post exustionem solũ remanserit nomen, quod idem aui inditum est: pulchrè finxerunt vrbem in auem mutatam, hoc est, vrbis nomẽ in auis nomine perdurâsse. Est autem hyperbole, quòd* dicit, Et astra fauillæ implebant: *nam non tantum asscendere possunt.* SIVE quidem sic dijs placitum.] *Moris est Vergiliani, quoties causa non apparet, sic loqui. vt in principio III. Aen.* Postquam res Asiæ, Priamiq; euertere gentem Immeritã, visum superis. *Deorum enim iudicia, sunt semper iusta: sed sæpe ignoratur, cur iusta sint.* SIGNVM vt fata darent.] *Alludit ad illud, quod de Euandro dicitur in decimo:* Agnouit longè gemitum pręsaga mali mens.
B PECTORA cædentes.] *Id est, contundentes.* AC veluti, cum nigra cohors.] *Sic Ennius, quod & Maro sumpsit;* It nigrum campis agmen. *Bona autem est comparatio: nam si cauernula formicarũ eruatur, omnes sarcinulas, quas quæq; potest, colligunt. vnde eam sumpsit & Maro, in quarto, ad profectionem aut fugam Troianorum, dicens:* Migrantes cernas, totaq; ex vrbe ruentes, Ac velut ingentem formicæ farris aceruum, Cum populant hyemis memores, tectoq; reponunt, It nigrũ campis agmẽ, *&c.*

Vtero autem videtur habuisse respectum negotij: nam Troiani sarcinulas suas colligebant, in fatalem terram reponendas: & ideò comparantur à Marone formicis colligentibus. ciues autem Ardeatini, ex incendio, quæ poterant, receperant; ad incertas sedes transferendas: & ideò bene comparantur formicis, post euersum nidum partas opes recipientibus. Ab Ennio tamen nigrum agmen de elephantis dictum volunt: & ab alio poëta, de Mauris. quod inconueniens non est. nam licet verba & dicta aliorum ad suum institutum conuertere. ET veluti.] *Ponit secundam comparationem, sumptam à testudine: animali quidem imbelli; sed pertinaciter parieti domus incensæ adhærenti, & non nisi cum summâ indignatione cum relinquenti. quomodo & ciues ex incendio, res suas, tantisper dum possunt, recipiunt; nec deserunt, nisi vi summâ repulsi, ingruente scilicet igne. Potest autem prior comparatio referri ad strenuè migrantes: posterior ad tardè discendentes.* CALOREM ignitũ.] *i. ab igne procedentem.* LVCTATA diu.] *id est, renitens contra flammæ calorẽ.* CAVDAM agitãsq; caput.] *Illud* Que *nõ suo loco positũ est; nisi sit,* Renitens pedibus caudã: & Agitãs caput, tentat cedere, *scilicet flammis.* MAGNA vi.] *scilicet pro modulo corporis.* TVM verò è medijs. *Fictionem sequitur Ouidianam: secundùm quam incensa, in sui nominis auem transformata est.*

Attoniti nouitate omnes, monitisq; deorum
Haud paruis confusi, humeros atq; ora tenebant.
At Daunus, patriæ ardenti concussus amore
Euersæ, duros gemitus sub corde premebat.
Hæc inter, magno volitans prænuntia motu
Fama ruit, latisq; animos clamoribus implet.
Aduentare nouum multo cum milite funus,
Et Turnum exanimem, & lethali vulnere victum.
Mox turbati omnes, nigras duxêre frequentes
Incensas ex more faces. ardentibus agri
Collucent flammis. dehinc se venientibus addũt:
Quos postquam toto vidêre ex agmine matres,
Percussis vocem palmis super æthera tollunt.
At Daunus, chari vt patuerunt funera nati,
Substitit: & demum ingenti correpta dolore
Ora mouens, medium sese furibundus in agmen
Proripuit: Turnumq; super prostratus, & hærens,
Cùm primùm fari potuit, sic edidit ore.
Nate, patris dolor, & fessæ miseranda senectæ
Rapta quies; quò me tantis iactare periclis
Duxisti? & sæuis tandem deuicte sub armis?
Quò tua me præstans animi constantia vexit?
Hic claræ virtutis honos! hæc gloria sceptri!
Hoc magni decus imperij! talésne triumphos
Nate refers? hæc illa quies promissa parenti
Afflicto toties? hæc meta optata laborum?
Heu miserum! quàm præcipites labentia casus
Secla agitant! quanto voluuntur fata tumultu!
Qui iam sublimes referebas clarus honores,
Et magnus toto in Latio; quem Troës in armis
Horrendum, & trepidi toties sensêre furentem:
Nunc, mi Turne, iaces, miserandũ & flebile corpus:
Iam mutũ est, sinè voce caput: quo pulchrior alter
Non fuit in totâ Ausoniâ; nec gratior vllus
Eloquio; nec quis positis ingentior armis.
Nate, vbi forma nitens? niueâq; in fronte serenus
Ille decor, dulcisq; oculorum aspectus, & altæ
Sidereus ceruicis honos? his gloria Martis

ATTONITI nouitate omnes.] *Attonitus dicitur, quasi è tonitru perculsus: & ideò omni vehementi perturbationi, subitò obruenti, attribuitur. Rectè autem attonitos dixit, propter similitudinem exustionis vrbis cum tonitru. Tonitru enim fit, extinctione ignis, in nube: qualem crepitum dant*
C *sæpe incendia vrbis. Qui verò attonitus est, horrore quodam concutitur, propter inopinatam aëris commotionem, & fulminis præuisi, licèt pòst orti, apparitionem: quod (vt Plinius sentit) neminem ferit, nisi priùs exenimatum. Eo autem modo stupefacti erant ciues Ardeatini, & ex vrbis incensione, & ex Ardeæ (vt fingitur) apparitione.* MONITISQVE deorum.] *id est, monstris, quibus admonebantur, rem quamuis magnam portendi.* HVMEROS atque ora tenebant.] *Humeros, à vehẽdis fascibus, & sarcinulis: Ora, ab oratione. nihil enim dicebãt stupefacti.* AT Daunus, *&c.*] *Non opportunè ponitur particula* At, *quæ aduersatiua est. & rebus contrarijs congruit. vt in fine 3. Aeneid.*
–factoq; hic fine quieuit.
At regina, graui iamdudum saucia curæ,
Vulnus alit venis.——

Vbi, post quietem Aeneæ, ponit commotionẽ Didonis. hic verò, post Rutulorum stupefactionẽ nihil loquentiũ, inducit gemitus compressionẽ, id est, simile silẽtium. vnde nõ rectè dicitur At, *sed rectiùs dixisset,* Et. *Viri aũt fortis est, corde dolorẽ premere. vnde in primo de Aeneâ:*
Spem vultu simulat, premit altũ corde dolorem.
QVOS postquã toto, *&c.*] *Similem ploratum & vlulatum inducit in funere Turni.* PERCVSSIS vocẽ.] *Ordo est: Tollunt vocem ad sidera (malè aũt legeretur,* Ad ęthera: *quia* Ad *corripi deberet) palmis percussis, scilicet inter se. vnde dicere potuisset,* concussis. CVM primùm fari potuit.] *Sic & Maro. Malè autem legeretur,* Quamprimũ. *Nã licèt.* Quàm, *acceptũ pro Valde, bene iungatur superlatiuo; tamẽ sensus malus esset. Nam nõ vult dicere, quòd quamprim. i. valde citò; sed quòd cũ primũ, aut vt primùm, aut vbi primùm.* POTVIT fari, sic edidit ore.] *Aut pleonasmus est: aut* ore edidit: *quia potuit dolorẽ suũ etiã alijs indicare.* QVO.] *id est, ad quid.* PRÆSTANS animi.] *Sic Latinus ad eundẽ in duodecimo:* O præstãs animi iuuenis, quantũ ipse feroci Virtute exsuperas,

pellere, *scilicet gentem deorum*, nostris tectis. NATA'QVE abrumpere fœdus.] *Tangit historias à Vergilio descriptas: obseruans videlicet ab illo inuenta; perinde ac si œconomia ac dispositio eius operis huius XIII. libri exegerit subsecutionem. cum tamen (vt prius diximus) in concesso sit, Maronem in Turno cæso, sicut Homerum legerat in Hectore tracto, finem operis cõstituisse.* QVOTIES tentaui reuocare?] *Quasi dicat, sæpe. bis autem legitur in Vergilio; vt in II. & iterum in XII.* INDE ego quantatuli.] *Vnde in XII.*

—Vincla omnia rupi:
Promissa eripui genero, arma impia sumpsi.
Ex illo, qui me casus quæ bella sequantur,
Turne, vides, &c.

SEMIRVTIS.] *Semidiruis, & deiectis.* ET agri magni albentes.] *aut nigri albentes magnis ossibus, id est, magnorum virorum. vnde conformiter legendum erit magni, vt multitudinem occisorum significet.*

Exitium, fluuijq; humanâ cæde rubentes,
Et longi trepidiq; metus, duriq; labores:
Quos toties senior per tanta pericula cepi.
At nunc, Turne, iaces. vbinam generosa iuuentæ
Gloria; & excellens animus? quò splendidus altæ
Frontis honos? quónam illa decens it frontis imago?
Ah, quantas Dauno lachrymas, acresq; dolores,
Turne, dabis? quanto circumfluet Ardea fletu?
Sed non degeneri & pudibundo vulnere fossum
Aspiciet: saltem hoc miseræ solamen habebit
Mortis; vt Æneæ Troiani exceperis ensem.
Hæc fatus, lachrymisq; genas impleuit obortis.
Tùm sese ad turbam voluens, miserabile corpus
Attolli, & charam mœsti genitoris ad vrbem
Deferri, atq; pios fieri mandabat honores.
Mox circumfusi Rutuli, lato agmine cæsum
Sublimem ingenti iuuenem posuêre pheretro:
Multa super Teucrûm raptorum insignia secum
Et galeas, & equos, ensesq; & tela ferentes,
Post currus Phrygiâ sudantes cæde sequuntur.
It lachrymans, & ducit equum doctâ arte Metiscus
Rorantem, & fletu madidum: qui vexerat antè
Victorem Turnum, atq; hostili strage furentem.
Hinc alij aduersa arma gerunt. tùm cætera pubes
Flens sequitur, largisq; humectat pectora guttis.
Et iam fessi ibant per muta silentia noctis,
Cædentes sese: gressumq; in tecta Latinus
Flexerat, ingenti turbatus funere mentem.
Vnà omnes lacrymas matres, puerique, senesq;
Fundebant: mœstam implentes mugitibus vrbẽ.
Inscius at tantos Daunus superesse dolores,
Et natum extremo cõsumptum Marte superbam
Effudisse animam, largisq; ad mœnia duci
Cum lachrymis, alios gemitus curasq; fouebat.
Namq;, ex diuersâ caderent dum parte Latini,
Et calido Turnus fœdaret sanguine terram:
Vrbem ingens flamma & muros inuaserat altos;
Fumabatq; rutis miseri patris Ardea tectis,
Et tota in cinerem vergebat, & astra fauillæ
Altiuolæ implebant: nec spes plus vlla salutis:
Siue quidem sic dijs placitum est; seu præscia Turni
Signum vt fata darent horrẽdo Marte perempti.
Extemplò concussi animos, turbataq; ciues
Pectora cædentes, miserandæ sortis iniquum
Deflebant casum, longoq; ex ordine matres:
Atq; auidos totis fugiebant viribus ignes.
Ac veluti, cùm nigra cohors posuêre sub altâ
Arbore, & in fissâ radice cubilia, longo
Formicæ instantes operi, si dura securis
Incumbat, versoq; infringat culmine paruas
Sæua casas: mox certatim sese agmine sparso
Corripiunt, mœstæque fugâ trepidæque feruntur.
Et velut ignitum testudo euersa calorem
Cùm sensit, luctata diu, pedibusq; renitens,

FLVVII'QVE humanâ cæde.] *id est, sanguine*, rubentes. *sic in XII.* Recalent nostro tyberina fluenta Sanguine adhuc. PER tanta pericula cœpit.] *Hoc quoq; protestatus est Turnus ipse, in vndecimo Aen. dicens:* Quam pro me curam geris, hanc precor, optime, pro me Deponas, lætúq; sinas pro laude pacisci. *Et ipse Latinus paulò ante dicta verba:* O' præstans animi iuuenis, quantũ ipse feroci Virtute exsuperas: tantò me impensiùs æquũ est Cõsulere, atq; omnes metuentẽ expẽdere cas9, &c. QVONAM illa decẽs it?] *Pro, abiuit.* Ac quãtas, &c.] *Videtur diutiùs lamẽtari casum Turni, quàm par erat: quippe q tantopere gratulaturus sit Aeneæ ob victoriã. sed (vt dicã) potuit aliud vultu præ se ferre, aliud corde tegere: quod tamen integro viro non conueniret.* CIRCVMFLVET Ardea.] *Id est, ciuitas Ardeatina, hoc est, populus eius. Nam ipsa vrbs iam conflagrauerat, & in auem versa erat. quod licèt Latinum lateret: tamen vrbi non conuenit circumfluere.* SED non degeneri.] *Idem, vt cætera ferè, ex Marone sumptum: vt de Pallante visum est.* ASPICIET fossum pudibundo vulnere.] *Id est, de quo pudendum esset, vt de vulnere suscepto in tergum.* ET aspicit vt.] *Id est, qualiter exceperis: quia in pectus aduersum.* SVBLIMEM ingenti, &c.] *Omnia sunt ex Marone deprompta; & præcipuè ex vndecimo: vbi ad Euandrum missus est Pallas; vt nunc ad Daunum Turnus.* MVLTA super Teucrûm.] *Sic in secundo:* Multaq; præterea Laurentis præmia pugnæ Aggerat. *Non est tamen eadem idoneitas in negotio. Aeneas victor, quem penes erant corpora, & spolia hostiũ interemptorum, potuit funus Pallanti ex sententiã instruere. Latinò verò, cùm quodammodo victus sit, non competit, ex Teucrorũ corporibus pompam funebrem instruere. nam id esset victorib. insultare.* POST currus.] *Id est postmodum equi sonantes cæde, id est, sanguine, &c. aut sic:* Ferentes. *scilicet Rutuli*, enses, & tela, sequuntur post currus sudãtes Phrygiâ, &c. METISCVS.] *Qui dictus est auriga Turni fuisse; sicut Acestes Pallantis. de quo in vndecimo:* Dicitur infelix æuo confectus Acestes. ET ducit equũ.] *Sic in II.* Pòst bellator equus, positis insignibus, Æthon, It lachrymans. HINC alij versa arma gerunt.] *Sic in vndecimo:* Tùm mœsta phalanx, Teucriq; sequuntur, Tyrrhenique duces, & versis Arcades armis. GRESSVM'QVE in tecta Latinus. *Sic de Aeneâ in vndecimo:* Nec plura effatus, ad altos Tendebat muros, gressumque in castra ferebat. MVGITIBVS.] *Pro eiulatibus dixit. Nam mugitus propriè taurorum sunt: eiulatus, mulierum.* INSCIVS ad tantos, &c.] *Id est, nesciens: supple, fi:* SVPERESSE ad tantos dolores.] *Superesse, id est, superstitem esse, & restare. nam (vt Aulus Gellius docet) significat etiam superfluum, id est, suprà id quod satis sit, esse. Et est pathos, ab eo quod accidit præter opinionem, & quod minimè verebamur.* VRBEM ingens flamma, &c.] *Hanc Ouidius fingit in Ardeam auẽ mutatam.* TECTIS rutis.] *Id est, dirutis, & dissolutis per incendium.* FAVILLÆ altiuolæ.] *Id est, scintillæ. Bene autem alludit ad fabulam. nam ardea auis, videtur ab arduitate dicta, eò quòd ardua volat. quam naturam videtur ex eo sumpsisse, quòd ex scintillis & fauillis Ardeæ incensæ facta sit. proprium enim est scintillarum ad*

Digitized by Google

A *rum & fauillarum, ardua petere, & ad globum ignis tendedere. Pulchrè aūt alludunt poëtæ, in figmentis suis, ad res gestas. Nam cùm vrbs ea Ardea dicta fuerit, ab arduitate; & post exustionem solū remanserit nomen, quod idem aui inditum est: pulchrè finxerunt vrbem in auem mutatam, hoc est, vrbis nomē in auis nomine perdurâsse. Est autem hyperbole, quod dicit,* Et astra fauillæ implebant: *nam non tantum ascendere possunt.* SIVE quidem sic dijs placitum.] *Moris est Vergiliani, quoties causa non apparet, sic loqui. vt in principio III. Aen.* Postquam res Asiæ, Priamiq; euertere gentem Immeritā, visum superis. *Deorum enim iudicia, sunt semper iusta: sed sæpe ignoratur, cur iusta sint.* SIGNVM vt fata darent.] *Alludit ad illud, quod de Euandro dicitur in decimo:* Agnouit longè gemitum presaga mali mens.

B PECTORA cædentes.] *Id est, contundentes.* AC veluti, cum nigra cohors.] *Sic Ennius, quod & Maro sumpsit:* It nigrum campis agmen. *Bona autem est comparatio: nam si cauernula formicarū eruatur, omnes sarcinulas, quas quæq; potest, colligunt. vnde eam sumpsit & Maro, in quarto, ad profectionem aut fugam Troianorum, dicens:* Migrantes cernas, totaq; ex vrbe ruentes, Ac velut ingentem formicæ farris aceruum, Cum populant hyemis memores, tectoq; reponunt, It nigrū campis agmē, *&c.*

Caudam agitansq; caput, magnâ ui cedere tentat,
Æstuat, & multo insidias conamine miscet.
Haud aliter miseri per tanta pericula ciues
Iactabant sese, & turbatâ mente ferebant.
Ante omnes senio confectus, ad æthera voces
Fundebat querulas Daunus: superosq; vocabat.
Tùm vero è medijs visa est consurgere flammis,
Percussisq; ales volitare per aëra pennis;
Indicium nomenq; vrbis versæ Ardea seruans:
Et cui sublimes stabant in mœnibus arces,
Mutata effusis nunc circumlabitur alis.

Vterq; autem videtur habuisse respectum negotij: nam Troiani sarcinulas suas colligebant, in fatalem terram reponendas: & ideò comparantur à Marone formicis colligentibus. ciues autem Ardeatini, ex incendio, quæ poterant, receperant; ad incertas sedes transferendas: & ideò bene comparantur formicis, post euersum nidum partas opes recipientibus. Ab Ennio tamen nigrum agmen de elephantis dictum volunt: & ab alio poëta, de Mauris. quod inconueniens non est. nam licet verba & dicta aliorum ad suum institutum conuertere. ET veluti.] *Ponit secundam comparationem, sumptam à testudine: animali quidem imbelli; sed pertinaciter parieti domus incensæ adhærenti, & non nisi cum summâ indignatione eum relinquenti. quomodo & ciues ex incendio, res suas, tantisper dum possunt, recipiunt; nec deserunt, nisi vi summâ repulsi, ingruente scilicet igne. Potest autem prior comparatio referri ad strenuè migrantes: posterior ad tardè discendentes.* CALOREM ignitū.] *i. ab igne procedentem.* LVCTATA diu.] *id est, renitens contra flammæ calorē.* CAVDAM agitāsq; caput.] *Illud* Que *nō suo loco positū est; nisi sit,* Renitens pedibus caudā; & Agitās caput, tentat cedere, *scilicet flammis.* MAGNA vi.] *scilicet pro modulo corporis.* TVM verò è medijs. *Fictionem sequitur Ouidianam: secundùm quam incensa, in sui nominis auem transformata est.*

ATTONITI nouitate omnes.] *Attonitus dicitur, quasi è tonitru percussus: & ideò omni vehementi perturbationi, subitò obruenti, attribuitur. Rectè autem attonitos dixit, propter similitudinem exustionis vrbis cum tonitru. Tonitru enim fit, extinctione ignis in nube: qualem crepitum dant*

C *sæpe incendia vrbis. Qui verò attonitus est, horrore quodam concuitur, propter inopinatam aëris commotionem, & fulminis præuisi, licèt pòst orti, apparitionem: quod (vt Plinius sentit) neminem ferit, nisi priùs exanimatum. Eo autem modo stupefacti erant ciues Ardeatini, & ex vrbis incensione, & ex Ardeæ (vt fingitur) apparitione.* MONITISQVE deorum.] *id est, monstris, quibus admonebantur, rem quamuis magnam portendi.* HVMEROS atque ora tenebant.] *Humeros, à vehēdis fascibus, & sarcinulis: Ora, ab oratione. nihil enim dicebāt stupefacti.* AT Daunus, *&c.*] *Non opportunè ponitur particula* At, *quæ aduersatiua est, & rebus contrarijs congruit. vt in fine 4. Aeneid.*
–factoq; hic fine quieuit.
At regina, graui iamdudum saucia curâ;
Vulnus alit venis.——

Attoniti nouitate omnes, monitisq; deorum
Haud paruis confusi, humeros atq; ora tenebant.
At Daunus, patriæ ardenti concussus amore
Euersæ, duros gemitus sub corde premebat.
Hæc inter, magno volitans prænuntia motu
Fama ruit, latisq; animos clamoribus implet.
Aduentare nouum multo cum milite funus,
Et Turnum exanimem, & lethali vulnere victum.
Mox turbati omnes, nigras duxêre frequentes
Incensas ex more faces. ardentibus agri
Collucent flammis. dehinc se venientibus addūt:
Quos postquam toto vidêre ex agmine matres,
Percussis vocem palmis super æthera tollunt.
At Daunus, chari vt patuerunt funera nati,
Substitit: & demum ingenti correpta dolore
Ora mouens, medium sese furibundus in agmen
Proripuit: Turnumq; super prostratus, & hærens,
Cùm primùm fari potuit, sic edidit ore.
Nate, patris dolor, & fessæ miseranda senectæ
Rapta quies; quò me tantis iactare periclis
Duxisti? & sæuis tandem deuicte sub armis?
Quò tua me præstans animi constantia vexit?
Hic claræ virtutis honos! hæc gloria sceptri!
Hoc magni decus imperij! talésne triumphos
Nate refers? hæc illa quies promissa parenti
Afflicto toties? hæc meta optata laborum?
Heu miserum! quàm præcipites labentia casus
Secla agitant! quanto voluuntur fata tumultu!
Qui iam sublimes referebas clarus honores,
Et magnus toto in Latio; quem Troës in armis
Horrendum, & trepidi toties sensêre furentem:
Nunc, mi Turne, iaces, miserandū & flebile corpus:
Iam mutū est sine voce caput: quo pulchrior alter
Non fuit, in totâ Ausoniâ; nec gratior vllus
Eloquio; nec quis positis ingentior armis.
Nate, vbi forma nitens? niueaq; in fronte serenus
Ille decor, dulcisq; oculorum aspectus, & altæ
Sidereus ceruicis honos? his gloria Martis

Vbi, post quietem Aeneæ, ponit commotionē Didonis. hic verò, post Rutulorum stupefactionē nihil loquentiū, inducit gemitū compressionē, id est, simile silētium. vnde nō rectè dicitur At, *sed rectiùs dixisset,* Et. *Viri aūt fortis est, corde dolorē premere. vnde in primo de Aeneâ:*
Spem vultu simulat, premit altū corde dolorem.
QVOS postquā toto, *&c.*] *Similem ploratum & vlulatum inducit in funere Turni.* PERCVSSIS vocē.] *Ordo est: Tollunt vocem ad sidera (malè aūt legeretur,* Ad æthera: *quia* Ad *corripi deberet) palmis percussis, scilicet inter se. vnde dicere potuisset,* concussis. CVM primùm fari potuit.] *Sic & Maro. Malè autem legeretur,* Quamprimū. *Nā licet* Quàm, *acceptū pro Valde, bene iungatur superlatiuo: tamē sensus malus esset. Nam nō vult dicere, quòd quamprimùm, i. valde citò; sed quòd cū primū, aut vt primùm, aut vbi primùm.* POTVIT fari, sic edidit ore.] *Aut pleonasmus est: aut* ore edidit, *quia potuit dolorē suū etiā alijs indicare.* QVO.] *id est, ad quid.* PRÆSTANS animi.] *Sic Latinus ad eundē in duodecimo:* O' præstās animi iuuenis, quantū ipse feroci Virtute exuperas, *&c.*

Contigit auſpicijs? talin' rediture paratu
Diſcedens voluiſti auidis te credere bellis?
Heu mortem inuiſam! quæ ſola vltricibus armis
Elatos frænas animos, communia toti
Genti ſceptra tenens, æternaq; fœdera ſeruans.
Imbelles, populisq; duces, ſeniumq; iuuentæ.
Heu mortē obſcuram! quæ cauſa indigna coēgit
Eripere, atq; meum crudele vulnere natum
Afficere? ô felix tam grato cædis Amata
Succeſſu lætare tuæ: quæ tanta dolorum
Fugiſti monimenta, grauisq; immania caſus
Pondera! quid miſero genitori plura paratis
O' ſuperi? natum rapuiſtis, & Ardea flammis
Conſumpta in cinerē verſa eſt: nūc æthera pennis
Verberat, ah, me, Turne, tuâ plùs cæde cruenta.
Deerat adhuc fors iſta patris ſuprema ſenectæ.
At verò tali ſe res cum fœdere verſant:
Vt, quem infeſta furens miſerū fortuna moratur,
Illum omni petat infrendens, & turbine cogat.

&c. HIC claræ virtutis honos, & gloria ſceptri?] *Sic Euander in 12.* Non hæc, ô Palla, dederas promiſſa parenti, Cautiùs vt ſæuo velles te credere Marti. *Et Aeneas de eodem:* Hi noſtri reditꝰ exſpectatiq; triumphi? Hæc mea magna fides? *Per hæc aūt, κατὰ τὸ σιωπώμενον, innuitur Turnus patri dixiſſe, quòd regnū & imperium cum Lauinia obtineret. Vnde dicit:* Hęc illa quies ꝓmiſſa, &c. Heu miſerū.] *Scilicet me.* QVAM.] *Id eſt, quãtum. quaſi dicat: maximè præcipites caſus agunt ſecula, id eſt, tēpora labentia: quia* Tēpora labuntur, more fluentis aquæ. QVO pulchrior alter Non fuit, &c.] *Vnde Maro:* Petit ante alios pulcherrimus omneis, Turnus, auis atauisq; potēs *& alibi, cum de pulchro loqueretur, dixit:* Excepto Laurentis corpore Turni. HONOS ſidereus.] *Id eſt, ſplendor & relucentia ac nitor ceruicis altæ: quia ipſe altus erat.* TALI rediture paratu.] *Id eſt, apparatu, pompâ funebri. legitur &* Talin', pro Taline? BELLIS auidis.] *id eſt, quæ auidè & feruēter gerūtur.* HEV mortē inuiſam!] *Sic Maro:* Heu ſtirpē inuiſam! *ſed nouè ſecūdæ perſonæ verbū ſubiunxit. vnde ſunt, ꝗ legendū putent: Heu mortē inuiſam, ꝗ tenes ſceptra cōmunia toti genti! quia dominatur mortalibus omnibus.* ET ſeruans æterna fœdera.] *quia omnes, qui oriūtur, aliquãdo morituri ſunt. tu* frenas, *id eſt, reprimis* armis vltricibus, *ſcilicet ſuperbiæ. & poſuit* Vltricibus, *in neutro genere: ſicut Maro, Victricia dicens:* Res Agamemnonias victriciaq; arma ſecutus. ANIMOS elatos.] *Id eſt, ſuperbos. quæ res propria fuit Turno, ſicut in finē duodecimi memorauimus. māſerat*

animoſus, & elatis animis, vſq; ad mortē dicens: Vtere ſorte tuâ. *Elatus autē, venit ab Effero, extuli, elatum. Eſt aūt metaphora, ſumpta ab equis animoſis & ſuperbis; qui fræno coërcendi ſunt, quoties ferociunt. Sola aūt mors id poteſt. vnde à Iuuenale dictū:* —nulli grauis eſt percuſſus Achilles. QVÆ magnos paruosq; teris: quæ fortibus æquas Imbelles.] *Quia omnia mors tollit:* POPVLISQ. duces.] *quos poëtæ, vt egregios ſignificēt, ſeparare ſolent.* HEV mortē obſcurā!] *Atqui claro vulnere peremptū dixit. Verùm obſcurā dicit mortē, id eſt, deteſtabilē, vt quæ tam clarū virū abſtulit.* O' felix.] *Magnus dolor: ſed ineptus. nō enim decet virū fortē ſic odiſſe vitā: vt ſuſpendiū laudet: quàmuis mortem honeſtā appetere poſſet. ſicut Aeneas.* —O' terq;, quaterq; beati. Quîs ante ora patrum, Troiæ ſub mœnibus altis, Contigit oppetere! *Et Andromache, in tertio Aeneid.* O' felix vna ante alias Priameia virgo, Hoſtilē ad tumulū Troiæ ſub mœnibus altis Iuſſa mori! DEERAT adhuc.] *Deerat, diſſyllabum eſt: ſicut & apud alios. vnde Lucanus:* Non deeſt prolato ieiunus venditor auro. AT verò tali, &c.] *Tangit, (quod priùs dixit) malum malo ſolere accumulari. vnde ordo eſt:* At res verſant ſe cum tali fœdere, *id eſt, pacto, & conſenſu inter ſe. i. ita vſu venire ſolet, vt* fortuna infrendēs petat, & cogat, *id eſt, infeſtet: aut quē ipſa* furens moratur, *id eſt, detinet, & reſeruat ad grauiora mala:* miſerū, *id eſt, miſeratione dignū, & immeritò infelicē: exſiſtēs* furens, *id eſt, inſaniens. Id eſt: ſi fortuna alicui miſero cōſeruat vitam, id propterea facit, vt diutiùs & grauiùs torqueat.* A B

Dixerat, & multa illachrymás largo ora rigabat
Imbre, trahens duros gemitus, rapidosq; dolores
Qualis, vbi incubuit validis Iouis vnguibus ales,
Et paruum effuſo diuulſit ſanguine fœtum,
Cerua videns miſeri turbatur funere nati.
Poſtera lux tantū ſplendore impleuerat orbem,
Tunc pater infractos fatali Marte Latinus
Defeciſſe videns Italos, totamq; potenti
Cedere fortunam Æneæ, belliq; tumultum,
Ingenteisq; animo curas & fœdera voluens,
Connubij promiſſa, ſuæ natæq; hymenæos:
Præſtantes vocat electos ex agmine toto
Mille viros, qui Dardaniū comitentur ad vrbem
Spectatum virtute ducem: iungitq; togatos
Multa oratores memorans: & euntibus vltrò
Imperat, vt, quando auſpicijs monitisq; deorum
Troianam miſcere Italo cum ſanguine mentem
Expediat, placido interſint animoq; reuiſant,
Æneadasq; vehant alta intra mœnia læti.
Interea ipſe vrbem labefactam, & vulgus inerme
Componit, ſolidatq; animos, requiemq; futuram
Sdondet, & æternam ventura in ſecula pacem.
Indè iubet meritos turbâ plaudente triumphos,
Sublimesq; domus fieri regalis honores
Atq; alacris monet vnanimes vt fronte ſerenâ
Occurrant genero venienti, & pectore toto
Excipiant gentem Iliacam, magnisq; recepten
Plauſibus, optatæq; effundant pacis amores.
Iamq; inſtructa cohors Teucrorū caſtra ſubibat,
Cincta comas ramis oleæ, pacemq; rogabat:
Quam bonus Æneas ad ſe intra regia duci

ET multa illachrymás.] *Id eſt, multū. nomen pro aduerbio. Vtitur aūt ferè verbis Vergilianis.* QVALIS vbi.] *Ordo eſt:* qualis, *id eſt, qualiter,* cerua vidēs, *ſcilicet raptum pulli, aut hinnuli ſui,* turbatur funere miſeri *nati:* vbi, *id eſt, quando, aut poſtquam,* ales Iouis. *i. aquila,* incubuit, *Id eſt, inuolauit, & toto corpore irruit,* vnguibus validis, *id eſt, fortibus, quibus tanquam prædā rapere potuit,* & diuulſit (*ſi Seruio, ad illud quarto Aeneid.* Manésve reuelli, *credimus: nō dicemus,* diuulſi: *licèt in paſſiuo ſit, Diuulſus, ſa, ſum. Verùm Lucanus, nō futilis autor, nō ſemel* Vulſi *protulit: ita vt nō ſit ſolida in eá re Seruij grāmatici auctoritas*) diuulſit, *id eſt, dilacerauit,* fœtum paruū, *id eſt, tenellū, & anniculum adhuc. Vero ſimilem facit rem.* POSTERA lux, &c.] *Redit ad geſta Latini: qui qui nuptias filiæ ſuæ ſummá curâ celebrauit rebus iam ſedatis.* TVNC pater infractos.] *Sic Maro:* Turnꝰ, vt infractos aduerſo Marte Latinos Defeciſſe videt. —*Vnde ſenſus eſſe poteſt (vt illic) duplex: vt* infractos *dicat, id eſt, valde fractos, hoc ordine:* Latinus pater, vidēs tūc Italos infractos, *id eſt, valde fractos, nēpe* Marte fatali, *id eſt, bello, quo fatis volētibus ſuperandi erāt,* dèfeciſſe, *id eſt, penitùs ſuccubuiſſe. Aut ſic: Pater Latinus, vidēs Italos infractos, id eſt, nunquã aliàs fractos, defeciſſe tunc Marte, id eſt, bello, fatali. & videns* totā fortunā cedere Æneæ potenti: & voluēs animo, *id eſt, cōſiderans,* tumultū belli, & ingēteis curas, *id eſt, ſolicitudines, quas ſemper habuerat:* & fœdera promiſſa, *id eſt, promiſſiones,* connubij, & hymenæos, *id eſt, nuptias,* ſuę natæ, *id eſt, filiæ, videlicet Lauiniæ:* VOCAT mille pręſtāteis viros electos ex toto agmine.] *Modeſtiùs Vergilius centū oratores finxit. Verūtamē multa ſunt, quæ hoc purgent: ne præter modū dictum videatur. Tùm, quòd apud Maronē tantū* C

comi-

A comitabátur caduceatores; hic aũt Aeneam ipsum. Tùm, quòd illíc hospitem, & auxilij indigũ, hîc aũt victorẽ, & sinè controuersiâ filiæ futurũ maritũ. Magna aũt laus Aeneæ est; q̃ prædiũ tãto exercitu, vt ex eo mille præstantes viri possent deligi, superauit. Vocat, inquam, mille viros, qui comitẽtur ad vrbem ducẽ Dardaniũ, spectatũ virtute. ET iungit oratores togatos.] ad quorũ morè Romani postea togati incedebant. memorans, id est, mandans eis, multa, & imperat vltrò. i. insuper, aut nondũ rogatus, euntibus, id est, abire volẽtibus, & iam iamq; profecturis: vt intersint animo
B placido, & reuisant, & vehant læti Æneadas in alta mœnia, scilicet vrbis suæ: quãdo, id est, quandoquidem. expediat auspicijs, id est, indicio auspicum, & monitis deorum, miscere gentem Troianam cũ sanguine Italo. INTEREA, &c.] Ostẽdit officium boni principis ET pectore toto Excipiant.] Verba Iuli ad Euryalũ, in nono habita. ATQVE alacris

Tecta iubet, causamq; viæ placido ore requirit.
Tunc senior sic incipiens ardentia Drances
Verba mouet; nimium erepti pro funere Turni
Exsultans. O' Troianæ dux inclyte gentis,
Gloria spesq; Phrygũ, quo nec pietate, nec armis
Maior in orbe fuit: victi obtestamur, & omnes
Iuramus diuosq; deasq;: inuitus in vnum
Conflatum vidit Latium, & temerata Latinus
Fœdera; nec Phrygios vnquã turbauit honores:
Quin natę (quando superûm sic vota ferebant)
Connubia, & generum magno te optabat amore.
Sed quidquid tanto armorum flagrante tumultu,
Tantorũ, furijsq; operũ atq; laboribus actum est;
Id rapidus Turni, & stimulis incensus iniquis,
Confectusq; odijs furor attulit. ille negansq;
Inuitusq; dedit Latias in prælia gentes.
Illum omnis conuersa cohors poscebat; vt armis
Cederet, & magnum sineret succedere pactis
Connubijs Anchisiaden. Indè optimus ambas
Iungebat palmas defessâ ætate Latinus,
Infractus, nimioq; ardentem Marte rogabat.
Nec nostræ potuère preces inflectere durum,
Nec diuûm portenta, animum: quin acrius ignem
Spumabat ferus ore vomens, bellumq; ciebat.
At verò dignum inuenit pro talibus ausis
Exitium; qui te tandem victore momordit
Nigrantẽ prostratus humũ. nunc improbus ædes
Tartareas visurus erat, quæratq; sub imo
Nunc alias Acheronte acies, aliosq; hymenæos.
Tu melior succede bonis Laurentibus hæres.
In te omnis domus, & fessi inclinata Latini
Spes iacet: vnum omnes Itali super aurea mitti
Sidera, & ingentem bello & cœlestibus armis

morũ, &c.] Purgat Latinum reijciens omnẽ culpam in Turnum. ILLVM omnis, &c.] Purgat etiam populũ Latinũ; qui poscebat, vt Turnus armis cederet, id est, discederet. Et ita putem legendũ, vt armis cederet, potiùs, quàm in armis: nisi sit, omnis cohors in armis cõuersa, scilicet ad Aeneam, poscebat, vt scilicet cederet, & sineret magnũ Anchisiadẽ, nimirũ te, ô Aenea. Sed pulchrè inducitur orator de eo loqui citra adulationem: quia recitaret verba, quæ tunc de eo vulgares habebant, DEFESSA ætate.] Legitur etiam, Defectâ ætate. & est duplex sensus: aut quòd sit multũ fractus, nõ vitio, sed ætate defessâ, aut defectâ: aut quòd nõ sit fractus, hoc est, quòd quãuis defessâ ætate, tamen infractus: aut iam tandẽ fractus, nec vltrà valens. IVNGEBAT ambas palmas.] id est, coniunctis manibus orabat, & rogabat, ardentẽ, id est, æstuãtem, nimio Marte. i. amore belli, &c. BELLV́MQVE ciebat.] i. concitabat. & prouocabat. DIGNVM exitiũ.] Nimiũ assentaretur, nisi p̃missum fuisset à Vergilio, quòd fuerat Turno semper infensus odijs & crimine. MOMORDIT Nigrantem prostratus humũ.] Sic ac Mezentio: Et humũ semel ore momordit. vbi dictum est, quòd viri fortes, in mortẽ cadentes, ne vocẽ viro indignã emitterent, humum mordent. quòd autem Nigrantem dicit, etiam ex Vergilio sumpsit. NVNC improbus, &c.] Ostenditur pertinax odium; quia etiã manes eius odio prosequitur. ACHERONTE.] Fluuius est infernalis, sinè lætitiâ dictus. TV melior hæres succede bonis Laurentibus.] id est, diuitijs, & imperio Laurentum. aut, succede Laurentibus, scilicet populis, bonis, id est, tibi fauentibus. IN te, &c.] Sic Maro:

——in te domus inclinata recumbit.

monet.] Terent. Quin tu es alacris? Est igitur Alacris, communis generis; sed consuetiùs hac tẽpestate dicitur, hic Alacer, hæc alacris, hoc alacre. Ardentia Drances Verba mouet. Quẽ scilicet Vergilius fecerat legatũ ad Aeneam, & Turno semper fuisse infestũ. Exsultans, pro funere Turni erepti: quia Turno semp fuerat infensus. vnde Erepti Turni, nõ è periculis; sed è medio mortaliũ, & è vitâ, intelligemus.
C IVRAMVS diuosq; deasq;.] Primum Que vacat; quia dixit, Et omnes. Posuit ergo satis durè, pro ratione metri. Nec dicetur, Deosq; Deas: quia que semper in fine, hoc est, ad postremũ coniunctũ, poni vult. Potest aũt poni post primũ, aut priùs; sed nõ solũ. QVIN.] Id est, quò minùs: optabat cõnubia natę, & te generũ, &c. SED quidquid tãto ar-

ET voces.] scilicet te laudantium: canũt vera pręconia.] id est, ita est vt dicunt. PVERI, innuptæq; puellæ.] Vergilianũ est. IN te vnũ cõuersi oculi.] id de Turno priùs dictũ est; sed diuersimodè. Nam Turnũ postulabãt ad certamen; Aeneam ad gloriam & imperiũ. PATER ipse Latinus, Iam senior.] Ergo è vicino promittitur regni successio. QVI gnatã tibi iungat, habet. Qui, id est, vtpote is qui. ET mittat nepotes in secula.] id est, in perpetuam successionem, scil. Troianos, admixtos generi, id est, progenei, Italo, hoc est, sanguini Italico, ex parte maternâ. Hæc aũt omnia tendunt in gloriam domus Iuliæ, quæ ab Aeneâ o-

Extollunt, & vera canunt præconia voces.
Te grauium veneranda patrum consultaq; turba
Inualidiq; ætate senes, & læta iuuentus,
Et cupidæ matres, pueri, innuptæq; puellæ
Vnanimes ęquo ore volunt; Turnumq; sub armis
Exsultant cecidisse tuis: te tota precatur
Ausonia, & claris præstantem laudibus effert.
In te vnum conuersi oculi: pater ipse Latinus
Iam senior sola hæc longæuæ munera vitæ,
Qui gnatam tibi iungat, habet; generiq; nepotes
Troianos Italo admistos in sæcula mittat.
Ergo age, magne veni Teucrorũ ductor; & altos
Ingredere, & celebres cape, quos spondemus, honores.
Finierat; cũctiq; eadẽ simul ore fremebãt.
Quos pius Æneas hilari cum fronte receptos
Prosequitur paucis, & amico pectore fatur.
Nec vos, nec placidâ solitum sub pace Latinum,
Arguerim: verùm infesti violentia Turni
Tãtũ op9 (haud dubito) & tanti discrimina Martis
Conciuit. iuuenilis enim plùs laudis amore.
Quidquid id est tamen, Ausonij, nil pacta recuso
Cõnubia, & sanctam æterno cum fœdere pacem

riginẽ traxisse gloriabatur. In quâ re, sicut in alijs ferè omnibus, Vergiliũ insequitur, illiusq; verba ferè sumit: sed longo interuallo, si quid mihi recti est iudicij. nam multũ ab illius caloribus friget. Non est tamẽ vsquequaq; cõtemnendus Poëta; si seorsum soluśq; inspiciatur: quámuis nihil ad Maronẽ. FINIERAT, &c.] Id quoq; tractum est ex Marone, qui consimilem orationẽ Dranci dat, libro secundo. HILARI cum fronte.] Non vacat Cũ: quia non instrumentũ, sed comitantiam cõnotat. non enim frontes sed manibus recipiuntur amici. Frons aũt maximè index est lætitiæ, aut tristitiæ. vnde de Marcello: Sed frons læta parũ. Itẽ pudoris, aut fidei: vnde di-

ctum est, Fronti nulla fides; quis enim nō vitijs abundat Tristibus, obscœnis? Et ideò dicuntur effrontes, qui pudorem & verecundiam non habent. ET amico pectore.] More Vergiliano, præmittit habitum futuræ orationis. NEC placidâ solitum sub pace Latinum.] Sic Maro in octauo: ——Rex arua Latinus & vrbes Iam senior longâ placidas in pace regebat. CONCIVIT.] Id est, concitauit. Iuuenilis enim plùs laudis amore.] Aposiopesis, id est, reticentia est. Voluit enim Aeneas dicere, quòd plùs æquo & iusto, laudis amore efferebatur: aut quid simile. quod, quia inhonestum est cum defunctis contendere, reticuit; addens: Quidquid id est, siue iusto, siue iniusto amore laudis succensus erat. tamē, ô Ausonij, ego nil, id est, in nullo, recuso cōnubia pacta, id est, per pactum pollicita: & non recuso iungere cū æterno fœdere pacē sanctam, id est, inuiolabilem. Rex idem, id est, qui nunc vrbis rex est, socer, id est, qui futurus est socer meus, TENEBIT imperium & veneranda sceptra.] id est, insignia regni. id est: licèt victor sim; tamen non auferam illi regnum. Non staret versus, si dicatur, Idem imperium: quia (vt dicit Donatus) Idem in masculino productum; in neutro verò, correptum est, in primâ syllabâ. STATVENT'QVE mei mihi, &c.] Hoc in fœdere icto, libro duodecimo, promiserat Aeneas. ET nomē natæ vrbis erit.] Quia à Lauiniâ vocabitur Lauinium. ET adijciam penates sociosque.] Hoc & Iupiter ad Iunonē dixit futurū, libro duodecimo dicēs: Morem ritusq; sacrorum Adijciam; faciamq; omnes vno ore Latinos. vnde nunc Aeneas ex Iouis instinctu hæc dicit. quocirca Iupiter priùs dixit, Adijciā; sicut nunc Aeneas: quia vterq; adiecit. Iupiter, vt causa mouens primùm; & Aeneas, vt exsequens. VOS cōmunes in secula leges.] Quia (vt Liuius cōmemorat) propter originem, Romani cū Latinis multam societatē inierunt. DEHINC quamprimùm.] Sic scriptum reperi; & ita fortè emissum est: sed, vt priùs docui, ineptè. Nam debuit dicere, Cùm primùm, aut, vt primū, non quàm, quod exponitur pro Valde, vt sit, Valde pridē aut citò. sunt autem verba Vergiliana. Prætetea pyrarum instructio, & corporū exustio, à Vergilio tota sumpta est. GLANDILEGOS'QVE sues.] Id est, qui glandes legere, & pos-

Iungere. rex idē imperium, & veneranda tenebit
Sceptra socer; statuentq; mei mihi mœnia Teucri:
Et nomen natæ vrbis erit; sociosq; penates
Adijciam. vos communes in secula leges,
Concordesq; ingenti animo mittetis amores.
Interea, quod restat adhuc, imponite flammis
Corpora, quæ duri miseranda insania belli
Arripuit: dehinc nos cùm primùm crastina surget
Clara dies, læti Laurentia tecta petemus.
Dixerat; & tanto affatu conuersa tenebat
Ora simul. stupefacti omnes, & apertiùs ingens
Mirantes pietatis opus; mox robore toto
Congestas rapuêre pyras, ignemq; repostis
Ciuibus immisêre: altumq; sub æthera fumus
Euolat, atq; atris cœlum sublime tenebris
Conditur. innumeras ex omni rure bidentes,
Glādiuorosq; sues iugulant, pinguesq; iuuencos,
Immittuntq; rogis: latos incendia campos
Enudant: fremit impulsus clamoribus aër.
Iamq; sequēs clarū extulerat lux aurea Phœbum;
Tūc Teucri, Ausonijq; omnes, misto agmine læti
Cōsedêre in equis, & gressum ad tecta mouebant
Laurenti, atq; altis erectam mœnibus vrbem.
Ante omnes pius Æneas: pòst ordine Drances,
Multa duci senior memorās: dehinc vnica proles
Ascanius, multumq; animi maturus Alethes,
Et grauis Ilioneus, Mnestheusq;, acerq; Serestus,
Sergestus, fortisq; Gyas, fortisq; Cloanthus:
Pòst alij, mistimq; Itali Teucriq; sequuntur.
Interea effusi stabant per mœnia ciues,
Sublimeisq; altâ statuebant laude triumphos;
Troianam cupido exspectantes pectore turbam.
Et iam aduentabant, quos lætâ fronte Latinus
Occurrens magnâ excepit comitante cateruâ.
At postquam medio venientem ex agmine vidit
Dardanium Ænean, haud vera illusit imago.
Namq; omnes super excellens atq; altior ibat;
Et latè regalem oculis spargebat honorem

stra frangere solent. sed tamen non videtur aptum suibus epithetum; nō enim legunt; sed deuorant glandes: quas tamen rimantur, id est, è rimis eruunt interdū. vnde & rimari transsumptum est, pro eo quod est inquirere. LATOS incēdia campos Enudant.]. i. spoliāt, scilicet pecoribus, in eis errare aut pasci solitis. CLARVM Phœbum.] id est, solem rutilum & splendentem, quasi nunciū festiuitatis futuræ. quòd Maro diligētiùs seruauit. CONSEDERE in equis.] scilicet Teucri, in his, quos Latinus priùs donauerat, aut quos hostibus abripuerant, aut quos nūc iterū Latinus, κατὰ τὸ σιωπώμενον, misisse intelligetur. B AD tecta Laurēti.] id est, Laurentij. ANTE omnes.] Supple, mouebat gressū. aptiorem tamen locū illi Maro consignâsset; videlicet mediū. POST ordine.] id est, per ordinē. Nam pòst aduerbium est. hic aūt ordo obseruari solet in statibus mixtis: vt primus primi status ac ordinis, sit omniū primus; & primus secundi ordinis, secundus; & secundus primi ordinis, tertius: & sic deinceps. Ergo, quia Drances erat princeps legationis, erat secundus in ordine. MVLTA duci senior memorans.] ideò multa, qa senior. nā est laudator tēporis, acti se puero. DEHINC vnica ꝓles, Ascanius.] Seruatâ scilicet ratione, quā dixit. ANIMI maturus Alethes.] Vergilius maturus ęui dixit. C & est honestior locutio, quā si dicatur, maturus æuo. Is enim maturus æuo dicitur, quē æuū maturū effecit: Is verò maturus æui, qui æuū maturū fecit & tēperauit. GYAS.] Quia verò Gyæ necē prædixit Maro: oportet aut aliū esse Gyam, aut hūc illius immemorē. In cæteris tamē prudenter egit, vt eos cōmemoret, quos Maro in quinto dixit acturos genus Romanū, et illi nomina daturos; vt Sergestum domus à quo Sergia, &c. INTEREA effusi stabāt ꝑ mœnia ciues.] Docetur instabilitas vulgi, quòd fortunā sequitur. QVOS lętâ frōte Latinus.] Potiùs frōte, quā animo dixit: qa, licèt propter Amatæ suspendiū doleret; tamē premit alto corde dolorē. DARDANIVM Ænean.] Per n scribendū est, propter vocalem sequentē vbi diligenter dixit Alexander. Rectus in a Gręci, solet an quarto breuiari. qa à nominatiuo in as nō breuiatur, sicut nec en ab es longo. HAVD vera illusit imago.] id est, non enim illusit eum vera imago. quia facile erat, eum inter cæteros agnoscere, etiam longè adhuc distantem.

TVNC, quàm primū.] Iterum dicendum esset, cùm primùm data copia. In 7. Postquam introgressi, & coràm data copia fandi, Et voces capere. Sic in sexto: Venisti tandem, tuaq; exspectata parenti Vicit iter durum pietas; datur ora tueri, Nate, tua, & ve-

Sidereis. tunc, cùm primùm data copia fandi est,
Et voces capere, atq; optatas iungere dextras,
Incipit, & prior affatur placido ore Latinus.
Venisti tandem, cupidum nec fixa fefellit
Spes animum, lux Troianæ clarissima gentis;
Magnorum quem iussa deûm tot casibus actum
Italiâ, & nostris voluerunt sistere tectis,
Quanquā humana furēs nimis ausa licētia sanctas
Turbârit leges, & diuûm exciuerit iras;
Quinetiam inuitum toties, meq; arma negantem,

ras audire & reddere voces. Cætera quoq; verba Vergiliana sunt. vnde in II. Aeneidos, Aeneas ad Hectorem: O' lux Dardaniæ, spes ô fidissima Teucrûm. Et Anchises ad eum in sexto: —nec me mea cura fefellit. FACTVM etenim; sed nec paruo stat.] id est, non paruo constat

A *constat Turno facinus perpetratum cōtra deorū voluntatē. Bene dicit,* Nec paruo: non, Nec parui: *quia duntaxat Tanti, quanti, Pluris, & Minoris, cum eorum compositis, dum sinè substantiuis sunt, ponuntur cum verbis precij in genitiuo. nam cætera omnia in ablatiuo. Vnde Maro in secundo Aeneid.* —& magno mercentur Atridæ. NVMINA Indignata vltricia.] *Diuidenda sunt epitheta: vt sit* Numina vltricia, misère, *id est, miserùs,* indignata, *id est, quæ indignata,* animis iustas pœnas. QVANDO.] *id est,*

Tradiderit duri perferre pericula Martis.
Factum etenim; sed nec paruo stat numina iustas
Indignata animis misère vltricia pœnas.
Nunc age, magne Phrygum ductor, quando omnis origo
Seditionis abest, & tanti criminis auctor:
Connubijs succede, & promissis hymenæis.
Sunt mihi regna, manent erectis oppida muris.
Sola autem fessæ spes vnica nostra senectæ;
Te generū, & natum tēpus complector in omne.

quandoquidem. OMNIS origo Seditionis.] *Scilicet Turnus, & Amata.* SVNT mihi regna: iacent erectis oppida muris.] *Vnde in septimo de Latini regiā:*

Multaque præterea sacris in postibus arma
Captiui pendent currus, curuæque secures,
Et cristæ capitum, & portarum ingentia claustra,
Spiculaque, clypeique, ereptaque rostra carinis.

Vnde videtur interpretari locum in II. alioqui obscurum, de auro Latini, vt intelligatur regis, non populi.

QVEM contra.] *id est, è diuerso, supple, affatur: aut contra quem (quod durum esset) fatur.* IN te horum causam armorum.] *Ab*-
B *sumptio literarum, & r literæ repetitio, durum versum, sed in re tali, vtpote terribili, congruum, faciunt. Ordo est: In te assueto sub tempore placidæ pacis.* SOCERVM te lætus in omneis Accipio casus.] *Sic Iulus ad Euryalum, libro nono:*

—Iam pectore toto
Accipio, & comitem casus cōplector in omneis.

MAGNI mihi surgit imago Anchisæ.] *Sic in secundo.* Subijt chari genitoris imago. ARDEBO genitoris amore.] *Id secundùm grammaticen. poëticè autem dixit Maro:* Corydon ardebat Alexin. MATRESQVE.] *id est, matronæ.* NV-
C RVSQVE.] *id est, nubiles, aut sponsæ.* PVLCHRA reuisentes.] *id est, iterum atque iterum videntes: quia pulchra & peregrina. Sed castiùs Vergilius lib. quarto dicens,* Multa viri virtus animo, multusque recursat Gentis honos: *non à corpore, sed ab animis laudat. Sed ibi, de reginā castā: hic etiam de plebe fit mentio.* CEV quando longus

Quem contrà bonus Æneas. Rex maxime, nullā
In te horum causam armorum, tantiq; tumultus
Crediderim, placidæ assueto sub tempore pacis:
Et, si qua est, pone hanc curā, pater optime, quęso.
Nunc adsum, & patrem & socerum te lætus in omneis
Accipio casus. magni mihi surgit imago
Anchisæ: & rursum ardebo genitoris amore.
Talibus orabant inter se, & tecta subibant
Regia, cum studio effusæ matresq; nurusq;:
Longæuiq; patres stabant, iuuenumq; cohortes,
Pulchra reuisentes Troianæ corpora gentis.
Ante omnes magnū Æneam, cupidoq; notabant
Altum animo genus, & præstantem frontis honorem;
Quæsitamq; alacres pacemq; optata quietis
Munera laudabant: ceu quando longus & ingens
Agricolas tenuit resolutis nubibus imber
Suspensos, curuumq; diu requieuit aratrum.
Tunc, si clarus equos spatioso limine Titan
Laxet, & aurato cœlum splendore serenet,
Lætitiā exundant, & sese hortantur agrestes.
Non secùs Ausonij tam læto in tempore rerum
Composuēre animos. & iam rex alta Latinus
Atria, regalesq; aditus intrârat; & vnā
Optimus Æneas: sequitur quem pulcher Iulus;
Dehinc Itali, mistiq; Phryges. tùm splendida lato
Applausu, & magno completur regia cœtu.
Hæc inter, matrum innumerā, nurumq; catervā,

& ingens.] *Quia alterum sinè altero esse posset. Est autem comparatio satis apta: nam non minùs per bella, quàm per imbres, abducuntur coloni. vnde in Georgic.* Squalent abductis arua colonis. CLARVS Titan.] *id est, Sol.* LAXET.] *id est, fatiget, celeriter currendo.* SPLENDORE aurato.] *id est, auricomis radijs.* ET iam rex alta Latinus Atria.] *Malus esset versus: nisi ponatur coniunctio, &: quam ablatam inuenimus.* ET vnà Optimus Æneas.] *Vnà, id est, pariter: coniunctis scilicet manibus, ita vt neuter alterum præcederet: dehinc, quia Latinum comitabantur.* MIXTIQVE Phryges.] *benè mixti, ne posteriores censeantur.* TVM splendida lato Applausu, & magno, &c.] *Vt plurimùm singulis singula dat epitheta: quæ carmen concinnum quidem reddunt: sed nimius fucus (vt ait Quintil.) vitandus est: qui in hoc poëmate videtur satis superq; affectatus.* REGIA.] *Est domus regis. Græcè αὐλὴ dicitur. quam autem vulgus aulam vocat, potiùs Atrium dixeris.* HÆC inter.] *Anastrophe: id est, inter hæc, scilicet dum hæc fierent.*

DEIECTA oculos.] *Id est, habens oculos deiectos. vnde libro secundo:* Subuehitur magnā matrum regina caterua, Dona ferens, iuxtaque comes Lauinia virgo, Causa mali tanti: atque oculos deiecta decoros. *Ideò igitur deiecta: quia causa mali tanti. & nunc: quia spōsa futura.* PRIMO aspectu stupefactus inhæsit.] *Mira laus decoris Lauiniæ. vnde de Aeneā dictū est in primo:* Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido: Casu deinde viri tanti. QVI haud paruā spe

In medium comitata venit Lauinia virgo,
Sidereos deiecta oculos. quam Troïus heres,
Virtute & formā ingentem, (mirabile dictu)
Vt vidit: primo aspectu stupefactus inhæsit:
Et secum Turni casus miseratus acerbos:
Qui haud paruā spe ductus, ouās in prælia tantos
Ciuisset motus, dirisq; arsisset in armis.
Tùm vero æterno iunguntur fœdera nexu
Connubij, & multā cantant cū laude hymenæos.
Dehinc plausus fremitusque altum super aëra mittunt,
Et lætam vocem per regia tecta volutant.
At fidum interea Æneas affatus Achaten:
Vadat, & Andromachæ, quondam data munera, vestes
Intextas auro ferat, & quod sæpe solebat,
Dum res Troianæ stabant, circumdare collo,
Auratum gemmis circumspectumq; monile:

ductus.] *Quia operæprecium censuit, pro tali virgine omnia dura pati.* CIVISSET.] *cōcitāsset, à Cieo. vnde est,* bella cient, *id est, concitant.* CONNVBII, & multā canunt.] *Malus versus. vnde legendum,* Connubij & multā cantant cum laude: *aut,* Multāque canunt cum laude hymenæos. *id est, dicunt epithalamia, id est, carmina nuptialia: quæ læta & iocunda, cum bonorum multorum comprecatione, fieri solent. vnde Iuuenalis dictum est,* Feliciter, &c. *Quis autem sit Hymenæus, dictum est alibi.*

HH 4 Et lætam

Digitized by Google

Præterea magnum cratera, in pignus amoris,
Quem Priamus patri Anchisæ donauerat olim.
Nec mora; iussa sequens, pulcherrima portat
Achates
Munera. tunc socer ingentem cratera Latinus
Donatum capit; ac coniux Lauinia vestes,
Atq; monile decens. placido dehinc pectore sese
Demulcent, varijsq; trahunt sermonibus horas
Et iam tarda epulas fugientis tempora lucis
Poscebant: mox regali conuiuia luxu
Effundunt, latosq; alta intra tecta paratus.

A

ET lætam vocem.] *Quia omnis tristitia ab nuptiarum auspicijs proscribebatur.* AT fidum interea.] *Sic in primo:* Mittitur ad naueis. *sed ibi epitheton negotio aptum delegit Poëta, dicens:* Rapidum ad naueis præmittit Achaten. *Sed non incongruè hic,* fidum *dicit: quia, ad talia dona afferenda, non nisi fidus mitteretur.* MVNERA.] *Munera autem Andromachen Aeneæ dedisse, docuit Poëta in tertio, dicens:*

Nec minùs Andromache digressu mœsta supremo
Fert picturatas auri subtegmine vestes, &c.

MAGNVM cratera.] *Declinatur enim, hic Crater: & est poculũ.* DONATVM capit.] *Ideò capit, quia donatũ. Accipimus enim, & capimus ab alijs: sumimus per nos. Totus autem apparatus conuiuij, sumptus est primo Aeneid. vbi describitur conuiuium Didonis sic:*

At domus interea regali splendida luxu
Instruitur, medijsq; parant conuiuia tectis.
Arte laboratæ vestes, ostroque superbo
Ingens argentum mensis, cælataque in auro
Fortia facta patrum; series longissima rerum.

Et paulò pòst:

Dant manibus famuli lymphas, Cereremq; canistris
Expediunt, &c.

Vnde, quæ hic exponenda sunt, illinc erui possint: vt strato ostro, *id est, Tapetibus purpureis. Nam quæ sternuntur intexta velamina Tapetes, aut Tapeta vocantur: quæ verò suspenduntur in aulis, Aulæa dicuntur.*

B

Conuenêre omnes, strato discumbere in ostro
Delicijs iussi, & dapibus se inferre futuris.
Dat manibus crystallus aquas, mensisq; reponunt
Flauentem Cererem. tùm lætâ fronte ministri
Innumeri magno distinguunt ordine curas.
Pars dapibus reficit mensas: pars pocula miscet,
Craterasq; replet: nunc hâc, nunc voluitur illâc
Turba frequẽs; varios miscentq; per atria motus.
At puerum pater immotis spectabat Iulum
Luminibus, vultum admirans moresq; Latinus,
Et grauiter puerili ex ore cadentia verba,
Maturumq; animũ ante annos: & multa rogabat,
Permistas referens voces; dehinc oscula figens
Dulcia, complexum manibus, iunctumq; fouebat:
Et nimiùm exsultans, felicem, & munere diuûm
Donatum Æneam, pro tali prole ferebat.
Postquã epulis cõpressa fames; traducere longam

CONVENERE] *discubuêre. Græcè id dictum esset. Nam Latinè dicas, discubitum, aut discubituri, aut ad discumbendum. vnde meliùs cõstruas: Cõuenêre, iussi discũbere.* STRATO discumbere in ostro.] *id est, purpurâ. sic in primo:*

Conueniunt; stratoque super discumbitur ostro.

Sed eiusmodi luxus non videtur tam congruus Italicæ parsimoniæ, ac Tyrijs opibus. vnde de Carthagine: Diues opum studijsque asperrima belli. *Et ideò, licet imitetur Poëtam, longo tamen id facit interuallo, multumq; ab illo freget. sed non omnia possumus omnes. facilius esset, vitia notare, quàm sine vitijs scribere.* ET se inferre Delicijs, & dapibus futuris.] *scilicet deinceps illis. nam & præsentes erant. alioqui enim se non inferrent.* CRYSTALLVS.] *vas crystallinum.* CEREREM.] *id est, panem.* AT puerum pater, &c.] *Id & Dido in Cupidine, formâ Ascanij fecit. Magis autem congruè dicitur Latinus mores miratus, & prudentiam, quàm vultum. sed vultus etiam animi index est: & vultũ decentem in puero decenter mirari potuit.* ET grauiter pueri ex ore cadentia verba.] *Id enim mirandum: nam verborum grauitas puerili ætati non congruit. Vnde Persius per irrisionem:* Scilicet ingenium, & rerum prudentia velox, Ante pilos venit; dicenda tacendaq; calles. *Plùs præterea mirandũ erat,* Verba grauiter cadẽtia. *i. quod grauiter cadebãt, quã si grauia dixisset. Nam facilè potest imprudenti darî grauis sermo, dummodò ex alterius ore loquatur: at difficile est, eum grauiter loqui. Quòd autẽ dicit* Cadentia verba, *laudem auget. Nam pauca verba, etiam grauiter proferre possunt pueri: sed difficilimum est dum ea cadunt, id est, præcipitanter, aut in morem torrẽtis fluunt, grauiter efferri.* MATVRVM animum.] *Quæras, quomodo maturum agnouit animum? nempe ex oratione. Nam ex abundantiâ cordis os loquitur.* DONATVM Æneam pro tali prole ferebat.] *Quia parentum felicitas consistit in bonis liberis. vnde Helenus ad Anchisen:*

Vade, ait, ò felix nati pietate.——

Et Aeneas ad Didonem:

——O qui te talem genuêre parentes.

POSTQVAM epulis compressa fames.] *Vergil. dicit,* Exempta fames.

C

Incipiunt fando & labentem fallere noctem:
Nunc duros Troiæ casus, gentesq; Pelasgas;
Nunc fera Laurentis memorantes prælia pugnæ:
Quò primùm diffusæ acies; quo tela vicissim
Pulsa loco; qui primus ouans inuaserit agmen,
Fulmineumq; ardẽs in equo madefecerit ensem.
Præcipuè Tros Æneas, seniorq; Latinus,
Magnorum heroum, Latijq; antiqua potentis
Gesta recensebant: fugientemq; horrida gnati
Arma sui Saturnum, Italis latuisse sub oris;
Hinc Latium dixisse; genusq; in montibus altis
Composuisse vagum, legesq; & iura dedisse,
Et Bacchi, & frugum cultus: dehinc tecta secutũ,
Esse paterna Iouem: vtq; Electrâ Atlantide cretus
Iasio Idæas cæso Phrygiæ isset ad vrbeis
Dardanus, ex Corytho multâ cũ gente profectus:

LABENTEM fallere noctẽ]. *i. transigere impercepibiliter.* NVNC duros, &c.] *Locus sumptus ex fine 1. Aen. vbi dicitur:* Necnõ & vario noctẽ sermone trahebat Infelix Dido, longũq; bibebat amorẽ; Multa super Priamo rogitãs, super Hectore multa; Nũc qb⁹ Aurore venisset filius armis, &c. *Sed huiusmodi traductio tẽporis videtur importuna huic loco; vbi sponsus nouæ nuptæ iungendus erat. Sumpta etiã est pars sermonis, quẽ dat Latino, ex sermone Euãdri, lib. octauo habito.* LEGES'QVE & iura dedisse.] *Maro autẽ dicit,* ipsam ante aduentum, *præcipuè Saturni,* gentem haud vinclis nec legibus æquã. *idem tamen attestatur, Saturnum eis leges dedisse, dicens:*

Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo,
Arma Iouis fugiens, & regnis exsul ademptis:
Is genus indocile, ac dispersum montibus altis
Composuit, legesq; dedit, Latiumque vocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in aruis, &c.

ET Bacchi & frugum cultus.] *Vnde à Vergilio Vitisator dicitur.* DEHINC tecta secutum Esse paterna Iouem.] *Quia in Italiam venit; vbi ex Electrâ, Atlantis filiã, Dardanum genuit; qui, occiso Iasio fratre, tandem ad* Phrygiam

A *Phrygiam peruenit.* Ex Corytho.] *Scilicet vrbe Italiæ. vnde in tertio:*

—Corythum, terrasq; require,
Ausonias; Dictæa negat tibi Iuppiter arua.

Vtq; insignē aquilā dono & Ioue patre superbus
Hectoreæ gentis signum, illustresq; tulisset
Primus auum titulos, Troianæ stirpis origo.
Talibus, atq; alijs, inter se longa trahebant
Tempora: tùm fremitus, lætæq; per atria voces
Alta volant; strepitu ingenti tectū omne repletur:
Dant lucem flammæ, & lato splendore coruscant:
Cōsurgunt Phryges, & citharā resonāte sequūtur
Ausonij, & plausum ingeminant; seq; agmine toto
Permiscent, variantq; pedes, raptimq; feruntur.
Et iam festa nouem largo connubia luxu
Attigerant celebrata dies: tùm maximus heros
Æneas vrbem curuo signabat aratro;
Fundabatq; domos, & amictas aggere fossas.
Ecce aūt fatū haud paruum! diffundere flammam
Ingentem, & fulgore leuem, & se nubis altis
Miscentem, summo Lauinia vertice visa est.
Obstupuit pater Æneas; duplicesq; tetendit
Ad cœlum cū voce manus: Si Iuppiter, vnquam
Gens monitis Troiana tuis, terrâq; mariq;
Paruit, imperijsq; libens; si numina, vestras
Si merui coluiq; aras: per si quid agendum est,
Quod restat, placidam felici afferte quietem,
Augurio & firmate, malisq; imponite finem.

Vtque insignem aquilam.] *Aquila dicitur in tutelâ Iouis, & ei fulmina ministrâsse: eò quòd directo obtutu solis radios inspicit, nec fulmine vincitur. Hanc autē Romani pro insigni habebant: quia, per auspicium aquilarū, inditū est à Romulo vrbi nomen. vnde Lucan.* Signa pareis aquilas. *Alludit ergo ad Romanorum signa: volens ea etiā Troianis, vnde oriundi sunt, fuisse; & Dardano ab Ioue dono data.* Dant lucē flāmæ.] *Sic in primo:* Et noctē flāmis funalia vincūt. Et citharâ.]
B *Sic in primo:* Citharâ crinitus Iopas Personat auratâ, &c. Variantque pedes.] *scilicet saltando ad modulos psallentiū. vnde ductitantiū choreas gestū exprimit.* Et iā festa nouē largo cōnubia luxu Attigerant celebrata dies.] *Nouē dierū tempus, priscis cærimonijs sæpè adhibitū legimus. quod & nostræ religionis professores obseruant, in purgationibus & rebus diuinis. Volunt quidam, eò quòd sit ternarius ter repetitus, ex omni angulo trinitatē constituens: sed nihil ad hunc locū.* Æneas vrbē curuo signabat aratro.] *Nam ab Vrbe, parte aratri, dictam vrbē vult Seruius. Ducebātur aūt primò mœnia aratro, à boue (vt dicūt) & equo tracto; vt pacis & belli felicitate gauderēt. vbi verò porta fieret, portabatur aratrū: vnde, à portando, Portā dictā volunt: Varro tamen ab importandis rebus.* Fundabantq. domos.] *Scilicet Troës; quia seruile est officium: sed primū sulcū deducere, pōtificiale. vnde illud famulis; hoc Aeneæ contribuit. Sanè* Fundabant domos *dicit, pro, fundamenta domuum iaciebant. Nam Fundare, est confirmare res priùs iactas: Fundamenta iácere, est ea inchoare. eò quòd nobiles, qui claris ædificijs fundamenta prima iaciunt, non descendunt in scrobem; sed primum (vt aiunt) lapidem deijciunt. Potest tamen fieri, vt in eo loco fuerint domus, quas Aeneas fundauerit, & murò cinxerit: & ita propriè ponitur.* Ecce autem fatum haud paruum.] *Alij* Fatu *legunt: vt sit,* haud paruū, *id est, res haud parua fatu, id est, ad fandum, aut dum fatur. aut, ecce autem prodigium, suppl. aut monstrum, aut portentū! quod etiam Ascanio & Lauiniæ contigisse, Maro memorauit. Omnia igitur mucta sunt Maroniana, & ferè verba; sed nō tam aptè posita, vt ab illo.* Duplicesq. tetendit Ad cœlū cū voce manus.] *verba sunt Vergiliana, Aeneidos secūdo:*

At pater Anchises oculos ad sidera lætus
Extulit, & cœlo palmas cum voce tetendit.

Talià iactantem circumstitit aurea mater,
Se Venerem confessa; almo & sic edidit ore.
Gnate, animo pone hác curā, & meliora capesse
Signa deûm, gaudensq; bonis succede futuris.
Nūc tibi parta quies; nūc meta extrema malorū:
Nunc tandem optatam componunt secula pacē.
Nec flammam ad cœlos perlatam è vertice charæ
Couiugis horresce; ac constantem dirige mētem.
Namq; erit illa, tuum celebri quæ sanguine nomē,
Troianosq; auctura duces, ad sidera mittat.
Hæc tibi magnanimos sublimi prole nepotes
Conferet: egregrijs totum qui laudibus orbem
Complebunt; totumq; suâ virtue potentes
Sub iuga victoresq; trahent: quos gloria summo
Oceanum transgressa ingens æquabit olympo.
Quos tādem innumera ardens post illustria rerū
Gesta, deos factura, vehet super æthera virtus.
Hanc flammam ventura tuæ præconia gentis
Designant: hoc omnipotens è culmine signum
Sidereo dedit. at tantarum in munera laudum,
Quam statuis, dicas à nomine coniugis vrbem.
Præterea sacros Troiâ ex ardente penates
Ereptos, compone noua intra mœnia; & altos
Infer ad æternum mansuros tempus honores.

Talia iactantē, &c.] *Nulla videtur in verbis iactantia, sed precatio, cum decenti*
C *fiduciâ. Aliter autem in primo dixit Maro.* Talia iactanti stridens Aquilone procella. *quia ibi nequicquam mortem precabatur.* Aurea mater.] *Dicitur à Vergilio quoque,* aurea Venus. Se Venerem confessa.] *Vnde libro secundo:* Alma parens, confessa deam, qualisque videri Cœlicolis & quanta solet. Nec flamma, &c.] *Inanis præcepiio: quia ipse Aeneas nouit, eius significationem felicem esse: vt ex secundo Aeneidos, & alijs quibusdam poëtæ locis, constat.* Oceanum transgressa.] *Propter deuictos Britannos, quos Anglos vocamus: aut propter id, quod dictum est in primo, de Iulio Cæsare;* Imperium oceano, famā qui terminet astris. Hanc flammam ventura tuæ præconia gentis Designant.] *Videtur Hypallage: vt sit pro eo, quod est; Hæc flamma designat præconia tuæ gentis. Dicit aūt* Deos factura, vehet super æthera virtus: *propter Romulum & Iulium Cæsarem, quos in deos translatos fingunt.* At tantarum in munera laudum.] *Sic verior est lectio: vt sit,* In munera, *id est, ad munera, hoc est, pro munere tantarum laudum: id est, in recompensationem tantæ laudis, quæ tibi per Lauiniam portenditur, donabis eam hoc honore, vt Vrbē, quam statuis, ab eius nomine Lauinium appelles.* Præterea sacros, &c.] *Coluerunt Romani Phrygios deos. vnde hæc ficta.*

Hi (tibi mira feram) tanto vrbis amore trahentur:
Vt, vecti ad sedes alias, loca prima Latini
Sponte suâ repetant; iterumq; iterumq; reuersi.
O' felix, quem tanta manent! dehinc pace tenebis
Sub placidā gentem Iliacam: post fessus, & æuo

Hi (tibi mira feram) tanto, &c.] *Parenthesis est,* Tibi mira feram: *id est, miranda dicam. Nam ordo est:* Hi, *scilicet dij penates*, trahentur tanto amore vrbis, vt ipsi, vecti ad alias sedes, repetant suâ sponte, *id est, per se,* prima Latini loca, *scilicet* vrbis,

Confectus, tandem Elysias socer ibit ad vmbras. A
Succedes sceptro, atq; Italis dominabere; leges
Communes Teucrisq; ferens. tùm lætus ad altū
Te mittes cœlum. sic stat sententia diuûm.
Dixit; & indè leueis fugiens se vexit ad auras.
Æneas, tanto stupefactam nomine mentem
Perculsus, diuæ peragit mandata parentis.
Et iam compositos felici in pace regebat
Dardanidas: & iam decedens sceptra Latinus
Liquerat; & pius Æneas successerat: omnem
Ausoniam, latâq; potens ditione, tenebat.
Iam paribus Phryges atq; Itali se moribus vltrò,
Et socia ingenti firmabant pectora amore,
Concordiq; æquas miscebant fœdere leges.

orbit, reuersi iterumque iterūq;, *id est, semel ac iterum, aut iterum atq; iterū: quod & in historiis legitur.* O' felix, quē tanta, *scilicet ornamēta & dona*, MANENT.] *id est, exspectant: & cui tanta futura sunt.* TANDEM Elysias.] *Nō cōgruit illi, q? dictū est in primo:* –sublimēq; feres ad sidera cœli Magnanimum Æneam, – Tertia cùm Latio regnantem viderit æstas, Ternaq; transsilient Rutulis hyberna subactis. *Nam, si post subactionem Rutulorum, non nisi tres annos victurus dicitur Aeneas: incongruè dicitur de Latino, quòd* tandem Elysias socer ibit ad vmbras; *& ad Aeneam,* Succedes sceptro, atq; Italis dominabere. SIC stat sentētia diuûm.] *Hoc enim à Ioue audiuit, in primo, dicente:* Sublimemq; feres, *&c.* TANTO stupefactam nomine mētem Perculsus.] *id est, habens mentem stupefactam percussam, aut perculsam, tanto nomine, id est, nominis: hoc est, famæ promissione.*

Tùm medio Venus exsultans se immisit olympo
Ante Iouem; & cōplexa pedes, sic ore locuta est:
Omnipotens genitor, qui solus ab æthere summo
Cuncta moues; qui res hominū curasq; recenses:
Dū Teucros traheret fortuna inimica, recordor,
Spondebas finem ærumnis, rebusq; salutem. B
Nec tua me promissa, pater, sententia fallit:
Nāq; omnes gaudere sacrâ treis pace per annos,
Viderunt Italæ nullo discrimine partes,
Verùm ad siderei missurum culmina cœli
Pollicitus magnum Æneam, meritumq; ferebas
Illaturum astris. quid nunc sub pectore versas?
Iamq; optat matura polos Æneia virtus.
Olli hominū sator atq; deûm dedit oscula, ab alto
Pectore verba ferens: Quantū, Cytherea, potentē
Aneam, Æneadasq; omnes infessus amaui,
Et terrâ & pelago, & per tanta pericula vectos,
Nosti: & sæpè equidem indolui, cōmotus amore,
Gnata, tuo; tandemq; malis, Iunone secundâ,
Imposui finem. nunc stat sententia menti,

TV`M medio.] *Aggreditur vltimam partem operis, quæ est de translatione Aeneæ in cœlum: de quâ, veritatem secutus, rectè dubitat Horat. dicens quarto carm. ad Torq.* Quò pius Æneas? quò Tullus diues, & Ancus? Puluis & vmbra sumus. *De morte enim Aeneæ recitat Seruius: quòd (secundùm Catone) simul ac in Italiam venit, Lauiniam, Turno desponsatā, duxit: vnde moto bello, in primo prælio periit Latinus; in secundo, pariter Turnus & Aeneas. secundùm alios autem, victor Aeneas, cum sacrificaret super Numicum, in ipsum incidit: & cùm non appareret, dicebant deum indigetem factum. vnde Tibullus ad eum:*

Illîc sanctus erit, cùm te veneranda Numici
Vnda deum cœlo miserit indigetem.

Est autem datiuus localis, Medio se immisit olympo: *pro eo quod est, In medium Olympum. Non incongruè autem datur illi in cœlo locus medius: quia sidus Veneris est proximū sub sole, qui medius planetarum est. vnde dictum volunt illud:*

In medio residens complectitur omnia Phœbus.

Quòd aūt complexa pedes: *aut supplicē indicat, aut quòd sidus eius inferius est, quā sidus Iouis.* ORE locuta.] *Pleonasmus est; sicut in Vergilio sæpe: nisi dicamus, deos & deas etiam nutu loqui, id est, voluntatem indicare.* TRES pace p annos.] *Si igitur non nisi tres annos: quæret, quomodo priùs tandē dixerit; quod multi tēporis est.* Viderūt Italę nullo discrimine partes.] *i. sinè discretione toti Latio dominatus est; non tamen toti Italiæ.* POLLICITVS.] *In primo libro, vt diximus.* OLLI.] *Sic in primo:* Olli subridēs hominum sator atq; deorū, Oscula libauit natæ; dehinc talia fat', *&c.* INFESSVS.] *id est, nō fessus, & indefatigatus.* NOSTI: & sæpe quidē.] *Sic Venus in primo ad Cupidinem:* Nota tibi, & nostro doluisti sæpè dolore. IVNONE secūdâ.] *id est, prosperâ & fauente: quia dictū est de ea in primo:* Cōsilia in melius refert, mecūq; fouebit Romanos, rerū dominos, gentēq; togatā. *Imitatur aūt illud Aen. quarto:* D is equidē auspicib' reor, & Iunone secundâ. NVNC stat sententia mēti.] *id est, placet. vnde in primo:* — neq; me sentētia vertit. Stat *aūt, id est, placet, & decretū est: vt,* Stat casus renouare omnes.— C

Quâ ductorem alto Phrygium succedere cœlo
Institui; & firma est: numeroq; inferre deorum
Constat: & id concedo libens. tu, si quid in ipso
Mortale est, adime; atq; astris ingentibus adde.
Quin, si alios sua habet virtus, qui laude perenni
Accingant sese, & gestis præstantibus orbem
Exornent: illos rursum super æthera mittam.
Assensêre omnes superi; nec regia Iuno
Abnuit: at magnum Æneam suadebat ad altum
Efferri cœlum; & voces addebat amicas.
Tùm Venus aërias descendit lapsa per auras;
Laurentumq; petit: vicina Numicius vndis
Flumineis vbi currit in æquora arundine tectus.
Tunc corpus nati abluere, & deferre sub vndas,
Quidquid erat mortale, iubet. dehinc læta recentē
Felicemq; animam secum super aëra duxit
Immisitq; Æneam astris, quem Iulia proles
Indigetem appellat; templisq; imponit honores.

QVA ductorem alto Phrygiū succedere cœlo Instituti.] *Hæc vera est lectio: nō aūt* Alta Phrygum. NVMERO'Q. inferre deorū Cōstat.] *id est, cōstās & firma est sententia.* SI quid in ipso mortale est, adime.] *scilicet p apotheosin purgādo ipsū.* QVIN si.] *Ordo est:* Quin, *id est, quinetiam, aut quinimmo,* si alios sua, *id est, propria,* virt' habet, qui accingant sese perenni laude, &, *suppl. qui,* exornent gestis præstantibus, *id est, propter præstantiam gestorū,* orbē *scilicet cæducorū, qui est sub lunari globo:* ego mittam rursum illos sup ætherea. *Quod propter Iuliū præcipuè dicit, cuius visum putabat sidus. vnde est:* Ecce Dionei processit Cæsaris astrū. NEC regia Iuno Abnuit.] *Quia iam placata* VICINA Numicius vndis Flumineis.] *Nā fluminib. augetur. Hinc colligitur saltē, secūdùm mentē Maphæi, in nominatiuo dici* Numicius. *secundū quē, in illo Tibulli,* Sacra vnda Numici *cōtractio erit duarum vocalium in vnā. sunt tamen, qui &* Numicus *dici cōtendāt.* TVNC corpus nati abluere.] *scilicet iubet. vnde est illud Tibulli, iā sæpè citatū:* Illîc sanctus erit, cùm te veneranda Numici Vnda deum cœli miserit indigetem. *Qui autē sint Dii indigetes, inuenies per tabulam. Quia verò historia habet, ipsum submersum in Numico, seu Numicio; (vnde Dido in quarto:* Sed cadat ante diem, mediâq; inhumatus arenâ) *ideò fingitur illîc purgatus.* TEMPLIS'QVE.] *Subaudi, cui, aut cuius. vt sit: Cui imponit templis; aut, Cuius templis imponit. Hæc autem omnia dicta sunt, secundùm fabulamenta gentilium. Nam Maphæus ipse non ex suā fide composuit: sed vt suppleret, quod operi Vergiliano deesse frustra (vt diximus) putabat. Et hæc in hunc decimumtertium; quem, licèt non sit Vergilii, impressimus.*

IVLII

P. VERGILII MARONIS OPVSCVLA AD OCTAVIVM. CVLEX.

LVSIMVS, Octaui, gracili modulante Thaliâ:
Atq; vt araneoli tenuem formauimus orsum,
Lusimus: hæc propter Culicis sint carmina dicta;
Omnis vt historiæ per ludum consonet ordo,
Notitiæ ducum voces: licèt inuidus adsit.
Quisquis erit culpare iocos Musamq; paratus:
Pondere vel Culicis leuior, famâq; feretur.
Posteriùs grauiore sono tibi Musa loquetur
Nostra: dabunt cùm securos mihi tẽpora fructus:
Vt tibi digna tuo poliantur carmina sensu,
Latonæ, magniq; decus Iouis, aurea proles:
Phœbus erit nostri princeps & carminis autor,
Et recinente lyrâ fautor: siue educat illum
Alma Chimæreo Xanthi perfusa liquore;
Seu nemus Asteriæ; seu quà Parnassia rupes
Hinc atq; hinc patulâ præpandit cornua fronte,
Castaliæq; sonans liquido pede labitur vnda.

A IVLII POMPONII SABINI, Grammatici erudisimi, in Culicem Commentarius.

LVSIMVS Octaui.] *Ad Octauium Augustum scribit gratitudinem cuiusdam pastoris: qui cùm per æstum sub arbore quiesceret, & propè esset serpens, læsurus dormientem, culex pastorem excitauit somno. qui expergefactus, serpentem interemit: & culici, quem ignarus manu attriuerat, sepulchrum fecit; cum distícho, quod in fine opusculi legitur.* THALIA.] *vnâ ex nouem Musis. Musæ, vt inquit Al-* B *cmæon, filiæ fuere Cœli et Terræ; vt alij, Iouis & Memoriæ. quidam tres, quidam nouem asserunt.* GRACILI Thaliâ.] *humili stylo.* TENVEM.] *quia se ludere dicit.* SECVROS fructus.] *Optat sinè molestiâ & periculo frui amœnitate agrorum suorum; quos Milienus Thoro primipilaris occupauerat.* LATONÆ & Iouis aurea proles.] *Inuocat Phœbum, Latonæ & Iouis filium: quia numen est poëtarum. siue in Lyciâ sit, siue in cœlo Sol, siue in Parnasso. hæc ideò cumulauit, vt Apollinem laudaret.* SIVE educat illum.] *Puto intelligi, colat. quod enim colimus, famâ, obseruatione & veneratione nutrimus.* Chimæra, *Lyciæ mons, qui flammas vomit. ab eo labitur* Xanthus, *qui descendit in Phrygiam: in Lyciâ ipsâ paruum facit lacum: cuius aquam bibere Latonam, æstu fatigatam, cùm prohibuisset Neocles pastor & socij, demutati fuêre in ranas. Prope Xanthum est Latonæ templum, ob quod alma dici potest Latona. Sed placet, vt de Lyciâ intelligat, & dicat: Regio perfusa liquore Xanthi. Est etiam Xanthus vrbs Ly-*
C *ciæ, à fluuio dicta: &* Chimæra, *ibidem conuallis quædam. Placet, vt de cultu Apollinis intelligas: vnde Lyciæ sortes.* SEV decus astrigerum.] *scilicet est Sol in cœlo, & vult illic coli: seu in rupe Parnasii.* Parnassus *mons est Phocydis, in quo rupes est, vel maiestate numinis, vel situ ipso, horrorem visentibus faciens. vndique ferè præceps in formam theatri recessit: quo sonitus vocesq; multiplices audiuntur. Hîc est Apollinis Delphici templum: hîc fons Castalius, Musis dedicatus: hîc habitauêre Pieres, natio Thraciæ; vnde Pierius mons, & Pierides Musæ. quâmuis Ouidius dicat à filiabus Pierique cum Musis certauerunt, & victæ fuêre.* PATVLA fronte.] *id est, aspectu. Propter formam theatri,* patulâ *dicit, id est, theatrali. Theatrum in medio patulum, id est, concauum est.* LIQVIDO.] *Puriter. Liquidum, purum est, vt liquidus aër, eâ parte, quâ prælabitur vnda Castalij fontis.* Castalius fons, *Caballinus, & Libetris dicitur: vnde Musæ Libetrides.*

ASCE. LVSIMVS, Octaui.] *Sicut in præfatione Syluarum suarum attestatur Papinius; & Homerus, & Maro, fecerunt quædam quasi ingenij sui præludia: inter quæ Culicem expressè commemorat, opus profectò lepidum, & in re tenui non tenuem gloriam meritum. Inter animantia enim vix quidquam minus culice: attamen de eo rem arduam, ex medullis Philosophiæ haustam confecit; insequens præcipuè paradoxum Pythagoricum, asserens videlicet etiam Culicis manes ac vmbras post mortem exstare. Docebat enim Pythagoras, (vt in literâ Pythagoræ latiùs declaraturi sumus) vnum eundemq; esse in hominibus & in brutis animum: vsq; adeò, vt de vnius corpore, vicissim in alterius corpus migret. Vnde oritur Culicis deploratio; cuius ad inferos cogentur manes descendere; imò iam coacti erant: recipi tamen nondum potuerunt; cùm viderentur adhuc corpori obnoxij: quia nondum obtinuerant legitimâ sepulturam. Quam rem tangit Vergilius Aeneid. VI. ex Aegyptiorum dogmate dicens:*

Nec ripas datur horrẽdas, nec rauca fluenta,
Trãsportare priùs, quã sedibus ossa quierunt.
Centum errant annos, volitãtq; hęc littora circũ;
Tùm demum admissi stagna exoptata reuisunt.

Inducitur ergo in hoc Opere spiritus Culicis, à pastore interfecti: ab inferis, eò quòd insepultus esset, rediens, munusq; sepulturæ ab eo implorãs eiusq; occasione multa, quæ iam apud inferos procul viderat, recitans. Reliqua argumentis, satis à Calderino explicantur. Ordo igitur est: O' Octaui, *scilicet Auguste quem vulgus* Octauianum *appellat, nos* lusimus: *id est, tenuiter descripsimus opus non magni ponderis; & hoc* Thaliâ, *id est, Musâ nostrâ,* modulante, *id est, modulatè dictante:* atque formauimus orsum, *id est, contextum;* tenuem, *id est, modicum,* vt araneoli, *id est, parui aranei. (Nam vermis, Araneus dicitur: tela verò propriè, Aranea. sed confunduntur. Orditur autem tàm textor, quàm scriptor. vnde,* Ordimur telas; ordimur verba loquendo.) Lusimus, *inquit:* & hæc propter, *id est, propterea, hæc* carmina sunt dicta Culicis, *id est, de Culice cõposita:* vt omnis ordo, *id est, contextus historiæ,* consonet, per ludum. (*quo verbo dicendis fidem adhibiturum negat.*) Notitiæq; ducum vocet: *& vt voces notitiæ ducum consonent ludo. Voces sunt notitiæ ducum: quia (vt dicit Horatius)* paulùm sepultæ distat inertiæ Celata virtus. *Et alibi:* Neque si chartæ sileant, quod bene feceris Mercedem tuleris. *& cætera. (Alij legunt,* Nutricesque ducunt: *alij,* Nutritæ.) *Voces igitur sunt notitiæ, aut nutrices ducum:* licèt inuidꝰ adsit. Quisquis erit paratus culpare iocos; *scilicet meos,* & Musam: feretur, *id est, habebitur,* leuior, vel, *id est, etiã,* pondere Culicis, & famâ. Nostra Musa loquetˀ tibi posteriùs, *id est, postmodũ,* sono grauiore: cũ tẽpora dabũt fructus securos, *id est, sinè curâ posidẽda ocia: aut fortè significat, se nec dum agrorũ suorũ fructus securè percipere.* VT tibi dignato.] *Post propositionem, faciens: aliqualem inuocationem, dicit cũ fiduciâ, quòd Phœbus erit carminis auctor. ea autem sumpta est ex meritis Augusti, cui Apollo summè fauisse legitur: vt in bello Actiaco, de quo in fine 8. Aeneid.*

Actius hæc cernens, arcum intendebat Apollo.

Rogat aũt Musas, vt festiuè Apollinẽ celebrẽt. Ordo autem est. O' *Auguste,* vt carmina, *scilicet nostra,* poliantur. *i. exornentur,* tibi, *id est, ad tuam laudẽ,* sensu dignato, *scilicet ab Apolline, id est, digno habito. capitur enim passiuè: vt Aen. 3.*

Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo.

Phœbus, decus Latonæ, & pˀles aurea magni Iouis erit princeps & autor nostri carminis; & *erit* fautor, lyra, *id est, citharâ,* retinente, *id est, iterum atque iterum mecum canente:* siue alma, *scilicet Luna, siue soror. (Alij legunt,* Luna. *Alij intelligunt de Latonâ; &* alma *legunt.) Siue*

igitur

igitur alma, scilicet altrix, seu Luna, perfusa liquore Chimæreo, id est, iuxta Chimæram Lyciæ montem, vbi Latona templum habet, præter fluenta Xanthi, scilicet fluminis, educat, id est, enutrit eum: hoc est, siue compensatur nunc in matris templo Lycia: seu, id est, siue, suppl. est, decus astrigeri, scilicet cœli: hoc est, siue in cœlo. (Calderinus tamẽ intelligit sic: Seu decus astrigeri, scilicet cœli, hoc est, Iupiter, educat illum. nos tamen aliter accipimus.) seu, suppl. est A eâ parte, quâ rupes Parnassia, id est, Parnasii mõtis, Apollini sacri, p̃pandit cornua frõte patulâ, hinc atq; hinc, id est, ex vtroq; vertice (est enim biceps) & vnda Castaliæ, scilicet fontis Musis sacri, à quo sæpe Castalides dicuntur, sonans prælabitur liquido, scilicet riuo. hoc est: vbicunq; nũc est, Apollo erit carminis nostri autor & princeps.

POM. Sabi. ET tu sancta Pales.] Quia pastoris historia est, pastoralem inuocat deam: cuius sacra, id est, Palilia, fiebant in vrbis Romæ natali. SALTVS.] Saltus sunt, vbi animalia pascuntur. & propter Palem dicit. ASTRA.] propter Phœbum, id est, solem. OCTAVI.] faue; & indè lege. non erit hoc bellum Gigantum. Gigantes in Phlegrâ, valle Thessaliæ, superimpositis montibus, pugnauere cũ cœlestibus. Est & alia Phlegra in Campaniâ: vnde Hercules existimatur Gigantes fugâsse, vt Diodorus meminit. Et in eâ paginâ non describit bellum Lapitharum cum Centauris. Lapithæ populi Thessaliæ feroces, in nuptijs Pirithoi pugnauêre cum Centauris. ERICHTHONIAS arces.]

Quare, Pierij laticis decus, ite sorores
Naiades: & celebrate deum ludente choreâ.
Et tu sancta Pales, ad quam ventura recurrunt
Agrestum bona, securè sit cura canentis
Aërios nemorum cultus, syluasq; virenteis:
Te cultrice, vagus saltus feror inter & astra.
Et tu, cu meritis oritur fiducia tantis
Octaui venerande, meis allabere cœptis,
Sancte puer: tibi namq; canit non pagina bellum,
Phlegra giganteo sparsa est quo sanguine tellus;
Nec centaureos Lapithas compellit in enses:
Vrit Erichthonias oriens non ignibus arces:
Non perfossus Athos, nec magno vincula ponto
Lecta, meo quærent iam sera volumine famam:
Non Hellespontus, pedibus pulsatus equorum:
Græcia cum timuit venienteis vndiq; Persas.
Mollia sed tenui pede currere carmina versu,
Viribus apta suis, Phœbo duce, ludere gaudet.
Hoc tibi, sancte puer, memorabile: sic tibi certet
Gloria perpetuum lucens mansura per æuum:
Et tibi sede piâ maneat locus: & tibi sospes
Debita felices memoretur vita per annos,
Grata bonis lucens. sed nos ad cœpta feramur.

Athenas. bellum Persarum contra Græcos intelligit. Erichthonius, filius Vulcani & Mineruæ, cùm pedes haberet retortos, currum inuenit. nutritus fuit ab filiabus Erichthei, regis Athenarum. ORIENS.] quia Xerxes, rex Persarũ, qui Græcis bellum intulit, orienti imperabat. ergo Oriens, id est, Persis: Olympiade 85. imperante Athenis Calliade, & in Vrbe Proculo Virginio & Spurio Cosso Consulibus, Xerxes, rex Persarum, Mardonio eius genero suadente, terrestri & maritimo bello Græcias infestauit; triennio ad comparanda multa millia hominum consumpto ad copias traijciendas, in Hellesponto ligneum pontem fabricari iussit, inter Abidum & Seston, 6. stadiorum longitudine. tempestas pontem perfregit. rex indignatus, iussit aquam trecentum verberibus percuti & colaphis, cũ barbaricâ exsecratione: deinde vincula & compedes iaci, in pœnam disiecti pontis: & illorum, qui operi præpositi erant, capita præcidit; & alios præfecit, qui firmum transitum reddidêre, vinctis biremibus ac triremibus 360. versus Euxinum; & ab alio latere 314. vinxêre transuersas. operis firmitudinem prægrandes ancoræ faciebant. Machinæ tam ingenti, superiniectæ trabes fuêre; supra quas induxêre materiã, & in lateribus aggeres erexêre; ne maris aspectu lumine inquietarentur. dies 9. consumpti fuêre in transitu. PERFOSSOS Athos] cùm Persica classis ad Eleuntem Chersonnesi stationem haberet: ne pigresceret; iussa fuit à rege Athon mõtem fodere, adiuuantibus & accolis. Athos mons ingens est: pertingit mare, & in peninsulæ effigiem desinit, cum isthmo 12. stadiorum: quo sita vrbs est Sana; iuxta quam fossus mons fuit. fossæ latitudo duas triremes capiebat, & isthmus intercisus, vt in fossam reciperetur mare. opus hoc factum est, vt memoria eius potentiæ ad posteros foret: necessitas enim non vrgebat. Strymon fluuius, qui propè est, etiam pontibus iunctus fuit. IGNIBVS.] Xerxes, peragratâ Bœotiâ, Plateis & Thespijs incensis, Athenas cum arce occupat; & incendit templum Erichthei, quod in arce erat: in quo olea posita, in testimonium Mineruæ cùm cremata fuit olea, ne interiret, stolonem emisit. id est, virgultum, quod à sacerdotibus seruatur, inquẽ arborem. NON timuit.] quia tandem victi fuêre Persæ. primùm aufugit Xerxes, relicto Mardonio: & postea Mardonius, ab Arimnesto Spartiatâ occisus, finem Persici belli fecit. & ideò dicit, Non timuit Græcia Persas. ET tibi, sancte puer.] Mos antiquorum poëtarum fuit, principum numina inuocare. B SEDE piâ.] id est, felici, cùm pace & quiete, sinè bello.

ASCE. Quare, id est, quamobrem, ô Naiades, id est, deæ fontium, decus Laticis, id est, fontis, Pierij: quia in Pierio antro, ex Ioue, & Mnemosyne, id est, Memoriâ, genitæ sunt sorores: scilicet, inter vos, ite, & celebrate, id est, celebrem & festiuum reddite, deum, scilicet Apollinem, choreâ ludente: id est, tripudiate circa eum. & tu, ô sancta Pales, id est, dea pabulorum, ad quam bona agrestum, pro agrestium, hoc est, agricolarum, recurrunt, id est, recursum spe impetrandi auxilij habent, ventura, id est, vt ventura sint: tu, inquam, Pales, fac suppl. aut legamus Te, id est, per te, aut tibi, id est, ad tuum honorem fac, vt cura canentis sit securè, id est, sinè curâ. Quæras, quî id fieri possit? sed ad diuersa referamus: vt sit cura, id est, solicitudo canentis, sinè curâ, non canendi; sed sinè timore errandi. C Ego feror, id est, tollor & erigor, inter saltus aërios nemorum, id est, syluarum, & astra: id est, versor in mediocri re, vt in mediâ regione aëris, exsistens inter cœlum & terram. de re enim humili satis sublimiter locuturus est. Et tu Octaui venerande, cui fiducia oritur chartis meritis, scilicet de te; quia in tuam gratiam scriptis oppletæ sunt, allabere, scilicet per fauorem, meis cœptis. Octaui, inquit, ô sancte puer (falsum est ergo, quòd nefas erat, puerum appellari) allabere cœptis meis: namque pagina, scilicet nostra, id est, liber compactus, non canit tibi bellum, quo tellus Phlegra, id est, Thessalia, ab ardendo dicta, vbi bellum giganteum cõmissum est, sparsa est sanguine giganteo: nec pagina nostra, compellit, id est, recitat compelli, Lapithas, populos Thessaliæ, eb Ixione & nube genitos, in enses Cẽtaureos, id est, Centaurorum vicinorum, qui eos occiderunt in nuptijs Pirithoi. Oriens, scilicet sol, non vrit, id est, non narratur vrere, ignibus arces Erichthonias, id est, Troianas. Nam Erichthonius, filius Dardani, & pater Trois, auus auiè Laomedontis, qui pater Priami, summopere auxit Troianas opes: vt Homerus quoq; attestatur. Vnde meritò arces ab eo Erichthoniæ dicũtur. Fuit & alius Erichthonius, per litem ex Vulcano & Terrâ genitus, anguinis pedibus: quam fœditatem vt tegeret, aurigandi officium primus inijt. Vnde in Georg.

Primus Erichthonius currus & quattuor ausus
Iũgere equos, rapidisq; rotis insistere victor, &c.

Non A.

A Non Athos, *scilicet mons, Xerxis Persarum regis exercitu*, perfossus, *demolitus, & solo aequatus*; nec vincula, *scilicet inflicta*, magno Ponto, *id est, mari*, quaerent iam sera, *id est, serò, postquam multi Graeci de his scripserunt*, famam, lecta, *id est, cùm lecta fuerint*, meo volumine. Non Hellespontus, pulsatus pedibus equorum, *postquam Xerxes super eum pontem exstrui fecerat*, cùm Graecia timuit persas venientes vndique: *tantus enim exercitus, vt dinumerari non posset; sed flumina ebiberet. vnde Iuuenalis*: Epotaq; flumina Medo Prandente. *non supple, quaeret famam, lecto meo volumine; sed supple, mea Thalia*, gaudet, carmina mollia currere in versu tenui pede: *& gaudet ludere, id est, faciliter cõficere*, Phoebo duce, *id est, ducente*, carmina apta suis viribus. O' sancte puer, *scilicet Auguste, ex deorũ progenie*, gloria lucens, perpetuũ mãsura per aeuũ, certet tibi, & mortalibus: *certet, inquam, tibi*, hoc, *id est, per hoc carmen nostrũ, aut in hoc carmine nostro: id est, faciam, inter te & mortaleis sit concertatio, an deorum, an mortaliũ numero asscribendus sis*. Et locus maneat tibi, *supple in*, sede piâ, *aut in coetu deorũ, aut in imperio pio*: & vita sospes, *id est, incolumis*, debita tibi, memoretur p̃ annos felices: & luceat, *supple memoretur*, grata, *i. e. vtilis & accepta*, bonis: *quia malis displicẽt probi & iusti principes*. Sed nos feramur, *id est, dirigamur*, ad coepta, *scil. nostra*.

Igneus aethereas iam Sol penetrabat in arces,
Candidaq; aurato quatiebat lumina curru:
Crinibus & roseis tenebras aurora fugârat:
Protulit è stabulis ad pabula laeta capellas
Pastor; & excelsi montis iuga summa petiuit,
Lurida quà patulos velabant gramina colles.
Iam syluis dumisq; vagae, iam vallibus abdunt
Corpora: iamq; omni celeres è parte vagantes,
Tondebant tenero viridantia gramina morsu.
Scrupea desertas haerebant ad caua rupes:
Pendula proiectis carpuntur & arbuta ramis,
Densaq; virgultis auidè lubrusca petuntur.
Haec suspensa rapit carpente cacumina morsu:
Haec salicis lentae, vel quae noua nascitur alnus:
Haec teneras fruticum sentes rimatur: at illa
Imminet in riui praestantis imaginis vndam.
O' bona pastoris; si quis non pauperis vsum
Mente priùs doctâ fastidiat, & probet illi
Omnia luxuriae precijs incognita, curis
Quae lacerant auidas inimico pectore mentes.
Si non Assyrio fuerint bis lauta colore
Attalicis opibus data vellera: si nitor auri
Sub laqueare domos animum non angit auarum,
Picturaeq; decus: lapidum nec fulgor in vllâ
Cognitus vtilitate manet: nec pocula gratum
Alconis referunt, Boetiq; toreuma: nec Indi
Conchea bacca maris precio est. at pectore puro
Saepè super tenero prosternit gramine corpus:
Florida cùm tellus, gemmantes picta per herbas,
Vere notat pulchris distincta coloribus arua.
Atque illum calamo laetum recinente palustri,
Ociaq; inuidiâ degentem ac fraude remotâ,
Pollentemq; sibi, viridi cum palmite lucens,
Tmolia pampineo subter coma velat amictu.
Illi sunt gratae rorantes lacte capellae,
Et nemus, & foecunda Pales, & vallibus imis
Semper opaca nouis manantia fontibus antra.

POM. Sabi. IGNEVS aethereas.] *Describit tempus, quo pastor agebat gregẽ ad pascua. Tempus erat, cùm iam aurora fugauerat tenebras, & cùm ros sole siccessit.* VEL brusta.] *Brustum arbor est, quae ad ornamentum mensarum secatur. meminit Plinius libro 16. Ali*B*bi inuenio Bruscum esse genus acoris. In his carminibus bene explicat morem capellarum; quae petulantes in ipsis etiam praecipitijs tutae sunt.* O' bona pastoris.] *Laus pastoralis & rusticanae vitae. In Georgicis idem votum.* COLORE Assyrio.] *Tyriam purpuram notat, quae vrbanis conuenit. Tyros, ciuitas Phoeniciae, vbi ex conchiliorum conchis tabo bis tingebatur lana. Phoenicia, prouincia Syriae; quae aliquando Assyria appellata est.* LAVTA.] *id est, epota.* ATTALICIS opibus.] *aurum intexere vestibus inuenit Attalus, rex Pergami; qui haeredem reliquit populum Romanum. Babylon, Assyriae ca*C*put, diuersos colores prima vestibus intexuit: & Phryges acu duplicare aurea fila, in telis vnde Phrygiones appellant.* DOMOS.] *genitiui casus est. Sic monuit Augustus dicendum esse: consuetudo postea* domus dixit. *Antiquitas, Domus, domi, domo, inflexit: vt apud Platonem*, domus *Graecum vocabulum est.* PICTVRAE lapidum.] *propter imagines marmoreas.* ALCONIS.] *Boetus & Alcon, figuli & optimi artifices fuère vasorum. Alcon fecit argenteum craterem Aeneae. Plinius Boeti mentionem fecit; quem proximum à Mentore nominat. Idem Plinius ait; Margaritas maximè Indus mittit Oceanus. margaritae in conchis, id est, ostreis, ex matutino rore generantur vere.* CALAMO palustri.] *ex quo pastores fistulas faciunt.* TMOLVS.] *mons Lydiae, vitibus consitus. indè Tmolia vitis.*

ASCE. IGNEVS &c.] *Incipit narrare sic*: Sol igneus penetrârat iam in arces aethereas, & quatiebat lumina, *aut limina candida*, curru aurato, *id est, fulgenti*: & aurora fugabat crinibus roseis, *id est, radijs suis*, tenebras, *scilicet noctis*: *&, supple, aut dum*, pastor protulit, *id est, eduxit*, capellas è stabulis, *scilicet caprilibus*, ad pabula laeta, & petiuit summa iuga excelsi montis: quâ, *supple parte*, gramina lurida, *id est, pinguia & lubrica*, velabant colles patulos, *id est, semper apertos & patentes.* *Capellae* vagae, *id est, errantes pascendo*, abdunt, *id est, abscondunt*, iam corpora syluis, dumis & vallibus: & iam *etiam ipsae* celeres, vagantes ex omni parte, tondebant tenero morsu gramina viridantia, & haerebant ad scrupea, *id est, lapidosa*, caua, *id est, concaua, seu concauitates appositoriè*, rupes desertas. *Scrupi autem (inquit Festus) sunt aspera saxa, & distantia à tractu vmbrae: vndè scrupulosam rem eam dicimus, quae aliquid in se habet asperi.* Et arbuta pendula carpuntur ramis proiectis, *id est, porrò extensis*: & lubrusca, *id est, fructus syluestres, vt vuae syluestres in labris noualium aut vinearum crescentes; (sed in Bucol. dicitur haec Labrusca, labruscae*: Syluestres raris sparsit labrusca racemis.) Densa virgultis petuntur auidè, *scilicet à capris.* Haec, *scilicet capra*, rapit morsu carpente cacumina, *scilicet virgultorum; exsistens* suspẽsa, *aut exsistentia suspensa, id est, pendula in praecipiti*: haec, *dico, petit morsu cacumina* salicis lentae, *id est, flexibilis*: vel, *supple alni*, quae alnus nascitur noua, *id est, quae minùs annosa est, & ideò magis tenera*: haec rimatur, *id est, exquirit*, sentes, *id est, spinas*, teneras, *id est, recentes*: at, *id est, sed*, illa, *id est, alia capra*, imminet in vndam riui imaginis praestantis. O' bona pastoris; si quis mente priùs doctâ, *id est, habens mentem priùs doctam & eruditam*, non fastidiat vsum pauperis: &, *id est, insuper*, probet, *id est, approbet vsum pauperis.* Omnia *sunt* illi, *scilicet pastori, & caeteris agrestibus*, incognita precijs luxuriae, *scilicet* curis, quae lacerant mentes auidas, pectore inimico, *scilicet sibi, hoc est, se torquente curis.* Si, *id est, tametsi*, vellera data, *id est, addita*, opibus Attalicis. *qui primus vestes auro intexere docuit*, non fuerint bis lauta, *id est, tincta, hoc est, dibapha colore Assyrio, id est, purpura Tyria*: &, si nitor auri sub laqueare domos, *id est, domus*, non angit animum auarum: que,

igitur alma, scilicet altrix, seu Luna, perfusa liquore Chimæreo, *id est, iuxta Chimæram Lyciæ montem, vbi Latona templum habet, præter fluenta Xanthi, scilicet fluminis* educat, *id est, enutrit eum: hoc est, siue compensatur nunc in matris templo Lycia:* seu, *id est, siue, suppl. est*, decus astrigeri, *scilicet cœli: hoc est siue in cœlo.* (*Calderinus tamē intelligit sic:* Seu decus astrigeri, *scilicet cœli, hoc est, Iupiter,* educat illum. *nos tamen aliter accipimus.*) seu, *suppl. est eâ parte,* quâ rupes Parnassia, *id est, Parnasii mōtis, Apollini sacri,* p̄pandit cornua frōte patulâ, hinc atq; hinc, *id est, ex vtroq; vertice (est enim biceps)* & vnda Castaliæ, *scilicet fontis Musis sacri, à quo sæpe Castalides dicuntur,* sonans prelabitur liquido, *scilicet riuo. hoc est: vbicunq; nūc est, Apollo erit carminis nostri autor & princeps.* A

Quare, Pierij laticis decus, ite sorores
Naiades: & celebrate deum ludente choreâ.
Et tu sancta Pales, ad quam ventura recurrunt
Agrestum bona, securè sit cura canentis
Aërios nemorum cultus, syluasq; virenteis:
Te cultrice, vagus saltus feror inter & astra.
Et tu, cu meritis oritur fiducia tantis
Octaui venerande, meis allabere cœptis,
Sancte puer: tibi namq; canit non pagina bellum,
Phlegra giganteo sparsa est quo sanguine tellus;
Nec centaureos Lapithas compellit in enses:
Vrit Erichthonias oriens non ignibus arces:
Non perfossus Athos, nec magno vincula ponto
Lecta, meo quærent iam sera volumine famam:
Non Hellespontus, pedibus pulsatus equorum:
Græcia cum timuit venienteis vndiq; Persas.
Mollia sed tenui pede currere carmina versu,
Viribus apta suis, Phœbo duce, ludere gaudet.
Hoc tibi, sancte puer, memorabile: sic tibi certet
Gloria perpetuum lucens mansura per æuum:
Et tibi sede piâ maneat locus: & tibi sospes
Debita felices memoretur vita per annos,
Grata bonis lucens. sed nos ad cœpta feramur.

POM. Sabi. ET tu sancta Pales.] *Quia pastoris historia est, pastoralem inuocat deam: cuius sacra, id est, Palilia, fiebant in vrbis Romæ natali.* SALTVS.] *Saltus sunt, vbi animalia pascuntur. & propter Palem dicit.* ASTRA.] *propter Phœbum, id est, solem.* OCTAVI.] *faue; & indè lege. non erit hoc bellum Giganteum.* Gigantes *in Phlegrâ, valle Thessaliæ, superimpositis montibus, pugnauere cū cœlestibus. Est & alia Phlegra in Campaniâ: vnde Hercules existimatur Gigantes fugâsse, vt Diodorus meminit. Et in eâ paginâ non describit bellum Lapitharum cum Centauris.* Lapithæ *populi Thessaliæ feroces, in nuptijs Pirithoi pugnauêre cum Centauris.* ERICHTHONIAS arces.] *Athenas. bellum Persarum contra Græcos intelligit. Erichthonius, filius Vulcani & Mineruæ, cùm pedes haberet retortos, currum inuenit. nutritus fuit ab filiabus Erichthei, regis Athenarum.* ORIENS.] *quia Xerxes, rex Persarū, qui Græcis bellum intulit, orienti imperabat. ergo* Oriens, *id est, Persis:* Olympiade *85. imperante Athenis Calliade, & in Vrbe Proculo Virginio & Spurio Cosso* Consulibus, *Xerxes, rex Persarum, Mardonio eius genero suadente, terrestri & maritimo bello Græcias infestauit; triennio ad comparanda multa millia hominum consumpto ad copias trajciendas, in Hellesponto ligneum pontem fabricari iussit, inter Abidum & Seston, 6. stadiorum longitudine. tempestas pontem perfregit. rex indignatus, iussit aquam trecentum verberibus percuti & colaphis, cū barbaricâ exsecratione: deinde vincula & compedes iaci, in pœnam disiecti pontis: & illorum, qui operi præpositi erant, capita præcidit, & alios præfecit, qui firmum transitum reddidêre, vinctis biremibus ac triremibus 360. versus Euxinum; & ab alio latere 314. vinxêre transuersas. operis firmitudinem prægrandes ancoræ faciebant. Machinæ tam ingenti, superiniectæ trabes fuêre; supra quas induxêre materiā, & in lateribus aggeres erexêre; ne maris aspectu iumine inquietarentur. dies 9. consumpti fuêre in transitu.* PERFOSSOS Athos] *cùm Persica classis ad Eleuntem Chersonnesi stationem haberet: ne pigresceret; iussa fuit à rege Athon mōtem fodere, adiuuantibus & accolis. Athos mons ingens est: pertingit mare, & in peninsulæ effigiem desinit, cum isthmo 12. stadiorum: quo sita vrbs est Sana; iuxta quam fossus mons fuit. fossæ latitudo duas triremes capiebat, & isthmus intercisus, vt in fossam reciperetur mare. opus hoc factum est, vt memoria eius potentiæ ad posteros foret: necessitas enim non vrgebat. Strymon fluuius, qui propè est, etiam pontibus iunctus fuit.* IONIBVS.] *Xerxes, peragratâ Bœotiâ, Plateis & Thespijs incensis, Athenas cum arce occupat; & incendit templum Erichthei, quod in arce erat: in quo olea posita, in testimonium Mineruæ cùm cremata fuit olea, ne interiret, stolonem emisit, id est, virgultum, quod à sacerdotibus seruatur, inquè arborem.* NON timuit.] *quia tandem victi fuêre Persæ. primùm aufugit Xerxes, relicto Mardonio: & postea Mardonius, ab Arimnesto Spartiatâ occisus, finem Persici belli fecit. & ideò dicit,* Non timuit Græcia Persas. ET tibi, sancte puer.] *Mos antiquorum poëtarum fuit, principum numina inuocare.* SEDE piâ.] *id est, felici, cùm pace & quiete, sinè bello.* B

ASCE. Quare, *id est, quamobrem,* ô Naiades, *id est, deæ fontium,* decus Laticis, *id est, fontis,* Pierij: *quia in Pierio antro, ex Ioue, & Mnemosyne, id est, Memoriâ, genitæ sunt sorores: scilicet, inter vos,* ite, & celebrate, *id est, celebrem & festiuum reddite,* deum, *scilicet Apollinem,* choreâ ludente: *id est, tripudiate circa eum.* & tu, ô sancta Pales, *id est, dea pabulorum,* ad quam bona agrestum, *pro agrestium, hoc est, agricolarum,* recurrunt, *id est, recursum spe impetrandi auxilij habent,* ventura, *id est, vt ventura sint: tu, inquam, Pales, fac suppl. aut legamus* Te, *id est, per te: aut* tibi, *id est, ad tuum honorem fac,* vt cura canentis sit securè, *id est, sinè curâ. Quæras, quî id fieri possit? sed ad diuersa referamus: vt sit cura, id est, solicitudo canentis, sinè curâ, non canendi; sed sinè timore errandi. Ego* feror, *id est, tollor & erigor,* inter saltus aërios nemorum, *id est, syluarum,* & astra: *id est, versor in mediocri re, vt in mediâ regione aëris, existens inter cœlum & terram. de re enim humili satis sublimiter locuturus est.* Et tu Octaui venerande, cui fiducia oritur chartis meritis, *scilicet de te; quia in tuam gratiam scriptis oppletæ sunt,* allabere, *scilicet per fauorem,* meis cœptis. O*ctaui, inquit,* ô sancte puer (*falsum est ergo, quòd nefas erat, puerum appellari*) *allabere cœptis meis:* namque pagina, *scilicet nostra, id est, liber compactus,* non canit tibi bellum, quo tellus Phlegra, *id est, Thessalia, ab ardendo dicta, vbi bellum giganteum cōmissum est,* sparsa est sanguine giganteo: nec *pagina nostra,* compellit, *id est, recitat compelli,* Lapithas, *populos Thessaliæ, ab Ixione & nube genitos,* in enses Cētaureos, *id est, Centaurorum vicinorum, qui eos occiderunt in nuptijs Pirithoi.* Oriens, *scilicet sol,* non vrit, *id est, non narratur vrere,* ignibus arces Erichthonias, *id est, Troianas. Nam Erichthonius, filius Dardani, & pater Trois, auus auté Laomedontis, qui pater Priami, summopere auxit Troianas opes: vt Homerus quoq; attestatur. Vnde meritò arces ab eo Erichthoniæ dicūtur. Fuit & alius Erichthonius, per litem ex Vulcano & Terrâ genitus, anguinis pedibus: quam fœditatem vt tegeret, aurigandi officium primus inijt. Vnde in Georg.* C

Primus Erichthonius currus & quattuor ausus
Iūgere equos, rapidisq; rotis insistere victor, *&c.*

Non A.

A Non Athos, ſcilicet mons, Xerxis Perſarum regis exercitu, perfoſſus, demolitus, & ſolo æquatus; nec vincula, ſcilicet inflicta, magno Ponto, id eſt, mari, quærent iam ſera, id eſt, ſerò, poſtquam multi Græci de his ſcripſerunt, famam, lecta, id eſt, cùm lecta fuerint, meo volumine. Non Helleſpontus, pulſatus pedibus equorum, poſtquam Xerxes ſuper eum pontem exſtrui fecerat, cùm Græcia timuit perſas venientes vndique: tantus enim exercitus, vt dinumerari non poſſet, ſed flumina ebiberet. vnde Iuuenalis: Epotaq; flumina Medo Prandente. non ſupple, quæret famam, lecto meo volumine; ſed ſupple, mea Thalia, gaudet, carmina mollia currere in verſu tenui pede: & gaudet ludere, id eſt, faciliter cõficere, Phœbo duce, id eſt, ducente, carmina apta ſuis viribus. O' ſancte puer, ſcilicet Auguſte, ex deorũ progenie, gloria lucens, perpetuũ manſura per æuũ, certet tibi, & mortalibus: certet, inquam, tibi, hoc, id eſt, per hoc carmen noſtrũ, aut in hoc carmine noſtro: id eſt, faciam, inter te & mortaleis ſit concertatio; an deorum, an mortaliũ numero aſſcribendus ſis. Et locus maneat tibi, ſupple in, ſede piâ, aut in cœtu deorũ, aut in imperio pio: & vita ſoſpes, id eſt, incolumis, debita tibi, memoretur ꝑ annos felices; & luceat, ſupple memoretur, grata, i. e. vtilis & accepta, bonis: quia malis diſplicẽt probi & iuſti principes. Sed nos feramur, id eſt, dirigamur, ad cœpta, ſcil. noſtra.

Igneus æthereas iam Sol penetrabat in arces,
Candidaq; aurato quatiebat lumina curru;
Crinibus & roſeis tenebras aurora fugârat:
Protulit è ſtabulis ad pabula læta capellas
Paſtor; & excelſi montis iuga ſumma petiuit,
Lurida quà patulos velabant gramina colles.
Iam ſyluis dumiſq; vagæ, iam vallibus abdunt
Corpora: iamq; omni celeres è parte vagantes,
Tondebant tenero viridantia gramina morſu.
Scrupea deſertas hærebant ad caua rupes:
Pendula proiectis carpuntur & arbuta ramis,
Denſaq; virgultis auidè lubruſca petuntur.
Hæc ſuſpenſa rapit carpente cacumina morſu;
Hæc ſalicis lentæ, vel quæ noua naſcitur alnus;
Hæc teneras fruticum ſentes rimatur: at illa
Imminet in riui præſtantis imaginis vndam.
O' bona paſtoris; ſi quis non pauperis vſum
Mente priùs doctâ faſtidiat, & probet: illi
Omnia luxuriæ precijs incognita, curis
Quæ lacerant auidas inimico pectore mentes.
Si non Aſſyrio fuerint bis lauta colore
Attalicis opibus data vellera: ſi nitor auri
Sub laqueare domos animum non angit auarum,
Picturæq; decus: lapidum nec fulgor in vllâ
Cognitus vtilitate manet: nec pocula gratum
Alconis referunt, Bœtiq; toreuma: nec Indi
Conchea bacca maris precio eſt. at pectore puro
Sæpè ſuper tenero proſternit gramine corpus:
Florida cùm tellus, gemmantes picta per herbas,
Vere notat pulchris diſtincta coloribus arua.
Atque illum calamo lætum recinente paluſtri,
Ociaq; inuidiâ degentem ac fraude remotâ,
Pollentemq; ſibi, viridi cum palmite lucens,
Tmolia pampineo ſubter coma velat amictu.
Illi ſunt gratæ rorantes lacte capellæ,
Et nemus, & fœcunda Pales, & vallibus imis
Semper opaca nouis manantia fontibus antra.

POM. Sabi. IGNEVS æthereas.] Deſcribit tempus, quo paſtor agebat gregẽ ad paſcua. Tempus erat, cùm iam aurora fugauerat tenebras, & cùm ros ſole ſicceſſit. VEL bruſta.] Bruſtum arbor eſt, quæ ad ornamentum menſarum ſecatur. meminit Plinius libro 16. Alibi
B inuenio Bruſcum eſſe genus acoris. In his carminibus benè explicat morem capellarum, quæ petulantes in ipſis etiam præcipitijs tutæ ſunt. O' bona paſtoris.] Laus paſtoralis & ruſticanæ vitæ. In Georgicis idem votum. COLORE Aſſyrio.] Tyriam purpuram notat, quæ vrbanis conuenit. Tyros, ciuitas Phœniciæ, vbi ex conchiliorum conchis tabo bis tingebatur lana. Phœnicia, prouincia Syriæ; quæ aliquando Aſſyria appellata eſt. LAVTA.] id eſt, epota. ATTALICIS opibus.] aurum intexere veſtibus inuenit Attalus, rex Pergami; qui hæredem reliquit populum Romanum. Babylon, Aſſyriæ ca-
C put, diuerſos colores prima veſtibus intexuit: & Phryges acu duplicare aurea fila, in textis vnde Phrygiones appellant. DOMOS.] genitiui caſus eſt. Sic monuit Auguſtus dicendum eſſe: conſuetudo poſteà domus dixit. Antiquitas, Domus, domi, domo, inflexit: vt apud Platonem, domus Græcum vocabulum eſt. PICTVRÆ lapidum.] propter imagines marmoreas. ALCONIS.] Bœtus & Alcon, figuli & optimi artifices fuêre vaſorum. Alcon fecit argenteum craterem Aeneæ. Plinius Bœti mentionem fecit; quem proximum à Mentore nominat. Idem Plinius ait; Margaritas maximè Indus mittit Oceanus. margaritæ in conchis, id eſt, oſtreis, ex matutino rore generantur verè. CALAMO paluſtri.] ex quo paſtores fiſtulas faciunt. TMOLVS.] mons Lydiæ, vitibus conſitus. indè Tmolia vitis.

ASCE. IGNEVS &c.] Incipit narrare ſic: Sol igneus penetrârat iam in arces æthereas, & quatiebat lumina, aut limina candida, curru aurato, id eſt, fulgenti: & aurora fugabat crinibus roſeis, id eſt, radijs ſuis, tenebras, ſcilicet noctis: &, ſupple, aut dum, paſtor protulit, id eſt, eduxit, capellas è ſtabulis, ſcilicet caprilibus, ad pabula læta, & petiuit ſumma iuga excelſi montis: quâ, ſupple parte, gramina lurida, id eſt, pinguia & lubrica, velabant colles patulos, id eſt, ſemper apertos & patentes. Capellæ vagæ, id eſt, errantes paſcendo, abdunt, id eſt, abſcondunt, iam corpora ſyluis, dumis & vallibus: & iam etiam ipſæ celeres, vagantes ex omni parte, tondebant tenero morſu gramina viridantia, & hærebant ad ſcrupea, id eſt, lapidoſa, caua, id eſt, concaua, ſeu concauitates appoſitoriè, rupes deſertas. Scrupi autem (inquit Feſtus) ſunt aſpera ſaxa, & diſtantia à tractu ombræ: vndè ſcrupuloſam rem eam dicimus, quæ aliquid in ſe habet aſperi. Et arbuta pendula carpuntur ramis proiectis, id eſt, porrò extenſis: & lubruſca, id eſt, fructus ſylueſtres, vt vuæ ſylueſtres in labris noualium aut vinearum creſcentes; (ſed in Burol. dicitur hæc Labruſca, labruſcæ: Sylueſtres raris ſparſit labruſca racemis.) Denſa virgultis petuntur auidè, ſcilicet à capris. Hæc, ſcilicet capra, rapit morſu carpente cacumina, ſcilicet virgultorum, exſiſtens ſuſpẽſa, aut exſiſtentia ſuſpenſa, id eſt, pendula in præcipitio: hæc, dico, petit morſu cacumina ſalicis lentæ, id eſt, flexibilis: vel, ſupple alni, quæ alnus naſcitur noua, id eſt, quæ minùs annoſa eſt, & ideò magis tenera: hæc rimatur, id eſt, exquirit, ſentes, id eſt, ſpinas, teneras, id eſt, recentes: at, id eſt, ſed, illa, id eſt, alia capra, imminet in vndam riui imaginis præſtantis. O' bona paſtoris; ſi quis mente priùs doctâ, id eſt, habens mentem priùs doctam & eruditam, non faſtidiat vſum pauperis: &, id eſt, inſuper, probet, id eſt, approbet vſum pauperis. Omnia ſunt illi, ſcilicet paſtori, & cæteris agreſtibus, incognita precijs luxuriæ, ſcilicet curis, quæ lacerant mentes auidas, pectore inimico, ſcilicet ſibi, hoc eſt, ſe torquente curis. Si, id eſt, tametſi, vellera data, id eſt, addita, opibus Attalicis. qui primus veſtes auro intexere docuit, non fuerint bis lauta, id eſt, tincta, hoc eſt, dibapha colore Aſſyrio, id eſt, purpura Tyria: &, ſi nitor auri ſub laqueare domos, id eſt, domus, non angit animum auarum: que,

pro *&*, si decus picturæ *non angit animum*; nec fulgor lapidum, *scilicet preciosorum*, manet cognitus in vllâ vtilitate: nec pocula referunt gratum toreuma, *sculpturam, aut cælaturam*, Alconis & Bœti, *illorum artificum laudatissimorum*: nec bacca, *id est, gemma*, conchea, *id est, conchis decerpta, à quibus è rore concipitur*, maris Indi, *id est, Indici*, est precio, *id est, æstimatur magni*, à pectore puro, *scilicet ab ambitione & luxu. Pastores* procumbunt corpus, *id est, habent corpus procumbens. Sunt, qui* prosternit *legendum censeant.* SÆPE super gramine tenero.] *more suo, ablatiuo dat* super. *tunc, supple*: cùm tellus florida, picta per herbas gemmantes, *id est, gemmas emittentes*, notat, *id est, signat*, vere, *id est, tempore verno*, A arua distincta pulchris (*alij* Dulci, *legunt*) *coloribus.* Atque coma, *scilicet arborum*, cum viridi palmite lucens, *id est, splendens*, velat mollia, *id est, molliter*, subter amictu pampineo, *id est, fronde vitium redimito*: *velat, inquit*, illum lætum thalamo, *in cubili palustri*, & degentem otia, *id est, ociosa*, inuidiâ ac fraude remotâ; & pollentem sibi, *id est, ad suam vtilitatem*: Capellæ rorantes, *id est, distillantes lacte*, sunt gratæ illi, *scilicet pastori*: & Venus, *scilicet creatrix rerum*, & Pales, *deâ pabulorum*, fœcunda, *id est, fœcunditatem afferens*: & antra opaca, in vallibus imis esse amantia, semper nouis fontibus, *sunt illi grata.*

POM. Sabi. PANCHAIA.] *regio Persidis est. olim thus ex Arabiâ in Persidem deferebatur; indè ad nos: postea, diligentiâ regum Aegyptiorum, aliâ viâ fertur.* TEMPE.] *vallis in Thessaliâ est amœnissima: mediam intersecat Peneus amnis: cuius ripas arbores vestiunt, quæ variarum auium concentibus personant. olim hæc vallis palus fuit: postquam verò Hercules latum & altum exitum Peneo fecit, exsiccata est. Probus, aprica & amœna loca, Tempe nominari scribit.* HAMADRYADVM.] *Hamadryades, nymphæ roborum sunt.* ASCRÆO.] *Ascra vicus est Bœotiæ, in aspero & sterili loco, in dextrâ parte Heliconis; Hesiodi patria. quam & ipse damnauit, inquiens:* Ascra rus miserum. *ferunt Hesiodum pastorem fuisse.*

Quis magis optato queat esse beatior æuo:
Quàm qui mente procul purâ, sensusque probando,
Non auidas agnouit opes; nec tristia bella,
Nec funesta timet validæ certamina classis?
Quò spolijs, dum sancta deûm fulgentibus ornet
Templa nec euectus finem transscendit habendi;
Aduersum sæuis vltrò caput hostibus offert.
Illi falce deus colitur non arte politus:
Ille colit lucos: illi Panchaica thura
Floribus agrestes herbas variantibus adsunt.
Illi dulcis adest requies; & pura voluptas,
Libera simplicibus curis, huic imminet: omnes
Dirigit huc sensus: hæc cura est subdita cordi;
Qualibet vt requie victus contemptor abundet,
Iucundoq; locet languentia corpora somno.
O pecus, ô Panes, vos ô gratissima Tempe
Fontis Hamadryadum: quarum non diuite cultu,
Æmulus Ascræo pastor sibi quisque poetæ,
Securam placido traducit pectore vitam.

ASCE. Quis queat esse beatior æuo optato magis, quàm qui procul, *scilicet à cupiditate*, probando sensus, agnouit mente opes puras & non auidas? nec tenet (*potiùs* timet) bella tristia, nec certamina funesta classis validæ, *id est, naualis pugnæ.* Quò nec euectus, *id est, vltra se vectus*, transscendit fidem habendi, *quæ Flaccus in primo Serm. perscribit*: dum ornet sancta templa deûm, *id est, deorum armis fulgentibus*, offert vltrò caput auersum, *id est, amotum, oppugnandis* hostibus sæuis. ILLI falce.] *Pergit hoc ordine*: Deus, *suppl. cum falce, scilicet Priapus*, colitur illi: non politus arte, *sed rudis, suppl.* ille, B *scilicet pastor*, colit lucos: thura Panchaïa, *id est, quæ præcipua in Pancheâ nascuntur*; (*cùm in Georg. dicat*: Solis est thurea virga Sabæis:) adsunt illi, *suppl. cum*, floribus variantibus, *id est, variè ornantibus*, herbas agrestes. Requies dulcis adest illi, & voluptas pura, *videlicet* libera curis simplicibus, *id est, nihil vtilitatis habentibus.* Omnis sensus imminet huic, *id est, in hoc studium*, & dirigit huc, *id est, ad hoc studium*: hæc cura est subdita cordi, vt *ipse* contemptor motus, *id est, turbationis*, abundet qualibet requie, & licet, *id est, reponat*, iucundo somno, corpora, *id est, membra*, languentia, *id est, defessa.* O pecus, ô Panes, *id est, dij pastorum*: ô tempe, *id est, temperamenta*, gratissima, fontis Hamadryadum, *id est, nympharum arborum*: quarũ cultu non C diuite, *id est, faciliter parabili*, quisq; pastor æmulus, *id est, imitans*, poetæ Ascræo, *id est, Hesiodo*, traducit sibi pectore placido vitam securam.

POM. Sabi. HYPERIONIS ardor.] *nomen est Solis: & significat tempus meridianum.* STVDIIS.] *scilicet voluptatibus.* LVCO virenti.] *qui sub Cytherone erat. Contigit enim hoc, quod de pastore scribit Vergilius, in agro Thebano, in luco amœnissimo.* DELIA.] *Latona, in Delo, sub oliuâ peperit Apollinem & Dianam. vnde illis nomina sunt à patriâ.* NYCTILEVM.] *Nyctileus dictus Bacchus: quia eius sacra noctu fiebant.* AGAVE.] *Cadmi filia, plena Baccho, id est, furore, interemit Pentheum filium in Cytherone: qui mons imminet Bœotiæ. causa fuit, quia filius sacra Bacchi dicitur spreuisse. vbi Agaue ad se rediit, & filium interemisse cognouit, quem crediderat vitulum; secessit in antrum, & pœnitentiæ locum dedit.*

Talibus in studijs, baculo dum nixus apricas
Pastor agit curas, & dum non arte canorâ
Compactâ solidum modulatur arundine carmẽ:
Tendit in euectus radios Hyperionis ardor;
Lucidaq; æthereo ponit discrimina mundo,
Dum iacit Oceanum flammas in vtrunque capaces.
Et iam compellente vagæ pastore capellæ,
Ima susurrantis repetebant ad vada lymphæ;
Quæ subter viridem residebant cærula muscum.
Iam medias operum partes euectus erat sol;
Cùm densas pastor pecudes cogebat in vmbras:
Vt procul aspexit luco residere virenti
Delia diua tuo: quo quondam victa furore
Venit Nyctileum fugiens Cadmeis Agaue
Infandas scelerata manus, è cæde cruentâ:
Quæ gelidis bacchata iugis, requieuit in antro,
Posteriùs pœnam nati se morte futuram.

ASCE. Dum pastor, *scilicet de quo hic loquitur*, nixus, *id est, innitens*, baculo, *scilicet pastorali*, agit curas in talibus studijs; & dum modulatur carmen solidum, *id est, integrum*, non arte canorâ, *id est, inconditum, modulatur, inquam*, arundine, *id est, fistulâ*, compactâ: Ardor Hyperionis, *id est, Solis*, euectus, *scilicet ad medium cœli*, tendit, *id est, extendit*, radios, *scilicet suos*: ponit mundo æthereo, *id est, supero, in quo nos sumus*, discrimina lucida, *id est, differentias rerum per lucem apparentium*

A tium: & dum iacit, id est, proijcit, flammas capaces, id est, amplas, in vtrumque Oceanum: hoc est, dum in medio cœli nostri, capellæ vagæ repetebant, scilicet in vada ima, & hoc pastore compellente eas ad ima vada lymphæ, id est, aquæ lympidæ, susurrantis, id est, cum susurro & murmure defluentis: quæ, scilicet vada, residebant, id est, sita erant, circa muscum viridem, id est, erant iuxta fontes muscosos: quos etiam in Bucol. muscosos appellat. IAM medias, &c.] Ordo est: Sol erat iam euectus medias partes operum, id est, peregerat iam medium cursum diei: cùm pastor cogebat pecudes densas, id est, stipatas, in vmbras, & respexit procul eat refidere in luco virenti. ô diua Delia, id est, Diana, tuo, scilicet luco virenti: quo, id est, ad qualem, Agaue, scilicet mater Penthei, Cadmeis, id est, Cadmi, Thebanorum regis, filia, vecta quondam furore, scilicet à Baccho immisso, venit, fugiens Nyctileum, id est, Bacchum nocturnum, scelerata manus infandas, id est, habens manus sceleratas, & cruentas, id est, habens cruentatas, cæde, scilicet filij sui: quæ bacchata, iugis gelidis requieuit, id est, reclinauit, in antro se futuram pœnam posteriùs morte nati, id est, postquam filium occiderat.

Hîc etiam viridi ludentes Panes in herbâ,
Et Satyri, Dryadesq; choros egêre puellæ,
Naiadum cœtu. tantum non Orpheus Hebrum
Restantem tenuit ripis, syluasq; canendo:
Quantum te, Peneu, remorantem, diua, choreæ
Multa tuo lætæ fundentes gaudia vultu:
Ipsa loci natura domum resonante susurro
Quîs dabat, & dulci fessas refouebat in antro.
Nam primùm pronâ surgebant valle patentes
Aëriæ platani: inter quas erat impia lotos,
Impia; quæ socios Ithaci mœrentis abegit,
Hospita dum nimiâ tenuit dulcedine captos.
At quibus insigni curru proiectus equorum
Ambustus Phaëton luctu mutauerat artus:
Heliades teneris amplexæ bracchia truncis,
Candida fundebant tentis velamina ramis.
Posteriùs cui Demophoon æterna reliquit
Perfidiam lamentandi mala perfida multis,
Perfide Demophoon, & nunc defende puellam.
Quam comitabantur fatalia carmina quercus;
Quercus antè datæ, Cereris quàm semina vitæ.
Illas Triptolemi mutauit sulcus aristis.

POM. Sabi. ORPHEVS.] Oeagri filius & Calliopes, scribitur sono lyræ currentem aquam detinuisse, & syluas saxaq; ad lyræ dulcedinem allexisse. HEBRVM.] Hebrus, fluuius Thraciæ, apud quem natus & educatus fuit Orpheus. PLATANI.] Platanus arbor est, quæ aquas desiderat, longis &
B patulis ramis. in vrbe Româ celebris est; expetiturq; ad exspatiantium vmbram. nostro tempore aërias & opacas platanos in Germaniâ vidi. Marcus Varro tradit, esse quarundam arborum nomina, quæ modò ad similitudinem Iusti, modò ad similitudinem Manus declinantur. Verba Varronis hæc sunt: Item negant analogiam esse, quod alij dicunt Cupressus, alij Cupressi. Item de ficis, platanis, & vagis, & plerisque arboribus: de quibus alij extremum Vs, alij extremum I faciunt. LOTOS.] Lotos nympha, Neptuni F. fugiens Priapum, demutata est in arborem sui nominis. Vlysses tempestate delatus dicitur in Africam, vbi socij, cùm gustassent fructum loti, vix indè abducti sunt. est enim fructus dulcedine & suauitate mirabilis. ab eo Lotophagi in Africâ populi cognominantur. Ex fructu vinum fieri scribit Herodo-
C tus. ideò ego arbitratus sum, eam esse arborem, quam Sarmatæ & Scythæ Viscinum dicunt; & Romani, per diminutionem, Visciulum. Apud illas nationes vinum è viscinis fit, admixto melle: quod ego in Scythyâ sepissimè bibi. Theophrastus eam arborem Celtim appellat. De hospitalitate Loti, Homerus testis est, & Silius: Quos succo nobilis arbor, Et dulci pascit Lotos, nimis hospita bacca. Romæ Lotos ad vmbrarum amœnitatem ante domos ponebatur: vt inquit Plinius. Est & herba Lotos, vt scribit Herodotus, cuius ex folijs siccis & molitis fit panis: radix verò eius, magnitudine mali, ad esculenta transit. prouenit in Aegypto; & similis est lilijs. Et quæ esculenta fiant ex fructu arboris loti, diximus in Georgicis. Si quis me reprehenderit, quòd eam Viscinum dicere ausus sim; inueniat ipse è nostro tempore nomen. DVLCEDINE captos.] id est, socios Vlyssis. PHAETHON.] Phaëton, vt meminit Quintilianus, triũ syllabarũ est filius fuit Solis. cùm à patre quadrigarũ gubernacula accepisset, & nimis petulãter immisisset habenas; cœpit nimio feruore aduri mũdus. itaq; fulmine ab Ioue ictus, decidit in Padum, Galliæ Cisalpinæ fluuium. cucurrerunt ad fratris cadauer sorores, & flendo demutatæ fuerunt in arbores Populos; quæ signa luctus faciunt, lachrymas semper emittendo: è truncis enim populorum gummi destillat. HELIADES.] Patronymicum à sole: qui dicitur Helios. filiæ sunt Solis. hoc gummi, succinum est, & electrum. diximus in expositione Cornelij Taciti. PER FIDE Demophoon.] Phyllis, Lycurgi regis Thracum filia, hospitio excepit Demophoontem, redeũtem è Troiã: qui adeò puellæ placuit, vt cum eo nuptias celebrârit. post coniugium impetrauit Demophoon, vt patriam viseret. qui cùm nõ rediisset statuto tempore; puella, impatiens amoris, suspendit se in amygdalo: arborq; statim aruit. Reuersus Demophoon, amplexus est arborem: quæ dicitur subitò amatorem cognouisse; & statim reuiruit. Plinius ait, nunquam virescere arborem, ex quâ Phyllis se suspendit. FATALIA.] carmina quercus.] in Dodone, syluâ Epiri, Iupiter ore columbarum in quercu fata canit. Antea, quàm Triptolemus triticum, docente Cerere, seuisset; cibus mortalium fuit, glans querna, & arbuta.

ASCE. Panes, id est, dij pastorum syluestres, ludebant hîc, et iam in herbâ viridi: & Satyri, scilicet dij syluestres: & puellæ, id est, nymphæ, Dryades, id est, arborum deæ, egêre, id est, duxêre, choros, id est, choreas, supple in, cœtu Naiadum. Orpheus non tenuit canendo, id est, per cantum, tantum, id est, in tantum, Hebrum fluuium illum Thraciæ, restantem, id est, immorantem, ripis & syluis: quantum, ô Peneu, flumen Thessaliæ, diue, id est, diuine, suppl. tenuerunt, te remorantem choreæ lætæ, fundentes multa gaudia, tuo vultu: quis, id est, quibus, ipsa natura loci, dabat domum, id est, mansionem, susurro resonante: refouebat fessas, scilicet choreas, in antro molli. nam platanus (hic quartæ declinationis est) arbores illæ latè extensæ, aëriæ, id est, altæ, surgebant primum patentes, supple in, valle: inter quas, scililet arbores, supple est, lotos, alia arbor, impia, quia socios Vlyssis impiè tractauit: impia, inquit, quæ abegit, scilicet à ratione, socios Ithaci, id est, Ithacensis Vlyssis, mœrentis, id est, dolentis ob causam sociorum: dum ipsa hospita tenuit socios Ithaci, captos nimiâ dulcedine. At, id est, sed, populi supple, aut alni, quibus, id est, in quas, Phaëton, id est, Erydanus, proiectus insigni curru equorum, scilicet Solis, mutauerat artus ambustos luctu, id est, præ dolore: Heliades, id est, solis filiæ, Phaëthontis sorores, amplexæ brachia teneris truncis, fundebant velamina candida, id est, cortices albicantes, ramis lentis, id est, flexibilibus. Posteriùs, suppple, erat arbor Phyllidos, cui Demophoon, rex Atheniensium, reliquit, perfidiâ, id est, per perfidiam, æterna mala lamentandi. mala dicit perfida, multis modis. ô perfide Demophoon, defende, &, id est, etiam, nunc puellam, scilicet Phyllida; quam comitabantur quercus, carmina fatalia,

talia, *scilicet in Dodona, dantes*: quercus, datæ antè vitæ, *id est, victui*, quàm semina Cereris. sulcus Triptolemi, *id est, ille qui fecit*, mutauit illas, *scilicet quercus* aristis. Pinus quoque, magnum decus naui Arguæ, *scilicet Argoæ*, ædita hîc decorat proceras syluas, hirsuta per artus appetit contingere montibus aërijs astra. A

Hic magnum Argoæ naui decus edita pinus,
Proceras decorat syluas, hirsuta per artus:
Appetit aërijs coniungere montibus astra.
Ilicis & nigræ species, & læta cupressus,
Vmbrosæq; manent fagus, hederæq; ligantes
Brachia, fraternos plangat ne populus ictus:
Ipsæq; excedunt ad summa cacumina lentæ,
Pinguntq; aureolos viridi pallore corymbos;
Quîs aderat veteris myrtus non nescia fati.
At volucres patulis residentes, dulcia, ramis,
Carmina per varios edunt resonantia cantus.
His superat gelidis manans è fontibus vnda;
Quæ leuibus placidum riuis sonat orta liquorem.
Et quanquam geminas auit vox obstrepit aureis,
Hanc querulæ referunt voces; quîs nantia limo
Corpora lympha fouet: sonitus alit aëris echo,
Argutis & cuncta fremunt ardore cicadis.
At circa passim fessæ cubuère capellæ,
Excelsisq; super dumis: quæ leniter afflans
Aura susurrantis possit confundere venti.

POM. Sabi. ARGOÆ pinus.] *ex pinu Argo nauis facta est, in loco, cui Pegasæ nomen fuit: vnde Pegasea nauis, quæ Argo à celeritate nominatur, ex eâ materiâ atque cupresso, nauigia firmiora fiunt. Valerius Flaccus ait de Argo naui*: Iam pinu grandi dissoluere lana. ILICIS.] *Ilex glandem gignit, vt quercus.* LÆTA cupressus.] *cùm sit lugubris arbor, hîc læta erat.* LENTÆ.] *id est flexibiles. de hederis loquitur. Bacchus, cum triumphauit ex Indis, hederâ exercitum coronauit. Fructus hederæ*, corymbus *dicitur, qui rubicundus est: ideò aureolus.* MYRTVS.] *arbor sacra Veneri. vnde Venus myrtea: de quâ, & eius templo, diximus in expositione Titi Liuij, in vita Anci Martij.* VETERIS fati.] *Aiunt, iacula, quibus confixus fuit Polydorus in Thraciâ, conuersa in myrtum: aut quia myrtus primùm visa fuit in tumulo Elpenoris, qui sepultus fuit in Circeis ab Vlysse (meminit huius rei Theophrastus) aut quia Faunus myrteis virgis Fatuam sororem vsque ad necem cecîdit.* VOLVCRES & vnda.] *iniucunda sylua est, vbi aues non sunt & saliens aqua.* QVERVLÆ voces.] *puto non de ranunculis intelligi, quibus nulla suauitas est in vocibus, sed de ipsâ aquâ, quæ lapsa per lapillos sonitum dat. Sed cùm dicat*, Nantia limo corpora, *de ranunculis scribere videtur: nisi per translationem loquatur, vt solent facere poëtæ.* ECHO.] *vocabulum Græcum est, quod significat Resono: & illa vox est, quæ in antris & conuallibus redditur.*

Tu tamen hac mecum poteris requiescere nocte,
Fronde super viridi.——

Idem tamen in Aeneidos I. dixit:

——famâ super æthera notus. *quod nos sequimur. Ordo autem est*: Species ilicis nigræ, & cupressus læta, *id est, lætitiæ effectrix*, & fagus vmbrosæ, *quia ramosæ*, & hederæ ligantes brachia, *id est, ramos*; ne populus, *scilicet arbor, in quam sorores Phaëthontis transformatæ sunt*, plangat artus fraternos, *id est, Phaëthontis fratris*: & ipse, *scilicet hederæ*, lentæ, excedunt ad summa cacumina, & pingunt viridi pallore corymbos, *id est, fructus suos*, aureolos, *id est, sublucidos.* quîs, *est, quibus*, aderat myrtus, non nescia, *conscia*, fati, *id est, mortis.* At, *id est, sed*, volucres residentes, *supple in*, ramis patulis, edunt, *id est, exprimunt*, dulcia carmina, resonantia per varios cantus, *id est, canendi modulos.* Vnda manans è fontibus gelidis, *id est, subfrigidis*, superat his, *Id est, erat sub his auibus, in dumis residentibus*: quæ orta riuis lenibus sonat, *id est, sonando indicat*, liquorem placidum. Et quanquam vox auium obstrepit, *Id est, strepitu concutit*, geminas aureis: voces querulæ, *id est, querenti similes*, referunt hanc, *scilicet vndam, aut strepitum eius*: quîs, *id est, quibus fontibus*, lympha fouet corpora, *piscium*, natantia limo, *id est, super limum*: & echo alit, sonitus aëris: & cuncta, *scilicet loca*, fremunt cicadis argutis, *id est, stridulis & sonoris*, ardore, *id est, propter ardorem*, (*vt in Bucol.*
Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.)
Et capellæ fessæ cubuère passim, circa, *scilicet pastorem, aut in circuitu*, & super dumis excelsis. quæ, *scilicet omnia*, aura venti susurrantis, *id est, obmurmurantis, & sonantis*, leniter afflans, *id est, spirans leniter*, possit confundere, *id est, commiscere.* B C

ASCE. ILICIS, & nigræ.] *Eandem rem prosequitur, describens videlicet varium ornatum ex arboribus: additurus symphoniam & concentum auium; & fontium iucunda murmura, gratamq; temperiem. Bene autem dicit*, ramis patulis: *quia patulum dicitur, quod semper patet, aut panditur: vt rami arborum, qui nunquam clauduntur. Patens autem, quod ad tempus patet. vt docuit Seruius, ad illud*:

Tityre, tu patulæ recubans sub tegmine fagi.

EXCELSISQVE super dumis.] *More suo*, Super, *vbi non est motus, cum ablatiuo construit. vt in Bucol.*

Pastor, vt ad fontem densâ requieuit in vmbrâ,
Mitem concepit proiectis membra soporem;
Anxius insidijs nullis: sed lentus in herbis
Securo pressos somno mandauerat artus.
Stratus humi dulcem capiebat corde quietem:
Ni fors incertos iussisset ducere casus.
Nam solitum voluens ad tempus tractibus isdem
Immanis, vario maculatus corpore, serpens;
Mersus vt in limo magno sub sideris æstu,
Obuia vibranti carpens grauis aëra linguâ,
Squamosos latè torquebat montibus orbes.
Pallebant auræ liuentis ad omnia visus.
Iam magis atq; magis corpus reuolubile voluens,
Attollit nitidis pectus fulgoribus: & fert
Sublimi ceruice caput: cui crista supernè
Edita purpureo lucens maculatur amictu:
Aspectuq; micant flammantia lumina toruo.
Metabat sese circùm loca: cùm videt ingens

POM. Sabi. AVRÆ.] *quodcunque impetu se fert, iuuatur vento, & impellitur.* METABAT.] *Metare mensurare est.* DISSITVS spiritus.] *vt mihi videtur à differendo: & dissero, à sero. Et debes intelligere, nunc à pastore interfectum culicem, & indè serpentem.* CRISTA.] *aut quòd ipse serpens cristatus: aut accipit pro eminentiore parte capitis.*

ASCE. Vt, *Id est, postquam*, pastor requieuit ad fontes in densa vmbrâ, proiectus membra, *id est, habens membra proiecta*, concepit soporem mitem, *id est, tranquillum.* Nullis, *id est, non vllis: id est, non anxius vllis* insidijs, sed lentus in herbis, mandauerat artus pressos securo somno: & stratus humi capiebat, *id est, cepisset*, corde, *id est, etiam animo*, quietem dulcem, *id est, placidam*: ni, *id est, nisi*, fors, *id est, fortuna, hoc est, euentus fortuitus*, iussisset ducere, *scilicet ad eum*, casus incertos. NAM solitum, &c.] *Docet, quis casus fortuitus requiem pastoris turbauit: per interuentum scilicet serpentis. Ordo est*: Nam serpens

Digitized by Google

Aduersum recubare ducem gregis; acrior instat,
Lumina diffundens intentus, & obuia toruo
Sæpiùs arripiens infringere, quòd sua quisquam
Ad vada venisset. naturę comparat arma:
Ardet mente, furit stridoribus: intonat ore,
Flexibus euersis torquetur corporis orbis;
Manant sanguineæ per tractus vndique guttæ;
Spiritibus rumpit fauces. Cui cuncta paranti
Paruulus hunc propior humeris conterret alumnus;
Et mortem vitare monet. per acumina namque,
Quæ diducta genas pandebant lumina geminis,
Ac leuioris erat naturæ; pupula telo
Icta leui. tùm prosiluit furibundus: & illum
Obtritum morti misit. cui dissitus omnis
Spiritus excessit sensus. tùm torua tenentem
Lumina respexit serpentem cominus. indè
Impiger exanimus, vix compos mente refugit:
Et validum dextrâ truncum detraxit ab orno,
Qui casus sociaret opem, numénue deorum.
Namque illi dederítne viam casúsne, deúsue,
Prodere sit dubium. voluit sed vincere tales,
Horrida squamosi voluentia membra draconis:
Atque reluctantis crebris fœdeq; petentis
Ictibus ossa ferit; cingunt quà tempora cristæ.
Et quòd erat tardus, somni languore remoto,
Nescius, aspiciens, timor obcæcauerat artus:
Hoc minùs implicuit dirâ formidine mentem.
Quem postquam vidit cæsum languescere, sedit.

A serpens immanis, maculatus corpore vario, id est, per corpus varium, & volués, supple se, ad tempus solitum, id est, consuetum, supple in, iisdem tractibus, in quibus scilicet pastor cubabat dormiens: vt, id est, secundum quod, ipse mersus in limo sub magno æstu sideris, scilicet caniculæ, aut solis ardentis, & grauis, id est, magnus, aut molestus, carpens linguâ vibranti obuia, id est, quæcunque obiecta, videlicet aëra (vt sit per appositionem dictum: nam aëra obuia grammatica non patitur) torquebat motibus, id est, volutationibus (aut Montibus, id est, à montibus, sed si in limo; quomodo in montibus?) latè, B id est, per latum, orbes, id est, annulos suos, & spiras squamosas. Auræ tollebant, id est, erigebant, & vires dabant; supple eum; & ei; ad omnia vehementis nisus, id est, pertinentia ad vehementem nisum aut nixum: & ita ipse voluens iam magis atque magis, scilicet sic adiutus ab auris, corpus reuolubile attolit pectus fulgoribus nitidis, id est, habens fulgores nitidos: & caput attolit se sublimi ceruice: cui, scilicet capiti, crista edita, id est, eminens & exstans, supernè, id est, desuper, maculatur, id est, lubricitat, lucens amictu purpureo, id est, sanguinolento, & lumina flammantia, id est, oculi igniti, micant aspectu toruo: &, supple serpens, metabat, id est, dimetiebatur, sicut castrametari volens, loca circùm, id est, in circuitu. tum, id est, deinde, ipse ingens videt ducem gregis, id est, pastorem, recubare aduersum, id est, in aduersá regione; & instat acrior; & ipse diffundens, id est, dispergens, lumina, id est, visum, intendere, id est, intendebat, supple C ea, aut eum, & abripiens sæpius obuia toruo, scilicet aspectu, infrendere, id est, infrendebat, aut infrendere cœpit: quòd, id est, quia, quisquam venisset ad sua vada: & comparat arma naturæ, scilicet venenum, aut dentes. vnde ardet mẽte, furit stridoribus, intonat ore, & torquetur flexibus, id est, reuolutibus aut annulis, orbis, id est, gyris corporis, versis, id est, circumactis. guttæ sanguineæ manant, id est, distillant, vndique per tractus, id est, vbi corpus lubricum trahebat: & rumpit fauces spiritibus, id est, crebris & magnis flatibus. quo, scilicet serpente, paranti cuncta, scilicet naturæ arma aduersùs pastorem, alumnus paruulus, id est, culex, quem pastor alere solebat adflatu & sanguine, propior humeris, id est, valde prope humeros, conterret hunc, scilicet pastorem, & monet vitare mortem. namq. quà, supple parte, lumina deducta per culmina, id est, oculi aperti per summitates, pandebant, id est, aperiebãt, genas, id est, receptacula lachrymarum, & sinus oculorũ, gemmis, id est, pupillis oculorũ, in moré gemmarum relucentibus & formatis: ac, pro, id est, quà pupula, id est pupilla, naturæ lenioris erat, icta, id est, percussa, leui telo, id est, modico aculeo culicis. Tum, id est, tunc ipse pastor, furibũdus prosiluit: & misit morti, id est, ad mortem, illũ, scilicet culicẽ paruulum, obtritum, scilicet digitis, aut palmâ, cui spiritus, scilicet vitalis, dissitus, id est, resolutus, excessit omnes sensus: tũ, i. e. deinde pastor supple, respexit, cominus, id est, de prope, serpentem tenentem lumina, scilicet firma, vt noceat. indè, id est, deinde, ipse, impiger, id est, strenuus, & supple, exanimis, vix compos, scilicet sui, mente, id est, in animo, refugit, scilicet à serpente; & detraxit ab ore serpẽtis, dextrâ, scilicet suâ, truncum validum, scilicet quem serpens ferociens abripuerat. Qui, id est, quis, aut qualis, casus, ve, pro vel, quod numen deorum, voluit dubium, supple esse, prodere, id est, manifestare: sed voluit, scilicet casus, aut deus, tales, scilicet homines simplices, vt pastores, vincere horrida membra voluentia, id est, volubilia, draconis squamosi, aut voluẽtis, id est, agitantis se, atque reluctantis crebris ictibus: & petentis, id est, inuadẽtis pastorẽ, scil. fœdè, id est, immaniter, ictibus feris, id est, ferocientis belluæ similibus; aut feri, scilicet draconis ferocientis: quà, id est, eá parte, supp. petentis, quà cristę cingunt tempora, id est, partes medij capitis inter verticem & aurem: & quòd, id est, quia, ipse serpens, erat tardus, omni languore remoto, id est, de naturá suá, sinè languore extrinseco, aut ægritudine extrinsecus prouenientе; aspiciẽs, nescius, id est, quasi ignarus, & imbellis, ac repugnare nescius: quia scilicet timor obcæcauerat, id est, hebetauerat, artus. Hõc, id est, tantò, minùs implicuit mentẽ, scil. pastoris, formidine dirâ, id est, deorũ irâ proueniẽte: h. e. tantò animosior erat pastor, quãto serpens hebetior & tardior effectus: quẽ, scil. serpẽtem cæsum, postquã, pastor supp. vidit languescere, id est, deficere languore mortis, ipse sedit, id est, cessauit & requieuit.

Iam quatit, & bijuges oriẽs erebo cit equos nox.
Et piger aurato procedit vesper ab Oetâ:
Cùm grege cõpulso pastor duplicantibus vmbris
Vadit, & in fessos requiem dare comparat artus.
Cuius vt intrauit leuior per corpora somnus,
Languidaq; effuso requierunt membra sopore:
Effigies ad eum Culicis deuenit; & illi
Tristis ab euentu cecinit conuitia mortis.
Inquit: queîs meritis, ad quæ delatus, acerbas
Cogor adire vices? tua dum mihi charior ipsâ
Vita fuit vitâ, rapior per inania ventis.
Tu lentus refoues iucundâ membra quiete,

POM. Sabi. Nox.] vt Catullus ait, omnia obscurat, nisi interueniat sol. est enim vmbra terræ, similis turbini inuerso. Erebo cit.] ideò, quia apud inferos semper nox est. Per Erebum, infernum intelligimus. Et piger aurato procedit vesper ab Oetâ.] Orientem noctem describit. Piger, quia æstiuo tempore piger incedere videtur, à dierum longitudine. Sol cum cadit, aureus videtur. Vesper, infra solem est sidus, ipsis cognominibus æmulus Solis ac Lunæ: præueniens ante matutinũ dicitur Lucifer, vt sol alter: & in occasu Solis refulgens, nuncupatur Vesper, quasi vicem Lunæ reddens: & idem Veneris sidus nominatur. Vesper à plauto dicitur Vesperugo; & Lucifer à Pacuuio Iubar. Oeta, mons Thessaliæ,

Ereptus tetris è cladibus: at mea manes
Viscera lethæas cogunt transnare per vndas.
Præda Charontis agor: video, vt flagrantia tædis
Lumina collucent infestis omnia templis.
Obuia Tisiphone, serpentibus vndique compta,
Et flammas, & sæua quatit mihi verbera pœnâ
Cerberus, & diris flagrant latratibus ora:
Anguibus hinc atq; hinc horrêt cui colla reflexis,
Sanguineiq; micant ardorem luminis orbes.

mare contingit propter altitudinem, cùm Sol occidit, stellæ videntur ab eo oriri. & manè Sol oriri creditur ab Idâ, monte Troadis. Culex ex *humore oritur: cuius effigies ad dormientem pastorem venit, & pœnas inferorum ei narrat.* MANES.] *diei principium, manè: quòd tùm manat ab oriẽte dies. nisi potiùs, quòd Bonum antiqui dicebant Manum: vnde Manij & Lucij, nati manè & luce: & Manes dij inferorũ, quia bonos eos putabãt, quibus animas cõmendabant: & ipsas animas, manes dixerũt.* VISCERA.] *pro animis posuit.* LETHÆAS] *Lethe, fluuius inferni obliuionis dictus. huius cognominis est Lethis, fluuius Hispaniæ: de quo in commentarijs Silij Italici diximus. Charon apud Phlegetontem fluuij inferni portitor est, qui lembo transuehit animas: vt Aeneid 6.* Portitor ille Charon. *de* Tisiphone, *& cæteris furijs, eodem loco diximus.* CERBERVS.] *canis, custos introitus inferni.* ORBES.] *id est, oculi.*

ASCE. IAM quatit, &c.] *Recitat, quomodo, irruente nocte, pastor iterum sopore obrutus est; atq; illi spiritus Culicis mirum in modum plangentis apparuit, atq; ostendit, sibi mortem pro beneficio vitæ illatam. Ordo est:* Nox oriens, *id est, nascens,* erebo, *id est, à tenebris inferni,* quatit equos bijuges, *id est, binos iugum ducentes,* & cit, *id est, excitat eos: id est, iam nox appropinquabat:* & vesper piger, *id est, serus & tardus (quia erat tempore, quo longi sunt dies: & Vesper, id est, Hesperus, seu stella Veneris, tardiùs apparet: tũc enim culices præcipuè mordent)* procedit ab Oetâ, *monte Thessaliæ,* aurato, *id est, aureis radijs circumfuso:* cùm, *id est, quãdo,* pastor vadit, *scilicet in requiem suam, & hoc,* grege compulso, *scilicet ad septa, seu ouilia sua:* & vmbris duplicantibus, *scilicet se. (vnde in Bucol.* Maioresq; cadunt altis de mõtibus vmbræ.) Et comparat, *id est, simul parat, hoc est, contendi,* dare, *id est, immittere,* requiem in artus fessos: per cuius corpora, *id est, membra,* vt, *id est, postquam,* somnus leuior, *id est, aliquantulùm tenuis & modicus, vt solet esse ægrotis, & difficulter requiescentibus, quibus videlicet varia apparent phantasmata:* quæ, *id est* & membra languida requierunt sopore effuso, *id est, super ipsa:* effigies, *id est, simulacrum,* Culicis deuenit ad eum, & *ipsa*

tristis ab euentu mortis, A
id est, quia ob beneficiũ interemptus erat, Culex cecinit illi, *scilicet pastori,* conuitia, *id est, opprobria & contumelias: & supple,* inquit, quid meritis, *supp. rependitur? aut* quid meritus, *supple, sum: sed syllaba licenter poneretur, dicendo* meritus. ad quæ, *scilicet mala, ego* dilatus, *id est, reseruatus,* cogor inire acerbas vires, *scil. inferorum,* dum tua vita fuit charior me ipso, *id est, quàm vita mea:* ego rapior, *id est, eripior,* vitâ, *scilicet meâ,* ventis, *id est, à ventis,* per inania, *scil. loca aëris, quæ vulgus inania putat.* Tu lentus, *id est, otiosus & prostratus,* refoues mẽbra quiete iucũdâ, *id est, placidâ & delectabili,* ereptus, *id est, liberatus per me,* è cladibus tetris, *id est, diris, scil. infernalibus, quibus immersus fuisset.* at, *id est, sed,* manes, *id est, inferi,* cogũt mea viscera, *id est, simulachrũ corporis mei,* tranare per vndas letheas, *id est, ipsius Lethes, fluuij obliuionis apud inferos, per quẽ intrantes animæ ad inferos (secundùm Gentiles) obliuiscuntur omniũ, quæ dulcia erant apud superos: & redeuntes ad nos, obliuiscuntur omniũ, quæ passæ sunt aut viderunt apud inferos.* Ego agor, *id est, impellor, existens* præda Charontis, *id est, portitoris sic dicti, qui cymbâ sutili traducit animas, vt dictũ est in sexto, ex superstitione Aegyptiorum:* vidi, *quia apud Charonta fuerat, sed nõ poterat trajci; quia sepulturâ carebat. vnde in sexto de talibus dictũ est:* Centum errant annos, volitantq; hæc littora circũm. Vidi *ergo, vt, est qualitatis,* omnia lumina collucent in templis infernis *(sic enim Calderinus legit: cùm alij scribant in* festis) flagrãtia, *id est, ardentia,* tædis, *id est, quicunq; visuntur apud inferos, habent oculos ardentes fumoso igni, q à tædâ procedit.* Tisiphone, *id est, furia infernalis, vltrix, & ab vltione dicta,* compta vndiq; serpentibus, *id est, habens pro comis serpentes, & pro crinibus angues,* quatit mihi, *id est, ad terrorem meũ,* & flammas, & sæua verbera: *&* cerberus, *supple, est,* pœna: & ora, *scilicet eius, quia tria habet,* flagrant, *id est, ardent,* diris latratibus: cui, *scil. Cerbero, cani tricipiti,* colla arent, *aut* horrent, hinc atq; hinc, *id est, vtrinq;* anguibus reflexis: & orbes luminis, *id est, pupillæ oculorum,* micant, *id est, micando emittunt,* ardorem sanguineum, *id est sanguinei coloris.* B C

Heu, quid ab officio digressa est gratia? cùm te
Restitui superis lethi iam limine ab ipso?
Præmia sunt pietatis vbi? pietatis honores
In vanas abière vices; & iure recessit
Iustitiæ prior illa fides: instantia vidi
Alterius, sinè respectu mea fata relinquens.
Ad pari eis agor euentus sit pœna merenti.
Pœna sit exitium: modò sit dum grata voluntas,
Exsistat par officium. feror auia carpens,
Auia Cimmerios inter distantia lucos.
Quem circà tristes densentur in omnia pœnæ.
Nam vinctus sedet immanis serpentibus Othos,
Deuinctum mœstus procul aspiciens Ephialtem:
Conati quondam cùm sint incendere mundum:
Et Tityos Latona tuæ memor anxius iræ,
(Implacabilis ira nimis) iacet alitis esca.
Terreor à tantis insistere, terreor vmbris.
Ad stygias reuocatus aquas, vix vltimus amni
Restat, Nectareas, diuûm qui prodidit escas,
Gutturis arenti reuolutus in omnia sensu.
Quid saxum procul aduerso qui monte reuoluit?
Cõtempsisse dolor quem numina vincit acerbus,
Otia quærentem frustra? sub lite puellæ
Ite, quibus tædas accendit tristis Erinnys.

POM. Sabi. PRÆMIA.] *Per hoc ingratitudinis eum accusat.* Iustitia *excedens vrbibus, petijt rura; & indè cœlum: vt apud Vergilium in Georgicis.* CIMMERIOS.] *Hos tradit Ephorus coluisse cauernas in Cumano agro. illic & Cimmeriũ specus: vnde descensus est ad inferos.* OTHOS.] *Alous Titanus filius, ex vxore Iphimediâ, violatâ à Neptuno, duos pueros adoptauit; Othum & Ephialten: qui cùm singulis diebus nouem digitis cresceret, ausi sunt Iouem pugnâ incessere: quos Iupiter ad inferos deiecit.* TITYVS. *Iouis filius, ex Ellara, Orchomeni filiâ; qui stupro Latonam tentauit: quæ conquesta est apud filium. Apollo igitur sagittis eum occidit, & apud inferos dat pœnas. Iecur eius, semper renascens,*

vultures cõsumunt. NECTAREAS diuûm.] *Tantalus, Iouis filius, Paphlagoniæ imperauit. Deis, apud eum hospitatis, Pelopem filium epulandũ apposuit: dij puerum ad vitam reuocarunt: humerum eius, ab Cerere consumptum, eburneũ fecere: scelestum & impium patrem ad inferos detruserunt: cui pœna est, vt sitiens inter aquas non bibat, & inter poma non comedat. Volunt quidam, non propter cædem filij luisse pœnas; sed quia mystica deorum sacra publicauit.* QVID saxum.] *Sisyphus, Aeoli filius, Corinthi tirannus fuit; quæ tũc Ephyra dicebatur. cogebat ab hospitibus sibi pedes lauari: & cùm erant in opere, præcipites dabat. Autoliam Laërtæ desponsatam, Delphos pergẽtem, cepit: ex quâ genuit Vlyssem.*

Theseus

Digitized by Google

Sicut Hymen præfata dedit connubia mortis,
Atque alias alio denſas ſuper agmine turmas:
Impietate ferâ vecordem Colchida matrem
Anxia ſollicitis meditantem vulnera natis.
Iam Pandionias miſerandas prole puellas,
Quarum vox querula eſt: ſuperat quod Biſtonius rex;
Orbus Epops mœret, volucres euectus in auras.

A *Theſeus Siſyphum interfecit: apud inferos, ſaxum collo alligatum, per aduerſum deferre montem fingitur.* PRODIDIT.] *ſcilicet Tantalus.* REVOLVIT.] *Siſyphus.* PVELLÆ querentes otia.] *filias Danai dicit, quæ Belides dicuntur: hæ cribro ſemper aquam hauriunt. Danaus, cùm negaſſet filias quinquaginta, quas habebat, fratris ſui Aegypti filijs matrimonio locare: pulſus à fratre, nauigauit Argos, Stheneloq́; hinc eiecto regnauit. Ferūt, magnam nauem primùm in mari viſam fuiſſe Danai. Aegyptus filijs iuſſit, vt Danaum perſequerentur, & interimerēt. qui tandem cum obſidione premeretur, nuptias promiſit: ſed filias monuit, vt noctu dormientes maritos obtruncarent. & ita actum eſt: vnde adhuc cum maritis in inferno lites habent.* TÆDAS.] *id eſt, nuptias.* HYMEN.] *Bacchi & Veneris filius, Athenis educatus, cùm nuptijs cuiuſdam puellæ potiri nequiſſet, deſperatus, ſolus per littora, veluti mente captus, erra-*
B *bat. interea piratæ, qui virgines Athenienſes, euntes ad myſtica Cereris Eleuſinæ, rapuerant, capiuntur; & virgines liberantur. Hymen Athenas veniens, primus id nuntiauit: ex quo nuptias diu cupitas impetrauit. ob eamq́; felicitatem Athenienſes conſtituêre, vt in nuptijs celebrandis haberetur iuuenis memoria. ideò in nuptiali pompâ effertur: Hymen Hymen.* COLCHIDA matrem.] *Medea, Aetæ regis Colchorum filia, ab Iaſone rapta, indignata, quòd Iaſon maritus nouam nuptam Creontis filiam ſuperinduxerat, filios coràm trucidauit: indè draconibus vecta ad Aegeum, Atherum regem.* PANDIONIAS puellas] *Pandion, Athenarum rex, Erichthonij filius, duas habuit filias; Procnem & Philomelam: quarum alteram Procnem, Tereo, regi Thracum, Martis filio ex Biſtonide nymphâ, locauit. huius Tereus mortem finxit; vt Philomelā, quæ pulchrior erat, potiretur. ignarus pater, alteram filiam dedit: quam ipſi Tereus vbi ſtuprauit, relegauit ruri. cognito ſcelere, puellæ dilaniauerunt Itym, & patri epulandum dedêre. Tereus ſatur carne filij, vbi rem cognouit, inſecutus eſt eas, vt occideret: quæ puellæ fugiēdo demutatæ fuerunt in aues: Procne in hirundinem, Philomela in luſciniam: & ipſe Tereus transformatus in vpupam; quæ priùs Epops dicebatur, indè*
C *mutatis literis Vpupa criſtatus eſt, vt ſe fuiſſe regem diademate confiteatur. Ouidius ait lib. 6.* Nomen epops volucri, facies armata videtur. BISTONIVS rex.] *Biſtonium, ſtagnum eſt Thraciæ; & Biſtonia gens.*

ASCE. HEV, quid ab officio.] *Grauis conqueſtus Culicis: dolentis, beneficium, à ſe collatum in perniciem verſum, vt ad inferos cogatur traduci. ex paradoxis (vt dixi) Pythagoræ, aſſerentis, vnum eundemq́; ſpiritum in hominis ac bruti animalis corpore viciſſim eſſe: ſpiritus Culicis recenſet eos, quos apud inferos ſe inuenturum noſcit; tangens plurimas hiſtorias. quas quia Calderinus non negligenter explicat; erimus ordine & explanatu contenti, qui talis eſt.* Heu, *dolentis vox:* quid, *id eſt, ad quid, & quò,* eſt gratia, *id eſt, gratiarum actio, aut gratitudo,* digreſſa ab officio? *Nam (vt Cicero docet) officium grati animi eſt, imitari agros feraces, qui plus reddunt, quàm acceperint. Vnde longè diſcedit ab officio, qui pro beneficio ſummam iniuriam reponit.* cùm, *id eſt, quandoquidem,* ego reſtitui te, *ſcilicet exſiſtentem,* in ipſo limine lethi, *id eſt, mortis: id eſt, cùm parùm abeſſes ab interitu per morſum ſerpentis:* reſtitui te ſuperis, *id eſt, auris vitalibus, hoc eſt, huic mundo, qui reſpectu inferorum ſuperus eſt.* vbi ſunt præmia pietatis, *ſcilicet meæ?* Honores pietatis abière in vices vanas, *id eſt, omnis pietas euanuit, & in nihilum redacta eſt:* & illa prior, *id eſt, priſca,* fides iuſtitię, *ſcilicet Aſtrææ; quæ erat apud antiquos tēpore Saturni,* receſsit rure. *quia, vt dicit Ouid.* Vltima cœleſtū terras Aſtræa reliquit. *Quod in Georg. teſtatur Poëta.* Ego vidi, *id eſt, conſideraui,* fata, *id eſt, mortem,* alterius, inſtantia, *id eſt, imminētia,* relinquens mea fata ſinè reſpectu, *id eſt, conſideratione: id eſt, nō habens reſpectū ad mortem, quæ per hoc mihi immineret.* Ego agor nūc ad euentus pariles, *id eſt, conſimiles, qui illi non euenerunt, ſed eueniſſent:* pœna, *id eſt ſupplicium,* fit merenti, *ſcilicet beneficiū:* & pœna fit exitium, *id eſt, redactus ſum in exitium, id eſt, exitiū vitæ, per pœnā, quam pro benefacto repēdo:* cùm, *id eſt, quandoquidem,* voluntas grata ſit mihi, *id eſt, cùm libens & volens beneficiū impēderim:* exſiſtat, *ſupple, precor, aut par eſt vt exſiſtat,* officium par, *id eſt, conſimile, vt ſcil. liberer ab interitu.* Ego feror, *id eſt, auferor,* carpens auia, *id eſt, loca inacceſſa, ſinè viâ,* diſtantia inter lucos Cimmerios, *id eſt, Cumanos, vbi ad inferos acceſſus eſt, aut lucos inferos, ad quos per Cimmerium peruenitur:* circa quem *ſcil. me,* pœnæ triſtes denſentur, *id eſt, accumulantur & ſtipātur,* in omnia, *ſcilicet circumiacentia.* nam Othos, *filius Alcei,* immanis, *id eſt, horrendæ magnitudinis: & crudelis,* ſedet vinctus ſerpentibus (*Bene* ſedet, *quaſi non abiturus. vnde in ſexto:* —— ſedet, æternumq́; ſedebit Infelix Theſeus.——) Sedet, *dico,* mœſtus, aſpiciens procul Ephialten, *fratrem ſuum,* deuictum, *id eſt, etiam victum:* Cùm, *id eſt, quandoquidem, ipſi* ſunt conati quondam incendere mundum. & Tityos, *id eſt, alumnus terræ,* ô Latona, *mater Apollinis,* memor iræ, *id eſt, memorās tuas iras, (vt ſit Græca locutio) exſiſtens* anxius, iacet, *ſcil. proſtratus. (vnde in ſexto:* —per totam nouē cui iugera corpus Porrigitur. —) *Exiſtens* eſca alitis viui, *ſcil. vulturis indefatigabilis: quia* ira, *ſupple tua, eſt* implacabilis: *aut,* iacet ira tua implacabilis. *Ego* terreor inſiſtere, *id eſt, progredi:* terreor, *inquit,* à tātis vmbris. Vix ille, qui prodidit eſcas nectareas, *id eſt, cū nectare ſumendas,* diuūm, *id eſt, diuorū, ſcil. Tantalus,* reuocatus ad aquas Stygias, *id eſt, Stygis, paludis infernalis; de quâ in Sexto ſatis dictū eſt:* vix reſtat amni, *ſcil. infernali, quē mento tenus habet,* reuolutus in omnia, *id eſt, in omnē partem,* ſenſu gutturis arenti, *id eſt, deſiccato.* quid, *ſupple, dicam de illo, ſcil. Syſipho,* qui reuoluit procul ſaxū, *ſcil. de,* mōte aduerſo: quem dolor acerbus, *id eſt, ſtimulus conſcientiæ,* vincit, *id eſt, conuincit & accuſat,* contempſiſſe numina, *i.e. deos.* O puellæ, *ſcil. Belides,* quærētes fruſtra otia, *id eſt, ceſſationē ab infundendis aquis,* ſub lite, *i.e. cōtentiones,* quibus triſtis Erymnis, *i.e. furor,* accendat tędas, *ſcil. maritaleis, i.e. acuit furores in maritos, quos occidiſtis:* ite, *id eſt, deſcēdite à me. quaſi dicat: triſte eſt, vos videre.* Sic, *i.e. ſic vt* Hymen, *ſcil. deus legitimarū nuptiarum,* dedit cōnubia mortis, *per fata, i.e. fatalia,* atq; denſat, *i.e. accumulauit,* alias turmas, *i.e. copias quinquaginta fratrū, vno dempto,* ſuper alio agmine, *i.e. aggerendo agmen ſuper agmen,* impietate ferâ, *i.e. beluinâ aut feroci:* cùm ego cernam Colchida, *i.e. Medeam, Colcharum regis filiā; & eſt patronimicum à patriâ;* matrem meditantem natis, *id eſt, filijs ſuis, Dindymo & Theſſandro,* ſolicitis, *id eſt, anxijs,* vulnera anxia: *& cùm cernam* iam puellas Pandionias, *ſcil. Prognem & Philomenam,* miſerandas prole, *ſcil. Ithi, aut Ithylo,* quarum vox eſt querula: quod, *id eſt, quia,* rex Biſtonius, *id eſt, Thracius, ſcil. Thereus,* ſuperat, *id eſt, ſuperuiuit, exſiſtens* orbus, *ſcil. filio quem comedit: & ipſe* Epops, *i.e. effectus talis auis* mœret, *id eſt, queritur, aut dolet,* euectus in auras volucres, *id eſt, velociter tranſibiles & cedentes.*

At diſcordantes Cadmeo ſanguine fratres
Iam truculenta ferunt, infeſtaq; lumina corpus

POM. Sabi. CADMEO ſanguine.] *Oedipodes, Lai filius, Eteocli & Polynici filijs Thebas reliquit, vt alternis annis imperarent.*

Alter in alterius: iamq; aduersatus vterque
Impia germani manat quòd sanguine dextra.
Eheu, mutandus nunquam labor! auferor vltrà
In diuersa magis: distantia numina cerno.
Elysiam tranandus agor delatus ad vndam.
Obuia Persephone comites Heroidas vrget
Aduersas perferre faces. Alcestis ab omni
Inuiolata vacat curâ: quòd sæua mariti
In Chalcedonijs Admeti fata morata est.
Ecce Ithaci coniunx semper decus Icariothis,
Fœmineum concepta decus manet: & procul illâ
Turba ferox iuuenum telis confixa procorum.
Quin misera Euridice tanto mœrore recessit:
Pœnaq; respectus & nunc manet Orpheus in te.
Audax ille quidem, qui mitem Cerberon vnquã
Credidit, aut vlli Ditis placabile numen:
Nec timuit Phlegetonta furentẽ ardẽdibus vndis;
Nec mœstâ obtentum Ditis ferrugine regnum,
Defossasq; domos, ac tartara nocte cruentâ
Obsita, nec facileis Ditis sinè iudice sedeis;
Iudice, qui vitæ post mortem vindicat acta.
Sed fortuna valens audacem fecerat antè.
Iam rapidi steterant amnes, & turba ferarum
Blandâ voce sequax regionem insederat Orphei:
Iamq; imam viridi radicem mouerat altè
Quercus humo; steterant amnes, syluæq; sonoræ
Sponte suâ cantus rapiebant cortice amarâ.
Labentes bijuges etiam per sidera Luna
Pressit equos: & tu currenteis menstrua virgo
Auditura lyram tenuisti, nocte relictâ.
Hæc eadem potuit Ditis te vincere coniunx,
Eurydicenq; vltrò ducendam reddere: non fas,
Non erat in vitam diræ exorabile mortis.
Illa quidem nimiùm maneis experta seueros,
Præceptum signabat iter: nec rettulit intus
Lumina, nec diuæ corrupit munera linguâ.
Sed tu crudelis, crudelis tu magis Orpheu,
Oscula chara petens, rupisti iussa deorum.
Dignus amor veniâ gratum si tartara nossent,
Peccatum meminisse graue. Et vos sede piorum,
Vos manet Heroum contrà manus. hic & vterq;
Aeacides. Peleus namque, & Telamonia virtus,
Per secura patris lætantur munera: quorum
Connubijs Venus & virtus iniunxit honorem.
Hunc rapuit feritas; illum Nereis amauit.
Assidet, ac iuuenis sociat te gloria fortis:
Alter in excelsum referens à nauibus ignes
Argolicis Phrygios, toruâ feritate repulsos.

rent. Eteocles regnum fratri non restituit, exsulemq; fecit. Ille cum Adrasto, Argiuorum rege, & Tydeo, Thebas obsedit. tandem in singulare certamen venêre fratres, mutuisq; vulneribus se inuicem interfecêre. mansit etiam in defunctis discordia: quia simul cremari non potuêre. ALCESTIS.] *Alcestis, siue Alcesta, filia fuit Perilai. nupsit Admeto, regi Phereorum, qui sunt in Thessaliâ. cùm maritus ægrotaret: oraculo nuntiatum est ei, adhuc posse viuere; si foret aliquis affinitate vel amicitiâ, qui pro eo sponte mortem subiret. cæteris id abnuentibus, sola vxor promisit.* IN Chalcedonijs.] *Chalcedon vrbs est, non procul à Byzantio, id est, Constantinopoli. Chalcedonios appellauit antiquitas insanos. nam cùm colonias ducerent; maluerunt in sterili situ, quàm pingui, manere. Chalcedon, opus fuit Megarensium.* ITHACI cõiunx.] *Penelope, Icari filia fuit, vxor Vlyssis: castissima habita inter mulieres. nam absentiam Vlyssis errantis summâ patientiâ tolerauit: procos multos, quorum maximus Euridamas fuit, petentes coniugium, effingentes Vlyssis mortem, indè laudabili constantiâ non modò neglexit; sed etiam fregit. Inter Cephaleniam & Dulychium, est Ithaca insula.* MISERA Eurydice.] *Eurydice filia Talaonis, vxor Orphei fuit. nam postquam marito concessa fuit, & culpa eius postea ablata, dicitur non ampliùs mansisse apud inferos, sed in Elysijs campis. Orpheus verò pro eâ pœnas luit. Orpheus, Oeagrij filius, regis Ciconum, qui sunt in Thraciâ, sono lyræ adeò potens fuit: vt traheret, non modò animata; sed etiam insensibilia. Lex autem erat apud inferos, vt nemini liceret loqui. Orpheus incautus, & amoris impatiens, non tantùm locutus est; verùm & oscula amatæ coniugi conatus est tradere: cuius incontinentiæ apud inferos pœnas dat.* PHLEGETONTA.] *vnde habent ardentes aquas.* CRVENTA.] *sæuâ; non sanguinolentâ.* SINE iudice.] *Tres inferorum iudices sunt: Aeacus, Minos, & Rhadamanthus.* AEACIDES.] *Peleus, Aeginæ & Iouis filius, Aeacus; Aeaci Telamon, Peleus & Phocus; Pelei & Thetidis, Achilles; Telamonis & Glaucæ filiæ regis Salaminorum, Aiax & Teucer.* INIVNXIT honorem.] *Hesionam, Laomedontis filiam, duxit Telamon.*

ASCE. At, *id est, sed,* fratres Cadmeo sanguine, *id est, propagati à Cadmo, rege Thebarum; scilicet Eteocles & Polynices,* discordantes, *id est, qui discordes vixerunt,* ferunt iam, *id est, in morte,* lumina truculenta & infesta, *id est, oculos diros & infensos existens* iam vterque aduersarius alterius: quòd, *id est, quia,* dextra impia manat, *id est, distillat,* sanguine germani, *scilicet fratris, alter alterius.* EHEV mutandus nunquam labor! auferor vltra In diuersa, &c.] *Terret culicis simulacrum æterna apud inferos detentio, ac immorandi necessitas: quò magis nos arguendi simus, si ea res non commoneat. recitatq; quo ordine ferè in VI. processit.* Heroidas, *id est, mulieres nobiles, cæterosq; qui impatienter amauerunt, esse ferè in primo ordine apud inferos. vnde varias tangit & fabulas, & historias: quas cùm Caldermus graphicè ac dilucidè satis explicet; ordo est:* Eheu, *dolentis interiectio, quæ absolutè, id est, sinè casu ponitu (vt,* Eheu quid volui misero mihi? *Et,* Eheu quàm pingui macer est mihi taurus in aruo) labor, *scilicet apud inferos,* nunquam mutandus, *scilicet in requiem: Ego* auferor vltrà in diuersa, *scilicet loca, &* cerno lumina, *id est, oculos, aut potiùs* limina, magis distantia: *&* agor tranandus, *id est, transuehendus nauigio,* delatus ad vndam Elysiam, *id est, per quam traijcitur ad Elysios campos, qui beatorum sunt.* Tisiphone obuia, *id est, occurrens mihi,* vrget heroidas, *id est, nobiles, vt dixi, & quæ penè immortalitatẽ meruerunt, puellas, ac mulieres amatrices;* comites, *id est, quæ ipsam comitantur: vrget, dico,* perferre faces, *id est, tædas amorum, aut maritales: perferre* aduersum, *id est aduersò, vt earum semper recordarentur, ac indè torquentur: quia curæ vltrices non ipsam in morte relinquũt, vt dictum est in sexto Aeneidos,* Alcestis, *scilicet vxor Admeti, regis Thessaliæ,* inuiolata, *id est, incorrupta, quia plenam fidem seruauit, & legitimè amauit;* vacat ab omni curâ: quod, *id est, quia,* sæua, *id est,* vehemens cura mariti Admeti, *id est, necessitas moriendi, aut ipsi, aut alicui pro ipso,* morata, *id est, immorata est hic,* Chalcedonias, *id est, Megarenses: quæ non idem fecerunt, vt Scylla: quæ Niso patri non vitam seruauit, sed ademit; aut saltem ipsum in auem mutari coëgit.* Ecce coniunx Ithaci, *id est, Ithacensis Vlyssis, existens* vna, *id est, præcipua,* semper decus Charontis, *scilicet portitoris,* manet concepta decus fœmineum. Et procul illâ, *id est, ab illâ, supple, manet: aut* procul illam, *supple, sequitur,* ferox turba iuuenum procorũ, *id est, ipsam coniugem exspectantium,* confixa telis, *scilicet Cupidinis, seu amoris, aut curarum nunc apud inferos.* Quin, *id est, quin etiã,* Eurydice, *id est, coniunx illa Orphei de quâ ad finem quarti Georgicorũ plenè dictũ est:* misera, *id est, miseratione digna; quia, ad castitatẽ seruandã, fugiens Aristeũ, in anguem.*

A angui incidit, vnde vulnerata interijt: receſsit, ſupple à, tanto mœrore, quantum ſcilicet habuerat hic & Orpheus: vt ſit licentioſa declinatio; vocatiuus pro nominatiuo. aut legatur in genitiuo Orpheos; vt ô Eurydice, pœna reſpectus Orpheos mariti tui manet, & id eſt etiam nunc in te. Quidem, id eſt, certè, ille, ſupple, fuit, audax qui credidit Cerberon, id eſt, canem illum tricipitem infernalem, per quem intelligitur triplex poteſtas Plutonis; mitem, id eſt, benignum, & placabilem vnquam: ſicut Orpheus videtur credidiſſe, cùm coniugem ab inferis repeteret: aut qui credidit numen Ditis, id eſt, Plutonis, placabi e vlli: nec timuit Phlegetonta, lacum aut fluuium infernalem, ab ardore dictum: vnde addidit, furentem, id eſt, æſtuantem, vndis ardentibus: nec timuit regna mœſta ferrugine, id eſt obſcuritate, obtenta, id eſt, in poſſeſsione Ditis, & domos, id eſt, habitationes, ſeu manſiones, defoſſas, quaſi ſub terrâ foſſas; ac tartara obſita nocte cruentâ, id eſt, ſanguinolentâ & noxiâ: nec, id eſt, & non, ſedes Ditis ſupple, ſunt, faciles, ſcilicet auditu, aut abitu, ſinè iudice, (quia, vt dicitur in ſexto: Nec verò hæc ſinè ſorte datæ, ſinè iu-
B dice ſedes: Quæſitor Minos vrnam mouet, &c.) ſinè iudice, inquit, qui vindicat poſt mortem acta vitæ, id eſt, quæ quiſque egit in vitâ: ſed fortuna, id eſt, proſper ſucceſſus, fecerat Orphea audacem: quia amnes, ſcilicet inferorum, aut ad inferos ducentes, rapidi, ſcilicet priùs, ſteterant iam, ſcilicet ad cantum Orphei, & turba ferarum ſequax blandâ voce, id eſt, propter blandam vocem, inſederat, id eſt, occupauerat, regionem Orphei, id eſt, quà ipſe tranſire vellet. Iamque, id eſt, & iam, quercus alta mouerat imam radicem, ſupple, in aut ab, humo viridi. Non ſtaret verſus, ſi dicatur; Iam Orpheus mouerat imam radicem altæ quercus: quia ſic Quercus, cùm ſit genitiui caſus, in us productam exiret: & amnes ſteterant, & ſyluæ ſonoræ rapiebant iam ſuâ ſponte cantus, ſcilicet Orrphei, corticе amarâ, id eſt, per corticem amaram. ſic in Bucol. Circumdat amaræ Corticis: cùm potiùs maſculinum ſit; vt, Raptus de ſubere cortex. Luna preſsit, id eſt, repreſsit, & à curſu retinuit, etiam equos bijuges, id eſt, bigas trahentes, labentes, ſcilicet priùs, per ſydera, id eſt, ſigna cœleſtia in Zodiaco. Et tu, ô virgo menſtrua, id eſt, menſes diſtinguens, ſcilicet Luna, auditura lyram, id eſt, vt audias
C lyram Orphei, tenuiſti currentes, ſcilicet equos, nocte, id eſt gubernatione noctis relictâ. O' coniunx Ditis, ſcilicet Proſerpina, hæc eadem, ſcilicet lyra, potuit vincere te, & reddere, id eſt, vincere, vt reddat, vltrò Euridicem, ſcilicet coniugem Orphei, ducendam, id eſt, abducendam. Nam non erat fas, non erat, inquam, abducere inuitam: & ſupple, numen, diræ mortis, id eſt, quæ habet dominium mortis, videlicet Proſerpinæ, non erat exorabile, ſcilicet precibus; ſed tamen ſuperabile dulcedine cantus. Illa, ſcilicet Eurydice, experta maneis, id eſt, inferos, nimiùm ſeueros, id eſt, rigidos & ſequaces veri, ſignabat iter præceptum, ſcilicet à Proſerpinâ, vt pergeret, nec retroſpiceret: nec retulit, ſupple, pedem, inter limina, nec corrupit limina diuæ linguâ, id eſt, nihil guſtauit apud inferos: quod tamen alibi aliter dicitur. Sed tu, ô Orpheu, crudelis, ſcilicet per impatientiam amoris, qui coniugem oſculaturus reſpexiſti; tu, inquam, magis crudelis, petens oſcula chara coniugis, id eſt, cara, rupiſti iuſſa deorum, qui ſcilicet iuſſerunt, ne retroſpiceres: amor, ſcilicet tuus in coniugem, dignus, ſupple, erat, veniâ: ſi tartara, id eſt, manes, noſſent gratum, id eſt, grati animi vices, (vnde in quartò Georg. Ignoſcenda quidẽ; ſcirẽt ſi ignoſcere manes.) Graue, id eſt, moleſtum eſt; ſupple, vobis, meminiſſe, id eſt, recordari, peccatum: quia torquentur neceſſariâ recordatione commiſſorũm: (vnde in ſexto: Nimium meminiſſe neceſſe eſt) & manus, id eſt, multitudo, quæ manibus valuit, vtpote heroum, manet, ſupple, in, ſede piorum, id eſt, innocentum, manet, dico, contrà vos, id eſt, ex oppoſito, in aduerſâ regione. Vterque Aeacides manet, ſupple, hîc. Dicit autem, vterque Aeacides, id eſt, Aeaci filius: namque Peleus, ſcilicet pater Achillis, alter Aeacidarum, & virtus Telamonia, id eſt, ipſe Telamon, pater Aiacis: locitatur hîc per numina patris, ſcilicet Aeaci, ſecura, id eſt, facientia vos ſecuros: quorum cõnubijs Venus & virtus iniunxit honorem: nam feritas, ſcilicet bellica, rapuit hũc, ſcilicet Telamonium, qui primus muros Troianos ſub Laomedonte tranſſcendit: & ob id Heſionem, Laomedontis filiam, & Priami ſororem, meruit: ex quâ Teucrum genuit; & ex Tribiâ Alcati Athenienſis, Aiacem. Nereis, id eſt, nympha marina, ſcilicet Thetis, amauit illũ, ſcilicet Pelea; qui ex eâ Achillem genuit. Ac, pro &, iuuenis, ſcilicet filius Pelei, gloria ſortis ſociatæ, id eſt, conſimilis, aſsidet, iuxtà ſedet: & alter, ſupple, iuuenis, videlicet Aiax, referẽs in exceſſum, id eſt exceſsiuè, aut in exceſſu, igneis Phrygios, id eſt, Troianos, ab Hectore immiſſos, repulſos à nauibus Argolicis: aut, referens à nauibus Argolicis igneis Phrygios repulſos; toruâ, id eſt, immani, feritate, ſuppl. aſsidet. Et ideò deſcriptionem minimæ rei, videlicet necis culicis, auget rebus maximis; vtpote geſtis in excidio Troianæ vrbis. per quod oſtendit Poëta fertilitatem ingenij ſui: quĩ res minimas dilatare, & maximas contrahere nouit. Nec tamen impertinenter; ſi receperimus paradoxon Pythagoricum, de animorum in aliena corpora tranſmigratione.

POM. Sabi. TEVCRIA telus.] Hector ad naues progreſſus, ignem in proris iacere, ac ſeuire incendijs cœperat. territi Græci, reſiſtere non audebant: aduoluti ergo ad genua Achillis, auxilia implorabant. Eo tempore rediens Aiax cum prædâ Phrygiâ, ſæuientem conſpexit Hectora: & primo impetu hoſtem nauibus repulit; extinctoq́; igni, ipſum Hectorem ictu ſaxi turbauit. proſtratum eripuêre è manibus Aiacis Troiani: & ſemianimem tulerunt intra muros. Aiax victor fugientes inſequebatur, non ſinè magnâ ſtrage. SIGEAQVE.] Sigeum vrbs fuit in littore, etiam Auguſti

O' quis non referat talis diuortia belli,
Quæ Troiæ vidêre viri, vidêreq́; Graij?
Teucria cùm magno manaret ſanguine tellus:
Et Simois Xantiq́; liquor; Sigeaq́; præter
Littora: cùm Troas ſæui vos Hectoris ira
Vidêre in claſſeis inimicâ mente Pelaſgas
Vulnera, tela, neces, igneis inferre paratos.
Ipſa vagis namq́; Ida potens feritatis, & ipſa
Ida faces altrix cupidis præbebat alumnis:
Omnis vt in cineres Rhœtei littoris ora
Claſsibus ambuſtis flammâ lachrymante daretur.
Hinc erat oppoſitus contrà Telamonius heros;
Obiectoq́; dabat clypeo certamina; & illinc
Hector erat, ſummum Troiæ decus: acer vterq́;
Fulminibus veluti fragor ſonat ætheris, enſe
Tegminibus teliſq́;, ſuper Sigeaq́; præter
Eriperet reditus: alter Vulcania ferro
Vulnera protectus depellere nauibus inſtat.
Hoc erat Aeacides multùm lætatus honore,
Dardaniæq́; alter fuſo quòd ſanguine campis

tempore; nunc diruta: in eâ nauale Achiuorum, & portus, & Achaica caſtra. propè etiam lacus fuit.

ASCE. O' quis non referat talis diuortia belli, Quæ Troiæ, &c.] Quia mentionem fecerat belli Troiani; facit digreſsionem, per acclamationem, dicens: O' quis non referat, id eſt, non recenſeat, diuortia, id eſt, diſſenſiones & lites, ac certamina; aut diluuia, à vortice; talis belli: quæ, ſcilicet diuortia, viri Troiæ vidêre, id eſt, viderunt; & Graij, id eſt, Græci, vidêre: cùm, id eſt, quando, tellus Teucria, id eſt, Troiana, manaret, id eſt, difflueret, magno

magno sanguine; & Simois, *fluuius ille Troianus,* & liquor Xanthi, *alterius fluuij, Ilium perfluentis, supple, manarent magno sanguine:* præter littora Sigæa, *id est, maris Sigæi, in quod incidunt:* cùm, *id est, quando,* ira Hectoris sæui viderit, vos Troas paratos inferre mente inimicâ, *id est, hostili animo,* in classeis Pelasgas, *id est, Græcanicas,* vulnera, tela, neces & igneis. *rò supple magis* namque, ipsa Ida, *scilicet sylua pinifera Ilio vicina,* potens feritatis, *id est, quæ potuit sufficere & subministrare feritati arma.* & ipsa altrix, *scilicet tædarum & pinorum,* præbebat alumnis cupidis, *scilicet incendij committendi,* faces, *scilicet in naueis immittendas:* vt omnis ora littoris Rhœtei, *illius promontorij ad Troiam, ad quod stabant naues Græcorum,* daretur in cineres; *&* hoc classibus ambustis, *id est, circumustis, & flammâ lachrymante, id est, aquas admixtas ligno guttatim eijciente.* Heros Telamonius, *scilicet Aiax, Telamonis filius,* oppositus erat contrà, *id est, ex aduerso,* hinc, *id est, ex alterâ parte, scilicet Græcorum;* & dabat certamina, clypeo obiecto, *scilicet contra faces & tela:* & Hector, summum decus Troiæ erat illinc, *id est, ex alterâ parte scilicet Troianorum:* vterque acer, *id est, strenuus, suppl. erat.* Veluti fragor editur cœlo, *id est, in aëre,* fulminibus, *id est, dum fulminat & tonat: ita, supple,* editur fragor tegminibus, *scilicet domorum, hoc est, tegulis; aut, in tegminibus, scilicet capitum, hoc est, galeis: editur, dico,* ense & telis, super & præter Sigæa, *supple littora;* vt, *supple, Hector,* eriperet reditus, *id est, faceret ne redirent ambustis nauibus:* & alter, *scilicet Aiax,* proiectus, *id est, propulsus,* instat depellere nauibus, *scilicet Græcorum,* ferro, *id est, per arma sua, vulnera Vulcania, id est, quæ Vulcanus, hoc est, ignis, inferebat, videlicet ambustione,* Aeacides, *id est, Aeaci nepos, scilicet Aiax,* lætatus erat vultu, *id est, præ se ferebat vultum lætum,* hoc honore, *id est, propter hunc honorem, quòd Hectorem pellere, & classe defendere potuit:* & alter, *supple, Aeacides, videlicet Achilles;* lætus, *supple, erat hoc honore,* quòd ipse victor de corpore, *quia animum vincere nequiuit,* lustrauit, *id est, circumtraxit,* Hectora campis, *id est, per campos,* Dardaniæ, *id est, Phrygiæ, & hoc,* sanguine, *scilicet eius,* fuso. Troia fremit rursus, *id est, è diuerso,* acerba, *id est, acerbè;* quòd, *id est, quia,* Paris lethat, *id est, vulnerat, scilicet telis lethalibus, hoc est, mortiferis,* hunc, *scilicet Achillem, in templo Apollinis:* (*vnde dictum est in*

Hectora lustrauit victor de corpore Troiam.
Rursus acerba fremit, Paris, hunc q; lędat, & huius
Alta dolis Ithaci virtus quòd concidit icta.
Hinc gerit euersos proles Laërtia currus:
Et iam Strymonij Rhœsi, victorq; Dolonis,
Palladio lætatur ouans: rursusq; tremiscit
Pamoicon, Asiamq; horret Lestrygonas atrox.
Illum Scylla rapax canibus succincta Molossis,
Aetneusq; Cyclops, illum metuenda Charybdis,
Pallentesq; lacus, & squallida tartara terrent.
Hîc & Tantalei generis decus, amplus Atrides,
Assidet, Argiuûm lumen: quo flamma regente
Doris Erichthonias prostrauit funditus arces.

sexto: Phœbe, graues Troiæ semper miserate labores; Dardana qui Paridis direxti tela manusque, Corpus in Aeacidæ.) Et quòd, *id est, quia,* alta virtus, *huius scilicet Paridis,* cōcidit icta dolis Ithaci, *id est, Ithacensis Vlyssis:* hinc, *id est, hac de causâ,* proles Laërtia, *id est, Vlysses, Laërtiæ filius,* gerit currus euersos, *è quibus hostes deiecerat,* & *ipse iā* victor, Rhœsi Strymonij, *id est, regis Thraciæ:* (*de quibus primo Aeneid. dictum est, illic videlicet:* A

> Nec procul hinc Rhœsi niueis tentoria velis
> Agnoscit lachrymans, primo quę prodita somno,
> Tidydes multâ vastabat cæde cruentus:
> Ardentesq; auertit equos in castra, priùs, quàm
> Pabula gustassent Troiæ, Xanthumq; bibissent.) B

& victor Dolonis, *Troiani illius, qui ad Græcos explorator missus, ab Vlysse interceptus est,* lætatus iam ouans, Pallade, *id est Palladio subrepto; vt in secundo Aeneidos dictum est:* & *ipse* atrox rursus, *id est vicissim & è conuerso,* tremiscit Pamoicon & horet Asiam, *vbi scilicet pericula passus est,* & Lestrygonas, *qui carnibus humanis vescebantur, & in quos incidit.* Scylla, *id est, vorago maris Siculi; aut per fabulam, monstrum illud marinum,* rapax, *id est, assiduè miseros nautas cum nauibus ad se rapiens,* succincta canibus Molossis, *id est, Epiroticis; &* Cyclops, *scilicet Polyphemus,* Aetneus, *id est, qui in Aetnâ, monte Siciliæ, ipsum deprehendit,* & Charybdis, *aliud periculum eiusdem maris,* metuenda, *scilicet nautis,* & lacus pallentes, *scilicet inferni,* & tartara squalida, *id est, obscœna,* terrent illum, *scilicet Vlyssem, qui tot terruit, & insidijs excepit.* HIC & Tātalei generis decus, amplus Atrides Assidet, &c.] *Commemorat, cæteram Græcorum nobilitatem apud inferos esse. Ordo autem est:* Gener Tantaleæ, *scilicet domus; aut* gener Tantalius, *scilicet Amphion, Niobes maritus,* assidet, *supple, hîc,* Aeacus amplus, *id est, cum totâ progenie suâ: assidet hîc &* Atrida, lumen Argiuûm, *id est, Argiuorum, scilicet Agamemnon: assidet hîc,* quo regente, *id est, imperante, aut dirigente,* flamma oris, *scilicet eius, id est, vis imperanda,* prostrauit funditùs arces Erichthonias, *i. e. Troianas. Nā Erichthonius fuit filius Dardani, & pater Trois, auus Laomedontis, qui pater Priami: attestāte Ouidio his verbis:* Huius Erichthonius; Tros est generatus ab illo. *Is autē Erichthonius summopere auxit res Troianas, vt & Homer' meminit: quo circa Erichthonias arces appellat.* C

POM. Sabi.

ACANTHOS.] *Acanthus herba est, similis spinæ albæ; folia habet tam tùm minora & aculeatâ lanugine tenerâ: ex quâ lanugine fiunt vestes, æmulæ bombycinarum vestium & sericarum.* RHODODAPHNE.] *herba est venenosa pecoribus; homini tantùm admixtâ rutâ, inuenenata. Nomen habet à lauro. Laurus Apollini sacra. nam vbi laurus est, fulmen non decidit. laurus enim nunquam fulminatur: & poetæ lauro coronantur.* IMITATA priscis Sabinis.] *Sabina her-*

Reddidit heu Graius pœnas tibi, Troia, furenti
Hellespontiacis obiturus reddidit vndis.
Illa vices hominum testata est copia quondam,
Ne quisquam propriæ fortunæ munere diues,
Iret ineuectus cœlum super omne. Propinquo
Frangitur inuidiæ telo, decus ibat in altum
Vix argo repetens patriam, ditataq; prædâ
Arcis Erichthoniæ. comes huic erat aura secunda
Per placidum cursu pelagus: Nereis ad vndas
Signa dabat: pars inflexis superata carinis,
Cum seu cœlesti fato, seu sideris ortu,
Vndique mutatur cœli nitor: omnia ventis
Omnia turbinibus sunt anxia. Iam maris vnda
Sideribus certat consurgere: iamq; supernè
Corripere & soleis, & sidera cuncta minantur.
Ac ruere in terras cœli fragor: hîc modò lethum,
Copia nunc miseris circumdatur anxia fatis:

ba est, quæ Græcè βράθυ appellatur; & ea duplex: altera similis amaraco; altera similis iunipero, quam quidam creticam cupressam appellauêre. Pro thure hæc assumitur, vt meminit Plinius, & apud antiquos præstabat vicem aromatum in sacris. Sabini primùm eâ herbâ sunt vsi. CHRYSANTHVSQVE.] *Heliotropiō, alij Chrysanthon appellant: ramulos habet candidos, abrotono similes. ad repercussū Solis aurea videtur.* BOCCHVS.] *Herba nomen habet à Boccho rege Mauritaniæ.* HIC amarant.

Digitized by Google

A maranthus.] *eſt herba quæ non habet florem; ſed veriùs ſpicam: purpurea, iucundi aſpectus, & ſinè odore.* BVMASTVS.] *etiam herba.* NARCISSVS.] *hic puer ſubmerſus, demutatusq́ in herbam.* ELOGIVM.] *hoc eſ logium; hic elogus: hoc epitaphium; hic epitaphus.*

ASCE Heu ô *Atrida*, Troia reddidit tibi pœnas graueis, *id eſt, multum grauiter*: reddidit, *dicit*, tibi furenti, *id eſt, inſanienti Martio furore*; & reddidit obituris, *id eſt, omnibus qui obituri erant*, vnde Helleſpontiacis, *id eſt, ad Capharea, montem Eubœæ inſulæ, ad Helleſpontum proſpectantem.* B Illa copia, *id eſt, multitudo hominum armatorum*, teſtata eſt quondam, *ſcilicet tempore belli Troiani*, vices, *id eſt, viciſſitudines hominum*; ne quiſquam diues, *id eſt, reputans ſe diuitem*, munere, *id eſt, beneficio*, propriæ fortunæ, iret in cœlum æternum ſuper omne, *id eſt, in continuâ proſperitate ſuper omnia ferretur*: *ipſe Atrida, ſeu Atrides*, frangitur telo inuidię propinquo, *id eſt, de proximo, quæ omnibus fortunatis imminet.* Argo, *nauis illa oblonga, quâ Argonautæ in Colchos vecti ſunt, & redeuntes Troiam ſub Laomedonte expugnauerunt*, ibat in altum decus; C repetens bis patriam, *id eſt, iam ſecundò, quaſi eadem fuerit nauis. Sunt tamen textus habentes*, bis ergo: *ſed ſic ſyllaba bis contra naturam producatur. nihil autem eſt toto opere mendoſius: ita vt opus ſit reuerâ commento, qui ſententiam indipiſci voluerit.* repetens, *dico*, patriam bis, & ditata prædâ arcis Erichthoniæ, *id eſt, Troianæ*, bis, *quia bis Troiam ſpoliauerant Græci.* Aura ſecunda, *id eſt, proſpera & à tergo flans*, erat huic, *ſcilicet naui*: & Nereis, *id eſt, dea maris*, dabat curſu, *id eſt, per curſum*, ſigna ad vndas, per pelagus placidum: & pars, *ſcilicet maris erat*, ſuperata carinis inflexis, *id eſt, curuis*: cum nitor cœli mutatur vndique, ſeu, *id eſt, ſiuè*, fato cœleſti, *id eſt, cœleſtium prædefinito ſtatuto*; ſeu ortu ſideris, *ſcilicet tempeſta-*

Immoriturq́; ſuper fluctus, & ſaxa Capharei,
Euboicas autem per cautes, Oetaq́; latè
Littora: cùm Phrygiæ paſsim vaga præda perempta
Fuctuat omnis in æquoreo iam naufraga fluctu.
Hîc alij ſidunt pariles virtutis honore
Heroës: medijsq́; ſiti ſunt ſedibus omnes,
Omnes Roma decus magni quos ſuſcipit orbis.
Hîc Fabij, Decijq́; hîc eſt & Horatia virtus:
Hîc & fama vetus nunquam moritura per æuum,
Curtius, è medijs quem quondam ſedibus vrbis
Deuotum bellis conſumpſit gurges in vndâ.
Mutius & prudens ardorem corpore paſſus;
Legitimè ceſsit cui fracta potentia regis.
Hîc Curius claræ ſocius virtutis: & ille
Flaminius, deuota dedit qui corpora flammis.
Iure igitur taleis ſedes pietatis honorat.
Illîc Scipiadasq́; duces, deuota triumphis
Mœnia, quos rapidos Libycæ Carthaginis horrent.
Illi laude ſuâ vigeant: ego Ditis opacos
Cogor adire lacus viduos à lumine Phœbi,
Et vaſtum Phlegetonta pati: quo maxima Minos
Conſcelerata piâ diſcernit vincula ſede.
Ergo quam cauſam mortis, quam dicere vitæ
Verberibus ſæuæ cogunt ab iudice pœnæ;
Cùm mihi tu ſis cauſa mali, ne conſcius adſis.
Sed tolerabilius curis hæc immemor audis:
Et tamen in vanis dimittis ſomnia ven is.
Digredior, nunquam rediturus. tu cole fonteis,
Et virides nemorum ſyluas, & paſcua lætus:
Et mea diffuſas rapiantur dicta per auras.
Dixit, & extremâ triſtis cum voce receſsit.
Hunc vbi ſollicitum dimiſit inertia vitæ,
Interiùs grauiter mentem æger; nec tulit vltra
Senſibus infuſum Culicis de morte dolorem:
Quantumcunq; ſibi vires tribuêre ſeniles.
Queîs tamen infeſtum pugnans deuicerat hoſtē,
Riuum propter aquæ viridi ſub fronde latentem,
Confomare locum capit impiger hunc, & in orbem
Deſtinat: ac ferri capulum repetiuit in vſum,
Gramineam viridi fodiens de ceſpite terram.
Iam memor inceptum peragēs ſibi cura laborem
Congeſtū cumulauit opus: iamq́; aggere multo
Telluris tumulus formatus creuit in orbem.
Quem circùm lapidem læui de marmore formás
Conſerit aſsiduæ curæ memor. hîc & acanthus,
Et roſa purpureo creſcit rubicunda colore:
Et violæ omne genus hîc eſt, & Spartica myrtus,
Atque hyacinthus, & hîc Cilico crocus editus aruo:
Laurus item, Phœbi decus; exſurgens Rhododaphne,
Liliaq́, & Roris flagrantia iura marini,
Herbaq́; thuris, opes priſcis imitata Sabinis;
Chryſanthusq́ue, hederæq́ue nitor; pallante corymbo,
Et bocchus Libyæ regis memor: hîc amaranthus,
Bumaſtusq́; virens, & ſemper florida pinus.
Non illinc narciſſus abeſt; cui gloria formæ
Igne cupidineo proprios exarſit in artus:
Et quoſcunq; nouant vernantia tempora flores.
H s tumulus ſuper inſeritur: tùm fronte locatur
Eulogium, tacitâ quod firmat littora voce.
Parue Culex, pecudum cuſtos, nil tale merenti
Funeris officium vitæ pro munere reddit.

tem excitantis. Tangit hiſtoriam, quæ ſic narratur. Ad radices Capharei montis cùm perueniſſent Græci, victores Troiæ, vel irâ Mineruæ, vt in principio I. Aeneid. tangitur, ibi; Et furias Aiacis Oilei. *fingitur enim irata Pallas, ſtuprum in templo ſuo ab Aiace Oileo commiſſum, tempeſtatem illîc excitâſſe, vnde fato cœleſti nunc partim deputat: vel fraude Naupli regis in Eubœâ regnantis, & cupientis vlciſci mortem Palamedis filij, dolo Vlyſsis apud Troiam interempti, Argiuorum claſsis duris caſibus agitata fuit. Nam nocte laborantibus tempeſtate Græcis, facem rex in Caphareo accendit; quâ illi, portum proximum exiſtimantes, in aſperrimos ſcopulos delati naufragium plurimum fecêre. vnde in ſecundo Aeneid.* Scit triſte Mineruæ Sidus, & Euboicæ cautes, vltroque Caphareus, *&c.*

Omnia ſunt anxia, *id eſt, angentia; & angunt* ventis & turbinibus: vnda maris certat, *id eſt, contendit*, conſurgere, ſideribus, *id eſt, ad ſidera. vnde alibi*: Et rorantia vidimus aſtra. *Eſt autem hyperbole poëtica.* Iam & ſol, & ſidera, *ſcilicet minora*, minantur ſupernè, *id eſt, deſuper*, corripere cuncta, *ſcilicet quæ erant in terris & aquis.* At, *id eſt, ſimul*, fragor cœli; *id eſt, ſonitus ille priùs auditus in aëre, venit in terras*: hîc, *id eſt, hoc tempore*, copia læta, *id eſt, exercitus ille lætus, modò, id eſt, paulò antè*, circumdatur, *exſiſtens* nunc anxia miſeris fatis. *Commiſcet vtramque opinionem vbique; vt & naturalem, & fatalem fuiſſe tempeſtatem cenſeat.* & immoritur ſuper fluctus, & ſaxa Capharei, *ſcilicet montis*: & per cautes Euboicas, *id eſt, ſcopulos Euboici maris*, & latè per littora Ceica: cùm, *id eſt, quando*, præda Phrygiæ, *id eſt, ex Phrygiâ ablata*, vaga, *ſcilicet fluctibus agitata*, paſsim, *id eſt, quaſi per ſingulos paſſus*, peracta, *id eſt, conſummata & plenè obtenta*, fluctuat iam omnis naufraga, *id eſt, per naufragium*,

Google

fragium, in fluctu æquoreo, *id est, marino. & ita ostendit instabilitatem fortunæ, ex maris similitudine: quod & Seneca facit: quia nihil mutabilius ipso mari, quod ex tranquilitate subitò commouetur in turbinem; sicut status rerum lætus in summam tristitiam.* HIC alij sidunt pariles virtutis honore Heroës, medijsq; siti sunt. &c.] *Dicit etiam Romanos principes ac nobilitatis proceres, in Elysijs esse; de quibus & eorum historijs abundè dictum est aliud Georg. secundo:*

Hæc genus acre virûm, Marsos, pubemq; Sabellam,
Assuetumq; malo Ligurem, Volscosq; verutos
Extulit hæc Decios, Marios, magnosq; Camillos.
&, Scipiadas duros bello, & te maxime Cæsar, &c.

Ordo igitur est: Alij Heroës, pariles, *id est, æquales honore virtutis, sidunt, id est, considunt & sedent, hic, scilicet in Elysijs campis.* Et omnes sunt siti. *Id est, positi*, in sedibus medijs, *tanquam honorabilioribus, cùm inferioris meriti circumstent*: quos: *scilicet heroas*, omnis Roma, decus magni orbis, suscipit, *scilicet numerum principum suorum. hic, supplè, sunt*, Fabij, *scilicet Fabius Maximus, & cæteri de Fabiorum à Fabio dictâ familiâ*: & *hic sunt* Decij, *scilicet pater & filius, qui se pro republicâ (vt Liuius docet) deuouerũt*: & hîc est virtus Horatia, *id est, Horatij illi tergemini, quorum vnus contra Albanos Curatios victoriam obtinuit cum patriæ libertate*: & hîc *est* Curtius, *scilicet Marcus, de quo Liuius libro septimo Decadis primæ*: Eodẽ anno, seu motu terræ, seu quâ vi aliâ, forum medium fermè specu vasto collapsum in immensam altitudinem dicitur: nec eam voraginem coniectu terrę, cùm pro se quisque gereret, expleri potuisse priùs, quàm deûm monitu quæri cæptum, quo plurimum populus Romanus posset. id enim illi loco dicandũ vates canebãt, si rempublicam Romanam perpetuam esse vellent. tùm M. Curtium, iuuenem bello egregium, castigâsse ferunt; dubitantes, an vllum magis Romanum bonum, quàm arma virtusq; esset. Silẽtio facto, templa deorum immortaliũ, quæ foro imminent, Capitoliumq; intuentem, & manus, nunc in cœlum, nũc in patenteis terræ hiatus ad deos maneis porrigentem, se deuouisse: equo deinde, quàm poterat maximè exornato, insidẽtem armatum, se in specum immisisse: donaq; ac fruges super eũm à multitudine virorum ac mulierum congestas: lacumq; Curtium ab hoc appellatum; non ab antiquo illo T. Tatij milite Curtio. *Hæc ille. vnde Poëta*: Hic *est* Curtius, *appositorie*, vetus fama, nunquam moritura per æuum: *& hic est Curtius*, quem deuotum bellis, *id est, destinatum propriâ deuotione morti in bello, vt animo conceperat, obeundam, quia erat præstanti animo eques*: gurges, *id est, vorago & hiatus vorans*, consumpsit quondam in vndâ, *id est hiatu aquæ vndâtis simili*, in medijs sedibus vrbis, *scilicet Romæ*. Et *hic est* Mutius, *scilicet Scæuola*, prudens, *id est, prouidens rei exitus*, passus ardorem corpore, *id est, manu suâ*: cui potentia regis, *scilicet Porsenæ*, fracta, *id est, deuicta*, legitimè, *id est, vt decuit*, cessit in locũ, *& viam dedit. Vnde dicit Liuius, lib. 2. Decadis primæ*: Obsidio *vrbis Romæ, à Porsenâ Hetruscorum rege, post exactos Tarquinios facta*, obsidio erat, & frumenti cum summa caritate inopia; sedendoq; expugnaturum se vrbem, spem Porsena habebat: cùm C. Mutius, adolescens nobilis, cui indignum videbatur, populum Romanorum seruientem, cùm sub regibus esset, nullo bello, nec ab hostibus vllis obsessum esse; liberum eundem populum ab iisdem Hetruscis obsideri, quorum sæpè exercitus fuderit: itaq; magno audaciq; aliquo facinore eam indignitatem vindicandam ratus, primò suâ sponte penetrare in hostium castra constituit: deinde metuens, ne, si consulum iniussu, & omnibus ignaris iret, fortè deprehensus à custodibus Romanis retraheretur vt transfuga, fortunâ tùm vrbis discrimen affirmante, senatum adijt. A Transire, inquit, Tyberim, patres, & intrare, si possum, castra hostium volo: non prædo, nec populationum inuicem vltor: maius, si dij iuuant, in animo est facinus. Approbant patres. abdito intra vestem ferro proficiscitur. vbi eò venit, in confertissimâ turbâ, prope regium tribunal constitit. ibi cùm stipẽdium fortè militibus daretur, & scriba cum rege sedens pari ferè ornatu multa ageret, eumq; milites vulgò adirent, timens sciscitari, vter Porsena esset, ne ignorando regem semet ipse aperiret, quis esset: quò temerè traxit fortuna facinus, scribam pro rege obtruncat. Vadentem indè per trepidam, cruento mucrone sibi ipse fecerat viam, cùm concursu ad clamorem facto, comprehensum regis satellites retraxissent ante tribunal regis, destitutus tùm quoque, inter tantas fortunæ minas, metuendus magis, quàm metuens, Romanus sum, inquit, ciuis: C. Mutium vocant: hostis hostem occidere volui: nec ad mortem minus animi est, quàm ad cędem fuit: & facere & pati fortia, Romanum est: B nec vnus ego in te hos animos gessi: longus post me ordo est idem petentium decus: proinde in hoc discrimen, si iuuat, accingere: vt in singulas horas capite dimices tuo: ferrũ hostemq; in vestibulo habeas regiæ: hoc tibi iuuentus Romana indicimus bellum: nullam aciem, nullum prælium timueris: vni tibi, & cum singulis res erit. Cùm rex simul irâ incensus, periculoq; conterritus, circumdari igneis minitabũdus iuberet; nisi expromeret properè quas insidiarum minas per ambages iaceret: En tibi, inquit, vt sentias, quàm uile corpus sit his, qui magnam gloriá petũt: dexteramq; accenso ad sacrificium foculo inijcit: quam cùm velut alienato ab sensu torreret animo, propè attonitus miraculo rex, cùm ab sede suâ prosiluisset, amoueriq; ab altaribus iuuenem iussisset: Tu verò abi, inquit, in te magis, quàm in me hostilia ausus. iuberem macte virtute esse, si pro meâ patriâ ista virtus staret. nunc iure belli, liberum te, intactum, inuiolatumq; hinc dimitto. Tunc Mutius, quasi remunerans meritũ. Quandoquidem, inquit, est apud te virtuti honos; vt beneficio tuleris à me, quod minis nequisti, trecenti coniurauimus principes iuuẽtutis Romanæ, vt in te hac viâ grassaremur. C mea prima sors fuit: cęteri, vtcunq; ceciderit, primũ, quo ad te opportunũ iter fortuna dederit, suo quisque tempore aderunt. Mutium dimissum (cui postea Scæuolæ, à clade dextræ manus, cognomentum inditum) legati à Porsenâ Romam secuti sunt, (adeò mouerat eum, & primi periculi casus, quo nihil se præter errorem insidiatoris texisset; & subeunda dimicatio toties, quot coniurati superessent) vt pacis conditiones vltrò ferrent Romanis. *Hæc ille. Hic supple manet*, Curius, *Dentatus*, socius claræ virtutis, *scilicet fortitudinis, & continentiæ. Nam Marcus Curius Dentatus, qui de Samnitibus triumphauit, & de Sabinis, & tertiò de Lucanis, Pyrrhum Epirotam ex Italiâ pepulit: legatis Samnitum aurum offerentibus, cùm ipse in foco rapas torreret; Malo hic, inquit, in fictilibus meis esse, (id est, comedere) & aurum habentibus imperare. Vnde Iuuenalis:*

Qui Curios simulant, & Bacchanalia viuunt.

Et *hic manet* ille Flamminius, *id est, Lucius Metellus, à flammâ denominatus*, qui dedit corpora deuota flammis. *Nam sexto Fast. legitur, quòd signum cœleste Mineruæ armigeræ, quod in Troiam ceciderat, Romam deductum fuerat; seruabaturq; in templo Vestæ: quod cùm arderet, ministraq; attonitæ flerent; Lucius Metellus, homo practicus, & pontifex*, Haurit aquas, tollensq; manus, Ignoscite, dixit:

A dixit: Sacra vir intrabo, non adeunda viro. Si scelus est in me commissi pœna redundet: Sic capitis damno Roma soluta mei. Dixit, & arripuit. factum dea rapta probauit, Pontificisq; sui munere tuta fuit. *Hæc Ouidius. Adde, quæ Plutarch. dicit de comparationibus & quæ Plinius libro septimo, cap.* XLVI. *vbi dicit*: Metellum orbem luminibus exegisse senectam, amissis incendio, cùm Palladium raperet ex æde Vestæ. *De huius sanctitate est illud quoque Iuuenalis, Satyrâ tertiâ*:

Da tectum Romæ tam sanctum, quàm fuit hospes
Numinis Idæi: procedat vel Numa, vel qui
Seruauit trepidam flagranti ex æde Mineruam:
Protinùs ad censum: de moribus vltima fiet
Quæstio, &c.

Sed ad autorem redeo. Igitur sedes tales pietatis, *sunt, supple*, iure honores; *id est, iure & legitimè obtinent honorem pro tali pietate*: istic, *supple*, videas, *aut vide*, Scipiadas, *id est, Scipiones*, duces, *id est, ductores clarissimos*, quos mœnia Carthaginis Libycæ, *id est, quæ fuit in Libyâ, parte Africæ*, deuota, *id est, fataliter destinata*, triumphis, *id est, vt de illis triumpharent. Nam Scipionum alter Carthaginem tributariam fecit alter deleuit.*
B quos, *inquam*, rapidos, *id est, quasi fulminantes, mœnia Carthaginis Libycæ deuota triumphis*, horrent, *id est, exhorrent. De his ne nihil dicam, addam Plinij de viris illustr. verba, quæ hæc sunt*: P. Scipio, ex virtutibus nominatus Africanus, Iouis filius est creditus. nam antè, quàm conciperetur, serpens in lecto matris eius apparuit; & ipsi paruulo draco circumfusus nihil nocuit. In Capitolium intempestâ nocte euntem, nunquam canes allatrauerunt: nec is quidquam priùs cæpit, quàm in cellâ Iouis diutissimè sedisset, quasi diuinâ mente accepisset. XVIII annorum, patrem apud Ticinum singulari virtute seruauit. Clade Cannensi, nobilissimos iuuenes, Italiam deserere cupientes, suâ autoritate compescuit; reliquos incolumes per media hostium castra Canusium perduxit. XXIIII annorum, prætor in Hispaniam missus, Carthaginem, quâ die venit, cepit: virginem pulcherrimam, ad cuius aspectum concurrebatur, ad se vetuit adduci, patrique eius sponsor astitit. Asdrubalem Magonemque, fratres Annibalis, Hispania expulit: amicitiâ cum Syphace Maurorum rege coniunxit: Masinissam in societatem
C recepit. Victor domum regressus, consul ante annos factus, concedente collegâ, in Africam classe traiecit. Asdrubalis & Syphacis castra vnâ nocte perrupit. Reuocatum ex Italiâ Annibalem superauit. Victis Carthaginensibus leges imposuit: bello Antiochi, legatus fratris fuit: captum filium gratis recepit. A Petilio Tribuno plebis repetundarum accusatus, librum rationum in cōspectu populi scidit. Hac die, inquit, Carthaginem vici: quasi bonum factum, in Capitolium eamus, & dijs supplicemus: indè voluntarium exsilium concessit, vbi reliquam egit ætatem. moriens ab vxore petijt, ne corpus suum Romam referretur. *Idem de P. Scipione Aemiliano dicit sic*: P. Scipio Æmilianus, Macedonici filius, à Scipione Africano adoptatus, in Macedoniâ cum patre agēs, victum Persematam pertinaciter persecutus est, vt mediâ nocte in castra redierit. Lucullo in Hispania legatus, apud Interaciam oppidum prouocatorem singulari prælio vicit: muros hostiles ciuitatis primus ascendit. Tribunus in Africâ sub Tito Manlio imperatore, VII. cohortes, obsidione vallatas, consilio & virtute seruauit: à quibus coronâ obsidionali aureâ donatus, cùm ædilitatem peteret, consul ante annos vltro factus, Carthaginem intra sex menses deleuit. Numantiam in Hispaniâ, correctâ priùs militum disciplinâ, fame vicit: hinc Numantinus. Caio Lælio plurimùm vsus, ad reges adeundos missus, duos secum præter eum seruos duxit. Ob res gestas superbus, Gracchum iure occisum videri, respondit. Censor, Mummio collegâ seniore, in senatu, Vtinam mihi collegam (ait) aut dedissetis, aut non dedissetis. Susceptâ agrariorū causâ domi repentè exanimis inuentus, obuoluto capite, elatus, ne liuor in ore appareret. huius patrimonium tam exiguum fuit, vt XXXII. libras argenti, duas & semilibram auri reliquerit. *Hæc ille. Vt verò tandem ad ordinem reuertamur, pergit culex, miserè plangens, atq; lamentans; vt eius lamentatione nos commoueat ingeniosus Poëta, sic*: Illi, *scilicet dicti principes, tam Græci, quam Romani*, vigeant, *id est, sint semper in vigore*, suâ laude, *id est, propter laudem quam meruerunt*: ego, *autem, supple*, cogor adire lacus opacos *id est, vmbrosos & obscuros*, Ditis, *id est, Plutonis*, viduos, *id est, exspoliatos & expertes*, à lumine Phœbi, *scilicet nostri & cuiuslibet luminis, apud tartara damnatorum, videlicet carcerem. Secundùm tamen hunc Poëtam, in Elysiis campis est aliud genus luminis, solemq́ suum sua sidera norunt.* Et *ego cogor* pati Phlegetonta, *fluuium illum infernalem, ab ardore dictum*, (*Declinatur autem, hic Phlegeton, huius Phlegetontis, vel Phlegetontos. vnde est accusatiuus, hunc Phlegetonta*) vastum, *id est, valde amplum & capacem*: quos, *scilicet lacus omnes*, (*sunt enim quinq; Styx, Lethe, Acheron, Cocytos, & Phlegeton*) Minos, *scilicet iudex inferorum, filius Iouis, & rex Cretæ, qui ob iustitiam, quam in terris exercuit, habitus est iudex inferorum*, (*vndè Horatius*. IIII. *Carm.* Cùm semel occideris, & de te splēdida Minos Fecerit arbitria.) discernit, *id est, fingit*, maxima vincula, *id est, tanquam maxima vincula*, conscelerata, *id est, consceleratorum, per quæ vincula arceantur noxij apud inferos, ne illinc exsiliant. Vnde in sexto*:

—— & nouies Styx interfusa coërcet.

Sunt enim circuli quidam palustres, inferos cingentes. & in locutione est quædam species appositionis: quos maxima vincula scelerata Minos discernit, *supple à*, sede piâ, *id est, piorum, qui sunt in Elysiis campis: de quibus in sexto*:

—— & pauci læta arua tenemus.

Ergo, *quia scilicet ad inferos ire compellor, & rationem vitæ ac mortis reddere*, quam causam mortis, & *quam causam vitæ, scilicet meæ*, sæuæ pœnæ ab iudice, *scilicet illatæ, aut nimis compositæ*, verberibus, *id est, flagellis*, cogent, *supple, me dicere*: cùm tu sis mihi causa mali, *id est, mortis meæ, & non exactæ neque expletæ vitæ. omnes enim qui violenter moriuntur, (secundùm hunc Poëtam) inuiti ad inferos accedunt. vnde de Turno, in fine Aeneid.*

Vitaque cum gemitu fugit indignata sub vmbras.

Ne, *id est, caue sis, ne tu* conscius, *scilicet mortis meæ*, adsis. *quasi dicat: ego enim omnem culpam in te reijciam. sed tu* immemor, *id est, ingratus*; audis hæc curis tolerabilibus, *id est, modicis & transitorijs: cùm meæ sint intolerabiles, quia æternæ.* Et tamen, *id est, nihilominus, quàmuis curis solicitaris. vel*: & tandem dimittes somnia, *id est, visionem hanc, & hæc insomnia*, ventis vanis, *id est, inanibus & mendacibus, nihil eorum quæ acceperint reddentibus.* Ego digredior, *scilicet à te*, nunquam rediturus, *vt qui nunquam redeam. durum quidem verbum; sed in culice ridiculum.* Tu cole, *concessiuus modus; sed concedendi formâ vim prohibitiuam habens. nam vult dicere: non iustum esse, vt ille colat* fōtes, & virides syluas nemorum, & pascua, *existens*, lætus; & mea dicta, *id est, monita & lamenta*, rapiantur per auras diffusas. *dispersas: id est, irrita sint, & non mereantur saltem supremum, hoc est, sepulturæ honorem, sinè quo (vt dixi) putabant prisci gentiles, se in suas sedes apud inferos non posse recipi. Quia verò cæterorum meminimus, citauimusque quæ à bonis autoribus collecta inuenimus*

constitui & de Fabijs ac Decijs nonnihil adducere. Fuerunt autem multi Fabij. unde Vergil. in sexto:

Quò fessum rapitis Fabij?

De morte autem Fabiæ gentis, dicit Plinius iunior sic: Romani, cùm aduersus Veientes bellarent, eos sibi hosteis familia Fabiorum priuato nomine deposcit: & profecti trecenti sex, duce Fabio consule, fuerunt. Cùm sæpè victores exstitissent: apud Cremeram fluuium castra posuerunt. Veientes ad dolos conuersi, pecora ex aduerso in cōspectu illorum posuerunt: at quæ progressi Fabij, in insidias delapsi, ad vnum occisione perierunt. Dies, in quo id factum est, inter Nefastos relatus: porta, quâ profecti erant, Scelerata est appellata. vnus ex eâ gente, propter impuberem ætatem domi relictus, genus propagauit ad Quintum Fabium Maximum, qui Annibalem morâ fregit. Cunctator ab obtrectatoribus dictus. *De Quinto Fabio sic:* Quintus Fabius Rutilanus, primus ex eâ familiâ ob virtutem maximus magister equitum, à Papirio securi penè percussus, primùm de Apulijs, & Nucerinis; iterum de Samnitibus, tertiò de Gallis, Vmbris, Marsis, atque Thuscis triumphauit: Censor Libertinus Tribus amouit. Iterum censor fieri noluit dicens: non esse ex vsu reipublicæ, eosdem censores sæpiùs fieri. Hic primus instituit, vti equites Romani idibus, Quintilibus, ab æde Honoris, equis insidentes, in Capitolium transirēt. Mortuo huic tantum æris populi liberalitate congestum, vt indè filius viscerationem & epulas publicè daret. *Idem de Quinto Fabio Maximo sic:* Qu. Fabius Max. cunctator, vt Verrucosus, à verrucâ in labris, ita Ouicula, à clementiâ morum: consul de Liguribus triumphauit: Annibalē morâ fregit. Minutium magistrum equitum imperio æquari sibi passus est, & nihilominus periclitanti subuenit. Annibalem in agro Phalerno inclusit. Manlium Statilium, transfugere ad hosteis volentem, equo & armis donatis retinuit: & Lucano cuidam fortissimo, ob amorē mulieris infrequenti eandem emptam dono dedit. Tarentum ab hostibus recepit: Herculis signum indè translatū in Capitolio dedicauit. De redemptione captiuorum cum hostibus pepigit: quod pactū cùm à senatu improbaretur, fundum ducentis millibus vendidit, & fide satisfecit. *Idem de Decijs scripsit. De Publio quidem Decio patre, sic:* Hic bello Sānitico, sub Valerio Coruino, & Cornelio Cosso cōsulibus, tribunus militum, exercitu in angustijs Gauri montis insidijs hostium clauso, accepto quod postulauerat præsidio, in superiorem locum euasit: hostes terruit. Ipse intēpestâ nocte, per medias custodias, somno oppressas, incolumis euasit. Ob hoc ab exercitu Ciuicâ coronâ de quercu (quæ dabatur ei, qui ciues in bello seruâsset) & obsidionali, scilicet aureâ (quæ dabatur ei, qui obsidione ciues liberâsset) donatus est. Consul bello Latino, collegâ Manlio Torquato, positis apud Veserim fluuium castris, cùm vtriq; consuli somnio obuenisset, eos victores futuros, quorū dux in prælio cecidisset: cùm collato cum collegâ somnio conuenisset, vt cuius cornu in acie laboraret, is dijs se manibus voueret: inclinante suâ parte, secū hostes, per Valerium Pontificem, dijs manibus deuouit. Impetu in hosteis facto, victoriā suis reliquit. *De Publio autem Decio filio, sic:* Publius Decius Decij filius, primò cōsul de Samnitibus triumphauit: spolia de ijs Cereri consecrauit. Iterum & tertiò consul, multa domi militiæq; gessit. Quarto consulatu cum Fabio maximo, cùm Galli, Samnites, Vmbri Thusci contra Romanos cōspirassent, ibi exercitu in aciem

ducto, & in cornu inclinante, exemplū patris imitatus, A
aduocato M. Liuio Pontifice, hastæ insistens, & solennia verba respōdens, se & hostes dijs manibus deuouit. Impetu in hosteis facto, victoriam suis reliquit. Corpus à collegâ laudatum magnificè sepultum est. *Hæc ille.* DIXIT, *&c.*] *Graphicè docet abscessum culicis: quem mœstum abscessisse dicit: aut vt pastorem ad commiserationem & sepulchrum instruendum excitaret, aut quia ad inferos abire cogeretur, vbi (vt dixit) nunquam mutandus labor. Recitat præterea, quæ post eius abscessum egerat pastor: vtq; epitaphium culicis sepulchro inscripsit, quo opusculum clausurus est Poëta. Ordo autem est:* Dixit, *scil. culex, aut simulachrum eius;* & recessit tristis, cum extrema vocē, *id est, simul extremam vocem emisit:* vbi, *id est, quo tempore* inertia vitæ, *id est, qui vitam traduxerat sinè arte, & ita in modicâ re multùm turbatus erat,* dimisit hunc, *scil. pastorem sollicitum.* Nec ipse æger grauiter mentem interiùs, *id est, non habēs mentē intrinsecus grauiter ægram,* tulit, *id est, perpessus est,* vltrà, *id est, diutiùs,* dolorem infusum sensibus de morte culicis. *Et ipse* impiger, *id est, strenuus* capit, *id est, incipit, aut constituit,* conformare locum, *scil. vbi sepulchrum exstrueret: capit, dico,* quantumcunque vires seniles, *id est, quas ipse senior habebat,* tribuēre sibi. B
vires, dicit, seniles tamen: supple, tales, quis, *id est, vim inferentem, scil. serpentem, aut anguem latentem sub fronde viridi,* propter, *id est, iuxta & prope,* riuum, *id est, decursum aquæ.* Et ipse destinat, *id est, animo format,* hunc, *scil. locum,* quem cœperat orbem, *id est, circulum aut figuram rotundam,* ac repetiuit, *id est, redegit,* in vsum ferri, *id est, fossorij ferrati,* cupidum, *id est, celerem ac rapidū:* vt, *scil.* foderet de cespite viridi terram gramineam. *Cespes enim, est terra cum herbis & radicibus auulsa.* Cura, *id est, accuratio & studium, seu opera,* iam memor peragens laborē inceptū sibi, cumulauit, *id est, in cumulum & tumulum erexit,* opus congestum, *id est, accumulatum* atq; tumulis telluris, *id est, tumba in terrâ exstructa,* creuit aggere multo, *id est, cumulo,* Telluris, *id est, terræ,* in orbem formatū, *id est, tumbam orbicularis formæ:* circùm quem, *scil. orbem ac tumulum, ipse* formās lapidē, *id est, sarcophagum,* de marmore leui, *id est, polito,* conserit, *supple ipsum, varijs herbis & odoribus: existens* memor assiduæ curæ, *id est, solicitudinis.* Hìc, *supple, crescit,* &, *id est, simul, Acanthos, virgultū illud odoriferum, seu frutex, semper in Aegypto frondens: sic dictus, quòd spinis est plenus, dictum tamen in Bucol.* C

Et molli circùm est ansas amplexus acantho. *Propterea autem, quòd semper frondet, bene additur tumulo. Putauerunt enim id vmbris & manibus gratum. vnde Pers.*

Nunc non è tumulo, fortunatâque fauillâ
Nascuntur violæ.

Et Iuuenalis:

Dij maiorū vmbris tenuē, & sinè pondere terrâ,
Spirantesq; crocos, & in vrnâ perpetuū ver, &c.

Et rosa rubicunda, colore purpureo, *quem propter sanguinis conformitatem animæ appetunt. vnde in 6. Aeneid.*

Purpureos spargam flores, animamque nepotis,
His saltem accumulem donis, *&c.*

Et omne genus violæ, *quia sunt & nigræ, & purpureæ,* (*vnde,* Et nigræ violæ sunt, & vaccinia nigra) *supple, est hìc, aut crescit hìc:* & myrtus Spartica, *quæ plurima aut præstantissima crescit in Spartâ est hìc:* & hyacinthus, *scilicet flos,* (*de quo in Bucolic.* Et suaue rubens hyacinthus) *est, supple, hìc:* & crocus editus, *scilicet primùm,* aruo Cilico, *id est, in Cilicia, est, supple, hìc.* Item laurus, *appositiuè,* decus Phœbi, *propter Daphnem in eam versam. vnde in Bucol.*

—— Phœbo sua semper apud me
Munera sunt lauri, *&c.*

Rhodo.

A Rhododaphne exsurgens, *scilicet hic. Est autem Rhododaphne, frutex, qui & Rhododendrus dicitur, in Ponto crebrò nascens.* Et lilia, *supple, sunt hic; quorum color, propter lactis similitudinem, gratus putatur. Vergil. in sexto:*

—— manibus date lilia plenis,
Purpureos spargam, *&c.*

Et rura rorantia, *id est, quæ roratio est rorismarini, est, supple, hic:* & herba thuris, *id est, thurifera,* imitata priscis Sabinis opes, *id est, diuitias:* & chrysanthus, *ab auro dictus:* & nitor hederæ, *id est, hederæ nitidæ,* corymbo, *id est, fructu eius,* pallente, *id est, subalbo: laudatur enim alba. vnde in Bucol.*

—— hederâ formosior albâ.

Vnde in eodem opere:

Diffusos hederâ vestit pallente corymbos.

Et memor Bacchi regis Libyæ, *qui Libyam deuicit: & indè hederâ coronatus rediit,* hîc, *supple, est, aut crescit:* amaranthus, *scilicet arbor:* & bumastus *frutex, à mamillarum bouis similitudine dictus,* virens, *scilicet perpetuò:* & pinus semper florida: & Narcissus, *scilicet flos, aut herba eius, in quam puer versus dicitur,* non abest illinc;
B *sed adest illic:* cui, *scilicet Narcisso puero,* gloria propriæ formæ, exarsit igne cupidineo, *id est, amoris,* in proprios artus, *id est, in propria membra,* & flores quosc u nque, tempora vernantia, *id est, verna, aut ver reducentia,* nouant, *id est, innouant: non absunt, supple, illinc.* Tumulus inseritur, *id est, spargitur,* super, *id est, desuper,* his, *floribus & virgultis dictis:* tum, *id est, deinde,* elogium, *id est, epitaphium, continens titulum defuncti, & causam necis,* locatur in fronte, *id est, prima parte marmoris sarcophagi (sunt tamen qui legant,* in fronde, *id est, inter frondes: aut quia olim in folijs palmarum, vt Sibyllæ, scribebant: aut quia frondes & flores superponebantur. sed potiùs legerem,* in fronte: *quia in fronte tituli inscribi solent)* quod, *scilicet elogium,* litera, *id est, scriptura,* firmat, *id est, confirmat,* voce tacitâ, *id est, non expressâ, sed scriptâ. Epitaphij autem ordo est:* O' parue culex, ego custos pecudum; *aut Culex exsistens custos pecudum, quia pastorem seruauit:* ego reddo, *supple, pro munere, id est, dono & officio vitæ, scilicet saluatæ,* officium funeris, *id est, funebre, & exsequiales reddo, inquit, supple,* tibi nil, *id est, non aliquid,* non merenti *aliquid* tale: *quia non mortis, sed vitæ beneficium meruit. Donatus autem legit,* Tibi tale merenti, *&* reddit: *vt sit, custos pecudum reddit tibi merenti tale officium funeris, pro munere vitæ.*

DIRÆ IN BATTARVM.

BATTARE, cycneas repetamus carmine voces:
Diuisas iterum sedes, & rura canamus:
Rura, quibus diras indiximus, impia vota.
Antè lupos rapient hœdi, vituli antè leones;
Delphini fugient pisces, aquilæ antè columbas,
Et conuersa retrò rerum discordia gliscet:
Multa priùs fient, quàm non mea libera auena.
Montibus & syluis dicam tua facta, Lycurge,
Impia: Trinacriæ sterilescant gaudia nobis.
Nec fœcunda senis nostri, felicia rura,
Semina parturiant segetes; non pascua colles,
Non arbusta nouas fruges, non pampinus vuas,
Ipsæ non syluæ frondes, non flumina montes.
Rursus, & hoc iterum repetamus, Battare, carmen.
Effœtas Cereris sulci condatis auenas;
Pallida flauescant æstu sitientia prata;
Immatura cadant ramis pendentia mala:
Desint & syluis frondes, & fontibus humor:
Nec desit nostris deuotum carmen auenis.
Hæc Veneris vario florentia serta decore,
Purpureo campos quæ pingit auena colore.
Hinc auræ dulces, hinc suauis spiritus agri
Mittant pestiferos æstus & tetra venena:
Dulcia non oculis, non auribus vlla ferantur.
Sic precor; & nostris superent hæc carmina votis.
Ludimus & multùm nostris cantata libellis,
Optima syluarum, formosis densa viretis.
Tondemus virides herbas: nec læta comanteis
Iactabis molleis ramos inflantibus auris.
Nec mihi sæpè meum resonabit, Battare, carmen.
Militis impia cùm succedet dextera ferro;
Formosæque cadent vmbræ: formosior illis
Ipse cades: veteris domini felicia ligna,
Nequicquam nostris toties deuota libellis,
Ignibus ætherijs flagrabunt. Iuppiter ipse,
Iuppiter hanc aluit: cinis hæc tibi fiat oportet.
Thracis tùm Boreæ spirent immania vires;
Eurus agat mistam fuluâ caligine nubem.
Africus immineat nimbis minitantibus imbrem;

POM. Sabi. BATTARE, cycneas.] *Battarus interpretatur fagus illa, sub quâ carmina cantabat de Lydiâ.* CYCNEAS.] *Cycneâ etiâ voce Crassus apud Ciceronê de Oratore loquebatur: quia septimo pòst die mortuus est. Historici dicunt, non tam bene canere cycnos. Poëtæ tamen vsurpant. Olor totus albus est: quando maculas habet, anser syluester appellatur.* DIRAS indiximus.] *Diræ imprecationes vocantur, quæ in maleuolos & inimicos effunduntur. Scripsit Vergilius & alias Diras,*
C *quæ non inueniuntur. ideò ait,* Iterum. AVENA.] *Auena genus herbæ per se: ponitur pro stipulâ aliarum herbarum. indè fistulas pastores sibi faciunt.* LYCVRGE.] *Lycurgus, rex Thraciæ, cùm vellet vitem obtruncare, abscidit sibi genua: alij dicunt tibias.* TRINACRIÆ.] *Sicilia tâ fertilis est, vt Theophrastus sentit; quòd sterilescant eius arua, si nimiùm colantur.* SENIS nostri.] *ergo, post Bucolicum, scriptum hoc opus est. nam ibi ait:* Fortunate senex. NON flumina.] *solus Tygris in planitie in mediâ Armeniâ nascitur: cæteri fluuij in montibus nascuntur. Viduæ antiquitus habebant prata: quia colere non poterant.* DEVOTVM carmen.] *Deuouere, est per imprecationem destinare: vt Decij se deuouerunt in bello, quia pro exercitu interierunt.* ET tetra venena.] *qualis exhalatio illa tempore Antonini Pij, cùm milites deuastassent omnia Babylonis, restabat ara, senex dixit sub ea latêre thesaurû: sed ara illa erecta erat, ad cõprimendâ dirâ exhalationê. cum itaq; detectus esset lapis qui impositus erat foramini; tanta exhalatio inuasit, non modò illam regionem, sed etiâ totû orbem per trienniû.* IVPPITER hanc aluit.] *Fagus dedicata Ioui Italo Fagutali in Exquilijs, vbi templû Iouis erat. in Italiâ enim fagus Ioui sacra: alibi quercus. Sunt & alia loca, ab arboribus nominata: vt porta querna in Viminali mõte; qui, quòd indè ante vrbê conditam peterêtur vimina, viminalis dictus fuit.* ÆTHERE Cyaneo.] *Cyanos, color cœlestis. Multa portêta sub signo cancri in mense Maio emergũt è mari rubro; vt ait Plin. tunc têpestas oritur, vt opprimantur beluæ.* HAS.] *delphines fugientes, signa sunt nautis tempestatis.* BATTARE, fluminib*us*.] *vt in Bucol.* Certè equidê audieram: *Vsq; ad illud,* Et fracta cacumina fagi. *Vicina ergo, fluuio.*

BATTARE, cycneas repetamus, *&c.*] Quando- *quidê omnia, quæ ad principia solent, graphicè à Calderino explanata sũt, nos ordinê prosequimur, qui talis est.* O' Battare, *scil. arbor in agro meo sita, sub quâ olim recubui* re- ASCEN.

Cùm tua Cycaneo resplendens æthere sylua
Noscet iter, ducens Erebo tua Lydia Ditis.
Vicinæ flammæ rapiant ex ordine viteis:
Pascantur segetes: diffusis ignibus aura
Transuolet arboribus: coniungat & arbor aristas:
Pertica, quâ nostros metata est impia agellos,
Quâ nostri fines olim; cinis omnia fiant.
Sic precor; & nostris superent hæc carmina votis,
Vndæ, quæ vestris pulsatis littora lymphis,
Littora, quæ dulces auras diffunditis agris,
Accipite has voces: migret Neptunus in arua
Fluctibus, & spissâ campos perfundat arenâ:
Quâ Vulcanos agros pastus Iouis ignibus arcet,
Barbara dicatur Libycæ soror altera Syrtis.
Tristius hoc, memini, reuocasti Battare carmen.
Nigro multa mari dicunt potenta natare
Monstra, repentinis terrentia sæpè figuris:
Cùm subitò emersêre furenti corpora ponto.
Hæc agat infesto Neptunus cæca tridenti,
Atrum conuertens æstum maris vndique ventis:
Et fuscum cinerem canis exhauriat vndis.
Dicantur mea rura ferum mare: nauta caueto
Rura, quibus diras indiximus, impia vota.
Si minùs hæc, Neptune, tuis infundimus aris;
Battare, fluminibus tu nostros trade dolores.
Nam tibi sunt fontes, tibi flumina semper amica.
Nil est, quòd perdam vlteriùs merita omnia dictis.

petamus carmine, id est, iterum canamus: quia iam de Culice cecinerat, aut, quia priùs cecinerat, antequã ager restitutus erat; & iterũ nunc, quãdo ab Ario occupatus est: quæ res in Mœri declarata est. voces cycneas, id est, mœstas: nã, Cantator cycnus funeris ipse sui. Canamus sedes iterum diuisas, scil. à possessoribus seiunctas: aut militib. diuisas iterũ: & canamus rura dura quibus indiximus diras, id est, imprecationes amaras, hoc est, impia, id est, exsecrabilia, vota. Hœdi rapient ante, id est, priùs, lupos, contra naturam vtrorumq; vituli rapient antè leones: & delphini (à nominatiuo delphin9) fugiẽt pisces, scil. reliquos: aquilæ fugient antè columbas: & discordia rerũ, cõuersa retrò, id est, retrorsum, gliscet, id est, crescet, multa, id est, multùm. cùm (secundùm Sallust.) concordiâ res paruæ crescunt; & discordiâ etiam magnæ dilabantur. Nõ staret versus, si legatur Multo: & ita non construetur cum priùs, sed cum crescet. Crescet ergo multa, id est, multùm: & id prius, quàm mea auena, id est, fistula rustica, non sit libera, id est, quàm non imprecer liberè, quæ volo. O' Lycurge, rex Thraciæ, infelix & dire, ego dicam, id est, memorabo, & consimilia imprecabor, tua impia fata, id est, exitum tuum, montibus & syluis, id est, vbiq; in agro meo: id est, imprecabor vindemiatoribus vineæ meæ, quod tibi accidit. Gaudia Trinacriæ, id est, apum Hyblæarum; (de quibus in Bucol. Hyblæis apibus florem depasta salicti.) Sterilescãt nobis, nec rura fœcũda, id est, fertilia, nostri senis: (de quo in eodem: Fortunate senex, ergo tua rura manebunt) Nec segetes parturiant felicia semina: colle snon parturiant pascua, scil. caprarum: arbusta non parturiant nouas fruges: pampinus, id est, vitis pampinosa, non parturiat vuas, id est, racemos, aut botros: ipsæ syluæ non parturiant frondes: ipsi supple montes non parturiant flumina, scil. amnium, aut fontium. Repetamus rursus, & iterum, ô Battare, hoc carmen scil. exsecratorium. EFFOETAS Cereris.] Ordo est: O' sulci Cereris, id est, facti ad Cererem, hoc est, frugem ferendam: condatis, id est, abscondatis, & foueatis loco Cereris: auenas effœtas, id est, steriles. (vnde alibi: Grãdia sæpè quibus mandauimus hordea sulcis; Infelix lolium & steriles dominãtur auenæ.) Prata pallada, id est, languidas & pallidas herbas producentia: sitientia æstu, id est, præ calore desiccata: flauescant, id est, fiant flaua. Mala, id est, fructus arborum, vt poma, pendentia ramis cadant, id est, decidant, immatura, id est, ante maturitatem: & frondes desint syluis, & humor desit fontibus: nec carmen deuotum, id est, deuotiuum & imprecatiuum, seu exsecratorium, desit nostris auenis, id est, calamis rusticis, quibus hæc canimus. Hæc serta Veneris, id est, tam pulchra & odorifera, vt Veneris dicas, florentia vario colore: auræ dulces, id est, suaues: hinc, id est, procedentes ab his sertis, & spiritus agri, id est, flatus & odor diffusus per agrum, hinc, id est, ex his sertis, mutent, id est, per immutationem producant, æstus pestiferos, & venena tetra, id est, diras infectiones & pestilentias. vlla

dulcia. id est, vllæ res dulces, non ferantur oculis, id est, ad oculos: & vlla dulcia, id est, vllæ res dulces, non ferantur auribus, id est, ad aures. Ego precor sic, & hæc carmina superent, id est, maiora sint, nostris votis, id est, propter vota nostra, vel quàm sint vota nostra. Deinde ad Lydiam amicam rusticam, quam derelinquere coactus est, conuersus, inquit: Nos ludimus, id est, carmina amatoria cõficimus: & tu, ô Battare, optima syluarum, id est, præstantissima inter arbores, cantata multum nostris libellis, scilicet Bucolicis, vbi Phagum describit: densa viretis, id est, virgultis virentibus formosis: non tondemus, id est, amputamus, vmbras, scilicet tuas, virides: nec tu læta, id est, luxurians frondibus, & lætitiam afferens: iactabis ramos comantes, id est, frondentes: molles, id est, flexibiles & lentos: aut lenta, si sit nominatiui casus: & hoc auris inflantibus: nec, ô Battare, meum carmen resonabit sæpe mihi, sicut priùs. (vnde in Tityro: Formosam resonare doces Amaryllida syluas,) cum, id est, quando: dextra impia militis impij, scilicet Arij, barbari & inmitis, succedet ferro, id est, ad ferrum applicabitur: quod, pro &, hoc est, simul, formosæ vmbræ, scilicet tuæ, cadent. & ipsa, id est, tu, (alij tamen Ipse legunt: sed arboris nomen rectiùs fœminini ponitur, sicut priùs, Optima syluarum) appositoriè, ligni domini, iterum felicitate quidquam, id est, frustra, & potius deuota, id est, exitio addicta: nostris libellis, id est, per libellos nostros. Ipse Iupiter, id est, aër: flagrabit, id est, ardebit, ignibus æthereis, id est, cœlestibus aut qui sunt sub globo Lunæ. Iupiter, id est, aër temperatus, alluit hanc, C scilicet arborem Battarum, quæ fagus est. oportet, vt supple, hæc, scilicet arbor, fiat tibi, ô Battare, cinis, id est, resoluatur in cinerem & vires Boreæ Thracis, id est, illius venti, flantis ex Thraciâ, id est, septentrione, spirent tum, id est, tunc cùm hæc ardebit: immania, id est, immaniter; nomen pro aduerbio. Africus, scilicet ventus, hoc est, meridionalis, purus, id est, sinè nube: agat, id est, impellat: nubem mistam caligine fuluâ: & imber, id est, pluuia. immineat nimbis mutantibus, id est, diuersificantibus se, aut Nutantibus, id est, vacillantibus: cùm sylua tua, id est, ex te facta. (Sic ferè legitur: malim tamen legere, Eurus, id est, ventus Orientalis, agat nubem mistam caligine fuluâ. Et imber Africus, id est, meridionalis, immineat nimbis nutantibus. vt taceat Pauonium; qui salutarem) resplendens æthere Cyaneo, id est, frequenter mobili, sicut petræ Cyaneæ iuxta Pontum dicuntur mouerit: non discens iterum Erebo, id est, deo inferorum, Lydia tua, scilicet amica, Ditis: flammæ vicinæ rapiant vites ex ordine; id est, consumant per ordinem: & segetes pascantur, id est, deuorentur & absumantur, ignibus auræ, id est, aëris, aut venti vrentis, diffusis, se per omnia impia. Et (secundùm Calderinum) arbor Portica, id est, virga lignea: impia, id est, ad impios vsus redacta: quæ metata, id est, mensa est, quondam nostros agellos, ab eâ scilicet parte, quâ, supple, sunt, fines nostri: transuolet, id est, eripiatur & tradi-

A *eradicetur* arboribus: *& supple*, omnia fiant cinis: precor sic; & hæc carmina superent, *id est, maiora sint*, nostris votis, *id est, desiderijs, aut deuotionibus, sicut priùs expositum est*: VNDÆ, quæ nostris, *&c.*] *Addit continuò nouas imprecationes, in omnia, videlicet quæ in agro suo bona nôrat, & quibus bene vellet, si sua essent: vt ex ordine patebit, qui talis est.* O' vndæ, *scil. Mincij fluminis*, quæ pulsatis littora, *id est, ripas*, nostris lymphis, *id est, aquis ex nostro fundo defluentibus*: *&* quæ diffunditis agris, *id est, in agros*, dulceis auras, *id est, temperatū aëra*: accipite, *id est, intelligite*, has voces, *id est, imprecationes meas*. Neptunus, *id est, aqua maris, seu fluminis*: migret, *id est, traducat se* fluctibus, *id est, per fluctus*, in arua, *scil. sata*: & perfundat, *id est, obducat campos*, arenâ spissâ, *id est, densâ*. *Et* quâ, *scil. parte*, Vulcanus arcet ignibus Iouis, *id est, ab ardore aëris, aut fulmine*, agros, *scil. nostros*: dicatur, *supple, esse*, barbara, *id est, aspera & inculta*, altera soror Syrtis Libyeæ, *id est, quæ Libyca est, verò tamen singulariter reperitur*. O' Battare, ego memini, quòd *scil.* reuocasti hoc carmen tristius Dicunt, *scil. homines ferè omnes*, multa portenta, *id est, mōstra*, natare, mari, *scil. exsisten-* B *te*, nigro, *id est, turbato*. portenta *dicit, id est, monstra*, terrentia sæpe figuris repentinis: cùm, *id est, quando*, corpora emersère ponto, furenti subitò. Neptunus agat, *id est, impellat*, hæc cæca, *id est, incerta, & dubij odij* tridenti, *scil. baculo regali*, infesto. *alij, referentes ad fuscinam, fecerūt* Infesta: *scil. fuscinâ tridenti*: conuertens æstum, *id est, feruorem*, maris, *id est, fluuiorum*: vndique ventis conuertens atrum æstum maris: exhauriat, *id est, absumat, aut desiccet*: & exhauriat vndis canis, *id est, albicantibus*, cinerem fuscū, *id est, subnigrum*. mea rura dicantur, mare ferum: nauta caueto rura, *scil. mea, iam aquis obruta*, quibus indiximus, *id est, imprecati sumus*, diras: *appositiuè*, impia vota. O' Neptune, si nos infundimus minus tuis aris, *id est, non satis sacrificamus, nec damus, vt tale beneficium mereamur*: tu ô Battare, trade fluminibus, *scil. Mintio & Pado*, nostros dolores, *id est, quæ ex doloribus illis optamus*. Nam fontes sunt tibi semper, *supple, amici*: & flumina sunt tibi semper amica. Nil est, quod perdam vlteriùs: *quia dixi omnia* merita, *id est, pro demerito. quasi dicat: non imprecor vltrò, quàm meritum sit: & hoc dicit, ne quis reprehendat, quòd sua ita exsecretur. dicit enim, nihil suum esse: cùm nihil sit quod vlteriùs perdat.*

POM. Sabi. ARGVTI grylli.] *Gryllus, magnitudine cicadæ, corpore longiore, genus est locustæ, vndiq; per orbem terrarū perniciés agris, præterquàm in Parthiâ. Parthi gryllos comedunt. æstate stridunt potiùs, quàm canunt. vocem eius putâ: proficisci ex occipitio, quia eo loco (vt inquit Plinius) commissurâ scapularum hærent quasi dentes, eosq; dentes inter se terendo stridorē edere.* PRÆMIA belli.] *id est, Actiaci. nam post bellum Actiacum Augustus dedit agros Cremonensium & Mantuanorum militibus suis.* LYDIA dulcior illis.] *Bianor Turci* C *& Mantûs filius fuit. hic condidit Mantuam: & appellauit à nomine matris. Eius soror fuit Lydia. ideò Vergil. amatæ suæ Mantuanæ, Lydiæ nomen imponit.*

ASCEN. O' flumina vaga, flectitè retrò, *id est, retrorsum*, lymphas, *id est, aquas*, currentes: flectite, *inquam*, & *vos* aduersi, *id est, oppositi, & contra cursum naturalem versi*, diffundite cursum, *id est, flexum vestrum*, campis, *id est, in cāpos*. Amnes, *scilicet de montibus cadentes*, incurrât. *scil. in campos nostros*, passim, *& hoc* vndis remeantibus, *id est, sese in gyrum vertentibus, & ita voraginem in agro meo facientibus*: nec finant, *id est, non permittant, nec concedât*, erroribus. exire meos agros, *id est, faciant vt errores semper sint in agris meis. sic Cal-*

Flectite currenteis lymphas, vaga flumina retrò
Flectite: & aduersis rursum diffundite campis.
Incurrant amnes passim remeantibus vndis;
Nec nostros seruire sinant erroribus agros.
Dulcius hoc, memini, reuocasti, Battare, carmen.
Emanent subitò siccâ tellure paludes;
Et metat hic iuncos, spicas vbi legimus olim:
Occupet arguti grylli caua garrula rana.
Tristius hoc rursum dicat mea fistula carmen.
Præcipitent altis spumantes montibus imbres,
Et latè teneant diffuso gurgite campos:
Quiq; domos infesta minantes stagna relinquunt;
Vnde elapsa meos agros peruenerit vnda:
Piscetur nostris in finibus aduena arator;
Aduena ciuili qui semper crimine creuit.
O' malè deuoti pratorum crimine agelli;
Tuque inimica tui semper discordia ciuis.
Exsul ego, indemnatus, egens, mea rura reliqui;
Miles vt accipiat funesti præmia belli.
Hinc ego de tumulo mea rura nouissima visam;
Hinc ibo in syluas: obstabunt iam mihi colles;
Obstabunt montes; campos nec adire licebit.
Dulcia rura valete, & Lydia dulcior illis,
Et casti fontes, & felix nomen agelli.
Tardiùs ah miseræ descendite monte capellæ:
Mollia non iterum carpetis pabula nota.
Tuque resiste pater: & prima, nouissima nobis
Intueor campos: longùm manet ensis in illis.
Rura valete iterum; tuque optima Lydia salue.
Siue eris; &, si non, mecum morieris: vtrunque
Extremum carmen reuocemus, Battare, auenâ.
Dulcia, amara priùs fient, & mollia dura;
Candida nigra oculi cernent, & dextera læua;
Migrabunt casus aliena in corpora rerum:
Quàm tua de nostris emigret cura medullis.
Quàmuis ignis eris, quàmuis aqua; semper amabo:
Gaudia semper enim tua me meminisse iuuabit.
Inuideo vobis agri, formosaque prata:
Hoc formosa magis, mea quod formosa puella,
Et vobis tacitè nostrum suspirat amorem.
Vos nunc illa videt; vobis mea Lydia ludit:
Vos nunc alloquitur; vos nunc adridet ocellis:
Et mea summissâ meditatur carmina voce.
Cantat & interea, mihi quæ cantabat in aurem.
Inuideo vobis agri; discetis amare.

derinus. Aut sic: nec sinant agros nostros exire, *id est, exsui erroribus. aut*, nec sinant, *supple, quê*, exire nostros agros erroribus, *id est, propter gyros & vortices, qui errorem inducunt.* Ego memini, ô Battare, quòd reuocasti hoc carmē dulcius, *scil. quàm æquum est.* EMANENT subitò.] *Prosequitur institutum, ponendo imprecationes dirissimas; etiam contra naturæ cursum, dicens*: Paludes, *id est, aquæ palustres*, emanent subitò, tellure siccâ, *id est, vbi nunc terra sicca & arida, arationi apta*: & miles *sc. Arius*, metat, *scil. fœnum*, hinc, *id est, ab hac parte agri*, vbi nos collegimus olim spicas, *id est, fruges maturas*. rana garrula occupet caua, *id est concauitatē & antra caua*, grylli arguti, *i. vbi stabat priùs gryllus argutus.* Mea fistula dicat rursum hoc carmen tristius: imbres fumâtes, *id est, nebulosi, & ob id pestiferi*, præcipitent, *se, supple, aut, præcipites decidant altis montibus*: & teneant latè campos diffusos gurgite, *id est, impetu aquarum*: quis, *id est, quibus campis*, minâtes, *scil. milites agrorum occupatores, & incubatores, vt Arius & reliqui* relinquant dominis, *id est, proprijs possessoribus*, stagna infesta dominis. vnde, *id est, è quibus stagnis*, vnda elapsa, *id est, effluens*, peruenerit agros meos, *id est, veneris*

Et mea summissâ meditatur carmina voce.
Cantat & interea, mihi quæ cantabat in aurem.
Inuideo vobis agri: discetis amare.
O' fortunati nimium, multumque beati,
In quibus illa pedis niuei vestigia ponet,
Aut roseis digitis viridem decerpserit vuam:
Dulci namque tumet nondum viticula Baccho.
Aut inter varios Veneris stipendia flores
Membra reclinârit, teneramque illiserit herbam,
Et secreta meos furtim narrabit amores.
Gaudebunt syluæ, gaudebunt mollia prata,
Et gelidi fontes; auiumque silentia fient.
Tardabunt riui labentes currere lymphæ:
Dum mea iucundas exponet cura querelas.
Inuideo vobis agri: mea gaudia habetis;
Et vobis nunc est, mea quæ fuit antè, voluptas.
At mihi tabescunt morientia membra dolore;
Et calori infuso decedit frigore mortis:
Quòd mea non mecum domina est. non vlla puella
Doctior in terris fuit, aut formosior; ac (si
Fabula non vana est) tauro Ioue digna, vel auro.
Iuppiter auertas aureis: mea sola puella est.

per agros meos. Arator aduena, id est, peregrinus & externus, piscetur in nostris finibus: aduena, inquit, qui semper creuit crimine ciuili, id est, bello intestino, quod per ciuium crimen oritur. O' crimina agelli, deuoti malè, id est, multùm, & cum summo malo: & tu ô discordia, semper inimica tui ciuis. vnde in Tityro:

—— en quò discordia ciues
Perduxit miseros.——

Ego exsul, indemnatus, id est, non cõdemnatus propter crimen; sed tamen non indemnis: reliqui mea rura egens, id est, exsistens egenus in terrâ alienâ: vt miles, scil. barbarus, accipiat præmia belli funesti, id est, quod funeris causa est, aut detestandi, quia ciuilis. Ego visâ hinc, id est, ab hoc loco, de tumulo, id est, colliculo, vbi erat sepulchrum Ocni Bianoris, mea rura nouissima, id est, extremos fines eorum: aut, visam nouissima, id est, nouissimè: aut, nouissimo de tumulo mea rura: & ibo hinc in syluas, & colles obstabunt, id est, contrà stabunt, dum in syluas abire volam. Et montes obstabunt: nec licebit adire campos, id est, loca plana, & campestria: & ita, quia non dabitur aufugiendi locus, neq; per plana, neq; per aspera dulcia rura valete: & ô Lydia, scil. amica rustica, dulcior illis, scil. aruis meis, & fontes casti puri, id est, & limpidi & sacri, & nomen agelli fœlix, id est, beatum à multis prædicatum: aut felix, pro felicis agelli. Ah miseræ capellæ, descendite tardiùs montibus: quia non carpetis iterum pabula mollia, nota, id est, assueta vobis. quasi dicat: vt primùm descẽderitis, incidetis in manus militũ, qui vos absument. Et tu pater, scil. Rusace Maro, resiste, scil. militibus: & ego intueor, id est, inspicio (pro quo quidam Intueor dicũt) nouissima, id est, vltimo loco, campos prima, id est, primùm, hoc est, præcipuè, nobis, scilicet debitos: hostis manet in illis longùm, id est, per longum tempus. sic enim ferè de tempore dicitur longùm, sicut de loco longè. vt in Bucol.

Et longùm formose vale, vale, inquit Iola.
Rura valete iterum, tuque optima Lydia salue.

Vtrumq;, id est, vtroq; modo, siue eris, mecum scil. vsq; ad mortem, (sed in re lætâ noluit meminisse mortis, propter omen malum euitandum) siue non morieris mecum, scilicet non eris mecum vsque ad mortem, quam in dissidio nominat, quasi innuat longùm velle viuere secum, & paruifacere eius mortem, si cum alio fuerit. Battare, reuocemus, id est, repetamus, auenâ carmen extremum, id est, de re amatoriâ, de qua extremo loco dicturus sum. DVLCIA, amara prius, &c.] Ordo est: Dulcia fient priùs amara; & mollia, fient priùs dura: & oculi cernent priùs candida nigra, scil. effecta aut vt nigra; & cernent dextera, id est, quæ dextera sunt, læua, id est, sinistra: casus, id est, euenta fortuita, migrabunt priùs in aliena corpora rerũ: id est, omnia priùs in contrarium & præter naturam euenient: quàm cura tua, id est, de te suscepta, (staret sententia, si diceret Tui: sed versùs non patitur) emigret, id est, transferatur, de nostris medullis: licebit enim me meminisse semp tua gaudia. & ideò, O' agri, & formosa prata, ego inuideo vobis, hôc, id est, eò, & tantò magis, quod mea

formosa puella est vobis, id est, apud vos; & quòd ipsa tacitè suspiret, id est, suspirio indicet, amorẽ vestri, id est, quem de vobis habet: quia dulcis amor patriæ est. Illa videt nunc vos: & mea Lydia ludit nunc vobis, quasi ad delectationem vestram. cùm ego absim. Ipsa alloquitur nunc vos, & adridet, supple vobis, nunc ocellis, id est, oculis per lasciuiam contractis: & meditatur, id est, exercet, & cãtat voce submissâ, carmina mea, id est, à me, vel de me composita: & cantat interea ea, quæ cantauit mihi in aurem, quasi secreta, & non prodenda: quia celari vult sua furta Venus, O' agri, ego inuideo vobis: quia discetis amare, scilicet à Lydiâ, quæ amorem canit, & amatoria carmina. O' agri fortunati & beati nimiùm, in quibus illa, sci. tam formosa puella, ponet vestigia niuei pedis: aut in quibus decerpserit digitis roseis, id est, rubicundulis & odoriferis, vuam viridẽ, adhuc immaturam. Nam vitecula (quasi à nominatiuo Vites, quòd si legatur, vt in multis, Viticula, ti syllaba producitur: sicut à Satyrico in Cuticula) Viticula igitur, id est, parua & tenella vitis, nondum tumet dulci Baccho, id est, maturo vino, aut succo: aut supple, in quibus illa, scil. Lydia, reclinârit, id est, reclinauerit, membra inter varios flores, appositoriè, stipendia Veneris; id est, qualem rationem dat Venus pro stipendijs: & illæserit, id est, concumbendo & reclinando se, herbam teneram: & ipsa secreta, id est, separata ab arbitris, & in locis solis exsistens, narrabit furtim, id est, furtiuè & clanculùm, meos amores. Syluæ audientes, scil. eos, gaudebunt, & prata mollia gaudebunt, & fontes gelidi, id est, subfrigidi, gaudebũt: & silentia auiũ fient, id est, aues reticebunt, & continebunt cantus suos, vt audiant cantilenas Lydiæ: riui tardabunt, supple se: & ideò ô lymphæ, quæ nondũ illuc vsq; percurristis, currite labentes, scil. continuè, dum, id est, donec, mea cura, id est, amor meus, seu amica mea, quæ mihi curæ est Lydia, exponit querelas iucũdas, id est, amatorias. O' agri, ego inuideo vobis: quia habetis mea gaudia, & ea voluptas, quæ fuit antè mea, est nũc vobis, id est, vestra. Heu mihi, membra, scil. mea, morientia scil. igne amoris, tabescũt, id est, lentè absumuntur, corrupta tabe, dolore, id est, præ dolore: & calor, scil. naturalis, decipit, scil. me, aut defecit, frigore mortis, id est, mortali, aut mortifero infuso: quòd, id est, quia, mea domina (sic enim precipua amica vulgò dicitur. & coniux etiam à Græcis domina vocatur: vt Helena à Deiphobo, in 6. Aen. &, Hi dominam Ditis, &c.) nõ est mecum: vlla puella nõ fuit doctior, ac formosior in terris: ac, si fabula non est vana, scilicet re, id est, inanis & friuola, nihil de historiâ continens: hoc est, si vera est fabula, quæ de Europâ & Danaë narratur: ipsa puella mea est digna Ioue tauro, id est, vt in taurum eam auecturus mutetur; sicut mutatus est, dum Europam, Agenoris filiam, auexit: vel Ioue auro, id est, in aurum, hoc est, aureum imbrem (sicut in Eunucho recitatur) verso. ô Iupiter auertas, supple te, ab eâ, ne capiaris: quia mea puella est auro digna.

No-

Digitized by Google

Felix Taure, pater magni gregis, & decus, à te
Vaccula non vnquam ſecreta cubilia captans,
Fruſtrà te patitur ſyluis mugire dolore.
Et pater hœdorum felix, ſemperque beate:
Siue petis monteis præruptos, ſaxa pererrans;
Siue tibi ſyluis noua pabula faſtidire,
Siue libet campis: tecum tua læta capella eſt.
Et mas, quicunque eſt, illi ſua fœmina iuncta,
Interpellatos nunquam plorauit amores.
Cur non & nobis facilis natura fuiſſet?
Cur ego crudelem patior tam ſæpè dolorem?
Sidera per viridem redeunt cùm pallida mundum,
Inque vicem Phœbe excurrens, atque aureus orbis
Luna tui tecum eſt: cur non eſt mea mecum?
Luna, dolor noſti quid ſit, miſerere dolentis.
Phœbe gerens in te laurus celebrauit amorem;
Et quæ pompa deûm niſi ſyluis fama locuta eſt.
Omnia vos eſtis: ſecum ſua gaudia geſtat:
Aut inſperſa videt mundo, quæ dicere longum eſt.
Aurea quinetiam cùm ſecula voluebantur,
Conditio ſimilisque foret mortalibus illis.
Hæc quoque præterea notum Minoidis aſtrum,
Quæque virum virgo, ſicut captiua ſecuta eſt.
Lædere cœlicolæ potuit vos noſtra quid ætas?
Conditio nobis vitæ quæ durior eſſet?
Auſus ego primus caſtos violare pudores,
Sacratamque meæ vitam tentare puellæ?
Immatura meæ quoque noxæ ſoluere fata?
Iſtius atque vtinam facti mea culpa magiſtra
Prima foret: lethum vitâ mihi dulcius eſſet.
Nam mea non vllo moreretur tempore fama:
Dulcia cùm Veneris furatus gaudia primus
Diceret, atque ex me dulcis foret orta voluptas.
Nam mihi non tantum tribuerunt impia vota;
Auctor vt occulti noſter foret error amoris.
Iuppiter antè ſui ſemper mendacia furti
Cum Iunone, priùs coniux quàm dictus vterque eſt;
Gaudia libauit, dulcem furatus amorem.
Et mecum tenerâ gauiſa eſt ludere in herbâ,
Purpureos flores, quos inſuper accumbebat,
Candida formoſo ſupponens brachia collo.
Tum, credo, fuerat Mauors diſtentus in armis.
Nam certè Vulcanus opus faciebat, & illi
Triſti, turpabatque malâ fuligine barbam.
Non aurora nouos etiam plorauit amores,
Atque rubens oculos roſeo celauit amictu.
Talia cœlicolæ, nunquid minùs aurea promo?
Ergo quod Deus, atque heros; cur non minor ætas?
Infelix ego, non illo qui tempore natus,
Quo facilis natura fuit. ſors ô mea læua
Naſcendi, miſerumque genus, quo ſera libido eſt!
Tanta meæ vitæ cordis fecère rapinam
Vt maneam, quod vix oculis cognoſcere poſſis.

A POM. Sabi. NOTVM Minoidis aſtrũ.] *Ariadne, filia Minois, ſeu, vt alij volũt, neptis ex Deucalione filio, relicta in Naxo à Theſeo: quæ & Dia dicebatur.* SACRATAM vittâ.] *Virgines habebant vittas, ad honorem Dianæ, tanquam ſacerdotulæ.* VVLCANVS.] *hic omnibus dijs arma fabricabat.* FVLIGINE.] *id eſt, galeâ nouâ.* NON aurora.] *Aurora, filia Titanis & Terræ: Tithoni, filij Laomedontis.* VELAVIT amictu.] *Virgines, amiſſâ virginitate, velabant præ pudore oculos panniculo.*

ASCEN. FELIX taure, pater magni gregis.] *Conqueritur, ſuam conditionem eſſe de-* B *teriorẽ, quàm Tauri; qui cum vaccis ſemper verſatur: cùm ipſe ab amicâ longè exſulet. Ordo eſt:* O Taure pater, decꝰ magni gregis, *id eſt, armenti,* felix, *ſupple,* es. *Nam* vaccula, *id eſt, iuuenca,* captans ſecreta cubilia ad te: non patitur vnquá (*& ita leges: non autem,* Nonnunquam) te mugire fruſtra, *ſupple in ſyluis,* dolore, *id eſt, præ dolore:* & ô pater hędorum, *id eſt, hœde, aut caper* (*ſi non dicitur à capiẽdo*) felix & ſemper beate: *quia* ſiue petis montes præruptos, pererrans ſaxa: ſiue libet tibi faſtidire *in* ſyluis noua C pabula: ſiue *libet faſtidire, id eſt, vſque ad faſtidium ſumere, noua pabula,* campis, *ſcilicet iacentibus:* tua capella eſt *ſemper* tecum læta. Et quocunque, *ſupple, loco,* eſt mas, *id eſt, maſculus:* illi, *id eſt, illîc, eſt* ſua fœmina: *vel ſic:* Et quicunque mas, *id eſt, maſculus alius,* eſt; illi *eſt* ſua fœmina iuncta. *& ideò* nunquá plorauit amores interpellatos, *id eſt, impeditos, ac per tempus interruptos.* cur natura non fuiſſet, &, *id eſt, etiam,* vobis, *ſcilicet hominibus, non ſolis pecoribus;* facilis, *id eſt, indulgens & benigna, & ad generationem non laborioſa?* Cur ego patior tam ſæpe crudelem dolorem? cùm, *id eſt, quando,* ſidera pallida, *id eſt, ſubalba,* redeunt per mundum viridem, *ſcilicet ad ortus, & in orbes ſuos:* & ô Phœbe excurrens inuicem, *id eſt, viciſſim, atque, id eſt, ſicut* orbis aureus, *id eſt, globus Solis, excurrit, ſupple,* Luna tua, *ſcilicet ſoror aut amica,* eſt tecum: cur &, *id eſt, etiam,* mea, *Luna, id eſt, amica mea,* non eſt mecum? *quaſi dicat: quocunque Sol percurrat, ſemper habet amicum ſororem ſequentem: cur ergo & mea me non ſequitur:* ô Phœbe, *tu* noſti quid ſit dolor, *ſcilicet amoris impatientia:* (*quia Daphnen impatienter amauit*) miſerere *igitur* dolentis: *&* gerens laurus in te, *id eſt, ad honorem tuum, hoc eſt, ſacerdos tuus, & poëta tibi ſacratus,* celebrauit amorem, *ſcilicet tuum* &, *his, ſupple,* quem pompa deûm, *id eſt, deorum, hoc eſt, pompoſus cœtus deorum, &* non *quem* fama locuta eſt, *ſupple in,* ſyluis. (*Omnia ſunt tam inuerſa; vt difficile ſit, ſententiam bonam comminiſci. referimus dotem ad hæc ſuum cuiuſq; iudicium.*) Vos, *ſcilicet Phœbus & Phœbe, hoc eſt, Sol & Luna,* eſtis omnia, *id eſt, omnia tenetis, aut omnium eſtis cauſæ. & id per parentheſim videtur inſertum: hoc eſt, Phœbus, quem pompa deorum extollit; non qui in ſyluis, id eſt, rerum corruptibilium & generabilium regione, verſatur, vt nũc mortales:* geſtat ſecum *ſemper* ſua gaudia, atque videt *ea* inſperſa mundo: quæ, *ſcilicet gaudia,* longum eſt dicere. *Loquitur autem de Daphne, id eſt, lauro, quam ſecum ferre dicitur, & quam in terris videt: aut de Lunâ ſorore, quam amat: quæ in cœlo Luna; in terris Diana; & apud inferos Proſerpina dicitur. aut de concentu atq; ſymphoniâ cœleſti: vnde & lyram geſtat.* Quinetiam cùm ſecula voluebantur, *id eſt, per ſyderum benignam reuolutionem erãt,* aurea: & *cùm hæc* conditio, *ſcilicet noſtra, id eſt, humana,* foret, *id eſt, eſſet,* mortalibus, *ſcilicet nobis,* ſimilis illis, *ſcilicet immortalibus* (*quia nymphæ tunc errabant per ſyluas; & non minùs dij, quàm mortales amabant. vnde Iuuenal. Satyrâ ſextâ:* Viderunt primos argentea ſecula mœchos.)

Præterea aſtrum Minoidis, *id eſt, Ariadnes, Minois filiæ, hoc eſt, corona aurea,* (*quia Ariadne à Baccho corrupta meruit, & quòd in cœlum tranſlata eſt*) *eſt* notum, *ſcilicet cunctis:* & virgo, quæ ſecuta eſt virum. *ſcilicet Bacchum aut priùs Dædalum,* ſicut captiua, *ſcilicet Ariadne: nota, ſupple, eſt. hoc eſt: manifeſtum, & deos amâſſe; vt Phœbum,*

Digitized by Google

Baccum, Iouem, Martem, &c. Asserere tamē (vt Plin. sensit) deorum connubia, aut adulteria, proximè accedit ad dementiam. Cùm igitur mortales cum dijs amarent, & amarentur: ô cœlicolæ, quid, id est, in quo, nostra ætas, id est, fragilis mortalitas, potuit lædere nos? quasi dicat, in nullo. & tamen quæ conditio vitæ esset, id est, esse posset, nobis durior? supple, quàm nobis quasi a muli confertis: cùm amare cogitis, nec amatis potiri sinitis? quasi dicat, nulla. & ita plangit iniquā sortē. AVSVS ego primus, &c.] Defendit culpam suā, ab exemplo Deorū. ob quam rem D. August. detestatus comœdias, vt Eunuchum Terentij, & cæteras, quæ deorum adulteria, quasi ad iuuenum corruptelam, proponunt exempla. Ordo autem est: Ausúsne, supple sum, ego, primus violare castos pudores? quasi dicat, nō: cùm & dij & homines id sæpè fecerint. Et ausus sum ego primus tētare, id est, sollicitare ad corruptionem, aut attingere, vitium, id est, signum virginitatis, quod in capite ferebat, sacratum, scilicet Vestæ, aut virginitati puellæ, id est, amicæ meæ? quasi dicat, non. Et ausus sum ego primus soluere facta meæ noxæ, id est, concubitus cum Lydiâ meâ, immatura, id est, nondum soluenda, id est, aperienda & prodenda? quasi dicat, minimè. Atq; vtinam primus corripuissem puellas, nec alius puellam meam sollicitasset: quia vita esset mihi diutiùs letho, id est, diutiùs viuerem in famâ hominum, quàm essem in morte. Nam mea fama non moreretur vllo tempore: cùm, id est, quādoquidem, ego dicerer furatus primùm dulcia gaudia Veneris, id est, concubitus, atq; dulcis voluptas foret orta ex me. Nam vota impia, id est, aut nefanda desideria, aut diræ imprecationes, non tantum, id est, non intantum, rubuerunt, hoc est, pudore affecta sunt ob culpam: vt error noster foret, id est, esset, autor, id est, inceptor, amoris occulti, id est, libidinis furtiuæ. Iupiter factus semper mēdacia sui, id est, de se, cum Iunone, scil. sorore & coniuge: id est, factus mendax, & aliam de se exspectationem, & aliam exhibens effectum: antequā vterq;, scil. tàm ipse quàm Iuno, dictus est coniux: libauit, id est, degustauit, gaudia, id est, voluptatem, furatus amorem dulcem; & ideò præcipuè dulcem, quia furtiuum. quia, vt etiam in Prouerb. Salomonis dicitur, Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior. cuius rei causa videtur: quia Nitimur in vetitum semper, cupimusq; negata. Vnde commercia Veneris, dicūtur furta. vnde est, Cælari vult sua furta Venus. Quocirca animaduertit in Cynicos D. August. qui in propatulo voluerunt habere Venerem: argumentantes, nihil turpe, quod idem naturale. Sensus autem est: Iouem, cùm tantùm frater esset Iunonis, & nondū coniux, habuisse cōmercium cum eâ: vt ostendat, multū abesse, vt ipse primus dicatur, qui virginalem violauerit pudorem. quia, vt ex Iuuen. diximus: Viderunt primos argentea secula mœchos. Verùm culpa nō ideò minor, quòd antiqua, & in multis est. sicut. Non minùs, secundùm August. ardebunt, qui cum multis ardebunt. Et, supple, puella mea Lydia, gauisa est ludere mecum in herbâ; ergo non oppressit inuitam: supponēs collo formoso grandia gaudia, id est, res voluptatis, scil. flores purpureos, insuper quos, vacat in, ipsa accumbebat, (spondaicus versus) accumbentis languorem indicat. Vt verò culpam suam, quam fatetur, palliet, innititur deorum autoritatibus, dicens: Ego credo Mauors, id est, Mars, deus belli, qui cum Venere in adulterio deprehensus est, fuerat distentus, scil. à Venere, in armis: & id per ironiam. Nā certè Vulcanus, maritus Veneris, faciebat opus, scil. fabrile, & turpabat illi barbam fuligine, id est nigredine ex fumo factâ, tristi atq; malâ, id est, nociua, & non ad voluptatem: vt est ea, quā, vt autor est Iuuenal. Molles supercilia depingunt. Non, id est, nunquid; & per ironiam: nam vult dicere, quòd maximè ita, Aurora, scil. Tithoni coniux, & mater Memnonis, plorauit etiam amores nouos: atq; ipsa rubens celauit, id est, occultauit, oculos, amictu roseo, id rosei coloris? Cœlicolæ, id est, dij cœlestes, talia, supple, egerunt aut gesserunt. & est honesta eclipsis: sicut, Talia per Latium, supple, gerebantur. Nunquid ego promo minùs aurea, id est, honesta, & aureo seculo digna? quasi dicat, nō: quia deos arguere, nefas duxit. Ergo cur ætas minor, id est, fragilis & mortalis, videlicet humana conditio, nō supple, faciat; quod deus, supple, fecit, qui erat in aureo seculo, atq; heros, qui erāt in aureo seculo: id est, quod & hi, qui pro dijs habiti sunt, & qui proximè ad deorum vitam accessisse putantur, vt Heroës, fecerunt. nam Iupiter, Neptunus, & Pluto, summi illi dij, virginū raptores leguntur: & Achilles, & Hercules, & Paris, & sexcenti alij. Ergo (vt dixi) D. August. meritò reprehendit eos, qui suæ turpitudinis citant autores. Ego, supple sum, infelix, qui nō sum natus illo tempore, quo natura fuit facilis: quia (vt Amasius poëta dicit) tribus violis puellā comparabant. O' mea sors nascendi, supple quàm est, læua, id est, inimica mihi: sicut dextrum, secundū & fauorabile dicimus. & ô miserum genus (modestiùs tamen, secundùm Vallam, & cum minore excandescentiâ supprimitur; quàm exprimatur O' cum accusatiuo) quo, id est, in quo, libido est sera, id est, nimis tarda. quia tunc primum exæstuās, cùm negatur quod petiuerat (vnde vult dicere, se iam primùm impatienter Lydiam amare, quando eâ carendū est. Id aūt, secūdùm veterē superstitionē, quæ in multis hodie vsq; perdurat, fato, id est, nascēdi sorti, imputat.) Vitæ meæ fecēre tantâ rapinâ cordis, id est, tantū abstulerunt à corde meo: vt ego maneā supple illud, quod vix possis cognoscere oculis, id est, tantâ miseriâ confectus, & macie exhaustus per impatientiam; vt tu, id est, quicunq; (nam secundā personā pro quālibet posuit) vix possis me cognoscere oculis, id est, visu; quàmuis per loquelam, aut alia indicia, facilè agnosci possit. Et hæc in Diras. quantâ potuimus commoditate.

ÆTNA: INCERTI AVTORIS.

AETNA mihi, ruptisque cauis fornacibus ignes,
Et quæ tam fortes voluant incendia causæ;
Quod fremat imperium; quid raucos torqueat æstus;
Carmen erit. dexter venias mihi carminis autor:
Seu te Cynthos habet; seu Delos gratior illâ;
Seu tibi Dodone potior: tecumque fauentes
In noua Pierio properent à fonte sorores
Vota. per insolitum Phœbo duce cautius itur.
Aurea securi quis nescit secula regis?
Cùm domitis nemo Cererem iactaret in aruis,
Venturisque malas prohiberet frugibus herbas;

ASCEN. AETNA mihi] Quia à Calderino cætera satis explicantur: ordo est: Ætna, mons ille Siciliæ, perpetuis ignibus flagrans, & ignes rupti, id est, erumpentes, aut eructati, cauis, id est, concauis aut excauatis, fornacibus: & quæ causæ tam fortes, id est, tam efficaces, voluant incendia, scilicet tanta & tam continua: quod imperium premat, & quod imperium, aut quid, id est, quæ res, torqueat æstus raucos, id est, raucè crepitantes: erit mihi carmen. vel, Carmen erit mihi Aetna, id est, canam de Aetnâ, & ignibus eius. & ô Apollo, tu, supple, eris, mihi autor carminis, dexter, prosper & fauorabilis: seu id est, siue, Dodone, sylua illa Epiri, vaticinio nobilis, (declinatur autem hoc loco: hæc Dodone, huius Dodones.) supple, erit, tibi potior, id est, eligibilior quàm quisquam alius locus. & Phaselis, mons ille Lyciæ, ardens vt Aetna, est tecū. seu Cynthos mons, aut potiùs insula inter Cycladas, habet te, seu Delos

Digitized by Google

A Delos *est* gratior illâ: *scilicet Cyntho insulâ: id est, vbicunq; est, erit mihi carminis autor. & sorores, scilicet Musæ, Iouis & Mnemosynes filiæ*, properent, *id est, properanter veniant*, à fonte Pierio, in noua vota, *scilicet mea: quia itur, scilicet ab omnibus poëtis*, Phœbo duce, *id est, ducente, aut ductu Phœbi*, tutiùs per insolitum, *scilicet iter, aut per rem insolitã & nouã. Quare aũt rem nouã scribere tentet, docet: sicut in Georgic. quia,*

Cætera, quæ vacuas tenuissent carmina mẽtes,

Annua sed saturæ complerent horrea messes:
Ipse suo flueret Bacchus pede, mellaque lentis
Penderent folijs, & pingui Pallas oliuâ:
Secretos amnes ageret cùm gratia ruris?
Non cessit cuiquam meliùs, sua tempora nôsse.
Vltima quis tacuit iuuenum certamina Colchos?
Quis non Argolico defleuit Pergamon igni
Impositam? & tristi natorum funere matrem?
Auersúmue diem, sparsúmue in semine dentem?
Quis non periuræ doluit mendacia puppis,
Desertam vacuo Minoida littore questus?
Quidquid in antiquum iactata est fabula carmen,
Fortiùs ignotas molimur pectore curas.
Qui tanto motus operi, quæ causa perenneis
Explicet in densum flammas, & ructet ab imo
Ingenti sonitu moles, & proxima quæque
Ignibus irriguis vrat. mens carminis hæc est.

lico, *id est, Græco, seu Argolicorum manu iniecto? & quis non defleuit* matrem, *scilicet, Medeam*, tristem funere, *id est, propter necem natorum, id est, filiorum, quos interemerat? (vt dictum est Ecloga octauâ, ad illud:*

Sęuus amor docuit natorum sanguine matrem
Commaculare manus.)

Ve, *pro vel*, diem auersum, *scilicet à cœnâ Thyestæ: (vt declaratum est à Ser. ad illud Aen. 1.*

Nec tam auersus equos Tyriâ Sol iũgit ab vrbe.)

Omnia iam vulgata: quis aut Eurysthea durum,
Aut illaudati nescit Busiridis aras? *&c. Et hic.*

Aurea securi quis nescit secula regis? *Id est, quæ fue-*
B *runt sub rege securo, scilicet sub Saturno? ideò autem* securi, *quia regnauit:* cùm nemo iactaret Cererem, *id est, frumentum*, in aruis domitis, *id est, cultis:* & cùm nemo prohiberet frugibus venturis, *id est, à futuro frumento*, herbas malas, *id est, nociuas.* sed cùm sacræ messes, *id est, fruges, deorum dono, aut beneficio naturæ, sponte nascentes:* complerent annua, *id est, annuè, aut annuatim; vt sit nomen pro aduerbio: aut figuratè tempus rei accommodat, vt sint* horrea annua, *id est, quotannis replenda. & cùm* Bacchus, *id est, vinum*, flueret suo pede, *id est, sponte nascens, non calcatum pedibus vindemiatorum:* & cùm mella penderent folijs lentis, *propter pondus & liquorem. (vnde de Ioue in Georg.* Mellaque decussit folijs, *&c.*) Et cùm Pallas, *scilicet inuentrix oleæ Minerua*, ageret, *id est, duceret*, riuos secretos, *id est, secretè & facilè fluentes*, oliuâ, *scilicet arbore*, pingui, *propter oleum aut oliuum.* cùm gratia ruris, non cessit cuiquam nôsse sua, *id est, opportuna tempora*, meliùs, *scilicet quàm alteri: id est, cùm omnes indifferenter scirent tempora, quæ messor, quæ curuus arator haberet.* Quis tacuit, *id est, non descripsit? quasi dicat, nemo*
C *ferè poëta.* Colchos, *appositiuè*, vltima, *id est, pessima & grauissima*, certamina iuuenum, *scilicet Argonautarum; qui è Colchis redeuntes, Troiam deleuerunt.* Quis non defleuit Pergamon, *id est, Troiam (declinatur, hæc Pergamos; & pluraliter, Pergama)* impositam igni Argo-

Aut dentem, *scilicet Draconis*, sparsum, *scilicet à Cadmo*, in semine, *id est, loco seminis: vnde nati sunt armati, qui se mutuis vulneribus interemerunt.* Quis non doluit, *id est, dolenter descripsit*, mẽdacia puppis periuriæ, *id est, quam Theseus periurus è Cretâ vexit, cum Phædrâ & Ariadne, relinquens Ariadnen, cui fidem iurauerat, in insulâ Diâ? Et quis* non questus, *supple; id est, elegis descripsit, (nam* Versibus impariter iunctis querimonia primùm, *&c.*) Minoida, *id est, Minois filiam Ariadnen*, desertam, *derelictam, supple*, in littore vacuo; *quia sinè marito & cultoribus? quasi dicat, nemo non questus est.* Quidquid, *id est, qualitercunque*, fabula est iactata in antiquum carmen: *Sed nos* molimur, *id est, cum molimine agitamus*, pectore fortiùs, *id est, accuratiùs*, curas ignotas: *videlicet* qui motus, *supple, sint*, tanto operi, *scilicet æstus Aetnei perpetuò durantis. &* mens carminis est hæc, *inquirere*, quæ causa explicet, *id est, emittat*, in densum, *id est, densè;* flammas perẽnes, *id est, totum annum, imò totum tempus durantes:* & ructet, *id est, eructet, supple cum*, ingenti sonitu, moles, *id est magna saxa, ab imo scilicet fundo. (vnde 3. Aeneid.*

—— horrificis iuxtà sonat Ætna ruinis:
Interdumque atram prorumpit ad æthera nubẽ,
Turbine fumantem piceo & candente fauillæ:
Attollitque globos flammarum; & sidera lambit:
Interdum scopulos, auulsaque viscera montis
Cum gemitu glomerat, fundoq; exæstuat imo.)

Et *quæ causa* vrat proxima queq;, *id est, omnia propinqua*, ignib. irriguis, *id est, irrigãtibus; qa sulphuratis & pinguib.*

PRINCIPIÒ, ne quẽ, *&c.*] *Hoc vnum verbum mihi fidem fecerit, Vergilianum nõ esse hoc carmen. quippe qui in Georg. dicit:*

Me verùm dulces capiant ante omnia Musæ.
Quarum sacra fero ingenti perculsus amore:

Et qui ad Musas in 7. Aeneid. dicit:

Et meministis enim diuę, & memorare potestis.

Non hîc tam seuerè in poëtas animaduerterit. Loquitur tamen, quisquis est autor, de fustilibus, & nõ de grauibus poëtis. Veruntamen non in tam excellenti opere (de Aeneide loquor) fabulam secutus esset de Aetnâ, si id vitio dan-

Principiò, ne quem capiat fallacia vatum,
Sedes esse dei, tumidisque è faucibus ignem
Vulcani ruere, & clausis resonare cauernis.
Festinantis opus. non est tam sordida diuis
Cura; neque extremas ius est demittere in artes
Sidera: subducto regnant sublimia cœlo.
Illa neque artificum curant tractare laborem.
Discrepat à primâ facies hæc altera vatum.
Illis Cyclopas memorant fornacibus vsos:
Cùm super incudem nemorosa in verbera fortes,
Horrendũ magno quaterent sub pondere fulmen,
Armarentq; Iouem. turpe est sinè pignore carmẽ.
Proxima viuaces Ætnei verticis ignes.
Impia sollicitat Phlegæis fabula castris.
Tentauêre (nefas) olim detrudere mundo
Sidera, captiuique Iouis transferre gigantes
Imperium, & victo leges imponere cœlo.
His natura suos aluo tenus ima per orbes
Squameus intortos sinuat vestigia serpens.
Construitur magnis ad prælia montibus agger.
Peliõ Ossa terit: summus premit Ossan Olympus

dum censuisset. Præterea, vt taceam, stylum non congruere cum Vergilianis Musis: (nam multùm ab illis friget) etiam hoc testimonio est: quòd Tityon hic per septem iugera porrectum videmus; vt in 6. Aeneid. per nouem. Sed vt institutum peragam: Ordo est: Principiò, *scilicet dico, aut admoneo*, ne fallacia vatum, *id est, poëtarũ*, capiat, *id est, decipiat*, quem, *id est, aliquem; persuadendo videlicet:* sedes dei, *scilicet Vulcani, (vt 6. Aen. dicet)* esse, *supple, ibi &* ignem ruere, *id est, præcipitem ferri*, è faucibus Vulcani: & opus dei festinantis resonare, *supple*, in cauernis clausis, *id est,*

Iam coaceruatas nituntur scandere moles,
Impius & miles metuentia cominus astra
Prouocat infestus cunctos ad prælia diuos.
Prouocat admotis *.
Iuppiter è cœlo metuit; dextramque coruscâ
Armatus flammâ remouet caligine mundum.
Incursant vasto primùm clamore gigantes.

id est, antro Vulcani. Ne, dicit, capiat: quia principio monet, quòd cura non est diuis tam sordida, id est, de tam sordidis rebus: neq; ius est dimittere, scilicet deos, in artes extremas, id est, vilissimas. (& id secûdùm Epicurum; secundùm quem dicit Flaccus, primo Serm.

—— credat Iudæus Apella;
Non ego. namque deos didici securum agere æ-
Nec, siquid miri faciat natura, deos id (uum;
Tristes ex alto cœli dimittere tecto, &c.

Sidera, id est, dij cœlestes in sidera translati; aut quorum sidera lampades & faces præeuntes putantur; regnât sublimia, id est, in sublimi, cœlo seducto, id est, deorsum à cœtu mortalium ducto (vnde Persius:

Quæ nisi seductis nequeas committere diuis.)

Quod quidam perperam exponunt, seductis, id est, deceptis. Illa, scilicet sidera, hoc est, dij cœlestes, neque curant tractare laborem artificum, scilicet mechanicorum: hoc est, non exercent artem fabrilem, sicut poëtæ Vulcano imponunt. Altera, id est, secunda, facies, id est, species, vatum, discrepat, id est, dissentit, à primâ, scilicet facie & specie: qui, supple vates, memorant, Cyclopas, scilicet fabros ac pastores vnum oculum in fronte habentes, (vnde à Cyclo, Cyclopes dicti sunt: sicut de Polyphemo dictum est, Æn. 3.

— telo lumen terebramus acuto,
Ingens, quod toruâ solum sub fronte latebat,
Argolici clypei aut Phœbeæ lampadis instar)

Dicunt ergo, Cyclopas, vsos illis fornacibus: quia dicuntur ministri Vulcani. (vnde Æneid. 8.

Insula Sicanum iuxta latus, Æoliumque
Erigitur Liparen, fumantibus ardua saxis,
Quam subter specus, & Cyclopum exesa caminis
Antra Ætnea tonant. —— Et paulò pòst:
Hoc tunc ignipotens cœlo descendit ab alto:
Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro,
Brontesque Steropesque, & nudus membra Pyracmon.)

Cùm, id est, quando, ipsi scil. Cyclopes, fortes qua terent in verbera numerosa, i. secundùm numerũ facta, (vnde Pythagoras dicitur ratione musicam inuenisse) quaterent, dico, super incudẽ, sub magno põdere, fulmẽ horrẽdũ, & armarẽt Iouẽ: quia telũ Iouis dicitur fulmen trisulcũ, quo gigantes vicerat. Carmen, supple tale, est turpe: quia

sinè pignore, id est, fide: A quam non adhibemus rebus dubijs & ignotis, sinè pignore aut fideiussore. aut sic, Carmen, scilicet quoduis, sinè pignore est turpe. Fabula proxima, id est, tertia, impia, id est, detestanda, & deos falsò incusans sollicitat, id est, sollicitè ponit, supple in, campis Phlegæis, sic ab ardore dictis, (vndè Strabo lib. 5. Superioribus annis fortunatus erat & campus, nomine Phlegæus, in quo res à gigantibus gestas fabulæ diuulgant: nullam aliam ob causam, vt credi fas est, quàm quod terra ipsa, suâpte virtute, præliorum cõcitatrix est. hæc ille.) Sollicitat, dico, ignes verticis Ætnei, viuaces, id est, quasi viuaces perdurantes. Gigantes, scilicet terræ filij, tentauêre olim nefas, id est, rem illicitam & nefandam, scilicet detrudere, &c. vt sit appositio: aut nefas, id est, nefandùm: vt sit interiectio. (sicut Æn. 1. Nauibus (infandùm) amissis, &c.) detrudere, dico, mũdo, scil. cœlesti, sidera, id est, deos cœlestes: & transferre imperium Iouis captiui, id est, quê captiuum facere prætendebant, & imponere cœlo victo, id est, cœlicolis victis, leges. Natura est his, scilicet gigantibus, B tenus aluo, id est, vsque ad aluum, serpens squameus, id est, squamosus, & squamis tectus: qui, supple, sinuat, id est, incuruat, vestigia ima, id est, pedes, per orbes suos, id est, annulos & reuolutiones: id est, secundùm quosdam, habent pedes serpentinos, à naturâ illis datos. Agger, id est, acumulatio aggestio, construitur, scilicet ab his, ad prælia, scilicet contra deos, supple ex, montibus magnis. Ossa, mons ille Thessaliæ, creat, id est, subscitit, Pelion, scilicet montem vicinum. Olympus, qui est in confinio Macedoniæ, summus scilicet montium, ita vt venti eius verticem non perflent; premit Ossan, id est, ponitur super Ossam. Ipsi, supple gigantes, nituntur iam scandere moles, scilicet montium, coaceruatas, id est, accumulatas: & miles impius prouocat cominus, id est, de propè, quasi confertâ manu, astra metuentia, scilicet detrudi, hoc est, deos metuentes; & ipse infestus prouocat cunctos diuos ad prælia. Iupiter metuens, & armatus dextrâ, id est, habens in dextrâ, pro armis flammam coruscam, id est, fulmen; remouet è cœlo, id est, desuper, C mundum, caligine, scilicet nubium, è quibus fulmen mitti solet. Gigantes incursant primùm, id est, in primo impetu atq; insultu, vt temerarij solent; supple, cũ, vasto clamore.

Hîc magno tonat ore pater, geminatque fauentes
Vndiq; discordes comitum simul agmine ventos.
Densa per attonitas funduntur fulmina nubes
Atque in arma ruit quæcunque potentia diuûm:
Et Mars sæuus erat, iam cætera turba deorum.
Stant vtrinque metus: validos tùm Iuppiter igneis
Increpat, & iacto proturbat fulmine montes.
Illinc deuictæ verterunt terga ruinæ,
Infestæ diuis acies; atque impius hostis
Præceps cum castris agitur: materque iacenteis
Impellens victos. tùm pax est reddita mundo.
Tùm Liber celsi venit per sidera cœli,
Defensique decus mundi nunc redditur astris.
Gurgite trinacrio morientem Iuppiter Ætna
Obruit Enceladum: vasti qui pondere montis
Æstuat, & patulis exspirat faucibus ignem.
Hæc est mendosæ vulgata licentia famæ.
Vatibus ingenium est. hinc audit nobile carmen,
Plurima pars scenæ. verùm est fallacia: vates
Sub terris nigros viderunt carmine manes,
Atque inter Cineres Ditis pallentia regna

Pater, scilicet deorum & hominum, Iupiter, tonat hîc magno ore, & geminat ventos fauentes, id est, auxiliantes, discordes, id est, facit vt venti, per discordiam ex diuerso flantes, nunc in vnum conspirent, contra gigãtes flumina disiicientes. Fulmina densa rumpuntur per nubes attonitas, id est, tonitru scissas & percussas. Atq; quæcunq; potentia diuûm, pro diuorum, id est, quicquid potentiæ est diuis, ruit in arma. Et Mars erat iam sæuus: & cætera turba deorum erat iam sæua, quæ aliàs mitis esse solebat. (Sanè nulla fit synalœpha, cùm dicitur Atque in arma ruit, &c. STANT vtrinque metus.] Prosequitur reliquam partem fabulæ, de bello giganteo: non quam approbet; sed quam damnet: vt non veram causam incendij Ætnei. Ordo autem est: Metus, timores, stant, circumsistunt, vtrinq; ab vtrâq; parte. tùm, deinde, Iuppiter increpat, reprehêdit tarditatis, aut cum crepitu dĕmittit, validos ignes, scil. fulminis: & perturbat montes, scilicet coniectos, fulmine iacto, in eos. Ruinæ, montium & gigãtum, deuectæ, id est, cum impetu deorsum vectæ, hoc est, montes & gigantes deuecti, vertũt terga, scil. in fugam versi: & acies, scil. gigan-

Mentiti vates, stygias vndasque canesque.
Hi Tityon septem strauêre in iugera fœdum:
Sollicitant illi te circùm, Tantale, pœnâ,
Sollicitantque siti; Minos, tuaque Æace, in vmbris
Iura canunt: ijdemque rotant Ixionis orbem:
Quidquid & interiùs falsi sibi conscia terra est.
Non est terra satis; speculantur numina diuûm:
Nec metuunt oculos alieno admittere cœlo.
Norunt bella deûm: norunt abscondita nobis
Coniugia; & falsâ quoties sub imagine peccent:
Taurus in Europen; in Ledam candidus ales;
Iuppiter vt Danaæ preciosus fluxerit imber.

A gigantū, infestæ, destructę, supple, sunt, diuis, id est, ab ipsis diuis: (& ita est datiuus agentis; non patientis iacturam) atque hostis impius, scilicet gigantum exercitus, qui deos contemnebant, agitur præceps cum castris, scilicet in montibus metatis: & mater, scilicet terra irata, (vnde in vltionem famam genuisse dicitur, Aenid. quarto:

Illam terra parens, irâ iterata deorum.
Progenuit, &c.)

Impellens victos iacenteis, id est, prostratos, agitur, supple, præceps cum castris. Tùm, id est, deinde, Liber, scilicet Bacchus, quem Iuppiter εὖ υἱὲ, id est bonum filium, in bello gigantēo, sæpè appellauit; venit per sidera cœli: & ipse decus, id est, columen & ornamentum, mundi defensi, redditur nunc astris, id est, donatur cœlo. Iupiter obruit Enceladum gigantem, morientem gurgite Trinacrio, id est, Siculo, (nam Sicilia, Trinacria & Triquetra dicitur, à tribus promontorijs) supple in, Ætnâ: quoq;, pro &, ipse Enceladus, æstuat, id est, efferuet, pondere vasti montis, quem habet super se. (vnde Aeneid. 3.

Fama est, Enceladi semustum fulmine corpus
Mole hac torqueri, &c.)

& ipse petulans, id est, frequēter se mouens, exspirat ignes, scilicet Aetneos, faucibus. Hæc, id est, huiuscemodi, licentia famæ mendosæ, ist, fabulæ: hoc est, hæc est tertia assertio, de causa incendij. Nam prima dicit, Vulcanum illic habere officinam, & fabricare fulmina Ioui. Secunda dicit, Cyclopes illic fabrilem artem exercere. Tertia dicit, Enceladū cum fulmine, quo deiectus erat, illic sepultum; & flammam, dum se motat, emittere, aut petulantius eructare; Ingenium est vatibus, scil. talis famæ excogitandæ: & carmē nobilis poëtæ, vt Homeri aut alterius: auget hanc, scil. famam. Plurima pars scenæ, id est, rerum quæ aguntur in vmbraculo comicorum & tragicorum, est vates, id est, poëta; hoc est, poëtæ inuentio, appositoriè, fallacia, id est, mendacium rerum. aut,
C plurima pars rerum scenæ, est fallacia vatis. & sic potiùs legerem: nisi scriptum vidissem, Vates; ab ijs fortè, qui cum sequentibus putant construendum: vt sit, Vates viderunt carmina, &c. Sed Calderinus legit, Carmina: vt sit, Carmina, id est, poëtæ canentes, viderunt maneis nigros sub terris, id est, etiam de inferis; & propterea de incognitis audent loqui. (vnde Maro, in sexto, veniam precatur, dicens:

Dij, quibus imperiū est animū, vmbrǽq; silentes,
Et Chaos, & Phlegeton, locà nocte silentia latè;
Sit mihi fas audita loqui; sit numine vestro
Pandere res altâ terrâ & caligine versas.)

atq viderūt regna Ditis, i. Plutonis, pallentia inter cineres, scil. ignis infernalis. Et vates mētiti, supple, sunt, canētes vndas Stygias, i. Stygis, paludis tristitiæ infernalis, Dij cuius iurare timent & fallere numen. Hi, scil. vates, statuēre, id est, extenderūt, Tityō, scilicet terræ alumnum, fœdum, id est, deformem, aut propter incontinentiam, aut propter magnitudinem, (sicut in Georg. turpes Phocę dicuntur) in septē iugera: imò in noui; secūdùm illud Aen. 6.

Necnon & Tityon, terræ omnipotentis alumnum,
Cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur. ——

Vnde credam, huius carminis esse alium autorem, quàm ipsum Vergilium: licet in diuersis operibus diuersa interdum sequi liceat, Et vates sollicitant Sirim. Sic deprauata habet lectio, & librorum corruptio: quæ mihi non soli, nec semel imposuit. difficile enim est, in omnibus sinceram restituere. Hunc autem locum restituit Despauterius noster Niniuita: qui in versificatoria suâ docet, Scinim legendum. Est autem Scinis, latro immanissimus, qui Isthmum obsidens, (vt in quinto refert Diodorus) duas pinus flectebat: atque illis hominis deprehensi brachia alligabat, remittensq; sursum pinus, miserabili cruciatu dissecabat. Hic autem à poëtis maximè sollicitatur. Ouid. octauo Metamorph.

Occidit ille Scinis, magnis malè viribus vsus:
Qui poterat curuare trabes, & agebat ab alto
Ad terram latè sparsuras corpora pinus.

Propertius; Arboreasque truces Scinis, & non hospita Graijs Saxa, & curuatas in sua fata trabes. Sollicitant ergo Scinin, tyrannum illum immanem; non sinentes eius immanitatem latēre: & ô Minos, ipsi canunt tua iura in vmbris: & ô Æace, ipsi canunt tua iura in vmbris, id est, quæ habetis apud inferos, vbi iudices estis. Et ijdē, scil. vates, rotant, id est, versant, hoc est, carminibus suis describunt, rotarum orbem Ixionis, qui cum Iunone concumbere voluit: vt Aen. 6. latè patuit. &, supple canunt, aut speculātur, quidquid terra conscia sibi interitus falsi, supple, habet, aut continet. & terra non est satis: quia speculātur numina diuûm, id est, diuorum. Nec metuunt, id est, & non verentur, admittere oculos, scil. suos, cœlo alieno, id est, sibi negato. quasi dicat: Cœlum cœli domino; terram autem dedit filijs hominum. Ipsi norunt, id est, noscunt, bella deûm: & norunt coniugia, scil. deorū, abscondita nobis: & quoties, scil. dij, peccent, scil. per adulteriū, sub imagine falsâ, id est, transformati in alienā speciē: (quæ omnia secūdùm Pliniū proximè ad dementiā accedunt) vt quoties Iupiter peccet taurus, id est, sub imagine tauri, in Europē, quā scil. auexit in specie candidi tauri: & ales candidus, id est, cycnus, aut olor, peccet in Ledā, scil. Tyndari vxorem, ex qua Helenā & Pollucem genuit: & ipse Iupiter fluxerit, existens imber preciosus, id est, aureus, in Danaēn, scil. Acrisii filiam, inclusam turri propter oraculum, vt fingunt poëtæ.

Debita carminibus libertas ista. sed omnis
In vero mihi cura: canam. quo feruida motu
Æstuet Ætna, nouosq; rapax sibi congerat ignes.
Quacunque immensus terræ se porrigit orbis,
Extremique maris curuis incingitur vndis;
Nec totum in solidum desit: namq; omnis hiatus,
Secta est omnis humus; penitusq; cauata latebris,
Exiles suspensa vias agit. vtque animantis
Per tota errantes percurrunt corpora venæ,
Ad vitam sanguisque omnis quà commeat: idem
Terra voraginibus conceptas digerit auras.
Scilicet haud olim diuiso corpore mundi

DEBITA carminibus, &c.] Ordo est: Illa libertas, scilicet fugiendi causas inaneis & friuolas incendij Aetnæi, est debita, id est, concessa & permissa, carminibus, id est, poëmatis, aut poëtis. sed omnis cura est mihi in vero, id est, verâ causâ. canam, scilicet verè, quo motu æstuet, id est, efferueat, Ætna feruida: & quo motu ipsa rapax congerat, id est, accumulet, sibi nouos, id est, recentes semper, ignes. Non totum, scilicet illud spatium, quacunque, id est, per quamcunque partem, immensus orbis, id est, globus terræ, porrigit, id est, extendit, se, & quacunque orbis maris extremi, id est, Oceani, agitatur ab vndis curuis, est

Solio

In maria, & terras, & sidera: sors data cœlo
Prima; secuta maris; defeditque infima tellus:
Sed totis rimosa cauis, & qualis aceruus
Exsilit imparibus iactis ex tempore saxis:
Vt crebro introrsus spatio uacuata corymbus
Pendeat in sese. simili quoque terra figurâ
In tenues laxata vias: non omnis in arctum,
Nec stipata coit; siue illi causa vetusta est:
Nec nata est facies: seu liber spiritus intrâ
Effugiens molitur iter; seu lympha perenni
Edit humum limo, furtimque obstantia mollit.
Aut etiam inclusi solidum exedêre vapores;
Atque igni quæsita via est: siue omnia certis
Pugnauêre locis. non est hic causa docendi;
Dum stet opus causæ. quis enim non credat, inanes
Esse sinus? penitùs tantos emergere fontes
Cùm videt; ac torrentem imo se mergere hiatu?
Non ille ex tenui, vocemque agat acta necesse est,
Cum fluit, errantes arcessant vndique & vndas;
Et trahat ex pleno quod fontem contrahat amne.

solidum, id est, integrum & plenũ, sinè concauitate. namque omnis humus, id est, terra, desit, id est, fatiscit & deest, hiatu, id est, vbi hiatus est: & omnis humus est secta, scilicet in rimas & fissuras, & ipsa scilicet cauata, penitùs, id est, penè intùs, & omnino intrinsecus, latebris, id est, per latebras, supple est suspensa, id est, habens suspensas vias, exiles, id est, valde modicas & occultas. Igitur vt venæ animantis, id est, diuagãtes, percurrunt per tota corpora, id est, per singulas partes corporis, & omnis sanguis idem, quà commeat, id est, coit, ad vitam, id est, ad sustentationem

continuus fructus: ipsa terra quoq; coit in sese, id est, in seipsam, simili figurâ laxata, in tenueis vias, subtiles poros & venas. Non omnis, scil. terra, nec coit, id est cõglutinatur, in arctum, id est, compressum & condensum: nec ipsa stipata, id est, compressa, coit consolidatur: siue causa est illi, scilicet terræ, vetustas: nec facies, id est talis factura, aut species, est nata, id est, natiua & connaturalis: seu spirit9, id est, ventus, liber, id est, non compressus. fugiens intra, id est, intrinsecus, molitur, id est, cum mole perficit, iter, id est, meatum: seu lympha, id est, aqua, edit, id est, absumit, A

vitæ: id est, sicut per diuersas venas commeat idem sanguis, qui vitam sustentat. nam sinè sanguine viuere nemo potest: vnde Exsangues, mortuos vocamus: sic quædam venæ, & quidem spirientes, sunt in terrâ; vnde incendia illa perpetuò sustentantur. Terra digerit, id est, coquit, & in aliam naturam vertit, auras, id est, tenueis ventos, conceptas voraginibus, id est, per voragines & hiatus terræ, Scilicet, id est, scire licet, quomodo id fiat: quia corpore mundi diuiso haud olim, id est, non modico antehac, diuiso, dicit, in maria, ac terras, & sidera, id est, cœlum, sors prima est data cœlo, id est, cœlum sortitum est primùm locum: & sors maris secuta est, quia secunda erat: vndè secundum, à sequendo dictum volunt. Et tellus desedit, id est, deorsum locum cepit, exsistens infima: sed desedit totis cauis, id est, habens integras cauernas, & telis, qualis exsilit aceruus, saxis imparibus, id est, inæqualibus & minimè quadrantibus inter se, iactis ex tempore, id est, subitò & ex improuiso: id est, sic globus terræ consolidatus est, vt aceruus lapidum subitò accumulatus, in quo nimirum multæ manerent concauitates, sicut & in terrâ. vt, id est, quemadmodum, corymbus, id est, fructus hederæ, pendet, supple, vacuata, crebro spatio, ita vt non sit

secundùm Calderinum. sed illud Edo habet primam breuem: & potiùs coniugatur, Edo, es, est. vnde hîc mallem dicere, Edit, id est, editiorem, hoc est altiorem facit, dum ipsa edit, id est, erigit, humum limo perẽni, id est, per totum annum perdurante. nisi sequeretur, Furtimq; obstantia mollis, supple edit, id est, absumit. Etiam vaporis inclusi, scilicet in cauernis Aetnæ, non vidêre solidum, id est, integrum & plenum atque via est quæsita igni, id est, ab igne: vt stet passiuè: aut ad commodum eius; vt stet possessiuè, siue omnia pugnauêre locis certis: causa dolendi nõ est hic, id est, in hac re, dũmodo opus causæ stet, id est, paratum sit. Enim, pro quia, quis nõ credat illic esse sinus, id est, curuaturas concauas: & cùm videt tãtos fontes emergere penitùs, ac videt tantũ torrẽtẽ emergere penitùs, supple ab, hiatu imo, id est, profundo. ille, scil. torrẽs, non, scilicet est, aut oritur, ex tenui, id est, modicâ causâ: & necesse est, vt, supple, terra, agat, id est, emittat, vocem: & vt errantes, scilicet aquæ, arcessant, id est, arceant, confluuia, id est, quæ in mare confluunt, & trahat vndiq; ab vndis: quòd trahat ex pleno, & quòd contrahat fontem amne pleno, id est, perenni & indeficiente. B

C

Flumina quinetiam latis currentia riuis
Occasus habuêre suos: aut illa vorago
Direpta in præceps fatali condidit ore:
Aut occulta fluunt tectis adoperta cauernis,
Atque inopinatos referunt procul edita cursus.
Quòd si diuersos emittat terra canales
Hospitium fluuiorum; aut semita nulla profectò
Fontibus & riuis constet via; pigraque tellus
Conferta in solidum segnis sub pondere cesset:
Quòd si præcipiti conduntur flumina terræ,
Condita si redeunt, si qua antè incognita surgunt:
Haud mirum clausis etiam si libera ventis
Spiramenta latent. certis tibi pignora rebus,
Atque oculis hæsura, vias dabit ordine tellus:
Immensùm plerunque sinus, & iugera pessum
Intercepta leges, densæque abscondita nocti.
Prospectare procul chaos, ac sinè fine ruinæ
Cernis; & in syluis spatiosa cubilia retrò;
Antraque demissis pedibus fodisse latebris.
Incomperta via est operum; tantum influit intra:
Argumenta dabunt ignoti vera profundi.
Tu modò subtiles animo duce percipe curas,
Occultamque fidem manifestis astrue rebus.

FLVMINA quinetiam latis currentia riuis Occasus, &c.] Eandem rem prosequitur. Vnde ordo est: Quinetiam flumina currentia latis riuis habuêre suos occasus, id est receptacula: aut illa vorago direpta in preceps, id est, excisa per præcipitationem aquarũ, condidit se ore fatali, id est, necessitate, quã fatum instituit in initio naturæ. Aut condidit, id est, abscondit se in præceps, fatali ore. Aut flumina fluunt occulta, ad operta tectis, atque edita cauernis referunt procul cursus inopinatos. quod de Arethusã & Nilo dicitur. Vel sic: fluunt occulta cauernis tectis, id est, per cauernas tectas, & ita adoperta, atque edita, scilicet ex cauernis rursus in lucem data, referunt procul cursus inopinatos, scilicet præter hominũ opinionẽ ortos: Quòd si terra emittat diuersos canales, id est, meatus aquarum per quos, vt fontes, per canales, fluant, appositiuè, hospitium, id est, receptaculum, fluuiorum: aut nulla, supple, sit, profectò, id est, reuerâ, semita, id est, angusta via, & quasi semi iter: & via, scilicet nulla, cõstet riuis: & tellus pigra, conferta, id est, constricta, in solidum, id est, durum & densum, sinè vacuo. aut meatu, & ipsa segnis, id est, inoperosa, cesset, scilicet omni operatione, sub pondere, scilicet molis suæ, aut aquarũ. Quòd si flumina cõduntur terræ præcipiti, id est, præcipitanti eã, & si flumina condita, id est, abscondita, redeunt: & si qua, id est, aliqua, ante incondita, id est, quæ priùs non exit,

Digitized by Google

A *exierant, nec rursus recepta sunt,* surgunt, *id est, oriuntur primùm:* haud mirum, *supple est,* si spiramenta, *id est, meatus & aperturæ, quibus exspirent,* latent ventis clausis, *scilicet in terrâ priusquam tales exhalationes emittantur.* Tellus dabit tibi pignora, *scilicet fidei & credulitatis,* certis rebus: & *ipsa* hæsura oculis, dabit ordine, *id est, per ordinem,* vias, *scilicet ad cognoscendum, aut per quas talia fiant. Nam ipse* leges, *id est, ex ordine oculis obijcies,* sinus, *scilicet aquarum, interceptos sup.* plerumq;, *id est, plurimùm* immensum, *id est, immensè, aut immenso modo, hoc est, sanè magno:* & *leges* iugera intercepta pessum, *id est, deorsum, præcepi,* & abscondita densæ nocti, *id est, à caligine quasi nocturnâ. Tu* cernis Chaos, *id est, voraginem nigram, hoc est, barathrum,* prospectare procul, ac sinè fine, *id est, termino,* ruinæ, *id est, præcipitij:* & *cernis, supple feras,* fodisse in syluis cubilia spatio retrò, *scilicet relicto,* & *fodisse* antra, *scilicet, nouas* demissis latebris, *scilicet prioribus.* Via operum, *id est, quomodo tales cauernæ operatæ sint,* est incomperta, *id est, nondum cognita:* tantùm, *id est, solummodò,* influit intrà, *id est, introrsum intenditur.* quæ, *supple res,* dabunt vera argumenta, *id est, veras approbationes,* profundi ignoti, *id est, incogniti, hoc est, per antra, quæ aperiuntur in syluis à feris. Cùm videmus aperturas, valles profundas, & maiores, quàm vt à feris excauatæ putentur: facilè cognoscimus, quod latebras terræ ignoramus.* Tu percipe modò, animo duce, curas, *id est, inuestigationes subtiles:* & abstrue, *id est, absconde* (*secundùm Calderinum*) rebus manifestis, fidem occultam: *aut* astrue, *id est, assere,* rebus manifestis, fidem, *id est, credulitatem,* occultam, *id est, latentem.*

Nam quò liberior, quoq; est animosior ignis,
Semper & inclusus, nec vectus; sæuior ira est
Sub terrâ, penitusq; mouet: hôc plura necesse est
Vincla magis soluât; magis hôc obstantia pellant.
Nec tamen in rigidos exit contenta canales
Vis animæ: flamma auertit, quà proxima cedunt:
Obliquumq; secat, quà visa tenerrima causa est.
Hinc terræ tremor, hinc motus: vbi densus hiatu
Spiritus exagitat venas, cessantiaq; vrget.
Quòd si spissa foret, solidoq; instaret inani:
Nulla daret miranda sui spectacula tellus;
Pigraq; & in pondus confestim mobilis esset.
Sed summis si fortè putas concredere causis
Tantum opus, & summis alimentum viribus oris,
Quæ valida in promptu cernis, validosq; recessus
Fallere: sed nondum tibi certa hæc lumine recto.
Namq; illud quocumq; vacat specus omnis hiatu
Et res introitu soluunt, aditug; patenti
Conuersæ languent vires, animosq; remittunt.
Quippe vbi contineat vêtos, qua quiq; moranteis
In vacuo desint, cessat: tantumq; profundi
Explicat errantes, & in ipso limite tardant.
Angustis opus est turbare in faucibus illos.
Feruet opus, densiq; fremunt, premiturq; ruina
Hinc furtim Boreæ, atq; Noto: nûc vnus vterq; est
Hinc venti, rabies hinc sæuo quassat hiatu.
Fundamenta solo trepidant, vrbesq; caducæ.
Inde, neq; est aliud, si fas est credere, mundo
Venturam antiquam faciem, veracius omen:
Hæc primo cùm sit species, naturaq; terræ,
Introrsus cessante solo trahit vndiq; venas.

NAM quò, *id est, quantò* ignis est liberior; quoque, *id est, & quò* (*sunt enim duæ particulæ*) *est* animosior, in-
B clusus semper, & non vectus, *scilicet foràs:* eò est sæuior, *id est, maior & vehementior,* ira, *id est, indignatio, aut incendium, scilicet ignis,* sub terrâ, & mouens penitùs, *id est, penè intus, aut omnino* necesse est, *vt supple,* plura, *id est, plures,* soluant hoc, *id est, tantò magis,* vincla, *pro vincula;* & pellant hoc, *id est, tantò magis,* obstantia: *hoc est, ignis, qui in visceribus terræ est, quantò magis abstrusus est, tantò vehementiùs excedit, & cauat terram.* Nec tamen flâma contenta, *scilicet in terris,* exit in canales rigidas, *id est, non exsiccat venas*
C *fontium: sed* vis animæ, *id est, venti lateris,* auerti flammam, quâ, *scilicet vi,* proxima cedunt: & secat obliquum, *id est, in obliquum,* quam, *id est, per quam,* causa tenerrima, *id est, minima,* est visa. *Nam* hinc, *id est, ex hac causâ, quia scilicet sunt ignes & venti ac aquæ sub terris, & venti erumpere contendunt,* terra tremit tibi motu, *id est, per motum: &* spiritus densus, *id est, ventus grossus aut vehemens,* exagitat, *id est, expellit,* hiatu, *scilicet suo,* venas, *scilicet aquarum & flammarum,* & vrget cessantia, *id est, non citò cedentia.* Quòd si *tellus* foret spissa, *id est, si non haberet illas concauitates,* & instaret solido, *id est, integro & pleno,* inani, *id est, spatio medio, sinè ventis & flâmis ac aquis: ipsa* nulla, *id est, non vlla: non* daret *vlla* miracula sui, *id est, de se.* & *ipsa* esset pigra, *id est, otiosa ac torpens,* & *esset* mobilis in pondus: *scilicet secundùm totum globum tantùm; cùm nunc etiam in parte moueatur per ventos inclusos: aut* in pondus, *id est, deorsum, quò scilicet pondus, id est, grauitas, deprimit.* SED summus, &c.] *Prosequitur institutum, indagans ex physicis principijs causas incendij Aetnæi. Ordo est:* Sed *si tu* putas, *id est, prætendit,* fortè concredere, *id est, committere,* summis, *id est, cœlestibus,* causis, tantū opus; *quantum est perpetuum incendium Aetnæ, & cætera quæ in terris fiunt mira:* & *si tu putas concredere* summis viribus alimentū oris, *scilicet Aetnei, hoc est orificij & foraminis, vnde incendium euoluitur:* (*alij legunt,* Ori, *id est, montis. sed Græcum est, & o corripitur, vt in* Oreste *patet*) *tu* fallere, *id est, falleris, supple in his,* quæ *tu* cernis in prōptu valida, & validos recessus, *supple esse, id est, quas tu putas veras & occultas causas:* sed hæc nondum, *supple sunt,* tibi certa, *id est, perspecta,* lumine recto, *id est, cognitione perfectâ.* Namque quodcunq; vacat, *id est, excauatum est,* illud, *supple,* omnis specus *soluit* hiatu & res soluunt, *id est, aperiunt,* introitu, & aditur patenti: & vires conuersæ, *scilicet ad se,* languent & remittūt animos. Quippe, *id est, vtpote quæ ignorant,* vbi, *scilicet specus,* contineat vêtos; *& quâ scil. parte, aut vi,* quique, *scilicet venti,* morantes desint, *id est, deficiant,* in vacuo, *scilicet subterraneo:* & tantum profundi, *id est, profunditatis,* cessat, *id est, otiosum est,* & explicat, *supple ventos,* errantes: & tardat, *id est, immoratur,* in ipso lumine, *id est, sub exitu.* opus est, illos, *id est, ventus,* turbare, *id est, turbinem excitare,* in angustis faucibus, *quādo scilicet erūpere volūt, nec possunt.* opus feruet, & *vēti* densi premunt, *id est, vrgent, vt scilicet exeant:* & ruina premitur, *id est, vrgetur & festinatur.* Hinc Boreâ atq; Noto, *id est, diuersis ventis, Septentrionali & Meridionali;* furtim, *id est, in occulto, quia nondū exierunt:* nūc, *scilicet post cōgressus,* vterq;, *scil. ventus, Boreas & Notus,* est vnus; *quia materia ventorum cōglobatur.* Hinc, *scilicet deincept, post exitum, aut, ex hac agitatione vētorū subterraneorum, est* rabies venti: & hinc, *id est ex agitatione,* quassat, *scilicet terram,* sæuo, *id est, valde magno & terribili* hiatu. Fundamenta *ædificiorum* trepidant solo: & vrbes caducæ *trepidant solo.* Omen veracius, *id est, verax indicium,* antiquā faciē, *id est, speciem hoc est, chaos antiquū,* venturā, *supple, esse* mundo; indè, *id est, ex hac agitatione ventorū, qui omnia confundūt:* neq; est aliud, *scilicet quod antiquā faciem reducat;* si fas est credere, *scilicet, antiquam faciem venturam mundo.* Hæc primò species (*iterum alij legunt,* Hæc prima species rerum; *nec est men-*

LL dosum:

dosum: quia prima producatur positione, aptaq; erit compositio: si tamen legatur Primò, ordo est: Hęc species primò,) id est, quæ primò fuit, iterum supple erit; & natura terræ trahit vndique venas, solo cessante introrsus. A

Ætna sui manifesta fides, & proxima vero est.
Non illîc, duce me, occultas scrutabere causas:
Occurrent oculis ipsæ, cogentq; fateri.
Plurima namq; patent illi miracula monti.
Hinc vasti terrent aditus, merguntq; profundo:
Corrigit hinc arctus, penitusq; quod exigit vltrà.
Hinc spissæ rupes obstant, discordiaq; ingens
Inter opus: nectunt varium, mediumq; coërcent,
Pars igni domitæ: pars ignes ferre coactæ;
Vt maior species Ætnæ succurrat inanis.
Hæc illis sedes, tantarumq; area rerum est.
Nunc opus artificem incendit, causamq; reposcit.
Non illam parui, aut tenuis discriminis, ignes
Mille sub exiguo ponent tibi tempore veras
Res, oculiq; docent: res ipsæ credere cogunt.
Quinetiam tactu moneant contingere toto,
Si liceat: prohibent flammæ; custodiaq; ignis
Illi operum est: arcent aditu, diuinaq; rerum,
Vt maior species Ætnæ succurrat inanis
Cura sinè arbitrio est: eadē procul omnia cernis.
Nec tamē est dubiū, penitùs quis torqueat Ætnā,
Aut quis mirandus tantæ faber imperet arti.
Pellitur exustæ glomeratus nimbus arenæ:
Flagrantes properant moles: voluuntur ab imo
Fundamenta: fragor totâ nunc rumpitur Ætnâ:
Nunc fuscâ pallent incendia mista ruinâ.
Ipse procul magnos miratur Iuppiter igneis:
Ne've sepulta noui surgant in bella gigantes;
Neu Ditem regni pudeat, nec tartara cœlo
Vertat in occulto. tantùm premit omnia dextrâ.
Congeries operis saxorum, & putris arena
(Quæ nec sponte suâ faciunt, nec corporis vllis
Sustentata cadunt robustis viribus) omnis
Exigitur: vertit vasa omnia, vertice sæuo
In densum congesta rotant, voluuntq; profundo.
Hac causâ exspectata ruunt incendia montis;
Spiritus inflatis nomen languentibus aër.

ÆTNA est manifesta fides, id est, attestatio & probatio, sui, id est, eorum quæ de se sentire facit: & est proxima vero, id est, vero simillima. Tu non scrutabere illic, scilicet in Aetnâ, me duce, id est, ducente me, aut ductu meo; causas occultas; sed supple, manifestas: quia ipsæ causæ occurrent oculis, scilicet tuis, & cogent fateri, scilicet verū esse, quod de eis prædicatur. Namque plurima miracula patent illi monti, vasti, id est, valde ampli & profundi, aditus, id est, accessus, terrent hîc, id est, in vnâ parte, & mergunt profundo, id est, profundi voragine maris. Arctus, scilicet locus, id est, strictus & angustus, corrigit, id est, simul dirigit, hîc, id est, aliâ parte, quod exigit, id est, extendit, aut expellit penitus, vltra. Hinc, id est, ex vnâ parte, rupes spissæ obstant, scilicet adire volentibus, aut ne fiat exactio lapidum inflammatorum; & discordia, id est, ea quæ sunt discrepantia inter se, internectunt, id est, impediunt, ingens opus varium, & coërcent medium: pars, id est, partim, rupes domitæ, supple sunt, igni, id est, absumuntur & mollificantur ab igne: & pars coactæ sunt ferre, id est, emittere, ignes; ita vt maior species Ætnæ succurrat, scil. intuentibus, inanis, id est, exhausta. Hæc, scil. Aetna, est sedes illis, scil. miraculis dictis; & hæc est area, id est, campus, tantarum rerū, id est, in quâ tantæ res fiunt. Et est quædam acclamatio. NVNC opus.] Pergit, quo incepit hæc ordine. Opus, scilicet inceptum, accēdit, id est, inflammat studium perficiendi, artificem, id est, auctorem suum, & reposcit, id est iterum poscit, causas, scilicet tanti incendij. Ego non ponam illos ignes parui aut tenuis, id est, exilis, discriminis; sed supple maximi: vnde ponam tibi sub exiguo tēpore mille res veras: quia oculi docent, & cogunt credere res certas. quinetiam, supple res ipsæ, hoc est, ignes, moneant tactu toto, si liceat contingere: sed non licet, quia flammæ prohibent, & custodia ignis, id est, ignis custos, est illi operum, hoc est, illi operi: &, supple flammæ, arcent, id est, abstinent, aditu, id est, ab accessu, ne quis accedat: & diuina cura, id est, accuratio & administratio, rerū, est sinè arbitrio, id est, sinè operâ, aut consilio ulterius. Tu cernis eadem omnia pcul, id est, de longè; quia flammæ vetant accedere: nec tamē est dubium penitùs, quis, deus aut natura, torqueat, scilicet saxa Aetnæ in illo monte: aut quis faber mirādus, scil. quicūq; est, imperet, id est, tātæ arti. Nimbus, id est, multitudo ac globus, arenę exustæ, glomeratus, id est, in glomus aut glomum collectus, pellitur, id est, expellitur: & moles flagrantes, id est, ponderosa saxa ardentia, properant, id est, festinanter emittuntur: fundamēta, scilicet Aetnæ, voluūtur ab imo, id est, profundo: & fragor rumpitur, id est, rumpendo editur, nunc, id est, aliquando, totâ Ætnâ, & incendia pallent, nunc, id est, aliquādo, mixta ruinâ fuscâ, id est, subnigrâ; quia fumosâ aut puluerulentâ. Ipse Iupiter miratur procul magnos ignes, qui in occulto est: néue, id est, vel ne, hoc est, an, noui gigantes surgant in bella sepulta, id est, sedata & quieta: neu, id est, néue, hoc est, vel an, pudeat Ditē, id est, Plutonem, fratrē Iouis, regni, scilicet inferorum: neu, id est néue, Pluto, sup. vertat tartara cœlo, id est, in cœlum, aut cōmutare velit tartara cœlo, tantùm, id est, duntaxat, quia in occulto est, & causam incendij nescit: ipse premit, id est coërcet, omnia dextrâ, id est, potentiâ suâ. omnis congeries operis, & putris arena saxorū exigitur, id est, extrà pellitur: quæ res nec faciūt, id est, facessunt, & loca mutant, sponte suâ, id est, suâpte naturâ: nec sustētata viribus robustis vllis, pro vllius corporis, cadunt, id est, decidunt ex aëre. Vertit, scilicet Iupiter: omnia vasa, id est, saxa cauata, sæuo vertice, scil. Aetnæ flagrātis. Incendia montis, congesta, id est, accumulata, in densum, id est, densè, rotant & voluunt, scil. saxa, profundo, id est, ab imo: & ruunt, id est, eruūt ea: nec causa, supple est, exspectata, id est, cognita, & extrinsecus inspecta. Nomen est inflatis, scilicet incendijs, id est, dum inflantur, spiritus; quia à spirando dicitur spiritus: & languentibus, id est, dum languent, est supple nomen, aër. B C

Nam propè naturâ par est violentia semper,
Ingenium velox illi, motusq; perennis.
Verùm opus auxilio est, vt pellat corpore: nullus
Impetus est ipsi: quà spiritus imperat, audit.
Huic princeps magnusque sub hoc duce militat ignis.
Nunc, quoniā in promptu est operi natura, soliq;
Vnà, ipsi venti; quæ res incendia pascit,
Cùm subitò cohibetur: inest quæ causa silenti,

Nam violentia est semper propè, id est, quasi, par, id est, æquivalens, naturæ: id est, cùm nullum violentum sit perpetuum; in Aetna violentia videtur habere vim naturæ. nam ingenium velox est illi & motus perennis: verum opus, supple est, auxilio; nullus impetus interpellat corpore, sup. eâ parte, quà spiritus, scilicet mundi, imperat: audit nunc princeps, id est, prædominans, & magnus ignis militat sub hoc duce, id est, spiritu: (qui, vt Aeneidos sexto dicitur, Omnia mens alit) hoc est, quia spiritus di-

Subſequar. immenſus labor eſt,ſed fertilis idem.
Digna laborantis reſpondent præmia curis.
Non oculis ſolùm pecudum miranda fuère
More;nec effuſis in humũ graue paſcere corpus,
Nôſſe fidem rebus,dubiasq; expoſcere cauſas
Sacra perurgentem,capitiq; attollere cœlum.
Scire quot,& quæ ſint; cur magno talia mundo
Principia, occaſus metuunt, ad ſecula pergunt;
Et firma æterno religata eſt machina vinclo:
Solis ſcire modum; & quanto minor orbita lunæ eſt:
Cur illi breuior biſſenos peruolet orbes;
Annuus ille mouet, quæ certo ſidera currant
Ordine,quæ'ue ſuâ careant incondita curâ:
Scire vices etiam ſignorum, & tradita iura:
Nubila cur cœlo, terræ denuntiat imbres:
Quo rubeat Phœbe; quo frater palleat igne:
Tempora cur variant anni; primâq; iuuentâ
Ver præit æſtatem;cur æſtas ipſa ſeneſcit;
Autumnoq; obrepit hyems,& in orbe recurrit.
Axem ſcire Helices,& triſtem nôſſe cometen:
Lucifer vnde micet, quâue Heſperus,vnde Bootes:
Saturni cur ſtella tenax;cur Martia pugnax:
Quò rapiant nautæ; quo ſidere lintea tendant.
Scire vias maris, & cœli prædicere curſus:
Quò volet Orion;quò Sirius incubet index.
Et quæcunq; iacent tanto miracula mundo,
Non digeſta pati, nec aceruo condita rerum?
Sed manifeſta notis certâ diſponere ſede
Singula:diuini eſt animi, ac iucunda voluptas.

A *ritus diuinus diffuſus eſt per omnia,regit incendia, & excitat ignes, atque extinguit in Aetnâ, prout vult.* HVIC quoniam, &c.] *Docet, hominem ad rerum indagationem natum eſſe; iuxta quod eſt illud philoſophicum in principio Metaphyſices:* Omnes homines naturâ ſcire deſiderant. *Docetq; , quod idem philoſophus ait, ex admiratione Philoſophiam inuentam quæ cauſas rerum inquirit. Ordo autem eſt:* Quoniam natura eſt huic operi in promptu, *id eſt, manifeſta;* & natura ſoli, *id eſt, terræ, eſt vnâ, ſcilicet* ipſi venti: *ego* ſubſequar, *id eſt, ſubſequenter* dicam, quæ res paſcit in-
B cendia: *&* quæ cauſa ineſt ſilenti, *id eſt, conquieſcenti, ſcilicet Aetnæ;* cùm, *id eſt, quando,* cohibetur, *ſcilicet vis ventorum,* ſubitò, *id eſt, derepentè.* Labor eſt immenſus; ſed idem, *ſcilicet labor, eſt* fertilis, *id eſt, vtilis: quia* præmia digna curis, *id eſt, quæ ſint operæ precia,* reſpondent laboranti, *id eſt, inueſtiganti. Hæc, ſupple,* non fuère miranda, *ſcilicet nobis,* ſolùm oculis, *id eſt, ſolo viſu, ſine inquiſitione cauſarum,* more pecudum, *quæ ſcilicet ſtupent, & nihil indagant;* nec paſcere corpus graue, *id eſt, terrenum,* effuſis, *ſcilicet oculis,* in humum. (*vnde Ouid. l. Metamorph.* 1.

Pronaq; cùm ſpectent animalia cætera terras;
Os homini ſublime dedit,cœlumq; videre
Iuſsit, & erectos ad cœlum tollere vultus.)

C *Sed, vt dicetur in fine huius particulæ,* diuini eſt animi, ac iucunda voluptas, nôſſe fidem, *id eſt, certam cauſam,* rebus, & exquirere cauſas dubias: *&* perurgentẽ, *ſcil. hominẽ hoc eſt, inſtanter & vrgenter, ad finem vſq; vitæ,* curãtem, ſacra, *id eſt, res ſacras & religioſas:* attollere cœlum capiti: *aut hypallage eſt, pro eo quod eſt, caput cœlo.* Scire, quot, & quæ, & cur ſiat talia principia magno mundo, & cur ſecula metuunt occaſus, *id eſt, finem,* at pergunt, *id eſt, ſemper tamen procedunt. Alij textus habent* Ad, *vt ſit:* & pergunt, *id eſt, procedunt,* ad ſecula, *id eſt, in æternum, quantum ſecula erunt.* & *quæ* firma machina religata eſt mundo æterno: (*quia, vt dicit Horatius in Odis:*

Damna tamen celeres reparant cœleſtia lunæ,
Nos vbi decidimus.——)

Itaq; res ſingulæ dilabuntur, ſed vniuerſum manet. Et ſcire modum, *id eſt, menſuram,* Solis, *& curſus eius:* & quãtò orbita, *id eſt, via orbis, hoc eſt, reuolutio,* Lunæ, eſt minor, *ſcilicet quàm Solis:* cur breuior orbita præuolet illi, *ſcilicet Luna;* cur *præuolet* illi, *ſcilicet Soli,* quæ ille annuus orbis mouet: quæ ſidera currant certo ordine; *ſcilicet omnia, præter planetas:* quæque *ſidera* careant *ſuo ordine, exiſtentia* incondita, *id eſt eſt, errantia, ſed* curâ, *id eſt, per ſummam accurationem.* (*quia Plinius dicit:* Nihil

illis, quę erratica vocantur, minùs errare.) *Sunt tamen qui legant, non* curâ, *ſed curſu ſuo:* & quæ careant ſuo curſu, *ſcilicet certo. ſed non procedit. Aut* ſuo, *id eſt, proprio, vt ſunt in firmamento, quæ motu raptus feruntur. Sed veriùs legitur* Curâ. *Et* ſcire etiam vices, *id eſt, viciſsitudines,* ſignorũ, *ſcil. zodiaci:* & iura tradita, *id eſt, vires & influentias eorũ:* cur, *ſcil. planeta aliquis, aut ſignũ,* denuntiet cœlo nubila, & terræ imbres: quo igni Phœbe, *id eſt, Luna,* rubeat; *cùm naturaliter pallidior ſit:* & quo igni palleat frater *Phœbes, hoc eſt, Phœbus, qui Sol eſt; & cuius natura eſt, rubere potiùs:* cur tempora anni varient, *ſupple, ſeiaut,* cur anni variãt tẽpora: & cur ver præit æſtatem, primâ iuuentâ, *id eſt, primâ parte ſui:* cur ipſa æſtas ſeneſcit, *id eſt, ad ſenium, hoc eſt, finem, tendit:* & *cur* hyems obrepit; *id eſt, tacitè ſuccedit,* autumno, & recurrit in orbe, *id eſt, gyro & circulo.* (*quia vt dicitur in Georgicis,* Redit agricolis labor actus in orbem, Atque in ſe ſua per veſtigia voluitur annus. *Vnde de hac temporum viciſsitudine dicit Horat. in quarto lib. Carm ſic:* Immortalia ne ſperes, monet annus, & almũ Quæ rapit hora diẽ. Frigora miteſcunt Zephyris; ver proterit æſtas; Pomifer autumnus fruges effuderit; & mox Bruma recurret iners *hæc ille.*) *Et* ſcire axẽ Helices, *id eſt, vrſæ maioris:* (*nam Helice fuit nomen oppidi cuiuſdã, Achiuorum, in Peloponneſo; vt dicit Iginus, in quo Caliſtho nata fertur, & ab eo Helice denominari, poſtquã in vrſam maiorẽ cõuerſa fuerat. Minor aũt vrſa, Cynoſura vocatur.*) Et nôſſe cometẽ *i. ſydus crinitum,* triſtẽ *i. triſtitia indicem.* (*vnde in Georg.* Nec toties diri arſère cometę. *Protendere enim dicũt, aut regnorũ, aut regum interitũ.*) *Item nôſſe,* vnde Lucifer, *id eſt, ſtella matutina,* micet: vel quâ, *ſcilicet luce,* Heſperus, *id eſt, ſtella veſpertina,* micet, *id eſt, reſplẽdeat:* vnde Bootes, *qui ad plauſtrũ eſt, ſupple micet:* cur ſtella, *i. ſidus,* Saturni *ſit* tenax; cur *ſtella* Martia, *id eſt, ipſius Martis, ſit* pugnax, *id eſt, ad pugnas incitans:* quo ſidere, *id eſt, cuius ſideris ortu,* nautæ rapiant, *id eſt, contrahant,* lintea, *vela;* & quo *ſidere* tendant, *id eſt, extendant & pandant lintea. Item* ſcire vias maris, & prædicere curſus cœli, *id eſt, cœleſtium:* quò Orion, *ſcilicet nimboſus,* volet, *id eſt, præceps feratur:* quò Sirius index, *ſcilicet pluuiæ,* incubet, *id eſt, occidat; quia indicat, tàm in ortu, quàm occaſu, ventos & pluuiam.* Et quæcunq; miracula iacent, *ſcilicet ignota,* tanto mundo, non pati, *ſupple ea,* digeſta, *id eſt, vt digeſta cibaria deliteſcere,* nec condita, *id eſt, abſcondita eſſe,* aceruo rerum: ſed diſponere ſingula manifeſta notis, *id eſt, per notas. ſupple,* incertâ ſede, *id eſt, diſpoſitione* eſt animi diuini, & voluptas iucunda.

Sed prior hæc hominis cura eſt,cognoſcere terrã;
Et,quæ nunc miranda tulit natura,notare.
Hæc nobis magna affinis cœleſtibus aſtris.
Nam quæ mortalis ſpes eſt? quæ amentia maior?

SED prior hæc, &c.] *Vocat hominẽ terrenum ad cognitionem terræ. quaſi dicat;* Altiora te ne quæſieris.

Eſt autem duplex expoſitio primorum verborũ: altera hæc: Sed hæc cura eſt prior, *id eſt, altior & excellentior, vt*

 deorum

In Iouis errantem regno perquirere velle?
Tantum opus ante pedes transire & perdere segnes?
Torquemur miseri in paruis, premimurque labantes:
Dum sese precio redimunt: verumq; professæ,
Tùm demum viles taceant, inopesq; relictæ.
Noctes atq; dies festinant arua coloni:
Callent rure manus; glebarum vsu experiuntur.
Fertilis hæc segetisq; feracior; altera vitis;
Hæc Platanis humus; hæc herbis dignissima tellus:
Hæc diti melior pecori, syluisq; fidelis.
Aridiora tenent oleæ; succosior vlmis
Grata. leues cruciant animos & corpora causæ;
Horrea vti saturent, tumeant & dolia musto,
Plenaq; defecto surgant fœnilia campo.
Sic auidi semper, quà visum est carius istis.
Implendus sibi quisq; bonis est artibus. illa
Sunt animi fruges: hęc rerum maxima merces:
Scire, quid occulto naturæ terra coërcet;
Nullum fallere opus; non multos cernere sacros
Ætnei montis fremitus, animumq; furentis:
Non subito pallere sono non credere. subter
Scrutamur rimas, & vertimus omne profundum.
Quæritur argenti semen; nunc aurea vena.
Torquentur flaminâ terræ, ferroq; domantur
Cœlesti; migrâsse minas, aut tartara mundi.
Nôsse, quid impediat ventos; quid nutriat igneis:
Vnde repentè quies, & multo fœdere pax sit.
Concrescant animę penitus, seu forte cauernę,
Introitusq; ipsi feruent; seu terra minutis
Rara foraminibus, ne venis abstrahat auras.
Plenius hoc etiam, rigido quà vertice surgit,
Illinc infestus, atq; hinc obnoxius, intus
Vndiq; diuersas admittere cogitat auras,
Et coniuratis addit concordia vires.
Siue introrsus agunt nubes, & nubilus auster:
Seu forsam flexêre caput, tergoq; feruntur
Præcipiti delata sono premit vna, fugatq;
Torrentes curas, pulsataq. corpora densat.

deorum cura: hominum est cognoscere terram. Altera sic: Sed hæc prior, *pro prima,* cura hominũ est, cognoscere terram, & notare miranda, quæ natura nunc tulit. Hæc, *scilicet natura, terra* magna: qa affinis cœlestib9 astris (*quia necesse est hunc mundum superioribus lationibus esse contiguum vt tota eius virtus indè gubernetur*) *est supple,* nobis *concessa.* nam quæ species mortalis, *quasi dicat, temeraria?* quæ amentia maior, *supple, est? quam* velle inquirere errantem, *scilicet planetam,* in regno Iouis, *id est, in cœlo: & transire* tantum opus, *scilicet terræ,* positum ante pedes? & *nos* segnes perdere, *id est, negligere, tantum opus, id est, tanti operis inquisitionem? nos* miseri torquemur in paruis, *scilicet rebus:* & premimur labantes, *id est, in errorem cadentes:* dum, *id est, dummodò, species mortales* redimant sese, *id est, ab inertiâ,* precio, *scilicet talis studij:* & professæ, *scilicet sunt,* verum. tùm demum, *id est, tunc præcipuè,* tacent viles & relictæ inopes, *id est, quòd viles sint, & inopes relictæ.* Coloni festinant arua noctes atque dies: manus, *scilicet nostræ,* callent, *id est, callum induunt,* rure, *id est, exercitio rurali:* & experiũtur vsu, *id est, attrectatione,* glebarum: *quia hęc, scilicet terra, est* fertilis segeti, & altera est feracior viti: *&* hęc humus *est* dignissima, *id est, conuenientissima,* platanis; hęc tellus *est dignissima* herbis. (*Quam rem in Georgic. latiùs prosequitur Poëta, ibi:* Diuersæ arboribus terrę; sola India nigrum Fert hebenum, *&c.*) Hæc, *scilicet tellus, est* melior, *id est, conuenientior,* pecori diti, *id est, diuitem facienti;* & *hæc est* fidelis syluis, *quia feliciter producit arbores:* oleæ tenent aridiora, *scilicet loca: tellus* succosior, *id est, pinguior, est* grata vlmis. Causæ leues, *id est, modicæ,* cruciant animos, & corpora: vti saturent, *id est, repleant,* horrea & vt dolia tumeant musto, *id est, recenti vino;* & fœnilia, *repositoria fœni,* surgant plena campo defecto, *id est, demesso à fœnisecis.* (*sic enim à Persio appellantur incisores fœni.*) Sic, *scilicet coloni,* semper auidi, *id est, cupidi sunt* (*indè,* Vt quámuis auidis parerent arua colonis. Gratum opus agricolis) *eius supple,* quod visum est istis charius, *id est, preciosius cæteris.* Quisque est implendus sibi, *id est, à se,* bonis artibus; *quia quilibet studia sua insequitur; & id optimum putat, quod maximè scit.* Fruges sunt illis, *scilicet colonis,* animi, *id est, deliciæ & conatus:* hæc merces *est illis* maxima rerum; *videlicet* scire quid terra coërcet, *id est, amouet,* occulto, *id est, secretâ vi naturæ:* nullum opus fallere, *supple eos, id est à nullo opere falli, hoc est, omnia opere scire.* Non multis, *est merces, id est, paucis studium & voluptas,* cernere sacros fremitus, & animũ, *vim,* Ætnei montis furentis: non pallere subito sono; non credere, *id est, confidere.* Nos scrutamur rimas, *id est, fissuras,* subter, *quæ subtus sunt; & euertimus, id est, euertendo inquirimus,* omne profundum. Semen, *id est, minera ac vena,* argenti quæritur, *scilicet à nobis;* nunc, *id est, aliquando, scilicet causâ auaritiæ, & non scientiæ: atque* aurea vena *quæritur nunc,* terræ torquentur flaminâ, *scilicet in fornacibus,* & domantur, *id est, aperiuntur, & scinduntur,* ferro cœlesti. *Aiunt, supple,* minas mundi, *id est, gigantes,* migrasse ad tartara, *vbi sunt Ditis thesauri. Nõ multis etiam est merces,* nôsse quid impediat ventos, *quòd exire nequeant:* quid nutriat ignes: vnde quies sit repentè, & pax *sit repentè, supple cum,* multo fœdere, *scilicet inter ignes & ventos: & nôsse, vnde* animæ, *id est, venti,* concrescant: siue cauernæ feruent fortè sibi *scilicet vẽtos,* penitus, *penè intus;* & ipsi introitus, *id est, primæ receptacula terræ,* feruent *sibi ventos;* seu terra rara foraminibus minutis, *id est, habens multos poros,* siue abstrahat in sese auras, *id est, ventos tenues,* plenius. Etiam quà, *supple parte;* hęc, *scilicet terra, aut Aetna,* surgit, *id est, erigitur,* vertice rigido, *ventus, supple,* infestus istinc, *id est, ab vnâ parte,* atque obnoxius hinc, *id est, ab aliâ parte:* intus, *id est, intrinsecus;* cogitat admittere vndique diuersas auras: & concordia, *scilicet ventorum admissorum,* addit vires: *quia ad hoc concordantes, vt ignem & saxa expellant, fortiores sunt, quàm si singuli sint:* siue nubes, &c. Auster nubilus, agât, *scilicet auras,* introrsus: seu, *supple auræ, & vẽti,* flexêre fortè caput, *vt sponte intrent;* & feruntur præcipites tergo, *id est, per tergum:* vna, *scilicet aura,* delecta, *id est, de multis lecta & conflata,* premit curas torrentes, *id est, mundantes,* sono fugato, *id est, expulso;* & densat, *id est, densè verberat,* corpora pulsata.

Nam veluti sonat ore diu Tritone canoro,
Pellit opes collectus aquæ, victusq; mouere
Spiritus: & longas emugit buccina voces;
Carmineq; irriguo magni cortina theatri,
Imparibus numerosa modis canit arte regentis;

Nam veluti buccina, *id est, turba sonitura diu,* Tritone, *id est, deo marino, qui conchâ canere dicitur,* canoro, *id est, frequenter canenti,* (*vnde Aemulus interemit Misenum*) spiritus collectus & victus, *id est, coactus,* mouere, pellit opes aquæ, *id est, procellas agit*

Quę tenuem impellens animā subremigat vndā:
Haud aliter summota furens torrentibus aura
Pugnat in angusto, & magnum commurmurat Ætna.
Credēdum est, etiam ventorum exsistere causas
Sub terris, similes harum, quas cernimus extrà.
Vt cùm densa cremant inter se corpora, turba
Elisa in vacuum fugiant; & proxima secum
Nomina tota trahunt, tutâq; in sede resistunt.
Quòd si fortè mihi quædam discordia tecum est,
Principijsq; alijs credas consurgere ventos:
Non dubium, rupes aliquas, penitusq; cauernas
Proruere ingenti sonitu, casuq; propinquas
Diffugere, impellique animas: hinc cernere ventos,
Aut humore etiam nebulas effundere largo:
Vt campis agrisque solent, quos obruit amnis,
Vallibus exoriens; caligat nubilus aër.
Flumina parua ferunt auras: vis proxima vento est:
Eminus aspirat fortis, & verberat humor.
Atq; hæc in vacuo si tanta potentia rerum est:
Hôc plura efficiant infrà, clausiq; necesse est.
His agitur causis extrà, penitusq; coactis,
Exagitat ventos; pugnant in faucibus antè,
Pugnantes suffocat & intus: vt vnda profundo
Terque quaterque exhausta, graues vbi perbibit Euros,
Ingeminat fluctus, & primos vltimus vrget.
Haud secùs astrictus certamine tangitur ictu
Spiritus, inuoluensq; suo sibi pondere vires,
Densa per ardentes exercet corpora venas:
Et quacunque iter est, properat, transitque morantem;
Donec confluuio reuolutis æstibus amnis
Exsilit, atq; furens totâ vomit igneus Ætna.

A & emugit, *id est*, *quasi mugiens emitit*, voces longas, *id est, diu duraturas*: & veluti cortina, *id est, secretior pars*, magni theatri, *id est, templi, aut antri Apollinis, vnde oracula prodibant*, canit carmine irriguo, *existens numerosa*, modis imparibus, & arte regentis, *id est, dirigentis*: quæ *ars* impellens animam, *id est, flatum*, tenuē, subremigat, *id est, percutit more remigantium*, vndam. Haud aliter aura submota, *id est, propulsata*, pugnat, *obstrepit*, torrentibus, *per torrentes* in angusto, *arcto inclusa*: & Ætna commurmurat magnum, *id est, magnoperè. Nomen pro aduerbio.*
B CREDENDVM est etiam] *Varijs ambagibus & verborum inuolucris rem prosequitur, affectans verborum apparatu rem in miraculum trahere. Vnde dicit*, credendum etiam, causas ventorum exsistere sub terris, similes harum, *scilicet causarum*, (*bene genitiuo vtitur: quia substantiam respicit: vt*, Non est similis tui in dijs Domine.) quas cernimus extra, *scilicet terram; aut extrinsecùs*: vt crement, *id est, comburant*, inter se corpora condensa: *& fugiant in vacuum, id est, aërem*, turba elisa, *id est, euicta & expulsa*, & proxima, trahant secum tota nomina, *id est, confundant nomina ventorum: quia nō potest intelligi, qui venti sint, & exeant*,
C & resistant in sede tutâ, *id est, extra turbam posita*. Quòd si quædam discordia est mihi tecum, *ô lector, supple, quia* credas ventos consurgere alijs principijs: non dubium *est*, aliquas rupes & cauernas prouehere, *id est, porrò vehere & ducere ventos, supple cum*, ingenti sonitu: & animas, *id est, ventos*, diffugere & impelli
B propinquas, casu, *id est, ad casum*: (*datiuus antiquus*) *& non dubium est*, ventos cernere hinc, *id est, ex hoc diffugio & impulsu*: aut, *supple animæ & auræ*, solent etiam effundere nebulas largo humore, *id est, habentes largum humorem admixtum*, aut campis & agris *id est, per campos & agros*, quos, *scilicet campos & agros*, amnis obruit, *id est, irrigat*, & aër nubilus exoriens vallibus, *id est, exhalatus ex conualle*, caligat, *id est, obtenebrat*. Parua flumina ferunt, *id est, afferunt*, auras: vis, *id est, potentia*, proxima est vento: & aspirat eminus, *id est, de longè* forteis, *scilicet auras* & humor, *scilicet productus*, verberat, *scilicet obstantia*. atque hoc *fit* in vacuos *ventos, aëri expositos, cuius regionem vulgus vacuam putat. Sed* si tanta potentia rerum est, *scilicet ventis externis*, necesse est, *vt* introclusi efficiant plura, hoc, *scilicet iam dicto; vel* hôc, *id est, tantò plura. Aetna* agitur his causis extrà, *id est, exterioribus*, & coactis penitùs, *id est, interioribus*: exagitat, *id est, expellit ventos, & venti, scilicet exacti*, pugnant, *obstant, aut certatim erumpunt pugnantes*; in faucibus, *scilicet antri Aetnæi, antè quàm exeant*; & pugnantes suffocant, *id est, claudunt iter*, vt vnda, *id est, inundatio*, exusta, terque quaterq;, *id est, frequenter, aut ad perfectū*: vbi, *postquā*, perbibit, *absumpsit, Euros, id est, vētos illos graues, vehemētes*: ingeminat, *multiplicat*, fluctus; & vltimus, *scil. fluctus*, vrget, *id est, premit*, primos. Haud aliter spiritus, *id est, ventus*, astrictus, *oppressus certamine*, tangitur ictu, *scilicet ab alijs illato*, inuoluens sibi vires suo pondere, *id est, mole suâ*. Corpora densa exercent, *scil. se*, per neruos ardenteis, *id est, per vires flagrantes*: & *spiritus* properat, & transit morantem, *scilicet alium ventum*, quacumq;, *scilicet parte, aut viâ, aut ratione*, est iter: donec amnis, *inundatio ventorum*, reuolutus cum fluuio, *abundantiâ fluuiorum*; & æstibus, exsilit, *id est, extrà salit*, atque *ipse* furens vomit tota Ætna, *scilicet ignes, exsistens* igneus.

Quòd si fortè putas iisdem decurrere ventos
Faucibus, atque iisdem pulsis remeare: notandas
Res oculis locus ipse dabit, cogetq; negare.
Quàmuis cæruleo siccus Ioue frigeat æther,
Purpureoque rubens surgat iubar aureus ostro;
Illinc obscurâ semper caligine nubes,
Pigraq; defuso circumstupet humida vultu:
Prospectat sublimis opus, vastosq; recessus.
Non illam videt Ætna, nec vllo intercipit æstu:
Obsequitur quacumque iubet leuis aura reditque.
Placantes etiam cœlestia numina thure
Summo cerne iugo: vel quà liberrimus Ætna
In prospectus hiat, tantarum semina rerum,

QVOD si *tu* putas fortè, ventos decurrere iisdem faucibus, atque ventos pulsos remeare iisdem; ipse locus dabit res notandas oculis, & coget negare, *quod prius putabas*. quamuis æther siccus frigeat, cæruleo, *id est, marino colore: & quàmuis* iubar aureus (*Plautus etiam iubarem genere masculino dixit; sed & gutturem, papauerem*) surgat, *oritur*, rubens ostro, *id est, colore purpureo. & quamuis* nubes nigra circumstrepat, illinc semper caligine obscurâ, & *ipsa* humida *circumstrepat* vultu defuso: *ipse tamen* sublimis prospectat opus, & recessus vastos, *id est, remotionem terrarum valde amplam*. Ætna non videt nubem, nec intercipit vllo æstu. Obsequitur, *inseruit obsequendo*, quacumque leuis aura iubet, & redit. Cerne etiam placātes nu-

mina

Si nihil irritet flammas, ſtupeatq; profundum.
Huic igitur credis, torrens vt ſpiritus ille,
Qui rupes terramque vorat, qui fulminat igneis
Cur egit vires, & præceps flexit habenas.
Præſertim ipſa ſuo decliuia pondere nunquam
Corpora diripiant, validoq; abſolueret arcu.
Quòd, niſi fallor, adeſt ſpecies, tantusq; ruinis
Impetus attentos oculorum transfugit ictus.
Nec leuitas tantos igitur ferit aura, mouetque;
Sparſa liquore manus ſacros vbi ventilat ignes.
Verberat ore tamen; pulſataq; corpora noſtra
Incurſant: adeò tenuis vim cauſa repellit.
Non cinerem, ſtipulámue leuem; non arida ſorbet
Gramina: non tenuis plantis humor exit eiſdem.
Surgit adoratis ſublimis fumus ab aris.
Tanta quies illi eſt, & pax innoxia rapti.
Siue peregrinis igitur, proprijsq; potentis,
Coniurant animæ cauſis: ille impetus ignis
Et montis partes atras ſubuertit arena;
Vaſtaq; concurſu trepidantia ſaxa fragoris,
Ardentesq; ſimul flammas, ac fulmina rumpunt.

mina cœleſtia thure, ſummo iugo, *id eſt*, *in altiſsimo loco*; vel quà, *ſcilicet parte*, liberrimus in proſpectus hiat, *id eſt*, *aperit*, ſemina tantarum rerum; ſi nihil irritet, *id eſt*, *commoueat*, flammas, & ſtupeat profundum. HVIC igitur credis torrens, *&c.*] *Ordo eſt*: Igitur *tu* credis huic, *ut* ſpiritus ille torrens, qui vorat rupes & terram, *&* qui fulminat ignes; correxit vires, *ſcilicet domitas*, & flexit habenas, *exſiſtens* præceps: præſertim ipſa corpora decliuia ſuo pondere, *ut* nunquam diripiant ſuo pondere, *id eſt*, *per ſuum pondus*, & abſolueret vario arcu, *id eſt*, *curuitate*; quòd, niſi fallor, ſpecies adeſt ruinis, & tantus impetus transfugit ictus attentos oculorum: nec leuitas, *ſupple transfugit*, tantos *ictus*: igitur aura ferit & mouet, vbi manus ſparſa liquore ventilat ignes A
ſacros: tamen, *nihilominus*, verberat ore, & noſtra corpora pulſata incurſant: adeò, *intantum*, cauſa tenuis repellit vim: *&* non ſorbet cinerem, vel ſtipulam leuem, *&* non *ſorbet* gramina arida; *&* humor (*ſi vera eſt lectio; licentioſius eſt verſus: nam humor primam producit*) tenuis nõ exit eiſdẽ plantis: *&* fumus ſublimis, *in ſublime volans* ſurgit ab aris odoratis, *id eſt odoribus, hoc eſt, rebus odoriferis perfuſis.* Tãta, *tam magna*, quies eſt illi, & pax rapti *eſt* innoxia. *Siue* igitur peregrinis potẽtis, *pro potentijs*, ſiue proprijs, animę, B
& venti, coniurant cauſas, *id eſt, cũ cauſis*: ille impetus ignis, & arena, ſubuertit atras partes montis, & ſaxa vaſta trepidãtia cõcurſu fragoris: *rumpunt. i. irrumpunt*, ſimul flammas ardẽteis ac fulmina. *Alij legũt* flumina.

Haud aliter, quàm cũ prono iacuêre ſub auſtro
Aut Aquilone fremunt ſyluæ; dant brachia nodo
Implicitæ: hæc ſerpunt iunctis incendia ramis.
Nec te decipiant ſtolidi mendacia vulgi:
Exhauſtos ceſſare ſinus, dare tempora rurſus,
Vt rapiant vires, repetantq; in prælia victi.
Pelle nefas animo, mendacemque exſue famam.
Non eſt diuinis tam ſordida rebus egeſtas:
Nec paruas mẽdicat opes: nec corrogat auras.
Præſtò ſunt operi ventorum examina ſemper:
Cauſa latet. quærunt pariter, coguntque morari.
Sæpe premit fauces, magnis exhauſta ruinis
Congeries; clauditq; vias luctamine ab imo:
Et ſciſſo veluti tecto ſub pondere præſtò eſt.
Haud ſecùs, ac teneros dum ſecũ frigida monti
Deſidia eſt tutoq; licet diſcedere montes.
Pòſt, vbi continuêre moram, velociùs vrgent.
Pellunt oppoſitas moles, ac vincula rumpunt;
Quidquid in obliquum eſt frangunt iter. acrior ictu
Impetus exoritur: magnis operata rapinis
Flamma micat, latosq; ruens exundat in agros:
Si ceſſant à iure; ferunt ſpectacula venti.
Nunc ſuperant, quæcumque regunt incendia ſyluæ:
Quæ flammas alimenta vocent; quid nutriat Ætna.
Incendi poterunt, illis vernacula cauſis
Materias oppoſitumq; igni genus vtile terrent:
Vritur aſsiduè calidus nunc ſulfuris humor,
Nunc ſpiſſus crebro præbetur vimine ſuccus.
Pingue bitumen adeſt, & quidquid comminus atras
Irritat flammas illius corporis Ætna eſt.
Atq; hác materiam penitùs diſcurrere fontes;
Infectæ erumpunt, & aquæ radice ſub ipſa:

HAVD aliter, quàm cùm flumina iacuêre ſub Auſtro prono, *id eſt, inclinato ad propellandum*: aut cum ſyluæ fremunt Aquilone, *vento Septentrionali*: *& ipſæ ſyluæ* implicitæ, nodo *ſcilicet*: *ex mutuo occurſu, dum ſe inuicem flagellant*, dant brachia, *id eſt*, *flagella & ramalia*, nodo, *in nodum*: hęc incendia, *id eſt*, *inundationes ſyluarum, more aquarum bullientium concuſſarum*, ſerpunt ramis iunctis. Nec mendacia ſtolidi vulgi decipiant te, *dicentis ſcilicet* ſinus *Aetnæ* ceſſare *ab incendio & emiſsione flammarum*, exhauſtos, *materiâ ignis euacuatos*, *&* tempora dare, *id eſt*, *concedere*, rurſus, vt capiant vires; & ipſi victi, *confecti & elanguentes*, repetant, *ſcilicet vires*, in prælia. Pelle nefas, *id eſt*, *nefandam opinionem*, animo; *&* exue famam mendacem. *Quia nõ eſt tam ſordida egeſtas; vt ſcilicet vicißitudine & intercapedine temporis opus ſit rebus diuinis, à deo inſtitutis.* Nec mendicant, *ſcilicet deus aut natura*, opes, *id eſt*, *facultates & auxilia*, *&* (*vt dicunt*) *eleemoſynas*; paruo, *id eſt, à paruo, vtpote à re caducâ*; nec congregat auras, *quibus ſcilicet poſtea ad incendium vtantur operæ*, *id eſt, operationes vẽtorum*, ſunt præſtò, *id eſt*, *parata*, *quaſi præſtantes ad iuſſa obeunda*: *&* quærunt *ſemper*, pariter, *examina*, *id eſt*, *eruptiones agminatim, more apum facta*: & cogunt morari, *id eſt, immorari*, pariter, *id eſt*, *ad libitum*: *nunc* pariter erumpunt; *nunc pariter immorantur*. *Sed quare id faciant*, cauſa latet: congeries, *ſcilicet ſaxorum & alterius materiæ*, exhauſta, *ſcilicet ab igne*, magnis ruinis premit ſæpè fauces, & claudit vias ab vno, *id eſt*, *uniformi*, luctamine: & eſt præſto, *id eſt*, *parata*, ſupponere, *ſubeundo*, veluti tecto ſciſſo, *id eſt*, *cooperimento interrupto*. Haud ſecus, ac cùm frigida congeries deſudat monte ſicco teneros, *ſcilicet ignes*, *hoc eſt*, *paruos*, & cùm licet montes diſcedere tuto, *id eſt, ſine interruptione*. Poſt, *poſtmodum*, vbi, *ſcilicet ignes & flammæ*, continuêre moram: vrgent velociùs, pellunt moles oppoſitas, ac rumpunt vincula, & frangunt quidquid eſt in oppoſitum iter: impetus acrior exoritur ictu, *id eſt*, *ex ipſo impulſu*; flamma operata, C

A perata, *id est, exercitata*, magnis rapinis micat, & ruens exundat in latos agros. *Si venti* cessant à rure, ferunt spectacula, *id est, res inspectatione dignas*: nunc superant incendia; quæcumque syluæ regunt, quæ vocent flammis alimenta, *&* quid Ætna nutriat: poterunt incendi illis causis materia vernacula: *id est, familiaris & materna*; & genus vtile oppositum igni terrent, *scilicet incendium*: *& tamen* vritur assiduè: *&* ita nunc humor sulfuris calidus præbetur; nunc succus, *id est, nutrimentum*, spissus, *id est, densum*, crebro vimine, *id est, virgulto tenui*, præbetur, *scilicet incendio*: *&* bitumen, *genus cretæ & terræ tenacis, de naturâ sulfuris, vnde dicitur* pingue, adest, *id est, præstò est.* & quidquid irritat. i. *prouocat*, comminus, *de propè*, flammas atras, *id est, fumosas & obscuras*: Ætna est illius, *id est, illiusmodi*, corporis; *vt scilicet talem materiam præbeat.* ATQVE hanc materiam penitus, *&c.*] *Prosequitur intentum.* *Ordo est* Atque, *supple iubet*, discurrere hanc materiam, penitùs, *omnino*, fontes & aquæ infestæ, *scilicet graui odore ex sulfure*, erumpunt sub ipsâ radice.

Pars oculis manifesta iacet: quæ corpore dura est,
Ac lapis: in pingui feruent incendia succo.
Quinetiam variè quædam sinè nomine saxa
Toto monte liquant. illis custodia flammæ
Vera tenaxque data est: sed maxima causa molaris
Illius incendî lapidis. sic vindicat Ætnam.
Quem si fortè manu teneas, ac robore cernas;
Nec seruare putes ignem, nec spargere posse.
Sed simulac ferro quæras; respondet, & ictu
Scintillat calor. hunc multis circumdare flammis,
Et potes extorquere animos: atq; exsue robur;
Fundetur ferro citiùs. nam mobilis illi,
Et metuens natura mali est; vbi cogitur igni.
Sed simulatq; hausit flammas; non tutior haustu
Vlla domus seruans aciem, duramq; tenaci
Septa fides. tutum est illi, patientia victo.
Vix vnquam redit in vires, atq; euomit ignem
Totus enim denso stipatur robore: tarda
Per tenues admissa vias incendia nutrit;
Cunctanterq; eadem pigreq; accepta remittit.
Nec tamen hoc vno, quod montis plurima pars est,
Vincit, & incendî causam tenet: illa profectò
Miranda est lapidum viuax animosaq; virtus.
Cætera materies, quæcumq; est fertilis igni,
Vt semel accensa est, moritur: nec restat in illâ,
Quod repetas: tantùm cinis, & sine semine terra est.
Sic semel atque iterum patiens, ac mille perhaustis
Ignibus instaurat vires: nec desinit antè,
Quàm leuis exhausto defecit robore pumex,
In cinerem putresq; iacet delapsus arenas.

PARS iacet manifesta oculis: *ipsa rubet, &* est dura, ac, *id est, sicuti*, lapis: *&* incendia feruent in succo, *id est, alimento humido, &* pingui. Quinetiam quędam saxa sunt vario vimine, *id est, quæ habent quasi vimen ad incendium aptum*;
B *quæ supple*, liquant, *id est, diffluunt*, toto monte: custodia flammæ vera & tenax, *id est, perpetua*, est data illis: sed, *quippe certè*, maxima, *scilicet custodia*, illius incendi, *pro incendij*, lapidis molaris, *quasi molarim* vindicat, *defendit*, sic Ætnam: quem, *scilicet molarem*, si *tu* teneas fortè manu, & cernas robore, *id est, in globo aut corpore eius*; *tu* putes nec posse seruare, nec spargere ignem, *cum tamen verumque faciat*: sed simul ac, *statim postquam*,
C *tu* quæras, *inquiras*, ferro, *hoc est, percutias saxum ipsum chalybe*; respondet, *scilicet, votis tuis* & calor, *ignitur*, scintillat, *id est, per scintillas exsilit.* *Tu* potes hinc, *postquam scintillauerit*, circumdare, *scilicet lapidem*, flammis, *adhibendo videlicet stupam, atque arida circùm nutrimenta*, & extorquere animos, *id est, spiritus ignitos*: atque exsue, *dissolue*, robur *ipsum*; fundetur citiùs ferro: nam natura est illi mobilis (*alij legunt*, nobilis) & metuens mali, *id est, nociui & incommodi*, vbi, *quando*, cogitur igni, *id est, per ignem dissoluitur.* Sed simulatque, *immediatè postquam*, hausit flāmas, *id est, incensum est*; non vlla domus est tutior, seruans aciem, *id est, splendorem*, hausti, *scil. ignis*; duram, *tenacem & perdurantem.* Fides *est illi* tenaci, *id est, dum tenax est*, septa, *id est, circumdata*: tutum, *id est, tuta*, & patientia *est illi* victo, *id est, dum vincitur ab igne*: *quoniam* vix redit vnquam in vires, *id est, vix reparat, aut recuperat, aut instaurat vnquam*, vires, atque euomit ignem. Stipatur enim, *id est, circumdatur*, toto, denso robore; *&* nutrit tarda incendia, admissa per tenues vias, *id est, venas lapidis*: & remittit eadem, *scilicet incendia*, accepta cunctanter, *id est, lentè ac cum morâ*, & tardè: nec tamen vincit hoc vno, *id est, hac vnâ ratione*, quód est plurima pars montis, *& quod* tenet causam incendij. Profectò illa viuax & animosa virtus lapidum, *quòd scilicet flammam enutriant*, est miranda. Cætera materies, quæcumque est fertilis igni, *id est, potest producere ignem*, postquam est semel incendia, *ipsa* moritur, *extinguitur & consumitur*; nec restat in illâ, quod repetas, *id est, repetere possis*, *& est* tantùm cinis & terra, sinè semine, *id est, vigore alterius producendi.* *Sed hic lapis*, patiens, *scilicet ardorem*, semel atque iterum, *id est, frequenter*, ac perhaustis mille ignibus instaurat, *reparat*, vires; nec desinit antè, quam pumex leuis defecit robore excocto, *id est, adsumpto per coctionem*: & antequam iacet delapsus in cineres & putres arenas.

Cerne locis etiam similes arsisse cauernas.
Illìc materiæ nascentis copia maior:
Sed genus hoc lapidis certissima signa caloris;
Quòd nullas adiunxit opes, & languit ignis.
Dicitur insidijs flagrans Ænaria quondam,
Nunc extincta super; testisq; Neapolin inter
Et Cumas locus est, multis iam frigidus annis:
Quamuis æternum pinguescat ab vbere sulfur.
In mercem legitur. tantò est fœcundior Ætna
Insula cui nomen facies dedit ipsa rotunda.
Sulfur enim solum, nec obesa cacumine terra est,
Et lapis accretus retegendis ignibus aptus.

CERNE etiā similes cauernas arsisse locis, *scilicet alijs*: maior, *id est, aliquantulum magna*, copia materiæ nascentis *est* illic, *in alijs locis*; sed genus hoc lapidis, *dat supple*, certissima signa coloris, *scilicet nigri, quasi sit exustus ab igne*: quòd, quia, ignis nullas adiunxit opes. *i. nutrimenta ad incendiū*, & languit. *i. subindè extinctus fuit.* DICITVR insidijs] *Recitat alia loca, quæ incēdio, sed nō perpetuo, flagrauerūt*: *inducēs Aenariā, de quâ quia Calderinus satis differuit: ordo est*: Ænaria *insula* dicitur flagrās fuisse quondā insidijs, *sc. immisso igne per insidias*: nūc *dicitur* extincta super te-

per te-

Sed rarò fumat, qui vix, si accenditur, ardet
In breue mortales flammas quòd copia nutrit,
Insula duratâ Vulcani nomine sacra.
Pars tamen incendî maior refrixit, & alto
Iactatas recipit classes, portuq; tuetur.
Qui restat, minor, & diues satis vbere terrâ est:
Sed non Ætnæis vires quæ conferat illis.
Atque hæc ipsa tamen iam quondam extincta fuisset;
Ni furtim aggeneret secretis callibus humor
Materiam, syluamq; suam, pressoq; canali
Huc illuc ageret ventos, & pasceret ignes.
Sed meliùs res ipsa nota est, spectataq; veris
Occurrit signis: nec tentat fallere pestem.

per tectis, id est, superficiebus. Et est locus inter Cumas & Neapolim: at frigidus iam multis annis; quàmuis sulfur pinguescat, id est, pingue crescat illic, æternum, æternè, ab vbere, scilicet materno: id est, quàmuis non desit ei loco copia sulfuris, vnde videtur incendium posse continuari: quod sulfur legitur, id est, colligitur illic, in mercem, ad mercimonium faciendum. Ætna insula est tantò fœcundior, quàm Aetnaria: quia perpetuum est. Aetnæ ipsa facies rotunda dedit nomen: quia cùm sit exusta in rotundum, ab incendio Aetna vocatur: αἴθω enim, incendo. Et enim, pro quia, sulfur solum non est, supple, illîc, nec terra obesa, id est, circumesa & absumpta, cacumine, in summitate: & lapis accretus, qui accreuit, exsistens aptus ignibus retegendis: sed fumat raro, qui vix succenditur, i. etiam parùm incenditur, & supple, ardet, quòd copia nutrit flammas mortales in breue, scilicet tempus: insula durata, scilicet perpetuis exustione, est sacra, nomine, sub occupatione, Vulcani: quia Vulcanus dicitur illic habere antrum. Tamen pars maior incendij refrixit, id est, frigida facta est, & recipit classes iactatas alto, scilicet mari, & tuetur, id est, protegit eas, portu. Pars, supple, quæ restat, est minor, & terra diues ob vbere, fœcunditate: sed non talis, quæ conferat, id est, compares, vires suas illis Ætnæis viribus: atque hæc ipsa pars fuisset iam quondam extincta: ni, nisi, humor generet furtim callibus, vijs aut venis secretis, materiam, & suam syluã, id est, fomentum incendij, (vnde, quia pro eodem sumit materiam & syluam, patet, syluam ab ὕλη deductam) & ageret ventos huc illuc canali presso, id est, strictâ via & angusto meatu, & pasceret ignes. sed res ipsa est meliùs nota, id est, signum sui, & spectata occurrit veris signis, nec tentat fallere pestem, id est, incendium aut consumptionem.

Nam circà latera, atque imis radicibus Ætnæ,
Candentes efflant lapides, disiectaque saxa
Intereunt venis: manifesta vt credere posis
Pabula, & ardendi causam lapidem esse molarem:
Cuius defectus ieiunos colligit ignis.
Ille vbi collegit flammas, iacit: & simul ictu
Materiam accendit, cogitque liquescere secum.
Haud equidem mirum factu, quod cernimus extrà.
Si lenitur opus, restat magis: vritur illîc,
Sollicitatque magis vicina incendia saxum:
Certaque venturæ præmittit pignora flammæ.
Nam simulatque mouet curis, turbamque minutus
Diffugit, extemploq; solum trahit: ictaq; ramis,
Et graue sub terrâ murmur demonstrat, & ignes.
Tùm pauidum fugere, & sacris tùm cedere rebus,
Parêre & tuto speculaberis omnia colli.
Nam subitò efferuent onerosa incendia raptis:
Accensæ subeunt moles, truncæq; ruinæ:
Prouoluunt, atq; atra sonant examina arenæ.
Nec recipit flammas mons: hîc defessus anhelat,
Atq; aperit se hostis: decrescit spiritus illîc
Haud aliter, quàm cùm læto deuicta trophæo
Prona iacet campis acies, & castra sub ipsa.
Tùm si quis lapidum summo pertabuit igni,
Asperior sopita, & quædam sordida fax est,
Qualem purgato cernes discedere ferro.
Verùm vbi paulatim exsiluit sublata caducis
Congeries saxis, angusto è vertice surgunt.
Sic veluti in fornace lapis torretur, & omnis
Exsutus penitùs venis subit altiùs humor:
Amissis opibus, læuis sinè pondere pumex
Excoquitur: liquor ille magis feruare, magisq;
Fluminis in speciem mitis procedere tandem
Incipit, & primis demittit collibus vndas.
Illæ paulatim bis sena in millia pergunt.
Quippe nihil reuocat, certis nihil ignibus obstat:
Nulla tenet frustrà moles; simul omnia pugnant.
Nunc syluas rupesq; vorant hæc tela, solumq;
Ipsa adiurat opes, facilesq; sibi induit annos.

NAM efflant lapides candentes, id est, semiustos, & quasi in cinerem versos. circùm latera, & in imis radicibus Ætnæ: & saxa disiecta intereunt venis, id est, eunt inter venas, aut moriuntur & absumuntur in venis: vt posis credere manifestò, lapidem molarẽ esse causam ardendi, id est, incendij, aut cur ardeat: cuius, scilicet lapidis, defectus, id est, fragmenta, ignis, ieiunus, id est, auidus & famelicus, colligit ille ignis: Vbi, postquam, collegit, scilicet ex fragmentis illis, flammas, id est, vim incendij, iacit, proijcit eas, & accendit simul materiam ictu, eijciendo eam, & cogit secum liquescere: quia, dum materia liquefacta deficit, ignis quoque extinguitur. HAVD equidem mirum.] Perstat in instituto, pluribus verbis pauca explicans: vt à Maronianâ phrasi multùm frigere, dum de Aetnâ scribit, agnoscas. Sed quia instituimus, ordinem prosequamur. Equidem, id est, certè (vel hoc vocabulum monstrat, non esse Vergilianum opus: semper enim equidem primæ personæ accommodat, auctore Seruio; vt sit, ego quidem) haud id est, non, mirũ factu, supple, est id, quod cernimus extra, id est, exterius, si opus lenitur, mitigatur & remittitur, aut intermittitur: & restat, & vritur magis illîc, scilicet vbi leniebatur, & saxum sollicitat magis incendij vicinias & præmittit certa pignora, id est, auctoramenta aut corroboramenta, flãmæ venturæ. Nam simulatq; mouet se curis, id est, anxietate desciendi, & minutus, id est, imminutus, diffugit turbam: trahit extemplò, illicò, solũ, id est, fundũ, aut terram solidam: & trahit icta, id est, percussa, ramis, ignibus lateralibus, & demõstrat sub terrâ graue murmur, & ignes, supple graues. tùm speculaberis, id est, videbis, supple quemlibet, pauidum fugere, & decedere rebus sacris, id est, timendis, quasi exsecrabilibus, aut dijs consecratis, & speculaberis omnia parêre colli tuto, scilicet ab accessu: quia ascendit collem, verticem Aetnæ, sic incensum. Nam subitò efferuent incendia onero-

A onerosâ, moleſta, raptis, id eſt, correptis, ſcilicet his qui non aufugerint: & moles accenſę ſubeunt, ſubſequũtur, & ruinæ truncæ, id eſt, obtruncatæ & abruptæ. Et arenæ voluunt examina: id eſt, copias, flammarum, atra, & ſonant, ſimul ſonitum edunt: nec mons recipit, id eſt, capere & continere poteſt, flammas: quia ſupple, defeſſus hinc, id eſt, poſtmodum, anhelat: atque, ſimulac, hoſtis, ſcilicet ignis, aperit ſe, ſpiritus decreſcit illîc: haud, id eſt, non, aliter, quàm cùm acies iacet, prona, proſtrata, campis, deuicto trophæo læto, ſcilicet victori: campis dicit, & ſub, id eſt, ante, ipſa caſtra, quaſi inclinata ad caſtra: nam dicere potuiſſet, Caſtriſq; ſub ipſis. Tùm, id eſt, deinde, ſi quis lapidum, id eſt, ſi quis lapis, pertabuit, mollificatus emarcuit, igni ſummo, aſperior ſobaris, id eſt, vehementibus ignibus: & quædam fax eſt ſordida, id eſt, immunda, (ſic Calder. legit: ferè tamen textus habent, ſopita; non ſobaris: vt ſit; & quædam fax ſopita & ſordida eſt,) qualem cernes diſcedere, id eſt, abſtrahi, ferro purgato, id eſt, poſtquam ferrum purgatum eſt. verùm vbi congeries exſiluit, paulatim ſublata ſaxis caducis, tunc ſurgunt è vertice anguſto: ſic veluti lapis torretur in fornace, dum calx efficitur, & omnis humor exſuitur penitùs venis, & pumex, læuis & ſine pondere; quia opibus amiſsis, id eſt, ſucco deperdito & abſumpto, ſubit altiùs: ille liquor, ſcilicet pinguis, excutitur magis, & incipit magis ſeruare, ſupple ſe: & incipit tandem procedere magis mitis: quia in morem fluminis; & dimittit vndas, ſcilicet liquoris, ſupple in, primis collibus. Illæ, ſcilicet vndæ pergunt paulatim in biſſena, id eſt, duodecim, millia, ſcilicet paſſuum: quippe quas, aut quia certè, nihil reuocat, nil obſtat ignibus curtis, id eſt correptis: nulla moles, id eſt, reparatio, aut moderatio, tenet fruſtra, conatur tenere: & hæc vnda ignis, purgans ſimul omnia; vorat nunc ſyluas & rupes, & vorat hæc tela, id eſt, ſaxa, & ſolum, id eſt, terram: & ipſa adiurat, id eſt, adiurando aſſciſcit, opes, id eſt, auxilia & copias; & induit ſibi annos faciles, ſcilicet ad durationem.

B

Quòd ſi fortè cauis cunctatus vaſibus hæſit;
Vtpote inæquales voluens perpaſcitur agros:
Ingeminat fluctus, & ſtantibus increpat vndis.
Sicut cùm curuo rapidum mare cernitur æſtu,
Ac primùm tenuis ſinus agit vlteriores,
Progrediens latè diffunditur, & ſuccernens;
Flumina conſiſtunt ripis, ac frigore durant;
Paulatimque ignes coëunt, ac flaminea meſſis.
Exſuitur facies tunc prima, vt quæq; rigeſcit,
Effumat moles; atq; ipſo pondere tracta
Voluitur ingenti ſtrepitu, præcepsque ſonanti
Cùm ſolido inflexa eſt, pulſatos diſsipat ictus:
Et quà diſcluſa eſt, candenti robore fulget;
Et micat examen, plagis ardentia ſaxa,
Scintillat procul eſſe fide, procul eſſe ruentem;
Incolumi feruore cadunt. verùm impetus ignes,
Si fumant, quondam vt ripas traiecerit amnis;
Vix iunctis quiſquam fixo dimouerit illas,
Vicenos perſæpè dies iacet obruta moles.
Sed fruſtrà certis diſponere ſingula cauſis
Tentamus, ſi firma manet tibi fabula mendax,
Materiam vt credas aliam: furere igne fauillam,
Plurima pro pietate ſimul concreſcere; ſicq;
Commiſſum lento flagrare bitumine ſulfur.
Nam poſt exuſtam cretam quoque robora fundit:
Et figulos huic eſſe fidem: dein frigoris vſu
Duritiem reuocare ſuam, & conſtringere venas.
Sed ſignum commune leue eſt, atque irrita cauſa;
Quæ trepidat, verum vbi certo pignore conſtat.

Quòd ſi fortè cunctatus hæſit vaſibus (alij finibus legunt. nam Vaſa, vaſorum dicimus: verùm olim dicebatur, Vaſum, vaſi; quo Cato apud Gellium vtitur. & ita poſſet pluraliter vtrumque dici, Vaſibus, à nominatiuo ſingulari Vas; & Vaſis, à Vaſum: ſicut Euentus & Euenta legimus. Poſſet etiam Vaſis legi; vt ſit ſpondaicus verſus,) id eſt, ſaxis, cauis: vtpote qui voluens inæquales agros perpaſcitur, ſupple eos: & qui ingeminat fluctus, & increpat, id eſt, crepitum facit, vndis ſtantibus, id eſt, ſtagnis.
C ſicut cum mare lapidum, id eſt, marmorum, aut abundantia illorum ſaxorum, cernitur curuo æſtu, id eſt, inundatione lapidum: ac agit primùm tenuis ſinus, progrediens ac ſuccernens, id eſt, occultè cernens, vlteriores, diffunditur latè: flumina conſiſtunt ripis, ac durant, ſupple ſe, frigore, id eſt, congelantur: & ignes ac meſsis flammea, id eſt, copia flammarum, coëunt, id eſt, congregantur, paulatim. Tunc prima facies exſuitur, & vt quæque rigeſcit, id eſt, rigida fit, moles effumat, id eſt, per fumum diſſoluitur, atque ipſo pondere voluitur præceps, ſupple cum, ſtrepitu ingenti atque ſonanti: & cum inflexa eſt ſolido, id eſt, ab integro; diſſipat, id eſt, inuentos diffundit, ictus pulſantes: & quia diſcluſa eſt robore, id eſt, duritiâ, candenti fulget, & examen, id eſt, multitudo ſaxorum ex antris, more apium ex aluearijs eductarum, efflatorum, examen dico, per appoſitionem, ſaxa ardentia plagis, id eſt, vulneribus, hoc eſt, ambuſtionibus, micat ſcintillâ: procul eſſe ruentes ignes; cadũt incolumi feruore: verùm ſi fumant quondam, vt impetus traiecerit ripas amnis, vix quiſquam dimouerit illas, ſcilicet ripas, iunctis, id eſt, adhærentibus, fixo, id eſt, firmo & ſtabili: moles iacet ſępè obruta vigenos dies. SED fruſtra, &c.] Si, inquit, firmiter credis id, quod fabula aſſerit; fruſtra tentamus diſponere ſingula certis, id eſt, veris, & non fictitijs, cauſis. non quòd lectoris fides quidpiam faciat ad cauſam rei; ſed quòd fruſtrà ſcripſeris, quæ nemo ſit crediturus; quia oportet diſcentem credere. Sed vt cætera quoque pateant; ordo eſt: Sed nos tentamus fruſtra diſponere cuncta certis cauſis, ſi fabula mendax, id eſt, falſa manet tibi firma, id eſt, ſi firmiter tibi perſuaſum eſt, quod fabula aſſerit. ve, pro vel, ſi tu credas aliam materiam, ſupple eſſe incendio, & fauillam, id eſt, tenuem flammam, furere igne, & plurima concreſcere ſimul proprietate: & ſi credas ſulphur commixtum bitumine, id eſt, terrâ pingui & ſulphureâ, flagrare, id eſt, ardere, vento. Nam fundit quoque robore, id eſt, duritiâ ſuâ, poſt cretam exſutam, id eſt, poſtquam bitumen exiuit; & figulos eſſe fidem, id eſt, præbere approbationem, huic rei. dehinc ſi credas reuocare ſuam duritiem, id eſt, robur, vſu frigoris, ſcilicet non denſantis, & conſtringere venas, id eſt, in quibus ignis regnat. Sed ſignum commune eſt leue, id eſt, inane; atque cauſa eſt irrita, quæ trepidat, vacillat & periclitatur, vbi verum conſtat certo pignore, id eſt, approbatione.

NAM

Nam velut arguti natura est æris, & ignis,
Cùm domitum cōstat, eademq;, & robore saluo,
Vtramq; vt possis æris cognoscere portam:
Haud aliter lapis ille tenet: seu fortè madentes
Effluit in flammas, seu sit securus ab illis:
Conseruatq; notas, nec vultu perdidit ignes.
Quinetiam externam multis color ipse resoluit:
Non ordo, aut leuitas. putris magis ille, magisq;
Vna operis facies, eadem perq; omnia terra est.
Nec tamen inficior, lapides ardescere certos,
Interius furere accensos: hæc propria virtus.
Quin ipsis quædam Siculi cognomina saxis
Imposuêre: Fricas etiam ipso nomine signant
Fusilis esse notas. nunquā tamen illa liquescunt:
Quàmuis materies foueat succosior intùs:
Nec penitùs venæ fuerint commissa molari.
Quòd si quis lapidis miratur fusile robur:
Cogitet obscuri verissima dicta libelli
Heracleti, & ibi nihil insuperabile gigni,
Omnia quæ rerum naturā semina iacta.
Sed nimiū hoc mirum: densissima corpora sæpe,
Et solido vicina, tamen compescimus igni.
Non animos æris flammis succumbere cernis?
Lentitiem plumbi non exsuit? ipsaq; ferri
Materies prædura, tamen subuertitur igni?
Spissaq; suspensis fornacibus aurea saxa
Exsudant pretium: & quædam fortasse profundo
Incomperta iacent, similq; obnoxia sorti.
Nec locus ingenio est: oculi te iudice vincent.

NAM veluti ignis æreus, *id est, in massā ærea aut ferreā candenti*, condomitus, *id est, victus, vt non exedat*, est naturæ argutæ, *id est, subtilis aut stridulæ*; & eadem, *scilicet natura* constat, &, *id est, etiā.* robore saluo, *vltrà quàm possis cognoscere*, portam, *id est, apertionē æris.* haud aliter ille lapis tenet, seu effluit fortè in venas madentes; seu sit securus ab illis: & conseruat notas, *id est, splendorem suum*, nec pdidit ignes vultu. Quinetiam ipse color resoluit multis extremam, *scilicet naturā*: non odor, aut ætas: putris magis ille, *scilicet color*, magisq;, *scilicet resoluit*: vna facies *est* operis, & eadem terra est per omnia. Nec tamen infitior, *non nego tamen*, certos lapides ardescere, *&* furere accēsos interius hæc *est illis, supple*, propria virtus. Quin, *id est, quinetiam*, Siculi imposuêre ipsis saxis quædam cognomina: signā: etiam fricas, *id est, frigidas petras*, ipso nomine, *id est, ipsā appellatione*, *&* signant notas esse fusilium, *scilicet saxorum*. tamen illa, *scilicet quæ fusilia dicuntur*, nunquam liquescunt: quàmuis materies succosior foueat, *scilicet ignis*, intùs, *id est, intrinsecùs*; nec fuerit commissa penitùs venæ molari, *id est, molaris lapidis.* Quòd si quis miratur robur fusile lapidis, cogitet verissima dicta libelli obscuri, *scilicet ab obscuro auctore editi*: & dicet, nihil gigni insuperabile: *verùm* omnia semina, quæ rarum, *id est, verò consurgunt*, iacta, *supple, esse*, naturâ, *id est, per naturam, aut à naturâ.* sed nimiùm mirū, *supple est*, quòd nos tamen compescimus sæpè igni corpora densissima, & vicina solido, *id est, quasi dura & solida.* Non, *id est, nōnne*, cernis, animos æris succūbere flammis, *id est, æs mitigari flammis? quasi dicat, frequentissimè.* Non exsuit, *scil. flāma*, lentitiem, *id est, mollitiem & debilitatē*, plumbi: & ipsa materies ferri, *quàmuis* prędura *sit*, tamen subuertitur, *à duritie, hoc est, mulcetur*, igni: & saxa aurea, *dilucida propter ignem*, spissa, *id est, densa & solida*, exsudant, *id est, dulciter emittunt*, precium, fornacibus suspensis, *scilicet in vertice Aetnæ.* quædam iacent fortè incōperta, *id est, in imo fundo*, & obnoxia, *id est, deuincta*, simili sorti, *quia etiam illa sunt splendida.* nec locus est ingenio, *id est, scrutationi mentis*: oculi vincent, *id est, quod volunt, probabunt*, te iudice: *id est, potiùs adhærebis rei visæ quàm rationi, quam mente concipias.*

Nec lapis ille riget perculsus, & ignibus obstat,
Si paruis torrere velis: cœloq; patenti
Candentem, pressumq;, agedum fornace coërce.
Nec sufferre potest, nec sæuum durat in hostem:
Vincitur, & soluit vires, captusq; liquescit.
Quæ maiora putas autem tormenta moueri
Posse manu? quæ tanta putas incendia nostris
Sustentare opibus: quantis fornacibus Ætna
Vritur, & sacro nunquam non fertilis igne?
Sed non qui nostro feruet moderatior vsu;
Sed cœlo propior; vel quali Iuppiter ipse
Armatus flammâ est. his viribus additus ingens
Spiritus, astrictis elisus faucibus; vt cùm
Fabriles operas rudibus contendere massis
Festinant, ignes quatiunt, follesq; trementes
Exanimant, pressosq; instigant agmine ventos.
Hæc operis fama est: sic nobilis vritur Ætna.
Terra foraminibus vires trahit; vrget in arctum:
Spiritus incendî viuit per maxima saxa.
Magnificas laudes, operosaq; visere templa
Diu tijs hominū, aut sacra commemorare vetusta
Traduce materiâ, & terris per proxima fatis
Currimus, atq; auidi veteris mendacia famæ
Eruimus, cunctasq; libet percurrere gentes.
Nunc iuuat Ogygijs circumdata mœnia Thebis
Cernereq;, & fratres, ille impiger, ille canorus,
Condere felices; aliena interserit æuo,
Inuitata pio nunc carmine saxa, lyraque;
Nunc gemina ex vno fumantia saxa vapore
Miramur, septemq; duces, raptumq; profundo.
Detinet Eurotas illic, & spatia Lycurgi,

NAM ille lapis perculsus riget. *i. munitur durus*, & obstat ignibus, si *tu* velis torrere, *scilicet ipsum*, paruis ignibus, *quia à magnis superatus incenditur.* Agedum, *adhortandi aduerbium*, coërce, *supple, ipsum lapidem*, cadentem cœlo, *id est, aëre* patenti, & pressum fornace: *ipse* nec potest sufferre, *scilicet vim ignis*, nec durat in hostem sæuum, *id est, ignem vehementē, & ita* vincitur, & soluit, *id est, relaxat*, vires, & captus, *scilicet ab igne*, liquescit, *id est, resoluitur in cinerem*, QVÆ maiora putas autē tormenta moueri.] *Trahit, vt inceperat, omnia in admirationem: doceiq; se quoq; alijs de rebus ac fabulamentis posse scribere: cùm notas habeat plurimas, quas tangit, historias.* Ordo *est*: Quę autem maiora tormenta putas posse moueri manu, *id est, artificio & ministerio manuū; quàm scilicet mouentur ab incendio & occultâ vi Aetnæ? quasi dicat, nulla.* Quæ tanta incendia putas sustantari, *scilicet posse*, nostris, *id est, humanis*, opibus, *id est, facultatibus aut potentijs? quasi dicat, etiam nulla. nam* Ætna vritur tantis fornacibus, *&* nunquā *est* non fertilis, *id est, semper est fertilis*, igne sacro, *scilicet Ioui, qui indè fulmina habet; aut vrendo nobis*: sed nō *tali, supple, qui feruet*, moderatior, *id est, temperatior*, nostro vsu: sed *qui, supple, feruet*, propior cœlo, *id est, igni elementari*; vel quali flammâ Iupiter ipse est armatus, *id est, in fulmen cōflatā.* Ingens spiritus *est* additus his viribus: *& hoc facibus, scilicet fornacis, aut crateræ*, astrictis, *id est, angustis*, elisis, *id est, attritis, aut absumptis*: vt cùm, *id est, quando, scilicet fabri*, festinant contendere, *id est, certatim exercere*, operas fabriles, *id est, exercitia fabrorum*, massis rudibus, *lamenis informibus, hoc est, nondum formatis*: *ipsi* quatiunt, *commouent*, ignes, & exani-

Et sacer in bellum numeros sua turba recenti.

A & exanimant, *id est, euacuãt animã*, folles trementes, & instigant agmine, *agminatim expellunt*, ventos pressos, *scilicet in follibus*. Hæc, *scilicet dicta*, est fama operis, *scilicet incendij Aetnai*: Ætna nobilis, *multùm nota per tale incendium*, vritur; *sic*: terra trahit vias foraminibus, *id est, per foramina, hoc est, poros*: spiritus, *id est, vis ventorum ac ignium*, vrget in arcũ, *fornicem & curuaturam*, & incendit, *id est, diffunditur*, viuus, *id est, actiuus & agilis*, per maxima saxa. *Possemus, supple*, dicere magnificas laudes hominũ, & templa operosa, *id est, operosè elaborata*, diuitijs hominum, aut memorare saxa vetusta, *id est, antiqua ædificia: sed* currimus materiâ traduce, *id est, nos traducente*, terris, *id est, in terris*, per proxima fatis', *id est, rebus fato pereuntibus*: atq; nos auidi eruimus, *euellimus ex animo lectoris*, mendacia veteris famæ, *id est, opinionis de incendio Aetnæ, quæ erat mendax & erronea*: & libet percurrere cunctas gentes, *id est, omnes historias insignes diuersarum gentium*. Iuuat, *id est, delectat non* nunc, *id est, aliquando*, cernere mœnia circumdata Thebis Ogygijs, *id est, ab Ogyge*
B *conditãs: & iuuat cernere quod* fratres *fecêre*. ille impiger, *id est, acer venator, Zetus*; ille, *scilicet Amphion*, canorus, *id est, musicus, lyrâ canere solitus*, felices condere, *id est, ad condenda aliena opera (quia dicitur*, Amphion, Thebanæ conditor arcis, Saxa mouere sono testudinis, *&c.) vnde* ipse interserit æuo, *id est, facit memoriam perdurare*, saxa inuitata pio carmine & lyrâ. & miramur nunc gemina saxa fumantia ex vno vapore. *Videtur de Eteocle & Polynice loqui: qui dum viuerent, immortali odio se, quámuis fratres essent, prosequebantur: quapropter, cùm simul occisi vno rogo imponerentur, dicuntur eorum corpora adhuc odium retinuisse, nec simul cremari voluisse. vnde dissiluisse dicuntur: atque ita gemina saxa fumantia, id est, vrnæ aut sarcophagi, orta ex vno vapore, id est, rogo vaporoso.* Et, *miramur* septem duces, *scelicet Thebarum*: & raptum, *absorptum*, profundo, *hiatu, hoc est, Amphiaraum vatem, vt Statius in Thebaide docet.* Eurotas, *fluuius Thessaliæ*: detinet, *scilicet nos, admiratione sui*. & sparsa genua Lycurgi, *regis Thraciæ: qui dum vites amputare vellet, genua incidit, atque dispersa dereliquit*: & numerus sacer, *id est, deuotus*, in bellum, *hoc est, omnium qui bello assumpti sunt*, (*si legatur*, in Belum, *posset de Belidis & Belidibus intelligi*) *appositoriè* turba sua, *id est, propria & debita*, recenti, *scilicet bello aut cædi. Multa supplere & intelligi oportet: quia omnia obscura & inuersa sunt.*

Nunc hîc Cecropiæ varijs spectantur Athenæ
Carminibus, gaudentq; suâ victrice Mineruâ.
Excidit hîc reduci quondam tibi, perfide Theseu,
Candida sollicito promittere vela parenti.
Tu quoq; Athenarum carmen tam nobile sidus
Erigone: sedes vestra en Philumela canoris
Euocat in syluis: & tu soror hospita tectis
Acciperis: solis Tereus ferus exsulat agris.
Miramur Troiæ cineres & flebile victis mûm
Pergamô, extinctosq; suos Phrygas: Hectora pri-
Cõspicimus, magni tumulû ducis. hîc & Achilles
Impiger, & victus magni iacet Hectoris vltor.
Quinetiam Graiæ fixos tenuère tabellæ,
Signáue, nunc Paphiæ rorantes parte capilli;
Sub truce nunc parui ludentes Colchide nati;
Nunc tristes circà subiectæ altaria ceruæ,
Velatusq; pater; nunc gloria viua Maronis:
Quinetiam illa manus operum, turbæq; minaces:
Hæc visenda putas terræ dubiusq; marisq.?
Artificis naturæ ingens opus aspice: nulla
Cùm tanta humanis Phœbus spectacula cernes,
Præcipueq; vigil, feruens cùm Sirius ardens.
Insequitur miranda tamen sua fabula montem:
Nec minùs ille pius, quãquam sors nobilis ignis.
Nam quando ruptis excanduit Ætna caueruis,
Et velut euersis penitùs fornacibus ignes,
Et vecta in longum rapidis feruoribus vnda:
Haud aliter, sæuo quàm cum Ioue fulgurat æther,
Et nitidum obscurà cœlum caligine torquet.
Ardebant aruis segetes, & millia cultu
Iugera cum dominis, syluæ, collesq; virentes.
Vix dum castra putant hostẽ mouisse, tremebant:
Et iam finitimæ portas euaserat vrbis.

Athenæ Cecropiæ, *id est, à Cecrope rege fundatæ*, spectantur nunc hîc, *id est, aliâ parte*, varijsque carminibus, & gaudent suâ Mineruâ victrice, *scilicet Neptuno: quia rem vtiliorem producendo, meruit ciuitati nomẽ dare. Nam ab Athenâ (sic enim Pallas seu Minerua Græcè dicitur) dictæ sunt Athenæ*. O' Theseu perfide, *scilicet in patrem ac Ariadnen*, excidit, *extra memoriam cecidit*, tibi reduci; *hoc est, reuersus oblitus es*, hîc, *scilicet apud Athe-*
C *nas*, præmittere patri, *Aegeo*, sollicito, *de tua salute*, vela candida, *scilicet in signum incolumitatis tuæ: nam cùm nigra videns te extinctum putaret, se præcipitem in mare dedit.* Tu quoque, ô Erigone, *filia Icari*, sidus, *conuersa in sidus; quia in virginem conuersa es*; tam nobile carmen Athenarum: vestra, *scilicet tua & canis tui*, sedes euocat, *Amphioma*, in syluis canoris, *id est, fecit vt Amphion de vobis scriberet in syluis canoris*: & tu soror, *Progne, in hirundinem versa*, acciperis tectis, *intra tecta domorum*, hospita, *id est, hospitio*. Tereus, *rex patter; bus, effectus vpupa, aut epops*, exsulat à *regiâ suâ*, agris solis, *id est, desertis. Nos* miramur cineres Troiæ, *scilicet exustæ*, & Pergamon, *id est, Ilion*, flebile victis, *scilicet Troianis; sed non victoribus Græcis (dicitur autẽ, & hæc Pergamon, sicut hæc Ilios, ab Horatio. verùm hoc loco neutrũ posuit.)* Et *miramur* suos, *pro ciuis*, Phrygas, *id est, Phrygios, Troiæ habitatores*, extinctos; & Hectora (*aut more suo, si Vergilius est auctor: aut Vergiliano, si alius, ducem ab exercitu separat*) & cõspicimus paruum tumulum magni ducis, *scilicet Hectoris. (vt Calder. declarat. Idem tamen de Alexandro Magno, Tydeo, & alijs multis dici potest. sed non erant Troiæ, vt Hector.)* Achilles impiger, *id est, pernix, & velocibus plantis præditus, vt Homerus & Statius attestantur*; iacet etiam hîc, *scilicet apud Troiam in Rhœtheo littore*: & vltor magni Hectoris, *scilicet Paris, qui Achillem interemit*, (*vnde Aeneidos 6.*

Phœbe, graues Troiæ semper miserate labores,
Dardana q Paridis direxti tela, manusque
Corpus in Æacidæ.)

Iacet hîc victus, *scil. à Pyrrho*. Quinetiam Graiæ, *scilicet Athenæ*, timuêre tabellas fixas, *scilicet leges Solonis continentes: & timuêre* nunc signa, *appositoriè*, capillos Paphię, *Veneris ab Apelle depictæ*, rorantes, *id est, madidos*, arte, *artificiosè addito humore*. Nati Dioclide, *id est, Dioclei filia, (vt dicit Cald.)* ludũt nũc sub cruce; *scil. futurâ: qa Diocleus Chretona & Orsilochũ genuit; quos (vt Homer. ait) præstantissimos viros, magnanimus Aeneas, vnius horæ momẽto interemit, corã ipso Agamemnone.* nunc, *id est, postmodum, supple sunt*, seruæ tristes, *quæ pro inferis occiduntur, sunt nunc* circa altaria subiecta. (*Alij legunt*, Colchide, *vt de Medeæ natis intelligas: alij* ceruæ, *vt de ceruâ pro Iphigeniâ oblatâ accipias: alij aliud. sed omnia tam inuersa atq; obscura sunt, vt difficile verum exitum inuenias.*) Et pater, *scilicet Diocleus*, velatus, *supple, est pullis vestibus in signum mœroris*: & gloria minoris, *scilicet natorum, est* nunc viua: *quia διὸς, dicitur Iouis gloria, quam meruerunt fors*

runt fortiter moriendo. Quinetiã, supple ternuntur, illa manus, id est, multitudo, operum: &, illæ, supple, turbæ minaces, scilicet Xerxis, quæ Atheniensibus terrorẽ incusserunt & cùm illi, in muris ligneis spem suam intelligẽtes, nauibus aufugissent, vrbẽ combusserunt. Bene autẽ dicuntur turbæ: quia tantus erat exercitus, vt dinumerari nõ posset. HÆC visenda.] Per figuratam iussionẽ, quæ vim prohibendi habet, monet auctor, nõ admiranda esse talium rerũ figmenta, relictis miraculis naturæ. vnde reuocat nos ad considerati[onem] Aetnæ, atq; oppidi in eâ incendio deleti: cũ fabula de Amphi[one &] Zeto: qui cũ Thebani sint, mirũ vnde hæc fabula nata sit, nisi de alijs loquatur. Sed ordo est: Tu dubius terræ & maris, id est, nescius rerũ, quæ in terrâ aut mari à naturâ fiunt; puta, id est, existima, hæc, scilicet supradicta, visenda, digna quæ visantur & cõtemplentur: quasi dicat, id factũ non decere. vnde addit: Aspice ingens opus naturæ artificis, id est, effectricis. Phœbus, cùm est feruens, existens præcipuè vigil, id est, diutißimè super horizontẽ nostrum apparẽs; quia tunc vigilare, & nocte dormire à vulgo putatur: & cùm Sirius, id est, stella vicina caniculæ, ardens, id est, quando est in solstitio æstiuali, & longißimi sunt dies, & ita longißimum facit, quantum ad nos, circuitum: nulla tanta spectacula, supple sunt in rebus humanis: vt, supple, sunt in rebus naturalibus, vt in perpetuo incendio Aetnæ. Tamen montem sua fabula miranda insequitur: hoc est, de monte Aetnâ, & eius vrbis quæ in eâ fuit incendio, est miranda fabula. Nec ille, scilicet mons, est minùs nobilis pius, id est, pietate, quàm sorte ignis. Nam quando Ætna mons, aut potius vrbs in eâ sita, excanduit, id est, exarsit, cauernis ruptis, apertis foraminibus cauernarum, per eruptionem ignis, & ignes excanduerunt, velut fornacibus penitùs euersis, & vnda flammarum vecta est in longum feruoribus, id est, à feruoribus, rapidis: haud aliter, quàm cùm æther fulgurat, Ioue existente sæuo, irato aut succenso: & cùm torquet cœlum nitidum, scilicet priùs, caligine obscurà, segetes ardebant, supple in, aruis, & millia iugera culta ardebant cũ dominis, cultoribus, syluæ & colles virentes, dum vix putant hostem ignem mouisse castra, id est, processisse, tremebant, scilicet præ timore: & iam, hostis ignis (aut vt Calderinus vult, is qui instat ad videndum Aetnam vrbem in monte.) euaserat iam portam vrbis finitimæ, id est, proximæ, & in confinio sitæ. B

Tùm verò, vt cuiq; est animus, viresq; rapinæ
Tutari conantur opes: gemit ille sub auro;
Colligit ille arma, & stultà ceruice reponit:
Defectum raptis illum sua carmina tardant:
Hic velox nimio properat sub pondere pauper:
Et quod cuiq; fuit chari fugit ipse sub illo.
Sed nõ incolumis dominum sua præda secuta est.
Cunctantes vorat ignis, & vndiq; torret auaros:
Consequitur fugisse ratos, & præmia captis
Concrepat, ac null[i]s parsura incendia pascunt,
Vel solis parsura pijs. namq; optima proles,
Amphion, fraterq;, pari sub munere fortes,
Cùm iam vicinis streperent incendia tectis,
Aspiciunt pigrumq; patrem, matremq; senemq;,
Heu iam defessos, posuisse in limine membra.
Parcite auara manus, dites attollite prędas:
Illis diuitiæ solę materq;, paterque;
Hanc rapiunt prædã, mediumq; exire per ignem,
Ipso dante fidem, properant. ò maxima rerum,
Et meritò, pietas, homini tutißima virtus!
Erubuêre pios iuuenes attingere flammæ:
Et quacunq; ferunt illi vestigia, cedunt.
Felix illa dies, illa est innoxia terræ.
Dextrà sæua tenent, læuâq; incendia feruent.
Ille per obliquos igneis, fraterq; triumphans,
Tutus vterq; pio sub pondere sufficit illam:
Et circà geminos auidus sibi temperat ignis.
Incolumes abeunt tandem, & sua numina secum
Salua ferunt: illos mirantur carmina vatum:
Illeq; se posuit claro sub nomine Ditis.
Nec sanctos iuuenes attingunt sordida fata;
Sed verè cessère domus, & iura piorum.

Tum verò, id est, & tunc maximè, aut ad verum, conantur, scilicet omnes, tutari opes, rapinæ, id est, quas incendio rapere poterant, (graphice autem describit populi trepidationem, incensã vrbe) vt animus est, & vires, supple sunt, cuiq;: ille, id est, vnus fugientium gemit sub auro, quod asportare conatur: ille colligit vtensilia sua, aut arma bellica, & reponit stultâ ceruice; quia stultè sumuntur arma contra ignẽ: illũ defectum, id est, deficientem, raptis, id est, rapinis, tardant sua carmina, id est, sola carmina sua, quæ asportare molitur: hic, id est, alius, pauper, properat nimiùm velox sub pondere, parum aut nihil asportans: & sub illo chari, id est, sub illâ re carâ, quod fuit cuiq;, fuit ipse: sed præda non est secuta incolumis, id est, illæsa, suũ dominum: quia ignis vorat cunctantes, id est, immorantes, & torret auaros vndique, & intus & foris: consequitur, scilicet ignis, ratos, arbitrantes, fugisse. i. iam euasisse: & increptat, improperat, captis, pręmia, scilicet auaritiæ, hoc est, exustioni, ac incẽdia parsura nullis pascũt, i. deuorant, scilicet oẽs & omnia. parsura, dicit, nullis; vel parsura solis deis. Nãq; optima proles, scilicet Amphion & frater Zetus, fortes sub pari munere. i. officio pietatis, cũ iam incẽdia streperent tectis vicinis aspiciunt patrẽ pig[r]ũ senio, & matrẽ senẽ. Eheu, condolentis vox; aut expreßiua doloris filiorum: defessos, defatigatos, ita vt non ampliùs possent progredi; qui, supple, posuissent membra in primo limine, quia auferre non potuissent, (quia verò Amphioni Thebano & fratri Iupiter dicitur pater, & quia hîc de Aetna loquitur, oportet de alio, Amphione, Aetneo videlicet, intelligere) posuissent, dico mẽbra: nisi fuisset vox, dicens: O' auara manus, id est, multitudo auarorũ, parcite attollere in humeros prædas, scilicet quæ vos opprimant: diuitiæ, supple sunt, illis, scilicet Amphioni & fratri, soli mater & pater. tu quisquis es, rapies hanc, id est consimilẽ, prędam, scilicet patrẽ & matrem: & properato exire per medium ignẽ, ipso, scilicet igne, dãte fidem, id est, fiduciam. Pietas est meritò homini maxima rerũ, & tutißima virtus! flammæ, scilicet incendij, erubuêre, id est, veritæ sunt, attingere pios iuuenes: & cadũt, quacũq; illi ferũt vestigia. Illa dies fuit felix, & illa lux fuit innoxia terræ: quia, licèt exussit vrbẽ, dedit documentũ pietatis colendæ, quod pro damno repositũ vult. Incendia sæua tenẽt, id est, occupant, dextera, scilicet loca: aut dexteras partes; aut, si legitur dextrâ, id est, in dextrâ: & feruẽt læuâ, id est, in sinistrâ parte. Ille, scilicet Amphion cũ fratre, triũphans per sinus obliquos, id est, per diffugia incurua, (priùs etiã sinus primã longã posuit, dicens: Ac primũ tenuis sinus agit vlteriores. quia tamẽ Sinus, nisi capiatur pro vase, priorem corripere solet; quidã legũt Signis. sed difficilis est cõpositio.) Vterque tutus sub pio pondere, id est, onere patris & matris, sufficit, sustinet, illa, scilicet incendia: & ignis auidus tẽperat sibi circa geminos, scilicet fratres: & ita ipsi abeunt tandem incolumes. & ferũt secũ sua numina, scil. parites, & deos cũ parentibus, salua, id est, illæsa ab incẽdio. Carmina vatũ mirantur, id est, in admirationẽ trahunt, illos, scilicet fratres geminos: & ille, scilicet Amphion, posuit se sub claro nomine, aut numine, Ditis, id est, Plutonis, id est, clarus ad inferos tandem descendit. nec fata sordida, id est, mors obscura, & ignobile lethum, attingunt iuuenes sanctos, propter pietatem; quia perpetuò illustres erũt in memoriâ ac ore hominum: sed domus, id est, mansiones, & iura piorum, id est, quæ debentur pijs in Elysijs campis, cessêre, id est, concessa & attributa sunt, iure, id est, meritò, his, scilicet dictis fratribus pijs. Et hæc in Aetnam.

IN CL

Digitized by Google

CIRIS AD MES-SALAM.

ETSI me vario iactatum laudis amore,
Irritaque expertum fallacis præmia vulgi,
Cecropius, ſuaues exſpirans hortulus auras,
Florentis viridi ſophiæ complectitur vmbrâ:
Num mea quæret eo dignũ ſibi quęrere carmen?
Longè aliud ſtudium, atq; alios accincta labores,
Altius ad magni ſuſpendit ſidera mundi:
Et placidum paucis auſa eſt aſſcendere collem.
Non tamen abſiſtam cœptum detexere munus:
In quo iure meas vtinam requieſcere Muſas,
Et leuiter blandum liceat deponere morem.
Quòd ſi mirificum proferre valent genus omnes
Mirificum ſecli; modò ſit tibi velle libido.
Si me iam ſummâ ſapientia pangeret arce,
Quattuor antiquis quæ hæredibus eſt data cõſors,
Vnde hominum errores longè lateq; per orbem
Deſpicere, atque humiles poſſim contemnere curas:
Non ego te talem venerarer munere tali.
Non equidem: quámuis interdum ludere nobis,
Et gracilem molli liceat pede claudere verſum:
Sed magno intexens (ſi fas eſt dicere) peplo,
Qualis Erichtheis olim portatur Athenis,
Debita cùm caſtæ ſoluuntur vota Mineruæ,
Tardáue confecto redeunt quinquennia luſtro:
Cùm leuis alterno Zephyrus concrebuit Euro,
Et prono grauidum prouexit pondere curſum.
Felix illa dies; felix & dicitur annus:
Felices, qui talem annum vidêre diemque.

A POM. Sabi.

IN CIRIM.

CIris Vergilij ad L. Tabenium Meſſalã. Vergilius, cùm Athenas petiiſſet, vt Philoſophiæ operam daret, reuocatus à Poëtice, ſcripſit fabulam Ciris, id eſt, Scyllæ, filiæ Niſi, ad L. Tabenium. PRÆMIA.] id eſt, famam & nomen, quæ quis cõſequitur è poëticâ. vt Papinius, Ventoſaq; gaudia famæ Quęrimus. FALLACIS.] inconſtantis. CECROPIVS hortulus.] à Cecrope, Athenarum rege. & Hortulum Epicuri intelligit: nam, vt ait Probus, Epicuri ſectam ſecutus eſt Vergilius. vt ſit: Etſi me complectitur hortulus Sophiæ, id eſt, ſapientiæ, inter virides vmbras, deeſt inter. LABO-
B RES.] ſemotos à poëtice, & vulgo. SVSPENDIT.] ſcilicet me. Philoſophia paucis eſt amœna: contrà Poëtice eſt iucunda & iuncta cum vulgo. DETEXERE.] pro intexere. IN quo.] ſcilicet munere. REQVIESCERE.] Optat habere quietem Muſarum in hoc munere. MIRIFICVM.] dicit propter Philoſophiam. Lucretius de Philoſophiâ ait: Ego mira poëmata pango. OMNES.] ſupple, tradere ſuadent. Si omnes ſuadent, vt ſcribam Philoſophiam; & tu etiam id vis, & ego paterer ſcribere: non venerarer te munere Ciris; ſed carmine philoſophico. PANGERET.] ſcriberet. QVATTVOR.] intelligit Epicurum, Pythagoram, Platonem, & Ariſtotelem. Si de authoribus ſectarum intelligere velis; non conſtat. illi duo fuêre tantùm: Anaximander, Thaletis Mileſij diſcipulus, & Pythagoras, Pherecidis Syri. M. Valerius Meſſala Corui-
C nus cognomine Tabenius, orationes, & de rhetoricâ & analogiâ libros ſcripſit; militaris etiam rei eruditus: ad quem Albinus Tibullus heroicum carmen ſcripſit. PEPLO.] Peplum velum fuit in quo intexta geſta Palladis erant. Poſt diluuium reparatis rebus regnauit Erichtheus: ſub quo Triptolemus triticum ſeuit. LVSTRO.] Luſtrum, quinquennale tempus. ZEPHYRVS.] Aſcræi & Auroræ filius, amauit Chlorin, nympham agri Attici, & eam præfecit floribus ideò regio Attica tam varia florum genera habet. Nunc deſcribit tempus tepidum, cùm Zephyrus increbuit euro: quo tempore ferebantur dona Mineruæ: offerebant quinto quôque anno Athenienſes; & centeſimo quôque anno celebrabant ludos magnos, cum ſimili munere. Sed de quinquennijs intelligit.

ASCE. ETSI me vario, &c.] Carmen hoc Vergilianum eſſe, tota atteſtatur phraſis. Nam plurima ex hoc in alia opera tranſtuliſſe, conſtat: vt, ſicut de Culice diximus, hoc opuſculum, quaſi ſui ingenij tentamentum atque periculum, prælusiſſe, credere par ſit. Titulus operis eſt: Ciris Vergilij ad Meſſalam. in quo etiam intentio Poëtæ expreſſa videtur: nam Ciris præconium dicitur. Intentio videtur, præconium & ſibi & Meſſalæ mereri. Farrago autem, ſiue argumentum carminis eſt, fabula de Scyllarum transformatione: quam miris ac varijs modis proſequitur. Libellus eſt vnus. Qualitas carminis eſt hexametra; Heroicæ non abſimilis: ſed in mediocri ſtylo verſata. Ordo autẽ & explanatio eſt huiuſmodi: Etſi, id eſt, quanquam, hortulus Cecropius, id eſt, Athenienſis, hoc eſt, cœtus Philoſophorum, aut ſtudium Philoſophiæ, exſpirant ſuaueis auras, & vmbras florenteis, ſophiæ, id eſt, ſapientiæ, viridis, in vigore exſiſtentis, complectitur, id eſt, detinet, me iactatum vario amore, deſiderio, laudis, & expertum præmia vulgi fallacis, id eſt, inſtabilis, & non pro merito præmiantis, ſupple, eſſe, irrita, id eſt, friuola & vana, & pro nihilo habenda. Num, numquid, mea, ſcilicet ſophia, quæret, conabitur, quęrere, deligere, ſibi, carmen dignum eo; ſcilicet vulgo? quaſi dicat, minimè. Vnde addit: ipſa accincta, id eſt, complectens, longè aliud ſtudium, & longè alios labores, ſuſpendit, ſupple me, altiùs ad ſidera magni mũdi, id eſt, ad contemplationem ſiderum & rerum cœleſtium, & auſa eſt aſſcendere collem, id eſt, apicẽ Philoſophiæ, placitum multis. Etſi, inquam, tali laude Philoſophiæ iactatus ſum: non tamen abſiſtam, non deſiſtam, propter ſtudium Philoſophiæ, detexere, perfectè texere, (ſicut in Bucol. Viminibus, molliq; paras detexere iunco) munus, ſcilicet poëticum, cœptum, inceptum, in quo, ſcilicet munere tibi incepto, vtinam liceat meas Muſas, vires poëticas, requieſcere, reponi, iure, vt iuſtum eſt, & liceat deponere leuiter, faciliter, morem blandum, poëticum & facetum ſcribendi genus. Quod ſi omnes, ſcilicet Muſæ aut artes, valent proferre mirificum, videlicet genus ſcribendi, ſcribam, aut dicam, mirificum ſecli, id eſt, ætatis noſtræ: modò, dummodò, libido ſit tibi velle, ſcilicet tale genus eſt, id eſt, dummodò tibi gratum & acceptum fuerit. Si ſapientia pangeret, cõpingeret & componeret, me, (Calderinus dicit, cantaret: ſed incongrua videtur expoſitio) ſummâ arte, ſummo artificio ornaret: quæ, ſcilicet ſapientia, eſt data conſors, id eſt, in cõſimilem ſortem, quatuor ant quis hæredibus, ſcilicet præcipuis Philoſophis, Pythagoræ, Platoni, Ariſtoteli, & Epicuro: vnde, ex quâ ſapientiâ, ego poſſem deſpicere, contemnere, quaſi in altiori & honeſtiori loco poſitus (quia deſpicere propriè eſt, deorſum inſpicere errores hominum) longè & latè per orbem, ſcilicet diſperſorum, & poſſem contemnere curas humiles, de rebus terrenis Si, inquam, tali arte me pangeret, tali ſapientiâ: ego non venerarer te talem, tam excellentem virum, tali munere, tam humili & incondito carmine Equidem non, ſupple, poſſum quod volo; aut, non valeam te quidquam dignum afferre; aut quid ſimile: (quod honeſtè prætermittit, ne ſe vituperet, propter æquũ) quámuis liceat nobis interdũ ludere, id eſt, faciles & de rebus humilibus verſiculos facere. (vnde in Buccol. Ludere, quæ vellem, calamo permiſit agreſti. Et Ouid. Ille ego, qui fueram tenerorũ luſor amorũ, Ingenio perij Naſo poëta meo.) & quámuis liceat nobis interdum claudere verſum pede gracili, tenui & humili ſtylo. nõ (dicit) venerarer te tali munere: ſed venerarer te, intexens verſu magno: (ſi fas eſt dicere:) quia nefas videtur, diuis

tur, diuinos honores, Palladi debitos, mortali accommodare, aut sibi tantum sumere, vt speret, posse quidquam Palladis peplo dignum contexere: peplo, id est, velo, quod Palladi offerri ab Atheniensibus solebat. Qualis, scilicet versus, inscriptus peplo, portatur olim, iam, (vt sit, iam olim: quod & carmé pateretur) Athenis Erichtheis, id est, ab Erichtheo rege sic denominatis, supple tunc, cùm dona debita soluuntur, id est, persoluuntur, Mineruæ castæ, quia perpetuæ virgini: & cum quinquatria, aut quinquennia, ludi quinquennales, redeunt tarda, quia lustro, id est, quinq; annorũ spatio, quo à Romanis lustrum fiebat, confecto, hoc est, quinto quoq; anno, in mense Maio: cùm Zephyrus leuis, terram leuem faciens, (vnde in Georgicis: —& Zephyro putris se gleba resoluit) concrebuit, creber factus est, Euro alterno, alternatim flante, & prouexit cursum grauidum, onerosum & tardum, pondere prono, inclinato ad præcipitium. A FELIX ille dies.] Progreditur ad quinquatriorum ludorũ felicitatem describendam: rediturus ad rerum suarum modestam extenuationem, per quam impetratâ veniâ, ad narrationem accingitur. Ordo igitur est: Felix, supple est, ille dies, quo peplum offertur, & annus dicitur felix: & felices dicuntur, qui vidère talem annum & diem.

POM. Sabi. TYPHO.] Typhon, siue Typhœus, dux Gigantũ; interemptus à Mineruâ. Emathia dicta est Thessalia, ab Emathione rege. Ossa, Pelios, Olympus, Otris, montes Thessaliæ & Macedoniæ, superimpositi à Gigantibus. IVVENVM doctissime.] Laudat Tabenum. NVNC primùm.] nunc primùm incipio dare operam Philosophiæ. QVÆ possumus] de rebus & fabulis poëticis intelligit: quibus Vergilius dedit prima rudimenta.

ASCE. Ergo, quia scilicet in honorem Palladis omnia fiunt, pugnæ Palladiæ, quas Pallas (quæ & armorum, & sapientiæ, sinè quibus bella rectè geri nequeunt, dea) cum diuersis gessit, texuntur, scilicet in peplo, in ordine, per ordinem: quia magna pepla ornãtur trophæis giganteis, id est, spolijs de gigantibus, per Palladem detractis: & prælia horrida, quia cruenta, pingunt, scilicet acu, succo sanguineo, colore rubro, sanguinem imitante: & additur, scilicet cæteris gigantibus, Typho, gigas egregius, & cæterorũ ductor, cuspide deuaratâ, habens cuspidem auratam, aut pingitur, supple cum, cuspide auratâ, quam in manu tenebat: qui scil. Typho, cõsternens priùs, scil. quàm à Pallade prosterneretur, æthera, summũ aërem, saxis Ossæis, id est, Ossæ, montis Thessaliæ, Pelio impositi, duplicat Olympũ, montem in confinio Thessaliæ & Macedoniæ, celsum, sublimẽ, (vsq; adeò enim sublimis est, vt venti verticẽ eius non attingant. vnde pro cœlo habetur) vertice Emathio;

Ergo Palladiæ texuntur in ordine pugnæ:
Magna giganteis ornantur pepla trophæis:
Horrida sanguineo pinguntur prælia cocco.
Additur auratâ deiectus cuspide Typho:
Qui priùs Ossæis consternens æthera saxis,
Emathio celsum duplicabat vertice Olympum:
Tale deæ velum solenni in tempore portant.
Tali te vellem, iuuenum doctissime, ritu
Purpureos inter Soles, & candida Lunæ
Sidera, cæruleis orbem pulsantia bigis,
Naturæ rerum magnis intexere chartis:
Æternum sophiæ coniunctum carmine nomen,
Nostra tuum senibus loqueretur pagina seclis.
Sed quoniã ad tãtas nũc primùm nascimur artes:
Nunc primum teneros firmamus robore neruos:
Hæc tamen interea, quæ possumus, in quibus æui
Prima rudimenta & iuuenes exegimus annos:
Accipe dona meo multum vigilata labore,
Et præmissa tuis non magna exordia rebus.

Thessalico, Atheniensi. Deæ portant tale depictum velũ in tempore solenni, ludorũ quinquatriorũ. O doctissime iuuenum, Messala, ego vellem intexere tali ritu, modò, te, magnis chartis naturæ rerũ, id est, conscriptis de rerum naturis, inter soles purpureos, rubicundos, & inter, candida sidera Lunæ, pulsantia orbem, sphæram suam, signis cæruleis, nigrescẽtibus. B Et si, supple possem, quod vellem: nostra pagina, id est, compacta tabella, hoc est, scriptura, loqueretur carmine, metricè, senibus seclis, iam senescentibus & æuo confectis, tuum nomen coniunctũ æternum, id est, vt dicunt, æternaliter, sophiæ, Philosophiæ, quam describerem. Sed quoniam nos nascimur nunc primùm ad tantas artes, scil. poëticas philosophicis rebus locupletatas, (quia vt dicit Flaccus in Arte: Rem tibi Socraticæ poterũt ostẽdere chartę) & firmamus nunc primùm robore, fortitudine, neruos teneros, vires graciles: subaudi, non audemus adhuc rem tantã attentare. Sed id (vt priùs dixi) prudẽter omittit. Tamen, nihilominus, accipe interea hæc, quæ possumus: in quibus exegimus prima rudiméta, primordia & primas eruditiones, æui, vitæ nostræ, & primos annos: Accipe, inquã, dona vigilata, cũ vigilia & lucubratione edita carmina, multũ nostro labore, i. e. operâ: & accipe exordia nõ magna, exigua, pmissa tamẽ tuis reb9. Et hæc loco procœmij dicta sunt. C

POM. Sabi. SCYLLA.] Nisi, regis Megarensis, filia, crinem habentis aureum, & fatalem. Minos rex cùm vrbem oppugnaret: Scilla eius amore exarsit. dormienti patri amputauit crinem, & hosti misit: & in præmium petebat nuptias. Minos tale scelus renuit. pater filiã necare voluit: sed à dijs demutata est in Cirim: & ipse in auem Halæetũ. Fatum regni paterni in crine erat. Scylla, Phorci & Crateidos nympha filia, Tritonem amatorẽ habuit: postea Neptunum sibi parauit: eã cõtumeliã iratus Triton, sumptis à Circe venenis, mare infecit. puella, cùm mare ad Nereum intrâsset, statim demutata fuit tenus inguine in canes: reliquâ parte in delphinum: pars, quæ supra

Impia prodigijs vt quondam exterruit amplis
Scylla, nouosq; auium sublimis in aëre cœtus
Viderit: & tenui conscendens æthera pennâ
Cæruleis sua tecta superuolitauerit alis:
Hanc pro purpureo pœnam scelerata capillo,
Proq; patris soluens, excisâ funditus vrbe:
Complures illam, & magni, Messala, poëtæ,
(Nam verũ fateamur: amat Polyhymnia verum)
Longè aliâ perhibent mutatam membra figurâ,
Scyllæum monstra in saxum conuersa vocari.
Illam esse, ærumnis quam sæpe legamus Vlysei
Candida succinctã latrantibus inguina monstris
Dulychias vexâsse rates, & gurgite in alto
Deprensos nautas canibus lacerâsse marinis.
Sed neq; Mæoniæ hæc patiuntur credere chartæ:
Nec malus istorum dubijs erroribus auctor.
Namq; alias alij vulgò finxêre puellas:
Quæ Colophoniaco Scyllæ dicuntur Homero.
Ipse Cratinei matrem, sed siue Erichthei,
Siue illam monstro genuit grandæua biformi,
Siue est neutra parens: atq; hoc in carmine toto
Inguinis est vitium, & Veneris descripta libido:

quam fuit, remansit in formam virginis. De hac videtur loquĩ Ouidius, cũ ait: Altera Scylla Nisi, mõstrũ medicamine Circes Pube prèmit, radios inguinibusq; canes. Ideo varia opinio est de Scyllis. DVLYCHIAS.] Vlysseas. Dulychiũ, insula sub regno Vlyssis, in mare Ionio. Homer. lib. 12. sic ait de Scyllâ: Pedes habet duodecim, colla sex: in singulis terribile caput; dẽtes triplici ordine pectinatos: capita altè exserit; & è naui aufert hominũ corpora. Et infrà sic loquitur Vlysses: Scylla sex è naui socios, manibus & vi præstantes, abripuit. MÆONIVS.] Homerus, à Mæone patre. CO-

LOPHO-

Siue etiam iactis speciem mutata venenis:
Infelix virgo, (quid enim commiserat illa?)
Ipse pater nudam sæuâ complexus arenâ,
Coniugium charæ violauerat Amphitrites.
Attamen exegit longo pôst tempore pœnas,
Vt, cùm cura suæ veheretur coniugis alto,
Ipsa trucum multo misceret sanguine pontum.
Seu verò, vt perhibēt, formâ cū vinceret omnes,
Et cupidos quæstu passim popularet amantes:
Piscibus & canibus rabidis vallata repente est:
Horribiles circùm vidit sibi sistere formas.
Heu, quoties mirata nouos expalluit artus!
Ipsa suos quoties, heu, pertimuit latratus?
Ausa quòd est mulier numen fraudare deorum,
Et dictam Veneri votorum vertere pœnam.
Quā modò multiplici iuuenū quod septa caterua
Dixerat, atque animo meretrix iactata ferarum.
Infamem tali meritorum more fuisse
Docta Palæpaphiâ testatur voce Pachynus.
Quicquid, & vt quisq; est tali de clade locutus;
Omnia sint: potiùs liceat notescere Cirin,
Atq; vnam ex multis Scyllam non esse puellis.

A LOPHONIACO.] *Colophon vrbs Ionica, celebris Apollinis Delphici oraculo. Colophonij suum fuisse Homerum iactant, & vt deum colunt. Cicero pro Aulo Licinio huius rei meminit. Circe apud Homerum Vlyssi sic loquitur:* Quocirca magnis viribus nauem impellas, & Cratem, Scyllæ matrem, quæ tantum mortalibus periculū peperit implorato. *Volunt quidam, hanc Scyllam fuisse filiam Erichtheidis: quidam filiā Granenæ & Tritonis: quidam autē, ipsum mare non fuisse infectum à Tritone; sed ab Amphitrite, indignatā nouum amorem mariti. & immeritò: Neptunus enim vim intulit, & nolentē vitiauit.* Quidam *scri-*
B *bunt, Scyllam formâ suâ præstanti multos amatores spoliâsse: & ob hanc causam demutatam fuisse in monstrum. Venus in Cypro cōstituit meretricium quæstum: Scylla ampliauit, non enim precia quærebat ab amātibus; sed spoliabat amātes.* PACHYNVS.] *id est, regio siue pars Siciliæ, vbi Pachynus est, testat voce Veneris, illā demutatā in monstrū marinū.* Pachynis, *nomē patronimicum est, à Pachyno promontorio Siciliæ.* Palęphaphos, *i.e. antiqua Paphos, vrbs Cypri, dicata Veneri: & Paphos etiā dicata Veneri.*

ASCE. IMPIA prodigijs.] *Aggreditur institutū: quod est, fabulam Scyllæ, in monstra mutatæ, percurrere. quæ variè explicari solet: nam diuersæ sunt Scyllæ. sed Poëtæ habent hoc de more, vt omnia à cognominibus gesta, quasi ab vno gesta, recitet: vt de his, qui Iouis, Bacchi, Mercurij, Herculis, Venerisq; nomen sortiti sunt. Vnde in Bucol. fabulam confundit, dicens:*
Quid loquar, aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est,
Candida succinctam latrantibus, inguina monstris
Dulychias vexâsse rates, & gurgite in alto
Ah timidos nautas canibus lacerâsse marinis, &c.
Vbi tamen quidam legunt:
Quid loquar, aut Scillam Nisi, aut quam fama, &c.

C *Et ita ego quoq; potiùs legerem. nam* aut, ve, vel, ne, nec, *& similia, non ponuntur in principio: nisi ponātur etiam in medio. Hic tamē diuersas recitat opiniones. Vnde ordo est:* Vt, quemadmodum, Scylla impia, *in patrem Nisum, Megarensium regem,* exercuit quondam nouos cœtus auium, *factarū ex hominibus, exsistēs* sublimis in aëre, *quia & ipsa in auem mutata est:* & vt ipsa viderit *nouos cœtus auium,* & conscēdens sidera, *cœlum petens,* tenui, *recens natā, pennā,* volitauerit super sua tecta, *super regiam paternam,* alis cęruleis, *cærulei coloris:* soluēs scelerata, *scelere contaminata,* hanc pœnam, pro capillo purpureo, *quem pater eius sic habebat consecratum, vt regnum non amitteret, tantisper dum illum haberet: sed Scylla, capta amore Minois, qui tunc vrbem obsidebat, eum, patri dormiēti abrasum, ad amatum transtulit: à quo tamen spreta, in auem versa est, Niso aui, in quam Nisus pater eius conuersus est, perpetuo odio inimicam.* & pro vrbe patris, *paternā,* excisâ funditùs, *euersâ & vastatā.* O Messala, complures & magni poëtæ perhibent, illá, mutatam membra, *habere membra mutata,* longè alia figurā: *quia dicunt quidam, in monstrum marinum versam; quod plures de Scylla Phorci prædicant. perhibent, inquam, mutatam sic* vocari, monstra conuersa in saxum Scyllæum. (nam nos fateamur verum: *nam* Polyhymnia, *scilicet Musa,* amat verum. *Calderinus legit,* Amant: *vt fit, poëtæ amāt. sed nō procedit; quāmuis liceat dicere;* O Polyhymnia, *fateamur verum; nam plures poetæ amāt de Scyllā scribere. Sed, vt puto, appositum eius nominatiui, poëtæ perhibent. Quidam legunt,* Polymnia; *& ita ferè dicitur. sed quia primam corripit, & componitur à* πολὺ *&* ὕμνος*, quasi multæ laudis: posset dici Polyhymnia; sicut in primo Carminum apud Horatium:* Euterpe cohibet, nec Polyhymnia Lesboum refugit tēdere barbiton. *Alij à* πολὺ *&* μνεῖα*, id est, memoria, deducunt, & ita Polymnia diceretur; sed meritò vltimā longā)* Et perhibent, Illam esse, quā nos legamus, *legere possimus,* sæpe *esse* Vlyssi ærumnis, *id est, ærumnas; quia ex socijs eius nōnullos deuorauit: & quā legamus* succinctam inguina cādida, *habentem inguina candida, succincta* monstris latrantibus, *id est, canibus, (quod fingitur: quia vndæ confractæ inter saxa Scyllæa, quasi latratum edunt)* vexâsse, *id est, vehementer agitâsse, (docet enim Gellius, verbum esse vehemētiæ)* & lacerâsse canibus marinis nautas deprensos, *scilicet à tempestate, (quod proprè de ipsis dicitur. vnde in Georg.* Deprensis olim statio tutissima nautis.) In gurgite alto, *mari: sed dicendo,* Alto, *epitheto tapinosin, siue humilem sermonem leuat.* Sed neq; chartæ Meoniæ, *siue Homericæ,* patiuntur credere hæc, *vt scilicet Scylla Nisi dicatur in monstrum marinū versa.* nō malus, *falsus,* auctor, *supple, faciet, reddere,* erroribus dubijs, *id est, per errores incertos,* istorum, *vilium, qui talia asserunt.* Namq; alij finxerunt vulgo, *passim & impunè,* alias puellas, quę dicūtur Scyllæ, Homero, *ab Homero,* Colophoniaco, *qui Colophonis dicitur ciuis. Septem enim vrbes (vt Gellius recitat) certāt de patriā insignis Homeri.* Ipse, *Homerus supple,* dixit, matrē Cratem: sed siue *dixit* hanc, siue, *supple mater fuit,* Erichthei, *id est, Athenensis regis filia:* siue grandæua, *scil. parens,* genuit illam monstro biformi, *id est, vt fieret mōstrum biforme:* siue neutra, *nec Cratis, nec Athis,* est parēs, *mater.* atq; id vitium inguinis, *id est, quòd dicitur pube tenus in monstrum versa,* est libido Veneris descripta; in toto carmine, *quod scilicet de Scyllā à diuersis scriptum est.* Siue etiam mutata, *supple est,* speciem, *id est, habuit speciem siue formam, seu figuram mutatam,* veniens exactis, *ductis ad hoc; aut* exactis, *petitis, id est, quæ fontem veneni infecit, & ad hoc exegit. Hoc est: vtcunq; in monstrum versa sit; est, supple,* infelix virgo; *quia,* quid illa commiserat. *peccauerat? quasi dicat, nihil. sed* ipse pater, *scilicet Neptunus,* complexus *Scyllam,* timidam, *stuprari, supple in,* arenâ sæuâ, *quia maris, aut in aquā, perfugere & effugere non poterat;* violauerat coniugium, *fidē matrimonialem,* Amphitrites coniugis, (*& declinatur, hæc Amphitrite, huius Amphitrites: & est spōdaicus versus*) charæ, *scilicet aut priùs, aut postea; non tunc, cùm fidem violaret.* Attamen exegit pœnas, *à Scyllâ,* lōgo tempore pôst, vt cùm *Scylla* veheretur alto, *mari, aut thalamo,* caræ coniugis; ipsa, *scilicet Amphitrite, auctoritate mariti,* miscet pōtum trucē, *id est, mare tempestuosum,* multo sanguine, *Scyllæ, quæ effuso priùs sanguine in monstrū versa est.* Seu, *siue,* verò, *pro certo,* vt perhibent, *dicunt poëtæ, ipsa* conuinceret, *superaret,* omnes formâ, *formositate, & ita in se inuidiam excitaret,* & spoliaret passim quæstu *meretricio, hoc est lucro,* amātes, *amatores,* cupidos, *scilicet concubitus aut copiæ eius*

hoc est, siue per odiū Amphitrites. siue per inuidiā omniū nympharum, cùm omnes forma superaret; siue propter quæstū meretricium, quia amantes spoliauit, conuersa est in monstrū. ipsa vallata, *id est, circumdata*, repentè piscibus & canibus rapidis, *qui vterum eius intrauerunt*, vidit formas horribiles sibi circumsistere, *id est, cirumstare.* Heu, *condolentis vox.* quoties *ipsa* mirata, *seu mutata, scilicet in mōstrū, nondum amissâ penitùs ratione*, expalluit, *scilicet præ timore, suos* ârtus nouos, *id est, quos iam induerat? quasi dicat, frequentissimè. Heu quoties* pertimuisse, *pro pertimuerat: aut* pertimuisse *dicitur*, latratus suos? quòd, *quia, ipsa* mulier, *mortalis*, (*sicut in Aeneid.* Mixta deo mulier.) ausa est fraudare numen deorum *marinorū, quos secum rem habere cupiētes defraudauit*: & quòd *ausa est* vertere, *inuertere & immutare*, pœnam votorum, *quam amatores ex voto debuerat*, edictam, *expressè addictam Veneri, si scil. faceret eius copiā amatoribus.* Quā, *scil. Scillam*, Pachynus, *promontoriū Siciliæ*, docta, *id est, informatum*, voce Palæpaphiæ, *scil. Veneris*, testatur fuisse infamē tali more meritorū: quòd *ipsa* septa, *circumdata*, multiplici cateruâ iuuenū, dixerat, *mala, cōuicia & exsecrationes, aut imprecationes, aut malefica carmina; existens* meretrix, iactata animo ferarū, *id est, ferino, aut belluino. Atque ita multiplex est opinio, quæ Scylla, & cur in monstrū versa sit. vndè sequitur.* QVIDQVID, *&c.*] *Dimissis varijs opinionibus, potiùs assentiri videt eis, qui de Scyllā, Megarensiū regis filia, fabulā scripserūt: quā inuocatis, vtpote ad rem obscurā & difficilem, Musis, prosequitur: describēs primò Megarensiū vrbem Ordo autē est:* Quidquid, *scil. hæc omnia sunt, id est, siue vera, siue falsa sunt, quæ de Scyllā dicuntur*: & vt, *qualiter*, quisquis locutus *est*, de tali clade, *calamitate Scyllæ*; liceat, *supple eā*, notescere, *clarā fieri*, potiùs crinibus, *i. propter capillos patris cōsecratos, quos abstulit, atque liceat* notescere, *patère*, non vnā esse Scyllā ex multis puellis, *sed varias.* A

Quare &, quæ cantus meditanti mittere certos
Magna mihi cupido tribuistis pręmia, diuę
Pierides; quarum castos altaria postes
Munere sæpè meo inficiunt, foribusq; hyacinthi
Deponunt flores, aut suauè rubens narcissus,
Aut crocus alternâ coniungens lilia calthâ,
Sparsaq; liminibus floret rosa: nunc age, diuæ,
Præcipuè nostro nunc aspirate labori;
Atq; nouum æterno pertexite honore volumen.
Sunt Pandionijs vicinæ sedibus vrbes,
Actæos inter colles, & candida Thesei,
Purpureis latè ridentia littora conchis:
Quarum non vlli famâ concedere dignâ
Stat Megara, Actæi quondam munita labore
Arcadio, Phœbiq; decus: namq; affuit illi:
Vnde etiam citharæ voces imitantur acutas.
Sæpè lapis recrepat Cyllenia munera pulsus,
Et veterem sonitu Phœbi testatur honorem.
Hanc vrbem, ante alios qui tum florebat in armis,
Fecerat infestam populator remige Minos:
Hospitioq; seni fuit Hippolidosaq; victo,
Carpathium fugiens, & fluminaCeratea
Texerat hunc bello repetens Corytnius heros,
Attica Cretæâ sternebat rura sagittâ.
Sed neque tunc ciues, neq; tunc rex ipse veretur,
Infesto ad muros volitantes agmine turmas
Ducere & indomitâ virtute retundere mentes:
Responsum quoniam satis est meminisse deorum.

POM. Sabi. ACTÆI.] *Attici Tempsa, Pelopōnesi ciuitas, vicina Pylo: inter Tempsam & Atticam, sunt* Megara. HYACINTHVS.] *flos cæruleus & niueus est. Diximus in Bucolicis.* CROCVS.] *flos odoratissimus nascitur in Ciciliâ.* CALTHA.] *genus violæ, cuius flos exit hyème vltimâ.* Purpuræ *Pelopōnesiacæ optimæ sunt ad tincturam.* CONCHIS.] *Cō-chæ, id est, purpuræ optimæ, sunt in Asiâ, & in Meninge Africæ, & in Getulo littore Oceani, & in Laconiâ Europæ. Laconia, prouincia est Peloponnesi. Plinius meminit.* STAT Megara.] *Alcathoë nympha fuit amata ab Apolline; quæ dedit nomen arci Megarensium: inter quam, & Megara, erat turris altissima; quā solebat conscendere Scylla Nisi, vt littora prospectaret in mœnibus arcis, Apollo olim abscōderat citharam, quam dono acceperat à Mercurio; & supposuerat saxo: quod cùm tangebatur, cithara sonabat. Mortales illi primi, q modulādi rationē inuenēre, accepēre à percussione illius saxi. Ouid. lib. 8. sic ait.*

Regia turris erat sublimibus addita muris,
In quibus auratam proles Latonia fertur
Deposuisse lyram; saxo sonus eius inhæsit.
Sæpe illuc solita est ascendere filia Nisi,
Et petere exiguo resonantia saxa lapillo.

CARPATHIVM.] *oppidū Cretæ insulæ.* CERATEA.] *Ceratus, fluuius Cretæ, labitur prope Gnosum; inquit Strabo.* INFESTAM.] *scilicet ex infesto agmine. Responsum hoc fuit: vt tam diu maneret vrbs, quamdiu seruaretur fatalis capillus Nisi regit.*

ASCE. Quare, ô diua, *scilicet Venus*, & quæ, *qualia*, præmia nimis magna tribuisti, *supple Scylla*, meditanti, *cogitanti*, mittere cupidis, *scilicet amatoribus*, certos cantus, *id est, carmina amatoria? Quasi dicat: sæuissima sunt quidam præmia, quia in tale monstrum formosissimam mutari videtur magni criminis præmium. vt commune vocabulum, tàm in bonam, quàm in malam partem, sumendum credamus. sed tamē incerta est causa. vnde inuocat Musas, dicens:* O' Pierides, *Musæ*, quarum altaria, *dona oblatitia*, inficiunt, *imbuunt*, sæpè meo munere, postes castos, *talos in templo vestro suspensos: id est, quibus sæpe sacrifico, & quibus sanguine postes respergo: (nam Musarum sacerdotē se fatetur in Georg. dicens:* Me primùm teneāt dulces ante omnia Musę, Quarum sacra fero ingēti perculsus amore) B *& quarum* foribus, *scilicet templi*, Hyacinthi *pueri, similes illi, qui in florem hyacinthum versus dicitur*, & Narcissus, *alius puer, in sui nominis florem versus*, rubens suauè, *id est, cum suauitate*, aut crocus coniūgens, *id est, conferens*, lilia, calthâ, *id est, florè luteolo, (vt in Bucol.* Mollia luteolâ pingit vaccinia calthâ.) alternâ, *alternatim posita: cum lilijs deponunt sæpè flores suos. & Crocus puer fuisse dicitur.* & *quarum* liminibus, *scilicet templi*, floret rosa sparsa. Age, (*adhortandi vox: sed contra Vallam, qui vult,* Age C *singulari tantùm conuenire: vt in eum dicimus*) ô diuæ, aspirate, *fauete*, nunc pręcipuè nostro labori, atq; prætexite, *ornate*, volumen, *libellū*, nouum æterno honore. *Hactenus inuocatio: nunc opus auspicatur, dicens:* Vrbes sunt vicinę sedibus Pandionijs, *Athemensibus, quarum Pandion rex fuit*, inter colles Actæos, *Atticos*, & inter littora candida Thesei, *regis Athenarum*, ridentia latè conchis, *conchilibus purpureis, vnde purpureus color extrahitur.* Quarum, *scilicet vrbium vicinarum Athenis*, stat Megara *vrbs*, non digna concedere vlli vrbi famâ, *hoc est, quantum ad famam, nulli cedat*, mutata, *reparata in melius*, quondam labore Actæi *regis*, (*Calderinus legit*, latex: *sed malè est versus, & inepta constructio. Præterea dicit*, quarum, *scilicet* concharum. *sed melius puto*, quarum vrbium. *Sed suus cuique captus est: vtrumuis sequere*) *existens* decus Arcadio, *Mercurio*, & Phœbo, *propter citharam.* Namque affuit, *ornamento fuit*: vnde etiam imitatur acutas voces citharæ, *lyræ, illîc ab Apolline depositæ.* Lapis pulsus recrepat, *sonare facit*, munera Cyllenia, *à Mercurio Cyllenio accepta*, vt testatur sonitu, *sonando*, honorem veterem Phœbi, *id est, aut quem Phœbus à Mercurio accepit; aut quem illi attribuit, illîc lyram deponendo.* Minos, *rex Cretensium*, qui florebat tum in armis ante alios *reges, id est,*

A *id est, præcipuè,* fecerat hanc vrbem infestam, *infestauerat & vexauerat hanc vrbem,* remige, *remigio appulsus,* populator, *deprædator:* & fuit seni, *Niso regi* hospitio, *scilicet dum floreret,* & Hippolydosla, *id est, fœtida ab equorum cadaueribus,* victo, *postquam deuictus erat,* Heros Cortinius, *Cretensis, id est, Minos,* (*vnde in Bucol.* Perducent aliquæ stabula ad Cortinia vaccæ.) fugiens Carpathium *mare,* & flumina Cerathea, *Cerathi fluenta apud Gnosum, ciuitatem Cretensem,* (*& est versus spondaicus*) texerat, *obtexerat & obsederat,* hunc, *senem regem,* bello: *&* repetens, *expetens hunc bello,* sternebat rura Attica, *Atheniensia,* sagittâ Cretæa, *quia præstantes in Cretâ fiunt sagittæ.* SED neque, *&c.*] *Ostendit securitatem regis, propter capilli fatalem consecrationem: vtpote quo saluo, regnum amittere non poterat. Ordo autem est:* Sed rex ipse *Nisus,* neq; veretur tunc, *scilicet cùm Minos obsideret,* ciues, *id est, bella intestina, aut seditiones ciuium,* neq; turmas, volitantes ad muros, infesto, *vim inferente,* agmine *hostili,* ducere, *ducebat,* & retundere, *retundebat,* mentes, indomitâ virtute: *id est; licet indomitâ virtute præditæ essent hostium mentes, tamen nihil ducebat, & retundebat eas,* fatali *securitate munitus. Aut sic: Nec curat ducere, scilicet contra hostem, nec retundere mentes indomitâ virtute, quantum satis est meminisse responsum deorum.*

POM. Sabi. CICADÆ.] *Instrumentum est ad pectendos crines.* CORSELLÆ.] *Corsella oppidum est, vnde pectines optimi. In his duobus vocabulis quidam adhuc dubitant.* NOVO.] *magno & insano.* Cupido, *vt aliqui tradiderunt, Mercurij & Dianæ filius: vt aliqui, Veneris tantùm:* B *sed ille, qui præest amoribus, Veneris & Martis filius fuit. Apollinem, Iouem, & ipsum patrem Martem, vulnerauit: & omnia, cùm libet, domat. Propertius eius imaginem, & naturam expressit.* Tigris, *velocissima omnium quadrupedum est: nascitur in Hircaniâ, quæ est supra Armeniam. Qu. Tuberone, Paulo Fabio Maximo, Cõsulibus primis, Romæ tigrim ostendit Diuus Augustus, in dedicatione theatri Marcelli: post eum Diuus Claudius quatuor mansuefactas in caueis aureis, in circo: quarum meminit Petronius, cùm ait:* Auratâ tigris iactatur in aulâ, Vt bibat humanũ populo plau-C dente cruorem. IDEM cùm tristes.] *scilicet idem puer indomitus erat, cùm acuebat mœstas iras Iunonis.* PER IVRA.] *ipsa Iuno periura fuit sæpè puellis, vt eas amore Iouis auerteret: & demutata in aliam formam, cubile suũ ledebat; quia Iupiter interea cũ aliâ cõcumbebat.* LVDERE.] *ventilare.* OLIVÆ.] *nubentes coronabantur oliuâ: vel oliuâ coronata erat, ne captiua fieret: hostes parcebant oliuæ.* PRODITA ludo.] *puella soluit omnia impedimenta corporis, id est, vestes: vt agilius curreret cum pilâ.* TVA.] *scilicet pallam.* HABERES.] *habuisses.* NONNVNQVAM.] *vtinam non frustra piâsses iura, cum iurando sacraria Iunonis manus est violata.* VIOLATA manu.] *iureiurando.*

Nam capite à summo regis (mirabile dictu)
Candida cæsaries: florebant tempora lauro:
Et roseus medio fulgebat vertice crinis.
Cuius quàm seruata diu natura fuisset:
Tam patriam incolumem Nisi, regumque futurum,
Concordes stabili firmarunt numine Parcæ.
Ergo omnis cano residebat cura capillo:
Aurea solenni comptum quoq; fibula ritu
Corsellæ tereti nectebat dente cicadæ.
Nec verò hæc vobis custodia vana fuisset:
Nec fuerat: nisi Scylla, nouo correpta furore,
Scylla patris miseri, patriæq; inuenta sepulchrum,
O' nimiùm cupidis si non inhiâsset ocellis.
Sed malus ille puer, quem nec sua flectere mater
Iratum potuit; quem nec pater, atq; auus idem
Iuppiter: ille etiam Pœnos domitare leones,
Et validas docuit vires mansuescere tigreis.
Ille etiam diuos homines: sed dicere magnum est.
Idem tùm tristes acuebat paruulus iras
Iunonis magnæ: cuius periuria diuæ
Olim se meminère diu periura puellę.
Non vlli liceat: violauerat inscia sedem,
Dum sacris operata deę lasciuit: & extrà
Procedit longè matrum comitũmq; cateruam,
Suspensam gaudens in corpore ludere vestem,
Et tumidos agitante sinus Aquilone relaxans.
Nec dum etiam castos gustauerat ignis honores:
Nec dum solenni lymphâ perfusa sacerdos
Pallentis folijs caput exornârat oliuæ:
Cùm lapsa è manibus fugit pila: cumq; relapsa
Procurrit virgo. quo vtinam ne prodita ludo
Aurea iam gracili soluisset corpora pallâ!
Omnia, quæ retinere gradum, cursusq; morari
Possent, ô tecum vellem tua semper haberes!
Non vnquam violata manu sacraria diuæ,
Iurando infelix nequicquam iura piâsses.

erat, in capillo cano, *Id est, cani capitis: qui* comptũ solenni ritu fibula aurea nectebat teteti dente cicadę Corsellæ, *id est, qualis est apud Corsellam, ciuitati Africæ, frequens, hoc est, elephantis: dente igitur eburno.* Nec verò hæc custodia, *capilli* fuisset, nec fuerat vobis *Megarensibus vana,* nisi Scylla, *filia Nisi,* concepta, *correpta,* nouo furore, *amore in hostem:* Scylla, *inquam,* inuẽta sepulchrũ, *excidium,* patris miseri, & patrię *miseræ,* si non inhiâsset, *cupiditatem inhiãdo indicâsset,* ocellis, *minutis per appetitũ libidinosum oculis,* ô nimiùm cupidis. sed ille puer, *Cupido, deus amoris,* malus, *perniciosus, supple fuit:* quẽ nec sua mater Venus, *quæ sæpè impatienter amauit,* potuit flectere iratum, *quoties irascebatur,* quẽ nec pater atq; auus Iupiter (*quia Iupiter eum ex filiâ genuit*) potuit flectere. (*vnde in primo Aeneid. lib. Venus ad Cupidinẽ:* Nate meæ vires, mea magna potẽtia solus: Nate patris summi, qui tela Typhoëa temnis.) Ille, *scilicet amor, seu Cupido deus amorũ, potuit* domitare etiã leones Pœnos, *Punicos, qui feroces & iubati sunt:* & docuit t'gres validas *pernicitate, & feritate etiã,* mãsuefcere victas, *scilicet amore.* Ille etiã docuit *mansuescere* diuos homines, *inter homines versantes, aut ex hominibus factos:* sed magnũ est dicere, *enarrare diuorũ amores.* Idẽ paruulus, *cùm adhuc esset paruulus,* acuebat iras, *litẽ fouebat, & acriter cõtendebat,* cũ superis. *Scylla* inscia, *ignara* violauerat sedẽ, *templũ,* magnæ Iunonis, cuius diuæ periuria non liceat vlli puellæ, se meminisse diu periura, *id est, licitè,* (*licet per nefas meminerit*) *violauerat, inquit, sedẽ Iunonis,* dum operata, *exercitata,* sacris deæ, *postquã sacrificauerat,* lasciuia, & procedit lõgè extra cateruã, *cœtũ matrum & comitũ,* gaudens vestẽ suspensam pendentẽ ludere in corpore, & relaxãs sinus vestiũ, tumidos, *inflatos,* Aquilone agitante, *impellẽte,* ignis, *amoris:* necdũ agitauerat, *expulerat,* honores castos, *castitatis & virginitatis:* necdũ sacerdos, *scil. pronuba,* perfusa, *aspersa,* lymphâ solenni, *solennitati nuptiali apta,* nõ exornarat *adhuc* caput *virginis,* folijs oliuæ pallentis, *quibus*

ASCE. Nam cæsaries candida (*mirabile dictu, id est quæ res est mirabilis dictu*) erat à summo capite regis, *&* tempora, *mediæ capitis partes,* florebant lauro, *coronam lauream gerebant,* & crinis, *capillus,* roseus, *aut coloris siue odoris rosei,* fulgebat medio vertice: cuius, *scilicet crinis,* quam diu natura fuisset seruata, tam *diu* Parcæ concordes stabili numine, *voluntate & nutu diuino,* firmarunt, *stabiliuerunt & firmiter constituerunt,* patriam Nisi futuram esse incolumem, & regnum *Nisi* futurum *incolume.* Ergo omnis cura *Nisi* residebat, *sita*

Digitized by Google

ornabantur nubentes: cùm pila fugit lapsa è manibus, *id est, cum adhuc nesciuit ludere pilā*, cumq; *ipsa virgo*, ꝓcurrit relaxè, *dissolutè*. quo ludo vti, *vtebatur*, ne ꝓdita, *manifestata esset, quod vagaretur impudenter*; palla aurea soluisset, *id est, laxâsset*, iam gracili corpore, *omnia quæ possent ritinere gradū, & immorari cursum*. O', *oppidi vox*, *ego* vellē haberes semper tecū tua sacraria, non violata vnquā manu: (*si dixeris*, tuā manu, *non stabit ratio metri*) *quia* infelix nequidquam, *nullo modò*, pi ásses, *polluisses*, (*vnde Piaculū, res expiatione digna: nam Piare, & piū facere ac piè colere, & piaculum cōmittere significat*) iurando, *scil. per Iunonem, per quam proprium est vxoribus iurare*. A

POM. Sabi. AVREA.] *scil. pulcherrima. Vtinam soluisset pallā: scil. nudâsset, cùm laudabat.* CAVSA pia est.] *si quis crederet tibi nocuisse periuria Iunonis: adeò pulchra erat, vt timeret Iuno te ostendere Ioui.* Tyrins, *oppidū Peloponnensi, vbi colebatur Cupido: indè tela Cupidinis dicuntur Tyryntia, sinè aspiratione.* BISTONIS.] *Bistoniū in Thraciā stagnū est, vnde eiusdem nominis amnis erat.* SIDONVM.] *Sidones populi Thracū, prope Hebrum Plinius appellat Sidonos, de his nunc loquitur. Sunt & alij Sidones in Scythiā; & Sidonij in Phœniciā. A Sidonib. Thraciæ, Bacchus dictus est Sidonius. Duobus sacrificijs adhibebatur tibia buxea, Cybeles & Bacchi: vt nunc.* Buxo Sidonum *pro, Sidoniā buxo.* ANTISTITA.] *dicitur sacerdos quæcunq; ab antistādo. Bistonides bacchates, sacerdotes Bachi in Thraciā & Cytherone: Baccha mulieres, & in Idā & Dyndimis. Cybeleæ in sacris videbant, furore captæ.* NON storace.] *Storax arbor, quæ*

Et si quis nocuisse tibi periuria credat;
Causa pia est: timuit fratri te ostendere Iuno.
At leuis ille deus, cui semper ad vlciscendum
Quæritur ex omni verborum iniuria dicto,
Aurea fulgenti depromens tela pharetrâ,
Heu nimiùm tereti, nimiùm Tirinthia visu
Virginis in tenerâ defixerat omnia mente.
Quæ simul ac venis hausit sitientibus ignem,
Et validum penitus concepit in ossa furorem:
Sæua velut gelidis Cyconum Bistonis in oris,
Ictáue barbarico Cybeles antistita buxo:
Infelix virgo totâ bacchatur in vrbe.
Non storace Idæo flagrantes picta capillos
Cognita, non teneris pedibus, Sicyonia seruans,
Non niueo retinens baccata monilia collo.
Multùm illi incerto trepidant vestigia cursu:
Sæpè redit patrios ascendere prodita muros,
Aëriasq; facit causam se visere turres
Sæpè etiam tristes voluens in nocte querelas,
Sedibus ex altis cœli speculatur amorem;
Castraq; prospectat crebris lucentia flammis.
Nulla colum nouit, carum nec respicit aurum:
Non arguta sonant tenui psalteria chordâ:
Non Libyco molles plauduntur pectine telæ:
Nullus in ore rubor. vbi enim rubor, obstat amori.
Atque vbi nulla malis reperit solatia tantis,
Tabidulamq; videt labi per viscera mortem:
Quo vocat ire dolor, subigunt quò tendere fata,
Fertur, & horribili præceps impellitur œstro:
Vt patris ah demens crinem de vertice ferret
Furtim, atq; arguto detonsum mitteret hosti.

simulac, *statim postquā*, hausit ignē amoris, venis sitiētibus, *id est, Cupidinis*, & cōcepit in ossa, *ad medullas vsque*, penitus, *aut ignem, amorem penitùs, id est, omnino*, validum: *ipsa* virgo infelix bacchatur, *id est, more bacchantium vagatur*, in totâ vrbe: velut Bistonis, *id est, mulier Threissa, ad Bistonem lacū Thraciæ habitans*, sęua, *id est, incensa*, ore, *cantu tibiæ Sithonum, populorum Thraciæ*, & *velut* antistita Cybeles, *sacerdotissa bacchatur*, icta, B *stimulata*, buxo barbarico, *fistula à barbaris inuentā*. Nō pictâ, *id est, non habens pictos capillos*, storace Idæo, *vnguento ex storace arbore, in Idâ plurimùm crescēnte*. Non cognita, pedibus teneris, *per generosum incessum, aut*, non condita, *incompsita*, teneris pedibus: seruans, sic omnia *ornamenta incondita, aut incognita*, & non retinens collo niueo monilia baccata, *id est, baccis, & gemmis ornata*, vestigia, *id est, pedes*, trepidant illi multum,

ex Perside afferebatur ad odorē, & ex eā fiebat omne vnguentū. PRODITA muros.] *quia è murorū speculis imbibit totum amorē ideò sæpe ascendebat muros: & causam afferebat, velle visere turres.* IN nocte.] *Amantes noctu queruntur magis.* NVLLA.] *ad nullas delicias nouit Aeolum.* PSALTERIA.] *Psalteriū, instrumentū musicum: vt lyra & cithara. Minerua Lybica, filia Tritonidis paludis, prima dicit telā fecisse.* RVBOR.] *i. pudor, obstat amanti. ideò sinè pudore est, qui amat.* MORTEM.] *Mors est amor, & mala pestis.* QVO tendere.] *ibat quò ferebat dolor, quò fata etiā.* OESTRVM.] *furor est.* SERVM.] *diu seruatū.* HOSTI.] *Minoi Iouis filio.*

ASCE. Et si quis credat periuria nocuisse tibi, causa est: *quia* Iuno timuit te ostendere fratri *Ioui*. at id deus *Iupiter, est* leuis, *leuiter irascens*; cui quæritur iniuria ex omni dicto verborū *adolescentū* (*& tamē dicitur, quod periuria ridet amantū.*) *Verùm sunt, qui dicūt*: Ille deus, *Cupido*, leuis, *quia alatus. vnde sequitur*: depromens tela aurea ex pharetrâ fulgēti heu nimiùm tereti, *rotūdā & oblongā, scil. pharetrā, & tela* nimiùm Tirynthia, *id est, Herculea, hoc est, fortia, qualibus Hercules Tirynthius vti solebat*, defixerat interea omnia, *scil. tela*, mēte, *in pectore*, virginis, *Scillæ*, iussu, *Veneris, aut Iunonis læsæ*. QVÆ simulac venis hausit sitientibus, &c.] *Recitat, quomodo Scylla, capta amore Minois, debacchata est. Ordo autē est:* Quæ Scylla cursu incerto, *inconstanti. Ipsa* redit sæpè prodita, *accusata & manifestata*, ascendere, *scil. voluisse*, muros patrios: & facit causam, *occasionē*, se visere, *visum ire*, turres aërias, *altas*: voluens, *agitans animo*, etiam sæpè in nocte, querelas tristes, *tristitiæ indices*, speculatur ex C altis sedibus cœli, *id est, in atriis*, amorem, *id est, amatum Minoa, aut* speculatur amorē cœli, *id est, significat se speculari sidera, ob amorem cœli*: & prospectat etiam castra inimicorū, lucentia crebris flammis. Nulla, *id est, non*, mouit colum, *id est, non neuit*, nec respicit aurum charum, *scil. priùs, id est, non intertexit ampliùs aurum*: psalteria, *instrumenta psallendi*, arguta, *stridula & sonora priùs*, chordâ, non sonant *amplius* tenui, *subtili*: telæ molles, *ex molli lana*, non clauduntur, *texuntur ampliùs*, pectine Libyco, *id est, eburno, quali vtuntur Tyrij in Libyâ, telā purpuream texentes*. Nullus rubor *est ampliùs* in ore: & vbi rubor, obstat amori: atq; vbi reperit nulla solatia, *remedia*, tantis malis. & videt mortem turbidulam, *aliquantulùm turbidam*, labi per viscera sua: *ipsa* fertur eò, quò dolor vocat ire, & quò fata subigunt tendere: & *ipsa* pręceps impellitur horribili œstro, *stimulo furoris, sicut animalia œstro*: ac vt ipsa demens ferret, *auferret*, crinem patris, atq; mitteret *ipsum* detonsum, *abrasum*, furtim *clanculum*, hosti arguto, callido & vafro.

POM. Sabi. QVIS nō bonus.] *quasi dicat: impossibile est, virum bonum committere scelus, & credere: & fortè puella per ignorantiam fecit.* DAVLIDES.] *Daulis ciuitas Phocydis, arbustis densa: in quâ volunt fabulas fictas Terei, Philomelæ, & Procnes.* CHALCEIVS heros.] *Appositum nimis*

Namq; hæc conditio miseræ proponitur vna:
Siue illa ignorans: quis non bonus omnia malit
Credere; quàm tanti sceleris damnare puellam?
Heu tamē infelix (quid enim imprudētia ꝓdest?)
Nise pater, cui direptâ crudeliter vrbe,

Vix erit vna super sedes in turribus altis,
Fessus vbi exstructo possis considere nido.
Tu quoq; auis moriere: dabit tibi filia pœnas.
Gaudete ô celeres subnixæ nubibus altis,
Quæ mare, quæ virides syluas, lucosq; sonanteis
Incolitis: gaudete vagæ blandæq; volucres,
Vosq; adeò humani mutatæ corporis artus,
Vos ô crudeli fatorum lege puellæ
Dauliades (crudele) venit charissima vobis
Cognatos augens reges, numerumq; suorum,
Ciris, & ipse pater vos ô pulcherrima quondam
Corpora cæruleas præuertite in æthera nubes:
Quà nouus ad superûm sedes Chalceius, & quà
Candida concessos ascendat Ciris honores.
Iamq; adeò dulci deuictus lumina somno
Nisus erat, vigilumq; procul custodia primis
Excubias foribus studio iactabat inani:
Cùm furtim tacito descendens Scylla cubili,
Auribus arrectis nocturna silentia tentat,
Et pressis tenuem singultibus aëra captat.
Tùm suspensa leuans digitis vestigia primis
Egreditur, ferroq; manus armata bidenti
Euolat at demptæ subitâ in formidine vires,
Cæruleas sua furta priùs testatur ad vmbras.
Nam quà se ad patrium tendebat semita limen,
Vestibulo in thalami paulùm remoratur: & altum
Suspicit ad culti nutantia sidera mundi;
Non accepta pijs promittens munera diuis.

A *nimis alte repetitum, à Chalcide Locrorum vrbe ex quâ profecti Pelasgi habitauerunt in Atticâ cũ Ionibus alij dicũt Lelegas, qui sunt Locrises. Et Nisus fuit filius Pandionis, regis Atticæ.* PVLCHERRIMA corpora.] *vt Semiramis in columbã: comites Inut, flendo in aues: Musæ, filiæ Thespij, in aues: Arne, in auem monedulã.* TENVEM aëra.] *dormiẽtes anhelãt, & tenuẽ spiritũ mittũt.*

ASCE. Namq; hæc vna, *id est, sola*, conditio, *de crine consecrato*, opponitur, *raptor Minoi*: siue illa, *Scylla, fecerit* ignorás. (*nam* quis bonus, *pius*, non malit credere omnia, q̃ damnare puellam

B tãti sceleris, *& parricidij, aut proditionis paternæ?*) Heu, *cõdolentis vox*, tamen, *nihilominùs, quamuis ignorans ipsa, supp. est*, infelix, *quid* enim, ô Nise pater, imprudẽ ia *filiæ* prodest *tibi? quasi dicat nihil*, cũ quo, *patre, ipsa* vna, *sola*, vixerat super sedes in alt is turribus. *id est, mutata in auem, & hoc*, vrbe raptâ crudeliter, *scilicet ab impio amatore: vbi tu, ô pater existens* fessus, possis considere nido exstructo. Tu quoque, *etiam tu ô pater*, moriere auis, *quia vertẽre in auẽ tui nominis*: filia dabit tibi pœnas, *quia æterno odio prosequêris eã.* ô volucres, *scilicet vos ambo*, gaudete, *iam effecti volucres*, quæ subnixæ altis nubibus incolitis mare, virides syluas, & lucos *sonantes*: gaudete, *dico*, vagæ & blandę volucres, vsqueadeò omnino mutatæ, *id est, habentes mutatos artus* humani corporis. ô puellæ Dauliades, *Progne & Philumela*, vis fatorum *est* crudelis, *crudele fatum venit: quia* Ciris, *Scylla*, *charissima*, vobis venit au-

C gens reges cognatos, *qui in aues mutati sunt*, & numerũ suorum maiorũ: & ipse pater *Nisus, venit.* Vos, ô pulcherrima quondam corpora, præuertite, *anteite*, nubes cęruleas in æthera, *ad aëra volantes*: quà Chalcheius, *auricomus rex Nisus*, ascẽdat ad sedes superûm, *id est, primùm ascẽdat æthera*, & quà Ciris, *Scylla* (*Ciris, à tondẽdo dicta*) ascẽdat honores concessos à *dijs, quã eam in auem mutatã voluerũt.* IAMQVE adeò.] *Docet, quomodo Scylla, tentata patris capillos detõdere, à Carme nutrice deprehensa fuit: & quidnam prætenderit interrogata.* *Ordo est*: Iamq; adeò, *omnino, aut penitùs*, Nisus erat deuictus lumina, *habuit oculos deuictos*, dulci somno, & custodia vigilum *existens* procul, iactabat inani studio excubias, *vigilias extra cubilia exsistentes, vtpote in* primis foribus: quando Scylla, descendens cubili tacito, *ipsa tacitâ, aut non strepente*, furtim, *furtiuè*, tẽtat auribus arrectis, *more ferarum*, nocturna silentia, & captat primùm singultibus repressis, aerem tenuem, *exilem.* tum, *deinde*, ipsa leuans vestigia suspensa primis digitis, *anterioribus pedum partibus*, egreditur *cubili*, & armata manus, *habens manus armatas*, ferro bidẽti, *forcipe incisorio*, euolat *è cubile*: at, *sed*, vires dẽptæ, *supple sunt*, in formidine subita, testatur priùs, *scil. quàm aggreditur*, sua furta, *i.e. furtiuos conatus de rapiendo crine paterno*, ad vmbras cæruleas, *id est, subnigras, aut ad mare versas.* Nam remoratur paulùm, *modicum*, in vestibulo, *introitu*, thalami, *eâ parte*, quâ semita, *parua via*, tendebat ad limen patriũ, *paterni cubiculi*, & *ipsa* suspicit, *id est, sursum aspicit*, altum, *mare, aut* altum, *id est, altè*, ad sidera cœli mundi *puri & sereni*, nutantia, *id est, scintillantia*, promittens munera, *id est, vota faciẽs*, nõ accepta, *id est, displicentia*, diuis pijs, *nolentibus ad parricidiũ aut nefas aliud patrocinari. Vnde* (*vt Augustinus rectè docet*) *delirant Christiani, qui, peccatũ graue cum periculo commissuri, se cruce muniunt.*

Quam simul Ogygij Phœnicis filia Charme
Surgere sensit anus. (sonitum nam fecerat illi
Marmoreo æratus stridens in limine cardo)
Corripit extemplò fessam languore puellam:
Et simul, O' nobis sacrum caput, inquit, alumna,
Non tibi nequicquam viridis per viscera pallor
Ægrotas tenui suffudit sanguine venas.
Nec leuis hoc faceret (neq; enim pote) cura subegit.
Haud fallor, quod te potiùs Rhamnusia fallit.
Nam quâ te causâ nec dulcis pocula Bacchi,
Nec grauidos Cereris dicam contingere fœtus?
Quæ causa, ad patrium solam vigilare cubile?
Tempora quo fessas mortalia pectora curas;
Quo rapidos etiam requięscunt flumina cursus.
Dic age nunc miseræ saltem, quod sæpe petenti
Iurabas nihil esse mihi: cùm mœsta parentis
Formosos circùm virgo morerere capillos?
Hei mihi, ne furor ille tuos inuaserit artus;
Ille Arabis Myrrhæ quondam qui cepit ocellos:
Vt scelere infando, quod nec sinit Adrastea,
Lædere vtrumq; vno studeas errore parentum.
Quòd si alio quouis animo iactaris amore;

POM. Sabi. RHAMNVSIA.] *Rhamnus oppidũ est Atticæ. in genitiuo accipit N. vt Rhamnuntis: & Trapezus, Trapezuntis: & Amathus, Amathuntis. Nomen quod à talibus declinatur, non tenet N: vt Rhamnusius, Trapezusius, Amathusius. In Rhamnunte oppido Nemesis colebatur: vbi & eius templum celebre erat. vnde Rhamnusia dicebatur. Plutarchus inquit*; Nemesis Latinum nomen non habet. *Alij dicunt, Nemesim, quæ contra superbiam colitur, esse & est potestas Solis: qui fulgentia obscurat, & obscura illustrat. Lucanus ait*: Et tumidis infesta colit quia numina Rhamnus. *Alij sic diffiniunt*: Nemesis est ipsa vis & tutela, quæ fatis præsidet, *quam veteres Iustitiæ filiam fecẽre. Plinius inter cætera, quæ admiratur*, & hoc quidem, *inquiens*, alij Græcam Nemesin inuocantes: cuius ob id Romæ simulachrũ in Capitolio est; quámuis Latinum nomen non sit. *Est igitur Nemesis, indignatio: quæ & Rhamnusia & Adrastia dicitur, à locis. quam solemus inuocare in vltionem. Adrastiam eandem dicit, & Nemesim: & idem est numen. & vtrumque nomen à loco: vt Rhamnusia à Rhamnunte, Adrastia, ab vrbe quam condidit Adrastus. vt Antimachus ait:*
Fluminis Aesopi gelidas
Adrastus ad vndas

ornabantur nubentes: cùm pila fugit lapſa è manibus, *id eſt, cum adhuc neſciuit ludere pilá*, cumq; *ipſa virgo*, ꝓcurrit relaxè, *diſſolutè*. quo ludo vti *ſolebatur*, ne ꝓdita, *manifeſtata eſſet, quod vagaretur impudenter*; palla aurea ſoluiſſet, *id eſt, laxâſſet*, iam gracili corpore, *omnia quæ poſſent ritinere gradû, & immorari curſum*. O', *opiádi vox, ego* vellē haberes ſemper tecū tua ſacraria, non violata vnquá manu: (*ſi dixeris*, tuâ manu, *non ſtabit ratio metri*) *quia* infelix nequidquam, *nullo modò*, piâſſes, *polluiſſet*, (*vnde Piaculū, res expiatione digna: nam Piare, & piè facere ac piè colere, & piaculum cōmittere ſignificat*) iurando, *ſcil. per Iunonem, per quam proprium eſt vxoribus iurare.*

POM. Sabi. AVREA.] *ſcil. pulcherrima. Vtinam ſoluiſſet pallā: ſcil. nudâſſet, cùm laudabat.* CAVSA pia eſt.] *ſi quis crederet tibi nocuiſſe periuria Iunonis: adeò pulchra erat, vt timeret Iuno te oſtendere Ioui.* Tyrins, *oppidū Peloponnenſi, vbi colebatur Cupido: indè tela Cupidinis dicuntur Tirynthia, ſinè aſpiratione.* BISTONIS.] *Biſtoniū in Thraciá ſtagnū eſt, vnde eiuſdem nominis amnis erat.* SIDONVM.] *Sidones populi Thracū, prope Hebrum Plinius appellat Sidonos, de his nunc loquitur. Sunt & alij Sidones in Scythiâ; & Sidonij in Phœniciâ. A' Sidonib. Thraciæ, Bacchus dictus eſt Sidonius. Duobus ſacrificijs adhibebatur tibia buxea, Cybeles & Bacchi: vt nunc.* Buxo Sidonum *pro, Sidoniâ buxo.* ANTISTITA.] *dicitur ſacerdos quæcunq, ab antiſtādo. Biſtonides bacchātes, ſacerdotes Bachi in Thraciâ & Cytherone: Bacchæ mulieres, & in Idâ & Dyndimus. Cybeleæ in ſacris videbant̄, furore captæ.* NON ſtorace.] *Storax arbor, quæ ex Perſide afferebatur ad odorē, & ex eâ fiebat omne vnguentū.* PRODITA muros.] *quia è murorū ſpeculis imbibit totum amorē ideò ſæpe aſſcendebat muros; & cauſam afferebat, velle viſere turres.* IN nocte.] *Amantes noctu queruntur magis.* NVLLA.] *ad nullas delicias nouit Aeolum.* PSALTERIA.] *Pſalteriū, inſtrumentū muſicum; vt lyra & cithara. Minerua Lybica, filia Tritonidis paludis, prima dicit̄ telā feciſſe.* RVBOR.] *i. pudor, obſtat amanti. ideò ſinè pudore eſt, qui amat.* MORTEM.] *Mors eſt amor, & mala peſtis.* QVO tendere.] *ibat quò ferebat dolor, quò fata etiā.* OESTRVM.] *furor eſt.* SERVM.] *diu ſeruatū.* HOSTI.] *Minoi Iouis filio.*

Et ſi quis nocuiſſe tibi periuria credat,
Cauſa pia eſt: timuit fratri te oſtendere Iuno.
At leuis ille deus, cui ſemper ad vlciſcendum
Quæritur ex omni verborum iniuria dicto,
Aurea fulgenti depromens tela pharetrâ,
Heu nimiûm tereti, nimiûm Tirinthia viſu
Virginis in tenerâ defixerat omnia mente.
Quæ ſimul ac venis hauſit ſitientibus ignem,
Et validum penitus concepit in oſſa furorem:
Sæua velut gelidis Cyconum Biſtonis in oris,
Ictáue barbarico Cybeles antiſtita buxo:
Infelix virgo totâ bacchatur in vrbe.
Non ſtorace Idæo flagrantes picta capillos
Cognita, non teneris pedibus, Sicyonia ſeruans;
Non niueo retinens baccata monilia collo.
Multùm illi incerto trepidant veſtigia curſu:
Sæpè redit patrios aſſcendere prodita muros,
Aëriasq; facit cauſam ſe viſere turres
Sæpè etiam triſtes voluens in nocte quærelas,
Sedibus ex altis cœli ſpeculatur amorem;
Caſtraq; proſpectat crebris lucentia flammis.
Nulla colum nouit, carum nec reſpicit aurum:
Non arguta ſonant tenui pſalteria chordâ:
Non Libyco molles plauduntur pectine telæ:
Nullꝰ in ore rubor. vbi enim rubor, obſtat amori.
Atque vbi nulla malis reperit ſolatia tantis,
Tabidulamq; videt labi per viſcera mortem:
Quò vocat ire dolor, ſubigunt quò tendere fata,
Fertur, & horribili præceps impellitur œſtro:
Vt patris ah demens crinem de vertice ferret
Furtim, atq; arguto detonſum mitteret hoſti.

ſimulac, *ſtatim poſtquā*, hauſit ignē amoris venis ſitiētibus, *id eſt, Cupidinis*, & cōcepit in oſſa, *ad medullas vſque*, penitus, *aut ignem, aut amorem penitùs, id eſt, omnino*, validum: *ipſa* virgo infelix bacchatur, *id eſt, more bacchantium vagatur*, in totâ vrbe: velut Biſtonis, *id eſt, mulier Threiſſa, ad Biſtonem lacū Thraciæ habitans*, ſęua, *id eſt, incenſa*, ore, *cantu tibiæ Sithonum, populorum Thraciæ*, & *velut* antiſtita Cybeles, *ſacerdotiſſa bacchatur*, icta, *ſtimulata*, buxo barbarico, *fiſtula à barbaris inuentá*. Nō pictâ, *id eſt, non habens pictos capillos*, ſtorace Idæo, *vnguento ex ſtorace arbore, in Idâ plurimùm creſcente*. Non cognita, pedibus teneris, *per generoſum inceſſum, aut*, non condita, *incompſita*, teneris pedibus: ſeruans, ſic omnia *ornamenta incondita, aut incognita*, & non retinens collo niueo monilia baccata, *id eſt, baccis, & gemmis ornata*, veſtigia, *id eſt, pedes*, trepidant illi multum, curſu incerto, *inconſtanti. Ipſa* redit ſæpè prodita, *accuſata & manifeſtata*, aſſcendere, *ſcil. voluiſſe*, muros patrios: & facit cauſam, *occaſionē*, ſe viſere, *viſum ire*, turres aërias, *altas*: voluens, *agitans animo*, etiam ſæpè in nocte, querelas triſtes, *triſtitiæ indices*, ſpeculatur ex altis ſedibus cœli, *id eſt, in aëris*, amorem, *id eſt, amatum Minoa, aut* ſpeculatur amorē cœli, *id eſt, ſignificat ſe ſpeculari ſidera, ob amorem cœli*: & proſpectat etiam caſtra inimicorū, lucentia crebris flammis. Nulla, *id eſt, non*, mouit colum, *id eſt, non neuit*, nec reſpicit aurum charum, *ſcil. priùs, id eſt, non intertexit ampliùs aurum*: pſalteria, *inſtrumenta pſallendi*, arguta, *ſtridula & ſonora priùs*, chordâ, non ſonant *amplius* tenui, *ſubtili*: telæ molles, *ex molli lana*, non clauduntur, *texuntur ampliùs*, pectine Libyco, *id eſt, eburno, quali vtuntur Tyrij in Libyâ, telā purpuream texentes*. Nullus rubor *eſt ampliùs* in ore: & vbi rubor, obſtat amori: atq; vbi reperit nulla ſolatia, *remedia*, tantis malis. & videt mortem turbidulam, *aliquantulùm turbidam*, labi per viſcera ſua: *ipſa* fertur eò, quò dolor vocat ire, & quò fata ſubigunt tendere: & *ipſa* pręceps impellitur horribili œſtro, *ſtimulo furoris, ſicut animalia æſtro*: ac vt ipſa demens ferret, *auferret*, crinem patris, atq; mitteret *ipſum* detonſum, *abraſum*, furtim *clanculum*, hoſti arguto, callido & vafro.

ASCE. Et ſi quis credat periuria nocuiſſe tibi, cauſa eſt: *quia* Iuno timuit te oſtendere fratri *Ioui*. at id deus *Iupiter, eſt* leuis, *leuiter iraſcens*; cui quæritur iniuria ex omni dicto verborū *adoleſcentū* (*& tamē dicitur, quod periuria ridet amantū.*) *Verùm ſunt, qui dicāt*: Ille deus, *Cupido*, leuis, *quia alatus. vnde ſequitur*: depromens tela aurea *ex* pharetrâ fulgēti heu nimiùm tereti, *rotūdâ & oblongâ, ſcil. pharetrâ, & tela* nimiùm Tirynthia, *id eſt, Herculea, hoc eſt, fortia, qualibus Hercules Tirynthius vti ſolebat*, defixerat interea omnia, *ſcil. tela*, mēte, *in pectore*, virginis, *Scillæ*, iuſſu, *Veneris, aut Iunonis læſa*. QVÆ ſimulac venis hauſit ſitientibus, &c.] *Recitat, quomodo Scylla, capta amore Minois, debacchata eſt. Ordo autē eſt:* Quæ *Scylla*

POM. Sabi. QVIS nō bonus.] *quaſi dicat: impoſſibile eſt, virum bonum committere ſcelus, & credere: & fortè puella per ignorantiam fecit.* DAVLIDES.] *Daulis ciuitas Phocydis, arbuſtis denſa: in quâ volunt fabulas fictas Terei, Philomelæ, & Procnes.* CHALCEIVS heros.] *Appoſituni*

Namq; hæc conditio miſeræ proponitur vna;
Siue illa ignorans: quis non bonus omnia malit
Credere; quàm tanti ſceleris damnare puellam?
Heu tamē infelix (quid enim imprudētia ꝓdeſt?)
Niſe pater, cui direptâ crudeliter vrbe,

nimis

A nimus alte repetitum, à Chalcis de Locrorum vrbe ex quâ profecti Pelasgi habitauerunt in Atticâ cũ Ionibus alij dicũt Lelegas, qui sunt Locrēses. Et Nisus fuit filius Pandionis, regis Atticæ. PVLCHERRIMA corpora.] vt Semiramis in columbã: comites Inus, flendo in aues: Musæ, filiæ Thespij, in anes: Arne, in auem monedulã. TENVEM aëra.] dormiẽtes anhelãt, & tenuẽ spiritũ mittũt.

ASCE. Namq; hæc vna, id est, sola, conditio, de crine consecrato, opponitur, raptor Minoi: siue illa, Scylla, fecerit ignorãs. (nam quis bonus, pius, non malit credere omnia; q̃ damnare puellam B tãti sceleris, & parricidij, aut proditionis paternæ?) Heu, cõdolentis vox, tamen, nihilominus, quamuis ignorans ipsa, supp. est, infelix, quid enim, ô Nise pater, imprudẽ ia filiæ prodest tibi? quasi dicat nihil, cũ quo, patre, ipsa vna, sola, vixerat super sedes in

Vix erit vna super sedes in turribus altis,
Fessus vbi exstructo posis considere nido.
Tu quoq; auis moriere: dabit tibi filia pœnas.
Gaudete ô celeres subnixæ nubibus altis,
Quæ mare, quæ virides syluas, lucosq; sonanteis
Incolitis: gaudete vagæ blandęq; volucres;
Vosq; adeò humani mutatæ corporis artus,
Vos ô crudeli fatorum lege puellæ
Dauliades (crudele) venit charissima vobis
Cognatos augens reges, numerumq; suorum,
Ciris, & ipse pater vos ô pulcherrima quondam
Corpora cæruleas præuertite in æthera nubes:
Quà nouus ad superũm sedes Chalceius, & quà
Candida concessos ascendat Ciris honores.
Iamq; adeò dulci deuictus lumina somno
Nisus erat, vigilumq; procul custodia primis
Excubias foribus studio iactabat inani:
Cùm furtim tacito descendens Scylla cubili,
Auribus arrectis nocturna silentia tentat,
Et presis tenuem singultibus aëra captat.
Tùm suspensa leuans digitis vestigia primis
Egreditur, ferroq; manus armata bidenti
Euolat: at demptæ subitâ in formidine vires,
Cæruleas sua furta priùs testatur ad vmbras.
Nam quà se ad patrium tendebat semita limen,
Vestibulo in thalami paulùm remoratur: & altum
Suspicit ad culti nutantia sidera mundi;
Non accepta pijs promittens munera diuis.

lus, auricomus rex Nisus, ascẽdat ad sedes superũm, id est, primùm ascẽdat æthera, & quà Ciris, Scylla (Ciris, à tondẽdo dicta) ascẽdat honores concessos à dijs, qui eam in auem mutatã voluerũt. IAMQVE adeò.] Docet, quomodo Scylla, tentata patris capillos detõdere, à Carme nutrice deprehensa fuit: & quidnam prætenderit interrogata. Ordo est: Iamq; adeò, omnino, aut penitùs, Nisus erat deuictus lumina, habuit oculos deuictos, dulci somno: & custodia vigilum exsistens procul, iactabat inani studio excubias, vigilias extra cubilia exsistentes, vtpote in primis foribus: quando Scylla, descendens cubili tacito, ipsa tacitã, aut non strepente, furtim, furtiuè, tẽtat auribus arrectis, more ferarum, nocturna silentia, & captat primùm singultibus repressis, aërem tenuem, exilem. tum, deinde,

altis turribus, id est, mutata in auem, & hoc, vrbe raptã crudeliter, scilicet ab impio amatore: vbi tu, ô pater existens fessus, posis considere nido exstructo. Tu quoque, etiam tu ô pater, moriere auis, quia vertẽre in auẽ tui nominis: filia dabit tibi pœnas, quia æterno odio prosequẽris eã. ô volucres, scilicet vos ambo, gaudete, iam effecti volucres, quæ subnixæ altis nubibus incolitis mare, virides syluas, & lucos sonantes: gaudete, dico, vagæ & blandę volucres, vsqueadeò omnino mutatæ, id est, habentes mutatos artus humani corporis. ô puellæ Dauliades, Progne & Philumela, vis fatorum est crudelis, crudele fatum venit: quia Ciris, Scylla, charissima, vobis venit augens C reges cognatos, qui in aues mutati sunt, & numerũ suorum maiorũ: & ipse pater Nisus, venit. Vos, ô pulcherrima quondam corpora, præuertite, anteite, nubes cęruleas in æthera, ad aëra volantes: quà Chalche-

ipsa leuans vestigia suspensa primis digitis, anterioribus pedum partibus, egreditur cubili, & armata manus, habens manus armatas, ferro bidẽti, forcipe incisorio, euolat è cubile: at, sed, vires dẽptæ, supple sunt, in formidine subita, testatur priùs, scil. quàm aggreditur, sua furta, i. e. furtiuos conatus de rapiendo crine paterno, ad vmbras cæruleas, id est, subnigras, aut ad mare versus. Nam remoratur paulùm, modicum, in vestibulo, introitu, thalami, eã parte, quâ semita, parua via, tendebat ad limen patriũ, paterni cubiculi, & ipsa suspicit, id est, sursum aspicit, altum, mare, aut altum, id est, altè, ad sidera cœli mundi puri & sereni, nutantia, id est, scintillantia, promittens munera, id est, vota faciẽs, nõ accepta, id est, displicentia, diuis pijs, nolentibus ad parricidiũ aut nefas aliud patrocinari. Vnde (vt Augustinus rectè docet) delirant Christiani, qui, peccatũ graue cum periculo commissuri, se cruce muniunt.

POM. Sabi. RHAMNVSIA.] Rhamnus oppidũ est Atticæ. in genitiuo accipit N, vt Rhamnuntis: & Trapezus, Trapezuntis; & Amathus, Amathuntis. Nomen quod à talibus declinatur, non tenet N: vt Rhamnusius, Trapezusius, Amathusius. In Rhamnunte oppido Nemesis colebatur: vbi & eius templum celebre erat. vnde Rhamnusia dicebatur. Plutarchus inquit: Nemesis Latinum nomen non habet. Alij dicunt, Nemesim, quæ contra superbiam colitur, esse & est potestas Solis: qui fulgentia obscurat, & obscura illustrat. Lucanus ait: Et tumidis infesta colit quia numina Rhamnus. Alij sic diffiniunt: Nemesis est ipsa vis & tutela,

Quam simul Ogygij Phœnicis filia Charme
Surgere sensit anus, (sonitum nam fecerat illi
Marmoreo æratus stridens in limine cardo)
Corripit extemplò fessam languore puellam:
Et simul, O nobis sacrum caput, inquit, alumna,
Non tibi nequicquam viridis per viscera pallor
Ægrotas tenui suffudit sanguine venas.
Nec leuis hoc faceret (neq; enim pote) cura subegit.
Haud fallor, quod te potiùs Rhamnusia fallit.
Nam quâ te causâ nec dulcis pocula Bacchi,
Nec grauidos Cereris dicam contingere fœtus?
Quæ causa, ad patrium solam vigilare cubile?
Tempora quo fessas mortalia pectora curas;
Quo rapidos etiam requiescunt flumina cursus.
Dic age nunc miseræ saltem, quod sæpe petenti
Iurabas nihil esse mihi: cùm mœsta parentis
Formosos circùm virgo morerere capillos?
Hei mihi, ne furor ille tuos inuaserit artus;
Ille Arabis Myrrhæ quondam qui cepit ocellos:
Vt scelere infando, quod nec sinit Adrastea,
Lædere vtrumq; vno studeas errore parentum.
Quòd si alio quouis animo iactaris amore,

quæ fatis præsidet, quam veteres Iustitiæ filiam fecẽre. Plinius inter cætera, quæ admiratur, & hoc quidem, inquiens, alij Græcam Nemesin inuocantes: cuius ob id Romæ simulachrũ in Capitolio est; quámuis Latinum nomen non sit. Est igitur Nemesis, indignatio: quæ & Rhamnusia & Adrastia dicitur, à locis quam solemus inuocare in vltionem. Adrastiam eandem dicit, & Nemesim: & idem est numen. & vtrumque nomen à loco: vt Rhamnusia à Rhamnunte; Adrastia, ab vrbe quam condidit Adrastus. vt Antimachus ait:
Fluminis Aesopi gelidas
Adrastus ad vndas

Digitized by Google

(Nam te iactari, non est Amathusia nostri
Tam rudis, vt nullo possim cognoscere signo)
Sin concessus amor noto te macerat igne:
Per tibi Dictynnæ præsentia numina iuro,
Prima deûm quę te mihi dulcem donat alumnam:
Omnia me potiùs digna atq; indigna laborum
Millia visuram; quàm te tam tristibus istis
Sordibus, & scoriâ patiar tabescere tali.
Hæc loquitur: molliq; vt se velauit amictu,
Frigidulam iniectâ circumdat veste puellam;
Quæ priùs in tenui steterat succincta coronâ.
Dulcia deinde genis rorantibus oscula figens,
Prosequitur miseræ causas exquirere tales.
Nec tamen ante vllas patitur sibi reddere voces;
Marmoreû tremebunda pedē quàm rettulit intrà.

Templa deo posuit.——
ARABIS Myrrhæ.] *Myrrha capta fuit amore Cynaræ, genitoris sui: fraude & astu nutriculæ suæ cū inscio patre concubuit. versa inde fuit in arborem sui nominis, quâ abundat Arabia. ideò Arabē Myrrham nominat: est etiā myrrha herba optima, cuius species, quæ vocatur stacte, & melistacte.*

ASCE. Quam, *scil. Scillā*, simul ac Charme, *nutrix eius*, filia Phœnicis Ogygij, *ex Thebanis oriūdi*, anus, *vetula* sensit surgere (nam cardo ostij æratus, *ære munitus*, stridēs in limine marmoreo, fecerat illi solitū) corripit ex ēplò, *illicò*, puellā, *Scillā*, fessam languore, *scil. amoris*, & inquit simul, ô alumna, *quā alui filia*, caput sacrū nobis, pallor viridis, *i.e. sublividus*, nō nequidquā, *non frustra*, *aut pro nihilo*, (*vt ita dicā*) suffundit tibi tenues venas, sanguine ægroto *i.e. languēti*, per viscera, *carnes tuas*: nec leuis cura subegit, *supple te*, neq. enim faceret hoc, neque pote *id est, potēs esset hoc facere*: haud fallor, quod Rhamnusia, *dea indignationis*, fallat potiùs te, *id est, quā tu id est velim quod fallor, & falsò opinor te graui causā subiectam.* Nā quā causā dicā te subigi? *quasi dicat, nescio: quia nec dicā te contingere pocula dulcis Bacchi, id est, vini, id est, non surrexisti, vt dulce vinū bibas: nec dicā te contingere* grauidos fœtus, *id est, fruges*, Cereris, *panem. aut cur abstines victu, nisi quòd ames?* Quā causā *dicam te* vigilare solam ad patriū cubile, *eo* tempore, quo mortalia pectora requiescunt, *quiescendo euacuant*, curas fessas: quo etiam flumina *requiescunt, id est, retinēt, aut remissiùs faciunt*, rapidos cursus. Dic nunc saltē mihi miseræ, quod iurabas sępè petēti, *quid esset quod iurabas*, esse nihil: cùm *scil. ita sit, quòd tu*, ô virgo, remorere, *id est, morā facias*, circùm formosos capillos parētis, *patris tui Nisi*. Hei mihi, *vereor ne* ille furor, *illicitus amor*, inuaserit tuos artus: ille, *inquā furor*, qui cepit quondā ocellos Myrrhæ Arabis, *quæ filia Cyneræ, regis Cypriorū, postquā cum patre circumuento rē habuerat, in Arabiā, in arborem sui*

nominis (*vt græcè dicitur in Metamorph. Ouid.*) *versa est*: vt studeas lędere vtrūque parentē, *scil. patrē & matrem*, vno *eodemq.* errore, & vno infando, *id est, detestabili*, scelere, quod nec Adrastea, *Rhamnusia, ab Adrasto culta, olim finit, pati & permittit*: quod, *id est, sed*, si iactaris, *id est, agitaris & vacillas*, animo, quouis alio amore: nam Amathuntia, *id est, Venus, aut gratia*, nostra, non est tā rudis, vt nō possim cognoscere vllo signo, te iactari *amore, i.e. quin iacteris & agiteris aliquo amore: sin, i. sed si*, amor cōfessus, *id est, cōfitendus & licitus, aut quem confiteris, neq. dissimulas*; macerat te igne noto (*Ouid. etiā* macero, *primā lōgā posuit, dicēs*: Maceror interdū, quod sim tibi causa doloris) A
Ego iuro per numina Dictynnæ, *Dianæ*, pręsentia, *fauorabilia & auxiliatiua sępè tibi*, quæ *Dictynna, Diana, venantiū dea*, donat prima mihi te alumnā dulcē: *ego iuro, inquā*, me laturū (*rarū est inuētu, vbi laturus primā corripiat*) *i.e. toleraturā*, potiùs omnia digna atq; indigna (*legendum putē*, relatu *vt sit, Iuro me potiùs visuram omnia millia digna atq. indigna relatu sed, vt accipimus, ordo perficitur*) *& iuro me visuram potiùs* millia, *scil. digna atq. indigna*: quàm ego patiar te tabescere, *id est, lentâ tabe cōsumi*, istis tā tristibus sordibus, & tali scoriâ, *id est, immūditiā curis, quæ te exedit.* B
HÆC loquitur.] *Cōfitetur Scylla crimē tentatū, & amorē in Minoa. Ordo autē est: Nutrix Scyllæ, Charme*, loquitur hęc, & postquā *ipsa* velauit, *cooperuit*, se amictu molli, *Lineo aut pelliceo*, circumdat puellā frigidulā veste iniectā, *mūdā & nouā*: quę *puella*, vt steterat priùs succincta tenui coronâ, *postquā cinxerat eam molli coronā*; deinde figens genis rorantibus, *scil. lachrymis*, oscula dulcia, persequitur, *id est, perseuerat*, exquirere tales causas, miserę, *id est, cur tam miserè periret*: nec tamen patitur *puellā* ante reddere sibi vllas voces, quàm *ipsa* moribūda retulit pedē intra marmoreū *thalamū: aut*, quàm retulit pedē marmoreum, *candidum*, intrà, *id est, intrò*:

Illa autē, Quid nunc me, inquit, nutricula torques?
Quid tantum properas nostros nouisse furores?
Non ego consueto mortalibus vror amore:
Nec mihi notorum deflectunt lumina vultus;
Nec genitor cordi est: vltrò namq; odimus oēs.
Nil amat hic animus, nutrix, quod oportet amari:
In quo falsa tamen lateat pietatis imago:
Sed mediâ ex acie, medijs ex hostibus heu, heu,
Quid dicam? quóue ipsa malū hoc exordiar ore?
Dicā equidē: quoniam quid me tibi dicere nutrix
Non finis? extremū hoc munus moriētis habeto.
Ille vides, nostris qui mœnibus assidet hostis,
Quem pater ipse deûm sceptri donauit honore;
Cui Parcæ tribuêre nec vllo vulnere lædi:
(Dicendū est: frustra circūuehor omnia verbis)
Ille mea, ille idem oppugnat præcordia Minos.
Quo te per diuûm crebros obtestor amores,
Perq; tuū memoris haustū mihi pectus alumnæ:
Vt me, si seruare potes, ne perdere malis.
Sin autem optatæ spes est incisa salutis:
Ne mihi, quam merui, inuideas nutricula mortē.
Nā si te nobis malus, (ô malus) optima Charme,
Ante hunc conspectum casúsue, deúsue tulisset:
Aut ferro hoc (aperit ferrum, quod veste latebat)
Purpureum patris dempsissem vertice crinem;
Aut mihi præsenti peperissem vulnere lethum.

ASCE. Sed *puella Scylla* inquit, *se introgressa*, ô nutricula (*blāda diminutio*) quid, *i. ad quid*, torques nūc me? quid properas, *festinas*, tantū, *in antum*, nouisse, *cognouisse*, (*à Noui, imperfecto verbo*) nostros furores, *insanos amores*? Ego nō vror amore cōsueto mortalibus; *quia mortales nō solent capitales hostes amare*: nec vultus notorū, *eorū quos noui*, deflectūt, *incuruāt & attrahunt*, mihi lumina, *oculos*: nec genitor est cordi, *ad cor, h.e. nō ardeo amore patris, vt Myrrha*. nā nos odimus vltrò, *insuper*, omnes *notos*. Hic, *i.e. meus*, animus, ô nutrix, nihi amat, quod oportet, *i.e. decet*, amari: In quo lateat tamē, *saltē*, falsa imago, *i.e. species pietatis*: sed *supple amo*, ex mediâ acie, *scil. inimicorū*, & ex medijs hostibus. EHEV, (*interiectio dolentis*) quid dicam? quo

ore ipsa ego exordiar, *narrare incipiā*, hoc malū, *id est, hūc amorem meum perniciosum*? Equidē, *id est, certè*, dicā: quoniam, ô nutrix, quid non finis, *quid non permittis*, me dicere tibi?) *quasi dicat, nihil*. Nō finis? *Hoc est, omnia cùm sis fidissima & pientissima, finis me dicere tibi.* Habeto hoc munus extremū moriētis, *scil. alumnæ tuæ* (*sic & in Bucolicis dixit*) *hoc est, priusquam moriar, pro beneficio reuelabo tibi secreta cordis mei.* Ille hostis (vidésne eū) qui assidet nostris mœnibus; quē ipse pater deûm, *Iupiter*, donauit honore sceptri, *regali honore*, & cui Parcę, *deæ fatales*, tribuerūt, quòd nullo vulnere lędi possit. *At quia turpe est, hostis præconia dicere, videtur à conscientiâ, vt taceat, admonita, sed victa amore, addit.* Dicendum, *id est, fatendum*, est: ego circum- C

A circunuehor frustra omnia verbis, *id est, frustra facio insinuationes, & loquor per ambages.* Ille, *inquam*, ille idem *Minos, videlicet qui mœnibus assidet*, oppugnat mea præcordia, *id est intimam cordis affectionem.* Quod, *id est, quocirca, ego* obtestor te per crebros amores diuûm, *id est, diuorum*, & per pectus, tuum memoris, *scilicet mei*, haustum, *id est, succum & potum*, mihi alumnę, *id est, à me alumnâ tua*: vt, si potes me seruare, *seruet, supple*, nec malis, *& non magis velis*, perdere, *scilicet quàm seruare.* sed si spes salutis optata est incisa, *remota*, ne, ô nutricula, inuideas mihi mortem, quã merui, *vt scilicet mihi inferã, quæ mihi tantũ furorem incussi.* nã si, ô optima Charme *nutrix*, si malus casus, vel deus tulisset, *id est, abstulisset*, te, à nobis, ante hũc *meum* conspectũ: ferro hoc (aperit ferrũ *scil. incisorium*, quod latebat priùs veste, *sub veste*) aut ego dẽpsissem, *abstulissem hoc ferro*, vertice, *de capite patris Nisi*, crinẽ purpureũ, aut peperissẽ, *procurâssem & cõciuissem*, mihi lethũ, *mortẽ*, vulnere præsenti, *id est, citò enecanti. Et sic tantùm pro ordine declarauimus contextũ opusculi: quia Calderinus eruditissimè explicat.*

POM. Sabi. QVÆSTV Charme cõplorat anili.] *Charme ex Ioue peperit Britomartim; vt Diodorus meminit: quæ retia inuenit ad piscandum & venandum: vnde nomen habet, & Dictynna appellatur. Dianæ consuetudine vsa est Britomartis: ideò pleriq; eam Dia-*
B *nam putauêre. Qui verò Dictynnam fugiẽtem stuprum Minois arbitrantur, errant. Verisimile non est, Minoem, virum iustissimum, deam insecutum fuisse. Alij scribunt, Britomartim, fugientem Minoa, incidisse in piscatoria retia; & indè Dictynnam appellatam: postea hoc nomine volunt appelatam Dianam, à memoriâ puellæ, quæ virginitatem custodiuerit. Alij volunt, Britomartim sic appellatam à Dicte, vrbe Cretensi, in quâ nata fuit. Strabo in hanc sententiam, ait:* Britomartis puella, Minois irá euasura, ex Dicte fugit: in Dictya, id est, retia insilijt. *Cato opus de Dictynnâ scripsit, vt ait Marsus*: Secula
C pmaneat nostri Dictynna Catonis. Amathusia *dicitur Venus, ab Amathunte vrbe Cypro: quo nomine & ipsa Myrrha, quæ Cypria, videtur esse appellata.* MINOS crudelis.] *Iouis, filius: qui fuisti causa, vt perderes Dictynnam, & nunc vt perdam Scyllam, meam alumnam. Post Britomartis fatum, Charme aufugit Megara; & in domo Nisi stetit.* SENIORIBVS vllum.] *Senes solent habere filias, aut alumnas, in quibus reponunt eorum vitam. mihi non est ea, quæ senioribus: nam non viuit, quod det mihi copiam viuendi: quia tu eripuisti Britomartin, nũc Scyllam.* NAVPHREO cornu.] *id est, sagittario arcu. Nauphra, oppidũ Cretæ: quemadmodum & Gnosus.* SVA numina.] *quia in mare se præcipitauit.* Phocæ, *mõstra sunt marina, quæ dicuntur vituli marini: spirant dorso: dormiũt*

Vix hæc ediderat: cùm clade exterrita tristi
Intonsos multo deturpat puluere crines:
Et grauiter questu Charme complorat anili:
O' mihi nunc iterum crudelis reddite Minos!
O' iterum nostræ Minos inimice senectæ
Semper! & aut olim, nata ô, te propter eundem,
Aut amor insanæ luctum portauit alumnæ.
Téne ego tam longè capta, atq; auecta, nequiui,
Tam graue seruitium, tam duros passa labores,
Effugere? obsistam, exitium crudele meorum.
Iamiam nec nobis ea, quæ senioribus vllum
Copia viuendi vitæ genus. vt quid ego amens
Te ereptâ, ô Britomarti, meæ spes vna salutis;
Te, Britomarti, diem potui producere vitæ?
Atq; vtinam Cereri, nec tantum grata Dianæ,
Venatus esses virgo sectata virorum:
Gnosia neu Partho cotendens spicula cornu,
Dictæas ageres ad gramina nota capellas.
Nunquam tam obnixè fugeres Minois amores:
Præceps aërijs speculâ de montibus isses;
Vnde alij fugisse ferunt, & numina Phocæ
Virginis assignant: alij, quo notior esses,
Dictynnam dixêre tuo de nomine Lunam.
Sint hæc vera velim: mihi certè nata peristi.
Nunquam ego te summo volitantem vertice montis,
Hyrcanos inter comites, agmenq; ferarum,
Conspiciam; nec te redeuntem amplexa tenebo.
Verùm hæc tùm nobis, grauia atq; indigna fuêre;
Tùm, mea alumna, tui cùm spes integra maneret:
Et vox ista meas nondum violauerat aures.
Téne etiam fortuna mihi crudelis ademit?
Téne, ô sola meæ viuendi causa senectæ?
Sæpè, tuo dulci nequicquam capta sopore,
Cùm premeret natura, mori me velle negaui;
Vt tibi Corytio glomerarem flammea luto.
Quò nunc me, infelix, aut quæ me numina seruant?
An nescis, quâ lege patris de vertice summo
Edita candentes prætexat purpura crines?
Quæ tenui patriæ spes sit suspensa capillo?
Si nescis; aliquam possum sperate salutem:
Inscia quandoquidẽ scelus es conata nefandum.
Sin est; quod metuo: per me, mea alumna, tuumq;
Expertum multis miseræ mihi rebus amorem,
Per te, sacra precor per flumina Ilithyiæ;
Nec tantum in facinus tam nullâ mente sequaris.
Non ego te incepto, fieri quod non pote, conor
Flectere, amor; neq; sit cũ dijs contendere nostrũ:
Sed patris incolumi potiùs te nubere regno.
Atq; aliquos tamẽ esse velis tibi, alumna, penates:
Hoc vnum exitio docta atq; experta manebo.
Quòd si non aliâ poteris ratione parentem
Flectere: sed poteris (quid enim nõ vnica possis?)
Tunc potiùs tamen ipsa, pio cùm iure licebit;
Cùm facti causam, tempusq; doloris habebis.
Tunc potiùs conata tua atq; incepta referto:

in terrâ. Flammeum *est velum, quod ferunt nubentes.* CORYTIO luto.] *Lutum accipit pro vnguento. & in eo dicit crocum fuisse, cùm ait Corytiũ crocum. optimum afferebatur ex Corytio, nemore Ciliciæ. Nimbum etiam pro vnguento vsurpant.* PRÆTEXAT purpura canos.] *ornet, intexat. Reges soli, & Consules postea Romani tantùm, purpurati erant.* Cani, *dicuntur capilli albi mortalium.* PRÆSCIRE.] *diuinare.* SIN est, quod metuo.] *timeo, ne causâ meâ velis perdere tuũ amorem, expertum multis in rebus.* Elathia, *ciuitás est, cum flumine eiusdem nominis, in Phocide celeberrima.* NON ego te incepto.] *non conor flectere te ab incepto; quod non potest fieri.* QVID enim nõ vnica possit.] *omnia poteris: quia vnica es nata.* TEMPVSQVE doloris habebis, *nondum est tempus dolendi ad nuptias: quia nondũ tempus habes.* LONGVM.] *nihil est longum, quod ipsa natura ordine texuit.*

VIX hæc ediderat.] *Recitat nutricis, cognito furore, eiulationẽ & miseriã. Sed ordo est*: Vix *Scylla* ediderat, *e-locuta erat*, hęc, *scilicet supradicta*; cùm Charme, *nutrix*, exterrita tristi clade, *calamitate virginis*, deturpat, *fœdat*, multo puluere, *aut* vulnere, *id est, dilaceratione*, crines intõsos, *oblongos*; & cõplorat grauiter questu, *querimonia & eiulâtu*, anili, *qualẽ anus, i. e. vetulæ, emittere solẽt.* Minos reddite, *qui redditus, h. e. effectus es*, nunc iterũ mihi crudelis: ô Minos iterũ inimice nostræ senectę; semper, & aut olim nata, *supple est Scylla*: O' propter te eũdẽ, *vt eã quoq; psequaris, aut vt coniugẽ habeat*: aut amor portauit alumnę, *scil. Scyllæ*, insanę, *id est, furẽti*, luctum. Nequiuine, *id est,* ASCE.

Meq; deosq; tibi comites, mea alumna, futuros
Polliceor. nihil est, quod texas ordine longum.

id est, itáne dijs placitum est, vt ego capta tam longè, *scilicet à patriâ*, (*quia erat Phœnissa*) & euecta, *tam longè*, *nequiuerim* effugere tam graue seruitium, *scilicet tuum, ô Minos?* ego obsistam, *votis tuis, exsistens*, exitium crudele meorum: *quia faciam in te, propter quod meos in exitium dabis.* Iamiam (*apta minantibus & desperantibus vox; vt Aeneidos quarto:*

—Iamiam nec maxima Iuno,
Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis.

Cicero: Iamiam Dolobella me, *&c.*) ea copia viuendi vllum genus vitę, quæ, *scilicet datur*, senioribus, nô, *supple est, aut datur*, nobis: aut quid ego amens, *supple dico hæc omnia? quasi dicat, frustra:* ô Britomartis, *virgo, quam Minos persequebatur*, spes sepulchri, *id est, vt ab aliquâ mihi charâ sepeliar*, est *mihi* vana, te ereptâ: ô Britomartis, potui producere diem vitæ, *te erepta? quasi dicat, impium fuisset.* Atq; vtinam, ô virgo *Britomartis*, grata Cereri, (*alij legunt*, Veneri) nec tantùm Dianæ, *castitatis & venationis deæ*, esses sectata venatus, *venationes*, virorum contundens spicula Gnosia, *id est, sagittas Cretenses*, cornu, *arcu*, Naupacto, *id est, quali vsu sunt Naupactoi in Aetoliâ:* tu ageres, *id est compelleres*, capellas Dictæas, *Cretenses*, ad gramina nota: nunquam fugeres tam obnixè amores Minoos, *aut* Minois *regis:* tu isses, *iuisses, ad Minoa*, præceps de speculâ, de aërijs montibus: vnde alij ferunt, *dicunt, te* fugisse, & assignant, *supple tibi*, numina, *diuinitatem*, virginis Phoræ, *id est, Phoreæ, hoc est illius loci:* alij, quò, *id est, ideò vt*, esses notior, dixêre Lunam. *Dianam*, Dictynnam, de tuo nomine. *id est, causâ aut facto.* Sin, *sed si, ego velim* hæc vera *esse*, ô nata, *tu* perisses mihi, *id est, ad antidotũ huius doloris mei, aut ad rememedium huius mali mei. Ego* nunquam conspiciam te appellantem, *aut* vocitantem, in cacumine, *aut summo vertice*, montis, inter comites Hyrcanos, *id est, Armenios venatores*, & agmen ferarum: nec ego amplexa tenebo te redeuntem. Verùm hæc fuêre nobis tùm grauia atq; indigna, tum, *dico*, ô Luna, *Diana*, cùm *mea* spes tui, *quam habebam de te*, maneret integra & ista vox, *scilicet quam Scylla protulit, nondum violauerat meas aures* Ne, *an, ô alumna, supple*, fortuna crudelis ademit mihi etiam te? têne, *inquam, ademit mihi*, ô sola causa, *quæ sola causa* viuendi es, meæ senectæ? ego capta sæpè nequidquam, *frustra*, tuo dulci sopore, *cum tecum dormirem*, cùm natura premeret, *id est, grauaret me senio & instanti morte; ego* negaui me velle mori, vt glomerarem, *in glomos ad texturam colligerem*, flaminea, *id est, indumenta nuptialia*, luto corytio, *eo genere coloris crocei:* (*vnde in Bucol.* Croceo mutabit vellere luto.) *Et ideò dicit* Corytio, *id est, croceo; à Coryto ciuitate Siciliæ, vbi copia est suauissimi croci.* QVO nunc me, *&c.*] *Continuat eiulatum suum anus, ad negotium rediens, ac dicens:* Quò, *in quam partem, ego* infelix, *vertã, supple*, nunc me? aut quæ numina seruant nũc me, *vitã meã?* An, *ô alumna*, nescis, quâ lege, *scil. fatali*, purpura edita de vertice patris, prætexat, *cooperiat*, crines *canos* candêtes, *id est, rutilãtes*, quæ suspẽsa tenui capillo pressit, *cõpressit, scil. canos?* Si nescis, *si tu ignorãs periculũ, attentasti tantum nefas; ego* possum sperare aliquam salutem: quandoquidẽ, *tu* inscia, *ignara mali*, conata es nefandũ scelus. sin, *sed si*, est, *supple, illud*, quod metuo; *id est, si conata es patrem perdere, vt amato cõplaceas:* ô mea alumna, *ego* precor, *obsecro*, per me, *& per* tuũ amorẽ, expertũ mihi miseræ in multis rebus, & per flumina sacra Ilithyiæ, *Dianæ, syluarum deæ*, sæuæ perdere, *id est, ad perdendũ adiuratos, si nõ obtemperent: precor, inquit*, ne sequaris mente tam molli, *lasciuã aut incõstanti*, tantũ, *tam magnũ & sceleratũ*, facinus. O' Amor, *Cupido*, ego nõ conor te flectere, *reuocare ab incepto*, quod nõ pote, *supple est, id est, quod non potest*, fieri, neq; fit nostrum, cõtendere cũ dijs: sed potiùs velis, ô alumna, te, nubere regno patris *exsistẽte* incolumi, *atq; velis* tamẽ, *licèt nubas*, aliquos penates, *id est, maiorũ suorũ deos*, esse, *superesse*, tibi. *Ego* docta atq; experta exitio, *ad exitiũ meũ*, (*quia, si rerũ omniũ penitùs ignara fuisset, non fuisset nutrix regiæ puellæ effecta*) monebo hoc vnũ, *solũ.* Quòd si nõ poteris flectere parentẽ aliâ ratione, *via & modò*, (*sed poteris, supple, aliâ ratione flectere:* q̃d enim nõ possis vnica: *cũ sis vnica eius filia? quasi dicat, nihil. ergo omnia potes*) tamẽ referto, *enarrato*, potiùs tũc, cũ licebit, pio iure: (*quia nondũ quidquã impiè in patrem gesseris*,) *referto, inquit, potiùs* tuo, *patri*, conata atq; incepta, *scil. adhuc dubia; cũ, quid tẽtare audeas, adhuc dubitet:* cũ *tu* habebis causam facti, *occasionẽ faciẽdi, q̃ recusauerit pater*, & tẽpus doloris. *Et ego*, ô mea alumna, polliceor, & me, & deos futuros tibi comites, *intercessores apud patrem.* nihil est, q̃ *pater* texat longũ in ordine, *i. quod differat facere pro te.*

A

B

C

His vbi sollicitos animi releuauerat æstus
Vocibus & blandâ pectus spe vinxerat ægrum:
Paulatim tremebunda genis obducere vestem
Virginis & placidam tenebris captare quietem,
Inuerso bibulum restinguens lumen oliuo:
Incipit ad crebros insani pectoris ictus
Ferre manum, assiduis mulcẽs præcordia palmis.
Noctem illam sic mœsta, super morientis alumnæ
Frigidulos, cubito subnixa, pependit ocellos.
Postera lux vbi læta diem mortalibus almum,
Et gelido veniens mani quatiebat ab Oetâ:
Quem pauidæ alternis fugitant optantq; puellæ,
Hesperium vitant, optant ardescere solem:
Præceptis paret virgo nutricis, & omnes
Vndiq; conquirit nubendi sedula causas.
Tentantur patriæ summissis vocibus aures,
Laudanturq; bonæ pacis bona: multus inepto
Virginis insolitæ sermo nouus errat in ore.
Nunc tremere instantis belli certamina dicit,
Communemq; timere deum: nunc regis amicos,
(Namq; ipso verita est orbari mœsta parente)
Cũ Ioue cõmunes, qui quondã habuêre nepotes.
Nunc etiam conficta dolo mendacia turpi

POM. Sabi. AB Oetâ.] *Ex Oetâ monte, propter altitudinem, videtur oriri sol. mons est Thessaliæ littoralis, vt diximus in Culice.* ARDESCERE solẽ.] *quia aliæ capiuntur, aliæ non capiũt.* IDÆIS senibus.] *Senes Idæi intelliguntur incolæ Idæ, mõtis Phrygiæ: q̃ habebãt mystica sacra Cybeles, & habebãt alia sacra occulta, quæ aperire fas non erat.* Iolchos, *regia regum Thessaliæ fuit. in eâ regione multæ fuêre incãtatrices.* THALLO.] *Thallus herba est, ex quâ fiebãt incantamẽta.*

ASCE. His, *hoc tempore*, vbi, *postquam*, releuauerat, *imminuerat & sedauerat*, æstus sollicitos animi, *amores:* (*quia* Res est solliciti plena timoris amor) & vicerat, *effecerat & commouerat*, pectus ægrum, *saucium & languens amore*, vocibus *blãdis*, & spe blandâ: *ipsa* tremebunda incipit paulatim obducere genis virginis vestem, *id est, cooperire lumen eius*, & captare quietem placidam tenebris, *inducere somnũ per tenebras*, restringens, *reprimens*, lumen, *lampadis aut lucernæ*, bibulum, *cõsumptiuum olei*, & hoc oliuo, *id est, oleo*, inuerso, *in contrarium verso, ab eo, quò solet verti dum accendere volumus*, (*nam incendiũ per oleũ significat Horat. dicẽs:* Oleũ adde camino) & incipit ferre, *ducere*, manum ad crebros ictus insani pectoris, *scil. virginis amore furentis*, mulcẽs p̃cordia assiduis palmis. *Et ipsa Charme nutrix,*

A *nutrix,* mœſta, pedendit ſic illam noctem, *ſcilicet totam,* ſubnixa cubito ſuper ocellos, *oculos paruos,* frigidulos, *quia* alumnæ morientis, *grauiter amore languẽtis.* POSTERA lux.] *Docet, quomodo poſtridie eius diei patrem ſolicitare occœperunt, de pace ineundâ, & nuptijs contrahendis cum Minoẽ. Ordo autem eſt:* Vbi, *poſtquã,* lux poſtera, *poſtridiana,* læta, *lætificans animos mortaliũ,* quatiebat, *efferebat cũ quadam concuſſione luminis,* diẽ almum, *quaſi alimentum præbentem,* mortalibus, & *lux* veniens mani gelido, *tempore matutino frigidulo ſemper.* (*Offendi,* Venientem manè. *Sed duo ſunt vitia: quia* Manè *primam producit, & ſecundam corripit, Perſius:* Iam clà-
B rum manè feneſtras, &c. *Poſſe autem mani in ablatiuo dici, auctor eſt Seruius ſuper quinto Aeneidos, dicens: quòd aduerbia, cùm in nomina migrant, declinari poſſunt. vt apud Plautum:* A' mani vſq; ad veſperam, &c.) *quatiebat diẽ,* ab Oetâ *monte, in confinio Macedoniæ, vnde Græcis dies oriuntur:* quam, *ſcilicet diem,* puellæ pauidæ fugiunt, & optant, alternis *votis fugiunt ſcilicet, propter laborem: & optant, propter curas euitandas: aut quia naturaliter noctu timent phantaſmata & laruas, ſiue deuirginationem: vnde* pauidæ *dicuntur.* Vitant, *ſcilicet puellæ,* Heſperium *ſidus, id eſt, Veſperum, ſeu Heſperum, quia ſub noctem cura recurſat: &* optant ſolem ardeſcere, *ſplendere cum ardore. Poſtquam igitur poſterus ſol ortus eſt:* virgo paret, *obedit,* præceptis, *monitis nutricis,* & *ipſa* ſedula, *id eſt ſoletter diligens,* conquirit vndique omnes cauſas nubẽdi. Aures patriæ, *paternæ,* temptantur vocibus ſubmiſſis, *humilibus & ſubmiſſo vultu prolatis, &* bona bonæ pacis laudantur, *commendantur.* (*Dicendo,* bonæ pacis bona, *depingitur muliebris ſermo*) multus ſermo nouus errat in ore inepto, *minùs idoneo, quia* virgins inſolitæ, *ſcilicet talia patri ſuadere. Ipſa* dicit nunc, *aliquando, ſupple ſe,* tremere certa-
C mina belli inſtantis, *& dicit ſe* timere deum commu- nem, *Martem:* nunc *dicit ſe timere,* amicos regis *Minois,*

Inuenit, & diuûm terret formidine ciues.
Nunc alia ex alijs: nec deſunt, omnia quærit.
Quinetiam caſtos auſa eſt corrumpere vates:
Vt, cùm cæſa pio cecidiſſet victima ferro,
Eſſent, qui generum Minoa auctoribus extis
Iungere, & ancipites ſuaderent tollere pugnas.
At nutrix patulâ componens ſulfura teſtâ,
Narciſſum caſiamq;, herbas incendit olentes:
Terq; nouena ligat triplici diuerſa colore
Fila: ter, in gremium mecũ, inquit, deſpue virgo.
Deſpue ter virgo: numero deus impare gaudet.
Inde Ioui geminat magno frigidula ſacra:
Sacra, nec Idæis ſenibus, nec cognita Graijs.
Pergit Amyclæo ſpargens altaria thallo,
Regis Colchiacis animum defigere votis.

qui habuêre quõdam nepotes communes cum Ioue, *quia ex eâdem origine deſcendites:* nam mœſta, *id eſt, ſimulãs mœſtitiam,* verita eſt, *ſimulauit ſe veritam,* orbari ipſo parente, *patre.* Nunc, *interdum,* etiam inuenit, *excogitat,* mendacia confertâ turpi dolo: & terret ciues formidine, *minatione,* diuûm. Nunc *ipſa & nutrix,* quærunt nunc alia, *ſcilicet mendacia,* ex alijs nec deſunt omnia. Quinetiam auſa eſt corrũpere vates caſtos, *ſcilicet alioqui, & ita veridicos eſſe ſolitos, vt quorũ mentes dij habitare conſueuerint:* vt, cùm victima cecidiſſet cæſa, *mactata,* pio ferro, *ſacrificijs apto cultro,* eſſent, qui ſuaderent extis auctoribus, *approbantibus,* (*rarum eſt,* Auctor, *cum neutro genere coniungi: ſed ſubſtantiuè accipitur, ſicut teſtis, cùm dicitur,* Et ſidera teſtes.) iungere, *ſcilicet ducere,* Minoa generum *Niſo, id eſt, maritum filiæ eius,* & *qui ſuaderent* tollere pugnas ancipites, *dubias & dubij euẽtus; licèt conſecratum haberet pilum.* At, *ſed,* nutrix componens ſulfura, teſtâ patulâ incendit Narciſſum & caſiam, *appoſitoriè,* herbas olentes, & ligat ter nouena, *ſeptem & viginti,* fila, *licia,* diuerſa, *diſtincta,* triplici colore: (*& id ad magicam artem pertinere putatum eſt: vt in Bucolicis viſum eſt*) *&* inquit: O' virgo, deſpue, *deorſum ſpue,* ter circùm, *id eſt, per circuitum,* in gremium, *ſcilicet tuum:* virgo, *inquit,* deſpue ter: *quia* deus gaudet numero impare, *pro impari: vt dicit Seruius in Bucolicis, vbi eadem ſunt verba.* Hinc, *id eſt, deinde,* generata, *filia Niſi Scylla, ſecundùm Calderinum. ſed continuatior erit contextus ſic:* Charme frigidula, *ſcilicet timore* (*ſed, præter naturam, ſecũdam produxit*) pergit, *perficit, & peragit,* ſacra generata, *nata,* Ioui magno, *ſacramquam,* nec cognita ſenibus Phrygibus, nec Graijs, *Græcis:* ſpargens altaria thallo, *id eſt, herbâ venenâ,* Amyclæo, *Spartano ſeu Laconico,* defigere, *vt defigat & diſſoluat,* animum regis *Niſi,* votis Colchiacis, *id eſt, qualibus vſa eſt Medea in Colcho, ciuitate Theſſaliæ, reuocãdo Eſona, patrẽ Iaſonis, ad iuuentã.*

POM. Sabi.

Verùm vbi nulla mouet ſtabilem fallacia Niſum,
Nec poſſunt homines, nec poſſunt flectere diui:
(Tanta eſt in paruo fiducia crine cauendi)
Rurſus ad inceptum ſociam ſe iungit alumnæ,
Purpureumq; parat rurſus tondere capillum:
Cùm, longo quòd iam captat ſuccurrere amori,
Non minùs illa tamẽ reuehi, quòd mœnia creſcát,
Gaudeat: & cineri patriæ eſt iucunda ſepulto.
Ergo metu capiti Scylla eſt inimica paterno.
Tùm coma Sidonio florens ſucciditur oſtro:
Tùm capitur Megara, & diuûm reſpõſa probãtur.
Tunc ſuſpenſa nouo ritu de nauibus altis,
Per mare cæruleum trahitur Niſeïa virgo.
Complures illam Nymphæ mirantur in vndis:
Miratur pater Oceanus, & candida Tethys,
Et cupidas ſecum rapiens Galatea ſorores:
Illa etiam, iunctis magnum quæ piſcibus æquor,
Et glauco bipedum curru metitur equorum,
Leucothoë, paruusq; deâ cum matre Palæmon.
Illi etiam, alternas ſortiti viuere luces,
Chara Ioui ſoboles, magnum Iouis incremẽtum,
Tyndaridæ, niueos mirantur virginis artus.

Verùm, *ſed,* vbi nulla fallacia mouet Niſum, ſtabulis, *ab aulâ ſuâ,* (*ſic enim Calderinus legit. Alij textus habent,* ſtabilem, *id eſt, firmũ & conſtantem, aut perſiſtẽtem in propoſito ſuo*) nec homines poſſunt flectere, *ab inſtituto,* nec diui, *id eſt, diuorum indicia & portenta, per vates enuntiata:* tanta fiducia cauendi, *mali aut excidij,* eſt in crine paruo. (*& id per acclamationem dicit; eſtq; antitheton.*) Tanta, *tam magna,* in paruo, *&c. Vbi inquam, vidit, quòd nulla mouet fallacia Niſum: ipſa* adiungit ſe rurſus alumnæ, *Scyllæ,* ſociam ad inceptũ *facinus. Hic locus indicat, quod priùs dixi: mẽtem Poëtæ eſſe, quòd Charme thallo vſa ſit, non generata, filia Niſi, Scylla. Poſſet tamen dici,* alumnæ, *id eſt, nutrici,* *aut altrici: quia ſequitur,* & parat, *ſcilicet Scylla potiùs, quàm Charme,* tõdere rurſus capillum purpureum, *id eſt, purpurâ irretitum:* cùm quãdo, *quoniam,* captat ſuccurrere longo amori, illa non minus gaudeat reuehi, *reduci,* quòd, *quoniam,* mœnia areſcant: & eſt iucunda ſepulto cineris patriæ, *id eſt, ſi videat cinerem patriæ ſepultum, hoc eſt, patriã in cinerẽ reſolutã; ita vt amatum videat votorũ compotẽ.* ERGO metu, &c.] *Paucis edocet, Scyllam capillum deſecuiſſe, & deſectum ad Minoa miſiſſe. quo habito, & vrbe captâ, ad eum migrâſſe, nec pro coniuge ſuſceptam, ſed pro perfidâ habitam, & nauì alligatam; miſerandos, quos recitat, depoſuiſſe queſtus. Ordo autẽ eſt:* Ergo, *quia placuit ſuccũbere amori,* Scylla

Scylla est inimica *effecta* capiti paterno, *quia, ablato crine, illi exitium imminere sciebat: & tamen abstulit* metu, *quia metuit, non aliter posse dilecto complacere.* Tum, *deinde, post talem deliberationem,* coma *Nisi,* florens ostro Sidonio, *purpura Tyria similis; aut inclusa ostro purpura tyrio,* succiditur, *clàm detondetur à Scyllâ.* Megara *vrbs* capitur tùm, *id est, deinde, scilicet à Minoë,* & responsa diuina probantur, *scilicet veridica: quia dixerant, ablato capillo vrbem capiendam.* nec priùs virgo Niseia, *Scylla, Nisi filia, sed tum demum, captâ vrbe,* suspensa de altis nauibus, *id est, ad gubernaculum nauis,* nouo ritu, *modo,* trahitur per mare cæruleum. Complures nymphæ mirantur illam in vndis: *&* Oceanus, *rerum* pater (*secundùm Milesium Thaletem, qui dicit, omnia ex humore procreari. vnde est illud Georg. quarto:* Oceanumq; patrem rerum. *Vel pater, præcipuè nympharum*) *supple, miratur eam;* & Tethys, *vxor Oceani,* candida dea *miratur eam* & Galatea *nympha,* rapiens secum sorores, *alias nymphas maris,* cupidas, *talis spectaculi videndi, supple, miratur: &* etiam illa, *scilicet* Leucothoë, quæ metitur magnum æquor piscibus, *delphinibus, iunctis scilicet ad iugum,* & *quæ metitur æquor* curru glauco, *viridi, aut marini coloris,* equorum bipedum, *binos duntaxat pedes habentium; supple miratur,* & Palæmon, *deus maris,* paruus, *qui puer deus* A *maris effectus est, miratur,* cum matre, *scilicet Ino, deâ maris.* Illi etiam Tyndaridæ, *Castor & Pollux gemini,* (*qui à nautis inuocari solent. vt Horatius in primo Carmin. declarat, in carmine, cuius principium est:*

Sic te, diua potens Cypri, sic fratres Helenæ
Lucida sidera, *&c.*) sortiti, *id est, qui sortiti sunt, alternatim viuendo & moriendo,* viuere luces æternas, *appositiuè,* chara soboles Iouis, & magnum incrementum Iouis (*hemistichium hoc in Buccolicis habetur: nam illic dicitur,* Chara deûm soboles. *quod hîc mutatum est. Sed quæras: si Iouis soboles sunt, quomodo Tyndaridæ dicantur? Verùm manifesta est solutio: quia denominantur à patre putatiuo. sicut & Helenam Tyndarida vocat, cùm Iouis sit filia: sed ex Ledâ, Tyndari vxore, cum quâ Iupiter in specie cygni concubuit. Vnde, vt dicitur, illa duo oua concepit, commixto semine Tyndari. nam ex altero ouo natus dicitur Pollux immortalis; ex altero, Castor mortalis. Vnde primo Sermonum Horatius:*

—— ouo prognatus eodem, *&c.*

Similiter Hercules, Iouis ex Alcmenâ, Amphytrionis coniuge, filius dicitur à Verg. Amphytrioniades.) *Tyndaridæ, inquam,* B mirantur niueos artus virginis.

POM. Sabi. Vos ô Mantina.] *Mantini, populi Thraciæ, in quâ regnauit Tereus, maritus Prognes; quæ fuit filia Pandionis, & soror Nisi. Si* Numatina *legimus, quid velit, non legi: nisi significet occasum. quæ remotissima videtur.* SCELERATA putaui.] *scelerata fuit. Putaui ego facturos mihi hoc suppliciū Megarēses: si aliquis casus aperuisset nostra pacta: non te, ô Minos, direptâ vrbe.* VT vidi, vt perij.] *vt vidi te, dilexi plùs quàm patrem.* Electrum, *succinum est, & gummi. Cornelius Tacitus, in fine de situ Germaniæ.* Coralium *quid sit, notum est.* PINGVI myrrhâ.] *id est, vnguento myrrhino.* LIBYS lectulus.] *id est citreus. Citrus, arbor, ex Atlante, monte. Mauritaniæ, quæ est in Libya, afferebatur ad ornamenta mensarum & lectulorum.* ASSYRIO ostro.] *purpurâ.* PRONVBA pinus.] *quæ nuptijs adhibebatur.* QVÆCVNQVE erit illa beata.] *Beata est futura illa, quæ seruiet tuæ coniugi. Per hoc cupit fore serenum. Mare tranquillum, viride est.*

ASCE. Infelix *Scylla* voluebat, *emittebat,* inani questu, *querelâ,* per auras, in medijs fluctibus, adeò, *penitùs,* has, *huiusmodi,* voces, atque hęc lamenta, tollens, *arrigens, extollens,* lumina ardentia, *oculos ex indignatione ardentes,* ad cœlum: lumina, *inquit,* nam vincula arcebant

Has adeò voces, atque hæc lamenta, per auras,
Fluctibus in medijs, questu voluebat inani:
Ad cœlum infelix ardentia lumina tollens:
Lumina; nam teneras arcebant vincula palmas.
Supprimite ô paulùm turbati flamina venti,
Dum queror: & diuos, quanquam nil testibus illis
Profeci, extremâ moriens tamen alloquor horâ.
Vos ego, vos adeò, venti, testabor, & auræ:
Vos ô Mantinâ si qui de gente venitis,
Cernitis. illa ego sum cognato sanguine vobis
Scylla: quod ô saluâ liceat te dicere Progne!
Illa ego sum Nisi pollentis filia quondam,
Certatim ex omni petijt quam Græcia regno;
Quà curuus terras amplectitur Hellespontus.
Illa ego sum, Minos, sacrato fœdere coniunx
Dicta tibi. tamen hæc, etsi non accipis, audis.
Vinctáne tam magni tranabo gurgitis vndas?
Vincta tot assiduas pendebo ex ordine luces?
Non equidem me alio possum contendere dignâ
Supplicio: quòd sic patriam, charosq; penates
Hostibus, immitiq; addixi ignara tyranno.
Verum est hoc, Minos: illos scelerata putaui,
Si nostra antè aliquis nudâsset fœdera casus,
Facturos, quorum direptis mœnibus vrbis,
O' ego crudelis flammâ delubra petiui:
Te verò victore priùs vel sidera cursus
Mutatura suos, quàm te mihi talia captas
Facturum metui. iamiam scelus omnia vincit.
Tén' ego plùs patrio dilexi perdita regno?
Tén' ego? nec mirum; vultu decepta puella,
Vt vidi! vt perij! vt me malus abstulit error!
Non equidem ex isto speraui corpore posse
Tale malum nasci: formâ vel sidere fallor.
Non me delicijs commouit regia diues
Coralio fragili, & lachrymoso mouit electro:
Me non florentes æquali corpore Nymphæ;
Non metus incensam potuit retinere deorum.
Omnia vincit amor. quid enim non vinceret ille?
Nec mihi iam pingui sudabunt tempora myrrhâ:
Pronuba nec castos accendet pinus odores:
Nec Libys Assyrio sternetur lectulus ostro.
Magna queror: nec & illa quidē cōmunis alumna
Omnibus iniectâ tellus tumulabit arenâ.
Méne inter matres ancillarumq; cateruas,

teneras palmas, *manus. Idē versiculus positus est in secundo Aeneidos de Cassandrâ: verba igitur Scyllæ sunt.* O' inquit, venti, supprimite paulùm, *id est, modicùm,* flamina turbata, *flatus vestros, nos turbātes,* dum, *donec,* queror, & *dum* moriens alloquor diuos, horâ extremâ, *vltimâ parte vitæ:* quanquam nil, *nihil,* profeci illis testibus, *licèt eos in testimonium aduocauerim;* tamen, *scilicet alloquor. Idem versus est in Bucol.* O' venti, & ô auræ, ego testabor, *testes faciam,* adeò, *omnino,* vos, vos, *inquit, ô venti,* siqui, *aliqui,* venitis de gente Mantinâ, *id est, Thraciâ: quia vos cernitis scilicet, quæ patior,* (*aut sic: Si vos, qui venitis, originē ducitis, de gente Mantinâ, id est, Thraciâ, vt Boreas*) cernitis *supple, hæc.* C Ego sum illa Scylla, sanguine cognata vobis, *id est, quæ originem traxi, ex progenie vestrâ:* quod, ô Progne, liceat dicere tibi saluâ, *scilicet te.* (*Aut lege potiùs. Liceat te saluâ, scilicet existente; quæ nunc es conuersa in auem.*) Ego sum illa, *scilicet notissima,* filia Nisi, *regis Megarensis,* pollentis, *potentis,* quondam: quam *scilicet Scillam,* Græcia, *id est, nobilitas Græca,* petijt, *in matrimonium,* ex omni regno, *ex eâ parte,* quâ Hellespontus curuus, *mare Hellesponticū,* amplectitur terras. *Est autem versus spondaicus, rerum ponderi*

Digitized by Google

Mène alias inter famularum munera fungi?
Coniugis atque tuæ (quæcunque erit illa) beatæ
Non licuit grauidos penſo deuoluere fuſos?
At belli ſaltem captiuam lege necâſſes.
Iam feſſæ tandem fugiunt de corpore vires;
Et caput inflexâ lentum ceruice recumbit:
Marmorea adductis labaſcunt brachia nodis.
Æquorei piſces, immania corpora ponti,
Vndique côueniunt: & glauco in gurgite circùm,
Verbere caudarum, atque oris minitantur hiatu.
Iam tandem caſus hominum, iam reſpice Minos;
Sit ſatis hoc, tantum ſolam vidiſſe malorum:
Vel fato fuerit nobis hæc debita peſtis;
Vel caſu incepto; meritâ vel denique culpâ.
Omnia nam potiùs, quàm te, læſiſſe putabo.

A *ponderi aptus.* O' Minos, *ego* ſum illa coniux dicta, *addicta & pacta,* tibi fœdere & ſacrato, *id eſt, ſacramento iuriſiurandi firmato.* Etſi, *quanquam*, non accipis, *rata non habes & grata hæc dicta mea:* tamen *tu* audis, *ſupple ea.* ne, *an, ego* vincta, *id eſt, alligata naui,* tranabo vndas magni gurgitis, *maris? Tapinoſim, id eſt, epitheton, leuat.* pendebone, *ſupple vincta*, tot luces, *dies,* aſſiduas, *continuas*, ex ordine, *id eſt, ſinè intermiſſione?* Equidem, *ego quidem,* non poſſum contendere, me dignam alio ſupplicio, *quàm hoc quo me afficis: quanquam ego* ignara, addixi hoſtibus, & immiti tyrâno, patriâ & penates, *id eſt, deos penes nos natos & domeſticos,* charos, *id eſt, qui chari eſſe debebant.* O' Minos
B verum eſt, *fateor: ego* ſcelerata petiui illos, quorum mœnibus vrbis direptis, *&* ô ego crudelis, petiui delubra flammâ, *id eſt, quorum templa incendenda curaui, hoc eſt, ciues noſtros;* facturos, *hæc ſcilicet quæ tu me facis,* ſi aliquis caſus nudâſſet, *id eſt, reuelâſſet,* antè, *id eſt, priuſquam res effectum ſortita eſſet,* noſtra fœdera, *id eſt, pacta de radendo capillo paterno, quo tradito vrbs caperetur.* Verò, *ſed, ego* metui, *id eſt, metuiſſem,* prius, vel, *etiam,* ſidera mutatura ſuos curſus: quàm te (victore, *id eſt, cùm eſſes victor, & voti compos*) facturum captæ mihi talia, *qualia ſcilicet facis. Sed* iamiam, *præcipuè,* ſcelus vincit, *exſuperat,* omnia, *ſcilicet genera malorum, quæ inferre poſſis.* Ten' *téne, hoc eſt, ánne* ego perdita dilexi, *te* plùs patrio regno? tén' ego, *inquam, plus dilexi? quaſi dicat: Feci quidem; ſed non debui. feci autem;* nec mirum: *quia* puella decepta vultu, *qui ſcilicet amorem & benignitatem præ ſe ferebat,* vt, *id eſt, ſtatim poſtquam,* vidi, *ſupple te;* vt, *id eſt, qualiter* (*quaſi dicat: dij boni, quàm miſerè. vt in Bucol. oſtendimus, vbi idem habetur verſiculus*) vt, *id eſt, qualiter,* error malus, *id eſt, furor amoris,* abſtulit, *à rationis vſu,* me? *quaſi dicat, miſerrimè & longiſſimè alienauit.* Equi-
C dem, *ego quidem*, non ſperaui, *pro, non ſum verita, aut non timui* (*ſicut Aeneid. quarto*: Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem; Et perferre, ſoror, potero. *& eſt acyrologia*) tale malum, *tâtam perfidiam, aut talem cruciatum,* poſſe naſci ex iſto *tuo* tam formoſo corpore: *ego* fallor formâ, *id eſt, ſpecie & pulchritudine tuâ, quæ aliud præ ſe fert, quàm faciat*, vel ſidere, *id eſt, fatali neceſſitate, quæ facit, vt vultus tuus mihi alius appareat, quàm ſis, vt deciperet. Moris enim eſt amantibus, fatis imputare furorem: vt in Heroidibus Ouidianis latè patet. Verùm caſtè loquitur Poëta, & ſub disiunctione neutrum affirmans: quod tamen ex perſonâ impatienter amantis affirmatum, Poëtæ vitio dari non poſſet. Sed vt inſtituti noſtri rationem habeamus, breuitati nobis ſtudendum eſt.* NON me delicijs, &c.] *Proſequitur querelam ſuam Scylla, dicens:* Regia *tua,* diues delicijs, *id eſt, diuitijs delicias afferentibus,* non commouit, *non affecit,* me: non (*inquit*) mouit me coralio, *lapide fragili, id eſt, faciliter frangibili, reſpectu amâtis; aut parum potenti, quantum ad amorem;* non electro, *ſpecie illâ ſuccini, quam ex arboribus fluere crediderunt priſci, lacrymoſo, id eſt, quod ex lacrymis ſororum Phaëtontis, in alnos aut populos verſarum, diſtillare putatur.* Nymphæ, *id eſt, virgines nubiles, aut deæ,* florentes corpore æquali *mecum, id eſt, iuuenili,* non potuerût retinere me incenſam amore; metus deorum *non potuit retinere me: quia* amor vincit omnia. (*vnde in Bucol.*
Omnia vincit amor: & nos cedamus amori.)
Quid enim, *id eſt, nam quid,* ille non vinceret? *quaſi dicat, nihil: cùm etiam deos vicerit.* Tempora non ſudabût, *pingueſcent & diſtillabunt,* mihi iam, *poſthac,* myrrhâ pingui, *vt nubentibus ſolent:* nec pinus pronuba, *id eſt, quæ præfertur nubentibus, non* accendet *mihi* odores caſtos, *id eſt, caſtitatis matrimonialis indices.* Lectulus Libs, *id eſt, Libycus, hoc eſt, qualis acquiritur ex Libyâ, videlicet eburneus,* non ſternetur *mihi* oſtro Aſſyrio, *id eſt, purpurâ. Ego* queror magna, *id eſt, magnas res:* nec illa quidem tellus alumna, *altrix,* communis omnibus, *ſcilicet in terris viuentibus*, tumulabit, *tumulo condet me*, (*notum ergo: quia* alumna *etiam pro alente accipitur*) arenâ iniectâ, *id eſt, ſuperiectâ: id eſt, non ſepeliar, ſed fluctibus obruar.* Mène, *id eſt, ánne non licuit me,* fungi munere famularum, inter comites, *ſcilicet coniugis tuæ, atque inter* cateruas Mænalias, *Arcadias,* ancillarum: atque non licuit deuoluere penſos fuſos grauidos coniugis tuæ, quæcunque illa beata erit, *ſcilicet coniux tua?* at, *id eſt, nihilominùs, ſi hoc non licuit*, ſaltem necaſſes captiuam, lege, *id eſt, iure,* belli *quo licet captos occidere. vnde Serui dicti ſunt: quia ſeruati, cùm occidi potuiſſent.* Vires feſſæ tandem, *id eſt, poſt longiſſimum laborem*, fugiunt *tandem* de corpore, *ſcilicet meo*: & caput lentum recumbit ceruice inflexâ, *inclinatâ: &* brachia marmorea, *alba & lucida, vt Parium marmor,* labaſcunt nodis adductis, *id eſt, contractis in nodum neruis.* Peſtes æquoreæ, *id eſt, monſtra marina, videlicet* immania corpora ponti, *maris, vt cete & balænæ,* conueniunt vndique, *ex omni parte, &* minantur in gurgite glauco, *marino*, circùm, *id eſt, per circuitum*, verbere caudarum, atque hiatu immanis oris. (*Alij textus habent,* Verbera, *&* Hiatum.) O' Minos, reſpice iam tandem caſus hominum: *quaſi dicat, memineris te quoque eſſe hominem, & in ſimilem caſum poſſe incidere.* ſit ſatis hoc, *ſcilicet, me* ſolam vidiſſe tantum malorum. Vel hæc peſtis, *id eſt, tribulatio,* fuerit debita nobis fato, *violentiâ fatali;* vel caſu, *id eſt, fortunâ*, vel denique culpâ meritâ, *id eſt, ob demeritum. nam* putabo omnia potiùs, quàm te læſiſſe, *peccâſſe in te; vel, quàm te maledicto & conuitio lædam.*

Labitur interea reuoluta ab littore claſſis:
Magna repentino ſinuantur lintea Coro:
Flectitur in viridi remus ſale: languida feſſæ
Virginis in curſu moritur querimonia longo.
Deſerit anguſtis incluſum faucibus Iſthmon,
Cypſelidæ magni florentia regna Corinthi:
Præterit abruptas Scyronis protinus arces:
Infeſtumque ſuis diræ teſtudinis exit

POM. Sabi. CYPSELIDÆ.] *Cypſelus, Aëtionis & Labdæ filius, prædicente Pythio oraculo, primus Corinthiorû tyrannus fuit. nomen habuit à menſurâ frumêtariâ, quæ Cypſela dicitur. in eâ enim latuit dum quæreretur ad perniciem à Corinthijs. Succeſſit ei Periander filius. Herodotus hæc latiùs ſcribit.* PIRÆA.] *Piræum, Athenienſis portus: vt in vitâ Syllæ, & apud Diodorum legitur. in Atticâ regione Minoia rupes prorumpit in pelagus, vbi ſpelæum eſt. Hinc*

Scyron latro hospites præcipitabat: à quo saxa Scyronia nominata. Scyronem interemit Theseus. HINC sinus.] Cytheram dicit insulam, contra Peloponnesum, Veneri dedicatam: in quâ ait Dionysius Aeneam Veneri templum sacrâsse. indè quidam arbitrantur dictam Cytheream, non à Cytheris Cypri. Hermione, in Peloponneso piscatorum statio est. Hinc sinus Hermonicus, vbi est Aegina insula. Citnus est, vna Cycladum. Sunium, promontorium Atticæ. Paros insula vna Cycladum, in quâ est mons Marpessos: vnde marmor illinc aduectum, Parium & Marpesium dicitur. Ægina insula est Scyronij sinus. Amomum ex Indiâ affertur, eius baccæ, quas appellamus vuas amomi, in vsum odoramentorum venit. Seriphos insula Cycladum, parua & fertilis. Donysa insula est. Harum insularum meminit Vergilius in tertio. Ægeos, pro Aegeo mari ponitur, quod etiam Valerius Flaccus vsurpauit: Et quanto fremitu se sustulit Ægos. NON statuit.] Dat causam, quare non mutauit piscem. nã pecus Amphitrites, id est, genus piscium, est nimis auidum. INTERNODIA.] id est, artus fluitant per membra concreta nouo calore: quia ex calido & humido nascuntur omnia. Ciris habet rubram cristam. putant esse perdicem, quæ solitaria est. Scylla demutata fuit in cirim: Nisus in haliæetum. Est autem haliæetus de genere aquilarũ, clarissimâ oculorũ acie ex alto sese librans: præceps ruit in pisces, discussisq; pectore aquis vorat. Iuno, cõiux Iouis, habebat odio Cirim: timebat enim, ne eã raperet Iupiter.

Spelæum, multoque cruentas hospite cautes.
Iamque adeò tutum longè Piræea cernit,
Et notas secum, heu, frustra respectat Athenas.
Iam procul è fluctu Minoia respicit arua,
Florentesq; videt iam Cycladas, hinc Sporadasq;
Hinc sinus, hinc statio contrà patet Hermionia.
Linquitur ante alios longè gratissima Delos
Nereidum matri, & Neptunio Ægæo.
Prospicit incinctam spumanti littore Cythnon,
Marmoreamq; Paron; viridemq; allapsa Donysam,
Æginamque simul, sementiferamque Seryphum,
Fertur; & incertis iactatur ad omnia ventis:
Cymba velut magnas sequitur cùm paruula classes
Afer & hyberno bacchatur in æquore turbo.
Donec tale decus formæ vexauit, & ægros
Non tulit, & miseros mutauit virginis artus,
Cæruleo pollens coniux Neptunia regno.
Sed tamen externam squamis vestire puellam,
Infidosque inter teneram committere pisces
Nõ statuit: nimiùm est auidum pecus Amphitrites.
Aërijs potiùs sublimem sustulit alis:
Esset vt in terris facti de nomine Ciris,
Ciris, Amyclæo formosior ansere Ledæ.
Hîc velut in niueo, tener est cùm primitus, ouo
Effigies animantis, & internodia membris
Imperfecta nouo fluitant concreta calore:
Sic liquido Scyllæ circumfusum æquore corpus,
Semiferi incertis etiam nunc partibus artus
Vndique mutabant, atque vndique mutabantur.
Oris honos primùm, & multis optata labella,
Et patulæ frontis species concrescere in vnum
Cœpêre, & gracili mentum producere rostro.
Tùm, quà se medium capitis discrimen agebat,
Ecce, repentè, velut patrios imitatus honores,
Puniceam concussit apex in vertice cristam.
At mollis varios intexens pluma colores,
Marmoreum volucri vestiuit tegmine corpus:
Lentaque perpetuas fuderunt brachia pennas;
Inde alias partes: minioque infecta rubenti
Crura: nouamque aciem obduxit squallida pellis;
Et pedibus teneris vngues confixit acutos.
Et tamen, hoc demum miseræ succurrere pacto,
Vix fuerat placidâ Neptuni coniuge dignum.
Nunquam illam posthac oculi vidêre suorum,
Purpureas flauo retinentem vertice vittas:
Non thalamus Tyrio fragrans accepit amomo;
Nullæ illam sedes. quid enim iam sedibus illis?
Quæ simul, vt sese cano de gurgite velox
Cum sonitu ad cœlum stridentibus extulit alis,
Et multùm latè dispersit in æquore rorem;
Infelix virgo, necquicquam morte recepta,
Incultum solis in rupibus exigit æuum;
Rupibus, & scopulis, & littoribus desertis.

[illegible] diræ, [illegible] [illegible], vino [illegible] suis, & calices cruentas, [illegible] spersas cruore, multo hospite, seu multo, scilicet [illegible] tincto hospite, scilicet Scyronis illic [illegible]. IAMQ; adeo, &c.] Donec, quomodo [illegible] in auem mutata fuerit, quam cirim appellat. Ordo autem est, Iamq; & iam, adeò primùm, cernit longè, procul, etiam Pyræeũ, scilicet portum Atheniensi. [illegible], scil. [illegible], quia [illegible], & respectat secum, id est, respiciendo considerat, Athenas, heu (interdolentis vox) notas frustra; aut, respectat frustra, quia non potest illic tuta esse: & respicit iam procul è fluctu arua Minoia, id est, quæ Minos Cretensis [illegible] possidebat: & videt iam Cycladas insulas in mari Ægeo, florentes, & respicit hinc, deinde, Strophadas, insulas à conuersione dictas: (vt ostensum est ad illud, tertio Æneid.

—— Strophades Graio stant nomine dictæ.)

Hinc, deinde, patet, cõtrà, ex aduerso, sinus, maris incuruatio: hinc patet statio, vbi naues ad tempus stare solent, & Hermionia, scil. ciuitas in Aegeo mari, patet contrà, ex aduerso: & Delos, insula, gratissima longè ante alias insulas, matri Nereidũ, id est, nympharũ marinarum, hoc est, Doridi, & Ægeo Neptunio (sic in 3. Æneid.

Sacra mari medio colitur gratissima tellus,
Nereidum matri & Neptunio Ægeo.)

Et ipsa allapsa, allabens prospicit, porrò seu [illegible] eu, scil. ciuitatem, incinctã, id est, circumdatã littori spumanti, à crebro vndarũ ictu, & Paron, insulã vnam ex Cycladibus, marmoreã, cãdido

ASCEN. HACTENVS Scylla. Vnde addit Poëta: Classis resoluta ab littore labitur interea, id est, dum Scylla sic queritur, & littora magna sinuantur, id est, incuruantur, & in sinum exacuantur: interea. Coro, vento illo, qui & Caurus dicitur, repetino, subitò obruenti, remos flectitur, id est, incuruatur, in sale, mari, viridi, id est, vitrei coloris: querimonia, id est, querela, virginis fessæ, & ita lãguida, id est, languida effecta & habita, moritur, desinit. in cursu longo: ipsa autem sic tracta, deserit Isthmon, stricturam terræ, & angulum inclusum angustijs faucibus maris, & præterit regna Corinthi florentia, scilicet tunc temporis: regna inquam Cypseli filij magni olim: & præterit protinus arces abruptas Scyronis tyranni: & exit spelæũ, id est, antrum, testudinis, fornicis aut crepidinis, in morem testudis marmore insignitã: & Donysam, aliam inter Cycladas insulam, viridem, quia syluosam: & simul prospicit (in quo significetur celeritas nauigantium) Æginã, & Seryphum, insulam, in quam noxij ablegari solebãt, sementiferã, afferre solitam copiam sementis. Ipsa autem has insulas prospiciens, fertur, impetu, & iactatur ventis incertis mutabilibus, ad omnia dicta loca, nunc huc, nunc illuc: velut cùm cymba, scapha paruula, id est, nauicula, sequitur classes magnas; & turbo Afer, ventus Africus turbinem facere solitus, bacchatur in æquore hyberno, id est, hymali tempore: donec tale decus formæ, specimen & spectaculum rerũ, vexauerit ægrã, Scillam, quòd vexaretur, ægrè ferentem. Cõiux Neptunia, id est, Amphitrite, pollens, valens & potens, regno cæruleo, mari cærulei coloris, non tulit tales dolores

A ren; ac mutauit miseros artus virginis *Scyllæ.* Sed tamen non statuit, *non constituit*, puellam externam, *id est, non in mari, sed in terris ortam*, vestire squamis pisciũ, & cõmittere *ipsam* teneram inter pisces infidos: *quia deuorant, quidquid iniicitur; & aufugere nesciunt, dummodò commestibile sit. quia* pecus Amphitrites, *deæ maris, hoc est, marinum*, est nimiùm auidum, *vorax. sed* sustulit, *sursum tulit*, potiùs, *ipsam* sublimẽ, alis aërijs, *quibus in aëre vtatur*: vt esset, *appellaretur*, in terris, Ciris, *auis sic dicta*, de nomine facti, *id est, tracto vocabulo à facto.* Ciris, *inquit*, formosior ansere Amycleo, *id est, cycno, in quem Iupiter conuersus dicitur apud Amyclas, cum Ledâ rem habiturus, vnde duo oua sustulit: vnde addit*, ansere Ledæ, *qui candidissimus erat; sed cycnus, non anser.* Hîc, *id est, hoc loco & tempore, vbi & quando Ciris mutata est*, velut, cum effigies auium teneræ, *quia nondum ad plenum formatæ*, animantur protinùs in ouo niueo, *id est, albissimo*; & internodia, *id est, connexiones, vt genuum cubitorum in homine*, imperfecta, *id est, nondum perfecta*, fluitant, *supple in membris*, concreta, *id est, constipata*, colore nouo, *quia immutato ouo in alium colorem.* sic corpus Scyllæ, circũ-
B fusum æquore liquido, *id est, aquâ marinâ, &* artus etiá semiferi, *id est, ad dimidiũ in feram versi*, partibus incertis, *id est, nondum in formam auinam dispositis*, mutabant, *supple se*, vndique: atque *ipsa* mutabatur vndiq;. (*bonus est versus spondaicus: quia languorem præ se fert immutandæ puellæ*) Honos, *id est, decor & pulchritudo*, oris, *videlicet* labella optata multis, & species, *id est, decor spectabilis*, frontis patulæ, *id est, ampliter semper patentis & extensæ, (quod ad decus est mulieri)* cœpêre concrescere in vnum, *scilicet formam rostri*, & producere, *extendere mentum, id est, inferiorem partem oris*, rostro gracili. Tùm, *id est, deinde*, ecce, *supple eâ parte*, quâ discrimen capitis, *id est, capillorum*, agebat se medium, *id est, diuidebatur, dum puella esset, in geminas tricas*, imitatur repentè velut honores patrios, *id est, accipit cristam, in amorem capilli paterni*; & apex, *id est, summitas*, concussit in vertice cristam purpuream, *id est, purpurei coloris, vt fuerat capillus patris.* At pluma intexens membris varios colores, vestiuit corpus mansurum, *id est, non immutandum ampliùs*, tegmini volucri, *id est, plumeo integumento*: & brachia lenta fuderunt perpetuas, *id est, non auferendas*, pẽnas. Indè, *deinde*, infecta, *id est, infectas, hoc est, tinctas habens*, alias partes minio, *id est, terrâ rubenti*, pellis squalida obduxit, *id est, cooperuit*, crura, & nouam faciem, *scil. oculorũ*; & cõfixit pedibus teneris, *id est, ad pedes, dum puellæ essent, teneros*, vnges acutos, *quales scil. nunc Scylla in auem versa habet.* ET tamẽ, hoc demum, &c.] *Conclusurus opus docet, quomodo sic immutata Scylla in aërem se sustulit, in scopulis & rupibus habitatura; à Niso patre, in auem sui nominis verso, perpetuâ inimicitiâ prosequenda. Ordo est*: Et tamen, *id est, licèt miserum hoc fuerat solatium; tamen*, vix fuerat dignum cõiuge Neptuni, *scil. Amphitrite*, placidâ, *benignâ*, succurrere demũ, *id est, tandem, post prolixos questus*, miseræ *Scyllæ*, hoc pacto *immutandæ, scil. in auem.* Nunquam, *id est, non vnquam*, illam oculi suorũ, *notorum & familiarium*, vidère posthac, *post illud tempus*, (*construitur accusatiuus* Illam, *ante* Suorum, *propter relationem.*) *non viderunt, inquam, illam*, retinentem vertice saluo, vittas purpureas, *id est, purpurei coloris, in morem capilli paterni.* Thalamus, *scil. nuptialis*, fragrans amomo Tyrio, *aut* Syrio: (*nam in Bucol. legitur*, Assyrium vulgò nascetur amomum.) non accepit, *supple, illam postea.* Nullę sedes, *supple acceperunt eam postea.* quid enim, *id est, nam quid*, iam, *supple, opus habet*, sedibus illis *regalibus, in quibus prius fuerat? quasi dicat, nihil.* Quæ, *scilicet Scylla*, simul vt, *id est, postquam, ipsa* velox *volucris effecta*, extulit sese de gurgite cano, *id est, spumis albicanti*: ad cœlum, *id est, aërem*, cum sonitu, *scilicet concomitante, & hoc* alis stridentibus; & dispersit latè multum rorem, *id est, aspergmem aquæ marinæ*, in æquore, *ipsa* virgo infelix, recepta, *id est, dempta & erepta*, nequidquam, *frustra*, morte: *quia adhuc multis laboribus erat fatiganda: aut* morte recepta, *id est, suscepta*, nequidquam, *id est, nequaquam.* exsigit, *id est, transigit*, æuum incultum, *id est, reliquam vitam incultam*, in montibus solis, *id est, desertis*, in rupibus & scopulis. & in littoribus desertis. *Iterum spondaicus versus, languorem indicans, & molem curarum.*

Nec tamen hoc iterũ pœnâ sinè. namq; deûm rex,
Omnia qui imperio terrarum milia versat,
Commotus talem ad superos volitare puellam,
Cùm pater exstinctus cæcâ sub nocte lateret:
Illi pro pietate suâ (nam sæpè nitentum
Sanguine taurorum supplex resperserat aras;
Sæpè deûm largo decorârat munere sedes)
Reddidit optatam, mutato corpore vitam;
Fecit & in terris Haliæetus ales vt esset.
Quippe aquilis semper gaudet deus ille coruscis.
Huic verò miseræ (quoniam damnata deorum
Iudicio, natique & coniugis, antè fuisset)
Infesti apposuitque odium crudele parentis.
Namq; vt in æthero signorum munere præstans,
Vnum quem duplici stellarum sidere vidi,
Scorpius, alternis clarum fugat Oriona:
Sic inter sese tristes Haliæetus iras,
Et Ciris memori seruant ad secula fato.
Quacunque illa leuem fugiens secat aëra pennis;
Ecce, inimicus atrox magno stridore per auras
Insequitur Nisus: quà se fert Nisus ad auras;
Illa leuem fugiens raptim secat aëra pennis.

POM. Sabi. NATI.] *scilicet Minois. Minos, natus Iouis, propter*
C *parricidiũ odio habebat Cirim. Iupiter & tertiam pœnam dedit: vt demutatus in haliaetum Nisus eam insequeretur.* DVPLICI.] *quia magnitudine membrorum diuiditur in duo signa scorpius: cuius prior pars appellatur Libra, Scorpius à Dianâ inter sidera collocatus est. nam cùm Oriõ in venatione iactaret, se victurũ omnia, quæ terra procrearet; Terra indignata, misit scorpionem. Iupiter, admiratus animũ hominis, vtriusq; litem sedauit. In cœlo ita constituti ambo sunt; vt, cùm Scorpius oriatur, occidat* Orion.

ASCEN. Nec tamen hoc, *scilicet facit, aut fit illi*, sinè pœnâ: *imò cum maximâ pœna, quam patri pendere cogitur.* Nam rex deûm, *id est, deorum, scil Iupiter*, qui versat imperio, *regit & gubernat*, omnia millia, *id est, spatia terrarum* commotus, *id est, ægrè ferens*, puellã talem, *scil. quæ parricidiũ perpetrauerat*, volitare ad superos; cùm pater eius, *videlicet Nisus*, exstinctus, *id est, mortuus*, lateret sub nocte, *id est, caligine obliuionis*, cæcâ, *id est, ignoratâ*; reddidit illi pro suâ, *Nisi*, pietate (nam *Nisus* supplex, resperserat sæpè aras, *Ioui exstructas*, sanguine taurorum nitẽtum, *candidorum*; & decorârat, *decorauerat*, sæpè sedes deûm, *pro, deorum, id est, templa & ædes deorũ, aut fana*, munere, *dono oblatitio*, largo) *reddidit ergo illi*, vitam optatam, *scil. vt de filiâ vltionem faceret, & hoc*, corpore mutato, *in auem Scyllæ inimicam: quia* fecit vt esset Haliæetus ales, *auis de genere aquilarum*, in terris: quippe, *quia certè*, ille deus: *Iupiter*, gaudet semper aquilis coruscis, *coruscantibus plumis. Hoc autem dicit, assentando Romanis Imperatoribus: quibus pro insigni aquilæ sunt, à Romulo in condendâ vrbe pro augurio visæ, Dicuntur autem esse in tutelâ*

Iouis: quia in bello gigantео, Ioui fulmina ministrabant. quod fictum est; quia fulmine negantur tangi. Alij legunt, Ille deus coruscus, *id est, coruscans fulgore,* gaudet semper aquilis. *quod potius approbem: quia aquilæ non sunt coruscæ.* Verò, *sed, Iupiter* aposuit huic miseræ, *Scyllæ,* odium crudele parentis, *Nisi, in auem versi, qui & Haliæetus & Nisus dicitur,* infesti, *id est, persecutoris eius, & illi vim inferentis:* quoniam, *supple, ipsa,* fuisset *iam* antè, damnata, iudicio deorum, & nati, & coniugis, *id est, totius cœtus deorum, ipsam ad hoc indicantis.* Nam velùti scorpius, *signum,* præstans munere æthereo signorum, *id est, inter signa cœlestia,* quem ego vidi vnum, *id est solum,* duplici sidere stellarum, (*de qua re abundè dictum est circa principium 1. Georg. ad illos versus:*

Quà locus Erygonem inter chelasq; sequentes,
Panditur, ipse tibi iam brachia contrahit ardens
Scorpius, & cœli iustâ plus parte reliquit.)

Veluti, inquam, scorpius, fugit Orionem clarum, *id est, sidus Orionis, est autem versus spondaicus: nam* Orion *debet habere primam longam. licèt in primo Aeneid. corripiatur, vbi dicit:*

Cùm subitò assurgens fluctu nimbosus Orion.

Ideòque, cùm nullus sit ordo, non est legendum, fugiant.) alternis, *scilicet vicibus (sed rarò, aut nunquam, eam particulam apud doctos numeralibus additam inuenias. vnde non dices: Bina vice; sed Bis. Sic* alternis, *id est, alternatim)* sic Heliæetus, *auis, in quam Nisus versus dicitur,* & Ciris, *auis, in quam Scylla transformata legitur,* seruant inter sese ad secula, *in perpetuum,* iras tristeis, *id est, odia vera,* (*bene addit,* tristeis: *quia amantium iræ redintegratio amoris est. Sunt enim gratæ nonnunquam inter amantes, proteruitates & zelationes atque iræ, ex amore procedentes. vnde etiam in Bucol. dicit:* A

Nonne fuit satius, tristeis Amaryllidis iras,
Atque superba pati fastidia? &c.)

Seruant igitur iras tristeis, fato memori (*sicut primo Aeneid.*

Memorem Iunonis ob iram.

Et ponitur memor *in neutro genere: sicut etiam in quarto Aeneid.*

Iustumque memorque precatur.)

QVACVNQ. illa leuem fugiens secat aëra pennis, *&c.] Eadem carmina alibi posita inuenimus. Ordo est:* Quacunque illa *est, scilicet Scylla aut Ciris,* fugiens, *scilicet Nisum patrem, aut Haliæetum,* secat, *id est, diuidit & transuolat,* pennis æthera, *id est, aërem,* leuem, *facilè cedentem;* ecce, *quasi dicat, derepentè, præter exspectationem Scyllæ,* inimicus atrox, *ferox in filiam propter facinus nefandum,* insequitur per auras, *supple cum,* magno stridore: *& qua, id est, quacunque, scilicet parte,* Nisus fert se ad auras, illa fugiens, *Nisum,* raptim, *celeriter,* secat æthera leuem pennis, *scilicet alarum suarum.* B

IN MORETVM.

POM. Sabi. IAM nox, *&c.* ales.] *gallus. gallus enim, cùm ante mediam noctem canit, signum serenitatis facit; post mediam verò noctem, diei.* SIMILVS.] *à simis naribus.* GRABATO.] *Grabatus, lectica parua mendicantium.* STVPPAS arentes.] *Stuppa à stipando dicitur: quia eâ stipantur naues.*

P. VERG. MARONIS MORETVM.

IAM nox hybernas bis quinq; peregerat horas,
Excubitorq; diem cantu prædixerat ales:
Similus exigui cultor cùm rusticus horti,
Tristia venturæ metuens ieiunia lucis,
Membra leuat sensim, vili demissa grabato;
Sollicitâque manu tenebras explorat inerteis,
Vestigatque focum, læsus quem denique sentit.
Paruulus exusto remanebat stipite fumus,
Et cinis obductæ celabat lumina prunæ:
Admouet his pronam submissâ fronte lucernam;
Et producit acu stuppas humore carenteis;
Excitat & crebris languentem flatibus ignem.
Tandem concepto tenebræ fulgore recedunt,
Oppositâque manu lumen defendit ab aurâ:
Et reserat clausa, quæ præuidet, ostia claui.

ASCEN. IAM nox hybernas, *&c. Hoc Publij Vergilij Maronis opusculum,* Moretum *ab eo inscriptum est: à pastilli, seu placentæ ac crusti genere, ex pane & herbis confecto. in quo describendo, ingenij vbertatem abundè aperit; dum in re tam tenui, tamque (vt ita dicam) nullâ, tam graphicè & disertè rusticanam diligentiam, & continentiam, & parsimoniam præscribit: subinferens horti feracis commoda. Primò describit patrisfamiliâs diligentiam, in surgendo ante lucem; præsertim tempore hyberno. Computat autem horas, more patriæ suæ: nam illic prima hora est in occasu Solis. cùm ergo sol occidat tempore brumali: ferè hora decima noctis, erit hora secundùm nos quarta; qua & rustici ferè ad opus suum surgunt. Ordo igitur est:* Nox peregerat iam bis quinque, *id est, decem,* horas hybernas, *quæ erant tempore hyemali;* & ales, gallus, excubitor, *excubias curans,* prædixerat, annuntiauerat, *priusquam veniret,* diem: cùm, *quando,* Similus, cultor horti exigui, *modici,* metuens ieiunia tristia, *id est, tristitiam afferitia,* lucis venturæ, *diei appropinquantis,* leuat, *erigit,* sensim, *paulatim,* membra *sua* demissa, *scilicet prius & prostrata,* grabato, *id est, strato & lecto suo;* & explorat, *exquirit,* tenebras, inertes, *ad nullam artem vtiles,* manu solicitâ, *solicitè palpitans;* & vestigat, *inquirit,* focum, *locum vbi ignis fouebatur,* quem ipse læsus *ab igne* sensit, *id est, percepit sensu tactus,* denique, *id est, tandem.* (*nam* fumus paruulus remanebat stipite exusto. *Alij legunt* Manabat, *& ex* vsto, *duabus dictionibus: vt sit,* fumus paruulus, *modicus,* manabat ex stipite vsto. & cinis celabat, *occultabat & sopiebat,* lumina, *splendorem,* prunæ, *carbonis,* obductæ, *id est, cooperta*) *ipse Similus* admouet, *id est, applicat,* his, *scil. cineri & prunæ,* lucernam pronã, *id est, ad recipiendum lumen debitè reflexam: aut, ipse* pronus admouet, fronte submissâ, *id est, sursum missa, ne à fumo læderetur,* & producit acu, *id est, ferro acuto. alij legunt,* Acus stuppasque: *vt sit,* & producit acus, *id est, stramenta; aut (vt dicunt) paleas,* & stuppas, carentes humore, *id est, aridas:* & exscitat ignem languentem flatibus, *id est, sufflationibus,* crebris. Tenebræ recedunt tandem, *& hoc* fulgore, *scilicet ignis,* concepto, *scilicet à stuppâ, aut lucernâ;* & defendit lumẽ ab aurâ, *vento, ne extinguatur: defendit aũt* oppositâ manu, *contrà positâ;* & reserat ostia clausa claui, q̃ præuidet, *scil. an clausa sint.* C

POM. Sabi. TORTA comam.] *torta, crispa. Martialis.* At*que aliter tortis crinibus Æthiopes.* ADOLERE.]

Fusus erat terrâ frumenti pauper aceruus:
Hinc sibi depromit, quantum mensura petebat.

Quæ bis in octonas excurrit pondere libras.
Indè abit, assistitque molæ: paruâque tabellâ,
Quam fixam paries illos seruabat in vsus,
Lumina fida locat. geminos tunc veste lacertos
Liberat: & cinctus villosæ tergore capræ.
Peruerrit caudâ silices, gremiumque molarum.
Admouet indè manus operi, partitus vtramque:
Læua ministerio; dextra est intenta labori.
Hæc rotat assiduis gyris, & concitat orbem.
Trita Ceres rapido silicum decurrit ab ictu.
Interdum fessæ succedit læua sorori,
Alternatque vices. modò rustica carmina cantat,
Agrestique suum solatur voce laborem.
Interea clamat, Cybale: (hæc erat vnica custos,
Afra genus, totâ patriam testante figurâ:
Torta comam; labroque tumens; & fusca colore;
Pectora lata; iacens mammis; compressior aluo,
Cruribus exilis; spatiosâ prodiga plantâ;
Continuis rimis calcanea scissa rigebant)
Hanc vocat; atque arsura focis imponere ligna
Imperat, & flammâ gelidos adolere liquores.

A ARE.] *id est, calefacere.*

ASCEN. Pauper, *id est, modicus,* aceruus frumenti, erat fusus terrâ, *id est, per terram:* & depromit sibi hinc, *id est, ex hoc aceruo, supple tantum,* quantum mensura, *scilicet Moreti faciendi,* petebat, *id est, exigebat.* (*alij tamen legunt,* patebat) quæ excurrit pondere in libras bis octonas, *id est, sedecim.* Indè, *scilicet iam deprompto frumento,* abit, & assistit molæ, *id est, ad molam:* & locat lumina fida, *supple in,* tabellâ paruâ, quam paries seruabat fixam in illos vsus. Tunc, *deinde, depositâ candelâ aut lucernâ ad tabellam,*
B *ipse* liberat, *id est, expedit denudando,* veste lacertos geminos, *id est, ambo brachia:* & *ipse* cinctus tegmine capræ villosæ, peruerrit, *id est, in toto verrit,* cauũ .i. *concauũ,* & gremiũ, *id est, receptaculum molarum, hoc est, disponit ad molendum.* ADVOCAT indè manus.] *Pergit hoc ordine: Similus* aduocat, *asscisit & applicat, tanquam auxiliatrices,* indè, *id est, deinde,* manus, partitus, *id est, impartiens,* vtramque *operi:* læua, *scilicet manus,* est intenta ministerio, *quia administrat far, aut frumentum aliud molendum;* dextra *est intenta* labori, *quia circùmagit molam. Hæc, scilicet dextera,* rotat & concitat orbem, *molarem,* assiduis gyris, *circumuolutionibus.* Ceres trita ab rapido ictu silicum, *id est, molarium lapidum,* decurrit, *deorsum currit.* Læua succedit interdum sorori, *dexteræ,* fessæ, *id est, fatigatæ;* & alternat vices, *id est, alternatim & vicissim rotat:* & cantat, *scilicet, Similus,* modò, *interdum,* carmina rustica; & solatur voce agresti, *id est, cantilenâ rusticâ,* laborem: & clamat interdum Cybalen, *scilicet ancillam:* quæ erat vnica custos, *domus & horti,* Afra, *id est, ex Africâ,* genus, *id est, origine & secundùm genus:* & *hoc* totâ figurâ, *scilicet eius corporis,* testante patriam, *id est, approbante Afram esse:* torta comam, *id est, habens comam intortam & crispam, in morem lanæ villosæ:* tumens labra, *habens labra inflata & spissa:* & fusca colore, *vt Mauri sunt:* pectora iacent lata mammis, *id est, habens mammas latas, iacentes in pectore:* & aluus, *supple iacet,* compressior; *quod contra venustatem est: nam amatur venter & pectus tumens in muliere; strictis tamen mammillis. Alij habent,* compressior aluo: *vt sit, existens compressior aluo,* id est, *habens aluum compressiorem:* & exilis, *id est, gracilis,* cruribus & prodiga, *id est, vltra modum abundans,* plantâ, *scilicet pedis,* spatiosâ: calcanea, *id est, calces pedum,* rigebant scissa continuis rimis. Vocat ergo hanc, *id est, talem,* atque imperat imponere focis ligna arsura; & adolere, *id est, temperare,* liquores gelidos, *id est, aquas frigidas,* flammis, *scilicet ignis.*

Postquam impleuit opus iustum versatile finem;
Transfert indè manu fusas in cribra farinas;
Et quatit: & remanent summo purgamina dorso.
Subsidit sincera, foraminibusque liquatur
Emundata Ceres. læui tum protinùs illam
Componit tabulâ: tepidas superingerit vndas.
Contrahit admistos tùm fontes, atque farinas
Transuersat duratâ manu: liquidoque coacto
Interdum grumos spargit sale: iamque subactum
Format opus, palmisque suum dilatat in orbem;
Et notat impressis æquo discrimine quadris.
Infert indè foco, (Cybale mundauerat aptum
Antè locum) testisque tegens superaggerat ignes.
Dumque suas peragit Vulcanus Vestaque partes;
Similus interea vacuâ non cessat in horâ:
Verùm aliam sibi quærit opem; neu sola palato
Sit non grata Ceres: quas iungat, comparat escas.
Non illi suspensa focum carnaria iuxta
Durati sale terga suis, truncique vacabant:
Traiectus medium sparto sed caseus orbem,
Et vetus astricti fascis pendebat anethi.
Ergo aliam molitur opem sibi prouidus heros.

IN cribra.] *ex viminibus & sparto, siue lino, & pilis animalium, cribra fiunt.*
C IVSTVM versatile finẽ.] *vsum molarum ad manum, in Cappadociâ inuentus. indè inuentus vsus earum ad ventum & ad equos. Paulò ante Augustum, molæ aquis actæ, Romæ in Tyberi primùm factæ, tempore Græcorum, cùm fornices diruissent. Furnus, ante Tarquinium Superbum non fuit: nam in vasis coquebant. Fermentum optimum fit ex milio, admixto musto albo, & triduo macerato in eo. Aliud fermentum fit è minutis furfuribus tritici; admixto etiam musto, Tertium genus fermenti mansit in vsu: fit autem ex farinâ liquefactâ, & subustâ parum, sine sale, ad pultis modum relictâ, quousque acescat.* CARNARIA.] *vbi carnes seruantur.* SPARTO.] *spartum vinculum habet, quo fit funis in Hispania: cuius vsus ibi non erat, antequàm Carthaginenses irrupissent.*

ASCEN. Sed postquam versatile, *scilicet molendinum,* impleuit iustum finem, *id est, perfecit munus suum: ipse* transfert indè, *id est, deinde,* farinas, fusas manu in cribra; & quatit, *id est, excutit:* ac purgamina, *scilicet furfuris,* remanent in summo dorso, *scilicet cribri.* Ceres emendata, *id est, flos farinæ,* subsidit, *id est, ad ima tendit, existens* sincera. & liquatur, *id est, colatur* (*vnde,* Colatur, *quidam contra artem legunt*) foraminibus, *id est, per foramina cribri.* tùm, *deinde, ipse Similus* componit illam, *scilicet Cererem purgatam,* tabulâ læui, *id est, politâ & læuigatâ,* & super-

 inge-

ingerit vndas tepidas, *quas Cybale temperauerat.* tùm, *id est, deinde*, contrahit frondes, *scilicet herbarum*, atque farinas admistas: atque transuersat, *supple, iam dicta durata, id est, duriora effecta*, manu, & coactu, *id est, coagulo*, liquido: & spargit interdum grumos, *id est, globulos*, sale, *id est, de sale*: & læuat, *id est, læuigat* (*nam primam producit*) *& polit*, iam opus subactum, *id est, extensum & erectum*, & dilatat palmis, in *suum iustum & debitum* orbem: & notat, id est, *distinguit notis*, quadris impressis, discrimine æquo, *id est, æquali distantiâ.* & infert indè, *deinde*, foco, *id est, in focum*: *quia* Cybale mundauerat antè, *id est, priùs*, locum aptum, *id est, conuenientem coctioni.* & tegens, *scilicet moretum*, testis, superaggerat ignes, *carbones ardentes.* & dum Vulcanus, *id est, ignis grossior*, & Vesta, *id est, ignis purior*, peragit suas partes, *id est, coquit*: Similus non cessat interea, *in horâ vacua*, se à negotio; verùm A quærit sibi aliam opem, *id est; aliud subsidium contra famem*: *quia* comparat, *id est, acquirit*, escas quas iungat, *scilicet, Cereri decoctæ*; ne Ceres sola, *sine herbis & opsonio*, sit non grata palato, *id est, insipida.* Terga suis, *porci*, durati, *scilicet contra putredinem*, sale, non vacabant, *id est, superfluebant illi*, suspensa focis, iuxta carnaria, *id est, loca, vbi carnes salsæ conduntur*, & trunci, *scilicet suis sale durati, non vacabant illi, suspensi focis*: sed caseus traiectus medium orbem, *id est, habens medium orbem traiectum*, sparto, *id est, illo lini genere*, & fascis, *id est, manipulus*, vetus, *inueteratus*, anethi, *herbæ*, astricti, *id est, contracti, aut sole, aut vetustate.* Ergo, *quia carnaria non habebat*, ipse heros, *id est, paterfamiliâs, princeps domus suæ*, molitur, *id est, cum molimine comparat*, sibi aliam opem.

Hortus erat iunctus casulæ; quem vimina pauca,
Et calamo recidiua leui munibat arundo:
Exiguus spatio: varijs sed fertilis herbis.
Nil illi deerat, quod pauperis exigit vsus.
Interdum locuples à paupere plura petebat.
Nec sumptus erat huius opus; sed regula curæ,
Si quando vacuum casulâ pluuiæ'ue tenebant,
Festáue lux; si fortè labor cessabat aratri:
Horti opus illud erat. varias disponere plantas
Nôrat, & occultæ committere semina terræ;
Vicinosque aptè curâ summittere riuos.
Hîc olus, hîc latè fundentes brachia betæ,
Fœcundusque rumex, maluæque inulæque virebant.
Hîc siser, & capiti nomen debentia cæpe:
Hîc etiam nocuum capiti gelidumque papauer;
Grataque nobilium requies lactuca ciborum;
Et grauis in latum demissa cucurbita ventrem.
Verum hîc non domini, (quis enim contractior illo?)
Sed populi prouentus erat: certisque diebus
Venaleis olerum fasces portabat in vrbem
Indè domum ceruice leuis, grauis ære redibat;
Vix vnquam vrbani comitatus merce macelli.
Cæpa rubens, sectique famem domat area porri:
Quæque trahunt acri vultus nasturtia morsu
Intybaque, & Venerem reuocans eruca morantem.

POM. Sabi. HORTVS erat iunctus casulæ; quem, *&c.*] *in hortis operosa Syria, principes Assyriorum, reges Persarum. Primus Epicurus Athenis inuenit: vbi omnis vita Epicuri, Menta dicta; quod grato odore mensas percurrit. Hortus dictus, quòd ibi multa oriuntur. M. Crassus primus porphyreas columnas sex, in porticu, in horto inuenit.* HORTI opus illud erat, *&c.*] *Cyrus, rex Persarum, non duxit pudori, dicere legatis Græcorum, se scire plantas disponere.* BETÆ.] *Beta duplex: candida, & nigra.* FOECVNDVSQVE rumex.] *Rumex, lapatium est: cuius succus impositus scabiei, statim illam purgat.* MALVÆ.] *Græcum est*, INVLÆQVE virebant.] *Inulæ radix insanientibus prodest. Iulia Augusta singulis diebus est vsa.* HIC siser, & capiti nomen, *&c.*] *erraticum & satiuum.* LACTVCA.] *vt Martialis*: Claudere quæ cœnas lactuca solebat auorum. DEMISSA cucurbita.] *oblonga nascitur ex semine colli; crassa ex semine, ventris: prouenit retorta ex semine, id est, prope florem.* NOTISQVE diebus.] *nundinis: quibus agricolæ herbas ad vrbem ferebant dictæ à nono die.* NASTVRTIA morsu.] *sectiuum porrum non tam dulce, quantum capitatum. à narium intorsione dicimus nasturtium: vt Plinius ait.*

bat interdum plura à paupere: nec illud opus erat sumptus, *id est, expensæ, id est, non* B *curabat ad sumptum*: sed *erat* regula curæ, *id est, sollicitudinis*: si quando vel pluuiæ, vel lux festa, *id est, festiua*, tenebant *eum* casulà, *in tugurio*, vacuum, *scilicet ab opere alio in agro faciendo, & si* labor aratri cessabat, fortè illud erat opus horti, *id est, tunc vacabat horto. Ipse* nôrat disponere varias plantas & committere semina terræ occultæ, *id est, occultatim semina sibi credita*, & submittere, *id est, clàm supermittere*, aptè, *id est, decenter*, curâ, *id* C *est, cũ sollicitudine*, riuos vicinos, *id est, ex vicino môte scaturientes*, hîc, *supple, virebat*: olus, & betæ, *illud genus oleris*, fundentes, *id est, effusim extendentes*, brachia, *id est, caules aut frondes*, latè: & rumex, *scilicet herba*, fœcundus, *id est, fœcundè crescens*, & maluæ & inulæ virebant *hic*: *ciser, illud genus leguminis, supple, virebat*, hîc & cæpe (*quidam scripserunt*, porra) debentia nomen capiti: *quia κεφαλὴ & κεφαλῆς, dicitur caput.* Hîc etiam, *supple, virebat*, papauer nociuum, *id est, nocuum*, capiti, & gelidum, *id est, frigidum, ab effectu: vnde somnum inducit*: & lactuca grata requies, *id est, intermissio*, ciborum nobilium, *cùm scilicet præ satietate illos fastidit stomachus*; & cucurbita, *genus herbæ, è cuius fructu vasa potoria fieri solent*, (*nam cucumis alius est: quanquam imperiti pro eodem accipiunt.*) grauis, *quia ventrosa*, demissa, *id est, extensa*, in ventrem latum, *supple, virebat hic.* Verùm hic non domini, *&c.*] *Prosequitur intentum, ostendens, commoditatem horti, & parsimoniam Simili. Vnde redit ad confectionem Moreti: postquam narrat opus diurnuum Simili; quod erat, arare ter.*

ASCEN. Hortus erat iunctus casulæ, *id est, tugurio*, quem vimina, *id est, lenta virgulta salicum aut silerum*, & arundo redimita leui, *id est, non ponderoso*, calamo, *id est, fistulâ & cannâ*, munibat, *pro, muniebat, scilicet ab ingressu bestiarum*: *existens* exiguus spatio, sed fertilis herbis. *Illud*, quod vsus, *id est, vtilitas & indigentia*, pauperis, exegit, non deerat illi. Locuples, *id est, plura loca habens, & diues terrarum*, pete-

A *re terram, aut interdum res venales ad vrbem deferre. Ordo autem est*: Hic non erat prouentus domini, id *viri alijs dominari volentis, & pompose viuentis* quia quis erat contractior, *id est, minus dilatus & extensus, quantum ad pompas mundanas*, illo, *id est, quam ille? quasi dicat, nullus. sed erat prouentus* populi, *id est, plebeius & popularis*: & portabat diebus notis, *id est, statutis, quibus sciebat mercatum esse*, fasces olerum venales in vrbe: & redibat inde domum leuis, *id est, deoneratus*, ceruice, & grauis, *id est, oneratus*, ære (*Contra in Bucol.*

Quamuis multa meis exiret victima septis,
Pinguis & ingratæ premeretur caseus vrbi;
Non vnquam grauis ære domum mihi dextra redibat.)

redibat, inquam, domum grauis ære, comitatus vix vnquam, *id est, rarissime*, merce, *re venali*, macelli vrbani, *quæ in macello vrbano venditur, hoc est, carne, aut alio opsonio delicatiore.* Cæpa rubens, *quæ maior, sed vilior est quam alba*, & area porri secti, *id est, sectilis*, (*quia etiam capitatum est; sed sectile vilius*) *hoc est, porrum ipsum*, domat, *id est, sedat, & non penitus extinguit*, famem, *scilicet Simili rustici*: Quæque, *id est, &* nasturtia, *genus herbæ amaræ & acetosæ, quæ* trahunt vultus acri morsu, & intyba, *scilicet herbæ fibrosæ.* & eruca, *scilicet herba salax*, reuocans Venerem morantem, *id est, excitans appetitum coeundi, supple, domans famem eius.*

Tùm quoque tale aliquid meditans, intrauerat hortum:
Ac primùm leuiter digitis tellure refossâ,
Quattuor educit cum spissis allia fibris:
Indè comas apij graciles, rutamque virentem
Vellit, & exiguo coriandra trementia filo.
Hæc vbi collegit, lætum consedit ad ignem,
Et clarâ famulam poscit mortaria voce.
Singula tùm capitum numerosâ cortice nudat,
Et summis spoliat corijs, contemptaque passim
Spargit humi, atque abicit: seruatum gramine bulbum
Tingit aquâ: lapidisque cauum demittit in orbem.
Hinc salis aspergit micas: sale durus adeso
Caseus adijcitur: dictas superingerit herbas,
Et læuâ vestem setosa sub inguina fulcit.
Dextera pistillo primùm fragrantia mollit
Allia: tùm pariter misto terit omnia succo.
It manus in gyrum: paulatim singula vires
Deperdunt proprias: color est è pluribus vnus.
Nec totus viridis: quia lactea frustra repugnant:
Nec de lacte nitens; quia tot variatur ab herbis.
Sæpe viri nares acer iaculatur apertas
Spiritus, & simo damnat sua prandia vultu.
Sæpè manu summâ lachrymantia lumina tergit,
Immeritoque furens dicit conuitia fumo.
Procedebat opus: nec iam salebrosus, vt antè;
Sed grauior lentos ibat pistillus in orbes.
Ergo Palladij guttas instillat oliui,
Exiguique super vires infundit aceti:
Atque iterum commiscet opus, mistumque retractat.
Tùm demum digitis mortaria tota duobus
Circuit, inque globum distantia contrahit vnum:
Constet vt effecti species, nomenque Moreti.
Eruit interea Cybale quoque sedula panem;
Quem lotis recipit manibus: pulsoque timore
Iam famis, inque diem securus Similus illam,
Ambit crura ocreis paribus, tectusque galero,
Sub iuga parentes cogit lorata iuuencos,
Atque agit in segetes; & terræ condit aratrum.

POM. Sabl. OCREIS paribus.] *Ocreæ militum sunt, ex corio. Romanum vocabulum est.*

ASCEN. *Similus* intrauerat hortum, meditans aliquid tale, *id est, aut vt venundet, aut vt famem domet; intrauerat* tùm quoque, *id est, etiam tunc: aut, meditans tum quoque aliquid tale, intrauerat hortum suum*: ac educit primùm tellure, *terrâ*, refossâ, *id est, apertâ per fossionem*, leuiter, *modicè*, quatuor allia cum fibris, *id est, filis, quibusdam* spissis, *id est, spissè ad caput adhærentibus.* Indè, *deinde*, vellit, *carpit*, comas graciles apij, & rutam rigentem (*alij legunt*, virentem, *quia semper viridis est. Est* C *tamen & rigens, id est, firma & solida herba*) & vellit coriandra, *id est, grana coriādri*, trementia exiguo filo, *scilicet cui affixa erant.* vbi, *id est, postquam, ipse* collegit hæc, *scilicet antè dicta genera herbarum ipse* consedit ad ignem lætum, *id est, lætificantem*, & poscit famulam, *scilicet Cybalem*, mortaria, *id est, vas in quo herbas illas contundat: poscit inquam*, voce clarâ: & nudat, *id est, decorticat*, singula capitum, *id est; singula capita, vt allij & cæparum*, cortice numeroso, *multiplici*, & spoliat corijs, *id est, pelliculis*, summis, *extremis*: & spargit humi, *super humum*, passim contempta, *id est, reprobata à moreti condimento*, (*humi genitiuus ferè ponitur etiam, vbi accusatiui significatum videtur: vt*, Deiecit oculos humi, *id est, in humum*) atque abicit, *scilicet contempta* (*alij textus habent*, adicit: *vt referantur ad sequentia, scilicet adicit bulbum. sed verbum eius est* Tingit. *Siue autem* abicit, *siue* adicit: *legitur, per syncopam, scribetur ablato I, quia prima corripitur*) & tingit aquâ bulbum seruatum, *supple, cum*, gramine. (*Est autem bulbus, species herbæ capitatæ: cuius cùm multa sint genera; vnum est, quod Epimenidum dicitur, optimi in Africâ saporis. incitat autem Venerem. vnde Martialis in Distichis*:

—— cùm sint tibi mortua membra,
Nil aliud bulbis quàm satur esse potes.

Quasi dicat, non arrigueris per eos) & demittit in orbem lapidis, *scilicet molaris*, cauum, *id est, excauatum*; & inspergit hîc, *id est, modò, aut* hinc, *id est, deinde*, micas salis: & caseus durus, adusto sale, adijcitur (*hic scribetur duplici i: quia producitur prima positione*) & superinserit herbas dictas, *scilicet sic contusas*, & fulcit, *id est, subnectit*, læuâ, *id est, sinistra manu*, vestem sub, *id est, vsque ad*, inguina, setosa, *pilosa.* (*sed quia rustici duros pilos habent; maluit setosa, quàm pilosa dicere*) dextra, *scilicet manus*, mollit, *mollificat & contundit*, primùm pistillo, *id est, instrumento pinsendi, hoc est, contundendi & frangendi*, allia fragantia, *id est, multum olentia*: tùm, *id est, deinde*, terit, *id est, contundit*, omnia pariter succo mixto. Manus, *scilicet eius*, it in gyrum, *mortarij*; & singula deperdunt paulatim proprias vires, *quia accipiunt saporem mixtum: vnde etiam per admixtionem liquidi corrumpitur vsus oliui.* & vnus color est, *id est, fit*, è pluribus: *scilicet*

cet nec totus viridis quia frusta, *siue fragmenta*, lactea, *vt alij, porri & cæpe*, repugnant; nec nitens, id est, *non penitùs album*, de lacte, *scilicet infuso, aut de frustis lacteis; quia scilicet lac aut confectio illa*, variatur à tot herbis. Spiritus, *id est, odor diffusus*, acer, *vehemens*, iaculatur, *id est, in motem iaculi ferit acriter*, nares viri apertas, (*patulas potiùs diceret*) & damnat sua prandia, *id est, escam prandij sui*, vultu summo, *id est, oculis flentibus, propter cæpe; aut naso contracto, propter allium*: & tergit sæpè manu suâ, lumina lacrymantia, *id est, oculos lachrymas emittentes, quas cæpe (vt dixi) excitat*: & *ipse furens, insaniens per impatientiam*, dicit conuitia, *id est, contumelias*, fumo immerito: *quia non propter fumum; sed propter cæpe lacrymabat.* Opus procedebat, *scilicet ad speciem moreti*: & pistillus, *scilicet quo herbas contundit*, non ibat iam salebrosus, *id est, asper, plenus salebris*, vt antè, *id est, priùs iuerat*: *sed ipse grauior ibat* in orbeis lentos, *id est, tardantes, & conglutinantes globos herbarum.* Ergo, *quia scilicet videt opus procedere, & ferè confectum, ipse instil*at guttas (*vbi parsimonia eius ostenditur? qui non effudit; sed guttatim instillat guttas*) oliui, *id est, olei*, Palladij, *à Pallade inuenti*: (*productâ primùm oleâ: dum scilicet contenderet cum Neptuno de nomine Athenarum; & lis ad hoc deducta esset, vt is daret, qui fœtum vtiliorem reipublicæ produceret. Nam cùm ille equum produceret, animal belligerum: hæc oleam paciferam proferens, victrix effecta, vrbi nomen dedit. nam Græcè* ἀθηνᾶ *dicitur.*) & superinfundit vires exigui, *id est, modici*, aceti; atque commiscet iterum opus, & retractat mixtum: & circuit tùm demum, *id est, tunc tandem*, mortaria duobus digitis; & contrahit distantia in vnum globum, vt nomen & species constet, *id est, resultet*, moreti effecti: *aut, vt nomen & species effecti constet Moreti.* Cybale, *scilicet ancilla*, sedula, *id est, diligens*, eruit quoque, *id est, etiam operosa, intereà*, panem; quem *Simulus* recipit manibus lotis: & timore famis pulso, hinc, *id est, deinde*, & securus, *id est, seorsum à curâ & sollicitudine, victus*, in illam diem, *id est, pro totâ illâ die*, ambit crura ocreis, *id est, peronibus*, paribus, *id est, vtrique cruri aptis, aut æqualibus*: & tectus galero, *id est, pileo rustico*, cogit iuuencos parentes sub iuga lorata, *id est, loris fulta*, atque agit, *id est, impellit eos*, in segetes, *id est, terras satiles*, (*vnde est*: Quid faciat lætas segetes, &c. & condit terræ, *id est, in terram, condit* aratrum, *id est, arat.*

HORTVLVS.

ADESTE Musæ, maximi proles Iouis:
Laudes feracis prædicemus hortuli.
Hortus salubreis corpori præbet cibos;
Variosque cultus sæpè cultori refert:
Olus suaue, multiplex herbæ genus;
Vuas nitenteis, atque fœtus arborum.
Non desit hortis & voluptas maxima,
Multisque mista commodis iucunditas.
Aquæ strepentis vitreus ambit liquor;
Sulcoque ductus irrigat riuus sata:
Flores nitescunt discolore gramine,
Pinguntque terras gemmeis honoribus.
Apes susurro murmurant gratæ leui;
Cùm summa florum, vel nouos rores legunt.
Fœcunda vitis coniuges vlmos grauat;
Textásue inumbrat pampinus arundines.
Opaca præbent arbores vmbracula;
Prohibentque densis feruidum solem comis.
Aues canoros garrulæ fundunt sonos,
Et semper auras cantibus mulcent suis.
Oblectat hortus, aduocat, pascit, tenet;
Animoque mœsto demit angores graueis:
Membris vigorem reddit, & visum capit;
Refert labori pleniorem gratiam:
Tribuit colenti multiformæ gaudium.

ASCEN. ADESTE Musæ, maximi proles, &c.] *Opusculum hoc, de laude Hortuli, quamuis epigramma sit, & congruenter sequentia epigrammata collocari possit: tamen quia in Moreto multa de herbis & feracitate horti dicta sunt, ad hæc conformiter non inepte illi cohæreat. Est autem qualitas carminis, Iambica trimetra senaria. Iambica, ab iambico prædominante: trimetra, quia ternas mensuras continet: mensura autem binos pedes. quia enim iambus (vt Flaccus dicit in arte) pes citus est: ideò bini pedes pro vno metro, id est, vnâ mensurâ, computantur. Est tamen senaria, id est, senis pedibus constans. Recipere autem potest iambum locis omnibus: sicut in primo carmine iambum habet in primo, secundo, quarto, & sexto, locis? Recipit & dactylum ac tribrachũ locis omnibus, præterquàm nouissimo: spondæum verò, & anapæstum, locis præcipuè imparibus: sed & sexto loco spondæum, & eius loco trocheum, admittit. Inuentio est, describere laudes hortuli. Ordo est*: O Musæ, *appositoriè*, proles maximi Iouis, *& Mnemosynæ, videlicet, (vt dicturus sum in Epigrammate de Musarum inuentis*) adeste, *id est, auxilio sitis: vt, supple*, prædicemus laudem hortuli feracis. Hortus præbet corpori cibos salubres; & refert sæpe cultori varios cultus: *& refert* olus suaue, *scilicet ad vescendum, &* multiplex genus herbæ: *&* vuas nitenteis, atque fœtus, *fructus*, arborum, *vt poma & nuces*: &, *id est, etiam*, voluptas maxima non desit, *non deest*, (*sic in Bucolic.* Lac mihi non æstate nouum, non frigore desit.) Et iucunditas commixta multis modis *non desit hortis.* Liquor vitreus, *id est, vitrei coloris & transparentiæ*, aquæ strepentis, *id est, cum murmure decurrentis*, ambit, *scilicet hortulum*: & riuus ductus sulco, irrigat sata: flores nitescunt in gramine, discolore, *id est, diuersorum colorum*: & pingunt terras gemmeis honoribus, *scilicet herbarum & florum; honores autem, pro venustatibus accipi solent.* apes gratæ, *id est, vtiles*, murmurant leui susurro: cum, *quando*, legunt, *colligunt*, summa, *id est, summitates*, florum, vel nouos, *id est, recentes*, rores. Vitis fœcunda grauat vlmos coniuges: *quia illis in Italiâ*

Digitized by Google

A *Italiâ maritantur. est autem deliciosè dictum.* Vel pampinus, *id est, frons vitium*, inumbrat arundines textas, *scilicet circumquaq;* : arbores præbent vmbracula vmbrosa, & prohibet solem feruidum comis, *id est, frondibus densis.* Aues garrulæ fundunt sonos canoros, & mulcent semper aures suis cantibus, Hortus *itaq;* oblectat: auocat *à curis & vitijs*: pascit, *scil. oleribus*: tenet, *scilicet oblectamento*: & demit animo mœsto languores graues: *&* reddit membris vigorem. & capit visus *&* refert labori pleniorem gratiam, *quàm fecit, et accepit, vt Cic. in Offic. dicit*: *&* tribuit colenti gaudium multiforme.

IN MÆCENATIS OBITVM INCERTI AVTORIS.

DEFLERAM iuuenis tristi modò carmine fata:
Sunt etiam meritò carmina danda seni.
Vt iuuenis deflēdus erat tam candidus & tam
Longius annoso viuere dignus auo.
Irreligata ratis nunquam defessa carina
It, redit in vastos semper onusta lacus.
Illa rapit iuuenes primâ florente iuuentâ:
Non oblita rapit sed tamen illa senes.
Nec mihi, Mæcenas, tecum fuit vsus amici:
Lollius hoc ergo conciliauit opus.
Fidus erat nobis nam propter Cæsaris arma,
Cæsaris & similem propter in arma fidem.
Regis erat genus Hetrusci: tu Cæsaris almi
Dextera; Romanæ tu vigil vrbis eras.
Omnia cùm posses, tanto tam charus amico:
Te sensit nemo posse nocere tamen.
Pallade cùm doctâ Phœbus donauerat artes:
Tu decus & laudes huius & huius eras.
Vincit vulgares, vincit Beryllus arenas,
Littore in extremo quas simul vnda mouet.
Quòd discinctus erat, animo quoq; carpitur vnũ:
Diluitur nimiâ simplicitate tuâ.
Sic illi vixêre, quibus fuit aurea virgo:
Quæ bene præcinctos postmodò pulsa fugit.
Inuide, quid tandem tunicæ nocuêre solutæ?
Aut tibi ventosi quid nocuêre sinus?
Num minùs vrbis erat custos, & Cæsaris obses?
Num tibi non tutas fecit in vrbe vias?
Nocte sub obscurâ, quis te spoliauit amantem?
Quis tetigit ferro durior ipse latus?
Maius erat potuisse tamen, nec velle triumphos:
Maior res, magnis abstinuisse, fuit.
Maluit vmbrosam quercum, nymphasq; canentes,
Paucaque pomposi iugera serta soli.
Pieridas Phœbumque colens in mollibus hortis,
Sederat argutas garrulus inter aues.
Marmora Mœonij vincunt monimenta libelli.
Viuitur ingenio, cætera mortis erunt.
Quid faceret? defunctus erat, comes impiger idē,
Miles & Augusti fortis, & vsque pius.
1. Illum piscosi viderunt saxa Pelori
Ignibus hostiles reddere ligna rates.
Puluere in Æmathio fortem vidêre Philippi:
Quàm tener ille fuit, tam grauis hostis erat.
Cùm freta Niliacæ texerunt lata carinæ,
Fortis erat circùm, fortis & ante ducem.
Militis eoi fugientis terga secutus,
Tertius ad Nili dum fugit ille caput.
Pax erat: hæc illos laxarunt otia cultus.
Omnia victores, Marte sedente, decent.
Actius ipse lyram plectro percussit eburno,
Postquam victrices conticuêre tubæ.
Hic modò miles erat: ne posset fœmina Romam
Dotalem stupri turpis habere sui.

IN MÆCENATIS OBITVM.

POM. Sabi. DEFLERAM iuuenis tristi, &c.] *Elegiaco. Hæc sunt Mæcenatis carmina*: Debilē facito manu, debilem pede, coxâ, Tuber astrue gilbum, Lubricos quate dentes: Vita dum sis carminibus. *Mæcenas, qui debilis & delicatæ naturæ fuit, supplicij morâ vitā cupit. sed* B *ego puto illū cupijsse viuere, spe cōualescentiæ: nam ab ineunte ætate continuâ laborauit febre, & nihil aliud optabat, quàm posse testari, vixisse horam sine languore. Plin. in hæc verba, lib. 7 de Mæcenate sic ait*: Quibusdā perpetua febris est, vt C. Mæcenati. eidem triennio supremo, nullo horæ momento contigit somnus. *Corn. Tacit. appellat scripta Mæcenatis* calamistros. *Est autē calamistrus, acus ad concinnandos crines. Mæcenas, magnus vates, scribebat ferè semper iambico versu. Vergilius, quātum coniectare possumus, de morte filij Mæcenatis scri-* C *psit: nūc de morte ipsius Mæcenatis.* CÆSARIS almi.] *per Mæcenatem & Agrippam omnia Augusti negotia expediebantur. Mæcenas originem habuit à regibus Hetruscorū.* DISCINCTVS.] *Seneca dicit, Mæcenatem fuisse hominem mollē in vultu & habitu.* QVIBVS fuit aurea virgo.] *Sæculo aureo, quod sub Saturno fuit, Iustitia viuebat inter mortales, consorte Fide. vbi genus hominum in vitia & fraudes prolapsum est, relictis terris petiêre ambæ cœlum: & sunt locatæ in remotâ cœli parte, quæ est sub septentrione. Sinè parētibus sunt, & genitæ ante elementa. Licèt fingant, Iustitiam Ascrei & Auroræ, & Fidem Iouis & Auroræ filiam. In Silio*: Fides quantum, terrent metuētia regna. *quæ est sententia Ciceronis. ait enim*: Qui tantum timent, quantum terret, hi sunt pusillanimi. *Tunc præcipuè de pœnis loquebatur.* ERAT custos vrbis.] *Octauius Cæsar, quando petijt Orientem, reliquit Mæcenatem vrbis gubernatorē.* IN mollibus hortis.] *Horti Mæcenatis erant in Esquilijs.* MÆONII.] *Homerus, Mæonis filius.* SAXA Pelori.] *Pelorus, est vnum è promontorijs Siciliæ, versùs Italiam.* RATES.] *de bello Octauij Cæsaris, contra Sextum Pompeium. Octauius vicit Sextum Pompeiū bello nauali, in mari Siculo, 300. ferè nauibus. Sextus Pompeius Marium infestabat. In hoc bello tres præfecti erant; Antonius, Agrippa, Mæcenas. Pugna fuit prope Scyllam & Charybdim.* PHILIPPI.] *C. Octauius in Philippis Brutum & Cassium superauit.* IN Emathio puluere.] *Emathia appellatur Thessalia, ab Emathione, filio Deucalionis.* Philippi, *campi sunt in Thessaliâ, aut in Macedoniâ. Macedonia à mari Illyrico vsque ad Athon ostenditur: à plerisque Græcis Thessalia ponitur in Macedoniâ.* HIC modò miles erat.] *M. Antonius inter crapulas promiserat Cleopatræ Imperiū Vrbis, in mercedē stupri. Sex reges erant cum Antonio auxiliares: Bocchus Mauritaniæ rex, Tarcodemus superioris Ciliciæ, Archelaus Cappadociæ, Philadelphus Paphlagoniæ, Mithridates Comagenæ, Adollas Bessorum in Thraciâ. missa fuêre & alia auxilia; à Polemone rege Ponti, ab Amantho rege Arabiæ, ab Herode rege Iudæorum, ab Amyntâ rege Lycaoniæ.* MISIT ad extremos.] *multi, vt fugerent iram Augusti, in Indiam aufugerunt.* BACCHE, coloratos.] *Bacchus, filius Hammonis: secundus Iouis & Ius; tertius Iouis & Semeles; quartus Iouis & Nisæ. Is primus de Indis triumphauit. currum ducebant tigrides: id est, quia sæuissimos populos domuit.*

inde

Hic tela in profugos (tantùm curuauerat arcum)
Miſit ad extremos exorientis equos.
Bacche, coloratos poſtquam deuicimus Indos,
Potaſti galeâ dulce iuuante merum:
Et tibi ſecuro tunicæ fluxêre ſolutæ.
Te puto purpureas tunc habuiſſe duas.
Sum memor:& certè memini ſic ducere thyrſos
Brachia purpureâ candidiora niue.
Et tibi thyrſus erat gemmis ornatus,& auro:
Serpentes hederæ vix habuêre locum.
Argentata tuos etiam ſandalia talos
Vinxerunt certè: nec,puto,Bacche,negas.
Molliùs es ſolito mecum tùm multa locutus;
Et tibi conſulto, verba fuêre noua.
Impiger Alcide,multo defuncte labore,
Sic memorant curas te poſuiſſe tuas.
Sic te cum tenerâ lætum luſiſſe puellâ,
Oblitum Nemeæ,iamque,Erimanthe,tui,
Vltrà numquid erat? torſiſti pollice fuſos:
Leniſti morſu læuia fila parùm.
Percuſſit crebros te propter Lydia nodos;
Te propter durâ ſtamina rupta manu.
Lydia te tunicas iuſſit laſciua fluentes,
Inter lanificas ducere ſæpè ſuas.
Claua toroſa tibi pariter cum pelle iacebat;
Quam pede ſuſpenſo percutiebat amor.
Quis fore credebat, premeret cùm iá impiger infans
Hydros ingenteis,vix capiente manu?
Cùmue renaſcentem tereret velociter hydram;
Frangeret immanes vel Diomedis equos?
Vel tribus aduerſis communem fratribus aluum,
Et ſex aduerſas ſolus in arma manus?
Fudit & Aloidas, poſtquam dominator olympi
Dicitur in nitidum procubuiſſe diem:
Atq; aquilam miſiſſe ſuam,quæ quæreret; ecquis
Poſſet amaturo ſigna referre Ioui.
Valle ſub Idæâ dum te, formoſe ſacerdos,
Inuenit,& preſſo molliter vngue rapit.
Sic eſt: victor amet; victor potiatur in vmbrâ;
Victor odoratâ dormiat inque roſâ.
Victus aret,victusque metat: metus imperet illi;
Membra nec in ſtratâ ſternere diſcat humo.
Tempora diſpenſant vſus, & tempora cultus:
Hęc homines; pecudes; hęc moderantur aues.
Lux eſt,taurus arat: nox eſt; requieſcit: arator
Liberat emerito feruida colla boui.
Conglaciantur aquæ;ſcopulis ſe condit hirundo:
Verberat egelido garrula vere latus.
Cęſar amicus erat; poterat vixiſſe ſolutè:
Cùm iam Cæſar idem,quod cupiebat,erat.
Indulſit meritò: non eſt temerarius ille.
Vicimus: Auguſto iudice dignus erat.
2 Ergo ſaxa pauens poſtquam Scylleia legit,
Cyaneosque metus iam religanda ratis:
Viſcera diſſecti mutauit in arietis agnum
3. Ætias,& ſuccis omne perita ſuis.
His te Mæcenas iuueneſcere poſſe decebat:
4. Hæc vtinam nobis Colchidos herba foret!
Redditur arboribus florens reuirentibus ætas:
Ergo non homini,quod fuit antè,redit?
Viuacesque magis ceruos decet eſſe pauenteis;
Si quorum in toruâ cornua fronte rigent?
Viuere cornices multos dicuntur in annos:
Cur nos anguſtâ conditione ſumus?
Paſcitur Auroræ Tithonus nectare coniux:
Atque ita iam tremulo nulla ſenecta nocet.
Vt tibi vita foret ſemper medicamine ſacro:
Te vellem auroræ complacuiſſe virum.

indè Bacchus galeâ potauit: ſicut Marius cantharo, ad imitationem illius. Poſt bellum Iugurthinum, & M. Antonius voluit appellari Bacchus. TYRSOS.] *Tyrſus, ſceptrum Bacchi, pampinis circumdatus & hederâ. ante quàm Indos vinceret, ſandalia habuit vilia: poſtea verò, precioſiſſima. Sandalium, genus calceamenti quo reges tantùm vtebantur, nunc epiſcopi.* IMPIGER Alcidæ.] *Hercules donatus diuinitate: quia populis reddebat libertatem, cæſis tyrannis.* LVSISSE puella.] *Omphale, filiâ Iardanæ, reginæ Lydorum.* VEL tribus aduerſis.] *Geryon fuit in inſula Oceani Hiſpanici; quæ dicitur Erythria: qui erat tricorpor. Apellata fuit Erythra à Phœnicibus; qui ſunt accolæ maris rubri. Prius Phœnices habitauerunt hanc inſulam.* FVDIT & Aloidas.] *Otum & Ephialtem, filios Aloi. Lege in Culice.* DICITVR in nitidum.] *quia antiqui in nitido lapillo numerabant dierum felicitatem. & hoc ſumptum eſt à Thracibus: ſic Plinius.* ATQVE aquilam.] *Ganymedes fuit filius Trois, & frater Laomedontis; raptus in valle Idæâ ab aquilâ, & perlatus ad Iouem.* VICTOR amet.] *hoc ſolebat vſurpare M. Antonius, cùm de crapulâ reprehenderetur.* ODORATA roſâ.] *Conſuetudo fuit apud antiquos, implere anacliteria folijs roſarum, dempto albo. Anacliterium hodie mataratium dicitur. Leuconicum bambacem ſignificat. Bambacem non legi. Ex leuconico fiebant anacliteria: quod à quibuſdam Italiæ dicitur Mato.* SAXA Scylleia legit.] *vel quòd Scylla & Carybdis ponantur pro quolibet periculo, vt Cyaneæ vel quia Argonautæ in reditu timentes, per ſcrutatores, ferè per omnia maria dicuntur nauigâſſe. ſic forte Scyllam & Charybdim legerunt.* CYANEOSQ. metus.] *Sunt Cyaneæ duo ſcopuli, qui alio nomine appelãtur Symplegades: hi ſcopuli ſpeciem habent inter ſeſe concurſitantium.* RELIGANDA ratis.] *Argonautæ poſt reditum, dedicauerunt Argo nauem Neptuno Iſthmiaco: nec ampliùs nauigauerunt.* A COLCHIDOS.] *Medea in formam vetulæ mutata, intrauit Iolchon, vrbem regiam Peliæ, regis Theſſaliæ, teſtans ſe miſſam ab Hyperboreis, cum quibuſdam medicaminibus, vt faceret iuuenē Peliam: & vt fidem daret verbis ſuis, experimento probauit: mactauit arietem, & in aheno coxit; & indè reſtituit in vitã. Pelias, ſenex fanaticus, cupiens iuueneſcere, properauit vt id fieret: & ſic à Medeâ cæſus fuit. Theophraſtus ponit herbam in Aegypto, quâ homines reuiuiſcunt. Iuba hiſtoricus tradit, ſuccis herbarum homines ad vitam reuocari. Xanthus in 1. li. hiſtoriarũ ait,* B *Draconis catulum reuocatum ad vitã herbâ quadam, quam appellant balin.* VIVACES ceruos.] *Plin.* Ceruus in confeſſo l...gam habet ætatem. nam poſt 100. annos fuerunt capti cerui cũ torquibus, pelle, id eſt, cute obductis: quos torques addiderat rex Alexander. TITHONVS nectare.] *qui à nectare paſcitur, iuueneſcit. Tithonus, filius Laomedontis, Priami frater, relicto fratre in Phrygiâ, in Aſſyriam ſe contulit, breui in re militari præſtantiſſimus, regi gratus. duxit vxorem filiam regis Aethiopum, ex quâ genuit Memnonem. Eâ tempeſtate Priamus vexabatur bello* C *Teutani, regis Cappadociæ. regnum Phrygiæ tunc ſubditum erat regibus Aſſyriorum. Tithonus, qui præfectus erat Aſſyriorũ, miſit hunc Memnonem filium, cum 10. millibus Aethiopũ, totidemq; Suſianis, & cum 200. curribus, vt Priamo auxiliũ ferret. Alij volunt, Tithonos fuiſſe duos, & Phrygem, & Aſſyriũ: & ſcribunt, non Memnonem Tithoni, ſed alterum Memnonem, imperâſſe Phrygiæ & Lydiæ.* SIC Heſperõ illum.] *Heſperus, fuit filius Atlantis. cùm aſſcendiſſet montem Atlantem, nuſquam ampliùs viſus fuit. crediderunt incolæ imperiti, conſcendiſſe cœlũ; & eſſe ſtellã, quã dicunt Heſperon: quæ eadẽ mane dicitur Lucifer. Alij volũt, Venerẽ adeò pditã fuiſſe amore Heſperi, formoſiſſimi*

A ſmi iuuenis, vt eius nomen ſumpſerit. & Venus eſt, quæ dicitur Heſperus, & Lucifer. Hic verò Heſperus, fuit filius Auroræ & Cephali. HIC tibi corytium.] Corytos eſt nemus & antrum Ciliciæ, vnde aduehitur crocum odoratiſſimum, quod corytium dicitur. CASIAS olentes.] herbas pro cinnamo vendunt: nam cinnamum album eſt, & tenerrimum. BALSAMA miſſa.] Balſamum eſt modica arbor, vt inquit Cornelius cui tumenti ramulo ſi adhibetur ferrum ad reſcindendum, mirum in modum læditur, & venæ ſtatim palleſcunt. ſcinditur autem arbor, ſiue fragmine alicuius ſaxi, B ſiue teſtâ. ſuccus, qui manat, dicitur balſamum. Balſamum naſcitur in Hiericunte. eſt autem Hiericus, amœniſſima vallis in Iudeâ: in quâ & palmæ ſunt; quarum fructus dactyli. TE Neſtora canũ.] Neſtor fuit filius Nelei. Neleus in Meſſeniâ regione condidit oppidum Pylon: vnde Neſtor Pylius. Pyli tres ſunt: in Peloponneſo; in Piſeâ regione; (& hæc Pylos condita ab Ematunte) tertia eſt in Meſſeniâ, patria Neſtoris. Neſtor vixit tres ætates: alij volunt 350. annos vixiſſe. LIVIA coniux.] Auguſtus ex Scriboniâ, cum quâ diuortium fecit, Iuliam ſuſ- C cepit. ex Liuiâ Druſillâ, quæ fuerat vxor Claudij Neronis, liberos habuit: nam conceptus infans, immaturus eſt editus. Iuliam ſuam Marcello Octaniâ ſorore genito, deſponſauit: quo mortuo, puella M. Agrippæ nupſit. hoc quoque defuncto, Tiberio priuigno locauit. Ex Agrippâ & Iuliâ treis habuit nepotes; Caium, Titum, & Lucium: neptes duas; Agrippinam & Iuliam. ex quibus duos heredes conſtituerat;

Illius aptus eras croceo recubare cubili,
Et modò punico rore leuante torum.
Illius aptus eras roſeas adiungere bigas;
Tùm dare purpureâ lora regenda manu:
Tùm mulcere iubam, cùm iam torſiſſet habenas,
Procedente die, reſpicientis equi.
Quæſiuêre tori iuuenem ſic Heſperon illum,
Quem nexum medio ſoluit in igne Venus.
Quem nunc in fuſcis placidâ ſub nocte nitentem
Luciferum contrà currere cernis equis.
Hic tibi corytium, caſias hic donat olenteis;
Hic è palmiferis balſama miſſa iugis.
Nunc precium candoris habes nunc redditus vm-
Te ſumus obliti decubuiſſe ſenem. (bris:
Ter Pylium fleuêre ſui, ter Neſtora canum:
Dicebant tamen hunc non ſatis eſſe ſenem.
Neſtoris annoſi vixiſſes ſecula: ſi me
Diſpenſata tibi ſtamina nente forent.
Nunc ego quid poſſum? tellus leuis oſſa teneto,
Pendula librato pondus & ipſa tuum.
Semper ſerta tibi dabimus; tibi ſemper odores:
Non vnquam ſitiens; florida ſemper eris.
Sic eſt Mæcenas fato veniente locutus,
Frigidus, & iamiam cùm moriturus erat.
Méne, inquit, iuuenis primæui, Iuppiter, ante
Auguſtam Bruti non cecidiſſe fidem?
Pectore maturo fuerat puer, integer æuó,
Et magnum magni Cæſaris illud opus.
Diſcedo, vellemque priús. non omnia dixit:
Incîditque pudor, quæ propè dixit amor.
Sed manifeſtus erat moriens: quærebat amatæ
Coniugis amplexus, oſcula, verba, manus.
Si tamen hoc ſatis eſt, vixi te Cæſare amico:
Et morior, dixit; dum moriorque, ſatis.
Mollibus ex oculis aliquis tibi procidet humor
Cùm dicar ſubitâ voce fuiſſe tibi.
Hoc mihi contingat! iaceám tellure ſub æquâ!
Nec tamen hoc vltrà me potuiſſe velim.
Sed meminiſſe velim. viuam ſermonibus: illîc
Semper ero; ſemper ſi meminiſſe voles.
Et decet: & certè viuam tibi ſemper amicus:
Nec, tibi, qui moritur, deſinit eſſe tuus.
Ipſe ego, quidquid ero, cineres interque fauillas,
Tunc quoque non potero non memor eſſe tui.
Exemplum vixi te propter molle, beate:
Vnus Mæcenas teque ego propter eram.
Arbiter ipſe fui: volui, quod contigit eſſe:
Pectus eram verè pectoris ipſe tui.
Viue diu, mi chare ſenex: pete ſidera ſerò.
Eſt opus hoc terris: te quoque velle decet.
Et tibi ſuccreſcant iuuenes bis Cæſare digni:
Et tradant porrò Cæſaris vſque genus.
Sic ſecura tibi cùm primùm Liuia coniux,
Expleat amiſſi munera rupta gener.
Cùm deus in terris, diuis inſignis auitis,
Te Venus in patrio collocet alma ſinu.

Caium & Lælium: & vocauerat Cæſares. CVM Deus in terris.] Optat Mæcenas, Auguſtum tunc petere cœleſtia regna; cùm nepotes ab eo inſignes auorum ſint ſtellificati.

1. ILLVM.] Octauius vicit Sextum Pompeium, bello nauali, in mari Siculo. ASCEN. PISCOSI.] aſperi. PELORI.] Pelorus, vnum eſt ex promontorijs Siciliæ, aduerſùs Italiam. RATES.] ſcilicet Sexti Pompeij. PVLVERE in Æmathio.] Aemathia appellatur Theſſalia, ab Aemathcone filio Deucalionis. 2. SAXA.] Notat, Mæcenatem fuiſſe ſecutum Auguſtum in bello contra Sextum Pompeium, per Agrippam & fratrẽ: & commiſſa pugna non longè à Charybdi & Scylla, eá parte, quâ Pelorus Italiam reſpicit. ARGO ſaxa pauens.] Iaſon. LEGIT.] Id eſt, nauigat. de Iaſone loquor. 3. OETIAS.] Oetas rex Colchorũ, filiam habuit Medeam. Oetas dicitur ab Oetâ. Theophraſtus ponit herbam in Aegypto, quâ reuiuiſcunt homines. Iuba hiſtoricus tradit, ſuccis herbarum reuocari homines ad vitam. Xanthus I. hiſtoriarum ait: Draconis catulum reuocatum ad vitam herbâ quãdam, quam balim appellant. 4. COLCHIDOS.] Medea, in formam vetulæ mutata, intrauit Iolchon, regiam Peliæ regis Theſſaliæ: teſtans ſe miſſam ab Hyperboreis. cum quibuſdam medicaminibus, vt faceret iuuenem Peliam. & vt fidem daret verbis ſuis, experimento probauit. mactauit enim arietem, & in aheno coxit, & indè reſtituit in vitam. Pelias ſenex fanaticus, cupiens iuueneſcere, properauit vt id fieret: & ſic à Medeâ cæſus fuit.

POM. Sabi. DE viro bono & ſapiente hoc epigrammate tractat: qualis habitus eſt Socrates. Rogatus enim Apollo, quis eſſet ſapiẽs, oraculo reſpondit, Socratem eſſe. Catus Aelius, Corculum eſt appellatus: quòd in corde eſt ſapientia: & Scipio Naſica, optimus à Senatu iudicatus fuit. QVID proceres.]

P. VERG. MARON. EPIGRAMMA DE VIRO BONO.

VIR bonus & prudens, qualem vix repperit vnum,
Millibus è multis hominum, conſultus Apollo;
Iudex ipſe ſui, totum ſe explorat ad vnguem;
Quid proceres, quid leno procax, quid opinio vulgi:

nõ curans, vulgus quid faciat. AMVSSIS.] regula eſt geometrarum. MENTE dolorem.] Sententia ſapienti eſt, vt dolore non commoueatur.

VIR bonus & ſapiẽs.] ASCEN. Quiſquis, inquit, vir bonus eſt & ſapiens, Iudex ipſe ſui, hoc eſt, ſeipſum iudicat. Quiſquis autem iuſtè rem quamuis iudicet, ipſam iuſtâ lance penſitet.

Digitized by Google

Securus, mundi inſtar habens, teres atq; rotũdus;
Externæ ne quid labis per læuia ſidat.
Ille, dies quàm longus erit ſub ſidere Cancri,
Quantaque nox tropico ſe porrigit in Capricorno,
Cogitat; & iuſto trutinæ ſe examine penſat:
Ne quid hiet; ne quid protuberet: angulus æquis
Partibus vt coëat; nil vt deliret amuſſis:
Sit ſolidum, quodcunque ſubeſt; nec inania ſubtus
Indicet admotus digitis pellentibus ictus.
Non priùs in dulcem declinat lumina ſomnum;
Omnia quàm longi reputauerit acta diei.
Quæ prætergreſſus: quid geſtum in tempore; quid non:
Cur iſti facto decus abfuit, aut ratio illi?
Quid mihi præteritum? cur hæc ſententia ſedit;
Quam melius mutare fuit? miſeratus egentem,
Cur aliquem fractâ perſenſi mente dolorem?
Quid volui, quod nolle bonũ foret? vtile honeſto
Cur malus anteтuli? num dicto, aut deniq; vultu
Perſtrictus quiſquam? cur me natura magis quàm
Diſciplina trahit? Sic dicta & facta per omnia
Ingrediens, ortoque à veſpere cuncta reuoluens;
Offenſus prauis, dat palmam & præmia rectis.

ſitet atq; diſquirat, ſanoq; iudicio ſit oportet. Sed quis mortalium, miſeriarum ſuarũ pôdus rectè examinabit; nec animos ſummittens, ſeſe humilem profitebitur? Vt verò fragilitatem noſtram conſpiciamus, Plinij in 2. libro cap. 7. naturalis hiſtoriæ, verba repetere lubet, quæ huiuſmodi ſunt: Cùm omnia exſequi humanus nequeat animus; principium iure tribuetur homini: cuius causâ videtur cũcta alia genuiſſe natura; magnâ & ſæuâ mercede, cõtra tanta ſua munera: vt non ſit ſatis æſtimare, parénsne melior homini, an triſtior nouerca fuerit. Ante omnia, vnum animantium cunctorum alienis velat opibus: cæteris varia tegumenta tribuit; teſtas, coria, ſpinas, villos, ſetas, pilos, plumam, pennas, ſquamas, vellera: truncos etiam, arboresque, cortice interdum gemino, à frigoribus & caloribus tutata eſt. Hominem tantùm nudum, & in nudâ homo, natali die abijcit; ad vagitus ſtatim & ploratum, ſolumque tot animalium ad lalachrymas: & has protinùs à vitæ principio. At hercule, riſus præcox illi & celerrimus, ante quadrageſimam diem, nulli datur. Ab hoc lucis rudimento, quod ne feras quidem inter nos genitas, vincula excipiunt, & omnium membrorum nexus. Atque infeliciter natum, iacet manibus pedibusque deuinctis, flens animal, cæteris imperaturum: & à ſupplicijs vitam auſpicatur; vnam tantùm ob culpam, quia natum eſt. Heu dementia, ab his initijs exiſtimantium ad ſuperbiam ſe genitos! Prima roboris ſpes, primumque temporis munus, quadrupedi ſimilem facit. Quando homini inceſſus? quando vox? quando firmum cibis os? quamdiu palpitans vertex? ſummæ inter cuncta animalia imbecillitatis indicium. Iam morbi tot; atque medicinæ tot contra mala excogitatæ, & quoq; ſubindè nouitatibus victæ. Cætera ſentire naturam ſuam; alia pernicitatem vſurpare, alia præpetes volatus, alia vires, alia nare. hominem ſcire nihil permiſit ſinè doctrina: non fari, non ingredi, non veſci; breuiterque, non aliud naturæ ſponte, quàm flere. Itaque multi exſtitêre, qui non naſci optimum cenſerent, aut quàm ocyſſimè aboleri. Vni animantium luxus eſt datus, vni luxuria; & quidẽ innumerabilibus modis, ac per ſingula membra: vni ambitio, vni auaritia, vni immenſa viuendi cupido, vni ſuperſtitio, vni ſepulturæ cura, atque etiam poſt ſe defutura. Nulli vita fragilior: nulli rerum omnium libido maior: nulli pauor confuſior: nulli rabies acrior. Denique, cætera animantia in ſuo genere probè degunt: congregari videmus, & ſtare contra diſſimilia. Leonum feritas inter ſe non dimicat: ſerpentum morſus non petit, ſerpentes: ne maris quidem belluæ ac piſces, niſi in diuerſa genera, ſæuiunt. At hercule non homine ex homini plurima ſunt mala? *Hæc ibi. Idem eiuſdem libri, 7. cap.* Miſeret; atque etiam pudet æſtimantem, quàm ſit friuola animalium ſuperbiſſimi origo: cùm plerunque abortus causâ fiat odor, lucernarum exſtinctu. his principijs naſcuntur tyranni? carnifex his animus. Tu, qui corporis viribus fidis: tu, qui fortunæ munera amplexaris; & te ne alumnum quidẽ eius exiſtimas, ſed partẽ: tu, cuius ſemper in victoria mens: tu, qui te deum credis: aliquo ſucceſſu tumens, tanti tamen perire potuiſti? atqui etiam hodie minoris potes, quãtulo ſerpentis ictus dẽte? aut etiam, vt Anacreon poeta, acino vuæ paſſæ: vt Fabius ſenator prętor, in lactis hauſtu vno pilo ſtrãgulatus? Is demum profectò vitam æquâ lance pẽſitabit; qui ſemper fragilitatis humanæ memor fuerit. *Hæc Plin. Ex quibus* B *ſi quis humanam conditionem penitioribus oculis intueri volet: modeſtior nimirum euadet; quando nihil homine fragilius reſpexerit. Liquet itaque, quomodo hoc vno verbo, ſi animum aduertimus, facilè ſuperbiam exegerit. Nam & Eccleſia ſancta, quo die nos ſummiſsiori animo facere vult, repetit illud:* Memento homo, quòd cinis es, & in cinerem reuertêris. *Neque tamen fœcundiſſimus Poëta, ſolam ſuperbiam in hoc opuſculo perſequitur: verùm etiam modeſtiam, (quam nunc humilitatem vocant) atque omnem bene viuendi rationem, præſcribit. Nam veluti imbecillitatis ſuæ memor, inferiorem ſeſe, quàm qui faſtu turgeat, æſtimabit: ita dignitatis ſuæ rationem habens, (etiam miſerrimus quiſque) multò ſuperiorem, quàm qui peccati ſordibus ſeruiant, ſeſe iudicabit. Sis igitur iudex ipſe tui: & haud dubiè, inter ſuperbam mẽtis elationem, & abiectam humilitatem, medium (quæ modeſtia eſt) ſeruaueris: teq; non ad inertiam, non ad ignauiam, non ad ſocordiam, non demq; ad reliquas animorum peſtes; verùm ad optimas quaſque operationes genitum, naturæ ſedulitate cenſueris. Sed quia (vt inquit Salluſt.)* Omnis vis noſtra in animo & corpore ſita eſt: ani- C mi imperio, corporis ſeruitio magis vtimur: alterum cũ dijs alterũ cũ beluis cõmune eſt: quò mihi, *inquit,* rectiꝰ eſſe videtur, ingenij, quàm viriũ opibꝰ, gloriã quærere, *&c. Idcirco conſultiſſimus Poëta noſter, nos ad animi ſtudia adhortatur; admonetq; vt patriam noſtram illam cœleſtem ſcrutemur atque admiremur aſtrorumq; curſus & potentias obſeruemus. quæ res à primo illo præcepto,* Iudex ipſe ſui, *non abhorret. Nam ſi (vt phyſici dicunt) ſuperioribus lationibus ferimur; & ad bene ſecúsue agendum, tametſi non ſubigimur, inducimur tamen: operæ preciũ eſt, illas nôſſe: vt, ſi ad bonum duxerint, faciles ſequamur; ſin ad malum, fortes reluctemur. Sanctum eſt igitur, & notatu dignum verbum,* Iudex ipſe ſui: *quod nimirum olim Apollinis oraculo æquale habitum eſt. Vnde Plinius, 32. cap. 7. Naturalis hiſt.* Rurſus mortales oculorum ſocietatem dedêre Chiloni, tria eius præcepta Delphis conſecrando aureis literis, quæ ſunt hæc: Nôſſe ſe quenquam; & Nihil nimium cupere: Comitemque æris alieni atque litis eſſe miſeriam. *Hæc Plinius. Primum præceptum à Iuuenali ſumitur, vbi inquit:* E cœlo deſcendit *γνῶθι σεαυτόν, hoc eſt, Noſce teipſum. Sed Maro noſter vberiùs inquit,* Iudex ipſe ſui. *Plus enim eſt, ſe ipſum iudicare; quàm nôſſe duntaxat: oportet enim, quem iudicemus, noſcamus, & in iudicio ab omni mentis morbo ſimus incorrupti. vnde illud in Sermon. Horatij:*

—malè verum examinat omnis Corruptus iudex.

Alterum

A *Alterum Terentius in Andriâ sic vsurpat:* Nam id arbi-
tror apprimè in vitâ esse vtile, vt ne quid nimis. *Teren-
tium verò, experientia nos docet. Sed Laërtius, in vitâ Chilo-
nis, aliter refert, dicens:* Sponsioni comes est iactura,
*&c. quæ res nunc quoque multo vsu venit. Verùm ne nimiùm
philosopher, redeo ad Poëtam: cuius singulas fermè voculas
elucidare conabor.* VIR bonus.] *vt Grammaticuli dicunt,*
Vir *notat ætatem, sexum, vel proprietatem.* Ætatem; *vt in
Bucol.* Hinc vbi te firmata virum iam fecerit ætas.
Quinta siquidem ætas, in homine, virilis dicitur. Sexum; *vt
in secundo Aeneid.* Matresque, virosque. Proprietatem
multiplicem notat: nunc coniugalem; vt apud Comicos: Mi
vir, *id est, marite. nunc animi magni significationem habet: vt,*
Cùm locus affuerit, te precor esse virum. *Dicitur enim
Vir, cui & virtutes animo, & vires in corpore plurimæ sunt.*
BONVS.] *Bonum dicimus, nunc à bonitate formæ, vt bona
facies, id est, formosa: nunc ab vtilitate; vt,* Et bello bona
cornus, *id est, vtilis: nunc à bonitate ingenij & artis; vt,* Cur
non, Mopse, boni quoniam conuenimus ambo, *id
est, docti & diserti; vt bonus citharœdus, bonus physicus, id est,
peritus: nunc à bonitate voluntatis, quem beneuolum appella-*
B *mus; vt,* Adsit lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno: *a-
liquando à multitudine. vt,* At bona pars populi, *id est, ma-
gna pars. Denique, quidquid conueniens, aut vsui esse potest,
bonum nuncupamus. Videtur autem hîc accipi, vel pro docto
& studioso, à bonitate ingenij: vel veriùs pro bonæ vitæ viro,
à bona animi volûtate. Nam, vt generaliter accipias, non pro-
cedit. vt enim inquit Cicero;* Vitandum est, ne, cuius ge-
nus posueris, eius speciem, sicuti aliquam diuisam,
ad dissimilem partem ponas, in eadem partitione. *vt
hîc, si Bonus generaliter accipiatur, & pro studioso virtutis, &
pro docto; frustrà adderetur* sapiens. *Est ergo vir bonus, vir
iustus, honestæ vitæ: Nam (vt inquit Cic. in Offic.)* in iustitiâ
virtutis splendor est maximus; ex quâ viri boni no-
minâtur. *Sed quia rari admodũ sunt huiusmodi viri, (inquit
enim Iuuen.* Rari quippe boni, *&c.) quia etiam rari sunt
sapientes: (vnde idem:* Omnibus in terris, quæ sunt à
Gadibus vsque Auroram & Gangem, pauci digno-
scere possunt Vera bona, atque illis multùm diuer-
sa remotâ Erroris nebulâ, *&c. consequens est, vt rarissi-*
C *mus sit vir bonus & sapiens.* Sapiens *siquidem multò præstã-
tior est, quàm sciens. Nam qui sapit, eius, quod scit, experiẽtiam
habet.* Expertus autem *(inquit Philosophus)* certior est
sciente. *verbi gratiâ, (ne à propria significatione recedamus)
si ex physicâ demonstratione cognoueris, quemuis cibum esse
naturæ tuæ dulcem & salubrem: iam eius rei scientiam habes,
sapientiam verò non priùs, quàm gustaueris, atq; expertus fue-
ris. Sic & rei honestæ si certas causas certò nôris, sciens eris:
non priùs tamen sapiens, quàm ea res tibi sapiat, hoc est, cordi
atq; vsui sit. Hanc rem sic in Officijs suis tangit Cic. testimonio
Platonis: qui,* Nõ solùm, *inquit,* scientia, quæ est remota
à iustitiâ, calliditas potiùs, quàm sapientia est appel-
landa: verùm etiam animus paratus ad pericula, si
suâ cupiditate, nõ vtilitate communi impellitur; au-
daciæ potiùs nomen habet, quàm fortitudinis. *Ipse
quoque Cicero in Rhetoricis sic inquit:* Moderatrix om-
nium sapientia rerum. QVALEM, *&c.] Quia igitur,
inquam, tam rarissimi sunt boni, qui ijdem sapientes; intulit
Poëta per parenthesim:* —qualem vix repperit vllum,
Millibus è cunctis hominum, consultus Apollo. *Pa-
renthesis (ne quem lateat) est elegans interpositio sentẽtiæ: quâ
remotâ, sermo manet integer. vt hoc loco ordo est:* Vir bo-
nus & sapiens, iudex ipse sui, *&c. reliquum autem, quasi
per parenthesim interponitur. Huius autem interpositionis cau-
sam, plerumq; pathos aut affectio parit. fit enim, quoties animus,
quauis passione commotus, cogitur ab eo, quod dicere cœpe-
rat, digredi, donec, quo modo patiatur, indicârit. vt hoc loco
Poëta, incipiens dicere,* Vir bonus & sapiens, *non potuit
componere sermonem suum, donec quasi acclamans indicaret
eiusmodi viri penuriam & raritatem, dicendo,* Qualem vix,
*&c. Quibus verbis, nescio quo modo apertiùs difficultatẽ re-
periendi significat.* VIX.] Vix *enim summam difficultatem
præ se fert. Quod tamen vix factum dicis, factum sit oportet:
at, quod quasi factũ nuntias, cõtigisse negas.* REPPERIT.]
*Reperire, etiam diligentiam inquirendi demonstrat. Est enim
compositum à Re, & Pario. Parere autem, est cum difficultate
& molimine parare: vt mulier parit prolem, & vir fortis glo-
riam.* Reperire *ergo, est perditam aut destitutam reparare:
quod vt plurimum sanè difficile est. Quin tamẽ particula* Re,
*non semper importat iterationem, sed aliquãdo simplicis signi-
ficatum non immutat; vt Reuertor, vnde iam primùm vertor:
aliquando contrarium eius significat; vt quoties verbis addi-
tur, quæ clausuram connotant: vt Claudo & Recludo. Texo
& Retexo, Sero & Resero, Velo & Reuelo, contrâria sunt,
&c. possemus dicere,* Repperit *hîc non esse, secundò inuenit,
sed inuenit duntaxat, & id quidem cum difficultate. Gemina-
tur p litera in præterito huius verbi, vt syllaba producatur. sic
etiam in Reppuli P. & in Rettuli T, & in Reddidi D.* VL-
LVM.] *Hoc quoq; nomen summam raritatem ostendit. Est
enim per diminutionem deductum, à nomine Vnus, vna, vnum:
vt sit quasi quemuis vnum.* MILLIBVS è cunctis.] *Hoc
verò quammaximè pondus ac difficultatem auget. nam parum
esset, talem repertum non esse in paruo hominum consortio:
sed maximum est, vix vllum repertum, millibus è cunctis ho-
minum. quod additur videtur, ne raros eâ tempestate fuisse
mortales credas. Millia ergo, inquit, hominum multa erant. (a-
liter enim non diceret* Cunctis) *tamẽ vix vllum repperit. Est
autẽ* mille *interdum (vt hoc loco) nomen substantiuum, si-
gnificans quasi numerum millenarium. Estq; generis neutri, &
in singulari indeclinabile. quocirca Latinè dices: Mille homi-
num in prælio desideratum est; mille equitum occisum; mille
numûm vno conuiuio absumptum. In plurali autem idem no-
men declinatur; hæc Millia, horum millium, his millibus, &c.
Quia ergo substantiuum est; efflagitat adiectiuum eiusdem
generis, numeri & casus. Aut substantiuum genitiui casus; vt,
Mille virûm. vbi (si Gellio credis) nõ dicet virorum. genitiuus
enim secundæ declinationis, cum nominibus numeralibus, ferè
syncopatur: vt, Mille denariûm. Est etiam* mille *interdũ adie-
ctiuum generis omnis, pluralis duntaxat numeri, & indeclina-
bile: vt, Mille fœminæ, Mille capita.* HOMINVM.] *vt de sin-
gulis quid dicã: potest addi supperioribus; vt sit,* Millib. è cũ-
ctis hominũ: *& inferioribus; vt sit,* Hominũ cõsultus A-
pollo. *Habuit aũt olim Homonis in genitiuo: vt apud Ennũ;*
Vulturis in syluis miserum mandebat homonẽ.
CONSVLTVS Apollo.] *Expressa auxesis. quid enim
rarius, si hominum consultus Apollo, vix è cunctis millibus ho-
minũ reperit vllum, qui sit vir bonus & sapiens? Siquidẽ mor-
talium quisquam huius viri indaginem sumpsisset; posset aut
vecordiâ, aut imperitiâ, etiam nullum reperisse.* CONSVL-
TVS.] *Deflectitur à Consulor, hoc est, interrogor consilium.
Nam is Consultus, dicitur qui consulitur. Veruntamẽ quia, qui
cõsulitur, sæpe consulit. i. consilium dat: Valla docet, Consul-
tum in actiuâ significatione accipi. Nihilominùs tamen, sicut
Consultor est, qui consilium rogat: ita Consultus, qui consiliũ
rogatur rogatus aũt dare solet. Est aũt verbũ,* Cõsulo, *du-
plicis significationis. Cũ datiuo enim, est, Consilium do; aut, si ad
inanima (quod sæpe fit) referatur, Prouideo: vt, Cõsule honori
& reb. meis. Cũ accusatiuo aũt, est, Consiliũ rogo: vt, Consule
Medicũ probatũ. Certũ est aũt, Apollinẽ à multis olim consultũ
esse: vnde & eius oracula, sunt responsa orantibus data.* A-
POLLO.] *Est autem Apollo, sol ipse, de quo in Georgic.*
—Solem quis dicere falsum Audeat? *&c.*
*Plinius autẽ credit, non alium esse naturæ deum, ac ipsum solẽ.
Macrobius etiã in Saturnalibus docet, omnium numinũ pote-
states ac nomina, vni Apollini competere posse. Eius proprium
epitheton apud Græcos, est Phœbus. Habet multa adiectiua à*

Digitized by Google

locis, in quibus colitur: vt, Grynæus, Tymbræus, Delius, Delphicus, Clarius, Lycius, &c. Vt verò, quid Plinius de Deis ſenſit, referamus, eius verba ſunt eiuſmodi, in 6. & 7. capitibus ſecundi libri Naturalis hiſtoriæ. Inter terram, cœlumque, eodem ſpiritu pendent, certis diſcreta ſpatijs, ſeptẽ ſidera, quæ ab inceſſu vocamus Errantia; cùm errẽt nulla minùs illis. Quorum medius ſol fertur, ampliſſimâ magnitudine ac poteſtate: nec temporum modò, terrarumq́;, ſed ſiderum etiam ipſorũ, cœliq́; rector. Hunc mundi eſſe totius animũ, ac planiùs mẽtem; hunc principale naturæ regimen, ac numẽ, credere decet, opera eius æſtimantes. Hic lucem rebus miniſtrat, auferiq́; tenebras: hic reliqua ſidera occultat: hic vices temporũ, annumq́; ſemper renaſcẽtem, ex vſu naturæ temperat: hic cœli triſtitiã diſcutit, atq́; etiam nubila humani animi ſerenat: hic ſuũ lumen cæteris quoq́; ſideribus ſerenat: præclarus, eximius, omnia intuens, omnia etiam exaudiens: vt principi literarũ Homero placuiſſe in eo vno video. Quapropter effigiem dei formãq́; quærere, imbecillitatis humanę reor. Quiſquis eſt deus (ſi modò alius eſt) & quacunq́; in parte, totus eſt viſus, totus auditus, totus animæ, totus animi, totus ſui. Innumeros quidẽ credere, atq́; etiam ex virtutibus vitijsq́; hominum, vt pudicitiam, concordiam, mentem, ſpem, honorẽ, clementiam, fidem; aut (vt Democrito placuit) duos omnino, Pœnam & Beneficium; maiorẽ ad ſocordiam accedit. Fragilis & laborioſa mortalitas in partes iſta digeſsit, infirmitatis ſuæ memor: vt portionibus coleret quiſq́;, quo maximè indigeret. Itaq́; nomina alia, alijs gentibus, & numina in ijſdem innumerabilibus reperimus. *Hæc & plura alia Plin. Ex quibus (quod ad rem noſtram facit) palàm eſt, Apollinem (qui idẽ ſol eſt) omnia ſcrutari; ideóq; vera poſſe iudicare.* Quocirca *mirandũ eſt, quòd vix vllum reperit, &c. Tangit autẽ Socratẽ: qui cùm philoſophiam de cœlo in terras deuocaſſet, hoc eſt, ab aſtrorũ nimiâ indagatione, & à naturalium cauſarum moroſâ inquiſitione, nos ad noſtri cognitionẽ inuitâſſet; moraléq; philoſophiam, quã Ethicam vocant, docendo & faciendo, inſtituiſſet: Cerephonti, eius diſcipulo, Apollinẽ conſulenti, quem in terris ſapientẽ cenſeret, ſapientiſsimus omnium pronuntiatus eſt. quæ res illi ſummam inuidiam protulit: falſóq; criminatus, cicutâ in carcere Athenienſi diem clauſit. Mortuus verò, æneâ ſtatuâ donatus eſt.* IVDEX ipſe ſui.] *Iudex dicitur, qui ſecundùm leges & iura iudicat, de his, quæ per cauſidicos vltrò citróq; habita ſunt. Arbiter liberè iudicat, ex ſententiâ voluntatis et rationis ſuæ.* IPSE.] *Hic multis vacare videretur: quia ſatis eſſet, Vir bonus, & ſapiens, eſt iudex ſui. ſed ſi bene reſpexeris, miram emphaſin habet. Eſt enim ſenſus: Vir bonus & ſapiens, eſt iudex ſui; ipſe, inquam, ſui: quia non vult ab alijs iudicari. Vnde Horat. in Epiſt.*

Sed vereor, ne cui de te plus, quàm tibi, credas;
Neue putes alium à ſapiente bonoq́; beatum.

Et Perſius:

—examenq́; improbum in illâ.
Caſtiges trutinâ; nec te quæſiueris extrà.

Sic etiam diceres: Rex ipſe mihi literas ad te dedit. Ipſe, inquã; hoc eſt, non alius nomine regis. Quare autẽ à ſe iudicetur vir bonus, in promptu eſt: quia, qui ab alijs iudicantur, multi peccata deſerunt; quæ vir bonus, ſui iudex, ſponte ſuâ contemnit. vnde illud in Epiſtolis Horat.

Oderunt peccare boni, virtutis amore:
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Eſt autem pronomen Ipſe, *trium perſonarum: ſicut apud Græcos, quod idem ſignificat, αὐτός. Primæ: vt,* En ipſe capellas Protinùs æger ago: *ipſe, id eſt, ego. item:* Et ipſum Ludere, quæ vellem, calamo permiſit agreſti. *Ipſum, id eſt, me. Secundæ, vt in 6. Aeneid.* Ipſa canas, oro: *ipſa, id eſt, tu. Tertiæ: vt,* Pollio & ipſe facit noua carmina, &c. A
Declinabatur olim, Ipſus, ipſa, ipſum. Plautus etiam comparationem dedit, dicens in Trinummo, Ipſiſſimus: *vbi etiam* Ipſus *ponitur. Habent autem hæc tria pronomina, Ille, Ipſe, Iſte, hoc elegantiæ: quòd* Ille *notat ſummam nobilitatem, & rem, de quâ loquimur, notiſsimam: vt,* Alexander ille magnus, Cato ille Cenſorius. Ipſe *autem, emphaſim habet, & excellentiam: vt,* Ioue miſſus ab ipſo, *id eſt, magno, ſecundùm Seruium.* Iſte *verò, contemptum (vt docet Donatus) præ ſe fert: vt,* Quid iſtud, inquam, ornati eſt? *Verg.* Vel quid petis iſtis? *quaſi vilibus. Adde quòd, ſicut* Hic, *cum omnibus aduerbijs & caſibus, ad primam perſonam, & ad eum locum, in quo ego ſum, pertinet: vt,* Hoc caput, *id eſt, meum:* Omnes qui hic ſunt, *id eſt, apud me, &c. ſic* Iſte *refertur ad ſecundam perſonam: vt,* Iſtud caput, *id eſt, tuum: & aduerbia indè deducta, ad locum in quo tu es: vt,* Velim ſcire quid iſtic fiat, quia nemo iſtinc huc venit. *Et* Ille, *cum ſuis, tertiam perſonam ab vtroq;, inter quos eſt ſermo, remotam, reſpicit: vt docet Valla.* SVI.] *pronomen reciprocum, eſt primitiuum. tuncq; bonam reciprocationẽ eſſe cognoſces; quando addere poteris, in eodẽ caſu, obliquos pronominis* B
Ipſe: vt, Iudex ipſe ſui, *id eſt, ſuipſius:* Quiſque fauet ſibi, *hoc eſt, ſibiipſi:* Quiſque amat ſe, *hoc eſt, ſeipſum, &c. Ponitur itaq; ſæpè cũ pronomine* Ipſe; *vt hic: & cũ nomine* Quiſque; *cum quo etiam Suus, ſua, ſuum, adiectiuum reciprocum, eleganter ponitur: vt,* Cuique mos eſt. *Item:* Trahit ſua quemq́; voluptas, *&c. Eſt ergo hic bona reciprocatio. Neque in hac ſignificatione bene dixeris;* Iudex ipſe ſuus. *Vnde (licèt longior fiam) operæprecium eſt, ſemel naturam vocabulorum exponere, & poſtea huc remittere. Scies igitur (vt docet Valla) genitiuum omnẽ, aut actiuè, aut poſſeſsiuè, (quod ferè idem putat) aut paſsiuè ſignificare.* Actiuè: *vt, productio & creatio Dei; quia Deus producit & creat.* Poſſeſsiuè: *vt, Regnum Dei; quia Deus regnat.* Paſsiuè: *vt, Timor Dei, quia Deus timetur; nec timet. Iſti autem genitiui,* Mei, Tui, Sui, Noſtri, *&* Veſtri, *quando ſunt primitiui, tantummodò paſſiuè ſignificant. Ideóq; conſtrui volunt cum dictione paſsionem inferente, vt cum verbo regente genitiuum: vt, Recordare mei; Memento mei, Miſerere mei, Indigeo tui, &c. Item, cum verbali ab actiuo verbo deducto, tàm adiectiuo, quàm ſubſtantiuo.* C
Adiectiuo: vt, Cupidus mei, Amans mei, Neſcius mei; quando ego cupior, amor, neſcior. Subſtantiuo: *vt, Amor tui, Deſiderium mei, &c. quando tu amaris, ego deſideror. Item, cum nominibus, quæ partitionem, ſeu diuiſionem, quæ quædam paſſio eſt, inferunt: vt, Pars mei, Aliquid mei,* Quidquid mei; *in quibus ego ipſe, & non res mea ſignificatur partiri: niſi fortè fuerit genitiuus ſubſtantiuus, à neutro Meum. Et quod dixi de* Mei; *dicetur etiam conſimili modo de alijs quatuor: vt,* Iudex ipſe ſui; *quia ipſe iudicatur. Contrà genitiui* Mis, Tis, Sis, *qui nunc obſoleti, & quibus aliquãdo vtimur,* Noſtrûm *&* Veſtrûm, *tantùm actiuè, aut poſſeſsiuè, ſignificabant. Et quia obſoleti ſunt, ponimus pro ipſis poſſeſsiua,* Meus, Tuus, Suus, Noſter, *&* Veſter. *Quando ergo aliquid poſsideo; non dicam,* Mei; *ſed Meum: vt Liber meus; non mei. Similiter, quando quid ago: vt. Amor meus in te, id eſt, quo ego amo te. Bene ergo dictum,* Iudex ſui. TOTVM ſe explorat.] *Totum ſe, id eſt, omnẽ partem ſui.* Totum *enim magnitudinẽ reſpicit: vt, totum cœlum.* Omne *verò, multitudinem: vt, omnes homines. Confunduntur tamen: vt tertio Aeneid.* Tonitru cœlum omne ciebo, *id eſt, totum.* EXPLORAT.] *Explorare, eſt inquirere & ſcrutari. vnde exploratores. Si tamen ad originem reſpexeris, affectatè hic poſitum videbis. Componitur enim ab Ex ſiue Extra, & Ploro: quaſi ſit, plorando in amaritudine animæ vitam anteactam recogitare; quæ prima pœnitentiæ pars eſt: altera, quæ confeſsio, ſequitur. ſaltem tacita, ibi;* Non priùs in dulcem. *&c. tertia, quæ ſatiſdatio dicitur, habetur ibi;* Offenſus prauis. *Complementum verò, & vltima pars, quæ eſt perſeuerantia in virtute, conſequitur.*

Dii

A tur. Dat palmam & præmia rectis. Nullus enim, nisi vsq; in finem legitimè certauerit, coronabitur: nam palma & præmia consummationi debentur. Itaq; à viro, ante Christum defuncto, Christianæ religionis forma præscribitur. AD vnguem.] id est, ad perfectionẽ: quæ res satis à Calderino deducitur. Quòd autem hîc metaphora à marmorarijs fiat, patet. nam sequetur: Nec inania subtus Iudicet, &c. QVID proceres.] Quid, (vt omnia iam dicam) & omnia eius cõposita, vt Quicquid, Aliquid, Nequid, Siquid, Ecquid, Nunquid, Quidlibet, Quicquam, &c. substantiua sunt: ideoq; cum adiectiuo, eiusdem casus, aut cum substantiuo genitiui casus, construuntur: vt, Quidquid honestum, Quidquid lucri; non autem lucrum: sed, Quodcunq; lucrum. Quod enim, & omnia eius composita, adiectiuum est; & vult substantiuum eiusdem casus: vt, Aliquod animal. refugit autem adiectiuum; nisi substantiuè ponatur: vt, Qudcumque honestum, &c. De compositis verò à Quis & Qui, & eorum declinatione, scies: Quis, duobus modis componi. Primò, vt ponatur in secundâ parte compositionis; & hoc cum his quinq; particulis: Ec, vt Ecquis; Ne, vt Nequis; Num, vt Numquis; Si, vt Siquis: Ali,
B vt Aliquis. & hoc modo, in nominatiuo singulari fœminini generis, & nominatiuo & accusatiuo pluralibus neutri generis, inuenies Qua non Quæ: vt Si qua causa, si qua fata; non: si quæ. Secundo, vt est prior pars componens; & subduntur hæ particulæ: Quam, vt Quisquam; Que, vt Quisq;; Piam, vt Quispiã; Putas, vt Quisputas; & ipsum Quis, vt Quisquis: quod raros casus habet, vt docet Valla; vt Quisquis, Quidquid, Quemq;, Quoquo, Quaqua, Quosquos, Quæq;, Quibusquibus; & reliquos addere posits. Et cum his particulis non ponitur Qui: sed cum Dam, vt Quidam; Vis, vt Quiuis; Cumque, vt Quicumq;; Libet, vt Quilibet. & tàm composita à Quis, quam à qui, habent in illis casibus dictis, quando in priori parte ponuntur, non Qua; sed Quæ: vt Quædã mulier, non quadam; Quædam poma, non quadam; optima quæq; dies, non optima quaque. Quisque autem, caret genitiuo plurali: sed pro eo vtimur singulari, auctore Vallâ. Et licèt omnia relatiua, & interrogatiua geminatã, posteriorem partem in cunque resoluant, auctore Prisciano; vt Quantusquantus, Quantuscunq;; Vbiubi, Vbicunq;. Quisquis tamen non fit Quiscunq;, nec Quidquid, Quidcunq;: sed illud fit Quicũq;
C hoc, Quodcunq;. propterea Quodcunq; ponitur cum Qui, non cum Quis; sed quod deflectitur à Qui, non à Quis. Quæ sic differunt: quòd Qui & Quod ponuntur sæpè relatiuè; Quis autem, & Quid nunquam relatiuè: sed vel indefinitè; vt, Nescio qs sit, vel qd agat: vel interrogatiuè; vt Quis es? Quid agis? similiter & ablatiuus à Qui: vt, Quî scis hoc, id est, quomodo. PROCERES.] Propriè sunt capita trabitũ eminẽtia in muris, & pondus ædificij sustinentia: à quibus primores ciuitatis, proceres appellantur. VANI'Q. leuis, &c.] Bonum est adiectiuum vulgi: nihil enim eo vanius. vnde in II. Aeneid.

Scinditur incertum studia in contraria vulgus.

Veruntamẽ (vt docet A. Gellius) vani sunt, non (vt vulgus putat) desipientes, aut hebetes, aut inepti; sed, vt veterum doctissimi dixerunt, mendaces & infidi; & leuia inaniaq; pro grauibus & veris astutissimè componentes, &c. Sic in secundo Aen.

—nec, si miserum fortuna Sinonem
Finxit vanũ etiam mendacemq; improba finget.

LEVIS opinio.] Verisimile est, vt vani vulgi sit leuis opinio. Leuis autem, priori breui, significat sinè pondere, quæ res faciliter vento huc illuc agitatur. vnde fit translatio, vt Leuis dicatur inconstans, facilis in verbis, facilis aut moribus. Sed quando Læuis habet priorem longam, significat politum; nõ asperum. vt paulò pòst: Per læuia sidat. Bene autẽ dat vulgo opinionem, quæ falsorum esse potest: non autem scientiam, quæ verorum duntaxat est, sed necessariorum. VVLGI.] Vulgus dicitur, quasi vilis grex, & est incerti generis. Aliquando masculini; vt in secundo Aeneid.

—hinc spargere voces In vulgum ambiguas.—

Sæpissimè neutri (quod Seruius tamen contra artem esse docet) vt 1. Aeneid.

—sæuitq; animis ignobile vulgus.

SECVRVS.] Ordo est: Vir bonus & sapiens est securus, id est, non curans, quid proceres, sup. gerant; & quid leuis opinio vulgi agat. Docet autem Valla, in rationibus nonnunquam verba deesse: quòd tunc etiam (licèt pathos non sit) licitè contingit, quando generale verbũ intelligitur. vnde substantiuum verbum (Prisciano teste) facilimæ intellectionis est: vt, Nũc fama, minores Italiam dixisse ducis de nomine gentem. Nunc fama, subaudi est. Similiter IX. Aen.. Talia per Latium: faciliter intelligitur, gerũtur. vnde pulchrã eclipsin esse censet Seruius. Sic hoc loco facilimè intelliges, gerant, faciant, vel agant. vt apud Plin. Iuniorem: Studes, an piscaris, an venaris, an simul omnia? subauditur, facis. Patheticis autẽ orationibus legitima est eclipsis: quæ in alijs quoque admittitur, si obscuritatẽ non faciat. Securus dicitur, qui est seorsum à curã. nequidquam solicitus. neq; est idem quod Tutus: nam si inter mille pericula ignarus gaudia ducis: securus es, non tutus. Contrà, vbi nullus est hostis, si multos instare formidas: tutus es, securus non es. Est ergo vir bonus, non implicitus negocijs, nihil ad salutem facientibus. talia enim non curat: quoniam tales curæ dehortarentur à perfectã sapientiã. vnde Flaccus in epistolã ad Florum:

—quòd si
Frigida curarum fomenta relinquere posses,
Quò te cœlestis sapientia duceret, ires.
Hoc opus, hoc studiũ, parui properem9, & ampli:
Si patriæ volumus, si nobis viuere chari.

MVNDI instar habens.] Mundus dicitur ornamentũ: vnde mundus muliebris, complectitur, quidquid ad muliebrem ornatũ spectat. Totius etiam vniuersi congeries, propter varios ornatus, Mundus appellatur. Legitur etiam (meminit A. Gellius) præcipuè in priori significato, & hoc Mundum. De mundo sic in naturali historiã Plin. Mundũ, & hoc quod alio nomine cœlum appellari libuit, cuius circumplexu teguntur cuncta, numen esse credi par est; æternũ, immensum, neq; genitum, neq; interiturũ vnquam. Huius extera indagare, nec interest hominũ; nec capit humanæ coniectura mentis. sacer est, æternus, immensus, totus in toto; imò verò ipse totum: infinitus; ac finito similis: omnium rerum certus; & similis incerto: extra, intra, cuncta complexus in se; idemq; rerum naturæ opus; & rerum ipsa natura. furor est mẽsuram eius animo quosdam agitâsse, atq; prodere ausos, &c. Hactenus ille. Rectè igitur Vergilius dicit, sapientem habere instar mundi. Quid, sicut mundus vndiq; sui plenus est & solidus; vsqueadeò, vt pleriq; Philosophi omnia vnum esse dixerint: & sicut extra mundum nihil esse constat: Ita vir bonus & sapiens, quidquid desideret, (nihil enim in hoc mortalitate, vltra virtutem & bonam doctrinam, quærit) in se habet. Vnde nota est Biantis sententia: Sapientem omnia sua secũ ferre. Stoici quoq; dicunt: In quo virtus est, ei nihil deesse; solumq; sapientem esse diuitem. Prius sic Cic. confirmat: Quamobrem, vt improbo, stulto & inerti, nemini bene esse potest: sic bonus vir, & sapiẽs, & fortis, miser esse nemo potest. Nec verò, cui9 virt9 moresq; laudãdi sunt, nõ laudãda vita est: neq; porrò fugienda vita est, quæ laudanda est. Esset autẽ fugienda, si esset misera. Quamobrem, quidquid est laudabile; idem & beatũ, & florens, & expetendum videri debet. Secundum Paradoxum sic fundatur: Contẽtum esse suis rebus maximæ sunt & certissimæ diuitiæ: sed solũ sapientem constat esse suis rebus contẽtum: ergo soli sapienti maximæ sunt diuitiæ. Maior est Cic. in Paradoxis. Minor est Poëtæ nostri; qui dicit, Sapientẽ esse teretem atq; rotundum. De sapiente idem sentit Horatius in Epistolis, vbi inquit:

Digitized by Google

Ad summam,sapiens vno minor est Ioue, diues,
Liber,honoratus, pulcher,rex deniq; regum.

INSTAR.] Instar,nomē indeclinabile est,significans (vt docet Valla) hoc cōplexum ad æquiparationē,vel ad mensurā. Construiturq; cū genitiuo; nec præponitur præpositio Ad:vt, Instar mōtis,id est,ad magnitudinē montis. Non ergo dices, Ad instar mōtis;vt vetustiores:nec exponet, Instar mōtis, id est,ad similitudinē;vt Seruius ineptiùs, si Vallæ suffragandū est. Verùm hoc meliùs dixeris, Instar mundi, id est, ad similitudinē & formā mundi;quàm ad æquiparationē.quis etenim æquiparet, mundū? & licèt Valla dicat,se nō audere dicere, Tabulā depictā esse instar orbis terrarū:Vergilius tamē dicit, Sapientē habere instar mundi. Videtur aũt esse, quasi in statū & figurā:vnde Instauro,quod est,in statū priorem reddo. In aũt hoc modo cū accusatiuo constructum, significat ad similitudinē : vt in VI. Euboicæ latus ingens rupis in antrū. i. in similitudinē antri. TERES atq; rotundus.] Teres,dicitur lōgus & rotundus,qualis interdū hasta. Rotunda figura est orbicularis & sphærica: qualis pila,quā ludimus. Est ergo vir fortis,vndiq; plenus,habens omnes dimensiones solidas. Qui enim rotundus est,illi nihil deest, nec ab antè, nec à retrò,nec à dextrà,nec à sinistrâ. Quod verò teretem habet formā, illi nihil deest inter sursum & deorsum: oblongū enim est. Ideò aũt teres atq; rotūdus est: EXTERNE ne quid labis per læuia sidat.] Res externa est,extrinsecus aduenient. Labes,dicitur vitium quod in deteriorem conditionē nos cogit dilabi. Honestius aũt sermo est:quoties adiectiuum partitionē sonat,ponatur potiùs in neutro genere, & substantiuum in genitiuo; quàm ambo in eodem casu:vt libentiùs dixero, Aliquid vini;quàm, Aliquod vinū. sic hìc, ne quid externæ labis; quàm, ne qua externa labes. Læuia (vt iam dixi) polita sunt, & non aspera: qualia omnia molliter tangi possunt:vt, Læuis facies, quā barba nō vestit. Si ergo sapiens habet instar mundi; necesse est vt sit læuis.quia (vt docet Philosophus) si vltimi mobilis conuexum sit rugosum, asperum,aut angulosum; necesse esset, vt extra ipsum esset locus,in quē sese reciperent anguli exstantes,dum ipsum moueretur.quod maximè inficias it. Si verò læuis sit,hoc est,nihil exstantis habens:tamē non satis est,ne quid per læuia sidat:quoniā posset esse rimosus,aut fistulosus,atq; ita fatiscens, nimis externam labē accipere. Quocirca dicetur paulò pòst: Sit solidū, quodcumq; subest,&c. SIDAT.] Sidere, propriè est,descendere ad capiendā sedem, & in eâ requiem. Vnde aues,dum repositorium captant,sidere dicuntur:vt in VI. Aen.

—geminâ super arbore sidunt.

Idem profugi, in quas terras migrant, considere dicuntur. vt I. Aeneid.

Vultis & his mecum pariter considere regnis?

Præterea feces, & limus sidere, siue subsidere dicūtur;dum ad ima descendunt, fundóq; incubant. Propriè ergo & affectatè omnia sunt dicta, dum labem sidere testatur.quasi admoneat; tametsi sordes leuiter subsidant;difficulter tamē expurgari posse. Habet (vt monet Valla) hoc verbum in præterito Sedi sicut Sedeo:tametsi creditum est carere præterito. Hæc aũt omnia, quæ Maro de viro bono & sapiente dicit; Horat. in Sermonibus habet; vbi inquit sic:

Quisnam igitur liber? sapiens, sibi qui imperiosus:
Quē neq; pauperies,neq; mors,neq; vincula terrēt:
Responsare cupidinibus, contemnere honores
Fortis,& in seipso totus teres atq; rotundus,
Externi ne quid valeat per læue morari,
In quem manca ruit semper fortuna.&c.

ILLE diem.] Quia virum bonū otiosum esse non decet, (Virtutis enim, inquit Cic. in Offic. laus in actione cōsistit) nec virū sapientem versari in pecuniā cumulandā, quā (vt Sal.) nemo vnquā sapiens desiderauit: & de quā Cicero, Nihil,inquit,est tam angusti animi, tamq; parui,quàm amare diuitias) Idcirco optimus Poëta,ostendit munus viri & sapientis,dicēs; Ille diem,&c. Simili modo Horat. sermonem & studium viri boni describit. in Satyris dicens: A

Sermo oritur non de domibus,villisve alienis;
Non malè,nécne lepus saltet:sed q̄ magis ad nos
Pertinet,& nescire malum est agitamus:vtrúmne
Diuitijs homines,an sint virtute beati?
Quidve ad amicitias, vsus, rectúmne trahat nos?
Et quæ sit natura boni,summumq; quid eius?&c.

Vergilius autem diceret, sapientem oportere astrorū esse peritum. Nec vacat ratione: quoniam si ipsorū ignari fuerimus,possent nos in laqueos illicere. Sapiens autem dominabitur astris. Dies naturalis vigintiquatuor horas cōplectitur; quibus Sol XII signa Zodiaci circumit. Initium diei,alij ab initio lucis,alij à medio lucis, alij ab initio noctis, alij à medio eius faciunt. Vt enim recitat Macrob. in Saturn. M. Varro in II lib. rerū humanarum ait: Qui ex mediâ nocte ad proximā mediam noctē nati sunt,vno die nati dicūtur. Ita dicit: Ab occasu, ad occasum Solis, Athenienses diem finire: Babylonios,ab ortu ad ortū: Vmbros,à meridie ad meridiē. Prima igitur pars diei; more Romano,erit statim post mediam noctē. Deinde dicitur Gallicinium,quo galli canunt: tùm Conticinium, quo omnia tacent:tum Diluculum, B quādo lux primùm à tenebris dignoscitur:deinde Aurora,quādo aura incipit rubescere:tùm, manente in oriente Sole; Manè dicitur;vel à Mano,quod significat profluo, tacitè diffundo:vel à Manibus, quoniā ab inferis Sol manat; vel à Mano nomine, quod significat Bonū,cui contrariū Immanis, crudelis, & perniciosus dicitur. Consuetudinis aũt erat,vt matutino tēpore salutarēt,dicerentq; Mane, id est,bene sit tibi.vnde mansit Manè,pro tēpore illo. Paulò pòst dicitur prima lux,Sole iam lucente:tùm dicitur Meridies,quasi medius dies. Reliquum tēpus occiduum dicitur,ab occasu Solis qui occidere incipit. Sole iā vicino ad occasum,dicitur suprema tēpestas. Vnde in XII. Tabulis: Solis occasus suprema tēpestas esto. Oriente aũt Vespere,seu Vespero, (nam vtrúq; legitur,& hoc Vesper, in tertiâ declinatione:vt, hîc orto à vespere: & hic Vesper, in secundâ declinatione; vt Georg. I. Deniq; quid vesper serus vehat. Dicitur etiā Vesperus;itē & Hesperus,) denominatur Vespera, vesperæ (à quo flectitur Vesperna,vespernæ) conuiuiū,quod nō nisi labente die inibāt prisci.vnde est: Iamq; eadē labente die cōuiuia quærit. Post vesperam,est nox concubia,quæ nos ad cubandū inuitat. Nouissimè,est nox intempesta,quæ nulli agēdo tempestiua est. Et hæc de partibus diei. C

QVAM longus erit.] Solet aũt dupliciter accipi: aliquādo generaliter,pro omni tēpestate,tàm noctis, quàm lucis;neq; vigintiquatuor solummodò; verumetiam quotuis horarum. & tunc, auctoribus omnibus, Seruio, Donato, Nonio Marcello, Laurentio Vallensi, Perotto, &c. fœminini duntaxat generis est. vt quinto Aeneid.

Quam nec longa dies,pietas neq; mitigat vlla.

Longa dies. id est, longum tempus. Sic dicimus: Multa dies dat magnā hominibus rerū experientiam. Quando aute accipitur specialiter; vt quando pro die vigintiquatuor horarū, aut pro tempore lucis duntaxat sumitur:tunc frequentius est generis masc. vt Latinè magis dixerit: Die dominico, Die crastino. Reperitur tamen etiam in fœminino, vnde est:

Postera cum primo stellas oriente fugârat
Clara dies.—

In plurali autem numero volunt duntaxat masculinū esse:quia tūc semper specialiter accipiatur. vnde signandū est illud Tibulli: Venit post multas vna serena dies. Bene ergo hic dicitur, Quàm longus, in mascul. genere. Et est, Quàm lōgus, quantū lōgus. Quàm enim tripliciter sumitur. aliquādo pro Quantū, & id semp cū positiuo. quod fit, quādo significamus nos admirari: vt, Quàm bonus, dij boni, Plato fuit! aut dubitare: vt, Nescio quàm bonus fuerit. aut interrogare: vt, Quàm bonus fuit Plato? aut sciscitari: vt, Videro, q̄ bonus fuerit. itē quando æquiparamus: vt, Tam doctus fuit Aristoteles, quam Alexander potēs. Secundò accipitur, (sed

Digitized by Google

A tur, (ſed rarò) pro quantò: vt, Quàm magis illa frequês, tantò magis effera flammis. Quàm magis, id eſt, quantò magis. Tertiò, accipitur pro Valde; & id, vbi aſſertiuè ſinè figurâ loquimur: habetq; ſemper ſuperlatiuum; vt, Plato fuit quàm optimus, id eſt, valde bonus. Caue dixeris in exponendo. Valde optimus: nam Valde, Sanè, Per, Perquàm, Oppidò, Apprimè, In primis, Inter primos, Præter cæteros, Præ alijs, Multum, Parum, Modicum, Minimum, & alia omnia, quæ ſuperlationem connotant, poſitiuo; non ſuperlatiuo quadrant: vt, Per bonus; non Peroptimus. Sapiens ergo vir, cogitat diem, quàm longus erit ſub ſidere Cancri, id eſt, in ſolſtitio æſtiuali, quando longiſsimus eſt. Eſt autem imitatio Græca: Cogitat diem, quàm longus erit. Græci enim ſæpè anteriori verbo dant, quod ſequentis eſt. vnde Comici: Scis me quid velim? pro eo quod eſt, Scis quid ego velim. & hic, Cogitat diem, &c. pro eo quod eſt, Cogitat quàm longus dies erit. SVB ſidere.] id eſt, in ipſo ſidere Cancri. Sub enim, vtriuſque caſus præpoſitio eſt. Et (vt omnes ſciunt) quando motum ad locum connotat, accuſatiuum; & quando quietem aut motum in loco, ſinè eius mutatione, importat, ablatiuum deſiderat. Quod pari modo verum eſt de tempore. Quando enim ſi-
B gnificat quid vergere, ſeu tendere in tempus, accuſatiuum requirit; vt in Georg. Sub lucem exportant calathis, id eſt, paulo ante lucem, hoc eſt, tendente tẽpore ad lucem. & quarto Aen. Sub noctem cura recurſat, id eſt, paulo ante noctem. Quando verò notat quid eſſe, vel fuiſſe, vel futurum eſſe tempore, ablatiuum habet: vt in principio Sermonum Horat.

Sub galli cantu conſultor vbi oſtia pulſat.

Et hîc, ſub ſidere Cãcri: hoc eſt, dum ſol erit in Cancro: quo tẽpore dies longiſsimus eſt; q̃a eſt ſolſtitiũ æſtiuale. Solſtitiũ aũt dicitur à Solis ſtatu. quod quidẽ dixi, verũ, quoad aſſcenſum & deſcenſum; non quoad circularem motũ. In æſtiuali enim ſolſtitio eò altitudinis peruenit; quò altiùs venire non poteſt: & in hyemali, quæ bruma dicitur, tantum deſcendit; vt non ſit, quò ampliùs, ſeruato ſuo motu, deſcẽdat. QVANTA'QVE nox tropico ſe porrigit in Capricorno.] Vide Calderinum. Porrigit, id eſt, extendit. componitur enim à Porrò, & Rego: tunc enim nox maximè porrigitur. Hanc rem ſic primo Aeneid. conſequitur:

Quid tantum Oceano properent ſe tingere ſoles
C Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obſtet.

COGITAT.] Frequentatiuum eſt à Cogo; quod componitur à Co & Ago. & eſt Cogere, in vnum locum compellere: vt, Tityre coge pecus. Indè ſumitur Cogitare, quod eſt, omnes ingenij intelligentiæq; vires in vnum compellere, ad quamuis rem intelligendam. Cogitat ergo vir ſapiens; quippe qui externis rebus occupatus eſt. ET iuſto trutinæ ſe examine penſat.] Hoc eſt, meo quidem iudicio, poſtquã aſtrorum concitationes exceperit, videbit, quò ab illis magis trahatur; fortemq; ſe illorum violentiæ obijciet: ita vt in neutram partem flectatur, ſed lãces ipſius trutinæ æqualiter ſeſe habeãt. Trutina eſt, quâ res penſitantur & trutinantur, vocaturq; alio nomine ſtatera. Examen, eſt illud, quo examinatur, id eſt, exquiritur, rerum poſitarum in lancibus pondus. Eſt etiam fœtus apum eductarum: vt Iuuenal.

Examenq; apium longâ conſederit vuâ.

PENSAT.] frequẽtatiuum eſt à Pendo. Et quia, ante pecuniam ſignatã, olim omnis ſolutio fiebat pendẽdo; Pendere accipitur pro ſatisfacere. Quia verò pendẽdo pondus, vt valor rerũ, diſcernitur: Penſitare accipitur, pro æſtimare. vnde transſumitur, ad ſignificandum Explorare. & de homine inerti dicimus, quòd nihil penſi, id eſt, firmi, rati & explorati, habeat. NE quid hiet, &c.] Oſtendit cauſam, quare vir bonus ſe penſat: ſimulq; oſtendit fidelitatẽ trutinæ. Poteſt enim dari globus auri aut argẽti, qui teres ſit, atq; rotundus: & tamen externam labem admittat, ſi intùs inanis & concauus ſit. quam tamen non vidẽdo, non tangendo; ſed penſitando, deprehẽdis. Non ergo ſatis eſt, vt vir ſapiens foris, hoc eſt, in oculis hominum, plenus ſit, & contentus ſuis opibus: verùm oportet, vt intus quoq;, hoc eſt, in iudicio conſcientiæ ſuæ, totus plenus & ſolidus ſit. Penſat ergo ſe. Ne quid hiet, id eſt, ne aliqua fiſſura, aut rima, ſeu concauitas ſit, alterius rei capax. Præterea, vt de primo mobili diximus, neceſſe eſt nullus ſit angulus in viro ſapiente: quia, ſi fuerit angulus, hoc eſt, quæuis pars eleuata, eminens atque exſtans; neceſſe eſt vt inane ſit. quia, ſicut mons non apparet, ſi non eſſet vallis ſic nec angulorum aſperitas, niſi adſit pars depreſsior. Dicit ergo: Ne quis angulus perturbet ſe. quibus verbis excludit inanitatem externam; ſicut ſuperioribus internam. ÆQVIS partibus vt coëat.] Aliâ viâ idem oſtendit. Poteſt enim fieri vt aliquod corpus plenum ſit, neq; angulosum; ſed ex vnâ parte maius, quàm aliâ: vt videre eſt in ouo. & tale facilè externum in partẽ minorem admittit. ideoq; dicit, Vt coëat, id eſt, conſolidetur, æquis, id eſt, æqualibus, partibus. NIHIL vt deliret amuſsis.] Amuſſis, vt notat Calderinus, eſt norma ſeu regula, quâ fabri in æquandis muris vtuntur. eâ enim deprehendunt, an partes coëant: quia, ſi deliret, id eſt, extra directum tramitem oberret; certum eſt, aliquid muro exſtare & aſperum eſſe, aut partes inæquales eſſe. Delirare, vt Domitius exponit, eſt, extra liram, id eſt, ſulcum, errare. Indè delirus, quod ſenectutis adiectiuum eſt; quoniam titubant & oberrant ſenes: referturq; ad animum; tametſi corporis eſt. SIT ſolidum, quodcumq; ſubeſt.] Excluſit rimas; excluſit angulos; excluſit inæqualitatem; excluſit aſperitatem: nunc excludit latentem concauitatẽ, dicens; Sit ſolidum quodcumque ſubeſt. Solidum dicitur, quod eſt ſtipatum, & vndiq; plenum & denſum. Tale autẽ durum eſt. ideò corpora dura, ſolida vocamus: eò quòd nihil raritatis habeant; nihil per poros recipiant: vt, Solida marmora, ſolidus adamas, &c. Subeſſe, dicitur ſubtus eſſe: ſed, quod ſubtus eſt, latet & occultum eſt. ideoq; tranſſumitur, vt ſignificet latẽre, & occultum eſſe. Enimuerò, Sub, eam naturam habet in compoſitione, vt occultationem inportet: quemadmodum ſubripio, clàm rapio; Sublego, clàm lego, id eſt, furor. ſimiliter: Suffuror, Suppono, Subduco, Subtraho, &c. NEC inania ſubtus, &c.] Ordo eſt: Nec ictus, id eſt, violentus ductus, ſeu tractus vnguium, vt faciunt marmorarij, iudicet inania eſſe ſubtus digitis palantibus, id eſt, oberrantibus. Icere, eſt ferire & percutere. vnde dicimus, per metaphoram ab antiquâ militiâ, Ictum fœdus, id eſt, percuſſum. Indè etiam dicitur, Ictus, ictus, ictui; quod ſignificat violentam impulſionẽ; quâ opus eſt vt vngues ducẽs ſentiat aſperitatẽ. nam ſi molliter ducat; poſſet etiam in aſpero non delirare. Palare aũt, eſt oberrare, & extra rectum tramitem vagari. quo vocabulo Salluſtius frequẽs vtitur. Non ergo leges, Digitis pallẽtibus. NON priùs in dulcem declinat lumina ſomnum.] Sancta profectò ſententia, etiam Paulo digna. Animaduerte autẽ, quàm accuratè omnia dicantur. Primùm, Dulcem ſomnum dicit. Eſt etenim quies, donum deorum. vnde in ſecundo Aeneid.

Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono diuûm gratiſsima ſerpit.

Ideoq; Vergil. quoties aliquem grauiter ſomno excuſſum dixit, malum ſubſecutum edocuit. Licèt ergo dulcis ſit ſomnus; non tamẽ priùs declinat, &c. Semper enim, quæ ad ſalutem ſpectãt, prima facienda ſunt. vnde in quarto Aeneid.

At pius Æneas, quanquam lenire dolentem
Solando cupit, & dictis auertere curas,
Multa gemens, multoq; animũ labefactus amore;
Iuſſa tamen diuûm exſequitur, claſſemq; reuiſit.

Sic in Georg. In primis venerare Deos.—

Quàm acceptum autẽ Deo ſit, reputare acta diei; oſtendit diuinus vates, dicens: Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino; & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Dicit præterea, Declinat, hoc eſt, deflectit. Negligentiæ enim argui deceret, ſi profundo ſomno ſopiretur, priuſquàm reputauerit acta diei. Verùm Deus imbecillitati huma-

humanæ ignoſcere poſſet; ſi grauatus ſomno declinet lumina. Item lumina dicit: quæ vt primùm tenui alio teguntur, luminis, vnde dicuntur, expertia ſunt. Addit, Omnia actu: Integra enim debet eſſe confeſſio. Sequitur, Longi diei? Quem per ſingulas partes, quas modò memorauimus, diſcurrendo longum efficit. Tametſi enim in toto nihil eſt, quod non in aliqua parte ſit copioſius: tamen quid eſſe videtur, dum ſingulas eius partes enumeras. Quocirca (auctore Seruio) Iupiter in primo Aeneid. ad Venerem, loquens de imperio Aeneæ, ne parum videretur, ſi triennio ipſum regnaturum diceret, diuiſit annum, dicens:

—— ſublimemq; feres ad ſidera cœli,
Magnanimum Æneam, &c.
Tertia dum Latio regnantem viderit æſtas;
Ternaq; tranſierint Rutulis hyberna ſubactis.

Qui itaque in dolore ſunt, & ſingulas temporis percipiſcunt partes; multò longius tempus putant, quàm qui verſantur in delicijs. REPVTAVERIT.] Reputauerit verò, cumulatiſſimam diligentiam importat. Putare enim eſt, vt in vite, ſuperflua reſecare. Putamus autem (inquit Don.) præſentia, & inſtantia: Reputamus, præterita. Sicut ergo putator vitium diligenter exquirit, quis palmes futuris vuis producendis erit vtilis, & quis inutilis: ſic vir bonus & ſapiens reputans acta totius diei;

Offenſus prauis, dat palmam & præmia rectis.

Simılem confeſſionem profitetur Horat. in Serm. vbi docet reſipiſcendi viam, dicens:

Sic teneros animos aliena opprobria ſæpe
Abſterrent vitijs. ex hoc ego ſanus ab illis,
Perniciem quæcumq; ferunt mediocribus, & quis
Ignoſcas, vitijs teneor: fortaſsis & iſtinc
Largiter abſtulerit longa ætas, liber amicus,
Conſilium propriũ. neq; enim cũ lectulus, aut me
Porticus excepit, deſum mihi. rectius hoc eſt:
Hoc faciens viuam melius; ſic dulcis amicis
Occurram. hoc quidá non bellè; nunquid ego illi
Imprudens olim faciam ſimile? hæc ego mecum
Compreſsis agito labris, &c.

QVO' prætergreſſus.] Venerabile verbum, & multâ ſanctitate fœcundum; quod (tametſi aliquibus fortè prolixitate odioſus fiam) ſiccis pedibus tranſire non poſſum. Sapiens, inquit, non ſolùm conſiderabit, prætergreſſus ne metas recti ſit; verumetiam animo complectetur, quò prætergreſſus ſit, id eſt, in quantam culpam ceciderit. In quâ re ſanius ac humanius ſentit, quàm ipſi Stoici; qui (vt in Paradoxis etiam Cicero monſtrare contendit) peccata omnia paria eſſe cenſent. Nihil refert, parúmne an multum tranſgrediaris; ſi modò tranſgreſſus fueris. Nam auri nauem euertat gubernator, an paleæ; in re aliquantum; in gubernatoris inſcitiâ nihil intereſſe aiunt. Quam rem vrbanè damnat Flaccus, primo Serm. dicens:

Quîs paria eſſe ferè placuit peccata, laborant.
Cùm ventũ ad verũ eſt: ſenſus moresq; repugnãt,
Atque ipſa vtilitas, iuſti propè mater & æqui.

Reliqua vide Satyr. III. Vergil. ergo vult, nos attendere ad pondus peccatorum: non ſolùm ad peccata. Nam (vt docet in ſexto, & noto verſu dicitur) qui deliquit grauius, grauioribus ille ſubijcitur pœnis. QVID geſtum in tempore, quid non?] In tempore, hoc eſt, tempeſtiuè, & quo tempore oportuit: quæ res ad virtutem moralem plurimum facit. Non ergo ſimpliciter intelliges: quid enim non fit in tempore? CVR iſti facto decus affuit? aut ratio illi?] Diligenter, inquit, diſquiret opera ſua; ne fortè, benefeciſſe exiſtimans, peccauerit. Itaque ad philoſophiam moralem nos cohortatur. Principium enim rectè faciendi, eſt rectè ſapere. Eorum verò, quæ rectè geruntur, quædam ſola conſuetudine probantur; vt ſunt inſtituta: qualia, Lætum conuiuam interdum agere; Amicis arridere; & reliqua, quæ temporis, loci, perſonarumq; decorum expetunt. de illis ergo dicit: Cur iſti facto A
decus affuit? Alia verò immutabili ratione obſeruantur: qualia ſunt iuris præcepta; & apud nos mandata Dei, contra quæ ne mortis quidem metu faciendum eſt. Talibus ergo quadrat, Aut ratio illi? Cur hæc ſententia ſedit; Quam melius mutare fuit.] Diceres fortè, virum bonum & ſapientem non poſſe peccare: quia, ſi bonus eſt, volet bene operari: ſi ſapiens, ſciet quomodo bene operandum eſt. Scienti autem, & volenti, nunquam deeſt virtus. nam non effectum, ſed affectum Deus aſpicit. Ideóq; non addunt ad ſcientiam & voluntatem, potentiam: quia, licèt illa deſit, virtus tamen non minùs affuerit? Ad hanc rem per anthypophoram videtur Poëta reſpondere: Neminem in hac mortalitate omnia ſcire, ſed paulatim per experientiam, nunc hoc, nunc illud. Quapropter vir bonus, vbi viderit, quod bonum putârat, eſſe contra vitæ decorum, diſquirit ſecum:

Cur hæc ſentẽtia ſedit, Quam melius mutare fuit?

Sedit, id eſt, placuit, & firmiter hæſit: vt in quarto Aeneidos:

Si mihi non animo fixum immotumque ſederet.

Eſt ergo plus, ſententiam ſedere, quàm placere. nunc enim ſedet, quando fixa eſt, & ſuper eâ quieſcimus. MISERATVS egentem Cur aliquem, &c.] Magni momenti ſententiam, quam ne noſtræ religionis ſanctitati contrariam putes, altiùs exſequar. primumq; Poëtæ noſtri verba ex fine 2. Georg. repetam, vbi inquit: B

Felix, qui potuit rerum cognoſcere cauſas,
Atq; metus omnis & ineluctabile fatum
Subiecit pedibus, ſtrepitumq; Acherontis auari.
Fortunatus & ille, deos qui nouit agreſtes,
Panaq;, Syluanumq; ſenem, nymphasq; ſorores.
Illum non populi faſces: non purpura regum
Flexit, & infidos agitans diſcordia fratres,
Aut coniurato deſcendens Dacus ab Iſtro:
Non res Romanæ, perituraq; regna: neq; ille
Aut doluit miſerãs inopem, aut inuidit habẽti, &c.

Quibus ſupremis verbis idem videtur dicere, quod hîc: Virum bonum, & ſapientem, miſeratorem eſſe non decere. quo nihil remotius à ſanctitate noſtrâ abeſt. Sic etenim IESVS CHRISTVS, noſtræ vitæ auctor & decus, nos inſtituit: vt ſupra omnia miſericordes ſimus. Quin & ipſe poeta, in duriſſimo carcere occluſos dicit, pœnasq; exſpectare; C

Aut qui diuitijs ſoli incubuêre repertis,
Nec partem poſuêre ſuis; quæ maxima turba eſt.

Ad hanc obiectionem ſic reſpondet Seruius in illud Georgic. Cic. in Tuſc. lib. quinto hoc tractat dicens: In quem cadit vna mentis perturbatio, poſſe in eum omneis cadere: ſicut poteſt omni virtute pollere, cui virtus vna contigerit. Vnde nunc Vergil. Noluit, inquit, dare ruſtico miſericordiam; ne ei daret etiam cæteras animi paſsiones; quas nouimus à bonis & à malis venire rebus. A' bonis opinatis duas: vnam præſentis temporis, vt gaudium: vnam futuri, vt ſpem. A' malis ſimiliter duas: vnam præſentis, vt dolorem; & vnam futuri, vt metum. Quas paſsiones eſſe animi, non dubium eſt. Vnde & ipſe ait in ſexto:

Hinc metuunt, cupiuntq;, dolent, gaudentq;.

Salluſtius etiam in Catilinæ bello ait: Omnes homines, qui de rebus dubijs conſultant, ab odio, amicitiâ, irâ atque miſericordiâ, vacuos eſſe decet. Nam animus haud facilè verum prouidet, vbi illa officiunt. Ergo, aut ſecundùm tractatum Ciceronis hoc dicit: aut (quod abſolutius eſt) intelligamus ideò ruſticum paupertatem non dolere; quòd eam malum eſſe non credit, ſed munus deorum. Lucanus de paupertate:

—— & munera nondum Intellecta deûm.

Hæc ibi Seruius. Poſſumus, ad confirmationem poſterioris opinionis, quâ dicitur ruſticum paupertatem modeſtè pati afferre

Digitized

A *ferre Ofellum Horatianum: qui ruſticus à ſuis agris expulſus, poſtquam eos annuâ penſione à milite redemerat, ſic inquit:*

Sæuiat, atq; nouos moueat fortuna tumultus,
Quantum hinc imminuet, &c.

Et concludit:

——quocirca viuite fortes,
Fortiaq; aduerſis opponite pectora rebus.

Sed Vergilius nunc de ruſtico non loquitur; imò de viro ſapiente & bono. Sed ad hanc purgationem, huiuſmodi ambagibus minimè opus eſt. non enim Poëta vetat virum bonum eſſe miſericordem: ſed ne ſic miſereatur, vt dolorem, aut fractæ mentis perturbationem, indè ſentiat. Quamobrem dixit in illo Georg. Neque ille aut doluit miſerans inopem: *& hîc,* Miſeratus egentem Cur aliquem, *&c. Cuius ordo eſt:* Cur miſeratus egentem perſenſi aliquem dolorem, fractâ, *id eſt, effœminatâ,* mente: *hoc eſt, cur ſic miſeratus, vt indè doleam? Nam de verâ charitate & humanitate, quâ proximos miſericorditer ſuſcipimus, vir bonus dolere non poteſt. Dolet autem, ſi vel propter turpem cauſam miſeratum ſe ſentit; vel propter metum futuræ egeſtatis. quomodo ipſum ſui,*
B *non eius cui dat, miſeret. Vt autem ad Grammaticen reſpiciam dicimus* Miſeror, *miſeraris, cum accuſatiuo. vt quarto Aeneidos:*

Non lachrymas victus dedit, aut miſeratus amantem eſt? *Vbi ſignificatur, (quod nunc diximus) virum fortem non miſerari ex turpi cauſâ. Dicimus etiam* Miſereor, *misereris, cum ſolo genitiuo; inquit Seruius. vt in ſecundo Aeneidos:*

Miſerere animi non digna ferentis.

Et in quarto:

Miſerere domus labentis.

Noſtri dicunt, Miſerere nobis: *quod eſt, ignoſce, & da veniam. Dicimus præterea,* Miſeret, *impersonale verbum: quod vtrumq; ſimul regit, & accuſatiuum & genitiuum. vt in V.* Et te lapſorum miſeret. *Dicimus ad hoc,* Miſereſcit; *quod impersonaliter ſumptum, à Miſeret impersonali deducitur, & eoſdem caſus habet. vt,* Inopis te miſereſcat mei. *Perſonaliter verò à Miſereor flecti videtur, & nònunquam datiuum regere. vt ſecundo Aeneidos:*

C His lachrymis vitã damus. & miſereſcimus vltrò.

QVID volui, quod nolle bonum foret?] *Certum eſt, quid dicat.* Foret, *id eſt, eſſet: & habet hoc præteriti imperfecti ſignificationem; aliquando præſentis.* Fore *autem, ſemper futuri ſignificationem gerit; idemq; eſt, quod futurum eſſe. quocirca nunquam participijs, præcipuè futuri temporis; ſed ſemper nominibus iungitur. vt, non dices, Spero te amaturum fore: ſed, vel amaturum eſſe, vel amatorem mei fore. Nec dices, Intellexit te iam ſanum fore; imò, ſanum eſſe.* VTILE honeſto Cur malus ante tulit?] *Sententia ſapiente viro digna. Nam eſt in Paradoxis:* Quod honeſtum ſit, id ſolum bonum eſſe. *Multa tamen multis videntur vtilia, quæ honeſta non ſunt. vt, Carni inſeruire; Voluptatibus indulgere; Per fas & nefas diuitias accumulare. Pulchrè ergo dicit,* Cur malus antetuli, *hoc eſt, prætuli? quaſi dicat: ſi bonus eſſem, bona duntaxat quærerem. Iucundum autem eſt, ſi aduerteris; quòd vir bonus ſe malum dicat. Accipitur malum tot modis, quot bonum. Contrariorum enim (vt aiunt) eadem eſt diſciplina.* NVM dicto, aut deniq; vultu perſtrictus quiſquam.] *Si legeris,* Quiſquam; *iuſtum virum deſcribit. Iuſtitiæ enim præcepta ſunt;* Honeſtè viuere: *vnde eſt, Vtile honeſto cur malus antetuli?* Alteri non nocere, *vt hîc, Cur quiſquam eſt perſtrictus, id eſt, malè affectus, verbo aut vultu meo, hoc eſt, truculentiâ vultus. item,* Ius ſuum vnicuique tribuere. *vnde ſequitur,* Offenſus prauis, dat palmam & præmia rectis. *Videtur tamen melius cæteris quadrare, ſi legerimus,* Quidquam; *vt ſit ſenſus: Cur ego perſtrictus ſum quidquam, id eſt, quouis modo, aut dicto, aut vultu. Itaq; omnes partes, quibus peccare poſſet, exquirit. Peccamus enim facto: vt,* Vtile honeſto Cur malus antetuli? *Verbo & cogitatione: cogitationis autem tacitæ index eſt vultus, qui à volendo dicitur. Pro duobus ergo poſterioribus dicitur,* Num dicto, aut denique vultu, *&c. Vel refertur ad fortitudinẽ: vt ſit, Cur malus non fortem animum omnibus obieci; ſed viſum perſtrictus, arctatus, commotus dicto, hoc eſt obmurmurando; aut deniq; ſi tacui, vultu motum animi prodidi?* CVR me natura magis, quàm Diſciplina trahit?] *Vt hoc quoq; verbum, cui equidem palmam tribuendum arbitror, altiùs exordiar: ſciendum eſt, vulgarem fuiſſe opinionem, fatorum aſtrorumq; violentâ neceſſitate omnia in terris geri: atque, vt quiſq; optimè natus fuerit, ita eum ſanctiſſimam vitam ducere oportere. Vnde illud Satyricum:*

——diſtat enim, quæ
Sidera te accipiant, modò primos incipientem
Edere vagitus, & adhuc à matre rubentem.
Si fortuna volet, fies de conſule rhetor:
Si volet hæc eadem, fies de rhetore conſul.
Ventidius q̃d enim? q̃d Tullius? an ne aliud, quàm
Sidus, & occulti, mirãda potentia fati? *Hæc Iuuenal.*

Quia igitur multis mortalibus perſuaſum eſt, omnia ex neceſſitate contingere; incaſſum ſe eniti dicebant. quocirca multos excepit ignauia. Contra quem errorem dicit aureus Poëta noſter: Naturam *quidem, id eſt, naſcendi rationem, nos trahere; ſed ſi velimus medicas manus adhibere, atque bonis præceptionibus acquieſcere, poſſe nos diſciplinam ſequi, & naturam comprimere. Sunt enim, contra ſingula vitia, certa remedia. Vnde Horatius in epiſtolis:*

Laudis amore tumes? ſunt certa piacula, quæ te
Ter purè lecto poſſunt recreare libello.
Inuidus, iracundus, iners, vinoſus, amator:
Nemo adeò ferus eſt, vt non miteſcere poſſit:
Si modò culturæ patientẽ cõmodet aurẽ. *Hæc ille.*

DISCIPLINA.] *Dicitur à diſcipulo. vna enim eademq; res, prout à doctore procedit, doctrina dicitur: quæ quia à diſcipulo ſuſcipitur, diſciplina vocatur.* SIC dicta & facta per omnia Ingrediens.] *Hypermetrum verſum fecit: qui quoties fit, ſyllaba abundans, apud Vergilium quidem, à ſequenti vocali abijcitur: vt hic,* a per i. *Et (ne quem lateat) hypermetrum dicimus, in quo ſyllaba vltima abundat.* ὑπὲρ *enim eſt ſuper: &* μέτρον, *menſura.* ORTOQVE à veſpere.] *id eſt, vt primùm veſper oritur. De veſpere iam diximus. Sunt qui hunc ſenſum putent:* ab orto veſpere, *id eſt, à Lucifero, qui idem noctu ſæpè Veſper dicitur. ſed acquieſco priori.* OFFENSVS prauis.] *Vtilitatem huiuſmodi examinis, oſtendit eſſe conſummationem pœnitentiæ. Quem enim verè pertæſum eſt peccati: pœnam ſibi ſtatuit, ne recidat; & pro bene geſtis modeſtè gaudet. Licitum enim eſt etiam viro Chriſtiano, quoties Deum obſecrare vult, aut deſperationis nebulas repellere, de bene actis lætari, & ea recenſere.* Offenſus *dicitur, is qui à re, quam offenderit, læſus eſt; & idcirco illi ſuccenſet. Offendere enim eſt, citra ſpem inuenire: vt, dum lapidem ingrediens pedibus ignoranter impello, ipſum offendere dicor; & ille item me offendit, hoc eſt, lædit.* Ob *enim, præpoſitio apta eſt rebus, quæ inſperata obueniunt. Offenſus ergo prauis,* dat palmam, *id eſt, laudem, & gloriam. Nam ſummis victoribus palma debetur: non (vt opinatur Plinius) quòd ſemper vireat, (id enim lauro, buxo, alijsq; pluribus datum eſt) ſed quia lignum eius ſemper contra pondus renitatur, atque incuruetur. ſic vir fortis contra aduerſa, quoties ita factum decet, fortis inuictusq; procedit: eoq; acrior, quò res, quam aggreditur, difficilior eſt.*

Digitized by Google

humanæ ignoſcere poſſet: ſi grauatus ſomno declinet lumina. Item lumina dicit: quæ vt primùm tenui alio tegantur, lumina, vnde dicuntur, expertia ſunt. Addit, Omnia actu: Integra enim debet eſſe confeſsio. Sequitur, Longi diei? Quem per ſingulas partes, quas modò memorauimus, diſcurrendo longum efficit. Tametſi enim in toto nihil eſt, quod non in aliqua parte ſit copioſius: tamen quid eſſe videtur, dum ſingulas eius partes enumeras. Quocirca (auctore Seruio) Iupiter in primo Aeneid. ad Venerem, loquens de imperio Aeneæ, ne parum videretur, ſi triennio ipſum regnaturum diceret, diuiſit annum, dicens:

—ſublimemq; feres ad ſidera cœli,
Magnanimum Æneam, &c.
Tertia dum Latio regnantem viderit æſtas:
Ternaq; tranſierint Rutulis hyberna ſubactis.

Qui itaque in dolore ſunt, & ſingulas temporis percipiſcunt partes: multò longius tempus putant, quàm qui verſantur in delicijs. REPVTAVERIT.] Reputauerit verò, eius mulariſsimam diligentiam importat. Putare enim eſt, vt in vite, ſuperflua reſecare. Putamus autem (inquit Don.) præſentia, & inſtantia: Reputamus, præterita. Sicut ergo putator vitium diligenter exquirit, quis palmes futuris vuis producendis erit vtilis, & quis inutilis: ſic vir bonus & ſapiens reputans acta totius diei,

Offenſus prauis, dat palmam & præmia rectis.

Similem confeſsionem profitetur Horat. in Serm. vbi docet reſipiſcendi viam, dicens:

Sic teneros animos aliena opprobria ſæpe
Abſterrent vitijs. ex hoc ego ſanus ab illis,
Perniciem quæcumq; ferunt mediocribus, & quis
Ignoſcas, vitijs teneor: fortaſsis & iſtinc
Largiter abſtulerit longa ætas, liber amicus,
Conſilium propriũ. neq; enim cũ lectulus, aut me
Porticus excepit, deſum mihi. rectius hoc eſt:
Hoc faciens viuam melius: ſic dulcis amicis
Occurram. hoc quidã non bellè: nunquid ego illi
Imprudens olim faciam ſimile? hæc ego mecum
Compreſsis agito labris, &c.

QVO præter greſſus.] Venerabile verbum, & multa ſanctitate fœcundum, quod (tametſi aliquibus fortè prolixitate odioſus fiam) ſiccis pedibus tranſire non poſſum. Sapiens, inquit, non ſolùm conſiderabit, prætergreſſus ne metas recti ſit: verumetiam animo complectetur, quò prætergreſſus ſit, id eſt, in quantam culpam ceciderit. In quâ re ſanius ac humanius ſentit, quàm ipſi Stoici: qui (vt in Paradoxis etiam Cicero monſtrare contendit) peccata omnia paria eſſe cenſent. Nihil refert, parúmne an multum tranſgrediaris, ſi modò tranſgreſſus fueris. Nam auri nauem euertat gubernator, an paleæ: in re aliquantum: in gubernatoris inſcitiâ nihil intereſſe aiunt. Quam rem vrbanè damnat Flaccus, primo Serm. dicens:

Quîs paria eſſe ferè placuit peccata, laborant.
Cùm ventũ ad verũ eſt: ſenſus moreſq; repugnãt,
Atque ipſa vtilitas, iuſti propè mater & æqui.

Reliqua vide Satyr. III. Vergil. ergo vult, nos attendere ad pondus peccatorum: non ſolùm ad peccata. Nam (vt docet in ſexto, & noto verſu dicitur) qui deliquit grauius, grauioribus ille ſubijcitur pœnis. QVID geſtum in tempore, quid non?] In tempore, hoc eſt, tempeſtiuè, & quo tempore oportuit: quæ res ad virtutem moralem plurimum facit. Non ergo ſimpliciter intelliges: quid enim non fit in tempore? CVR iſti facto decus affuit? aut ratio illi?] Diligenter, inquit, diſquiret opera ſua: ne fortè, benefeciſſe exiſtimans, peccauerit. Itaque ad philoſophiam moralem nos cohortatur. Principium enim rectè faciendi, eſt rectè ſapere. Bonorum verò, quæ rectè geruntur, quædam ſolâ conſuetudine probantur: vt ſunt inſtituta: qualia, Lætum conuiuam interdum agere: Amicis arridere: & reliqua, quæ temporis, loci, perſonarumq; decorum expetunt. de illis ergo dicit: Cur iſti facto decus affuit? Alia verò immutabili ratione obſeruantur: qualia ſunt iuris præcepta: & apud nos mandata Dei, contra quæ ne mortis quidem metu faciendum eſt. Talibus ergo quadrat, Aut ratio illi? Cur hæc ſententia ſedit, Quàm melius mutare fuit.] Diceret fortè, virum bonum & ſapientem non poſſe peccare: quia, ſi bonus eſt, volet bene operari: ſi ſapiens, ſciet quomodo bene operandum eſt. Scienti autem, & volenti, nunquam deeſt virtus. nam non effectum, ſed affectum Deus aſpicit. Ideóq; non addunt ad ſcientiam & voluntatem, potentiam: quia, licèt illa deſit, virtus tamen non minùs affuerit? Ad hanc rem per anthypophoram videtur Poëta reſpondere: Neminem in hac mortalitate omnia ſcire, ſed paulatim per experientiam, nunc hoc, nunc illud. Quapropter vir bonus, vbi viderit, quod bonum putârat, eſſe contra vitæ decorum, diſquirit ſecum: A

Cur hæc ſentẽtia ſedit, Quam melius mutare fuit?

Sedit, id eſt, placuit, & firmiter hæſit: vt in quarto Aeneidos:

Si mihi non animo fixum immotumque ſederet.

Eſt ergo plus, ſententiam ſedere, quàm placere. nunc enim ſedet, quando fixa eſt, & ſuper eâ quieſcimus. MISERATVS egentem Cur aliquem, &c.] Magni momenti ſententiam, quam ne noſtræ religionis ſanctitati contrariam putes, altiùs exſequar. primumq; Poëtæ noſtri verba ex fine 2. Georg. repetam, vbi inquit: B

Felix, qui potuit rerum cognoſcere cauſas,
Atq; metus omnis & ineluctabile fatum
Subiecit pedibus, ſtrepitumq; Acherontis auari.
Fortunatus & ille, deos qui nouit agreſtes,
Panaq;, Syluanumq; ſenem, nymphaſq; ſorores.
Illum non populi faſces: non purpura regum
Flexit, & infidos agitans diſcordia fratres,
Aut coniurato deſcendens Dacus ab Iſtro:
Non res Romanæ, perituraq; regna: neq; ille
Aut doluit miſerãs inopem, aut inuidit habẽti, &c.

Quibus ſupremis verbis idem videtur dicere, quod hîc: Virum bonum, & ſapientem, miſeratorem eſſe non decere. quo nihil remotius à ſanctitate noſtrâ abeſt. Sic etenim IESVS CHRISTVS, noſtræ vitæ auctor & decus, nos inſtituit, vt ſupra omnia miſericordes ſimus. Quin & ipſe poëta, in duriſsimo carcere occluſos dicit, pœnaſq; exſpectare: C

Aut qui diuitijs ſoli incubuêre repertis,
Nec partem poſuêre ſuis: quæ maxima turba eſt.

Ad hanc obiectionem ſic reſpondet Seruius in illud Georgic. Cic. in Tuſc. lib. quinto hoc tractat dicens: In quem cadit vna mentis perturbatio, poſſe in eum omneis cadere: ſicut poteſt omni virtute pollere, cui virtus vna contigerit. Vnde nunc Vergil. Noluit, inquit, dare ruſtico miſericordiam: ne ei daret etiam cæteras animi paſsiones: quas nouimus à bonis & à malis venire rebus. A bonis opinatis duas: vnam præſentis temporis, vt gaudium: vnam futuri, vt ſpem. A malis ſimiliter duas: vnam præſentis, vt dolorem: & vnam futuri, vt metum. Quas paſsiones eſſe animi, non dubium eſt. Vnde & ipſe ait in ſexto:

Hinc metuunt, cupiuntq;, dolent, gaudentq;.

Salluſtius etiam in Catilinæ bello ait: Omnes homines, qui de rebus dubijs conſultant, ab odio, amicitiâ, irâ atque miſericordiâ, vacuos eſſe decet. Nam animus haud facilè verum prouidet, vbi illa officiunt. Ergo, aut ſecundùm tractatum Ciceronis hoc dicit: aut (quod abſolutius eſt) intelligamus ideò ruſticum paupertatem non dolere: quod eam malum eſſe non credit, ſed munus deorum. Lucanus de paupertate:

—— & munera nondum Intellecta deûm.

Hæc ibi Seruius. Poſſumus, ad confirmationem poſterioris opinionis, quâ dicitur ruſticum paupertatem modeſtè pati aſ-

ferre

Digitized by Google

A *ferre Ofellum Horatianum: qui ruſticus à ſuis agris expulſus, poſtquam eos annuâ penſione à milite redemerat, ſic inquit:*

Sæuiat, atq; nouos moueat fortuna tumultus,
Quantum hinc imminuet, *&c.*

Et concludit:

——quocirca viuite fortes,
Fortiaq; aduerſis opponite pectora rebus.

Sed Vergilius nunc de ruſtico non loquitur; imò de viro ſapiente & bono. Sed ad hanc purgationem, huiuſmodi ambagibus minimè opus eſt. non enim Poëta vetat virum bonum eſſe miſericordem: ſed ne ſic miſeretur, vt dolorem, aut fractæ mentis perturbationem, indè ſentiat. Quamobrem dixit in illo Georg. Neque ille aut doluit miſerans inopem: *& hîc,* Miſeratus egentem Cur aliquem, *&c. Cuius ordo eſt:* Cur miſeratus egentem perſenſi aliquem dolorem, fractâ, *id eſt, effœminatâ,* mente: *hoc eſt, cur ſic miſeratus, vt indè doleam? Nam de verâ charitate & humanitate, quâ proximos miſericorditer ſuſcipimus, vir bonus dolere non poteſt. Dolet autem, ſi vel propter turpem cauſam miſeratum ſe ſentit; vel propter metum futuræ egeſtatis, quomodo ipſum ſui,*
B *non eius cui dat, miſeret. Vt autem ad Grammaticen reſpiciam, dicimus* Miſeror, *miſeraris, cum accuſatiuo. vt quarto Aeneidos:*

Non lachrymas victus dedit, aut miſeratus amantem eſt? *Vbi ſignificatur, (quod nunc diximus) virum fortem non miſerari ex turpi cauſâ. Dicimus etiam* Miſereor, *misereris, cum ſolo genitiuo; inquit Seruius. vt in ſecundo Aeneidos:*

Miſerere animi non digna ferentis.

Et in quarto:

Miſerere domus labentis.

Noſtri dicunt, Miſerere nobis: *quod eſt, ignoſce, & da veniam. Dicimus præterea,* Miſeret, *impersonale verbum: quod vtrumq; ſimul regit, & accuſatiuum & genitiuum. vt in V.* Et te lapſorum miſeret. *Dicimus ad hoc,* Miſereſcit; *quod imperſonaliter ſumptum, à Miſeret imperſonali deducitur, & eoſdem caſus habet. vt,* Inopis te miſereſcat mei. *Perſonaliter verò à Miſereor flecti videtur, & nônunquam datiuum regere. vt ſecundo Aeneidos:*

C His lachrymis vitā damus, & miſereſcimus vltrò.

QVID volui, quod nolle bonum foret?] *Certum eſt, quid dicat.* Foret, *id eſt,* eſſet: *& habet hoc præteriti imperfecti ſignificationem; aliquando præſentis.* Fore *autem, ſemper futuri ſignificationem gerit; idemq; eſt, quod futurum eſſe. quocirca nunquam participijs, præcipuè futuri temporis, ſed ſemper nominibus iungitur. vt, non dices, Spero te amaturum fore: ſed, vel amaturum eſſe, vel amatorem mei fore. Nec dices, Intellexit te iam ſanum fore; imò, ſanum eſſe.* VTILE honeſto Cur malus ante tulit?] *Sententia ſapiente viro digna. Nam eſt in Paradoxis:* Quod honeſtum ſit, id ſolum bonum eſſe. *Multa tamen multis videntur vtilia, quæ honeſta non ſunt. vt, Carni inſeruire; Voluptatibus indulgere; Per fas & nefas diuitias accumulare. Pulchrè ergo dicit,* Cur malus anteculi, *hoc eſt, prætuli? quaſi dicat: ſi bonus eſſem, bona duntaxat quærerem. Iucundum autem eſt, ſi aduerteris, quòd vir bonus ſe malum dicat. Accipitur malum tot modis, quot bonum. Contrariorum enim (vt aiunt) eadem eſt diſciplina.* NVM dicto, aut deniq; vultu perſtrictus quiſquam.] *Si legeris,* Quiſquam; *iuſtum virum deſcribit. Iuſtitiæ enim præcepta ſunt;* Honeſtè viuere: *vnde eſt,* Vtile *honeſto cur malus anteculi?* Alteri non nocere. *vt hîc, Cur quiſquam eſt perſtrictus, id eſt, malè affectus, verbo aut vultu meo, hoc eſt, truculentiâ vultus. item;* Ius ſuum vnicuique tribuere. *vnde ſequetur;* Offenſus prauis, dat palmam & præmia rectis. *Videtur tamen melius cæteris quadrare, ſi legerimus,* Quidquam; *vt ſit ſenſus: Cur ego perſtrictus ſum quidquam, id eſt, quouis modo, aut dicto, aut vultu. Itaq; omnes partes, quibus peccare poſſet, exquirit. Peccamus enim facto: vt,* Vtile honeſto Cur malus anteculi? *Verbo & cogitatione: cogitationis autem tacitæ index eſt vultus, qui à volendo dicitur. Pro duobus ergo poſterioribus dicitur,* Num dicto, aut denique vultu, *&c. Vel refertur ad fortitudinē: vt ſit, Cur malus non fortem animum omnibus obieci; ſed viſum perſtrictus, arctatus, commotus dicto, hoc eſt obmurmurando; aut demq; ſi tacui, vultu motum animi prodidi?* CVR me natura magis, quàm Diſciplina trahit?] *Vt hoc quoq; verbum, cui equidem palmam tribuendum arbitror, altiùs exordiar: ſciendum eſt, vulgarem fuiſſe opinionem, fatorum aſtrorumq; violentâ neceſſitate omnia in terris geri; atque, vt quiſq; optimè natus fuerit, ita eum ſanctiſſimam vitam ducere oportere. Vnde illud Satyricum:*

——diſtat enim, quæ
Sidera te accipiant, modò primos incipientem
Edere vagitus, & adhuc à matre rubentem.
Si fortuna volet, fies de conſule rhetor:
Si volet hæc eadem, fies de rhetore conſul.
Ventidius q̃d enim? q̃d Tullius? an ne aliud, quàm
Sidus, & occulti, mirāda potentia fati? *Hæc Iuuenal.*

Quia igitur multis mortalibus perſuaſum eſt, omnia ex neceſſitate contingere; incaſſum ſe eniti dicebant. quocirca multos excepit ignauia. Contra quem errorem dicit aureus Poëta noſter: Naturam quidem, id eſt, naſcendi rationem, nos trahere; ſed ſi velimus medicas manus adhibere, atque bonis præceptionibus acquieſcere, poſſe nos diſciplinam ſequi, & naturam comprimere. Sunt enim, contra ſingula vitia, certa remedia. Vnde Horatius in epiſtolis:

Laudis amore tumes? ſunt certa piacula, quæ te
Ter purè lecto poſſunt recreare libello.
Inuidus, iracundus, iners, vinoſus, amator:
Nemo adeò ferus eſt, vt non miteſcere poſsit:
Si modò culturæ patientē cõmodet aurē. *Hæc ille.*

DISCIPLINA.] *Dicitur à diſcipulo. vna enim eademq; res, prout à doctore procedit, doctrina dicitur: quæ quia à diſcipulo ſuſcipitur, diſciplina vocatur.* SIC dicta & facta per omnia Ingrediens.] *Hypermetrum verſum fecit: qui quoties fit, ſyllaba abundans, apud Vergilium quidem, à ſequenti vocali abijcitur: vt hic,* aperi. *Et (ne quem lateat) hypermetrum dicimus, in quo ſyllaba vltima abundat.* ὑπὲρ *enim eſt ſuper; &* μέτρον, *menſura.* ORTOQVE à veſpere.] *id eſt, vt primùm veſper oritur. De veſpere iam diximus. Sunt qui hunc ſenſum putent:* ab orto veſpere, *id eſt, à Lucifero, qui idem noctu ſæpè Veſper dicitur. ſed acquieſco priori.* OFFENSVS prauis.] *Vtilitatem huiuſmodi examinis, oſtendit eſſe conſummationem pœnitentiæ. Quem enim verè pertæſum eſt peccati: pœnam ſibi ſtatuit, ne recidat; & pro bene geſtis modeſtè gaudet. Licitum enim eſt etiam viro Chriſtiano, quoties Deum obſecrare vult, aut deſperationis nebulas repellere, de bene actis lætari, & ea recenſere.* Offenſus *dicitur, is qui à re, quam offenderit, læſus eſt; & idcirco illi ſuccenſet. Offendere enim eſt, citra ſpem inuenire: vt, dum lapidem ingrediens pedibus ignoranter impello, ipſum offendere dicor; & ille item me offendit, hoc eſt, lædit.* Ob *enim, præpoſitio apta eſt rebus, quæ inſperata obueniunt. Offenſus ergo prauis,* dat palmam, *id eſt, laudem, & gloriam. Nam ſummis victoribus palma debetur: non (vt opinatur Plinius) quòd ſemper vireat, (id enim lauro, buxo, alijsq; pluribus datum eſt) ſed quia lignum eius ſemper contra pondus renitatur, atque incuruetur. ſic vir fortis contra aduerſa, quoties ita factum decet, fortis inuictusq; procedit: eoq; acrior, quò res, quam aggreditur, difficilior eſt.*

Digitized by Google

ASCEN.

SPERNE lucrum: vexat menteis vesana cuido.
Fraude carete graues, signari credite doctis.
Lusuri nūmos, animos quoq; ponere debent.
Pone malas, quoties ludendo vinceris, iras.
Ludite securi, quibus æs est semper in arcâ.
Si quis habet nummos veniens, exibit inanis.
Lusori cupido semper grauis exitus instat.
Sancta probis pax est: irasci desine victus.
Nullus vbiq; potest felici ludere dextrâ.
Principiò Furijs ego sum tribus addita quarta.
Plecte truceis animos, vt verè ludere posis.
Ponite maturè bellum, preconiraq; cesset.

Quoniam quidem reip. incolumitati, in quã palmam nimirum Romani sibi vendicant: nihil auaritiã ipsã perniciosius ortum est: (crescentibus siquidem diuitijs, omnem honestæ vitæ gloriam amisere. vnde Sallustianum illud in Catilinario. Igitur primò pecuniæ, deinde imperij cupido creuit: ea quasi materies omnium malorum fuêre. Namque auaritia fidem, probitatẽ, cæterasque artes bonas subuertit. Pro his superbiam, crudelitatem, deos negligere, omnia venalia habere, priuatos docuit, *&c. Et paulò pòst:* Auaritia pecuniæ studium habet: quam nemo sapiens cõcupiuit. ea quasi venenis malis imbuta, corpus animũq; virilẽ effœminat: semper infinita, semp insatiabilis est: neq; copiâ, neq; inopiâ minuitur. *& in Iugurthino:* Cæterùm mos partiũ popularium, & senatus factionũ, ac deinde omnium malarũ artiũm, paucis antè ãnis, Romæ ortus est; otio atq; abundãtiâ earũ rerũ, q̃ prima mortales ducũt. Nam ante Carthaginẽ deletam, Populus & Senatus Romanus placidè modesteq; inter se remp. tractabant. Neq; gloriæ, neq; dominationis certamen inter ciues erat. Metus hostilis in bonis artibus ciuitatem retinebat. Sed vbi illa formido mentibus decessit, scilicet ea, quæ res secundæ amant, lasciuia atque superbia, incessêre. Ita qui in aduersis rebus optauerunt otium; postquam adepti sunt, asperius, acerbiusq; tulêre. Namque cœpêre, nobilitas dignitatem in superbiam, populus libertatem in libidinem vertere. Ita omnia in duas partes abstracta sunt; republicâ, quæ media fuerat, dilaceratâ. *Huic Sallustianæ sententiæ correspondit illud Iuuenal. in sexto:*

Præstabat castas humilis fortuna Latinas
Quondam: nec vitijs contingi parua sinebant
Tecta, labor, somniq; breues, & vellere Tusco
Vexatæ, duræq; manus; ac proximus vrbi
Annibal, & stantes Collinâ in turre mariti.
Nunc patimur longæ pacis mala; sæuior armis
Luxuria incubuit, victumq; vlciscitur orbem.
Nullum crimen abest, facinus libidinis, ex quo
Paupertas Romana perit. hinc fluxit ad Histros,
Et Sybaris colles: hinc ad Rhodon, & Miletos,
Adq; coronatum petulans madidumq; Tarẽtum,
Prima peregrinos obscœna pecunia mores
Intulit, & turpi fregerunt secula luxu
Diuitiæ molles. —— *Hæc ille.)*

Quoniam igitur, inquam, tam nociua auaritia Romano imperio fuit: nihil diriùs Romani poëtæ (qui semper reip. prodesse studuerunt (exsecrati sunt. Hinc illa exclamatio in tertio Aen.

—quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames? ——

Hinc in sexto apud Tartarum damnatos dicit:

Aut qui diuitijs soli incubuêre repertis;
Nec partem posuêre suis: quæ maxima turba est.

Et paulò pòst, de ijs, qui auro iustitiam polluerunt:

Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos.
Vendidit hic auro patriam; dominumq; potẽtem
Imposuit; fixit leges precio, atq; refixit.

Hinc tota Horatij excandescentia; qui, vbicunq; potest, in auaritiam insurgit, atq; insanissimos auaros esse docet, & plurimæ purgationis (quã per Helleborũ intelligit; cuius copia in Anticyrã prouenit) indigere. Vnde & ait in Sermonibus, nomine Stoicorum:

Dãda est hellebori multo pars maxima auaris.
Nescio in Anticyrã ratio illud destinet omen.

Hoc est: nescio an auaris omni helleboro opus sit, vt purgentur. omnis enim peccati species ex malâ cupiditate (quæ auaritia generaliter dici potest) nascit. Sunt aũt tria huius pestis præcipua capita. Aut. n. malâ cupidine ductus, Per fas et nefas acquirit. & propriè dicitur Auarus, ab auendo. i. cupiendo: vnde & Auidus dicitur. Aut res vbicunq; acquisitas illiberaliter amat, semper secũ seruat: & dicit Tenax. Aut nulli vsui expendit: & dicitur propriè Sordidus. sicut cõtrà, qui nitidum rerum suarũ vsum habent, Lautos vocamus. Vnde Iuuen. Atticus, eximiè si cœnat lautus habetur. B *Habet aũt auarus hoc dementiæ: (vt dicitur in primo Serm. Horat.) semper inuidiâ cruciatur, Vnde ait:*

Quodq; aliena capella gerat distentius vber,
Tabescat habet. —— *Et illud:*
Quòd rebus partis nescit vti. *Vnde idem ibidem:*
—congestis vndiq; saxis Indormis inhians, & tanquam parcere sacris Cogeris. —

Adde, quòd auaritia vitium tantò plus vitij habet; quantò nos imbecilliores efficimur. Est enim senibus commune vitium, quòd (vt inquit Comicus) omnes ad rem audiores sunt. Hinc illud Horatij de Arte poëticâ:

Multa senem circũueniunt incommoda; vel quòd
Quærit, & inuentis miser abstinet, & timet vti, &c.

Habet & hoc mali, quòd cætera vitia multo vsu displicent: qualis superbia exterior, qualis luxuries, & reliquæ pestes. Auaritia verò, nec copiâ, nec inopiâ minuitur. Vnde Iuuenal.

Crescit amor nummi, quantũ ipsa pecunia crescit.

Est ad hoc exsecrabile malum: quòd cætera vitia quendam apparentem dulcedinem insipientibus pariunt: auaro verò, tantò minus quietis, aut dulcis fruitionis; quantò magis rerum. vt enim inquit Seneca: Tam deest auaro quod habet, quã quod nõ habet. C *Est ad summũ auarus odiosus omnib. nemini amicus: nõ Deo, nõ sibi, nõ proximo. Non sibi: quia parcit, & inuentis miser abstinet. vnde in Sermonibus de homine auaro:*

Vix credere posis, Quàm sibi non sit amicus.

Non deo: vnde est in eiusdem Serm.

Dijs inimice senex, custodis, ne tibi desit.

Non denique proximis: quia multa, si potest, congerit: nec vlli impartitur quidquam. Quando igitur eiusmodi est auaritiæ malum, vt quod misericordiæ maximè officit: seuerissimè à Poëtâ nostro nunc improbatur. Dices fortè, nihil video seueritatis. Nempe hoc est maximum: quòd ita auaritiam damnat; vt, ne vitam nostram polluat, etiam à ludo, qui recreandi animi gratiã fieri solet, nobis abstinendum dicat. Vtitur ergo argumento à verisimiliori. Nam si ne ludere quidem lucri causâ possumus: certum est, à malis quæstibus abstinendum esse. SPERNE lucrum.] *Non dicit, Sperne ludum: quoniam nec versus id pateretur, nec sentẽtia. non versus: quia ludus primã longam habet. non sententia: quia interdũ ludendum est. nam & sacri ludi sunt: vt Apollinares. Loquitur tamẽ de ludo aleæ, aut pilæ, aut alterius rei; vnde lucellũ exquiritur.* VEXAT mentes vesana libido.] *Vexare, verbũ est magnæ violentiæ; vt docet A. Gellius. est enim frequentatiuum à Veho: sed qui vehitur, alterius viribus impellitur. Qui verò vexatur, nunc huc nunc illuc agitatur. Quando enim quis per idẽ spatium sæpè violenter rapitur atque retrahitur; tunc propriè non vehitur, quod semel fit; sed vexatur. Vesana ergo libido vexat*

A do vexat mentes, hoc est, impotentes virium agitat, & cogit sub alio sole quærere merces. Hinc plurimi poëtarũ loci. Horatius in I. Carm. Nequicquã deus abscidit Prudens Oceano dissociabili Terras: si tamen impiæ Non tangêda rates transsiliunt vada. *Et multis alijs in locis.* VESANA.] *Ve, particula, aliquãdo auget, vt Vehemẽs: aliquãdo minuit, vt, Vestibulum: aliquando contrarium inducit, vt Vecors, sinè corde animo virili, vel certè praui cordis. sic Vesanus, vel malesanus.* LIBIDO.] *vt plurimùm in malam partem accipitur, semel apud Sallust. in bonam. Refertur autẽ ad ambitionẽ, vt est libido dominandi: & ad concupiscentiam, vt est libido carnis: item ad quamuis malam cupiditatem. vnde nonnulli libri habent hoc loco:* Vexat mentes vesana cupido, FRAVDE carete graues, ignari credite doctis.] *Tribus vitæ nostræ partibus Poëta consulit. Primæ, quæ miens ætas dicitur, cùm ait:* Ignari credite doctis. *Mediæ, cũ dixit:* Sperne lucrum. *eã enim ætate ludis incumbunt. Supremæ autem, dicens:* Fraude carete graues. *Et sunt sanè salubria præcepta. Quid est enim adolescentibus salubrius, quàm vt discant? Oportet autẽ (inquit Philosophus) discentem credere. Neq; tamen vult, vt nimiùm creduli simus; sed vt doctis & ex-*
B *pertis duntaxat fidem habeamus. quæ res si ritè seruaretur, nihil in repub. vtilius cõtingeret. Quot etenim ignari sumus, quoniam ab ignaris & indoctis doceri speramus? & miseri nostri parentes, si doctos præceptores nobis comparassent: non nequitiæ, sed literis nunc incumberemus. Quid item adolescentiæ: & virili ætati decentius conueniret; quàm vt ludo & libidine abstineamus? Quid deniq; senectæ nostræ iucundius aut pulchrius contingat; quàm vt fides nobis habeatur? quod non dubiè fiat, si fraude vacaremus. Inquit ergo bene,* Fraude carete graues, *hoc est, maturi æui.* IGNARI credite doctis.] *De hac re sic Cic. vbi adolescentiæ officia præscribit.* Est igitur adolescentis, maiores natu vereri: ex hisq; eligere optimos & probatissimos, quorum consilio atque auctoritate nitatur. Ineuntis enim ętatis inscitia, senum constituenda & regenda prudentia est. Maximè autem hæc ætas libidinibus arcenda est, exercendaq; in labore, patientiâq; & animi & corporis: vt eorum & in bellicis & ciuilibus officijs vigeat industria. Atque etiam, cùm relaxare animos,
C & dare se iucunditati volunt; caueant intemperantiam; meminerint verecundiæ. Quod erit facilius, si eiusmodi quoq; rebus maiores natu interesse velint. *Hæc ille. Et, si (vt sequenti capite docet) senum interest, vt amicos, & iuuentutẽ, & maximè rempub. consilio & prudentiâ quamplurimùm adiuuẽt, &c. ante omnia opus est, vt sinè fraude inueniantur. nam (vt iã dixi) nihil profecerim docẽdo: si doctrinæ nostræ, propter fraudẽ in nobis cõpertã, fides desit. Quid enim profuit Cassandræ prognosticon? de quâ sic Vergil.*

Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
Ora dei iussu, non vnquam credita Teucris.

LVSVRI, &c.] *Ordo est:* lusuri, *quod est, quicũq; ludere parant,* debẽt ponere nummos, animos quoq;: *hoc est, tametsi amiserint numos, non tamen irascentur.* IRASCI memini victos.] *Gerit præceptoris partes. Quocirca vult sibi credatur, tanquam experto. Memoriã complector, ex ijs quæ vidi, victos irasci.* PLACET optime frater, &c.] *Facetè loquitur. solent enim, qui moralia præcipiunt, ad liberos suos, vtpote ad charissima pignora, scribere. Sic M. Cicero ad Marcum filium Officia scribit, & opus illud morale,* Cùm animaduerterem, *etiam ad filium destinatur. Debẽt enim præceptores, vt meminit Iuuenalis, haberi parentis loco. Sed Vergil. modestiæ gratiâ,* Optime frater, *dixit: quomodo & Apostoli nostri ad suos scripserunt. Dicitur autẽ frater, quasi ferè alter.* LVDANT securè.] *Huius sensum potes dicere à contrario sensu eliciendum esse; vt sit: quia nulli semper satis æris in arcâ est, nulli ludant. Vel intelliges simpliciter sic: Ludant prædiuites, seu qui censum, & qui thesaurũ inexhaustum habent. Tu verò, optime frater, hoc est, qui meæ conditionis es, à ludo abstineas.* ÆS, æris, *species metalli est: sed pro pecuniâ accipitur. nam primi nummi ærei, non aurei aut argentei, fuere. Ouidius de Fastis:* Æra dabant olim, melius nunc omen in auro est, Victaq; cõcessit prisca moneta nouæ. *Hinc pecuniam debitam, æs alienum dicimus. Et ærarium, repositorium publicæ pecuniæ. Seruius Tullus primus fertur æs signâsse: nam antea rudi vtebantur. Signatumq; aiunt notã pecudũ: vnde pecunia dicta. Nam argenteus nummus, primùm signatus est anno vrbis* CCCCLXXXVI. *Deinde* LXII. *anno, signatus est aureus. Alij aliam appellandæ pecuniæ rationẽ dant. Dicũt, olim omne cõmercium fuisse in commutãdis pecudibus, in quibus præcipuas diuitias sitas putabant: quod vbi ære & auro argentoq; fieri cœpit, pecunia (quòd in pecudũ locum successit) appellata. Sunt qui dicant, exstare nummos æreos signatos sub Iano, antiquissimo Italiæ rege: quorũ alterius partis nota est nauis, quã Saturnus in Italiam vectus erat; alterius, Ianus biceps, propter rerũ experientiam & prudentiam. Certũ autem est, æs accipi solitum pro pecuniâ. Vnde in Bucol.* Non vnquam grauis ære domum mihi dextra redibat. ARCA.] *Dicitur ab arcendo: quòd arceat homines à rebus, quas arcanas, id est, secretas & occultas, esse volumus.* SI quis habet nũmos, &c.] *Conformiter ad priorem sentẽtiam quã diximus, nullis ludendũ: quia nullis æs semper in arcâ est. Nam si quis habet nummos veniens, exibit inanis.* Inanem dicimus, *cui pecunia nõ est: propter inanem crumenam, siue sacculos ærarios inanes. vnde & Vacuus dicitur. Iuuenal.* Cantabit vacuus corã latrone viator. Nũmos, *à numeris dictos putãt. inuento enim numo, hoc est, signato ære, orta est numeratio in satisfactione. Antea. n. æra pendebãtur. vnde hodie,* pẽndere, *satisfacere significat: vt sexto Aen.* Tùm pendere pœnas Cecropidæ iussit. *Hinc etiam est, quòd hodie quoq; talentũ auri, libram auri & argenti dicimus: tametsi non pondere, sed numero satisfacimus.* LVSORI cupido, &c.] *Causa est, quòd cæcus cupidine lucri, ludendi peritiam non habet.* EXITVS grauis.] *Atqui dictũ est,* Exibit inanis. *Sed dic, grauit, id est, molestus & tristis. vt apud Iuuenal.* Quòd tondẽte grauis iuueni mihi barba cadebat. *Non enim iuuenibus grauis, id est, ponderosa barba est; sed molesta.* Exitus, *est finis. vt,* Exitus acta probat. *& secundo Aen.* Hęc finis fatorum, hic exitus. *Sed pulcherrimè hîc ponit: alludit enim ad exitum lusoris à tabernâ lusoriâ.* SANCTA probis pax est.] *Hactenus auaritiam criminatus est, nunc pulchro moderamine iram retinendam docet. Et veluti plena laus, contrariorum vituperationem habet: ita & vera vituperatio vnius contrariorum, laude cumulatur. Commendat igitur pacem: quam Christiano viro auctor & saluator humani generis satis commendatam fecit; quando eam, vt rem preciosissimam, charissimis legauit. Omnibus verò mortalibus per se laudata esse poterit; quando & feræ in suo genere eam seruent. Nam de publicâ pace, quid boni habeat, non dicto opus est: videntibus quot & quanta sint belli mala. Quòd verò Iuuenal. ait,* Nunc patimur lõgæ pacis mala: *non pacẽ criminatur; sed otium & desidiam, quam ingrati ignauiq; animi subiêre. Dicit ergo,* Sancta probis pax est. *Quorũ verborũ ordo est:* Pax sancta, *id est, inuiolabilis,* est probis. *i. probi habent pacem, quæ sancta est. Vel sic:* Pax est probis sancta, *id est, pax est habita & æstimata sancta à probis. Vel sic:* Pax est sancta. *i. sancita & introducta, à* probis. *Vnde est illud Horatianũ in Arte:* Syluestres homines sacer interpresq; deorũ, Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus, &c. *Vtrumcumq; autem dicatur, sensus erit: quod magnæ probitatis indicium est, seruare pacem. Nihil enim moribus honestis tam obest, quàm lites & iurgia. vnde notum verbum Poëtæ:* Lis est de paupere regno. Sanctum *dici volunt, de quo sancitum est pœnâ sanguinis, ne quis violet. vnde, Sancta sepulchra, sancta mœnia Romæ, &c.* IRASCI desine victus.] *Vide quàm moderatè præcipiat. Quia enim ira, quæ subitâ sanguinis inflam-*

Google

tis inflammatione circa cor nascitur, in nostrâ potestate non est; nec omnis ira mala est: (vt enim docent Peripatetici; ira multũ ad fortitudinẽ facit. & diuinis eloquijs dicitur: Irascimini, & nolite peccare) *idcirco Poëta non dicit; Noli irasci: sed,* Irasci desine victus. *& paulò pòst dicet:* Iraq; cesset. *Iram, quando importat primũ animi motũ, in nostrâ potestate non esse; docet Flaccus in Sermonibus, dicens:* Deniq; quatenus excidit penitùs vitiũ iræ, Cætera itẽ nequeunt stultis hærẽtia, *&c. Et propterea idẽ, in Epistolis, nõ vult iram omnino expelli; sed contineri: vbi inquit:* Qui nõ moderabitur iræ, Infectum volet esse, dolor quod suaserit, & mens; Dum pœnas odio per vim festinat inulto. Ira furor breuis est. animum rege: qui nisi paret, Imperat. hunc frænis, hunc tu compesce catenâ. NVLLVS vbiq; potest felici ludere dextrâ.] *Prouerbium est, quod in re communi multum gratiæ habet. Solent autem tali diuerbio, qui victi sunt, se consolari:* Nihil est ex omni parte beatum. *commune enim malum tolerabilius est.* INITIO furijs, *&c.*] *Ordo satis obscurus est:* Ego ira sum addita quarta *furia,* furijs initiò tribus, *id est, quæ ab initio non nisi tres erant. Sunt tamen qui sic legant:* Initiò furijs ira est tribus addita quarta: *& sic ordo facilis est, & meo iudicio magis quadrans. Furiæ apud inferos tres dicũtur; Alecto, Megæra, & Tisiphone: quas Acherontis filias esse dicũt, ex Nocte. nec ab re. Acheron. n. interpretatᷣ, absq; lætitiâ: nam a priuatiua est particula, & χαρà dicitur lætitia. & Nox est cæcitas quædam, & priuatio luminis.* Quando ergo mens *nostra tristitiâ afficitur, ob iniuriam illatam, nec habet lumen* A *rationis, quo refrænetur: statim in furorem rapitur. Itaq; ira potest esse quarta furiarũ: quia* Ira furor breuis est. *Hesiodus in Theogoniâ aliud dicit: sed non omnia referre in vnum locum possumus. Hoc tamen non præteribo: Poëtas solere, ad notum rerum numerum adijciendum aliquid esse, attestari. Sic, quia duo Catones insigni virtute fuerũt, Iuuenalis allusit:* —habeat iam Roma pudorem: Tertius è cœlo cecidit Cato. *Sic Horatius, ad septem sapientes in Græciâ nobilissimos respiciens, inquit in Sermonibus:* Hæc mihi Stertinius, sapientum octauus, amico Arma dedit. *Sic Sappho decima Pieridum dicta est. Sic & hîc Ira, quarta furiarum nuncupatur.* PLECTE truces animos, vt verè ludere possis.] *Qui etenim spe lucri rapitur; non ludos, sed sollicita seria ducit.* Plecte *ergo, hoc est, rigidè flecte, & castigsta,* truces, *id est, feroces & truculentos,* animos. *Plectere est afficere tormentis. vt in epistolis Horatij:* Quidquid delirant reges, plectuntur Achiui. PONAS maturè bellum precor.] Ponas, *id est, deponas,* maturè, *id est, tempestiuè. Nam id maturum dicitur, quod neq; seriùs, neq; citiùs, Solis beneficio decoctum est. Inuitat ergo ad temperantiã.* B *nam certum est, lusorem, vbi amiserit quouis modo, irasci. Vnde Horatius in epistolis:* Ludus enim genuit trepidum certamen & iram; Ira truces inimicitias & funebre bellũ. IRAQVE cesset.] *quia, vt dixi, fieri non potest, vt vir acer & strenuus omninò irâ vacet: id enim imbellis animi est. Iccirco dicit,* cesset ira, *id est, placetur tempestiuè.*

DE LIVORE.

LIVOR, tabificum malis venenum,
Intactis vorat ossibus medullas,
Et totum bibit artubus cruorem.
Quòd, quisqs furit, inuidetq; sorti,
(Vt debet) sibi pœna semp ipse est.
Testatur gemitu graueis dolores:
Suspirat, gemit, incutitq; denteis:
Sudat frigidus, intuens quod odit.
Effundit mala lingua virus atrum;
Pallor terribilis genas colorat;
Infelix macies renudat ossa.
Non lux, non cibus est suauis illi:
Nec potus iuuat, aut sapor Lyæi:
Nec si pocula Iuppiter propinet,
Aut hæc porrigat & ministret Hebe;
Aut tradat Ganymedes ipse nectar.
Non somnum capit, aut quiescit vnquam;
Torquet viscera carnifex cruentus;
Vesanos tacitè mouet furores:
Intentans animo faces Erinnys
Lethalis, Tityq; vultur intus;
Qui semper lacerat comestq; mentem.
Viuit pectore sub dolente vulnus:
Quod Chironia nec manus leuârit,
Nec Phœbus, sobolésue clara Phœbi.

ASCEN. LIVOR, tabificũ, *&c.*] *Monstratum est, auaritiam & iram infestissima esse vitia: auaritiam quidem reipublicæ; iram verò proximus. Auarus, si quidem omnia venalia habet, vt pecuniam accumulet. Iracundus, quo tempore irâ percitus est, sanguinis & vindictæ sitiens, debacchatur; nihilq; tam exoptat, quàm quo inimicum vlciscatur. Nunc autem Poëta noster ingeniosissimus ostendit, Inuidiam perniciosissimam esse illi, cui inest. Efficit enim ipsum liuidum, tabidum, macilentum, atq; omnis lætitiæ & boni expertem. Vnde Horatius in epistolis:* Inuidus alterius rebus macrescit opimis: Inuidiâ Siculi non inuenêre tyranni Maius tormentum, *&c. Nec vsque adeò mirum est, hanc tam diram esse pestem. Nam si, vti quisque summam charitatem habet; ita perfectissimus est: consequitur, vt, qui maximâ inuidiâ laboret, infelicissimus sit. Nihil enim vsqueadeò fraternæ charitati, atque inuidia, officit. nam inuidus is demum dicitur, qui non potest bonis oculis videre salutem alterius: quam optimus quisque, non minùs ac suam, desiderat. Possumus ergo miseros despicere, hoc est, nolle aspicere, ex contemptu: sed felicibus duntaxat inuidemus. vnde Martial.* Omnib9 inuideas, liuide; nemo tibi. *Hoc etenim pacto omnes, præter liuidũ, felices forent: qui certè felicitate indignus est. Quocirca dici solet:* Nihil iustius esse inuidiâ. *Notus etiam est auctor, qui inuidos omnibus in locis habere oculum desiderauit. Credo equidem, vt tantis hominum bonis cruciatus, aliquando (si quidem fieri posset) ipsum sui misterescat. Pestiferam autem inuidi mentem, pulcherrimè aperit Aesopus, Phrygius ille fabulator ingeniosissimus, in apologo in quo ostendit, auaro atque inuido oblatam adeò conditionem; vt, quamcunque rem peterent, eam impetratam abducerent. Cùm igitur inuido, vt peteret, iussit auarus: ille renuit, timens, auarum posse aliquid accumulatius petere. Iussus autem auarus postulare; non immemor sui, nec à naturâ discedens: petijt, vt, quamcunque rem inuidus exoraret, eam geminatam haberet.* C *Quod cùm inuidus audiret: tabescens, quòd illi cumulatius & geminum bonum foret; oculum sibi erui petijt, quò alteri vterque obcæcaretur. Itaque inuidus, non tàm sibi prodesse, quàm alteri nocere, conatur. Veruntatem, vt plurimùm auaritia inuidiam generat; non semper autem. Nam nonnunquam alteri inuidemus; quod nos ipsi habere noluerimus. Sed de hac nihil pulchrius, quàm à Poëta adduci potest. quocirca ad ipsum accedamus.* LIVOR, tabificum malis venenum.] *Carmen hoc hendecasyllabon, id est, vndecim syllabarum, constat spondeo, dactylo, & tribus trocheis: quámuis in vltimo loco propterea quòd vltima syllaba indifferens est, etiam spondeus ponatur. Primus versus sic metitur:* Liuor, *spondæus:* tabifi, *dactylus:* cum ma, *trocheus:* lis ue, *trocheus:* nenum, *trocheus. Pari modo & reliqua scandes.* Liuor, *exsistens* tabificum, *id est, generatiuum tabis,* venenum, vorat, *deuorat, abglutit,* medullas, intactis, *id est, non tactis,* ossibus. *Liuor, est macula subnigra, quæ ex contractu & compressu corporum inducitur. Iuuenal.*

A Vuaq; conspectâ liuorem ducit ab vuâ.

Et Tibullus:

Tùm succos herbasq; dedi, quîs liuor abiret,
Quem facit impresso mutua dente Venus.

Et quoniam inuidia similẽ maculam generat, & obscœnũ aspectum efficit: à multis liuor vocatur; vt hîc. Nam sicut Cãdidus dicitur, qui omnia bono oculo aspicit; nulliq; inuidet aut detrahit: sic è cõtrario Liuidus dicitur, qui, vbi alterius dexteritatem videt, lẽtâ tabe medullitus exeditur, & exhausto, qui in cãdido homine est, naturali succo, totus liuescit. Vnde vocat liuorem, tabisĩcũ venenũ. VENENVM.] *Dicitur enim quòd veniat. i. fluat, p venas & medullas.* TABES.] *Dicitur aũt sanguis, exsudante puriore succo, corruptus: talem aũt liuor generat. vnde* Tabificum venenũ. *Additur aũt notanter,* MALIS.] *nõ tam, quòd præcipuè mali sunt, qui alterius bona videre non possunt: quàm quòd hoc venenũ malis, hoc est, inuidis duntaxat, nociuũ est. Nam luxuria luxurioso delectationẽ affert, & colluxurioso labẽ. Superbia miseris, quos fastidimus, molesta est: Auaritia, omnib. odiosa ira, offendendis damnosa: Gula, hæredibus iniqua: Acedia, quãuis desidibus dulcis, bonis*
B *tamẽ operationibus, quas aut Deo, aut sanctis, aut parentibus, aut liberis, aut patriæ, aut reipub. debemus, summopere nociua est. Inuidia verò, inuidũ duntaxat cruciat: nam inuisus semper beatus est, aut talis iudicatur. Quia ergo inuidia exedit inuidum: bene dixit,* Tabificũ malis. *Neq; verò erit tam ineptus interpres, qui dicat,* tabificũ, *id est, tabẽ faciẽs,* Malis, *id est, maxillis: tametsi Liuor edax dicatur: quia oportet vt prior syllaba breuis sit: quæ in dictione* malis *semper, nisi adiectiuum fuerit, producitur. Nec obijciendum est, quòd inuidus alijs sæpè molestus est: quoniam sibi duntaxat per inuidiã nocet; alijs verò, quia præter inuidiam alia quoq; peccata habet. sunt enim multa familiaritate deuincta inter se.* ET totum bibit artubus cruorẽ.] *Ex hac aũt re (vt dixi) fit liuor.* QVOD quisquis furit, &c.] *Ratio est, quare cruor ebibat.* Quòd, *id est, quia,* quisquis, *id est, quicunq;,* furit, *id est, insanit & irascitur,* & inuidet sorti *alterius,* ipse est semper sibi pœna, *hoc est, seipsum crucians,* vt debet. *quia dicitur:*

Iustius inuidiâ nihil est, quæ, crimine nondum
Perfecto, autorem cruciat, proq; ense reflexo.

Sors *dicitur, quidquid sortimur, id est, accipimus ab aliquo; vt illi fœnus faciamus. Dicunt aũt, Iouem vnicuiq; nascẽti da-*
C *re partẽ boni, & partẽ mali. Illud ergo quod à Deo accepimus, vt bene operemur, sors dicitur. Illud etiam, quod à fortunâ nobis obijcitur, sors dicitur. vnde Horat. in principio Serm.*

Quî fit Mecœnas, vt nemo, quam sibi sortem
Seu ratio dederit, seu sors obiecerit, illâ
Contentus viuat?

Dicitur præterea sors, pecunia illa, quã vsurarius fœnerat, hoc est, fœnori dat: quod à Iurisperitis capitale dicitur. Fœnus aũt, est lucrũ, quod præter sortẽ rei redditur. Deniq;, quidquid sortimur, id est, quadã sorte obtinemus, id sors dicitur. SVDAT frigidus.] *Pulchra cõpositio: quã ostendit sudorẽ non esse naturalem: qualis est, qui ex vehemẽti calore apertis poris generatur.* INTVENS quod odit.] *Odit, præsentis tẽporis significationem habet: præteriti tamẽ est, secundùm declinationem. Nã* Odio (*licèt semel in De oratore apud Ciceronẽ,* Odias *legeris*) *rarissimũ inuentu est: &, si inueniatur, corripit primã, sicut* Odium *nomẽ: hîc autem longa debet esse prior syllaba; quanta est è præterito bisyllabo, paucis dẽptis.* EFFVNDIT mala lingua virus atrũ.] Mala lingua, *nominatiui sunt, suppositales illi verbo* Effundit *nam si legas,* Liuor effundit malâ linguâ, *id est per malam linguam, vt septimi casus sint, versus nõ staret.* VIRVS.] *venenũ. nunc tantùm tres casus habet. olim etiam,* Viri, *in genitiuo repertum est.* PALLOR terribilis.] *hoc est, obscœnus aspectu.* GENAS colorat.] *Genæ sunt quasi vestes, quibus oculus tegitur cùm conniuet, id est, aperitur & clauditur: quæ (vt dicit Plin.) olim cilia dicebantur. Pulchrũ ergo est, quòd inuidus in eã parte liuescit, quã peccat.* INFELIX macies renudat ossa.] *Signatè dicit,* infelix macies: *quia potest esse felix; vt est, quã maturo cõsilio per abstinentiã & ieiunium cõtrahimus, pro salutẽ animæ aut corporis. vtriq; n. officit crapula.* RENVDAT.] *Hoc est, aperit & ostẽtat ossa, exhausto sanguine, consumptis carnibus, & euaporato succo naturali.* NON lux, &c.] *Nihil est sanis iucundius luce. vnde de Didone, insaniente ex amore, dicit:* Lucẽq; refugit: *quòd vicinæ mortis indiciũ est.* NON cibus est suauis illi.] *Exhausto enim sanguine, imminuta est virtus digestiua: quã sinè nullus cibus suauis est; vt patet in ægrotis.* Suauis, *hîc trisyllabũ est.* NON potus iuuat.] *Qui alias curas expellit. vnde est,* Adsit lętitiæ Bacchus dator. NEC sapor Lyęi.] *id est, Bacchi: qui Lyæus dicitur, eò quòd soluit homines curis.* λύω *.n. est soluo. Vnde mirandũ est, quòd, qui nos liberos & solutos omnibus curis reddere solet, nõ iuuet inuidũ: mirabilius, quòd nec sapor ipse iucundus sit: mirabilius multò, q᷑ potus suauissimus nõ iuuet,* etiãsi pocula Iupiter ipse propinet; *abs quo quia hospitalitatis deus est, tutè sumi possent. Maximè aũt mirandum est, quòd nec* Hebe, *deorum pincerna, & iuuenũ dea, nec* Ganymedes, *omniũ mortalium pulcherrimus puer, nõ posset tam delicatè pocula dulcia, à Ioue propinata, ministrare, vt inuidũ iuuent. Notæ sunt fabulæ.* Hebe, *filia Iunonis, pincerna deorũ est: quæ dum incautior pocula ministraret, casu pudenda renudauit. ob quam rem iratus Iupiter, Ganymedẽ, pulcherrimũ puerũ, Trois, Phrygũ regis filium, dũ in Idã syluã venatur, rapuit, raptũq; in Hebes locũ suffecit. Vnde est illud 1. Aen.* —& rapti Ganymedis honores. *Quantũ aũt ad gratiã poculorũ faciant munditiæ pincernarũ, ostẽdit Iuuen. vbi de miserâ clientũ cœnulâ cõqueritur, dicens:*

—tibi pocula cursor,
Getulus dabit, aut nigri manus ossea Mauri,

Et paulò post, de rege conuiuij:

Flos Asiæ ante ipsum precio maiore paratus,
Quàm fuit & Tulli census pugnacis, & Anci.

NECTAR.] *Est potus deorum: sicut Ambrosia, dapes significat ipsorum. Neq; verò dicitur à nectendo: (volunt enim dictũ Nectar, quòd linguam nectat) Græcũ enim est,* τὸ νέκταρ, τοῦ νέκταρος, *&c:* NON somnum capit.] *Quod tamen munus deorum est: vt secundo Aeneid.*

Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono diuûm gratissima serpit.

AVT quiescit vnquam.] *Plus est, non quiescere, quàm non capere somnum: quia sæpe animi quietem capimus, nec tamen dormimus. Vnde de Didone, infeliciter amante:*

At non infelix animi Phœnissa, nec vnquam
Soluitur in somnos, oculisue aut pectore noctem
Accipit.—

Quare verò non quiescat inuidus, est: quia Torquet viscera carnifex cruentus. *Liuor cruentus, id est, plenus cruoris, torquet viscera: & ideò est carnifex.* Viscus, *visceris, secundùm Seruium, significat omnem carnem, intra pellem contentam.* Viscum *autem, secundæ declinationis, significat illud, quo aues viscantur, gluten. Sunt qui in singulari solum ablatiuum* Viscere *vsitatum dicant. Donatus super illud in Andriã:* Vix sum apud me; ita animus commotus est metu, spe, gaudio. *Duo, inquit, carnifices futurarum rerum sunt: spes & metus, &c. quibus verbis accipit carnifices; sicut nunc Vergilius.* VESANOS tacitus, &c.] *Hoc enim differt liuor ab irâ: quòd ille tacitus ad præcordia incubat, ira verò manifestè in offensorem insurgit.* Tacitus, *vtroque modo accipitur, vt docet Valla. Nunc actiuè: vt si velis hîc,* Liuor tacitus, *id est, tacens, mouet vesanos furores: quia in liuidum debacchatur, quem dilacerat. Nunc passiuè: vt apud Senecam;* Quod tacitum esse vis, nemini dixeris. *Et apud nostrum Poëtam, in 6. Aeneid.*

Quis te, magne Cato, tacitum, aut te, Cosse, relinquat? *Sic potest hîc accipi:* liuor tacitus, *id est, occultatus & conditus intra viscera liuidi, mouet vesanos furores; quasi diceret,*

Digitiz

diceret, intestinos. INTENTANS animo, &c.] *Interpretatur, quos furores moueat. Est, inquit,* intentans, *id est, intensiores faciens, vel augmentans,* animo faces, *id est, flammas;* Erinnys, *id est, contentiosi furoris. Ἔρις enim contentio dicitur.* EST talis.] *Ordo est, quia &* talis vultur est intus, *id est, intra viscera inuidi;* qui, *id est, qualis,* lacerat semper Tityi comesti, *id est, exesi,* iecur, *quoad iecoris fibras: vt sit tosis pro parte. vel leges,* comestũ. *De Tityo sic 6. Aen.*

Necnon & Tityon, terræ omniparentis alumnũ,
Cernere erat: per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur, rostroq; immanis vultur adunco,
Immortale iecur tondens, fœcundaq; pœnis
Viscera; rimaturq; epulis; habitatq; sub alto
Pectore; nec fibris requies datur vlla renatis, &c.

Intelligitur autem, per Tityum, luxuriosus. Amauit enim Latonam, Apollinis & Dianæ matrem. ob quam rem confixus iaculis Phœbi, damnatus est apud inferos eâ pœnâ; vt viscera eius vultur immanis exedat. quæ tametsi continuè absumuntur, nunquam tamen deficiunt: quia semper renascuntur. Quod *ideò fingitur: quoniam credunt, morientium animas eâ affectione, eoq; mentis habitu permansuras, quò corpora linquunt. Vnde de amantibus in eodem sexto:*

—curæ non ipsâ in morte relinquunt.

Et paulò pòst, de alijs studijs:

—quæ gratia currûm
Armorumq; fuit viuis, quæ cura nitentes
Pascere equos; eadem sequitur tellure repostos.

Quia itaque amantes nimijs curis agitantur in vitâ: bene fingitur Tityus, quem Horatius incontinentem appellat, perpetuis gryphibus seu vulturibus exedi. Similì autem modo tantisper A *dum viuit, inuidus torquetur: quasi dicat, ipsum hîc infernales pœnas luere. Et non longè abest: nam sicut in inferno semper cruciantur; neq; tamen culpa purgatur, aut offensio remittitur: sic inuidus continuâ pœnâ afficitur; nec tamen melior euadit.* VVLTVR.] *olim dicebatur, hic Vulturis. Vnde Ennius:*

Vulturis in syluis miserum mãdebat homonem.

VIVIT pectore sub dolẽte vulnus.] *Viuit, i. semper recens est. sicut aqua semper fluens viua dicitur: vt 2. Aeneid.*

—donec me flumine viuo Abluero.—

Quod *quidem vulnus,* nec manus Chironia, *id est, ipse Chiron Phillyrides, iustissimus centaurorum,* leuaret, *id est, curaret:* nec Phœbus *leuaret:* nec clara soboles Phœbi, *id est, Aesculapius, leuaret: hoc est, habet incurabile vulnus. Chiron (vt dixi) Phillyrides, id est, Philyræ nymphæ, & Neptuni in equum conuersi, filius fuit; pater Thetidis; & auus Achillis: qui plurima medicinæ adiumenta inuenit; quorum quædam adhuc exstant. Maximè peritus fuit eius, quam Chirurgiam vocant; vt nonnulli putant, à Chirone denominatam vel potiùs à manu, quæ χὶρ dicitur. Docuit Achillẽ (vt dicit Statius in Achilleide) curationem vulnerum: vt de Telepho nobilis recitatur leuatio; quem ferrugine eius ferri, quo ipsum vulnerauerat, sanum reddidit. vnde est in Remedio amoris:* Vulneris auxiliũ Pelias hasta tulit. B Phœbus *autẽ, (vt dixi) Solis est peculiare epitheton. Fingitur aũt Phœbus, siue Apollo, medicinæ peritus quoniã omnes herbarũ virtutes, Solis radijs percoquũtur.* Æsculapius *aũt, præter omnes mortales in hac re doctus fuit: abs quo Vergilius Virbiũ à morte reuocatũ dicit. Et quia tantũ in medicinâ potuit, Apollinis filius dicitur.*

DE VENERE ET VINO.

NEc Veneris, né tu vini tenearis amore:
Vno namque modo vina Venusq; nocent.
Vt Venus eneruat vires: sic copia (Bacchi,
Et tentat gressus, debilitatq; pedes.
Multos cæcus amor cogit secreta fateri:
Arcanum demens detegit ebrietas.
Bellum sæpè parit ferus exitiale Cupido.
Sæpe manus itidem Bacchus ad arma vocat.
Perdidit horrẽdo Troiam Venus improba bello:
At Lapithas bello perdis, Iacche graui.
Deniq;, cùm menteis hominum furiàrit vterq;:
Et pudor, & probitas, & metus omnis abest.
Compedibus Venerẽ, vinclis cõstringe Lyæum:
Ne te muneribus lædat vterq; suis.
Vina sitim sedent: natis Venus alma creandis
Seruiat: hos fines transsilijsse nocet.

NEc Veneris, &c.] *Si penitioribus oculis Vergilianã dicẽdi formam conspexeris; non interrogato opus esset, quæ vitia magis fugienda sint. Quum etenim superbiam damnaret; vidisti, quantâ diligentiâ nos ad miseriæ humanæ memoriam vocitàrit. Cùm auaritiam, perniciosum illud mõstrum, vilipenderet: vehementi verbo vsus est, dicens;* Sperne lucrum, &c. *At de irâ, quæ ad acrimoniam facit, parciùs inquit;* Iraque cesset. *Cùm verò liuorem, mõstrum nullâ virtute redemptũ, ad parteis vocaret; quasi excandescens inquit;* Liuor, tabificum malis venenum, *&c. Nunc verò de Venere & Vino locuturus, quorum abusus, non vsus malus est, inquit:* Nec Veneris, nec tu vini capiaris amore. *Non etenim Venus mala, nec Vinum malum; sed amor, & nimia indulgẽtia vtriusque detestanda est. Non ergo dicit, non tu capiaris amore luxuriei. Omnis enim luxuries damnanda est: non omnis autem Venus. Similiter non dicit: Non capiaris amore ebrietatis. omnis etenim ebrietas mala: non itidem omne vinum. Tametsi autem Venerem pro concubitu, per metonymiam, ponimus; vt,* Sinè Cerere & Baccho friget Venus: *non tamẽ pro omni; sed pro eo duntaxat, qui naturalis est, nec incestuosus. (nam cestus, est zona Veneris: dictus à castitate, quâ legitimè nubentes cinguntur.) Veruntamẽ ponunt tres Veneres: vnã ex* Cælo *patre, & Die matre, natam, apud priscos: & hanc honestæ rei præesse volũt. Alterã, ex virilibus* Cœli, *& spumâ maris: & huic inconcessos concubitus imputant, Tertiam, Iouis & Diones filiã, ex quâ Aeneas natus dicitur. Sciamus tamen, quãtis multæ enumerentur Veneres, multi Ioues, multi Mercurij, &c. poëtæ tamen opera sic confundunt, vt omnium vni addicant; siue quòd vnam cœlestem naturam putent omnium effectuum causam; tametsi per diuersos fiant: siue quòd omnia in admirationem trahere volunt. Volunt autem Venerem dictam, quòd per eam omnia veniant, & oriantur. Et quia generatio rerum non sinè virili* C *semine fit: ideò Veneri vtriusque sexus participationem dedére. Nam (vt recitat Macr.) in Cypro est barbatæ Veneris simulacrum. Quocirca Verg. loquẽs de Venere, ait:* Descẽdo, ac ducente deo. *& Caluus:* Pollentẽq; deũ Venerẽ. *& Aristophanes philosophus,* Aphroditon *genere masculino appellat. & Plin. ait:* Venerẽ igitur almũ adorans; siue fœmina, siue mas est, *&c. De Veneris aũt virtute sic Lucr.*

Æneidum genitrix, hominum diuûmq; voluptas,
Alma Venus, cœli subter labentia signa,
Quæ mare nauigerum, quæ terras frugiferentes
Cõcelebras: per te quoniã genus omne animantũ
Concipitur, visitq; exorti lumina solis.

Hæc ille. Propter hanc rem dicitur:

Natis Venus alma creandis Seruiat.—

Certum est ergo, pro conseruatione humanæ, cæterorũq; animantiũ naturæ, Veneris vsu opus esse: q si legitimè fiat, iure matrimoniali, laudãdus est. E contrario nemini dubiũ est, quantũ noceat, trãsiluisse fine: vsqueadeò vt nulla sit labes, quâ homo à diuina mentis contẽplatione, ad corporis sordes citiùs auocetũ, nulla, propter quã plura bella fiãt; nulla, quâ citiùs & plures in turpẽ egestatẽ ruant: (nam Plautus, paupertatẽ, luxuriæ filiam *nuncupat) nulla itẽ, quæ omni honesto studio magis inimica sit:*

A *mica sit: nam hominem totum effœtum reddit, ac deinde tardum & segnem, vsqueadeò, vt sæpè tardum pro luxurioso Poëta ponant. Nocet igitur & animæ, & corpori, & vtrique, plurimum. De Vino quoq; nihil ignotum dicam: nam omnes sciunt; si temperatè sumatur humano ingenio adiumento esse. Vnde illud Horat. in epist.*

Prisco si credis, Mæcenas docte, Cratino,
Nulla placere diu, nec viuere carmina possunt,
Quæ scribuntur aquæ potoribus: vt malè sanos
Adscripsit Liber satyris, faunisq; poëtas.
Vina ferè dulces oluerunt manè Camœnæ:
Laudibus arguitur vini vinosus Homerus:
Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma
Prosilijt dicenda.——

*Et reliqua, quæ commentarijs per irrisionem dicta putantur. nemo tamen mihi infitias ibit, vinum modicè sumptum acuere ingenium. At quantum ebrietas detestanda sit, facillimè constabit, si hominem potum inspexeris: qui iam omne id, (loquor de ratione & virtute) quo à belluis ferisq; differimus, exsuit: & sui immundo, quàm homini similior, luto inuoluitur: facilis ad iram, facilis ad seditionem, facilis ad luxuriam, facilis ad blas-*B *phemiam, deorumq; contumeliam; facilis ad secreta reuelanda, ad amicos prodendos, & ad omnia denique mala facienda: contrà, ad nullam virtutem paratus. Quocirca, si ita decesserit, iam de eius salute actum esse dixeris. sed redeo ad Poëtam.* NEC Veneris, nec tu vini capiaris amore.] Capere, *multa videtur significare: secundùm quod varia sunt, quæ capiuntur. Aliquando enim est, in se continere: vt, Atrium meum capit mille viros. Aliquando est intelligere: vt Capio te, id est, sensum tuum. Aliquando auferre: vt, Quando capimus rem, qua capta, quis eâ perpetuùm priuatur. vnde captus oculis, dicitur priuatus. Verg. I. Georg.*

Aut oculis capti fodère cubilia talpæ.

Sic Caper dicitur, qui captus est coleis, id est, genitalibus: vt docet A.G. Aliquando est vestalem suscipere, cui rei peculiare erat verbum. aliquando est comprehendere, & in carcerem cõijcere: vnde Captiui dicuntur. Aliquando est inescare, fallere, aut decipere: vnde dicimus, Hominem captum amore, captum vino. vt hic, Nec capieris, *id est, non illaqueaberis amore Veneris; nec etiam amore vini. Ratio est*: Vno namq; modo vina Venusque nocent. VT Venus eneruat vires, &c.] *Eneruare, est dissoluere: neruis enim consolidamur.* C *vnde est*: Ossibus & neruis compegisti me. SIC copia vini.] Copia *dicitur abundantia, & plenus vsus rerum. Vt meretrix facit omnibus copiam sui: sic copia vini, est abundantia vini. non tamen dices de exemplari instrumento, quòd sit Copia: sed poteris dicere, Fac mihi copiam istius instrumenti: hoc est, fac vt vsum eius habeam. In plurali autem Copias, copiosum exercitũ vocamus: & apud Poëtas, necessitudine versus. Aliquando etiã in singulari numero idẽ significat: vt secũdo Aeneid.* Respicio, & quæ sit me circùm copia, lustro. ET tentat gressus, &c.] *Id est, titubare facit: vt Chremes in Eunucho Terent.* Vicit me vinum, quod ego bibi. At, dum accumbebam, quàm videbar mihi esse pulchrè sobrius! Postquam surrexi, neq; pes neq; mens satis suũ officiũ facit. *In I I. Georg. Verg.* —tenuisq; Lageos

Tentatura pedes olim, vincturaq; linguam.

MULTOS cæcus Amor cogit secreta fateri.] *Cuius rei Medea & Ariadna testes sunt; & in sanctis literis Samson.* CÆCUS amor] *id est, cæcos faciens: Pingitur tamen Amor seu Cupido, puer alatus, oculis velatis: habens in alterâ manu iacula, in alterâ flammas. Cæcum autem vocamus, nunc quod non videt; vt hominem cæcum: nunc quod non videtur; vt saxa occulta, cæca dicimus: nunc quod non sinit nos videre; vt cæcam noctem, cæcam auaritiam, cæcum amorem, & reliqua, quæ nos aut mentis aut corporis lumine priuant.* ARCANUM demens detegit ebrietas.] *Horatius in epistolis:*

Quid non ebrietas designat? operta recludit,
Spes iubet esse ratas: ad prælia trudit inermem,
Sollicitis animis onus eximit, &c. *Et in Serm.*
Condita cùm verax aperit præcordia Liber.

Arcanum *dicitur ab arcâ, quâ arcetur, id est, tegitur.* DEMENS.] *Bonum est adiectiuum ebrietatis. nam demens dicitur, non qui sine mente est; (quia is Amens vocatur) sed qui peruersam & deprauatam mentem habet, qualem ebrietas efficit.* BELLUM sæpe petit ferus exitiale Cupido.] *Ponit exemplum de amore Paridis in Helenam, pro quâ destructa est Troia. Exempla autem sine numero sunt. vnde Horat. in Serm.*

Nam fuit ante Helenam cunnus deterrima belli
Causa: sed ignotis perierunt mortibus illi,
Quos Venerem incertam rapientes more ferarũ
Viribus editior cædebat, &c.—

Bellum *per antiphrasin, id est, contrarium sensum, dici putant: eò quòd nihil belli, id est, boni aut pulchri, habeat. Alij, à belluis.* Exitiale *dicitur, quod ad exitium vitæ pertinet.* FERUS Cupido.] *temporale epitheton: nam est etiam placidus amor. vnde est in quarto:*

—placidóne etiam pugnabis amori?

Solent autem amantes infeliciter Cupidinem feritatis arguere: vt in Buc.

Nec lachrymis crudelis Amor, nec gramina riuis,
Nec cythiso saturantur apes.— *Et alio loco:*
Sæuus amor docuit natorum sanguine matrem
Commaculare manus.—— *Et Tibullus:*
Semper vt inducas blandos offers mihi vultus:
Pòst tamen es misero tristis & asper amor.

Cupido, *genere masculino, deum amoris significat, filiũ Veneris: genere fœminino, cupiditatẽ ipsam.* VENUS improba.] *Etiam temporale epitheton: quia dicturus est*, Alma Venus, &c. SÆPE manus itidem Bacchus ad arma vocat.] *Dat exemplum:* Et Lapithas bello perdis, Iacche, graui. Itidem, *id est, eodem modo.* Bacchus, & Iacchus, *nomina sunt Liberi patris; q deus vini est. Sed per metonymiã, nomina deorum, pro rebus quibus præsunt, ponimus: tunc præcipuè quãdo rebus actionem damus; vt perdere & mouere manus. De hac re dicitur in Georg.*

Bacchus & ad culpam causas dedit: ille furentes
Centauros letho domuit, Rhetumq;, Pholumq;,
Et magno Hyleum Lapithis cratere minantẽ, &c.

Lapithæ, *populi sunt Thessaliæ, è Lepithâ, (secundùm Isidorum) Apollinis filiâ, geniti. At Centauri dicuntur esse Ixionis filij. Ixion enim, credens se cum Iunone concumbere, cum eius simulachro, ex nube facto, rem habuit. vnde nati sunt Centauri: quorum supernæ partes humanæ, infernæ equinæ erãt. Quæ res ficta est: quoniam (vt docet Plinius) primi pugnare in equis inuenerunt. Visi ergo à longè, semihomines & semiequi putati sunt. Hi ebrij effecti, & Martio furore perciti, Lapithas occiderunt.* DENIQUE cùm mentes hominum, &c.] Deniq; *particula est, quâ vtimur, dum, quæ particulatim dicere incipiebamus, generatim absoluimus. vt hic*, Denique, *inquit, quando mentes hominũ alterius furore percitæ sunt*; & pudor & probitas, & metus omnis abest: *quibus tribus humana natura, ne effera vagetur, maximè reprimitur.* Pudor, *qui in mulieribus & adolescentibus maximè commendatur. Amissâ namq; pudicitiâ, nihil in muliere commendandum est. Cicero in epistolis:* Qui semel verecũdiæ fines transierit, eum bene & gnauiter oportet esse impudentẽ. *Quod Dido, nondum illecebris amorum capta, sentiens, ait:*

Sed mihi vel tellus optem priùs ima dehiscat:
Vel pater omnipotẽs adigat me fulmine ad vmbras,
Pallenteis vmbras Erebi, noctemq; profundam:
Antè pudor quàm te violem, aut tua iura resoluam.

De adolescentibus Terent. Erubuit, salua res est. *Est enim pudor, quo nos pudet turpis facinoris: per quem viri magni etiam sæpè ad fortia facta inuitati sunt. vnde de Hectore dicit Homerus: quòd, veritus à Polydamãte culpari, multa ausus est.*

Digitized by Google

Probitas autem est, quâ viri probi & probati, ne infamiā incurrant, omnia quæ contra bonos mores & honestatem facere possint, euitant. Metus verò duplex est: alter filialis, quo filius veretur patrem offendere. de eo timore dicitur: Initium sapientiæ timor Domini. eo enim pacto optimi quiq; verentur peccare, ne offensam dei incurrant. Est & seruilis timor, quo verbera serui timent, potiùs quàm dominorum indignationem. & de illo dicit Horatius: Oderunt peccare mali formidine pœnę. Quando autem quis, aut Veneris amore captus, aut Bacchi furore tactus est, nullis vinculis cohibetur. COMPEDIBVS Venerem.] Affectatè dictū. nam Venus à veniendo dicitur. rectè ergo, ne nimiùm veniat, præcepit, vt constringatur compedibus. Compedes enim sunt, impedimentū pedum. VINCLIS cōstringe Lyæū.] Lyæus alii dicū... (vt diximus) à soluendo: qui solutos nos facit. quamobrē vinculis constringendus est. NEC te muneribus, &c.] Non inficiatur munera vtriusq; nisi abusio fiat, nobis vtilia esse: sed cauendū esse, ne nos lædat vterq; quod nimirū fiet, nisi & legitimè, & temperatè vtamur. Quæ autē munera sint, declarat: quia. VINA sitim sedāt.] Valent, inquit, vina ad restinguendā sitim. NATIS Venus alma creandis.] Venus seruit, id est, vtilis est, natis creādis, id est, ad proli procreandā: quæ res apprimè necessaria sunt. Sed, transsilijsse finē horū, hoc est, indulgere Veneri ob nimium luxum, & vino vsq; ad ebrietatem, nocet. Alma dicitur Venus, ab alendo: quia eius præsidio alitur omnium animantium genus. A

DE LITERA Y.

LITTERA Pythagoræ, discrimine secta bicorni,
Humanæ vitæ speciem præferre videtur.
Nam via virtutis dextrum petit ardua callem,
Difficilemq; aditum primùm spectantibus offert:
Sed requiem præbet fessis in vertice summo.
Molle ostentat iter via lata: sed vltima meta
Præcipitat captos, voluitq; per ardua saxa.
Quisquis enim duros casus virtutis amore
Vicerit; ille sibi laudemq; decusq; parabit.
At qui desidiam, luxumq; sequetur inertem;
Dum fugit oppositos incautâ mente labores:
Turpis, inopsq; simul, miserabile transiget æuum.

ASCE. LITTERA Pythagorę, &c.] Propulsauimus, quātā maxima potuimus diligentiā, sex morbos: qui singuli singulis virtutibus officiunt. Nunc exagitanda est pestis, omni virtuti contraria: quam nunc desidiam, nunc pigritiam, nunc segnitiem, nunc acediam, nunc inertiam, nunc ignauiā, ad summū, omissionē omnis boni, vocare potes. quā quidē ægritudine quicunq; cōficiuntur; ingratitudinis vitio (quod sanè detestandū est) cōuinci possunt. Si etenim cōsiderare voluerimus, quantū optimo maximo Deo nostro debeamus; quippe abs quo, quicquid boni nobis est, aut erit, aut cepimus, aut suscepturi sumus: fatebimur quidem egregiè, nullum esse desidiæ locum, nihil'q; iacētibus animis esse damnosius. Nam quandoquidem finis vniuscuiusq; rei, est optima eius operatio: videbimur (nisi bona operemur) finem nostrū attingere nolle. Enimuerò turpe est, homini, animalium facilè principi, deesse, quod in cæteris creaturis tā copiosè conspicimus. Cœli enim, cœlorumq; ornamenta, (quas stellas & sidera vocamus) cōtinuâ volubilitate munera explere non cessant. Elemēta rerum, mirâ commigratione temperamentum, vt iussa sunt, seruant, animantiū quoq; nullum, præter hominem, sibi deesse videmus. Auiculæ enim fragilimo corpore fretæ; feræ, multâ sæuitiâ indomitæ, belluæ, maris indulgentiâ ad ignauiam inuitatæ; ad generationem tamen & conseruationem prolis nunquam defatigantur: quin, quâ quidq; eorum maximè valeret arte, pro ingenij, hoc est, naturalis indolis, benignitate, semper in opere cōspicitur. Adde, quod & ipsi homines, ad iniqua agenda, multò vigilantiores sunt, quàm ad bona. Quam rem Horatius sic in Epistolis conqueritur:

Vt iugulent homines, surgunt de nocte latrones:
Vt teipsum serues, non expergisceris? &c.

Quia igitur non satis est, vitia fugitâsse, nisi bene egeris: (scriptū enim est à diuino poetā: Declina à malo, & fac bonū) ideò Maro, volens desidiam proscribere, nos ad bene operandū pulcherrimè allicit. Nam si (vt Stoicorum est paradoxum) omnes mali stulti sunt: stulti verò & insipientes, profundissimæ Platonicorum doctrinæ minimè capaces: operæprecium erat, indoctum stolidumq; vulgus, rudi ac enormi Mineruâ viā virtutis docere, & quasi signis illiteratos erudire. ad quam rem nihil accommodatius est, quàm litera Pithagoræ: in quâ totā humanam vitam, & diuersæ vitæ exitū, videre licet. idcirco Vergilius eam instituto suo accommodat, & dicit. LITTERA Pythagoræ,] Pythagoras, ex Samo insulâ philosophus, in Italiam venit: Tarquinij filio regnum obtinente, cui cognomētum Superbus fuit. Is multâ doctrinâ & virtute claruit. primùm Musicæ studuit; in quâ egregiam laudem assecutus est: deinde Philosophiæ naturali: mox & Ethicæ, id est, morali, operam nauauit: & populum conatus ab insolentiâ ad cultiorem vitam vocare, virtutis amorem animis mortalibus instillare satagebat. quod quia philosophicis rationibus non potuit, signis & indicijs effecit, nouamq; viam commentus est. Sciuit enim, esse carnium multam feritatem in animis nostris innasci; multisq; nos ad libidinem impelli. quocirca præcepit (vt meminit in Transformatis Ouidius) vt ab omni carne, sicut ab humanā, abstineremus. turpe enim putauit in viscere viscera condi. asignans inauditam rationem: quòd animæ nostræ, quoniam immortales essent, è corporibus nostris in alia corpora migrarent: neq; in humana solùm; sed etiam in ferina. itaq; fieri posse, vt receptaculum mitæ aut paternæ animæ absumeremus; si quauis carne vesceremur. Id autem alij eum sensisse putant: alij ita præcepisse, duntaxat quo luxū carnis vetaret. Ouid. 15. Metam. inducit ipsum sic loquentē: B

Parcite mortales, dapibus temerare nefandis
Corpus: sunt fruges, sunt deducentia ramos
Pondere poma, &c. — Et iterum:
Prodiga diuitias alimentaq; mitia tellus
Suggerit, atq; epulas sinè cęde & sanguine prębet.
Carne feræ sedant ieiunia. — Et rursum:
Heu quantum scelus est, in viscere viscera condi,
Congestoq; auidum pinguescere corpore corpus! C
— item: Quisquis fuit ille deorum,
Corporeasq; dapes auidam demersit in aluum,
Fecit iter sceleri, &c.

Idem apud eundem, immortalitatem & cōmigrationem animæ in diuersa corpora, sic docet:

Morte carent animæ: semperq; priore relicta
Sede, nouis domibus viuunt, habitantq; receptæ.
Et paulò pòst:
Omnia mutantur, nihil interit: errat, & illinc
Huc venit, hinc illuc, & quoslibet occupat artus
Spiritus: eq; feris humana in corpora transit:
Inq; feras noster: nec tempore deerit vllo. Item:
Parcite, vaticinor, cognatas cæde nefandâ
Exturbare animas: ne sanguine sanguis alatur.

Cæterùm, vt ad virtutem nos alliceret, & à vitijs absterreret: docuit, virtutum quidem semitam videri primùm difficilem; sed incredibilem animi quietem atq; iucunditatem parere. Cōtrà, vitiorum latas vias facilè omnibus patēre; sed in miseros animi, remordente conscientiâ, cruciatus impellere, neq; quidquam præter pœnitentiam producere. Et quò id rudibus oculis manifestiùs obijceret, ὕψιλον, hoc est, y tenue, ipsis ita figurari monstrauit: vt in ipso omnem humanam vitam discere possent. Habet enim talem figuram: vt basis seu fundamentū, quod ad discrimen bicorne sese extendit, acta infantiæ nostræ, quæ neq; bona neq; mala sunt, significet. Deinde, ubi ad biuium peruenerit.

licneri.

A ueneriмus, hoc eſt, ad verum diſcrimen boni ac mali dicebat,
nos liberè, ex libero arbitrio noſtro, in vtramuis partem volue-
rimus, progredi poſſe. ſiquidem in dexteram, quæ virtutis eſt,
tendere voluerimus; ſummis opibus primùm enitendum eſſe:
ſed ad amœna loca nos peruenturos. ſin ad ſiniſtram, quæ vitio-
rum eſt, declinauerimus; facilem quidem aditum eſſe: ſed du-
riſſimum inſtare exitum. Si quis verba ipſius Pythagoræ Græ-
câ linguâ habere volet, quibus integritatem arbitrij cum fato-
rum neceſsitudine conſiſtere docuit: petat A.G. lib. VI. cap. II.
interpretationem Gellianam poſuiſſe, ſatis putamus; quæ hæc
eſt: Noſces, homines ſpõtaneas haurire calamitates:
cùm detrimenta ſingulis à ſe ipſis fiant; & ſuo impe-
tu delinquant; & in incommoda ruant ſuâ voluntate
atq; ꝓpoſito. Propterea negat oportere fieri, audire
homines aut nequã, aut ignauos, & nocẽtes, & auda-
ces: q̃ cùm culpâ & maleficio reuicti ſunt, perfugiũt
ad fati neceſsitatem, tanquam in aliquot fani aſylum;
& quæ peſsimè fecerunt, ea non ſuæ temeritati, ſed
fato eſſe attribuenda dicunt. Hæc Gellius interpret. Et
paulò pòſt: Primus autem ſapiẽtiſsimus, & antiquiſsi-
mus poetarum, dixit hoc tribus verſibus, quos illîc
B ſubdit; quorumq; hæc per Gellium interpretatio eſt: & loquun-
tur (vt intelligas) numina, ſeu Dei ipſi.

Hei mihi, quid damnant mortales numina cœli?
Eſſe aiunt etenim per nos mala: cum tamen ipſis
Vecordi præter fatum ſint mente dolores.

Difficultatis autẽ, quæ in dextero calle eſt, cauſam ita ex Phi-
loſophorum documentis habere poſſumus. nam licèt Chriſtia-
ni nihil ambigimus: qui ſcimus, originalis criminis fomitem ex-
tinctum quidem eſſe in fonte Baptiſmatis; ſed incitamento ta-
men quiddam derelictum eſſe, quo ad peccandum proni ſumus:
quid hoc ad hunc locum, in quo Poëta non Chriſtianus loqui-
tur? Neq; tamen reſpuenda propterea eſt doctrina Philoſopho-
rum: ſi modò cũ Chriſtianâ veritate conſentiat. Dicemus Phi-
loſophicas opiniones, nihil à fide ſanctiſſimâ degenerantes.
Dicunt itaq; Pythagoram, & deinde Platonem ſecuti, animas
à ſingulis elementis paſsionem contraxiſſe: ſimiliter & à ſingu-
lis planteis. Planetarum autem congeriem, (vt memorauimus)
ſyluam vocauerunt: proptereáq;, dicebant, difficile eſt, tenere
dexteram callem, & venire ad aureum ramum: de quo Vergil.
in ſexto: per quem aliud non intelligit, quàm ramum huius lite-
ræ dexterum; per quem virtus ſignificatur. Quocirca Aeneas,
C per quem omnis vir ſapiens ſignificatur, iuſſus quærere aureum
ramum; aſpectans ſyluam immenſam, hoc eſt, tot cœlorum in-
fluentias nos ad vitia trahentes, ſic præcatur:

Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus
Oſtendat nemore in tanto, &c.

Vbi ſignatè dicitur, ſi oſtendat nobis: quia putabant pluri-
mi niſi virtus nos ſponte ad ſe vocârit: difficillimè poſſe eam
contingere. Quocirca dixit Sibylla: Neminem aureum il-
lum ramum poſſe carpere, niſi fata ipſum vocent. Vi-
detur tamen admittere humanam diligentiam. quocirca id vi-
ſa eſt dicere. Si non es prædeſtinatus, precare, vt prædeſtineris.
Ad quid enim noſtrâ opus eſſet diligentiâ, ſi credidiſſent etiam
Philoſophi, (nam de Theologis certum eſt, quòd rectiùs ſen-
tiunt) omnia fatorum neceſsitudine contingere? Verba Sibyl-
læ ad Aeneam in 6. ſunt hæc:

Ergo altè veſtiga oculis, & ritè repertum
Carpe manu. namq; ipſe volens faciliſq; ſequetur.
Si te fata vocant. aliter non viribus vllis
Vincere; nec duro poteris conuellere ferro.

Quibus verbis, cùm dicit, Veſtiga altè oculis, videtur (vt
dictum eſt) nos inuitare ad diligentiam inquirẽdæ virtutis; quæ
difficilima inuentu eſt. Quocirca Aeneas illum aureum ramũ,
non inuenit propriâ inquiſitione; ſed maternis auibus monſtrã-
tibus. quo nõ aliud ſignificatur; quàm eos, qui ad egregiam vir-
tutem euadunt, adiutos eſſe oportere benigniore naſcendi ho-
râ. Vnde & illud Iuuenal.

—— plus etenim fati valet hora benigni,
Quàm ſi te Veneris commendet epiſtola Marti.

Verùm, vt ad rem redeamus: tametſi dexterum illud iter, arduũ
& difficile, ab alijs faciliùs petatur, vtpote à bene natis; ab alijs
difficiliùs, vtpote ab infeliciùs natis: ab omnibus tamen ſinè di-
ſcrimine, virtus acquiri poteſt. Nam, quantò magis infirmus ad
ſcandendum fuerit: tantò maior ſcandendi gloria cõtingit. ne-
que deerit ſi, vt Aeneas, deum precemur; qui conanti aſſcende-
re manum porriget. Sed ad rem. LITERA.] dicitur ſecun-
dùm plures, quaſi Legitera: eò quòd legatur. vel quaſi liturat
quia, cùm olim in ceratis tabellis ſcriptitarẽt, ſæpè lita eſt. Itaq;
volunt vno t debere ſcribi. ſed q̃a prima deberet corripi: (tam-
etſi quidam à præterito deducere moliuntur) cœpit t t duplici
ſcribi; ſicut Quattuor: cum Quater, & Quaternus, & ſimilia,
quæ corripiuntur, vno t ſcribantur. Similiter Quottidie, ſecũ-
dùm multos, t t duplici, non aliâ ratione, quàm vt ſignificetur
prima longa ſcribitur. Quotus enim, primâ breui, vno t contẽ-
tum eſt. Significat ergo litera, elementum lecturæ, hoc eſt, mi-
nimum quod legi poteſt: vt a, vel b. & hîc litera Pythagoræ,
hoc eſt, y. Aliquando ſignificat manum, ſeu formam ſcribentis.
vnde ad Atticum Cicero. Nam Alexidis manum amabã,
quód tam prope accedebat ad ſimilitudinem tuæ li-
teræ. In plurali autem, etiam ſignificat epiſtolam. Sed cùm e-
piſtolam ſignificare volumus; addemus numeralia diſtributi-
ua: quæ congruè adduntur carentibus ſingulari numero. Quã-
do verò elementa, hoc eſt, ſingulas literas, ſignificamus: adden-
da ſunt cardinalia. vt, ſi dicis, Vnam literam ad te dedi: ſignifi-
cas te dediſſe vnum elementum: vtputa a, vel b: ſi verò dicis, te
dediſſe vnas literas; idem eſt ac ſi diceres, vnam epoſtolam. &,
ſi duas literas; perinde eſt ac ſi diceres, duo elementa, vt a, & b,
vel alia quæuis duo: ſed ſi binas literas te miſiſſe dicis; nõ aliud
eſt, quàm ſi diceres, duas epiſtolas miſi. PYTHAGORÆ.]
Non quam Pythagoras inuenit; ſed quâ vitam humanam figu-
ratam docuit: vt ſuprà oſtendimus, & nunc per Vergilium vi-
debimus. Erat, vt dixi, Pythagoras, Samius Philoſophus; pri-
muſq; (vt perhibent) eo nomine nuncupatus. Nam cùm antea
ſophi, id eſt, ſapientes, vocarentur: percunctatus, an ſophus
eſſet; dixit ſe philoſophum, hoc eſt, ſtudioſum & amatorem ſa-
pientiæ. DISCRIMINE ſecta bicorni.] Id eſt, diuiſa in
duo cornua: dexterum, quod anterius eſt, & ſiniſtrum, quod idẽ
poſterius. Diſcrimen, dicitur à diſcernendo. eſt enim diſcer-
nere, dignoſcere: vnde diſcreti, qui rem bene diſcernũt ſciuntq;
diuidere bonum à malo. Secta, id eſt diuiſa: participium eſt à
Secor, ſecaris. Videtur autem à ſectare, vſus hoc loco: nam ſe-
care, pertinet ad itineris diſcrimen; vt, in fine ſexti Aeneidos,
Ille viam ſecat ad naueis: & ſignificat, quaſi tenere. Indè
ſecta Philoſophorum, quâ alij ab alijs diuiduntur, tenentes ſuã
quiſq; opinionem: ſic hoc loco, alij ſecant dexterum iter, hoc eſt,
tenent, melius eſſe virtutem per labores acquirere, quàm volu-
ptatibus molliter indulgere. Bicorne dicitur, quod habet duo
cornua: & declinatur, hic & hæc Bicornis, & hoc Bicorne.
Habent autem virgulæ huius literæ ſe, quaſi ſint cornua. Vnde
dixit, Diſcrimine bicorni. SPECIES.] Dicitur à ſpecie-
do, hoc eſt, videndo: licèt ſpecio, in ſimplici quidem, in vſu non
ſit. Dicitur autem ſpecies, quidquid oculis conſpicitur: hoc eſt,
forma, & diſpoſitio ipſa coloris. Hinc ſpeciem aliquando acci-
pimus pro pulchritudine: vnde ſpecioſus. Eſt ergo idem, quod
forma & imago. Videtur itaq; litera Pythagoræ præferre, id
eſt, per diſpoſitionem figuræ ſuæ indicare, ſpeciem, id eſt, ima-
ginem humanæ vitæ. PRÆFERRE.] Eſt quibuſdam ſignis
& indicijs aliquid certò ſignificare. Sic enim homo, cuius ſeue-
rus videtur vultus, omnibus eum aſpicientibus, dicitur præfer-
re ſeueritatem. NAM via virtutis, &c.] Ordo eſt: Nam via
virtutis, exſiſtens ardua, petit dextrum callem, hoc eſt,
dexteram virgulam in ipsâ literâ: & offert ſpectantibus
primùm difficilem aditum, id eſt, acceſſum; ſed præbet
feſsis requiem, id eſt, locum quietis, in ſummo vertice,
id eſt, in altiſsimis faſtigijs. VIA lata.] quæ in ſiniſtrã tendit.

OSTENTAT molle, &c.] Omnia faciliora ſunt, quàm exponantur. Dicam tamē naturam vocabulorum, & ſubinde ſententias aliorum. Via, Actus, & Iter, apud iuridicos diſtinguuntur. Iter enim, eſt ius eundi ambulantis hominis, non agendi iumentum, vel vehiculum. Actus, eſt ius eundi ambulantis hominis, & agendi iumentum, non autem vehiculum. Via, eſt ius eundi, agendi iumentum, & ducendi vehiculum. Qui ergo viā habet: habet actum & iter. Qui actum: habet etiam iter; ſed nō viam habet. Qui verò iter habet: ſolum ius eundi poſſidet. nam Iter ab eundo dicitur; & eſt quaſi itio. Vnde, Facere iter, nō eſt aliud, quàm ire: quaſi facere itionem, ſeu profectionem. Habere iter, eſt debere ire: vt, ſi ignarus viæ, crederem Romam ire, quò mihi eundem eſt, & Venetias eo: tùm verè poſſum dicere, habeo iter Romam, non autem, facio iter Romā. è diuerſo, facio iter Venetias, nō autem, habeo iter Venetias. eſt ergo iter, ipſa itio: ſed via, eſt ſpatiū, per quod itur. Ita facere viam, eſt ipſam rem facere. Dicebatur antiquitus etiam Ita: vnde Semita, quaſi ſemi, id eſt, dimidiata & parua ita. Callis verò, eſt locus callo pedū tritus. Callus verò, eſt ille vortex, ſeu illa durities in manibus & pedibus, quam ex frequenti agitatione contraximus. vnde fit Callere: quod per translationem ſignificat, callidè ſcire. nam in quā re faciundā nobis induruit callus; eam iam pridem experti ſumus. Vnde illud in epiſtolis Flacci: Dicenda tacendaq; calles. Indè etiam, Callidus, callida, callidum, id eſt, vaſer, & ex multo vſu cautior factus. DIFFICILEM QVE aditum.] Facilis & difficilis, communis ſignificationis ſunt. nam facilis, is dicitur aliquando, qui citò facit quod volumus, id eſt, exorabilis: vt, faciles dei, ſunt exorabiles. vnde in Bucol. Verg. Sed faciles nymphæ riſêre ſacello.

Hinc etiam dicimus facultatem, quaſi facilitatem faciundi. Facile etiam dicitur, quod citò fit: vt facilis doctrina, quæ citò comprehenditur, facile opus, quod facile fit, id eſt, ſinè difficultate. Faciles etiam mores dicimus, qui leues & inconſtantes ſunt: vt qui facilè, id eſt, ſinè diſquiſitione faciant. Contrà, Difficiles vocamus inexorabiles & moroſos, qui nihil faciunt, niſi exactā ad vnguem ratione: quales ſunt (ſecundùm Cicer.) ſenes. Vocatur etiam quid difficile, quod cum difficultate fit: vt difficilem aditum, quò non facile eſt adire, &c. Aditus, aditus, aditui, quartæ declinationis, & maſculini generis, verbale eſt; à verbo Adeo, adis: & ſignificat aditionem, ſiue acceſſum. Sed Adytum, adyti, ſecundæ declinationis, & neutri generis, cōtrariū ſonat. eſt enim locus ſecretior, in quo res ſacras reponimus, nulli præter ſacerdotem acceſſibilis. dictus ab α priuatiuā particulā, & δύω, quod eſt ſubeo: quaſi ſinè acceſſu. SPECTANTIBVS.] à verbo ſpecto, participium eſt. Specto autem, frequentatiuum eſt, verbi muſitati Specio; quod ſignificat video. vnde plurima compoſita, Reſpicio, Aſpicio, Conſpicio, &c. Significat autem ſpecto, frequenter aſpicio. Indè Exſpecto, quaſi extrà ſpecto, ad illum qui memoratur, vel quem ſeruo. Optimè autem vſus eſt hic frequentatiuo, quod pigritantem animū depingit. Piger enim, dum quid laborioſum videt ſibi faciendum, iterum atq; iterum aſpicit; quod vir ſtrenuus quamprimùm aggreditur. Spectātibus ergo animo languido, virtus nimiùm difficilis & ardua videtur: quæ tamen, ſi ſcanderimus, pulchritudine atq; dulcedine ſuā omnem laborem leniret. ſcriptum enim eſt: Iugum meum ſuaue, & onus meum leue. Quod quidem verum ijs, qui iampridem ipſum ſubeunt: nam ſpectantibus primùm, etiam arduum videtur. Oportet ergo, vt rem aggrediamur, & operemur; ſi deos auxiliatores habere voluerimus. vnde M. Porcius Cato, apud Sal. in oratione de bello Catil. Scilicet res aſpera eſt; ſed vos eā non timetis. Imò maximè: ſed inertiā & mollitiā animi alius alium exſpectantes cūctamini, velut Deis immortalibus cōfiſi, qui hanc rempub. ſæpe in maximis periculis ſeruauêre. Non votis, neq; ſupplicijs muliebribus, auxilia deorum parantur, vigilando, agendo, bene cōſulendo, proſperè omnia cedunt. Vbi ſocordiæ te atq; ignauiæ tradideris; nequidquam deos implora; irati infeſtiq; ſunt. Hæc ille. Horatius quoq;, bene ſperanti animo rem aggrediendam monet, in epiſtolis, dicens: A

Nam cur, q̄ lædunt oculos, feſtinas demere: ſi quid
Eſt animum, differs curandi tempus in annum?
Dimidium facti, qui cœpit, habet: ſapere aude,
Incipe. viuendi qui rectè prorogat annum:
Ruſticus exſpectat dum defluat annis, &c.

Cur, inquit, differs curare, quod eſt, id eſt, conſumit animum, hoc eſt, vitium animū obtenebrans: cùm tamen, ſi inceperis, facilè purgari poſſit? Vt enim dicitur in principio Digeſtorum: Vniuſcuiuſq; rei ſumma pars, eſt principium. Audendum ergo eſt, neq; deſperandū, propterea quòd difficile eſt, ad ſummam virtutem peruenire. nam, vt in eadem primâ epiſtolâ Horatius dicit, qui ad ſummam virtutem peruenire non poteſt, conari tamen debet, vt, quàm proximè poſſit, accedat. vnde ait:

Non poſsis oculo quantum contendere Lynceus
Non tamen idcirco contemnas lippus inungi.
Nec, quia deſperes inuicti membra Glyconis,
Nodosâ corpus nolis prohibere chiragrâ,
Eſt quadam prodire tenus, ſi non datur vltrà.

OFFERT.] tanquam improuidus. Cōpoſita enim ex ob præpoſitione, deſeruiunt venientibus præter ſpem: vt Obijcio, Obuenio, Offero, Oppono, Oblatro, Occino, Obuio, &c. Vertex, dicitur à vertendo: & eſt ſummum cuiuslibet rei faſtigiū: quod vbi attigerimus, vertendum nobis eſt, ſi progredi volumus. Vnde Vertex in capite, vnde pili reſerūtur, dicitur: & Vertex montis, eſt ſummitas eius. Neq; verò propter ſummitatem Vertex dicitur: nam in aquis, vbi propter profunditatem non profluunt, ſed in gyrum reuertuntur: verticem dicimus. Antiqui enim familiariter vtebantur o, vbi nos e, vt, Dij bene vortant: vbi nos, Dij bene vertant. Videamus ergo, quanti momenti hæc vna dictio hoc loco ſit. Dicit: Via virtutis, præbet requiem in vertice. quo expreſſè vult, perſeuerandum eſſe vſq; in finem: nam non priùs verticem attigeris. Deinde, oſtēdit perfectionem dextri itineris: quia, qui per voluptatem & carnis delicias viam læuam calcauerit; vbi iam in vertice eſt, niſi per amaritudinem animæ, & per laborem corporis, reuerſus fuerit: præceps in æterna ſupplicia profectò dilabitur. Qui verò per laborem, per ieiunium, per excubias, cæteraſq; pœnitentiæ parteis, virtutem conſcenderit; neq; defatigatus fuerit, dum verticem auidis manibus prenſitauerit: illic nimirum coronabitur; neq; ipſi, quā viā venerit, redeundum erit. vnde eſt, quod dicit: Feſsis requiē præbet in vertice ſummo. MOLLE oſtentat iter via lata.] Etiam in ſanctis literis dicitur, quòd lata ſit via, quæ ducit ad perditionem. hæc autem oſtendit molle, id eſt, facile & delicatum, iter. Sed vltima meta, hoc eſt, extremum tempus vitæ, præcipitat, id eſt, deijcit, (vt ad Euangelium accedam) in tenebras exteriores, vbi eſt fletus & ſtridor dentium; & voluit per ardua ſaxa. per quam rem æternitatem pœnarum conſpicere poſſumus. ideo enim Philoſophi cœlum perpetuò motum iri dicebant, quòd voluatur, hoc eſt, circulari motu impellatur. ſi enim directo motu ageretur: quando ſpatium infinitum non eſt, aliquando terminum contigeret. Voluit ergo, hoc eſt, circumuolutat. neq; ſatis eſſe, ſemel per ſaxa cecidiſſe, hoc eſt, diſcrimē dextræ & ſiniſtræ: etiam in Euangelio de extremo iudicio videre poſſumus. Sed quoniam recepi, Poëtarum & Philoſophorum dicta adducere: totam hanc literæ Pythagoricæ deſcriptionem, in ſexto Aeneidos, videre poſſumus: vbi etiam apud inferos hæ geminæ viæ diſcernuntur. Nam poſtquam deſcripta ſunt loca, in quibus erant infantes inſontes, ſenes deliri, amantes, monſtroſa omnia & imperfecta, quorum opera, per inſipientiam aut furorem patrata, neq; bona omnino, neq; mala cenſeri poſſunt; ideóq;, in baſi huius literæ locandā, progreditur ad biuium. vnde ait:

(The margin letters B and C stand beside the lines "poſitione, deſeruiunt … Ob-" and "dicit: Feſsis requiē … MOL-" respectively.)

Hic locus eſt, parteis vbi ſe via findit in ambas:
Dextera, quæ Ditis magni ſub mœnia tendit,
Hac iter Elyſium nobis: at læua malorum
Exercet pœnas, & ad impia tartara mittit, &c.

De hoc

A *De hoc malorũ carcere sic idem Cato:* Bene & cõposité C. Cęsar, paulò antè in hoc ordine, de vitâ & morte disseruit: credo, falsa existimãs ea, quę de inferis memorantur; diuerso itinere malos à bonis, loca tetra, inculta, fœda atq; formidulosa habere, *&c. Huius item rei sic meminit Persius:*

Et tibi, quæ Samios diduxit littera ramos,
Surgentem dextro monstrauit limite callem.

QVISQVIS enim duros casus, *&c.*] *Nunc Poëta commendat virtutem, & è contrario vitia damnat. Vtitur aũt simili ferè verbo eius, quod apud Gelliũ lib. XV. cap. I. cõperies, vbi sic ait:* Adolescentuli, cùm etiã tũc in scholis essemus, ἐνθυμημάτιον, id est, cõmentatiunculam; hoc Gręcum quod apposui, dictũ esse à Musonio philosopho audiebamus. Et quoniã verè atq; luculenter dictũ, verbisq; est breuibus & rotũdis vinctũ, per quàm libẽter memineramus: *ἄν τι πράξῃς καλὸν μετὰ πόνου, ὁ μὲν πόνος οἴχεται, τὸ δὲ καλὸν μένει· ἄν τι ποιήσῃς αἰσχρὸν μετὰ ἡδονῆς, τὸ μὲν ἡδὺ οἴχεται, τὸ δὲ αἰσχρὸν μένει. id est,* Si per laborẽ honesti quippiã egeris: labor abit; honestũ manet. Si per voluptatẽ turpe feceris quippiã: quod suaue est, B abit, quod turpe est, manet. Postea, inquit, istã ipsam sententiã in Catonis oratione, quã dixit Numantiæ apud equites, positã legimus: q̃ etsi laxioribus paulò longioribusq; verbis cõprehẽsa est, præter quàm illud Gręcũ quod diximus, quoniã tamen prior tẽpore antiquiorq; est, venerabilior videri debet. Verba ex oratione hæc sunt: Cogitate cũ animis vestris: si quid vos per laborẽ rectè feceritis; labor ille à vobis citò recedet: benefactũ à vobis, dũ viuetis, nõ abscedet. Sed si qua per voluptatẽ nequiter feceritis: voluptas citò abibit; nequiter factũ illud apud vos semper manebit. *Hæc ille. Xenophon quoq; in eo libello, quẽ scripsit de dictis & factis Socratis memoratu dignis, dicit:* Herculi, in infantiã supremã, Voluptatẽ & Virtutẽ habitu muliebri oblatas: qui cũ vtriusq; cohortationẽ audiuisset, Virtutiq; arduũ iter optatũ receptaculũ habere didicisset; contraq; voluptatis aditũ perquàm facilẽ, sed finẽ sanè amarũ: grauibus verbis, Voluptatem & nequitiã aspernatus, Virtutẽ per labores & sudores in dextrã insecutus est. *De hac re sic dicit Cic. in I. Offic.* Namq; herculem Prodicus dicit, vt est apud Xeno- C phontẽ, cùm primùm pubesceret, (quod tempus à naturã ad deligendũ, quã quisq; viam viuendi sit ingressurus, datũ est) exîsse in solitudinẽ, atq; ibi sedẽtem, diu secum multumq; dubitâsse: cũ duas cerneret vias, vnã Voluptatis, alterã Virtutis; vtrã ingredi melius esset. *Hæc Cicero. Aristoteles autẽ dicebat:* studiorum liberaliũ amaras esse radices, fructus verò dulces. *Simile est de virtute, quod sic dicit Vergil.* Quisquis enim, *&c. Ordo est:* Enim, *pro quia* quisquis, *id est, quicunque,* vicerit amore virtutis, duros casus, *id est omnia aduersa lubenti animo perpessus fuerit:* ille parabit, *id est, comparabit,* sibi laudem & decus. At qui sequitur desidiã, & luxũ inertem: dum fugit, *id est fugere conatur,* incautã mente labores oppositos, *id est obiectos sibi: ipse* turpis inopsq; simul transigit æuũ, *id est, vitam,* miserabile, *id est, miseram & detestabilem. Dicit notanter,* Virtutis amore: *quia si ambitiosus, pro vanã gloria & popularibus auris, bene egeris; operã ludis. Vnde Cicero, de somnio Scipionis:* Igitur altè spectare si voles, atq; hanc sedem & æternam domum contueri: neq; te sermonibus vulgi dederis; nec in præmijs humanis spem posueris rerum tuarum. suis te illecebris oportet ipsa Virtus trahat ad verum decus, *&c. De hac re, est Diuina illa Persij, vbi contra desides loquitur, sententia:*

Magne pater diuûm, sæuos punire tyrannos
Haud aliâ ratione velis: cùm dira libido
Mouerit ingenium feruenti tincta veneno:
Virtutem vt videant: intabescantq; relictâ.
An'ne magis Siculi gemuerunt æra iuuenci:
Et magis auratis pendens laquearibus ensis
Purpureas subter ceruices terruit? imus,
Imus præcipites: quàm si sibi dicat, & intus
Palleat infelix, quod proxima nesciat vxor?

A *A. Gellius, in noctibus Atticis, cap. primo, XVII. libri, refert:* Stoicos dicere, malitiam satis esse ad summam miseriam; virtutem è diuerso ad summũ bonum. Peripateticos autem consentire: malitiã quidem, summam miseriam conficere: negare tamen, summũ bonum virtute solâ perfici posse, nisi & naturæ & fortunæ bona accesserint. *Idem ipse Gellius, libro vndecimo, sic inquit:* Philosophum, nomine Peregrinum, virum grauem, cui postea cognomentum Proteus factum est, audiuimus; qui virum quidem sapiẽtem nõ peccaturum esse dicebat: etiam si peccâsse eum, Dei atque homines ignoraturi essent. non enim pœnæ metu non esse peccandum: sed iusti honestiq; studio & officio, *&c. Iuxta quod iam adduxi Horatij illud:*

Oderunt peccare boni virtutis amore:
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

DVROS casus.] *Casus dicitur à cadendo. Itaq; quia in malum cadere dicimur, & in mortem; sæpè in malam partem accipitur. Veruntamẽ pro euentu ponitur; vsq; adeò, vt etiam in bonam partem accipiatur.* Quocirca dicit, Duros casus, *id est, duros euentus, & duros labores. Sicut I. Aeneid. vbi hæc literã allegoricôs describitur, cùm dicitur.*

Per varios casus, per tot discrimina rerum,
Tendimus in Latium: sedes vbi fata quietas.
Ostendunt, illîc fas regna resurgere Troiæ.
Durate, & vosmet rebus seruate secundis, *&c.*

Quid enim aliud est, tendere in Latiũ, nisi in patriã promissionis? in quam nimirũ, per dexterũ hũc callem, tendimus. Vt enim monstratũ est, ille in vertice summo fessis requiem præbet. iuxta quod dicitur: Sedes vbi fata quietas, *&c. Sed nõnisi in summo vertice. vnde &,* Durate, & vosmet rebus seruate secundis. AT qui desidiam.] *Hîc manifestè desidiam, vt omnium virtutum hostem, exagitat.* Virtutis enim (*inquit Cic.*) laus omnis in actione consistit, *&c. Otia verò nos ad omnia mala concitant: præcipuè ad luxuriam. vnde Ouid. in De remedio Amoris:*

Quæritur, Ægisthus quare sit factus adulter?
In promptu causa est: desidiosus erat. *Et alibi:*
Otia si tollas; periere Cupidinis arcus. *Et Iuuen.*
Nunc patimur longæ pacis mala; sæuior armis
Luxuria incubuit. *&c.*

Dicit autem bene, Luxum inertem: *quia omnino segnes & inertes, id est, sinè arte, nos facit; priuatq; diuinarum rerum cõtemplatione.* Quod *significatur II. Aeneid. vbi Aeneas deos videre non potuit, tantisper dum Venus adesset: quos eã absente continuò vidit. Summopere autem prisci illi Romani inertiam fugerunt. vnde Sallust.* Prudentissimus quisq; maximè negotiosus erat. Ingeniũ nemo sine corpore exercebat. Optimus quisq; tacere, quàm dicere; sua ab alijs benefacta laudari, quàm ipse aliorũ narrare, malebat. Igitur domi militiæ boni mores colebãtur, *&c. Quia igitur boni & sapientis viri est, non modò sapere, verùm etiam agere: Afranius (vt recitat Gellius) egregiè sapientiam sic describit:* Vsus me genuit; mater peperit Memoria: Sophiam vocant me Graij; vos sapientiam. *Pacuuius quoq; (eodem Gellio teste) ad sapiẽtem vt bene agat pertinere, sic docet:* Ego odi homines ignauã operã, & philosophicã scientiã. Nihil enim indignius fieri posse, neq; intolerantius, dicebat: quàm quod homines ignaui ac desides, operti barbâ & pallio: mores & emolumenta Philosophiæ, in linguæ verborumq; artes cõ-

uerterent; & vitia facundiſsimè accuſarent; intercutibus ipſi vitijs madentes. *Hæc illi. Hinc Iuuenal.*

Vltra Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem
Oceanum: quoties aliquid de moribus audent,
Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia viuunt, *&c.*

DVM fugit, *&c.] Id eſt, dum fugere tentat. nõ etenim euitat: ſed, dũ incautus requiẽ nanciſci ſperat; ſenex, rebus paternis cõſumptis, & corpore omni indulgẽtiâ deprauato, miſer, inops, & turpis omnibus modis, laborat. Dicit notãter*, incautâ mẽte: *quia, ſi ſapiẽs eſſet; non ita fugeret labori. Eſt aũt, quod dicit in ſermonib. Horat.* Dũ vitãt ſtulti vitia, In cõtraria currũt. A

Et in de Arte poëticâ:

In vitium ducit culpæ fuga, ſi caret arte.

Affectatè autem videtur Vergilius tempora diuerſa ponere: cùm de bono dicit, per verbũ de futuro, Laudemq; decusq; parabit. *non enim bonus vir continuò laudatur; licèt ſibi tacitè gaudere poteſt. Nam ſæpe poſt fata, hoc eſt, poſt corporis mortem, primùm gloria datur. Vnde Propertius:*

At mihi, quòd viuo, detraxerit inuida turba;
Poſt obitum duplici fœnore reddet honos.

POM. Sabi. COPA Syriſca, caput.] *Copas, appellabant mulieres vagas, & Mæcenas ſeruam habebat Copam. Syrus, Syriſca: vt Cilix, Ciliſca.* GRAIA.] *quia Græcæ fœminæ geſticulatrices ſunt.* SVB crotalo.] *Crotalus eſt annulus æneus; qui percutitur virgâ ferreâ, ad ſonum fiſtulæ.* TABERNA.] *loca tabulis ſepta erant, vbi res vendebantur. indè tabernæ nomen.* TRICLINA.] *pro Triclinia; à tertio ordine thororũ.* EST & Mænalio.] *Arcadia apta pecuarijs: ideò multos habet paſtores. & Pan Arcadicus fuit; qui fiſtulam inuenit.* CADO picato.] *Antiqui picabãt, id eſt, illinebant vaſa, vbi condebant vinum.* SVNT è Cecropio.] *Cecrops, antiquiſsimus cõditor Athenarũ.* SERTA'QVE.] *ſerta è ſatis herbis fiebãt.* ACHELOIS.] *Achelous fuit pater Sirenũ; quæ ſunt tres: Leucoſia, Parthenope, Lygia; ſemper virgines.* CASTANEÆ'QVE nuces.] *caſtaneæ nuces, genus caſtanearum, ſimile glandibus. vel,* & caſtaneæ & nuces. SALIGNA.] *ſalaci, luxurioſâ. Priapus, filius Veneris & Bacchi.* ALIBIDE.] *Alibidus Silenus.* CALICES.] *Romæ cryſtallina erant in vſu.* ROSEO ſtrophio.] *tenuioribus coronis vtebãtur antiqui; Strophia appellantes. indè ſerta, Strophiola. ſic ait Plinius.* PRISCA ſupercilia.] Plin. ſic ait: In ſupercilio eſt grauitas. GENAS.] *dicimus cõcaua, vbi oculi ſunt. partem ſuperioris genæ, antiqui appellauerunt cilium. vnde & ſupercilia; in quibus eſt animi pars. nam his negamus, annuimus: & in his faſtus & ſuperbia.* CINERI ingrato.] *antiqui, quotieſcunq; parentabant, id eſt, mortuis ſacrificia faciebãt, ponebãt Corollas ſupra ſepulchra: ſiue ſepulchrum erat ex* B *lapide, ſiue ex ceſpite. Mortui appellabantur ingrati: quia nõ rependunt beneficia.*

COPA.

COPA Syriſca, caput Graiâ redimita mitellâ,
Criſpum ſub crotalo docta mouere latus;
Ebria famoſâ ſaltat laſciua tabernâ,
Ad cubitum raucos excutiens calamos.
Quid iuuat æſtiuo defeſſum puluere abeſſe?
Quid potiùs bibulo decubuiſſe toro?
Sunt cuppæ, calices, cyathi, roſa, tibia, chordæ,
Triclina vmbriferis frigida arundinibus.
En &, Mænalio quæ garrit dulce ſub antro,
Ruſtica paſtoris fiſtula in ore ſonat.
Eſt & vappa cado nuper diffuſa picato,
Et ſtrepitans rauco murmure riuus aquæ.
Sunt etiam croceo violæ de flore corollæ,
Sertaq; purpureâ lutea miſta roſâ.
Et quæ virgineo libata Achelois ab amne,
Lilia vimineis attulit in calathis.
Sunt & caſeoli, quos iuncea fiſcina ſiccat:
Sunt autumnali cerea pruna die,
Caſtaneæq; nuces, & ſuauè rubentia mala:
Eſt hîc munda Ceres, eſt Amor, eſt Bromius.
Sunt & mora cruenta, & lentis vua racemis:
Et pendens iunco cæruleus cucumis.
Eſt tuguri cuſtos armatus falce ſalignâ;
Sed non & vaſto eſt inguine terribilis.
Huc Alibida veni: feſſus iam ſudat aſellus.
Parce illi: veſtrum delicium eſt aſinus.
Nunc cantu crebro rumpunt arbuſta cicadæ:
Nunc etiam in gelidâ ſede lacerta latet.
Si ſapis, æſtiuo recubans nunc prolue vitro:
Seu vis cryſtallo ferre nouos calices.
Eia age, pampineâ feſſus requieſce ſub vmbrâ:
Et grauidum roſeo necte caput ſtropheo:
Candida formoſæ decerpens ora puellæ.
Ah pereat, cui ſunt criſpa ſupercilia!
Quid cineri ingrato ſeruas bene olentia ſerta?
An'ne coronato vis lapide iſta tegi?
Pone merum, & talos. pereat, qui craſtina curat.
Mors aurem vellens, Viuite, ait, venio.

ASCEN. COPA Syriſca.] *Carmẽ hoc elegiacum, quod Vergilio ab omnibus adſcribitur, facile quidem eſt expoſitu: ſed non minùs delicioſum; quàm quæ ab Epigrammatiſtis ac Elegiacis ſcribi ſolent: vt ſciamus, & elegiacum Maroni non fuiſſe penitùs negatum. Inuitat autem Mæcenatem ad voluptatẽ: ſic tamen, vt prudentes potiùs ab eâ retrahat. Nam concluſurus opus ſic:* Pone merum & talos, pereat qui craſtina curat: *addit,* Mors aurem vellens, Viuite, (ait) venio. *Pro quo quidam mendosè legunt:* Mors autem veniens. *Vellere verò aurem, accipi ſolet pro eo, quod eſt admonere: admonentes enim id facere ſolebant. nam auris Memoriæ dicata eſt. vt in Bucol.* Cynthius aurem C Vellit, & admonuit. *quia verò omnia manifeſtaria ſunt: finem facio, hoc ſolum monuiſſe contentus.*

POM. Sabi. EOOS.] *mons Arabiæ eſt: vnde Eous, a, um fit.* STRICTIOR.] *acutior ab enſe.* PER quadra.] *nam horti quadrifariam diuiduntur.* VEGETARE.] *viſgere.* OLERVM.] *Olus, à legendo: vt Varro.* TERETES.] *rotundos.* PÆSTANO cultu.] *Pæſtum eſt oppidum in Lucaniâ. Græci antiqui appellabant Poſidoniũ: vbi ſunt roſæ vernæ & autumnales.* DIE.] *pro diei. vel in die* VENVS.] *quæ manè Lucifer. Flora & Venus idem ſunt.* DIFFLATVR.] *diffunditur.* MVRICIS.] *Murex genus oſtreæ: vndè tingitur purpura.* OBELISCI.] *Obeliſcus eſt figura, quæ cùm ſurgit, acuitur.* PATEFECIT.] *roſa, quæ aperta eſt, habet ſimilitudinẽ caniſtri.* PVNICA coma.] *rubra, puniceа: non autem de punico malo.*

ROSA.

VER erat, & blando mordentia frigora ſenſu;
Spirabat croceo manè reuecta dies:
Strictior eoos præceſſerat aura iugales,
Æſtiferum ſuadens anticipare diem.
Errabam riguis per quadra & compita in hortis,
Maturo cupiens me vegetare die.
Vidi concretas per gramina flexa pruinas
Pendère, aut olerum ſtare cacuminibus:
Caulibus & patulis teretes colludere guttas,
Et cœleſtis aquæ pondere tunc grauidas.
Vidi Pæſtano gaudere roſaria cultu,

ASCEN. VER erat, *&c.] Hoc quoque carmine Poëta (ſiue, vt vir doctiſ-*

A Exoriente nouo roſcida lucifero.
Rara pruinoſis canebat gemina frutetis,
Ad primi radios interitura die.
Ambigeres raperétne roſis aurora ruborem,
An daret,& flores tingeret orta dies.
Ros vnus,color vnus,& vnum manè duorum;
Sideris & floris eſt domina vna Venus.
Forſan & vnus odor: ſed celſior ille per auras
Diſflatur;ſpirat proximus iſte magis.
Communis Paphiæ dea ſideris, & dea floris,
Præcipit vnius muricis eſſe habitum.
Momentum intererat, quo ſe naſcentia florum
Germina comparibus diuiderent ſpatijs.
Hæc viret anguſto foliorum tecta galero:
Hanc tenui folio purpura rubra notat.
Hæc aperit primi faſtigia celſa obeliſci,
Mucronem abſoluens purpurei capitis.
Vertice collectos illa exſinuabat amictus,
Iam meditans folijs ſe numerare ſuis.
Nec mora:ridentis calathi patefecit honorem,
Prodens incluſi ſemina denſa croci.
B Hæc,modò quæ toto rutilauerat igne comarum,
Pallida collapſis deſeritur folijs.
Mirabar celerem fugitiuâ ætate rapinam;
Et,dum naſcuntur,conſenuiſſe roſas.
Ecce,& defluxit rutili coma punica floris,
Dum loquor,& tellus tecta rubore micat.
Tot ſpecies,tantosq́; ortus, variosq́; nouatus
Vna dies aperit,conficit vna dies.
Conquerimur, Natura,breuis quòd gratia florũ eſt:
Oſtentata oculis illicò dona rapis.
Quàm longa vna dies;ætas tàm longa roſarum:
Quas pubeſcentes iuncta ſenecta premit.
Quam modò naſcentem rutilus conſpexit Eous,
Hanc rediens ſero veſpere vidit anum.
Sed bene,quòd paucis licèt interitura diebus,
Succedens æuum prorogat ipſa ſuum.
Collige virgo roſas,dum flos nouus,& noua pubes:
Sed memor eſto, æuum ſic properare tuum.

doctiſſimus Hieronymus Aleander aſſerit, Auſonius eſt) nos ad voluptatem inuitare videtur: ſed prudentes magis deterret ab eius illecebris. Nam ſi, (vt Iob dicit) Homo quaſi flos egreditur,& conteritur,& fugit velut vmbra: ſtultus erit, quiſquis in hac tam fragili vita beatitudinem ſuam conſtituerit, & voluptati inhiauerit. vnde Poëta,cõcludens opus his verbis; Collige virgo roſas dum flos nouus, & noua pubes: Et memor eſto, æuum ſic properare tuum: non tàm ad voluptatem; quam ad laudabilia opera facienda, cohortatur. Cæterùm,cùm omnia facilia ſint:pauciſſima, præter Calderinum,elucidabimus. BLANDO morſu.] Quia ſunt frigora brumalia,quæ lædant. vnde in Buc. Ah ne te frigora lædãt. Sunt & æſtiua,quæ delectent.vt in eiſdem: Frigus captabis opacum. CROCEO manè.] id eſt, matutino tempore. Plautus tamen declinauit,dicens, A' mani: ſecundùm Seruium. IVGALES eoos.] id eſt, equos Solis ab Oriente venientes. RARA gemma.] Groſſus ab Euangeliſtâ vocatur, in vite nodus vnde pampinus exit. ſic hîc,vnde roſa. VENVS eſt domina.] quia Lucifer,& Heſper,ſtella eſt Veneris. FORSAN & vnus odos.] id eſt, odor. vnde de Venere in 1. Aeneid. Ambroſiæq́; comæ diuinum vertice odorem Spirauêre. DEA Paphiæ.] Paphos, ciuitas Cypri: vbi Venus, quæ Paphia indè dicitur, præcipuè colitur. indè primo Aeneid.

Ipſa Paphum ſublimis abit,ſedesq́; reuiſit
Læta ſuas,&c.

CONQVERIMVR, natura.] Ordo eſt, O' natura, nos conquerimur, quòd gratia florum eſt breuis,&c.
EOVS.] id eſt, ſol. ANVM.] id eſt, vetulam.

EST ET NON.

EST,& Non, cuncti monoſyllaba nota frequentant:
C His demptis, nihil eſt hominũ quod ſermo volutet.
Omnia in his, & ab his ſunt omnia: ſiue negoti,
Siue otij quicquam eſt,ſeu turbæ,ſiue quietis.
Alterutro,pariter nonnunquam,ſæpè ſeorſis
Obſiſtunt ſtudijs: vt mores ingeniumquè,
Vel faciles,vel difficiles, contentio nacta eſt.
Si conſentitur:mora nulla interuenit, Eſt, eſt.
Sin controuerſum:diſſenſio ſubijciet, Non.
Hinc fora diſſultant clamoribus:hinc furioſi
Iurgia ſunt circi:cuneati hinc læta theatri
Seditio,& tales agitat quoque curia lites;
Coniugia, & nati cum patribus iſta quietis,
Verba ferunt ſtudijs, ſaluâ pietate loquentes.
Hinc etiam placidis ſchola conſona diſciplinis,
Dogmaticas agitat placido certamine lites.
Hinc omnis certat Dialectica turba ſophorum:
Eſt lux:eſt'ne dies? ergo non conuenit iſtuc.
Nam facibus multis,aut fulguribus quoties lux;
Eſt nocturna homini;non eſt lux iſta diei.
Eſt,& non, igitur, quoties lucem eſſe fatendum eſt:
Sed non eſſe diem. mille hinc certamina ſurgunt.
Hinc pauci, & multi quoque, talia commeditantes;
Murmure concluſo rabioſa ſilentia rodunt.
Qualis vita hominũ,duo quã monoſyllaba verſant.

POMPONIVS SABINVS.

in Vergilij Eſt & Non.

Dubitant quidam, an hi ſint Vergilij verſus. HINC fora.] Fora Romæ nouem erãt. CVNEATI theatri.] Cuneus eſt condenſata multitudo. DOGMATICAS agitat.] Dogma, decretum Cicero interpretatur, in libro de Finibus bonorum & malorum.

ASCENSIVS.

EST & Non.] Deridet (inquit Calderinus) dialecticos. Mihi quoquè deflere videtur miſeram mortalium ſortem, ſub tantâ ignoratione degentium; vt nihil certò ſciant. quod magni viri aſſeruiſſe leguntur. EST lux.] Argumentum ſophiſticum: Quandocumque lux eſt, dies eſt. Noctu, dum faces accenduntur, lux eſt. Ergo dies eſt.

Digitized by Google

DE ÆTATIBVS ANIMALIVM.

TEr binos, deciesq́; noué ſuperexit in annos,
Iuſta ſeneſcentum quos implet vita virorum.
Hos nouies ſuperat viuendo garrula cornix:
Et quater egreditur cornicis ſecula ceruus:
Alipedem ceruum te vincit coruus: at illum
Multiplicat nouies Phœnix, reparabilis ales.
Quem vos perpetuo decies præuertitis æuo,
Nymphæ Hamadryades, quarũ lõgiſsima vita eſt.
Hi cohibent fines viuacia fata animantum:
Cætera ſecreti nouit Deus arbiter æui.

XII. LABORES HERCVLIS.

PRIMA Cleonæi tolerata ærumna Leonis.
Proxima Lernęam ferro & face cõtudit hydram.
Mox Erymanthæũ vis tertia perculit aprum.
Æripedis quartò tulit aureá cornua cerui.
Stymphalidas pepulit volucres diſcrimine quintò
Threïciam ſexto ſpoliauit Amazona baltheo.
Septima in Augiæ ſtabulis impenſa laboris.
Octaua expulſo numeratur adorea tauro.
In Diomedeis victoria nona quadrigis.
Geryone extincto decimam dat Iberia palmam.
Vndecimũ mala Heſperidũ diſtracta triumphũ.
Cerberus extremi ſuprema eſt meta laboris.

ASCE. PER binos.] *Sunt qui hos verſiculos ꝓponant,* Tres annos ſepes, & tres ſepes canis explet. Treſq́; canes bene viuit equus: ſed equos homo ternos. PER binos, *&c.*] *id eſt, per nonaginta tres annos: hoc eſt, per tres curſus Saturninos viuit homo, ad iuſtam ſenectã pertingẽs. Sunt enim, qui quartum addunt; ſed meliore luto conditi, aut regimine præditi.* HOS nouies.] *Scilicet viuos.* PHOENIX, reparabilis ales.] *Dicitur enim ſola auis eſſe, & ad vltimum vitæ ligna colligere: & odoribus ac calore Solis, flatu alarum adiuto, incendere, incenſaq́; intrare, & ex cineribus atrore cœli nouã renaſci. De ætatibus autem cornicis, cerui, & corui, Plinium legito.* HAMADRYADES.] *Sunt Nymphæ ſyluarum, quas cum ſyluis oriri & interire dicunt. Vnde priſci, ſemideos diu quidem viuere, ſed aliquando mori dicebant.* A

ASCE. PRIMA, *&c.*] *Monoſtichis, id eſt, ſingulis carminibus, deſcribit ærumnas atque labores Herculis: quos varij variè referunt. ſed & multi memorantur Hercules: vſque adeò, vt omnes viros fortes, Hercules cœperint nuncupari. Verùm poëtæ, ſuo more, aſſcribunt vni Iouis ex Alcmenâ Amphitryonis coniuge, filio omnia, quæ Hercules geſſiſſe dicitur facinora. quorũ Maro, binis epigrãmatis, duodecim enumerat; ſed nõ eodem ordine, vt in explanatione videbimus, quæ cum ordine talis eſt,* Prima ærumna, *id eſt, calamitas & perſecutio Euryſthei, Mycenarum regis, (nam 45. annos illic regnauit; & Herculem, Iunonis inſtinctu, ad varia monſtra domãda miſit: eo quidem animo, vt tandem ſuccumbat. verum glorioſior indè ſemper emerſit. vnde Hercules dictus, quaſi ἥρας κλέος, id eſt, Iunonis gloria.)* tolerata, *ſcil. ab Hercule, eſt, ſupple,* leonis Cleonei, *id eſt, iuxta Cleonas, oppidum in ſyluâ Nemeâ, interfecti. vnde Stat.*

Illius in ſpeciem, quæ per Teumeſia tempe,
Amphitrionides factum iuuenilibus armis,
Antè Cleonæi veſtitur prælia monſtri.

Hic leo (vt recitat Sipontinus) in cœlum dicitur tranlatus à Ioue patre: vt Herculis gloriæ cõſuleret, quòd eum in ærumnis occiderat; & quòd hæc prima Herculis adoleſcentis certatio fuerat. Eius ſimulachrum virgini proximum eſt. Nigidius hunc leonẽ tradit à Lunâ, iuſſu Iunonis, in terrâ Arcadicâ & regione Nemeæ, educatũ: quem deinde in exitu Hercules, Iuſſu Euryſthei, clauâ, quam à Molorcho hoſpite acceperat, interfecit. Itaq; poſtea clauâ pro gladio, pelle leonis pro ſcuto, vſum Herculem fuiſſe: Leonem verò à Iunone inter ſidera relatum, quòd ad occaſum ſpectans, ſupra caput Hydræ conſtitutus apparet. Dictus eſt & Nemeus leo, à Nemeâ ſyluâ, inter Cleonas & Phlyuntem, in quâ Argiui, ob Herculis memoriã, Nemea ſacrã celebrare conſueuerunt. Sunt autem Cleonæ, oppidũ in viâ ſitum, quæ ex Argo Corinthum ducit: diſtatq; ab Argo ſtadijs CXX. à Corintho verò LXXX. vnde hic, Cleonæi leonis, *& apud Lucanum:* Ille Cleonæi proiecit terga leonis. Proxima, *ſcilicet ærumna, id eſt, ſecunda, quæ eſt proxima à primâ, hoc eſt, Hercules in ſecundâ ærumnâ,* contudit ferro & face, *id eſt, igni,* Hydram, *ſcilicet ſerpentem aquatilem,* Lernæam, *id eſt, in Lernâ lacu verſari ſolitam. quàm Hercules, cùm totam regionem deuaſtaret, primò clauâ percuſſit: ſed cùm, amputato vno capite, continuò bina renaſcerentur, congeſtã lignorum ſtrue, in cauernis abditam, ignis exuſſit atque deleuit. Vnde Maro noſter alibi:*

Quinquaginta atris immanis hiatibus Hydra.

Et Seneca: Quid ſæua Lernæ monſtra, numeroſum malum, Nũ igne demũ vicit & docuit mori? *Hoc ideò fictũ quidã exiſtimãt: quia: cùm Lernæ palus frequenter ſiccaretur, ac denuò impleretur aquis; Hercules deprehendit, venas terræ incẽdio poſſe præcludi: atq; ideò; poſtquam exhauſit eam; ignem adhibuit; &, ſi qua vnda prorũpebat, obſtruxit. hinc monſtro Hydræ nomẽ fabulæ impoſuerunt: quoniam ὕδωρ aquam ſignificat.* B Mox, *id eſt, paulò poſt,* vis tertia, *ſcil. Herculi facta, id eſt, violentia, aut vis, id eſt, virtus,* tertia, perculit *(à percello) id eſt, percuſſit,* aprum, *id eſt, ſuem ſylueſtrẽ,* Erymantheũ, *id eſt, Arcadicum; ab Erymantho, ſyluâ Arcadiæ, denominatum. Hercules enim aprum miræ magnitudinis, Arcadicum agrum vaſtãtem, occîdit: vel (vt quidã volũt) viuũ cepit, & detulit Euryſthæo. Sen.* Solitũq; dẽſis Hiſpidũ Erymanthi iugis, Arcadica quærere nemora, Menaliũ ſuem. *Dictus eſt hic aper Menalius, à Menalo, Arcadiæ monte. quamuis & oppidũ ſit eiuſdẽ nominis, quod & Menala dicitur. Et* tulit, *abſtulit,* quarto, *ſcil. loco, aut quarto labore,* cornua aurea cerui aëripedis, *id eſt, aërior, hoc eſt, veloces pedes habentis: vt per aphæreſim, aut ſynæreſim,* æripidis, *pro aëripidis, dictum ſit, vt Aeneid. 8.* C

Fixerit æripedem ceruam licèt aut Erymanthi.

Erat enim (vt illic dicit) cerua, vt hic, ceruus, aureis cornibus, & pedib⁹ (vt quidã dicũt) æreis; vt alij, aëreis, i.e. velociſsimis: quã, vel quẽ, Hercules curſu ſuperauit, in Menalo monte Arcadiæ, & ſpoliauit. Et pepulit, *ſcil. à ſedibus ſuis,* volucres, *i.e. aues aquaticas,* Stymphalidas, *i.e. in Stymphalo, lacu Arcadiæ, immorantes. dicũt aũt fuiſſe tantæ magnitudinis; vt Solis radios obumbrarẽt: omnẽ Arcadiã deuaſtantes. Eſt aũt Stymphalus, Arcadiæ lacus; ex quo Eraſinus fluuius erumpit in Arginã terrã: quõdam verò exitũ non habebat. vrbs autem vicina, Stymphalum dicitur.* Pepulit, *inquam,* diſcrimine, *ſcil. periculo & labore,* quinto. *Et* ſpoliauit Amazona, *id eſt, reginam Amazonũ,* Threiciam, *id eſt, iuxta Thraciam & Scythas regnantẽ: ſpoliauit,* baltheo, *ſcil. aureo, quem ad Euryſtheum reportauit. Sen.* Non vicit illũ cœlibis ſemper tori Regina, gentis vidua Thermedontiæ. *Dicitur autem Amazon, quaſi ſinè mammillâ, eò quòd alteram inurũt: vt alibi ſatis dictum eſt.* Spoliauit *autem* ſexto, *ſcilicet diſcrimine, aut periculo.* Septima impenſa laboris eſt, in ſtabulis Argeis, *id eſt, Argiuis, vbi ferocientem taurum interfecit.* Octaua adorea, *i.e. octaua laus bellica. Sic enim interpretatur* adorea *ab Acrone, eò quòd victores adorentur à victis. vnde & Feſtus:* Adoreũ, laudẽ dicebant & gloriam: & glorio-

A gloriosum putabant esse, qui farris copiâ abundabat. *Plin. autem:* gloriam deniq; ipsam, à farris honore, adoreum appellabat. *Ergo* octaua adorea, *id est, laus,* numeratur tauro expulso. *alij legunt:* Numeretur octauo, *ut sit discrimine, aut labore. Et loquitur de tauro, Atticam regionem deuastante. Sen.* Taurumq; centum nô leuem populis metum. Victoria nona, *supp. numeratur,* in quadrigis, *id est, equis quadrijugalibus,* Diomedeis, *id est, quos humanis carnibus aluerat Diomedes Bistonius, id est, Thracius. vnde Sipontinus:* Præterea Hercules, Diomedem Thraciæ regem, dirum ac sanguinariû hominê, qui equos suos aduenarum carne in Tyridâ Thraciæ oppido, pascebat, occidit; eumq; iumentis suis epulandum apposuit. *Sen.* Quid stabula memorem diri Bistonij regis? *Nam Bistonis stagnum, & regio Thraciæ, à Bistone rege denominâtur.* Hiberia, *id est, Hispania,* dat decimam palmam Gerione, *scilicet rege Hispanorû tricorpore,* extincto *id est, interempto. cui & boues abstulit: è quibus Cacus nonnullos furatus, in Italiâ ab eodem occisus est: vt Aeneid. 8. latè scribitur. Dicitur autem tricorpor: quia tribus insulis præfuit.* Mala Hesperidum, *id est, Atlantidum puellarû, quæ aurea mala, id est, poma habuerunt,* distracta, *scilicet per Herculem, occiso peruigili dracone, supple dant,* vndecimû triumphum. *vnde Lucanus:*

Abstulit arboribus precium, nemoriq; laborem
Alcides: passusq; inopes sine pondere ramos,
Pertulit Argolico fulgêtia poma tyráno: *scil. Eurystheo. Sunt qui per poma oues intelligant, quia Græcè μῆλα, & poma, & oues significant: & per draconem, pastorem earû custodem.* Cerberus, *canis triceps, triplicem Plutonis potestatê significâs apud inferos,* est suprema, *id est, vltima,* meta extremi laboris. *Nam cûm Perithous ad inferos detrusus esset, accessit eò cû Theseo: & Cerberû, eanem tricipitê, ad superos traxit: è cuius vrinâ inter cotes sparsa, aconitum natû fingitur. Sunt aût plures alij labores Herculis: vt de Antheo, & Busiri, & Acheloo, & Caco. sed nos quoq; his contenti sumus.*

DE IISDEM.

COMPRESSIT Nemeæ primùm virtute Leonem.
Extincta est anguis, quæ pullulat hydra, secundo.
Tertius euictus sus est Erymâthius ingens.
Cornibus auratis ceruum necat ordine quarto.
Deijcit horrisono quintò Stymphalidas arcu.
Abstulit Hippolytæ sexto sua vincula victæ.
Septimus Augiæ stabulum labor egerit vndis.
Octauò domuit magno luctamine taurum.
Tùm Diomedis equos nonò cùm rege peremit.
Gerionem decimò triplici cum corpore vicit.
Vndecimò abstractus vidit noua Cerberus astra.
Postremò Hesperidum victor tulit aurea mala.

ASCE. COMPRESSIT, etc.] *Eosdê Herculis labores* B *(si modò idem est auctor) alijs id prosequitur verbis. quocirca, quia fabulas satis aperuimus, erimus ordine contenti; qui talis est: Hercules supple,* cōpressit primùm leonê Nemeæ, *scilicet syluæ,* virtute *suâ. Veruntamen dicitur, adhuc in cunis positus, serpentes fraude Iunonis immissos strangulâsse: vnde non dicemus hunc primum laborem fuisse; sed primum narratum: nisi dicamus, additum esse virtute, ad discretionê eorum, quæ gessit non virtute; sed diuino auxilio adiutus. Non enim vero simile est, infantem angues potuisse necare; nisi Iupiter pater auxilio fuisset.* Hydra anguis, quæ pullulat: *quia, amputato vno capite, bina renascebantur.* Sus, *id est, aper,* Erymanthius, ingens, *valde magnus,* euictus est tertius, *scilicet ordine. Et* necat ordine C quarto, ceruum auratis cornibus, *id est, habentem cornua aurata. Et* deijcit Stymphalidas, *scilicet volucres,* arcu horrisono, *id est, horribiliter sonante,* quinto, *scilicet ordine. (Priùs secundam corripuit, dicens:* Stymphalides pepulit volucres. *Eandem tamê hîc producit: sicut & Mart. dicens:* Aeripedem syluis ceruam, Stymphalidas vndis Abstulit, *Item in 6.* Ceruam, *cum Martiale, posuit: hîc, & priùs,* ceruum. *sed cornua ceruo congruunt.)* Abstulit, *scilicet Hercules,* Hippolytæ, *Amazonum reginæ,* victæ, *â se,* sua vincula, *id est, balthea, quibus, vinciebatur.* Septimus labor, egerit vndis stabulum Argæi *tyranni. Et Hercules* domuit octauo, *scilicet discrimine aut labore,* taurum, *scilicet ferocientem, & Atticam regionem deuastantem: domuit, inquit,* magno luctamine. Tùm, *id est, deinde, scilicet nono labore aut luctamine, domuit* equos Diomedis *Thracij, qui humanis carnibus ab eo pascebantur,* cum rege, *scilicet Diomede, perempto à se. Et vicit decimo labore,* Geryonem, *regem Hispaniarum,* cum triplici corpore, *id est, habentem triplex corpus: & id poëticè: aut cum triplici corpore, id est, cum triplici exercitu, ex tribus insulis collecto.* Cerberus, *id est, canis infernalis,* abstractus *ab inferis,* vidit astra noua, *id est, quæ non priùs viderat; (cùm tamen apud inferos astra testetur, in sexto dicens:*

—Solemq; suum, sua sidera norunt.)

vndecimo, *scilicet labore. priùs autem dixit, vltimo. vnde non obseruat ordinem rei gestæ. Et Hercules* victor tulit postremo, *scilicet labore, id est, per postremum laborem; quem vndecimum priùs posuit:* mala, *poma,* aurea Hesperidum, *scilicet puellarum in Hesperiâ minore degentium.*

MVSARVM INVENTA.

CARMINA Calliope libris Heroica mandat.
Clio gesta canens transactis tempora reddit.
Dulciloquis calamos Euterpe flatibus vrget.
Melpomene tragico proclamat mœsta boatu.
Terpsicore affectus citharis mouet, imperat, auget.
Plectra gerens Erato saltat pede, carmine, vultu.
Signat cuncta manu, loquitur Polyhymnia gestu.
Vranie cœli motus scrutatur, & astra.
Comica lasciuo gaudet sermone Thalia.
Mentis Apollineæ vis has mouet vndiq; Musas.
In medio residens complectitur omnia Phœbus.

ASCE. *Clio historias inuenit: Melpomene tragœdias: Thalia comœdias: Euterpe tibias: Terpsicore psalterium: Erato geometriam: Calliope literas: Vrania astrologiam: Polyhymnia rhetoricam.* CLIO gesta canens, &c.] *Opusculum hoc de Musarum inuentis inscribitur. quocirca, de Musis quæ collegimus aliâs paucis repetam. Musa (secundùm nonnullos) dicit' à μυῶ, quod est Instruo, & in sacris initio. Hesiod. in Theog. ait, Musas, Iouis & Mnemosynes filias, in Pierio monte ex eâdem nouem noctibus genitas; quarum nomina sic ponit:* Κλειώ τ' Εὐτέρπη τε, Θάλειά τε, Μελπομένη τε, Τερψιχόρη τε, Ἐρατώ τε, Πολύμνιά τε, Οὐρανία τε, Καλλιόπη τε: *Clio autê dicitur: quòd κλέος gloria est. Et poëtæ laudibus, quas alijs tribuût, & sibi & illis maximam gloriam parant. Hæc hîc dicitur historias inuenisse. vnde ordo est:* Clio canens gesta, *id est, res gestas,* reddit tempora transactis, *scilicet rebus, id est, reducit ad memoriam res transactas, memorans quibus temporibus actæ sunt.*

Digitized by Google

cta sunt. & paulò pòst: Clio historias inuenit. Melpomene (*vt sequar ordinem Poëtæ*) proclamat, *id est, porrò exclamat,* boatu tragico, *id est, quali tragici vtuntur, dum tragœdias agunt, existens* mœsta, *id est, præ se ferens mœstitiam, dum res mœstas agit. Et paulò pòst:* Melpomene tragœdias, *supple inuenit. Dicitur autem à cantus suauitate: nam Græcè μέλπομαι, καὶ μέλπω, dicitur Cãto.* Thalia, *scilicet Musa,* comica (*quia* Thalia comœdias *inuenit*) gaudet sermone lasciuo, *id est, amantibus & parasitis, ac seruis nequam apto. Dicitur autem ἀπὸ τοῦ θάλλειν, quod est florere: per eam enim poetæ diu florent.* Euterpe, *scilicet Musa,* vrget, *id est, inflat,* calamos, *id est, fistulas & tibias,* flatibus dulciloquis: *quia* Euterpe tibias *inuenit. Euterpe verò dicitur à iocunditate: nam εὐτερπὴς dicitur iocundus.* Trepsicore mouet affectus citharis, *& imperat affectibus, & auget eos* Trepsicore psalterium *inuenit. Et dicitur à delectando. nam τέρπω signat Delecto: & τέρπομαι, Delector: & τέρψις, Delectatio.* Erato, *scilicet Musa, aut vna è Musis,* gerens plectra, *instrumenta musica, quæ plectuntur, id est, feriuntur,* saltat pede, carmine, vultu. Erato, *supple inuenit,* geometriam, *& dictam volunt ab amore, quem ἔρωτα vocant Græci.* Calliope, *scilicet Musa,* mandat libris carmina heroica. Calliope *inuenit* literas. *dicta autem est à pulchrâ voce.* Vrania, *scilicet Musa,* scrutatur motus poli, *id est, cœli,* & astra *cœlestia.* Vrania *inuenit* astrologiam: *vnde à cœlo (nam Græcè οὐρανὸς dicitur) nomen accepit.* Polyhymnia, *scilicet Musa,* signat, *id est, indicat,* cuncta manu, *&* loquitur gestu, *id est, per gestum. vnde rhetoricam inuenit, quæ docet cum honesto & decenti gestu orare. dicta autem est à multâ memoriâ, aut multâ laude.* Vis mentis Apollineæ, *id est, Apollinis, id est, Solis,* mouet vndique has Musas: *quia* Phœbus, *scilicet Apollo,* residens in medio, complectitur omnia, *scilicet Musarum inuenta & conamina. Est enim medius planetarum. sed per Musas philosophi Sirenas intelligunt: quas singulis orbibus aut sphæris cœlestibus præsidêre, etiam Plato asserit: vnde mirabilem concentum in cœlis ponit. Sed satis superq; de his dictum putamus.* A

DE CANTV SIRENVM.

SIRENES varios cantus, Acheloia proles,
Et solitæ miseros ore ciere modos.
Illarum voces, illarum Musa mouebat
Omnia, quæ Thymele carmina dulcis amat.
Quod tuba, quod litui, quod cornua rauca queruntur;
Quodq; foraminibus tibia mille sonat:
Quodq; leuis calami, quod suauis cantat Aëdon;
Quod lyra, quod citharæ, quod moribundus olor.
Illectos nautas dulci modulamine vocis,
Mergebant auidæ fluctibus Ionijs.
Sanguine Silyphio generatus magnus Vlysses,
Hac tutos solâ præstitit arte suos:
Illeuit cerâ sociorum callidus aureis,
Atque suas vinclis præbuit ipse manus.
Transsiluit scopulos, & inhospita littora classis,
Illæ præcipites desiluêre freto.
Sic blandas vocisq; notas, & carmina vicit:
Sic tandem exitio monstra canora dedit.

ASCE. SIRENES.] *Quæ reliqua sunt Vergiliana opuscula, tam facilia sunt, vt explanationis non egeant. ne tamen nihil dicam, interdum vocabula explanabo.* Sirenes, *Solis ex Acheloo amne filiæ tres leguntur. Parthenope, à quâ Neapolis olim dicta erat: Leucosia & Lygia, dictæ, ab eo quòd est ἀρῶ, id est, Connectere & Retinere, mutatâ aspiratione in S. Fuerunt (inquit Seruius) in parte virgines in parte volucres: Acheloi & Calliopes Musæ filiæ. Harũ vna voce, altera tibijs; alia lyrâ canebat: & primò iuxta Pelorũ; pòst in Capreis insulâ habitarunt, quæ illectos suo cantu in naufragiũ deducebant. Secundùm veritatem meretrices fuerunt: quæ transeuntes quoniam deducebant ad egestatem, his fictæ sunt inferre naufragia. Has Vlysses contemnendo deduxit ad mortem. Hæc ille. Obstruxit enim sociorum aures & se aligari ad malum præcepit; donec eas pertransierat. Carminis earum principium est apud Cic.* O' decus Argolicum, quin puppim flectis Vlysse? Miseros modò cantus, ad miseram deducentes. *Legendum tamen putem,* miros. THYMELE.] *dicitur Pulpitum, & Cœna: vnde factum est nomen vxoris Mimi cuiusdam, Latini nomine, apud Iuuenal. Satyr. 1.* LITVI.] *Sunt tubæ clarisonæ.* AEDON.] *Musici nomen.* MORIBVNDVS olor.] *Mart.* Cantator cycnus funeris ipse sui. SANGVINE Sisyphio.] *Hoc illi apud Ouidium improperatur: nam Sisyphus eius matrem, cùm ad Laërtem duceretur, stuprâsse dicitur, & Vlyssem genuisse.* ILLEVIT.] *id est, obstruxit.* CALLIDVS.] *scilicet Vlysses; non Circe.* PRAEBVIT manus vinculis.] *Quâ se ligari fecit, ne, captus dulcedine cantus, eas sequeretur.* B C

ASCENSIVS.

CLARVS inoffenso.] *Festiuam lucem patriæ suæ carmine celebrat.* INOFFENSO.] *id est, non offenso.* TITAN.] *Sol.* LAETIFICVS.] *lætos faciens animos.* ET vos.] *Alibi:* Animis linguisq; fauete. QVOTANNIS.] *Singulis annis.* SVA Mantua.] *Alij* mœnia, *alij* munera *legunt. vtcunque, certum est, corruptum esse.*

DIES NATALIS.

CLARVS inoffenso procedat lumine Titan,
Lætificusq; dies eat omnibus æthere claro:
Vosq; simul iuuenes, animis ac voce fauentes,
Concelebrate diem votis felicibus almum:
Prosper vt is semper redeat, vatiq; quotannis.
Asmenidæ referant alacres sua munera nati.

ASCENSIVS.

FORTVNA omnipotens.] *Hoc quoque carmen mutilum inuenimus, potest tamen sic perfici.* Fortuna omnipotens *insipientibus: quia (vt dicit Iuuenal.)* Nullum numen abest, si sit prudentia; sed te Nos facimus fortuna deam, cæloque locamus. *Genus carminis est lyricum Asclepiadeum: constant*

DE FORTVNA.

O FORTVNA potens, quàm variabilis,
Tantum iuris atrox quæ tibi vẽdicas,
Euertisq; bonos; elegis improbos:
Nec seruare potes muneribus fidem.
Fortuna immeritos auget honoribus:
Fortuna innocuos cladibus afficit:

Iustos

A Iustos illa viros pauperie grauat
Indignos eadem diuitijs beat.
Hæc aufert iuuenes, & retinet senes:
Iniusto arbitrio tempora diuidens.
Quod dignis adimit, transit ad impios.
Nec discrimen habet, rectaq; iudicat.
Inconstans, fragilis, perfida, lubrica.
Nec, quos clarificat, perpetuò fouet.
Nec quos deseruit, perpetuò premit.

spondæo, dactylo, & cæsurâ, hoc est, syllabâ abundante, & duobus dactylis.

DE ORPHEO.

THREICIVS quondam vates fide creditur canorâ
Mouisse sensus acrium ferarum,
Atque amnes tenuisse vagos,
Et surda cantu concitâsse saxa:
Suauisonosq; modos testudinis arbores secutæ
Vmbram feruntur præbuisse vati.
Sed placidis hominum dictis fera corda mitigauit,
Doctaq; vitam voce temperauit:
Iustitiam docuit: cœtu quoq; congregauit vno,
B Moresq; agresteis expoliuit Orpheus.

ASCENSIVS.

THREICIVS quondam vates.] *Fabula Orphei in quarto Georg. explicata est satis latè. hanc autem interpretatur Horat. sic:*

Syluestres homines sacer interpresq; deorum,
Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus;
Dictus ab hoc lenire tygres, rabidosq; leones.

DE SEIPSO, AVT ALIVS EIVS NOmine.

MELLIFLVVM quisquis Romanus nescit Homerum;
Me legat, & lectum credat vtrumquè sibi.
Illius immensos miratur Græcia campos:
At minor est nobis, sed bene cultus ager.
Non miles, pastor, curuus non desit arator:
Hæc Graijs constant singula; trina mihi.

ASCENSIVS.

MELLIFLVVM quisquis.] *Aut de se loquitur Poëta; aut quis alius nomine Poëtæ. Videtur autem phrasis esse Ouidiana. Comparat autem se Homero, cæterisq; Græcis; atque id cum sui prælatione. quod Vergilianæ modestiæ non quadrat. vnde in Culice:*

Vtq; araneoli tenuem formauimus orsum.

MINOR ager.] *Id est, librorum copia.* NON miles.] *Vt Aeneas* PASTOR.] *Vt in Bucol.* NON arator curuus.] *Vt in Georgicis.* DESIT.] *id est, deficit mihi.* HÆc Graijs constant singula.] *Miles Homero in Iliade: Pastor Theocrito: & arator Hesiodo.*

INCERTI AVCTORIS, IMAGO IN VNDA.

REDDITVR effigies liquidâ spectantis in vndâ;
C Qualis in aduerso speculorum cernitur orbe.
Formas pura refert oculis spectantibus vnda;
Obiecto quales speculi fulgore videntur.
Fontis aquæ reddunt simulachra imitantia verum,
Qualia læue refert speculi, cum cernimus, æquor.
Exprimit oppositas immobilis vnda figuras,
Læuati quales speculi nitor ipse remittit.
Apparet mendax illimi fonte figura;
Qualem reiectat speculi nitidissimus orbis.
Vnda quieta refert alto de gurgite formas;
Ac veluti speculum nitido splendore coruscans.
Spectantis faciem mundissimus assimilat fons:
Sicut in opposito speculi solet æquore cerni.
Forma repercussus liquidarum fingit aquarum;
Qualeis purifico speculorum ex orbe reducit.
Fontibus in liquidis simplex generatur imago;
Vt solet à speculo facies splendente referri.
Effigies liquido resplendet ab æquore fontis;
Qua is & à speculo simulatrix vmbra resultat.
Effingit species purissimus humor aquarum:
Plana velut speculi viuas imitantia formas.
Fonte repulsatur depicta tuentis imago,
Ceu læui in speculo solet apparere figura.

ASCENSIVS.

REDDITVR effigies.] *Eandem rem varijs modis consequitur atque exprimit: quo & ingenij sui vbertatem, & in versibus effingendis experientiam demonstrat. Summa autem hæc est. Ita in aquis reddit effigiem, vt in speculo.* FONTIS aquæ.] *Ordo est.* Aquæ fontis referunt simulachra, *id est, effigiet,* imitantia *id est, quæ imitantur & repræsentant,* verum, *id est, rem cuius sunt:* qualia; *scilicet simulachra,* refert, *id est, repræsentat,* æquor læue; *spatium planum & non asperum speculi.* FORMA repercussus.] *id est, reuerberationis.* AB æquore.] *id est, æqualitate & planitie fontis, scilicet tranquilli.* Purissimus ardor, *id est, splendor,* aquarum. *Binis vbique versibus sententiam concludit.* TVENTIS.] *id est, inspicientis,* imago.

ASCEN-

Digitized by Google

ASCENSIVS.

QVA' ratis egit iter.] *Eádem facilitate, eodemq́ artificio, conſtrictionem aquarum in glaciem, vt rotis curruũ iter præbeant, deſcribit, vndecim pedibus ſemper concludens. Eſt enim carmen Elegiacũ, hexametro & pentametro conſtans* QVA ratis.] *id eſt, nauis.* MODO.] *id eſt, paulò antè.* PERVIA.] *id eſt, pertranſibilis.* INSTAR.] *in formam & ſtatum, ſeu duritiem,* marmoris. DIRIGVERE.] *id eſt, congelatæ ſunt, & in glatiem concretæ.* NOVO marmore.] *id eſt, ſpecie marmoris, ſcilicet cryſtallini.* QVA puppis vecta.] *ſunt qui legant, auecta. ſed Aueho primam producit.* BRVMA.] *id eſt, tempeſtas breuiſsima, hoc eſt, hyems: accipiendo tempus, pro qualitate eius.* COEGIT.] *id eſt, coagulauit, condenſauit, conſtrinxit, ſeu congelauit.* ORBITA.] *id eſt, circumferentia rotæ.* SIGNAT iter.] *quà alueus citus, id eſt, fluentum rapidum.* EXIT.] *pro exijt.* MODO.] *id eſt, paulò antè.* VT.] *id eſt, poſtquam,* Hyems glacialis ſtrinxit aquas tenueis, *id eſt, flexibileis, & citò congelari ſe permittenteis.* AMNIS iter plauſtro dat.] *ſcilicet modò.* DVRVIT vt ventis.] *id eſt, poſtquam indurata eſt, Boreali præſertim frigore.* CRASSVS liquor.] *id eſt, commixta terreſtribus, quæ faciliùs congelatur.* VNDA capax ratium.] *id eſt, nauium, ſupple paulò antè.* ALGIDA.] *id eſt, congelata:* præbet iter plauſtris. INERS amnis.] *frigore pigro torpens.* OBSTVPEFECIT.] *id eſt, torpore affecit,* aquas. *Eſt autem nouè & artificioſè dictum. vnde Flaccus:*

Dixerit egregiè, notum ſi callida verbum
Reddiderit iunctura nouum.——

Vt, *id eſt, poſtquam,* Boreas frigidus: *aut,* Cùm frigus Boreas, *pro Boreæ, legendum eſt.*

ASCENSIVS.

THAVMANTIS proles.] *Simili modo arcum cœleſtem, id eſt, Irim, deſcribit: quæ Thaumantis filia dicitur. Vnde Tortelius: Thaumantias vocata eſt Iris, à* θαῦμα*, quod eſt miraculum, ſeu admirabile. Nam ſic quoque apud mortales is diuerſorum colorum aſpectus viſus eſt. & ideò Thaumantis, id eſt, miraculi, filia dicta eſt. Vnde Thaumantias deriuatum eſt. Vergilius Aeneidos 9.*

Ad quem ſic roſeo Thaumantias ore locuta eſt. *Hæc ille. Verùm* ἀπὸ τοῦ θαύματος*, id eſt, à genitiuo Thaumatos, qui fit à nominatiuo Thauma, non fieret patronymicum Thaumantias. vnde videntur poëtæ finxiſſe viri nomen, Thaumas, Thaumantis. nullum enim Græcum exit in ns; ſed multa in as recipiunt n, in obliquis: vt Gigas, gigantis; Calchas, calchantis.* THAVMANTIS *igitur* Proles] *id eſt, Iris.* INSIGNI curuamine.] *id eſt, arcu varijs coloribus inſignito.* Aduerſo lumen reſplenduit imbri. *Semper enim ex aduerſo Solis naſcitur Iris. vnde idem Maro:*

Mille trahit varios aduerſo Sole colores
Nuntia Iunonis.— *Et alibi:*
Irim de cœlo miſit Saturnia Iuno.

Eſt enim Iuno dea aëris, in quo iris apparet; qui & coloribus cauſa eſt. vnde & Pauo tutelæ Iunonis aſſcribitur; quòd varietas colorum eius aeri obnoxia eſt. Sed Iris etiam à Ioue miſſa legitur. HVMOR pendulus.] *periphraſis nubis.* QVAM Græcia nominat Iris.] *Alij legunt,* Irim: *& id quidem magis eleganter, magisq́ Latinè: cùm ſuperiùs magis grammaticè dicatur,* Quam Sol imbriferâ fulgens de luce creauit. *de imbriferâ luce, aut fulgens; aut vtrumq́ dicamus.* SOL aquoſus.] *id eſt, aquis intermedijs obtenebratus.* PICTA veſte decens, & multicoloribus alis.] *nimiùm feſtiuè atque lepidè dictum, principio correſpondens:* Varianti veſte figuras Multicolor, &c.

AMNIS GLACIE CONCRETVS. A

QVA' ratis egit iter, iuncto boue plauſtra trahuntur;
Poſtquã triſtis hyems frigore iunxit aquas.
Suſtinet vnda rotam, patulæ modò peruia puppi:
Vt concreta gelu marmoris inſtar habet.
Quas modò plauſtra premunt vndas, ratis antè ſe-
Poſtquam brumali diriguêre gelu. (cabat
Vnda rotam patitur, celerem nunc paſſa carinam,
In glaciem ſolidam verſus vt amnis abit.
Quæ ſolita eſt ferre vnda rates, fit peruia plauſtris:
Vt ſtetit in glaciem marmore verſa nouo.
Semita fit plauſtro, quà puppis adunca cucurrit:
Poſtquam frigoribus bruma coëgit aquas.
Orbita ſignat iter, modò quà cauus alueus exit:
Strinxit aquas tenueis vt glacialis hyems.
Amnis iter plauſtro dat, qui dedit antè carinæ: B
Duruit vt ventis vnda, fit apta rotis.
Plauſtra boues ducunt, quà remis acta carina eſt:
Poſtquam diriguit craſſus in amne liquor.
Vnda capax ratium, plauſtris iter algida præbet:
Frigoribus ſæuis vt ſterit amnis iners.
Plauſtra viam carpunt, quà puppes ire ſolebant:
Frigidus vt Boreas obſtupefecit aquas.

IRIS.

THAVMANTIS proles varianti veſte figuras,
Multicolor picto per nubila deuolat arcu:
Cum ſol ardenteis radios in nubila (iecit.
Cùm ſol horrifico nimbos fulgore repleuit
Apparet varij radijs diſtincta coloris
Iris, & inſigni decorat cacumine cœlum.
Clara ſub ætherijs fulget Thaumantia proles
Nubibus: vt radijs pluuium ſol attigit imbrem,
Et picturato cœlum velamine cingit.
Diſcolor ætherijs apparet nubibus Iris;
Poſtquam flammiferi rapuerunt lumina Solis,
Et cœlum varijs miranda coloribus ornat. C
Imbriferas nubeis radijs vbi contigerit Sol;
Luce ſub aduersâ varios iacit vnda colores:
Dicitur hæc Iris picto ſpectantibus arcu.
Dum nubeis radijs tetigit fulgentibus atras
Phœbus, & aduerſo lumen reſplenduit imbri:
Tunc Iris vario curcumdat nubila cinctu.
Mirifico nubes ambit Thaumante creata:
Quas cùm ex aduerſo tetigit rota fulgida Solis;
Tunc iacit inſigneis per nubila denſa colores.
Nuntia Iunonis vario decorata colore,
Æthera nubificum complectitur orbe decoro;
Cùm Phœbus radios in nubem iecit aquoſam.
Nubila cùm Phœbus perfudit lumine claro;
Tùm fit vt humor aquæ ſuffulgeat, atque colores
Sub variâ ſpecie iaciat mirabilis arcus.
Cùm radijs imbres, & aquarũ pendulus humor
Frangitur; exiſtit, quam Græcia nominat Iris,
Multorum inſignis vario ſplendore colorum.
Iris habet varios ſubiectâ luce colores:
Quam Sol imbriferâ fulgens de nube creauit;
Cùm pepulit radijs obſtantia nubila claris.
Luce repentinâ cùm Sol impleuit aquoſas
Aduersùs nubeis; effulget protinus Iris
Pictâ veſte decens, & multicoloribus alis.

A QVATVOR ANNI TEMPESTATES OVIDII.

VERQVE nouum ſtabat cinctum florente coronâ.
Stabat nuda Æſtas,& ſpicea ſerta gerebat.
Stabat & Autumnus,calcatis ſordibus vuis:
Et glacialis, Hyems,canos hirſuta capillos.

INCERTI AVTORIS.

Vere ſinum tellus aperit, floresq; miniſtrat.
Tempore Solis,ager meſſes fert pinguis opimas.
Fœcundos, Autumne,lacus de vitibus imples.
Vis hiemis glacie currenteis alligat vndas.
Frigoribus pulſis nitidum Ver æthera mulcet.
Scindit agros Æſtas Phœbeis ignibus ardens.
Autumno dat hyems miſtum vicina teporem:
Albenteis hæc durat aquas,& flumina nectit.
Ver pingit vario gemmantia prata colore.
Ignea veſtit agros culmis cerealibus Æſtas.
Vitibus Autumnus turgenteis detrahit vuas.
Frigore at hybernâ eſt grauidus niue nubilus æther.
Vere Venus gaudet florentibus aurea ſertis.
B Flaua Ceres æſtatis habet ſua tempore regna.
Vinifero Autumno ſumma eſt tibi, Bacche, poteſtas.
Imperium ſæuis hyberno tempore ventis.
Vere grauis fundit tellus cum floribus herbas.
Frugiferas aruis fert Æſtas torrida meſſes.
Pomifer Autumnus tenero dat palmite fructum.
Mox humus hybernis albeſcit operta pruinis.
Vere nouo lætis decorantur floribus arua.
At riget æſtiuis hirſutus campus ariſtis.
Labra per autumnum muſto ſpumantia feruent.
Deponunt frondes hyemali tempore ſyluæ.
Ver placidum vario nectit de flore coronas,
Spicea ſerta gerit calidiſſima ſolibus Æſtas.
Temporaque autumni cingunt tua,Bacche,racemis.
Triſtis hyems montes niueo velamine veſtit.
Ver agrum gemmis nitidum ſtellantibus ornat.
At feruens æſtas pinguiſſima frugibus arua.
Mox autumnali redolet vindemia fœtu.
Fronde nemus malè nudat hyems,amnesque rigeſcunt.
Purpureos flores humus affert vere comanti.
At Cereris donis horreſcunt arua per æſtum.
C Bacche,tuo tempus fluit autumnale liquore.
Obtegitur tellus per frigora veſte niuali.
Vere tepet picto Zephyris ſpirantibus aër.
Decreſcunt celeres æſtiuis ignibus amnes.
Temperies,Autumne,fluit tua nectare dulci.
Perque hyemem lentus cœlo niuis aduolat imber.
Veris honos tepidi floret: vere omnia rident.
Arua ſub æſtiuis vndant torrentia flabris,
Vite coronatas autumnus degrauat vlmos.
Decutit ipſe rigor ſyluis hyemalis honorem.
Flore ſolum vario depingit odoriferum ver.
Falciferamque deam meſſes remorantur in æſtu.
Dat muſto grauidas autumnus pomifer vuas.
Scythonia glacialis hyems niue cana ſeneſcit.

ASCENSIVS.

ASCEN.

VER'QVE nouum.] *Eandem experientiam ſuam docet in temporibus anni deſcribendis: quæ vt quatuor ſunt; quaternis canit verſibus, ſingula quidem ſingulis. Videtur autem abundare* que *in principio, cùm dicitur,* Verque nouum ſtabat. *vnde ſunt, qui ſcriptum afferant,* Ver muſtum ſtabat: *ſic Plautus,* muſtam; *id eſt, recentem virginem dixit.* FLORENTE coronâ.] *id eſt, ex floribus factâ, vnde ſunt plebeij verſiculi:*

Ver præbet flores;æſtas pro vomere fruges:
Poma dat autumnus: frigore torquet hyems.

NVDA æſtas.] *quia nudos facit. vnde in Georgicis:* Nudus ara, ſere nudus. SERTA ſpicea.] *id eſt, ex ſpicis; propter ſerta verna, quæ ex floribus ſunt.* Calcatis corbibus, *id eſt, in corbibus,* vuis. *ſunt qui* ſordibus *legant; ſed minùs diligenter.* CANOS capillos.] *propter niues.* SINVM aperit.] *vt in Georg.*

Vere nouo gelidus canis cũ mõtibus humor
Liquitur,& putris Zephyro ſe gleba reſoluit.

OPIMAS meſſes.] *id eſt, fruges. accuſatiuus ſicut* currentes; *cùm dicitur,* Currentes alligat vndas. PHOEBEIS ignibus.] *id eſt, ſolaribus.* TEPOREM mixtum.] *quia eſt autumnus inter æſtatem & hyemem vtriuſque particeps.* ALBENTEIS.] *ſcilicet niue, gelu & pruinâ. Omnia enim, quæ à frigore producuntur, albeſcunt: quæ à caumate, nigreſcunt.* NECTIT flumina.] *id eſt, conſtringit gelu.* PRATA gemmantia.] *id eſt, florum nodis exuberantia.* VVAS turgẽtes.] *ſcilicet vino.* ÆTHER eſt.] *ſupple frigidus.* HYBERNO.] *ſcilicet tempore.* ET grauidus niue,& nubilus.] *id eſt, nubibus cinctus.* VENVS aurea.] *id eſt, pulchra.* SVA tempore.] Ordo eſt: *Ceres flaua habet ſua regna tempore æſtatis.* IMPERIVM.] *ſubaudi eſt.* Mox humus, *id eſt, terra,* albeſcit hybernis pruinis. CAMPVS hirſutus.] *propter ſpicas hirſutas, id eſt, aſperas & barbatas.* LABRA per autumnum.] *Labra ſunt vaſa magna, quibus vinum effunditur: vel labra, torcularium.* TEMPORA'Q. autũno.] Ordo eſt: O' *Bacche, autumnus cingit tua tempora, id eſt, coronâ capitis tui, racemis.* GEMMIS ſtellantibus.] *id eſt, floribus rutilantibus.* AVTVMNALI fœtu.] *id eſt, vino.* MALE'.] *id eſt, cum malo & damno: quia tunc nudantur arbores, quãdo deberent veſtiri.* COMANTI.] *id eſt, comas, hoc eſt, frondes & flores producenti.* BACCHE.] Ordo eſt: O' *Bacche, tempus fluit liquore tuo & autumni, id eſt, vino. Vbi aptè coniunctio diuerſos caſus copulat.* VERE omnia rident] *vnde in Bucol.*

Nunc ridẽt ſyluæ, nũc formoſiſſimus annus.

DECVTIT] Ordo eſt: *Rigor hyemalis decutit honorem ſyluis, id eſt, frondes & flores.* SCYTHONIA.] Ordo eſt: *Hyems glacialis ſeneſcit, id eſt, ſenij indicium præ ſe fert, exiſtens cana, niue Scythoniâ, id eſt, Thraciâ: quia iuxta Thraciam & Scythiã perpetuæ ſunt niues.*

SOLIS ORTVS.

AVRORA Oceanum croceo velamine fulgẽs
Liquerat,& bijugis vecta rubebat equis.
Luce polum nitidâ perfudit candidus orbis,
Et clarum emicuit ſole oriente iubar.
Roſcida puniceo Pallantias exit amictu,
Aſtrigerum inficiens luce oriente polum.
Sol inſigne caput radiorum ardente coronâ
Promit,ab æquoreis Thetyos ortus aquis.

ASCENSIVS.

AVRORA, &c.] *Eandem peritiam ſuam, in Solis ortu deſcribendo, varijs modis eruditiſſimus poëta oſtendit.* VELAMINE croceo.] *id eſt, lutei coloris.* BIIVGIS equis.] *cùm Sol quadriiugis vehi fingatur.* CANDIDVS orbis.] *id eſt, globus ſolaris candens; vbi paulò altiùs aſcenderit, aut vbi in ortu ſudum eſt. vnde addit:* Et clarum emicuit Sole oriente iubar. *quia pluuiâ*

QQ *impen-*

ASCENSIVS.

QVA' ratis egit iter.] *Eádem facilitate, eodemq́ artificio, conſtrictionem aquarum in glaciem, vt rotis curuũ iter præbeant, deſcribit, vndecim pedibus ſemper concludens. Eſt enim carmen Elegiacũ, hexametro & pentametro conſtans* QVA ratis.] *id eſt, nauis.* MODO.] *id eſt, paulò antè.* PERVIA.] *id eſt, pertranſibilis.* INSTAR.] *in formam & ſtatum, ſeu duritiem,* marmoris. DIRIGVERE.] *id eſt, congelatæ ſunt, & in glatiem concretæ.* NOVO marmore.] *id eſt, ſpecie marmoris, ſcilicet cryſtallini.* QVA puppis vecta.] *ſunt qui legant, auecta. ſed Aueho primam producit.* BRVMA.] *id eſt, tempeſtas breuiſſima, hoc eſt, hyems: accipiendo tempus, pro qualitate eius.* COEGIT.] *id eſt, coagulauit, condenſauit, conſtrinxit, ſeu congelauit.* ORBITA.] *id eſt, circumferentia rotæ.* SIGNAT iter.] *quà alueus cittus, id eſt, fluentum rapidum.* EXIT.] *pro exijt.* MODO.] *id eſt, paulò antè.* VT.] *id eſt, poſtquam,* Hyems glacialis ſtrinxit aquas tenueis, *id eſt, flexibiles, & citò congelari ſe permittentes.* AMNIS iter plauſtro dat.] *ſcilicet modò.* DVRVIT vt ventis.] *id eſt, poſtquam indurata eſt, Boreali præſertim frigore.* CRASSVS liquor.] *id eſt, commixta terreſtribus, quæ faciliùs congelatur.* VNDA capax ratium.] *id eſt, nauium, ſupple paulò antè.* ALGIDA.] *id eſt, congelata:* præbet iter plauſtris. INERS amnis.] *frigore pigro torpens.* OBSTVPEFECIT.] *id eſt, torpore affecit,* aquas. *Eſt autem noue & artificioſè dictum. vnde Flaccus:*

Dixerit egregiè, notum ſi callida verbum
Reddiderit iunctura nouum.—

Vt, *id eſt, poſtquam,* Boreas frigidus: *aut,* Cùm frigus Boreas, *pro Boreæ, legendum eſt.*

ASCENSIVS.

THAVMANTIS proles.] *Simili modo arcum cœleſtem, id eſt, Irim, deſcribit: quæ Thaumantis filia dicitur. Vnde Tortelus: Thaumantias vocata eſt Iris, à θαῦμα, quod eſt miraculum, ſeu admirabile. Nam ſic quoque apud mortales is diuerſorum colorum aſpectus viſus eſt. & ideò Thaumantis, id eſt, miraculi, filia dicta eſt. Vnde Thaumantias deriuatum eſt. Vergilius Aeneidos 9.*

Ad quem ſic roſeo Thaumantias ore locuta eſt. *Hæc ille. Verùm ἀπὸ τοῦ θαύματος, id eſt, à genitiuo Thaumatos, qui fit à nominatiuo Thauma, non fieret patronymicum Thaumantias. vnde videntur poëtæ finxiſſe viri nomen, Thaumas, Thaumantis. nullum enim Græcum exit in ns; ſed multa in as recipiunt n, in obliquis: vt Gigas, gigantis; Calchas, calchantis.* THAVMANTIS *igitur* Proles] *id eſt, Iris.* INSIGNI curuamine.] *id eſt, arcu varijs coloribus inſignito.* Aduerſo lumen reſplenduit imbri. *Semper enim ex aduerſo Solis naſcitur Iris. vnde idem Maro:*

Mille trahit varios aduerſo Sole colores
Nuntia Iunonis.— *Et alibi:*
Irim de cœlo miſit Saturnia Iuno.

Eſt enim Iuno dea aëris, in quo iris apparet; qui & coloribus cauſa eſt. vnde & Pauo tutelæ Iunonis aſcribitur; quòd varietas colorum eius aeri obnoxia eſt. Sed Iris etiam à Ioue miſſa legitur. HVMOR pendulus.] *periphraſis nubis.* QVAM Græcia nominat Iris.] *Alij legunt,* Irim: *& id quidem magis eleganter, magisq́ Latinè: cùm ſuperiùs magis grammaticè dicatur,* Quam Sol imbriferâ fulgens de luce creauit. *de imbriferâ luce, aut fulgens; aut vtrumq; dicamus.* SOL aquoſus.] *id eſt, aquis intermedijs obtenebratus.* PICTA veſte decens, & multicoloribus alis.] *nimiùm feſtiuè atque lepidè dictum, principio correſpondens:* Varianti veſte figuras Multicolor, &c.

AMNIS GLACIE CONCRETVS. A

QVA' ratis egit iter, iuncto boue plauſtra trahuntur;
Poſtquã triſtis hyems frigore iunxit aquas.
Suſtinet vnda rotam, patulæ modò peruia puppi:
Vt concreta gelu marmoris inſtar habet.
Quas modò plauſtra premunt vndas, ratis antè ſecabat,
Poſtquam brumali diriguêre gelu.
Vnda rotam patitur, celerem nunc paſſa carinam,
In glaciem ſolidam verſus vt amnis abit.
Quæ ſolita eſt ferre vnda rates, fit peruia plauſtris:
Vt ſtetit in glaciem marmore verſa nouo.
Semita fit plauſtro, quà puppis adunca cucurrit:
Poſtquam frigoribus bruma coëgit aquas.
Orbita ſignat iter, modò quà cauus alueus exit:
Strinxit aquas tenueis vt glacialis hyems.
Amnis iter plauſtro dat, qui dedit antè carinæ: B
Duruit vt ventis vnda, fit apta rotis.
Plauſtra boues ducunt, quà remis acta carina eſt:
Poſtquam diriguit craſſus in amne liquor.
Vnda capax ratium, plauſtris iter algida præbet:
Frigoribus ſæuis vt ſtetit amnis iners.
Plauſtra viam carpunt, quà puppes ire ſolebant:
Frigidus vt Boreas obſtupefecit aquas.

IRIS.

THAVMANTIS proles varianti veſte figuras,
Multicolor picto per nubila deuolat arcu:
Cum ſol ardenteis radios in nubila iecit.
Cùm ſol horrifico nimbos fulgore repleuit
Apparet varij radijs diſtincta coloris
Iris, & inſigni decorat cacumine cœlum.
Clara ſub ætherijs fulget Thaumantia proles
Nubibus: vt radijs pluuium ſol attigit imbrem,
Et picturato cœlum velamine cingit.
Diſcolor ætherijs apparet nubibus Iris,
Poſtquam flammiferi rapuerunt lumina Solis,
Et cœlum varijs miranda coloribus ornat. C
Imbriferas nubeis radijs vbi contigerit Sol,
Luce ſub aduersâ varios iacit vnda colores:
Dicitur hæc Iris picto ſpectantibus arcu.
Dum nubeis radijs tetigit fulgentibus atras
Phœbus, & aduerſo lumen reſplenduit imbri:
Tunc Iris vario curcumdat nubila cinctu.
Mirifico nubes ambit Thaumante creata:
Quas cùm ex aduerſo tetigit rota fulgida Solis;
Tunc iacit inſigneis per nubila denſa colores.
Nuntia Iunonis vario decorata colore,
Æthera nubificum complectitur orbe decoro;
Cùm Phœbus radios in nubem iecit aquoſam.
Nubila cùm Phœbus perfudit lumine claro,
Tùm fit vt humor aquæ ſuffulgeat, atque colores
Sub variâ ſpecie iaciat mirabilis arcus.
Cùm radijs imbres, & aquarũ pendulus humor
Frangitur, exiſtit, quam Græcia nominat Iris,
Multorum inſignis vario ſplendore colorum.
Iris habet varios ſubiectâ luce colores:
Quam Sol imbriferâ fulgens de nube creauit,
Cùm pepulit radijs obſtantia nubila claris.
Luce repentinâ cùm Sol impleuit aquoſas
Aduersùs nubeis, effulget protinus Iris
Pictâ veſte decens, & multicoloribus alis.

A QVATVOR ANNI TEMPESTATES OVIDII.

VERQVE nouum ſtabat cinctum florente coronâ.
Stabat nuda Æſtas, & ſpicea ſerta gerebat.
Stabat & Autumnus, calcatis ſordibus vuis:
Et glacialis, Hyems, canos hirſuta capillos.

INCERTI AVTORIS.

Vere ſinum tellus aperit, floresq; miniſtrat.
Tempore Solis, ager meſſes fert pinguis opimas.
Fœcundos, Autumne, lacus de vitibus imples.
Vis hiemis glacie currenteis alligat vndas.
Frigoribus pulſis nitidum Ver æthera mulcet.
Scindit agros Æſtas Phœbeis ignibus ardens.
Autumno dat hyems miſtum vicina teporem:
Albenteis hæc durat aquas, & flumina nectit.
Ver pingit vario gemmantia prata colore.
Ignea veſtit agros culmis cerealibus Æſtas.
Vitibus Autumnus turgenteis detrahit vuas.
Frigore at hybernâ eſt grauidus niue nubilus æther.
Vere Venus gaudet florentibus aurea ſertis.
B Flaua Ceres æſtatis habet ſua tempore regna.
Vinifero Autumno ſumma eſt tibi, Bacche, poteſtas.
Imperium ſæuis hyberno tempore ventis.
Vere grauis fundit tellus cum floribus herbas.
Frugiferas aruis fert Æſtas torrida meſſes.
Pomifer Autumnus tenero dat palmite fructum.
Mox humus hybernis albeſcit operta pruinis.
Vere nouo lætis decorantur floribus arua.
At riget æſtiuis hirſutus campus ariſtis.
Labra per autumnum muſto ſpumantia feruent.
Deponunt frondes hyemali tempore ſyluæ.
Ver placidum vario nectit de flore coronas,
Spicea ſerta gerit calidiſſima ſolibus Æſtas.
Temporaque autumni cingunt tua, Bacche, racemis.
Triſtis hyems montes niueo velamine veſtit.
Ver agrum gemmis nitidum ſtellantibus ornat.
At feruens æſtas pinguiſſima frugibus arua.
Mox autumnali redolet vindemia fœtu.
Fronde nemus malè nudat hyems, amnesque rigeſcunt.
Purpureos flores humus affert vere comanti.
At Cereris donis horreſcunt arua per æſtum.
C Bacche, tuo tempus fluit autumnale liquore.
Obtegitur tellus per frigora veſte niuali.
Vere tepet picto Zephyris ſpirantibus aër.
Decreſcunt celeres æſtiuis ignibus amnes.
Temperies, Autumne, fluit tua nectare dulci.
Perque hyemem lentus cœlo niuis aduolat imber.
Veris honos tepidi floret: vere omnia rident.
Arua ſub æſtiuis vndant torrentia flabris,
Vite coronatas autumnus degrauat vlmos.
Decutit ipſe rigor ſyluis hyemalis honorem.
Flore ſolum vario depingit odoriferum ver.
Falciferamque deam meſſes remorantur in æſtu.
Dat muſto grauidas autumnus pomifer vuas.
Scythonia glacialis hyems niue cana ſeneſcit.

ASCENSIVS.

VER'QVE nouum.] *Eandem experientiam ſuam docet in temporibus anni deſcribendis: quæ vt quatuor ſunt; quaternis canit verſibus, ſingula quidem ſingulis. Videtur autem abundare que in principio, cùm dicitur,* Verque nouum ſtabat. *vnde ſunt, qui ſcriptum aſſerant,* Ver muſtum ſtabat: *ſic Plautus,* muſtam, *id eſt, recentem virginem dixit.* FLORENTE coronâ.] *id eſt, ex floribus factâ, vnde ſunt plebeij verſiculi:* ASCEN.

Ver præbet flores; æſtas pro vomere fruges:
Poma dat autumnus: frigore torquet hyems.

NVDA æſtas.] *quia nudos facit. vnde in Georgicis:* Nudus ara, ſere nudus. SERTA ſpicea.] *id eſt, ex ſpicis; propter ſerta verna, quæ ex floribus ſunt.* Calcatis corbibus, *id eſt, in corbibus,* vuis. *ſunt qui* ſordibus *legant; ſed minùs diligenter.* CANOS capillos.] *propter niues.* SINVM aperit.] *vt in Georg.*

Vere nouo gelidus canis cũ mõtibus humor
Liquitur, & putris Zephyro ſe gleba reſoluit.

OPIMAS meſſes.] *id eſt, fruges. accuſatiuus ſicut* currentes; *cùm dicitur,* Currentes alligat vndas. PHOEBEIS ignibus.] *id eſt, ſolaribus.* TEPOREM mixtum.] *quia eſt autumnus inter æſtatem & hyemem vtriuſque particeps.* ALBENTEIS.] *ſcilicet niue, gelu & pruinâ. Omnia enim, quæ à frigore producuntur, albeſcunt: quæ à caumate, nigreſcunt.* NECTIT flumina.] *id eſt, conſtringit gelu.* PRATA gemmantia.] *id eſt, florum nodis exuberantia.* VVAS turgẽtes.] *ſcilicet vino.* ÆTHER eſt.] *ſupple frigidus.* HYBERNO.] *ſcilicet tempore.* ET grauidus niue, & nubilus.] *id eſt, nubibus cinctus.* VENVS aurea.] *id eſt, pulchra.* SVA tempore.] *Ordo eſt: Ceres flaua habet ſua regna tempore æſtatis.* IMPERIVM.] *ſubaudi eſt.* Mox humus, *id eſt, terra,* albeſcit hybernis pruinis. CAMPVS hirſutus.] *propter ſpicas hirſutas, id eſt, aſperas & barbatas.* LABRA per autumnum.] *Labra ſunt vaſa magna, quibus vinum effunditur: vel labra, torculariûm.* TEMPORA'Q. autũno.] *Ordo eſt: O' Bacche, autumnus cingit tua tempora, id eſt, coronã capitis tui, racemis.* GEMMIS ſtellantibus.] *id eſt, floribus rutilantibus.* AVTVMNALI fœtu.] *id eſt, vino.* MALE'.] *id eſt, cum malo & damno: quia tunc nudantur arbores, quãdo deberent veſtiri.* COMANTI.] *id eſt, comas, hoc eſt, frondes & flores producenti.* BACCHE.] *Ordo eſt: O' Bacche, tempus fluit liquore tuo & autumni, id eſt, vino. Vbi aptè coniunctio diuerſos caſus copulat.* VERE omnia rident] *vnde in Bucol.*

Nunc ridẽt ſyluæ, nũc formoſiſſimus annus.

DECVTIT] *Ordo eſt: Rigor hyemalis decutit honorem ſyluis, id eſt, frondes & flores.* SCYTHONIA.] *Ordo eſt: Hyems glacialis ſeneſcit, id eſt, ſenij indicium præ ſe fert, exiſtens cana, niue Scythoniâ, id eſt, Thraciâ: quia iuxta Thraciam & Scythiã perpetuæ ſunt niues.*

SOLIS ORTVS.

AVRORA Oceanum croceo velamine fulgẽs
Liquerat, & bijugis vecta rubebat equis.
Luce polum nitidâ perfudit candidus orbis,
Et clarum emicuit ſole oriente iubar.
Roſcida puniceo Pallantias exit amictu,
Aſtrigerum inficiens luce oriente polum.
Sol inſigne caput radiorum ardente coronâ
Promit, ab æquoreis Thetyos ortus aquis.

ASCENSIVS.

AVRORA, &c.] *Eandem peritiam ſuam, in Solis ortu deſcribendo, varijs modis eruditiſſimus poëta oſtendit.* VELAMINE croceo.] *id eſt, lutei coloris.* BIIVGIS equis.] *cùm Sol quadrijugis vehi fingatur.* CANDIDVS orbis.] *id eſt, globus ſolaris candens; vbi paulò altiùs aſcenderit, aut vbi in ortu ſudum eſt. vnde addit:* Et clarum emicuit Sole oriente iubar. *quia pluuiâ impen-*

Extulit Oceano caput aureus igniferum Sol
Fugerunt toto protinus astra polo.
Concessêre Deo tenebræ, rebusque colores
Lux iterum cunctis reddidit alma suos.
Tithoni coniux roseo sub lumine terras
Inficit, & cœlum lutea sidereum:
Cùm sol igniferos currus è gurgite magno
Sustulit, & claris astra fugauit equis.
Nox abit astrifero velamine cincta micanti,
Et redigit stellas, exoriturque dies.
Emicat Oceano Phœbi rota clara relicto,
Illustrata nitent lumine cuncta suo.
Aurea fulgebat roseis aurora capillis,
Et matutino rore madebat humus:
Tethyos vndiuago cùm prosilit æquore Titan,
Flammiferos vultus ore micante ferens.
Exoritur Phœbus perfundens luce nitenti,
Et maria, & terras, stelliferumque polum:
Astraque cesserunt fulgentia crinibus aureis;
Et nox sidereas occulit atra faces.
Sol oriens, currusq; suos è gurgite tollens
Oceano, claro reddidit orbe diem:
Flammiferumque iubar terræque poloq; reduxit,
Et pepulit radijs astra repentè suis.
Memnonis vt genitrix infecerat humida cœlum,
Et roseis manibus sidera dispulerat:
Phœbus Atlanteis è fluctibus aureus orbem
Sustulit igniferum, luxq; diesque redit.
Præuia flammiferi currus Aurora rubebat,
Extuleratque alto gurgite Phœbus equos:
Noctiuagosque simul radijs flagrantibus ignes
Depulerat cœlo, reddideratque diem.
Vix Aurora suo rubefecerat æthera curru,
Summaque canebat roribus herba nouis:
Prosilit è medijs candens tota Tethyos vndis,
Et vaga cesserunt sidera Solis equis.
Surgit ab Oceano Tithoni fulgida coniux,
Et veste ambrosiâ subruit ipsa pedes:
Tùm Phœbus radijs rutilum fulgentibus orbem
Depulit è tenebris, noxque peracta fuit.

impendente rubet orbis Solis. PALLANTIAS.] *hic pro Aurorâ ponitur.* ROSCIDA.] *id est, rore perfusa.* AMICTV puniceo.] *id est, rostro.* PROMIT ab æquoreis Tethyos ortꝰ aquis.] *Sol ortus ab aquis æquoreis Tethyos .i. magnæ matris, Oceani vxoris: Quia modò primam, & interdum secundam nominatiui producit. vt in Georg.*
Teq; sibi generum Thethys emat omnib. vndis
Thethys autem, mater Achillis, aliter scribitur; & vtramq; corripit. Sanè poëtæ, alludentes ad opinionem vulgi, dicũt, solem in Oceanũ occidere, & rursus indè oriri. vt Aenid. I.
Quid tantũ Oceano properẽt se tingere soles.
Hyberni, &c.
FVGERVNT.] *vel quantum ad apparentiam: quia maius lumen offuscat minus. vel quantum ad opinionem vulgi, negantis interdiu sidera in cœlo nostro esse.* REBVS'Q. colores.] *quia sinè luce colores non discernuntur. Ipse alibi:* Et rebus nox abstulit atra colorem. TITHONI coniux.] *scilicet Aurora. Erat autem Tithonus, frater Laomedontis; qui senio in cicadam mutatus fingitur. vnde Flaccus in Carminibus.*
—— nihil est ab omni
Parte beatum. Abstulit clarum cita mors Achillem, Longa Tithonum minuit senectus. *De hac re Verg. in Aeneidos sic:*
Tithoni croceum linquens Aurora cubile, *&c.* SVB lumine iubar.] *si vera est lectio, præter morem* Iubar *primâ longâ posuit. nam priùs dixit,* Sole oriente iubar. *Et alibi:*
Iam iubare exorto, iam rebus luce repertis.
Legi potest; Phœbum, aut solem, aut mundum, aut quid simile. LVTEA.] *croci coloris; à luteo coloris genere.* VELAMINE astrifero.] *micanti. Distinguenda sunt epitheta.* RETEGIT stellas.] *id est, iterum tegit, aut retigit, id est, aperit terras, legendũ est.* TETHYOS vndiuago.] *Ordo est:* Cùm, *quando,* Titan, *id est, sol,* prosilit, *porrò exsilit,* æquore Tethyos, *id est, maris Oceani,* vndiuago, *id est, vndis vagante, &c. Est ergo legendum vnâ dictione,* vndiuago, *nõ* vnda vago. CRINIBVS aureis.] *synæresis: quam & alibi sæpe facit.* ET nox. *scilicet atra,* occulit *faces sidereas.* CVRSVS'QVE suos.] *Alij* currus *legunt: & pro equis intelligũt. Loquitur autem secundùm opinionem vulgi, vt iam tetigimus. Nam credit vulgus, solem in occasu descendere ad mare Oceanum, vt illîc refocilletur.* MEMNONIS vt genitrix.] *id est, Aurora.* ROSEIS manibus.] *id est, radijs suis.* ATLANTHEIS.] *id est, Hesperijs, aut Mauritanicis; in quibus Atlas olim regnauerat.* ET veste ambrosiâ.] *id est, ambrosei odoris. vt primo Aeneidos.*
Ambrosiæque comæ diuinum vertice odorem
Spirauêre. *Dicitur autem cibus deorum: sicut Nectar potus.* TVM Phœbus.] *Benè commiscet epitheta cum substantiuis: scilicet radijs fulgentibus, & orbem nitidum.*

DVODECIM SIGNA COELESTIA.

Primvs adest Aries, Taurusq; insignibus auro
Cornibus, & Fratres, & Cancer aquatile signum,
Tum Leo terribilis Nemees atque innuba Virgo:
Libra subit, caudâque animal quod dirigit ictum,
Armatusque arcu Chiron, & corniger Hircus,
Fusor aquæ simul, & fulgenti lumine Pisces.
Proditor est Helles, & proditor Europæus;
Et Gemini iuuenes, & pressus ab Hercule Cancer:
Horrendusque Leo sequitur, cum Virgine sanctâ:
Libraque lance pari, & violentus acumine caudæ:
Indè sagittiferi facies senis, & Capricornus;
Et qui portat aquam puer Vrniger, & duo Pisces.
Signorum princeps Aries, & Taurus; & vnà
Tyndaridæ iuuenes; & feruida brachia Cancri;
Herculeusque Leo, Nemeæ pauor; almaq; Virgo:
Libra iugo æquali pendens, & Scorpius ater,

Ascen. Primvs adest Aries.] *Eâdem varietate describit duodecim Zodiaci signa; de quibus in Georgic.*
Per duodena regit mundum Sol aureus astra.
Sunt autem nominibus ferè animalium designata, & eorum figuras situ stellarum repræsentantia: quorum, inquit, primus adest Aries. *Nunc aũt quidam Arietem volunt esse illum aureo vellere, in quo Phryxus transuectus est. Quidam eum, quem Bacchus in Libyâ vidit, in arenâ fontem demonstrantem, cùm siti conficeretur: quem & Iouem patrem esse putauit, in cuius gratiâ templum Ammonis, id est, Iouis arenarũ, illîc exstruxit. Volẽs autem vtrumq; confundere in principio, non dat illi epitheton. Posteà tamen manifestè loquitur de Helleo, seu Phryxeo, dicens:* Proditor est Helles. *Item,* Velleris aurati fulget pecus aurea cœlum. *vbi Pecus etiam de masculino dicitur, quia de Ariete.* TAVRVS'Q.] *id est, & Taurus.* CORNIBVS insignibus.] *id est, habens cornua insignia, & insignita* auro. *quæ honesta est locutio: licèt Seruius magis grammaticè dictum censeat, Taurus insignitus cornuum. Hunc quidam censent eum, in quem Iupiter versus, Europã, Agenoris filiam, auexit. Alij* tum,

A eum, quem Hercules domuit. Sed auctor hic manifestè loquitur de Europes vectore, dicens: Et proditor est Europæus. aut, Et portitor est Europes. Item, Europæ quoq; vector. ET fratres.] scilicet Gemini, Pollux & Castor: quorum alter ex Ioue, alter ex Tyndaro natus dicitur: vterq; autem ex Ledâ. Cùm verò Castor diem obieret, rogauit Pollux partem, vt pro fratre alternis vicibus obiret: quod concessit. vnde Aeneid. VI.

Si fratrem Pollux alternâ morte redemit,

Itq; reditq; viâ toties, &c.

Auctor tamen hic vtrumq; filium Iouis censet, vbi dicit:

B Et proles duplex Iouis. Hoc autem fictū volunt, quòd tam latum est geminorum signum, vt, dum alter oritur, alter occidat. ET Cancer.] Hunc miræ magnitudinis à Iunone, dum Hercules cum Hydrâ pugnaret, immissum dicūt, qui Hydræ suppetias ferret. Hic pedem Herculis mordicus apprehendit: cuius vulneris dolore permotus Hercules, Cancrum interfecit, quem deinde Iuno in cœlum transtulisse dicitur. Et Cancer igitur signū aquatile, prius in aquis versari solitum: cùm, Sole existente in Cancro, torrida fit æstas. TVM Leo terribilis veniens.] De hoc in ærumnis Herculis dictū est.

C ATQVE Virgo innuba.] quæ ad nuptias non peruenit, vt Erygone, Icari filia: de quâ ad illud Bucol. Iam redit & virgo, satis dictum est. LIbra subit.] id est, subsequitur inter signa. ET animal, quod dirigit ictum caudâ.] id est, Scorpius. ET Chiron.] scilicet Sagittarius, iustissimus Centaurorum, armatus arcu. ET Hircus corniger.] id est, Capricornus. ET fusor aquę.] id est, Aquarius. simul & Piscis in auro fulgēti. CREDITOR est Helles.] Senis versibus eandem rem prosequitur. Creditor est Helles, id est, Aries, qui Hellem transuehendam susceperit, sed non retinuit: vnde Creditor dictus est. ET proditur Europæus.] id est, Taurus, in quem Iupiter versus, Europam prodidit. Spondaicus est versus, legendus sic:

Creditor est Helles, & proditor est Europes.

Pro quo mendosè legitur, Cecropeus, sed verior lectio est, Proditor est Helles, & proditor Europeus: quia Aries Hellen, & Taurus Europen transuexit. VIOLENTVS acumine caudæ.] Scorpius. TYNDARIDÆ iuuenes Gemini, almaque virgo.] Erigone. CHELAS'QVE minaces.] quæ brachia Scorpij sunt. LEDÆ soboles.] Gemini. SPECIES'QVE Virginis.] Quę, communem est

Centaurusque senex Chiron, & cornua Capri,
Et iuuenis gestator aquæ, Piscesque supremi.
Corniger astrorum ductor, Taurusq; secundus,
Tùm sidus geminum, & Cancri gemmantis imago,
Truxq; Leo, & Virgo, quæ spicea munera gestat:
Et Libram quam Cæsar habet, Chelæq; minaces,
Atque arcu pollens, & salsi gurgitis Hircus,
Vrnaque nimbiferi, Piscesque nouissima forma.
Dux aries, & frons Tauri metuenda minacis,
Et Ledæ soboles, & Cancri torridus ignis,
Terribilisque Leo species quoque Virginis almæ,
Momentumq; sequens, caudâq; timendus aduncâ:
Hinc tendens arcum liquidi Caper æquoris indè,
Troianusque puer, geminique sub æthere Pisces.
Nubigenūm iuuenū vector, Tauriq; trucis frōs,
Et proles duplex Iouis, & Nepa torrida flammis:
Æstifer indè Leo, iustâ cum Virgine fulgens,
Quam sequitur Libra, & violentâ cuspide sæuus,
Semifer Arcipotēs subit, & Capricornus aquosus,
Et cui nomen aquæ faciunt, Piscesq; gemelli.
Corniger inprimis Aries, & corniger alter
Taurus, itē Gemini, sequitur quos Cācer adustus,
Terribilisque feræ species, & iusta puella,
Libra simul, nigrumque ferens in acumine virus,
Centaurusque biformis adest, pelagique procella,
Atque amnem fundens, & Pisces sidus aquosum.
Cornigeri ductor gregis, Europę quoq; vector,
Et duo Tyndaridæ, tùm Cancer Sole perustus,
Herculeâque manu pressus Leo, & optima Virgo:
Hinc trutinæ species venit, armatusque veneno
Scorpius, atq; Sagittifer, æquoreique Capri frons,
Quique vrnam gerit, & Pisces duo signa sub vno.
Principium signis ouium sator, indè Iuuencus,
Progenies duplex, & aquarum Cancer alumnus,
Pressa sub Herculeis manibus fera, iustaq; Virgo:
Libra subest, caudâque ferens lethale venenum:
Tùm geminus Chiron, & Corniger æquoris alti,
Dilectusque Ioui puer, & duo sidera Pisces.
Dux gregis, & placidum pandens subit æthera Taurus,
Germanique pares, & Cancro iam comes æstus,
Atque Leo primus labor Herculis, & pia Virgo:
Libra comes sequitur, minitans & Scorpius ictu,
Et qui tela gerit Centaurus, & æquoris Hircus,
Deucalionis aquæ, & Pisces postrema figura.
Velleris aurati fulget pecus aurea cœlo,
Zetus & Amphion, Cancrique figura calentis:
Insequitur Leo sæuus, & almæ Virginis astrum:
Hinc æquale iugum, caudâque venenifer vncâ,
Centaurusque minax arcu, & Neptunia proles,
Quique refundit aquas, & Pisces vltimus ordo.

syllaba. sic Aeneid. III. Luminaque, laurusque dei, totusque moueri TROIANVS'Q; puer.] Aquarius, scilicet Ganymedes, Trois, Troianorum regis, filius: quem Iupiter, ferinâ eius captus, ab aquilâ in cœlum raptum, ministrum suum loco Hebes fecit. Raptus autem dicitur cum vrna, quâ aquam afferre parabat. Alij tamen Deucaliona putant, propter diluuium sub eo factum. Alij Cecropem, qui ante vini usum regnauit; quo tempore aquâ in sacrificijs vtebantur. MOMENTVM'QVE sequens.] id est, libra amussim. IVVENIS vector.] aries Porycii. PROLES Iouis.] gemini. NEPA.] Cancer, hoc loco. multi tamen contendunt, scorpium Nepam dici. VIOLENTA cuspide sæuus.] scorpius, in caudâ venenum gestans. SEMIVIR Centaurus.] semiequus Chiron, sagittarius. TERRIBILIS'QVE feræ.] Leonis. NIGRVM'QVE ferens in acumine virus.] Scorpius. sanè animal, scorpius: flagelli species, scorpio rectè dicitur. PVELLA.] virgo. CORNIGER ductor gregis.] aries ouiū. EVROPÆ vector.] taurus. TRVTINÆ.] libræ. IVVENCVS.] taurus. CAVDA'QVE ferēs lethale, id est, mortiferum, venenum.] scorpius. TVM geminus Chiron.] biformis: quia partim homo, partim equus. GERMANI fratres.] Gemini. IAM comes æstus.] quia olim in aquis erat. DEVCALIONIS aquæ.] Nunc sequitur secundā de aquario opinionem. Æquale iugum.] scil. Libræ. NEPTVNIA proles.] hircus æquoreus. ET pisces.] appositoriè, vltimus ordo. Quod verbum, nescio quo euentu, etiam vltimo loco inter opuscula Vergiliana posuimus. Nam, quæ sequentur fragmenta, non sapiunt Vergilianam phrasin; præter primum fortassis monostichon; cuius simile fecerat distichon: Nocte pluit totâ, &c. Ex his varietatibus patet, quanta fuerit Poëtæ nostro in carminibus faciendis dexteritas; quantaq; ingenij vbertas: qui vnam rem tot modis explicare valuit; atque ita explicare, vt nescias, quis omnium sit optimus: nam malus nullus est. Quocirca eundum mihi videtur in illorum sententiam, qui Poëtam nasci dicunt: sic tamen, vt (quod Horatius sentit) studium non defuerit. nam huiusmodi varietate vsus videtur, non tàm ad ostentandum, quàm ad periclitandum ingenium suum, poëta.

Sed finem facio.

Digitized by Google

ASCEN. IVPPITER, &c.] *Verſiculi hi, cuiuſcunq; ſunt autoris, non multâ egent explanatione. Primus ſenſum tenet, quem Donatus in vitâ autorum explicat, cum his:*

Nocte pluit totâ: redeũt ſpectacula manè;
Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet.

¶ TARPEIO quõdam.] *Hoc Vergilianum non eſſe, docet Suetonius in Cæſarum vitis.* ¶ LITTERA rem geſtam.] *Hac autem phraſis, ſe Vergilianam negat.* ¶ SVS iuuenis, &c.] *Sed ne hoc quidem Vergilianã venam ſapit. Argumentum autem eſt: Iuuenis, videns ſuem ſyluestrem, ipſum cuſpide citus petijt, ſed inter inuadendũ, ſerpentem pedibus offendit: ſimulq; aprum percuſſit, & à ſerpente percuſſus eſt; atq; in ipſum cadens eundem occidit. quocirca tres ſimul periêre. Non puto tamen Vergilianum: ſicut nec Obſcœnum carmen Vergilianum eſt; vt in facie huius, Angeli Politiani atteſtantur eruditiſsima teſtimonia. Nos itaq; his contenti, exoptatum portum intramus.* A

MONOSTICHON VERGILII.

Iuppiter in cœlis; Cæſar regit omnia terris.

Diſtichon.

Tarpeio quondam conſedit culmine cornix:
Eſt bene, non potuit dicere; dixit, Erit.

Aliud.

Littera rem geſtam loquitur; res ipſa medullam
Verbi: quam viuax mens videt, intus habet.

MORS TRIVM ANIMALIVM.

Sus, iuuenis, ſerpens, caſum venêre ſub vnum:
Sus iacet ex ictu; ſerpens pede; & ille veneno.

Idem aliter.

Anguis, aper, iuuenis, pereunt vi, vulnere, morſu:
Hic fremit; ille gemit; ſibilat hic moriens.

Idem adhuc aliter.

Sus, ſerpens, iuuenis, pariter periêre viciſſim:
Dente perit iuuenis; ſerpens pede; porcus ab ictu.

FINIS SPECIMINIS, MIRAE EXPERIENtiæ Vergilianæ, in verſibus componendis.

NON VERGILIVM, SED OVIDIVM, VIDERI PRIAPEI CARMINIS AVCTOREM: TVM VERSICVLVM ILLVM, QVI SIT apud Martialem; *Ride, ſi ſapis, ô puella, ride;* Naſonis eſſe proculdubio: ſed ex Epigrammatis potiùs, quàm aut ex Artibus, aut ex tragœdiâ Medeâ, videri citatum; vtque nouum quippiam, & mirum de Medeâ Naſonis adſcriptum: IODOCI BADII Annotatio. B

Q*VÆ Priapea vocantur epigrammata, Vergilio pleriq; tribuunt: inter quos etiam eſt (vt arbitror) Seruius. Cæterùm ego in Senecæ libris illis, qui iamdiu delituerant, (nuper in lucem, quanquam admodum inſinceri, prodiêre; quibuſq; oratorum & rhetorum ſententias, diuiſiones, colores ſuaſoriarum complectitur: niſi fortè mendoſum credamus, quod habetur exemplar vnicum) ſubdititia eſſe; nec Vergilij, ſed Ouidij; deprehendo. Siquidem illius in volumine ſecundo, verba ità ſunt:* Hoc genus ſenſus memini quẽdam prætorium dicere, cùm declamaret controuerſiâ de illâ, quæ egit cum viro male tractationis, quòd virgo eſſet, & damnata; poſtea petit ſacerdotium: Nouimus, inquit, iſtam maritorum abſtinentiam, qui etiamſi primâ virginibus timidis remisêre noctem, vicinis tamen locis ludunt. Audiebat illum Scaurus, non tantùm diſertiſſimus homo; ſed venuſtiſſimus; qui nullius vnquam impunitam ſtultitiam tranſire paſſus eſt. Statim Ouidianum: Dum timet alterius vulnus inepta loci. Et ille excidit, nec vltrà dixit. *Huc vſq; Seneca. Nouimus autem hunc eſſe verſiculum in Priapeo epigrammate, cuius principium eſt:* Obſcurè poteram tibi dicere. *Sed & ſtylus ipſe, (ni fallor) & prorſus Ouidiana quæpiam in eis verſibus germana laſciuia. Quatenus autem ſit huic autoritati fidendum; legentium ſit iudicium. Nos, vt non pro vano ſcripſimus hoc; ita nec pro confeſſo. Certè ſicut Ouidio conuenit, etiam in cæteris obſcœnioribus; ſic Vergilium contrà dedecet, à virgineâ quoque verecundiâ Partheniam vocatum, titulus iſtius operis: vt quàmlibet iniurato teſti & ſuſpecto, pudeat tamen profectò non credere. Sanè illud in confeſſo, ſcripſiſſe epigrammata quoq; alia Naſonem: de quibus verſiculum citat hunc Priſcianus;* Larte ferox cæſo corpus opima tulit. *Et apud eundem ludentem legerat ſanè Quintilianus iſtud:* Cur ego non dicam, furia, te furiam. *Nec alibi certè crediderim vnquam fuiſſe in Epigrammatis, quem citat hendecaſyllabum Phalæcium Martialis:* Ride, ſi ſapis, ô puella, ride. *Nam quod præceptum reſpicit aliquod ex artibus Domitium: id vtiq; vel autoritate refutatur Martiani Capellæ; qui videlicet in Satyrâ, pro verſiculo Naſonis eum, non pro Martialis, agnoſcit. Audiui etiam, qui crederent de tragœdiâ eſſe Medeâ: quam Tacitus, quam laudat Quintilianus; & quam fuiſſe (quod miror) penè Vergilianis conſutam verſibus, autor Tertullianus eſt, & nos in Nutrice ſignificauimus. Sed hoc mihi non fit veriſimile. Quis enim vel in Græcâ vſpiam, vel in tragœdiâ Latinâ, Phalæcios legit? aut quid omnino tragicum ſapit hic verſiculus, à tetricâ illâ grauitate reſiliens penitùs atq; abhorrens? An verò non & Martianus ipſe negat propemodum clarè, de tragœdiâ hunc eſſe: ſi verba modò ipſius, fideliter recitata, diligenter quoq; expendantur. An non ille Satyram ſuam, quòd auſtera & cenſoria, quodq; nimiùm tragici ſupercilij luſus caſtigauerat, quaſi repercutiens, & ad frontem, quod dicitur, exporrigendam inuitans: Peligni, inquit, de cætero iuuenis verſiculo, reſipiſce; ni tragicum corrugaris,* Ride, ſi ſapis, ô puella, ride. *Ni tragicum, inquit, corrugaris: id eſt, niſi frontem caperas tragicâ ſeueritudine. Quod ſignificat, rugarum triſtitiâ & ſqualore aſperes. Igitur ſi de tragœdiâ ſit ipſe verſiculus, quo reuocare vno maximè Satyram ſuam poëta hic ab auſteritate illâ tragicâ molitur: ſanè iocus hic, vt arbitror,* Frigidus hybernas canâ niue conſpuet alpeis. *iam ſi quis de ſinceritate lectionis iſtius ambigat, libros velim Martiani vetuſtiſsimos inſpiciat, è publicâ Medicea gentis Florentiæ bibliothecâ. ſic enim profectò, fidem noſtram, credo, ſuâ diligentiâ adiuuabit.* C

DIVER-

Proibito

A # DIVERSORVM VETERVM POETARVM IN Priapum lusus.

AD LECTOREM.

CARMINIS incompti lusus lecture procaces,
Conueniens Latio pone supercilium:
Non soror hoc habitat Phœbi, non Vesta sacello,
Nec quæ de patrio vertice nata dea est:
Sed ruber hortorum custos membrosior æquo,
Qui tectum nullis vestibus inguen habet.
Aut igitur tunicam parti prætende tegendæ:
Aut quibus hanc oculis aspicis, ista lege.

Ad Priapum.

Ludens hæc ego teste te, Priape,
Horto carmina digna, non libello,
Scripsi non nimiùm laboriosè.
B Nec Musas tamen (vt solent poëtæ)
Ad non virgineum locum vocaui.
Nam sensus mihi corque defuisset,
Castas, Pieridum chorum, sorores
Auso ducere mentulam ad Priapi.
Ergo quidquid id est, quod ociosus
Templi parietibus tui notaui,
In partem accipias bonam, rogamus.

Priapus.

Obscurè poteram tibi dicere, da mihi: quod tu
Des licèt assiduè, nil tamen indè perit.
Da mihi, quod cupies frustra dare forsitan olim,
Dum tenet obsessas inuida barba genas:
Quodque Ioui dederat, qui raptus ab alite sacrâ,
Miscet amatori pocula grata suo.
Quod virgo primâ cupido dat nocte marito,
Dum timet alterius vulnus inepta loci.
Simplicius multò est, da pædicare, Latino
Dicere. quid faciam? crassa Mineruа mea est.

Ad Priapum.

C Obscœnas rigido deo tabellas
Ducens ex Elephantidos libellis,
Dat donum Lalage: rogatque tentes,
Si pictas opus edat ad figuras.

De Priapo.

Quam puero legem fertur dixisse Priapus,
Versibus hîc infrà scripta duobus erit.
Quod meus hortus habet, sumas impune licebit:
Si dederis nobis, quod tuus hortus habet.

Priapus.

Quòd sim ligneus, vt vides, Priapus,
Et falx lignea, ligneusque penis:
Prendam te tamen, & tenebo prensam:
Totamque hanc, sinè fraude, quantacunque est,
Tormento, citharàque tentiorem,
Ad costam tibi septimam recondam.

Priapus.

Cum loquor, vna mihi peccatur littera: nam, T,
P, dico semper, blæsaque lingua mea.

Priapus.

Matronæ procul hinc abite castæ:
Turpe est vos legere impudica verba.
Non assis faciunt, euntque rectâ.
Nimirum sapiunt, videntque magnam
Matronæ quoque mentulam libenter.

Priapus.

Cur obscœna mihi pars sit sinè veste, requiris.
Quæro, tegat nullus cur sua tela deus?
Fulmen habet mundi dominus tenet illud apertè:
Nec datur æquoreo fuscina tecta deo.
Nec Mauors illum, per quem valet, occulit ensem.
Nec latet in tepido Palladis hasta sinu.
Num pudet auratas Phœbum portare sagittas?
Clàmue solet pharetram ferre Diana suam?
Num tegit Alcides nodosæ robora clauæ?
Sub tunicâ virgam num deus ales habet?
Quis Bacchum gracili vestem prætendere thyrso,
Quis te cælatâ cum face vidit, Amor?
Nec mihi sit crimen, quòd mentula semper aperta est:
Hoc mihi si telum desit, inermis ero.

Priapus.

Insulsissima quid puella rides?
Non me Praxiteles Scopásue fecit,
Nec sum Phidiacâ manu politus:
Sed lignum rude villicus dolauit,
Et dixit mihi, Tu Priapus esto.
Spectas me tamen, & subindè rides.
Nimirum tibi falsa res videtur,
Astans inguinibus columna nostris.

Priapus.

Ne prensere, caue: prenso nec fuste nocebo,
Sæua nec incuruâ vulnera falce dabo.
Traiectus conto sic extendêre pedali,
Vt culum rugas non habuisse putes.

Priapus.

Quædam iunior Hectoris parente,
Cumeæ soror (vt puto) Sibyllæ,
Æqualis tibi, quam domum reuertens
Theseus repperit in rogo iacentem,
Infirmo solet huc gradu venire:
Rugosasque manus ad astra tollens,
Ne desit sibi, mentulam rogare.
Hesternâ quoque luce, dum precatur,
Dentem de tribus exscreauit vnum.
Tolle, inquam, procul, ac iube latêre
Scissâ sub tunicâ, stolâque ruffâ,
Vt semper solet, & timere lucem,
Qui tanto patet indecens hiatu,
Barbato macer eminente naso,
Vt credas Epicuron oscitari.

Priapus.

Præcidere puer, moneo, futuere puella,
Barbatum furem tertia pœna manet.

Priapus.

Huc huc, quisquis es, in dei salacis
Diuerti graue ne puta sacellum.
Et si nocte fuit puella tecum:
Hac re quod metuas adire non est.
Istuc cœlitibus datur seueris.
Nos vappæ sumus, & pusilla culti
Ruris numina: nos pudore pulso
Stamus sub Ioue coleis apertis.
Ergo quilibet huc licebit intret,
Nigrâ fornicis oblitus fauillâ.

Priapus.

Commisso mihi non satis modestas
Quicunque tulerit manus agello,
Is me sentiet esse non spadonem.
Hîc inter frutices loco remoto,
Dicat forsitan hoc sibi ipse, nemo
Præcisum sciet esse me. sed errat:

Magnis testibus ista res agetur.

Ad Priapum.

Qualibus Hippomanes rapuit Schœneida pomis,
  Qualibus Hesperidum nobilis hortus erat:
Qualia credibile est spatiantem rure paterno,
  Nausicaam pleno sæpè tulisse sinu:
Quale fuit malum, quod littera pinxit Aconti,
  Quâ lectâ cupido pacta puella viro est.
Taliacumque puer dominus florentis agelli
  Imposuit mensæ, nude Priape, tuæ.

Priapus.

Quid mecum tibi, circitor moleste?
Ad me quid prohibes venire furem?
Accedat sine: laxior redibit.

Priapus.

Commoditas hæc est in nostro maxima pene;
  Laxa quod esse mihi fœmina nulla potest.

Ad Priapum.

Ecquando Theletusa circulatrix,
Quæ clunem tunicâ tegente nullâ
Extis aptius altiusque motat,
Crissabit tibi fluctuante limbo?
Sic vt non modò te, Priape, posset;
Priuignum quoque sed mouere Phædræ.

Priapus.

Fulmina sub Ioue sunt: Neptuni fuscina telum:
  Ense potens Mars est: hasta, Minerua, tua est.
Subtilibus Liber committit prælia thyrsis:
  Fertur Apollineâ missa sagitta manu.
Herculis armata est inuictâ dextera clauâ:
  At me terribilem mentula tenta facit.

Ad Priapum.

Copia me perdit: tu suffragare rogatus:
  Indicio nec me prode, Priape, tuo.
Quæque tibi posui tanquam vernacula poma,
  De sacrâ nulli dixeris esse viâ.

Priapus.

Fœmina si furtum faciet mihi, virque puerque:
  Hæc cunnum, caput hic, præbeat ille nates.

Priapus.

Quicunque hîc violam rosámue carpet,
Furtiuúmue olus, aut inepta poma:
Defectus pueroque, fœminâque,
Hac tentigine, quam videtis in me,
Rumpatur precor vsque; mentulaque
Nequidquam sibi pulset vmbilicum.

Priapus.

Hîc me custodem fœcundi villicus horti
  Mandati curam iussit habere loci,
Fur habeas pœnam: licèt indignere, feramque,
  Propter olus, dicas, hoc ego propter olus?

Priapus.

Hoc sceptrum, quod ab arbore vt recisum est,
Nullâ iam poterit virere fronde.
Sceptrum, quod pathicæ petunt puellæ,
Quod quidam cupiunt tenere reges,
Cui dant oscula nobiles cinædi:
Intra viscera furis ibit vsque
Ad pubem, capulumque coleorum.

Priapus.

Porrò (nam quis erit modus?) Quirites,
Aut præcidite seminale membrum,
Quod totis mihi noctibus fatigant
Vicinæ sinè fine prurientes,
Vernis passeribus salaciores.
Aut rumpar: nec habebitis Priapum.
Ipsi cernitis exfututus vt sim,
Confectusque, macerque, pallidusque:
Qui quondam ruber, & valens solebam
Fures cædere, quamlibet valentes.
Defecit latus: & periculosam
Cum tussi miser exspuo saliuam.

Ad Priapum.

Deliciæ populi, magno notissima circo
  Quintia, vibratas docta mouere nates:
Cymbala cum crotalis, pruriginis arma, Priapo
  Ponit, & adductâ tympana pulsa manu.
Pro quibus, vt semper placeant spectantibus, orat;
  Tentaque ad exemplum sit sua turba dei.

Priapus.

Tu, qui non bene cogitas, & ægrè
Carpendo tibi temperas ab horto.
Pædicabere fascino pedali.
Quòd si tam grauis & molesta pœna
Non profecerit, altiora tangam.

Ad Priapum.

Obscœnis peream, Priape, si non
Vti me pudet, improbisque verbis.
Sed cùm tu posito deus pudore
Ostendas mihi coleos patenteis!
Cum cunno mihi mentula est vocanda.

Ad Priapum.

Falce minax, & parte tui maiore, Priape,
  Ad fontem, quæso, dic mihi, quà sit iter.

Priapus.

Vade per has vites, quarum si carpseris vuas,
  Quas aliter sumas, hospes habebis aquas.

Priapus.

Donec proteruà nil mei manu carpes,
Licebit ipsâ sis pudicior Vestâ.
Sin hæc mei te ventris arma laxabunt,
Exire vt ipsa de tuo queas culo.

Priapus.

Vuis aridior puella passis,
Buxo pallidior nouâque cerâ,
Collatas sibi quæ suisque membris
Formicas facit altiles videri:
Cuius viscera non aperta Thuscus
Per pellem poterit videre aruspex:
Quæ succo caret, vtque petra pumex,
Nemo viderit hanc vt exspuentem;
Quam pro sanguine puluerem, scobemque
In venis medici putant habere:
Ad me nocte solet venire, & affert
Pallorem, maciemque laruialem.
Ductor ferreus insularis, æquè
Laternæ videor fricare cornu.

Priapus.

Naiadas antiqui, Dryadasque habuêre Priapi
  Et quò tenta dei vena subiret, erat.
Nunc adeò nihil est: adeò mea plena libido,
  Vt nymphas omneis interijsse putem.
Turpe quidem factu: sed ne tentigine rumpar,
  Falce manu positâ: fiet amica manus.

Ad Priapum.

Cùm sacrum fieret deo salaci,
Conducta est precio puella paruo,
Communis satis omnibus futura.
Quæ quot nocte viros peregit vna,
Tot verpas tibi dedicat salignas.

Priapus.

Pædicabere fur semel: sed idem
Si prensus fueris bis, irrumabo.
Quòdsi tertia furta molieris:
Vt pœnam patiare, & hanc, & illam,

Pædi-

Digitized by Google

A Pædicaberis, irrumaberisque.

Priapus.

Notas habemus quisque corporis formas.
Phœbus comosus, Hercules lacertosus.
Trahit figuram virginis tener Bacchus.
Minerua flauo lumine est. Venus pæto.
Fronte cruentos Arcadas vides Faunos.
Habet decenteis nuntius deûm plantas:
Tutela Lemni dispares mouet gressus.
Intonsa semper Æsculapio barba est.
Nemo est feroci pectorosior Marte.
Quodsi quis inter hæc locus mihi restat,
Deus Priapo mentulatior non est.

Voti solutio.

Cur pictum memori sit in tabellâ
Membrum, quæritis, vnde procreamur?
Cùm penis mihi fortè læsus esset,
Chirurgique manum miser timerem:
Dijs me legitimis, nimisque magnis,
Vt Phœbo puta, filioque Phœbi,
Curatum dare mentulam verebar.
B Huic dixi, fer opem, Priape, parti,
Cuius tu pater ipse par videris.
Quâ saluâ sine sectione factâ,
Ponetur tibi picta, quam leuâris,
Parque, consimilisque, concolorque.
Promisit fore: mentulamque mouit
Pro nutu deus, & rogata fecit.

Priapus.

Simpliciter tibi me, quodcunque est, dicere oportet:
Natura est quoniam semper aperta mihi.
Pædicare volo: tu vis decerpere poma:
Quod peto, si dederis: quod petis accipies.

Priapus.

Formâ Mercurius potest placere:
Formâ conspiciendus est Apollo:
Formosus quoque pingitur Lyæus.
Formosissimus omnium Cupido est.
Me pulchrâ fateor carere formâ:
Verùm mentula luculenta nostra est.
C Hanc mauult sibi, quàm deos priores,
Si qua est non fatui puella cunni.

Ad Priapum.

Nota suburranas inter Telethusa puellas,
Quę puto de quæstu libera facta suo est:
Cingit inauratâ penem tibi, sancte, coronâ.
Hunc Pathicæ summi numinis instar habent.

Priapus.

Quisquis venerit huc, poëta fiat,
Et versus mihi dedicet iocosos.
Qui non fecerit, inter eruditos
Ficosissimus ambulet poëtas.

Ad Priapum.

Lætus Aristagoras natis bene villicus vuis,
De cerâ facta dat tibi poma deus.
At tu sacrati contentus imagine pomi,
Fac veros fructus ille, Priape, ferat.

Priapus.

Nolite omnia, quæ loquor, putare
Per lusum mihi, per iocumque dici.
Deprensos ego terque quaterque fures,
Omnes, ne dubitetis, irrumabo.

Priapus.

Velle quid hanc dicas, quamuis sim ligneus, hastam,
Oscula dat medio si qua puella mihi?
Augure non opus est: in me, mihi credite, dixit:
Vtetur veris vsibus hasta rudis.

Priapus.

Cùm quendam rigidus deus videret
Feruenti caput vstulare ferro,
Vt Mauræ similis foret puellæ:
Heu, inquit, tibi dicimus cinæde,
Vras te licet vsque, torqueasque:
Num tandem prior es puella, quæso:
Quàm sunt, mentula quos habet, capilli.

Priapus.

O non candidior puella Mauro,
Sed morbosior omnibus cinædis,
Pygmæo breuior gruem timenti,
Vrsis asperior pilosiorque,
Medis laxior, indicisque braccis:
Manes his licet, vt libenter ires.
Nam quámuis videar satis paratus,
Erucarum opus est decem maniplis:
Fossas inguinis vt terram, dolemque
Cunni vermiculos scaturientes.

Priapus.

Quicunque vestrûm, qui venitis ad cœnam,
Libare nullos sustinet mihi versus:
Illius vxor, aut amica, riualem
Lasciuiendo languidum, precor, reddat:
Et ipse longâ nocte dormiat solus,
Libidinosis incitatus erucis.

Priapus.

Quòd partem madidam mei videtis,
Per quam significor Priapus esse:
Non ros est, mihi crede, non pruina:
Sed quod sponte suâ solet remitti,
Cùm mens est pathicæ memor puellæ.

Priapus.

Tu, quicunque vides circa tentoria nostra
Non nimiùm casti carmina plena ioci:
Versibus obscœnis offendi desine: non est
Mentula subducti nostra supercilij.

Ad Priapum.

Quædam, si placet hoc tibi, Priape,
Ficosissima me puella ludit:
Et nec dat mihi, nec negat daturam:
Causasque inuenit vsque differendi.
Quæ si contigerit fruenda nobis,
Totam comparibus, Priape, nostris
Cingemus tibi mentulam coronis.

Priapus.

Quid hoc negotî est? quáue suspicer causâ
Venire in hortum plurimos meum fures?
Cùm, quisquis in nos incidit, luat pœnas:
Et vsque curuos excauetur ad lumbos.
Non ficus hîc est præferenda vicinæ,
Vuæque, quales flaua non legit Crete:
Non mala truncis afferenda Picenis,
Pirûmue, tanto quod periculo captes:
Magisque cerâ luteum nouâ prunum,
Sorbûmue veteres lumbricos moraturum.
Præsigne rami nec mei ferunt morum,
Nucémue longam, quam vocant auellanam,
Amygdalúmue flore purpureo fulgens.
Non brassicæ fero gulosior caules,
Betásue, quantas hortus educat nullus.
Crescénsue semper in suum caput porrum:
Nec seminosas ad cucurbitas quenquam,
Ad ocymúmue, cucumerésue humi fusos,
Venire crede, sessilésue lactucas:
Nec vt salaces nocte tollat erucas,
Mentamque olentem, cum salubribus rutis,
Acrésue cæpas, alliumque fibratum.

Quæ cuncta quàmuis nostro habemus in septo,
Non pauciora proximi ferunt horti.
Quibus relictis,in mihi laboratum
Locum venitis,improbissimi fures.
Nimirum apertam conuolatis ad pœnam,
Et vos hoc ipsum,quod minamur,inuitat.

Priapus.

Heus tu,non,bene qui manum rapacem
Mandato mihi contines ab horto:
Iamprimùm stator hîc libidinosus
Alternis in eundo & exeundo,
Portâ te faciet patentiorem.
Accedent duo,qui latus tuentur,
Pulchrè pensilibus peculiati.
Qui cùm te malè foderint iacentem:
Ad partem veniet salax asellus.
Nihilo deterius mutoniatus
Quare qui sapiet,malum cauebit:
Cùm tantum sciet esse mentularum.

Ad Priapum.

Contentus modico Bacchus solet esse racemo:
Cùm capiant alti vix sua musta lacus:
Magnaque fœcundis cùm messibus area desit,
In Cereris crines vna corona datur.
Tu quoque,diue minor,maiorum exempla secutus,
Quamuis pauca damus,consule poma boni.

Priapus.

E,D,si scribas,temonemque insuper addas:
Qui medium vult D scindere,pictus erit.

Priapus.

Credere quis posset, falcem quoque (turpe fateri)
De digitis fures surripuisse meis?
Non mouet amissi tam me iactura,pudorque:
Quàm præbent iustos altera tela metus.
Quæ si perdidero,patriâ multabor: & olim
Ille tuus ciuis,Lampsace,Gallus ero.

Priapus.

Derides quoque fur,& impudicum
Ostendis digitum mihi minanti.
Eheu,me miserum,quod ista lignum est,
Quæ me terribilem facit videri?
Mandabo domino tamen salaci,
Vt pro me velit irrumare fures.

Priapus.

Cornix & caries, vetusque bustum,
Turba & putrida facta seculorum,
Quæ forsan potuisset esse nutrix
Tithoni,Priamique,Nestorisque,
Illis ni pueris anus fuisset:
Ne desit sibi,me rogat,fututor.
Quid si nunc roget,vt puella fiat?
Si nummos tamen hæc habet,puella est.

Priapus.

Quicunque fur fefellerit fidem nostram,
Effœminato marceat procul culo.
Quæque hæc proterua carpsecit manu poma
Puella,nullum inueniat fututorem.

Priapus.

Prædictum tibi,ne negare possis:
Si fur veneris,impudicus ibis.

Ad Priapum.

Si,quot habes versus,tot haberes poma,Priape,
Esses antiquo ditior Alcinoo.

Malus.

Quid frustra quereris colone mecum,
Quòd quondam bene fructuosa malus,
Autumnis sterilis duobus adstem?
Non me prægrauat,vt putas,senectus
Nec sum grandine verberata durâ:
Nec gemmas modò germine exeunteis
Seri frigoris vstulauit aura:
Nec venti pluuiæ'ue,siccitásue,
Quod de se quererer,malum dederunt:
Non sturnus mihi,graculúsue raptor,
Aut cornix anus,aut aquosus anser,
Aut coruus nocuit siticulosus:
Sed quòd carmina pessimi poëtæ
Ramis sustineo laboriosis.

Priapus.

Securi dormite canes custodiet hortum
Cum sibi delectâ Sirius Erigone.

Priapus.

Parum est,miser mihi quòd hîc fixi sedem,
Agente terrâ per caniculam rimas,
Siticulosam sustinens diu æstatem.
Parum,quòd imi perfluunt sinus imbres,
Et in capillos grandines cadunt nostros:
Rigetque dura barba iuncta crystallo.
Parum,quòd actâ sub laboribus luce,
Parem diebus peruigil traho noctem.
Huc adde,quòd me terribilem deum fuste
Manus sine arte rusticæ dolauerunt:
Interque cunctos vltimum deos numen,
Cucurbitarum ligneus vocor custos.
Accedit istis impudentiæ signum,
Libidinoso tenta pyramis neruo.
Ad hanc puella (penè nomen adieci)
Solet venire cum suo fututore,
Quæ vt tot figuras,quot Philenis enarrat,
Non inuenit,pruriginosa discedit.

Priapus.

Quidam mollior anseris medullâ,
Furatum venit huc amore pœnæ.
Furetur licèt vsque; non videbo.

Ad Priapum.

Hîc tibi qui rostro crescentia lilia mersit,
Cæditur è tepidâ victima porcus harâ.
Ne tamen exstinctu facias pecus omne,Priape,
Horti sit facias ianua clausa tui.

Priapus.

Tu quæ,ne videas notam virilem,
Hinc auerteris,vt decet pudicam:
Nimirum,nisi,quod times videre,
Intra viscera habere concupiscis.

Priapus.

PEnelopes primam,Didonis prima sequatur,
Et primam C Ani syllaba primi Remi.
Quodque fit ex illis,mihi tu deprensus in horto
Fur dabis: hac pœnâ culpa luenda tua est.

Priapus.

Rusticus indoctè si quid dixisse videbor,
Da veniam: libros non lego,poma lego.
Sed rudis hîc dominum toties audire legentem
Constiti,Homeræas edidicique notas.
Psoleon ille vocat,quod nos psoloenta vocamus:
Id quod nos culum,coleon ille vocat:
Smerdaleos certè nisi res non munda vocatur:
Et pædiconum mentula smerdalea est.

Priapus.

Quid? nisi Tænario placuisset Troica cunno
Mentula: quod caneret,non habuisset,opus.
Mentula Tantalidæ bene si non nota fuisset:
Nil,senior Chryses quod quereretur,erat.
Hæc eadem socium tenerâ spoliauit amicâ:
Quæque erat Æacidæ,maluit esse suam.

Ille

A Ille Pelethroniam cecinit miſerabile carmen
Ad citharam, citharâ tentior ipſe ſuâ.
Nobilis hinc natâ nempe incipit Ilias irâ:
Principium ſacri carminis illa fuit.
Altera materia eſt error fallentis Vlyſſei:
Si verum quæras, hunc quoque mouit amor.
Hinc legitur radix, de quâ flos aureus exit:
Quem cùm moly vocat, mentula moly fuit.
Hinc legimus Circem, Atlantiademq́ue Calypſo,
Grandia Dulichij iuſſa tuliſſe viri.
Huius & Alcinoi mirata eſt filia membrum
Frondenti ramo vix potuiſſe tegi.
Ad vetulam tamen ille ſuam properabat; & omnis
Mens erat in cunno Penelopeia tuo.
Quæ ſic caſta manes: vt iam conuiuia viſas,
Vtq́ue futurorum ſit tua plena domus.
E quibus vt ſcires quicunque valentior eſſet,
Hæc es ad arrectos verba locuta procos:
Nemo meo melius neruum tendebat Vlyſſe,
Siue illi laterum, ſeu fuit artis opus
Qui quoniam perijt, modò vos intendite: qualem
B Eſſe virum ſciero, vir ſit vt ille meus.
Hac ego Penelope potui tibi lege placere:
Illo ſed nondum tempore factus eram.

Priapus.

Cùm fici tibi ſuauitas ſubibit,
Et iam porrigere huc manum libebit:
Ad me reſpice fur, & æſtimato,
Quot pondo tibi mentula eſt cacanda.

Priapus.

Illuſit mihi pauper inquilinus,
Qui libum dederat, moláque fusâ,
Quare, partibus additis in ignem,
Sacro protinus hinc abit peracto.
Vicini canis huc ſubindè venit,
Nidorem puto pro ſecuta fumi.
Quæ, libamine mentulæ comeſo,
Totâ nocte mihi litat rigendo.
At vos ampliùs hoc loco cauete
Quidquam ponere: ne famelicorum
Ad me turba velit canum venire:
C Ne, dum me colitis, meumq́ue numen,
Cuſtodes habeatis irrumatos.

Priapus.

Si commiſſa meæ carpes pomaria curæ
Dulcia: quid doleam perdere doctus eris.

Ad Priapum.

Tutelam pomarij diligens Priape facito:
Rubricato furibus minare mutino.

Priapus.

Quòd mouear, non eſt: quia, ſi furaberis ipſe
Grandia mala, tibi bracchica mala dabo.

Priapus.

Obliquis pathicæ quid me ſpectatis ocellis?
Non ſtat in inguinibus mentula tenta meis.
Quæ tamen exanimis nunc eſt, & inutile lignum:
Vtilis hæc, aram ſi dederitis, erit.
Per medios ibit pueros, mediasq́ue puellas,
Mentula: barbatis non niſi ſumma petet.

Ad Priapum.

Dodona eſt tibi Iuppiter ſacrata
Iunoni Samos, & Mycena Diti,
Vndæ Tenaros æquorisq́ue Regi.
Pallas Cecropias tuetur arces:
Delphos Pythius orbis vmbilicum:
Creten Delia, Cynthiosq́ue colles:
Faunus Mænalon, Arcadumq́ue ſyluas.
Eſt tutela Rhodos beata Solis:
Gades Herculis, humidumq́ue Tybur.
Cyllene celeri deo niuoſa:
Tardo gratior æſtuoſa Lemnos.
Ætneæ Cererem nurus frequentant:
Raptam Cyzicos oſtreoſa diuam:
Formoſam Venerem Gnidos, Paphosq́ue:
Mortales tibi Lampſacum dicarunt.

Priapus.

Quòd ſim iam ſenior, meumq́ue canis
Cum barbâ caput albicat capillis:
Deprenſos ego perforare poſſum
Tithonum, Priamumque, Neſtoremque.
Immanem ſtomachum mihi videtis;
Qui denſam facitis ſubindè ſepem,
Et fures prohibetis huc addire.
Hoc eſt lædere, dum iuuatis: hoc eſt
Non admittere ad aucupem volucres.
Obſtructa eſt via: nec licet iacenti
Iacturâ natis expiare culpam.
Ergo qui priùs vſque, & vſque, & vſque,
Furum ſcindere podices ſolebam,
Per nocteis aliquot diesq́ue ceſſo.
Pœnas do quoque: quod ſatis ſuperq́ue eſt:
In ſenemque abeo; ſalaxque quondam,
Non vitam perago. quis hoc putaret,
Vt luſu citharœdus abſtineret?
At vos, ne peream ſitu ſenili,
Quæſo, deſinite eſſe diligentes;
Néue imponite fibulam Priapo.

Priapus.

At dij, deæq́ue, dentibus tuis eſcas
Negent amicas cunnilinge vicine:
Per quem puella fortis antè nec mendax,
Et quæ ſolebat impigro celer paſſu
Ad nos venire; nunc miſella, Landace,
Vix poſſe iurat ambulare præ foſſis.

Ad Priapum.

Priape, quòd ſis faſcino grauis tento;
Quod exprobrauit hic tibi ſuo verſu
Poëta noſter: erubeſcere hoc noli.
Non eſt poëta ſarcinoſior noſtro.

Ad Priapum.

At non longa ſatìs, non ſtat bene mentula craſſa,
Et, quam ſi tractes, creſcere poſſe putes.
Me miſerum cupidas fallit menſura puellas:
Non habet hæc aliud mentula maius eo.
Vtilior Tydeus: qui, ſi quid credis Homero,
Ingenio pugnax; corpore paruus erat.
Sed potuit damno nobis nouitasq́ue pudorq́ue
Eſſe: repellendus ſæpius iſte mihi.

Ad Priapum.

Dum viuis, ſperare decet. tu ruſtice cuſtos
Huc ades; & neruis tente Priape faue.

REPERTVM IN AGRO PATAVINO, MARmori *inſculptum, extremis quibuſdam priorum quatuor carminum ſyllabis vetuſtate corroſis.*

AD PRIAPVM.

Villicus ærari quondam, nunc cultor agelli,
Hæc tibi Perſpectus templa, Priape, dico.
Pro quibus officijs, ſi fas eſt, Sancte, paciſcor
Aſſiduus cuſtos ruris vt eſſe velis:
Improbus vt ſi quis noſtrum violârit agellum,
Hunc tu, ſed tento. ſcis puto, quod ſequitur.

M. V. MARTIALIS,

Ad Priapum.

Non horti, neque palmitis beati,

Sed

Digitized by Google

Sed rari nemoris Priape custos,
Ex quo natus es, & potes renasci,
Furaces moneo manus repellas,
Et syluam domini focis reserues.
Si defecerit hæc, & ipse lignum es.

IN ANTIQVIS LIBRIS, SEPARATIM ab alijs in Priapum lusibus, sub Vergilij nomine legitur.

Quid hoc noui est? quid ira nuntiat deum?
Silente nocte candidus mihi puer
Tepente cùm iaceret abditus sinu,
Venus fuit quieta, nec viriliter
Iners senile pennis extulit caput.
Placet, Priape, qui sub arboris comâ
Soles, sacrum reuinctus pampino caput,
Ruber sedere cum rubente fascino?
At ô Priape, sæpè floribus nouis
Tuas sinè arte deligauimus comas:
Abegimusque voce sæpè, cùm tibi
Senexue coruus, impigérue graculus,
Sacrum feriret ore corneo caput.
Vale nefande destitutor inguinum,
Vale Priape: debeo tibi nihil.
Iacebis inter arua squalidus situ,
Canisque fœdus vsque imminget, aut tibi
Lutosa sus fricabit oblitum latus.
Scelestè penis, ô graue, meum malum
Graui piàque lege noxiam lues:
Licet querare: nec tibi tener puer
Patebit vlus: imminente qui toro
Iuuante verset arte mobilem natem:
Puella nec iocosa te læui manu
Fouebit, apprimétue lucidum femur.
Bidens amica Romuli senis memor
Paratur: inter atra cuius inguina,
Vacuaque pelle, tectus annuo gelu
Araneosus obsidet fores situs.
Tibi hæc parantur: vt tuum ter aut quater
Voret profunda fossa lubricum caput.
Licebit æger, aut languentior cubes.
Terreris vsque: donec, ah miser, miser,
Triplex, quadruplexque compleas specum.
Superbia ista proderit nihil: simul
Vagum sonante merseris caput luto.
Quid est iners? pigétne lentitudinis?
Licebit hoc inultus auferas semel.
Sed ille cùm redibit aureus puer,
Simul sonanti senseris iter pede:
Repentè neruos excitet libidine,
Et inquietus inguina arrigat tumor.
Neque incitare cesset, vsque dum mihi
Venus iocosa molle ruperit latus.

P. VERG. MARONIS CATALECTA.

Priapus.

Vere rosâ, autumno pomis, æstate frequentor
  Spicis: vna mihi est horrida pestis hyems.
Nam frigus metuo, & vereor, ne ligneus ignem
  Hac Deus ignaris præbeat agricolis.

Priapus.

Ego hæc, ego arte fabricata rusticâ,
Ego arida, ô viator, ecce populus,
Agellulum hunc, sinistrâ tute quem vides,
Herique villulam, hortulumque pauperis
Tueor: malasque furis arceo manus.
Mih coro la picta vere ponitur:
Mihi rubens ar sta sole feruido:
Mihi virente dulcis vua pampino:
Mihi glauca duro cocta oliua frigore. A
Meis capella delicata pascuis
In vrbem adulta lacte portat vbera.
Meisque pinguis agnus ex ouilibus
Grauem domum remittit ære dexteram:
Teneràque matre mugiente vaccula
Deûm profundit ante templa sanguinem.
Proin viator hunc deum vereberis,
Manumque sursum habebis. hoc tibi expedit.
Parata namque crux est arte mentula.
Velim pol, inquis! at pol ecce viliicus
Venit: valenti cui reuulsa brachio
Fit ista mentula apta claua dexteræ.

Priapus.

Hunc ego iuuenes locum, villulamq; palustrem,
Tectam vimine iunceo, caricisque maniplis,
Quercus arida, rusticâ conformata securi,
Nutriui: magis, & magis vt beata quotannis.
Huius nam domini colunt me, deumq; salutant,
Pauperis tugurij pater, filiusque.
Alter assiduâ colens diligentiâ, vt herba
Dumosa asperaque à meo sit remota sacello.
Alter, parua ferens manu semper munera largâ, B
Florido mihi ponitur picta vere corolla
Primitu, & tenerâ virens spica mollis aristâ.
Luteæ violæ mihi, lacteumque papauer,
Pallentesque cucurbitæ, & suaue olentia mala,
Vua pampineâ rubens educata sub vmbrâ.
Sanguine hanc etiam mihi (sed tacebitis) aram
Barbatus linit hirculus, cornipesque capella.
Pro queis omnia honoribus hęc necesse Priapo
Præstare, & domini hortulum vineamque tueri.
Quare hinc, ô pueri, malas abstinere rapinas:
Vicinus propè diues est: negligensque Priapus.
Indè sumite semina hæc deinde vos feret ipsa.

Ad Tuccam.

De quâ, Tucca, tibi venit: sed sæpè videre
  Non licet: occulitur limine clausa viri.
De quâ sæpè tibi, non venit adhuc mihi: namque
  Si occulitur: longè est tangere, quod nequeas.
Venerit aut tibi: sed iamiam mihi nuntius iste
  Quid prodest? illi dicite, quæ redijt. C

*

Corinthiorum amator iste verborum,
Iste iste rhetor. namque quatenus totus
Thucydides, tyrannus Atticæ febris,
Tua Gallicum spinæ ipsemet malè illisit
Ista omnia, ista verba miscuit fratri.

*

Socer beate, nec tibi, nec alteri,
Generque Noctuine, putidum caput:
Tuque nunc puella tali & tuo
Stupore pressa rus abibit: & mihi,
Vt ille versus vsquequaque pertinet.
Gener socerque perdidistis omnia.

*

Superbe Noctuine, putidum caput,
Detur tibi puella, quam petis, datur,
Datur, superbe Noctuine, quam petis.
Sed ô superbe Noctuine, non vides
Duas habere filias Atilium.
Duas, & hanc, & alteram, tibi dari.
Adeste nunc, adeste: ducit, vt decet,
Superbus ecce Noctuinus hirneam.

*

Iacere me, quòd alta non possim, putas,
  Vt antè, vectari freta:

Nec

Digitized by Google

A Nec ferre durum frigus, aut æstum pati,
Neque arma victoris sequi.
Valent, valent mihi ira & antiquus furor,
Et lingua, quâ adsim tibi:
Et prostitutæ turpe contubernium
Sororis. ô quid me incitas?
Quid impudice, & improbande Cæsari?
Sed furta dicantur tua.
Ex helluato fera patrimonio
In fratre parsimonia:
Vela acta puero cum viris conuiuia,
Vdæque per somnum nates,
Et inscio repentè clamatum super
Thalassio Thalassio.
Quid palluisti fœmina? an ioci dolent?
An facta cognoscis tua?
Non me vocabis pulchra per Cotyttia
Ad feriatos fascinos.
Nec dein mouere lumbos in crocotulam
Prensis videbo altaribus.
Flauum prope Tyberim & olentis nauticum
B Vocare, vbi adpulsæ rates
Stant in vadis cœno retentæ sordido,
Macrâque luctantes aquâ.
Neque in culinam, & vestra compitalia,
Dapesque dulcis sordidas:
Quibus repletus, vt saliuosis aquis,
Obesam ad vxorem redis,
Et æstuantis dote sæuis Pantices,
Osusque lambis sauijs.
Nunc læde, nunc lacesse, si quidquam vales.
Et nomen adscribo tuum.
Cinæde Luci, an te reliquerunt opes?
Fameque gemini crepant?
Videbo habentem præter ignauos nihil
Fratres, & iratum Iouem,
Scissumque ventrem, hirneosi patrui
Pedes inediâ turgidos.

Ad Venerem.

Si mihi susceptum fuerit percurrere munus,
O Paphon, ô sedes quæ colis Idalias,
C Troius Æneas Romana per oppida digno
Iam tandem vt tecum carmine vectus erat:
Non ego thure modò, aut pictâ tua templa tabellâ
Ornabo, & puris serta feram manibus.
Corniger hoc aries humilis, & maxima taurus
Victima, sacratos tinget honore focos.
Marmoreusque tibi, condigne coloribus ales,
In morem pictâ stabit amor pharetrâ.
Adsis ô Cytherea: tuus te Cæsar olympo,
Et Surrentini littoris ora vocat.

*

Ite hinc inanes rhetorum manipli,
Inflata rore non Achaico verba:
Et vos. Seliquati, Arquitique, Varoque.
Scholasticorum vario madens pingui.
Ite hinc inanis cymbalon iuuentutis:
Tuque ô mearum cura Sexte curarum,
Vale Sabine: iam valete formosi.
Nos ad beatos vela mittimus portus.
Magni petentes docta dicta Scironis:
Vitamque ab omni vindicabimus curâ.
Ite hinc Camœnæ vos quoque limite sæuæ.
Dulces Camœnæ, (nam fatebimur verum)
Dulces fuistis: & tamen meas chartas
Reuisito te, sed pudenter, & raro.

De Sabino.

Sabinus ille, quem videtis hospites,
Ait fuisse mulio celerrimus:
Neque vllius volantis impetum Cisi
Nequîsse præterire, siue Mantuam
Opus foret volare, siue Brixiam.
Neque hoc negat Tryphonis æmuli domus
Negare nobilem, insulámue cærulì.
Vbi iste post Sabinus, antè Quintio,
Bidente dicit attondisse forcipe
Comata colla: nequà sordidum iugo
Premente dura vulnus ederet iuba.
Cremona frigida, & lutosa Gallia,
Tibi hæc fuisse, & esse cognitissima,
Ait Sabinus, vltimâ ex origine:
Tuâ stetisse dicit in voragine,
Tuâ in palude posuisse sarcinas,
Et indè tot per orbitosa millia
Iugum tulisse: læua, siue dextera,
Strigere mulas, siue vtrunque cœperat?
Neque vlla vota semitalibus deis
Sibi esse facta, propter hoc nouissimum
Paterna lora, proximumque pectinem.
Sed hæc priùs fuêre: nunc eburnea
Sedetque sede, seque dedicat: tibi,
Gemelle Castor, & Gemelle Castoris.

Ad Varium.

Si licet hoc, sinè fraude, Vari dulcissime, dicam?
Dispeream, nisi me perdidit iste potus.
Sin autem præcepta vetant me dicere: sanè
Non dicam; sed me perdidit iste puer.

Ad Villam Scironis.

Villula, quæ Scironis eras, & pauper agelle:
Verùm illi domino sunt quoque diuitiæ.
Me tibi, & huc vnà mecum quos semper amaui,
Si quid de patriâ tristius audiero,
Commendo; in primisque patrem. tu nunc eris illi,
Mantua quod fuerat; quodque Cremona prius.
Pauca mihi, niueo, sed non incognita, Phœbo;
Pauca mihi doctè dicite Pegasides.
Victor adest, magni magnum decus, ecce, triumphi:
Victor, quà terræ, quaque patent maria.
Horrida barbaricæ portans insignia pugnæ:
Magnus vt Æneidos, vtque superbus Eryx.
Nec minùs idcirco nostros expromere cantus
Maximus, & sanctos dignus inire choros.
Hoc itaque insuetis iactor magis, optime, curis:
Quid de te possim scribere, quidue tibi.
Namque (fatebor enim) quæ maxima deterrendi
Debuit hortandi maxima causa fuit.
Pauca tua in nostras venerunt carmina chartas,
Carmina, cùm linguâ, tum sale Cecropio.
Carmina, quæ Pylium, seclis accepta futuris,
Carmina, quæ Pylium vincere digna senem.
Certatim ornabant omnes Heroida diuæ,
Certatim diuæ munere quæq; suo.
Felicem ante alias tanto scriptore puellam,
Alter non famam dixerit ipse prior.
Non illa, Hesperidum ni munere capta fuisset,
Quæ volucrem cursu vicerat Hippomanem.
Candida cycneo non edita Tyndaris ouo:
Non supero fulgens Cassiopea polo.
Non defensa diu multùm certamine equorum,
Optabant grauidæ quod sibi quemque manus.
Sæpè animam generi pro quâ pater impius hausit
Sæpè rubro similis sanguine fluxit humus.
Regia non Semele, non Inachis Acrisione,
Immitti exspectant fulmine & imbre Iouem.

Huius

Huius & ob raptum pulsi, liquêre penates
  Tarquini patrios filius atque pater.
Illo, quo primum dominatus Roma superbos
  Mutauit placidis tempore consulibus.
Multa neque immeritis donauit præmia alumnis,
  Præmia Messalis maxima Publicolis.
Nam quid ego immensi memorê studia ista laboris?
  Horrida quid duræ tempora militiæ?
Castra foro solitos vrbi præponere castra?
  Tam procul hoc nato: tam procul hac patriâ?
Immoderata pati nunc frigora, nuncque calores?
  Sternere vel durâ posse super silice?
Sæpè trucem aduerso perlabi sidere pontum?
  Sæpè audendo mare vincere, sæpè hyemem?
Sæpè etiam densos immittere corpus in hosteis?
  Communem belli nec timuisse deum?
Nunc celereis Afros periuræ in millia gentis;
  Aurea nunc rapidi flumina adire Tagi?
Nunc aliam ex aliâ bellando quærere gentem:
  Vincere & Oceani finibus vlterius?
Non nostrum est, inquam, tantas attingere laudes:
  Quin, ausim hoc etiam dicere, vix hominum est.
Ipsa hæc, ipsa ferent rerum monimenta per orbem:
  Ipsa sibi egregium facta decus parient.
Nos ea, quæ tecum finxerunt carmina diui,
  Cynthius, & Musæ, Bacchus, & Ægiale:
Si laudes aspirem humilis sed adire Camœnas;
  Si patrio graios carmine adire sales:
Possumus: optatis plus iam procedimus ipsis.
  Hoc satis est pingui vel mihi cum populo.
Aspice, quem video subnixum gloria regno,
  Altiùs & cœli sedibus extulerat.
Terrarum hic bello magnum concusserat orbem:
  Hic reges Asiæ fregerat, & populos:
Hic graue seruitium tibi iam, tibi, Roma, ferebat.
  Cætera namque viri cuspide conciderant:
Cùm subito in medio rerum certamine præceps
  Corruit, è patriâ pulsus in exilium.
Tale deæ numen tali mortalia nutu,
  Fallax momento temporis hora dedit.

*

Quocunque ire ferunt variæ nos tempora vitæ,
  Tangere quas terras, quousque videre homines:
Dispeream, si te fuerit mihi charior alter.
  Alter enim quis te dulcior esse potest?
Cui Venus ante alios, diui, diuûmque sorores,
  Cuncta neque indigno Musa dedêre bona:
Cûcta, quibus gaudet Phœbus, chorꝰ ipseq; Phœbi.
  Doctior ô quis te Musa fuisse potest?
O' quis te in terris loquitur iucundior vno?
  Clio nam certè candida non loquitur.
Quare illud satis est, si te permittis amari.
  Non contrà vt sit amor mutuus indè mihi.

*

Quis deus, Octaui, te nobis abstulit? an quæ
  Dicunt, ah, nimio pocula dura mero?
Vobis si culpa est bilis; sua quemque sequuntur
  Fata: quid immeriti crimen habent cyathi?
Scripta quidem tua nos multùm mirabimur, & te
  Raptum, & Romanam flebimus historiam.
Sed tu nullus eris. peruersi dicite manes:
  Nunc superesse patri quòd fuit inuidia.

Qu. Catuli.

Aufugit mî animus, credo (vt solet:) ad Theotimum
  Deuenit. sic est: perfugium illud habet.
Quid, si non interdixem, ne illum fugitiuum
  Mitteret ad se intrò, sed magis eijceret?

Ibimus quæsitum verum, ne ipsi teneamur, A
  Formido, quid ago? da Venus consilium.

Eiusdem.

Constiteram, exorientem Auroram fortè salutans,
  Cùm subito à læuâ Roscius exoritur:
Pace mihi liceat, cœlestes, dicere vestrâ,
  Mortalis visus pulchrior esse deo.

Valerij Aeditui.

Quid faculam præfert Phileros? quę nil opus nobis.
  Ibimus: hæc lucet pectore flamma satis.
Illam nam potis est vis sæua extinguere venti,
  Aut imber cœlo candidus præcipitans:
At contra hunc ignem Veneris, nisi si Venus ipsa,
  Nulla est, quæ possit vis alia opprimere.

Eiusdem.

Dicere cùm conor curam tibi, Pamphila, cordis?
  Quid mî abs te quæram, verba labris abeunt.
Per pectus miserum manat subitò mihi sudor.
  Si tacitus, subitus: duplo ideò pereo.

Portij Licinij.

Custodes ouium vidêre propaginis ignem.
  Quæritis ignê? ite huc. quæritis? ignis homo est.
Si digito attigero; incendam syluam simul omnem. B
  Omne pecus flamma est: omnia quæ video.

C. Iulij Cæsaris.

Thrax puer, astricto glacie dum ludit in Hebro,
  Pondere concretas frigore rupit aquas.
Dumque imæ partes rapido traherentur ab amne,
  Abscidit tenerum lubrica testa caput.
Orba quod inuentum mater dum conderet vrnâ:
  Hoc peperi flammis: cætera, dixit, aquis.

P. Ouidij Nasonis.

Cùm foderet ferro castum Lucretia pectus,
  Sanguinis & torrens egrederetur, ait:
Testetur cunctis, me non violâsse pudorem:
  Ante virum sanguis: spiritus ante deos.

INCERTI AVTORIS.

de Narcisso.

Hic est ille, suis nimiùm qui credidit vndis,
  Narcissus vero dignus amore puer.
Cernis ab irriguo repentem gramine ripam:
  Vt, per quas perijt, crescere possit aquas. C

Actij Synceri.

Tractabat clypeùm Marti placitura Dione,
  Sæuaque fœmineâ sumpserat arma manu.
Pone dea, exclamat petulanti voce Priapus:
  Pone: decent istas hæc magis arma manus.

Eiusdem.

Dum Venus armatum côplectitur obuia Martem,
  Distinxit teneram fibula adunca manum.
Sensit: & ante Iouem ridens, ait, æmula Pallas
  Bella iterum gessit cum Diomede soror.

SEQVVNTVR VARIA P. VERGILII

Maronis, operumq; eius, Præconia, eiusq; Epitaphia.

ALCINOVS.

De numero vatum si quis seponat Homerum:
  Proximus à primo, tùm Maro primus erit.
Et, si post primum Maro seponatur Homerum:
  Longè erit à primo, quisque secundus erit.

Cornelius Gallus.

Temporibus lætis tristamur, maximè Cæsar,
  Hoc vno amisso, quem gemo, Vergilium.
Sed vetuit relegi, si tu patiere, libellos,
  In quibus Æneam condidit ore sacro.
Roma rogat, precibus totus tibi supplicat orbis.
  Ne pereant flammis tot monumenta ducum.

Atq;

A Atq; iterum Troiam, ſed maior, flamma cremabit?
Fac laudes Italûm, fac tua facta legi:
Æneamq; ſuum fac maior nuntius ornet.
Plus fatis poſſunt Cæſaris ora dei.

EXCLAMATIO CÆSARIS AVgusti, in iuſſum Vergilij, pro Aeneidos, eo quòd imperfectam derelinqueret, combuſtione.

ERgóne ſupremis potuit vox impoba verbis
Tam dirũ mandare nefas? ergo ibit in igneis,
Magnaq; doctiloqui morietur Muſa Maronis?
Ah ſcelus indignum! ſoluetur littera diues?
Et poterunt ſpectare oculi? nec parcere honori
Flamma ſuo? dignumq; operi ſeruabit amorem?
Pulcher Apollo veta; Muſæ prohibete Latinæ:
Liber & alma Ceres ſuccurrite. veſter in armis
Miles erat: veſter docilis per rura colonus.
Nam docuit, quid ver ageret; quid cogeret æſtas;
B Quid daret autumnus; quid bruma nouiſsima ferret.
Arua reformauit: ſociauit vitibus vlmos:
Curauit pecudes: apibus ſua caſtra dicauit.
Hæc dedit, vt pereant? ipſum ſi dicere fas eſt.
Sed legum ſeruanda fides: ſuprema voluntas
Quod mandat, fieriq; iubet, parêre neceſſe eſt.
Frangatur potiùs legum veneranda poteſtas;
Quàm tot congeſtos noctesq; diesq; labores
Hauſerit vna dies; ſupremaq; verba parentis
Amittant vigilâſſe ſuum. ſi fortè furenti
Errauit in morte dolor: ſi lingua locuta eſt
Neſcio quid titubante animo, non ſpontè; ſed altis
Expugnata malis, odio languoris iniqui:
Si mens cæca fuit. iterum ſentire ruinas
Troia ſuas? iterum cogetur reddere voces?
Ardebit miſeræ poſt funera vulnus Eliſæ?
Tam ſacrum ſoluetur opus? tot bella, tot enſes
In cineres dabit hora nocens, & perfidus error?
Huc, huc Pierides date flumina cuncta ſorores:
C Exſpirent ignes: viuat Maro doctus vbique;
Ingratusq; ſui, ſtudiorumq; inuidus orbi;
Et factus poſt fata nocens. quod iuſſerat ille,
Si vetuiſſe meum ſatis eſt poſt tempora vitæ:
Immò ſit æternum, totâ reſonante Camœnâ,
Carmen; & in populo diui ſub numine nomen
Laudetur, vigeat, placeat, relegatur, ametur.

Ouidius in laudem Aeneidos.

Et profugum Ænean, altæ primordia Romæ;
Quo nullum Latio clarius extat opus.

Propertius in laudem eiuſdem.

Cedite Romani ſcriptores; cedite Graij:
Neſcio quid maius naſcitur Iliade.

Idem de Bucolico Carmine.

Tu canis vmbroſi ſubter pineta galeſi
Thyrſin, & attritis Daphnin arundinibus:
Vtq; decem poſsint corrumpere mala puellam;
Miſſus & impreſsis hœdus ab vberibus.

Verſus Ouidij.

Qualis Bucolicis, quantus tellure domandâ,
Vitibus, arboribusq;, apibus, pecorisq;, ſatisq;,
Æneadum fuerit vates tetraſticha dicent.
Contineat quæ quiſque liber, lege carmina noſtra.

Sulpitij Carthaginenſis.

Iuſſerat hæc rapidis aboleri carmina flammis
Vergilius, Phrygium quæ cecinêre ducem.
Tucca vetat, Varusq; ſimul: tu maxime Cæſar
Non ſinis; ac Latiæ conſulis hiſtoriæ.
Infelix gemino cecidit prope Pergamon igni:
Et penè eſt alio Troia cremata rogo.

EPITAPHIA VERGILII, QVÆ FECERVNT DIVERSI, quorum nomina præponentur hoc ordine.

PALLADIVS.

Conditus hic ego ſum; cuius modò ruſtica Muſa
Per ſyluas, per rus, venit ad arma virûm.

Aſclepiades.

Tityron, ac ſegetes cecini Maro, & arma virumq;.
Mantua me genuit; Parthenope ſepelit.

Euſebius.

Vergilius iacet hîc, qui paſcua verſibus edit;
Et ruris cultus, & Phrygis arma viri.

Pompeianus.

Qui pecudes, qui rura canit, qui prælia vates,
In Calabris moriens, hac requieſcit humo.

Maximianus.

Carminibus pecudes & rus, & bella canendo,
Nomen inextinctum Vergilius meruit.

Vitalis.

Mantua mî patria eſt; nomen Maro; carmina ſyluæ,
Ruraq; cum bellis; Parthenope tumulus.

Baſilius.

Qui ſyluas, & agros, qui prælia verſibus ornat,
Mole ſub hac ſitus eſt, ecce, Poëta Maro.

Aſmodianus.

Paſtorum vates ego ſum; cui rura ducesq;
Carmina ſunt; hîc me preſsit acerba quies.

Vouianus.

A' ſyluis ad agros; ab agris ad prælia venit:
Muſa Maronis adeſt nobilis ingenio.

Eugenius.

Bucolica expreſsi, & ruris præcepta colendi;
Mox cecini pugnas. mortuus hîc habito.

Iulianus.

Hîc data Vergilio requies; qui carmine dulci
Et Pana, & ſegetes, & fera bella canit.

Hilaſius.

Paſtores cecini; docui qui cultus in agris:
Prælia deſcripſi. contegor hoc tumulo.

Aliud de Pictura eius.

Subduxit morti viuax pictura Maronem:
Et quem Parca tulit, reddit imago virum.

Aliud.

Lucis damna nihil tanto nocuêre Poëtæ:
Quem præſentat honos carminis, & plutei.

Vergilius, aut alius eius nomine.

Mantua me genuit; Calabri rapuêre; tenet nunc
Parthenope: cecini paſcua, rura, duces.

Aliud.

Paſtor, arator, eques, paui, colui, ſuperaui;
Capras, rus, hoſtes; fronde, ligone, manu.

Quidam de ipſius Daphnide.

Triſtia fata tui, dum fles in Daphnide, Flacci,
Docte Maro, fratrem dijs immortalibus æquas.

F I N I S.

Digitized by Google

IN P. VERGILII MARONIS ÆNEIDA, IOHANNIS HARTVNGI ANNOTATIONES.

A

ARma virumq;, &c.] *Hæc propositio complectitur utrumq; Homeri poëma, alterũ quod Iliad.α. est: Μῆνιν ἄειδε θεά, &c. alterum est Odyss.α. ἄνδρα μοι ἔννεπε, &c. Consulatur Quintil. libro 11. cap.3. Rud. Agric. libro tertio capite quinto.*

VRBS antiqua fuit; Tyrij tenuere coloni.] *Deest relatiuum, quam. Priscian.lib.17. Gell.lib.10.cap.16.*

LITTORA multùm ille, &c.] *Fabius lib.11.cap.5. Plenus autem, canorus & numerosus versus est, collisione flatim repercussâ.*

ITALIAM contra.] *Macrob.lib.5.cap.2.*

GANYMEDIS honores.] *Macrob.lib.5.cap.16.*

TANTÆ NE animis cœlestibus.] *Huic simile illud Hom.Odyss.α. τίον σε τέκνον ἄλλο σε* [*sic.*]

HIC illius arma.] *Linacer libro sexto, de Enallage generis.*

PROGENIEM, sed enim Troiano.] *Floridum vide lib.2.cap.22. succis.lect. Progeniem duci, pro, ducendam, vel ductum iri. Enallage temporis. Vid. Linac.lib.6.*

VIR è conspectu.] *Ianua narrationis. Macrobius libro 5.cap.2.*

ÆRE ruebant.] *Laz. Bayfius in libello de Re nauali; & Ianus Parrhasius in Claudianum.*

PALLAS ne exurere.] *Rudol. Agricola lib.1.c.26.*

AIACIS Oilei.] *Homerus Odyss.δ. Τῷ δ' ἄρ τὸ πρῶτον ἐπιβάς μὴν' ἔπεσε. Τὴν δ' ἔπειτα κατὰ πόντον ἐν πόρεισι κεράσσειτα: ὡς ὁ μὲν ἔνθ' ἀπόλωλεν, ἐπεὶ πίεν ἁλμυρὸν ὕδωρ.*

VNIVS ob noxam.] *Macrob.lib.4.cap.5.*

SOROR & coniunx.] *Macrob.lib.1.cap.17.*

NIMBORVM in patriam.] *Hom. Odyss.κ. in principio. Ouid.lib.11.& 14.*

IMPERIO premit ac vinclis, &c.] *Hom. Odyss.κ. ἐκεῖνον γὰρ ταμίην ἀνέμων ποίησε Κρονίων.*

DIVVM pater atq; hominum rex.] *Hom.Odyss.α. πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. Macrob. lib.5.cap.4.*

ÆOLE namq;.] *Erasmus, in libello Conscribendarum epistolarum, huius orationis diligens interpres.*

CONNVBIO iungam stabili, &c.] *Homerus Iliad. ξ. ἐγὼ δέ κέ τοι δώσω χαρίτων μίαν ὁπλοτεράων. Macrob. lib.5. cap.4. Vergilium loci mentionem facit: interim tamen ex Homero nullum confert.*

HÆC vbi dicta.] *Prouerb.* Qui conturbat omnia. *Quintil.lib.8.cap.4.*

VNA Eurusq; Notusq;.] *Hom.Odyss.ε. Σὺν δ' Εὖρός τε Νότος τ' ἔπεσε, Ζέφυρός τε δυσαὴς, Καὶ Βορέης αἰθρηγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδων.*

COELVM'QVE diemq;.] *Ibidem Homerus: σὺν δὲ νεφέεσσι κάλυψε γαῖαν ὁμοῦ καὶ πόντον.*

EXTEMPLO Æneæ.] *Odyss.ε. λύτο γούνατα καὶ φίλον ἦτορ. Vide Floridum lib.2.cap.10. succis.lectionum.*

TER'QVE quaterq;.] *Hom.τρὶς μάκαρες καὶ τετράκις. Cæl.lib.22.cap.12.*

INTENTANT omnia mortē.] *Macrob.lib.5.cap.3.*

TYTIDE.] *Alluditur ad conflictationem cum Diomede, quæ extat Iliad.ε.* [*sic.*]

PONTO nox incubat.] *Odyss.9. ὀρώρει δ' οὐρανόθεν.*

FORTIA corpora voluit.] *Iliad.φ. πολλὰ δὲ τεύχεα καλὰ δαϊκταμένων αἰζηῶν πλῶον ἀνὰ ῥόον.*

SIMOIS.] *Iliad. φασὶ σημαίνει ὅτι πολλὰ βοάγρια καὶ τρυφάλειαι κάππεσον ἐν κονίῃσι.*

PRÆRVPTVS aquæ mons.] *Apol. lib.2. κῦμα ὑψηλὸν ἐπειγόμενον.*

EXCVTITVR pronusque magister.] *Odyss.μ. Hom.ὁ δ' ἄρ' ἀρνευτῆρι ἐοικὼς κάππεσ' ἀπ' ἰκριόφιν.*

BREVIA.] *Græcè βράχεα. Cælius lib.4.cap.15.*

ARAS mixtura verborum.] *Quintil.lib.8.cap.2.*

MATVRATE fugam.] *Macrob.lib.6.cap.6. Floridus lib.2.cap.11.succis.lectionum.*

IAM cœlum.] *Prouerb.* Cœlum terræ miscere. *Et Floridus lib.2.cap.11.*

ILLA se iactat in aulâ.] *Cæl.lib.12.cap.5.*

DICTO citius.] *Prouerb.* Simul dictum ac factum.

TRITON.] *De hoc vide Theoc.in Europâ. Hesiodum in Theogoniâ. Ouid.lib.1.Metam.*

ARRECTIS auribus.] *Prouerb.* Arrectis auribus.

PIETATE grauem.] *Oratoris insignis descriptio: quê virum bonum, dicendi peritum, voluit esse Quintilianus, lib. 12.cap.1.*

B

ET in secessu.] *Topothesia, quæ videtur translata ex Hom.Odyss.ν. Φόρκυνος δέ τίς ἐστι λιμήν. Macrob.lib.5.cap.3. Similis Odyss.κ.quoq;,&c.*

CONSPEXERE, silent.] *Hom.Odyss.ι. εἰ δέ τίς σε τόνγε πολιὸν ἀνδρ' ἄλλοι εἰσορόωντες ὄχοντο.*

ALLIGAT anchora morsu.] *Homer.Odyss.9. ἐκ δ' εὐνὰς ἔβαλον.*

CEREALIA'QVE arma.] *Quint.lib.8.cap.6.*

SCOPVLVM interea conscendit.] *Hom. Odyss.κ. Στῆν δὲ ἐπὶ σκοπιὴν παιπαλόεσσαν ἀνελθών.*

NEC priùs absistit.] *Hom. Odyss.9. de capris: ἄγριαι ἐκ ὀρέων τινὰς ἐπιχωρίας.*

ACHATES.] *Ad Homericam posisin hoc accommodatur. vt enim ille Vlyssi Palladem individuum comitem finxit, ita hic Achatem Æneæ. ἄχος enim curam & sollicitudinem significat.*

EGRESSI optatâ potiuntur.] *Theocritus in Diosc. ἐκβαίνειν ἐπὶ θῖνα βαθεῖαν καὶ ἀκτήν.*

O' soc ;neque enim ignari.] *Prouerb.* Neq; ignari sumus. *Homer.Odyss.μ. Macrob.lib.5.cap.11. ὦ φίλοι, οὐ γάρ πώ τι κακῶν ἀδαήμονές εἰμεν.*

C

PREMIT altum corde.] *Prouerb.* Verâ fronte. *Et φαινοπροσωπεῖν.*

POSTQVAM exempta fames.] *Prouerb.* Non interpellandus famelicus. *Hom.Odyss.α. αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο.*

VERVBVS'QVE trementia figunt.] *Hom.Odyss. γ. ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειραν.*

IVPPITER æthere summo.] *Cæl.lib.1.cap.12.*

EXAVDIRE vocatos.] *Tangitur ritus, qui apud Theocrit.in Hylâ est, & Pindarum Odâ 3.Pythiorum, & Homerum Odyss.9. Amissi enim ter vocari consueuerunt.*

TRISTIOR & lachrymis.] *Affectus habitu prodire solet. Vide apud Macrob. lib.4. cap.1.*

O' qui res hominumque.] *De hac oratione Veneris, Macrob.lib.6.cap.2. Sumpta aũt illi videtur, ex Næuij primo libro belli Punici.*

VOLVENTIBVS annis.] *Homerus: περιπλομένων ἐνιαυτῶν.*

QVEM finem, rex magne.] *Gell.lib.13.cap.19.*

ORA nouem vasto.] *Cælius lib.22.cap.6.*

PARCE metu.] *Linacer.lib.6. Antiptosis est.*

VOLVENDIS mensibus.] *Macrob.lib.2.cap.11.*

IMPERIVM Oceano.] *Prouerb.* Quanta vix cœlo capi possit.

BELLI portæ.] *Alexandrum Neapolitanum lege, libro 4.cap.15.*

AERA magnum.] *Hom.Odyss.9. ἠέρα βαθεῖαν dixit.*

NOCTEM

A NOCTEM plurima voluens.] *Homer. Iliad. β.* [illegible] *ἀνδρα, &c.*

MANV crispans hastilia.] *Apollonius libro β.* [illegible]

COMITATVS Achate.] *Prouerb.* Duobus simul euntibus.

HOMINES'NE feræ.] *Hom. Odyss. ς.* [illegible]

LYNCIS.] *Prouerb.* Lyncis perspicacia.

NEC vox hominem sonat.] [illegible] *Odyss. ζ.*

PVNICA regna.] *Prouerb.* Punica fides.

COTHVRNO.] *Prouerb.* Cothurno versatilior.

THESAVROS ignotum auri.] *Etymologia.* [illegible]

FOEMINA facti.] *Prouerb.* Mulier imperator.

BYRSAM.] *Iustinus lib. 18. Strabo lib. 17.*

TAVRINO quantum.] *Cælius lib. 10. cap. 2.*

SED quóue tenetis iter.] *Odyss. α.* [illegible] *&c. Consule Prouerb.* Prorsus ignotus.

B SVM pius Æneas.] *Περιαυτολογία est, laus sui ipsius & prædicatio. Vide Cælium lib. 7. cap. 5.*

INTERFATA.] *Græcè apud Homerum frequens,* [illegible]

PLENO velo.] *Prouerb.* Plenis velis.

CVR dextræ iungere.] *Hom. Odyss. λ.* [illegible]

AT Venus obscuro.] *Hom. Odyss. η.* [illegible] *Macrob. lib. 5. cap. 4.*

PAPHVM.] *Hom. Ode 3. libro 1.* O' Venus, regina Gnidi, Paphiq;.

PARS aptare locum tecto.] *Rud. Agricola lib. 2. c. 5.*

QVALIS apes.] *Homer. Iliad. β. Macrob. libro quinto, capite vndecimo:* [illegible]

CAPVT acris equi.] *Iustinus lib. 18. Vide Cælium de hoc loco lib. 18. cap. 38.*

SÆVVM ambobus Achillem.] *Lege primum Iliad. Homeri de Achille: & Horat. in Odyss.* Cedere nescium dicit.

C RHÆSI niueis.] *Hom. Iliad. κ. & Euripidem in Rheso.*

HAC Phryges.] *Hom. Odyss. π. φ. Iliad.*

FVGERENT Graij.] *Hom. Iliad. θ. & ρ. de fugâ istâ.*

COMÆ'QVE trahuntur.] *Hom. Iliad. χ.*

TER circùm Iliacos.] *Macrob. lib. 4. cap. 3.*

PRIVSQVAM pabula gustâssem.] *Πάθος à tempore. Macrob. 4. cap. 3.*

CORPVS vendebat.] *Hom. Iliad. ω.* [illegible] *&c.*

AMISSIS Troilus armis.] *Cælius. lib. 15. cap. 9.*

SE quoq; principibus.] *Florid. lib. 3. cap. 2. succisiuarum lect.* Proditionis suspicio Aeneæ.

AGMINA peltis.] *Cælius libro 6. capite 43. & libro 10. cap. 4.*

QVALIS in Eurotæ.] *Macrobius lib. 5. cap. 4. & 13. Gellius lib. 9. cap. 1. Homer. Odyss. ζ.* [illegible]

SVPEREMINET omneis.] *Il. ζ.* [illegible] *Et Odyss. ζ.* [illegible] *Ita Homero validissima forma, cùm in viris, tum in mulieribus placet: vt Quintil. ait lib. 12. cap. 16.*

PERTENTANT gaudia pectus.] *Hom. Odyss. ζ.* [illegible] *Prouerb.* In sinu gaudere.

INSTANS operi.] *Prouerb.* Oculus domini pinguefacit equum.

ADVEXERAT oras.] *Hysterologia.*

PROHIBEMVR arenę.] *Prouerb.* Terra quidē nō (profuit.

SPERATE Deos.] *Acyrologia. τὸ ἐλπίζειν eiusdem rationis est, pro Timere, apud Græcos.*

NON obtusa adeò.] *Prouerbialis versiculus. Alluditur ad Prouerb.* Non vsq; adeò corr cæ fibræ.

TROS Tyriusq;.] *Prouerbialis versiculus, insignisq;.*

ADFLARAT honores.] *Odyss. ζ. Hom.* [illegible] *Macrob. lib. 5. cap. 4.*

CORAM quem quæritis.] *Hom. Odyss. ζ.* [illegible]

POLVS dum sidera pascit.] *Cælius lib. 1. cap. 13. & Cicero Tuscul. 1.*

DARDANIO Anchisæ.] *Hom. Iliad. β.* [illegible]

TEVCRVM memini.] *Opportunè hoc inseritur hic. Vide Macrobium libro 5. cap. 14. Horat. Ode 7. libro in Aiace Sophoclis.*

ME quoq; per multos.] *Prouerb.* Conciliant homines mala. *Cæl. lib. 25. cap. 2.*

MVNERA lætitiamq;.] *Gell. lib. 9. cap. 14.*

BACCATVM.] *Grapaldum pete, lib. 2. cap. 5.*

FRATER vt Æneas, notâ tibi.] *Enallage Homeri. Vide Linac. lib. 6. cap. de Enallage.*

INCONCESSOS'QVE Hymenęos.] *Adulterij definitio.*

FACIEM mutatus & ora.] *Περιφρασία est.*

CARDINE rerum.] *Prouerb.* Res est in cardine.

MOLLIS amaracus.] *Prou.* Nihil Sui cū amaraco.

AVREA composuit.] *Cæl. lib. 27. cap. 25.*

LATICEM'QVE Lyæum.] *Exponit Linacer, aliiq;.* Lyæum. *Quid si dicas esse Græcismum: id est, Laticem Lyæi, pro, humorem, succum? veluti illud,* [illegible] *Odyss β.*

CRATERAS magnos.] *Homer. Odyss. α. & γ.* [illegible] *Cælius libro vigesimoseptimo, capite vigesimosexto.*

ADSIS lætitiæ.] *Cælius libro 28. capite 6. Macrob. lib. 3. cap. 4.*

IMPLEVIT'QVE mero.] *Dido* [illegible] *& Regina. Vide Cælium lib. 18. cap. 36.*

CRINITVS Iopas.] *Prouerb.* Non est laudandus, ne in cœnâ quidem. *Homerus celebrat φήμιον & Δημόδοκον, illum, Odyss. α. hunc, θ.*

CRINITVS.] *Fortè* [illegible] *Græcum expressit.*

NVM quales Diomedis.] *Ianus Parrhasius huc consulatur.*

QVID tantum Oceano.] *Suprà lib. 2. Georg. iteratur versiculus.*

ERRANTEM Lunam.] *Quintil. lib. 1. cap. 16. Cæterùm, per labores Solis, intellige epitheton, quo Calaber Solem describit, ἀκάμας. Idem fermè secundo habetur Georgicorū* defectus Solis, Lunæq; labores. *Cæl. lib. 7. cap. 1.*

IN LIBRVM II.

H*Ic liber, vt Gellius libro secundo testatur, capite tertio, viginti aureis emptus. Ex Pisandro pleraq; huius libri à Poëtâ sunt desumpta: de quâ re Macrobius lib. 5. cap. 2. Initium narrationis hic in secundo, est apud Homerum Odyss. 9.*

INTENTI'QVE ora tenebant.] *Hom.* [illegible] *Odyss β. Et Iliad. ν. aliâsq;.*

MYRMIDONVM.] *Prouerb.* Hostis miseraturus, si videret: &, Vel hosti miserandus. *Macrob. libro 5. capite 5. & 2.*

PRÆCIPITAT.] *Enallage est: actiuum pro passiuo.*

INSTAR montis.] *Cæl. lib. 29. cap. 23. Florid. libro secundo, cap. 20.*

FRACTI bello.] *Tryphiodorus:* [illegible]

RR 2 INSTAR

Digitized by Google

INSTAR montis equum.] [illegible]

ABIETE coſtas.] *Hom. Odyſſ. θ. ad calcem.*

ARMATO milite complent.] [illegible]

HOC Dolopum manus.] Quintil. *lib. 9. cap. 2. Sermo ſine perſona.*

SVBIECTIS vrere flammis.] *Macrob. lib. 5. cap. 5.*

SCINDITVR incertũ.] [illegible] *Hom. Odyſſ. θ.*

DONA carere dolis.] *Prouerb.* Hoſtium munera non munera. *Sophocles in Aiace:* ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, καὶ οὐκ ὀνήσιμα.

ECCE.] *Repentini & improuiſi mali vocula.*

MANIBVS poſt terga.] *Tryphiodorus:* [illegible] *Tale etiam Zopyro traditur apud Herodotum lib. 3.* [illegible]

ET crimine ab vno.] *Prouerb.* Ex vno oẽs ſpecta.

QVÆ me æquora poſſunt.] Quintil. *lib. 9. cap. 2.*

CVNCTA equidem tibi.] *De hac oratione, lege Rodul. Agricolam lib. 2. cap. 17. Simon autem* παρὰ τὸ σίνειν, *id eſt, nocendo, nomen meruit.*

PANDVNTVR portæ.] [illegible] *Tryphiodorus.*

PEDIBVS'QVE rotarum.] [illegible]

PARS ſtupet innuptæ.] [illegible]

AVT terebrare cauas.] [illegible]

QVISQVIS es, amiſſos, &c.] [illegible]

NAM ſi veſtra manus, &c.] [illegible]

ET ſtupea vincula collo.] [illegible]

SACRA canunt funemq́;.] [illegible]

FVNDAMENTA quatit.] [illegible]

LAOCOON ardens ſummã.] *Tryphiodorus Caſſandræ hæc verba tribuit:* [illegible]

ET in multo lapſantem.] [illegible] *Tryphiodorus:* [illegible]

IN vulgum ambiguas.] Vulgus, *in maſculino genere vetuſtum eſt, figuratum nunc.*

HOC Ithacus velit.] *Floridus lib. 2. cap. 22. Linacer. lib. 6.* Quintil. *lib. 9. cap. 3. Præſens pro præterito.*

SÆPE fugam Danai.] *Secunda pars orationis. Vide Rodulphum lib. 2. cap. 17.*

SVSPENSVM Eurypilũ.] *Hom. de hoc vate Iliad. 12. Euripides in Iphigenia Aulica.* Ouid. *lib. 12.*

SANGVINE placaſtis ventos.] *Macrob. lib. 5. cap. 5. & Ianus Parrhaſius: ex quo hiſtoria.*

COMPOSITO rumpit vocem.] *Græcum & Demoſthenicum:* [illegible]

ET falſæ fruges.] *Molarum deſcriptio. Vide Neapolitanum Alexandrum lib. 2. cap. cap. 12.*

NEC mihi iam patriam.] *Lege Ianum Parrhaſium, in Claud.*

LIMOSO'QVE lacu.] *Floridus lib. 1. cap. 10. Gellius lib. 12. cap. 1.* A

VLVAM.] *Lib. 3. Georg.* Vluamq́; paluſtrem. Ouid. *lib. 4.* Hæc ſteriles vluæ. *& infrà lib. 6.* [illegible], *meâ opinione, Græcis. Florid. lib. 1. cap. 10. Taxatur aũt Caij Marij fuga.*

VOS æterni ignes.] *Tertia pars orationis. Vide Rodul. Agricolam. Vide Ianum Parrhaſium, in Claudianum, de hoc loco.*

PROMISSIS maneas.] *Græcatur Poëta. nam* [illegible], *id eſt, ſtare promiſſis. Sophocles in Aiace:* [illegible] *& infrà lib. 7.* Tu dictis Albane maneres.

INVENTOR Vlyſſes.] *Prouerb.* Vlyſſeum commentum.

SVBLAPSA referri.] *Linacer lib. 6. conſulatur.*

QVOD dij priùs omine.] *Proverb.* Vates ſecum auferat: & In tuum ipſius caput.

MILLE carinæ.] [illegible] *Euripides in Oreſte: Thucydid. lib. 1. belli Peloponeſiaci. Euripides in Andr. & Aulid.* Ouid. *lib. 13.* non carmina mille Aulida compulerũt.

SOLENNES taurum.] Gell. *lib. 13. cap. 25. Macrob. lib. 5. cap. 10. Hom. Odyſſ. ſ. Iliad. λ.* B

SANGVINEÆ exſuperant.] *Hom. Iliad. 2.* [illegible] *Et* Ouid. *lib. 12.*

BIS medium amplexi.] *Hom. Iliad. 12.* [illegible], *&c.*

QVALIS mugitus.] *Macrob. lib. 5. Homer. Iliad. υ. & Macrob. lib. 3. c. 4.* [illegible]

AMICA ſilentia Lunæ.] *Politianum cap. 10. Miſcellaneorum: & Theocritus in Pharmaceutria:* [illegible] *tacita Dea id eſt, luna.*

CAVO ſe robore promant.] *Homerus* Odyſſ. θ. [illegible]

LAPSI per funem.] *Emphaſis.* Quintil. *lib. 8. cap. 3.*

EPÆVS.] *Hom. Odyſſ. θ. Theocritus in Securi & Pauſanias in Corinthiacis. Triphiodor. de iſto fabro.*

PRIMA quies.] Quintil. *lib. 8. cap. 6.*

PEDES traiectu.] *Homerus Iliad. χ.* [illegible]

HEI mihi, qualis erat.] *Macrobius libro quinto, Iliad. χ.* [illegible], *&c.*

FERAS omnia Iuppiter.] *Macrob. lib. 5. cap. 9.*

IACVLATVS puppibus.] *Hom. Iliad. π.* [illegible]

EXSVVIAS indutus.] *Homer. Iliad. ρ.* [illegible]

VITTAS.] *Bayſium pete, capite vigeſimo, in libello de Re veſtimentaria. Alexandrum libro 5. capite 12. Macrobium lib. 3. cap. 4.*

ARBORIBVS'QVE obtecta.] *Remouetur proditionis ſuſpicio, à ſitu.*

IN ſegetem.] *Homer. Iliad. β. Macrob. lib. 5. cap. 15.* [illegible], *&c.*

Iam proximus ardet.] *Prouerb.* Tua res agitur.

VCALEGON.] *Iliad. 2. Homer. & Eraſmus in Copijs, lib. 1. cap. vigeſimo ſecundo.* [illegible], *&c.*

VENIT ſumma dies.] *Eraſmus in Copijs, libro primo, capite tertio.*

DANAI dominantur.] *Macrob. lib. 5. cap. 1. Copioſum genus dicendi.*

FVIMVS Troës.] *Prouerb. pete:* Fuimus Troës.

PVLCHRVM'QVE mori ſuccurit.] *Hom. Iliad. o.* [illegible]

MILLIA quot.] [illegible]: *neque enim præmiſſum dicitur.*

CHORÆBVS.] *Prouerb.* Chorœbo ſtultior.

INSANO

Digitized by Google

A INSANO Cassandræ.] *Macrob. lib. 5. cap. 5. Hom. Il. ...* *Simile est de Rheso, in Euripide.*

EXCESSERE omnes.] *Macrobius libro tertio, capite 9. Intelligit autem Tutelares Deos. Sumptus est ille locus ex principio fabulæ, quæ inscribitur, Troades Euripidis.* ... *Vide Macrob. lib. 5. cap. 22.*

LVPI ceu.] *Hom. Iliad.* ... *Et* ... *Iliad* ...

FAVCIBVS exspectant.] *Cælius lib. 27. cap. 28.*

VRBIS iter.] *Macrob. lib. 5. cap. 5. Iliad.* ... *Et Iliad.* ...

NEC soli pœnas dant.] ... *Acquus Mart.* ...

VRBS antiqua ruit.] *Exemplum breuitatis. Erasmum in Copijs pete.*

REDIT in præcordia.] *Alluditur ad Prouerbium,* ...

ANDROGEOS offert.] *Exemplum falsæ opinionis simile est, Iliad. ρ. in Hectore induto Panopliam Achillis.*

B RAPIVNT incensa.] *Prouerb.* ...

IMPROVISVM aspris.] *Duriuscula syncopa, pro, asperis: nisi Creticum malis admittere.*

ANGVEM.] *Macrobius libro quinto, capite quinto. Homerus Iliad. γ.* ...

CHOROEBVS.] *Exemplum iuuenalis temeritatis. Vide Ianum Parrhasium, in Claudianũ interpretem, diligentissimè.*

DOLVS an virtus in.] *Prouerb.* Si Leonina pellis non satis est, assumenda vulpina.

DEMITTIMVS Orco.] *Hom. Il. α.* ...

ECCE trahebatur.] *Macrob. lib. 4. cap. 5. & 4.* ... *ex habitu.*

QVONDAM turbine venti.] *Macrobius libro quinto, cap. 13. Iliad. 9.* ...

TARDVS Vlysi.] *Aulus Gellius legatur, libro nono, capite 12.*

C TESTVDINE.] *Vegetius lib. 4. cap. 14.*

PARIETIBVS.] *Legatur versiculus: legẽdum seu metiendum tribus syllabis.*

TVRRIM in præcipiti.] *Aulus Gellius, libro tredecimo, cap. 19.*

IVNCTVRAS tabulata.] *Hom. Iliad. μ.* ...

VESTIBVLVM ante ipsum.] *Aulus Gellius libro 2. cap. 3.*

LVCE coruscus ahenâ.] *Macrobius libro 5. capite duodecimo. Homerus Iliad. ν.* ...

MALA gramina pastus.] *Hom. Iliad. χ.* ... *Etiam lib. 7. Vergil.* Potentes herbas. *Cælius lib. 6. cap. 12.*

AGITATOR Achilles.] *Græcum expressit epitheton,* ... *Odyss.*

AVTOMEDON.] *Vide Iliad. π & ρ. de Automedonte.*

DEDIT ore fenestram.] *Alludit ad prouerb.* Patefacere fenestram.

FERIT aurea sidera.] *Homerus Iliad. β.* ...

FIT via vi.] ... *figura.*

AGGERIBVS ruptis.] *Macrob. lib. 5. cap. 4. Iliad. 5.* ...

FORSITAN & Priami fuerint.] *Insigne spectaculum fortunæ proponitur. Idem in Priamo apud Homerum Iliados. ω.*

PERSOLVANT grates dignas.] *Prouerb.* Oedipi exsecratio.

TALIS in hoste fuit.] *Floridus libro primo, capite nono, succisiuarum lectionum. Est'q fortitudinis exemplum in Priamo. Vide Cælium libro duodecimo, capite tertio, de locupletandis exemplis.*

NEOPTOLEMVM.] *Prouerb. vide,* Neoptolemi vindicta.

HÆC finis Priami.] *Pete A. Gell. lib. 13. cap. 19.*

IACET ingens littore truncus.] *Floridus lib. 1. cap. 10. succisiuarum lectionum.*

AVVLSVM humeris caput.] *Homer. Iliad.* ...

MAGNO'QVE emota tridenti.] *Homer. Iliad. μ. in principio:* ...

AC veluti summis.] *Macrobius libro quinto, capite vndecimo. Homerus Iliad. ν. & δ. Macrobius libro 6. capite 11.* ...

DVCENTE deo.] *Græcum est, Deus in fœmin. genere. Macrob. lib. 3. cap. 8.*

OBTRVNCAT ad aras.] *Ianus Parrhasius, in Claudium, meminit huius loci.*

MISERABITVR hostis.] *Prouerb.* Vel hosti miserandus.

INTONVIT læuum.] *Alexander libro quinto, capite 13. Cic. lib. 2. de Diuinatione.*

ATTRECTARE nefas.] *Macrobius libro tertio, cap. 1. Euripides in Hippolyto.*

PELLE leonis.] *Alexander libro sexto, capite vigesimosexto:* Gestare Heroës pelles leonum ad incutiendum terrorum.

OMNES terrent auræ.] *Sophocles:* ...

PAR leuibus ventis.] *Macrob. lib. 5. cap. 7. & lib. 5. c. 5. Infrà lib. 7. Hom. Odyss. λ.* ...

ATQVE hîc ingentem.] *Floridus libro primo, capite septimo.*

IAM'QVE iugis summæ.] *Cælius libro vigesimo quarto, capite duodecimo, videndus.*

IN LIBRVM III.

LIber commendabilis peregrinatione, & varijs casibus.

POSTQVAM res Asiæ.] *Transitio, à quã solet plerumq exordia sumere librorũ. Hom.* ...

ET campus, vbi Troia.] *Macrob. libro quinto, cap. 1. Breuitatis exemplum.*

MAGNIS Dijs.] *Apollonij interpres lib. β.* ... *Alexandrum lib. 6. cap. 4. pete.*

QVID miserum Æneam.] *Vide Hecubam Euripidis, & libro secundo Apollonij.*

POLYDORVM.] *Exemplum violati hospitij memorabile.*

OBTRVNCAT.] *Prouerb.* Nefasti dies.

QVID nõ mortalia.] ... *de quo, & loco, Quintil. lib. 9. cap. 3. & 2. cap.*

INSTAVRAMVS Polydoro.] *Alexander lib. 3. cap. 2. Blondus lib. 2.*

DARE classibus Austros.] *Hypallage est.*

ARCITENENS.] *Homerus:* ...

CONTEMNERE ventos.] *Prouerb.* Non mouentda moues.

THYMBRÆÆ domum.] *Vide Macrob. libro primo, capite 17.*

NATI natorum.] *Macrob. lib. 5. cap. 3. Homer. Iliad.*

Digitized by Google

v. Prouerb. Nati natorum: Kinds kind. καὶ οἱ μετέπειτα γένωνται παῖδες παίδων.

GENTIS cunabula.] *Prouerb.* Ab incunabulis.

CENTVM vrbes.] *Hom. Odyss. τ. X C. vrbibus. Iliad. verò β. centum claram introducit. Quo pacto verò conciliandum, lege Didymum, interpretem Homeri.* (πόλεις.

CORYBANTIA'QVE æra.] *Prouerb. vide,* κορύβαντ.

IDOMENEA ducem.] *Homerus Odyss. μ. & γ. Iliad. ν. legatur.*

BACCHATAM'QVE iugis Naxam.] *Vide Ianum Parrhasium.*

CREBRIS terris.] πλεοναστικὴ *figura est.*

PLENA per intercas.] *Cælium pete, idq; attentè, libro 20. cap. 7.*

PROSEQVITVR surgens.] *Πεσεύμασιν secundi venti. Macrob. 5. libro capite 13.* [illegible] οὖρον [illegible] & ἀνέμων.

DVODECIM dij magni.] Δώδεκα οἱ θεοὶ μεγάλοι· ζεύς, ἥρα, ποσειδῶν, δημήτηρ, ἑρμῆς, ἱστία, [illegible], φοῖβ& ἰουάνισ&, παλλάς τ', ἄρης, ἀφροδίτη, ἄρτεμις. οἱ θεοὶ δώδεκα οἱ μέγιστοι.

HESPERIAM.] *Vide interpretem Apollonij, in librum tertium.*

TALIBVS attonitus vasis.] *Cælius libro sexto, capite quinto.*

SEDEM.] *Græcam vocem* ἕδρα *exprimit, Hesiod. lib. 2. Apollonius lib. 3.*

ANCHISEM facio certum.] *Poëticè: pro, certiorem. Vide Floridum lib. 1. cap. 2. succisiuarum lect.*

CAVA trabe currimus.] *Tropus synecdoche, pro naui.*

APPARENT terræ.] *Macrob. lib. 5. cap. 6. & 7. Hom. Odyss. μ.* φαίνεται γαῖαν, ἀλλ' οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα.

INHORRVIT vnda tenebris.] *Diuersa & splendida compositio verborum.*

TRES adeo incertos.] *Apollonius libro secundo, easdem fermè habet.*

DIRA Celeno.] *Euripides in Tauris videndus.*

INSVLÆ Ionio.] *Diphthongus Græco more accipitur, sequenti vocali in diuersis dictionibus.*

VIRGINEI vultus.] *Somatopœia est.*

IN prædam partemq;.] *Hom. Odyss. μ. Alexander lib. 3. cap. 22.*

PEDIBVS circumuolat vncis.] *Apollonius libro 2.* [illegible]

TVRBA sonans prædam.] *Floridus in libello de Iuris interpretibus.*

CONTACTV'QVE omnia fœdant.] Καὶ ἐπὶ μυδαλέην [illegible]

HÆC mea figite dicta.] *Homerus:* σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσι.

TVRBA sonans prædam.] *Floridus in hunc locum, de Iuris interpretibus.*

AMBESAS subigat mensas.] *Vide infrà libro 7. de hac fame.*

TENDVNT vela noti.] *Macrob. lib. 5. cap. 6. Odyss. 9. Homer.* [illegible] *Prouerb.* Secundis velis.

IAM media apparet.] *Homer. Odyss. 9.* [illegible] ἀνοσφίμον [illegible], *&c.*

INCENDIMVS aras.] *Prouerb.* Secunda senex saltat.

ACTIA'QVE Iliacis.] *Ouid. lib. 13. legatur.*

MAGNVM sol circũuoluitur.] *Macrob. lib. 1. c. 14.*

ANCHORA de prorâ iacitur.] *Vide Floridum lib. 1. succisiuarum lectionum, cap. 1.*

VIRIDI cespite.] *Ouid. lib. 15. Horat. Odarum lib. 1. Odâ 19. Alexand. lib. 4. cap. 17. Cornelius Tacitus libro 1.*

LEDÆAM Hermionem.] *Homerus Odyss. δ. in limine legatur.* A

LIMINA portæ.] *Prouerb.* [illegible]

TRIPODAS.] *Prouerb.* Ex tripode.

PRÆPETIS omnia pennæ.] *Crinitus libro 21. cap. 15. Gell. lib. 6. cap. 6.*

SIGNA tibi dicam.] *Homer. Iliad. ψ.* σῆμα δέ τοι ἐρέω μάλ' ἀριφραδές, οὐδέ σε λήσει.

CV'M tibi sollicito.] *Florid. lib. 1. cap. 10.*

PROXIMA, quæ nostri.] *Cæl. lib. 7. cap. 9.*

HÆC loca vi quondam.] *Prouerb.* Charybdin vitans incidi in Scyllam.] *Homerus, Odyss. μ. Floridus lib. 1. cap. 27.*

PRIMA hominis facies.] *Cælium lib. 24. cap. 3. lege.*

INSANAM vatem aspicies.] *Prouerb.* Folium Sibyllæ.

SECTO'QVE Elephanto.] *Homer. Odyss. 18. & 19.* πριστοῦ ἐλέφαντος. *Plinium lege libro octauo, capite decimo, & lib. 16. cap. 43.*

INGENS argentum.] *Cælius lib. 19. cap. 11.*

LEBETES.] *Prouerb.* Dodonæum æs. B

BIS Pergameis ereptę.] *De Troiâ bis captâ, Ouid. lib. 11. Hom. Iliad. ε.* [illegible] *de Hercule loquens. Euripides in Andromache. Sophocles in calce Philoctetes.*

SIC oculos, sic ille manus.] *Macrobius libro quinto, capite 6. Homer. Odyss. δ.* κείνου γὰρ τοιοίδε πόδες τοιαίδε τε χεῖρες, ὀφθαλμῶν τε βολαί, κεφαλή τ' ἐφύπερθέ τε χαῖται. *Cælius lib. 29. cap. 24.*

PHRYGIO velamur amictu.] *Cælius libro vigesimosecundo cap. 30.*

MANVVM monimenta mearum.] *Homer. Odyss. ο.* μνῆμ' Ἑλένης χειρῶν.

ARVA neque Ausoniæ.] *Floridus in libello de Iuris interpretibus.*

REMIS ventisq;.] *Prouerb.* Remis velisq;.

TER scopuli.] *Macrobius libro 5. capite 6. Odyss. μ.* ἀναρροιβδεῖ μέλαν ὕδωρ· τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναρροιβδεῖ. *Floridus lib. 2. cap. 10. Et alibi:* [illegible] *&c.*

PORTVS ab accessu.] *Aul. Gel. lib. 17. cap. 10.* C

ATTOLLIT'QVE globos.] *Macrob. lib. 5. cap. 17. ex Pindari Pithiorum, Ode primâ.*

OBLITVS'QVE sui est Ithacus.] *Cæl. lib. 10. c. 15.*

VIDI egomet duo.] *Græcum est, pro duos. & infrà libro vndecimo:* Si duo præterea tales Idæa tulisset. *Homer. Odyss. 9.* σὺν δὲ δύω μάρψας ὥστε σκύλακας ποτὶ γαίῃ. *Macrob. lib. 5. cap. 13.*

ARDVVS altaq;.] *Homerus vnâ voce,* ὑψαυχενής.

MONSTRVM horrendum, ingens.] *Carmen plenum & sonorum. Quintilianum lege libro 8. cap. 4. Et lib. 10. cap. 24. Hom. Odyss. 9.* πέλωρον *ait.*

LANIGERÆ oues.] *Hom.* ἀρνειὸς *vocat.*

CERVICEM inflexam posuit.] [illegible] *Homer. Odyss. 9.*

TELO lumen terebramus.] *Hom. Odyss. 9.* [illegible] *&c.*

SANIEM eructans.] *Hom. Odyss. 9.* φάρυγος δ' ἐξέσσυτο οἶνος ψωμοί τ' ἀνδρόμεοι, ὁ δ' ἐρεύγετο οἰνοβαρείων.

GENVS è syluis Cycl.] *Hom. Ody. 9.* [illegible]

SED fugite, ô miseri.] *Floridus libro secundo, capite vigesimotertio.*

INTER vtramque viam.] *Virtutis iter figuratè depingitur.*

CONCESSA moueri.] *Prouerb. consule,* Mouere Camarinam.

HINC me digressum.] *Macrob. lib. 5. cap. 2.*

AMITTO

A AMITTO Anchisen.] *In tertio, ad calcem, mors Anchisæ sumpta: in secundo, Creusæ mors. Tragœdiæ faciei. Lege Cælium, de Anchisa mortuo in Sicilia. lib. 17. cap. 20.*

IN LIBRVM IIII.

Hic liber continet exemplum cæci, insaniq; amoris, quo deterreri debet adolescentia. Videtur in eo poëta Apollonium æmulatus esse, potius quàm, vt quidam somniant, Homerum.

TELLVS ima dehiscat.] *Prouerb.* Terra mihi dehiscat. *Homer. Iliad.* δ. μοὶ χάνοι εὐρεῖα χθών.

Pugnabis amori.] *Græcismus:* μάχεσθαι ἔρωτι.

QVÆ me insomnia.] *Prouerb.* Qui amat, sibi somnia fingunt.

HVIC succumbere culpæ.] *Cælius lib. 18. cap. 22. de digamia locus.*

BIDENTES.] *Macrob. lib. 3. cap. 22.*

INSTAVRATQVE diem.] *Macrob. lib. 1. cap. 11.*

PECTORIBVS inhians.] *Alexander libro quinto, capite vigesimosecundo.*

QVAM procul incautum.] *Macrobius lib. 5. cap. 6.*
B *Iliad.* λ. ἀμφ' ἔλαφον κεραὸν βεβλημένον ... ἀνὴρ ἰῷ ἀπὸ νευρῆς.

AVDITQVE videtq;.] *Prouerb.* Præsens absens.

EGREGIAM verò laudem.] *Ironia.* Verò, Enim, Scilicet, Videlicet, *voces sunt appositæ ironiæ: sic Isto contemptui.*

INGRESSA Venus.] *Exponit Poëta Græcũ ἀπέρχομαι: quod nunc loqui, nunc pergere significat.*

TOTA quod mente, &c.] *Prouerbialis versiculus, ad concludendum aptissimus.*

MECVM erit iste labor.] *Prouerbialis versiculus, & comma.*

VBI primus Crastinus.] *Hypallage: pro, vt primùm crastinus.*

STAT sonipes.] *Plenum carmen & sonorum quale illud Homeri, Odyss.* α. βοῶν μέγα πλαγίων ... *ἄνθρωπ.*

QVALIS, vbi hyberna.] *Apollonius libro primo, vnde hæc comparatio, haud dubiè transsumpta:* οἷος δ' ἐκ νηοῖο ... ἀλλὰ καὶ ... ἐς δ' ...
C ... *ἔσαιν.*

PICTIQVE Agathyrsi.] *Cælius lib. 5. cap. 3. Cur dicti picti, Solinus habet cap. 25.*

PRIMA & tellus.] *Infrà lib. 7. Tellus prima deorum:* Primamq; deorum Tellurem. *Platonem in Timæo. Cælium lib. 1. cap. 4. lege.*

FAMA malum.] *Græcismus: pro eo quod est, fama aliquid mali, vel aliquod malũ. Græci enim subaudiunt τὶ vel τι. Euripides in Supplicibus:* ... *Hom. Iliad. 4. De cõtentione, quæ Maro de famâ. Macrob. li. 5. c. 13.*

MOBILITATE viget.] *Prouerb.* Ex minimis initijs maximum. *Hom. Iliad.* 4. ἣ τ' ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται αὐτὰρ ἔπειτα οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη. *Macrob. lib. 5. cap. 3. & 13.*

HÆC tùm multiplici.] *Reuertitur ab excursu.*

HÆC passim dea.] *Prouerb.* Non omnino temerè est, quod vulgò dictitant.

GENS epulata.] *Homer. Odyss.* α. ... *ἀτάσθαλοι* ...

FOEMINA, quæ errans.] *Floridum pete lib. 1. cap. 10. succisiuarum lectionum.*

SEMIVIRO comitata.] *Vide infrà lib. 9. & Prouerb.* Maniuoro vinculo.

ARASQVE tenentem.] *Macrob. lib. 3. cap. 2.*

VOCA Zephyros.] *Ex Odyss. sumptum est.*

GENITRIX pulcherrima.] *Iliad.* ... *Et Iliad.* ... *ἀφροδίτη* ...

TALARIA nectit.] *Prouerb.* Talaria nectere. *Hom. Odyss.* ε. ποσσὶν ὑπ' ἐδήσατο καλὰ πέδιλα ἀμβρόσια χρύσεια.

TVm virgam capit.] *Prouerb.* Virgulta diuina. *Lege Beroaldum in 10. librum Apulei, de asino aureo.*

ATLANTIS duri.] *Hom. Odyss.* α. ... *ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς μακράς.*

TVM virgam capit.] *Hom. Odyss.* ε. τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει.

PRÆCEPS se corpore ad.] *Odyss.* ε. ... *ἔπειτα* ...

IASPIDE.] *Plin. lib. 37. cap. 9.*

MVRICE.] *Plin. lib. 9. cap. 25.*

CARTHAGINIS altæ.] *Suprà,* Altæ mœnia Romæ. *Imperij Epitheton, ac quasi insigne. Græci ἱερὸν fermè, id est, magnũ, vsurpant. & lib. 2.* Ruit alta à culmine Troia.

SIC alternanti potior.] *Hom. cum aliàs, tum Iliad.* ... *δέ οἱ κατὰ θυμὸν ἀρίστη φαίνετο βουλή.*

OMNIA tuta timens.] *Prouerb.* Metum inanem metuisti.

PERFIDE tantum.] *Apollon. lib. 4. & 3. Vnde videntur istæ querimoniæ esse petitæ.*

ELISÆ.] *Nomen proprium. nam Dido nomen est fortunæ & calamitatis, à terrore nomen habens.* δειδῶ *enim, Timeo est. Exemplum igitur horribile insani amoris.*

SPIRITVS hos reget artus.] *Prouerb.* Quoad vixero. *Hom. Iliad.* χ. ... *Odyss.* ... *repetitur.*

FATA meis.] *Prouerb.* Meis hospitijs.

CAPESSERE fortes.] *Prouerb.* Naues omissas conuitijs.

GRYNÆVS Apollo.] *Pausanias in Atticis pag. 15.*

CAPITIS chari.] *Periphrasis blanda & vrbana:* φίλη κεφαλή.

INTERPRES diuûm.] *Mercurij periphrasis: exprimitq; Gratiarum* ... *quod habet ab interpretando nomẽ.*

NVM fletu ingemuit.] *Prouerb.* Boni lachrymabiles.

CAVCASVS Hircanizque.] *Homerus Iliad.* π. *Macrobius libro 5. capite 11.* νηλεές, οὐκ ἄρα σοί γε πατὴρ ἦν ἱππότα Πηλεύς, ... *ἀπηνής.*

HIRCANIÆ tigres.] *Mela lib. 3. c. 5. Solinus cap. 27.*

SCILICET superis.] *εἰρωνικῶς. & confutat ad hunc modum:* Die Götter fragen freilich viel darnach! sie haben sonst nichts zuschaffen!

HAVSVRVM.] *Contra analogiam, pro, hausturum: nisi corruptum est.*

EA cura quietos.] *Quieti dij sunt, id est, immortales, nullisq; calamitatibus obnoxij. Hom.* ῥεῖα ζώοντες *dixit, Odyss. δ. & aliâs. Estq; argumentum à pugnantibus.*

OMNIBVS vmbra locus.] *Cælius libro decimoseptimo, cap. 16.*

DIVVM exsequitur.] *Aeneas, rationis simulachrum Dido, affectuum.*

MIGRANTES cernas.] *Inter narrandum subinde, Homerico more, ad aliquem dirigit sermonem: id quod Macrobio pro memorabili habetur lib. 5. cap. 14.*

QVID non mortalia.] *Suprà lib. 3. de auaritiâ, carmen est hîc de amore. Vtrobiq; autem deterret nos Poëta. non dissimilis Homeri illa iteratio:* ... *Iliad. Et Odyss.* α. ...

FERVERE latè.] *Enallage coniugationis tertiæ, pro secundâ accepta.*

AVLIDE iurati.] *Euripides in Iphigeniâ Aulicâ. libro 9. cap. 2. Quintilianus.*

ALPINI Boreæ.] *Locus explicatur à Ioanne Pierio Valeriano, & Cælio libro 15. capite 6. Macrobius eiusdem mentionem facit, libro 5. capite 6. Hom. Iliad. 12.* ...

[illegible Greek] *ſἶſθαι μεγάλως.*

VENTOS'QVE fauentes.] *Intelligit ſecundos. Græcumq́ eſt, ἱκμενίους.*

LACHRYMÆ voluuntur inanes.] *Fortè illud vult, quod Homer. Odyſſ.* [illegible Greek]

TÆDET cœli conuexa tueri.] *Periphraſis pro, Viuere tædet. Euripides in Iphigeniâ Aulicâ, & Sophocles in Aiace, alibiq́, βλέπειν, Videre, pro Viuere vſurpant.*

GEMINVM & duplices.] *Prouerb.* Tria vides è duobus.

AVT Agamemnonem.] *Lege Euripidem in Oreſte.*

HÆC ſe carminibus.] *Cælius libro 9. capite 23. conſulatur.*

HINC mihi Maſſylæ.] *Prouerb.* Maſſyliam nauigare. *Infames autem illi incantationibus, veluti Theſſali.*

TERCENTVM tonat.] *Parrhaſius, huius loci interpres.*

TERGEMINAM'QVE Hecatem.] *Prouerb.* Qui apud inferos ſunt terniones. *Cælius lib. 20. cap. 6. Floridus lib. 3. cap. 40. ſucciſiuarum lect.*

THALAMO quæ fixa reliquit.] Quintilianus libro 8. cap. 6.

SPARSERAT & lateres.] *Macrob. lib. 3. cap. 1.*

LACTE veneni.] *Macrobius libro quinto, cap. 19. Cælius lib. 10. cap. 50.*

PRÆREPTVS amor.] *Hippomanes intelligit. Vide Plinium libro octauo, capite quadrageſimoſecundo: Theocritum in Pharmaceutriâ.*

SOLVITVR in ſomnis.] *Hac deſcriptione nocturnæ quietis, ampliatur dolor Didonis.*

NOCTI ſilenti.] *Eraſ. vide Copiarum lib. 2. de temporis deſcriptione.*

NON licuit thalami.] Quintil. lib. 9. cap. 2. Sine thalamis ferrea vita; non humana.

GENTIS Laomedontiæ.] *Tangit perfidiam Laomedontis regis, pro conditâ vrbe: de quâ Ouid. lib. 11.*

SANCTE Deorum.] *Græciſmus: δῖα θεάων.*

RITE.] *Græci, κατὰ μοῖραν, dicunt.*

VARIVM & mutabile ſemper.] *Eiuſdem rationis eſt oratio, cum illâ ſuprà:* Fama malum.

TITHONI croceum.] *Hom. Iliad.* [illegible Greek] *Infrà lib. 9.* Et iam prima nouo linquens Aurora cubile. *Macrob. lib. 5. cap. 6. & 9.*

FLAVENTES'QVE abſciſſa comas.] *Notatio inſignis luctus.*

FERTE citi flammas.] *Apollon. libro quarto, cap.* [illegible Greek] *&c. Similis in Phœniſſis Euripidis incendi impetus:* [illegible Greek] *&c.*

EPVLANDVM apponere.] *Alluditur ad dirũ Prognes facinus: quod deſcriptum apud Ouid. lib. 6. Seu ad Atrei & Thyeſtis odium.*

TRIVIIS vlulatu.] *Lege Pharmaceutriam Theocriti hac de re.*

INFANDVM caput.] *Macrob. lib. 5. cap. 12. Homer. Odyſſ. 9.* [illegible Greek] *&c.* [illegible Greek]

EXERCERE odijs.] *Alluditur ad bella Punica bis.*

ANNAM, chara mihi.] *Macrob. libro tertio, capite primo lege.*

MVNVS in vſus.] *Prouerb.* Hoſtium munera non munera.

DVLCES exſuuiæ.] *In Trachiniis Sophoclis:* [illegible Greek]

ET nunc magna mei.] *Cælius lib. 17. cap. 16. Phocylides:* [illegible Greek] A

DATE vulnera lymphis.] *Hypallage eſt.*

SED moriamur.] *Attende horrendam luctam rationis & affectuum.*

RVAT hoſtibus omnis Carth.] *Macrobius libro 4. capite 6.*

ORE legam ſic.] *Alexandrum vide lib. 3. cap. 7.* Proximi enim, ſanguine exhalantium, ſpiritum oſculo excipiebant, ac hauriebant.

INFIXVM ſtridet.] *Præclara hypotypoſis.*

QVÆSIVIT cœlo lucem.] *Floridus lib. 1. cap. 7. meminit huius loci.*

NAM quia nec fato.] *Cælius lib. 21. cap. 4. Aulũ Gell. lib. 13. cap. 1. vide.*

PROSERPINA vertice, &c.] *Hic ritus exſtat apud Macrobium, libro quinto, capite ſeptimo. Euripides in Alceſte, & Oreſte, & Tauris. Homerus Iliad. ψ. Ouidius libro tertio Metamorph.* Et ſectos ſecum impoſuêre capillos.

IN LIBRVM V. B

H*ic liber memorabilis vetuſtate, ob certamina, & quæ circa ſepulturam agebantur: ex Iliade 23. magnâ ex parte deſumptus.*

OLLI cæruleus.] *Hom. Odyſſ. μ. Macrob. lib. 5. cap. 3.* [illegible Greek]

COLLIGERE arma iubet.] *Græcum eſt,* Arma, *pro inſtrumentis.* [illegible Greek] *Odyſſ. μ.* [illegible Greek] *&c.*

HVNC ego Getulis.] *Inſigne exemplum pietatis in Aeneâ. Tranſit autem hac occaſione ad certamina, quæ hoc in libro, præter alia memorabilia, proponuntur.*

ORE fauete omnes.] *Τὸ εὐφημεῖν, Græcum, exprimit de quo Prouerb.* Oſtium obdite prophani.

CARCESIA.] *Lege Macrobium lib. 5. cap. 21. Athenæum libro 11.*

SALVE ſancta parens.] Χαῖρέ μοι ὦ Πάτροκλε, καὶ εἰν Ἀΐδαο δόμοισι. *Iliad. ψ. Cælium conſule lib. 15. cap. 23.*

SEPTEM ingens gyros.] *Homer. Iliad. β.* [illegible Greek] *&c. Ouid. lib. 12. circa initium petat.* C

BINA boum nobis.] *In naues pro ſingulis: quod deeſt, vt Linacer adnotauit libro ſexto, capite 10. Eclip. adiectiuorum.*

BIDENTES.] *Pro, biennes. Vide Macrob. lib. 6. cap. 9. Et lib. 7. cap. 9. Clarius Gell. lib. 16. cap. 6.*

NIGRANTES.] *Intelligit* [illegible Greek]*: ſed eſt Metalepſis.*

VINA'QVE fundebat.] *Hom. Iliad. ψ.* [illegible Greek] *Macrob. lib. 5. cap. 7.*

MAGNI ſunt.] *Idem ſuprà:* Et nũc magna mei ſub terras ibit imago. *Magni, quaſi beati: qui tũc demum ſimus, vbi hinc diſcedere datur. nam etiam* μάκαρ, *Græcè* [illegible Greek]*, quaſi non ampliùs ſuperſtes in terrâ, dicitur.*

PRIMA pares.] *Exponit certamina; ac nauale primo loco: omiſſum tamen ab Homero.*

SACRI tripodes.] *Cælius lib. 12. cap. 12.*

PRISTIN.] *Bayfius, in libello de Re nauali, in præſenti locum ita ſcribit:* Priſtis terno remorum ordine agebatur. *Vergil. in quinto,* Priſtin, *pro cognomento indito triremi, poſuiſſe videtur:* Acri remige Priſtin. *Cæterùm quod hic Priſtis legitur, pro Metatheſin fit: veluti & in Polybio, 18. lib.* [illegible Greek] *&c.*

CHIMÆRAM.] *Id eſt, nauis, quæ inſigne habebat Chimæram. De Chimærâ verò Homer. in Iliad.* [illegible Greek]

CONSTITVIT ſignum nautis.] *Homerus Iliad. ψ.*

εἰρη

A σῶμα δὲ οἱ ἱδρῷ μάλ' ἀρόφραδεν ἔσχεν ξύλου αὖον ὅπου ὄρεσιν. *Cælium lege lib. 8. cap. 7.*

FERIT æthera clamor.] *Iliad.* ἀϋτὴ δ' οὐρανὸν ἷκεν.

RVVNT'QVE effusi carcere.] *Suprà lib. 3. Georgicorum simile habetur.*

SED cæca Menœtes, Saxa timens.] *Iliad.* ψ. ἐν χροὸς ἔλω γαίης, ἣ χειμέριον ἀλέν ὕδωρ, ἔρρηξεν ὁδοῖο, βάθυνε δὲ χῶρον ἅπαντα, τῇ ῥ' ἔχεν μεγίλοι ἀμαρτοχίας ἐλαύνων, ἀφέλης δ' ἐλλάσει καὶ ἀντιόχω ἰγγύων ἀντιόχ' ἀρμάδιος ἱππάζων, *&c.*

NEC lachrymis caruêre.] *Homer.* ψ. *Iliad.* τοῖο δ' ἄρα θαλερὸν χεῦ δάκρυα χυομένοιο. *Præclarum exemplum æmulationis.*

REVOMENTEM pectore fluctus.] *Hom. de Vlysse, Odyss.* ε. *tale quid habet.*

PRÆRVNTE carinâ.] *Græcorum more diphthongus corripitur, sequente vocali. infrà libro septimo:* Sudibusque præustis.

MALEÆ QVE sequacibus.] *Prouerb.* Maleam nauigans, eorum quæ domi obliuiscere.

AD saxa suburget.] *Cæl. lib. 9. cap. 10.*

B NAMQVE furens animi.] *Attende splendidam descriptionem.*

PORRICIAM in fluctus.] *Macrob. libro 3. cap. 2. Saturnalium.*

PHORCI'QVE chorus.] *Vide Theogoniam Hesiodi.* *Prouerb.* Orci galea.

MÆANDRO.] *Prouerb.* Lege Mæandri.

HAMIS consertam.] *Macrob. lib. 5. cap. 7. Hom. Iliad.* 23. τῷ μὲν ἐγὼ δώσω τόδε φάσγανον ἀργυρόηλον, τὸ μὲν ἀστεροπαῖον ἀπηύρων.

MAGNVM dat ferre talentum.] *Verbum pro participio; vt Quntil. lib. 9. cap. 3. pro, ferendum.*

DONAT habere.] *Græcismus. Duobus verbis Pleonasmus. Theocritus Idyllio 1.* δῶκεν ἔμμεν, *dedit esse. nisi placet* ἀντιμίμημα *magis; vt Fabius censet, libro 9. capite 3. pro, habendam.*

CYMBIA'QVE.] *Athenæus lib. 11.*

DEMOLEVS curs.] *Emphasis est. Innuitur enim, superioris ætatis homines robustiores fuisse. Homerus addidisset, quod aliquoties facit in tali exornatione:* οἷοι νῦν βροτοί εἰσι, *Iliad.* ε. μ. *aliásq. Quod infrà demum reddidit, libro 12.* Qualia nunc hominum producit corpora tellus. *Quntil. lib. 8. cap. 4.*

C

NISVS & Euryalus.] *Secundi certaminis descriptio: id erat Cursus.*

FLAVA oliua.] *Baysius lib. 2. de re vestimentariâ. In Eclogis suprà;* Pallenti cedit oliuæ; *&* Mineruua flaua *dicta Ouid. lib. 2. Metam.*

CORRIPIVNT spatia.] *Cælius lib. 5. cap. 14.*

ECCE volat, calcemque.] *Macrob. lib. 5. cap. 13. Homer. Iliad.* ψ. αὐτὰρ ὄπισθεν ἴχνια τύπτε πόδεσσι πάρος κόνιν ἀμφιχυθῆναι.

CONCIDIT immundoque fimo.] *Homerus* ἔνθ' ὄϊλιάδης μὲν ὀλίσθε θέων τῇ ῥα βοῶν κέχυτ' ὄνθος ἀποκταμένων ἐριμύκων.

GRATIOR est pulchro.] *Homero vbique præstantia & pulchra placent corpora. quod hic animaduertendum, dum dicit:* Gratior est pulchro veniens, *&c. Homerus verò solis heroibus, siue magnatibus, corpora tribuit: virtutes verò promiscuè, & exiguis, & proceris staturâ. hinc Vlysses & Diomedes, mediocris staturæ, sed magni animo & consilijs.*

POST, vbi confecti cursus.] *Transit iam ad tertium, quòd erat Cestuum certamen.*

DARES.] *Prouerb.* Dares Entellum prouocat. *De Cestuum certamine, Theocritus in Dioscuris, Apollonius libro 2. Homer.* ψ. *Iliad.*

IDEM'QVE ad tumulum.] *Homerus Iliad.* ψ. ὡς πότε δάμας ἤδη Ἀμαρυγκέος τε δεδουπότος ὀιδιπόδαο, ἐς τάφον.

HVMEROS latos.] *Gestus exprimit iactabundi.*

SI mihi, quæ quondam.] *Hom. Iliad.* ψ. εἴθ' ὣς ἡβώοιμι βίη τέ μοι ἔμπεδος εἴη, ὡς ὁπότε κρείοντ', *&c.*

TERGA boum plumbo.] *Hom. Iliad.* ψ. δῶκεν ἱμάντας ἐϋτμήτους βοὸς ἀγραύλοιο. ὁ δὲ ζωσάμενος.

CONSTITIT in digitos.] *Ex Apollonij libro secundo Vbi* πυγμαχία ἐπ' ἀκροτάτοισιν ἀερθεὶς βάρος οἷα πόδεσσι.

AMYLI de gente.] *Theocritus in Dioscuris.*

ILLE pedum melior.] *Collatio egregia bellicarum virtutum. Prouerb.* Senum consilia; robur iuuenum.

GENVA labant.] *Proceleusmaticus. Legendum ergo, propter dimensionem,* genua labant, *trisyllabûs: vt sit dactylus.*

CREBRA manus duro crep.] *Hom. Iliad.* ψ. *Macrob. lib. 5. cap. 7.* δεινὸς δὲ χρόμαδος γενύων γένετ' ἔῤῥεε δ' ἱδρὼς πάντοθεν ἐκ μελέων. *Theocritus in Dioscuris:* πυκνὰ δ' ἀράβευν ὀδόντες. *Apollon. lib. B.* ὡς τοῖσι παρήϊα ἀμφοτέρωθεν καὶ γένυες κτύπεον, βρυχὴ δ' ὑπετέλλετ' ὀδόντων.

EXIT.] *Transitiuè. infrà libro 11.* Sustinet à iugulo dextra, & vim viribus exit, *pro, euitat. Vide Macrob. lib. 6. cap. 6.*

VIM suscitat ira.] *Alludit, respicitq; ad Pythagoricum illud:* Ira cos fortitudinis. *Homerus Iliad.* ψ. ὀφθαλμοῖσι μένος ἦν.

CRASSVM'QVE cruorem.] *Macrobius libro 4. capite 1. Homer. Iliad.* ψ. αἷμα παχὺ πτύοντα, κάρη βάλλοντ' ἑτέρωσε. *Theocritus in Dioscuris:* ἐκ δ' ἔπτυσεν αἷμα φοίνιον. *Pygmachia.*

HVMI bos.] *Versus præceps & anhelans: cui similis,* Lutulenta ruit sus. *& suprà.* Præruptus aquæ mons. Nascetur ridiculus mus. *Apoll. lib. 2.* γνὺξ ἔπεσεν. *Theocritus:* πᾶς ἐπὶ γαῖαν κεῖτ' ἀλλοφρονέων.

PROTINVS Æneas.] *Quartum certamen est sagittis, hic, sed apud Homerum, septimum est & postremum.*

INGENTI'QVE manu.] *Homer. Iliad.* ψ. ἱστὸν δ' ἔστησεν νηὸς κυανοπρῴροιο τηλοῦ ἐπὶ ψαμάθοισ, ἐκ δὲ τρήρωνα πέλειαν λεπτῇ μηρίνθῳ δῆσεν ποδός. Quod Vergilius: Erigit, & volucrem traiecto fune columbam.

DEIECTVM'QVE ærea sortem.] *Hom. Iliad.* ψ. *& Odyss.* κ. κλήρους ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλον ἑλόντες.

IN medios telum torsisti.] *Hom. Iliad.* Δ. αὐτίκ' ἐσύλα τόξον ἐΰξοον ἰξάλου αἰγός.

NERVO stridente sagitta.] *Quintil. consule, lib. 1. cap. 10. Hom. Iliad.* Δ. λίγξε βιός, νευρὴ δὲ μέγ' ἴαχεν, ἆλτο δ' οϊστός.

PLAVDENTEM nigrâ, &c.] *Homerus* ψ. *Iliad. ad finem:* αὐχέν' ἀπηλοίησεν, ὁ δ' ἐκ πτέρα πυκνὰ λίασθεν, ἄνδε δ' ἐκ μαλὸν ἐσμὸς ἐπάλτο, πολὺ δ' ἀπ' αὐτοῦ κάππεσεν ὄρνις ἔπειτα λιπόμενος.

AT pater Æneas.] *Quintum certamē est equestre: quod apud Homerum in* ψ. *vide.*

PIGNVS amoris.] *Exprimit Græcum, τὸ μνημόσυνον.*

TRINACRIIS.] *Id est, Sicanis. à tribus promontorijs dicta Sicilia: Pachinno, Lylibeo & Peloro.*

POLYTE.] *Apostrophe est, & Græcus vocatiuus. recedit verò identidem, à Latinâ ad Græcam flexionem. Sic suprà* Mnestea *dixit: sic* Orphei, Calliopea, *&c. Macrobium lib. 5. cap. 17. pete.*

FERTVR equis.] *Comma est: quale illud suprà, lib. 1.* Dardanidæ. *Colon verò est:* Hic cursus fuit.

INSONVIT'QVE flagello.] *Humile nisi videtur hoc, parumq; ei maiestati & grauitati, quā vbiq; aliâs seruat quàm diligentissimè: consentaneum fuisset magis pro decoro, tubâ vel lituo signum exhibere. Opinor tamen eo Homerum alicubi æmulatum esse: Iliad.* ψ. οἱ δ' ἅμα πάντες ἐφ' ἵπποιιν μάστιγας ἄειραν πέπληγόν θ' ἱμᾶσι.

OLLI

Digitized by Google

OLLI diſcurrere.] *Prouerb.* Obliquus curſus. *De Olli, Quintil. lib. 8. cap. 2.*

PARIETIBVS textis.] *Proceleuſmaticus: ſcanditur tamen,* Parietibus, *tribus ſyllabis. Macrobius libro quinto, cap. 14.*

VT quondam Creta.] *Prouerb.* Labyrinthus. *Dicitur autem, παρὰ τὸ μὴ λαβεῖν θύρας.*

HAC celebrata tenus.] *Tmeſis eſt. Vide Alexand. lib. 6. cap. 19.*

ILLA viam celerans.] *Innuit arcum, quem Heſiodus, in Theogonia, πολυώνυμον ὕδωρ vocat. Cælius libro 22. capite 28.*

ACTA.] *ἀκτὴ Græcis littus: quod hic videtur innuere.*

FIT Beroë Iſmarij.] *Homerus Iliad. γ. ἰοῖ δ' αὐτ' ἰ. λένι λαοδίκῃ, ἄγχι ᾧ ἐλθὼν, ἐδομένη γαλόω ἀντηνορίδαο δάμαρτι, &c.*

O miſeræ.] *Egregia oratio iridis, atque ad imponendum pulchrè compoſita: cuius diſpoſitionem & argumenta lector expendat, diſcutiatque.*

ABIETE.] *Triſyllabum eſt in ſcanſione: nam Proceleuſmaticus non locum habet in hoc genere carminis.*

NIGRARVM pecudum.] *Homer. Odyſſ. κ. οἶνοπα βοῦν dicit.*

FVGIT ceu fumus in auras.] *Ψυχὴ δὲ κατὰ χθονὸς ἠΰτε καπνὸς ᾤχετο τετριγυῖα.*

VRBEM deſignat aratro.] *Alexander libro ſexto capite decimoquarto. Cælius libro vigeſimoſexto, capite quinto.*

PORRICIT in fluctus.] *Macrobius libro 3. cap. 2. Saturnalium.*

MARIA omnia cœlo.] *Prouerb.* Cœlum terrę miſcere.

VNDE genus ducis.] *Id eſt, Ex ſpumâ maris nata Venus: & ob id ἀφροδίτη. Cælium vide, libro vigeſimonono capite decimooctauo.*

IN mare ſe Xanthus.] *Ex Homero eſt, Iliad. φ. ἐκ μὲν ἐξ ὠκεανοῖο ποταμὸς καὶ πλῶον, καὶ νίκης, &c. Et in υ.*

PERIVRÆ mœnia Troiæ.] *Propter Laomedonta. Vide Ouid. lib. 11. Et Homerum φ. Iliad. πὰρ Διὸς ἐλθόντες θητεύσαμεν εἰς ἐνιαυτὸν μισθῷ ἐπὶ ῥητῷ, &c. λαομέδων ἔκπαγλος ἀπηνὴς ἀπέπεμψε.*

PALÆMON Thalia Cym.] *Iliad. libro 18. θάλειά τε κυμοδόκη τε κυανέη σπεῖ.*

PEDEM.] *Pes, Græcè πούς. Hic funis eſt, quo velum tenditur. Homer. Odyſſ. κ. κάλοι τε πόδας τ' ἐνέδησαν ἐν αὐτῇ. Euripides in Oreſte: & Lazarus Bayſius, libro de re nauali primo.*

AERA tenebroſum.] *Hom. Iliad. ξ. ἐλάτη ὄζος μὲν μακροτάτη πεφυυῖα δι' ἠέρος αἰθέρ' ἵκανεν.*

CLAVVM'QVE affixus.] *Hom. Odyſſ. γ. αὐτὰρ ὁ πηδαλίῳ ἰθύνετο τεχνηέντως.*

TALIA dicta dabat.] *Prouerb. lege,* Stellis ſignare.

PELAGO confiſe ſereno.] *Prouerbialis verſiculus.*

IN LIBRVM VI.

SExtus liber ex Homeri Odyſſ. λ. *eſt traductus: præter alios memorabilis: immortalitatem animæ declarans. Per Latium autem, intellige paradiſum: vbi ſupra dixit primo libro;* Tendimus in Latium, ſedes vbi fata quietas.

SIC fatur lachrymans.] *Homerus: ὣς φάτο δακρυχέων. Cælius libro ſeptimo, capite primo: Quintilianus libro 8. cap. 6.*

EMICAT ardens.] *Prouerb.* Ambabus manibus haurire.

SEMINA flammæ.] *Homericum eſt. Macrobius libro quinto, capite duodecimo. Homer. Odyſſ. ε. σπέρμα πυρὸς σώζων.*

DÆDALVS, vt fama eſt.] *Gell. lib. 6. cap. 6.*

CHALCIDICA'QVE leuis.] *Gell. lib. 10. cap. 16.* A

REMIGIVM alarum.] *Quintil. lib. 8. cap. 5. ſpecioſa translatio.*

ANDROGEO Cecropidæ.] *Genitiuus eſt Atticus. Ouidius libro 8. De eâdem re lege Floridum, libro 2. cap. 23. ſucciſiuarum lect. Eſt enim* (Miſerùm) *hic interiectio dolentis.*

CÆCA regens filo.] *Prouerb.* Theſei filum.

CVR protinùs omnia.] *Verſiculus dactylicus, Petrus Crinitus lib. 24. cap. 7. Macrobius libro 5. capite 14. Cæl. lib. 26. cap. 10.*

NVNC grege de intacto.] *De hoc Macrob. lib. 3. cap. 5. & lib. 7. cap. 9. copioſè. Hom. Odyſſ. γ.*

NON color vnus.] *Budæus, in prioribus Annotationibus in Pandectas, facit mentionem huius loci.*

DARDANA, qui Paridis.] *Pete Calabrum, libro 3. in principio.*

FOLIIS tantum, nec carmina.] *Prouerb.* Sibyllæ folium.

TV ne cede malis.] *Prouerb.* Palmam ferre. *Ab hoc nõ multum abludit illud, Iliad. μ. μήτι ὀπίσω τετράφθω, ἀλλὰ πρόσσω ἵεσθε, &c.* B

OBSCVRIS vera inuoluens.] *Vnde oracula & vaticinia omnia ambigua ſunt. Hinc etiam Apollinis nomen λοξίας: de quo Macrobius lib. 1. cap. 7.*

ARAS'QVE tenebat.] *Macrob. lib. 3. cap. 2.*

QVID memorem Alcidem.] *Aul. Gell. libro 10. capite 16.*

SI potuit Orpheus.] *Macrob. lib. 4. cap. 5.*

IT'QVE reditque viam.] *Homer. Odyſſ. λ. ἄλλοτε μὲν ζώουσ' ἑτερήμεροι, ἄλλοτε δ' αὖτε τεθνᾶσιν, τιμὴν τε θεοῖς λελόγχασιν ἶσα. Pindarus Pythiorum Oda. 11. & Nemeorum 2.*

RAMVS aureus.] *Virtutis ſimulachrum. Illi aureus ramus eſt in abdito abſtruſus, paucisque obuius & parabilis. Vide Copias Eraſ. de exemplo fabuloſo, libro ſecundo.*

AVRICOMVS.] *Epitheton ad Græcam imitationem. Pete Macrob. libro 5. capite 14. Et Petrum Crinitum libro 10. cap. 6.*

QVO non præſtantior.] *Πνείγραφις eſt liricinis, ſiue tibicinis. Quintilian. lib. 8. cap. 4. Summum autem hoc eſt,* Quo non præſtantior alter. C

ITVR in antiquam ſyluam.] *Homer. Iliad. ψ. αὐτὰρ ἔπειτα δρῦς ὑψικόμους ταναήκεϊ χαλκῷ τάμνον ἐπειγόμενοι, ταὶ δὲ μεγάλα κτυπέουσαι πῖπτον.*

COELO educere certant.] *Hyperbole eſt.*

MISENVM Aeolidem.] *Digreſſio eſt, quâ Miſenum deſcribit, ad mouendam commiſerationem de illius interitu.*

ERGO omnes magnũ.] *Reuertitur à digreſſione illâ.*

FORTE columbæ.] *Cælius lib. 17. cap. 15.*

MATERNAS aues.] *Id eſt, columbas, quæ Veneri ſacræ dicuntur enim à Colendis lumbis.*

SEDIBVS opaca.] *Petrus Crinitus lib. 10. cap. 6. Plin. lib. 16. cap. 44.*

PRINCIPIO pinguem tædis.] *Macrob. libro 5. cap. 7. Hom. Iliad. ψ. ποίησαν δὲ πυρὴν ἑκατόμπεδον ἔνθα καὶ ἔνθα, ἐν δὲ πυρῇ ὑπάτῃ.*

FERALES ante cupreſſos.] *Cælius libro vigeſimoquinto, capite ſecundo. Alexander libro tertio, capite ſeptimo. Sophocles in Antigone. Hom. ψ. Iliad.*

LVSTRAVIT'QVE viros.] *Alexand. lib. 3. cap. 7. Id eſt, Salue & Vale.*

ARMA viro remumque.] *Hom. Odyſſ. 12. Macrob. lib. 5. c. 7. τύμβον χεύαντες, καὶ ἐπὶ στήλην ἐρύσαντες, πήξαμεν ἀκροτάτῳ τύμβῳ εὐῆρες ἐρετμόν. Apollon. lib. 2.*

SPELVNCA alta fuit.] *Inferni deſcriptio. Apoll. lib. 2.*

AVERNVM.] *Ἄορνον. Locus ab etymologiâ nominis: ὄρνις enim auem ſignificat.*

INVER.

A INVERGIT.] *pro, Infundit. Plautus in Curcul.* Inuerge liquores tuos.

ET summas carpens.] *Iliad. γ. ἀρνῶν ἐκ κεφαλέων τάμνε τρίχας. Alexand. lib. 5. cap. 3. Iliad. τ.*

PROSERPINA vaccam.] *Hom. Odyss. κ. & λ. Alexand. lib. 2. cap. 12. στεῖραν βοῦν. Hom.*

CANES vlulare.] *Prouerb.* Hecatæ cœna. *Theocritus Idyll. β. καὶ σκύλακες τρομέοντι· ἐρχομένων νεκύων ἀνὰ ἠρία.*

TV'QVE inuade viam.] *Petrus Crinitus lib. 6. cap. 3. Cæl. lib. 2. cap. 8.*

VAGINA'QVE eripe ferrum.] *Homer. Odyss. λ. ἐκ φυσάμενος παρὰ μηροῦ.*

CONCLAMAT vates.] *Macrob. lib. 5. cap. 3.*

DIC, quibus imperium est.] *Inuocatio.*

IBANT obscuri.] *Narratio. Cælius libro septimo, capite 1.*

VESTIBVLVM ante ipsum.] *Floridus. lib. 2. cap. 22 lect. succisiuarum.*

PALLENTES'QVE habitant.] *Prouerb.* Ipsa senectus morbus est.

B CONSANGVINEVS lethi sopor. *Homer. Odyss. ν. Iliad. ξ. Macrob. lib. 5. cap. 7. Ianus Parrhasius.*

VLMVS opaca.] *Cælius lib. 10. cap. 9.*

ET centumgeminus Bria.] *Hom. Iliad. α. ἑκατόγχειρε. Macrob. lib. 5. cap. 14.*

LERNÆ.] *Prouerb.* Lerna malorum.

GORGONES.] *Prouerb.* Orci galea.

STRICTAM'QVE acie venientibus.] *Hom. Od. λ.*

MAGNANIMVM heroem, &c.] *Ex Homero locus, Odyss. λ. νύμφαι δ' ἠΐθεοί τε πολύτλητοί τε γέροντες, παρθενικαί τ' ἀταλαὶ νεοπενθέα.*

CHARON.] *Germana descriptio Charontis, qui per antiphrasin χάρων dicitur. Huc faciunt, quæ in Ranis Aristophanis sunt.*

VIRIDIS'QVE senectus.] *Græcis ὠμογέρων est. Vide ὠχραίον. Iliad. ψ.*

QVAM multa in syluis.] *Hom. Iliad. ζ. & Cæl. lib. 21. cap. 50.*

LONGÆVA sacerdos.] *Prouerb.* Sibylla viuacio(rem.

C CENTVM errant annos.] *Cælius, libro vigesimosecundo, cap. 14.*

PER cœli iucundum.] *Hom. Odyss. λ. Macrob. lib. 6. cap. 7. Gell. lib. 5 cap. 17. Cæl. lib. 11. cap. 24. μὴ μ' ἄκλαυτον, ἄθαπτον ἰὼν ὄπιθεν καταλείπειν, &c.*

DA dextram misero.] *Hom. Iliad. ψ.*

TERRAM inijce.] *Cælius libro 17. cap. 20. Horat.* Iniecto ter puluere.

HI dominam aggressi.] *Per dominam, Proserpinam intelligit; quæ Græcè δέσποινα. Cælius libro 24. capite 17.*

INGENS ianitor antro.] *Cerberum innuit, canem triformem. dictus autem quasi κρεοβόρος & Mortis symbolum.*

VLVÆ.] *De hoc suprà lib. 2. dictum.*

STYX innabilis vndà.] *Vide Aul. Gell. lib. 2. cap. 6. Hom. Odyss. λ. ἀτέρπεα χῶρον.*

MELLE soporatam offam.] *Homer. Odyss. κ. vocat κυκεῶ, quæ est potio ex melle, &c.*

HIS Phædram.] *Homer. Odyss. λ. φαίδρην τε πρόκριν τε ἴδον.*

QVÆSITOR Minos.] *Pro prætore, seu iudice rerum capitalium. Vide Budæum in posterioribus Annotat.*

MOESTAM'QVE Eriphylen.] *Στυγερήν τ' Ἐριφύλην, Hom. Odyss. λ.*

CORNEVS.] Cœnei basta. *Prouerb. Ouid. lib. 12.*

TORVA tuentem.] *Macrob. lib. 5. cap. 2. Sic Odyss. λ. Aiax Vlyssem intuetur.*

AVERSA tenebat.] *Notatio alienati animi & infesti.*

DVRA silex.] *Prouerb.* Obturbas frustra, velut vnda. *Et Prouerb.* Incus maxima non metuit strepitus.

PARTHENOPÆVS.] *Lege Phœnissas Euripidis.*

PRIAMIDEM laniatum.] *Rhetoricum exemplum copiæ, & partitionis.*

AVRIBVS & truncus.] *Homer. Iliad. ω. ἐκ δ' ἄν ἔτι φράδμων περ ἀνὴρ Σαρπηδόνα δῖον ἔγνω, ἐπεὶ βελέεσσι καὶ αἵματι καὶ κονίῃσιν ἐκ κεφαλῆς εἴλυτο διαμπερὲς ἐς πόδας ἄκρους.*

FLAMMAM ex media arce.] *Triphiodorus: ἀγγελίην ἀνέφαινε φαεινὴν δαλῷ καὶ ἀνέδυσε ἰλίου χρυσέην κεκάλυπτο παρειήν.*

DVLCIS & alta quies.] *Iliad. ξ. Odyss. μ. Macrob. lib. 5. cap. 7. & 11.*

TRISTES sine sole domus.] *Id est, obscuras. Alluditur ad ἀΐδης, Plutonis nomen. Euripides in Alcestide: ἐμὶ ἐς ἀνηλίους δόμους.*

EXPLEBO numerum.] *Cælius lib. 12. cap. 6.*

TRAIECERAT.] *Macrobius libro 1. capite tertio, Saturnalium.*

ELYSIVM.] *Hom. Odyss. δ. Crinitus lib. 5.*

MOENIA lata videt.] *Petrus Crinitus lib. 5. cap. 11.*

PHLEGETON.] *Φλέγω, vro. κωκύω, lugeo; Cocytus: Tartarus, ταράσσω: Cerberus, κρεοβόρος: Acheron, α. καὶ χαίρω.*

FVRTO lætatus inani.] *Prouerb.* Tempus omnia reuelat.

BIS patet in præceps.] *Homer. Iliad. θ. τόσσον ἔνερθ' ἀΐδεω ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης. Vtroque autem ex loco, sphærica figura mundi intelligitur.*

CASTIGAT'QVE auditq.] *De pœnis inferorum, vt accurandæ, lege Macrobium libro primo, capite nono, In somnium Scipionis.*

ALOIDAS.] *Macrob. lib. 5. cap. 13. Hom. Odyss. λ. ἐννεώροι γὰρ τοί γε καὶ ἐννεαπήχεες ἦσαν εὖρος, ἀτὰρ μῆκός γε γενέσθην ἐννεόργυιοι, &c.*

OMNIPARENTIS alumnū.] *Hom. Odyss. λ. Macrob. lib. 5. c. 7. καὶ Τιτυὸν εἶδον γαίης ἐρικυδέος υἱὸν κείμενον ἐν δαπέδῳ· ὁ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο πέλεθρα.*

IMMANIS vultur.] *Macrob. lib. 4. cap. 4.*

ATRAX silex.] *Prouerb.* Tantali lapis. *Ouid. lib. 4. Transformationum eadem prosecutus. Macrobius libro 4. capite 4.*

ÆTERNVM'QVE sedebit.] *Gellius libro 10. cap. 16. Cæl. lib. 4. cap. 8. Lege apud Pontanum, tomo 2. dignissima de hoc loco.*

DISCITE iustitiam.] *Prouerb.* Factum stultus etiam cognoscit.

NON mihi si linguæ centum.] *Hom. Iliad. β. οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, φωνὴ δ' ἄρρηκτος. Prouerb.* Ferreus aheneus. *Macrob. lib. 5. cap. 7. &c.*

SOLEM'QVE suum.] *Prouerb.* In alio mundo.

ARMORVM'QVE fuit.] *Cælius libro 10. capite 9. Macrobius in somnium Scipionis, lib. 1. cap. 9. Odyss. 11. idem studium mortuis, quod viuis. πολλοὶ δ' οὐτάμενοι χαλκήρεσιν ἐγχείῃσιν. Ouid. lib. 4.* Pars aliquas artes, antiqua imitamina vitæ, Exercet.

HVMERIS exstantem.] *Procera & pulchra corpora placent vbi Maroni. de hoc suprà.*

ILLIVS ergò.] *Pro causâ, gratiâ, mihi videtur Græcum esse. Ergo, Græcis ἕνεκα; nisi ab ἔργον magis placet.*

TER conatus collo dare.] *Homer. Odyss. λ. τρὶς μὲν ἐφορμήθην, ἑλέειν δέ με θυμὸς ἀνώγει· τρὶς δέ μοι ἐκ χειρῶν σκιῇ εἴκελον ἢ καὶ ὀνείρῳ. Macrob. lib. 5. cap. 7. & 4.*

PAR leuibus ventis.] *Versiculus concitatus & orbicularis: ac forte alludit latenter ad etymon animæ; ab ἄνεμος, quod ventum significat.*

LETHÆI ad fluminis.] *Quid subditur,* longa obliuia, *ad etymologiam: λήθη enim obliuio est.*

PRINCI.

PRINCIPIO, cœlo ac terræ.] *Crinitus lib.6.cap.12. Cæl.lib.20.cap.11.*

MAGNO ſe corpore miſcet.] *Macrob.lib.1.cap.17. in ſomnium Scipionis, legatur.*

METVVNT gaudentq;.] *Affectus quatuor, hoc vnico verſiculo expreſsit. Lege Cælium lib.6.cap.10.*

QVISQVE ſuos patimur manes.] *Vera & grauiſsima ſententia.*

VBI mille rotarum.] *Lactant.lib.7.cap.22.Cæl.libro 22.cap.14.*

PVRA iuuenis, qui nititur.] *Cæl.lib.22.cap.6.*

REGNANDAM acceperit Albam.] *Aulus Gell.lib.2.cap.16.*

ÆQABIT Olympo.] *Prouerb.* Quinto vix cœlo capi poſsit.

CIVILI quercu.] *Aulus Gell.lib.5.cap.6.*

ÆRIPEDEM.] *Ianus Parrhaſius conſulendus ſuper hunc locum.*

CRINES incanaq; menta.] *Numam innuit. Crinitus lib.4.cap.15.Cæl.lib.24.cap.5.*

FVLGERE.] *Enallage cõiugationis: vt ſuprà, Feruere.*

AGAMEMNONIAS'QVE Mycenas.] *Aul.Gell. lib.10.cap.16.*

VNVS qui nobis cunctando.] *Prouerb.* Romanus ſedendo vincit.

MARCELLVS opimis.] *Floridus libro 2.de Cæſaris præſtantiâ.*

PARCERE ſubiectis, &c.] *Typus veri principis.*

OBVIVS armato.] *Illi cognatum, quod apud Homer. Odyſſ.9.* ἐπιστάμενοι μὲν ἀφ' ἵππων ἀνδράσι μαρνάσθαι καὶ ὅθι χρὴ πεζὸν ἐόντα.

SVNT geminæ ſomni portæ.] *Macrob. lib.1.ca.3. Prouerb.* Non quiduis contingit, quod optâris. *Et Prouerb.* Pluris valet oculatus vnus teſtis. *Hom.Odyſſ. 19.* δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσὶν ὀνείρων· αἱ μὲν γὰρ κεράεσσι τετεύχαται, αἱ δ' ἐλέφαντι. *Floridus lib.2.cap.24.de hac re.*

ANCHORA de prorâ iacitur.] *Homer.Odyſſ.* ι. ἐκ δ' εὐνὰς ἔβαλον.

IN LIBRVM VII.

HIc liber ſeptimus, conferendus primo & ſecũdo Iliad. libris. Continet enim occaſionẽ belli, & copias Italicas. Adhibe Ouidij Transfor.lib.14.huc.

SPLENDET tremulo.] *Hom.Iliad.* [illegible] *Macrob.lib.6.cap.4.*

PROXIMA Circeæ.] *Hom. Odyſſ.* κ. [illegible] πῦρ μὲν ἐπ' ἐσχαρόφιν μέγα καίετο. *Macrob.lib.5.cap.12.*

HINC exaudiri gemitus.] *Macrobius libro quinto capite 8. Homer. Odyſſ.* κ. ἀμφὶ δέ μιν λύκοι ἦσαν ὀρέστεροι ἠδὲ λέοντες, &c.

MARMORE.] *Marmor, pro æquore accipitur ſic & infrà lib.10. & Georgic. primo ſuprà. Et Græci* μαρμαρέω θάλασσαν, *à colore pellucido, vocant, quem reddit tranquillum, ita vt etiam ſpeculum præſtet. Hinc illud Maronis Aeglogâ 2.* Cùm placidũ ventis ſtaret mare, me in littore vidi.

NVNC age, qui reges.] *Inuocatio, quâ præluditur ſecundæ parti poëmatis. Hactenus enim virum; nunc arma deſcribit.*

REX arua Latinus.] *Narratio.*

HVNC Fauno quondam.] *Parrhaſius legatur.*

PELLIBVS incubuit ſtratis.] *Prouerb.* In tergore bouis deſedit. *Hom.Odyſſ.4. Cæl.lib.27.cap.14.*

BIDENTES.] *Aul.Gell.libro 16.capite 6.Macrob.lib. 7.cap.9.*

MENSAS conſumimus.] *Cæl.lib.7.cap.12.*

INTONVIT ab alto.] *Alexand. libro quinto cap.15. Cicero libro ſecundo de Diuinatione. Suprà libro ſecundo aliquantò plura de his.*

PALLADIS omnes ramos.] *Cælius lib.12.cap.19. Alexand.lib.5.cap.15. Infrà lib.11.* Veluti ramos oleæ, veniamq; rogantes.

TECTVM ingens.] *Digreſsio, quæ cõtinet deſcriptionem regiæ.*

HIC ariete cæſo.] Ariete, *triſyllabum in metiendo alioqui proceleuſmaticus, quem pedem carmen Heroicum reſpuit.*

QVIRINALI lituo.] *Aul.Gell.lib.5.cap.8.Macrob. lib.6.cap.8.*

EQVVM domitor.] *Græcum reddidit,* ἱππόδαμος.

TRABEA.] *Bayſius in lib.de Veſtimentariâ re, cap.10. Cæl.lib.12.cap.8.*

ANCILE.] *Cæl.lib.21.cap.18. quid ſit, conſulatur.*

QVID petitis, quæ.] *Odyſſ.* γ. *Macrob.libro 5.capite 8.* ὦ ξεῖνοι, τίνες ἐστέ, πόθεν πλεῖθ' ὑγρὰ κέλευθα, ἤ τι κατὰ πρῆξιν, ἦ μαψιδίως ἀλάλησθε.

TALI templo mens.] *Reuertitur à digreſsione. Porrò Græciſmus eſt,* Intus, pro In. [illegible], *aduerbium pro præpoſitione. Græcis frequentior, quàm Latinis, loquendi modus.*

SATVRNI gentem.] *Reſpicit Poëta his ad Saturnia ſecula; de quibus ſuprà Aeglogâ quartâ.*

LITTVS'QVE rogamus.] *Inſignis locus eſt, & politicus. ſunt enim iſta communia iure naturali.*

NON erimus regno.] *Prouerb. verſiculus, atque eximiè elegans.*

TIARAS.] *Bayſius cap.20.de re veſtimentariâ.*

ALIPEDES.] *Græci* ἀερσίποδας. *Iliad.* ψ. *Euripides in Medeâ.*

SEMINE ab æthereo.] *Hom.Odyſſ.* ψ. *Iliad.* [illegible]

QVASSANS caput.] *Notatio ex geſtis iratorum.*

HEV ſtirpem inuiſam.] *Elegantiſsimum exemplũ patheticæ orationis: de cuius diſpoſitione conſulendus lib.4.cap. 2.Macrob. Eſtq; ex abrupto ordiri, familiare affectibus.*

LAPITHÆ.] *Lapithæ, nomen traxêre à particulâ* λα *intendendi, &* πατεῖν.

LAMPHATA per vrbem.] *Petrus Crinitus libro 22. capite 15.*

TORTILE collum auro.] *Definitiones poëticæ, pro cathenâ & trocho.*

ABRIPVIT Teucris.] *Alluditur ad Prouerb.* Boſlum è faucibus præripere.

INCINCTA pellibus.] *Alexander lib.6.cap.9.Cæl. lib.7.cap.15.*

CVRA tibi diuûm.] *Iliad.* ζ. πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει. *Odyſſ.* α. μῦθος δ' ἄνδρεσσι μελήσει. *Ita vno loco, quod ille duobus expreſsit.*

QVEIS bella gerenda.] *Prouerb.* Bellum Cononi curæ facere.

EN ego.] En, ſcilicet, Verò, Videlicet, *voculæ appoſitæ Ironiæ.*

VELVTI cùm flamma ſonare.] *Macrobius libro 5. capite 11. Iliad.* φ. ὡς δὲ λέβης ζεῖ ἔνδον ἐπειγόμενος πυρὶ πολλῷ κνίσην μελδόμενος.

IRA ſuper magno.] *Crinitus lib.18.cap.2.Cælius lib. 27.cap.6.*

CERVVS erat.] *Deſcriptio cerui, quâ occaſio belli ſternitur. Macrob.lib.5.cap.17.*

ILLI improuiſi adſunt.] *Deſcriptio & hypotypoſis furoris ruſtici: quâ augetur occaſio belli, quæ ob ceruum confixum leuita videbatur. Macrob.lib.5.cap.17.*

QVOD cuiq; repertum.] *Illi finitimum ſuprà:* Furor arma miniſtrat.

FLVCTVS vti primo.] *Macrob. lib.5. cap.13. Hom. Iliad.*

Digitized by Google

A Iliad. α. [Greek]

GREGES balantum.] *Proprium pro specie: id est, oues, quæ sunt grex balantum.*

CORPORA multa virûm.] Corpora, *obscuri homines, nullis insignes virtutibus: aut præcipui: vnde elegans etiam corpus dicimus. Aul. Gell. vide.*

DVM paci medium se offert.] *Macrob. lib. 4. cap. 4. [Greek] à causâ, & indignitate.*

ÆQVO Marte.] *Epitheton Martis. Odyss. γ. & Iliad. 9. [Greek].*

INSANI Martis.] [Greek] *Odyss. λ. Prouerb.* Ithorus: & Thurium lema.

SVPER fortuna laborum.] *[Greek], pro, superest fortuna.*

AMSANCTI valles.] *Plin. lib. 2. cap. 93. de hoc loco. Floridus libro secundo, capite decimooctauo, succisiuarum lectionum.*

ILLE velut pelagi.] *Hom. Iliad. ρ. [Greek], &c.*

B LATRANTIBVS vndis.] *Homer. Odyss. μ. [Greek]*

NAM mihi parta quies.] *Prouerb.* In portu nauigo.

LACHRYMABILE bellum.] *[Greek], Homericum epitheton.*

GEMINÆ belli portæ.] *Alexand. lib. 1. cap. 15.*

QVIRINALI trabeâ.] *Cælius lib. 12. cap. 8. Alexand. lib. 5. cap. 18.*

PARS arduus altis.] *Figurata locutio: suprà,* Pars certare parati, *lib. 5.*

SALIGNAS.] *Plinius libro 16. capite 40. Theocritus Idyl. 16.*

PANDITE nunc Helicona.] *Quæ sequuntur, ad catalogum Homeri sunt efficta.*

ET meministis enim diuæ.] *Homer. [Greek]. Iliad. 2. Macrob. libro 5. cap. 15.*

PRIMVS init.] *Exponit siue enumerat copias Italicas. De hoc catalogo, libro 5. cap. 5. Macrob. legatur.*

CONTEMPTOR diuûm.] *Macrobius libro tertio,*

C *capite quinto.*

PVLCHRA Auentinus.] *Poëta fabulam miscet, ad discutiendum tædium: quod tam longâ enumeratione poterat oboriri. Vide Macrobium lib. 5. cap. 16.*

MIXTA deo mulier.] *Cælius libro 4. capite 7. Homericum'q; est.*

FILIVS huic iuxtà.] *Quint. lib. 8. cap. 4.*

PILA.] *Alexand. lib. 6. cap. 22. & lib. 4. cap. 7.*

DOLONES.] *Grapaldus lib. 2. cap. 10.*

TEGMEN immane Leonis.] *Alexand. libro primo, capite 20.*

GLANDES liuentis plumbi.] *Sphærulæ bombardicæ sunt. Ouid. lib. 7.* Contorto verbere glandes. *Olim, ante vsum bombardarum, apparet missas fuisse fundis.*

QVOS diues Anxur.] *Macrob. lib. 5. cap. 18.*

CRVDVS tegit altera.] *Tangit morem eundi in bellum, vno pede calceato, altero nudo. Sumptum ex Meleagro Euripidis. Cæl. lib. 20. cap. 2...*

CEV quondam niuei.] *Macrob. lib. 5. cap. 8. Homer. Iliad. β. [Greek]*

ÆQVOS'QVE Phaliscus.] *Vide loci enarrationem in 5. Volaterrani geographiæ.*

ASIA.] *De Asiâ vide Hom. in 2. Iliad. [Greek]. Apollo. lib. 4. Suprà Georg. lib. 1.*

NVBEM.] *Græcismus eodem: nam apud Græcos frequentissimum est,* Nubem, *pro agmine & vi vsurpari. Euripides in Phœnissis. Hom. Iliad. ρ.*

FALCATI cominus enses.] *Affectauit varietatem: dicendum enim,* dextra.

CATEIAS.] *Alexand. lib. 6. cap. 22. Aul. Gell. lib. 10. capite 25.*

CETRA.] *Alexand. lib. 6. cap. 22.*

IVVERE in vulnera.] *Iliad. β. Hom. [Greek]. Infrà libro 12.* Cadit ipse Tolumnius augur. *Apollonius lib. 2. [Greek], & libro 9. infrà:* ac non augurijs valuit depellere pestem.

VIRBIVS.] *Nomen ab etymologiâ Hippolytus ita dictus. Vide Rod. Agric. lib. 1.*

QVIN & Marrubia.] *Cælius lib. 6. cap. 16.*

TRIPLICI crinita iubâ.] *Heroës olim galeas, id quod hic ostenditur, triplici cono gestabant. Vide interpretem in Orestem Euripidis. Macrob. lib. 5. cap. 13. Homer. Iliad. γ. [Greek]. Floridus lib. 2. cap. 6. Apollon. lib. 2. quadruplici cono: [Greek].*

SVSTINET Ætnæos.] *Macrob. lib. 5. cap. 13.*

CHIMÆRAM sustinet.] *Alexandr. vide libro 1. capite 20.*

TOTO vertice suprà est.] *De isto aliàs dictum.*

VIRBIVS Hippolytus.] *Vide Macrobium libro 5. capite 15.*

AVRVNCÆ'QVE manus.] *Macrob. lib. 5. cap. 15. Hom. Iliad. ν. [Greek].*

QVA Saturæ iacet. *Cæl. lib. 19. cap. 25.*

ILLA vel intactæ.] *Macrob. lib. 5. cap. 8. Iliad. υ. [Greek], &c. Quint. lib. 8. cap. 6. Apoll. lib. 1. [Greek]*

IN LIBRVM VIII.

EXTVLIT belli signum ab arce.] *Videtur innuere ignem, quo vice lituum, ad significandum aliquid, prisci vsi sunt: de quâ re Euripidis Scholiastes in Phœnissis. Et Alexand. libro 4. cap. 2. Homer. Iliad. 18. Nihil tamen vetabit, sic accipiamus de signis, quæ exhibentur tubâ.* Lituo autem, *cornibus: cùm sequatur,* strepuerunt cornua cantu.

ATQVE animum nunc huc.] *Versus prouerbialis. Homer. Odyss. [Greek].*

SICVT aquæ tremulum.] *Hæc comparatio est ex Apollonij tertio desumpta: [Greek].*

TRIGINTA capitum.] *Hæc suprà lib. 3. Aeneæ ab Heleno prædicta.*

PAVCIS, aduerte, docebo.] *Populares & prouerbiales versiculi.*

PERSOLVES, ego sum.] *Politianus, capite Miscellaneorum, 58.*

OCVLOS mirabile monstrum.] *Vide Messalam Coruinum de hoc loco.*

VNCTA.] *Fortè idem apud Græcos [Greek], quod interpres Hom. Iliad. β. exponit, pice, oblita seu picata.*

PICTA'SQVE carinas.] *Nota epitheton, ad Græcorum imitationem, apud Homerum, [Greek] naues, id est, rubricatæ, minio tinctæ. Iliad. β. Odyss. 9. Lucianus in Charidemo.*

VT celsas vidêre rates.] *Prouerb.* Senex secunda saltat.

IVVENES in causâ.] *Prouerb.* Prorsus ignoti. *Homer. Odyss. γ. & α. [Greek], &c.*

DEXTRA'MQVE amplexus.] *Græci dicunt, [Greek]: apud Homerum subinde.*

ALTIOR ibat Anchises.] *Dignitatem personæ pulchritudo habet. Identidem id à Marone inculcatur.*

ACCIPIT Aeneam.] *Homer. Iliad. ν. [illegible]* *Prouerb.* Tanquam heroës in clypeo excipere. *Cælius lib. 14. cap. 27.*

PERPETVI tergo boues.] *Macrob. lib. 5. cap. 6.*

POSTQVAM exempta fames.] *Prou.* Non interpellandus famelicus.

REX Euandrus erat.] *In hac narratione [illegible] est pulchrè obseruatum, in sene garrulo. Vide de hac narratione Macrobium, lib. 5. cap. 14.*

NODI'SQVE grauatum robur.] *Descriptio accidentalis clauæ. Theocritus in Heraclidis: [illegible].*

PEDIBVS timor addidit alas.] *Erasmus hunc versiculum Ouidio tribuit. D. Ioach. Camerarium vide, in erratis.*

SEDES & regna recludat.] *Homer. Iliad. 20. Macrob. lib. 5. cap. 16. [illegible]*

PEDIBV'SQVE informe cadauer.] *Prou.* Pedibus trahere. *Hom. Iliad. χ. [illegible]*

LATI'QVE minores.] *Alexand. lib. 1. cap. 14.*

POPVLVS bicolor.] *Cælius lib. 13. cap. 17. Theocr. in Pharmaceutriâ. Estq; sacra Herculi, suprà in Eclogis:* Populus Alcidæ gratissima, vitis Iaccho.

GEMINO'SQVE premens Elisa.] *Theocr. in Heraclidis. Hom. Iliad. [illegible]*

FACTA ferunt.] *Enumeratio rerum gestarum Herculis.*

SEMESA ossa cruento.] *Ab etymologiâ Cerberi alludit: [illegible].*

OCVLOS fert omnia circum.] *Cælius libro tertio, capite 28.*

DVRO robore nata.] *Prouerb.* Ex quercubus nati. *Homer. Odyss. τ. [illegible]*

LATIVM.] *Locus ab etymologiâ: quum latuisset tutus in illis.*

FORTVNA omnipotens.] *Macrob. lib. 5. cap. 16. Maro enim fortunæ asscribit, quod Homerus Fato.*

CARMENTALEM portam.] *Alexand. libro quarto, capite 16.*

ASYLVM.] *Alexand. lib. 3. cap. 20. Habet autem nomen ab A, priuatiuâ particulâ, & συλάω, Prædor, Rapio.*

LVPERCAL.] *Alexand. libro 6. capite 11. & libro 4. capite 12.*

ARGILETI.] *Alexand. lib. 2. cap. 10.*

NIGRANTEM ægida.] *Hom. [illegible]*

LVBISTIDIS vrlæ.] *Prou.* Non habet, cui indormiat.

STRATI'SQVE locauit.] *Prou.* Tanquam heroës in clypeo accipere. *Homer. Iliad. ν.*

DVM bellum Argolici.] *Narratio.*

NON vllum auxilium.] *Insinuatio.*

NATO.] *Vehementius [illegible], à nominibus necessitudinis, quàm proprijs.*

ARMA rogo, genitrix.] *Propositio est. Hom. Iliad. 18. [illegible]*

QVICQVID in arte meâ.] *Prouerbialis versiculus.*

LIQVIDO'VE potest electro.] *Politianus cap. 71. legit, potest vi. Prouerb. vide,* Electro lucidior.

OPTATOS dedit amplexus.] *Aulus. Gell. libro 9. capite 10.*

CVM fœmina primum.] *Oeconomicus locus, & mirè elegans.*

COLO vitam tolerare.] *Homer. Iliad ξ. Odyss. [illegible]*

QVANTVM ignes animæq;.] *Floridus lib. 1. cap. 5. à succis. lect.*

MANIBVS iam parte polita.] *Locus Meteorologicus, de impressionibus.*

ÆGIDA'QVE horrificam.] *Politian. Miscella. capite 47. Iliad. ε & δ.*

VERSA'NTQVE tenaci.] *[illegible]*

SEPTENIS orbibus orbes.] *Hom. quinq; plicas ponit, per quas quinq; zonæ accipiendæ. Vide Heraclid.*

CONSVRGIT senior.] *Macrob. lib. 5. cap. 8. Homer. Iliad. β. [illegible], &c. Reliquum ex Poëtâ petat.*

GRESSVMQVE canes comit.] *Homer. Odyss. β. [illegible]*

MATVTINVS Æneas.] *[illegible], pro, manè. Græcis hæc figura familiarior, quàm Latinis.*

DII capiti ipsius.] *Prou.* Si quid mali, in Pyrrhum.

TABO'QVE fluentes.] *Horrendum tormenti genus.*

TARCHON.] *Boccatium lege. lib. 10. cap. 70.*

SVB te tolerare magistro.] *Hoc loco commendatur & disciplina & educatio.*

MARTIS opus.] *Homerus Iliados ν. [illegible]*

SCVTA virûm.] *Iliados μ. & φ. Homer. consule quorsum hîc alluditur.*

O' mihi præteritos.] *Iliad. λ. Hom. [illegible], &c. Prou.* Ad finem vbi perueneris, ne reuerti velis. *Macrob. lib. 5. cap. 8.*

EST ingens.] *Lege diligenter Macrob. lib. 3. cap. 5.*

QVEM Venus ante alios.] *Hom. Iliad. 22. [illegible] Macrob. lib. 5. cap. 8.*

ILLE deæ donis.] *Macrob. lib. 5. cap. 8. & 9. Homer. 19. Iliad. [illegible]*

INTE'RQVE manus & brachia.] *Hypotyposis gestuum eorum, qui aliquid admituntur.*

SOLIS inardescit.] *Homerus Iliad. 7. [illegible]*

TVM leues ocreas.] *Homer. Iliad. 18. [illegible]*

CLYPEI non enarrabile textum.] *Descriptio præclara Clypei, petita ex Homer. Iliad. 18. Exstat nec multum dissimilis apud Calabrum Euripid. libro sexto, & Hesiodum in Scuto.*

CORPORA fingere linguâ.] *Alludit ad vrsorum naturam.*

MORE Sabinas.] *Floridum lib. 1. cap. 12. succis. lect. petat qui volet: mihi ostendisse locum hîc, vt aliàs, sat est.*

FOEDERA porca.] *Alexand. legatur. libro 5. cap. 3. Hom. Iliad. Β.*

METIVM in diuersa quadrigæ.] *Exemplum & supplicium perfidiæ, Vide Liuium, libro 1. Decadis 1. Valerium, lib. 7. cap. 4.*

MANERES.] *Græcismus est, [illegible], pro, stare promissis, manere. Cicero, Conuentis stare, lib. 1. Offic.*

CLÆLIA.] *Paulum Orosium vide, lib. 2. cap. 4. & 5.*

VIRGATIS lucent sagulis.] *Cælius libro 16. capite 10. Baysius capite 15. de re vestimentariâ. Alexander libro 5. capite 18.*

CÆSA manu.] *Cælius lib. 21. cap. 18.*

CATONEM.] *Latini Catoni tribuunt id, quod Græci Rhadamantho Aeaco, & Minoi: habentes pro incorruptis iudicibus & seueris.*

FERVERE Leucatem.] *Macrob. lib. 5. cap. 14.*

NAVALI coronâ.] *Aul. Gell. lib. 5. cap. 16.*

CREDAS in mare reuulsus.] *Macrob. lib. 5. cap. 14.*

Apostro-

A *Apostrophe. Baysius in libello de re nauali.*

VOLATILE ferrum.] *Macrob. lib. 6. cap. 5.*

TVRRITIS nauibus.] *Cælius lib. 29. cap. 17. locum habet. Baysium, in libello de re nauali, vide.*

BELLONA.] *Bellona Latinè: Græcè ἐνυώ. Homerus Iliados ε.*

MVLCIBER.] *Vulcani epitheton, quòd omnia mulceat ignis. Vide Macrob. lib. 6. cap. 5.*

IN LIBRVM IX.

IRIM de cœlo misit.] *Homerica æmulatus. Iliad. β. & θ. & σ. Ἶρι θεά τίς σ' ἄρ θεῶν ἐμοὶ ἄγγελον ἧκε; Macrobius lib. 5. cap. 9.*

THAVMANTIAS.] *Cælius lib. 22. cap. 24.*

SCEPTRA Palatini.] *Politian. Miscel. cap. 71.*

GVRGITE Lymphas.] *Euripides in Hippolyto. Macrobius lib. 3. cap. 1.*

FERTE citi ferrum.] *Versiculus artificiosus.*

TOTO vertice suprà est.] *Vbiq; sui similis Poëta, introducendo heroas proceros.*

NILVS.] *Quasi νέα ἰλύς. Etymon. Cælius libro vigesimo, capite 13.*

B VIGINTI lectis equitum.] *Siccum genus dicendi. Macrobius libro 5. cap. 1.*

VENTOS perpessos &c.] *Hom. Odyss. ζ. ὕδμην & ᾤνι δάμνη, &c.*

NVTV tremefecit olympi.] *Macrob. lib. 5. cap. 16. Ouid. lib. 14. Hom. Iliad. α. ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων. Prou.* Attolere supercilium.

MORTALI'NE manu factæ.] *Locus est à repugnantibus.*

PER pice torrentis.] *Cælius lib. 28. cap. 5.*

EXVRERE Turno.] *Prou.* Mare exurere. *Macrob. lib. 4. cap. 6.*

ÆRATÆ steterunt puppes.] *Alij, pro puppes, proræ legunt. Pete Floridum, libro primo, capite tertio, succis. lect. Et Baysium, libro de re nauali. Fortè. Hom. Odyss. λ. κυανοπρῴροιο dixit.*

NEC solos tangit Atr.] *Prouerb. versiculus. Lege Prouerb.* Non soli Atridæ amant vxores. *Macrob. lib. 5. capite 9. Homer. ἦ μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων Ἀτρεΐδαι.*

QVIS scindere vallum.] *Macrobius libro 5. cap. 9.*

C *Iliad. μ. ὄφρ' ἐνθάδ' ἐπελθέμεναι πάντες, ῥήγνυσθαι δὲ τεῖχος.*

PROCVRATE viri, & pugnam.] *Homer. Iliad. τ. Macrob. lib. 7. cap. 2. & lib. 5. cap. 9. νῦν δ' ἔρχεσθ' ἐπὶ δεῖπνον, ἵνα ξυνάγωμεν ἄρηα.*

DII'NE hunc ardorem.] *Cælius lib. 2. cap. 9. Prouerb.* Deum sequere.

DVO magna talenta.] *Homer. Iliad. 9. ἑπτ' ἀπύρους τρίποδας, δέκα δὲ χρυσοῖο τάλαντα.*

BIS senex lectissima.] *Hom. Iliad. ψ. Euripid. in Alceste. Alciatus lib. 1. parerg. cap. 22.*

VAGINA aptârat eburnâ.] *Macrob. lib. 5. cap. 9. Homerus Iliados κ. Τυδείδῃ μὲν δῶκε μενεπτόλεμος Θρασυμήδης φάσγανον ἄμφηκες, τὸ δ' ἑὸν παρὰ νηῒ λέλειπτο καὶ σάκος.*

PROTINVS armati.] *Macrob. lib. 5. cap. 9. Homerus Iliad. κ. τὼ δ' ἐπεὶ οὖν ὅπλοισιν ἔνι δεινοῖσιν ἐδύτην.*

EGRESSI superant fossas.] *Hom. Iliad. κ. τὼ δὲ βάτην προτέρω διά τ' ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα.*

MOLLE pecus mutumq;.] *Oratio elegans. Videtur descriptio ab accidentibus esse.*

SED non augurio potuit.] *Prouerb.* Alij prospiciens. *Suprà lib. 7. huius etiam aliquid adnotatum est. Hom. Iliad. β. ἀλλ' οὐκ οἰωνοῖσιν ἐρύσατο κῆρα μέλαιναν.*

PVRPVREAM vomit ille.] *Cæl. lib. 8. cap. 12. Homer Iliad. π. τὸν δὲ κατ' ὄσσε πορφύρεος θάνατος.*

QVID faciat, quâ vi.] *Macrob. lib. 4. cap. 6.*

SI qua tuis vnquam.] *εἴ ποτέ τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα, ἢ εἰ δή ποτέ τοι κατὰ πίονα μηρί' ἔκηα, ταύρων ἠδ' αἰγῶν, τόδε μοι κρήηνον ἐέλδωρ. Homer. Iliad. α.*

TEMPVS vtrumque.] *Homerus Iliad. δ. βάλε δουρὶ κόρσην· ἡ δ' ἑτέροιο διὰ κροτάφοιο πέρησεν αἰχμὴ χαλκείη.*

CONCLAMAT.] *Par fidelissimorum amicorum, Nisus & Euryalus.*

VOLVITVR Euryalus.] *Macrob. lib. 4. cap. 6. Ab attestatione rei visæ πάθος.*

PVRPVREVS veluti cùm flos.] *Macrob. lib. 5. cap. 10. Hom. Iliad. θ. μήκων δ' ὡς ἑτέρωσε κάρη βάλεν, ἥ τ' ἐνὶ κήπῳ καρπῷ βριθομένη.*

FORTVNATI ambo.] *Poëtæ acclamatio, in commendationem fidæ amicitiæ.*

NVLLA dies vnquam.] *Versiculus prouerbialis.*

SERRANO'QVE Numâque.] *Numa cadit hic, id quod mirum: quem infrà lib. 10. Aeneas prosequitur. Vide Macrobium. lib. 5. cap. 15.*

ET iam prima nouo.] *Homer. Iliad. λ. ἠὼς δ' ἐκ λεχέων παρ' ἀγαυοῦ Τιθωνοῖο ὤρνυτ', &c. Macrob. lib. 5. cap. 9.*

MVLTO clamore sequantur.] *Homer. Iliad. 18. κεφαλὴν δέ ἑ θυμὸς ἀνώγει πῆξαι ἀνὰ σκολόπεσσι ταμόντ' ἁπαλῆς ἀπὸ δειρῆς.*

ALLABITVR aures.] *Hysterologia. Prouerb.* Ad aures peruenit.

SCISSA comam.] *Macrob. lib. 5. cap. 9. Hom. Iliad. χ. μεγάλοιο διέσσυτο μαινάδι ἴση παλλομένη κραδίην.*

AMENS.] *Græcum est, ἐκνεύσιφρον.*

EXCVSSI manibus.] *Πάθος ab habitu. Macrob. lib. 4. cap. 1.*

CANIBVS Data præda.] *Sophocl. in Antig. ἐᾶν δ' ἄθαπτον καὶ πρὸς οἰωνῶν δέμας, καὶ πρὸς κυνῶν ἐδεστὸν αἰκισθέν τ' ἰδεῖν.*

ACTA testudine.] *De testudine vide Vegetium, lib. 4. cap. 14.*

SVBTER densâ testudine.] *Quid sit testudo, hic Poëta explicat.*

EQVVM domitor Nept.] *Aul. Gell. lib. 15. cap. 21. Immanes & feroces Neptuni franguntur filij.*

VIRVM demiserit Orco.] *Hom. Iliad. α. ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν.*

ET meministis enim.] *Suprà iteratum est carmen, lib. 7. & Homer. Iliad. β. Macrob. lib. 5. cap. 13. ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε, πάρεστέ τε, ἴστε τε πάντα.*

SERVA Lycimnia furtim.] *Cæl. lib. 26. cap. 23. Macrob. lib. 5. cap. 12. Hom. βουκολίων δ' ἦν υἱὸς ἀγαυοῦ Λαομέδοντος πρεσβύτατος γενεῇ, σκότιον δέ ἑ γείνατο μήτηρ.*

PARMA'QVE inglorius albâ.] *Consule Alexand. lib. 6. cap. 22. de albâ parma.*

VT fera, quæ densâ.] *Macrobius, libro 5. capite 11. Homer. lib. 12. ὥς ὅταν ἔν τε κύνεσσι καὶ ἀνδράσι θηρευτῇσι.*

QVALIS vbi aut leporem.] *Macrob. lib. 5. cap. 12. Iliad. 22. ὥς τ' αἰετὸς ὑψιπετήεις ὅς τ' εἶσιν πεδίονδε διὰ νεφέων ἐρεβεννῶν ἁρπάξων, ἢ ἄρν' ἀμαλὴν ἢ πτῶκα λαγωόν.*

MARTIVS lupus.] *Cælius lib. 10. cap. 2. Alexand. lib. 3. cap. 12.*

TOLLITVR, inuadunt.] *Macrob. lib. 5. cap. 12. Homer. Iliad. λ. χθὰν δὲ μεθ' ἱππῶν ἐπὶ τάφρον κοσμηθέντες.*

STERNIT Asylas.] *Confundit nomen Poëta. Infrà enim, libro duodecimo, Corinæus Ebusum sternit. Macrobius lib. 5. cap. 15.*

AD vulnus tulit.] *Prouerb.* Vbi quis dolet, ibi manum habet.

STABAT in egregijs.] *Macrobius libro 5. capite 19. luculentissima quædam.*

SPIRAMENTA animæ.] *Periphrasis pulmonis.*

PORRECTVM extendit arenâ.] *Homericum est, ἐτίταθο.*

Digitized by Google

BIS capti Phryges.] *Ouid.lib.10. suprà lib.3. Euripides in Andromach. Iliad.2. Macrob lib.4.cap.5.*

NATOS ad flumina primùm.] *Cælius lib.6.cap.2.*

DVRVM à stirpe genus.] *Allusio ad illud Homeri, Odyss.7. Ex quercubus ac saxis nati.*

CONVECTARE iuuat prædas.] *Cælius libro 18. cap.1. Consulatur Homerus, libro 9. Odyss. & Thucydides, lib.1 belli Peloponesiaci.*

MVRICE.] *Bayfius cap.3. de re vestimentariâ.*

ET tunicæ.] *Prou.* Maniuoro vinculo. *Et Prouerb.* Thessalorum alæ. *Aul. Gell.lib.7.cap.12. Homer. Iliad.ε. ἑλκεχίτωνας vocat ἀλέαν.*

O vere Phrygiæ.] *Prouerb.* Linguâ bellare. *Homer. Iliad.β. ὦ μοι ἀπειλητῆρες ἀχαιΐδες οὐκ ἔτ' ἀχαιοί. Macrob.lib.5. cap.9. Prouerb.* Pepones.

SINITE arma viris.] *Hom. Iliad.ζ. πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει.*

BVXV'SQVE vocat.] *Cælius lib.9.cap.7.*

ET statuam ante aras.] *Hom. Odyss.γ. Iliad.α. Ouid. lib.3. Transformat.7.10.& 15. Macrob.lib.3.cap.5. Alexander.lib.3.cap.12.*

IAM cornu petat.] *Hic versus suprà Aeglogâ 3. repetitus est.*

SONAT arcus, &c.] *Hom. λίγξε βιός, ἆλτο δ' ὀϊστός. Iliados Δ.*

MACTE nouâ virtute.] *Prou.* ἐκ πάππ. *Hom. Odyss. α. ἄλκιμος ἔσσ', ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ. Iliad. θ. βάλλ' οὕτως.*

SIC fatis Aeneide.] *Priscianus lib.2.*

MORTALES medio.] *Hom. Odyss.α. ἣ μὲν ἄρ' ὣς εἰποῦσ' ἀπέβη ... ὄρνις δ' ὣς ἀνόπαια διέπτατο.*

ABIETIBVS.] *lib.5.cap.14. Macrobius.*

ARMATI ferro.] *Macrobius, libro quinto, capite vndecimo. Hom. Iliad.12. τό μὲν ἄρα προπάροιθε πυλάων ὑψηλάων ἔστασαν.*

STOMACHO'QVE infixa sub alto.] *Homer. Iliad.Δ. νύξ' ... μαζοῖο, πάγη δ' ἐν πνεύμονι χαλκός.*

PHALARICA.] *Vegetius lib.4.cap.18.*

COLLAPSA ruunt immania.] *Hom. Iliad. ... ἀρα ... ἐπ' αὐτῷ.*

PILA.] *Vitruuius lib.1.cap.8. Cæl.lib.7.cap.20. locus est in Budæi Annotat.in Pandectas.*

TREMVNT in vertice cristæ.] *Macrobius libro 5. capite 13. Hom. Iliad.ε. δαῖέ οἱ ἐκ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος ἀκάματον πῦρ.*

PRIAMO narrabis Achillem.] *Prouerb. versiculus.* Du solt dein mann finden.

CONSVRGIT in ensem.] *Φάσγανον ἀΐξας. Homer. Iliad.ν.*

HVC caput atque illuc humero.] *Πάθος, à debilitate Macrobius libro 4. cap.3. Floridus libro 3. de Cæsaris præstantiâ.*

IVNO vires animumq; ministrat.] *Iliad.ε. ἀλλά ... καὶ θάρσος ... καὶ θυμὸν ἐγείρει, καὶ ἐν φρεσὶ θῆκε μένος. de Pallade.*

ARMARE veneno.] *Hom. Odyss. α. ἰοὺς χρίεσθαι χαλκήρεας. Quint.lib.8.cap.6. Horat.* Nec venenatis grauidâ sagittis. *Floridus lib.de Iuris interpretibus.*

QVOS alios muros.] *Macrob.libro 5. capite nono, Homerus Iliados. ο. οὐ ... τεῖχος ἄρειον ᾧ κ' ἀνδράσι λοιγὸν ἀμύναι.*

TINNITV galea.] *Macrob.lib.6.cap.3. Homer. Iliad. 16. πήληξ βαλλομένη καναχὴν ἔχε.*

ABLVTA cęde.] *Macrob.lib.3.cap.1. Prouerb.* Mare abluit mala hominum. *Euripides in Hippolyto.*

IN LIBRVM. X.

OMNIPOTENTIS Olympi.] *lib.20. Cæl. cap. 13. Quint.lib.19.cap.4.*

CONCILIV'MQVE vocat.] *Initium concionis Deorum. Videtur ex Odyss.9. hoc à Poëtâ desumptum.* A

DIVVM pater atque hominum.] *Hom. Odyss. α. πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. Prouerb.* Dijs applaudentibus.

BIPATENTIBVS.] *Homericum est. Vide Iliad.ε. vbi portæ cœli descriptæ.*

ALPES immittit apertas.] *Ad Punicum bellum respiciunt hæc. Florus lib.2.cap.6.*

AVREA Venus.] *Epitheton Homericum. Iliad.γ. χρυσῆ ἀφροδίτη. Et Hesiod.lib.2. Prou.* Fictilis homo.

MOERORVM.] *Diphthongus, pro, mœrorum. Vide Politianum, Miscell.cap.58.& 18.*

COMMITTERE ventis.] *Prou.* Tradere ventis.

PRÆFIGERE puppibus arma.] *Prouerbialis versiculus.*

CREDO mea vulnera.] *Lege Homerum, Iliad.ε.*

QVID me alta silentia.] *Macrob.lib.4.cap.2.*

CASSANDRÆ.] *Rudolph.lib.2.cap.21.*

NEBVLAM & ventos obtend.] *Iliad.ε. Homerus & Iliad.υ.*

RERVM cui summa potestas.] *Hom.Odyss.ν. οὗ κράτος ἐστὶ μέγιστον.*

HÆC mea figite dicta.] *Homer. Iliad.Α. ἐπιμάρτυρος ἔστω* B *μῦθος, vel σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσι.*

DOMVS alta silescit.] *Macrob.lib.5.cap.13. Autoritas Iouis hic attendenda.*

ÆNEAS ignarus abest.] *Macrob.lib.4.cap.6.*

NVLLO discrimine habebo.] *Suprà lib.1. similis versiculus. Idemq; prouerb. à Didone recitatur.* Tros Tyriusq; mihi nullo discrimine habetur.

ANNVIT, & totum.] *Macrob.lib.5.cap.13. Ouid.lib. 14.* Annuit, & tonitruq; & fulgure terruit orbem. *Prouerb.* Nutu ac renutu. *Homer.Iliad.α.*

SVRGIT, cœlicolæ.] *Finis concionis Deorum.*

IASIDIS.] *Macrob.lib.5.cap.15.*

IVPITER aureo.] *Dactylicus acatalecticum, qualis ille suprà in 6.* Omnia perlegere.

IASIVS Imbrasides.] *Homerus Iliad.Δ. Πείροος Ἰμβρασίδης.*

Calamos armare veneno.] *Suprà lib.9. de hac re dictum est abundè satis.*

QVÆ manus interea.] *Catalogus copiarum Æneæ Vergilius diuersis locis, id quod Homerus vno in loco, enumerat. Vide Bœotiam Homeri.* C

CVIVS olorinæ.] *Faculam interserit Maro, ad tollendum fastidium. Macrob.lib.5.cap.16.*

ASYLAS.] *Lege Macrob.lib.5.cap.15. quid discriminis inter Catalogum hunc, & Homeri.*

TOT lecti proceres.] *Epilogus enumerationis ducum, nauiumq;.*

DAT cura quietem.] *Homerus Iliad.Β. ἀλλὰ παννύχιος εὗδον. Macrob.lib.6.cap.5.*

ÆRATÆ steterant ad littora.] *Suprà libro 5. versus reperitur.*

CYMODOCEA.] *Græca forma est, pro, Cymodoce.*

IGNIPOTENS.] *Vulcani epitheton: quem suprà Lemnium, & Mulciberem appellauit.*

STRYMONIÆ grues.] *Hom. Iliad.γ. Theocr.in Bionis epitaphium,* Cygni Strimonij. *Macrob.lib.5.cap.10. ἠΰτε περ κλαγγὴ γεράνων πέλει οὐρανόθι πρό.*

ARDET apex capiti.] *Homer. Iliad. ε. Macrob. lib.5. cap.13. δαῖέ οἱ ἐκ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος ἀκάματον πῦρ.*

LIQVIDA siquando nocte.] *Homer. Iliad.Δ. Macrob.lib.1.cap.14.& Iliad.χ.*

SIRIVS ardor.] *Hom.Iliad.λ. οὖλος ἀστὴρ παμφαίνων.*

NVNC coniugis esto.] *Opportuna, & solennis incitatio.*

AVDENTES fortuna iuuat.] *Prou.* Fortes fortuna iuuat. *Macrob.lib.6.cap.1.& 7.*

TON-

A TONSIS.] *Tonsæ, Gyraldum vide, capite 13. de nauigijs & Bayfium.*

TVNICAM squallentem auro.] *Aul. Gell. libro secundo, capite 6.*

BOREÆ de gente supremâ.] *Aul. Gell. libro 13. capite 19.*

DISCORDES æthere venti.] *Hom. Iliad. ν.*

CONCVRRVNT.] *Prouerb.* Pedem conferre.

HÆRET pede pes.] *Homer. Iliad. ν. Macrob. lib. 6. cap. 1. & libro 5. cap. 13. ἀσπὶς ἄρ᾽ ἀσπίδ᾽ ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ᾽ ἀνήρ. Et repetitur locus Iliad. π. Prou.* Mutua defensatio.

FERRO rumpenda per hostes.] *Hom. Iliad. Δ.*

INCESTARE nouercæ.] *Floridus libro de Iurisciuilis interpretatione, huius meminit.* Incestare, *propriè ad sacras virgines: hic tamen ad prophanas personas.*

CAPVT Euander.] *Ang. Polit. Miscell. cap. 71. Lagaeus autem versiculus videtur, propter t in caput.*

SIMILLIMA proles.] *Horat. lib. 4. Ode 5.* Laudantur similes prole puerperæ. *Hesiod. libro α. ἐοικότα τέκνα γονεῦσι.*

B

STAT sua cuiq; dies.] *Macrob. lib. 5. cap. 10. Iliad. ζ. μοῖραν δ᾽ οὔτινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν. Macrob. lib. 2. cap. 16.*

FATA vocant metasq;.] *Hom. Iliad. 22. Macrob. lib. 5. cap. 10. νῦν δ᾽ αὖτέ με κιχάνει μοῖρα θανάτοιο.*

VNA eademq; via.] *Lege in scansione,* Eademq;, *trisyllab. vt constet versiculus. Synezesis enim est, similis suprà, eclogâ 8.* Vno eodéq; igni sic nostro Daphnis amore.

PETIT ore cruento.] *Prouerb.* Mordicus tenere. *Homer. Iliad. 22. & 2. Odyss. χ. infrà lib. 11.* Et humum simul ore momordit. *Eurip. in Phœnissis: γαῖαν ὀδὰξ ἑλόντες. Iuuenum enim mors difficillima est: quæ hac notatione repræsentatur.*

CÆSA manus iuuenû.] *Prou.* Inexplebile doliû.

IMMOLET vmbris.] *Hom. Iliad φ.*

PER patrios manes.] *Hom. Iliad. ζ. καί με ... Macrob. lib. 5. cap. 10.*

REFLEXA ceruice.] *Græci dicunt ἀνερύειν. Cæl. lib. 12. cap. 1. Hom. Iliad. α.*

ISTIC nunc metuende, &c.] *Macrob. lib. 5. cap. 5. Hom. Iliad. φ. ἐνταυθοῖ νῦν κεῖσο μετ᾽ ἰχθύσιν, οἵ σ᾽ ὠτειλὴν αἷμ᾽ ἀπολιχμήσονται.*

C

TVM caput orantis.] *Macrob. lib. 5. cap. 13. Homer. Iliad. κ. ...*

AMICLIS.] *Prou.* Amyclas silentium perdidit.

PROSEQVITVR fortunaq; Numam.] *Macrob. lib. 5. cap. 15. Hunc suprà lib. 9. Nisus interficit.*

ÆGEON qualis.] *Macrobius libro 5. cap. 16. Ianus Parrhasius.*

Ex hostibus vmbræ.] *Hom. Iliad. ι. & υ.*

PER te qui talem genuêre parentes.] *Macrobius. lib. 2. cap. 1.*

DICTA dabas, morere.] *Ardens, infestum & erectum genus dicendi. Macrob. lib. 5. cap. 1.*

DAT sinè mente sonum.] Sinè mente sonus, *Prouerbiale est.*

FERRE ventos.] *Prou.* Ventis tradere.

IN faciem, &c.] *Hom. Iliad. φ.*

Morte obitâ.] *Macrob. lib. 6. cap. 1.*

Ima dehiscat.] *Prou.* Terra mihi priùs dehiscat.

PARI'DISQVE Mimanta æqualê.] *Locus contra genethliacos: cui non dissimilis exstat apud Hom. Iliad. 18.*

ACTVS aper.] *Homerus Iliad. ν. ἐν ὄρεσι κάπρος ...*

QVIBVS est Mezentius iræ.] *Iræ esse, Maronis est inuentum: Odio esse, vsitatius. Vide Macrob. libro 6. capite 6.*

Homer. Odyss. λ. videtur affectâsse simile, ...

SVADET enim vesana fames.] *Macrob. lib. 5. cap. 10. Hom. Iliad. ... Odyss. ζ. ... Hom. Iliad. μ.*

NON me quicunq; es inulto.] *Homer. Iliad. π. Macrob. lib. 5. cap. 12. οὔ θην οὐδ᾽ αὐτὸς δηρὸν βέῃ, ἀλλά τοι ἤδη ἄγχι παρέστηκεν θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή.*

NVNC morere: ast de me.] *Macrob. lib. 5. cap. 12. Homer. Iliad. χ. τέθναθι, κῆρα δ᾽ ἐγὼ τότε δέξομαι ὁππότε κεν δὴ Ζεὺς ἐθέλῃ τελέσαι.*

ILLI dura quies oculos.] *Macrobius libro quinto, capite vndecimo. Homer. Iliad. λ. ὣς ὁ μὲν αὖθι πεσὼν κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον.*

VICTORES victiq;.] *Prou.* Cædimus, inq; vicem præbemus crura sagittis: *ex Persio.*

MORTALIBVS esse labores.] *Macrobius lib. 5. cap. 16. Homer. δειλοῖσι βροτοῖσιν. Odyss. λ. Homines verò δειλοὶ identidem ab Homero appellantur.*

INGREDITV'RQVE solo & caput.] *Suprà lib. 4. de famâ iteratus versiculus.*

DEXTRA mihi Deus.] *Prouerbialis versiculus. Est autè Mezentius, impietatis seu temeritatis Cyclopicæ exemplû.*

LINEA terga.] *Bayfius cap. 8. Hom. Iliad. γ. Et in catalogo Alexand. lib. 6. cap. 12. Cælius lib. 12. cap. 40.*

INFELIX alieno vulnere.] *Macrob. lib. 4. cap. 4. πάθος à causa.*

CHARI genitoris amore.] *Insigne exemplum pietatis in Lauso.*

FALLIT te tua pietas.] *Macrob. lib. 4. cap. 4. πάθος à causa & indignitate.*

ÆNEÆ magni dextrâ.] *Meminit in Prouerb.* alij sementem faciunt, alij metunt.

IMMVNDO deformat puluere.] *Videtur alludi ad illud Odyss. ω. χερσὶν ἑλὼν κόνιν αἰθαλόεσσαν χεύατο κὰκ κεφαλῆς ... Macrob. lib. 4. cap. 3. πάθος mouet ab ætate.*

ALTE vulnus adactum.] *Macrob. lib. 4. capite 4. πάθος à definitione quasi ... interitum altum vulnus pater vocat.*

RHOEBE diu.] *Hom. est. Iliad. τ. Ξάνθε τί μοι θάνατον μαντεύεαι, &c. De Achille. Macrob. lib. 4. cap. 6. πάθος per ... ad iracundiam.*

MOERENTEM equum.] *Id ex Homeri Iliad. ρ. ... &c.*

OCCVMBENS pariter.] *Verba digna forti viro. Vidè Pontanum, tomo primo, lib. 1. de fortitudine.*

CRISTA'QVE hirsutus equinâ.] *Homer. Odyss. χ. ... Alexand. libro 1. capite 20. Et ... Odyss.*

PATIARE tegi.] *Attende religionem sepulturæ.*

VBI nunc Mezentius.] *Sarcasmus, amarulenta irrisio & insultatio.*

IN LIBRVM. XI.

OCEANVM interea.] *Χρονογραφία.*

DECISIS vndiq; ramis.] *Alexand. de hac re lege, lib. 1. cap. 22.*

QVI solus honos.] *Homericum illud videtur reddidisse. τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων.*

MEZENTIVS] *Quasi Medentius. Vide Priscian. libro primo.*

IN se caput niuei.] *Macrob. lib. 4. cap. 6.*

NON hæc Euandro de te. *πάθος à sui ipsius obiurgatione. Macrob. lib. 4. cap. 5.*

QVALEM virginem.] *πάθος à simili. Macrob. lib. 4. cap. 5.*

PRÆDAM dabit ordine.] *Alexander libro tertio, capite septimo.*

ÆVO confectus Acetes.] *Macrob. lib. 4. cap. 1.*

SALVE æternum mihi] *Alexander. lib. 5. cap. 7.*

RAMVS oleæ.] *Alexand. lib. 5. 1 3.*

BELLI'NE laborum.] *Linacer libro 6. capite de Hellenismo: subauditur, caussâ laborum. Macrobius libro sexto, capite secundo.*

VIXET.] *Pro Vixisset: syncope.*

ERRAVERE iugis.] *Homer. Iliad. ψ. πολλὰ δ' ἄναντα κάταντα πάραντά τε δόχμιά τ' ἦλθον, τανύοντι χαλκῷ τάμνον.*

PACE sequestrâ.] *Aulus Gell. lib. 10. cap. 10.*

CEDRVM.] *Alexand. lib. 3. cap. 2. Pro, Cedro dignum.*

CAVTIVS vt sæuo.] *Exemplum temeritatis in Pallante. Macrob. lib. 4. cap. 6.*

CONSTITVERE pyras.] *Descriptio sepulturæ, ex Homero desumpta. Homerum vide Iliad. α. η. & ψ.*

CORPORA quisque suorum.] *Iliad. η. νεκροὺς πυρκαϊῆς ἐπενήνεον ἀχνύμενοι κῆρ.*

TER circùm accensos.] *Homer. Iliad. ψ. οἱ δὲ τρὶς περὶ νεκρὸν ἐΰτριχας ἤλασαν ἵππους.*

SPARGITVR & tellus lachrymis.] *Homerus: δεύοντο ψάμαθοι, δεύοντο τεύχεα φωτῶν δάκρυσι. Macrob. lib. 5. cap. 10.*

MVLTA boum.] *Hom. ψ. Iliad. πολλοὶ μὲν βόες ἀργοὶ ὀρέχθεον ἀμφὶ σιδήρῳ σφαζόμενοι, πολλοὶ δ' ὄϊες καὶ μηκάδες αἶγες, πολλοὶ δ' ἀργιόδοντες ὕες.*

SÆVVS Drances.] *Macrob. lib. 5. cap. 2. Drances pro republicâ, Turnus, pro priuato.*

DECERNERE reges.] *Budæus in prioribus annotationibus in Pandectas.*

GALEAS coniiciunt.] *Alexad. lib. 5. cap. 7.*

VIDIMVS & ciueis.] *Ouid. lib. 14. Metamorph.*

SIMOIS.] *Hom. Iliad. φ. & Iliad. μ.*

ARGYRIPAM.] *Floridum vide, paginâ 6.*

VEL Priamo miseranda.] *Prouerb.* Vel hosti miserandum.

COLVMNAS.] *Affectauit hoc Maro, ex similitudine columnarum Herculis pro finibus, quas ille in extremo Oceano erexit.*

VENERIS violaui vulnere.] *Hom Iliad. ε.*

ET socij amissi.] *Parrhasius. Cælius. lib. 10. cap. 44.*

SI duo prætereà tales.] Duo, *Græcum est, pro, duos. Poëta, hoc ex Homeri Iliad. β. vbi & videtur affectâsse: τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες εἶεν Ἀχαιῶν· τῶ κε τάχ' ἠμύσειε πόλις Πριάμοιο ἄνακτος, χερσὶν ὑφ' ἡμετέρῃσιν ἁλοῦσά τε περθομένη τε.*

LINGVA melior.] *Prou.* Linguâ bellare.

REM nulli obscuram.] *Prouerbialis Versiculus.*

COELVM territat.] *Prou.* Cœlum territat.

NVLLA salus bello.] *ἀντίθεσις est, quæ ad pacem inuitat abstérretq; à bello.*

VENTOSA in linguâ.] *Prouerb.* Linguâ bellare.

RETRO fuit Aufidius.] *Prouerb. Sursum versus sacrorum flumina feruntur.*

HVMVM ore momordit.] *Iliad. λ. Hom. φῶτες ὀδὰξ ἕλον. Difficultas moriendi in iuuenibus. Odyss. χ. πάντες ὀδὰξ ἕλον ἄσπετον οὖδας. Et γαῖαν ὀδὰξ ἕλον. Prouerb.* Mordicus tenere.

ANTE tubam.] *Prouerb.* Trepidus ante tubam. & *Prou.* In limine deficiens.

MVSSA'NTQVE patres.] *Prou.* Ne μὺ quidem.

PATER, & magna.] *Versus Lagarus. vide Cæl. lib. 2. cap. 17. Macrob. lib. 5. cap. 14.*

SVMMÆ Palladis arces.] *Artium & prudentiæ, sedet in cerebro. & Cicero arcem caussæ aliquoties dicit.*

ARMIPOTENS.] *Macrob. lib. 5. cap. 3.*

FRANGE manu.] *Homer. Iliados ζ. ἆξον δὴ ἔγχος Διομήδεος.*

AHENIS horrebat squamis.] *Hom. Iliad. ι. θώρηξ δ' αὖ θέρμαινε περὶ στήθεσσιν ἐέστο. Macrob. lib. 5. cap. 10. Aul. Gell. lib. 2. cap. 6.* A

AVT assuetus aquæ.] *Homer. Iliados ε. αὐτὰρ ἐπεὶ ... ποταμοῖο, &c. Macrob. lib. 6. cap. 3. Et Iliad. ζ. ὡς δ' ὅτε τις στατὸς ἵππος, &c.*

TANDEM liber equus.] *Homer. Iliad. ζ. ὡς ἵππος ἀποῤῥήξας ... &c.*

PVLSVS ob inuidiam.] *Exemplum generis demonstratiui personæ elegantissimum.*

NOMINE Casmillæ.] *Locus à nomine rei, vt Rod. vocat lib. 1. Macrob. lib. 3. cap. 8.*

VELOCEM intereà.] *Macrob. lib. 5. cap. 22. nec indigne.*

AMENTALIS equæ.] *Locus ab educatione. & Homericum.*

MVLTÆ illam optauere nurum.] *Adolescentia in quâ pudicitia & mores Camillæ.*

NIGRO circumdata.] *Hesiodus & Scholiastes eius consulatur: ἠέρι ἑσσάμενος.*

HORRET ager.] *Macrob. lib. 6. cap. 4. Ex Ennio:* Horrescit telis exercitus. B

INTRA iactum teli.] *Prou.* Extra telorum iactum.

NIVIS ritu.] *Hom. Iliad. μ. τῶν δ' ὥς τε νιφάδες χιόνος πίπτουσι θαμειαί.*

AVREVS ex humero.] *Homerus de Apolline, lib. Iliad. α. τόξ' ὤμοισιν ἔχων.*

PICTIS armis.] *Alexand. lib. 6. cap. 22.*

PICTIS bellantur.] *Libro 2. Linacrum lege.*

LVNATIS agmina peltis.] *Alexand. lib. 6. cap. 22. Pelta, breue scutum instar lunæ. Grapaldus lib. 2. cap. 10.*

CRVENTAM mandit humum.] *prouerb.* Mordicus tenere.

TANTO vertice suprà est.] *De hac re iam aliquoties antè. Quintilianus lib. 12. cap. 10.*

SPARVS.] *Alexand. lib. 6. cap. 22.*

PROTINVS Orsilochum.] *Macrob. lib. 6. cap. 6.*

VENTOSA gloria.] *Allusio ad prou.* Subuentanea.

FILIVS Auni.] *Mos est Poëtis, filiorum nomina dissimulare, & patrum edere: si quando cognomines sunt.*

PARMA.] *Suprà lib. 9.* Parmaq; inglorius albâ. *Albam enim primam gestare, probro fuit. Alexand. lib. 6. cap. 22.*

INCITAT iras.] *Homer. θυμὸν ὄρινε ... Respicit ad Peripateticorum illud:* Ira fortitudinis incitabulum. C

TIBIA curua. *Cælius lib. 9. cap. 7.*

VIM viribus exit.] *Macrob. lib. 6. cap. 6. pro eiidat, suprà lib. 5. vide.*

FVLVA draconem.] *Macrob. lib. 5. cap. 15. Homer. lib. 12. αὐτὰρ ὑψιπέτης ἐπ' ἀριστερὰ λαὸν ἐέργων φοινήεντα δράκοντα φέρων ὀνύχεσσι πέλωρον.*

ACCIPITER sacer ales.] *Quid si Poëta respexerit ad Græcam vocem, ἱέραξ. hoc quod addit,* sacer ales. *interpres addit, Marti sacram: quod tamen à Poëtâ non est additum.*

OMNIA circùm.] *Homericum est: κατ' ὀφθαλμῶν ἔχυτ' ἀχλύς. Odyss. χ. Et aliàs.*

VITA'QVE cum gemitu fugit.] *Infrà in fine duodecimi repetitur. Indicat autem hoc Poëta: senum mortem esse facilem, optabilemq; iuuenum verò, difficilem: hos cum indignatione & ægerrimè mori, illos non. Sophocles Tyran.*

FERRVGINE claros.] *Parrhasius legatur.*

FORTE sacer Cybele.] *Floridum dicendi genus attendendum: quod annotat Macrob. lib. 5. cap. 7.*

PELLIS ahenæ.] *Aul. Gell. lib. 2. cap. 6.*

MENTE dedit.] *Macrobius libro 5. capite 5. Homer. Iliad. π. Prouerb.* Alia dantur, alia negantur. *Et Prouerb.* Nutu ac renutu. *τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατήρ, ἕτερον δ' ἀνένευσε.*

BIBIT acta cruorem.] *Macrobius libro 6. capite 6. Hom.*

A *Hom. Iliad. ν. ἐν χαίῃ ἱππότριχα κιμάρῳθα μοῦσάων. Et Iliad. ο. repetitus locus.*

TRIVIÆ custos.] *De Triuiâ, Cæl. lib. 20. cap. 6. Dicitur autem, quia insignis triplici formâ: Lunâ, Dianâ, & Proserpinâ. Locus est in Macrob. lib. 5. cap. 6.*

THREÏSSA sagittam.] *Id est, tanquam, ceu, quemadmodum. deest enim tale quid, Græco more: apud quos ὡς, similitudinis aduerbium, subinde desideratur. Iliados ι. ὠνία πάλ' ἐλέφαντι χαμαὶ πέσον.*

DONEC curuata coirent.] *Homer. Iliad. Δ. αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ μέγα κυκλοτερὲς, τόξον ἔτεινεν. Illustris & mirè perspicua descriptio.*

IN puluerem.] *Prouerb.* Citra puluerem. *Et,* in arenam descendere.

TOTO'QVE feruntur.] *Prouerb. ἄγουσι καὶ φέρουσι.*

IAM ad mœnia.] *Fortassis Græcum, φόβον, expressit: quod fugam, metum & terrorem significat.*

NAM sæua Iouis sic nomina.] *Homericum reddit, Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή.*

ARIETAT in portas.] *Trisyllabum: alioqui parùm constaret versus. vide Macrobium lib. 5. cap. 13.*

B IN LIBRVM. XII.

NVLLA mora in Turno.] *Emphaticῶς de se, in tertiâ personâ. sic illud suprà,* Aeneæ magni dextrâ cadis. *& Hom. Iliad. α. οὔ ποτ' ἀχιλλῆος ποθὴ ἵξεται υἷας ἀχαιῶν.*

SACRA, pater, & concipe.] *Versiculus ex eorum numero qui Lagari dicuntur.*

O' præstans animi iuuenis.] *Maturum genus dicendi, & graue: vt Macrob. lib. 5. cap. 1. adnotat.*

MISERERE parentis.] *Macrob. lib. 4. cap. 4. πάθος à loco & ætate.*

FERRV'MQVE haud debile.] *Prouerbialis versiculus. lege Erasmum in Prou.* Et meum telum cuspidem habet.

PRO laude pacisci.] *Suprà libro 5.* Vitamq; volunt pro laude pacisci.

ILLI dea mater.] *Hom. Iliad. υ.*

In te omnis domus inclinata.] *Prou.* In caducum parietem inclinare. *& Prou.* Columen familiæ.

RVBENT lilia.] *Homer. Iliad. Δ. ὡς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα, γυνὴ φοίνικι μιήνῃ. Macrob. lib. 5. cap. 12.*

C INGENTI adnixa columnæ.] *Homer. Odiss. α. ἔγχος μὲν ῥ' ἔστησε φέρων πρὸς κίονα μακρήν.*

SCINTILLÆ absistunt.] *Hommer. Odyss. Δ. Antinoo, & Iliad. α. Achilli tribuit. μένεος δὲ μέγα φρένες ἀμφιμέλαιναι πίμπλαντ', ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην. Macrob. libro 4. capite 1.*

ET se suscitat ira.] *Suprà indicatum est iam aliquot locis, iram cotem esse fortitudinis.*

SI quis ebur.] *Parergorum libro 2. Alciatum pete, capite primo.*

CVRSIBVS annos.] *Hom. Iliad. β. Eumeli de equis: ὠκέας ὄρνιθας ὥς. Et Iliad. υ. αἱ δ' ὅτε μὲν σκιρτῷεν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν, ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέον, οὐδὲ κατέκλων.*

DIIS communibus.] *Videtur Martem, Bellonam, Victoriam, & Herculem, intelligere: qui communes dij dicuntur. Iliad. 6. Prouerb.* Mars communis: *&, ἐτεραλκέα νίκην. Quanquam sunt, qui Solem, Lunam, Martem, Plutonem, communes deos accipiunt. Euripides in supplicibus, Plutonem vocat communem Deum. Vide Deorum historiam, Syntagmate 10. apud Gyraldum.*

VELATI lino.] *Alexand. vide libro 5. cap. 2. Fenestellam cap. 10.*

GRAMINEAS aras.] *Alexand. lib. 14. cap. 17.*

SCVTA reclinant.] *Homer. Iliad. γ. ἀσπίσι κεκλιμένοι, παρὰ δ' ἔγχεα μακρὰ πέπηγεν.*

ANIMO gratissimam.] *Hom. est Iliad. ι. ἐμῷ κεχαρισμένε θυμῷ.*

INGENTI mole Latinus.] *Macrob. lib. 6. cap. 6. lib. 5. Hom. Iliad.*

FRVGES salsæ] *Alexand. 4. cap. 17.*

SETIGENÆ Suis.] *Ritus feriendorum fœderum.*

BINA manu hastilia.] *Versus suprà etiam legitur lib. 1.*

TEMPORA ferro summa.] *Alexand. lib. 4. cap. 17. Hom Iliad. τ. & γ. ταμὼν τρίχας.*

ET nunc sol testis.] *Hom. Iliad. γ. ἠέλιός θ', ὃς πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις, καὶ ποταμοὶ, καὶ γαῖα.*

STRICTO sic ense præcatur.] *Aeneas immolat hîc: apud Hom. Agamemnon, iciq; fœdera. Cælium lege lib. 18. cap. 36.*

SI fors victoria Turno.] *Hom. Iliad. γ. εἰ μέν κεν Μενέλαον Ἀλέξανδρος καταπέφνῃ, αὐτὸς ἔπειθ' Ἑλένην ἐχέτω, καὶ κτήματα πάντα.*

VT sceptrum hoc] *Hom. Iliad. α. φύλλα καὶ φλοιὸν τοῦ ἂν μιν ἔπι ἀχαιῶν Macrob. lib. 5. cap. 3. Sophocl. in Electrâ.*

DILVVIO miscês.] *Prou.* Cœlum terræ miscere.

CYGNVM excellentem pedibus.] *Iliad. β. ὡς ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα, χηνῶν ἢ γεράνων ἢ κύκνων δουλιχοδείρων.*

PVLSARA'TQVE deos.] *Pulsantur dij, cùm fœdera violantur. & exponit Floridus, lib. de interpretib. Iuris ciuil.*

FERREVS somnus.] *Hom. Iliad. λ. ὣς ὁ μὲν αὖθι πεσὼν κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον. Macrob. lib. 5. cap. 11. suprà lib. 10. repetitur.*

EBVSVM Corinæus.] *Mirum, quòd hic Ebusum Chorinæus sternit: qui tamen suprà lib. 9. confecti sunt ab Asylâ. Vide Macrob. lib. 5. cap. 15.*

INGRVIT imber.] *Sonorus versus, & perquàm congruus materiæ.*

REPENS discordia.] Repens, *primâ breui, quasi repentinus: nomen, à Repo verbo, quod primam producit.*

ANTE notos volant.] *Prouerb.* Ocyor Euro.

RAPIDA vnguibus.] *Macrob. lib. 5. cap. 12. Homer. Iliad. λ. δῆ ἐπαείων ἐπαλμένη ἑαδάμιγγας ἔθαλμεν.*

PRÆCLARA Dolonis.] *Macrob. lib. 5. cap. 17. Hom Iliad. κ.*

SPECVLATOR adiret.] *Euripidem lege in Rheso. consule Hom. Iliad. κ.*

STERNACIS equi.] *Græcè καταβλητικὸς, qui excutit, ac in terram sessorem deijcit.*

VVLNVS lymphâ.] *Hom. Iliad. 4. ἕλκος δ' ἰητὴρ ἐπιμάσσεται, ἠδ' ἐπιθήσει φάρμαχ'.*

PANACEAM.] *Πᾶν ἀκὴ, remedia omnium malorum promittens. Plinium lege lib. 25. cap. 4. Hom. Iliad. λ.*

DICTAMNVM.] *Dioscoridem lege lib. 3. cap. 34.*

TRISTIS ad æthera.] *Hom. Iliad. Δ. ἔνθα δ' ἅμα οἰμωγή τε καὶ εὐχωλὴ πέλεν ἀνδρῶν.*

BELLANTVM iuuenum.] *Homericum expressit, ὀλλύντων τε καὶ ὀλλυμένων. Iliad. Δ. Plin. lib. 25. cap. 4. Hom. Iliad. λ. lege, vnde hæc traducta sunt.*

NON hæc humanis opibus.] *Prouerbialis versiculus, & mirè elegans: vtinamq; tam esset omnibus medicis notus, quàm fortè non est. Hom. Iliad. λ. ea prosequitur copiosè, quæ hîc breuibus Maro.*

CIRCVM complectitur armis.] *Homer. Iliad. ξ. ἐκ δὲ νῦν πάντων χερσὶν ἄπερ ἐλάβετο ἀλλ' ἄλλοισι θεοῖσι. ἐνὶ ἄλλοι τε θεοὶ δόσαν δὲ καὶ τούτοισι γενέσθαι παῖδ' ἐμὸν, ὡς καὶ ἐγώ περ ἀριπρεπέα Τρώεσσιν.*

ET pater Æneas & auunculus.] *Ingens ille stimulus est ad præclaros conatus. & prouerbialis est versiculus.*

CADIT ipse Tolumnius.] *Prouerb.* Malum consilium. *vt suprà adnotatum est etiam: vnde petas plura, si lubet. Estq; supplicium confusi & rupti fœderis. Insignis locus,*

inuitans ad pacem, & religionem fœderum.

VIRAGO.] *Ad Hebræorum formam,* אשה.

NIDISQVE loquacibus escas.] *Prouerb.* pete. Hirundinum musæum.

AC veluti immissi.] *Homer. Iliad. β. & Iliad. υ.* ἠΰτε πῦρ ἀΐδηλον ἐπιφλέγει ἄσπετον ὕλην. *Et,* ὡς δ' ἀναμαιμάει βαθὶ ἄγκεα θεσπιδαὲς πῦρ οὔρε@ ἀζαλέοιο, βαθεῖα δὲ καίεται ὕλη.

PVRPVREOS moritura.] *Alexand. lib. 5. cap. 18.*

DEMITTVNT mentes.] *Alluditur ad Prou.* Cor ingenua decidit.

INFORMIS lethi trabe.] *Animi est effœminati, tædio malorum, vitam laqueo finire. Apud Homer. eius exemplum, Odyss. λ. in Epicaste:* ἁψαμένη βρόχον αἰπὺν ἀφ' ὑψηλοῖο μελάθρου. *Et Apollon. lib. 1.* ἁψαμένη βρόχον αὐχένι. *Et apud Sophoclem in Tyranno:* οὗ δὴ κρεμαστὴν τὴν γυναῖκ' ἐσείδομεν πλεκταῖς ἐώραις ἐμπεπλεγμένην. *Quòd verò Dido suprà, in quarto, gladio incubuisse introducta est: videtur ex Phœnissis Euripidis petitum.* διὰ μέσου δὲ αὐχέν@ ὠθεῖ σίδηρον.

CANICIEM immundo.] *Homer. Odyss. ω. & Iliad. 18. Vnde hoc traductum apparet luctus.*

INDIGNVS auorum.] *Genitiuus pro ablatiuo, Græco more, vt opinor: apud quos ἄξι@ καὶ ἀνάξι@ genitiuo construuntur.*

ATHOS.] *Apollon. libro 1. de huius montis altitudine ita scribit:* Ἄθω ἀνέτελλε κολώνη Θρηικίη, ἣ τόσσον ἀπόπροθι λῆμνον ἐοῦσαν, ὅσσον ἐς ἔνδιον κεν ἐΰστολ@ ὁλκὰς ἀνύσσαι, ἀκροτάτῃ κορυφῇ σκιάει, καὶ ἄχρι μυρίνης.

VIROS & decernere ferro.] *S eliditur hic in versu. sic Prisc. libro 1. tradit. Perperam ergo alij* cernere, *pro* decernere, *legunt.* A

IVPPITER ipse duas.] *Macrob. lib. 5. cap. 13. Hom. Iliad. 22.* καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα, ἐν δ' ἐτίθει δύο κῆρε τανηλεγέ@ θανάτοιο.

ALTE consurgit in ensem.] *Quære Iliad. γ.*

PVNICEÆ pennæ.] *Vt intelligendus locus, Cælium lege suprà, Georgicorum lib. 3.* Puniceos agitant pauidos formidine pœnæ. *Cælius lib. 16. cap. 11.*

VITA & sanguine.] *Prouerb.* Magnâ de re disceptatur.

INDIGITEM Ænean.] *Alexand. lib. 6. cap. 4.*

TACITAM dolor.] *Prouerb.* Cor ne edito.

DIGNA indigna pati.] *Græcismus:* πόλεμ@ ἀπόλεμ@.

VNO eodemq́.] *Synæresis est:* Eodem *enim dissyllabum est in scansione.*

SATIS ima dehiscat.] *Prouerb.* Terra mihi dehiscat. *Hom. Iliad. Δ.* μοὶ χάνοι εὐρεῖα χθών.

LIMES agro positus.] *De finitio causalis. Limes est lapis, discernendis aruis positus.*

QVALIA nunc hominum.] *Hom. Iliad. ε. μ. υ.* οἷοι νῦν βροτοί εἰσι. *Prou.* Vt nunc sunt hominum mores. B

FVIT & tibi talis.] *Cælius libro vigesimoquarto, capite secundo.*

DAVNI miserere senectæ.] *Pathos ab ætate. Macrobius lib. 4. cap. 3.*

VICISTI, & victum.] *Macrobius lib. 4. cap. 2.* νίκη@, *à fortunâ suâ.*

INDIGNATA sub vmbras.] Indignata, *hæc vox declarat difficultatem moriendi in iuuenibus. de quâ re suprà, in Camillæ morte, dictum est: vnde petas licebit.*

F I N I S.

CHRISTOPHORI CASEANI HENDECASYLLABVM, DE IOANNIS HARtungi Annotationibus in Vergilium. C

Si fiat, fieriq́ sit necesse,
In conatibus, artibusq́ cunctis
Præclaris, alijs laboribusq́:
Formosæ Veneris quod in tabellâ,
Quam relliquerat inchoatam Apellis
Coi docta manus, nec absolutam,
Hanc à perficiendi opinione vt
Omnes attoniti repellerentur.
Hoc si fiat idem laboriosâ
Grynæi celeberrimi in palæstrâ:
Certè nobilium probatoria.
Authorum monumenta luculentè
Declarentur vt explicatione
Verâ, mancaq́ restitutione:
Non pauci temerarium laborem
Haurirent vigiles apud lucernas.
Sed cùm, iudicio eruditiorum
Aeterno, reputentur esse honore
Digni, qui meditentur aut reponant,
Quidquid vel graue, vel reconditum sit:
Hartungus malè debet haud videri
Sudorem locitâsse, quòd Maronem
Isto fasciculo vtilissimarum
Illustrauerit annotationum:
Seu quòd præcipuas probatiorum
Authorum citat annotationes:
Seu quòd doctiloquûm locos recenset
Græcorum, vnde suum Poëta carmen
Traduxisse quidem potest videri.
Quorum nomine dignus est amari.

GEOR-

A GEORGII FABRICII CHEMNICENSIS OBSERVATIONES

Lectionis Vergilianæ.

In Bucolica.

Ecloga Prima.

SYLVESTREM tenui Musam meditaris auenâ.] *Fab. Quintilianus, agrestē citat. sed alterā lectionem magis probo: quia & antiquorum librorū est, & materiā argumenti magis exprimit. vult enim syluas & nemora, nō opus rusticū, hoc est, pastorē, nō agricolā, describere.*

SÆPE sinistra cauâ prędixit ab ilice cornix.] *In antiquis, & in Aldinis, hic versus desideratur: ideò ei notulam apposuimus.*

ECQVÆ tanta fuit Romā tibi causa videndi.] *Diomedes legit,* Et quæ, *inquiens.* Et, *coniunctione affirmatiuam*
B *esse. neq; aliter hactenus, præterquàm in Aldino, lectum fuit.*

QVAMVIS multa meis exiret victima septis Pinguis.] *Ita ego distinguo: vt dicat, se victimas multas & præclaras vendidisse.*

PARS Scythiam, & rapidū Cretæ veniemus Oaxem.] *Grammaticorū hic prælia omitto: qui dum Seruiū reprehendūt, nihilo magis nos erudiunt. Poëta videtur hæc dicta ad pastorū ingenia accōmodâsse: qui de exteris populis quæ cognouerant, auditione accepta erant à militibus, prouinciarum terminos aut locorū nomina ignaris distinguere. Itaq; hic pastor. Ararim ponit in Germaniâ, qui Galliæ fluuius est, in Germaniæ finibus: Tygrim in Parthiâ, qui Mesopotamiæ. Similiter alter pastor, post Libyam, & Scythiam, caloris & frigoris intemperie graues terras, porrò remotas gentes nominat: primùm Mesopotamian, quæ per Oaxem, naturâ sui flumen nominatū, significat: deinde proprio nomine Britanas: quæ sunt orbe diuisa, non reuerâ, sed opinione: & orbis hic nō vniuersus intelligitur, sed Romani imperij terminus. quomodo & Horatius dicit,* Iturū Cæsarem in vltimos orbis Britanos. *& idē Poëta noster:* Extremiq; hominū Morini. *Oaxem igitur, nō Cretensem accipimus: sed quem Seruius dicit Mesopotamiæ:*
C *lutulentū, propter terræ genus, quod radit rapitq;. Neq; hic exactam locorū distinctionem aut descriptionem, sed conuenientem huic argumento, & simplicitati pastorū, quærimus sententiam. Similes loci sunt apud Ouidium, in Penelopes, Oenones, Medeæ epistolis: cùm in personarum, tum in locorū nominibus: qui nisi decoro personarum, ignorantiæ ne puellari tribuantur: aut negligentiæ & imperitiæ est accusandus Poëta, aut, quod Politianus, Beroaldus, Mariangelus, Egnatius, fecerunt, vera lectio multis in locis immutanda est. Sed non faciemus, vt in vllo posthac loco explicando simus verbosiores.*

TOTO diuisos orbe Britanos.] *Britanus, in libris antiquis, & recens editis antiquitatis Notitijs: vt Germanus, Bragmanus.*

HIC tamē hac mecū poteras requiescere nocte.] *Diuersa hîc & Grammaticorū, & veterū exemplariorū, lectio. Helenius ablatiuū ponit: Charisius accusatiuū. Eadem sententia, fateor: sed alterum differt ab altero, suauitate & vsu.*

Ecloga II.

NEC, qui sim, quæris Alexi.] *Qui, pro quis, molliùs & rectiùs. Quis substantiam notat. Qui, rem accidentem. manifesto Comici exemplo:* Quis fuit igitur? *Py.* iste Chętea. *Th.* qui Chærea? *& quæ sequuntur.*

Ecloga III.

CVM faciam vitulâ pro frugibus.] *Ablatiuum Seruius agnoscit,* Cùm faciam vitulâ: *accusatiuum Nonius,* Cùm faciam vitulam.

EHEV, quàm pingui macer est mihi taurus in eruo.] *Seru. in XI.* Heū *legit, diuisis syllabis. aut apud Horatium:* Heu quantus equis, quantus adest viris. *Eruum (quod hic meliora habent exempla) non* ἐρύσιμον *est, vt vult Priscianus; sed* ὄροβος, *apta saginandis bobus herba, quā & nunc Apqulia abundat. Plaut. in Most.* Eruum daturi estis, bobus quod feram?

NON nostrum inter vos tantas componere lites.] *Hæc distinctione separanda sunt: vt in coercenda amborum cupiditate iudicis auctoritas exprimatur, hoc modo: Non vlteriùs scilicet progrediendum est contendēdo. Nostrum inter vos tantas componere lites: quasi dicat, ego sum vestri certaminis arbiter.* Et vitulâ tu dignus, & hic: *id est, parem cantando gloriam estis adepti.*

Ecloga IIII.

ERRANTES hederas.] *De Catullo sumptum epitheton. Lyrici antiqui,* flexipedes hederas *dixerunt: nec non Ouid. 10. Met.* Vos quoque flexipedes hederæ venistis. *quem locum ideò adduco: quia vulgò deprauatus est.*

CARA Deûm soboles.] *Sext. Pompeius,* Clara. *Vnde colligo, hoc nomen interiectâ aspiratione olim scriptum fuisse: quæ literarum vicinitas diuersam lectionem peperit.*

ECCE duas tibi, Daphni, duoq; altaria Phœbo.] *Seruij verba in hunc locum sunt.* Feci aras quatuor: tibi ô Daphni duas, & duas aras Apollini quæ sint altaria. *Vnde ita legerit:* Ecce duas tibi Daphni: duas, altaria Phœbo. *nec aliter codex antiquus.*

VINA nouum fundam calathis Aruisia nectar.] *Sic aliquis locum, ex Plinij verbis è libro 14. correxit: manuscripta pleraque habent,* Areusia: *quod in medio relinquo. Vinum Aruisium ex Chio insulâ fuisse, testantur Probus & Sequester.*

Ecloga VI.

NEC tantum Phœbo gaudet Parnasia rupes: Nec tantum Rhodope miratur & Ismarus Orphea.] *Vergilianum* ἀνακόλουθον; *quod implere quidam sic ausi sunt:* Quantum omnis mundus gaudet cantante Sileno. *Verùm hic versus, cùm neque numeris constet suis, quod est vitiosissimum, neque elegantiæ quidquam habeat, quod doctissimo Poëtâ indignum: meritò ante nos ab Helio Eobano repudiatus est; quamuis eum, quod miror, alicubi citet Petrus Victorius.*

Ecloga VIII.

ISMARVS aut Rhodope.] *Hos Thraciæ montes & in Sileno coniunxit. Bembus legit:* Aut Tmarus, aut Rhodope.

NECTE Amarylli modò, & Veneris dic vincula necto.] *Sunt qui magnâ contentione defendunt lectionē nouam & insolentem, quæ est:* Necte Amarylli nodos. *nouam dico, qui in codicibus nullis reperitur: insolentem, quia numerū inusitatum habet. quem alioqui tamen modis anapæsticis, Veneri sacrum; vt eum qui ex bacchio constat, Cybelæ dicatum ferunt. Quòd si quem illa sententia delectat: nihilominus in cōmuni lectione, vnâ demptâ syllabâ, modulatio anapæstica inest, ⏑⏑–⏑⏑——⏑⏑––,* Amarylli mod', & Veneris dic vincula necto. *Omnino enim talis, cuiusmodi is, quem Alcmanium trimetrum catalecticum, in Centimetro, Seruius nominat, & hoc exemplum apponit:* Date Pierides mihi carmē [illegible] dacty-

dactyliorum. Facilis igitur permutatio hexametri in carmen anapæstum.

ECLOGA IX.

NAM neque adhuc Varo videor.] *Varius Poëta excellens fuit: cuius in Odis, in Epistolis, in Sermonibus Horatius facit mentionem. Seruius item, Varium Poëtam; Varum fuisse ducem scribit: in quo illi assentior. verùm idem, de Vario, locum Horatij, ex primo libro Satyrarum, malè adducit. Quamuis Seruio eum errorem non tribuo: quemadmodum nec Acroni Heleuio tribuendus fuit. nam locus ab aliquo sciolo fuit corruptus. id quod in huius auctoris laboriosâ restitutione, ex codice manuscripto, deprehendi. Sincera autem Horatij lectio hæc est:*

—— fortè epos, acer
Vt nemo, Varius ducit: molle atque facetum
Vergilio annuerunt gaudentes rure Camœnæ.

Distinguit Varij & Vergilij carmina. Varius ἐποποιὸς, amplum & graue dicendi genus secutus est: quod idem Horatius lib. 1. Carm. & Ouidius vltimo de Ponto, testantur. Vergilius autem, lenius & exculeæ cuiusdam elegantia. ita enim carminis genus facetum Quintilianus interpretatur. lib. 6. cap. 3. Quia verò Aeneis absoluta nondum erat: de Bucolicis & Georgicis tantùm, Quintiliani expositio est intelligenda.

ECLOGA X.

SCYTHONIA'SQVE niueis.] *Legidum,* Sithonias. *Thracia enim olim Sithon dicta, auctore Gellio. Horatius.* Sithonijs non leuis Euhyus. & Sithonis vnda, *pro mari Thracio, apud Ouidium, Phyllide.*

In Georgica.

LIBER I.

VIROSA'QVE Pontus Castorea.] *Castores in Hispaniâ Galliâ, Germaniâ, Scythiâ sunt. sed Castoreum eam vim non habet, quam Ponticum. ideò rectè inter res memorabiles recensuit: vt & Strabo, lib. 3. inquiens, ἴδιον τῷ ποντικῷ πάρεστι τὸ φαρμακῶδες. Qui per Castoreum intelligunt aconitum, totâ aberrant regione.*

ET mystica vannus Iacchi.] *Mystica, in sacris adhiberi solita. Ita Tibul. 1.* Hostiaq; è plenâ mystia porcus harâ. *Sic enim manuscriptum, & è manuscripto editum exemplar Regio Lepidi, ante annos LXXIX.*

AREA cumprimis.] *Rectè, pro* Inprimis: *nam,* tùm primùm, *vitiosè legitur.*

TER sunt conati imponere Pelio Ossam.] *Heleuius,* Pelion Ossæ. *Sed prior lectio magis recepta, & idonea ad conatum inanem exprimendum. E nullo scriptore meliùs intelligi hîc locus potest, quàm ex Polymniâ Herodoti, & ex lib. 6. Lucani: qui horum montium situm, ipsius Thessaliæ terminos affabrè describunt.*

NOCTIS lentus non deficit humor.] *Nocti proprium est, vt sit humida. non igitur humor noctis; sed humor non deficit noctes: vt sit accusatiuus; quem recentiores Grammatici per diphthongum scribunt.*

PVPPIBVS & læti nautæ imposuêre coronas.] *Per coronas aliqui intelligunt rudentes, & funes nauticos, coronarum modo complicatos. sed non esse ita intelligendum, docemus ex lib. 4. Aeneid. Nautæ enim naues coronabant, & quiescentes; vt hoc loco: & idem faciebant nauigaturi, vt in quarto.* A

LÆTIS operatus in herbis.] *Alij,* in aruis. *sed alteram lectionem agnoscunt Nonius & Heleuius.*

NOCTI'SQVE per vmbras Flammarum longos à tergo albescere tractus.] *Lego,* noctisq; per vmbras. *ex antiquis, & Arato,*

ἢ διὰ νύκτα μέλαιναν, ἐπ' ἀστέρες ἀΐσσωσι
ταρφέα, τοὶ δ' ὄπιθεν ῥυμοὶ ὑπολευκαίνονται.

DENSAT, erát quæ rara modò.] *Priscianus,* Denset, *coniugatione antiquâ, & Vergilio vsitatâ.*

PECVDE'SQVE locutæ Infandum.] *Hæc vox,* Infandùm, *per parenthesin scribenda, omnis gratiâ.*

LIBER II.

IAM quæ seminibus ictis.] *Hæc est Seruij, & vera manuscriptorum lectio.*

PLANTIS & duræ coryli.] *Legendum,* Eduræ coryli; *vt Seruius. sed non explicandum, pro non duris: in quâ sententiâ, vt idem auctor est, veteres nonnulli fuerunt; quos imitati Mancinellus, Sipontinus, Ascensius. Imò verò,* Eduræ coryli, *id est, valde duræ: vt idem Seruius lib. 8. exponit. Aliàs:* Eduramq; pyrum. *& Ouidius in Arte:* Nec tamen edurè, quod petit illa, nega: *id est, obstinatè & rusticè. Hactenus auget: minuit porrò in istis,* Enodis abies, *&,* Enodes trunci: *qui sunt læues, & absq; nodis.* B

MIRATV'RQVE nouas frondes.] *Interpres,* Mirata estq; nouas frondes.

SVNT & Amineæ vites, firmissima vina.] *Cùm de voce controuersiæ sunt, quomodo sit scribenda: tum de loco, vbinam ager Amineus fuerit. Vox, vt hîc scribitur, ita etiam inuenitur in antiquo Megonij testamento. Vitem ex Græciâ translatam, auctor est Aristoteles: locum indicat Probus, dicens ex Chio fuisse. Nobilis autem imprimis habita, & multis Italiæ locis ac regionibus communis. Thusciæ, vt Galenus prodidit memoriæ: Campaniæ, circa Vesuuium & colles & Surrhentinos, vt Columella: eidem, propè Suessam, & agrum Falernum, vt Macrobius: Lucaniæ, iuxta vrbem Petiliam, vt ex Megonij testamento ibidem inuento colligimus; in quo inter cætera hæc leguntur verba:* VINEAM VOBIS AVGVSTALES IDCIRCO DARI VOLO, QVÆ EST AMINEA: VT VINVM VSIBVS VESTRIS DVNTAXAT, DVM PVBLICE' EPVLAS EXERCEBITIS, HABERE POSSITIS. C *Vino Amineo firmitatem Vergilius, asperitatem tribuit Galenus: cum Chio alij omnes suauitatem. colore fuisse album, Seruius ait; nigrum verò, Plinius.*

TVMIDIS Bumaste racemis.] *Legitur &* Bumasta, *quam Bumammam transtulit Varro, à similitudine τῶ μαστῶ: vt sit Βουμαστὶς, quasi grandius vber habens. crassa enim & carnosa est, mensis, quàm lacubus vtilior: & meliùs ad escam, quàm in liquorem stringitur; vt & Columella de Orcade tradidit.*

AN'NE lacus tantos, te Lari maxime, teque Fluctibus assurgens, fremitu Benace marino.] *Larius non rectè maximus vocatur: cùm Benaci adiuncta mentio sit, qui penè duabus partibus illo maior est. Legendum igitur, distinguendumq; ex eruditorũ sententiâ:* te Lari Maxime, teq; Fluctibus & fremitu assurgens Benace marino. *vt illud, non epitheton sit, sed proprium: nominenturq; tres distincti & præcipui Italiæ lacus; quos & Strabo describit libro quinto: Larius, qui patet circiter stadia ccc. Verbanus, qui cccc. Benacus, qui ccccc. Duo priores Insubriæ sunt; posterior Venetiæ. Vrbanũ autem, idiomate peregrino, Maximũ appellauit. nam is à Gallis Lacus maior dictus: & id nomẽ apud Insubres in hunc diem retinet. Quâ ratione olim fluuium Timauum, Illyrij ma-*

re non

A re nominauerunt, propter aquarum copiam. ad quam appellationem Poëta noster alludens, cecinit: Et mare proruptum & pelago premit arua sonanti. Summa Poetæ industria, qui & patrias res & externas inuestigauit, & accomodatè ad intelligentiam omnes explicuit.

OPTIMA vinetis satio, cum vere rubenti.] Eodem modo Horat. 1. lib. Car. Nullá vere nouo vite priùs seueris arborem. sic enim legit Helenius, allato hoc Vergilij testimonio. In impressis vulgaribus aliter legitur locus Horatij: & ipsius interpretis verba fuerunt desiderata, ante nostram emendationem.

AVDENT se gramina tutò Credere.] In manuscripto, germina, non gramina.

CVM primùm lucem pecudes hausêre.] Rursus in eodem, Cùm primæ lucem pecudes hausère: ut more Vergiliano nomen ponatur, loco aduerbij.

VNCTOS saliêre per vtres.] Diomedes & Priscianus, Salüêre. salüi enim, & salij, dicitur. Significat τὸν ἀσκωλιασμὸν: de quo Varro lib. 1. de vitâ populi Roman: Pelles bubulas oleo perfusas percurrebant ibiq; cernuabant. à quo ille versus vetus est in carminibus: Sibi pasto-
B res ludos faciunt, cernui Consualia.

ITHYREOS taxi torquentur in arcus.] Curuantur, pro torquentur, ex huius interpretatione natum, in quibusdam codicibus. Taxus arbor à Valerio Cordo, iuuene doctissimo, in saltu Schellêbergiano, ad quintum à patriâ meâ lapidem, mihi monstrata, tristi & venenosâ vmbrâ. Hæc Plutoni olim sacra: & edicto Claudij Imp. nobilis.

RHOETV'MQVE Pholumq;.] Sunt qui Rhœcum legant: vt sit fortasse idem, quem Runcum nominauit primo belli Punici Nævius: vt est apud Priscianum. Illius tamen lectionis vestigia, neq; hic inueni in manuscriptis, neq; apud Ouidium, aut Lucanum. quorum ille in 12. Centaurorum cum Lapithis pugnam describit: hic in 6 mentionem eiusdem facit.

ILLIS saltus & lustra ferarum.] Illî, pro illîc, antiquè: &, vt ego iudico, verè. ita in 11. Aeneid. Sunt illî sua funera.

SEPTE'MQVE vna sibi muro circumdedit arces.] Hunc versum & in 6 Aeneid. ponit: nec legendus est aliter ex Acrone. Arces vocat montes Romanos, propter sedes regias in ijs constitutas. Ausonius in Epithalamio: Aurea septemgeminas Roma coronat arces. Horatius 1. Carm.
C per arces sacras, montem tantùm Capitolinum intelligit; propter Iouis templum.

LIBER III.

PECORI dixêre maritum.] Maritus pecori, pro admissario: imitatione Ennij in Nemeâ, vbi inquit, Pecori dare iura marito.

FLORENTE'SQVE secât herbas.] Legendû, Pubêtes: quo epitheto etiâ 4. Aen. vtitur. alterû enim ex interpretatiunculâ est ascitû: pubentes legit Seruius: nam interpretatur adultas. μεταφορὰ κατὰ τὸ ἀνάλογον, inter herbas & hominem. nam & herbarum pubertatem dicimus, & iuuentutis florem: vt cana mala, & senectutem viridem; item mitia poma, & ætatem crudam.

AVT aris seruare sacris.] Meliùs, Sacros. Sacra pecudes, id est, aris destinata. Verg. Stabit sacer hircus ad arâ. Tibul. Vt eat sacer agnus ad aras.

NIVEA implebunt mulctralia vaccæ.] Mulgaria in Aldino, pro mulctralia, & illo Valgius poëta vsus est.

TRACTV'QVE gementem Ferre rotam.] Gementem, eius scilicet pondere, qui insidet: vt, Gemuit sub pondere cymba. Hoc ideò annoto: vt simul emendem locum Tragici, in Hippolyto: Fertur plaustro Præda gementi. Sic enim legitur in exemplari, quod Iohan. Regiomontanus, insignis mathematicus, suâ manu descripsit; & in Bibliotheca Bernardi Vuaderi, eius discipuli, inuentum est.

HÆC quoque non curâ nobis leuiore tuenda.]

Hæc vera lectio, ex Seruio, & antiquis libris. ita in 9. Exercentq; vices, quod cuiq; tuendum est. Hæc generum enallage habet quiddam euidens, & ἰδιωτισμὸν in oratione.

LITTORA'QVE Halcyonem resonant, acalanthida dumi.] Ita Probus grammaticus, & manuscriptum Patauinum. Auicula nomen traxit à carduis, quibus delectatur: vnde Latinis Carduelis. in cuius nominis causâ, cum Græcis & Latinis Germani conueniunt.

HOSTI Ante exspectatum positis stat in agmine castris.] Stat hosti, contra hostem stat. Ante exspectatum, citiùs quàm exspectârat. Ouid. 4. Met. Ante exspectatum tacuit. In eâdem videtur Seruius fuisse sententiâ. In manuscripto alia lectio: quam secutus Vegetius. Hostem ante exspectatum: quasi dicat, militem Romanum paratum & accinctum stare ante hostem. cuius aspectum non expauescat; sed summâ congrediendi cupiditate exspectet.

ET meliora deos sedet omina poscens.] Omina, pro quibusuis præsagijs, optati aut tristis euentus. Sententia autem, de notissimis Salustij verbis translata.

ET lac concretum cum sanguine potat equino.] In alijs, Et lac conceptum: nec aliter citat Helenius. Gentes, equorum sanguinem potantes, Bisaltas & Gelonos memorat Vergilius; Concanos Horatius; Sarmatas Plinius. Tales hodie sunt, qui Moscobitæ & Tartari vocantur.

DII meliora piis, erroremq; hostibus illum!] In vetusto meo, Horrorem: in alijs, ardorem. Vulgatam lectionem probo, & eandem secutus interpres Terentij.

LIBER IIII.

SVB terrâ fodêre larem.] Manuscriptum, sub terram, mutato casu. Hoc, quod famâ teste affirmat Poëta: id nos vidimus; è cauernis terræ fauos à messoribus esse exemptos.

VERVM vbi ductores acie reuocaueris ambos.] Legitur & Ambo, notissimâ antiquis varietate.

QVATTVOR addunt, Quattuor à ventis.] Vnico T scribimus Quater, quod primam semper corripit: Vnico item Quatuor, quod eandem semper producit. idq; ex obseruatione veterum. Videmus autem, viros non indoctos in postremo verbo numerum mutâsse, deceptos analogiâ: non obseruantes vsum.

NESEÆ, Spioq;.] Vulgò, Neseq., Spioq;. Sed aut legendum Nesæe, ex Propertio; qui canit libro 2. Candida Nesæe, cærula Cymothoe: aut Nesoq; Spioq;, ex Hesiodo; apud quem & νησὼ, & σπειὼ, Nympharum nomina sunt. Repetitur hic versus V. Aeneid.

VNDE pater Tyberinus.] Latinâ vocali scribo, Tiberinus. nam Tybrim, ἀπὸ τῆς ὕβρεως, aut à Tybri Syracusanorum fossâ, nomen traxisse, si quis neget: Annalibus Siculorum non probauerit Seruius. De hoc fluuio satis diximus in Româ nostrâ, cap. 16.

PROCVL nebulis obscura recessit.] Magis placet, Nebulis obscura resistit. Vt, Daue ades, resiste. Resistit, inquam, sui consilij euentum exspectatura. nam si abijsset longiùs; quid ad fallendum latendúmue, Proteo dormiente, nebulâ opus erat? statim autem, post sermonem vatis, filium suum præsens consolatur.

DIVERSO in littore Phocæ.] Alij, Diuersæ.

TRISTI'QVE palus inamabilis vndâ.] Hæc antiqua & germana lectio, si quid Gellio & Macrobio credimus.

CÆRVLEO'SQVE implexæ crinibus angues.] Alij, Innexæ: quod alterius explicatio est.

NVLLA Venus, nulli animum flexêre hymenæi.] Hiatus iste in certis tantùm vocalibus, I literam sequentibus, admittitur. Vt post alterum i: Ter sunt conati imponere Pelio Ossam. vt a: Arcebis grauido pecori armentaque parces, vt e: Tunc pingues agni, & tunc mollissima vina.

In Ac-

Digitized by Google

In Aeneidem.

Liber I.

Ille ego, qui quondam.] *Priores, quatuor versus sine dubio Vergilij sunt: sed (vt interpretes aiunt) à Tucca & Vario sublati. qui rectè an secùs id fecerint, alio fortasse loco & tempore dicemus.*

Nec posse Italiâ Teucrorum auertere regem.] *Donatus legit*, Non posse, *sensu eodem, affectu vehementiore.*

Et tollere vento.] *Donato placuit*, Et tollere ventos. *& eodem modo citat Helenius, supra illud*: Quo nô arbiter Adriæ Maior, tollere seu ponere vult freta.

Iam fortis Achatæ.] *Charisius, mutatâ declinatione*, Achati.

Ac veluti magno in populo.] *Hoc rectum & sonorum: contra illos, qui epitheton ad seditionem referunt, & genus mutant*: Ac veluti magna in populo cùm sæpe coorta est Seditio.

Antea si quem lactatum vento videat.] Antea, *à proprio ἄντιον. aliter numerus non constat: vt*, Pecti nihil me, sicut antea, iuuat. *In sequenti dictione diuersitas inter veteres. Seruius legit*, siquem, *aitq; esse vetus παρέλκον, quo vtantur Lucilius & Terentius. Ex Charisio constat, quosdam legere*, si quà, *pro, si quo in loco. Ego à Seruio nolui hoc loco discedere.*

Cum Iuppiter æthere summo.] *Duplici literâ scribitur, antiquâ consuetudine; vt in nummo argenteo Neronis*, IVPPITER CVSTOS: *& in antiquo auctoris incerti epigrammate*, IVPPITER ASTRA, FRETVM NEPTVNVS, TARTARA PLVTO: REGNA PATERNA TENENT TRES TRIA; QVISQVE SVVM.

Cernes vrbem, & promissa Lauini Mœnia.] *Alij copulam omittunt, vt sequentia sint. ἐπεξήγησις*: vrbem, mœnia Lauinij.

Sublimem'que feres ad sidera cœli Magnanimum Æneam.] *Allusit ad vaticinium Ennianum*: Vnus erit, quem tolles in cærula cæli. *Hoc Vergilius ad Aeneam retulit, Ouididus ad Romulum. Versus ex Ennio citatur à Varrone.*

Accipies secura.] *Vetustum*, Aspicies.

Vt terræ, atque nouæ.] *In antiquis*, Vt terræ, vtq; nouæ.

Italiam quæro: patriam & genus ab Ioue summo.] *Distinctio nostra appositionem, vt vocant, duplicem habet. Patriam ab Ioue, propter oraculum: genus ab Ioue, propter Dardanum. Ita in 3.* Da mœnia fessis, Et genus. —

Aut veniendi poscere causas.] *Aldini codicis lectionem retineo. alij* veniendo *exposuêre, quod reijcio.*

Ærea cui gradibus surgebant limina; nexæque Ære trabes.] *Ad vrbis Romanæ præclara ædificia sui temporis interdum alludit: vt hoc loco ad Pantheum; in quo in hunc vsque diem æneæ trabes & valuæ conspiciuntur. ad Iani Gemini sacellum æneum, lib. 7.* Sunt geminæ belli portæ, sic nomine dicunt, Centum ærei claudunt vectes. *Ad Apollinis Palatini templum marmoreum, lib. 6.* Tum Phœbo & Triuiæ solido de marmore templa Instituam. *Ad Augusti palatium, & porticum ἑκατόστυλον, lib. 7.* Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis.

Permistum agnoscit Achiuis.] *Præsens tempus picturæ conuenientius.*

Vrbem, quam statuo, vestra est.] *Rectius per interrogationem & subiectionem. ita enim Seruius, & Terentij interpres: quamuis aliter Diomedes.* A

Perdam'a cùm peteres.] *In manuscriptis*, peteret, *alterum, cùm ad numeros aptius, tum ad inuidiam atrocius.*

Mea magna potentia solus.] *Distinguendum, contra multorum citationes temerarias: vt dictio* Solus *pertineat ad posteriora*, Solus nate.

Aurea composuit sponda.] Aurea, *verum regina in sponda. Si sponda dactyli analysis obseruanda est: Vel in pedem peregrinum quod figuratè fit ob numerum superfluum: vt hoc loco. vel in anapæstum: vt*, Fluuiorum rex Eridanus. *vel in proceleusmaticum: vt*, Intexunt abiete costas. *De hoc nonnihil dictum in eo libro, quem de virtutibus & vitijs carminis Elegiaci scripsimus.*

Quibus ordine longo Cura penum struere.] *Donatus, Seruius, Charisius, legunt*, longam Cura penum struere. *& quia Penus longa est; rectè structores ait esse curiosos & dispositos.*

Insideat quantus miseræ Deus.] *Seruius, & in hunc locum, & in librum 7.* Insidat, *veram agnoscit lectionem: quæ ἀρχαϊσμὸν & ἐμφατικὸν habet.*

Omnibus errantem terris, & fluctibus.] *In quibusdam exemplaribus, transposita sunt verba. sed ordinê priorem apud Helenium reperi: ideò nihil muto.* B

Liber II.

Et super ipsi Dardanidæ.] *Hanc lectionem, vt in Aldino est, ita retinui.*

Cuncta equidem tibi, rex, fuerint quæcunq; fatebor.] *Considerando elegi*, Fuerit quodcunque.

Pauper in arma pater.] *Id est, imbellis. contrà*: Acremq; in prælia Turnum. *An potiùs paupertas militiæ causa fuit: vt Achæmenides de se fatetur, lib. 3. & senex Comicus in Heautontimorumeno.*

Vos æterni ignes, & non violabile vestrum Testor numen.] *Manuscriptum*, Vestæ testor numen, *minùs rectè. Receptus à Priamo Sinô, τῶν διαστρεμμένων deos inuocat. per Ignes enim, & Vestales possunt intelligi, hoc est, Troianis & Græcorū quoq; per quos mactandus erat, ideò certum nomē non exprimendum. Quod Seruius affert de sideribus, alienum ab hoc loco est. Conuenit Simonis factum cum Risacis, qui eodecepit iuramento Darium, in Sacas expeditionem facientem; vt est apud Polyænum libro VII.*

Hanc tamē immensam molem.] *In vetustis* Hanc adeò immensam.

Hic aliud maius.] *Donatus*, Huc aliud. C

Clypei'que sub orbe teguntur.] *Clypeum qui deducunt ἀπὸ τοῦ γλύφειν, vt Plinius Græcam vocalem retinent: qui ἀπὸ τοῦ καλύπτειν, quòd corpus subducat ac tegat, vt nonnulli Grammatici, scribunt simpliciter.*

Læti'que cauo se robore promunt.] *Non prodeūt, vt alij, sed* ꝓmūt. *alibi enim*: Notâ cōdūtur in aluo.

Demissum lapsi per funem.] *Nonius* dimissum: *& dimittere interpretatur desuper mittere.*

Maximus annis Iphitus.] *Rectum hoc nam sequitur*, Iphitus æuo iam grauior.

Quondam etiam victis.] *Legitur &*, Quædam. *Sed illa generalis sententia sapientior, quæ aduerbio significatur. nec aliter legit Helenius.*

Arma? dabunt ipsi.] *Ita Seruius: Perturbati hominis est, suis ipsum respondere interrogationibus. vt*, Sic? Sic iuuat ire sub vmbras.

Fit via vi; rumpunt aditus.] *Manuscriptum*, rapiunt aditus.

Et diuûm amplexæ simulachra, sedebant.] *de Ouidij versu lego*, Tenebant; *qui hunc imitatus locum 15. Met. ita canit*:

Dardanidas matres, patriorum signa deorum,
Dum licet, amplexas, succensaq; templa tenentes,
Inuidiosa trahunt victores præmia Graij.

IAMQVE

A IAMQVE adeò super vnus eram.] *Duo & viginti versus in hoc loco sunt à quibusdam sublati: quòd cum iis, quæ in Deiphobi historia, libro sexto, scribuntur, non cohæreant. Ibi enim Helenam, non in arce deprehensam; sed proditionis adiutricem, in mariti cubiculo fuisse dicitur. Videmus tamen poëtas non rarò diuersa scribere: non ignoratione historiæ, sed dissensionibus eorum scriptorum, quos sequuntur.*

VERVM inclementia diuum.] *Quantò maiorem vim habet illa κατ' ἀναφορὰν ἐπίθεσις, quæ est in libris antiquis!* Diuûm inclementia diuûm Has euertit opes. *quam lectionem Terentianus interpres, in Andriam, apertè asserit.*

PERITVRÆQVE addere Troiæ Teque tuosq; iuuat.] *Ex interpretatione Donati, aliam ipsum secutum lectionem apparet: quam cùm non sequendam censeam, nec afferam quidem in medium.*

LIBER III.

SERVITIO enixè tulimus.] Enixè, *aduerbium est, seruitutis grauitatem exprimens. Quòd si nomen velimus,* Enixæ: *interpretandum erit, subiugatæ & labore exercitæ; vt Nonius duobus locis exponit. Seruij enim expositio minùs*
B *placet.*

SI qua est Heleno prudentia, vati Si qua fides.] *Hæc bona distinctio: vt prudentia ad Heleni experientiam, fides ad diuinandi scientiam referatur.*

PRÆQVE omnibus vnum.] *Manuscripti lectio est,* Pro omnibus: *eandem approbantibus Diomede & Donato. Ille,* pro omnibus, *idem esse ait, quod* ὑπὲρ πάντων: *hic,* pro omnibus, *exponit, pro commodo omnium desideriorum.*

TRINACRIA fines Italos metière relictâ.] *Numerus in Aldinis claudicat: non enim* metière, *sed* mittère, *legendum est.*

CVMÆAM accesseris vrbem.] *Alij,* Cumarum vrbem, *vt,* classes inuectas Tribidis vndam.

ET fessum quoties mutat latus.] *Mutare latus, vt arma & vestem mutare, non dicitur. Vera autem lectio est,* Motat latus: *vt sit frequentatiuum, à* Moueo.

NOCTEM illam tecti in syluis.] *Omissa præpositione,* Tecti syluis, *magis Vergilianum est.*

C NOMINE Achmænides.] *Scripsi,* Nomen Achæmenides.

NEC visu facilis, nec dictu affabilis vlli.] *Seruij lectio est,* Nec dictu effabilis: *id est, sermone non explicabilis, vt idem ait. Sed alterum rectius: nam & faciem Cyclopi tyrannicam, & morum vastitatem tribuit talem, vt nemo illum posset, & sine consternatione intueri, & absq; periculo alloqui.* ἄγριον, ἔτι δίκας εὖ εἰδότα, ἔτι θέμιστας: *vt Homerus inquit.*

TELO lumen terebramus acuto.] *Donatus,* Tenebramus, *nullâ autoritate. nos,* terebramus, *ex Homero & Euripide. Homerus enim:* ἐν ὀφθαλμῷ δινέομεν. *Euripides:* τόρνευ᾽ ὄψιν.

HANC primùm ad littora classem Conspexi venientem.] *Donatus legit,* Hanc partem ad littora, *id est, ad huius regionis littora: & habet aliquid antiquitatis hic sermo. Lucretius 3.* Non minimam partem formidine mortis aluntur.

EA sola voluptas, Solamenque mali: de collo fistula pendet.] *Hoc hemistichium miror vnde irrepserit: magis etiam, cur hactenus permanserit. nam & interpretes omittunt, & libri antiqui: nec est vlla fistulæ apud Homerum mentio. Theocritus tamen & Ouidius, cùm eum Galateam sectantem inducunt, fistulæ meminerunt. Ait autem Poëta, oues voluptati fuisse videnti; quæ non solatio essent cæco.*

LETHI discrimine paruo.] *Ita Seruius in 9. legit, supra illud,* & morti prætendere muros.

LIBER IIII.

QVÆ me suspensam insomnia terrent?] *Apollonij est:* Ἀννὰ ἐγὼ, οἷον με βαρεῖς ἐφόβησαν ὄνειροι. *Vnde lectionem vulgatam antefero ei, quam esse antiquæ elocutionis, admonet interpres.*

ANTE pudor, quàm te violem, aut tua iura resoluam.] *Aruntius, Charisius, Diomedes, cuncti indicatiuum agnoscunt:* Antè pudor, quàm te violo, aut tua iura resoluo. *vt sit illi Terentiano simile:* Omnia experiri certum est priùs, quàm pereo. *Pacuuius Ilione:* Dij me etsi perdunt; tamen esse ad vitam experût: Quod, priusquam pereo, spatium vlciscendi danunt. *In libro Seruij manuscripto, quem à viro doctissimo, & in omni officij genere amando, VVolfgango Fusio, accepi, eadem lectio integra & incorrupta mansit.*

MAGNVM & memorabile numen.] *Mutanda est & lectio, & distinctio:* Magnum & memorabile nomen: *& referendum ad sequentia,* Vna dolo diuûm. *Ouid. 10. Met.* Habebis Hippomene victo magnum & memorabile nomen.

QVÒ regnum Italiæ Libycas auerteret oras.] *Antiquâ consuetudine dictum: vt,* Abducimus tuam Bacchidem. *Vsitatius enim foret,* aduerteret. *&* adducimus. *Afranius in Simulante:* Sæuum, ferre te hæc, simul & gnatam ab illo abducere. *Virg. 2. Aeneid.* Quod pelago & curuis secum aduexêre. *pro,* adducere, *&* auexêre. *Obseruarunt hoc itidem antiqui Grammatici.*

CVI pharetra ex auro.] *Pro, aurea pharetra. vulgatam enim lectionem repudio. Vtuntur hac adiectiui circumscriptione, poëtæ, in iis, quæ materiam significant; vt hoc loco: item quæ habitum; vt Equites in armis, pro armatis equitibus, 11. Aeneid. item quæ locum; vt, puer ex aula, pro aulico puero, apud Horatium. De hoc in libro, De Syntaxi partium orationis apud Græcos, adolescentes studiosos admonui.*

RAPTO potitur.] *Manuscriptum,* raptu. *Raptum vel raptio, est violenta iniuriæ perpetratio.* Raptus, *est stuprum ipsum. illud causa; hoc effectus.*

MATERNO veniens ab auo Cyllenia proles.] *Omissus in quibusdam hic versus: & posse omitti videtur.*

TALI Cyllenius ore locutus, Mortales visus medio sermone reliquit.] *In manuscripto,* Cyllenius ore locutus Mortalis. βροτῷ ἀνδρὶ ἐοικώς. *Ita in 9.* Sic orsus Apollo Mortalis, medio aspectus sermone reliquit.

EIECTVM littore, egentem Excepi.] *Primum tempestatis; alterum inopiæ. ita enim distinctio facienda est, vel ex simili loco Comici:* Apud Andrum eiectus, tùm ille egens.

ET nomine Dido Sæpè vocaturum.] *Dido, si μονόπτωτον, vocatiuus est: sin simplex, accusatiuus; vt,* Luctificam Alectô.

Abolere nefandi Cuncta viri monumenta iubet.] *Alij iuuat: vt non ad Massylæ voluntatem; sed ad Didonis referatur cupiditatem.*

LENIBANT curas, & corda oblita laborum.] *Hic quoq; versus in exemplaribus nonnullis omissus.*

EN quid ago?] *Ita manuscriptum. Donatus in Eunuchum legit,* Heu, *pro* En: *quod non probo; & de huius particulæ vsu, in Hecyram diximus.*

AVDIIT exanimis, trepidoque exterrita cursu.] *Donatus ita distinguit, vt à rumore dolentis perturbatæq; affectum discriminet.*

QVÆSIVIT cœlo lucem, ingemuitq; repertâ.] *Donatus legisse videtur,* Repertam. *Eadem diuersitas apud Cic. in Catone maiore:* Senectutem vt adipiscantur, omnes optant; eandem accusant adeptam. *Ita in manuscriptis duobus: alij enim legunt,* Adepti.

Digitized by Google

LIBER V.

QVò diuersus abis? iterum pete saxa.] *Duplex hic distinctio, præter vulgatam.* Quò diuersus abis iterum? pete saxa. *Vel,* Quò diuersus abis? iterum: pete saxa. *vt primum sit per indignationem interrogantis; alterum admirantis; tertium imperantis. Rationem igitur habent distinctiones omnes. lector iudicet, vtra sit verior.*

CÆSIS vt fortè iuuencis, Fusus humum viridesque super madefecerat herbas.] *Hæc lectio & distinctio, cùm Seruij est, (ait enim esse ordinem,* Fusus super humum) *tum mei codicis, & librorum Aldi. de ijs loquor, quos Paulus, Aldi filius, nescio an per se, an per alium emendarit.*

NVNC si cui virtus.] *Manuscriptum,* Huc si cui virtus.

CVNCTOS'QVE putans excedere palmâ.] Palma; *non pugna, ex antiquis Grammaticis & libris, probatior est lectio.*

PLVMBO insuto ferroque rigebant.] *Cestuum forma, in ædibus Petri Bembi, cùm Patauij habitaret, cernebatur in fracto marmore. Fuerunt coria bubula, quibus plumbum ferrúmue insutum erat, articulis manus in volam flexæ circundata; &, vt pondus sustinere ferientium manus valerent, brachijs alligata. Germani veteres, manicâ quadam ferrea acuminatâ in bellis vsi sunt; quæ aliquam cestuum retulit similitudinem.*

SVMME pater.] *Ignorantiæ mendum in omnibus excusis: cùm sententia postulet,* Sume, *id est, accipe.*

ET sese ostendat in armis, Dic, ait.] *ὦ παρ᾽ἀκούσ[?] repetit verbum οἰωνούμενον. Vergilianum autem hoc est. Ita in* 11. Lachrymis ita fatur obortis: Tene, inquit, miserande puer. *similia exempla lib.* 4. *&* lib. 6. *Terent. in And.* Cedo, cui puerum huc apposuisti? dic mihi.

HVNC morem cursus.] *Manuscriptum,* Hunc morem, hos cursus, atque hæc certamina. *Talis repetitio lib.* 8. Non hæc solennia nobis. Has ex more dapes, hanc tanti numinis aram, *&c.*

NVNC tempus agi res.] *Hæc bona lectio: quámuis alij aliter.*

TVM senior Nautes.] *Diuersa in alijs sed mala lectio. Ab hoc Naute, Aeneæ socio, Nautiorum familia Romana. è quâ Sp. Nautius, cum Menenio Agrippâ, popularem tumultum sedauit in secessione Auentinâ; vt est apud Dionysium. In difficili casu ac deliberatione graui, nunc ad Romanam historiam alludit eruditissimus Poëta noster.*

IN curas animum diducitur omnes.] *Figuratum & poëticum dicendi genus, quod autoritate non caret: quâ nullâ vtemur, aperto veritatis contenti testimonio.*

TVMVLOQVE sacerdos, Ac lucus, latè sacer, additur Anchiseo.] *Ad Romanum morem alludit, & ad templum Iuleum: quod & flaminem habuit, & lucum.* Anchiseo. *pro Anchiseio. Suprà:* Non seruata fides cineri promissa Sicheo: *pro Sicheio. Ouid.* 10. *Met.* Mænades Orphei titulum rapuêre sepulchri: *pro Orpheij.*

POENAM traxisse per omnem Relliquias Troiæ.] *Vetus lectio & distinctio:* Nec pœnam traxe per omnem Relliquias: Troiæ cineres atque ossa peremptæ Insequitur. *Traxe, pro traxisse. vt alibi* Vixet, *pro Vixisset. Sensus est: Troianos superstites calamitatibus omnibus vexauit; iam Troiæ incensæ cineres, & peremptorum quoque ossa, insequitur.*

ÆNEAM credam quid enim fallacibus austris, Et cœli toties deceptus fraude sereni.] *Planè mihi persuadeo, & ex dissensione veterum affirmare possum, hunc locum vnum esse ex obscurissimis. Vulgatæ lectionis, cuius & Seruius meminit, vt eius antiquum testatur exemplar, hic est ordo:* Quid enim credam, *id est, cur cõmittam,* Æneam, Austris fallacibus, *ventis incertis & mutabilibus,* & toties, *etiam toties,* deceptus: *quia nec dei nec diligentia mea valuit,* Fraude cœli sereni: *non enim naturali ratione ortæ tempestates, sed Iunonis inuidiâ erant concitatæ. Donatus autem aliter legit: aliter item legit Seruius. & ab vtroque dissentit Helenius Acron, qui ita citat:* Mene huic concredere monstro Æneam, toties deceptus fraude sereni? *Donati autem & Seruij non appono: quia ex ipsorum commentarijs notæ lectiones sunt.* A

LIBER VI.

SIc fatur lachrymans.] *Priores hos duos versus, ad finem libri quinti adijci voluit Probus: sed Seruius hoc initium agnoscit, cum quo conueniunt antiqui codices.*

QVIN protinùs omnia Perlegerent oculis.] Omnia, *ἀορίστως, non omnem Terentius Scaurus item,* Pellegerent *legit, pro* perlegerent.

SED terrâ grauiora manent.] *Alij,* Terræ: *vt casu respondeat superiori.*

QVAM tua te fortuna sinet.] *Paul. Manutius legit* Quà tua te fortuna.

OMNIA percepi.] *Ita Seruius. Omnino autem lautius & rectius,* Omnia præcepi. *tam nota verbi elegantia, vt exemplo non egeat. nec aliter Nonius Marcellus.*

ASPECTANS syluam immensam, & sic ore precatur.] *Postrema verba non addidit. Poëta.* Et sic opere precatur. *non enim orat; sed optat. In eadem sententiâ Seruius.* B

GEMINA super arbore sidunt.] *Legitur* Geminæ: *id est, columbæ: vel* Geminâ super arbore, *id est, super eâdem arbore. Vltimum hoc habent Grammatici.*

INDE locum Graij dixerunt nomine Aornum.] *ἄορνον, antè videlicet, quàm locus à Iulio Cæsare, arboribus excisis & purgatâ ripâ, salubrior factus est. Nunc alia vallis vicina, inter Puteolos & Neapolim, quam Sulfuratiam nominant, eiusmodi lethalem spiritum emittit: ad quam etiam auis nulla propiùs accedit.*

NEQVE te Phœbi cortina fefellit, Dux Anchisiade, nec me.] *Hoc modo Seruius distinguit, & rectè. Si enim diceret:* Nec me Deus æquore mersit: *contraria diceret illi,* Ecce Deus ramum lethæo rore madentem, *&c. quod in fine quinti est positum.*

FATA obstant, tristique palus inamabilis vndâ.] *Duplex hic lectionis diuersitas. Exemplaria habent,* fas obstant: *sed repugnant interpretes.* Inamabilis vnda, *legunt Gellius & Macrobius: sed non consentiunt exemplaria. Nos quid secuti simus, apparet è lectionibus, quas curauimus in nostro exemplari exprimendas.* C

ARMATVM peditem grauis attulit aluo.] *Manuscriptum,* Grauis attulit aluus. *Sed & antè dixit,* Fœta armis: *vt hic,* grauis aluo.

FLAMMAM media ipsa tenebat Ingentem.] *Donatus,* Ardentem. *Vulgata lectio melior,* Flammam ingentem: *quia erat flamma index, vt latè lucem spargeret.*

DIVVMQVE sibi poscebat honorem.] *Legitur &* Honores: *vt & coleretur, & timeretur, tanquam Deus. Sin* honorem: *non tàm sacrificia & cultum innuit, quàm timorem; quo se maximos esse iudicant omnes tyranni. Prima sententia amplior: altera huic loco conuenientior.*

IMMORTALE iecur tundens.] Tundens, *tundendo pascens; vt volucres solent. alij,* Tondens, *ex Homero ἧπαρ ἔκειρον. Vergilius & Horatius vnum vulturem nominant, secundùm Aeschylum: Lucretius & Tibullus plures, secundùm Homerum.*

SEDET, æternumque sedebit Infelix Theseus.] *Inuentus est, qui legat* Tereus: *cuius tyranni nota sæuitia & immanitas est. sed eam ego lectionem non probo: quærendum tamen censeo, cur conditorem Athenarum, & in deorum numero habitum, huic loco inferorum affixerit. nam id honoris causâ fieri, vt Minoi accidit, dicere non*

possumus

A possumus: additur enim, Infelix. Quomodo autem æternum sedebit? qui ab Hercule liberatus fabulis proditur, non temerè non. Ad laudem igitur Thesei, quæ dicuntur hoc loco, referri non possunt. quod si ad vituperationem eius dicuntur: fortasse de raptu Proserpinæ intelligenda sunt, propter quam & humana, & diuina iura violauit, libidine atque superbia. Mihi autem, & de lectione, & de sententia, dubio, hoc dissimulandum non fuit: vt doctiores audirem aliquando sententiam.

DISCITE iustitiam moniti, & non temnere diuos.] Hæc verba apud Pindarum loquitur ipse Ixion: apud Vergilium Theseus, ad Phlegias, Ixionis populum, quorum vrbs ob crudelitatem & impietatem euersa est. Audiui ex Lazaro Bonamico, viro graui & fidei pleno, puellam fuisse in agro Patauino fanaticam, quæ Græcè & Latinè, omnium litterarum ante insaniam expers, optimè locuta sit. Hæc cùm interrogata esset, quæ nam esset præstantissima apud Vergilium sententia, hunc versum voce clarâ ter pronuntiauit.

ITALIA tandem lætere reperta.] Vetustissima mecum, Lætere: nec aliter citatur à Seruio, in fine libri 5.

ATQVI vmbrata gerunt.] Atqui, non atque.

B POMERIOS, castrumq. Inui.] Legendum, Pometios. Tragœdia Naeuy fuit, Militum Pometiensium.

HVC geminas nunc flecte acies.] Vetustum, Huc geminas huc flecte acies: vt repetitione excitetur attentio.

AVGVSTVS Cæsar, diuûm genus.] Emenda, Diui genus: sic manuscriptum, item Romana & Florentina editiones. Seruius, Diui genus: Cæsaris, inquit, qui factus est Deus. Monstrauit mihi ornatissimus vir, & de me optimè meritus, Valentinus Grauius, nummum iuuenili effigie, ita inscriptum:

CÆSAR DIVI F.

Romæ marmora antiqua idem approbant: vt ad pontem Aelium:

IMP. CÆSAR DIVI F.
AVGVSTVS
PONTIFEX MAXIMVS
TRIBVNIC. POTEST. XVII.

& in palatio Triumuirali montis Capitolini, in marmoribus recens effossis:

TI. CÆSAR AVGVSTI
C F. DIVI N.

de Tiberio Cæsare, qui Augusti filius, Diui nepos appellatur.

PROIICE tela manu sanguis pius.] Rufinianus rhetor hanc probat lectionem. Nam simul causam belli ciuilis ostendit in Cæsare fuisse, dum dicit, priorem illum debere parcere: mox tanquam ideò, inquit, parcere prior debeat, quia sit Anchisæ pius sanguis, & ab Olympo genus ducat.

QVIS te, magne Cato, tacitum, aut te, Cosse, relinquat?] Hæc lectio Heleny est, & exemplorum. Donati autem mihi nunc arridet: ideo à me non exponitur.

LIBER VII.

FLECTERE iter socijs.] Legitur & Socios: vt ad infinitiuum referatur, & sit eius antecedens.

AT rex sollicitus monstris.] Antiquum Donati exemplar, Sollicitos monstrorum: vt, securus pelagi, Egregius animi.

HVC dona sacerdos Contulit.] Lege, Cùm tulit, propter sententiam.

QVA Sol vtrumq. recurrens Aspicit Oceanum.] Helenius, Respicit.

NAMQVE Nunc repeto.] Hæc verba parenthesi includenda.

DIDITVR hic subito Troiana per agmina rumor.] DIDITVR, id est, differtur, spargitur. Eius activo, DIDIT, vtitur Horatius lib. 2, Serm. participio DIDITVS, Catullus, in Mallij Epithalamio.

AVRVNCOS ita ferre senes.] Miror hic castigantium negligentiam: nam excusantium dignè satis accusari non potest. Legendum, Aruncos, nam Aurunci & Arunci populi sunt diuersi: & in enumeratione copiarum infrà, & loco & duce sunt separati. Arunci sunt Latij, Rutuli vicini, quorum dux Turnus, auctor belli: Aurunci Campaniæ, Calenis & Suessanis finitimi, vel (vt posteriores tradiderũt) ipsi Suessani: quorum princeps Halesus, Turni socius. Vnde in 10. occurrit, Halesus, Auruncæque manus.

FATA per Æneæ iuro, dextramque potentem, Siue fide, seu quis bello est expertus & armis.] Aperta Ciceronis imitatio: & quod Vergilius de Aenea, id Cicero de Iulio Cæsare scribit: Totum hominem tibi trado, de manu (vt aiunt) in manum tuam istam & victoria & fide præstantem. Obserua autem imitationis similitudinem: nam ab oratore Ilioneo, cui tacito iudicio confert Ciceronem, ista de Aeneâ dicuntur. Hæc tùm nota erant eruditis, & Poëtam in gratia ponebant apud Augustum, cuius laudes quauis occasione prædicat.

SICVLO prospexit abusque Pachinno.] Seruius ait, Præpositionem in compositione, nec præpositionem iungi, nec aduerbio. Sed iungitur præpositioni: vt in Persâ, Aspice deproeul in conspectum. Item in marmore Veronensi:

PETIMVS NE QVIS NOS INQVIETET EX ARCA NOSTRA, NEQVE ABANTE ALITER PONAT, NEC COMMOVEAT. Similiter apud Propertium 2. Hic dominam exemplo ponat in ante meam. Iungitur aduerbio: vt Abusque, apud Vergilium; Derepentè, apud Terentium; Subpositaquam, apud Ciceronem.

IAM fidere terræ.] Linacer, Fidere terrâ. sed lectio vulgata Prisciani est. vt infrà: Et fidere nocti.

AT, credo, mea numina tandem Fessa iacent.] Censeo rectius esse, An credo mea numina tandem Fessa iacent, odijs aut exsaturata quieui. Dicit enim, se nec fatigatam destitisse, nec satiatam quieuisse. An credo, in ironijs vim habet: vt in Phormionem annotauimus.

VOLITANS sub verbere turbo.] Charisius apud Tibullum legit, turben: exemplum est Iulei dictum.

EVOE Bacche fremens.] Acclamatio Bacchica εὐοῖ. Alij dictum volunt, quasi εὖ υἱέ: his nimirum verbis Iouem gratulatum Baccho filio, re bene gestâ, ex bello Giganteo reuertenti.

TE lustrare choros.] Aut est ellipsis, Te, id est, propter te, tui honoris causa: aut, Te lustrare choros quod est in duabus editionibus antiquis: Venetâ, quam emendauit Baptista Egnatius; Argentoratensi, quam Nicolaus Gerbellius.

MATRES audite vbicunque Latinæ.] Priscianus legit, pro vbicunque, vbiquæque: nec aliter manuscriptum nostrum.

FVRIT intus aquæ vis.] Hæc lectio à Vergilio relicta: nec eam mutandam iudico: & Poëtæ ipsius iudicium, cùm Probi & Macrobij, tum etiam Tuccæ & Vari, antepono. Similitudo est Homerica, verbis plenissima, & varietate copiosa. Quòd si quis contendere vult: illi Pythagoreorum quasi voce respondeo, ὁ ποιητὴς ἔγραψε.

SPECVLATA locum, quo littore.] Rectius fuisset, quo loco. Noui autem, inter duo nomina, vnum pronomen posuit. Hoc semel tantùm fecisse Vergilium ait Seruius, sed & paulò antè: Audacis Rutuli ad muros, quam dicitur vrbem.

ARDVA tecta petit, stabuli & de culmine summo.] Reperi hoc modo distinctum in antiquis: nec displicet ista distinctio.

LINQVENTES cursu rapido.] Rursus muto distinctionem. Linquentes: cursu rapido dat euntibus ingens Sylua locum.

NEC Prenestinæ fundator defuit vrbis.] Prenestæ, fine

Digitized by Google

sine diphthongo in primâ syllabâ, in libris & marmoribus antiquis, ἀπὸ τῶν μήλων, *vt Seruius: nam Festi Pompeij deriuatio planè inepta est. Vergilius huius oppidi fuisse conditorem ait Cæculum, Vulcani filium: Solinus & Martianus, Prenestem, Vlyssis nepotem.*

Et quos maliferæ despectant mœnia Bellæ.] *Legendum.* Mœnia Abellæ. *est enim & montis, & oppidi, & torrentis nomen in Samnitibus. Oppidum in monte situm, populos despectat; qui hic à Poëta nominantur. Mons ipse nimbus, intemperie, ventis horridus: quasi* ἄβελλα *dictus. quod Latini modò Abellam, modò Auellam pronunciauêre.*

Fulmine Phœbigenam Stygias detrusit ad vndas.] *Hæc lectio Probi, & exemplarium. Seruij,* Pœnigenam: *& exponit, pœnâ matris genitum. Pindarus, iure maximè dubii, nomen à mortuis reuocati non expressit, inquiens:* ἄνδρ' ἐκ θανάτου κομίσαι ἤδη ἁλωκότα. *Eratosthenes nominat Hippolytum; Orpheus Hymenæum; Stesichorus Capaneum; Telesarchus Orionem; Diodorus Orum; Epiphanius Euclem; Pausanias Semelen; Propertius Androgeonem: quibus alij addunt Glaucum & Tyndareum. Sunt, qui plures simul vitæ restitutos asserunt: Pherecydes Delphis mortuos; Philarchus, Phinei filias; Polyanthus, filias Prœti. Si in fabulâ conuenirent omnes; fabula ampliùs non esset.*

Avruncæque manus.[*Scribendum,* Aruncæ *vel (vt in manuscripto)* Arruncæ. *Ex hoc loco, Aruncorum terras possedisse Rutulos, Auruncorum Suessanos, colligi posse videtur.*

In mare conditur Oufens.] *Sextus Pompeius, libri Liuiani, marmora antiqua Venetiæ & Insubriæ, perpetuò scribunt per Ou: vt Oufentina tribus, quæ ab Oufentibus nomen accepit; populi autem Oufentes, à fluuio.*

Liber VIII.

Tumor omnis & iræ Concessêre deûm, profugis noua mœnia Teucris.] *Verba quatuor vltima inducenda: quamuis sint in antiquis; & eorum Seruius faciat mentionem. nam id facit ex aliorum opinione: & suam ipse declarat sententiam.*

Tuque ô Tybri, tu ô genitor, cum flumine sancto.] *Hæc* ἀναφορὰ ἐμφαντικὴ *vehemens est: & ideò eam lectionem probo: est vulgata magis Enniana.*

Propius tua numina firmes.] *Donatus legit,* placidus, *sed fortasse ex interpretatione irrepsit. Seruius,* propiùs, *& hoc loco, & in 10. Aeneid.*

Ergo iter inceptum celerant rumore secundo.] *Alij,* iter inceptum peragunt: *quod non probo.* Rumore secundo *quid sit, pauci intellexerunt. Sed mox seipse explicat Poëta,* secundo amne: *& in 10.* æstu fluctuq; secundo. *Antiquus poëta, apud Cic. 1. de diuinatione.* Soluere imperat secundo rumore. *Prouerbialis sermo, & vsitatus veteribus. metaphoricè, pro cuiusuis negotij successu læto & optato, vsi sunt Ennius & Fenestella; qui citantur à Nonio. Sueuius poëta, qui à Macrobio; & Horatius libro 1. epist. ad Fuscum Aristium. Originem prouerbij attigit, non explicauit Seruius.*

At furis Caci mens effera.] *Ita legit Seruius: sic habet manuscriptum. idem approbat lib. 4. Propert.* Furem sonuêre iuuenci, Furis & implacidas diruit ira fores. *Furis autem nomen, & olim, & hoc tempore, in Italiâ, cæteris flagitijs magis infame est.*

Turbatumque oculis.] *Seruius alterius lectionis meminit: quam & manuscriptum habet. Vulgatam tamen, & hîc exposuit, & retinuit in libro nono. Sunt autem mentis indices oculi, & (vt Alexander Peripateticus inquit)* κάτοπτρον τοῦ νοῦ.

Neque enim fuga iam super vlla pericli.] Super, *pro superest: vt in 7.* Si qua super fortuna laborum. *Ita Silius, Vergilij, vt nonnulli volunt, imitator:* Haud illi comitum super vnus.

Aureaque, vt perhibent.] *Manuscriptum,* Aurea quæ perhibent: *quo modo citat aliquoties Helenius.* A

Tum manus Ausoniæ, & gentes venêre Sicanæ.] *Numerus requirit, vt scribatur:* Tùm manus Ausonia.

Arcades ipsum Credunt se vidisse deum.] *Donatus nomen exprimit,* Credunt se vidisse Iouem: *nec improbatur doctis.*

Liquidoque potestis electro.] ἀργυρῷ ἢ ἠλέκτρῳ. *Pollicetur ex ferri electriq; temperaturâ, arma firma & splendida. Contra Politianum, qui* Potestur *verbum hoc loco sustulit, arroganti sanè spiritu, nescio qui sese efferunt Grammatici: sed cùm nihil afferant; quo se tueantur, præter conuitia, eos omittimus; & numerorum rationem, non malè obseruatam, cum Politiano testamur.*

Ceu fœmina primùm.] *In manuscripto,* Cùm fœmina primùm. *nec aliter interpres Terentij. De Chryside autem Terentianâ similitudo sumpta est.*

Nec non Tarquinium eiectum.] *Noua de syllaba contentio; quam mouet Pierius, indiligens numerorum obseruator. Deceptus autem codicibus deprauatis, etiam locum Martialis non rectè adducit, qui est:* Traducta est Gyaris. *non enim* Getulis *legendum: quæ vox molossum efficit. Martialis alio in loco,* Sicci Getulâ mappalia Pœni. B

Custos Tarpeiæ Manlius arcis.] *Antiqui libri* Mallium *hunc vocant.*

Liber IX.

Sedemque petit Euandri.] *Hæc lectio à Politiano defensa: quem nunc sequimur.*

Video medium discedere cœlum.] *Hanc lectionem propriam & elegantem, antiqui libri Aldini habent; & imitando significauit veram esse Vidas.* Discedere *hoc loco, & apud Ciceronem de Diuinatione, est idem, quod Græcis* χάσμα: *& eiusmodi discessus cœli, chasmata Plinius nominauit: cuiusmodi horribile fuit in Hermunduris & Melibocis, ante quadriennium, die sextâ Nouembris.*

Vertitur arma tenens, & toto vertice suprà est.] *In plerisq; libris hic versus desideratur: & sic dicendum est. huc translatus videtur ex 8. Aeneid.*

Aditumque per auia quærit.] *Quod in alijs legitur,* Aditumque & per uia quærit, *non Vergilianum est. Incensi hominis est, aditum per auia, hoc est, vbi nullus sit, quærere.* C

Aut quà via clausos excutiat, Teucros vallo.] Quà, *id est, in quo loco.* Via, *id est, accessio ad muros. Sunt aliæ duæ lectiones: quas, quoniam neutram sequor, ne ponere quidem volo.*

Atque manum pinu flagranti feruidus implet.] *Alij,* infert: *quod & Donatus videtur agnoscere. ita infrà:* Fumiferos infert Mezentius ignes. Implet *retinui, vel quasi proprium; vel vt antecedens ponatur pro consequente.*

O genitrix, quò fata vocas?] *Seruius videtur legisse,* Trahis: *nec aliter codex antiquus. sed ego nihil muto.*

Nereia Doto.] *Hoc verum nomen, ex Hesiodo: vbi Nerei & Thetyos filias recenset.*

Quot prius æratæ steterant ad littora proræ.] *Ex sequenti lib. huc translatus versus,* καὶ παρεμβεβλημένος, *desideratur in antiquis etiam. Habet* τὸ ἀνακόλουθον *vim suam, nec caret exemplo. vt lib. 2.* Millia quod magnis nunquam venêre Mycenis.

Rectores iuuenum, & rerum dedit esse magistros.] Rectores iuueni, *germana lectio: quam & hoc loco, & infrà in 10. Donatus est secutus, super illo:* Num puero summam belli, num credere muros?

Nec fas: non ita me referat.] *Distinctione* τὸ ἦθος *illustratur. In Culice:* Eurydicenq; vltrò ducendam reddere, non fas, Non erat. *Contrà 11. Aeneid.* Non vitæ gaudia

A gaudia quęro, Nec fas. *Theocr. ἆ τίμιε, ὦ ποιμὴν τὸ μελίφ-θωνον, ἦ τιμεῖς ἄμμιν Συρίσδεν.*

INSVPER id campi, quod rex habet ipse Latinus.] *Malo legere,* Insuper his, *id est, præter hæc: vel (vt Seruius)* super hęc. *Horatius secundo Sermon.* Et paulum syluæ super his foret. *Ita aliquoties Silius, Poëta nostri, vt volunt, imitator.*

PERPLEXVM iter omne reuoluens Fallacis syluæ.] *Diuersitas lectionis, apud veteres Grammaticos non omittenda. Donatus & Vrbanus ita legerunt, & distinxerunt:* Quáue sequar, rursus perplexum iter omne reuoluens. Fallaces syluas, simul & vestigia retro Obseruata legit.

TRANSADIGIT costas, & pectora cádida rumpit.] *Dixit* pectora, *& adiecit* πάθ@, candida: *item* rumpit, *non* rupit, *κατ' ἐνέργειαν. Probat hanc lectionem Donatus: probant libri vetusti.*

INSTAT non segniús.] *Seruius,* Non seciús. *Quidam in meo manuscripto,* Seciús, *in* Segniús *mutauerat.*

TEPIDA'QVE recentem Cæde locum.] *Hæc Seruij & Macrobij lectio: est enim* ἐναπαλμένον, *more poë-*
B *tico. Rectum illud libro octauo,* semperque recenti Cęde tepebat humus. *Obseruanda diligenter varietas & copia Poëtæ.*

PLENOS spumanti sanguine riuos.] *Rursus Seruius:* Pleno spumantes sanguine riuos.

ÆRATATAS'QVE acies in prælia cogit Quisque suas.] *Distinguo, & lego,* Æratatasque acies in prælia cogit: Quisque suos. *vt sit* σύνθεσις*, Turnus adhortabatur milites, ad oppugnationem oppidi sese pararent: duces eum secuti, cohortes expediebant, & quisque colligebat suos.*

CANIBVS data præda Latinis.] *Mihi placet,* date præda. *vt in 8.* Decus addite diuis.

NEC te tua funera mater Produxi.] *Donatus hoc loco,* Nec te tua funera: *& in 11.* Nec te tua funere mater Produxi. *Nisi corrupta exemplaria sunt: vtrobique commissus error est. Funera sunt, doloris participes, vt ad quas funus pertinet: Præficæ, planctus alieno in funere ministræ, quæ mercede conducebantur. Funera producebant cadauera: Præficæ sequebantur. Funerarū quæstus, parietibus continebatur.*
C *tur: Præficarum clamor, ad libitinam & in publico personabat.*

IMMANEM Teucri molem voluuntque trahuntque.] *Ita Donatus, & antiqua lectio vulgaris magis poëtica.* Voluuntque ruuntque. *Vt,* Spumas salis ære ruebant.

MORTI prætendere muros.] Morti, *non interpretor bello: quòd bella sequantur mortes. Sed accipio simpliciter: quasi diceret, nihil interesse inter vitam & mortem, nisi muros. Qui Seruij annotationem non rectè accipiunt,* Marti *scripserunt, pro* morti.

SONAT vnà lethifer arcus.] *Donatus,* Latifer.

MORTALES medio aspectus sermone reliquit.] *Donati lectio,* Sic orsus Apollo Mortalis, medio, *&c.*

ALCANDRVM'QVE, Haliumque, Noëmonáque, Prytanimque.] *Versus Homericus, ex quinto Iliad. quem eodem modo descripsit Ouid. 13. Met. Eosdem non potuit ad Troiam Vlysses, de quo Homerus & Ouidius loquuntur, & in Latio Turnus occidere, de quo Vergilius. itaq; hæc nomina ad ornatum poëmatis ficta, non ad historiæ fidem tradita sunt.*

LIBER X.

ET placitum læti componere fœdus.] Placitū, *mihi: inquit Seruius. Imperantis enim maiestatem magis decet, quàm* placidum. *Eodem modo exemplaria antiqua.*

INVNDANT sanguine fossas.] Inundant *neutrum actiuè posuit: vt in 8. annotat Priscianus: nec aliter exponit Seruius. Antea legebatur* fossæ: *quod natum ex illo libri 11.* Dum distinet hostem Agger murorum, nec inundant sanguine fossæ.

EST celsa mihi Paphos, atque Cithera.] *Alij:* Est celsa Paphos, atq; alta Cithara: *è verbis Iunonis. Vulgata lectio, propter numeros, melior.*

NO'SNE tibi fluxas Phrygiæ res vertere fundo Conamur? nos? an miseros, *&c.*] *Distinctionem hanc qui veram esse non intelligit, nec illud videt, quàm vehemens fiat & acris* μίμησις*, minutis istis interrogatiunculis, & repetitâ personâ suâ, cum accusatione acerbâ partis aduersariæ.*

VENTVROS nautis portantia ventos.] *Non* portantia, *sed* prodentia, *scribendum. illud ortum ex huius interpretatione.*

RERVM cui summa potestas.] *Donatus,* prima potestas. *Sed & hoc videtur ex glossulâ profectum.*

HOS germani Sarpedonis ambo, Et clarus Ethemon.] *Sequor & lectionem, & distinctionem diuersam, in nostro videlicet Codice expressam:* Hos germani, Sarpedonis ambo, & Clarus & Hemon. Germani, *fratres vitrini:* Sarpedonis ambo, *scilicet filij:* Clarús, *eâ flexione, vt* Panthûs.

QVI sunt Minionis in aruis.] *Minois accolæ sunt Cętetam: Munionis, olim Fesulani, nunc Florentini.*

LITTORA præripere.] *Donatus,* præcipere, *id est, præoccupare. Cum Donato non facio: qui nec lectionem obseruauit, & verborum interpres non exquisitus fuit.*

IN manibus Mars ipse viris.] *Acrior est adhortantis sententia:* In manibus Mars ipse viri, *ex manuscripto. Silius 11.* Stat campus, & arma, Et Mars in manibus. *Huic contrarium mox subijcit prouerbium:* Mars in pedibus, *item,* Mars in linguâ. *11. Aeneid.*

FACTA patrum laudes.] *Qui aliter legunt: nec interpretes sequuntur vetustissimos, nec obseruat orationis elegantiam.*

AVDENTES fortuna iuuat.] *Sententia Phileta Coi, poëtæ antiquissimi: quam certatim, vt notum studiosis est, imitati sunt Latini.*

ECCE Pharo, voces dum iactat inanes, Intorquens iaculum clamanti sistit in ore.] *Seruij lectio & ordo hic est: Ecce intorquens iaculum Pharo clamanti, dum iactat voces inanes, in ore sistit. Scita fictio, quòd ore conuitium faciens, & verbis sese extollens, per os traijcitur.*

STANT obnixi omnia contrá.] *Hoc modo legit Arusianus, vt referatur ad ventos. Seruius* γενικῶς *intelligit:* Stant obnixa omnia contrá.

AC velut optatò ventis æstate coortis.] Optatò *ex voto, & in tempore: vt,* Optatò aduenis.

EXTREMI addensant acies.] *Vergilianum est,* addensent, *pro* addensant: *nec aliter in antiquis legimus. apud Horatium in Odis:* Mixta senum ac iuuenum densentur funera. *Veteres primam coniugationem mutarunt, aut in secundam, vt* Densare, densere: *aut in tertiam, vt* Educare, educere. *Secundam in tertiam, vt* feruêre, feruere: *tertiam in quartam, vt* Accersere, accersire.

SANGVIS animusque sequuntur.] Sanguis, *vltimam olim longam sinè dubio habuit: & imitatione vetustatis sic Vergilium scripsisse auguror.*

QVEM Turnus super assistens.] *Quod additur in quibusdam,* Sic ore profatur, *inducendum est: non enim additum à Poëtâ, libri antiquissimi sunt testimonio.*

TRVNCV'MQVE repente Prouoluens.] *Manuscriptum,* truncumque tepentem, *id est, palpitantem adhuc à recenti cæde.*

ILLVM autem Æneas absentem in prælia poscit.] *Contra Vrbanum, probat & tuetur hanc lectionem Seruius.*

PARS belli haud temnenda viris.] *Casum muto, &*

inuitans ad pacem, & religionem fœderum.

VIRAGO.] *Ad Hebræorum formam,* אשה.

NIDI'SQVE loquacibus escas.] *Prouerb. pete.* Hirundinum musæum.

AC veluti immissi.] *Homer. Iliad. β. & Iliad. υ.* ἠΰτε πῦρ ἀΐδηλον ἐπιφλέγει ἄσπετον ὕλην. *Et,* ὡς δ᾽ ἀναμαιμάει βαθέ᾽ ἄγκεα θεσπιδαὲς πῦρ οὔρεος ἀζαλέοιο, βαθεῖα δὲ καίεται ὕλη.

PVRPVREOS moritura.] *Alexand. lib. 5. cap. 18.*

DEMITTVNT mentes.] *Alluditur ad Prou.* Cor ingenua decidit.

INFORMIS lethi trabe.] *Animi est effœminati, tædio malorum, vitam laqueo finire. Apud Homer. eius exemplum, Odyss. λ. in Epicaste:* ἁψαμένη βρόχον αἰπὺν ἀφ᾽ ὑψηλοῖο μελάθρου. *Et Apollon. lib. 1.* ἁψαμένη βρόχον αὐχένι. *Et apud Sophoclem in Tyranno:* οὗ δὴ κρεμαστὴν τὴν γυναῖκ᾽ εἰσείδομεν πλεκταῖς ἐώραις ἐμπεπλεγμένην. *Quòd verò Dido suprà, in quarto, gladio incubuisse introducta est: videtur ex Phœnissis Euripidis petitum.* διὰ μέσου δὲ αὐχένος ὦσε σίδηρον.

CANICIEM immundo.] *Homer. Odyss. ω. & Iliad. 18. Vnde hoc traductum apparet luctus.*

INDIGNVS auorum.] *Genitiuus pro ablatiuo, Græco more, vt opinor: apud quos* ἄξιος *καὶ* ἀνάξιος *genitiuo construuntur.*

ATHOS.] *Apollon. libro 1. de huius montis altitudine ita scribit:* ἄθω ἀντέλλει κολώνη Θρηϊκίη, ἣ τόσσον ἀπόπροθι λήμνον ἐοῦσαν, ὅσσον ἐς ἔνδιον κεν ἐΰστολος ὁλκὰς ἀνύσσαι ἀκροτάτῃ κορυφῇ σκιάει, καὶ ἄχρι μυρίνης.

VIROS & decernere ferro.] *S eliditur hic in versu. sic Prisc. libro 1. tradit. Perperam ergo alij* cernere, *pro* decernere, *legunt.*

IVPPITER ipse duas.] *Macrob. lib. 5. cap. 13. Hom. Iliad. 22.* καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα, ἐν δ᾽ ἐτίθει δύο κῆρε τανηλεγέος θανάτοιο.

ALTE consurgit in ensem.] *Quære Iliad. γ.*

PVNICEÆ pennæ.] *Vt intelligendus locus, Cælium lege suprà, Georgicorum lib. 3.* Puniceos agitant pauidos formidine pœnæ. *Cælius lib. 16. cap. 11.*

VITA & sanguine.] *Prouerb.* Magnâ de re disceptatur.

INDIGITEM Æneam.] *Alexand. lib. 6. cap. 4.*

TACITAM dolor.] *Prouerb.* Cor ne edito.

DIGNA indigna pati.] *Græcismus:* πόνημος ἀνάλιμος.

VNO eodemq́.] *Synæresis est:* Eodem *enim dissyllabum est in scansione.*

SATIS ima dehiscat.] *Prouerb.* Terra mihi dehiscat. *Hom. Iliad. Δ.* μοὶ χάνοι εὐρεῖα χθών.

LIMES agro positus.] *Definitio causalis. Limes est lapis, discernendis aruis positus.*

QVALIA nunc hominum.] *Hom. Iliad. λ. μ. υ.* οἷοι νῦν βροτοί εἰσι. *Prou.* Vt nunc sunt hominum mores.

FVIT & tibi talis.] *Cælius libro vigesimoquarto, capite secundo.*

DAVNI miserere senectæ.] *Pathos ab ætate. Macrobius lib. 4. cap. 3.*

VICISTI, & victum.] *Macrobius lib. 4. cap. 2. πάθος à fortunâ suâ.*

INDIGNATA sub vmbras.] Indignata, *hæc vox declarat difficultatem moriendi in iuuenibus. de quâ re suprà, in Camillæ morte, dictum est: vnde petas licebit.*

F I N I S.

CHRISTOPHORI CASEANI HENDECASYLLABVM, DE IOANNIS HARtungi Annotationibus in Vergilium.

Si fiat, fieriq́ sit necesse,
In conatibus, artibusq́ cunctis
Præclaris, alijs laboribusq́:
Formosæ Veneris quod in tabellâ,
Quam relliquerat inchoatam Apelles
Coi docta manus, nec absolutam,
Hanc à perficiendi opinione vt
Omnes attoniti repellerentur.
Hoc si fiat idem laboriosâ
Grynæi celeberrimi in palæstrâ:
Certè nobilium probatoria.
Authorum monumenta luculentè
Declarentur vt explicatione
Verâ, mancaq́ restitutione:
Non pauci temerarium laborem
Haurirent vigiles apud lucernas.
Sed cùm, iudicio eruditiorum
Aeterno, reputentur esse honore
Digni, qui meditentur aut reponant,
Quidquid vel graue, vel reconditum sit:
Hartungus malè debet haud videri
Sudorem locitâsse, quòd Maronem
Isto fasciculo vtilissimarum
Illustrauerit annotationum:
Seu quòd præcipuas probatiorum
Authorum citat annotationes:
Seu quòd doctiloquûm locos recenset
Græcorum, vnde suum Poëta carmen
Traduxisse quidem potest videri.
Quorum nomine dignus est amari.

GEOR-

Digitized by Google

A GEORGII FABRICII CHEMNICENSIS OBSERVATIONES

Lectionis Vergilianæ.

In Bucolica.

ECLOGA PRIMA.

SYLVESTREM tenui Musam meditaris auenâ.] *Fab. Quintilianus, agrestē citat. sed alterā lectionem magis probo: quia & antiquorum librorū est; & materiā argumenti magis exprimit. vult enim syluas & nemora, nō opus rusticū, hoc est, pastorē, nō agricolā, describere.*

SAEPE sinistra cauâ prędixit ab ilice cornix.] *In antiquis, & in Aldinis, hic versus desideratur: ideò ei notulam apposuimus.*

ECQVAE tanta fuit Romā tibi causa videndi.] *Diomedes legit,* Et quæ, *inquiens.* Et, *coniunctione affirmatiuam*

B *esse. neq; aliter hactenus, præterquàm in Aldino, lectum fuit.*

QVAMVIS multa meis exiret victima septis Pinguis.] *Ita ego distinguo: vt dicat, se victimas multas & præclaras vendidisse.*

PARS Scythiam, & rapidū Cretæ veniemus Oaxem.] *Grammaticorū hic prælia omitto: qui dum Seruiū reprehendūt, nihilo magis nos erudiunt. Poëta videtur hæc dicta ad pastorū ingenia accōmodâsse: qui de exteris populis quæ cognouerant, auditione accepta erant à militibus, prouinciarum terminos aut locorū nomina ignaris distinguere. Itaq; hic pastor. Ararim ponit in Germanis: qui Galliæ fluuius est, in Germaniæ finibus: Tygrim in Parthiā, qui Mesopotamiæ. Similiter alter pastor, post Libyam, & Scythiam, caloris & frigoris intemperie graues terras, porrò remotas gentes nominat: primùm Mesopotamian, quæ per Oaxem, naturā sui flumen nominatū, significat? deinde proprio nomine Britanas: quæ sunt orbe diuisæ, non reuerâ, sed opinione: &* orbis *hic nō vniuersus intelligitur, sed Romani imperij terminus. quomodo & Horatius dicit,* Iturū Cæsarem in vltimos orbis Britanos. *& idē Poëta noster:* Extremiq; hominū Morini. *Oaxem igitur, nō Cretensem accipimus, sed quem Seruius dicit Mesopotamiæ:*

C *lutulentū, propter terræ genus, quod radit rapitq;. Neq; hic exactam locorū distinctionem aut descriptionem, sed conuenientem huic argumento, & simplicitati pastorū, quærimus sententiam. Similes loci sunt apud Ouidium, in Penelopes, Oenones, Medeæ epistolis: cùm in personarum, tum in locorū nominibus: qui nisi decoro personarum, ignorantiæ ue puellari tribuantur: aut negligentiæ & imperitiæ est accusandus Poëta: aut, quod Politianus, Beroaldus, Mariangelus, Egnatius, fecerunt, vera lectio multis in locis immutanda est. Sed non faciemus, vt in vllo posthac loco explicando simus verbosiores.*

TOTO diuisos orbe Britanos.] *Britanus, in libris antiquis, & recens editis antiquitatis Notitijs: vt Germanus, Bragmanus.*

HIC tamē hac mecū poteras requiescere nocte.] *Diuersa hic & Grammaticorū, & veterū exemplariorū, lectio. Helenius ablatiuū ponit: Charisius accusatiuū. Eadem sententia, fateor: sed alterum differt ab altero, suauitate & vsu.*

ECLOGA II.

NEc, qui sim, quæris Alexi.] *Qui, pro quis, mollius & rectius.* Quis *substantiam notat.* Qui, *rem accidentem. manifesto Comici exemplo:* Quis fuit igitur? *Py.* iste Chęrea. *Th.* qui Chærea? *& quæ sequuntur.*

ECLOGA III.

CVM faciam vitulā pro frugibus.] *Ablatiuum Seruius agnoscit;* Cùm faciam vitulā: *accusatiuum Nonius,* Cùm faciam vitulam.

EHEV, quàm pingui macer est mihi taurus in eruo.] *Seru. in XI.* Heū *legit, diuisis syllabis. aut apud Horatium:* Heu quantus equis, quantus adest viris. *Eruum (quod hic meliora habent exempla) non ἐρύσι est, vt vult Priscianus; sed ὄροβος, apta saginandis bobus herba, quā & nunc Apulia abundat. Plaut. in Most.* Eruum daturi estis, bobus quod feram?

NON nostrum inter vos tantas componere lites.] *Hæc distinctione seperanda sunt: vt in contenda amborum cupiditate iudicis auctoritas exprimatur, hoc modo: Non vlterius scilicet progrediendum est contendēdo. Nostrum inter vos tantas componere lites: quasi dicat, ego sum vestri certaminis arbiter.* Et vitulā tu dignus, & hic: *id est, parem cantando gloriam estis adepti.*

ECLOGA IIII.

ERRANTES hederas.] *De Catullo sumptum epitheton. Lyrici antiqui,* flexipedes hederas. *dixerunt: nec non Ouid. 10. Met.* Vos quoque flexipedes hederæ venistis. *quem locum ideò adduco: quia vulgò deprauatus est.*

CARA Deûm soboles.] *Sext. Pompeius,* Clara. *Vnde colligo, hoc nomen interiectā aspiratione olim scriptum fuisse: quæ literarum vicinitas diuersam lectionem peperit.*

ECCE duas tibi, Daphni, duoq; altaria Phœbo.] *Seruij verba in hunc locum sunt.* Feci aras quatuor: tibi ò Daphni duas, & duas aras Apollini quæ sint altaria. *Vnde ita legerit:* Ecce duas tibi Daphni; duas, altaria Phœbo. *nec aliter codex antiquus.*

VINA nouum fundam calathis Aruisia nectar.] *Sic aliquis locum, ex Plinij verbis è libro 14. correxit: manuscripta pleraque habent,* Areusia: *quod in medio relinquo. Vinum Aruisium ex Chio insulā fuisse, testantur Probus & Sequester.*

ECLOGA VI.

NEc tantum Phœbo gaudet Parnasia rupes; Nec tantum Rhodope miratur & Ismarus Orphea.] *Vergilianum ἀνακόλουθον; quod implere quidam sic ausi sunt:* Quantum omnis mundus gaudet cantante Sileno. *Verùm hic versus, cùm neque numeris constet suis, quod est vitiosissimum, neque elegantiæ quidquam habeat, quod doctissimo Poëtā indignum: meritò ante nos ab Helio Eobano repudiatus est; quamuis eum, quod miror, alicubi citet Petrus Victorius.*

ECLOGA VIII.

ISMARVS aut Rhodope.] *Hos Thraciæ montes & in Sileno coniunxit. Bembus legit:* Aut Tmarus, aut Rhodope.

NECTE Amaryllimodò, & Veneris dic vincula necto.] *Sunt qui magnâ contentione defendunt lectionē nouam & insolentem, quæ est;* Necte Amaryllis nodos. *nouam dico; quia in codicibus nullis reperitur: insolentem, quia numerū inusitatum habet. quem alioqui tamen modis anapæsticis, Veneri sacrum; vt eum qui ex bacchio constat, Cybele dicatum ferunt. Quòdsi quem illa sententia delectat: nihilominus in cōmuni lectione, vnā demptâ syllabâ, modulatio anapæstica inest,* ᴗᴗ-ᴗᴗ——ᴗᴗ--, Amarylli mod', & Veneris dic vincula necto. *Omnino enim talis, cuiusmodi is, quem Alcmanium trimetrum catalectum, in Centimetro, Seruius nominat, & hoc exemplum apponit:* Date Pierides mihi carmē

dacty-

ed by Go

dactyliorum. *Facilis igitur permutatio hexametri in carmen anapæstum.*

ECLOGA IX.

NAM neque adhuc Varo videor.] *Varius Poëta excellens fuit: cuius in Odis, in Epistolis, in Sermonibus Horatius facit mentionem. Seruius item, Varium Poëtam, Varum fuisse ducem scribit: in quo illi assentior. verùm idem, de Vario locum Horatij, ex primo libro Satyrarum, malè adducit. Quamuis Seruio eum errorem non tribuo: quemadmodum nec Acroni Helenio tribuendus fuit. nam locus ab aliquo sciolo fuit corruptus. id quod in huius auctoris laboriosâ restitutione, ex codice manuscripto, deprehendi. Sincera autem Horatij lectio hæc est:*

—— fortè epos, acer
Vt nemo, Varius ducit: molle atque facetum
Vergilio annuerunt gaudentes rure Camœnæ.

Distinguit Varij & Vergilij carmina. Varius ἐπωποιὸς, amplum & graue dicendi genus secutus est: quod idem Horatius lib. 1. Carm. & Ouidius vltimo de Ponto, testantur. Vergilius autem, lenius & excultæ cuiusdam elegantiæ. ita enim carminis genus facetum Quintilianus interpretatur. lib. 6. cap. 3. Quia verò Aeneis absoluta nondum erat: de Bucolilis & Georgicis tantùm, Quintiliani expositio est intelligenda.

ECLOGA X.

SCYTHONIA'SQVE niueis.] *Legidum,* Sithonias. *Thracia enim olim Sithon dicta, auctore Gellio. Horatius.* Sithonijs non leuis Euhyus. & Sithonis vnda, *pro mari Thracio, apud Ouidium, Phyllide.*

In Georgica.

LIBER I.

VIROSA'QVE Pontus Castorea.] *Castores in Hispaniâ Galliâ, Germaniâ, Scythiâ sunt. sed Castoreum eam vim non habet, quam Ponticum. ideò rectè inter res memorabiles recensuit: vt & Strabo, lib. 3. inquiens, ἴδιον τῷ ποντικῷ πάρεστι τὸ φαρμακῶδες. Qui per Castoreum intelligunt aconitum, totâ aberrant regione.*

ET mystica vannus Iacchi.] *Mystica, in sacris adhiberi solita. Ita Tibul. 1.* Hostiaq; è plenâ mystia porcus harâ. *Sic enim manuscriptum, & è manuscripto editum exemplar Regio Lepidi, ante annos LXXIX.*

AREA cumprimis.] *Rectè, pro* Inprimis: *nam,* tùmprimùm, *vitiosè legitur.*

TER sunt conati imponere Pelio Ossam.] *Helenius,* Pelion Ossæ. *Sed prior lectio magis recepta, & idonea ad conatum inanem exprimendum. E' nullo scriptore meliùs intelligi hîc locus potest; quàm ex Polymniâ Herodoti, & ex lib. 6. Lucani: qui horum montium situm, ipsius Thessaliæ terminos affabrè describunt.*

NOCTIS lentus non deficit humor.] *Nocti proprium est, vt sit humida. non igitur humor noctis: sed humor non deficit noctes: vt sit accusatiuus: quem recentiores Grammatici per diphthongum scribunt.*

PVPPIBVS & læti nautæ imposuère coronas.] *Per coronas aliqui intelligunt rudentes, & funes nauticos, coronarum modo complicatos. sed non esse ita intelligendum, docemus ex lib. 4. Aeneid. Nautæ autem naues coronabant, & quiescentes; vt hoc loco: & idem faciebant nauigaturi, vt in quarto.* A

LÆTIS operatus in herbis.] *Alij, in aruis. sed alteram lectionem agnoscunt Nonius & Helenius.*

NOCTI'SQVE per vmbras Flammarum longos à tergo albescere tractus.] *Lego,* noctisq; per vmbrã. *ex antiquis, & Arato:*

ἢ διὰ νύκτα μέλαιναν, ὅτ᾽ ἀστέρες ἀίσσωσι
ταρφέα, τοὶ δ᾽ ὄπιθεν ῥυμοὶ ὑπολευκαίνωνται.

DENSAT, erat quæ rara modò.] *Priscianus,* Denset, *coniugatione antiquâ, & Vergilio vsitatâ.*

PECVDE'SQVE locutæ Infandum.] *Hæc vox,* Infandùm, *per parenthesim scribenda, omnis gratiâ.*

LIBER II.

IAM quæ seminibus ictis.] *Hæc est Seruij, & vera manuscriptorum lectio.*

PLANTIS & duræ coryli.] *Legendum,* Eduræ coryli; *vt Seruius. sed non explicandum, pro non duris: in quâ sententiâ, vt idem auctor est, veteres nonnulli fuerunt; quos imitati Mancinellus, Sipontinus, Ascensius. Imò verò,* Eduræ coryli, *id est, valde duræ: vt idem Seruius lib. 8. exponit. Alibi:* Eduramq; pyrum. *& Ouidius in Arte:* Nec tamen edurè, quod petit illa, nega: *id est, obstinatè & rusticè. Hactenus auget: minuit porrò in istis,* Enodis abies, *&,* Enodes trunci; *qui sunt leues, & absq; nodis.* B

MIRATV'RQVE nouas frondes.] *Interpres,* Mirata estq; nouas frondes.

SVNT & Amineæ vites, firmissima vina.] *Cùm de voce controuersiæ sunt, quomodo sit scibenda: tum de loco, vbinam ager Amineus fuerit. Vox, vt hîc scribitur, ita etiam inuenitur in antiquo Megonij testamento. Vitem ex Græciâ translatam, auctor est Aristoteles: locum indicat Probus, dicens ex Chio fuisse. Nobilis autem imprimis habita, & multis Italiæ locis ac regionibus communis. Thusciæ, vt Galenus prodidit memoriæ: Campaniæ, circa Vesuuium & colles & Surrhentinos, vt Columella: eidem, propè Suessam, & agrum Falernum, vt Macrobius: Lucaniæ, iuxta vrbem Petiliam, vt ex Megonij testamento ibidem inuento colligimus; in quo inter cætera hæc leguntur verba:* VINEAM VOBIS AVGVSTALES IDCIRCO DARI VOLO, QVÆ EST AMINEA: VT VINVM VSIBVS VESTRIS DVNTAXAT, DVM PVBLICE' EPVLAS EXERCEBITIS, HABERE POSSITIS. C *Vino Amineo firmitatem Vergilius, asperitatem tribuit Galenus: cum Chio alij omnes suauitatem. colore fuisse album, Seruius ait; nigrum verò, Plinius.*

TVMIDIS Bumaste racemis.] *Legitur &* Bumasta, *quam Bumammam transtulit Varro, à similitudine τῶ μαστῶ: vt sit Βούμαστος, quasi grandius vber habens. crassa enim & carnosa est, mensis, quàm lacubus vtilior: & meliùs ad escam, quàm in liquorem stringitur; vt & Columella de Orcade tradidit.*

AN'NE lacus tantos, te Lari maxime, teque Fluctibus assurgens, fremitu Benace marino.] *Larius non rectè maximus vocatur: cùm Benaci adiuncta mentio sit, qui penè duabus partibus illo maior est. Legendum igitur, distinguendumq; ex eruditorũ sententiâ:* te Lari Maxime, teq; Fluctibus & fremitu assurgens Benace marino. *vt illud, non epitheton sit, sed proprium: nominenturq; tres distincti & præcipui Italiæ lacus; quos & Strabo describit libro quinto: Larius, qui patet circiter stadia ccc. Verbanus, qui cccc. Benacus, qui ccccc. Duo priores Insubriæ sunt; posterior Venetiæ. Vrbanũ autem, idiomate peregrino, Maximũ appellauit. nam is à Gallis Lacus maior dictus: & id nomẽ apud Insubres in hunc diem retinet. Quâ ratione olim fluuium Timauum, Illyrij mare non*

A re nominauerunt, propter aquarum copiam. ad quam appellationem Poëta noster alludens, cecinit: Et mare proruptum & pelago premit arua sonanti. Summa Poëtæ industria, qui & patrias res & externas inuestigauit: & accomodatè ad intelligentiam omnes explicuit.

OPTIMA vinetis satio, cum vere rubenti.] Eodem modo Horat. 1. lib. Car. Nullá vere nouo vite priùs seueris arborem. sic enim legit Helenius, allato hoc Vergilij testimonio. In impressis vulgaribus aliter legitur locus Horatij: & ipsius interpretis verba fuerunt desiderata, ante nostram emendationem.

AVDENT se gramina tutò Credere.] In manuscripto, germina, non gramina.

CVM primùm lucem pecudes hausêre.] Rursus in eodem: Cùm primæ lucem pecudes hausère: vt more Vergiliano nomen ponatur, loco aduerbij.

VNCTOS saliêre per vtres.] Diomedes & Priscianus, salüêre. salüi enim, & salij, dicitur. Significat τὸν ἀσκωλιασμόν: de quo Varro lib. 1. de vitâ populi Romani: Pelles bubulas oleo perfusas percurrebant ibiq; cernuabant. à quo ille versus vetus est in carminibus: Sibi pasto-
B res ludos faciunt, cernui Consualia.

ITHYREOS taxi torquentur in arcus.] Curuantur, pro torquentur, ex huius interpretatione natum, in quibusdam codicibus. Taxus arbor à Valerio Cordo, iuuene doctissimo, in saltu Schellébergiano, ad quintum à patriâ meâ lapidem, mihi monstrata, tristi & venenosâ vmbrâ. Hæc Plutoni olim sacra: & edicto Claudij Imp. nobilis.

RHOETV'MQVE Pholumq;.] Sunt qui Rhœcum legant: vt sit fortasse idem, quem Runcum nominauit primo belli Punici Næuius: vt est apud Priscianum. Illius tamen lectionis vestigia, neq; hic inueni in manuscriptis, neq; apud Ouidium, aut Lucanum. quorum ille in 12. Centaurorum cum Lapithis pugnam describit: hic in 6 mentionem eiusdem facit.

ILLIS saltus & lustra ferarum.] Illî, pro illic, antiquè: &, vt ego iudico, verè. ita in 11. Aeneid. Sunt illî sua funera.

SEPTE'MQVE vna sibi muro circumdedit arces.] Hunc versum & in 6 Aeneid. ponit: nec legendus est aliter ex Acrone. Arces vocat montes Romanos, propter sedes regias in ijs constitutas. Ausonius in Epithalamio: Aurea septemgeminas Roma coronat arces. Horatius 1. Carm.
C per arces sacras, montem tantùm Capitolinum intelligit: propter Iouis templum.

LIBER III.

PECORI dixêre maritum.] Maritus pecori, pro admissario: imitatione Ennij in Nemeâ, vbi inquit, Pecori dare iura marito.

FLORENTE'SQVE secát herbas.] Legendú, Pubétes: quo epitheto etiá 4. Aen. vtitur. alterú enim ex interpretatiunculi est ascitú: pubentes legit Seruius: nam interpretatur adultas. μεταφορὰ κατὰ τὸ ἀνάλογον, inter herbas & hominem. nam & herbarum pubertatem dicimus, & iuuentutis florem: vt cana mala, & senectutem viridem: item mitia poma, & ætatem crudam.

AVT aris seruare sacris.] Meliùs, Sacros. Sacræ pecudes, id est, aris destinatæ. Verg. Stabit sacer hircus ad ará. Tibul. Vt eat sacer agnus ad aras.

NIVEA implebunt mulctralia vaccæ.] Mulgaria in Aldino, pro mulctralia, & illo Valgius poëta vsus est.

TRACTV'QVE gementem Ferre rotam.] Gementem, eius scilicet pondere, qui insidet: vt, Gemuit sub pondere cymba. Hoc ideò annoto; vt simul emendem locum Tragici, in Hippolyto: Fertur plaustro Præda gementi. Sic enim legitur in exemplari, quod Iohan. Regiomontanus, insignis mathematicus, suâ manu descripsit; & in Bibliotheca Bernardi Vualteri, eius discipuli, inuentum est.

HÆC quoque non curâ nobis leuiore tuenda.] Hæc vera lectio, ex Seruio, & antiquis libris. ita in 9. Exercentq; vices, quod cuiq; tuendum est. Hæc generum enallage, habet quiddam euidens, & ἰδιωτικὸν in oratione.

LITTORA'QVE Halcyonem resonant, acalanthida dumi.] Ita Probus grammaticus, & manuscriptum Patauinum. Auicula nomen traxit à carduis, quibus delectatur: vnde Latinis Carduelis. in cuius nominis causâ, cum Græcis & Latinis Germani conueniunt.

HOSTI Ante exspectatum positis stat in agmine castris.] Stat hosti, contra hostem stat. Ante exspectatum, citiùs quàm exspectârat. Ouid. 4. Met. Ante exspectatum tacuit. In eâdem videtur Seruius fuisse sententiâ. In manuscripto alia lectio: quam secutus Vegetius. Hostem ante exspectatum: quasi dicat, militem Romanum paratum & accinctum stare ante hostem, cuius aspectum non expauescat, sed summâ congrediendi cupiditate exspectet.

ET meliora deos sedet omina poscens.] Omina, pro quibusuis præsagijs, optati aut tristis euentus. Sententia autem, de notissimis Salustij verbis translata.

ET lac concretum cum sanguine potat equino.] In alijs, Et lac conceptum: nec aliter citat Helenius. Gentes, equorum sanguinem potantes, Bisaltas & Gelonos memorat Vergilius; Concanos Horatius; Sarmatas Plinius. Tales hodie sunt, qui Moscobitæ & Tartari vocantur.

DII meliora pijs: errorem q; hostibus illum.] In vetusto meo, Horrorem: in alijs, ardorem. Vulgatam lectionem probo, & eandem secutus interpres Terentij.

LIBER IIII.

SVB terrâ fodère larem.] Manuscriptum, sub terram, mutato casu. Hoc, quod famâ teste affirmat Poëta: id nos vidimus; è cauernis terræ fauos à messoribus esse exemptos.

VERVM vbi ductores acie reuocaueris ambos.] Legitur & Ambo, notissimâ antiquis varietate.

QVATTVOR addunt, Quattuor à vent s.] Vnico T scribimus Quater, quod primam semper corripit: Vnico item Quatuor, quod eandem semper producit. idq; ex obseruatione veterum. Videmus autem, viros non indoctos in postremo verbo numerum mutâsse, deceptos analogia, non obseruantes vsum.

NESEÆ, Spioq;.] Vulgò, Neseq., Spioq;. Sed aut legendum Nesæe, ex Propertio, qui canit libro 2. Candida Nesæe, cærula Cymothoe: aut Nesoq; Spioq;, ex Hesiodo: apud quem & νησαίη, & νησὼ, Nympharum nomina sunt. Repetitur hic versus V. Aeneid.

VNDE pater Tyberinus.] Latinâ vocali scribo, Tiberinus. nam Tybrim, ἀπὸ τῆς ὕβρεως, aut à Tybri Syracusanorum fossâ, nomen traxisse, siquis neget: Annalibus Siculorum non probauerit Seruius. De hoc fluuio satis diximus in Româ nostrâ, cap. 16.

PROCVL nebulis obscura recessit.] Magis placet, Nebulis obscura resistit. Vt, Daue ades, resiste. Restitit, inquam, sui consilij euentum exspectatura. nam si abijsset longiùs; quid ad fallendum latendúmue, Proteo dormiente, nebulâ opus erat? statim autem, post sermonem vatis, filium suum præsens consolatur.

DIVERSO in littore Phocæ.] Alij, Diuersæ.

TRISTI'QVE palus inamabilis vndâ.] Hæc antiqua & germana lectio, si quid Gellio & Macrobio credimus.

CÆRVLEO'SQVE implexæ crinibus angues.] Alij, Innexæ: quod alterius explicatio est.

NVLLA Venus, nulli animum flexêre hymenæi.] Hiatus iste in certis tantùm vocalibus, literam sequentibus, admittitur. Vt post alterum i: Ter sunt conati imponere Pelio Ossam. vt a: Arcebis grauido pecori armentaque parces, vt e: Tunc pingues agni, & tunc mollissima vina.

In Ac-

In Aeneidem.

LIBER I.

ILLE ego, qui quondam.] *Priores, quatuor versus sine dubio Vergilij sunt: sed (vt interpretes aiunt) à Tucca & Vario sublati. qui rectè an secùs id fecerint, alio fortasse loco & tempore dicemus.*

NEC posse Italiâ Teucrorum auertere regem.] *Donatus legit*, Non posse, *sensu eodem. affectu vehementiore.*

ET tollere vento.] *Donato placuit*, Et tollere ventos. *& eodem modo citat Helenius, supra illud*: Quo nô arbiter Adriæ Maior, tollere seu ponere vult freta.

IAM fortis Achatæ.] *Charisius, mutatâ declinatione*, Achati.

AC veluti magno in populo.] *Hoc rectum & sonorum: contra illos, qui epitheton ad seditionem referunt, & genus mutant*: Ac veluti magna in populo cùm sæpe coorta est Seditio.

ANTEA si quem lactatum vento videat.] Antea, *à proprio* ἀντίας. *aliter numerus non constat: vt*, Pecti nihil me, sicut antea, iuuat. *In sequenti dictione diuersitas inter veteres. Seruius legit*, siquem; *aitq; esse vetus* παρίλκον, *quo vtantur Lucilius & Terentius. Ex Charisio constat, quosdam legere*, si quà, *pro, si quo in loco. Ego à Seruio nolui hoc loco discedere.*

CVM Iuppiter æthere summo.] *Duplici literâ scribitur, antiquâ consuetudine; vt in nummo argenteo Neronis*, IVPPITER CVSTOS: *& in antiquo auctoris incerti epigrammate*; IVPPITER ASTRA, FRETVM NEPTVNVS, TARTARA PLVTO: REGNA PATERNA TENENT TRES TRIA; QVISQVE SVVM.

CERNES vrbem, & promissa Lauini Mœnia.] *Alij copulam omittunt, vt sequentia sint.* ἐπεξήγησις: vrbem, mœnia Lauinij.

SVBLIME'MQVE feres ad sidera cœli Magnanimum Æneam.] *Allusit ad vaticinium Ennianum*: Vnus erit, quem tolles in cærula cæli. *Hoc Vergilius ad Aeneam retulit*; Ouididus *ad Romulum. Versus ex Ennio citatur à Varrone.*

ACCIPIES secura.] *Vetustum*, Aspicies.

VT terræ, atque nouæ.] *In antiquis*, Vt terræ, vtq; nouæ.

ITALIAM quæro: patriam & genus ab Ioue summo.] *Distinctio nostra appositionem, vt vocant, duplicem habet. Patriam ab Ioue, propter oraculum: genus ab Ioue, propter Dardanum. Ita in 3.* Da mœnia fessis, Et genus.——

AVT veniendi poscere causas.] *Aldini codicis lectionem retineo. alij* veniendo *exposuêre, quod reijcio.*

ÆREA cui gradibus surgebant limina, nexæque Ære trabes.] *Ad vrbis Romanæ præclara ædificia sui temporis interdum alludit: vt hoc loco ad Pantheum; in quo in hunc vsque diem æneæ trabes & valuæ conspiciuntur. ad Iani Gemini sacellum æneum, lib. 7.* Sunt geminæ belli portæ, sic nomine dicunt, Centum ærei claudunt vectes. *Ad Apollinis Palatini templum marmoreum, lib. 6.* Tum Phœbo & Triuiæ solido de marmore templâ Instituam. *Ad Augusti palatium, & porticum* ἑκατόνστυλον, *lib. 7.* Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis.

PERMISTVM agnoscit Achiuis.] *Præsens tempus picturæ conuenientius.*

VRBEM, quam statuo, vestra est.] *Rectius per interrogationem & subiectionem. ita enim Seruius, & Terentij interpres: quámuis aliter Diomedes.* A

PERORAMA cùm peteres.] *In manuscriptis*, peteret: *alterum, cùm ad numeros aptius, tum ad inuidiam atrocius.*

MEA magna potentia solus.] *Distinguendum, contra multorum citationes temerarias: vt dictio* Solus *pertineat ad posteriora*, Solus nate.

AVREA composuit sponda.] Aurea, *vtrum regina, an sponda? Si sponda, dactyli analysis obseruanda est: Vel in pedem peregrinum, quod figuratè fit ob numerum superfluum: vt hoc loco. vel in anapæstum: vt*, Fluuiorum rex Eridanus. *vel in proceleusmaticum: vt*, Intexunt abiete costas. *De hoc nonnihil dictum in eo libro, quem de virtutibus & vitijs carminis Elegiaci scripsimus.*

QVIBVS ordine longo Cura penum struere.] *Donatus, Seruius, Charisius, legunt*, longam Cura penum struere. *& quia Penus longa est; rectè structores ait esse curiosos & dispositos.*

INSIDEAT quantus miseræ Deus.] *Seruius, & in hunc locum, & in librum 7.* Insidat, *veram agnoscit lectionem: quæ* ἀρχαϊσμὸν *&* ἐμφατικὸν *habet.*

OMNIBVS errantem terris, & fluctibus.] *In quibusdam exemplaribus, transposita sunt verba. sed ordinê priorem apud Helenium reperi: ideò nihil muto.* B

LIBER II.

ET super ipsi Dardanidæ.] *Hanc lectionem, vt in Aldino est, ita retinui.*

CVNCTA equidem tibi, rex, fuerint quæcunq; fatebor.] *Considerando elegi*, Fuerit quodcunque.

PAVPER in arma pater.] *Id est, imbellis. contrà*: Acremq; in prælia Turnum. *An potius paupertas militiæ causa fuit: vt Achæmenides de se fatetur, lib. 3. & senex Comicus in Heautontimorumeno.*

VOS æterni ignes, & non violabile vestrum Testor numen.] *Manuscriptum*, Vestæ testor numen. *minùs rectè. Receptus à Priamo Sinô, τῷ ἀνονομάστῳ deos inuocat. per Ignes enim, & Vestales possunt intelligi, hoc est, Troianis & Græcorû quoq; per quos mactandus erat, ideò certum nomê non exprimendum.* Quod *Seruius affert de sideribus, alienum ab hoc loco est. Conuenit Simonis factum cum Risacis, qui eo decepit iuramento Darium, in Sacas expeditionem facientem, vt est apud Polyænum libro VII.*

HANC tamê immensam molem.] *In vetusto*: Hanc adeò immensam.

HIC aliud maius.] *Donatus*, Huc aliud. C

CLYPEI'QVE sub orbe teguntur.] *Clypeum qui deducunt* ἀπὸ τῶ γλύφειν, *vt Plinius Græcam vocalem retinent: qui* ἀπὸ τῶ κλέπτειν, *quòd corpus subducat ac tegat, vt nonnulli Grammatici, scribunt simpliciter.*

LATI'QVE cauo se robore promunt.] *Non prodeût, vt alij, sed* ꝓmût. *alibi enim*: Notâ cõdûtur in aluo.

DEMISSVM lapsi per funem.] *Nonius* dimissum: *& dimittere interpretatur desuper mittere.*

MAXIMVS annis Iphitus.] *Rectum hocnam sequitur*, Iphitus æuo iam grauior.

QVONDAM etiam victis.] *Legitur &*, Quædam. *Sed illa generalis sententia sapientior, quæ aduerbio significatur. nec aliter legit Helenius.*

ARMA? dabunt ipsi.] *Ita Seruius: Perturbati hominis est, suis ipsum respondere interrogationibus. vt*, Sic? Sic iuuat ire sub vmbras.

FIT via vi; rumpunt aditus.] *Manuscriptum*, rapiunt aditus.

ET diuûm amplexæ simulachra, sedebant.] *de Ouidij versu lego*, Tenebant; *qui hunc imitatus locum 15. Met. ita canit*:

Dardanidas matres, patriorum signa deorum,
Dum licet, amplexas, succensaq; templa tenentes,
Inuidiosa trahunt victores præmia Graij.

IAMQVE

Digitized by Google

A IAMQVE adeo super vnus eram.] Duo & viginti versus in hoc loco sunt à quibusdam sublati: quòd cum ijs, quæ in Deiphobi historiâ, libro sexto, scribuntur, non cohæreant. Ibi enim Helenam, non in arce deprehensam; sed proditionis adiutricem, in mariti cubiculo fuisse dicitur. Videmus tamen poëtas non rarò diuersa scribere: non ignoratione historiæ, sed dissensionibus eorum scriptorum, quos sequuntur.

VERVM inclementia diuum.] Quantò maiorem vim habet illa κατ' ἀναφορὰν βεβαίωσις, quæ est in libris antiquis! Diuûm inclementia diuûm Has euertit opes. quam lectionem Terentianus interpres, in Andriam, apertè asserit.

PERITVRÆQVE addere Troiæ Teque tuosq; iuuat.] Ex interpretatione Donati, aliam ipsum secutum lectionem apparet: quam cùm non sequendam censeam, nec afferam quidem in medium.

LIBER III.

SERVITIO enixè tulimus.] Enixè, aduerbium est, seruitutis grauitatem exprimens. Quòd si nomen velimus, Enixæ: interpretandum erit, subiugatæ & labore exercitæ;
B vt Nonius duobus locis exponit. Seruij enim expositio minùs placet.

SI qua est Heleno prudentia, vati Si qua fides.] Hæc bona distinctio: vt prudentia ad Heleni experientiam; fides ad diuinandi scientiam referatur.

PRÆQVE omnibus vnum.] Manuscripti lectio est, Pro omnibus: eandem approbantibus Diomede & Donato. Ille, pro omnibus, idem esse ait, quod ὑπὲρ πάντων: hic, pro omnibus, exponit, pro commodo omnium desideriorum.

TRINACRIA fines Italos metière relictâ.] Numerus in Aldinis claudicat: non enim metière, sed mittère, legendum est.

CVMÆAM accesseris vrbem.] Alij, Cumarum vrbem, vt, classes inuectas Tibridis vndam.

ET fessum quoties mutat latus.] Mutare latus, vt arma & vestem mutare, non dicitur. Vera autem lectio est, Motat latus: vt sit frequentatiuum, à Moueo.

NOCTEM illam tecti in syluis.] Omissâ præpositione, Tecti syluis, magis Vergilianum est.

C NOMINE Achimænides.] Scripsi, Nomen Achemenides.

NEC visu facilis, nec dictu affabilis vlli.] Seruij lectio est, Nec dictu effabilis: id est, sermone non explicabilis, vt idem ait. Sed alterum rectius: nam & faciem Cyclopi tyrannicam, & morum vastitatem tribuit talem, vt nemo illum posset, & sine consternatione intueri, & absq; periculo alloqui. ἄγριον, οὔτε δίκας εὖ εἰδότα, οὔτε θέμιστας: vt Homerus inquit.

TELO lumen terebramus acuto.] Donatus, Tenebramus, nullâ autoritate. nos, terebramus, ex Homero & Euripide. Homerus enim: ἐν ὀφθαλμῷ δινέομεν. Euripides: τόρνευ᾽ ἑλίσσει.

HANC primùm ad littora classem Conspexi venientem.] Donatus legit, Hanc partem ad littora, id est, ad huius regionis littora: & habet aliquid antiquitatis hic sermo. Lucretius 3. Non minimam partem formidine mortis aluntur.

EA sola voluptas, Solamenque mali, de collo fistula pendet.] Hoc hemistichium miror vnde irrepserit: magis etiam, cur hactenus permanserit. nam & interpretes omittunt, & libri antiqui: nec est vlla fistulæ apud Homerum mentio. Theocritus tamen & Ouidius, cùm eum Galateam spectantem inducunt, fistulæ meminerunt. Ait autem Poëta, oues voluptati fuisse videnti, quæ nunc solatio essent cæco.

LETHI discrimine paruo.] Ita Seruius in 9. legit, supra illud, & morti prætendere muros.

LIBER IIII.

QVÆ me suspensam insomnia terrent?] Apollonij est: Δειλὴ ἐγών, οἷόν με βαρεῖς ἐφόβησαν ὄνειροι. Vnde lectionem vulgatam antefero ei, quam esse antiquæ elocutionis, admonet interpres.

ANTE pudor, quàm te violem, aut tua iura resoluam.] Aruntius, Charisius, Diomedes, cuncti indicatiuum agnoscunt: Antè pudor, quàm te violo, aut tua iura resoluo. vt sit illi Terentiano simile: Omnia experiri certum est priùs, quàm pereo. Pacuuius Ilionâ: Dij me etsi perdunt; tamen esse ad vitam expetût: Quod, priusquam pereo, spatium vlciscendi danunt. In libro Seruij manuscripto, quem à viro doctissimo, & in omni officij genere amando, VVolfgango Fusio, accepi, eadem lectio integra & incorrupta mansit.

MAGNVM & memorabile numen.] Mutanda est & lectio, & distinctio: Magnum & memorabile nomen: & referendum ad sequentia, Vna dolo diuûm. Ouid. 10. Met. Habebis Hippomene victo magnum & memorabile nomen.

QVÒ regnum Italiæ Libycas auerteret oras.] Antiqua consuetudine dictum: vt, Abducimus tuam Bacchidem. Vsitatius enim foret, aduerteret, & adducimus. Afranius in Simulante: Sæuum, ferre te hæc, simul & gnatam ab illo abducere. Virg. 2. Aeneid. Quod pelago & curuis secum aduexêre. pro, adducere, & auexêre. Obseruarunt hoc itidem antiqui Grammatici.

CVI pharetra ex auro.] Pro, aurea pharetra. vulgatam enim lectionem repudio. Vtuntur hac adiectiui circumscriptione, poëtæ, in ijs, quæ materiam significant; vt hoc loco: item quæ habitum; vt Equites in armis, pro armatis equitibus, 11. Aeneid. item quæ locum; vt, puer ex aula, pro aulico puero, apud Horatium. De hoc in libro, De Syntaxi partium orationis apud Græcos, adolescentes studiosos admonui.

RAPTO potitur.] Manuscriptum, raptu. Raptum vel raptio, est violenta iniuriæ perpetratio. Raptus, est stuprum ipsum. illud causa; hoc effectus.

MATERNO veniens ab auo Cyllenia proles.] Omissus in quibusdam hic versus: & posse omitti videtur.

TALI Cyllenius ore locutus, Mortales visus medio sermone reliquit.] In manuscripto, Cyllenius ore locutus Mortalis. βροτῷ ἀνδρὶ ἐοικώς. Ita in 9. Sic orsus Apollo Mortalis, medio aspectus sermone reliquit.

EIECTVM littore, egentem Excepi.] Primum tempestatis; alterum inopiæ. ita enim distinctio facienda est, vel ex simili loco Comici: Apud Andrum eiectus, tùm ille egens.

ET nomine Dido Sæpè vocaturum.] Dido, si μιμητικῶς, vocatiuus est: sin simplex, accusatiuus; vt, Luctificam Alectô.

Abolere nefandi Cuncta viri monumenta iubet.] Alij iuuat: vt non ad Massylæ voluntatem; sed ad Didonis referatur cupiditatem.

LENIBANT curas, & corda oblita laborum.] Hic quoq; versus in exemplaribus nonnullis omissus.

EN quid ago?] Ita manuscriptum. Donatus in Eunuchum legit, Heu, pro En: quod non probo; & de huius particulæ vsu, in Hecyram diximus.

AVDIIT exanimis, trepidoque exterrita cursu.] Donatus ita distinguit, vt à rumore dolentis perturbatæq; affectum discriminet.

QVÆSIVIT cœlo lucem, ingemuitq; repertâ.] Donatus legisse videtur, Repertam. Eadem diuersitas apud Cic. in Catone maiore: Senectutem vt adipiscantur, omnes optant; eandem accusant adeptam. Ita in manuscriptis duobus; alij enim legunt, Adepti.

TT LIBER

Digitized by Google

LIBER V.

QVò diuersus abis? iterum pete saxa.] *Duplex hic distinctio, præter vulgatam.* Quò diuersus abis iterum? pete saxa. *Vel,* Quo diuersus abis? iterum: pete saxa. *vt primùm sit per indignationem interrogantis; alterum admirantis; tertium imperantis. Rationem igitur habent distinctiones omnes. lector iudicet, vtra sit verior.*

CÆSIS vt fortè iuuencis, Fusus humum viridesque super madefecerat herbas.] *Hæc lectio & distinctio, cùm Seruij est, (ait enim esse ordinem,* Fusus super humum *) tum mei codicis, & librorum Aldi. de ijs loquor, quos Paulus, Aldi filius, nescio an per se, an per alium emendarit.*

NVNC si cui virtus.] *Manuscriptum,* Huc si cui virtus.

CVNCTOS'QVE putans excedere palmâ.] Palma; *non pugnâ, ex antiquis Grammaticis & libris, probatior est lectio.*

PLVMBO insuto ferroque rigebant.] *Cestuum forma, in ædibus Petri Bembi, cùm Patauij habitaret, cernebatur in fracto marmore. Fuerunt coria bubula, quibus plumbum ferrúmue insutum erat. articulis manus in volam flexæ circumdata; &, vt pondus sustinere ferientium manus valerent, brachijs alligata. Germani veteres, manicâ quadam ferrea acuminatâ in bellis vsi sunt: quæ aliquam cestuum retulit similitudinem.*

SVMME pater.] *Ignorantiæ mendum in omnibus excusis: cùm sententia postulet,* Sume, *id est, accipe.*

ET sese ostendat in armis, Dic, ait] [illegible] *repetit verbum* [illegible]. *Vergilianum autem hoc est. Ita in* 11. Lachrymis ita fatur obortis: Téne, inquit, miserande puer. *similia exempla lib. 4. & lib. 6. Terent. in And.* Cedo, cur puerum huc apposuisti? dic mihi.

HVNC morem cursus.] *Manuscriptum,* Hunc morem, hos cursus, atque hæc certamina. *Talis repetitio lib. 8.* Non hæc solennia nobis. Has ex more dapes, hanc tanti numinis aram, *&c.*

NVNC tempus agi res.] *Hæc bona lectio: quámuis alij aliter.*

TVM senior Nautes.] *Diuersa in alijs, sed mala lectio. Ab hoc Naute, Aeneæ socio, Nautiorum familia Romana. è quâ Sp. Nautius, cum Menenio Agrippâ, popularem tumultum sedauit in secessione Auentinâ; vt est apud Dionysium. In difficili casu ac deliberatione graui, nunc ad Romanam historiam alludit eruditissimus Poëta noster.*

IN curas animum diducitur omnes.] *Figuratum & poëticum dicendi genus, quod autoritate non caret: quâ nullâ vtemur, aperto veritatis conuenti testimonio.*

TVMVLOQVE sacerdos, Ac lucus, latè sacer, additur Anchiseo.] *Ad Romanum morem alludit, & ad templum Iuleum: quod & flaminem habuit, & lucum.* Anchiseo, *pro Anchiseio. Suprà:* Non seruata fides cineri promissa Sicheo: *pro Sicheio. Ouid. 10. Met.* Mænades Orphei titulum rapuêre sepulchri: *pro Orpheij.*

POENAM traxisse per omnem Relliquias Troiæ.] *Vetus lectio & distinctio:* Nec pœnam traxe per omnem Relliquias: Troiæ cineres atque ossa peremptæ Insequitur. *Traxe, pro traxisse. vt alibi* Vixet, *pro Vixisset. Sensus est: Troianos superstites calamitatibus omnibus vexauit; iam Troia incensæ cineres, & peremptorum quoque ossa, insequitur.*

ÆNEAM credam quid enim fallacibus austris, Et cœli toties deceptus fraude sereni.] *Planè mihi persuadeo, & ex dissensione veterum affirmare possum, hunc locum vnum esse ex obscurissimis. Vulgatæ lectionis, cuius & Seruius meminit, vt eius antiquum testatur exemplar, hic est ordo:* Quid enim credam, *id est, cur cômittam,* Æneam, Austris fallacibus, *ventis incertis & mutabilibus,* & toties, *etiam toties,* deceptus: *quia nec arte nec diligentia mea valuit,* Fraude cœli sereni: *non enim naturali ratione ortæ tempestates, sed Iunonis inuidiâ erant concitatæ. Donatus autem aliter legit: aliter item legit Seruius. & ab vtroque dissentit Helenius Acron, qui ita citat:* Mene huic concredere monstro Æneam, toties deceptus fraude sereni? *Donati autem & Seruij non appono: quia ex ipsorum commentarijs notæ lectiones sunt.* A

LIBER VI.

SIc fatur lachrymans.] *Priores hos duos versus, ad finem libri quinti adijci voluit Probus: sed Seruius hoc initium agnoscit, cum quo conueniunt antiqui codices.*

QVIN protinus omnia Perlegerent oculis.] Omnia, [illegible], *non omnem Terentius Scaurus item,* Pellegerent *legit, pro* perlegerent.

SED terrâ grauiora manent.] *Alij,* Terræ: *vt casu respondeat superiori.*

QVAM tua te fortuna sinet.] *Paul. Manutius legit:* Quà tua te fortuna.

OMNIA percepi.] *Ita Seruius. Omninò autem lommiùs & rectiùs,* Omnia præcepit. *tam nota verbi elegantia, vt exemplo non egeat. nec aliter Nonius Marcellus.*

ASPECTANS syluam immensam, & sic ore precatur.] *Postrema verba non addidit. Poëta.* Et sic opere precatur. *non enim orat; sed optat. In eadem sententiâ Seruius.* B

GEMINA super arbore sidunt.] *Legitur* Geminę: *id est, columbæ: vel* Geminâ super arbore, *id est, super eâdem arbore. Vltimum hoc habent Grammatici.*

INDE locum Graij dixerunt nomine Aornum.] [illegible], *antè videlicet, quàm locus à Iulio Cæsare, arboribus excisis & purgatâ ripâ, salubrior factus est. Nunc alia vallis vicina, inter Puteolos & Neapolim, quam Sulfuariam nominant, eiusmodi lethalem spiritum emittit: ad quam etiam auis nulla propiùs accedit.*

NEQVE te Phœbi cortina fefellit, Dux Anchisiade, nec me.] *Hoc modo Seruius distinguit, & rectè. Si enim diceret:* Nec me Deus æquore mersit: *contraria diceret illi,* Ecce Deus ramum lethæo rore madentem, *&c. quod in fine quinti est positum.*

FATA obstant; tristique palus inamabilis vndâ.] *Duplex hic lectionis diuersitas. Exemplaria habent,* fas obstant: *sed repugnant interpretes.* Inamabilis vnda, *legunt Gellius & Macrobius: sed non consentiunt exemplaria. Nos quid secuti simus, apparet è lectionibus, quas curauimus in nostro exemplari exprimendas.* C

ARMATVM peditem grauis attulit aluo.] *Manuscriptum,* Grauis attulit aluus. *Sed & antè dixit,* Fœta armis: *vt hic,* grauis aluo.

FLAMMAM media ipsa tenebat Ingentem.] *Donatus,* Ardentem. *Vulgata lectio melior,* Flammam ingentem: *quia erat flamma index, vt latè lucem spargeret.*

DIVVMQVE sibi poscebat honorem.] *Legitur & Honores: vt & coleretur, & timeretur, tanquam Deus. Sin* honorem: *non tàm sacrificia & cultum innuit, quàm timorem; quo se maximos esse iudicant omnes tyranni. Prima sententia amplior: altera huic loco conuenientior.*

IMMORTALE iecur tundens.] Tundens, *tundendo pascens; vt volucres solent. alij,* Tondens, *ex Homero* [illegible]. *Vergilius & Horatius vnum vulturem nominant, secundùm Aeschylum: Lucretius & Tibullus plures, secundùm Homerum.*

SEDET, æternumque sedebit Infelix Theseus.] *Inuentus est, qui legat* Tereus: *cuius tyranni nota sæuitia & immanitas est. sed eam ego lectionem non probo: quærendum tamen censeo, cur conditorem Athenarum, & in deorum numero habitum, huic loco inferorum affixerit. nam id honoris causâ fieri, vt Minoi accidit, dicere non possumus.*

A possumus: additur enim, Infelix. Quomodo enim æternum sedebit? qui ab Hercule liberatus fabulis proditur, non temere, non. Ad laudem igitur Thesei, quæ dicuntur hoc loco, referri non possunt. quod si ad vituperationem eius dicuntur: fortasse de raptu Proserpinæ intelligenda sunt, propter quam & humana, & diuina iura violauit, libidine atque superbiâ. Mihi autem, & de lectione, & de sententiâ, dubio, hoc dissimulandum non fuit: vt doctiorum audirem aliquando sententiam.

DISCITE iustitiam moniti, & non temnere diuos.] Hæc verba apud Pindarum loquitur ipse Ixion: apud Vergilium Theseus, ad Phlegias, Ixionis populum: quorum vrbs ob crudelitatem & impietatem euersa est. Audiui ex Lazaro Bonamico, viro graui & fidei pleno, puellam fuisse in agro Patauino fanaticam, quæ Græcè & Latinè, omnium literarum ante insaniam expers, optimè locuta sit. Hæc cùm interrogata esset, quænam esset præstantissima apud Vergilium sententia, hunc versum voce clarâ ter pronuntiauit.

ITALIA tandem lætere repertâ.] Vetustissima exemplaria, Lætere: nec aliter citatur à Seruio, in fine libri 5.

ATQVI vmbrata gerunt.] Atqui, non atque.

B POMERIOS, castrumq. Inui.] Legendum, Pometios. Tragœdia Næuÿ fuit, Militum Pometinensium.

HVC geminas nunc flecte acies.] Vetustum, Huc geminas huc flecte acies: vt repetitione excitetur attentio.

AVGVSTVS Cæsar, diuûm genus.] Emenda, Diui genus: sic manuscriptum, item Romana & Florentina editiones. Seruius, Diui genus: Cæsaris, inquit, qui factus est Deus. Monstrauit mihi ornatissimus vir, & de me optimè meritus, Valentinus Grauius, nummum iuuenili effigie, ita inscriptum:

CÆSAR DIVI F.

Romæ marmora antiqua idem approbant: vt ad pontem Aelium:

IMP. CÆSAR DIVI F.
AVGVSTVS
PONTIFEX MAXIMVS
TRIBVNIC. POTEST. XVII.

& in palatio Triumuirali montis Capitolini, in marmoribus recèns effossis:

TI. CÆSAR AVGVSTI
F. DIVI N.

C de Tiberio Cæsare, qui Augusti filius, Diui nepos appellatur.

PROIICE tela manu sanguis pius.] Rufinianus rhetor hanc probat lectionem. Nam simul causam belli ciuilis ostendit in Cæsare fuisse, dum dicit, priorem illum debere parcere: mox tanquam ideò, inquit, parcere prior debeat, quia sit Anchisæ pius sanguis, & ab Olympo genus ducat.

QVIS te, magne Cato, tacitum, aut te, Cosse, relinquat?] Hæc lectio Heleny est, & exemplorum. Donati autem mihi minus arridet: ideo à me non exponitur.

LIBER VII.

FLECTERE iter socijs.] Legitur & Socios: vt ad infinitiuum referatur, & sit eius antecedens.

AT rex sollicitus monstris.] Antiquum Donati exemplar, Sollicitus monstrorum: vt, securus pelagi, Egregius animi.

HVC dona sacerdos Contulit.] Lege, Cùm tulit, propter sententiam.

QVA Sol vtrumq; recurrens Aspicit Oceanum.] Helenius, Respicit.

NAMQVE Nunc repeto.] Hæc verba parenthesi includenda.

DIDITVR hîc subito Troiana per agmina rumor.] DIDITVR, id est, differtur, spargitur. Est actiuo, DIDIT, vtitur Horatius lib. 2. Serm. participio DIDITVS, Catullus, in Mallij Epithalamio.

AVRVNCOS ita ferre senes.] Miror hîc castigantium negligentiam: nam excudentium dignè satis accusari non potest. Legendum, Arunicos, nam Aurunci & Arunci populi sunt diuersi: & in enumeratione copiarum infrà, & loco & duce sunt separati. Arunci sunt Latij, Rutuli vicini, quorum dux Turnus, auctor belli: Aurunci Campaniæ, Calenis & Suessanis finitimi, vel (vt posteriores tradiderût) ipsi Suessani, quorum princeps Halesus, Turni socius. Vnde in 10. occurrit, Halesus, Auruncæque manus.

FATA per Æneæ iuro, dextramque potentem, Siue fide, seu quis bello est expertus & armis.] Aperta Ciceronis imitatio: & quod Vergilius de Aenea, id Cicero de Iulio Cæsare scribit: Totum hominem tibi trado, de manu (vt aiunt) in manum tuam istam & victoria & fide præstantem. Obserua autem imitationis similitudinem: nam ab oratore Ilioneo, cui tacito iudicio confert Ciceronem, ista de Aeneâ dicuntur. Hæc cùm nota erant eruditis, & Poëtam in gratiâ ponebant apud Augustum, cuius laudes quasi occasione prædicat.

SICVLO prospexit abusque Pachinno.] Seruius ait, Præpositionem in compositione, nec præpositioni iungi, nec aduerbio Sed iungitur præpositioni: vt in Persio: Aspice deprocul in conspectum. Item in marmore Veronensi: PETIMVS NE QVIS NOS INQVIETET EX ARCA NOSTRA, NEQVE ABANTE ALITER PONAT, NEC COMMOVEAT. Similiter apud Propertium 2. Hic dominam exemplo ponat in ante meam. Iungitur aduerbio: vt Abusque, apud Vergilium. Derepentè, apud Terentium. Subposteaquam, apud Ciceronem.

IAM fidere terræ.] Linacer, Fidere terrâ. sed lectio vulgata Prisciani est. vt infrà: Et fidere nocti.

AT, credo, mea numina tandem Fessa iacent.] Censeo rectius esse, An credo mea numina tandem Fessa iacent, odijs aut exsaturata quieui. Dicit enim, se nec fatigatam destitisse, nec satiatam quieuisse. An credo, in irrisiis vim habet: vt in Phormionem annotauimus.

VOLITANS sub verbere turbo.] Charisius apud Tibullum legit, turben: citatinum ait sfulsi dictum.

EVOE Bacche fremens.] Acclamatio Bacchica ἐυοῖ. Alij dictum volunt, quasi εὖ υἱὲ: hi... verbis Iouem gratulatum Baccho filio, re bene gestâ, ex bello Giganteo reuertenti.

TE lustrare choros.] Aut est ellipsis, Te, id est, propter te, tui honoris causa: aut, Te lustrare choros quod est in duabus editionibus antiquis: Venetâ, quam emendauit Baptista Egnatius, Argentoratensi, quam Nicolaus Gerbellius.

MATRES audite vbicunque Latinæ.] Priscianus legit, pro vbicunque, vbiquæque: nec aliter manuscriptum nostrum.

FVRIT intus aquæ vis.] Hæc lectio à Vergilio relicta: nec eam mutandam iudico: & Poëtæ ipsius iudicium, cùm Probi & Macrobij, tum etiam Tuccæ & Vari, antepono. Similitudo est Homerica, verbis pleonasma, & varietate copiosa. Quódsi quis contendere vult: illi Pythagoreorum quasi voce respondeo, ὁ αὐτὸς ἔφα.

SPECVLATA locum, quo littore.] Rectius fuisset, quo loco. Nouè autem, inter duo nomina, vnum pronomen posuit. Hoc semel tantùm fecisse Vergilium ait Seruius, sed & paulò antè: Audacis Rutuli ad muros, quam dicitur vrbem.

ARDVA tecta petit, stabuli & de culmine summo.] Reperi hoc modo distinctum in antiquis: nec displicet ista distinctio.

LINQVENTES cursu rapido.] Rursus muto distinctionem. Linquentes cursu rapido dat euntibus ingens Sylua locum.

NEC Prenestinæ fundator defuit vrbis.] Preneste, sine

sine diphthongo in prima syllaba, in libris & marmoribus antiquis, ἀπὸ τῶν μηλέων, vt Seruius: nam Festi Pompeij deriuatio planè inepta est. Vergilius huius oppidi fuisse conditorem ait Cæculum, Vulcani filium: Solinus & Martianus, Praenestem, Vlyssis nepotem.

ET quos maliferæ despectant mœnia Bellæ.] *Legendum.* Mœnia Abellæ. *est enim & montis, & oppidi, & torrentis nomen in Samnitibus. Oppidum in monte situm, populos despectat; qui hic à Poëta nominantur. Mons ipse niuibus, intemperie, ventis horridus: quasi ἄκμα dictus. quod Latini modò Abellam, modò Auellam pronuntiauêre.*

FVLMINE Phœbigenam Stygias detrusit ad vndas.] *Hæc lectio Probi, & exemplarium. Seruij,* Pœnigenam: *& exponit, pœnâ matris genitum. Pindarus, in re maximè dubiâ, nomen à mortuis reuocati non expressit, inquiens: ἄνδρ' ἐκ θανάτου κομίσαι ἤδη ἁλωκότα. Eratosthenes nominat Hippolytum; Orpheus Hymenæum; Stesichorus Capaneum; Telesarchus Orionem; Diodorus Orum; Epiphanius Eucleem; Pausanias Semelen; Propertius Androgeonem: quibus alij addunt Glaucum & Tyndareum. Sunt, qui plures simul vitæ restitutos asserunt: Pherecydes Delphis mortuos; Philarchus, Phinei filias; Polyanthus, filias Prœti. Si in fabulâ conuenirent omnes; fabula ampliùs non esset.*

AVRVNCÆ'QVE manus.] *Scribendum,* Aruncæi *vel (vt in manuscripto)* Arruncæ. *Ex hoc loco, Aruncorum terras possedisse Rutulos, Auruncorum Suessanos, colligi posse videtur.*

IN mare conditur Ousens.] *Sextus Pompeius, libri Liuiani, marmora antiqua Venetiæ & Insubriæ, perpetuò scribunt per Ou: vt Ousentina tribus, quæ ab Ousentibus nomen accepit; populi autem Ousentes, à fluuio.*

LIBER VIII.

TVMOR omnis & iræ Cocessêre deûm, profugis noua mœnia Teucris.] *Verba quatuor vltima inducenda: quamuis sint in antiquis: & eorum Seruius faciat mentionem. nam id facit ex aliorum opinione: & suam ipse declarat sententiam.*

TV'QVE ô Tybri, tu ô genitor, cum flumine sancto.] *Hæc ἀναφορὰ ἐμφατικὴ vehemens est: & ideò eam lectionem probo: etsi vulgata magis Enniana.*

PROPIVS tua numina firmes.] *Donatus legit,* placidus, *sed fortasse ex interpretatione irrepsit. Seruius,* propiùs, *& hoc loco, & in 10. Aeneid.*

ERGO iter inceptum celerant rumore secundo.] *Alij,* iter inceptum peragunt: *quod non probo.* Rumore secundo *quid sit, pauci intellexerunt. Sed mox seipse explicat Poeta,* secundo amne: *& in 10.* æstu fluctuq; secundo. *Antiquus poëta, apud Cic. 1. de diuinatione.* Soluere imperat secundo rumore. *Prouerbialis sermo, & vsitatus veteribus. metaphoricè, pro cuiusuis negotij successu læto & optato, vsi sunt Ennius & Fenestella; qui citantur à Nonio. Sueuius poëta, qui à Macrobio; & Horatius libro 1. epist. ad Fuscum Aristium. Originem prouerbij attigit, non explicauit Seruius.*

AT furis Caci mens effera.] *Ita legit Seruius: sic habet manuscriptum. idem approbat lib. 4. Propert.* Furem sonuêre iuuenci, Furis & implacidas diruit ira fores. *Furis autem nomen, & olim, & hoc tempore, in Italiâ, cæteris flagitijs magis infame est.*

TVRBATV'MQVE oculis.] *Seruius alterius lectionis meminit: quam & manuscriptum habet. Vulgatam tamen, & hic exposuit, & retinuit in libro nono. Sunt autem mentis indices oculi, & (vt Alexander Peripateticus inquit) ὥσπερ τοῦ νοῦ.*

NEQVE enim fuga iam super vlla pericli.] Super, *pro superest: vt in 7.* Si qua super fortuna laborum. *Ita Silius, Vergilij, vt nonnulli volunt, imitator:* Haud illi comitum super vnus.

AVREA'QVE, vt perhibent.] *Manuscriptum,* Aurea quæ perhibent: *quo modo citat aliquoties Helenius.* A

TVM manus Ausoniæ, & gentes venêre Sicanæ.] *Numerus requirit, vt scribatur:* Tùm manus Ausonia.

ARCADES ipsum Credunt se vidisse deum.] *Donatus nomen exprimit,* Credunt se vidisse Iouem: *nec improbatur doctis.*

LIQVIDO'QVE potest electro.] *[illegible] Pollicetur ex ferri electrique temperaturâ, arma firma & splendida. Contra Politianum, qui* Potestur *verbum hoc loco sustulit, arroganti sanè spiritu, nescio qui sese efferunt Grammatici: sed cùm nihil afferant; quo se tueantur, præter conuitia, eos omittimus; & numerorum rationem, non malè obseruatam, cum Politiano testamur.*

CEV fœmina primùm.] *In manuscripto,* Cùm fœmina primùm. *nec aliter interpres Terentij. De Chryside autem Terentianâ similitudo sumpta est.*

NEC non Tarquinium eiectum.] *Noua de syllaba contentio; quam mouet Pierius, indiligens numerorum obseruator. Deceptus autem codicibus deprauatis, etiam locum Martialis non rectè adducit, qui est:* Traducta est Gyaris. *non enim* Getulis *legendum. quæ vox molossum efficit. Mar-* B
tialis alio in loco, Sicci Getulâ mappalia Pœni.

CVSTOS Tarpeiæ Manlius arcis.] *Antiqui libri* Mallium *hunc vocant.*

LIBER IX.

SEDEM'QVE petit Euandri.] *Hæc lectio à Politiano defensa: quem nunc sequimur.*

VIDEO medium discedere cœlum.] *Hanc lectionem propriam & elegantem, antiqui libri Aldini habent: & imitando significauit veram esse Vidas.* Discedere *hoc loco, & apud Ciceronem de Diuinatione, est idem, quod Græcis χάσμα: & eiusmodi discessus cœli, chasmata Plinius nominauit: cuiusmodi horribile fuit in Hermunduris & Melibocis, ante quadriennium, die sextâ Nouembris.*

VERTITVR arma tenens, & toto vertice suprà est.] *In plerisque libris hic versus desideratur: & sic dicendum est. huc translatus videtur ex 8. Aeneid.*

ADITVM'QVE per auia quærit.] Quod in alijs legitur, Aditumque & per uia quærit, *non Vergilianum est. Incensi hominis est, aditum per auia, hoc est, vbi nullus sit, quærere.* C

AVT quà via clausos excutiat, Teucros vallo.] Quà, *id est, in quo loco.* Via, *id est, accessio ad muros. Sunt aliæ duæ lectiones: quas, quoniam neutram sequor, ne ponere quidem volo.*

ATQVE manum pinu flagranti feruidus implet.] *Alij,* infert: *quod & Donatus videtur agnoscere. ita infrà:* Fumiferos infert Mezentius ignes. Implet *retinui, vel quasi proprium: vel vt antecedens ponatur pro consequente.*

O genitrix, quò fata vocas?] *Seruius videtur legisse,* Trahis: *nec aliter codex antiquus. sed ego nihil muto.*

NEREIA Doto.] *Hoc verum nomen, ex Hesiodo: vbi Nerei & Thetyos filias recenset.*

QVOT priùs æratæ steterant ad littora proræ.] *Ex sequenti lib. huc translatus versus, [illegible], desideratur in antiquis etiam, Habet τὸ ἀνακόλουθον vim suam, nec caret exemplo. vt lib. 2.* Millia quod magnis nunquam venêre Mycenis.

RECTORES iuuenum, & rerum dedit esse magistros.] Rectores iuueni, *germana lectio: quam & hoc loco, & infrà in 10. Donatus est secutus, super illo:* Num puero summam belli, num credere muros?

NEC fas: non ita me referat.] *Distinctione τοῦ [illegible] illustratur. In Culice:* Eurydicenq; vltrò ducendâ reddere; non fas, Non erat. *Contrà 11. Aeneid.* Non vitæ

gaudia

A gaudia quæro, Nec fas. *Theoc. ἀ τίμιε, ὃ ποιμὰν τὸ μελόφωνον, ἀ τίμιε ἄμμιν Συρίσδεν.*

INSVPER id campi, quod rex habet ipse Latinus.] *Malo legere,* Insuper his, *id est, praeter hæc: vel (vt Seruius)* super hęc. *Horatius secundo Sermon.* Et paulum syluæ super his foret. *Ita aliquoties Silius, Poëtæ nostri, vt volunt, imitator.*

PERPLEXVM iter omne reuoluens Fallacis syluæ.] *Diuersitas lectionis, apud veteres Grammaticos non omittenda. Donatus & Vrbanus ita legerunt, & distinxerunt:* Quâue sequar, rursus perplexum iter omne reuoluens, Fallaces syluas, simul & vestigia retrò Obseruata legit.

TRANSADIGIT costas, & pectora cādida rumpit.] *Dixit* pectora, *& adiecit* πάθος, candida: *item* rumpit, *non* rupit, *κατ᾽ ἐνέργειαν. Probat hanc lectionem Donatus: probant libri vetusti.*

INSTAT non segniùs.] *Seruius,* Non seciùs. *Quidam in meo manuscripto,* Seciùs, *in* Segniùs *mutauerat.*

TEPIDA'QVE recentem Cæde locum.] *Hæc Seruij & Macrobij lectio: est enim* ἀναλογικὸν, *more poë-*
B *tico. Rectum illud libro octauo,* semperque recenti Cęde tepebat humus. *Obseruanda diligenter varietas & copia Poëtæ.*

PLENOS spumanti sanguine riuos.] *Rursus Seruius:* Pleno spumantes sanguine riuos.

ÆRATATAS'QVE acies in prælia cogit Quisque suas.] *Distinguo, & lego,* Æratatasque acies in pręlia cogit: Quisque suos. *vt sit* αὐτόνομον, *Turnus adhortabatur milites, ad oppugnationem oppidi sese pararent: ducet eum secuti, cohortes expediebant; & quisque colligebat suos.*

CANIBVS data præda Latinis.] *Mihi placet,* date præda. *vt in 8.* Decus addite diuis.

NEC te tua funera mater Produxi.] *Donatus hoc loco,* Nec te tua funera: *& in 11.* Nec te tua funere mater Produxi. *Nisi corrupta exemplaria sunt: vtrobique commissus error est. Funeræ sunt, doloris participes, vt ad quas funus pertinet: Præficæ, planctus alieno in funere ministræ, quæ mercede conducebantur. Funeræ producebant cadauera: Præficæ sequebantur. Funerarū quæstus, parietibus continebatur:*
C *tur: Præficarum clamor, ad libitinam cum publico personabat.*

IMMANEM Teucri molem voluuntque trahuntque.] *Ita Donatus, & antiqua lectio vulgaris magis poëtica.* Voluuntque ruuntque. *Vt,* Spumas salis ære ruebant.

MORTI prætendere muros.] Morti, *non interpretor bello: quòd bella sequantur mortes. Sed accipio simpliciter: quasi diceret, nihil interesse inter vitam & mortem, nisi muros. Qui Seruij annotationem non rectè accipiunt,* Marti *scripserunt, pro* morti.

SONAT vnà lethifer arcus.] *Donatus,* Latifer.

MORTALES medio aspectus sermone reliquit.] *Donati lectio,* Sic orsus Apollo Mortalis, medio, &c.

ALCANDRVM'QVE, Haliumque, Noëmonáque, Prytanimque.] *Versus Homericus, ex quinto Iliad. quem eodem modo descripsit Ouid. 13. Met. Eosdem non potuit ad Troiam Vlysses, de quo Homerus & Ouidius loquuntur, & in Latio Turnus occidere, de quo Vergilius. itaq; hæc nomina ad ornatum poëmatis ficta, non ad historiæ fidem tradita sunt.*

LIBER X.

ET placitum læti componere fœdus.] Placitō, *mihi: inquit Seruius. Imperantis enim maiestatem magis decet, quàm* placidum. *Eodem modo exemplaria antiqua.*

INVNDANT sanguine fossas.] Inundant *neutrum actiuè posuit; vt in 6. annotat Priscianus: nec aliter exponit Seruius. Antea legebatur* fossæ: *quod natum ex illo libri 11.* Dum distinet hostem Agger murorum, nec inundant sanguine fossæ.

EST celsa mihi Paphos, atque Cithera.] *Alijs* Est celsa Paphos, atq; alta Cithara: *è verbis Iunonis. Vulgata lectio, propter numeros, melior.*

NOS'NE tibi fluxas Phrygiæ res vertere fundo Conamur? nos? an miseros, &c.] *Distinctionem hanc qui veram esse non intelligit, nec illud videt, quàm vehemens fiat & actis ipsa mente, minutis istis interrogatiunculis, & repetitâ personâ suâ, cum accusatione acerbâ partis aduersariæ.*

VENTVROS nautis portantia ventos.] *Non* portantia, *sed* prodentia, *scribendum. illud ortum ex huius interpretatione.*

RERVM cui summa potestas.] *Donatus,* prima potestas. *Sed & hoc videtur ex glossulâ profectum.*

HOS germani Sarpedonis ambo, Et clarus Ethemon.] *Sequor & lectionem, & distinctionem diuersam, in nostro videlicet Codice expressam:* Hos germani, Sarpedonis ambo, & Clarus & Hemon. Germani, *fratres veterim:* Sarpedonis ambo, *scilicet filij:* Clarus, *eâ flexione, vt Panthûs.*

QVI sunt Minionis in aruis.] *Minois accolæ sunt Cętetani: Munionis, olim Fesulani, nunc Florentini.*

LITTORA præripere.] *Donatus,* præcipere, *id est, præoccupare. Cum Donato non facio: qui nec lectionem obseruauit, & verborum interpres non exquisitus fuit.*

IN manibus Mars ipse viris.] *Acrior est adhortantis sententia:* In manibus Mars ipse viri, *ex manuscripto. Silius 11.* Stat campus, & arma, Et Mars in manibus. *Huic contrarium mox subijcit prouerbium:* Mars in pedibus, *item,* Mars in linguâ. *11. Aeneid.*

FACTA patrum laudes.] *Qui aliter legunt: nec interpretes sequuntur vetustissimos, nec obseruant orationis elegantiam.*

AVDENTES fortuna iuuat.] *Sententia Philetæ Coi, poëtæ antiquissimi: quam certatim, vt notum studiosis est, imitati sunt Latini.*

ECCE Pharo, voces dum iactat inanes, Intorquens iaculum clamanti sistit in ore.] *Seruij lectio & ordo hic est: Ecce intorquens iaculum Pharo clamanti, dum iactat voces inanes, in ore sistit. Scita fictio, quòd ore conuitium faciens, & verbis sese extollens, per os traijcitur.*

STANT obnixi omnia contrà.] *Hoc modo legit Arusianus, vt referatur ad ventos. Seruius* γενικῶς *intelligit:* Stant obnixa omnia contrà.

AC velut optatò ventis æstate coortis.] Optatò *ex voto, & in tempore: vt,* Optatò aduenis.

EXTREMI addensant acies.] *Vergilianum est,* addensent, *pro* addensant: *nec aliter in antiquis legimus. apud Horatium in Odis:* Mixta senum ac iuuenum densentur funera. *Veteres primam coniugationem mutarunt, aut in secundam; vt* Densare, densere: *aut in tertiam; vt* Educare, educere. *Secundam in tertiam; vt* feruēre, fēruere: *tertiam in quartam; vt* Accersere, accersire.*

SANGVIS animusque sequuntur.] Sanguis, *vltimam olim longam sinè dubio habuit: & imitatione vetustatis sic Vergilium scripsisse auguror.*

QVEM Turnus super assistens.] *Quod additur in quibusdam,* Sic ore profatur, *inducendum est: non enim additum à Poëtâ, libri antiquissimi sunt testimonio.*

TRVNCV'MQVE repente Prouoluens.] *Manuscriptum,* truncumque tepentem, *id est, palpitantem adhuc à recenti cæde.*

ILLVM autem Æneas absentem in prælia poscit.] *Contra Vrbanum, probat & tuetur hanc lectionem Seruius.*

PARS belli haud temnenda viris.] *Casum muto, &*

TT 3 *distin-*

distinctionem: Pars belli haud temnenda, viri, iacet altus Orodes.

TVAQVE optima facta.] *Rectius*, Tuaque optime facta.

DIFFVGIT arator: Omnis & agricola tutâ iacet arte viator.] *Ita Donatus; ita libri vetusti: nam A in cæsurâ communis vocalis est. Tibullus*: Te canit, agricola, magna cùm venerit vrbe. *Ouidius*: Nomen amicitia, nomen inane fides.

NVBEM belli, dum detonet, omnes Sustinet.] Detonet, *pro* detinet *scripsi, ex interprete & libris vetustis. prudenter enim & meditatè, de proximâ similitudine translationem sumpsit.*

LIBER XI.

FORSET vota facit.] Forset, *pro fortè, antiquum. Horatius libro* 1. *Satyr.* 6. *mutatâ literâ*; forsit honorem Iure mihi inuideat quiuis. *Hoc Priscianus libro* 15. *illud Seruius agnoscit: vtrumq; antiqua exemplaria. Eodem tamen libro Priscian. legit bis* Fors, *& distinctis dictionibus. vbi probat, loco aduerbiorum nomina poni per casus diuersos. Nominatiuum*: Fors & vota facit: *Item*, Sole recens orto: *pro fortè, & recenter.*

EQVIDEM & viuis concedere vellem.] *Donatus*, mallem. *Magis* (*inquit*) *vellem & viuis præstare beneficium pacis. Aliqui omittunt &*: Equidem viuis concedere mallem.

MERITIS vacat his tibi solus, Fortunæque locus.] *In Terentij Andriam, hanc lectionem, vt sinceram, laudauimus. Erudita hoc in loco Seruij interpretatio.*

SEDET in medijs, & maximus æuo, Et primus sceptris.] *Ita scripsi ex bonis codicibus. Aetatis enim prouectu, & regia dignitate venerabilem Latinum, tristem consedisse ait: ab cuius personâ duplicem affectum mouent.*

CONIVGIS infandæ.] *Fuit cùm legerem*, Coniugis (infandum) prima inter limina, dextra Oppetijt. *Sed altera lectio Homerica*, ἐκουσίης ἀλόχοιο: *quo epitheto libro quarto & nono Odysseæ vtitur.*

NEC victi possunt absistere ferro.] *Hoc sonorum magis videtur, quàm* bello; *vt citat Helenus.*

AVRVNCI Rutulique.] *Legendum*, Arunci: *de quibus antea bis dictum est.*

TOT quandò stragis aceruos Teucrorum.] Quando *breuis est naturaliter, ait in 4. Aeneid Seruius: sed id nullo probauerit Vergilij exemplo, nisi in compositione; vt in* Quandoquidem. *Igitur recentiores fecerunt eam syllabam communem.*

PVLSVS ego aut quisquam.] *Donatus* ἀπαρτισμῶς: Haud quisquam meritò, fœdissime, pulsum Arguet. *quod non placet.*

SVNT illi sua funera.] Illî, *pro* illîc, *in parte scilicet aduersariâ: antiquum aduerbium est.*

MVLTOS alterna reuisens Lusit.] *Acron legit*, Multos mutata. *altera lectio magis exprimit græcam vocem* ἀμοιβόσσα: *quod Fortunæ & Martis est epitheton. Horatius de Fortunâ*: Præsens vel imo tollere de gradu Mortale corpus, vel superbos Vertere funeribus triumphos.

NEC tarda sequetur Gloria delectos Latio.] *Hæc Seruij lectio est: quam esse incorruptam arbitror.*

SOLVM Æneas vocat? & vocet, oro.] *Distinctio ista repetitionem facit, haud paulò vehementiorem.*

CÆTERA quà iusso.] Iusso, *antiquum, pro* Iussero. *Venit mihi in mentem loci apud Liuium deprauati, libro primo ab V. C. Is ita legendus est*: Iupiter pater, si est fas, hunc Numam Pompilium, cuius ego caput teneo, regem Romæ esse; tua nobis signa acclarassis inter eos fines, quos feci. *Verba sunt Auguris, auspicia peragentis. Ita autem legitur in Liuiano exemplari principis Mantuani, quod inspexi Patauij.*

EST curuo anfractu valles.] Valles, *antiquè, pro* Vallis, *propter carmen.*

VERSANTI subitò.] *Hæc distinctio bona, vt sequatur*: Vix hæc sententia sedit. *In subitis cogitationibus, animus difficulter consilium capit, aut rem expedit.*

ET nunc lenta manu spargens hastilia densat.] *Donatus*, læta, *pro* lenta: *quia dixit*, Exsultat Amazon. *Seruius & Priscianus*, denset, *pro* densat. *Horum sententiam probo: illius in medio relinquo. Videtur enim Poëta*, lenta hastilia, *&* validam bipennem *posuisse, ad peritiam & laudem Camillæ: quæ omni telorum genere aptè & militariter vtebatur.*

SE nullo iam cursu euadere pugnâ Posse.] *Manuscriptum*, euadere pugnæ, ἑλληνισμῷ: *vt in* 10. Tempus desistere pugnæ.

CHOROS indixit.] *Per choros*, τὴν σικιννίδα *intelligit; quæ saltatio fuit Bacchi propria: de quâ apud Euripidē in Cyclope, & Lucianum* περὶ ὀρχήσεως.

TOTVMQVE incensa per agmen fœmineo prædæ & spoliorum ardebat amore.] *Legendum*, incauta per agmen. *Duo tribuit puellæ: imprudentiam, quæ reddebat incautam; & cupiditatem, quæ incensam.* Fœmineus amor, *pro vehementissimo: vt* fœmineus clamor, *in hoc ipso libro; &* fœmineus vlulatus, *in secundo.*

NIHIL ipsa nec auræ; Nec sonitus memor.] Auràs, *pro* auræ, *Asper & Seruius: vt sit Græca & antiqua declinationis genitiuus*, αὔρα, αὔρας.

NEC tibi desertę in dumis coluisse Dianam Profuit.] *Donatus*: Hoc tibi desertæ, *&c. per figuræ mutationem alterum in simplicitate magis affectuosum; vt potiùs querela sit, quàm accusatio.*

CONTINVÒ pugnas ineant.] *Ita scripsi ex manuscripto.*

LIBER XII.

ACTORIS Arunci spolium.] *Non Aurunci, Turno scilicet vel patriâ, vel cognatione coniuncti. Legit eodem modo poëta Iuuenalis, qui hoc distichum transscripsit.*

ILLI adsurgentem conuersi lumina solem.] *Repudiaui alteram lectionem, tanquam inscitam & minùs poëticam.*

QVO non præsentius vllum.] *Legendum non*, Præstantius: *sed* præsentius, *id est, magis in tempore oblatum; ideoq; ad animos turbandos efficacius.*

SPARSO latè rigat arma cruore.] *Scripsi*, Latè rigat arma cerebro. *Rigat ad vulneris magnitudinem: quia caput securi diminutum erat.*

MISERABILE, cæsis Hostibus insultans.] Miserabile, *aduerbium; quod in parenthesi πάθος clementiæ habet: vt illud pudoris apud Horatium libro* 2. Cùm fracta virtus, & minaces (Turpe) solum tetigêre mento. *quámuis aliter ibi intelligant vetusti interpretes.*

AC velut Edoni Boreæ.] *Controuersia hîc est de mediâ syllabâ; quam Vergilius, Horatius, Propertius, Ouidius, producunt: & Græcè est* Ἠδωνοί. *contrà Lucanus & Silius, posthabitâ illorum autoritate, corripiunt. Ouidij locus, quia corruptus est, emendandus videtur. Is igitur, tertio de Arte*: Ibat vt Edonio referens Trieterica Baccho. *Hic in Italicis impressionibus*, Edonio: *in Germanicis*, Æmonio, *vtrumque falsò legitur. Scribendum autem* Aonio, *ex manuscripto Georgij Agricolæ, philosophi clarissimi, & ex vetustâ impressione Augustanâ. Aonius autem Bacchus, à Bœotiâ, quòd Thebas patriam habuerit: Bœotiam verò Aones primùm tenuerunt: autor libro 6. & 8. Strabo.*

DICTAMNVM genitrix Cretæâ carpit ab Idâ.] *Donatus legit*, Ipsa manu genitrix. *nec verisimile est, herbam no-*

A *bam nominè fuisse expressam: quæ à loco, qualitatibus, vsu ita describitur, vt, qualis sit, dubitari non posiit. In eâ autem pingendâ, Theophrastum dicitur secutus. nam Dioscorides eam & flore & fructu carere dicit; Plinius etiam caule.*

IPSE neque auersos dignatur sternere morti; Nec pede congressos æquo nec tela ferentes Insequitur.] *Hæc manuscripti lectio est, & quidem optima. Dicit, Aeneam nec fugientes occidisse; nec armis paribus congressos repulisse; nec ferientes comminus insecutum fuisse.*

INGENTI turbine saxi.] *Ita Donatus. vt suprà:* Ingenti fragmine montis. *alij malunt,* Ingentis: *vt alteri substantiuo respondeat epitheton.*

FVSO stetit hasta cerebro.] *Donatus,* Fixo cerebro.

TESTATVR'QVE Deos, iterum se ad prælia cogi.] *Rem eandem dicere his non debuit, quæ mox repetitur. Placet igitur Donati lectio:* Testaturque Deos, se inuitum ad prælia cogi. *Causa voluntatis coactæ additur:* Bis iam Italos hostes, hac altera fœdera rumpi.

INCENDI muros, ignesque ad tecta volare.] *Vt probem nostri manuscripti lectionem,* Incessi muros; *Seruius facit 4. Georg. & hoc loco. Vide ipsum supra hunc*
B *versum:* Regibus incessit magno discordia motu.

INTER se coijsse viros, & decernere ferro.] *Hanc lectionem probat Priscianus. Seneca & Seruius,* Cernere, *agnoscunt: quod ego magis iudico Ennianum.*

STAT pecus omne metu mutû.] *Mutus metu, pro exanimi, dixit etiam lib. 9. Ita Ouid. 2. de Remedio:* Subito muta dolore fuit. *quem locum ex eâdem impressione Augustanâ emendaui.*

AC velut ingenti syluâ.] Silâ *legendum; non* sylua. *Sila enim Brutorum est nemus, vt Vibius sequester: Lucaniæ, vt Seruius, hoc est, extrema Italiæ; quæ nomen adhuc retinet. Eiusdem mentionem fecerunt, Sallustius in historiâ, & Cicero in Bruto, inquiens:* Cùm in syluâ Silâ facta cædes esset, notique homines interfecti. *Quem locum primus ego, ex manuscripti codicis vestigijs, restitui.*

ET notas suspendere vestes.] *Verum est,* votas, *id est, voto promissas; vt Donatus legit: cuius tamen expositio mihi non placet.*

HVC impetus illam Detulerat fixam, & lentâ in radice tenebat.] *Seruius legit,* Fixam & lentâ radice tenebat, *pro, quam radix fixam tenebat. id enim ait plenum esse. Donatus:* Huc impetus illam Detulerat mollem, & lentâ radice tenebat. *Iudicium sit lectoris.*

AVT quid iam miseræ superat mihi.] *Vetustum* Duræ superat mihi: *cum quo consentit Seruij interpretatio.*

INFELIX humero cùm apparuit ingens Baltheus.] *Omnium librorum veterum lectio ista est: quam mutauerunt, qui bina vni nomini epitheta adiungi vitiosum existimant. idq; in decem versibus Poëtam fecisse, annotauit alicubi Seruius. nos in Bucolicis vnum, vnum in Georgicis, octo in Aeneide obseruauimus.*

ANNOTATIONVM GEORGII FABRICII, in Vergilium, Finis.

EX LIBRO ANNOTATIONVM IACOBI CRVCII Bononiensis.

IN ludicro Maronis scriptum est: Arcades ambo, Et cantare pares, & respondere parati. *& illud:* Pan etiam Arcadiâ mecum si iudice certet, Pan etiam Arcadiâ dicet se iudice victum.
C *& hoc:* Soli cantare parati Arcades.] *Cur tam frequenter Maro Arcades in cantu celebres ponat, nullus interpres hactenus (quod legerim) enarrat. Nos verò communi vtilitati consultum cupientes, ex Polybio hæc excerpsimus, quæsitum soluentia. Musicam vniuersis hominibus vtilem esse constat; Arcadibus necessariam. Arcades in eâ non solùm pueros, verùmetiam adolescentes & iuuenes, vsque ad XXX. annum exerceri volunt: homines alioqui vita difficilis & austeræ. Pueros ergo, ab ineunte ætate in cantibus hymnorum & pæanum assuefieri mos est: quibus singuli, iuxta patriæ morem, genios, heroas, & deos, laudare consueuerunt. Post hæc Philoxeni & Timothei disciplinis instructi, cum cantibus & choreis, ludos Libero patri faciunt. Omnis denique eorum vita in huiusmodi cantibus versatur. Quæ res à maioribus instituta, non deliciarum aut lasciuiæ gratiâ: sed cùm animaduerterent assiduos eius gentis labores in colendis agris, & duritiam atq; asperitatem vitæ, præterea etiam morum austeritatem, quæ ex frigiditate & tristitiâ aëris prouenit, cui nos similes gigni necessariò oportet: (non obscurum est enim, plagas cœli esse, quæ gentes moribus, & formâ, & colore, & plerisque disciplinis inter se dissimiles faciunt:) Volentes igitur Arcades, mitem & tractabilem reddere naturam, quæ per se ferocior ac durior videbatur; primo ea omnia quæ suprà meminimus, introduxerunt: deinde, conuentus omnis & sacrificia plurima, in quibus viri ac mulieres congregarentur: postremò virginum ac puerorum choros. Quæ omnia ad eum finem fecêre: vt id, quod in animis hominum naturâ durius erat, consuetudine placaretur ac mitius fieret. In eodem versus hi sunt:* Quid loquar aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est, Candida succinctam latrantibus inguina monstris, Dulichias vexâsse rates? &c.] *Plerique omnes versùs hos ita exponunt, perinde ac Scyllam Nisi, pro Phorci, Poëta posuerit: tanquam hæc in auem tantummodò fuerit transfigurata; illa verò, in monstrum maris deformata. Cæterùm tum ex Marone, ad Messalam scribente; tum etiam ex Ouidio, accuratus lector, hanc Metamorphosim monstri maritimi vtrique Scyllæ conuenire, clariùs sole deprehendet. ex quo Lucretius doctè, Scyllas succinctas canibus semimarinis, multitudinis numero, scripsit. Ouidius huic nostræ sententiæ in Amoribus ita astipulatur:* Per nos Scylla, patri canos furata capillos, Pube premit rabidos inguinibusque canes. *Nec non in secundo de Remedio amoris inquit:* Præterea cautus Nisei de nauita gaudet. *ex quibus colligimus, Scyllam Nisi filiam accipiendam; non Phorci, vt ait Seruius. In quam nostram sententiam verba Strabonis adijcimus:* Scyllæum, quod in Hermione est, nomen, à Nisi filiâ, Scyllâ, cepisse inquiunt: quæ Minois cupiditate capta, cui Nisæam proditione tradidisset, ab eo in profundum deiecta est, è fluctibus horsum agitata, sepulturam obtinuit. *Id quoque obseruatione dignum putamus, quod ait Seruius, idem, dum hoc Virgil. exponit;* Quas illi Philumela dapes. Atqui hoc Progne fecit. *Per hoc volens innuere, Poëtam impropriè Philumelam pro Progne posuisse. At nos Philumelam pro hirundine, eâque quæ Terei coniunx memoratur, dici posse asseueramus. Papinius:* Non sic Philumela penates Circuit amplectens, animamque in pignora transfert.

fert. Legimus ad hoc, apud M. Varronem, hæc verba: Lusciola, quòd luctuosè canere existimatur, atque esse ex Atticâ Progne facta auis. Quibus verbis Prognen constat in lusciniam conuersam. Probus etiam, huic nostræ sententiæ respondens, Prognen in lusciniam, Philumelam in hirundinem, commutatas affirmat. Propriè ergo & doctè Poëtam etiam loco locutum contendimus: sicut & in superiori exemplo, de Scyllâ Nisi probauimus. Et quia adduxerimus Varronis testimonium, vbi Lusciola passim legitur: castigato audacter verbum hoc, Lusciola reponendo. Est enim diminutiuum à Luscinâ: quippe quod eiusdem Varronis autoritate confirmatur, in libris de Re rust. cantatrices Lusciniolas appellantis. In tertio Georgic. volumine, versus hic est: Labitur infelix studiorum atque immemor herbæ victor equus. Vbi herbæ legitur, nos exponimus victoriæ, Marcelli autoritate. Vtq; ait Pompeius, Herbam do, cùm dixit Plautus, fateor me victum, intellexit. Plinius quoq; huiusmodi scripta reliquit: Nam suum apud antiquos signum victoriæ erat, Herbam porrigere victos: hoc est, terrâ, & altrice ipsâ humo, & humatione etiam cedere.

Seruius, exponens illud Vergil. Non secùs ac patrijs acer Romanus in oris, Iniusto sub fasce viam dum carpit, & hosti Ante exspectatū positis stat in agmine castris. Iniusto sub fasce, magno exponit. Cuius sententiæ Vegetius astipulatur, primo de re militari versus hos citans. Asconius verò Pedianus, Ciceronis clausulam hanc declarans, Iustas inimicitias: Iustas, magnas, inquit: vt è contrario Vergil. Iniusto sub fasce viam dum carpit. Quæ quidem expositio si admittatur, probeturq;: tunc paruo referendum erit ad robur inuictum, fortitudinemq; immensam militis Romani. cuius animo ac laborū meditationi nihil tam arduum occurrere potest, quod non facilè transmittendo paruum reddat, iuxta illud Sallustinianū: Igitur talibus viris non labor insolitus: nō locus vllus asper aut arduus erat. non armatus hostis formidolosus. In quarto illud quoq;: Quippe ita Neptuno visum est, immania cuius Armenta, & turpes pascit sub gurgite phocas. Seruius exponit phocas, turpes, id est, magnas: vt, cui turpe caput. Cæterùm nos, cùm & hunc locum legeremus, necnon deformes phocas apud Ouidium in libris Metamorph. huius epitheti diligentius rationem pensitantes, ita scriptum offendimus in 11. Aristot. de Animalibus: Vitulus marinus, tanquam læsa imperfectaque quadrupes est: quippe qui continuò à scapulis pedes habet manibus similes modo vrsæ. In quintos enim finduntur digitos: qui singuli ternis articulis flectūtur. Quia igitur Phoca, quæ idem quod vitulus marinus, est læsa & imperfecta quadrupes: vt suprà dictum est ex Aristotele: ob hoc nunc deformes, nunc turpes, denotari à poëtis, asserimus. In primo Aeneidos à plerisque, alioquieruditissimis, carpitur. Idem Seruius, illud exponens, Æoliam venit: perinde ac prodat, insulas, quæ Hephæstiades à Græcis, Latinis Vulcaniæ dicuntur, nouem esse: cùm cæteri septem tantùm asseuerent. De quibus insulis Varro, Strabo, Plinius, & Solinus multa. Nos verò audacissimè contendimus A
hac in re tam lucidâ claráque, Seruium haudquaquam castigâsse, imò scripsisse, Aeoliam nomen esse insulæ non nouem, aut aliud simile: tanquam Aeoliam illam ex 7. peculiariter ostendat appellatam, in quâ habitauit Aeolus. Hocq; Vergil. credimus, sicuti pleraq; ex Homero deductum: apud quem in X. Odyss. in hanc sententiam legitur: Æoliam indè nauigantes, ad insulam venimus. in eâ habitabat Æolus Hippotades, amicus immortalibus dijs. Quemadmodum igitur Homerus Aeoliam insulam dicit: sic eam nomen insulæ potuit Seruius nominare. quippe quem locupletissimum interpretem, haud ignorâsse, insulas Vulcanias 7. numero esse, ex hoc probamus: quatenus commentario 8. dum hæc enarrat, Insula Sicanium iuxta latus, Æoliamque Erigitur Liparem, fumantibus ardua saxis, hæc ad verbum scripta reliquit: Æoliam autem ideò Liparem; quia vna est de illis septem insulis, quibus Æolus imperauit. Ex quibus colligi potest, haud verisimile esse, in principio nouem, hic tantùm septem insulas recenseri; perinde atque nunc excidissent. B
Apud eundem Seruium, carmen hoc enarrantem; Alij fontemque ignemque ferebant, Ornati limo, & verbenâ tempora vincti: menda est. Ita enim legitur: Limus est vestis, quâ vsque ad pedes teguntur pudenda pomparum. Verbum hoc emendamus, Pomparum: popularum legentes. Popæ enim dicuntur victimarij, & ministri in sacrificijs. Propertius: Succinctiq; calent ad noua sacra popæ. & Popam, ventrem dixit Persius, pro pingui & crasso. In octauo Aeneid. legitur: ET magnis Circensibus actis.] Quem locum eleganter explicat Asconius; cùm scilicet magni Circenses dicti sint à Poëta. Romani ergo, inquit, ludi sub regibus instituti sunt; magniq; appellati, quòd magnis impensis dati. Tunc enim primùm ludis impensa sunt ducenta millia nummûm. Ideo magnos ludos factos putant, quòd cōsiliorum secretorum deo, id est, Neptuno, dati, & dijs magnis, id est, Laribus vrbis Romæ, dati sunt; quibus aiunt raptas Sabinas, vt videatur propter hoc dicere Vergil. Magnis Circensibus actis. C
In eodem octauo, Alumnum ait dici eum, qui alit, & qui alitur. vbi ab aliquibus carpitur. In quâ re ingenuè fatemur, Alumnum frequentiùs pro eo accipi, qui alitur. non tamen pernegamus, eum quoque alumnum dici posse, qui alit. Marcellus, nostræ opinioni respondens ait: Alumnos consuetudo, quos alas, vel educes: vel eos qui alunt dici vult.

MATTHÆVS BONFINIS ASCVLANVS, ANGELO COLOCIO, AMICO optimo, Salutem.

PETIS à me per literas, imò verò efflagitas, Angele suauissime, Vergilianos vt tibi versus interpretari velim, in quarto Aeneidos: (xtra,
Ipsa molâ, manibusq; pijs, altaria iuVnum exsuta pedem vinclis in veste recinctâ;
Testatur moritura deos & conscia fati Sidera.

Ego verò (vt ingenuè tecum agam) facere non possum, quin eam ob rem admiratione afficiar propè incredibili: tum quòd Colocius meus, maximè perspicacis vir ingenij, summæq; eruditionis, de re, quæ vel pueris videri potest apertissima, dubitare videatur: tùm quòd, cùm sit mihi exploratissimum, maximam intercedere tibi cum viris omnibus literatissimis, qui Romæ sunt, familiaritatem & necessitudinem, nullumq; tempus esse, quo illorum aliqui apud te non diuersentur; quibuscum, de quâ volueris re, pro arbitratu tuo possis differere. Bonfinem potiùs, quàm illorum aliquem, eâ de re duxeris consulendum. nisi fortè de grauissimis, & vindice dignis rebus, illos interrogandos existimes: Bonfinem verò de leuioribus, ac nullius ferè momenti. Quod si ita esset: parum amico videris esse in me animo. Id autem ego ne suspicari quidem possum; ne dixerim credere. Quinetiam facillimè adducor, vt credam, te aliquando vel ex me, vel ex alijs, quibus ego dixerim, intellexisse, aliquid his in versibus esse vitij. Vnde fit, vt, quanquam maximè cupio eâ in re tibi obsequi, ac dicere quæ sentiam: non eo solùm in loco; sed in alijs quoque plurimis, quæ mihi inter legendum obseruare contigit: duo tamen sint in primis, quæ ab eâ me prouincia non parum absterreant.

A prem. Alterum: quòd sacratissimi & amplissimi diui Georgij præsulis seruitio, decem iam annos addictus & mancipatus, & in re, quæ vel nolentem & maximè renitentem in barbariem videtur potuisse trahere, non sinè difficultate maximâ assuetum alijs rebus, & penè inquinatum animum, ad veram illam Latinæ linguæ elegantiam candoremq; reuocare me posse confidos cùm præsertim parum aut nihil ad id detur otij. Alterum verò: quòd prospiciam non defuturos, & quidem plurimos, qui liuore non iudicio ac ratione ducti, qualiacunq; fuerint, quæ dixero, temerè & constanter pro more suo sint improbaturi: & opinionem suam ita defensuri, vt malè illos mecum, nisi caueam, acturos putem. Quandoquidé tanta sunt (vt sæpissimè sum expertus) arrogantia & pertinacia: vt, etiam si apertissimè & luce ipsâ clarius videant ac noscant, magis in rem esse, quæ ipse dixero, quàm quæ codices habeant vniuersi: semper tamen sint aduersaturi, & meam industriam (quantacunq; est) dãnaturi. adeò sunt alienæ laudi & gloriæ infensi vtpote qui nihil ipsi habeant edere, quod meritò possint. Cùm alioqui eosdem illos, si antiquum dixero codicem mihi aliquem astipulari, aut virum quempiam doctissimum & autoritatis eximiæ sentire mecum, sinè morâ manibus pedibusq; (vt aiunt) in meam præcipites B ituros putem sententiam: cùm longè magis codicibus & opinioni, quàm rationi, confidant. Vtcunque tamen res erit: non committam equidem, vt aliquid à me frustra petijsse videare: cùm præsertim maluerint semper, viris doctissimis, qui pauci admodũ sunt, quàm imperitæ (vt dixi aliâs) multitudini, res meas probari. Prætermissâ igitur versuum interpretatione, quæ videri potest apertissima: scito meam hanc esse sententiam: vt, vel refragantibus, quos vidi hactenus, Vergilianis omnibus codicibus, affirmare ausim, secundo versu, Ex particulam reponendam esse loco In præpositionis: vt sit: Vnum exsuta pedem vinclis, & veste recincta. Exsuta cùm nominandi sit casus; non auferendi: id est, habens pedem exsutum vinclis, & vestem recinctam. Nam si certissimum est, Vergilium, & alios illius temporis viros, ita locutos fuisse: vt nihil dici possit eruditius, nihil castigatius: quis non apertè fateatur, & ingenuè, Vergilium ita reliquisse, vt restitui: & scriptorum ac impressorum negligentiâ aut inscitiâ factum esse, vt aliter se res habuerit hactenus, & nunc habeat? Vt enim multas alias omittam rationes, cuiuis inuentu faciles: ad id, quod volo, persuadendum, imperitè quidem videri posset dixisse C Vergilius, In recinctâ veste testatur. Quandoquidem idem (ni fallor) esset, illud ipsum dicere: quòd Dido, in veste humi stratâ & positâ stans, id est, supra recinctâ vestem moritura, deos testatur. Non enim, si vsum, non abusum, sequi volumus, dicemus: In recinctis vestibus hoc feci. Tu illud dixisti: (quanquam non affirmarem, & hoc ipsum fortasse non inueniri) sed Recinctus vestibus, Accinctus gladio, Succinctus pharetrâ, & alia eiusmodi multa. Sed si hic est vetus loquendi vsus, vt reuerâ est: quàm absurdum sit, vestem humi positam, si id propriè significari volumus, recinctam dicere, tute cogita. Si vellem persequi in hoc genere cætera: viderer ad virum rudis nimium & obtusi ingenij scribere. Et propterea, eiusmodi re omissâ, vt pleniore te obsequio demerear, ad alia quædam id genus deueniamus. Habent eodem in libro codices omnes, quicunq; fuerunt & sunt: Speluncam Dido, dux & Troianus, eandé Deuenient. Paulò pòst in eodem libro: Speluncam Dido, dux & Troianus, eandem Deueniũt. In primo quoq; libro: Deuenêre locos, vbi nunc ingentia cernes Mœnia. Idem in sexto: Deuenêre locos lætos, & amœna vireta Fortunatorum nemorum. Et alia, si qua sunt. Quibus omnibus in locis, De præpositionem in Ad mutandam censeo: vt sint, Aduenient, Adueniunt, & Aduenêre. Non enim deuentum Aeneæ in Italiam dicimus, sed aduentum: nec Deloquor te, sed Alloquor te, & Ad te, & alia permulta id genus. Nec dicere possumus, necessitate id factum: cum æquè congruat ad, atq; de. Nec me latet, Latinè dici, Deuenit Romam, id est, ex aliquo loco Romam accessit. Sed non eo pacto dicemus, Deuenit speluncam: vt Romam: cùm hoc proprium sit nomen, & respuat præpositionem; illud verò appellatiuum, & amet illam sibi adiungi, nisi obstet & aliud impetret necessitas. vt in primo idem Vergilius: Italiã fato profugus, Lauinaque venit Littora. nisi velit fortasse aliquis, Vergilij autoritate tot in locis adductus ac fretus, affirmare, hæc ipsa confundi, & eâ in re nullam esse differentiæ, & propria nomina, & appellatiua: & æquè dici posse, Deuenit Romam, & Deuenit vrbem, aut velimus subtractam esse, sinè aliquâ necessitate, tot in locis præpositionem. quod equidem doctioribus iudicandum relinquo. Hæc autem ipsa, vt clarã mihi videntur esse, nec alijs rationibus, apud viros præsertim doctos, fulcienda: ita & multa his similia, consultò prætermittenda duximus. tum quòd veremur, ne tibi & alijs satietatem, si nimis multa sint, afferant: tum quòd his paucis periclitandum priùs duximus, quã felicitate productura sint alia. Nam si viderimus, hæc tibi & alijs tui similibus non admodum displicuisse: eisdem auspicijs edemus, in Horatianis operibus Annotationes vltra centum. Eas autem, si quid aliquandò dabitur otij, sequentur in Liuio totidem: & fortasse plures. Interea Vale, & me (vt facis) ama.

INDEX

Digitized by Google

INDEX RERVM ET VERBORVM, COMPREHENSORVM IN SERVII COMMENTARIIS

in Vergilium, vtilissimus & copiosissimus.

A

ABAS 705 b
ἄβατος insula 1003 b
Abauus 1517 c
Abies fulminata 575 a
abiurare 1261 a
ablatiuus laudis aut vituperij antiquus est 392 c
Abnepos 1262 c
abolla 934 c
Aborigines Phrygibus iuncti 369 c
Aborigines pulsi 1273 a
abscidit penultima correpta 729 c
abstrudere 985 a
abusque & adusque 1147 c & 1693 c
Abydos 158 c & 289 c 171 a
ac in compositione 1128 c
Acanthus 47 c 225 c & 507 a
acanthis, ἀκανθὶς 295 c
Acarnania 919 b
Acca Laurentia 436 a
accentus in vltimis eorum quibus particulæ adiunguntur 399 c
Acer qui 1311 c
acer in cuius tutela 575 a
Acerræ ciuitas 237 c
Acestes 489 c & 490 a b
Acidalis fons 439 c
Acilius fons 111 c
accincti qui 419 c
accipere pro pascere 771 c
accipiter Marti sacer 1661 c
Achaia à Mummio victa 438 a
Achates cur Æneæ comes 409 c & 445 b
Achates lapis 409 b
Achelous fluuis 128 c
Achelous contra Herculē 1271 a
Acherō fluuius, item locus 997 b
ἄχος 75 c
Achilles 473 a
Achilli pro Achillis 378 b
Achilles cur immitis ibid. eius patria 438 a cristatus 473 c sæuus 537 c quo loco à Paride occisus 668 c & 711 c qua parte vulnerabilis 991 b amauit Polyxenam 711 c eius interitus 991 c
Aclides 1107 c
aconitum 229 c
Acrisius rex 1160 c
Acroceraunia vnde 744 c
Acta parentum de susceptis liberis quo loco deposita 263 c
Actia soror Cæsaris 1093 b Mater Augusti 949 b 1213 a
Actiaci belli descriptio 1321 c
Actiaci ludi 701 c
Actiacum promontorium ibid. c
actiuum aliud, aliud actiui verbi declinatio 398 c pro passiuo ib.
actus in vijs 845 b
actutum 1365 a
accusatiuus cum participio pręterito passiuo 423 b
accusatiuum loci cum prępositione, per Datiuum Vergil. 369 b ibidem.
ad, pro contra 848 c pro apud 387 c & in loco & ad locum significat 377 b
ad interdum vacat 1063 c
Adamas vnde 1057 b
adeò pro valde 187 c pro multum 794 c
adiectiuum cum accusatiuo partis, alia est in figura, quàm accusatiuus per participium præteriti temporis 446 a
ad instar 534 c
aditus 990 b
aditus inferorum quo loco, & cur dicatur 1182 b
admissarij equi 270 c
adole 101 b
adolere 494 c
adolescens 1365 a
Adonis pastor, Veneris minister 899 c eius parentes 1067 b
ador 1125 c
Adrastus 1047 c
aduenæ 1272 c
aduerbium pronomine 4 b ibid. pro aduerbio 373 c cum fit nōmen declinatur 887 b ex nomine ibid. in a producuntur ibidem c Imperatiuo non iungimus 1056 c
aduerbium fit omnis pars orationis, cū desijt esse quod est 952 b sub ipso comprehenditur quicquid non est reliquarum partiū 419 b
adytum 551 c
Æacus 1041 b 1059 a cuius filius 531 c
ædes singul. & plur. quid 602 c
æditous 1413 c
Areta rex 229 b
ægeon, & qui Briareus 1513 a b
æger 3 b
ęger & ęgrotus quo differāt 419 c
ægeum mare 666 a
ægialia Diomedis vxor 1223 c 1597 a
ægida Iupiter in sinistra tenet 1280 a
ægidis concussio pluuias mouet ibidem.
ægis quid 1295 c
ægyptij reges Ptolemæi 1088 c
ægyptus filius Beli 1501 c
ægyptus victa ab Augusto 271 c in Australi plaga sita 439 c
Ægysthus Thyestæ filius 1064 c
Æmonides 1507 c
æmulus 910 b
Ænus mons 208 c 261 c
Æneas vbi natus 501 b in horoscopo virginē habuit 445 b eius genus paternū 1245 b à Dardano oriundus 743 c tempore Herculis fuit 815 b pius 459 a 971 c 985 b cur pius 370 c etiam in indignatione pius 595 c pius, iustus, sapiens imperator, & fortis miles 489 c eius religio & virtus 581 c
Æneas vbiq; quasi sacratus inducitur 531 c vbique pontifex & sacrorū perit⁹ inducitur 1470 b eius polluti purgatio 985 b magnanimus 435 a Hectori vbi cōparatur 1003 c Troianorū salus 491 c pater 518 c dictus Iupiter indiges 434 c 868 c Dardanus dict⁹, & Ilioneus 804 c Romanę gentis autor 378 c 438 a in Thraciam venit 647 c Samothracas deos sustulit 2138 c in Delum, Cretá, Strophadas 647 c Heleni hospitio susceptus ibid. vxor in numerum ministrarum matris Deûm relata 637 a eius fuga 647 c eius aduersa in terra 366 b Veneris stellam quotidie in itinere vsque ad Laurentum agrum vidit 459 c ab Anna Didonis sorore adamat⁹ 884 c nauigationis ex Africa autor Iupiter 883 b in Calabriam 647 b totam Siciliam circuiuit 723 c cur ad inferos descē derit 965 a cur ei etiam sordida officia circa sepulturam data 1005 a quot annis ante Romā conditam in Italiá venerit 852 b an ante Antenorem in Italiá venerit 365 a b quo loco eius castra in Italia fuerint 1117 a quo loco

Google

loco nauigia eius exusta 1439 c finis erroris eius quotus annus 899 b auxilium ei tulit Thuscia 1395 b c Lauiniá vxorem accepit 1088 c auus Romuli, secundum quosdam, cum Antenore patriam prodidit 507 a ornatum Helenæ proditionis præmium accepit ibid. mors eius & interitus 435 a 867 a alius interitus 435 a 1088 c in Numico fluuio perijt 1029 c 1130 a in eo prælio quo Turnus cecidit, interijsse putatur 1423 c
Æneidos IIII. liber ex 3. Apollonij translatus 775 b V. æneidos ex Homero maior pars 883 b V. finis à Tucca Vario factus 981 c VI. inter cæteros libros principatum tenet 983 b IX. ad Homeri locum formatus 1329 a b gesta Pop. Ro. vocata 1087 c Sex libri priores ad imaginem Odysseæ, reliqui Iliadis 1131 c
æneum opp. 647 c
ænus vel ænum 653 c
æoliæ nouem insulę in freto Siculo 384 c septem, id quod cum Geographis conuenit 1292 b
æolides, id est, Vlysses 1053 b c
æolus rex ventorum 385 a
æquicola gens 1210 b
æquinoctia 152 a
æquinoctium autumnale & vernale quando 171 b
æquor quid significet, & vnde 543 b c pro terra 141 c
aër cum occasu frequenter mutatur 113 c corpus secundú Lucretium 1014 c
ærarium in templo Saturni 263 c
ærei cardines in vsu post proditú à Tarpeia capitolium 470 b
ærius montis nomen 1011 a
Ærium ibid.
ærope 493 b
æropa 1593 b
æs 903 a vt plurimum in vsu apud veteres 469 c
Æsculapius 573 c parentes eius, & quomodo natus 1063 a 1211 c deus salutis 249 b
ab inferis Hippolytum reuocauit 1211 c eius interitus 1037 a 1212 c
æsculus 243 a
æsquiliæ 845 c
æstas noua, adulta, præceps 139 c
æstas sub terris, cùm hîc hyems 315 b c
æstatibus ante Olympiadas tempus computarunt 528 a
æstas 633 a b
æstates pro annis 528 a
æstiua 305 c
æstuaria 1650 a
æstus quid ibid.
ætas 285 c
ætas decolor 1272 a
ætas florens 858 c
ætas in victimis cósiderāda 654 b
ætates hominis 919 b
ætatum sortes 998 b
æther pro aëre 960 a 1121 c 1395 b 551 b non habet pluuias 244 c à ventis non turbatur 387 b Iupiter est æther 119 c
æthereus ignis fumo caret 1061 c
æterna non sunt quæ ab hominibus facta 1344 b
æthiopia Maurorum 1095 c
æthiopiæ duæ, & vnde 855 a
æthiops & æthiopus 1188 a c
æthon equi nomen vnde 1567 b
æthra 755 c
æthra sydera ibidem
ætna nympha, quæ & Thalia 1402 c
ætna quando ominosa 206 c incendij in eo causa 753 a
æuum 1091 a
affatim 400 b c
afforet futuri temporis 495 a
afri versipelles 1082 a
Agamemnonis patria 438 a
agamemnon & Menelaus Atrei, ab alijs Philistenis filij dicti 473 b
Agaménon & Menelaus vni supplicio destinati 1593 b
Agamemnon Dianæ ceruam occidit 551 c
Agamemnonis interitus 1597 a
ἀγαθοὶ Δαίμονες 303 b
agathyrsi 802 a
agé aduerbium 633 b
age facite ibidem
age verbum pro die 720 b
à generalibus ad specialia venire vitiosum 570 b
Agenor 494 b & 506 c
ager 245 b
ager effatus 1006 b
ager fertilis, item sterilis quando arandi 140 a
ager nisi sacris peractis arari non poterat 699 b
agger 918 b 1401 c
agger quid 1435 a
agmen πολύσημον est 393 c
agmen 415 b & 563 a
agmen pro impetu, multitudine, pro exercitu incedente 393 c 395 a
agnosco & cognosco 1249 b
ago 3 b
agonales ludi 703 c
agragas mons 771 b
agri causa victus 3 c
agri particula viris fortibus pro honore data 1366 c
agrigentum 771 c
agrigentini equi in certaminibus Græciæ ibid.
agrigentini equi in Cappadociam ducti ibidem
agrippæ inuentum de turribus 1329 b
agylla ciuitas, quæ & Cere 1196 a 1309 c
agyllina vrbs 1195 a & 1302 a
Aiaces duo 383 c
aiax Telamonius 502 b c
aiax in Rhœteo promontorio sepultus 607 a
aiax Hectori baltheum dono dedit 107 c 857 a
aiax Achillis patruelis frater 502 c
ἄιω 855 a
ἄκαντος 275 c
ἄκμων 1293 a
ἄχος 409 c 455 b
ἀκτὴ 953 a
ἀκτὶν & ἀκτὶς 162 b
Actin & Actis 162 b
ἀκυρολογία 415 c 621 c 693 a 846 b 9591 c 990 a 1329 c
alacer & alacris 1075 b
alæ auium propriæ, natatus nauium, sed transferuntur 422 c
alæ in acie 797 c
alæ 987 b 1649 b
Alba 1088 c à quo cõdita 369 c 435 c vnde dicta ibid. à Tullo Hostilio euersa 369 c 581 b
albani reges 1088 b
albani reges omnes Syluij dicti, & vnde 1091 b
albani nobiles Romam translati 369 c
albani montes 1113 b
albos fœtus procreant animalia ex Clitumno bibentes 229 b
albula fluuius 743 c
albunea 1123 a
alburnus 283 a
Alcides vnde 1036 c
alcinous 221 a b 706 c
alcmena 1239 b
alcon sagittarius 55 c
alemanni 337 b
Alexander Macedo 142 c ex Ioue Hammonio natus 1026 c
Alexandria ciuitas 337 c
alituum pro alitum 505 c 1071 b 1227 c
alius, de multis propriè dicitur 1563 a
allia fluuius 1101 b 1207 a
ἀλλογοία 37 c
alma 1471 b
aloeus 1061 b
alpes 306 a Gallicę ibid. alti mõtes ibi.
alpes Pæninæ 1433 c
alpheus 117 a 770 c 1270 c 1463 a
alta Roma vnde 370 a
altanus 1116 c
alter 32 a de duobus 98 a
altitudo 367 c
altus 242 c pro magno 995 b
alta Roma 370 a

altum

Digitized by Google

altum quid 367c
alumnus 791c 1305a 1557c
aluus 537a mascul. apud Plaut. 541c
ἀμοιβαῖον carmen 31bc
ἀμαλθιάδις 1434c
amalthea, quæ Tarquinio nouem libros obtulit 993a
amalthea capra 1280a
amata 995b 1119c
amaror 139b
amaracus 517c
amasenus fluuius 1201a
amathus ciuitas 1442c
ἄμαξα 241c & 296b
Amazones vnde 477c 1690c eorũ parens 1696b vnimammæ dictæ 1650c quo loco primum habitarint 1655b à quibus exstinctæ 477c
ambages & compages 441c
amburbale sacrificiũ 36c & 193c
ambio cum accusatiuo 824c
ambio ad illum 1155c
ambracia ciuitas ab Augusto Nicopolis 701c
Ambrosia 563b
ab Ambrosiâ & nectare prohibitus, si quis Iouis fefellisset numen 1027a
amburbale sacrificium, vel amburbium 36c
amella herba 337b
Amerina retinacula 183c
Amerinum oppidum ibid.
Amycus filius Neptuni 929c
Amyclæ ciuitas 296c & 1511c
Amyclæ tacitæ cur ibid.
Amyternum oppidum 1204c
amnis dubij generis apud veteres 1390a
amœna loca, & vnde 1068c
ἄμμος 810c
ἀμ in compositione 1128c
amomum 37b 47c
amor quid 517c
amor generalis est omnium rerum 845c per venas currit 776c in iecore 1062abc
amore quę vult solui, in eius sacris nihil religatum 859a
amores plur. ad voluptatem, sing. etiam ad religionem 450b
amores plur. quid 925b
amphiaraus 1042c viuus ad inferos 1267c
ἀμφίβολον 805c
ἀμφιβολογία 839c
amphion 17c
amphitrio 1239c 1453c
amphrisus fluuius 267b 1037a
Amulius 436a à Romulo & Remo occisus ibid.
amurca 168c
anagnia ciuitas 1201a
ἀνακόλουθον 582c 73a 918c 749c
ἀνάνευσις 575a
anchemolus 1490c
Anchises 1245b eius pater 438a pastor 502b diuinandi peritissimus 749b cum Venere cõcubuit 502b fulminatus 623c ab Euandro hospitio susceptus 1249c alter eius oculus fulmine perijt 502b in Italiam venit 848c eius cineres filio Diomedes reddit, ibid. vbi sepultus 493c
anchisa vocatiuus 737c
anchora 409a 985a
Ancus rex Rom. vnde 1097c
ancyle quid 1138ab
ancyle de cœlo, & vnde dictum 1319c
Andromache Heleno reddita 707b
Androgeus 986c
angina morbus porcorum 308b
angitia Medea 1210b
angues aquarum sunt 171a 590c
anguestres 171b
angues celerrimè linguam mouent 565a
anguium lingua cur triplex dicatur ibidem
anguis, serpens, draco, quo differant ibidem
anguis ex spinæ medulla 899c
Annibal circa portam Collinam 1140b
anima calor est, secundum quosdam 881c alijs aër ibid. alijs ventus 615a 1289c nostra non ste 1033a cœli pars est 623b
animæ immortales 1078c cum corpore pereũt Epicureis 782b in cœlo sunt 16c secundum Pythagorã non μετεμψύχωσιν, sed παλιγγενεσία 665a vnde defluãt 664c inter lunarẽ & terrenum circulum ibid. aliæ lunarẽ, alię solstitialem circulũ tenent 1030c quot in homine, Platonis & Aristotelis contentio 1307c quot in homine secundum eosdem 898c eius sedes in sanguine 897c 1010a nunquam sine sanguine 664c Stoicis tam diu durant, quam diu corpus, absumpto corpore ibid. locũ suũ recipiunt 1039b non omnes ad corpora reuertuntur 1079ab etiam ad alterius terræ partis corpora transeunt 1053c perpetua Platoni, & ad diuersa corpora transit 665a sexũ plerunque mutant 1042c bene viuentium ad superiores circulos, id est, ad suam originem redeũt, & malè viuentium contrà 999c heroum habitant vel in fontibus, vel in nemoribus 58b earũ quæ in cœlis, simulachra sunt apud inferos 964a 1000c eorum qui sibi mortem inferunt, grauiter puniuntur 1041b βιαιοθανάτων animæ vagantur legitimum tempus 844ab eorum pœna afficiuntur, qui vitam ante tempus relinquunt 871a insepultorum vagæ 664c vagantur in circulis 1074c & 1075a pœnas non perferunt, sed reliquiæ coniunctionis cum corpore 1083c quibus rebus purgentur ibid. vtrum perpetuam mereãtur purgationem 1084b quot annis completis veniant ad ad purgationem 1027a purgatio in quo circulo inferorum, itẽ purgatæ in quo 1041a cùm sit æterna & summi spiritus pars, cur non omnia agnoscat 1079a cur nõ earũ idem sensus 1081c humanæ animæ sacris quibusdã vertuntur in deos 685c anima nihil velocius 1081b est ea pro qualitate corporis ibid. a
Animam habet quidquid crescit 153c 343a
Animæ pro ventis 1289b
animal nullum generis neutri apud Latinos 975c
animalia cuncta à Deo originem ducunt 1078c omnia vnde cõstent 331a acutis vnguibus feræ non pariunt 229c cur aëris futuram qualitatem prædicãt, cùm id homines non possint 201c
Animam expirat 396a
animæ pro ventis 387b
animi resides 540c
animus nobilis, id est, prudens 406b
animus nobis à Deo 1081c inuisibilis ibid. æternus, nõ perit ibid. sua natura prudens 1353c consilium habet 1081c consilij est, vt anima vitæ 1501c eius qualitas ex oculorum & corporis mobilitate apparet 833c viribus suis propter corporis coniunctionem vti non potest 1082b dum est in corpore patitur, pòst recipit suum vigorem 1082c cùm relicto corpore suam recipiat naturam, qui fiat quod pœnas patiatur apud inferos ibid. cùm insaniat, irascatur, &c. quo pacto æternus esse possit ibid. cur non vim habeat in corpus, sed in eius sit potestate ibid. quo à mente differat 986a
anna 884c
annales & historia quo differant 456b
anni varij, Lunaris, solstitialis, magnus 425c
anni inter Troiæ excidium & Romæ ortum quot 435b
anni voluuntur 426c veniunt & recedunt

Digitized by Google

recedunt 925c
anio 345b 1199c
annixus & Connixus antiqua 405c
ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παγαί 1618a
annus vnde, & eius inuentores 435c & 891b eius diuisio 139c 151c eius quo hodie vtimur autor 891c Magnus 703c litium 549c eius nota apud Ægyptios 899b
ansancti valles 1128c
Anser poëta 86c 111bc
anser Capitolij 1317a
anser præ cæteris animalibus odorem hominis sentit ibid.
anthæus Terræ filius 1270c
antandrus ciuitas 649b vnde dicta ibid.
ἀνταποδοσις 1389c
ante ad coniunctionem & plenitudinem versus pertinens 415c
antenor Venetiam tenuit 427c & 501b hospes Græcorum legatorum 427bc solus Troiam prodidit ibid.
antenoridæ 428b
ἄνθεμα 860c
antes 255b
anthedon 1243c
Anthores 1536a & 1006a
anticlea Vlyssis mater 1053bc
anticlia 573c
antigona in ciconiam 377c
antiopa 17c
Antipodes 177b & 1053c
ἀντίπτωσις 231c Nominatiuus loco Vocatiui 525c Datiuus pro Genitiuo 400b Accusatiuus pro Nominatiuo 493c Vocatiuus pro Nominatiuo 577b Ablatiuus pro Genitiuo 952c pro Datiuo 1083a 1486a 1522b 1543c 1561c
antiqua mater 671c
antiquus pro nobili & claro 456c 486b & 554a & 622c
ἀντίσιγμα 443c 466c
antomedon 602b
Antonius orientem tenuit 1321b Ipse & Cleopatra vbi victi 701c
ἀνθυποφορά aut est simplex 377a 1126b aut est duplex 617a 1525b
anubis 1325a
anxurus 1216c
anxur fons ibid.
aonia 78c 269a
ἄοικος ἄστεγος ἀντὶ τοῦ ἐναντίου 994a
aperire pro nudare 1039a
apes vnde 337c vnde procreentur ibid. diuinitatis partem habent 331ab
liberos habent absque concubitu 345b eorum genera 467b
ἀπαίρειν 295c 416c 514c 531c 659b 887c 1453a
ἀφροδίτη vnde 972c
apiastræ 314a
ἀπηνή 624a 683a
apollinares ludi 993a
Apollo vnde dictus 61a ex quibus natus 665bc quo loco natus 267c pro Accusatiuo 640c fatidicus 986a Actius 1325b Grynæus 836c Patarœus 801c Cynthius 67b Clarius 719c Hyperboreus 671c & 802a pastoralis 129c νόμιος 267b & 312c pastor Admeti regis 1037a pastor diuinitate deposita 1212c sua sponte non diuinat 374b triplex eius potestas 60c sagittarum deus 1413c eius sagittæ 60c Apollo, id est, sol 60c idem qui Liber pater 993c Cyclopas interfecit 1212c de nautis ei vnus immolari solitus 702c sagittis armatus, immitis tenens citharam, mitis 697bc circa eius simulachrum insignia 60c eius templum in arce Cumis 987a templum in Actiaco promontorio 701c eius responsa hyeme & æstate 801c sex apud Lycios, sex mensibus apud Delon responsa dedit 989c responsa Pataræ ibid. eius tripos 669c Troianis diuersa respōdit 490a
Apollonij locus 605b & 934b
ἀπόρρητα 195c
ἀποσιώπησις 549c
ἀποστροφή 904b
apparere & Parere 399c
appellatiuorum à proprijs descēdentium quantitas mutatur à poëtis 449c
appius cur cæcus 1251c
aprici homines 904bc
apricus ibid.
apprima aduerbialiter positum 227a
aptum 855a
apud semper in loco significat 373b
apulia 1223c
aqua ad sacrificia ex Iuturna fonte 1704b
aqua ad sacra hausta in terra non ponitur 1609ab
aqua & ignis adhibita ad facienda fœdera 1701c
aqua & igni interdicere 1704c
aquam veteres Acheloum dixerunt 127c
aqua immobilis in imo maris 403a
aqua putealis æstate frigidissima & contrà 315bc salsa pruriginem generat 304b
aquarius Ganymedes putatur 292c
aquæ omnes nymphas habent præsides 7c
aquila Iouis ales 463a cur Iouis ales ibidem. cur eius armiger 1401c cur militum signum ibid. incubans ouis gagate vtitur lapide 463a
aquilo fluctuum causa 399bc
ara maxima Herculis 1251c 1263a scelerata 1277b
Arabia 224c 229a
arabiæ tres 465c
arabs & arabus 1188c
Aracynthus mons 17c
aræ piæ 455a solennes 565a propitiæ dictæ à Sisenna 399a
aræ & altaria 609b quo differant 60c
aræ saxa in mari inter Africam & Sardiniam vnde 399a
ἀραιά, ἄρα 629b
aranea inuisa Mineruæ 333c
araneus ibid.
arar 8c
ararum ansas tenebant rogantes 999a
Arati locus 197b 203b 259c 265c
aratra rotas habentia 165c
aratri inuentor 160c
araxes fluuius, & de eius ponte 1327ab
arbor in Dianæ templo de quo ramum infringi non licebat 1001b
Arborum nomina rarò neutra 213b earum creandarum tria genera ibid. alienas incidere capitale 29c nisi insitæ aut translatæ si fuerint, non respondent qualitati seminis sui 217c Dodonei nemoris responsa dederunt 213c
arborum & radicum par esse altitudo dicitur 850c
Arbuscula meretricis nomen 117b
arbustum 29c
arbuta 161a 265b
arbutus 89a
arca & arx vnde 434c
Arcades à Mercurio 1245b
προσέληνοι esse volunt 247a
arcens 1402a
artium dea Minerua 23b
ἀρχαϊσμός 5c 102a 610c 1029c 1387a 1489c 1539a

Digitized by Google

1539a 1543b 1657b
arctophylax 145b
arcturus ibid. 527a
eius ortus 145c
vnde dictus 745c
arcus masc. quid 952c
ardea 1098 abunde dicta 195b 1163c
ardea auis ibid.
ardeates sacrani cur 1216ab
ardens pro candido & veloci 474a
ardere pro cupere, cum accusat. & ablatiuo 481c
arena 419b
arethusa 117a 343c
arethusa venatrix 770c
argi, post Argirippa, post Arpi 1147c
argiletum 1189a vnde 1279ab
argirippa 1147c 1223c
argis aduerbialiter 563c
argo nauis 48c & 49a
argos 1147c Thessaliæ, non longè ab Athenis ibid. Italiæ ibidem. singul. neut. plur. Argi mascul. 377b
argosippion 1589c
argumentum, Fabula & Historia, quo differant 426c
arguo cum genitiuo Græco more 1617b
argus Euandri hospes 1279a
argutus pro breui 83c
ariadna 986c
aricinum nemus 1001c
ario equi nomen 129a
arion 99c
arisba ciuitas 1365c
arisba vxor Priami 537c
aristæ vnde 1217a
aristæus 129c 337b 341a
aristor 1215c
aritia 552c 1213a
arius centurio 37c
arma 400a 489c 857a pro bello 363c pro consilijs 489c
arma in puppi religantur 413a
armare ferrum 1427a
armenta 273c qua & vnde dicta 749bc
armi 1650c
armis post pubertatem adolescentes exercebantur 1131c
arpi 1147c
arpinum 1223c
arpos ibid.
ars medium vocabulum 511b 550c pro virtute 963a sine epitheto malè ponitur 511b
ars fulguritarum 993b
arsacidæ reges Persarum vocantur 1088c
ἀρσενοθήλεις dij 1448c
artis est argumentorum vti angustia in incertis sermonibus 553c
aruina 1190b
aruisia vina 61c
aruisium promontorium ibid.
aruns 1315c
aruntia sacra 1289a
arx 679b
as 845a
ascalaphus 139a 1500c
ascanius, & eius nomina 804c vnde dictus 435ab vnde Iulus dictus ibidem. nepos Priami 1369a maxima cura Veneris 515b absque liberis 1088c Mezentium occidit 1423c
Ascanius fluuius 435ab
Ascara ciuitas 233c
à sequentibus præcedentia 48c
asia palus 197c
asylus 283a
à similibus incipere vitiosum 564c
asinij Pollionis error 532c
asius Hecubæ frater 1153bc
aspirare pro fauere 599c
aspiratio post c in tribus tantum nominibus apud Latinos 287c
assaracus 271c 438a 1245b 1413b
Assæ 255b
Assyrij solem coluêre 506bc
astare 678b
ταρχαορὶς ἀκνομία 611a
asterie 665bc in coturnicem, dein in lapidem ibid.
astrifer circulus 1432c
astrorum ex motu vniuersa pendent 45a
asturia oppidum & fluuius 1216a
astuti 1658a
asylum quid 1277c vnde 637c primum Athenis 638a 1277c Romæ 1278c Achillis 1051a Aiacis ibidem.
at ad ornatum pertinens 1159c inceptiua particula, ornatus causa posita 1349c
atalanta 77c 6757b
athamas 913c
athenæ ἀθηνᾶς dictæ 17c nomen quo pacto acceperint 129a
Athenienses suam terram primam dicunt 486b à Syracusanis victi 743c
Athesis fluuius 1417bc
Athon 191c
Athlantides 174b
Athlantes tres 1245c
Athlante 261b
Athlantis filijs 1245c
Atlas ab Ennio Telamon 526c
atlas mons 855b
Atina ciuitas 1191b
abnepos 1262c
ἄτομοι 69c
hæc Atomos & hæ atomi 70b
perpetuæ 1087b
atreus 473b & 493b eius parentes 1245b eius & fratris fabula vnde nata 493b fratri filios epulandos apposuit ibid. 1593a
atrium vnde 525a
Attilius Serrhanus 1103c
attonitus 686c
Atys 1213a 1345c
auari furias patiuntur 691c
auari pœna 871c
Auctolia 545c
Auctolicus fur ibid.
audax 1240b
auditus & auditum 655a
Auella oppidum 219a
auellanæ ibid.
Auens fluuius 1195a
Auentinus rex Aboriginum ibid. rex Albanorum ibid.
auernus 858b 998b vnde 734c plu. auerna 733c
Auernus lacus 231c
auarsus, id est iratus 476c
auertit pro auertitur 397c & 398a
aues obscœnæ 699b consecratæ 943b Diomedeæ 1591b
aufidus 1618b
Augeas rex 1270c
augmentum quædam dictiones non recipiunt ne minus significent 623b
augures visis auspicijs surgebant extempló 630c
augurium vnde 945a
auguria duplicia 1005c oblatiua 1005c imperatiua ibid pullularia 1006b quo pacto obseruanda 461c vnum vidisse non sufficit 531b captantes certa designabant sibi spatia 1006a captantes post preces immobiles vel sedebant vel stabant ibidem b 1329c minora maioribus cedunt 109a columbarum ad reges pertinent 1006a quod aquæ intercessu rumpitur firmum 1333c
auguro & auguror 1147a
Augustus à Venere originem duxit 135b eius mater 949b quo die natus, etiam laurus nata 1010c Octauius 1093b Galliam, Hispaniam & Italiam tenuit 1324b eius bella ciuilia 45c percussores Cæsaris omnes persecutus est 60c ter triumphauit 1325c viuus diuinos honores meruit 135a templa viuus emeruit 1c eius simulachrum cum Apollinis insignibus 45c eius oculi ignei 1322b Palatium reipubl. donauit 845c in galea cur stellam depictam habuerit

buerit 1322 c eius dictum de morte sua 1065 a de eius nomine imperatores Romani dicti 1088 c lacum Auernum purgauit 734 b c
auium colli longioris volatus 463 b
aulæa 270 b 517 c
aulai 717 c
aulis 848 c
aura pro fauore 590 c 1097 c pro cœlesti & diuina natura 1083 b
aurarij 1009 a 1097 c
aurea mala in hortis Hesperidum 855 b
aurea secula sub Saturno in orbe terrarum, sub Augusto in Italia 1093 b
aurea vestis, barba 1317 c
aureus ramus 1001 b c cur in syluis lateat ibidem b quare deducat ad inferos ibid.
auriga signum cœleste 170 c 148 a
aurigæ 1696 c
auris sacra Memoriæ 758 c
aurora Cephalum amauit 1042 b Memnoni impetrauit arma à Vulcano 285 c cum quadrigis pro sole ponitur 1049 b
aurum vnde 1009 a
aurum coronarium 1326 b
aurunci 1207 b
ausim 243 a
ausones 1591 c
ausonida 1703 b
auspicatò omnia à maioribus gesta 836 b
auspicijs ijsdem creati eûdem habuerunt honorem 795 b
auster pro quouis vento 665 b
autemnæ 1190 c
authoræ vnde 1707 a
αὐτόχθονες 1222 c
autumnus nouus, adultus, præceps 139 c cur morbis abundet 307 c
in Ax mascul. græca a in obliquis producunt, fœm. cõtrà 1631 b c
axis 296 b 609 b 855 b ἄξων & δίφρος 177 b
axium sonus æternus, sed non auditur 745 c
ἄξονα 1700 c

B

BAccar 49 a
baccatus 511 b
bacchus dator furoris 525 c
bactra & Bactriani 219 a 1323 a
baiæ 733 c 997 c 1420 b
baius Vlyssis socius 733 c 997 c
Bal, id est, Deus Punicè 525 b
balanteus mons, qui & Palatinus 1230 c
Balearicæ insulæ 1231 c
Balista latro 135
balius 279 a
balsamum 225 c
baltheus in singul. mascul. in plur. neut. 1501 c
baphia 343 b
barathrum βάραθρον 730 c
barba sing. hominum, plur. pecudum 577 a
barbarismus 904 a
barbas ornarunt veteres vt comas 1024 b
basilica 518 c
batternæ 1319 c
batalum 1209 c
bauius 37 c 86 c
bauliæ 997 c
bebrycia 929 c
begoes 993 b
Bel Deus, Assyriacè 525 b
belgæ 287 a
bellator 1547 c
bellerophon 1023 c
bellum quid 1305 b bella 1209 c incendio & fluminibus semper comparat Vergilius 492 a eius indicendi ratio 1187 c 1336 b tria in eo geruntur 994 c
Βίος 619 c
τὸ βίον 1395 c
belus priscus 506 c
belus 449 c primus rex Assyriorum 506 c minor, qui & Methres 449 c
Benacus lacus 231 b 1467 b
beneuentum 1223 c
Berecynthia mater cur Turrita 1093 a
berecynthia 1340 b
berecynthos 1093 a
berecynthus mons 1310 b
berecyntus & Berecynthus quo differant ibid. c
bianor vnde 113 c qui & Ocnus ibid. 1465 a
bidentes cur dictæ oues 788 b 989 c
biennes hostiæ 788 b
Bigæ vnde 963 c & in pluvisitatiùs ibid.
bijugus 1514 b
bimus 341 c
bini quo pacto alijs dictionibus iungendum 1249 c pro duobus 445 b
biremes 413 a
Bisalthæ populi 305 c
bis nuptæ à sacerdotio repellebantur 781 a
bitias classis præfectus 526 b 1417 a
biton 310 b
boaulia, hodie Baule 1232 c
bœotia quæ & Aonia 78 c
βῶλος 159 a
Βυμερίαν 552 c
bombyces 225 c
bootes eius occasus 176 b c
boreæ venti origo 1485 c
bos anomalum, & eius quantitas 103 a Bouis caput in fundamentis Carthaginis inuentum 479 c Bobus edendi auiditas insita 1257 a
bosphoron mare 283 b
Βοτρυδὸν 357 c
Βότρυον 217 c
brennus 1101 b 1207 a
breue & longum, Magnum & Paruum perfectum nil habent, sed comparatione dicuntur 492 c
breuia dicuntur a Vergilio vadosa 399 b
breuitas orationis in [illegible] gruit 582 a
briareus 1023 a 151[illegible]
briseis [illegible]
Britannia olim continenti iuncta 9 b lucis diues 182[illegible]
brontes vnde 12[illegible]
bruma vnde 602 a eius [illegible]nis 17[illegible] a
brutium promontorium 726 a
brutus Lucretiæ auunculus 1089 a filios interemit ibid. b ipse & Tricipitinus Coss. terram osculatus 671 c
brutus tribunus equitum 1316 a
bubo mascul. 851 b eius cantus ibid. eius omen quando malum 851 c
buccina 1628 c
bucolica scribenti quid obseruandum 27 a humili genere styli conscripta. quo ætatis anno à Vergilio scripta 357 c
bumaste 223 c
buris vnde 165 b
bustiarij 1507 b
bustum 1581 a
busyris rex 267 b 1271 a hospites aduenientes immolare cõsueuit ibid.
buta 493 b
buthrotum 707 a
buxum neutrum & hæc buxus 1409 c
byrrus color 601 c
Byrsa 455 c 875 c

C

CAcus vnde & eius allegoria 1253 c soror illum prodidit 1254 c
cadauer 1261 c
cadauera vnde 1047 c cur septem dies seruata 1009 c quoto die incensa & sepulta 895 a per diem non incensa 883 c. post vltimam conclamationem combusta 1009 c cur vel comburenda, vel terra obruenda 1581 a cur abluantur calida 1009 c lauare proximis concessum 876 b ad alteram regio-

Digitized by Google

regionem tranſlata 1003 b viſum à Pontifice cadauer inſepultum relinquere nefas 1015 a
Cadmus 219 b à patre vt ſororem quærat miſſus 669 a Bœotiam condidit ibid.
caduceatores 816 b
caduceum ibid.
cæculus 1199 b
cædes pro prælio 591 c
cælatus 42 a
cælius luxurioſus 18 c
cælum elementum 972 c
cæneus 1043 b
cære oppidum 1195 a 1301 a vnde dictum 1309 c 1463 c
Cæſar vnde 1481 c eius nomen vnde 438 b è matris ventre ſectus 1481 c eius opus in Lucrino lacu 2131 c ab hoſte in Gallia raptus 1664 a b Britannos in Oceano vicit 438 b aram poſt mortem meruit 419 c primus inter ſidera relatus 683 b quo die occiſus 205 c ipſo occiſo ſolis defectus fuit ibidem
cæſarum familia cur Apollinis ſacra retinuerit 1481 c
cæſareanus vel Cæſarianus 411 c
cæſtus 895 a
cæſura Septimemeris 1703 c
cætera aduerbium 1414 c
caieta 1113 a 1419 c
C. Iulius cæſar. Vide Cæſar
Calabriæ ſitus 725 c
calais 691 b 1485 c
calamiſtrum 1699 c
calanticæ 1409 b
calathi 301 c
calathus 21 b
calchas 79 b
calculus 234 c
cale 991 a ciuitas in Flaminia & altera in Gallia 1207 b
Cales ciuitas ibid.
calpe 261 b
calones 383 b 983 c
calor 1182 a aut frigore aut alio calore depelli poteſt 25 b omnia fouet 384 b ſummus calor frigoris principium 150 a
Calybes populi 142 c
calypſo 767 a
calyſto 160 a
calx 923 c
camilla 1216 c Volſca 1641 c 1650 c
camilli & camillæ quid 1641 c
camillus 1101 b
camini 755 b
camœnæ 33 c
Cameræ vnde 274 c
campania 1494 c
campi Geloi 771 b
campus ſceleratus 1581 a
campus infæcundus ſub Eryce monte 933 c
camurus 274 c
caña fides 441 a
canace & Macareus non Æoli regis ventorum filij 392 c
cancer Lunæ domicilium 136 a
cancri ortus 174 a
cane nhil ſagacius 1325 a
canis Erigones 251 b eius ortus 174 a Geryonis biceps 1195 c canum fœminæ iracundiores 1173 c
canis communis generis 681 c
Cannæ vicus Apuliæ 1433 c
cano tria ſignificat 365 a 1317 c
canob. gubernator 337 c 1595 b
Canopus ciuit. 337 c 595 b
cantando paſſiuè 102 a
Canuſiæ 1182 a
capaneus 1042 c
capena porta 1203 c
caphareus mons 384 b 1593 b
capillos olim tam viri quam mulieres compoſuêre 1542 c
capitolium 569 a 1317 b pars eius tecti cur pateat 1389 c
capra ſidus 170 c
capra nunquam ſine febre 249 b 1174 c
caprea inſula 1209 b
captiui in ſepulchris virorum fortium necati, poſt gladiatores ante eorum ſepulchra dimicarunt 1507 a
captiuorum vo adx hoſtes 836 c 833 b
capularis ſenex 1010 b
capulus 1010 a 1562 c
caput pro rei principio 1611 b
Capys, non Anchiſæ pater 537 c
Capys 272 b 438 a 1091 b
capys Campaniam tenuit 427 b
caræ populi 1327 a
carbaſus 719 b
carbo 1669 c
carcer 279 c quid & vnde dictus 387 a 906 c Carceres plur. 387 a
cardo 470 a
carere ſtatu 39 a
carex 31 a
carinæ lautæ 1280 b
carmentis vnde dicta 1230 b
carmentalis ara quæ poſt ſcelerata 1277 b
carmen quid 706 b
carminis diuiſio apud poëtas 171 a
carmina, Saturni metro compoſita 251 b
carne elixa heroum tempore non veſcebantur 420 b
carnes dorſi appoſitæ honorabilioribus 1251 c
carnes de boue immolato Herculi cariores 1252 b
caro morbo corrupta mucorem habet 311 a
caro in fronte pulli equini 858 c
carpathus inſula 347 b 951 c
carpathium pelagus 347 b 951 c
cartha oppidum 875 c
carthago vnde ibidem à charta 449 c quid ſignificet 455 c à quibus condita 372 c eius ſpacium ab Hiarba emptum quot ſtadia 455 c quot annis ante Romam condita 852 b 435 b eius nomina 875 c antiqua 371 c eius antiqua ſpecies 455 c Noua quæ & Spartaria 1125 a Hiſpanienſis 408 b
carybdis 729 c quæ & quo pacto transformata 730 b
caſia 21 c 237 b
caſperia ciuitas 1205 c mulier 1409 c
caſpia regna 1096 c
caſpiæ 1097 a
caſſes: id eſt, retia vnde 1568 b
caſtor Tyndari filius 998 c
caſtor mortalis 615 c eius parentes ibidem equorum domitor 426 c
caſtoris & pollucis ſtellæ velociſſimæ 129 a earum ortus & occaſus 998 c
caſtra 601 b vnde 746 c 1092 a Caſtellus ibidem
Caſtrum ciuitas 1091 c obliqui ſingulares non debent maiores eſſe nominatiuo plurali 171 b
caſus fato contrarius 1277 a
cataphracti 1667 c
cateiæ 1209 c
catilus 473 c
catillus 1198 c
catilli mons corruptè Catelli ibidem
Catonis cenſorij 4 eius reſponſum de patrefamilias 1179 c
catuli 303 c
Catulus, gallus, fœminin. gener. ad imitationem Græcorum vſurpata 952 c
Catulli locus 872 a 952 c 1067 b
catus 466 c
cauæ cauernæ græciſmus 541 c
caucaſus 257 b 839 c
cauea 1313 b
caue, cauere apud Catul. 845 c
caulæ 1329 a
caulis pro colis 215 a 251 b
Caulon mons 752 a
cauo & caueo 845 c
caurus pro corus 291 b
cauſæ Romæ non audiebantur niſi

Digitized by Google

nisi per sortem ordinatæ 1041 b
post diem trigesimum exseque-
bantur ibidem
Cautes Mathonæ filius 1270 c
cautiones in quibus spondebant
se consentire in ius matrimonij
1447 c
cauum omne obscurum 587 b
caycus fluuius 345 c
fluuius & regio ipsa 1105 c
cea insula 129 c
cecropidæ, Cecrops 989 a
cedere 707 a
cædicus 1376 c
cedria 1006 c
cedrus 1133 b
celenna 1209 c
celer viri nomen 1649 b
celeritas 806 a
celeus 162 b
celeusina 1240 a
Celtiberi se regibus deuouent
331 a
cenotaphium 1002 c
centaurea 338 c
centauri nube geniti 1022 c
1267 a eorum & Lapitharum
pugna 1153 a
centum anni legitimi vitæ huma-
næ 1027 a
cephalenia regio 1138 c
cephalus 1042 c
cerasum 213 c
cerasus vnde ibid.
cerasus ciuit. ibid.
ceraunia 193 a 746 a
cerberus consumptor corporum
1039 b terra est, & vnde 1036
c 1267 c
cerealis vel Cerialis 411 b
ceremoniæ 827 c
Ceres 160 b alma 127 c
444 c flaua 151 b pro fru-
mento 409 b terra est 268 a
& ipsa est mater deûm 162 c
rusticorum dea 613 c leges
inuenisse dicitur 788 b eius
sacrificium, & de nuptijs 194 a
eius sacra à matronis cum vlula-
tu in compitis peracta 867 c
ei porcus immolatur 677 b
Proserpinam quæsiuit 867 c
quo remedio contra orbitatem
vsa 149 a brachium filij
Tantali comedit 268 a
certantium mos cur post sacrificia
ad certamen veniant 923 c
certis numinibus certæ ætatis a-
nimalia mactantur 565 a
cerua Cerynitis 1098 a
ceruæ vulneratæ Dictamnũ quæ-
runt 791 c
cerui vnde dicti 413 a
congregatione gratulantur 299 a
ceruices pro superbia 633 b
ceruisia 299 b
ceruix 633 b
cespitatores equi 1687 a
cespes 9 c
cespite aræ imposito sacrificandi
mos Romanis 1700 c
cesso cum quo casu 950 c
cestus 895 a
cete 975 c
cetra 1209 a
ceyx 199 c
Chalcis ciuitas 79 b 121 b
449 b 733 c
chalcidenses 1420 b
chaldæi & Iudæi Roma pulsi
1252 c
chalybs 142 c
chaon 707 b
chaonia vnde antè Molossia dicta
ibid.
chaos 1017 b
characteres dicẽdi tres 28 c 29 a
charon 1024 b in compedi-
bus propter Herculem 1035 c
χίμαῤῥον 578 a
chelydri 303 a
χῖρος ibid.
chimera monstrũ & mons 1023 b
chiron 279 b medicinæ inuen-
tor 310 c
chironium herba 337 a
chlœlia 1346 b ei equestris
statua data ibid.
χλαῖνα 823 a
chorea 1049 b quanta eius
penultima 1070 c
χορεία ibidem
choriti quid 1459 b
chorus quid 1070 c
chremes chremis & chremetis.
Vt Dares is & etis 937 c
938 c
cicadæ querulæ 294 b
Ciceronis locus 3 c 4 c
247 a 263 c 267 a 871 b
909 a c 918 c 1051 b 1057 b
1064 c 1083 a 1109 c 1173 b
1249 c 1305 b 1269 b 1341 c
1387 c 1299 b 1407 b 1482 a
1502 c 1556 b & ibid. alij
Ciceronis vox in theatro de Ver-
gilio 65 c vxoris eius sacrifi-
cium, quo flammam in cinere vi-
dit 103 c
Cicones 355 b
cicorea 155 c
cicuta 21 a venenum homi-
nibus, pabulum capellis 855 c
ciere 309 b 1699 c
cilicium 293 c
cillere 251 c
ciminicus lacus & mons 1203 b
cincinni 1697 a
cincti sunt omnes qui militant
1326 c
cingula bullis aureis 1376 c
hoc cingulum & hę cingulæ quo
differant ibid.
Cinna poëta 111 b
cinyras 1067 b
circa corpus exstincti tàm homi-
mi quàm pecora immolabantur
1581 c
circæum oppidum 1113 b
circe Solis filia 1115 c
1709 b eius fabula 1115 c
ææa 723 c
circeius mons ibid.
circini inuentor 159 b
circenses ludi vnde, & vbi 269 b
703 b 1240 b 1313 c in ho-
norem Consi. ibid.
circuli cœlestes septem, eorumq;
sonus 570 b c nouem circuli
cœlestes 1071
circuli nouem apud inferos, & i-
bidem quę animę in singulis cir-
culis ibid.
circùm aduerbium loci 1453 b
circumferre pro purgare 1010 c
circuire 1667 b
circus, circulus, & circlus 283 c
Cisseus rex 945 c
cithara quo pacto inuenta 352 c
citheron 279 c 291 c
1193 c
citrum pomum 226 c
citus, id est, diuisus 1315 b
ciuile bellum à Cæsare quoties ge
stum 1101 c
ciuitas 573 c earum conden-
darum mos 969 b earum no-
minibus præpositiones non ad-
duntur 365 b
clam & Post cõmunes fuêre præ-
positiones 442 a
clamor ventorum sonus dici po-
test 395 a
clangor Græcum 581 b
clanius fluuius 237 c
clarigatio 1336 c 1433 c
1434 a
clarium 719 c
classes, id est, turmæ 537 c
classica ibid.
classicum 1195 c
classis vnde 383 b 983 c
classes Popul. Roman. quinque
1207 a
claudia tribus 1204 b
clausus dux Sabinorum ibid.
clauus 909 b
Clazomene ciuitas 836 c
Cleobis 310 b
cleone vrbs 1267 b
Cleopatra Isis dici voluit 1323 c
eius mors 1321 c
clientes vnde 1064 c
climata quot 170 c
Clitumnus fluuius 229 b
cliuus Capitolij 552 c
Cluentia familia 903
clunis fœminin. apud Horatium
611 b
clusium oppidum 1459 b
clypeus vnde 591 a
clypei peditum sunt 1380 c
Clytemnestra 1245 b
Agamemnoni ad littus occur-
rit

rit 1593a Oreste occisa 713b
coax 1115c
cocles 1316c
coclites qui ibid.
Coclitis dictum cùm ei coxæ vitium in comitijs obijceretur, ibi. b eius in defendendo ponte socii 1650b
Cocytus fluuius vnde 1000b 1024b
Codrus dux Atheniensium 56c
cœlum elementum 972c 387b sumitur etiam pro aëre & æthere 1082c nunquam totum nubibus tegitur 395b patet ab ortu & occasu 1432c per noctem claudi & die aperiri à poëtis fingitur 456b 1431c
cœli conuexa 851a
cœlus pater Saturni 972c
coemptio, solennitas in contrahendo matrimonio 813b
cæruleum quid 1137c
cogitatus omnis in dubitatione ante sententiam 1354a
cognomina ab accidentibus dantur 1036c
cognomines cùm sunt patres (vt hic & hæc Cognominis & hoc cognomine) & filij, horum nomina omittuntur 1377a 1399a
cognosco 1249b
colchis 229a
Collatia ciuit. vnde 1901c 1315c
colobia & calceos serui non habuêre 417c
coloni 371c
color candidus, albus, giluus qui & melinus 277a hyalinus 343b luteus 1156c venetus 1319c
color pessimus in vitioso corpore 1272c
color rhetoricus 1347a
colostrum 897b
columnæ ex rostris nauium Ægyptiarum 271c
cur mortuis nobilibus superponantur 1319b
columbæ cur Veneri sacræ 1016a partim auguriũ regium 461c
Columus 190c
colus quartæ declinat. apud Statium 1291b
coma flaua matronis non data, sed nigra 881b
coma tonsa 946b
comæ ibid.
cometæ vnde Plinij sententia 1476a
cominissa 731a
commissura 1417b
communi syllaba vti frequenter vitiosum 939a
compago 441c
comparatio in fine vitiosa 211a
comparationes aut pares sunt, aut minores 605c per impossibile fiunt 1259b duæ tresue coniunctæ 951c futurum sæpe apud Vergilium ostendunt eueutum 1262a
comparationes, parabolæ, exempla, non semper per omnia congruunt 479c
comparatiuus pro positiuo 423b 1025c
compellere 83c
composita dictio in duos versus diuisa 1051c
compositio vera quando fit 1535c
compositum pro simplici 963c
con præpositionis quantitas 415 bc
con particula coniunctiua 1635b
concaua loca plena ventis 385c
conclamatum est 1019c
Concordiæ templum 552c
concubitu datiuus 328 bc
confidentia in malis 403b
congredior cum accusatiuo aliquem 475c
coniuges plures habere barbarorum fuit 606a
coniunctio nunquam nisi inter duas res ponitur 377c
coniunctio pro coniunctione 538a
coniunctiones separatæ naturaliter metri causa coniunguntur 369a
coniunctiui modi vsus 601a
coniuratio medium vocabulum 1223b
coniuratio militiæ 1190a
connixus 405c
connubium quid 389a
eius quantitas ibid. 798a
Consi templum cur sub tecto 1312c
consecrationibus certis homines se munierunt aduersus fortunæ impetus 879c
constare pro suppetere 746bc
consuales 1313c
consuetudo 1185c
consul bellum indicturus quo pacto vestitus 1189c
eius in euocatione ad bellũ verba ibid.
consultor, consultus consultum 1618b
consultus 735b
consus 1313c
continens pro contento 965b 1129a plus quam contentum est 459b 1082b
continuè aduerbium loci & temporis 729c
contractio genitiui plural. in neutris secundæ declinat non est nisi metri causa 575b
conuenæ 1272c
conuexa sidera 501c
conuexum cœlum 445a
conuictores 420b
conus 727bc
conus Cupressi fructus 767a
copia pro exercitu 615a
cor 845a
corœbus 583a
coram 610b
coras 473c 198c
Coras ciuitas ibid.
corbis fœmininum 165a
Corcyra insula 706c
Coritus ciuitas 672c
Coricus rex 1138c
Coritus mons & oppidum ibid. a 1330a 1529c
Cornelia 1103a
Cornix pluuiam prædicit 199a
cornix sinistra 109a
Cornocerasum ibid.
cornum ibid.
cornus. Cornum 765b
cornus arbor declinatur vt ficus 654c apta hastilibus 257b
cornus genitiuus à cornu apud Lucanum 654c
corona sidus 174c
corona pro insigni 1301c
coronæ lemniscatæ 917c
coronata omnis ætas festis ludis spectabat 896b
coronis vitiata ab Apolline 1067a
corpora cum melle obruta 1039c
corpora cur condita Ægyptij sepelierint 664c & 665a. cur combusta à Romanis ibid.
corporis singulæ partes consecratæ numinibus 758c
corpus & inane duo rerum principia Epicureis 69c
corpus, omne quod videtur 1025 bc animi iudicio agitur 1419a nobiscum oritur & moritur secundum philosophos 1013a id ab elemẽtis habemus 2081c
corripere 923b
cortina quid, & vnde 669c 1030c
corui obliuiosi 201b
eorum pulli quo pacto alantur ibid.
coruus Apollinis custos Coronidis 1212c
corybantes 675ac 1216a vnde 675c cur gladios gestent ibid.
Corycos ciuitas 323a
coryda.is auis 15a
coryli 207c nocent vitibus 253b
Corytus ciuitas 459b

Cosa

Cosæ ciuitas 1459 b
cossus trib. milit. 1103 a
cothonum siue Cothon 446 c
cothurnis 213 b 449 b
crabrones 337 c
crassus signa euellere non potuit aduersus Parthos 1556 c
eius interitus 1103 a 776 c
crater, cratera 540 c
crates 151 b
credere pro confidere 16 a
Cremera fluuius 1105 a
creperum 574 c
crepidæ 1297 a
crepido 1522 c
crepusculum 574 c
cres 445 c Cres, cressa 791 b
creta κατάγητον 674 c
cur in medio Ponto sita dicatur 673 bc
creta terræ genus 8 c
cretheis 730 ab
cretensis pestilentia 501 a
cretensis taurus ad Euristheum ductus ab Hercule 1267 b
cretensibus infamia fuit, non amatum fuisse 21 c
crimisæus fluuius Vergil. Crimisus 490 b
crimissus cum Segesta concubuit 889 bc
cristæ olim quales 591 b
crocum quo loco optimum proueniat 144 c
crocus puer in crocum 327 c
crudelis vita 1309 c
cruor sing. tantum 876 c
crusta & crustum quo diff. 297 c 1125 c
crustumerium 1190 b
crustumium oppidum 221 b
cucumis 1321 c
cudere 409 b
cuius, a, um 19 a
culinę locus apud antiquos 523 a
culmina 9 c
culmus 191 c
culter cultellus 1015 b
cum pro dum 517 c omisſum 1429 c
Cumæ ciuitas vnde 733 c 984 c à quibus conditæ 1419 c
cunabula 47 c
cunæ 673 c
cuncta in originem suam redeunt 331 b
cupauo 1564 b eius pater ibid. c
cupere 1083 b
cupido deus 511 c
cur puer 791 b
eius pictura quid significet 511 c
cum Venere colitur 1101 c
ex quo progenitus 513 c
cupressus 4 c atra 663 c
arbor funebris 633 c
inferis sacra 663 c
eius ramus ante domum funestam ibid.
cur adhibeatur ad funera 1009 c
cæsa non reuirescit 663 c
sacra Proserpinæ 767 b
cura vnde 419 c
curare corpus 327 c
curculio 163 bc
Cures ciuitas 1097 b
curetes 687 c
& corybantes 678 c
curia Calabra 1317 b
curiæ vnde 1314 a
curiæ Rom triginta 1379 c
curis 441 c
curru datiuus antiquus 407 c
currus Iunonis 373 c
currus falcati 473 a
cursum celero 455 a
cuspis pro hastę mucrone 1501 b
custodes liminum 523 a
quot librorum Sibyllinorum 993 bc dati euntibus in militiam 945 c
custodia 1059 c 1580 c
custos 1263 b
cybele vnde 675 a
cybeli montes ibid. 1469 c
cybelle vnde ibid.
cyclas 507 a
vestis genus 437 c
cyclades vnde 678 c
cyclopes fabricatores fulminum 1296 ab coclites dicti 1316 c
cydones qui 1482
cygni cur suauiter canant 1203 c
cygnus augurium nautis 462 c
cygnus ligur 1464 c
calabarus 1597 ab
cyllene 1246 c
cyllenus mons 820 c
cylindrus 166 ab
cymodocea vnde 1469 c
cymothoe vnde 405 c
cynosura 158 c
cynthus rex 272 b
cynthus 479 c 669 c 802 b
cyparissus puer 130 c
in arborem, Telephi filius 767 ab
cyprus sub Teucro 202 c
cyrene 738 a
cyrne 111 ab
cythera 1442 c
cytheris meretrix 117 b 68 a
cytheron mons 827 c 1458 c
cythisus 10 c
Cytisa ciuitas ibid. c
cytorus mons 257 a

D

DA pro Dic 515 b 992 c
daę populi Scythiæ 1327 a
dæmones vnde 675 a
damæ 96 c 309 c
danaus & Ægyptus fratres 1501 c
danaus rex 531 c
Danubius 296 a
dapes 1251 c 692 c
Daphne dilecta ab Apolline, & in laurum 34 c
Daphnis 17 c
Dardania 671 c
Dardanidæ generosi 473 c
Dardanus 671 c 1245 b
eius parentes 459 b 671 c 1138 c eius mater 377 c
eius patria 459 b Iasius
eius frater 685 ab ex Italia 426 c Troiam venit 671 c ad Phrygiam 1139 a
datiuus pro genitiuo 400 b
pro accusat. cum præpositione 1417 c sing. pro genitiuo plur. 407 c
datiuus & ablatiuus plural. quartæ u in i mutant 299 b
Daunia 1221 c
de augentis est in compositione 399 a
deæ & nymphę vbi pariant 502 b
deæ arborum cum arboribus viuunt & moriuntur 1424 c
debello & debellor 398 c
decem tabulas popul. Roman. ab Atheniensibus habuit 1201 c
decij se pro repub. deuouerunt 232 b
decij qui Mures dicti 1101 a
declinatio recta 971 c
obliqua seu anomala ibid.
decus & decor 1622 c
Dedalus cum filio in labyrinthū detrusus 985 c eius consilio Minotaurus interfectus 987 a volans ibidem c in Sardiniam & Cumas ibidem
Apollini templum condidit ibid.
defectiuorum tempora pro temporibus ponuntur 791 a
defectores 188 c
defletus 1010 a
defruta 337 a
deianira 1271 a
deidamiæ pater 602 b
deinde παρίαλον 1417 b
deiphobe Sibylla 989 b
delia 35 b
delos 267 c
vnde 666 a primò ortygia dicta ibid.
Delphin & Delphinus 951 b
δέλφιν & δελφίς 162 b
delubrum vnde 569 a 787 c
δῆμος & δημός 1083 b

demessus 1600 c
demophoon 55 c
demosthenes abstemius 653 a
eius locus 815 c 1601 a
densent secundę coniugat. 1494 c
dentale 165 c
δεῦρο 1704 a
de plur. ad singularitatem transire 459 b
deriuationes duræ 1600 b
firmas non habent regulas 1419 c quædam ex vsu magis quam ex ratione 189 c frequenter maiores primitiuis 782 c
descriptiones raræ esse debent 1522 a
desideria ex fati necessitate descendunt 1645 b
deucalion & Pyrrha 71 a
deuotor & deuotrix 867 b
deus non omni loco adhibendus 1425 a non est neutri generis 972 c
deus vnde 1704 a diuinus est spiritus 1081 c πῦρ νοερὸν 1083 b vnus plura nomina 514 c vnus Stoicis & dea vna 127 b consilium habet 1081 c non perit ibid. corporalis quibusdam 1083 b ex ipso & elementis nascuntur omnia 1081 c ex ipso & diuino spiritu sumunt omnia vitā 331 b vide Dij
Deorum nomina vnde facta 415 c
deus summus & ethnicis 514 c
dextra fidei sacra 758 c
dia 678 b 1651 a
διαίρεσις 717 c
diana vbi nata 267 c ex Latona & Ioue 665 c cur ante Apollinem nata ibid. est & Proserpina 767 b Iuno & Proserpina 665 c est Luna ibidem. ad Laconas translata 552 c cur parturientes eam inuocent 665 c eius simulachrum ab Oreste sublatū 1001 b eius speculum lacus 1174 b eius sacerdos fugitiuus, qui ramum aureum custodiebat 1001 b c
διασυρτικὸς 545 c
dicage 1010 c
dictæus mons 673 a 686 b
dictionem incompositam in duos versus diuidunt Lyrici 1051 c
dido 455 c vnde dicta 782 b 875 c patria 875 c Teucro de bello Troiano cognouit 502 c se in ignem præcipitauit 782 b
diduco 422 c
dies fissus 989 c
plenus 965 a eius initium secundum varias gentes ibidem. orientis diei circumlocutio 777 a eius ortus qui secundum Thuscos 1054 b initium apud Romanos 1017 a
dies quid masculin. & fœminin. genere significet 1499 c quando masculin. quando fœminin. genere vtendum 971 b in diei descriptione quid obseruarit Vergilius 1581 a
die omnia crescunt 441 c
die consecrationis nihil Romanis solennius 1310 b
diespiter 1401 c
digiti Mineruæ consecrati 67 b
dignitatis gradus in militia ex numero militum 1352 c 1353 a
Dij communes qui 1700 c
σωτῆρες 569 a indigetes 1199 b Patrij, indigetes 208 c medioximi 1265 a penates & vitiales 686 b penates alij quàm lares 100 c penatum cultus vnde 895 a animales 686 b eorum & hominum ortus 1271 c cur patres eos poëta vocet 655 c marini dij cur senes 548 c cur per Stygem iurent 1000 c 1027 a peierantes per Stygem quo pacto puniantur 1059 a semper læti 1000 c carent perturbationibus 371 a auspices matrimonij 783 a intuentes iuuant 631 a omnium simulachra in capitolio culta 581 c absque velato capite Laurolauinij 686 c de ijs opinio ex Cicerone 843 b
dij & Diui quo differant 891 b
δικηγμα 627 b
diluuium quo tempore 71 a
dimicādi genus summum 1606 b
dindyma mons 1471 b
Diomedes cur fortissimus Græcorum 396 a cur ipse cum Vlysse Palladium Troianis surripuerit 559 c Anchisæ ossa & Palladium reddidit 898 c in Apuliam 1223 c ab Illyrijs interemptus 1897 b
diomedis Thraciæ regis equi 1270 c 5271 c
diomede accusatiuus 1589 b
Dione 112 a
Dionysia 249 b
diphthongus omnis longa 1005 b
Dipsion quæ & Argos 1147 c
dira 609 c
diræ 867 c 1325 b
dis & Ditis 1019 c
dis separantis præpositio 1617 b
discincti 419 c
dispiciens 422 c
dissimulo & simulo 485 a
distributiua plural. numeri nominibus iunguntur non numeralia 1308 a
diuerticula 1381 a
diues genitiuo tantùm, rarò cum ablatiuo 538 c
dioi duo fratres 1199 b
diui qui 1700 b
diuinandi peritia duplex 739 c
diuinandi potestatem non omnia numina habent 374 b
diuortia 1381 a
Dodona ciuitas 161 a
dolere 1083 b
Dolo & Dolones 1197 c
Doliola lacus 1013 c
dolon Troianus 473 c
dolopes 531 c
dolor de præterito 379 a
dolos versare 543 a
domini nomen inuidiosum apud maiores 1665 a eius locus olim medius locus 518 c
domus pro familia 624 a
eius partes singulæ dijs cōsecratæ 801 c
Donati error 102 b 1417 b 1606 c reprehenditur 614 c à Seruio 1277 a
donysa cur viridis 678 b
doras 537 c
Dori vnde ibid.
doris 117 b
dorsum 1476 c
drachma 903 a
draco, anguis, serpens quo differant 565 a
δράκαινα 289 a
δραματικὸν genus 29 a
drepanon 647 c 772 a
Drusus contra Liburnos missus 417 c
dryades 122 b 480 c
dryopes 802 c
duæ negatiuæ faciunt confirmatiuam 570 a
duces à plebe segregati apud poëtas 1553 b
interemptos duces omnis vulnerauit exercitus 1554 c
apud maiores in curiam cum sceptris ingrediebantur 1587 c
ducibus Italis fluuiorum & montium nomina dare Vergilius solet ibid.
duellio consul 1582 a
dulichium insula 77 b
dum & Cum malè confunduntur 517 c
dum pro donec 600 c
duo diuersa in vnum exitum cadentia 447 c
duplex prolatus 277 b
pro duobus, vel binis, vel vtroque 395 c
durare 1307 c
duro, Duror, Durop 149 c

durus,id eſt,crudelis 532 b

E

EBur vnde 496 a
eburneus & Eboreus 1595 c
ebuſa 1195 c
ecce 575 a
echo 900 c
echinus Arcas 1216 b
editicius iudex 33 c
edo duplicē habet declinationem 971 c
effata 1006 b
efferre 1579 b
effugium & fuga 554 a
egelidus 1311 c
egeo cum genitiuo melius quàm ablatiuo 25 a 501 a
egeria nympha 1213 a
egreſſus & cum ablatiuo & accuſatiuo 633 c
æ diphthongus in e longum 431 c 675 a
ἁρμοῖ 992 c
ἁρμονία 794 b 1053 b 1517 a
ἔκβασις 149 c 191 c & 237 a
ποιητική 285 c 1663 b
ἐκθλίψις 1589 b
ἐκκρούσεις 71 a
ἔκτασις 449 c 1501 b
electra 377 c 459 b 1245 c
electrum 99 c 309 b eius genera 1289 b eius natura veneno probatur ibid.
elementa quot 1081 c irrationabilia ibidem animalia quibuſdam 861 a membra ſunt corporalia 1083 b mutantur 1081 c numina maioribus dicta 405 c eorum nulla pars ſine deo 1083 b eorum habitum dant numinibus poëtæ 431 c duo humanæ naturæ conceſſa 1347 a Epicureorum 69 c
elephas 142 c Pœnorum lingua Cæſar dicitur 438 b
eleuſin ciuitas 162 b
ἐλαιὸν & ἐλαιαὶς ibid.
elice 145 b 158 c
elis ciuitas 269 c 285 c 1463 a
eliſſa,quæ poſtea Dido 782 b
elocutiones quarum vna pars plena,quæ conuerſæ habent ſuperflue aliquid 465 b
elpenor 9971 c
elyſium 1041 a vnde 964 c quo loco poëtis,& quo philoſophis ibidem vbi elyſij campi 1069 c locus purgatis tantum 1037 c
emathia 208 c
ἔμφασις 697 a 1433 c
emaſculari 1072 b
en cum nominatiuo 866 c
endecalus 755 b
ἐνδελέχεια 387 c 953 c
endymion 301 c
Ennij locus 256 a 374 b 465 c 486 b 1075 b 1079 a 1091 a 1190 b 1313 a 1335 b 1365 a 1433 a 1491 a 1649 a 1700 b Verſus 569 c 575 a 1010 c 1061 c hemiſtichium 1353 a 1395 b
enippeus fluuius 345 b
ἔνοπτρον 412 c
ἐνώπιον 610 b
enſis falcatus 1209 a
eo pro venio 589 c
eodem penultima breui nonnunquam metri cauſa 495 a
eous prior quanta 595 a
epaphus 506 c 1464 c
ἐπεξήγησις ſeu interpretatio 372 c 573 c 985 c 1181 a pro appoſitione 433 c pro euocatione 431 a
ephialtes 187 a
ephyre 259 b
ἐπιάλτης 1091 c
ἐπιχαιρεκακία 1434 c
epicurei plures faciunt cœlos 449 a Deos non curare mortalia dicunt 631 a
epidaurus 273 c
ἐπικήδιον 56 b
epilogi & principia pari ratione tractanda 1443 c
epilogi ſex priorum librorum 772 b
ἐπισυναλοιφή 1097 a
ἐπιτάφιον 56 b
epitheta eorum vſus 411 c Græci ad implendos verſus ponunt, & id imitatur Vergilius 770 b apud Vergilium pro negotiorum qualitate, ſecus quàm apud Homerum 532 b à Coniunctis ſumpta 607 b in alieno negocio alia ponuntur 713 c plerunque præſentis temporis licet peractis negotijs 1611 c duo apud Latinos vitioſa 32 b 345 b 591 b 665 b non vacant 411 c
epitheton perpetuum 815 b
ἐπιτυχεῖν 1491 b
epizephyrij 1596 b tenuerunt Brutios 725 c
epulæ antiquorū in atrio & duobus ferculis 523 a
epulati ſunt Romani ſedentes 1137 a
equæ optimæ in epiro 281 b cur velociores equis 145 a vento concipiunt in Hiſpania vlteriore 291 a
eques Neptunus 1313 c
equi Martis 279 a Rhœſi 134 c Oenomai 267 c Neptuni equus 129 b 281 b marini 347 c ſpadices 272 a ceſpitatores 1657 a Cernuus equus 1547 c Troianus 534 c quo loco primùm domiti 280 c eorum vel mœſtitia vel alacritas futuri euentus ſignum dimicaturis eſſe ſolet 1696 b in cuius tutela 129 a caput in fundamentis Carthaginis 469 c
equi à quibus pendebant Troiana fata 474 a
equicoli 1431 a
equidem 495 a
equites Romuli celeres dicti 1649 b Romani primùm trecenti fuerunt 1379 c ſingulæ curiæ decem primò dederunt ibid. Romani in impeditis locis equos comitibus dabant & pedeſtri certamine confligebant 1187 c
equitum magiſtri 949 b
equitutium 1223 c
er in fine additum 856 a
erato pro Calliope poſita 1117 a
erebus 858 a 1027 b
eretum oppidum 1204 c
ergò 1074 c
erichthonius 279 c 1213 a
eridanus fluuius 345 b rex 1235 a ſignum cœleſte 1071 c eius fabula 1071 c qui & Padus 1071 c 1471 c eius ortus 1071 c idem qui Phaëton 1071 c inferorum Eridanus 1063 c
erigone 45 a 136 a
eriphyle 845 c 1042 c
ἑρμῆς vnde 816 b
errare 2 a 413 a
erratus participium abſque verbo 770 b
error pro dolo 541 b
ἔρως 511 c
ἐρώδιος 1597 b
erymanthus mons 937 b 1097 a
erinnys pro animi impatientia 582 c
eryx cuius filius 493 b 931 c à quo interfectus 493 b
eryx mons 493 b 771 c
in Es non creſcentia longa, reliqua breuia 1635 b
In Es quando naturaliter, quando vſurpatiuè exeant ſola diminutio indicat ibidem
eſacus 904 c
eſſeda 287 a
eſt,ab edo 791 a
eſt mihi nomen,quot modis efferatur 435 b
eſto aduerbium concedentis 1413 c
ἔστω ibid.
etiam aduerb. conſentientis 1611 c
etiam atque etiam 577 c

Digitized by Google

euadne 573c 1042c
euagatio poëtica 479c
euan 1051b
Euander 868b eius genus 1245a Arcas 1229c Atridis genere quare coniunctus 1245a in Italiam 1230c Herilum regem Prænestinum interfecit 1307c scuta victorum combussit ibid. Herculis imitator ibid.b
euantes 1051b
eubœa 121b 733b 984c 1419c
ἐγγύη 1651a
eumelus 959a
Eumenides 186c 867c vnde 663b 1015b 1033b
Εὔμηλος 959a
euœ 1163b
euocatio militiæ 1190a 1223a
Euphorion 79b eius patria 121b
euphrates 211a
εὐφρόνη noctis nomen 963c
Euripidis locus 879c 1153b 169a
eurotas 479c
eurus 59a
in Eus apud maiores in Es 1285c
eurydice 34a
Eurytion pastor 1270c
Eurytus rex 1271b
Εὔρυτος 420a 1326c
ex alterius personæ vituperatione vel laude cognoscimus quid de alia dicatur 1547a
exaggeratio à synonymis 553b 816a
exanimis & exanimus 1513c
exanimis & exanimatus quo differant 477a
exauthorati 879c
excetra 1023b
excubiæ 1352c
excursus poëticus vltra tres versus fieri non debet 595b
excuti 993c
execratio 559b
exempla non semper per omnia congruunt 440c pro negotiorum qualitate sumenda 415c
exequiæ 610b
exercitatus 687a
exercitus 467a eum duxit qui in potestate habuit castra prætoria 1321c
ἐξονομακλήδην 29c
exilium 367b
exin ordinis aduerbium 1156b 1697a
exinde 1084b
ἐξοχή 526c
exorare 721a
exordij diuisio 824c
exors 915c
exosus 959c
expertes 1459b
expiatio cur fiat 1059b
expirat 396a
exploratores nutu quæ volunt significant 1311a
exsors 1305c
exsta porriciuntur 913c
extemplò 395b
extraneos ad sacra adhibere non licebat 1251b
exulare 1595b
exules 367b
exultare 1434c 1521c
exuuiæ 575c

F

F pro H 1281c
faba Syriaca 219c
fabaris fluuius 1207a
fabij tercentum 1104c
Fabius Maximus, à quo Fabius Maximus cunctator 1105a
Fabricius 1103c
fabula, argumentum, historia, quo differant 426c 427a
fabula apud Latinos à quo primùm edita 1521c cuius causa inuenta 50c variant apud poëtas fabulæ 1063a
faces cur in nuptijs præeant 96c mortuos antecedant 1010b
faces & pedum lotio in nuptijs 805a
facies pro vultu 515c
pro specie 1057c
facesso 357b
fagus vnde 1a
falcatus ensis 1209a
falco lingua Thuscorum Capys 1455a
falernus mons 221c
falisci ciuitas 1189b
falx in tutela Saturni 253c
fama medium vocabulum 793c
fandi atque nefandi 489c
fando gerundium 531c
far 146a 845a
farrago 126b
farre & Sale cultri aspergebantur & victimæ 1710c
farfarus 1207a
fas ad religionem, iura ad homines pertinent 185b
fascelis 552c
fastigium 241c 469a 637c
fastus quartæ & secundæ declinat. sub diuersa significatione 723a
Fatalis medium vocabulum 559c
fateri quorum sit 781a
fatigamur in terra 367c
fatigo 1236a
fatim 400b
fatua quæ & Fauna 1119b
fetuellus 1091c 1119b
fatum quid 641a 723a Iouis vox est 1522a vnde 49c pro voluntate 378b eius necessitas nulla peritia depellitur 1371b eius necessitas impediri non potest 867c nulla ratione mutari possunt 432a Fata superare nemo hominum potest 1577b retardari, non tolli possunt 1153b vocem sequuntur 1521a eorum statuta seruantur 1499c
fatum, natura, fortuna in vita humana 871b
fatuus 1091c
fauces montium 1635a
fauilla quid 753b
faunus 1091c vnde 1119b 1123a infernus deus, & vbi habitet ibidem b moriuntur fauni 455ab
fauor numinum sine fatorum concessione nó procedit 1706c
faustulus pastor 436a
febris 1201c
frigida 305c
februus 139c 1124c
feciales 1453c
feciales & pater patratus vestibus lineis non sunt vsi 1702c
felicitas 1075b
felix 448c
cur genitiuo plural. felicium 1645bc
felle irascimur 1297c
femen 1536c
femur, femen, non femus 1485c
feræ vnde 421c
ferè vltima longa 679b
ferendo passiuè 963b
feriæ dicuntur indici 505c
aut legitimæ, aut indictæ ibid.
feronia 1216c 1307c
ferre auras 255c
ferrugo 205c 1402c
feruere 845b
fessus 411c quo differat à fatigatus 1258c
fescennium oppidum 1201c
fibræ 1063b 1459c
fibri 141c
ficulnus 190c
fidei sacrificium manu panno albo inuoluta 441a 1313c
fidenæ 1091c
fidens nomen 543a
fides secreta 441a
fides inter hostes magnæ curæ maioribus fuit 1573b
fidis, & confido cum datiuo 473a 1487c
fiducia in bonis 403b
pro confidentia ibid.
fidus & fidelis idem 399b
figura ἐπαναληπτικὴ 750a 977c
figuratum à fœminino ad neutrum transire 555c
filius, ô fili 1235a
fimbria 560b

fiuis

finis pro initio 855 a oceani nemini notus ibid.
finitus numerus pro infinito 399 c 480 c 806 a b
firi, pro fieri 659 c
flabra 243 b
flagella ibid.
flamen dialis æreis cultris tondebatur 469 c
flamines vnde 1319 b
flaminum pileus ibid.
flaminium 1201 c
flauus pro viridi 923 a
flere 1562 b
fletum dearum persona non facilè recipit 57 b
florens 1217 a
fluere medium vocabulum 560 c
fluminibus cur cornua appingantur 1235 a
fluuio pereuntibus, si cadauera non inueniuntur, post centum annos persoluuntur officia 1003 b
focus 1700 c
fœdera vnde 1345 a
fœdus vnde 387 c
fœdus pro crudele 542 c
fœmineum pro vehementi 1391 c
fœminæ Romanæ antiquæ vino non sunt vsæ 526 a
vinum bibens occisa ibidem
earum verecundia 492 c
antiquitus præsertim primogenitæ regnabant 511 ab
laniâtes genas ante rogos cruorem effundebant 1757 a
fœminina ex se non faciunt in o, os, es, desinentia 1059 b c
fœni manipuli hastis alligati pro signis 1678 c
fœtus 256 b 285 b pro plenus, & grauidus 384 c
fœtura 88 a
folia cur autumno decidant 1025 c
folliculus 281 c
fontes omnes sacri 1123 a
forceps 327 c vnde 1296 c
fore fut. temp. 183 b defectiuum est 426 c
fores pro fuisses 1245 a
fores 470 a
fores templorum magno labore factæ, & historijs insignitæ 481 a
foret præteriti significationem habet, aliâs futuri 729 c præteriti præsentis, & futuri 183 b
forfex 1296 c
fori plur. 863 a
formica vnde 844 c
formido turpis 591 b
formidolosus 791 c
formosus vnde 1296 c
fors medium vocabulum 547 a
forset 1558 b
forsit 426 c
forte nomen 459 a 836 c
fortitudo 1072 a
fortitudo & fœlicitas in bello quæruntur 1623 a
fortuitò i producit & corripit 1005 b c
fortuitus vnde ibid.
fortuna secunda 407 c
fortuna pro felicitate quando solum positum 653 c
fortuna, fatum, natura in vita humana 871 b
fortunatus laborum, græcismus 1623 a
foruli 1205 c
foruum 329 b c 1296 c
fragor quid 1303 c
vnde 195 b
fratriæ 1147 c
fraudi esse 1444 a
fraus pro pœna 1658 b
frequentatiua in to exeunt 543 a
freta vnde 581 c
frigidus pro nocens 195 b
frigus pro timore 395 b c
quo pacto ex timore 655 b
mortuorum proprium 1557 c
caloris initium 150 a opacum 7 c
frondator ibid
frondens & frondosus quo differat 415 b
frons 249 a sacra Genio 67 b 758 c festa 5700
fructus pro arbore 217 c
fruges vnde 411 c idem quod frumenta ibid.
frugi homo 301 c
frumentum 148 c vnde 146 a quando serendum 176 c in pilis pinsere 412 b eius coëmendi mos apud Phœnices 455 c
Fucinus lacus 1210 b
fucus vnde gignatur 467 b
eius magnitudo ibid.
fucus genus herbæ 315 a
fuga pro profectione aut cursu 187 c
fuga & Effugium 309 c 545 a
fulcra 1063 c
fulgetræ 1295 b c
fulgo is, ere 1101 b
fulicæ 195 c
fulmen quid 1129 c eius causa 383 b per nubes & ventos nascitur 1395 a peremptorium 423 b eorum discrimina ibid. diuersa genera 193 a 527 a 624 c
Cyclopes fabricant 1296 a b
de XVI. partibus cœli iaciuntur 1393 a certa numina, non omnes dij iaciunt 383 c
eorum iactus manubiæ ibid.
fuluus pro viridi 821 b c
fumus ignem præit 959 b
funalia vnde 525 a
funda 159 a vbi inuenta 191 a
fundere 1015 a pro fugare 595 c
fundus 259 c
funebres lectuli 864 c
funebres ludi Cæsari ab Augusto exhibiti 1093 ab
funeratio sepulchrum præcedit 1005 b
funerea genere fœminino quid sit 1392 c
funus 610 c quid propriè 663 a vnde 525 a 1010 b ad tubam prolatum, & ad tibias 905 c eo polluti non sacrificauerunt 1553 a
funereas quas dixerint maiores 1392 c
fur vnde 301 c 1375 a
fures pro seruis 30 b
furcillæ 251 c
furere pro vaticinari 533 a
furens, pro Deo plena 1017 b
furia amor est 383 c
furiæ 371 a 867 a innuptæ 1020 c canes dicuntur 791 c 1017 a ijs præmia non dantur 1155 b
furiosus & furiatus quo differant 591 c
furor & insania 734 c
furtum pro adulterio 1447 c
fusus πολύεργον est 421 b
futilis vasi genus 169 a
futurum pro præsenti 317 b indicatiui, pro futuro coniunctiui 162 a passiuum imperatiui pro præsenti actiui 256 b
futura tribus modis prædicebantur 735 a
futura nisi ex vana victima colligi non possunt 307 c

G

Gabalus imperator qui & Heliogabalus 1133 b
gabij 1097 c 1189 c 1199 c
gabinus cinctus 1189 c
gagates 463 a
galbanum 303 b
galbanus 336 c
galeæ aliæ exploràtium, aliæ bellantium 1370 c
galesus fluuius 322 b c
Galli pigri 1082 a per eos vastatio vrbis duce Brenno 1316 c altè sublato ense feriunt 1424 b
Gallus poëta 115 c
Euphorionem transtulit ibid.
eius laudes in Aristæi fabulam mutatæ ibidem
irato Augusto occisus 311 c
gangaridæ 271 b
Ganges 227 b eius aluei 1333 c

Gany-

Ganymedes cuius filius 378 a
cœleste signum quod & aquarius ibidem
Garamantes 810 c 1093 b
Garganus mons 1223 c 1589 c
Gargarus, hæc Gargara 964 b c 1340 c
gaudere 1083 b
Gaurus mons 753 b
gaza 400 a Persicum, singulare tantùm 639 c omnis fructus est 891 a
Gela ciuitas 771 c
geloni 226 a 1327 b
gemini qui 592 a 605 c
gemini pro duo ibid.
geminus 408 c
gemma & margarita quid differant 511 b
gener vnde 583 a 1628 c
generalitati interdum aliquid additur, & fit specialitas 485 a b
genitiuus singularis ἰδιώματι & nominatiuo plurali 407 c
quádo in vm vel ium & vm pluralis tertiæ exit 467 a in ium facit accusatiuum pluralem in eis 399 a
genitiuus Græcus apud Latinos in vsu 1669 c
genitor 407 c
genius 189 a Genij duo, & vnde 303 b ipse & Numen nascentibus dantur 1353 c ab ipso & numine familiari homines ad omnia honesta impelluntur ibid.
genius loci per anguem plerunque apud Vergilium ostenditur 899 c
gentis nomé nullum in Des exit 583 a
gentium genitiuus κυρίων 1427 b
genua Misericordiæ sacra 67 b 758 c
genus nominum interdum cur confundatur 904 b
genus relicta specialitate ad generalitatem interdú refertur 852 c
geometria 32 c quando inuenta ibid.
germania 111 a
germani à Varo victi 67 c
gerundij modus à passiua significatione 169 a tàm ab agentis, quam à patientis significatione profertur 539 b per accusatiuum eum efferimus 1585 a
geryon 1270 c
geryones rex Hispanorum cur trimembris 1145 b
Gesa 1319 a Gessa 1197 c
gesi à Gallis viri fortes dicuntur 1319 a
getæ 1187 c
getulia 909 c
getuli mapalibus habitant 782 c
gigantes 186 c
glandes cibus hominum 12 in Epiro abundant 127 c
Glaucus 79 c 289 c 730 a in Deum 203 c 975 c Labicus cur dictus 1216 b
glebæ duræ 1210 b
glires vnde 1685 c
gliscere ibid.
gnauus 467 b
Gnosia regna 677 a
gorgonum caput cur Minerua habeat 1295 c
Gracchi 1103 a
gradiuus pater 655 c
græca in as vocatiuum in la faciũt 35 c monosyllaba quæ ad Latinos transeunt obliquis crescunt 18 c quæ apud Latinos genitiuum in is faciunt crescunt in eo tantùm casu & datiuo 1459 a in os, Latinè in vs fiunt, aut in er, aut in vtrunque 456 b c in a propria, Latini in ia mutant 267 c Nullum Græcum nomen in ns 855 a Græcum nomen etymologiam Latinam non recipit 1557 b
Græcæ linguæ varietas 678 a
Græci propriè Thessali 531 c
omnes ciuitates à Tarento vsque ad Cumas condidère 493 b leues 1082 a fraudulenti 550 c facula Naupuli decepti naufragium fecerunt 1593 b
Græcus rex 531 c
gramen quid 1700 c Marti consecratum ibid.
γράφαν γραφὼν 989 b
grates medium vocabulum 610 b
gratiæ Veneri sacræ 539 c
cuius sint filiæ ibid. cur nudæ, cur connexæ, cur vna auersa ibidem quo fonte se lauent ibid.
graue & grauatum quo differant 1257 c
grauis: id est, fortis 903 b
pro venerabilis 407 a b
prograuidus 7 c 437 a
grauisca vnde 1464 b
granor cum accusatiuo 1521 b
greges 273 c
grex 77 b pro armento 989 c
griphenæum Apollinis 60 c
grunitus 1115 c
grus commune est 1645 b
Strymoniæ grues 155 c
tempestatem significant 1474 c & 1475 a
grynæum nemus 79 a
gryphes 95 c
Gygania familia 904 c

H

HAbere pro habitare 1129 a
habitant pro habitantur 673 c
habito cum accusatiuo melius quàm ablatiuo 18 b
hactenus 211 b
hœdi stellæ 170 earum ortus & occasus ibid.
hæreditas cedi dicitur 770 a
halcyon 200 c
halesus 1201 c
hamadryades 121 c 480 c
cum arboribus nascuntur & pereunt 651 b
Hánibal alpes aceto rumpit 1433 c ad Cannas Romanos fudit ibidem
harmonia cœli 18 c
eius inuentor 1070 c
harpyiæ cuius sint filiæ 697 c
earum nomina & effigies 691 b
dicuntur esse furiæ ibidem c
Iouis canes ibidem cibum Phineo abripuerunt ibid. b
hasdrubal 1101 a
haud temerè 1381 a
haurire vocis significationes 526 b c
hebe, ἥβη 905 b 992 b
hebenus arbor 225 a
hebris 1201 c
hebrus frater Boreæ 355 c
hebrus fluuius ibid.
hecate 998 b vnde 858 a b
eius triplex potestas 102 b
hector à Paride superatus 917 a
exstinctus omnium telis perfossus 577 a Aiaci gladium dono dedit 107 c 857 c
ipsi & Achilli apud Homerum, & Vergilium totus exercitus cedit 473 c
hectorei fortes ibid.
hecubæ pater 945 c 1153 b
legitima vxor Priami 537 c
eius somnium de Paride 1153 c in canem 649 b Palladi templum offert 476 c
hedera nigra & alba 88 a flexipedes 47 c poetæ ea coronantur 87 a
hel: id est, Sol Assyrijs 525 b
hel & Helios 506 c
helena 1245 b eius parentes 615 c ipsa & Pollux ex Ioue 998 c Spartana fuit 507 b Menelaí vxor 1245 b à Theseo rapta & Proteo commendata 615 c 1593 b c non secuta Paridem, sed vi rapta 485 c 1449 c à Paride non rapta 1593 c in domo Deiphobi 615 b nupsit Deiphobo, mortuo Paride 1049 c immortalis Helena 615 c
helenus 476 c à Dardano oriundus 743 c Vates 723 c Troiana fata aperit 559 c in Epirum 501 b in Macedoniam 427 b apud Arisbam captus 559 c
helicon mons 269 a b 291 c 1193 c

helle-

helleſpontus 459 b
helorus fluuius 771 a
helymus 895 c
hemiſtichia quædam Vergil. tàm ſunt imminuta ſenſu, quàm verbis 1228 c
hemiſtichium à Vergilio inter recitandum additum 1003 c
henetia 427 c
henetus rex ibid.
heracliti opinio, omnia igne conſtare 1581 a
hercules natus 1239 b Hercules & Iphiclus 1266 c in cunis angues interemit ibid. vnde Tirynthius 1195 c idem qui Mars 1265 b eius & Martis ſtella vna ibid. ad Troiam 502 b in Colchos ibid. ad inferos 1035 c mente magis quàm corpore fortis ibid. c non rogatus laborantibus ſubuenit 1307 c eius facta multis verbis commemorata 1269 c Heſionā rapuit 1249 b Geryonem vicit olla ærea ad eū tranſuectus 1195 c ipſe & Eryx certarunt 934 c. Erytum interemit 1266 c cortinam & tripodem Apollinis ſuſtulit 1271 a aurea mala ex hortis Heſperidū ſuſtulit 855 b victæ Amazoni baltheum ſuſtulit 1656 b eius labores duodecim quid ſignificent 1036 c cerberum quòd ab inferis traxerit quid ſignificet ibid. quo pacto monſtra vicerit 526 c author Cyminici lacus 1203 b pedes ſemper inceſsit 1197 a eius pellis à quo leone 1267 b cur cōmunis deus Troianis & Arcadibus 1265 b c ab Euandro primo non ſuſceptus 1263 a eius ſacrificia mane & veſperi 1263 a eius ſacris liberi tantum intererant 1251 c eius templum lectiſternium non habuit ibid. eius laudes ſenes voce, iuuenes geſtu corporis facta monſtrabant 1266 a eius ſagittæ 534 c quis eas acceperit ibidem poculum ab ipſo in Italiam allatum 1265 c à Pholo hoſpitio ſuſceptus 1266 c Troiam cur euerterit ibidem b eius ingens ara 1265 a eius columnæ in Ponto & in Hiſpania 1593 c μόνοικος 1101 c ab Atlante doctus 526 c fuit philoſophus ibid. inſanus per Iunonem 1271 b eius mors ibid. in Oeta monte mortuus 726 c
hercules quot 1307 c
hercules dicti omnes fortes ibid. 1593 c
herilus trium animarum 1307 c
herminius 1650 b
hermione 707 b 1595 c
hermus fluuius 227 b 1207 b
herne 1199 c
hernici ibid.
hero 289 c
heros 416 b virtutis & plerunq; generis nomen 1299 c vnde procreentur heroes 1000 b eorum animæ lucos tenent 499 b ipſis & mentiri & vera reticere turpe 459 a
herſilia 1314 c
Heſiodus 79 a 125 b 233 c eius loca 75 b 166 a 181 c 186 b 189 a 413 b 416 b
heſiona 490 b 502 b non liberata ibidem à Ceto per Herculem liberata 1626 c
heſperiæ duæ 486 a magna, Græcè μεγάλη ἑσπερὶς ibidem minor 985 a
Heſperia, quæ & Italia vnde 486 a vltima, quæ & Hiſpania vnde ibid.
heſperides 855 b earum fabula quid ſignificet ibid. earum horti ibid.
hetruria vnde 1647 c
hetruſcorum verba precantium felicitatem 533 a
heu diſſyllabum 543 b
heus 446 a
Hiarbas 455 c 810 b rex 782 b Didonem ducere voluit ibid. Carthagini bellum intulit ibid.
hic pro illic 373 c pro talis 421 b 611 b temporis aduerbium 610 b c 925 c demonſtrandi aduerbium 1357 b
hierapidna 673 c
hilarans 61 b c
hilarus & Hilaris ibid.
hinc ordinis aduerbium 1424 c proinde 416 a
hippius mons 575 a
hippocrene fons 85 c
hippodame 267 c
hippolite vxor Theſei 1211 c Amazon 1651 b c eius cingulum 1270 c
hippolitus Egeriæ nymphæ commendatus 1212 c de ſtupro à Phædra interpellatus 1042 b accuſatus ab ea apud patrem 1241 c eius interitus 1042 b ab inferis reuocatus 1037 a 1211 c
hippomanes herba 291 b virus ibidem c
hippomenes curſu Atlantam vicit 675 b ambo in leones ibid.
hippotas 305 a
hippotes 490 a 889 b
hirpini Sorani pop. 1669 b per ignes ambulantes ibid.
hirpi Sabinorum lingua lupi ibid.
hirquì 29 c
hiſcere 400 b 708 a
hiſpania Heſperia dicta 641 b
Hiſpani abactores ſunt 302 a ipſis in bellum exeuntibus parentum facta matres priùs narrant 1477 b
hiſtoria vnda dicta 456 b quo ab annalibus differat ibid. quo à fabula & argumento diff. 426 c omnes ab Æneæ aduentu vſque ad ſua tempora Vergilius celebrat 1087 c
hoc pro huc 1392 c
Homeri locus 61 a 77 c 94 c 318 a 333 b 340 c 353 a 347 c 395 b 397 c 408 b 421 c 444 c 447 c 459 a 465 c 473 c 474 a 476 b 481 a 489 c 522 c 577 a 616 a 661 b 640 c 679 b c 687 c 737 b 741 a 782 b 816 a 820 c 866 b 875 c 887 c 899 b 903 a 927 a 934 a 939 a 943 a 951 c 975 a b 984 c 997 b c 9?8 c 1010 c 1015 b 1021 a 1023 b 1033 a 1041 c 1042 a 1047 b 1061 a 1061 b 1063 a 1066 c 1069 c 1077 c 1109 c 1113 c 1115 c 1139 b 1147 c 1153 c 1181 c 1194 c 1203 c 1241 a 1252 c 1259 b 1264 c 1291 c 1299 b c 1304 a 1312 a b 1340 c 1351 c 1370 c 1387 a 1396 c 1401 b 1409 c 1411 c 1417 b 2419 c 1425 a 1447 c 1453 b 1415 a & c 1486 c 1495 b 1513 b 1530 a 1535 c 1543 c 1595 a 1604 c 1605 c 1580 c 1981 c 1997 a 1617 b 1629 b 1631 b 1631 c 1656 c 166 b 1669 c 1974 b 1680 b 1695 c 1696 c 1699 c 1805 b 1706 c 1710 b
homo ex anima & corpore 1083 c eorum genus vnde 527 a trib. rebus conſtat 871 b tria genera hominum ad ſuperos remeant 999 c quę pars eius inferos petat 871 b homo futilis 1609 b homines aprici 904 b eorum habitationes antequam domos fecerint 1272 a
homicidij pœna noxius arietis damno luebat. 301 b
homole mons 1199 a
honores diuinos dupliciter merebantur antiqui 393 a
honuſtus 439 c
honuſtus & Oneratus quo diff. ibid.
Horatij locus 1 c 21 b 23 a 37 a 45 a 50 c 61 a 117 b 135 a 185 a 191 c 193 b 205 b 209 a 215 c 217 c 229 c 242 c 257 c 267 c 281 b 283 b 260 a 285 a 287 c 294 b 297 c 303 c 309 c 320 c 370 b 427 b 441 a 458 b 467 c 489 a 501 b 518 b 531 c 537 c 547 a 575 a 599 c 664 b 677 a 679 c 681 c 737 c 815 a 836 c 963 c 866 b 867 c 871 c 895 a 904 b 909 a 934 a 940 a 997 c 1002 c 1005 a 1019 c 1062 b

1065 ac 1067 a 1071 a 1072 a 1091 b 1116 b 1119 b 1123 b 1133 c 1159 c 1189 b 1325 b 1377 c 1343 c 140 c 1411 c 1451 b 1495 a 1609 c 1641 b 1699 c 1704 a
hormiæ 1201 c
horror 409 a medium vocabulũ 614 c
horti hesperidum 675 b
hospes 791 c 1304 c
hospita vsurpatiuè positum 749 b
hospitij iura non violanda 525 c ea mutuis muneribus copulabant antiqui 1376 c
hostem nemo laudat 532 b
hostia pro ianuis 470 a
hostia oppidum. Vide Ostia.
hostia & victima confunduntur 449 a reluctans improbatur 253 b hostiæ animales 685 c
hostia fluuiorum exitus 463 b pro portu ibidem
humanis hostijs immolabatur Palicis in Sicilia 1403 a Dianæ apud Ariciam 1212 c & 1213 a eidem apud Tauros 552 b c
humi aduerbialiter 416 a 590 c
humidus 235 a quo ab vuido differat 119 c
humilis character 518 c
humor omnis è terræ nascitur venis 1071 c ex ipso omnia procreantur 1581 a
hyacintus 1385 c amatus à Borea 34 c flos 39 b ferrugineus 327 c
hyades vnde 198 c pluuias creat ibid.
hydaspes fluuius 329 c
hydra 1023 b eius fabula quid significet ibid.
hydra lacus 1023 a b
hyems duo significat 400 b noua, adulta, præceps 139 c
hyla 76 b 502 b 1593 c
hylas 267 c
hyleus 1167 a
hyle 1310 b
hymella 1206 c
hymen 507 c
hymeneus 507 b cur eius numen in nuptijs inuocetur ibid.
hymnis aliquid subtrahere, sacrilegium est 1266 c
hypanis fluuius 345 b
hyperborei montes 285 c
hypermeter versus 449 a 637 b vide Versus
hypermnestra 1245 b 1502 a
Hyrcani 1187 c
hyrcania sylua 839 c 1188 c

I

I inter duas vocales prioré producit 1501 a b
in i ablatiuus nominum communis generis Item in i vel e quæ duas habent consonantes ante is 1390 a b
i in æ diphthongum 518 b
iacchus 68 c
iactare: id est, inaniter loqui 397 c
iactari, in mari fit 367 c
iam pro præterea 217 c
iambal pars Rheni 1327 c
iamdudum pro nimium 775 b
ianiculũ à Porsenna captũ 1316 a
ianua 470 a
ianuarius vnde 1189 b
Ianus cur bifrons 441 a bifrons, & ibidé quadrifons 1189 b ipse & Vesta in omnibus sacrificijs inuocantur 441 a eius templum clausum 440 c diei dominus: alijs totius anni 1189 b
Iapidia regio 306 a 1589 c
iapigia 306 a 1223 c
iapidium oppidum 306 a
iapyx ventus 1325 b 1590 a
iasius 459 b 685 a b eius interitus 685 b
iason 229 a
iaspis 821 b c
iberia 1402 c
icarium mare 987 a
icarius vini inuétor 145 b c 251 b
icarus Dædali filius in mari perijt 987 c
ida 647 c
ida venatrix 1353 b
idalium 515 b 1442 c
ideæ apud inferos 1024 a
idomeneus rex 677 c 1595 c regno pulsus 677 c 1595 c eius votum 1595 c filium immolare voluit 677 c
idumæ ciuitas 269 b
ἰέναι 1662 c ἰτέον ibid.
ignis ex terra oritur 1083 c eum creat omnium rerum collisio 527 a noster vnde constet 1087 b cælestis nihil adurit 1083 c sacer ignis 312 a peruigil in téplis 811 a diuinus farre seruatus 965 b supernus arte quo pacto eliciendus Prometheus docuit 75 c
ignobilis 1214 c id est, stultus 406 b c
ignoscendus 353 b
ile & hæc ilia 872 1173 c
ilex 106 a b
ilia filia Numitoris 436 a Æneæ filia secundum quosdam 1092 b c à Marte compressa 436 a in Tiberim præcipitari iussa cum filijs ibid. Vestæ sacerdos 1092 b 436 a Anieni, vel vt alij, Tybri vxor facta 436 a
ilicet 1009 c
ilignus 190 c
ilione filia Priami 653 b
ilioneus cur semper introducatur eloquens 484 a
illaudatus 267 c
Ille vacat in versu interdũ 937 b 367 b
illi loci aduerbium 1622 c
ilium in Phrygia 648 b
illo pro illuc 1292 c
illudo cum quibus cõstruatur casibus 542 a 1411 c
ilua 1459 c ilus rex 425 b
imago 18 a
imber 400 b
imbrex quid, & cuius gen. 319 c
imbuere 1 c
immunis 964 c
impedio 1381 c
imperatiui formatio 1627 c
imperatores domini dicũtur 861 b in ciuitate sepulchra habuerũt 1582 a post mortem inter diuos relati 135 a lauro coronati 94 c verba eius transfugam recipientis in fidem 557 a
imperfectum fiebat olim addendo ad imperatiuum bam 1047 a
imperterritus 1535 c
impleor cum genitiuo & ablatiuo 421 c
importunũ & opportunũ 1601 b
impotis & compotis 766 a
in pro per 894 c pro Ad & pro contra 543 a cũ accusatiuo cum tempus exprimitur 1113 b vacat interdum 607 c
inaccessus participium absq; verbo 1255 a
inarimes mons 1421 b
incassum 299 a
incedere 384 b incestũ 1003 c
inchoare 1615 b
inchoo vel incoho 287 c
incidit huic 1657 c
inclytus Græcum est 1092 c
inconsultus 735 b
incubare 395 b 1123 b
incus 409 b
incubus 1091 c
incusare 405 b
indecor non indecus 1622 c
indecores ibid.
indigenæ 1272 c
indocile & indoctum ibid.
indoles 1541 c
indulgentia 247 a
indulgitas ibid. b
induo cũ ablatiuo & accus. 1193 c
indutus cum accusatiuo 575 c
inermus & inermis 777 c 1513 c
iners 313 c
infandũ interiectio doléris 431 a
infensus 545 a b
inferi sub terra secundũ quosdam 1063 c regna eorum nusquã esse possunt secundũ quosdã 999 b nouẽ circulis cincti ibid. c sacrificantes ijs etiam vasa in ignem amittebant 1010 b inferi dij datores vitæ non sunt 622 b
inferiæ quid 1506 c 1565 c
inferiores reuerentur maiores, maiores inferiores nomine tantum appellare debent 392 c

inani-

infinitiuus pro Indicatiuo histo-
ricorum 553 b 628b 1006b
loco gerũdij Græco more 446a
infrænis & infrænus 1533a in-
fræni homines ibid.
infula quid 1507c
ingenia optima quæ mirantur,
imitantur 1303a
inimicitiæ etiam ex fato descen-
dunt 1051a
iniurij qui 1344a
innocens nomen est 996ab
innocuus & innoxius quo diff.
1477c
in numerum 1648c
Ino 203c 913c
inolescere 1083c
inopinus 996ab
inops vnde 1027a
insidere quid 1635c
insidiæ vnde ibid.
insido cum datiuo 1079a
insignis consul 1189c
insinuatio & principium quo dif-
ferant 1621a
insinuatio in oratione Veneris
1439b
insiste cum accusatiuo non cum
genitiuo 1059a 1079a
insitio duplex 219a
insomnia fœmininũ & insomniũ
quid 779a 852c
instantes dicuntur etiam industrij
540c
instar nomen 534c 1107c præ-
positionem non recipit ibid. e-
ius genitiuus secundum Probũ
instaris 534c
instita vestis genus 617a
insulæ fortunatæ 964c
insulto cum datiuo & accusatiuo
543ab 1521c 1411c
in, syllabæ quantitas 415ab
intactus: id est, indomitus 989c
in te, id est, cõtra te & pro te 425 bc
inter pro Per 1385c 1399b
inter cœnam, inter agendum, &
similes locutiones 1240a
intercus morbus 156a
interea 1431c 1635c
interior: id est, sinisterior 910a
interitus 964c interpres 1459c
interregnum 1097b
intyba 155c
inuestes qui 1071a 1317c
inuideo cum datiuo personæ &
accusatiuo rei 89c
in vngem 242b
inuocatio quãdo in loco fit 370b
inuolare 697b
inutiles qui nascũtur vltimi 805c
Io 1163c in vaccã 283b 1215c
Io in Ægypto in Isim mutata ibi. c
loci & loca 444c
iole 1267a rapta ab Hercule ibid.
ἴον 1553bc iphiclus 1239bc
iphigenia 552 bc Lucifera ibid.
ad Tauricam regionem transla-
ta ibid. Dianæ Dictymæ sacer-
dos ibid. cum Oreste fugit 1001
b eius fabula 551c
iphimedia 1061b
ipsa pro Tu 993b
ipsius 543a
ira memor apud Vergilium quo-
modo accipiatur 367c
ira nimia 370c
iracundia in felle 1062b
iracundia apud inferos 370c
iratorum de inimicis dicta 1623
iris vnde dicta 952c 1329b quã-
do fiat 1312b non fit absq; nu-
bibus 1330bc cur varios habeat
colores 881c rosida ibid. non
Deorũ tantũ ministra 952c ad
discordiam mittitur, Mercurius
ad consolationem ibid. 1329b
eius via 952c iris Thaumantias
vnde 1329c
irrigare 185c
[illegible] 296b irrisio 841c
in ευς Græca per εος declinata quo-
modo casus forment 1589b is
1424b
ἰσχνός 518c
ἰσομοιρία 152a 578b
isi 283b quo loco ab Ægyptijs
placata 1003a genius Ægypti,
eadem quæ terra lingua Ægy-
ptiorum 1323c
ismara ciuitas 1485c
ismarus mons 69c 99ab 955a
1454b 1485c
ister fluuius 263a 296a
isti pro istic 624a
Italia vnde dicta 365c 486b pars
Europæ 365c eius vmbilicus
1181c eius finis tempore ad-
uentus Æneæ 365b eius fines
vsq; ad alpes ibid. penè omnis
in Thuscorum iure 1643c ha-
bet bona omnia, & caret malis
vniuersis 227b in ipsa penè æ-
stas cùm in alijs hyems 229c
italis, Italides 1651a
italus Siciliæ rex 365c 486b
ad Tybrim profectus 365c
iteratio 1362c ea fit interdum
augmentum 577c
iterum 1403b
ithacus mons 79c
itys 80c in phasianum ibid.
iubar 798b
iubes pro vis 531c
iubeor 1495a
iudæi Roma pulsi 1252c
iulia 231c filia Cæsaris Pompei
vxor 1101c
iulius mensis 113ab
iunior 933c
iuno vnde dicta 367c terra dici-
tur 1229c aër est 1704c pro
aëre, pro terra, pro aqua 244c
cur aër à Physicis 384b nubium
dea 952c variæ potestates &
numina multa 370bc 1235b
γαμήλιος 783a iugalis 780bc
pronuba 805a curetis lucina,
regina 370c 1235b bona 525
c inferna ibid. 1001c maxima
quę 1235b armis instructa 373
c ei curę nuptię 788c cur sęua à
à Vergil. dicatur 397c cur alie-
no semper vtatur auxilio 1153b
remouetur quoties boni aliquid
Troianis accedit 1147c vbiq; si-
lens inducitur 1443b hymnis &
prece delectatur 733b Laciniæ
Iunonis templũ à quo cõstitutũ
751c Argis culta 377b Gabijs
culta 1199c quo tempore Ro-
manis placata 437c ei porca im-
molatur 1235c
iunonia hospitia 515a
iupiter vnde 384b 870b serua-
tus cùm Saturnus filios come-
deret 1340bc vbi nutritus 265
c 686c vbi & quo pacto nutritus
672c cur in Creta nutritus dica-
tur ibid. quibus à matre custo-
diendus datus 325a cur Iuno-
nis maritus, ratio physica 384b
cur Iuno eius germana ibid. Mi-
nerua & Iuno cum ipso colũtur
1101c ipsius & Iunonis com-
mixtio 244c cur ipse æther id
est, ignis 384b pro aëre 201c
677a pro aëre & æthere 244c
omnipotens 1410b facies eius
minio illinebatur 119c vox e-
ius, fatum est 1521b spiritus qui
mouet 34bc bona eius irradia-
tio honores hominibus tribuit
1434bc Iuppiter Diespiter
1401c Hercæus 607a vnde
Hercæus dictus ibid. Hercæi ara
ibid. Stygius 870a Amonius
810b ξένιος 525c 811c Lucre-
tius 1401c Stator 1314b Iouis
Olympiaci templũ 1463a Tri-
phyllei templũ 229a Prędato-
ris templum Romæ 692c eius
templum Romæ quo monte æ-
dificaretur auguriũ captũ 1398
b aquila eius armigera 463a
1401c Iuuencus ei immolatus
654b de tauro non immolatum
1411b terras amat, carmina cu-
rat 34c cum patre Saturno de
agris cõtentiones habuit 1401c
nutricis Amaltheę caprę pelle
vsus 437b eius signa 136a Alc-
mænam amauit 1239b eius se-
pulchrum in Creta 1133b
in ius quomodo vocatiuum faci-
ant 473a 1235a
iurare per caput 1369c
ius generale est, sed lex iuris spe-
cies 481b ad conscripta perti-
net ibid. iura ea agrorum diui-
sione 788c
iussus participium 1295a
iustitia & pietas quomodo diff.
489c

Google

Iuturna fons 1704 a b
iuturna 995 b
Iuuenalis locus 6 c 29 c 119 c 143 a 294 c 333 a 450 a 505 c 523 a 858 c 891 b 1010 c 1084 a 1103 a 1125 c & 1126 b 1314 a 1393 b 1409 c 1419 b 1594 c 1639 b
Iuuenes inuiti moriuntur 1673 a ineſt ipſis ſtudium acquirendarum amicitiarum 1249 c
iuuo 419 a
in IX. ablatiuum in e, & genitiuũ pluralem in um, exceptis quæ omnis generis ſunt 1645 b
ixion 272 b 1022 c 1063 b eius pater ibidem

K

Κεκαμμένα 1093 b
κακέμφατον 416 a 557 c 691 a
κακὸν 1253 c
κακοσύνδετον 1407 a
καλλιεπεια 421 c
καλινδεῖν 383 b καλία 21 c
κατάρα 609 b
κατὰ τὸ σιωπώμενον 463 c 611 b 1030 c 1077 b 1137 c 1304 c
καταῖτυξ 1370 c
κατάχρησις 1132 c 1526 c
κενοτάφιον 707 c 1358 c
κέρατα 1697 a
κληρονόμοι 1434 a
κῆρας 1697 a τὸ Κῆρυκον 140 a
κίλαισμα 678 c
κοίρανος 441 c
κομῆται 1476 a
κραδαίνω 655 c
κλωβὸν 80 c κύαρ 47 c
κύκνοι 1645 b
κυλινδεῖν 166 b

L

L & d. inuicem ſibi indicationibus cedunt 1 b
labere pennis 534 c
labes 541 b
labi propriè ſerpentum 568 c
labyrinthus 949 c
lac frigore augetur 38 b
Lacedæmonij hymenæi 713 b
lacedæmonij non cornuum turbarum'ue, ſed tibiarum vſi cantu 1223 b
lacerare 656 a
lacertus ſerpentis genus 15 b
lachrymæ iraſcentium 909 a
Lacinius latro 761 c
Lacones à cæde omnium animalium abſtinebant 1511 c
Laconum & Athenienſium bellum 751 a b
Jactans deus 191 b
lactans & lactens quo diff. ibid.
lacte nihil aptius infantibus 47 c
lactentes 919 a
lacunar & lacunarium 523 b
lacunæ 155 a
lacus vnde 1234 c
Ladon fluuius 34 c
læda 1245 b laërtes 573 c
lælapa canis 1042 b
læna 822 c
lætor cum genitiuo græciſmus 1599 c lætus 147 c cum genitiuo 469 b & pro pinguis 692 c pro velox 379 a
læuũ de humanis rebus contrariũ, de cœleſtibus proſperũ 542 c
λαιὸν 221 c
lampethuſa 1464 c
Lampſacus ciuitas 320 c
lana alba precioſa 301 a
lana & Lanicium 301 a
λαοὶ vnde homines dicti 145 b
laocoon Neptuni ſacerdos lapidibus occiſus 564 c Thymbrei Apollinis ſacerdos à draconibus interemptus ibid.
laodamia 1042 c
Laomedon 490 a eius interitus 502 b eius ſepulchrum 569 c
laomedontiadæ, id eſt, perfidi 473 c 698 b
lapithæ 1063 b
laquearium vnde deriuetur 523 b
lar Tolumnius 1103 a
lares viales 707 c
larius lacus 231 b
laërtius 1650 b
laſthenes 1067 a
latex lyæus 517 b
Latini vnde 369 c quæ loca tenuerint 951 c cur nomen non mutarint 369 c eorum reges Murrhani 1088 c
latinus Vlyſsis & Circes filius 1709 b eius parentes ſecundum Heſiodum 1119 c Turno filiam non promiſit 1689 c primo prælio occiſus 1423 c bello non interfuit 1373 b eius domus auguratò condita, & tàm templum q̃ curia fuit 1585 b vbi occiſus 868 c eius obitus 435 a 1088 b
latium 1119 c vnde 369 b 1272 c duplex 369 b 1185 c
latona à Ioue vitiata 665 b c
λαφύσσειν 1684 c
latrones ibid.
laus plena quæ contrariorum cõtinet vituperationem 111 c laudis præcepta à Vergil. obſeruata ibid.
Lauinia vxor Æneæ 367 b in ſyluas confugit 1088 c
lauini tria nomina 369 b
lauo as & Lauo is 1531 c
Laurentia palus 1529 c
laurentum 1195 b 1299 b quæ & Lauinum & Laulinium 373 c
laurolauiniũ 365 c 1088 c 1120 b 1199 b quàm lõgè à mari 369 b
laurus 667 c nata, quo die Auguſtus 1010 c
laurus quo pacto declinetur 23 a 1527 a lautæ carinæ 1280 b
λίχνα 287 b
Leander 189 c
learchus 913 c
lebes 737 a
legati ex omni qualitate dignitatis 1129 c eorum excipiendorum mos Romanus 1132 c regi primùm vniuerſa exponũt, dein populo rurſus narrant 1587 c
legere pro furari 1447 c pro præterire 678 c
legio quot cohortes & centurias habeat 1628 a b eius numerus 1147 b Legiones peditum ſunt, turmæ equitum 1377 b
legitima milita 1221 c
legumen vnde 147 c quando ſerenda legumina 171 c
lelegæ 1327 a
Lemannus fluuius 337 b
lembus 169 c
lenæus vnde 212 b
lens 249 a
lentandus 723 c
lentum vimen ibid.
leones inter ſe nunquam concũbunt 675 c cum pardali cõcumbunt ibidem
leo ſolis domicilium 136 a
leones ante currum Martis 675 c
leodamas 804 c
lepidus Affricam, Sardiniam, Siciliam tenuit 1321 b
Leporaria 221 c
lerna palus 1023 b
lesbos inſula 221 b
Léthæus fluuius inferorum vnde 1078 b c eius allegoria ibid.
Leucas mons 701 c
leucaſpis 399 c
leucothea 913 c 1123 a
leucothoë 203 c
lex iuris ſpecies 481 b ad ius ſcriptum pertinet ibid. à Cerere inuentæ dicuntur 787 c inciſæ æreis tabulis affigebantur 1067 b
lexis 904 b
liber quid propriè 122 c 1641 b
Liber deus vnde 870 b lenæus vnde 811 c Phillirinus 279 b Ariadnam Minois filiam duxit 174 c eius ſacra Cæſar primùm Romam tranſtulit 57 c eius ſacra triennio innouabãtur 827 c caper ei immolatur 249 b 677 b
liberales ludi 249 b
liberos vnicum etiam filium dicimus 1507 c
liberti quo loco raſo capite pileũ acceperint 1301 c eorum dea ibidem
libethros fons 85 c
liburni 427 c
Libya vnde 374 c
Libya Beronice 855 b
licuit & licitum eſt 1451 b
ligures falaces 1657 c
liguria 1529 c
liguſtrum 17 a

limbus

Digitized by Google

limbus 617 a 801 c
limen pro familiaritate 264 b 1182 c ad limina epulabantur maiores & deos colebát 1413 c item in limine censùs seruabant ibid.
limes 7 c
limus vestis genus 1703 a
limus, id est obliquus ibid.
linus 79 a
linus proprij & appellatiui quantitas 50 c
lipare 1292 b
λιτότης figura 35 c 149 b 226 c 301 c 393 a 461 a 475 c 1113 b 1548 c 1623 b 1663 a 1705 b
Liquetius fluuius 1417 b
liquor 140 b priorē breuē 655 a b
Liris fluuius 1119 b
literæ pro epistola 1249 c
littus quid 367 b 614 c 725 a de fluuio 1229 b curuum 653 c
lituus 285 c 1134 c
Liuius Drusus Salinator 1101 a
Liuius ex annalibus & historia constat 456 b eius error 1273 b eius locus 206 c 267 a
loci & loca 444 c
loci Ansancti 1182 a
loco moueri 1317 b
locorum nominibus addunt & detrahunt prępositiones authores 365 b
locri 725 c 1595 c
loci duodecim apud Vergil. obscuri 1377 a
locus apricus 565 a
locus ex duodecim tabulis 1064 c
locus pro arboribus positus 224 b
locus nullus sine genio 899 a
locus pontificialis summus 531 c
locus solus 1639 c
λογοδαίδαλος 1405 c
longè pro valde 933 b
lorica 1292 c 1657 b pectus texit 1193 c
lotos 219 c
lotus vel lautus 303 c
lubricum 602 a
Lucanus in poëtarū non habetur numero 459 c eius error 713 a eius locus 1 c 6 c 34 b 37 b 142 c 107 b 225 c 259 b 261 b 279 c 303 c 323 a 331 c 337 b 348 c 350 c 370 b 450 a 463 a 466 b 570 c 574 c 601 c 993 c 1001 a 1003 a 1014 b 1039 b 1053 c 1067 b 1102 c 1129 b 1163 c 1204 c 1228 b 1267 b 1303 a 1451 a 1454 c 1467 c 1589 c 1593 c 1607 c 1622 a
luceres 949 a
lucerna 523 a
lucifer 182 c
lucifer & Hesperus Veneris stellę 1309 b
Lucilij locus 345 c 983 c 1451 b ex Homero 1519 c
Lucretia vitiata 1098 a eius historia 1315 c
lucretij locus 215 c 292 a 315 b c 331 b 945 b 986 a 1062 a 1067 c 1539 c
lucrea Epicur. secutꝰ est 1499 b c
Lucrinus lacus 231 c
lucumones 577 a reges 1233 c duodecim fuēre 1467 a b eorū imperium ibid.
lucus vnde 374 c 469 b nūquam sine religione 707 c 1329 c omnis Dianæ sacer 295 b
lucus incensus reuiruit 1216 c
ludere 196 c
ludi Apollinares 993 a agonales 703 c Circenses ibid. funebres occiso Hectore 927 a
lugentes 1041 c manibus oliuæ ramos ferebant 1567 c eorum mos in vertendis armis & scutis ibid.
luna vnde 792 b à sole lumen accipit 199 b c 792 b eius cursus in Zodiaco 1469 b Solis cursum sequitur 202 b nocti præest 964 a cur bigis vtatur ibid. διχότομος 1082 a μηνοειδὴς 527 a tacita 570 b c obscura 792 b eius defectus 261 b eius domicilium 136 a
Lunæ portus 1326 a
luo pœnam, peccatum 1439 c
lupæ, id est, meretrices 763 c
lupanaria 426 b lustra dicta 763 c
lupercal 1239 b 1278 c
lupercalia 1319 b
lupus voce deseritur 113 c
lurco 985 a
lustratio 1010 c
lustrum 437 c
lux alma 444 c
luxus pro abundantia 505 c
lyæus libertatis Deus 788 c
Lycæus mons 118 a 293 c 1278 c
lycaon 158 c in lupum 525 c
lycas seruus Deianiræ 1271 b
lycij 399 b
lycij rustici in ranas 197 b
lycisce 30 c
lycomedes 602 b
Lycurgus rex Thraciæ 652 c
Lycus rex 1271 a
Lycus fluuius 345 b
lyda in araneam 333 c
lydia 641 c
lydij vnde 1310 a b
lydius Tybris 641 b c
lydus & Tyrrhenus fratres 1310 a b
lygdinus lapis 499 c
lynces post amissos coniuges alijs non coniunguntur 863 b
Lyncus rex Scythiæ 446 a in lyncem feram ibid.
lyra Apollinis 60 c
Lyrnessos ciuitas 1453 c

M

MAchaon 573 c
macies hirsuta efficit animalia 301 a
mactare 788 b 1015 a b
macte vnde 1412 b c
Mæander 916 c
Mænala mons vnde 129 c
mænalus mons 95 b 118 a
magalia exterior pars Carthaginis 455 c
magalia, villæ Afrorum 820 c
magar verbum Punicum 466 c
mage pro magis 1501 b
magis atque magis 577 c
magis cum positiuo pro comparatiuo 782 a
magistri pro custodibus 959 a
magister pecoris 1143 a
magnus & paruus καταχρηστικῶς ad animum adhibentur 434 c
Maia 1246 b splendidior inter pleiadas ibid.
maia Mercurij mater 1245 b
maiores 1263 a Maiores & Minores pluralia sunt tantùm quoties de genere dicuntur 486 b
male quid 778 c minutionem habet non negationem 537 b
malea promótorium 353 a 909 c
malefidus 537 b
malignum 1017 c
malus in naui 919 b
mammilla 1671 b
mammurius faber 560 b 1133 c 1319 c
μάνδυα 345 c
mane vnde dictum 405 b cum casu & genere nomen est 836 c
manes 405 b
manipli 1627 c 1678 c
Manlius custos Capitolij 1317 a
mantelia 345 c
mantella ibid.
mantellum ibid.
mantile 518 c
mantilia 345 c
μάντις vnde 734 c
manto 1467 a
mantua à quo cōdita 113 c 1467 b eius situs ibid. principatum habuit Thusciæ ibid. tres tribus habuit ibid.
manum quid dixerint antiqui 405 b 574 c
manu firmantur amicitiæ 759 b
manus pro vnguibus 692 b
manus inermes 477 a b
mapalia 821 a
marcelli theatrum 1189 a
marcellus qui Gallos & Pœnos vicit 1105 b
marcellus filius Octauiæ 1107 b & ibid. de eius morte & funere.
mareotis 221 b
mare & mariā 991 c vnde nomen accipiant 692 a Rubrum 345 b c Ionium 692 a altius quàm terra 570 b turbatur cùm del-

phini apparuerunt 1320 b eius non eſt certus color 884 b color eius pro ratione ventorum mutatur 1320 b imaginem nobis non poteſt reddere 18 b
mare Neptunus dicitur 405 c
Margarita & gemma quo differát 511. b
margarita, margaritum, & margaris ibid.
marmor Lacedæmonium viride 678 b Lunenſe album 1326 a Parium album 499 c
marica 1119 b 1709 b
maritus & vxor ſeſe inuicem emebant olim 135 c
marpeſos mons 1067 b
Marrhubij populi 1210 b
Mars gradiuus 441 c Quirinus ibid. inſanus 1181 c cæcus 587 c eius domicilia 136 a b eius ſacrarium 1223 b ipſe cum Venere à Vulcano catenis religatus 985 c ipſe cum Saturno in ortu genituræ 867 c
mars vigila. Verba eius qui belli curam ſuſceperat, quum ancylia & haſtam in ſacrario Martis moueret 1223 a b
marſyas in vrbibus libertatis indicium 654 b 788 c
martiæ calendæ fœminis cur dicatæ 1314 a
maſculino & fœminino coniunctis ad maſcul. reſpondendum 1265 c 1257 a quædam fœmininis ex ſe faciunt non neutra 203 b
maſſæ 1187 c
Maſsicus mons 229 b 309 c 1459 a vini nomen ibid.
maſſyli 800 c 991 c
maſſylia 800 c 855 b Galliæ ciuiuitas 991 c
maſsilienſium mos peſtis tempore 660 a
mater Deûm vnde 1700 c ipſa terra eſt 675 b cur cum corona turrita pingatur 675 c 1471 b cur curru vehatur, & vtatur leonibus 675 c eius ſacerdotes viriles ſibi partes amputarunt 1345 c
materies & materia 1607 b
mathematica colloquij Veneris cum Ioue expoſitio 422 b c
matres matronæ 1357 c
matrimonium iuſtum vbi nó eſt, liberi matrem ſequuntur 833 b
matrona & materfamiliâs quo differant 1628 c
matronarum ſacrificantium mos cum facilis 789 b
maturare iracundiam 403 c
matuta mater 203 c 913 c
Mauritania 820 c
mauruſia ibid.
Mezennius vxorem quòd vinum bibiſſet occidit 546 a
Mecœnas 215 c
medea 229 a filios interficit 99 b
medeor cum datiuo 168 c
Medea prouincia 226 c
medica herba 173 b inde
medica mala 226 c
medicinæ inuentor 310 c
medico & medicor 168 c
medicor cum accuſatiuo ibid. cum accuſatiuo & datiuo 1211 c
meditor 1 b
medium 883 c 1522 c
medius fidius 811 b
medius, id eſt, manifeſtus 989 c 620 b 843 c pro importuno 519 b
megera oppidum Siciliæ 769 c
Megaleſias 1313 c
megera 1069 c
megera cum filijs ab Hercule marito interempta 1267 a
melanipus Amythaonius 310 c
mel quando colligendum 333 b ex rore colligitur 311 c durum melius eſt 467 b vbi optima mella 327 c mel in folijs 311 c
mella fluuius 337 b
μαντῶ 1 b
Melibœa ciuitas 738 c 916 c
melicerta 203 c 913 c
melies nympha 929 c
Melo fluuius 339 c 819 c
memini cum genitiuo & accuſatiuo 90 a 419 a 835 b
meminiſſe & memorare quo differant 1396 c
Memmiorum familia 903 b
memnon 477 c Auroræ filius 1500 c Vulcani arma habuit 527 c quæ illi petiuit mater 1285 c
Menelaus in Ægyptum 1993 c
mendacia conceſſa, cùm redarguere nullus poteſt 1349 b
mendax 545 c
mens & animus quo differant 986 a pro conſilio 515 b
mentes humanæ ſua ſponte mouentur 1353 c
mête noſtra praua cupimus ibid.
menſæ duę Romanis 421 c 522 c
menſæ Romanorum in quibus libabant 525 c
menſes ſinguli vnde appellati 139 c decē apud maiores ibid. incerti ſi exacti 293 c
Mephitis 1123 a
mercimonium omne apud maiores in permutatione 293 c
mercurius vnde 870 b Maiæ filius 1245 c vbi natus 193 b 1245 c tres Mercurij 865 b Cyllenius 824 a flauus & peruſtus 863 c deus prudentiæ 1063 c prudentiæ & rationis deus 75 c interpres deorum 816 b orationis deus 863 c cur deorū miniſter 193 a ad concordiá mittitur 952 b quare à poëtis celer vbiq; fingatur 1245 c cur pennas habeat 816 b quot diebus curſum conficiat 443 c eius domicilia 136 b
meretrices lupæ dicuntur 436 b petulcæ 318 c nobiles & illuſtres vocantur 1088 b
mergi 195 c cùm ad littora confugiunt, tempeſtatis ſignum ibid.
mergites 264 c
meridianus circulus 978 c
merita perſonarum viribus officijs intereſſe non debent 412 c
meropes 312 c
meſſapia 1223 c
meſſapus 1201 b 1223 c
Meſſapius mons vnde dictus 1223 c
meſſores 317 a
met, piam, te & ſimilia, aduerbia ſunt, & ornatus cauſa ponuntur 419 b
metalla quo loco renaſcantur 1459 c
μεταφορά 197 a
μετακαρπὸν 904 a 1491 a
methres 449 c 506 c
Methymna ciuitas 221 b
metellus 1102 c
metius Suffetius 1315 b
meto præterito meſſui 317 a 1562 c
metrum quod Cupidini ſacrum 102 c
metus 1611 a pro religione 1121 c cõnexus cum religione 633 c de futuro 379 a
Meuania regio 219 b
meuius 37 c 86 c
Mezentius 1194 c ſacrilegus 1526 c cur dictus à Vergilio religare captiuos occiſorum cadaueribus 1301 a eius interitus 868 c ab Aſcanio interemptus 1088 c tertio prælio ab Aſcanio occiſus 1423 c
Mi blandientis aduerbium 996 a
μητρὶν genus 129 a
Midas Dardanorum rex 582 b
μῆλα 855 c
miles impius 9 c vnde dicti 1353 a conducti latrones dicti, & primi ad omne diſcrimen miſsi 1684 c
Miletus ciuitas 293 b
militiæ tria genera 559 b 1189 c 1221 c tempus militiæ XXV. anni 1190 a
mihi pronomen ſynæreſin non patitur 996 a
μηνονόμος 855 c
Mina 903 a
milo 1064 c
minans, id eſt, eminens 569 c
minari pro eminere, aut moueri

ueri 621 c
Mincius fluuius 1567 b
minerua cur de capite patris procreata 811 b cur artium ingeniiq; dea 23 b arcium dea 616 c armorum & lanificij dea 1217 a irata Græcis propter Caſſandræ ſtuprum 1593 a in ſcutis Troianorum depicta 591 b eius ſacra Iulia gens non habuit 560 b
μύων 195 a
minio amnis 1309 c 1464 a
minium, vulgò rubrica 120 a
minois & Paſiphaæ libri 986 c
minores 1262 c
minos 1059 a crudelis 1041 b Athenas vicit 986 a
minotauros 949 c in labyrintho 666 a ei miſſi de liberis Athenienſium 986 c quot pueri nobiles puellæq; vt veſceretur, Athenis miſſi 666 a eius fabula vnde nata 987 a
mitari pro imitari 1303 a
miror & Regno cum genitiuo, Græcum eſt 1572 c
mis & tis genitiui ſingulares 615 c
miſenus 975 c tubicen 697 b
miſer blandientis 763 b
miſeratus accuſatiuum habet 839 c
miſereor cum genitiuo tantùm 501 a 556 c 839 c 849 b
miſeror cum accuſatiuo 500 c 556 c
miſeror & miſereor idem ſignificant 500 c
miſerum dolentis interiectio 988 a
miſſus nomen 269 b
miſſus ærarius ibid.
mitra Lydorum & Phrygũ 814 b 1409 b
mitræ fœminarum 1409 b
Mneſtheus 1417 a
modò aduerbiũ temporis 610 b
modulor, moderor, comitor, quomodo conſtruantur 1211 c
modus gerundiuus 643 c
modus pro modo 1663 c
monœci Herculis portus 1101 c
mœnia 570 b 1643 c pro omnibus publicis officijs 1644 c
Mœonia prouincia 1301 a
mœrorum pro murorum 1435 a
mœſtus timor 416 c
mœotis palus 295 c 1097 a
mola ſalſa quid, & eius vſus 553 c
molarum vſus non fuit apud antiquos 412 b
molendi genus apud antiquos ibid.
moles pro difficultate 377 c
mollis pro facili 847 c
Moloſſia regio 707 b
molorchus paſtor 269 c
monimenta vnde 741 a
monita & monitus, & eorum declinationes 1527 a
monodicon 845 a
monoſyllaba dictio in fine verſus vitioſa, niſi minoris animalis fuerit 939 b 1235 b
monoſyllaba Græca quæ Latina fiunt, tertiæ tantùm declinationis & Latinę & Gręcè declinantur 425 c
mons pro ſaxo 578 b 1033 a
mons terræmotu diffuſus 1421 b
monſtrum vnde dictum 627 c medium vocabulum ibid.
mopſus 79 b
morbi aut à contrarijs, aut à ſimilibus poſſunt depelli 122 c eorum cauſæ 309 c
mores pro legibus 435 a
μόρια, id eſt, minores particulæ, & ibidem de accentu quando illæ particulæ cũ alijs iunctæ 1525 b
moribũdus & Moriturus 1485 b
morientes ſcientiam habent futurorum ſecundum Pindarum 1532 c
Morini populi 1327 a
mortis definitio 964 c 1083 b Mors non mors, ſed reſolutio 331 b in vndis grauis 395 c captiuitatis remedium 587 b cur interitus dictus 331 b c
mortui ad tubam deducti 1581 b
mos 1185 c
mox pro poſtea 135 a
mucro 1671 c
mulctra & Mulctrale 31 c
Mulciber 1326 c
mulier materfamiliâs filiæ loco viro eſt 813 b c
mulierẽ caſtra ſequi turpe 1323 a nunquam in caſtris 746 c debiles eas partus reddi 931 a
multitudinis numerus quo pacto deprehenſus, ſi eam numerare non poterant 1077 a
Mummius 438 a 1102 c
murex 49 c 911 c
muri Babyloniæ ex bitumine 103 a
Murrani reges Latinorum dicti 1088 c
muſæ tres tantùm ſecũdum Varronem 86 c
muſæus 1073 c
muſſare 327 c pro vereri ibidem quid propriè 1610 a b
muſtela 601 c vnde 1424 b
muſtum 213 a
muta cum liquida metrum non accentum iuuant 459 c
muta cum liquida in dictione accentum mutat 1627 c
Mutiſcæ pòſt Trebia 1204 c
mycenæ 438 a 1102 c
myrmidones vnde 531 c
Myrmidonus rex 532 b
myrrha 1067 b
Myrtetum 224 c
myrtilius auriga 267 c
myrtoum mare vnde ibidem
myrtus cur Veneri ſacra 135 b 218 a
myſia 152 c
myſij 1187 c

N

NAiades 117 c
nam quis 350 c
napeæ vel Naiades 480 c
Nar fluuius 1174 b
narciſſus 325 c
nare 987 c
naritij 725 c
Narnia ciuitas 1174 b
Narta fluuius 1204 c
naſci & Mori fatis datum à Stoicis, media omnia fortunæ 1277 a
natalis 36 c
natali die voluptatibus deditum eſſe licebat ibid.
natare 399 c
naturale iurare, per id quod charum quis habuit 595 c
natura, fatum, fortuna in vita humana 871 b
natura omnium par 1081 c hominum natura pro ratione climatum mutata 1082 a
naualia 1607 b
nauis ænea Herculis 1270 c
naues ex acere non fiunt 1343 a Septentrionis ductu reguntur 787 c earum nomina à pictura tutelarum 1458 b veliuolæ 422 c in nymphas 1340 b
nauigare æquor græciſmus 388 b
nauigatio 1029 c
naumachia prima apud Romanos 903 b
Nauplius 1593 b
nautes Palladium accepit 777 b
nautiorum gens 560 b eorum familia Mineruæ ſacra retinuit 963 a
naxos 678 b
ne aduerbij conſtructió 616 b
ne pro ergo rationalis coniunctio 379 b
Neapolis 357 c
nebula 465 c
necromantia 723 c quo loco facta 997 b c
nectar 467 b
νεκυομαντεία 1002 c
nefas pro opprobrio 909 c
negatiuæ duæ vnam faciunt confirmationem 151 b
nemea ſylua 1267 c
nemo pro nullus 1329 c
nemora cur ſepulchris aptata 969 c nemora ſola 1639 c
nemus in Epiro in quo reſponſa dederunt columbæ 109 a
neoptolemus qui & Pyrrhus 573 c
neptunus prodigiorum omnium

pater 697 c ἐν πεδίῳ [illegible] 616 c cur muros Troiæ conſtruxiſſe dicatur 616 c ipſi & Apollini precium murorum denegatũ à Laomedonte 490 a cetos immiſit Troiæ ibid. in ſcutis Græcorũ depictus 591 b eius filij hi, quorum parentes ignorantur 697 c
nequicquam pro nõ 199 c 168 b
nereides 480 c
neſſus 1271 a b
neutra νεώτερα ſunt 379 a in us genitiuum in ris faciunt 538 b
Neutra, quorum ex adiectione genus formatur 466 b
neutra quædam tria habent participia 923 c
ni pro ne 767 c
nicapolis 701 c
Nictymene 199 c
nicopolis quæ antè Ambracia 701 c
nicoſtrota 1245 b quæ & Carmentis 1229 c
nigrum pecus inferis, candidum ſuperis immolabatur 677 b
nigri homines poſt venenum 858 c
nihil quando contrahendum in nil 996 a
nihil eſt quod non habeat originem iuxta Epicureos 217 b
nilus vnde dictus 339 b c ab Ennio Melo dictus ibid. 526 c
eius origo neſcitur 1325 c
nilides pueri nimphis educandi dati 345 a b
nimbi quid ſignificent 384 c pro fulminibus 1280 a
nimbus cum numinibus ſemper eſt 615 a
ninguis, Ninguit 819 c
νεῖν 1607 b
Niphates 271 c
in Nis omnia Latina inanima non verbalia maſculina ſunt 611 b
niſus 1353 b in auem 80 a 200 a
eius coma 80 a
nitrum 168 c
no, as, are 399 c
nobiles nunquam ſoli comburebantur 1010 b c apud maiores vbi ſepulti 1673 c
nobilium ſermo per pluralem 812 a b
nocte nomen. Noctu aduerbium 188 b
nocte ſapiunt homines 963 c
noctua auis lucifuga 199 c
noctu ſubtilius homo ſapit quàm interdiu 993 c
nodꝰ in re militari quid 1494 a b
nola 1209 c cur eius mentionem Virgil non fecerit ibid.
nomen pro nomine poſitum 80 a 1267 a b pro participio 1048 a 1658 b pro aduerbio 36 c 287 c 301 c 308 c 340 c 937 a 981 c cùm aduerbium fit, non declinatur 887 b Nomina in os metri cauſa in or apud poëtas 431 b in on omnia tertiæ declinationis 538 b quæ augmentum non recipiunt, ne minus ſignificent 623 b Græca, quæ genitiuum ſingularem in is mittunt, in eo tantum & in datiuo creſcunt 1459 a quæ & propria & appellatiua eſſe poſſunt in i quidem cum propria, at in e cum appellatiua, ablatiuum faciunt 616 c eorum mutatio aut mutilatio conceſſa poëtis 1315 b eorum ſignificatio quorum ex adiectione genus formatur 466 b Nomen enunciatione ſingulare, ſignificatione plurale 396 a interdum confunduntur 1231 a interdum non hiſtoriæ ſunt, ſed ornatus 1425 a Nomine filij vel nepotis non poſito, cognominem eum intelligimus patri, vel auo, & contrà 1377 a
nominia montium & fluuiorum ducibus à Verg. dati 1459 a
nomen pro gloria 547 a
nomentum 1204 c
nominatiuus pro vocatiuo 1482 c 1628 b nõ pro non'ne & nempe 1574 b
noricum 306 a
nos pro ego 812 a b
noſtri & Veſtri genitiui plurales 615 c
notare 745 b
nothus quemadmodum Latinè dicatur, non eſt 1147 c
nouale 9 c
nouales 145 c
nouendiales 895 a
nouus, id eſt, magnus 37 b 569 b 687 a 779 a 1412 c
nox vnde dicta 395 b quid 1015 b eius definitio 570 b vmbra terræ 777 c 806 b 1015 b duplex eius proprietas 964 a polluit mundum 777 b humida ibid. intempeſta 755 c ſubluſtris 1380 c Græcè dicitur ἀωρία 963 c eius initij deſcriptio 574 c eius ſolidæ partes ibid.
noctibus vacans regio 1017 c
noxa pro noxia 383 b quo hæc differant ibid.
nubentibus quid incongruum ſecundum Hetruſcos 805 a
in Ns particip. ablatiuum per e & i, nomina in e tantùm faciunt: ſic & participia cùm in nomina degenerant 616 c
in Ns nullum Grecum nomen terminatur 855 a
Nubes aëris denſitas facit 887 c vnde fiant ſecundum Lucretiũ. 527 a ſoli vicinæ ſoluuntur in pluuias 70 c vento coactæ plerunq; rumpuntur & fulmen emittunt 1286 a aëris ſunt non ætheris 395 b pro aëre 945 b 1203 c
nuces 22 c earum ſpargendarum in nuptijs ratio 96 c
nudare pro indicare 455 a
nudum 905 c
nodus, id eſt, inſepultus 981 c
Numa Pompilius canus à prima ætate fuit 1097 b c eius amica Egeria 1313 a
numen pro poteſtate 370 c
numerus finitus pro infinito 399 c numerus ſingularis copulatus plurali 633 b numero impari ſuperi, pari inferi gaudent 102 b 707 c Ad numerum refertur interdum, quod ad quantitatem pertinet 777 a pari mortalitas, impari immortalitas ſignificatur 897 b c qui Mineruæ conſecratus 186 c Dualis non eſt apud Latinos 531 b
numerorum nomina in a indeclinabilia producuntur 623 c
Numicus fluuius 433 c 868 b 1129 c
numidæ freno non vtuntur 782 c
numina magna 699 b quo pactò placentur ibidem nomina ijs ex officijs impoſita 130 c à locis nomen accipiunt 667 c ſingulis certa dona ſunt 1410 c variæ eorum poteſtates 670 a vterq; ipſis ſexus 622 c rarò apparent vt videri poſsint 103 c 863 b habent ſuos miniſtros 899 c nihil ijs mali placet 1353 c niſi inuenta occaſione non nocent ibidem. ab ijs quos amant cum moriuntur diſcedunt 1706 b c ex nubibus euocabantur 587 a quæ non ſunt inter ſidera, cum alijs tamen poteſtate ſunt permixta 1593 a
Numitor 436 a 1092 b quorus rex Albanorum 1091 b regno pulſus 436 a 1092 b in regnum reuocatus ibid.
nuntius 1045 a
nuntius & Nũtium 656 a 1679 c
nuptialia carmina vbi inuenta 1201 b c
nuptiæ fiebant captatis augurijs 450 a 783 a
nurſa 1210 a
Nurſia ciuitas 1207 a
νῦ 1087 c
[illegible] ſacra 827 c
νύμφη 1277 a
nympha 1511 a cur in poteſtate Iunonis 388 c moriuntur 456 a ſine piaculo non mouentur 185 c
Nyſa mons 1097 b ciuitas ibid.
nyſæus dictus Liber 1097 b

Odoien-

Digitized by Google

O

O dolentis 1621 c
ô & Si optantis 1307 b
ô quantum in fine dictionũ 995 c
Oaxes ciuitas 9 a
Oaxes fluuius 8 c 17 c
obex cuius generis 349 c 1258 c
obliuio timoris comes 633 c
obliuiscor cum genitiuo & accusatiuo 419 a
obloqui 1071 a
obseruare 330 c
obtusa pectora, id est, crudelia 493 b
obulus 903 a
occator deus 130 c
oceanus 991 c pater rerum 345 c
ocnus 113 c qui & Bianor 1465 a
Octauia soror Augusti 1107 b
Octauiano tria nomina à populo Romano oblata 441 b inde
Octauius pater Augusti 1093 b
oculi mobiliores ex vino 1271 c proditores mentis 1257 c effosso oculo sanguis nõ effluit 765 c
fœdi oculi 542 c
ocyus, ab ὠκύς 1305 c
odi, noui, cœpi, memini 533 c
odi & Osus sum 959 c
odium priorem breuem, Odi lõgam 514 c 515 a
odor 1123 ab
odoratum 800 c & 801 a
odorum, odoratum, odorator ibidem
odorum quid 801 a
œager fluuius 1070 c
œagrius fluuius 355 c
œagrus ibid.
œbalia 321 c
œbalus 1209 ab
οἰκονομία 423 bc
œdipus 1084 c
œneus 1047 c Calydonis rex 1153 a
œnomaus 267 c 1245 b
œnopionis coniuge Iupiter, Neptunus, Mercurius 487 c
Oenopion rex ibid.
œnotria 486 b 1123 b
Oenotrius rex ibid.
œstrum 283 a
Oeta mons 726 c
ofella 1039 c
Ogyges rex 71 a
olea 218 a
ἐλαχύ 296 b
Olenon ciuitas 1587 c
oleum 1010 b eius vsus in Italia olim non fuit 1115 b
olim tria significat tempora 374 c 221 c fut. temp. 120 a 419 a
oliua 217 c & 218 a
oliuum 1010 b
olli 431 b 795 c
olor 1645 ab
Olynthus Philippo vendita 1067 ab
omne & totum quo diff. 797 c
omnis de duobus non dicitur 1147 b
ὁμοιομέρεια 869 b
ὁμοιοπάτωρ 542 c 1407 a
omphale cui seruiuit Hercules
onoagri 302 a (1271 a
ὀνοματοποιΐα 805 c
opes 1635 c plurale quid significet, & quid singulare 501 ab opes ad magnificentiam diuitiæ ad vsum 531 c
Ophici populi 1207 c
ophiuchus 1593 a
opim, opem, opes, quid 1635 c
opima spolia 1105 b
opinatus 996 ab
opis, id est, possibilitatis 501 ab
oppetere 395 c
ops 279 a 1635 c terra est 1027 a
ops & Opis quo differãt 1027 ab
optari possunt, vel aduersa, vel prospera 741 b
in Or Græca in genitiuo sorripiunt 1536 a
verbalia in Or masculinum, in trix fœmininum faciunt 659 c
oracula Apollinis obscura 669 b
orantes interdum ima, interdum summa respiciunt 670 a
orationem nullam veteres nisi inuocatis numinibus inchoabant 1601 a
orator 407 b vnde dicti 811 b 1568 a
orbitas solis 1464 c
orcades insulæ 135 b
ὄρχεις 221 a
Orchomenus ciuitas 539 bc
orci tunica est herba saliunca 56 b
orcus 985 a 1017 b
oreades 117 c 480 c
ore fremere 491 c & 592 c
orestes 1595 c ipse & Pylades 562 c furijs agitatus 853 c eius ossa Romam translata 562 c
ὄργια 827 b 1051 b 1070 c & 1071 a
Oricos ciuitas 1454 b
orichalcum 1696 c
origo meretricis nomen 117 b
orion & eius fabula 1535 abc ex vrina natus 487 c vitiare voluit Oenopionis filiam 1535 b Dianam 489 a inter sidera relatus ibid. eius ortus 955 b eius ortus & occasus 489 a tempestatis signum ibid. interemptus sagittis ibid. à scorpione ibid. occæcatus ob libidinem 1535 b per mare iuit contra Orientem ibid. cur à scorpione interemptus dicatur 489 a
orithyia 352 c 1485 c
ὀρμή 299 b
ornatus ex contrarijs epithetis 1291 c 1292 b
Orodes vir 1531 c
orpheus 341 a 1645 ab 1070 c eius parentes ibid. ad inferos 998 c discerptus 355 b & c eius caput in lapidem ibid. in Hebrũ caput proiectum ibid.
orsus 447 c
ortini equites 1207 a
ortus ἡλιακὸς κοσμικὸς 174 a
ortygia 666 b vnde dicta ibid. 770 c
Osci populi 1207 c
oscines aues 710 b malæ, præpetes bonæ 852 c
osculum & suauiũ quo diff. 431 c
osinius 1459 a 1522 b
Osyris 130 b
Ostia oppidum ab Anco conditum 1097 c
Ostiensi in agro Castra Troianorum fuerunt 1117 a 1361 c
ostium 990 b
ostrea 101 b
osyridis membra à Typhone dilaniata 165 a
othij campi 755 b
Othrys mons 1199 a
othus 187 a 755 b
otus 1061 b
ouantes 687 b
ouatio 862 a
oues quibus nihil deesset ad sacrificia delectæ 788 b earum scabies vnde 103 c 304 a oues cãdidæ 17 b bidẽtes cur dictę 788 b
Ouidij locus 909 c 1000 c 1091 c 1125 c 1153 c 1163 c 1362 b 1679 a
οὐρανός 972 c
Ozalis ciuitas 725 c
ozolei vnde dicti ibid. tenuerunt Pentapolin ibid.
ozeli 1596 b
ὄζω 725 c

P

PAciscor præterito pepigi & pactus sum 1573 ab
pactolus fluuius 1454 c
pachynnum promõtorium vnde 771 b
παχύς 771 b
Padus fluuius 345 b 1417 b 1627 b
padusa 1627 b
pæan 1071 c 1532 bc
παῖδες 615 c
pagani 251 a
pagi vnde ibid.
pago non in vsu 1246 c
παλαίειν 1070
palæmon 203 c Latinè portunus est 913 c
Palamedes 545 c 546 b vir prudens ibid. eius inuenta ibid. eius & Vlyssis simultatum causa ibid. lapidibus interemptus ibid.
palatinus mons vnde 1230 c
palatium 1271 c
palearia 274 c

pales

pales 57 c 267 a 292 b
palæstra vnde 265 b eius vsus vbi primùm inuentus 703 c
[illegible] 1070 c
palici dei 1402 c
palilia qua die soluta 267 a b
palinurus dormiens in vndas cecidit 978 c lucus ei & cenotaphium non procul ab Helia datum 1033 c Palinurus & Misenus 975 c
paliurus herba 57 c
palla quid 1645 a vnde 507 a
palladium Atheniense 560 b raptum ibidem. Vlysses & Diomedes sustulêre ibid. b non ablatum, sed absconditum à Troianis ibid. à Diomede redditum 727 a in Calabria redditum 750 b Nautes id accepit 560 b quo pacto cognitum ibid. ab vno tantùm sacerdote agnoscitur ibidem quo pacto Romam peruenerit ibid.
pallanteum quomodo situm 1362 b
pallantia filia Euandri 1230 c
pallas Euandri filius ibid.
pallas rex Arcadiæ ibid.
pallas auus Euandri ibid.
pallas vnde dicta 383 a
pallene ciuitas 347 b
palma pro virtute 419 c
palpebræ vnde 781 c
palumbes [illegible] 8 b
palus vltima interdum bræuem habet 543 b
pan 267 b eius descriptio 18 c ab Amore vir victus 18 c facie rubra pingitur 119 c
πᾶν 1091 c τὸ πᾶν, in quod redeût vniuersa resoluta 331 b
panathanaica 281 a
panchaia 214 c 229 a
pandarus 943 a 1417 a 1514 c qnasi heros cultus 943 a
pandion rex 80 c
pangæa 551 c
panopea 204 c
pantagias fluuius vnde 769 c
panthu vocatiuus Græcus 581 c 595 c
papauer 149 b cereale 173 a agreste 858 c somnum dat 855 c
paphus 218 a 465 c 1442 c
papilla 1671 b
parabolæ non semper per omnia congruunt 479 c
[illegible] 1301 b
paratum quid 791 c
parcæ vnde dictæ 374 c furiæ infernales etiam dictæ 49 c earum 374 c
parce metu, verbis, iniurijs 431 c
parco parsi & peperci 1573 b
pardus cum leæna concumbit 675 c
[illegible] 419 b Deinde, tandem, gentium, locorum, [illegible] 1427 b
parens, id est, patria 717 a
[illegible] 1517 b quid & vnde 388 a quo ab Eclipsi differat ibid. 456 a
parêre & Apparêre 399 c
paria & opponõda cùm aliquid non possumus soluere 1444 a
Paris Alexander 377 b à Priamo missus vt Græcis aliquid eriperet 1448 c fortissimus secundum Neronem 927 a quo pacto in genitiuo ibid.
pariter: id est, similiter 168 a
parius lapis 499 c
parma 1540 c
parnasus 118 a
[illegible] 423 a
parrhasia 1279 a
pars sequitur genus 1081 c
pars orationis cùm in aliam transit, eius partis ad quam transit vtitur potestate, quod ad declinationem, non ad quantitatem 887 b
parsi antiquè, pro peperci 405 c
partheniatæ 232 c 751 b
parthenius mons 121 c
parthenope 358 c
parthenopeius 1047 c
participium sine verbi origine 601 b 770 b 780 c pro nomine 427 c 789 a 797 c 1309 b pro verbo 368 a pro participio 551 c 615 a vsurpatiuè pro participio 400 b præsens à passiuo non fit 988 b nullum nisi à verbo trahatur 996 b cum genitiuo comparari potest, cum accusatiuo non 543 a in fine versus rarò, apud Græcos vitiosissimum 707 b
particulæ multæ ornatus tantùm causa versibus inseruntur 449 a
partio & partior 416 a
parumper 1033 c
pasco & pascor 293 c 305 c 628 b
pasiphaë 949 c 985 c
pasiones 263 c Pasiones seu affectus quatuor 1083 b
passiua pro actiuis 416 b passiua declinatio sub actiua significatione 1655 c
passum 221 c
passus nõ pansus à Pandor 475 c
pastor etiam ductor militum 1179 c
pastus pro qui pascebantur 601 c
[illegible] 769 c
patara ciuitas 801 c
Patauium vnde dictum 428 a
pater, omniũ deorũ epitheton 211 c 518 c religionis nomen & varijs tribuitur 669 a
paterfamiliâs 1669 c
paterpatratus 1434 a qui 1336 b vestib⁹ lineis nõ sunt vsi 1703 b
patiens illius rei 1173 b
patres vnde dicti senatores 969 c
patres patriæ 1065 a
patres solos authorandi potestatem habere 1641 b
patria 459 b eius aspectum desiderare ægrorum, signũ est mortis 1536 b
patrocles ab Hectore interfectus 476 c
patroni vnde 1064 c
patronymica in des primæ declinationis 396 b fœminina aut in as exeunt, aut in ne 88 b aut in des aut in ius 1453 c
patulum & patens 1 b 1082 c
pauidus & pauens quo diff. 605 b
paupera 749 b
pausia 221 a
pax sequestra 1673 c mortuorum sepultura est 1573 b eam petẽs cur oliuæ ramum cum vittis offerat 1241 b
hoc Pecten 1071 a
pectus fictum pro verba ficta 550 c pectora obtusa 493 b
pecua 275 c
pecuare ibid.
pecunia 5 c
peculium ibid.
pedicæ 190 c
pedum 61 c
peiero 564 b
peiurus malè dicitur ibid. c
peleus & Telamon fratres 502 c
pelethronium oppidum 279 c
peliades qui, lingua Thessal. 109 a
pella 337 c
pellicera 547 a
pelopea 1193 b
peloponnesus 564 a
pelops 268 a 1063 c 1245 b
pelorus promontorium 727 b
peltæ 477 c
pelusium 175 c
penates & magni dij vnum secũdum Varronẽ 609 b 649 c semper culti à Troianis 1427 c Laurolauinij culti 650 a
pendere 988 a 1002 c
peneus fluuius 281 a 341 a
penetrale 1120 b
penetrale & Penetrabile quo differant 1501 b
pennæ non pinnæ veteres dixêre 602 b
pentapolis 783 a
penthesilea 477 c
penultima correpta, antepenult. accentum habet 383 b interdum accentum apud Latinos habet cùm sit breuis 472 c
penus cuius generis & declinationis 519 a quo à Cellario differat 519 a
pepigi & pactus sum à pacifcor 1246 c
peplum 476 b

per

Digitized by Google

per pro Inter 1385 c
peragrare 791 c
perdix 159 b
peregre 514 c
peregrini & quorum ignoramus parentes Neptuni dicuntur filij 697 c
perfectus an comparetur 1569 a
perfidus 1470 c
perfringere 1477 b
pergama omnes arces dicuntur 613 c omnia alta ædificia secũdum Æschylum 395 c propriè arces Troianæ 613 c
pergere, p vniuersa dicere 456 b
περισσολογία 986 a 1148 a
Permessus flu. 78 c
pernix 287 c 806 a 1658 c
pero 1201 b
perosus cum genitiuo 1041 b
Persij locus 159 b 285 c 294 c 328 c 899 b 904 c 1133 b 1257 c 1501 b 1641 b
Persarum reges Arsacidæ vocantur 1088 c
personarũ permutatio apud poëtas 417 b
personis minoribus non est facultas respõdendi maioribus 517 c
pertæsus cum genitiuo & accusatiuo 780 c
pes pro fune nautico 977 c
pestilentiæ ordo 679 b etiam elementa eam sentiunt 311 a creatur offenso Apolline 679 b in Aulide 151 c post interemptũ Remum 437 b Venetijs, in Gallia, in Illyrico 307 a
petium oppidum 321 c
petere 1395 c pro insidiari 521 b
petendi ars 388 c petenti quid obseruandum ibid. In petendo & promittendo à validissimis inchoandum 493 a
petilia ciuitas vnde 726 b
petilia parua ibid.
petitiones 387 c
petulci hœdi 312 c
peucetia 1223 c
Phædra 1042 a 1211 c
phaëton 899 c 1464 c eius fabula ibid. eius sorores in populos 1071 c
phaëtontiades 78 c
phaëtusa 1464 c
phalæ turres ligneæ 1419 b
phalantus 322 c 751 b
phalanx 1567 b 1621 c lingua Macedonum legio 570 b
φάλαρα 923 a 1376 c
phalaræ ibid.
phalarica 1419 b
phanæus mons 222 b
phantasia 151 a
φάρμακον 155 b
pharnaces 419 c
pharos insula 1593 c
Phasis fluuius 345 b
pheretrũ Latinè capulus 1562 c
philæ locus 1002 a
Philippi ciuitas 208 b
philitto 473 b
phillyra 279 b
philoctetes 534 c 726 b sagittas accepit ab Hercule 1271 b de Herculis sepulchro interrogatus ibid. alia de eodem 726 b
philomela 80 c in luſciniam ibid. in hirundinem 313 a
philosophica quædam contraria apud vnũ poëtã, qui fiat 1499 c
philosophorum de rerum origine opiniones 69 c
phineus rex Arcadiæ 691 b
phlegeton 1017 c
phlegra locus Thessaliæ 755 b
phlegya 1063 b
phlegyæ 1067 a
plegyas Apollinis templum incendit ibid.
φλοιή 1017 c
phœbades 719 c
phœbe 1469 b
phœbus ibid. Phœbus Apollo 698 b præest auspicijs quibus vrbes reguntur 788 c
phœniciati equi 277 a
phœnix 506 c
phoce 347 c pholus 1267 a
φώρ 867 c
phorcus 730 a 913 c 976 b
φορτηγὸν ἐμπορ 1639 c
phryges timidi 473 c bis capti 1405 c
phrygiones 704 c
phryxus 229 a
phyllis regina Thracum 55 c in amygdalum arborem ibid.
piaculum sacrificij ordinem rumpere 726 c
piaculo commisso ludi celebrabantur 703 a
piare medium vocabulum 554 a
piceæ species quinq; 1343 a
pictura inanis 473 b
picus in auem 1137 b
pilamines 1319 c
pilea virorum sunt 1409 b
pilenta 1319 c
pilis caret omne pingue animal 301 a
pilum 1197 c
pilumnus 1447 a
pilumnus & Pitumnus fratres 1329 b
pinarij vnde 1263 a eorum familia ministra ibid.
pinarius 1263 a
pindus 118 a
pinetum locus 1605 a
pinguedo & Pinguetudo Latina non sunt 281 b
pinguedo lęticię sensus in animalibus 692 c
pinsendi frumenti quis inuentor 1329 b
pinus 1470 b sterilis 423 b in tutela matris Deũm 86 c 535 a
Pira volema 697 b crustumia 221 b
piracula 1182 b
pirithous rex Lapitharum 1153 a cum Theseo ad inferos 1063 c
pisa Arcadiæ ciuitas 1463 a
pisaurum ciuitas vnde 1101 b
piscis ligni cœlestis ortus 332 b
pistorum deus Pilumnus 1329 b
pistris 731 a
pistrix masculinum ibid.
pitumnus qui & Serquilinius 1329 b
pix in agris 186 b
placeo in præterito placui & placitus sum 1246 c
placitus 923 c
placuit & placitum est 1451 b
plagæ 799 c
planetæ 501 c vnde dicti 193 b 1469 b quot sint 527 a 891 a eorum circuli 1136 a 999 c eorũ cursus 193 b & 527 a ijs fatorum ratio continetur 859 c noxij, boni 193 b
plantæ & Plantaria quo differant 213 c
Plato vnde dictus 1073 c
Plauti locus 30 c 145 c 168 a 194 a 235 a 308 c 327 b 345 c 405 b 475 c 534 b 792 b 903 a 1010 b 1033 c 1307 c 1313 b 1316 c 1325 c 1366 a 1413 c 1650 a 1685 a 1697 a
pleiades vnde 158 c
πλήμμυρα 770 c
plemmyrium ibid.
plenus cũ genitiuo rectiùs 471 b
πλεονασμὸς cum adduntur superuacua 211 c 308 c non necessaria 419 c
pleuron ciuitas 1587 c
Plinij locus 15 b 30 c 87 b 199 b 201 b 225 c 229 b 303 b 337 c 858 c 884 b
plotæ insulæ 691 c
plumbum iactum cum vehementi impetu distluitur 1403 a
pluralis pro singulari 547 a pluralia sæpe singulariter efferuntur 545 a plurale à singulari regitur & est Græca figura 515 a pluralibus & singularibus connexis respondemus viciniori 371 c
plurimus, id est, longus 466 b
pro magnus 1071 c
plutonis solium 1037 a
pluuiæ quid 384 c vnde 527 a
πνιγμός 1402 c
podia quid 977 c
pœnæ antiquorum omnes pecuniariæ 403 c
pœnio pro punio 1415 a
pœnitere 19 c pœnitet 490 a
ποινή 1435 a
Pœon medicus deorum 1213 a
pœonia herba 1213 a

poetæ

poëtæ sect's philosophorum pro qualitate negotiorum vtuntur 1499 b rem historiæ cum carmine coniungunt 428 a appellatione magnæ rei proprietatẽ sæpe ponunt 1071 c interdum proprietatem mutant 417 b non omnia prudenter ab ipsis dicenda, sed quædam ex vulgi opinione 195 c turpe ipsis aliquid fingere quod penitùs à veritate discedit 659 a duabus rebus propositis vni respondent 992 b partem orationis pro alia ponũt 538 a hædera coronantur 94 c 95 a insani 32 b
podia 977 c
poëticum est interdum ab historia discedere 435 b non est apertè ponere historias 459 c
pol iurantis aduerbium 506 c
πολυμιτήρ 1547 c
Politorium oppidum 949 b
politus 949 b
πόλοι 395 b
pollio 15 a 43 c Salonas ciuitatem vicit 37 b Tragœdiarum & historiarum scriptor 37 a
pollutio à funere contrahitur 1010 c
pollux cum fratre immortalitatem partitus est 615 c eius parentes ibid.
polydorus captus 649 b
Polymnestori cõmendatus 653 b eius interitus 649 b sanguis ex eius tumulo 367 c
polygonus 347 bc
polymnestor 500 c 653 b
polynices 573 c
polyphemus 111 c Neptuni filius 767 a cur vnum habeat oculum 763 a quot oculos habuerit incertum ibid.
polyxena à Pyrrho immolata 711 c
poma 23 a
pometia 1091 c
Pomona 1137 b
Pompeius piratas Cilices vicit 323 a bellaturus in Lesbo vxorem reliquit 1123 ab eius ciuitas in Campania 1195 c
Pompilius rex Romanorum vnde Numa dictus 1097 bc
pone aduerbium 633 bc
pontifex per deos tantùm iurauit 1370 a eius verba in puluinaribus 557 a
pontinæ paludes 1190 b
poples natura priorem breuem habet 1424 c
populo antiquum est 845 a
populo & populor 485 c
populonia 1459 b
populus singulare quid 423 a plurale pro vrbibus ibid.
populus arbor Herculi sacra 219 a 905 b 1265 b
populus Romanus in tres partes diuisus 948 c in centurias iuniorum & seniorum diuisus 139 c prius iubebat pòst confirmabat Senatus 1354 a
porca Troianorum amissa & in Campaniâ inuenta 1229 c
porca Iunoni immolatur 1235 bc
porgite 377 c
porrò aduerbium temporis 951 c hortantis 1354 a
πόῤῥω 951 c
Porsena rex Thusciæ 1098 b
Porsenæ duces in ludis Circensibus victores coronati 1573 b
porta quid 395 a vnde 635 c & 636 c
portendi 1145 c
portentum medium vocabulum 1120 b
potiora ex diuersis, ad suum genus clausulas stringunt 601 a
portunus 203 c 913 c
portus 537 b 1477 c ostia fluminum frequenter eos efficiunt 918 c
poscere 1311 c
poscere & petere quo differant 1355 c
post, ante, circum, cum ablat. apud veteres 5 c
posthumus qui 1089 a
postica 109 a 1006 a
posticum neutrum, & postica fœmininum 599 c
pote pro potes 1501 b
potestas iubendi sola in consulari imperio 1321 c
potior promiscuè cõiugatur 659 c modò tertiæ modò quartæ coniugationis 1632 a cum genitiuo & ablatiuo, rarò cum accusatiuo 703 a
potis nomen est & declinatur 766 c
potissimum vnde 766 c
potitius 1263 a eorum familia perijt 1251 c
potnia ciuitas 289 c
ποὺς pro fune nautico 977 c
præ breue 1124 c
præceps 170 b proceler 937 b
præceps animi 1417 c
præceptum & doctoris & discipuli personam requirit 126 b
pręcincti 1326 c
præcipites 906 b
præcipitat pro præcipitatur 533 bc
præcordia quid 1156 bc
præda 1563 ab
præda auerti dicitur 1256 c
prædæ partem Romani dijs promisère 692 c
prædones 1535 c
præfica 1009 c
præiudicia ante rem 1645 b quib. futuri negotij exitus tollitur ibid.
prælium quid 1305 b
prælum 139 b
præmium 1563 ab quale fuerit eius qui primùm vicisset in prælio 1091 c eius qui ciuem in bello seruasset ibid. ea præmia liberis data quæ parentes non accepissent 1370 b non euentui, sed voluntati debentur ibid.
præpetes aues 720 b
præpetes malæ, oscines bonæ 852 c
præpositio pro pręposition 549 c 735 b composita casum suum amittit interdum 445 a quæ cũ casu construenda erat cum verbo composita accentum mutat & suas vires amittit 846 a postposita corrupta 378 c breues producuntur sequente vocali quæ consonans esse potest 863 a in a, vt e aduerbia producuntur præter puta, ita, quia 623 c interdum superfluæ 445 a interdum detractæ more Vergiliano 1415 a
præses belli 1631 a
præsens pro futuro 373 c
præsidium vltimum in castra confugere 1414 c
præstans cum genitiuo & ablatiuo 1687 b
præsto illum & illi 1623 c
præteritum participium pro pręsenti 400 b 811 c
præteritum pro præsenti 533 c
præterito vtimur cùm significamus celeritatem 811 c
præuertit & præuertitur 445 c
prandia non in vsu 792 a
preces ambiguæ esse non debent 1126 c
præciæ 221 c
hoc Preneste & hæc Prenestis 1199 c
preneste vbi, & vnde 1199 c
premere armis 492 c
priamus vnde 502 b Phrygiæ & Mygdoniæ dominus 613 c ab Hercule ei imperium traditum 815 b Salaminã pfectus redẽptus 502 b in Achillis tentorium ingressus 610 c supplicans ad Achillem dormientem 377 b eius interitus & vbi occisus 607
priapus 88 a 320 c
primitiuum pro deriuatiuo 517 b
prima verbi positio 299 c
prima posterioribus cedunt in augurijs 1711 c
primores, proceres pluralia tantùm 1370 c
primus pro princeps 377 ab
principale pro deriuatiuo 549 c
principalitas verbi 387 b

pristis

pristis 903 b
priuernatum 1201 b
priuernum 1639 b
probationes vtrum animal aptum sacrificio 1710 c
Probi locus 416 a
procare 489 a
Procas rex 1091 b 1195 a 1383 a
procax, id est, petax 489 a
proceleusmaticus 199 c 934 b pro dactylo 37 c
procella quid 395 a 969 c
proceres plurale & vnde 526 c
proceres, id est, capita trabium 526 c
prochyta insula vnde 1421 b
proci 489 a
proconsularis prouincia 413 a
procris & de eius interitu 1042 b c
procul vnde 651 c 904 b pro iuxta 1543 a duplicem habet significationem 985 c
prodigium quid 627 c in bonam partem 955 c quo à monstro & portento differat 720 c
prodimur pro porro damur 431 b
prœmia longè repetita vitiosa 217 a
prætidis 76 c 77 a
profugus 367 a
profundus 242 c
progne in hirundinem 80 c
προοικονομία 445 a 577 c 863 b
προκλίνειν 1312 c
πρόληψις 351 c 1130 c
proles connubij finis 392 c
προμάντευσις 879 a
prometheus 527 a eius fabula 75 b vnde & fabulæ origo ibid. astrologiam Assyrios docuit ibid. liberatus ab Hercule 1271 a
promittere pro minari 547 a
pronomen non cum, sed pro nomine ponendum 431 b pro nomine 1170 a pro aduerbio 368 a interdum vim & emphasim habet 624 a vnum pronomen inter duo nomina positum 1170 a
pronus 1514 c
propago 815 c
properari 846 a
properus 1696 c
πρόπολις 325 c
propositio inuocationi immixta 370 b
propria ex appellatiuis 560 c eorum quantitas mutatur interdum 449 c si sint aspera aut mutant aut mutilant poëtæ metri causa ibid.
proprietate detracta, quod magnum est significamus 433 c
proprius, id est, perpetuus 1107 c 668 c
propter 1711 b
prora ærea 909 c
proruptus 428 a
proserpina rapta 139 a 867 c cur sex menses cum matre, & sex apud inferos 139 b eadem est quæ luna ibidem eadem cum Diana 31 b eius sacra duplicia 1001 c eius sacra celebrare ibid. sacra eius, nisi sublato ramo accedere nemo potest ibi.
πρόσθυσις 582 c
protenus 3 a
Protesilai nauis incensa 576 c
proteus 347 b deus marinus 1593 c inuictus fortissimusq́; & ob id Hercules dictus ibid.
protinus 1186 c 1375 b
prouerbia, Herbam do 1241 c Lupus in fabula 113 c Amyclæ silentio perierunt 1511 c Omnia secunda, saltat senex 703 b Res in cardine est 515 a Venti ferunt gaudium 1521 c Auræ dicta discerpunt 1371
prouincia pro ciuitate posita 374 c 648 c
prouinciarum nominibus præpositio additur & contrà 365 b
prudentes homines calidi sanguinis 261 c
prudentia in hominibus, fides in vatibus 734 c
pruna vnde 1669 c
ptolemæi reges Ægypti 1088 c
ptolemais 783 a
πτῶσις figura 383 c
pubens herba 858 c
pubis, puber, pubes 946 a
pudet 835 c
puellæ nubentes, antequam ad maritum ingrederentur, postes laneis vittis ornabant 851 c nubentes limen non tangunt 601 c Nobiles Troianæ bestijs oraculo Apollinis obiectæ 490 a
puer pro filio 615 c 794 c ad ætatem refertur 615 a
pueri cernui 1547 c meritorij 97 a
pugnatum si malè, mos Romanus 563 c
pulmo 1402 c
puluillus capitolium dedicat 1553 a
puluinaria 310 b
puluinus 1477 c
Punica bella tria 879 a
pupillas morituri ante triduum non habent 819 a mortis tempore albescunt 1493 a b
puppis vertex nauis 399 b c
purgatio ante actionem 431 c
purgatio 251 c triplex est 1083 c
purpura vitio & dedecori apud maiores 1407 b
pygmalion 450 b
πῦρ 1293 a
πῦρ νεκρὸν 1087 b
pyra 1005 b 1581 a pro qualitate personæ fiebant 1010 a
pyracmon vnde 1292 c
pyramidum origo 1673 c
pyrgi 1464 a
pyrrha 527 a
pyrrhati capilli 573 c
pyrrhica 951 c
Pyrrhus vnde dictus 573 c 601 c cur Neoptolemus dictus 534 c eius parentes 573 c puer ad bellum euocatus 534 c patri in Apollinis templo aras constituit 713 c quibus victus 1102 c vbi occisus 707 b 1595 c
Pythagoræ litera 1001 c
python serpens 665 c ab Apolline occisus ibid.

Q

QVæstiones apud Vergilium insolubiles 955 b
Qua vacat interdum 373 b 515 b
quà loci aduerb. 1339 b
quadrijugi & quadrijuges 1513 c
hic & hæc quadrupes 57 c
quæsitores 1041 b
quando coniunctio 990 c rationalis coniunctio significat siquidem 815 c 816 c
quanquam cum præsenti 533 c
quasi subintelligitur interdũ 543 b interdum desideratur 459 c
quasillus 21 b
que vacat interdum 377 c 907 a coniunct. copulatiua & disiunctiua 538 a producitur interdum 669 c
quem abundans 412 c
quercea corona cui data & cur 1091 b c
quercus in tutela Iouis 3 b 295 b 1091 b c
quernus 189 c 190 c
ques quium Cato declinat 395 c
quia nam 887 a
quid aduerbialiter 1035 c
quid igitur 1427 b
quiesco 93 c
quin, id est, vt non 1517 b
quindecimuiri 993 b
quintilis & sextilis menses 45 c
quirinus Mars est qui paci præest 1105 b
quirinus pro Augusto positus 441 b
quirites vnde 1204 c
quis inter appellatiuum & proprium positum cui respondere debeat 408 c
quis & quibus 395 c
quis admirantis 502 a
quò deinde 1427 b
quondam, id est, semper 627 b præteriti & futuri temporis 1107 c

Digitized by Google

quoque 439 c
quotus 415 a

R

RAdij inſtrumenta textoris 1391 c
radius 32 c
ramnetes 948 c
ramus & ramale 340 c
ranarum rex 197 c
rapidus pro veloce 383 c
rapon 1533 a
raptus pro ſtupratus 378 a
raſtri & hæc raſtra vnde 150 a
rates quid 384 a pro nauibus abuſiuè ibid. 886 c
ratio præmiſſa antequam dicatur ſententia 1451 b
raucus medium vocabulũ 1627 c
rebellis homo 1711 c
rebellio ibid.
reboo 287 b
receptus & receptui 1635 c
recidiuum 1443 a
reciproca translatio 422 c
rectus participium 1231 b
reddere 714 b
regina pro regis filia abuſiuè 437 a
regio pro ciuitate poſita 365 a
regnatus participium abſque verbo 653 b
regno cum genitiuo Græcum 1572 c
religatum eſſe in ſacrificio piaculum eſt 553 c
religio 587 c vnde dicta 1279 c à Cretenſibus primùm inuenta ibid. nata per timorem 1121 c nouas introducere Athenis & Romæ non licebat 1252 c neceſſitati cedit 185 c pro metu 633 c
religioſi qui 1062 b
remex 903 b
remulus 1376 c
Remus & Romulus 436 a eorum parentes 1092 b vbi eiecti 1235 c eorum de condenda vrbe auguria 1092 b vide Romulus
remus quid 1010 c
remus à quo occiſus 1649 b quòd propter muros interemptus dicatur fabula 1092 c remus pro Agrippa poſitus 441 b à Romuli militibus occiſus 1092 c in bello extinctus 436 b ei interempto honos ſella, ſceptrum, corona habitus 437 b
repoſtus 377 b
res humanæ quibus regantur 797 b omnes aut ex noſtra voluntate, aut ex fati neceſſitate vt deorum voluntate 383 a
res dubiè poſitas in ſequentibus explanare authores ſolẽt 431 b
res diu duratura tardè creſcit 211 c 238 a
res tertiæ perſonæ in ſecundam translata 844 c loci vel temporis ad perſonam translata 553 c perſonæ res in artem translata 1296 b
reſcribere pro reddere 1165 c
reſolutio in ſacris 721 a
reſponſa data Auguſti tempore naſci inuictum imperatorem 1097 a
retiolum 799 c
ῥώματα 1027 a
rex medium vocabulum 1608 a paſtores dicti 1671 c antiqui reges numina ſibi plerunq; deorum vendicabant 1133 b apud veteres etiam ſacerdos & pontifex 667 c eum pro cunctis ſollicitum eſſe decet 444 c eorum eſt breuiloquium 491 c in arcibus habitarunt 845 c cum facultis ijs præcedebatur 884 b eo mortuo apud veteres, vt & apud Indos, ex rebus charis aliquid cum ipſo combuſtum 899 c rhadamãthus 1041 b 1059 a
rhea 1635 c
rhea Saturni vxor 672 c
rhenones 299 b
rhenus 1327 a
Rhodos inſula 223 c
rhœtij Vindelici ſunt Liburni 427 c
rhodope mons 69 c 99 b 192 c 296 a 351 c
rhœſus 351 c 473 c
rhœteum & Sigæum promontorium 607 a
Rhetoricum eſt quoties inuiſæ præſentes perſonæ, confugere ad alias 485 c
rhœtus rex 1490 c
rhythmi 1427 b
ricinus 437 c
rimari 197 c pro paſcere 1063 b
ripæi & Riphæi montes diuerſi 1340 b
riphæi montes 299 b
ῥιπὴ ibid.
riſus in ſplene 1062 b
riſu aut maledicto reſpondemus aduerſario cùm argumenta non poſſumus ſoluere 1617 c
robur 1189 b lignum 1574 c omne lignũ robur dicitur 1701 c
rogo te per deos, rogo per miſerias 1441 c
rogus pro qualitate fortunarum factus 876 c
Roma 3 c à quo condita varia opinio 1199 a ab Euandro primùm condita 1091 c à Remo & Romulo condita 1092 b primùm vnam tantùm Tybris ripã tenuit 1647 c ſeptem mõtium fuit 1093 a eius nomen enunciare ne in ſacris quidem licitũ 437 b alta Roma vnde 370 a Roma centum annos pariter & Alba regnarunt 435 c Cæſari vendita 1067 a b
Romani à Romo dicti 436 b nihil faciebant ſine augurijs 450 a ipſis frugalitas, exteris affluentia à Poeta tribuitur vbique 505 c ſemper magica damnarũt 856 a eorum hiſtoria in clypeo Æneæ 1312 b ipſorum milites ipſi arma portarunt 983 c duobus cibis tantùm vſi 509 c eorum reges ſeptem 1097 b eorum imperatores Auguſti dicũtur 1088 c Romanum forum 1280 c
romo Tyberini domiciliũ 1233 b
Romilia tribus 744 c
romulides 1314 a
Romulus & Remus 436 a expoſiti ſunt 436 a à lupa eos alitos eſſe fabuloſum ibid. ex augurijs vrbem condunt ibid.
romulus ex Marte 1026 b contra Titum Tatium 949 c cur Quirinus dictus 441 a cui de Remus.
romuli haſta de Auentino in Palatinum miſſa viruit 659 a
romus qui per diminutionem Romulus 436 b
ros maſculinum 19 b
roſetum 56 b
roſetum vexillum pedis tum 1222 c
roſeus ager 1204 c
roſeus pro pulchro 463 b
roſmarinus 237 b
roſulanus ager 1204 c
rubi oppidum 185 a
rubicon fluuius 365 b
rubigo 161 b 237 b
ructo 752 b
rudere quanta ſit prior 299 a
ruditus 1115 a
rufæ 1209 b
ruma 77 b 1235 c
ruminalis ficus ibid.
ruminatio 77 b
rumon fluuius, qui & Tyberinus 1231 b 1235 c
rumore ſecundo 1235 c
rumpere vocem 698 b
rumpere ſilentium, id eſt, loqui 1443 b
rura 467 a
rurſum particula interdum iteratum quid ſignificet 693 a
rurſus 861 c
ruſcum 255 a
ruſticorum vlulatus in triuijs 31 b

S

S In fine ſubtractum 1285 c in ſcanſione excluſum 607 a pro aſpiratione græca poſitum 15 c pro ſibilo neceſſitatis & euphoniæ gratia 378 b
Sabæi 224 b vnde dicti 142 c 466 a

ſabinæ

ſabinæ raptæ omnes virgines præter Herſiliam 1313 c quando raptæ ibid.
ſabini in vrbem recepti. Item magiſtratus non crearunt 1204 b c
Sabinus cinctus 969 b
ſabinus rex vitiſator 1133 c
ſacer 253 b pro execrabili 659 c
ſacerdos Argiua iunctis bobus ad templa Iunonis ibat 310 b
ſacerdotes herbis emaſculabantur vt coire non poſſent 1072 b
ſacerdotis in aurem cani ſolitum 235 a
ſacra ritè peracta 687 c
ſacrani populi 1216 a
ſacramentum militiæ 1189 c 1221 c
ſacrificium ſolenne 564 c anniuerſaria non differũtur 1251 b calẽdaria intermitti poſſunt ibi. interruptione eius cõmittebatur piaculũ 1240 a pauperũ & maiorum collatione aut de bonis damnatorum 505 c ſacrificij conſuetudo verberandis adoleſcentibus 552 c Sacrificium honor deorum 687 a
ſacrificandi varia ratio, quod ad hoſtias attinet 693 b mos in rebus, quos vel celeriter finiri vel quas augeri cupiebant 1710 b c
ſacrificantes dijs ſuperis libabant tantum, inferis in ignem mittebant 1010 b ſuperis abluebantur 1233 c 870 a dijs inferis aſpergebantur 869 c cur caput velent 727 a de vino à viribus imputatis furore corripiebantur 25 a
ſacrilegus vnde 109 c 1417 c
ſacrum medium cur ſit vocabulum 505 c
ſæpenumerò 1648 c
ſæuus pro magnus 396 b 403 c pro fortis aut nobilis 569 a
ſal maſculinum, non neut. 379 a
Salamina inſula 1249 c
ſalatia 405 c
ſalentinum promontorium 677 c
ſales quid ſignificet 379 a
ſalictum 7 c
ſalij 1266 a in cuius tutela, & vnde 1319 a b
ſalio 729 c præterito ſalij & ſalui 251 a
ſaliunca herba 56 b
ſalix 213 b eius ſemen eſum infœcunditatem gignit 217 a
ſalmoneus 1061 b
Salonius Pallionis filius 43 c
ſaltatio in ſacris cur inſtituta 61 c
ſaltem vnde 837 a b
ſalue & vale 893 c cur mortuis dictum 1568 a
ſalum 489 b
ſalus, id eſt, remedium 587 b
Salluſtius à Milone in adulterio deprehenſus 1064 c
Salluſtij locus 16 a 23 c 102 a 183 b 205 c 222 a 251 a 303 c 305 b 307 c 329 b c 378 b 459 b 485 b 599 c 899 a 1199 a 1186 b 1313 c 1362 b 1485 b 1521 c 1553 c 1585 a 1639 c 1649 c 1655 b 1657 b 1658 b 1669 c 1705 c
ſalutatio maiorum iũctis dextris, eiuſque ratio 465 a
Same ciuitas 1138 c
ſamothracia ibid.
ſamos inſula 1138 c
ſandyx herba quæ & Varana 49 c
ſangarius fluuius 1093 a
ſanguen 420 a b
ſanguis ſingulare tantùm 874 a vitæ ſedes, vel, vt alij, vita ipſa 610 a quibuſdã eſt anima 396 b ætate minuitur 623 a ex arboribus 655 b ex Polydori tumulo 367 c eius fluxus aquarum frigore continetur 1543 a
ſanies 1302 a
ſapinus arbor 219 a
ſar vel ſarra piſcis 264 c
ſardini 501 b
ſardiniam Troianorum aliqui tenuêre ibid.
ſardon herba 87 c
ſariſſæ 1197 c
σαρκασμὸς 611 a 1511 b 1515 c
ſarnus fluuius 1209 b
ſarpedon cuius filius 396 b c à Patroclo occiſus ibid. genitiuo habet, ontos & onos apud Græcos 396 b c
ſarrha 264 b
ſarrhitor deus 130 c
ſarrhaſtes populi 1209 b
ſaticuli populi 1207 c
ſator deus 130 c
ſatureum oppidum 343 b
Saturnus rex Cretæ, à Ioue filio pulſus, à Iano ſuſceptus 1272 b rex Italiæ 233 c 1133 b Cœlo patri virilia amputauit 253 c 771 c natos deuorauit ibid. eius ratio 673 a Aſſyrij eum ſolem dicunt 525 b ipſe cum Iunone ab Aſſyrijs & Affris cultus ibid. temporum deus 328 b pluuiarum deus 179 b in capricorno pluuias, in ſcorpione grandines facit ibid. cur Græcà κρόνος 673 a cur ſenex 179 b eius templum vbi Romæ 557 c eius domicilia 136 a eius ſtella tardiſſima 279 b bis ad vnum quodq; ſignum reuertitur 193 b longius quàm cæteri planetæ à ſole diſcedit ibid. retrogradus tãtùm noxius 253 c
ſaturnum ciuitas 235 b
σατυρίασις 161 b
ſaurex pro ſorex 215 a
ſaxum pro monte 578 b
ſcabies 208 c 237 b
ſcabies ouiũ vnde naſcatur 303 c 304 a
ſcæa porta 534 c 569 b 717 b
ſcena vnde 409 a qualis apud antiquos ibid. verſilis, ductilis 269 c 270 a
ſcatebræ 155 a
ſcelerare 657 c
ſcelus pro pœna 1153 b
ſceleratorum eſt ſimulare formidinem 1618 b
ſchænos ciuitas 675 b
σχέδια 385 a
σκιομαντεία 1002 c
ſchema 904 a
ſcipio Affricanus quot vulneribus confoſſus cùm patrem defenderet 1537 a
ſcipiones 232 b
ſcopulus vnde 384 b
ſcorpius duo ſigna tenet in cœlo ſecundum Chaldeos 139 a eius tempus frigidum 137 c
ſcribere pro dare 1165 b
ſcrobes maſculinum, Lucanus in fœminino vſus eſt 217 b c
ſcrupus Scrupulus 1013 c
ſcuta pro armis 399 c cur lino tegantur 1536 c virorum fortium picta erant, tyronum & inertium alba 1216 b c equitum ſunt 1380 c
ſcutati, id eſt, armati 399 b
ſcylla 200 a 647 c eius tranſformatio 729 c 1023 a
ſcyllæ duæ 79 b
ſcyrus inſula 531 c 602 b
ſcythius equi nomen 129 a
ſebethis nympha 1209 b
ſecludite pro excludite 493 a
ſectæ 1451 c 1499 b
ſecti de ventre matris cur Apollini ſacri 1481 c
ſeculum quid 1302 c
ſecundus illi & ab illo 1623 c
ſecurus 1079 b
ſed inceptiua particula 1493 a
ſedere 1329 c
ſeges pro terra 681 c 1179 a
ſegeſta 490 b
ſegeſta nauiculæ à patre impoſita 889 b
ſegmentatæ veſtes 511 b
ſegmentum ibid.
ſegnis 466 c
ſegnities ſera 587 c
σκαλὼν vnde 792 b
σίνωρ 771 c
Selinis oppidum ibid.
ſella & ſeda 1 b
ſella vnde 1133 a
ſella curulis vnde 1607 b Roman. imperatorum inſigne ibid.
ſemidei quum volunt tantùm videntur 69 b
ſemifer 541 c
ſemina genitalia 244 c

Digitized by Google

ſemina deorum quæ ſint 132 c
ſemita 845 b
ſenator cõmunis generis 1707 a
ſenatores vnde 969 c centum ſub Romulo 1239 c
ſenatus in Palatij atrio apud maiores conſulebatur 1585 b in nullo niſi auguſto loco, id eſt augurio conſecrato haberi poterat 1129 c 1585 b ad Veſtæ templum non conuenit, ſed ad atriũ quod à templo remotum 1129 c in curiam Calabriam vocatus 1317 b
ſenecta 1577 c
ſenes & pueri cur minus ſapiant 261 c ſemper ſenes gelidi 193 b
ſenior 933 b
ſenſus rebus inanimatis interdum tribuitur 695 c
ſepta 6 b
ſepulchrum 610 c abſque aſpiratione 187 c pro qualitate perſonæ fiebat 1010 b
ſepulturæ genus 1005 b varia eius genera 1579 c eius beneficium vniuerſis debetur 1568 c vniuſcuiuſq; domi ſuę fuit 1002 c 894 c in vrbe quantiſper fuerit 1582 a mortuorũ pax 1568 c
ſepultus 656 a 1344 a
ſequeſter quis 1573 b
ſerenitas ex vno ſigno non colligitur 745 b
ſeres 225 c
ſereſtus 1417 a
Sergia familia 904 à
ſericum 225 c
ſermo 824 a
ſermo medius ibid.
ſerpens, anguis, draco quo differant 565 a
ſerpens pelle depoſita redit ad priorem ætatem 303 c
ſerpentes terræ ſunt 171 a
ſerpillum 15 b c
Serra fluuius qui & Tyberinus 1231 b
ſerræ inuentor 159 b
ſertum & ſerta 466 a
ſerui non militarunt 1399 b quo tempore Romæ pugnauerint ibi. atrienſes vel æditimi 1413 c
ſerui Dianæ immolati 552 c
ſeruitium 6 c
Seruius Tullius 627 c eius capillum flamma corripuit ibid.
ſerus, id eſt, grauis 945 a
ſeſtos 171 a 289 c
ſeuerus mons 1205 c
ſextus Tarquinius 1097 b c
ſextus Pompeius piraticam in Sicilia exercuit 1323 a victus 1065 a
ſi confirmantis 127 c 972 b rogantis & optantis aduerbium 1005 c
ſibila ora 61 c
ſibilus 565 b
Sicani 486 b quo hoc loco habitarint 1216 a eos pepulerunt Aborigenes ibid.
ſicania, quæ & Sicilia 1273 a
ſicanus 486 b
ſic demum 1003 a
ſicharbas 449 c
ſicheus ibid.
ſicilia quæ & Sicania 1310 c olim Italiæ coniuncta 729 b
ſicoris fluuius 1273 a
Siculi habitarũt in locis vbi poſtea Roma condita 1606 c
ſicyone ciuitas 265 a
ſidicinum oppidum 1207 b
ſigna cœli quot ſecundum Ægyptios & Chaldæos 135 c 136 a
ſigna à Parthis repetita 1189 a euellebantur è terra captatis augurijs cùm ad bellum eundum 1556 c
ſignifer 177 b
ſignificatio de loco, cùm tamen ad locum ſimus ituri 797 a
ſila mons 287 b
ſilarus fluuius 283 a
ſilentium rumpere 555 b 1445 b
ſilentium quinquennale Pythagoræ 1511 c
ſilex maſc. & Vergil. fœm. 1259 a
ſilicernium 899 b c
ſimiæ 117 b
ſimilibus comprobanda eſt quæ per ſe comprobare non poſſumus 321 b
ſimois fluuius 507 b
ſimulachrum quod colitur breue eſt & latet 569 a in ſacrorum renouatione commouebantur 827 c
ſimulata pro veris in ſacris 553 a
ſimulo 485 a ſimulo & diſſimulo ibid.
ſine nomine qui 1375 b c
ſingularis pro plurali 537 b
ſiniſtra nobis in cælo dextra 542 c
ſiniſtrum augurijs 631 b
ſi non 545 c
ſinties Vulcanũ nutrierunt 1291 c
ſinus vaſis genus 87 c pro orbibus oculorum 781 c
ſi qua, id eſt, ſiquidem 501 b
Sirenes 981 b earum fabula vnde ibid. ad mortem eas Vlyſſes contemnendo duxit ibid.
ſirius ſtella 173 c 349 c 681 c 1477 a eius ortus 661 c quando peſtilens ibid.
Siro Vergilij præceptor 1017 b Vide Syro
ſiſtole 1070 c
ſiſtrum & Situla in manibus Iſidis quid ſignificent 1323 c
ſiſyphus 272 b 545 c 1053 c 1065 c
ſithon mons 122 c
ſitus 1045 b
ſocer & Socrus 601 à
Socrates cur damnatus 1252 c
ſol 525 b ex atomis conſtat ſecundum Epicureos 866 a ſol ſemper fertur contra mundum 527 a eius labores ibid. eius domiciliũ 136 a eius defectus 261 a eius defectus occiſo Cæſare 205 c
ſolis, id eſt, Apollinis regnum vltimum 45 a
ſola nemora, Solus locus 1639 c
ſolatium quid 1203 a
ſoleo præterito caret 601 b
ſolium vnde 1133 a pro imperio 1027 a
ſolit⁹ participiũ abſq; verbo 601 b
ſolœciſmus 904 a
σολοικοφανὲς 409 c 817 b
ſolſtitia 152 b c
ſolum quid 909 c 1125 c
ſomnia videntur 574 c 575 a quo tempore vana 1021 a
ſomni portæ, & earum allegoria 1109 c
ſomnus noctis donum 1517 c ex abrupto aufugiens, omen infelix ſignificat 686 c
ſomnus, ſomnium, & inſomnium 978 c
ſonus 1174 c omnis ex vento 697 c
ſonus militaris varius 1382 a
Sophocles 94 b eius locus 495 a 857 a
ſopor & ſomnus idem 515 b
ſoracte mons 1201 c 1669 a
ſoranus 1669 b
ſors abuſiuè pro oraculis 723 a 1147 a
ſorti aduerbium 325 c
ſortitus & Delectus contrarius 535 b
ſparta 301 c 445 c expugnata à Paride 1449 c
ſpartaria 1103 a
ſparus quid 1657 b
ſpecialia pro generalib. poſita 480
ſpecies pro genere 355 b 384 c 289 b
ſpecies mediũ vocabulum 591 c
ſpeciem poſt genus inferre vitioſum 1224 b
ſpecubus pro ſpeciebus 299 b
ſpecus cuius ſit generis 1182 b
ſpeculum 412 c
ſpecula ibid.
ſpelunca inter Lucrinum & Auernum 723 c
ſperare pro timere 489 c 846 b
Sperchius fluuius 261 c
ſpes pro lætitia 419 c
ſpicus 191 b
ſpicus & hoc ſpicum 155 a
ſpira quid 567 c
ſplendor circa deorum corpus nymbus dicitur 1521 b
ſplene ridemus 1357 c

ſpolium 1565 c
ſpōdei reſolutio in pedes cognatos 535 a
ſponderi 1447 c
ſponſus ibid.
ſponte nomen 213 b 655 b
ſpuma omnis in fluctibus alba 1302 b
ſpumæ rubræ equorum 286 a
ſpumæ ſanguinis 1389 c
ſquama 1419 c
ſtagnum quid 401 c
ſtamen 440 c
ſtantes in bello 1361 ab
ſtare pro plenum eſſe 89 b
ſtat pro eſt, horret, &c. 506 c ſtat ſua cuique dies 868 c 879 c 1499 c
Statij locus 247 a 317 c 321 c 906 b 991 b 1059 b 1076 a 1084 a 1193 c 1277 c 1292 a 1357 c 1507 c 1521 a 1649 c 1706 c
ſtatio 527 b
ſtatio & Portꝰ quo differát 1477 c
ſtatuere pro ſtabilire 1744 c
ſtellæ vnde 195 c 891 a claræ, ſecundæ lucis, obſcuræ 157 c cadere non poſſunt 196 a cadentes ventus efficit 945 b crinitæ 1475 c crinita viſa ludis funebrib. Cæſaris 438 b 1093 a
Sterope & Atlas 1245 b
ſtercorandi vſus à quo inuentus 1329 b
ſterquilinus deus 130 c
Stenelus 573 c
ſtibadia 518 c
στίγμα παρεσταγμὸν 609 c
ſtilla, & ſtillicidium 299 a
Stimphalides victi ab Hercule 697 c
Stimphalus mons ibid.
ſtimuli 1421 c
ſtipa 467 b 737 a
ſtipatores 737 a
ſtipulæ 191 a
ſtiria 299 a
ſtirps 495 c quando maſc. quando fœm. 1125 b quid ſub vtroq; genere ſignificet 671 c 1125 c
ſtiua 165 c
ſtœcades vnde 678 c
ſto & ſiſto 869 c
Stoici pro officiorum ratione varijs nominibus deos appellant 127 b eorũ de dijs opinio 423 a 869 c de cometis opinio 1476 a nimiæ virtutis ſunt & cultores deorum 1499 c ab Epicureis diſſentiunt 868 c 1499 c
ſtrictura 1293 c
ſtridere 257 b
ſtridor alarum auguri ſignũ 463 b
Strymon fluuius 355 ab 1475 a
ſtrymonia grues vnde 1475 a
ſtructores 519 a
ſtulti frigidioris ſanguinis 261 c
ſtupa 959 b
στυπ̃ 1042 c
ſtymphalides aues 1209 c
Styx 1024 ab inferos cingit 1041 c palus in Ægypto 1005 b
ſuadeo tibi 1591 c 1592 c
ſuadet diſyllabum 455 a
ſuauium & Oſculum 431 c
ſub præpoſitio 145 b quando cũ accuſatiuo 511 c proin 475 a
ſubeo cum datiuo antiquũ 113 c 1241 a
ſublegere 110 b
ſublicius pons 1316 b
ſubceſſores 942 c
ſubſtituti 276 c
ſubtegmen 740 c
ſuccepi 405 c
ſuccepit 409 c
ſuccipiunt 1015 b
ſuccidanea fœmina dabatur cùm per marem litare non poſſent 1315 b
ſuccinum 1289 b
ſucculæ 158 c 527 b
ſudum quid 1303 c
ſulcus 631 c 636 c
ſulcus & foſſa reciproca 1131 b
ſumere 945 c
ſummum 1357 a
ſummum bonum in ſilentio conſtat 1017 b
ſuper pro de 527 c 1440 b pro valde 741 a
ſuper & ſubter accuſatiuæ præpoſitiones 378 a
ſuperbus, id eſt, nobilis 518 b
ſuperlatiuus pro poſitiuo 1241 a cum genitiuo plurali iungitur 396 a
ſuperis immolaturi corpus abluunt 1068 c
ſuperſtitio vnde 1252 c
ſuperſtitioſi qui 1062 b
ſuperſtes 716 c
ſuperus 1092 c
ſupplicationes dicuntur ſupplicia 505 c
ſurgere pro creſcere 824 a
ſus lōga, in genitiuo breuis 725 a inimica frugibus 1229 c in agro Laurolauinio inuenta 725 b Sabellicus ſus 289 b
ſuus pro aptus 737 c
ſybilla vnde dicta 735 a 986 a Erythræa 989 c Cumæa 45 a Erythræa Cumas puenit 1026 c Cumana facta Romana conſcripſit vel potiùs Erythræa 989 c Eius reſponſa verſibus conſcripta 735 a eius reſpōſa centum ſermonum 735 a 990 b cuſtodes quot eorum librorum 993 b futura in folijs palmarum ſcripſit 735 a dilecta ab Apolline 1026 c Sybilla caſta 965 a
ſidera elementa ſunt quibuſdã, & proprias poteſtates habēt 557 b ſemper ſunt, ſed Solis ſplendorē vincuntur ibid. b aquis marinis paſcũtur 501 c cōpleto magno anno in ortus ſuos redeunt 45 a
ſidus 1593 a pro tempeſtate 170 c
συγκοπὴ 867 a
Syene ciuitas 1003 a pars Ægypti 38 c
Syllæ funus 1107 a
σύλληψις 241 c 491 c 1369 b 1396 b 1439 c 1525 c
ſyllepſis omnis eget ſubauditione 1339 ab
ſyllogiſmus vnde conſtet 99 c
ſylua, id eſt, elementorum congeries 44 b
ſyluæ coruſcæ 409 a
ſyluanus 130 b 1310 a
Syluius qui & ipſe Aſcanius 1088 c
ſymbolum in exercit 595 c
ſymbolum bellicum Marij, Syllæ, Cæſaris 1193 c
ſymethus fluuius 1402 c
συμμιξις 102 c
συμφωνία 219 c
συναίρεσις 45 a 257 b 589 c 1454 a 1459 b 1501 c
ſyncope 377 b 428 b
σύγχυσις 58? a
συνίζησις 575 a
συνεκδοχὴ à parte totum 463 b 569 a 570 b à ſpecie genus 399 bc 1131 c
σύνθετα Epicureorum 70 a omnia exitum ſortiuntur 1087 b
σύνθημα 1193 c
ſyphax 1299 c
ſyrynga nympha 18 c
ſyro equi nomen 129 a
Syro Epicureus Vergil. magiſter 1017 b
σύρω, σύρω 677 c
ſyrtes 499 b 909 c
ſyrtibus vicina lòca alij Troianorum tenuēre 501 b
σφαλὴ 389 a 1115 c 1622 c

T

TAbo 1302 a
tabo ablatiuus 655 b
tabulata 248 c
Taburnus mons 215 b
taciturnitas in ſacris, in ludis fauor neceſſarius 895 b
tædium 343 b
Tænarus promontorium 353 a
tænia 1156 c
Tages 1289 a aruſpicinæ inuentor 641 c
Tagus fluuius 145 c
talaſſio 507 b
talentũ 902 b 1366 a etiã minimum quiddam ſignificat 903 a magnum 915 c Ægyptium 903 a Romanum ibid.
hæc Talpa 167 b
tam magis, Tam maximè 1215 b

Tanager fluuius 283 b
Tanais fluuius 355 b 1655 b
tandem vacat 455 c 890 c
Tantalus 268 a quis, & eius fabula 1063 c
tapetum & Tapete 1147 b
ταπεινοῦν 79 c 473 c eleuata epitheto 399 c 537 a
tapsus 769 c
τάπης 1147 b
taprobane insula 141 c
taras Neptuni filius 751 b
tarchon, qui alibi Tarco 1457 c
tarchuntes 868 b
tarco 1309 c
tardus 119 b
tarentum 235 b vnde 751 c auctum à Phalante ibid. c
tarpeia virgo arcem Sabinis prodidit 1279 c
tarpeia sedes vnde ibid.
tarquinius Priscus Oriculum cepit 627 c victis Sabinis arma eorum succendit 1307 b
Tarquinius Superbus 1091 c 1346 a b cur superbus 1097 c eius factum in Gabios ibidem ad Porsennam confugit 1316 b
tarquinio libri Sybillini oblati 989 b c
tartarus vnde 1059 c carcer inferorum 1057 b plur. tartara 734 b c de eo ad superos non remeant 1057 b
tartara 1000 c & 1001 a
tatienses 948 c
T. Tacius Dux 949 a
Taurominitanum littus 730 c
taurus magister militum Minois 995 c
ταυτολογία 641 c 746 c
taygeta 261 c 273 c
taxus 111 b 223 c 315 b
tegere 1050 c
tegeum 129 c 919 b c
telamon dictus Hercules 819 c
telamon primus Troianos muros ascendit 502 b 1249 b
telamoni Hesione data 1219 b
telamon & Peleus fratres 502 c
tellus 409 b pro terra ibid.
telo 1209 b
telum vnde 601 c 1259 b quid sit 1395 c pro gladio longiore 1424 b in trophæo quomodo posita 1553 c
τὸ τίφ& 1365 c
tempe 259 c
tempestas medium vocabulum 1320 c multa significat 747 a eius signum 204 b signa eius futuræ 195 b quo tempore anni fiant 191 a reliquias venti tenet, etiá in alterius flatu 883 c
templum 1006 a Concordiæ 552 c Gradiui 441 c Quirini ibidem Saturni 552 c matris Deûm non apertum manibus 990 b ea dicans postem tenebat 269 b cur eorum cameræ incuruæ 481 a b
temps quo dijs vaticinētur 989 c
tempus pro tempore 866 c 945 c 994 a
tempora ex qualitate cursus Solis diuiduntur 246 c
tempus continuum per accusatiuum & ablatiuum, sed per accusatiuum rectiùs 384 c
tempus spectacula poscit, non ab ijs poscitur 989 c
tendo 1381 a
tenere pro implere 703 c
tenedos insula vnde 537 a b
tenes 537 a
teniæ 917 c
tenus 992 a
tenus aduerbium 274 c
tenus præpositio cum genitiuo 731 a
terebrum 763 a
terebynthus tignum 1454 b
Terentius proprietate comicis superior, cæteris rebus inferior 465 b c cur seruis sæpius det prudentissimas sententias 1544 a eius locus 15 c 33 c 39 b 45 b 110 b 141 c 151 b 167 c 187 c 195 c 325 b 330 c 350 c 412 c 419 c 463 b 506 c 756 c 766 c 775 c 897 c 958 c 986 a 1009 c 1050 c 1181 c 1291 c 1313 a 1317 b 1381 a 1451 b 1454 a b 1507 c 1543 c 1568 a 1610 c 1639 b 1657 c 1703 b
terentum Tyberis pars in vrbe 1231 b
teres 95 a 1009 b
Tereus 80 c in vpupam ibid.
tergeo & tergo 1190 b
tergum & Tergus quo differant 4209 a 926 b
terminus 1389 b sub dio ipsi sacrificatum ibid.
terra 991 c immobilis est 193 a 1451 b rotunda 1053 c nouem circulis cingitur 999 c cœlo & aëre cingitur 177 b mater omnium 213 b 217 b mater Deûm est 1510 a eius apud rusticos diuisio 125 c eam in qua viuimus cur apud inferos esse putent 999 c inferior est aqua 459 b eius simulachrum cum claui cur pictum 1471 b eius hiatus vnde 1259 b eius iniectio 1033 a
terræmotus causæ 261 b 665 c
territorium 969 b
terror 1611 a
in Tes exeuntia vocatiuum in ta faciunt 1482 c
tessera symbolum bellicū 1193 c
Thestylis 157 c
testor pro iuro 557 b
testudo 1395 c
tethys vxor Oceani 135 c
tetrici homines 1205 c
tetricus mons ibid.
Teucer 502 b 1249 b Sidona venit 502 c Salamine pulsus ibid. ex Creta Troiá venit 671 c
teucer pro Dardano 426 c
teutras 1491 b
texebant maiores stantes 1115 c
thalia nympha 1402 c
thasos insula 221 b
theano 476 c
theæ Saturni vxor 692 c
theatrum 919 a
theatrum Marcelli 1189 a
theatrales ludi apud veteres 1663 c
theleboe 1209 b
thensa 333 c
theocritus ad exprimendam rusticam simplicitatem multa aliter quam res se habet dicit: eius locus 17 c 23 c 29 b 57 c 85 a 99 a 109 c 111 c 113 c 117 b 122 c 291 c
θῖς commune Græcis 642 c
thermodoon fluuius 1655 c
theron 1481 b
thesei pater 666 a b minotaurum interfecit 666 b 987 a retentus apud inferos 998 a ab Hercule ab inferis liberatus 1067 a Thetis dea marina 48 c ei halcyones sacræ 199 c
θεσμοφόρια sacra 788 c
thessalus Rex 280 c & 281 a
thinneia 725 a
thoas 552 c ab Oreste occisus ibid. & 1001 b
tholus 1383 c
threicius pro Thracius 659 a
thres 445 c
thressa, Threissa ibid.
thucydidis locus 1223 b
thule insula 135 b
thus 224 c 466 a
thus & vinum super victimā fundebantur 1412 a b
thusca calciamenta 1297 a
thusci vnde dicti 641 c prius Tyrrheni dicti 1301 a nunquam reges habuêre 1301 c maximam Italiæ partem in sua potestate habuêre 1455 a eorum imperij fines 265 c
thuscia quæ & Tyrrhenia 388 b
thusciæ Lucumones, id est, reges duodecim 1300 c
thuscus vicus 949 a
Thyestes 193 b 1064 c
thymbra 315 a
thymus 88 a
thymoete vxor Priami 537 c cum filio occisa ibid.
tiaras Neptuni filius 322 c
tibi vacat 738 a pro te 933 c
tibiæ Phrygiæ, Serrhanæ 1409 c

tibiæ pares & impares ibid.
tiburs 1224 a
τῖλς 1305 c
tiliæ ſteriles 323 b
timandra 1245 b
timauus 427 a fluuius 93 c
timere 1084 b
timidus & timens quo differant 68 c
timor de futuro 374 c pro frigore 395 c pueris inſitus 68 c eum in homine oculi ſignificant 943 a eius ſigna in animalibus ibid. viros fortes interdum decet 635 c
tiphys nauta 49 c
tireſias vates 1465 a
tirynthe ciuitas 1195 c
tiſiphone vnde 351 b 867 c
τίσις ibid.
tiſſandrus 573 c
Titan 1469 b
titanes vnde 1061 b
titanis 1469 b
tithonus 273 c in cicadam 204 b 294 b c 866 b ab aurora raptus 477 b in cœlum leuatus 866 b
titubatus participium abſque origine 923 c
Titus pro Columbo 8 b
tityrus Vergilium ſignificat 1 a
tityrus Theocriti 5 a
tityus 1062 c
τμῆσις 299 b 465 c 501 c 623 b 937 a 952 b 1030 c 1116 c 1369 b 1375 b
τμῆσις σὺν ὑπερνοίᾳ in ſimplici dictione aſpera 465 c
tmolus mons 142 b 222 a
tunica palmata 1607 b
toga pro pace 364 c
toga omnis conditio & ſexus vſus 437 c
tonitrua imitabantur in aliquibus ſacris 858 a
tonitru & tonitrus 959 c
tonſæ 1116 c
tonſores ibid.
tophus 237 b
τοπογραφία 407 b
τοποθεσία ibid.
in Tor verbalia, fœminina in trix faciunt, ſi non verbalia, communia ſunt 1707 a
torale 518 c
torquatus vnde 1101 a
torus vnde 531 c 930 b
toruum pro toruè 1163 c
totus 415 a
totus & omnis quo diff. ibid.
trabea Romanorum Imperatorum inſigne 1607 b tria eius genera 1189 c
trabes 1343 a
tractim 339 c
traha 163 c
trama 740 c
tranſenna 939 c
translatio 242 c 311 c 467 b
translatio reciproca 443 c
translatio rei mobilis ad immobilem, & contrà 577 c 578 a
tranſtra 1039 a
trebia. Trębula 1204 c
trebia quæ & Mutiſcæ ibid.
tremor furoris eſt 1166 c
tremor in ſenibus vnde 623 a
tribula 163 c
tribuni 949 a
tribunus celerum 1649 b militum 1353 a
tribuno plebis abnoctare ab vrbe non licebat 965 b in mari quidam poſt victoriam extinctus, quòd pullos, augurium captans, in Tyberim proiecisset 1006 b in crucem quidam, quód vrbis nomen enunciârit ſublatus eſt 209 a 437 b
tributa 949 a
triclinium 518 c
Tricipitinus pater Lucretię 1098 b cur vrbe pulſus ibid.
trifidi fulminis, tricipitis Cerberi, tridentis ſignificatio 493 b
trimus, triennis 340 c
trinacria 416 b vnde 723 c
trinepos 1267 c
trinoctium cùm Iupiter cum Alcmena concumberet 1239 b
triones 527 b
tripodes 719 c
tripolis 783 a
Triptolemus 1302 162 c frumenti inuentor 446 a b
triquetra 416 b 723 c
triſtis pro ſeuerus 1517 b
triton 405 c 1004 c
tritonia vnde 560 b c
triumphans quo lauro coronatus 1010 c quatuor albis vſus equis 862 a omnia Iouis habet inſignia 119 c eius ſacrificium 862 a b
triumphus vnde dictus 1536 a debetur plenæ victoriæ 1553 c
troës fortes 473 c
troia regio Aſiæ 365 a 647 c quot annis regnarit 587 c ab Hercule euerſa 1249 b cur ab ipſo euerſa 1266 c ſeptima luna capta 570 b quid impedierit, quòd non ſit ſtatim expugnata 534 b
troia prima ciuitas Æneæ in Italia dicta 1131 c
troia ludus 951 c
troiæ dictionis differentia in quâtitate 400 a
troiana fortuna pro miſera 741 b 849 a b
troiani à Dardano orti 378 a partim ab Athenienſibus originem ducunt 703 c cum Græcis fœdus habuêre 1448 c eorum mulieres nobiles omnes in Sicilia remanſére 1557 c quo loco à Latino agrum acceperint 1605 c
troiani belli alia cauſa quàm Helena 1571 b c
Troilus 474 a
trophæum vnde 1536 a in eminentioribus figebantur locis 1553 c in arcubus exædificatis fixa ibid. ipſis tituli cum nominibus occiſorum affixi 1556 c
tros 272 b 378 a
tuba 1628 c apud Thuſcos inuenta 1303 c eius vſus in euertendis ciuitatibus 581 b
tueri pro videre 616 b
tui cauſa, & tua cauſa, feci, quo d ferant 1689 c
Tullianum 1059 b
tullus Hoſtilius 1315 c
tum ordinis aduerbium 942 a
tumultus 706 a 1221 c
tumulus 635 c
tunſus 183 c 184 a
tunſus & tuſus 476 c
turben pro turbo 1160 c
turbo turbinis & turbonis 395 a
turma 1377 b 1424 b
turnus Græcus fuit 995 a eius originis author 1215 c ſuperbus 1555 a Latino & Æneæ bellum intulit 1088 c ad Mezentium confugit 435 a 1444 a quando Mezentij auxilium implorarit 1423 c quo tempore occiſus putetur ibid. eius interitus 435 a 1088 c ſecundo prælio occiſus, poſt id nec Æneas apparuit 1423 c
turpis pro magno 274 c
turres 1397 c
turtur communis generis 8 b c
tus & thus 142 c
tiberinus Rex Albanorum 743 c cur ſenior 1228 b eius inuocatio 1234 c
Tiberini fluuij alia nomina 1231 b eius exitus 1117 a
tiberinus, Tiberis & Tybris 743 c
tiberis 345 b 1206 a
tibris Rex Thuſcorum fluuio nomen fecit 743 c
tibris fluuius vnde ibid. c 1234 c
tibris foſſa 743 c
tybur vnde 1198 c
tybur ſuperbum 1190 b
tyburs & Tyburtus 1376 c
tyburtus 1198 c
tydides 474 a percuſſit coxam Æneæ 815 b
tydeus 1047 c
tygris 8 c ſacræ ſunt Libero 388 b
tymbræus Apollo vnde 668 c
tyndaris & Tyndarus 625 c
typhœa vel Typhoia 411 a

typhœ-

typhoëus 755 b
typhon Oſiridem occidit 1003 a
tyrannus idem qui rex 1146 c
tyrannus incubatur imperij ibid.
tyres 1491 b
tyri aduerbium 450 a
Tyrij bilingues 511 c Deum eſſe neſcierunt 177 a
tyrones in medio exercitus 1309 b in ſcutis inſignia non habebant 1399 b
tyros 875 c
tyrrhenia 1301 a
tyrrhenus in Italiam ibid.
tyrrheni qui & Thuſci 641 c bellicoſi & infeſti Latinis 1088 c piratæ 1301 a
tyrrhenorum nautarum fabula 388 b
tyrrhenum mare vnde ibid.
tyrrhus paſtor 1088 c 1173 a

V

V pro o 1292 c pro œ apud veteres plerunque 1435 a
vacinia 17 a
vada cæca 489 a vale 845 b Interdum maledicti ſignificationem habet 1568 a dicebatur Vale poſt tumuli peracta ſolennia 1010 c
Valerius Publicola 845 c 1098 b
vallare 1680 c
valli 215 a 1349 c 1453 b
vallis & vallecula 1635 b
vallum 903 a 1349 c 1453 c
vallus 165 a
valuæ 470 a
vani 1658 b c
vannus in myſterijs Liberi patris 165 a
vannus ibid.
vanus 545 c
varana herba 49 c
Varius poëta 111 b
Varronis locus 197 b 1409 c
Varus Germanos vicit 67 c tragœdiarum ſcriptor 30 c eius vxor literatiſſima ibid.
vates inſana 724 c
vber 486 a
vector 791 c 1024 b 1305 a
vel 527 b
velia 1031 c vnde dicta ibid.
velini fontes 1174 c
velinus lacus in Narem deriuatus 1204 c
veliuolum 422 c
vello 1401 b
vellus aureum 229 a
venatrix 1353 b
venatu pro venatui 1406 c
venenum vnde dictum, medium vocabulum 384 c
venereum vſum ignorantes, numina vident 616 b
Venetia regio quæ & Ciſalpina 1467 a in Ciſalpina 365 b
venia 485 b pro beneficio 849 b Venilia mater Turni 995 b 1447 a b
venilia & Amata 1689 c
venire pro creſcere 925 c
venter 537 a
venti vnde nati 403 b in aëre non æthere 1486 a motu a quæ creantur 1116 c eorum mutatio fit, vel oriente vel occidente die 753 a aduerſi vel proſperi ſunt ex ortu ſiderum 865 c cardinales 403 a b
venti diſcerpunt, παροιμία 1371 a
venus vnde nata 253 c 972 c vxor Vulcani 1285 a Acidalia 539 c φιλομμειδὴς 975 c roſea 615 b aurea 438 b Paphiæ thure, genitrici victimis immolatur 249 b cum multis concubuit 502 b barbatæ Veneris ſimulachrum 622 c Venus ſtella 182 c ea in virgine exſiſtente miſericordes procreantur fœminæ & viri per mulieres felices 445 b eius abſceſſu dira apparent numina 621 c eius domicilia 136 a
vepres maſcul. apud Lucretium fœminin. 304 a
ver nouum adultũ, præceps 139 b circa finem ſerenum 193 c ſacrum 1216 b anni initium 139 a cur morbis careat 307 c
verba actiuæ declinationis quæ paſſiuæ ſignificationis ſunt & cõtrà 416 a
verba corrupta, quæ Græcis ἀνώμαλα 533 c
verba actiuæ tantùm ſignificationis & vtriuſque, id eſt, actiuæ & paſſiuæ declinationis 416 b
verba ſecundæ perdito e ante o in tertiam tranſeunt 845 b
verba quæ mortuis dici ſolent 623 b c
verbalia in io tertiæ, in vs quartæ declinationis ſunt 1699 b
verbalia actiua paſſiuè ponuntur 791 c
verbena 1703 a ea coronabantur feciales & paterpatratus fœdera facturi ibid.
verbum pro verbo 533 b c
verbi idem ſignificantis iteratio 739 c
vergere 1015 a
verrere pro trahere 387 b
verror à quo verſus participium 475 c
verſus, id eſt, tractus 387 b c
verſus hypermeter 188 c 1501 c intercalaris 95 b dactylicus 219 a tibicines 1005 c
verſus Auguſto à Vergilio recitatati 833 a
vertex pro aquilione 399 b c
veru ſabellum 1197 c
veicæ 285 b 323 a
veſanus 1019 c
veſcum 323 a
veſeuus mons 237 b 753 b
veſpę vnde gignátur 337 c 467 b
veſper 456 b
veſper ſtella 182 c
veſperi aduerbium 456 b
veſta 441 a 577 c vnde dicta 441 a eadem quæ terra ibid. 577 c ipſa & Ianus in omnibus ſacrificijs inuocantur 441 a eius templum cur augurio non conſecratum 1129 c ei de Numico fluuio libari ſolitum 1129 c eius virgines ſorori Caci ſacrificabant 1254 c
veſtarum verba ad regem ſacrorum 1470 a b
veſtes ſegmentatæ 511 b
veſtibulum vnde 601 c 1019 c
veſtis pura 1709 c
veſulus mons 1529 c
veternum 155 a
veterinus 609 b
vexillum vnde 1223 a equitum cur cœruleum 1222 c
vexo 79 c
via 845 b
via, id eſt, ratio 214 a
via Flaminia 1174 b
viburnum 4 c
vices, id eſt, pœnæ 595 c 596 a
vitia 149 a
vitia Vergilio obiecta 659 a
vicinas omnes pro vna ciuitate poëtæ habent 1249 c
victi victorum nomen accipiunt 369 c
victimæ quid 449 a earum ratio pro qualitate numinum 677 b numinibus aut per ſimilitudinẽ aut per contrarietatem immolantur 249 b fœminini generis in omnib. ſacris plus quam maſculini valent 1315 a b reluctans victima 1411 a fugiens vbicunque iuuenta fuerit occiditur 550 b c pingues completo luſtro offerebant cenſores 1252 b
victima triũphi à nomine 1411 b
victor, id eſt, propoſiti effector 416 a
victoris ius duplici ratione conſtat 1569 a
victoria duplici ratione conſtat ibidem
victoria Stygis filia 1000 c
viden' vlt ma natura longa 1092 c
vigiliæ 1352 c ex nimia cura 310 a
vindemia 212 c
vinum mortalibus quis indicauerit 251 b calidum in prouincia frigida nũ creari poteſt 299 b Amyneum 221 c Cereris nuptijs non adhibitum 194 a non

gelari

gelari physici volunt 299 a asperrima mellis dulcedine maiores temperabant 319 c Vina coronare 540 c b Vina pro poculis ibid. b
vinearũ & falcis vsum Saturnus Ianum docuit 1272 b
vipera vnde 303 b
vir pro forti 1073 b
Virbius 1213 a Dianæ minister 899 c
vires senectute & morbo minuũtur 279 b vsu venereo debilitantur 972 c
virgiliæ 158 c
Virgilius quot annorum scripserit Bucolica 5 b eius opus ex historijs deriuatum 891 a quos sit in suis operibus imitatus 1251 b quo loco Homeri dispositionẽ supergressus sit 1320 a vbi à veritate discessisse dicatur 659 a validiora sępe in eo obiecta, quã vt purgari possint 471 c antedictorum oblitus 1482 c cur rem interdum breuiter, interdum pluribus agat 406 c reb. quibus denegatur exitus infirma dat principia 1703 a Augustum ad Actiacum bellũ sequi voluit 35 c Epicuream sectam didicit 68 b impatiens libidinis fuit ibid. eius amores 15 a ab Ario prætore penè occisus 107 a Neapoli sepultus ibid. eius locus ex eclogis 219 c 313 c 334 a 440 c 449 a 741 b 893 c 904 b 955 c 995 b 1448 b 1257 a 1444 a 1465 a 1543 a 1657 c ex Georgicis 440 c 1475 b ex Æneide 440 c locus quẽ emendaturus fuerat 995 b duodecim eius obscura loca 1377 a vnus de obscuris 1695 c 1377 a 1385 c
virgiliomastix 17 b 943 b
virgo 76 c vnde 31 c aspera 1656 c Laconum virgines cum omnibus cum iuuentus deesset cõcubuère 322 c 751 b Atheniensium furore ad laqueum compulsæ 251 b Vestæ in ciuitate sepulchra habuerunt 1582 a
virgo & mulier indiscretæ apud veteres 1657 c
Virodomarus Gallorum Dux 1105 b
virosus 142 c 143 a
virtus pro præmio 501 b
virtus multa 777 a
virtus & pulchritudo 803 b
virtutes intra nouem mundi circulos inclusæ 1041 c
virum pro virorum fortiũ 1093 a
virus medium vocabulum 156 b
vis pro virtute 599 c
viscera 420 a 759 c
viscera & visceratio 1015 c
visceratio 420 a
hoc viscus sing. plur. viscera ibid.
viscus & viscum quo differant 159 a
viso 543 a
visus & visum 655 c
vita quid 460 b humana trib. cõtinetur 871 b
vitem Italis quis primùm ostenderit 683 c
vittæ 667 c
vitula vnde 31 c
viui superis, mortui inferis, chari 460 b 1561 b
viuite id est, perite 741 b
viuus pro naturali 409 a
vix 649 c pro mox 379 a
vlcus 161 b
vligo 235 a vlmus 7 c
vlna 38 c 296 b
vltimus pro primo 1119 c
vltricia & victricia 1645 c
vltro 556 c
vlulare 1017 a
vlulæ 99 c
Vlysses 474 a b eius parentes 573 c 1053 c ex Auctolia natus 545 c inuitus ad bellum Troianum ductus 546 a sub mendici habitu Troiam venit 538 b & 427 c Palamedi insidias struit 546 b quando ad Polyphemum peruenit 767 a fallax & proditor 545 c
vmbra maior corpore 641 a oriente & occidente sole 9 c incertæ 55 b solis aduentu pereunt 965 b
vmbræ inferorum pars 623 b mortuorum olim ad sepulturã vocatæ 421 c animarum quatuor 898 c laruæ dictæ 1002 c
vmbro dux 1210 c
vnanim9 & vnanimis 477 a 777 c
vndæ sequaces 579 c
vnde 1234 b
vnedones 161 a
vngo & vnguentum, vnguen 1425 a
vnius, illius, ipsius naturaliter producunt penultimam 383 b
vnus pluralem habet cum nominibus pluralis numeri tantùm 1709 c
vocalis post vocalem longã præcedenti vires detrahit 383 1 b 472 c
vocalis longa ante vocalem correpta in diuersis dictionibus 917 b
vocatiuus apud veteres nominatiuo similis 1235 a in a Græcis producitur 76 c
vocatus nomen verbale 1699 b
vocem rumpere 553 b
vola 221 b 1006 c
volema 221 b
volsci 232 b sub Hetruscis 1643 c
voluens & volubilis 426 c
volumina ex arborum libris ante vsum chartæ 1641 b
voluntas pro inchoatione 550 c
voluntas secundum Epicureos gemina 23 b
volutabra 302 a
voluto id est cogito 384 c
vomer & vomis 141 b 162 b
voti compos 1491 b
vox 766 c corpus est secundum philosophos 602 c
vpilio pro opilio 119 b
ἐρανός 972 c
vrbs vnde 573 c pro ciuibus 1228 c
vri 249 a 310 a
οὐρίων qui & Orion 488 c
vrsa Libystides 891 a 1283 c
vrsi informes 289 a
in Vs quæ producuntur 543 b
vsque aduerbium 1177 c
vsurpata fœminina, id est, nõ propria 1059 b
vterus 537 a
vuæ vnde 1194
Vulcania insula 385 a 1296 c
Vulcanus vnde 1291 c vxoris fuit 1283 c cur maritus Veneris 1283 c cur præcipitatus de cœlo 51 a cur claudus 1291 b c cur de femore Iouis prognat9 1297 a pro igni 409 b
vulgò 308 b pro passim 763 b
vulgus masculinum & neutrum 406 c
vulnerati terra vel arma cur mordeant 1622 a
vulnus pro tela & sagitta 609 c 1454 b pro dolore & metu 379 a b
vulsus & reuulsus 848 c
vulturnus fluuius 369 b 1207 c
vulua 281 c
vxor Græcis ἄκοιτις 1037 a viri domicilia sequitur 707 a nisi sacris peractis duci non poterat 679 b
vxoris nomen vna ex regis coniugibus obtinet 389 a

X

XYlobalsamum 225 c
ξόανον 787 c

Y

Y Latini in u sæpè mutant 745 c
ὕδρα 171 a
ὕδρωψ 156 a
ὕδωρ 303 a b
ὕλη 445 b
ὑπαλλαγὴ 29 c 33 b 49 c 145 a 166 b 219 b 241 b 289 b 357 b quid sit 307 c 455 b 460 b 543 a 569 b 587 c 591 a 720 c 729 c 844 a 857 c 866 b 905 c 937 b 949 a 943 a 995 c 1017 c 1039 b 1057 c 1156 c 1234 b 1241 a 1305 b 1389 c 1398 c 1453 b 1493 a b 1526 c 1539 c 1582 b 1695 b 1711 c

[illegible] 4a 15c 765c 1156b 1709a
[illegible] 60c 202b 299a 307c 309c 767a
[illegible] 415c
[illegible] 677a
[illegible] 445a 460b 559c 635c 1003c 1429c
ὕστερον πρότερον 80a 166a 185b 275a 365a 393a 435a 559c 707b 756b 765c 777c 798b 1059a 1181b 1217a 1235c 1401c

Z

Zethus 691bc
Zethus & Calais harpyias fugarunt 691b
ζεῦγμα 737b triplex 400a à posteriore 107b 481a 719c à medio vel à lateribus 400a 901c Singulare genus ζεύγματος 699a
ζῶν vnde 384b 460b
zonæ cœli 176c
ζωή 1039a

INDEX RERVM ET VERBORVM COMPREHENSORVM IN TIBERII DONAti Commentarijs in Æneida Vergilij Maronis.

A GEORGIO FABRICIO ISTORVM OMNIVM emendatore, solerti cura collectus.

A

ABscondere 720b
accingi 1179a & 629c
accipiter sacer 1665a
accomodare 593b
acer 1561a
Aclides 1210a
acta 854b
acu pictæ vestes 1670c
admissum si in hominum scientiã venerit, turpius quàm est carpitur 808c
aduersa non præuisa sunt grauiora 1564a
aduersis reddimur notiores 1141a
aduersus 464c 1261a 1337b
adyta 901b
æmulus 1489b
Æneæ suadetur fuga 579c
Æneas pius in Deos 458b 1238ab
æneas pius in amicum 1014a
æneas pius in homines mortuos 1003b inde
æneas deorum cultor 1727c
æneas sacrorum peritus 447a
æneas artis gubernandi peritus 983a
æneas bellator sapiens 1516b
æneas ardens in bellum 1734a
æneas durus 1511bc
æneas clemens in hostẽ 1545ab
æneas laborum tolerans 1472a
æneas castus 444a
æneas fortis 417b
æneas vigilans 443b 684b 1374a
æneas prudens 1336a 1447a
æneas bonus 972a 1571a & b
æneas curiosus de fortunæ euentu 1462ab
æneas sacrilegij punitor 1519a
æneas animi corporisq; bonis excellens 491a 1603b
æneas comparatur Apollini, & Dido Dianæ 804a
æneas insultans hosti 1515b
aërius mons 1014b
æs pro ferro 1212ab
æstus 1227a
ætas 1276b
affectus erga ea quæ nos fecimus 1763a
affixus 1462c
Africani leones 1686a
age hortantis 688c 722b 817c 818a
age hortantis & iubentis 1648a
aggredi 563a 721b
agmen serpentis 571b 901c
agmen in cohortes soluere 952a
aguntur hostes 1653b
aguntur pecudes ibid.
Aiacis incestus 380c
alacris 932a 1363b
alæ velorum 748b
albula 1276c
albunea sylua 1126a
aliena sic curanda ne nostra negligamus 825b
alipedes 1151a
alma lux 1580b
almus pro tranquillo 897a
alta luna 1386a
altitudo superior & demersa 1062a
altus pro locuplete 2509b
altus pro sublimi 1534a
amantes solliciti 830a semper suspecti ibid.
amantes falli non possunt ibid.
amantes non dormiunt 778b
amantes furiunt 830a & b perpetuò ducuntur metu ibid.
Amasenus fluuius 1202a
ambrosia 462bc
amentia fortiores reddimur 1394a
amicitiæ bonæ & malæ exempla 670c
amicitiæ quomodo probentur 504c
amor citò extinguitur 516a
amor diuinus 1288c
amor iuuenum execrabilis 1484b
amor omnis honestatis & officij obliuionem inducit 817c
amor rationem non habet, nec admittit aliena 829b & c
amoris vitia 796a
[illegible] 488a
Anchises sacrorum peritus 632c 701b
ancyle 1138ab
angues 568b
anhelitus æger 1431a
anima melior 942a
anima in sanguine 612b & c
animalia pro hominibus 1360c
animalia intonsa in sacrificijs 1016c
animalia quendam familiaritatis affectum habent 1258a & b
animi natura æstibus agitati 1227a
animus præsagit mala 1545c
animus doloris impatiens veniã interdum meretur 817c
animus vulgi 1192c
animus purgatus 1086c
animus Reipub. studiosus priuatis publicum præfert 1360c
annua sacra 1253b
ansancti valles 1184c
antigona 375c
antiquus 1073b
antiquus pro magno 556b
antiquus pro nobili 589a 1677c
aornus 1016b
aperti campi 1335a
Apollo Troianis amicus 672b
aptare 1380b 1556a
aqua calida lauabantur corpora mortuorum 1713b
aquilo pro quouis vento 885b
ara 751a
aratro vrbium spatia designabantur 970c
ardens 541a
arduum 915a
Argiua Iuno 752a
Argos 585c
Argi interitus 1282b & c
arma pro instrumentis 889a 905a 1237c
arma cum funeribus combusta 1013b
armenta 700b 1180c
artes ornamenta vitæ humanæ 1106c

artifi-

artificiosum est vltro sibi obiectare & dissoluere 380 b
aruina ferrũ mundatur 1194 a b
Asiani 1688 b
assentatio auget quo e dicitur 1100 b
à tergo fieri 604 a
Atlas mons 822 a
atlas Philosophus 530 a
auaritia 451 c
auaritia sine crudelitate esse nequit 661 b 1276 c
auaritia multi patriam vendidère 1068 b
auaritiæ comites 451 c
auaritiæ exempla ibid. 451 c
audacia tribuitur iuuenibus, vt Pallanti 1243 b Turno 1332 a
auellere 562 c 1526 a
Auentinus mons 1260 c
aura luce oriente nascitur 748 c
aurea secula 1276 a
auri cupiditate violantur omnia 662 b 1587 a
aurum quid valeat 1587 a
aurunci 1141 c
auruspices in Thuscia 1464 a
Ausonia 1276 c
aut disiunctiuum 391 a
B
BArbaricarij 1670 c
Barbaricum opus 608 c
bebrycia 930 b
bella dura 1220 b
bellantium disciplina 590 b
belli furtum 1631 c
belli portæ 1192 c
bellico labori quid necessarium 1250 b c
bellorum prima sollicitudo, hostium cõsilia cognoscere 1227 a
bellorum conditio 1559 a
bellum acuere 1702 a
bellum crudele 1248 c 1631 c
bellum consumit, pax nutrit viros 1197 b
bellum iustum 1248 c
bellum mortiferum 1022 c
bellum & pugna differunt 471 b
bellum sine causa suscipere grauissimum est 1647 c
bene nos accipis 720 a
bene viuendi studium est paucorum 1088 a
bene viuendi consuetudo longa non semel abrumpitur 1276 b
benè aut malè viuendi ratio temporum est non hominum ibid.
beneficia maturè data sunt gratiora 1298 b
beneficia necessitate data gratissima 1344 c
beneuolentiæ signum 762 a
bina singuli, singula 1368 a
bono ciui gloriosum est integram patriam relinquere 394 b
bonum esse difficile est 1180 c
bonum esse facilè, meliorem arduum 1251 a
bracchia 1515 a
Briareus 1025 a
Brontes 1294 c
buda pro vlua 556 b
busta 1583 b
byrsa 457 a
C
CAducum 1523 b
cæca 1670 c
cæca pars 1682 a
cæca saxa 774 a
cæcę fores 503 c
cæcę vndæ 695 a
cęsaries & coma differunt 1776 c
charybdis 733 a
Charon 1028 c
chorus 1472 a
Caieta 1114 a
caligo inter homines & deos 620 b
callis 1382 c
campus 1369 a
candens 904 a
canistra 520 c
capi quando aues dicũtur 1647 b
capilli steterunt 1776 c
capitolia alta 1104 c
capreæ 807 a
carchesia 900 c
cardo 516 b
carinæ loci nomen 1283 c
Carthago 457 a
carhago qua occasione sit ædificata 457 a
castra pro militari multitudine 474 c
castra pro loco tenente exercitũ 1374 a
castra pro nauigijs 748 b
casus 425 b
cateię teli genus Teutonici 1212 a
cauea 928 a
cauernæ 536 c
causa 552 a
cedrus corruptioẽ nescit 1136 c
centauri 1270 b
Ceres legifera 790 c
cernuus 1551 a
certamen 1550 c
certus pro explorato 496 c
certus pro securum 885 b
certus ictus 1747 b
cespes 1644 b
cetra scuti genus 1211 c
cibo sumpto animi recreantur 414 c
ciceronis locus ex Rhetoricis 1121 c
cineres 973 c
cingere 786 b
Circe solis filia 1116 a
circe Dædala 1151 b
circenses ludi 906 a
Cithara in sacris certaminibus coronari solet 530 a
citharæ ars honestissima 1073 b
ciuis non nascitur, sed fit 559 a
ciuitatum nouarum spatia aratro designabantur 970 c
Cybelus loci nomen 1668 b
cyclopes 417 b
cygnus in auem 1465 c
clamor ante certamen 1652 c
clamore petere 483 a
clarus 1131 b 1314 a
coactæ lachrymæ 785 b
cœli portæ 1436 b
cæculus 1202 a
cogitatum quod fuit pro facto tenetur 700 b
colligere 889 a
collis 464 c
comes nauis 1472 a
cometes stella 1479 b
cõparationes carmẽ ornãt 1634 a
compensatio 425 a
componere 1275 c
conatus 646 b 1385 a 1648 a
concretum 1087 a
concurrere 1498 a
consiliorum ratio in tempore adhibita 1710 a
consentiendo potiùs quàm reluctando vim maiorem vincere debemus 890 a
consuetudo legem efficit 1188 c
consulere in medium 1609 a
continuatio verbi vnius otiosa 1226 b
contortum 1643 b
contraria fata 425 b
corniger fluuius 1237 c
cornus 1668 c
cornus apta hastilibus 658 a
corpus animũ corrumpit 1086 c
corpora mortuorum vngebantur 1013 b
corripere 1699 a
cortina 721 c
coruscationes quando fiant 695 a
crepido 1525 a
Creta magna & fertilis 676 c
creusa 436 b
creusa post mortem vaticinata 643 b
crimen in voluntate non in facto 716 a
crudelitas sine auaritia non est 667 a b 1276 c
crudelitatis exemplum 626 c
culpa 808 b
cupido 10[illegible]6 a
cupienti omnia tarda 681 a
cupressus luctib⁹ cõuenit 1575 a
cura pro consilijs 1676 a
curæ 1022 a
curarum relatio 1676 a
currere 541 b
curru veteres pugnabant 1197 a
custos pecoris est causa pulchritudinis 1074 a
D
DÆdala Circe 1151 b
dædalus ibid.
dare ventum naui 663 a

dardani 688 b
dardanus 1141 c
decolor 1276 b
deductores 604 a
defluere 1634 b
defunctus 1345 b
defungi ibid.
deliberantium mos 1572 b c
delphini 1348 a
delphini ludentes 953 b
demens 1405 a
deorum beneficio homines magnanimi naſcuntur 1364 c
deſcendere 1634 b
deſilire ibid
deſolare propriè de agris 1615 b
deterior 1276 b
deturbare 1040 b
deus pro euentu 1177 b
deuotione inſignis quis ſit 1520 c
dextræ porrectio beneuolentiæ ſignum 762 a
dictamnus 1740 b
Dido inter conuiuium à cupidine decepta 524 c
Dido peruigil 778 b
diebus deſcriptis, de noctibus Poeta tacet 1580 b
difficilis 982 c
dignor paſsiuè 740 b
diligentiã mora comitatur 1298 b
diræ aues 1261 a
diſciplina militaris 1364 a
diſcordia & eius habitus 1022 b
diſcordia ora 597 c
diſcriminare 1576 a
diſcrimen 908 c
diuerſus pro remoto 1331 b 1678 b
diuerſum littus 1596 b
diuerſa pars 1331 b
diuinæ admonitiones quomodo referendæ 689 b
diuitibus nocent bella 1181 a
doli fabricator 575 c 576 a
dolor inſperatus 1393 c
dolor tempore conſeneſcit 894 a
dolorẽ leuat futura felicitas 644 a
dolores quare alij alijs grauiores 534 a
dolorum cauſæ non vniuſmodi 1563 c
dolus 567 a 928 a
domus 766 a
dorſum 1481 a
dracones 572 a
dubitare 1333 a
dubitantis animus huc & illuc facilè impellitur 790 b 1288 b & c
ducis abſentia 1332 b
ducis non eſt dormire multùm 443 b
dudum 960 c
duplicatio auget fidem ibid.

E

Ecce demonſtrantis 742 a
ecce rei malæ 544 b
1586 c 1640 c
ecce autem 568 a 1018 c
edicere 1478 c
efferus 874 a
effundere 1397 b c
egeſtas 1284 b
egeſtas turpis 1021 c
eia 1337 c
ἔφυρνα 1140 b
elati ſecundis rebus 1416 a
elementa ſunt quatuor 1086 c
elementis ex duobus homo eſt compoſitus 1086 c
eliſum 1370 a
eliſij campi 968 b
emicare 1634 b
eminus pugnare metuẽtis 1538 b
en dolentis 472 b
en demonſtrantis 1408 a
en demonſtrantis & referentis 1183 c
enceladus 757 b
enixè 716 b
enſem vbicunq; ponit ad capulũ demiſſum, tractum ſignificat facientem 1516 b
Entellus 936 c
enumeratio ſpecierũ, genus amplificationis 642 a
equi & pacem & bellum ſignificant 750 c
equo ferri 1438 c
equo ſenſus tributus 1570 a
eripere 940 b 977 b
eryx pugil 932 c
eryx Siciliæ rex 890 a
errores aliorum interpretũ 372 b 598 b 878 b 940 c 1172 b
et coniunctio tranſpoſita figuratè 413 c
erudire 1359 a
exanimes nihil ſentiunt 715 b
exangues 568 b
excipere 1007 a 1660 c
excutere, vim ſignificat 695 a 1152 c
exemplo regis alij inflammantur ad fortiter agendum 1008 a
expertò aduerbium 1603 a
exploratores 1637 a
expectare 898 a
expectata pietas 1078 a
extenuatione vtendum, quando factum negare non poſſumus 689 c
externus 1150 c
externa flammã 598 b
extrema manus 1185 a

F

Fabulæ non pleno ventre non libenter audiuntur 1254 b
faces in funere 1003 c
facinus magnum non fit ſine periculo 544 c
facta maiorum oculis præponẽda 1479 c
factioſi hominis deſcriptio 1612 b
fallax ſylua 1384 c
falx 1138 a
fama eſt 757 b
fames maleſuada 1021 c
fari & fateri 762 a
faſces 1100 c
Fata quod volunt, neceſſe eſt fieri 1648 a
fatidicus 1468 c
faunus fatidicus 1125 a
feliciter viuere quid ſit 744 a
felix pro forti & patiente 1625 a
felices prouocare demẽtię 1647 c
feræ capreæ 807 a
ferẽdo potiùs quã reſiſtendo vincenda ſunt aduerſa 890 a 966 b
ferrarium opus quibus expleatur 1298 b
ferrum 1338 b
ferri 1682 c
ferus pro equo 1646 c
feruentes rotæ 1583 b
feſtinare 541 b
fides 1367 c
fides cum fortuna mutatur 662 b
figi 778 a b
filij obedire parentibus promptè debent 520 a
filiorum lætari ſucceſſu parentes 480 a
flagrare 1586 c
flamma omnis per tenebras propior videtur 638 c
fluctuare 1528 b
fluere 1298 c
flumina arundinibus velata 1468 c
flumina pinguntur nuda 892 c
fœmina per contemptum 814 a
fœminarum dolor in amoris cauſa maximus 886 c
fœminarum ingenium leue 954 c
fons 1237 b
fores cæcæ 603 c
fornix 1070 b 1541 a
fortis incertum pugnæ non timet 1614 c
fortiora in excuſationibus primũ excludenda 836 a
fortitudo in pulchris rarò ſolet eſſe 1198 a
fors dicta refutet 1693 c
fortuna audaces iuuat 1575 b
fortuna æquo animo ferẽda 508 c
fortuna elati multi ſuos deſpiciũt 718 c 719 a
fortuna ferendo ſuperanda eſt 966 b
fortuna homines ludit 1625 c
fortuna in euentu 1367 c
fortuna inimica 1760 a
foſſa 1456 a
fragmen 1531 a
fragor 1584 b
frenare 484 a
fuga 1676 b
fugitiui vnde dicti ibid.
funalia 529 a
fundere 1167 a 1397 a b

furem.

furentes conſilium non habent 882 c 1146 a
furiæ deſcriptio 1159 b

G

GAllorum cantus diem nuntiat 668 c
ganges fluuius lenis 1336 a
ganymedis raptus 918 b
garamantes 813 a
gaudia mentis mala 1022 b
gemini 1063 a 1200 c
generalitas 1654 c
genus non prædicatur, niſi bona quæ ſunt cuiuſcunq; propria accedant 778 a
gloriam partam, è manibus perdere laborioſum 916 a
glorioſum acquirere deſperatam gloriam 916 a
glorioſum mori, pro quibus ſit 1616 a
gorgones 1025 a 1159 a
gradus ſupra ſuperlatiuum inuenitur 1584 c
gratiora ſunt ſpectantibus inopinata 948 c
grauitas in iuuenibus nõ eſt 716 a
gremium 1291 a

H

HAbilis haſta 1642 c
hærere 778 ab
hammon Iupiter 813 a
Hannibal Afrorum rex 873 a
hebrus fluuius 1729 a
Helena non rapta, ſed voluntate aufugit 1055 b
helenæ perfidia in Deiphobum ibid.
helenæ pulchritudo 510 c
hercules inimic9 Troianis 1268 c
herculis laudes & geſta 1269 b
herculis ſacra ſedendo magis quã accubando peracta 1253 c
herculeæ frondes 1269 a
heu 661 a
hic pronomen 1753 c
homines non ſuo arbitrio viuunt 838 c
hominum culpa aſcribitur terris 661 a
hominum mens rerum nouarum cupida 533 a
horrendus pro metuẽdo 1646 c
horrendus pro reuerẽdo 1636 c
horendus pro truci 1398 b
hortamenta plurimum proficiũt 912 a
hortamenta vocum ante prælij congreſſum 1652 c
Hoſpitij ſignificatio 1141 b
humana quid à nobis poſtulent 1461 c
humanum genus futurorum neſcium 1512 c
humanitatem Æneæ ſuſtulit Turnus ibid a
humationis detrimẽtum vim maximam habet 1616 b
humilem eſſe decet in petendo beneficio 1519 b
hyacinthus 1565 a b
hyperbaton 818 c 813 a

I

IGnis ſacer 1282 b
ignis à vento verberatus anhelitum mittit 1293 b
ilicet extrema omnia ſignificat 597 c iudiciorum vox 1630 b
ilua inſula 1463 a
imagines ſomniorum 576 c
imbellibus hominibus non profunt dij 1538 a
immiſſa barba 758 a
impij 1538 c
impiorum præmia ibid.
implere 1681 b
importunum 1605 a
improbus 1637 b
improuiſi 1177 c
in 1470 b
in aduerſis etiam deos malè tractamus 585 b
inania quæ mortuis exhibentur 1110 a
incepta 379 c 832 b 1420 c 1630 b
incepta pro deſtinatis 1038 a
incepto deſiſtendum 379 c
incerta loquentes ſermonem in medio abrumpunt 630 c
incidere 1661 c
incidere pro concidere 1783 b
incolumitas parentum leuamen filiorum 774 a
incommodum præſens futura proſperitate penſatur 580 c
incurrere 1676 c
indigenæ 1775 b
indigna mors 1004 b
indocile 1276 a
indoles in pueris laudatur 807 b
infelix 1045 c 1643 c
inferorum portæ duæ 1132 b c
infinitus numerus maiorem æſtimationem facit 1627 a
infinitiuus modus multa complectitur 1626 a
informe 1264 b c
informe lethum, ſe ſuſpendere 1809 a
infractus 1533 c 1685 b
infræni 786 b
ingens taurus 568 a
ingratitudo 831 a
inhoſpita Syrtis 786 b
iniquitas 1481 a
iniquus 514 b
in iracundiam facilè excitatur qui animum cõmotum habet 812 c
in improuiſis terror 1336 a
in incertis proſperum 890 a
inimici maioris potẽtiæ obſequio mitigandi 1234 a
inimicorum conſilia ſub concordiæ imagine latentia 799 a
iniuriarum obliuiſcendum 368 c
in iuuentute quid requiratur 967 c
in malis actionibus culpamus deos 639 a
inops animi 830 b 1372 c
in perſuaſionibus reddenda conſilij ratio 968 a
in petendis beneficijs aſsiduus, parum aufert 1287 c
in promiſſo infinito plus ſentitur quàm exhibeatur 1144 c
in propria virtute fiduciam ponere 1220 a
importuna locis adſcribũtur more hominum 774 a
in rebus citis primũ faciẽda, deinde eorũ ratio oſtenditur 1338 a
inſanus 736 b
inſomnis 688 c
inſontium animæ 1058 b
inſuperabile bello 786 a
interea 1515 c
interrogationes & reſponſiones iucundæ 1109 a
intonſa animalia ſacrificijs apta 1017 b
inuentor ſcelerum 562 b c
inuectio carens exordio 700 b
in viros more muliebri ornatos 1701 b
in vltione falſa componimus vitia 817 b
inuolutum 573 b
inuolare 1012 b
inumbrare 1565 a
Ioues plures 813 a
Ioui capitolino vacca & taurus immolabantur 1413 a
ipſe 1746 c
ira conſilio inimica 619 c
ira ſtimulus virtutis 938 c
ira augetur cùm in manus non venit, cui iraſcimur 1341 b
iraſci ſine cauſa furere eſt 974 a
ire pro nauigare 574 a c
iris 1334 a
iris cur varij coloris 882 c
irritare 1524 b
Itali fortes 1135 c 1625 c
iter 574 a
iuno pronuba 790 c
Iupiter à cupidine contemptus 513 b
Iupiter hoſpitalis 529 a b
iuſiurandum 1046 b
iuſtitia 932 b
iuſti eſſe debent, qui regunt alios 1437 a
iuuentutis cum ſenectute comparatio 1688 c
iuuentus intacta 1625 b
iuuenibus ardor noſcendi potiores 1151 a
iuuenes per vituperium 1662 b
iuuenum mors acerba 1180 b

L

LAcænæ nomine meretrix ſignificatur 1052 c

Digitized by Google

lachrymæ coactæ 785 b
lachrymæ obortæ 785 b
lachrymæ deformant pulchritudinem 928 b
lachrymæ doloris nuntiæ 1695 a
lachrymæ ante orationem maximum animi dolorem ſignificant 472 a 1695 a 1560 c
lactis alimonia etiam mores infunduntur 841 b
lacus 1237 c
læua 633 a
læuum in ſacris 1411 c
laomedontiadæ 700 a b
laomedontius 1217 a
lapitharum pœna 1066 b
largitor bonus dare plus debet, quàm eſt poſtulatus 1150 a
latium 1276 a
latona 1638 c
latro pro venatore 1886 b
laudatur meritò qui paternæ gloriæ reſpondet 1356 a
lauinium oppidum 366 b
lauſus 1198 a
legere verbum nauticum 568 b 681 a 710 b 748 c 914 c 915 a
leuitate homines ad cultum deducendi 1276 a
leo principatum tenet inter feras 1688 a
lerna 1024 b c
lethus fluuius 1080 b
leui hami 920 c
leuia arma 1637 b
ligures fallaces 1661 c
ligures fortes 1466 b
limen 603 c
limes 1782 a
lipare 1294 a
liquidæ nubes 947 a
liqueſcere 1298 c
liſæ venæ maiores 1270 a
littus ſiccum 682 a
loca quædam ſuperflua ponũtur, vt per ea ad neceſſaria perueniamus 702 a 710 a 774 a
loco cedere 1158 a
locorũ deſcriptiones partes quatuor habent 410 a
lucifer 646 c
luctus 1022 a
ludi poſt conuiuia 529 c
ludi quales eſſe debeant 530 a
lumen aliquando contrarium 1479 b
lupercal 1282 b
lupus famem habet ſemper 734 a
lupus in prædam intentus 588 c
lupus poſt factum timidus 1675 c
luſtra 766 a
lux clauditur 1436 b
lux panditur ibid.
lycæus 1282 b

M

MActare 1238 b 1497 a
magna gratia dantis, ſi det læto animo 1344 c
magnorum virorum caſus miſericordiam concitant 549 a
magnus 1462 b
maiores 676 a
mala, ferendo potiùs vincuntur, quàm repugnãdo 644 a 890 a b
mala nos cohibent à libidine 444 a & b
mala in obliuionem non veniunt 1054 a
mala citiùs perferuntur quàm bona 1143 a
mala inopinata 1754 a
mala quæ videntur, grauiora 1498 c
malè amicum numen 628 c
malefida ſtatio 540 c
maleſanus 778 b
male ſuada fames 1022 a
malum 425 b
manipulus 1630 a
manus caua 1698 b
manus extrema 1185 a 1220 c
manus prima 1220 c 1515 b
manus vncæ 1034 c
marpeſia cautes 1048 c
mater 1647 b
materies 1608 b
matrimonium propter liberos 676 b
matres prò filijs ſollicitæ 1286 c
filijs vxores quærunt 1647 b
matutinum tempus precibus aptum 1234 a
medius 1456 a
medius locus honoratiſsimus 520 b 1462 b & c
medius ſermo 1416 a
medium æquor 885 b
medium ſpatium 1472 a
menſæ 701 a
mente capti rectum interdum ſentiunt 873 b
mens in donis ſpectatur 893 a
mens homini cuique Deus eſt 1356 b
mens pro conſilio 1754 a
merita pro accepturi perſona cõmendantur 509 b
meriti honores 702 a
metere 1505 b
metus 454 a 1022 a
metuentes cur frigeant 657 c
mezentius 1198 a
mimi 823 a
minæ 702 a
miſer 1572 b
miſenus mons 1014 b
miſeratio quibus rebus oſtendatur 841 a
miſeratio non debet valere in iudicijs veris 928 b
miſeri hominis fortuna ſubleuanda 1035 b
myrtus apta haſtilibus 657 b
modi variatio 585 c
modus imperfectus ad terrendũ aptus 1201
monſtrum 1238 a
mora tarda cupienti 681 a properanti 1741 a b
mora in Reip negotijs fugienda 1360 c
morbi pallentes 1022 a
more aut legibus tenentur populi 1275 c
morientes 1594 b
mors pulchra in acie 1654 c
mors ærumnarũ remediũ 630 b
mors omni ætati cõmunis 1028 c
mortui lauabantur 1394 c
mortui nõ ſentiũt 1014 b 1115 a
mortui quare dicantur à Poëta ingrati 1014 b
mortuis oculi claudebãtur 1394 c
morum diſsimulitudo 663 a
mos iudicum 1630 b
mos legem facit 1188 c 1245 c
mos & ſtudia exercitij apud veteres 1135 c
motus animi contrarij 719 a
mugire 1397 a
mulieres ab amantibus adquirunt dignitatem 170
mulierum affectus 1633 a
munera in ſacris 689 a
munus 1268 c
muſica ars liberalis 1073 B

N

NAm initio poni non debet 724 b c
nar fluuius 1178 c
narratio qualis eſſe debeat 533 b
natura conſuetudine mutatur 1647 a
naturalis mors 882 b
natu maioribꝰ deferendũ 1363 b
nec non 1355 b
neutrum genus fœminino reſpõdens 642 c
neutrum maſculino reſpondens & fœminino 1378 a b
nigra agna Eumenidum matri 1016 c
nigri iuuenci Hecate ibid.
nihil fit ſine fato 1602 b
nihil vnicuiq; charius, quàm ipſe eſt ſibi 1489 b
nitentes equi 1074 a
nobilem naſci 1142 a
nocturna ſacrificia Plutonis 1018 c
nomen proprium ad contumeliã poſitum 385 Æneę 1154 c Danaorum 536 a 1614 a Dardaniorum 1688 b Euri & Aeoli 404 b Phrygiorum 1186 a 1351 b 1406 c Turni 1614 a ad laudem Latini 1620 b Latoniæ 1643 a Priamidæ ibidem Teucrorum 1647 c Tyrrhenæ 1660 c
nomina bina homines habens 878 a
nomina regionibus & ciuitatibus quibuſdam communia 1091 a

numi-

Digitized by Google

nomine gentis, patriæ, parentum, aut laus aut vituperium ſignificatur 1052 c & 1053 a
nomine naturali perſonę coniunctæ appellandæ 878 a
nomine proprio chariſsimos appellatus 1676 a
nomine proprio appellare æqualem beneuolentiæ eſt 1634 c
Item etiam inferiorem 386 a
nomine proprio digniores nobis non appellandi 499 a
hominum commemoratio valet ad hortandum 1665
non errandum per multos authores 366 b
nothi 1151 b
noua pro inſignibus 780 b
nouare 1253 b 1254 c
nouem dictum 640 c
nox ſopora 1038 b
nudus tempora 1633 c
nulla victoria ſine calamitate victoris 1050 a
numerus pro multitudine 1077 a
numerus pro numero 737 c
numerus pluralis inuidioſè 375 b
numerus pluralis ꝑ ſingul. 1398 c
numerus piorium ad veritatem 1125 a
numina laudari amant cum rogatur 1386 a
nunc 1606 b
nuntij plurima fingunt 1420 c
nũtius primùm ad reges, deinde ad populũ fertur 1576 a 1626 c
nuptiæ abſq; teſtibus inter duos poſſunt contrahi 832 a b
Nyſa mons 1100 b

O

O interiectionis vſus 1008 c
obductus dolor 1446 b
obliquare ſinus 889 a
obortæ lachrimæ 743 a 785 b
obſeruatio opportuni temporis
obſcurum 1044 c
obſeruationes legum 1188 c
obſequia ingrata niſi ſint voluntaria 1268 a
obteſtari 1367 c
occaſio temporis 829 c
occaſus 425 a
occidiſſe dicũtur viri magni ibid.
oculi animi indiciũ 832 c 1149 a
oculi per multa ſparſi animum ſecum trahunt 1149 a
oculorum quàm aurium maior fides 1695 a
oculos voluere cogitatis ſignum 1784 a
odium 454 a
officia nautica 681 a
officia quæ ſponte offeruntur, ſunt gratiora 1141 b
officium diligentia gubernatoris 748 a
olim trium temporum habet ſignificationem 417 c 873 a
oliua pacis ſignum 1244 a 1608 c
omnia humanis obſequijs proſperiora fiunt 658 a
omne 1615 c
operæprecium 1392 b
opes componere 1275 c
opes augere 1461 c
opum contemptus difficilis 1284 a
optato pro ex voto 1492 c
orat o in querelis non finita 196 c
oratio iratorum perturbata ibid.
oratio dolentium pathetica ibid.
orare 483 a
ora diſcordia 597 c
ordo longus 523 c
ore fauetè 898 a
oriente aurora, antequam quidquam agas, vota dijs ſoluenda ſunt 1554 b
ornamenta maiorum nihil nos iuuant, niſi adijciamus propria 778 a 1520 c
ornatus carminum in ſimilitudinibus conſiſtit 1634 a
ouilia 1341 b

P

PAlamedis mors 652 c
paladium 562 c
pallantis pueriles apud Æneam interrogationes 1462 c
pallida Tiſiphone 1537 c
palmoſa 772 c
pallor ex famè 696 a
pan in Arcadia colitur 1282 b
panis in caniſtris inferebatur 520 c
parabola ad ornatum orationis adhibeatur 1532 b
parce metu 431 c
parcere pro ſeruare 1510 a
parci ibid.
parcus ſal. ibid.
parentes amant ea quæ vident à liberis amari 1176 a
parentes inter & filios eadem eſſe debet voluntas 513 a b
parentes quicquid poſſunt liberis conferunt 500 b
parentum geſta non maculant filios 404 a
parentum felicitas in liberis 504 a
Paris in certamine ceſtuum nominatus fuit 930 b
parrhaſius 1232 b
partum 642 c & 643 a
patere 1061 a
pater 676 c
pater maximus ibid.
pater honoris & reuerentiæ vocabulum 1620 c
pathos 380 c
patriæ cauſa ſalutem debemus contemnere 536 c
patriã pro libertate 1559 b
patris officium 1614 b
paucorum periculo, ſi poteſt, ſalus rectè redimitur 536 b
pauper 1283 b
pauper ſenatus 1242 c
pecora 696 a
pectus 1518 c
pecunia vnde dicta 457 b
penetrare 428 c
peplum 475 a
per noſmetipſos agendum, quod curari rectè volumus 386 a
perpetuæ menſæ 1336 c
perplexus 1384 c
petere 1497 b
petitio quomodo tractanda 1461 a & b
petiturus rem magnam, primùm ponat cauſam, tum petitionem 1342 c
pheretro ferendo adhibebantur extarij 1013 b
philoſophia naturalis 530 a
piaculum 556 c
picus in auem 1138 a equorum domitor ibidem
pietas in filiam 1642 c
pietas in patrem ibid.
pietas omnibus difficultatibus eſt fortior 1077 a
pinus arbor 1398 b
piorum officia & præmia 1538 c
Piſæ vrbs 1466 a
pius pro religioſo 1538 c
pius pro ſupplice 1238 b
placidus 1591 b c
plangentium affectus 878 c
pluit in terris 1541 a
pluralis ꝑ ſingulari 556 c 877 a
plurimum ad effectum facit cum prece vtitur, qui iubere poterat 513 b
pœnæ immittuntur ijs, qui delinquendo meruerunt 1774 c
poetice quæ præceſſerunt in poſtremo ponuntur 576 a
pollicitationes & promiſſa differunt 424 c
populus ſtudio, non veritate ducitur 928 b
populares auræ 1100 c
populorum appellatio 1276 b
porrectio dextræ, ſignum beneuolentiæ 762 a
portenta pręter naturam ad bonũ vel malũ demonſtrandũ 728 c
portitores 1026 a
poſtes 607 c
poſthumi 1092 a
poteſtas maior in medio 1335 b
potiora in fine collocanda 1287 c
præceps pro celeri 758 b
præcipitat pro pręcipitatur 535 b
præcipua quæ dicantur 918 a
præclari viri non moriũtur 991 a
præclarum in campo occumbere 1500 b
præpoſitionũ defectus. Ab 380 a In 431 c 1437 c Per 706 b

Digitized by Google

præſens pro præterito 585 c
præſentia eorum quæ iubêre poſſunt omnia efficit 1341 c
præteritum imperfectum modi optatiui 1369 a
precium 1363 b
primitiæ 1591 c
princeps pro primo 1399 c
principijs quando non ſit vtendũ 1161 c
priuigni & vitrici 1387 a
procedo 839 b
procurrentia ſaxa 912 c
procurſus 1733 a
pro defenſioné ſignificat 1405 a
prodigia 722 b
proditor quàm variè accipiatur 1693 c
projcere 1614 c
proludere 1702 a
pronomina cum emphaſi 1078 a Ego 1344 c 1472 b Mihi 1520 a Me 379 c 626 b 1325 a 1446 b Meus 424 b 831 a Noſtra 817 a Tu 1036 a Tibi 1643 a Te 422 b 1695 a Ille 452 a 1592 b Ipſe 695 a 1498 c 1643 a Hic 1344 c 1472 b Hunc 1643 a
pronum 913 a
pronum cadere 1633 b
pro patria mori maxima gloria 1074 b
propoſitionib. nõ ſemper ordine reſpondendum 562 a 1142 a
protrahere 1264 b
pro turribus 1418 b
prouehi 746 a
prouoluere 1008 a
puer pro iuuene 929 a
pueri multùm dormiunt 517 a
puerilis ætas amabilis ibid.
pugna nulla ſine ſanguine victoris 1724 a
pugna quid à bello differat 471 b
pulcher ad animi præſtantiam 1519 c ad affectum parentum 1754 a ad conſilium 1678 c ad honeſtatem nataliũ 392 a 438 a ad pudicitiam 1599 a
pulchritudo in quo ſita 392 a
pulchrius in acie quàm in lectulo mori 1360 b
pura arma 1661 bc
pura haſta 1090 c
pura parma 1662 a
pura veſtis 1712 c
purgatio oblata teſtimonij fidem obtinet 598 b
purgatio per ſtatum venialem 380 b
purpureus 1379 ab
pygmalion 451 b
pyræ 1583 b
pyragmon 1294 c
pyrrhica 952 b

Q

QVæſo 721 b
qualitas abſoluta 715 c
quare tot graues pœnæ apud inferos deſcribantur 1070 a
quaſſare 1152 a
quaſſatio capitis iræ ſignum ibid.
quatuor elementa 1086 c
qui commendatur, eo cui commendatur, eſt inferior 580 a
qui commendatur meriti alicuius debet oſtendi 580 b
qui pleno ſtudio aliquid præſtat, id debet ipſum leuare 1076 c
qui quod iubet alios communicare non curat ſegnes eos reddit 1431 a
quicquid metuimus fieri in incertis, hoc etiã falſo ſẽtimus 1074 c
quod bene portatur, geſtantem iuuat 1698 c
quod magnopere cupimus, dijs commendamus 1149 c
quod negari non poteſt, defenſione purgandum 1046 c
quod voluntariè ſuſcipitur, facilè impletur 829 c

R

RApere 1158 c
rapidus 510 a 944 c
raræ voces 712 a
recta via 1112 a
rectum littus ibid.
rectoris diligentia complectitur omnia 796 a
referre 548 b
referre pro docere 953 c
regales ſepulturæ 1593 a
reges etiam tyranni dicti 1150 b
regia 1284 a
regis & patris vocabula 1436 c
regum periculum in bello maximum 1588 a
relatu indigna 1406 b
relictum 603 c
reliquiæ 973 c
remus Quirinus appellatur 436 c
remugire 1397 a
rependere 652 a
repetitio facit ad vehementiam 660 c
reſpicere 1384 b
reſponſa cur dubia reddantur 1163 a
reſpublica omnibus adfectibus eſſe potior debet 1359 ab
reſultare 1274 c
retractare 1492 b
rhamnetis plena reprehenſio 1374 c
rigidus pro acuto 1727 c
robur 1007 c 1275 b
rogi 1583 b
romanam ciuitatem adeptus qui diceretur 1592 c 1593 a
rubor ex calore 1697 c
ruere 1728 a
rudere 1262 a
rumpere 1446 b
ruſticorum epulæ 893 a
Rutulorum exercitus 1374 ab
rutulorum laus ludibrij plena 1390 c

S

SAcrum quod ad ſacra pertinet 1146 b
ſacrum pro crudeli 1282 b
ſacrum pro conſecrato 1668 b
ſacrum pro execrabili 1665 ab
ſæuus 1603 b
ſal admittit corruptionem 410 c
ſalij 1269 b
Salluſtius multos laudat, & vituperatione adiecta deprimit 1198 b
ſalluſtij locus 365 c 379 c 410 b 600 b 646 b 832 b 1054 c 1385 a
ſaltationes 897 a
ſaltus 1764 a
ſalutatio 1372 c
Samothracia 1141 c
ſanguis in morientibus conſtringitur 1487 b
ſanus 778 b
ſapientis eſt mala conſilio præuenire 630 c
Saturni ſeculum 1276 a
ſaturnia 1276 c
ſaxum 1781 c
ſaxa cæca 774 a
ſcalæ 600 a
ſcitari 552 a
ſcrupea 1016 a
ſcylla 417 b 733 ab
ſecare 1378 a
ſecreti calles 1044 c
ſecundi venti 770 a 886 a
ſecundus 942 a
ſeculi bonum quo aliquis naſcitur 1073 b
ſeculorum eſt, vt boni vel mali homines naſcantur 1276 b
ſedere 1331 c
ſemel 734 a
ſemel dicta pro ſæpius dictis accipienda 429 a
ſemiuiri 817 b
ſenectus per ſe difficilis etiamſi vitio nullo grauetur 620 a
ſenectus inuidet virtuti 916 a
ſenectus triſtis 1022 a
ſenectus tarda 1409 a
ſenecta viridis 1028 c
ſenectutis & iuuentutis comparatio 1688 c
ſenibus hebetes ſunt oculi 638 c
ſenibus ineſt timiditas 1168 b
ſeptentriones 748 a
ſepulchri honorificentia 1128 c
ſequeſtra pax 1612 b
ſermo quando dicatur diuidi 825 c
ſerpentes 571 b
ſerui natura mali 635 c
ſententia 1603 c
Sicilia continens cum Italia 733 a
ſidera nautarum duces 1462 b
ſidoniæ veſtes 1602 bc

Digitized by Google

ſilentium lunæ 574a
ſimilitudines ſplendorem addunt carmini 1633c
ſinonis nomine mendax ſignificatur 1052c
ſinus 1160a
ſiſtere 873b
ſitus 1168c
ſola nox 1020a
ſolatium in aduerſis 1545a
ſomnus 1022b
ſomnus diuinum munus 576b
ſors 1693bc
ſortes in circo 907c
ſpargere 1694c
ſparus 1660bc
ſpatia vrbium aratro deſignabantur 970c
ſpecialitas 1654c
ſpecula 1638b
ſpem paſcere 1523c
ſperare 1600b
ſpes inanis 1598b
ſquama 1633c 1668c
ſtabula ferarum 1007c
ſtabulare 1025a
ſtagnum & flumen differunt 1706a
ſtare 1763a 1764a
ſtatuere 874b
ſtatuere mœnia 580c
ſtirps maſculino & fœminino genere 1717ab
ſtruere 825b
ſtudia, pro diuerſis voluntatibus 938b
ſtudia puerorum & adoleſcentũ 1408c
ſtyx 1030a 1455c
ſuadenti quid neceſſariũ 1144a
ſuaſionis præcepta 593a
ſubluſtris vmbra 1381c
ſubmiſſa 1519b
ſubremigare 1472c
ſubtegmine variatum 748a
ſudes 914c
ſuis donis 896e
ſumere, hortantis verbum 947b
ſumme 585a
ſuperare 428c
ſuperbum 650c
ſuperbus 1374c
ſupremum obſequium 1603a
ſurge age 688c 1474a
ſuſcitare 1665b
ſuſpectus nomen 1400b
ſuſtentare 1586c
ſylua Albunea 1126a

T

TAbum 657c
tænia 921b
tantùm 1388bc
tela 598b 1337c 1694c
tela trunca 1591b
teli iactus bellorum principium 1338c
temerè 1375a
temerarij 1348c
tempor is longinquitate ſitus & loca mutantur 733a
templum 1144a
tenebræ ante oculos ſignũ mortis 1676b
tentare 1613c
Terentij locus ex Andria 760b 1288b alius ex eadem 890a 966c ex Eunucho 518a 808c
Terentij loci 432c 444b 808c 829c 842a 1012b 1100b 1150c 1608b 1580b 1693c
terræ aut fortes aut imbelles faciunt 1516ab
teſſera 1196c
teſtudo 1397ab
tholus 1386a
thoracis munimen 1633c
thiaras 1146b
timœtes 541a
torquatus 1102b
torus 1013b
toruus 1463a
trabea 1138a
trabale telum 1727a
tractare 1492b
tranſitus adhibentur tædij leuandi cauſa 1107a 1466ab
trepidus 1355b
tria omni actu quæ cupimus explicari poſſunt 1178b
tripodes 721c
triones 748a
triuiæ lacus 1178c
Troia quomódo pronuntiandum 1179a 1613c
troianorum exercitus 1374a
truncus arboris 1545b
truncus corporis 618bc
tum verò 478b 572a
tumultus 1225a
turbare 1378b
turbatum 1260b
turbinis vis 1602c
Turnus otioſus 1332b 1374a
tiberis aliquando non nauigabatur 1238c
tybris Rex Italiæ 1276c
tyrannus 1150b
tyriorum accuſatiò 488a

V

VAde agè 818a
vadite 1580a
vale & ſalue ſupremæ voces defunctorum 1607b
vani 462b
vaſta 1154c
vates pro poëtis 1119a
vatum plurima genera 722a
Velinus lacus 1178c
vellere 1644b
venatio proficit bello 1408c
veniam habet quod per furorem admittitur 639c
venti cauis terræ aut montium continentur 386a
venti à Gigantibus geniti 403c
ventoſa gloria 1662a
ventoſi folles 1299a
venus aurea 1438ab
venus in cauſa fuit vt Troia euerteretur 1450c
verſari curru 1762a
verſicolor 1466a
vertere 375a 424c
veſta cana 1367c
veſtibulum 604c
veſtes 742b
veſtes diſcindere doloris ſignum 962b
veſulus mons 1531b
veteres affectus in concitandis animis valent plurimum 1288c
vetus 670c
vetuſtas parit maiorem effectum 1639c
vinum in cauſa ebrietatis non eſt, ſed homines 529b
violare 1646bc
violarum genera duo 1602a
vici 589b
vitia naturæ non facilè emendantur 403c
victor 1644b
vir ad meritum & facta, non ad ſexum 365c 932b 942b 1004b 1298a
Virgilius ab errore defenditur 365c 874b 886c 1437a
Virgilius copioſus 1058bc
Virgilius nihil ſuperflui ponit 1655a
Virgilius fabuloſorum non ſe, ſed alios authores facit, idq; per hæc verba Fama eſt 757b Ferunt 733a 1466b Fertur 1592b Perhibent 810c
Virgilij virtutes 361a
Virgilio quid propoſitum fuerit 432b
virginis nomẽ ad laudem 1662c
viridis ſenectus 1028c
viri à mulieribus quàm facilè vincuntur 1288c
viri ſecretà ſua facilè confitentur vxoribus 800a
vis 368a
viſum eſt illi 598a
vita hominis cùm in vltimum cogitur finem, nullus Deus iuuare poteſt 1629a
vitta 1160a
vittæ reſoluebantur in ſacris 722b
vitiſator 1136c
vlciſci 874c
vltimus 1049b 1121ab
vltionis ſpe ceſſante acrius ſæuitur 1762b
vlua 556a & b
Vlyſsis nomine factioſus 1652c
Vlyſsis nomine ſignificatur mendax 1408b
vmbræ animi 1762c
vmbræ triſtis 968a
vna orationis pars ſępius accipien-

da

da 471 b 608 a b 722 a 956 c 1514 a
vncus 696 c
vno vocabulo omnia significata 886 a
vnum in partes diuisum 1152 b
vola 1012 b
volare pro ambulare 1012 b
volare pro nauigare 748 b
voluntate quàm legibus retineri melius 561 c
voluntate quàm vi facere aliquid officijs præcipuum 1172 c
Volsci fortes 1626 a
vrbium spatia aratro designabantur 970 c
vrere 380 a & b
vsus naturam superat 1220 a
vsus armorum ex asidua exercitatione 1463 a
vt perhibent 810 a
vtilitas in persuasione 661 a
vtilitas in petitione ostendenda 1117 a
vulgare 1761 a
vulnificus Chalybs 1298 c
vulnus aqua siccatur 880 a
vultus & verba 778 a
vxori nefas contra mariti sententiam venire 1444 c

INDICIS IN TIBERIVM CLAVDIVM DONATVM FINIS.

INDEX PROVERBIALIVM SENTENTIARVM VERGILII, SECVNDVM *ordinem Alphabeticum digestus.*

A

AB Ioue principium 1144
Abstulit atra dies 1561
Acron Graius homo 1532
ad nos vix tenuis 1198
ah Corydon Corydon 28
ah virgo infelix 78
aliquid iam dudũ inuadere 1356
amant alterna camœnæ 36
an quicquam nobis 62
ante annos 1376
ante focum si frigus erit 63
ante leues ergo 10
arcades ambo 86
argutos interstrepere Anser olores 113
aspirat primò fortuna 546

C

CAna fides 444
candidior cygnis 88
candidus insuetum miratur 62
cantantes licet vsq; 115
carmina tantùm nostra 110
cedit quoniam spoliata 916
certum est in syluis 124
confixiq; suis telis 1402
consilium summis regni 1364
contactuq; omnia fœdant 699
conticuit tandem 776
contra Neptunum & Venerem 1326
conuectare iuuat prædas 1212
crimine ab vno 546
cui tristi bella 1160
cunctus pelagi cecidit 412
cur dextram iungere 468

D

DAphnis ego in syluis 62
desine plura puer 115
us nobis hæc otia fecit 4
na atque indigna 1406
ostra incepta 1152
alite r visum 600
equum 1336
s interior gemitu 606
conse ctaris apros 38
duræ quercus sudabunt 50
durate 422
duris genuit te 842

E

ECcepitq; manu 1248
efficiam posthac ne quenquã 36
ego te hoc fasce leuabo 115
et certamen erat Corydon 87
et conferre manum 1422
et nigræ violæ sunt 121
et nunc omnis ager 36
et quis erit modus 796
et tunicæ manicas 1412
et vlulatibus æthera complent 1166
eripui letho me 556
excussit ceruice securim 574
eximiæ laudis 1180
expletus dapibus 766
extremum hoc munus 100

F

FOrsan & hæc olim 418
frater ne desere fratrem 1520
fugit ilicet ocyor Euro 1262
fuimus Troës 586
furor arma ministrat 408

G

GElidus per ima cucurrit 556
gradũ studio celebrabat 875

H

HAbes quod tota mente 796
hæc in nostros 541
hæc lux toto 91
hæc tantum alias inter caput 6
haud tanto cessabit 518
haud vatum ignarus 1314
heu cadit in quenquam 110
hic focus 91
hic gelidi fontes 121
hinc Italæ gentes 1126
hic pietatis honos 434
hic tibi certa domus 1230
hic ver purpureum 114
his amor vnus erat 1356
his ego suetus 938
hucades ô Galatea 1013

I

IAm fragiles poteram 100
iampridẽ Stimichon laudauit 62
iam redit & virgo 48
iam sua Turnum fata vocãt 1506
illi regit dictis animos 412
implentur veteris Bacchi 416
incubuêre omnes 1300
in freta dum fluuij 506
infelix lolium & steriles 60
in melius tua quæ potes 1526
inuenies alium si te hic fastidit 28
Iouis sunt omnia plena 36
ipsa silentia terrent 640
ipse paulisper 982
ipse fatebatur, sed reddere posse 34
ipse fuit cantari dignus 60
ite domum pasti 91
iterum ad Troiam magnus 50
iussa aliena pati 1552
iustissimus vnus 609

L

LEnta salix quantum pallenti 56
libet Partho 124
littus ama, altum alij teneant 909
lupi Mœrium videre 115

M

MActe puer virtute 1414
magnoq; irarum fluctuat 862
manet alta mente 378
Mantua væ miseræ 112
me alta silentia 1448
meriti tanti non immemor 1370
mihi frigidus horror 658
mihi iussa capescere fas est 394
millia tot magnis 587
Mopso Nysa datur 98
motos præstat componere 406
multi nos populi 1146
multoq; iacebat 1380
multum ille & terris 370

N

NE noster honos 1160
ne qua parẽtis iussa rime 622
nec calamis solum æquiparas 62
nec curare deum credis 98
nec dum illis labra admoui 34
nec iam fama mali 1506
nec partum gratia talem 1376
nec Phœbo gratior vlla est 70

nec

nec sum adeo informis 20
nec te pœniteat calamus 22
nec vidisse semel satis est 1050
neque enim fuga 1262
nequeunt expleri corda 1264
nescia mens hominum fati 1506
nihil hic nisi carmina 104
nihil ille deos 106
nihil inuitis fas 596
nobilis & fama 1186
non ausim quicquã deponere 34
non canimus surdis 115
non ego credulus illis 113
non ego Daphnim 20
non hæc sine numine 644
non me carminibus vincet 52
non Nostrum nec nos 48
non omnes arbusta iuuant 48
nõ omnia possumus omnes 104
non vnquam grauis ære 8
non vobis rege Latino 1152
nos aliquid nomen 550
nouas artes, noua pectora 514
nullis ille mouetur 850
numeros meminit 114
numina nulla premunt 1490
nunc animo opus 1020
nunc oblita mihi 115
nunc omne tibi stratum 115
nunc scio quid sit amor 100
nusquam abero 628
nusquam tuta fides 842

O

O lux Dardaniæ 582
ô mihi præteritos 1308
ô mihi tam longè 52
ô passi grauiora 418
ô terque quaterq; beati 398
occursare capro 112
odit & ipse pater 1160
omnia ferre sub auras 564
omnia fert ætas 115
omnia longæuo similis 1416
omniaq; arma aduocat 1202
omnia vincit amor 124
omnis curæ casusq; 774
optata potiuntur Troës 412
oues vltrò fugiat lupus 100

P

PAllas quas condidit arces 24
pariter facta atque infecta 814
pedibus talaria nectit 820
pedibus timor addidit alas 1262
pene simul tecum 110
per varios casus 412
Pollio amat nostrum 38
populus Alcide gratissima 92
possunt quia posse videntur 916
post mihi non simili 406
posthabui tamen illorum mea 86
potes hoc sub casu 866
proiecta vilior alga 91

Q

QVæ regio in terris 476
quæ tibi quæ tali reddam 63
quas pœnas mihi 1306
qui amant 106
quicquid in arte mea 1392
qui non mortalia pectora 664
quid non speremus amantes 98
quid possit vterq; 34
quid tantum insano iuuat 644
quin tu aliquid saltem potius 28
quis enim modus adsit amori 24
quo moriture ruis 1542
quo nunc se proripit ille 32
quo res cunq; cadent 636
quo te Mœri pedes 108
quònam nostri tibi 622

R

REmmq; ignarus 1328
res animos incognita 484
requies ea certa laborum 1234
rumpantur vt ilia Codro 88
rumpe moras omnes 1334

S

SÆpe ego longos 115
sæuit animis ignobile 408
scelere ante alios 454
scelus expendisse merentem 574
sed mihi vel tellus 788
sed non augurio 1376
sedibus hæret in ijsdem 628
sensibus hæc imis 36
si ad vitulam spectes 36
si quæ tui Corydonis 91
si formosus Alexis 91
sic canibus catulos similes 6
sol crescentes decedens duplicat 24
sola Sophocleo 96
sopitos suscitat ignes 972
sordent tibi munera nostra 22
sors omnia versat 108
spem vultu simulat 422
spes addita suscitat iras 1482
spes pacis inanes 1526
spondeo digna tuis 1375
stat casus renouare omnes 640
stat sua cuiq; dies 1506
stupet inscia turba 1164
superas euadere ad auras 1002

T

TE iam septimo portat 530
tibi pro scelere 614
tot incassum fusos 1170
toto vertice supra est 1222
trahit sua quenq; voluptas 24
trus Tyriusq; mihi 500
trunca manum pinus 770
tu decus omne tuis 60
tu maior tibi me æquum 56
tu mihi quodcunq; 394
tua cernere facta 1304
tunc verò incumbunt 1344
tumidusq; nouo præcordia 1406
tuus iam regnat Apollo 48

V

VArium & mutabile 866
vicini pecoris cõtagia lędẽt 10
vitulâ tu dignus 40
vna salus victis 590
volucres diuerberat auras 946
vos & Scylleam rabiem 418
vuidus Hyberna 121

FINIS INDICIS PROVERBIALIVM SENTENTIARVM.

BASILEÆ,

EX OFFICINA SEBASTIANI HENRICPETRI, ANNO SALVTIS NOSTRAE *recuperata.*

CIↃ IↃ CXIII.

Mense Augusto.

Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google